Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

.gen.xlv.]
o ·de]· ·ore ei⁹ donec·
expectatio gentiū. ſz mō
d ·a tpe herodis aſco
ad ſilo tpe venit xp⁹
auctoritas nō ē ſ
chod· ·ōz r
uina cōn hi· n
rxiiij. Ez ·ane eni detecit re ·co· ·pit l·
chiā regē ⁊ excecauit eū ⁊ filios ·ccidit: ⁊ hī ibide
ca. xxv. nec postea aliqs de ei⁹ stirpe regnauit: ſz hoc ꝛ
ctū apparet falſū: qz post captiuitatē babylonicā babu
erūt duces ⁊ pncipes ſicut pz de zorobabel: eſdra: nee
mia: ⁊ machabeis. Habuerūt etiā reges qz iohes hirca
nus ſymeonis machabei filius iposuit ſibi diadema re
gni: ⁊ extūc regnauerūt filij eius vſqz ad herodē q̄ fuit
ab alienigena a gēte iudeoꝝ: ⁊ iō vſqz ad illud tēp⁹ non
fuit amotū oſo oīuz iudeoꝝ. Si aūt dicaf q̄ a tpe na
buchodonoſoꝛ fuit amotū a tribu iuda de qua amotō
ne loquit̄ ꝓpheta p̄dictus: qz illi q̄ regnauerunt postea
fuerūt de alia tribu: qz machabei fuerūt de tribu sacer
dotali: nō valet hoc dictū: qz zorobabel q̄ post captiui
tatē babylonicā fuit eoꝝ dux fuit de tribu iuda: vt pz
manifeſte ex tertibus multis sacre scripture: ſimiliꝫ ma
chabei: qz trib⁹ sacerdotalis ⁊ regia erāt cōmixte. Et iō
alij ſoluūt alii dicēres q̄ intelligit de roboam filio salo
monis ·q· ·recesſerūt decē tribus: ⁊ adheſerūt hiero
boam fili ·baib: vt habet. iij. Re. xij. ſic ꝑ exponunt
p̄dicta ·ō auferet sceptrū de iuda ⁊c. donec ve
niat ſ· hieronymus trāſtulit: mittendus. he·
braice ·z: ſylo. ⁊ ē nomē loci vt dicūt: qz in illo
loco ·boam vt cōſtitueret post patrē rex: ⁊ in il
lo lo· ·ſſit populus iſrl ab eo: ⁊ p̄ſtituerūt ſuper ſe
reg· ·oboam qui erat de alia tribu. ſ. ephraim. ⁊ sic
ablatū ·uit sceptrū tīco iuda: verūtamen qz ipi filio
salomonis remāſerūt due tribus: iō ſequit̄ in hebraica
veri·te: Et ei aggregabuntur gētes. vbi hieronymus
trāſtulit: Et ipe erit expectatio gētiū. Sed iſta reſpoſio
pz falſa p̄ textū. iij Reg. xij. qz ibi dicit̄: q̄ ille locus vbi
roboam fuit a pplo derelictus vocat sichem: ⁊ ē loc⁹ bñ
remotus ab illo q̄ vocat sylo. Itē huiuſmōi rñſio p̄ce
dēs ⁊ cōſiles apparēt falſe p trāſlationē caldaicā: quia
vbi hieronymus trāſtulit: Donec veniat q̄ mittēdus ē
hebraica veritas habet: D·ec veniat meſſias. qz id quod

·ut· ·ūer dci
s ꝓpheta dix·· ·. oc verbū
·ab·. o aūt tpe vſqz nūc fluxerī
lix. ſm ·oputationē hōdeoꝝ ⁊ piuro·
nē nostrā. M. occ. j. Talis eni numerus
modicū: cū n. dicat ꝓpheta in ſcīptura reſta
cū vſqz ad tēpus deſiderati cūctis gētibus ⁊
aduētus ē ꝑteritū. Sz ad hoc rñ dēt aliq̄ q
ptura bñ dicit modicū: qz i p̄ſ. lxxxi. dī: Mille
los tuos tanq̄ hodierna dies ꝑterijt. Sed q· he
nō valeat: pz qz ſi tēpus mille ānoꝝ cōparet eterni
dicū ē: ⁊ sic loqu·t aucias pſalmi p̄dicti: quod pate
qō dicit: Mille ānī ⁊c. qz diuina cognitio q̄ p·
gnat̄ eternitate mēſurat̄ ſz ſi referat tps mille
cratōnē ppli: ſic nō pōt dici rōnabili· loq·
ignū. vñ ⁊ baruth. vj. Tps coptiuitatis bab
·i. magnuz: ⁊ lōgū qō tn fuit valde modicū re ·ū. ſ. h
anoꝝ. Iere ꝓpoſitū p id qō i auctē subdit: Venient desidera
t⁹ cūcti ·ērib⁹: ⁊ replebo domū istā gl̄ia. ⁊ loq̄t̄ ꝓpha d·
mo dei exſtificata a iudeis p⁹ captiuitatē babylonicā: Jgit
stāe il· ·elus x· s: qz ꝓpha dicit eā replēā.
gl̄a p· u ē ei illu·
dest· lencia pfecta: v
ſyon: iubila fili
·pheta loq·
Dos ista ⁊
·enīa
domus edifica
iozes diuitias
qz status ppli
q̄ fuit sub sa
tes q̄ vide
dedicar
reſpe
uent

Universidad de Deusto
Biblioteca

videt or … m …
pletū qō … or. s. Adhuc
d celū. Dicēdū ē q celū … mot
motū p oī inouatōne: q magna inno
fuit: qñ i natiuitate xpi noua stella … vi
n venerūt ad ipm adorādū. Jte circa illō
odis sub quo natus ē xps … in iudea de qua
pheta q̄ de alijs terris fuit maxim terremo
gentes, ppinque credebant q in iudea nullus
… i vt dicit Iosephus i pmo libro de iudaico bel
hoc arguit, pbabilit aliquā cōiunctionē fuisse plane
bilē siue cōstellationē ex qbus solet accidere talia
… facerūt oēs gētes ps: q imminēte xpi natiui
… augustus descriptionē vniuersū mundū: et oēs
… abutarios scr … terr: et p pica singuli ibāt
… erāt oēs ciuitatē … pdicta facienda ppi quod et
… ph de … ilea ascēdit in bethleem cū maria sibi … po
… egnate … ibi pficeret: vt … e ū. ca. In iudea … tunc
… facta magna cōmotio in iudea: q ddā noie iu … das na
… e galileus: publice … sereb … vt iudeis … illicitū … ognoscē
… oīm pter oēs: et m … iu … scr … ui a … ste in
… ferri ab exercitu rom … antiq … co
… annis so … en
… endū ē … duob …
… uiate. et sicut …
… cōquēs …
… ādo …

… dia sempiterna
… . Ad intelle-
… cipiat hebdo-
… scriptura
… m: et hoc
… hebd
… pien-
… ādū

… ma breuitor. … ch …
… n legē rene … ome …
… le deiminato … f …
… iudeor hu … am …
… ilr o … ri. dicēs …
… dere … ervū. dies …
… bllga …
… ius ān …

… de aūt … ret n … fals … er v … g. … mp em …
dūt eos … tpe: et … q cōputant p annos solares si-
ut et nos: l … n. incipiāt ibi mēses a lunatōnib: tñ ter …
annus apud eos … rūj lunatōes: ita q p embolismos
factūt equationē tpis: et sic cōputāt p annos solares sic
nos: oato tñ q cōputarēt p annos lunares nihilomin
haberet ppositū nostrū vt videbit. Secūdo videndū
ē quot ānos … tinēt hebdomade … dicte: et ps p hoc q si
multiplicentur. lxx. p. vñ. resultnat. cccclxxxx. et sic. lxx
… dicte hebdomade cōtinent ānos. cccclxxxx. Tertio
videndū ē a quo anno incipiat cōputatio ista … hebdo
madar: et dicūt alicī iudei q … icepit ab. xl. anno regis se
decbie qñ destructū ē pmū templū. alij dicūt q incepit a
pmo anno darij regis medi: q ille tpe dixit ista angel
danieli: alij dicūt q incepit a reditu captiuitatis sub zo
rob … bel: duce anno. ij. cyri regis persarū: alij dicūt q …
cepit a … anno regni artaxerxis qñ missus est neemias a
… reedificandū ciuitatē scām: que aūt ista … opinionū
sit vā et aliarū improbatōne omitto ppi … vitādā
q istud diffuse scripsi super danielē: et … tres
cōputatōes habebit sufficiens ppositū … actus
xpi sit preteritū: qō ps q angelus deter … gnat
cccclxxxx. ānos vsq; quo ipleat vis … nga
tur scūs scōr. i. xps. Dic … qui … cūq; icipia … larcs
vl lunares et vbicūq; icip … cōputatio fm p … ia
iferi nō pōt accipi q̄ i secūdo anno artaxerxis … ī
tēpus pdictū iā diu ē pteritū. … hoc sufficit ad ppositū
nostrū. Si aūt alicūs velit plen vidē qlit iste numer
anno … pdictus impletus ē p ptes singula … et qual … in
medio hebdomade vltime passus ē xps … quē faciūt
ad expositōnē hui … tertius pōt recurrere ad id quod scr i
psi super danielem vbi ista diffuse tractaui et contraria
dicta vt potui improbaui: verum hic volo remouere
quandā solutionem falsam quam dat rabbi salomon
ad rōnes predictā dicens q ille … ter. hebdomade nō cō
tinent tempus pcliū vsq; a … baduētū et passionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.01/5

Universidad de Deusto
Biblioteca

DICTIONARIVM
SEV
THESAVRVS
LATINAE LINGVAE

Non ſingulas dictiones modo continens, ſed integras quoque Latinè & loquendi, & ſcribendi formulas ex optimis quibuſque authoribus, ea quidem acceſſione, vt nihil propemodum obſeruatu dignum ſit apud Oratores, Hiſtoricos, Poetas, omnis denique generis ſcriptores, quod hîc non promptum paratumq; habeat,

NVPER VENETIIS IMPRESSVS,

Omnibus mendis diligenter expurgatus, & locupletatus, per
MARIVM NIZOLIVM *Brixellenſem,*
Adiecta etiam uera & multiplici ſingulorum uocabulorum interpretatione Græca, ſuis cuiuſque capitibus appoſita.

VENETIIS EX SIRENIS OFFICINA
ANNO M D L I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARIVS NIZOLIVS BRIXELLENSIS LECTORIBVS. S.

ACCIPITE Studiosissimi Lectores magnum illum latinæ linguæ Thesaurum Roberti Stephani Parisiensis uiri Doctiss. Post primam eius Lutetianam editionem nunc nuper Venetiis summa diligentia impressum correctum & multis partibus amplificatum. De quo quidem opere ac de Authore ipso, dum aliqua breuiter dico, quæso diligenter animum aduertite & attendite, ut intelligatis primo quàm utilem quamq; necessarium ad latinam linguam discendam librum & uere quasi Thesaurum quendam estis habituri. Deinde ut cognoscatis quanta laude quantaq; cõmendatione dignus sit is, qui tam copiosum tamq; uarium latinæ discendi instrumentum nobis elucubrarit, tantumq; laboris & molestiæ ultro susceperit: ut gratum faceret omnibus Latinæ Linguæ studiosis. Postremo uero quantum hæc editio nostra Veneta copiosior sit & correctior priore illa Lutetiana. Antea omnia igitur dicemus de summis laudibus maximisq; utilitatibus huius uere pretiosissimi aureiq; Thesauri, & simul de doctissima industria fructuosissimoq; labore illius nunquam satis laudati uiri, qui tantas opes tantasq; diuitias nobis ex omni scriptorum latinorum genere collectas tradiderit. Quod ut melius apertiusq; omnes cognoscere possint, orationis huius exordium paulo altius repetam. Constat Romanos omnes quondam uulgo Latinè loqui solitos, & Latinam Linguam, quæ nunc nobis peregrina est, tantoq; cum labore discitur, apud eos fuisse popularem & domesticam, sic ut pueri, qui eam discebant, non multis egerent ludorum aut præceptorum adiumentis. Nam uoces Latinas simplices & uarias earum constructiones primo discere incipiebant non in Scholis, sed domi, non à pædagogis & ludi magistris, sed cum à reliquis domesticis, tum præcipue à nutricibus & matribus, quas assiduè loquentes audiebant, Atque ita in ætate puerili sine ullo labore prorsusq; aliud agentes consequebantur eam Latinæ eruditionis partem, in qua nos percipienda nullis nec laboribus nec sumptibus parcentes penè totam ætatem conterimus. Quo circa non mirum est, hoc tempore tam paucos rarosq; homines Latine doctos reperiri, cum etiam minima quæq; & sordidissima uocabula magno cum labore & temporis consumptione nobis sint perdiscenda, temporibus autem illis tantam eruditissimorum eloquentissimorumq; uirorum multitudinem extitisse, & tot tamq; præclara opera ab eisdem nobis fuisse relicta, cum tali tantoq; principio & fundamento Linguæ in pueritia facto cætera omnia, quæ ad summam eruditionem deerant, non difficillime perciperentur. Quæ quidem facilitas atque commoditas discendi tandiu durauit donec Romanum uiguit imperium, & Latina Lingua apud Populum uulgusq; mansit. Nam & magnitudo amplitudoq; imperii Linguam suam, & Lingua ipsa sui cognoscendæ & perdiscendæ facultatem conseruabat. Postea uero quam Barbaræ nationes undiq; in Italiam irruere & imperium occupare & mores nostros immutare cœperunt, nescio quomodo una cum imperio etiam Latina Lingua paulatim ita defecit, ut parum abfuerit, quin tota amitteretur. Recessit enim à populo præter paucos admodũ semidoctos, & apud solos scriptores antiquos remansit. Quorum ipsorum etiam bona pars tum calamitate temporum, tum inscitia hominum, tum in curia librariorum usqueadeo uitiata erat & corrupta, ut doctissimi quiq; uiri huius ætatis etiam superioris ætatis nulla in re alia magis laborarint, quam in emendandis & corrigendis ueterum Authorum scriptis. Hoc igitur tanto tamq; graui casu non solum imperii, sed etiam Linguæ tanta discendi orta est difficultas, ut pauci admodum inuenirentur, qui tantum laboris sufferre uellent, & qui uolebant, nõ tamen multum proficerent propter penuriam præceptorũ præsertim bonorum & difficultatem discendorum, ut ex scriptis illorum temporum, quæ ad ætatem nostram peruenerunt facile licet intelligere. Nam quanto remotiora sunt ab illis florentis imperii & uigentis Linguæ seculis, tanto minus Latina minusq; ornata repe riuntur. Non defuere tamen diuersis temporibus quam plurimi iuuandæ Latinitatis studiosi, qui diuersa ratione difficultati huic discendi pro uiribus occurrere tentarunt. In quorum numero primi fuere ii, qui Grammatici uocantur, partim explanandis ueterum scriptis, ut Donatus qui Terentium, Seruius, qui Virgilium, Victorinus, qui Ciceronem interpretatus est, partim tradendis Grammaticæ præceptis ut ex antiquis Charisius, Diomedes, Priscianus, & alii complures. ex recentioribus uero Laurentius Valla, Antonius Mancinellus, Thomas Linacer, & ingens præterea multitudo recentissimorum. Qui omnes quanquam scripsere plurima iis, qui Latinè discere cupiunt utilissima, & eos reuera multo labore multaq; molestia leuauerunt, tamen plerisq; uehementer discendi cupidis & tantum laboris grauate ferentibus non ita uisi sunt satisfeciſſe. Quam ob causam posterioribus temporibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huic eidem difficultati uel perdomandæ uel certe quoad eius fieri posset, leniendæ, duo alia homi-
num genera sese opposuerunt. Qui quanquam utrique fuerunt Grammatici, tamen alteros magis pro
prie dixeris Lexicographos, eo quod Lexica siue ut uulgo appellantur, Dictionaria conscripserunt,
ut ex antiquioribus Catholicon, Papias & aliquot alii, quorum opera etsi non sunt optima, tamen su-
perioribus temporibus aliquandiu fuerunt in pretio & studiosos non nihil adiuuerunt. ex recentio-
ribus uero Nicolaus Perotus Sipontinus, is qui scripsit Cornu Copiæ, & Ambrosius Calepinus Ber-
gomas, cuius Lexicon à nescio quibus usqueadeo toties interpolatum totq; uocabulis auctum fuit,
ut planè iam totum mutatum & non unum lexicon, sed plura esse uideantur. Hos inquam rectius di-
xeris Lexicographos. Alteros uero obseruatores, eo quod non obiter & quasi casu ex quibuscunq;
& qualibuscunq; Authoribus sua scripta coaceruauerunt, ut Lexicographi, sed dedita opera & animo
iuuandi tum scipsos tum alios, tantummodo ueterum probatissimorumq; hominum opera sibi
sumpserunt obseruanda, & ex eis diligentissime lectis pensitatisq; obseruationes suas collegerunt, di-
uersis tamen nominibus inscriptas. Ex quorum numero primus, quod sciam, fuit Bartholomæus
Riccius Lugiensis amicus meus, qui iam decem & septem uel paulo plus ante annis edidit Appara-
tum suum Linguæ Latinæ. Post Riccium nos quoq; duobus uel tribus annis interiectis obseruatio-
nes nostras in M. T. Ciceronem emisimus. Demq; uero post nos altero ferè tanto temporis inter-
misso Stephanus Doletus Gallus in medium attulit suos Linguæ Latinæ commentarios. Atq; ha-
ctenus studiosi latinè discendi cum præter Grammaticos tot etiam Lexicographorum & obseruà-
torum lucubrationibus & laboribus adiuti essent, multoq; faciliorem quam antea discendi uiam ha-
berent, tamen denuo nondum se satis subleuatos & labore exoneratos esse querebantur. Nam Le-
xicographos illos antiquos uituperabant & aspernabantur tanquam maxima ex parte Barbaros &
minime idoneos Latinitatis Authores. In recentioribus uero & primo in Cornu Copiæ. Peroti re-
prehendebant, quod omnia ferè ab illo dicerentur sine ulla authoritate & confirmatione uetèrum
scriptorum, perinde quasi ei de uocibus & locutionibus antiquis scribenti sine comprobatione, aut
testimonio esset credendum. Deinde in Calepino uetustiore non quidem tantopere quærebant au-
thoritates & confirmationes, ut in Peroto, sed eas, quæ erant, magna ex parte calumniabantur, tan-
quam excerptas plerunq;, aut à scriptoribus parum probatis, aut à codicibus mendosis & falsis. In re-
centiore autem & si concedebant quam plurima uocabula esse adiuncta, tamen ea uituperabant &
irridebant tanquam extracta ferè omnia ex indicibus, siue repertoriis, ut uocant, librorum uel pla-
nè barbarorum uel certe non satis Latinorum. Quod autem ad obseruatores attinet, in Apparatu
Ricci paruitatem libri accusabant. In obseruationibus nostris & Doleti Commentariis non tam mul-
ta quidem uocabula, sed tamen non paucissima requirebant. Atq; hæc particulatim in Lexicogra-
phis & obseruatoribus criminabantur. Generaliter uero in omnibus simul præ maxima discentium
cupiditate & discendorum necessitate incusabant nimiam penuriam & ut ita dicam paupertatem
non modo uocabulorum, sed etiam explanationum & exemplorum. Ac ne multa, ex tanta gram-
maticorum Lexicographorum & obseruatorum multitudine querebantur, se à nemine satis adhuc
adiutos esse & multo maiorem uocum ac cæterorum quæ dixi, copiam numerumq; requirebant,
Cum ecce tibi Robertus Stephanus Parisiensis ut doctis. & iuuandi studiosorum ante omnes cu-
pientissimus simul & Grammatici & Lexicographi & obseruatoris officio diligentissime functus, tan
dem aliquando post omnia omnium auxilia non satis facientia edidit nobis maximum hunc pretio-
sissimumq; Thesaurum in quo uno ut iam ad ea quæ initio me sum pollicitus ostensurum, ueniam,
& summas eius laudes utilitatesq; referam, in quo inquam uno copiosissime collecta & repositа sunt
omnia, non solum quæcunq; antea in omnibus aliis eiusdem generis scriptoribus dispersa & dissi-
pata continebantur, sed præterea etiam quæcunq; ab eisdem illis prætermissa iandiu ab omnibus
latinarum literarum studiosis maximo cum desiderio flagitabantur. Itaque iam habent studiosi in
hoc uere Thesauro tantam uocabulorum copiam, tantam explanationum numerum, tantam exem-
plorum & authoritatum multitudinem & tantam denique omnium rerum, quæ discentibus ne-
cessariæ sunt, abundantiam & affluentiam, ut uix tantum antea sperare ne dum petere essent ausi.
Atque hæc in summa est Thesauri nostri utilitas & necessitas, membratim uero & per partes,
quia nullum est omnino studiosorum & literatorum hominum genus, quod non omni tempore om
ni in re uehementer egeat hoc tali tantoq; subsidio, ac primo siue sit Grammaticus, uel pædagogus,
uel ludi magister, uel prælector publicus aut priuatus, siue orator, siue poeta, siue Historicus, siue
Dialecticus siue Philosophus, siue Medicus, siue Mathematicus, siue iurisconsultus siue Archite-
ctus, siue denique quiduis aliud. Deinde quicunq; sit, siue dubitet de uocabulo aliquo simplici, utrum
reperiatur apud Idoneos authores antiquos & latinum sit necne, aut quid proprie significet &
quam uim potestatemq; habeat, aut quomodo cum aliis orationis partibus rectè coniungatur & con
struatur, siue quærat uocem & appellationem aliquam aut urbis aut regionis, aut prouinciæ, aut

insulæ

insulæ aut maris aut portus, aut montis, aut fluminis. Idq; non solum quomodo hæc Græce & La
tine, sed etiam uulgo & populariter appellentur. Siue cupiat scire nomenclaturam aliquam
animalis, herbæ, arboris, metalli, lapidis, aut alterius cuiuspiam rei ad Medicinam Medicosq;
pertinentis, siue nomen hominis aut Authoris, aut Scriptoris aut Ducis, aut Imperatoris, aut regis,
aut alius cuiuscunq; uiri fama & rebus gestis clari, Denique uero siue expetat habere exempla & au-
thoritates omnium eorum quæ commemorauí ex probatissimis quibusq; & maxime idoneis au-
thoribus desumptas. Hic enim omnia ferè, quæ apud omnes antiquos scriptores scitu aut me-
moratu digna sunt, breuissime collecta, clarissime expositа certissime confirmata reperiuntur. At-
que ut tandem finiam, & paucis ostendam quanta sit huius Thesauri commoditas, utilitas, neces-
sitas, hoc dicere & affirmare non uereor, qui hunc unum librum habuerit & possederit, eum non
iniuria uideri habiturum & possessurum, omnes omnium Grammaticorum, Lexicographorum &
obseruatorum lucubrationes & labores & præterea totum Strabonem, Ptolemæum, Pomponium
Melam, Plinium, Dioscoridem Corn. Celsum, & magnam partem operum Aristotelis, & quam-
plurimos alios libros summatim decerpros & in tres Tomos quam breuissime fieri potuit, re-
dactos. His igitur quæ hactenus dicta sunt, satis superq; omnibus patere arbitror, quam utilis,
quam commodus quam denique necessarius sit hic noster Thesaurus, non solum pueris & imperitio-
ribus, sed etiam iuuenibus & uiris proiectioribus siue cupiant poetas & oratores aliosq; scripto-
res intelligere & interpretari, siue uersus, & epistolas & orationes & libros latinos componere,
siue quiduis aliud facere, quod ad hominem doctum eruditumq; pertineat. Quamobrem om-
nes latinarum literarum studiosi iure optimo debent & immortalem gratiam habere & nunquam
finiendas laudes tribuere ei, qui tam diues, tam pretiosum, tamq; planè diuinum opus elaborauit.
Non enim facile dictu est, quantum laboris, quantum sudoris, quantum temporis, quantum deni-
que uigiliarum & molestiarum exhaustum sit in colligendis & coaceruandis tot millibus atque adeo
tot myriadibus uocabulorum & exemplorum, nec non in uersanda diligentissimeq; obseruanda
tam ingenti tamq; numerosa scriptorum & librorum multitudine, quibus omnibus non dico at-
tentissime legendis, sed uix festinantissime percurrendis una hominis ætas quamuis longa non ui-
deatur satis futura. Quòd si nemo est, qui non se magnam gratiam & laudem debere fateatur
Grammaticis, qui multas Authorum interpretationes & plures loquendi præceptiones reliquè-
runt, & multo maiorem etiam Lexicographis & cæteris obseruatoribus, quo multo plura & me-
liora, non tamen omnia ad communem studiosorum utilitatem contulerunt. cum inquam his om-
nibus ita debeamus, quo tandem animo, qua uoluntate esse debemus aduersus hunc tam utilis
tamq; necessarii operis Authorem? qui non aliqua tantum ut Grammatici, non plura ut Lexico-
graphi, non multo plura etiam, ut reliqui obseruatores, sed omnia planè, omnia inquam quan-
tum in se fuit, cumulatissime præstitit. Equidem quod ad me attinet, ingenue fateor, me ab hoc
plurimum fuisse adiutum & quotidie adiuuari, & quanquam in obseruationibus meis in M. T.
Ciceronem arbitrer, me studiosis quoque non in postremis profuisse, tamen libenter concedo & ubi-
que prædico, multo maiorem ex hoc Thesauro fructum utilitatemq; capi, quam ex lucubrationi-
bus laboribusq; nostris. Nos enim ex Cicerone solum Ciceronianisq; uocibus librum nostrum
composuimus. At Stephanus cum ex hoc eodem authore tum etiam ex aliis omnibus obseru a-
tione dignis Thesaurum suum, quasi conflauit. Nos tantummodo partem licet multo ma-
iorem potioremq; uocum latinarum studiosis exhibuimus. Ille quantum humana diligentia asse-
qui potuit, nullam non prorsus retulit in Thesaurum suum. Nos tantummodo iis, qui docti-
res proiectioresq; erant auxilium & subsidium tulimus. Ille omnes iuuit nullo prorsus excepto
tam pueros & adolescentes quam iuuenes & uiros, tam indoctos & imperitos quam doctos & sum-
ma etiam eruditione præstantes. Quamobrem ut nos facimus sic etiam omnes alios hortamur,
ut huic uiro tantopere de literis literatisq; omnibus benemerito, tum immortalem gratiam sem-
per habeant, tum nunquam commemorare & ad cœlum laudibus extollere desinant, tum si
sunt Grammatici aut Lexicographi aut obseruatores ut huic uni libenter cedant, & in iuuandis le-
uandisq; iis, qui, discere cupiunt, se longe uictos superatosq; esse fateantur. Nunc ita ostensis &
commonstratis maximis utilitatibus & necessitatibus huius pretiosissimi Thesauri & authore illius
quantum potuimus & debuimus summis laudibus ornato, superest, ut breuiter quoque demon-
stremus, quemadmodum initio polliciti sumus, quantum hæc editio nostra Veneta multis parti-
bus melior sit & correctior Priore illa Parisiensi. Ergo in hac editione nostra præter diligentissimam
correctionem totius operis & emendationem omnium, quæ errata fuerant. Præter hæc inquam
omnia, in hoc Thesauro nostro addidimus magnam quandam uocabulorum & uocum multitudi-
nem, quæ in illo Gallico prætermissæ fuerant, Præterea, quod in illo desideratur & maximi ad di-
scendum est momenti, nos in nostro singulis ferè capitibus uocabulorum apposuimus interpretatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem uocis Græcam, unam uel plures prout reperiuntur apud Græcos, sic ut merito qui Thesaurum hunc habeat is græcum etiam Lexicon, atque adeo non unum sed duo Lexica alterum Latinum alterum Græcum habere uideatur. In quo quidem tam excellenti munere studiosis largiendo nequaquam imitati sumus illum nescio quem imperitum, qui capita uocabulorum Calepini huius recentioris in græcum transtulit. Ille enim cum nec græce sciret nec satis, ut opinor, Latine, omnia prout in buccam uenibant, uertebat uel peruertebat potius, cum eius interpretationes magnam partem falsæ sint & erroneæ. Nos autem nihil plane reddidimus, nisi quod aut antea certo scire mus esse Græcum, aut apud aliquem idoneum authorem græcum inuenerimus. Hæc itaque sunt omnia quibus Thesaurum nostrum copiosiorem, meliorem q; futurum diximus, quam illum Gallicum. Valete.

ROBERTVS STEPHANVS TYPOGRAPHVS REGIVS LECTORIBVS S.

NVNC Demum Lectores, uerum esse uideo, quod Demea ille Terentianus secum queritur.

Nunquam ita quenquam bene subducta ratione ad uitam esse,
Quin res, ætas, usus semper aliquid apportet noui,
Aliquid moneat: ut illa, quæ te scire credas, nescias:
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Nam quum ante annos aliquot opera diligentiaq; nostra in studiosorum hominum utilitatem Dictionarium ex officina nostra exisset, in quo præter cætera, Plauti ac Terentii, duorum uidelicet Latinæ Linguæ authorum & copia & elegantia & uerborum proprietate præstantissimorum, quicquid ad Latine scribendum dicendumq; pertineret, diligenter esset annotatum: equidem id me consequutum esse arbitrabar, ut esset illud unum pro omnibus, reliqua non magnopere desyderarentur. Sed longè profectò mihi aliter, atque eram opinatus, accidit. Quum enim per me ipse tandem multa lectione, magnoq; usu plurima deesse cognoui, tum multos memini quum sæpe de industria in taberna nostra libraria eo animo sederem, quo scilicet Apelles post tabulam latere solebat, ut quid de eo labore nostro docti pariter & indocti sentirent, audirem: tum inquam plerosque audire memini, qui multa requiri dicerent: quosdam, qui nonnulla corrupte depravateq; ex Cicerone, Varrone, & reliquis citari arguerent: nec deerant qui accentuum omissam rationem, & propriam item nomina quererentur. Ego uerò inuitus ista audierim, an lubens, difficile est dictu. Itaque iam tum ipse, quantum editiones quotidianæ relinquebant otii, id omne in legendis Latinæ Linguæ principibus, Cicerone totius eloquentiæ parente, Cæsare, Catone, Varrone, Columella, Liuio, Plinio, aliisq; generis eiusdem, consumendum duxi. Qua ego diligentia, opinor, perfeci, primum ut quæ ignoratione loci corrupte antea legebantur, ea nunc locis repetita suis & sint restituta, & authorem agnoscant. Deinde quæ tanquam parum Latina minus multis probabantur, iis iam uti nemo dubitare audeat. Tum magnam uocabulorum uim, quæ in alio Dictionario nullo contineantur, aut infinitum potius numerum eruimus: ut opus ipsum multo hæc addita maius, meliusq; effecerint. Postremò quò prolixius ad nos diuertentes hospites acciperemus, à doctissimo quoque ætatis huius, quicquid in hoc commentandi genere annotasset, & popposcimus, & accepimus: quos equidem omnes nominatim hîc appellarem, nisi uererer, ne de singulorum doctrina dicere parans, nec satis ample pro cuiusque meritis dicere uiderer, & modum tamen epistolæ excederem. Quanquam de Gulielmo Budæo tacere non possumus, uiro literis & Græcis & Latinis, omniq; doctrina eruditissimo: qui pro sua humanitate, studioq; in literas singulari, de quibus neque bene merendi finem, neque modum ullum unquam fecit, ὑπομνηματισμοὺς nobis suos communicauit, ex quibus quicquid ad institutum opus pertineret, describeremus. In eo uerò quàm multa, quàm diligenter curioseq; in authoribus obseruata, quamq; & explicata plane, & illustrata ornate offendimus, quorum mentionem in iis libris, quos edidit & plurimos & doctissimos, nullam fecerat? Iam uerò ut hac quoque parte studiosis prodessemus, quum animaduerteremus magnam apud Grammaticos controuersiam esse de uerborum multorum præteritis, supinis, personis aliquot & temporibus, genitiuis item & ablatiuis nominum tertiæ potissimum declinationis, syllabarum denique (ut ipsi loquuntur) quantitatibus: quæ omnia nisi ex poetarum authoritate constitui certò non possent, propterea quòd in aliorum ferè scriptorum libris multi audatiores se præbent, ut ea quæ aliter atque ipsi oportere iudicent, scripta reperiant, facilè immutent, & quidem temere sæpius: quod illis uidelicet in poetis minus licet certa quadam uersuum & numerorum lege astrictis: hæc igitur quum animaduerteremus, operam hac tertia editione dedimus, ut ad omnia ferè quæ controuersa essent, testimoniis uteremur poetarum. Ex quibus etiam, nequid aliunde petere necesse haberetis, uocabula omnis generis, epitheta, propria nomina, formas denique dicendi omnes diligentissimè, ut fieri potuit, contraximus. Quæ autem de Cicerone, Catone, Varrone, Liuio, Columella, Plinio, proxima & superiore editionibus collecta fuerant, codices postea nacti meliores omnia denuo contulimus, & plurima quæ perperam exemplarium uitio descripta fuerant, correximus. Qua in re præcipua sanè laus debetur Ioanni Theodorico Bellouaco, uiro doctissimo, & in optimis quibusque authoribus ualde exercitato, ac quod omnium est maximum, acri iudicio prædito: qui nisi nobis auxilio fuisset, & quasi Hercules qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem sesso Atlanti in partem laboris successisset, nunquam profectò tantam operis molem sustinere potuissemus. Is igitur iam inde ab initio instituti laboris ita nobis, uel Reipub. potius, cuius est sanè amantissimus, operam dedit, ut omnia quæ & à nobis & à nostris congesta erant, ipse relegeret, eaq; tanquam supremus artifex inchoata & adhuc rudia perpoliret. Sed apagesis istas commentationes, dicent fortasse aliqui ex eorum numero qui scribi Dictionaria moleste grauiterq; ferunt. Quibus responsum sit, me Aelium Gallum uetustissimum legum Decemuiralium interpretem, quem non semel Cicero laudauit authorem, Festum item Pompeium, & Nonium Marcellum authores habere, quorum tantum apud me valet authoritas, ut iis ducibus errare, quàm talibus magistris eruditi malim. Quid enim causæ est, quin Varronem, qui diligentissimè de Lingua Latina scripsit eodem ipsi crimine condemnent? An ideo illum defendunt, quia quæ obscuriora erant, ipse explicauit quum esset doctissimus: nos idcirco reprehendunt, quia hæc melius, quàm ille, præstare non possumus? Si hanc unam causam aduersus nos afferunt, taceant iam ipsi necesse est. Nos enim qui per nos nihil præstare poteramus, non Varronis solum, sed & omnium qui in doctorum numero sunt semper habiti (in quibus Donatus, Seruius, Valla, & alii permulti tum ueteres, tum etiam ætatis nostræ uiri doctiss.) uerba adiecimus. Et ut omnes intelligere possent, necalienæ laudis cupidum me, nec suum cuiquam debitumq; honorem præripere solere, eos omnes nominatim appellauimus. Quapropter siquem legendo unius alicuius uerbi offendet interpretatio, is non me, qui de meo addidi nihil, sed authores ex quibus me ad uerbum omnia transcripsisse fateor, accusare debebit. Non enim (ut cum Plinio loquar) in hisce rebus fidem nostram obstrinximus, sed ad ipsos authores, qui aut scripsere, aut aliorum scripta interpretati sunt relegamus. Quod uerò ad eam laudem, quæ nostra est & propria, attinet, diligentiam dico, in singulis uocibus apte suo quoque ordine disponendis, quæq; ad nostræ artis decorum pertinent, exequendis, iis certè licebit existimare qui legerint. Hoc tantùm dico, quisquis aliquo præditus iudicio, opus ipsum paulò accuratius consyderarit & inspexerit, omnia eum opinione maiora reperturum. Sed satis est Lectores, consilium uobis nostrum, operamq;, quam in hoc opere faciundo consumpsimus, exponere. Res enim ipsa, ut spero, bonitate & utilitate sua, ipsa inquam res sese inspicientibus probabit. Quo tamen facilius & operis fructus intelligi, & utilitas quasi in promptu haberi posset, præcipuas eius commoditates huic epistolæ subiecimus. Valete, & siquid bene de studiis uestris meremur, uicissim amate.

HVIVS OPERIS PRAECIPVA

HAEC SVNT COMMODA.

Digessimus ordine alphabetico, quàm fieri potuit commodissimè ac diligentissimè Latinas dictiones, & peregrinas duntaxat a Latinis usurpatas authoribus. Et in nominibus quidem, genus annotatum est: in uerbis præteritum & supinum, quemadmodum à Grammaticis est traditum. Accentuum insuper ratio tum in his, tum in cæteris orationis partibus diligenter annotata.

Poetica ab oratoriis nusquam seiunximus, suum cuique iudicium relinquentes.

Vnicuique seu dictioni, seu locutioni subest ferè interpretatio, idoneis authorum testimoniis comprobata, & ex optimis quibusque Linguæ Latinæ interpretibus sumpta.

Paucis sanè in locis eum morem propterea non tenuimus, quòd ex subiectis exemplis facilè colligi interpretationem posse uidebamus: in quibusdam etiam nullius nobis ueniebat in mentem, qui ea esset commodè interpretatus. Quæ lectoris iudicio maluimus relinquere, quàm incertum & inexploratum aliquid afferre.

Vocabulorum uariæ significationes, non promiscuè, & in unum quasi aceruum congestæ sunt, sed ita digestæ collocatæq;, ut uersuum singula capita singulæ occupent, quantumuis multiplex fuerit uariusq; dictionis usus.

Istam seriem, facilemq; & expeditam rerum distinctionem, ea est utilitas consequuta, ut non modò constructionum, sed etiam loquendi uarietas ab authoribus usurpata, antea obscurissima, omnibus deinceps exposita & in usu promiscuo esse possit. Superioris generis exempla sunt quum dicimus, Timeo te, Timeo tibi, Timeo à te. Reliqui autem generis sunt illa Facere argentariam, Facere bellum, Facere castra, & in his quidem alphabeticus ordo seruatus est, etiam in secunda quaque dictione. Itaque ob tantam formularum Latinè loquendi uim, & incredibilem copiam, doctissimis quibusdam usum est, hoc nostrum opus LINGVAE LATINAE THESAVRVM iure dici posse.

Inest præterea multiplex testimoniorum ad singulas etiam dictiones aut locutiones probandas & copia & uarietas. Sed quid, inquies, illud prodest? Nempe, quia sermonis usus, & uis, & proprietas exemplis fit sæpe manifestior, quàm ulla interpretum expositione.

Innumera authorum loca quæ corruptè erant in dictionariis aliorum recitata, perinde fideliter, ac laboriosè sunt à nobis in integrum restituta: quibus & libri, & capitis, & uersuum numerum adiecimus.

Pro testimoniis authorum minus locupletium, quibus sæpe usus est Calepinus, ex probatissimis exemplis attulimus.

Quas autem dictiones nullo testimonio confirmatas inueneris, (quæ sanè perquam paucæ sunt) iis ut dubiis, dum in authorem idoneum incideris, uteris licet. Neque enim si nudas illas & intestatas in dictionariis inuenimus, statim putauimus excludi eas oportere.

Insunt plurima obsoleta illa quidem, sed quæ omittere quasi in religionem uertebamus, propterea quòd eorum interpretatio, quæ magna ex parte est aut ex Festo Pompeio, aut Nonio Marcello petita, ad Plauti comœdias, & huiusmodi antiquitatis reliquias intelligendas non parum adiumenti afferret.

Composita ex uerbis, ordine alphabetico omnia digessimus: ut iam non sint tibi eorum simplicia quærenda.

Terentiana testimonia illud proprium habent, quòd ternas numerorum notas ubique illis adiunximus. quarum prima actum significat: sequens ad scenam pertinet: tertia ad uersiculum, quam uulgus lineam solet appellare. In Plautinis item testimoniis quamlibet comœdiæ diuisionem, hoc est, uel argumentum, uel prologum, uel scenam, numerus prior indicat, posterior ostendit uersiculum.

In testimoniis ex epistolarum libris C. Plinii Iunioris unico sæpe numero contenti fuimus qui epistolam indicaret, præpositis literis epistol. quibus à suo auunculo Plinio Secundo, qui de Naturali historia scripsit, distingueretur.

In Marci Tullii epistolis librum, epistolam, & uersum notauimus: in cæteris eius operibus librum & uersum, nonnunquam etiam uersum solum, ut in Orationibus, aliisq; nonnullis. Idem factum in Catone, Varrone, Columella, Plinio, qui libris & capitibus distincti sunt: Cæsare item, Liuio, & Martiale, Persio, Iuuenale, Virgilio, reliquisq; poetis. Quos quidem certe uer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſunum numeros, nobis, non tibi Lector, ne erres, notauimus: tantùm te admonebunt, eos locos quibus adſcribuntur, nos non aliena fide protuliſſe, ſed ut in ipſis authoribus inuenti ſint, poſſuiſſe. Si quibus autem non adiiciuntur, ſcito illa nos ex aliis adſcripſiſſe, nec ipſos in iis authoribus unde citantur, potuiſſe reperire. In Quintiliani capitibus uaria ſumus ſecuti exemplaria: quo fiet ut nos corrupte adſcripſiſſe caput dicere nonnunquam poſſis.
Denique propria nomina ob quorundam querelas adiicere coacti ſumus: quos ita hac ſecunda editione locupletauimus, ut celebrata à poetis pauca omiſſa ſint cum ſuis epithetis.

ANDREAS GRVNTLERVS LECTORI.

Quem iuuat ignoto quæſitus ab orbe lapillus,
Et non è noſtro gemma petita mari:
Quem ſtupor, & ſtudium ſcelerati conficit auri:
Cuius nulla famem temperat ingluuies:
Ille paret remos, & Eoos tendat ad Indos:
Conuenit haud uotis illius iſte liber.
At tu quem Latiæ pulcherrima gaza Mineruæ,
Diuitis & ſplendor quem trahit eloquii:
Hos tibi ſudatos immenſa mole labores,
Has tibi quæſitas accipe Lector opes.
Quanta ſit utilitas, ubi legeris, ipſe uidebis.
Non mihi te iubeo credere: crede tibi.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μὲν τῆς γαίης καὶ πόντου κοίρανος εἶης,
Πάντα συναθροίζων κτήματα παντοχόθεν,
Ῥακτωλοῦ τὸν χρυσὸν ὅλον, καὶ κῆπον Ἀτλαντος,
Εἰ καὶ θαυμαστὸν ἄλλοτι γαῖα φέρει.
Ἐμπλης δ' ὕπποτ' ἄπειρον βίβλων τιμιάων περιθάλψ.
Ἀλλογόρ ἐυρήσεις οὐδὲν ἀμεινον ἑπί.
Πλούτῳ γὰρ θνητοὶ ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος,
Ῥωμιλίος ὡς ἑτέων μοῦσα γέροντος ἔφη.

ALIVD GERARDI CLERICI.

Eloquium Marci, Fabii, doctiq; Maronis
Hoc præſtabit opus Candide Lector, eme.
En ibi Mnemoſynes habitat chorus omnis, ibiq;
Palladis Auſoniæ prima corona uiret.
Immenſum modico uænundatur ære uolumen:
Huberior fructus. conſule quæque boni.

ADAMI NODII.

Non ſuluo prædiues Arabs, non decolor Indus
Auro, non rutili ſplendida ripa Tagi:
Non tantas Phrygii fama celebrata per orbem
Oſtentabat opes aurea gaza Midæ:
Quantas hic fundit ceu pleno copia cornu
Theſaurus, Latii quas habet oris honos.
Seu te Muſarum iuuat affectare lepores,
Seu te ſuſpenſum uocula rara tenet:
Huc uertas greſſus, huc huc ueſtigia flectas,
Et locuplete penu promito cuncta tibi.
Delphicus hîc uaſtis oracula reddit ab antris,
Et rebus dubiis tollitur error iners.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVTHORES EX QVORVM MONI-MENTIS TVM DICTIONES, TVM LOQVENDI FORMVLAE PETITAE SVNT.

Cato.
Varro.
Cæsar.
Cicero.
Sallustius.
Liuius.
Q. Curtius.
Columella.
Plinius uterque.
Corn. Celsus.
Corn. Tacitus.
Quintilianus.
Suetonius.
Valer. Maximus.
Plautus.
Terentius.
Virgilius.
Persius.
Iuuenalis.
Martialis.
Horatius.
Ouidius.
Catullus.
Tibullus.
Propertius.
Lucanus.
Lucretius.
Claudianus,
Silius Italicus.
Valerius Flaccus.
Statius.
Seneca.

EX QVIBVS AVT GRAMMATICIS, AVT VARII GENERIS SCRIPTORIBVS INTERPRETATIONES DICTIONVM COLLEGIMVS.

Catone.
Varrone.
Cicerone.
Asconio Pædiano.
Columella.
Quintiliano.
Festo Pompeio.
Plinio maiore.
Strabone.
Pandectis iuris ciuilis.
Aulo Gellio.
Macrobio.
Donato.
Nonio Marcello.
Seruio.
Vegetio.
Vitruuio.
Porphyrione.
Prisciano.
Probo.
Diomede.
Acrone.
Laurentio Valla.
Hermolao Barbaro.
Ruellio.
Perotto.
Calepino.
Erasmo.
Hadriano Cardinale.
Linacro.
Alciato.
Cælio Rhodigino.

Ex ipso autem Budæo, quem nostra ætate omnis eruditionis lumen optimus quisque iudicat, tam multa ad uerbum transcripsimus, ut penè ei rara in hoc opere, & exquisita omnia debeantur.

THESAVRI LINGVAE LATINAE VENETIIS *IMPRESSI, DILIGENTERQVE EXPVRgati, cum adiectione quamplurimorum uocabulorum & interpretatione Græca, principium.*

A

LITERA Vocalis, prima in alphabeti serie. Cic. 1. de diuinatione. 47. Sus rostro si humi A literam impresserit, num propterea suspicari poteris Andromachan Enni ab ea posse describi?

¶ A & Ab, (ἀπὸ, πρὸ, πρός,) præpositiones sunt ablatiuæ eiusdem significationis. Differunt autem in orationis contextu, quòd A nunquam præponitur dictionibus à vocali incipientibus: Ab verò, teste Prisciano, libro. 14. de præpositionibus, non modò vocalibus sequentibus adhubetur, sed etiam consonantibus, si nulla asperitas vocis prohibeat: vt, Ab ducibus, ab Ioue, ab legionae, ab nobis, ab rege, ab re, ab summo, ab se, ab tuo. Quibus tamen, & cæteris cõsonantibus nũc frequẽtius præponi A.

¶ A præpositio, producitur & grauat in cõtexto. Prise. li. 2. de dictione.

¶ A vel Ab iunctum cum verbis passiuis, causam efficientem, siue (vt loquuntur alii) personam agentem significat. vt, Victus est à Scipione. Id est vicit eum Scipio. Quintil. lib. 12. cap. 1. Fabritius respondit à ciue se spoliari malle, quàm ab hoste vincire. Idem lib. 9. cap. 2. An ab eo fustibus vapulasset. Horatius. 1. Sermo. Saty. 2. Laudatur ab his, culpatur ab illis. Verti potest hic ablatiuus in datiuum, Græco (vt Seruio placet) more. Virg. Aeneid. 1. Neque cernitur vlli. Id est, ab vllo. Ibidem, Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum.

A meis ciuibus ea res mihi fuit honori, id est, Ob eam rem honoribus affectus sum à ciuibus meis. Cic. pro Milone. 24. Siquidem nihil sit præstabilius viro, quàm periculis patria m liberare, beatos esse quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus: nec tamen eos miseros, qui beneficio ciues suos vicerint.

A nobilitate igitur periculum. Subaudi, Est, Impendet, Imminet, aut aliquid simile. Cic. lib. 2. de diuina. 69.

Ab nobilitate infestus ager. Liuius. 1. Decad. lib. 6. Criminabantur multo eum infestiorem agrum ab nobilitate esse, quàm à Volscis fuerit.

Ab aliquo perire, id est occidi. Plin. lib. 11. cap. 37. 59. M. Marcello circa mortem, cum periit ab Annibale, defuit in extis caput.

Ab aliquo interire. Cic. lib. 1. Acade. quæstio. 41. Partes autem esse mundi summa quæ in sunt in eo, quę natura seruiente teneatur, in qua ratio perfecta sit, quæ sit eadem sempiterna. Nihil enim valentius esse à quo interear. Id est, à quo redigi possit in nihilum.

¶ A & Ab, interdum ponit pronomen suis ablatiuis. Tacitus Annalium lib. 2. Orsin oppido à Canopo. Idem libro. 4. quod sors à maioribus suisque in terra dictum Lacædemonii firmabant annalium memoria. Idem lib. 2. Quinta ab hora diei ad noctem cæsi hostes.

¶ A & Ab, motum à loco significant: vt, A villa redeo, ab agro, vel ab agris. Venio ab vrbe, ab Italia. Virg. 1. Aeneid.
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat, A Tenedo.
Idem in primo. Et Maia genitum demisit ab alto.

¶ A & Ab, interdum per CVM declarantur, seruiuntque tempori significando, vt, A puero te noui. Hoc est, cum adhuc puruus esses. A puero me nosti, Cum adhuc essemus pueri. A pueris, siue à paruis vnà viximus, Cum adhuc essemus pueri. Huius generis sunt quæ sequuntur.

Ab adolescentia. Cic. 2. de finib. 154. Tua erga me & erga philosophiam voluntate ab adolescentia susceptа. Sic Terent. Adelphis. 1. 1. 16.

Ab adolescentulo. Cic. pro Quintio. Nam qui ab adolescentulo quæstũ sibi instituisset suis impendio.

A cunabulis. Plaut. Pseud. 11. 48. Quid sapit? CH. vsque à cunabulis. Id est, ex quo esset adhuc in cunabulis. pro eo quod est ab infantia.

A primis cunabulis. Columel. lib. 1. cap. 3. Vide Orinndus in ORIOR. Vide item CVNAE.

Ab incunabulis. Liu. 4. ab vrbe, Ab incunabulis ibutũ odio Tarquiniorũ.

Ab ipsis dicendi incunabulis. Quintil. in procem. lib. 1. b.

Ab ineunte adolescentia, vel ætate. Plaut. Trinumo. 6. 10.
ab ineunte adolescentia.
Tuis seruiui seruitutem imperiis. Cic. pro lege Manilia. 1. Sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. Id est, ab adolescentia. Sic. 2. Offi. 62. Idem Octauio lib. 13. 22. 1. M. Acmilius Aurunus ab ineunte adolescentia me obseruauit, temperque dilexit.

Ab ifante. Colu. lib. 1. ca. 8. 2. Eligẽdus est rusticis opib⁹ ab ifante durat⁹.

Ab infantibus, Id est à pueris. Cels. lib. 7. cap. 7. Ac primum superuacua curatio est in his qui ab infantibus id vitium habent.

Ab infantia prima. Tacitus Annal. 1. Hunc & prima ab infantia eductũ in domo regnatrice. Idem lib. 5. Cæsus prima ab infantia ancipites.

Ab initio ætatis, Cic. ad Sulpitium, lib. 4. epistolarum. 3. 10.

Ab inuenta. Liuius. 6. bel. Punici. 98. Arte quoque quadam ab inuenta in ostentationem earum compositus.

A paruis, Idem. Teren. And. 3. 3. 8. Quæ inceepta à paruis, cum ætate accreuit simul, Cic. 2. de leg. 15. A paruis enim Quinte didicimus.

A paruulo. Teren. Adel. 2. 1. 23. Educti à paruulo, habui, amaui pro meo.

A paruulis duritiæ & labori student, Cæsar. 6. Bel. Gal. 77.

A prima adolescentia. Cic. ad Lentulum, epistolarum lib. 1. epistola. 9. Refero me ad mansuetiores musas, quæ me maximè, sicut iam à prima adolescentia delectarunt.

A prima ætate. Cic. lib. 1. epistola. 4. 13. A prima ætate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maximè philosophia delectauit.

A primordio sui. Tacit. lib. 19. Hic exitus Cremonam habuit anno ducentesimo octogesimo sexto à primordio sui.

A principiis ita diligentior fiat puer. Quint. lib. 1. cap. 1. 1.

A puero & à pueris. Cic. 4. Acad. 265. Diodoro quid factum Stoico, quẽ à puero audiui? Idem ad Cæsarem lib. 13. 17. 7. Doctum igitur hominem cognoui, & studiis optimis dedirum, idque à puero. Nam domi meæ cum Diodoro Stoico homine meo iudicio eruditissimo, multũ à puero fuit. Teren. Adel. 3. 4. 49. -vna à pueris paruuli, summis educati. Cic. 1. Tusc. 90. Nec verò fieri vllo modo posse, vt à pueris tot rerum notiones haberemus.

A puero paruulo. Plaut. Merc. 3. 29.
Seruum vnà mittit, qui olim à puero paruulo
Mihi pædagogus fuerat.

A pueritia. Cic. 1. Tusc. 49. Hæc & à pueritia legimus, & discimus.
Sic Terent. Heaut. 1. 1. 9. Iam inde vsque à pueritia.

A pusillo puero. Pla. Sticho. 4. 1. 2. Quia ita ide à pusillo puero ridiculꝰ fui.

A tenero & à teneris. Colu. lib. 1. cap. 8. 17. Eam partem cœli spectent, cui à tenero consueuerunt. Id est, cum adhuc tenera essent. Virg. li. 2. Georg. Adeò à teneris consuescere multum est. Subaudi ẽdum, animis.

A teneris vnguiculis. Cic. Lent. lib. 1. 6. 4. Sed præsta te eum, qui mihi à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis es cognitus. Hoc est, ab infantia.

¶ A & Ab, finitum rei alicuius aut temporis terminũ significant, & ferè sequitur ad, vel vsq; ad, aut aliquid ide pollens: vt, A principio ad finẽ.

Ab auo. Terent. Phorm. 2. 3. 46. Progeniem vestrum vsque ab auo, atque atauo proferens. Id est, ab aui tempore.

Ab aurora. Plau. Pœnu. 4. 6. Vsque ab aurora ad hoc quod est die. Liu. 7. bel. Pu. 9. Postero die Romani ab ide orto i multũ diei steterẽ in acie.

A calce ad carceres. Id est, A fine ad principium. Cice. de senectute. 76. Nec vero velim quasi decurso spatio, à calce ad carceres reuocari. Hoc est, à senio ad pueritiam.

A capite vsque ad calcem. Id est Totum: Nonnunquam, ab initio ad finem interdum, à summo ad imum. Tale est illud Plauti in Epidico, Contempla Epidice ab vnguiculo ad capillum summum. Et illud Horatii lib. 2. epistolarum. 2. 1. Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos. Rursum illud diui Hieronymi in præfatione libri, quem verba dierum inscribunt Hebræi, Contuli cum eo à vertice, vt aiunt, vsque ad extremum vnguem. Plerunque etiam A capite id significat quod A præcipuo auctore, à fonte, ab origine.

A cœlo ad terram, percontari: Quasi dicas, quacunque de re, ab extremo mittio vsq; ad supremũ finẽ. Sic apud Plautũ in Persa. lib. 36. licitatori roganti, num ex puella quædam licitari liceret, venditor quantumvel lict percontari permittens, A cœlo, inquit, ad terram quod lubet.

Ab extremo. Liu. 1. ab vrbe. 122. Ab extremo orsi, ad primos excluere Albanos.

A fundamento. Plaut. Rud. 13. 55. Qui à fundamẽto mihi vsque mouisti mare. Pro à fundo. Nam fundamentum propriè in ædificiis dicitur. A fundo. Virgil. 1. Aeneid. Atque imò Nereus ciet æquora fundo. Ab infimo, Plaut. Mostel. 10. 20.

Ab humili ad summum. Cic. 2. Tusc. 7. atque oratorum quidem latus ita ducta ab humili venit ad summum.

Ab illo tempore. Ci. 6. Verr. 16. Habuit secum eos ab illo tẽpore. Idẽ pro lege Manilia, Sed ab illo tẽpore tertiũ iam annũ & vicesimum regnat.

Ab octaua. Iuue. Saty. 1. Exul ab octaua Marius bibit. Subaudi, hora. Cic. Philip. 102. Ab hora tertia bibebatur, iudebatur, vomebatur.

Ab imis unguibus. Cic. pro Rosc. Comœ. 11. Nõne ab imis unguibus vsque ad verticem summum (si quam coniecturam affert hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tacta corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? Id est, ab vnguibus pedum, & vt dici solet, à planta pedis.

Ab initio (ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἀρχῆς,) Cic. ad Brutum. 10.2. Cui consuli non ab initio, non fides ad extremum defuit. Vide INITIVM.

A linea incipere dicuntur, qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Sumpta est metaphora ab his qui cursu certant in stadiis. Nam iis linea quædam ducitur, ad quam ex æquo stent, donec currendi signum accipiant. Hinc est illud Tertulliani lib. aduersum Marcionem. 1. Age igitur ad lineas rursus & ad gradum. Ad lineas dixit pro eo quod est Ab integro. Eandem habet sententiam & illud, A carceribus: metaphora vtique sumpta à stadiis, in quibus carceres erant repagula quædam, vnde cursus iustum erat. Iuxta carceres autem linea tendebatur cui insistebant cursuri. Itaque A carcere, aut A carceribus, id significat quod Ab ipso rei principio.

A mane. Plaut. Milit. 9.29, Longum diutumumque à mane vsque ad vesperum.

A media nocte togatus ero, Martial. lib. 10.82.

Ab ouo vsque ad mala, dixit Horat. lib. 1. Sermo. Saty. 3.2, pro eo quod est, Ab initio conuiuii vsque ad finem.

- si collibuisset, ab ouo.
Vsque ad mala, citaret, io Bacche, modo summa
Voce, modo hac resonat quæ chordis quatuor ima.

Antiquitus enim cœnam ab ouis auspicabantur, malis finiebant. Erit venustius, si longius trahatur, Ab ouo vsque ad mala, id est, toto collo quio, tota naui gatione, aut toto opere.

Ab omni æternitate vixit animus, Cic. lib. 1. de diuina. 188. Id est, quod dicunt, ab æterno.

Ab omni vetustate acceptum, Cic. de Aruspicum responsis. 27. Cerimonias ab omni vetustate acceptas, à Brogitaro pollui non sinit.

A pridie, Idus Septembris. Plin. lib. 11. ca. 16. Gignitur mel ericæum maximè Arcturi exortu à pridie Idus Septembris.

A prima luce. Cæsar bell. ciui. libro. 1. Hoc idem postero die à prima luce faciunt.

A primo lucis. Macro. lib. 1. Satur. cap. 5. A primo lucis in cœnæ tempus.

A primo, pro à principio. Terent. Phor. 4.2.14. Petam hinc vnde à primo sint tui. Cic. Att. lib. 16. 3 & 6. Sed hoc à primo cogitaunt, oës terras, omnia maria mouere. Eidem, lib. 10. epist. 17 3. 11. Tuas nunc epistolas à primo lego. Eidem lib. 16. Vtinã à primo ita tibi esset visum.

A principio. Terent. And. 1.1.21. Rem omnem à principio audies. Cic. Attico, lib. 7. 11 4. At vellem a principio te audisse.

Ab seculo ad seculum viuunt, Plaut. Milit. 14.86.

A summo. Plaut. Mil. 11.40. Plenam a summo: Subaudi, ad imum.

A vestigio. Plin. lib. 7. cap. 17. Quod sit hominum spatium a vestigio ad verticem, id esse passis manibus inter longissimos digitos, obseruatum est. Hoc est, a calce pedis vsque ad summum capitis.

¶ Ab Sylla & Pompeio Consulibus, Id est, a Consulatu Syllæ & Pompeii. Cic. contra Rullum. 62. Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore, non vt anteà, ab Sylla & Pompeio GOSS. cognitio Decemvirum, priuatus sit an publicus.

¶ A & Ab separationem significant. Terent. And. 1.1.121. Ita tum disce do ab illo. Cic. Curioni, li. 2. Ego te absuisse tãdiu a nobis, & doleo &c. Longissime ab occasu. Vide in LONGVS.

¶ A vel Ab pro contra: vt nonnullis placet. Virg. in Melibœo, Dum teneras defendo a frigore myrtos. Hoc est, contra frigus. Cic. pro Fonteio. 31. A quo periculo defendite iudices ciuem fortem. Plin. lib. 20. cap. 17. Vestes quoque a tineis defendit.

¶ A vel Ab, pro Præter siue contra, teste Donato. Vnde ab re significat præter siue contra vtilitatem, aut sine vtilitate, cui cõtrarium est è re id est, ad vtilitatem. Sepius autem vsurpatur cum particula negatiua. Plaut. Asin. 5.71. Haud ab re aucupis. Plin. lib. 33. cap. 8. id quod notasse, non ab re. Hoc est, non inutile, Aut præter propositum.

* Ab re consulere alicui: hoc est, contra commodum. Plaut. Trinum. 5.12. de amore subdole blanditur, ab re consulit.

Ab re orare. Plaut. Capt. Quiduis, dum ab re nequid ores, faciam. Id est, ne quid ores alienum ab honestis moribus, quod bonis moribus non conueniat, quasi tu dicas, præter vel contra honestatem.

Ab re, pro Ob eam rem. Liuius. 1. ab Vrbe. 71. Quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat annuumque interuallum fuit: id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, interregnum appellatum.

Ab re tua, p A negotiis tuis familiaribus. Ci. ad Att. 12.236.3. Tãtúmne ab re tua est, otii tibi, vt etiam oratorem legas? Vide OTIVM.

Non ab re. Suet. in Augusto, Non ab re fuerit subtexere, quæ ei priusquã nascerentur, in ipso natali die deinceps euenerint. Hoc est, Non alienũ à proposito, Non absurdum. Liu. Haud ab re duxi, verbis quoque ipsis, vt tradita, nuncupatáque sunt, referre.

Nõ ab re, significat etiam sine causa. vt, Nõ ab re te semper feci plurimi.

¶ A vel ab, pro Post, vel Statim, seu continuo post. vt, A ientaculo, a funere, a cibo, a somno, ab labore, & cæte. Plin. de lacte libro. 28. ca pi. 9. Dulcissimum ab hominis camelinum, efficacissimum ex asinis.

Id est, post humanum. Plaut. Curcul. 1.73. Quid antepones Veneri a ientaculo? Cicero de senectute. 17. Cuius a morte hic tertius & tricesimus est annus. Hoc est, post cuius mortem. Sic. 3. de Oratore. 5. Plinius lib. 17. cap. 9. Proximum deinde caprarum est, ab hoc ouium, deinde boum. De fimo loquitur. Idem libro. 37. cap. vltimo. 5. Ab ea, exceptis Indiæ fabulosis, proxime quidé duxerim Hispaniam. Hoc est, post eam, Italiam scilicet. Idem lib. 20. cap. 12. Conuenite ad id scorpiones a proximo omnes. Cicero ad Atti cum, lib. 1. 3. 5. De Acutiliano autem negotio quod mihi mandaras, vt primum a tuo discessi Romam veni, confeceram. Idem. 1. Acad. 66. Qui quartus ab Arcesila fuit. Sic dicimus, A rege secundus. Hoc est, post regem primus. Liuius. 3. ab vrbe, Neque hostium a tergo incursum vidit. Plini. libro 16. cap. 39. Scipionis classis quadragesimo die a securi nauigauit. Id est postquam cæsa est materia.

¶ A vel Ab, pro eo quod est Pro, vtique cum his verbis Sum, Sto, Facio, Dico, Ago, & similibus. Cicero in Bruto. 148. Vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamque dementiam, a senatu & a bonorum causa steterit constantius. Hoc est, senatui studuerit & fauerit, eumque rutatus fuerit. Idem pro Cluentio. 74. Non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. Quod est, pro reo, hoc est, in gratiam & fauore mei. Idem lib. 1. de Orato. 19. Sed vide, ne hoc Scæuola totum sit a me. Et. 2. Tusc. 11. Quid enim dicant, & quid sentiant hi qui sunt ab ea disciplina, nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Rursum lib. 1. de Inuent. 102. Commune est, quod nihilo magis ab aduersariis, quam a nobis facit. Plin. li. epistolarum. 6. epistola. 2. Oculum modo dextrum, modo sinistrum circumlinebat: dextrã, si a petitore alterum, si a possessore esset acturus. Id est, actorem aut possessorem defensurus. Pro superioribus locutionibus dicunt etiam eleganter Latini Cum aliquo facere, Cum aliquo stare, Pro aliquo esse. Sed & cum his magnam habent affinitatem quæ sequuntur exempla. Cicero. lib. 2. de Inuen. 166. Locus cõmunis a translatione, & contra eum qui translationem inducit. Et lib. 2. ad Herennium. 41. Cõmunes loci sunt ra testibus, contra testes: a quæstionibus, contra quæstiones: ab argumentis, contra argumentatas rumoribus, contra rumores. Ad Attic. lib. 16. epistola. 335. Videtur enim mihi & plebeculam vrbanam, & (si fidem fecerit) etiam bonos viros secum habiturus. Pro Cluentio, 82. Potest esse dubium, quin illa damnatio Staleni, non modo non sit cõtra Cluentium, sed maxime nostrã causam defensionéque confirmet?

A Platone & Aristotele homines, Id est, Academici & Peripatetici, siue Platonici & Aristotelici, Platonis & Aristotelis doctrinam sequentes. Cicero pro Murena. 58. Nostri autem illi (fatebor enim Cato, me quoq; in adolescentia diffisum ingenio meo quæsisse adiumenta doctrinæ) nostri inquam illi a Platone & Aristotele moderati homines & temperati, aiunt apud sapientem valere aliquando gratiam.

¶ A vel Ab, pro ὑπὲρ, siue pro, quod pertinet ad. Cic. pro Rabirio. 16. Quorũ impunitas fuit nõ modo a iudicio, sed etiã a sermone. Idé lib. 7. ad Atti. 134. 4. Sumus enim flagitiosi: imparati cum a militibus, tum a pecunia. Idem lib. 3. de Orat. 79. Hæc cum Crassus dixisset, paruper & ipse conticuit, & a cæteris silentium fuit. Emendatiores tũ codices præpositionem non habent, sic, & cæteris silentiũ fuit. Pro quod ad iudicium, ad milites, ad pecuniam, ad cæteros pertinet. Plaut. Epide. 3. 26. A morbo valui, ab animo æger fui. Id est, quod ad morbum, quod ad animum pertinet. Idem Curcu. 2.51. Tam a me pudica est, quasi soror mea sit. Pudica, inquit, est, quod ad me attinet. Id est, eam nunquam attigi. Terent. Hecyra. 1.2.70. Narratque vt virgo a se integra etiam tum fuerit. Cice. Attico, Cum Romæ a iudiciis forum refrixerit. Hinc etiam illa pertinent, Ab animo perit, Ab re perit, Ab animo otiosus, Ab ingenio improbus, Doleo ab animo, Doleo ab oculis, & similia apud Plautum ac Terentium. Plaut. Trucul. 3.20. Bis periit amator, ab re, atque animo simul. Idem Cistell. 2.51. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Terent. Phorm. 2.2.26. Otiosus ab animo. Plancus Ciceroni lib. 10. epistola. 15. Et Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur. Cælius Ciceroni lib. 8. epistola. 10. Ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem quam paratus ab exercitu esses, nequod hic tumultus dignitati tuæ periculum afferret. Cic. in Bruto. 32. Acuti sunt, elegantes, faceti, breues. Sed ille Græcus ab omni laude fælicior: habet enim certos sui studiosos. Id est, ab omnibus magis laudatur. Idem Post reditum ad Quir. 5. Me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, &c. Pro domo sua ad Pontifices. 146. Tam inops autem ego eram ab amicis, aut tam nuda Respublica a magistratibus? In Bruto. 120. Erat ab oratoribus quidam in foro solitudo. Ad Quint. fratrem, lib. 2. 16. 11. Sic enim habeto, nunquam me a causis & iudiciis districtiorem fuisse.

Ab hac pte. Plane. Cic. li. 10. 24. 18. Securos nos ab hac parte reddemus.

¶ A vel Ab, pro Per. Plaut. Rud. 12.20. Ab se cantat cuia sit. Id est, per se, & suo vnius testimonio. Idem Bacch. 17.22. Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit. Id est, per transennam. Hoc prouerbio significatur quis in magno versari discrimine, suóque periculo esse proximus. Cic. lib. 3. de legibus. 52. Cui ne reditus quidem ad bonos, salutẽ a bonis potuit afferre. Id est, per bonos. Idem pro Milone. 42. Adde casus,

casus, adde incertos exitus pugnarũ, Martemque cõmunem: qui sæpe spoliante iam & exultante euertit, & perculit ab abiecto. Id est, per eũ qui abiectus est & prostratus. Idé lib. 6. ad Atticũ. 110. 8. Ex Idibus Maii Ciliciã, vt ibi Iunius cõsumatur, velim tranquillè à Parthis. Hoc est, Mihi per Parthos liceat totũ Iunium agere tranquillè in Cilicia.

¶ A vel Ab, pro De teste Donato. Plau. Cistel. 9.7. Hinc ab ostio iacentem sustuli. Idem Merc. 2.9. Ab ostio omnia ista audiui. Suet. in Vesp. ca. 23. Qui inter prodigia cætera, mausoleum Cæsarũ derepente patuisset, & stella in cœlo crinita apparuisset alterũ ad Iunam Caluinã à gente Augusti pertinere dicebat: alterum ad Parthorum regem, qui capillatus esset. Pro, de gẽte. Mart. li. 10. 103. Ipsa ptinus à via saluter.

A foris. Plin. lib. 17. cap. 24. 12. Quibus omnibus causis difficilius tolerant frigora, aut æstus, quoniam in vlcus penetrat omnis à foris inuria. Vide APORIS.

¶ A vel Ab, pro versus, seu pro eo quod vulgo de parte dicimus. Plin. li. 33. ca. 8. de corticulis, Quod à sole fuit, in iis melius, q̃ quæ à terra. Pro, versus solem, & versus terram. Idem lib. 2. ca. 47. Sunt ergo bini in quatuor cœli partibus: ab oriente æquinoctiali: Subsolanus, ab oriẽte brumali Vulturnus, &c. Cic. ad Brutum. 10.8. Firmos omnino & duces habemus ab occidente, & exercitus. Dicitur & A parte, pro eodẽ. Plin. li. 13. ca. 15. Laudatissimo à parte Aquilonis aut cum spõgis. Idé li. 12. ca. 16. Myrræ candex crassior quàm thuris: & ab radice etiam, quàm reliqua sui parte. Idem lib. 12. ca. 14. Vindiq; rupibus inuia, & à dextera, maris scopulis inaccessa. Cæsar lib. 6. belli Gallici, de Vtis, Amplitudo cornuum, & figura, & species, multũ à nostrorũ boum cornibus differt. Hæc studiose cõquisita, ab labris argento circumcludũt. Pro eo quod est, à parte labrorum ipsorũ cornua. Plaut. Menæch. 17.76. Ab læua obiectat. Teren. And. 4.4.14. Hinc ab dexteravenire me asinum labo. Liu. 2. ab vrbe. 82. Ictusque ab latere, cõcussi sunt: sunt receptus in tutum est. Cic. 1. de diuina. 19. Quod faciebat etiam Panætius, requiem Iuppiterne cornicem à læua, eorum à dextra canere iussisset.

A contraria aure instillare. Plin. lib. 24. cap. 10. Erasistratus ederæ acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactosque in cortice punici, instillauit dentium dolori à contraria aure. Idem lib. eodem, cap. 13. Rubi folia cardiacis imponuntur à mamma sinistra.

A vento aliquid opponere. Plin. lib. 17. cap. 1. de arboribus, Aquilone maximè gaudent, densiores ab afflatu eius lætioresque, & materiæ firmioris. Qua in re plerique falluntur, cum in vineis pedamenta non sint à vento eo opponenda, & id tantum à septentrione seruandum.

¶ A vel Ab cum ablatiuo personæ, eleganter domicilium significat, vt, à Iudice venio. Hoc est, à domo iudicis. quod inepte dicitur de apud. Terent. And. 4.5.15. Vnde est: dic clarè. MI. à vobis. Id est, à domo vestra. Ibidem, Sed Mysis ab ea egreditur. Sic à me, a milite, à Glycerio, apud eundem. Plau. Trucul. 17.74. Ab se egreditur foras. Idem Cistel. 9.6. Hæc cistella summam hinc à nobis domo est. Pro eo quod est, ab hac domo nostra.

Aqua à ferrario fabro post cibum data. Celsus lib 4. cap. 9.

¶ A vel Ab sequente quoque præpositione ad, vel ipsa subaudita, plerunque vtimur, vbi ab vna re ad aliam fit transitus. Quod genus nonnulli ex grammaticis, motum interiorem, alii cõmutationem rei appellant: vt, A nequitia ad bonam frugem se reuocauit. Terent. And. 1.1.51. Ita vt ingenium est omnium hominum ab labore procliue ad libidinem. Valerius lib. 1. Proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessum Veneremesse confuerit.

A remo ad tribunal, Dici solitum, vbi quis repentè ab infima conditione prouehitur ad honesti muneris administrationem. Ex Syriano Hermogenis interprete.

¶ A vel Ab nonnunquam ponitur pro italica præpositione dal: præsertim vbi res significatur vnde quid incipiat. vt, A frigore solet febris incipere. A portu quidam prandium incipiunt. Plin. lib. 14. in præfat. Vnde autem potius incipiemus, q̃ à vitibus. Idem lib. 7. in præfat. A supplicijs vitam auspicatur, animal cæteris imperaturum.

A fronte & A tergo. Cic. 3. Philip. 146. A tergo, à fronte, à lateribus tenetur. Id est, vndique. Liu. 5. bel. Pun. 115. Cætera à fronte pulsa, à tergo atq; alijs circumuenta acies. Idé. 6. ab vrbe. 134. Cum anceps hostis, & à fronte, & à tergo vrgẽret. Hoc est, ab anteriore & posteriore parte.

A fronte & à tergo videre, hoc est diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus ac futuris conferre. Eodem sensu dicimus, a fronte simul & occipitio. Ex Homero.

A fronte præcipitium, à tergo lupi. Cum aliquis hinc atque hinc duobus maximis præmitur malis, vt in vtrumcũque incideris, perecundum sit.

A pectore denudari. Cic. 5. Verr. 27. Ne denudetur à pectore, ne cicatrices popu. Romanus aspiciat.

Ab exteriori parte lævis vncus. Cælsus lib. 7, cap. 16.

¶ A verecundia, i. præ verecundia, propter verecundiam. Liu. Deca. 4. lib. 9. de Philopœmene, Iacentem hostes superfusi oppresserunt. cognitumque primum à verecundia memoriaque meritorũ haud secus q̃ ducem suum attollunt, reficiuntque, & ex valle de via in viam portãt.

¶ Ab illo friget, Id est, præ illo, seu in illius comparatione. Erasmus in. 18. caput Lucę, Scio sic alicubi loqui Gellium, Friget ab illo, pro

eo quod est, friget ecomparatus ad illum.

¶ A, propter. vt Ab secundis rebus incauti, id est, Ob res prosperas parũ sibi cauentes. Liuius. 6. bel. Maced. Non tam ab ira nec ab odio, quam vt mules sentiret &c. 1. propter iram. Plin. li. 2. ca. 28. Tertiũ fidus Martis, quod quidã Herculis vocãt, ignei, ardentis à solis vicinitate, binis ferè annis ostenditur. Tacitus li. 20. A metu in famiæ si liceãtia, seuntiaq;, imbuere militẽ crederetur, Cerialis præcessit iras. Liu. Scipio audior erat certaminis, à spe quam successus rerum augebat. Hoc est, propter spem. Idem. 3. decad. lib. 10. Ab recenti memoria perfidiæ, aliquanto minore cum misericordia auditi sunt. Carthaginenses legati. Curtius li. 5. Tũ castris vndiq; aperto loco positis, non consultare modo quid agendũ esset, sed vates quoq; adhibere cœpit à superstitione animi.

A sole doler. Plin. lib. 24. cap. 5. Cupressi folia trita, serpentium ictibus imponuntur: & capiti cum polenta, si à sole doleat.

¶ Ab, pro Erga. Cice. pro S. Roscio Amerino. 52. Præsit huic quæstioni vir, & contra audaciam fortissimus, & ab innocentia clementissimus. Id est, erga innocentes.

¶ A vel Ab pro A parte, siue Ex parte. Liu. libro. 1. ab vrbe, Principes vtrinq; pugnã ciebãt: ab Sabinis Metius Curtius: ab Romanis Hostius Hostilius. Pro eo quod est, ex parte Sabinorũ, & ex parte Romanorũ.

Ab Romanis tubæ cornuaque cecinerunt. Liu. 3. Decad. lib. 10.

Ab antesignanis pila non cessabant. Liu. 3. Decad. lib. 10. Id est non cessabant antesignani pila iaculari.

¶ Ab aliquo legare. Cic. pro cluentio. 54. Itaque ei testamento legat grãdem pecuniam à filio, siquis natus esset: ab secundo hærede nihil legat. Subintellige, tradendam. Id est A. Cluentius ita legat Oppianico grandem pecuniam, vt is eam non nisi a filio, siquis natus esset, accipere posset: vt scilicet ipsi Oppianico curæ esset salus filii, cum in ea tantum sinum emolumentum positum intelligeret. Nam legata non valebant, si is à quo nomen autum testamento relictũ esset, hæres esse non potuisset. Idem in Topicis. 9. Si pater familias vxori ancillarum vsumfructum legauit à filio, neque à secundo hærede legauit, mortuo filio mulier vsumfructum non amittet.

¶ Ab aliqua re otium vel tempus habere. Terent. Phorm. 5.3. Nunc vna res restat mihi, quæ etiam conficienda, otium à senibus ad potiendum vt habeam. Hoc est, vt per senes potare mihi liceat. Cice. 1. Ver. 22. Et quit omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis, laboribusque consumam.

¶ A vel Ab, proximitatem loci significat. Cic. lib. 1. Acad. Nunciatum est nobis à M. Varrone, venisse eum à Roma pridie vesperi. Hoc est, non ex ipsa vrbe Roma, sed (vt vulgus loquitur) de prope Romam. Alioqui non solet Cicero temere addere præpositionem propriis verbium nominibus. Liu. Flauius supplementum ab Roma abduxerat. Id est, de locis vrbi Romæ propinquis. Cic. Att. lib. 3. Neque de illius itinere quicq; certi habebamus, nisi eum ab Epheso ante aliquanto profectum. Ci. in Verrem, Nã Brutus ab Roma aberat. Quasi dicat, Neq; Romæ erat, neq; prope Romam. Nam à vel ab, sic differt ab à vel ex. A theatro venit, qui à loco qui est iuxta theatrum, venit. E theatro venit, qui in ipso theatro fuit. His contraria sunt AD & IN: vt, Eo ad templum &, eo in templum. Author Scriuius in arte. Hæc tamen differentia interdum confunditur ab authoribus.

¶ A vel Ab iunctum cum certis nominibus, ministros significat, vt, à manu, à studiis, à cõmentariis, à libellis, à rationibus. Pro ministro vel seruo qui præest studiis, cõmentariis, libellis, rõnibus. Et in iis subaudit nomen SERVVS, quod interdum etiam exprimitur. Dicitur autẽ p omnes casus eadem terminatione. Rectè enim roges, Quid agũt à pedib^us? IVSSERVI subaudias. Sic, Misi à pedib^us. Dedi à pedib^us meis &c.

Ab accidentibus, Qui præest nuntiis afferendis. Esdræ. 2.

Ab aure, Cum quo princeps in aurem loquitur. Secretarium vocant.

A batis, qui præest mensuris, annonamque mensuris diuidit.

A calculis, qui præest calculis seu vasis potoris. (ὁ ἐπὶ τοῖς ποτηρίοις,)

A commentariis, qui præsunt commentariis. Id est, qui in commentarium custodias referunt, & veluti diarium custodiarum conficiunt. Hos Asconius vocat commentarienses.

A commentariis lib. 2. Regum, cap. 8, & lib. 3. cap. 4. Significat eum qui res gestas regis posterorum memoriæ dignas literis mandabat: Aut eum qui rerum a rege agendarum commentarium conscribebat.

A cubiculo, Cubicularius.

Ab epistolis, (ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενος) Qui præest epistolis, siue vt eas accipiat, siue vt ad illas rẽdeat. Vide A studiis, Sueto. in Claudio.

Ab extis, Extipex.

A latere, Id est, chari & amici principum, & qui eorum lateribus semper adsunt. Vide LATVS, lateris.

A libellis, qui præest libellis supplicibus, quas requestas vocant, (ὁ τῶν γεγραμμένων προϊσταμένος τῶν ἰδιωτικῶν. Vide libellus, in liber, bri.

A manu, A manu seruus, & A manibus, Scribæ, quorum manu ad literas scribendas principes vti solent. Sueton. in Vesp. Post vxoris excessum Cænidem Antoniæ libertam adamauit: & à manu dilectam quondam, sibi reuocauit in contubernium. Idem in Cæsare dictatore, cap. 74. Philomenem à manu seruum, qui necem suam per venenum

Universidad de Deusto
Biblioteca

inimicis promiserat, non grauius, quàm simplici morte puniit. Hi alio nomine Ad manum dicuntur. Cicc. lib. 3. de Oratore. 125. Licinium seruum sibi Gracchus habuit ad manum. Sed & Amanuenses à Suetonio in Nerone cap. 44. & rursus in Vespasiano, cap. 3.

A memoria, (ὁ ἀπὸ τῆς μνήμης) Cuius officium est suggerere principi res obseruatas, & q̃ sint agẽdæ in memoriã illius reuocare ex pscripto.

A pedibus, vel A pedibus seruus, Qui pedibus iter facit, non equo vehitur. Cicc. Attico, lib. 3. ep. 9. Nec vllam ob aliam causam Pollucem seruum à pedibus meum Romam misi. Martial. lib. 5. in inuitatorem,

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Idem Pedes eos appellat libro. 3. in Zoilum.

At ipse retro flexus ad pedum turbam,
Inter catellas anserum exta lambentes
Partitur apri glandulas palestritis.

Et Ad pedes, lib. 7. in Sanctam, Misto lagœnam replet ad pedes vino. Rursum lib. 12. de Cotta, Dum negligentem ducit ad pedes vernam. Hi etiam Circum pedes vocantur. Cic. in Verrem lib. 3. 65. Seruos artifices pupilli cum haberet domi, circum pedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat, se emisse. Nõ tñ desunt qui sic dictos putent, q̃ suis dominis semper adessent, quasi iuxta eorum pedes

Domitius Calderinus putat seruos ad dñoꝝ pedes discribere solitos.

A pugione, qui principis pugionẽ gestat, eiq̃ue semp præstò est. Lampridius in cõmentariis, Inter quos libertinus, q̃ à pugione appellatus est.

A punctis, qui præest reditui aquatiorum: vt est apud Frontinum libro. 2. de aquæ ductibus.

A secretis, ὁ ἐπὶ τῶν ἀποδείξεων, Sunt qui ab ore principis imperia recipiunt diplomatum subscribendorum, dictorumque quæ in consilio selecto decerni solent. Budæus.

A studiis, Is intelligitur qui præest studiis alicuius, puta principis, vtpote vir eruditissimus, cuius opera in studiis literarum vtitur. Sueto. in Claud. cap. 28. libertorum præcipuè suspexit possidem spadonẽ, quẽ &c. Super hos Polybium à studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallãtẽ a rationibus: quor decreto quòque senatus non præmiis modo in gentibus, sed & honoribus, prætorijsq̃ ornamẽtis ornãtis libenter passus est.

A rationibus, Ratiociniorum præfectus, qui nunc vulgo apud nos clericus aut magister computorum dicitur. Vide Suetonium pauloante.

A voluptatibus, Qui studium habet comminiscendi voluptates ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui nouum voluptatis genus reperisset Sueto. in Tiberio, Nouum denique officium instituit à voluptatibus, præposito equite Romano, T. Cæsonio Prisco.

¶ Sunt & aliæ harum præpositionum significationes, cuiusmodi sunt quæ sequuntur. Cæsar, Opportuno atque occulto loco à millibus passuum circiter duobus Romanorum aduentum expectabant. Pro, interuallo duum millium passuũ. Idem, Positis castris à millibus passuũ quindecim, auxilia Germanorum expectare constituit.

¶ Aliter quoque in sequentibus, A me soluam, A trapezita dabo viaticum. Cicc. Attico, lib. 5. 110. 11. Denique dixi me coacturũ homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se à me soluere. Quod enim Prætori dare consueuissent, quoniam ego non acceperam, se à me quodammodo dare. Hoc est, quasi de meo, vel de mea pecunia. Plaut. Capt. 2. 90. Sequere me, viaticum vt dem ab trapezita, tibi. Id est, accepta pecunia ex trapezita. Est enim sermo ecliptic⁹. Idem Curcul. Ego quidem pro istac, rem solui ab trapezita meo. Cic. Atti. lib. 7. 136. 4. Præterlaborat, vt tibi quod debet, ab Egnatio soluat. Idẽ pro Flacco. 35. Si prætor dedit, vt est scriptum, à Quæstore numerauit? Quæstor à mensa publica mensa aut ex vectigali, aut ex tributo. A Quæstore, inquit, quasi à Quæstore acceptam intellige pecuniam. Ibidem. 27. Ab Aulo Sextilio dicit se dedisse & à suis fratribus.

Persoluere ab aliquo. Cicc. Sinite me, quod vobis fretus, huic sæpe promisi, id à vobis ei persoluere.

Repræsentare ab aliquo. Cicc. Attic. 12. 244. 4. Reliquæ pecuniæ vel vsuram Silio pendemus, dum à Faberio, vel ab aliquo qui Faberio debet, repræsentabimus.

Suppeditare ab aliquo. Cic. contra Rullum. 43. Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à sociis.

¶ A cauda de ouo exire. Plin. lib. 10. cap. 16. Hylas tradit noctuam, bubonem, picum arbores cauantem, trogonem, cornicẽ, à cauda de ouo exireq̃ pondere capitum peruersa ouа, posteriorem partẽ corporũ fouendã matri applicent. In similibus tñ locutionibus interdũ supprimitur præpositio: vt apud eundẽ lib. 7. ca. 8. Neronem pedibus genitũ parens eius scribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominẽ gigni mos est, pedibus efferri. Idẽ li. 10. ca. 64. aliter dixit. Quæcũque, ait, ãtal pariũt, in capita gignũt, circũacto sub enixũ fœtu, alias ivtero porrecto.

¶ A matre pulli. Id est, recentes à nido accepti columel. lib. 8. cap. 5. Verum suburbanis locis, vbi à matre pulli non exiguis prętiis væneunt, nec plerunque intereunt, probanda est æstiua educatio. Sic Budæus.

¶ A lenone manu asserere. Plaut. Perſa. 4. 81. Continuo tu illam à lenone aserito manu. Sermo est in compẽdium redactus, pro eo quod est,

à lenonis possessione vel dominio.

¶ Instructus à philosophia. Cicc. in Bruto. 83. Quod idcirco posui, vt dicendi Latinè prima maturitas, in qua ætate extitisset, posset notaris & intelligeretur iam ad summum penè esse perductam, vt eò nihil fere me quisquam addere posset, nisi qui à philosophia, à iure ciuili, ab historia fuisset instructior.

¶ Inuictus à labore. Cicc. Offic. 1. 97. Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, enm frangi cupiditatemue qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate.

¶ Ab exule propè esse. Tacitus lib. 17. Syriam & quatuor legiones obtinebat Licinius Mutianus, vir secundis aduersisque iuxta famosus. Insignes amicitias iuuenis ambitiosè coluerat. mox attritis opibus, lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia in secretum Asiæ repositus, tam propè ab exule fuit, quàm postea à principe.

A contumelia quàm à laude propius fuerit post Vitellium eligi. Tacitus libro. 18. Hoc est, Propius contumeliæ quàm laudi, Contumeliosum magis quàm gloriosum.

¶ Ab amere scribere. Balbus Cic. li. 9. 178. 4. Hæc quàm prudenter tibi scribam, nescio: sed illud certè scio me ab singulari amore benevolentiaq̃ quæcũq̃ scribo tibi scribere. Gallicè dicimus, De grãd amour.

¶ Ab aspectu decorus: pro eo quod Galli dicimus, Beau a veoir. Columel. lib. 6. cap. 1. Apenninus bones pro generat durissimos, omnemq̃; difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. Cicero dicit, Ad aspectum præclarus, Ad aspectum pulcher. Vide suis locis.

¶ Ab aliquo describere. Cic. lib. 13. ad Att. 278. 4. Scripsit Balbus ad me se à te quintum de Finibus librum descripsisse. Id est, ex tuo libro.

¶ A se aliquid promere. Cic. de Orato. lib. 1. 55. Dicam equidem, quoniam institui, petamque à vobis ne has meas ineptias efferatis: quamquam moderabor ipse, ne vt quidam magister atque artifex, sed quasi vnus è togatorum numero atque è forensi vsu homo mediocris, neque omnino rudis, videar non ipso aliquid à me prompsisse, sed fortuitò in sermonem vestrum incidisse.

A se aliquid facere, Cicc. de Orato.

¶ A me salutem dic Ciceroni, Id est, verbis meis, seu nomine meo. Cic. ad Atti. lib. 6. 113. 18. Valebis igitur, & valere Piliam & Cæciliam nostris iubebis literis, & saluebis à meo Cicerone.

A me illos habe cõmendatissimos. Cic. lib. 12. Epist. 25. 19. ad Cornificium: Cæterisque omnibus rebus habeas eos à me cõmendatissimos.

¶ A sole calor. Cicc. de natu. Deor. lib. 2. 195. Gallinæ pullos cum excuderint, ita tuentur, vt & pennis foueant, ne à frigore lædantur: & si est calor à sole, se opponant.

¶ A puppi religatus, Id est, ad puppim. Cic. lib. 2. de Inuentio. Et inde funiculo qui à puppi religatus scapham annexam trahebat, nauim quoad posset moderaretur.

¶ A stirpe, pstirpitus & funditus, Liu. 4. bel. Mace. Sallu. in Iugur. Iugurtha homo osum quos terra sustinet sceleratissimus, contempto imperio vestro, Masinissæ me nepotem, etiam à stirpe socium atque amicum populi Romani, regno fortunisque omnibus expulit.

¶ Ab vno diagrammate, Locutio est prouerbialis, quasi dicas, De eadem formula. Est autem diagramma, pictura descriptioque philosophorum, qua rem exponunt oculis. Ex Plutarcho in libello de discriminе inter adulatorem & amicum.

¶ Abvnguibus incipere, hoc est, à leuissimis, minimeque ad rem pertinentibus. Cuius contrarium, A capite incipere. Caput enim rei dicitur, quod est illius præcipuum, Ex Basilio.

¶ Ab auro fulgorem reuereri. Lucretius lib. 2. 11.

Audaciterque inter reges, rerumque potentes
Versantur: neque fulgorem reuerentur ab auro:
Nec clarum vestis splendorem purpureai.

¶ A limine disciplinas salutare, hoc est, eas leuiter attingere, & earum modo rudimenta degustare, non etiam valde diuturnam atque præcipuam operam eis impendere. Seneca epist. 49. Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantum, & à limine salutanda.

¶ A bis septem vndis. In eos competit, qui à noxia quapiam purgati sunt, propterea quòd antiquitus mos esset, homicidio pollutos, vestes suas bis septẽ inundationibus imersionibusque lauare Festis Suidas.

¶ A mortuo tributũ exigere vel colligere. Cópetit in principes expilatores plebis, aut auaros sacerdotes, q̃ nulla nó ex re lucrũ exprimũt, aut vectigal extorquent. In eos etiã q̃ p fas nefasq̃ diuitias vndiq̃ cõgerũt, aut è rebus minutis ac sordidis & turpibus. Ex Arist. li. Rhet. 2.

¶ A puro pura desluit aqua. Quadrat in hominem vsquequaque inculpatum & innocentem, quem etiam siquis aliquando vocet in crimen, tamen non solum fama illius non contaminatur, verum etiam illustrior redditur. Ex Theognide in sententiis elegiacis.

¶ Ab eo, pro eius. Terent. Eunuch. 3. 5. 9. Adibo, atque ab eo gratiam hanc quam video velle, inibo. Vbi Donatus, Hæc est elocutio, gratiã ab eo inibo, pro eius gratiam merebor.

¶ Ab illo iniuria. Terentius in Andria. 1. 1. 129. Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est. Quem locũ sic exponit Donatus, Animaduertẽda, castigãda, vindicãda. Ab illo iniuria, quam facit, nõ quã patitur.

patitur. Quòd si dixisset, Iniuria eius, amphiboliam fecisset, vtrum quam passus est ab alio, an quam ipse aliis intulit.

A me, pro possessimo Meus. Terent. Adelph. 5. 3. 2. Quisnam à me pepulit tam grauiter fores? Id est meas, ait Donatus.

¶ A, interdum redundare videtur. Tacit. lib. 20. Cerialis à metu infamiæ, si licentia sæuitiaque imbuere militem crederetur, pressit iras. Hoc est, metu infamiæ, vel propter metum infamiæ. Idẽ in vita Agricolæ. Quum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sæuus ille vultus & rubor, à quo se contra pudorem muniebat. Liuius. 3. Decad. lib. 8. Dextra Pœnos tenere castra, à stationibus, vigiliis, omni iusta militari custodia tuta & firma.

A & Ab nonnunquam deesse videntur. Tacit. lib. 3. Nèque prælium omisit, donec desertus suis caderet. Paulopost, Asiæ sorte depellendum. Idem lib. 12. Modo pecorum Barbaris trahebatur. Id est, à Barbaris. Lib. 14. Nam Antio aduentabat. Hoc est, ab Antio. Ibidẽ, Quia pluribus salus eius curabatur. Id est, à pluribus. Lib. 20. Patibulo affixus in isdẽ annulis quos acceptos Vitellio gestabat. Pro, à Vitellio. Paulo post, Auertere acerba Vitellio auxilia. Hoc est, à Vitellio. Liu. 5. De cad. lib. 4. Quum assiduè Pantauco stimularetur. Id est, à Pantauco.

¶ A & Ab compositiõe ingrediuntur. A, vt Amoueo, auello. Ab, vt Abigo, abduco, aberro, abfore, abgrego, abire, abiuro, ablego, abnuo, abortior, abpatruus, abrogo, absumo, abundo. Notanda sunt aufero & aufugio, in quibus euphoniæ cã, b in u mutatũ est, teste Cic. in Orat. 89.

A, in compositione, priuationem significat, exponiturque per Sine, vt Ament sine mente.

¶ A & Ab, eleganter vtimur cum his dictionibus Vsque & Propè. Cicc. pro P. Sestio. 108. Tantus est ex omnibus spectaculis vsque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus. Pro Cluentio. 152, Illam vsque à mari supero Romam proficisci cum magno comitatu & pecunia. In Vatinium. 15. Id quod Augures omnes vsque a Romulo decreuerunt. De Diuina. lib. 1. 1. Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus. Virgil. Aeneid. 7.

Et lætum Aeneam, classemque ex æthere longè
Dardanidam Siculo prospexit ab vsque Pachyno.

Cic. in Verrem lib. 4. 5. Tantum ciuium Romanorum numerum, tã propè ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri. In eundem lib. 7. 6. In Italia belli tam propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. Plin. lib. 15. cap. 18. Tam propè à muris habemus hostem.

¶ A litera, nota est prænominis, & sola, puncto postposito, Aulum significat, hoc modo, A. Gellius

¶ A, literam salutare vocat Cic. pro Milone, quòd nota esset absolutionis: quemadmodum C, literam tristem, quòd esset cõdemnationis nota. Quòd si iudici causa videbatur obscura, probationesque & argumenta nõ satis idonea ad causam diiudicandã, in tabella scribebãt ampliationis notam N. L. Quibus literis significabatur, Non liquet. Ciceronis locus pro Milone. 11. sic habet, Q. F nisi vidisset, posse absolui eũ qui fateretur: ita videret nos fateri, neq; quæri vllã iussisset, nec vobis ta salutarẽ hanc in iudicando litera, quàm illam tristẽ dedisset.

¶ A, præpositionem Latinam, deduci putãt à Græca præpositione ἀπὸ detracta vltima syllaba πο.

Ab, etiam inde ductam tradit. Siquidem o litera vltima eliditur ab ἀπὸ præsertim in collisionibus vocalium, id est, sequente dictione à vocali incipiente, & remanet ἀπ'. Quòd si π rursum verteris in β fuam metiam, habebis Ab præpositionem Latinam.

Ab, præpositio ablatiua, Vide A. A B

* Aba, ἄβαι vrbs phocidis, Strab. ex Arist. Item mons Armeniæ vnde oritur euphrates. Plin. lib. 5. cap. 24. & Abæ: arum. Steph.
* Abacana, (ἀβακαναι) vrbs Sidiæ. Prol. & Abacena, (ἀβακαναι) vrbs Medorum.

Abactor, Abactus, Vide ABIGO.

Abacus, abaci, pe. breui. m. g. (ἄβαξ, ακος,) apud antiquos planities erat ad sesum habilis, è marmore facta, vel structura. Nam & calcis vsum in abacis fuisse, Plinius docet lib. 33. cap. 12. 8. his verbis, Ad abacos nonnisi marmoroso: quoniam marmor in eo retinet amaritudini calcis. Vulgus ipsum hodie quicquid tale est in quo multi sedere possint, appellat abacum, detrita tantum (vt imperitiæ plebis mos est) vocali prima. Sidonius Apollinaris, ibi stibadii, inquit, & frequens abacus. Ex Hermolao in Plinium.

¶ Abacus, Mensæ genus ex opere intestino, vbi in triclinijs vasa ois generis aut ad vsum, aut ad elegãtiã cõparata exponi solẽt. Inue. Sat. 3.

Lectus erat Codro, Procula minor, vrceoli sex,
Ornamentum abaci: nec non & paruulus infra
Cantharus. Cicc. 6. Verr. 30. Ab hoc ille abaci vasa omnia, vt expolita fuerant, abstulit. Sic. 5. Tusc. 86. Luius. 9. bel. Maced. 23. Et quæ tum magnificæ supellectilis habebantur. monopodia & abacos, Romam aduexerunt.

¶ Abacus Solis, dicitur astrologis, pro disco eius, qui est ipsius orbis, sine latitudo. Cælius lib. 14. cap. 12.

¶ Abacus, Tabula quadra quæ imponitur epistyliis siue capitulis columnarum. De quo Vitruuius lib. 3. cap. primo.

¶ Abacus ità tabula est calculatoria in qua arithmetici & logistæ (vulgo algoristæ dicuntur) numeros ducunt subinde deleriles, prout rationibus commodum est. Persius Saty. 1.

Ne qui abaci numeros, & secto in puluere metas.
Scit risisse vafer. Veteres mensam Pythagoricam appellabant.

Abacus etiam tabula est in qua mathematici & geometræ suas lineas & figuras designant. Martianus in lib. geome.

¶ Abacus præterea, alueolus est aleatorius, seu tabula lusoria aut latrunculatoria. Macrobius lib. 1. Saturna. cap. 5. Sed vultisne diem sequentem, quem omnes plerique abaco & latunculis conterunt, nos istis fabulis à primo lucis in cœnæ tempus exigamus.

Abaculus, abaculi, (ἀβάκιον) diminutiuum, Paruus abacus.

Abaculos, Plinius intellexisse videtur (vt interpretatur Hermolaus) calculos, quibus in dispunctione ac supputatione numerorum vtebantur antiqui: qui mos hodieque apud omnes fere gentes seruatur. Hinc ortum vt peritiam supputandi, quam λογιστικὴν Plato vocat, abacum vulgaris consuetudo appellauerit. Verba Plinii hæc sunt libro. 36. cap. 26. 9. Vitri fragmenta teporata agglutinantur tantum, rursus affundi non queunt, præterquam abrupta sibimet: veluti cum calculi fiunt, quos quidam abaculos appellant, aliquos etiam pluribus modis versicolores.

Abagio, abagionis, gene. termi. vox non perindè frequens. Vide Adagium.

Abalieno, abalienas penul. produ. (ἀλλοτριόω ἀπογυμνόω νοσῳ) abalienare. Quod nostrum erat, alienum facere. Abalienationis duo genera ponit Cicero in Topicis. 13. hoc modo, Abalienatio, est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Quæ verba ex ponẽs Boethius ita inquit. Omnes res quæ abalienari possunt, id est, quæ à nostro, ad alterius transire dominium possunt, mancipi dictæ sunt. Mancipi res, veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, vt ea abalienatio per quandam nexus fieret solemnitatem. Cic. de lege Agraria contra Rullum. 67. Tamen hunusce modi res commissa nemini est, vt idem iudicaret & venderet, & hoc faceret per quinquennium, toto in orbe terrarum: idemque agres vectigales pop. Roma. abalienaret.

¶ Abalienare ab aliquo alterum, pro Alienum facere, Auertere. Cicc. antequam iret in exilium. 18. Neque verò M. Tullius animum à vestra abalienauit potestate. Idem lib. 2. de Orat. 98. Eaque omnia valde benevolentiam conciliant, abalienantque ab iis in quibus hęc non sunt, Idem ad Lent. libro. 12. 10. Qui à senatu & ordinem consistimum & hominem clarissimum abalienauerunt. Terent. Heau. 5. 2. 26. Ita nos abalienauit. Sub. à se. Cicc. Attico, lib. 14. 316. Totum se à te abalienauit Dolabella.

Abalienare voluntatem alicuius à se. Cic. 2. Philip. 57. At vero Cn. Pompei in voluntatem à me abalienabat oratio mea.

Abalienari ab aliquo, Disiungi. Plaut. Curcul. Nisi mors meum animum abs te abalienauerit. Idem Mili. 20. 11. Istuc crucior à viro me tali abalienarier.

¶ Abalienare & Retinere, contraria. Cicc. ad Lentu. lib. 1. epistо. 723. Quanquam est incredibilis hominum peruersitas, qui nos, quos fouendo in communi causa retinere potuerunt, muidendo abalienarũt. Ibidem. 10. Verum enim excellentem, & tibi tua præstanti in cum liberalitate deuinctum, nonnihil suspicantem propter aliquorum opinionem suæ cupiditatis, te abs se abalienatum, illa epistola retinuisti.

Abalienatus, (ἀλλοτριωθείς) participium dicitur quẽ quis à se remouerit. Author Festus. Cic. 6. Ver. 52. Abalienati scelere ipsius à nobis oẽs reges amicissimi, nationesque. Idem Att. lib. 1. 1. 14. Sed mirandũ modũ est ab eo abalienato. Subaudi, abs te. Idẽ de inuentione lib. 1. 30.

Interdum iungitur ablatiuo sine præpositione. Liuius de bello Punico, Serò nũc desyderatis, diminuti cap. abalienati iure ciuili. Pro. à iure.

Abalienata membra, dicuntur emortua, & quæ non amplius habent vigoris, & officiorum cum aliis communicationem. Quint. lib. 8. cap. 3. Vt medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes & pernicios⁹, etiam si nobis sanguine cohæreant, amputandos.

Abalienatio, (ἀλλοτρίωσις) Verbale, ipse abalienandi actus.

Abamita, abamitæ penul. corrept. (ἀνεψιάδης) Soror abaui. Ex lib. 3. Institutionum.

Abantiades, Abantiadæ, pe. cor. (ἀβαντιάδης) Oui. 4. Metamor. 122.

Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acrisius superest. Id est, Abantis filius.

Abaphus, pha, phum, penul. corre. (ἄβαφος) id est non tinctus: ab ἀ priuatiua particula & βάπτω tingo.

Abarceo, abarces, abarcui, (ἀπείργω) Prohibeo, Festus. Alii scribunt Aberceo, vt Coerceo.

ABARIS, huius Abaris, pe. cor. (ἄβαρις) nomen viri proprium: de quo sic Cælius lib. 9. cap. 22. Abarin Hyperboreũ ferunt, tagittam per orbem terræ circumtulisse, nihil omnino vescentem. hunc Abarin Scythæ filium, non ignarũ literarum, oracula scripsisse tradunt, quæ Scy-

thica nominetur,& nuptias Hebri fluminis, A pollinis aduentũ ad Hyperborẽs ratione metrica,abs quo sagittã acceperit quam dximus. Hactenus Cælius: Ouid.5.Metam.18.Caucaseumque Abarin, Sperchelades̃que Lycetum.

Abas,huius Abantis, (Ἄβας) Lynceiex Hypermestra filius, rex duodecimus Argiuorum, pater Prœti & Acrisii,& auus Perseiã quo postea Argiuorũ reges Abãtiadæ dicti:& Argi ipsi. Abantæi.Ou.15.Me.33. Cognoti cypenum lanæ gestamina nostræ
Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis.

Abas item alius fuit Troianus nobilis, & Aeneæ comes.Virg.

Abaster, (Ἄβαστος) unus equorũ pluto.30.Bocatius li.8.c.6. vide plur.

ABATON, Abati,per.corr.p.Latinè dicitur inuium,auium, in accessibile græcè (ἄβατον.) Hinc Abaton ædificium erectum à Rhodiis ad protegendum Artemisiæ tropheum,quod religione impediti,diuere nõ poterant. Rhodiorũ Abato meminit Cælius Antiq.lect.li.7.c.53.

ABATOS, Abati,pe.cor.g.i.(ἄβατος) Aegypti insula in palude Memphitica, Lucanus lib.10.65.
Hinc Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas,

ABAVCHVS, nomen viri,cuius amicus fuit Gyndanes. Huius meminit Lucianus in dialogo cui nomen Toxaris.

Abauus, (ἀβαυι) abaui,pe. cerr. auus aui.Festus.Cic. de claris Orato. 112. Iam duorum abauorum quàm est illustre nomen P. Scipionis, qui bis consul fuit, qui est Corculum dictus,alterius omnium sapientissimi C.Lælii. Dicitur à Virgilio quartus pater,lib.10.Aeneid.539.

Abauia, abauiæ, (ἀπὸ μιμήμα) Est auia aui vel aniæ.Ex lib.3. Institutionum Imp.

Abauunculus, (ἀβαυδελφος) Abauiæ,frater. Ex lib. 3. Institutionum Imp.

Abax, (ἄβαξ) abãcis,pe.cor.f.g. bolenus lib.32.Digest.de legatis & fidei cõmissis tertio,Cui Corinthia vasa legata essent, huic abaces quoque eorum vasorũ collocandorũ causa paratas deberi,Trebatius respondit, Labeo autẽ id non probat,si eas abaces vasorum numero testator habuit. Proculus uerò rectè ait,si æneæ quidem sint abaces, nõ autem Corinthiæ, non deberi. Alciatus tamen hoc in loco & legit & interpretatur,non abaces,sed bases.Haloander tamen à vulgata lectione non recedit.

* Abazea.orum.(ἀβαζεῖα) Instituta Dionysii,tertii capitii filii.Cic.li.3. de Natura Deorum.

* Abba, (ἄββα) dictio Syra est.Significat patrem,vnde inclinatum videtur nomen Abbatis.

* Abbas, tis. siue vt ait Georgius Valla,Abbas Abbę,Monachorũ Antistes.Cœnobiarcha.Archimaudrita.Budeus.græce (κοινοβιάρχης ἀρχιμανδρίτης.)

* Abbatissa.æ.(ἀρχιμανδρίτης) mater virginum deo dicatarum. Hieronymus de modo viuendi.

Abbatia, abbatiæ, nsdem est tum ipsius abbatis dignitas, tum locus in quo abbas habitat.Abbateia.græ.(ἀββατεῖον.)

Abbreuio, abbreuias,abbreuiare,Vegetius in plogo li.3. Quę per diuersos authores librosq; dispersa,Imperator ut uiderẽ,mediocritatem meam abbreuiare iussisti,ne vel fastidium nascẽ retur ex plurimis,vel plenitudo fidei deesset in paruis.

ABDERA,pe.prod.(ἄβδηρα) oppidum est Hispaniæ Bæticæ. Testes Strabo lib.3.Ptolemæus lib.2.Pompo.Mela lib.2.& Plinius lib.3. ca.1.Est & insula ad Samothracem, eodem teste lib.4.cap.12.Oppidum item Thraciæ,patria Protagoræ &Democriti philosophi,itidem testibus,dicta & condita ab Abdera Diomedis Tiracum regis sorore.De ea meminit his verbis Solinus cap.15.Tinda oppidum fuit, equorum Diomedis stabulum.Inde non procul vrbs Abdera, quam Diomedis soror & condidit,& à se sic vocauit. Mox Democriti domus Physici, ac si verum rimere,ideo nobilior. Hanc Abderam Olympiade prima & tricesima fœno collapsam,Clazomenii ex Asia ad maiorem faciẽ restituram,obiteratis quæ præcesserant,nomini suo vindicarunt. Hæc Solinus.Helanicus & Stepha.ab Hercule condtam fuisse tradunt.

Abdera,Abderæ,g.f.dicimus,& Abdera,Abderorum,g.n. Authores Vadianus in Melam,& Hermolaus in Plinium,qui etiam Abderon singulari numero dici ab Ephoro,annotauit.

Abdera,pulchra Teiorũ colonia.Strabo li.geographiæ.14.tradit Teios cum Persarũ cõtumelias ferre nõ possent,vrbe relicta,Abderã Thraciã vrbẽ demigrasse,atque hinc illud vulgatũ fuisse,Abdera pulchra Teiorũ colonia.Hoc ænigmate puerbiali significamus,nõ deesse quo cõfugiamus,siquis pter modũ pgat esse molestus. Huc fortassis allusit M.Tul.li.7.ad Articũ.17.4.tranquillissimus asit animus meus, qui totũ isthuc æqui boni faciti:& eo magis q̃ iã à multis audio constitutũ esse Põpeio,& eius cõsilio,in Sicilia me mittere,q̃ imperiũ habeã.i.abderi ticon.Et li.4.ep.9.Hic Abdera nõ tacẽte me.Dices tũ tu nõ quiescis? Ignoscẽ,vix possum.Laudantur & ab Herodoto Teii,q̃ relicta patria libertatem seruarunt:cuius rei meminit & Strabo lib.14.

Abderita,Abderitæ,& Abderites,Abderitæ,pen.prod.g.m.vir. (ἀβδηρίτης) Abderæ natus.

Abderitæ propter ranarum muriumq̃ multitudinem, relicto patrio solo,coacti sunt nouas sedes quærere. Author Iustinus lib.15. Meminit & Plinius lib.10.cap.65.& Orosius lib.3.

Abderitanus,adiectiuum pe.prod. (ἀβδηρίτης) Martialis lib.10.Abderitanæ pectora plebis habes.

Abderiticus,aliud adiectiuum pe cor. (ἀβδηριτικός) Cic. lib.7.ad Attic. 127.4.Imperium Abderiticum.

Abderitica mens, Id est stupida aut insana. Abderitæ in stuporis insaniaq̃ue fabulam abiere.Quod perspicuum est ex epigrammate Martialis lib.10. de eo qui damnatus in theatro representauit Mutium Scæuolam, ac manum imposuit igni, sed iussus,sed actoribus paratis suppliciis, ni faceret:

In mantilia super spectatus arena
Mutius,imposuit qui sua membra focis,
Si patiens fortisque tibi,durusque videtur,
Abderitanæ pectora plebis habes.

Abderitanis autem naturã peculiarem fuisse mentis stuporem indicat M.Tullius in libris de naturã deorum.Et Plinius lib.25.cap.8. docet huic vrbi vicina esse pascua,in quibus equi pasti inflammãtu rabie, quemadmodum apud Potniam alibi. Meminit & Cælius Antiquasiect.lib.16.cap.31.admodum luculenter.Locum ipsum inspicito.

Abdico, abdicas,pe.cor. (ἀποκηρύττω) Ouid.4.epistо.26.Quem fugit,& factis abdicat ille suis.Abdicare.Expellere à bonis filium dum viuit pater.Author Valla lib.5.Alii sic, Abdicat filiũ, qui priuat omni iure sibi.Exheredat filium,qui tantum submouet ab hæreditate.Itaque quisquis abdicatus est, idem est exheredatus, non contrà.Quintil. lib.7. cap.5. Abdicationum formæ sunt duæ: altera criminis perfecti,vt si abdicetur raptor,adulter:altera imperfecti,velut pẽdentis,& adhuc in conditione positi:quales sunt in quibus abdicatur filius,quia non pareat patri. Et paulo post, Mauult enim pater corrigere, quàm abdicare.Plinius lib.6.cap.22.9.Eligi regem à populo,senectа,clementiaque, liberos non habentem: & si postea gignat, abdicari,ne fiat hæreditarium regnum.

* Minus dicto audientem filium,liceat abdicare.Quintil.117.

Abdicare legem,Abrogare.Plin.lib.7.cap.30. de Cicerone, Te dicente, legem agrariam,hoc est alimenta tua,abdicauerunt tribus.

Abdicare magistratum.Sallust.in Catilina,Senatus decreuit, vti abdicato magistratu,Lentulus,itemque cæteri in liberis custodiis haberẽtur.

Abdicare pro Respuere.Plin.lib.16.cap.43. de glutinanda materia. In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se & cum aliis insociabili fglutino.

Abdicare se magistratu, (ἀπὸ τοῦ τῆς ἀρχῆς, παραγγεῖλαι τὴν ἀρχὴν, ἐξομνύναι τὴν ἀρχὴν) Deponere magistratum.Liui.2.ab vrb.10.Abdicauit se consulatu.Cæsar.3.bel. ciuil.6. Dictaturaque se abdicat, & ab vrbe proficiscitur.Cic.in Catil.oratо.tertia,Cum se prætura abdicasset.Idem.1.de Diuin.113.Magistratu se abdicauerunt. Idem. 2. de natu.deorum.17.Augures rem ad senatum: senatus vt abdicatent cõsules:abdicauerunt.Sub se.

Abdicare se tutela,libertate,& similibus,pro eo quod est, deponere,siue relinquere.Cicero Attico,li.6.111.9.Itaque aut tutela cogito me abdicare:aut,vt pro Glabrione Scæuola,frœnus & impendium recusare. Idem Philip.3.131. Eo die non modo consulatu, sed etiam libertate se abdicat.Piso apud Gellium,Scripsit sese abdicasse.

Abdicare,pro repudiare, (ἀποπέμπω) vt in argumento Andriæ Terentianæ,Generum abdicat.

Abdicare cibum aliquem,vel aurum.Plin.lib.20. cap.3.5. Democritus in totum,rarò tum abdicauit in cibis.Hoc est,omnino damnauit, ex ciborum vsu sustulit,siue potius tollendum censuit: quod est,censuit omnino edendum non esse.Græce, διὰ τήσεν ἐπὶ σιτίων μαγείαν. Idem li.33.cap.1.1.Vtinamque posset è vita in totum abdicari auarum. Id est ex hominum vsu colli. Idem lib.15.cap.22.5.Semen,quale ferulæ,radix candida.Incisa,lacte manat:& contusa,succonec corticem abdicantomnia ea venenata.Pro,non tollunt ex vsu.vt sit sensus,Non abdicant,inquit,corticem ab vsu medicinæ:omnia tamen ea,lac, succus, & cortices thapsiæ venenata sunt.Sic Hermolaus.

Abdicare item in alio genere loquendi,pro auersari.Plin.lib.15.capi.30.8.Laurus quidem mamfestò abdicat ignes crepitu, & quadam detestatione.

Abdicare,pro reiicere.Plin.lib.4.cap.8.4.Accipit amnem Euroton, nec recipit,sed olei modo supernatantem(vt dictum est ab Homero) breui spatio portatum abdicat.

Abdicare & reiicere.Cic.2.de.Orat.57.Vbi plus mali quàm boni tepetio,id totum abdico atque reiicio.Sic legit Budæus. At exemplaria quædam habent abiudico.

Abdicata Venere.Plin.5.lib.ca.17.1.Gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira,sinè vlla fœmina,omni Venere abdicata.Id est, omni Venere reiecta repudiata.

Abdicatio,abdicatiõis,verbale (ἀποκήρυξις) Ipse abdicãdi actus, Opponitur autem adoptioni.Plin.libro. 7.cap.45.4. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem.

Abdicatio

Abdicatio magistratus dicitur,cum magistratus ipse deponitur.Liuius. 6.ab vrbe.74, Amotisque post triumphum, abdicatione dictaturæ terror & impetus & animos liberauerat hominum.

» Lex abdicationis.Quintil.117.b.

Abdico, abdicis,pe.pro.abdixi,abdictum,abdicere,Reiicere,reprobare, & auspicium dirimere (ἀποκηρύττω) quæ oppositũ est verbo Addicere. Vtrunque autem, Augurale est verbũ.Ci.li.1.de Diuinat.53,Cùmque in quatuor partes vineam diuisisset, trisque partes aues abdixissent,quarta parte,quæ erat reliqua,in regiones distributa,mirabili magnitudine,vuam vt scriptum videmus,inuenit.

Abdicere, pro Abdicare. Ouid.1.Metam.124, de Io quam sibi ab Ioue dari petit Inno, Quid faciat? crudele,suos abdicere amores
Non dare suspectum. Abdicere (ait Raphael Regius) abdicare,alienare,& abse amouere. Sed cum bona Regii venia, rectius legitur addicere,quasi in seruitutem dare.

Abdo, abdis,abdidi,abditum,penul.cor.(κρύπτω,ἀποκρύπτω) abdere,Occultare,obtegere,absc̃odere. Hoc verbũ,varium habet vsum & constructionem,vt infra videbis. Cic,in Pisonem.30, An amici tui tabulas abdiderint. id est,eas non sint ausi recitare.

Abdere & contegere. Cic.lib.1.Offic.177, Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ atque formam,eas contexit atque abdidit.

Abdere se in aliquem locum,Est secreti aut latibuli gratia,se in aliquem locum recipere,& ferè cum accusatiuo & præpositione IN construitur.Cic.ad Curium,lib.7.19.4,Abdo me in bibliothecam.Idem Planco,lib.13.30.9,Abdidit se in intimam Macedoniam,quò potuit longissimè à castris.Idem pro Milone.31,Cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset.De Clodio loquens.Idem ad Attic.lib.16.3356.6, Ego me,vt scripseram, in Pompeianum non abdidi. Et lib.10.173.7, Neque me in Arpinum hoc tempore abdam. Rursum lib.9.191.5, In Aegyptum nos abdimus.Et de Diuinat.lib.2.76,Cur se in terram abdiderit. Cæsar lib.1.Bel.Gal.45, Sese in proximas syluas abdiderunt.

Interdũ nullus exprimitur locus in hoc verbo,quale est illud in.2.Aene, Illa sibi infestos eueria ob Pergama Teucros,
Abdiderat sese,atque aris inuisa sedebat. Hoc est, sese absconderat.

Abdere se in occultum.Cæsar.7.Bel.Gal.30,Neque se in occultum abdiderat.Occultum addidit,expressioris significantiæ gratia.

Abdere intra vestem, vel sub terram. Liuius.2.ab vrbe.52, Abdito intra vestem ferro, proficiscitur.Cic.lib.2.Tuscul.102, Andifne hæc Amphiaraesub terram abdite?

Abdere se rus vel domum. Terent. Heey.1.112.20, -nam senex Rus abdidit se.Cic.in Piso.73,Domum se abdidit.

Abdere se in tectis.Liu.1.ab vrbe.Se in suis quisque tectis abdiderunt.

Abdere sub, cum ablatiuo. Liu.1.ab vrbe.257, Cultrum,quem sub veste abditum habebat,cum in corde defigit.De Lucretia.

Interdum subaudiatur IN præpositio.Virgil.3.Georg.
Hunc quoque vbi aut morbo grauis,aut iam segnior annis
Deficit,abde domo. Vbi Seruius: Abde domo,in domo. Nam si aduerbialiter vellet loqui,domi diceret. Idem Aeneid.1,
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris. Pro,in speluncis abdidit. hoc est, speluncis inclusit,vel in speluncas. Sueton.in Tiberio, Mediterraneis agris abditus.

Abdere se ex. Plaut. Pseud.20.4, Ex conspectu heri sui si se abdiderunt, luxuriantur.hoc est,latenter se amouerunt,se subtraxerunt.

Abdere se literis, & in literas. Cic. pro Archia poeta.9, Ego verò fateor me his studiis esse deditum,cæteros pudeat, siqui ita se literis abdiderunt,vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum,neque in aspectum, lucemque proferre. hoc est, ita se studendo penitus ab hominum conspectu atque frequentia remouerunt, vt &c. Est autem LITERIS datiuus. Idem Volumnio,lib.7.34.6, Ac me totum in literas abdere.

Abdere aliquem in insulam aliquam, hoc est, relegare; deportare, Tacit.Annal.2,Satis usum de Vistilia statuere. eáque in insulam Seriphen abdita est.

Abdere stultitiam. Plaut. Trinum.14.2, Ne subito metus exoriatur scapulis,stultitiam abde.

Abdere uerum,id est,veritatem occultare.Ouid.Fast.3.68,
-nec umque ambage remota Abdidit,& dubio terruit ore virum.

Abdor,passiuum ex abdo,Condor,occulter.Plin.lib.9.cap.8.3, Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultantq̃ue incognito modo.De delphinis.

Abditus,penul.corr.participium.
Abditum penitus. Cic.1.Offic.17, Nec ferrum,æs, aurum, argentum effoderetur,penitus abditum,sine hominum labore & manu. Idem de Natu.Deo.lib.2.127, Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Nos æris,argenti,auri venas penitus abditas inuenimus,& ad usum aptas,& ad ornatum decoras.

Abditum & retrusum. Cic. 3.in Verrem.5, Religiones verò,cerimoniæque omnium sacrorum fanorumque violatæ, simulacraque Deorum, quæ non modo ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris ab isto retrusa atque abdita, consistere ejus animum suæ furore atque amentia non sinunt.

Abditum & occultum. Cic.1. de Narn. Deo.69, Epicurus autem qui res occultas & penitus abditas non modo uiderit animo, sed etiam sic tractet ut manu doceat.

Abditum & penetrale. Cic.de Aruſp. respon.54, Deorum igneis, solennes mensas,abditos ac penetrales focos,occulta,& maribus non inuisa solum,sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere peruertit.

Abditus agro. Horat.epist.lib.1.epist.1, -Veianius armis
Herculis ad postem fixis latet abditus agro.id est,in agro suo.

Abditus in tectis. Cic.1.de Inuent.rhet. lib.4, Qui dispersos homines in agris & in tectis syluestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum,& congregauit.

Abditus æther tenebris. Senec.in Agam.7.28,Et æther abditus tenebris latet.id est,Cælum ob tenebras à me uideri non potest.

Ambages abdita, id est, obscura. Tacit.lib.5, Mox incertus animi, fesso corpore, consilium cui impar erat, fato permisit, iactis tamen nocibus, per quas intelligeretur prouidus futurorum. Namque Macronii non abdita ambage, Occidentem ab eo deseri, Orientem spectari exprobrauit.

Consilia abdita,hoc est,arcana.Val.Flac.4.Argonaut.96,
Fata loquax,mentémque Iouis,quæque abdita solus
Consilia,& terris subitò uentura parabat,
Prodideram miseram hominum genus.

Abdita loca.Cic.ad Atti.lib.15.3.2.2,Loca venusta sunt,abdita certè, & siquid scribere velis,ab arbitris libera.

Abditum & opertum.Senec.in Hercu.fu.9.9, -vt iura abdita
Et operta terris,liceat impunè eloqui.

Abditas causas morborum vocare.Celsius in præfat.lib.1, quibus opponuntur euidentes.

Abdita fata.Tibul.lib.2.Eleg.5,ad Phœbum,
Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla,

Abdita quæ senis fata canit pedibus.

Abditos sensus gerere, id est, occultos. Senec.in Hippolyto.812,
O vita fallax,abditos sensus geris. hoc est, difficillimum est cognoscere secreta & sensus hominum. Tacit.lib.5, Abditos principis sensus,& siquid occultius parat,exquirere,illicitum.

Abdita voluntas ac retrusa. Cic.de Petit. Consul.29, Cura vt aditus ad te diurni atque nocturni pateant, neque foribus solum ædium tuarum, sed etiam vultu & fronte, quæ est animi tanua, quæ si significat voluntatem abditam esse ac retrusam,parui refert patère ostium.

Abditum,abditi,substant.(μυστικὸν) pro loco occulto.Plin.lib.8.cap.5, Nunquam nisi in abdito coeunt.

Abdita rerum. Horat.in Arte Poe.10, -si forte necesse est
Indicijs monstrare recentibus abdita rerum.

Abditi terræ. Lucret.lib.6.163,
Denique vbi argenti venis,auríque sequuntur,
Terrai penitus scrutantes abdita ferro.

Abdite, aduerbium (μυστικῶς) Occultè, secretò, absc̃onditè. Cice.4. in Verrem.130, Omnia ita condita fuisse, atque ita abditè latuisse videantur.

Abdomen, pe.lõga,abdominis,n.g. (λαπαρὸν ὑπογάστριον) Iuuenal.Satу.4,Mõtani quoque venter adest,abdomine tardus. Pars est humani corporis,qua lic describit Corne.Celsius li.4. ca.1, Ipsa aũt ilia inter coxas & pubem imo ventre posita sunt,a quibus ac pube abdõmen sursum versus ad præcordia pertinet, ab exteriori parte, cuidenti cute, ab interiori, leui membrana inclusum, quæ omento impgitur, περιτόναιος autem à Græcis nominatur. Idem libro.7.cap.17, Interdum tamen vel ex ictu aliquo, vel retento diutius spiritu, vel sub graui fasce,interior abdominis membrana, superiore cute integra rumpitur. Quod fœminis quoque ex vtero, sæpe euenire consuevit. Iuuenal.Satу.2.9,
Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ.

Abdomen quid sit in homine, Celsius clarissimè docet. Quid in sue, Plin.lib.8.cap.51, Hinc Censorianum,inquit,legum paginæ,interdictaque cœnis abdomina,glandia, testiculi,vuluæ, fyncipita verrina, vt tamen Publii mimorum poetæ cœna,postquam seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine,etiam vocabulo fuminis ab eo impósito. Placuere autem & feri sues. Iam Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrant callum. Et lib.11.cap.37, Vulua iecto partu melior quàm edito. Iectitia vocatur illa,hæc porcaria,primiparæ suis optima. Contrà effœtis. A partu,præterquàm primiparum probantur, potiúsque veterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum,aut post partum,aut quo iecerint die. Proxima iectitiæ est, occisæ vno die post partum.Huius & fumen optimum, si modo fœtus non hauserit, iectitiæ deterrimum. Antiqui abdomen vocabant, priusquam calleret id, scientes occidere non assueti. Hactenus Plinius. Quem locum iustis de causis altius repetitum, sic exposuit Hermolaus, id quod modo sumé dicitur,hoc est,suillas cum lacte

suo mamas, veteres abdomen vocabát: ab lacte opinor iam abdito & fugato, vtpote qui antéquam vbera calleſcerét, hoc eſt, ſiccato lacte duréſcerent, ſuem occidere non ſolerét. Ex quibus Hermolai verbis, præter loci Pliniani interpretationem, colligis abdominis nemencla turam, ab Abdo verbo ductam, ſicut ſumini, à ſue & mamma.

Abdomen inſaturabile. Cic. pro Seſtio. 95, Libelli etiam pro vino oppignerabántur, manebat inſaturabile abdomen, copiæ deficiebát. Quo in loco pro vitio ventris, quod guloſitatem vocant, accipitur.

Abdomini natus, id eſt, ventri & gulæ. Cic. in Piſonem. 31, Ille gurges atque helluo, natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ.

Abdominis voluptates. Cic. in Piſo. 52, Solet in diſputationibus ſuis oculorum & aurium delectationi, abdominis voluptates anteferre.

Sic quoque latinè dicas, Abdomini indulgere, Abdomini inſeruire, Abdomini operam dare.

Abdúco, abducis, pen. longa, abduxi, abductũ (ἀπάγω) Abduce re, loco ducere.

Abducimus aliquem, quum eum alicunde nobiſcum ducimus, Cui cõtrarium eſt Adducere. Et quéadmodum de pecoribus Abigere dicimus, ita de hominibus Abducere. Abducimus autem ſinè vi aut per vim.

Sinè vi. Terent. Eunu. 3. 1. 17, Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. Cic. 2. de finib. Maiores noſtri ab aratro abduxerunt, Cincinnatum illum, vt dictator eſſet.

Per vim. Cic. 5. Verr. Omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. Idem. 7. Verr. Naue à prædonibus abducta. Terent. Adelp. 3. 4. 36, Hunc abduce, vinci, quære rem. 6. Imò hercle extorque. Ibidem. 2. 1. 44, Me inuito abduxit meam. Sic, à marito ad duorum vxor abducitur, teſte Donato. Virgilius Aeneid. 10. 15, Et gremiis abducere pactas.

Abducere vi, vel per vim. Cic. 5. Verr. Ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidori numi filiam, vi abductam à Rhodio milite. Liuius. 2. ab vrbe, Cõſularibus negotio dato, vt collegam per vim, ſi aliter non poſſent, de foro abducerent.

Abducere in aliquem locum. Terent. Adelph. 3. 3. 5, Credo abductum in ganeum aliquò. Cic. 7. Verr. Ipſos in latomias abduci imperabat. Liu. 10. Bel. Pun. 63, Abductum in ſecretum Maſiniſſam ſic alloquitur.

Abducere rus. Plaut. Caſina. 3. 20, Abduxi mecum vxorem rus.

Abducere in diuerſum à nido. Plin. lib. 10. cap. 33. de perdice & aucupe, Procurrit iterum, tamtam prehenſurum effugiens, dpemque fruſtrans, donec in diuerſum abducat à nidis.

Abducere in ſeruitutem. Cæſ. 1. Bel. Gal. 41, Vt penè in conſpectu exercitus noſtri agri vaſtari, liberi eorum in ſeruitutem abduci, oppida expugnari, non debuerint.

¶ Abduci etiam pecora dicuntur. Ouid. epiſt. 15, Paris de ſe loquitur: Penè puer cæſis abducta armenta recepi
Hoſtibus, & cauſam nominis inde tuli.

¶ Abducere, pro abſtrahere, vode ſequuntur exempla.

Abducere à teſtibus. Cic. pro Cælio. 16, Equidem vos abducam à teſtibus, neque huius iudicii veritatem, quæ mutari nullo modo poteſt, in voluntate teſtium collocari ſinam.

Abducere à meretricio quæſtu. Cic. 2. Philip. 61, Sed citò Curio interuenit, qui te à meretricio quæſtu abduxit.

Abducere aciem mẽtis à cõſuetudine oculorum. Cic. 2. de Nat. Deo. 63, Reſtat vt qualis eorum natura ſit conſyderemus, in quo nihil eſt difficilius, quàm à conſuetudine oculorum aciem mentis abducere.

Abducere animum à cogitationibus. Cic. 5. de finib. 150, Cur nec eadem Democritus, qui verè falſóue quæreremus) dicitur oculis ſe priuaſſe? Certè vt quamminimè animus à cogitationibus abduceretur. Sic, ab querelis. Idem Attico, lib. 9. 17. 1. 4. Item, abducere cogitationẽ à conſuetudine. Idem. 1. Tuſcul. 59.

Abducere animum à ſolicitudine. Cic. lib. 4. epiſtol. ad Seruium Sulp. epiſt. 3, Quæ etiam ſi minus prodeſſent, animum tamen à ſolicitudine abducerent.

* Abducere puerum à Grammaticis. Quintil. lib. 2. cap. 1. 9:

Abducere diſcipulum à præceptore. Cic. lib. 2. de Orat. 23. Idem lib. 5. de fin. 147, Video quid agas: ne diſcipulum abducam, times. hoc eſt, ne auertam illum à ſententia tua. Ibidem. 152, Quem diſcipulum cupio à te abducere.

Abducere ſe ab angoribus & moleſtiis. Cic. Lucceio, lib. 5. 13. 12, A negotiis, Plaut. Rud. 4. 1. & Cic. pro Flacco. 71. Ab officio, Idem de Amicitia. 8. A rebus gerendis abduci, Idem. 1. Off. Abducere ab ſtudio, Terent. in prol. Hecyræ. & Cic. lib. 4. epiſt. 4. 13. Abduci à vero, Cic. 3. de fin. 109.

Abducere equitatum ab aliquo ad ſe. Cice. 11. Philip. 310, Brutus legiones conſcripſit nouas, excepit veteres, equitatum ad ſe abduxit Dolabellæ, atque eum nondum tanto parricidio oblitum, hoſtem ſua ſententia iudicauit. Nam ni ita eſſet, quo iure equitatum à Conſule abduceret?

Abducere ſeruum ab aliquo. Cic. pro Deiotaro. 22, Sed tamen ille inimico ſeruum remiſit, tu ab amo abduxiſti.

Abducere vxorem à viro. Cic. pro Flacco. 56, Vxorem abduxit Decianus ab Amynta prægnantem, quæ peperit apud Decianum, filiam.

Abducere ab inſtitutis. Cic. lib. 6. in Verr. 10, Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab inſtitutis ſuis, magnitudine pecuniæ.

Abducere aliquem ad nequitiam. Terent. Adel. 3. 3. 4,
Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt,
Quj alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiã abducere. Pro eo quod eſt abſtrahere: quaſi tu dicas, à bona fruge ad malam frugem pertrahere. Vnde & in eum locum Donatus ait: Ad nequitiam abducere, quaſi inuitum dixit, non vocare, ſed abducere. Ducimus enim volentes, ſed abducimus inuitos.

Abducere à re aliqua ad aliam. Cic. 5. Verr. 181, Ab illis hominibus qui tum verſati ſunt in Rep. ad hanc hominum licentiam & libidinem me abducis? In hoc genere loquendi alterum verbum ſubauditur, vt dicas, ab vna re abducere, & ad aliam traducere: quod etiam verbũ interdum leginus expreſſum. Cic. 3. de Orat. 162. Abducere animos à cẽtraria defenſione, & ad noſtram conor traducere. Idem lib. 1. de Diuinat. 151. de Aruſpicina loquens. Quocirca bene apud maiores noſtros Senatus, tum quum florebat imperiũ, decreuit, vt de principum filiis ſex, ſingulis Hetruriæ populis, in diſciplinam traderentur, ne ad tanta propter tenuitatem hominum, à religionis authoritate, abduceretur ad mercedem atque quæſtum.

Abducere aliquem à Republica. Metellus Ciceroni lib. 5. epiſt. 1, Me interea nec domeſticus dolor, nec cuiuſquam iniuria à Republica abdũcer. Cic. lib. 3. ad Quint. frat. 21. 5, Abduco equidem me ab omni Rei publicæ cura, deque literis.

¶ Abducere aliquem ex acie. Cic. in Bruto. 118. M. Catonem patrem, Quint. etiam Catullum filium abducamus ex acie, id eſt, à iudiciis, & in præſidiis Reipublicæ, cui tatis facere poſſint, collocemus.

¶ Abducere quempiam à fide, pro reuocare à fide præſtanda. Cic. pro L. Flacco. 64. Ita ſcitõte Iudices eſſe cætera, vel quod ait Luceius L. Flaccum ſibi dare cupiſſe, vt à fide ſe abduceret, feſtertium vicies.

Abducere caput ab ictu, id eſt, auertere. Virg. Aeneid. 5. 85.
Abduxêre retro longè capita ardua ab ictu.

Abducere gradum. Silius lib. 10. 4.
Abſceſſêre retro, pauidique in terga relatos Abduxêre gradus.

Abducere ſomnum. Ouid. Faſto. 5. 95.
Viſaque confugiens ſomnos abduxit imago.

¶ Vincula abducere ab aliquo loco. Val. Flac. 5. Argonaut. 32.
Vincula preuſa manu ſaxis abduxerat imis. Herculem intelligit vincula ſoluentem, quibus ligatus erat in antro Prometheus, ad Caucaſi montis radices.

Abducere viſum. Plin. lib. 11. cap. 37. Animo autem videmus, animo cernimus: oculi, ceu vaſa quædam, viſibilẽ eius partem accipiunt, atque tranſmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus viſu. hoc eſt, Viſu ab oculis ad animum traducto.

¶ Non abducar vt. Cic. 1. de Diuin. 65, Nec abducar vt reor aut in extis totam Hetruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare. id eſt, Non diuellar, ſiue deducar à ſententia.

¶ Abducere aliquid, pro auferre, figuratè dictum. Plau. Trucul. 2. 8, Quid ſi de veſtro quippiam orem abducere? Idem Caſ. Vbi intrò hinc nouam nuptam deduxi via recta, clauem abduxi.

¶ Auferre & abducere. Cic. pro Quintio. 57. Quod ibidem rectè cuſtodire poterunt, id ibidem cuſtodiant: quod non poterunt, id auferre & abducere licebit.

Abduco tibi, pro abs te. Diomedes.

¶ Abducere pro abdúc dixit Terentius Adelph. Hunc abduce, vinci.

Abductus (ἀπαγωγὸς) participium, ſiue nomen ex participio. Montes abducti, id eſt, ſemoti. Val. Flac. Argonaut. 4. 136.
Coeperat intendens abductis montibus vnda Ferre ratem.

¶ Flumina ponto abducta. Val. Flac. Argonaut. 5. 33.
- abductaque flumina ponto.

Abecedarium, abecedarii, n. g. (ἀλφάβητον) apud Auguſtinũ eſt ordo ille literarum, quẽ pueruli cõdiſcunt, Alphabetum Græci vocant. Ex Cælio lib. 14. cap. 28. Quemadmodum autẽ à primis duabus literis Græcis, dicitur Alphabetum ſic à quatuor primis, Latinis abecedarium.

Abecedarii in diſcentium claſſibus nũcupantur ab Hieronymo, qui prima imbibunt elementa. Syllabarii, qui iam ſyllabas cõnectere inſuefecunt. Nominarii, qui denique integra proferunt nomina. Ex Cælio lib. 14. cap. 28. Abecedarium quoque præceptorem rectè dixeris, qui prima docet elementa. Meminit Fulgentius. 3. Mytholo. de Orpheo loquens.

Abedo, abedis, pen. corr. vel abes, abẽdi pen. prod. abedere (ἀποστυγῶ) Idem quod Exedo, abſumo. Corn. Tacitus lib. 15. Sibi imbecillum equitem pabuli inopia. Nam exorta vis locuſtarum, abederat quicquid herbidum aut frondoſum.

ABELLA, Abellæ (ἀβέλλα) Oppidum Campaniæ Italicæ, ſupra Neapolim, verſus Septentrionem. Author Volaterranus. Virgil. Aenei. 7. 148, Et quos maliferæ deſpectant moenia Abellæ. Alii tamen per apocopen legunt Bellæ. vide Auellana.

Abellina,

Abellina, abellinæ, pen. prod. (λεπτοκάρυον) ab Abella Campaniæ Italicæ oppido, priſcis dicebaĩ, quã nunc Auella nam dicimus. Plinius lib. 15. cap. 22. vide Auellana.

ABELLINATES, (ἀβελλανάται) ſunt Italiæ populi, antè Protropi appellati, vt ſcribit Plinius lib. 3. cap. 11. Iidem Auellinates appellantur.

* Abellinum (ἀβέλλανον) ſiue Auellinũ, Italiæ oppidum. Plin. lib. 3. cap. 4. Iodie Troia dicitur.

Abemo, ábemis, penul. corr. verbum obſoletum. Plaut. Abemitoveſtem, id eſt, demito, vel auferto. Feſtus.

Abeo, abis, abiui, pen. prod. & per ſyncopã, abii, ábitum, pen. cor. (ἀπέρχομαι, οἴχομαι) abire, diſcedere. Terent. Eunuc.
- rogo numquid velit. Rectè, inquit, abeo. id eſt, diſcedo. Cic. 6. Verr. 129. Nam antequam verbum facerem, Prætor de ſella ſurrexit, atque abiit.

Abire à vel ab, aut de loco. Plaut. Menæch. 12. 75. Sed non abire poſſum ab his regionibus. Cic. Terentiæ, lib. 14. 1. 6, De loco nunc quidem abiit peſtilentia.

Abire hinc, illinc, iſtinc, inde. Terent. Eunuch. 4. 7. 29, Non tu hinc abis? Ibidem. 4. 4. 58. - cùm inde abeo, iam tum incoeperat Turba inter eos. Plaut. Rud. Sine me hinc abire.

Abire vrbe vel domo. Plau. Merc. 12. 69. Cedò ſi hac vrbe abis, amorem hîc relicturum putas? pro, ab hac vrbe. Idem Amph. Abiit domo ad legiones. Terent. Eunuch. 4. 3. 19. Suſpicor aliquid domo abcuntem, abſtuliſſe. Hîc non deſyderatur præpoſitio, quia ablatiuus DOMO, ferè aduerbialiter ponitur.

Abire ab aliquo. Plaut. Aul. 7. 48. Abiit hinc à me. Idem Capt. Abeo ab illis, poſtquam video me ſic ludificarier.

Abire ab vel ex oculis, è cõſpectu, &c. Plaut. Trucul. 9. 24. Abite ab oculis. Idem Amph. 6. 20. Abin' è conſpectu meo? Liuius. 5, Bel. Pun. 87. Conſpectique repente ex oculis abierunt.

Abire ab aliquo, pro exire ab eius ædibus. Terent. And. 1. 5. 32. Sed cur tu abis ab illa?

¶ Abire aliquò, ferè pro ire ponitur: vt, Quò abiit? hoc eſt, quonam iuit?

Abire ad vel in. Plin. lib. 2. cap. 15. Et eædem ad Septentrionem accedunt, abeuntque ad Auſtrum. Plaut. Pœnulo. 17. 28.
Tu abduc hos intrò, & vnà nutricem ſimul
Iube hanc abire ad te. Cic. lib. 1. Tuſcul. 51. Abiit ad deos Hercules. Plin. lib. 16. cap. 32. 5. Et quid attinet ad Pontum abire? Teren. Adel. 2. 1. 11. Interea in angulum aliquò abeam. pro, in aliquem angulum. Liu. 5. Bel. Pun. 59. Cuius rei periculum vitãtes plerique in exilium abierunt. Terẽt. Heaut. 1. 1. 59, Sed in Aſiã hinc abii propter pauperiẽ.

Abire intrò, iſtuc, longè, peregrè, obuiàm. Terent. Eunuc. 5. 5. 28, Ego abeo intrò. Idem Adel. 2. 1. 17, Nimium iſtoc abiſti. pro, iſtuc, more antiquo. Idem Eunu. 5. 2. 67, Obſecro abeamus intrò. Idem Adel. 5. 5. 1, Rogat frater ne abeas longius. Plin. lib. 35. cap. 12. 1, Illo abeunte peregrè, vmbram ex facie eius, ad lucernam in pariete lineis circumſcripſit. Terent. Heaut. 2. 3. 2, Abi dum tu Dromo illis obuiam.

Abire impunè. Vide IMPVNE.

Abire peregrè. Vide PEREGRE.
Sic per metaphoram, abire longius, pro euagari, & à propoſito diſcedere. Cic. pro Roſcio Amerino. 26, Quaſi verò mihi difficile ſit, quàvicinos meos, &c. Idem pro Cœcin. 69, Vt ne longius abeam) vel tribuleis, vel
Non longè abire. Cic. Trebatio. lib. 7. 20. 3, Sin tibi quædam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, nullam artem in literis ſinè interprete, & ſinè aliqua exercitatione percipi poſſe. Non longè abieris. tum iuris ciuile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? Quod Lucanus lib. 1. diſixit, Ne longè exempla petantur. Vulgò dicimus, Verbi gratia, Exempli cauſa.

Abire in infinitum. Plinius lib. 17. cap. 25. 2, Qualibus oſtentis Ariſtandri apud Græcos volumen ſcatet, ne in infinitum abeamus. hoc eſt, ne arborum innumera prodigia récenſeamus.

¶ Abire aliquò, ſinè præpoſitione, præſertim in vrbium nominibus, vt exigit latinitas. Virgil. 1. Aeneid. Ipſa Paphum ſublimis abit. Idem 6. Aeneid. Ripámue inuiſſus abibis? pro, ad ripam vel in ripam, figuratè.

Abire, cum priore ſupino. Plautus Merc. 12. 16, Si opprimit pater quod dixit, exulatum abiit ſalus. Terent. Heaut. 3. 3. 26, Da illis locum, abi deambulatum.

Abire exulatum, id eſt, In exilium. Liuius. 5. Decad. lib. 3, Quum dicenda deintegrò cauſa eſſet, excuſati exilii cauſa ſolum vertiſſe, Furius Præneſte, Matienus Tibur, exulatum abierunt. Idem 2. ab vrbe. 69, Tarquinius ſpe omni reditus inciſa, exulãtum ad generum Mamilium Octauium Thuſculum abiit.

Abire peſſum. Plaut. Trucul. 3. 11, Quando abiit rete peſſum.

Abire Tarentum, vel in Aſiam ad mercaturam. Terent. Heaut. 1. 1. 65, In Aſiam ad regem militatum abiit. Plaut. Menæch. 24. 55, Cum patre vt abii olim Tarentum ad mercãtum.

¶ Abiit res aliqua, abſolutè dictum: vt,
Fides. Liuius lib. 3, ab vrbe. 46, Quia occidione prope occiſos Volſcos & Aequos mouere ſua ſponte arma poſſe, iam fides abierit. id eſt, deſiit credi, & eſſe veriſimile.

Animus abiit in varios curſus. Ouidius. 9. Meta. 31, In curſus animus varios abit.

Ferrum in corpus. Stat. lib. 11. Theba. 126,
Heu furiæ, num totum abiit in corpora ferrum?

Haſta trans pectus. Idem Theba. 99, Haſta viri trans pectus abit.

Memoria. Liuius. 2. ab vrbe. 15, Præterea aliquot nobiles adoleſcentes conſcij aſſumpti, quorum, vetuſtate memoria abiit. pro, perit, efflu-xit, obliterata eſt.

Modus. Ouid. 11. Meram. 3. - ſed enim temeraria creſcunt
Bella, modusque abiit, inſanáque regnat Erimys.

Nauſea. Cic. Atti. lib. 14. Nauſea iam planè abiit. hoc eſt, ceſſauit.

Pedes tres. Cato de re ruſt. cap. 135. 3, Cùm tortus funis fuerit, longus erit pedes XLIX, in commiſſura abibunt pedes tres. id eſt, diminuentur & conſumentur.

Peſtilentia. Cic. Terentiæ, lib. 14. 1. 6, De loco nunc quidem abiit peſtilentia ſed quandiu fuit, non me attigit.

Pretium. Plinius Iunior. lib. 3, Verùm ex hac penuria colonorum & communi temporis iniquitate, vt reditus agrorum, ſic etiam pretium retro abiit. pro, imminutum eſt.

Sol. Plaut. Merc. 22. 32, Malè facis, properantem qui me commorare, ſol abit. id eſt, decedit.

Spes. Lucanus lib. 3, Spes victis telluris abit. hoc eſt, perit, effluit. Ouidius. 7. Metam. 115, - atque ſalutis Spes abit.

Illa mea. Cic. in epiſt. Illa mea, quæ ſolebas anteà laudare, ô hominem facilem, ô hoſpitem non grauem, abierunt. pro præterierunt, ſiue præterita ſunt.

Sic, Abit tempus, aut aliud nomen tempus ſignificans: pro præterit, cedit, effluit. Cic. Abiit illud tempus, mutata ratio eſt. Idem pro Seſtio. 60, Abiit ille annus, reſpiraſſe nomines videbantur, nondum re, ſed ſpe Reipub. recuperandæ. Terent. Eunuc. 2. 3. 49, Dum hæc dicit, abiit hora. Idem Adelp. 4. 5. 57, Hæc dum dubitas, menſes abierunt decem. vbi Donatus: Quaſi dicat, te ceſſante, decem menſes ceſſêre. Et abire dicitur, quod paulatim nos deſerit.

¶ Abit tutela ad propinquos. Hora. lib. 2. Sermo. Saty. 3. 44, Et ad ſanos abeat tutela propinquos.

¶ Abiit oppidum in villas. Plin. lib. 3. cap. 34. 5, Bello ſociali id oppidũ deleuit, quod nũc in villas abiit. id eſt, ex oppido factæ ſunt villæ.

¶ Abire, ſequente nominatiuo à poſteriore. Liuius. 2. ab vrbe, Telo extracto præceps Fabius in vulnus abiit. id eſt, pronus cecidit in vulnus. Plautus Stich. 14. 14, - amica vter vis vbi -
Accumbamus? ST. abi tu ſanè ſuperior. id eſt, cape ſuperiorem accumbendo locum. Virg. lib. 5. Aeneid. Quò diuerſus abis? hoc eſt, Quonam is in partem contrariam, quò diuertis?

¶ Abire à re aliqua. Cice. 4. Acade. 161, Sed abeo à ſenſibus, quid eſt quod ratione percipi poſſit? hoc eſt, ſupersedeo ſenſibus: quaſi dicat, deſino plura de ſenſibus dicere. Idem de Orat. ad Brutum: Sed ab hoc parumper abeamus, quandoquidem de genere, non de homine quærimus.

Abire ab emptione. Paulus Iuriſcons: Sed ſi neuter ſubiecit emptorem, maiore autem pretio addictum eſt prædium ei, qui ſoluendo non eſt: abitum eſt à priore emptione: quia ea melior intelligitur, quàm venditor comprobauit: ceu ſi hanc non addicere. Id eſt, diſceſſum à priore contractu. Hîc imperſonale eſt.

Abire ab iure. Cic. De ſuis bonis ita dat vt ab iure non abeat. id eſt, ab iure non diſcedat.

Abire è medio, è vita, ex matrimonio. Terent. Phor. 5. 9. 30, Ea mortem obiit, è medio abiit. hoc eſt, è vita diſceſſit, quod eſt mortem obiit: vt ſit hîc eiuſdem rei ſub diuerſis verbis repetitio. Cice. lib. 1. Tuſcul. 116, Cato autem ſic abiit è vita, vt cauſam moriendi, nactum ſe eſſe gauderet. Idem quod, exceſſit è vita, hoc eſt, mortuus eſt. Plaut. Milit. 16. 27,
Quaſique iſtius cauſa amoris ex hoc matrimonio
Abierim. hoc eſt, matrimonium hoc reliquerim.

¶ Abire ad vulgi opinionem. Cic. lib. 3. Offic. 112, Nunc abeo ad vulgi opinionem.

¶ Abire magiſtratu, Conſulatu, &c. pro Deponere magiſtratum, Conſulatum, &c. Liuius. 3. ab vrbe. 144, Non tam properantis abire magiſtratu, quàm viam ad continuandum magiſtratum quærentis eſſe. Cic. Metello, lib. 5. 2. 17, Atque abeuntem magiſtratu, concionis habendæ poteſtate priuauit. Idem lib. 1. ad Atti. 11. 8, Cùm abiens Conſulatu ſum domum reductus. Plin. in Paneg. Itaque & abiturus Conſulatu, iuraſti te nihil contra leges feciſſe.

Abire incoepto. Omittere incoeptum, incoepto deſiſtere. Liuius. 4. Bel. Punici. 85, Non dimittenda eſſe dicendo, quia magna famæ mõẽta, in vtranque partem fierent, tenuit ne incoepto abiretur.

Abire incoepto longius. Tacit. lib. 5, Quippe à filio eiuſdem Traſulli, prædictum Neronis imperium, in tempore memorabitur, ne nunc in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœpto longius abierim. Hoc est, ne nũc lõgius discedã ab incœpto.

¶ Abire in tenuiquam, vt in aranearum, in salem pro in eam rem transire, mutari, redigi. Plin. lib. 24. cap. 9. 1, Salicis fructus ante maturitatem in aranearum abit. Idem lib. 31. cap. 7, Siccatur humor in lacu Tarentino æstiuis solibus, totúmque stagnum in salem abit. Idem lib. 16. cap. 44. 3, Decoctam autem, minus picis reddere arbitrantur, quoniam in ferum abeat. Ouid. Metam. 2. 67,

- vtque vagi crines per colla iacebant,
In dextras abiere comas. Id est, mutati sunt, & transformati. Liuius lib. 1. ab vrbe, Ciuibus facta spes in aui mores atque instituta, Tullũ regem abiturum. Ouid. epist. 21. 17, Siue abeunt studia in mores, artesque magistras. Cato de re rust. cap. 61, In radices, vires oleæ abibũt. Plin. li. 21. cap. 11, Si denulla crebro, prolubeatur in semẽ abire.

¶ Abire in malam crucem, & similia, locutiones sunt imprecandi, ab antiquis vsurpatæ. Terent. And. Abi hinc in malam crucem cum suspitione isthac, sceleste. Idem Phor. Abi in malam crucem. Vbi Donatus, aduerbialiter: vt, huc vicinæ. Ex cuius verbis apparet legendum esse malam crucem, absque præpositione. Vide & in Eunucho, Malam rem hunc abisse. Vbi idem interpres sic ait, Hoc aduerbialiter dixit quemadmodum dicimus, domum abis. Plaut. Aul. Aut abi in malum cruciatum ab ædibus. Cic. Philip. 13, Quin tu abis in malam pestem, malúmque cruciatum?

¶ Abire in diem. Terent. Phorm. 5. 2. 16,
Præsens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ crescunt,
Nisi prospicis. Id est, in aliud tempus dilatum est: quia debitas tandem pœnas dabis, etiam cum fœnore. quod vulgo dicunt, Tu nihil perdis nisi expectationem. Budæus.

Abire in ora hominum. Liuius 2. ab vrbe, 154, Quanquam haud sanè liber erat religione animus: verecundia tamen maiestatis magistratuum timorem vicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret. Id est, Ne in ludibrium & irrisionem veniret, Ne rideretur ab omnibus, Ne fieret vulgi fabula.

Abire in societatem. Plin. lib. 8. cap. 16. de leonibus, Quæ possint in mandendo solida deuorare, nec capiente aluo, connectis in fauces vnguibus extrahere, vt, (si fugiendum sit) non in satietatem abeant.

Abire in sumptus. Cic. Attico, lib. 11. 10. 2, In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? Pro, verruntur siue conuertuntur. Hoc est, quibus in rebus impenduntur, insumuntur.

¶ Abire in ventos, Id est, obliuioni dari. Ouid. lib. 1. Trist. 7,
Cunctáne in æquoreos abierunt irrita ventos!

¶ Abire sub iugum. Liuius 3. ab vrbe, 122, Sed exprimatur tandem confessio, subactam, domitámque esse gentem, sub iugum abituros. Hoc est, iugum subituros, sub iugum ituros, seu venturos.

¶ Abeunt fursum radices, pro fursum tendunt. Cato de re rust. cap. 61, Si male arabit, radices fursum abibunt, crassiores fient, & in radices, vires oleæ abibunt. Plin. lib. 17. cap. 18, Radices si fursum abibunt, crassiores fient.

¶ Sic abire. Terent. And. 1. 2. 4, Mirabar, hoc si sic abiret. Id est, Si hæc res ita præteriretur. Cic. Attico, lib. 14. 299. 2, Ad summam, non posse istæc, sic abire. Idem in Catil. Nõ hoc tibi sic abibit. Id est, non hoc impune ferés. Budæus. Cic. 5. de fin. 11, Etsi hoc fortasse nõ poterit sic abire, tamen audebo te ab hac Academia nouã ad veterẽ illã vocare.

¶ Abire, de sermone dictum. Cic. pro Roscio Amerino, 26, Quid ad istas ineptias abis, inquies? Hoc est, Cur transis ad istas ineptias? omissis scilicet rebus necessariis.

¶ Abire præ, pro præire, siue præcedere. Plaut. Amph. 6. 46, Abi præ Sosia, iam ego sequar.

Abire viam, figurate dictum, sicut ire viam, eiusdem significationis. Plaut. Rud. 2. 3. 87, Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam.

Abire fuga, Id est, fugere. Virg. 4. Aeneid. 567,
Ardet abire fuga, dulcesque relinquere terras.

¶ Abi, vt ait Donatus, est verbum vel sibi, vel alteri cum laudatione blandientis. nam sic dicunt, qui iam compotes sunt votorum omnium, perfectíque in rebus vniuersis. Terent. Adelph. 4. 2. 16, Patrissas: abi, virum te iudico. Ibidem 5. 1. 1, Aedepol Syrisce te curasti molliter, lautéque munus administrasti tuum. abi.

Abi, item per contemptum dicitur. Terent. Adel. 2. 2. 12, Nunquam rem facies. abi, nescis inescare homines.

Abi, abi. Terent. Adelp. 4. 4. 11, - illa exclamat, Abi, abi iam Aschine, Satis diu verba dedisti nobis.

Abi dicimus quasi hærenti morantique. Terent. And. 1. 1. 1, Vos istæc intrõ auferte: abite.

Abibitur, impersonale. Plaut. Merc. 16. 36,
- scio iam quid velis,
Nempe me hinc abire vis. L. volo inquam. e. abibitur.

Abiens abeuntis, participium (ἀπιὼν ἐκχωρῶν) Discedens. Terent. And. 1. 157, Obseruabam mane illorum seruulos venientes aut abeuntes.

Abiens magistratu. Cic. in Pisonem, Ego cum in concione abiens magistratu dicere à Trib. plebis prohiberer quæ constitueram. Hoc est, deponens magistratum.

Abiens currus. Horat. 3. Car. 6. 7. - sol vbi montium
Mutaret vmbras, & iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens, abeunte curru.

Abeuntia vela. Ouid. 5. Epist. 11,
Prosequor infœlix oculis abeuntia vela
Qua licet, & lachrymis humet arena meis.

Abeuntes anni. Stat. 4. Thebai. 8. - Rex tristis & æger
Pondere curarum, propiórque abeuntibus annis,
Inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus.

Abitio, abitionis, Verbale (ἀπέλευσις) Ipse abeundi actus, hoc est, discessus. Terẽt. Heaut. 1. 2. 16, Propter eã hęc turba at qi abitio euenit.

Abitionem antiqui dicebant mortem. Festus.

Abitus, abitus, m. g. penul. corr. Verbale (ἀπέλευσις) ex Abeo. id est, discessus, & abitio. Terent. Heaut. 3. 1. 5, Cum videam miserum hunc tam excruciarier eius abitu. Cic. 5. Verr. 106, Nunc autẽ ne post abitum quidẽ huius importunissimæ pestis, &c. Plin. lib. 18. ca. 31, Signũ orientis eius fyderis seruetur, hirundinũ abitus. Idem lib. 2. cap. 16. 7,

Abitus sepire. Tacit. lib. 14, Cæteri terga præbuere difficili effugio quia circumiecta vehicula sepserant abitus.

Abitus, non solum est ipse discessus & abitio, sed etiam locus per quem abire possumus. Virg. 9. Aeneid. 80,
Obiiciunt equites sese ad diuortia nota,
Hinc atque hinc, omnemque abitum custode coronant. Sic legit Seruius. id est, Omnes locos cingunt custodibus, per quos Niso & Euryalo pateret euadendi facultas.

Abequito, as, pen. corr. (ἀφιππεύω) Abequitare equo abire vel aufugere. Liu. 4. Bel. Pun. 140. Vt prætores pauidi inter tumultum abequitarent Syracusas.

Aberceo, aberces, abercui, abércitum (ἀπέργω) abercere, arcere, prohibere, authore Festo. Pla. Atque eã abercer domo.

Aberro, aberras (ἁφαμαρτάνω, ἀποτυγχάνω, ἐξαμαρτάνω) aberrare. Est proprie à via recta per errorem digredi, deflectere, discedere: hoc est rectam viam non tenere: quod & deerrare dicitur. Plaut. Menæh. 2. 29, Puer inter homines aberrauit à patre.

Aberrare per metaphoram venisse dicimus. Cic. 5. Tuscul. 93, Sed redeat vnde aberrauit oratio. id est, ad illud redeamus, à quo longius digressi sumus. Idem 2. de Orat. 85, A quo quidem homine, iandudum Antoni, non aberrat oratio tua.

Aberrare à regula & præscriptione vitæ. Cic. 4. Acad. 154.

Aberrat ad alia ratio. Cic. lib. 1. Offic. 187, Danda igitur opera est, vt etiam si aberrare ad alia coeperit, ad hæc reuocetur oratio.

Aberrat animus à sententia. Cic. 7. Philip. 217, Quarum rerum etsi facilis explicatio videtur, tamen animus aberrat à sententia, suspensus curis maioribus.

Aberrare à communi vtilitate. Cic. pro Ligurio. 12, Vtrisque cupientibus Rempublicam saluam, sed partim consilijs, partim studijs, à communi vtilitate aberrantibus.

Non multum ab Herilli leuitate aberrauimus. id est, Pene tam leues erimus quàm est Herillus. Cic. 4. de finib. 66.

Aberrare à miseria. Cic. Attico, lib. 12. 25. 6, Ego hic duo magna syntagmata absoluti. Nullo enim alio modo à miseria quasi aberrare possum. id est, A miseria cogitationem auertere, & quasi subterfugium aut occasionẽ quærere eius obliuiscẽdæ. Subauditur & ablatiuus ipse nõnunquã. Cic. Attico lib. 12. 25. 2, At ego hic scribendo dies totos, nihil equidẽ leuor, sed tñ aberro. Subaudi, à dolore, vel molestia. Quasi, doloré aut molestiã sic scribendo fallo, vt interdũ eius obliuiscar.

Aberrare proposito, & à proposito. Cic. 1. Tusc. 128, Ego vero memineram, sed te de æternitate dicentem, aberrare proposito facile patiebar. Idem 5. de fin. 142, Tamen à proposito inquam aberramus. idem pro Cœcin. 40, Ne nimiũ multa cõplectamur, atque ab eo quod propositũ est, longius aberret oratio. id est, digrediatur & deflectat.

Aberrare, pro errare, vt Aberrare coniectura, vel à coniectura. Cic. Att. lib. 14. 320. 1, Cupio enim ante quàm Romã venio, odorari diligentius quid futurum sit, quanquam vereor ne nihil coniectura aberrem. hoc est, errem in coniectura, aut cõiectura fallar. Idẽ. 1. de Nat. Deo. 139, Qui etiã si aberrant à coniectura, video tamen quid sequantur.

Aberrare verbo aut nutu. Cic. de Arusp. Resp. 20, Si Aedilis verbo, aut si nutu aberrauit, ludi sunt non rite facti? id est, lapsus est seu errauit.

Aberrant inter se orationes. Liuius 8. Bel. Maced. 247, Nec inter scriptores rerum discrepat solum, sed orationes quoque aberrant inter se. hoc est, discrepant.

Aberrare in melius. Plin. Iunior lib. 4. 93, A qua rogo, vt artificem quem eleperis, ne in melius quidem suas aberrare. id est, ab illo exemplari discedere, etiam si melius facturus sit.

Aberratio, Verbale (ἀποτύχησις) Digressus à recta via.

Aberratio, per metaphoram. Cic. Casfio, lib. 15. 18, Veruntamen aliam aberrationem à molestijs nullam habemus. hoc est, aliud auocamentum. Idem Attico, lib. 12. 25. 2, 9, Credò (si modo homines sint) existiment me, siue ita leuatus sim, vt animum vacuum ad res difficiles scribendas

scribendas afferam, reprehendendum non esse: siue hanc aberrationem à dolore delegerim, quæ maxime liberalissima doctóque homine dignissima, laudari me etiam oportere.

Aberuncare, corruptum. Vide Auerunco.

Abfore, pe. cor. (ἀπέσεσθαι) infinitiuus ex fore compositus: cuius vsus est rarior. Virg. 8. Aeneid. - nos si pellant, ni
hil abfore credunt.
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant.
Hoc est, sibi abfuturum nihil arbitrantur. Seruius.

Abrego, abregas, penul. corrept. (ἀφορίζω) abregare, Ab grege ducere. Festus.

Abhinc aduerbium temporis, de præterito dictum, (ἤδη τὸ πρὸ τούτου) Est autem vna pars orationis iungitúrque sæpius accusatiuo, rarius ablatiuo vt, Abhinc annos decẽ natus est: vel abhinc decem annis quod est, ante decẽ annos, vt Seruius & Diomedes interpretantur aut si mauis, decem annis ante hoc tempus.

Abhinc, cum accusatiuo. Plaut. Bacchid. 7. 4. Hoc factum est ferme abhinc biennium. Terent. And. 1. 1. 42, Abhinc triennium commigrauit huc vicinæ. Cic. 4. Ver. 16, Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus est. Idem 3. Verr. 22, Quæstor Cn. Papirio. Consule fuisti, abhinc annos quatuor decim.

Abhinc, cum ablatiuo. Plaut. Merc. 7. 63, Mirum quin vigilanti diceret, qui abhinc sexaginta annis occisus foret. Cic. pro Roscio Comœdo 21. Quo tempore: Abhinc annis quindecim. Idem Attico, libro. 12. 241. 7. Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius. XXV. Ispondisse dicit Plaulus.

Abhorreo, abhorres, abhorrui, (ἀποφρίττω, μυσάττομαι) abhorrere, ablatiuo iungitur cum præpositione à, vel ab, & significat prorsus alienum esse vt, Abhorret a nuptiis. Terent. Hecyra. 4. 4. 32, Nam osno abhorrere animum huic video à nuptiis. Sic abre vxoria, apud eundem in And. 5. 1. 10. Cic. pro Cluentio. 19. Id circo se ab his nuptijs abhorrere respondit. Cæsar. 1. bel. ciuil. 324. Ipsos duces à pace abhorruisse. Suet. in Caligula, Nec abhorret à veritate. Cic. Mario, lib. 2. 3. 5. Cum ab ea sententia Pópeius valde abhorreret. Idem Bruto, lib. 13. 13. 3. A nostris studijs non abhorrens.

Abhorret ab auribus vulgi. Cic. 3. de Orat. 35. Sed vt in oratore exile, inusitatum, abhorrés ab auribus vulgi, obscurum, inane, iciunum &c.

Abhorret à fide, pro Incredibile est. Liuius. 1. Deca. lib. 9. Sed neque cõmercium linguæ, nec vestis, armorúmue habitus sic eos texit, quam quòd abhorrebat à fide, quèquam externũ Ciminios saltus intraturũ.

Additur interdum nomen adiectiuum participiale. Cic. Attico. lib. 14. 309. 3. A duenda autẽ vxore sic abhorret, vt quicq̃ libero lectulo neget esse iucundius. Sic, ab vrbe relinquenda. Idem Cælio. lib. 2, 15. 9.

Eodem modo construitur cum gerundi verbis in do. Cice. Attico, lib. 7. 132. 4. Nam delectus adhuc quidã inuitorũ est, & à pugnando abhorrentium. Eidem lib. 2. 21. 1. A scribendo prorsus abhorret animus.

Abhorrere, suppressa præpositione. Cice. de Fato. 13. Alii talibus vitijs abhorreant. Pro, à vitijs.

Abhorret vero, Hoc est, à veritate. Tacit. lib. 11. Potuisse tunc opprimi legiones, & voluisse Germanos, sed dolo à se flexos, sparuit Cinilis. Neque abhorret vero, quòdeo paucis post diebus desitio insecuta est.

¶ Abhorrere, cum accusatiuo, pro exhorrere, detestari, & quasi execrari. Suet. de Augusto. ca. 83. Nã pumilios atque distortos, & oẽs generis eiusdẽ, vt ludibria naturæ, malique omnis, abhorruit. Idẽ in Cal. cap. 4. Liuius. 4. ab vrbe. 192. Eodẽ anno posthumia virgo Vestalis de incestu causam dixit, crimini obnoxia ob suspitionẽ propter cultum amœniorem, ingeniumque liberius quam virginẽ decet, parũ abhorrens famam. Ampliatam, deinde absoluta pro collegij sententia Pótifex max. abstinere iocis, colúque sanctè potius, quàm scitè iussit.

Interdum subauditur accusatiuus. Cic. pro A. Cluentio. 31. Nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo conuiuio dignum iudicabat: omnes à se pernabantur, omnes abhorrebant.

¶ Abhorret auris atque animus à nobis. Ci. in epist. ad Octauiũ, Nisi forte frustra deos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret.

Abhorret facinus ab illo. Cic. pro Cluen. 133. Quid vnquam Habitus in se admisit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur.

Abhorret oratio ab vtilitate auditorum. Cice. pro Sestio. 83. Et vt arbitror, nec ab vtilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Publij Sestij, abhorrebit oratio mea.

Abhorret voluntas eius à me. Cic. ad Caninium lib 2. 16. 10. Solus enim tu ex omnibus qui cum Bibulo sunt, certiorem me nunquam fecisti quàm valde Bibuli voluntas à me sine causa abhorreret. Idem 4. Verr. 7. A quo mea longissime ratio voluntasque abhorrebat.

¶ Abhorrere ajo. Ci. 7. Phil. 219. Ex quo intelligi pót, ajo illos abhorruisse semp ab optimo ciuitatis statu, non voluntate fuisse populares.

Abhorrere studio & voluntate. Cic. pro Flacco. 6. Nam siquis vnquam de nostris hominibus à genere isto, studio ac voluntate non abhorrés fuit, me & esse arbitror: & magis etiam tum cum plus erat otij, fuisse.

¶ Abhorret longe vel multum. Cic. pro Deiotaro. 11. Etsi à veritate lon

ge, tamen à consuetudine criminandi non multum res abhorrebat.

¶ Abhorrens, sine adiecto: quod ratione caret, seu alienum est à ratione. Lin. lib. 10. bel. secundi Pun. Risus illic neque aquam tam absurdus est, quàm vestræ absurdæ & abhorrentes lachrymæ.

Abhorresco, abhorrescis, (ἀποφρίττω) idem quod Abhorreo. Interdum, valde timeo, & videre non sustineo, seu exhorresco. Lactantius de Ira, Quem terra contremiscit, cœlumque & mare & latebræ tartareæ & dæmones abhorrescunt.

Abiectio, Abiectus, Abiectè, Vide ABIICIO.

Abiens, Vide ABEO.

Abies, abietis, f. g. pe. cor. (ἐλάτη) nomen arboris: de qua sic Plin. lib. 16. ca. 10. Abies è cunctis amplissima est, & fœmina etiã pluribus, materia molliore vtiliorq́, arbore rotundior, folio pinato dessa, vt fibres nõ rãmittat. Ibidẽ ca. 39. Abietis q̃ps à terra fuit, enõdis est: hæc qua diximus rõne fluuiata decorticat, atq; ita lapsinus vocat: superior pars nodosa, durioróque, susterna. Virg. eclo. 7. 9. Populus in fluuiis, abies in mõtibus altis. Idẽ. 2. Aenei. Sectáq; itexũt abiete costas.

Abietem pro tabellis vsurpauit Plautus in Persa. 6. 67. quod non recipit prosa oratio, teste Quintiliano, lib. 8. cap. 6.

Abies vsura casus marinos. Virgil. 2. Georg. 14.

Abies audax. Stat. lib. 6. Theb. Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus. Quòd ex ea fiant naues, quibus quid audacius.

Abies crispa. Cic. 3. Tusc. 77. Idque ob crispantes venarum flexus.

Abies exodis. Qui. li. 10. Met. Exodisq; abies, curuataque gladibus ilex.

Abies longa. Virgil. 11. Aeneid. 134. - cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus. Id est, hasta abietali. Seruius.

Abies nigra, id est vmbrosa. Seruius. Virgil. 8. Aeneid. 118.

Abietes tacitæ, Hoc est, ventorum flatibus non commotæ. Val. Flac. Argonaut. 7. 81.

Abies late vmbrosa. Claudianus lib. 3. de raptu.

Abies vncta. Virgil. 8. Aeneid. 18. Labitur vncta vadis abies. Id est, nauis abiegna.

Abies apta fretis, id est mari. Claudianus, Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.

Abiegnus, a, dict. denominatiũ à nomine abies, (ἐλάτινος) vt, Trabes abiegnæ, q̃ sunt ex abiete. Colu. li. 12. ca. 43. 4. Quidam eadẽ ratione arida popalnea, vel abiegna scobe virides vuas custodiunt. Dictio est quadrisyllaba, sed iterdũ apud poetas trisyllaba. Propitius li. 3. eleg. 19. Induit abiegnę cornua falsa boui. Id de li. 4. ele. 1. Leserat abiegnive ter aptus eq. Idẽ li. 3. ele. 1. Nã qs equo pullas abiegno nosceret arces.

Abigena, bos. Varro de ling. lat. libro. 6.

Abiga, abigæ. f. g. penul. corre. ab abigendo partu sic vocata, alio nomine Chamæpitys, (χαμαίπιτυς) ea est herba quam vulgus herbariorũ suam appellat, cognomento muscarũ. Testis Ruellius, Plin. li. 24. cap. 6. Chamepitys, latinè Abiga vocatur propter abortus.

Abigeatus, Abigeus, Vide ABIGO.

Abigo, abigis, pe. cor. (ἀπελαύνω ἀπελαύω) Sil. Ital. li. 8. 35. Quæ dũ abigo mẽti, & sub luce vt visa fecidet, Oro cælicolas. Abégi. Lucan. li. 6. 30. Tuta fugæ cernit, quo vos pauor inquit abegit Impius? Abactũ, abigere, A loco remouere, atque expellere: Et proprie res nobis infestas, odiosas, siue molestas: vt muscas à facie, aues à frumẽto. sic de pecoribus dicẽdi est q̃ si nobis odiosa sunt abigimus i. expellimus: vt oues, capras, asellos ab hortis, à vineris, à pratis. Et præter accusatiuũ iungitur fere ablatiuo cum præpositione à vel ab: sed hic ablatiuus frequenter subauditur. Cic. de Orat. lib. 2. 137. Puer abige muscas. Idem lib. 4. Acade. 159. Pestem abige à me. Martial. lib. 10. 5. Abigatq́ue moto noxias aues panno. Cic. lib. 1. Tusc. 166. Proiici se iussit inhumatũ. Tum amici, Volucribúsne & feris. Mmime vero, inquit: sed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. Subaudi, à me.

Abigere boues, similiter pro expellere. Pla. Mer. 19. 21. Nõ viua vesperi, nisi illa à me scelesta abigã. Sic abigere delatores, apud Pli. in Pan. 66.

Abigunt nubes venti, Plin. lib. 2. cap. 47.

¶ Abigere à cibo, pro prohibere. Plaut. Curcul. 4. 31. Irascere, si te edentem hic à cibo abigar.

Abigere de vel ex frumento anseres. Plautus Trucul. 5. 39. Idem de frumento anseres clamore absterrer & abigit. Idem Asin. 12. 42. Hinc me clamantem ex ædibus abegit huius mater.

¶ Abigere aliquò, pro ablegare. Pla. Merc. 18. 19. Abegit vir meus olim ipse ad mercatũ Rhodũ, filiũ. Terent. Adelph. 3. 3. 47. Abiga hinc rus.

¶ Inter abigere & arcere. Abiginus, quæ vbi accesserint expellimus. Arcemus, quæ prohibemus ne accedant. verùm non semper hæc differentia obseruatur.

¶ Abigere ab ædibus, pro arcere. Plau. Amphit. 3. 150. Abigam iam ego illum aduenientem ab ædibus.

¶ Abigere præterea, est furto aut latrocinio pecudes abducere. Liuius. 2. ab. vrbe. 97. Quia propter populationes agri, non fructu ino-

do partu erit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta. Cic. 5. Verr. 47. Omne instrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. Idem. 4. Verr. 19. Præterea greges equarum eius, istum abigendos curasse. Hanc significationem apertius videbis ex Vlpiano in fine huius dictionis, in ABIGEVS.

¶ Abigere item pecus, sine vi, aut furto dicimus, pro agere, vt fit cum bones in pascua mittuntur. Varro. 2. de re rust. cap. 1. 16. Itaque greges omnes longè abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum.

¶ Abigere translatum ad res incorporeas, vt Abigere fastidium, lassitudinem. Idem quod expellere. Plin. lib. 12. cap. 17. 9. Ex Syria reuehunt styracem, acri odore eius in focis abigentes suorum fastidium. Plaut. Merc. 4. 3. Agedum Achantium, abige abs te lassitudinem, caue pigritiæ præuortier.

Abigere partum, uel fœtum, id est per abortionem expellere. Cicc. pro Clentio. 14. Memoria teneo Milesiam quandam mulierem, quum essem in Asia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Sic Plinius lib. 14. cap. 18. 1. Colum. lib. 6 cap. 27. Nam hæc omnia incommoda fœtum abigunt.

Abigere venenatorum morsus. Plin. lib. 20. cap. 5.

Abigendus, participium, (ἀπελαυνόμενος) Ouid. 3. Fasto. 69. O vir colloquio non abigende deûm.

Abactus, participium, (ἀπελαθείς,) vt, abacti greges, qui aut furto, aut per vim abducti sunt. Cic. 4. Ver. 13. Præterea greges nobilissimarum equarum abactos. Liu. 4. ab vrbe. 90. Exercitus in agrum Veientem ac Falisci ducti, prædæ abactæ hominum, pecorumque.

Abactus furto. Plin. lib. 8. cap. 51. 4. Compertum, aguta voce suarii, furto abactos, merso nauigio inclinatione lateris vnius, remeasse. De suibus loquitur.

Abacta nox, figurate, pro exacta. Virg. 8. Aeneid.

- medio iam noctis abactæ Curriculo.

Abacti magistratu dicebantur, qui coacti deposuerãt imperium. Festus.

Abactum flamen. Stat. lib. 3. Thebai. 52.

- sic cuncti vocemque animosque tenebant.
Non fectis ac longa ventorum pace solutum
Aequor, & imbelli recubant vbi littora somno,
Sylvarumque comas, & abacto flamine nubes
Mulcet iners æstas.

Abacti oculi. Stat. lib. 1. Thebai. 21. de Tisiphone,

Centum illi astantes vmbrabant ora cerastæ,
Turba minor diri capitis: sedet intus abactis
Ferrea lux oculis.

Abacta pauperies. Id est, reiecta, expulsa. Horat. lib. 2. Ser. Saty. 2. 9.

- needum omnis abacta
Pauperies epulis regum. Id est, Quanuis diuites laute & copiosè viuant, nondum tamen pauperum epulas exclusérunt mensis suis,

- nam vilibus ouis
Nigrisque est oleis hodie locus.

Abactus, huius abactus, (ἀπελασία) Verbale, Ipse abigendi actus & violenta expulsio. Plin. in Panegyrico. 32. Quàm dissimilis nuper alterius principis transitus (si tamen transitus ille, non populatio fuit) cũ abactus hospitum exerceret, omniaque dextra, læuaque peruasta.

Abactor, abactoris, m. g. (ἀπελάτης) Verbale, Dicitur pecuariorum animalium fur, latrunculusue. Apuleius de Asino, lib. 7. Meum vero Bellerophontem, abactorem indubitatum, cruentumque percussorem eriminantes. Hic in Digestorum libris abigeus dicitur.

Abigeus, abigei, m. g. penul. corr. (ἀπελάτης) Quid significet docet Vlpianus lib. 47. digest. his verbis, Abigei proprie ii habentur qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & quodam modo deprædãtur, & abigendi studium quasi artem exercent, oues de gregibus, vel boues de armentis abducentes.

Abigeatus, huius abigeatus pe. pro. (ἀπελασία) denominatiuum à nomine abigeus, Ipse abigendi actus, siue crimen. Marcellus lib. 47. digest. Abigeatus, crimen publici iudicii non est: quia furtũ magis est.

ABII, (Ἄβιοι) Steph. populi sunt Scythiæ, quos ait Solinus Polyhistor ex Abiano flumine dici, iuxta quod habitant: vel nomullis, quòd sinè vita stabili, aut domicilio sint in curribus degentes. Horũ meminit Homerus, γλακτοφάγων Ἀβίωντε δικαιοτάτων. Iustissimos enim vocat, quòd in pace sinè bello degant, vel quòd extemporali victu vtantur.

Abiicio, abiicis, penult. corrept. (ἀποῤῥίπτω, ἀποβάλλω) Horat. 1. epist. 13. 2. Abiicito potius, quàm quò perferre iuberis. Abieci, Stat. 3. Theb. 117. Abiecit iaculum. Abiectum, Abiicere, Ex ab & iacio, est propriè aliquid ab se iacere, proiicere, vel reiicere, & ferè ex contemptu aut indignatione. Et præter casum proprium, habet ferè accusatiuum cum præpositione in. Valerius lib. 1. Cum prælium nauale committere vellet: auspiciaque more maiorum petisset: & pullarius non exire pullos cauea nuncia sset: abiici eos in mare iussit, dicens, Quia esse nolunt, bibant.

Abiicere arma defatigatione, pro relinquere bellum. Cice. Torquato, libro. 6. 24.

Abiicere se aliquò, quasi ex suo ipsius contemptu, vel despectu. Cic. lib. 1. de Orato. 15. Quod ille dirissimis pedibus fecit, vt se abiiceret in herbam. Plin. lib. 21. cap. 13. 2. Qui edêre, abiiciunt se humi, refrigerationem quærentes.

Abiicere se, pro parui æstimare. Cicero in parado. 16. Sic te ipse abiicies atque prosternes, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes interesse?

Interdum ex desperatione. Cice. 1. Tuscul. 131. Cum ei nihil accidisset aduersi, è muro se in mare abiecisse, lecto Platonis libro.

Abiicere se alteri ad pedes. Quasi se summittere, supplicandi gratia, aut etiam se prosternere. Cic. Attico lib. 8. 153. 2. Non sum veritus, ne viderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. Eidem lib. 4. 71. 7. Abiecta toga, se ad generi pedes abiecit.

Abiicere se ad pedes alicuius. Cic. ad Sulpitium lib. 4. 10. Fecerat autem hoc senatus, vt cum à L. Pisone mentio esset facta de Marcello, & cum C. Marcellus se ad Cæsaris pedes abiecisset, cunctus consurgeret & ad Cæsarem supplex accederet.

Abiicere se supplicem, Deprimere se ad supplicandum. Cic. pro Milone. 76. Ego me plurimis pro te supplicem abieci.

Abiicere aliquem, pro negligere, & non ei fauere. Cic. ad Q. Fratrem, lib. 3. Seaurum autem iampridem Pompeius abiecit.

Abiecit natura animantes ad pastum. Cic. de Legibus lib. 1. 39. Nam cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit: & ad cœli, quasi cognitionis domicilique pristini conspectum excitauit.

¶ Abiicere, translatum ad res animi, pro deponere, expellere, amouere: vt ex sequentibus exemplis videbis.

Abiicere ædificationem. Id est, Relinquere & prorsus deponere, atque reiicere. Cic. ad Memnium lib. 13. 17. 7. Quòd te abiecisse illam ædificationem, constabat inter omneis amicos tuos.

Abiicere amorem ab aliquo. Cic. 2. Philip. 24. Caput autem literarum, sibi cum illa nunq̃ post hac nihil futurum: omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse.

Abiicere animum, pro animum deiicere, ac deprimere, & pene desperare. vnde abiectus animus, & homo abiecto animo: vide ABIECTVS. Sic abiicere spem, pro desperare. Cic. 3. Verr. 19. Socii vero nationesque exteræ spem omnium tum primum abiecere rerum. Hoc est, suis de rebus omnibus desperare cœperunt.

Abiicere authoritatem, pro eo quod est, deponere, & quasi vilem abiectumque reddere. Cic. Attico, lib. 1. Nam & senatus authoritatem abiecit: & ordinum concordiam disiunxit.

Abiicere cogitationem in. Cic. in Lælio. 31. Qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Hoc est, qui seipsos deiecerunt ad cogitandum rem, &c. Idem ad Pætum lib. 9. 20. 4. Nam omnem nostram de Republica curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem eautarum abiecimus. Id est, deposuimus.

Abiicere consilium, Respuere, reiicere, repudiare. Cice. Attico, lib. 5. 98. 6. Fannius autem ædificandi consilium abiecerat. Idem in Catilinam. 35. Nunc si consilium faciendi belli abiecerit.

Curam abiicere. Plaut. Pseud. 2. 23. Curas malas abiicite iam. Plin. lib. 21 cap. 14. 2. Ne operandi desperatione curam abiiciant. Cice. Pæto, lib. 9. 24. 11. Sed caue, si me amas, existimes me, quòd iocosius scribam, abiecisse curam reipublicæ.

Famam ingenii abiicere. Cice. ad Papirium, lib. 9. Effugere autem si velim nonnullorum acutè aut facetè dictorum ostensionem, fama ingenii mihi est abiicienda.

Gloriam abiicere & deponere. Cic. lib. 2. de Or at. 116. Gloria parta nõ delectari, totamque abiicere atque deponere.

Intercessorem abiicere. Cice. Planco, lib. 10. 12. 11. Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere.

Memoriam doloris abiicere, Cice. 1. Philip. 22.

Obedientiam relinquere & abiicere. Cice. lib. 1. Offic. 143. Relinquunt enim & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent.

Onus abiicere aut deponere. Cice. pro Sex. Roscio Amer. 6. Onus susceptum aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere.

Socordiã abiicere, Plau. Asin. 6. 6. Sic Abiicere fugbiã, Plau. Mer. 22. 10.

Spem abiicere. Tacitus lib. 16. Ergo nunciat patri abiicere spem, & vti necesitate.

Spem abiicere de aliquo. Brutus Ciceroni, lib. 11. 11. 2. Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit.

Timorem abiicere, Cice. Bruto, lib. 11. 21. 8.

Voluntatem discendi abiicere. Cice. lib. 2. de Orat. 77. Vt voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiiceremus.

¶ Abiicere aliquid ostentui. Hoc est, ad ostentum. Tacitus lib. 1. Anal. Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos: alii corpora extra vallum abiecta ostentui.

Abiectio, Verbale, (ἀποβολὴ) vt Animi abiectio quasi deiectio atq; defectio & pene desperatio. Ci. in Pisonem. 69. Quid debilitatio, atque abiectio

abiecto animi tui, Macedonia prætoria nunciata.

Abiectus, participium, (ἀποβεβλημένος) Cic. Attico. lib. 4. 71. 7. Abiecta toga, se ad pueri pedes abiecit. Hoc est, contemptim deposita, aut negligenter proiecta.

Sic abiectis armis apud Hirtium de bel. Afric. lib. 5.

Abiecta cunctatione. Cice. 1. Off. 103. Sed iis qui habent à natura aditum rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Respublica est. Hoc est, deposita vel reiecta.

Abiectus in herbis, Id est, prostratus. Ouid. epist. 7. 1.

Sic, vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

Abiectus, abiectior, abiectissimus, nomen ex participio, (ἀποβλητος ἀποῤῥιπτος) vt abiectus homo, Qui tanquam sui incurius, veluti perpetuo humi delidet, nihilque ardium molitur, & ob id reliquis se contemptibilem facit. Cic. 4. Acad, 155. Hos si contemnimus, etiam abiectos putamus illos, certè minus, &c. Idem in Catilin. 75. Exanimata vxor, abiecta metu filia. Idem. 5, de fin. 103. Nihil abiectum, nihil humile cogitant.

Abiectus & contemptus, Cic. contra Rullum. 91. Quem hominem vt grandi macie torridum Romæ, contemptum, abiectum videbamus. Idem pro Cluentio. 75. Aut causam pecuniæ publicæ contemptam atque abiectam putarent.

Desertus atque abiectus. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 13. Nisi per te sit restitutus, desertum se atque abiectum fore.

Abiecta & humilis oratio. Cic. in Orato. 111. Ita néque humilem, nec abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat: plenã tamen eam vult esse grauitatis.

Abiectus & neglectus. Cic. lib. 3. de fin. 101. Minimè autem conuenit, esi ipsi inter nos abiecti neglectique simus, postulare vt diis immortalibus charissimus, & ab illis diligamur.

Abiectus & summissus. Cic. lib. 1. Officio. 173. Priuatum autem opórtet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, néque summissum & abiectum, neque se efferentem.

Abiectus & semiuiuus. Cice. in Pisonem. 24. Qui non admurmuratione sed voce & clamore, abiecti hominis & semiuiui furorem peruliantiamque fregistis.

Abiectus fortuna, Cic. Figulo, lib. 4. 13. 3. Ipse enim pari fortuna abiectus, aliorum opibus casus meos sustentabam.

Abiectum excitare. Cic. Atti. lib. 1. 11. 14. Senatum ad pristinam suam seueritatem reuocam, atque abiectum excitaui.

Abiectus, sine Abiecto animo homo. Pene desperatus. Ci. pro domo sua 20. Ciuitatemque fractam malis, mutam, debilitatam, abiectum metu, ad aliquam spem libertatis, & pristinæ dignitatis erexit. Hoc est, propter metum pene desperatam. Idem Attico, lib. 3. 42. 1. Plura scribere non possum, ita sum animo perculso atque abiecto. Idem Lentulo, lib. 1. 9. 16. Abiectiore animo me futurum.

Abiectior animus. Ci. de Amicitia. 52. Sæpe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior.

Abiectior animi, dictum Græca figura, pro eo quod est animo abiectione. Liuius, Multos sibi mœstiores & abiectiores animi visos. Id est, quos animus defecerat.

Abiectus gemitus. Cic. 2. Tuscul. 97. Sin erit ille gemitus lamentabilis, si ibecillus, si abiectus, si flebilis: ei q se dederit, vix eũ virũ dixerim.

Abiecta ira, id est, sedata & prorsus deposita. Seneca in Thyeste. 5. 6. Ira frater abiecta redit.

Abiectæ nugæ. Hor. li. 2. Ep. 2. 24. Nimirũ sapere est abiectis vtile nugis.

Senatui abiecti. Cic. in Orato. 107. At Comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abiecti, vt nonnunquam vix in his numerus & versus intelligi possit.

Verba abiecta. Cic. in Bruto. 135. In M. Crassi oratione sermo Latinus erat, verba non abiecta res compositæ diligenter.

Abiectè, aduerbium qualitatis (ἀπεβεβλημένως) Contemptim, & abiecto animo. Cic. 2. Tuscul. 94. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid femininè muliebriterue faciamus. Idẽ. 3. Phili. 143. Nec abiectè, nec sinè aliqua dignitate, casum illorum temporum & dolorem tuli.

ABILA, (Ἄβιλα) oppidum in regione Decapolitana. Plin. lib. 5. ca. 18. Abila mons, vide ABYLA.

Abilatæ (ἀβιλαῖοι) ab vrbe Abila, ex Stephano.

Abincunabulis, Abineunte aetate, Ab infantia, Vide A.

Abintegro, (ἐκδιυτέρου) aduerbium iterandi, pro denuò, authore Seruio: quasi res perfecta rursus inchoetur. Virgil. 4. Ecloga, Magnus abintegro seclorum nascitur ordo. Cice. 3. Verr. 104. Vtrum existimatis minus operis esse, vnam columnam effici cere abintegro nouã, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponeꝛ.

Abintestato, aduerbium, (ἀδιάθετος, μὴ διαθέμενος) pro eo quod est sinè testamento. Nam aut ex testaméto,

aut si non est, vel irritum est testamentum, propinquitatis iure, hæredes fiunt. Afranius lib. 29. Digestorum, Quicunque enim abintestato successerit, locum habent codicilli nam vnus casus est, nec interest qui succedat, dum abintestato succedat.

Abitio, Abitus, Vide ABEO.

Abiúdico, abiudicas, pe. cor. (ἀποδικάζω) abiudicare, Iudicio auferre: ea forma dictum qua abiurare: & ei cõtrariũ est adiudicare: vt, Abiudicare agrum ab aliquo. Cic. de lege agraria. 51. Indicabit Alexandriam regis esse, à po. Ro. abiudicabit. Liu. 4. ab vrbe. 1. Læti ergo audiere Patres, Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati defecisse. Plaut. Rud. 29. 3. Abiudicata à me modo est palæstra, perditus sum.

Abiudicare ab ordine senatorio rationem veritatis. Cic. 3. Verr. 3. Néque tanta fortunis omnũ pernicies põt accidere, q̃ opinione po. Ro. rõnẽ veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari.

Abiudicare, Reiicere. Cic. de Orato. lib. 2. 57. Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico, atque reiicio. Quasi abiicio meo ipsius iudicio. Metaphoram declarauit perverbum magis proprium REIICIO. Budæus legit, abdico.

Abiudicare aliquid ab aliquo. Ci. 2. Verr. 2. nulla res per triennium, nisi ad nutũ istius iudicata est: nulla res cuiusquã tam patria atque auita fuit, quæ non ab eo, imperio istius abiudicaretur.

Abiudicare sibi libertatem. Cice. pro A. Cecinna. 72. Hoc iudicat, cum is, qui in seruitute iusta fuerit, censu libertatem qui cum liber esset censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. Quasi suo ipsius iudicio & sententia libertatem sibi adempsse. Hic est datiuus SIBI, pro ablatiuo ab se.

Abiudicabo me à vita, Plautus in Asinar. 12. 17. Satis durè dixit, pro eo quod est, vitam mihi adimam, me vita priuabo.

Abiúgo, abiugas, pen. cor. (ἀποζεύγνυμι) abiugare, Quasi à iugo remouere: vt abiugare bouem, hoc est, à pari disiungere.

Abiugare, per translationem, pro separare, alienare, disiungere. Pacuius Medo, Quæ res te ab stabulis abiugat, certum est loqui. Author Nonius: Antiquum est verbum, pro quo abiungere dicitur vsitatius.

Abiungo, abiungis, abiunxi, abiunctum, (ἀπεζευγνύω) abiungere, Disiungere, separare. Virg. 3. Georg.

- it tristis arator
Mœrentem abiungens fraterna cæde iuuencum. Plaut. Mil. 20. 18. Quum ego seruus, quando aspicio hunc, lachrimor, qui abiungitur. Cice. Attico, lib. 2. 16. 5. Quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, Hoc est, se disiunxerit, vt alibi ipse loquitur. De Demosthene verba facit.

Abiúro, abiúras, pe. lon. (ἀπομνύμι, ἐξομνύμαι) abiurare, rẽ credi tã negare periurio, ait Seru. Plau. Curc. 10. 10. Qui abiurant liquid creditũ est. Idẽ Rud. 2. 14. Quisq; in iure abiurãt pecuniã.

Abiurare creditum, Sallust, in Catil. De Sempronia.

Abiurare, pro simpliciter negare & inficiari, inquit Budæus. Ci. Atti. lib. 1. 5. 3. Tulliola nostra, deliciæ nostræ, tuũ munusculũ flagitat, & me sponsoré appellat: mihi autem abiurare certus est, quàm dependere.

Abiurasso. (ἀποδμόμαι) antiquum verbum pro abiuro. Plaut. Persa. 15. 10. Nec metuo, quibus credidi hodie nequis abiurasit mihi.

Abiuratus, ta, tum, (ἀπωμοσμένος) participium à passiuo abiuratur: vt pecunia abiurata, id est, periurio alicui abnegata.

Abiuratus, in alia significatione. Virg. 8. Aeneid. vbi de Caco,

Abstractæque boues, abiuratæque rapinæ
Cælo ostenduntur. Hoc est, contra ius retentæ, ait Seruius.

Abiuratio, ἀπόμοσις, Rei creditæ negatio cum periurio.

Ablacto ablactas, ἀπογαλακτίζω, a lacte remouco, Vir. à lacte depello, Varro, à Mamma disiungo, huius verbi idoneus author desideratur.

Ablaqueo ablaqueas, ἐκζοτομῶ, ablaqueare dicã datiui, ppriè, advites & arbores pertinet quod fit cum circũ illas terra foditur, & radices superiores reciduntur: vulgo discalciare. Colu. lib. 4. cap. 29. 8. Sed antiquissimum est, & ante hæc ablaqueari vitẽ radicesque summas vel soboles amputari, & post hæc adobrui truncum. De ablaqueatione vide plura ibidem, ca. 8. Cato de re rust. ca. 5. 1. Circum oleas autẽ nitare ablaqueato, & stercore addito cõfoueto.

Ablaqueari, passiuum in tertiis personis: vnde ablaqueatus, vt Vitis ablaqueata. Plin. lib. 16. cap. 27. 3. Quæ fubarantur, aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis.

Ablaqueatio, ablaqueationis, ἐκζοτομία, Ipse actus ablaqueandi. Columel. de arboribus cap. 5. 3. Per brumam, vitem ne colito: nisi si voles eas radices, quæ in ablaqueatione apparebunt persequi. Plin. lib. 12. cap. 15. 1. Myrrha gaudet rastris & ablaqueationibus.

Ablatiuus, casus, ἀφαιρετικὴ πτῶσις, Grãmaticis dicitur, qui sextus est casus apud Latinos, & alio nomine (teste Prisciano) comparatiuus appellatur: vt, auferto ab Hectore, & fortior Hectore. Diomedes lib. 1. Ablatiuum Græci non habent: hunc tamen Varro interdum sextum, interdum Latinum appellat, quia Latinæ lin

Universidad de Deusto Biblioteca

ędæ proprius est, cuius vis apud Græcos per genitiuum explicatur. Plura vide apud Priscianum lib.5.cap.de casibus. Quintil.li.1.ca.9.9. b. Quærat etiam sit ne apud græcos vis quædam sexti casus, & apud nos quoque septimi, nam cum dico hasta percussi, non vtor Ablatiui natura, nec si idem græci τῷ δορί.

Ablego, ablegas, pe.longa, (ἀπεπέμπω, ἀποστέλλω) ablegare. Est propriè quempiam alió mittere, qui nobis est tædio, aut impedimento. Plaut. Mil. 1. 64.

- hunc iubeo custodem suum
Foras ablegauit, dum eapse transire hue placet. Terent. Hecy. 3.3.54.

Verum si clamorem eius hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intelligat aliquò mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena. Liuius. 4. bel. Pun. 119.
Ablegandum eò vnde ad nos fama accedere non possit. Ibidem.
Deinde vbi ablegatum velut de industria M. Marcellum viderunt.

Remouere & ablegare aliquem. Cic. 7. Verr. 66. Ipse autem remoto atque ablegato viro, non liberius quàm antè, sed paulo solutiore tamen animo secum illam haberet.

Dimittere & ablegare consilium. Cic. 4. Verr. 52. Causam esse dimissio atque ablegato consilio defensurum negauit.

Ablegare cum priore supino. Liuius. 1. ab vrbe. 157. Quibus indictis sub id tempus pueros venatum ablegauit.

Ablegare, dictum de pecoribus. Var. 1. de re rust. ca. 47. Quin & pecus à prato ablegandum, & omne nimentum ac etiam homines. Hoc est, lóge repellendum, procul arcendum. Colu. lib. 6. cap. 1. 2. In plures partes distributo pecore, longmque regiones petendæ sunt, atque segregandi à sanis morbidi, nequis interueniat qui contagione cæteros labefaciat. Itaque cum ablegabuntur, in ea loca perducédi sunt, quibus nullum impascitur pecus, ne aduentu suo etiam illis tabem afferát. Id est, Cum in longinqua pascua mittuntur, vt segregentur à cæteris.

Ablegare, in quodam sermonis compendio apud Ciceronem ad Atticú, lib. 2. 33. 4. A C. Cæsare valde liberaliter inuitor in legationem illam sibi vt sim legatus: sed hæc à fratris aduentu me ablegat. Hoc est, ita me hinc remouet, vt fratris aduentui adesse non possim.

Ablegatio, ablegationis, (ἀποπομπή) Ipse actus ablegandi. Liu. 6. ab vrbe. 163. Ablegatione iuuentutis ad Veliternum bellum. Ci. 1. de leg. 14. Ablegationem aliquã nimirũ ista oratio postulat. Sic Pli. li. 7. c. 45. 2.

Ablectae ædes, (ἀπόμοιρος δίκη) Id est nitidæ & elegántes, quæ emptores facile inuitent. Plaut. Mostel. 1. 1. 3.

Ablepsia, ablepsiæ, (ἀβλεψία) Animi cæcitas, ícósiderantia. Sue. de Claudio Cæs. c. 39. Iret cætera, ei mirati sit hoiés & obliuionẽ & icósiderátiá, velvt Græcè dica, μετωπίκην καὶ ἀβλεψίαν.

Abligurio, tertia producta, abligurris, abligurisi, abligurítum, (κατακλυσθίω) abligurire, Liguriendo absumere. Terent. Eunuc. 1. 2. 4. Itidem patria qui abligurierat bona. Hoc est, suauibus escis consumpserat, teste Donato. Vide LIGVRIO.

Abloco, ablocas, pe.cor. (ἀπομισθόω) ablocare, Idé quæ locaſ verbú rarissimũ. Suet. in Vitell. ca. 7. Satis cõstat, exituro vitiecú de fuisse, tanta egestate rei familiaris, vt vxore & liberis, quos Roma reliquebat meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret.

Abludo, abludis, penn. prod. (ἀπονέω) ablúsi, ablúsum, abludere, Cui opponitur Alludere. Horat. 2. Sermonum, saty. 3. 64. Hæc à te non multum abludit imago. Id est, hoc exemplí nõ multum dissimile est tuis moribus, Vel vt Budæus, absona est & absimilis.

Abluo, abluis, ablui, ablutũ, abluere, (ἀπονίπτω, ἀπουλύω) Lauã do ablergere. Plin. lib. 12. cap. 12. 4. Gallicum nardum esi radice vellitur, abluiturq; vino. Cic. 5. Tusc. 66. Vlysi pedes abluẽs.

Abluere pro madefacere, aut rigare. Colu. lib. 3. Tum etiam cluosis locis, terra quæ in eum congesta est, pluuiis non abluitur. Ci. pro Rosc. Amer. 43. de parricidarum supplicio, Ita moriuntur, vt eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus vt nunquam abluantur.

Abluere se, Ethnicorũ more pro eo quod est se expiare, & quasi purificare. Virgil. 2. Aeneid.

Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates:
Me bello ex tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas: donec me flumine viuo
Abluero. Vide Macrobium Saturn. lib. 3. cap. 1.

Abluere, translatum ad animum. Plin. Iunior, epist. 5 1, a, Ex proconsulatu Asiæ gloriam reportauerat, maculam veteris industriæ laudabili otio abluerat. Hoc est, deleuerat, sustulerat.

Abluere periurium. Ouid. Fast. lib. 5. 136.

Ablue præteriti periuria temporis, inquit:
Ablue præterita per fida verba die.

Abluere sibi vmbras. Lucret. lib. 4. 76.

Propterea facile & spoliatur lumine terra,
Et repletur item, nigrasque sibi abluit vmbras. Id est, aufert

Abluere sitim. Lucret. lib. 4. 176.

Sic igitur tibi anhela sitis de corpore nostro
Abluitur, sic expletur ieiuna libido.

Ablutus, participiũ, pe. lõ. (ἀποπεφθείς) Var. 3. de re rust. c. 9. 9. Qui hæc volunt diutius seruare, perfricant sale minuto, aut muria: atq; ita finitres aut quatuor horas, eaq; abluta condunt in furfures. Id est lota.

Ablutio, ablutionis, (ἀπόνιψις) ipse abluẽdi actus. Macro. Satur. lib. 3. c. 1. Cõstat diis superis sacra facturum, corporis ablutione purgatiq; si vero inferis litandũ est, satis actum videtur, si aspersio sola contigit.

Abluuium pro diluuio, (ἀπόνιμμα) Laberius nimis licenter dixit, teste Gellio libro. 16. cap. 7.

Abmatértera, penul. corrept. (ἀποθεία) Soror abauiæ. Ex. 3. Institue.

Abmitto, abmittis, abmisi, abmissum, abmittere, (ἀπομεθίημι) Idé quod mittere: verbum rarissimum. Plaut. Truc. 11. 32.

Abnato, abnatas, penul. corr. (ἀπονήχομαι) abnatare, Alicunde natando recedere. Statius lib. 1. Achilleidos. 77.

Abneco, abnecas, pe. cor. (ἀποστερέω) abnecui & abnecaui, abnecatum, abnecare. Idé quod necare. Plaut. Truc. 4. 92.

Ne sibi pluáderes vt abortioni operã daret, puerumq; rite abnecaret.

Abnego, ábnegas, penul. corrept. (ἀπόφημι, ἐξαρνέομαι) abnegare, Propriè est denegare. Abnegamus autem quod à nobis aut dono, aut cõmodato petitur. Colu. lib. 10.

Quod si nec cœli, nec campi competit humor,
Ingeniumque loci, vel Iuppiter abnegat imbrem.
Expectetur hyems.

Abnegamus item quod nobis creditum est, vt depositum. Plinius Iunior, epist. 317. Ne depositum appellati abnegarent.

Rursus abnegamus quod promisimus. Virgil. 8. Aeneid.

Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes Abnegat.

Abnegare pro renuere. Virg. lib. 2. Aeneid. Abnegat excisa vitam producere Troia. Id est, omnino se factum negat.

Abnegare comitem, Id est recusare. Horat. lib. 1. Car. 35. 5.

Te spes, & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat.

Abnepos, penul. corrept. ἀπέκγονος, abnepótis, penul. longa. Filius pronepotis vel proneptis: & refertur ad abauum. Sueto. in Tiberio Cæsare, Eius abnepos ob eximiam aduersus Gracchos operam, patronus senatus dictus filiom reliquit.

Abneptis, huius abneptis, ἀφιωνίς, Pronepotis vel proneptis filia. Sueto. de Nerone, cap. 35. Deinde Statiliam Messalinam Tauri bis consulis ac triumphalis abneptem.

Abnocto, abnoctas, abnoctani, abnoctare, ἀπονυκτερεύω, Per noctem abesse. Martianus in l. Illud, De officio præsidis, Illud obseruandum est, ne qui prouinciam regit, fines eius excedat, nisi voti soluendi causa, dum tamen abnoctare ei non liceat. Sene ca de vita beata, Alius Iouem adulterum inducit & abnoctantem.

Abnodo abnódas, pe. Ion. ἀκροθιγῶ, abnodare. Idem qđ enodare, id est, arbores & vites nodis repurgare. Col. lib. 4. ca. 24. 9. Hunc ergo tanquam æmulum diligenter iidem amputant, & abnodát. prius q̃ corroboret. &. c. 22. 3. si nõ enodatus, neq; abrasus est

Abnormis. ἄμετρος, vide Anormis.

Abnuo abnuis, abnui, abnutum, ἀνανεύω, ἀποτίνω, abnuere, Est propriè nutu significare te non assentiri, vel non concedere, hoc est, te negare, vel denegare quidpiam: cui contrarium est annuere. Plau. Capt. 8. 21. Vbi cœnamus, inquam: atque illi abnuunt.

Abnuere, Recusare, Liuius lib. 1. ab vrbe. 246. Bruti quóque haud abnuit cognomen: vt sub eius obtentu cognominis, liberator ille populi Romani animus latens aperiretur tempore suo. Virg. 5. Aeneid.

- nec maximus omen
Abnuit Aeneas. Hoc est, non recusauit. quasi dicat, amplexus est & probauit. Idem. 4. Aeneid. - quis talia demens Abnuat?

Abnuere curam pecoris. Colu. lib. 6. ca. 1. Scio quosdã Publi Silnine prudentes agricolas, pecoris, gregariorumq; pastorum abnuisse curam.

Imperium abnuere. Liu. Vos imperium auspiciumque abnuistis.

Abnuere iussa ducis. Tacit. li. 14. Et Pœnius Posthumus præfectus castrorũ secúdæ legionis, cognitis q̃tuordecimanorũ vicesimanorúq; prioris reb⁹, qa pars gloria legionẽ suã fraudauerat, abnuerat⁹q; cõtra ritũ militiæ iussa ducis, seipsũ gladio trãsegit. i. qa iubẽti duci nõ paruerat.

Abnuere, Solo verbo, simpliciterq; negare. Colu. Nos quoque abnuimus, in agro reperato & minime humido, sementem sic fieri debere.

Abnuere alicui. Cice. de fato. 6. Nihil enim vnquam abnuit meo studio voluntas tua. Id est, negauit

Abnuere alicui de re aliqua. Sallust. Neque Mario Senatus, quanquam infestus, abnuere de vllo negotio audebit.

Recusare & abnuere. Cic. pro Milone. 77. Non recuso, non abnuo.

Abnuere & agnoscere, opponuntur. Tacitus, Atque ita compositus, vt ex euentu rerum abnueret, vel prospera agnosceret.

Abnuere & concedere, contraria. Quint. li. 6. c. 3. Nec abnuo esse ista in hac parte, sed nõ cõcedo vt sola sint. Ci. 2. de fin. 5. Tũ cõmodius in rebus singulis insistas, & intelligas quid quisq; concedat, quid abnuat.

Abnuere, Prohibere. Virg. 10. Aeneí. Abnuerã bello Italiã cõcurrere Teucris.

Teueris. Vbi Serv. Prohibuerã Italiã cõtra Troianos bella suscipere.

Abnuit locus impetũ, Hoc est, negat facultatem impetum faciẽdi. Tacitus lib. 11. Hanc aduersus vrbem gentemque, Cæsar Titus, qñ impetũ & subita belli locus abnueret, aggeribus vineisq; certare studuit.

Abnuit spes. Id est, negat. Tibul. lib. 4 eleg. 1. 5. ad Mellalam,

At quodcunque meæ petierunt audere camœnæ
Seu tibi par poterunt, seu (quod spes abnuit) vltra,
Siue minus, certe quæ canent minus, omne mouemus Hoc tibi.

Abnuendus, da, dum, (ἀναντίρρητος) Senec. in Thyeste. 5. 14.

Nec abnuendum si dat imperium Deus,
Nec appetendum.

Abnueo, abnues, (ἀνανεύω) apud veteres dictum notauimus, vt Ennius 8. annalium, Certare abnueo, metuo legionibus labem. Idem in Thelamone. Ex eo futurum abnueant. Dionedes.

Abnuitur, Impersonale, (ἀπονεύεται) Liuius. 3. ab vrbe. 311. Vocatæ tribus iudicauerunt agrum publicum Romani popu. esse: nec abnuitur ita fuisse, si ad iudices alios itum foret. Id est, non negatur.

Abnuto, abnutas, pen. longa, (ἀπονεύω, νεύω) abnutare: Frequenter signũ oculis facere. Plaut. Capt. 11. 81. Longius quid mihi abnutas? t. t. tibi ego abnuto? Cic. 1. de Oratore. 90. Quidnam est obsecro! quid te adri abnutas? Id est, abnuis & recusas seu prohibes.

Aboleo, aboles, secúda correpta, aboleui & abolui abolitum, (ἐξαλείφω, ἀφανίζω) abolere, Omnino rem tollere, delere, ob literare, quasi vt ne odor quidem rei eius relinquatur. Plin. li. 28. ca. 9. 20. Crebro posteà coquntur, donec odor eis aboleat. Virg. 4. Aeneid.

- abolere nefandi Cuncta viri monumenta iubet.

Abolere conscientiam generis humani. Hoc est, facere vt homines obliuiscantur. Tacitus in vita Agricolæ non procul ab initio, Legimus cũ Aruleno Rustico Pætus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helui dius laudari essent, capitale fuisse meque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum sæuitum, delegato Triumuiris ministerio, vt monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani, & libertatem Senatus, & cõscientiam generis humani aboleri arbitrabantur.

Abolere corpus igni. Hoc est, Cremare. Tacitus lib. 16. de corpore Poppææ, Corpus nõ igni abolitũ, vt Romanus mos, sed regũ externorũ cõsuetudine, differtum odoribus conditur, tumuloque iuliorũ infertur.

Crimen abolere, vel nomina reorum, Est ex reis eximere, sine crimen remittere & condonare. Marcel. de Accus. Eum qui abolitione publica vel priuata interueniente aut desistẽte accusatore, de reis exẽptus sit, alius deferre non prohibetur. Tranquil. in Augusto, Diuturnorũ reorum nomina aboleuit. Paul. de Accusa. Rei nomen non aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet.

Dolorem & iram abolere. Tacit. lib. 20. Proximo senatu, inchoante Cæsare de abolendo dolore iráque, & priorum temporũ necessitatibus, censuit Mutianus prolixè pro accusatoribus.

Imagines abolere. Tacit. lib. 4. Illi quidem septuagesimũ ante annũ pempti, imaginibus suis noscuntur, quas nec victor quidem abolenit.

* Lex vetus sermonis abolebitur. Quintil. 11. 2.

Magistratum abolere, pro abrogare magistratũ. Liu. 3. ab vrbe. 157. Tentationemque eã fore, abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterẽt.

Sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere. Plin. lib. 31. capi. 2. In eadem Campaniæ regione, Simuessanę aquæ sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere produntur.

Vires alicuius abolere. Tacit. li. 20. Igitur Marianus, quia propalãm oppressi Antonius nequibat, multis in Senatu laudibus cumulatum, secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniã ostentans discessu Clunii Rufi vacuam. Simul amicis eius, tribunatus & præturas q̃ largitur. Dein post q̃ inanem animũ spe & cupidine impleuerat, vires abolet, dimissa in hyberna legione septima, cuius flagratissimus in Antonium amor.

Aboleo, pro Abluo seu lauo. Virg. 4. Georg. versu octauo à fine.

- nec viscera quisquam,
Aut vndis abolere potest, aut vincere flamma. Quem locum his verbis exponit Seruius: Nec luari nec coqui poterant.

Abolesco, abolescis, abolescere, (ἀφανίζομαι) Aboleri, destrui. Columel. lib. 3. cap. 2. Eademque nec imbribus putrescit, nec siccitatibus abolescit. De vinea. Virg. lib. 7. Aeneid. - nec vestra feretur.
Fama leuis, tantiq; abolescet gratia facti. Vbi Seruius, Abolescet, abolebitur. Liu. 3. ab vrbe. 231. Cuius rei propè iam memoria aboleuerat. Hoc est, perierat, extincta erat. Et est hoc in loco præteritum ex abolesco: quánis propriè sit à primitiuo aboleo. Gel. lib. 20. cap. 1. Si non illa etiã ex XII. TAB. de testimoniis fallis pœna aboleuisset. Apud Liuium etiam cum datiuo lib. 9. ab Vrbe, Aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleuerat. Id est, exoleuerat.

Abolitus, ta, tum, penul. breui, (ἀφανισμένος) participium, vt abolitus liber, nomen abolitum. Plin. lib. 14. cap. 4. 1. Quarundam ex his etiam iam nominibus abolitis. Sic apud Plinium Iunior em, Libri aboliti, & abolitæ accusationes. Gellius lib. 12. cap. 1. Abolitis & obliteratis naturæ pietatis elementis. Quintil. lib. 1. cap. 6. Sed abolita atque abrogata retinere insolentiæ cuiusdam est.

Abolitæ igni ædes deorum. Tacit. Annal. lib. 2. Iisdem temporibus desitæ ædes vetustate aut igni abolitas, cœptasque ab Augusto, dedicauit.

Abolitos paulatim patrios mores, funditus euerti per accitam lasciuiam. Tacit. lib. 14.

Abolitio, abolitionis, (ἀφανισμός) Verbale.

Abolitio criminis, dicitur criminis remissio, accusationisque peremptio. Quintil. lib. 9. cap. 2. Aduersus tyrannum, qui sub pactę abolitionis damnationem deposuerat, agit competitor.

Abolitio sententiæ. Tacit. lib. 5. Neq; vltra abolitionẽ sẽtẽtiæ suadere.

Abolla, abollæ, teste Nonio, vestis erat militaris (χλαμύς.) Vnde locus Martialis in Crispinum, qui posita abolla, togam sũpserat, lib. 8. 42.

Nescit cui Tyrium dederit Crispinus abollam:
Dum mutat cultus, induiturque togam.

Abolla videtur etiam fuisse vestis philosophica. Iuuenalis Saty. 3. vbi de philosophis,

Et quando cœpit Græcorum mentio, transi
Gymnasia, atque audi facinus maioris abollæ.

Stoicus occidit Baream, delator amicum.
Martialis de quodam Cynico, lib. 1, 159.

Cum baculo, peraque senem, cui cana, putrisque
Stat coma, & in pectus sordida barba cadit.

Cærea quem nudi tegit vxor abolla grabati.

Abolla præterea videtur fuisse vestis honorariorum. Vnde Suet. in Caligula, ca. 35. de Ptolemæo rege sic ait, Ptolemæum de quo retuli, & accersitum è regno, & acceptum honorifice non alia de causa repenti percusit, quàm quòd edente se munus, ingressum spectacula, conuertisse hominum oculos fulgore purpureæ abollæ, animaduertit.

Abomasum, abomasi, penul. prod. (ὄντυφος) vt Omasum. Horatius in Epodis, ode. 16. Parentibusque abominatus Annibal. Hoc est execrationi habitus, Acrone interprete.

Vilis & agnini, tribus vrsis quod satis esset. Quod sit, his verbis docet Hermolaus in nonum caput libri. 28. Plinii. Quid autem, ait, significet inter ventres centipellio, vulgaris & trita lanorum vox ostendit. Quartum ventrem interpretatur Gaza ὄντυφον, quem & abomasum vocauit. Quod genus edulii Iulius Pollux. taconas à Cratete Comico putauit appellatum, etiamsi alter in ea voce multi sentiant. Corium certè vetus hodie quo que vulgus racouas vocat: propterea & centipelliones fortasse nominati. Hactenus Hermolaus. Œnystron seu abomasum ab aliis exponitur, sinus seu venter qui iungitur quasi in ventre post reticulum.

Abominor, pe. cor. abominaris, abominari, (βδελύττομαι) Est rem aliquam veluti malum omen detestari, execrarique. Plin. lib. 28. ca. 2. Incendia inter epulas nominata, aquis sub mẽsas profusis abominamur. Idem lib. 17. cap. 5. 2. Redeamus ad ligni cariem: & inueniemus illa quæ in tantum abominatur vitia. Quintil. in proœmio lib. 8. Abominanda hæc infœlicitas erat. Sic lib. 8. cap. 4.

Abominari etiam dicimus, cum aliquod verbum veluti sinistri ominis auersamur, deprecamurque: vt cum dicimus, Si quid tibi acciderit humanum, quod Deus prohibeat. Vnde abominatio dicitur ea figura. Curtius lib. 6. 7. Hoc regum insigne aut moderate perferendum est, aut (quod abominor) in ferueret.

Abominari, cum infinitiuo. Seneca de benef. 7. Hæc vniuersa habere, de quibus loqueris, abominabitur.

Abominandus, (βδελυκτέος) Detestatione dignus. Plin. lib. 22. ca. 4. 1. Eadem vocatur obsidionalis, liberatis obsidione, abominandoq; exitio totis castris. Quint. lib. 9. ca. 2. Abominanda crimina sparguntur.

Abominandam opem alicui ferre. Senec. in Hippol. 8. 18.

Fer abominandam nunc opem nato parens. Hoc est, filii necem.

* Inuisam atque abominandam esse oportebat. Quintil. lib. 8. cap. de Amplificatione.

Abominanda optata. Senec. in Hippol. 10. 26.

Equidem malorum maximum hunc cumulum reor.

Si abominanda casus oprata efficit.

Abominatio, verbale, Detestatio, execratio. βδέλυγμα.

Abominatus, ta, tum, (βδελυκτός) participium passiue sumptum. Horatius in Epodis, ode. 16. Parentibusque abominatus Annibal. Hoc est execrationi habitus, Acrone interprete.

ABORIGINES aborigines, pe. cor. (ἀβορίγινες) appellati sunt. quasi sine origine, vtpote quorum ignoraretur origo, eo q̃ vagi errantesq;, ex varia gentium colluuione milti, conuenerint in agrum qui nũc est pop. Roma. Fuit enim gens antiquissima Italiæ, author Festus. Hi post ea aduẽtu Aeneæ, Pilrygibus iuncti, latini vno nomine appellati sunt. De his meminit Sallust. in Catil. & Liuius in principio ab vrbe cond. Alii per secundam vocalem in penultima, scribunt aborigines.

Aborior, aboreris, vel aboriris, abortus sum, aboriri, (ἀνίσχω) Significat fœtum abortiuum fieri, vel intempestiue nasci. Gellius lib. 12. cap. 1. Quod quidem ea dem vecordia, qua quibusdam cõmentitiis fraudibus nituntur, vt fœtus quóque ipsi in corpore suo concepti aborsuntur. Id est, ante maturum partum eiciantur.

Aboriri quidam actiuè accipiunt, vt de matre dicatur, pro abortum fa-

Teucris.

cereende ejus fumificatione citatur apud Nonium Marcellum Varro-nis locus ex Tullio vel Fundanio, de admirandis rebus, his verbis, Vinum quod ita natum sit in quodam loco, si prægnans biberit, fieri vt aboriatur. Hactenus Varro. In quibus verbis videtur deesse nomen (foetus) vt sit (si sulus, fieri vt foetus aboriatur. Potest tamen fortasis is absolute accipi aboriatur, Id est, abortus fiat.

¶ Aborsi vox dicitur, idque per metaphoram, quando præ metu, aut alta de causa, deficit. Lucretius lib. 3. 32.

Verum vehementi magis est commota metu mens.
Consentire animam totam per membra videmus:
Quodque ita pallorem que existere toto
Corpore, & infringi linguam, vocemque aborirí:
Caligare oculos, sonere aureis tinnire cientes.

Abortio, abortionis, verbale ex aborior, (ἄμβλωσις, ἔκτρωσις) Actus ipse aborsendi. Plautus Truc. 4. 92. Celabat, metuebatque tetre sibi persuaderes vt abortioni operam daret. Gellius lib. 3. Cum abortio quibusdam non partus videretur intempestiuitas. Cic. pro A. Cluentio. 25. Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, si natus esset, eam pregnantem Oppianicus non debitam muliebri solutisi hæc solutio legatorum, & non mercas abortionis appellanda est.

Abortium, aborti, & abortus, (ἔκτρωμα) idem quod Abortio. Hieronymus ad Pamachium in epistola cõsolatoria super obitu Paulinæ vxoris, Dumque crebris abortiis, & experta fœcunditate conceptuum, non desperat liberos: & socrus anditatem, maritique tristitiam præponit imbecillitati fœmineæ. Plinius tamen lib. 8. cap. 51. sic ait, Implentur vno coitu, qui & gemmatur propter facilitatem abortiendi.

Abortio, abortas, (ἀμβλόω, ἐξαμβλόω, ἀμβλίσκω,) abortare, Abortũ facere. Var. 2. de re rust. ca. 4. 13. Ne dũ exilire velit, prægnans aborter.

Aborsus, huius aborsus, aborsui, m. g. (ἄποκύημα,) Verbale de quo sic Nonius, Abortus & aborsus varias habent significationes. Aborsus enim ille dicendus est, qui est in primis mensibus, cum cõceptus exordium factum est. Abortus propè tempus pariendi: tunc enim moritur quod nascitur in plurimis hoc recondatum inuenimus. Hæc Nonius. Aborsus ab abordior, abortus ab aborior deduci videtur.

Abortus, ta, tum, Id est Exortus. Stat. lib. 8. Thebai. 7. de Plutone.

- ille autem supera compage soluta,
Nec solitus sentire metus, expauit aborta
Sidera, incundaque offensus luce profatur.

Abortus, huius abortus, (ἔκτρωμα, ἔκτρωσις,) Verbale ex aborior, Idem quod abortio. Terent. Hecyr. 3. 3. 38. - sed si fieri id non potest quin sentiant: Dicam abortum esse. Vbi Donatus. Non est Latinum, aborsa est: sed abortum fecit. Cic. Attico, lib. 14. 3 & 2. Tertullæ nolenti abortum. Plin. lib. 7. cap. 11. 1. Extat in monumentis etiam medicorum, & quibus talia consectari curæ fuit, vno aborsu duodecim puerperia egesta. Idem lib. 20. cap. 6. Ex aborsu profluuia.

Abortus etiam de arboribus dicitur. Plin. lib. 12. cap. 2. 1. Quoniam arborum etiam abortus mucumus.

Abortum grandæ mulieris dicitur, q. nõ sit tempestiuè ortum. Festus.

Abortum facere, pro abortum pati. Plinius iunior, epist. 16. 3. Quo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc tristior audies, neptem tuam abortum fecisse, dum sepregnantem esse puellariter nescit.

Abortum facere, pro Abortum inferre. Plin. lib. 21. ca. 18. Quod ad cyperon attiner, Apollodotum quidem sequar: qui negabat bibendum: quanquàm professus efficacissimũ esse eduersus calculosos, eo louet: fœminis quidem abortus facere nõ dubitat. Idem lib. 28. cap. 7. Abortum facit illitus, aut si omnino prægnans supergrediatur.

Abortum facere. De libris dictum. Plin. in præfa. 12. Quonam audio & Stoicos & dialecticos, Epicureos quoque (nam de grammaticis semper expectaui) parturire aduersus libellos quos de grammatica edidi, & iubinde abortus facere iam decem annis, cum etiam celerius Elephanti pariant. Hoc per metaphoram dixit de libris qui domi tandiu ab authoribus ante editionem comprimebantur.

Abortum pati. Plin. lib. 28. c. 7. Equas, si sint grauidæ, tactas abortũ pati.

Abortum inferre. Plin. lib. 8. cap. 47. 2. Tonitrus solitarios ouibus abortus inferunt. Idem lib. 24. cap. 16. de draunculo, Tantumque inesse ei virus, vt olfactum grauidis abortum inferat.

Abortiuus, a, um, penul. prod. (ἐκτρωματίας) Verbale à supino abortum, vt Abortiuus fœtus, imperfectus & informis, qui scilicet abortu natus est. Plin. lib. 14. cap. 18. 2. Aegyptus & echolada habet abortiuos facientem. Exemplaria castigatiora habent abortus. Sueto. in Augusto cap. 35. Quos abortiuos vulgus vocabat. Horat. 1. Sermo. Saty. 3. 10. Si cui libus est, vt abortiuus fuit olim Sisyphus.

Abortiuum. Id est, quod aboriri facit. Plin. lib. 7. cap. 6. Ofcitatio quidẽ in enixu legalis est: ficut sternutasse à coitu abortiuum. Idem lib. 20. cap. 21. de malua, Stomacho inutiles Sextius Niger dicit Olympias, Thebanas, abortiuas esse cum adipe anseris, Idem lib. 25. cap. 3. Ego nec abortiua dico, ac ne amatoria quidem.

Abortiuum, abortiui, (ἀποφόλιον) Idem quod abortus. Plin. lib. 18. cap. 17. Est & aliud ex vicino anenæ vitium, cum amplitudine inchoata granum sed nondum matura, prius quàm roboretur corpus, afflatu noxio caſſum & inane à spica euanescit quodam abortiuo.

Abrado, abradis, penul. long. (ἀποξύω, ἀποξέω,) Lucret. libro 4. 223. Nec manibus quicquam teneris abradere membris Possunt. Abrasi, abrasum, abradere. Radendo tollere, sine detrahere, quod & deradere dicitur. Columel. lib. 3. Arida & vetera quæ falce amputari nõ possunt, acuta dolabra abradito. Idem lib. 5. cap. 6. 8. Tertio demum acuta falce abraditur.

Abradi pars summæ dicitur, pro detrahi vel decidi. Plin. in panegyrico.

Abradere per metaphoram, difficulter aut per vim, & quasi radendo auferre. Terent. Phormio. 1. 2. 19. Abis alinnde est periculum vnde aliquid abradi potest. Vbi donatus, Abradi. Per vim auferri. Cicero pro Cecinna. 14. Posteaquam videt nihil se ab A. Cecinna posse litium terrore abradere.

Abradere barbam, Idem quod radere. Plin. libro. 6. cap. 20. 28. Barba abraditur præterquam in superiore labro.

Abrasus, sa, sum, participium, pe. prod. (ἀπεξυσμένος,) Luca. lib. 6. 23.

Quæ mollire queunt flamma, quæ frangere morsu,
Quæque per abrasas vtero dimittere fauces.

Abrasa supercilia. Cic. pro Roscio Comœdo. 11. Nonne supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur?

Ab re, (ἀπὸ τοῦ πρᾶγμα, οὐκ ἀπὸ τοῦ ὄνου,) non ab re. Vide A.

Abretanus Iuppiter, Mysius deus est, sic ab Abretana dictus, Strabone authore.

ABRINCATVI, Galliæ Lugdunensis populi. Lugdunensis Gallia, habuit Lexouios, Vellocasses, Galletos, Venetes, Abrincatos. Hæc Plinius cap. 18. lib. 4.

Abripio, abripis, penul. corr. abripui. (ἁρπάζω, ἁνασπάω,) Sil. Ital. lib. 6. 67. Abripuit, trasitque virum fax mœstra honestæ Gloria. Abreptũ, abripere. Ex ab & rapio quasi raptu & violenter abeunde auferre, vel abstrahere. Plin. lib. 36. cap. 25. Abripiente alia efcam. In multis exemplaribus desunt tria hæc verba.

Abripere frumentum ab aratore. Cic. 5. Verr. 139. Frumentum per triennium auersum à Republica esse, abreptumque ab aratoribus.

Abripere maritum à coniuge. Cic. antequam iret in exilium. 19. Nec patiammi me à liberis meis abstractum, a coniuge abreptum, ab aris sociisque innocentem proiectum, vitam degere in exilio.

Abripere aliquem à terra. Cicero. lib. 5. de Orato. 80. Repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul à terra abripuit, atque in altum a conspectu pene omnium abstraxit.

Abripere a complexu, vel ex complexu. Liuius. 3. ab vrbe. 2. Virginem ingenuam in oculis popu. Roma. uelut bello captam, a complexu parentis abreptam. Cicero. 4. Verr. 4. Quis è complexu parentum abstractos filios ad necem duceret.

Abreptus ex. Terent. Eunucho. 1. 2. 30.

Puellam dono quidam mercator dedit.
Ex Attica hinc abreptam.

Abripere ad quæstionem, vel in cruciatum. Id est trahere. Cicero pro Cluẽtio. 72. Eo tempore ad quæstionem ipse abreptus est. Hirtius de Bel. Afric. lib. 5. 110. Liberos eorum obsidum nomine in seruitutem abripi. Terent. And. 4. 4. 47. Hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi. Cicero. 6. Verr. 20. Quem obtorta gula, de conuiuio in uincula atque in tenebras abripi iussit.

* Abreptę remis in terram naues. Vide Nauis.

Abripi tempestate. Cic. pro Ligario. 12. Tempestate abreptus est vnus. Tempestatibus essent in Germaniam abrepti. Plin. lib. 2. cap. 67.

¶ Abripi a parentis similitudine. Cic. 7. Verr. 25. Inter eiusmodi vitros ac mulieres adulta ætate filius verſabatur: vt cum, etiam si natura a parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen ac disciplina patri similem esse cogeret. Hoc est, sic alienaret a paternis moribus, vt patri similis esse non posset, nisi quadam in consuetudinis deprauatus.

¶ Abripere sese, Plaut. Milite. 4. 21. - quis is est homo.

PER. Nescioita abripuit repentè sese subitò. Pro, surripuit, subduxit, subtraxit.

Abreptus, ta, tum, participium. vide Abripio.

ABROCOMAS, Vnus ex summis Artaxersis ducibus Xenoph.

ABRODIAETVS, Abrodieti, pe. prod. delicatè & molliter viuens lautè & opiparè uctitans. græce ἁβροδιαίτης. Latinè significat delicatum atque elegantem. Quod nomen sibi arrogauit Parrhasius pictor nobilissimus. Plinius lib. 35. cap. 10.

Abrodo, abródis, penul. longa, abrosi, abrósum, (ἀπεβρόδωκα) ab ródere, est rodendo abscindere. Varro. 2. de re rust. cap. 9. consuefaciunt quoque vt possint alligari primum leuibus numellis: quas si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberibus deterrere solent. Plin. lib. 10. cap. 63. 1. Viperæ mas caput inserit in os: quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

Abrogo,

Abrogo, abrogas, pe. corr. (ἀποψηφόω, ἀκυρόω, ἀνομοθετέω,) Ouid. 1. Trist. 6. Et nimium scriptis abrogat ille meis. Abrogare, Est consensu publico aliquid abolere, tollere, obliterare, irritum facere, vt lege, imperium, magistratum.

Abrogare legi & legem, dicimus: sed vsitatius accusatiuo iungitur. Modestinus de verborum significatione, Derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur. Cicero. in Philip. Eiusmodi leges esse sine vi saluis auspiciis essent rogatæ, censerem tamen abrogandas. Nunc verò cur abrogandas censeam, quas iudico nõ rogatas. Idẽ lib. 5. ad Attic. 6. 5. Per legẽ Clodia promulgare, abrogare, derogare, obrogare. Liu. 9. ab vrbe. 101. Vbi duæ cõtrariæ leges sunt, semp antiquæ abrogat noua. In Rhet. ad Heren. Cui legi abrogatũ vel derogatum sit. Cic. de claris Orato. 118. Qui tantum authoritate dicendo q̃ valuit, vt legem Sempronium frumentariam populi frequentis suffragiis abrogauerit. Sic idem pro Murena. 4. Et Quintil. lib. 7. cap. 8.

Tollere & abrogare legem. Cicero. 1. de Legib. 23. Lex illa neque tollitur, neque abrogari potest.

Abrogare alicui imperium, magistratum, potestatem: Hoc est, eum publice priuare imperio, &c. Cicero. 3. Offic. 83. Cum Collatino Tarquinio collegæ Brutus imperium abrogabat, poterat videri facere id iniuste. Liuius. 1. ab vrbe, Incensum multitudinem perpellit, vt imperium regi abrogaret. Cicero. 4. Verr. 98. Si tibi magistratum abrogasset. Idem 3. de legib. 15. abrogare potestatem dixit, Gracchus potestatem intercedendi collegæ abrogauit.

Abrogare quempiam, figurate dictum. Plin. de viris illustrib. 77. de Pompeio Ma. Lepidum acta Syllæ rescindere volentem, priuatus Italia abrogauit. Id est, pepulit, eiecit.

Abrogare fidem homini, aut alicui rei, est fidem eius abolere: hoc est, facere vt iam ei nulla fides habeatur. Plaut. Trin. 14. 59. Male fidem seruando, illis quoque abrogant etiam fidem qui nihil meriti. Liuius. 8. ab vrbe. 96. Tamen res, ne cui authorum abrogauerim fidem, exponenda est. Cicero pro Roscio Comœdo. 16. Si iam tibi deliberatum est quibus abroges fidem iurisiurandi, respondeo. Plinius lib. 16. cap. 4. 1. Super omnia adiuuere eum magicæ vanitates, in tantum euectæ, vt abrogare herbis fidem cunctis possent.

Abrogare quoque sibi fidem dicitur, qui se vanum reddit: qui se talem gerit, vt ei non credatur. Liuius. 1. Decad. lib. 2. Vt vana vobis afferendo, fidem mihi abrogarem.

Abrogare multam. Vide in Multam dicere.

Beneficiis abrogare vires. Plin. lib. 2. cap. 53. 2. Nec minus hebetis, beneficiis abrogare vires quando in fulgurum quoque interpretatione eò profecit scientia, vt ventura alia finito die præcinat. Id est, existimare beneficia nullarum esse virium.

Abrogatio, Actus ipse abrogandi, vt Abrogatio legis, aut magistratus, (ἀποψήφισις,) Cicero. Attico. libro. 3. 65. 4. Neque enim vlla est lex, quæ non ipsa se fecerit difficultate abrogationis. Sed abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cuiusdam est. Quint. lib. 1. cap. 9.

ABRON, (ἄβρων,) Abronis vita, Id est, Vita intemperata & sumptuosa. Adagium de molliter ac delitiose viuentibus dici solitum, sumptũ ab huius Abronis moribus notæ luxuriæ: quemadmodum apud nos Apicius & Aesopus luxu nobilitati sunt. Vide prouerb. Erasm.

Abroni mœnia, vrbs Galatiæ Ptolemæo, lib. 5. cap. 4. vulgo Arcani.

Abrotonum, abrotoni. g. n. penul. corre. (ἄβροτονον,) Herbæ nomen: de qua sic Plinius lib. 21. cap. 10. 5. Abrotonum odore iucundo graui, floret æstate. Flos aurei coloris. vacuum sponte prouenit. cacumine suo se propagat.

Abrotonus etiam dicitur. f. g. Lucanus lib. 9. 185.

Et larices, fumoque grauem serpentibus vrunt.
Abrotonum, & longe nascenti cornua cerui.

Abrotonites, abrotonitæ, penul. longa, mas. ge. (ἀβροτονίτης,) sed figurate neutri generi iungitur, & est vinum factitium ex abrotono: de quo meminit Columella libro. 12. capit. 35. Dicitur autem vinum Abrotonites & vinum absinthites sicut oppidum Roma. Flumen Rhenus.

Abrumpo, abrumpis, abrúpi, penul. prod. abruptum, (ἀποῤῥήγνυμι, ῥήγνυμι,) barumpere. Idem quod rumpere: vt Abrumpere vincula. Liuius. 8. bel. Punici. 31. Stragem tabernaculorum ingenti sonitu ac fuga abrumpentium vincula iumentorum facerent. Ibidem lib. 8. 78. Cohortes à fronte vrgebant vt abrumperent cornua à cæterarum acie. Id est, interrumperent.

Abrumpere ex re aliqua. Plin. li. 2. cap. 92. Ex insula Cea amplius. x x x. millia passuum abrupta.

Transfertur ad res incorporeas: vt abrumpere rem inchoatam. Plin. Iunior epi. 100. b. Vt quæ semper inchoatum aliquid abrumpat. De more. Cicero. Attico, lib. 11. 21. 1. Ita re quam scribis abrupta. Plin. Iunior epistol. 123. ad Fundanum: Abrumpe, si quæ te retinent. Id est, Nihil te remoretur, quominus huc mox aduoles.

Abrumpere se ab aliquo. Cic. Phil. 14. 404. Magna atq; incredibilia sunt in rẽp. huius merita legionis: hęc se prima latrocinio abrupit Antonii. Hoc est, subito spem sese liberauit ab Antonio tyrannidem exercẽte.

Actus ingentes abrumpere. Lucanus lib. 5. 131.

- licet ingentes abruperit actus
Festinata dies fatis, fat magna perego.

Abrumpi dissimulationem etiam Silius vrgebat. Tacit. lib. 11.

Fas abrumpere. Virg. 8. Aeneid. 11. Pas omne abiumpi.

Fatum. Senec. in Hercule OEth. 7. 31.

Natum e linques: fataque abrumpes tua? Id est, vitam, seu stamina fatalia vitæ tuæ.

Fidem. Tacit. lib. 20. Cæteri retro in castra profugiunt, querente sanè Ciuile & inerepãte Germanos, tanquam fidem per scelus abrumperent.

Flammas. Ouid. lib. 3. de Remed. Amo. 20.

Non ego te iubeo medias abrumpere flammas. Id est amores.

Lucem inuisam. Virg. 4. Aeneid. 127.

Inuisam quærens quam primum abrumpere lucem. Id est vitam.

Moras. Stat. 11. Theb. 41. Ac super hæc abrumpe moras, celeremus.

Noctem. Stat. 9. Thebaid. 120.

Dum gemit, & planctu circundat pectus inani,
Abrupere oculi noctem, mœstoque cubili
Exilit, & falsos quærit per lumina fletus.

Abrumpuntur ordines laxati. Tacitus lib. 19.

Patientiam abrumpere. Tacitus lib. 12. Atque illi quamvis seruitio assueti, patientiam abrumpunt.

Sermonem. Virg. 4. Aeneid. 39. His medium dictis sermonem abrumpit.

Sic apud Tacitum lib. 4. Sermonem incœptum abrumpere.

Somnos. Virgil. 3. Georg. 104. Nec somnos abrumpit cura salubres.

Spem & metum. Tacit. lib. 4. Sed Tarsia properum finem, abrumpendas pariter spes ac metus clamitans, dedit exemplo, demisso in pectus ferro.

Vectigalia. Tacitus libro. 20. Instituta cultumque patrium resumite, abruptis vectigalibus, quibus Romani plus aduersus subiectos quàm armis valent.

Venas. Tacit. li. 15. Seneca quoniam senile corpus & parco victu tenuatum, lenta effugia sanguini præbebat, crurum quoque & poplitum venas abrumpit. Rursum lib. eodem, Obiit abruptis brachiorum venis. Idem lib. 16. Suadentique venas abrumpere, animum quidem morti destinati ait, sed non permittere perculsori gloriam ministerii.

Viram Virgilius. 8. Aeneid. 114.

Nunc nunc ô liceat crudelem abrumpere vitam.

Aether abrumpitur ignibus. Ouid. 2. Fasto. 99.

Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther.

Abruptus, participium & nomen, (κατεῤῥωγώς, ἀπορρώξ,) vt Abrupta loca, diuulsa, atque ob id inuia: quæ defensum non habent, sed tantum præcipitium: & alio nomine prærupta dicuntur, vt ferè sunt rupes & scopuli Græce, ἀπόκημα, κρημνοὶ &c. Vnde per metaphoram Plinius sic ait lib. 11. cap. 37. Supercilia hominẽ & pariter & alterne mobilitate & in ira pars animi, negamus, amutinus hæc maximè indicant fastum. Superbia alibi conceptaculum, sed hic sedem habet. in corde nascitur: hinc subit, hic pẽdet. nihil altius: simul abruptius: que inuenit in corpore, vbi solitaria esset.

Abruptus in altitudinem. Id est profunditatem. Liuius libro. 1. bel. Punici. Natura locus iam antè præceps, recenti terræ lapsu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.

Anni abrupti. Stat. lib. 1. Syl. 3. 13.

Et nunc ignaro forsan vel lubrica Naïs,
Vel nõ abruptos tibi demet Hamadryas annos.

Antrum abruptum. Sil. Ital. lib. 7. 85. - immanis in antro
Conditur abrupto Proteus.

Barathrum abruptum. Catul. 63. epigram. ad Mallium. 22.

Aestus in abruptum detulerat barathrum.

Blandimenta abrupta. Tacit. libro. 18. Sola posteritatis cura, & abruptis vitæ blandimentis.

Abrupta contumacia. Tacitus libro. 4. Liceatque inter abruptam contumaciam & deforme obsequium, pergere ad ambitione ac periculis vacuum.

Coniugium abruptum. Catul. 63. epigram. 17.

Posset vt abrupto vinere coniugio.

Abruptum dictum, vel abruptus locus orationis, Quintilianus in. 2. Id est, non congruens cum præcedentibus, vel non cohærens. Et abruptus transitus, Seruius. 11. Aeneid.

Abruptum sermonis genus Sallustii, ait Quintilianus.

Ignes abrupti nubibus. Lucretius lib. 2. 43.

Tranuersosque volare per imbreis fulmina cernis.
Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concurrant, cadit in terras vis flammea vulgo.

Ingenium abruptum. Id est præceps. Sil. Ital. lib. 7. 44. verba sunt Fabii.

Feruida si nobis corda, abruptumque putassent
Ingenium Patres, & si clamoribus, inquit,
Turbari facilem mentem, non vltima rerum
Et deplorati mandassent Martis habenas.

Abruptum initium, Quintilianus. lib. 3. cap. 8. b.
Lucretius abruptum quasi præceps & præter spem obiectum. Vlpianus in l. pe. Abruptum rerum actio datur. Neque enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum abruptū ex re patroni non fecerit.
Nubes. Virg. 3. Aeneid. 40.
Inuoluere diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.
Procellæ. Virg. 1. Georg. 51. de Leandro,
Quid iuuenis, magnum cui uersat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca serus freta.
Quærelæ. Stat. Thebaid. 6. 3. 7. - sic fata, repentè
Concidit, abruptisque immutuit ore querelis.
Quies. Sil. Ital. lib. 7. 32.
Hæc secum, medium somni cum buccina noctem
Diuideret, tamque excubias fortitus iniquas
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.
Ripæ abruptissimæ. Vide RIPA.
Abruptus sermo, siue abrupta oratio, quæ caret exordio: quales sunt orationes patheticæ & concitatæ: de quibus Macrobius Satur. lib. 4. cap. 2. Oportet enim (inquit) vt oratio pathetica aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigatur. Et paulo post, Et necesse est initium abrupta habeat: quoniam satis indignantibus leniter incipere non conuenit. Ideo apud Virgilium Iuno sic incipit,
- quid me alta silentia cogis
Rumpere? Et alibi, Mene incepto desistere victam?
Abruptus restudini fibilus. Plin. lib. 11. cap. 51. 3.
Spes abrupta è medio. Sil. Ital. lib. 8. 11.
Studia abrupta. Quinti. in procœmio lib. 7. querés de filiorū morte. Quis enim dilata studia miretur, quæ potius non abrupta esse mirandū est?
Sydus abruptum. Virg. 1. 2. Aeneid. 91. 1. magna tempestas. Serui.
Abruptum, nomen substā. n. g. (ἀπόῤῥηκτον,) Stat. 3. Thebai. 53. de Marte: terras è cælo descēdere, iāq; iter extremū, cæliq; abrupta tenebat.
Ire in abruptum. Stat. 3. Syl. 2. 14.
In abruptum sorbere fluctus, Id est, in profundum. Virg. 3. Aeneid. 84.
Abruptio, verbale, (ἀποῤῥήξεως.) Actus ipse abrūpendi. vt Abruptio corrigiæ. Cic. de Diuin. lib. 2. 127. Quæ si suscipiamus, perdis offensio nobis & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.
Abruptè, aduerbium, (ἀπῤῥηγμένως,) Quintil. lib. 3. cap. 10. Nec enim abruptè, nec vnde libuit, incipiendum. Id est, sine principio.
Abs, (ἀπό, πρός,) præpositio est ablatiua, idem significans quod à vel abs ed nunc in vsu rarissima. Cic. in Oratore. 89. Vna præpositio est abs, eaque nunc tātum in accepti tabulis manet, ne his qui dem omnium in reliquo sermone mutata est. Nam amouit dicimus, & abegit, & absoluit: vt iam nescias abne verū sit, an abs. Quid si etiā abiugi turpe visum est, & abser noluerunt, auser maluerunt? Quæ præpositio præter hæc duo verba, nullo alio in uerbo reperitur. Hactenus Cicero. Præponitur autem dictionibus à litera q vel t incipientibus. vt, Abs Quinto, abs te. Terent. Adelphi. 2. 3. 1. Abs quouis homine. Idem Phormi. 4. 3. 12. Vt abi abs te.
Abs præpositio, à Græco deducitur, ἀπό: significat autem retractationē in partem posteriorem. Festus.
Abs compositionem recipit, vt Abscondo, abstineo, abstrudo.
Abscedo, (ἀφίστημι,) abscēdis, pe. lon. Stat. 12. Thebai. 152. Abscedūt comites. Abscessi, abscessum, abscedere, Recedere, vel discedere. cui contrariū est accedere. Et proprie iungitur ablatiuo cum præpositione à vel ab: aut aduerbio de loco, vt hinc, illinc. inde. Plau. Cas. 15. 5. Abscede ab ista obsecro. Hirtius. 5. bel. Afri. 154. Vbi Cæsar conspexit Labienum ab suis copijs longius abscessisse. Plaut. Asin. 2. 16. 75. Abscede paululum. hinc. Lucil. 4. bel. Pun. 85. Abscedendumque inde censebat.
Abscedere procul. Ouid. 6. Metamorph. 73. - minasque
Ni procul abscedat, conuiciaque insuper addunt.
Abscedere retro. Sil. Ital. lib. 10. 4.
Abscesserē retro, pauidique in terga relatos
Abduxere gradus.
Abscede hac. Plaut. Asin. 9. 14. Abscede hac, sine me hunc perdere.
Abscedere ab aliquo. Plin. lib. 2. cap. 17. 1. Cur Veneris stella nunquam longius. XLVI. partibus. Mercurius viginti tribus à sole abscedant.
Abscesit è conspectu meo, Plaut. Capt. 7. 75.
Abscedere in altum sine in altitudinem. Plaut. Rud. 2. 66. Illorum nauis longè in altum abscesserat. Plin. lib. 2. cap. 16. de stellarum motu, Perinde confessum est motum augeri, quandiu in vicino sint terræ: cum abscedant in altitudinem, minui.
Abscedere suppresso ablatiuo. Cic. 2. de Diuina. 55. Iam abscedet simul ac molam & vinum insperseris.
Abscedit sol. Plin. lib. 2. cap. 11. 4.
Somnus abscessit. Ouid. 3. Fast. 62.
Somnus vt abscessit, pugnando vincula rentant

Rumpere.
Vires abscedunt. Stat. 9. Thebaid. 171. - iam vires paulatim abscedere sentit.
Abscedere alicui. Ouid. 5. Meta. 7. Verba sunt Veneris ad Cupidinē filiū. Pallada nonne vides, tacularticemque Dianam
Abscessisse mihi? Id est, mihi perisse, meos ignes euasisse.
* Abscedente vsufructu. in lege, An vsusfructus. Digest. de vsufru.
Abscedere sine præpositione, vt Abscedere incœpto, idem quod incœpto desistere. Liu. 6. bel. Pun. 34. Abscedere irrito incœpto, & mouere à Capua statuit castra. Potest tamē hīc esse ablatiuus absolutus: vt sit, Cum irritum fuisset inceptum, statuit abscedere. Id est, abire, &c.
Abscedere, de pecunia dictum. Plaut. Persa. 16. 200.
- etiam pro vestimentis.
Decem accedent minæ. o abscedent enim, non accedent. Sub. à me, quasi à me recedent. Id est, peribunt mihi.
¶ Abscedere, transfertur ad animum. vt, Abscedit ægritudo, ira, & similia. Plau. Merc. 4. 19. ædepol tu calidam picē bibito, ægritudo abscesserit. Terent. Heey. 5. 2. 15. Id leue est, citò ab eo hæc ira abscedet.
¶ Abscedere etiam dicitur, quod incipit in abscessum seu apostema verti. Celsus lib. 5. cap. 18. Malagma ad supprimendum omne quod abscedit. Ibidem, Supprimitque omne quod abscedit. Rursum, Satisque omnia abscedentia digerit murex combustus, & bene contritus, aceto subinde adiecto. Idem lib. 2. cap. 5. Aut vbi quod inter febres aliqua parte abscesit, ad sanitatem non peruenit.
¶ Abscessem, pro Abscessissem. Sil. Ital. lib. 8. 22. verba sunt Aeneæ,
- ægerque animi tum regna reliqui
Vestra, nec abscessem thalamo, ni magna minatus, &c.
¶ Absceditur, impersonale. Liuius. 7. bel. Pun. 15. Sed literæ Marcelli negantis è republica esse, vestigium abscedi ab Annibale, curam miserant, ne, &c.
Abscessum manibus æquis. Subaudi verbum, est. Tacit. Annal. 1. Tunc nona acie turbatus eques, missæque subsidiariæ cohortes, & fugientium agmine impulsæ auxerant consternationem, trudebanturque in paludem quarum vincentibus, iniquam nescijs, ni Cæsar productas legiones instruxisset. Inde hostibus terror, fiducia militi, & manibus æquis abscessum. Quarum, id est cognitum.
Abscedens, abscedentis, participium, siue nomen ex participio, (ἀφιστάς, ἀποστάς,) Vnde abscedentia & prominentia in picturis. Vitruuius in præfat. lib. 7. Ex eo monsti Democritus & Anaxagoras, de eadem re scripserunt, quemadmodum oporteat aciem oculorum, radiosūq; extentionem, certo loco, centro constituto, ad lineas ratione naturali respondere: vti de incertare certæ imagines ædificiorum in scenarum picturis redderent speciem: & quæ in directis planisque frontibus sint figuratæ, alta abscedentia, alia prominentia esse videantur.
Abscessus, huius abscessus, (ἀναχώρησις,) Recessus. Cice. 1. de natu. deo. 37. Longinquo solis abscessu. Plin. lib. 18. ca. 25. 10. Solis abscessu pro fermi se. Huic contrarium est, Appulsus ad nos.
Abscessus dicitur etiam concursus mali humoris in aliquam partem corporis, ex quo suppuratio fit, quam Græci vocant apostema. Celsus. libro. 5. cap. 18. Prodest impositum minutis, maioribusque abscessibus. Idem, Quibus longæ febres sunt, iis aut abscessus aliqui, aut articulorum dolores erunt.
Abscessio, onis, (ἀπεψία,) Idem quod abscessus. Ci. de vniuersitate. 50. Cumque ad corpora necessitate, accessio fieret, tum abscessio necesse erat, &c. Hic accessionī, abscessionem opposuit.
Abscido, abscīdis, penul. produ. abscidi, pen. etiam produ. ex abs, & cædo, id significat quod abscindo. (ὑποτέμνω,) Ouidius. 12. Methamorpho. 73.
Non tamen arbor iners cecidit: nam Crantoris alti
Abscidit iugulo pectusque humerumque sinistrum. Sic habet Aldina editio. Ab abscindo vero, abscidi penultimam corripit. Vir. 3. Aenei. 84. Hesperium Siculo latus abscidit, arua quæ & vrbes. Lucanus lib. 3. 95. Abscidit impulsu ventorum aduita vetustas.
Abscindo, abscindis, abscidi, penul. corre. (ἀποκόπτω, ἀποτέμνω, ἀποτμήγω,) & terris abscidit vndas. Abscissum, abscindere, Amputare dicitur autem proprie pars à toto, siue minus à maiore abscindi: vt Abscindere linguam, caput, & similia. Plaut. Amphitrio. 7. 4. Ego tibi istam scelestam, scelus, linguam abscindam. Cæsar. 6. bell. Gall. 96. Aut abscindunt arbores. Plinius, libro. 4. cap. 13. Opere accolarum abscisa à continenti.
Querelas abscindere. Vale. Flac. Argonaut. 2. 33.
- sic fata. querelas
Abscidit, & curis pauidam lachrymisque reliquit.
Et præter accusatiuum interdum iungitur ablatiuo cum præpositione expressa vel suppressa. Cic. 7. Verr. 2. Tunicamque eius à pectore abscidit. Hoc est, laceratam aulilit. Idem Philip. 11. 292. Post autem cruricibus caput abscidit.
Abscindere sibi omnium rerum respectum. Liu. 9. ab vrbe. 121. Nos omnium

nium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus.
Venas abscindere. Taci. lib. 15. Clauditur cubiculo prætò est medicus: abscinduntur venæ: vigens adhuc balneo infertur. Idem lib. 16. Tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abscinduntur venas: properique & singulis vestibus ad verecundiam velati, balneis inferuntur.
Abscissus, ta, sum, participium, ἀποκοπείς, Amputatum.
Abscisa à continenti insula, Plin. lib. 4. cap. 12.
Abscisus, sa, sum, nomē, dicitur abruptum, præfractum, & præcisum: cui contrarium est molle, ἀπότμητος, ἀπόκοπτος, vt Abscissus locus, Liui. lib. 25. Nec ferme quicquam satis æquum aut abscissum erat, quod hosti aditum ascensumue difficilem præberet.
Sic per translationem res abscissæ, & spes abscissa. Cic. de prouin. cōsul. 28. Impoliræ verò res & acerbæ si erunt relictæ, quanquā sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescēt. Liu. 4. bel. Macedo. 173. Nec nisi abscissa omni spe auxilij Antiochi imploraturos fuisse. Idem. 4. bel. Pun. 138. Spe vndique abscissa.
Abscissa res erat. Liuius. Et quanquam abscissa res erat, tamen non abrogantia vilum est fociorum legatos interesse ei concilio. Id est, quamuis abscissa spes esset rei perficiendæ.
Abscissa castigatio, pro dura & aspera. Valer. lib. 2. Aspero enim & abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget.
¶ Abscissa. Abrupta. Quintil. lib. 9. cap. 4. Cur alia paucioribus verbis satis plena, vel nimium, alia pluribus breuia & abscissa sint?
¶ Abscisior, comparatiuum: vt Abscisior iustitia, in eadem significatione. Valerius lib. 6. Sed aliquanto Charonitæ Tyrii præfractior & abscisior iustitia ad vim & cruorem vsque.
Abscisi, aduerbium, vel Abscisè, pro eo quod est fixè, (ἀκατασκεπτόμενος,) Callistratus in l. Semper, De iure immunita. Demonstratur varie, nec abscisi, numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse, ex rescriptis Diui Aelij Pertinacis. Id est, non præcisè & fixè: ita non est numerus status, qui immunitatem præbeat. Budæus.
Abscondo, (κρύπτω,) abscondis, abscondi, absconditum, pen. bi. eni, (ἀποκρύπτω,) Lucretius lib. 1. 185. Quòd si tanta foret sylvis abscondita flammæ abscondere, Ex abs & condo, quod ipsum ex do compositum est. Idem quod condere, abdere, occultare. Plaut. Cistel. 1. 54. In latebras abscondas pectore penitissimo tuam stultitiam. Virg. Georg. 1. Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.
Abscondere fugam furto. Virg. 4. Aeneid. 62.
- nec ego hanc abscondere furto
Sperani, ne fuge fugam. Id est, furtim & secretò fugere.
Abscondere crimen. Senec. in Hippol. 5. 1.
Amanimus nefanda, si cœpta exequor,
Forsan iugali crimen abscondam face. Id est, prætexru matrimonij.
Abscondere in terram. Colu. lib. de arboribus cap. 7. Reliquas radices, quæ in terram absconduntur, fac abradas.
Abscondidi, antiquum præteritum, teste Prisciano lib. 10. Plaut. in Carbonaria, Secundum ipsam aram aurum abscondidi. Sil. Ital. lib. 8. 38.
Donec arenoso (sic fama) Numicius illam
Susceptat gremio, virresque abscondidit amnis.
Absconditus, pe. cor. participij, (ἀποκεκρυμμένος,) Cic. 2. Verr. 21. Quid est igitur quod fieri possit non obscurum opinor, neque absconditum.
Absconditè, pe. cor. aduerbij qualitatis, (κρυφίως,) Occultè. Ci. 3. de finib. 3. Ea nec acutissimi, nec absconditè differuntur. Idem. 1. de inuē. 169. Absoluta est quæ ipsa in se, non vt negotialis implicitè & absconditè, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstione cōtinet.
Absens, Vide Absum.
Absilio, absilis, penul. corre. (ἀποπηδάω,) absilire, ex ab & salio compositum, Saltu alicunde recedo. Lucretius lib. 6. 145.
Multaque iumenta cum inhumata iacerent corpora supra
Corporibus, tamen altorum genus atque ferarum
Aut procul absiliebat, vt acrem exiret odorem:
Aut vbi gustarat, languebat morte propinqua. Id est, aues & feræ resilientes protinus abscedebant. Statius lib. 2. Theb. 20.
- fugere feræ, nidosque tepentes
Absiliunt (metus vrget) aues.
Absimilis, & hoc absimile, pe. cor. (ἀνόμοιος,) Multū dissimilis. Et ferè iungitur negatiuis particulis, nec neque, nō, & haud. Col. li. 6. c. 17. 1. Odorit grauis, nēq; absimilis bitumini. Suc. in Othone, cap. 1. Tamque non absimilis Tiberio principi fuit, vt plerique procreatum ab eo crederent. Plin. lib. 12. cap. 7. 4. Piperis arborem iam Italia habet, maiorem myrto, nec absimilem. Idem lib. 8. capi. 33. 1. Eminet rostrum, vt in pariuo, haud absimile suillo.
Absis absidis, fœmi. gene. Vide APSIS.
Absinthium, (ἀψίνθιον,) Vide ABSYNTHIVM.
Absisto, absistis, abstiti, penul. corr. (ἀποστάω,) absistere. A loco vel à re aliqua discedere. Cui oppouitur assistere. Et ferè iungitur ablatiuo sine præpositione. Vir. 6. Aen. - procul ô procul este prophani, Conclamat vates: totoque absistite luco.
Bello absistere. Tacitus lib. 20. Missus cum mandatis Montanus ad Ciuilem, vt absisteret bello. Liu. Decad. 4. lib. 2. Si Antiochus regno Attali abstineat, bellóque absistat.
Furore absistere. Liu. 4. Decad. lib. 7. Si absistere furore vellent.
Incepto. Liu. 3. Decad. lib. 1. Sed naues Romanæ à Piræeo venientes, in tromissumque præsidium, absistere incepto coegerunt.
Imperio. Liu. 4. Decad. lib. 8. Non tamen ita infregit animos eorum, vt absisterent imperio.
Oppugnatione, vel Obsidione. Liu. 5. Decad. lib. 4. Huius noui præsidij fama absistere oppugnatione simul Romanos regemq; coegit. Idē. 9. ab vrbe. 74. Vereceptis equitibus, qui ea belli erant, absistere obsidiōe.
Pugna. Liu. 4. Decad. lib. 1. Vt eum nox prælium diremptura esset, rex, prior terribus rabie eorum, pugna abiiterit.
Absistere spe labefactandæ fidei, Liu. 4. bel. Pun. Vide Absistens.
¶ Absistere à. Plin. lib. 2. cap. 8. 9. Ab sole nunquam absistens partibus sex atque quadraginta longius.
Absistere, cum gerundi verbo pro ablatiuo. Liu. 4. bel. Pun. 158. Ita cōsilio habito, cum omnis conatus iudibrio esset, absistere oppugnatiōe atq; obsidendo, tantū arcere terra mariq; commeatibus hostem placuit.
Pro eo quod est, ab obsidione discedere, siue desistere obsidione.
Absistere, suppresso ablatiuo. Virg. 1. Aeneid.
Nec prius absistit, quam septem ingentia victor.
Corpora fundar humi. Subaudi, illinc, vel eo loco.
Absistere, cum infinitiuo, pro desinere. Virgil. 6. Aeneid. Absiste moueri. Idem. 8. - absiste precando.
Vtribus indubitare tuis. Colu. lib. 12. cap. 19. 4. Nec absistat id facere, donec videbitur eliquatum omni fece mustum carere.
Benefacere absistā. Li. 4. Dec. li. 6. Ne ingratis quidē Benefacere absistam.
Petere absisterem. Liu. 4. Decad. lib. 2. Cum haud absisteret petere.
Absistitur, impersonale, (ἀποστατέον ἐστί,) Liu. 1. bel. Pun. 24. Legati missi Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rapti deposcendum.
Absistens, absistētis, participij, (ἀποστατῶν.) Li. 4. bel. Pu. 92. Tā spe labefactandæ fidei haud absistens, Salapiam tendit. Hoc est, non desistens.
Absoluo, (ἀπολύω, ἀπαλλάττω,) absoluere, Liberare. Multiplicem habet vsum: sed maximè ad iudicia refertur.
Absoluere igitur est ad iudicij aut accusationē pertinere, est iudicio rei omnino liberare: est contrarium est damnare. Vnde sequuntur exēpla.
Absolui omnibus sententijs. Cice. 6. Verr. 90. Seruius ille innocens omnibus sententijs absoluitur.
Absoluere improbitatis. Cice. 3. Verr. 50. Iu quo video Neronis iudicio non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse cædis. Idē pro Cluentio. 91. Itaque & maiestatis absoluti sunt permulti. Sic Absoluere innocentiarum, in Rhetoricis ad Herennium. In hoc genere loquidi subauditur aliquis ablatiuus: vt crimine, accusatione: sicut & in verbis accusandi, cum genitiuo iunguntur.
Absoluere aliquem bello. Tacitus lib. 4. Is demum annus populum Romanum longo aduersum Numidam Taciarinatem bello absoluit. Nā priores duces sibi impetrando triumphum insigni fulticere res suas crediderant, hostem omittebant. Absoluit, Id est liberauit.
Absoluere suspitione. Liuius lib. 2. Latæ deinde leges, quæ consulem regni suspitione absoluerent. Id est liberarent.
Absoluere de præuaricatione. Cic. ad Q. fratrē, lib. 2. 16. 12. Quo die hæc scripsi. Drusus erat de præuaricatione Tribuni ærarij absolutus.
Absoluere reum, non expresso casu criminis significante. Cice. 1. Verr. 13. Reus vt absoluatur non peto.
Absoluere quempiam alterius. Cice. 4. Verr. Hunc hominem Veneri absoluit, sibi eōdemnat maluit videlicet homines peccare, quàm deos. Hoc est, Quod ad Venerem pertinet, absoluit eum.
Absoluere se iudicio ab aliquo, Pro eo quod est, ab eius accusatione se liberare. Cice. pro Rosc. Comœdo. 21. Cur tam imperiti facit, vt nec Roscium stipulatione alliget, neque à Panno iudicio se absoluat?
Absoluere copiosè, id est multis sententijs. Cic. lib. 2. ad Q. fratrem. 10. 8. Senatorum vrna copiosè absoluit: Equitum adæquauit: Tribuni ærarij condemnarunt.
¶ Absoluere per Metaphoram relatum ad animi iudicium. Horatius 2. Sermo. Saty. 3.
- an commotæ crimine mentis.
Absolues hominē & sceleris damnabis eundem. Hoc est, an iudicabis eum carere mentis commotione, &c.
¶ Absoluere, Perficere, cōsummare, & rei finem imponere, (ἀποτελεῖν, διαπεράτοῦν,) vt absoluere librum, aut aliud opus. Cice. 3. Offic. 12. Vt nemo pictor esset inuentus qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolueret.
Absoluere aut perficere. Cice. 2. de natu. deor. 49. In omni natura necesse est absolui aliquid aut perfici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõficere & absoluere. Ci. li. 13. ad Att. 276, 2. dialogos cõficiẽ & absolui.
Perficere & absoluere. Cic. 4. de Fini. 95. Quæ coniuncta cum honestis, vitam beatam perficiant & absoluant.
Absoluere & ad exitum perducere. Ci. 2. de Fi. 168. Nec enim absoluitur beata sapientis, neque ad exitum perduci poterit, si prima, &c.
Absoluere bellum. Lucanus lib. 2. 50.
An placuit ducibus scelerum, populique furentis
Cladibus ministrum ciuile absoluere bellum?
Fidem. Tacit. lib. 12. Et Vitellius credidit de perfidia, & fidem absoluit.
Pensum. Varro de re rust. lib. 1. cap. 2. 1. Sed quoniam nos non nostrum pensum absoluimus, ac limitata est pecuaria quæstio. Hoc est, nostras partes impleuimus, debitoque officio perfuncti sumus. Translatum a lanificio muliebri, in quo singulis certum lanæ pondus in opus distribuebatur. Prouerbiale est.
Promissum, Præstare quod promiseris: hoc est, promissum perficere, se promisso liberare. Varro. 2. de re rustic. cap. 11. 1. Quoniam promissa absoluimus, eamus inquit.
¶ Orbem absoluere, Id est, consumere & perdere. Lucanus lib. 7. 176.
O superi, liceat terras odisse nocentes.
Quid totum premitis, quid totum absoluitis orbem?
¶ Absoluere, Finire. Sallust. Nanque vti paucis verum absoluam. Plaut. Rud. 16. 37. Vno verbo absoluam, Ieno est: quid illum portò prædicem? In eadem significatione dicimus absoluere quempiam. Plau. Mostell. 10. 67. Omnino vt te absolnam, nullam pictam conspicio huic auem. Hoc est, vt breuiter finiam, Ne diutius te morer, aut suspensum teneam. Ne longum faciam. Idem Amphit. 17. 45. Quæso absoluito hinc me extemplo, quando satis deluseris.
Absoluere de re aliqua, similiter pro finire. Sallust. in Catil. Igitur de Catilinæ coniuratione quamverissimæ potero paucis absoluam.
¶ Absoluere, ad vitam relatum. Plaut. Capt. 12. 73.
Dii ego hunc cruciabo, non vno absoluam die. Hoc est, non vno die vitam illi adimam, vel eum cruciabo.
¶ Absoluere creditorem, aut quenuis alium qui pecuniam petat. Terẽt. Adel. 2. 4. 13. Ego ad forum ibo vt hunc absoluam. Vbi Donatus, Vt hunc absoluam, id est, vt hunc reddito illi pretio dimittam.
Nam velut ligati sunt quibus debetur aliquid. Ibidem. 2. 4. 18.
- obsecro hercle, hominem istum impurissimum
Quamprimum absoluito te. Plaut. Epidico. 13. 25.
Age age, absolue, atque argentum numera, ne comites morer. Absolue, subaudi (me.)
Absoluere nauem, figuratè dictum, pro soluere. Plaut. Milite. 19. 17.
A matre illius venio: si est itura, eat.
Omnes moraturi nauim cupimus absoluere.
Absolutus, pen. prod. ἀπολελυμένος, μέρτος, ἀπόλυτος, τέλειος, μέτος, participium. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. Omnium sententiis absolutus.
Absolutus adulterii. Tacit. lib. Annal. 3. Cæsar Antistium Veterem è primoribus Macedoniæ absolutum adulterii, increpitis iudicibus, ad dicendam maiestatis causam retraxit.
Absolutus vinculis, Id est, exolutus. Tacit. lib. 12.
Absolutus, Nomen ex participio, Idem quod perfectus, aut potius valde perfectus & consummatus. Cicer. 1. Academi. 31. In qua quod inchoatum est, neque perfectum, progressio quædam ad virtutem appellatur: quod autem absolutum, id est virtus, quasi perfectio naturæ, omniumque rerum. Plin. lib. 9. cap. 5. 7. Visum ab his in Gaditano oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine. Cicc. Quo fit vt illam veram & absolutam eloquentiam nemo consequatur. Hoc est consummatissimam.
Numeris omnibus absolutus. Vide NVMERVS.
Absoluta & perfecta elegantia Absoluta. Plin. lib. 2. cap. 4.
Absolutus perfectè. Cic. 4. de fin. 31. His initiis (vt antè dixi) tanquam seminibus à natura datis, temperantia, modestia, iustitia, & omnis honestas, perfectè absoluta est. Hoc est, absolutissima & perfectissima.
* Absoluta constitutio græcè ἀντίκλησις, Hermog.
Absolutior & hoc absolutius. Plinius lib. 34. cap. 8. Quo opere nullum absolutius pleriq; iudicant.
Absolutè, penult. prodn. aduerbium qualitatis, τελέως, Perfectè & consummatè. Cicero. 3. de finib. 41. Necessariò sequitur omnes sapientes semper fœliciter, absolutè, fortunatè, viuere: nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere.
Perfectè & absolutè. Cicc. 4. Acade. 101. Sed undiq; perfectè & absolutè ita pares, vt inter eos nihil prorsus intersit. Addidit (absolutè) quasi perfectius aliquid significet, quàm perfectè. Idem. 4. Tuscul. 58. perfectè atque absolutè beatos effici.
Absoluti doctus. Sue. de claris Gram. 4. 2. Vt Græci grammaticum à grãmatista & illum quidem absolutè, hunc mediocriter doctum existimant. Hoc est, ita doctum, vt nihil sit prætereà requirendum.
Absolutio, verbale, perfectio, τελείωσις, ἀπόλυσις. Cicc. 5. de finib. 69. In homine autem summa omnis animi est, & in animo ratiõis, ex qua virtus est, quæ rationis absolutio definitur.

¶ Absolutio, ad crimen relatum, pro liberatione à crimine. Ci. pro Fonteio. 11. Magna Mehercule causa Iudices absolutionis cum cæteris causis hæc est. Sic absolutio maiestatis. Cicc. Appio, lib. 3. 11. 2.
Absolutionem conficere, Vide CONFICIO.
Absolutioni esse. Tacit. lib. Annal. 1. Quod neque conuictum, noxę reo, si recẽta purgaretur neque defensum, absolutioni erat, si teneretur moribus flagitiis. Hoc est, Nihil faciebat ad reum absoluendum.
Absolutorius, adiectiuum, quod ad absolutionem pertinet, ἀπολυτικός. Sueto. in Augusto, Non tantum duas tabulas, damnatorias & absolutorias simul, cognoscentibus dedit: sed tertiam quoque, qua ignoscerẽtur iis quos fraude ad signandum, vel errore inductos constitisset. Hoc est, damnationis & absolutionis tabulas.
Absolutorium, substantiuũ, neu. ge. ἀπολυτήριον. Remedii absolutorii; siue liberãs. Plin. li. 28. c. 6. 6. Clauũ ferreũ defigere in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali: absolutoriũ immo eius mali dicitur. Hoc est, omnino ab illo morbo eum liberare dicitur.

Absonus, absona, absonum, penul. corre. ἀπόδωτος, ἄπηχής. Dissono absurdum, vt vox absona, repugnans, & male conueniens.
Absonus voce homo. Cicc. 1. de Orate. 56. Sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, vt etiam si ingenuis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint.
Clamor absonus, Dissonus, Apuleius de Asino lib. 1. & Quintil. 113. b.
Tectum absonum. Lucretius lib. 4. 105.
Denique vt in fabrica si praua'st regula prima,
Normaque si fallax rectis regionibus exit,
Et libella aliqua si ex parte claudicat hilum,
Omnia mendose fieri, atque obstipa, necessum'st,
Praua, cubantia, prona, supina, atque absona tecta.
Vox absona. Cicc. lib. 3. de Orato. 14. Vox extra modum absona atque absurda.
¶ Absona fortunis dicta. Horat. in art. poet. 23.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
¶ Absonus per Metaphoram, pro alienus, siue differens. Liuius. 7. ab vrbe. 6. Nec absoni à voce motus erant.
Absonum fidei, id est, fidei repugnans, alienum à fide, minimè credendũ. Liuius. 1. ab vrbe. 64. Quorum nihil absonum fidei diuinę originis, diminitatisque post mortem creditæ fuit.

Absorbeo, absorbes, absorbui & absorpsi, absorptum, ἀπόπινω, ἀποβιβρώσκω, absorbere, quasi sorbendo absumere. Propriè dicitur de rebus liquidis. Plin. li. 11. c. 35. 1. Arameus omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. Idem lib. 15. capit. 19. 3. Nanque & pulueri vis ficcandi, succumque lactis absorbendi. Idem lib. 9. cap. 35. Detractum alterum mersit, ac liquefactum absorbuit. Idem lib. 22. cap. 25. 9. Lens optima quæ facillimè coquitur, eaque quæ maximè aquam absorbet. Hoc est, consumit. Idem lib. 2. capi. 103. 10. In Carinensi Hispanię agro duo fontes iuxtà fluunt, alter omnia respuens, alter absorbens.
Transfertur quoque ad alia: vt si dicas, Aqua nauim absorbuit. Lucanus libro. 4.
Iam cumuli, collesque latentium flumina cuncta
Condidit vnà palus, vastaque voragine mersit:
Absorpsit penitus rupes, ac tecta ferarum Deriuit.
Transfertur item ad res inanimatas. Cic. 2. de legibus. 15. Sed ante q̃ ad populares leges venias, vim istius cœlestis legis explana si placet: ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad sermonis morem vsitati trahat. Idem in Bruto. 155. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ.

Absque, præpositio ablativa, ἄνευ, χωρίς, ἀΐξαι, idem quod sine. Nam, teste Prisciano lib. 14. Absque & sine habent consimilem significationem, quæ est negativa. vt, Absque iniuria. Plaut. Menæch. 12. 32. Nam absque te si fuissem hodie, nunquam ad solẽ occasum viuerem. Idem Peria. 13. 57. Nam hercle si absque me fores.
Absque te esset, absque eo foret, vel esset. Terent. Phormi. 14. 11.
- nam absque eo esset.
Recte ego mihi vidissem. Pro eo quod est, Nisi per eum stetisset, nisi ille obstitisset. Idẽ Hecy. 4. 2. 25. Quã fortunatus cæteris sum rebus absque vna hæc foret. Vbi Donatus, Absq; extra: vt sit aduerbii magis quàm præpositio, & vnà (res) subaudiendum. Alii, inquit, HAC de vxore dicti putantVT ABSQVE sit præpositio. Plau. Trinũ. 12. 13.
- nam absque foret te, sat scio in alto
Distraxissent. Idem Bacch. 8. 8.
Nam absq; te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.

Abstemius, abstemia, abstemium, secunda produ. ἄοινος. Dicitur ab abstinentia temeti, teste Fabio lib. 1. capit. 7. Componitur enim ex verbo abstineo, & temetum quasi abstineus temeti. Hoc est, qui vino abstinet. Ouid. 15. Metamor. 65.

Clitorio

Clitorio de fonte sitim quicunque leuarit,
Vina fugit, gaudetque meris abstemius vndis. Gellius lib. 10. cap. 23, Quid de victu atque cultu popu. Ro. scripserunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abstemias egisse, hoc est vino semper, quod temetum prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt. Varro de vita popu. Roma. li. 1. Quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel ex vno exemplo potest videri.
Abstemius vini. Plin. lib. 22. cap. 24. 9. Et mulieribus vini abstemiis.
Prædium abstemium, Vide PRANDIVM.

Abstentus, Vide ABSTINEO.

Abstergo, absterges, absterſi, abstersũ, ἀποψήχω, ἀποψάω, ἀποψάω, abstergẽre, detergẽre, purgare. Terẽ. Eunu. 4. 7. 9. Qui abstergerem vulnera. Plaut. Asin. 13. 51.
-tu labellum absterges
Potius quàm cuiquam illa suauium faciat palàm.
Abstergere doloré, p transl. tionem. Ci. ad Q. Pratrẽ li. 2. 12. 1. Amabo te aduola, cõsolabor te, & oẽm abstergebo dolorem. Id est, auferam.
Fastidiũ abstergere. Pli. li. 20, ca. 5. Stomachũ excitat, fastidiũ abstergit.
Absterſi, pro Absterſisti, Catul. 94. epig. ad Iuuentium.
Nam simul id factum est, multis diluta labella,
Absterſi gurtis omnibus articulis,
Transfertur autem ad animum, siue ad res animi: vt, Absterge dolorem, id est depone. Absterga tibi dolorem, Id est auferam, vel adimam. Cicc. in Topicis. 46. Tum exultantem lætitiam comprimens, tum ægritudinem abstergens.
Abstergere fastidia. Plinius libro. 17. cap. 7. 6. Fastidia abstergent, concoctiones adiuuat.
Fletum, Cicc. 14. Philip. 407.
Luctum, Cicc. 3. Tuscul. 75.
Metum, Cicc. Bruto, lib. 11, epistо. Idem Papyrio, lib. 9. 16. 25.
Molestias, Cicero de Senectute. 2.
Abstergere succum villo, Plinius lib. 12. cap. 17. 2.

Absterreo, absterres, absterrui, absterritum, pe. corre. ἀποτρέπω, ἀποτρόπω, absterrere, Ab aliquare deterrere. Hoc est terrore iniecto auertere, arcere, prohibere. Teren. And. 3. 1. 4. Hauc simulant pũrere quò Chremetem absterreant. Subauditur, à danda filia.
Absterrere à vel ab. Liui. lib. 2. ab vrbe. 151. Absterrendo singulos à conciliis, consiliisque. Ci. 4. Verr. 100. Vt tam videamur non à pecuniis capiendis homines absterrere. Idem Antequam iret in exilium. 16. Nolite eum supplicem à vobis absterrere & excludere, qui in suo magistratu funestam facem à vestris repulit templis.
Absterrere de frumento auferes. Plaut. Trucul. 5. 39. Vt de frumento auferes clamore absterreat & abigat.
Absterrere sibi pabula amoris. Id est, à se repellere & abigere.
Lucretius libro. 4. 214.
Nam si abest quod ames, præsto simul æra tamen sunt
Illius, & nomen dulce obseruatur ad aureis.
Sed fugitare decet simulacra, & pabula amoris
Absterrere sibi, atque alio conuertere mentem.
Absterrere alicui aliquid. Lucretius lib. 4. 248.
Nec diuina satum genitalem numina cuiquam
Absterrent. Id est, liberorum generationem impediunt, & semen genitale auferunt.
Absterrere auctum, Id est impedire aut vetare incrementum. Lucretius lib. 5. 169.
Cætera de genere hoc monstra, ac portenta creabat
Nequicquam, quoniam natura absterruit auctum,
Nec potuere cupitum ætatis tangere florem.
Absterrere, suppresta præpositione. Plin. lib. 8. ca. 16. 6. Quja cæteri metu pœnæ similis absterrentur eadem noxa. Pro, ab eadem noxa.
Absterres te adiri. Cicc. 3. de Orato. 90. Quidnam est obsecro. Quid te adiri abnutas? Melius esset, vetas, prohibes, absterres.
Absterreor, absterreris, passiuum. Horat. 2. Sermo. Saty. 5. 17.
Vt canis à corio nunquam absterrebitur vncto.
Absterritus, participium, penul. corre. ἀποπλήκτικός. Liuius lib. 5. ab vrbe. 185. Inde rursus ipsa solitudine absterriti.

Abstineo, abstines, penul. breui, abstinui, abstentum, ἀπέχομαι, ἀφίσταμαι, ἀπέχομαι, vel ἀποχόμαι, abstinere, ex abs & teneo. Est ab aliqua re omnino se cohibere: quasi se tenere ab re illa: vt Abstinet furto, qui omnino non furatur, abstinet vino, Venere, voluptate, qui prorsus iis rebus non vtitur. Abstinuit cœna, qui non cœnauit, &c.
Abstinere à negotiis, id est, nulla negotia tractare. Celsus lib. 3. cap. 22.

Si nauigationem aliqua res prohibet, lectica, vel alio modo corpus dimouendum est, tum à negotiis abstinendum est.
Abstinere se ab alieno: Id est, omnino se cohibere à rebus alienis: quasi tu dicas, res alienas iniuste ne attingere quidem. Cicc. 2. de finib. 113. Ne malum habeat, abstinet se ab iniuria. Plin. lib. 10. cap. 55. 2. Abstinentes se à cantu. Cicc. 4. Acade. 101. A quibus tu ne iam quidem te abstinebis. Idem. 2. Philip. 32. Quale autem beneficium est, quòd te abstinueris à nefario scelere?
Abstinere se alieno. Cæs. 8. bel. Gal. 155. Paucis diebus sese cibo abstinuit, atque ita interiit.
Armis. Liuius. 8. ab vrbe.
Ingiis, Cicc. 1. de diuin. 165. Rebus vrbanis, Plaut. Casin. 3. 12.
Vino, Plin. lib. 28. cap. 7. 7. Virgine, Terent. Hecyra. 1. 2. 64.
Abstinet ab alieno: sub. se. Plaut. Mil. 19. 20.
Matris causã hercle hoc ego oculo vtor minimè.
Nam si abstinuissem à mari, tanquam hoc vterer.
Abstinet alieno: pro eo quod est abstinet se ab alieno. Quid. 16. Epistо. 20. Est virtus, placitis abstinuisse bonis. Horatius in arte, Abstinuit Venere & Baccho. Ibidem, Inuentis miser abstinet, & timet vti.
Cibo, Colu lib. 6. cap. 7. 2. Seditionibus, Liuius. 3. ab vrbe. 44.
Abstinere cibo ægrum frequens apud Celsum. Verbis, Plin. epistо. 79. 2.
Carne, Plaut. Aulul. 17. 15. Imperio, Iustinus lib. 1. Contẽti victoria, imperio abstinebãt.
Ostreis & murenis. Cicc. lib. 7. ad Gallum. 17. Qui me ostreis & murænis facilè abstinebam. Inspectione rerum suarum, Plinius. Iunior, epistо. 264.
Culpa, Plaut. Menæch. 17. 13. Pecuniis, Cicero Attico, libro 9. 175. 5. Pecuniis ocupleti non abstinere.
Comitiis, Plin. in Paneg. Prælio vel pugna, Liui. 2. ab urbe. 196. Cæs. 1. bel. Gal. 69.
Comitto, Quintil. lib. 7. cap. 3. Tacitu, Virg. 3. Aeneid.
Dono & pactione, Plin. epi. 109. Maledictis, Plaut. Ru. 24. 64. Abstinuit tacitu pater: auersusque refugit
Iniuria. Cicc. 3. offic. 94. Sic Cicc. 2. Philip. 33. Idem ad Fœda ministeria.
Brutum. 17. 2.
Sic abstinere loco, vt regione aut vrbe, Plin. de viris illustribus, Pacem peteruntibus hac conditione concessit, vt Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis intra Italiam, Africamque decederent. Hispania citra Iberum flumina abstinerent. Id est, ab Hispaniæ regno citra Iberum abstinerent. Liuius. 1. ab vrbe. 63. Vrbe valida, muris ac situ ipso munita abstinuit.
Abstinere publico, Id est, non committere se publico, non prodire in publicum, quod vulgo dicunt, non se monstrare. Sueto. in Claudio, Ac dum publico abstinuit. Tacit. lib. 1. paulo post initium, Tyberius atque Augusta publico abstinuere, inferum maiestate sua rati, si palam lamentarentur.
¶ Abstinere manum alieno. Cato de re rust. cap. 5. 1. Alieno manum abstineat: sua seruet diligenter.
Abstinere manus ab alienis. Cic. lib. 1. de Orat. 96. Coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere.
Abstinere manus in iudicio. Cicc. 2. Verr. Abstinent in hoc iudicio, manus, animosque ab hoc scelere nefario. Hoc est, se abstineãt ab hoc iudicio corrũpendo, siue ob acceptam pecuniam, siue fauoris gratia.
Abstinere manum ab aliquo. Plaut. Amphit. 4. 166. Quĩ possim huic videri fortis, vt à me abstineat manum? Id est, vt me non cædat, vel vt se cohibeat ne cædat me.
Abstinere manum à se aut ab alio, interdum ad necem refertur. Cicc. 4. Tuscul. 129. Qui cum interemisset Clytum familiarem suum, vix à se manus abstinuit. Hoc est, Vix se cohibuit quin sibi mortem conscisceret. Idem in Antonium, Nunquam profectò à me sacrilegas atque impias manus abstinebit.
Abstinere manum, sine vllo ablatiuo. Terent. Adelph. 5. 16. Non manum abstines mastigia? Pro eo quod est, Non abstines à me manum? Hoc est, non vis cohibere te à me retinendo? Hoc Demea Syro dicit, à quò retinebatur. Sic Heaut. 3. 3. 4.
Abstinens se præ cæteris. Cic. Attico, lib. 5. 110. 4.
Abstinere me manum, figuratè dictum, pro, à me. Plaut. Rud. 11. 11. Potin' vt me abstineas manum? Non absimile est illud Liuii in ipso statim totius operis initio, Iam primum omnium satis constat, Troia capta in cæteros sæuitum esse Troianos duobus Aenea, Antenoreque & vetusti iure hospitii, & quia pacis reddendæque Helenæ semper auctores fuerant, omne ius belli Achiuos abstinuisse.
Abstinere ignem ab æde. Liui. 7. ab vrb. 124. Oppidum dirutum atque incensum ab æde tantum matris Matutæ abstinuere ignem. Sermonis compendium pro, abstinuerunt se ab ædit incendio, siue ab æde Matutæ incendenda.
Abstinere bellum & vim ab aliquo populo. Liuius lib. 8. ab vrbe. Et sine præpositione. Horat. 2. Sermo. Saty. 3. 41. - abstinuit vim
Vxore & gnato. Id est, ab vxore, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Abstinere, in alio genere loquendi, licet manente eadem constructione, legi, intercessioneque. Lucanus lib. 4. A trepido vix abstinet ira magistro. Pro eo quod est, ipse iratus vix abstinet. Et est hypallage.

Abstinere cum infinitiuo. Plaut. Curcul. 4. 25, Dum mihi abstineant inuidere. Sue. in Tiberio Cæsare, c. 23, Quibus ita præfari nō abstinuerit.

Abstinere quominus, pro quin. Sue. de claris gram. 1. Vt nec clarissimi quidem viri abstinuerint, quominus & ipsi aliquid de ea scriberent.

¶ Sunt & aliæ figuratæ, & minus vsitatæ per hoc verbum locutiones: de quibus authorum exempla hic subiecimus.

Abstinere irarum. Horat. 3. carminum,

Mox vbi lusit satis, abstinet,
Dixit, irarum, calidæque rixæ. Pro, ab ira & rixa abstine. Tametsi ad plenam constructionem aliquid subaudiédum est: vt sit, abstineto irarum affectione, motu, aut perturbatione.

Abstinere sermone de re aliqua. Plaut. Mostel. 3. 97. Abstine iam sermonem de rebus istis. Pro, abstine sermone de, &c. Idem Aulul. 10. 19.

Ibi si perlit quippiam (quod te scio
Facile abstinere posse, si nihil obuiam est)
Dicant, coqui abstulerunt. (Quod) accusatiui casus, pro à quo. Terentius Heaut. 2. 3. 133.

Gemitus, screatus, tussis, risus abstine.

¶ Abstinere, pro arcere, prohibere. Plaut. Amphit. 1. 46.

Nunc quando factis me impudicis abstines:
Ab impudicis dictis anorti volo. Hoc est, quoniam mé prohibes ab impudicitia. Liuius, Romano bello fortuna Alexandrum magni absti nuit. Pro, Alexandrum prohibuit. Vnde Abstineo te cibo. Diomedes.

Abstinere, p separare, (& quod dicunt) excōmunicare. Cyprianus lib. 1. epistō. 11. ad Pomponium, Consultè & cum vigore fecisti frater charissime, abstinendo diaconum, qui cum virgine sæpe mansit. Paulo post, Quòd si pœnitentiam huius illiciti concubitus sui egerint, accepta communicatione ad ecclesiam admittantur.

¶ Abstinetur, pasiuum in tertiis personis. Cic. 6. Ver. 129. Nihil ægritudine factum est multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstinerentur. Colu. lib. 7. cap. 10. Totus grex tecto clauditur stabulo, atque vno die abstinetur potione & pabulo. Idem lib. 6. cap. 9. Febricitanti boui conuenit abstineri vno die.

Abstinetur, (ἀπέχεται) impersonale. Plin. lib. 16. cap. 12. 3. Lichen herba si cum sumitur, cætero holere abstinetur. Liui. 5. ab vrbe. 100. Dictator præcones edicere iubet, vt ab inermi abstineatur.

Abstentus, (ἀπεχθήμενος) participium ab Abstineor. Id est, separatus & excommunicatus. Cyprianus libro. 1. epistō. 3. ad Cornelium, Quo in mendacio suo postea quam quinque solis conuenientibus naufragis, & à nobis abstentis, detecti sunt atque confusi, Romam cum mendaciorum suorum merce nauigauerunt. Idem in expositione orationis dominicæ, Hinc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in CHRISTO sumus, & euchar istiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum Abstenti & non communicantes à cœlesti panè prohibemur, à CHRISTI corpore separemur. Ibidem, Ita contrà timendum est & orandum, ne dum quis abstentus separatur à CHRISTI corpore, procul remaneat à salute. Vlpianus in l. fina. Siquis caut. & Africanus in l. Tutor pupilli. ad Vell. vsi sunt pro eo qui se bonis paternis seu hæreditate abstinuit. Et interea (inquit Vlpianus) pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut erâ abstētus sit hæreditate. Africani verò hæc sunt verba: Et cum paterna hæreditate abstinere vellet, mādato vxoris defuncti, quæ mater pupilli esset, abstento pupillo, solam se hæreditati immiscuisset.

Abstinens, pe. breui, abstinentis, (ἐγκρατὴς, ἀπόχρεως) nomen ex participio. Qui ab aliqua re abstinet. vt, abstinens alieni. Plin. Iunior, epistō. 94. Hō est alieni abstinētissimus. Hora. 4. car. 9. 8. Abstinēs ducētis ad se cūcta pecuniæ. Col. li. 11. ca. 4. Abstinentissimo rebus Venereis. Homo mirificè abstinens. Cic. lib. 5. ad Attic. 110. 4.

Oculi abstinentes. Cic. 1. Offic. 201. At enim Prætorem Sophocle decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

Abstinendus, (ἀφεκτέος) Colu. lib. 6. cap. 7. Prohibendus erit bos potione per triduum, primoque die cibo abstinendus. Idem lib. 8. ca. 5. Quibus scilicet cibis abstinendæ sunt aues.

Abstinentia, abstinentiæ, (ἀποχή, ἀπόχρησις) declinatiō nomē ab abstinēs. Virtus cui opponit Rapacitas: & sic differt à cōtinētia, teste Valla: Est enim hæc cū à voluptatibus nos cōtinemus: Abstinētia aūt cū abstinemus ab alienis, nulli vim inferētes, nihil cuipiā eripiētes. Est igit abstinētia in viro inocēte, cōtinētia in tēperāte. Ci. 5. ad Atti. 105. 2. Sic in prouincia nos gerimus, qđ ad abstinentiā attinet, vt nullus teruntius insumatur, in quēq. Idē. 2. Offi. 115. nulla aūt re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ii qui reipublicæ præsunt, q̄ abstinentia & continentia. Quintil. lib. 5. cap. 12. Si continentia, virtus: vtique & abstinentia. Sallust. Cum strenuo, virtute: cum modesto, pudore: cum innocente, abstinentiā certabat. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur, vt apud Valerium Maximum titulus est. De abstinētia & continentia: vbi harum virtutum exempla promiscua sunt.

* Abstinentia mitigare febrem. Quintil. lib. 2. cap. 17. 7.
* Abstinentiam summam præstare. Quintil. de officio præceptoris libro. 2. cap. 2. 5.

Abstinentia vini, abstinentia cœnæ. Plin. lib. 25. cap. 5. 20. Corpus septō diebus antè præparandum cibis acribus, abstinentia vini, quarto & tertio die vomitionibus, pridie cœnæ abstinentia.

Abstinenter, aduerbium qualitatis, (ἐγκρατῶς) Cice. in Sallustium. 11. Posteaquam Prætor est factus, modestè se gessit, & abstinenter.

Absto, abstas, abstiti, (ἀφίσταμαι,) penul. corrept. Disto, longè sto. Horatius in Arte poet. 73.

Vt pictura poesis erit quæ, si propius stes,
Te capiet magis, & quædam si longius abstes.

Abstorqueo, abstorques, (ἀποστρέφω,) Torquendo aufero. Verbum non perinde frequens.

Abstraho, abstrahis, penul. corre. abstraxi, abstractum, (ἀποσπῶ, ἀποσπάω) abstrahere. Ex abs, & traho compositum: Propriè à loco trahere. Hoc est, violenter abducere: vt, abstrasit eum ab ædibus. Construitur aūt frequentius cum ablatiuo & præpositione vel ab, aut cū aduerbio loco eius ablatiui. Ter. Adel. 5. 3. 17.

- & istam psaltriam
Vna illuc mecum hinc abstraham. Vbi Donatus, Mecum hinc abstrahamnen abducam, sed quod est sæuientis, abstraham.

Ab impetu abstrahere. Cice. 3. Philip. 145. Ab hoc impetu abstractus cō silio & copiis Cæsaris.

Abstrahere aliquem ab alio. Terent. And. 1. 5. 8. Itáne obstinatē operam dat, vt me à Glycerio miserū abstrahat? Hoc est, inuitum separet, distūgat. Plancus Cice. lib. 10. 18. 10. Siquas copias à Lepido abstraxissent.

Abstrahere, à malis, à bonis. Cice. 1. Tuscul. 132. Mors nos à malis, non à bonis abstraxisset. Hoc est, diuulsisset, separauisset.

Abstrahere à disciplina. Cic. lib. 4. Acad. 204.

Abstrahere ciuitatem à seruitio. Cic. Bruto. 16. 16.

Abstrahere à conspectu. Cic. 3. de Orato. 80. Atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

A consuetudine. Cice. 1. de Orator. 40. Deinde illud etiā verendum est, ne abstrahamur ab hac exercitatione & consuetudine dicendi popularī & fori ensi.

A ratione. Cic. 4. Tusc. 59. Animus cōcitatus & abstractus & ab integra certaque ratione, non cōstantiam solum amittit, verumetiā sanitatē.

A rebus gerendis. Cice. de senect. 15. A rebus gerendis senectus abstrahit? Paulo antè dixerat, Quatuor causas reperio cur senectus misera videatur. Vnam, quòd auocet à rebus gerendis.

A sensu mentis. Cice. lib. 1. de diuina. 137. Sæpe vidi in Aesopo tantum ardorem vultuum atque motuū, ut eum vis quædam abstraxisse à sensu mentis videretur.

¶ Abstrahere se à corpore. Ci. in somnio Scipionis, Idque ocyus faciet si iam tum cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea quæ extra erunt contemplans, quàm maximè se à corpore abstrahet.

Abstrahere se à sollicitudine. Ci. prō Deiotaro. 27. Non dubitō quin tuis literis, quas ad eum Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omniq; sollicitudine abstraxerit.

¶ Abstrahere de complexu. Cic. pro Fonteio. 30. Num etiam de matris hunc complexu lectissimæ, miserrimæque fœminæ vobis inspectantibus auellet atque abstraheret?

¶ Abstrahere è sinu & gremio. Cice. pro Cælio. 46. Cum Q. Metellus abstraheretur è sinu gremioque patriæ.

Abstrahere ex amplissimorum virorum comitatu. Cice. pro Sylla. 6. Quare nihil est, quod ex tāto comitatu virorum amplissimorum me vnum abstrahas.

¶ Abstrahere ad bellicas laudes. Cice. in Bruto. 129. Pompeius vir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset.

Abstrahere in seruitutem. Quod & abripere in seruitutem dicitur. Cæs. 7. bel. Gal. 170. Bona ciuium Ro. diripiunt, cædes faciunt, in seruitutē abstrahunt. Sic, In seruitum, apud Liuium. 8. bel. Macedo. 187.

¶ Abstrahere & auocare. Cice. pro Archia. 9. Vt ab illis nullo me vnquam tempore aut commodum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit.

Abstractus. participium, ἀποσπασμένος, Statius lib. 1. Achil. 31.

- ipsi mihi sæpe queruntur
Centauri, raptasque domos, abstractaque coràm
Armenta. Cice. 4. Tuscul. quæstio. 18. Animus concitatus, & abstractus ab integra certaque ratione, non cōstantiam solum amittit, verumetiam sanitatem.

Abstringo, abstringis, abstrinxi, abstrictum, ἀπονεύρωω, abstringere. Soluere: cōtrariū sui simplicis Stringo. Liui. 3. Dec. ad lib. 4. Tanquam laxaret elatum pedem abstricto modo, nodo, moratus turbam indigemines.

Abstrudo, abstrūdis, pe. longa, abstrūsi, abstrūsum, pe. etiā produ. ἀποκρύπτω, abstrudere. Abscondere, occultare. Plaut.

Plaut. Rud. 23. 141, In solo abstrusi loco, Cic. 4, Acad. 62, Naturam accusa, quæ in profundo veritatem (vt ait Democritus) penitus abstruserit. Virg. 6. Aeneid. - quærit pars semina flammæ.

abstrusa in venis silicis. Vbi Seruius, Abstrudere, est de industria celare. Sic Abstrudere thesaurum. Plaut. Aul. 16. 47.

Abstrudere foris. Plaut. Aul. 2. 6. Auro formidat Euclio, abstrudit foris.

Abstruder e in syluam. Ci. Attico, lib. 12. 241. 5. Cumque mane me in syluam abstrusi densam & asperam. Pro abdidi.

Abstrudere se inter. Tacit. lib. 4. Tectū inter & laquearia, tres senatores, haud minus turpi latebra quàm detestanda fraude, sese abstrudunt.

Abstrudere tristitiam. Tacit. lib. 3. Sed referendum iam animū ad firmitudinem, vt quondā diuus Iulius amissa vnica filia, vt diuus Augustus ereptis nepotibus, abstruserint tristitiam. Hoc est, ab se repulerint.

Abstrusus, sa, sum, nomen ex participio, (ἀπόκρυπτος) Vnde abstrusæ insidiæ, id est penitus latentes & valdè occultæ. Cic. pro lege Agraria 54. Parefacio vobis quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem.

Abstrusus homo. Qui suum secretum magnopere celat. Tacit. Annal. li. 1. Hæc audita, quanquam abstrusum, & tristissima quæque maximè occultantem Tiberium pepulere, vt Drusum filium cum primoribus ciuitatis, duabusque prætoriis cohortibus mitteret.

Ratio abstrusa. Claudian. Paneg. 8. 30.

- melius, magnusque perendum.
Credis, in abstrusa rerum ratione morari.

Abstrusus animi dolor. Cic. pro domo sua. 20. Nimium diu reconditus & penitus abstrusus animi dolor.

Abstrusior, comparatiuus. Cice. 4. Acade. 58. Sequitur disputatio copiosa illa quidem, sed paulo abstrusior. Hoc est, subtilior, occultior obscurior, & magis recondita.

Abstuli, præteritum ab Aufero. Vide AVFERO.

Absum, abes, priore breui, abfui, (ἄπειμι,) abesse, Absentem esse. Cui contrarium est adesse. Est enim abesse, non adesse in loco vbi adesse soles, aut debes, aut certè desyderaris.

Abesse vsitatius construitur cum præpositione à uel ab, & ablatiuo, qui aut locum, aut personam, aut rem aliam significet: sed pro ablatiuo sæpe additur aduerbium de loco: vt, Aberat illinc: pro, ab illo loco. Meminerīs igitur eiusmodi aut ablatiuum, aut aduerbium quoties deerit in hoc verbo subaudiendum esse, quicquid significet.

¶ Abesse vrbe, domo, &c. vel Abesse ab vrbe, ab domo, &c. Cicero Torquato lib. 6. Aut quòd absim ab vrbe, vt qui ad te proficiscantur, scire non possim. Plaut. Epid. 14. 16. Num absum ab domo. Cic. 6. Verr. 34. Abesse ab domo paulisper maluit, quàm præsens illud optimè factum argentum amittere. Hoc tamen vitatius dicitur sine præpositio nequia hic ablatiuus (domo) ferè aduerbialiter ponitur. Cic. 2. de natu. deo. 1. 20. Quòd Diana cū in partu Olympiadis adesse voluisset, absuisset domo. Pro, ab ædes sua: Idem lib. 5. epistō. 15. 7. Hīc tu ea me abesse vrbe miraris, in qua domus nihil delectare possit? Idem lib. 4. 6. 10. ad Sulpitium, Itaque & domo absum & foro.

¶ Abesse, absolutè positum. Plaut. Amphit. 2. 13.

- abfit, dummodo,
Laude parta domum recipiat se. Sit sanè, inquit, absens à me: dummodò, &c. Terent. Eunuc. Domini vbi absunt.

¶ Abesse ab aliquo. Terent. Heaut. 2. 4. 19. Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues. Cic. Curioni, lib. 7. Ego te absuisse tandiu à nobis, & doleo, quòd caruī fructu iucundissimæ consuetudinis: & lætor, quòd absens omnia cum maxima dignitate es cōsecutus. Interdum vertitur hic ablatiuus in datiuum. Ouid. epistolis 9. 7. Vir mihi semper abest. Pro, à me.

Abest à me filius tuus. Cic. ad Brutum. 6. 1.

¶ Abesse à signis, &c. Plin. Iunior. epistō. 239. Curandum est ne milites à signis absint. Id est, ne uagentur. In hac significatione ponitur inter dum eclipticōs. Terent. Heaut. 5. 2. 31. Non aberit longius. Id est, nō longè aberit: sub. (hinc) vel (à nobis) quòd vulgari sermone dicitur, Non elongabit se multum.

Abesse à periculo. Plin. in Paneg. 111. Néque enim ab vllo periculo fortuna principum longius abest. Id est, remota est à periculo, extra periculum est. Plin. lib. 2, cap. 65. 8.

* Abesse ab intellectu artis. Quintil. lib. 2. cap. 13. 7. Aberit id à me procul. Idem lib. 2. cap. 3. 8.

Abesse in altercationibus. Cic. Attic. lib. 4. 82. 1. Ergo vt sit rata, absuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero non molestè. Pro, non interfuisse dum fierent altercationes.

Abesse & longè disiunctum esse. Cic. in Topic. 5. Extrinsecus autem ea ducuntur, quæ absunt, longeque disiuncta sunt.

¶ Abesse tres menses. Terent. Heaut. 1. 1. 66. Clam me profectus, menses tres abest. Subaudi (hinc) vel (à nobis,) Cice. in epistō. Absui magnā partem consulatus tui. Sub. vrbe, vel Roma.

Abesse spatio, transitu, passibus, &c. Plancus Cic. lib. 10. 17. 1. Ventidius

bidui spatio abest ab eo. Liui. Romana castra viginti millium spatio aberat. Sub. ab eo loco. Plin. lib. 4. cap. 16. 2. Super eā hæc ſira abest breuissimo ttansitu à Siburum gente. XX. M. passuum. Virg. 11. Aeneid.

Nec longis inter se passibus absunt.

Abesse bidui à castris. Cic. Attico, lib. 5. 104. 5. Cum in castra proficiscerer: à quibus aberam bidui. Sub. itinere, aut via, aut spatio.

Abest tria millia, spatium, iter, viam, &c. Cæs. bel. Gal. 171. Cuius hyberna aberant ab eo millia passuū. XXV. Cic. pro Cecina. 29. Quot millia fundus suus abesset ab vrbe. Idem, Reliquæque legiones magnum spatium abessent. Idem, Cum paucorum dierum iter abesset. Id est, itinere. Idem pro Plancio, Qui cum abessent aliquot dierum viam.

Abesse longè, altissimè, procul, multum, paulum, longius, vt, Longè abest: id est, longo interuallo. Plin. lib. 2. cap. 16. de stellarū motu, Minimèq; cernuntur, quoniam altissimè absunt. Et cap. 17. Illæ à terra altissimè absunt, quum tardissimè mouentur. Cic. de Senectute. 51. Cuius quidem ego villam contemplans (abest enim non longè à me) admirari satis non possum, &c. Plaut. Trucul. 139. Ones illius haud longè absunt à lupis. Liuius. 1. ab vrbe. 105. Cum reliquæque videt magnis inter uallis sequentes, unum haud procul ab sese abesse. Cic. 1. Acade. 2. Patet iamque cum eius villa abesse mus. Pro à villa. Cæsar, Ne lōgius tridiuò ab castris absit. Hoc est, trium dierum spatio. Terent. Heaut. 2. 2. 10. Non cogitas hinc longius abesse (Sub. eum locum: vt sit sensus, Non cogitas eum locum longè ab hoc loco distare? Ouid. 2. Metamorpho. 29. Aequora decrescunt, & ab æthere longius absunt.

Longè gentium abesse. Vide LONGVS.

Propius abesse. Cicero lib. 1. ad Attic. 1. 6. Illam manum tu mihi cura vt præstes, quoniam tu propius abes.

Abesse propius à morte. Propioquiorem esse morti. Cice. de Senectute 69. Equidem non video cur quid ipse sentiam de morte, non audeam dicere vobis: quòd eo melius cernere mihi videor, quòd eo propius absum.

Abest hinc à nobis. Plaut. Mercu. 22. 53. Non longè hinc abest à nobis. Satis erat (hinc) uel (à nobis.) Virg. Tityrus hinc aberat.

¶ Multum abest ab iis, id est, Longè est inferior. Cic. in Bruto. 117. Acutior Q. Varius rebus inuentendis. Paulo post, Cn. Pomponius lateribus pugnans, incitans animos, acer, acerbus, criminosus. Multum ab iis aberat L. Fufius.

¶ Ab eo plurimum abs sum. Cic. 3. de finib. 9. Quod si facerem quasi te eruditius, iure reprehenderer: sed ab eo plurimum absum.

Vndè longè absum. Cic. in Bruto 177. Non vt ingenium & eloquētiam meam perspicias, vndè longè absum, sed vt laborem & industriam.

Abesse, pro deesse, cum ablatiua præpositione, aut aduerbio loco ablatiui. Plaut. Epid. 2. 25. At vnum à prætura tua Epidice abest. Hoc est, vna res deest præturæ tuæ. Idem Persa. 16. 19. - Nummus abesse hinc non potest quòd nūc dicam. Id est, ab hac summa, vel ab hac prætio. Cice. pro Rosc. Amer. 18. Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videt.

Abest mihi animus. Plaut. Amphi. 27. 29. Ita mihi animus etiā nūc abest. Cice. pro Cornel. Balbo. Quid abest huic homini, quòd si adesset, in rehoc & tribui & concedi putaremus? Varro. 2. de re rust. cap. 2. 4. Et sicut veritate deuites absunt.

Abest huic de. Cic. 1. de Orato. 25. Quī autem hęc cognouerit, sinè quibus ne illa quidem minima in causis quisquam tueri potest, quid hinc abesse poterit de maximarum rerum scientia? Id est deesse.

Abesse, absolutè positum. Plaut. Stich. 14. 28.

Conuiuit fat est, modo nostra huc amica accedat: id abest,
Aliud nihil abest. Virg. 1. Aeneid.
Vnus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi
Submersum.

¶ Abesse, pro alienum esse, vel carere, siue immunem esse: vt, Abesse à cōtentione. Cice. Attic. libro. 10. 199. 3. Néque honestius reperies quicquam, quàm ab omni contentione abesse.

Abesse à consilio fugiendi, Cice. lib. 8. ad Attic. 142.

A bello. Cic. 10. Philip. 179. Tantum autem abest à bello, vt cum cupiditate libertatis Italia arderet, defuerit ciuiū studiis poti⁹, qui eos in armorū discrimē adduceret. Id est, animum habebat à bello alienum.

Abesse à crimine. Cic. pro Roscio Amerino. 35.

A culpa. Cicero pro Roscio Amerino. 33. Innocens est quispiam: verumtamen quanquam abest à culpa, suspitione tamen non caret.

Non multum abest ab insania. Cice. 3. Tuscul. 8.

Abest ab hac laude. Cic. 8. ad Atti. 159, 2, Cum & illi ciues optimi sint, & ego ab ista laude non absim.

A reprehensione, Cic. in epistō. lib. 10, 13. A molestiis, lib. 4. epistō. 5.

Ab isto se celare abfuit. Cato, Cic. 3. ad Attic. 55, 4.

A sententia alicuius, Cice. 1, de Orato. 140, Equidem tantum absum ab istius sententia, vt non modo, &c.

A suspitione, Cice. 4. Ver. 42, Insimulare cœperunt Epicratem literas publicas corrupisse, à qua suspitione ille aberat plurimum.

Longissimè à vero, Cice. 4, Acade. 69.

A viris, Cice. 1. de finib. 95.

Abeſt antipa. Cic. ad Cornificium, lib. 12. epiſto. 22. Ego certè reip. nó de eo ſyncopo quid acciderit, à quo mea culpa abſit, animo forti feram.
Abeſt fortuna à culpa. Cic. ad Torquatum lib. 6. epiſto. 2. 7. Intelliges fe rendam eſſe fortunam, præſertim quæ abſit à culpa.
Abſunt à nobis omnes hæ difficultates. Cic. 4. ad Heren. 242.
Abeſt ab illo maleficium. Ci. 1. ad Heren. 35. Dicet ſe planum facturum, ab eo maleficium non abeſſe.
Abſunt inſidiæ à cautibus. Ouid. 3. de Arte am. 107. Adde quòd inſidiæ fact is a cautibus abſunt.
¶ Abſit, proſit procul. Cic. 2. Offi. 94. Habeada eſt autem ratio rei familiaris: etiam quidem delabi finere, flagitioſum eſt: ſed ita, ut illiberalitatis auaritiæque abſit ſuſpitio. Martia. li. 1. 29. Abſit a iocorum noſtrorum ſimplicitate maligna interpres. In hoc genere interdum additur (longè) uel (procul:) ut ſit abeſſe, pro eſſe. Plin. lib. 28. cap. 1. 8. Procul a nobis noſtriſque literis abſint iſta.
¶ Abeſſe a ſpe conſulatus. Cic. 3. Offi. 103. C. Marius cum a ſpe conſulatus longe abeſſet, & iam ſeptimum annum poſt prætura iaceret, &c. Id eſt, cum parum ſperaret conſulatum.
Abeſſe a cogitatione. Cice. pro C. Rabirio. 11. Et nomen ipſum crucis abſit non modo a corpore ciuium Roma. ſed etiam a cogitatione, oculis, auribus.
Abeſſe ab oculis, Procul eſſe a conſpectu. Cic. Attico, lib. 13. 278. 6. Nunquam enim ab oculis meis abfuerunt. De libris loquitur. Idem pro Syl la. 55. Abfuit ab oculis ueſtris. Sic per metaphoram, Abſunt uirtus ab oculis fori & curiæ. Idem. 4. Acad. 7.
¶ Longè abeſt ut. Cic. 4. Acad. 209. Næ ille longè aberit ut argumentis credat philoſophorum. Quaſi tu dicas, Longè alienus erit ab ea credulitate uel perſuaſione.
Non longè abeſt quin. Cic. Attico, libro. 9. 180. 9. Aberit non longè, quin hoc à me decerni velit. Liuius. 4. bel. Macedo. 111. Nec multum abfuit, quin qua inrenderant, penetrarent. Gellius lib. 13. cap. 24. Non aberit quin rideatur.
Abeſſe non poteſt quin. Cic. in Orato. 138. Abeſſe non poteſt quin eiuſdem hominis ſit, probos improbare, qui improbos probet.
Nihil abeſt quin. Vide NIHIL.
¶ Abeſſe alicui. Cic. pro P. Sylla. 10. Vt mirari Torquatus deſignat me. qui Antronio abſuerim, Syllam defendere. Pro, non adfuerim Antronio rid eſt, non defenderim.
¶ Abſit verbo inuidia modus loquendi apud veteres, vt quó quid erant dicturi, quod arrogans uideri poſſet, quaſi excuſando dicerent, abſit verbo inuidia id eſt, odium. Nam quandoque eo nomine inuidia incuſatur. Liu. lib. 9. ab vrbe cond. Abſit verbo inuidia, & ciuilia bella ſileant. Idem. 8. bel. Pun. 205. Vt non modo nobis (abſit verbo inuidia) ne poſteris quidem timenda noſtris eſſet.
¶ Abeſſe res videtur (inquit Paulus) ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit. veluti ſcyphi collifi, aut tabula raſa pictu raiquoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item ſi eam dominus rem, quæ ſibi furto aberat, ignorans emerit, recte dicitur res abeſſe, etiam ſi id poſtea ita eſſe ſcieritquia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt. Abeſſe etiam ſcribit Caius, quæ in rebus humanis non ſunt.
¶ Tantum abeſt, Vide TANTVM. Brutus Ciceroni, libro. 11. 10. 10. Tantum abeſt vt meæ rei familiaris libertum ſit quicquam, vt meos iam omnes amicos ære alieno obſtrinxerim.
¶ Abeſſe, interdum diuiditur in partes duas. Cæſar, Qui erat ab oppido millia paſſuum circiter tria. Pro, aberat.
Abſens, abſentis, (ἄπων) participium à verbo abſum, Qui non adeſt vbi adeſſe ſolet, aut deſyderatur. Vlpianus, Abſentem accipimus eum, qui non eſt in eo loco in quo petitur, non enim trans mare abſentem deſyderamus: & ſi forte extra continentiam vrbis ſit, abeſt. Terent. Heaut. 2. 2. 2. Vereor ne me abſente mulier corrupta ſit. Plaut. Stich. 3. 42. - abſentes viros
Perinde habetis, quaſi præſentes. Virg. 4. Aeneid. Illum abſens abſen tem audit que videt que. Idem. 10. Illum autem Aeneas abſentem in prælia poſcit.
Abſente nobis. figurata & antiqua locutio: pro eo quod eſt, nobis abſentibus. Quod Priſcianus libro de conſtructione, more Attico dictum eſſe probat. Plaut. Amphit. 8. 193. Si in actione hanc abſente nobis inuenerit puer? Terent. Eunucho. 4. 3. 2. Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi. Vbi Donatus, Aut diſtinguendum eſt, & ſubaudiendum (me) aut ἀπολελυμένε figura eſt, abſente nobis, pro nobis abſentibus. Idem paulo poſt, Cum ſic dicit: pro præpoſitione ponit abſente, ac ſi diceret, coram amicis.
Abſens locus, figurarè. Horat. 1. Sermo. Saty. 7. 6.
Romæ rus optas abſentem rusticus vrbem
Tollis ad aſtra leuis. Pro tu abſens ab ipſa vrbe. hypallage. Idem lib. 1. epiſto. 11. 4. Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
Venti abſentes. Stat. 5. Thebaid. 18.
- ventiſque abſentibus Aegon

Motus, & ingenti percuſſit littora ponto. Aegon, id eſt mare Aegæum. Lactantius.
Abſentia, abſentiæ, (ἀπουσία) ſicut præſentia, præſentiæ dicimus. Seneca ad Lucilium, Aequo animo ferre debemus abſentiam. Cice. in Piſonem. 28. & lib. 14. ad Atticum. 316. 1.
Abſentia longa & continua. Tacit. Annal. lib. 3. Eius anni principio Tiberius quaſi firmandæ valetudini in Campaniam conceſſit, longam & continuam abſentiam paulatim meditans, ſub vt amoto patre Druſus munia conſulatus ſolus impleret. Idem libro eodem, Quæ principè Auguſto conſtituta, ſatis oſtendebant, annuam abſentiam, & pronunciarum adminiſtrationem Dialibus non concedi.
Abſento, abſentas, abſentaui, abſentare, (ἀποστατέω,) Ablegare. Claudi. de rapt. Proſerpinæ, lib. 3. 43. Et dura de matre queri, quæ tale receſſu Maluerit damnare decus, vetitanque deorum
Colloquio, patrius procul abſentauerit aſtris.
Abſumo, abſumis, pe. Ion. abſumpſi, abſumptum, (καταναλίσκω, ἀποφέρω,) abſumere, Omnino conſumere vel abolere. Plin. lib. 36. cap. 17. In Aſſo Troadis ſarcophagus lapis fiſſili vena ſcinditur. Corpora defunctorum condita in eo, abſumi conſtat intra quadrageſimum diem, exceptis dentibus. Sic abſumere reliquias pugnæ. Liuius. 5. ab vrbe.
Abſumere vinum. Terent. Heaut. 3. 1. 18.
Abſumere diem. Liuius. 10. bel. Pun. 30. Lacceſſendoque leuibus prælijs diem abſumpſit.
Abſumere tempus, Cic. pro Quintio. 18.
Abſumere argentum. Plaut. Moſtel. 16. 19. Pœnori argentum ſumpſiſſe, id eſſe abſumptum prædico.
Abſumpſit domos incendium, Plin. Iunior, epiſto. 250. Pueros abſumſit morbus, Cæſar.
Abſumpſit illuuies maiorem partem Syriæ. Id eſt, aquis immerſit, inundauit. Inſtinus. Dicimus autem reciproc, Incendium abſumpſit domos, &, Domus abſumptæ ſunt incendio. ſic de ſimilibus.
Abſumere animam letho. Virg. 3. Aeneid. 130. Vos animam hanc potius quocunque abſumite letho. Id eſt, mea vitã quocunq; mortis genere.
Abſumi re aliqua, vt fame. Liuius. 1. bel. Pun. 137. Clade. Cice. 2. Tuſcul. 32. Ferro, Liuius. 10. bel. Pun. 23. Morbo, Ibidem lib. 7. 49. Morte, Colu. lib. 6. cap. 27. 7. Veneno, Liuius. 8. ab vrbe. 89. &c. Et per metaphoram, abſumi cura, pro confici. Terent. Phor. 2. 2. 26. Vetus Academia abſumpta eſt aqua. Id eſt, Academicorum veterum ſententia abolita eſt. Cice. 1. Acade. 20. Sic, Abſumpta obſeruatio. Plin. lib. 11. cap. 37. 42. Luctuque abſumor inerti, Val. Flac. Argon. 4. 34.
Abſumi in. Plin. lib. 11. cap. 37. 7. Qui putant dentes in cornua abſumi, facile coarguuntur cernarum natura.
Abſumpti ſumus, pro perimus, actum eſt de nobis. Plaut. Moſtell. 6. 18. Pater adeſt. PHILO. quid ego ex te audio? Y. abſumpti ſumus. In eadem ſignificatione, Abſumpta eſt ſalus. Virgil. Aeneid. 1.
Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrum
Pontus habet Libyæ. Sub. eſtrid eſt, ſi periit nobis.
Morte formita abſumptus. Tacit. Annal. lib. 2. Ariobarzane morte fortuita abſumpto, ſtirpem eius haud tolerauere.
Abſumedo, abſumedinis. ſ. g. Conſumptio, à verbo Abſumo. Plautus. Capti. 4. 4. Quanta pernis peſtis venit? quanta labes larido?
Quanta ſumini abſumedo?
Abſurdus, adiect ium, (ἄτοπος, ἄλογος,) propriè ſignificat auditu alienum, ſiue alienum ab auribus, ſed vſitatius ad animum transfertur. Abſonum, quod omnium mentes aſpernantur ac reſpuunt. Cic. pro Roſc. Comœdo. 11. Fraudauit Roſcius. Eſt hoc quidem auribus, animisque hominum abſurdum. Idem. 8. Philip. 236. Quo quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt?
Ineptum atque abſurdum. Terent. Adel. 3. 3. 21.
- noſtram nequeo mirari ſatis
Rationem. s. eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque
Abſurda. Vbi Donatus, Ineptum, eſt ſtultum tantum: Abſurdum, quod & ſtultũ eſt, & in ipſa ſtultitia diuerſum, & quaſi repugnans ſibi.
Ineruditum & abſurdum. Cice. 4. Acade. 238. Modo ne quis illud tam ineruditum abſurdumque reſpondeat.
Abſurdum atque alienum à vita mea. Terent. Adelph. 5. 8. 22.
Abſona extra modum & abſurda vox. Cic. 3. de Orat. 14.
Incredibile & abſurdum. Cic pro Sylla. 41. Iam vero illud quàm incredibile, quàm abſurdum, qui Romæ &c.
Abſurda res eſt. Cic. pro Corne. Balbo. 29.
Ingenium abſurdum. Tacit. lib. 13. Sermo comis, nec abſurdum ingeniũ modeſtiam præferre, & laſciuia vti.
Sonus abſurdus. Ci. 1. de Diui. 25. Abſurdoq; ſono fõtes & ſtagna cietis.
Vir abſurdus. Cice. 2. de Orat. 43. Sin plane abhorrebit, & erit abſurdus: vt ſe contineat, aut ad aliud ſtudium transferat, admonebo. De eo loquitur qui inſtituitur futurus orator.
Subabſurdum tempus diſceſſus. Cic. lib. 16. ad Attic. 333. 4. Mouet etiã nauigationis labor, alienus non ab ætate ſolum noſtra, verumetiam à
dignitate

dignitate tempuſque diſceſſus ſubabſurdum.
Abſurdum eſt, cum infinitiuo. Cic. de prouin. conſul. 10. Nam & non fortiri, abſurdum eſt: & quod fortitus ſis, non habere.
Abſurdè, aduerbium qualitatis, (ἀτόπως) vt, abſurdè aliquid dicere aut facere, quaſi ineptè & repugnanter. Cic. 2. de finib. 37. Idque ſi ita dicit, non eſſe reprehendedos luxurioſos: ſi ſapientes ſint, dicit abſurdè. Idem. 2. de Diuina. 170. Sed neſcio quomodo nihil tam abſurdè dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum. Plaut. Epid. 7. 6. Abſurdè facis, qui angas te animi.
ABSVS, Fluuius. Vide ABIS.
Abſynthium, (ἀψίνθιον) alii abſinthium ſcribunt) ab ἀ & ψαω quod tangendo dicimus, ex aduerſo nomẽ Græci deflexerunt: quòd nullum animal ob eximiam amaritudinem hanc herbam attingat. Veteres Graiæ familiæ comici Apinthion quoque conformi etymo, quaſi imparabilem, pronunciarunt: quòd hanc nemo ob inſignem amaroré poſſit ebibere. Hinc Latini abſynthiũ vſurparunt, pro re quæ parum allatura ſit voluptatis, non tamen propter cõmoditatem reſpuenda. Sic verebatur Fabius Quintilianus, ne liber ſuus parum mellis & abſynthii multum habere videretur, eſſetque ſalubrior ſtudiis quàm dulcior. Sic aloen pro amaro, quòd à palato pauci fuiret grati am, Iuuenalis protulit inquiens, Plus aloes quàm mel lis habet. Ex Ruellio. Vide Plinium lib. 27. cap. 7.
Abſynthia cana. Ouid. 5. Triſt. 14. 5. Cana prius gelido deſint abſynthia ponto.
Abſynthia terra, Id eſt, odoris tetri. Lucretius lib. 1. 191.
Sed veluti pueris abſynthia terra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Abſynthi laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potius tali facto recreata valeſcat.
Abſynthia triſtia. Ouid. 3. de Ponto. 8. 5.
Triſtia deformes pariunt abſynthia campi,
Terraque de fructu quàm ſit amara docet.
Abſynthites, abſynthitæ. penul. prod. in gene. (ἀψινθίτης) ſed figuratè neutro in gitur: & eſt vinum factitium ex abſynthio. Colume. lib. 12. cap. 35. Vinum abſynthiten, & hyſſopiten, & abrotoniten ſic condire oportet. Sic Plinius lib. 23. cap. 1. 58.
ABSYRTVS, (ἄψυρτος) filius Aetæ regis Colchorum, alio nomine Aegialeus, quem ſoror eius Medea ſequens Iaſonem, laceranit: vt ſic retardaret patrem volentem eam retrahere à fuga. Huius meminit Cicero lib. 3. de natura deorum, Pacuuium poetam citans. Abſyrti fabulam deſcribit Ouidius. 3. Triſtium, Eleg. 9.
Abuerto, abuertis, abuerti, abuerſum, (ἀποστρέφω) abuertere antiquum uerbum, pro auertere. Plaut. Ab ſaxo abuerti fluctus, ad litus ſcapham.
Abundo, abundas, (ὑπερπλέω, ὑπερρέω,) abundare, Affluere re aliqua, & tam de bonis rebus, quàm de malis dicitur: nec ſolum ad res corporeas, ſed etiam incorporeas pertinet vt, Abundare argento, ingenio, vitiis. De quo verbo ſic ait Nonius, Abundare, ſupra modum aliquid eſſe. Virgilius lib. 4. Georg.
Ergo apibus fœtis idem, atque examine multo
Primus abundare. Tractum ex amnibus, qui quoties augentur imbribus, maioribus & crebris vndis eriguntur. Virg. Georg. 1.
Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans
Exit. Hactenus Nonius. Cice. de ſenect. 51. Villaque tota locuples eſt: abundat porco, agno, hœdo, gallina, lacte, caſeo, melle.
Abundare, pro Diuitem eſſe. Cice. lib. 1. ad Attic. 23. Caietam ſiquando abundare cœpero, ornabo. Idem de Amicitia. 22. Quocirca & abſentes adſint, & egentes abundant, & imbecilli valent, & (quod difficilius dictu eſt) mortui viuunt.
Abundare & defici, contraria. Cic. pro Cluentio. 146.
Abundare & Egere, contraria. Cic. 1. Offic. 17. Iam verò & earum rerũ quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus mutatio, certè nulla eſſet, niſi his muneribus homines ſungerentur.
Abundare & Deeſſe, contraria. Cic. lib. 1. de Diuina. 109. Sine deeſt naturæ quippiam, ſine abundat atque effluit.
Circunfluere atque abundare. Cic. 5. Verr. 6. Illum rebus omnibus vndique creptis impunè eludentem circunfluere atque abundare:
Abundare atque effluere. Cic. lib. 1. de Diuina. 109. Quorum vtrumque præſtringere aciem mentis ſolet, ſine deeſt naturæ quippiam, ſine abũdat atque effluit.
Abundare in re aliqua. Cic. 3. de Legibus. 21. Theophraſtus verò inſtitutus ab Ariſtotele, abundauit, vt fuit in eo genere rerum.
Abundare diuitiis, Terent. Heauton. 3. 2. 17. Doctrina & ingenio. Cice. 3. de Orato. 34. Et. 4. epiſto. 8. 2. Honoribus, Cice. 10. epiſto. 10. Lætitia, Plaut. Stich. 5. 6. Bellicis laudibus, Cice. 1. Offic. 111. Otio, Idem 7. epiſtol. 1. 19. Præceptis philoſophiæ, Idem. 1. Offic. 1. Rebus, Idem.

4. de finib. 35. Venere, Plin. lib. 11. cap. 37.
Abundare audacia, Cice. pro Cluentio. 146. Mulier abundar audacia: conſilio & ratione deficitur.
Abundare amore. Terẽ. Phormi. 1. 3. 11. Amore abundas Antipho. Vbi Donatus, Abundare dicitur, qui ſucceſſu proſpero affluit.
Abundare æqualium familiaritatibus & conſuetudine propinquorum. Cice. 1. Tuſcul.
Abundare ſapientia. Cicero in Piſonem.
Abundare vitiis. Quintil. Abundat dulcibus vitiis.
Abundare copia frumenti, Cæſar. 8. bell. Gall. 139. Copia omnium rerum, Idem. 1. bell. ciuil. 192.
Abundat barbaries noſter amor, id eſt, Valde barbarus eſt. Ouidius. 2. de arte Amandi. 11.
Oſcula vir dederat (memini) ſuus. oſcula queſtus
Sum data. barbaries noſter abundat amor.
Abundat domus caligine. Ouid. 1. Metamor. 153. - & quæ
Igne vacet ſemper, caligine ſemper abundet.
Abundare ira. Ouid. 6. epiſto. 16.
Cor dolet, atque ira muſtus abundat amor.
Abundare opibus ſandi, id eſt, Eloquentia. Stat. 1. Sylu. 4. 7.
- quando tibi Gallica mains
Eloquium, fundique opibus ſublimis abundat.
¶ Abundare, abſoluti politiũ. Virg. Georg. 4. Rurſus abũdabat fluidus liquor. Pli. lib. 14. in proœmio, Abundabant & præmia & opera vitæ.
Abundat fons in omnem partem. Plin. lib. 18. cap. 22. 1. Ternis ferè M. paſſ. in omnem partem fons abundãs, largus quidem, &c.
¶ Abundare, cum genitiuo, venuſtè dictum. Lucilius. Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus.
¶ Inſer abundare & redundare. Abundat, non quod ſuperfluum eſt, ſed quæ eſt copioſum & cumulati. Redundat, quod ſuperuacaneum eſt.
Abundans, (ὑπερπλέων, ὑπερρέων,) participium, ſine nomen ex participio vt Priſcianus lib. 18. Abundans illius rei, nomẽ eſt. Nam participium ablatiuo, quo modo & verbum eius coniungitur. Virgil. in Bucolic. Quàm diues pecoris, niuei quàm lactis abundans. Cic. pro Cornelio, Quis tam abundans copioſi? Hactenus Priſcianus. Sic, Vir abundans bellicis laudibus, Cice. 1. Offic. 111.
Abundans & inops, contraria. Cic. in Bruto. 128. Nõ erat abundans, nõ inops tamen non valdè niteus, non planè horrida oratio.
Abundans homo. Cic. 2. Philip. 76. Multa & lauta ſupellex & magnifica multis locis non illa quidem luxurioſi hominis, ſed abundantis.
Otio & ſtudio abundans. Cic. 1. de Orato. 12. Græci homines non ſolum ingenio & doctrina, ſed etiam otio ſtudioque abundantes.
Fatum abundans. Claudian. de bello Getico. 12.
Abundant pecunia. Cicero pro Quintio. 12. Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa iam, ſed abundanti pecunia, ſic diſſolutus fuiſſet, vt fuit Sextus Nenius?
Abundantiſſimus rerum copia. Cic. 2. de Orat. 32. Longè eruditiſſimus Timæus, & rerũ copia & ſententiarum uarietate abundantiſſimus.
Abundanti doctrina homo. Cice. 1. de Orato. 42. Excitabatur homo promptus ab homine abundanti doctrina, & quadam incredibili varietate rerum & copia.
Ex abundanti. Quintil. lib. 4. cap. vltimo. Egregiũ uerò Cic. pro Milone, inſidiatorem primo Clodium oſtenditrum addit ex abundanti, etiã ſi id non fuiſſet, talem tamen ciuem cum ſumma virtute interfectoris & gloria, necari potuiſſe. Noſtrates Galli dicunt D'abundant.
Abundans corporis. Claudian. in Eutrop. lib. 2. 76. - abundans
Corporis, exiguuſque animi.
Abundans pietatis. Claudian. Panegyr. 7. 23.
- mitis precibus, pietatis abundans,
Pœnæ parcus erat,
Abundantia, tiæ, (ὑπερβολή, πλεονεξία, ὑπερροή, & ἐπίρροια,) Res alicuius copiarvt, Abundantia ingenii. Cice. 1. Acade. 26. Abundantia quadam ingenii præſtabat. Plin. libro. 20. cap. 1. 1. Ad coercendam ſuccidabundantiam. Sic, Otii abundantia. Cice. lib. 7. epiſto. 100. 20. & libro. 7. 1. 19. Abundantia amoris, Cice. Lentulo lib. 14. 9. 2. Facis tu quidem abundantia quadam amoris &c.
Abundantia magna rerum aliquarum. Cic. 2. de Inuen. 4. Amplitudo potentiæ aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.
Abundantia & copia. Cic. de Amicit. 73. Atque vbi ſuppeditans omniũ rerum quas natura deſiderat, abundantiam & copiam.
Vbertas agrorum, abundantiaque rerum omnium. Ci. contra Rullũ. 11.
Circunfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vitã re. Cicero de Amicit. 48.
Abundantiæ modo aliquid ducere. Tacitus in vita Agricolæ, Ludos & inania honoris, modo rõnis ab ea abundantię duxit, vti lõgè à luxuria, ita famæ propior. Hoc eſt, ſecũdũ menſurã rationis & ſuarum opum.
¶ Abundantia fœminarum, id eſt, menſes, ſeu menſtrua largius fluentia. Plinius lib. 24. cap. 11. Rhus fœminarum abundantiam iſtit cibo. Et lib. 27. cap. 12. Semen quoque in vino tritum contra abundantiam

fœminarum datur:

Abundatio, abundationis, (ὑπερβολὴ.) Plin.lib.3.cap.16.Omnia ex Phi-listinæ follæ abundatione nascentia, accedentibus Atesi ex Tridenti nis alpibus, & Togisono ex Patauinorum agris.

Abundanter, aduerbium qualitatis, (ὑπερβολῶς,) Copiosè, affatim, affluenter. Plinius lib. 14. cap. 9. 11. Hæc fert in Aegypto, Syriaque etiam abundanter lignosum fructum. Idem lib. 18. cap. 18. 2. Tanto tardius decedit, quanto abundantius creuit.

Copiosè & abundanter loqui. Cicc. de Orato. 81. De qua copiosè & abundanter loquantur.

Satis abundanter. Cic. 3. ad Heren. 91. Ad omnem iudicialem causam quem admodum conueniret inuentionem rerum accommodari, satis abundanter, vt arbitror, superioribus libris demonstratum est.

Abundanter & prolixè dicere, contraria. Quintil. lib. 8. cap. 3. concitatè dicere an moderatè, lætè an seuerè, abundanter an pressè asperè an leniter.

Abundantius & Angustius, contraria. Cicc. in Topicis. 21. Tamen aliis disputationibus abundantius occurrunt, aliis angustius.

Abundè, (ἀρκούντως,) aduerbium quantitatis, deriuatum à verbo, Abundo, teste Prisciano: Abundanter autem ab abundans. Et est abundè, idem quod satis. Vnde satis abundanter dicimus satis abundè, nō itè: nisi addita coniunctione. vt satis abundeque. Author Valla in Pogium. Plin. in præfa. 6. Abundè pulchrum & magnificum est. Sallust. in Iugurth. Abundè magna præsidia nobis in vestra amicitia sore.

Abundè est, cum genitiuo. Virgil. 7. Terrorum & fraudis abundè est. In hoc loquendi genere ipsum (abundè) figuratè pro nominatiuo poni turpiciter & cum dicimus, satis est illi pecuniæ.

Abundè potentiæ adeptus. Sueto. in Cæs. dictatore, cap. 36. Se iampridè potentiæ, gloriæque abundè adeptum. Quintil. lib. 10. cap. 1. Eruditio in eo mira & libertas, atque indè acerbitas & abundè talis.

¶ Abundè esse alicui, Id est, satis esse. Celsus lib. 1. cap. 3. Ergo si nimium alicui fatigato penè febris est, huic abundè est loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam.

Abundè est, sequente infinitiuo. Plin. epist. 103. b. Sed vtrunque tam magnum est, vt abunde sit alterum efficere. Hoc est, satis sit, sufficiat.

Abundè est, pro Sufficit, satis superque est, ait Budæus. Plin. epist. 132. Abundè est si epistolæ sunt molestæ.

Abundè gratus. Ouid. 4. de Ponto. 8. 8.
Sed qui quam potuit dat maxima, gratus abundè est.

Abundè promittere. Lucret. lib. 3. 180.
Non (vt opinor) enim dat, quod promittit abundè.

Abundè ratus. Tacit. lib. 18. Ipse abundè ratus, si præsentibus fruerentur. Hoc est, satis ratus.

Abundè satisfacere, id est, affatim, largiter & copiosè. Cicc. 2. de Diuina. 4. Erit abundè satisfactum toti huic quæstioni.

Abundè, cum aliis verbis. Cic. de Senect. 44. Etiam si nō abundè potitur, non omnino caret. Sic, Abundè tibi adsunt omnia. Pro copiosè suppetunt. Cic. ad Brutū. 4. 5. Abundè tractata est ratio, Plin. lib 9. cap. 41. 2.

Abundè, cum substantiuo nomine. Sallust. Iugurtha. Dein quòd parentes abundè habemus. Quasi tu dicas, satis parentum, vel satis multos parētes. Idem in oratione M. Trib. pleb. ad plebem, Cunctaque præsenti ignauia mutastis, abundè libertatem rati, quia tergis abstinetur. Hoc est, ratti satis esse libertatis, aut satis magnam libertatem. Sic abūde est arboribus altitudo quatuor pedum. Colu. lib. 2. cap. 2. 17.

Abuolo, ábnolas, penul. corrept. (ἀφίπταμαι,) Volando discedo. Cicc. 2. de finib. 169. Plut igitur voluptas corporis, & prona quæque abuolat, sæpiusque relinquit causas pœnitendi quā recordandi. Alii tamen legunt auolat.

Abusio, Vide ABVTOR.

Abusque, (ἕως ἄπο,) aduerbium modò tempus, modò locum significans: & est poetica vox, pro vsque ab. Plaut. Amphi. 4. 99. Hæc illic est pugnata pugna abusque mane ad vesperum. Id est, à mane vsque ad vesperum. Virgil. 7. Aeneid. 58. Siculo prospexit abusque Pachyno. V bi Seruius, Abusque & adusque vsurpatiue dicimus. Præpositio enim nec aduerbio iungitur, nec præpositioi. (Vsque) adsit aut præpositio est, aut aduerbiū. Hæc Seruius. Idē sentit Diomedes.

Abusque, nonnunq; suo ablatiuo postponitur. Tacitus li. 15. Volucres & feras diuersis è terris, & animalia maris Oceano abusque petiuerat.

Abutor, penul. lóga, abuteris, abusus, sum, (ἀποχράομαι, κατάχρωμαι,) abuti. Est re aliqua male vti, siue nimis licenter vti. Et propriè de rebus corporeis dicitur: vt, abuti auro, argento, patrimonio. Metaphoricè autem de incorporeis. vt, abuti ingenio. Sue. in Nerone, Dimittarū & pecuniæ fructū nō aliū putabat, q̄ profusionē: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impendarum constaret: prælautos verèque magnificos, qui abuterentur ac perderent.

Abuti muliere. Terent. Phormi. 2. 3. 67.
Itane tandem quæso, cinem item vt meretricem, vbi abusus sis,
Mercedem dare, lex iubet ei, atque amittere? V bi Donatus, V timur cum honore, Abutimur cum iniuria.

¶ Abuti translatum ad res incorporeas. vt, Abuti alicuius patientia. Cicin Catil. 1. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Abuti dominatione, Sue. in Cæs. dictatore. Gloria nominis, Ci. 4. Acad. 25.

Abuti auribus alicuius. Plin. epistо. 1 50. Accedunt querelæ rusticorum, qui auribus meis post longum tempus sio iure abutuntur. Hoc est, licentius vtuntur iure sibi permisso ex mea familiaritate.

Abuti immoderatè facilitate alicuius. Cic. ad Cassium lib. 12. epistо. 18. At enim ita decreuimus: fecimus id quidem temporibus cedentes, quę valent in republica, plurimum: sed immoderatè quidam & ingratè nostra facilitate abuntur. Et in Oratore. 102. Gorgias autem audior est generis eius, & his festiuitatibus insolentius abutitur.

Abuti fortunis hominum ad cupiditatem. Cicc. 7. Verr.

Abuti ignoratione alicuius. Cic. pro Ligario. 1. Paratus veneram, cum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, vt ignoratione tua, ad hominis miseri salutem abuterer.

Abuti legibus ad quæstum. Cic. pro Rosc. Amerino. 32. Quid est aliud iudicio, ac legibus, ac maiestate vestra abuti ad quæstum, atque ad libidinem nimis hoc modo accusare?

Abuti nomine alieno ad suos quæstus. Cic. 5. Ver. 50.

Abuti otio & Iteris, Cic. 1. Tuscul. 10.

Abuti regno & licentia ad omnia, Cic. 1. de natu. deor. 88.

Abuti scelere & perfidia ad alicuius exitium. Cic. Attic. lib. 3. 53. 3.

Sermone aliquo abuti pro mandatis. Cic. Attic. lib. 7. 132. 7. Vt id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mādata dederit nisi forè non dedit, & hic sermone aliquo arrepto, pro mandatis abutius sit. Id est, cum ille præsens audisset fortasse verbum alicuius momenti, id retulit tanquam in mandatis haberet, cum tamē de eo ne verbum quidem ei dixissem, quod tibi vellem per eū referri.

Abuti viribus corporis, Cic. 1. de inuent. 3. & Liuius. 2. ab vrbe. 182.

¶ Abuti præterea dicitur in alia significatione. Cicc. pro. Mil. 4. quanquam in hac causa Iudices, Tui Annii tribunatu rebus omnibus pro salute reipub. gestis, ad huius criminis defensionem nō abutemur, nisi oculis videritis insidias Miloni à Clodio factas. Hic abuti, vel alieno tempore vti significat: vel magnopere vti, ac si diceret, Non magno pere huius causæ fiduciam in rebus gestis Milonis ponam, parum hoc valeat in hac causa, nisi innocentia etiam tutus sit. Idem. 2. de nat. deorum. 226. Nos elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitate canum ad vtilitatem nostram abutimur, κατάχρησθαι, id est, multumvri murinā autem παραχρῆσθαι, hoc est, perperā vtimur, quanquam abuti, intelligi possit aliorsum vti, quam natura comparatum sit: etiam si non perperam. Budæus. Cic. lib. 9. epistо. 6. 13. Quæ igitur studia, magnorum hominum sententia, vacationem habent, eadem publici muneris, iis concedente republica, cur non abutamur? Id est, vtamur, vel abundè vtamur.

¶ Abutor, antiquè cum accusatiuo, loco ablatiui. Plaut. Trinum. 10. 56. Me qui abusus sum tantam rem patriam. Terent. in Prologo And. 4. Nam in prologis scribundis operam abutitur. Sic apud eosdē sæpius.

¶ Aburi, in bonam partem pro cōsumere. Cato de re rust. cap. 76. 3. Do nec omnem caseum cum melle abusus eris.

¶ Abuti veteres passim dixerunt. Varro apud Priscianum, libro. 8. V tile vtamur potius, quàm ab rege abutamur. Indè abusus participium in eadem significatione. Ibidem Hortensius, Abusis tam omnibus locis κατεχρημένοις. Plaut. Asin. 5. 44.
Vbi quæ dedi antetè abusa. nam si ea durarent mihi,
Mulier mitteretur ad tenuinquam quicquam poscerem. In quem locum Nonius, Abusa, vtendo vel in vsum consumpta.

¶ Abutendum se permitteretur. Sueto. in Galba, cap. 14. His diuerso vitiorum genere grassantibus, adeò se abutendi spermisit & tradidit, vt vix sibi ipsi constaret. Hoc est, ita se permisit illorum arbitrio, vt pro libidine, sua quidus ei facile persuaderent.

Abusio, verbale, (κατάχρησις,) Ipse abutendi actus.

¶ Abusio, Figura est, quæ Græcè catachresis dicitur: de qua Cic. in Oratо. ad Brutum, 51. Aristoteles autem translationi hæc ipsa subiungit, & abusionem, quam catachresin vocantivt cum minutum dicimus animum pro paruo, & abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quòd delectat, vel quòd licet. De hac quoque meminit Fabius lib. 8. &, 10. Idem lib. 3. cap. 3, Hic per abusionem posita.

Abūsus, huius abusus, penul. prod. m. g. (ἀπόχρησις,) Dicitur quum aliqua re per licentiam male vtimur, Cic. in Topicis. 8, Nō debet eam mulier, cui vir bonorum suorum vsumfructum legauit, cellis vinariis & oleariis iis plenis relictis, putare id ad se pertinere. Vsus enim, non abusus legatus est. V bi sic ait Boethius, V timur iis quę nobis vtētibus permanentibus verò abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt. Ergo cū permanere ac perire contraria sint: vsus quoque atque abusus contraria necesse est iudicentur.

* Abusiuè, aduer. (κατάχρησιν ως) Quintilia. lib. 111. cap. 4. Nunc non abusiuè dispensatio est.

ABYDVS, y longa, (ἄβυδος,) vrbs Asiæ à Milesiis condita ad Hellespontum sita, patria Leandri, cui Sestos in Europa opponitur, interce-

dente

dente angusto mari Hellespontiaco: de qua apud Virg. lib. 1. Georg. Pontus & Ostriferi fauces tentantur Abydi. Est item Aegypti oppidum Memnonis regia & Osiris templo inclytum. Plin. lib. 5. cap. 9.

Abydum ne temere. Subundicudum, natuget. Nequod graue periculum suscipias, sinè causa idonea. Eras. in proverb. Ne temere Abydum.

Abydos gemina. Appropinquantibus enim apparet gemina propter Sesti vicinitatem. Val. Flac. Argon. 158.
- dirimique procul non æquore vsta
Coperat à gemina discedere Sestos Abydo.

Abydenus, adiectiuum, penul. prod. (Ἀβυδηνός) Stat. 1. Sylua. 2. 18.
Vidi & abydeni iuuenis certantia remis
Brachia. Id est, Leandri. Idem. 1. Achilleid. 85.
- qua semita iungi
Europamque Asiamque vetat: quasque ordine gentes.
Littore Abydeno maris alligat vnda superni.

Abydeni à Philippo Macedonum rege graui obsidione pressi, omni spe salutis abiecta, in eam rabiem sunt accensi, vt se suasque vxores & liberos, ferro, flammis, & omni genere mortis crudelissime interficerent, ne in hostis venirent potestatem. Liuius Decad. 4. lib. 1.

* Abydena illatio, vel Abidem bellaria, prouerb. vide Erasmum in proverbio Abidena illatio.

* Abydeni fama fuerunt parum secunda, quod essent hy cophantes molles & effœminati, Paulus ex Fuid.

ABYLA, (Ἄβυλα,) Africæ mons, vt Calpæ Europæ, laborum Herculis metæ quam ob causam indigenæ, Columnas eius Dei vocant. Est & Syriæ oppidum. Plin. cap. 1. lib. 5. Hodie Aceuta dicitur.

Abyssus, abyssi, f. g. (ἄβυσσος,) Aqua patens in immensam profunditatem: hoc est, quæ fundum non habet.

A C

Ac, coniunctio est copulatiua, (καὶ) pro &, sine atque. Cic. 1. in Catil. 14. Hunc & huius socios à tuis aris, cæterisque templis, à tectis vrbis ac mœnibus, à vita fortunisq; ciuium omnium arcebis. Terent. And. 1. 1. 47.
- pudicè vitam, parcè ac duriter
Agebat. Ibidem, Lana ac tela victum quæritans.

Ac, pro his duabus particulis (idque) vel (& quidem.) Terent. Heaut. 4. 5. 15. Facian boni tibi aliquid pro istac re, ac lubens. Idem Eunuc. 5. 2. 6. Amabo quid ait? cognoscitne? c. ac memoriter.

¶ Ac, etiam. Cic. pro Murena. 5. Ac de officio defensionis meæ, ac de rō ne accusationis tuæ, fortasse etiā alia in pte oronis dicēdi nobis erit.

¶ Ac potius, loquēdi genus per correctionem, Idem quod imò potius. Cic Lentulo, lib. 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, &c.

¶ Ac non, pro nec. Terent. Adelph. 3. 3. 39.
nimium inter vos Demea,
Ac non, quia ades præsens dico hoc, pernimium interest. Idem Eunuc. 5. 2. 6. Bene dixti ac mihi istuc non in mentem venerat. Cicc. pro domo sua. 98. Lex Papyria vetat ædes iniussu plebis conferarī. Sit sanè hoc de nostris ædibus, ac nō de publicis tēplis. Vsū est de verbū cōsecrationis ipsa tua lege, si illa lex est, ac nō vox sceleris & crudelitatis tuę.

Ac nō vereor. Cic. ad Lucceium li. 5. epi. 12. 19. Habet enim varios actus, multasque actiones & consiliorum & temporum. Ac nō vereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar, cum &c.

¶ Ac, in principio sententiarum, connectendi vim habet, pro autem. Cicc. 1. de Orato. in prooemio, Ac primo quidem totius rationis ignari, &c. Sic lib. 1. de Inuentio. 2. 3. 4. 5. 8. Virgil. 1. Aeneid. Ac primum silicis scintillam excūdit Achates.

Ac fuit tēpus illud, cū &c. Ci. li. 1. de Ora. 1. Rursum ibidē. 3. 4. 5. 7. 8. 11.

Ac nē forte mirere cur cum mihi sepe ostenderis te accuratissimè nostrorum temporum consilia atque euentus literis mandaturum, &c. Cicc. lib. 5. ad Lucceium epistо. 12. 33.

Ac vide quantum interfuturum sit inter meam atque tuam accusationem. Cicc. 1. Verr. 19.

¶ Ac, pro contra quàm, teste Donato. Terent. And. 5. 1. 22. Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui, dicere.

Ac, pro quàm, aut pro vt, ferè his dictionibus postponitur, æque, aliter, alius, contra, iuxta, par, perinde, pro eo, secus, & similibus. De quibus exempla in singulis eorum inuenies.

¶ Ac, in compositione ponitur pro ad, mutatione c literæ in d: vt accedo, accipio, accolo: quæ tamen antiqui per d scribebant, Adcedo, adcipio, adcolo, & similia. Non est igitur ex coniunctione, sed ex corrupta præpositione compositio eiusmodi.

ACA, (ἄκκη,) ciuitas Phœnicum, quæ postea Ptolemais dicta est Strabone authore lib. 16. Plinio autem dicitur Ace, quæ quondam colonia fuit Claudii Cæsaris lib. 5. cap. 19.

* Acacalis Nympha, vide Acacalis proximè infra.

Acacalis, (ἀκακαλίς,) semen est fruticis in Aegypto nascentis, similitudinem cum fructu Tamaricis obtinens. Nomen frutici à nympha datum credidērim Acacali, quæ ab Apolline compressā Phylaciden & Phylandrum ediderit in Cretā mirabile ab Elygis populis confictō, antrutos à capra eos fuisse, cuius monumentum in Apollinis quoque Delphici delubro, vt author est Pausanias, monstrabatur. Apollonius poeta, in Argonautico, Acacalim Minois regis filiam ab Apolline quidem vitiatam cecinit, sed quæ in Aphricam relegara, filium ediderit nomine Amphithoon, qui & Gramas quoque vocaretur, Nasamonis & Caphauri pater, ex Nympha Tritonide.

Acacia, acaciæ, (ἀκακία,) Genus spinæ est, teste Plinio, lib. 24. capi. 12. cuius semen lenticulæ est simile, minore tantum & grano & folliculo. Est & succus ex spina illa expressus. Nunc acacia ex Syluestri pruno colligit officinarum desidia. Ruellius.

¶ Acacia, acaciæ, ἀκακίᾳ, æ, f. Innocentia, simplicitas, animus ab omni terrore liber, in quo Democritus philosophus summum bonum constituebat. Cicc. lib. 5. de finib. 149. Id enim ille summū bonum, euthymiam & sæpe acaciam appellat, id est, animum terrore liberum.

Acacus, acaci, (ἄκακος,) Purus simplex, apertus, nō versutus. Dionysius ad Domophilum scribens, ostēdit acacos esse, quibus aliorum mores non sunt formidolosi. Ex suo enim animo alicui æstimant animum, vt sit acacus, minime subdolus aut suspitiosus.

Academia, (ἀκαδημία,) verti potest lauacrum, aut ciuitas. Dicitur etiam gymnasium Athenis, quia propè lauacrum positum, authore Hesychio Diogenes tamen Laertius in vita Platonis, Academia, inquit, est locus in suburbano nemorosus, à quodam heroe Academo nomine appellatus, sicut & Eupolis & Timon testantur. Antea per e tenue scribebatur Ecademia. Horat. lib. 2. epistо. 2. 9. Atque inter syluas Academi, quærere vernm. Ibi natus est Plato: vbi, cum philosopharetur, studendi vim, & discipulorum frequentia, morumque celebritate insignis fuit. Vnde Academici philosophi, sicut & Areopagitæ ab Areopago. Cicc. lib. 1. Acad. 13. Nam eō Speusippum sororis filium Plato philosophiæ quasi hæredem reliquisset duos autem præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratē Chalcedonium & Aristotelem Stagiritem: qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycæo: illi autem qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, coetus erant, & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt, Plura in Academicis, & in principio lib. 5. de finib.

Academia & gymnasium pro eodem accipit Cic. lib. 1. ad Atticum. 2. 3. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est, & ornamentum Academiæ proprium meæ, quòd & Hermes commune omnium, & Minerua singulare est eius gymnasii.

Academia, nostro tempore vsurpatur pro vrbis parte, in qua celebrantur studiorum gymnasia: vt Academia Parisiensis, quæ vulgo Vniuersitas dicitur. Academia dici quoque potest quælibet literaria schola insignior atque celebrior.

Academia, digna memoratu villa est, ab Auerno lacu Puteolos tēdētib', imposita litori, celebrata porticu ac nemore, quā & vocabat Ci. Academiā ab exemplo Athenarum, cōpositis voluminibus eiusdem nominis, in qua & monumentum sibi instaurauerat. Hæc Pli. li. 31. ca. 2.

Academia, variat penultimam. Cicc. lib. 1. de diuina. 44.
Inque Academia vmbrifera, nitidoque Lyceo
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. Laurea Ciceronis libertus apud Plinium lib. 31. cap. 2. Atque Academiæ celebratam nomine villam. Claudianus in. 8, Panegyric. de Manlii Theodori consulatu, In Latium spretis Academia migrat Athenis. Sidonius in epitalamio Polemi, Obuiet & quanquam totis Academia sectis.

Academia volatica. Cic. lib. 13. ad Atticum. 282. 6. O Academiam volaticam, modo huc, modo illuc. Id est, inconstantem & incertam.

Academicus, adiectiuum, penul. corre. (ἀκαδημαϊκός,) Cic. lib. 2. de finib. 72. Nam cum Academicis incerta luctatio est qui nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi, id sequi volunt quodcunque verisimile videatur. Idem lib. 3. de Orato. 38. Reliqui sunt Peripatetici & Academici: quanquam Academicorum nomen est vnum, sententiæ duæ. Nam Speusippus Platonis sororis filius, & Xenocrates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem Polemo, & Crantor, nihil ab Aristotele, qui vnà audierat Platonem, magnoperè dissentit: copia fortasse, & varietate, dicendi pares non fuerunt. Arcesilas primum qui Polemonem audierat, ex uariis libris, sermonibusque Socraticis hoc maximè arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus, aut animo percipi possit: quem ferunt eximio quodam vsum lepore dicendi, asperuatum esse omne animi sensusque iudicium, primumque instituisse (quanquam id fuit Socraticum maximè) non quid ipse sentiret ostendere, sed contra id quod quisque se sentire dixisset disputare. Hinc hæc recentior Academia emanauit.

ACADINVS, (ἀκαδινός,) fons iuxta Palicos in Sicilia manat in quo tabellas inscripto inramento, si rectè iuratum foret, supernatare, neque liquore perfundi asserit Aristoteles: si perperam, protinus in profundum rapi, neque apparere vltra. Alexander ab Alex. lib. 5. cap. 10.

Acaena, acænæ, ἀκαινα, pedum decem, qua dimetiebatur agros.

Acalanthis, Vide Celsum lib. Antiq. lect. 4. cap. 29.

Acalanthis, thidis, f. g. ἀκανθίς, Auis est, de qua sic Probus, Acanthis ea est, quæ Græcè ἀκανθὶς, dicta est: Latinè

Universidad de Sevilla Biblioteca

carduissis & carduo. Virgil. 3. Georg. Resonant Acalanthida dumi. Sic legitur in omnibus antiquis codicibus, teste Pierio, non, & acanthida.

Aristophanes, Acalanthidã cæcos fœtus parere p̃ pariendi festinatiõe.

ACAMAS, acamantis, (ἄκαμας,) promontorium syluosum in Cypro, quod duarum mamillarum speciem præbet. Vnde Cyprus antea Acamantis vocitata est, vt author est Strabo lib. 14.

Acanthion, suè acanthum, acanthii, (ἀκάνθειον,) Spinæ genus: cuius meminit Plin. lib. 24. c. 12. 1. Acanthion verti potest Latinè, Spinula.

Acanthis, acanthidis. f.g. (ἀκανθὶς) Auis est minima. De qua sic Seruius in tertium Georg. Acanthis, quam aliàs cemiã esse volunt, alii verò carduelem, quæ spinis & carduis pascitur: vt inde etiam apud Græcos ἀκανθὶς dicta sit ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν, id est, spinis quibus pascitur. Plin. lib. 10. cap. 74. Et acanthis in spinis viuit, idcirco asinos & ipsa odit, flores spinæ denotantes.

Acanthus, acanthi, m.g. (ἄκανθος) Genus herbæ de qua Plin. li. 22. ca. 22. Acanthos est topiaria & vrbana herba, cla ro longoq́ue folio, crepidines marginum, assurgentiumque puluinorum totos vestiens. virg. 4. Eclogæ, Miscaque ridenti colocasia fundet acantho. Ridenti, id est læto, ait Seruius Virgi. 2. Georg. & baccas sem per frondentis Acanthi.

Acanthi folia veteres ob pulchritudinem & figuræ elegantiam insculpe bant columnarum Corinthiarum capitulis. Cuius rei inuentionem la tissimè exequitur Vitruuius. Vestibus quoque pretiosis figuram folio rum acanthi circumexebant. Vnde Virgilius. 1. Aeneid. 131. Et circumtextum croceo velamen acantho. Croccum intelligas aureũ. Præ miser at enim poeta, Fetre iubet pallam signis aurq́ue rigẽtem. Mox subiunxit. Et circumtextum, &c. Tale est illud Ouid. 13. Metamorph. 152. Summus maurato crater erat asper acantho.

Acanthus flexus. Virg. 4. Georg. 25. - nec fœra comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acãthi. Quod idcireo dixit poeta, quia suo ductili flexu identidem in thopiarium opus intorqueba tur. Quã etiam de causa tortos appellat acanthos. Colu. lib. 10. de Ci nara loquens, Pallida nonnunquam tortos imitatur acanthos.

Mollis acanthus. Virg. 3. Eclog.
Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.
Et molli circum est ansas amplexus acantho. Et. 4. Georg. 18. Ille comam mollis tam tum tondebat acanthi. Molli hoc est, polito cuius cõtrarium est impolitum, rude & asperum. Cicc. de claris Orato. signa rigidiora, dura.)(molliora.

Acanthinus, adiectiuum, (ἀκάνθινος.) Quod est acanthi, aut acantho si mile. Plinius lib. 25. cap. 7. 7. Spectatur foliis acanthinis. Acanthinus etiam verti Latinè potest, Spineus.

ACANTHVS, (ἄκανθος) Aetholiæ oppidum.

Acanthia cicada, cicadæ. Prouerbium in indoctos atque infantes, aut mu sices ignaros torqueri solitum. Vide Erasmum.

Acapna, (ἄκαπνα) ligna (de quibus est titulus apud Martialem in Xenijs) ea videntur esse quæ Vlpiano dicuntur ligna co cta, ne fumum faciant: Nam ἄκαπνος, sinè fumo interpretatur. De ligno huiusmodi videtur intellexisse Cato de re rust. cap. 130. his verbis Codicillos oleagineos, & cætera ligna amurca cruda persp̃ergito, & in sole ponito: perbibant bene. ita ucq́ue fumosa erunt, & bene ardebunt. Est & mellis genus quod eadem ratione acapnon Plinius appellat libro. 11. cap. 16. Strabo acapniston.

Acapna thyina, Sacrificia absq́ue fumo. Dicitur de nimium tenui conuiuio, & in quo nihil cocti oblonii apponitur. Vide Erasmum.

ACARNANIA, (ἀκαρνανία) est regio & pars Epiri, quam Achelous amnis ab Aetolia separat, mediq́ medio sinu Ambracio, vt scribit Plinius lib. 4. cap. 1.

Acarnam, Acarnanis, pe. prod. (ἀκαρνάν.) Ouid. 8. Meta. 115. de Acheloo fluuio, Amnis Acarnanum lætissimus hospite tanto. Qui est (vt ita dicam) de Acarnania. Virg. 5. Aeneid. 59. Hunc Salius simul & Patron: quorũ alter Acarnan, Alter ab Archadia Tegeæ de sanguine gẽtis. Acarnã (ait Seruius) id est Epirota. Acarnania enim est ps Epiri,

Est & Acarnan, seu (vt alii legunt) Acarnas, mons Atticæ admodum lapidosus. Seneca in Hyppolito. 1. 5. - vos qua tepidis
Subditus austris frigora mollit
Durus Acarnas.

Acarnanes, Curetes & Abantes, iidem ferè sunt. Ná hi Eubœam incoluisse traduntur, bellumq́ue continenter de Lilanteo campo cum vicinis gerentes, tandem ab hostibus in pugna per crines anteriores apprehẽsi ac deuicti, suscipiunt postea rasisse, relictis tantum occipitio capillis: Vnde Curetes dicti, id est detonsi, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, id est tonsura. Qua propter Homerus Abantes post terga comantes, dixit. Hi postea migrantes in Aetholiam atque Epirum: vocati sunt Acarnanes, quasi minime rasi, quòd detonsos crines succrescere permiserint. Ex Strabone lib. 10. Et Volaterrano lib. 8. Geograph.

Acarnanicus & Acarnanius, adiectiua, ἀκαρνάνικος, Vnde apud Lucianũ in dialogis meretriciis, Acarnanius porcellus: & Erasmũ in Chiliadibus, Acarnanici equi.

Acarne, acarnes, f.g. ἀκάρνη Marinus piscis. Plinius. libro. 32. capi. 11.

Acaron, ἄκαρον, Myrtus Syluestris. Plinius libro. 15. cap. 7.

Acarus, ácari, ἄκαρος, Tincæ genus in cera nascens, quod omnibus animalium minimum esse existimatur. Ex Aristotele, lib. 5. de hist. anim. cap. 32. Gaza interprete. Dicitur ἀπὸ τοῦ ἀκαροῦς, quod indiuisibile & insectile Græcis dicitur.

ACASTVS, ἄκαστος, fuit Laodamiæ pater. Id quod ipsa testatur apud Ouidium epist. 13. 5.

¶ Acastus Magnesiæ rex, à quo Peleus fraterna cæde purgatus est, & expiatus. Cum autem Peleus iuuenis esset ac castus: ab Acasti vxore de stupro tentatus remit. Illa itaque falsò apud virum se ab eo tentatam deferens, effecit vt ab Acasto ad venationem mitteretur, vt ibi à feris discerperetur, quas cum virtute superasset, domum reuersus, Acastum cum coniuge interfecit, eorumq́ue regnum inuasit. Author enarrator Apollonii Volaterranus. Huius Acasti vxorem nonnulli Cretheidem, alii Hyppolitẽ appellant.

¶ Acastus fuit Peliæ Thessalorum regis filius, venator sagittis clarus, cuius meminit Ouidius libro. 8. Metamorpho. 61. Iaculoq́ue insignis Acastus. Et lib. 11. 82.
- Magnetas adit vagus exul, & illic.
Sumit ab Aemonio purgamina cædis Acasto.

Acatalecticus, ἀκατάληκτος. versus Grammaticis dicitur, cui nihil deest, nihil abundat. Huic opponitur catalecticus, cui vnâ deest syllaba.

Acatalepsia acatalepsiæ, ἀκαταληψία, Incomprehensibilitas. Quã dictione vsus est Cic. ad Att. li. 13. 276. 3.

Acatalepton, ἀκατάληπτον. Quod comprehendi non potest. Sic interpretatur Cice. lib. 4. Acad. quæst. 37.

Acatium, acatii, ἀκάτιον, nauigii genus actuariũ: author, Plutarchus. Pollux quidem velum in naui maximum acation vocari tradit: sicut minimum dolonem: tertium verò quod retrorsum pandi tur, epidromon. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 9. cap. 30. 6. Concham esse acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata.

ACCA Laurentia, ἄκκα λαρεντία, Faustuli pastoris vxor, quæ Romuli & Remum lactauit atque aluit, author Seruius in. 1. Aeneid. & Liuius. 1. Decad. lib. 1.

Accanto, accantas, accantaui, πεποσάλφω, accantare, Iuxta cantare. Stat. 4. Syl. 4. 11. & magni tumulis accãto magistri.

Accedo, accẽdis, penul. longa, accessi, accessum, ἀφικνέομαι, πίτνημι, πίτσσω, accedere, Ex ad, & cedo cõ positum: Est propriè ad aliquid propius venire, & se admouere: sett (ut vulgus loquitur) appropinquare se de re aliquã: siue sit locus, siue persona, siue res alia.

Accedere ad fores. Terent. Adel. 4. 4. 23. Ad illas ibo vt purgem me, accedam ad fores. Idem Phor. 5. 6. 27. -ad fores Suspenso gradu placidè ire per exitia accessi: astuti. Idem And. 1. 1. 103. Ad flãmam accessit imprudentius. Cice. Sulpitio. lib. 4. 4. 10. Et ad Cæsarem supplex accederet. Sic Accedere ad desperatos, Cælius Ciceroni, lib. 8. 16. 8. Cice. in Pisonem. 52. Non audebit accedere ad ludos. Idem. 7. Verr. 75. Prædones accedere incipiunt ad Syracusas.

Accedere ad manum. Cice. Att. lib. 2. 16. 14. Simuli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant, alii autem negligant.

Accedere ad aliquem, pro ire ad, vel adire. Plaut. Mil. 9. 14.

Accedam ad hominem. Terent. Heaut. 3. 3. 22. Nõne accedam ad illos.

Accedere propè ad aliquem, Plaut. Mil. 18. 55.

Accedere in prouinciam, in senatum, in funus, &c. Cic. Attic. lib. 5. 104. 4. Bibulus nuntiabatur quidem etiam nunc in prouinciam suam accedere. Eidem lib. 7. 124. 2. Ne antè in senatum accederem, q̃ rem confecissem. Idẽ lib. 2. de legi. 102. Quocirca Pitacus omnino accedere quenquam vetat in funus aliorum, Idem pro Cecinna. 27. Obstitisse ne in ædes accederes. In Pisonem. 39. Accede in regnum.

Accedere in oppidum. Cic. 6. Verr. 45. Ipse in oppidum accedere noluit.

Accedere scopulos. Virg. 1. Aeneid.
Vos & Syllæam rabiem, penitusq́ue sonantes
Accestis scopulos. Vbi Seruius, Bene ait accestis. nõ enim passi sunt hæc pericula, sed his fuere vicini.

Accedere mœnibus, Liui. 4. bel. Pun. 90.

Accedere alicui ad aurem. Cic. 5. Verr. 113. Si tibi ad aurem accessisset, & dixisset Apronium dictitare te sibi esse socium.

Accedere inter initia morbi dicitur medicus. Cel. lib. 3. ca. 1. Ibi deliberationi & mutationi remediorũ tẽpus patet: adeo, vt raro, si inter initia medicus accesit, obsequens æger sine illius vitio pereat.

Accede huc. Plaut. Cure. 14. 18. Accede huc tu. Terent. Eunu. 3. 2. 19. Vbi tu es Dore: accede huc.

Accedere obuiam. Plaut. Trinum. 17. 15.
- modo mihi aduenienti nugator

Quidam

Quidam accesit obuiam Pro, obuiam mihi venit.

Accedere propè, aut propius. Plaut. Rud. 18. 3. Iube modo accedat propè. Idem Milit. 18. 5. Si accesseris propè ad te. Hic expressioris significantiæ gratia additum est propè aduerbium. Cice. pro Cecinna. 16. Tamen accesit propius.

Accesit ad te cominus, Cice. Attico, lib. 2. 17. 2.

¶ Accedere ad rempub. Hoc est, ad magistratus & rempub. gerendam se conferre. Cice. pro Rosc. Amer. 2. Propterea quòd nondum ad rem pub. accessi. Idem. 1. Offi. 42. Itaque eos ad rempub. ne accessuros qui dem putant, nisi coactos.

Accedere ad rempub. liberandam, Brutus Ciceroni lib. 11. 10. 9.

Accedere ad periculum, pro adire periculum. Ci. 1. Verr. 35. Pro exterarum nationum cõmodis inimicitias suscipere, ad periculũ accedere.

Accedere periculum, sinè præpositione dixit Plautus in Epidico.

Accedere in infamiam, Plaut. Trinum. 4. 62.

¶ Accessit aduitor pro venit. Pli. epi. 80. d. Si denique precibus meis tu potissimus aduitor accesseris. Id est, si me potissimũ iuueris precanté.

¶ Accedit febris, cum ab ea (vt vulgus dicit) corripimur. Cellius lib. 2. cap. 7. Hæc verò cum sine febre quoque vel latentium, vel futurarum rerum notas habeant, multo certiora sunt, vbi febris accessit: atque etiam aliorum morborum tum signa nascuntur.

Accedit somnus. Cellius lib. 2. cap. 4. Pessimum tamen est si somnus nequi noctu, neque interdiu accedit. Idem lib. 1. cap. 15. Vel si somnus non accedit, vitellos cum aqua. Satis somni accedet, Idem lib. 8. cap. 4.

¶ Accessit verbum illud ad aures. Cice. in Vatinium. 2. Non putas fas esse, uerbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum & honorificum ad aures mas accedat.

¶ Accedere pro insuper addi, adiungi vel augeri duntaxat in tertiis personis: variis modis construitur.

Accesit illi ætas. Cice. lib. 1. de Orato. 132. Solet idem Roscius dicere, se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardioris tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum.

Accesit illi animus. Cice. Atti. lib. 5. 108. 5. Casio qui Antiochia teneba tur, animus accesit. Pro, auctus est. Liu. 4. ab vrbe. 20. Dictatori ac Romanis, quòd decreuisset pugnam hostis, animi accessere.

Accesit annus tertius desyderio & labori, Id est, Additus est. Cic. lib. 1. ad Quint. fratrem. 1. 1. Tuque antè ab aliis auditurus ellex annum tertium accessisse desyderio nostro & labori tuo.

Accedit nobis illud incommodum quòd. Cic. pro Quintio. 2. Illud quòque nobis accedit incommodum, quòd M. Iunius, qui, &c.

Accedit illi ira. Sil. Ital. lib. 16. 13.
At iuuenis cui, relicta ingens, accesserat ira,
Barbaricam assiliens magno clamore bipennem Incutit.

* Ad reliquum iuuentæ laborem accedit etiam personæ difficultas. Quintil. lib. 3. cap. 8. 33.

* accedunt hæc in ornamentum operis. Quintil. lib. 2. cap. 3. 5.

Accedit cumulus ad eam liberalitatem. Cic. ad Cornificium, lib. 12. epist. 25. 19. Quare à te peto, vt ad eam liberalitatem, quã sinè meis literis vius es, quammaximus his literis cumulus accedat.

Accedit aliud malum. Celsius lib. 3. cap. 10. Consyderandum est etiam, febris ne solæ sint, an aliis his quoq; mala accedant. Id est, num caput dolear, num lingua aspera, num præcordia intenta sint. Græci medici quæ morbis accedunt συμπτώματα vocant.

Accedit plurimum præmio, Pro valde augetur præmium. Col. li. 3. c. 21. 6.

Accesit operi manus extrema, Pro imposita est, sinè etiam addita est. Cice. de claris Orato. 65.

Accedere nihil potest ad amorem, Cice. lib. 15. epistolo. Nam ad amorem quidem nihil poterat accedere. Idem. 4. de finib. 109. Ad virtutis autem summam accedere nihil potest.

Accedere ad amicitiam alicuius. Cæs. 1. bel. ciuil. 187. Néque ciuitates, q̃ ad Cæsaris amicitiam accesserant. Hoc est, quæ Cæsari se adiunxerãt.

Accessit magnũ pondus ad tollendã dubitationẽ. Ci. Oppio, li. 11. 29. 1. In vtranque partem in mentem multa veniebant: magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, iudicium & consilium tuum.

Accessit mihi hoc ad labores reliquos. Cic. ad Brutum. 18. 5. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit. Idem Cornificio lib. 12. 28. 3. Ad hæc officia vel merita potius, incundissima consuetudo accedit.

Accesit fortunis pernicies. Cic. 3. Verr. 3. Neque tanta fortunis omnium pernicies potest accidere. Terent. Hecy. 3. 5. 56. Quia paululum vobis accesit pecuniæ, Sublati sunt animi.

Accesit robur ætati. Cic. pro Cælio. 58. Cum autem paulum iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est.

Accedit spatium morbis. Cellius lib. 2. cap. 11. Opus etiam esse cucurbitula potest in morbis longis, quã annuis iam & iis spatium aliquod accessit, sinè corrupta materia, sinè spiritu male habẽte. Iis spatiũ aliquẽ accessit. Id est, q̃us nõ sint recentes, sed his aliquot iã dies laborẽt ægri.

Accedit senecta. Horat. epistol. vltima, ad finem,
Lenior & melior fis accedente senectâ.

¶ Accedit ad maiorem socordiam. Plin. lib. 2. cap. 7. Innumeros quidem deos credere, atque etiam ex virtutibus vitiisque hominum, vt pudicitiam, concordiam, mentem, spem, honorem, clementiam, fidem, aut (vt Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficium, maiorem ad socordiam accedit.

Ad paternam enim magnitudinem animi, doctrina vberior accesserat. Cice. de Senect. 32. Id est, Præter animi magnitudinem paternæ parè, etiam impensius erat doctus.

¶ Accedere in dici aliquem. Tacit. lib. 5. Sed minutius & Seruæus damnati, indicibus accessere. Hoc est, Bona illorum indicibus accusatoribusque cessere præmii loco. Simile est illud apud Liuium li. 5. Decad. sed aliis prolatum verbis. Bonaque eorum qui interfecti essent, & exulum, possidere qui arguebant.

Accedere dicuntur, qui tanquam appendices sunt cõtractus emptionis. Varro lib. 2. de re rust. cap. 9. Quibus gregibus canes sinè pastoribus accessissent. Ibidem, Plerique stipulantur vt accedant canes qui consueuerunt esse vnà.

Accedent tibi à me hæc dona. Liu. 7. bel. Pun. Super dotem (inquit) quã accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedent.

Accedit, absolutè. Plau. Perfa. 16. 100. Pro vestimẽtis decẽ accedant minæ. Ci. Torquato, lib. 6. illud satis est p̃sertim cũ accesserit nihil noui.

¶ Accedit ætas vino, cum veterascit. Celsius, Atque etiam illud vinum, cui nihil adhuc ætatis accessit.

Accedere febris dicitur, cum per internalla intenditur. Celsius, Simulátque febris vno die non accessit. Cicero. libro. 7. ad Attico. 22. 2. Etsi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse, & alteram leuiorem accedere. Id est, alteram esse sanatam, alteram adhuc quarto quoque die reduci, sed mitiorem.

¶ Accedere ad causam, pro Causam suscipere. Cic. 1. Verr. Vtrum Q. Cæcili hoc dices, me non Siculorum rogatu ad causam accederet

¶ Accesit cares in cumulũ. Hoc est, vt ita dicã, pro cumulo. Ci. pro lege agraria. 65. Accesserint in cumulũ manubiæ vestrorum imperatorum.

¶ Accedere item pro addi, cum aduerbiis, huc, eò, & eòdem: modo sequente quòd, modo sinè ipsis. Cic. pro Rosc. Amer. 16. Eò accessit studium doctrinæ. Hoc est, ad id vel illud. Idem Attic. lib. 1. 8. 2. Accedit eò, quòd mihi non est notum vt quisque in Eporum proficiscitur. Idẽ 5. Verr. 120. Eòdem accedit quòd hoc quóque intelligere potestis. Plaut. Merce. 1 3. 8. Et eòdem accedit, seruitus, fudor, fitis. Cicero. pro Rosc. Amer. 6. Huc accedit summus timor, qué mihi natura, pudorq́ meus attribuit. Cælius Ciceroni, lib. 8. 2. 3. Accessit huc, quòd postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introiit.

Accedit quòd, etiam sinè aduerbiis suprà dictis. Liu. 5. bel. Mace. 32. Accedebat, quòd alter decimum iam propè annum assiduus in oculis hominum fuerat. Pro, huc accedebat, vel eò. Cic. ad Attt. lib. 13. 379. 2. Accedit enim quòd patrem (vt scire te puto) plus etiam quàm non modo tu, sed quàm ipse scit, amò. Idem pro Rosc. Amer. 2. Accessit illa quóque causa, quòd à cæteris forsitan ira peritum sit, vt dicerent.

Accesit meæ temeritati quòd. Plin. in præfa. Meæ quidem temeritati accesit hoc quóque, quòd leuioris operæ hos tibi dedicaui libellos.

Subauditur nonnunquam ipsum quòd. Terent. And. 1. 3. 10.
Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam hæc Andria.
Sinè ista vxor, sinè amica est, grauida è Pamphilo est.

Accedit vr. Cic. de Senect. 15. Ad Appii Claudii senectutem accedebat etiam, vt cæcus esset. Hoc est, præter quàm quòd senex erat Claudius etiam cæcus erat. Idem ad Brutum. 18. 5. Itaque ad reliquos hic quóque labor mihi accessit, vt oés adhibeam machinas ad tenẽdũ adolescẽte.

¶ Accedere, similitudinem significat. Cic. pro C. Rabirio, Vos Quirites, quorum potestas proximè ad deorum immortalium accedit, oro. Idẽ de Amicitia. 36. Qui ad sapientiam proximè accedunt. Idem. 4. Academ. Exprimant aliquid quod aut verum sit, aut ad id quammaximè accedat. Sic Plin. lib. 22. cap. 24. 5.

Accedere ad similitudinem alicuius rei. Cicero Attico, lib. 7. 122. 3. Quòd tam propè accederet ad similitudinem tuæ literæ.

Accedere propius ad similitudinem deo. Cic. lib. 1. de nato. deo. 133. Ad similitudinem enim deo propius accedebat humana virtus q̃ figura.

Accedit proximus illi. Cice. in Bruto. 89. Duobus igitur summis Crasso & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo, tamen proximus.

Accedere virtuti. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 7. Sed velim tibi persuadeas, cum te constet excellere hoc genere virtutis, vt nunquam extimescas, nunquam pertur bereme hunc tuæ virtuti proximè accedere.

¶ Accedere pro assentiri, datiuo iungitur: & nonnunquam accusatiuo cum præpositione ad. Fabius. Nec Celso accedo. Plaut. Aulul. 13. 13. Accesit animus ad meam sententiam. Quintil. lib. 9. cap. 4. Accedam in plerisque Ciceroni. Et alibi. Accedere opinioni alicuius.

Homero maximè accedit Virg. id est, proximus est. Quint. lib. 10. cap. 1.

Sacramento alicuius accedere. Tacit. lib. 17. Cæcinna paucos in Heluetiis moratus dies, lætum ex Italia nuntium accipit, alam Syllanam circa Padum agentem sacramẽto Vitellii accessisse. Hoc est, adiunctam esse, & in Vitellii verba iurasse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sententiæ eiusmodi accedere. Tacit. lib. 18. Accedebat sententiæ Paulini Marius Celsus.

Accedere alicui rei. Quintil. lib. 10. cap. 1. Euripides magis accedit oratorio generi, quàm Sophocles. Id est, Similior est.

Accedere ad pactionem, vel conditionem: pro consentire. Cicc. Attico, lib. 8. 167. 4. Nec illos congressuros, nec si congressi essent. Pompeium ad vllam conditionem accessurum putabam. Idem. 5. Verr. 57. Condemnari cum istius nundinis, infamiaque malebant, quàm ad eius conditionem pactionesque accedere.

Accedere aliculus accedere. Tacit. lib. 12. Quod primi Iceni abnuere valida ea, nec illis obscura, ita societate nostrâ volentes accesserât.

¶ Acceditur, Impersonale. Cicc. pro Cecinna. Ad eas cum accederetur, iste cum omnibus copiis præsto fuit.

Accessus, accessa, accessum, προσιτέος. Nomen sine participium, à passiuo acceditur. ex quo etiam fit inaccessus. Ouid. lib. 5. Fast. 116. de Parthis loquens, Gens fuit & terris & equis & tuta fagittis.

Et non accessis inuia fluminibus. Non accessis, pro inaccessis, siue vt Serinus loquitur, inaccessibilibus: id est, per quæ non est facilis ad Parthos accessus. Alii legunt, Et circumfluis &c.

Accessus, huius accessus, (ἔφοδος, πρόσοδος,) Verbale ab accedo: cui contrarium est abscessus, discessus, vel recessus. Cic. 3. de Orato. 98. Vt luna accessu & recessu suo solis lumen accipiat. Plin. lib. 37. cap. 134. Accessu cunctarum gentium facili.

Accessus anxius. Plin. lib. 12. cap. 8. Contermina Indis gens Ariana appellatur, cuius spina lachrymarum pretiosa, myrrhæ similis, accessu propter aculeos anxio.

Accessus maris, & recessus dicitur, cum ad nos affluit & refluit. qui propriè æstus dicitur. Plin. lib. 2. cap. 65. 8. Quarè tot fluminum quotidiano accessu maria non ereseunt. Cicc. 2. de Diuina. 50. Quid de fretis aut de marinis æstibus plura dicam? quorum accessus & recessus lunæ motu gubernantur.

Accessus fluminum. Sene. lib. 3. naturalium quæstionum. Procellæ quatiunt mare, tunc primùm auctum fluminum accessu. Sic Plin. lib. 2. 65. 8.

Accessus ventorum. Virg. 3. Aeneid. 114.
Portus ab accessu ventorum immotus & ingens Ipse.

Accessus ad. Cic. 2. de nat. deor. 48. Bestiis autem sensum & motum dedit, & ei quodã appetitu accessum ad res salutares, à pestiferis recessum.

Accessus ad vrbem, Cicc. pro Milone. 39. Illi, etiam si hunc non timeret, tamen accessum ad vrbem nocturnum fuisse metuendum.

Accessus tuus. Cicc. lib. 2. ad Attic. 16. 13. Id à tuis literis, quas ad me de accessu tuo miseras, discrepabat.

Accessus & discessus solis. Cic. lib. 2. de nat. deor. 39. Possitne vno tempore florere, deinde vicissim horrere terra, aut tot rebus ipsis semmutãtibus solis accessus discessusque solstitiis brumisque cognosci.

Accessus & recessus stellarum. Cic. 2. de Diuina. 134. Cum tempore anni tempestatumque exeli conuersiones commutationesque tantæ fiant accessu stellarum & recessu.

Accessus & defectus dierum ac noctium, Id est, incrementum & decrementum. Apud Martianum Capellam, li. 8. titulus est, De accessu defectúque dierum ac noctium. Ibidem, Iam illud superfluum puto, noctium accessus defectúsque memorare, cum pares pro rota sint æstiuis diebus hyemis noctes, & hyemalibus diebus noctes æstiuæ &c.

Accessus febris, pro accessione. Plin. lib. 38. cap. 4. 13. Reliquũ dant in tertianis accessu febrium bibendum.

Accessum dare alicui. Ouid. 2. de Ponto. 2. 8.
Da precor accessum lachrymis mitissime nostris,
Nec rigidam timidis vocibus obde forem.

Negare accessum. Ouid. 10. epist. 13.
Finge dari comitesque mihi, ventosque, ratemque,
Quid sequar? accessus terra paterna negat.

Prohibere accessum. Ouid. 14. Metamor. 127.
Vim tamen agrestum metuens, pomaria claudit
Intus, & accessus prohibet, refugitque viriles.

Accessus hominum fugari. Stat. 12. Thebai. 31. - procul vsque fugati
Accessus hominum: solis animbusque ferisque Ire licet.

Mollire accessus. Ouid. 1. de arte amandi. 71.
Sed prius ancillam captatæ nosse puellæ
Cura sit: accessus molliet ista tuos.

Tacitus accessus. Stat. 1. Sylu. 1. 40. - timidi primum vestigia iungit
Accessu tacito, summosque lacessit amictus.

Accessio, onis, (προσθετικὴ πτῶσις,) nomen ab accedo: Propriè adiectionem & incrementum significat: vt Accessio nummorum, est quod capiti accedit. Id est principali, vt vulgo loquimur. Cic. 5. Verr. 64. Populus publicè coactus est ei conferre luci tritici modium. XXVI. & accessionem HS MM. Idem. 4. Verr. 92. Ad singula medimna multi sestertios, multi quinq; accessionis cogebantur dare. Sic. 5. Verr. 97. Nec nũmorum accessionem cogebatur arator dare, nec ternas quinquagesimas frumenti addere. Hoc ibidem vocat Corollarium nũmorum. De vino igitur, inquit, erat aliquid resecandum, vt esset vndæ

Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. Columel. lib. 1. cap. 7. 5. Sicut in diebus pecuniarum, vt ligni & cæteris paruis accessionibus exigendis.

Accessio amorum. Cic. de Amicitia. 10. Quid igitur hunc paucorum annorum accessio iuuare potuisset?

Accessiones fortunæ & dignitatis. Cic. Curioni, lib. 2. 1. 7.

Accessio & abscessio, id est, accessus & recessus, contraria. Cicc. de Vniuers. Quum autem animis corpora insecuisset, quúmque ad corpora necessitate cum accessio fieret, tum abscessio, principio necesse erat sensum existere vnum &c.

Accessio & decessio, contraria sunt. Cic. 3. Offic. 15. Eorum néque accessione meliorem vitam fieri, nec decessione peiorem. Id est, néque incremento, néque decremento. Idẽ pro Rabirio. 19. Non intelligo hoc quale sit, vtrum accessionẽ decumæ, an decessionẽ de summa fecerit.

Accessionem adiungere ædibus. Cicc. 1. Officio. 193. Hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus. Id est, adiectionem & incrementum. quasi tu dicas, ædes ipsas dilatauit: hoc est, latiores & ampliores fecit.

Afferre accessionem ad veteres necessitudines. Cic. lib. 16. ad Atti. 341. 1. Ad paternas enim magnas & veteres & iustas necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me.

Facere sibi accessionem. Planeus ad Ciceronem lib. 10. 18. 9. Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias à Lepido abstraxissent.

¶ Accessio febris, dicitur intensio, quæ Græcis dicitur paroxysmus. cui contraria est remissio. Celsus li. 3. ca. 4. Si verò febres vagæ sunt, quia verendum est ne cibum statim subsequantur: quandocunque quis ex accessione leuatus est, tũc debet assumere. Aeſi plures accessiones eedem die veniunt, cõsyderare &c. Suetc. in Vespasia. ca. 23. Prima quòque morbi accessione vt inquit, puto, deus fio. Plin. lib. 13. Si id dandum non nisi in accessione sentiret, alii in remissione.

Accessio, etiam in comitiali morbo. Plinius libro. 20. cap. 13. 12. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ succum in cyathis quatuor ante accessiones.

¶ Accessio Ciceroni in Verrem Act. 3. pro eo accipitur, quod vulgo vnum ministrorum vocatur, Timarchides suo labore suisque accessionibus usus, negotii molestiam consequebatur, vt ad ipsum sine vlla sollicitudine summa pecunia referretur.

¶ Accessiones etiam fideiussores vocantur identidem à Paulo in l. Si seruum stipulatus. De verborum obligat. Accessio est fideiussor qui principali debitori accedit.

Accessio, verbum iuris est, inquit Hermolaus. Eo Plin. proprie vsus est in procemio lib. 33. Nec hoc fuit satis turba gemmæ: um potamus, & smaragdis texamus calices, ac temulentiæ causa tenere Indiam iuuat, & arum iam accessio est. Quasi dicat (ait Hermolaus) Principalia luxuriæ vrritamenta sunt gemmæ, accessorij verò aurum argentúmque.

¶ Accessio pro accessu. Plaut. Trinum. 20. 83.
- quid tibi inter pellatio. Aut mi consilium huc accessio est?

Accessor, accessoris, Verbale, (προσίτης,) Qui accedit. Valerius, Nec accessor gloriosæ illius pompæ, sed author spectatus est.

Accelerare, (ἐγκονέω, δρομέω, σπεύδω,) Ex ad & celero, celeras, peccorre. actiuè & neutraliter legi. Accelerare, actiuè positum, Rem aliquam facere celeriorem. vt, Accelerare mortem. Plin. lib. 16. cap. 36. 3. Sil. Ital. lib. 7. 114. - socia arma feramus.
Acceleremus opem. Stat. 1. Syl. 2. 54. Acceleret partu decimum bona Cynthia mensem.

Accelerare neutraliter, Properare, festinare. Cic. in Catil. 19. Aureliavia profectos estus accelerare volent, ad vesperam consequuntur.

Accelerare & tardare, contraria. Plin. lib. 2. cap. 16. 1. Non quia accelerent, ardentue naturales motus.

Accelerare gradum, vel iter, peri phrasis pro eo quod est properare. Liu. 2. ab vrbe. 186. Cogere potuit gradum accelerare. Idem. 1. bel. Macedo. 108. Huic vt occurrerent, & legati regis iter accelerarunt. Cæsar. 2. Bel. ciuil. 170. Itcque accelerat, vt quàmaximè ex fuga perterritos adoriri possit.

Accelerare alicui magistratum aliquem. Tacit. lib. 3. ad finem, Consulatum ei acceleraverat Augustus, vt Labeonem antistium iisdem artibus præcellentem dignatione eius magistratus anteiret.

Opus accelerare. Stat. Thebaid. 6. 49.
Mirum opus accelerante manu, stat saxea moles
Templum ingens cineri.

Præcepta accelerare, Studiosè facere imperata. Claudian. de rapt. Proserp. lib. 1. 46. Accelerat præcepta Venus.

Viam accelerare. Val. Flac. Argonaut. 8. 43.
Atque hanc ô (siquis vobis dolor, itaque) Colchi,
Accelerate viam. Hoc est hoc iter breui conficite.

Acceleratio, accelerationis, (ἐγκόνησις, δρόμος, Festinatio, properatio. Author ad Herennium, lib. 3. 116. Continuatio, est orationis enuntiatæ acceleratio claiusula.

Accendo,

Accendo, accendis, accendi, accensum, (ἅπτω, ἀνάπτομαι, διάπρησμαι, διάκαιμαι,) accendere. Ex (ad) compositum: licet verbum simplex in vsu non sit. Nonnulli tamen ex candeo compositum dicunt. Significat autem inflammare. Cicc. de Vniuers. 40. Deus ipse solem quasi lumen accendit. Vnde accensus rogus. Plin. lib. 6. cap. 19. 2. Idem lib. 12. cap. 4. 3. Accendi ebenum Fabianus negat.

Accendere de. Ennius apud Ciceronem. 1. Offic. 78.
Homo qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit
Vt nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.

Accendere & extinguere, contraria. Cic. in Pisonem. 3. Ego faces iam accensas ad huius vrbis incendium cõprehendi, protuli, extinxi.

¶ Accendere, ad animum, aut res alias translatum, pro vehementer cõmouere, aut incitare: quod per metaphoram quoque inflãmare dicitur. Sallust. Sed quæ res Marium, præ honore quem affectabat, contra Metellum vehementer accenderat. Plin. lib. 35. ca. 3, 7. Eas tollere conatus est libidine accensus. Sic Accensus ira, odio, amore, & similia. Plin. lib. 17. cap. 1. 3. Item accendere sitim, pro sitim vehementiorem facere. Celsus, Hæc enim sitim accendit. Sic. Plin. lib. 11. ca. 2. 2. Et Accendere desyderium panis, Idem lib. 19. cap. 4. 9. Virgil. 6. Aeneid.

Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.

Accendere calore. Plin. lib. 14. cap. 5. 1. Vino natura est hausto, accendẽ di calore viscera intus, foris infuso refrigerandi.

Accendere ad. Liuius. 3. bel. Puin, 160. Adeo accensæ sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos.

Accendere in pœnam, &c. Plin. lib. 35. cap. 10. 42. Accenso in pœnam tyranno. Liu. 9. bel. Puin. 45. Tum verò in multo impotentiorem subito rabiem accensi.

Affectus vestros in amorem mei accendere. Tacit. lib. 17. Neque vt affectus vestros in amorem mei accenderem, &c.

Impensius accendi certamina. Liu. 1. Decad. li. 4. Cæpta inter eos in vrbe certamina, cupiditate eadem imperij, multo ipsius in castris accẽdi.

Accendere mentes in præliã. Sil. Ital. lib. 4. 34.

Accendit sol æstus medios. Virg. 4. Georg. 8.
Ipsa ego te, medios cum sol accenderit æstus.
Cum sitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est,
In secreta senis ducam.

Accendere clypeum auro. Sil. Ital. lib. 15. 134. Et gemmis galeam, clypeumque accendere auro.

Curas accendere. Sil. Ital. lib. 7. 106.
Quem postquam rapidum vidit procedere castris,
Illinc Libys, hinc, Fabius, simul accendere sagaces
In subitum curas.

Equum accedere stimulis. Stat. lib. 1. Sil. 1. 8. Seu stimulis accendat equũ.

Accendere febres. Cels. lib. 3. ca. 9. Sed est circumspecti quoque hominis & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere.

Ignem accendere. Virg. 1. Aeneid. 1.
- quæ tantum accenderit ignem Causa latet.

Lignum accendere. Ouid. 15. Metamorpho. 63.
Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur, minimos cum luna recesit in orbes.

Lumen accendere. Virgil. 1. Georg. 51. Illic sera rubens accendit lumina vesper.

Offensiones accendere. Tacit. Annal. li. 2. Germanicus erat clementior, sed amici accẽdebat offensionibus callidi, ſtéderevera, aggerere falsa.

Pectus accendere donis. Sil. Ital. lib. 16. 92.
His actis, ductor læta ad certamina plantæ
Inuitat, positisque accendit pectora donis

Pertinacia accenditur. Tacit. lib. 20. Vicit ratio parcendi, ne sublata spe veniæ pertinacia accenderetur.

Accendere pretium rei alicuius. Plin. lib. 18. cap. 25. Nubilo occasu pluuioſam hyemem denuntiat, statimque augent lacernarum pretia: sereno asperam, & reliquarum vestium accendunt.

Sensus accendere. Lucret. lib. 2. 192.
Et quasi iam lethi dominantem in corpore motum
Discutere, ac penè amissos accẽdere sensus.

Accẽdere sitim. Cels. lib. 3. cap. 6. Hæc enim sitim accendit, & tum maximè aquam exigit, cum illa periculosissima est. Loquitur de febre.

Spem accendere. Tacit. lib. 12. Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendenda spe, aliisque belli incitamentis.

Studia accendere. Sil. Ital. lib. 1. 37.
Huic studia accendit patriæ virtutis imago.

Vitia accendere. Ouid. lib. 1. de remedio amo. 17.
Quinetiam accendas vitia, irritesque vetando.

Temporibus si non aggrediare suis.

Accendor, accenderis, pemul. corre. passiuum, (διατρέφομαι,) Plin. lib. 2. cap. 38. 3. Mundi celeritate discordia accenditur.

Accendi & commoueri. Cicc. 1. de Orato. 56. Præclarè enim se res habeat, si hæc accendi aut commoueri à te possunt.

Accendere, per Paragogen, pro infinitiuo accendi. Lucret. lib. 6, 181.
Nónne vides etiam nocturna ad lumina linum
Nuper vbi extinctum admoueas, accendier ante
Quam tetigit flammam?

Accensus, participium: vt Accensa altaria, (ἀναπεπταμένος,) Sil. Ital. libro. 1. 19.
Immugit tellus, rumpitque horrenda per vmbras
Sibilla, in accensis flagrant altaribus ignes.

Flamma accensa. Ouid. 10. Metamorpho. 56.

Foci accensi. Ouid. lib. 1. Fast. 16.

Ignis accensus. Ouid. 12. Metamorpho. 3.
Vt vetus accensis incanduit ignibus ara.

¶ Accensus Turnus. Virgilius. 12. Aeneid. 2.
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

Furiis accensus. Virgilius. 12. Aeneid. ad finem,

Furore accensa. Virgilius. 4. Aeneid. 140.

Luctu accensus. Virgilius. 12. Aeneid. 56.

Accensus in iram. Lucanus libro. 3. 27.

Cupidines accensæ. Tacit. libro. 17.

Iræ accensæ stimulis maioribus. Stat. libro. 11. Thebaid. 100. & Ouidius libro. 9. Metamorpho. 6.

Sensus accensi. Lucretius libro. 2. 189.

Spes alicui accensa. Virgilius. 5. Aeneid. 37.
Hic læta extremis spes est accensa duobus.

Accensa sic. Virgilius. 4. Aneid. 73.
Et sic accensa profatur.

Accensus, accensi, ab ad & census compositum, (προσαπογραφή,) Varro de lingua lat. lib. 6. Accensos ministratores Cato esse scribit. Festus lib. 1 Ascripticii veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus ascribebantur, hos & accensos dicebant, quòd ad legionum censum essent ascripti. Idem alibi, Accensi, qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur: dicti ita, quia ad censum adiiciebantur. Nonius Marcellus, Accensi, genus militiæ est, administrantibus proximum. Varro Rhetoricorum lib. 20. Vt consules ac prætores, qui sequuntur in castra, accẽsi dicti, quòd ad necessarias res sæpius acciantur, vélut accensiti. Idem, Decuriones & centuriones à numero cui in militia præerant, dicebantur. Accensi, qui his accensebantur, id est attribuebantur. Varro de vita popu. Roma. lib. 3. Quid ea scripti vis? Cum erant attributi decurionibus & centurionibus, qui eorum habent numerum, accensi vocabantur. Liu. Accensos à nouissima acie ante signa procedere iubet. Vegetius lib. 2. de re militari, Ad obsequia tamen iudicum, vel tribunorum, necnon etiã principalium, deputabantur milites, qui vocabantur accensi: hoc est, postea additi quàm fuissent legio completa, quos nunc supernumerarios vocant. Asconius, Accensus, nomen est ordinis & promotionis in militia: vt nunc dicitur princeps vel commentariensis aut cornicularius. hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt. Cicero. 3. Verr. Accensus Neronis.

Accensus, vt ostendit Varro lib. 5. de ling. la. fuit etiam minister siue præco magistratuum, ita dictus quòd ad censum solitus esset vocare populum. Plin. lib. 7. cap. 60. 1. Post aliquot annos adiectus est & meridies, accenso consulum id pronunciante. Cicc. ad Q. fratrem, lib. 1. Accensus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerũt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris aç muneris non temere, nisi libertis suis deferebant.

Accensus à Lictore differebat. Liuio libro. 3. Decad. 1. de Decemuiris loquenti, Collegis nouem singuli accensi apparebant: penes præfectum iuris fasces. XII. erant.

Accentus, Vide ACCINO.

Accepso, accepsis, (προσλαμβάνω,) antiquum verbum. de quo sic Nonius, Accepso, Accipio. Pacuuius Tenero, Haud sinam quicquam profari prius quàm accepso quod pero.

Acceptilatio, Acceptio, Accepto, Acceptor, Acceptus, Vide ACCIPIO.

Accersio, accersis, accersiui, accersitum, (μετακέμπω,) accersire. Idem quod accersere, aduocare. Plaut. Pseud. 5. 93. Accersi hostias. Liu. 1. Decad. lib. 3. vbi de Appio Claudio & Virginia L. Virginii filia, Placere itaque patrem accersiri. Sallust. Postremò Scyllam accersiri iubet.

Accersire capitis. Cic. lib. 2. de Inuen. 193. Quidam capitis accersierunt.

Accerso, accersis, accersiui, accersitum, penul. prod. (μετακαλέω, μετέχομαι, μετακίλλομαι,) accersere. Deriuatum ab accio, significat fre ad vocandum, vel vocare.

Accersere aliquem. Terent. And. 1. 5. 64. Item Cic. 2. Verr. 17. Accersit alter conf. designatus Siculos: veniunt nonnulli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accerfitus vxorem. Ter. And. 3.4.12. Cur vxor nõ accerfitur? De quo Donatus: illud Terentianũ in Hecyra, Abduxit fuam: fic aut, Abduxit ppriã. Accerfi enim dicitur ad maritũ: Abduci à marito ad duortiũ.

Accerfere ad fe aliquẽ, Pollio Ciceroni, li. 10, 32. 3. Ci. 7. Verr. 89. P. Vectium ad fe accerfit. Plan. Cift. 2. 96. Nam ad matrem accerfita fum.

Accerfere auxilia ex aliquo, vel ab aliquo loco. Cæf. 7. bel. Gal. 134. Atque ea pars quæ manus fibi confideret, auxilia à Vercingetorige accerferat. Cicero. 7. Verr. 36. Nec proficifci quoquam potes, nec accerfere res tam finitimas tam ex tis locis.

Accerfere aliquod negotium. Teren. Hecy. 1. 5. 109. Simulat fe à matre accerfi ad rem diurnam. Salluft. Gallorum gentem infeftiffimam Romani nomini, ad bellum accerfunt.

Accerfere eſt adueribiis de loco & ad locũ. Plau. Cafin. 4. 4. Accerfas hinc me. Ci. 4. Tuſc. 3. Multa fanè occurrunt cur ea quoq; accerfita aliũde.

Accerfitus domo huc fum, Plaut. Sticho. 133.

Accerfitur lauatum interea virgo, Terent. Eunu. 3. 5. 44.

Accerfere, fuppreſſo accuſatiuo. Terent. And. 5. 1. 7. Vbi voles, accerfe. Sub. vxorem. Idem Hecy. 1. 2. 112.
- poſtquam accerſiunt ſæpius,
Aegram eſſe fimulant mulierem.

Accerſi infinitiuus. Plaut. Amphit. 14. 50. & 51. Cupio accerſi. Terentius Hecy. 1. 2. 109. Simulat ſe à matre accerſi.

Accerſere mercede. Cæſ. 1. bel. Gal. 119. Faſtum eſſe vti ab Aruernis Sequanisque Germani mercede accerſerentur.

¶ Accerſere orationi ſplendorem. Cicc. lib. 3. de Orato. 86. Tranſlationes orationi ſplendoris aliquid accerſunt. Per metaphoram, pro alium de, ſiue extrinſecus afferunt.

¶ Accerſere pro accuſare. Cicc. 4. Verr. 100. Sin abſolutus eris, quis erit tam amens, qui te ex tot tantiſque crimnibus elapſum, poſt quinquẽnium ſtatuarum nomine accerſat?

Accerſere aliquem crimine. Cicc. 4. Verr. 78. Quòd tum magis inuidioſo crimine, quàm vero accerſeretur.

Accerſere crimine ambitus. Ci. pro Cælio. 11. Nec ſi ſemel periculũ ambitus ſubeídũ putaret, ipſe alterũ iterum ambitus crimine accerſeret. Accerſere maieſtatis. Cicc. 1. de Inuen. 154. Accerſitur maieſtatis, Subauditur ablatiuus crimine.

¶ Accerſiui, præteritum. Cic. lib. 1. ad Atti. 11. 9. Accerſuit ad ſe, prouti fit, intercefſit, dedit. Idem in Bruto, ad finem, Nec enim decet te ornatum vberrimis artibus, quas quum domo haurire non poſſes, accerſuiſti ex vrbe ea quæ domus eſt ſemper habita doctrinæ, numerari in vulgo patronorum. Ruríus lib. 16. ad Atti. 5 36. 6. Ego autem & eius libruin acceríui, & ad Athenodorum Calium ſcripſi, &c.

Accerſere & attrahere. Brutus Attico. 17. 6. O magnam ſtultitiam timoris, idipſum quod vereris ita cauere, vt cum vitare fortaſſe poſſeris, vltro accerſas & attrahas.

¶ Inter accerſere & arceſſere. Accerſere, euocare eſt: Arceſſere verò aliquẽ, accuſare ſignificat: & ab arceo naſcit. Etenim aliũ accuſare: à malefi ciis arcere eſt author Diomedes, li. 1. Hanc tñ differentiam author res ferè conſiderunt: vt vides in vtriuſque verbi exẽplis: niſi forte librariorum culpa ita depraua ti ſunt? coniices, qđ magis veriſimile eſt.

Accerſire, pe. cor. Imperatiuus ab Accerſo inflexionis tertiæ. Ouidi. 15. Met. 118. Ite bonis auibus, proléq; accerſite noſtra. Idẽ. 4. Faſto. 53. Conſultur Pæan, diuumque accerſite matrem

Inquit. in Idæo eſt inuenienda iugo. Tale eſt illud Lucani lib. 1. 34.
Pauperias fugitur, totoque accerſitur orbe,

Accerſitus, accerſita, accerſitum, penul. produ. (μεταφορικῶς, ἀλίσκομαι,) Participium, Vocatus.

Accerſitum dictum. Cicc. 2. de Orato. 142. Etenim cauendum eſt, ne accerſitum dictum putetur: permulta tamen acute dicemus. Hoc eſt, aliunde, & nimium longe petitum.

Accerſita commendatio. Plin. lib. 13. cap. 1. 1. Perſarum eſſe debere gentis vnguentum. Sed & Parthumadent eo, & accerſita commendatione ingluuie natum vitus extinguunt.

Accerſitus & ductus ringulus. Ci. pro Cælio. 14. Si ipſe oriretur & naſceretur ex ſeſe, fortaſſe vt ſoleo commouebor: ſinautem vt ringulus, accerſitus & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ, lætabor.

Accerſita deſcriptio. Supernacanea, non natiua nec propria. Quintil. li. 2. cap. 4. Neque rurſus ſinuoſa & accerſitis deſcriptionibus laſciuiat.

Accerſita & aduecta humus, Quintil. lib. 2. cap. 16.

Accerſitus aliquis in opere. Cicc. Atti. lib. 13. 28 3. 7. Nicias à Dolabella in magno opere accerſitus.

Adſcita atque accerſita ſacra. Cicc. 6. Verr. 102. Nunc verò in communi omnium gentium religione, inque his ſacris quæ maiores noſtri ab exteris nationibus adſcita atque accerſita coluerunt, negligentes ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus?

Accerſita ſtudia alióde. Ci. 4. Tuſ. 3. Hoc aũt loco cõſyderanti multi mihi ſtudia doctrinæ, multa ſanè occurrunt cur ea quoque accerſita alióde, neque ſolum expetita, ſed etiam conſeruata & culta videantur.

Somnus accerſitus. Propert. lib. 3. Eleg. 17. 3.

Accerſitus erit ſomnus in oſſa mea. Horat. 2. Sermo. Sary. 3. 61.
Quo rediturus erat non accerſitus & hæret
Inuiſis foribus.

Accerſitus, huius accerſitus, m. g. (μεταλλικῶς,) Cicc. 1. de nat. deor. 234. Nã eum feriis Latinis ad eum, ipſius rogatu accerſitúque veniſſem.

Accerſitor, accerſitoris, m. g. (μεταληπτικὸς,) Vocator. Apull. Mittunt è ſuis accerſitoré vnũ. Pli. Iunior epiſt. 101. p. Alrius ibi otiũ & pinguius, eoque ſe curius: nulla neceſſitas togæ, nemo accerſitor ex proximo.

Accido, accidis, accidi, pe. breui, (πεσοειδιτῶ, συμβαίνω, πίπτω, τυγχάνω,) accidere, Quam ad (id eſt iuxta) aliquid cadere. vt Accidere ad genua. verbum inuentu rarum, niſi in tertiis perſonis. Sueto. in Dictatore, Lucullo tantum calumniarum metum iniecit vt ad genua ſibi accideret. Cic. Atti. lib. 1. 9. 8. Ad pedes omnium ſigillatim accidentre Clodio, vt conſules, &c. Terent. Hecy. 3. 3. 18. Iam vt limẽ exirẽ, ad genua accidit. Vbi Donatus, Accidere eſt geſtu corporis oſtendere humilitatẽ cadentis; ppter AD, quod eſt iuxta, & cadere.

Accidere, vetuſte poſitum cum accuſatiuo ſine præpoſitione. Plaut. Sticho. 3. 31, Certo enim mihi paternæ vocis ſonitus aures accidit. Pro ad aures, vel auribus. Salluſt. in Iugur. Quos accidant aut quos appellem? Pro, ad quos, vel ad quorum genua accidam, id eſt, quibus ſuppliccm. Sic legit Donatus in commentario in Hecyram, licet in quibuſdam codicibus Salluſtianis corrupte legatur quò accedam.

Accidere pro cadere. Cæſar. 3. bel. Gal. Vt neque ex inferiore loco ſatis commode tela adduci poſſent, & miſſa à Gallis grauius accideren t. Ennius in Rhethoricis ad Herennium,
Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Cæſa accidiſſet abiegna ad terram trabes.

Accidit auribus, & ad aures, pro eodẽ. Plin. In Paneg. 150. Et incerti ex vtra parte maior auribus noſtris accidat clamor. Id eſt, ad aures noſtras cadat: quaſi tu dicas, aures faciat. Vnde & philoſophi, teſte Priſciano, vocem diffiuunt, vt ſit aer ictus, auribus accidens. Liui. 2. ab vrbe. Quod vbi ad aures accidit regis, Id eſt peruenit.

¶ Accidere pro euenire, duntaxat in tertiis perſonis, ſed propriè de malis dicitur, ſicut contingere de bonis. Cicc. 4. Acad. 118. Et ſiquid aduerſi acciderit (quod cui non accidit) extimeſcere ne id iure euenerit. Idem in Lælio. 10. Nihil mali accidiſſe Scipioni putomihi accidit ſiquid accidit. Sic Accidit calamitas, Cicc. ad Cluuium libro. 13. 8. 5. Accidit dolor, Cicc. 6. Verr. 119.

Accidere caſu. Ouid. 20. Epiſto. 150.
Accidere hoc aliquis caſu contendit, & alter
Accepium ſuperis hunc negat eſſe virum.

¶ Siquid illi accidat, pro ſi forte moriatur. Genus eſt loquendi figuratũ ad vitandam ſermonis atrocitatem. durius enim auditur verbum mori, eam de vitatibus loquimur. Pomponius de verb. ſignific. Siquis ita teſtamẽto ſcripſerit, Siquid filio meo acciderit, Damas ſernus meus liber eſto mortuo filio, Damas liber erit. Licet enim accidat & viuis, attamen vulgi ſermone etiam mors ſignificatur. Cicc. lib. 1. de inuent. 168. Cuius hæres non illo in tempore in teſtamento quiſquam ſcriptus erat, ſiquid pupillo accidiſſet. Idem. 1. Philip. 7. Sed vt, ſiquid mihi humanitus accidiſſet, huius diei vocem teſtem reipub. relinquerem meæ perpetuæ erga ſe voluntatis.

¶ Accidunt etiam bona. Terent. And. 2. 3. 24. Interea aliquid acciderit boni. Vbi Donatus, Nota (acciderit) etiam pro bono, & à Terẽtio, & apud veteres frequentatum.

Accidit mihi illud gratum. Cic. Appio, lib. 3. epiſto. 1. 4. Tum quòd ex literis tuis, & ex multorum ſermonibus intelligo, omnia quæ à me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſſima. Idem pro Plancio. 48. In quibus ipſi aculei, ſiquos habuiſti in me reprehendendo, non ingrati mihi acciderunt. Id eſt, non ſine incunditate me perpulerunt.

Accidunt iucunda. Ci. ad Appiũ, li. 3. 10. 11. Quæ ſcribis ad me, minime mihi miranda, & maxime iucunda accidernnt. Ci. li. 1. ad Atti. 3. Quũ tum dolorẽ acceperim, L. fratris noſtri morte, in primis pro noſtra cõſuetudine tu exiſtimare poteſs nam mihi omia quæ iucunda ex humanitate alterius & moribꝰ homini accidere poſſunt, ex illo accidebãt.

Accidit ægritudo alicui. Tacit. Anual. li. 2. Tum Seleuciam degreditur, operiens ægritudinem, quæ rurſum Germanico acciderat.

Dubitatio accidit, pro euenit vel incidit. Cicc. 3. Offic. 23. Siquando dubitatio accidit, quale ſit id de quo conſyderetur.

Facultas accidit. Cæſ. hęc cogitati accidere viſa ẽ facultas bñ rei gerẽdæ.

Fama accidit, pro venit, ſiue allata eſt. Liut. 7. bel. Pun. 164. Quia repente fama accidit, cl. iſſem Punicam aduentare.

Nouum accidit. Terent. Phormi. 2. 1. 20. Horum nihil quicquam accidet animo nouum, Cicc. filius Senatui, lib. 15. 2. 14. Cum admirarer quid accidiſſet noui. Idem ad Atti. lib. 6. 111. 10.

Tempus accidit. Cicc. 1. Verr. Siquod tempus accidiſſet, quo tempore aliquid à me requirerent. Vide tempus accidit.

Voluntas accidit. Cicc. 2. de inuent. 124. Voluntas accidit, vt artem dicẽdi perſcriberemos.

Euenire & accidere. Cicc. ad Torquium, lib. 6. 21. 3. Timebam enim, ne euenirent

euenirent ea quæ acciderunt. Idem. 2. de Diuin. 28. Si enim nihil fieri poteſt, nihil accidere. nihil euenire, niſi quod, &c.

Euentus accidit. Cic. 1. de Diuin. 104. Mihique à peritis in Aſia prædictum eſt, fore eos euentus rerum qui acciderunt.

Accidere præter opinionem. Cicc. pro Plancio. 12. Nihil, vt plerunque euenit, præter opinionem accidet. Idem ad Appium, lib. 3. 10. 1. Gratuter primo nuntio commotus ſum, quòd nihil ram præter opinionem meam accidere potuit.

* Accidere vt ex &c. Quint. lib. 2. cap. 17. 10. Adeo vt vix ex admirabili quodam caſu poſſit accidere, vt ex vtraque parte Orator, id eſt, vir bonus dicat.

Accidere præter optatũ, Accidere valde ex volũtate. Cic. in Piſoné. 36. Illud etiam accidit præter optatum meum, ſed valde ex voluntate.

¶ Accidit ad animum. Cic. Att. lib. 3. 6 14. Quòd me veras quicquam ſuſpicari accidiſſe ad animum tuum, quod ſecus à me erga te cõmiſſum aut prætermiſſum videretur.

Accidit de. Cic. Attico, lib. 1. 11. 1. Quæris ex me quid acciderit de iudicio, quòd tam præter opinionem omnium factum ſit.

Accidit in eo, pro Accidit ei. Cic. de prouinc. cõſul. Neque ſolũ ſuæmo ti viro, ſed etiam in mediocri homine ne accidat prouidendum.

Accidit in te iſtuc verbum. Terẽt. And. 5. 3. 14. Eodem die iſtuc verbum verè in te accidit. Hoc eſt, eodem die euenit, vt iſtuc verbum MISERVM verè in te competeret, verè tibi conueniret.

¶ Quorſum accidat timeo. Terent. And. 1. 5. 29. Miſera timeo hoc incertum quorſum accidat. Hoc eſt, ad quem finem euadat.

¶ Accidit diuinitus. Cic. in Partit. 44. Maximèque ſi id diuinitus accidiſſe potuerit videri.

¶ Accidit nec opinanti. Terent. Hecy. 3. 3. 2. Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt.

¶ Accidit poſitum abſolute, ſequente particula, vt Cic. 3. Verr. 42 Accidit, cum iſte à Cn. Dolabella efflagitaſſet, vt ſe ad regem Nicomedem, regemque Sadalam mitteret, &c. vt illo itinere veniret Lampſacum, cum magna calamitate, & propè pernicie ciuitatis. Idem Cælio, lib. 2. 10. 1. Putarẽne vnquam accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent.

Accidit quòd. Plin. Iun. 190. h, Accidit fortuitum, ſed non tanquã fortuitum, quòd editis libris, Certus intra paucissimos dies implicitus morbo decesſit.

Accidere cum infinitiuo. Cic. Trebatio. lib. 6. 11. 1. Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eramnec enim accidebat mihi opus eſſe.

Accidens, pen. corr. accidentis, abſolute, n. ge. συμβεβηκὸς σὺμπτωμα. Diffinitur à Dialecticis, quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Quintil. lib. 1. cap. 10. Cauſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumentum, modus, & cetera, ſunt rerum accidentia. * Theodorus qui de eo, an ſit, & de accidentibus ei, ideſt πεῤι οὐσίας καὶ συμβεβηκότων exiſtimat quæri. Quint. lib. 111. cap. Quot & qui ſtatus, & lib. 4. cap. de egreſſione perſonæ cum ſuis accidentibus ponendæ.

Accidentia quoque vocantur calus hominum. Quintil. in Aegro redempto. Quamis Iudices in tanta malorum continuatione tam potuerim nihil ex accidentium meorum nouitate mirari, &c Paulopoſt, Hic nanque robuſtus ac patiens, non molliri proſperis facile, non accidẽtibus frangi, &c. Id eſt, rebus aduerſis. Ibidem, Similium accidentium prouidi metus, & communium fortunatorum religioſus horror. Iterum, aſpicis collapſum, & ex omni calamitatum genere miſerum, & vltra quod accidentium menſura non exit, in orbitate mendicum. Rurſus ad finem, Per ego te numenis illos meos annos, per expertos tibi notósque humanorum accidentium caſus, paſce nunc quòd te redimere voluiſti, paſce quòd fratrem tuum redemi.

Accidentia, accidentiæ, verbale (συμπτωτικὸς) vt accidentia naturæ, pro euentu. Plinius libro 32. capi. 2. 8. Eſſe verò illam naturæ accidentium, quod magis mirentur, etiam in locis quibusdam, appoſito occurrit exemplo.

Accido, accĩdis, pe. lõ. accidi, accĩſum (πεῤικόπτω) accĩdere, Ex præpo vno accidit Veſtinorum res, vt ne vallo quidem frequenti in oppida dilaberentur.

Accĩſus, accĩſa, accĩſum, pen. prod. (πεῤικοπτὸς) Participium, vt Accĩſi crines. Hoc eſt cæſi. Tacit. de moribus Germanorum, Accĩſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus.

Accĩſæ dapes. Virgil. 7. Aeneid. Accĩſis coget dapibus conſumere menſas. Vbi Seruius, Accĩſis, vndique conſumptis. Et hoc eſt apud nos AC, quod apud Græcos ἀμφί,

Accĩſæ res, Extenuatæ, afflictæ, & inminutæ. Liui. 6. ab vrbe. 11. Oſten tabatur in ſpem Pontinus ager, tum primum poſt accĩſas à Camillo Volſcorum res poſſeſſionis haud ambiguæ. Idem 3. ab vrbe 44. Nuntiant Volſcos & Aequos, etſi accĩſæ res ſint, reficere exercitus. Sic Accĩſæ opes, apud eundem.

Accieo, accies, accĩui, accĩtum, pe. br. (πεῤικαλέω) Ex ad & cieo: verbum in vſu rariſſimum, idem ſignificat quod accio. Plaut. Mil. 12. 61. Vos modo curate, ego illũ probe iã ouerratum huc acciebo. Ponitur & à Diomede lib. 1. in ſecunda coniugatione.

Accingo, accingis, accĩnxi, accĩnctum, (ἐπιζώννυμι, ἐγχωρέω, ἀνάγκη) accingere, Ex ad & cingo.

Accingere ſe alicui rei, Eſt eam rem gnauiter aggredi. Virgil. 1. Aeneid. Illi ſe prædę accingunt. Vbi Seruius, Accingunt, Studioſe parant: vt alibi, Accingunt operi. Accinctos enim induſtrios dicimus, vt Horatius, -altius ac nos Præcinctis vnum. Sicut contra negligentes, diſcintos vocamus. vt Diſcinctos Mulciber Aphros.

Accingere operi, ſuppreſſo accuſatiuo. Virgilius 2. Aeneid. Accingunt omnes operi. Sub. te.

Accingi ad rem aliquam. Liu. 8. bel. Pun. 218. Quin igitur ad hoc accingeris? Id eſt, Cur te ad hanc rem non paras? vel, Cur hanc rem non aggrederis? Idem. 4. ab vrbe. 5. Iam ad conſulatũ vulgi turbatores accingi. Idem 6. ab vrbe. 139. Accingendũ ad eã cogitationem eſſe.

* Accingi ad fordidum lucrum. Quint.

Accingi magicas artes. Virg. 4. Aeneid. Magicas inuitam accingier artes. Pro, ad artes accingi: hoc eſt, magicas artes aggredi: ſiue, vt vult Seruius, ad illas diſcendas præparari.

Accingi in diſcrimen. Liu. 1. ab vrbe 54. Proinde in hoc diſcrimen, ſi iuuat, accingere. Hoc eſt, aggredere hoc periculum. Ad hoc ſubeundum periculum te para.

¶ Accingere, ſuue caſu à poſteriore. Terent. Phor. 2. 1. 4. Tute hoc intri ſti, tibi omne eſt exedendum: accingere. Idem Eunu. 5. 9. 30. Do fidem ita futurum. G. accingar.

¶ Accingi, pro armari, inſtrui: vt Accingi armis, ferro, enſe, &c. Virg. 2. Aeneid. Atque omnis facibus pubes accingitur atris. Vbi Seruius, Accingitur, armatur, inſtruitur.

Animos accingere futuris, Hoc eſt, præparare ad futura. Valer. Flac. Argon. 4. 119,
- ne deſice caſus
Prædicti memor, atque animos accinge futuris.

Accingere ſe aliquo homine. Tacitus lib. 12. Se quoque accingeret iuuene, partem curarũ capeſſituro. Hoc eſt, Domitiũ adoptaret, eóque aduerſus curas & imperii negotia ſe muniret & velut armaret.

¶ Accingor, cum infinitiuo. Claudian. de Rap. Proſer. 3. 64,
Accingar luſtrare diem per deuia rerum
Indefeſſa ferar: nulla ceſſabitur hora. Virg. 3. Georg. 9,
-accingar dicere pugnas Cæſaris.

Accingi ad ſpem maiorem. Tacit. libro 11. Nunc iuuenem nobilem dignitate, forma, iuuenta, ac propinquo Conſulatu, maiorem ad ſpem accingi.

Accingi ira. Senec. in Medea. 1. 11.
Accingere iraſque in exitium para
Furore toto.

Accingi telis tanquam in aciem. Tacitus lib. 20. Quidam expedire arma, telisque tanquam in aciem accingi.

Accinctus, participium (ἀναζωσάμενος, ἕτοιμος) Plin. in Panegy. Ad hoc comitatus, accinctus, & parens diceres magnum aliquem ducem ad exercitus ire. Id eſt, Sub armis incedens.

Accinctus enſis lateri. Stat. 1. Thebaid. 86.
Forſan & accinctos lateri (ſic ira ferebat)
Nudaſſent enſes.

Enſis accinctus gemmis. Val. Flac. Argon. 5. 103.

Accinctus flagello. Virg. 6. Aeneid. 114.
Continuo ſontes vltrix accincta flagello
Tiſiphone quatit inſultans. accincta dixit inſtructa, ad verbera ſcilicet: id eſt, nocentes flagello quatit ipſa præparata.

Accinctus animus in magnos vius. Stat. 4. Sylu. 4. 10.
Sed viget ingenium, & magnos accinctus in vius
Fert animus quæcunque vices.

Accinctus ſtudio popularium. Tacit. lib. 11. Pharasmanes iuuenem potentiæ promptæ, & ſtudio popularium accinctum, vergentibus iam annis ſuis metuens.

Accino, accinis, penul. breui, accinui, accentum (πεῤιᾄδω) accinere, Ex ad & cano compoſitum: cuius nullum exemplũ occurrit nobis ex authoribus: ab eo tamen fit accentus.

Accentus, huius accentus, m. g. (πεῤιῳδία) Verbale ab accino, accinis, accinui, accentum. Diomedes lib. 2. Accentus, eſt acutæ, vel grauis, vel inflexæ elatio orationis, vocisue intẽtio vel inclinatio, aut inflexio, ſono regens verba. Nam vt nulla vox ſine vocali, ita ſine accẽtu nulla eſt: & eſt accentus (vt quidam recte putauerunt) velut anima vocis. Accentus dictus eſt ab accinendo: quòd ſit quaſi quidam, cuiusque ſyllabæ cantus. Apud Græcos ideò περιῳδία dicitur, quòd περιᾄδεται ταῖς συλλαβαῖς. Accentus, quidam faſtigia vocanerũt, quòd capitibus literarum apponi ſolitur. alii tenores vel tonos appellant nõnulli cacumina diffinire maluerunt. Sunt aũt tres: Acutus, Grauis, Et qui ex duobus factus eſt circumflexus ^. Hæc ille. * Quint. lib. 1. cap. 10. Adhuc difficilior obſeruatio eſt per tenores, quos quidem ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiquis dictos tonores comperi, vt videlicet declinato à Græcis verbo, qui tonos dicunt, vel accentus, quas Græci προσῳδίας vocant. cū acuta & grauia alia pro alia ponitur.

Accio, accis, accii, accitum, pen. pro. (προσκαλέω, ἐπικαλέω,) accire.) Accersere, euocare: quod proprie fit cum aliquem per nuntium ad nos venire iubemus aut rogamus. Vnde acciti esse dicuntur, qui per nuntium euocati sunt. Liu. 1. ab vrbe, Ludicrum fuit, equi pugilesque ex Hetruria maxime acciti. Accire, vulgo dicimus Mittere quærere, vel mittere ad quærendū. Cice. lib. 5. ad Att. 8. 4. Tu innita mulieres, ego acciuero pueros. Id est accibo. Idem libro. 3. de Ora. 72. Neque verò hoc fugit sapientissimum regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accivit. Idem ad Att. lib. 13. 295. 4. Is igitur si acciri, accurram.

Accire peregre. Vide PEREGRE.

Accire in Liu. 1. ab vrbe, 158, Et Numam ignarum vrbis, non petentem, in regnum vltro accitum. Id est, vltro à plebe euocatum.

Accire, per metaphoram. Cic. 5. de fin. 169. Qui se fatentur, virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidē versuros fuisse. Quod ipse alibi accersere dixit. Acciret, Id est adferret.

Acciri properis literis. Tacit. libr 1. Annal. Vixdum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur.

Accitus, accita, accitum, pen. prod. participiū, (προσκεκλημένος,) Accersitus, vocatus. Sallust. in Iugurt. Acciti ibāt. Vir. 11. Aenei. Spē siquā acciti Aetoli habuistis in armis. Vbi Ser. Accitis, Euocatis, Adīctis.

Accita vitellio auxilia, Pro, à Vitellio. Tacit. lib. 20, Auertere accita Vitellio auxilia, & tumultus Germanici specie, retentare legiones iubebatur. Sic legit Rhenanus.

Accitus, huius accitus, verbale, (προσκλησις,) Aduocatio. Virg. 1. Aen. Regius accitu chari genitoris ad vrbem

Sidoniam puer ire parat. Vbi Seruius, Accitu, Euocatione, & est quarte declinationis. Cic. 5. Verr. 56, Et quinque primi accitu illius euocantur. Tacit. lib. 2. Annal. Earum quippe accitu venire.

Acciendus, participium passiuum. (προσκλητέος,) Cic. de Aruſp. respon. 13, Si examen apum ludis in scenam venisset, Aruspices acciendos ex Hetruria putaremus.

Accīto, accitas, pen. prod. accitāui, (προσκαλοῦμαι,) accitāre, Frequēter accire. Lucret. lib. 5. 192. Venīc montibus è magnis decurſus aquai. Clarior accitat sitientia flecta ferarum. Id est allicit, muitat, euocat ad sitim explendam.

Accipio, accipis, pe. corr. accēpi, pen. prod. acceptum, (δέχομαι, λαμβάνω, προσλαμβάνω, περιδέχομαι,) accipere. Ex ad & capio. Quid. 3. de arte amand. 141.

Conſcius ecce duos accepit lectus amantes. Nota est propria verbi significatio: sed in eo tamē hic obseruandus est authorū vsus, vt nō quibuslibet nominibus temere adiungamus. Et sciendū, hoc verbum, præter accusatiū ferè iungi ablatiuo cum præpositione: qui tamē ablatius plerique subaudiendus omittitur ab authoribus. Est autem accipere, quasi relatiuū ad verbum dare vel tradere. vt Cum do tibi pecuniā, seu dono seu mutuo, seu alio quouis modo, tu quoq; à me pecuniā iis modis accipis. Ita recipreca sunt, Dedisti mihi beneficiū, Accepi à te beneficium, Tradidit mihi prouinciam, Accepi ab illo prouinciam. Sic doctrinā tradit qui docet aliud: doctrinā accipit ab alio, qui docetur. Quintil. lib. 1. cap. 9, Ita eloquentia coalescere nequit, nisi sociata tradentis accipientisque concordia. Hoc est, doctoris & discipuli.

Inter capere & accipere. Vlpianus de verb. signif. Aliud est capere, aliud accipere: capere cum effectu accipiturr: accipere etsi quis non fic accipit vt habeat. Ideóque non videtur quis capere quod est restituturus.

Accipere ab aliquo rem aliquam. Terent. And. 4. 4. 3. Accipe à me hunc ocyus. Plaut. Pseud. 1. 5. 3. Ab eo argentum accipies.

Accipere de loco aliquo, vel de homine. Liu. 9. bel. Pun. 69, Hostiam ire fusus obuia deæ, isque eam de nane accipere. Hoc est suscipere. Cice. Attico, lib. 1. 1. 17, Quas cum dolo malo mancipio accepisse de Vatio diceret.

Accipere ex aliquo. Plau. Amphit. 8. 130, Ex tua accepi manu pateram.

Accipere aliquid in muneribus. C. Gracchus apud Gellium, Ita versatus sum in prouincia, vt nemo possit verè dicere asſem, aut eo plus in muneribus me accepisse. Id est, vel asse donatum fuisse.

Accipi in numero. Plin. lib. 9. cap. 47, Quo in numero chalcis accipitur. Id est, Est ex eorum numero, & similiter regitur & vsuit.

¶ Accipere æstimationem. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 16. 22, Quum me hospitio recipias, æstimationem te aliquam pures accipere.

Aetatem. Plin. lib. 14. cap. 7, Nec Cymeliti per se gratia vt vino: sed cuius dulci admisto, re aquorum duritia suauitatem accipiat, simul & ætatem quoniam vetustiora protinus videntur.

Cælum. Ouid. 14. Metamorpho. ad finem, -duc, ô duc, inquit, & offer
Coniugis ora mihi, quem si modo posse videre
Fata semel dederint, cælum accepisse videbor. Id est, mihi videbor esse felix.

Animum accipere quietum, aut mentem benignam in aliquem. Virg. 1. Aeneid. 62. -ponuntque ferocia Pœni
Corda volente deorum primis regina quierum
Accipit in Tencros animum, mentemque benignam.
Artes à magistris. Ouid. 9. Metam. 144.
Par ætas, par forma fuit, primæque magistris
Accepere artes elementia ætatis ab iisdem.
Accipere auras taurinis follibus. Virg. 4. Georg. 35.
Causam, pro accipere excusationem. Cice o Tironi lib. 16. 19. 2, Et si ob eam rem moraris, accipio causam. Idem in Pisonem. 9. Quam nos causam quum accepissemus, &c.

Causam accipere dicitur patronus, quod vsitatius causam suscipere dicimus. Cic. 2. de Ora. 192. Tenere quæ didiceris in accipienda causa. Terent. Heey. Mea causa causam hanc accipite.

Cognomentum alicui accipere. Tacit. Lib. 15. ad finem, Mensisque Aprilis, Neroms cognomentum acciperet.

Cōlorem. Plin. lib. 11. cap. 38. 4. Nam quæ mutari diximus, colorem alienum accipiunt quodam repercussu.

Commeatum. Id est, profectionē impetrare. Plin. Iun. lib. 5. epistо. 4. In Thuscos excurrissem accepto, vt præfectus ærarii, commeatu.

Complexum. Liu. 1. ab vrbe. 169. Ab sede sua cum ferret matri obuia complexumque in vram ex precibus versa, Sine prius quàm complexum accipio, sciam, inquit, ad hostem, an ad filium venerum. Reciprocum est, vt hic vides, ferre complexum.

Conditionē. Valla, Dicimus offero conditionem, vel fero, vel pono conditionem minus quam fere per alind verbum. Quæ conditio dum placuit, etiam se ſe semper dicimus, accipio conditionē. Idem alibi, Dum quis mihi tulit conditionem, an velim negotiari in sua pecunia in cōmune lucrum, dicam, accipio conditionem. Terēt. Andr. 2. 1. 52. Accepit conditionem. Cic. Art. lib. 8. 147, 5. Quæ conditio non accipienda fuit potius, quàm relinquenda patriæ? Idem ad Tironem lib. 14. 11. 2. Accepimus conditiones, sed ita vt remoueat præsidia.

Conditionem ab hoste armato, pro pactum oblatum accipere. Cæsar. 5. bel. Gall. 153. Cicero ad hoc vnum modo respondit, non esse consuetudinē pop. Romani accipere ab hoste armato conditionem.

Conditionem pacīscendi. Liu. 7. bel. Pun. 239. Lætī tamen quamcunque conditionem pacīscendi acceperunt.

* Cōiectura á accipe quid senserit legis cōstitutor. Quint. lib. 3. ca. 6. 32.

Consilium. Liu. 4. bel. Pun. 101. Hæc muliebria consilia Andronodorus neque tota aspernatus est, neque tota accepit. Ad hoc refert Dare cōsilium. Consulem de plebe, pro admittere plebeium consulem. Cicero, Quum de plebe consulem non accipiebant.

Decimas. Cic. 5. Verr. 59. Imperat Agrigentinis, vt decumas ipsi publicè accipiant: Apronio lucrum dent. Sic Plin. lib. 12. cap. 14. 11.

Disciplinam ab aliquo. Cæsar. 1. bel. Gall. 164. Quos tamen aliquis vsus ac disciplina, quàm à nobis accepissent, sublevarat.

Excusationem, quasi probare, & gratam, acceptamque habere. Valla, Excusamus crimen obiectum: quod cum videtur satis purgatum, recentiores dicit, habeo te excusatum: veteres dicebant: accipio excusationem. Cic. Attico, lib. 16. 331. 6. Atticæ meæ excusationem accipio. Idem ad Cælium, lib. 2. 13. 2. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Rursus ad Cornificium, lib. 12. 25. 7. et. 12. Idem. 5. Philip. 173. Excusetūrque Areopagites esse, nec debere eodem repore Romæ & Athenis res iudicare, accipietne is excusationem? Reciprocum: Afferre excusationem

* Experimento suo accipere: sine natura ducem on alio tradente -Quintil. lib. 6. cap. 2. 21.

Exercitum: cui reciprocum est tradere exercitum. Cæsar 2. bel. ciuil. Amisso exercitu: quem à Cæsare sideicōmissum acceperit.

Fœdera. Sallu. Postremo Masinissa nos ita statuit p. c. ne quē coleremus, nisi pop. Rom. ne societates, nec fœdera noua acciperemus.

Fœnore, sub. (nūmos) aut (pecuniā). Plau. Curcul. 9. 19. Ibi sunt, qui dāt, quique accepit fœnore. Plin. epi. 9. lib. 3. Aliquid tamē fœnore, nec molestē erit mutuari, accipiā à socru. Reciprocū, Dare fœnori.

Fidem. Virg. 8. Aeneid. Accipe, daque fidem. Idest, inquit Valla, accipe ſpōſionem factam à me, & tu mihi vicissim da tuam. Liu. 4. bel. Pun. 218. Legati responderunt, fide accepta, vt remitteret extemplo eū, si imperatores sui non comprobassent factum.

Accepit fidem fabula, pro fabulæ creditum est. Martial. lib. 1. 5.
Iunctam Pasiphaen Dictæo credite tauro;
Vidimus: accepit fabula prisca fidem.

Fiduciam. Cic. pro Flacco. 40. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen acceptā, occupauisti,

Formam: Virg. 1. Georg. Et curui formam accipit vlmus aratri. Id est, formatur in aratrum, ab ipso scilicet attifice.

Frænum. Virg. 12. Aeneid. 115.
- Vrbem hodie causam belli, regna ipsa Latini,
Ni frænum accipere, & victi parere fatentur,
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.

Accipe gremio, Virg. 1. Aene. Vt eū te gremio accipiat lætissima Dido.

Accipere honores. Brutus ad Ciceronem, epist. 4. 7. Cum exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis sore contentum. Huic reciprocum est, Deferre honores.

Humanitatem. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 42, Certè humanitatem iis potissimum tribuere debemus, à quibus accepimus.

Ignominiam. Cicero 4. Verrinarum. 41. Tanta accepta ignominia. Idem 7. Verr. 79. Cæsar illo imperante meruisse vt nullam ignominiam acciperent.

Imperium, pro parere imperio, iussis obedire. Liu. 5. bel. Pun. 44, Et in primis intenti ad imperia accipienda essent, nequid nisi ducum iussu facerent. Reciprocum, Imperare. Tacit. lib. 15, Spurina cæteros Placentiam reduxit, minus turbidos, & imperia accipientes. Hoc est, imperata facientes.

Accipere iniuriam, id est Iædi: cui opponitur Beneficium accipere. Cicero 5. Tusc. 79. Nam cum accipere, quàm facere præstat iniuriam. Sic. 1. Offic. 51. Et Cæsar 2. bel. Gal. 345. Terent. Adel. 2. 1. 53. Accipiunda & mansuranda iniuria adolescentium est. Idem Phorm. 5. 2. 4. Quamuis lib. 8. cap. 5, Nam in omni certamine, qui opulentior, etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere videtur.

Iudicium. Cic. pro Quintio, 43, Iudicium cum acciperet in ea ipsa verba quæ Næuius edebat. Hoc est, cum pateretur se condemnari, sub ea verborum forma quam præscribebat Næuius, quasi dicat, cum iudicium subiret Quintius arbitrio Næui aduersarii.

Accipere iudicium, pro causam in se suscipere. Seneca epist. 112.

Accipere iugū dicuntur boues quando facile submittunt colla iugo, hoc est, cū iugū non recusant. Cola lib. 6. cap. 2, Nam per hæc blandimenta triduo ferè mansuescunt, iugumque quarto die accipiunt.

Per traussationem dicuntur etiam hostes iugū accipere, pro imperiū durius & seruitia pati siue perferre. Liu. 3. ab vrbe, 35, Quo promulgata lege, cum timerent patres ne absentibus consulibus iugum acciperēt, Senatus à præfecto vrbis Q. Fabio vocatur. Tacitus lib. 12. Vrbesque Armeniorum Artaxata & Tigranocerta iugum accepere.

Iusiurandum. Cæsar. 3. bell. ciuil. 110. Tyrones enim multitudine nauium perterriti & falso nuntio eōfecti, iureiurādo accepto, nihil his nocituros hostes, se Octacilio dodiderūt. Reciprocō, Dare iusiurandū.

Accipere legē. Cic. 3. Offi. 148. Quo deprecante accepta lex non est.

Leges à victoribus. Liuius 8. ab vrbe. 21. Vt si tata demētia patres cōscripros cepisset, vt ab Setino hoste leges acciperēt, gladio cinctū in Senatum se esse venturum palām dicerat. Idem 5. bel. Punici. 236. Vt victi à victore leges acciperent. Reciprocum, Dicere leges victis.

Libertatem ab aliquo. Sallust. Vos pro libertate, quam ab illis accepistis. Reciprocum, Dare libertatem.

Literas aut epistolam ab aliquo, vulgatum est de eo dici ad quem scriptum est: vt Cicero Sulpitio, lib. 4, Ad tertium Calend. Maias cum essem in Cumano, accepi tuas literas. Idem ad Q. fratrem lib. 2. 16. 1, Accepi literas tuas datas Placentiæ, deinde alteras postridie datas Iliadenonæ. Sed & is dicitur accipere literas, cui datur aut ferendæ, aut mittendæ. Idem ad eundem, Accipio excusationem tuā, &c. sed accipio ex ea parte, qua tenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiunt, fieri scribis, ne ad nos perferantur.

Literas à Philotimo. Cice. Atti. lib. 7. 141. 1, Quinto Idus Feb. vesperi à Philotimo Id est, v. Idus Feb. Philotimus tuas mihi literas reddidit. Eius reciprocū, Reddere literas. Nā accepi à te literas, aliud significatiōne, Accepi literas tuas. Cui reciprocū est, Dedi ad te literas.

Litem ad se. Plaut. Mostel. 16. 23. -surgere ego istic ad ledero Maxime, & accipiam hanc ad me litem. Id est, in me transferam, & ea pro te meo nomine suscipiam: siue vt vulgo loquimur, capiam super me.

Accipit lumen Solis Luna. Cic. 3. de Orat. 98, Vt luna accessu & recessu suo tōlis lumen accipiat.

* Mala ex scholia accipere dicētur pueri à Quintiliano. lib. 1. cap. 2. 7.

Accipere malum. Plin. epist. 5 3. 4, Dedi malum, & accepi.

Accipere mancipio. Vide MANCIPIVM. Cic. ad Att. lib. 1. 17.

Mandata. Cice. 5. Philip. 249. Cui is qui non paret, non ab eo mandata accipienda sint, sed ipse est totus repudiandus. Idem 4. Verr. 9. Et testimonium publicum, mandatique acceperant. Cæsar. 1. bel. ciuil. 42, Acceptis mandatis Roscius cum L. Cæsare Capuam peruenit. Quintil. lib. 3. cap. 10, Regēmque, ad quem mandata acceperant, truncidarint. Reciprocum, Dare mandata.

Accipere metum. Terentius Heauton. 13. 96, Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum. Hoc est, terreri eius rei metu.

Memoriam de aliquo. Cicero de Amicitia. 36. Loquimur de iis amicis, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. Id est, de quibus aliquam fieri mentionem audiumus.

Morem. Cicero. 3. Off. 57, Itaque præclarum à maioribus accepimus morem rogandi iudicis. Reciprocum, Tradere morem.

Mores. Stat. 2. Achil. 27.
Vt leo materno tum raptus ab vbere, mores
Accepit, pectique iubas, hominēmque vereri
Edidicit, nullāsque rute nisi iussus in iras.

Accipere aliquid muneri, hoc est, dono. Tacit. lib. 14, Quasi cunctam regionem muneri accepissent. Dicitur & In muneribus accipere. Vide ferè in principio huius verbi.

Accipere noctem oculis aut pectore. Virg. 4. Aeneid. 106,
At non infelix animi Phœnissa, nec vnquam
Soluitur in somnos, oculis ne aut pectore noctem
Accipit. Seruius, Quia potest aliud esse siue alio, vt siquis dormiens mente turbetur.

Nomen. Plin. Iun. lib. 2, Timiditatis nomen accipiat. Plin. lib. 13. cap. 4. 10, Ob id spadonum accepto nomine. Ibide paulopōst, Quare & nomen à margaritis accepere. Idem lib. 17. cap. 17, Sic facta est castanea, quæ ab ipso nomen accepit inter laudatas.

Nomen pro eo quod vulgus dicit Recipere ad monstrum. Liu. 2. bel. Pun. lib. 7. Itaque si suum nomen dictator acciperet, se comitiis interfuturos Tribuni dixerunt. Si aliorum præterquam ipsius ratio haberetur, comitiis se moram non facere. Idem 9. bel. Maced. Hæc verò tam obstinata vox tantum ei fauoris accendit, vt haud dubius Prætor esset, si Consul accipere nomen vellet. Budæus. Huic reciprocum est, Dare nomen, siue Edere nomen.

Nuntium. Cæsar 5. bel. Gall. 29, Neque vllum ferē totius hyemis tēpus intercessit sine sollicitudine Cæsaris, quin aliquem de cōsiliis & motu Gallorum nuntium acciperet. Ibidem lib. 3. 163, His nuntiis acceptis, Galba, cum neque opus Hybernorum, &c. Cicero ad Rufum libro. 2. 18. 1, Cum optatissimum nuntium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse, &c. Reciprocum, Nuntiare, vel Afferre nuntium.

Obsides. Cæsar 3. bel. Gal. 276, Cæsar obsidibus acceptis, primis ciuitatis, atque ipsius Galbæ regis duobus filiis, armisque omnibus ex oppido traditis. Liu. 5. ab vrbe, Mittite qui arma, qui obsides, qui vrbe patentibus portis accipiant. Cic. Catoni, lib. 1. 14. 30, Ab his Prudente captō, obsides accepi. Huic respondet, Dare obsides.

Omen. Cic. 1. de Diuin. 167, Mi pater, inquit, Persa periit. Tum ille arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia. erat autem mortua catella eo nomine. Liu. 1. ab vrbe. Dextra Hercules data accipere se omen, impleturūmque fata, ara condita, atque dicata ait. Reciprocum, Facere omen, vel Omen offerre.

* Accipere originem ab aliquo. Quint. lib. 5. cap. 11. 15.

Onus. Cic. 2. de nat. deorum, 137, Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, &c. Idest, ad onus admittendum.

Opinionem. Cic. Lētulo. lib. 1. 9. 54, Qui de vno acerrimo & fortissimo viro, meoque iudicio, omnium magnitudine animi & constantia præstantissimo Q. Metello L. filio quondam falsam opinionem acceperunt. Pro conceperunt.

Pœnas. Lucanus lib. 8. 10, -nunc accipe pœnas.
Sed quas sponte luam. Idest, Sume pœnas de me quas tamen libens patiar. Paulo post, -ades huc, atque exige pœnas
Iulia crudelis.

Palmam. Cic. in Brut. 90. Cum palmam iam primus acceperit. Pro, obtinuerit, adeptus sit.

Pecuniam adūer sum legem. Plaut. Trucul. 16. 36. Aduersum legem accepisti plurimis pecuniam. Hic deest necessaria præpositio, quæ est à vel sit, à plurimis. nemo enim dicit, accepi illo, sed, ab illo. Nisi fortè dativus sit, Plurimis.

Pecuniam ob rem iudicandam. Cic. 1. Verr. 24., Lis æstimata sit eo nomine, quòd ille ob rem iudicandam pecuniam accepisset. Idem ad Att. lib. 2. 16. 15. Quid verius, quàm in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit?

Potestatem. Plin. de viris illust. 12. Accepta potestate in castra Porsenæ venit. Reciprocum est, Tradere, vel dare potestatem.

Præcepta ab aliquo. Cic. 3. de Orat. 78. Neque verò hoc fugit sapientissimum regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accivit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta & loquendi. Idem lib. 2. 47, Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquid, legerit, ista ipsa præcepta acceperit. Ad hoc refertur, Dare vel Tradere præcepta.

Præsicu respondet Dare prædes. Cic. Caninio, lib. 2. 16. -Laodiceę me prædes accepturum ærarittor omnis pecuniæ publicæ.

Prædia in æstimationem. Cic. Rutilio, lib. 13. 9. 4, Albinus prædi in æstimationem accepit, quæ prædia Laberius emerat à Cæsare. Idest, in solutionem, secundum æstimationem.

Prouinciam. Cic. pro Ligario. Itaque Ligarius cum diu recusans nihil profecisset, prouinciam accepit inuitus. Idem Cælio Rufo, lib. 2. 9. 6. Cassius noster, quod mihi magnæ voluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostem reiecerat: Bibulus prouinciam acceperat. Tradere prouinciam eius reciprocum est.

* Accipere pro vero. Quint. lib. 2. cap. 4.

Rationes à colono. Cicero pro Cecinna. 68. Deinde ipse Cecinna: cum circuiret prædia: venit in istum fundum: rationes à colono accepit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huic, Cæsondet, Reddere rationes.
Remp. Suscipere resp. administrationem. Cicero post reditum. 3, Remp. illis accepit temporibus eam, quæ penè amissa est.
Repulsam. Cicero pro Plancio, 41, Et C. Marii, qui duabus ædilitatis acceptis repulsis, septies consul est factus.
Rogationem. Cic. 3. Offic. 148. Rogationem suasit eam, quam L. Furius & Sex. Attilius ex Sen consul. ferebant: qua accepta est hostibus deditus. L. ex sine rogatio fertur à legislatore: populus accipit, cum eam suo probat suffragio.
Rudem, propriè dicuntur gladiatores, dum donantur rude: hoc est, cum remittuntur à munere gladiatorio, accepta virga, quæ rudis ppriè dicitur. Per metaphoram verò significat ab arte aut realia cessuera cessare. Cic. 2. Philip. 82, Tã bonus gladiator rudem tũ cito accepisti?
Salutem. Plaut. Epid. 1 1. 21, -heus tu salua sis.
M. Salutem accipio mihi & meis.
Salutem ab aliquo, pro liberari. Cic. Audieras ex illo, se à me bis salutem accepisse. Hoc est, liberatum esse à me.
Satis accipere. Vide SATIS.
Accipere satisfactionem, ea forma qua accipere excusationem, Cice. ad Trebatium, lib. 7. 13. 2, Hîc tu me etiam infimulas, nec satisfactionem meam accipis. Cæs. 6. bel. Gal. 35, Centuriones egerunt vti Cæsari satisfacerent, se neque vnquam dubitasse, neque timuisse, neque de summa belli suum iudicium, sed imperatoris esse existimauisse. Eorum satisfactione accepta, profectus est.
Accipere sacramentum. Tacit. lib. 10, Ciuilis cunctos qui aderant, in verba Vespasiani adigit: mittitque legatos ad duas legiones, quæ priore acie pulsæ, in vetera castra concesserant, vt idem sacramentum acciperent.
Sentẽtia, Liu. 3. ab vrbe, 3, Hęc sẽtẽtia accepta est. Id est, rata habita est.
Seruitutem. Tacit. lib. 1 2. Si vos omnibus imperitare vultis, sequitur, vt omnes seruitutem accipiant.
Societatem alicuius. Tacit. lib. 20, In proximos Gugernorum pagos, qui societatem Ciuilis acceperant, ductus à Vocula exercitus. Sallu. Postremo Massinissa nos ita statuit P. C. ne quem coleremus, nisi Pop. Rom. ne socierates, ne fœdera nouа acciperemus.
Solem totius diei. Plin. lib. 20. cap. 9, Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis, totius diei solem accipientibus.
Sordes ab aliquo. Cic. Att. li. 5. 1 10. 4. Has à nostro. Q. Titinnio sordes accepimus.
Speciem. Colum. lib. 2. cap. 10. 18, Nanque in alio solo rapta biennio fata conuertuntur in napum, in alio napu s raporum accipit speciem. Ideſt, vertitur, siue mutatur in rapum.
Stipendium de publico. Liu. 4. ab vrbe, 358, Vt ante mentionem vllam plebis, Tribunorumve decerneret Senatus vt stipendium miles de publico acciperet.
Sub imperium aliquid accipere. Tacitus lib. 1, Et Pompeii, Crassique potentia citò in Cæsarem: Lepidi, atque Antonii arma in Augustum cessere, qui cuncta discordiis ciuilibus fessa, nomine principis sub imperium accepit.
Tabellarium. Cic. ad Q. fratrem lib. 3. 14. 13. Habeo absolutum suaue mihi quidem vt videtur, ro9 ad Cæsarem, sed quæro locupletem tabellarium accipiat.
Testimonium publicum. Cicero 4. Verr. 9. Aut hi qui contra istum legatos decreuerant, & testimonium publicum mandataque acceperant. Hoc est, publica authoritate missi fuerant cum mandatis.
Tempus debitum. Plin. epist. 10, Sequitur ergo, vt actio sit absolutissima, quæ maximè orationis similitudinem expressit: si modò iustum & debitum tempus accipiat. Hoc est, si mature perficiatur, non autem præcipitetur.
Accipere aliquem vadem pro aliquo. Cic. ad Brutum, 18. 3, Cum me pro adolescentulo ac penè puero respub. accepisset vadem. Pendet ab eo quod est Dare vadem.
Veniam pro aliquo. Ouid. 11. Metamorph. 81,
-Thetis hanc pro coniuge supplex
Accepit veniam. Ideſt impetrauit.
Accipiunt ventos à tergo naues. Ouid. 12. Metam. 8,
Accipiunt ventos à tergo mille carinæ,
Multaque per pessæ Phrygia potiuntur arena.
Accipere ventos aperto pectore. Ouid. 3. Fast. 3.
Fessa resedit humo, ventosque accepit aperto
Pectore, turbatas restituitque comas.
Accipere vires, aut vim. Plin. epist. 53. c. Mox ne gratia singulorum collata atque permista, pro singulis quoque vires omnium acciperet. Hoc est roboraretur. Plin. lib. 24. cap. 10. 9. Tantamque vim accipiunt, vt sanguinem vrina detrahant.
Accipit vires corpus ab animo. Ouid. 3. Trist. 2. 3,
Suffecitque malis animus. nam corpus ab illo
Accepit vires, vixque ferenda tulit.
Vitam deorum accipere, Referri in deos. Virg. 4. Eclog. 5.

Ille deũm vitam accipiet, diuisque videbit
Permistes heroas, & ipse videbitur illis.
Voluntatem parem accipere, & reddere. Cic. ad Metellum, lib. 5. 2. 7 Cum par voluntas accipitur & redditur. Illud est quod ipse Cicero appellat mutuum in amicitia.
Accipere vrbem, pro capere. Cic. Attico, lib. 8. 160. 3. Cum imparatam iam Capuam, non solum ignauiæ delectus, sed etiam perfidiæ suspicionem fugiens, accipere nolui.
Vrbem in deditionem accipere. Liu. 7. ab vrbe, 71, Cum iam scalas mœnibus admouerent, in deditionem vrbem acceperunt. Sic Cæsar. 1. bel. Gal. 108.
¶ Accipere, in alia quadam significatione ferè in verbum Afficior resolui potest, & tum ad bona, tum ad mala pertinet. vt Accepit lætitiam, Id est, lætitia affectus est. Sic, Accepit iniuriam, pro affectus est iniuria, &c. In his autem & similibus ferè reciprocum est Afficere. De bonis igitur exempla sunt eiusmodi.
Accipere beneficium: cuius reciprocum est Dare beneficium. Terent. Adel. 2. 3. 1, Abs quiuis homine, cum est opus, beneficiũ accipere egã deas. Cic. de offic. Sed non is solum gratus esse debet, qui accipit beneficium, verumetiam is cui potestas accipiendi fuit. Idem Bruto, libro 13. 13. 2, Vt accepisse ab eo beneficium videretur, non dedisse.
Inter Accipere beneficium & Recipere. Accipit ab aliquo beneficium, qui prius ei nihil contulit: Recipit, qui iam contulerat. Ex Seneca de beneficiis.
Accipere gaudium, aut lætitiam. Plaut. Capt. 13. 103, Nunc hanc lætitiam accipe à me quam fero.
Accipere voluptatem. Cic. ad Q. fratrem, libro 3. 14. 4, De virtute & grauitate Cæsaris, quam in summo dolore adubuisset, magnam ex epistola tua accepi voluptatem.
De malis autem & aduersis rebus hæc subsequuntur testimonia.
Accipere calamitatem ab aliquo. Cæs. 7. bel. Gal. 358, Nequam à finitimis Bellouacis calamitatem accipiant. Cice. 7. Verr. 73. Sed flamma ex ipso incendio nauium & calamitatem acceptam, & periculum reliquum nuntiabat. Idem. 3. Offic. 62.
Accipere cladem, cuius reciprocum est Inferre cladem. Liu. 5. ab vrbe, Cum plus aliquanto cladium intulisset, quàm accepisset.
Accipere contumeliam & contumelias. Cæs. 7. bel. Gall. 34. et. 5. bell. Gall. 113. Cic. Tanta contumelia accepta. Terẽt. Eunuch. 4. 7. 1. Hanccine ego vt contumeliã tam insignem in me accipiam Gnato?
Accipere detrimentum. Cic. pro lege Manilia, 9. & Cæs. 5. bel. Gall. 196. Relatium est, Facere vel inferre detrimentum.
Accipere dolorem. Cic. pro domo sua, Accepi Pontifices magnũ atque incredibilem dolorem. Idem ad Brutum, 9. 3. Et ad Att. lib. 5. 11. 13, Si equites deductos molestè ferret, accipiam eundem dolorẽ, mihi illum tra sed multo maiorem, non esse eum talẽ qualẽ putasset.
Accipere iacturã, Liu. 4. ab vrbe, 138. Incõmodũ, Cæsar 5. bel. Gal. 42.
Accipere ictum, Ideſt feriri. Lucre. lib. 4. 212.
Sic igitur Veneris qui telis accipit ictum,
Vnde feritur, eò tendit.
Accipere offensionem, Offendi. Cic. Attico, lib. 1. 12. 3, Nam quanta sit in Quinto meo comitas, quanta iucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. Reciprocum est Offendere aut Facere offensionem vt apud eundem ad Memmium lib. 13. 1. 9, Siqua offensiuncula facta est animi tui.
Accipere offensiunculam in ædilitate. Cic. pro Plancio, 41, Vidit M. Pisonem in ista ædilitate offensiunculam accepta summos à pop. Romano, esse honores adeptum.
Accipere plagam seu vulnus. Varro de re rust. Siqua in tonsura plagam accepit, eum locum alligato pice liquida. Hoc est, siquod illi vulnus illatum est. Si affecta est aliquo vulnere. Cæs. 4. bel. Gall. 102, Cum circumuentus multis vulneribus acceptis cecidisset. Cice. ad Att. li. 5. 108. 6, Qua in fuga magna authoritate Ofaces dux Parthorũ vulnus accepit. Celsus li. 5. 26. Sin cerebrũ mẽbranuue eius vulnus accepit.
Item p metaphorã Accipere plagã aut vulnus, pro eo quod est accipere damnum, aut cladem, aut calamitatẽ, pro qualitate sensus ac materiæ. Sed hæc translatio rem multo grauiorem aut acerbiorem ostendit. Cic. de fato 32, Eam plagam potius accipiam, quàm fato omnia fieri comprobem. Idem Att. lib. 5. 108. 7. Sanè plagam odiosam acceperat eum re, tum tempore. Eidem, lib. 11. 15, Atque ille locus indutus est à me diuinitus, ne vna plaga accepta P. C. conciderent, ne deficerent. Idem 7. Verr. Cum tantum respub. vulnus acceperit, vt expilatæ prouinciæ. vexati socii esse videantur. Idem 5. Verr. 114.
¶ Accipere, Audire. Terent. Heey. 4. 5. 1, Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, vxor. Plaut. Asin. 12. 15, Sermoni iam finem face tuo, huius sermonem accipiam. Cic. 4. Acad. 11. Quum Græcas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim. Idem 1. Verr. 33. Sic enim à maioribus nostris accepimus. Cæsar 5. bel. Gal. 5, Accepta oratione eorum, Cæsar obsides imperat.

Accipio

Accipio dicere. Cic. 1. de legib. 7. Hunc locum idem ego te accipio dicere, Arpinum germanam vestram patriam esse.
Accipere auribus, periphrasis pro audire. siue potius attente ac diligenter audire. Cic. 1. de Orat. 117, Sit boni oratoris multa auribus accepisse. Idem 8. Philipp. 152. Plaut. Trinum. Hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam.
Aequis auribus accipere, hoc est libenter & patienter audire. Plin. epist. 8. c. Liu. 5. bel. Maced. 191, Nec absurde aduersus vtrosque respõdisse visus est: & facile erãt orationem apud fauentes æquis auribus accipi. Tacitus lib. 17, Et verba Fabii salutem incolumitatemque Viennensium commendantis æquis auribus accepta.
Auribus pronis aliquid accipere. Tacit. lib. 17, Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur.
Pronis animis accipere. Tacit. lib. 17, Legati eorum in squalorem mœstitiamque compositi, per principia, per contubernia, modò suas iniurias, modò ciuitatum vicinarum præmia & vbi pronis militum animis accipiebantur, ipsius exercitus pericula & contumelias conquerentes, accendebant animos.
Auidè acceptum. Tacit. lib. 4. Ne diuulgata atque incredibilia, auidè accepta, veris, neque in mitaculum corruptis ante habeant.
Accipiunt aures. Cic. 4. Verr. 15, Nunc primùm hoc aures tuæ crimen accipiunt: Hoc est, an nunc primum audis hoc crimen.
Accipe & accipite, tæpe dicimus, cùm vt aliquid attentius audiatur ac intelligatur, monemus. Virg. 2. Aeneid,
Accipe nunc Danaũm insidias: & crimine ab vno
Discite omnes. Cice. in Catone, 35, Accipite enim optimi adolescentes veterem orationem Architæ.
Accipe auditionẽ, Ex auditu cognoscere. Cælius ad Ciceronẽ lib. 8. 1. 6, Romã cũ venissẽ, ne tenuissima quidẽ auditionẽ de ea re accipi.
Accipere auditione & fama, pro eodem. Sic accipere fama, pro ex fama cognoscere. Cic. 2. de nat. deo. 137, Nec tamẽ vnquã existent supra terrã, accepissentue fama & auditione esse quodda numẽ & vim deorũ.
Accipe aliquid aduersis animis. Tacit. Anna. 3, Vtqui hęc fecisse rumore, ita aduersis animis accepti, q̃ filio Claudii socer Seianꝰ dstinaret.
Accipere de aliqua. Cic. 3. de fin. 105, Sichi qui valent opibus, atque id facere possunt, vt de Hercule & de Libero accepimus, ad seruandum genus humanum, natura incitantur. Hoc est, de illis seu ex fama, seu ex literarum monumentis cognouimus. Idem Lentulo, libro 1. 9. 56, Sed quod de illo acceperant, aut etiam suspicabãtur, de me idem cogitabant. Idem 1. Off. 127, Vt de Socrate, itémque de C. Lælio accepimus. Idem. 6. Verr. Eriphylen accepimus in fabulis ea cupiditate, vt, cum vidisset monile. Hoc, est, accepimus (vt est in fabulis) Eriphylen ea cupiditate fuisse, vt &c. Sic Plin. lib. 16. cap. 4. 7.
Accipere memoria à M. Cato apud Gellium, Atque ego à maioribus memoria sic accepi.
Accipere preces. Ouid. in Ibin, 15,
Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus æquor,
Ipse meas ambo accipe summe preces. Id est audi. Idem sensu longè diuerso dixit lib. 1. Fast. 36,
At cur læta tuis dicuntur verba Calendis?
Et damus alternas, accipiuntque preces? Hoc est, Cur alter alteri bene precamur, animumque felicem optamus, Calendis Ianuarii?
Superbius preces alicuius accipere. Tacit. Annal. lib. 2. Quo magis mirum fuit, quòd preces M. Hortali nobilis iuuenis in paupertate manifesta superbius accepisset.
¶ Accipere, intelligere, cognoscere. Terẽt. And. 2. 3. 13, Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Cice. Lentu. lib. 1. 6. 1, Quæ geruntur, accipies ex Pollione.
Accipere cor de pro Accipere animo. & est poetica periphrasis, pro intelligere. Plaut. Casina, 4. 14,
Nam pol haud satis meo cordi accepi
Quæ relas tuas.
Accipere oculis & animo. Cic. 5. Verr. 37, Non me hercule criminis augendi causa dicam iudices, sed quem accepi ipse oculis animoque sensum, hunc vere apud vos, & vt potero planissimè exponam, pro, Sentio oculis atque animo. hoc est quod vidi, non sine magno sensu dolorꝰ. Periphrasis ad affectum exprimendum.
Accipite animus mea dicta, Id est intelligite. Virg. 3. Aeneid. 50,
Accipite ergo animis, atque hæc incẽa figite dicta. Et lib. 5. 60,
Accipite hæc animis, lærasque aduertite mentes.
Accipe nostram mentem. Virg. 1. Aeneid. 137,
Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem. Seruius, Qua, id est quomodo. Accipe audi: vt econtra, Da, id est dicit, Da Tityre nobis. Mentem, dispositionem, consilium.
Parum accipere locum aliquem, & Minus intelligere, idem significant. Cic. 3. de nat. deo. 4, Itaque cogito, vt dixi, non tam refellere eius orationem, quàm ea quæ minus intellexi, requirere. Quare Balbe tibi permitto, responderene mihi malis de singulis rebus quæreuti ex te ea quæ parum accepi, an vniuersam audire orationem meam.

Vim verbi aliud atq; ceteri accipiãt, posse ducere. Cic. 1. de Ora. 141.
¶ Accipere, Capere: vt, Accipere ad contumeliam vel in contumeliã. Cic. Atti. lib. 15. 336. 2, Egone vt beneficium accepissem in contumeliam? Terent. Adel. 3. 3. 15, Ad contumeliam omnia accipiunt.
Accipe aliquid ad cognitionẽ rei alicuius. Cice. 2. de nat. deo. 219, Soli ex aliantibꝰ nos astrorũ ortus, obitꝰ, cursusque cognouimus. Ab hoium gñe finitus est dies, mẽsis, annus, defectiones Solis & Lunæ, &c. Quæ contuens animus accipit ad cognitionẽ deorũ, è qua oritur pietas.
Ad verbum accipere. Cicero 2. de Oratore, 144, Quum ad verbum, non sententiam rem accipere videare.
Accipe ad omnia. Subaudi, responsum, vel aliquid simile. Cicero ad Appii li. 3. 7. 4, Ad oia accipe, & cognosce æquitatẽ expostulatiõis ruę.
Excusatius aliquid sub exẽplo accipere, Hoc est citato exẽplo. Tacitus Annal. lib. 3, Tiberius quæ in Syllanum parabat, quo excusatius sub exẽplo acciperẽtur, libellos diui Augusti de Volesio Messala eiusde Asinæ Procõsule, factumque in eum senatusconsultum recitari iubet.
Quo animo accipias, tento te. Cic. ad Cæsium. lib. 15. 16. 5, Sed hæc posterius: tento enim te quo animo accipias. Si enim stomachabere & molestè feres, plura dicemus, &c.
Magis accipere. Vide MAGIS.
Accipere æquo animo, Id est, boni consulere, siue in bonam partem accipere. Sall. in Catil. Plerique quæ dicta reprehenderis, maleuolentia & inuidia dicta putant: vbi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit.
Accipere aliquid amicè. Cice. de Amicitia, 76, Nã & monendi amicitiæ pe sunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, qui beneuole sunt.
Accipere aliquid fortiter. Cic. ad Atti. lib. 16. 329. 11. Itaque mi Attice, fortiter hoc velim accipias vt ego scribo.
Grate aliquid accipere. Tacitus lib. 17, Et oratio ad pũ ingendos mulcendosque mil. tum animos, & seueritatis modus, grate accepta.
* Non difficulter accipere quæ traduntur. Quint. lib. 1. cap. 3. 2. de ingenioꝝ rerum.
Generaliter accipere. Quint. lib. 1. cap. 5. 1.
Accipere aliquid libenter. Cicero ad Att. libro. 1. 9. 1, Hîc dies me valde Crasso adiunxit: & tamen ab illo aperte, recte quicquid est datum, libenter accepi. Idem ad Metcnum, lib. 5. 21. 1, Intellexi te summa cupiditate affectum esse videndi mei. Quod ego ita libenter accipio, vt tamen tibi non concedam.
Accipere moderate. Lepidus ad Ciceronem, lib. 10. 35. 2, Ea te moderate accepisse. Id est, tulisse æquo animo.
Mollius aliquid accipere. Tacitus Annal. lib. 2, Inerant & alia huiusce modi stolida, vanaque mollius accipere, suaderanda. Idem libro 17, Quo seditio mollius acciperetur.
Accipere monitionẽ patienter, non repugnãter. Cic. de Amicitia, 76, Igitur & monere & moneri proprium est veræ amicitiæ: & alterum libere facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter.
Accipere aliquid ægrè. Hoc est, non boni consulere. Tacit. libro. 4. Nollam æquè Tiberius (vt reb atur) ex virtutibus suis quam dissimulationem diligebat. Eo ægrius accepit, recludi quæ premeret.
Accipere aliorsum, pro in aliam partem interpretari. Terent. Eunu. 1. 2. 2, -vereor ne illud grauius Phædria
Tulerit minue aliorsum, atque ego feci, acceperit.
Accipere aliter. Terentius Heauton. 1. 3. 23, Aliter tuum amorem atque est, accipis.
Accipere asperè. Cic. Attico lib. 9. 171. 4, Quanto nunc hoc idem accipiet asperius. Tacit. lib. 4, Quod asperè acceptum ad præsens, mox in laudem vertit, regresso Suillio.
Accipere aliquid atrocius. Tacitus libro. 17, Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperii, atrocius accipiebantur.
Accipere durius, aut grauiter. Id est, iniquo animo ferre. Cice. Attı. lib. 1. 19. Durius accipere hoc mihi visus est quàm vellem, & quàm homines belli solent. Idem 2. de Orat. 117, Ita quem singuli casus humanarum miseriarum grauiter accipiantur, si dicuntur dolenter, tum affecta & prostrata virtus maxime luctuosa est. Plin. in epist. Igitur vt necesse est grauiter accipias senectutem tuam.
Accipere fastidiosè, vel supinè. Senec. de Ben. lib. 3. Alius accepit fastidiosè, tanquam qui dicat, Non mihi opus est, sed quia tam valde vis, faciam tibi mei potestatem. Alius supinè, vt dubium præstanti relinquat, an senserit.
Intemperanter aliquid accipere. Tacitus Annal. libro. 2, Pisonem interim apud Coum insulam nuntius assequitur, excessisse Germanicum. Quo intemperanter accepto, cædit victimas, adit templa, neque ipse gaudium moderans, & magis insolescente Planci.
Accipere aliquid sinistrè. Tacitus Annal. 17, Cæterum vtraque cædes sinistrè accepta.
Vultu truci aliquid accipere. Tacit. lib. 4, Cæsar truci vultu defensionem accipiens.
Accipere in bonam, vel in malam partem, Est bene vel male interpretari dictum aut factum alterius, quod ad nos pertineat: hoc est de illa

bene aut male iudicare. Huc pertinent, Accipere aliorsum, aliter, in eam partem, & similia. Ci. pro Archia. 14. Ea iudices à vobis spero eé in bonã parte accepta. Idé Arti. li. 3. 67. 1. Sed bonã in parte accipies. Eidé li. 11. 2. 6. 10. Et li. 13. 76. 1. Illud nõ accipio in bonã parte qd ad me refers. Idé. 11. epi. ad Brutũ, Qd dicã, in bonã parte accipias.

Accipere in eam partem, &c. Cice. Atti. lib. 5. 145. 2. Sed in ea Pompeii epistola erat, in extremo, ipsius manu, Tu censeo Luceriam ventas: nusquam eris tutius. Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere. Terent. Eunuc. 5. 2. 37. -quid si hoc quispiam voluit deus?

T. Equidem pol in eam partem accipioque & volo. Hoc est, Ita vt dicis, interpretor. Cic. pro Deiotaro. 9. Quæ quidé à te in eã parte accepta sunt C. Cæsar, vt eã amplissimo regis honore & notæ afficeris.

Accipere in optimam partem, Cic. ad Atti. lib. 11. 215. 10. Quòd rogas vt in bonam partem accipiam, siqua sint in tuis literis quæ me mordeant: ego verò in optimamtèque rogo vt aperte, quemadmodum facis, scribas ad me omnia: idque facias quam sæpissime.

Accipi aliquid pro magnifico. Tacit. lib. 5. Libertis quoque ac ianitoribus eius notescere, pro magnifico accipiebatur.

In quam partem acciplas. Cice. ad A ppium lib. 3. 7. 18. Illud non perficies, quo minus tua causa velim: hoc assequère, vt quam in partem tu accipias, minus laborem.

Accipere aliquid in aliam partem ac dictum sit, Id est, quàm dictum sit. Ad Herennium lib. 2. 27. Item vitiosum est, quod in aliam partem ac dictum sit, potest accipi.

Verbum in duas plurésue sententias accipere. Ad Herennium li. 4. 238. Per ambiguum fit significatio, cum verbũ potest in duas plurésue sententias accipi, sed accipitur in eam partem quam vult is, qui dixit.

Aliquid in maius accipere, Amplificare fama supra quàm par sit. Liu. ab vrbe cond. lib. 4. 3. His itaque in maius etiam acceptis, vt inter ştrepitum tot bellorũ conticescerent actiones tribunitiæ, delectus haberi, bellum armaque vi summa apparari iubent. Idem lib. 9. bel. Puni. 10. Nec quot nanes vidissent, nec quanta manus agros popularetur, satis quari, omnia in maius metu augente accipiebant. Tacitus lib. 10. De lyderata diu res interpretatione gloriæ in maius accipitur. Idem lib. 17. Sed in maius omnia accipiebantur. Id est, maiora putabantur.

In prodigium aliquid accipere. Tacit. lib. 12. Frugum quoque egestas, & orta ex eo fames, in prodigium accipiebatur.

Loco prodigii accipere aliqd. Tac li. 20. Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria: tanquam nos amnes quoque & vetera imperii munimenta desererent.

In matrimonium accipere aliquam. Tacit. lib. 12. Sedecim annos natus Nero Octauiam Cæsaris filiam in matrimonium accepit.

In solutum accipere aliquid. Id est, Solutionis nomine. Seneca de benefi. 2. Inde est, vt omnia meruisse se existimet, & in solutum accipiat. Idé 2. Bonam voluntatem in solutum accipere.

In superbiam accipi aliquid. Tacit. lib. 5. Silentium ipsius non etiule, vt crediderat, sed in superbiam accipiebatur.

Accipe hoc vt à me dicitur. Cic. de Arusp. respõ. Velim sic hoc vir summus, atque optimè de mea salute meritus accipiat, vt à me dicitur. Dicam quidem certè quod sentio.

Vt volet quisque accipiat. Cice. pro Deiotaro. 18.

Id ita accipio, vt mihi factum putem. Cic. ad Plancum, lib. 10. 1. 9. Teque hoc existimare volo, quicquid in eum iudicii officiique contuleris, id ita me accipere, vt in meipsum te putem contulisse.

Quemadmodum accepturi sitis, nescio: & Accipiatis sine offensione. Cice. 7. Philip. 212. Periculosè dico: quemadmodum accepturi Patres Cõscripti sitis horreo: sed quæso oroque vos Pat. Conse. vt accipiatis sine offensione quod dixero. Idem. 6. Verr. 59. Quemadmodum hoc acceptura natio exteras putasti.

Quomodo accepturi sitis, vereor. Cice. lib. 4. ad Herennium. 208. Mihi cum isto, iudices, fuit amicitia: sed ista tamen amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sitis, vos me priuastis.

¶ Accipere, Admittere siue recipere, vt Accipere in amicitiam. Ci. Atti. lib. 2. 37. 7. Numerium Numestium libenter accepi in amicitiam.

Accipere in societatem regni. Liu. 4. ab vrbe. 15.

Accipere in numerum. Liu. 10. ab vrbe. 33. Sabinum aduenam illi antiqui Patricii in suum numerum acceperunt.

Accipere in ciuitatem vel in vrbem. Cice. 1. Offi. 52. Liu. 3. ab vrbe. 34.

Accipere hospitio, quod & Recipere hospitio dicitur. Plautus Amphit. 4. 9. Hospitio publicitus accipiat. Varro de re rust. lib. 3. cap. 2. 11. Et me, absente patrono, hospitio accipiebat. Cice. Atti. lib. 231. 9. Et hospitio agresti accipiemus.

Accipere in domo. Virgil. 5. Aeneid. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Id est, epulantes tractabat.

Accipere intro. Vide INTRO.

Accipere aliquem medijs taperibus. Vale. Flac. Argon. 4. 98.

¶ Accipere, Gratum habere. Ci. 2. de fini. 132. Hoc etsi multis modis reprehendi põt, tñ accipio quod dat. Idem. 2. de Orato. 106. Si se dant, & sua spõte inclinant, atq; propendent, accipio qd datur. Et ad Att. li. 1. 329. 23. Quẽadmodũ accipiãtur ii ludi. Sanè de his ludis paulo antè dixerat, E qdé illos celebrari, & eã quã gratissimos mirabiliter cupio.

¶ Accipere pro tractare & modò ad epulationem, modò ad mores refertur. In hac autem significatione tum in bonam, tum in malam partem capitur, prout sensus exigit: vnde additur ei ferè aduerbium, aut aliquid aliud quo significatio declaretur.

Accipere aliquem in prandio. Plaut. Cistell. 2. 3.
-ita lepide, nitideque in prandio
Accepisti apud te, vt semper meminerim.

Accipere ampliter. Plaut. Menæch. 3. 98. Apparatu regio, Cic. in somnio Scipionis. 3. Bene. Cic. Atti. lib. 16. 133. 2. Hunc tu tralatum in macrocolum, lege conuiuis tuis, sed si me amas, hilaris & bene acceptis. Martial. -mortuus inquis, Accipiam bene te. Id est, bona tibi relinquam. Bene & commode. Plaut. Cas. 2. 1. 1. Clementer. Cicero. 6. Verr. 78. Leuiter, clementerque hominem accepit. Comiter. Liuius. 5. bell. Macedo. 188. Hilari ingenio lepidoque. Plaut. Mostell. 5. 5. Magnifice, idem. Prolixe, Terent. Eun. 5. 0. 52.

Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius. Seruius sic legit, Accipit homo melius nemo, neque prolixius. Donatus, Accipit, pascit, inuitat.

Accipere app aratis epulis. Liui. 3. bell-Puni. 13. Hinc senatores omissa dignitatis libertatisque memoria, plebem affari, salutare, benigne inuitare, apparatis accipere epulis.

Accipere aliquem admirabiliter. Cice. ad Atti. lib. 5. 101. 2. Nos Asia accepit admirabiliter.

Accipere hilare. Cic. 2. de Orat. 160. Hilare quidem à te acceptus.

Accipi laute. Horat. Sermo. 8. 14.
Tene, vt ego accipiar laute, torquerier omni
Sollicitudine districtum?

¶ Accipere aliquem pro tractare & afficere in malam partem. Plau. Amphit. 4. 132. Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis fureiser accipiam. Quasi dicat, pessimè accipiã: sed ob iram suppressit aduerbiũ. Cic. Tusc. 4. 123. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cum villico factus esset iratior, Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem!

Accipere cruciatu. Plaut. Pœnul. 5. 46. Nisi effecero, cruciatu me accipito. Id est, me tracta ad eorum modum qui cruciantur.

Dictis. Plau. Menæ. 16. 7. Hominem accipiam quibus dictis meret. Hoc est, maledictis & conuitus agam cum illo.

Male. Cic. ad Gallum lib. 7. 27. 2. Tum quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 11. 12. Accipitur satis male à Curione, & totus eius secundus consulatus exagitatur.

Verbis male. Cice. 3. Verr. 100. Iste qui aliquanto plus cogitasset, male accepit verbis Rabonium. Idem. 4. Verr. 39. Epicrates homines male tis verbis male à se acceptos dimisit.

Haud familiariter. Plaut. Amphit. 4. 101.
- nisi actutum hinc abis.
Familiaris accipiere fixo haud familiariter. Hoc est, non amicè, sed inimicissimè tractaberis.

Malè in oppugnando acceptus. Lentulus ad Ciceronem, lib. 12. 14. 12.

Indignis modis. Terent. Adelphi. 2. 1. 12. Indignis cum egomet sim acceptus modis.

Pessimè inopia omnium rerum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 3.

Seuere facinus aliquod. Cice, pro M. Cælio. 42. Et quod facinus in alienum hominem illatum seuerè accipere id omisiset curare in hospite pro Veisceretur, siue puniret.

Verberibus. Cice. 2. Tusc. 59. Spartæ vero pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, vt multus è visceribus sanguis exeat.

¶ Accipere de humore, aut liquore dictum. Virgil. 1. Aeneid.
- laxis laterum compagibus, omnes
Accipiunt inimicum imbrem. Hoc est, Cõtrahunt aquam. de nauibus loquitur. Plin. epistо. 101. c. Quia deuexa terra, quicquid liquoris accepit, nec absorbuit, effun. lit in Tyberim.

Accipere aquam ore. Plin. lib. 9. cap. 18. 2.

¶ Accipere vocem. Plin. lib. 36. cap. 15. 2. Turres septem, acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant.

Acceptus, participium, (πεσοναλαμβάνος,) vt Regie acceptus.

¶ Acceptæ à maioribus clientelæ. Cic. Silio, lib. 13. 6. 6.

Acceptam facere stipulationem. Vide STIPVLOR.

Accepti Vitellio annuli, pro, à Vitellio. Taci. lib. 20. Solatio fuit seruus Vergilii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo affixus, in iisdem annulis quos acceptos Vitellio gestabat.

Acceptum, accepti, (λαφθ',) absolute, dr quod ab aliis accipimus, seu dono, seu mutuo, seu alio quouis modo. Plau. Trucu. 16. 35. Hic ratio accepti scribitur. Ci. de ami. 52. Hoc quidé est nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiã, vt par sit ratio acceptorum & datorum.

Accepto ferre, (λαμβάνειν,) fermo est peculiaris iurisconsultorũ, & significat acceptũ habere quod nobis ex stipulatione promissum est: siue vt vulgo loquimur, habere pro receptо, etiam si nulla solutio intercesserit.

terc esserit. Omnis sermonis vsus manifestior fiet hoc exẽplo. Decem aureos à me stipulatus es, (hoc est, verbis rogasti) decem, promisi. Postea liberari volens, accedo ad te, & sic interrogo, Quod ego tibi, promisi, accepto fers mihi? Respondes, Fero. Ita soluta est stipulatio: hoc est liberatus sum obligatione, etiam si nõ soluerim. Et hoc pacti, seu contractus dicitur acceptilatio: quã videlicet cõstat ex interrogatione, promissoris, & respõsione stipulatoris. Pót & ex parte acceptilatio fieri, hoc modo, Ex nũmis decẽ, quos tibi promisi, quinq; habẽsne acceptos? Ité sic. Quod ego tibi promisi, id pro parte dimidia habẽsne acceptum?

Dicitur autem accepto ferre, & acceptum ferre: Accepto facere, & acceptum facere, seu facere acceptum: Item, Habere acceptum omnia pro eodem. sed Habere acceptum non inueni dictum nisi in interrogatione: vt suprà monstratum est.

Et in passiuo declinatu accepto ferri, & acceptum ferri: accepto fieri, & acceptum fieri. Adde, quòd verbis suprà dictis iungitur (acceptum) in omni genere vtriusque numeri: vt Acceptam ferre pecuniam, acceptos ferre nummos, &c.

Accepto ferre, seu accepto facere stipulator, nempe qui promissorem per acceptilationem liberat: Accepto ferre, seu accepto fit ei, qui liberatur, hoc est promissori. Rursus, accepto rogat promissor: accepto rogatur stipulator, de quibus omnibus permulta exempla inuenies lib. 46. Digestorum, sub titulo de Acceptilationibus: Vide suprà dictorum sententiam ferè excerpsimus.

¶ Acceptum referre, & expensum ferre, venustè loquendi genus ex more antiquorũ. Duæ n. partes rõnum sunt: prior, acceptis: posterior expensis: receptam vulgo dicimus & impensam. Est igitur acceptũ referre, scribere se accepisse, hoc est, in acceptorum paginam referre. Expẽsum verò ferre, est scribere se dedisse, vt inquit Asconius: vt cũ per singula expensi nomina, summã quandã expensam ascribimus. Nomina aũt vocantur in rõnibus, quos nunc articulos dicimus. Et sciendũ, in hac significatione dici, acceptũ referre nõ aũt ferre: rursus, expensum ferre, nõ referre. Cic. pro A. Ceeinna, hac emptione facta pecunia soluit à Cesennio: cuius rei putat iste rõnẽ reddi nõ posse, q ipse tabulas euerterit, se aũt habere argentarii tabulas, in quibus sibi expẽsa pecunia lata sit, acceptaque relata: quasi id aliter fieri oporuerit, cũ ola ita facta essent, quẽadmodũ nos defendimus. Idé in Verrẽ, Propter quod manus Dolabella Verri acceptũ retulit, nõ Verres illi expensum tulit.

In acceptũ referre. Cic. 3. Verr. 106. Primo negabat opus in acceptum referre posse. Ibidem. Sitn acceptum non retulisset, putabat se aliquid defensionum habiturum. Rursum, Opus in acceptum retulit quadriẽnio postquam diem operi dixerat.

Acceptum refero tibi vitam, per translationem dicimus: pro eo qd est, fateor me vitam abs re accepisse, sine fateor me tibi vitã debere. Neqs id modo in bonam partem, verum etiam in malam. Cic. pro deiotaro, Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. Idem Atti. lib. 1. 9. 3. Vtita diceret, se quòd esset Senator, quòd ciuis, quòd liber, quòd vineret, mihi acceptum referre. Idem. 2. Philip. Omnia denique quæ videmus (quid autem malũ nõ videmus:) si rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Id est, omnium malorum quæ videmus, solum Antonũ authorem fuisse existimabimus, quasi dicat, Antonio imputabimus: ideoque parem ei reddendam vicem arbitrabimur.

Acceptam facere sponsionem, est quasi renuntiare. Cice. 5. Verr. 118. Scandilium cogis, quid sponsionem acceptam facere.

Acceptum habere. Vide HABEO. Cice. 4. Tusc. 65. Quod verò approbaris, id gratum, acceptumque habendum.

Acceptus, (χαρίεις, ἐπίχαρις,) Nomen ex participio dicitur id quod placet, siue qd iucundũ, aut gratũ est. Cæsar. 1. bel. Gal. 14. Maxime plebi acceptus erat. Plau. Merc. 12. 70. Si id fortè ita fat animo accepti est.

Acceptior plebi oratio, Liu. 3. ab vrbe. 293. Cic. in Somnio Scipionis. 8. Nihil est enim illi principi deo acceptius, quàm, &c.

Acceptissimus apud te seruus. Plau. Capt. 12. 56. Et sic Cicero antequam iret in exilium. 1. Sit is vestris animis acceptissimus, qui, &c.

Acceptum in vulgum, Hoc est, gratum vulgo. Tacit lib. 5. Millies sestertium ea munificentia collocatum, tanto acceptius in vulgum, quanto modicus priuatis ædificationibus.

Accepto, acceptas, acceptare, (λαμβάνομαι,) Frequentatiuum ab accipio significat accipere soleo. Plaut. Pseud. 3, 34. -quid dubitas dare. H. Tibi ego dem? E. mini hercle verò, qui res rationesque heri Ballionis euro, argentum accepto, & cui deber dato. Plin. lib. 19. cap. 3. 1. Quibusdam locis acceptantur riguis & seruntur.

Acceptare iugum. Sil. Ital. lib. 7. 9.
Vicentum populi violata pace negabant
Acceptare iugum, ac vicino Marte furebant. Id est, accipere seruitutem, subiicere se Romanis.

Acceptio, verbale fœminininum, (λῆψις,) Actus ipse accipiendi. Cice. in Topicis. 19. Nam neque deditionem, neque donationem sine acceptione intelligi posse.

Acceptor, verbale masc. ge. (λήπτης,) Plaut. Trinum. 4. 127. Qui illorũ verbis falsis acceptor fui. Hoc est, qui assensus sum vel credidi.

Acceptrix, cis, (δοχεῖον,) poeta Tragœdiarum scriptor insignis, natus tradiitur Gaii tribus Libertinis, Marcino & Serano Consulibus. Eius tragœdiæ fuerunt clarissimæ, grauitate sententiarum, verborum pondere, & authoritate personarum. Testis Quintilianus lib. 10. cap. 1.

Eum tamen vt duriusculum notat Cice. ad Atticum. Sed & Licinius ferreum scriptorẽ appellabat, q dã tragœdias ex Sophocle verteret in Latigum, duriorem se præstiterit. Id quod Quintilianus pro suo cẽdore in tempora illa reiicit. Quin quũ iter faceret in Asiam, diuertit ad poetam Pacuuium, qui Tarenti agebat, cumq; eo dies aliquot vertatus est. Cum autem tragœdiã sui, cui Atreus nomẽ est, illi recitaret, laudauit eam Pacuuius: & simul grandia inquit & sonora esse, quæ ab Accio scripta forent. Videri tamẽ sibi duriuscula & subacida. Quod Accius quidem minimè negauit: nec se, inquit pœnitere quoniam iãm fermè ingeniis soleat accidere, quod pomis. Quæ enim dura admodũ & acerba nascuntur, paulatim mitia fiunt & iucunda. Quæ gignuntur statim vieta & mollia, non matura mox fiunt, sed putria. Author Gellius lib. 13. ca. 2. Is etiã Iulio Cæsare amplissimo & florentissimo viro in collegium poetarum veniens, nunquam assurrexit, nõ maiestatis eius immemor, sed quòd in comparatione cõmunium studiorum aliquanto superiorem se esse cõsideret: quapropter insolentiæ crimine carnit: quia ibi voluminum, non ingeniorũ certamina exercebantur. Author Vale. li. 3. c. 7. Perrò tanti eũ fecit Decius Brutus, summus vir imperator, eiq; amicissimus, vt ipsius carminibus exornauerit suorum templorũ ac monimentorum aditus. Testis Cicero pro Archia poeta. 10. Erat humili admodũ breuiq; corpe sed eo dissimulato, statua in æde Camenarũ pgrandi statura sibi posuit. Fuit & T. Accius Pisaurẽsis, cuius accusationi Ci. respõdit pro Cluẽtio, inter claros oratores ab eode in Oratore positus. Fuit rursũ Accius Nævius, augur celeberrimus, q iussu Tarquinii Prisci Romæ regis nouacula cotẽ diuidit. Quã historiã fusissimè prosequit Ci. 1. de Diu. 59. Hũc alii Actiũ vocãr.

Acclamo, acclamas, pe. pd. (ἐπιφωνέω, ἐπευφημέω,) acclamare.

Fit ad, & clamo cõpositum est. Acclamare propriè dicitur populus orãti aut cõcionanti, qñ plausibili clamore fauorem, assensumq; testantur. Ci. pro Cecinna. 20. Populus eũ risu acclamauit ita esse. Idem de claris Ora. 138. At prodesse plus imperator, quis negat? sed tñ non metuo ne mihi acclametis. Id est, Nõ metuo ne nõ mihi acclametis! Hoc est, nõ dubito quin mihi plausibiliter assentiatis. Idem pro Murena. 16. Habuit hic lege Titia puncium tacitum & quietũ, illam, cui cum Quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hostiẽsem, nõ tam gratiosam & illustrem, q negotiosam & molestam.

Acclamare, clamorem simul extollere in quẽpiam, Cum dolore clamare, Reclamare, vt indignantes faciunt. Cic. 4. Verr. 53. Tantus in curia clamor factus, vt populus cõcurreret. Res ab omni cõuentu cognita, celeriter domum nuntiatur. Homo minacus iis qui recitassent, hostis omnibus qui acclamassent, exarsit iracundia ac ftomacho.

Acclamatio, verbale, (ἐπιφώνημα,) Ipse actus acclamandi. Cice. Atti. lib. 1. 11. 7. Credo te ex acclamatione Clodii aduocatorum audisse. Idẽ ad Q. fratrem, lib. 2. 5. 4. Cato contradixit & Cassius, maxima acclamatione Senatus, cum comitia iudiciis ante ferret. Idem. 2. de Orato. 184. Vitanda est acclamatio aduersa populi. Columel. libro. 7. cap. 3. Et in cogendis, recipiendisque ouibus acclamatione ac baculo mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

netur. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 7. 2. Pompeio contigit, non modo vt acclamatione, sed vt conuitio & maledictis operarum Clodii impedi retur. Quintil. lib. 8. cap. de Amplificatione. Est enim ἐπιφώνημα, rei narratæ vel approbatæ summa acclamatio, Tantæ molis erat Roma nã condere gentem, Facere enim probus adolescens periculose, quàm turpiter perpeti maluit.

Acclamito, acclimitas, pe. cor. (ἐπικραυγάομαι,) acclamitare, frequentatiuum ab acclamo, Idem quod clamito: Id est clamare soleo. Plautus Amphit. 1. 0. 3. Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat.

Acclino, acclinas, pe. prod. (ἐπικλίνω,) acclinare. Ad aliquid flecto, inclino. Ouid. 5. Metamor. 15. Circumspexit Atin se sue acclinauit ad illum. Liu. 4. ab vrbe. 207. Haud grauatè acclinaturos se ad causam senatus. Per metaphoram, pro alicuius rei causæ.

Acclinatus, nomen ex participio, (ἐπικλινόμενος,) Ouid. 10. Meta. 54.
Appellátque tori sociam, acclinatáque colla
Mollibus in plumis tanquam sensura reponit. Stat. 5. Syl. 41.
- occidit horror
Aequoris, & terris maria acclinata quiescunt. Ouid. 14. Meta. 134.
Hæc quoque quæ iuncta vitis requiescit in vlmo,
Si non iuncta foret, terræ acclinata iaceret. Id est In terram decũbés.

Accliuis, & hoc acclíue, pe. prod. (ἀνάντης, πρόσντης,) Leuiter erectum & acuminatum: quasi in clinum acuminatum, & pendulum sursum. Et proprie de ascensu dicitur sicut declíue, de descensu. vtrumque ex clíuus compositum. Ci. Q. fratri. 1. 7. 7. Ea vicpars valde accliuis est. Columel. lib. 1. cap. 1. 3. Potest tamen mediocriter accliuis, si aut pinguis est, aut rigua ager pratum fieri.

Acclíuis arbori, vel trunco. Plin. lib. 8. ca. 15. 2. Ideóque non cubantem, sed accliuem arbori in somno, eáque incisa ad insidias capi. Virgil. 16. Aeneid. 54. - corpusque leuabat
Arboris acclíuis trunco. Id est acclinatus. Stat. lib. 1. Thebaid. 78.
- actorum regia cernit
Vestibula, hic artus imbri ventóque rigentes
Proiicit, ignotæque acclíuis postibus aulæ
Inuitat tenues ad dura cubilia somnos.
Hasta acclíuis. Stat. 2. Achil. 36.
Lacus acclíuis. Ouid. 9. Meramor. 67.
Est lacus acclíuis, deuexo margine formam
Littoris efficiens.
Solum acclíue. Virgil. 2. Georg. 56.
Sin tumulis acclíue solum, collesque supinos.
Trames acclíuis. Ouid. 10. Metamorpho. 11.
Carpitur acclíuis per multa silentia trames
Arduus, obscurus, caligine densus opaca.
Acclíuis falsis animus. Id est inclinatus ad falsa. Horat. 2. Sermo. 2. 2.
Acclíuis falsis animus meliora recusat.
Acclíuus, acclíua, acclíuum, (πρόσντης,) Idem quod acclíuis. Liuius 8. bel. Macedo. 87.
Est placide acclíuos ad quendam finem colles esse.
Acclíuum iugum. Ouid. 5. Fasto. 31. Templa patres illic o culos exosa virtiles Leniter acclíuo constituere iugo.
Acclíuus limes. Ouid. 2. Metamorpho. 4.
Quo simul acclíuo Clymeneia lumine proles.
Venit, &c.

Acclíuitas, acclíuitatis, Denominatiuum, (τὸ πρόσαντες,) Loci facilitas in ascensu. Cæsar. 2. bel. Gal. 195. Ab eo flumine pari acclíuitate collis nascebat. Col. li. 2. c. 4. 8. hac rõne difficultas acclíuitatis ifrigíf.

ACCO, huius Accus, (ἄκκω,) nomen mulieris proprium, quæ eius delirii fuisse proditur, vt cum se cõtemplaretur in speculo, imaginem suã perinde ac mulierem alteram alloqueretur, immeret, summurmuraret, arrideret, interdum comminaretur, promitteret, subblandiretur & quicquid confabulantes solent, numeris omnibus impleret. Scribunt alii, etiam clauos nonnunquam spongia veluti malleo impingere conatam. Cælius lib. 3. Ant. lect. cap. 27. Hinc qui stultius aut ineptius aliquid agunt, accíllare dicuntur, & Accus nomine compellantur. Apparet illud etiam moribus huius mulieris adfuisse, vt recusaret quæ tamen magnopere cupiebat. Vnde & Accísmus dicitur ficta huiusmodi recusatio & simulatio. Plutarchus indicat Acco & Alphito mulieres fuisse, per quas fœminæ deterrent pueros à peccando.

Accolo, accolis, pe. cor. (παροικέω,) Virg. 4. Georg. 58. Accolit ef fuso stagnantem flumine Nilum. accolui, accolere, Quasi colere ad (id est iuxta habitare) vt. Accolere mare, lacum, fluuium, montem, syluam. Liu. 4. ab vrbe. 226. Qui Hetruscum mare, quiq; Tyberim accolunt. Plin. lib. 6. cap. 26. 1. Perſæ Rubrum mare semper accoluere. Idem lib. 4. 11. 10. Cic. in somnio Scipionis. 19. Ea gens quæ illum locum accolit. Idẽ in Orat. 85. Vos qui accolitis Histrum fluuiũ. Priscianus lib. 18. Nostri, inquit, dicunt, accolit fluuium & fluuio.
Accolit propinquus nostris ædibus, Plaut. Bacch. 5. 4.
Accolitur, passiuum. Plin. lib. 3. cap. 18. Accolitur dextra lævaque crebris oppidis.

Accolens, accolentis, participium, παροικῶν, Plin. lib. 36. cap. 12. 3. Anteas est sphinx vel magis miranda, qua sylvestria sunt accolentium.
Accola, accolæ, pe. cor. cõ. g. πάροικος, Valla, Incola ita differt ab accolaquòd incola, qui in loco accolat: qui ad locum habitat: id eoque qui cunque iuxta aquas sunt, accolæ dicuntur: nec refert an suo an in alieno, vt Accola Vulturni. accola Padi, accola Rhodani. At qui in montibus, domos, vrbesque positas habent, incolæ dicuntur: qui iuxta montes, accolæ. Liu. 1. ab vrbe, Pastor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus. Virg. 7. Aeneid. - amnisque vadosi.
Accola Vulturni.
* Accola & finitimus. Liu. 7. bel. Maced. Nullos accolas nec finitimos habere quàm vos volo.
Accola Cereris. Cic. 6. Verr. 100. Habitare apud sese Cererem Ennenses arbitrantur: vt mihi non ciues illius ciuitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolæ atque antistites Cereris esse videantur.

Accommodo, accommodas, pe. cor. πρόσαρμόζω, συμβιβάζω, accommodare. Ex ad & cõmodo compositum. Adiungere, applicare, inquit Nonius. Et dicimus, Accõmodare ensem lateri, vel ad latus. Virg. 2. Aeneid. 70. Laterique Argiuũ accõmodat ensem. Ci. 2. de Orat. 139. Africano illi superiori coronã sibi in cõuiuio ad caput accommodanti. Sic accommodare clypeum ad dorsum, Plaut. Trin. 10. 92.
Accommodare se ad remp. Adiungere, inquit Nonius. Cic. 1. Offi. 101. Qui se ad rempub. & ad magnas res gerendas accommodauerunt. Id est, animum appulerunt, seu contulerunt.
Accommodare se assertorem veritati, Sueto. in Galba.
Accommodare animum literis, Sueto. in Augusto.
Ferulas. Celsus lib. 8. cap. 10. Deinde membrum eodem modo deligandum, ferulæque super accõmodandæ sunt. Vulgus chirurgorum, Metre des taugles. Ferula enim est quod Paul. Aegineta lib. 6. νάρθηκα dicit. id est, lenis illa lignea tabula quæ fractis ossibus solet circumponi. Nunc solent chirurgi ex densiori papyro ferulas illas conficere.
Iusurandum ad alicuius rei testimonium, Cic. pro Roscio Amerino. 61.
Suum consilium ad consilium alterius. Cic. Varr. lib. 9. 7. 6. Sed tũ si quid tu cõstitueris, meũ cõsilium potissimum accõmodabo ad tuum.
Curam auribus, Diligenter & attente audire. Quintil.
Fabulas poetarum ad ea quæ dicimus. Cic. lib. 1. de nat. deorum. 59.
Intentionem. Plin. lib. 2. epist. ad Lupercum, Actionem à te frequenter efflagitatam, & à me sæpe promissam, exhibui tibi, non tamen totam adhuc enim pars ei perpolitur. Interim quæ mihi absolutiora videbantur, non fuit alienum iudicio tuo tradi tum iri. Rogo intentionem scribentis accommodes. Nihil enim adhuc inter manus habui, cui maiorem solicitudinem præstare deberem. Id est, induas, fumas. Ea animi intentione lege hæc, qua soles scribere quæ scribis.
Operam studio literarum, & accõmodare curam literis. Quintil. lib. 1.
Literas ad rem aliquam. Cic. ad Plancum lib. 5. 16. 2. Illud si scissem, ad id meas literas accommodassem.
Mendacium suum alicui. Cic. pro Cælio. 12. Vos autem dum illi placere vultis, ad tempus ei mendacia vestrum accommodatistis.
Orationem auribus multitudinis. Cic. 2. de Ora. 87. Hæc nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos.
Vt sumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti. Id est non plus insumat in hac peregrinatione, quàm recipio ex Argileto. Cic. Attico, lib. 12. 29. 3.
Tempus alicui rei, & ad aliquam rem. Id est adhibere, inquit Nonius. Cic. 3. Offi. 57. Tantum dabit amicitiæ, vt veram amici causam esse malit, & vt orandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accõmodet. Hoc est, commodum & idoneum tempus constituat. Idem pro lege Manilia. 41. Semper ad nouos casus temporum, nouorum consiliorum rationes accõmodasse. Id est adhibuisse. Idem ad Sulpitium, lib. 4. 6. 13. Totum hoc tempus est ad vnius voluntatem accommodandum.
Testes ad crimen. Ci. 2. Verr. 33. Illud à me nouũ iudices cognoscetis, quita testes cõstituam, vt crimen totum explicemi vbi id interrogando, argumentis atq; oratione firmauero, tũ testes ad crimen accõmodẽ.
Vocem veritati. Quintilianus lib. 11.
Accommodare & fingere se ad alicuius arbitrium & nutum. Ci. in Orat. 13. Omnes qui probari volunt, voluntatem eorũ qui audiunt intuenti, ad eamq; & ad eorum arbitriũ & nutũ totos se fingũt & accõmodãt.
* Curam pratis pecoribus hortis & aluearibus accommodare. Quintilianus lib. 1. cap. 12. 6.
Accommodare aliquid in rem aliquam. Cic. 2. de Diuina. 166. Adhibuit etiam latebram obscuriratis, vt iidem versus aliàs in aliam rem posse accommodari viderentur. Idem libro. 1. de Iuuentio. Vulgare exordium est, quod in plures causas potest accommodari, vt conuenire videatur. Sic ad Heren. lib. 1. 11.
Accommodare eôdem. Celsus libro. 6. cap. 6. Ac pyxinum quoque eôdem accommodatum est.
¶ Accommodare alicui de habitatione. Cice. Memmio, libro. 13. 2. 2. Peto igitur à te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat, vt ei de habitatione

de habitatione accommodes.
Accommodare alicui ædes ad nuptias. Id est commodare. Cice. lib. 4. ad Heren. 253. Ait se ædes maximas eundem amico ad nuptias accommodasse. Ibidem, Apagete, inquit, ædes accommodaui.
Accommodatus, Participium & nomen. ἁρμοστός, ἐπιτήδειος. Vnde ac commodatior, accommodatissimus, Aptus. Cæsar. 3. bell. Gal. 101. Reliqua illis essent aptiora & accommodatiora.
Accommodata aduersus morsus. Celsus lib. 5. cap. 19. Sunt etiam aduersus morsus quædam accommodata.
Accommodatum puri mouendo. Celsus lib. 5. cap. 28. Si cætera desunt, imponi debent, primum non pingue emplastrum, vt id reprimat: deinde si non represit, quodlibet puri mouendo accommodatum.
¶ Accommodatus, Propensus, procliuis, authore Nonio. Cice. 3. Verr. 42. Ad summũ Græcorum otium potius, quàm ad vllã vim aut tumultum accommodati. Hoc est, potius ad eam rem accedentes, & quasi commentiores & similiores.
Accommodatus ad flagitia. Cice. 5. Verr. 49. Ad Verris flagitia libidinésque accommodato.
Accommodata oratio ad consolandum, Cice. 3. Tusc. 101.
Accommodati tantum ad speciem, Quintil. lib. 8. cap. 6.
Accommodatum ad naturam. Cice. 4. Acade. 72. Appetere id quod accommodatum ad naturam appareat.
Accommodatum naturæ. Cic. 4. Acad. Percipi non potest, accommodatúmne naturæ sit, an alienum. Idem. 5. de finib. 42.
Accommodata frugibus demetendis tempora. Cic. de senect. 64. Reliqua autem tempora demetendis frugibus, aut percipiendis accommodata sunt. Id est, ad eam rem apta, & vt dici solet, propria.
* Accommodatus in hoc. Quintil. lib. 4. cap. 1. 27.
Accommodata tempora ad aliquid. Cic. Atti. lib. 2. 19. 2. Accommodatius enim nobis est ad liberam legationem tempus illud.
Accommodatiores gladium generi castaneæ. Plin. lib. 15. cap. 23. 1.
Accommodatio, onis, verbale, Ipse actus accommodandi, (ἁρμογή,) Cice. 1. Tuscul. 106. Lunamque accretione & diminutione luminis, quasi fastorum notantem & significantem dies.
Accrementum, accrementi, (ἐπαύξησις,) verbale ab accresco, idem quod incrementum. Plin. lib. 9. cap. 2. In mari adit tam latè supino, mollique ac fertili accreméto, accipiente causas genitales & sublimi, semperque pariente natura, pleraque etiam monstrifica reperiuntur.

Accubo, accubas, pe. cor. accũbui, accũbitum, (ἀνακλίνομαι, κατάκειμαι,) accubare. Quasi ad (id est iuxta) cubare, vel assidére. Virgil. 6. Aeneid.
- furiarum maxima iuxta.
Accubat. Plaut. Asin. 15. 3. Accubat mecum. Liu. 8. bel. Puni. 95. Et eo dem etiam lecto Scipio & Asdrubal, quia ita cordi erat regi, accubuerunt. Plaut. Menæch. 1. 1. 1. Prandi, potaui, scortum accubui. Nunc per datiuum dicimus Accubat illi.
Accubare per translationem de situ alicuius rei, pro adiacere. Sueto. in Cæsare, Theatrum summæ magnitudinis Tarpeio monti accubans.
¶ Accubare, ad epulas transla tum, idem quod accũbere. Antiqui enim epulantes, in toris cubabant: quod accumbere siue accubere, & discũbere dicebatur. Quæ verba hodieque vsurpamus, quanuis sedeamus ad mensam, non cubemus. Cice. 4. Tusc. 6. Morem apud maiores hũc epularum fuisse, vt demceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorũ virorũ laudes. Cod. li. 11. c. 1. Nec nisi sacris diebꝰ accubãs cœnet.
Accubare alicui in conuiuio. Cice. in Catil. 32. Qui mihi accubantes in conuiuiis, eructant sermonibus suis cædem bonorum.
Accubare apud aliquem. Cice. ad Atti. lib. 14. 38. 4. Hæc scripsi x. Calendas accubans apud Vestorium.
¶ Accubare, pro iacére. Sene. in Hippol. 10. 2. Hippolytus (heu me) flebili voto accubãt. Hoc est, mortuus iacet, vt optasti.
Accubatio, onis, verbale, (πανδοκεύσις, κατάκλισις,) Actus ipse accubandi. Cic. 1. Offi. 129. Status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, nutuum motus teneant illud decorum. Idem de senectu. 32. Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctione haberet, cõuiuium nominarũt. Nonius legit accubitionem, sed rectius accubationem. noti enim dicimus cubito, sed cubatio, reste Valla.
Accubitus, huius accubitus, masc. gene. penul. corre. (ἀνάκλισις,) Idem quod accubatio. Plinius lib. 8. capit. 22. Plenisque hominũ triclinis accubitu iere, per lectos.

Accudo, accũdis, pe. prod. accũdi, accũsum, ὑπακούω, accúdere. Cudendo addere quid per aut quasi ad id qđ ín cusũ est.
Accudere tres minas, per translationem. Plaut. Merc. 7. 90. Tres minas accudere etiam possim, vt triginta fient.

Accumbo, accumbis, accũbui, accũbitum, pe. cor. (πανδοκεύομαι, κατακλίνομαι, πανδοκεύω,) accũmbere. Idẽ qđ accubare. Plaut. Persa. 12. 18. Age age ergo tu Sagaristio, accumbe in fimmo. Cic. 3. Verr. 39. Tũ ille negauit, moris esse Græcorũ, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres. Idem. 7. Verr. 64. Muliebria quotidie conuiuia essent, vir accumberet nemo præter ipsum.
Accumbere pro cubare. Plaut. Mostel. 5. 19.
Caue modo ne prius in via accumbas, quàm illic vbi
Lectus est stratus, quò imus.
Accubui & accubitum cum legimus, nihil refert vtrum dicamus esse à prima coniugatione, an à tertia. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 1. Accubueram hora nona, cum id literarum exemplum in codicillis exaraui. Idem Attico, lib. 13. 198. 4. De Mamurra nõ mutauit, vnctus est, accubuit.
Accumbit superior, Plaut. Mostel. 2. 42.
Non omnes possunt olere vnguenta exotica
Sicut tu oles neque superior accumbere.
Accumbere alicui, & cum aliquo. Plaut. Sticho. 5. 9. Vtrum tibi accumbo. 5 A. vtrum vbi tu vis. 5 T. cum ambobus volo. Mart. lib. 8. 44. Ac cubuit genitor cum plebe deorum.
Accumbere epulis. Virg. 1. Aeneid. Tu das epulis accumbere diuum. Cice. pro Murena. 68. Qui quotidianis epulis in robore accumbunt.
Accubitum, accubiti, penul. corre. neu. gene. (ἀνακλιντήριον,) quid signi ficet, his verbis explicat in Plinium Hermolaus, Stibadia lecticulæ sunt ab herba quidem & stramẽtis dicta, vt apud nos torus: sed ex marmore tamen quandoque, vt in epistolis Plinii Cæcilii. Nunc ex opere intestino, in quibus accubatur interdiu maximè, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica. Dicuntur & Anaclinteria, sicut apud Lampridium in Heliogabalo accubita. Horum etiam facit mentionem Cælius Antiq. lect. lib. 14. cap. 58. obiter admonens à nonnullis accubitas Vocari genere fœminino.

Accumulo, accũmulas, pe. cor. (προσθέω, κατασωρεύω, πυκνόω, ρέω,) accumulare. Cumulando addere. Hoc est, ad cumulum aliquid addere. Cic. pro Lege agr. 62. Vix iam videtur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat auget, addit, accumulat. Plin. lib. 4. ca. 12. Ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium.
Cædem cæde accumulare. Lucret. lib. 3. 15.
Sanguine ciuili rem conflant diuitiasque
Cõduplicant auidi, cædem cæde accumulantes. Hoc est, post cædẽ, alterum quoque edentes, cædem cædi addentes.
Causas. Ouidius. 13. epistol. 13.
Non tamen exemto redimus, licet vndique fata
Accumulent causas, tempora parua peto.
Curas. Ouidius. 21. epistol. 14.
Et tanquam desint, quæ me sine fine fatigent,
Accumulat curas filia parua meas.
Honorem alicui. Ouidius. 2. Fasto. 25.
Dum canimus sacras alterno pectine Nonas,
Maximus his Fastis accumulatur honos.
Accumulare aliquem donis. Virg. 6. Aeneid. non procul à fine,

Universidad de Belgrano
Biblioteca

Purpureos hargain flores: animamque nepotis
His saltem accumulem donis.

¶ Accumulare vitem, arborem, aut aliquid simile, Post hyemem aggere re terram atque circunfundere, & veluti circummunire arbores optima terra, ne calore nimio radices exaresçant. Vulgus gallicum vocat Rechausser. Eius contrarium. Ablaqueare. Plin. li. 17. capi. 19. Hæc & apud veteres arbores colendi ratio est. Feruentibus enim locis accumulant æstate radices operiuntque, ne solis ardor exurat. Alubi ablaqueant, perflatusque admittunt. Iidem hyeme cumulis à gelu vindicant. Contrà illi hyeme aperiunt, humoremque sitientibus quærunt. Idem lib. 18. cap. 29. Opera rustica huius intervalli, terram iterare, arbores circumfoderes vbi æstuosa regio postulat, accumulare. Rursus lib. 19. cap. 5. de Raphanis, Multi & Martio & Aprili serunt & Septembri. Incipiente incremento, cõfert alterna folia circumobruere, ipsos verò accumulare. Nam qui extra terram emersit, durus sit atque fungosus. Aristomachus detrahi folia per hyemem iubet, & ne lacunæ stagneut, accumulare.

Accumulare accruatum. Lucret. lib. 6. 154.
Confertos ita acceruatim mors accumulabat.

Accumulatè, aduerbium, (κατομβηδὸν,) Cicc. Culleolo, lib. 13 43. 1. Cũ diceret, omnia te accumulatissimè & liberalissimè procuratorib⁹ suis pollicitũ esse. Ad Herẽ. li. 1. ad finẽ, Vt pro tuo in nos officio, & nostro in te studio, munus hoc accumulatissimæ largiamur voluntati.

Accumulatio, onis, verbale, Actus ipse accumulandi, (κατακόρευσις, Plin. lib. 17. cap. 26. 1. Communia, ablaqueatio, accumulatio. De remediis arborum loquitur.

Accuro, accũras, pen. prod. (ἐπιμελοῦμαι,) accurare, Studiosè & diligenter aliquid facere siue curare. Terent. Hecyr. 5. 1. 11. Quo magis omnes res cautius, ne temerè faciam accuro. Plaut. Casin. 8. 68. Quanquam hoc tibi est ægrè, tamen fac accures. Cicc. libro. 1, de Inuentio. 73. Melius accurantur quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur.

Accurare pro curare. Plaut. Persa. 13. 1.
Si quam rem accures sobriè, aut frugaliter,
Soler illa rectè sub manus succedere,
Atque ædepol fermè vt quisque rem accurat suam.

Accurare hospites. Plaut. Epid. 1 3. 5. Reueabo intrò, vt accurentur ad uenientes hospites. Id est curentur, & tractentur diligenter.

Prandium, Curare apparandum. Plautus Menech. 5. 16.
Iube nobis tribus apud te prandium accurarier.

Pensum, prouerbialis sermo. Plaut. Bacch. 20. 30. Ego pensum meum lepidè accurabo. Hoc est curabo vt efficiam quod mihi mandatũ est.

Accuratus, ta, tum, (ἐπιμελὴς, πυκνὸς, ἀκριβὴς,) Participium, siue nomen ex participio. Diligenter curatum & perfectum: vt, Accurata oratio. Lini 4. bel. Maced. 11. Sed oratione etiam longa & accurata infectatus sit rogationem nostram. Cicc. de Amic. 25.

Accurata commendatio, Cicc. Sulpitio, lib. 13. 18. 7.

Accurata orationis copia, Cicc. 1. de Orato. 20.

Accuratus corporis cultus, apud Gellium.

Accuratissima diligentia tuarum literarum sum mirum in modum delectatus. Cicc. ad Atti. lib. 7. 123. 1.

Accuratam & exquisitum dicendi genus. Cicc. in Bruto. 155.

Accuratæ literæ. Ci. Atti. li. 13. 293. 3. Ad quẽ accuratissimas lras dedi.

Accurata malitia, Studiosè excogitata. Plautus Trucul. 9. 20.
Matris opera mala sum & me apte malitia,
Quæ me grauidam esse asimulaui Babylonioream nunc
Malitiam accuratam miles inueniat volo.

Accuratæ adorantium preces, Plinius in Paneg. 6.

Accuratus sermo, Cicc. 2. de Orato. 129.

Accuratum habere. Plautus Bacchid. 11. 21.
Ipse quod in se sit, accuratum habuit quid posset mali

Facere in me. Satis Plautine dictũ: pro accurauit, Ideſt studiosè curauit.

Accuratè, aduerbium qualitatis, (ἐπιμελῶς,) Diligenter. Cicc. 1. de fini. 21. Vt ab his qui eam disciplinam probant, non soleat accuratius explicari. Idem ad Brutum, Literis tam accuratè scriptis. Idem ad Atti. lib. 8. 160. 5. Accuratè velim perscribas tuam ad me sententiam. Terent. And. 3. 2. 14. Saltem accuratè, vt metui videar.

Accuratè defendere. Cicc. in Parad. 15. Illud tamen arctè tenent, accuratèque defendunt.

Accuratè & cogitatè aliquid scribere, Cicc. pro Archia. 13.

Accuratè & diligenter disputare, Cicc. 1. de nat. deor. 23.

Accuratè & exquisitè disputare de re aliqua, Cicc. in Bruto. 151.

Studiosè accurateque facere aliquid, Cicc. in Bruto. 43.

Accuratè cum aliquo agere vt, &c. Cicc. ad Atti. lib. 16. 333. 13. Egit me cum accuratè multis verbis, tibi vt responderem.

Accuratè ad aliquem scribere. Cicc. ad Atti. lib. 5. 98. 6. Itaque scripsi ad eum accuratè: cuius epistolæ missi ad te exemplum.

Accuratio, verbale, (ἐπιμέλησις,) Actus ipse curandi, Cicc. de claris Orato. 128. At inuencndis, componendisque rebus mira accuratio.

Accurro, accurris, accurri, accursum, (προσπορεύομαι, ἐπιπορεύομαι,) accurrere, Ad aliquid, vel ad aliquem currere. Plaut. Amphit. 17. 17. Accurro, vt sciscam quid velit. Cicc. 2. de diuinat. 104. Ira nobis dicto audientes sunt, vt simul atque velimus accurrant? Idem ad Atti. lib. 2. 16. 7. Neque recusas quin non modò si opus sit, sed etiã si velim, accurras. Idem ad eundem lib. 13. 295. 4. Is igitur si accierit, accurram. Sic pro Rabirio. 15.

Accurre huc. Terenr. Phor. 5. 8. 90. Etenim nequeo solus, accurre huc.

Accurrit Romam. Cic. 3. Offi. 152. Accurrisse Romam, & cum prima luce Pomponii domum venisse dicitur.

Accurrit ad me. Terent. Eunuch. 2. 3. 43. Continuò accurrit ad me quã longè quidem. Pro, quàm longissimè quidem potuit. Cicc. ad Varronem, lib. 9. 4. 2. Nos accurremus ad te.

Accurrere in Tusc. Ci. ad Atti. li. 15. 333. 1. Accurres in Tusc. vt scribis.

Accurrere alicui, Id est ad aliquem. Stat. 2. Thebaid. 121. Circuit, interdum trepidis accurrit, & instat.

Rapidis accurrunt pastibus, Stat. 3. Thebaid. 82.

¶ Accurritur, Impersonale. Taci. lib. 1. Annal. Accurritur ab vniuersis, & carcere effracto, soluunt vincula.

Accursus, huius accursus, verbale, (ἔντροχία,) Tacit. lib. 1. Annal. Iamque lapidis ictu cruentus Lentulus, & exitu certus, accursu multitudinis, quæ cum Druso aduenerat, protectus est. Idem lib. 20. Cum accurrissent prouinciarum extingui repens perfidia potuerit. Sene. in Hippol. 8. 7. Hic dicet ensis: quem tumultu territus
Liquit stuprator, ciuium accursum timens.

Accusabilis, Accusatio, Accusatiuus, Accusator, Accusatorius, Accusatrix, Vide accuso.

ACCVSIORVM colonia, Ptolemæo, vrbs Allobrogum in Gallia, hodie Gratianopolis, vulgo, Grenoble.

Accuso, accũsas, pe. prod. (κατηγορέω ἐγκαλῶ, ἀντιδομαι, κρίνω, ψεγω,) accusare, Frequentatiuum est ab accudo, vt docet Priscianus. Cõponitur enim ex ad & cudo, quod à cudo, vt deducitur: licet ipsum cudo in vsu non sit. Vnde non desunt, qui dicant, ex ad & causa, seu causor causarius componi. Est autẽ (vt ait Valla) accusare vel apud iudices, vel apud alũ quẽuis, etiã apud illũ ipsum quẽ accuses significare atq; ostẽdere aliquẽ peccasse. Huic opponit defendere.

Accusare & excusare, contraria. Cicc. ad Q. fratrem, lib. 2. 6. 1. Primũ me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso.

Accusare crimine aliquo. Cicc. 3. Verr. 29. Suis enim certis propriisque crimi nibus accusabo.

Accusare capitis. Cic. 2. de finib. 49. Eam tanquam capitis accuset, Plaut. Amphit. 9. 10. Quũ vir insontem probri Amphitrio accusat. Cicc. pro L. Sylla. Qui alterum coniurationis accuset. In his & similibus subauditur ablatiuus (crimine.)

Accusare probri apud populum. Liu. 5. bell. Puni. 10. Aliquot matronas apud populum probri accusarunt.

Grauissimè accusare aliquem, Cicc. ad Attic. lib. 11. 221. 3.

Leniter accusare aliquem, Cicc. Appio, lib. 4. 11. 16.

Liberius accusare Pompeium, Cicc. ad Lentulum, lib. 1. 1. 3.

Accusare inertiam alicuius, pro culpare, reprehendere, vituperare. Terent. in prolog. Andriæ.
Qui cum hunc accusant. Neuium, Plautum, Ennium.

Accusant. Sic Accusare vitium, culpam aut crimen alicuius: hoc est, eũ de ea re vituperare, siue reprehendere, & est figura Græca: quia Latinè potius dixeris, accusare inertiæ, perfidiæ, aut accusare de inertia, &c. Cicc. ad Q. fratrem, Nam quòd inertiam accusas adolescentium. Acmilius Probus in Lysandro, In quo accuratissimè eius auaritiam perfidiamque accusarat. Plaut. Merc. 9. 25. A muliere docta didicimus operam accusari non sinam meam. Idem Mercatore. 7. 79. Quã tuam autem accusari fidem. Cicc. ad Torquatum lib. 6. 1. 13. Cuius tu desperationem accusare solitus esses.

Accusare tabulas. Quintil. lib. 5. cap. 5. Cum eas non solum refelli, sed etiam accusari scimus esse vsitatum.

Accusare aliquem de re aliqua. Cic. Atti. lib. 4. 85. 1. De epistolarum frequentia te nihil accuso. Eidem lib. 1. 4. 1. Nõ committam post hac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis. Idem pro Roscio Amerino. 54. De veneficiis accusabant. Idem Furnio, lib. 10. 26. 2.

Accusare aliquem de alio. Cic. ad Atti. lib. 1. 1. 14. Hoc ad te scripsi quòd is me accusare de te solebat.

Accusare in re aliqua alterũ. Cicc. pro Sylla. 47. Atque in ea re per Lucium Cæcilium in Scylla accusatur.

* Accusare mutcem. Quintil. lib. 7. cap. 3. 15. 18.

Accusas id me, apud Plautum, figurate pro ob id, vel de eo, vt multa eiusmodi, præsertim apud poetas.

Accusator, verbale, (κατηγόρος, ὁ διώκων,) Qui accusat. Ci. 1. de finib. 78. Plerunque improborum facta suspicio subsequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum iudex. Idem Atti. lib. 11. 216. 2. Qui misit

misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Quintil. lib. 5. cap. 2. Quæ cum accusator suspicioso narret, &c.

Accusator acer & acerbus. Cicc. in Bruto. 70.

Districtior accusator. Tacit. lib. 4. Nam vt quis districtior accusator, vt iut sacrosanctus erat: leues, ignobiles, prænis afficiebantur.

Accusator vehemens & molestus, Cicc. in Bruto. 67.

Accusatorem comparare in aliquem. Vide COMPARO.

Accusatores farsiunt. Tacitus lib. 3. Non enim Tiberius, non accusatores farsiebant. Hoc est deficiebant.

Moliri accusatorem & crimina. Tacit. lib. 12. Iisdẽ cõsulibus atrox odii Agrippina ac Lolliæ insensa, quod secũ de matrimonio principis certauisset, molitur crimina & accusatore, q obiiceret Chaldæos, Magos, interrogatumq; Apollinis Clarii simulachrũ sup nuptiis imperatoris.

Accusatorem ponere vel apponere alicui. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 12. 6. Postea non destitit accersere palam Seruium accusatorem, inire cum Domitio consilia quibus cum parum procederet, vt vlla in me mihi poneret accusatorem, compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant. Idem. 3. Verr. 11. Accusator autem apponitur cuius Romanus de creditoribus Lamplacenorum.

Accusatores struere. Tac. li. 11. quo sine struerent crimina & accusatores.

Accusatoris nomen sustinere. Tacit. lib. 4. Subditis qui accusatorum nomina sustinerent. Hoc est, qui se profiterentur accusatores.

Accusatorius, adiectiuum, (κατηγορικὸς,) Quod ad accusationẽ ptinet. Cic. pro Cluentio. 7. Non accusatorio animo, nõ ostentatione aliqua, aut gloria adductũ. Idem pro Flacco. 10. dixit accusatorio iure. Et Liuius. 2. ab vrbe. 36. accusatorio spiritu. Ci. pro Roscio Amermo. 19. Non tu in isto arrulato accusatorio callidior es, quàm hic in suo.

Accusatorie, aduerbium, (κατηγορικῶς,) Cicc. 4. Verr. 127. Nequis hoc me magis accusatorie, q liberè dixisse arbitretur. Liui. 10. bel. Maced. 49. Iam illud q accusatorie? q noctis huius crimen miscuit cum cæteris infectatione. Hoc est, animo & studio accusandi.

Accusatrix, verbale fœmi. (κατηγόρος,) Quæ vituperat aut reprehendit. Plaut. Asin. 10. 10. Tu mihi accusatrix ades.

Accusatio, verbale, (κατηγορία, αἰτίασις,) Actus ipse accusandi: cui opponitur defensio. Cicc. 3. Verr. 30. Hoc omni tempore Syllano ex accusatione circunscripto.

Intenta accusatio ab intento, pro Intentata. Tacit. lib. 5. Inter quæ Haterius Agrippa Consules anni prioris inuasit, cur mutua accusatione intenta, nunc silerent?

Accusatio licentior. Vide LICET.

Accusationes capessere. Tacit. lib. 4. Mox capessendis accusationibus, aut reos tutando, prosperiore eloquentiæ quàm morum fama fuit.

Accusationem & iudicium conflare. Vide CONFLO.

* Accusationem petere in aliquem. Quint. lib. 5. cap. 13. 15.

* Accusationem Rhetorices profiteri. Quintil. lib. 2. cap. 17. 105.

Accusationes exercere. Tacit. lib. 17. Quippe ipsum Crispum eadem accusationes cum præmio exercuisse meminerat. Hoc est, quod idem author ibidem vocat delationes factitare. Qui, inquit, temporibus Neronis delationes factitauerat. Quod & Cicero in Bruto. 67. dixit accusationem factitare, de M. Bruto loquens.

Accusationem factitare. Cicc. de claris Orato. 67. Qui cum tanto nomine esset, patremque optimum virum habuisset, accusationem factitauerit, vt Athenis Lycurgus.

Accusationem instituere. Vide INSTITVO.

Accusationem instruere. Vide INSTRVO.

In accusationem alicuius cogere. Vide COGO.

Suscepit Cæsius accusationem. Tacit. lib. 5.

¶ Inter accusationem & maledicentiam. Ci. pro Cælio. 4. Aliud, inquit, est maledicere, aliud accusare. Accusatio, crimen defyderat, rẽ vt delictam, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam quæ si petulantius iactatur, conuitium: si facetius, vrbanitas nominatur.

Accusabilis & hoc accusabile, (αἰτιατὸς,) Quod accusatiõe aut reprehensione dignum est. Hoc est, quod iure accusari vel reprehendi potest. Cicc. 4. Tusculan. 122. Quorum omnium accusabilis est turpitudo.

Accusatiuus casus, (αἰτιατικὴ,) Grammaticis dicitur, qui etiam incusatiuus vel causarius, est qui rem significat tum infinitis verborum à priore, tum actiorum transitioni accommodatam. Per hunc vel accusamus, vel laudare videmur: vnde & laudatiuus dicitur.

Acedia, acediæ, Græcè, (ἀκηδία,) Latinè securitas, pigritia, inertia, socordia, tædii, tristitia, vulgo sepè Accidia appellat.

Acentra, (ἄκεντρα,) dicuntur, quæ sunt sine centris, Id est punctis, aut aculeis.

* Acenteta, (ἀκέντητα,) id est, sine punctis aut centris. Sic appellantur puriores Chrystalli. Plin. lib. 37. cap. 2.

Aceo, acer, acui, (ὀξίζω,) acẽre, Acidum esse. Acere vinum dicitur, cum in acerum degeneravit. Cato de re rust. ca. 148. Vini in culeos singulos quadragenæ & singulæ vrnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat. Inde fit acetum, & acidus adiectiuum.

Acesco, acescis, (ὀξύνω,) acescere, acidum fieri. Columel. lib. 12. cap. 16. 1. In quo agro vinum acescere solet. Horat. in epistо. Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. Plin. li. 11. cap. 16. 4. Quarũ iniuriam celerrime sentiunt mella, vel minimo tactu roris acescentia.

Acui præteritum ab acesco. Vlpianus. 18. Digest. titulo. De periculo & commodo rei venditæ. Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitii sustinuerit. Id est, factum fuerit acidum, acorem contraxerit.

Acor, acõris, m. g. penul. prod. (ὀξύτης,) Verbale ab aceo, sapor acidus, vt in vino positquã acuit: item in malo punico, & aliis rebus acidũ siue cum habentibus. Columel. lib. 3. ca. 21. 4. Vt aut serum fructum cum præcoque eleuetiquæ res mox acorem facit. Idem lib. 5. ca. 10. 11. Ea res emendabit acorem malorum. De malis punicis loquitur. Quintil. lib. 9. cap. 3. In cibis interim acor ipse iucundus est.

Acephalus, acephali, (ἀκέφαλος,) Truncus, siue capite.

Acephali dicti sunt quidã perueri dogmatis sectatores, qui hæreseos suæ proprium authorem non habebant. vnde id nomen sortiti, quasi sine capite. Alciatus ex Suida.

Acephali sacerdotes, qui sub nullius episcopi disciplina vel prouidentia gubernantur, velut sine capite. Cælius lib. 3. Antiq. lect. cap. 12.

Acephali versus, à breui syllaba incipientes, quasi sine capite. Cælius lib. 2. cap. 35. & Hermolaus in Plinium.

Acephala fabula, sperfectũ sermo, vel fabula nõdũ absoluta, apud Plato.

Acer, aceris, n. g. prima & pen. corre. (σφένδαμνος,) Arbor de qua Plin. lib. 16. cap. 15. Acertilia fere amplitudinis, operũ elegãtia ac subtilitate cedro secundũ, &c. Ouid. lib. 1. Amorum, Eleg. 11. 6.

Subsederam. Veneri fidas tibi Naso tabellas
Dedicat: at nuper vile fuistis acer.

Acernus, acerna, acernum, (σφενδάμινος,) Quod est ex acere arbore: vt trabes acernæ. Virgil. 2. Aeneid.
Præcipuè cum iam hic trabibus contextus acernis
Starer æquos. Idem. 9. Aeneid. Trabibusque obscurus acernis.
Acerna mensa. Martialis lib. 14. 94.

Acer, hæc acris, hoc acre, (ὀξύς, ὄξυς, ὀξύτατος,) Pro forti ac vehementi sæpius accipitur: vt acre acetum, hoc est forte, si ita loqui licet Colu. lib. 3. Radice remis vitem præcidito, plagam acri aceto pariter ac lotio permista terra limito, eademque radices irrigato. Sic idẽ libro. 12. cap. 5. 1.

Acer & acidus succus, Vitruuius lib. 8. cap. 3.

Lectũ est hic & hæc acris vt Acris somnus, apud Ennium teste Prisciano.

Acer & sublimis. Horat, lib. 2. epistо. 34.
Et placuit sibi natura sublimis & acer.

Acer bello accendendo, Hoc est ad accendendum. Tacit. lib. 10. Duces partium accendendo ciuili bello acres, tẽperandæ victoriæ impares.

Acre iurginn inter Helaidum & Eprium. Tacit. lib. 12.

¶ Ad somniandum acer. Cicero lib. 1. de diuinat. 109. Tum euenier vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam ad somniandum acremque præbeat.

Arma acer. Virgilius. 9. Aeneid. 17.

Cursu acer equus. Virgil. 3. Georg. 23.

Acer militiæ Vespasianus, anteire agmen &c. Taci. lib. 18. Porrò militiæ putat Rhenanus genitiuum esse.

¶ In rebus gerendis acer. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 15. 1. Ecquem autem Cæsare nostro acriorem in rebus gerendis aut legisti aut vidisti? Cicc. in Oratore. 99. Quis in rebus vel inueniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit?

Acerrimum acetum. Gal. Bien fort. Celsus lib. 4. cap. 4. Asclepiades multarum rerum, quas ipsi quoque secuti sumus, author bonus, acetum ait quam acerrimum esse forbendum.

Acies ingenii acris. Cicc. 3. de Orato. 68. Nam neque tam est acris acies in naturis hominum & ingeniis vt res tantas quisquã, nisi monstratas possit videre neque tanta tamen in rebus obscuritas, vt eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit.

Aduersarius acerrimus. Cicc. ad Atti. lib. 10. 197. 12.

Aetas acris. Ouid. 3. Metamorpho. 102.
- vosne acrior ætas
O iuuenes, propiorque meæ, quos arma tenere, &c.

Amator acer, qui amat vehementius. Cic. Atti. lib. 1. Bibliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quamuis acrem amatorem inueneris.

Ambitus acrior. Tacit. lib. 14. Comitia Prætorum arbitrio Senatus habe ri solita. quod acriore ambitu exarserat, princeps composuit, tres qui supra numerum petebant legiones præficiendo.

Amor acer. Cicc. pro Archia. 20. Et de meo quodam amore gloriæ nimis acri fortasse, veruntamen honesto. Tibul. lib. 2. Eleg. 3. 7.
Acer amor fractas vtinam tua tela sagittas.
Scilicet extinctas atpiciamque faces.

Animaduersor acer & diligens vitiorum. Cicc. 1. Offic. 103.

Animus acer. Cic. pro Milone. 11. Seque acri animo defenderet, &c.

Universidad de Zaragoza Biblioteca

Animus acer & præsens. Cic. 2. de Orato. 47. Animus acer & præsens, & acutus idem atque versutus inuictos viros efficit.
Apri acres. Ouid. 10. Meta. 109. Fulmen hùt acres in aduncis dẽtib⁹ apri.
Arcus acer Virgil. 7. Aeneid. 34.
Aut acreis tendunt arcus: aut lenta lacertis
Spicula contorquent. Id est fortes. Seruius.
Ardor acrior. Claudian. Panegyr. 4. 67.
Astus acer. Valer. Flac. Argon. 2. 111.
Bellum acre & magnum, Cic. pro Cornel. Balbo. 32.
Cædes acris. Ouid. 11. Metamor. 81. - sed enim irreuocatus ab acri.
Cæde lupus perstat, dulcedine sanguinis asper.
Canis acer. Horatius, Epod. 12. 2.
Canis naribus acer. Ouid. 7. Metamorpho. 164.
Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
Ire canes, nec ligna sequi nodosa solebant.
¶ Cibi acres, qui acrimoniam & vehementiorem vim habent, & quasi mordaces sunt, vt sinapi, allia, cepe. Plin. lib. 11. capit. 53. Difficulter perficiunt omnia in cibis acria. * Et lib. 7. epistol. 3. Dulcibus cibis acreis acutosque miscere, &c.
Cogitatio acerrima atque attentissima. Cic. 3. de Orato. 10.
Consilia acriora. Tacit. lib. 11.
Cor acre. Lucret. lib. 3. 60.
Sed calidi plus est illis quibus acria corda,
Iracundáque mens facile effervescit in ira.
Cupiditas acerrima & fortissima. Cic. 12. Philip. 323.
Cura acris. Cic. 3. de Orato. 101.
Curæ acres, Acerbæ. Varro, Dumittísque acres pectore curas. Nonius.
Lucretius lib. 5. 10.
Quantæ consindunt hominem cuppedinis acres
Sollicitum curæ? quantique perinde timores?
Cursus acer. Stat. 4. Sylu. 3. 21.
Tunc velocior acriorque cursus,
Tunc ipsos inuat impetus iugales.
Acris custodia. Tacitus lib. 1. Annalium,
Defensor acerrimus, Cic. ad Lent. 1. 1. 6.
Dolor acer. Virgil. 11. Aeneid. 142.
- at illa furens, atque incensa dolore
Tradit equum comiti,
Dominus acer. Lucret. lib. 5. 18.
Et dominos acreis ascisci, omnia posse
Quos miseri credunt.
Egestas acris. Lucret. lib. 3. 13.
Turpis enim famæ contemptus, & acris egestas
Semota ab dulci vita stabilísque videtur.
Equus acer non modo velocem equum significat, vt Nonius accipit: sed etiam ardentem & concitatum ad ipsum cursum. Virg. 4. Aeneid.
At puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo.
Fauor plebis acrior in Domitium, loco ſ̃ ſagii acceptus est. Tacit. li. 11.
Fax acerrima. Tacitus, libro. 18. Susceptis Vespasiani partibus, acerrimam bello facem prætulit.
Feræ acres. Seneca in Octauia. 7. 7.
- quod sequi cursu feras
Auderet acres.
Flagitator assiduus & acer. Cic. in Bruto. 9. Nam hunc video flagitatorẽ, non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen & acrem fore.
Flamma acris. Lucret. lib. 5. 181.
Ore foras acrem flaret de corpore flammam.
Fremitus acer. Lucret. lib. 1. 55. - Ita perfurit acri
Cum fremitu, fæuitque minaci murmure pontus.
Frigus acre, Lucret. lib. 4. 53.
Ventus enim quoque paulatim cum verberat, & cum
Acre ferit frigus, non primam quamque solemus
Particulam venti sentire, & frigoris eius.
Fuga acris. Virgil. 3. Georg. 28.
Non saltu superare viam sit passus, & acri
Carpere prata fuga, fluuiosque innare rapaces.
Fugitor acer. Plaut. Trin. 10. 96. Vide FVGITOR.
Genus leonum acre. Ouid. 1. 4. Fasto. 43.
Desierat, cœpi, cur huic genus acre leonum
Præbeat insolitas ad iuga curua iubas? Virgilius. 2. Georg. 34.
Hæc genus acre virûm Marsos, pubemque Sabellam, &c.
Gustus acer. Plin. lib. 27. cap. 13. Gustu acri mordet.
Homo acer, Diligens. Virg. 2. Georg. Iam tum acer curas venientẽ extẽdit in annum. Vbi Seruius, Acer, non quilibet, sed diligens.
Homo acer, pro aspero, cuius contrarium est lenis. Teren. Phor. 2. 1. 32.
- nunc sua culpa vt sciat
Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.
Homo acer, pro forti, Nonio interprete Virg. 9. Aeneid. Hand acrem dubites in prælia poscere Turnum. Idem in. 8. Arma acri facienda viro.

Hostis acer Horat. Epod. 6. 3.
Qualis Lycambæ spretus infido gener,
Aut acer hostis Bubalo.
Hyems acris, pro aspera & vehementi. Plaut. Trin. 7. 7. Is acriorem hyemem parat, cum illam opportunam tempestatem conciet. Horatius in Carm. Soluitur acris hyems.
Acer in absentes linguæ iactator, Claudian. in Eutropium lib. 2. 76.
Ignis acer. Ouidius. 13. Metamorpho. 84.
Vror enim, lesúsque exæstuat acrior ignis.
Imagines acres. Cicli. 3. de Ora. 195. Imaginibus aũt est vtendũ agentib⁹, acribus, insignitis, q̃ occurrere celeriterq; percutere animum possint.
Impetus acer. Lucret. lib. 6. 26.
Post vbi commouit vis eius, & impetus acer,
Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem.
Incitatio acris & vehemens. Cicer. 1. de Orato. 98. Sed genus hoc totum orationis in iis causis excellet, in quibus minus poterit inflammari animus iudicis acri & vehementi quadam incitatione.
Ingenium acre, quasi ardens & concitatum: vt plus sit acre ingenium, quàm acutum. Columel. libro. 7. cap. 2. 4. M. Columella patruus meus, acris vir ingenii, atque illustris agricola. Cicer. 1. Acad. 49. Strato eius auditor, quanquam fuit acri ingenio,
Inimicus acerrimus. Acerbissimus. Cicero in Lælio. 37. Nunc idem acerrimus inimicus.
Instigatrix acerrima. Tacitus libro. 17. Nec deerat pars Galliarum quæ Rhenum accolit, eadem partes secuta, ac tum acerrima instigatrix aduersus Galbianos.
Intentio acris. Plin. lib. 18. cap. 26. Hoc acri intentione seruandum est.
Inuestigator acer & diligens. Ci. de vni. 1. Fur. n. vir ille cum cæteris artibus, quæ quidem dignæ libero essent, ornatus omnibus, tum acer inuestigator & diligens earum rerum quæ à natura inuolutæ videntur.
Inuidia acris Horat. 1. Sermo. 3. 13.
Cum genus hoc inter vitæ versetur, vbi acris
Inuidia, atque vigent vbi crimina, &c.
Ira acris. Lucanus lib. 3. 29.
Dixerat, & nondum foribus cedente Tribuno
Acrior ira subit. Lucretius lib. 3. 63.
Nec radicitus euelli mala posse putandum est,
Quin procliuius hic iras decurrat ad acres.
Iudicium acre. Cicer. 4. Acad. Quæstio. 41. Vt nemo sit nostrum, qui non insensibus suis cuiusque generis iudicium requirat acrius. Lucretius, libro. 2. 209. - sed magis acri
Iudicio perpende.
Labor acer. Silius Ital. li. 3. 19. Sudat⁹ labor, & bellis labor acrior. Alper.
Libertas acris. Tacit. lib. 13. Plerasque vectigalium societates, à consulibus & Trib. plebis constitutas acri etiam populi Rom. tum libertate.
Lupus acer. Horatius Epod. 12. 5.
O egon non felix, quam tu fugis, vt pauet acreis
Agna lupos, capreæque leones.
Maiestas acris. Claudian. Paneg. 5. 25.
Conscia tunc sonuit rupes, & inhorruit acri
Maiestate nemus.
Malum acre. Lucret. lib. 3. 51.
Nec temere huc dolor vsque potest penetrare, neque acre
Permanare malum, quin omnia perturbantur.
Memoria acris. Cic. 1. de Orat. 193. Verumtamen neque tam acri memoria ferè quisquam est, vt non dispositis notatisque rebus, ordinem verborum aut sententiarum complectatur: neque verò tam hebeti, vt ei nihil hac consuetudine & exercitatione adiumetur.
Acrem sui memoriam relinquunt. Tacitus Annal. 15.
Mettus acer. Virgil. 3. Aeneid, 136.
Præcipites metus acer agit quocunque rudentes
Excutere, & ventis intendere vela secundis.
Militia acris. Horat. 1. Carm. 29. 1. ad Icciũ,
Icci, beatis nunc Arabum inuides
Gazis & acrem militiam paras
Non antè deuictis Sabeæ Regibus.
Ministerium acre. Tacitus libro. 3. Quirinius ortus apud municipium Lanuuium, sed impiger militiæ, & acribus ministeriis Consulatum sub diuo Augusto adeptus.
Acerrimum ministerium. Tacitus Annal. lib. 2. Præfeceratque Cn. Pisonem ingenio violentum, & obsequii ignarum. insita ferocia à patre Pisone, qui ciuili bello resurgentes in Africa partes acerrimo ministerio aduersus Cæsarem iuuit.
Molossus acer. Virgil. 3. Georg. 81.
Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed vnà
Veloces Spartæ catulos, acremque molossum
Pasce sero pingui. Seruius. In illis velocitas, in his fortitudo laudatur.
Morbus acer & durus. Plaut. Menæch. 17. 111. Heu hercle morbum acrem & durum.

Morsus acer. Catullus. 2. epigram. 1. ad passerem Lesbiæ, Et acreis solet incitare morsus.
Natura acris. Horat. 2. Sermo. 7. 10. - acris vbi me
Natura incendit. Id est libidine inflammat.
Nox acerrima atque acerbissima. Cic. pro Sylla. 39. Quæ nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit atque acerbissima.
Oculus acer & acutus. Cic. pro Plancio. 54. Plini. epistol. 141. Gallinas vtà te missas libenter accepi, quas satis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguis tamen vidi.
Odor acer apud Plinium sæpe legitur, pro odore vehementiore, vt libro. 12. cap. 17. 9.
Odor acerrimus. Plin. lib. 15. cap. 28. & lib. 21. cap. 7.
Potentia solis acrior. Virgil. 1. Georg. 19.
Ne tenues pluuiæ, rapidique potentia solis
Acrior, aut glacies penetrabile frigus adurat. Vbi Seruius, Acrior, validior.
Potor acer. Horat. 2. Sermo. 8. 8.
Tum parochi faciem nul sic metuentis vt acres
Potores, vel quòd maledicunt liberius, vel
Feruida quòd subtile exurdant vina palatum.
Prælium acre. Tacit. lib. 12. Missæ auxilio cohortes, acre prælium fecere.
Prælium acerrimum. Ouid. ad Pisonem. 41.
- quanus acerrima surgant Prælia.
Prunia acris. Lucret. lib. 3. 4.
Quas neque concutiunt venti, nec nubila nimbis
Aspergunt, nè que nix acri concreta pruina.
Cana cadens violat.
Remex acer. Vir. 5. Aen. 24. Velocẽ Mnestheus agit acri remige Pistrin.
Res acrior. Catullus. 72. epigram. 1.
Non solum meminit, sed (quæ multo acrior est res)
Irata est, hoc est vritur & loquitur.
Rubor acer, Id est (vt vulgò dicunt) vivus, aut ardens. Senec. Natural. quæst. 3. Vide quomodo exarserit rubor omni acrior minio.
Rumor acer. Tacit. lib. 5. Per idem tempus Asia atque Achaia exterritæ sunt, acri magis quàm diuturno rumore.
Sensus videndi acerrimus. Cic. de Orato. 194.
Seruitium acrius. Tacit. lib. 5. Prospectare iam se acrius seruitium, eosque figere simul acta & instantia.
Silentium acre & intentum. Plin. lib. 2. epistol. 10. sit modo silentium acre & intentum, & cupidum vltiora audiendi.
Sol acer. Plin. lib. 14. cap. 8. Vuæ paulum ante maturitatem decerptæ, sic cantur acri sole, ter die versatæ per triduum. Lucret. lib. 6. 171. Hùc homines fontem nimis admirantur, & acri
Sole putant subter terras feruescere partim. Plin. lib. 17. cap. 24. 13.
Si sol acrior flecte⁹ inusit ipsum vitiũ. Id est validior ac vehemẽtior.
Sonipes acer. Stat. 5. Thebaid. 1. Acrior & campum sonipes rapit.
Sonitus acer. Virg. 4. Georg. 22. Aut acrem flammæ sonitum dabit.
Spiritus acer. Horat. 1. Sermo. 4. 10.
Ideirco quidam Comœdia, necne poema
Esset, quæsiuere: quòd acer spiritus, ac vis
Nec verbis nec rebus inest.
Stimuli acres, vrgentes, vehementes, excitantes, impellentes. Horatius, 2. Sermo. Saty. 7.
Vrget enim dominus meistem non lenis, aut acres
Subiectat lasso stimulos, versatque negantem.
Stomachus acer. Horat. 1. Sermo. 4. 12.
- nam lactuca innatat acri
Post vinum stomacho. Acrem Lædit, & acrem facit stomachum.
Studium acre. Cice. lib. 1. de Orato. 48. Non despero fore aliquem aliquando, qui & studio acriore, q̃ nos sumus atque fuimus, & otio, &c. existat talis orator.
Suauitate summa & acerrima condita vnguenta. Cic. 3. de Orat. 55.
Testes acerrimi. Plaut. Menæch. 14. 21. Testes tres aderant acerrimi.
Tibia acris. Horat. lib. 1. Carm. 12. 1.
Quem virum aut heroa lyra vel acri
Tibia sumis celebrare Clio?
Turba prædonum acris. Horat. 1. Sermo. 2. 9.
- fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos.
Venenum acre. Lucret. lib. 5. 180.
Quippe videre licet, pingue fœcere sæpe cicuta
Barbigeras pecudes, hominũt quæ est acre venenum.
Violentia leonum acris. Lucret. lib. 5. 149.
Denique cur acris violentia triste leonum
Seminium sequitur, vulpes, dolus?
Vir acer, Cic. ad Atti. lib. 4. 72. 5. Q. Flaccus eduxit viros acres, occidit homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos.
Virtus acris. Lucret. lib. 1. 14. - sed eo magis acrem
Irritat virtutem animi.
Vis acrior. Horat. Epod. 7. 3.
Furórne exeus, an rapit vis acrior,
An culpa? responsum date.
Visus acer. Plin. lib. 8. cap. 25. 6. Habetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua: extra, acerrimi visus.
Vox acris. Luc. li. 3. 194. Nõ merito iclamet magis, & voce screpet acri?
Vultus acer. Lucret. lib. 6. 238. Triste supercilium, furiosus vultus & acer. Ouid. 10. Metamorpho. 158.
- & vires augentur, & acrior ipse est
Vultus, & incomptis breuior mensura capillis.
¶ Acer, cum infinitiuo. Sill. Ital. lib. 3. 69.
Herdus agit, iuga Pyrenes venatibus acer
Metiri, iaculóque extendere prælia Mauro.
¶ Acre, pro acriter. Persius Sat. 4. 4.
Et prope te ignotus cubito qui tangat, & acre
Despuat in mores. Id est, expuedo, mores acriter & acerbè execretur.
¶ Acra. Plaut. Bacchid.
Perii, multa mala mihi nunc
In pectore acra atque acerba eueniunt. Aut acria legendum, aut vetustè dictum est ab acer, acra, acrum.
Acriter, penul. córre. (ἀφοδρῶς, ἐντόνως,) acrius, acerrimè, aduerbium qualitatis, Vehementer. Plaut. Pseud. 5. 40. Quid agitur Calliderete? C. amatur, atque egetur acriter. Idem Stich. 4. 26. Propterea credo nunc hîc esurio acrius.
Acriter aliquid cauere. Horat. 2. Sermo. 3. 19.
- quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium, & cauit nihil acrius: vt si
Fortè minus locuples vno quadrante periret,
Ipse videretur sibi nequior.
Acriter elatrare. Id est, vociferari. Horat. lib. 1. epistol. 19. 4.
Acriter intelligere. Cic. in Pisonem. 54. Lubricum genus orationis, adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceps.
Acriter animum intendere. Lucius. 1. ab vrbe. 6. acriter cogitare. Cice. 5. de finib. 7. Acriter videre. Id est acutissime. Cic. 4. Acad. 143. Acutius atque acrius videre. Cice. 1. de Orato. 57.
Acriter infestus. Lucret. lib. 6. 157.
Deinde videre licet, quàm multæ sint homini res
Acriter infesto sensu spurcæque graueisque.
Acriter oculis solem intueri. Cic. 1. Tusc. 114.
Acriter offerre se morti, Cic. pro Milone. 71.
Acerrime aliquid oculis quàm maximè intentis cõtẽplari, Ci. pro. Flac. 10.
Acriter speculari, Tacitus lib. 19. Satis patuit iis qui principum offensas acriter speculantur.
Acriter & vehementer dixerat accusator. Cic. pro Flacco. 16.
¶ Acrius, Comparatiuum ab acriter, positiuo functum, pro multo magis aut vehementius. Horat. 1. Sermo. - quanto constantior idem
In vitiis, tanto leuius miser: acrius ille
Qui sam contento, iam laxo fune laborat. Sensus est, Ille est acrius miser, & multo miserior, qui, &c. * In editione Aldina legitur, ac prior ille & multo rectius. Plaur. Merc. 18. 13. Illi verò si anare ea ætate oe cœperunt, multo insaniunt acrius.
Ardet acrius. Tacit. lib. 4. Inimicitias Agrippinæ longè acrius arsuras.
Acrius doluit populus. Tacit. lib. 2. Annal.
Acrius exarsit. Ouid. de art. Amandi. lib. 2. 71.
Experiri acrius. Tacit. lib. 4. Idque quò acrius experiretur, poma, vt erat appolita laudans, nuru sua manu tradidit.
Gratiam Cæsaris acrius fouere. Tacit. lib. 5. Qui gratiam C. Cæsaris nunquam sibi neglectam, acrius in dies fouebat.
Acrius incumbere. Virg. 4. Georg. 50.
Acrius incurrere & vrgere. Sil. Ital. lib. 15. 141.
Acrius hoc Italûm in pubes incurrit & vrget.
Acrius iudicare. Plin. epistol. 112. Iudico tamen, & quidem tanto acrius, quãto magis amo. Id est acutius. Dicimus enim, homo est acri iudicio.
Acutius atque acrius vitia iudicare. Cice. 1. de Orato. 57. Adest enim ferè nemo quin acutius atque acrius vitia iudicet, quàm ea laudet quæ recta videat.
Acrius micare. Lucret. lib. 3. 59.
Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira,
Cum feruescit, & ex oculis micat acrius ardor.
Acrius, quàm consyderatius initium tumultus excitauit. Tacit. lib. 17.
Acrius vrget. Ouid. Amorum lib. 1. 2. 4.
Acrius inuitos, multóque ferocius vrget,
Quàm qui seruitium ferre fatentur, amor.
Vrit acrius. Ouid. lib. 2. Amorum, Elegia. 19. 1.
Quod licet, ingratum est quod non licet, acrius vrit.
¶ Acerrime emendare, id est diligentissime. Plinius. in epistol. Ac siquid mihi credis, tum acerrime emendo, nam tanto diligentius, quanto solicitius emendo. Acerrime decertare. Cic. 2. Tusc. 190.
Acerrime aliquid agere. Cic. 2. de Orat. 174.
Acerrime aliquem virgis cædere. Cic. 7. Verr. 111.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acerrime, aliquid vituperare. Cic. ad Atticum, lib. 7. ep. 5.

Acrimonia, acrimoniæ denominatiuum, (σφοδρότης, δριμύτης,) Frequentius dicitur in saporibus nimia quædam vis ac vehementia, quæ vel acri odore, vel gustu mordaci nares aut linguam, palatúmue torquere solet, ita pe etiam vsque ad lachrymas, vt in sinapi, cæpis, allijs, nasturtio & piperis eiusmodi ob id quoque acria dicuntur. Cato de re rust. cap. 157. 4. Iuti vlcus acrimoniam eius ferre non potest, farinam hordeaceam misceto. Plin. lib. 12. cap. 19. Ipsum cinnamomi lignum in fastidio est, propter origani acrimoniam. Colu. lib. 10. Abstineat oibus tedolentibus esculentis: vt sunt fallamenta & eorum omnia eliquami tantem ferentibus acrimoniis, allii vel cæparum.

¶ Acrimonia in oratione, dicitur orationis maxima vis & vehementia. Cic. 3. de inuent. 225. Ideo quod, si id quo nititur aduersarius causa subduxerit, omnem illam eius vim & acrimoniam leniterit ac diluerit.

Acrimonia, Animi, vita citas: Nævius Lycurgo, Ne ille mei fert ingenii atque animi acrem acrimoniam. Nonius, Author ad Herennium, lib. 3. 119. Conuenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam esse. Idem libro. 4. 206. Eiusmodi licentia si nimium videbitur acrimoniæ habere multis mitigationibus lenietur.

Acrimoniam capere. Vide CAPIO.

Acritas, penul. corre. acritatis, penul. corre. denominatiuum, (σφοδρότης,) vehementia, Actius Neoptolemo, Vis veritatis atque acritas. Gellius lib. 13. cap. 1. dicut autem nihil quicquam interest suauitudo dicas, an suauitas, acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an quod Accius in Neoptolemo scripsit, acritas ita nihil rationis dici potest, qui necessitudo & necessitas separentur.

Acritúdo, pe. prod. acritudinis, pe. corre. (ὀξύτης,) denominatiuum, pro acore. Vitruuius lib. 8. cap. 3. Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quòd acer & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine. Ibidem, Ratiocinemur isdem rationibus ex acidis propter acritudinem succi, etiam calculosis in natura rerum similiter posse curari.

Aceratus, Acerosus, Acerare, Vide ACVS acetis.

Acerbus, ba, bum, (πικρός,) Immaturum, atque ita gustatu aspe rum. Et proprie de fructibus dicitur. Cic. de Senect. 49.

Vna primò est per acerba gustatu, deinde maturata dulcescit. Ouid. lib. 2. Amor. eleg. 14. 5. Quid plenam fraudas vitem crescentibus vuis? Pomaque crudeli vellis acerba manu?

¶ Acerbum dicitur per translationem, durum, molestum, triste, austerum. Cicero. 2. de Orato. 110. Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse, quàm si is qui sæpe alienissimis à me, sed meis tamen cibus salutí existimarer fuisse, fodali meo auxilium ferre non potuissem. Idem. 1. de Orato. 112. Orator autem omnia hæc, quæ putantur in communi vitæ consuetudine mala ac molesta & fugienda, multò maiora & acerbiora verbis facit.

Homo acerbus, cui Lenis apponitur, siue manisuetus. Cic. 2. de Orat. 98. Eáque omnia quæ proborum, demissorum, pòn acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde benevolentiam conciliant. Idem. 3. de Nat. deor. 111. Posse enim a sotos ex Attippi, acerbos ex Zenonis schola exire. Idem in Bruto. 32. Quis Catone grauior in laudando? acerbior in vituperando? Horatius. 1. Sermo. 3. 17. Quod nisi concedas, habeare insuauis, acerbus.

Miserum, acerbum, calamitosum, funestum, indignum, luctuosum, horribile. Cic. pro Quintio. 64. Miserum est exturbari fortunis omnibus: miserius est iniuria. Acerbum est ab aliquò circumueniri: acerbius à propinquo. Calamitosum est bonis euerti: calamitosius cum dedecore. Funestum est à forti atque honesto viro iugulari: funestius ab eo cuius vox in præconio quæstú præstitit. Indignum est à pari vinci aut superiore: indignius ab inferiore atque humiliore. Luctuosum est tradi alteri cum bonis: luctuosius inimico. Horribile est causam capitis dicere: horribilius priore loco dicere.

Acerba amatio, Plaut. Pœnul. 16. 132.

Earum hic alteram efflictim perit,
Neque eam incestauit vnquam. P. acerba
Amatio est. Hoc est, dura & toleratu difficilis.

Animis acerbus læuire. Virgil. 5. Aeneid.

Tum pater Aeneas, procedere longius iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis.

Casu acerbo concuti. Virgil. 5. Aeneid. 139.

At pater Aeneas casu concussus acerbo,
Nimbe huc ingentes, nunc illuc pectore curas Mutabat.

Cinis virtutum omnium acerbus. Catullus ad Mallium. 65. 182.

Troia nefas, commune sepulcrum Europæ, Asiæque,
Troia virúm, & virtutum omnium acerba cinis.

Corpus Neptuni acerbum, id est, aqua maris aspera & amara. Lucretius, libro. 2. 95.

Et quò missa putet magis aspera lænibus esse
Principiis, vnde est Neptuni corpus acerbum,

Est ratio secernendi, secernimúque videndi.

Acerbum damnum. Claudian. in Gigantomachia. 4.

- qui semper acerbis Me damnis vrgere solet?

Dies acerbus. Virgil. 5. Aeneid. 19.

Iamque dies (ni fallor) adest, quem semper acerbum,
Semper honoratum (sic dii voluistis) habebo.

Dissensus acerbus. Claudianus de bello Gildonico. 60.

- dissensus acerbus Et grauior consensus erat.

Acerbis facetiis Tiberium irritare solitus, Tacit. lib. 5.

Fata acerba, id est, dura. Horat. Epod. 7. 5. Sic est, acerba fata Romanos agunt. Subaudi, vt in bellum ciuile ruant.

Fatu acerba poscere. Senec. in Agam. 6. 5. Acerba fatu poscis. Id est, dictu tristia, dura, molesta.

Frigus acerbum. Horat. 1. Epist. 12. 11. Qui queritur salebras, & acerbum frigus, & imbreis.

Acerbum funus, & acerbus interitus, pro morte immatura: ideóque grauiore, atque amariore. Virg. 6. Aeneid.

Infantumque animæ flentes in limine primo,
Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos

Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. Cic. 4. Tusc. 29. Angor est ægritudo præsentis: luctus, ægritudo ex eius qui chariis fuerit, interitu acerbo.

Potest hîc etiam pro crudeli interitu accipi.

Horror ferræ acerbus, Id est, durus & inamœnus ferræ stridor. Lucretius, lib. 2. 83.

Ne tu forti putes ferræ stridentis acerbum
Horrorem constare elementis læuibus, &c.

Ictus acerbus. Ouid. lib. 1. de Ponto, 4. 2.

Sic ego mente tacens, & acerbo sanctus ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.

Inimicitiæ acerbæ. Propertius lib. 2. eleg. 9. 1, Nullæ sunt inimicitiæ, nisi amoris, acerbæ.

Acerbissimus inimicus, apud Ciceronem. Id est, maxime infensus aut crudelis. Acerbissimus ité consulú interitus, Plancus Cæc. li. 10. 17. 4. Iræ acerbæ. Lucret. lib. 5. 250.

O genus infelix humanum, talia diuis
Quum tribuit facta, atque iras adiunxit acerbas.

Libitina acerba. Horat. 2. Serm. 6. 3,

Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auster,
Autumnúsque grauis, libitinæ quæstus acerbæ.

Liuor acerbus. Claud. de Rapt. Pros. 2. 9,

- rabiem liuoris acerbi Nulla potest placare dies.

Luctus acerbus. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 9.

Defino, ne dominæ luctus renouentur acerbi.
Non ego sum tanti, ploret vt illa semel.

Lux acerba. Id est, dies. Seneca in Hercule Oeth. 11. 1, Proh lux acerba, proh capax sceleruin dolor.

Mater acerba in suos partus. Ouid. 2. Fast. 135.

Innocui ventant, procul hinc procul impius esto
Frater, & in partus mater acerba suos.

Mors acerba. Ouid. 14. Metamorphos. 38.

Vt verò fuga vos ab acerba morte reduxit,
Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam.

Odium acerbum. Virg. 10. Aeneid. ad finem,

- scio acerba meorum
Circumstare odia. hunc (oro) defende furorem. Cic. Atti. lib. 10. 197. 3.

Pectus acerbum. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 5. 11,

Quid fles, & teneros lachrymis corrompis ocellos?
Pectoraque insana plangis acerba manu?

Pestis acerba. Virg. 3. Georg. 83,

Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ,

Pestis acerba boum, pecorisque aspergere virus.

Recitator acerbus. Horat. in arte poet. ad finem, Indoctum doctumq; fugat recitator acerbus.

Res acerbæ. Lucret. lib. 5. 11, - multoque in rebus acerbis

Acrius aduertunt animos ad relligionem.

Impolitæ res & acerbæ. Id est, impei fectæ. Cic. de prouinc. Consul. 18.

Impolitæ verò res, & acerbæ si erunt relictæ (quæ quá sunt absciss æ) tamé efferent se aliquando, & ad renouandum bellum renitescent.

Rumor acerbus. Tibullus lib. 4. eleg. 13. 1, Quid miserum torques? rumor acerbe tace.

Sors acerba. Seneca in Hippo. 10. 1, O sors acerba & dura famulatus gravis. Id est, O códitio, &c. Idé in Hercule Oeth. 7. 10. O sorte acerbá.

Acerbum spectaculú, durum, crudele, & visu horrendú, Cic. 7. Verr. 78

Acerba vita. Cic. Lentulo, libro. 1. 1. 21.

Vulnus acerbum. Virgil. 11. Aeneid. 165.

Hactenus Acca soror: potui, nunc vulnus acerbum
Conficit, & tenebris ingrescunt omnia circum.

Vultus acerbus. Ouid. lib. 5. Tristium, eleg. 9. 4. Sed modo læta manet, vultus modo sumit acerbos.

¶ Acerba,

¶ Acerba, pro acerbè: adiuerbio. Lucretius lib. 5. 7. Asper, acerba tuens, immani corpore serpens. Ouid. epist. 2. 22.

Nox vbi me thalamis vlulantem, & acerba gementem
Conditit, in mœsto procubuique toro.

¶ Acerbum, acerbi, substantiuum, g. n. Ouid. lib. 5. Tristium, eleg. 2. 5.

Detrahat vt multum, multum restabit acerbi.
Partique meæ prænæ totius instar erit. Cic. antequá iret in exiliú. 13.

Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod Rempub. turbabitur.

Acerbitas, pen. corr. acerbitatis (πικρότης) denominatiuum proprie dicitur asperitas illa siue austeritas in fructibus immaturis.

¶ Acerbitas, Tristitia, dolor, aduersitas, cruciatus. Cic. ad Atticú, lib. 9. 175. 2. Ita neque de otio nostro spero iam, nec vllam acerbitatè recuso. Idem ad Q. fratré lib. 1. 1. 60. Nam si implacabiles fraciidiæ sunt, summa est acerbitas: sin autè exorabiles, summa lenitas quæ tamé (vt in malis) acerbitati anteponenda est. Idem pro Plancio. 71. Rei verò ipsa publica, si loqui posset, ageret mecum, vt quoniam sibi seruissem semper, nunquá mihi: fructus autem ex se ne non vt oportuisset lætos & vberes, sed magna acerbitate permistos tulissem: vt iam mihi seruirem, consulerem meis. Et lib. 1. Offic. 191. Atque etiam illud ipsum quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est ipsius id causa qui obiurgetur, fuisse ptum esse. Rursum pro Plancio. 83. Nunc timeo ne nihil tibi præter lachrymas quæam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti.

Acerbitas, dolor, cruciatus. Cic. in Catilinã. 73. Mihi quidé si hæc conditio Consulatus data est, vt omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusque perferremiseram non solum fortiter, sed etiam libenter.

Acerbitas, pro nimia asperitate ac duritie. Cic. 4. de finib. 127. Nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probauit: fuitque in alte 10 genere mitior, in altero illu strior.

Acerbitas animi, pro grauiore & nimio animi dolore. Cic. 3. Tusc. 107. Idem in Lælio. 73. Apud quem cuomat virus acerbitatis suæ.

Acerbitates conquisitæ. Tacit. lib. 5. Sanguinius maximus è Consulari bus præuit senatum, ne curas imperatoris, conquisitis insuper acerbitatibus augerent.

Acerbitatibus dilacerari. Tacit. Annal. lib. 2. Referatis patri ac fratri quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumuentus, misertimam vitam pessima morte finierim.

Acerbitas proscriptionis. Cic. pro Cluentio. 121.

Temporis acerbitas. C. Q. Valerio, lib. 13. 4. 3. Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate subterfugere. Id est, crudelitatem.

Acerbo, acerbas, (πικραίνω, τραχύνω,) acerbare, Asperare, acerbum facere: vt Acerbare crimen, quasi exaggerare, amplificare, facere atrocius. Virg. 11. Aeneid. Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit.
Artificis fecius, & formidine crimen acerbat. Inde fit exacerbare.
Claud. lib. 1. 37. ingemuat crimen commoti pectoris ignem
Nutrit, & exiguum stimulando vulnus acerbat.

Acerbè acerbius, acerbissimè, qualitatis aduerbium, (τραχέως,) Durè, seuerè, aspere. Cic. 3. de natu. deorũ. 118. Nec tamen possimus dicere non plures captimos acerbè, quàm prædones necatos. Idem. 1. Officio. 58. Ea bella minus acerbè gerenda sunt. Idem. 1. Tuscul. 148. Acerbius exigere dixit.

Acerra, acerræ, (ευμικτήριον,) Ara quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Alii dicunt arculam esse thurariam, vbi scilicet thus reponebant. Festus. Martialis lib. 10. 14.

- septimamque. Vestris addimus hanc focis acerram. Plin. lib. 35. ca nutus scribit esse pateram in qua libabatur. Virg. 5. Aenei. 148. Et plena supplex veneratur acerra. Acron in Horatium, thuribulum vocat. Cic. 2. de legib. 56. Ne sumptuosa resperso, ne lõgæ coronæ, nec acerræ præterantur. Ouid. 8. Metamor. 53.

Templa coronantur, bellatricemque Minerua
Cum Ioue, diisque vocant aliis quos sanguine, voto,
Muneribusque datis, & acerris thuris honorant. Idem. 4. Fasto. 188.
Cumque meri patera, thuris acerra fuit. Et. 13. Meta. 152. Dantique sacerdoti custodem thuris acerram. Horat. 3. Carm. 8. 1.
Martiis cælebs quid agam calendis,
Quid velint flores, & acerra thuris
Plena miraris, positusque carbo
Cespite viuo.

ACERRAE, Acerrarum, (ἄκρα ἔρως,) Vrbs Campaniæ Italicæ. Virg. 7, Georg. 45. Talem dines arat Capua, & vicina Vesæuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris. Acerræ (inquit Seruius) ciuitas est Campaniæ, haud longè à Neapoli: quam Clanius præterfluit fluuius: cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait vacuis, id est infrequentibus. Hæc Seruius. Silius Ital. lib. 8. 107. Illic Parthenope, ac Pœno non pernia Nola,
Alliphe, & Clanio contemptæ semper Acerræ.

Acerrani, (ἀκρραῖοι,) Incolæ Acerrarum.

Acersecomes, acersecomæ, pe. cor. ge. m. (ἀκτεροκόμης,) Latine intonsus dicitur, quales erant Romanis in deliciis pueri. Iuuenal. Sary. 8.

Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit acersecomes, si nullum in coniuge crimen.

Aceruus, acerui, m. g. (σωρός, ἄθροισμα, ὄγκος,) Valla lib. 4. Acer tui & legumini, vt salis. Interdum etiam aliquanto maiorum: vt acertus scutorum, apud Virgilium. 8. Aeneid. 110. Et fere generale est ad omnia. Plaut. Pseud. 4. 56. Quibus cunctis mõtes maximi acerui frumenti sunt domi. Cic. 4. Acade. 90. Acerui efficiunt vno addito grano. Idem contra Rullum. 62. Vix iam videtur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat. Idem in Catil. 68. Acernis corporum redundauit. Horat. in epist. Non ager, aut fundus, non æris aceruus & auri.
Ægroto domini deduxit corpore febres.

Altus aceruus. Lucret. lib. 3. 40.

- vt ab summo tibi diffluat altus aceruus.

Cæcus aceruus. Ouid. 1. Metamorpho. 5.

Quæ postquam euoluit, cæcoque exemit aceruo,
Dissociata locis concordi pace ligauit. Per aceruum cæcum, chaos ele mentorum intelligit.

Grandis aceruus. Ouid. libro. 1. Amorum, eleg. 8. 18. Postmodo de stipula grandis aceruus erit.

Ingens aceruus. Virg. 1. Georg. 37.

- populatque ingentem farris aceruum Curgulio.

Magnus & paruus aceruus. Horat. 1. Sermo. 1. 11.

- at suaue est ex magno tollere aceruo.
Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cameris granaria nostris?

Modicus aceruus. Horat. 2. epistо 2. 38.

Vtar, & ex modico, quantum res poscet, aceruo
Tollamnec metuam quid de me iudicet hæres.

Ruens aceruus. Id est, decrescens. Horat. 2. Epist. 1. 10.

Paulatim vello, & demo vnum, demo etiam vnum,
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui.

¶ Aceruus, figurate translatum ad res incorporeas. Cicc. pro Sylla. 57.

Quæ indicia parricidiorum, quantos aceruos facinorum reperietis?

Aceruatim, adnerbium quantitatis, (σωρηδόν,) Per aceruos. Varro li. 1. de re rust. c. 38. 1. Non vt de pecore aceruatim poni. Colu. li. 9. c. 13. 3. Cum enim eiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim effectæ reperiuntur. Cæsar, Plerique aceruatim se de vallo præcipitaverunt.

Aceruatim accumulare. Lucretius, libro. 6. 254. Confertos ita aceruatim mors accumulabat.

Aceruatim dicere quasi promiscue & nullo seruato ordine. Cic. pro Cluétio. 2. Aceruatim tam reliqua Iudices dicam. Idem in Oratore. 47. Nec aceruatim multa frequentans, vna complexione deuinciet. Plin. lib. 4. cap. 12. 20. Aceruatim ergo ponentur reliquæ.

Aceruo, aceruas, (σωρεύω,) aceruare. Accumulare. Plin. lib. 6. capit. 4. 4. Plura vndique aceruabimus. Id est, in hunc locum vnum coniiciemus, & quasi congeremus. Idem lib. 21. cap. 17. 6. Octoginta simul aceruatis sæpe bulbis. Quintil. lib. 9. cap. 3. Nec verba modo, sed sensus quoque idem facientes aceruantur.

Acernalis & hoc acernale, penul. prod. (σωρευτής,) Cic. in. 2. de Diuina. 17. Argumentationes, quas Græci Soritas vocant, acernales appellatas his verbis, Aut quemadmodum Soriti respondeas? quem si necesse sit, Latino verbo liceat acernalem appellare: sed nihil opus. vt enim ipsa philosophia, & multa verba Græcorum, sic σωρείτης, satis Latino sermone tritus est. Hæc Cicero. Chrysippus solitus erat per sorites argumentari, & gradatim interrogare. ex quo argumentatio fiebat numerosior, & acernus quasi quidam gradatim cumulabatur propositionũ & probationum: vt ita concluso efficeretur ad probádum quod moliebatur, vltra præscriptum argumentationis.

Acernatio, verbale ab acernando, (σωρεύσις,) Ipse actus aceruandi, siue accumulatio. Plin. lib. 11. ca. 53. 5. Homini cibus vtilissimus simplex: acernatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora.

Acesco, acescis. Vide ACEO.

ACESII & Heliconis opera, quæ singulari artificio confecta viderentur, sic antiquitus appellabantur. Locum prouerbio fecerunt duo quidá celebratæ artis artifices. Acesius natione Pataræsis, & Helicõ Caystius, qui primi contexuisse dicuntur peplũ Palladis Poliadis. Id enim cognomen Minervæ, quæ in arce Atheniensium colebatur.

Acesius medicatus est. Dicitur de re quæ semper vergit in deterius, & quæ, quo magis accuratur, hoc peius habet. Occasionem adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus & stupidus, qui dũ cuidam pedũ dolore laboranti mederi studeret, auxit dolorem. Author Diogenianus.

ACESINVS, Fluuius gemmas ferens. Plin. lib. 37. cap. 13. Gemmiferi amnes sunt Acesinus & Ganges. Meminit & lib. 4. cap. 12. Quem libro. 6. cap. 20. tradit influere in Indum fluuium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ACESTVM Apollinem apud Helecos eundem Pausanias putat, quem Alexicacon vocant Athenienses. Cælius Antiq.lect.lib.9.cap.19.

ACESTAEI Iuna. Dictum in comperendinatores, qui nouam subinde causam commiscuerunt, quò negotium differant: à nautæ cuiusdã moribus tertium cui Acestæo fuerit nomen. Is quum esset ignauus, ita prorogare consueuit nauigationem, vt se diceret lunam magis opportunam expectare. Author Diogenianus.

ACESTA, (ἄκεστα,) Siciliæ vrbs, ab Aceste dicta, teste Virgilio libro Aeneid.5. Vrbem appellabunt permisso nomine Aceſtam.

ACESTES, huius Acestæ, (ἀκέστης,) filius fuit Crimisi fluminis ex Segesta Troiana, vt lib.5. Aeneid. testatur Virgilius,

occurrit Acestes
Horridus in iaculis, & pelle libystidis vrsæ:
Troia conceptum Crimiso flumine mater
Quem genuit: veterum non immemor ille parentum. Hic iam senex, primo Anchisen, & Aeneam Italiam petentes suscepit hospitio, & mortuum Anchisen vnà cum Aenea in Eryce monte Siciliæ sepeliuit. Demum iterum à Carthagine descendentem Aeneam, quo illum venti impulerãt, suscepit. vbi Aeneas condita inualidis sociis ciuitate, eam vocauit Aceſtam. De qua Virgil. lib.5.143. Vrbem appellabunt permisso nomine Aceſtam. Dicta autem Acesta, Segesta. Testis in hunc locum Seruius. At in illud.1. Aeneid. Troianoque à sanguine clarus Aceſtes, rem sussus explicat his verbis: Quum Laomedon promisſam murorum mercedem Neptuno & Apollini denegasset: Neptunus iratus, Troiæ immisit cætos, qui eam vastarent. Vnde Apollo consultus quum & ipſe iraſceretur, contraria respondit, dicens obiciendas nobiles puellas belluæ. Quod quum fieret, timens Hippotes quidam nobilis filiæ Segestæ, quum Laomedontis regis Hesiona iam orta seditione esset relegata: impositam eam naui misit quò fors tulisset. Hæc ad Siciliam delata, à Crimiſæo fluuio, quem Crimisium Virgilius poetica licentia vocat, conuerſo in vrsum vel canem compressa, edidit Aceſtemque ex matris nomine ciuitatem Troianis condidit, quæ hodie Segesta nominatur. Hactenus Seruius.

Aceſtes clarus. Virg.1. Aeneid.111.
Dardanius Aceſtes. Virg.5. Aeneid.141.
Fidus Aceſtes. Ouid.14. Metam.17.
Granis Aceſtes. Virg.5. Aeneid.77.
Senior Aceſtes. Virg.5. Aeneid.114.
Troianus Aceſtes, Propter originem. Sil.Ital.lib.14.10.

ACESTIDES, (ἀκεστίδης,) Fornaces sunt ferreæ, prægrandesque, in quibus fit cadmia. Dioscorides lib.5. in cap. De cadmia.

ACESTIVM, Aceſtij, ge. Nomen mulieris ἀρρητ, de qua in hanc sententiam meminit Pausanias in Attica, Aceſtium Xenoclis, qui ex Sophocle Leontis filio prognatus est, filia fuit. Huic ad Leontem vsque atauum, omnes gentiles Cereris ministros quassantes facem, dum viueret, videre contigit. Nam primum in eo vidit Sophoclem fratrem, dein Themistoclem coniugem, atque eo mortuo Theophrastum filium: atque hæc illius fortuna commemoratur.

Acetabulum, acetabuli, n.g. (ὄξυβαφον,) accipiendo dicitur, vt testis est Herenolatis: etiam si Græci oxybaphon appellant, quasi ab aceto. Et est genus mensuræ. Plin.lib.21. capi.34. Cũ acetabuli mensura dicit significat heminæ quartã partẽ. i. drachmas. X v. Idẽ li.18.c.7.13. Coriãdri selibras, salisq; acetabulo. Celsus li.2.c.24. Instillaturque subinde quisoptimi mellis acetabulũ.

Acetabula in corporibus dicuntur pro pyxidibus, vt anatomici vocant, quibus coxendices infiguntur, circaque ea vertuntur ossa coxarũ. Plin.li.28.ca.11. Itẽ ossa ex acetabulis pnarũ, citrea q̃ coxendices vertunt.

Acetabula item sunt velut quidam calículi in iis piscibus qui molles appellantur, vt in polypo. Plin.li.9.c.30.3. de polypo loquẽs, Præterea negat esse vllũ atrocius animal ad cõficiẽdũ hostem in aqua. luctatur. n. cõplexu, & sorbet acetabulis, ac numeroso suctu detrahit, cum in nau fragos vrmantes ue impetum capit. Et paulopost. Ostendêre Lucullo caput eius, dolii magnitudine, amphorarum. X v. capax: atque (vt ipsius Trebii verbis vtar) barbas, quas vix vtroque brachio complecti esset, clauarum modo torosas, lõgas pedũ triginta, acetabulis, siue calículis vrnalibus, peluium modo, dentes magnitudini respondentes.

Acetabula sunt etia præstigiatorũ vascula, siue calículi, quibus astantiũ oculos fallẽdo pstringũt. Senec. li.6. epist. Ista sine noxa decipiũt, quo præstigiatorũ acetabula & calículi, in q̃bus me fallacia ipsa delectat.

Acetabulum abusiue dici potest de rebus aliis, quæ similitudinem quandam referant acetabuli, quod in corporibus esse suprà dictum est. Vt de Quintil. lib.8. cap.6. Eo magis necessaria (inquit) κατάχρησις, quã rectè dicimus abusionem. quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est. Et paulo póst. Mille sunt hæc: & acetabula, quicquid habent & pyxides, cuiuscunque materiæ sunt: & parricida, matris quoque aut fratris interfector.

Acetaria, acetariorum, plu.num. (ὀξύβαφα) Nomen ab aceto dictum: & sunt herbæ scu cibaria quæ ex aceto sumuntur ad excitandã appetentiã: quales sunt herbæ virẽtes, quas aceto, oleoque guttatim instillato cõcinnamus. Fiunt & ex herbarum radicibus acetariæ. Plin.lib.20.cap.20. Stomachũ in acetariis sumpta c roborat, De portulaca loquitur. Idem lib.19.cap.4.9. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expedita res & parata semper: vnde & acetaria appellabantur, facilia cõcoqui, nec onerosa sensum cibo. Quem locum sic exponit Hermolaus: Porrò hîc acetarium non ab aceto, vt eredi cœpti est, sed ab eo accipiendo flectitur. Ideò enim, inquit Plinius, acetaria appellabantur horti, hoc est, hortensia: quoniam expedita res & parata semper esset, Nam & aceta bulum ab accipiendo dicitur: etiam si Græci oxybaphon appellant, quasi ab aceto. Hactenus Hermolaus.

Acetaria (vt nonnulli volunt) dici quoque possunt carnes frustillatim concisæ, quæ ex aceto sumuntur.

Acêtum, aceti, penul.prod. (ὄξος:) nomen omnibus notissimum. Martialis lib.13.122.

Amphora Niliaci non sit tibi vilis aceti,
Esset quum vnum, vilior illa fuit

Acetum acre. Horat.2. Serm.3.24. -acre
Poter acetum.

Acetum frigorificum. Gellius lib.17.cap.8. Acetum autem omnium maxime frigorificum.

Mordax acetum. Persius satyra.5.9.
-mendose colligis, inquit
Stoicus hic, autem mordaci lotus aceto.

Moriens acetum. Persius satyra 4.4.
Paimosam fecem morientis sorbet aceto.

Pharium acetum, Id est, Aegyptiacum, à Pharo Aegypti insula. Iuuenalis saty.13.9. -comedam, inquit, flebile nati
Sinciput elixi, Phariõque madentis aceto.

Rubens acetum. Martial. lib.11. in Cheremonitem,
O quàm magnus homo es qui fece rubentis aceti,

Et stipula, & nigro pane carere potes. Ironicè loquitur poeta.

Acetum exacuere. Plin.lib.19.cap.5. Verum nobilissima est scilla, quanquam medicamini nata, acetoque exacuendo.

Acero quempiam perfundere, Amara mordacitate reprehendere. Horat.1. Sermon.7.7.
At Græcus, postquam est Italo perfusus aceto,
Persius ex clamat.

Acetum ad animum transtulit. Plautus. Sic enim ait in Pseud.11.49. Ecquid habet is homo aceti in pectore? Videtur acerbitatem significare: hoc est, dolorem, mœroremve acerbissimum. Idem Bacchid.8.1. Nunc experiar, sitne acetum tibi cor acre in pectore. Id est, acrimonia & indignatio. Erasmus astutiam intelligit.

ACHAEMENES, penul.breuiata, (ἀχαιμένης,) fuit primus rex Persarum, à quo postea reges omnes vsque ad Darium vocati sunt Achæmenidæ. Ex Herodoto lib.4. Horat.2.Carm.12.5.

Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes,
Permutare velis crine Licinio?

ACHAEMENIA, pars Persidis, ab Achæmene Agæi filio. Author Stephanus.

Achæmenius, (ἀχαιμένιος,) Id est, Persicus, vel Parthicus, author Lucanus, Pulsus Achæmenis longè decurrere campis. Stat.5.Syl.3.38. Alter Achæmenium secludit zeugmate Persen.

ACHAEMENIDES, penul.corr. (ἀχαιμενίδης,) Vnus è sociis Vlyssis: qui apud Virg. narrat de Polyphemo. 3. Aeneid.122.

ACHAIA, pe.corr. Græce, (Ἀχαΐα.) Ampla regio Græciæ, & penè insula. Nam Aegeo & Ionio mari cingitur, præter exiguã partem. Eius caput Corinthus, vrbs olim ditissima. Ab Achæo Xuthi filio hoc ei nomen inditũ tradit Strabo li.8. Aegialos (vel vt alii, Aegialea) añ vocabatur, propter vrbes in littore dispositas. Author Plin.lib.4.cap.5. Sanè Aegialus, masc.g. αἰγιαλός, Græcis littus significat. At Paulanias ab Aegialo dictam ait primo rege è Thessalia veniente, ac patre Achæi qui regioni nomen dedit. Dicta & Ionia, quòd Iones habuerit colonos ab Atheniensibus missos. Sed & Peloponnesus, quasi Pelopis insula. Nunc vulgò Morea vocatur. Ouid.8. Metam.54.

Sparserat Argolicas nomen vaga fama per vrbes
Theseos, & populi quos diues Achaia cepit,
Huius opem magnis imploraũere periclis. Idem epist.15.38.
O quoties dices, quàm pauper Achaia nostra est.

Achæus, (ἀχαιός,) aliquis de Achaia, vel Græcus. Ouid.4. de Ponto.6.
Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis. Stat.2. Achil.70. de Paride Helenam rapiente,
-terrásque freto delatus Achæas,
Hospitis Atridæ (puder heu, miserétque potentis
Europæ) spoliat thalamos, Helenaque superbus
Nauigat, & captos ad Pergama deuehit Argos.

Achæiàs, huius Achæiados. (ἀχαιάς,) Ouid. epist.3.15.
Inter Achæiadas longè pulcherrima matres,
In thalamos coniux ibit, carque tuos. Alii scribunt, Achaiadas.

Achaicus, adiectiuum pen.corr. (ἀχαϊκός.) Id est, Græcus. Virg.2. Aeneid. 93. Et Danaum solitæ naues, & Achaica castra. Horat.1. Carm.15.7. Post certas hyemes vret Achaicus.
Ignis iliacas domos.

Achãis penul.prod. huius Achaidis & Achaidos penul.corr. g.f. (ἀχαΐς,) Ouid.5. Metamorph.62.
Perque tot Hæmonias, & per tot Achaidas vrbes
Huc venit. Idem.15. Metamorph.559.
Si quæris Helicen & Iurin Achaidas vrbes,
Inuenies sub aquis. Alii scribunt Achæidas. Patronymicum est, pro possessiuo, quod frequens est, potissimum poetis.

Acheloi Oceani & Tethyos fuisse filiã tradit in Theogonia Hesiodus.

Aeolus Achelous. Propertius lib.1. eleg.15.7. ad Lynceum poeram,
Nam rursus licet Aetoli referas Achelot
Fluxerit vt magno fractus amore liquor.

Calydonius Achelous. Ouid.8. Metamorph.147.
Mixtus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur. Rursus lib.9.1.
Quæ genitus, truncæque deo Neptunius heros
Causa rogat frontis: quum sic Calydonius amnis
Cœpit, mornatos redimitus arundine crines.

Deformis cornu Achelous. Stat.7. Theb.84.
-Acheloon vtroque
Deformem cornu vagus infamabat Acarnan.

Naupactæus Achelous, Id est Aetolus, à Naupacto vrbe Aetoliæ. Ouid. 2. Fast.10. Amphiaraides Naupactæo Acheloo
Solue nefas: dixit: soluit & ille nefas.

Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.

Turbidus Achelous. Stat.2. Thebaid. decimotertio versu à fine.
Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.

Achelous, apud veteres generaliter aquam significabat. Vnde est illud Virgilii.1. Georg.2. Poculáque inuenit Acheloia miscuit vnis. Id est, aquam miscuit vino. Author Seruius ex Orpheo. Macrobius quoque libro.5. Saturn.cap.18. docet hunc morem loquendi peruagatum fuisse, vt Acheloum pro quauis aqua dicerent: citátque testimonia ex Aristophane, Ephoro, Didymo, Euripide.

Acheloius, adiectiuum possessiuum, (ἀχελῷος,) Ouidius.15. epistol.54.
Vt ferus Alcides Acheloa cornua fregit,
Dum petit amplexus Deianira tuos,

Acheloides, (ἀχελωΐδες.) Id est, Sirenes Acheloi filiæ. Oui.5. Met.111.
-vobis Acheloides vnde.
Pluuia, pedesque auium, cum virginis ora geratis?

Acheloiades, (ἀχελωϊάδες,) exedè quæ & Acheloides. Oui.14. Meta.16.
Soluit, & Hipporadæ regnum, terrasque calenti
Sulfure fumantes, Acheloiadumque relinquit
Sirenum scopulos.

Acherôis, penul.prod. huius acheroidis & acheroidos, pe.corre. f.g. (ἀχερωΐς,) Epitheton populi albæ. Texebant (ait Parthasius in Claud.) sibi Bacchæ coronas ex alba popalo, quòd ea arbor inferna credebatur, & (vt ait Harpocration) inxta ripas Achetontis enata: eòque ab Homero Acheroida appellari putant.

ACHERON, penul.corrept. huius Acherontis, m.g. (ἀχέρων,) dicitur à poetis fluuius inferorum. Seruius autem apud Virgilium lib. Aeneid. 6. scribit locum esse in Campania montibus septum, adeo vt nec oriẽtem, nec occidentem Solem possit aspicere, sed tantum medium diẽ, non procul à Baiis, vbi necromantia exercebatur, cui vicina loca omnia calidis & sulphuratis aquis scatent. Est item Acheron, fluuius Epiri & etiam Lucaniæ, teste Plinio.

Acheron à Seruio in.6. Aeneid. dici putatur, quasi sine gaudio. Siquidem ἀ, particula est priuatiua; χαίρω lætitiam significat. Sunt qui malint ἀπὸ τοῦ ἄχος καὶ ῥεῖν, quasi doloris tristitiæque fluuius. Virgilius.2. Georg.78. Felix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atque metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari. Id est, omnem mundum in mortem trahentis. Seruius.

Acheron (ait Parthasius in Claud.) ad Heracleam Ponti fluuius est, ab Acheronte Mariandynorum rege dictus, vt Telus Andro refert. Is postea Sconautes à Megarensibus quibusdam nautis vocatus est, qui rempestatem maris illuc euaserunt, vt canit Apollonius. Etusdem nomnius alter apud inferos esse fingitur, ad exprimẽdum mœrorem, quo charissimos quosque vita functos efferimus. Aliter Academici: Nam quicquid fecisse dixisseue vsque ad tristitiam, humanæ varietatis more nos pœnitet, in Acheronte significari putauerunt. Hæc Parrha. Meminit & Hermolaus in Plin.lib.6.cap.1.

Adustus Acheron. Lucanus lib.3.4.
Præparat innumeras puppes Acherontis adusti
Portitor. Aquas enim flammeas habere dicitur.

Durus Acheron. Stat.1. Sylu.6.17. -iam littora duri
Sæua Palete sens, durumque Acheronta videbas.

Fumeus Acheron. Valer. Flac. lib.4. Argonaut. de Acheronte Pontico,
Illic pestiferas subter iuga concaua torquet
Alter aquas Acheron, vastoque exundat hiatu
Fumeus, & spiua sequitur caligine campos.

Mœstus Acheron. Senec. in Thyeste.1.4.
-adde siquid ad pœnas potes,
Quod ipſe custos carceris diri horreat,
Quod mœstus Acheron paueat. Mœstus, ab effectu, mœstitiã inducẽs.

Imus Acheron. Virgil.11. Aeneid.5.
Interea socios, inhumataque corpora terræ
Mandemus: qui solos honos Acheronte sub imo est.

Nefastus Acheron. Stat.4. Thebaid.91.
Tres Hecate, totidemque satis Acheronte nefasto
Virginibus iubet esse locos.

Profundus Acheron. Lucret. lib.3.199.
Atque animarum etiam quæcunque Acheronte profundo
Prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis.

Tartareus Acheron. Virg.6. Aeneid.59. Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.

Tristis Acheron. Sil.Ital.lib.13.15.
Tristior his Acheron, flamæ crassoque veneno Aestuat.

Acheron, Acherontis, (ἀχέρων,) siue Acheros, Acheros, Idem quod Acheren. Plaut. Amphit.4.14.
Verbero, etiam quis ego sim merogitas? vlmorum Acheruns.
Quem pol ego hodie ob illhæc dicta faciam feruentem flagris. Quẽ locum sic Pylades exponit, Vlmorum Acherons, vorago & dissipatio virgarum, non aliter quàm Acheruns siue Acheron fluuius infernus, qui est vorago & assumptio animarum. Dicitur vtroque modo Acherons & Acheron. Ex vlmis autem virgæ fiebant ad plagas seruis malis inferendas. Vnde alibi verberonem seruum, appellat vlmitribam. Idem Capt.5.19.
Vidi ego multa sæpe picta, quæ sub Acheronte fierent
Cruciamenta: verum enimuero nullus ad eque est Acherons,
Atque vbi ego fui in lapidicinis. Dicit Tyndarus se multa vidisse picta cruciamenta quæ herent apud inferos, vt Tityi, Sisyphi, Ixio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis, & filiorum: verum nullum Acherontem inueniri posse adeò ærum nosum, vt sint illæ lapidicinæ, in quibus aliquot dies fuerat exercitus.

Acherontícus, adiectiuum vt Acherontica regio, (ἀχερούντιος,) Plautus Bacch. 4. 11. Regiones colere mauellem ego Acherontícas.

ACHERONTIA, (ἀχερουτία,) Ciuitas est Apuliæ, contermina Lucaniæ, quam ob hoc nidum appellauit Horatius, quia parua est, & in mõtis constituta summitate, sicut nidi auium in summis arboribus. Hæc Acron. Horat. lib. 3. Carm. 4. 3. - mirum quod foret omnibus.
Quicunque celsæ nidum Acherontiæ
Saltúsque Batinos & arcum
Pingue tenent humilis Ferenti.

ACHERVSIA, (ἀχερουσία,) palus est inter Capuam & Auersam iuxta Cumas, oriens ex Acheronte. Est item lacus Tesprotiæ, in Epiro, ex quo lacu profluit amnis Acheron, qui in Ambracium sinum defertur: authores Pomponius & Strabo lib. 5. Plin. quoque lib. 4. cap. 1.

Acherusia quoque, specus est in Ponto iuxta Heracleam, ad manes (vt aiunt) pertinis. Illac extractum ab Hercule Cerberum existimant. Vide Plinium lib. 6. cap. 1. & lib. 27. cap. 2. Pomponium Melam lib. 1. & 2. Solinum cap. 45. Diodorum Siculum lib. 1. Ouid. Meta. 7. 83.

Acherúsis, penul. prod. huius Acherusidis & Acherusidos penu. corr. f. g. (ἀχερουσίς,) Idem quod Acherusia. Valer. Flac. lib. 5. Argonaut. inde premente Noto tristes Acherusidos oras Præterit.

Acherusius, adiectiuum, (ἀχερούσιος,) Lucre. lib. 3. 5. At contrà nusquã apparent Acherusia templa. Id est, Infernæ regiones. Idem lib. 4. 208. Hinc Acherusia fit stultorum denique vita.

Acherusius humor. Sil. Ital. lib. 13. 80.
Hortatur vicina palus, vbi signat Auerni
Squalentem introitum stagnans Acherusius humor.

Achetae, penul. corr. achetarum, (ἀχῖται,) Cicadæ sunt argutæ & canoræ. Plin. lib. 11. cap. 26. Quæ canunt, vocantur Achetæ: & quæ minores ex eis sunt, Tettigoniæ: sed illæ magis canoræ. Mares canunt in vtroque genere: fœminæ silent.

ACHILLEON, Oppidum Troadis, ad Achillis tumulum à Mitylenæis conditum, authore Plinio ca. 30. lib. 5. Memnit & Strabo lib. 13.

ACHILLES, huius Achillis & Achillei vel Achilleus, huius Achillei & Achilleostanisi malis Achilli, ab Achille. per cõtractionem fieri, vt vo lunt plerique, (ἀχιλλεύς,) Græcorum omnium fortissimus, filius fuit Pelei & Thetidis: quem infantem (vt fabulantur poetæ) mater Stygijs aquis totum immersit: vnde inuulnerabilis toto corpore factus est, præterquam ea parte pedis qua comprehensus à matre fuerat dum abluebatur. Demum Chironi Thessalo homini iustissimo datus est educandus, vt sub eo bellicis artibus insuesceret à primis statim annis, in disciplina quoque musica proficeret, atque etiam bonis moribus enutriretur. Hunc autem cum mater à Proteo vate audisset in expeditione Troiana periturum, si eò cum cæteris Græcis proficisceretur: tam adultum inter filias Lycomedis in Scyro Aegei maris insula regnantis puellari habitu furtim occuluit. vbi quum aliquandiu latuisset, Deidamiam Lycomedis filiam vitiauit, ex eaque Pyrrhum suscepit. Audierant autem Græci Troiam expugnari non posse, nisi Achilles ipse adesset. Itaque Vlysses id quod erat, suspicatus: mercibus quibus fœminæ capiuntur, gladium, (cui tumque ae galeam immiscens) ad Lycomedem se contulit, vbi mercibus expositis, Achilles gladium ac scutum, alijs negligens, tractare cœpit. Vnde cognitus, ad bellum Troianum deductus est. Vbi tandem cum Agamemnone propter ereptam sibi quam amabat Briseidem, simultates exercuit, adeò vt aliquandiu bello abstinuerit. Neque vllis precibus adduci potuit vt confligeret, donec Patroclum sibi charissimum intellexerit ab Hectore interfectum. Cuius mortem occiso Hectore ad postremum vltus est, Tandem Polyxenæ Priami filiæ coniugium sperans, à Paride in Apollinis Tymbræi templo sagitta occisus est, & in Sigæo promontorio à Græcis inhumatus. Hæc ex variis.

Achillem heptapachyin vocat Lycophron, quasi septem cubitos altum. Testis Hermolaus in Plinium lib. 8. cap. 29.

Achillem scribit Euphorion videri nuncupatum, quòd non chilo, id est, cerealibus cibis primùm sit connutritus: verùm ex infantia medullis animalium, mox & carnibus venatu comparatis, cum illi foret pædagogus Chiron. Chili mentio item Xenophonti est, vbi ex castris abiisse milites scribit διὰ χιλίους, veluti frumentatum dicas. Sunt qui Eusta thio tradente, dici Achillem opinentur, quòd bello victis tristitiam immitteret. Alii quòd Ilienses mœrore confecerit. Quo etymi argumento. I simplici scribendum arbitrantur succinente vel analogi rationem. Dux dicitur, & Basileus. Illud obiter sciendum, Achillis patriam dici Phthiam, quæ nunc Pharsala, à Phthia muliere, vel à Phthio Neptuni filio. Cælius Antiq. lect. lib. 13. cap. 7. Non desunt qui ab ἄχος, id est, dolor, & λύω, soluo, à soluendo scilicet dolore, nuncupatum Achillem contendant. Medicus enim fuit, à Chirone medicinam doctus. Plin. lib. 25. cap. 5. Inuenit & Achilles discipulus Chironis herbam, qua vulneribus mederetur, quæ ob id Achilleos vocatur. Hac fanasse Telephum dicitur. Alii primùm æruginem inuenisse, vtilissimam emplastris. Ideóque pingitur ex cuspide decutiens ea gladio in vulnus Telephi. Alij vtroque vsum medicamento volunt. Achilleon Galli vocant Millefolium, teste Ruellio.

Achillis marti Thetidi prædixerat Ipsam parituram esse filium patre maiorem. Itaque Iuppiter, tametsi eius amore captus, illo quidẽ abstinuit connubio: Peleo tamen nepoti mandauit, vt illam duceret vxorẽ. Quã in spelunca quiescentem cum amplexus esset Peleus, illa cõcubitum eius cuasura, modò in auem, modò in arborem sese conuertit. Sed nec valens hoc pacto se explicare, tandem Tigridis formam induit. Cuius sæuitia territus Peleus, protinus eam dimisit. Admonitus autem à Proteo vt eam dormientem vinculis ligaret: & quamuis in varias figuras conuerteretur, tantisper tamen detineret, donec in pristinam redisset formam: illa tandem est potitus, ex eaque Achillem suscepit. Fabulam elegantissime describit Ouid. Metamor. 11. 44.

Achillem ita infensum habuerunt Tenedii, quòd Tenedum deuast asset, vt supplicio afficeretur qui restituto templo Achillem nominasset. Alexander ab Alexãd. lib. 1. cap. 14.

Ad Achillis statuam Alexander Ilium profectus, vnà cum sociis vngẽto deliburus, nudúsque de more circumcurrens, eam coronis ornauit, fœlicem illum appellans, quòd viuo quidem tam fidum ami cum, mortuo autem tam magnum contigisset habere præconem. Author Plutarchus in Alexandri vita. Cic. pro Archia. 18. Quàm multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atque is tamen, cum in Sigæo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virturis præconem Homerum inueneris.

Achillis ædem ante Borysthenem nulla ales ingreditur. Alexander ab Alexand. lib. 2. cap. 14.

Achillis hastam ex fraxino fuisse testatur ex Homero Plin. lib. 16. ca. 13.

Alumnus Chironis Achilles. Stat. lib. 1. Achil. 106. Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum.

Filius Thetidis Achilles. Horat. 1. Carm. 8. 3.
Quid latet vt marinæ
Filium dicunt Thetidis sub lachrymosa Troiæ
Funerã ne virilis
Cultus in cædem & Lycias proriperet cateruas.

Thetidis proles, Id est, Achilles. Sil. Ital. lib. 7. 24.
Vt Thetidis proles Phrygijs Vulcania campis
Arma tulit.

Cedere nescius Achilles. Horat. 1. Carm. 6. 2. - nec grauem
Pelidæ stomachum cedere nescij. Id est, inuicti ferocis. Acron.

Thessal' dux. i. Achilles. Senec. Mactãda virgo est Thessali busto ducis.

Thessalicus dux, Id est, Achilles. Seneca, Emicuit ingens vmbra Thessalici ducis.

Timer Phrygum, & Græcorum decus Achilles. Ouid. lib. 12. Metamorpho. non procul à fine.
Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi
Nominis Aeacides, caput insuperabile bello Arserat.

Pelides Achilles, Id est, Pelei filius. Virgil. 5. Aeneid. 161.
- Pelidæ tunc ego forti
Congressum Aeneam, nec diis, nec viribus æquis,
Nube caua eripui.

Alius Achilles partus Latio. Virg. 6. Aeneid. 18.
Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint, alius Latio iam partus Achilles. De Turno intelligit, quem vocat alterum Achillem.

Aemonius Achilles, Id est, Thessalus. Ouid. 12. Metamor. 16.
Quisquis es ô iuuenis dixit, solamen habeto
Mortis, ab Aemonio quòd sis iugulatus Achille.

Aequoreus Achilles, à Thetide matre, quam poetæ inter maris deas cõnumerãt. Lucan. li. 6. 70. Aeacathis æquorei regnũ Pharsalos Achillis.

Aeternus carmine Achilles. Sil. Ital. lib. 14. Aeacidæ genus, atq; æternus carmine Achilles.

Animosus Achilles. Horat. 1. Sermo. 7. 3. - inter
Hectora Priamiden, animosúmque inter Achillem
Ira fuit capitalis.

Armipotens Achilles. Virgilius. 6. Aeneid. 168. Genus armipotentis Achilli, pro Achillis.

Atrox Achilles. Claudian. ad Hadrianum. 3. Manibus Hectoreis atrox ignouit Achilles.

Clarus Achilles. Hora. 1. Carm. 16. 6. Abstulit clarum cita mors Achillẽ.

Fortis Achilles. Ouidius. 3. Trist. 5. 8. Maiui apud Troiam forti quid ha bemus Achille?

Cristatus Achilles. Virgilius. 1. Aeneid. 95. Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.

Expers terroris Achilles. Catul. epig. 59. 68. in Argonaut.

Nascetur vobis expers terroris Achilles,
Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus:
Qui persæpe vago victor certamine cursus,
Flammea præuertet celeris vestigia ceruæ.

Fatalis

Fatalis Priamo Achilles. Stat. lib. 1. Achilleid. 95.
- & in Hectora solus Achilles
Poscitur: illum vnum Teucris Priamóque loquuntur Fatalem.

Flauus Achilles. Claud. in 7. Paneg. Et flauũ Xanthus spreuisset Achillẽ.

Honoratus Achilles, Id est, Homeri & multorum carminibus laudatus:
Impiger, iracundus, &c. Horat. in arte poet. 25.
Scriptor, honoratum si forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,

Ira neget sibi nata, nihil non arroget armis.

Inmitis Achilles. Virg. 1. Aeneid. 7. Troas reliquias Danaum, atq; immitis Achilli. Pro Achillis.

Indoctis Achilles. Stat. li. 1. Achil. 57. Indocilẽ q̃ ment detraxit Achillẽ.

Indomitus Achilles. Senec. Non illũ Achilles flexit indomitus minis.

Ingẽs Achilles. Ouid. 11. Met. 54. Et potiẽ votis, ingentiq; iplet Achille.

Insolens Achilles. Horat. 2. Carm. 4. 1.
Ne sit ancillæ tibi amor pudori
Xanthia Phoceu, prius insolentem
Serua Briseis niueo colore

Mouit Achillẽ. Insolentẽ, id est superbũ & arroganteꝫ. Porphyr.

Larissæus Achilles, à Larissa vrbe Thessaliæ. Virg. 2. Aeneid. 40.
Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem. Seruius: A vicinitate tamen Phthias fuit.

Vtraque tamen Thessaliæ ciuitas est.

Magnanimus Achilles. Ouid. 13. Metamorpho. 60. Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli.

Magnus Achilles. Ouid. Metamorph. 13. 6. Si mihi cum magno non sit communis Achille. Virg. 4. Eclog. 3. Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Nereius Achilles, Id est Nerei nepos. Thetis enim filia fuit Nerei, & eadem Achillis mater, vt Homerus & alij plerique asserunt. Dionysius tamẽ Chalcidensis putat Achillem ex Theride Chironis filia natum: Dinachus ex Philomela Actoris filia. Suidas. Horatius Epod. 17. 2.
Mouit nepotem Telephus Nereium,
In quem superbus ordinarat agmina Mysorum.

Pernicax Achilles. Horat. Epod. 17. 3.
Postquam relictis mœnibus rex procidit
Heu pernicacis ad pedes Achillei. Id est Achillis: à nominatiuo Achilleus. Vt apud eundem lib. 1. Carm. 15. 7.
Iracunda diem proferet Ilio,
Matronisque Phrygum classis Achillei. Duo sunt Asclepiadei.

Phthius Achilles. Horat. 4. Carm. 6. 1.
Dine, quem proles Niobea magnæ
Vindicem linguæ, Tuosque raptos
Sensit, & Troiæ proprè victor altæ
Phthius Achilles.

Sæuus Achilles. Virg. 2. Aeneid. 6. Hic Dolopum manus, hìc sæuus tendebat Achilles.

Superbus Achilles. Stat. lib. 1. Achil. 123.
- tantúmque admota superbo
Vincitur Aeacide, quantum premit ipsa sorores.

Velox Achilles. Ouid. lib. 2. Amorum, eleg. 16. Quid mihi profuerit velox cantatus Achilles? Eum quippe dicit Statius super glaciem prima nocte concretam cucurrisse.

¶ Achilles, nomen est tragœdiæ ab Aristarcho cõpositæ. Plaut. in prologo Pœnuli,
Achillem Aristarchi mihi commentari lubet:
Inde mihi principium capiam ex tragœdia.

¶ Achilles Romanus, ob insignem fortitudinem dictus est Lucius Siccinius Dentatus, quòd pugnauerit in hostem centum & viginti prælijs: cicatricem auertam nullam, aduersis quinque & quadraginta tulerit. Author Gellius lib. 2. cap. 11. Achillis etiam cognomen eadẽ de causa adscribit Q. Cotio Valerius Max. lib. 3. in titulo de fortitudine.

Achilleus, adiectiuum possessiuũ, pe. prod. (ἀχιλλεύς,) Virg. 3. Aen. 65.
Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ fastus, iuuencinque superbum
Seruitio enixæ tulimus.

Ayχλλεος δρόμος Achilleus cursus, peninsula est prope Borysthenen, Plinio, Pomponio, & Strabone lib. 7. Eo vsque dicunt Achillem prosecutum Iphigeniam fuisse, raptam ex Aulide in Scythiam à Diana, quã Ceruam pro ea suppositam, ibique moratum, cum ea rem habuisse. Nonnulli alium Achillem eius regionis regẽ illius amore captum fuisse dicunt. Hæc Eustathius in Dionys. apud Volaterranũ. Plin. li. 4. cap. 12. ait hanc peninsulam ad formã esse gladij in transuersum porrecti, & ab exercitatione Achillis cognominatam esse Achillis cursum.

ACHILLEIDES, Achilleidæ, m. g. (ἀχιλλείδης.) Patronymicũ, Achillis siue Achillei filius. Ouid. 8. epist. 1. Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris. Non desunt qui Achillides legendum putent.

Achilleum, Achillei, (ἀχίλλειον,) Genus spongiarum tenue demissumque, ex quo penicilli fiunt. Plin. lib. 9. cap. 45. 3.

Achílus, achili, penul. prod. (ἄχειλος,) Cui non sunt labia, fine margine.

Achimenis, huius achimenidis, f. g. (ἀχιμενίς,) Herba est, quam tradunt Magi ea vi pollere, vt ea in actem hostium iecta, trepident agmina, ac terga vertant. Plin. lib. 26. cap. 5.

Achne, huius achnes, fem. g. (ἄχνη,) significat menstrua ab excussis prouolantes spicis. Meminit Homerus: Sicut achnas profert ventus, sed & pro maris aspergine & spuma Achnen reperias. Achaien Sophocles pro rore accipit. Et rectè vtique, quòd non continuæ deferantur guttæ, verum disparatæ. Vnde Achnes profluxit nomen, quasi Achnè dicatur, id est, dimissa, abiunctáque. Quin. Achne ignis, pro fumo. Et Achne sumni apud Hippocratem. Celsus Antiq. lect. libro. 14. cap. 21. Accipitur generatim pro tenuissimo minutissimoque & leuissimo cuiuslibet rei.

Achôres, pe. prod. (ἀχῶρες,) Sunt manantia capitis vlcera, quæ fiunt in ipsa capitis cute, tenuissimis foraminibus cutẽ perforantia, ex quibus sanies effluit glutinosa. Notũ mali genus, pueris admodũ familiare. Nostrates à tinearũ in vestib' similitudine, tineas appellant. Egnatius Tenia, à tenacitate, eo q. difficile curari possit.

Achras, huius achradis, (ἄχραξ,) Pyrus Syluestris, Pyraster. Ruel lius. Meminit Columel. lib. 7. cap. 9.

Achrestus, achresti, (ἀχρηστος, ον. ὁ. ἡ.) Abusiuus, inutilis, inidoneus. Vtif Ausonius Sect. 1. in epig. de duob' fratrib'.

Achrioogelos, penul. corr. (ἀχριογέλως,) per inde sonat quasi dicas temere ridentem. Quod vnii vel stultitiæ signum est, vel, dementiæ. Vide Erasmum in Chiliadibus.

Acicula, aciculæ, penul. corr. (ἀκίκλιον,) Qua mulieres vruntur ad ornamentum capitis. Valla lib. 1.

ACIDALIA, (ἀκιδαλία,) Veneris epitheton, à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ ciuitatem quo se Gratiæ lauant, quas Veneri constat esse sacratas. Ipsius enim & liberi filiæ sunt, nec numerito. Gratiæ enim per horum fere numinum numera connectuntur. Hactenus Seruius in illud. 1. Aeneid. 38. versũ à fine,
- at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit.

Acidalius, (ἀκιδάλιος,) fons in Orchomeno ciuitate Bœotiæ: Veneri & Gratijs sacer, vt scribit Bocatius.

Acidula, aqua. Plin. li. 2. c. 103. Lynceftis aqua, que vocatur acidula, vini modo temulẽtos facit. Meminit & lib. 31. cap. 2.

Acidus, adrectiuum, pe. corr. ab acco, aces, (ὄξος,) Proprie dicitur id quod acuit, id est, in acorem versum est. vt Vinum acidum. Plin. lib. 10. cap. 70. 3. Culices acida petunt, ad dulcia non adnolant. Plin. Pleu. 11. 49. Equid habet is homo acceri in pectore? Horatque acidissimi. Metaphora, de qua vide Acetum. Virg. 3. Georg. 76.
Hìc noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

* Acidæ venæ fontium Vitr. lib. 8. cap. 3.

Acidi fructus dicuntur, qui iucundi acoris saporem habent. Sic Herbæ acidæ & Acidus succus. Colu. lib. 5. cap. 10. 10. Malum punicum si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur.

Acidulus, la, lum, diminutiuum, penul. corr. (ὀξύδης,) Aliqua ex parte acidum quod & subacidum dicitur. Plin. lib. 15. cap. 15. 2. Posca autem nulla, acidulo sapore iucunda. De pyris loquitur.

Acies, acies. E.g. (ἄκις, ἄκμη,) Dicitur in ferro ea pars quæ secat. Sic Acies oculi, pro acumine visus. Inde ad alia transfertur, vt Acies animi vel ingenij, id est, acumen. Colu. lib. 4. cap. 24. 19. Obtusa enim, hebesq; & mollis falx, putator è moratur, eoque minus operis efficit, & plus laboris affert vinitori. Nã siue cuiuis acies, quæ accidit mollissimæ tardius penetrat, quæ cuenit in retuso & crallo ferramẽto: maiori nisi est opus. Plaut. Truc. 10. 11. Neque illi quorũ lingua gladiorũ aciem præstringit. Virg. 2. Georg. Ipsa acie falcis modũ retunda.

Acies vinearum, Plin. lib. 8. cap. 16. 2.

Exacta falcis acies. Plin. lib. 17. cap. 22. de vinearum putatione, Plagam omnem obliquam fieri conuenit, vt facili decidant imbres: & ad terrã verti, quàm leuissima cicatrice acie falcis exacta, plagáque connelata. Et cap. 17. Exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes.

Hastæ acies, Id est, cuspis. Ouid. 3. Metamorpho. 22. Primáque de fulcis acies comparuit hastæ.

Securium acies. Ci. 7. Verr. 89. Quòd iam antè aciem securium tuarum, Sextique tui carnificis vultum & manum vidisset.

Stricta ferri acies. Virg. 2. Aeneid. 67.
- stat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci. Stricta, Id est, nuda. Seruius. Et lib. 6. 58.
Corripit hìc subita trepidus formidine ferrum
Aeneas: strictamque aciem venientibus offert.

Aciem dicuntur trahere, aqua cotes, pro eo quod est exacuere, id τριβειν, Græci vocant, authore in Plinium Hermolao. Plin. libro. 36. cap. 22. Repertæ sunt & in Italia, aqua trahentes aciem acerrimo effectu

Universidad de Deusto
Biblioteca

De cotriculis adhibita aqua ferrum exacuentibus loquitur.
Exacerbare aciem falcis. Plin. lib. 18. c. 28. Creticis tantum transmarinisq; cotibus notis, nec nisi oleo, falcis aciem excitantibus.
Acies ferri hebetare, Plin. lib. 13. cap. vltimo ad finem.
¶ Acies oculorum, per translationem. Cicer. 4. de finib. 107. Hebes acies est cuiusquam oculorum. Plaut. Merc. 253. 7. Atque oculorũ tibi præstringit aciem. Virg. 12. Aeneid. 113. Huc atque huc acies circumtulit: aspicit vrbem. Vbi Seruius, Acies, oculorum scilicet. Idem. 6. Aenei. 158.
Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentẽ. Cic. 2. de nat. deor. 345. Acies ipsa qua cernimus, quæ pupula vocatur, ita parua est, &c.
Ardentes oculorum acies torquere aliquò. Virgil. 12. Aeneid. 135.
Ardentes oculorum acies ad mœnia torsit.
Contenta oculorum acies, Id est, intenta. Lucret. lib. 1. 66. Nulla potest oculorum acies contenta tueri.
Firma acies oculorum. Vide in Nobilior acies.
Nobilior acies. Claudian. in præfatione. 7. Panegyr. 3.
Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Sustinuitque acie nobiliore diem,
Nutritur, &c. Haliæeti (genus est Aquilæ) naturam describit Plin. li. 10. ca. 3. qui implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri solis radios: & si comiuentem humectantémq; animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinam, atque degenerẽ: illum cuius acies firma contrà steterit, educat.
Obtusior acies, Cic. de Senect. 75.
Pernicax oculorum acies. Seneca in Agamem. 614. Quod vnum pernicax acies videt. Id est, Pernicaciter seu pertinaciter intenta.
Recta oculorum acies. Ouid. 2. Metamorph. 156. Nusquam recta acies.
Hoc est Toruis, non rectis oculis aspicit inuidia.
Sagax acies. Oculorum scilicet, Lactantius. Stat. Thebaid. 10. 119.
- acieque sagaci
Sanguineos flammarum apices, geminumque per aras
Ignem, & clara tamen mediæ fastigia lucis
Orta docet.
Sanguinea oculorum aciem voluere. Virg. 4. Aeneid. 139.
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam volues aciem, &c.
Turbida oculorum acies. Seneca in Hercul. fur. 11, 12.
Quò nate vultus huc & huc acres refers?
Acieque falsum, turbida cœlum vides?
Vespertina acies. Plin. li. 8. c. 50. Tradunt capras & noctu nõ minus cernere q̃ interdiu: ideo si caprinũ iecur uescatur, restitui vespertinã aciẽ his quos Nyctalopas vocant. Hoc est, facultatem videndi noctu.
¶ Errat acies luminum, id est, oculorum. Senec. in Hercul. fur. 11. 30.
Aciem oculorum hebetari mullorum cibo tradunt. Plin. lib. 32. cap. 7.
Stupet oculorum acies. Horat. 2. Sermo. 3. 1.
Discite non inter lances, mensasque mentetis,
Cum stupet insanis acies fulgoribus. Id est, stupida & hebes fit.
Aciem oculorum succo adimat semen lini. Plin. lib. 20. cap. 22.
Dirigere aciem oculorum ad aliquem. Catul. de Berecynthia & Atys. 58. 13. Capit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem.
Effugere aciem. Id est, oculorum acumen Seneca in Agam. 126.
Excessit, abiit, currus effræno impetu
Effugit aciem.
Exacuere oculorũ & ingenii aciem ad bona deligenda, & reiicienda cõtraria. Cic. 2. de Legib. 90.
Aciem oculorum exacuit acetum scillinum. Plin. lib. 23. cap. 2.
Excitare aciem oculorum. Plin. lib. 20. cap. 4. Folia quæ in oblongis duraxat nascuntur, excitare oculorum aciem dicuntur.
Flectere aliquò geminas oculorum acies. Virg. 6. Aeneid. 158.
Huc geminas nunc flecte acies: hac aspice gentem.
Flectere oculorum aciem retro, Seneca in Hercul. fur. 9. 42.
Fugere aciem. Cicer. 1. Tusculan. 80. An tanta sit eius tenuitas, vt fugiat aciem. Id est, videri non possit.
Intendere oculorum aciem. Vide INTENDO.
Intendere aerem oculorum aciem in omnes partes. Vide INTENDO.
Ludere aciem oculorum, Id est, decipere. Senec. in Here. fur. 9. 11.
Fulgoreque dubius solis afflicti cadit, Et ludit aciem.
Aciem oculorum offendit claritas colorum. Plin. lib. 35. cap. 10.
Aciem oculorum protendere in mare. Catul. in Argonau. 26.
Ac tum præruptos tristem conscendere montes,
Vnde aciem in pelagi vastos protenderet æstus.
Aciem oculorũ succo fœniculi reficiunt serpentes. Plin. Plin. li. 20. c. 25.
Reflectere oculorum aciem. Senec. in Hercul. fur. 8. 3.
Hebetare oculorum aciem. Plin. lib. 20. cap. 6. 1.
Sed oculorum aciem, hebetare traditur.
Aciem reflectat, oraque in cœlum erigat.
Luminũ acies torpet, Id est, acumen oculorũ hebescit. Se. in Her. fur. 9. 7.
¶ Acies authoritatis. Cicer. in Catilinam. 2. At nos vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis. Habemus enim huiusmodi senatusconsultum, veruntamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum: quo ex senatusconsulto confestim interfectum te esse Catilina conuenit.
Hebescere aciem authoritatis senatus patimur. Cic. in Catil. 2.
¶ Acies animi. Cic. in Catone maiore. 76. Nõne vobis videtur animus is qui plus cernat, & longius, videre se ad meliora proficiscitille autem cuius obtusior sit acies, non videre?
Acies ingenii. Cic. 4. Acad. 219. Idem. 1. de Legib. 90. & ad Brut. 18. 4. & 1. de Orat. 73. Acies mentis. Cic. 4. Acad. 234. Idem de Diuin. 109.
Præstringere aciem ingenii. Cic. ad Brutum. 18. 4. Multi ad depranandum parati, qui splendore falsi honoris obiecto, aciem boni ingenii præstringi posse confidunt.
Contemplari aliquid omni acie ingenii. Cic. 1. de Orato. 73.
Abducere aciem mentis à consuetudine oculorum. Ci. 2. de nat. deo. 64.
Præstringere aciem mentis. Cic. 1. de Diuin. 109. Nec inopia enecta, nec satietate affluenti, quorum vtrunque præstringere aciem mẽtis solet, siue deest naturę quippiam, siue abundat atque effluit.
¶ Acies orationis. Plau. Epid. 11. 20. Orationis aciem contrà conferis. Orationis aciem ioco dixit, de acutissima atque acerrima oratione.
¶ Acies, (στοιχεῖον τάξεως, τάγμα,) vt Vegetius lib. 3. cap. 14. scribit, est exercitus instructus. Cicer. 2. Tusculan. 100. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera. Virg. 2. Georg. - & campo stetit agmen aperto.
Directęque acies. Cesar. 1. bel. Gal. 94. Qui in superiore acie constiterant. Cic. Torquat. lib. 6. 34. Nam etsi quem exitum acies habitura sit, diuinare nemo potest, tamen & belli exitum video.
Acies interdum pro ipso conflictu & prælio sumitur. Taci. lib. 10. Batauos quanquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepisse. Prima acie fusum victũque Romanum. Quid si Galliæ iugum exiant? Paulo pòst, Mittit legatos ad duas legiones, quæ priore acie pulsæ, in vetera castra concesserant.
Idem lib. 14. Vincendum illa acie, vel cadendum esse.
Exercitus nostri acies. Cic. in Catil. 28. Quibus ego non modo si aciem exercitus nostri, verumetiam si edictum Prætoris ostendero, cõcidet.
Aeratæ acies, Id est, æreis armis munitæ. Virgil. 9. Aeneid. 96.
Turnus in arma viros, armis circundatus ipse
Suscitat, æratasque acies in prælia cogit.
Aucta acies numero. Vide AVGEO.
Belligeræ acies, Stat. 12. Thebaid. 144.
- quòd non super ipsa iacentum
Corpora, belligeras acies, Martémque secundum Miscuit.
Ciuili acie cadere, Id est, mutuis cædibus, & velut bello ciuili. Ouidius. 7. Metamorphoseos. 29:
Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres,
Ciuilique cadunt acie.
Condensa acies. Vide CONDENSVS.
Conserta acies. Tacit. lib. 5. Variæ hinc bellantium species, cum modò equestris prælii more, frontis & tergi vices, aliquando vt eõserta acies corporibus & pulsu armorum pellerent, pellerenturque.
Consertæ campis acies Sil. Ital. lib. 6. 64.
Consertæ campis acies, multusque per arua
Feruebat Mauors, nec mens erat vlla sine ira.
Conuersæ acies, Id est, in bellum coactæ. Seruius. Virg. 12. Aeneid. 111.
Totæ adeò conuersæ acies, omnesque Latini.
Defixa acies, Id est, immota. Stat. 9. Thebaid. 136.
Stat cuneo defixa acies, hostíque cruento
Dant animas, & terga negant.
Directæ acies. Virgil. 2. Georg. 57.
Vt sæpe ingenti bello cum longa cohorteis
Explicuit legios & campo stetit agmen aperto,
Directæque acies.
Diuersa acies. Hoc est aduersariorum. Tacit. lib. 14. Stabat pro litore diuersa acies, densa armis virisque. Id est, in litore.
Feræ acies. Seneca in Agamem. 7. 3.
Non acies feras, pulueremque e nubem
Motam barbaricis equitum cateruis.
Firmata acies subsidiis. Liuius. 1. Decad. li. 4. Primo prælio, quod ab Sempronio incautè inconsultéque commissum est, non subsidiis firmata acie non equite aptè locato concursum est.
Fluctuans acies. Curtius lib. 3. Totam aciem suo pauore fluctuantem, vmbonibus posse propelli.
Formosa acies. Claudian. Panegyr. 3. 57. - exercitus alter
Nymphárum incedunt, acies formosa Dianæ.
Frænata acies, Id est, Equestris. Sil. Ital. lib. 11. 53.
Nunc qualis frænata acies, nunc deinde pedestris
Copia quanta viris.
Funestæ acies. Luca. lib. 3. 63.
At si funestas acies, si dira paratis
Prælia discordes, &c.
Generosa acies. Stat. Thebaid. 6. 60.

- neque

-neque enim generosior vnquam
Alipedum collata acies. De equis loquitur.
Horrida acies. Tacitus lib. 5. Simul horridam suorum aciem, picta auro Medorum agmina, hinc viros, inde prædam ostendere.
Infestior acies. Liuius. 1. Decad. lib 4. Aduersus quos infestior coorta optimatum acies sequitur accensum iniuria iuuenem.
Instructa acies. Cic. 4. Philip. 159. Faciam igitur vt Imperatores instructa acie solent.
Iusta acies, Liuius. 4. Decad. lib. 1. Nam & ipsa multitudine equitum peditumque propè iusta acies erat.
Licitæ acies, Id est Bella licita. Stat. 11. Thebaid. 25.
Vidimus armiferos quò fas erat vique furores
Cœlicolæ, licitaque acies, &c.
Nouæ acies factæ. Liuius. 4. Decad. lib. 4.
Opimæ acies. Stat. 4. Sylu. 6. 13.
Hunc acies victor semper narrabat opimat.
Parca fugæ acies. Sil. Ital. lib. 10. 7.
Tandem inclinato cornu, sine more ruebat
Prima acies, non parca fugæ.
Pedestris acies. Liu. 1. Decad. li. 2. Recipit extẽplo animũ pedestris acies.
* Verſatilis acies. Vide VERSATILIS.
* Rostri acies. Plin. lib. 11. cap. 37. 11. Sed rostri acie cõminuit omnia.
Porrectior acies. Tacitus in vita Agricolæ, Quanquam porrectior acies futura erat.
Primori in acie versabantur Sido atque Italicus Sueui cum delectis popularium. Tacitus lib. 19.
Prospera Sequanorum acie belli impetus stetit. Tacitus lib. 20.
Recta acies. Liuius. 4. Decad. lib. 4. Itaque velut rectæ acies cõcurrissent, iustum aliquandiu prælium fuit.
Socię acies. Claudian. 4. Panegyr. 81.
Nanque inter socias acies, cognatique signa
Vt vinci miserum, nunquam victile decorum.
Subsidiariam aciem Italicorũ militum instruxit. Liuius. 3. Decad. lib. 10.
Tenuis acies. Tacit. Annal. lib. 1. Nam medio montium & paludum porrigebatur planities, quæ tenuem aciem pateretur.
Trepidæ acies. Ouid. lib. 3. Amorum. 7. 6.
Discite, qui sapitis, non hæc quæ scimus inartes,
Sed trepidas acies, & fera bella sequi.
Turbatæ acies. Virg. 11. Aeneid. 124.
Extemplo turbatæ acies: versique Latini
Reiiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.
Vagam ante se cernentes aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 10.
Versa retro acies. Horat. 3. Carm. 4. 6.
Non me Philippis versa acies retro,
Deuota non extinxit arbos. Propertius lib. 3. eleg. 11. 14.
Leucadius versas acies memorabit Apollo.
Vesana acies. Claudian. de Rap. Pros. 40.
- acies venium vesana Gigantum
Hauc dederit claudem: leuius communia tangunt.
Vulcania acies horrida, Id est Vis ignis. Seruius. Virg. 10. Aeneid. 81.
Ac velut optatò ventis æstate coortis
Dispersa immittit syluis incendia pastor:
Correptis subitò mediis extenditur vsù
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille sedens victor flammas despectat onantes.
¶ Compositi acie. Tacit. lib. 4. Qui iam acie compositi, pellunt turmas socialeis, equitésque legionum subsidio missos.
Defessus acie, Id est Bello fatigatus. Stat. 12. Thebaid. 100.
Fama est defessos acie post bella paterni
Numinis, Herculeos sedem fundasse nepotes.
Densos acie rapit, Id est, Raptim ducit constrictos, & in acie coniunctos. Virg. 10. Aeneid.
Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.
Iniectus acie, Id est, Qui nisi vinci potuit in Plio. Senec. in Octau. 2. 13.
Receptus tutus erat in aciem peditum. Liuius. 3. Decad. lib. 2.
¶ In aciem telis accingi. Tacitus lib. 20. Quidam expedire arma, telisque tanquam in aciem accingi.
Accipere socios in mediam aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 8. Idem. 3. Decad. lib. 10. Celtiberos in mediam aciem accepere.
Administrare aciem. Hircius in Cõmentario belli Alexandrini, Vt quum esset in duas partes vrbs diuisa, acies vno consilio atque imperio administraretur.
Adfitit in aciem ordo agminis. Tacitus lib. 2. Intentus paratúsque miles vt ordo agminis in aciem adsisteret.
Amplecti hostium aciem, Id est circumuenire. Liuius. 4. Decad. lib. 1. Vbi id parum procedebat: circumuenire à cornibus, & amplecti hostium aciẽ, quod multitudini aduersus paucos facile videbatur, conati sunt.
Aperire mediã aciem venienti ex aduerso hosti. Liuius. 3. Decad. lib. 8.
Acium audere. Tacitus lib. 12. Vastati agri, prædæ passim æstæ, nõ ausis aciẽ hostibus: vel si ex occulto carpere agmẽ tentarent, punito dolo.
In aciem audere. Tacitus lib. 12. At qui dextris & propioribus compendiis ierant, obuio hosti, & in aciem ausо, plus cladis faciunt.
Auertere elephantos retro in suorum aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10. Hastati legionis vndecimæ conglobant sese, atq; elephantos iam etiam peditũ aciẽ turbãtes inuadunt. In quos cõ, pila confertos coniecissent: nullo fermè frustra emisso, omnes retrò in aciem suorum auerterunt.
Bellat acies. Stat. lib. 1. Thebaid. 46. - quis funera Cadmi
Nesciat? & toties excitam à sedibus imis.
Eumenidum bellasse aciem?
Bellare acie. Liuius. 4. Decad. lib. 2. At non sic antiquos Macedonum res gestas? acie bellare solitos.
Cadere in acie, Id est occidi. Liuius. 3. Decad. lib. 9. Quorum plerique in acie cecidissent.
Cadere per acies. Tacitus lib. 1. Annalium, Quum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent.
Certant acies. Virg. 2. Aeneid. 6.
Clastibus hîc locustisque acies certare solebant.
Cõsere acies. Virgil. 6. Aeneid. 166.
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies, stragemque ciebunt?
Circumuallare aciem. Sil. Ital. lib. 7. 118.
Quippe aciem denso circumuallauerat orbe,
Hauiturus clausos conectis vndique telis.
Circumuenire aciem. Liu. 4. Decad. lib. 1. Valerio imperat, vt altera parte duarum legionum equites, altera sociorum equitatũ in cornua hostium emittat: nec circumuenire eos aciem patiatur.
Claudere aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10. Instruit deinde primos hastatos: post eos principes: triarios postremam aciem clausit.
Coercere acies. Virgil. 9. Aeneid. 6.
Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidæ iuuenes. Id est Cogunt, colligunt. Seruius.
Cohærent acies. Curtius lib. 3. Tum verò multum sanguinis fusum est. Duæ quippe acies ita cohærebant, vt arma arma pulsarent, mucrones in ora dirigerent.
Coire inter se mediæ acies possent. Liuius. 3. Decad. lib. 8.
Colligere se ad aciem. Vide COLLIGO.
Collucet flammis acies. Vide COLLVCEO.
Committere se in aciem. Vide COMMITTO.
Commota acies. Liu. 3. Decad. lib. 10. Tum prima cõmota hostiũ acies.
Componere aciem. Tacitus in libro de moribus Germanor. Acies per cuneos componitur.
* Duplici acie cõfligere. Quint. lib. 5. ca. 7. 3. & lib. 6. ca. 4. Stat. acies.
Concurrunt acies. Li. 4. Decad. li. 4. Prius q̃ cõcurrerent peditum acies.
Concurrere acie. Liu. 4. Decad. li. 10. T. Tatius & Romulus in cuius vrbis medio foro acie hostes concurrerant, ibi concordes regnarunt.
Per acies conficere bellum. Taci. Annal. lib. 2. Lætiore Tiberio, quia pacem sapientia firmauerat, quàm si bellum per acies confecisset.
Confirmata acies. Liu. 4. Decad. lib. 3. Quorum cum primus secundusq; impetus retudisset inferentem se ferociter hostem, confirmata & reliqua acies Romana restitit primò, deinde signa acriter intulit.
Confligere acie. Liuius. 4. Decad. li. 2. Ponte raptim facto in ripam transgressum, acie conflixisse.
Congredi acie. Tacit. lib. 14. Iam Suetonio quartadecima legio cum vexillariis vicesimariis, & à proximis auxiliares, decem fermè millia armatorum erant. cum omittere cunctationem, & cõgredi acie parat.
Consistere in acie. Liu. 1. Decad. lib. 9. Palatis hostibus per agros, prima luce Romani signa prolatis in acie consistunt.
Continentur acies Cæsar de bello ciuili lib. 1. Tali instructa acie tenere vterque propositũ videbatur Cæsar, vt nisi coactus prælium non cõmitteret: ille vt opera Cæsaris impediret. Producitur in res: acies q; ad solis occasum continentur. Inde vtrique in castra discedunt.
Damnare aciem, Id est Detestari & relinquere. Sil. Ital. lib. 17. 118. Interea Cadmæa manus deserta, parentique
Non vllum Annibalem, nusquam certamina cernit
Sæui nota ducis, pars ferro occumbere credunt,
Pars damnasse aciem, & superis cessisse sinistris.
Datur acies. Tacitus in vita Agricolæ, fortissimi cuiusque vocem audiebam, Quando dabitur hostis? quando acies?
Decernere acie. Liu. 4. Decad. lib. 1. Potuisse enim castris prope vrbem positis, tutanda colonia, ita vt acie non decerneret, in aduentum eius rem extrahere. Et lib. 1. Cum acie decernendum videret.
Deductus in aciem. Tacitus lib. 17. Tum legiones classesque, & (quod rarò aliàs) prætorianus, vrbanusque miles in aciem deducti.
Deducta legio in aciem. Tacitus lib. 18. E parte Orbonis, prima Adiutrix, non ante in aciem deducta. Adiutrix nomen est legionis.
Dehiscens acies. Liuius. 3. Decad. libro. 9. Lentulus et parti vsum equitis fore ratus, quæ prior in dehiscentem interuallis hostium aciem equites emisisset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Descendere in aciem omnibus copiis. Liu. lib. 4. Decad. libro. 1. Postero die omnibus copiis Consul in aciem descendit. Et libro. 3. Extemplo in æquum descensum est.

Dicere Acies. Id est Describere. Virgil. 7. Aeneid. 9.
Tu vatem, tu diua mone, dicam horrida bella,
Dicam acies, actosque animis in funera reges.

Dilatare aciem. Liuius. 4. Decad. lib. 1. Id vbi vidit prætor: vt & ipse dilataret aciem, duas legiones ex subsidiis dextra lævaque alæ, quæ in prima acie pugnabat, circundat.

Tota acie dimicare. Liuius. 4. Decad. lib. 1.

Dimicare acie si vellet. Liuius. 4. Decad. lib. 4.

Dirigere aciē. Cæsar bel. ciuil. li. 3. Hostes inter in aciem dirigunt mirabili longitudine non peditum, sed equitum cōfertam. Liu. 4. Decad. li. 1. Posteaquam Dardani conuersis signis direxere aciem æqua pugna in sto prælio erat. Idem. 4. Decad. li. 4. Directa acie paulisper steterunt.

Disiecta Vitellii acies. Tacitus lib. 1. 9.

Disposita Vitellianorum legionum acie. Tacitus lib. 1. 8.

Distrahere aciem, & distendere. Cæsar belli Ciuilis lib. 3. Sed Pompeius suis prædixerat, vt Cæsaris impetum exciperent, neue se loco mouerent, aciemque eius distrahi paterentur: vt primus excursus visque militum infringeretur, aciesque distenderetur: atque in suis ordinibus dispositi, dispersos adorientur.

Diuertere acies. Luca. li. 7. 95. -victor cedētibus ĩstat, Diuertitq; acies.

Ducere firmamentum in aciem. Liu. 1. Decad. lib. 9. Tertiamdecimam legionem ex subsidiis in primam aciem firmamentum ducit.

Duplicare acies. Sil. Ital. lib. 15. 102. - nunc tactant bina coire
Hinc atque hinc castra, & pastos per prospera bella
Sanguine ductores Italo coniungere Martem,
Et duplicare acies.

Educere in aciem. Cæsar bel. Ciuil. lib. 4. Cuius rei deformitate atque indignitate legiones, quæ Marcellum sibi ducem ceperant, ad eum concurrerunt: vt in aciem educerentur, orant. Liuius. 4. Decad. libro. 1. Tertio die Romanus omneis copias in aciem eduxit. Idem. 3. Decad. lib. 7. Vos crastina die in aciem educam.

Erigere aciem. Liuius. 1. Decad. lib. 1. Albano non plus animi erat, quàm fidei: nec manere, nec transire aperte ausus, sensim ad mōres succedit. Inde vbi satis subtile sese subiisse ratus, erigit totam aciem: fluctuans que animo, vt tereret tempus, ordines explicat. Tacitus libro. 19. Erigunt aciem per aduersum collem, vsque ad primas Capitolinæ arcis fores. Idē li. 20. Nec deterruere ea munimenta Romanū ducē, quo minus peditē perrumpere ruberet, equitum aciē in collem erigeret.

Erigere aciem in aduersum collem. Liuius. 3. Decad. lib. 8.

Erumpit noua acies. Liuius. 1. Decad. lib. 3. Concusserat primo statim eō gressu hostem: cum repentè patefactis Fidenarum portis noua erupit acies inaudita ante id tempus, insuitataque.

Euadere aduersus aciem. Liu. 3. Decad. lib. 7. Inde Scipio iustis aduersus media euadere aciē victoribus, cæteras copias cum Lælio diuidit.

Acie excedere. Liuius. 4. Decad. lib. 1. Tum militaris ætas iurare, neminem vinum nisi victorem, acie excessurum. Cæsar bel. Ciuil. lib. 3. Acie excessūr, protinusque se in castra equo contulit.

Exeire milites in aciem. Liu. 3. Decad. li. 7. Ibi consules ambo ingenio feroces propē quotidie milites in aciem excire, haud dubia spe, si duobus exercitibus cōsularib⁹ itēctis cōmissent sese hostis, debellari posse.

Exire in aciem. Liu. 3. Decad. lib. 7. Eo die se, quo pugnatum cum Romanis esset, inscio auunculo clām armis equoq; sumpto, in aciem exisse. Libro eodem, extemplo signum dandum, & exeundum in aciem.

Exornare aciem. Sallust. in Iugurt. Dum legatus ad flumen, quò præmissus erat, festinans pergitaquietus, vt res postulabat, aciem exornatinque remittit, quid vbique hostis ageret, explorare.

Explicare aciem. Liuius. 1. Decad. lib. 4. Planicie in medio non paruis modo excursionibus ad prælia, sed vel ad explicandas vtrinque acies satis patentem habebant.

Extenditur acies. Curtius libro. 3. Neque enim latius extendi aciem patiebantur angustiæ.

Extenuare aciem. Liuius. 4. Decad. li. 1. Simul & ipse, vt extenuatam media diduchis cornibus aciem Gallorum vidit: signa inferre confertos milites, & perrumpere ordines iubet.

Ferre aciem. Tacitus libro. 4. Quia Numidæ peditum aciem ferre nequeunt. Id est sustinere.

Firmare subsidiis aciem. Liuius. 1. Decad. lib. 4. Sexte Tempani quæro de te, arbitrē rīsne C. Seinpronium Cōsulem aut in tempore pugnam inisse, aut firmasse subsidiis aciem.

Firmare aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 7. Marcellus mediam aciem hortatur, testisque præsens firmabat.

Firmata acies. Liuius. 4. Decad. li. 1. Conferti pluribus introrsus ordinibus acie firmata, cum transcendere ruinas sensissent Romanos, per impedutum ac difficilem ad receptum locum expulerunt.

Hortari aciem. Ouid. lib. 1. de Arte amandi. 42.
Consistes, acieméque meis hortabere verbis.

Impulsa acies. Liuius. 3. Decad. lib. 4. Deinde signa perturbata, postremò tota impulsa acies inde haud dubiè ter data.

Inclinari acies. Liuius. 1. Decad. lib. 2. Tum demum impulsi Latini, perculsa que inclinauit acies. Sil. Ital. lib. 11. 145.
Iámque inclinabant acies, cunctisque pauorem
Gallorum induerat pauor.

Inclinatur acies, Fusa est acies. Liuius. 1. Decad. lib. 1. Vt Hostius ee cidit cōfestim Romana inclinatur acies, fusiq; est ad veterem portā Palatii.

Incubuit tum acies hostium integris ordinibus. Tacitus lib. 18.

Incurrere in aversam hostium aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 10.

Inducere aciem in hostem. Liui. 1. Decad. lib. 4. Peditúmque aciem instructam pleno gradu in hostem inducit.

Inducere legiones in aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 7. Marcellus duodecimam legionem in primam aciem iuducit. Paulò pòst, Annibal elephantos in primam aciem induci iussit.

Inferre se in mediam aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 8.

Infertur pedestris acies. Tacitus lib. 2.

Instaurare aciem. Vide INSTAVRO.

Instituere aciem, pro Facere. Cæsar belli ciuilis lib. 3. Timens Cæsar, ne à multitudine equitem dexterum cornu circumueniretur, celeriter externa acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instituit. Paulò pòst. Quod vbi Cæsar animaduertit, quartę aciei, quam instituerat ex cohortium numero, signum dedit.

Instruere aciem. Ci. pro Murena. 19. Tu actionē institutis: ille aciē ĩstruit.

Integrare aciem. Sil. Ital. lib. 12. 136.
Integrare acies placitum. Subaudi est.

Interrumpere aciem. Vide INTERRVMPO.

Inuehi in aciem, Id est inferri. Liu. 1. Decad. lib. 1. Valerium remere inuectum in exulum aciem, ex transuerso quidam adortus, transigit.

Ire in aciem. Tacitus in vita Agricolæ, Proinde ite ĩ ri in aciem, & maiores vestros & posteros cogitate. Idem lib. 18. Ire in aciem, excitare partium furorem quosdam, & instinctu flagrabant.

Iterare aciem, Id est, Renouare. Stat. 11. Thebaid. 91.
-alternisque murmura voluunt
Mussantes: iterare aciem, procurrere sæpe
Impetus. Subaudi erat.

Labantes acies. Tacit. in lib. de moribus Germano. Memoriæ proditur quasdam acies inclinatas iam & labantes, à fœminis restitutas.

Laxata acies. Liu. 3. Decad. lib. 7. Et dum pedem refert, ne ab tergo vulnerarētur, laxata prima acies, locisq; ad euadēdū & mediis datus est.

Locare ante aciem pedites ex omni iuuentute delectos. Tacitus in lib. de moribus German.

Miscere pauidos fuga, vulneribúsque milites in certam & integram aciē Liuius. 3. Decad. lib. 10.

Antequam misceretur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celsus dolli prudens, repressit suos. Tacitus lib. 18.

Mouere loco aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 10. Igitur primo impetu extemplo mouere loco hostium aciem Romani. Ibidem, Vrgentibus & nouissimis primos, vt semel motam aciem sensere. Sil. Ital. lib. 11. 33.
- nunc tempus inire
Prælia pro Rutulis, nunc signa aciémque mouere,
Dum trepidæ res.

Nudare acie cornu⁹, auxilio, &c. Li. 3. Decad. li. 10. Nudata vtrinq; cornibus Celtiberorum acies stabat. Libro eodem, Addidit facile Masanissa perculsis terrorē nudauitq; ab ea parte aciem equestri auxilio. Ibidē, Vtrinque equite nudata erat Punica acies, cū pedes concurrit.

Nutantem aciem victor equitatus incurſat. Tacitus lib. 19.

Opponere aciem. Virgil. 9. Aeneid. 97.
Aeneadæ duri murorum in parte sinistra
Opposuere aciem.

Ordinare aciem. Curtius lib. 3. Tunc consistere agmen iubet: armisque ipse sumptis aciem ordinabat. Tacitus lib. 20. Ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incompositi festisque prælium sumpsere.

Paudere aciem. Tacit. lib. 20. Adeoque improuisi castra inuoluere, vt nō alloqui, nō pāndere aciem vocula potuerit. Liu. 3. Decad. li. 8. Quatuor cohortes in fronte statuit, quia latius pandere aciem non audebat.

Patefacta acie, cornua hostium amplexus in orbem, pugnantes ad vnum omnes occidit. Luiius. 3. Decad. lib. 8.

Pellere aciem. Vide PELLO.

Perfringere aciē tenuē. Tacit. li. 20. Sic tenuē aciem nostrorū pfringūt.

Perrumpere aciem. Virgil. 9. Aeneid. 106.
Saxa quoque infesto voluebant pondere, siqua
Possent tectam aciē perrūpere. Id est, scutis facta testudine se tegētē.

Perturbata acies. Liuius. 3. Decad. lib. 7. In perturbatam transcursu belluarum aciem signa inferunt Romani pedites.

Porrigere latius, & Statuere artē aciem. Sallust. in Iugurt. Veritus ne Legatus cognita re laborantibus suis auxilio foret, aciem quam diffidēs virtuti militum, arctè statuerat, quò hostium itineri officeret, latius porrigit, eóque modo ad Rutilii castra procedit. Cæsar bel. Ciuil. li. 3.

Cæsar interim cōsilio hostium cognito, iubet aciem in longitudinem quammaximam porrigi.

Poscere acies. Virg. 8. Aeneid. 126.
-poscant acies, & fœdera rumpant.

Procedere in aciem. Liui. 1. Decad. lib. 4. Quum Hetrusci pleni animorū ac pristini diei meliore occasione quàm pugna, in aciē processissent. Idem. 3. Decad. lib. 7. Vbi omnia dicta factaque sunt quibus excitarētur animi militum, in aciem procedunt. Libro eodem, Signis pugnæ proponitur, confestimque in aciem procedunt. Cæsar bel. Gal. lib. 2. Cæsar in primam aciem processit, Centurionibusque nominatim appellatis, signa inferre iussit.

Procurrit acies. Cæsar belli Ciuilis lib. 3. Eodē tēpore tertiā aciē Cæsar, quæ quieta fuerat, & se ad id tēpus loco tenuerat, procurrere iussit,

Prodire in aciē. Cæsar bel. Gal. li. 8. Omnibus rebus inferiendō statuit, quò celerius hostes contēpta suorū paucitate prodirent in aciem.

Producere in aciem. Liuius. 1. Decad. li. 2. Vbi illuxit, Romanus integer, sartatusque somno, productus in aciem, festum vigilis Volscum primo impetu perculit.

Profligare & Perfrangere aciem. Sil. Ital. lib. 11. 80.
Amplexu, multoque mero, somnoque, virorum
Profligandu acies, quam non perfregerit ensis.

Progredi in aciem. Liu. 4. Decad. lib. 1. Postero die in aciem progressi.

Promouere aciem. Liuius. 1. Decad. lib. 2. Consul Romanus nec promouit aciem, nec clamorem reddi passus est.

Propinquabat legionum acies. Tacitus Annal. 3.

Proruebat hostilem aciem ingentibus saxis, magnitudine eximia quartædecimæ legionis balista. Tacitus lib. 19.

Prorūpere in aciem. Tacitus lib. 18. Et vt cuique audacia vel formido, in primam postremámve aciem prorumpebant, vel vehebantur.

Prosiliunt acies. Luc. lib. 7. 16. -ipsæ tua signa reuellent, Prosilientque acies.

Protrita hostium acie, versi in fugā etiam qui subueniebant. Tac. li. 18.

Pugnare acie. Liu. 3. Decad. lib. 9. Cum Annibale in ipso itinere tumultuario prælio conflixit. Agminibus magis, q̄ acie pugnatum est.

Recedere ex acie. Cæsar belli Ciuil. lib. 3. In eo prælio Perreius graviter ictus ex acie recessit. Tacitus in libro de moribus German. Iam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse.

Recipere aliquem in secundam aciem. Liuius. 1, Decad. lib. 2. Hunc quidem in secundam aciem Latini recepere.

Redintegrata acie, manus ad obsessos tendere. Tacitus lib. 20.

Pedem refert acies. Val. Max. lib. 1. cap. 8. Quum Aulus Postbumius dictator, & Tusculanorū dux Manilius Octauius magnis viribus inter se concurrerent, ac neutra acies, aliquandiu pedem referret.

Refugere in secundam aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 10.

Refugere acie. Cæsar belli Ciuilis lib. 3. Qui acie refugerant milites, & animo perterriti, & lassitudine confecti.

Restituere aciem. Liuius. 1. Decad. libro. 2. Ita metu ancipiti versi à fuga Romani in hostem, & restituta acies. Idem. 3. Decad. lib. 9. Orant milites vt perculsos inuadant, neu restitui aciem patiantur.

Resedit acies hoc campo. Virg. 8. Aeneid. 100.
-tum Hetrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuum.

Sistere aciem. Liuius. 1. Decad. lib. 2. Consul vbi ad iniquum locum ventum est, sistit aciem.

Sonat acies cantu virorum. Tacitus lib. 20. Vt virorum cantu, fœminarum vlulatu sonuit acies, nequaquā par à legionibus cohortibusque redditur clamor.

Sternere aciem. Virg. 8. Aeneid. 110.
O mihi præteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram quum primam aciem præmeste sub ipsa
Straui, seutorumque incendi victor acerbos.

Struere aciem. Virgi. 9. Aeneid. 9.
Nen struere auderent aciem, neu credere campo.

Subducere cuneos in postremam aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 10.

Subducere legionem ex acie. Tacitus lib. 2. Iamque fero diei subducit ex acie legionem faciendis castris: cæteræ ad noctem cruore hostium satiatæ sunt.

Successit vallo Romana acies, vbi primū illuxit. Liuius. 3. Decad. lib. 7.

Suggredi aciē. Tacitus lib. 4. Quidam audentius aperti in collibus vicebantur: quos dux Romanus acie suggressus haud ægrè depulit.

Summouere aliquos in postremam aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.

Sustentare aciem. Virg. 12. Aeneid. 133.
Soli pro portis Mettapus, & acer Atinas
Sustentant aciem. Tacitus lib. 18. Atrox ibi cædes: & Tungrarū cohortium præfecti, sustentata diu acie, telis obruuntur.

Sustinuit labantē aciem Antonius accitis prætorianis. Tacitus lib. 19.

Temperare acies, Id est Regere ac moderari. Stat. 9. Thebaid. 165.
-Nōne hanc Gradiue proterum
Virginitate vides mediam se ferre virorum
Cœtibus: vtque acies audax, & Martia signa
Temperet?

Tenere aciem, pro regere. Cæsar belli Ciuilis lib. 3. In eo loco ipse erat Pompeius: mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat.

Tubauit extemplo aciem eorum Eques inuitus. Liuius. 4. Decad. lib. 4.

Turbata acies. Liuius. 3. Decad. lib. 7. Dum alii trepidē cedunt, alii segniter subeunt, turbata tota acies est deinde prorsus fusa.

Venire in aciem. Tacitus in libro de moribus German. Quum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatum virtutem principis non adæquare.

In aciem dimicationemque veniamus. Cic. in Orato. 25,

Versari in acie & ferro. Cic. de optimo genere Orato. 140.

Volitare tota acie. Tacitus lib. 2. Quin & Inguiomerum tota volitantem acie, fortuna magis quam virtus deferebat,

¶ Acies, vt alia quintæ inflexionis, olim habuit in genitiuo acie authore Seruio. Sallust. 1. histo. Dubitant in acie pars.

ACILIVS Buta, (Ἀκίλιος,) homo Prætorius, cui post patrimonium ingens consumptum Tiberius pauperratem confitenti, Serò, inquit, experrectus es. Cælius Antiq. lect. 5. cap. 32.

Acinacis, huius acinacis, peniul. corrept. m. g. (ἀκινάκης,) gladius Persarū, siue Medorū, inquit Acron. Hora. 1. Car. 27. 1.
Vino & lucernis Medus acinacis
Immane quantum discrepat. Valer. Flac. lib. 6.
Iuſignis manicis, insignis acinace dextra. Non defuerunt, qui hominum animam ventum esse dicerent. Eáque de causa cum Scythæ per ventum & aenacem iurabant, per vitam sē & mortem affirmabant iurare, q̄ ventus vitæ hominum causa sit, acinaces verò mortis: sicut Lucianus in eo dialogo qui Toxaris inscribitur, apertissimè testatur.

ACINTANI, gens Hispaniæ, simulachrum Martis ornatū radiis maxima religione colentes, Necum vocabant: quod eorum lingua marem significat. putabantque Martem seruorem esse, quo animus excandescit, excitaturque ad iram, alios ad virtutes, nonnunquam ad temporalis furoris excessum per quas res bella nascuntur. Sipont. qui & Martem à mare dictum putat.

Acinus, acinus, pe. cor. m. g. & acinū neutri, teste Nonio, (ἄχινος,) Hor. lib. 2. Ser. 6. 17. Aridum & ore ferens acinū, semesaque lardi
Frusta dedit. Valla lib. 4. Inter acinos & baccas hoc interesse puto, q̄ acini inter fructus minutiores arborū fructicūmue deuius nascuntur: baccæ verò dispersim & rarius. Inter acinos. n. numerātur grana vuę, grana hederę, grana sambuci, grana ebuli, grana mali punici: addē et morū, & quicquid his est simile. Inter baccas verò, fructus lauri, fructus oliuæ, corni, loti, quā fabā Syriacam vocant, myrti, lentisci, similiumque. Cic. de Senect. 47. Omitto enim vim ipsam omnium quæ generantur è terra, quæ fici ex tantillo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut stirpium minutis seminibus tantos truncos, ramosque procreat. Colu. lib. 11. cap. 39. Acina arida aut vitiosa reiicere. Ibidem, Vbi satis corrugata erunt acina, demito. Idem de arboribus, cap. 9. Variī generis, colorisque reperiuntur acini.

Acina ebriosa, genere fœminino, pro Acino ebrioso. ge. n. dixisse Catullum poetam, scribit Cellius lib 7. cap. 20. Locus autem Catulli sic habet epigram. 24. ad puerum,
Minister vetuli puer falerni
Ingere mi calices amariores,
Vt lex postbumiæ iubet magistræ
Ebriosa acina ebriosioris.

Acinum corrugarum. Vide CORRVGO.

Acinus callosus. Vide CALLOSVS.

Acinus coccinea. Vide COCCVM.

* Acini mespilorum Setaniarum molliore ligno. Plin. lib. 15. cap. 20.

Acinaceus, adiectiuū, (ἀκινάκεος,) vt, Vmbo acinaceū. Vlpianus Digestis de vino legato. Acinaceū planè vinū cōtinebit. Videt lora significare: hoc est, vinū secundarium, factum ex vuarū acinis aquā macerātis.

Acinosus, (ἀκινώδης,) aliud adiectiuum penul. prod. Dicitur quod multos habet acinos: vt vua acinosa. Plin. de vitium generibus lib. 14. c. 3. & 5. Columbinæ acinosissimæ.

Acinosum pro re succosa in modum acinorum. Plinius lib. 12. cap. 13. 1. Asari semen acinosum, saporis calidi, ac vinosi. Idem libro. 21. capi. 17. 7. Ea est & caulis acinosi.

Acipenser acipenseris. m. g. (ἀκιπήνσερ,) Genus piscis: de quo Plini. lib. 32. cap. 11. 1. Apud antiquos piscis nobilissimus habitus acipenser, vnus omnium squamis ad os versis contra aquā nādo meat, nullo nunc in honore est: quod quidem miror, cum sit rarus iuuentu. Cicero. Nam cum esset apud se ad Lauernum Scipio, vnáque Pontius, allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum rarò capitur, sed est piscis, vt fertur, in primis nobilis. Cum autem Scipio vnum & alterum ex iis, qui eum salutatum venerāt, inuitasset, pluresq; etiam inuitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas, acipenser iste paucorum hominum est. Martial. in Xenia. 13. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed Palatinas accipenseri mittite mensas,
Amiclæo ornent munera rara Dapes. Legimus in aliquibus exemplaribus (accipensem) & (ornant.)

Accipenser, decumanus. Vide DECVMANVS.

ACIS, (ἄκις,) Fluuius est Siciliæ, qui decurrit ex Aetna, teli impetu, vt de dictis est, vt docet Eustathius.

Acis, genitiuum habet Acis & acidis. Ouidius. 13. Metamorpho.
- sed est Cyclope repulso
Acin amat, præfertque meis amplexibus Acin! Ibidem. 168.
- lætans ego rupe, meique
Acidis in gremio residens, procul auribus hausi Talia dicta meis.

Acis, apud Ouidium primam producit, Claudianus lib. 3. de rapt. corripit, Lucus erat propè flumen Acin, &c.

ACIS, pulcherrimus adolescens, Fauni filius ex Simethi fluuii filia, pastor Siculus, quem dum Galatea Nerei & doridis filia amaret, & Polyphemū Cyclopa spernaret, ille iratus Acin necauit: qui postea Galateæ miseratione in fontem mutatus est, vt scribit Ouid. lib. 13. Metamorpho. 162. Acis erat Fauno nymphaque Simethide creatus. Huius etiam meminit lib. 4. Fastorum.

Præterit & ripas herbifer Acis suas. Acis item insula una est ex Cycladibus, authore Plinio cap. 12. lib. 4.

ACITHIVS, (ἀκίθιος,) fluuius est Siciliæ apud Ptolemæum, alio nomine Acis & Acilus dictus.

Acleti, (ἄκλητι,) aduerb. citra vocationem, citra inuitationem. Prouerbii loco dī, quoties inocatus qs accedit ad cōuiuiū: quod & amici faciunt & cœnupetæ. Hermola in Plin. lib. 35. cap. 11.

Aclis, aclidis, pe. cor. f. g. (ἄκλις,) Aclides sunt tela quædā antiqua adeo, vt nec viquam cōmemorentur in bello. Virg. 7. Aenei.
- teretes sunt aclides illis? Tela. Nonius, Aclides, inquit, iacula brema.

Acmon, acmonis, penul. corre. m. g. (ἄκμων,) Latinè, incus. Vnde Pyracmon vnus è Vulcani famulis, quòd à calenti incude nunquam discederet. Seruius. Virgilius. 8. Aeneid. 84.
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Acmotheton, acmōtheti, penul. correpto. n. g. (ἀκμόθετον,) Linguum sustinens incudem.

ACOETES, (ἀκοίτης,) nomen viri pauperis. Huius tenuitatem exprimit Ouid. lib. Metamorpho. 3 117.
Ille meu vacuus, nomen mihi (dixit) Acœtes.
Patria Mæonia est, humili de plebe parentes:

Acoetus, (ἄκοιτος,) Sine cubili. Vnde Plin. li. 11. ca. 15. mel acœton vocat, sine rēsimento sedimentoue. In omni (inquit) melle, quod per se fluit, vt mustum, oleumque, appellatur q; acœton, maxime laudabile est. Nam κοῖτος, lectum significat. Vnde & coeton, (κοιτών,) hoc est dormitorium Plinio & Procætio in epistolis Cecilii, pro antecubiculo: etiā si Procæstrion quoq; legitur, nō absurdē. Quid sit Procæstrion, Festus Pōpeius docebit. Procætion & Cœteu. Vitruuius thalamum & antithalamum vsurpat. Hermel. in Plin.

Acolastus, acolasti, (ἀκόλαστος,) Prodigus, intemperans, immoderatus. Gellius lib. 19. cap. 2. negat Latinè vērti posse. Sonat ad verbum, impunitus, vel incoercitus, vt sit qui cupiditates non puniat, velut iniecto fræno. Nam κολάζω, punio est, & κ primat. Nec sollum de hominibus, verumetiam de rebus dicitur: vt κολαστὸς γλῶττα, lingua infrænis. Acolastus homo, homo nihili, neque rei, neque frugis bonæ. Gellius lib. 7. cap. 11. Budæus in Comment. proterunm proprie significare putat, & qui sibi circa libidines temperare non potest.

Acolûthus, acolūthi, penul. prod. (ἀκόλουθος,) Consequens, Consentaneus. Substantiuè, Affectator, comes, assecla, puer iunior minoribus in rebus corporis, famulus à corpore.

Acolythus, acolyti, (ἀκόλουθος,) impedimento carēs, Qui inter terroribus à proposito dimoueri pōt. Vnde Epictetus verū atq; syncerū Stoicū, acolytū esse dicebat. Vocabatur itē eo nomine a pud christianos, qui ipse quidem nō peragebat mysteria, sed non excludebatur cum cæteris, q; ignem aut simile quiddam ad sacra necessarium afferebat. quasi dicas, non prohibitus, hoc est admissus. ab ε & κωλύω, prohibeo. Ridendi sunt, qui Ceroferarium interpretantur. Erasmus in epi. Hieronymi ad Nepotianū de vita clericorum.

Aconae, penultima. corrept. (ἄκωναι,) cautes. Vide ACONITVM.

ACONE, Acones, penulti. corrept. portus Bithyniæ, veneno aconito diuus. Plin. græcè ἀκόνη.

Acōniti, (ἀκόνιτι,) aduerbium, sine puluere, citra puluerem sudo, remque, citra negotium & laborem, sine pugna. Conis, huius conis, f. g. puluerem significat. Plin. lib. 35. cap. 11. Alcmaelius putat Dinocippum, qui pancratio Olympiæ citra pulueris iactum (quod vocant aconiti) victū: comiti Nemea. Prouerbii loco dicitur de eo qui sine labore victor euadit: ab athletis sumptum, qui puluerem inspergebant corporibus, vt fe facilius comprehendere possent. Ouid. lib. 9. Metamorpho. de luctu Herculis & Aclidos.

Ille canis hausto spargit me puluere palmis,
Inque vicem fuluæ factu flauescit arenæ. Vide Hermolaum in Plinium, & Erasmum in Chiliad. * Eadem forma dicimus & ἀνήρ θ' τί sine sudore & ἀνυπαιθρι, sine sanguine.

Aconitum, aconiti, pe. pro. (ἄκονιτον,) Herbæ genus, de qua sic Pli. li. 27. c. 3. Aconitū, folia habet cyclamini aut cucumeris nō plura quatuor, ab radice leniter hirsuta, radicē modicā cāmaro simile marino. Quare quidā cāmaron appellauere, alii thelipho nū, ex qua diximus cā. Radix incurnatur paulū, (scorpioni modo: qua re & scorpion aliqui appellauere. Nec defuerūt qui myoctonō appellare mallēt: q̄a pcul & ꝛ lōginquo odore mures necat. Nascitur in rupibus cautibus, quas aconas vocāt. & ideo aconitū aliqui dixere, nullo iuxta, ne paluere quidē, nutriēte. Hāc aliqui rōne nois attulere. Alii, q̄n vis eadē in morte esset, ꝙ cot ibus ad ferri acie deterrēdā, statimq; admota velocitas sentiretur. De hoc plura eodē li. c. 2. Oui. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Videtur de quibuslibet venenis intellexisse. Virg. 2. Georg. Nec miseros fallit aconita legentes. Vbi Seruius, Aconita nascūtur in Italia, sed nō ea obesse dicit, quia sunt oibus nota. Hæc aūt herba dicitur nata esse de spumis Cerberi, quo tempore eū Hercules ab inferis traxit. Quæ quia in saxis & coribꝰ nascūt, aconitū dī, ἀπὸ τῆς ἀκόνης. à cote. Et dicimus τὸ ἀκόνιτον, καὶ τὸ ἀκόνιτον.

Aconitum, Dioscoridis interpres vertit, nen picatum. At Cælius Antiq. lect. lib. 15. cap. 2. Aconita, inquit, intelligūtur Græcis vasa non illita, quæ calido diluta humore aquam in se trahunt.

Aconita dira. Ausonius Sect. 2. in monosyllabis,
- Vnde Promethæo de corpore sanguineus ros
Aspergit cautes, & dira aconita creat cos.

Lurida. Ouidius. 1. Metamorpho. 30.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.

Pallida. Lucanus lib. 9. 66.
Pallida Dictæis Cæsar nascentia saxis
Infundas aconita palām.

Viuacia. Ouidius. 7. Metamorpho. 84.
Quæ quia nascuntur dura viuacia cautē,
Agri est ex aconita vocant.

ACONTEVS, venator egregius vt docet Statius lib. 7. Thebaid. 116.
- donec flammatur Aconteus.
Strage virum, cui iuncta feras prosternere virtus, Sillius lib. 16. 111.
Et cuius nunquam fugisse hastilia cerui
Præcipida potuere fuga venator Aconteus.

Acontia, acontiæ, (ἀκοντία,) cometæ genus, de quo Plin. lib. 2. cap. 25. Acontiæ iaculi modo vibrantur: ocyssimo signi flexu. Hæc fuit de qua quinto consulatu suo Tiberius imperator Cæsar præclaro carmine perscripsit, ad hunc diem nouissimū vsq. Fuere breuiores, & in mucronem fastigiatas, xiphias vocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladii nitore, ac sine vllis radiis.

¶ Acontia, est etiā serpens magnitudine duorū cubitorū, figura asē erasa in tenuē abeunte, colore viridi, maximè iuxta alas, vt mihi colore referat, vnde & cenchrias. i. miliaris appellat. Aetius Ser. 17. cap. 27.

ACONTIVS (ἀκόντιος,) è Ceo siue Cea Aegæi maris insula profectus ad sacra Dianæ, quæ in Delo insula omnū Cycladum clarissima, frequenti virginū cōuentu celebrabantur, in amorē visæ Cydippes puellæ nobilis exarsit. Quam cum ob generis imparitatē nō auderet palā vxorem petere, nouam cōmētus est fraudem, qua illam sibi coniugio obligaret. Siquidem in pulcherrimo pomo scripsit duos hosce versus.

Me tibi nupturam (felix eat omen) Acoutī,
Iuro quām colimus numina magna Deæ.

Sunt qui hos malint,
Iuro tibi sacræ per mystica sacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem, sponsamque futuram.

Itaq; sic inscripti pomū protecit ad pedes puellæ. Quæ fraudis ignara, cum imprudens legeret, visa est se vxorē Acontio pacisci. Nam ꝙ ante deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur, rata esse debere, lex erat. Cū autem paulò pōst pater humanæ rei nescius, illam alteri desponderet, subita febre correpta est. Cui Acontius per epistolam persuasit, morbū à Diana esse immissum, eo ꝙ nō impleuisset quæ Dea plente promiserat. Proinde cōtra patris voluntatem maluit in Acontii venire sententiā, quām diutius torqueri. Extat vtriusque epistola inter Ouidianas.

Acopa, penul. corre. acoporum, n. g. (ἄκοπα,) medicamenta lassitudines & fatigationes leuantia. Lucianus. Plin. lib. 29. capi. 3. 16. Ad omnia quæ acopis curantur, vnguentumque pariter & medicamentum est. Budæus, Acopos, minime lassum significat.

Acor, acoris, (ὄξος,) Vide ACETO.

Acorum, (ἄκορον,) describit Dioscoli. 1. c. 2. Pli. li. 25. ca. 13. Hermolaus, Ruellius, & alii multi. Quid sit sit acorus, seu acorum, non satis norunt neoterici. Ego (ait Manardus li. 6.) quoties acoro opus est, non vulgari illa radice, & inutcundi odoris, sed vocato aromatico calamo vti consueui. Antonius verò Musa, Quām, inquit,

quit, galangam appellatis, verum Dioscoridis acorus est quod sepe ab excellentissimo Leonicено dictum meminī.

Acosmia, acosmiæ, (ἀκοσμία,) Rerum congeries indigesta, confusa, & incōdita. Acosmia etiam dedecus & indignitas, status publici perturbatio, quō vnicuique ordini suæ vices (suāque dignitas non constant. Quo verbo Plutarchus statum Reipublicę tempore belli Ciuilis appellauit. Budæus.

Acosmus, acosmi, (ἄκοσμος,) Inornatus, incōptus. Lucret. vtiē li. 4. 1234.

Acquiesco, acquiescis, acquieci, acquietum, pen. prod. (ἡσυχάζω, ἀναπαύομαι,) acquiescere. Pro simplici ponitur, quod est quiescere. Plaut. Mere. 4. 26. Loquere: nd negotii quid est? A. placide volo acquiescere. Idem, Epid. 5. 22. Sine respirem quæso. P. imò acquiesce. Cic. ad Att. lib. 13. 28. 5. Vitandi caloris causa Lanuuii treis horas acquieuerā. Catul. epigram. 29. 2.

O quid solutis est beatius curis!
Quum ineas cuus reponit, ac peregrino
Labore fessi, venimus larem ad nostrum,
Desyderatoque acquiescimus lecto.

¶ Acquiescere per translationem dicimus, quum remittitur dolor, aut alia animi molestia. Cic. 1. de fin. 8. 2. de improbitate loquens, Cuius in animo versatur, nunquā finit eum respirare, nunquā acquiescere. Idē Sulpitio, lib. 4. 6. 2. Lectis tuis literis, aliquātulum acquieui. Id est, dolor meus remissus est, siue pacatus, aut sedatus ex aliqua parte. Idē. 4. Acad. 25. 5. Quum ex cōmotus, acquiescis. Seneca. de ben. lib. 3. cap. 12. Inuenies qui nihil putet esse iucundius, nihil maius, q̄ habere in quo calamitas acquiescat. Catul. Epig. 2. Credo, vt tū grauis acquiescat ardor.

Acquiescere in re aliqua, aut in aliquo homine, cum quadam animi voluptate, quieteque consistere & oblectari in re aliqua, in qua prius in dubio aut solicitudine animus fuisset. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 1. 2. His verò temporibus habemus aliud nihil in quo acquiescamus, Id est oblectemur, & affectum animi sistamus. Idem Attico, lib. 7. 1 30. 6. Acquiesco enim scribens ad te, & legens tua. Idē de Amicitia. 84. Vicissim autē senes in adolescentium charitate acquiescimus. Quasi recreamur ex tædio & languore senectutis. Idem. 2. de Diu. 3. Qui iam ętate proiecti in nostris libris acquiescunt. Idem pro rege Deiot. 3. In tuo ore, in tuis oculis, vultuque acquiesco, te vnum intueor, ad te vnum omnis mea spectat oratio. Idem ad Att. lib. 13. 27. 2. 1. Sed crebrò regusto tuas literas: & in his acquiesco: tamen expecto nouas. Eidem lib. 12. 24. 1. 1. Habeo enim nihil (tentatis rebus omnibus) in quo acquiescā.

Acquiescere alicui rei, Pro in aliqua re. Senec. epist. 24. Vt meliora tibi proponas, & acquiescas (pei blandæ.

Acquiescens, Participium. (ἡσυχαστικός,) Cic. li. 3. ad Q. fratrem, Erat summi otium foreuse, sed senescentis magis cuitatis, quàm acquiescentis.

Acquiro, acquīris, pen. prod. acquisiui, acquisitū, pe. prod. acquirere. (κτάομαι, κτήσομαι, προσπορίζομαι, ἀθροίζομαι.)

Ex ad, & quæro, verbum notæ significationis: vt Acquirere diuitias, amicos, gloriam, &c. pro quo & quærere & parare & comparare frequentius legimus. Virg. 4. Aeneid. 35. Mobilitate viget, virēsque acquirit eundo. De fama loquitur. Ouid. 2. de Arte amandi.

Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,
Quaque venit, multas accipit amnis aquas. Cic. lib. 3. Offi. 28. Nam vt tibi quisque malit quod ad vsum vitæ pertinet, quàm alteri acquirere, concessum est, non repugnante natura.

Acquirere amicos. Cice. de Amicitia. 84. Semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur.

Ad honorem & gloria aliquid acquirere. Cic. ad Appium Pul. li. 3. 7. 15. Vt mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirēdum putarem. Simile est illud eiusdem in Catil. 72. Mihi quide ipsi quid est quod iam ad vitæ fructum possit acquiri!

Benevolentiam acquirere. Quintil. lib. 3. cap. 10. Acquirere benevolentiam eorum apud quos dicimus.

Dignitatem. Cic. ad Plancum, lib. 10. 3. Omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo Reipublicæ statu acquires.

Fidem. Cic. in Catil. 38. Et dubites aliquid de possessione detrahere, ac fidem acquirere!

Gratias. Cic. ad Att. lib. 1. 1 10. ad finem, Vides enim in quo cursu simus, & quām omnes gratias non modò retinendas, verumetiam acquirendas putemus.

Moram ad condemnandum. Cic. pro Cecinna. 4. Quisquam ego mihi sic persuadeo. Recuperatores, non vos tam propter iuris obscuram dubiamque rationem, bis iam de eadem causa dubitasse, ꝙ videtur ad summū illius existimationē hoc iudicium pertineret, moram ad condemnandū acquisisse: simul & illi spatium ad se colligendū dedisse.

Studia vulgi. Tacitus lib 12, Ludicro Circensium, quod acquirēdis vulgi studiis celebatur.

¶ Acquirere de malis etiam rebus dicitur: vt Acquirere inimicitias. Plaut. Milit. 6. 43.
-est alter audacior
Qui magis inimicitias acquirat sibi, quàm tu?

¶ Acquiri pro augeri, vel conciliari. Plin. lib. 15. cap. 17. 4. Quo genere & vino odorem acquiri putant.

ACRADINA, (ἀκραδίνα,) Cic. 6. Verr. 105. Altera autem est vrbs Syracusis, cui nomen Acradina est: in qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatissimum Prytaneum, amplissima est curia, templumque egregiū Iouis Olympii: cæteræque vrbis partes, una lata via pptua, multisque transuersis diuisæ, priuatis ædificiis cōtinentur.

ACRAGAS, (ἄκραγας,) vrbs Siciliæ, quæ Agrigentum aliàs dicitur. Vide suo loco. Acragas mons, Vide ACRAGAS.

Acragantinus, pen. prod. (ἀκραγαντῖνος,) adiectiuum, Idem quod Agrigentinus, Plin. lib. 3. cap. 8. in descriptione Sicilię: Oppidum Acragas, qđ Agrigētū nostri dixere. De hoc meminit Virgil. 3. Aenei. 140.
Arduus inde Acragas ostentat maxima longē
Mœnia magnanimum quondam generator equorum. Lucretius libro 1. 147.

Quorum Acragantinus cum primis Empedocles est.

Acratismus, acratismi m. g. (ἀκρατισμός,) & acratisma, acratismatis n. ge. lectaculum. Plutarchus in Symposiacis, à meracius potandi consuetudine nomen hoc inflexit coniectat, quoniā panis buccellam mero tingeret. Cælius Anti. lect. lib. 13. ca. 17.

Acratóphoron, acratophori, pe. cor. (ἀκρατοφόριον,) Vrceolus Latinè dicitur. Cic. 5. de finib. 24. Et tū puto cōcedi nobis oportere, vt Græco verbo vtamur, siquādo minus occurret Latinū, ne hoc ephippia & acratophoris potius, quàm, &c.

ACRATVS, (ἄκρατος,) bacchantium Genus, Athenis spectabat, cui os dūraxat extra parietem exrabat. Author Pausanias in Attica.

Acrédula, acrédulæ, pe. cor. (ἀκρέδων,) Putarunt luscuia auis, siue quem vulgò Ranatinum dicimus. Cic. in Progen. Et matutinos exercet acrédula cantus. Idem 1. de Diuina. 13. Et matutinis acredula vocibus instar.

Acrementum, acrementi, quidam Latinum probant ex Plinio, lib. 20. cap. 7. 6. In eos vius, & oxypi opōlæ seruant addito dulci, acrementum temperantes. Qui locus sic ntio legitur, Stomachi dissoluti vtilissimè adiuuantur, in eo vsu & oxypori obolis asperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.

Acribodicaeon, acribodicæi, pe. prod. g. n. (ἀκριβοδίκαιον,) exactum, summum ius, Ius quod strictum in risconsulti dicunt. Et qui illud æquitati præferit, Acribodicæi ab Aristotele vocātur, quasi præduri interpretes iuris, qualique deterioris iuris studiosi, visurpatorēsque. Budæus in Pandectas.

ACRIDOPHAGI, (ἀκριδοφάγοι) Aethiopiæ populi, deserto conterminum, homines paulò cæteris breuiores, macilenti, ac supra modum nigri. Veris tempore Zephyrus & Libycus venti, infinitum penè locustarum ex deserto ad eos deferunt numerum. Hæ per magnæ sunt, sed colore alarum turpi ac squalido. Aethiopes ad id assueti, in quandam latam longimque multis stadiis conuallem plurimum materiei ex propinquis locis ingerunt. Quum suo tempore, locustarum tanquam nubes, à ventis supra vallem defertur: materiem congestam, omnemque loci herbam antea succisam incendunt. Locustæ desuper volantes ingenti fumo enectæ, paulum vltra vallem ad terram tanta decidunt copia, vt victum omni genti abunde præbeant. Has enim sale, qui ibi plurimus est, superinfuso, diutius seruant, cibum gustu, eis suauem. Hic est solus eorum per omne tempus locustarum victus.

Neque enim pecora nutriunt, neque pisces edunt, procul à mari positi: neque vllum aliud vitæ adminiculum habent. Corpore leues sunt, ve loces cursu, & vitæ breuis: vt qui longissimè viuunt, quadragesimum non excedant annum. Finis eorum admirabilis est. Nam propinquante senecta, pediculi alati, non sollum vilū varii, sed speciē horridā ac turpē, in corporibus nati, vestem primò, tum pectus, deinde eorum corpus paruo tempore exedant. Qui morbū pariter, primūm veluti scabiei cuiusdam pruritu allectus corpus scalpit, voluptate simul & dolore perceptis. Deinde exorientibus pediculis, simul effluente sanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, vngulbus corpus magno cū gemitu lacerat. Tanta verò vermium copia effluit, aliis super alios tamquam ex perforato vase scaturientibus, vt deleri nequeant. Hoc pacto siue cibi siue aeris causa, miserum sortiuntur vitæ finem. Diodorus libro 4. cap. 3. Strabo libro 16.

Acrifolium, acrifolii, Arbor quę & Lotos appellatur. Galli Alysam & Alyserum vocant. Ruellius acrifolium inter infelices arbores commemorat. Macrobius lib. 3. Satur. cap. 19.

Acrimonia, Vide ACHR (ἀκμή.)

* Acrisia (ἀκρισία & ἀδιακρισία,) cōtracta est (ἀκρίσια,) hoc est discretioni rerum & iudicio delectuique.

ACRISIVS, (ἀκρίσιος) Argiuorum rex, Abantis filius, vt scribit Lactantius: & vt Eusebius in Chronico scribit, Proeto fratri successit in regnū. Hic vt idem Lactantius affert, nec ab hoc discrepat Seruius, vnicam habens filiam Danaen, in responsis habuit, se manu eius qui ex filia nasceretur moriturum. qui ad effugiendam prænuntiatā mor

rem,filiam in quadam turri seposuit,seruarique iussit, nequis posset eam adire accedere.Contigit igitur,vt audita pulchritudinis eius fama, illam concupisceret Iuppiter.qui quum ad eam aceessum alium non videret,versus in auri guttam, ex tegulis se in gremium eius cadere permisit,& sic prægnans effecta est.Quod ægrè ferens Acrisius, eam capi iussit,& in arcam poni,atque in mare proiici.quod quum minister faceret,in littus vsque Apulum arca delata est,& casu à piscatore captam qua quum comperisset Danaen, & paruum filium quem ex ea fuerat,eum ad Pilumnum regem detulit. qui quum genus eius cognouisset,& patriam,illam libenter coniugio sibi copulauit.Filius autem,cui Perseus nomen fuit,quum excreuisset . & Gorgoni Medusæ caput abstulisset,Argos veniens Acrisium transmutauit in saxum, quæ quidem transmutatio secundum Eusebium id significat, quòd quum regnasset Acrisius apud Argos annis XXXI. à Perseo nepote suo,non sponte,tamen occisus est,& in lapidem, id est in frigiditatem perpetuam versus est.Ex Eusebio,Bocatio,Seruio.

Acrisius Abantiades,Id est Abantis filius Ouid.4.Metam.122.
Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acrisius superest.

Acrisius graius.Stat.Thebaid.6.58.
Et graius Acrisius,speciesque horrenda Chorœbi.

¶ Fuit & Acrisius alter,Laertæ patris Vlyssi pater,& Iouis filius,dicente Vlysse apud Ouidium,libro Metamorph.13.24.
Nam mihi Laertes pater est,Acrisius illi, Iuppiter huic,&c.
Hunc alii Arcesium vocant,& Arcesius legunt apud Ouidium.

Acrisioneus pen.prod.adiectiuum.(ἀκρισιώνειος)Ouid.lib.5.Meta.48.
Actisioneas Pirætus posseder at arces. Id est,Acrisii regnum.

* Virg.lib.7.Aeneid.82. Quam dicitur vrbem Acrisioneis Danaë fundasse colonis.

Acrisioniades,huius Acrisiamiadæ,pen.cor.g.an. (ἀκρισιωνιάδης.)Perseus Acrisii nepos.Ouid.4.Metamorph.14.
Verrit in hunc Harpen madefactam cæde Medusæ
Acrisioniades,adigitque in pectus.

Acitas, Vide ACER adiectiuum.

Acriter,Acritudo, Vide ACER adiectiuum.

Acroâma, pen.pro.acroamatis,n.g.(ἀκρόαμα.) Auditio Latinè dicitur:& pro festiua & iucunda narratione accipit. Cic.pro Archia.15.Quum ab eo quæreretur,quod acroama,aut cuius vocem libentissime audiret,Eius,inquit,à quo sua virtus optimè prædicaretur. Plin.epist.117.d. Interdum acroamata audiebamus, interdum iucundissimis sermonibus nox ducebatur.

Acroamata dicuntur etiam homines acroamatà recitantes.Cic.pro Sestio.10.Ille ipse Ludius non solum spectator, sed actor & acroama. Idem 6.Verr.43.Hic quasi festum aciroama,ne sine corollario discederet,emblemata auellenda curauit.

Acroamaticus penul.cor.adiectiuum. (ἀκροαματικὸς) Auscultatorius. Aristoteles in epistola quadam ad Alexandrum Logos acroamaticos appellat libros de recondita Peripateticæ sectæ disciplina editos. Gellius libro 20.cap.4.& Budæus.

ACROCERAVNIA,Acrocerauniorum.(ἀκροκεραύνια) Montes excelsi in diuersis locis.sic dicti propter altitudinem & ictus fulminis, vt Seruius author est in lib.3.Aeneid.Quorum alii sunt in Epiro,diuidentes Ionum mare ab Adriatico. Alii sunt eodem nomine mõtes inter Armeniam & Iberiam, dicti à fulminibus, quibus impetuntur.

Nam ἀκρον dicitur mons,vel summitas:& κεραυνὸς,fulmen.Horat.lib.1. Carm.34.Qui vidit mare turbidum, & Infamcis scopulos Acroceraunia. Virgilio Ceraunia dicuntur 3.Aeneid.101. Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta.

Acrochordon, acrochordonis penul.cor.f.g.(ἀκροχορδὼν,) Verruca,amplitudine fabæ,pueros maximè infestans,sic dicta,quòd in imo vsque adeò sit angusta,vt pendere videatur.Hermolaus in Plinii. Memuit Celsus lib.2.cap.1. Rursum lib.5.Acrochordon,inquit,excisa nullam radiculam relinquit.

ACROCORINTHVS,(ἀκροκόρινθος,) montis qui vrbi Corintho immineț, vertex est: quem Soli, quum de eo certaretur,adiudicauit Briareus. Sol autem Veneri concessit,vt Corinthi afferunt. Pausanias in Corinthiacis.

¶ Acrocorinthus,est altus mons inter Aegæum & Ionium mare,sub eius radice est vrbs Corinthus. Stat.lib.7.Thebaid.21.
Iam pronis Gradimus equis Ephyræa premebat
Littora quà summas caput Acrocorinthus in auras
Tollit,& alterna geminum mare protegit vmbra. Plinius libro 4. cap.4.Acrocorinthum vocat summam Corinthi arcem, in qua fons Pyrene:vnde spectantur diuersa duo maria.

Acrodrya, acrodryorum.ge.n.(ἀκρόδρυα,)Cains hoc nomine omnem fructum arborum significari dixit.Proprie tamen Acrodrya vocantur,quæ in ambitu lignosum putamen habẽt.

Quod genus appellatiõe nucũ apud Latinos cõtinet.Bud.q³.Rudis⁴

ACRON,huius Acronis penul.pro.(ἄκρων,)Ceninensium rex,quẽ Romulus singulari certamine vicit,teloque traiecit,& eius spolia opima Ioui Feretrio dedicauit.Quem ob illata in hostem vulnera,teste Plutarcho in vita Romuli,sic appellauit. Nam ait ferire apud Latinos, esse vulnerare sagittis.

Acron Ceninus.Proper. lb.4.11.2.
Tempore quo portas Ceninum Acrona petentem.

Victor in eue. sum cuspide fundis equum.

Acron Herculeus, vel quia ortundus ab Hercule: vel quia Ceninenses Herculem colebant: vel quia fortis & bellicosus vt Hercules. Propertius lib.4.11.2.
Acron Herculeus Cenina ductor ab arce,
Roma tuis quondam finibus horror erat.

¶ Acron alius, medicus Agrigentinus, Athenis vnà cum Empedocle philosophatus est:fuit antiquior Hippocrate. scripsit lingua Dorica de medicina librum vnum.Author Suidas.

¶ Acron nobilis grammaticus,qui Horatium poetam editis commentariis enarrauit.

ACROPOLIS,pen.cor.(ἀκρόπολις,) dicebatur ipsa arx Athenensium. Athenę enim in tres partes diuiduntur,scilicet ἀκρόπολιν,ἄστυ & Piræum portum.

Acrostichis, penul.cor.huius acrostichidis penul.etiam corre. n.g.(ἀκροστιχὶς,)Quum ex primis aliquot versibus continuo ordine sequentium literis oratio aliqua connectitur,vt in quibusdam Ennianis & Sibyllinis. Cælius Antiq.lect.lib.13.cap. 39.Et.Cic.1.de Diuin,167.

Acrostolia, acrostoliorum,n.g.(ἀκροστόλια)sunt extremæ partes nauis,quæ facile euellebantur, quum collisibus fuerat:vt constat ex Diodoro Siculo lib.20. Latini,vt putat Baysius, rostra vocant,& siquæ similia.Erat autem in more positum apud antiquos,ornari naues victrices acrostoliis captiuarum.

Acroteria, acroteriorum,g.n.(ἀκρωτήρια,) Extremitates sunt corporis. Aristoteles sic appellat extremam partem digitorum sub vnguibus latentem,& extremam partem ostium. Significat etiam pinnacula & prominentias ædificiorum.Item statuas quæ in ædificiorum ratione in angulorum summitate astituuntur. Sunt etiã rostra nauũ & ornatus.Budæus & Cælius.lib.13.cap.39.

Acrothorax, pen.prod.(ἀκροθώραξ,)huius acrothoracis penul.etiam prodan.g. Qui leuiter,aut (vt nonnullis placet)summè ebrius est.Cælius lib.13.cap.39.

* Ac si,tanquam si,vt si,pro eo ac si,quasi,perinde quasi, similiter ac si, iuxta ac si,non secus ac si,ὡσπερεί.

Acta, actorum. Vide AGO

Acta, actæ,(ἀκταί,)idest secretũ & amœnum litus.Virgilius,quinto,Aeneidos,
At procul in sola secretæ Troades actæ
Amissum Anchisen flebant. Author Seruius. Cicc.7.Verr. Ipse tamen quum vir esset Syracusius,vxorem eius parum poterat animo lubito ac libero tot in acta dies secum habere.

ACTA,Actę,vel Actis,Actes,(ἄκτη,)Attica regio,vt testantur Gellius lib.14.cap.6.& Plin.lib.4.cap.7.Causam nominis exprimit his verbis Strabo lib.9.Atticam apud veteres Actem,id est litus appellatam esse constat,& nomine derivato pro Attica,Atticam esse nuncupatam:quoniam maxima illius pars ad mare est extenta & angustat oblonga verò latis & porrecta montibus vsque Suntum subiicitur. Hermolaus in Plin.lib.4.cap.7.Actem dictam scribit ab Actæone rege,vt Fauorino placet & Lycophroni,qui Actæos,vocat Athenienses:vel quia litoralis fere tota sit,exili & angusto quodam velut margine,vt Apollodoro & Straboni.Dicebatur & Athis,sed ab Atthide Cranai regis filia,vt inquiũt Eustathius,Martianus,Trogus.

Actæus,adiectiuum,(ἀκταῖος)Littoralis Atticus. Siquidem Actæ litus significat.Virgilius 2.Eclog.5.
Canto,quæ solitus,siquando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Seruius.
Sane Aracynthus,mons est Thebanus.Vnde Actæo,litorali debemus accipere,non Atheniensi. Ouid.1.Metamorph.63. Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis,Id est Atheniensibus,seu Atticis.

ACTON, primum in Attica regnasse ferunt. Quo vita defuncto,Cecrops ducta vxore illius filia,regnum suscepit:ex qua Erisn, Aglaurum,Pandrosum,& Erysichonem liberos suscitauit. Erysichthon vixo adhuc parte vita excedens,regni successionem inanem ipse reliquit. Ac Cecropi Cranaus,Athenis facilè princeps,successit .Cranco verò filias quum alias,tum Atthida fuisse narrantia cuius nomine regionẽ prius Actæã dictã,Atticã nominat.Author Pausanias in Attica.

Actias,Actiadis,penul.cor.f.g.(ἀκτιάς,)Id est Atheniẽsis.Virg.4.Georgi.93.Atque Getæ,atque Hebrus,atque Actias Orithya.

* Actiactus,pen.cor.Adiecit,(ἀκτιακὸς,)Atheniensis.Ouid.ep.21.37. cur

cur nunc Actiacas miseram me mittis ad vndas?& lib.1.Fast. Fronti bus actiacis comptos redimita capillos.Pax ades.

Actius,adiectiuum,(ἄκτιος,)Idem quod Actiacus.Virg.3.Aeneid.56.
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis. Horat.lib.1.Epist.19.13.

ACTAEON,penul.prod.huius Actæonis penul.cor.(ἀκταίων)Ouidius lib.3.Metamorph.46.
Actæon ego sum,dominum cognoscite vestrum. Paulò pòst,
Et velut absentem certatim Actæona clamant. Filius fuit Aristei ex Autonoe coniuge,Cadmi filia.Hic venator fuit vt docet Ouidius,& quum die quadam venatione fessus in vallem Gargaphiæ descendisset,eo quòd in ea fons esset,recens & limpidus,& ad eum fontem potaturus accederet,vidit in eo Dianam nudã se lauantem. Quod quũ ægrè Diana tulisset,sumpta manibus aqua,in faciem eius proiecit, dicens, Vade,& dic si potes. Is autem repente in cernum conuersus est: quem quum canes eius vidissent, confestim irruerunt in eum, atque dentibus laceratum,comederunt.De quo figmento sic scribit Fulgẽtius,Anaximenes(inquit)qui de picturis antiquis disseruit, ait libro secundo,Actæonem venationem dilexisse,qui quum ad maturã peruenisset ætatem,consyderatis venationum periculis,id est quasi nudam artis suæ rationem videns,timidus factus est . Et paulò pòst. Sed quum venandi periculum fugeret,affectum tamen canum non depositt,quos inaniter pascendo penè omnem substantiam perdidit . Ob hanc rem à suis canibus deuoratus est.Hæc ille. Hæc de Ouidii sententia libro Metamorph.3.Quanquam de Actæone aliter in cõmentariis Apollonii libro 4.Sed receptior est & communior Ouidii sententia. Diodorus lib.5.cap.14.Actæonem fabulatur à suis canibus discerptum,quòd Dianæ concubitum,quum venaretur in montibus in xta templum sitis,apperierit. Alii putant id ei accidisse,quòd se illi Actæon prætulerit in venandi arte.

Actæon Hyantius,Id est Thebanus vel Bœotius. Siquidem Bœotii antiquitus Hyantes vocabantur,teste Plinio lib.4.cap.7.Ouidius 3.Metamorph.50.
Quum inuenis placido per deuia lustra vagantes.
Participes operum compellat Hyantius oie.

Actæon Autonoeius,Id est Autonoes filius.Ouid.3.Metam.40.
Additus & pauor est:fugit Antonoeius heros.

Actæon Cadmi nepos.Ouid.3.Metamorph.35.
Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum
Per nemus ignotum non certis passibus errans.

Actæon celer.Senec.in Thebaid.1.3. -qua peragrati celer
Per saxa montis iacuit Actæon suis
Nouæ præda canibus.

Actaeus, Vide ACTA,Actæ.

Actiacus,Actias, Vide ACTA,Actæ.

Actio,Actiosus,Actito, Vide AGO.

ACTISANES,(ἀκτισάνης,) Aethyopum rex, qui Amasim Aegypti regem suis crudelius imperantẽ regno deturbauit,Aegyptiisque summa æquitate imperauit.Hic latrocinia nouo more compescuit,fontes neque morte plectens,neque lutquens impunitos.Cõstituto quippe eorum iudicio, reos omnes in vnũ cogens, amputatis naribus,in vltima deserti re cõpulit:ibique ciuitatem condidit ab excisis naribus Rhinoceram appellata.Ea in Aegypti Arabiæque finibus haud procul à mari sita,omnibus vitæ cõmodis caret.Nam omnis victus regio salsa est.Intra vrbis mœnia vnic⁹ est puteus,& is inutilis,vtpote aqua gustu amara.Hos aũt eo loco posuit, ne finis morib⁹ vicinas gẽtes inficeret: ne've eorũ erga reliquos inuriæ essent occultæ:sed vt tanq̃ in oram deserta relegati,omni re egentes,cogente necessitate sibi victũ exquirerẽt.Pisces itaque calas,quos ex vicinis agris collegerant,longa sibi retia fecere:quibus iuxta litus p plura stadia dispositis,ex captis coturnicibus (nam magnus earum numerus in littore ad capiendos pisces versatur) victum sibi compararunt. Diodorus lib.1.cap.1.

ACTIVM (ἄκτιον,) oppidũ Epiri & promontorium ad mare vbi Augustus Antonium & Cleopatra vicit nauali prælio,vt scribit Plutar.

Actius, Vide ACTA,Actæ.

Actiuus,Actor, Vide AGO.

ACTOR,Actoris,pen.corr. Astioches pater,vt ostendit Homerus lib. Iliados.2.Alter fuit Auruncus,cuius meminit Virg.lib.12.Aeneid.
-validam vi corripit hastam. Actoris Auruncí spolium,&c.
Alius,cuius meminit Statius.10.Thebaid.631.&.66.

Actorides,Actoridæ,m.g.penul.cor.patronymicũ,(ἀκτορίδης)Actoris filius vel nepos,id est,Patroclus.Ouid.8.Metam.621.

Actuarius,Actuosus,Actum est,Actus, Adiectiuum & substantiuum.Vide AGO.

Actûtum, pen.prod.aduerbporis.(ἀκύτατα,)Virg.9.Aenei.33. -tum cætera reddet. Actutum pius Aeneas. Vbi Seruius, Actutum,confestim,sine dilatione. Cic.12.Philipp.337.Si cætera castra cæteri viderint,ego mortem actutum futurã puto. Teren.Adel.4.4.15.Aperite aliquis actutum ostium.

Aculeus, aculei,(σκέντρον,)in insectis dicitur id quo pungunt, vt notum est in vespis, apibus,& crabronibus. Cic.2.Tuscul.91.Apis aculeum sine clamore terre non possumus. Idem lib.5.de Finib.75.Cornibus vti videmus boues,nepas aculeis. Aculeus etiam dicitur quasi spina in foliis aut semine quarundam plantarum, vnde & herbas aculeatas,& folia, & semina sæpe legimus. Plinius lib.10. cap.32.3. Idem lib.12.cap.15.2.

Sunt & aculei herinaceorum,& histricum spinæ. Plin.lib.8.cap.35.Histrices generat India & Africa spina conrectas,ac hermaceorum generesed histrici longiores aculei.

Aculeus sagittæ pro spiculo.Liuius.8.bel.Maced.

¶ Aculeus per translationem dicitur.Plin.Trin.13.156.
-tam dudum meum ille
Pectus pungit aculeus,quid illi negotii fuerit ante ædes meas.Id est, illa me stimulat molestia,& male habet.

Aculeus & maledictum.Cic.in Bruto.90.In altercando,cum aliquo aculeo & maledicto facetus.

Contumeliarum aculei. Cic.lib.2.de Orat.122.Atque illo altero genere,in quo nulli aculei contumeliarum inerant.

Fuerunt aculei in eum. Cic.ad Q. fratrem lib.2.5.2.Fuerunt nonnulli aculei in C.Cæsarem, contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio.

Aculeus orationis. Cic.in Orat.74.Horum oratio neque neruos,neque aculeos oratorios ac forẽtes habet.Hoc est,nullos habet stimulos,nullos affectus,nullam vehementiam. Idem pro Sylla.54.
Nolli aculeos orationis mæ qui recondits sunt,excussos arbitrari,
Aculei feruitatis. Cic pro Cluentio.112.

Aculeus disputandi. Cic.4.Acad.176.

Solicitudinũ domesticarũ aculei.Cic.ad Att.lib.1.13.3.Ac domesticarũ quidem solicitudinũ aculeos omnes & scrupulos occultabo.

Aculeum testimonii conuertere.Vide CONVERTO.

Infixo aculeo fugere. Metaphora prouerbialis, vbi quis dicto conuitio, vel maleficio quopiam peracto,statim subducit se,ne vel tueri cogatur quod dixerit,aut ne mutuum recipiat. Translatum videtur ab apibus,aut vespis, quæ infixo aculeo, statim aufugiunt. Quadrabit & in eos, qui velut oracula quæ iam prouulgarunt, & intellectu difficilia, aliis coniectandi materiam ministrantes, vt qui non interpretentur, quamobrem ita fenserint. Erasmus in Chiliad.

Aculei in reprehẽdendo. Cic.pro Plan.48.In quibus ipsi aculei,siquos habuisti in me reprehendendo,tamen mihi non ingrati acciderunt.

Dimittere aculeum.Cic.pro Flacco.32.Mortuus est aculeo iam dimisso ac dicto testimonio.

Emittere aculeos feueritatis in aliquem.Cic.pro Cælio.21. Sed vestræ sapientiæ Iudices est,non abduci ab reorum quos aculeos habeat seueritas grauitasque vestra,quum eos accusator erexerit in rem,in vita,in mores,in tempora,emittere in hominem & in reum.

Erigere aculeos in aliquem.Cic.pro Cælio.21.

Euellere aculeum feueritatis.Cic.pro Cluentio.122.Hoc metu proposito euellere se aculeum teneritatis vestræ posse confidunt.

Aculeos corpori extrahit.Plin.lib.10.cap.13.Hoc est è corpore.

Relinquere aculeos in animis audientium.Cic.in Bruto.28. Non(quẽadmodum de Pericle scripsit Eupolis) cum delectatione aculeos etiam reliquerent in animis eorum à quibus esset auditus.

Aculeolus,aculeoli,penul.corr.diminutiuũ,(ἀκιδάριον)Mart.li.8. 65.

Octauius ligulam misit festante minorem.
Nonus aculeolos in cocleare tulit.

Aculeatus,denominatiuum,(κεντρωτὸς)Qui habet aculeos,aut aliquid instar aculei.Plinius libro 10.cap.32.3. Putant ex spinis aculeatis. Vide ACVLEVS.

Aculeatum,per metaphoram dicitur quod quasi pungit ac mordet animum.Plaut.Bacchid.1.29.
Quia hæc lepida fiunt memoratu:
Eadem in vsu,atque vbi periculum facias,aculeata sunt,
Animum fodiunt,bona dissimulant facta,& famam fauciant.

Aculeata sophismata.Cic.4.Acad.134.

Aculeatæ literæ.Cic.Attico,lib.14.316.2.

Acumen, Vide post ACVO.

Acuo, acuis,acui,acutum,pen.prod.(ἀκονάω,θήγω,ὀξύνω)acuere. Ab acone Græco vocabulo,quod Latinè significat,dicitur, authore Sipontino.

Est propriè ferri aciem sic temnare, vt bene incidat: vt cote fieri solet. Cui contrarium est Obtundere vel hebetare. Columella libro.3. Quoties falcem acueris,pelle aciem detergito. Cicc.5.Tuscul.163.

At vocem citharœdi non audiunt, ne stridorem quidem serræ tum cum acuitur.

Est etenim acuere, mucronem alieni rei facere. Virgil. 1. Georg.
Et cacumen alii vallos, furcasque bicornes. Pro acuunt.

Ensem acuere in aliquem. Ouidius 15. Metamorpho. 156,
-in me acui sceleratos cernitis enses,
Quos pro libet precor.

Sagittas acuere. Horatius 2. Carm. 8. 3.
Semper ardentes acuens sagittas
Cote cruenta.

¶ Acuere per translationem pro incitare, instigare, stimulare. Terentius Adelph. 5. 3. 49,
Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est:
Quod illos sat ætas acuet. (Quod) pro ad quod. Cicero 3. Offi. 2.
Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant: otium & solitudo.

Acuere pro exercere, vt Seruius interpretatur. Virgilius 1. Georgicorũ,
-pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit, primósque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.

Acuere, pro irritare. Virgilius 7. Aeneid. 8 2. Postquam visa satis primos acuisse furores. Ibidem, Quam iuno his acuit verbis. Vbi Seruius, His acuit verbis, Irritauit, & instigauit eius insaniam.

Acuere animos. Liuius 4. bel. Maced. 138.

Acuere aliquem ad crudelitatem. Cic. pro Ligario. 6. Quorum igitur impunitas, Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio?

Acuent ad bonas artes iuuentam. Plin. lib. 2. epist. 7.

Excitare & acuere. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 11. In excitando aũt & in acuendo plurimum valet, si laudes eum quem cohortere.

Acuere & alere ingenium. Cicer. in Bruto. 65. Legendus inquam est hic orator Brute, si quisquam alius, iuuentuti: non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest.

Acuere & adiuuare iuuentutem ad dicendum. Cice. in Orat. 79. Dentes acuere. Horat. 3. Carm. 20. 2,
Interim dum tu celereis sagittas
Promis, hæc dentes acuit timendos. Hæc subaudi, læna.

Flemus. Val. Flac. Argonaut. 2. 345.
-adglomerant scelus, undique sub astris
Condensæ fletus acuunt, ac dira precantur Conuigia.

Gradum. Stat. Thebaid. 6. 118. de certantibus palæstra,
-tunc rite citatos
Explorant acuuntque gradus.

Industriam. Ad Herennium, lib. 2. 138. Quid igitur ipsa authoritas antiquorum? Nam quum res probabiliores, tum hominum studia ad imitandum alacriora reddit timò erigit omnium cupiditates, & acuit industriam, quum spes iniecta est, posse imitando Gracchi aut Crassi consequi facultatem.

Ingenium. Cice. 2. Philip. 60. Vini exhalandi, non acuendi ingenii causa declamitas.

Iras, Virg. 12. Aeneid. 119. de Apibus,
Discurrunt, magnisque acuunt stridoribus iras.

Linguam exercitatione dicendi. Cic. in Bruto. 186. Tum enim forum, tum erat illud curriculum, tu illuc veneras vnus, qui non linguam modò, acuisses exercitatione dicendi, sed & ipsam eloquentiam locupletauisses grauiorum artium instrumento,

Lumina, Id est Visum. Ouidius libro 2. de Remed. amoris, ad finem,
Vtilius sumas acuentes lumina rutas.

Martem. Virg. 12. Aeneid. 22.

Aeneas acuit Martem, & se suscitat ira. Vbi Seruius, Irritat se ad futura certamina.

Mentem. Cic. 1. Tusc. 116. Multa enim è corpore existunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant.

Metum alicui. Virg. 12. Aeneid. 169. de Diris seu Furiis,
-acuuntque metum mortalibus ægris.

Plausus acuunt equum certantem de celeritate. Stat. libro 5. Sylu. 2. 5.
Illum omnes acuunt plausus.

Prudentiam intelligendi acuere. Cic. 1. de Orat. 45. Quòd consuetudo exercitatioque & intelligendi prudentiam acueret, & eloquendi celeritatem incitaret.

Ruborem acuere. Claudian. in Epigr. de Locusta,
Armauit natura cutem, mucronibus ignes
Cuspidibus paruis multis acuere rubores. Hoc est, ardentiores fecerunt & vegetiores.

Lupos acuunt agni balatibus. Virg. 4. Georg. 87.
Auditique lupos acuunt balatibus agni.

Tubæ milites acuunt. Lucanus lib. 1, 87,
Vangiones, Batauique truces, quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ.

Gloria vos acuat. Ouid. lib. 1. de Ponto, Eleg. 6. 12.

Acutus, penul. prod. (ὀυτὸς, ἐξύς, ὀξυκτόρος, ἀγχίνοος, nomen ex participio, à verbo acuo vel Ferrum acutum, id est aciem habens bene secantem. Cui contrarium est hebes vel obtusum. Plaut. Milite. 22. 4. Vide vt tibi iste sit acutus Cario cultrer probè. Idem Epid. Acutum cultrũ habeo, qui seni exenterem marsupium.

Acutum etiam dicitur, quod in mucronem siue acumen desinit: vt Palus acutus. Plin. lib. 12. cap. 13. 3. Vitidissimum ac pingue, acutis angulis, contumax fricanti. Idem lib. 10. Et acuta volucribus rostra. Ouid. in epist. Et acutæ cuspidis hastam.

Bellum acutum. Horat. 3. Carm. 4. 15.
Nil Claudiæ non efficiunt manus:
Quas & benigno numine Iuppiter
Defendit, & curæ sagaces
Expedunt per acuta bella. Id est periculosissima. Porphyr.

Cacumen acutum. Ouid. lib. 1. de arte amandi. 77,
Non ego per præceps & acuta cacumina vadam.

Carex acuta. Virg. 3. Georg. 46.
Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.

Cupressus acuta. Ouid. 3. Metamorph. 31.
Vallis erat piceis, & acuta densa cupressu,
Nomine Gargaphie.

Cuspis acuta. Virg. 5. Aeneid. 42.
Ferratasque fudes, & acuta cuspide contos Expediunt.

Ensis acutus. Ouid. 14. Epist. 9.
Non ego falsa loquorter acutum sustulit ensem,

Falx acuta. Ouid. 9. Metamorph. 77.
Et siqua est pietas, ab acutæ vulnere falcis,
A pecoris morsu, frondes defendite nostras.

Ferrum acutum reddere dicitur eos. Hor. in Arte poet. 62.
-ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi.

Gladius acutus, cui opponitur hebes. Ouid. lib. 3. de Arte amat. 127.
Ponite tam gladios hebetes, pugnetur acutis.

Hasta acuta. Ouid. lib. 1. de Remed. amo. 6.
Vitricus & gladiis & acuta dimicet hasta.

Iaculum acutum. Virg. 3, Aeneid. 10.
Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.

Murex acutus. Virg. 5. Aeneid. 41.
Concussæ cautes, & acuto in murice remi
Obuxi crepuere. Vbi Seruius, Murex, saxi cacumen eminens per tranquillitatem.

Pinus acuta. Ouidius 1. Metamorph. 141.
Pan videt hanc, Pinúsque caput præcinctus acuta
Talia verba refert. Id est corona pinea. Pinus aũt folia habet acuta.

Robur acutum. Virg. 2. Georgi. 5.
-hic stirpes obruit arto,
Quadrifidasq; fudes, & acuto robore vallos. Id é roboris acuti. Seruius.

Acuta volucribus rostra. Plin. lib. 11. cap. 37.

Radius acutus. Ouidius 6. Metamorph. 12.
Tela input cta est: stamen fecernit arundo.
Inseritur medium radiis subtegmen acutis. De radio textorio, loquitur poeta. Idem Epist. 4. 32.
Quòd sit acuus radiis frontem vallatus acutis,

Purpureo tepidũ qui mouet axe diem. De radiis solaribus intelligit.

Rostrum acutum. Author de Pulice. 2.
Quúmque tuum lateri rostrum defigis acutum
Cogitur è somno surgere virgo graui.

Rubus acutus. Senec. in Hippol. 10. 23.
-inde semanimem secant.
Virgulta acutis asperi vepres rubis.

Sagitta acuta. Ouid. 5. Metam. 77.
-de mille sagittis
Vnam sepositt, sed qua nec acutior vlla.
Nec minus incerta est, nec q̃ magis audiat arcũ.

Saxum acutum. Ouid. 4. Fast. 48.
Ille etiam saxo corpus laniauit acuto.

Scopulus acutus. Virgil. 1. Aeneid. 10.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopulóque infixit acuto.

Spiculum acutum. Ouid. lib. 3. de Arte am. 21. 103.
Spicula de pharetra promit acuta sua.

Spinæ acutæ. Virgil. 5. Ecloga. 8.
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.

Telum acutum. Virg. 3. Aeneid. 127.

Vnguis acutus. Horatius lib. 1. Epist. 20. 10.
Formido luctantis acuto ne fecer vngui.

¶ Acutum per metaphoram dictum: vt Acuti oculi, id est clarè cernentes. Plautus Pseudo. 20. 109. Magno capite, acutis oculis,

Acuti cibi, qui appetentiam excitant, & quasi stomachum acuunt: iidem penè qui & acres dicuntur, nisi quòd acres cibi sunt vehementiores, acuti mitiores: vt acetaria, salsamenta, & condimenta quædam. Plin. epist. 123, Vt enim si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem, vt obtusus illis & oblitus stomachus his excitaret.

Morbus acutus. Horat. 2. Serm. 3. 35.
Quòd latus, aut renes morbo tententur acuto. Idem lib. 1. epist. 6. 6.
Si latus, aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi.

Naribus acutis rideri, Id est in rugam contractis. Horat. 1. Serm. 3. 6.
Iracundior est paulò, & minus aptus, acutis
Naribus horum hominum rideri possit.

Odor acutus. Plin. lib. 15. ca. 28. Sua & in odore mira: alia malis acutus, Persicis dilutus, dulcibus nullus. Et lib. 21. cap. 7.

Sol acutus. Horat. lib. 1. Epist. 10, 4.
Est vbi plus tepeant hyemes: vbi gratior aura
Leniat & rabiem Caius, & momenta Leonis,
Quum semel accepit solem furibundus acutum?

¶ Acutus, Subtilis, quales sunt disputatores & sophistę. Cic. Attic. li. 12. nihil mihi sic placuit, vt cætera Antisthenis, hominis acuti magis, quàm eruditi. Idem. 4. Acad. 176. Et ad Papirium, Atque hoc Zenoni placuit homini me hercule acuto. Idem contra Rullum. 28. Tamen siqui acutiores in concione steterunt, de lege, &c.

Acutus vim sapor. Plin. lib. 15. cap. 27. 1.

Acutus & Hebes, contraria. Cic. lib. 1. de Inuent. 52. Velox an tardus sit, acutus an hebetior, memor an obliuiosus.

Acutum & perspicax. Cic. lib. 1. Offic. 141. Si naturã sequemur ducem, nunq̃ aberrabimus: sequemúrque & id quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominum consociationem accõmodatum est.

Acutus ad excogitandũ. Cic. lib. 1. de Orat. 56. Nam & animi atq; ingenii celeres quidã motus esse debent, qui ad excogitandum acuti & ad explicandi ornãdúmq; sint vberes, & ad memoria firmi atq; diuturni.

Aures acutæ, Id est ad audiendum arrectæ. Horat. 2. Carm. 19. 1.
Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem (credite posteri)
Nymphásque discentes, & aures
Capripedum Satyrorum acutas.

Elementa acuta. Lucret. lib. 2. 94. -facile vt cognoscere possis'
Non è perplexis, sed acutis esse elementis. Id est ex atomis, quas imaginatur Lucretius acutas esse.

Genus dicendi acutum & subtile. Cic. 2. de Orat. 55. Alter acutissimum & subtilissimum dicendi genus est consecutus.

Homo ingenio prudentiaque acutissimus. Cic. lib. 1. de Orat. 83. Quid Scæuola æqualis & collega meus, homo omnũ & disciplina inris erudissimus, & ingenio prudentiaque acutissimus, & oratione maximè limatus atque subtilis.

* Acutior atque habilior ad inueniendum. Quint. lib. cap 3.

Homo acutus, & natura vsúque callidus. Cic. 1. de Orat. 113.

Homo in primis acutus Antiochus. Cic. lib. 1. de Nat. deor. 25.

Homo minimè malus quidem, sed non satis acutus. Cic. 3. Offic. 50.

Acutum ingenium, Idem quod subtilescui opponitur, obtusum, hebes, retusum. Cic. 2. de Diuin. 135. Aliæ agrorum partes, quæ acuta ingenia gignant, aliæ, quæ retusa.

Motus aunt celeres & acuti. Cic. lib. 1. de Orat. 56.

Motus acutus. Stat. Thebaid. 6. 158. de Palæstritis.
-motu Spartanus acuto

* Conclusiones acutæ. Quint. lib. 2. cap. 20.
Mille cauet lapsas circum cauus tempora mortes. Hoc est, Ictus inferendæ morti sufficientes. Motu acuto, Id est veloci, vel ingenioso.

Opus lenonis acutum, Hoc est, ingeniosum & varium. Claudian. in Eutropium lib. 1. 16. -sic fatus acutum
Aggreditur lenonis opus: nec segnis ad artem
Mente erat, &c.

Principia orationum acuta sententiis. Cic. in Orat 68. Principia verecunda, non elatis mensa verbis, sed acuta sententiis, vel ad offensionem aduersarii, vel ad commendationem sui.

Sententiæ docendi acutæ. Cic. de Opt. genere Orat. 143. Sunt enim sententiæ docendi, acutæ: delectandi, quasi argutæ: cõmouendi, graues.

¶ Aes acutum. Ouid. 6. Metamorph. 118. Nocte sonat Rhodope tinnitibus ærea acuti. Horat. 1. Carm. 16. 2. -non acuta
Sic geminant Corybantes æra, Acron, Acuta, sonora: à tinnitu.

Hinnitus acutus. Virg. 3. Georg. 18. -& alium
Pelion hinnitu fugiens implesset acuto.

Acutus sonus, cui opponitur grauis. Plin. li. 10. cap. 29. 6. Modulatos editur sonus, graues, acutus. Sic Cic. 1. de Orat. 131. Hora. de arte poe. 71.
Nam nequè chorda sonum reddit, quem vult manus & mens,
Poscentíque grauem persæpe remittit acutum.

Acutus & excitatus sonus. Cic. in Somnio Scip. 18. Quã ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitatior, acuto & excitato mouetur sono: grauissimo autem hic lunaris atque infimus.

Stridor acutus. Horat. 1. Carm. 34. 3.
- hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto Sustulit.

Tinnitus acutus. Ouid. 5. Metamorph. 41.
Ense ferit: sonuit tinnitibus ensis acutis.

Vlulatus acutus. Catul. epig. 58. De Berecynthia & Aty. 5.
Vbi sæva sancta acutis vlulatibus agitant.

Vox acuta. Ouid. 3. Metamorph. 45.
-& acutæ vocis Hylactor. Vnus est è canibus Actæonis.

Voce acuta, seu fidibus, citharáve dicere longum melos. Hor. 3. Car. 4. 1.

Acutum cernere, Id est acutè. Horat. 1. Serm. 3. 6.
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,

Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Triste & acutum resonare. Horat. 1. Serm. 8. 9.
Singula quid memorem? quo pacto alterna loquentes.
Vmbræ cum Sagana, resonarent triste & acutum. Id est, tristiter (vt ita dicam) & acutè.

Acutulus, la, lum, diminitiũ, penul. cor. (ὀξύτος,) Cice. 3. de Nat. deo. 23. Breues & acutulas conclusiones. Id est, aliquantũ argutas & subtiles.

Acutè. acutius, acutissimè, aduerbium qualitatis (ὀξέως) Id est, subtiliter & ingeniosè. vt Acutè explicare, Cic. 1. Acad. 11. Acutè respondere. Idem in Læho. 6. Vel responsa acutè ferebantur. Acutissimè ac diligentissimè scripta. Cic. 5. Verr. 15.

Acutè colligere. Cic. 1. de Orat. 125. Quum multa colligeres non modò acutè, sed etiam ridiculè ac facetè.

Acutè, argutéque coniicere, Id est coniecturam facere. Cic. in Bruto. 26.
Quis enim putet aut celeritatem ingenii L. Bruto illi nobilitatis vestræ principi defuisse? qui de matre suauianda ex oraculo Apollinis tam acutè argutéque coniecerit, qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit, &c.

Acutè, argutéque respondere. Cic. pro Cælio. 14. Si mihi adhæc acutè, argutéque respondeat.

Acutè sonare, cui Grauiter sonare opponitur. Cice. in somnio Scipionis. 17. Nec enim silentio tanti motus incitari possunt. & natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent.
Acutè aliquid tractare. Cic. lib. 2. de Inuent. 157. Sed illæ tenuius & acutius & subtilius tractantur.

Acumen, penul. prod. acuminis neu. ge. (ἀκὶς, ὀξύτης, τὸγμα τὸ ὀξύ,) Nomen ab acuo, videtur propriè mucronem significare, vt Acumen cultri, aut styli. Ouid. 4. Metamorpho. 116. de cruribus Cadmi versis in caudam serpentis.
Paulatim tereti curuantur acumine crura. Lucret. lib. 6. 240.
Compressæ nares, nasi primoris acumen.
Tenue. Sed frequentius legitur per metaphoram dictum vt Acumen ingenii. Columel. in præf. Facillimam esse, nec vllius acuminis rusticationẽ. Id est, nullius subtilitatis. * Quintil. lib. 5. cap. 7. Acumen naturale. Cic. 1. Tusc. 19. Quem esse negas, eundem esse dicas: vbi est acumen tuum. Idem pro Flac. 7.

Acumen rostri anium. Plinius libro 10. cap. 71. 1. Alia dentibus prædantur, alia vnguibus, alia rostri aduncitate carpunt, alia latitudine ruunt, alia acumine excauant.

¶ Acumen saporis Plin. lib. 14. cap. 20. Ratio autem condiendi musta, in primo feruore, qui nouem diebus quum plurimũ peragitur, aspersu picis, vt odor vno contingat, & saporis quædam acumina.

¶ Acumen, pro astu, vafritia, calliditate. Horat. lib. 1. Epist. 18. 11. Nostra refert meretricis acumina.

Sine acumine homo. Cicero 2. de Nat. deor. 108. Epicurus sine acumine vllo, sine authoritate, sine lepõre.

Argutũ iudicis acumen, Id est, ingeniũ subtile. Horat. de Ar. poetica. 74.
Hæc amat obscurum: volet hæc sub luce videri,
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.

Argutiæ & acumen. Cic. in Orat. 59. Nihil Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutius & acumine Hyperidi.

Ingeniorum acumen. Cic. pro Flacco. 7. Græcis non adimo sermonis lepõrem, ingeniorum acumen, dicendi copiam.

Leue mẽtis acumẽ discurrit, Claud. de rap. Proser. 2. 40. de eqs Plutõis,
Mox vbi pulsato senserunt verbera tergo,
Et solem didicere pati torrentius amne
Hiberno, tortique ruunt pernicius hasta.
Quantum non iaculum Parthi, non impetus austri,
Non leue sollicitæ mentis discurrit acumen. Mira superlatio, ait Parrhasius. Nam summa celeritas mentis est, vt inquit Homerus, & Thales, præsertim si cursu æstuat, momento temporis quantumcunque distantia penetrat & assequitur.

Acumen Stertinii delirat, Id est, Stertinius homo acutus. Horatius libro primo, Epist. 12. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Empedocles,an Stertinii deliret acumen.
Sub acumen ſtyli ſubire & ſuccedere.Cic.lib.1.de Orat.33.Stylus optimus & præſtantiſsimus dicendi effector ac magiſter.Paulò poſt, Omnésque ſententiæ,verbique omnia quæ ſunt cuiusque generis,maximè illuſtria,ſub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt. Ducta eſt metaphora à ſtylo,quo in tabulis ſcribebant.
Admouere acumen chartis Græcis, Id eſt, ingenium ad libros Græcorum.Horat.lib.2.Epiſt.1.33.
Setos enim Cræcis admouit acumina chartis.
Acuminibus ſuis ſe compungunt dialectici.Cic.1.de Orat.86.
Haber acumen hæc interpretatio.Cic.2.de Orat.142.
Illudere alicuius acumen.Cic.1.de Orat.132.
Acuminatus,adiectiuum,(ὀξυκόρυς,) Qui acumen habet. Plin.lib.11.ca.2.2.Telum verò perfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio:atque vt in capaci quum cerni non poſſit exilitas,ita reciproca germinauit arte,vt fodiendo acuminatum pariter ſorbendóque fiſtulóſum eſſet. De culice loquitur.Et lib.18.cap.35.

Acupedius, (ὀξύπους,) dicebatur,cui præcipuum erat in curſu rendo acumen pedum.Feſtus.

ACVPICTORES,Qui acu pingunt.Alio nomine Phrygiones appellantur,à Phrygia regione TROIAE, vbi primum inuẽta hæc ars dicitur. ✻ ſeu pingebat acu,ſcires à Pallade docta. Ouid Metam.6.c.

Acus, huius acus,acui,ſ.g.(βελόνη,) Eſt(inquit Feſtus) qua ſarcina veſtes ſarciuntur.P.in.lib.13.cap,11.7. Præparantur ex eo chartæ, diuiſa acu in prætenues,ſed quàm latiſsimas phylyras. De papyro loquitur.Cic.pro Milone.49,Vulnus in latere,quod acu punctum videretur,pro ictu gladiatoris putari.
Acus pro ea qua ornatrix vtitur ad diſcernendos capillos. Iuuenal.ſaty.2. Ille ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu.
Martial.lib.14.
Tenia ne madidos violent bombycina crines,
Figat acu tortas,ſuſtineatque comas. Videtur id eſſe quod calamiſtrum ſiue diſcerniculum dicitur.
Acus ahena.Ouid.2.Faſt.116.
Quódque pice aſtrinxit,quod acu traiecit ahena.
Obſitum menta torret in igne caput.
Acus Aſſyria,ob rationẽ dictã ſ Acus Babylonis.Claudian.de Phœnice.
Auro frænat equum perfuſa murice veſtem,
Aſſyria ſignatur acu.
Acus Babylonis,ob eam cauſam quæ dicta eſt in Acus Semiramia.Martial.lib.14.de Cubicularia polymita.
Hæc tibi Memphitis rellus dat munera.victa eſt
Pectine Niliaco iam Babylonis acus.
Acus crinalis.Apuleius libro 8.Ad hunc modum vaticinata mulier acu crinali capite deprompta.
✻Comere comas acu.Quint.lib.1.cap.5.
✻Traiicere acu.Cel.lib.7.cap.7.cumque acu traiicere linũ trahente.
Acus emerita.Iuuenal.Saty.6.
Eſt in conſilio matrona admotáque lanis.
Emerita quæ ceſſat acu. Id eſt,ab officio cosmetæ & ornatricis, quæ crines acu concinnat. Nam qui Iuuenalem de ſarcinatrice ſenſiſſe ſuſpicantur,à Muſis & Gratiis abſunt,Parrhaſius in Claud.
Acus Idalia,ab Idalio Cypri oppido.Claudianus libro 1.de raptu Proſerp.cultum Veneris deſcribens,
Illi multiplices crinis variatur in orbes,
Idalia diuiſus acu.
Acus Mæonia,Id eſt Lydia,Nam Lydi lanificio & telarum vſu maximè claruerunt.Vnde orta eſt fabula de Arachne regionis illius puella, quæ cum Pallade certaſſe dicitur.Seneca.
Nec Mæonia diſtinguit acu.
Acus Nilotis,Id eſt Aegyptia,vel ob præcipuam Aegyptii lini bonitatem,vel quòd Aegyptii multis licijs polymitas veſtes texere docuerint.Lucanus libro.10.16.
Vt mos eſt Phariis miſcendi licia telis. Idem paulò poſt.19.
Candida Sidonio præluceut pectora filo,
Quod Nilotis acus compreſſum pectine Serum
Soluit,& extenſo laxauit ſtamina velo.
Acus obliqua.Iuuenalis Satyr.2.
Ille ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu,pingitque trementes
Attollens oculos.
Acus Semiramia,Id eſt Babylonia.Nam Babylonii primi omnium diuerſos colores intexuerunt.Martial.lib.8.de Parthenana toga,
Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbè
Texta,Semiramia quæ variantur acu.
Acus tenuis.Ouid.1.Epiſt.4.119.
Et miſerum tenues in iecur vrget acus.
¶Acu pingere.Ouid.6.Metamorph.5.

Siue leui teretem verſabat pollice fuſum,
Seu pingebat acu,ſcires à Pallade doctam. Virg.lib.11.Aeneid.155.Pictus acu tunicas. Seruius:Id eſt,habebat veſtem Phrygionis arte perfectam.
¶Rem acu tetigiſti,apud Plautum in Rudente:Id eſt, rem ipſam diuinaſti nihil aberrans. Perinde quaſi dicas, Ipſiſſimum punctum attigiſti.Nam minutiſſima puncta denotantur acu.
Acum inueniſſes.Apud Plautum in Menech.27. - ſi acum credo quæreres, Acum inueniſſes.Prouerbialis hyberbole, de re diligenter veſtigata.Nam acus inuentu difficiliima,quod ob exiguitatem facilè fallat oculos quærentis.

Acus, aci,m.g.(βελόνος,) Piſcis genus,de quo Mart.lib.20.37.
Et ſatius rennes ducere credis acus. Hic etiam belone à Græcis dicitur,aut Raphis vt Dorion meminit,aut Ablennes vt Dryſſus,eſt piſcis longus,tennis & leuis,roſtro ſubtili acuto porrecto,ſine dentibus,dorſo ceruleo ad viride inclinante,ventre argentei coloris,nunc Venetis Acicula nuncupatus.Maſſarius.Plin.lib.9.ca.15.
Acus ſiue belone vnus piſcium dehiſcente pyter multitudine vterq; parit.Hic ab eodẽ Plinio,lib.32.ca.11.aculeatus piſcis, belone diciſ.

Acus, ceris,pen.cor.n.g.eſt,vt ait Priſcianus,quod Græci σκύβαλον,& ἄχυρον,vocant,Id eſt purgamentum tritici. Varro de re ruſt.lib.3.Acus ſubiternendum gallinis parturientibus, in area excutitur.Idem lib.1.cap.52.His tritis oportet è terra ſubiactari vallis aut ventilabris,quum ventus ſpirat lenis: ita fit vt quod leuiſſimum eſt in eo,atque appellatur acus, eximetur foras extra aream. Cato de re ruſt.cap.54.Acus fabaginum.
Acus etiam in foeminino genere pro eodem ponitur.Feſtus, Paleæ etiã quædam de frumento,acus dicuntur. Columel.libro 2.cap.10.Nam lemina excuſſa in area iacebunt: ſuperque ea paulatim eodem modo reliqui faſciculi excutiuntur:ac duriſſimæ quidem acus reſectæ ſeparatæque erunt à cudentibus: minutæ verò quæ de ſiliquis cum faba reſederunt,aliter ſecernentur.
Acerosus,acerosa,acerosum,penul.prod.(ἄχυρώδης,σκυβαλώδης,) vt Acerosus pauis,Id eſt,non ſine paleis.Feſtus.
Acerosum panem,farre minus purgato,ac ſordibus à candido ſeparato, dicebãt veteres putauerunt. Nonius. Talis eſſe ſolet pauis ordeaceus.
Aceratus,acerata,aceratum,penult.prod. Aceratum lutum, cum paleis miſtum.Feſtus.
ACVSILAVS Athenienſis Romę ludum aperuit Rhetorices.Volaterranus ex Suida.

Acutè,Acutus, Vide ACVO.

ACVTIA,(ἀκουτία,)P.Vitellii vxor,Tacitus libro 5.

Acyrologia, acyrologiæ,pen.corr.(ἀκυρολογία,) Latinè impropria locutio dicitur.Virgilius.4.Aeneid.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Vbi Seruius,Sperare pro timere.& eſt acyrologia.nam ſperamus bona, timemus aduerſa.Idem lib.12.Et manibus molitur habenas. Vbi Seruius,Molitur,regit.& eſt acyrologia.nam propriè molitur,eſt parat.
Acyrologia eſt etiam in ſenſu.Terentius Eunuc.5.9.59.Iſti te ignorabant.Vbi donatus,Figura acyrologia:ad vtrunque enim pertinet,& ad laudem,& ad mores.

A D

Ad, (πρός,πρόσ,) præpoſitio eſt accuſatiua,cuius proprius eſt vſus cum motus aliquò ſignificatur.Et propriè(teſte Priſciano libro 14.)ſignificat proximitatem. Vnde,Iuit ad flumen, dicere ſolemus: non autem in flumen.Sic enim(ad)differt ab(in)quòd IN, ſignificat ingreſſum(vt ſic dicam)termini: AD verò tantum ad hunc acceſſum.Hinc dicimus.Ad tribunal venit litigator:In tribunal prætor aut iudex.in hac autem ſignificatione quandoque ingitur vrbium nominibus.Cic.in Verrem, Eo die Verres ad Meſſanam venit. Non dicit enim in vrbem veniſſe:ſed tantùm ad vrbem acceſiſſe. Nam ſi detracta præpoſitione dixeris, Meſſanam venit:ſignificat, in ipſam vrbem venit.Idem Philipp.2. Quum inde Romam proficiſceris,ad Aquinum accederet. Idem 1.Verr.101. Quarum vna,quum ego ad Heraclium noctu accederem,cum otibus matronis eius ciuitatis,& cũ multis facibus mihi obuiam venit. Idem pro Deiotaro,Cui magnificentiſsima dona,vt ſcripti leguntur,vſque ad Numãtiã miſit ex Aſia.
Ad vrbem eſſe dicebantur olim,qui triumphum ſibi decerni vellent,vrbem non ingredientes,ne id ius amitterent. Cic.4.Verr.14.Ad vrbem quum eſſet,audiuit Dioni cuidam Siculo permagnã veniſſe hæreditatem. Idem 2.Verr.28. Quum primum concionem ad vrbem Cos.deſignatus habuit.Vbi Aſconius, Sic autẽ dici ſolebat de iis qui cum poteſtate prouinciã rediebant,aut nondum in prouinciã profecti eſſent. Idem ad Appiũ.lib.3.11.14.Ego enim à te quũ tua,priuſq; per literas flagitabam,ad vrbem te otioſiſſimũ eſſe arbitrabar.
Ad vrbem eſſe,pro in vrbe.Cic.ad Att.lib.8.Cęſarem ad ſe ſcripſiſſe aiebat,breui tempore ad vrbem futurum.Idem ad Att.lib.9.15.3. Itaque vtar tuo cõſilio, & ero in Formiano,ne aut ad vrbem ἀπάντησις mea

animaduertatur:

animaduertatur:aut ſi nec hîc nec illic eum videro,deuitatum ſe à me putet. Idem alibi:Cæſar ad me ſcripſit,vt ei ad vrbem præſto eſſem. Rurſus ad eundem lib.7.13.7. Trebatius quidẽ ſcribit,ſe ab illo IX Calend. Febr.rogatum eſſe,vt ſcriberet ad me vt eſſem ad vrbem.
Idem.1. Philip.13. Pecunia vtinam ad ædem Opis maneret. Et.2. Philipp.55.Id eſt in æde ſeu templo Opis.
¶Ad,ſine motu frequenter dicitur, idque manẽte prima illa & propria ſignificatione.Liu.Habes hortos ad Tyberim.Id eſt iuxta vel prope, Cic.4.Achad.16.In Hortẽſii villa quæ eſt ad Baulos. Virg.1. Aeneid.
-veterisque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis. Vbi Seruius,
APVD ſemper in loco ſignificat: AD & in loco,& ad loci. In loco: vt,Ad quem tum Iuno ſupplex his vocibus via eſt.Et Cic.3.Verr.14. Ex his quaſi decem piſcos ad ſenatorem illum relictos eſſe comitiorũ nomine. Item,Ad M.Leccam te habitare velle dixiſti. Hactenus Seruius. De ſignificatione autem ad locum abunde ſuprà diximus.
¶Ad,aut proprie perſona ſignificat,vt Eo ad Pompeium:aut locum,vt Abiit ad theatrum.Author Feſtus. Plaut.Bacch.17.34.Ad te iam eo.
Teren.And.3.4.1.Ad te ibam. Cic.4.Verr.Quis ad Verrem detulit?
¶Ad,cum ſuo accuſatiuo interim pro datiuo ponitur. Plaut. Capt.19.23.A d carnificem te dabo.Licenter dictũ,pro dabo te carnifici.Varr. de re ruſt.lib.1.cap.40. Illud quod apparet ad agricolas,id videndũ diligenter. Ibidem,cap.48.Quod non ſolum ad agrum vtile,ſed etiã ad cibum. Terent.Phor.Ad dicem datur eis in ſeruitutem.Pro Diuiti datur. Virg.12.Aeneid.75.Obiecit ſeſe ad currum. Vbi Seruius,Ad currum,pro curruſi ſe obiecit.
¶Ad Dianæ, Ad Veneris, Ad Caſtoris, & ſimilia.modus eſt loquendi ellipticõs, in quo ſubauditur accuſatiuus (templum,vel ædem) Hoc autem fit Attico more,teſte Priſciano. Terent. Adelph.4.2.44. Vbi ad Dianæ Veneris,ito ad dextram. Cice.pro Mil.70.Cum falcibus ad Caſtoris,cum gladiis toto foro volitarunt.
¶Ad,pro eo quod Italice dicitur a aut verò. Teré.Phorm.5.1.15. Ad me reſpice. Idem And.2.6.6.Quaſi de improuiſo reſpice ad eum.
¶Ad domum profecti.Cice.3.Verr.48. Omnes ad eam domum,in qua iſte diuerſabatur,profecti ſunt:cedere ianuam iaxis,inſtare ferro,&c. Sic accipienda eſt hæc locutio, vt ſuprà dictum eſt de vrbium nominibus cum hac præpoſitione. Nam ſi nu ipſas ædes ſignificare velim, dicam aduerbialiter,hoc eſt ſine præpoſitione:vt domum profectus eſt. Idem.6.Verr.Et mecum ad Prætoris domum ferri.
¶Ad & Apud,pro IN ablatiui caſus,ferè indifferenter ponitur:vt Ad forum,vel Apud forum audiui.Id eſt in foro. Plaut.Merc.6.56.Mihi quoque etiam eſt ad portum negotium. Cæſar.5.bel.Gal.198 Totã hyemem ipſe ad exercitum manere decreuit. Cicero Caſsio,lib.15.17.2.Comites ad portam expectare dicunt. Idem in Piſonem.22. Deprehenſus denique cum ferro ad ſenatum. Teſtimonia de Apud, ſino loco inuenies. Idem.3. Verr.41. Ne hæc quidem duo ſigna pulcherrima,quæ nunc ad impluuium tum ſtant, quæ multos annos ad valuas Iunonis Samiæ ſteterunt,habes quomodo emeris.
¶Ad,pro Apud,cum perſonæ accuſatiuo,quo locus citra motũ ſignificatur.Cic.Att.lib.9.Cómodum ad te dederã literas de pluribus rebꝰ, quas ad me bene mane Dionyſius fuit.Pro apud me,quod ertã dicitur, mihi adfuit,vel mihi ꝓſto fuit.Eidẽ li.10.epiſt.4. Fuit ad me ſane diu.
Ad pro Apud,cum accuſatiuo ſignificante locum.Liu.Dum hæc ad Veios geruntur.Virg.6.Aeneid.Hi multum fleti ad ſuperos. Cic.14.Philip.Etiam ad inferos pœnas parricidii luent. Huc etiam referendum eſt illud Virgilii,de quo ſuprã, Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis. Et multa eiuſmodi.
Ad item pro Apud eum perſonæ accuſatiuo,quo non locus,ſed perſona ipſa tantùm demonſtratur. Plaut.Caſi.4.17.
-nam ius viri ſuum
Ad mulieres haud obtinere queunt.
Ad iudicem dicere,Id eſt apud. Cic.5.Verr.56.Præſto eſt Apronius.ait eos ipſos qui veniſſent, contra edictum Prætoris feciſſe, quærebant, quid:reſpondebat ſe ad Recuperatores eſſe dicturũ. Idẽ in Bruto.39. Quum Caro contra Ser. Galbam,ad populum ſumma contentione diceret. Idem ad Brutum.15.3.Non enim id propoſitũ eſt huic epiſtolæ,Meſſalam vt laudem,præſertim ad Brutum,cui virtus illius nõ minus quàm mihi nota eſt. Pro Roſc.Comœdo.7. Quis vnquã ad arbitrum quãtum petit,tantum abſtulit? Ibidem, Cæteri quum ad iudicẽ cauſam labefactari animaduerterunt, ad arbitrum confugiunt. In eadem oratione.26.Eius teſtis ad iudicem fidem infirmabit.
¶Ad cum verbo motus & accuſatiuo perſonæ,pro loco.Plaut.Epidico 8.44. Abeamus intro hinc ad me. Terent.Eunuc.3.5.63.Eamus ad me. In his & ſimilibus ponitur accuſatiuus perſonæ, pro loci accuſatiuo:ſicut etiam quum dicimus,A nobis venio,pro Venio domo,vel à noſtris ædibus.
Ad me domum,& ſimilia.Plaut.Merc.10.12.Huc intro ad me viſam domum. Terent.Adelph.4.4.19.Ad me abducta eſt domum. Hîc obſeruandum,veteres vt Plautum & Terentium,eleganter ſic locutos,po-

tius quàm dixiſſe,Eamus ad domum meam.ſic enim Donatus Terentianum illud interpretatur. Item A me domo,pro à mea domo,vt videre eſt ſuprà in A, vel AB. Item Domi apud me,pro domi meę. Nã hi caſus domi,domũ,domo,aduerbiorũ more ferè cõſtruunt:ceteriſi Latine dicim⁹ domi meæ,tuæ,&c.vt videbis ſ dictiõe DOMVS.
Ad,cum accuſatiuo perſonæ,addito vrbis nomine itidẽ in accuſatiuo. Cic.Attı.lib.3.Sed re oro vt ad me Vibonem ſtatim venias.
¶Ad,Circa.vt,Ad id tempus.Cic.Att.lib.4.86.8. Tu quoniam iturum te in Aſiam eſſe putas,ad que tempora te expectem,facias me certiorem velim. Varr.de re ruſt.Nam refert,in agro ad quam partem cæli quisque locus ſpectet:ſicut ad quod tempus quæque res facillime creſcat. In quo exemplo,priore loco(ad)pro verſus poſteriore,pro circa accepit. Cæſ.2.bel.Ciuil.Quin ad id tempus parte ſenatus Cordubã mitteret. Curius ad Ciceronẽ,lib.7.30.3. Tẽque ad ver luben tes viderem. Cic.pro Roſcio Amer.76. Opinor eſſe in lege, quã ad diẽ proſcriptiones vẽditionesque fiant,nimirũ ad Calen.Iunias.
¶Ad,pro ablatiua præpoſitionem ſignificat. Plaut. Capt.6.25. Ad ſapientiam huius,nimius nugator fuit.Hoc eſt,præ huius ſapientia. Cic.Nihil ad tuum equiratum. Terent. Eunuch.2.3.69. Eſt ne vt fertur formaꝰ.ſane. CH. at nihil ad noſtram hanc.
¶Ad,pro Contra.vt,Ad illum mihi pugna eſt:pro Contra illum.Cicero ad Curionem lib.2.Ne ad eam meditere,imparatum re offendam. Virg.2.Aeneid. -clypeoque ad tela ſiniſtris
Protecti obiiciunt. Idem 4.Aeneid.
Claſsemve ad Pergama miſi. Auctores Seruius & Priſcianus.
Cic.pro Roſcio Amer.68.Tecti eſſe ad alienos poſtumos:intimi multa apertiora videant neceſſe eſt.
¶Ad,Poſt.Cic.Attico,lib.12.35.2.Aut neſcio quid interſit,vtrum illoc nunc veniam, an ad decem annos. Eidem lib.13.3.Solebat me pungere,ne Sampſicerami merita in patriam,ad annos ſexcentos maiora viderentur,quàm noſtra.Horatius Epod.12.3.
Inachiam ter nocte potes mihi ſemper ad vnum
Mollis opus. Hoc eſt, Cum Inachia potes vna nocte ter coire: mihi autem ſemper es mollis,Id eſt languens & impotens,poſt vnum opus venereum.
¶Ad,Propter.Propertius,
Panditur ad nullas ianua nigra preces. Liuius 1.ab vrbe.27.Inde quum actæ boues quædam ad deſyderium (vt fit) relictarum mugiſſent.Hoc eſt,Præ deſyderio,ſiue propter deſyderium.
¶Ad,Pro.Cic.5.Verr.155.Vnum inquam da mihi ex illis aratoribus, qui vel ad ſtatuã pecuniã contulerit,qui ſibi dicat ꝓ frumẽto omne eſſe quod oportuerit,ſoluiſſi. Plaut.Aulul.12.14. Venimus coctũ ad nuptias.Id eſt nuptiarum cauſa. Terentius Heaut.4.5,29.Argẽtum dabitur ei ad nuptias. Sic Quærere argentum a aliquam rẽ, Plaut. Pſeud.7.6. Idem in Perſa.4.47. -filiam vtendam tuam
Mihi da. ſ. nunquam ædepol cuiquam etiam vtendam dedi.
7. Non ad iſtoc quod tu inſimulas.
Ad memoriam aliquid notare.Cic.5.Philip.175.An illa non grauiſſimis ignominiis,monimẽtiſque huius ordinis, ad poſteritatis memoriam ſunt notanda,quòd,&c. Et 14.Philip.410. Vt exter ad memoriam poſteritatis ſempiternam.
¶Ad,Ante,vel coram.Virgil.4.Aeneidos,
-cunctantem ad limina,primi
Pœnorum expectant. Vbi Seruius,Ad,ante,vel apud. Sueto.-
Ad pedes ſtare paſſus. Cic.pro Roſcio Comœdo.27.Eius teſtis ad iudicem fidem infirmabit.
¶Ad,Præter.vt,Ad pauperratem accesſit infamia. Plaut. Perſa.10.20. -nam vbi ad paupertatem accesſit infamia.
Grauior paupertas fit. Terent.And.1.3.10.Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Cice.in Vatinium.15.Si ad cætera vulnera,quibus puraſti Rempublicam deleri,hanc quoque mortiferam plagam inflixiſſes Auguratus tui. Idem pro Plancio.2.Equidem ad reliquos labores,quos in hac cauſa maiores ſuſcepio quàm in cæteris, etiam hanc moleſtiam aſſumo,quòd,&c.
¶Ad,pro ſecundum,ſimilitudinem ſignificat: vt, Ad Arbitrium illius, ad nutum,ad hoc exemplum.Cic.5.Verr.65.Herbitenſes quum viderent,ſi ad Aeſchrionem pretium reſiſtet,ſe ad arbitrium libidinoſæ mulieris ſpoliatum iri. Idem 1.de Fin.10.Num deſiſtunt ad arbitrium ſuum ſcribere? Idem de Aruſpi.reſp.56.Bonorum animus ad nutum noſtri ordinis expedimus iam non erit.Plaut.Trin.13.74.
-quod ad exemplum eſt,
Coniectura ſi reperire poſſimus? s.ad hoc exemplum eſt. Terent. Heeyra.1.2.88.Ad hoc exemplum ambarũ mores earum exiſtimas. Sic ad hunc modum vti,& ad eum modum. Plaut.Aulul.4.3.& Menæch.5.20. Ad normam,Cic.in Lælio,17.
Ad iſtam faciem virum quæro.Plaut.Merc.7.86.
Ad perpendiculum columnas exigere.Cic.3.Verr.94.
Ad portionem virium.Plin.lib.24.cap.8.3.
Ad coniecturam alieni ſenſus,non ad iudicium ſuum ſcribere. Cecinna

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ciceroni,lib.6.7.12.
Ad meum sensum.Cic.Catonl,lib.15,6.3.Nam ad meum sensum, & ad illud Syracusium ac subtile iudicii nihil potest esse laudabilius, quàm ea tua oratio quæ est ad me perscripta à meis necessariis.
Ad præscriptum omnia agere.Cæsar 3.bel.Ciuil.202.
Ad naturam vinere.Seneca.
Ad similitudinē.Cic.Fab.Gallo.lib.7.24.7.Ea enim signa ego emere soleo,quæ ad similitudinē gymnasiorū exornent mihi in palæstra locū.
Sic dicimus,Pinxit ad exemplar,id est secundum exemplar.
Ad stationem loci & temporis.Plin.epist.6 2.a.
Ad numerum esse Cælius Ciceroni,libro 8.8.26.Si ii ad numerum non essent, tunc deinceps proximi cuiusque collegii,qui prætores fuissent, neque in prouincias profecti essent, in sortem conicerentur, quoad is numerus effectus esset.
¶ Ad,pro eo quod vulgò dicitur,quàtum pertinet ad.Cice.3.Verr.39. Vidi simul cum populo Romano forum comitiumque ad ornatum ad speciem magnifico ornatu,ad sensum,cogitatione mque,acerbo & lugubri.Hoc est,quantum ad speciem,quantum ad sensum,&c.
¶ Ad,Citeriter.Plaut.Trinum.4.84.Nummorum philippum ad tria milia. Cic.ad Q. fratrē,Sane frequētes fuimus ad ducentos.Mart.li.10.
Ad lapide Torquatus habet prætoria quartum. Terēt. Heaut.1.1.93. Quasi talenta ad quindecim coegi. Cic.Lentulo,Lib.1.2.10.Hæc scripsi ad XVI. CAL. Februari ante lucem. Idem. AD VI. ID.Febr.Senatusconsultum ad Apollinis factum est,ea quæ facta essent ad VII. Id.Feb.contra Rempublicam esse facta. Idem ad Atticum,Ad pridie nonas.Id est sexto & septimo Idus.Budæus.
¶ Ad,pro versus.Virgilius 1.Aeneidos,
Ingemuit& duplices tendens ad sydera palmas. Pro, cælum versus. Idem 2.Aeneid. Ad cælum tendens ardentia lumina. Sic dicimus, Ad orientem spectat,ad meridiem vergit,& similia.
Ad se versum.Sallust.in.Iugur. Deinde conuersō equo,animaduertit sugam ad se versum fieri. Ibidem,sed aliquanto post, Vaccenses vbi animaduertere ad se versum exercitum pergere,&c.
¶ Ad,Vsque ad,vel vsque in.Liu.3.bel.Pun.203.Respondit multos annos iam inter Romanum Nolanumque populum amicitiam esse,cuius neutros ad eam diem pœnituerit. Cæsar.4.bel.Gal.550.Ad horam nonam manchoris expectauit.Sic,
Ad hanc diem.Cic.in Catil.6 2.Si Catilina in vrbe ad hāc diē remansisset.
Ad hanc horam .Cice.Philip.14.398.Me ex Calendis Ianuarii ad hanc horam vigilasse Reipublicæ.
Ad lucem dormire.Cic.1.de Diuin.104.
Ad lucem pugnare.Liuius 3.ab vrbe,120.
Ad multum diei,& Ad multam diem.Liu.3.bel.Puni.73. Cice.ad Att. 13.267.1 Multus sermo ad multam diem.
Ad multam noctem vigilare.Cic.de Somnio Scip.4.
Ad vesperum.Cice.ad Att.lib.7.128.3.Ab hora octaua ad vesperum secreto collocuti sumus.
Ad vesperum perpotare.Cic.2.Philip.84.
Ad solis occasum.Plaut.Menæh.22.52.
Ad meridiem.Plaut.Mostel.8.57.
A delphim exortu ad pridie Nonas Ianuarii.Plin.lib.8.cap.45.
Ad rauim poscamus prius,quàm quicquam detur.Plautus Aulul.10.10.
Ad meum reditum.Cic.Lentu.libro 1.9.27.Vt integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reseruarem. Idem.2.Offic.120.Remque integram ad reditum suum iussit esse.
Ad centena numero.Plin.lib.9.cap.10.3.Pariunt oua,auium ouis similia,ad centena numero.
Ad cinerem ambustus, Hoc est ita ambustus, vt in cinerem redigatur. Plin.lib.10.cap.33.Harum pulli ad cinerem ambusti,mortifero faucium malo,multisque aliis morbis humani corporis medentur. Simile est illud eiusdem lib.15.cap.29.Siccata vsque in ariditatem. Et paulò pòst.Siccantur in farinam.
Ad insaniā cōcupiscere.Cic.ad Att.Hæc iste ad insaniam concupierat.
Ad exactā ætatem,Ad vltimam ætatem.Fest.Pompeius.
Ad id locorum,Id est Adhuc,vel Vsque ad id tempus.Liuius 5.Decad. lib.3.Sub id tempus Carnorum Histrorumque & Iapidum legati venerunt:Duces sibi ab Consule Casino primum imperatos, qui in Macedoniam ducenti exercitum iter monstrarēt:pacatum ab se tanquā ad aliud bellum gerendū abisse:inde ex medio regressum itinere,hostiliter peragrasse fines suos:pastim rapinas que & incendia factas:nec se ad id locorum scire,propter quam causam Consuli pro hostibus fuerint. Sallust.in Iugurtha,de Mario loquens, Tamē is ad id locorum talis vir(nam postea ambitione præceps datus est) Consulatum appetere non audebat. Et non multò pòst,Neque post id locorum Iugurthæ dies aut nox vlla quieta fuit.Id est,post id tempus.
¶ Ad,sæpenumero vsum quēdam rei significat . Plin.lib.10.cap.3.Hoc ad albicandam cutem in facie, totoque corpore vruntur. Et paulò pòst,Lupini radix ad omnia inutilis. Cic.6.Verr.27.Quo solitus esset vti ad festos dies,ad hospitum aduentum.

In hoc genere loquendi per contra vel aduersus interdum declarari potest,vt in talibus,Ad parotidas,ad tormina,ad scorpiones,& alia eiusmodi multa apud Plinium.Cice.1.de Diuin.20.Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera,quæ radicum ad morsus bestiarum,ad oculorum morbos.ad vulnera.
¶ Huius præpositionis vsus frequens est cum gerūdi verbis in dum,& modo cum moturvt Iuit ad lauandum. Modo sine motu,vt Terent. And.1.1.101. Nec satis ad obiurgandū causæ. Plaut.Trucul.2.6. ad negandum vt celeri lingua vtamini. Terent.Phorm.5.3.35.Non satis tutus est ad narrandum hic locus.Ibidem.5.5.3. -otium
A senibus ad potandum vt habeam. Idem And.4.2.22.
-dies hic mihi vt sit satis vereor,
Ad agendum. Ibidem,1.2.11.Ne esset spatiū cogitādi ad disturbādas nuptias.Vbi Donatus,Mirāda locutio:vt si dicas,Cogitat ad dicēdū. Cic.p lege Manilia.1.Hic aūt locus ad agēdum amplissimus,ad dicēdū ornatissimus est visus.In his præpositione(pro)vulgus abutitur.
Ad vmendū firmus.Plin.lib.16.cap.vlt.Firmissimæ ergo ad vinendum olcæ,vt quas durare annis ducentis inter authores conueniat.
Ad agnatos & gentiles deducendus,Id est mēte captus.Varro de re rustic.lib.1.cap.2.Qui salubrem locum negligit,mente captus est,atque ad agnatos & gentiles deducendus. Cice.2.de Inuent.233. Si furiosus est,agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto. Nam duodecim tabulæ furiosis ius admunt administrandi res suas, & ad gentiles agnatosque transferūt:quemadmodum legimus lib.1. Institutionum, titulo De curatoribus. Verba duodecim tabularum sunt hæc,Prodigo & furioso bonorum suorum administratio interdicta esto,& in curatione agnatorum sunto.
¶ Ad aliquē cōuenire,p in aliquē cōperire.Cic.p Sylla,17. Eqdē vehemēter lætor,eū esse me,in que tu,quū cuperes,nullā cōcumeliam facere potueris,quæ non ad maximam partem ciuium conueniret.
¶ Ad præcipuam altitudinem excunt vites Cypriæ,Plin.lib.14.cap.1. Hoc est in magnam altitudinem crescunt.
¶ Ad amussim.Vide AMVSSIS.
¶ Ad aspectū prælarus.Cic.6.Verr.104. Nam & situ est quum munito,tum ex omni aditu,vel terra vel mari præclaro ad aspectum.
¶ Ad assem impendiū reddere.Plin.epiū.15.Heus tu ,mittis ad cœnā, nec venis.dicitur iusrad assem impendium reddes, nec id modicum.
¶ Ad denarium soluere.Vide SOLVO.
Ad nūmum subducere.Cic.ad Att.lib.5.110.15.Rectē,inquit Scaptius, sed subducamus summam.Paulò pòst, Adsidunt,subducunt ad nummum,conuenit:* alii aliter distinguunt.Vide SVBDVCO.
¶ Ad bonitatem proficere.Plin.lib.33.cap.3.de auro, Quinimo quo sæpius arsit,proficit ad bonitatem.Id est fit melius ac purius.
¶ Ad cibos auiditas.Plin.lib.20.cap.16.de cunila,Concoctionem mirè adiuuat,& ad cibos auiditatem.
¶ Ad cibum purus.Plin.lib.29.cap.4.Catulos lactātes adeò puros existimabāt ad cibū,vt etiā placādis numinib⁹hostiarū vice vterentur his.
¶ Ad currū leones iungere vel equos.Plin.lib.8.cap.16.Ingo subdidit eos,primúsque Romæ ad currū iunxit M.Antonius. De leonibus. Idem lib.8.cap.42.de equis.Nam in Circo ad currus iuncti,non dubie intellectum adhortationis & gloriæ fatentur.
¶ Ad cyathos stare dicūtur pincernæ regibus,qbus cyathissant,hoc est cyatho vina ministrant. Suet.in Cæsa.Sed Cn.Mēmius etiā ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse obiecit.Vide CYATHVS.
¶ Ad dextra,Ad læua.Plin.lib.16.cap.36.Latera hirudini calamóque in rotunditatem bina,super nodos alterno semper ingume, vt alterū ad dextra fiat,alterum superiore geniculo ad læua per vices.
Ad dextra manū,& similia:locutiones sunt peruenustę,quę ex subiectis expliś facilius intelligētur,quàm p alia verba declarari possint
Ad dexteram,sub.manum. Terent.Heaut.4.4.10. Proximam esse huic fundo ad dexteram?
Ad sinistram.Terent.Adel,4.2.44.Ad sinistram hac recta platea.
Ad læuam.Plaut.Mil.18.1.Vbi is est? M. ad læuam.
Ad læuam manum.Plaut.Menæh,12.51.
Est ad hanc manum sacellum.Terent.Adel.4.2.38.
Ad diem simpliciter veteres dicebant, pro eo quod integre dicitur ad constitutam diem,vel ad dictam diem.Cic.Caninio, Quin ad diem decedam. Idem.4.Verr.4. Quando illa frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Cæsar.2.bel.Ciuil.78.Nulla fuit ciuitas quin ad diem conueniret. Cic.Cælio,lib.2.10.3.Vel quia belli magni timor impendet:quod videmur effugere,si ad constitutam diem decedemus. Idem Tironi,lib.16.12.4.Tu mūsis nostris para vt operæ reddas:nostra ad diem dictam fient.
Ad digitos venire.Plin.lib.2.cap.23.Ausíque diuinare solis ad terram sparia,eadem ad cælum agunt,quoniā sit medius sol,vt protinus nunquoque ipsius mensura veniat ad digitos.Id est supputetur.
¶ Ad extremum, Ad postremum, Ad vltimum, Aduerbia sunt modò ordinis,pro denique vel postremo:modò temporis,pro tandē.Itaque pro loco & sensu accipienda erunt.Sunt autem binæ dictiones, vna tamen

tamen pars orationis: qualia sunt In primis, In dies, Ad summam, In summa,& alia huiusmodi.
Ad extremū.Cic.Att.Illud te ad extremū & oro & hortor.Id est postremò siue denique. Eidē, Aiebat illū primò sine dim multa:ad extremū ante manus dedisse.Pro tandē. Idem.3.Verr.90.Ad extremū petere cœpit,ne,&c. Idē.4.Verr.124.Ad extremū verò quum isse,&c.Liu.5. Decad.lib.1. Et ipse cōsul quum frustra reuocare fugientes conatus, nec imperio,nec authoritate,nec precibus ad extremum valuisset. Et lib.2. Decad.eiusdē,Vel ad extremū ingratia plus q̄ veritas apud eos valeret, semel statuerent,quid donatum ex alieno Masinissæ vellent.
Ad extremum & Ad vltimū nonnunq̄ binæ sunt orationis partes,hoc est præpositio & nomē ablatiui,pro vsque ad extremū,vsq; ad vltimum: id est ad finem vsque. Cic.ad Brutū.10.2. Cui consuli non animus ab inuito,non fides ad extremū defuit.Liuius.2.ab vrbe.24.Parres ad vltimum dimicationis rati rem ventura. Id est ad vltimam & periculosissimam dimicationem. Idem.8.belli Maced.107.
Ad extremū,Id est In extrema parte.Liu.5.Decad.lib.1.Missile telū hastili oblogo,& cætera tereti,pteriq̄ ad extremū,vnde ferrum extabat.
Ad postremum.Plaut.Aulul.15.54.Ibi ad postremum sedit miles,æs peni. Liuius.1.bel.Maced.18. Deinde rerum quas aduersus Philippum gessisset,ad postremū adhortatio capessendi belli. Plaut.Pœn.14.22. Sed si videris,ad postremum apparet nihil. Plin.lib.26.cap.1.7.Varis coloribus & inæquali cute,alibi crassa,alibi tenui,dura,ceu scabie aspera,ad postremum verò nigrescente.
Ad fidem affirmare.Id est fideliter & vere. Liu.1.Decad.lib.3.Difficile ad fidem est in tam antiqua re quot pugnauerint eos deinde vtve,exacto affirmare numero.
¶ Ad gallinas.Plin.lib.15.cap.vltimo, Liuiæ Drusillæ,quæ postea Augusta matrimonii nomen accepit, quum pacta esset illa Cæsari,gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæsam.Intrepideque miranti accessit miraculum,quoniam teneret rostro laureum ramum onustum suis baccis.Conseruari alitem & sobolem iussere aruspices,ramumque eum seri,ac rite custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum,flumo Tyberi imposita iuxta nouum lapidem Flaminia via,quę ob id vocatur Ad gallinas, mireque sylua prouenit. Ex ea triumphans postea Cæsar, laurum in manu tenuit,coronamque capite gessit,ac deinde Imperatores Cæsares cuncti. Traditāque mos est ramos quos tenuerunt serendi.
Ad gratiam esse dicitur res aliqua.Liuius.4.Decad.lib.5. In Quintio noua & recentia omnia ad gratiam erant.Hoc est,faciebant vt Quintius gratior esset populo Romano.
¶ Adhoc,& Adhæc,nōnulli dicunt esse ordinis aduerbia,alii pro cōiunctionibus accipiunt:& ab aliis coniunctim,ab aliis separatim scribuntur.Sic autē dicuntur quasi præter hoc,præter hęc.Valla lib.2.(Hoc) cōpositum enim præpositione(ad)significat præterea:vt apud Sallust. Cognouerant paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus:adhoc sæpe fortunæ violentia tolerasse,facundia Græcos,scientia belli Gallos ante Romanos fuisse.Hactenus Valla. Plin.epist.154. Præterea continuem ipse, non solicitu, medici diligentes:adhoc salubritas cæli, lassore rebici,non reparari videretur.Sic Liuius.1.ab vrbe.85.
¶ Ad teli iactum peruenire. Id est ad eum locū vnde tela in hostes iaci possint. Q.Curtius lib.3.Iam ad teli iactum peruenerant, quum Persarum equites ferociter læuum cornu hostium inuecti sunt. Paulo antè dixerat,Iam in cōspectu,sed extra teli iactum vtraq; acies erat.
Ad id,pro Ad illud tempus,Vsque eo.Liuius. Quum ad id dubios fernasset animos, coacti ab authoribus iniuriæ ad vindices futuros declinent. Budæus.
Ad infinitū, pro Vsque ad infinitū, id est infinite. Plin.lib.20.cap.21.4. de malis, Adeòque eæ Veneri nascuntur, vt semen vnicanlis aspersum genitali,feminarū auiditates augere ad infinitū Xenocrates tradat. Idem lib.13.cap.9.3.Siccatus durescit ad infinitū,vt mandi non possit, nisi pluribus diebus maceratus. Libro quoque.17.cap.7.Est ad infinitum fertilis. Et lib.26.cap.3.Ad infinitū blandiente. Idē lib.34. cap.7.Similitudines exprimēdi quæ prima fuerit origo,in ea quā plasticen Græci vocant,dici conuenientius erit:etenim prior q̄ statuaria fuit.Sed hæc ad infinitum efflorui multorū voluminum opere,siquis plura persequi velit:omnia enim quis possit? Dicitur & In infinitum.
¶ Ad irritum cadit spes.Liuius.1.Decad.lib.2.Iucensus Tarquinius nō dolore solum tantæ ad irritum cadentis spei,sed etiam odio iracque.
¶ Ad libita. Tacitus lib.12. Arripi coniuges ad libita Cæsarum. Idem lib.14.Pari cupidine vsque ad libita Pallantis pronoluta.
Ad limina custos.Virg.lib.9.Aeneid.
Fidúsque ad limina custos. Id est ædituus,Seruio interprete.Sic apud Apuleium in secundo de Asino,Ad limina seruus,pro atrienti.
Ad liquidum explicata veritas.Liu.4.Decad.5.
Ad literam.Quintil.lib.9. Quum duobus ab eo libris tractatū locum,ad literam subiecit.Pro quo vulgò dicunt In forma.Erasmus.
¶ Ad manū esse,Est aliq̄d ita in prōptu esse,vt quasi manu teneas.Liu.ab

vrbe,Adde q̄ Romanis ad manū domi supplemētū esset.Idē lib.7.99. Nihil præter arma,& quod cocti ad manū fuit cibi,ferre militi licuit.
Ad manum venire.Liuius.8.bel.Maced.91. Quod cuique repētinanti ad manum venisset.Id est,quod quisque in prompru offendisset. Quintil.lib.2. Atque ii non corpore prospiciunt:sed abrupta quædam, vt fortè ad manum venere,iaculantur.
Ad manus venire,Est etiam ad dimicandum,siue ad arma venire. Cic.7. Verr.23.Nōnunq̄ etiam ea res ad manus atque ad pugnam veniebat.
* Ad morem actionum aliquid persequi.Quintil.lib.4.cap.1.
Ad manū,leginus relatum ad vilium,pro comiuus,siue ex propinquo. Vitruuius,Alia enim ad manum species esse videtur, alia in excelso.Plin. lib.31.cap.10.vbi de Apelle,Vnum imitari nemo potuit, q̄ absoluta opera atramento illimebat ita tenui, vt idipsum repercussu claritates colorū excitaret,cassò diretq̄ à poluere & sordibus:ad manum intuēti demū appareret.Idem,Si enim ita fuisset,nō solū laudes & vitia animorum ad manum aspicerentur,sed etiam disciplinarum scientiæ.
Ad manum seruus is dicitur, cuius manu ad literas scribendas princeps aut quinis alius vtiturse sque idem qui & A manu, & Amanuensis dicitur.Cice.2.de Orat.Licinium seruum sibi Gracchus habuit ad manum. Ibidem lib.3.Quem seruum sibi ille habuit ad manum.
Ad matrem pendent pyra. Plin.lib.15.cap.15. Turbinatior pyris figura.In iis serotina ad hyemem vsque ad matrem pendent gelu matuescentia,græca,ampullacea,laurea.
¶ Ad nasum venire.Plin.lib.15.cap.28.Vinum dulce sine odore, tenue odoratius.Multoque celerius talia ad nasum veniunt quàm pinguia. Hoc est,nares feriunt.
¶ Ad omnia alia,pro in omnibus aliis.Terentius Adelphis.5.3.46. Ad omnia alia ætate sapimus rectius.
¶ Ad pedes desilire,Est de equo descendere.Cæsar in Commenta.Consuetudine sua ad pedes desiluerunt:fultosque equis, compluribusq; nostris victis,reliquos in fugam conjecerunt.
Ad pedes,idem quod A pedibus,siue Seruus à pedibus.Martial. Lagenā ad pedes replet.Vide A pedibus in A præpositione.
Ad pilum vlcera reducere.Plin.lib.22.ca.22.Iumentorum quoque vlcera ac scabiem,radix illita,aut de coctæ succus ad pilum reducit.
Ad plenum.Hoc est Perfectè.Asconius in Diuinationem Ciceronis,Adhuc non intructus sit contra Verrē,nec ad plenū vouerit cæsum.Hieronymus,Quum necdum postiut ad plenum verba formare.
Ad pyrum,Nomen regionis in qua habitabat Martialis.Frequēter enim arbores nomina regionibus dabant:vt Ad pinum,quod est apud Senecam:Ad malum punicum,quod est apud Tranquillum.Sipont. & Domit.Calder. Martialis lib.1.ad lucem,ad Lupercum,
Non est quod puerum Lupercę vexes.
Longum est,si velit ad Pyrum venire:
Et scalis habito tribus,sed altis.
Ad planum reducere cicatrices.Plin.lib.20.cap.9.
Ad polituram farcire.Plin.lib.11.cap.24.de araneis,Scissa protinus resicit,ad polituram farciens.
Ad portionem.Id est portione,seu pro portione.Plin.lib.16.cap.41. Tredines capite ad portionem grauissimo,rodunt dentibus. Id est, pro reliqui corporis portione. Idem lib.14.cap.21.1.Mitiores plagæ dolis condunt,infodiuntque terræ cota, aut ad portionem situs. Et lib. 24.cap.8.Ad virium portionem. Idem lib.12.cap.2.Vbi verò truncilentam illam & portione maximam vocem ingenerauit.Et cap.30.de Formicis,Et siquis comparet onera corporibus earum, fateatur mullis portione vires esse maiores. Iterum cap.37. Capita piscibus portione corporum maxima, fortasis vt mergantur.Rutrus eodem capite,Maximum autem est cor pro portione muribus,lepori,&c. Idem lib.11.cap.15.Aestiua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet,si pleni fuerint alueoli:si minus pro rata portione aut si inanes,omnino non attingi.
Ad præsens.Duæ sunt dictiones,vna tamen pars orationis,& est aduerbium temporis,nisi mauis nomen(tempus) subaudire.Significat autē in præsentiarū dicitur nunc de tempore præterito,nunc de præsenti, sed hoc rarius.Plin.lib.8.cap.22.Vocemque hominī,quem priores cōplantarunt,ad mirere ad præsens.Quasi dicat,non in perpetuum, sed duntaxat ad illud præsens tempus.Loquitur de lupis. Suetō.in Tito, Sicut in posterum securitati satis caut,ita ad præsens pluribus contraxit inuidiæ.Id est,tum,seu tunc:Quod minus Latinè dicitur, pro illa hora,vel pro illo tempore. Plin.lib.9.ca.8.At illos excipiunt del piuni,& occidisse ad præsens contenti, cibos in victoriam differunt. Idem lib.13.cap.1.Quæ ex his non erunt fruticum,ad præsens nominibus tantum indicabuntur:natura verò eorum suis redderur locis. Hoc est nunc:siue quod vulgò dicitur,pro præsenti, vel pro hac hora. Pro eodem dicitur & In præsens.Horatius.2.Carminum.
Lætus & in præsens animus:quod vltra est,
Oderit curare.
Ad præsens,pro Tum,de præterito.Tacit.lib.13.Plautus ad præsens silentio transmissus est. Idem lib.16. Aduersum illustres dissimulatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad præsens,& mox redditum odium.
¶ Ad quid. Cic. ad Attic. lib. 3. 8. 6. Quid mihi hoc monimentum prodest? Ad quid laboramus res Romanas.
¶ Ad rem dare aliquem. Tranquillus in Augusto, cap. 16. Viginti seniorum millibus manumissis, & ad remum datis, portum Iulium apud Baias, immisso in Lucrinum & Auernum lacum mari effecit.
¶ Ad Seras aliquid petere. Hoc est, Ex Serum regione. Plin. li. 12. in proœmio. Quo magis ac magis admirari subit, ab iis principiis cædi mōtes in marmora, vestes ad Seras peti, vnionem in Rubri maris profundo, smaragdum in ima tellure queri. Ibidem cap. 1. Sed quis non iure miretur arborem vmbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe? Et cap. 7. Sola placere amaritudine, & hanc in Indos peti. Lib. eodem cap. 15. Myrrha conuehitur & ex syluis laudata, peruntque eam etiam ad Troglodytas Sabæi transitu maris. Rursus cap. 17. Petunt igitur in Helimæos arborem brutam, cupressō fuſæ finilem. Idem lib. 16. cap. 10. Colle in quem vimina petebantur. Libro 5. cap. 1. Zilis regum ditioni exempta, & iura in Bæticam petere iussa. Idem libro 21. cap. 3. Sutilibus coronis mox petitis ab India, aut vltra Indos. Et lib. 36. cap. 6. Id quoque accessit, vt ad Aethiopas vsq; peteretur quod faceret marmora, imò verò etiam in Indos, vnde margaritas quoq; peti seueris moribus indignum erat.
Ad solarii versari. Cicero pro Quintio. 40. Vixit. n. semper inculcè atq; horridè natura tristi ac recondita fuit, nō ad solarium, non in campo, nō in conuiuiis versatus est. Id egit, vt amicos obseruantia, rē parsimonia retineret. Rursus ad Herennium lib. 4. 155. Ad solarium versari dicit, qui spectacula frequēter inuisit. Author Cælius Antiq. le. li. 15. ca. 10.
Ad summam, & in summa, idē significant: & sunt binæ dictiones, sed vna pars orationi, nempe ordinis aduerbium pro denique, siue postremo, siue Vt breuiter concludam. Cic. libro. 1. Offic. 107. Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis hominum conciliationē & consociationem colere, tueri, seruare debemus. Idem Attic. li. 7. 17. 9. Ad summam die M. Tulli, assentiar Cn. Pompeio. i. T. Pomponio? Eidem lib. 10. 195. 15. Iurabat ad summam, q̄ nullo negotio faceret.
Ad summum, aduerbium qualitatis, quod ad numerum refertur. Cic. ad Curionem, lib. 2. A te verò bis terue ad summum, & eas per breues accepi. Idem Attico, lib. 12. 257. 5. Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Idem pro Milone. 8. Quatuor, ad summum quinque sunt inuenti, qui Milonis causam non probarent. Pro eodem. 19. Respondit, triduo illum, ad summam quatriduo perituram.
¶ Ad tempus, duobus modis sumitur: Vno ad cōditionem temporis, ne cessitatem, & opportunitatem. Cic. pro Milone. 52. Vide quām sit varia vitæ, cōmutabilisque ratio, quām vaga volubilisque fortuna, quan te infidelitates in amicis, quām ad tempus aptæ simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates. Quintil. Fingere nimirum ad tempus videbor, & rem nimium manifestam impudenter complorare. Plancus Ciceroni, Si autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Cic. Dolabellæ. 9. 14. 17. Neque solum ad tempus, maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti. Idem ad Torquatum, lib. 6. 20. 4. Quòd si recipiet ille se, ad tempus aderis. Id est tempestiue. Idem ad Attic. Plurimum consilii, animi, præsidii denique mihi sit te ad tempus videre, accesserit. Altero ad spatium temporis: vt, Silebo ad annum, Latebo ad tempus: Id est, vsque ad annum, & ulque ad tempus quoddam, vel in tempus. vt Quintil. a. lib. 10. cap. 4. Optimum emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponantur, vt ad ea post interuallum velut noua atque aliena rediamus. Id est, vsque ad aliquod tempus. Nam sepe subintelligitur Vsque: vt Idem lib. 1. cap. 11. Neque id veteribus Romanis dedecori fuit. Argumentum est, sacerdotum nomine & religione duranſ ad hoc tempus saltatio. Id est, vsque ad hoc tempus. Author Valla lib. 4. Cicero Planco, Non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. Huc pertinent, Ad quoddam tempus. Cic. 3. de Natu. Deor. 45. Ad punctum temporis. Cic. 2. Philip. 51. Ad breue & ad breuissimum tempus. Cic. in Catil. 23.
Ad terga recipere. Plin. libro. 10. cap. 23. de anseribus & oloribus, Liburnicarum more rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aera, quām si recta fronte impellerent. A tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmen, largeque impellenti præbetur aura. Colla imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt.
Ad terram dare, Id est abiicere. Tranquillus in Augusto, cap. 96. Aquila duos cornos hinc & inde infestantes afflixit, & ad terram dedit.
Ad tertiam decoquere, & similes locutiones. Plin. lib. 20. ca. 3. Aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias. Id est, vt superlit tātum pars dimidia Idem cap. 4. Item ad tertias decocto corū poto cum vino, enterocelis prosunt. Et cap. 15. Decocta ad dimidias partes, potaque ex vino. Libro eodem, ca. 17. Decoctum ad sextam. Et ca. 22. Marrubii & feniculi succis ad sextarios ternos expressis, decoctisque ad sextarios duos cum addito mellis sextario, rursus decocto ad sextarios duos. Idem li. 14. ca. 9. Nam firæum, quod alii hepsema nostri sapam appellant, ingenii non naturæ opus est, musto vsque ad tertiam partem mensuræ decocto. Quod vbi facta ad dimidiā est, defrutū vocamus. Et li. 23. c. 1. vino cognata res sapa est, musto decocto donec tertia pars supersit.

¶ Ad verbum quod nonnulli de verbo ad verbum dicunt. Cic. 1. de Finib. 7. Quum fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas nō inuiti legant. Sueto. de claris Rhet. Ex quibus non alienum fuerit vnam & alteram, exempli causa, ad verbum referre. Cic. 1. de Orat. Exercenda est etiam memoria ediscendis ad verbum quamplurimis & nostris scriptis & alienis. Sueto. in Augusto, Exempla & præcepta publice vel priuatim salubria, eaque ad verbum excerpta. Sic apud Plinium li. 18. cap. 7. 16. Ad verbum translata sententia.
Ad vetustatem fidelis. Plin. lib. 13. cap. 6. de terebinthо, Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem.
Ad vinum differtus. Id est, Inter conuiuium, Inter pocula, Iuxta vinū. Cicero Cœlio. 54. Quām volent in cōuiuiis faceti, dicaces, nōnunquam etiam ad vinū differti sint: alia fori vis est, alia triclinii. In eos dicitur, qui ad ferias causas agendas inepti, multa garriūt inter pocula, vbi nihil opus. Alluſit Cicero ad more prisceū, quo causæ ad mensuram aquæ agebatur. Ea diuidebatur in tres partes: vna infundebatur actori, altera reo, tertia iudici. At q̄ ad vinū differti sunt, ad aquā ferè muti sunt.
Ad vinum transire. Plin. lib. 20. cap. 5. Esse tamen vtile conualescentibus ad vinum transeuntibus.
Ad vinum resecare. Colu. li. 6. ca. 12. 2. Si sanguis in inferiore parte vnguæ est, extrema pars ipsius vnguis ad vinū resecat, & ita emittit. Ci. li. de Ami. 16. vsus est p eo qđ est rē exactius ac morosius excutere. Sed hoc, fquit, primū sentio, nisi in bonis amicitiā esse nō posse. Neq; id ad vinū reseco, vt illi q hæc subtilius disserūt, fortasse verè, sed ad cōem vtilitatē parū. Sūpta metaphora à tōsoribus capillos aut vngues resecantib⁹. Nā ii sæpenumero molesti sunt, dū nimū diligētes esse studeq.
Ad vltimum, pro ad finē vsque. Liu. 5. Decad. lib. 5. Pietatem, cōstantiāq; laudaturos, si fidem ad vltimū fratri præstitisset. Idem eiusdē Decad. lib. 2. Cum experiendā omnia ad vltimum, nec præter nuntendā spem vllam censuisset. Quasi diceret, ad vltimū conatū. Vulgus Gallicū dicit, Insques au bout. Idem. 1. ab vrbe. 148. Ad vltimū omnibus copiis commixus Aucus, acie primum vincit. Curtius lib. 3. Se scire inexpugnabiles esse, ad vltimum pro fide morituros. Id est denique.
Ad vnguē. i. exquisita diligētia, atq; exactissima cura. A marmorariis sumpta metaphora, q̄ superinducto vngui cōmissuras explorat marmoris. Col. li. 11. c. 2. 9. Ab vno fabro dolari ad vnguē p quadra debet. Horat. Cocceius ad vnguem Factus homo. Idem in arte,
carmen reprehendite, quod non
Multa dies & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.
* Ad voluntatem loqui. Vide LOQVOR.
Ad vnum, Nullo excepto, ait Seruius. Plin. de viris illust. 14.
Ad quæ progressi Fabii, in insidias delapsi, ad vnum occidione perierūt. Liui. 3. ab vrbe. 100. Romanus eos in Algido consecutus, ad vnum omnes occīdit. Cicero de Amicit. 72. De amicitia verò omnes ad vnum idem sentiunt. Lentulus ad Ciceronem, lib. 12. 14. 4. Onerariæ omnes ad vnam à nobis sunt exceptæ. Virgil. 5. Aeneid. Inppiter omnipotens, si non exosus ad vnum Troianos.
Ad votum, & ex sententia, eodem ferè significationis venium. Quintil. Habesne vxorem ex animi tui sententia? Et alibi, Et ad omne votum fluente fortuna lasciunt otium. Valla lib. 5. cap. 70.
¶ Interdum subauditur aliquid vnde pendeat ipsum AD cum suo accusativo. Terent. And. 3. 2. 1.
Quæ assolent quæque oportet
Signa ad salutē esse. Vbi Donatus, Deest, inquit (hærentia) aut (pertinentia.) Sic in Heau. 1. 2. 33. Atq; hæc sunt ad virtutē ola. Ergo absolute dixit, vt desit aliquid tale. Vnde & nos dicimus, Quid ad rem? & Quid ad me? Hæc Donatus. Ex cuius sententia satis apparet neque (esse) in priore exemplo neque (sunt) in posteriore legi debere.
¶ Ad interdum postponitur accusatiuo. Tacit. lib. 12. Die nuptiarū Syllanus sibi mortem conscisset, siue eō vsque spem vitæ produxerat, seu delecto die augendam ad inuidiam. Paulò pòst, Nec tere moras, locos mutare, & missis corruptoribus exuendam ad fidem hostes emercari. Idem lib. 3. Quid enim primum prohibere, & priscum ad morem recidere aggrediar? Paulò pòst. Quanquam fortuna vel industria pleriq; pecuniosam ad senectam peruenirent. Rursum libro eodem. Nec Augustus arguerat Taurum, Philippum Balbū, hostiles exuuias aut exuendā eis opes ornatum ad vrbis & posterūm gloriam conferre. Idem lib. 12. Deducere amnem, ripam ad Euphratis iubet.
¶ Sunt & alia significata, sed quæ facilius ex ipsis intelligentur exemplis, quām interpretatione per alia verba, qualia sunt in illis, Canis ad lyram, Studet ad lucernam. Ad sonum mergere se solent. pro eo quod est, audito sono. Plin. lib. 10. cap. 69. 2. Et in illo Horatii,
Ad strepitum citharæ cessantum ducere curam. Et Ouidius,
Mortua crede mihi, rū ad tua verba reuixi. Et Virg. 1. Eclog. Hinc alta sub rupe canet frōdator ad auras. Vbi Seruius, A d auras, Id est in die. Item ad tibicinē imolare, Id est canēte tibicine, Cic. pro lege Agraria.

Et, Ad eum nuntiū, Pro, audito eo nuntio. Liu. 2 ab vrbe. Nihil aliud ad eum nūtium à proposito auertis, quām vt cadauer efferri iuberet.
¶ Ad etiam in cōpositione plerūque proximitatem significat vt, Adeo, accedo, accurro, aduenio, assideo. Prisciānus.
¶ Ad præpositio, apud antiquos integra in compositione seruabatur vt Adiicio, adseruo, adfirmo, adcurro. Sic plura eiusmodi lecta in vetustis codicibus. Terent. And. 3. 3. 8. Quæ incepta à patruis, cum ætate adcreuit simul. Vbi Donatus, Adcreuit, vt suprà adcurate. AD enim præpositione vtitur familiariter.
ADA, Adæ, filia fuit Hecatomni Cariæ regis, eademque Artemisiæ & Mausoli soror, Idryei fratris sui vxorque à Pixodoro fratre post viri mortem expulsa regno, tandem opera magni Alexandri restituta est. Author Strabo libro. 14.
ADAD, (Ἄδαδ,) siue Adadus, deus est, quem Assyrii summum habent, ac maximum venerantur. Significat hæc vox non aliud ferè, q̄ vnum. Adiiciunt & diam nomine Adargatin, siue ea sit etiam Atergatis, de qua suo loco. Omnia horum duorum numinū poteſtati subiecta opinantur, solem interpretari, terramque. Argumento esse, quòd Adad simulachrum insigne radiis cernatur proclinatis, tanquam illi sint virtutis cæleſtis in terram vehiculum. terræ autem seu Adargatis imagunculæ diuerſe fiebant ſchematiſmo, in ſublime radiis ſurrectis, quòd cæleſti affluxu progerminent cuncta de terreno velut fermento. Cælius Antiq. lect. lib. 10. cap. 14. Et futiſſime Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 23. Meminit nominis hūius Plinius lib. 37. cap. 11.
ADAE, Adarum, oppidum Asiæ Straboni lib. 13.
ADAEI, Arabes Aegypto finitimi, vt ſcribit Ptolemæus.

Adaeque, pro Aequè. (ἰσόω,) Aduerbium quantitatis, Idem quod eque.
Id est tam, siue tantum. Plaut. Casina,
Nunquam ecastor vllo die ſi adeque. Ibidem,
Neque fuit me senex quiquā amator adeq; miſer. Liu. 1. Decad. lib. 4. Concedendo deinde vt quæ à modū in Tribunis cōſulari poteſtate creandis vſi ſunt, adæque in Quæſtoribus liberū eſſet arbitriū populi.

Adaéquo, adæquas, pemil. prod. (ἐξισόω, ἀπισόω, ἰσοσθενέω,) adæquare. Idem proprie quod æquare, hoc eſt cōplanare: vt, Adæquare vrbem ſolo. Liu. 1. ab vrbe. 129. Romanus palsun publica, priuatique omnia tecta adequat ſolo.
Adæquare altitudinem, curſum, &c. ſimiliter pro æquare, ſed metaphoricè. Cæſar. 5. bel. Gall. 33. Qui vectoriis, grauibūque nauigiis, nō intermiſſo nauigandi labore, longarū nauium curſum adæquauerunt. Id eſt curreudi celeritate pares illis fuerunt. Idem. 2. bel. Gall. 344. Sic vt prope ſummā muri, aggeriſque altitudinem, acerui armorum adæquarent. Id eſt ad eandem altitudinem accederent. Cic. de vniuerſitate. 58. Deorum vitam poſſunt adæquare. Id eſt ad deorum immortalitatem peruenire. Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 10. 8. Senatorum vna copioſe abſoluit, equitum adæquauit. Id eſt par vtriuq; numerus fuit, abſoluentium ſcilicet & damnantium. Hoc ex Budæo.
Adæquare cum virtute fortunā. Cic. pro Archia. 16. Quid noſter hic magnūt, qui cum virtute fortunam adæquauit? Hoc eſt æque fuit fortunatus, ac virtute prædītus. Idem pro Cor. Balbo. 10. In ſumma amicorum copia, cum familiariſſimis eius eſt adæquatus. Id eſt æqualis factus, eodem cum illis numero atque honore habitus.
Adæquare memoriā noſtri noſtri cū omni poſteritate. Cic. pro Archia. 11. Inſidet quædā in optimo quoq; virtus, q̄ noctes & dies animū gloriæ ſtimulis cōcitat atq; admonet, nō cū vitę tępore eſſe dimittendā cum memoratione nōminis noſtri, ſed cum omni poſteritate adæquādam.
Adæquare aliquē ſibi. Tacit. lib. 12. Matthias poſtliae & Vedios, & cętera equitū Rom. prę alida nomina, referre nihil attinuerit quō Claudius libertos, quos rei familiari pfecerat, ſibiqi & legib⁹ adæquauerit.

Adaéro, adęras, pen. prod. (προσγκλάω,) Adęrare. Budęus, Adęnas, de erog. milit. annonę. li. 12. Septē diebus per quos tribuni prętoremol. gratia. ſolēn. ſtellaturę nomine ſpecies conſequuntur: ſpecies reſiſtentes non aliter adęrentur, niſi vt in foro rerum venalium diſtrahuntur. Senſus eſt, Species quę militibus ſtellaturę cauſa penduntur à prouincialibus, ſi pecunia permutetur, ęſtimari tanti debere, quātum eſt fori pretium. Species autem reſiſtentes intelligo, reſtantes quę reliquamenti cauſa debentur tibi eſt, quę ex prętorito debentur.

Adaeſtuo, adæſtuas, adæſtuaui, (προσπυρέω,) adæſtuare, Valde æſtuare. Stat. lib. 5. Thebaid. 104.
ſquammiſque incluſus adæſtuat amnis.

Adaggero, adaggeras, pen. corr. (προσσωρεύω,) adaggerare, Accumulare. Cato de re ruſt. cap. 94. Quum ver appetit, terram adaggerato bene. Columel. lib. 5. cap. 11. 5. Deinde terram circa arborem adaggerato vſque ad ipſum imūtum. Plin. lib. 36. cap. 12. 6. Alii enim nitro ac ſale adaggeratis. Idem lib. 13. cap. 11. 3. Poſtea adaggeratam Nilo. Idem lib. 7. cap. 11. 3. Pedes terni vndiq; ſolido adaggerantur. Compoſitum eſt ex ad, & aggero: quod ab agger aggeris derivatur.

Adagium, adagii, & apud antiquos, adagio, onis, (παροιμία,) ſignificat prouerbium. Varro lib. 6. de lingua Latina, Apud Valerium Soranum vetus adagio eſt, ô P. Scipio, quod verbum vſque eò cuanuit, vt Græcum pro eo poſitum, magis ſit apertum. nam idem eſt, quod vocant Græci παροιμίαν, vt Auribus lupum teneo. Adagio eſt, litera cōmutata, Abagio: dicta ab eo quòd ambit orationem, neque in aliqua vna re conſiſtit ſola. Feſtus, adagia, ad agendum apta. Donatus in Eunuchum, Et dicta & prouerbia, & adagiones, quòd rem agant, faceris hominibus ad ſcribuntur. Plaut. Amphi. 15. 40.
vetus eſt adagium, Fames & mora
Bilem in naſum concunt. Auſonius in præfat. monoſyllaborum,
Vt quod per adagionem cœpimus, prouerbio finiamus.
* Ad aliquid προσῆκον. Quintil. lib. 1. cap. 10. Illi autem idem cum interrogantur cur aper apri & pater patris faciat. Illud nomen poſitū, hoc ad aliquid eſſe contendunt.

Adalligo, adalligas. pen. corr. (προσσυμβιβάω,) adalligare. Idē qđ alligare. Hoc eſt ad aliq̄d ligare. Plin. li. 27. c. 10. 6. quor pyxide cōditos adalligari cū pane, brachio, ad ea ptę qua dēs doleat. Idem lib. 20. cap. 21. 6. Quin & ſemen tritum adalligant brachio.
Adalligatus i. Plin. li. 17. c. 23. 13. Adalligato ptēdit i vidua arbore vnco.
Adamantis cognomē olim tributū eſt didymo gramatico, ob ideſtigabile ſcribēdi inſtātia. Ab hoc trāſlatū eſt in Origenē. Erasmus in Hiero.

Adamas, pe. cor. adamātis, m. g. ἀδάμας. Eſt lapis duriſſim⁹, & tā ſolliditatis, vt nec ferro poſſit ifringi. Autor Seruius ab α particula priuatiua, & verbo δαμάζω, id eſt, domo quaſi idomitus. Virg. 6. Aeneid. ſolidoque adamante columnæ,
Vis vt nulla vitūm, non ipſi excidere ferro
Cælicolæ valeant. Plin. lib. 37. cap. 4. Genera adamantis ſex noſcuntur. Et paulò pòſt, Incudibus hi deprehenduntur, ita reſpuentes ictū, vt ferrum vtrinque diſſultet, incudesque etiam ipſæ diſſiliant: quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulque ignium victrix natura, & nunquam incalescens. Vnde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit. Item paulò pòſt. Siquidem illa inimica vis duarum violentiſſimæ naturæ rerum, ferri ignisque contemptrix, hircino rumpitur ſanguine, nec aliter quām recenti, calidoque macerata. Hæc Plinius.
Adamas, ſpecies eſt ferri, vt nonnulli Heſiodi aſtruunt interpretes. Galli vocant Eſmeril. Eo perpoliuntur gemmæ. Eſt & lapis inſita deaſitate ignibus ac ferro inuictus, quanuis plumbo & leonis at que lurci ſanguine molliatur. Cœlius Antiq. lec. lib. 10. cap. 50.
* In fragilis Adamas. Plin. lib. 20. in proœmio.
Durus adamas. Ouid. Amorum lib. 3. eleg. 6. 12.
Illa graues potuit querelis, adamantaque durum,
Surdaque blanditiis ſaxa mouere ſuis.
Adamas non exoratus. Proper. lib. 4. 12. 1.
Quum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant adamante viæ.
Inuictus adamas. Ouid. lib. 4. De Ponto. 12. 7.
Quæ niſi te mouēant, duro tibi pectora ferro
Eſſe vel inuicto clauſa adamanta putem.
Perennis adamas. Ouid. 11. Metamor pho. 163.
Inuenies illic inciſa adamante perennim
Fata tui generis. Id eſt, incorruptibili & perpetuo.
Textus adamas. Senec. in Hercul. fur. 9. 39. de Hercule & Cerbero,
Tunc grauia monſtri colla permulcens manu,
Adamante texto vincit. Id eſt, adamantina catena ligat.
Adamanta mouere lachrymas. Ouid. de Arte amān. li. 1. 153. Et lachrymę ſſunt: lachrymis adamanta mouebis. i. vel duriſſimum puellę pectus.
Adamanta ſuperare duritia. Ouid. epiſto. 2. 28.
Duritia ferrum vt ſuperes adamantaque, teque.
Ex adamante fecoris facta. Ouid. 3. Faſt. 161.
Immolat hunc Briareus facta ex adamante ſecuri.
Adamantæus, adiectiuum, (ἀδαμάντειος,) Quod ex adamante factum eſt. Ouid. 7. Metamoi pho. 21.
Ecce adamantæis Vulcanī narib⁹ efflāt. Aeripedes tauri. i. duriſſimi.
Adamātinus, aliud adiectiuum, penul. corr. (ἀδάμαντινος,) proprie dicitur quod eſt ex adamante factum, vel ad adamantem pertinet: vt Adamantina duritia. Plinius lib. 37, cap. 11.
Adamantinum per metaphoram vocamus, quicquid duriſſimum aut inuictum atque inexpugnabile indicare volumus: propterea quòd incredibilis eſt ipſius adamantis duricies.
Adamantini claui. Horatius. 3. Carmi. 24. 1.
Si figit adamantinos
Summis verticibus dira neceſſitas
Clauos, non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Iuga adamantina. Proper. lib. 3. eleg. 11. 2.
Colchis flagranteis adamantina ſub iuga tauros
Egit, & armigerā prælia ſeuit humo.
Saxa adamantina. Lucretius lib. 2. 90.

In quo iam genere in primis adamantina saxa
Prima acie constant, ictus contemnere sueta.
Tunica adamantina. Horatius. 1. Carm. 6. 3.
Quis Martem tunica tectum adamantina
Digne scripserit? Id est lorica durissima.
ADAMASTOR, Adamasturis, pe. corr. (Ἀδαμάστωρ,) nomen gigantis staturosi, & immani membratura conspiciendi: qui apud Claudianū in Gigantomachia. 20. Damastor nōcupatur, -ique Damastor
Ad depellendos iaculum dum quæreret hostes,
Germani rigidum misit pro rupe cadauer.
ADAMASTVS, (Ἀδάμαστος,) nomen viri proprium apud Virgilium 3. Aeneid. 123.
ADAMIANI, hæretici sic dicti, quòd nuditatē quā Adam in paradiso habuit ante peccatū, imitarentur, & ita semper mares & fœminæ nudi obambularent, nudi lectiones audirent, nudi orarent, nudi celebrarēt sacramenta. Hi suam ecclesiam, hoc est suam congregationem appellabant Paradisum. A nonnullis etiam Adamitæ vocantur.

Adamo, ádamas, penul. corr. (ὑπερφιλέω,) adamare, Vehementer amare, & quasi cupere. Cic. 3. de Orat. 35. Deinde ab Antisthene, qui patientiā & duritiam in Socratico sermone maximè adamarat. Idem. 4. Acad. 18. Eámque sententiam quā adamauerunt, pugnacissimè defendere. Idem. 6. Ver. 90. Id, inquit adamasti, quod antea non aspexeras. Idem in eundem. 4. 59. Cùm signa quædam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vidisset, adamauit. Sic pro Milone. 67. Adiuuare literas. Cic. pro Rosc. Amer. 37.

✱ Qui serius honores adamauerunt vix admittuntur ad eos, nec satis cōmedati multitudini possunt esse. Ci. ex Non. Ouid. Trist. li. 3. eleg. 4. 6.
Non foret Eumenides orbis, si filius eius
Stultus Achilleos non adamasset equos.

Adamare, idem quod simplex amare. Cic. 1. Offic. 164. Genus ætatis degendæ constituit, quod maximè adamauit.
Adamare, Amatorie amare, vt ait Valla. Quintil. in Infami in matrem. 1. Me quidem mirabit siquis interroget, omnes matres liberos suos tanquam adamauerint, amant.
ADANA, neu. g. Vrbs Ciliciæ Ptolemæo, vulgò Adena, Ἀδανα.

Adapério, adáperis, pen. cor. adaperui, adapertū, (περισκευάζω,) adaperire, Ex ad, & aperio, quod ipsum ex pario compositum est, significat idē quod aperire sine patefacere. Liuius. 5. bel. Pun. 172. Qui improuiso adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ. Ouid. Amorum lib. 1. eleg. 5. 11.
Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ. Plin. lib. 2. cap. 47. 14.
Vnde nubes discussæ adaperuere cælum.
Adaperire, Resoluere. Plin. lib. 32. cap. 9. 5. Horum ius traditur aluum & vesicas exinanire, interanea distringere, omnia adaperire.
Adapertæ vites. Colum. lib. 5. cap. 5. Adapertas vites relinquere, & tota hyeme ablaqueatas habere conuenit.
Adapertilis, adiectiuum, pen. corr. (περισκευαστός,) Quod est apertum, vel apertu facile. Ouid. de Trist. lib. 3. eleg. 11. 9. Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri.
✱ Adapto, adaptas. (προσαρμόζω.) Idem quod aptare siue accōmodare, Sipont.

Adaquo, ádaquas, pen. corr. (ποτίζω,) adaquare, Verbum notæ significationis. Suet. in Galba. cap. 7. At ni iure dicēdo, quum de proprietate iumenti quæreretur, leuibus vtrinque argumentis & testibus, ideóque difficili coniectura veritatis, vt ad lacum vbi adaquari solebat, duceretur capite inuoluto: atque ibidem reuelato, eius esset ad quem sponte se à potu recepisset.
Adaquare, pro irrigare. Plin. li. 17. cap. 10. 6. Ternas simul ferendas triāguli ratione, palmo inter se distantes, denis diebus adaquari, donec grandescant. De arborum satione loquitur.

Adarça, adarcæ, ἓδαρσις,) Salsilago quædam est, seu spuma salsuginosa, concreta & velut gelata, in humidis & palustribus locis per siccitates paludum prouenies in Cappadocia, atq; ipsis harundinibus & herbis adhærescens. Authores, Galenus, Dioscorides, Paulus, Hermolaus, Leonicenus. Vocatur etiam Adarces, Adarcion, Adarcos, & Calamochnus, Id est, calami seu harundinis lanugo. Sunt qui adspicent, Adárchā scribentes.

Adáreo, áderes, pen. prod. adarui, (ξηραίνομαι,) adarēre, Verbum rarissimè lectum, idē quod arere, siue exarere. Cato de re rust. ca. 98. Amurca decoquito ad dimidiū, & ea vnguito fundū arcæ, & extrinsecus pedes & angulos. Vbi ea adaruerit, vestimenta reddito.

Adasso, (ἐπαίζομαι,) scribere veteres pro adigo. Plau. Vtina dii adasint ad suspendium. Festus legit adaxint.

Adaugeo, adauges, adauxi, adauctum, (ἐπαυξάω,) adaugēre. Idē quod simplex augere. Cic. li. 1. de Inuent. 161. Per quē facti vtilitas aut honestas adaugetur. Ad Heren. lib. 2. 75. Nonnihil huiusmodi signa adaugent suspicionem. Terent. Heaut. 3. 1. 26. Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit. Plaut. Sticho. 6. 6 2. Decumam esse adauctam tibi, quam noui, gratulor.

Cumulare & adaugere. Cice. pro Roscio Amer. 18. Hæc alijs nefariis cumulant atque adaugent.
Adaugere & extenuare, contraria. Cic. 2. de Inuent. 178. Et hoc extenuādo, maleficii magnitudinem simul adaugere.

Adaucto, adauctas, (ἐπαυξάνω,) adauctare, frequentatiuum. Idem quod augere. Accius Aeneadis, Quibus rem summam & patriam nostram quondam adauctauit pater. Ex Nonio.

Adaugesco, adaugescis, adaugescere, (ἐπαυξάνω,) Augeri, Crescere. Lucretius libro. 2. 60.
Nam neque adaugescit quicquam, nec deperit inde. Cic. 1. de Diuinat. 22. Aut densus strider quum cesso e vertice montis
Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu.

Adauctus, participium, (ἐπαυξητός,) Vide AVGEO.

Adauctus, huius adauctus, m. g. (ἐπαυξησις,) Lucretius lib. 2. 225.
Nam quæcunque vides hilari grandescere adauctu,
Paulatimq; grad' ætatis scādere adultæ, &c. i. læto & vberi incremēto.

Adbibo, adbibis, adbibi, pe. cor. adbibitū, pe. cor. (ἐπαντλέω,) adbibere, Verbū rarius, idem quod simplex bibere. Terent. Heaut. 2. 1. 8. Is mihi vbi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facimora.
Adbibere, interdum significat multum bibere, propter AD, quæ est augēdi particula. Plaut. Sticho. 6. 58. Enge, quando adbibero, alludiabo.
Adbibere, pro imbibere, per metaphoram. Horat. 1. epist. 2. 14.
-nunc adbibe puro Pectore verba puer.

Adcensi, (προσγεγραμμένοι,) pro accensi veteres scribebāt, quasi ad censum adiecti. Vide AC'CENSI.

✱ Ad corporo, as, penult. corrept. Solinus cap. 50. & carinis ita tenaciter ad cōi poratur, vt nisi abrasa parte ligni, egre separetur.

Adcredo, adcrēdis, penul. prod. adcredidi, pe. corr. (ἐπιπιστεύω,) adcredere. Lucre. lib. 3. 176. -tum motus materiai.
Multimodi quàm sint, facilè hoc adcredere possis. Id est, credere.

Adcrescó, adcrescis, adcrem, penul. prod. (ἐπαυξάνομαι,) adcrescere. Horatius in Arte poetica. 52.
Syllaba longa breui subiecta vocatur Iambus,
Per cictus, vnde etiam trimetri adcrescere iussit
Nomen Iambis. Id est, addi, vel dari.

Addax, addacis, (ἀγελαίπους,) quem Addacē Aphrica appellat, Græci à contortis cornibus imidere nomen. Plinius lib. 11. cap. 37. non procul ab inuio.

Addecet, pen. corr. (ἐπρεπεν,) addecebat, addecuit, impersonale: poeticum est verbum, idem significans quod simplex decet. Plaut. Amph. 1. 2. 21. Eius studio seruire addecet. Idem Casina. 1. 2. 3. Quod haud Atticam addecet disciplinam. Ibidem. 4. 2. 1.
Nam peculi probam nihil habere addecet clam viro.

Addenseo, addēnses, addensui, (ἐπαυξάνω,) addensere, Ex Ad, & Denseo, teste Seruio: Densum facere, Stipare, siue cōstipare. Virg. 10. Aen. 18. Extremi addensent acies. Verbum rarissimum.

Addenso, addensas, (ἐπαυξάνω,) addensare, Idem quod addenseo. Traditur tū ad liquorē pro spissare, id est, spissum facere. Plin. li. 20. c. 21. 2. Mirū aquam radice ea addita, addensari sub dio, atque lasciescere.

Addico, addicis, pen. prod. addixi, addictum, (παλλακίνω, πρὸς τὸ ἔπαυ,) addicere. Est licitanti rem auferendam permittere Cic. pro A Cecinna. 11. Ebutio negotiū datur. adest ad tabulā licetur Ebutius. deterretur emptores, multi partim grā Cesenniæ, partim etiā prio. Fūdus addicit Ebutio. Plau. Merc. 2. 3. 1. -cui est ēptus Eanescio. Iam addicta atque abducta erat eum ad portum venio. Ex Budæo. Cice. 3. Verr. 97. Mihi bona addicat.
Addicere & tradere. Cic. pro domo sua. 82. hoīem inuenire ista labes tā, cū oia tenebat, nemine potuit, cui ædes meas addiceret, cui traderet.
Bona alicuius nummo sestertio addicere alteri. Cic. pro Rabir. 28.
Tua bona Posthume nummo sestertio à me addicuntur!
Addicere & vendere. Cic. 5. Verr. Iam addictis & venditis decumis.
Vendere & addicere sententiam. Cic. 2. Philipp. 67. Cum te neque principes ciuitatis rogando, neque maiores natu monendo, neque frequēs senatus agendo de vendita atque addicta sententia mouere potuit. Id est, mancipata venditaque Cæsari.
Addicere, Auctionem facere. Hoc est bona sua proscribere, & licitantibus obiicere. Quintil. in Aegro redempto. Omnes facultates in pretia collegi, rus tetūdos, & omnia vtiliora properāti festinatione parēti addixi. Suet. in Cæsare. Bello ciuili super alias donationes, amplissima prædia minimo addixit. Quo in loco (nūmo) rectè quidā legunt. Est enim prouerbiale. Addicere nūmo, quod nostrates dicunt, fragmento panis vēdere: quod donationis est instar, cū obtentu vēditionis rem alienantes, inuidiam donationis vitamus, aut pudori accipientis consulimus. Budæus. Cic. 7. Philip. 216. Antonius regna addixit pecunia.
Addictiam pretio habere fidem. Cic. 4. Verr. Ob rem iudicandam, pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem & religionem. Pro, obnoxiam quasi vænalem habere fidem & religionem.
Addicere suos amores. Ouid. 1. Metamorpho. 124. de Io in vaccam mutata, quam sibi ab Ioue dari Iuno petebat.

Quid

Quid faciat? crudele suos addicere amores,
Non dare suspectum. Hoc est, velut in seruitutem dare. Raphael Regius legit abdicere, exponens pro abdicare & à se amouere, sed parum rectè, vt opinor.
Addicere sanguinem alicuius. Ci. in Pisone. 65. Huius ipsius domū euertisti cuius sanguinem addixeras. id est, quem morti addixeras. Sic Ad dicere aliquem supplicio apud eundem, autequam iret in exilium. 11.
Addicta vita alicuius, & proposita præmijs. Ci. pro Milone. 42. Quamobrem vitam suam, quam maximis præmijs proposita & penè addictā sciebat, unā in periculum sine præsidio & sine custodia prouehebat.
Addicere bona in publicū, Publicare. Cæs. 1. bel. ciui. 73. Qui verba atq; orationes aduersus remp. habuissent, eorū bona in publicū addicebat. Suetonius cōficare dixit, qđ faciſe videtur ꝑter veterū authoritatē.
¶ Addicere, proprie est idem dicere, & approbare dicendo. Alias addicere, damnare est. Author Festus. vt, Addicere morti, pro destinare ac deuouere. Cic. 3. Offic. 59. Quum is qui morti addictus esset, paucos dies commendandorum suorum gratia postulasset.
¶ Addicere, in augurali disciplina aues dicitur. 2. approbare faciendā. Liu. 7. bel. Pun. 37. Fabio auspicanti prius q̄ egrederetur ab Tarento, aues semel atque iterum non addixerunt. Idem. 1. ab vrbe, Neq; nouū constitui, nisi aues addixissent, posse. Eius contrarium Abdicere.
¶ Addicere se alicui homini, siue cuipiam rei, (προσέχειν,) pro eo quod est, facere se illi obnoxium, & quasi se illi deuouere. Nonius, addictū inquit, est quasi deuotum vel obnoxium. Cic. in Sallust. 6. Non enim vni priuatim ancillatus sum neque me addixi. Idem pro Plancio. 76. Senatus, cui me semper addixi. Idem pro Cœlio. 63. Hunc addictum, destinatum, obstrictum tibi habebis. Idem. 2. Tuscul. 2. Qui certis quibusdam destinatisque sententijs, quasi addicti & cōsecrati sunt. Idem pro Roscio Comœdo. 24. Addictus erat tibi hoīn. Virgilius. 3. Aeneid.
-huic me, quæcunque fuisset.
Addixi. Vbi Seruius, Signatè verbo exprimit desperationem. Cæsar. 7. bel. Gal. 312. Omnem Galliam prosternere, ac perpetuæ seruituti se addicere. Plaut. Capt. 4. 78.
Quasi finibus vendam, meis me addicam legibus. Horat. 1. epist. 1. 3.
Nullius addictus iurare in verba magistri.
Addicere sese alicui certo. Cice. lib. 2. de Inuent. 125.
Addicere corpus suum turpissimæ cupiditati. Ad Heren. lib. 4. 167. de mulliere impudica.
Addicere puerilem iam suam omni intemperantiæ. Ad Herennū lib. 4. 187.
¶ Addicere quempiam pro debito, (κατακυριεύειν,) De hoc significatu fecit Valla, lib. 5. Addicti apud veteres dicebantur, qui prætoris pronunciatione ac iussu, cum soluendo non essent, creditoribus in tempo rariam seruitutem addicebantur. Senec. de benef. lib. 3. cap. 8. Hic pecuniam pro addicto dependit. Plaut. Pœnulo. 3. 58. -vbi in ius venerit. Addicet Prætor familiam totam tibi. Cic. pro Sestio. 31.
Quos æris alieni magnitudo Tribuno plebis constrictos addixerat. Idem in Pisonem. 68. Nonne Fusidium creditorē debitoribus suis addixith? Pro Flacco. 39. Iste quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est.
Addicti quid à seruis differant, his verbis explicat Quinti. lib. 5. cap. 10.
Aliud est, inquit, seruum esse, aliud seruitute æqualis esse in addictis quæstio solet, Qui seruus est, si manumittatur, fit libertinus, non itidem ad dictus. Idem lib. 7. cap. 4. Addictus, quem lex seruire donec soluerit, iubet. Seruus quum manumittitur, fit libertinus. Addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequetur. Addictus soluendo, citra voluntatem domini consequetur.
Addicere in seruitutem. Liu. 3. ab vrbe. Rapique in vincula egentem iure libertatis, qui liberum corpus in seruitutem addixisset.
Addictum sub sua iura trahere. Propert. lib. 3. eleg. 11. 1.
Quid mirare meam si verset femina vitam?
Et traiut addictum sub sua iura virum!
Addict^a. auib^s & caib^s. i. expositæ, & velut dānat^æ atq; deuot^æ. Ho. Ep. 17. 3
Loxere matres Ilie addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem.
Addicta vastitati. Cic. Attic lib. 9. 180. 12. Quanquam mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur. Quasi iam destinata ac damnata, vt in vastitatem redigantur, hoc est vastentur.
¶ Addicere aliquem ad iusiurandum, Velut adigere & cogere. Sallust. in Catil. Quum ad iusiurandum populares sceleris sui consçios addiceret. Portasse legendum adigeret.
¶ Addicere opus alicui, quod locare faciendum. Cic. 3. Verr. 103. Addicitur id opus HS DLX. millibus, quum tutores HS LXXX. millibus id opus, ad illius hominis nequissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. Etenim quid erat operis, id quod vos vidistis, oēs illæ columnæ quas dealbatas videtis, machina apposita, nullā impensā deiectæ, eisdem lapidibus repositæ sunt. Hoc tu HS DLX. millibus locauisti.
✱ Addictus, (πρόσταγος,) participium, siue nomen ex participio. Hor. 1. epistol. 1. 3. Nullius addictus iurare in verba magistri.
Addictè, aduerbium, (πρόστατος,) vt Addictius regnari. Tacit. de morib. German. Trans Lygios Gothones regnantur, paulo iam addictius quàm cæteræ Germanorū gentes, nondum tamen supra libertatem.
Addictio, addictionis, Verbale, (προσκύρωσις,) Ci. 2. Ver. 7. Simul iure dicēdo bonorū possessionūq; cōtra oim iustitia addictio & cōdonatio.

Addisco, addiscis, addidici, pe. corre. (περισκευάζω,) addiscere. Quasi aliquid addere ad ea quæ didiceris. Cic. 1. Offic. 21. Tum auemus aliquid videre, audire, addiscere. Idem de Senec. 23. Quid, quod etiam addiscunt aliquid? vt Solonem in versibus gloriantem vidimus, qui se quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit. Idem. 3. de Orato. 82. Sed vt aliquid addiscerem.
Addiscere, simpliciter pro discere. Plin. lib. 8. cap. 30. Sed maximè sermonem humanum inter pastorum fabula assimilare, nomenque alicuius addiscere, quem euocatum foras laceret. Cicero. 3. de Orato. 49. Atque velocius puer addidicerat.
Addiscere aliquid noui. Ouid. lib. 2. Amorum, eleg. 5. 12.
Hæc quoque, quàm docui, multo meliora fuerunt:
Et quicquam visa est addidicisse noui.
Addiscere tubas, Id est cantum tubarum. Stat. 3. Silu. 1. 31.
-Phrygióque è vertice Graias
Addiscis Misene tubas.

Additamentum, Additus, Vide ADDO.

Addiuino, addiuinas, penul. prod. προσμαντεύομαι, addiuinare. Idem qd simplex diuinare. Pli. li. 35. c. 10. 22. Vt Appiō grāmaticus scripsit reliquerit, quēdā ex facie hominū addiuinare, quos metoposcopos vocat ex iis dixisse aut futurę mortis anos, aut ꝑteritę
Addo, addas, (προσθήκη,) addere, penult. corrept. Obsolerum verbum pro dare vel addere. Plaut. Trucul. 19. 17. Tuo arbitratu quod iubebis, addabitur.
Addo, addis, addidi, penult corrept. additum, penul. correp. (προστίθημι, ἐπιτίθημι, ἐπάγω, ἄλλω,) addere. Ex ad, & do, das, adiicere, adiungere, teste Seruio. Et præter accusatiuum, proprie datiuo iungitur. Virgil. 3. Aeneid. Addit eques, additque duces. Idem. 9. Aeneid. Et verbis hæc inſuper addit. Vbi Seruius Accumulat verbis beneficium. Terent. Phorm. 1. 1. 8. Vt semper aliquid addant ditioribus. Cic. 5. Verr. 59. Quare putabas, emptori lucrum addi oportere?
Addere ad, vel in. Cic. 1. Offic. Quid ad hanc manſuetudinem addi potest? Idem. 5. Verr. 39. Siquam partem tuæ prædæ ad summam decumarum addidisses. Idem Attic. lib. 1. 8. 9. In illam orationem Metellinā addidi quædam. Sallust. Sed per deos immortales quamobrem in sententiam non addidisti, vti potius verberibus in eos animaduerteretur? In his ponitur accusatiuus cum præpositione, pro datiuo.
✱ Addere ex abundanti. Quint. lib. 4. cap. 5.
✱ Addi rur in cauā dentium. Plin. lib. 10. cap. 6.
✱ Additus in canis dentium. Plin. lib. 23. cap. 7.
✱ Addere in coronat. Plin. lib. 21. cap. 4.
✱ Addere in nares. Plin. lib. 25. ca. 11.
✱ Addere in ouum mane. Plin. lib. 10. cap. 12.
✱ Addi rur in portionem. Plin. lib. 20. cap. 23.
Addere in potu vnguentum. Plin. lib. 13. cap. 3. 4.
Addere de suo. Plautus Menech. 4. 38. Ecquid audes de tuo isthuc addere? Cice. de Aruspicijs ait, Aruspicum verba sunt hæc omnia, nihil addo de meo. Idem ad Sulpitium, lib. 4. 3. 6. Sed aliquid atque adeò multa addunt afferuntque de suo.
Addere in. Cic. Attico, lib. 12. 26. 1. Misi ad te epistolas ad Martianum & ad Montanum, eas in eundem fasciculum velim addas. Id est coniicias. Plin. lib. 12. cap. 21. 1. Et in vnguenta addit ur ab aliquibus, Idem lib. eod. cap. 28. Quæ in vnguenta addit ur ad domandum oleum. Et lib. 29. 1. In medicamenta addere. Rursum lib. 23. cap. 3. In collyria addit ur. Et lib. 11. cap. 19. In mustum si addatur.
Addit hoc, id est, hoc dicit præterea. Terent. Eunucho. 1. 2. 34.
Mercator hoc addebat, i præconibus
Vnde emerat, se audisse abreptam è Sunio.
Addehuc, siue hinc addemodus connectendi sententias pro quo etiam dicitur. Huc accedit quòd, & vtrunque loquendi genus ponitur velut pro aduerbio ordinis. Liu. 7. ab vrbe. 138. Addehuc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudū actas. Pro eo quod est, huc accedit agrorum populatio, &c.
Addeq; eandem vim habet. Horat. lib. 2. Ser. Saty. 7. Addeque supra dictis, quòd nō Ieuius valeat. Ouid. Addeq; q̄ infidiæ sacris à vatibus absunt.
Addo etiam. Cic. lib. 1. Offic. 96. Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo, addo etiam vtilitatem, in posteriore: causa autem & ratio efficiens magnos viros, in priore est.
Addere historiæ maiorē sonū vocis. Ci. 2. de Orat. 29. Paulatìm se erexit, & addidit historiæ maiorē sonū vocis vir optimus Crassi familiaris. An tipater: cæteri nō exornatores rerū, sed tantùmodo narratores fuerūt.
Addere & Demere, cōtraria. Ci. Acad. lib. 4. 9. Quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. Sic ad Lentulum lib. 1. 7. 28.
Addere & detrahere, contraria. Cic. 2. de Diuin. 109. Nūc quidē propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

intermissionum forensis operæ,& lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi.Idē.3.de Ora.17.Equidē sic iudicare soleo, quicqd aut addideris,aut mutaueris,aut detraxeris, vitiosius & deterius futurū.

Addere & Deducere,contraria.Cic.1.Offic.56.Vt boni ratiocinatores officiorum esse possumus,& addendo deducendoque videre quæ reliqui summa fiat,ex quo quantum cuique debeatur intelligas.

¶ Alacritatem scribendi addere alicui.Cicer.Arti.lib.16.335.2. Siquid agis,addis mihi scribendi alacritatem.

Addere animum,pro augere.Plaut.Amph.4.96.Vbi nostris animus additus.Cic.Arti.lib.7.123.6.Quos tu laudando animos addidisti.

Annos duos addiderat ad duo lustra,Id est, natus erat annos duodecim. Ouid.4.Fasto.141.

Aquam addere flammæ, Id est, in flammam ad restinguendum iacere. Tibul.lib.2.eleg.4.9.

Quin tua tunc iuuenes spectent incendia læti,
Nec quisquam flammæ sedulus addat aquam.

Ardorem addere mentibus.Virgil.9.Aeneid.38.

Nisus ait:Dine hunc ardorem mentibus addunt Euryale?

Calcar addere alicui,Stimulare & instigare.Horat.2.Episto.1.44.

Curam redde breuem,si munus Apolline dignum
Vis complere libris,& Vatibus addere calcar,
Vt studio maiore petant Heliconia virentem.

Cornua addere pauperi,Id est superbiam,petulantiam,violentiam. Horat.3.Carm.21.4.amphoram vini alloquens,

Tu spem reducis mentibus anxiis,
Viresque,& addis cornua pauperi
Post te neque iratos trementi
Regum apices,neque militum arma. Simile est illud Ouidii libro.1.de Arte amandi.48.
Vina parant animos,faciuntque caloribus aptos:
Cura fugit,multo diluiturque mero.
Tunc veniunt risus,tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor,& curæ,rugaque frontis abit. Proinde ait Festus, homines nimio vino truces fieri, & ideo Liberi patris simulachro cornua addi.

Astris aliquem addere,Id est,in diuos referre,cœlo adscribere. Ouidius, libro.4.de Ponto eleg.8.13.

Et modo Cæsar auum,quem virtus addidit astris.
Sacrarunt aliqua carmina parte tuum.

Addere cognomen,pro cognominare.Liuius.4.ab vrbe.110. T. Quintius L.filius Cincinnatus (eidem & Pœno cognomen additur) & Cn. Iulius,&c. Virgilius.1.Aeneidos.

At puer Ascanius cui nūc cognomē Iulo Addit.i. cognominat Iulus.

Addere,vel ponere ad compendium.Plaut.Casin.2.1.4.

Curam erue,curam exime,castigare,id ponito ad compendium.
Cano capite,ætate aliena,ea addito ad compendium.
Quoi sit vxor.id quoque illud ponito ad compendium.

Cumulum cōmendationis addere.Cic.ad Cæsarem,lib.13.16.7.Si ad id quod ipsorum causa vis,additeris cumulum cōmendationis meæ.

Addere custodem vel comitem,pro dare.Plaut.Milit.9.69.

Cui me custodem heros addidit esse meus. Idem Aulul.16.20.
Quam quondam Iouī Iuno custodem addidit.Virg.9.Aeneid.47.
Tum comitem Ascanio pater addidit. Sub.Eum.

Dies paucos sibi addere ad dictaturam gerendam.Cic.3.Offic.152.

Addere dono,Quasi insuper dare.Plautus Epid.10.38.

æque etiam fides
Et quæ accessere,tibi addam dono gratis. Id est donabo tibi præterea sine quod vulgò dicitur,Dabo tibi supra vel vltra.

Exemplis melioribus se addere.Hoc est, exempla meliora sequi. Claudian.4.Panegyr.12. -quum se melioribus addens.

Exemplis ciuem gereret terrore remoto. De Imperatore loquitur popularitet viuente,omni fastu depositō.

Facta pollicitis addere,Id est facere seu implere quod promiseris. Ouidius lib.2.Amorum,eleg.16.10.

Siqua mei tamen est in te pia cura relicti,
Incipe pollicitis addere facta tuis.

Addere fidem,pro confirmare.Plin.epist.248.Addebat fidem (quod credibile erat) neminem hoc ausum sine authore.Liu.2.ab vrbe.104.Cōsioni deinde edicto addidit fidē,quo edixit nequis ciuem Romanum vinctum aut clausum teneret.Hoc est,concionem edicto confirmauit.

Fidem pollicitam dictis addere.Ouid.3.Fasto.74.

Atque ita:tempus adest promissi muneris,inquit,
Pollicitam dictis iuppiter adde fidem.

Fiduciam addere alicui.Tacitus libro.17.Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, inrasse in eum Dalmatiæ ac Pannoniæ & Mœsiæ legiones.

Finem addere alicui rei,pro Imponere.Claudian.7.Panegyr.102.

Nec legitur dubiis quis lucibus addere finem
Iustior,& mersum latebris educere verum.

Fræna equis addere Virg.5.Aeneid.162.

Iungit eques curru,genitor,spumantiaque addit
Frena feris,manibusque omnes effundit habenas.

Fugæ se addidit horum mentibus.Vale.Flac.Argonaut.6.36.

Necdum clara quibus sese Fuga mentibus addat. Hoc est . Fuga (hæc nomen est Deæ) nondum certa vtri parti sese adiungat.

Addere gradum,pro Accelerare gradum.Plin.epistо.106.d. Deindemanum eius amplexus ,addere gradum cogo:paret ægre.

Laborem addere alicui rei.Tac.lib.20.Pars castrorum in collem leniter assurgens,pars æquo adibatur.Quippe illis hibernis obsideri premique Germanias Augustus credideratneque vnquam id malorum,vt oppugnatum vlrō legiones nostras venirent.Inde non loco neque munimentis labor additus.Vis & arma satis placebant.

Manus addere in vincula.Ouid.lib.1.Amorum,eleg.7.1

Addemanus in vincla meas,meruere catenas. Id est,coniice in vincula,quòd amicam verberarint.

Addere in spatia.Virgil.1.Georg.ad finem,

Vt quum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt in spatia:& fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga,neque audit currus habenas.

Addunt in spatia.Id est currendo plus eorum cursus augetur. Seruius.

Addere naturam,pro dare.Virgil.4.Georg.

Nunc age,naturas apibus,quas Iuppiter ipse
Addidit,expediam.

Nomen addere alicui.Claudian.5.Panegyr.2.Solem alloquitur poeta,

Scis genus Auchen iuminec te latuere parentes
Aun fadæmam sæpe soles ductoribus illis
Instaurare vias,& cursibus addere nomen. Hoc est, ab eorum Consulatibus nomen annis imponere.

Addere operam,pro dare operam.Plaut.Pœn.14.48.Vt ego hanc familiam interire cupio.M.adde operam si cupis. Idem Persa.16.159.

Optata vt conueniant operam addito.

Partes illæsas addere vitiatis.Ouid.2.Metamorpho.821.

Vt quę malum latē solet immedicabile cancer
Serpere,& illæsas vitiatis addere partes.

Pœnam aliquid addere,ni,&c.Ouid.3.Metamorpho.1.

Quum pater ignarus natam perquirere Cadmo
Imperat,& pœnam,si non inuenerit,addit Exilium.

Scelus addere in scelus.Ouid.8.Metamorpho.97.

Vlciscor,facioque nefas,mors morte pianda est.
In scelus addendum scelus est,in funera funus.

Spem & metum addere alicui. Tacit. lib.17. Quum tamen ardor & vis militum vltro ducis munia implebat,vt sit adesset imperator, & stremuis vel ignauis spem metumque adderet.Hoc est, strenuos hortaretur & bene sperare iuberet,ignauis metum & terrorem incuteret.

Stimulos in præsta menti addere.Lucanus lib.1.34.

Ecce faces belli,dubiæque in præsta menti
Vrgentes addunt stimulos,cunctasque pudoris
Rumpunt fata moras.

Addere vitium pudicitiæ dicitur is qui alienam pudicitiam violat,quod etiam offerre vitium dicimus.Plaut.Amphi.8.177.Pudicitiæ huius vitium me hīc absente est additum.

Vocabulum aliquod filio addere.Claudian.in laudibus Serenæ reginæ, epigra.22.22. Addidit & proprio Germana vocabula nato.Hoc est, filio suo nomen fratris indidit.

Virtutē addere.Sallu.Cōpertū habeo,milites,verba virtutē non addere.

Addidit multum reipub.pro multum profuit,siue contulit.Hoc est,reipub auxit,adiuuit .Sallust. Iugurth. Quorum maiores Punico atque aliis bellis multum reipub.addiderant.

Additus, addita,additum, pen.correp. (παροτρύνω,ὠθέω,) Participium ex addor,A dictus,adiunctus.

Addita ætate,quasi aucta & adulta.Plin.lib.11. cap.48. 1. Itaque in infantia scabunt aures posterioribus,quod addita ætate non queunt.

Additus pro inimico.Virgil.5.Aeneid.18.

-nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit, Vbi Seruius, Addita,Inimica.Est autem verbum Ciceronis & antiquorum, vt Plautus , Additus Iouī Argus . Vide Macrobium lib.6.Satur.cap.4.

Additus est vnus annus tuo labori.Cic.ad Q. fratrem.1.1.6.

Additus Voculæ in partem curarū Herennius Gallus legatus.Tac.li.20.

Calor viæ additus est omnibus,Hoc est, vehemens eundi voluntas . Val. Flacc.Argonaut.1.55.

Omnibus inde viæ calor additus:ire per altum
Magna mente volunt.

Addito vicies tanto aquæ.Plin.lib.14. cap.4. de vino Maroneo, Maroneum vicies tanto addito aquæ miscendum Homerus prodidit.

Addito tempore , Quod vulgò dicunt , Successu temporis . Tacitus libro.12.Ateuim noua nobis in fratrum filias coniugia, sed aliis gentibus solennia,nec lege vlla prohibita.Et sobrinarum diu ignorata,tempore addito pererebuisse.

Addito

Addito vt. Plin.lib.15.cap.16. Similiter deligi & ex locis succis,& ante perfectam maturitatem,addito vt luna infra terram sit.

Additamentum,additamenti, (προσθήκη.) Verbale,quod additum est, id est accessio. Cicer.pro Sestio.57. intercesisse Ligus iste nescio quis, additamentum inimicorū meorum. In oratione de Repub.ordinan. ad Cæsare.Reliqui de factione sunt iacentissimi nobiles,in quibus præter nomen nihil est additamenti.

Addóceo,

addoces,pen.corr.) προσδιδάσκω,)addocēre.Idem quod simplex Doceo,vel abunde seu vehementer doceo. Horat.lib.1.epist.5.4.

Quid non ebrietas designat?operta recludit:
Spes iubet esse ratas,in prælia trudit inermem:
Sollicitis animis onus eximit:addocet artes:
Fœcundi calices quem non fecere disertum? Addocet artes,quia ebrii confidentius loquuntur, & plura scire se putant,quàm quum sobrii. Sunt tamen qui legant ac docet.

Addormísco,

addormiscis,(προσκοιμάομαι,) addormiscere, Verbum formatum ab Addormio:quod fortasse tamen in vsu non est. Opponitur verbo expergisci. Suet.in Claudio Cæsare,cap.8.Et quoties post cibum addormisceret (quod ei ferè accidebat)olearum ac palmularum ossibus incessebatur. In quibusdam codicibus legitur obdormisceret.Hoc tamen verbum cum eo ipso exēplo ponitur à Sipontino.

ADDVA,(ἀδδούα,) Strabo.fluuius est,Larium lacū influens.Plin.lib. 2.cap.103.de aquarum miraculis, Quædam verō & dulces inter se supermeant alias.Vt in Fucino lacu inuectus amnis,in Lario Addua,in Verbano Ticinus,in Benaco Mincius,in Lemano Rhodanus.

Addua celer.Claudian.in sextum Consul.Honorii,

-celer Addua nostro
Sulcatur socero.

Addua cæruleus. Idem ibidem,

Colla leuant pulcher Ticinus,atque addua visu
Cæruleus. Fluit ex Alpibus in Padum.

Addua spumosus. Claudian.4.Panegyr.92.

Addua quo scissas spumosior mcitat vndas.

Addúbito,

4.to. addubitas,pen.corr.(προσδιστάζω,)Horat.1.Serm. -& inutile facin

Nēcne sit,addubites?flagret rumore malo quum
Hic,atque ille. Addubitare,aliquantum dubitare,quod & subdubitare dicitur. Cic.Volumnio,lib.7.33.1. Quod sine prænomine familiariter,vt debebas,ad me epistolam misisti,primum addubitani num à Volumnio senatore esset. Idem Cecinnæ, lib.6.6.15. Habes augurium meum:quo,siquid addubitarem,non potius vterer, quàm illa cōsolatione. Sic in Orat.76.

Addubitare paululum de.Liuius.1.ab vrbe.18. Proditoribus extēplo in vincula coniectis,de legatis paululum addubitatum est. Aduerbium (paulatim)addidit ad imminutionem significantius exprimendam.

Addubitatus, (προενοούμενος.) Participiū à verbo addubitatur,vt Res addubitata:hoc est de qua dubitaueris. Cic.1. Off.Eo(q; magis,si plus adipiscare re explicata boni,q; addubitata mali. Idē.1.de Diuinat.169.Cōsuli mittimur,addubitato salutis augurio, bellū domesticū ac turbulentum fore. Hoc est, propter dubiū & incertum augurium.

Addúco,

adducis,pen.prod.adduxi,adductū(προσαγωγεύς) adducere,Ad locum vel persona ducere:cui cōtrarium cum altero accusatiuo & prepositione ad vel inuī, Adducito cras ad me fratrem tuum. Hic tamen accusatiuus cum prepositione nūquā suppr.mitur.Plaut.Merc.18.11.Num in hanc vicinitatē adductam aurumant? Cic.ad Att.lib.8.15.3.Gentes feras ærmatas in Italiā adducere.Terent. Heaut. Adducimus tuam Bacchidem. Sub.ad te. Idem Phorm.5.6.41.Denique ego sum missus,te vt requirerem atque adducerem. Ibidem.2.1.79.Abi,Phædria,eum require,atque adduce huc. Cic.pro Quintio.12.Qui ex Gallia pueros venales illi adducebat.

Adducere intrō in ædes.Plaut.Mer.17.11.

Adducere ad prandium,& simula.Plaut.Menech.24.83.

-meretrix hæc ad prandium
Me adduxit. Terentius Heaut.1.2.9.
-aduersentem,à naui egredientem ilico Adduxi ad cœnam.

Adducere ad prandium ad se.Plaut. Pœn.19.3. Etiam me ad prandium ad se adduxit ignauissimus.Hoc est,prandendi apud se gratia.

¶ Adducere alicui,Id est eius causa.Terent.Hecy.5.2.4.

Noster socer,video,venit:puero nutricem adduxit.

Adducere alicui ante oculos.Terent.Heaut.5.4.18.Non mihi per fallacias adducere ante oculos? Idem Eunu.4.1.9. Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulum.

Adducere huc corām.Terent:And.5.3.29. Sine me expurgem,atque illum huc corām adducam.

Adducere ante oculos corām.Teren.Eunu.4.7.14. Quæ mihi ante oculos amatorem corām adduxisti tuum?

Adducere in conspectum populi,Liuius.9.bel.Mace.201.

Adducere domum.Plaut.Asin.16.87.

Adducito me seruitum tibi.Plaut.Pseud.7.105.

Adducere à foro,ex Italia.Plau.Milite.1143. Iam hercle ego herum ad ducam à foro.Sub.huc.Cæsar,Quod ex Italia adduxerat.

¶ Adducere hominem ad,siue in rem aliquam. Est ad aliquid agendum inducere,scitare,impellere,& quasi aliquid pſuadere: vt, In opinionē suā me adduxit,quod est,persuasit mihi vt sibi assentirē. Tua promissa huc me adduxerunt,id est,ad hoc me induxerunt,impulerunt. Quæ si quis factio,in passiuo quoque manetvt, Nō potuit adduci in eam sententiam. Adduci non possum vt id credam. Hinc dicimus , Adduci re aliqua,id est,ob eam rem moueri vel impelli ad agendū quidpiam:vt, Adduci precibus. Huius igitur generis hæc sunt exępla ex authorib⁹.

Adducere aliquem ad arburrium suum.Cicer.in epistо.Neque ita feci, vt te ad meum arbitrium adducerem. Adductos in eam opinionem,Cicero.pro Cecinna.10. Adducere aliquem in nostram sententiam, Liui. 4.bel.Mace.219. Ibidem lib.6.48. Adductus in eam voluntatem, Cicer.Attico,lib.1.14.7.

Adducere ad authoritatē.Ci. pDeio.20.Hīc ad meā authoritatē nō potui adducere.Hoc est,nō potui illi pſuadere vt authoritati meę accederet.

Adducere in cognitionem.Cicer.Post reditum in Senatu.14. Nō te illius vnguentorum odor , non vini anhelitus , non frons calamistri notata vestigius,in eam cognitionem adduceba?

Adducere ad concordiam.Cic.Attico,lib.7.123.2.Siue enim ad concordiam res adduci poteit,siue ad bonorum victorium,&c.

Adducere ad conditionem aliquam.Ci.Att.lib.8.168.1.Qui vt adduci talitem ore ad vllam conditionem possit,magis opto,quàm spero.

Adducere ad consuetudinem,& adducere se in consuetudinem. Cicer.2. Tuscul.13.Ad quam nos consuetudinem à familiaribus nostris adducti.Id est,illi rei assuefacti.Cæsar.4.bel.Gal.467.In eam se consuetudinem adduxerunt,vt locis frigidissimis,neque vestitus,præter pelles habeant.Ho c est.seipsos assuefecerunt.

Adduci ad dubitationem.Plin.lib.2.c2.26.Emisque motu,qua die fulsit, ad dubitationem est adductus,anne hoc sæpius fieret.

Adducere in dubitationem.Cicer.Appio,lib.3.6.7. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere. Hoc est ad dubitandum impellere.Facere vt dubites.

Adduci in dubium.Lauius.4.bel.Pun.66.

Adducere in expectationem,vel in spem.Cicer.1 Tuscul.61.An tu, cum me in summam expectationem adduxeris,dei ſis? Idem Attico, lib. 2.17.4.In eam spe adducimur, vt nobis ea conuentio quæ impēdet,interdum non fugienda videatur.Hoc est , ad id perandum inducimur, in eam spem venimus,ita speramus,vt,&c.

* Adducere in crimen.Vide CRIMEN.

Adducere ad facinus.Cicer.pro Roscio Amer.52.Num quærenda causa, quæ te ad tantum facinus adduxerit?

Adducere ad vel in fletū.Ci.de cla.Ora.180.Idē Terentię,lib.14.1.10.

Ad indignationem ad iracundiam.Author ad Herennium,lib.4.Ad quā volemus indignationem animum auditoris adducemus.

Adducere ad intelligendū.Ci.1.Aca.10.Aut quem ad intelligēdū poterit adducere hæc ipsa de vita & moribº,de expetēdis, fugiendisq; rebº.

Adducere in metum,Metum alicui incutere.Liui.3. Deca lib.10.Claudium Cōsulem profectum atrox vis tempestatis adorta,in metum ingentem adduxit.Tacit.lib.15.Ruffum Tigillinus fatigabat criminationibus,ac sæpe in metum adduxerat Agrippinæ.Cicer. pro Murena 46.Cum tu populi Romani in eum metum adduxisti, vt pertimesceret, ne consul Catilina fieret.Hoc est,ad metuēdum sic impulisti: & quod dici solet,Fecisti illi tantum metum,vt,&c.

Ad misericordiam.Terent.Heaut.5.2.41.

Adducere in necessitatem.Liu.8.ab vrbe.33. Méque in eam necessitatē adduxisti,vt aut reipub mihi,aut mei,meorumque obliuiscendum sit. hoc est,ita me coegisti,eò me impulisti,vt,&c.

Adducere in negligentiam.Hirtius de bello Afri.lib.5.258. Dum hostes quotidiano instituto,sæpe idem faciendo, in negligentiam adducerentur.Id est negligentes fierent.

Adducere ad nequitiam,quod & Abducere dicitur.Plaut.Bacch.1.4.Lycurgus posset hic ad nequitiam adducier.

Adducere in opinionem.Cicer.Lentulo,lib.1.1.11.Libonis & Hipsei nō obscura concursatio & contentio, omniumque Pompeii familiarium studiosi,in eam opinionem rem adduxerūt,vt Pōpeius cupere videatur.Id est,illis rebus populum in eam suspitionem adduxerunt,vt,&c. Sermo est in compendium redactus.

Adducere in ordinem.Cicer.de vniuersitate.11.Ideoque ex inordinato, in ordinem adduxit. Idem.4.Acad.111.Eas primum confusas,postea in ordinem adductas mente diuina.

Adduci in periculum.Liuius.5.bel.Maced.35.

Adducere ad vel in seruitutem.Cicer.in Pisonem.67.

Adducere in solicitudinem.Cicer.Caslio.12.3.

Adducere in voluntatem.Cicer.ad Attic lib.1.14.9. Pōpeium adduxi in

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam voluntatem, vt in Senatu non semel, sed sæpe multisque verbis suis mihi salutem imperii atque orbis terrarum adiudicarit.

Adducti in sermonem. Cicc. 5. Verr. 119. Qui absesse omnem suspicionem propulsare, qui se eripere ex infamia cuperet? Adductus erat in sermonem, inuidiam, vituperationem. Hoc est, male audiebat, odio habebatur, vituperabatur.

Adduci in suspicionem. Cic. Att. lib. 2. 19. 2. Pollicitus est sese curaturū vt in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. Idē. 2. de Invent. 140. Nisi animus eius qui insimulatur in eam suspicionem adducetur, vt à tali culpa videatur abhorruisse.

Adducere ad veritatem. Cicero. in Bruto. 35. Quis non intelligit Canaſugna rigidiora esse, quàm vt imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, sed tamen mollhora, ut Canachi. Nondum Myronis satis ad veritatem adducta, iam tamen quæ non dubites pulchra dicere.

Adducere ad vitam communem. Cicc. 1. Acade. 22. Auocauisse philosophiam à rebus occultis, & ad vitam communem adduxisse.

¶ Adducere rem aliquam ad vtilitatem. Varro. 1. de re rusti. cap. 20. 3. Cōsuetudine creberrima ad vtilitatem adducito. Id est fac vt in vsum tuum veniant, vt tibi sint vsui. De nouellis iuuencis loquitur.

Adducere in certamen rem aliquam. Cic. in Pisonem. 63. Adducta res in certamen te consule purabatur, vtrum quæ superiore anno ille gessisset, manerent, an rescinderentur.

Adducere in controuersiam. Cic. 1. de Orato. 90. Mediocrisue res in controuersiam adducta est? Sic In eum statum, & In eum locum. Cicc. ad Brutum. 1. 4. In eum autem locum rem addoctam intelligit, vt vtrique salui esse non possint. Hoc est in eum statum redactam. Idem Attico, lib. 2. 19. 2. Rem in eum locū adduxit, vt dicerer tibi certum esse, cum suis sertis in Pompeium impetum facere. Liu. 3. ab vrbe. 151. Vnde seruitutem timendo, in eum statum rempublicam adduxerant.

Adducta vita in extremum. Tacit. lib. 14. Non eo loci res suas agi, vt de matrimonio certet (quanquam id sibi vita potius) sed vitam ipsam in extremum adductam à clientelis & seruitiis Octauiæ.

Adducta res in fastidium. Plin. in præfa. ad Vespas. Alia verò ita multis prodita, vt in fastidium sint adducta.

¶ Adducere aliquid in honorem. Cic. Gallo. lib. 7. 17. 5. Nam dum volunt isti lauti, terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere fungos, helluellas, &c. Hoc est facere, vt illa in honoré ac pretiō veniant.

¶ Adducere aliquem in inuidiam. Valla lib. 1. Siquis referat ostendátque calamitates suas, vt author calamitatum, odium cæterorum conciet hoc vocatur inuidiam facere, vel vocare vel adducere in inuidiam. Cicero pro Cluentio. 83. In summam enim I. Quintio inuidiam conciebus eum quotidianis, seditiosis & turbulentis adduxerat. Idem. 3 Offic. 88. Qui optimum & grauissimum ciuem, cuius legatus, & à quo missus esset, in inuidiam falso criminе adduxerit.

¶ Adducere hominem, vel rem aliquam, ad vel in ius, siue iudicium. Liuius. 9. bel. Mace. 171. Ipse pro se orauerit, scripseritque nonagesimo anno, Sergium Galbam ad populi adduxerit iudicium. Cic. pro Cluentio. 36. Quis vnquam audaciorquis nocentiorquis apertior in iudicium adductus est? Idem. 3. Officio. 88. Adducta res in iudicium est. Idem pro Placco. 58. Adductus est in iudicium Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione, huius ipsius tutelæ nosc. Idem pro Quintio. 15. Vt te in ius adduceremus.

Adducere rem ad mucrones at manus. Tacitus in vita Agricolæ, Agricola tres Batauorum cohortes ac Tungrorum duas cohortatus est, vt rem ad mucrones ac manus adducerent.

Adducere in odium. Senec. de ben. lib. 2. cap. 4. Ar plerique sunt, qui beneficia asperitate verborum & supercilio, in odium adducunt. Id est, facsunt vt habeantur odio.

Adducere in oblivionem. Cicc. 5. Verr. 32. Cum accusatio nostra in oblivionē diuturnitatis adducta sit.

¶ Adducere præterea declaratur per verbū redigere: vt, In angustū res adducta est. Cic. in Lælio. 12. Contracta res est, & adducta in angustū.

Adducere aliquem in summas angustias. Cicc. pro Quintio. 10.

¶ Adducere nonnunquam refertur ad ea quę intenduntur & remittuntur, vt ad arcum, & ea tela quę amentis, loris, funibusue intorquentur: cui contrarium est remittere. Virg. 5. Aeneid.

Pòst acer Mnesthеus adducto constitit arcu,
Alta petens: pariterque oculos, telumque tetendit. Cicc. 2. Tuscu. 97. reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius. Virgil. 9. Aeneid.

Stridentem fundam positis Mezentius armis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena. Idem lib. 12. 38.

Adductisque amens subsistit habenis. Sic Adducto lacerto, Idē. 9. Aenei. Oeyus adducto torquens hastile lacerto. Hinc etiam Adducere equorū habenas & remittere dicimus. Quo genere loquendi Cicero vsus est per metaphoram, vt in Lælio. 42. Quàm cōmodissimū esse laxissimas habenas habere amicitiæ: quas vel adducas cum velis, vel remittas.

Adducere lorum, pro astringere. Liuius, Quum apparitor verecundia maiestatis Posthumium laxè vinciret. Quin tu, inquit, adducis lorum, vt insta fiat deditio? Budæus.

¶ Adduci, quandoq; declaratur per verbū venire: vt, Res in crimen adducta est. Hoc est si crimē, siue in criminationē venit. Plin. li. 22. c. 25. Inter ea quæ temere mandantur, boletos meritò posuerim, opimi quidē hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem à coniuge Agrippina dato.

Adduci in discrimen. Cicc. pro lege Agraria. 21. Quòd si solus in discrimen adducerer. Idem. 6. Philipp. 217. Res in extremum est adducta discrimen. Idem pro domo sua ad pontific. 60. Et pro Deiotaro 1. Crudelis Castor est, qui nepos auū in discrimen capitis adduxerit. Idem ad Attic. lib. 5. 100. 2.

¶ Adducere, pro Contrahere. Ouidius. 3. Metamorpho. 80.

Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ,
Adducteque cutem macies, & in aera succus
Corporis omnis abit, vox tantū atq; ossa supersunt. Virg. 3. Geor. 96.
Nec via mortis erat simplex: sed vbi ignea venis
Omnibus acta sitis, miseros adduxerat artus:
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Ouid. ad Pisonem. Sēu te grauiora vocarunt,
Seu leuiora iuuant: nec enim facundia semper
Adducta cum fronte placet. Id est contracta, rugata, seuera.

¶ Adduci re aliqua, vt benignitate, iniuria, &c. Cicero. 5. Verr. 165. Qui benignitate adducti per beneficium & gratiam ciuitatibus concesserunt, vt nummos pro frumento darent. Sic.

Adduci commendatione alicuius. Cic. lib. 3. epistо. 55. ad Thermum.

Mercede. Cicero libro. 1. de Orat. 98.	Rationibus. Cic. 1. Tusc. 112.
Metu. Cic. 5. Verr. 45.	Spe mercedis. Cic. de Amic. 30.
Officio. fide. Cic. 4. Verr. 3.	Studio certandi. Cicero. 4. Academ. 117.
Odio. Cic. Attic. lib. 1. 13. 5.	Temporibus. Cic. 1. Offic. 61.
Oratione. Cæsar. 1. bel. Gal. 15.	Testimoniis. Cic. 7. Verr. 123.
Ostentatione aliqua. Cicero 4. Acad. 117.	Voluntate. Cicc. ad Antonium lib. 5. epistо. 5.
Pretio. Cicc. pro Cecinna. 21.	His rebus adducti. Cæsar. 1. belli
Precibus. Cic. Atti. lib. 14. 318. 4.	Gallici.

Adducere vel adduci vt. Cic. 5. Tus. 46. Adducis me vt tibi assentiar. Id est me inducis, mihi persuades. Idem de Senectute. 30. Nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto sit. Idem Philip. 8. 253. Nam illud quidem non adducor vt credam.

Adduci non possum, aut vix possum vt. Cic. 4. de finib. 89. Quodāmodo nō posse adduci vt inter eas res, quas Zeno exæquaret, nihil interesset.

Adduci illuc vt. Cic. 1. de Finib. 23. Nam illuc quidem adduci vix possum, vt ea quæ senserit ille, tibi non vera videantur.

¶ Adducere febres. Horat. lib. 1. Epistо. 6. 2.

Officiosaque sedulitas, & opella forensis
Adducit febres, & testamenta resignat.

Adduxere sitim tempora Virgil. Horat. 4. Carm. 12. 3. O Virgili, tempus æstiuum adduxit sitim.

Adducere tædium alicuius rei. Pli. li. 30. c. 15. 10. Ebriosis quæ nocte p triduū data in vino, tædiū eius adducūt. Id est inducunt vini fastidiū.

Adducere vultum ad tristitiam, Id est, contrahere. Senec. epistо. 58. Irasci & vultū adducet sapiens ad tristitiam, & inhorrescet ad subitā.

Adductus, participium, (περεσπασμένος.) Vide in ipso verbo.

Adductus, pro contractus. Plinius lib. 1. epist. 16. Pressior tantùm, & circunscriptior, & adductior. De Pōpeio Saturnino loquitur, qui in scribendo studebat breuitati.

Addúplico, addúplicas, penul. corre. (ἐπιδιπλόω,) adduplicare, Idem quod simplex duplico. Plaut. Pœnu. 7. 61.

Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.

Adechastus, (ἀδέχαστος,) qui neque præmio neque metu à iustitia digreditur. Cælius Antiq. lect. lib. 12. cap. 46.

Adedo, ades, siue ādidis, penul. corre. adēdi, adēsum, (κατεσθίω,) adesse vel adedere, Idem quod simplex edo, vel exedo, fiue consumo. Virgilius. 4. Georg. 49.

- nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio: & lucifugis congesta cubilia blattis.

Adēsus, adēsa, adēsum, pe. prod. (κατεδηδοκώς,) Participium ab adedor, id est, consumptum, aut Nonius. Lin. 1. ab vrbe. 30. Portè ita euenit, vt Potitii ad tempus præsto essent, illisque exta apponerentur, Pinarii extis adesis ad cęteram venirent dapem. Cicc. 2. Tuscul. 43. Cum verò adesum, inflatu renouatum est iecur.

Adesum frumentum, Consumptum. Sisenna histo. lib. 3. Iisdem temporibus Aesernini duplici fossa vallóque circundati, frumento adeso, qđ ex areis in oppidum portatum est. Festus.

Adesa pecunia, pro absumpta, metaphoricè. Cic. pro Quintio. 22. Quis tam potitus ac profusus nepos, nō adesa iam, sed absūdanti pecunia sic dissolutus fuisset vt fuit Sex. Nęuius? Tacit. lib. 17. Aut q adesis bonis per dedecus

per dedecus alebantur. Lucretius libro. 5. 190.

Ad quos effugium seruarat corpore adeso. Horat. 3. Carm. 29. 8.

Lapides adesos. Id est, vi aquarum corrosos.

Fortunæ omnes adesæ. Tacitus lib. 13. Nec si Iturius & Caluisius adesis omnibus fortunis, nouissimam susciendæ accusationis operam anui rependunt, ideo aut mihi infamia parricidii, aut Cæsari conscientia subeunda est.

ADELPHIVS, nomen viri proprium. Hic fuit Antonio familiaris, eiusque in Parthos expeditionem conscripsit, in qua ipse & adfuit & præfuit. Author Strabo libro. 11.

Adelphos, (ἀδελφός,) Latinè Frater dicitur. Vnde Adelphi, Comœdia Terentii, Id est fratres, quòd de duobus fratribus, Aeschino & Ctesiphone loquatur, inscripta est.

Ademptio, Vide ADIMO.

Adenes, pen. corr. (ἀδένες,) In se conuolutæ carnis durities, siue glandulæ quæ quum indurescerent, chordæ dicebantur, id est scrophulæ vocantur, teste Aegineta lib. 3. Sunt tumores in gutture glandium sustar. In homine tonsillas, in sue verò glandulas dici author est Plinius lib. 11. cap. 37.

Adeò, (τοσοῦτον οὕτως,) adverbium quantitatis, vel potius intendendi. Festus. Adeò quum secunda acuta effertur, idem est quod vsque eo, non quidem secundum rationem quia (ad) præpositio accusatiuis accōmodata est, sed vetusta quadā loquendi cōsuetudine.

Adeò vt, separatim in duobus membris. Terent. And. 1. 1. 92.

- & vultu Sosia

Adeò modesto, adeò venusto, vt nihil supra. Id est tam. Cic. pro Flacco 37. Neminem quidē adeò infatuare potuit, vt ei nūmi vllū crederet.

Adeò pro eò adverbio. Terent. Heaut. 1. 1. 61.

Postremo, adeò res rediit, adolescentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo victus est.

Adeò, apud poetas, præsertim comicos, sæpe est particula ornatiua, seu mauis expletiua: quippe nihil ad sensum conferens, sed vel ad sermonis ornatum, vel ad metrum explendum adhibita. Et in hoc genere, aduerbium ornatiuum aut expletiuū dici potest. Plaut. Curcul. 15. 37

Nunc adeò, vt tu scire possis leno, meā sententiā. Terent. And. 4. 5. 20.

Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua. Virg. 2. Aeneid. Iámque adeò super vnus eram. In his, & similibus Donatus & Seruius dicere solent, abundat (adeò) aut vacat (adeò.) In prosa quoque oratione sic legitur, sed rarius. Liuius. 4. belli Pun. 147. Sed furōre adeò omnium aures concitatæ multitudinis erant, quòd non minore intus vi, quàm foris, portæ effringerentur. (Quod) pro quia hic accipiendum nequit potest esse pro VT positum.

¶ Id adeò, pro Id verò, vel Agedum. Cicc. 6. Verr. 124. Id adeò, Iudices, vt mihi ab illis demonstratum est, sic vos ex me cognoscite. Et paulò pòst. 125. Id adeò ex ipso Senatusconsulto cognoscite. Idem pro Cecinna. 63. Id adeò si placet cōsyderate. Et pro Cluentio. 64. Id adeò sic cognoscite.

¶ Adeo, pro Nedum. Tacitus lib. 10. Fauore militū anxius, ac superbia viri, superiorum quoque adeò æqualium impatientis.

¶ Adeo, pro Etiam, citra auxesin. Terent. And. 5. 6. 13.

-factorum quæ volet, ício esse omnia.

P. Memini, atque adeò longum est, nos illum expectare. Idem Eunu. 3. 3. 10. Siue adeo digna res est, vbi tu neruos intendas tuos. Tametsi Donatus, more suo, pro nimis hîc accipit, aut vacare dicit.

¶ Adeo, pro Valde, siue multum, Seruio interpretēque Donatus satis durè, per (nimis) declarare solet. Terent. Eunu. 1. 2. 124. Adolescentē adeo nobilem. Idem Adel. 1. 1. 11. Is adeo dissimili studio est. Virg. 4. Aeneid. Nec me adeo fallit.

¶ Adeo videtur interdum pro Certè accipi. Plaut. Epid. 4. 10.

Cuius quoties vides sepulchrum, sacrificas
Orco illico hostiam: neque adeo iniuria. Terentius And. 2. 6. 9.
Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ,
Propter hospitæ huiusce consuetudinem?

D. Nihil hercle aut si adeo, bidui, aut tridui est

Hæc sollicitudo. Sensus est, Aut certè si molestę sunt illi nuptię, hęc, &c. Cic. lib. 2. de Orat. 9. Magis adeo id facilitate, quàm alia vlla cuipa mea contigit. Idem ad Att. lib. 9. 189. 3. Delabella tuo nihil scito mihi esse iucundius: hanc adeo habebo gratiam illi.

¶ Adeo pro Etiam, quum præcedit Atque, ferè accipitur: idque sæpius cum auxesi. Cic. in Catil. 3. Eorum autem castrorum imperatorem, duce mque hostium, intra mœnia, atque adeo in senatu videtis. Hoc loquendi genus magnam auxesin habet, quasi tu dicas, Non solùm intra mœnia, sed etiam (quod maius est) in senatu. Idem pro Plancio. 38. Infector, posco, atque adeo flagito. Plaut. Casina, Eiurio, atque adeo haud parum sitio. Cic. in Verr. Cum magno detrimento, atque adeo exitio vectigalium. Trebonius Ciceroni lib. 12. 16. Nihil adolescente tuo, atque adeo nostro (nihil enim mihi à re potest esse seiunctum) amabilius omnibus iis qui Athenis sunt. Cic. pro Cluentio. 63. Clamore hominum de foro atque adeo de ciuitate esse sublatum. Idē in Pisonem, 33. O dii immortales tūne etiam, atque adeò vos geminæ voragines sepulq; Reipublicæ, vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis? Idem ad Attic. libro 15. 327. 2. Quòd ad te antea atque adeò prius scripsi, fecisti me aciorem.

¶ Adeo si Plin. lib. 36. cap. 10. 5. pro tantum si vel multo magis si.

Adeo non, &c. vt, pro Tantum abest vt. Colum. libro 7. cap. 12. Quod etiam si fieret, supernacaneus tamen erit cultus, quum sola hæc res adeo non infestetur herbis, vt ipsa herbas perimat. Plin. lib. 10. capite. 74. Librat araneus se filo in caput serpentis porrectæ sub vmbra arboris suæ, tantáque vi morsu cerebrum apprehendit, vt stridens subinde, ac vertigine rotata, ne filum quidem desuper pendentis rumpere, adeo non fugere queat nec finis ante mortem est. Idem lib. 11. cap. 6. Circa apes aut temporum locorúmve rario mutata est, aut errauerunt priores. Conduntur à Vergiliarum occasu, sed latent vltra exortum: adeo non ad veris initium, vt dixere.

¶ Adeo, per se positum in sententia absoluta. Virgil. 3. Georg. Adeo à teneris consuescere multum est. Cicero 1. Offic. 55. Priore amisso iure, cum hostibus pugnare non poterat: adeo summa erat obseruatio in bello mouendo.

¶ Adeone. Terent. And. 4. 5. 18.

Adeóne videmur vobis esse idonei, In quibus sic illudatis? Pro eo quod est, vt nobis sic illudatis? Cic. pro Cluentio. 136. Adeone erat stultus, vt illam quam tum ille viuebat, vitam esse arbitraretur? Idem pro Rabirio. 21. Adeone hospes huiusce vrbis, adeóne ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ, vt hæc nescias?

¶ Adeo vt, connectitur in eodem membro. Plaut. Capt. 2. 61.

- ego faciam vt pugnam inspectet non bonam:
Adeo vt spectare postea omnes oderit. Cic. ad Q. fratrem lib. 1. 24. Rempublicam funditus amisimus: adeo vt Cato adolescens nullius consilii, sed tamen ciuis Romanus & Cato, vix viuus effugeret.

¶ Adeo non sequente vt, sed subaudito. Virg. 1. Aeneidos.

Quis genus Aeneadūm, quis Troiæ nesciat vrbem?
Virtutesque, virósque, aut tanti incendia belli?
Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni. Sub. vt hæc ignore mus.

Adeoúsque, siue vna est dictio, siue duæ, idem est quod vsque adeo. Plaut. Asin. 7. 62. - age age mane ro
Tuo arbitratu, vel adeousque dum peris. Pro vsque dum, id est donec: nam (adeo) hîc nihil efficit.

Adeo, adis, adiui vel adii, aditū, pe. cor. (προσέρχομαι, πρόσειμι,) adire, Ex ad, & verbo eo, is compositum, Festus, A deo, quū prima acuta effertur, idē significat quod accedo: vt eū dicimus, Adeo prætorē. Hæc Festus. Iūgitur autem propriè accusatiuo sine præpositione. Plaut. Truc. 4. 23. Adi nos. Hoc est ad nos accede. Cicc. 4. Acad. 172. Tribunum aliquem censeo adeant. Strat. lib. 1. Syl. 6. 192. Hæc cernens, alias adiuit vrbes. Versus est hendecasyllabus.

Adire videtur interdum plus aliquid significare, quàm accedere. Terent. And. 3. 3. 3. Aliqui me adiere, ex te auditum qui aiebant. Vbi Donatus, Adiere, non accesserūt: quia aditus, arduus, difficilisque est. Ergo Adiere, quasi importune & interpellantes adierunt.

Adire aliquē, siquid velit. Cic. ad Appium Pul. lib. 3. 9. 7. Te adeunt ferè oēs, siquid velis. Hoc est rogantes an aliquid velis ad tuos scribere.

Adire aliquos cum cura. Tacit. lib. 17. Vitellius inferiorem Germaniam ingressus, hyberna legionum cum cura adierat. Hoc est diligenter, non segniter aut iniuriosè.

Adire aliquem legatione. Tacit. libro 17. Quies & Illyrico: quanquam excitę à Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent.

Adire aliquem per epistolam. Plautus. Per epistolam, aut per nuntium quasi regem eum adiri aiunt.

Adire aliquem scripto. Tacitus libro 4. At Scianus nimia fortuna fossors, & mulierbri insuper cupidine incensus promissum matrimonium flagitante Liuia, componit ad Cæsarem codicillos. Morā quippe tū erat quanquam præsentem, scripto adire.

Adire quempiam de re aliqua, id est ob eam, propter eam. Terē. Hecy. 2. 1. 9. Adii te heri de filia. Hoc est filiæ causa, siue propter filiæ negotiū.

Adire aliquem postulatum. Plaut. Bacchid. 8. 38. Quum patrem adeas postulatum, puero sic dicit pater. Hoc est, quum patrem adeas, vt ab eo postules aliquid.

Adi huc. Plaut. Trucul. 11. 60. - accede huc modo,
Adi huc modo. Visuatus ac venustius est, accede huc.

Adire contrà, pro obuiam ire. Plaut. Rud. 6. 18. Vbi es? P. ecce me, adi contrà. Idem Bacchid. 11. 6. Is est, adibo contrà, & tollam gradum.

Adire ad aliquem, pro ire, aut etiam venire. Plaut. Asin. 12. 13. Adi ad me vicissim. Pro, veni ad me. Terent. And. 2. 1. 17. Quid tibi videtur? adeón' ad eum? Vbi Donatus. Adeone ad eum, consuetudine magis quàm ratione dicitur. vnum enim AD abundat. Cicero 6. Verr. 100. Sese à finis ciuibus hæc habere mandata, vt ad Verrem adirent. Ibidem. 97. Aditum est ad libros Sibyllinos. Idem 3. Verr.

86. Ceteri hæredes adeunt ad Verrem. Idem ad Appium lib. 3. 10. 19.
Adire ad me quosdam memini, qui dicerent, &c.
Adire ad fores, ædes, &c. Plautus Bacchid. 1 2. 6. Adi actutum ad fores. Idem Aulul. 5. 24. Nam ad ædes nostras nusquam adiit. Id est, non venit. Cic. in Verrem, Homines tenues, obscuro loco nati, adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt.
Adire ad arbitrum de aliquo nomine. Cicero pro Roscio Comœdo, De quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad iudicem venisti. Sic Adire in ius de re aliqua, vide loco suo.
Adire ad causas orandas. Cic. in Bruto. 172. Tum primum nos ad causas & priuatas & publicas adire cœpimus.
Adire lingua ad decus dextræ. Sil. Ital. lib. 8. 52. -debilis arte
Belligera, Martémque rudis versare, nec vllo
Spectatus ferro, lingua sperabat adire
Ad dextræ decus.
Adire ad pactionem. Plaut. Aulul. 7. 25.
-nunc hic eam rem volt, scio,
Mecum adire ad pactionem. Idem quod Accedere ad pactionem, hoc est, in pactionem consentire.
Adire ad Rempub. Idem quod suprà dictum est, ad Rempub. accedere. Cicero pro lege Manilia, Qui omnium mentes eorum qui ad Rempub. adeunt, maximè perspiciunt.
Adire in ius, pro ire, vel venire in ius. Cic. 6. Verr. 129. Quum ad prætorem in ius adissemus, excogitat sane diligenter & caute quid decernat. Hoc est quum venissemus in iudicium ad prætorem.
Adire in ius de re aliqua. Cic. Att. lib. 11. 2 30. 4. Epheso qui veniunt, ibi se cum de suis controuersiis in ius adeuntem vidisse nuntiant. Id est Eumtem in iudicium ob suas controuersias.
¶ Adire aliquem, pro aggredi. Terent. Phor. 1, 4. 53. Nunc prior adito tu. Vbi Donatus, Adito, quasi ad prælium vt Virgil. 5. Aeneidos. 75.
-nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum. Ibidem. 2. 1. 22. Sed quid cessas hominem adire: Vbi Donatus, Bene adire, quasi terribilem & pugnaturum.
Adire blandis verbis aliquem, pro Conuenire. Plaut. Pseud. 7. 35.
Nam quanto satius est adire blandis verbis? Sub. illum.
¶ Adeo præterea variè accipitur, pro adiectis sibi nominibus vt Adire discrimen, & quæ his e infra subiecta sunt.
Adire discrimen, pro Subire periculum. Plin. epist. 1. 99. Gratulare mihi, gratulare etiam literis ipsius, quæ ex periculo eius, tantum discrimen adierunt, quantum ex salute gloriæ consequentur.
Fortunam. Liuius. 5. bel. Pun. 511. Conuenere omnes, præterquam qui cedentes in arcem Romanos ad omnem adeúdam fortunam pericula fuerant. Pro, subeundam, experiendam.
Gaudia. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 9.
Sæpe aliam tenuisse iam quum gaudia adirem,
Admouit dominæ, deseruitque Venus.
Hæreditatem, Quod Cernere hæreditatem dicebant veteres. Cicero pro Archia. 8. Et adiit hæreditates ciuium Romanorum. Idem. 2. Philip. 59. Quum ipse hæreditatem patris non adisses. De huius significatu vide CERNERE hæreditatem.
Inimicitias, pro Suscipere, quod & Subire dicitur. Cic. p Sestio. 122. Sudandum est his pro cõmunibus cõmodis, adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro repub. tempestates.
Labores. Virg. 1. Aeneid. 3.
Quidve dolens regina deum, tot voluere casus
inigniem pietate virum, tot adire labores
Impulerit.
Periculũ, Subire. Teren. And. 5. 1. 2. Satis pericli cœpi adire, orandi iam finem face. Ibidem. 4. 1. 53. Capitis periculum adire. Cic. 1. de Fimb. 55. At magni periculum adiit. Cic. 1. Off. 116. In adeũdis periculis.
Ad periculum, Idé. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 25. Sed Nasidianę naues nulli vsui fuerunt, celeriterque pugna excesserunt: non enim has aut conspectus pătrię, aut propinquorum præcepta ad extremum virę periculum adire cogebant.
Periculum in re aliqua. Cic. 4. Verr. 23. Séque in eo capitis periculũ aditurum. Plin. epist. 22. Vt mihi non vnus homo, sed litere ipsę, omnesque bonę artes in vno homine summum periculum adire videantur. Id est omnino periclitari.
Periculum memoriæ. Tranquillus in Augusto.
Periculum situs, Hoc est, situ corrumpi. Senec. de benef. libro 3. cap. 2.
Quemadmodum quæ in vsu sunt, & manum quotidie tractúmque patiũtur, nunquam periculum situs adeunt.
Præsto. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 13.
Pauper erit præsto tibi, præsto pauper adibit,
Primus & in tenero fixus erit latere.
Sydera fama. Hoc est, bonæ famæ gloria in cælum vsque ferri, seu laudari. Virgilius 4. Aeneidos. 65.
-te propter eundem
Extinctus pudor, & qua sola sydera adibam

Fama prior. Verba sunt Didonis.
Vsque ad sydera. Sil. Ital. lib. 15. 101.
-nève vsque ad sydera adisse.
Inuideat Iæuus nobis deus.
Adeor, aditus, (προσέρχομαι,) passiuum, sed ferè in tertiis personis. Cicero. 2. Tusc. 99. Illa particula adeuntur in præliis, Liuius 4. bel. Pun. Pleraque alta & difficilia aditu, summissa quædã, & quæ planis vallibus adiri possent. Hoc est, ad quæ accedi posset, aditus esset. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 24. Neque Prætores diebus aliquot aditi possent.
Aditur, impersonale, (προσέρχεται,) Cic. 4. Verr. 38. Antequam in ius aditum esset. Hoc est, itum aut ventum in iudicium. Cic. 3. de Orat. 73. Ad quos olim & ita ambulantes, & in solio sedentes domi, sic adibatur. Idem ad Appium, lib. 3. 7. 4. Quum ad me aditum esset ab iis qui dicerent, &c. Idem 6. Verr. 97. Aditum est ad libros Sibyllinos. Idem pro Flacco. 39. M. Gratidius ad quem est aditum.
Adito, áditas, penul. corr. (βαίτω,) aditare, Frequentatiuũ ab Adeo adis: sicut Itare ab Eo is. Diomedes, Adeo adis: hoc ităremus, adito aditas dictitates. Plau. Capt. 11. 74. Si adites, ppius. Verbũ in vsu rarissimũ.
Adiens, adeuntis, (προσιὼν, ἰόντος,) Participium. Sil. Ital. lib. 10. 2,
-nisi gloria mortis
Nil supereret, idem sedes adeuntibus imas
Hic vobis dux Paulus erit.
Aduturus, Participiũ, (προσελευσόμενος,) Ouid. lib. 1. Amorũ, eleg. 4. 1.
Vir tuus est epulas nobiscum aduturus easdem.
Adeundus, Participium, (προσιτέος,) Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 14,
Altera templa peto vicino iuncta theatro.
Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis.
Aditus, penul. correp. (πρόσοδος,) Participium à passiuo Adeor adiris. Ouidius libro 4. Fast. 117,
Sol aditus, Quam quæris, ait, ne vana labores,
Nupta Ioui fratri tertia regna tenet. Cic. 1. Offic. 94. Vix inueniũtur qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desyderet gloriam. Liuius 5. Decad. lib. 3. Publicorum prodigiorum causa libri à decemuiris aditi.
Aditus, huius aditus, pen. corre. aditui, Verbale, (πρόσοδος,) ipse adeundi actus. Cic. 7. Verr. 63. Illi aditum litoris Syracusanis ademerit. Id est accessum ad littus. Vergilius 4. Aeneidos,
Sola viri molles aditus, & tempora noras. Hoc est, quo tempore fa cile & opportunè adeũdus esset. Cic. p lege Manilia. 14. Cæteràsque vrbes Ponti & Cappadociæ paulus, vno aditu atq; aduẽtu eẽ captas.
¶ Aditus, Via, seu ingressus ad aliquid perueniendi. Virgil. 9. Aenei. 12. Aditúmque per auia quærit. Idem lib. 6. Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum. Vbi Seruius, Non sine causa & aditus dixit, & ostia. Nam Vitruuius qui de Architectonica scripsit, ait, Quum ab all quo arcemur ingressu, id ostium dici, ab obstãdo: quum ingredimur, aditum, ab adeundo. Cicero. Catoni, lib. 15. 4. 10. Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria. Sic Aditus templi. Cic. 4. Verr. 116.
Aditus nidi. Plin. lib. 10. cap. 33. 4. Cui nidus ex musco arido ita absolutã perficitur pila, vt inueniri non possit aditus.
Aditus portus. Cic. 7. Verr. 24. Nam in ipso aditu atque ore portus.
Aditus, ianuáque patefacta. Cicero. 1. de Orat. 102. Sic ego intelligo, si in hæc quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis, facillimè vos ad ea quæ cupitis, puenturos ab hoc aditu ianuáque patefacta.
Æquus aditus. Tacit. lib. Annaliũ 2. Peditum aciẽ ita instruxit, vt parẽ æquo in syluam aditu incederet, pars obiectũ aggerẽ eniteretur.
Aerius aditus, Id est Iter per aera. Ouid. 17. epist. 9.
Caudia rapturo si quis tibi elauẽtere vellet
Aerios aditus, quo paterere modo? Leander Beream alloquitur.
Angustus aditus. Virgilius 4. Georg. 7.
Sen lento fuerint alueraria vimine texta,
Angustos habeant aditus.
Apertus quum nemini esset aditus in templum Castoris. Cicero pro domo sua ad Pontif. 85.
Arduus aditus. Vide ARDVVS.
Cæcus aditus, Id est obscurus, caliginosus, tenebricosus. Senec. in Herc. fur. 10. 1. de Herculis aditu ad inferos,
Aut sis est cæcos aditus inire.
Flexus aditus, Id est obliqua via. Lucretius lib. 4. 68.
Inde tamen, quamuis tortè, penitúsque remota
Omnia, per flexos aditus eduẽta licebit
Pluribus hæc speculis videantur in ædibus esse.
Lati aditus ducunt illuc. Virgilius 6. Aeneidos. 9.
Quò lati ducunt aditus centum.
Præclusus alicui aditus. Cicero. Antequam iret in exilium. 5. Socii quò fugiant, quum aditus custodi patriæ præclusus sit?
Promptus ad capessendos honores aditus. Tacit. Annal. 3.
Superbi regum aditus. Senec. in Herc. fur. 3. 1.
Ille superbos aditus regum
Duraique fores expers somni Colit.

Primo

Primo aditu ædium suarum quempiam prohibere. Cic. pro Cecinna. 15.
Quæro si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines & armati non modo limine, tectóque ædium tuarum, sed primò aditu vestibulóque prohibuerint, quid acturus fis. Idem 4. Verr. 116. In primo aditu vestibulóque templi.
Ex omni aditu. Cicero. 6. Verr. 104. Nam & situ est quum munito, tum ex omni aditu, vel terra vel mari præclaro ad aspectũ. Sic pro lege Manilia, 14. Id est ex omni parte qua aditi poterit. De Syracusis loquit.
¶ Angustare aditum. Hoc est, angustum facere. Claud. 5. Panegy. 21.
Angustare aditum curuis anfractibus Alpes.
Cærere aditu. Ouidius 3. Metamorph. 46.
Per rupes scopulosque, aditóque carentia saxa,
Quisque est difficilis, quaque est via inutilis, sequuntur.
Claudere omnes aditus. Cic. 2. Philipp. 19. Forum spectur, omnes claudentur aditus, armati in præsidia multis in locis collocabuntur.
Claudere aliquid ex omni aditu. Cic. pro lege Manilia. 14. Patefactúmque nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu clausus esset.
Dare alicui aditum ad cælum. Cic. ad Attic. lib. 14. 11. 2. 5. Quæ quidem nostris amicis diuinis vtris aditum ad cælum dederunt.
Ferre aliquò aditum. Catul. in epithalamio Iuliæ & Mallii. 9.
Vt lubentius audiens
Se cetarier ad sum
Mumu, huc aditum ferat
Dux bonæ Veneris, boni
Coniugator amoris.
Aditus firmare. Tacit. lib. 17. Titus Iunius manendũ intra domũ, opponenda fermicia, firmandos aditus, non eundum ad iratos censebat.
Habere difficiles aditus ad pastum. Cicero 2. de Nat. deo. 183. Manus etiam data elephanto, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad pastum.
Habere aditum in vrbem. Cic. 4. de finib. 36. Quæ omnino aditum habere nullum potest in vrbem, in forum, in curiam.
Difficiles aditus primos habet. Horat. 1. Sermo. 9. 12.
Munire aditum. Vide MVNIO.
Obsidere aditum. Ouid. 4. Metamorph. 98.
-tectóque exire parabant.
Obstitit infelix, aditúmque obsẽdit Erinnys.
Occupat Aeneas aditi. Virg. 6. Aeneid. 127. Hoc est ingredit. Seruius.
Pererrare aditus. Virg. 5. Aeneid. 88.
Nunc hos, nunc illos aditus, omnémque pererrat
Arte locum.
Prohibere aditum. Ouid. 13. Metamorph. 14.
Hostis adest, prohibentque aditus, littúsque tuentur
Troes.
Prohibere quempiam aditu. Cic. pro Cecinna. 29. Qui multitudine coacta non introirũt, sed omnino aditu quempiam prohibuerit?
Præponere ædibus ac templis vestibula & aditus. Cicero 2. de Orat. 171. Sed oportet, vt ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum præponere.
Quærere aditum. Virg. Aeneid. 12.
Lustrat equo muros, aditumque per auia quærit.
Reperire sibi aditum. Ouid. 14. Metamorph. 130.
Denique per multus aditum sibi sæpe figuras.
Reperit, vt caperet spectatæ gamita formæ.
Rumpere aditus. Virg. 2. Aeneid. 99.
Fit via vi rumpunt aditus, primósque trucidant
Immissi Danai.
Tentare aditum. Virgil. 4. Aeneid. 69.
Tentatum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora.
Inaccessos aditus rumpere. Sil. Ital. lib. 3. 104.
Rumpit inaccessos aditus, atque ardua primus.
Exuperat, summúsque vocat de rupe cohortes.
Aditus in aliquem locum. Cicero. 6. Verr. 89. Aditus in Cereris sacrarium non est viris. Sacra per mulieres ac virgines confici solent.
¶ Aditus per metaphoram, vt Aditus ad honorem, hoc est, via siue rario adipiscendi honoris. Cic. pro Cluentio. 74. Sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset.
Iterum pro ende. 23. Tamen vt ad hoc nefarii facinus accederet, aditi sibi ab aliis sceleribus antè munuit. Pro eo quod est, via struxit, para autthoc est, vsus est aliis sceleribus, quibus ad illud facilius pueniret.
Difficilibus ad Antonium aditus esse dicitur. Cicero ad Att. lib. 15. 11. 5.
Idem ad Ligarium lib. 6. epist. 13. 4. Magnis occupationibus eius, à quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt.
Aditus ad aliquem facilis. Cicero. lib. 13. epist. Commendo tibi hominem, ficuti tua fides, & meus pudor postulat: tantum vt faciles aditus ad te habeat. Iterum lib. 13. 60. ad Curtium.
Obstructus aditus alicui ad aliquid. Cic. in Bruto. 8. Nec enim ex nouis (vt agricolæ solent) fructibus est vnde tibi reddam quod accepimus ex conditis, qui iacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est.
Patefacere aditum rerum. Cic. lib. 1. de Orat. 49. Vterque vestrum patefecit earum ipsarum rerum aditum, quas quærimus.
Virtutis aditus, Id est ad virtutem. Stat. lib. 2. Achil. 76.
Quæ solitus laudum tibi semina pandere Chiron,
Virtutisque aditus, quas membra augere per artes,
Quas animum, sociis multúmque fauentibus ede.
Comparare sibi aditus ad res pestiferas. Cic. lib. 2. ad Att. 32. 2. Nunquã huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi comparassent.
Dare alicui aditum ad summam authoritatem. Cicero 3. de Orat. 5. Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium concessu ad summam authoritatem dabat, in eius omnem spem atque omnia vitæ consilia morte peruertit.
Dare aditum oculis. Ouidius 15. epist. 50.
Prodita sunt (memini) tumido tua pectora laxa,
Atque oculis aditum nuda dedere meis.
Date de hac religione aditum Pontifices, iam nullum fortunis communibus exitum reperietis. Cic. pro domo sua ad Pontif. 94.
Dant aditum communia. Ouid. 1. de Arte amandi. 46.
Dant etiam positis aditum communia mensis.
Est aliquid præter vina, quod inde petas.
Est aditus ad officii inuentionem. Cic. 1. Offic. 11.
Est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, vt in vniuersorum animos tanquam influere possimus. Cic. 1. Offic. 44.
Facere aditus ad causam illustres. Cicero in Orat. 28. Vestibula nimirum honesta, aditúsque ad causam facter illustres.
Habere aditum. Cic. ad Att. lib. 4. 17. 6. Tu veltinè Pabio, siquem habes aditum, odorare, & siltum conuiuam tuum degustes: & ad me de his rebus & de omnibus quotidie scribas.
Iacere aditum ad aliquid. Cic. pro L. Agraria. 47. Sed attendite animos ad ea quæ consequuntur: hunc quasi gradum quendem atque aditum ad cætera iactum intelligetis.
Intercludere aditum ad aliquem. Cic. pro Roscio Amer. 65.
Molles aditus vti, Id est faciles ad virtum accessus. Virgil. 4. Aenei. 85.
Sola viri molles aditus, & tempora noras.
Inuenire aditum ad aliquam. Vide INVENIO.
Pater alicui aditus ad causam. Cicero pro Sylla. 3. Quæro cur qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi intercluſus esse debuerit.
Patet alicui aditus ad Consulatum. Cic. pro Murena. 15. Vt aditus ad Consulatum posthac non magis nobilitati quàm virtuti pateret.
¶ Aditus, cum primo gerundio. Cicero Trebiano, libro 6. 10. 7. Itaque siquis mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate, in qua sunt omnia agendi, &c.
Aditio, onis, Verbale. (ἄφιξις.) Plautus Trucul. 11. 62. Quid tibi hanc aditio est? Figurate, pro, Cur hanc adis? Vbi est dignum notatu, casum verbi aditum esse nomini: vt apud Ciceronem, Domum reuersio, & alia quædam eiusmodi.

Adeps, adipis. pen. corr. masc. & fœm. gen. (πίαρ,) Aristoteles. 3. de animal. bus, Garza interprete, Adeps autem & seuum differunt inter se, quum sebum fragile vsque quaque sit: & quum refrixit, concrescat. Adeps liquidus sit, minimèque aptus durari. Iura enim tenuo ophnorum concrescunt vt ouis, vt capræ. Adipe pinguium liquidã resistit frigori vt equi, vt suis. Locis etiam discrepant. adeps enim inter carnem, cutemque solet consistere: sebum in fine cartis semper est. Plin. lib. 28. cap. 9. Proxima in communibus adipi laus est, sed maximè suilli. quod antiquos etiam religiosi. Certe nouæ nuptæ intrantes, et iannum soleme habent postes eo attingere. Inuetetatur duobus modis aut cum sale, aut syncerus. tanto vtilior, quanto sit vetustior. Axungiam etiam Græci vocauere in voluminibus suis. Columella lib. 6. cap. 2. Liberales offas in præsulliæ adipis liquamine tinctas ligula demittito. Idem lib. 7. cap. 12. Coctam picem liquidam suillæ adipi vulneribus stillari conuenit.
Adipes, in plurali. Columel. lib. 8. cap. 14. Quæ res ad creandas adipes vtilitum conferunt. Idem lib. 6. cap. 2. 12. Non adipibus obesa. Plin. lib. 8. cap. 36. Illi sunt adipes medicaminibus apti.
Adeps Catili, Hoc est adipositas & præpinguis Castius. Cic. 3. in Catilin. 61. Hoc prouidebam animo Quirites, remoto Catilina, non mihi esse P. Lentuli somnum, nec L. Casii adipem, nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendum.
Adipes tenuare. Quintil. lib. 2. cap. 11. Id est ad maciem redigere, vel potius excrescente pinguedinẽ minuere. Plin. lib. 11. cap. 38. non procul à fine, vocat adipes detrahere, Quin, ait, & L. Apronii Cõsularis viri filio detractos adipes tradunt, lenatúmque corpus immobili onere.
Adipem minuere. Plinius libro 32. cap. 9.
Adipalis, adiectiuum, penult. prod. (σιδηρίτις,) Cicero in Orat. 13. Itaque Caria & Phrygia & Mysia, quòd minimè politæ, minimèque elegantes sunt, asciuerunt aptum suis auribus opimum quoddam, & tanquã

Universidad de Deusto
Biblioteca

adipale dictionis genus.

Adipatum,n.gene.penul.prod.(ἰστακαμένῳ,) Hoc est, cibus pinguis, vel adipe conditus.Iuuenal.Satyr.6.non procul à fine,Liuida materno feruent adipata veneno .Nonius, Adipatum veteres honestè pro pingui & succulento & opimo posuerunt.

Adipoſus,penul.produ.(σιαρκώδης,)pro Locuplete & opulento accipitur,quoniam & in Sacris literis adipum vocabulo diuitiæ continentur.Hermolaus in Plinium libro 10.cap.20.

Adeptio,Adeptus, Vide ADIPISCOR.

Adequito, adequitas pen.cor.(προσιππάζω,)adequitare, Iuxta vel prope equitare.Plin.lib.15.cap.18.6. Portæ Collinæ adequitans Hannibal.Liuius 5.bel.Mace.38. Numidæ adequitare,deuitare refugere, sed propius saltum paulatim euehi. Idem 9.ab vrbe.113.Eo ferocius adequitare Samnites vallo, neque otium pati.

Adesdum, (πρόσιθι,)Terent.And.1.1.2.Adesdum, paucis te volo.Vbi Donatus,Ades,imperatiuum est,& (dum) παρέλκον:est enim productio & adiectio syllabæ,vt Ehodum ad me.

Adéspotus, pen.cort.(ἀδέσποτος,ἀδούμενος,) Nullius dominus.huius authoris titulum præferentem vocant Græci anonymon,& adespoton.Hieronymus in epistola quadam ad Euagrium,Misisti volumen ἀνώνυμον καὶ ἀδέσποτον.& nescio vtrum tu de titulo nomé subtraxeris,an ille qui scripsit,vt periculi fugeret disputandi.Hinc Adespota fama,nullo authore diuulgata . Cice.ad Cæsium lib.15.17.5. De Hispania nouæ nihil,sed expectatio valde magna:rumores tristio res,sed adespoti.

Adespora,quæ ad fiscum deuoluuntur,quia dominum nullum nec assertorem habent.Budæus.

Adesse, Vide ADSVM.

Adesurio, adesuris,pen.corr.adesuriui,(πρόσπεινάω,)adesurire. Idé quod simplex Esurio:aut valde esurio.Plaut.Adesuriuit magis,& inhiauit acrius lupus.

Adesus, Vide ADEDO.

Adfabrum, (προσδόλικον,) Fabrefactum, ait Festus. Scribitur nunc affabrum,vnde affabre.Vide loco tuo.

Adfremó, adfremis,penul.corr.(πρόσφυάσσω,) adfremere,Ad aliquid fremere.Val.Flac.Argonaut.1.107.

Adfremit his ,quassatque caput. Hoc est,ad hæc verba fremit Mars,capitque concutit.

Adfringo, adfringis,adfregi,penul.prod.(πρόσαγνυμι,)adfringere,Ad aliquid frangere.Stat.Thebaid.5.30.

-plenisque adfrigere partus
Vberibus,ferroque omnes exire per annos. Hoc est,paruulos ad vbera materna allidere,violenterque necare,& nullam in occidendo ætatem excipere. Idem Thebaid.10.19.de lupis famelicis non valentibus in omnem stabula irrumperes
Quod superest,duris adfringunt postibus vngues,
Pectoraque,& siccos minuunt in limine dentes.

AUGANDESTRIVS,Cattorum princeps, literas Romam ad Tiberium & Senatum misit,quibus morte Arminii Germani,acerrimi Romanorum hostis,promittebat,si patrandæ necis venenum mitteretur. Cui responsum est,non fraude neque occultis,sed palam & armatum populum Romanum hostes suos vlcisci. Qua gloria æquabat se Tiberius priscis imperatoribus,qui venenum in Pyrrhum regem vetuerant prodiderantque. Tacitus ad finem lib.2.Annal.

Adgemo, adgemis,penul correp.adgemui,(ἐπιστενάζω,) adgemere.Stat.11.Thebaid.50.

Flent mœsti retrò comites,& vterque loquenti Adgemit.

Adgrego, Vide AGGREGO.

Adhaec, Vide AD.

Adhaereo, adhæres,adhæsi,adhæsum,(ἔχομαι, κολλάομαι, πέρσίχω,συμπήγνυμι,)adhærere,Idem quod simplex hærere:hoc est fixum manere,aut arctissime insidere. Dativo proprié iungitur,& interdum accusatiuo cum præpositione Ad. Cæsar, Hæc casu ad turrim adhæsit.

Adhærere lateri, Id est alicui esse proximum, siue in incessu, siue in cessione.Liuius 9.bel.Maced.97.Lateri adhærere grauem dominũ prohibentem vti beneficiis pop.Rom.

Adhæsit mihi ad infimum ventrem fames:Iocus est Plautinus in Sticho, 4.81.pro eo quod est vehementer esurio.

Adhærere in re aliqua.Cælius ad Ciceronem,lib.8.7.5.Sanè tanquam in quodam silice iam omnia adhæserunt. Cic.pro domo sua ad Pontif. 50.In me omnia quæ ego quondam retuderam coniurationis nefaria tela adhæserunt.Translatio est.

Adhærere subter caudam. Cic.in Arat.21.
Spiniferam subter caudam Piltricis adhæsit.

Adhæresco, adhæresceis,(πρόσκολλάσμαι,) adhærescere, Idem est quod primitiuum adhærere,& eodem modo construitur.Cic.1. Offic.122. Omninóque iustitiæ,honestatique adhærescet. Pro Adhærebit:hoc est,constanter ac firmiter in eis permanebit:metaphora est.

Adhærescere ad saxum.Cic.5.de Finib.56.Vt homines ad earum saxa discendi cupiditate adhærescerent. Idem,4.Achad.17.Ad eam,tanquã ad saxum adhæresc unt.

Adhærescere in rem aliquam. Cice.pro domo sua.11. Nónne prouidendum senatui fuit,ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret?

Adhærescere in re aliqua,pro alicui rei.Cato de re rust.cap.152. Ne fax in lateribus adhæreſcat. Cic.in Bruto.178.

Adhærescere in loco aliquo. Cic.ad Att.lib.4.73.3. Ipse verò vtique faceuias,si potes in his locis adhærescere.

Adhærescere,sine casu.Cic.lib.2.de Orat.118.Argumentum enim ratio ipsa confirmat,quæ simulatqi emissa est,adhæresc it.Idé in Bruto.149. Callidi oratio ita libere fluebat,vt nusquam adhæresceret.

Adhærescet iustitiæ honestatique. Cic.1.Offic.122.

Adhæresce fastidiis. Cic.lib.1.de Orat.155.

Adhæsus,huius adhæsus,m.g.penul.prod.(πρόλησις,) Idem quod Adhæsio. Lucretius lib.3.77.
Nam neque pulueris interdum sentimus adhæsum
Corpore. Idem lib.4.250.
Tenue,locis quia non potis est affligere adhæsum,
Liquitur extemplo. Et libro.5.168.
Mura sine ore etiam,sine vultu cæca reperta,
Vinctáque membrorum per totum corpus adhæsu.

Adhæse,adueribum,(πρόσκλητος.) Gellius lib.5.cap.9.de Aegle Samio athleta,Per omne inde vitæ tempus non turbide neque adhęse locutus est.Id est,non vltrà obmutuit. Budeus.

Adhęsio,Verbale,(πρόσκόλλησις,) Ipse actus adhærendi,hoc est quasi annexio. Cic.1.de Finib.29. Et copulationes & adhęsiones atomorũ inter se,ex quo efficeretur mundus.

Adhálo, adhalas,penul.prod.(πρόσπνέω,)adhalare,Affare.Plin.lib.22.cap.22.27.Nunc quidem si serpentis caverna iuxta fuerit,si patefactes primo adhalauerit,capaci venenorum cognatione ad vũs accipiendum. Huius simplex est Halare.

Adhâmo, adhamas,pen.prod.adhamare,Obligare.Cic.2.Acad. quæst.Qui enim serius honores adhamauerũt,vix admittuntur ad eos,nec satis cõmendati multitudini possunt esse. Hæc Nonius. De cuius sententia doctissimi viderintmihi certè nequaquam satis probatur. Videtur enim Ciceronis illud,honores adhamauerũt, sic potius intelligendum,quasi ad capiendos honores adspiratum. Et est à nomine hamus deductum.

Adhibeo, adhibes, penul.corr.adhibui,adhibitum, (προσαγάγω, προσεπάγω,)adhibere, Ex ad,& habeo . Huius verbi significatio ferè per verbum vtor,declarari potest:vt, Adhibe diligentiam in rebus agendis,vel ad res agendas:hoc est,vtere diligentia.Sed hoc propriè fit in voce actiua.nam in passiua vix potest declarari,nisi in actuam resolueris:vt si dicas, Adhibita diligentia negotium factum est,conficies:id est si diligentiam adhibebis,quali dicam, si vteris diligentia.Per alia tamen verba non rarò declaratur,vt hîc infra videbis.

Adhibere ad.Cic.in Bruto.166.Celeriter ad maiores causas adhiberi coeptus est.Id est accommodari. Idem.3.de Orat.85. Vestis frigoris depellendi causa reperta primo,post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis.

Ad deliberationes eas quas habebat domi de Republica,principes ciuitatis adhibebat.Cic.1.Philipp.1.Id est aduocabat,vel admittebat.

Ad panem aliquid adhibere.Cic.5. Tuscul.130.Perfarum à Xenophonte victus exponitur,quos negat ad panem adhibere quidquam præter nasturtium. Id est adiungere.

Ad partus adhibetur Iuno Lucina.Cic.2.de Natura deorum.100. Id est, In partu mulierum inuocatur.

¶ Adhibere cœnæ aliquem,pro Admittere in cœnam:vel Adhibere epulis.Suet.Valerius Messala tradit,neminem vnquam Libertinorũ adhibitum ab eo cœnæ.Quintil.lib.11.cap.2.Adhibitus ei cœnæ Simonides. Virg.5.Aeneid.13. -adhibete penates
Et patrios epulis,& quos colit hospes Aceſtes.

¶ Adhibere animum,pro Attendere,aduertere.Plaut.Sticho.3.46.Vestrum animum adhiberi volo. Cic.de Aruſp.responsis.18. Quare ne plura de re minime loquar dubia,adhibete animos:& mentes vestras, non solùm aures,ad aruspicum vocem admouete. Idem ad Torquatum lib.6.1.16.Sed tu illum animum nunc adhibe quæso,quo me tum esse oportere censebas.Id est,vtere ea fortitudine animi.

Arbitrum.Cice.pro Murena.6.Huic ego iudices satisfacere cupio, voque adhibere arbitros.

Artem, Est cuipiam rei artificium addere,vel artificio vti in re aliqua.

Cic.1.Acad.7.Qui nulla arte adhibita,de rebus ante oculos positis, vulgari sermone disputat.Liu.4.ab vrbe.740.Artem adhibitã ferunt à Patritiis.

Audacia,Vti audacia.Cæsar 3.bell.Ciuil.101.Illi adhibita audacia & virtute nacti Austrum naues soluunt.

Aures,pro Aures admouere:hoc est attẽre audire.Plaut.Pseu.4.20.Hue adhibete aures quæ loquor. Idem Milite 12.10.Postquam adhibere meas aures ad tuam moror orationem. Cic.pro Archia,4.Nactus est primum consules eos,quorum alter res ad scribẽdum maximas,alter quum res gestas,tum etiam studium,atque aures adhibere posset.

Authoritatem ad,Hoc est,vti authoritate ad aliquid agendum. Cicero de Amicitia.41.Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valet authoritas:eáque adhibeatur ad monendum.

Auxilium.Celsus lib.2.cap.11.Idque auxilium vt minus vehemens,ita magis tutum,neque vnquam periculosum est etiam si in medio febris impetu,etiam si in cruditate adhibetur.

Blanditias adhibere.Ouidius 10.Metamorph.52.
Et modò blanditias adhibet,modò grata puellis
Munera fert illi.

Calcaria equo adhibere, Idem quod Admouere, & addere,& subdere calcaria:& per metaphoram pro stimulare, vel instigare quempiam. Cõtrà,Frænos adhibere,est retinere,reprimere,coercere. Cic.in Brutо.107. Vt Isocrate in acerrimo ingenio Theopõpi,& lenissimo Ephori dixisse traditum est , alteri se calcaria adhibere,alteri frænos.

Cautionẽ,Vti cautione.Cice.Att.lib.1.14.11.Priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum,iniquitatem malorum,odium in me improborum,adhibeam quandam cautionem & diligentiam.

Cibum & potum.Cicero de Senect.32.Tantum cibi & potionis adhibendum,vt reficiantur vires,non opprimantur.

Celeritatem.Cic.ad Brutum,lib.11.12.5. Opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset,existimant.

Celeritatem in re aliqua.Plancus ad Ciceronem libro 10.21.13.In quo si celeritas erit adhibita,Respub.in possessione victoriæ deletis feceratis permanebit.

Collegium Prætorum,Euocare, denuntiare vt adsit.Cice.3.Offic.105. Quum collegio Prætorum Tribunis plebis adhibuissent,vt res nũmaria de cõmuni sententia constitueretur. Idem pro domo sua ad Pontifices.90.Non repudiet,quum apud Pontifices res agatur,Pontificem dicere,nõ collegium Pontificum affuisse:præsertim quum Tribunus plebis vel denuntiare potueris,vel etiam cogere? Ecquis collegũ non adhibuisti.Quid de collegio quis tandem adfuit?

Conscientiam alicuius . Tacitus libro.12.non procul à fine, Agrippina prouisam tum sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Hoc est,consilium facit dandi Claudio veneni Xenophontem,& hac in re vtitur eius opera.

Consilio in suffragiis. Cic.3.de Legib.64.Descriptus enim populus centi,ordinibus,ætatibus,plus adhibet in suffragiis consilii , si fuit in tribus conuocatus.Hoc est,maiore vtitur consilio ad ferendi suffragii.

Adhibere sibi aliquem,ad vel in consilium.Cice.2.Offic.121.Adhibuit sibi in consilium quindecim principes , cum quibus causas cognouit. Cæsar.7.bel.Gal.308.Neque hos habendos ciuium loco , neque ad consilium adhibendos censeo. Id est in consilium admittendos . Sic Adhibere se in consilium. Cicero Curioni,libro,2.6.5. Tecum loquere adhibe in consilium,te audi,tibi obtempera.Ac si diceret , Tuo ipsius vtere consilio,non alieno.

Consolationem alicui.Cice.in Bruto.185.Tamen ea consolatione sustentor,quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis . Idem ad Scribonium Sulpitium,libro 4.3.10.Hactenus existimo nostram consolationem rectè adhibitam esse.

Consuetudinem.Cice.4.Acad.At non videmus hoc vsu venire , vt quos nunquam putaſsemus à nobis internosci posse,eos consuetudine adhibita tam facile internoscere emus,vti minimum quidem similes viderentur.Id est vbi consuetudo accesserit.

Contentionem.Cic.ad Q. fratrem,lib.1.1.2, Quia tãta adhibeatur & à nobis,& à Prætoribus contentio,vt rem posse confici nõ diffidere.

Correctionem.Cicero 3.Offic.9.Quem nos correctione quadam adhibita potissimum secuti sumus.

Crudelitatem in aliquem.Cic.pro domo sua,ad Pontifices.47.Sed quid ego vestram crudelitatem expromo,quam in ipsum me ac meos adhibuistis!Hoc est,qua vsi estis in me,quam in me exercuistis.

Adhibere curationem , Idem quod vti curatione . Cicero 3.Tuscul.8. Omnibus his nullane adhibenda est curatio! Idem.1.Offic.116.Gravioribus autem morbis periculosas curationes & aucipites adhibere cogimur. Idem 4.de Finib.107.Hi curatione adhibita leuantur in dies. Sic Celsus libro 5.cap.27.

Curam.Cicero ad Curionem,libro 2.6.7. De facerdotio tuo quantam curam adhibuerim,cognosces.

Curam & diligentiam . Cicero 4.Acad.78.Vt non mediocrem curam adhibeant & diligentiam.

Delectum adhibere.Cicero in Orat.17.Interdum ex illis locis, aut lenia quædam,aut causis alienis,aut non vrbis gignuntur:quorum ab oratore iudicio delectus magnus adhibebitur. Idem 3.de Finib.78. Quum inter eas res quæ ad vitam degendam pertinerent,nihil omnino interesset,neque vllum delectum adhiberi oporteret . Id est vti delectu ad eas res discernendas.

Deos,Inuocare,in auxilium aduocare.Ouid.4.Fast.167.
Vox fuit hæc regis:condenti Iuppiter vrbem,
Et genitor Mauors,Vestáque mater ades,
Quoisque pium est adhibere deos,auertite cuncti,

Auspicibus vobis hoc mihi surgat opus.

Diligentiam.Cicero ad Sextium,libro 5.6.3.Adhibui diligentiam quotiescunque senatus fuit.

Diligentiam ad se conseruandum.Cic.ad Senatum , lib.15.1.17.Monui regem vt omnem diligentiam ad se conseruandum adhiberet.

Diligentiam in hoc.Cic.ad Tironem,lib.16.9.10. In hoc omnem diligentiam si adhibueris. Idem de Amicitia.54.Vt eam diligentiam adhibeamus in amicitiis præparandis,vt nequando,&c.

Diligentiam in se . Cicero ad Tironem,lib.16.7.1. Quantum me diligis,tantum adhibe in te diligentiæ.

Doctrinã , Addere doctrinam alicui.Cicero ad Q. fratrem,libro 1.1. 10.Cuius natura talis est,vt etiam sine doctrina videatur moderata esse potuisse.Ea autem adhibita doctrina est , quæ vel vitiosissimam naturam excolere possit. Idem in Bruto.21. Sed tum ferè Pericles primus adhibuit doctrinam.

Dolorem. Cic.ad Seruium Sulpitium,libro 4.6.Et in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti.

Dolum,fraudem,calumniam.Cic.pro domo sua.24.Illud in primis,nequa calumnia,nequa fraus,nequis dolus adhibeatur.

Festinationem adhibere , Vti festinatione . Columel.libro.11.cap.2.5. Quo cautior vilicus , vt tam dixi,vel abstinere possit operibus , vel festinationem adhibere.

Fidem alicui,Idem quod illi credere.Cic.1.de Diuin.182.Quod si insanorum vitis fides non est adhibenda,quòd falsa sunt,&c.In multis tamen exẽplaribus legitur habẽda.Dicitur etiã Adiungere fidem.

Fidem in amicorum periculis , Amicos in periculis fideliter adiuuare, Adesse amicis in periculo . Cicero pro Cluentio.93. Facile hoc iudices impetrabo , vt quam ipse adhibere consuenit in amicorum periculis fidem & diligentiam , tum vim animi,liberratemque dicendi, in hac mihi concedat.

Fletum in funeribus.Cicero 2.Tuscul.Et hîc nimirum est fletus , quem duodecim tabulæ in funeribus adhiberi voluerunt.

Flores adhibet orator in causis.Cic.in Orat.35.

Frictionem.Cels.lib.8.cap.11.Tunc frictionem ei membro adhibere.

Genus victus adhibere. Celsus,Genusque victus adhibendum est , quo earnem ali docui.

Grauitatẽ in dolore.Cic.ad Q. fratrẽ,libro 3.24.4.De virtute & grauitate Cæsaris,quã in summo dolore adhibuisset.Hoc est,præstitisset.

Ignes adhibere,Cic.3. Tuscul.62. Non est enim in nostra potestate fœdicantibus his rebus,quas malas esse opinamur,dissimulatio vel oblitio.Lacerant,vexant,stimulos admouent , ignes adhibent , respirare non sinunt. Sub nobis,aut nostro animo,hoc est animi dolore accendunt & inflammant.Metaphora est , nam propriè Adhibere ignem, est alicui rei ignem admouere,vt æ dibus.

Iudicium,Vti iudicio in re aliqua.Cicero 1.de Natura deorum.16.Desinunt enim summo iudicium adhibere. Idem in Orat.27. Iudicium ergo adhibebit,nec inueniet sollum quid dicat,sed etiam expendet.

Laudatorem adhibere. Cic.lib.2.de Finibus bon.& mal.107. Quæ nec testes vllos de claris viris,nec laudatores poterit adhibere.Sic Adhibere patronum,apud eundem.

Lectionem ad aliquid,Cicero ad Rufum,lib.5.20.5.Ad quas ego nihil adhibui præter lectionem.Id est Addidi,adiunxi.

Ludos.Cic.5.de Finib.40.Ius & sæculos absulerit , adhibentis ludos, & quæ sequuntur illa:quibus detractis clamat Epicurus se nescire quid sit bonum.

Lumen,Dare lumen.Cic.3.de Orat.28.Vt oratio quæ lumen adhibere rebus debet,ea obscuritatem & tenebras afferat.

Machinas adhibere.Cic.Bruto.185.Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accesit,vt omnes adhibeam machinas ad tuendum adolescentẽ,ne famam subeã temeritatis.Hoc est,vtar omnibus artibus.

Magnificentiam & despicientiam rerum humanarũ. Cice.1.Offic.104. Capessentibus aurẽ Rempublicam nihil minus q̃ philosophis , haud scio an magis etiam & magnificentia & despicientia adhibẽda sit rerũ humanarũ quam sæpe dico,& tranquillitas animi atque securitas.

Magnitudinem animi . Cicero 1.Offic.105. Quocirca non sine causa maiores motus animorum concitantur,maioráque efficiendi , Rempublicam gerentibus quàm qui ictus:quo magis his & magnitudo animi est adhibenda,& vacuitas ab angoribus.

Manus gemibus.Ouid.9.Metamorph.44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicentem,genibúsque manus adhibere parantem
Corripit Aleides. Hoc est,supplicare parantem. Siquidem genua misericordiæ dicata sunt, eaque tangere consueuerunt supplicantes. Author Plinius libro 11.cap.45.

Manus medicas ad vulnera.Virgilius 3.Georg.90.
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat.

Manus,pomis,Id est admouere.Senec.in Herc.Oeth.8.10.
Nec pomis adhibet manus.

Manus vectigalibus.Cicero pro lege Agraria.53.Adhibeant manus vectigalibus vestris,irrumpant in ærarium. Pro,inniciant manus vectigalibus hoc est,ea diripiant. Pro eodem quoque dicitur Admouere manus vectigalibus.

Medicum. Cicero de Fato.43.Siue tu medicum adhibueris, siue non adhibueris,conualesces.

Medicinam.Cic.Attico,lib.16.339.7. Sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.Id est,vti medicina circa eos quorum salus desperata est. Idem lib.2.de Orat.100. Sicut medico diligenti priusquam conetur ægro adhibere medicinam,&c.

Memoriam.Cic.1.de Orat.82.Vt his rebus adhibeat tanquam lumen ali quod,memoriam,vt vocem,vt vultus.

Misericordiam,Præstare se in re aliqua misericordem. Cic.pro Rabirio, 3.Adhibearis in hominis fortunis misericordiam,in Reipub.salute sapientiam.

Adhibere miserationem,Cicero in Bruto.45.

Moderationem. Cic.1.de Orat.132. Hæc igitur adhibenda est primùm in iocando moderatio,&c.

Rationem,moderationémque dicendi adhibere,Cicero de lege Agraria contra Rullum.19.

Modum,Vti moderatione,seruare mediocritatem,quod & Seruare modum,& Tenere modum dicitur.Cic.5.Tuscul.115.Plena vita exemplorum est:sed adhibeat oratio modũ, & redeat illuc vnde deflexit.
Et.4.Tuscul.59. Quocirca mollis & enervata putanda est Peripateticorum ratio & oratio,qui perturbari animos necesse esse dicunt:sed adhibent modum quẽdam,quem vltra progredi non oporteat. Modũ tu adhibes vitio? Idem.1.Offic.196.Quorum quidem certe est adhibendus modus,ad mediocritatemque est reuocandus. Plin.in Panegyr.91.Quòd sumptibus eius adhibes modũ. Cicc.pro Cluentio.76. In quo non modus est adhibitus,non mos,consuetudóque seruata.

Motus iudici.Cic.2.de Orat.102.Nisi omnes ii motus,quos orator adhibere volet iudici,in ipso oratore impressi esse atque insti videbũtur.

Munditiem.Cic.de Offic.Adhibenda est præterea munditia.

Necessitatem adhibere.Cic.4.Acad.307.Nullam adhibent persuadendi necessitatem.Pro Addunt,afferunt:id est non cogunt persuadere,vel non persuadent.

Neruos.Cic.Attic.lib.16.343.5. Si tu neruulos tuos mihi sæpe cognitos suauitatemque, qua nemo tibi par est,adhibueris.

Numerus iambicus adhibetur in fabulis,Cic.in Orat.111.

Officium adhibere.Cic.ad Valerium,lib.13.6.3. Itaque hoc eius officiũ quod adhibetur ergà illos,ego méa facultate, & gratia foleo,quàtum possum,adiuuare.

Orationem ad aliquem. Cic.4. Acad.62. Interdum enim quum adhibemus ad eos orationem huiusmodi,Si ea que disputatur, vera sint,tum omnia fore incertaire[s]pŏleut, Quid ergo,&c. Id est, Quum apud eos tali vtimur oratione,Si ea quæ,&c.

Odores ad deos.Cic.1.de natu. Deorũ.154. Quos odores adhibebis ad deos,vt eos perfundas voluptatibus?

Odorem rebus,Hoc est dare,tribuere. Lucret.lib.2.171.
Propterea tandem debent primordia rerum
Non adhuere suum gignendis rebus odorem,
Nec sonitum,quoniam nihil ab se mittere possunt.

Ornamenta ad rem aliquã.Cic.in Orat.9.Ad has tot,tantáque res adhibenda sunt ornamenta innumerabilia.

Parsimoniam adhibere,Vti parsimonia,seruare frugalitatem.Plaut.Mostel.4.78. -noctes,diesque estur.
Bibitur:neque quisquam parsimoniam adhibet.

Patronum.Cic.3.de Orat.28.Quum difficilius intelligatur quid patronus velit dicere,ĩ̃ q̃ si ipse ille qui patronũ adhibet,de re sua diceret.

Pietatem,Præstare pietatem,Pium sese præstare.Cic.2.de leg.30.Ad dinos adeunto caste,pietatem adhibento,opes amouento.

Pompam in dicendo,Vide POMPA.

Preces diis.Cic.1.de natu.deo.6.Quid est quod vllos diis immortalibus cultus,honores,preces adhibeamus?

Plagas.Celsus lib.3.cap.18.Quorundam enim vani metus leuandi sunt, sicut in homine prædiuite famẽ timente incidit,cui subinde falsæ hæreditates nuntiabantur:quorũdam audacia coercenda est, sicut in his fit,in quibus contemendis plagæ quoque adhibentur. Loquitur hoc loco de insanis hominibus.

Præparationem in rebus agendis.Cic.1.Offic.104.

Prudentiam ad omnes res.Cic.Attico,lib.12.234.3.Sed cura obsecro vt valeas:eámque,quam ad omnes res adhibes,in primis ad conualescendum adhibe prudentiam.Sic Adhibere sapientiam in Reipub.salute, apud eundem,lib.1.de Finib.68.

Rationem.Cic.in Bruto.141. Cæsar autẽ rationẽ adhibens,cõsuetudiné vitiosam & corruptam,pura & incorrupta consuetudine emendat.

Querelas adhibere.Tibul.lib.3.eleg.4.15.
Ergo ne dubita blandas adhibere querelas.
Vincuntur molli pectora dura prece.

Adhibe te ad veram rationem.Subaudi,intelligendam. Lucret.lib.1.10. Quod superest,vacuas aures mihi Memmius,& te

Senorum à curis adhibe veram ad rationem. Memmius, nominatiuus pro vocatiuo.

Adhibere nobis religionem.Ci.in Bruto.162.Vide ne religio nobis tam adhibenda sit,quàm si testimonium diceremus.

Remedium. Cicero ad Octauium.1.Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Id est,quæ vulneribus admouentur,apponuntur,applicantur.

Remedia.Celsus libro 1.in procœmio.Præter hæc quum in interioribus partibus,& dolores,& morborum varia genera nascantur:neminem putant his adhibere posse remedia,quæ ipse ignores.

Reuerentiam aduersus homines,Cicero 1.Offic.135.Adhibenda est igitur quædam reuerẽtia aduersus homines,& optimi cuiusque,& reliquorum.Id est,seruanda est erga homines reuerẽtia, seu verecũdia.

Adhibere se ita,&c.Cic.ad Q. fratrem,lib.1.1.33.Permagni hominis est,sic se adhibere in tanta potestate,vt nulla alia potestas ab iis quibus præsit,desyderetur.Id est sic se gerere.

Sermonem.Cicero de Amicitia.80.His fictus ad eorum voluptatem sermo quum adhibetur,orationem illam vanam,testimonium esse laudi suarum putant.Hoc est quum quis apud eos vtitur sermone,&c.

Adhibere sermonem in poculo.Cicc.de Senect.43. Et is sermo qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo.

Seueritatem in filio,Vti seueritate in filium.Cicc.1.de Finib.35. Quum illam seueritatem in eo filio adiubuit,quem in adoptionem D.Syllano emancipauerat, vt eum Macedonum legatis accusantibus,quòd pecunias prætorem in prouincia cepisse arguerent, causam apud se dicere iuberet.

Hos castris adhibe socios,& fœdera iunge.Virg.8.Aeneid.11.

Solatia,Consolari,vel vti verbis ad consolandum accommodatis. Plinius.epist.12.e.Proinde adhibe solatia mihi,non hæc, Senex erat,infirmus erat:hæc enim nouit.

Stimulos Lucretius lib.3.207.
-at meus sibi conscia facti
Præmetuens,adhibet stimulos,torrétque flagellis.

Solertiam. Cæsar 2.bell.Ciuil.19.Hominum adhibita solertia inuentum est,magno esse vsui posse.

Speciem in dicendo,Cicero 2.de Orat.162.Sed adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam, & pugnæ similem fugam. Quasi ostentatione quadam vti, siue(vt vulgò loquimur) facere magnam monstram,magnámque apparentiam.

Studium ad aliquid,Ponere studium in ea re.Cic.in Bruto.77.Nõ enim facile quem dixerim plus studii,quàm illum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse.

Sæuitiam in aliquem.Cicero 2.Offic.32.Sed iis qui vi oppressos imperio coercent, sit sanè adhibenda sæuitia: vt heris in famulos, si aliter teneri non possunt.

Supplicium.Cic.11.Philippp.295.Neque Antonius vllius supplicii adhibendi,si potestatem habeat,vllam partem est relicturus.

Tempus adhibere,Ponere tempus in re aliqua.Cicero 1.Offi.29.Adhibebit ad consyderandas res & tempus & diligentiam.

Testes,Quod vulgò dicitur,Capere testes. Terent.Phorm.4.5.2. Hoc temere nunquam amittam ego à me,quin mihi testes adhibeam,Quidem:& quàobrẽ dem,cõmemorabo.Cic.de Finib.lib.2.107.

Deum testem.Cicero 3.Offic.57.Quum verò iurato sententia dicenda sit,memnerit deum se adhibere testem,id est (vt ego arbitror) mentem suam,qua nihil homini dedit deus ipse diuinius. In aliis exemplaribus legitur Habere testem.

Titulum humatis.Liuius 6.bell.Pun.132.Eos vno tumulo contegerent, adhiberẽtque humatis titulum, HIC SITI SVNT ACARNANES. pro Adderent.

Tormentum.Cic.3.Offic.52.Sed tanquam tormenta quædam adhibemus.Hoc est,quasi machinas bellicas admouemus:aut fortasse de tormentis intelligit,quæ ad veritatem extorquendam adhibentur.

Tympanum.Plaut.Pœnulo.1038.Cur non adhibuisti,dum hæc loquerer,tympanum?Cur(inquit)hæc non dixisti ad sonum tympanicum altiori voce non inclamasti?

Vanitatem orationis.Cic.3.Offic.75. Qui orationis vanitatem adhibuerunt.Id est,vana vsi sunt oratione.

Vim,Est vim afferre,siue cogere.Cicc.de Senect.Senes autem sic,vt sua sponte

sponte,nulla adhibita vi,cõsumptus ignis extinguitur. Liuius 7.bel.Pun.175.Neque enim omnia emebat,aut eblandiebatur,sed vim flagitius adhibebat. Cicero pro Cecinna.36. Neminem statu dertrusum,qui non adhibita vi,manu demotus & actus præceps intelligatur. Idem 3.Offic.149. Quasi verò forti viro vis possit adhiberi. Hoc est afferri,vel inferri.ac si diceret,virum fortem cogi non posse vt qui nihil non sponte faciat.

Adhibere vim veritati.Cicero pro Quintio.16.

Vires in re aliqua,Vires ad eam rem accommodare,adiungere,applicare,quod est Adniti.Quintilianus libro 5.Plurimum adhibere virium in studio literarum.

Virtutem.Vide suprà Grauitatem adhibere.

Vsum.Cic.Studio adhibito & vsu.

Vocem.Vide suprà Memoriam adhibere.

Vincula alicui.Ouid 3.Fast.59.

Nec sine vt tradentiadhibe tu vincula captis.

Vinum ægrotis. Cicc.3.de natu deor.97. Vt vinum ægrotis quia prodest raró,nocet sæpissime,melius est non adhibere omnino,quàm spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere.

Vultum aliquò,Id est conuertere. Ouidius libro 2.Amorum 35.ad Isidem,vt parientem Corinnam iuuaret,
Huc adhibe vultus,& in vna parce duobus.

Nam vitam dominæ tu dabis, illa mihi, Hoc est,huc oculos aduerte, meas preces audituru.

Adhinnio, adhinnis,adhinnui,adhinnitum,penul.pro.(προσχρεμετίζω,) adhinnire,Ex ad,& hinnio,Equorũ est, qui equabus adhinniunt,id est ad eas hinniunt,videlicet coitum appetentesquin & equæ ipsæ interdum equis adhinniunt. Plinius libro 35. cap.10.29.Nanque ambitu æmulos prætualere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit. Apellis tantum equo adhinniuere. Ouidius libro 1.de Arte amandi.56.
Mollibus in pratis admugit fœmina tauro,
Fœmina coraipedi semper adhinnit equo. Idem libro 2.de Remedio amoris.48.
Non facile est taurum visa retinere iuuenca.

Fortis equus vitæ semper adhinnit equæ.

Adhinnire ad orationem alicuius,per translationem dictum. Cicc.in Pisonem 24.Ita,que admissarius iste,simulatque audiuit à Philosopho voluptatem tantopere laudari,mihi expiscatus est:sic suos sensus voluptarios omnes incitauit,sic ad illius hanc orationẽ adhinnit, vt nõ magistrum virtutis,sed authorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.Hoc est,ea re audita ita exarsit in voluptatem,vt &c.

Adhoc, Vide AD.

Adhorresco adhorresis,adhorrui.(ἐπιφρίττω,) Ouidius ad Liuiam de morte Drusi.45.Ipse pater flauis Tybe rinus adhorruit vndis.Hoc est valde vehementerque horruit. Vel,ad peditum & equitum clamorem horruit.

Adhortor adhortaris,adhortatus sum,(ἐπικελεύω,) adhortari, Idem significat quod simplex hortari. Terentius Heaut.1.1.8.
Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere,& præter quàm res te adhortatur tua. Hoc est faciendũ suadet. Idem Eunucho.3.6.35.Adhortor properent.

Adhortor ad rem aliquam. Cic.Vt ad defendendam Remp.te adhortarer.Idem 1.Offic.53.Maxime ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari.Id est admonere,aut incitare.

Adhortari sese.Catul.58.epig.de Berecynthia & Aty.17.

Ferus sese ipse adhortatus,rapidum incitat animum. Id est, Leo sese ad iram acuens.

Adhortatio,Verbale,(ἐπικέλευμα,)Ipse actus adhortandi. Id est hortatio. Cicc.2.de Orat.7.Omissa nostra adhortatione, ad eorum quos propositimus,sermonem,disputationémque veniamus.

Adhortator,Verbale,) ἐπικελευστής,) Qui adhortatẽ.Lin.7.ab vrbe 151. Vtrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox,operum militarium expers:an qui,&c.

Adhuc, (μέχρι τούτου,πρὸς τοῦτο, ἕως τοῦτο,) adueruium temporis, Idem significat quod vsque adhuc,hactenus,ad hoc tempus.Compositum est autem ex ad, quod tam in compositione quàm in appositione quandoque significat vsque:& aduerbio huc:quasi th dicas vsque huc,vel hucusque,id est vsque ad hoc tempus. Plaut.Truculent. -conuenimus Adhuc vtriusque verba. Terent.Adel. 4.412.Satis diu verba dedisti nobis:satis adhuc tua frustrata est oratio. Author ad Herennium lib.1.16.Adhuc quæ dicta sunt,arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus. Plin.lib.5.cap.17.Nec adhuc aliam differentiam inueni. Cic.ad Ligarium,lib.6.13.1. Etsi tali tuo tempore,me aut consolandi,aut imandi tua causa scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat:tamen adhuc id non feci quia,&c. Idem ad Att.libro 7.131.1.Nam adhuc à te epistolam

acceperam. Et ad Ligarium,libro 6.14.7.Ego tamen Cæsari pro te, sicut adhuc feci,supplicabo.

*Nam iuuenes adhuc confusa quædam non indecent.

Adhuc,pro Etiam,vel præterea.Quintil.Est adhuc alia in respondendo figura. Plin.lib.33.cap.2.Sunt adhuc aliqua non omittendæ in auro differentiæ. Differentiæ, genitiuus est. Cic.in Lælio, Ortum quidem amicitiæ videtis,nisi quid adhuc fortè vultis.

Adhuc, Continuationem temporis denotat:quod vulgari lingua dicimus fina qui,ancora. Terent.Phor.5.1.15.Adhuc tranquilla res est. Plaut.Pseud.10.69. -tún'hodie
Ex Sicyone huc peruenisti?H. alto adhuc meridie. Ouidius,Adhuc tua messis in herba est. Cic.ad Gallum,lib.7.25.6.Catonem tum mihi mitte:cupio enim legere:ne adhuc non legisse turpe vtique nostrum est.

Adhuc locorum,pro Adhuc.nam(locorum)ornatus causa tantum ponitur,eadem figura qua dicimus Vbique locorum, & Nusquam gentium. Plaut.Cap.7.25.Vt adhuc locorum feci,faciam sedulò.

ADIABARAE,populi sunt Aethiopiæ.Plin.lib.6.cap.30.Deinde cõtra Meroen Megabari,quos aliqui Adiabaras nominauere.

ADIABENA,regio orientalis prope Assyriam, vt author est Strabo lib.16. Plin.li.5.ca.12.Adiabene,Assyria autẽ dicta. Volateranus sic dictam putat ἀπὸ τοῦ μὴ διαβατὴν,id est à non permeando, quod ibi Euphrates sit minimè vado permeabilis.

ADIABENE olim vocabatur Syriæ pars vltra Armeniam.Stephanus ostẽdit mediam fuisse inter Euphratem & Tygrim. Vnde & Messene fit dicta.Quidã hinc vocabulum inditum putant Adiabene, q̃ ob frequentiam eorũ rentium fluminum transire facile non possit.

Adiaceo adiaceo,penul.corre.adiacui,(παρακεῖμαι,) adiacere, Iuxta vel prope iacere.Liuius 2.ab vrbe.115.Thuscus ager Romano adiacet. Idem 6.bel.Pun.121.Et oescio an vnam Hispaniæ oram,quæ nostro adiacet mari.Colu.lib.12.ca.1.2. Itaque curandum est,vt nec vagum villicum,nec auersum contubernio suo habeamus:nec rursus intra tecta desidem, & complexibus adiacentem fœminam.Ouidius libro 5.Fast.21.
Adiacet antiquis Tyberino lucus Hilerni.

*Adiacens insula dicitur,quæ est prope ædes non tams cõiuncta contextu ædificiorum Vlp.l.si finita cap.ex hoc edicto.ff.de damno infecto.Item quid dicemus si insula adiacens domini vitium fecerit?

Adianoëta, pen.prod.Latine non intelligibilia. (ἀδιανόητα,)

Adianoeta sunt quæ verbis aperta,occultos sensus habent:mystica.Author Quintilianus libro 8.cap.2.

Adiantum, adiãti,(ἀδίαντον)herba dicta ab ἀ & διαίνω,quòd folium eius aqua perfusum nõ madefiat, sicco semp simile. Vulgò Capillus Veneris dicitur. Sic enim vertit Theodorus.

Adiaphoria, adiaphoriæ,pen.cor.(ἀδιαφορία,)Cõpetus sine differẽtia vitæ,in victu nullã delectã,indifferẽtia.

Adiaphoriam censuit Aristo philosophus summum esse bonum.Cic.4. Acad.quæst.Aristoni summum bonum est, in his rebus neutram in partem moueri,quæ Adiaphoria ab ipso dicitur.

Adiaphoron Cicero vertit indifferens,lib.3.de Finib.81.

Adiectio, Adiectiuus, Adiectus, huius adiectus, Vide ADIICIO.

Adigo, ádigis,penul.corr.adégi,adactum,(ἀναγκάζω,βιάζομαι,) adigere,Vi impellere,sicut feriendo adigimus cuneum.Plinius lib.16.cap.10.In ipsam arborem clauus ferreus adigatur. Columel.de arboribus,cap.26.Statimque surculos demittito in ea foramina,quæ cuneo adacto inter corticem & materiam facta sunt.Cæsar 3. bel.ciuil.205.Qui tantum aberrat à nostro castello,vt telum tormentumve nullum adigi non possit.Plin.lib.17.cap.17.Si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte,exiguo super terrã relicto capite.

Adigere naues,Hoc est agere, admouere.Tacitus Annal.2.Sed Cæsar dum adiguntur naues,Siliam legatum cum expedita manu irruptionẽ in Chattos facere iubet.Paulò pòst,Iamque classis adnenerat, &c.

Vulnus adigere.Tacit.li.5.Nã vulnꝰ p galeã adegit, nec iterare valuit.

Adigere ensem in pectus,Ouidius 5.Metamorph.14. Et in media precordia.Sillius libro 7.106.

Adigere aliquem ad vmbras infernas.Virgilius 4.Aeneid.5.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Herebi,noctemque profundam,
Antè pudor quàm te violem.

Adigo,cum infinitiuo.Virgilius 6.Aeneid.13.
-tua me genitor,tua tristis imago
Sæpi occurrés,hęc limina tẽdere adegit.Id est,huc venire me spulit.

Adigere per metaphoram,Concitare,Impellere. Terentius Adel.1. 2.31.Tu homo adiges me ad insaniam. Idem Eunuc.2.1.13.Noctu

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit adigent horsum insomnia.

Adigere quempiam arbitrum pro socio, Id est adducere aduersarium ad arbitrum à magistratu datum, qui causam cognoscat & iudicet ex bono & æquo. Cic. pro Roscio Comœdo. 14. Quæ quum ita sint, cur non arbitrum pro socio adegeris Q. Roscium, quæro, Formulam non noras? Sic 3. Offic. 86. In Topicis quoque. 21.

Adigere sacramento, vel iureiurando, siue ad iusiurandum, dicitur is qui conceptis verbis alium iurare cogit: hoc est, qui verbis arbitrio suo dictat, iureiurando eũ obstringit. quod nónulli adiurare dicũt. Qui aũt sic astrictus est, dicitur iureiurando adactus, vel adactus in verba eius qui adegit. Ex Budæo. Cæsar 7. bel. Gal. 263. Probata re, atque eo bus ad iusiurandum adactis. Liuius 4. bel. Pun. 71. Citatósque singulos iureiurãdo adigam, nisi quibus morbus causa erit, non aliter ij stantes, cibum, potúmque, quoad stipendia facient, capturos esse. Idẽ 4. ab vrbe. 23. Et simul ego Tribunus, vocare tribus in suffragium cœpero, tu statim consul sacramento iuniores adiges. Libro quoque 6, Camillus addidit minasti pergerent, sacramento omnes iuniores adacturum, exercitum extemplò ex vrbe deducturum. Et lib. 7. Dictator quum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab vrbe profectus est.

Sacramento alicuius adigere legiones. Tacit. lib. 17. Iudaicum exercitũ Vespasianus, Syriæ legiones Mutianus sacramento Othoni adegere.

Sacramento adactus pro aliquo. Tacit. lib. 17. Inferioris tamen Germaniæ legiones solẽi Calendis Ianuarii sacramento pro Galba adactæ.

Adigere iusiurandum, siue præpositione. Liuius. 5. Decad. lib. 3. In censu accipiendo populi, milites ex Macedonico exercitu in prouinciã cogebant: causas impendiis missorum cognoscebant: & cuius nõdum iusta missio vitã esset, ita iusiurandum adigebant: Ex tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudii, Tib. Sempronii censorum, in prouinciam Macedoniam redibis, quod siue dolo malo facere poteris.

Adigere in verba, Cogere quempiam vt in nostra verba iuret. Plin. in Pan. 19. Adigebantúrque in verba, in quæ paulò antè ipse iurauerat. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 73. Prouinciã omnẽ in sua & Pompeii verba per iusiurandum adigebat. Tacit. lib. 17. Imminere Narbonensi prouinciæ in verba Vitelli adactę. Snb. iureiurãdo est, q̃ in eius verba iurauerat.

Adigi iureiurando in verba principis, est quod nunc dicitur, Præstare iuramentum fidelitatis. Ex Budæo.

¶ Adigere, pro Agere, vt Adigere pecus. Plautus Bacchid. 23. 3. Quid hoc est negotij nam amabo quis has huc oues adegit

¶ Adaxint, Id est adegerint. Festus Pomp.

Adaxint, adigant. Plautus in Aulularia, Vtinam me diui adaxint ad suspendium. Ex Nonio Marcel.

Adactus, Participium ab adigo, (ἐμπεπληγώς, βιαζόμενος,) Vt impulsus. Plin. lib 16. cap. 40. 7. Et ne sic quidem adactus auelli clauus queat.

Adactus cum datiuo. Plin. lib. 10. cap. 12. de pico Martio, Adactos cauernis eorum à pastore cuneos, admota quadam ab his herba, clabi creditur vulgo. Idem lib. 25. cap. 2. Dixit Democritus, credidit Theophrastus, esse herbam, cuius contactu illatæ ab alite quam retulimus, exilitret cuneus à pastoribus arbori adactus.

Adactus ex accusatino, ppositione intercedẽte. Propert. lib. 3. eleg. 22. 3.
Quo rudis Argoa tutatur inter saxa columba
In faciem proræ pinus adacta nouæ.
Adactus iugo Rhenus, Adactus legibus Ister, Hoc est, à Romanis subiugatus, Romanorum legibus parere coactus. Stat. lib. 1. Thebaid. 4.
-limes mihi carminis esto
Oedipodæ confusa domus quando Itala nondum
Signa, nec Arctoos aulus sperare triumphos,
Bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Istrum. Rhenum & Istrum dicit, pro Rheni & Istri accolis.

Adacta mtus vis mortis. Lucretius lib. 3. 36.
Si minus offendit vitam vis horrida leti,
Ossibus ac neruis disclusis, intus adacta,
Attamen insequitur languor.

Adactum tempus soluendi pœnas. Lucretius lib. 5. 246.
-duum perculsi membra timore,
Ne quod ob admissum fœde, dictúmve superbe,
Pœnarum graue sit soluendi tempus adactum. Hoc est, ne tempus aduenerit graues pœnas luendi.

Adactum vulnus alte. Virg. 10. Aeneid. 168. Id est profundè impressum.

Adactio, (βιαζωσις,) Verbale ab Adigo, Ipse actus adigendi. Liu. 2. bel. Pun. 160. A tribunis ad legitimam iurisiurandi adactionẽ translatum.

Adicio, adicis, pen. corr. adieci, adiectũ, (ὑπερτίθημι, ἐπιβάλλω, προσορμίζω,) adiicere, Ex ad, & iacio, proprie est iacere ad: Vt adiicere tela. Cæsar. 3. bel. Gal. 406. Vt neque ex inferiore loco satis cõmode tela adici possent, & missa à Gallis grauius acciderent.

Adiicere nrus, pro Inicere, immittere, infundere. Corn. Celsus libro. 7. ca. 27. Deinde vbi ventum fuerit ad curationem, homo in aquam demittetur, in qua marrubium decoctum sit aut cupressus, aut myrtus: idemque humor clystere intus adiicietur.

Adiicere, pro Iacere. Colu. lib. 12. cap. 16. In lixiuiæ sextarios decem salis tres cyatos adiiciat. Potest hîc pro Addat accipi.

¶ Adiicere pro Addere. Liui. 2. ab vrbe. Adiiciebat huic muneri agri aliquantum. Quint. in præf. lib. 4. Vt quãtum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii aspirat. Id est, quantum nobis auxit expectationẽ. Cic. de petitione Consulatus. 1. Non vt aliquid ex iis noui adiiceret.

Adiicere doctrinæ gloriam ad laudẽ belli. Cic. 1. Offic. 163. Quod idem fecit Timotheus Cononis filius: quum belli laude nõ inferior fuisset quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adiecit.

Adiicere ex abundanti. Quintil. lib. 5. cap. 6. 2. Vitiose adiicere. Idem lib. 1. cap. 13.

¶ Adiicere animum rei vel ad rem, pro Animum appellere, adiungere, applicare. Terent. Eunu. 1. 2. 63. Quantum suspicor, ad virginem animum adiecit. Plaut. Merc. 6. 62.
-sed præcauto opus est
Nec ad illam me animum adiecisse aliquà sentiat. Idem Mil. 12. 35.
Quasi militi animum adieceris, simulare ne futurum.

Animum consilio & ad consilium. Liui. 5. bel. Pun. 174. Nouo etiam consilio adiecit animum. Hoc est, nouum consilium tractare, & mente agitare cœpit. Idem lib. 5. 207. Martius ad consilium prima specie temerarium magis audax animum adiecit.

Adiicere authoritatem. Plin. epist. 10. b. Quinetiam voluminibus ipsis authoritatem quandam & pulchritudinem adiicit magnitudo.

Calculum. Plin. epist. 1. b. Si modo tu fortasse errori nostro album calculum adieceris. Id est, si errorẽ meum approbaueris. Videtur esse trãslatio à suffragiorum calculis.

Celeritati. Celsus lib. 7. cap. 4. Adiicitur celeritati sic, vt tormento quoque, si & linum, & id quod ex pemicillo est aliquo medicamento illiniatur ex his, quibus callum exedi posse. Id est, Id celerius fit, sed maiori dolore. Est & id loquendi genus cap. 21. eiusdem libri.

Clamorẽ. Tacitus in vita Agricolæ, Velocissimos equitũ peditúmque assultare tergis pugnantiũ iubet, mox ab vniuersis adiici clamorem.

Aliquid disciplinæ. Celsus in prooemio libri septimi, Ac Romæ quoque non mediocres professores, maximeque nup. Tryphon pater & Euelpistus, & (vt ex scriptis eius intelligi potest) horũ eruditissimus Meges, quibusda in melius mutatis, aliquantũ ei disciplinæ adiecerint.

Expectationẽ. Quintil. in Prooem. lib. 4. de Domitiano, Vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii adipiret.

Aditeri febres, Id est addit. Corn. Celsus lib. 2. cap. 1. At æstas non quidem, vacat plerisque ab his morbis, sed adiicit febres, vel continuas, vel ardentes, vel tertianas.

Malo multum. Celsus lib. 3. cap. 11. Hæc enim paulò antè data multum malo adiicit. Loquitur Celsus de potione quæ si paulò antè frigus, quod ante febres esse solet, detur malum grauius efficit.

Modum, hoc est adhibere. Tacitus Annal. 3. Idque & sibi & cunctis egregium, si modus adiiceretur.

Oculos in aliquẽ, Quod propriè coniicere oculos dicimus. Plaut. Asin. 3. 24. Apud forũ ne quem oculos adiiciat suos. Subintelligitur præpositio (in) vt sit, ne in quem. Aut fortasse legendum, ne in quem.

Oculos alicui rei, vel in aliqua rẽ, Est cupiditate rei vilæ teneri. Cic. 4. Verr. 25. Partim plane videbãt adiectũ esse oculũ hæreditati. Idẽ pro lege Agraria. 37. An vos aliter existimabatis, quũ ad ea vestra pauci homines cupiditatu oculos adiecissẽt, nõ eos in primis id acturos, vt, &c.

Adiicere oculorum imprudentiam aliquò, Aliquid intueri non dedita opera & ex industria, sed per imprudentiam. Cic. lib. 2. de Legib. 58. Quid autem mihi displiceat in nocturnis sacris, Poetæ indicant Comici. Qua licentia Romæ data, quidnam egisset ille, qui in sacrificiũ cogitatam libidinem intulit, quò ne imprudentiam quidem oculorũ adiici fas fuit? Quibus verbis Clodium notari puto.

Stimulos Ioui frementi, Ioue iã iratũ magis accẽdere. Ouid. Metam. 50.
Dicta Iouis pars voce probant, stimulosque frementi
Adiiciunt.

Vires. Liu. 4. ab vrbe. 238. Ea aduersa ciuitati res, vires Tribunitiæ actioni adiecit. Plin. lib. 23. cap. 2. 5. Crematio ei multum virium adiicit.

Virus in angues. Ouid. lib. 3. de Arte amandi. 2.
Dixerit e multis aliquis, cur virus in angues
Adiicis: & rapidæ tradis ouile lupæ?

¶ Adiicere aliquid cibo, est addere: cui aduersum Demere aliquid cibo. Celsus libro 4. cap. 2. Vbi per hæc idoneus aliquis balneo factus, eoque vsus est, adiiciendus est cibo pisciculus, sic tamen, ne protinus iustus modus cibi sumatur.

Aliquid potioni adiicere, Est aliquanto largius bibere, cui Demere oppositum. Corn. Celsus lib. 1. cap. 3. At vere paulum cibo demendum, adiiciendúmque potioni.

¶ Adiicere, pro Consentire. Virgilius 10. Aeneidos,
Tercentum adiiciunt mens omnibus vna sequendi. Vbi Seruius: Adiiciunt accedunt & consentiunt eius voluntati. Vnde ait: Mens omnibus vna sequẽdi. Id est: cõiurati sunt. Hæc ille. Cæterũm videtur esse termo ecliticus: vt sit: Adiecit illi animum aut studium aut voluntatem: aut se.

Adiiciales

Adiciales cœnæ, (ἐπιβλητικὰ δεῖπνα,) & adipales, sacerdotum vocabantur. Plin. lib. 29. cap. 4. 1. Adiicialibus quidem epulis celebrẽ fuisse, Plauti fabulæ sunt indicio. Idem lib. 10. cap. 20. Pauonẽ cibi gratia Romæ primus occẽdit orator Hortensius adiiciali cœna sacerdotii. Varr. de re rust. lib. 3. cap. 6. vbi de pauonibus, Primus hos Q. Hortensius augurali adiiciali cœna posuisse dicitur. Dicitur autem adiicialis cœna, ꝙ in ea multa extra ordinem, vltráque iusta fercula adiiciũtur. Eadem & Pontificialis dicta, teste Macrobio lib. 3. Satur. cap. 13. Hæc ex Hermolai in Plinium sententia. Codices tamen Pliniani recens excusi in Germania, habent aditialibus epulis, & aditiali cœna. Fortè ab adeundo dicta, quasi initialis, vtpote quæ fieret quũ pontificium adiebatur seu inibatur. Sed hoc ex coniectura.

Adiectus, Participium, (ἐπιβεβλημένος,) Vide in verbo. Plin. lib. 18. cap. 3. 8. M. quidem Curii post triumphos immensumque terrarum adiectum imperio, nota cõcio est, pernicioſum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis.

Adiecta ignominia post mortem. Quintil. lib. 3. cap. 7. 14.

Adiectus, huius adiectus, Verbale, (ἐπίβλημα,) Idem quod adiectio. Vitruuius lib. 9. cap. 9. Cuneorum adiectus, aut exemptus in singulis diebus aut mensibus.

Adiectio, Verbale, (προσβολή,) Ipse actus adiiciendi. Vitru. lib. 9. cap. 9. Sin autem cuneorũ adiectionibus & detractionibus correptiones dierum aut crescentiæ non probabuntur, &c.

Adiectio, Accessio. Liuius lib. 1. ab vrbe. 132. Et Romanam rem, iuuet etiam adiectione populi Albani auctam.

Adiectiuus, adiectiua, adiectiuum, pen. prod. (ἐπίθετος,) Denominatiũ à participio adiectus, Nomen est fictum à Grammaticis. vt quum dicunt, adiectiuum nomen. Priscianus lib. 2. Adiectiua nomina ideo vocantur, quòd aliis appellatiuis, quæ substantiam significant, vel etiam propriis adiici solent ad manifestandam eorum qualitatem vel quantitatem, quæ augeri vel minui siue substantiæ consumptione possunt, vt Bonum animal, magnus homo.

Adimo, adimis, pen. corr. adẽmi, ademptũ, (περιαιρῶ, ἀφαιρέομαι,) adimere, Auferre. Est autẽ ex ad, & emo cõpositum: quod antiqui, vt ait Festus, Emere dicebant pro Accipere. Terent. And. 4. 1. 24. Hanc, nisi mors mihi adimet nemo. Cic. 7. Verr. 68. Illi aditum litoris Syracusanis ademerunt. Id est, phibuerũt eos ab accessu ad litus. Idem. 3. Verr. 103. Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Idem 7. Verr. 138. Omnia ista vobis adempta at, que erepta sunt.

Adimere ægritudinem. Terent. Heaut. 3. 1. 13.

Animam alicui. Plaut. Mil. 10. 136.

Beneuolentiam, charitatem, nomen soceri adimere. Cicero pro Sestio. 4. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ, sed charitatem illius necessitudinis & beneuolentiam non ademit.

Causam rei alicuius faciendæ. Terent. And. 5. 1. 18.

Ciuitatem alicui, Est eum priuare ciuitate, siue expellere. Vnde & ciuitatis ademptio dicitur. Suet. in Cæsare. Cic. pro Cecinna. 69. Deinde nihil rationis affers quamobrem si libertas adimi nullo modo possit, ciuitas possit. Nam & eodem modo de vtraque re traditum nobis est. Et si semel ciuitas adimi potest, retineri libertas non potest.

Curam. Terent. Phorm. 5. 7. 3. & Hecy. 5. 3. 19.

Consuetudinem. Terent. Phorm. 1. 3. 9.

Diem adimit nox. Plaut. Capt. 7. 58.

Dolores. Horatius. 2. Serm. Saty. 3. 58.
Iuppiter, ingentes qui das adimisque dolores.

Facultatem. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 116. Cic. ad Att. lib. 3. 47. 6.

Fidem in omne tempus adimere. Ouid. 2. de Arte amandi. 63.
Si latet ars, prodest, affert deprensa pudorem,
Atque adimit meritò tempus in omne fidem.

Formam alicui. Plaut. Amphit. 16. 33.

Ius epulandi in publico. Plinius de viris illust. 34.

Leges. Cic. 1. de Finib. 59.

Leto aliquem adimere, Id est morti. Horat. 3. Carm. 22. 2.
Montium custos nemorúmque virgo,
Quæ laborantes vtero puellas
Ter vocata audis, adimísque leto.

Memoriam. Plin. lib. 37. cap. 12.

Metum. Terent. And. 2. 2. 1.

Misericordiam. Cicero pro Rosc. Amer. 92. Hominibus lenissimis ademit misericordiam consuetudine incommodorum.

Meipsum mihi. Cice. ad Atticum, lib. 3. 45. 2. Inimici mei mea mihi, non meipsum ademerunt.

Nomen alicui. Plaut. Epid. 5. 51.

Nomen virgineum, Id est virginitatem. Ouid. 8. Metamorph. 119.
Huic ego virgineum dilectæ nomen ademi.

Potestatem. Cic. 3. de leg. 32. & pro Quintio. 5. & 1. Verr. 12.

Risum. Plinius lib. 11. cap. 73.

Soccos pedibus, pro Detrahere soccos. Plautus Epid. 15. 21.

Somnum. Cic. Attico, libro. 2. 3. 1.

Spolia. Plautus Amphit. 16. 46.

Transitum. Plinius libro. 17. cap. 21. 1.

Vincula canibus. Ouidius. 8. Metamorpho. 67.
Vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur,
Signa pedum.

Vires dolor adimit. Ouidius. 3. Metamorpho. 94.

Iamque dolor vires adimit. Idem. 4. Trist. 7. 5.
Sic igitur tarda vires adimente senecta,
Mequoque donari iam rude tempus erat.

Vitam. Cicero in Partitionibus. 19. Vide VITA.

Vocem homini adimere creditur lupus. Plin. lib. 8. cap. 22. 1.

¶ Adimo, cum infinitiuo loco nominis positio. Horat. 1. Epistо. 20. 2.
-fortum, puteal que Libonis
Mandabo siccis, adimam cantare scueris. Id est, cantum.

Ademptus, (περιαιρεθείς,) Participium, & interdum nomen adiectiuum ex participio. Horatius. 2. Carm. 4. 31
Barbaræ post quam cecidere turmæ
Thessalo victore, & adẽptus Hector. Hoc est occisus, è medio sublatꝰ.

Anima adempta. Lucretius libro. 3. 83.
Quamuis est circum cæsis lacer vndique membris
Truncus, adempta anima, circum membris que reuotis.

Conditio mortis adempta. Id est, moriendi potestas. Virgilius. 12. Aeneid. 174.
Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio?

Adempta equorum pernicitas. Tacitus lib. 16. Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate.

Augmen ademptum, Ablumptum augmentum. Lucret. lib. 2. 227.
Quippe etenim quanto est res amplior augmine adempto,
Et quo latior est, &c.

Fratrem ademptum lugere. Ouidius. 11. Metamorpho. 55.
-Illo qui tempore mœstus,
Dissimilisque sui fratrem lugebat ademptum. Idem. 13. epistо. 19.

Lumen alicui ademptum, Id est, oculus. Virgilius. 3. Aeneid. 131.
Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.
De Polyphemo.

Lux adempta. Idem. Ouidius. 14. Metamorpho. 39.

Pax adempta mihi. Ouidius. 1. de Ponto. 2. 3.

Spolia adempta. Ouidius lib. 1. Amorum, eleg. 10. 6.
Sola viro mulier, spoliis exulta ademptis.

Succi adempti. Ouidius. 2. Metamorpho. 43.
Corripitur flammis vt quæque altissima tellus,
Fissaque agit rimas, & succis aret ademptis.

Torquis ademptus. Ouidius. 1. Past. 130.

Virilitatis ademptæ homo, id est spado, exectus. Cornel. Tacitus. Annal. libro. 5. Sed Parthis mittendi secretos nuntios validissimus author fuit Sinnaces, infigni famulia ac periode opibus, & proximus huic Abdus ademptæ virilitatis. Non despectum id apud Barbaros, vtróque potentiam habent.

Ademptio, ademptionis, (περιαίρεσις,) Verbale ex Adimo, Actus ipse adimendi, hoc est, ablatio, priuatio. Ademptio ciuitatis, est ciuitatis priuatio, hoc est, quum quis ciuitate sua expulsus, in exilium agitur. Cice. pro domo sua. 61. Id autem vt esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed recti & aquæ & ignis interdictione faciebant.

Adimpleo, adimples, adimplei, adimpletum, (πληρῶ, πλήθω,) adimplere. Videtur idem esse quod Impleo, sed est verbum rarissimum. Plin. lib. 11. cap. 37. 15. Cochleis oculorum vicẽ cornicula bina præcentatu adimplent. Quasi oculorum vicẽ implent, aut potius supplent: hoc est, fungũtur oculorum vice in cochleis.

Adindo, adindis, adindidi, adinditum, (προσεντίθημι,) adindere, verbum antiquum, compositi ex indo, quod ipsum ex do est compositum, significat Imponere, immittere. Cato de re rust. cap. 38. 6. Orbem olearium latum pedibus quatuor punicanus coagmentis facito crassum digitis sex, subscudes iligneas adindito.

* **Adinstar**, (ὅ ἐστιν,) nõ dicimus teste Seruio. Quãuis Apulcius hac voce licenter vtatur. Vide INSTAR.

Adinuenio, adinuenis, pen. corr. adẽmi, adinuentum, (προσευρίσκω,) adinuenire. Ex ad, & inuenio: quod ipsum ex venio compositum est: idem quod inuenire significat, siue potius comminisci: hoc est, ingeniosè & subtiliter inuenire. Cic. 2. de Natu. deor. 225. Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos, &c. Plaut. Curcul. Iam huic voluptati hoc adinuentum odium est.

Adipiscor, adipisceris, pe. cor. adeptus sum, (καταλαμβάνω, προσκτῶμαι, τυγχάνω,) adipisci, Ex Ad, & verbo antiquo apiscor, Est rem aliquam assequi: hoc est, ad aliquid peruenire. vt
Adipisci diuitias, gloriam, laudem, sapientiam. Plaut. Epid. 10. 14.
-nempe quem in adolescentia
Memorant apud reges armis, arte duellica,

Thesau. Lin. Lat. P

Diuitias magnas sibi adeptum? Idem Sticho. 5.8. Nunc potestas tibi adipiscendi est gloriam, laudem, decus. Sic Adipisci honores, Cicero 4. Verr. 77. Adipisci palmam, Plin. lib. 35. cap. 10. 3. Adipisci senectutem. Cic. de Sene. 4. Quo in genere in primis est senectus: quam vt adipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti.

Adipisci ordinem senatorum. Cice. pro Flacco. 33.

¶ Adipisci iudicii, sine ius, qd' & ius obtinere dicitur. Ter. Phor. 2. 3. 59. Quandoquidem solus regnas, & soli licet
Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier. Liuius. 1. ab vrbe. 143. Maiores tatu consulemus, quo pacto ius nostrum adipiscamur.

Adipisci nuptias. Tercut. And. 2. 1. 34. Nuptias effugere ego istas malo, quàm tu adipiscier.

¶ Adipisci quempiam, pro assequi: de itinere dictum. Plaur. Epid. 2. 13. Nam vt apud portum te conspexi, curriculo occepi sequi:
Vix adipiscendi potestas modo fuit. Cic. Medio itinere cum adeptus, amplexus sum. Hoc est, cum medio itinere ad eum peruenissem.

¶ Adipisci aliquid ad dicendum. Cice. in procem. Offic. 3. Vt non modo Græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrantur adeptos & ad dicendum & ad iudicandum.

¶ Adipiscor, in passiuo significatu. Plaut. Trin. 6. 85. Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia. Pro Acquiritur, comparatur.

Adipiscendus, (προσκτητός, ή, όν.) Cic. lib. 2 de Legib. 89. Intelliget quanta instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. Sic. 1. Offic. 102. Idem. 1. de Finibus. 56. Et. 3. de Orat. 74.

Adeptus, Participium, (προσκτηθείς, ή, όν.) idem quod assecutus. Ci. pro Flacco. 33. Princeps legationis Lysias adeptus est ordinem senatorium. Plinius lib. 7. cap. 24. Tum multis gloriam eius adeptis.

Adeptus cognomen. Propert. lib. 4. eleg. 4. 19.
A duce Tarpeio mons est cognomen adeptus. Sic Adeptus nomen, Ouid. 8. Metamorpho. 31. Et Lucretius lib. 2. 199.

Adeptus crimen. Ouidius lib. 2. Trist. 19.
Quod si non prodest, & honesti gloria nulla
Redditur, at nullum crimen adeptus eram.

Adeptus coniugium regium. Catul. epigram. 61. 6.

Adepta est connubium. Catul. epigram. 67. 12.
Adeptus rerum, Id est, rerum potitus, qui rerum imperium tenet. Cornel. Tacitus Annal. lib. 3. A fine Actiaci belli, ad ea arma qui's Serui Galba rerum adeptus est.

Adeptus est summos honores à populo Romano. Cic. pro Cluentio. 93.

Adeptæ palmæ, Id est victoriæ. In significatione passiua. Ouidius. 4. Trist. eleg. 7. 4.
Ne cadat, & multas palmas in honestet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit equus.

Vetustatem adepta. Columel. lib. 5. cap. 6. Quum deinde arbor vetustatem fuerit adepta.

Adeptio, Verbale, (προσκτησις,) Actus ipse adipiscendi. Cic. 2. de Finib. 68. Nos beatam vitam, non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus. Id est, assecutione. Ibidem lib. 4. 78. Quasi verò hæc appetitio non ad summi boni adeptionem pertineret.

Adiposus, Vide ADEPS.

Adipsos, vocatur Glycyrrhiza, quam vulgus Rigoliciam appellat. Plinius lib. 22. cap. 9. Hac diximus sitim famemque sedari. Ob id quidam adipson appellauere eam, & hydropicis dedere ne sitirent. Idem lib. 12. cap. 22. meminit palmæ Aegyptiæ, quæ Adipsos vocatur, viridis, odorem mali cotonei, nullo intus ligno.

Adipsateon, Plin. lib. 24. cap. 13 scribit fruticem esse spinosum in Nisyrio & Rhodiorum insulis, quem alii eryspeptrum, alii dipsacon, alii diacheton vocant.

Aditiculus, Aditio, Aditus, Vide ADEO adis.

Adiudico, adiúdicas, pe. corre (ἐπιδικάζω, ἐπικρίνω,) adiudicare, Per sententiam & iudicium attribuere, cui contrarium est abiudicare. Cic. pro lege Agraria. 50. Volet esse popularis: populo Romano adiudicabit: ergo idem ex sua lege vendet Alexandriã, vendet Aegyptum. Idem. 1. Offic. 2. Itaque illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit: in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Idem Attic. lib. 4. 71. 3. Nemo enim dubitat, quin domus nobis esset adiudicata.

¶ Adiudicare, per translationem, quouis modo attribuere, quasi iudicii sententia. Cice. Attico, lib. 1. 14. 9. Sæpe, multisque verbis suis mihi salutem imperii atque orbis terrarum adiudicarit. Id est, iudicauerit me imperio Romano atque orbi terrarum salutem attulisse, quasi eius rei gloriam mihi attribuens. Horatius lib. 1. Epist. 19. 12. Et nunc quid abest, Italis adiudicat armis.

Adiudicare causam alicui. Ci. 2. de Orat. 70. Nam hoc necesse est, vt is q nobis cãm adiudicaturus sit, aut inclinatione voluntatis ꝓpẽdeat in nos, aut defensionis argumẽtis adducat, aut animi pmotione cogatur.

Adiudicare aliquem in seruitutem alicui. Cic. 1. Verr. 30. Iste in possessionem bonorum mulieris mittit ipsam Veneri in seruitutem adiudicat.

Adiudicare saporem alicui rei. Plinius lib. 9. cap. 54. Is primus optimum saporem ostreis Lucrinis adiudicauit. Id est iudicio suo comprobauit ea esse optimi saporis.

Adiudicare & Abiudicare, contraria. Cic. contra Rullum. 51.

¶ Adiudicare pro decernere, quod vulgò dicitur concludere. Plaut. Menæch. 5. 6. Adiudicato cum vtro hanc noctem sies.

Adiugo, adiugas, pen. corre. (ἐπιζεύγνυμι,) adiugare. Copositũ iter accommodare, cui opponitur Abiugare. iugum autem tunc dicitur, ligneum quoddam instrumentum, cui bini quolibet ordine boues ad arandum disponuntur. Sed ad metaphoram traxerunt veteres de quo sic Nonius, Adiugare, adiungere. Pacuuius Chryse, Mater est terra, ea parit corpus, anima mater adiugat. Idem Iliona, Blandam horratricem adiugat voluntatem.

Adiugare vitem, Est vitem in iugum disponere, quod & iugare dicitur. iugum autem hoc loco sumitur pro palis quibuldam, velut in iugum assurgentibus, ad quos vites certo ordine componuntur. Plinius lib. 17. cap. 22. Satius pampinos adigatæ detergêre. Columel. lib. 4. capit. 17. Nihil enim refert iugum in stellam decussari atque diduci, nisi & palmites adiugentur.

Adiumentum, Vide ADIVVO.

Adiungo, adiungis, adiunxi, adiunctum, (προσζεύγνυμι, προσπίπτω, προσαναγκάζω,) adiungere, Quasi ad aliquid iugum adigere, & pene idem quod coniungere. Cic. 1. de Orat. 121. Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiunxit. Adiungi & contineri. Cic. 6. Verr. 104. Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur insula, mari disiuncta angusto, ponte rursum adiungitur & continetur.

Adiungit atque annectit rebus præsentibus futuras. Cic. 1. Offic.

Adiungere aliquem alteri. Cic. Att. 1. 9. 1. Hic dies me valde Crasso adiunxit. Pro Coniunxit, & amicum fecit. Idem ad Pompeium lib. 5. 7. 4. Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerint, Respublica nos inter nos conciliatura coniunctus atque sit.

Adiungere se ad aliquem. Cum eo familiaritatem inire. Cic. in Philip. Sic Plautus in Aulul. 7. 57. Adiungere se dixit, propinquitate ad probos: quod est, propinquitate cum illis se coniungere.

Adiungere aliquem ad amicitiam, Eum nobis amicitia coniungere. Cice. de petitione Consul. 17.

Applicare se & adiungere ad aliquid. Cice. de Amicitia. 45. Siqua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet, & adiungat.

Accessionem ædibus adiungere, pro Addere accessionem. Cice. 1. Offic. 103. Co. Octauio, qui primus ex illa familia Consul factus est, honori fuisse accepimus, quòd præclaram ædificasset in palatio & plenam dignitatis domum: quæ quum vulgò viseretur, suffragata domino nouo hominis ad consulatum putabatur. Hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus. Vide ACCESSIO.

Adiungere animum aliquò, aut ad aliquod studium, Idem quod appellere animum. Terent. Hecyra. 4. 4. 61. & And. 1. 1. 29.

Adiungere animos hominum ad vtus nostros, Pro Accommodare. Cic. 1. Offic. 23. Quum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus & prosint & obsint: proprium hoc statuo esse virtutis, conciliare animos hominum, & ad vsus suos adiungere.

Adiungi ad authoritatem senatus. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 49. Quum etiam Cæsar rebus maximis gestis, singularibus ornatus, & notis honoribus ac iudiciis senatus, ad authoritatem eius ordinis adiungeretur, nulli fuit probo ciui locus ad Rempublicam violandã esse potuillet.

Auxilium sibi adiungere. Comparare sibi auxilium. Ci. pro Roscio Amer. 68. Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui eũ altero rem cõmunicauit.

Adiungere sibi aliquem beneficio, Eum beneficio deuincire atque astringere, & amicum reddere. Terent. Adelph. 1. 1. 47.

Adiungere aliquem beneficio ad suam necessitudinem. Cicero ad Plancum lib. 13. Ipsum Capitonem gratissimum, officiosissimum, optimi virum, ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris.

Beneuolentiam hominum sibi adiungere lenitate audiendi. Ci. pro Murena. 39. Prætor offensionem vitat æquabilitate decernendi, beneuolentiã adiungit lenitate audiẽdi. Hoc est, cõciliat sibi, & acquirit fauorẽ.

Adiungere se ad causam, quod barbarè dicitur, Ponere se de parte aliquem. Cice. Lentulo, lib. 1. 9. 33 Ad eorum causam me adiungerem. Hoc est, vt ego illorum causæ fauerem.

Comitem fugæ se adiungere. Cic. ad Atti. lib. 9. 18. 3. Nihil enim dignũ faciebat quare eius fugæ comitem me adiungerem.

Diligentiam alicuius sibi in aliqua adiungere; vti alicuius diligentia in aliquo negotio. Cic. pro Cluentio. 2. Alteram partem causæ sic agemus, vt vos doceamus: alterã sic, vt oremus. In altera, diligentia vestra nobis adiungenda est in altera, fides imploranda.

Dignitatem & decus alicui adiungere. Cic. ad Curionem lib. 5. 13. Mihi verò tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, vt eundem te facile agnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute.

Fidem alicui rei adiungere, Credere, Fidem habere. Cic. 2. de Diuinat. 169. Authoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adiungere.

Fortuna adiuncta diuinitus summis viris ad res bene gerendas. Cicero pro L. Manilia. 53. Fuit enim profectò quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna.

Generum adiungere. Virgil. 7. Aeneid. 12.
-petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, auis atauisque potens, quem regia coniux
Adiungi generum ardebat maro properabat amore.

Metus ad gratiam adiunctus. Cic. 1. Verr. 13. Vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiam.

Numeros verbis solutis adiungere. Cic. In Orat. 100. Qui sì oratẽ maximè mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quòd verbis solutis numeros primus adiunxerit.

Opportunitas adiuncta ad cæteras vtilitates. Cicero pro L. Manilia. 35. Nunc quum ad cæteras summas vtilitates hæc quoque opportunitas adiungatur, vt in his ipsis locis adsit, vt habeat exercitum, vt ab iis qui habent accipere statim possit, quid expectamus?

Ornamenta oratoria dicendi adiungere ad elegantiam verborum Latinorum. Cicero in Bruto. 141.

Prouincias ad imperium, aut Rempublicam adiungere, Id est, Addere vel acquirere imperio. Cice. pro L. Manilia. 24. Quinquagesimo die totam ad imperium pop. Romani Ciliciam adiunxit. Idem ad Atticũ. Ad imperium adiunctæ prouinciæ.

Tauros adiungere aratro. Tibul. lib. 1 eleg. 9. 2.
Lucra petens habili tauros adiungit aratro,
Et durum terræ rusticus vrget opus.

Adiungere se ad rationes alicuius. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 3. Me ad eius rationem adiungo, quẽ tu in meis rationibus tibi esse adiungendũ putasti.

In societatẽ adiungere vrbem aliquã. Liuius. 7. bel. Maced. 62. Epicrates Rhodius, omissa in præsentia Ephesso, mittendam nauium partẽ in Lyciam censuit, & ad Pataram caput gentis in societatem adiungẽdam.

Adiungere sibi socium. Quod & socium adiscere dicimus. Cice. 3. de Finibus. 14. & pro Quintio. 6.

Adiungere sibi socium ad malam rem. Plaut. Asin. 7. 22.

Singulos adiunxit ad singula. Cic. de Vniuersit. 60.

Vitem palis adiungere. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 7.
Hic docuit teneram palis adiungere vitem. Virgil. 1. Georg. 1.
Vlmisque adiungere vites.

Voluptatem, vel vacuitatem doloris adiungere ad virtutem. Cice. 1. de Finibus. 69. Qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem, quam vnam virtus minimi facit, vel vacuitatem doloris.

Vxorem sibi adiungere. Cic. 3. de Finibus. 104. Atque vt è natura viuat, vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare.

¶ Adiungitur ad Aphricã etiam Hispania. Cice. ad Att. lib. 11. 20. 5.

Adiunctus, Participium. Cic. 1. de nat. deo. 105. Aspera arteria ostium habet adiunctum linguæ radicibus. Idem pro Cecinna. 8. Fulcinius huic fundo vxoris continentia quædam prædia atque adiuncta mercatur.

Adiunctæ aues, Id est adiugatæ. Ouid. lib. 1. Amorum. 2. 6.
Nec te coman myrto, maternas iunge columbas.
Qui deceant, currus virticus ipse dabit.
Inque dato curro populo clamante triumphum
Stabis, & adiunctas arte mouebis aues.

Adiunctus, (προσκατηγορικόν,) nomen ex participio. Cic. pro Cluent. 22. Acer natum iam reliqui, Iudices, dicam, vt ad ea quæ propiora huius causæ, & adiunctiora sunt, perueniam. Hoc est, causæ ipsi coniunctiora, consentaneora, accõmodatiora, & magis ad eam pertinentia.

Adiunctio, adiunctionis, Verbale. (προσπάθεια,) Cic. 2. de Finibus. 65 In quibus nulla est virtutis admixtio. Id est accessio.

Adiunctio animi. Cic. de petit. Consul. 15. Tribus rebus homines maximè ad beneuolentiam ducuntur, beneficio, spe, adiunctione animi vel voluntate.

Adiunctio naturæ ad hominẽ. Cic. ad Att. lib. 7. 11. 5. Etenim si hæc nõ est, nulla potest homini esse ad hominẽ naturæ adiunctio qua sublata, vitæ societas tollitur. De parentum amore in suos liberos loquitur.

¶ Adiunctio, id est Additio. Cice. 2. de Inuent. 145. Atque etiã hoc mihi videor videre esse quasdam cum adiunctione necessitudines, qualdã simplices & absolutas. Nam aliter dicere solemus, Necesse est Casilinenses se dedere Annibali, nisi malint fame perire: aliter autẽ, Necesse est Casilinum venire in Annibalis potestatem. Illic in superiore adiunctio est hæc, Nisi malint fame perire: isti enim id malint, non est necesse. Hoc inferius non item. propterea q̃ fiue velint Casilinenses se dedere, siue famem perpeti atque ita perire, necesse est Casilinum venire in Annibalis potestatem. Vulgò vocant necessitatem conditionalem.

¶ Adiunctio pro quadam figura seu exornatione oratoria, quum verbũ quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primùm aut postremum collocamus. Cice. 3. de Orat. 114. Et in eadem verba impetus, & concursio, & adiunctio, & progressio. Hanc verò, Adiectionem vocat Quintilianus lib. 9. cap. 3.

Adiunctor, adiunctoris, (προσπάθης,) Qui aliquid adiungit. Cice. Attico, lib. 8. 14. 7. 4. Illic Galliæ vlteriores adiunctor. Hoc est, vlteriorem Galliam adiunxit Romano imperio.

Adiurgium, (καταθρεῖα,) idem significat quod iurgium, nisi Iouis eius est mendosus. Plaut. Menæch. 17. 15.

Adiurgo, adiurgas, (ὑπαναθρεῖα,) adiurgare. Valde obiurgare. Plautus, At pol quin certa res est adiurgare hanc quæ me hodie aduenientem domum noluerit salutare. Budæus.

Adiúro, adiúras, penult. prod. (ὑπομόω, ἐξορκίζω,) adiurare, Idem quod simplex iurare: erat autẽ certè iurare vehementius & grauius. Teren. And. 4. 2. 11. Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deserturum. Idem Hecyra. 2. 2. 26. sanctè adiurat,
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. Vbi Donatus ꝛo ad, nunc auctiuum esse significat enim valde. Hoc latis dure Donatus: quis enim dicit valde iurare? Cice. 2 Philip. 36. Adurasque, id te inuito me non esse facturum. Idem Q. fratri, lib. 2. 9. 1. Adiurat Proclius hoc nemini accidisse. Idem Attico, lib. 2. 25. 2.
Pompeius affirmat non esse periculum, adiurat.

Adiurare, pro Iusiurandum exigere, vel Adigere ad iusiurandum, vulgò vsurpatur. In quem sensum videor dixisse Liu. 5. Deca. li. 3. Censores, vt eam rem adiurarent, ita in concione edixerunt: legem censui censendo dicturos esse, vt præter communem omnium ciuium iusiurandum, hæc adurarent: Tu minor annis sex & quadraginta es, tuque ex edicto C. Claudii, Tib. Sempronii Censorum ad delectum proditoris & quo tiescunque delectus erit, quem hîc Censores magistratum habebunt, si mandatis factus non eris, in delectu prodibis.

Adiurare omnia. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 3. 11. 2. Crebrius vt antè ad te scripsi, Romæ est & qui omnia adiurant, debere tibi valde remuntiant. Alii legunt adiurat.

Adiurare alicui. Ouidius. 19. Epistol. 31.
Promisit pater hanc, hæc adiurauit amanti:
Ille homines, hæc est testificata deam.

Adiuuo, adiúuas, penult. corre. adiúui, adiútum, penul. prod. (βοηθέω, συμπαραλαμβάνω, ἐπαρήγω, συναγωνίζομαι, ἐπαρωγός,) adiuuare, Opem ferre, Auxiliari, Subleuare. Terent. Phormi. 3. 3. 4. Qui me dudum, vt dixti adiuuerit comiter? Cic. 4. Verr. 16. Adiuuo te.

Adiuuare pro Fauere. Plau. Pœnulo. 2. 128. Valete, atque adiuuate. Terent. Phormi. 1. 4. 27. Fortes fortuna adiuuat.

Adiuuare ad aliquid. Liuius. 9. bel. Pun. 7. Eóque enixius ad bellum adiuuerunt. Cice. pro Quintio. 50. Vt omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum, authoritatem adiuuare. Idem pro Archia. 12. Qui profectò si nihil ad percipiendam, colendamque virtutem literis adiuuarentur, nunquam se ad earum studium contulissent. Quintil. lib. 5. cap. 14. 28.

Adiuuare in aliquo. Terent. And. 3. 5. 11. Vt me adiuues in hac re. Cice. ad Curionem, lib. 2. 5. 16. Non enim mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipuè sum adiutus ab illo, qu'um, &c. Idem ad Atticum lib. 7. 22. 1. 4. Et in eo ego te adiuuabo. Idem. 2. Offic. 82. In filiarum collocatione amicos adiuuant.

Adiuuare, cum dictionibus quid, nihil, & multum. Plaut. Pœnulo. 1. 4. 61. Si quid tu adiuuas. Pro, si in re aliqua: aut sine præpositione, si aliquare adiuuas: vel si aliquantulum adiuuas. Cicero. 3. Verr. 58. Iam nihil te iudicium Neronis adiuuat. Id est, nulla in re. Terent. Hecy. 3. 3. 10. Qui sic sint, haud multum hæredem adiuuant. Id est, parum consulit hæredi, vt vult Donatus. Est igitur adiuuare perinde ac conferre, conducere, prodesse, vsui esse.

¶ Adiuuare auxilio. Plaut. Rud. 6. 30. Aut aliquo auxilio vt adiuuer. Liu. lib. 9. bel. pun. 27. Sic Adiuuare consilio, factis, manu, opera, prudentia, pecunia. Ex Terentio Phorm. 5. 3. 3. Plauto Casina. 6. 7. Ciceronc. 2. Offic. 121. & Liuio. 4. bel. Maced. 70.

Artes. Ouid. 8. Metamorphos. 176. -sic has deus æquoris artes
Adiuuet.

Concoctionem. Plin. lib. 23. cap. 1. 22. Concoctionem minus adiuuant. Hoc est, minus conferunt ad concoctionem. Est autem concoctio quam barbare digestionem vocamus, quum digestio sit distributio alimenti per corpus.

Consensum omnium gentium. Cice. ad Plancum, lib. 10. 10. 6. Subuenit patriæ, opitulare collegæ, omnium gentium consensum & incredibilem conspirationem adiuua.

Consilium. Senec. in Medea. 7. 28.
Tu fida nutrix, locia maroris mei,
Vanique casus, misera consilia admoua.

Delectum. Cice. ad Atti. lib. 7. 13 3. 2. Me Pompeius Capuam venire volue, & adiuuare delectum.

Errorem alterius. Cice. ad Atti. lib. 12. 25 7. 1. Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferendus summo verò etiam adiuuandus.

Facultates alicuius, pro augere. Plin. epistol. 139. c.

Ignem. Hoc est magis excitare & inflámare. Liu. 4. bel. Mace. 153. Vt admixtis ignē, q alias ad extinguēdū opē ferre solet. Ouid. 10. Met. 127.
Cyphereaque comprecor, anſis
Adiit, aut noſtris, & quos dedit adiuuer ignes.
Infantiam alterius, pro Augere. Plaut. Amphit. 8. 164.
Forinam cura. Ouid. 2. Metamorpho. 147.
Nec ſedisſimulata tanta eſt fiducia formæ.
Quæ quanquam inſita eſt, cura tamen adiuuat illam:
Permulcetque comas, chlamydemque vt pendeat aptè
Collocat, vt limbus totumque appareat aurum.
Ira adiuuat manus. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 7. 14.
Quaſliber infirmas adiuuat ira manus.
Mœrorem orationis adiuuare lachrymis. Cicero. 2. de Orato. 106.
Quum C. Marius mœrorem orationis, meæ præſens ac ſedens multum lachrymis ſuis adiuuaret.
Nequitiam præceptis adiuuare. Quintil. lib. 1. cap. 15. 22.
Adiuuare temeraria via. Cel. lib. 2. cap. 10. Sed ſi nullum tamen apparet aliud auxilium, peritiusque ſit, qui laborat, nili temeraria quoque via fuerit adiutus, in hoc ſtatu boni medici eſt oſtendere, quàm nulla ſpes ſine ſanguinis detractione ſit, fateriſque quantus in hac ipſa re metus ſit. Temerariam viam hoc loco dicit remedium nulla ratione tētatum, medici enim ſanguinem mitti nolunt, niſi cōſtent vires, & corpus ſatis firmum ſit.
Voluntatem adiuuare, Augere, aut ſubleuare. Cicc. de Amicitia.
¶ Comiter adiuuare. Vide COMIS.
Lepidè adiuuare. Vide LEPIDVS.
Munificè adiuuare. Vide MVNVS.
¶ Adiuuo cum infinitiuo. Plin. lib. 11. cap. 14. ad finem, Phalangios tantum in ipſo ſpecu incubat magno numero: qui vt emerſerit, matrem conſumit, ſæpe & patrem: adiuuat enim incubare. Hoc eſt, pater adiuuat matrem ad incubandum, ſeu matris incubationem.
¶ Adiutum eſt à me, Impersonale. Salluſt. de Repub. ordin. ad Cæſarem Nam ſiue hac, ſeu meliore alia via perges, à me quidem pro viribus parte dictum & adiutum fuerit.
Adiutus, Participium, penul. prod. (βοηθηθείς.) Ouid. 1. Epiſto. 9.
Totque ſimul mactare viros adiutus ab vno.
Amor adiutus fatis. Ouidius. 24. Epiſto. 5.
Adde quòd hic fatis amor eſt adiutus, & illum
Præſcia venturi viderat ante ſoror.
Adiuta virēs haſta. Sil. Ital. lib. 6. 50.
- interritus haſtam
Fulmineo volucrem torquet, primumque lacerto
Venit in aduerſam non vano turbine frontem
Cuſpis: & haud paulum vires adiuta ruentis
Contrà ardore feræ, capiti ne emeomda reſedit.
Adiuta eſt nouitas nimirūm noſtra dei. Ouid. 1. de Pont. 13. 5.
Nerui aliquo conamine adiuti. Ouid. 15. Metamorpho. 45.
Editus in lucem iacuit ſine viribus infans:
Mox quadrupes, vtuſque tulit ſua membra ferarum.
Paulatimque tremens, & nondum poſſite firmo
Conſtitit, aduriſque aliquo conamine neruis.
Vetuſtas adiuta ventorum impulſu. Lucanus lib. 3. 95.
- qualis rupes, quam vertice montis
Abſcidit impulſu ventorum adiuta vetuſtas,
Frangit cuncta ruens.
Adiutō, adiūtas, penu. prod. (ἐμπολέω,) adiutare, Frequentatiuum ab ād iuuo, pro eodem, ſed ferè apud veteres vſitatius quàm ipſum primitiuum. Terent. Heaut. 3. 2. 35. Adiutā te oportet adoleſcentuli cauſa. Idem And. 1. 3. 4. Nec quid agam certum eſt, Pamphilumne adiutem, an auſcultem ſeni. Ennius apud Ciceronem de Senectute,
O Tite, ſiquid ego adiuto, curamve leuaſſo.
Adiuta mihi, vetuſtè dictū, p Adiuua me. Pacuui⁹ in Cluyſe. Ex Donato.
Adiutare aliquid, figuratè dictum pro Adiuuare in re aliqua. Terentius Phormi. 1. 2. 49.
- neque cognatus extra vnam aniculam,
Quiſquam aderat, qui adiutaret funus. Hoc eſt, qui adiutor ei eſſet in faciendo funere. Idem Eunu. 1. 2. 70. Id amābo, adiuta me quò id fiat facilius. Pro in ea re. Idem Hecyra. 3. 2. 24. Tu pueris curre Parmenō obuiam, atque eis onera adiu ta. Vbi Donatus, Locutio antiquè figurata. Et eſt μετωνυμία, pro, ipſos onera portantes, eis onera adiuta. Quam Donatus hîc Metonymiam vocat, Cicero à rhetoribus hypallagen vocari aſſerit, & Quintilianus lib. 8. cap. 6.
Adiutor, adiutaris, Paſſiuum, (ἐμπολέομαι,) Lucretius lib. 1. 166.
Adiutamur enim dubio procul, atque alimur nos
Certis ab rebus: certis aliæ atque aliæ res.
Adiutor, adiutaris, deponens, (ἐμπολέω,) Veruſtè dictum pro Adiutare. Pacuuius Doloreſſe, Illum quæro qui adiutatur. Afranius Inimicis,
Hæc obſecro igitur agite, & me adiutamini. Nonius.
Adiutans, Participium, (ἐμπολέων,) Terentius in Phormionis prologo

35. Bonitasque veſtra adiutans atque æquanimitas. Vbi Donatus, Sic veteres dicere maluerunt, quàm adiuuans. Varro. 2. de re ruſt. cap. 7. Eo enim adiutante equa alligata celerius admittitur.
Adiutor, penulti. producta. Verbale, (ἀντίλεγος, βοηθός, συμπαραλαμβανόμενος,) Qui adiuuat. Cice. 3. Verr. 110. Homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertiſſe. Pro eo quod eſt adiuuante.
Adiutor magnus. Horatius. 1. Serm. 9. 10. - haberes
Magnum adiutorem, poſſet qui ferre ſecundas.
Belli adiutor. Cic. ad Atti. lib. 9. 181. Huius igitur belli ego particeps, & ſocius, & adiutor eſſe cogor.
Adiutor honori alterius. Cæſar. 1. bel. Ciuil. 27. Cuius ipſe honori & dignitati ſemper fauerit, adiutorque fuerit.
Adiutor iracundiæ alterius. Teren. Adel. 1. 2. 66. Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ. Sic, Adiutores victoriæ, Cic. 1. Tuſcul. 45.
Adiutor ad aliquid. Cice. de Amicitia. 33. Vt aut libidinis miniſtri, aut adiutores eſſent ad iniuriam. Terent. Phormi. 3. 3. 28. Ad hanc rem adiutorem dari. Cæſar. 5. bel. Gal. 143. Se ad eam rem profectur adiutorem. Cice. 2. Offic. 75. 4. Eo plures ad benigne faciendum adiutores habebant. Et pro Roſc. Amer. 4.
Adiutor in re aliqua. Terent. Adelph. 5. 9. 10. In pſaltria iſta emundo hic adiutor fuit. Cic. Attico. lib. 8. 147. 4. Ille abſentis in omnibus adiutor. Sic idem. 3. Verr. 44. Et pro Seſtio. 30.
Legis author atque adiutor. Cic. pro lege Agraria. 28. Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum Quirites, hoc animo me ad legendam legem, cognoſcendamque veniſſe vt ſi eam vobis accommodatam atque vtilem eſſe intelligerem, author eius atque adiutor eſſem.
Adiutor, authorque eiuſdem ſententiæ Epicurus. Cic. 3. Offic. 150.
Adiutorem venire alicui. Cice. 1. de Natu. Deorum. 26. Non mihi, ſed tibi hic venit adiutor. Ibidem, Tu autem nolo exiſtimes me adiutorem huic veniſſe, ſed auditorem.
Adiutor his contra patriam inuentus eſt nemo. Cic. de Amicit. 40.
Socio atque adiutore conſiliorum periculorumque meorum, L. Flacco. Cicero pro Flacco. 1. Honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum ſperabam, quàm miſertarum deprecatorem. Ibidem.
Adiutorium, (βοήθεια, ἀντίλημψις,) derivatum ab Adiutor, pro Adiumēto ſeu Auxilio, apud multos, etiam receptos authores inuenitur. Aſinius Pollio apud Suetonium de claris grammatic. In eam rem adiutorium ei fecit maximè quidam. Seneca ad Lucilium, epiſto. 31. Sine adiutorio ignis nihil calidum eſt. Idem lib. 6. de benefi. Sic qui optat amico aliquam neceſſitatem, quam adiutorio ſuo fideque diſcutiat. Quintilianus lib. 10. Vtetur tis quoque adiutoriis, quæ ab eadem ſunt nobis conceſſa natura. Valerius, Adiutorio deorum immortalium. Columel. lib. 12. in præfa. 2. Vtex hac eadem ſocietate mortalibus adiutoria teneſturis, nec minus propugnacula præpararentur. Quintilianus lib. 3. cap. 11.
Adiutorio egere. Quintilianus lib. 1. cap. 1. 21.
Adiutorio furis elabi ex crimine. Quintilian. lib. 3. cap. 6. 60.
Adiutrix, penulto product. (συμπαραβεβηκυῖα,) adiutricis, penult. etiam producta. Verbale. Terentius Hecyra, Adiutrix noſtræ induſtriæ. Sic Adiutrix ſcelerū, Cic. 7. Ver. 125. Et in Lælio, Aſſentatio, vitiorū adiutrix.
Adiutrix in peccato filii. Terent. Heaut. 5. 2. 39.
- matres omnes filiis
In peccato adiutrices.
Adiutrix venis noſtris cœptis. Ouidius. 7. Metamorpho. 39.
Tuque triceps Hecate, quæ cœptis conſcia noſtris,
Adiutrixque venis.
Adiumentum, (βοήθημα,) Verbale ab adiuuo, Auxilium, adminiculum. Cicero. 1. Offic. 103. Sed iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum.
Vti adiumento. Cice. 5. de Finib. 106. Neque ſanè multum adiumentis externis & adventitiis vteretur.
Adiumentum aduentitium. Vide ADVENIO.
Adiumentum ad pulchritudinem. Terent. Phormi. 1. 2. 25. Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem. Hoc eſt, nec compta erat, nec vllo cultu pulchritudinem auxerat.
Adiumento eſſe alicui, Prodeſſe, iuuare. Cice. 7. Verr. 81. Vbi hoc videt, illorum confeſſionem, teſtificationem ſuam, tabellas ſibi nullo adiumento futuras.
Adiumento eſſe ad victoriam. Cic. ad Brutum. 4. 1. Bruti eruptio non ſolum ipſi ſalutaris fuit, ſed etiam maximo ad victoriam adiumento.
Adiumento eſſe in cauſis. Cic. pro Quintio. 2. Quod mihi conſuecit in cæteris cauſis eſſe adiumento.
Adiumentum afferre. Cice. 1. Offic. 2. Quam quidem ad rem nos, vt videmur, magnum adiumentum attulimus hominibus noſtris. Hoc eſt, multum profuimus.
Adimenta importare. Vide IMPORTO.
Adiumento iuuari, apud Columellam.
Adiumenta firma. Ouidius lib. 4. de Ponto. 13. 7.

Eſſe duos

Eſſe duos iuuenes firma adiumenta parentis.
Adiumenta & auxilia Cic. 4. Tuſcul. ad finem, A philoſophia omnia adiumenta & auxilia petamus bene beateque viuendi.
Adlabôro, adlabóras, pen. prod. adlaboraui,) προσπονέω, adlaborare. Cice. in Bruto. 95. An tu, inquit, adlaboraſſe huic modo Bruto probaturus es? Horat. 1. Carm. 38.
Simplici myrto nihil adlabores
Sedulus curo. Hoc eſt, Nihil labores myrto applicare. Porphyr. Nihil per laborem adiicias myrto ſimplici, id eſt puræ, neq; rebus aliis permiſtæ. Idem Epod. 8. 4.
Quid vt ſuperbo prouoces ab inguine,
Ore allaborandum eſt tibi. Hoc eſt Valde laborandum. Alii Allabore ſcribunt.
* Adlatro, as, (προσυλακτέω,) Quint. lib. 8. Adlatrari ab aliquo.
Adlino, Vide ALLINO.
Adlúceo, adlúces, penul. prod. adluxi, (προσφαύω,) adlucēre, ſuxta aliquid lucere, vel ad aliquid lucere. Vtuntur eccleſiaſtici Pſalm. 96. Adluxerunt fulgura eius orbi terræ. Hoc eſt, lucere fecerunt fulgura eius orbem. Alii ſcribunt Alluceo.
Admando, admandas, (προστάττω λάθρα,) Ad aliquem vel aliquò aliquid curpiam committo. Plaut. in Pœn. Renertor rurſus denuo Carthaginem, ſiquid admandare vultis, aut curarier. Argentum mihi qui dederit, nugas egerit. Sic legit Calapinus. At exemplaria caſtigata ſic habent,
Reuortor rurſus denuo Carthaginem,
Siquid mandare voltis, aut curārier,
Argentum niſi qui dederit, nugas egerit.
Verſum qui dederit, magis maiores egerit.
Admetior admetiris, admenſus ſum, (προσμετρέω,) admetiri, Idem quod ſimplex metiri. Cic. 5. Verr. 61. An poterat non modò Apronius, ſed quiuis, exercitui, ſi metiendū eſſet, improbare Siculum frumentum, quod illi ex area, ſi vellet, admetiri licebat? Cato de re ruſt. cap. 154. Vinum emptoribus ſine moleſtia hoc modo admetiri debet. Liu. 5 bel. Maced. 190. Frumentū ab Aetolis quod miſit admetiatur. Caius in. l. Quod ſæpe. De cōtrahen. empt. In iis quæ pondere, numero, menſuráve conſtant, veluti frumento, vino, oleo, argento non aliter videatur perfecta venditio, q̄ ſi admenſa, & appenſa, adnumeratáve ſint. Ibidem, Sabinus & Caſſius tunc perfici emptionē exiſtimant, quum adnumerata, admenſa, appenſáve ſint.
ADMETVS, e producta, (Ἄδμητος,) fuit rex Theſſaliæ, cuius armenta nouem annis pauit Apollo diuinitate priuatus, eo quòd Cyclopas occiderat, qui fulmina fecerant, quibus filius ipſius Phaeton erat percuſſus. Seruius. Tamen Callimachus contra hanc inueteratam lectionem, ita ſcribit in hymno Apollinis.
Admetus (vt alii fabulam tradunt) rex fuit Pheræorum, cuius armenta pauiſſe fingitur Apollo, mercede conductus, quum ex Olympo depulſus, humana ſpecie exularet apud mortales. Exilii cauſam hanc aſſerunt: Aeſculapius Apollinis filius, Chirone præceptore medicam artem ediderat. Deinde ſanguine qui ex Gorgonis fluxerat venis, à Pallade accepto, per hunc plurimos reſtituit ſanitati. Porrò ſanguine qui à ſiniſtris defluxerat venis, ad perniciem hominum vtebatur: qui è dextris, ad ſalutem. Quin fabulis vulgatum eſt, illum etiam vita defunctos quoſdā in vitam reuocaſſe. Quare ne pro deo haberetur apud mortales, quum id videretur præſtare quod deorum eſt proprium, Iuppiter illum fulmine peremit. Ob id indignatus Apollo, Cyclopes qui Ioui fulmen illud fuerant fabricati, peremit. Quam rem indignè ferens Iuppiter, Apollinem deſtinarat è cælo ad inferos præcipitare. ſed Latonæ interuentus preceſque mitiorem pœnam, imperrarunt. Itaque cælo interdictum eſt, ſuiſque ſolum vertere, damnatus vt annum apud hominem mortalem mercede ſeruiret. Igitur ad Admetum profectus Apollo regis armenta paſcebat: & vt erat artifex, effecit vt omnes vaccæ gemellos parerent. Quūmque apud Admetum perquām humaniter eſſet habitus, vt patrono gratiam officii referret, à Parcis impetranit, vt quum in illarū fatis Admeti fatalis dies voluetur, liceret hac lege mortem effugere: ſi quem alium reperiſſet, qui volens illius vice mortem oppeteret, ſuique capitis diſpendio illius vitam redimeret. Ergo quum adeſſet dies ille fatalis, neque quiſquam inueniretur qui mortis vicarius eſſe vellet, patre etiam ex matre recuſantibus: vna Alceſtis vxor mariti vitam ſua charioremhabuit. Qua defuncta, ſtridulæ quædam & lugubres næniæ decantabantur aſſiduè apud Admetum, donec mota Proſerpina remiſit Alceſtidem. aut, vt quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco hanc ad ſuperos reduxit. Hinc per adagium dicitur, Admeti nænia, de triſti lugubrique cantione. Iuuenalis ſatyra. 6. 10. verſu à fine,
-ſpectant ſubeuntem fata mariti Alceſtim. Alii Alceſten vocant. Ouid. 3. de Ponto. 1. 21.
Si mea mors redimenda tua (quod abominor) eſſet,
Admeti coniux quam ſequereris erat.

Pheræ tiades Admetus, propterea quòd apud Pheras regnauerit. Sunt autem Pheræ, vrbs Theſſaliæ. Ouid. lib. 3. de Arte amandi. 4.
Pheræus Admetus. Senec. in Medea. 8. 17.
Adminiculum, (ἀλέξημα, βοήθημα,) propriè dicitur ſuſtentaculum, ſiue fulcimentum rei alicuius, quale eſt lignum illud quod applicatur ædificiis ruinam minantibus, vt etiam pedamentum vitis, aut palus arbuſculæ. Cicero. 2. de natu. deorum. 179.
Iam verò vites ſic clāiculis adminicula ranquam manibus apprehendunt. Plin. lib. 11. cap. 37. 36. Nullum habentibus retinendi adminiculum. Cice. de Senect. 49. Adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio vitium ſarmentorumque. * Quintilia. lib. 2. ca. de Diuiſione. Iam ſuis viribus ſine adminiculo progredi poſſunt.
¶ Adminiculum, Adimentum, auxilium. Plautus Moſtel. 3. 33.
- ad legionem
Cum itur, adminiculū eis danūt tum iam aliquem cognatūm ſuūm. Cice. 3. Offic. 43. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullius adminiculo, ſed (vt dicitur) Marte noſtro.
Adminiculo, las, (χαράσσω,) adminiculare: vt Adminiculare vitem, pro adminiculum ei adhibere: id eſt, fulcire adminiculo & pedamento. Columel. de arboribus, cap. 16. 4. Tum demum circa Calendas Martias vitem de ſeminario ne minorem quidem decem pedūm ſternito, & adminiculato, arboríque iungito. Plinius lib. 14. cap. 1. 4. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ ſudibus horrent. Ab adminiculum deriuatur.
¶ Adminiculare pro iuuare. Varronis Cato, ſiue de liberis educandis, Quod petiſti, vt eius educationis fierem tibi ſocius, quoad potui, adminiculaui tuam voluntatem ſcribendo. Nonius.
Adminiculor, deponens, (χαράσσω,) pro eodē. Cic. 5. de Finib. 70. Quæ ſit ſcientia atque ars agricolarum, quæ ei comcidat, ampureт, erigat, extollat, adminiculetur. Columel. lib. 4. ca. 16. 1. His peractis, ſequitur (vt antè diximus) adminiculandæ, iugandæque vineæ cura.
Adminiculatus, (χαρασσωτός,) nomen ex participio. Gellius lib. 10. cap. 11. Sed eius ſemimus generis q̄ ſint, ex quo facilè adoleſcant, aut ingenia hoſtum vegetiora, aut memoria animalium, aut oŕo ſolertior.
Adminiſter, (ἐπίκουρος, ὑπηρέτης,) Qui miniſtrat aut iuuat in aliquo, vel etiam alicui opem præbet. Cic. 3. de Legib. 63. Temporibus præſto eſſe debere. Iouique Opt. Max. ſe conſiliarium atque adminiſtrum datum. Idem pro Sexto Roſcio. 46. Vnus puer victus quotidiani adminiſter, ex tanta familia Sexto Roſcio relictus non eſt.
Adminiſter, Interpres, ſiue internuntius. Cice. pro Cluentio. 47.
Adminiſter erat Oppianici. Idem. 4. Verr. 48. Rerum huiuſmodi omnium tranſactor & adminiſter, ad Sopatrum venit.
Adminiſter audaciæ, libidinis, cupiditatum alicuius. Cice. in Catil. 4. & 4. Verr. 94. & 5. Verr. 64.
Adminiſtri & ſatellites Sexti Neuii. Cice. pro Quintio. 54.
Adminiſtra, & comes virtutis ars. Cicero pro lege Manilia. 25.
Sed multæ ſunt artes eximiæ, huius adminiſtræ, comitesque virtutis. Quaſi adiutrices dixit.
Adminiſtro, adminiſtras, adminiſtrare, (ὑπηρετέω, παρασκευάζω,) verbum interdum ſignificat præbere, ſuggerere, ſuppeditare. Cæſar. 7. bel. Gall. 284. Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit.
Adminiſtrare, interdum gubernare. Cæſar. 1. bel. Gal. 304. Nihil iam Cæſaris imperiū expectabant, ſed p ſe, quæ videbantur, adminiſtrabant.
Adminiſtrare bellum. Cice. Attico, lib. 7. 138. 1. Sic. 1. de Orato. 105.
Bellum cum Iugurtha, cū Cimbris, cū Thentonis. Cic. pro lege Manilia, 42. Hoc eſt, quod gerebatur cum Iugurtha, ſeu aduerſus Iugurthā, &c.
Ciuitatem. Cice. 1. Offic. 125.
Leges & iudicia. Cice. 1. Verr. 37. Per homines honeſtiſſimos, virosque fortiſſimos leges iudiciaque adminiſtrentur.
Negotium. Cice. ad Brutum, lib. 13. 12. 4. Operamque des, vt per te quā commodiſſime negotium municipii adminiſtretur, quamprimumque conficiatur. Idem lib. 1. de Inuent. 55.
Adminiſtrare omnia admirabiliter. Cice. 2. de Natu. Deorum. 199. Sic vndique omni ratione concluditur, mente conſilioque diuino omnia in hoc mundo, ad ſalutem omnium conſeruationemque admirabiliter adminiſtrari.
Commodè adminiſtrare. Vide COMMODVS.
Laudi munus ſuum adminiſtrare. Vide LAVTVS.
Adminiſtrare & regere mundum. Cice. 1. de Natu. Deorum. 7.
Adminiſtrare rem. Cic. ad Brutum, lib. 13. 12. 3. Ad ea viſenda, pecuniaſque quæ à colonis debentur exigendas, totamque rem & cognoſcendam & adminiſtrandam, legatos miſimus.
Conſilio & ratione rem adminiſtrare, Cice. 1. de Finibus. 96.
Adminiſtrare & gerere rem. Cice. 5. Verr. 187.
Adminiſtrare rem familiarem Cice. lib. 1. de Inuent. 53. Quomodo rem familiarem adminiſtret.
Adminiſtrare rempublicam. Cice. 4. Verr. 96.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Administrare prouinciá, Regere. Cic. Atti. Sic ad Q. fratrem lib. 1. 30.
Administrare pocula Ioui. Idē qđ ministrare & porrigere. Ci. 1. Tus. 100.
Administrare vindemias, aut sementem, pro facere. Var. de re rust.
Administrator, Verbale, (ὑπηρετικός,) Qui administrat, suggerit, ac præstat operā: vt Administrator caborū, administrator belli. Ci. 5. Tuscul. 85. Itaq; nec pulchros illos administratores aspiciebat, nec plenū artis argentū, nec manū porrigebat in mensam. Id est, ministros, siue administros. Idem. 1. de Orat. 105. Qui cum esset constitutus administrator belli gerendi. Hoc est, quidam veluti gubernator totius belli.
Administratio, Verbale, (ὑπηρεσία,) Ipse administrandi actus, siue, vt sic dicam, gubernatio. Cic. 4. de Finib. 111. Diligentia rei familiaris, administratio Reipub. ordo gerendorum negotiorum.
Actio & administratio Reipublicæ. Cice. ad Lentulum, lib. 1. 9. 4. In sententiis senatoriis, & in omni actione atque administratione Reipublicæ floruissemus.
A curatione & administratione rerum vacare. Cic. 1. de natu. deor. 4.
Administratiuus, adiectiuū, pe. pro. (ὑπηρετικός,) Vnde Ars administratiua, quæ & actiua dicitur. Quintil. lib. 2. cap. 18. 4. Si tamen vna ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius vsus actu continetur, atque est in eo frequentissima, dicatur actiua vel administratiua.

Admiror, penul. prod. admiraris, admiratus sum, (ἐκπλήττω, ἐκπλήσσω, ἄγαμαι, θαυμάζω,) admirari, Idem quod mirari, aut potius mirari vehementer. Admiramur autem ferè res nouas, aut magnas aut insolitas & insuitatas. Cic. ad Attic. lib. 6. 120. 1. Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. Terentius Heaut. 4. 6. 23. Cane quicquam admiratus fies.
Admirari aliquem, Venerari, Suspicere, Magnopere æstimare. Terent. Eunuc. 2. 2. 19. His vltrò arrideo, & eorum ingenia admiror simul. Cice. 4. Acad. 205. Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui, qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me, quem & admiror, & diligo, qui ista Antiochea contemnit? Virg. 4. Georg. 43.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circunstant.
Admirari de aliquo, vel de re aliqua. Cic. ad Atticū, lib. 9. 184. 2. De Dionysio sum admiratus, qui apud me honoratior fuit, quàm apud Scipionem Panætius, à quo impurissimè hæc nostra fortuna despecta est. Idem ad eundem lib. 11. 202. 3. De diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitii insimularem.
Admirari hominem in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 25. Quo in libro in hoc maximè admirabar Platonem, quòd mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur.
Admirari in homine aliquid. Cice. 2. de Orato. 69. Ego verò in vobis hoc maximè admirari soleo, quòd quum inter vos in dicendo dissimillimi sitis, ita tamen, &c.
Admirari quòd. Cic. ad Atti. lib. 6. 120. 2. Id videbatur approbare quod erat in extremo, febriculam tum te habēte scripsisse. Sed amaui tamē, admiratusque sum, q̄ nihilo minus ad me tua manu scripsisses.
Suspicere & admirari. Ci. 2. de Diuinatio. 320. Esse præstantem aliquam æternamque naturam, & eam suspiciēdam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum cœlestium cogit confiteri. Sunt tamen qui legant suscipiendam.
Admirari aliquem ex ore alterius. Cic. 1. Tuscul. 61. Errare me hercule malo cum Platone, quem quanti tu facias, scio, & quem ex tuo ore admiratus quàm cum istis vera sentire.
Admirandus, admiranda, admirandum, (θαυμαστέος,) Dignum stupore, id est, admiratione. Idem quod admirabilis. Virg. 4. Georg. 1.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum, &c.
Admirandus in plurimis. Quintilianus lib. 3. 11. 15.
Admirator, Verbale, (θαυμαστής,) Qui admiratur: vt apud Quintilianū lib. 2. cap. 5. 13. Admirator nimius antiquitatis.
Admiratio, admirationis, Verbale, (θαυμασμός,) Cic. 2. de Natu. deor. 184. Est etiam admiratio nonnulla in bestiis aquatilibus. Gellius lib. 5. cap. 1. Præterea dicebat magnam laudem non abesse ab admiratione: admirationem autem quæ maxima est, non parere verba, sed silentium. Plin. lib. 10. cap. 29. 4. Alia admiratio circa oscines.
Decrescit admiratio. Quintilianus lib. 1. cap. 3. 4.
Affici admiratione. Ci. 2. Offi. 51. Cōtemnuntur ii qui nec sibi nec alteri prosunt, vt dicitur. Admiratione autem afficiuntur ii qui anteire cæteris virtute putantur.
Efficere admirationes in aliquibus. Cic. 1. de Orat. 73. Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt.
Cepit eum admiratio. Vide CAPIO.
* In maxima admiratione pinus est. Plin. lib. 16. cap. 26.
Habere admirationem dicitur res aliqua. Cic. in Orat. 6. Et eam quidem cum antiquam, tum subobscuram, aut reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habituram. Idem. 4. de Finibus. 120. Quid autem habent admirationis, cum propè accesseris? Idem ad Marium, lib. 7. 18. Quæ populares admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent. Plin. lib. cap. 32. 2. Nidi earum admirationem habent.

Incessit admiratio quòd, &c. Vide INCESSO.
Intermittere admirationem. Vide INTERMITTO.
Mouere admirationem alicui. Cic. 10. Philip. 170. Hoc certè quod mihi maximam admirationem mouet, non tacebo.
Obstupefacti homines admiratione. Cic. pro Deiotaro. 24.
Mulcere animos admiratione. Quintilianus lib. 1. ca. 10. 10.
Obtinere admirationem. Vide OBTINEO.
Traducere auditores ad magnam admirationem. Cic. in Orat. 112.
Admirabilis & hoc admirabile, pe. corr. (θαυμαστός, θαυμάσιος,) Verbale, Quod admiratione dignum est. Cic. 3. de Finib. 111. Verum admirabilis compositio disciplinæ incredibilisque rerum traxit ordo.
Idem Lentulo, lib. 1. 7. 9. Ouidius. 6. Metamorpho. 3.
Huius vt aspicerent opus admirabile, sæpe
Deseruere sui nymphæ vineta Timoli.
Admirabilis in re aliqua. Cice. libro. 1. de Orato. 4. Quærendum esse visum est, quid esset cur plures in omnibus artibus quàm in dicendo admirabiles extitissent.
Admirabilitas, penul. corr. admirabilitatis, denominatiuum ab Admirabilis, Idem quod Admiratio, (τὸ θαυμαστόν,) Cic. 1. Offic. 53. Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. Nonius tamen hīc legit mirabilitas. Idem. 2. de Natu. deorum. 131. Quanta sit admirabilitas cœlestium rerum atque terrestrium.
Admirabiliter, Aduerbium qualitatis, (θαυμαστῶς,) Id est, honorificè, insigniter, ac velut cum admiratione quadam omnium. Cic. de opt. gen. Orat. 149. Plato suū ferè æqualē admirabiliter in Phædro laudari fecit à Socrate. Idem. 4. Tusc. 56. Nimis admirabiliter, nimisque magnificè dicere videntur. Idem Atti. lib. 5. Nos Asia accepit admirabiliter.
Admirabiliter administrare. Vide ADMINISTRO.

Admisceo, admiscēs, admiscui, admistum, siue admixtum, (σμίγνυμι, προσφύρω,) admiscere, Rem aliquam cum alia miscere. Columel. lib. 12. ca. 13. Tum pedibus lotis in modum farinæ proculcant, & admiscent torrefacta fe sama cū anisō Aegyptio. Cic. 2. Tuscul. 47. Veruntamen versus ab his admiscri orationi. Ibidem, lib. 3. 118. Nulla enim admiscetur opinio officiosi doloris.
Admiscere se alicui negotio. Terent. Heaut. 4. 5. 35. Ita tu isthæc tua misceto, ne me admiscēas. Ibidem. 5. 1. 22. Ne te admisce, nemo accusat Syre te. Quod vulgò dicitur, De hac re noli te miscere vel interponere. In priore autem exemplo subauditur Illis: in posteriore Huic rei vel Huic negotio.
Admiscere aliquem istō. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 13. Trebatium verò meum quòd istō admisceas, nihil est.
Admiscere aliquid cum re alia. Cicero ad Atticum, libro. 7. 121. 13. Sed hoc tamen quicquid est Precianum, cum his rationibus quas ille meas tractat, admiscri nolo.
Admiscri ad aliquod consilium. Cic. 12. Philip. 330.
* Admiscere aliquid in aliud. Plin. lib. 26. cap. 10. Admixto in heminā seminis Thuris cochlearī vno.
Admistus, Participium, (προσμεμιγμένος,) Cic. 1. Acad. 13. In illis veteribus nostris scriptis multa admista ex intima philosophia. Idem. 2. de nat. deor. 38. Atq; aquæ etiam admistū esse calorē. Ibidē. 40. Aer multo calore admistus est. Habet autem x vel sanet, indifferenter.
Admistio, Verbale, (πρόσμιξις,) Ipse actus admiscendi Ci. 2. de nat. deo. 175. Suum retinet ardorem tenuem, & nulla admistione concretum. Idem de Senect. 73. Animus omni admistione corporis liberatus.

Admisiuus, Admissarius, Admissio, Admissura, Vide post ADMITTO.

Admitto, admittis, admisi, pe. prod. admissum, (πρόσειμι, προσέχομαι,) admittere. Intromittere, introducere. Terētius Hecyra. 1. 2. 114. Admisit nemo. Cic. 7. Verr. 73. In tam graui non tempestate nemo admitteretur. Ouidius lib. 5. Trist. 7. 3.
Turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes.
Admitti ad aliquem. Terent. Hecyra. 2. 1. 41. Eò ad eam nō admissa sum.
Admittere partum ad vbera. Plin. lib. 8. ca. 42. Aut partum ad vbera nō admittit: hoc est, partum vberibus admouere recusat. Terent. Eunucho. 2. 2. 50. Fac vt admittar ad illam.
Admittere in cubiculum. Cic. 8. Philip. 253. In cubiculum admittere & reducere. Idem. 1. Offic. 109. Admittere in domum.
Admitti per tegulas. Cic. 2. Philip. 62.
Admitti in animum iudicis, quod barbarè dicitur esse in gratia. Quintilianus lib. 4. cap. 14. Sed quia in initiis maximè necessaria, per quæ in animum iudicis, vt procedere vltrà possimus, admittimur.
Admittere aliquem ad suas capsas. Cic. 1. Verr. 37. Mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero?
Admittere aliquem arcanis, id est, ad arcana & secreta. Senec. in Hercul. OEth. 4. 61.
Tu quam meis admittit arcanis fides, Perge.
Admittere auribus. Liu. 4. bel. Maced. 182. Pacis cum tyranno mentionē admittendam

admittendam auribus non fuisse. Hoc est, nullo modo fuisse audiendam. Sic, Admittere consilium auribus. Ibidem, lib. 3. 67.
Reus ad causam dicendam admissus. Cic. in Verr.
Admitti ad colloquium. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 121. Hæc ad eum mandata Clodius refertur: eis primis diebus, vt videbatur, libēter auditus, reliquis ad colloquium non admittitur.
Admitti ad, vel in consilium. Cic. pro Marcello. 4. Nunquam enim temeritas cum sapientia coniungetur, nec ad consilium casus admittetur. Sallu. in Ciceronē. 5. Quem Minerua omneis artes edocuit, Iuppiter Opt. Max. in consilium deorum admisit. Liu. 4. bel. Maced.
¶ Admittere aliquid, Perferre, Pati fieri. Terent. Eunuch. 4. 6. 23. Sed tu quod cauere potuit, stultum admittere est. Vbi Donatus, Admittere, Fieri sinere. Et melius dixit quàm pati, hoc generale esse nam nūc (admittere) pati fieri significat.
¶ Admittere, interdum ad auguria refertur. Vide ADUIGERE.
Admittunt rite aues. Liuius. 1. Decad. lib. 4. Parumper silentiū & quies fuit: nec Hernici, nisi cogerentur, pugnam inituri: & Dictatore arcem Romanam respectante, vt ab auguribus, simul aues rite admisissent, ex composito tolleretur signum. Simul, id est simul atque, siue vbi primum.
¶ Admittere aliquid ad cibos, vel in cibos. Plinius lib. 20. cap. 11. 2. de Apio. Distinguitur sexu. Chrysippus fœminam esse dicit crispioribus folijs & durijs, crasso caule, sapore aeri & feruido. Dionysius nigriorem, breuioris radicis, vermiculos gignentem. Atubo neutrum ad cibos admittendum, imò omnino nefas. Idem lib. 9. 25. 1. In cibos non admittitur echineis.
Admittere curationē. Celsus lib. 3. cap. 12. Horror autem eas ferè febres antecedit, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittitur. Ideoque tutissimæ sunt, maximè quæ curationes admittunt. Id est, quæ eo tempore curari possunt quo eis caret æger.
Diem. Plin. epist. 214. Notarium voco, & die admisso, quæ formaueram, dictō. Hoc est, diei luce intromissa in cubiculum per fenestras. Quod Persius Satyr. 1. dixit -tam clarum mane fenestras intrat, & angustas extendit lumine rimas.
Equum, pro Concitare. Cic. 1. de Finib. 98. Quum se denoueret, & equo admisso in mediam aciem Latinorum irrueret, &c. Liuius. 5. bel. Pun. 104. Signum equitibus datum est, vt in hostem admitterēt equos. Hoc est, vt concitatis equis in hostes irruerent. Cæsar. 1 bel. Gal. 87. Considus equo admisso ad eum accurrit. Liuius. 1. Decad. lib. 2. In Posthumium Tarquinius equum infestus admisit.
Admittebantur exclamationes multæ. Asconius.
Fidem admittere, Hoc est credere. Claudian. in Eutropium, lib. 2. 14.
Posteritas admitte fidem, monumenta petuntur
Dedecoris, multisque gemunt mendibus ærа
Formatura nefas, hæ iudicis, illa togati.
Frigus. Celsus lib. 7. cap. 26. Tum multo is oleo perungendus est, inducēdusque haspis lanæ mollis, tepido oleo repletus, qui pubem & coxas, & inguina, & plagam ipsam contectam eodem ante le linteolo protegat, vtque subinde oleo tepido madefaciendus est, vt neque frigus ad venerem admittat, & nerues leniter molliat.
Iocos, Patienter ferre quicquid ioco dicitur. Martialis lib. 4. 8.
Medicinam. Celsus lib. 7. cap. 14. Ex his id quod ex spiritu vitium est, medicinam non admittit.
Preces, id est Recipere. Senec. in Thebaid. 1. 49.
Abiisse, nullas animus admittit preces.
Solatia. Plinius epist. 163.
Solem, hoc est, radius solis viam aperire. Plin. lib. 12. cap. 19. Commendatio platani non alia maior est, quàm solem æstate arcere, hyeme admittere. Hoc est, æstate propter numerosa folia soli aditum præcludere, hyeme aperire.
Sumptum, pro Sumptum facere. Terent. Adelph. 5. 7. 15. Turbam domū adducet, & sumptum admittet. Hoc est, patietur sumptum fieri.
Venerem curis. Id est inter curas. Lucanus. 10. 15.
Sanguine Thessalicæ cladis perfusus adulter.
Admisit Venerem curis, & miscuit armis.
Viam. Claudian. 4. Panegyr. 101.
Despicitúrque vagus præruptа valle Metaurus
Quo mons arte patens vino se perforat arcu,
Admisitque viam fecte per viscera rupis.
¶ Admittere, pro Recipere ad accusandum, aut testificandum, aut iudicandum. Cic. pro Cluentio. 91. In iudibus æstimandis ferè, Iudices, aut quòd tibi eum quem semel eōdemnarunt, immicum putant esse: aut si qua in eum lis capitalis illata est, non admittunt: aut quòd se perfunctos iam esse arbitrantur, quum de reo iudicarunt, negligētius attendūt cætera. Porrò Inferre litem capitis in aliquem, est litem capitalem cum aliquo inchoare. Simile est illud eiusdem in. 4. Verr. 65. Pallām de sella ac tribunali pronuntiat, siquis absentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, sese eius nomen recepturum.
¶ Admittere. Plin. Iunior lib. 6. epistо. ad Corn. Tacit. Placuit egredi in littus, & è proximo aspicere ecquid iam mare admitteret, quod adhuc vastum & adversum permanebat. Admitteret, Id est, suaderet, an fluctus posuisset. Catullus.
¶ Admittere, Peccare. Donatus, Admittere plus est quàm facere. Plautus, Menæch. 16. 12. Quid tandem admisi in te, vt loqui non audeam? Idem quod commisi.
In se aliquid admittere, pro Perpetrare aliquod facinus. Plautus Amphi. 104. Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit. Hoc est, nunquam induxi in animum vt illa facerem, aut illa in me fierent. Cice. 2. Philipp. 63. Tu autem eò liberior, quòd ea in te admisisti, quæ à verecundo inimico audire non posses. Idem pro Cluentio. 133. Quid vnquam Habitus in se admisit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur?
Culpam admittere. Liuius. 1. bel. Macedo. 186. Cæterùm non plures tantum Macedones quàm anti, cruentantur vrbem, sed etiam pretentioribus animis, & castigationibus regis in admissa culpa.
Culpam in se admittere. Plaut. Trinum. 4. 4.
Hic ille est, senecta ætate qui factus est puer, qui admisit
In se culpam castigabilē: aggrediar hominem. Terent. Phorm. 2. 1. 40.
Si est patruus, culpam vt Antipho in se admiserit.
Dedecus. Cicero Attico, lib. 9. 173. 10.
Delictum in se admittere. Terent. Adelph. 4. 5. 48. Me hoc delictum admisse in me vehementer dolet.
Facinus, flagitium. Cic. 3. Offic. 128. Et Attico, lib. 9. 181. 6.
Fraudem capitalem. Cicero pro Rabirio. 19.
Maleficium. Cic. pro Roscio Amer. 38.
Noxiam. Terent. Eunuch. 5. 2. 14. -vnam hanc noxiam
Metuisti aliam vnquam vllam admisero, occidito.
Noxiam alicui, pro Condonare. Plaut. Pœnulo. 4. 180.
Verumtamen tibi hanc admittam noxiam vnam Agorastocles?
Non sum irata.
Turpe aliquid in se admittere. Ter. Phor. 2. 3. 62. de virgine ciue loquēs,
Vē quid ciuis turpe in se admitteret
Propter egestatem, proximo iussa est dari.
Admittere & committere. Cic. ad Appium, lib. 3. 10. 8. Si quid à me prætermissum erit: committum facinus & admissum dedecus confitebor.
¶ Admittere, Est marem fœminæ, aut mari fœminam admonere ad initum. Columel. lib. 7. Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros transtulit, & manuefactos tectis ouibus admisit. Plinius lib. 10. cap. 63. Equas autem post tertium annum, aut post vnū, ab eunuchis vtiliter admitti putant, cogunturque inuitas.
Admittere marem ad concubitum, Pati vel permittere maris concubitum. Columel. lib. 8. cap. 2. 7. Contumax ad concubitum dedignatur gallina admittere marem.
Admittere venustē ad iuitionem transtulit. Plinius libro. 17. capi. 18. 9. Neque enim animalium tantum est ad coitum auiditas, sed multo maior est terræ, ac fatorum omnium libido quæ tempestiuè vti, plurimū interest conceptus. Peculiare vtique in iuitis, cum sit mutua cupiditas vtrinque coeundi. Quo ver probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicantes germina partu ire. Admittunt, inquit, id est, surculum truncō adiungunt: quod est, arbores inserunt.
Admissum, subitantium, (πρόσταγμα,) pro Commisso seu delicto. Liu. 5. bel. Pun. 123. Non erat colloquii copia: quia multorum animi suspecti omnium curam, oculosque cōuerterant, neqvid falleret tale admissum. Lege secunda de Abigeis, Grauiter puniri eorum admissum solet. Et lege vltima De pœnis, Eum qui suo admisso honorem amisit.
Admissum fœdè. Lucretius libro. 5. 240.
Ne quod ob admissum fœdè, dictúmue superbè,
Pœnarum graue sit soluendi tempus adactum. Id est, ne ob aliquod peccatum tum piter commissum Iuppiter, pœnas exigat.
Admissio, Verbale, (εἴσοδος,) Actus ipse admittendi: hoc est tractandi ac recipiendi humaniter. Plin. in Panegyr. 78. An quisquam studia humanitatis professus, non cum omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem? Hoc est, quod facile quemlibet admittis ad colloquium. Habebit autem veteres, primas & secundas admissiones. Id quod hodieque seruatur in aulis principum. Senec. libro de Benefi. 6. Non sunt isti amici, qui magno agmine ianuam pulsant, qui in primas & secundas admissiones digeruntur. Idem. 1. de Clemen. Totam cohortem primam interioris admissionis ex aduersariorum castris conscripsit.
Admissionem dare, Id est, ius ingrediendi cubiculum principis. Plinius, lib. 33. cap. 3. 3. Fuit & alia Claudii principatu differentia, in solis his, quibus admissionem liberti eius dedissent, imaginem principis in annulo ex auro gerendi.
¶ Admissio, idem quod admissura: nempe Actus ipse admittendi mares fœminis. Varro de re rust. lib. 2. cap. 7. Horum seruare initium admissionis facere oportet ab æquinoctio verno solstitium, vt partus idoneo tempore fiat.
Admissionalis, m. g. penu. prod. (εἴσοδος,) Is dicitur, cuius officium

est admittere aulicos intra cubiculum ad principem salutãdum. Lam pridius in Alexandro, Saluta retur quasi vnus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis.

Admissura,ræ,pe.prod.(ὀχεία,) Tempus & actio ipsa qua mares gregũ admittuntur fœminis,fœturæ causa. Varro lib.2.ca.5.10. Propter fœturã hæc obseruare soleo ante admissuram,mensem vnũ,ne cibo & potione se impleant. Sic admissuræ tempore apud Plinũ,lib.10.cap.12. 5. Colu.li.6.ca.24.de bobus,Ex his qui quadrimis minores sunt,maioresque quàm duodecim annorum,prohibentur admissura. Plin. lib.8. cap.42.de equis,Ad generandum pauci animalium minor fertilitas: qua de causa per interualla admissuræ dantur. Et ca.51. Suilli pecoris admissura à Fauonio ad æquinoctium vernum.

Admissarius,(ἀναβατήρ,ὀχεύτης,βιβαστής,) Denominatiũ ex participio Admissus. Admissarius equus,qui ad sobolẽ procreandã potissimũ seruatur,vt equabus adhibeatur. Plin.lib.28.cap.15. Sanguis equi præcipuè admissarii. Varro.2.de re rustica.cap.7.1. Et equos emittere in ciptam, nec solum mares quos admissarios habeo,vt Atticus singulos in forminas denas.

Admissarium Cicero in Pisonem.54.pro homine libidinis permagatæ posuit,ad omniumque fœminarum libidinem exposito,Itaque (inquit) admissarius iste,simul atq; audiuit voluptatem à philosopho tantopere laudari,nihil expiscatus,sic sensus omnes voluptarios incitauit,sic ad illius hanc orationem adhamit,vt non magistrũ virtutis,sed authorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur. Ex Budæo.

Admodulor, penul.correp.admodulãris,(ὀκνηλίζω,) admodulari,Simul modulari. Claudianus in Epithalamio honorii & Mariæ,

Et Pudus electriferis
Admoduletur aluis.

Admodum, pe.cor.(λίαν,ἐπιτηδειοτάτου,) quantitatis aduerbiũ, significat satis:quasi iuxta modũ. i. mediocritatẽ:sicut e contrario Supra modũ & Præter modũ. Hoc est,plus q̃ satis. Alii pro Valde accipiunt,vt sit intendendi aduerbium. Cic.de Senect.9. Esi colere cœpi non admodum grandem natu. Ibidem.42. Qui pauci admodum restant, Idem de Amicitia.2. Et pauci admodum familiares. Ibidem.84. Tuberonis quidem admodum adolescentis. Idem libro. 2.de natu.deorum.207. Et.5.de finibus.21.

¶ Admodum in responsione,pro Etiam. Plautus Rud.7.8.
Nempe equo ligneo per vias cæruleas estis vectæ.
P. Admodum. Idem,Aedes ab eo accepisti? P. admodum. Terentius Phormi.2.2.1. Itane patris ais conspectum veritum hinc abire? G. admodum. Vbi Donatus, Admodum, annuendi vim habet duntaxat modò:& subauditur veritum. Sic idem Hecyra.3.5.8. Et apud Plautum Ruden.4.55.

¶ Admodum nihil. Ci.in Bruto.110. Curio literarũ admodum nihil sciebat. Hoc est,nihil omnino. Idem lib.eod.17. Nam planè quidem perfectum,& cui nihil admodum desit, Demosthenem facilè dixeris.

¶ Admodum videtur pro Ferè interdum accipi. Plau. Epid.3.2. Ré tibi elocutus sum omnem Cherobole iam:atq; admodum Meum mœrorũ, atq; amorum summam edictaui tibi. Idem Mercat.7.59. Horum illa nihilum quicq̃ facere poterit admodum. Hoc est ferè nihil eorum.

Admodum,cum genitiuo. Columella lib.4.cap.14. Quum scrobes defodimus, admodum exigui pulueris vim radici subiicimus. Hoc est, paululum, pauxillum.

¶ Admodum,cum aduerbiis iunctum,elegantem vim habet, & significationem auget:vt Nuper admodum,pro Nuperrime. Terentius Heau, 1.1.1. Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Cice. 4.Acad.29. Isti philosophi rarò admodum cohærent. Plau. Pseud.15. 7. Id ego admodum incerto scio.

Admodum,cum verbis,pro Valde,& mirum in modum sumitur. Plin.lib. 9.cap.38.3. Pelagio admodum alligatur. Idem lib.20.cap.3. Huius cucurbitæ commanducatæ succus stomacho admodum prodest. Cic. ad Atti.lib.8.142.1. Philotimi literæ me admodum delectarunt. Idẽ Figulo lib.4.13.17. Qui me admodum diligunt.

Admoenio, admœnis,admœniui, προτειχίζω, admœnire. Plaut. Pseud.5.149. Hoc ego oppidum admœnire,vt hoc die capiatur,volo. Videtur Plautus more suo finxisse pro Obsidere.

Admolior, admolîris,admolîtus sum,(ἐπιχειρῶ,) admoliri, Admouere:proprie dicitur de rebus magnis aut arduis: vt Admoliri saxum,cui contrarium est Amoliri. Plaut. Asina. 11.24. Vbi sæuo manus sis admolitus. Hoc dixit quasi de re vetita. Curtius, Velut de industria rupes præaltas admolita natura est.

Admoneo, admones.penul.corr.admonui,admonitum, pe.cor. (παραινῶ,νουθετῶ,παραγγέλλω,ἀναμιμνήσκω,) admonere,In memoriã adducere,siue cõmonefacere. Et proprie de re dicitur quæ nondum in mentem venerit ei quem admonemus. Cic. Atti. lib.1.7.5. Et enim ibi sedens hæc ad te scribebam,vt me locus ipse admoneret. Idem. 6. Verr.5. Rectè admones, Polycletum esse dicebant. Plin.lib.7.cap.29. Rege in quiete sæpius admonito,vt,&c.

Admoneri ad aliquid faciendum. Cice.2.de Diuinatio.100. Quàm multi inopes digni præsidio deorum,nullo somnio ad thesaurum reperiẽdum admonentur?

Admonere ad aurem. Cic.1.de Finib.111. Et eum tantum ad aurem admonerent, (si modò id pictura intelligi posset) vt caueret nequid perficeret imprudens.

Admonere aliquem verbis alterius. Cic. Varroni,lib.9.epistо.6.1. Canius noster me tuis verbis admonuit vt scriberem.

Admonere flagello,pro Stimulare. instigare,siue id percussu fiat,siue sola flagelli concussione. Columel. lib.2.cap.2.22. Nonnunquam tamẽ admoneat flagello. De bobus loquitur. Virg.10.Aeneid.
Lucagus vt proiuus pendens in verbera telo
Admouit biiugos. Nonius Percusit interpretatur.

Admonere de. Cice.pro lege Manilia.31. De quo vos paulò antè inuitus admonui. Idem ad Marcellum,libro.4.epistо.10.4. Putaui ea de re te esse admonendum. Idem ad Trebatium,lib.7.epistо.13.6. Vt ego quoque te aliquid admoneam de vestris cautionibus. Sic ad Atticum,libro.5.88.2.

Amicissimè admonere quempiam. Cic.ad Atticum,lib.8.144.2.

Præclarè aliquem admonere. Cice.ad Atticum,libro.9.180.6. Illud me præclarè admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter,& vt cum grauitate potius loquar.

Admonemur multa ostentis. Cice.2.de natu.deorum.247. Multa præterea ostentis,multa in extis admonemur,multisque rebus aliis, quas diuturnus vsus ita notauit,vt artem diuinationis efficeret.

Admoneo te hoc & illud Cic.pro Cælio.5. Illud tamen te esse admonitum volo:primùm qualis es,talem te esse existimes. Quod barbarè dicitur,Ego bene volo vt scias. Plinius epist.98.c. Multa etiam à multis admonetur. Sallust.in Iugurth. Eam rem nos locus admonuit.

Admoneo te huius rei. Liuius.5.bel.Macedo.46. Qui admoneret fœderis eum Romani. Idem.6.ab vrbe.218. Aduersæ deinde res admonuerunt religionum. Idem.4.bel.Pun.100. Admonet sæpe vsurpatæ Dionysii tyranni vocis,qua,&c. Cic.in Topicis.3. Vt veni Veliam, tuique & tuos vidi,admonitus huius æris alieni,nolui deesse, ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.

Admoneo te vt. Cic.ad Q. fratrem,lib.1.epistо.1.8. Sed te illud admoneo,vt si hoc plenè vitare non potes,quòd antè occupatur animus ab iracundia,quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur, vt te antè cõpares quotidieque meditere resistendum esse iracundiæ.

Admoneo,cum infinitiuo. Virg.4.Georg.38. -rursus easdem
Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit,tum tecta petunt,tum corpora curant. Horatius.1. Sermo. Satyra.6.26.
Aft vbi me fessum sol acrior ire lauatum
Admouit,fugio rabiosi tempora signi.

Admonitus,pe.cor. Particip.(παραινούμενος,) Qui admonetur. Ouid.6. Metamorpho.124.
Ad matrem veniebat Itys:quid possit,ab illo Admonita est.

Admonitus,huius admonitus,Verbale,pe.cor.(νουθέτημα,) Idem quod Admonitio. Cic. Attico,lib.9.181.11. Hominis prudentis & amici tui admonitu. Idem.5.de Finib.6. Sed veteris prouerbii admonitu,virorum memini. Et apud eundem.6. Verr.130. Admonitu alterius aliquid facere. Idem ad Atti.lib.13.175.1. Ouidius.3. Fast.123.
Flet tamen admonitu mortis Elisa tuæ. Hoc est,ob recordationem mortis Didonis.

Admonitum,admoniti,pe.corr.subst.n.g.(παραίγελμα,) Cic.2. de Oratо.35. In eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerunt,cohortationes,consolationes,præcepta,admonita,quæ tractanda sunt omnia distertissimè. Lib.eodem.94. Neque enim nunc id agimus, vt artem aliquam dicendi explicemus, sed vt doctissimis hominibus vsus nostri quasi quædam admonita tradamus.

Admoniturus,penul.produc.(παραινέσων,) Participium,siue nomen ex participio. Ouidius Epist.10.9.
Candidaque imposui longæ velamina virgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.

Admonitio,Verbale,(παραίνεσις,) Actus ipse admonendi. Cic. Atti.lib. 6.111.33. Sed ista admonitio tua tam accurata,nescio quid mihi significare visa est. Idem.2.de Orato.184. Tum obiurgatio,si est authoritas:tum admonitio,quasi lenior obiurgatio. Sic libro eodem.156.

Admonitio in consilio dando familiaris. Cic.1.Offic.202.

Admonitionibus locum relinquere. Ci. Lentulo,lib.1.1.4. Sed planè nec precibus nostris,nec admonitionibus relinquit locum.

Admonitione agitare animum alicuius. Quintil.lib.4.cap.1.23.

Admonitio morbi aut doloris, Quod vulgo reliquias morbi vocant. Plin. lib.24.cap.17. Siqui morbi humano corpori acciderint florente aprozi,quanuis sanatos,admonitionem eorum sentire quoties florere eam contigerit. Idem libro.25.cap.8. Diebusque vicenis interpositis idem fiat,siqua admonitio doloris supersit.

Admonitioni irasci. Vide IRA. Quintil.lib.2.cap.6.3.

* Admonitio

* Admonitio pro actione per quam debitor admonetur vt soluat. Vlp. 1.2.parag.In omnibus.ff.de iudiciis.

Admonitione non indignum. Quintilianus lib.6.cap.1.28.

Admonitor,penult.corr.admonitoris,Verbale,(παραινέτης,) Qui admonet. Cicero in Topicis.4. Vt mea intelligentia mandatorum tuorum,te quoque,etsi admonitore non eges,ad memoriam nostrarum rerũ excitarem. Ouidius 4. Metamorph.133.
Admonitorque operum cælo clarissimus alto
Lucifer ortus erat.

Admordeo, admordes, admordi, admorsum,(προσδάκνω,) admordere, Maius quiddam est quàm mordere,& quasi abrodere. Virgilius 2.Georg. Et admorso signata in stirpe cicatrix. Vbi Seruius, Admorso participium est, acsi diceret abroso. Persius Demordere dixit, Satyr.1.
Nec demorsos quod sapit vngues. Hoc est abrosos,& admorsos.

Admordere aliquem, per metaphoram, pro Aliquid ab eo corradere, vel damno afficere. Plaut. Persa.7.15.
Nam id demum lepidũ est,triparcos homines,vetulos,auidos,aridos
Bene admordere,qui allium seruo obsignant cum sale. Idem Pseud. 20.19. Habet argentum:iam admordere hunc mihi lubet.

Admorsus,Participium.(προσδακών,) Propert.lib.3.eleg.11.11.
Brachia spectaui sacris admorsa colubris,
Et trahere occultum membra soporis iter.

Admoueo, admoues,penul.corr.admoui,admotum, pen.prod. (προσαγω,προσκατασκευάζω,προστίθημι,) admouere, Aliquid vicinius facere:quod vulgus dicit Appropinquare:& ei contrarium est Amouere. Liuius 4.ab vrbe,156. Locum dedere scalas admouendi. Plin.in Panegyr.41. Diffunctissimas terras munificentiæ ingenio velut admouere. Hoc est,ita profusa munificentia, acsi vrbi Romæ essent coniunctæ. Loquitur enim de congiario, in quo rationem absentium habuerat Traianus perinde ac præsentium.

Admouere ad. Liuius 4.bel.Maced.30. Ad vrbem Romam admoturus exercitum videbatur. pro Adducturus prope vrbem, hoc est,ad ipsos vsque muros. Varro 4.de re rust.cap.1.13. Hæc ab vno puero, qui ministrat,ita vertitur,vt omnia vnà ponantur,& ad bibendum,& ad edendum,& admouenantur ad omnes conuiuas. Cice.3. Tuscul.73. Fasciculum ad nares admouebis,mendes odores.

Se admouere ad aliquid. Cic.de Amicitia.83. Virtus & conciliat amicitias,& cõseruat. In ea est enim cõuenientia rerũ,in ea stabilitas, in ea constantia,quæ quasi se extulit,& ostẽdit suũ lumẽ,& idẽ aspexit,agnouitque in alio,ad id se admouet,vicissimque accipit illud quod in alterο est:ex quo eorum exardescit siue amor,siue amicitia.

Admouere aurem. Terent. Phorm.5.6.28. Animam compressi, aurem admoui. Cic.1.de Orat.83. Non admouere aurem,etsi palàm audire eos non auderes. Idem de Arusp.resp.18. Adhibete animos & mẽtes vestras,non solum aures ad aruspicum vocem admouete. Sic Liuius 8.bel.Maced.28.

Blanditias,Id est Blandiri. Ouidius 6.Metamorpho.126.
Inque vicem spectans ambos,Cur admouet,inquit,
Alter blanditias?rapta silet altera lingua?

Calcar equo, Est equum calcaribus stimulare. Figuratè verò ad hominem transfertur,pro Instigare,impellere,meitare. Cic.Att.lib.6.111. 10. Adscribit etiam,& quasi calcar admouet, intercessisse sese pro iis magnam pecuniam. Quod & addere dixit Ouidius,
Et admissis addere calcar equis.

Cibum ad os. Plinius lib.11.cap.43.3.

Rei alicui. Liuius 5.bel.Maced.66. Altaribus admotum iureiurando adegit. Hoc est,iuxta altaria constitutum. Curtius lib.5. Aedificia nõ sunt admota muris, sed ferè spatium vnius iugeris absunt. Hoc est, non sunt prope muros sita.

Cruciatus. Cice.7.Verr.127. Quid quum ignes,candentesque laminæ, cæterique cruciatus admouebantur,&c.

Curationem ad aliquem. Cic.4.Tuscul.98. Sed alia quædam sit ad eum admouenda curatio.

Cucurbitulã. Celsus lib.5.cap.26. Itaque si vehemẽs vulnus est,cucurbitula admouẽda est. Quod lib.6.ca.6. Accõmodare cucurbitulã dicit.

Equum ineunti prælium. Curtius. Ex Budæo.

Alicui equum. Liuius 2.ab vrbe.87. Equitibus admoti equi,vt persequi hostem possent.

Fabricas. Dolis tenuare. Plaut. Cistel.6.5.
Quot admouit fabricas & quot fallacias
In quæstione!vix exculpsi vt diceret. Acsi diceret,quot dolis atque artibus eum tentaui? Metaphora ab oppugnatione vrbium, quibus machinæ solent admoueri,vt expugnentur. Nam & eadem figura,pro eodem Machinas adhibere dicimus.

Faces doloris,quasi Doloris flammas & incendia adhibere:hoc est,causam & quasi materiam præbere,qua quis dolore accendatur. Cice.2. Tuscul.104. Quúmque quasi faces ei doloris admouerentur, sæpe dixisse,Nihil agis dolor. Idem 2.Offic.52. Et dolorum quum admonentur faces,præter modum plerique exterrentur.

Horas mortis. Lucanus libro 7.10.
-magnoque accensa tumultu,
Mortis vicinæ properantes admouet horas. Hoc est,suæ mortis tempus accelerat.

Gressus. Stat.11.Thebaid.112.

Dum videt hæc dicens, gressus admouit, & arma, &c. Hoc est, propius accessit.

Iras,Hoc est,ad iracundiam incitare,Stat.Thebaid.5.32.
Venus arma tenet,Venus admouet iras.

Machinam. Cice.pro Cluentio.27. Oppianicus continuò sperare cœpit hoc se Aliuio tanquam aliqua machina admota,capere Asium adolescentiam & fortunas eius patrias expugnare posse.

Manum alicui rei,pro Apponere,adhibere. Plin.lib.35.cap.11.11. Quæ maximè opera sua probaret in marmoribus, quibus Nicias manum admouisset. Hoc est, in quibus esset operatus. Inde illud vulgò dictum,Admouere manum operi. Ouid.10.Metamorph.51.
Sæpe manus operi tentantes admouet,an sit
Corpus,an illud ebur.

Manum nocentibus, Punire nocentes. Liuius 5.ab vrbe.55. Nunquam deos ipsos admouere nocentibus manus:satis esse si occasione vlciscendi læsos arment.

Manũ vectigalibus,Quod & Manũ vectigalibus adhibere dicitur. Cic. pro lege Agratia.6. Reges denique exhauriunt,admouent manus vectigalibus pop.Roma. Id est vectigalia inuadũt,manus illis iniciunt. Seuila. Ouidius 10.Metamorph.68.
-retinet malus ardor amantem,
Vt præsens spectem Cinyram,tangámque,loquárque,
Osculáque admoueam,si nil cõcedit vltrà. Sic Proper.lib.1.eleg.3.4.

Preces. Ouidius 3.de Ponto.7.8.
Est tamen vtilius studium cessare meorum,
Quàm quas admorim non valuisse preces. Idẽ 6.Metam.138.
Admouique preces,quarum me dedecet vsus.

Sonum vocis. Cic.in Orat.31. Itaque ille perfectus orator, vtcunque se affectum videri, & animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum.

Stimulos,Citare,quod & Stimulare dicitur. Metaphoricũ. Cic. 3.Tuscu. 62. Lacerant,vexant,stimulos admouent,ignes adhibẽt,respirare nõ finunt. Idẽ p Sestio.9. Quot stimulos admouerit homini fortasse studioso victoriæ. Liu.7.ab vrbe.64. Itaque tãtos pudor stimulos admouit,vt ruerẽt in hostiũ tela. Idẽ significat quod Admouere calcaria.

Terrorem,est Terrorem iniicere. Liuius 6.ab vrbe.44. Primò populationibus agri terror est oppidanis admotus. Quod vulgare vocabulum à fragore deductum esse videtur, quasi fragorem facere, vt timorem incutiamus.

Talos. Plaut. Asina.13.34. Talos ne cuiquã homini admoueat,nisi tibi.

Vim. Celsus lib.7.cap.26. Quocunque autem modo cruxix ea parte fracta est,leuiter extrahi quod asperum est, debet, nulla propter festinationem vi admota.

Vultum admouere ad auditores. Author ad Herennii, Nã hoc est à natura datum,vt quàproximè tum vultum admoueamus ad auditores, quàm rem docere eos,& vehementer instigare velimus.

¶ Admouere simpliciter, pro Admouere exercitum seu copias. Corn. Tacitus in libro de Moribus German. Non Samnis, non Pœni, non Hispaniæ, Galliæue, ne Parthi quidem sæpius admouere. Sic legit Rhenanus. Alii,admouere.

¶ Admouere propè. Cic.de Amicitia.31. Quam qui appetierunt, applicante se,& propius admouent. Idem 6.Philip.108. Dũne exercitum propius vrbem Romam c c.mil admoueret.

Admotus,Participium.(προσαχθείς,)

Admotus & contiguus. Plin.libro 1.cap.9.2.de Lunæ natura loquens, Iam verò humilis & excelsa,& ne id quidem vno modo, sed aliàs admota cælo,aliàs contigua montibus.

Bellum admotum. Sil.Ital.lib.16.19. -en vnquam lucebit in orbe
Ille dies,quo te armorum Carthago meorum,
Aspiciam fontus,admotáque bella trementem?

Mors admota. Stat.Thebaid.5.43. -sed illum
Infelix sopor admota sub morte refugit.

Occasio sceleris exequendi admota. Curtius libro 8. Coniurati excepere regem,læti occasionem exequendi sceleris admotam.

Spes admota. Ouid.11.Metamorph.91. His vbi promissis spes est admota recursus &c. Hoc est, Postquam spes aliqua velocis reditus facta est per hæc promissa.

Admotus,huius admotus,Verbale.(πρόσθεσις,) Actus ipse admouẽdi. Plinius libro 24.cap.111. Ciet menstrua admotu. Hoc est, menstrua ciet, si ventri inferiori admoueatur, & applicetur. Sermonis compendium peculiare Plinio.

Admotio,admotionis,Verbale,(πρόσθεσις,) Ipse admouendi actus. Cicero.2.de Natura deorũ 224. Ad neruorum eliciendos sonos,ad ti-

Universidad de Deusto Biblioteca

narum, apta manus est admotioni digitorum.

Admugio, admigis pen.prod.admugiui, admugitum, pennl. pro l.(πεσομυκάομαι,) admugire, Aliorum mugitibus respondere, vel ad alios mugire. Ouid.lib.1.de Arte aman.560.
Mollibus in pratis admugit fœmina tauro,
Fœmina cornipedi semper adhinnit equo. Sen.in Here.Oeth.138.
-vt ingens nemore sub Nasamonio
Aegre reclusi pectore admugit leo.

Admurmuro, admurmuras, pen.cor.(πεσομορμύρω,) admurmurare, Summisso quodam murmure applaudere dicenti, & quasi dictum eius approbare. Vt fieri solet à populari corona in conciombus, & in foro iudiciali. Hunc contrarium est Obmurmurare. Cicc. Art. lib. 1. 8. 3. Primam igitur scito me non esse rogatum sententiam propositamque esse nobis pacificatorem Allobrogum, idque admurmurante senatu, neque me multo esse factum.
Admurmuratum est, Impersonale. Cicc. 2. de Oratore. 157. Quum esset admurmuratum, Ah, inquit, &c.
¶ Admurmurare, Murmure obstrepere, murmure refragari & indignationem ostendere. Ci. 7. Verr. Memoria tenetis Iudices, q valde vniuersi admurmurarint, quàm palàm principes contradixerint?
Admurmuratio, Verbale,(πεσομόρμυσις,) Actus ipse admurmurandi, & quidam coronæ consensus. Hoc est, quum populus murmure quodam applaudit concionanti, aut aliquid palàm dicenti. Cui contrarium est obmurmuratio. Cic. pro leg. Manil. 26. Vestra admurmuratio facit Quirites, vt agnoscere videamini qui hęc fecerint. Idem ad Q. fratrem lib. 2. 4. 1. Claudium accusam tanquàm reum multis & secundis admurmurationibus. Idem in Pisonem. 24. Quo quidem tempore cepi P.C. fructum immortalem vestri in me & amoris & iudicii: qui non admurmuratione, sed voce & clamore abiecti hominis & semiuiri furorem, pestilentiamque abiecistis. Idem. 6. Verr. 23. Risus populi, atque admurmuratio omnium facta est.

Admutilo, admutilas, pen.corr. (πεσοκωφόω,) admutilare, Idé quod simpl ex mutilare: nempe torquere, & plagis afficere. Plaut. Perſa. 1. 3. 49. Me vsque admutilasti ad cutem. Idem Milite. 10. 1. 79. Mulcabo admutilatur cæsariatus. Idem Capt. 6. 1. 9. Si frugi est, vsque admutilabit probè.

Adnascor, adnasceris, adnatus sum,(πεσφύομαι) adnasci, Quasi ad aliquid nasci. Nam adnasci proprie dicimus quod nascitur in re aliqua, præter id, quod ei naturale & proprium fuerat. Plin. lib. 16. cap. 44. 10. Vi cum autem in quercu, robore, ilice, pruno syluestri, cerebinto, nec alia arboribus adnasci. Idem lib. 27. cap. 11. 9. Caule tongo, hirsuto, adnatis multis cubitalibus. Gellius libro 3. cap. 10. Dentes quoque & in septem pennis mensibus, & septenos ex vtraque parte gigni, & cadere annis septimis, & geminos adnasci annis ferè bis septenis.

Adnato, adnatas, pennl. corr.(πεσενήχομαι,) adnatare, frequentatiuum ab Adno, adnas, Idem quod primitiuum adnare. Idest natando aliquò peruenire. Plin. lib. 9. cap. 10. 4. Troglodytæ autem ad quos adnatant, vt sacras adorant. Ibidem cap. 29. 3. Et quum alioqui brutum habeatur animal, vt quod ad manum hominis adnatat. Seneca in Agamem. 611 3. Tyrrhenus omnis piscis exultat freto: agitque gyros, & comes lateri adnatabat.
Adnatare insulæ. Plin. lib. 8. cap. 25. 6. Itaque ei vni insulæ crocodili nõ adnatant. Idem lib. 9. cap. 10. Adnatare enim singulis ternos.

Adnauigo,(πεσοπλέω,) Vide ANNAVIGO.

Adnecto,(πεσοσάφω,) Vide ANNECTO.

Adnitor, penul. prod. adniteris, penul. corre. adnixus vel adnisus, sum, δίκτεσθαι αμαι) aduiti, Ad aliquid niti, & dare operam, aut niti vehementius. Liu. 1. bel. Pun. 30. Pœno cepisse iam se verbem, si paulum adnitatur, credente. Idem, Iam eò fecisse gradum plebeios, vnde si portè adnitatur, peruenire ad summa possent. Plau. Amph. 3. 1. 5. Hæc vt me vultis approbare, adnitier
Lucrum vt pereunt vobis suppetat. Scribitur & Annitor.
* Quod ego annitar. Plin. ept. 18. lib. 6.
Adniti de re aliqua. Cicc. ATTICO. lib. 6. 1 19. 4. Ego, nisi Bibulus, qui dum vnus hostes in Syria fuit, pedem porta non plus extulit quam domo sua, adnitebatur de triumpho, æquo animo essem. Hoc est ad triumphum vehementius aspirarem.
Omni opere adniti. Plin. lib. 7. cap. 53. Veneno poto propter tædium vitæ, postquam biberat, omni opere vt viueret adnixus est.
¶ Adniti, pro Adiuuare. Sallustius in epistola Mithridatis, apud Cirtam magno cum exercitu in obsidione morantis frumentum defuit nullo circum adnitente.
Adnixus: vel adnisus.(δίκτεσμένος.) Virg. 1. Aeneid.
Cymothoe simul & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo. Vbi Seruius: Adnixus antiquum est, vt connixus: quibus hodie non vtimur. Dicimus enim Adnisus & connisus:

sed & multa alia vsus contra antiquitatem vindicauit.
Aduitad aliquid Cic. de Amicitia. 74. Sic natura solitarium nihil amat semperque ad aliquid adiungitur quam adminiculis adnititur, quod in amicissimo quoque dulcissimum est. Hîc expressa est propria verbi significatio: quæ est ad aliquid tendere cui innitamur id est inæbamus.
Aduixi hastis: Hoc est incumbentes hastis. Virg. 9. Aeneid. 47. Stant longis adnixi hastis: & scuta tenentes. Seruius: Ostendit eos iam diuturna statione fatigatos.

Adnicto, adnictas.(ἐφελκυσάω,) adnictare, ex Nicto compositũ, Festus, Adnictat, sæpe & leuiter oculo annuit. Nævius in Tarentilla, Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet.

Adno, adnas,(πεσονήχομαι,) adnare, Natãdo aliquò venire: quod & Adnatare & adnauigare significat. Cæsar 2. bel. cio. 128. Quibus rebus accidit vt pauci milites, patresque familiæ, qui aut gratia, aut misericordia valerent, aut naues adnare possent, recepti in Siciliam incolumes peruenirent. Liuius 8. bel. Pun. 192. Multique adnantes nauibus. Virg. lib. 6. Aeneid. Paulatim adnabam terræ. Idé 5. Aeneid. Hue pauci vestris adnatamus oris.

Adnoto,(πσημαίνω,) Vide ANNOTO.

Adnubilo, adnubilas, pen. corr. adnubilaui, (πεσεσμιχλόω,) adnubilare. Stat. lib. 5. Sylua. 1. 30. -fic plena malignos
Afflantur vinera Notofue altra senescit
Imbre segas nimiorapidæ sic obuia puppi
Inuidet, & velis adnubilat aura secundis.

Adnumero,(πεσοσαριθμέω.) Vide ANNVMERO.

Adnutrio, adnutris, pen. prod. adnutrui, adnutritum, pen. produ.(πεσοτρέφω,) adnutrire, Idem quod iuxta nutrio significat. Plin. lib. 17. cap. 23. 4. Singulis denas sæpe adnutriunt vites. Id est iuxta singulas arbores.

Adobruo, adobruis, adobrui, adobrutum, pen. corr.(κατακρύω,) adobruere, Ex ad & obruo, quod ipsum ex suo compositum est. Idem quod Obruere. Columel. lib. 11. cap. 2. 40. Omnes arbores quæ fuerãt in segete, circũfodere, & adobruere oportet. Hoc est terra multa sepelire, vt nõ appareãt tri fici. Idé lib. 2. cap. 11. 9. Minimis aratris, pscindũt, atque ita iacitur semina, & sarculis adobruũtur.

Adoleo, adoles, pennl. cor. adolui & adoleui, adultum,(κτεάλλω, ἐνσμίλω, ἐπαείρω,) adolere, Verbum est ad veterum sacrificia pertinens: de quo sic Nonius, Adolere, verbum est proprie sacrorum tentum: quod significat votis aut supplicationibus numen auctius reddere. Virgilius Eclog. 8. Verbenasque adole pingues. Vbi Seruius, Adole, incende: sed κατ' ἐνφημισμόν. nam adole, est auge, Idé 1. Aeneid. Cura penum struere, & flammis adolere penates. Vbi Seruius, Adolere, colere. sed Adolere, proprie est augere. In sacris autẽ adolere pro bono omen dicitur. Nã in aris non adolẽtur aliqua, sed crematur.
Adolui ab adoleo, pro cremaui, & sacrificaui. Cassius ad Tiber. 2. Arcessitra Aegyptios vbi integrum anserem adoluerunt. Ex Prisc. lib. 9.
Adoleri in passiuo, pro Incendi. Plinius libro 28. cap. 2. 17. Si pontifici accidat dirus casus epulanti, in mensa vtique id repom, adolerique ad larem, piario est.
Adolere aliaria donis. Lucretius lib. 4. 749. -& multo sanguine mœsti
Conspergunt aras: adolentque altaria donis. Sic Virg. 7. Aeneid. 14
Adolere altaria tedis cæsis.
Adolebunt eminama flammæ, Id est cremabunt. Ouidius 15. epist. 67.
Adolere honores aris. Ouidius 8. Metamor. 150. Et Deo adolere honores. Virg. 3. Aeneid. 109.
Adolesco, adolescis, adolui & adoleui adultũ,(ἀκτεάλλω, μηχανάομαι, ἐμπαίζω,) videtur ab Adoleo secundum analogiã formatum: ad quod etiã accedit significatio. Est enim Adolere, augeri ætate, id ætate crescere. At Festus Pompeius Græcum esse ostendit, his verbis scribens, Adolescit, à Græco ἀδολαλάω, id est accrescit venit. Vnde fiunt Adultus & dolescens.
Adolui, præteritum ab adolesco. Colu. de arboribus, cap. 22. Ita incundioris saporis fructum, quum adoleuerit, præbebut. Varro in. 3. Rhetoricorum: apud Prisc. anum: Postquam adoleuerit hæc iuuentus.
Adolescere: dictum propriè de hominibus. Cic. in Sallust. 8. Sed qualem adolescentiã egerit, hac enim demonstrata: facile intelligetur q̃ perturbanti pueritia ta impudicus & procax adoleuerit. Hoc est ad eã ætatẽ peruenerit quæ dicitur adolescentia. Idé 1. de nat. deo. 136. Nisi in eo qui natus fuisset, nisi in eo qui adoleuerit: nisi in eo qui didicerit.
Adolescit ætas. Virg. 12. Aeneid. Quum matura adoleuerit ætas. Id est adolescendo matura esse cœperit. Seruius. Idem lib. 2. Georgicorũ Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas. Metaphorice.
Adoleuit ætas robustis viribus. Lucret. lib. 3. 92.
Inde vbi robustis adoleuit viribus ætas:
Consilium quoque maius & auctior est animi vis.
Adoleuit annos ter senos. Onid. 3. Fast. 12.
Martia ter senos proles adoleuerat annos,

Et suberat

Et suberat flauæ iam noua barba comæ.
Adoleuit annis virtus. Ouid. 5. Fast. 35.
At postquam virtus annis adoleuitin apros
Auder, & hirsutas comminus ire feras.
Adolescere ad aliquam ætatem. Plaut. Cas. 2. 46. Postquam adoleuit ad eam ætatem. Hoc est, creuit.
Adolescere in tria cubita triennio, Hoc est triennio solo crescere ad altitudinẽ triũ cubitorũ. Plin. li. 7. ca. 16. 9. tractũ ad arbores & semina.
Puritia adolescit. Tacitus libro 12. Vt Domitii pueritia tali magistro adolesceret. De Seneca intelligit.
¶ Adolescere, de brutis animalibus. Plin. lib. 9. cap. 8. 2. Adolescunt celeriter delphini. Idem lib. 8. cap. 14. 1, Megasthenes scribit, in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, vt, &c.
Adolescere, de plantis. Plin. lib. 6. cap. 32. 2. Arborum ibi proceritatem ad CXLIIII pedes adolescere. Cicc. de Senect. 47. Quæ nixa fibris stirpiũ, sensim adolescit. Id est sensim crescit, ac paulatim prouehitur. De herbis loquitur.
¶ Adolescere in partum. Columel. lib. 6. cap. 35. Nam cum difficulter iniecta genitalibus locis animentur semina, tum etiam concepta, dirius in partum adolescunt, vt quæ peracto anno, mense tertiodecimo vix edantur. Hoc est, longiorẽ tẽporis morã requirũt ad suũ partum.
¶ Adolescit ratio. Cic. 1. de Legibus. 33. Quæ cum adoleuit, atque perfecta est, nominatur rite sapientia. De ratione loquitur.
Adolescit cupiditas. Cic. 5. de finib. 99. Eaque cupiditas agendi aliquid, adolescit vnà cum ætatibus. De pueris loquitur.
Cupido potentiæ adoleuit. Tacitus lib 19. Vetus ac iampridem insita mortalib' potẽtiæ cupido cũ imperii magnitudine adoleuit, erupitq;.
Ius legatorum adoleuit, prauo certamine. Tacitus libro 20.
Authoritas Velledæ tunc adoleuit. Tacitus libro 20.
Cremona numero colonorum, opportunitate fluminum, vbere agri annexu, connubiisque gentium adoleuit, floruitque. Tacitus libro 19. Idem libro 20. Non primi Antonii, neque Mutiani ope Vespasianum magis adoleuisse.
Adolescit amor in longos annos. Ouid. lib. 3. Amorum. 19. 5.
Adolescebat interea lex maiestatis. Tacitus libro Annalium 2. Hoc est vigere incipiebat.
Opes adolescunt. Tacitus lib. 2. Annaliũ, Contrà Gallus Asinius disseruit, auctu imperii adolescisse etiam priuatas opes. Id est auctas esse.
Adolescere alicui: socordia dicitur, pro Accedere vel accrescere. Tacitus lib. 12. Vix credibile memoratu est, quantum superbiæ socordiæque Vitellio adoleuerit, postquam speculatores Syria Iudæaque, adactum in verba eius Orientem nuntiauere.
Ver adolescit. Tacitus libro 13. Legionibus intra castra habitis donec ver adolesceret.
¶ Adolescere, in sacrificiis, pro Incendi. Virgilius 4. Georgicorum 76. Adolescunt ignibus aræ. Vbi Seruius, Adolescunt, pro incenduntur, κατ' ἐυφημισμὸν ponitur.
* Adulesco, scis idem quod Adolesco. Plin. epist. 3. lib. 3. Quibus omnibus ita demum similis adulescet, si &c.
Adultus,(ἐνθηλύσεις,) ab Adolesco, siue participium est, siue potius nomen: quia teste Valla, non significat passionem. Est igitur Adultus quum ad hominem refertur, qui adoleuit, id est creuit ad ætatem, quæ adolescentia dicitur. Dicimus autem pro eodem, Est iam adultus, & de brutis dicitur, quæ iam ætate creuerunt. Virgilius 4. Georgic. -aliæ spem gentis adultos.
Educunt fœtus. Vbi Seruius, Educendo adultos faciunt. Plinius libro 11. cap. 29. 5. In Cyrenaica regione lex est ter anno debellandi eas: primò oua obterendo, deinde fœtum, postremò adultas. De locustis loquitur. Vide ADOLESCO.
Adulta virgo. Cic. in Bruto. 184. Tueamúrque vt adultã virginẽ castè.
¶ Adultus,(ἀνθρώπος,) de inanimatis dictum, Vt verbis adulta. Cic. in Bruto. 13. Qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuerunt.
Adulta pestis. Cice. in Catilinam. 22. Extinguetur atque delebitur non modo hæc tam adulta reipublicæ pestis. Hoc est, pernicies, quæ iam tantopere creuit.
Adultum ver. Seruius exponens versum illum in 1. Georg. 9. Vere nouo, Anni, inquit, quattuor sunt tempora diuisa in ternos mensis quod ipsorum temporum faciunt discretionem: vt primo mense veris, nouum dicatur ver, secundo adultum, tertio præceps sicut etiam Sallustius dicit vbique. Item noua ætas: adulta: præceps vel extrema. Hæc ille.
¶ Adultior: comparatiuum ab adultus. Plinius libro 10. cap. 33. 2. Adultioresque circumagi docent: & foras saturitatem emittere. De hirundinibus loquitur.
¶ Adultus participium: pro Crematus Antias in 7. Eo omnes hostiæ vituli XXVI coniecti: & ita omnia adulta sunt. Ex Prisc. lib. 4.
¶ Aetas adulta. Tacitus Annal. 2. Sed ætate iam adulta, legionũ aliæ itinere terrestri in hybernacula remissæ.
Aetas adulta. Lucre. lib. 4. 209. Adulta ætas cum primum roborat artus.
Aetatis adultæ gradus scandere. Lucret. lib. 2. 225.
Aetate adulta puer. Cic. 5. Verr. 236.
Artus adulti. Stat. 3. Sylua. 4. 16. -& adultos fortior artus.
Adulta authoritas. Tacitus lib. 1. Annal. Disideat interim miles, neque duorum adolescentiũ nõdum adulta authoritate comprimi queat.
Autũnus adultus, Tacit. Annal. 11. At Messalina non aliàs solutior luxu, adulto autũno simulachrũ vindemiæ per domũ celebrabat.
Crinis adultus. Stat. 2. Sylu. 1. 15. -& adultum comere crinem.
Nox adulta. Tacitus lib. 19. Neutrò inclinauerat fortuna, donec adulta nocte luna surgens ostenderet acies.
Eloquentia adulta. Tacitus in dialogo de Orat. Quum fateãr quædam eloquentiæ eorum, vt nascenti adhuc, nec satis adultæ defuisse.
Parthi adulti. Tacitus lib. 21. Tum Iudæi Macedonibus inualidis Parthis nondũ adultis, & Romani pcul aberant, sibipsi reges imposuere.
Robur adultum. Lucretius libro 2. 227. Inde minutatim vires & robur adultum, Frangit.
Seditio adulta. Tacitus libro 17. Si incipiens adhuc & nondum adulta seditio melioribus consiliis flecteretur.
Seges adulta. Senec. in Hercul. fur. 9. 17.
Non prata viridi læta facie germinant.
Nec adulta leni fluctuat Zephyro seges.
Vitia adulta. Tacitus Annal. 3. Quòd si mecum antè viri strenui Aediles consilium habuissent: nec io an suaturus fuerim omittere potius prænalida & adulta vitia, quàm hoc assequi, vt palàm fieret quibus flagitiis impares essemus.
Adolescens, adolescentis, com. ge.(ἔφηβος, μείραξ, νεανίσκος,) Nomẽ est ex participio, à verbo Adolesco. Dicitur autẽ propriè quis adolescens, à fine pueritiæ, nempe ab anno duodecimo vsque ad annum vicesimum primum, quãdiu scilicet homo, teste Plinio crescit in longitudinẽ corporis, & primam lanuginẽ producere incipit. vnde esse in ephebis dixit Terentius. quum autem percreuit, adultus dicitur. Inde comparatiuum adolescentior, siue superlatiuo. Terent. Eunuch. 1. 2. 124. Adolescentem adeò nobilem. Cic. 1. Off. 171. Est igitur adolescentis maiores natu vereri. Idem de Diuin. 67. Aphricani filiam adolescentem.
Adolescens moribus. Plau. Mil. 10. 66. Tute me, vt fateare, facili esse adolescentem moribus. Hoc est vel parum sapere: vel esse leuem & inconstantem cuiusmodi esse adolescentes solent. Interdũ etiam suauitatis, gratia solet o in u cõmutari: quemadmodum in obulus & obolus.
Adolescens & vir vocatur Isocrates à Cicerone in Orat. 23. Adolescens etiam nunc ô Phædre, Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Paulò pòst, Inest enim natura philosophia in huius viri mente quædam. Hæc de adolescente Socrates auguratur.
Adolescens homo. Cic. 1. de Orat. 57. Neque hæc in eam sententiam disputo, vt homines adolescentes, siquid naturale fortè non habeãt, omnino à dicendi studio deterream. Idem Cælio, lib. 2. 14. Hominẽ adolescentem non tam allicere volui, quàm alienare nolui.
Primarius. Seruius Sulpit. Ciceroni, lib. 4. 5. 7. Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad viuendum magnopere mutare posset? Vt cum aliquo adolescente primario coniuncta ætatem gereret?
Lætæ indolis. Vide INDOLES.
Lectissimus. Vide LEGO.
Perditus ac dissolutus. Cic. 4. Tusc. 37.
Adolescentia,(ἔφηβία.) Prima ætas hominis post pueritiam quã infantiam appellat Quint. Cic. de Senect. 5. Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? Quint. lib. 1. cap. 2. Et quãtum in infantia præsumptũ est temporis, adolescentiæ acquiritur.
* Obiecta morbis adolescentia. Gell. lib. 2. cap. 1.
Adolescentia, flos ætatis. Cic. in Topicis. 16.
Feruida. Seneca in Octauia. 8. 2.
Regenda est magis feruida adolescentia.
Intemperans. Cic. de Senect. 16. Libidinosa etenim & intẽperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.
Libidinosa. Vide LIBET.
Lubrica. Vide LVBRICVS.
Sumptuosæ adolescentiæ homo. Tacitus lib. 20.
Adolescentiæ lubricum. Tacitus lib. 14. Quin siqua in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, reuocas.
Ab adolescentia. Vide AB.
Ineunte adolescentia. Vide INEO.
Ab ineunte adolescentia. Vide AB.
Iam à prima adolescentia me Musæ mansuetiores delectarunt. Cice. ad Lentulum, lib. 13. 95.
Adolescentulus, diminutiuum.(μειράκιον,) Cic. 1. de natu. deo. 107. Qui concedentibus philosophis antiquis, adolescentibus delectamur.
Ab adolescentulo. Vide AB.
Adolescentula diminutiuũ, (νεανίσκη,) Terent. An. 1. 1. 91. Forte vnam aspicio adolescentulam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adolescentiari,(ντεσπλιζω,) obsolerum verbum,pro nudum satis habere modestiæ.Varro,At tu quidem vt facias censeo,quoniã tu quoq; adhuc adolescentiaris.Ex Nonio.

Adol-scenturire,(μειρακιαζω,) Adolescentium more facere, siue in adolescentiam redire.Laberius,Incipio adolescenturire,& nescio quid nugarum facere. Quintil.lib.3.cap.2. Qui iam sunt in suprema parte pueritiæ,& adolescenturire incipiunt,aut adulti.

Adoleschos, loquax,qui libenter multa cõmemorat fabulamẽta, vel etiã historias:qui & adoleschesches dicitur.Badæus. Ci.ad Att.lib.16. 336.3.Quòd vereris,ne ἀδολεσχος mihi tuiquis minus? ceu,vt Aristophani Archilochi labus,sic epistola lõgissima quęqi, optima videtur.

Adonai, Hebraica dictio, quæ Latine domini mei interpretatur. Vnum est ex nominibus Dei.

ADONIS.penult.produ.huius Adonis & Adonidis,(Ἄδωνις,) nomẽ proprium filii Cinyræ Cypriorum regis,& Myrrhæ:quem Venus in delicijs habuit,formositate præcellentẽ.Hic apri dente sub inguine percussus laceratúsque prosternitur leto. Venus miserata in florẽ adonium,qui est sanguineo colore,eum transformauit. Hunc Ausonius cũ Plauro vocat Adoneum:Fulgentius,Adon. Adon Græcè, suauitas dicitur. Et quia myrrha odore suauis est,Adonem dicitur genuisse,Ideo autem Venerem amasse dicunt, quòd hoc genus pigmenti sit valde feruidum.Legitur apud Lucianum,Adonim fluuium ex Libano monte profluentem,singulis annis sanguinolentum fieri per eos dies, quibus Adonis fuit interfectus. Hieronymus in Ezechielem sic habet, Quem nos Adonidem interpretati sumus,& Hebræus & Syrus sermo Thammus vocat.Vnde quia iuxta gentilem fabulam in mense Iunio, amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur,eundem Iunium mensem eodem appellant nomine,& anniuersariam ei celebrant solemnitatem,in qua plangitur quasi mortuus,& postea reuiuiscens canitur atque laudatur. Vnde apud Ezechielem prophetam legitur, Ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Vbi intelligi vult fuisse idololatriã celebratam in honorem Adonidis. Macrobius verò lib.1.Satur.cap.21.accepit Adonidem pro Sole.Moschopulus ἀδωνιδι nomen ab ἀδω, quod est cano,derivatum putat. De eodem festiuissime Theocritus ἀδυλλιον. & ἀε. Est autem apud Eobanum Hessum interpretem illius Idyllii 29. & 30.Item piscis etiam quidam hoc nomine appellatur:qui & ἐρασινος, οὐνικολαος, (vt inquit Oppian.) Ἐκτυε καλος γλαυκομυρος δ' ἐπι χέρσου κυμβη.Hoc est,quòd prosilit vndis,in littus ficta ponens tellure cubile.Videas Plinium lib.9.cap.19.& Oppianum περι ἁλιευτικων lib.1.Nicander Colophonius memoriæ scriptum reliquit,Adonidem Myrrhæ filium,quum lactucam deuorasset ab apro fuisse interemptum.Addidit Callimachus,Venerem eum sub lactuca condidisse.Quibus verborum inuolucris minuunt poetæ,eorum concubitus clanq; efferre,pigerrimósque in coitum fieri,qui lactuca vescantur assiduè.Ex Ruellio.

Adonis,dicit fluuius prope Byblũ vrbem Phœnicũ,author Ptolemęus.

Adonis Cinyreius,Hoc est,Cinyræ ex Myrrha filia per incestum filius. Ausonius Sectione 1.epigram. Sic Ouidius 10. Metamorph.142.et 145.Alii tamen legunt Cinareius,propterea quòd Cinaram vocant, qui ab aliis Cinyras dicitur.

Formosus.Virgilius 10.Eclog.4.

Niueus.Propertius libro 2.Eleg.14.11.

Pictus murice.Auso.Sectione 1.in Cupidine cruciato,Et crocus auricomans,& murice pictus Adonis.Sed hîc pro flore sumitur.

Ploratus Veneri,Id est à Venere.Ouid.de arte aman.lib.1.15.

¶ Adonidis horti,Prouerbiali figura,dicitur de rebus leuiculis,parúmque frugiferis,& ad breuem præsentemque tantum voluptatem idoneis.Erant autem ii horti Veneri sacri,propter Adonidem eius amasium,primo ætatis flore præreptum,atque in florem conuersum:nihilque in eis ferebatur,nisi quod ad oblectationẽ & delicias facerer. Author Pausanias:qui etiam tradit in iis hortis femina deponi nõ aliter solere,q̃ in festis,eóque rem in prouerbiũ abiisse contra futiles ac leuiculos.Meminerunt Hermol.in Plin.& Erasmus in Chil.

Adoperio, adoperis,pe.corr.adoperui,adopertũ,(ἀποκαλυπτω, ἀνακαλυπτω,) adoperire, Idem quod simplex operire, nisi aliquid additum videatur à compositione,significat.Col.lib.4.ca. 8.1.Quod opus adopertas ostendit æstuas radiculas. Liu.1.ab vrbe 114.Transmisso per viam rigillo,capite adoperto.

Aether adopertus nubibus.Ouid.2.Fast.15.

Hyems adoperta gelu.Ouid.3.Fast.47.

Quid?quod hyems adoperta gelu tunc denique cedit,
Et pereunt lapsæ sole tepente niues?

Lumina adoperta somno.Ouid.1.Metam.144.de Argo centum oculis prædito,cui tamen soporem immisit.

Mors adoperta caput tenebris.Tibul.lib.1.eleg.14.

Adopînor, penul.prod.adopinaris,(προσδοκαζω,) Idem quod simplex Opinor.Lucret.lib.4.164.

Deinde adopinamur de signis maxima paruis.

Adopto, adoptas,(ποσποιεω,προσλαμβανω,ἱλασκομαι,) adoptare, Eligere,arcessere,accersere.Plaut.Cistel.Socia te mihi adopto ad meã salutẽ.Plin.lib.15.cap.14.4.de diuersis generibus malorũ loquens, Omnium autem nuperrime adoptata sunt patua gratissimi saporis,quæ petisia nominantur. Cic.1.Verr.29.Nam prouincia accusat,qui is agit causam,quem sibi illa defensorẽ sui iuris,vltorẽ iniuriarum,actorem totius causæ adoptauit. Ibidem 35.Tum illa erat causa iustissima,quòd eum sibi Achæi patronum adoptarent. Plaut. Truculen.128.6.Qui suis tutorem me adoptauit bonis. Vatinius Ciceroni,libro 5.9.2.Ego autem quem potius adoptem, aut inuocem, q̃ illum quo defendente vincere dicit? Cic.2.Philip.104.Vexanit Puteolanos, quòd C.Cassium, quòd Brutos patronos adoptassent. Idem.1.Verr.29. Quem sibi illa defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum,actorem totius causæ adoptauit.

Adoptare,est verbum iuris.Adoptare autem dicitur,qui in suam familiam transfert, & in locum filii assumit alienum filium,qui adhuc est in patris potestate.& hoc genus transitus & commigrationis in alienam familiam,dicitur adoptatio.Hæc ferè ex Aulo Gellio lib.5.cap. 19. Plin.lib.9.cap.16.1.Quo argumento vates respondere, Neptunum patrem adoptantem eum sibi,Sex.Pompeio repudiato. Cicc.1. Offic.Qui hûc Paulo Aemylio natum adoptauerat. Idem pro domo sua.30.Quę maior calumnia est,quàm venire imberbem adolescentulum,benè valente ac maritũ,dicere filiũ senatorẽ populi Romani sibi velle adoptare:id autẽ scire & videre oẽs, non vt ille filius instituat, sed vt è patriciis exeat,vt tribunus pleb.fieri possit:idcirco adoptaris neque id obscurè:nam adoptatum emancipari statim,ne sit eius filius qui adoptarit.cur ergo adoptaturi Terent.Adel.1.2.22.
-maior filius tuus Aeschinus,
Quem fratri adoptandum dedisti.

Adoptare pro filio,Plaut.Pœnulo.1.76.
Emit hospitalem is filium imprudens senex,
Puerum illum,eúmque adoptat sibi pro filio.

Adoptare sibi aliquem filium:Id est pro filio.Plaut.Adoptat illum puerum subreptitium sibi filium.

Adoptare se alicui ordini,pro inserere,immiscere,ascisceremetipsum, & sibi ordinem aliquem vendicare.Plin.lib.17.cap.1.7.Qui se potentiæ causa,Cæsaris libertis adoptasset spadoThetalicus.

Adoptare se.Cicero in Bruto.130.Et C.Staienus, qui se ipse adoptauerat,& de Staieno Aelium fecerat.

Adoptare in diuitias.Plautus Pœnulo.14.83.Is in diuitias homo adoptauit hunc,quum diem obit suum. Hoc est,cum adoptauit ad possidendas opes suas.

Adoptare aliquem ab aliquo.Cic.de claris Orat.38.Filius quidem eius, is qui hûc minorem Scipionem à Paulo adoptauit si corpore valuisset,in primis habitus esset disertus.

Adoptare sibi nomen,hoc est,Alienum nomen assumere,suo immutato. Mart.libro.1.138.
Ergo aliquod gratum Musis,tibi nomen adopta.

Non semper bellè dicitur Hippodamus.

¶ Adoptare herbam aliquam,De suo nomine eam nuncupare. Plin.lib. 25.cap.7.Inuenit & Lysimachus herbam lysimachiã.quæ ab eo nomẽ retinet.Mulieres quoque hanc gloriã affectauere.In qbus Artemisiã vxor Mausoli,adoptata herba quæ antea parthenis vocabatur.

Adoptat ramus ramum,quum inseritur ramus ramo. Ouidius libro 1. de Remed.amo.39.
Venerit insitio,fac ramum ramus adoptet,
Stetque peregrinis arbor operta comis.

Adoptatus,(προσκτητος,)Participium siue nomen ex participio.

Adoptatissimus mihi fuit tabellariorum aduentus. Cicero filius Tyronĩ,lib.16.21.1.Hoc est,optatissimus.

Adoptatio,Verbale.(υἱοθεσια,)Idem quod Adoptio:sed in vsu rarissimum.Gellius libro 5.cap.19. Quod per prætorem fit,adoptatio dicitur:quod per populum,arrogatio.

Adoptatitius,Verbale.(προπαιτικος,)Festus,Adoptatitius,ex adoptato filio natus. Plaut.Poen.16.82. Demarcho item ipse fuit adoptatitius.Quo in loco,pro filio adoptiuo sumitur.

Adoptator,Verbale,(υἱοθετης,) Dicitur qui aliquem adoptauit. Vnde Adoptiuus.

Adoptio,(υἱοθεσια,)Verbale per syncopen factum ex Adoptato. Cic.pro domo sua.29.Vt hæc simulata adoptio filii quammaxime veritatem illam suscipiendorum liberorum imitata esse videatur.Ibidẽ 27. Quod est põtifices,ius adoptionis nẽpe vt is adoptet,qui neque procreare iã liberos possit:& qui potuerit,sit exptus.Vide ADOPTO, In adoptionem dare. Quintil.lib.3.cap.6.68. Qui ex duobus legitimis alterũ in adoptionẽ dederat,alterũ abdicauerat,sustulit nothũ &c.

¶ Adoptio.Plin.de insitione dixit lib.16.in prœmio,Pomiferæ arbores,quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, & necessario alimento delicias immiscere docuerunt,siue illæ vltro,siue ab homine

ab homine didicere blandos sapores adoptione, & connubio, sdque minus etiam feris volucribusque dedimus, intra prædictas cõstant,

Adoptiuus,(υἱοθετικος,)Verbale ab Adopto: vnde qui adoptatus est, vocatur filius adoptiuus eius qui adoptauit. Gellius libro 5. cap.19.Id etiam eum culpauisse,quòd filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodesset. P.Scipio ibidem, Filium adoptiuum tam procedere,quàm si genuisset habeat.

Adoptiua sacra.Cic.pro domo sua 28.Tu neque Fóteius es,qui esse debebas neque patris ligressneque amissis sacris paternis,in hęc adoptiua venisti.

Ador, indeclinabile,n.g.Festus,Ador,farris genus, ador quondam appellatum ab edendo:vel quòd aduratur vt fiat tostum,vnde in sacrificio mola salsa efficit. Nonius,Ador frumẽti genus, quod epulis & immolationibus sacris piũ putatur.Vnde & adorare,propitiare religiones,potest dictum videri.

Ador purissimum frumentum dici existimo,quale solebat dis offerri in placentis.Iade Virg.Et adorea liba. Hoc est,ex puro frumento facta.

Ador,pro vili quo iam frumenti genere videtur accipi apud Horatium, Serm.2.Saty.6.18.de mure rustico,
Quum pater ipse domus palea porrectus in horna
Esset ador,loliúmque,dapis meliora relinquens.
Esset,hoc est comederet.

Adorea,adoreæ. Festus.Adoream, laudem siue gloriam dicebant veteres, quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret: Vel,vt in Plinium tradit Hermolaus, qui farre à populo donatus esset. Dona enim amplissima imperatorum ac fortium ciuium fuisse ait Plin. lib.18.cap.3.)quarum quis vno die plurimum circum arauisset. Item quartani farris aut heminæ conferente populo. Plaut.Amph.4.39. Qui prædaatque agro,adoreáque afficeit populares suos. Plin.lib. 18.cap.3.1.Gloriam denique ipsam à farris honore adoream appellabant. Quidam per tertiam vocalem adoria dicunt.

Adoreus,adiectiuum,vt Far adoreum.Varro de re rust.lib.1.In loco humidiore far adoreum potius serunt,quàm triticum.Virgilius libro 7.
-& adorea liba per herbam
Subiiciunt epulis.Vbi Seruius,Ador proprie est genus farris. Columel.lib.2.cap.6.Frumenta,triticum,& semen adoreum. item lib.8. cap.5.13. Stat.lib.1.Syl.6.2.
Vix aurorã nouos mouebat ortus. Iam bellaria adorea pluebant.

¶ Adorea alma,Hoc est,gloria altrix virtutis. Horat.4.Carm 4.9.
-& pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma risit adorea. Ablatiuus est. Aeron, Adorea, laus publica dicebatur, eo quòd victores à victis adorarentur. Porphyr. Adorea, laus bellica dicitur, fortassis quòd adorandi sunt qui laudem ex bello reportant.

Adoreum,g.n.Idem quod Ador. Plin.libro 18.cap.8. Frumenti genera non eadem vbiquemque quę vbi eadem sunt, iisdem nominibus. Vulgatissima,far, quod adoreum vetereς appellauere, sigillo, triticum. Et libro eodem, cap.17.In creta & rubrica & aquosiore agro adoreum seri,Catonis sententia est.

Adorior, adoriris, penult.prod.vel adoreris, penul.corr. adortus sum,(ἐπιχειρεω,ἐπιτιθεμαι,ἐπιβαλλω,) adoriri, Aggredi significat,& inuadere quouis modo, siue ad vim inferendam alicui, siue certam ad decipiendum & circumueniendum aliquem: vt adoriri verbis,adoriri furgio.Terentius Andr.3.1.21.
Hicine me si nmparatum in vera nuptia
Adortus esset,quos mihi ludos redderet? Vbi Donatus,Adortus dicitur,qui ex insidijs repente inuasit:dictum ab eo quòd corpora aggredientium,exurgant subitò,atque increscant. Idem Adelph.2.3. 20.Adortus surgio fratrem apud forum
De psaltria illac. Vbi Donatus,Aggredimur de longinquo: Adorimur ex insidijs,& ex proximo,nam Adoriri est, ad aliquem oriri, id est exurgere. Cic.7.Verr.71.Posteriam enim quãque nauem piratæ primam adoriebantur. Idem 4.Verr.21. Hominemque id ætatis minimè litigiosum, quàm tumultuosissimè adoriantur. Hoc est, quouis modo aggrediantur.vt Donatus dixerit.

Adoritur penult.prod.Lucret.lib.3.104.
Commutare animum quicunque adoritur,& ipsum,
Aut aliam quamuis naturam flectere quærit.

Adoriri ciuitatem.Liuius 1.ab vrbe.70. Timor incessit, ne vis aliqua extrema ciuitatem adoriretur.

Adoriri aliquem gladia & fragmẽtis feptorũ,& fustibus. Cic.p Sest.68.

Adoriri aliquem à tergo.Liuius.3.ab vrbe.10.Cic.pro Milone 21.

Adoriri,pro Aliquid facere, conari, & dare operam atque aggredi ipsum opus per vim. Cic.2.de Orat.113.Ne conuellere adoriamur ea, quæ non possunt commoueri. Cellius lib.19.cap.9.Iulianum rhetorem lacessere,infectarique adorti sunt. Idem lib.9.cap.2.Qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam tyrannum interficere adorti erat. Fortassè legendum adorti. Virg.6.Aeneid.Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.Sub.sunt,id est,per vim conati,tenuerunt.

Adorsus,(ἐπιτιχησας,)Participium,apud Ouidium nisi mendosus sit codex.1.de Ponto.2.4. -& nullum manus adorsa nephas.

Adortendus,adiectiuum.(ἐπιχειρητος,) Author ad Heren.3.7. Occasio quærturi,donec ne satisfuerit ad rem adortendam alia melior.

Adornare, (ἐπικοσμεῖν,παρασκευαζειν,) Idem significat quod simplex Ornare:nisi quòd compositio aliquid addit venustatis.Liu.5.bel.Pun.223.Dux tumultuarius quidem ille L.Martius:& militari suffragio ad tempus lectus:cæterum si nobilitas ac iusti honores adornare:claris imperatoribus qualibet arte belli par. Idem lib.1.ab vrbe.82.Flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit: insignique eum veste & curuli regia sella adornauit.

Adornare Ieuiter. Quintil.lib.7.cap.2.33. Stat. Thebaid.8.34.
-utidæ nec calsidis ulram
Compsit adornauitque iubam. Ouid.de medicamine faciei.4.
Vultis adornatos positu variare capillos
Conspicuas gemmis vultis habere manus.

Adornare verbis benefacta,Idem quod ornare, & insignire ac multiplicare.Plin.epist.8.6.Ii verò qui benefacta sua verbis adornãt,non ideo prædicare quia fecerint:sed vt prædicarent,fecisse creduntur.

¶ Adornare,Apparare,vt ait Donatus. Terent.Eunuc.3.5.33.Continuo hæc adornant vt huet. Plaut.Epid.14.35. Tragulam in te iniicere adornat.Id est molitur & parat te decipere. Cic.3.Verr.30.Memini, vidi simul cum populo Romano forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu.Hoc est,magno apparatu insigne. Item pro Cluentio.15.Hoc enim ipsum iudicium,hoc periculum, illa accusatio,omnis festium copia,quæ futura est,à matre initio est adornata,à matre hoc tempore nitruitur,atque omnibus eius opibus & copijs comparatur. Pro eodem.152. Totius denique huius ab illa est & inuenta & adornata comparatio criminis.

Adornare bellum.Liu.10.ab vrbe.187.

Galeas,scuta,gladios.Plin.lib.32.cap.2.12.& lib.16.cap.34.1.

Mare classibus,firmissimúsque præsidijs.Cic.pro lege Manil.24.

Naues.Cæsar.1.bel.ciuil.102.pro Instruere.

Nuptias.Plaut.Cas.3.65.& in Aulul.6.30.

Adornare & instruere petitionem consulatus diligenter. Cic.pro Murena.43. Festium copiam,Cic.pro Cluentio.12.

¶ Adornare aliquem,pro Ornare,& ad honores promouere,honoribus augere. Cic.Bruto lib.11.epist.14.1. Mirabiliter mi Brute lætor,mea consilia,meáque sententias à te probari de Decemuiris, de ornando adolescente.Cæsarem Augustum intelligit.

Adornatus venatui,Instructus & ornatus paratúsque ad venationẽ.Tacitus lib.12.Hercules per quietem monet sacerdotes,vt templum iuxta,equos venatui adornatos sistant.

Adoro, adoras,penul. prod.(προσκυνεω,προσευχομαι,) adorare. Apud antiquos significabat Agere. Vnde & legati, oratores dicuntur,quia mandata populi agunt.Festus.

A dorare,ab Ador, hoc est frumẽto sacrificijs destinato,derivatur,authore Priciano. Nonius,Adorare,propitiare religiones,ab Ador potest dictum videri.Valla,Adorare,ab oro,quod est ore precor,cõponitur. Supplicare à plico,quòd genu, poplites mque aut cervice plicamus,ciã à potentiore aliquo magnum quid precamur. Et tamen adorare, sine ore,hoc est sine voce fit,non sine plicatione genuum,ac gestu corporis.Supplicare,sine plicatione genuum,ac gestu corporis,non sine ore ac voce.Hinc est quare supplicare tantum homini datur,adorare etiã mutis.Vnde elephas & phœnix, & alia quædã irrationalia solem adorare dicuntur. Nosque rebus mutis & sensu carentibus non supplicamus,sed adorationis honorem exhibemus,vt regum statuis,signis,vestibus,literis,aliisque similibus. Hæc Valla lib.5.Ex cuius verbis satis apparet,Adorare idesse proprie,quod humiliare se,& reuerentiam facere vulgò dicimus.Plin.lib.8.cap.1.de elephantis,Nam quod ad docilitatem attinet,regẽ adorant,genua subnittunt,coronas porrigunt. Hoc autem verbum in sacris literis pro ea etiam inclinatione ad homines refertur:inter dum & ad Deum,sed alia ratione,quod etiam obseruarunt ipsi Ethnici authores. Liuius.6.ab vrbe.54.Romanus Dictator castris eo die positis, postero cum auspicato prodisset, hostiásque cæsa Pacem deũm adorasset,lætus,&c. Virgil.Aeneid.2. Affatúrque deos:& sanctam sydus adorat. Itaque dicimus Adorare Deum, pro eo quod est,ex animo & pie Deum colere.In hoc autem cultu seu adoratione,continetur quodcunque officium,siue(vt significantius dicã) seruitium,tum ore,tum opere,præcipuè verò corde ipsi Deo pie exhibemus.In quo significatu vel apud Ethnicos inuenitur.Vir.3.Aen.87. Iunonis magnæ primùm prece numen adorat
Iunoni cane vota libens dominámque potentem
Supplicibus supera donis. Plin.lib.12.cap.14.10. Alexander Magnus Arabia potitus,thure omnium nauim misit Leonidi,exhortatus vt largè deos adoraret.

Adorare curam priscorũ.Plin.lib.17.cap.1 Quæstóque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam,in tradendo benignitatem iubit.Id quod cap.2.verbis aliis sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset. Sed antiquorũ curam diligentiámq; quis posset satis venerari? Adoratus sedeant. Hoc proverbium Plutarchus adscribit Numæ significat autẽ, Vota certa concipere oportere, & in quæ sint optima perseverare. Quidã arbitrantur alium subesse sensum, quòd oporteat eos qui sacris operantur, non obiter ac velut aliud agentes hoc facere, sed vacuos ac totos rei diuinæ & orationi intentos. Vnde vt Plutarchus idem tradit, quoties pontifex sacra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea vox hortabatur, vt qui sacra adirent, reuerenter & attente id facerent.

Adoratio, onis, Verbale, (προσκυνήσις,) Ipse adorandi actus. Plin. lib. 28. cap. 2. 12. Cur & fascinationibus adoratiõe peculiari occurrimus? Adorationẽhãc pro religione posuit vel potius pcatione. Vide ADORO.

Adortus, Vide ADORIOR.

Adoxia, adoxiæ, (ἀδοξία,) Ignominia, infamia, obscuritas nominis, incredulitas. Adoxó, Quint. li. 4. ca. 1. vertit humile.

Adoxus, adiectiuum, (ἄδοξος,) Inglorius, infamis, absurdus, inopinatus. præter opinionem. Et Plinio minus apud Gellium, differens de materiis infamibus, siue inopinabilibus, Quas Græci (inquit) ἀδόξους καὶ ἀπίστους appellant.

Adpeto, Vide APPETO.

Adposco, adposcis, (προσαιτέω,) Idem quod simplex Posco. Horat. lib. 2. epist. 2. 20. -Si plus adposcere visus, Fit Mimus nus, & optimo cognomine crescit.

* Adpromitto, tis, Vide APPROMITTO.

* **Adpotus,** Vide APPOTVS.

Adprecor, penult. corr. adprecaris. (προσεύχομαι,) Idem quod simplex precor. Horat. 4. Carm. 6. Rite deos prius adprecati. Id est Inuocantes. Acron.

Adprime, & Adprimus, Vide APPRIME.

Adprobus, & Adprobo, Vide APPROBVS.

Adpromissor, Vide APPROMISSOR.

Adpropero, Vide APPROPERO.

Adpropinquo, Vide APPROPINQVO.

Adpugno, adpugnas, adpugnauit, adpugnare, Contra pugnare, seu oppugnare. Tacit. libro 2. Interim Piso classem haud procul opperientem oppugnare frustra tentauit. Idem lib. 4. Alii castra Romana adpugnarent.

Adquo, (ἆρα,) pro quantum. Afranius Promo, Vt scire possis adquote expediat loqui.

Adrâdo, adradis, pe. pro. adrasi, adrasum, (ἐπιξέω,) adradere, Idẽ quod simplex rado. Columel. de arboribus, cap. 8. 1. Ita ne medullam lædas, adradito. Et paulò pòst, Et paratos furculos in fissuram demitto, eatenus qua adrasi sunt. Plin. libro 17. cap. 15. 1. Vtriusque in obliquum latere contrario adraso. * Ibidem cap. 19. 2. A raso cacumine.

* Adramytteus. (ἀδραμυττηνός) Steph. ciuis ex Adramytteo vrbe Mysiæ, Cicero pro Flacco 23.

ADRASTIA, (ἀδράστεια,) Necessitatis ac Iouis filia, scelerũ vindex acerrimaquam nemo flagitiosus, neque magnus, neque paruus, vi aut clàm effugere potest. Plutarch. in lib. De sera numinis vindicta.

¶ Adrastia, Regio, & ciuitas eiusdem nominis non lõgè à Troade quæ est in Mysia, vbi Alexander pugnauit cum numerosissimo Persarum exercitu iuxta Granicum flume. Meminit Iustinus lib. 11. Sed & Plin. lib. 5. cap. vlt. 4. Strab. lib. 13. Regio hæc consuetudine quadam Adrastia vocatur, & Adrastiæ campus. Callisthenes dicit ab Adrastio rege, qui primus Nemesis templum ædificauit, Adrastiã vocitatã. Hæc ciuitas inter Priapum est, atque Parium: & subiectũ campũ eodẽ nomine habet, in quo Apollinis Actæi & Dianæ oraculum fuit.

Adrastia Nemesis. Subaudiendum, Adest, aut aderit, aut emsinodi quippiam. Licebit vti vel in eos, quibus ob insolentiam arrogantiamque minamur fortunæ commutationem: vel qui à rebus florentibus, ad calamitosam fortunam sunt redacti. Hanc Nemesim deam putant, insolentiæ & arrogantiæ vindicem, quæque spes immoderatas & veteret & puniat. Adrastia autem pe. pro. dicta est, quòd nemo nocens meritam pœnam vsquam effugerit: etiam si quando seriùs assequitur. Strab. lib. 13. Adrastiam dictam tradit, non ob aufugiendo, sed ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit: idque Antimachi poetæ versibus confirmat. Ammianus lib. 14. Hæc & huiusmodi innumerabilia, vltrix facinorũ impiorum, bonorumque premiatrix, aliquando operatur Adrastia, atque veriùs tempestiuam vocabulo duplici, etiam Nemesim appellamus. Hanc aiunt ex opinione veterũ theologorum,

Lunæ superpositam, generali potentia præsidere fatis, omnia terrena despectantem, vt regnum & arbitram omnium: quę præcipuè fastui infensa, nunc erectas mentium ceruices opprimit, & eleuat, nunc bonos ab imo suscitans ad bene viuendum extollit. Huic antiquitas addidit pennas, celeritatis symbolum. Dedit gubernaculum & rotam, significans illam per omnia discurrentem singula moderari, Zenodotus originem adagionis ad huiusmodi fabulam refert. Etheocles & Polynices, post interitum Oedipi patris, de regno Thebanorum hac lege pacti sunt vt imperium alternis annis administrarent. At Etheocles (nam huic sorte primus obtigerat annus) exacto tempore recusauit fratri vices regni tradere. Itaque Polynices repulsus in Adrasti ditionem Argos profugit: hoc tũque appulit. Hic quum sorte Tydeum essent nactus: qui ob cædem perpetratam à Calydone profugerat: cum eodem prælium conserunt. Inter quos clamore tumultũque coortos interuenit Adrastus: & pugnantes diremit. Atque ibi recordatus oraculi cuiusdam quo monitus fuerat: vt apro & leoni filias suas in matrimonium collocaret: vtrique sibi generum asciuit. Habebant enim in clypeis, alter aprum alter leonis figuram. Pollicitúsque est se vtrumque restituturum in patriam. Quumque primùm Polynices nomine Thebas fuisset adortus, ęgis Argiuorum optimatibus: Adrastus solus effugit. Interfectorum cadauera quum Thebani insepulta abiicerent: liberi eorum ad aram Misericordiæ confugientes: parentum cadauera reposcebant. Athenienses exercitum admouentibus Thebani cadauera reddiderunt. Quo tempore & Euadne Capanei vxor semet in rogum abiiciens: vnà cum viri cadauere combusta est. Post id temporis: filii Argiuorum qui perierant ad Thebas: nullam vnquã reportarunt victoriam: suis partam auspiciis: sed stipendiarii pro externis militabant. Eadem appellatur Rhamnusia à Rhamnute Atticę loco: vbi huic deę statua est: solido lapide: decem cubitorum magnitudine: Phidię opus.

ADRASTVS. (ἄδραστος) Talaonis & Eurynomes filius: rex Argiuorum: qui Thebanis bellum intulit pro Polynice genero suo: nam Argiam filiam ei dederat vxorẽ: sed vtrinque multis occisis domum rediit re infecta, Statio teste. Fuit & alius Adrastus teste Homero lib. Iliad. 2. Percussi filius: vt infrà videbimus i dictiõe PERCVSSIVS.

Adrastus Talaonides: Hoc est: Talaonis filius. Stat. lib. 4. Thebaid. 4.
Dux Talaonides antiqua vt fortè sub orno
Stabat: & admoti nixus Polynicis in ha stam.

Adrastus Inachius: Hoc est: Argiuus, ab Inacho Argiuorum rege. Stat. libro 2. Thebaid. 10.

Adrastus in honore est apud Megarenses. Nam eum apud se diem suum obiisse ferunt. mortis verò causam: senectutem fuisse: & Aegialei filii obitum. Author Pausanias in Atticis.

Adrastus longæuus. Stat. lib. 4. Thebaid. 15.

Adrastus pallens. Virg. 6. Aeneid. 96.
-& Adrasti pallentis imago. Seruius, Quod ait pallentis, aut epitheton est vmbræ: aut illud respexit, quia in bello Thebano consumptis sex ducibus, solus aufugit. Fugæ autem comes semper est pallor.

Adrastus Perseius, Hoc est, oriundus à Perseo Iouis ex Danae filio, & Argiuorum rege. Stat. lib. 3. Thebaid. 88.

Adrasteus, adiectiuum pen. prod. (ἀδράστειος,) Stat. lib. 1. Sylu. 1. 11.
Hunc & Adrasteus visum extimuisset Arion.

Adrêpo, adrêpis, penul. pro. adrepsi, adreptum, (προσέρπω,) adrepere, Rependo accedere. Varro 3. de re rust. cap. 7. 3. Ne mus aut lacerta quà adrepere ad columbaria possit. Plin. lib. 35. cap. 10. Ad matris morientis ex vulnere mammam adrepens infans. Metaphoricòs pro accedens cum auiditate.

Adrepere ad amicitiam alicuius. Cic. 5. Verr. 135. Quibus rebus nõ sensim atque moderatè ad istius amicitiam adrepserat.

Adrepere animo alicuius. Tacitus Annal. 3. Nec quicquam grauc ac ferium ex eo metuas, qui suorum ipse flagitiorum proditor, non virorum animis, sed mulierculorum adrepit.

ADRIA, Adriæ, m. g. siue (vt nonnulli malunt) Hadria, (ἀδρίας,) Sinus maris, siue mare Adriaticũ, quod & superũ dicitur, vulgò mare Venetum. Ibi enim sitæ sunt Venetiæ. Inferum verò mare, quod & Thusci, & Tyrrhenum, & Ligusticum.

Adria, Adriæ, (ἀδρία,) duarũ vrbium nomen est: quarum altera à Thusciis ędificata est. eius quędam adhuc apparent vestigia. Altera in Piceno iuxta Vomanum fluuium sita. Ex Volaterano libro 4. & 6. Geographiæ. Plin. lib. 3. cap. 13.

Adria (inquit Iustinus lib. 20.) Illyrico mari proxima, quę & Adriatico mari nomẽ dedit. Liuius. 1. Decad. lib. 5. Mari supero inferoque, quibus Italia insulę modo cingitur, quantum potuerint Thusci nomina sunt argumento: quòd alterum Thuscum commuui vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare ab Adria Thuscorum Colonia vocauere Italicę gentes. Greci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. Plinius libro 3. cap. 16. Nobili portu oppidi Thuscorũ Atrię, à quo Atriaticum mare antè appellabatur, quod nunc Adriaticum. Strabo libro 5. in Italię descriptione, Atriam quidem inclytam ciuitatem fuisse,

fuisse, memoriæ proditum est: à cuius nomine, modica, transpositione sumpta, & sinus appellatus est Adriaticus. Transpositionem intelligit harum literarum r & d. Eustathius, teste in Plinium Hermolao, Adriaticum & ab oppido & ab amne appellatum scribit. Nonnulli tamen (vt apud Ianum Parrhasium idem Eustathius tradit) ita scribunt: Ion Italus Adriæ pater fuit, à quo sinus Ionius, qui mox ab Adria filio dictus est Adriaticus.

Adriæ arbiter. Horat. 1. Carm. 3. 4. -nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus:
Nec tristem Hyadas, nec rabiem Noti,
Quo non arbiter Adriæ
Maior, tollere, seu ponere vult freta. Hoc est, Quo Noto non est maior dominus Adriæ: non est ventus vllus qui magis ex arbitrio regat Adriaticum mare, vel fluctus tollendo, quum læuit: vel placando, quum flare desinit.

Sinus Adriæ. Horat. 3. Carm. 27. 4. -ego quid sit ater
Adriæ non sinus. Ego, inquit, non quid portendat sinus Adriatici maris obscurus animum vehementem tempestatem.

Curuans Calabros sinus Adria. Calabriã eni alluit. Horat. 1. Carm. 33. 4.
Ipsum me melior quum peteret Venus,
Grata detinuit compede Myrtale
Libertina, fretis acrior Adriæ
Curuantis Calabros sinus.

Improbus, Propter sæuitiam & tempestates plurimas: æstuosum quippe est mare Adriaticum. Horat. 3. Carm. 9. 5. -& improbo
Iracundior Adria.

Inquietus. Horat. 3. Carm. 3. 1.

Humectata Vomano Adria. Sil. Ital. lib. 8. 87.
-stat que humectata Vomano
Adria. Hic pro vrbe quæ in Piceno est, sumitur: vt testatur Volaterranus lib. 6. Geographiæ.

Raucus. Horat. 2. Carm. 14. 3.
Prius trà cruento Marte carebimus,
Fractisque rauci fluctibus Adriæ. Hoc est, Adriatici maris raucè sonantis fluctibus ad scopulos illisis.

Præceps. Stat. lib. 3. Sylu. 2. 18.

Ventosus. Seneca in Thyeste 4. 6. Aut sæuo rapidus freto
Ventosi tumor Adriæ.

Vagus. Lucan. lib. 5. 123. -Aegeas transit in vndas
Tyrrhenum sonat Ionio vagus Adria ponto.

Adriacus pen. corr. adiect. (ἀδριακός,) Id est Adriaticus. Propertius libro 3. Eleg. 21. 4.
Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes,
Cogar & vndisonos nunc prece adire deos.

Adriacus pontus Lucan. lib. 4. 83.
Quos alit Adriaco tellus cir cunflua ponto.

Adriacum latè patens. Ouid. 4. Fast. 101.
Adriacumque patens latè, bimarémque Corinthon.

Adriacæ vndæ. Lucan. lib. 2. 82.

Adriaticus, pen. corr. Adiectiuum. (ἀδριατικός,) Vide ADRIA.

Minax Adriaticum. Subaudi, mare. Catul. 4. Epigr. 2.
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare litus, insulasve Cycladas.

Adrianus, pen. prod. adiectiuum. (ἀδριανός.) Horatius li. 1. Carm. 16. 1.
O matre pulchra filia pulchrior,
Quem criminosis cunque voles modum
Pones iambis: siue flamma,
Siue mari libet Adriano. Cic. in Piso. 73. Brundusiumque vitauit, & vltimas Adriatici maris oras petiit. Plin. lib. 3. ca. 15. Picentes tenuere ab Aterno amne, vbi nũc ager Adrianus, & Adria colonia, à mari septẽ millibus passuum, flumen Vomanũ. Et cap. 14. Adrianumque agrũ.

Adrodo, Vide ARRODO.

Adrudus, Festus, Quemadmodum omnis ferè materia non despolitum. sic æs infectum rudusculum, apud ædem Apollinis æs conflatum iacuisse ad rudus appellabant.

ADRVMETVM, siue Adrumetium, ciuitas est Mysiæ, authore Stephano. Est & Adramyttis insula Lyciæ: & Adrumes, Adrumetis ciuitas Aphrycæ. Hieronymus ait Adrumetum esse ciuitatem in Byzacio regione Africæ. Plinius Adrumetum vocat neutro genere. Stephanus ab Adramyttio oppido deformat Adramyttenum. Erasmus in 27. cap. Actorum Apost.

Adscire, siue Adsciscere, (προσαγγέλλω,) Idem quod Adiungere. Columel. in præfat. Quoniam & hanc adsciuimus quasi agriculturę partem, quũ separata sit ab agricolatione pastoralis scientia. Vide ASCISCO.

* **Adscribo,** Vide ASCRIBO.

Adsector, Vide ASSECTOR.

Adsentio, Adsentior, Vide ASSENTIO & ASSENTIOR.

Adsequor, Vide ASSEQVOR.

Adsero, Vide ASSERO.

Adseruo, Vide ASSERVO.

Adseuero, Vide ASSEVERO.

Adsestrix, adsestricis, (παραθεωρίς,) quasi vocatrix. Fœminino num est ab eo quod est assessor. Afranius Fratribus,
Dimittit adsestricem, me ad sese vocat. Non.

Adsicco, Vide ASSICCO.

Adsideo, Vide ASSIDEO.

Adsignificare, προσημαίνω,) Idem quod simplex significare. Var. 2. de re rust. cap. 11. 8. Olim tonsores non fuisse, adsignificant antiquorum statuę.

Adsigno, vide ASSIGNO.

Adsilio, vide ASSILIO.

Adsimilis, Vide ASSIMILIS.

Adsimilo, Vide ASSIMVLO.

Adsipere, & Præsipere, (προσαναθάνω, & προσπανθάνω,) dicebãt antiqui à sapiendo: sicut nos quoq; modo dicimus ab æquo iniquum, à quærendo inquirere. Hæc Festus. Sunt autem verba obsoleta & Adsipere, & Præsipere.

Adsisto, Vide ASSISTO.

Adsitus, penul. cor. Participium ab Adsero, Iuxta satus. Varro, Vt viris adsita ad olus facere solet. Budæus.

Adsolet, Vide ASSOLET.

* Adspuo, is, adspui, adspũtum, penul. prod. Plinius lib. 28. cap. 4. Aut si dormiens spectetur infans à nutrice terna adspui.

* **Adstipulor,** Vide ASTIPVLOR.

Adstrepo, Vide ASTREPO.

* **Adstringo,** Vide ASTRINGO.

Adstruo, Vide ASTRVO.

Adsum ades, adfui, adesse, adfuturus, (πάρειμι, παραγίνομαι, παρεῖναι, ἐγγύτεω,) Præsens sum. Antiquos autẽ duplici ss, affuisse scripsisse, manifesto argumẽto est locus Plautinus. sic enim ait ille in Pœn. 4. 67. Heus Milphio vbi est M. affuisse apud te eccum. AG. At ego eloquium volo. Itaque minus laborandum esset, vtrum per d scribas adfui, an adfuturus: an geminato ff. affui, & affuturus. Liu. 6. bel. Pun. 203. Et affuit fortuna incœpto. Cic. 2. de Orat. 25. Quum vos Catule & Cæsar non adesseti. Idem. 1. de Leg. 77. Et quandiu affutura sint, certum scitri nullo modo potest.

Adesse, proprie significat Prope esse, vel præsentem esse. Plaut. Rud. 24. 6. Quoniam ego adsum, faciet nemo iniuriam. Cic. de Amic. 22. Quo circa & absentes adsunt, & egentes abundant. Hoc est, præsentes sunt, quantaxat animo. Sic Adesse res dicitur, quæ præsens est, vt bonum, malum, commodum. Plaut. Amphit. 8. 1.
-quin incommodi plus, malique ilico
Adsit, boni si obtigit quid Idem Pseud. 7. 87.
Aliud malum aderat, ilicet aberat longius. Hoc est, aliud malum erat in promptu.

¶ Adesse pugnæ, pro Interesse. Cic. in Philipp. Omnibus his pugnis Dolabella affuit.

Adesse re aliqua, pro Interesse. Terent. And. 4 4. 32. In pariundo altquot affuerunt liberæ. Idem Hecy. 3. 3. 49. Hunc minimè est opus in hac re adesse. Cic. de Orat. In Pauli pugna non affuerat.

Adesse in aliquo loco, pro Esse. Cice. in Lælio. 25. Tu magis id diceres Panni, si nuper in hortis Scipionis, cum est de rep. disputatum affuisses. Plautus Amph. 4. 2 1. Nec quisquam alius affuit in tabernaculo. Terent. Eunu. 2. 3. 75. Aderit vnà in vnis ædibus. Cice. pro Flac. 43. Siluerunt principes, neque in illa concione adfuerunt. Idem pro Quintio. 53. Qui adestis in consilio, quæso vt diligenter attendatis.

¶ Adesse a-ĕ, variè declaratur. Plaut. Amphit. 6.6. Vbi summus imperator non adest ad exercitum. Pro, non est in exercitu. Cic. 1. de Divin. 102. Petere vt mane ad portam adesset, Id est ad portam esset: sicut quum dicimus Ad vrbem esse, hoc est, prope vrbem. Cato de re rust. cap. 83. Mulier ad eam rem diuinam ne adsit. Pro Non interesse illi rei diuinæ, seu sacrificio.

Adesse ad iudicium, idem quod Præsto esse: hoc est, comparere in iudicio: quod & Iudicio adesse, & Adesse absolutè dicitur. Cic. Q. fratri lib. 2. Ad IIII. Non. Feb. Milo affuit: ei Pompeius aduocatus venit, Affuit, sub. iudicio. Idem 3. Verr. 1. Atque hanc opinionem populi Romani fuisse, C. Verrem altera actione responsurum non fuisse, neque ad iudicium assuturum.

Adesse apud aliquem. Plaut. Amph. 7.20. Et apud te adsum Sosia idem Pro eo quod est Sum apud te.

Adesse vnà cum aliquo. Terent. And. 1.180.
- ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chrysidẽ, vnà aderat frequens. Id est erat.

¶ Adesse cum aduerbiis in loco, idem quod esse. Terent. Heaut. 3.1.91. Adero hîc continuò. Idem Adelph. 3.4.7. Vtinam hîc prope adesset alicubi, atque audiret hæc. Idem in prol. Eunuch. 22. Magistratus quum ibi adesset, occæpta est agi. Plaut. Epid. 5.73. Ille aut iam hîc aderit, credo hercle, aut iam adest. Sic adesse domi. Terent. Eunu. 3.2.53. Domi adstis facite.

¶ Adesse, cum datiuo super uacaneo. Teren. Heaut. 2.1.17. Eccum Dromonem cum Syro vna adsunt tibi. Hîc datiuus, tantum festiuitatis & elegantiæ gratia est additus.

Adesse senatusconsulto scribendo. Cicero ad Cornificium lib. 12.28.6. Quanquam erat nobis dictum, te existimare alicui senatusconsulto quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo iam iã affuisse. Idem pro Flacco. 34. Decreto scribendo primũ video adfuisse Lysaniam.

¶ Aesse iudici, pro Assidere: & Adesse iudici in consilio, dicuntur assessores. Cic. pro Quintio. 2. Quæ quo plura sunt C. Aquili, eo te & hos qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit. Ibidẽ, Certè aut apud te & eos qui tibi adsunt, veritas valebit: aut ex hoc loco repulsa vi & gratia, locũ vbi cõsistat, regire nõ poterit.

¶ Adest præsens, pro Præsens est. Plaut. Mostel. 15.27. Adsum præsens præsenti tibi. Cic. p domo sua ad Pontif. 31. Adest præsens vir singulari virtute. In his additur (præsens) expressioris significantiæ gratia: alioqui figura est Pleonasmos, vt apud Terentium in Adel. 3.3.39. Ac non quia ades præsens, dico hoc. Satis erat ades.

Coràm adesse, eodem modo & ratione dicitur, qua Præsentem adesse. Nam si simpliciter accipimus, tantum per se valet Adsum, quantum Coràm adsum. Cicero Cassio, libro 15.16.1. Fit enim nescio quomodo, vt quasi coràm adesse videare quum scribo aliquid ad te. Virg. 1. Aeneid. Coràm quem quæritis adsum.

Coràm adest præsens. Cic. in Antonium. Coràm aderit præsens tibi ipse, & ille quem insumulas pugio respondebit. Duplex (vt ita loquar) pleonasmos mihi (vt paulò antè monstratum est) hoc & similia ad loquendi affectum referamus.

¶ Adesse, pro Accedere, præsertim in secũda persona imperatiui. Plaut. Philippe ades, audi pauca. Terentius And. 1.1.2. Adeldum, paucis te volo. Quasi accede ad me. Nam hîc DVM teste Donato, parelcon est, id est productio & adiectio syllabæ. Virgil. in Bucol. Huc ades ô formose puer. Sic in eodem opere sæpius.

¶ Adesse pro Aduenire. Virgil. 2. Aeneid.
Iamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus.

Aduentare & propè adesse. Cicer. ad Att. lib. 4. 8 5.19. Si sapis, ac frui tuis commodis cogitas, aduentare, & prope adesse iam debes.

Adesse ex Aphrica, pro Aduenire. Cicer. ad Atti lib. 11.223.1. Ii autẽ ex Aphrica iam adfuturi videntur. Achei itẽ ex Asia reditur ad eos.

Adesse & impendère, Vide IMPENDEO.

Adest dies, vel tempus, pro Aduenit: fere cum aduerbio. Virg. 9. Aeneid.
Ergo aderat promissa dies. Vbi Seruius, Promissum tempus aduenerat. Idem 2. Aeneid. Iamque dies infanda aderat. Idem in Buc. Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores. Cic. Att. lib. 12.236.6. Adest enim dies & ille currit. Terent. And. 1.1.125. Propè adest, cũ alieno more viuendum est mihi. Quasi Aduentat, appropinquat, instat. Sub. tempus. Plaut. Bacch. 8.13. Iam aderit tẽpus quũ sese etiam ipse oderit. Sic, Adest partus, pro Instat. Terent. Adel. 4.4.10.

Adesse ad tempus. Cicc. Attic. lib. 5.96.3. Quoniam nunc abes quum id non agetur, aderis autem ad tempus, vt mihi scripsisti.

Adesse in tempore. Liuius 8. ab vrbe. 28. Aderunt in tempore, Manlius inquit, & cum illis aderit Iuppiter ipse.

¶ Adesse pro Consistere. Plaut. Aulul. 4.17.
Iltic adesto. si hercle tu ex isto loco
Digitum transuorsum, aut vnguem latum excesseris, &c. Id est consiste, & mane vbi tu es.

¶ Adesse pro Inesse. Terent. Phor. 1.2.55. Nihil aderat iumenti ad pulchritudinem. Plaut. Amph. 8.19. Omnia adsunt bona, quem penes est virtus. Hoc est insunt: sub. ei. Plin. Iunior lib. 3. Adest enim adolescenti nostro eximia corporis pulchritudo.

Adsit modus amori. Virg. 2. Eclog. ad finem,

Adest morbus. Cic. 2. de Fnib. 154. Tanti autem morbi aderant vesicæ & torminum, vt nihil ad eorum magnitudinem possit accedere.

Aderant vires in corpore. Propert. lib. 3. eleg. 15.5.
Sola tamen, quæcunque aderant in corpore vires,
Regales manicas rupit vtraque manu.

¶ Adesse, In promptu esse. Plaut. Capt. 7.64.
- ergo quum optumè feci sti, nunc adest occasio
Benefacta cumulare. Idem Amphit. 8.190. Mihi quoque adsunt testes, qui illud, quod ego dicam assentiant.

¶ Adesse, pro Esse in conspectu, siue ante oculos. Cicero 1. Offic. Ad id solùm quod adest, quódque præsens est, se accommodat. Quasi dixerit, ad id quod videt.

Adest mihi ante oculos. Virgil. 2. Aeneid. 54.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector Visus adesse mihi.

¶ Adesse, Paratum esse. Terent. Phorm. 2.1.36. Hic in noxia est: illead defendendam causam adest.

¶ Adesse, interdum demonstrandi significationem habet, in his duntaxat vocibus, adsum, adest, adsumus, adsunt. Terent. Ennu. 3.2.11. Dona adsunt tibi à Phædria, Quasi dixerit. En tibi dona, eccè tibi dona. Plaut. Casina. Adsunt quæ imperauisti omnia, vxor, sortes, &c.

¶ Adesse animo, vel animis, Est Fauere illi rei cui interest. Cicero pro P. Sylla. 24. Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor: erigite mentes, aurésque vestras, Hoc modo attentionem captat auditorum, quasi dicat, Attenti estote cum fauore & silentio. Sic Terentius in prologo Andriæ 24. Fauete: adeste æquo animo. Vbi Donatus Adeste, non vt absentibus dicitquippe qui corporibus præsto erant: sed intenti estote, fauete, silete. Idem in prol. Phorm. 31. Adeste æquo animo per silentium.

Adesse cum silentio. Plaut. Trinum. 2.12. Valete, adeste cum silentio.

Adesse animo, in alio significatu dicitur, pro eo quod est, Præsenti esse & forti animo. Cic. pro Milone 2. Quamobrem adeste animis iudices: & timorem siquem habetis, deponite. Idem in Somnio. 5. Sed ille, Ades, inquit, animo: & omitte timorem.

Adesse animo, pro Intentum esse rebus agendis. Cice. 8. Philip. 254. Sed etiam nuper summa laus Consularium, vigilare, cogitare, adesse animo, semper aliquid pro rep. aut facere, aut dicere.

Adest ei animus, quasi Præsenti & forti est animo: vt plus sit, quàm est ei animus. Plaut. Casina. 13.9.
Rogitare oportet prius & percontarier
Adsitne ei animus, necne adsit.

¶ Adesse alicui, pro Fauere, vel auxilio esse: cui contrarium est Deesse. Virg. 4. Aencid. 116. Adsis ô, placidúsque iuues. Idem 3. Aenei. 74. Modo Iuppiter adsit, Liuius 2. bel. Punici. 203. Affuit fortuna incepto. Plaut. Amphit. 16.26.
Consumules sunt adeo, vt vtri adsum, nesciam: rixam tamẽ, Vt potest, dirimam. Liuius 1. bel. Pun. Sed pueri fœminæque super animi, corporisque vires, adsunt pugnantibus, tela ministrant. Id est pugnantibus sunt auxilio, illos adiuuant. Sic in iudicio, Adesse alicui, est Eum defendere, vt solent aduocati adesse reo. Cicero de Senect. 34. Adsum amicis, venio in senatum frequens. Idem 2. Philip. 96. Semper enim absenti adfuit Deiotarus. Quintilianus, Parricidium obiicitur innocentibus, quorum pater viuitque tatque etiam liberis suis adest. Donatus, Adesse reo dicitur aduocatus.

Adesse alicui ad rem aliquam. Cicc. ad Qu. Fratrem, lib. 3.20.8. Pontino ad triumphum ad III. No. Nouemb. volebam adesse.

Adesse alicui in consilio. Cicc. 4. Verr. 51. Me quoque Petilius, vt sibi in consilio adessem, roganit.

Adesse alicui contra alium. Plin. epist. 5.b. Ita nec fidei nostræ, nec constantiæ, quam diligis, conuenit adesse contra prouinciam.

Adesse rebus alicuius. Cic. Ligario, lib. 6.14.7. Fac animo magno, fortique sis: & si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora lætè feras. Ego tamen tuis rebus sic adero vt difficillimis: neque Cæsari solum, sed etiam amicis eius omnibus, pro te libentissimè supplicabo.

Adesse precibus alicuius. Ouid. 6. Epist. 31. - siquis ab alto
Iustus adest precibus Iuppiter ipse meis.

Adesse in causa, & Versari in iudicio, quid sit, docent hęc Ciceronis verba in Bruto. 104. Intelligens dicendi existimator non assidens, & attentè audiens, sed vno aspectu, & præteriens, de oratore sæpe iudicat. Videt oscitantem iudicem, loquentem cum altero, nonnunquam etiã circulantem, mittentem ad horas quęsitor em, vt dimittat rogantem: intelligit oratorem in ea causa non adesse, qui possit animis iudicum admouere orationem, tanquam fidibus manum. Idem si præterieris aspexerit erectos intuentes iudices, vt aut doceri de re, idque etiam vultu probare videantur: aut vt auem cantu aliquo, sic illos videri oratione quasi suspensos teneritaut (id quod maximè opus est) misericordia, odio, motu animi aliquo perturbatos esse vehementius: ea si

præterieris (vt dixi) aspexerit, si nihil audierit, tamẽ oratorẽ versuri in illo iudicio, & opus oratorii fieri, aut præcũ ia esse, præcto intelliger.

* Ad summam ἐπὶ κεφαλαίοις.

* Ad tempus, πρὸς καιρὸν ἐπὶ χρόνου.

Adtexo, adtexis, adtexui, adtextum, adtexere, πρόσυφαίνω, Adiungere: ei quasi texendo connectere. Varro 2. de re rust. cap. 5. 2. Nos interea secundum actum de maioribus adtexamus. Scribitur etiam duplici t: attexo.

Adtondeo, adtondes, adtondi, Adtonsum, πρόσκείρω, adtondẽre, re. Plaut. Is me scelus auro vsque adtondit dolis do ctis. Bud.

Adueho, aduehis, aduexi, aduectum, ἐπαγωγὴν ποιεῖσθαι, aduehere. Est a-ĕ locum vehere, seu vehiculo, seu quouis alio modo. Liu. 3. bel. Pun. 180. Impositoque, quem secum aduexerat, militi Romanum naugat. Cic. 5. Offic. 66. Si quis profectus Rhodum, magnum frumenti numerum aduexerit.

Aduehere ex India. Plin. lib. 31. cap. 6. 12. Ex alto, & ad hunc vsum aduehunt. Idem lib. 12. cap. 8. 1. Ex India aduehitur.

Aduehere in hospitiũ, aut in fanũ. Cic. Attico, li. 14. 318. 1. & 1. Tus. 183.

Aduehere per mare. Plaut. Trinum.

Aduehere trans mare. Plin. lib. 35. cap. 17. Pedesque venalium trans mare aduehuntur.

Aduehere naue, Plin. lib. 45. cap. 17. Et Seruius Ciceroni, lib. 4. epist. 12. Quum ab Epidauro Piræa naui ad nectus essem.

Aduehere equo. Cic. 1. de Diumat. 103. Quin tu equo aduectus ad quãdam magni fluminis ripam, &c. Sic Liui. 1. bel. Pun. 83.

Aduehere aliquem oras alias, pro Vehere ad vel in oras alias. Virgil. 1. Aeneid. 104.
Teucrorumque alnonarer quos æquore turbo
Dispulerat, penitusque alias aduexerat oras.

Aduehi aliquem, pro Vehi ad aliquem. Tacitus lib. 2. Vt quosque aduectus erat. Idem lib. 11. Sed vt quosque eorum aduehebatur. Panor retro aduehit alas Tyrias, Hoc est, Alæ exercitus Carthaginensis præ timore retrorsum dant. Sil. Ital. 3.64.
Nunc Itali ni tergum versis referuntur habenis,
Nunc rursus Tyrias retro panor aduehit alas.

Aduehit umbras Auster, Seneca in Medea. 8.2.
Non vbi hybernos nebulosus imbres - Auster aduexit.

Aduehit vinda rates. Ouid. 5. epist. 18.
Denique tutus amor meus est: nihil ira parantur
Bellatrices vltrices aduehit vnda rates.

Aduectus, huius aduectus, Verbale, Ipse aduehendi actus. Tacitus lib. 20. non procul à fine, Hæc de origine & aduectu dei celeberrima.

Aduectio. verbale ἐπαγωγή. Plin. lib. 9. cap. 64. 2. Nuper excogitatum, famem longę aduectionis à Brundusio compascere in Lucrino.

Aduecto, aduectas, aduectauit, ἐπάγεσθαι, aduectare, frequentatiuum ab aduehoo. Tacitus lib. 1. Addidit quibus è prouinciis & quanto materiem quam Augustus rei frumentariæ copiam aduectare.

Aduelitatio, vide velitatio.

Aduelo, aduolas, pen. prod. ἐπικαλῶ τινα, Idem quod Velo. Virg. 5. Aeneid. 50. Victorem magna præconis voce Cloanthũ Declarat, viridique aduelat tempora lauro.

Aduena, aduenæ, pen. cor. com. gen. ἐπήλυτος, πάροικος. Verbale ab aduenio, dicitur qui vel quæ alium de venit eò vbi habitat. Hoc est, qui non est indigena, sed externus. Terent. Heaut. 1.1.44. Erit Cornubo hîc aduena anus paupercula.

Aduenæ. Seruius. Omnes terræ habitatores, aut indigenæ sunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ, sunt inde geniti. Aduenæ, de vno loco venientes. Conuenæ, de diuersis.

Aduenæ dii. Cic. 2. de legib. 31.

Aduenæ volucres. Varro 3. de re rust. cap. 5. 5.

A duena, græce ἀφ' ἑαυτοῦ, dicitur. Festus apud Iunianum.

Aduena, teste Prisciano, figurate interdum neutris adiungitur. vt Aduena mancipium.

Aduena, hyemis & Aduena ęstatis. Plin. lib. 20. cap. 23. de ciconiis & grubus.

Aduena belli. Stat. 8. Thebaid. 111.
Tyrii iuuenis non aduena belli.

Amor aduena. Ouid. 1. de Arte amand. 36.
Heu heu quàm multos aduena torsit amor.

Exercitus aduena. Virg. 7. Aeneid. 8. -aduena classem

Quum primum Ausonius exercitus appulit oris.

Grus aduena. Acron: Quia grues trãsmarinæ sunt. Horat. Epod. 2. 7.
Pascendumque leporem, & aduenam laqueo gruem

Iucunda capræ præmia.

Pellex aduena. Ouid. 9. epist. 25.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex.

Peregrinus & aduena. Cic. 1. de Orat. 129. Ne in nostra patria peregrini atque aduenæ esse videamur. Idem contra Rullum. 92.
Nos autem hinc Roma qui veneramus iam non hospites, sed peregrini atque aduenæ nominabamur.

Aduenerari, πρὸς τοῖς θεοῖς ἱδρύειν) Valde & ex animo venerari. Varro lib. 1. de re rust. cap. 1. 5. Item aduenerer Mineruam & Venerem: quarum vnius procuratio olineti, alterius hortorũ. Sil. Ital. lib. 13. 142.
Profequitúrque oculis puer aduenerat eunte.

Aduenio, aduenis, penul. cor. aduent. pen. prod. aduentum, ἐπιφοίτησις, ἐπιφοίτημα, ἐπιφοίτησις, ἐπιφοίτημα, ἐπιφοίτησις, ἐπιφοίτημα, aduenire. Ad locum venire significat: quod vernaculo sermone dicimus Arriuar. Vnde & Aduentus dicitur. Terent. And. 1.1.25.
- ego me continuo ad Chremem
Cum illò aduenio, solitudo ante ostium. Idem Hecyra. 3.5.8.
Aduenis modo?

Aduenire optato. Vide OPTATO.

Aduenire cum aduerbiis. Terent. Eunuc. 3.2.48. Si fortè hunc aduenerit. Ibidẽ. 2.2.58. Aduenire huc video herilem filium. Plaut. Asin. 16.23.
Aduenit domum noctu. Idem Amph. 8.35.
Ad aquam præbendam aduenit domum.

Aduenire à porta. Plaut. Stich. 8.3. Nunc interuiso iamne à porta aduenerit.

Aduenire ex aliquo loco. Cic. 3. de natu. deo. 79. Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse.

Aduenire ad forum. Plaut. Capt. 13.17. Quũ ex tẽplo ad forũ aduenero.

Aduenire vrbem, & ad vrbem. Ouid. 1. Trist. 9.9.
A quibus aduentat Miletida sospes ad vrbem. Virg. 1. Aeneid. 29.
-Tyriam qui aduenerit vrbem.

Aduenire in prouinciam. Cic. 11. Philip. 312. Quancunque in prouinciã eius belli gerendi causa aduenerit.

Aduenire alicui, pro Ad aliquem. Tacitus lib. 1. Annal. Properantibus Ilæsus aduenit, increpabatque ac retinebat singulos. Idem lib. eodem, Sed Chattis adeò improuisus aduenit, vt quod inbecillum ætate ac sexu, statim captum aut trucidatum sit.

Aduenire, cum priore supino. Terent. Phorm. 2. 3.13. Etiã ne vltro accersitum nos venit! Ibidem. 2.3.41. Quasi non noris, tentatum aduenis. In his & similibus nihil aliud quàm Venire significat.

¶ Aduenio pace. Plaut. Amph. 3. 32. Propterea pace aduenio, & pacem ad vos affero. Sub. cum) vt sit, Cum pace venio. Aut est nomen pro aduerbio: id est pace pro pacificè.

¶ Aduenire, & Venire, pro eodem sæpe indifferenter accipiuntur: vt Venisti in tempore: vel, In tempore aduenisti. Sed Aduenio interdum cum dicrimine ponitur interdum & sine ipso.

Aduenire in tẽpore. Plaut. Cap. 13.67. Optime mihi tẽpore aduenis.
In tempore ipso. Terent. Andr. 4.6.12. Charine in tempore ipso mihi aduenis.
Tẽpore. Plaut. Menæch. 22.30. Næ tibi suppetias tẽpore aduenio modo.
Per tempus Terent. Andr. 4.4.44. O Chreme, per tempus aduenis.
Opportunè. Terent. Heaut. 1.2.1. Pater opportunè aduenis.

¶ Aduenire, pro Accidere. Plaut. Pœn. 14.102.
Dii immortales per me quanta aduenit calamitas!
Hodie ad hũc lenonẽ. Hoc est, huic lenoni accidet. Cicero 11. Philip. 294. Est enim sapientis quicquid hominì accidere possit, id præmeditari ferendum modicè, si aduenerit esse.

¶ Aduenire, de tempore dictum. Idem quod Venire. Cic. 4. Verr. 25. Interea dies aduenit, quo die ipse ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis ille edixerat.

Annus aduenit. Tibul. lib. 4. eleg. 6.4.
Sit iuuenì grata, aduenit quum proximus annus.
Hora proficiscendi aduenit. Tacit. lib. 20.

Aduenerunt literæ, pro Allatæ sunt. Suet. in Vespas. Aug. cap. 7.

Ac statim aduenere literæ, fusas apud Cremonam Vitellii copias, ipsum in vrbe interemptum nunciantes.

Luces optatæ aduenere. Catul. in Argonautic. 7.
Quæ simul optatæ finito tempore luces

Aduenere, domum conuentu totà frequentat Thessalia.

Aduenire morbus dicitur, quando incipit. Plaut. Amphit. Quæso aduenienti morbo iure medicabis. Cic. 1. de Diumat. 110. Nam medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt.

Aduenisse senectus dicitur, quum quis ad eam peruenit. Aduenire autem quum accedit, siue appropinquat. Plaut. Menæch. 17.4. consitus iam is nectute. Et paulò pòst, vt ætas, mala est mæ xima mala est ergo,
Nam res plurimas pessimas quum aduenit, affert.

Aduenire ad aures. Lucret. lib. 6.34. -quia semper ad aureis
Tardius aduenient, quàm vidum quæ mouebunt res.
Inter Aduenit præteritis temporis, & Aduenit præteriti. Aduenit in præsenti penult. correp. id est appropinquat. Aduenit in præterito penule. prod. id est iam accessit. Horat. 1. Serm. Satyr. 5.7.
-collyria lippus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illinere. Interea Mecœnas aduenit, atque
Cæcæius, &c. - Virgil. 7. Aeneid. 161.
Hos super aduênit Volsca de gente Camilla.
Iuuenies, Participium, (πεσηλυτος,) Terent. Eunuch. 2. 2. 3. Conuenî hodie aduenientem quendam mei loci. Cice. ad Attic. lib. 6. 114. 6. Præmeditari quo animo accedam ad vrbem. Est enim quiddam, ad uenientem non esse peregrinum atque hospitem.
Liquor aduenieus. Lucret. lib. 4. 176.
Dissipat aduenieus liquor, ac restinguit, vt ignem.
Aduenius mare. Plin. lib. 12. cap. 9. 3. Eædem mari aduenientê fluctibus pulsatæ resistunt immobiles.
Aduentitius, (περσσπλαντικος,) Verbale, dicitur quicquid aliunde nobis accedit. Vide Aduentitia bona dicimus, quæ accessione quadam & præter spem nobis contingunt. Cicero. 3. Verr. 91. Homo Lugurem accusare cœpit, qui in re aduentitia atque hæreditaria, tam diligens, tam attentus esset.
Aduentitiis & externis adiumentis vti. Cice. 5. de fniib. 106.
Aduentitium auxilium requirere. Cice. 6. Verr. 71.
Aduentitius regum & nationum copiis iuuari. Cic. pro lege Manilia. 16.
Quâ humor aduentitius transire possit. Var. 1. de re rust. cap. 8. 3.
Aduentitia pecunia. Cic. Atti. lib. 1. 14. 5. Vnam rationem non reiiciebâ, vt ager hac aduentitia pecunia emeretur, q̃ ex nouis vectigalibus per quinquennium recipereturr. Hîc aduentitiam pecuniam ex nouis vectigalibus, opponit pecuniæ, quæ redigi solita erat ex veteribus vectigalibus, quæ erat in vetere patrimonio populi Romani.
Aduentitia pecuuia, cui respondet exaduerso Pecunia sua & propria. Cice. pro Rabirio. 2. Quod iudices, non faciatis oro obtestorque vos, at que eo magis si aduentitia pecunia petitur ab eo cui sua non redditur. Eam intelligit pecuniam, quam accusator criminabatur accessisse Rabirio, præter sortem vel iustum nomen.
Aduentitio, opponitur Innatum & insitum. Cice. Topic. 36. Species autê comparantur, vt anteponatur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud & vt innata atque insita, assumptis & aduentitiis: integra, contaminatis.
Transmarina atque aduentitia doctrina. Cice. 3. de Oratore. 74.
Aduentitia dos, Profectitiæ opponitur. Est autem Profectitia dos Vlpiano, in L. Profectitia. De iure dotium, quę à patre, vel parente profecta est de bonis, vel facto ejus. Aduentitia verò, quam nemo ex paternis bonis, sed qi pia extraneus alicũde dedutit ex Iuliani verbis colligit.
Aduentitius fructus. Liuius.
Aduentitue pſonæ in fabulis risus gratia introducũtur extra argumẽti.
Aduentitii domum appellat Budæus, quod olim cõsulibus in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: quod & honorarium dicitur: qua ita hodie principibus suas primùm vrbes ingressis porrigi solent.
Aduentitia necessitas intelligitur, vbicunque repente aduenit aliquid peragendum, quod ad publicam vtilitatem spectet. Vide Alciatum enarrantem L. placet. C. de Sac. sanct. eccl.
Aduentitium peculium (cui opponitur Profectitium) est, quod alicui ab auo paterno, vel materno, aduenit vel cognatorum testamento: vel alioquin forte fortuna. Vide Ferr. Inst. de Actio. parag. Actiones aut.
Externus & aduentitius tepor. Cic. 2. de Natu. deor. 39.
Aduentitia bona sunt, quæ non recta successione, puta patris & aui: sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis aduenierunt: id est quæ non iure agnationis, sed ab extraneis, & inſperato accedunt. Spiegel.
Externa & aduentitia visione pulsari. Cic. 2. de diuina. 179.
Aduentus, huius aduentus, Verbale, (περοδος, ἐλευσις, ἀφιξις,) Terentius in Eunucho. 2. 2. 29. Salutant, ad eam vocant, aduentum gratulantur. Vbi Donatus, Aduentus proprie expectatorum, necessariorúmque dicitur. Idem Phormi. 1. 3. 1. Vbi in mentem eius aduenti venit. Vbi Donatus. Aduenti, sic veteres genitiuo casu proferebant. Plin. lib. 15. cap. 14. 6. Primis aduentu, decerpique properantibus.
Aduentus & Discessus, contraria. Cic. ad Attic. lib. 12. 36. 0. 1. Vt me leuarat tuus aduentus, sic discessus afflixit.
Aduentus malorum. Cic. 3. Tusc. 50. Hæc igitur præmeditatio futurorũ malorum lenit eorum aduentum, quæ vementia longè ante videris.
Aduentum inimicorum suis corporibus intercludere. Vide Intercludo.
Aduentus in vrbem, & ad vrbem. Cic. pro lege Manilia. 8. Vt etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorum aduentus in vrbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differat. Idem pro Milone. 37. Vt illi nostri reditus ad vrbem aduentus vitandus potius, quàm expetendus fuit.
Aduento, (ἐπιτρεχω, ἐφικνουμαι,) Frequentatiuum, antiquis pro primitiuo ponebatur, sicut Aduito pro aduito: Nunc ferè significat appropinquare. De priore significatu Plau. Epid. 5. 2. 0. Vos video ambo ad uentare opportunitate. Idem Aulul. 6. 2. 2. Te id admonitum aduẽto.
Aduentare, pro Appropinquare, nunc de tempore dicitur, nunc de persona, nunc de re alia. Plaut. Truculi. 8. 35. Aduentat prope decimus mensis. Cicer. 1. de Orato. 99. Quod ferè iam tempus aduentat. Idem ad Curionem, lib. 2. 5. 1. Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. Id est veniendo te iam proximum esse Italiæ. Idem. 1. Tuscul. 152. Vt si ante mors aduentet, quàm, &c. Idem Attic. lib. 4. 85. 19. Aduentare, & propè iam esse debes. Idem de Senectu. 2. Aut iam vrgentis, aut certe aduentantis senectutis.
Aduentant discrimina. Lucan. lib. 7. 49. - discrimina postquam
Aduentare ducum supremáque prælia vidit.
Aduentat reipublicæ excidium. Tacit. lib. 20. Inclinato in Vespasiani animo, & reipublicæ cura, cui excidium aduentabat, si redintegratâ bellum, & tot armatorum millia Italiam irrupissent.
Aduentant rates. Ouid. 12. Metamorpho. 13.
Fecerat hæc notum, Graias cum milite forti
Aduentare rates.
Aduentabat accipiendo Armeniæ regno Tyridates. Tacitus lib. 16. Hoc est, ad accipiendum, siue vt acciperet.
Aduentare alicui, pro Ad aliquem. Tacitus lib. 5. At qui Parthis aduentabant, facilè arcebantur.
Aduentare portis, Hoc est, appropinquare. Stat. lib. 11. Thebaid. 41.
- abrumpe moras, celeremus: & illum
Aduentare ferunt portis sic omnia vicit.
Aduentare locum aliquem, Pro ad locum. Tacitus lib. 5. Iamque multa manu, propinqua Seleuciæ aduentabat.
Aduentare ab vrna. Stat. 2. Thebaid. 2.
- neque ignibus atris
Conditus, aut mœsta niger aduentabat ab vrna.
Aduentare sub finem. Virgil. 5. Aeneid. 65.
Iamque ferè spatio extremo, festîque sub ipsam
Finem aduentabant. Seruius, Finem bis subaudi, Sub ipsam finem festi aduentabant ad finem.
Mors aduentans. Cice. 5. Tusc. 79. Tum morti iam ipsi aduentanti paulum procedere obuiam. Idem. 1. Tuscul. 152. Vt si antè mors aduentet, quàm Chaldæorum promissa consecuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis, illuc deſerri utique videamur.
Aduentantes Euri. Virgil. 4. Georg. 39. de Apibus,
Nec verò à stabulis pluuia impendente recedunt
Longiùs aut credunt cœlo aduentantibus Euris.
Aduentor, Verbale, (περσπλαντης,) Plaut. Trucul. 4. 2.
Ad foras auscultato, atque adferua has ædes,
Nequis aduentor grauior abeat, quàm aduenat. Ibidem. 4. 55.
Si æquum faciæs, aduentores meos non incuſes, quorum mihi
Dona accepta, & grata habeo. Videtur nomen à Plauto fictum præter vsum Latinitatis, pro quolibet homine externo: Id est qui non sit nobis domesticus.
Aduentores vocat Apuleius eos, qui soliti sunt in cauponam cuiuspiam diuertere. Et nunc, inquit, senex ille dolium innatans vini sui, aduentores pristinos fece summissus officiosis rhonchis raucus appellat. Cœlius lib. Antiq. lect. 15. cap. 3.

Aduerbero, aduerberas, penult. corre. aduerberaui, (περσσπαιω, ζω,) aduerberare, Vehementer verberare. Stat. 9. Thebaid. 138. - & auraris aduerberat vnguibus armos.

Aduerbium, (ἐπιῤῥημα.) Compositum est dictio ex (ad) & (verbum.) * Quintil. lib. 1. cap. 7. Deinde mistum verbo participium, ipsis verbis aduerbia, Priscianus, lib. 15. Aduerbium est pars orationis indeclinabilis, cuius significatio verbis additur. hoc enim perficit aduerbium verbis additum, quod adiectiua nomina appellatiuis nominibus adiuncta. vt prudens homo, prudenter agit: fœlix vir, fœliciter viuit.

Aduersus, (αντικειμενος, ἀναντιος,) ab Aduertor, modò nomen est, modò participium: & interdũ dicitur id quod nobis aduersatur, id est contrarium est & repugnans: interdum oppositum, id est, contra nos positum: vt Homo aduersus nobis, id est opposito pectore, atque obiecto. Cui contrarium est Auersus, qui nobis terga ostendit. Nouumquam malum atque improsperum, quod & ipsum contrarium est vt Aduersa valetudo. Terent. And. 1. 1. 37. Eorum obsequi studiis, aduersus nemini. Id est contrarius, repugnans, aduersans. Idem Heaut. 4. 5. 21. At enim istoc nihil est magis Syre meis nuptiis aduorsum. Sallust. Ibique multa aduersa fuere.
Aduersus, pro Oppositus, siue obiectus: quæ est eius propria significatio. Plin. lib. 7. cap. 68. 2. Hunc qui Septentrion vocatur, eumque qui aduersus illi Austrinus appellatur. De duobus polis loquitur. Idem lib. 2. cap. 59. 1. Sallust. in Iugurth. Haud procul ab latere castelli quod aduersum præiantibus erat.
Aduersus & auersus. Columel. lib. 1. cap. 5. Cauendum tamen erit vel tergo potius quàm præ se flumen habeat: vt ædificii frons auersa sit ab vtilitatis eius regionis ventu, & amicissimis aduersa.
Aduersæ cicatrices. Cice. 2. de Orato. 67. Qui in causa peroranda non dubitauit exerere reum Consularem, & eius dilaniare tunicam, & in diebus cicatrices aduersas senis Imperatoris ostendere.
Aduerso corpore cicatrices excepisse. Cice. 7. Verr. 3. Aduerso pectore cicatrices ostendere. Liu. 2. ab vrbe. 96. Aduersis vulneribus occisi. Plin. de viris illustr. lib. 35. Aduersis vulneribus corruerunt. Hæc autem sunt fortitudinis argumenta: sicut contrà, Auerso vulnere, aut auerso pectore occidi, pudendum est.
Aduersi dentes, Id est anteriores. Cice. 2. de Natu. Deor. 101. Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. Eorum aduersi acuti morsu diuidunt escas: mutui autem cõficiant, qui genuini vocantur.
Aduersa inter se folia. Plinius lib. 27. cap. 13. 5. Foliis lenticulæ densis, amaris, aduersis inter se.
Fronte aduersa obuius. Sil. Ital. lib. 5. 19.
- sedet obuius hostis
Aduersa fronte.
Aduersis frontibus concurrunt damæ. Martialis lib. 1. 141. Et apud Lucretium lib. 6. 24.
Hastis aduersis incurrere. Virgil. 11. Aeneid. 123.
Continuò aduersis Tyrrhenus, & acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis.
Manus aduersa. Cic. 3. Academ. 269. Nam quum extensis digitis aduersam manum ostenderat: Visum, inquiebat, huiusmodi est.
Pectore aduerso ferrum excipere. Hoc est, obiecto. Senec. in Agam. 4. 2.
Sparsa aduersa. Virgil. 5. Aeneid. 116.
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
Aduersa spatiis.
Solem aduersum intueri nequitis, cuiusque radiis acies vestra sensusque vincitur. Cice. de Som. Scip. 19.
Aduersa vestigia. Cice. 4. Academ. 120. Nónne etiam dicitis esse è regione nobis, & contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? Idem de Som. Scip. 22.
Aduersa via, Opposita. Plaut. Bacchid. 2. 3. Quò nunc capessis tu te hinc aduersa via? Sic idem in Persa. 12. 37.
Abi istac aduorsa angiportis ad forum.
Aduersus & infestus. Cice. pro Milone. 2. Vnum genus est aduersum infestúmque nobis.
Aduersa æruma. Terent. Phormi. 3. 1. 12. Meditari secum oportet, quo pacto aduersam æruminam ferant. Abundat (aduersam) teste Donato. Nam omnis æruma, aduersa est nobis.
Amor aduersus. Lucret. lib. 4. 150.
Atque in amore mala hæc proprio, summéque secundo
Inuenientur in aduerso verò, atque inopi, sunt
Prendere quæ possis oculorum lumine aperto,
Innumerabilia.
Animus aduersis aliquid accipere. Vide ACCIPIO. Tacitus lib. 3. Vt quæ hæc secundo rumore, ita à luctibus animis accepta, quòd filio Claudii socer Seianus destinaretur.
Animo aduerso aliquid auscultare, Id est inuito, ac repugnante. Plautus Pseud. 2. 9.
Aqua aduersa per flumen aduecti simus. Quod vulgò dicitur, contra aquam. Plaut. Trinum. 13. 28. Sic vehi aduerso fluuio. Plin. de viris illustrib. 46. Cum aduerso Tyberi veheretur. Aduerso flumine nauigare, aut nauem ducere. Virgil. 1. Georg.
Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigiis subigit. Id est contra vim & cursum fluminis, vt ait Seruius.
His contrarra sunt Secundo flumine, & secunda aqua.
Austris aduersis æstatem ducere. Horat. 2. epist. 2. 41.
Non agimur tumidis velis Aquilone secundo:
Non tamen aduersis ætatem ducimus Austris. Hoc est, Non in summa vitiimus felicitate: sed nec in summa calamitate.
Bellum aduersum. Horat. 1. Sermo. Satyr. 7. 3.
- hoc etenim sunt omnes iure molesti.
Quo fortes, quibus aduersum bellum incidit. Hoc est, cum aduersario.
Casus aduersi. Cice. 3. Tusc. 61.
Deo aduerso aliquid mouere. Ouid. 7. Epistо. 1.
Nec quia te nostra sperem prece posse moueri.
Alloquor: aduerso mouimus ista deo. Hoc est, irato & abnuente deo vel fato, ista incepimus.
Deos aduersos habere, id est, aduersantes & contrarios. Propertius libro. 1. Eleg. 12.
Fama aduersa. Liuius Decad. 4. lib. 7. Aduersa omnium fama, quòd prouinciam Siciliam reliquisset.
Felicitas aduersa. Terent. Eunuch. 2. 3. 33. - cui magis bonæ
Felicitates omnes aduersæ fient. Vbi Donatus, Felicitas aduersa est quum ex prosperitate, quod lædat, nascitur.
Fortuna aduersa. Virgil. 9. Aeneid. 59. cui Secunda opponitur.
- tantum fortuna secunda,
Aut aduersa cadat.
Aduersus homo, pro inimico. Sallustius in Catil. Multósque mortales ea causa aduersos habeo.
Mens alicuius alteri aduersa & infensa. Cice. pro Sylla. 11. Consolare te, q. osum meares improborũ mihi vni maximè sunt infensæ & aduersæ.
Musis aduersis tangere carmina. Ouid. 3. Amorum. eleg. 11. 4.
O vtinam aduersis tetigissem carmina Musis!
Phœbus & inceptum destituisset opus.
Pars aduersa. Est noster aduersarius, seu aduersaria, aut etiam multi in eadem causa nobis aduersarii. Quintil. lib. 7. cap. 4. Nam & nostra confirmanda, & aduersæ partis destruenda finitio.
Prælium aduersum. Valer. lib. 6. cap. 5. Semperque aduersis contusa præliis. Sic sepe apud Liuium.
Res aduersæ quas vulgus aduersitates vocat. Cice. in Læl. Aduersas verò res ferre difficile esset.
Res aduersæ, cui Secundæ opponuntur. Ci. 1. Offi. 127. Vt aduersas res, sic secundas moderatè ferre, leuitatis est. Idé pro Sylla. 56. Per quos res eius secundæ, quondam erant ornatæ, nunc subleuantur aduersæ.
Rumor aduersus. Liuius Decad. 5. lib. 4. Neque enim omnes tam firmi & cõsilantis animi contra aduersum rumorem esse possent, quàm Fabius fuit, qui suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quã secunda fama male rem gerere.
Rumore aduerso esse: pro Sinistro & contrario hoc est, malè audire. Liuius. 7. bel. Pun. 121. Marcellus etiam aduerso rumore esse, superquàm quòd primò malè pugnauerat. Tacitus lib. 14. Sed Seneca aduerso rumore erat, quòd oratione tali confessionem scripsisset.
Aduerso in vulgus rumore fuit. Tacitus lib. 18.
Tempestate aduersa vsi sumus. Terent. Hecy. 3. 4. 9. De tempestate autem in mari loquiturque non semper aduersa est. Sic Cicero Offi. 1. Io tranquillo, tempestatem aduersam optare dementis est. Virgil. 1. Aeneid. Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit. Vbi Seruius, Aduersa, contraria: quia ad Italiam nauigantibus Aquilo contrarius est. Sic Aduersus ventus. Idem lib. 2. 183. Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt. Vbi Seruius, Aduersi, E contrario flantes. Cic. Attico, lib. 5. 99. 1. Deinde ad Gyarum fæno vento, non aduerso.
Tempore aduerso, id est Quum sumus in aduersis rebus constituti. vt Aduerso Reipublicæ tempore, apud Ciceronem. Idem. 4. Verr. 66. sed in alia significatione. Satisque feliciter anni tam aduerso tempore nauigasset. Per aduersum anni tempus, hyemem significat: quæ nauigantibus est maximè contraria.
Valetudo aduersa cui contrarium est Bona, secunda, prospera. Colu. lib. 12. cap. 1. 5. Tum siquis ex familia cœperit aduersa valetudine affici. Liu. 10. ab vrbe. 157. Posthumium valetudo aduersa Romæ tenuit.
Aduersa valetudinis. Tacit. Annal. lib. 2. Simul missi à Pisone incusabantur, vt valetudinis aduersa rimantes.
Rerum vndæ aduersæ. Horat. lib. 1. epistо. 2. 5. de Vlysse,
- aspera multa
Pertulit, aduersis rerum immersabilis vndis.
Ventus aduersus, id est contrarius. Ouid. 6. epistо. 2.
Quamlibet aduerso signetur epistola vento.
Hypsipyle missa digna salute sui.
¶ Aduersus, cum datiuo. Quintilianus lib. 3. cap. 9. 6. Seuerum an immitem, concitatum an remissum, aduersum gratiæ an obnoxium. Idem lib. 4. cap. 2. Ne iis quæ vera esse constabit, aduersa sint. Idem lib. 5. cap. 10. 27. Aduersus consilia.
Aduersus alicuius, pro alicui. Taci lib. 3. Veneno eum à Lepida petitum illustrium domum aduersa. Hoc est, illustribus domibus, seu familiis.
¶ Aduersior, Comparatiuum ab aduersus. Plin. lib. 32. cap. 4. Neque est testudine aliud salamandræ aduersius. Id est magis contrarium.
Aduersissimus, Superlatiuum ab aduersus. Cæsar. 3. bel. ciuil. 246. Qui Alexandriæ nauigantibus sunt aduersissimi venti. Idem Cæsar Ciceroni in epistо. ad Attic. lib. 10. 109. 1. Omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse videntur.
¶ Aduersum absolutè, (ἀντικειμενα,) pro re aduersa, quam vulgus aduersitatem vocat. Sed sic in plurali sæpius legitur. Dicuntur autem aduersa pro contrariis & malis rebus: quia aduersus (id est contra) voluntatem nostram accidant: vt morbus, damnum, carcer, exilium, & cætera eiusmodi: quæ omnia aduersarum rerum nomine cõtinentur. Terent. Heaut. 2. 3. 114. Hîc siquid fortè aduersi euenerit. Vale. lib. 4. cap. De animi moderatione, Nec aduersa, propera festinatione fugienteminec secunda effudo gaudio apprehendentem. Brutus Ciceroni in epistо. ad Brutum. 4. 4. Nihil tam nobis aduersi euenire potest.
Aduersa vocant. Virgil. 3. Aeneid. 36.
Quos pater Aeneas, siquando aduersa vocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.
Aduersis alicuius indolere. Hoc est, in aduersis, vel ob aduersa. Ouidius lib. 5. Trist. eleg. 5. 18.
Quamuis attonitus sensit tamen omnia, nec te
Se minus aduersis indoluisse suis.
Aduersis premi. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tot premor aduersis: quæ si comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

¶ Aduersa & contraria. Cic. in Topic. 14. Hæc quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur aduersa: vt celeritas, tarditas. Idem in Oratore. 36. Paria paribus referunt, aduersa contrariis.

¶ Scandere in aduersum. Quintilianus de Demosthene loquens, lib. 11. cap. 3. Scandens in aduersum continuabat ij posset plurimos versus.

Aduersum, & aduersus, (ἀντικρυς, ἐναντίως,) præpositiones accusatiuæ indifferenter pro eodem accipiuntur: & contra significant: sed hoc non vno modo intelligendum, vt exempla hîc subiecta monstrabunt apertius. Plaut. Milite. 14. 87. Ne hæc censeret aduersum se mentiri. Idem Trucul. 16. 46. & Amphit. 8. 117. Mirum quin te aduersus dicat. Id est tibi contradicat. Item in Merc. 7. 98. Terent. Heaut. 4. 1. 10. Aduersus edictum tuum facere esse ausam. Antonius Ciceroni in epistola. ad Attic. lib. 14. 3 10. 2. Si duriorem te præbes, non contendam ego aduersus te.

Aduersum, pro apud, authore Donato Teren. And. 1. 5. 30. Sed nunc per opus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliqd de illa aduersum hûc loqui.

Aduersum, pro erga. Terent. And. 1. 1. 25. Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. Pro erga te. Id est tibi gratum. Sic melius quàm quod hîc Donatus. Apud te, & penes te dicit. Cicer. 1. de natu. deorum. 158. & 159. Est enim pietas, iustitia aduersum deos. Idē. 1. Offic. 51. Sunt autem quædam officia etiam aduersus eos seruanda, à quibus iniuriā acceperis. Et lib. 2. 100. Vtendum etiam est excusatione aduersus eos quos inuitus offendas, quacunque possis.

Aduersum tendere. Virgil. 6. Aeneid. 137.
Ique vbi tendentem aduersum per gramina vidit
Aeneam, alacris palmas vtrasque tetendit. Hoc est, versus se venientē.

¶ Aduersum, pro contra, id est è regione: quod ex vernacula lingua dicitur, Visù ad visum. Plin. lib. 3. cap. 5. Et Lerina aduersum Antipolim. Ab hac significatione dicitur Exaduersum pro è regione. Cic. 1. de Diuina. 164. Ara enim Aio loquenti, quam septam videmus ex aduersus eum locum, consecrata est.

Aduersus clinum agitabo quadrupedem, Id est contra montis ascensum: quale est siquis dicat, Aduersus flumen nauigare, quasi contra aquam. Vide Agitare equum. Plaut. Asin. 1. 1. 118.

¶ Aduersum, aduerbium, pro Contra aduerbio. & interdum pro Obuiam. Plaut. Amphi. 8. 41. Magis nunc meum officium facere en, si huic eam aduorsum. Aduorsum veruste pro aduersum. Idem Menæch. 9. 76. Quis hic est, qui aduersum mihi fit? Ibidem, Aduersum mihi venias ante solis occasum. Terent. Adelph. 1. 1. 2. Neque seruulorum quisquam qui aduorsum ierant.

Aduersum quod, pro Contra quòm. Plaut. Stich. Aduersum quòd eius me obsecrauisset pater. Liuius, Gaditanis item petentibus remissum, ne Præfectus Gadeis mitteretur, aduersum qd̄ iis in fidem populi Romani venientibus cum Septimio conuenisset.

¶ Aduersus, nonnunquam postponitur. Sal. in Iugurtha. Quos aduersum ierat. Tacit. lib. 11. Hanc aduersum vrbem gentemque Cæsar Titus, qñ spretis & subita belli loc⁹ abnuerēt, aggerib⁹ vinesq; certare statuit.

Aduersus, aduersas, (ἀντικειμαι,) antiquè dictum pro Aduersor. Plaut. Rudente. Animo aduersani fedulo, ne herum vnquam præterirem.

Aduersor, aduersaris, (ἐναντιοῦμαι, ἀντίκειμαι,) aduersari, ab Aduersus, pro contrario, deriuatum: tametsi ab Aduerto factum videri posset: nisi significatio nimium repugnaret. Est enim Aduersari, repugnare, obsistere, contrarium esse, & quasi aduersus (id est, contrà) ire. Dicimus autem aduersor tibi, & aduersor animo tuo, libidini, sententiæ, voluntati, &c. Plin. lib. 20. cap. 4. 4. Cætero & scorpionibus, aduersatur. Plaut. Capt. 7. 43. Neque me aduorsatum tibi. Terent. Hecyr. 2. 2. 3. Neque tuæ libidini aduersabor. Plin. lib. 28. cap. 2. Quoniam aduersetur id omnium spei. Cic. 7. Verr. 65. Hanc Cleomenes vir amabat: veruntamen huius libidini aduersari nec poterat, nec audebat.

Aduersari & repugnare. Cic. pro Sylla. 37. Ego verò quibus ornamentis aduersor tuos laut cui dignitati vestræ repugno?

Infense aduersari alicui. Cice. in Orato. 99. Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inueniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? Quis porrò Isocrates est aduersatus infensius?

Aduersari rem aliquam. Tacitus libro. 1. Annal. Sua facinora aduersari deos lamentatur. Idem lib. 17. Sed ambitionem scriptoris facile aduerseris. Rursus lib. eodem, Vidistis commilitones notabili tempestate etiam deos infaustam adoptionem aduersantes. Idem lib. 19. Né ve se vt parricidam aduersarentur. Et li. 20. Vulgus aduersari regem, inuidere Aegypto, sibi metuere. Omneis hos locos sic legit Rhenanus.

Aduersari, absolute positum. Terēt. Phor. 1. 2. 25. Cœpi aduersari primo.

Aduersari quomodo. Cice. 3. de Finib. 104. Non aduersatur ius, quominus suum quisque cuiusque sit.

Aduersari contrà, vel aduersus. Plaut. Casin. 5. 37.
- iam domuisti animum, potius vt quid vir velit
Fieri, id facias, quàm aduersere contrà? Addidit contrà, vt maiorem pertinaciam eius ostenderet in aduersando. Idem in Merc. 7. 37. Nō

Io tuam aduersari aduersus sententiam.

Aduersans, aduersantis, Participium. (ἐναντιούμενος,) Cic. 1. de Orato. 101. Sed tantam vim habet illa, quæ rectè à bono poeta dicta est flexanima, atque omnium regina rerum oratio, vt non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem & repugnantem, vt Imperator bonus ac fortis, capere possit.

Aduersante natura quicquam facere, Est quod vulgò dici solet, Contra naturæ inclinationē. Ci. de Sene. 64. Qđ idē contingit adolescētibus, aduersante & repugnante natura. Idem. 1. Offic. 156. Nihil decet inuita, vt aiunt, Minerua, id est aduersante & repugnante natura.

Aduersarius, (ἀντικαμπτήρ, ἐναντίος,) Proprie dicitur qui aduersus nos litigat in iudicio. Alio nomine dicitur Pars aduersa: sed hoc est generalius, qua & de fœmina, & de multis simul dici potest⁹. Terent. Phormi. 2. 1. 7.
Verum scientem, tacitum, causam tradere aduersariis?
Etiámne id lex coegit? Idem in prologo Adelph.
Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem. Hoc est, æmulos, inuidos, inimicos.

Aduersaria, in fœminino genere. Cice. ad Curionem, lib. 2. 3. 5. Est enim tibi grauis aduersaria constituta & parata incredibilis quædam expectatio: quam tu vnare facillimè vinces, &c. Sic Aduersaria dici potest mulier, quæ aduersus nos iudicio contendit.

Aduersarius pallæ. Vide PALLA.

Aduersarius illius. Cice. de Aruspi. respon. 30. Ecquid sciat vnum acerrimum aduersarium Hermachi Theodosium legatum ad senatum à ciuitate libera missum sica percussum.

Aduersarius illi. Cic. pro Cluent. 75. Hic Tribunus plebis modestus, prudens, non modo non seditiosus, sed etiam seditionis aduersarius.

Capere aduersarium. Vide CAPIO.

Conuenit mihi cum aduersario. Vide CONVENIO.

Cōuincere aduersarium authoritatibus & testib⁹. Vide CONVINCO.

Aduersarius accerrimus. Vide ACER.

Capitalis aduersarius. Vide CAPITALIS.

Fortis aduersarius. Cice. de Aruspic. respon. 37. Vt tanquam fortis in pugna vir, acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis & honestis cadere videatur.

Grauis aduersarius. Cice. in Vatinium. 1. Nemo enim horum, aut ita te refutandum, vt grauem aduersarium: aut ita rogandum, vt religiosum testem arbitrabatur.

Intēdere se aduersarium in aliquē. Cœlius Ciceroni. lib. 8. 4. 6. In euitādis eorum consiliis, qui se intenderant aduersarios in eius Tribunatum.

Valentiorem nactus aduersarium. Vide NANCISCOR.

Aduersarius, adiect. (ἐναντίος,) Oppositus, aduersus. Cic. 2. de Orat. 87. Opinionem istorum studiorum, & suspicionem artificii apud eos qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror. Idem pro Cecinna. 4. Vis ea quæ iuri maximè est aduersaria. Idem pro Cn. Plancio. 1. Partim inuidos huic accusationi esse fautores, eandemque rem aduersariam esse in iudicio Cn. Plancio, quæ in petitione fuisset aduintrix.

Aduersaria, aduersariorum, neutri gene. (ὑπομνήματα,) Dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante tabularum confectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret: vt ex iis post ea tabulæ istæ & æternæ fierent. Cice. pro Roscio Comœdo. 3. Nimium cito ait me indagare de tabulis, non habere se hoc nomen accepti, in eodicē accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersariis patere contendit. Vsque eōne te diligis, & magnifice circumspicis, vt pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersariis petas? Suum codicem testis loco recitare, arrogantiæ est: suarum perscriptionum & liturarum aduersaria proferre, non amentia est? Et rursus. Quid est, quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? Quia hæc sunt menstruatillæ sunt æternæ. Hæc delentur statim: illæ seruantur sanctè. Hæc parui temporis memoriam: illæ perpetuæ æstimationis fidem & religionem amplectuntur. Hæc sunt conjecta: illæ in ordinem confectiæ. Aduersaria igitur, sunt libri, in quibus res omnes coniiciuntur, quasique stipantur. Codex verò est, in quo digeruntur, & ordine conscribuntur. Hæc Budæus. Aduersaria ex eo dici putant, quòd aduersa etiam parte scriptis implerentur, & per transuersum quoque: nam negligenter admodum conficiebantur, quia delebantur statim. Etenim menstrua erant, tabulæ verò æternæ. Solebant autem veteres ex altera tantum parte scribere. Quod admonet Iuuenalis illo versu, Satyr. 1. Scriptus & in tergo, necdum finitus, Orestes. Proinde opistographi dicebantur libri vtrinque scripti. Plinius iunior de Plinio auunculo ad Macrum, lib. epistol. 3. Electorumque commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opistographos quidem, & minutissimè scriptos. Meminit Cœlius lib. 7. Antiq. lect. cap. 21.

Aduersator, verbale, (ἐναντιωτής,) Qui aduersatur. Vnde fit Aduersatrix. Terent. Heaut. 6. 3. 4. -vllumne ego
Rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi aduersatrix fueris Sostrata?

strata. Plaut. Nunc assentatrix scelesta est, dudum aduersatrix erat.

Aduersitor, (ἀνταγωνιστής,) Nomen est ab eo dictū, quòd Aduersum ire, pro Obuiam ire, dicimus. Nam Aduersitores Romani seruos appellant, qui eunt aduersum domino, illiúmq; deducunt & reducunt. Vnde apud Plautum in Mostel. actu quarto, scena prima, & secunda, inducitur seruus Aduersitoris nomine, qui eū Danisco aduersum it domino suo potanti apud amicum. Terentius Adelph. 2. 1. 2.
Non redit hac nocte à cœna Aeschinus,
Neque seruulorum quisquam, qui aduersum ierant. Vbi Donatus, Proprie locutus est: nam Aduersitores dicuntur.

Aduersitas, (ἐναντίωσις,) Denominatiuum à nomine Aduersus, sa, sum, Est (vt sic dicam) contrarietas ac repugnantia. Plin. lib. 11. cap. 25. 4. Magnam aduersitatem oleo mersis & stellionibus putant esse. De scorpionibus loquitur. Magna, inquit, putatur esse scorpionibus aduersitas cum stellionibus. Hoc est, stelliones & scorpiones creduntur sibi inuicem aduersari, contrarijque ac infesti esse.

Aduersio, aduersionis. Hinc illæ locutiones, In aduersione emere, In aduersione venire, hoc est vendi, Per aduersionem vendere, Per aduersionem cōducere, Aduersione locare. Modest. in L. Qui officii. De eō trahend. empt. & vendit. Res in aduersione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculō emptoris pertinebit, etiam si res assignata non sit. Vlpianus in L. Siquis vina, De pericu. & com. rei vendit. Si in aduersione vinum venit, custodia tantum præstanda est. Ibidē, Vino autem per aduersionē vendito, finis custodiæ est aucheudi tēpus. Hoc est, vt periculum acoris & mucoris pertineat ad emptorem. Idem Vlpianus in L. 1. de exercit. action. Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obuētiones & reditus omnes peruenium sue is dominus nauis sit, siue à domino nauem per aduersionem cōduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum. Et lege fin. Ad legem Rhod. de iactur. Si eōduxisti nauem amphorarū duorum millium, & ibi amphoras portasti pro duobus millibus amphorarum pretium debes. Paulus, Imò si aduersione nauis conducta est, pro duobus millibus merces debetur. Si pro numero impositarum amphorarum merces constituta est, contrà se habet. Nam pro tot amphoris pretium debes, quot portasti. Flor. in Lopus, locat. & cond. Opus quod aduersione locatum est, donec approbetur, conductoris periculo est, Interpres rem aduersione emptam accipit, pro ea quę sic emitur, vt omnis aduersus casus ab emptore suscipiat. Budæus vbique legit auersione, & per auersionem, ab auertendonimirum quum periculum venditor à se auertit in emptorem.

Aduerto, aduertis, aduerti, aduersum, (ἐπιστρέφω,) aduertere, Est aliquò (hoc est, ad aliquid) vertere. Cui contrarium est Auertere. Valla lib. 5. Aduerto oculos, mentem ve aliquò oculos mentemve conuerto. Auerto oculos aut mentem alicunde conuerto oculos aut mentem. Terent. Eunuch. Quò te aduortisti? Gel libro. 16. cap. 6. Redeuntes è Græcia, Brundusium nauem aduertimus.

Aduertere vrbi agmen, & similia. Virgil. 12. Aeneid.
Iret vt ad muros, vrbique aduerteret agmen. Id est contra vrbem, ait Seruius. Sic Aduerti Oriēti, & similia. Columel. lib. 3. cap. 12. 6. Vt in locis frigidis meridiano vineta subiiciātur: tepidis Oriēti aduertant. Hoc est, ponant ad Oriētē, quasi vertant ad Orientēid est contra.

¶ Aduertere, (ἐπιστρέφω,) pro Animaduertere, attēdere, & quasi obseruare. Terent. Heaut. 4. 1. 48. Non aduerti primò: sed postquam aspexi, illico cognoui.

Animum aduertere, pro eodem. Terent. Eunuch. 3. 1. 6.
- est istuc datum
Profectò, grata vt mihi sint quę facio omnia.
6. Aduorti hercle animum.

Animum aduertere, pro Intelligere. Terent. Phorm. Postquam tantopere id vos velle animū aduorteram. Hoc est, sensēram & intellexeram, re videlicet, diligentius perspecta & consyderata. Ita veteres fere loquebantur: nunc elegantius Animaduertere dicimus.

Aduertere, sine adiecto, pro intelligere. Plin. lib. 8. cap. 10. 3. Hausta hirudine, quam vulgò sanguisugam cœpisse appellari aduerto. Idem lib. 2. cap. 67. 3. Vt multos aduerto credidisse.

Aduertere animum, aliter præterea dictum, pro Diligenter obseruare atque curare: & aliquando pro Attendere ad ea quę dicuntur. Liu. 4. ab vrbe. 194. Aduerterent animos ne quid noui tumultus Labicis oriretur. Plaut. Amph. 4. 39.
- huc animum ad ea, quę loquar aduortite. Terent. in prol. And. 8.
Nunc quam rem vitio dent, quęso animum aduertite. Hoc est attente audite, diligentérque intelligite.

Aduertere animum alicui rei. Tacitus libro 13. Qui animum etiam leuissimis aduerterent.

Aduertere animo, Diligenter consyderare Plinius lib. 22. cap. 1. 1. Eqnidem & formę gratia, ritúsque perpetui in corporibus suis aliquas exterarum gentium vti herbis quibusdam, aduerto animo. Quod Cicero dixit, Animaduerto. Multa Plinii exemplaria habent, animum.

Aduertere autem fabulis. Martialis lib. 6. 64.
Has inquam nugas, quibus autem aduertere totam
Non aspernātur proceres. Id est quas diligēter audire nō dedignantur.

Aduertere aliquid grauiter. Terent. Heaut. 3. 3. 9. Noui ego amantium animos: aduertunt grauiter quæ non censeas. Hoc est, ea notant & obseruant iniquo animo, itaque vehementius afficiuntur.

¶ Aduertere oculos, Propriè ad illam primam verbi significationem pertinet, sicut ibi notauimus: interdum tamē ad animū refertur. Plin. in Paneg. 54. Auertisti oculos, atque vt ante castris, ita postea pacē foro reddidisti. pro, Animaduertisti, sine animō aduertisti: quod est, Eam rem diligentius obseruasti, vt videlicet ei prouideres.

Aduerte huc mentem. Virg. 8. Aenei. Et huc aduertite mentem. Pro, ad hanc rem. Id est ad ea quę dicturus sum.

¶ Aduertebatur, impersonaliter. Cic. Leotulo. 1. 1. 10. Nam aduertebatur Pompeii familiares assentire Volcatio.

¶ Aduertunt hominem res insigniores, aut nouę, aut admirandę, Plin. epist. 10. b. Multa in Euphrate sic eminent, & relucent, vt mediocriter quoque doctos deceant & adficiant. Hoc est, attentiores faciant ad consyderandum, & quasi in admirationem conuertant. Eadem ratione Aduertimus animum, aures, oculos, quando videlicet audimus, aut videmus quid piam, quod magis admiramur.

Aduertere aliquem aliquò. Sil. Ital. lib. 16. 139.
Illum ego ad incensas trepidantem & sęua pauentem
Aduertam patrię sedes.

Aduertere animos monitis: Ouid. 15. Metam. 28. -quod oro
Ne facite, & monitis animos aduertite nostris.

Aduertere acrius animos ad religionem. Lucret. lib. 3. 11.
- multòque in rebus acerbis
Acrius aduertunt animos ad relligionem.

Aduertere aures ad vocem. Ouid. 1. Fast. 36.
Ad primam vocem timidas aduertimus aures.
Et primùm visam consulit augur auem.

Aduertere aures monitis. Propert. lib. 1. eleg. 18.
Quòd siquis monitis tardas aduerterit aures,
Heu referet quanto verba dolore meo.

Aduertere cursum aliquo. Ouid. 3. Metam. 128.
Naxon ait liber, cursus aduertite vestros.
Illa mihi domus est.

Aduertere numen lusibus. Ouid. 2. Trist. 45. ad Augustum Cæsarem.
Non ea te moles Romani nominis vrget,
Inque tuis humeris tam leue fertur onus,
Lusibus vt possis aduertere numen ineptis,
Excutiasque oculis otia nostra tuis.

Aduertere pedem ripę. Virg. 6. Aeneid. 77.
Nauita quos tam inde vt Stygia prospexit ab vnda
Per tacitum nemus ire, pedemque aduertere ripę:

Aduertere vultum alicui rei. Ouid. 8. Metam. 97.
- furialibus inquit,
Eumenides sacris vultus aduertite vestros.

¶ Aduertere in aliquē, pro Animaduertere, siue punire. Tacit. lib. 2. Annal. In P. Martiū Consules extra portā Exquilinā, more prisco aduertēre. Idem lib. 4. Non attingo Græcos, quorū nō modo libertas, etiam libido impunita. Aut siquis aduertit, dictis dicta vltus est. Idem lib. 5. Placitum posthac vt in reliquos Seiani liberos aduerteretur.

¶ Aduertere parsimoniæ. Tacitus libro 3. Ventris & ganeæ paratus affiduis sermonibus vulgati, fecerant curam, ne Princeps antiquæ parsimoniæ durius aduerteret. Hoc est, attenderet.

Aduesperascit, (συνοκτίζει,) Instat vesperi id est vespertinum tempus. Et est de verbis quæ Grammaticis dicuntur exceptæ actionis. Terent. And. 3. 4. 2. Iam aduesperascit. Plin. lib. 7. cap. 52. 6. Deinde quum aduesperauisset. Idem lib. 11. cap. 10. 5. Cum aduesperascit, in alueo strepunt. Cicero 6. Verr. 129. Quū iam aduesperasceret, discessimus.

Aduigilo, aduigilas, pen. corr. (προσαγρυπνέω,) aduigilare, Diligenter vigilare: & per translationē, alicui rei mediū operā dare. Terent. And. 4. 1. 49. - nā satis credo, si aduigilaueris.
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Idem Phorm. 1. 4. 27. -ergo istæc quum ira sint Antipho,
Tanto magis te aduigilare æquum est.

Aduigilare ad aliqd. Cic. 1. de legibus 49. Et colēde virgines præsint, vt aduigiletur facilius ad custodiā ignis. Hoc est, diligenter vigiletur.

Aduigilare alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 11.
Nec rædebit auum parno aduigilare nepoti,
Balbáque cum puero dicere verba senem.

Aduigilantia pila somnis regum, Hoc est, regibus dormientibus. Stat. 1. Thebaid. 30.
Non impacatis regum aduigilantia somnis
Pila, nec alterna ferri statione gementes Excubiæ.

* Adulas, (ἀδούλας,) Ptolemæus mons ex quo in septentrionem, Rhenus excurrit, & diuersa ex parte Addua in lacum Lariū influit, vulgo.

Alpe dalla ſpeloga,oner del ſetto,Aliter,Aduolas.Stra. ſed corrupte.

Adulor, pe.prod.adulâris, (κολακεύω, ἐαπατίζω, ὑποτέπτω, μαλίσσομαι,) adulari.Compoſitum eſt (vt ait Feſtus) ex acce dendo & alludendo.Eſt autem proprie canum,cã geſticulatione corporis,& caude motu,nobis quaſi blandiũtur.Vnde Nonius,Adulatio, inquit,eſt blandimẽtũ proprie cauſa quod & ad homines tractũ cõſue tudine eſt.Valla lib.5.Adulari,eſt inſernire & captare,vt fauorẽ emereamur quoquo modo,vel vece,vel geſtu.Eſtq; tractũ ἀπὸ τοῦ δούλου quod eſt ſeruus.Et ſanè adulari,ſeruile ẽ,nõ liberale & ingenuũ.Qui.

Agmen adulantum media procedit in aula. Cice.in Lælio.81. Apertè adulantem nemo non videt

Adulor aliquem.Cice.2.de Diuina.9.Neque ita a porro aut adulatus, aut admiratus fortunam ſum alterius,vt me meæ pœniteret. Columel.libro.7.cap.12.de canibus,Mores autem neque mitiſſimi, neque rurſus truces atque crudeles,quòd illi quoque furem adulantur, hi etiam do meſticos inuadunt.Cic.in Piſonem.80.Sine vlla ſpecie Conſulari,hor rentem,trementem,adulantem omneis videre re volui, vidi .Idem.1. Offic.129.Cauendum eſt ne aſſentatoribus patefaciamus aures , nec adulari nos ſinamus,in quo falli facile eſt. Quod quidam paſſiuè dictum putant.Non deſunt tamen qui actiuè.

Adulari alicui.Quintil.lib. 9. cap. 3. Verborum verò figuræ & mutatæ ſunt ſemper,& vtcunque valuit conſuetudo,mutantur. Itaque ſi antiquum ſermonem noſtro comparemus , penè iam quicquid loquimur, figura eſt:vt Huic rei inuidere,non vt omnes veteres , & Cicero præcipuè,hanc rem& Incumbere illi,non in illam:&, Plenum vino , non vini:&, Huic, non hunc Adulari,iam dicitur: & mille alia : vtinamque non peiora vincant.

Adulo,adulas, (μαλίσσω,) vetuſtè dictum pro adulari.Cic. 2.Tuſc.43. Tum iecore opimo farta,& ſatiata affatim,
Clangorem fundit vaſtum:& ſublime aduolans
Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem. Lucret.lib.5.215.de cambus,Longè alio pacto gaunitu vocis adulant.

Adulandi libido.Tacit.lib.20.Gaudio elamoribusque cuncta miſcebãt, indiligentia veri,& adulãdi libidine.

Adulatio, (κολακεία, ἐαπάτη,) Verbale,Actus ipſe adulandi.Cice. 2. de Natu. Deorum. 236. Canum verò tam fida cuſtodia,tamque amans dominorum,adulatio.Plin.lib.10.cap.34.2. Et circa Veneris preces, crebris pedum orbibus adulatio.

Adulatio,in ſecundo ſignificatu.Cic.in Lælio.76.Nullam in amicitiis pe ſtem eſſe maiorem,quàm adulationem,blanditias,aſſentationem.

Abſurda adulatio.Tacit.Annal.lib.3.Sol Dolabella Cornelius dum anteire cæteros parat , abſurdam in adulationem progreſſus , cenſuit vt ouans è Campania vrbem introiret.

Gliſcens adulatio.Tacitus lib.1.Annal.Temporibusque Auguſti dicendis nõ defuere decora ingenia,donec gliſcẽte adulatione deterrerent.

Indecora adulatio.Sueton.in Auguſt. Statim manu vultuque in decoras adulationes repreſſit.

Quæſitior adulatio,hoc eſt,exquiſitior.Tacitus lib. 3. Præceperant animis orationem patres:quo quæſitior adulatio fuit.

Segnis adulatio.Tacit. lib. 17. Strepere cuncta clamoribus,& tumultu, & exhortatione mutua,non tanquam in populo ac plebe vana ſegni adulatione,vocibus,ſed vt quenque affluentium militum aſpexerant, prehenſare manibus,complecti armis,&c.

Adulatio in aliquem.Tacitus lib.1.Annal.Multa patrum & in Auguſtã adulatio,alii parentem,alii matrem patriæ appellandam cenſebant.

Fœdiſſimæ adulationis tantum infamia vſurus.Tacitus lib.3.

Adulationem induere. Tacitus lib.5. Plurimum adulationis Seleucenſes induere.

Demitti in adulationem.Tacitus Annal.14.ad finem,Cunctis,vt cuique plurimum mœroris,in adulationem demiſſis.

Abſurdam in adulationem progreſſus.Tacitus Annal.3.

Lapſos in adulationem cohibebat ipſe.Tacitus lib.4.

Sæua adulatio.Tacites lib.4.Nam pleraque ab ſæuis adulationibus aliorum,in melius flexit.

Triſta adulatione aduerſus ſuperiores,Id eſt erga.Tacitus Annal.11.

Fœdis aduerſus Neronem adulationibus.Tacitus Annal.15.

Adulator,penul.prod. (κόλαξ,κολακευτής,) Qui adulari ſolet: hoc eſt, qui fícto amore,& obſequio,gratiam ac fauorem captat . Hoc enim ſignificat ipſum verbũ adulari.Eſt igitur adulatori cõtrarius amicus verus:nẽpe qui nihil ſimulat apud eum quẽ amat,ſed liberè & ex animo facit ac dicit omnia.Adulator,homo leuis atq; fallax ad voluptatem facit ac dicit omnia,nihil ad veritatem.Ex Cicerone.in Lælio.77.

Adulatorius,adiectiuum, (ἐαπατικός,) Tacitus lib. 5. Vitellius formidine C.Cæſaris,familiaritate Claudii , turpe in ſeruitium mutatus , exemplar apud poſteros adulatorii dedecoris habetur.

Adulatrix,penul.prod.adulatrîcis, (κολακευτρία,) Quæ adulari ſoleat.

Adulter, adulteri,penul.corre. (μοιχός,) Vnde fœmininum adultera.Feſtus.Adulter & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram,& hæc ad alterum ſe conferunt.Ouid.1.epiſto.Obrutus infanis eſſet adulter aquis.

Adulter in aliqua.Tacitus Annal.3.Sillanus in nepti Auguſti adulter, exilium ſibi demonſtrari intellexit.

Adulter omniũ cubiculorum.Cic.in Salluſt.13. Tu omnium menſarum aſſecla,omnium cubiculorum in ætate pellex,& idem poſtea adulter.

Callidus adulter.Ouid.lib.1.Amorum,elegia.10.1.
Qualis erat Lede,quam plumis abditus albis,

Callidus in falſa luſit adulter aue.

Adulter ſororis Clodius.Cic.pro Seſtio.51.

Dardanius adulter,Hoc eſt Paris.Virgil.10.Aeneid.18.

Fraternus adulter,Hoc eſt Thyeſtes,qui cum Merope fratris ſui . Atrei vxore adulterium fecit.Stat.5.Syl.1.12.

Nitidus adulter,Id eſt Comptus.Horat.3.Carm.24.4.

Nocturnus adulter,Quia adulteris nox apta eſt.Porphyr.Horat.3.Carmi.16.1. Iuuenal.Saty.8.15. - ſi nocturnus adulter
Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Obſcœnus adulter.Claudian.de bello Gildonico.34.

Secretus adulter.Iuuenal.Satyr.6.24.
Abditus interea latet,& ſecretus adulter,
Impatiensque moræ pauet.

Temerarius adulter.Ouid.2.Faſt.68.

Turpis adulter.Horat.1.Carmi.33.2. ¡Et Ouid.in epiſto. Peius adulterio turpis adulter obeſt.

Adultera alicuius. Ouid.10.Metamorpho.69. Tũne eris & matris pellex,& adultera patris?

Clauis adultera.Ouid.3.de Arte amand.128.
Nomine quum doceat quid agatur adultera clauis?

Quasque petes,non det ianua ſola vias?

Coniunx adultera.Ouid.lib.3.Amorum.4.8.

Ruſticus eſt nimium,quem lædit adultera coniunx,
Et notos mores non ſatis vibis habet.

Meus adultera.Ouid.lib.3.Amorum.4.1.
Vt iam ſeruaris bene corpus,adultera mens eſt.

Nec cuſtodiri,ni velit,vlla poteſt.

Turpis adultera.Ouid.13.epiſto.27.

Virgo adultera.Ouid.6.epiſto.27.

Turpiter illa virum cognouit adultera virgo.Virgo,ad ætatem refertur.

A dultera,dictum de brutis. Plin.lib.8.cap. 16. Odore pardi eorum ſentit in adultera leo,totaque vi conſurgit in pœnam.

Adultero, adulteras,penul.corre.(μοιχεύω,) adulterare , Verbũ à nomine (adulter) derivatum : Eſt arte aliqua quidpiam pro vero aſſimulare,atque ita rem ſynceram corrumpere. Solẽt autem merces adulterari admiſtione rei alicuius,quæ veræ rei ſimilitudinem habeat.Plin.lib.13.cap.7.3.Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino ſinapi.

Adulterare rebus exteris.Plaut.Bacchid.5.34. - inſit dicere
Adulterinum,& non eum eſſe ſymbelum:
Quotque innocenti ei dixit contumelias?
Adulterare enim aiebat rebus exteris. Vbi interpres, Adulterare rebus exteris,id eſt fradem inijcere rebus alienis.

Adulterare,per tranſlationem dictum:vt Adulterare iudicium, pro Corrumpere.Cic.de Amicit. 77. Quum autem omnium rerum ſimulatio eſt vitioſa (tollit enim iudicium veri,idque adulterat) tum amicitiæ repugnat maximè. Idem in Part.48.Voluptas naturam boni fallaciter imitando adulterat. Idem pro Cecinna.53. Quod enim eſt ius ciuile, quod neque inflecti gratia,neque perfringi potentia,neque adulterari pecunia poſſit?

Adulterare,Hoc eſt adulterio ſtuprare.Suetonius in Cæſare Auguſt. cap.67.Proculum ex acceptiſſimis libertis mori coegit compertum adulterare matronas. Gel.lib.10.cap.23.In adulterio vxorem tuam ſi deprehendiſſes,ſine iudicio impunè necaressilla te,ſi adulterares,nõ auderet digito contingere . Martianus ad L. Pompeiam, de Parric. Diuus Adrianus ferrũ , quum in venatione filium ſuum quidam necauerit , qui nouercam ſuam adulterabat,in inſulam cum deportaſſe. Hoc eſt,adulterium cum nouerca faciebat.

Adulteror, adulteraris , (μοιχεύομαι ,) adulterari , deponens , Adulterium committere.Cice.1.Offic.178.Latrocinari,fraudare , adulterari,turpe eſt,ſed dicitur non obſcœnè.

Adulteror,adulteraris,Paſſiuum,adulterari , Per adulterium cognoſci. Horat.Epod.16.7.
Mirus amor,muet vt tigres ſubſidere ceruis,

Adulteretur & columba miluio. Hoc eſt, à miluio per adulteriũ incãt.

Adulterata,Hoc eſt adulterio ſtuprata.Sueton.in Cæſar.Dictat.48.Libertum gratiſſimum,ob adultertam equitis Romani vxorem (quamquam nullo querente) capitali pœna affecit.

Adulteratus,pe.prod.(μοιχεύθεις,) nomẽ ex participio: Qd' alienæ rei admiſtione corruptũ eſt . Alio nomine falſum etiam à Plinio dicitur. Huic opponitur Syncerum.vt adulterarum gummi,Plin.lib.19.ca.3.

* Adulteratus, nidus.Plin.lib.10.cap.9.

Adulterinus,penul.prod.(μοιχεύθεις,)adiectiuum,quod pro vero aſſimilatum eſt.vt Adulterinum ſignum,id eſt alieno annulo factum, inquit Feſtus. Cic.pro Cluentio.30. Teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum,ſignis adulterinis obſignauit.

Adulterinum,interdum dicitur quaſi ex adulterio procreatum. Plin. lib.7.cap.2.6.Non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus.Hoc eſt,natos ex adulterino genere. Idem lib.10.cap.3.5.Et ſi coniuentem humectantémque animaduertit,præcipitat è nido,velut adulterinum & degenerem. Loquitur de aquilæ pullo.

Adulterinum ſymbolum.Plaut.Bacchid.5.32. - inſit dicere,
Adulterinum,& non eum eſſe ſymbolum.Id eſt ſignum.Feſtus.

Nummum adulterinum,& Clauem adulterinã dicimus:vulgus dicit Falſum ſignum,falſa clauis,&c. Cic.3.Offic.122. Si ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis.

Adulterium (μοιχεία,) à nomine adulter,genus eſt criminis. Valla lib.6. Lex Papiana dicit, Lex Iulia ſtuprum & adulterium promiſcue Græci μοιχείαν appellãt:Sed proprie adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum,compoſito nomine:ſtuprum verò ni virginem viduamque committitur:quod Græci φθορὰν appellant.Cuius definitionẽ approbo illud tamen addens,legem Iuliam rectè hæc duo promiſcue appellaſſe:non quòd omne ſtuprũ ſit adulterium:ſed quòd omne adulterium ſit ſtuprum.

Adulterium cõmittere.Quint.lib.7.cap.4.1.Non cõmiſi adulterium.

Adulterium,per metaphoram dictum. Plin.lib.9.cap.40.Iuuatque ludere impendio,& luſus geminare miſcendo iterum, & ipſa adulterare adulteria naturæ:ſicut teſtudines tingere, argentũ auro cõfundere,vt electra fiant:addere his æra,vt Corinthia. Eadem ratione dicuntur arborum adulteria,hoc eſt inſitiones. Idẽ lib.17.cap.12.5.Ob hoc inſita, & arborũ quoque adulteria exagitata ſunt,vt nec poma pauperibus naſcerẽtur.Quod inſita propriè dixerat,figuratè dixit arborũ adulteria.

Labes adultera.Ouid.in fragment.9.
Peſtus adulterii Labe carere negant.

Fœdum matris adulterium.Ouid.8.Metamorph.32.

Obſcœnum adulterium.Ouid.2.Triſt.43.

Sordidum adulterium. Liuius.1. Decad.lib.1.de Lucretia,Vt in ſordido adulterio necata dicatur.

Turpe adulterium.Iuuenalis Satyr.11.28.
Nanque ibi fortunæ venitam damus.alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus.hæc eadem illi
Omnia quum faciant,lubares nitidique vocantur.

Cogere adulterium.Ouid.2.de Arte aman.74.
Cogis adulterium dando tempuſque locumque.

Facere adulterium malum cum aliquo. Catul.ad Ianuam epigram.62.8.
Sed de Poſthumii & Cornelii narrat amore,
Cum quibus illa malum fecit adulterium.

Impuro adulterio ſe dedere.Catul.de Coma Berenic.17.
Sed quæ ſe impuro dedat adulterio.

Adulterio nobilitatus. Vide NOBILIS.

Adulteria mercis.Plin.lib.19.cap.3.Vilior illæ ac putreſcens radice cortex niger, & ad mercis adulteria. Sub.valentiũ eſt cõducens ad merces adulterandas. Adulterium mercis,alibi ſi auus ab ipſo Plin.dicitur.

Adulteria cælata vaſa,Plin.lib.14.cap.22.3.

Adultus, ἀνδρωθείς,) Vide ADOLEO.

Adumbrare, ὑποσκιάζειν,) Vmbram exhibere,ſiue vmbram tegendo facere.Columel.lib.5.cap.5.13. Sub orta caniculæ palmes tegentibus vineas adumbrabat. Idem lib.12. Adumbrentur vel ſtramentis,vel aliis tegumentis vuæ,ne ventis aut caloribus exarefcant.

Adumbrare, Lineari pictura vmbratilíque aliquid fingere & ſimulare.
Adumbratis autem imaginibus adduntur colores.Quintil lib.7.cap. 11. Quis pictor omnia quæ in rerum natura ſunt,adumbrare didicit? Cic.3.Tuſc.6.Eſt enim gloria,ſolida quædam res,& expreſſa,non adumbrata,Id eſt non leuiter informata,ſed expreſſa, id eſt ſcalpta:hoc eſt, quæ exoleſcere nequit,vt ea quæ expreſſa ſunt in ſimulachris. Idem 5.de Finib.110. Atque ea in optima quaque indole maximè apparẽt, in qua hæc honeſta,quæ intelligimus,à natura tanquam adumbrata: ſed hæc in pueris expreſſa. Hæc Budæus.

Adumbrare & Exprimere,contraria.Cic.pro Cælio.8. Habuit ille,ſicuti meminiſſe vos arbitror,permulta maximarum non expreſſa ſigna,ſed adumbrata virtutum.

Adumbrare,pro Imitari. Cic.3.de Orat.9. Idipſum ſumus in eorũ ſermone adumbrare conati. Idem in Orat.15.Nulla præcepta ponemus (neque enim id ſuſcepimus)ſed excellentis eloquẽtiæ ſpeciem & formam adumbrabimus.

Imitari atque adumbrare.Cice.2.de Orat.105.Quare nolite exiſtimare meipſum,qui non heroum veterum caſus fictoſque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo,&c.

* Adumbrare morem alicuius.Vide MOS.

Res fictæ & adumbratæ.Cice.dè Amicitia.79.Quòd ſi in ſcena,id eſt in concione , in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum eſt . Hoc eſt ſimulatis , & ad rerum verarum naturalium que ſimilitudinem accommodatis.Intelligit autem de perſonis inductis in tragœdiis, & comœdiis, quæ perſonæ veros homines nobis repræſentant , & rem ipſam quaſi ante oculos ponunt.

Adumbrare perſonam dicunt Apponere aliquem qui ſimulachrum ſit,& ſpeciem præbeat alterius. Cice.5.Verr.65. Hic Aeſerio Pippæ vir adumbratus,in Herbitenſibus decumis nouus inſtituitur publicanus. Id eſt,cuius nomen tegeret , & obumbraret Prætoris redemptura : qui quum ipſe reuera publicanus eſſet , nomine Aeſerionis accommodato vtebatur. Hæc Budæus. Adumbrare igitur in hac ſignificatione , eſt quoniã præterea quidpiam aſſimulare. Cice. pro domo ſua.62. Quod ſi non fuit,quid re audacius,qui eius nomen incideris ? quid deſperatius , qui ne mentiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem ?

Iudicium adumbratum. Cice.pro Sylla.39.Sed quoniam Cornelius ipſe,eriam nunc de indicando dubitat,vt dicitis,informat ad hoc adumbratum iudicium , filium .

Intelligentia adumbrata. Cice.1.de Legib.89. Quoniam principio rerum omnium quaſi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit:quibus illuſtratus ſapientia duce,bonum virum , & ob eam ipſam cauſam cernat ſe beatum fore.

Lætitia adumbrata.Tacitus lib.4.Neque enim ſocordia peccabat . Nec occultum eſt,quando ex veritate,quando adumbrata lætitia,facta imperatorum celebrentur.Hoc eſt ficta & ſimulata lætitia non vera.

Opinio adumbrata.Cic.5.de finib.123.Quod ſi ipſam honeſtatem vndique perfectam atque abſolutam,rem vnam præclariſſimam omnium maximeque laudandam penitus videremus:quanto gaudio complerentur,quum tantopere eius adumbrata opinione lætentur?

Suffragia adumbrata. Cice.pro lege Agrar.42.Sint igitur deceminuiri neque veris comitiis,hoc eſt populi ſuffragiis,neque illis ad ſpeciem, atque ad vſurpationem vetuſtatis per triginta lictores auſpiciorum cauſa adumbratis,conſtituti.

Dii adumbrati.Cice.1.de natura deorum.101.Cedò mihi iſtorum adumbratorum deorum lineamenta atque formasmõ deeſt hoc loco copiationum,quibus docere velitis humanas eſſe formas deorum.

Adumbratio, Verbale, (ὑποσκιασμός,) Actus ipſe adumbrandi.Cic.de perfecto Orato.55.Nulla eſt enim vllo in genere laus oratoris , cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua,ſi non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio.Hoc eſt rei veræ ſimilitudo ac repræſentatio : & vt ſra dicam,appropinquatio ad rei veritatem.

Adumbratim,aduerbium, (ὑποσκιαστικῶς,) Subobſcurè , non aperté. Lucret.lib.4.71.
Non tamen vt corãm quæ ſunt,vereque rotunda,
Sed quaſi adumbratim paulum ſimulata videntur.

Aduncus, (ὑπεγκαμπὴς,) ex ad & vncus,proprie dicitur qd' quaſi ad nos (id'eſt verſus nos) vncum ſiue incuruũ eſt qua le eſt aquilæ roſtrum,& canum,leonum,ſimiliumque vngues.Huic opponitur Reduncus.Liu.1.ab vrbe.76.Dextra manu baculum ſine nodo aduncum tenens,quem lituũ appellauerunt.Ci.pro Cluentio.143. Senuper in anctione quadam vidiſſe in rebus minutis adũcam exomni parte dentium & tortuoſam venire ſertulam.Plin. lib. 11. cap. 37. Et acuta volucribus roſtra,eadem rapto viuentibus adunca.

Arartrum aduncum.Ouid.1.Metamorpho.58.verba ſunt terræ,
- hinc fertilitatis honorem.
Officiíque refers,quòd aduncl vulnera aratri
Raſtrorumque fero,totoſque exerceor anno?

Arcus aduncus. Ouid.4.epiſto.9.

Cymba aduncа. Ouid.1.Metamorpho.59.
Occupat hic collem,cymba ſedet alter aduncа.

Dentes aprorum aduncі.Ouid.10.Metamorpho.109.

Falx aduncа.Ouid.14.Metamorpho.116.
Nec iaculo grauis eſt,ſed aduncа dextera falce.

Ferrum aduncum.Ouid 9.Metamorpho.26.

Hamus aduncus. Ouid.13.Metamorpho.198.

Naris aduncа.Lucan.lib.2.37.
Hic aures,alius ſpiramina naris aduncæ Amputat.

Naſo aduncо aliquem ſuſpendere,Spernere,ſubſannare,faſtidire,irridere.Acron.Horat.1.Serm.6.1.
Vt plerique ſolent,naſo ſuſpendis aduncо
Ignotos.Hoc eſt ignobiles.

Os aduncum.Ouid.11.Metamorpho.69.

Fecit auem,& ſubitis pendentem ſuſtulit alis,
Oraque aduncа dedit,curuos dedit vnguibus hamos.Idem.12.epiſto.4.
Illet anhelatos non præmeditatus in ignes.

Immemor Aeſouides,oraque aduncа boum.

Pedes aquilæ aduncі.Ouid.6.Metamorpho.104.

Præpes Iouis aduncа.Hoc eſt aquila.Ouid.6.Faſt.40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hunc oritur magni præpes adunca Iouis.
Puppis aduncа. Ouid.14.Metamorpho.110.
In caprum facies puppes mutantur aduncæ. Idem.3.Metamor.131.
Tum deus alludens,tanquam modo denique fraudem
Senserit,è puppi pontum prospectat aduncа.
Vngues aduncі. Cice.2.Tuscular.24.
Vomer aduncus. Ouid.4.Fast.187.
Sarcula nunc,durusque bidens,& vomer aduncus
Rustis opes niteant:inquinet arma situs.
Aduncitas,denominatiuum,ipsa (vt sic dicam) incuruitas, vt Aduncitas rostri. Plin.lib.8.cap.27.1.& lib.10.cap.49.1. Cice.2.de Natu. Deorum.182.Rostrorum aduncitate.
Adúno, ádunas,penul.longa,(ἑνόω,) adunare.In vnum cogere,& quasi conglobare,verbum rarissimè lectum.Plin.li.19.capi.2.3.Vultum falcibus in acie uo adunatum biduo.
Aduoco, áduocas,pen.cor.(προσκαλέομαι, ἐπικαλέω, μετακέμπω,) aduocare,A de se vocare,accersere.Cic.pro Quintio.45.Viros bonos complures aduocatitestatur isto audiente, se pro cõi necessitudine id primũ petere.Idem.4.Verr.39.A duocat multos.
Aduocare,in subsidium vocare,aut aduocatũ asciscere.Plau.Casin.13.7.
Quem hercle ego litem adeò perdidisse gaudeo,
Ne me nequiquam sibi hodie aduocauerit. Terent.Phorm.2.1.83.
Amicos aduocabo,ad hanc rem qui adsient· Gel.lib.4 cap.20.
Qui ad Censorem ab amico aduocatus est.Cice.pro Quintio.3.Non eo dico C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides & constantia: aut quo non in his,quos tibi aduocasti, viris electissimis ciuitatis,spẽ summam habere P.Quintius debeat.Hoc est,quos tibi assessores, & in iudicando vocasti aduitores. Pomponius in L. Si procurator, Rem ratam haberi.In id committitur stipulatio, quòd interfit agentis. Et ideo sæpius ex ea stipulatione agi potest, prout interfit agentis in eo quòd litigat, quòd consumit, quod aduocat, quòd damnatus soluit. Aduocar,hoc est aduocatos accersit.
Aduocor causæ.Quintil.lib.11.cap.1. Etiam in iis causis quibus aduocamur,earum differentia diligenter est custodienda.
Aduocare ad consultandum,aut ad aliud agendum,idem significat quod simplex vocare. Liu.3.ab vrbe.250.Vbi quum timor atque ira inuicem sententias variassent,quo magis spatio interposito ab impetu ad consultandum aduocabantur, eo plus abhorrebant à certatione animi.Cice.Attico,lib.12.epist.14.Nam quòd non aduocaui ad obsignandum,primum mihi non venit in mentem.
Aduocare ad cõcionẽ,pro eo quod est Vocare ad cõcionẽ.Nam sine præpositione proprie dicimus,Aduocare concionem.Liu.4.ab vrbe.3.
Aduocare concionem.Cic.5.Verr.160.& pro lege Agraria.28.
Aduocare animum ad seipsum,Est ipsum reuocare à rebus corporeis, & quasi secum esse cogere.Cic.1.Tusc.117.Nam quid aliud agimus,quũ à voluptate,id est,à corpore,quum à re familiari quæ est ministra & famula corporis,quũ à republica,quũ à negotio omni seuocamus animum? Quid,inquam,tum agimus,nisi animum ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus,maximeque à corpore abducimus?
Aduocare aliquem contra alterum.Cic.pro Quintio.47.Quòd si tũ partibi ius cum Alpheno fuisse non putasiquia tamen aliquem contra te aduocare poterat:qa magistratus aliquis reperiebatur,apud quẽ Alpheni causa consisteret:quid hoc tempore Quintio statuendum est?
Aduocare in consilia. Quintilian.lib.3.cap.10.8.47. Quum aduocari cœperint in consilio amicorum. Et apud Virgilium.lib.5. Aeneid.9. In cœtum aduocare socios.
Aduocare artem. Cic.4.Acad.151. An tibi erit quærendus annularius aliquis,quoniam gallinarium inuenisti Deliacum illum qui ova cognosceret? Sed adhibes artem aduocatam etiam sensibus.
Quasi ad sensus adiuuandos,extrinsecus accersitam.
Aduocatur India in eo cibi genere.Plin.lib.15.cap.26.Miscentur sapores,& alius alio placere cogitur.miscentur verò & terræ cæhque tractus,inque alio cibi genere India aduocatur,in alio Aegyptus.
Artes aduocare.Ouid.7.Metamorpho.28.
Néue parum valeant à se data gramina,carmen
Auxiliare canit,secretaque aduocat artes.
Enses aduocare.Sil.Ital.17.18.
Ergo asper monitis frustra nitentibus enses,
Aduocat. Hoc est,poscit gladios.
Genas in planctum aduocare.Senec.in Hercul.OEth.14.21.
-expedi planctus tamen,
Defessa quanquam brachia:vt inuidiam deis
Lugendo facias, aduoca in planctum genas.
Sacramentum aduocare in alicuius nomen.Tacit.lib.17. Ac ne reuerentiam imperii exuere viderentur,in Senatus populique Romani oblitterata iam nomina,sacramenta aduocabant.Hoc est in S.P.Q.R. verba iurabant,aliosqi iurare adigebant,& velut ad sacramẽta vocabãt.
Ventos aduocare.Stat.lib.1.Achil.44.
Altera consilio superest,tristemque fatigat

Cura deamnatum ipsa sinu complexa,per vndas
An magno Tritone ferat,ventosque volucres
Aduocet,an pelago solitam Thaumantida pasci.
Vires omnes aduocare.Hoc est toris viribus conari. Senec. in Medea.727. -hoc agerõmnes aduoca
Vires,& artes.
Aduocari ægro,Hoc est,ad ægrum.Ouid.1.de Remed.amo.23.
Maius opus superest.sed non,quia serior ægro
Aduocor,ille mihi destituendus erit.
¶ Aduocare,pro Allicere.Plinius libro.1.epistо.vltima,Tranquilli mei stomachum multa sollicitant,vicinitas vrbis,opportunitas viæ,mediocritas villæ,modus rudis,qui aduocet magis quàm distringat.Hoc est, qui deiectet magis quàm occupet.Alii legunt auocet:interpretantur, quæ,à curis vrbanis remoueat.
Aduocatus, (συνήγορος,παράκλητος,) Valla lib.4.Quicunque adest alteri in causa,officii gratia,aduocatus appellatur, etiam si nihil dicat neque agat:sed qui tantum paratus sit defendere.Vlpian.Aduocatos accipere debemus, omnes omnino qui causis agendis quoquo studio operantur.Teren.Eun.2.3.48.Tu abi,atque ostium obsera intus,ego dum hinc transcurro ad forum: Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac.Et Cic.Cum in aliis multis locis, tum pro Cecinna, Qui ad possidendum prædium contulit se cum aduocatis, quorũ præsidio ab aduersarii iniuria tutus esset:qui & ipse venit cũ aduocatis suis,sed armatis ad arcendũ Cecinnam à prædio.Plau.Amph.16.68.Aduocatus mihi adsis.Ci.pro P.Sylla, Cõsul de pecuniis repetundis Catilinæ fuit aduocatus.Idẽ Trebatio lib.7.14.Quòd si scribere oblitus es, minus multi iã te aduocato causa cadent.Sic pro Murena.8.Si turpe exitumae,te aduocato,illum ipsum quem contra veneris,causa cadere.
Aduocatus,pro patrono,seu causidico,siue pro eo q causam agit.Quintil.lib.12.cap.1.Frequenter autem accidit,vt iis etiam vera dicentibus fides desit:videaturque talis aduocatus,malæ cauſæ argumentũ. Aliquanto pòst.Non enim forensem quandam instituimus operi,nec mercenaria vocem,nec (vt asperioribus verbis parcamus) non inutilem sanè litium aduocatum,quem denique causidicũ vulgò vocant.
Aduocatus atto cuipiam Vide ASTO.
Per aduocatum defendi.Vide DEFENDO.
Aduocatus eo,aut venio amico.Plaut.Epid.9.39.
Res magna amici apud forum agitur:ei volo
Ire aduocatus. Terent.Adelph..4.5.43.
Ridiculè,aduorsumne illum causam dicerem,
Cui veneram aduocatus? Cice.pro Cecinna.18.P.Vetilius propinquus Ebutii, se Ebutio cum armatis seruis venisse aduocatum. Idem Quintiatri,lib.2.7.1.Ad.1111.Non.Feb. Milo affuit:ei Pompeius aduocatus venit. Idem Offic.48.Vt si cõstimeris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum.
Inuocare aduocatum ad causam defendendam. Cice.2.Orato.106.Cum ipsum aduocarum ad communem Imperatorum fortunam defendendam inuocarem.
* Aduocamentum,ti, (συνηγορία, vel ἐξαρτεία,) aduocatio vel remedium.Plin.epistо.5.lib.8.
Aduocatio,Verbale, (συνηγορία,παρακλῆσις,) Hoc est aduocati officium,aut etiam patrocinium quod nobis affertur ab eo.Cic.pro Sylla 61.Sed si tuus parens etiam in illa suspicione periculi sui, tamen humanitate adductus aduocationem hominis improbissimi scelle curuli atque ornamentis & suis & consulatus honestauit.Idem Trebatio,lib.7.10.4.Sed tu in re militari multo es cautior, quàm in aduocationibus.Plin.epistо.22.Multos aduocatione,plures consilio iuuat.Aduocatione:id est,suo patrocinio.Idem Valerizno,lib.5. Summa defensionis,non fidem sibi in aduocatione,sed constantiã defuisse.Id est in causa Vicentinorum agenda.Ibidem,Is interdicendum ei aduocatione in quinquennium censuit.Hoc est prohibendum ab officiõ aduocandi. Rursum ibidem.Quæstus est vænire aduocationes.Hoc est causas agi precio.Fructum ex stipe aduocationum petere.Quinti.lib.12.cap.12. 13.Vlpian.in L.Moris est,De pœnis.Moris est,aduocationibus quoqi præsides interdicere.Et nonnunquam interdictum in perpetuum,nõnunquam ad tempus vel ad annuum meriuntur. Ibidem, Plus est autẽ foro,quàm aduocationibus interdicere.Plin.Atriano,li.2.in fine sententiæ adiecit.Quòd ego & Tacitus inuncta aduocatione diligenter fortiterque functi essemus,arbitrari Senatum,ita nos fecisse, vt dignitati mandatis partibus fuerit.Hoc est inuncta Prisci accusatione.
¶ Aduocatio,à Cicerone dicitur quam Consultationẽ dicimus.3.Verr. Quo sæpenumero senatus cõnocatur,quo maximarũ rerũ frequentiã me quotidie aduocationes fiunt.De æde Castoris loquitur.Budæus.
¶ Aduocatio,interdum collectiuum nomen est,pro multitudine, & quasi cohorte patronorum & amicorum qui alicui veniunt aduocati. Liuius.3.ab vrbe.194. Virginius fordidatus filiam secum obsoleta veste comitantibus aliquot matronis cum ingenti aduocationẽ in forum adducit. Hoc est cum plurimis aduocatis.
Aduocitare,Sæpe aduocare,Festus.

Aduolare,

Aduolare, (προσπίτνω,) Quasi ad aliquid volare.
Aduolare,cum dativo. Plin.lib.10.cap.40. Capra limque vberibus aduolant.Hoc est volant ad caprarum vbera. De Caprimulgis loquitur.
Aduolare ex.Plin.lib.9.cap.8.5. Quãuis occultus atque abditus ex imo aduolabat.
Aduolare ex loco in locum.Plin.lib.10.cap.29.At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis aduolat.
¶ Aduolare,translatum ad homines.Cic.ad Brutum.10.7.Quamobrem aduola obsecro.Hoc est veni celerrimè. Idẽ ad Marium,lib.11.27.9. Oblitumne me putas,qua celeritate,vt primum audieris ad me Tarento aduolaris? Idem ad Trebatium lib.7.10.8. Qui non hue aduolet. Liu.2.ab vrbe.87. Ad equites dictator aduolat. Pro,celeriter, & quasi volando accurrit.
Aduolare ad pectus.Cic.ad Caſsium lib.15.16.4. Vt simulac mihi collibitum sit de te cogitare,illud occurrat.neqi solum de te qui mihi hæres in medullis,sed iã insulam Britanniam cœpro cogitare,eius ẽ ἐφώλειον mihi aduolabit ad pectus.
¶ Aduolare ad.Plin.lib.10.cap.40. Platea nominatur,ad eas aduolant quæ se in mari mergunt. Cic.2.de Natu.deo.126. Legi etiam scriptũ esse, autem quandam quæ Platalea nominaretur,eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quæ in mari mergerent.
Aduolare in auxilium.Plin.lib.9.cap.8.1.
Aduolat fama alicui.Virgil.10.Aeneidos.
Nec iam fama mali tanti,sed certior author Aduolat Aeneæ.
Aduolare rostra,pro in vel ad Rostra. Cic.ad Att.lib.1.9.7. Hic tibi rostra Cato aduolat,conuicium Pisoni Consuli mirificum facit.
Aduolat vrbem nuntius. Claudian.5.Panegyr.35.
Dixerat,& velox iam nuntius aduolat vrbem.
Aduolatus,huius aduolatus.Verbale,(ἐπίπτησις,) Ipse aduolãdi actus. Cic.lib.2.Tusc.Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus. Aduolatus de volucribus dicitur id,quod accessus de hominibus.
Aduoluo, aduolui,aduolutum,(προσκυλίω,) aduoluere. Quasi voluendo adducere:vt Aduoluere lapidem.
Virgil.3.Georg. -congeriique robora totas
Aduoluere focis vlmos,ignique dedere.
Aduolutus genibus.Liuius.8.bel.Pun.178.Qui aduolutus genibus,fatalem rabiem remporis eius accusat. Aduolutus genibus dicitur,qui nixus flexis genibus ad alterius genua supplex quodamodo prorepsit. Dicitur etiam Prouolutus.
Aduoluere ad.Plin.lib.11.cap.37.Ad ignem aduolutus lora cum corpore excusit. De Aristomene Messenio loquitur.
Aduoluere cumulos rerũ multarũ in vnũ carmen. Claudian.1. Paneg.3. -equidem si carmen in vnum
Tantarum sperem cumulos aduoluere rerum,
Promptius imponam glaciali Pelion Ossæ.
Clamor aduoluitur astris. Tale est illud Virgilii,Ite cælo clamor.Id est ad cælum vsque. Stat.5.Thebaid.29.Hinc itimuli ingentes,magnusque aduolatur astris Clamor.
Aduorsum, pro Aduersum: & Aduorto pro Aduerto: veteres scripsisse,testimonio sunt Plauti ac Terẽ.comœdiæ
Aduro, adũris,penul.prod.adusi,adustum,(καίω,) adurere.Idẽ tibus inglandium puranimibus barba sibi & capillum adurerent. Idẽ 2.Off.33.Quid enim censemus superiorẽ illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuem tonsorios, candente carbone sibi adnrebat capillum? Ouid.lib.1.Amorum,eleg.15.9.
Ergo etiam quum me supremus adulerit ignis,
Viuam,parsque mei multa superstes erit.
Adurit solis calor,aduit etiam frigus.Virg.1.Georg.
-rapidive potentia solis
Acrior,aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Vbi Seruius,Vno,inquit, sermone duo diuersa concluit:quæ tamen vnum effectum habent.Nã & frigoris finit,est caloris mitnum & summus calor,frigoris est principium.Vnde quasi vnus effectus est & caloris & frigoris.
Adurit Venus.Horat.1.Carm.27.3.
-quæ te cunque domat Venus
Non erubescendis adurit?
Ignibus ingenuisque semper
-Amore peccat.
Aduri,dicitur etiam de intertrigine.Plin.Aduruntur etiam,Atteruntúrque femina equitatu.
* Adusta niuibus.Plin.lib.18.cap.8.2.& sanant adusta niuibus.
Adustus cibus.Teren.Adel.3.3.71.Hoc falsum est,hoc adustum est,hoc lautum est parum.
Adustior,cõparationis ab Adustus.Liu.7.bel.Pun.249. Siqui fortè adustioris coloris,vt ex recenti via essent. Hîc nota colorem in homine adustum dici,qui ex sole & vento contrahitur in itinere faciendo.
Adustio,verbale,(ἐπίκαυσις,) Plin.lib.14.cap.20.6.de resinæ & picis vitiis,Vitiã præter supradicta,acor,aut fumidum virus:picis autem,adustio.Hoc est si pix inter decoquendum adusta sit.
¶ Adustio infantium,quę vocatur furialis,emendatur adalligatis ossibus in canino fimo inuentis.Plin.lib.30.cap.15. Est autem inflammatio circa cerebrum & tunicalas eius, quam consequitur cauitas oculorum cum pallore & siccitate corporis.Hermolaus in Plinium.
Adurgeo, adurges,adursi,(ὀρέγω,) adurgere. Vehementer vrgere.Cellius,Is quoniam natus est dens in locum prioris,quotidie digito adurgendus est. Horat.1.Carm.37.4.
Cæsar ab Italiã volantem.
Remis adurgens,accipiter velut
Molleis columbas. De Augusto & nani Cleopatræ loquitur.
Adusque, (μέχρι,ἄχρι,) dictio composita ex duabus præpositionibus,pro vsque ad.Virg.11.Aeneid.
Atrides Prothei Menelaus adusque columnas
Exulat. Vbi Seruius,Adusque sic est dictum,quemadmodum Siculo prospexit abusque Pachynio.Nam cum præpositio præpositioni nunquam cohæreat,adusque & abusque licenter admissum est. Idem Seruius alio loco, Abusque & adusque vsurpatiuè dicimus. Prepositio enim nec aduerbio iungitur,nec prepositioni. VSQVE autem prepositio est,aut aduerbium. Gell.libro 5.cap.2.Præterea vini libidine adusque ludibria ebriosus.
Adustio, Vide ADVRO.
Adynamum vinum.(ἀδύναμος,) Plin.lib.14.cap.16. de vinis fictitiis,Fictitiorum primum fit ex ipso vino, quod vocant adynamõ.Hoc est imualidũ,ac sine viribus.Hermolaus.
Adytum, adyti,penul.corr. (ἄδυτον,) Locus est secretior templi,ad quem non nisi sacerdoti dabatur accessus:nam & ex eo oracula reddebãtur.Latinè interdum penetrale dicitur.Virgil.2.Aeneid.Isque adytis hæc tristia dicta reportat. Idem in 6. Talibus ex adyto dictis,Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages. Vbi Seruius, Locum,inquit,vaticinationis ostendit.
Ima adyta.Virgil.5.Aeneid.17.
Dixerat hæc,adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros,septena volumina traxit.
Penetralia.Virgil.2.Aeneidos.60. Aeternúmque adytis effert penetralibus ignem.
Profunda.Stat.Thebaid.5.130.
Remota.Lucan.lib.5.30.
-illa patens adyti penetrale remoti
Fatidicum,prima templorum in parte resistit.
Terrifica.Stat.10.Thebaid.33.
Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentum
Elicit ex adytis.
AEA,(αἶα,)nomen puellæ venatricis,quæ Phasidis fluuii amplexus fugiens, deorum miseratione in sui nominis insulam versa est, Valerius Flaccus libro 5.
Aea,vrbs Colchidis,ad Phasin ab Aeta rege ædificata.
AEACVS,Aeaci,penult.corr.(Αἰακός,)Iouis ex Aegina(Seruius in 6. Aeneid.ex Europa dicit)filius,apud Oenopiam insulam(alii Oenonen vocant)regnauit:quam de matris nomine Aeginam appellauit: vbi quum ob pestem defecissent homines, Iouem orauit, vt formicas quas viderat,homines faceret.Exauditus eos Myrmidonas ex etymo appellauit.Deferbitur tertius apud inferos iudex cũ Minoe & Rhadamantho fratribus,ob eius in populos iustitiam. Suscepit Telamonem,& Peleum,& Phocum.Ex Volaterrano & Seruio. Ouid.in Ibin 32. tuisque Aeacus in pœnas ingeniosus erit.
Propert.libro 4.eleg.12.4.
Aut siquis posita iudex sedet Aeacus vrna,
In mea sortita iudicet ossa pila. Horat.2.Carm.13.5.
Quàm penè furuæ regna Proserpinæ,
Et iudicantem vidimus Aeacum. Ouid.7.Metam.95.
Oenopiam veteres appellauere:sed ipse
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.
Aeacus Asopiades,hoc est Asopi Bœotiorum regis nepos. Asopus enim pater fuit Aeginæ matris Aeaci.Ouid.7.Metam.97.
Huic Asopiades,Petis irrita,dixit,& vrbi
Non facienda meæ.
Aeacus seuerus.Martialis libro 10.in maledicum poetam,Sed modo seueri sectus Aeaci loris.
Aeacon accusatiuus pro Aeacum.Ouid.7.Metamor.83. Nec nostrum seri curuarent Aeacon anni.
Aeacides,Aeacidæ,penul.corre.(Αἰακίδης,)Aeaci filius vel nepos. Virgil.1.Aeneid.21. Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector. Hoc est Achillis,quem genuit Peleus Aeaci filius. Idem lib.6.Aeneid.12.
Phœbe graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela manúsque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corpus in Aeacidæ. Hoc est, Achillis quem sagitta Paris interfecit.
Aeacides, Pyrrhus Achillis filius & Aeaci pnepos. Virg. 3. Aenei. 59.
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamidem Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi sceptrisque potitum.
Aeacides, Pyrrhus Epirotarum rex. ab Aeaco traheus originem, tametsi longa serie. Virg. 6. Aeneid. 168.
Eruerille Argos, Agamemnoniásque Mycenas,
Ipsumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli.
Aeacidenus, adiectiuum sex syllabarũ. (αἰακιδήνειος, αἰακιδηνικός,) Ouid. 7. Metamor. 95. Oenopiam Minos petit Aeacideia regna. Hoc est Aeacidarum.
AEAEE, Aeæes, siue Aeæa, Aeææ, (Αἰαίη) Insulæ nomẽ. Mela li. 2. Circa Siciliã in Siculo freto est Aeæe, quã Calypso habitasse dicitur. Vadianus, Hæc est Aeæa, ad quam ab inferis regressus Vlysses appulit, assequente eum cum vino & pane Circe.
Artes Aeææ. Ouid. lib. 2. Amorum, eleg. 1. 2.
O vtinam subito fieri mea mimera possem
Artibus Aeæis, Carpathiáque senis. Hoc est vtinam Circes incantationẽ mutari possem in annulum amicæ datum.
Carmina Aeæa. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 8. 1.
Illa magas artes, Aeæaque carmina nouit.
Puella Aeæa, Hoc est Circe, vel Calypso, vt putat in Melam Vadianus. Proper. lib. 3. eleg. 1 : 7. Et thalamum Aeæe flentis fugisse puellæ.
Aeæus, (αἰαῖος,) adiectiuum pen. prod. diphthógo. Virg. 3. Aenei. 77.
Infernique lacus, Aeæaque insula Circes. Seruius Aeææ, tres sunt diphthongi nam genitiuus est ab Aeæa Hermolaus in cap. 4. libri 5. Plinii Aea, vrbs est Colchica, vnde Circen Aeæam cognominant.
AEANTIVM, oppidum in Sigeo Troadis promontorio à Rhodiis conditum in altero cornu: Aiace ibi sepulto, XXX stadiorum interuallo à Sigeo, & ipso in stationẽ classis suę. Author Plinius lib. 5. ca. 30. Strabo lib. 13. tradit apud Aeantium fuisse Aiacis tumulũ & templum & statuam, quam ab Antonio ablatam & in Aegyptum asportatã, Augustus Cæsar Iliẽsibus restituit. Sanè Aiax Græce dicitur Aeas, Aeantos Tyrrhenorũ rex, occidit, author Stephano. Hermolaus in Plinii. Volaterranus iuuẽ sic tradit, Aeane ab Aeano Elymithi filio regis Herruriæ, qui huc applicans hanc vrbem ædificauit.
Aeantium est Magnesiæ promontorium, Plinio authore, lib. 4. cap. 9. Est item Aeantium oppidum Macedoniæ, Ptolemæo.
AEAS, Aeantis. (ἀέας,) fluuius Epiri, ex Macedonia profluens in Ioniũ mare, cuius meminit Lucan. lib. 6. 73. Pirus in occasus, parui sed gurgitis Aeas, Ionio fluit in mari. Meminit Strabo lib. 6. et. 7. Et Plin. lib. 4. cap. 23. Dicitur alio nomine Aous.
AECA vrbs Italiæ, à qua Aecani populi, Plinio lib. 3. ca. 11.
AECHINE, huius Aechines, Nomen est canis apud Xenophontem, in libro De Venatione.
AECLVS, viri nomen, Straboni libro decimo dicenti. Post res verò Troianas Aeclus & Cothus ex Achaia profecti habitauerunt: ille quidem Eretriam, Cothus verò Chalcidem. Est autem Eretria totius Euboææ ciuitas amplissima post Chalcidem.

Aedepol, pen. cor. iurandi aduerbium est, tam viris quàm mulieribus conueniens. Est autem cõpositum ex ędes & Pollux: & est quasi tu dicas, Per ędem Pollucis. Cic. Cælio, lib. 2. 8. 4. Non ędepol quatam egeris rem. Plau. Cap. 16. 26. Aedepol benignè facis. Idem Pseud. 7. 104. Aedepol mortalem graphicum, si seruat fidem. Idẽ Sticho 6. 32. Aedepol rem negotiosam. Gellius lib. 11. cap. 6. Aedepol autem quod iusiurandum per Pollucem est, & viro & fœminę cõmune est. Sed Marcus Varro asseuerat antiquissimos viros neque per Castorem, neque per Pollucem deierare solitos: sed id iusiurandum fuisse tantum fœminarum.
AEDEPSVM, oppidum in regione Locride, Plinio & Straboni.

Aedes, ędis fœm. ge. (ἴδος, ἀνάκτορον.) Seruius in 2. Aeneid. Aedem numero singulari de templo tantum dicimus: plurali, & de domibus, & de templis. Si aliter dictum inueneris, vsurpatũ est, vt mella, hordea. Hęc ille. At Valla eádem sententiam fusius tractat, ita scribens, Aedes in plurali accipitur pro domo, nec vnquam aliter. In singulari, atque adeo in plurali, pro templo. Vt Cicero in Philip. lib. 1. Ex eo die, quo in ędem Telluris conuocati sumus, in quo templo, (quantum in me fuit) gesti fundamenta pacis. In quo templo, id est, in qua ęde Telluris. Sed hac in re differt à tẽplo, quòd semper in vtroque numero habet adiectionem vt in ęde Iouis, Mercurii, in ęde Concordię, Telluris, Honoris, Virtutis, in ęde sacra: & in plurali sacras ędes, ędes deorum, ędes nymphárum. Nam cum ait Lucretius, de Ioue loquens, Ipse suas ędes disturbat, per inde est ac si dixisset: Iouis ędes. Igitur pro templo dicemus duas, tres, quatuor deorum ędes, duas sacras ędes. Pro domo, binas, ternas, quaternas, priuatas ędes. Hęc Valla libro 3. Plaut. Sticho. 3. 8. Nisi dę ędes meæ sint, cum redeam domum. Varro de lingua Latina, lib. 4. Aedis ab aditu: quòd plano pede adibant. Itaque ex ędibus efferri indictuo funere præco etiã eos dicit, qui è tabernis efferuntur. Festus. Aedis, domicilium in ædito positum, simplex atque vnius aditus. Siue idẽo ędis dicitur, quòd in ea ætium degatur, quod Græce αἰὼν vocatur. Cic. ad Quinti fratrem libro 3. 17. 19. Reddita est mihi peruetus epistola: in qua de ędę Telluris me admones. Idem pro domo sua ad Pontif. 97. Consecrabantur ędes mon priuatorum domicilia.
Aedis: in nominatiuo singulari. Varro de vita populi Romani: libro 1. Hæc ędis quæ nunc est multis annis post facta fuit: in qua omnia regis temporibus delubra parua facta. Hæc Nonius. Hoc etiam probat ab eo diminutiuũ ædicula: vt ab apis apicula. Nam à nominatiuo ędes potius fierer ædecula sicut à vulpes vulpecula.
Augusta ędes. Ouid. 1. Fast. 41.
Iuppiter augusta vix totus stabat in ędę.
Caua. Virg. 2. Aeneid. ędes cauæ. i. tecta camerata. Ser.
Decora. Horat. 1. Carm. 36. 1.
Excelsa. Ouid. 15. Metamorph. 169.
Diuus ab excelsa prospetter Iulius ędę.
Aedes liberæ. Vide LIBER.
Magnas ędes peruolare. Virg. 12. Aeneid. 96.
Magnifica ędę alhquem diuum dedicare. Ouid. 6. Fast. 128. Cicero 5. Tusc. 35.
Aedibus in mediis, nudóque sub ætheris axe
Ingens ara fuit. Virgil. 2. Aeneid. 103.
Aedibus in nostris quæ parua aut recta geruntur. Scribit Gellius hunc Homeri ex Odyl. versiculum vice prouerbii semper in ore fuisse. Alii tribuunt Socrati. Diocles adscribit Diogeni, vt refert Laertius. Quo versu monemur, vt ea potissimum quæ ad nosipsos pertinent, curemus: extera atque aliena ne inquiramus.
Aedes nouæ. Vide NOVVS.
Aedes perpetuæ. Vide PERPETVVS.
Primæ ędes. Hoc est, primæ ędium partes. Ouid. 5. Metam. 57.
Annuimúsque viro, primásque intramus ędes,
Aedes prophanæ. Cicc. 3. de nat. deor. 97. Fores in liminibus prophanarum ędium, tanuæ nominantur.
Aedes sacra. Cicc. Verr. 7. Cuius prætura vrbana, ędium sacrarum fuit publicorúmque operum depopulatio. Idem pro Flacco. 35. Pecuniam in ędem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt.
Vacua ędes. Horat. lib. 1. epist. 2. 19.
Spectemus vacuam Romanis vatibus ędem.
Votiuam ędem reddere. Horat. 2. Carm. 17. 7.
- reddere victimas,
Aedemque votiuam memento.
Disturbare ędes. Lucretius lib. 2. 221.
- tum fulmina mittat, & ędes
Sæpe suas disturbet.
Inerrat ignis ædibus. Statius lib. 1. Syluarum. 5. 12.
- vbi languidus ignis inerrat
Aedibus, & tenuem voluunt hypocausta vaporem.
Aedes inscribere mercede, aut Inscribere ędes venales. Vide INSCRIBO.
Aedem & in ædem intrare. Vide INTRO.
Introire in ędes. Vide INTROEO.
Aedes mancupi poscere. Vide MANCEPS.
Aedes obligare. Vide OBLIGO.
Perierunt ędes. Vide PEREO.
Reficere labantes deorum ędes. Horat. 3. Carm. 6. 1.
Refotata ędes. Lucanus lib. 3. 24.
Ante fores nondum reseratæ constitit ædis.
Tendere ad ędes alicuius, pro ire. Horat. lib. 1. epist. 7. 18.
- media de nocte caballum.
Arripit, iratúsque Philippi tendit ad ędes.
Aedes pro cubiculo. Curtius lib. 8. Excubabant principum liberi, seruatis noctiũ vicibus, proximi foribus ędis, in qua rex acquiescebat.
Aedes marmorea. Ouid. in epist. 20. Est mihi marmorea fabricata in ędę Sichæus. Locus Ouidii penè fumotus est ad verbum ex illo Virgilii 4. Aeneid. 91. Præter ea fuit in tectis de marmore templum &c.
Aedes, pro apum alueis. Virgil. 4. Georg. 52.
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes.
Aedicula diminutiuum, pro cellula in ædibus. Plautus Epid. 9. 22. In ædiculam seorsum istæc eat, iube.
Aedicula, Sacellum. Id est, ædis sacræ appendix. Liuius Decad. 4. lib. 5. Iisdem diebus ædiculam Victoriæ virginis prope ędem Concordiæ M. Portius Cato dedicauit. Cic. pro domo sua ad Pontif. 105. Qui Licinia Virgo Vestalis, sanctissimo sacerdotio prædita, aram & ædiculam & puluinar sub sacro saxo dedicasset. Paulus in L. sacrilegii, ad L. Iuliam peculatus. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilauerint. At qui priuata sacra, vel ædiculas incuitoditas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi merentur.

Aedicula

Aedicula, Loculamentum simulachri. Plin. lib. 36. cap. 5. Aedicula eius tota aperitur, vt conspici possit vndique effigies deæ. De Venere Gnidia loquitur. Idem lib. 35. cap. 10. 41. Quæ tabula fuit in Capitolio in Mineruæ delubro supra ædiculam Iuuentutis.
Aedicula, ædiculati, Paruæ ædes id est parua domus. Teren. Phorm. 4. 3. 58. Aediculæ item sunt ob decem alias. Cic. in Parad. 64. M. Matius patrum nostrorum memoria pauper tandem fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. Ide pro Cælio. 12. Nunc demum intelligo P. Clodii insulam esse venalem: cuius hic in ædiculis habitet decem, vt opinor, millibus.
Aedificare, ędes, & facio compositum, (δομέω, οἰκοδομέω,) Festus, Aedificare quum sit proprię ędem facere, ponitur tamen pro omni genere constructionis, κατασκευή. Hæc Festus. Cic. 1. Offi. 193. Qui quum ædificasset in Palatio plenam dignitatis domum. Cæsar. 6. bel. Gal. 81. Ne accuratius ad frigora atque æstus vitandos ædificent.
Aedificare classem aut nauem, abusiuè dicti. Plaut. Aedificat nauẽ gerariam. Cic. pro lege Manilia. 5. Qui postea quà maximas ædificasset, ornassetq; classes. Idẽ. 7. Verr. 35. Nauẽ ędificatã. Ibidem. 36. 37. 38.
Carcerem. Cic. pro Sylla. 52. Quis de C. Cethego, atque eius in Hispaniã profectione cogitat, cui nõ ad illius pœnã carcer ędificatus esse videatur?
Casas. Horat. 2. Serm. 3. 50. Aedificare casas, plostello adiungere mures.
Equum. Virgil. 2. Aeneid. 4. de equo ligneo, Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant.
Hortos, est eos ędificijs instruere. Sic ędificare prædia & similia. Cic. ad Att. lib. 9. 18. 5. 9. Cui Cn. noster locum vbi hortos ędificaret, dedit.
Aedificauit Deus mundum. Cic. 1. de Natu. Deorũ. 28. Quibus enim oculis intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi à Deo, atque ędificari mundum facit?
Muros ędificare. Ouid. 11. Metamorph. 41.
Porticum. Cic. pro domo sua ad Pontif. 88.
Prædia. Cic. Attico lib 16. 333. 4.
Rempublicam. Hoc est bonis moribus, legibus, ac institutis eam fundare. & est metaphora. Cic. Varroni, lib. 9. 2. 12.
Vicos & plateas. Cæsar.
Villam. Cic. 2. de Legibus. 4.
* Aedificare specus. Plin. lib. 8. cap. 36. de vrsis.
Vrbes. Cic. 2. Offic. 10. Vrbes verò non sine hominum cœtu non potuissent nec ædificari, nec frequentari.
Tribus locis ædificos: reliqua recõcinno. Cic. ad Qu. fratrem lib. 2. 10. 4.
Belle ædificare. Cic. ad Att. lib. 16. 333. 4. Quo quæ temporis in prædiolis nostris, & belle ędificatis, & satis amœnis consumi potuit, in peregrinatione consumimus.
Bene & ratione ædificare Cic. 3. Offic. 72. Quòd siqui proscribunt villã bonam, beneque ędificatam: non existimantur fefellisse, etiam si illa nec bona est, nec ędificata ratione.
Celeriter. Cic. ad Qu. fra. lib. 2. 8. 6. Domus nostra celeriter ędificabat.
Eleganter. Columel. lib. 1. cap. 4. 7. Eleganter igitur ædificet agricola, nec sit tamen ędificator.
Lautè. Cic. 2. de Legib. 4. Hanc vides villam, vt sume quidem est, lautius ædificatam patris nostri studio.
Strenuè. Cicc. ad Qu. frat. lib. 2. 8. 3. Domus vtriusque nostrũ ædificatur strenuè.
Descriptio ędificandi. Cic. 1. Offic. 192. Dicendum est etiam qualẽ hominis honorati & principis domum placeat esse, cuius finis est vsus: ad quem accommodanda est ædificandi descriptio.
Aedificatio, Ipse ędificandi actus. (οἰκοδόμησις,) Ci. Attico lib. 12. 252. 11. Aedificatio me non mouet. Plin. libro. 18. cap. 24. Quanto sit in vsu oibus terris nauũ armamẽtis, machinis ædificationũ, aliisq;, &c.
De ædificatione aliquem vrgere. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 6. 3. De ædificatione tua Cyrum vrgere non cesso.
Immensa & intolerabilis ędificatio. Cicero in Pisonem. 38.
Aedificationem sustentare. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 8. 7. Aedificationẽ Aream ad tuum aduentum sustentari placebat. Hoc est differri.
Aedificatiuncula, (οἰκοδομίδιον,) Parua ędificatio. Cic. ad Qu. fratrem lib. 3. 17. 8. Quæsiui que ex eo quid de illa ędificatiuncula Laterii, de qua mecum loquutus es, mandauisses.
Aedificator, (οἰκοδόμος, τέκτων,) Qui ædificat, aut qui ædificauit. Columel. lib. 1. cap. 4. 7. Eleganter igitur ædificet agricola, nec sit tamẽ ędificator. Hoc est ędificandi nimis studiosus. Cato, De bono ędificatore melius emetur. Cic. de Vniuers. 8. Neque mundo quicquam pulchrius, neque eius ędificatore præstantius.
Aedificator & opifex mundi Deus, id est conditor siue author. Cicc. 1. de Natura Deorum. 28.
Aedificium, (οἰκοδόμημα, κτίσμα,) ab ędę & facio dictũ, vt inquit Varro, dicitur omne quod ædificatum est. Liu. 7. bel. Pun. 11. Milites ædificia emotos, simul vt cum agro tecta vrbis fruenda locarentur. Plin. lib. 16. cap. 6. 5. Minus vtilis ædificiis. Cęsar bel. Gal. lib. 2. 268. Omnibus vicis ędificijsque, quò aditre poterant, incensis.
Aedificium lucidum, cui contrarium obscurum est, & cui sol nõ allucet. Celsius lib. 1. cap. 2. Habitare verò ędificio lucido perflatum æstiuum hybernum solem habente.
Aedilis, huius ædilis, penultima longa, masc. gen. (ἀγορανόμος,) quid sit, Cicero 7. Verr. 29. ostendit his verbis, Nunc sum designatus ædilis: habeo rationem quid à populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populo, plebique Romanæ, ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Minernæque esse faciendos: mihi sacrarum ædium procurationem mihi totam vrbem tuendam esse commissam: ob earum rerum laborem, & sollicitudinem, fructus illos datos, antiquiorem in Senatu sententiæ dicendę locum, togam prætextam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam posteritatemque prodendam. Idem ex legibus XII. tabul. lib. 3. de Legibus 9. Sunroque Adiles curatores vrbis, annone, ludorúmque solennium. Ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.
Aedilis dictus est magistratus, qui ædium non tantum sacrarum, sed etiã priuatarum curam gerebat.
Aedilis, Qui ędes sacras, & priuatas, curat. Varro 4. de Lingua Latina.
Aedilium duo erant ordines. Plutarchus in Mario, Duo erant ordines ædilium. Vnus in quo ipsi ędiles in iure dicendo sellis incuruos pedes habentibus vtebantur: & hic nomen magistratus retinebat. Alterum popularem magistratum appellabant. Liu. 6. ab vrbe, Ita ab diutina ira in concordiam redactis ordinibus, cum dignam iam rem Senatus censeret esse, vt ludi maxmi fierent, & dies vnus ad triduum adiceretur: recusantibus id munus ędilibus plebis, conclamatum à Patritiis est iuuenibus, se id honoris deorum immortalium causa libenter acturos, vt ędiles fierẽt. Quibus quum ab vniuersis gratię actę essent, factum senatusconsultum, vt duos viros ędiles ex patribus Dictator populum rogaret. Idem lib. 7. Annus hic insignis nouis duobus magistratibus Prętura & Curuli ædilitate: hos sibi Patritii quæsiuere honores, pro concesso plebi altero consulatu. Ouid. 5. Fast. 58.
Plebis ad ædiles perducta licentia talis
Publicios: animos defuit ante viris.
Aediles nostro tempore dici possunt quos Scabinos appellamus.
Aedilitas, (ἀγορανομία,) Aedilium magistratus. Cic. 1. Offic. 83. L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Quinto Mutio municeps tissima ædilitate functus est.
Curulis ædilitas, quæ maxime hanc tueri religionem solet. Cicero de Arusp. responsis 24.
Aedilitas furiosa. Cic. ad Quint. fratrem 2. 6. 3. Sed omnia sunt tardiora propter furiosæ ædilitatis expectationem.
Aedilitatem gerit sine populi suffragio. Plautus in Sticho, Sine populi suffragio, tamen ędilitatem hic quidem gerit. Prouerbii vice vtemur, vbi quis imperiosior est in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Nam Plautus ad parasitum respicit, in domo non sua mandantem & imperantem, non aliter ac sua.
Magnificentissima ædilitas. Cic. 2. Offic. 84.
Aedilitatem se perere cum hominibus nobilissimis dicebat. Cicero pro Cluentio 54.
Aedilitatum splendor. Cicero 2. Offic. 83. Quanquam intelligo in nostra ciuitate inueteraſle iam bonis temporibus vt splendor ædilitatum ab optimis viris posłuletur.
Aedilitius, ædilitia, ædilitium, (ἀγορανομικός,) Quod ad ædilem pertinet: vt ędiles ludos, erat munus ædilitium, hoc est officium ad ædiles pertinens. Cicc. 2. Offic. 84. Crassus tum cognomine dines, tũ copis, functus est ædilitio maximo munere. Idem pro Cn. Planc. 4. Anus verò tuus & P. Naficæ tibi ædilitiam prædicaret repulsam &c. Et paulò post, Sed quid ego ædilitias repulsas colligo? &c. Id est repulsas in ædilitate petitione.
Aedilitia edicta. De quibus amplissimè in Pandectis libro 21. vnde officium ædilium melius nosces.
Homo ædilitius. Cic. pro Cluent. 63. Et illum hominem ædilitium, iam prætorem opinionibus hominum constitutum, memini non disceptatione dicendi, sed clamore hominum de foro atque adeò de ciuitate esse sublatum. Idem in Bruto, Sed omnia is summa sperans, ædilitius.
Aedilitiam prætextam togam, quam frustrà confeceras, te vendidisse. Cicero in Vatin. 12.
Adilitius, Qui aliquando ædilis fuit. Cicero in Vatinium. 12. Quem tu disrumperis quum ędilitium vides. Idem in Bruto, Sed omnia is summa sperans, ędilitius est mortuus. Hoc est, nullum adeptus magistratum prętor ędilitatem.
Aedilitiorum vectigal apud Ciceronem exponit Budęus collationem pecuniæ ad ludos ędilitios. Sic autem ait Cicero ad Quint. frat. lib. 1. 32. Quantum vero illud est beneficium tuum, quòd inquo & graui vectigali ędilitiorũ magnis nostris simultatibus Asiam liberasti.
Aeditimus, pe. corr. (νεοκόρος, ἱδρυοφόρος,) Qui ędibus præest. Festus, Aeditimus, ędis intimus. Varr. de re rust. lib. 1. cap. 2. 1. Sementinis feriis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ædem Telluris veneram rogatus ab æditimo, vt dicere didicimus à patribus nostris: vt corrigimur à recentibus vrbanis, ab æditimo. Cicero in Topicis 18. In quo Seruius noster (vt opinor) nihil putat esse notandum, nisi POST & LIMINIVM illud productionē esse verbi vultr: vt in finitimo, legitimo, æditimo, non plus esse TIMVM quàm in meditullio TVLLIVM. Hæc Ciceronis verba refellunt illum Festi etymologiam, vt sit æditimus, quasi ædis intimus. Vide Gellium lib. 12. cap. 10.

Aeditimus, (ἱεροδούλος,) idem quod æditimus, Festus, Aedituus, sacræ ædis tutor, id est curam agens. Plin. lib. 12. cap. 2. 6. Hierapoli Syriæ in lacu Veneris ędituorum vocibus parent vocati. Cice. 6. Verr. 86.

Illi noctu facta manu, armatique veniunt: fores ędis effringunt: ędituí, custodésque mature sentiunt. Horat. 2. epist. 1. 47.

Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales
Aedituos habeat, belli spectata domique
Virtus. Hoc est, narratores, vt ait Porphyr. Aeditui enim templorum ac numinum quibus inseruiunt, sacrorum originem aduenis & ignorantibus narrant. Alii ædituos pro clientibus ac familiaribus dici putant: ac per hoc laudatores poetas que significant.

Valerius Aeditimus, poeta vetus, cuius aliquot carmina citat Gellius lib. 19. cap. 9. ad quem forte respexit Horatius: quo modo etiam rectè dixeris, Quales habeat Virgilios.

Aedituor, & Aeditimor, (νεοκορέομαι, ἱεροδουλέομαι,) Aedem tueor. Gellius lib. 17. cap. 10. sic ait: Pomponii fabula atellana est, quę ita inscripta est, Aeditimus: in qua hic versus est, Qui postquā tibi appareo atque æditimor in templo tuo.

Aedituentes, (ἱεροδουλέοντες,) pro Aedituis dixit Lucretius lib. 6. nō procul a fine, -oneratique pasim.
Cunsta cadaueribus cęlestum templa manebant,
Hospitibus loca quæ complerant æduentes. Meminit Gellius lib. 12. cap. 10.

Aedificium, Aedifico, Aedilis, Aeditimus, Aedituus, Vide AEDES.

Aedo, ædis, vide EDO, edis, edidi.

Aédon, penul. prod. huius Aédonis, pen. corr. fœm. gen. (ἀηδών,) Auis, quæ & luscinia & philomela dicitur. Virg. de cantu Sirenum,
Quidque leues calami, quod suauis cantat Aêdon,
Quidque lyra, quod citharæ, quod moribundus olor. Nomen habet ab ἀεὶ semper, & ἀδω canto, quasi perpetuò cantans vbi semel incepérit. Sunt qui putent ab aedia ἀηδία, hoc est tristitia. Creditur enim Philomela canens lugere virginitatem vi sibi ereptam à Tereo Thracum rege. Proinde tristem eam vocat Seneca in Agamem. 717.
Non quę verno nobile carmen
Ramo cantat tristis aedon. Idem in Octau. 178.
Quis mea dignè deflere potest
Mala? quę lachrymis nostris questus
Reddet Aedon? cuius pennas
Vtinam miserę mihi fata darent. Paulo post, -& tenui
Ramo pendens, querulo possem
Gutture mœstum fundere murmur.

Aêdon vocalis. Calphurnius ecleg. 6.
- si vincat acanthida cornix,
Vocalem superet si turpis aedona bubo.

AEDON, (αἴδων,) mons est Thraciæ: vnde Aedônus adiectiuum, penultima prod. id est Thracius. Virgil. 12. Aeneid. 74.
Ac velut Aedoni Boreę quum spiritus alto
Insonat Aegęo, sequiturque ad littora fluctus. In quem locum sic ait Seruius: Sanè sciendum hoc loco errasse Donatum, qui dicit Aedonii esse legendum, vt DO breuis sit secundum Lucanum qui dicit, Aedonis Ogygio decurrit plena Lyęo. Nunquę certum est lystolen fecisse Lucanum. Vnde Aedoni legendum est, vt sit hic Aedonus, huius ędoni. Statius & Virgilium & artem secutus ait, Aedonas hyemes Hebrúmque nivalem. non Aedonias. Hactenus Seruius. Alii tamē Edon & Edonus scribunt sine diphthongo.

Aedonus, adiectiuum, (αἰδώνιος.) Hoc est Thracius. Senec. in Hercul. Oeth. 34. - me vel Siculis
Addite saxis, vbi fata gemit
Thessala Syren vel in Aedonias
Tollite syluas, qualis natum
Daulias ales solet Ismaria
Flere sub vmbra.

Aedônis, penultima producta, huius ędónidis, penult. corr. (αἰδωνίς,) fœm. gen. Ouidius 11. Metamorph. 14.
Protinus in syluis matres Aedonidas omnes
Quę videre nefas, torta radice ligauit. Hoc est, mulieres Thracias.

AEETA, æcte, vel Aetes, æetæ pen. prod. (ἠέτης,) Solis & Perseidos nymphæ (alii Persam, alii Hecaten vocant) filius, vt in Theogonia canit Hesiodus, rex fuit Colchorum, & ex Idyia Medeā & Chalciopen genuit, vt tradit Hesiodi interpres. Diodorus tamen Siculus libro 5. scribit Aetam ex Hecate, fratris sui Persæ siue Persei filia, quam alii vocant Ipseam, tres liberos sustulisse, Cyreen, Medeam, & Aegialeū, quem plerique Absyrtum nūcupant. Valerius Flaccus 8. Argonaut. 2.
O mihi si profugæ genitor nunc ille supremos
Amplexus Aeta dares, fletúsque videres Eece meos.

* Aeetes soligena. Val. Flac. 5. Argon. & ferus Aetes.

Aeeta Colchus rex enim fuit Colchorum. Senec. in Medea. 4. 1. Medea Colchi noxium Aeæ genus.

Aetæus, (αἰήτης,) adiectiuum quatuor syllabarum. Catul. in Argon. 1.
Phasidos ad fluctus, & fines Aeetæos.

Aeetias, Aeetiadis, penul. corr. (αἰητίας,) Medea Aeetæ filia Ouidius 7. Metamor. 2. Concipit interea validos Aeetias ignes. Patronymicum est. Idem libro eodem 66. - rapido fallax Aeetias igni
Imponit purum laticem.

Aeetis, pen. prod. ætidis, penul. cor. (αἰήτις,) Medea Aeetæ filia. Patronymicum. Vale. Flac. 6. Argonaut. 96.
-& pauor artus
Protinus, atque ingens Aeetida perculit horror. Idem libro 7. 37.
- nec me Aeetis quin audiat opto.

Aeetius, adiectiuum, (αἰήτης,) ad Aeeten pertinens. Vt proles Aeetia, Id est, Aeetæ nepotes. Valer. Flac. 6. Argonaut. 108,
Nec minus Aeolii proles Aeetia Phryxi
Fertur & ipsa furens.

* Aeetia virgo. Medea. Flac. 6. Argonat. 54.

AEGA, Aegæ, siue Aex, ægos, promontorium est Aeolidis ad Aegæū mare vergens, vnde & ei nomen. Strabo lib. 13. Hoc promontorium Aegates dicitur Stephano, teste in Plinium Hermolao.

AEGAE, Aegarū, Macedoniæ oppidum, in quo mos fepelire reges. Plinius libro 4. cap. 10. Est & eodem nomine oppidum Ciliciæ. Plinius lib. 5. cap. 27. Item Aeolidis. Plin. libro 5. cap. 30. Strabo lib. 8. & 9. meminit Aegarū in Eubœa sitarum, in quibus locatum est Aegæi Neptuni templum, & à quibus Aegæum pelagus nomē assequi putat esse verisimilius. Ad Aegas Achaiæ, nemo præter nauigantium tempestatem maris passus creditur; ob Neptuni præsentiam, qui (vt Nicocrates ait) illic impendiò colebatur.

AEGARA, (αἰγάρα,) vrbs Aemathię, ἀπὸ τῶν αἰγῶν, Hoc est à capris nomen habet, quum prius Edissa vocaretur. Historiam sic memoriæ prodidit Iustinus libro 7. Caranus (Cranaus Eusebio dicitur) cum magna multitudine Græcorum sedes in Macedonia respōso oraculi iussus quærere, quum in Aemathiam venisset, vrbem Edyssam, nō sentientibus oppidanis propter imbrium & nebulę magnitudinem, gregem caprarum imbrem fugientiū secutus occupauit: reuocatúsque in memoriam oraculi, quo iussus erat, ducibus capris imperium quærere, regni sedem statuit: religiosèque postea obseruauit, quocunque agmen moueret ante signa easdem capras habere, cœptorum duces habiturus, quos regni habuerat authores. Vrbem Edyssam, ob memoriam muneris, Aegęam: populum, Aegęades vocauit.

AEGAEON, Aegęónis pe. prod. (αἰγαίων,) Gigas teste Hesiodo Cęli & Terrę filius, Iquisfinus & immanis fuisse pirata creditur: sic vt quibusdam placet dictus ab Aegis, Aegei maris insula, in quo insidebat more piratarum, quibus fas non est ob latrocinium vrbes incolere. Produnt fabulę veteres, hunc centum à Ioue religatum catenis: vt posit inde intelligi eum potentissimum fuisse, dum tot catenis eius astringuntur vires. Is autem centum geminus ideo dictus est, quòd centum homines remigio deseruientes haberet in manibus. De quo Ouidius 2. Metamorph. 1.
-balenarúmque prementem
Aegęona suis immania terga lacertis. Seruius eundem cum Briareo esse scribit, apud Virgilium lib. 10. 113.
Aegęon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenásque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribúsque arsisse: Iouis quum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret ensęs. Eumelus Corinthius, in Titanomachia tradit hunc fuisse Ponti & Terrę filium, inmarique habitasse, ac inde Titanibus contra deos opem tulisse. Homerus Iliados 1. scribit hunc à diis Briareum dici, ab hominibus Aegęona, centimanúmque esse. Non desunt qui putent Aegęo mari nomen ab hoc Aegęone inditum. Ion Chius in Dithyrambis refert Aegęonem euocatum à Thetide, Ioui tulisse suppetias, aduersus Iunonis Neptunique & Apollinis insidias, qui Iouem è rerum gubernaculis eiicere moliebantur. Conon in Heraclea scribit Briareum cum Neptuno gradum contulisse, sed ab ipso deo superatum, demersúmque in ea maris parte, quod Aegæonis monumentum cum Apollonio plerique vocant. Ab Ouidio memoratur inter maris numina, tum quia Ponti filius, tum quòd Opyiam Neptuni filiam habuit in matrimonio,

nio, vt canit Hesiodus. Aegæoni Chalcidenses rem diuinam faciebāt, sicut Briareo Carystii. Nam omnis ferme Eubœa Titanum regnum fuit. Author Solinus.

Aegæon Cycladas amplexus. Stat. 5. Thebaid. 58.
Diis pelagi, ventísque, & Cycladas Aegæoni
Amplexo, commendo patrem. Quo in loco Aegæonem pro mari Aegęo putarim accipi.

Aegæon centum geminus. Claudian. de rapt. Proserp. lib. 3. 69.
Hæc centum gemini strictos Aegęonis enses
Cruuata vix fronte leuat.

Aegæon cruentus. Claudian. de rapt. Proserp. lib. 1. 10.
- rursúsque cruentus
Aegæon, positis arcto de corpore nodis,
Obsita centeno vexasset fulmina motu.

AEGAEVM mare, (αἰγαιοπέλαγος,) est prope Græciam amplum & multas habēs insulas: dictum ab Aegæo rege, vel quodam in eo saxo, quod habet speciem αἰγός, id est capręe. Est autem inter Hellespōtum & Tenedum: vulgò hodie dicitur Archipelago. Plin. lib. 4. cap. 11. Aegęo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium versus quam insula, Aex nose, à specie caprę, quæ ita Græcis appellatur repętè in medio mari exiliens. Cernunt eū à dextera parte Andrum nauigantes ab Achaia, dirum ac pestiferum. Festus aliā affert nominis rationem, q̄ in eo Amazonum regina Aegæa perierit. Producit penult. Horat. 1. epist. 11. 4. Ideirco nauem trans Aegæum mare vendat.

Alnum Aegæum. Virgil. 12. Aeneid. 74.
Aquæ Aegææ. Ouid. 9. Metamorpho. 90.
Cærula Aegæa. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. 113.
Tunc oculos Aegæa refert ad cærula, robur
Herculeum Lædæque tuens genus: atque ita fatur.

Aegæum nauigat. Prouerbium, quo vtitur Aelianus. Hoc mare cæteris est periculosius ob frequentes scopulos. Quadrabit igitur in eum qui in maximis versatur difficultatibus. In hominem quoque ob lucri studium nihil omnino periculi recusantem.

Pateas Aegæum, subaudi mare. Horat. 2. Carm. 16. 1.
Profundum Aegæum. Val. Flac. lib. 1. Argonaut. 32.
Aegæum scaphula transmittere. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam leui opera conficere tentant. Vtitur Lucianus in Sectis.
Cyclades Aegęæ. Ouid. 1. Trist. 10. 2.
Quòd facerem versus inter fera munera ponti.
Cycladas Aegęas obstupuisse puto.
Fluctus Aegæi. Stat. 2. Achilleid. 1.
Fretum Aegęum. Senec. in Thebaid. 1. 63. Et in Troad. 4. 1.
Gorges Aegæus. Stat. 2. Thebaid. 9.
Hyemes Aegęæ. Stat. 1. Sylu. 3. 19.
Hæc per & Aegęas hyemes. Phiadumque ninosum
Sydus, & Oleniis dignum petisse sub astris. Idem. 5. Sylua. 21.
Ceu super Aegæas hyemes abeuntis amici. Vela sequar.

Nereus Aegæum, id est mare Aegæum. Stat. 5. Thebaid. 10.
Incipiti Aegæo premitur circunflua Nereo.
Lemnosve bi ignifera fessus respirat ab Aetna Mulciber.

Pontus Aegæus. Senec. in OEdip. 5. 17.
Portus Aegæi. Claudi. in Eutrop. lib. 2. 50.
Procellæ Aegææ. Stat. 1. Achil. 78.
Salum Aegęum. Propert. lib. 1. eleg. 5. 1.
Non ego nunc Hadriæ vereor mare noscere tecum
Tulle, neque Aegæo ducere vela salo.
Stagna Aegæa. Stat. 6. Thebaid. 4.
Seu Tyrrhenam hyemem, seu stagna Aegęa lacessunt,
Tumultus Aegæi, Id est maris Aegęi tępestates. Horat. 3. carm. 29. 15.
Venus Aegęa. Stat. 8. Thebaid. 96.
Vndę Aegęæ. Tibul. eleg. 3. 1.
Aequor Aegæum. Ouidius 11. Metamorpho. 133.
Nubibus Aegæo deprendit in æquore nauem
Auster, & ingenti iactatam flamine soluit.

Aeger, ægra, ægrum, (σθένος, κάμνων, ἀρρώστος, νόσιμος,) Festus, Aegrum ex Græco αἰόλον appellatur. à quibusdam putatur à voce doloris appellari, quod est αἰαῖ. Seruius, Aeger & corpore & animo dicitur: sed Aegrotus corpore tantum. Donatus autem sic. Animus æger, corpus ægrotum. Donatus tantum de proprietate intelligit: Seruius de vsu loquendi apud authores. Et tamen fallitur in ægrotus: quod de animo dictum sæpe legitur. Vera igitur est Donati differentia: sed authorum abusu confunditur. Cice. 2. de Natu. Deorum. 18. Nę ægri quidem omnes conualescunt. Terent. Hecyra. 1. 2. 113. Aegram esse simulant mulierem. De morbo corporis intelligit. De morbo autem animi, Virgilius. 1. Aeneid.
- curisque ingentibus æger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Vbi Seruius, Aeger est tristis, & male valens. Aegrotus autem siue ægrotans tantummodo male valens. Ibidem, -& ægram

Multa malus simulans vana spe lusit amantem. Id est mœstam, anxiā ait Seruius. Idem in. 4. Aeneid. Aegram nulli quodam flexere mariti.

Aeger amore, pro ex amore id est, ob amorem. Liu. 10. bel. Pun. 45. Stimulabat ægrum amore vxor, socerúque.

Aeger animi. Liu. 2. ab vrbe. 155.

Aeger animo. Plin. epistо. 109. Cice. prò Cœlio. 13.

Aeger ab animo, Id est quantum ad animum. Plaut. Epid. 3. 26.

Anidus æger, Hoc est, Intemperans. Porphyr. Horat. 1. Sermo. 4. 26.
- anidos vicinum funus vt ægros
Exanimat, mortísque metu sibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria sępe
Abstèrrent vitiis. Acron, Quemadmodum ægrotantes vicini funus absterret à cibi auiditate, ita sæpe animos teneros à vitijs infamia reuocat aliena.

Consilii æger. Stat. lib. 11. Thebaid. 29.
- obscura vallum dum nocte pererrat
Aeger consilii, curisque nouissima voluens. Hoc est, Tristia cogitans, siue consilio imbecillis.
- curisque ingentibus æger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Virg. 1. Aeneid. 43. Hoc est, tristis. Seruius.

Aeger delicti, Hoc est dolens ob delictū à se cōmissum. Sil. Ital. li. 13. 11.
Sed postquam OEnotriis fundauit finibus vrbem
Aeger delicti, Phrygium placare colendo,
Numen, & Illiacos parat exorare penates. De Diomede loquitur' quem raptu Palladii pœnitebat.

Aeger ex vulnere. Liu. 6. bel. Pun. Collega ex vulnere ægro.

Aeger fluore. Celsus lib. 3. cap. 6. Quisquis autem fluore æger est, quum venit in balneum, prius vngendus, deinde in solium demittendus est.

Aeger pedibus, Pro eo quod est pedes ægros habens: hoc est cui dolent pedes. Figura est synecdoche. Sic in his, Aeger animi, & Aeger animo. Sallust. Antonius pedibus æger. Gel. lib. 2. cap. 26. Quum ad M. Frontonem consularem pedibus ægrum vilieret. Quint. lib. 6. cap. 4. Pedibus æger, quum vellet, &c.

Aeger pedes. Gellius lib. 19. cap. 10. Ad Frontonem Cornelium pedes tunc graviter ægrum, ire visere.

Aeger morbi. Valer. Maxi. Pulsū venarum comperit cuius morbi æger esset. Id est quo morbo ægrotaret.

Aeger morbo graui. Cic. in Catilin. 1. 23.

Timoris æger. Sil. Ital. lib. 3. 15.
- iamque ægra timoris
Roma tu os numeret lachrymandos matribus annos. Verba sunt Annibalis ad filium suum adhuc infantem.

Valetudine æger. Tacit. lib. 14. Nero æger valetudine.

Aeger alicui. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 10. 5.
Dicta erat ægra mihi, præceps, āmēsque cucurri:
Venit: & riuali non erat ægra meo.

Aeger, de brutis animalibus dici potius quàm ægrotus, obseruatum est. Virgil. 3. Georg. - & quatit ægros
Tussis anhela sues. Sic in prosa oratione ferè inuenies.

Amans ægra. Virg. 1. Aeneid. 7. Id est mœsta & anxia, inquit Festus.

Amor æger. Virgil. 4. Georg. 93. Ipse caua solans ægrum testudine amorem. Hoc est mœstum, deceptum. Seruius.

Anhelitus æger quatit vastos artus. Virgil. 5. Aeneid. 86.

Animam ægram ponere, id est vitam. Lucret. lib. 6. 246.

Aegram animam auferre. Ouid. 9. Metamorpho. 3. 6.

Animus æger. Ouid. de Remed. amoris, lib. 1. 26. Et Liu. 2. ab vrbe. 14.

Ausonia ægra vulnere. Sil. Ital. 7. 1.
Ille quidem socios, atque ægram vulnere præceps
Ausoniam armabat.

Balatus ægri. Ouid. 7. Metamorpho. 109.

Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros
Sponte sua lanæque cadunt, & corpora tabent.

Cor ægrum. Ouid. lib. 3. Trist. 2. 4.

Aegrum corpus. Virgil. 3. Aeneid.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora. Cicero ad Quirites post reditum. 3. Bona valetudo iucundior est eis qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt.

Dolores ægri. Lucretius lib. 3. 185.
Tu quidem vt es lecto sopitus: sic eris æui
Quod superest, cunctis priuatus doloribus ægris. Quo in versu Slitera eliditur, veterum more.

Familia ægra est. Cic. ad Attic. lib. 16. 335. 1.

Femur ægrum. Virgilius. 10. Aeneid. 169.

Genua ægra. Virgil. 5. Aeneid. 93.

Hiatus æger. Statius. 6. Thebaid. 174.
- contra non integer ille,
Flatibus alternis, ægróque effœtus hiatu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exuit ingestas fluuio sudoris arenas.
Inuidia lætis ægris: Ob alienā scilicet felicitatē tristis. Stat. 1. Theb. 25.
Gentilesque animos subit furor, ægraque lætis
Inuidia, atque parem odit metus.
Luctus æger. Ouid. 2. Metamorpho. 66.
Ar pater obductos luctu miserabilis ægro
Considerat vultus. Lucretius lib. 3. 101.
Quæ tibi tantopere est mortalis, quòd nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem congemis, ac fles?
Manus ægra. Ouid. 20. epistō. 50.
Iam satis imalidos calamo lassauimus artus,
Et manus officium longius egra negat. Sic. 5. Fast. 82.
Membra ægra. Ouid. 11. epistō. 8.
Mens egra. Ouid. lib. 4. Trist. 5. 16.
Ecquid vt incubuit iusto mens ægra dolori,
Lenis ab admonito pectore somnus abit?
Mors egra. Virgilius. 3. Georg. 101.
- ipsique suos iam morte sub ægra,
Discissos nudis laniabant dentibus artus. Hoc est, difficili, & violēta.
Mortales ægri. Virg. 2. Aeneid. 54.
Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit. Id est anxiis & solicitis.
Aegris oculis aliquid aspicere, Tacitus, Insitę mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere.
Os ægrum. Sil. Ital. lib. 13. 146.
Ante oculos iam Flammius, iam Gracchus & ęgro
Absumptus Cannis stabat Seruilius ore.
Passus ægri. Val. Flac. lib. 3. Argonaut. 71.
Iamque solutus honos cinerisiam passibus ęgris
Dilapsæ cum prole nurus.
Pectora ægra curis. Val. Flac. lib. 6. Argonaut. 125.
Talibus ægra mouens nequicquam pectora curis.
Pudor æger. Val. Flac. 7. Argonaut. 103.
Deficit hinc vultus æger pudor: & mora dictis
Redditur.
Aegra respub. Cice. 3. Verr. 3. Itaque mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depositam reip. partem suscepisse. Quasi affecta morbo grauissimo. Intelligit autem morem illum perniciosissimum in corrumpendis iudiciis qui mos quasi pestis ciuitatem Romanam inuaserat. Vide Aegrota respublica. Idem pro Milone. 10. Sed quis non intelligit, omnes tibi Reipublicæ partes ægras & labantes, vt eas his armis sanares & confirmares, esse commissas?
Seges ægra. Virgil. 3. Aeneid. 29.
Arebant herbæ, & victum seges egra negabat. Ouid. lib. 1. Fast. 138.
Interea crescat scabræ rubiginis expers,
Nec vitio cœli palleat ægra seges.
Senectus ægra. Ab effectu, quòd homines ægros reddat. Ouid. 14. Metamorph. 29. - sed iam felicior ætas
Terga dedit, tremulóque gradu venit ægra senectus.
Spes ægra. Claudian. de nuptiis Honorii & Mariæ. 3.
Incutat ispes ægra moras: longique videntur
Stare dies, segnemque rotum non volvere Phœbe.
Suspiria ægra, Stat. 6. Thebaid. 159.
Et iam vtrunque labor, suspiriaque ægra fatigant.
Infirma atque ægra valetudo. Cic. in Bruto. 94. Is processisset honoribus longius, nisi semper infirma atque etiam ægra valetudine fuisset.
Verba ægra. Val. Flac. lib. 8. Argonaut. 33.
- non vllus tibi cum color, ægraque verba,
Errantésque genæ, atque alieno gaudia vultu
Semper erant. Amantem Medeam describit.
Vis ægra. Stat. 8. Thebaid. 107.
Ille tamen nec stare loco, nec comminus ire
Amplius, aut vultus audet perferre cruenti
Tydeos ægra animo vis, ac fiducia cessit.
Grauiter eger. Cice. 1. de Diuinat. 94. In eo igitur oppido ita grauiter ægrum Eudemum fuisse, vt omnes medici diffiderent. Idem. 7. ad Attic. 118. 3. Tiro ad te dedisset literas, nisi eum grauiter ægrum Bęræ reliquissem.
Mediocriter æger. Cic. 3. Tusc. 38. Corpus etiam si mediocriter ægrū est, sanum non est.
¶ Agrum, ægri, absolutè positum pro animi ægritudine: id est dolore ac molestia. Plaut. Amphit. 8. 9. - plus ægri
Ex abitu viri, quàm ex aduentu voluptatis cepi. Lucret. lib. 5. 35.
Sed cui nil accidit ægri.
Aegrescō, ægrescis, (ἀνδυμοῦμαι,) ægrescere, A nomine æger deriuatū, significat ægrior em fieri: & propriè refertur ad animum. Virgil. 12. Aeneid. - exuperat magis, ægrescitque medendo. Vbi Seruius, Inde magna eius ęgritudo crescebat, vnde se ei Latinus remediū sperabat afferre. Valla, Quomodo curari quis ante possit quàm ægrotus sit? Necesse est ergo vt antè ægrotare cœperit: & quū dicitur ægrescere, vt intelligatur inter medendum ægriorem fieri. Et hoc de Turno Virgilius intelligit, cuius augebatur ægritudo ad Latini salubria consilia. Hæc Valla lib. 1. vbi de verbis in sco cōtra Priscianū disputat.
Aegrescere pro ægrotare. Plin. lib. 10. cap. 12. 3. Corui ante solstitium generant: fidem ægrescunt sexagenis diebus siti maximè antè, quam fici coquuntur Autumno.
Animus ægrescit. Lucret. lib. 3. 106.
Ergo animus siue ægrescit, mortalia signa
Mittit (vti docui) seu flectitur à medicina.
Cura ægrescit. Stat. 1. Thebaid. 80. Tantum in corde sedens ægrescit cura parentis.
Aegrescere rebus lætis, Ob alienam felicitatem dolere. Stat. lib. 2. Thebaid. 4. - Insultare malis, rebúsque ægrescere lætis.
Ripæ ægrescunt puluere. Stat. 4. Thebaid. 22.
- glaucoque caput submersus in antro
Mœret, anhelantes ægrescunt puluere ripæ.
Cura ægrescente ducere dolorem. Sil. Ital. lib. 8. 42.
Quid tantum vlterius rex ô fortissime gentis
Sidoniæ ducis cura ægrescente dolorem?
Aegrè, (δυσκόλως,) aduerbium qualitatis ab æger deriuatum. Virgil. 3. Georg. Ergo ægrè rastris terram rimantur, Id est difficulter, ait Seruius. Plautus Asin. 1. 1. 36. Nimis ægrè risum continui, vbi hospitem in clamauit. Pōn. lib. 7. cap. 34. 1. Aegrè repertus. Cic. de Prouin. Consul. 5. Quum Byzantii totum Pontum armatum efferuescentem in Asiam, atque erumpentem, ægrè repulsum sustinerent.
¶ Aegre est, pro molestum est. Plaut. Casina. 4. 8.
- sed quid est
Quod tuo nunc animo ægrè est? Idem Menæch. Die mea vxor, quid tibi ægrè est? Idem Casina. 4. 6. Domi & foris quod ægrè sit, satis superque est. Terent. Adelph. 1. 2. 56. An non credis repetone quem dedi?
Aegrè est, alienus non sum. In hoc loquendi genere ipsum ægre, pro nominatiuo ponitur.
¶ Aegre ferre, vitiosè scribitur coniunctim, cum duæ sint dictiones: pro eo quod est molestè ferre. Plaut. Pœnulo. 16. 104. Factum: quod quidē ægrè si li. Terent. Heaut. 4. 8. 20. Ne sentiat me sensisse, atque ægrè ferat? Idem And. 1. 1. 110. Redeo inde iratus, atque ægrè ferens. Cic. lib. 1. de Diuin. 126. Quę quū maxima cōtentione nō potuisset extra here, dixerit ægrè ferens. Dicit & ægrè pati. vide Aegre pro molestè.
¶ Aegrius, Difficilius. Cic. 6. Verr. 128. Nihil ægrius factum est multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstinerentur. Plin. libro. 16. cap. 10. 9. Fragosius fidunt, ægrius reuelluntur.
Aegerrimè, Difficillimè. Cæsar. 1. bel. Gal. 49. Aegerrimè confecerant vt flumen transirent.
Aegrè alicui facere. Terent. Eunuch. 4. 1. 10. Voluit facere contrà huic ægrè. Figurate pro rem molestam facere.
Aegrè pati. Terent. Adelph. 1. 2. 26. - sed ostendere
Me ægrè pati illi nolui.
¶ Aegrè, Grauatè, & inuito animo. vt Aegrè id concesit mihi. Terent. Hecyra. Sed reprimam meme ægrè quicquam ex me audias. Vbi Donatus, Vtrum Aegre pro male, an Aegre pro inuita?
Aegre aliqua re carere. Cice. ad Atticum, lib. 7. 122. 3. Tironem Patris ægrum reliqui, adolescentem probum: nihil vidi melius: itaque eā eo ægre. Idem pro lege Manilia. 8. Vident vnum virum esse, in quo summa sint omnia, & cum propè esse, quo etiam carent ægrius.
Aegre se tenere. Cicero ad Atticum, lib. 16. 336. 1. De Sicca, ita est vt scribis: aut ægre me tenui.
Aegre & Facilè, contraria. Cic. de Senect. 66. Iam omnis conglutinatio recens, ægre, mueterata, facile diuellitur.
Aegrimonia, (δυσθυμία,) denominatiuum, sic ab Aeger factum, vt ab Acer, acrimonia, Idem significat quod ægritudo. Plaut. Rud. 14. 148. Saltem tantisper dum abscedat hæc à me ægrimonia? Idem Sticho. 7. 5. Olim quos abiens affecit ægrimonia.
Eos nunc lætantes faciam aduentu meo. Cice. Attico, lib. 12. epistō. 25. 2. Ferrem grauiter, si nouæ ægrimoniæ locus esset.
* Aegrimonia, vetus. Plin. lib. 28. cap. 8.
Aegrimonia deformis, quia tristitia deformes facit. Horat. Epod. 13. 4.
Illic omne malum vino cantique leuato
Deformis ægrimoniæ, & dulcibus alloquiis.
Aegrimonia fastidiosa. Horat. Epod. 18. 5.
Frustraque vincla gutturi innectes tuo,
Fastidiosa tristis ægrimonia. Duo sunt ablatiui ægrimonia fastidiosa.
Aegritūdo, penul. prod. denominatiuum, (κατάφασις,) Est animi ægri affectio. Plaut. Curcul. 5. 9. Aegritudinem istam exturbes ex animo. Terent. And. 5. 5. 5. Si nulla ægritudo huic gaudio interfuerit. Cic. 4. Tusc. 23. Hæc prima definitio est, vt ægritudo sit animi aduersante ratione cōtractio. Et paulò pōst, Est igitur ægritudo, opinio recens mali præsentis, in quo demitti, contrahíque animo rectum esse videatur. Ibidem lib. 3. 39. Sed propriè vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo

animo nomen habet, non seiunctum à dolore. Et paulo antè. Itaque præclarè nostri, vt alia multa, molestiam, solicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum ægrorum, ægritudinem nominauerunt. Hoc propemodum verbo Græci omnem animi perturbationem appellant. Vocant enim πάθος, id est morbum quicunque est motus inaño turbidus. Nos melius. ægris. n. corporibus similima est aī ægritudo.
Acerbæ ægritudines. Cice. 4. Tusc. 52.
Acrior ægritudo. Cice. 3. Tusc. 89. Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit.
Anxiæ ægritudines. Cice. 4. Tusc. 52. Important enim ægritudines anxias atque acerbas.
Crucians ægritudo, vocatur Dolor. Cice. 4. Tusc. 19.
Flebilis ægritudo, est Mœror. Cice. 4. Tusc. 19.
Grauissimæ ægritudines. Cic. 3. Tusc. 79.
Laboriosa ægritudo, vocatur Aerumna. Cic. 4. Tusc. 19.
Leuior ægritudo. Cice. 3. Tusc. 115. Defatigatio igitur miseriarum ægritudines quum faciat leuiores, intelligi necesse est, non rem ipsam causam atque fontem esse mœroris.
Modica ego modo Cic. 4. Tusc. 61. Nata est ęgritudo noua, sed ea modica.
Noua ægritudo. Cice. 4. Tusc. 61.
¶ Leuatio ægritudinis. Cic. 3. Tusc. 58. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione, ad contemplandas voluptates.
Magnitudo ægritudinis. Ci. 3. Tusc. 103. Omnibus. n. modis fulciēdi sunt qui ruunt, nec cohærere possunt propter magnitudinem ægritudinis.
Perturbatio ægritudinis. Cic. 3. Tusc. 104. Tum denique efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio.
Sanatio ægritudinis. Cic. 4. Tusc. 135. Sed & ægritudinis, & reliquorū animi morborū vna sanatio est, omnes opitulabiles esse & voluntarios.
Sedatio ægritudinis, hesterna disputatione explicata est. Cice. 4. Tusc. 102. Ibidem. 134.
Societas ægritudinis. Cice. Sulpitio, lib. 4. epistō. 6. 4. Me autem non oratio tua solum, & societas penè ægritudinis, sed etiam authoritas consolatur. Hoc est quòd te socium mei luctus & mœroris habeo.
Stirpes ægritudinis. Cic. 3. Tusc. 140. Atqui stirpes sunt ægritudinis ij malæ, quàm amarę, quæ ipso trunco cuerso omnes eliderādæ sunt.
Vacuitas ægritudinis. Cic. 5. Tusc. 60. Securitatem autem nunc appello, vacuitatem ægritudinis.
¶ Criminis ægritudo, Hoc est leuitas criminis & velut infirmitas seu debilitas. Cice. pro Roscio Comœdo. 14. Iudicio experiri voluebas? quid ita? Propter familiaritatem veterem? cur ergo lædis? Propter integritatem hominis? cur igitur infimulas? Propter ægritudinem criminis? Itane vero, quem per arbitrum circumuenire non posses, cuius de ea re proprium non erat iudicium, nunc per iudicem condemnabis, cuius de re nullum est arbitrium?
¶ Aberit igitur à sapiente ægritudo. Cice. 3. Tusc. 52. Ibidem 139. Aegritudinem omnem procul abesse à sapiente.
Accedunt ægritudines. Cice. 4. Tusc. 61 Quid si deinde dolores graues corporis, si bonorum amissio, si cęcitas, si exilium, si pro singulis malis ægritudines accederent?
Affici ægritudine. Cic. 3. Tusc. 26. Despicere autem nemo potest eas res propter quas ægritudine affici potest. Ex quo efficitur, fortem virum ægritudine nunquam affici.
Amplificata ægritudo. Cice. 4. Tusc. 61. Aegritudo autem cæteræque perturbationes amplificatæ, certè pestiferæ sunt. Hoc est auctæ.
Cadit ægritudo in aliquem. Cic. 3. Tusc. 25. In quem cadit ægritudo, in eundem timor. Ibidem 26. Non cadunt autem hæc in virum fortem igitur ne ægritudo quidem. At nemo sapiens nisi fortis: non cadet ergo in sapientem ægritudo.
Confectus ægritudine. Cice. 3. Tusc. 47. Tarquinius Cumas se contulisse dicitur, inque ea vrbe senio & ægritudine esse confectus.
Debilitatus ægritudine. Cice. 4. Tusc. 54. Quid autem est non miserius solum, sed fœdius etiam & deformius, quàm ægritudine quis afflictus debilitatusque iacens?
Dedere se totum ægritudini, Hoc est Mœrori prorsus indulgere. Cicero ad Atticum, lib. 9. 172. 4. Sed tamen ne me totum ægritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tanquam ἐφόδους, quæ & politicę sunt, & temporum horum, vt abducam animum à querelis. Idem 3. Tusc. 119. Aegritudini se solent dedere. Et 4. Tusc. 134.
Depellere ægritudinem. Cic. 3. Tusc. 43. Sed cętera aliásmunc ęgritudinem si possumus, depellamus.
Detrahere ęgritudinem. Cic. 3. Tusc. 79. Hęc tandem bona sunt quibus egritudines grauissimæ detrahantur? Et 4. Tusc. 97.
Efficit hæc res maximam ægritudinem. Ci. 3. Tusc. 53. Idem 4. Tusc. 19. Quæ. n. venientia metuitur, eadem efficiunt ęgritudinem instantia.
Eleuare ęgritudinem. Cic. 3. Tusc. 60. Nihil est enim quod tam obtūdat eleuetque ęgritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit, quàm meditatio conditionis humanę.
Eripiamus huic egritudinem. Cic. 3. Tusc. 79.
Esse in ęgritudine. Cic. 3. Tusc. 24. Quarum enim rerum presentia sumus in ęgritudine, easdem impendentes & venientes timemus. Ibidem 57. Sed est in eadem de rebus quod dici possit subtilius, si prius Epicuri sententiam videmus, qui censet necesse esse omnes in ęgritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur.
Existit egritudo. Cic. 3. Tusc. 87. Cyrenaicorum restat sententia, quitum ęgritudinem censent existere, si nec opinato quid enenerit.
Extenuare ægritudinem. Cic. 3. Tusc. 133. Quod illa Lyconis, qualia sunt qui ęgritudinem extenuant, paruis aīt eam rebus moueri, fortunę & corporis incommodis, non animi malis.
Incidere in ęgritudinem. Cic. 3. Tusc. 34. Etenim si sapiens in ęgritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiā, posset in inuidētiā.
Lenire ægritudinem. Cic. 2. de Diuinat. 3. Tusculanarum disputationum primus liber est de contemnenda morte: secundus, de tolerando dolore: de ægritudine lenienda tertius. Idem ad Attic. lib. 13. 269. 1. Id mihi erat satis firmum ad leniendam egritudinem.
Leuare aliquem ęgritudine. Cic. ad Attic lib. 9. 175. 3. Lentulus prior verò epistola nō me solum, sed meos omnes ęgritudine leuauit. Idem Lucceio, lib. 5. epistō. 13. 11. Quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare egritudine voluisti, earum etiam commemoratione lenimur.
Manat longius ægritudo. Cic. 3. Tusc. 128.
Mœrens egritudo. Cic. 3. Tusc. 140.
Mouetur egritudo rebus parvis. Vide in Extenuare egritudinem. Cic. 4. Tusc. 39. Si nec mala sint illa, quę metum ęgritudinemve, nec bona quę cupiditatem lętitiamve moueant.
Nascitur egritudo ex re aliqua. Cice. 4. Tusc. 19. Ex malis metum & egritudinem nasci confitemur de futuris, egritudinem presentibus. Ibidem 61. Nata esset egritudo noua.
Obtundere egritudinem. Vide paulò antè in Eleuare egritudinem.
Opprimi egritudine. Cice. 3. Tusc. 42. Hoc tu igitur censes sapienti posse accidere, vt egritudine opprimatur?
Oritur egritudo ex re aliqua. Ci. 3. Tusc. 93. Ergo ista nec opinata nō habent tantam vim, vt egritudo ex his omnis oriatur. Et 4. Tusc. 46.
Permanens egritudo, vocatur molestia. Cic. 4. Tusc. 19.
Premi egritudine. Cic. 3. Tusc. 118. Neque tamen quum se in media stultitia, qua nihil est, peius, hętere intelligunt, egritudine premūtur.
Premens egritudo, est Angor. Cic. 4. Tusc. 19.
Priuare aliquem egritudine. Cic. 3. Tusc. 74. Quærendum igitur quemadmodum egritudine priuemus eum qui ita sticat.
Quasi egritudine. Cic. 3. Tusc. 20. Humanum id quidem quòd ita existimas: non enim fidicen nati sumus, sed est naturale in animis tenerū quid dam atque molle, quod egritudine, quasi tempestate, quatiatur.
Repellere egritudinem ab aliquo. Cic. 3. Tusc. 112. Timor igitur ab iis egritudinem potuit repellere, ratio ac sapientia vera non potuit? Ibidem, 119. Ergo id quod alii rectum opinantes, ægritudini se solent dedere: id turpe putantes, ægritudinem repulerunt.
Sedare egritudinem. Cic. 3. Tusc. 128. Hęc igitur officia sunt consolantium, tollere ęgritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quāpliximum, aut supprimere, nec pati manare lōgius, aut ad aliam traducere. Et 4. Tusc. 94. Nam neque omnis egritudo vna ratione sedatur.
Sustulit vniuersam egritudinem philosophia. Cice. 3. Tusc. 139.
Sublata egritudo. Cic. 3. Tusc. 140. Hoc detractio quod totum est voluntarium, egritudo erit sublata illa mœrentis morsus tamen & contra clunculę quędam animi relinquentur.
Supprimere egritudinem. Vide paulo antè, Sedare egritudinem.
Suscipere ægritudinem. Cic. 3. Tusc. 115. Voluntate igitur & iudicio susci pi ægritudinem confitendum est. Ibidem, 121. Ii tamen fatentur graviores ęgritudines suscipi quàm natura cogat.
Tangit eos egritudo. Cic. 3. Tusc. 104. A ęta eras honestè ac splendidè tantam affert consolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor.
Tolerare ægritudinem. Cic. 4. Tusc. 95. Verum illūdne videatur egre ferendum ex quo suscepta sit ægritudo, an omnium rerum toleranda omnino ægritudo.
Tollere ægritudinem. Cic. 3. Tusc. 80. Quod ita esse dies declaratque procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus nō modo leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Ibidem. 125. Quum constet ægritudinem vetustate tolli. Paulo pōst. Tollere ægritudinem funditus.
Vacare ægritudine. Ci. 3. Tusc. 34. Si aūt caderet in sapientem ægritudo, caderet etiam iracundia: quæ quoniam vacat, ægritudine etia vacabit. Vindicare aliquem ab ægritudine. Ci. 1. Tusc. 61. Quid pōt ad beatè viuēdum deesse ei, quem fortitudo ab ægritudine & à metu vindicet.
¶ Aegritudo pro morbo corporis. Terent. Phor. Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors contecuta est. Vbi Donatus, Ex egritudine, infirmitate, ac morbo. Sic Plin. li. 28. cap. 6. Et li. 8. ca. 1. Vitiq; sunt fessi ægritudine, qñ & illas moles infestant morbi. De elephantis loquitur.
Aegrotus, penul. prod. denominatiuum ab æger, (ἄῤῥωστος, νοσηρός,) Seruius, Aeger & corpore & animo dicitur: Aegrotus, corpore tantum. Horat. 1. epistō. 2. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vxu domus, & fundus, non æris acerui & auri,
Ægroto domini deduxit corpore febres.

Ægroto dum anima est, spes est. Sententia proverbialis, admonens ne in afflictissimis quidem rebus abiiciendam esse spem. Cic. ad Attic. lib. 9. 18. 1. Vt ægroto, dum anima est, spes esse dicitur, sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti.

Ægrota respub. Idem quod ægra: id est, male habens. Cic. 1. Verr. 38. Et profectò aut hoc remedium est ægrotæ ac prope desperatæ reipubl. iudicijsque corruptis, &c. Vide Aegra respub.

Ægróto, ægrótas, penul. prod. (νοσέω, ἀῤῥωστέω, κάμνω, κακῶς πάσχω,) ægrotare, Male valere à corpore. Et est verbum ex nomine Aegrotus factum. Cic. pro Cluentio. 132. Apud hunc ille Romæ habitauit, apud hunc ægrotauit.

Aegrotare translatum ad fructus. Plin. lib. 17. cap. 24. 12. Aegrotant aliquando & poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres, aut tepores, vel afflatus defuere, aut contrà abundauere.

Aegrotant in te artes animi tui hoc est, male se habent mores tui, tu corruptis es moribus. Plautinus est locus in Trinummo.

Fama ægrotat. Lucret, lib. 4. 216.
Languent officia, atque ægrotat fama vacillans. Hoc est, nutans & inclinans ad infamiam.

Vitio animi ægrotare. Horat. 1. Sermo. 3. 62.
- tantum hoc edidisse, quo me
Ægrotare putes animi vitio.

Dii ægrotare. Vide Ciceronem pro Cluentio. 135.

Animus ægrotat. Cic. 4. Tusc. l. 29. Quis dubitarit, quin ægrotationes animi, qualis est auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo quòd magni æstimentur cæteres ex qua animus ægrotat, oriantur?

Grauiter ægrotare. Cic. 1. Offic. 47. Atque interim grauiter ægrotare filius cœperit. Et de Senectu. 61.

Grauissimè ægrotare & Optimè valere, Contraria. Cic. 2. de Finib. 70. Quæ quid Aristoni & Pyrrhoni omnino vila sunt pro nihilo, vt inter optimè valere & grauissimè ægrotare nihil prorsus dicerent interesse, recte iampridem contra eos desitum est disputari.

Leuiter ægrotare. Cic. 1. Offic. 116. In adeundis periculis cõsuendo imitanda medicorũ est, qui leuiter ægrotantes leuiter curãt: grauioribus autẽ morbis periculosas curationes & anceps adhibere cogũtur.

Periculosè ægrotare. Cic. ad Attic. lib. 8. 14. 6. In vultu hominis quotans periculosè ægrotantis anima, positas omneis nostras spes habeimus.

Vehementer ægrotare. Cicero pro Cluentio. 138. Ibi primùm in morbi incidit, ac saris vehementer diuque ægrotauit.

Aegrotatio, Verbale, (νόσημα, ἀῤῥωστία,) Propriè est morbus in corpore. Vide Ciceronis exemplum in AEGRITVDO. Plin. lib. 17. cap. 24. 15. Et ægrotatio quidem ferè in iis est.

Aegrotatio animi. Cic. 3. Tusc. l. 8. Vtrum quòd minus noceant animi ægrotationes, quàm corporis? Et 4. Tusc. l. 38. Quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt & oderunt. Defiuunt autem animi ægrotationem, opinationem vehementem de re non expetenda, tanquam valde expetenda sit, inhærentem & penitus infitam. Paulo pòst, Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, pertinacia, liguritio, violentia, cupedia, & siqua similia.

Aegrotatio mentis. Cic. 3. Tusc. l. 14. Quia nomen insaniæ significat ingentis ægrotationem & morbum.

AEGERIA, (Αἰγερία,) nympha nemoris Aricini, & vxor Numæ Pompilii secundi regis Romanorum, quæ teste Ouidio lib. 15. Metamorpho. mortuo Numa, quum flere non desineret, Dianæ miseratione in fontem sui nominis versa est. De qua idem Ouid. lib. Fast. 3.
Aegeria est, quæ præbet aquas dea grata camenis.

Illa Numæ coniux, consiliumque fuit.
Liuius 1. Decad. lib. 1. Numa politis externorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium disciplinaque militaris continuatio omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis seculis rudem efficacissimam, deorum metum miscendum ratus est: qui quum descendere ad animos sine aliquo commento miraculi non posset: fimulat sibi cum dea Aegeria congressus noctur nos esse: eius se monitu, quæ acceptissima diis essent, sacra instituere: sacerdotes suos cuique deorum præficere. Paulo pòst, Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perennis riguabat aqua, quo quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad cõgressum deæ inferebat, Camœnis eum lucum sacrauit, quòd earum sibi concilia cõiuge sua Aegeria essent. Tradit Sipontinus moris fuisse, prægnantes Aegeriæ sacrificare, quòd eam putabant facile conceptum aluo egerere.

AEGEVS, dissyllabum, huius Aegei vel Aegeos, penul. corr. (αἰγεύς,) Athenarum rex: filius Neptuni, duas habuit conuges, quarum prima dicta est Aethra, filia Pithei regis, ex qua Theseum suscepit. Secunda, vt testatur Ouidius, fuit Medea profuga, quam ab Iasone repudiatam, atqi fugienté non solùm suscepit hospitio, sed illa etia sibi matrimonio copulauit, & ex ea, vt placet Iustino, Medum filium suscepit. Successit quidem in regno Pandioni regi reuera patri. Aegeo regnãte, Athenis bellum intulit Minos Cretensium rex ob cædem Androgei filii, legesque durissimas imposuit, vt scilicet quotannis septem iuuenes nobiles in Cretam mitterentur ad Minotaurũ, qui tribus annis sorte nati fuissent, quarta antè sors obtigit Theseo, qui maximo patris Aegei dolore nauem conscendit. & quũ omnia nauigii ornamenta nigrà essent, & nauis velum, habuit in mandatis à patre, vt si contingeret in agendis eum felicem fortuì exitum, redeuns nauì album poneret velũ amoto nigro, vt eminus infortunium suum nosceret. Theseus autem Ariadnes consilio victor, mandatorum immemor, non amoto velo nigro reddibat. Aegeus excelsa turri prospectans nigrum velum, Theseum mortuum arbitratus, ex turri se deiecit in mare, quod ab ipso vocatum est Aegeum & mortuus, ab Atheniensibus liberatis & Neptuni filius, & martianus deus in solatium Thesei confectatus est. Ex Bocatio, & Seruio. Ouid. 7. Meramorpha. 81.

Excipit hunc Aegeus facto damnandus in vno. Paulo pòst,
Ipse parens Aegeus nato porrexit, vt hosti. Idem lib. 15. 171.
Aegea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles.

AEGESTANI, Siciliæ populi, quos Plinius Segestanos vocat lib. 3. cap. 8. In quem locum hæc prodidit Hermolaus, Vetus ferè lectio, Aegestani. Omnes quoque Græci codices, Aegestani, non Segestani, ab Aegesto Troe, qui cum Philoctete venerat: Thucydides, Strabo, Diodorus, Lycophron, Dionysius. In vno tamen Polybio, itemque Proleneo, quandoque Segestani, quod & in Ciceronis ac Solino cernitur. Vide Strab. lib. 6. & 13.

AEGIALE, penul. corr. (αἰγιάλη,) Diomedis Aetoliæ regis vxor, quæ post Troiæ expugnationem in patriam reuertes, qui cognouisset eũ Cyllabaro Sthenelì filio concubuisse, verecundia dotem non-dum intrà reuertis, vt scribit Seruius in 11. Aeneid. Stat. 3. Sylu. 5. 10. Quæsita est Aegiale. quæsta est Melibœa relinqui. Dicitur, & Aegialea, penult. producta. αἰγιάλεια.

¶ Aegiale, antiquitus nuncupabatur ciuitas, ab Aegialeo, qui autochthon seu indigena comparuit ibidem primus, sicuti memorant Sicyonii, & est à Pausania reperitum: quæ tempestate insecuta Sicyon dicì cœpit de regis nomine, quem ex Attica accitum Lamedon sibi generum adoptarat, filia illi Zeuxippe tradita. Cœlius Antiqu. lectionum libro 6. cap. 42.

Aegialeus, Adrasti filiusquem eo bello quod secundum Argiui aduersus Thebas gessere, primo prælio iuxta Glisam oppidum inter fectum, ne cessaris Pagas in Megaridem retulerunt, atque ibi humarunt, & adhuc heroum ipsum Aegialeum dicitur. Pausanias in Atticis.

Aegialeus, Apis frater, primi Ioûs filius. De quibus scribit Eusebius.

AEGIALIA, insula est adiacens Aetoliæ regioni, vt scribit Plinius capi. 12. libro 4.

AEGIALOS, Latinè dicitur littus. Vnde Achaia propter vrbes in litore per ordinem dispositas, antè αἰγιαλὸς vocata est teste Plinio, lib. 4. cap. 5. Pausanias dictam putat ab Aegialo primo rege è Thessalia veniente, ac patre Achei qui regioni nomen dedit.

Aegiali proprio vocabulo vocantur multa littora apud cosmographos: velut inter Sicyonem & Buprasium. Est & alius finitimus Ponto, post promontorium Carambin, cuius meminit Homerus. Rursus est Thraciæ apud fluuium Strymonem. Postremò est Aegialus, cognomento magnus, inter Aegyptum & Aethiopiam. Erasmus in 27. cap. Actorum Apostolicorum.

AEGIALVS, Medeæ frater apud Iustinum libr. 42. Hunc alii Absyrtum vocant: qui quum Medeam persequeretur, ab ea dicitur interfectus. Author Strabo lib. 7.

Aegialus, mons Atticæ. Solinus cap. 12.

Aegialus, promontorium Paphlagoniæ, vt Apollonius poeta indicat. Habet & vicum eiusdem nominis. Est alter quoque Aegialus, qui sub Agamemnonis erat imperio, in medio Sicyonis & Buprasii, ab Aegialeo Inachi filio. Est & Thracius Aegialus iuxta Strymonem. Aetiopicus quoque Aegialus iuxta Aegyptum. Ex Volaterrano.

AEGIDA, oppidum Istriæ. Plin. lib. 3. cap. 19.

Aegides, huius Aegidæ, penul. producta, (αἰγείδης,) dicitur Theseus filius Aegei. Stat. Thebaid. 12. 154. - risit vocesque manumque
Horridus Aegides, ferrataque ab arbore magnos
Molitur iactus. Ouid. 4. epist. 12.
Perfidus Aegides ducentia fila secutus
Curua meæ fugit tecta sororis ope.

AEGILA, insula quindecim millibus passuum distans à Cythera. Plinius libro 4. cap. 12.

AEGILOGES, sinus Laconiæ, apud Plinium cap. 5. lib. 4.

AEGILIPS, Aegilips, vrbs Epiri proxima Crocyleæ. Volater. ex Homero. Item locus altus, ἀπὸ τοῦ αἰξὶ καὶ λίπτω, vt quem iam capra, delapsa reliquerit, aut quò præ altitudine ascendere non possit.

Aegilops, penul. prod. (αἰγίλωψ,) Arboris glandiferæ species, Plin. lib. 16. cap. 6.

Aegilops, Fistula oculorum. Celius lib. 7. - Dicitur & Aegilopa, huius

ægilopæ, vox frequens Plinio.

Aegilops, Bulbi genus. Plin. lib. 19 cap. 5.

Aegilops Herba hordeum enecans. Plin. lib. 18. cap. 17. Est herba quæ cicer enecat & eruum circumligando: seruocatur orobanche: triticum simili modo æra: hordeum festuca, quæ vocatur ægilops. Hæc Plinius. Virgilius latinè vertit auenam, in hoc versu, Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Georg. 1.

AEGILOS, insula quæ Latinis Capraria dicitur. Plin. lib. 3. cap. 6.

AEGIMIVS, nomen proprium viri, qui annos vixit ducentos. Author Plinius lib. 7. cap. 48.

AEGIMORI, sunt contra Carthaginis sinum duo scopuli versus quàm insulæ inter Siciliam maximè & Sardiniam. Plin. lib. 5. cap. 7.

Aegimurus, & aliæ quædam exiles insulæ. Idem lib. 7. Non procul à Corsura & Sicilia distant, quum aliæ complures insulæ, tum etiam Aegimurus. Stephano Aegimoros dicitur. Ex Hermolao.

AEGINA, Aeginæ, penul. prod. (Αἴγινα,) Asopi regis Bœotiæ filia, cum qua Iupiter in igneis specie congressus est, ex eaque genuit Aeacum & Rhadamanthum. Ouid. Metamor. 7. 126.
Iupiter ô, dixi, si te non falsa loquuntur
Aeginæ amplexus quondam sub Asopidos isse,
Nec te magne pater nostri pudet esse parentem,
Aut mihi redde meos, aut me quoque conde sepulchro. Verba sunt Aeaci ad Iouem.

Aegina, insula Epidauricò littori proxima. Mela lib. 2. Hæc vt tradit Strabo lib. 8. inter Cyclades insulas nobilissima est. Hinc Aeacus, eiúsque posteri genus duxisse decantantur. Hæc est quæ maris aliquando tenuit imperium. Hæc est quæ contra Atheniensem populum in naualì ad Salaminem prælio de principatu contendere non dubitauit, qua tempestate Persæ Græciam inuaserant. Eius insulæ ambitus. 180. stadiorum esse traditur. Eiusdem appellationis oppidum in ventum Africum vergens habet. Illam Attica & Megarica coronat ora, & Peloponnesus vsque Epidaurum, quum centum ferè stadiis singulæ ab illa distent. Pars autem Orientem Austrumque prospectans, Myrtoo perfunditur pelago, ac etiam Creticò. Oenoa diu vocata est: seu potius Oenoae, penu. prod. vt Plin. lib. 4. cap. 12. & ex Pausania Cœlius Antiq. lect. lib. 5. cap. 44. Ephorus scripsit prodidit, primò Aeginæ à Phidone signari cœptum argentum. Emporium autem ideo effectũ, quia locus admodum sterilis erat: proinde homines illi maritima mercando negotia tractare assueuerunt. Vnde multis variisque rebus constantem quæstum, Aeginæam appellamus mercaturam.

Aeginam insulam ab Aegina Aeaci matre nomẽ habere putat Ouidius, eandemque Oenopiam prius vocitatam. Eius verba sunt lib. 7. Metamor. 95. - latere inde sinistro
Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.
Oenopiam veteres appellauere: sed ipse
Aeacus Aeginã genitricis nosse dixit. Ouidio quoqi subscripsit Steph.

Aeginæus adiectiuum, (αἰγινα῀ος,) vt Aeginæa mercatura.

Aeginæa, Aeginetorum gen. n. dicuntur grana hordea omnia. Quod ex tenuitatis ratione deductum putant, quod in ea insula habebatur, magis cæteris. Sunt etiam Aeginææ, rerum venalium onera miscellanea, id est farcinæ cõplectentes varias merces. Vnde Aeginopolæ, id genus mercium vẽditores. Ex Cœlio lib. Antiq. lect. 11. cap. 16. & Erasm. in Chiliad.

Aeginensis, (αἰγινήτης,) Aeginæ incola.

Aeginenses (ait Strabo lib. 8.) Myrmidonas appellatos memorant, non quomodo in fabulis canitur, quòd imaleficente ingenti pestilentia, formicæ ad preces Aeaci in homines versæ fuerint: verum quia formicarum more terram fodientes, petras transportarent, vt agricolandi materiam haberent. habebant enim terram supernè lapidosam, infernè frumentis idoneam. Itaque asportandis lapidibus quodam modo formicarum industriam representabant. Quarum etiam more in cauernis habitabant, frugalitati & parsimoniæ studentes, impensasque ædificiorum vitantes.

Aegineticus, (αἰγινητικός,) adiectiuum. Vnde æs Aegineticum Plinio lib. 34. cap. 2. non quod insula ipsa gigneret, sed quod ibi officinæ præclarè temperarent.

Aeginetæ, Aeginetæ, penult. prod. (αἰγινήτης,) Idem. Hinc Paulus Aeginetæ, clari inter medicos nominis.

Aeginopolæ, penult. prod. Vide AEGINAEA.

AEGINIVM, oppidum Macedoniæ, in ea regione quæ appellatur Pieria. Plin. lib. 4. cap. 10.

AEGIOCHVS, pen. corr. (αἰγίοχος,) Iouis epitheton, ab ὄχος, & αἴξ, id est ab alimonia & capra, quia puer fuerit nutritus à capra, vel ab ἔχειν, tenere, & αἰγίδ, quoniam egide vtitur, vel quia corio capellæ Amaltheæ vius fuerit pro scuto, quando contra Titanas dimicauit.

AEGIPAN, Aegipanos penult. prod. (αἰγίπαν,) Semicaper, Pan deus. Aegipanes sunt nudi, leues, caprinos pedes habentes. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro syluestribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Syluanosque: Faunos quidem ac Satyros, nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Syluanos syluarum. Plin. lib. 5. cap. 1. Atlantem Africæ montem prodiderunt, noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorumq; lasciuia, impleri tibiarum ac fistulæ cantu, tympanorumque & cymbalorum sonitu strepere. Et cap. 8. Aegipanos semiferos, & Blemmyas & Satyros.

AEGIRA, insula. Plin. lib. 5. cap. 31. Est etiam eiusdem nominis oppidũ in Achaia. Idem lib. 4. cap. 5. Idem lib. 18. cap. 9. Taurinus quidem sanguis recens inter venena est, excepta Aegira. Ibi enim sacerdos Terræ vaticinatura, tauri sanguinem bibit priusquam descendat in specus.

Aegira, vrbs inter Aetolos & Peloponnesiacos, Author Pomponius li. 7.

Aegirinon, ægirini, neu. g. Populneum vnguentum, (ἀιγίρινον,) Aegirinon Græcis dicitur, ex vua populi, quæ bryon est, cõficitur vere no tempore, quum plurimum grauis est prægnansque resina.

Aegiros, penul. product. (ἄιγειρος,) Arbor quæ latinè Populus nigra dicitur.

Aegis, (αἰγίς,) apud Græcos varia significat. Pelliceum tegmen quod gestant Africi. Præterea maris intumescentis vndas, ac ventorum procellas & turbines. Alii malunt esse quid è coronis contextum, aut rete excoronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quę Athenis solita sit ferre sacram Aegidem, & ita egredi ad eos qui super duxissent vxores. Apparet autem in huiusmodi sacris multum fuisse licentiæ, quemadmodum & apud Christianos multis ineptiis celebrantur nuptiæ. Vnde factum est prouerbium. Aegis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerẽt. Simul quoque allusum est ad procellam. Ex Erasmi Chiliad. & Cœlio Antiqu. lect. lib. 10. cap. 6. Est insuper Aegis, (cutum Ionis, vt Iliados 4. & Palladis, vt Iliad. 5. deferibiturin cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus vice crinium terribile, quod qui intuebantur, mox in lapides vertebantur, vt canit Ouidius 4. Metamor. ad finem. Seruius, Aegis propriè est munimentum pectoris æreum à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput: quòd munimentum si in pectore numinis fuerit, ægis vocatur: si in pectore hominis sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur. Virgil. 8. Aeneid.
Aegidáque horriferam, turbatæ Palladis arma.
Certatim squamis serpentum, auroque polibant,
Connexosque angues, ipsamque in pectore diuæ
Gorgona desecto vertentem lumina collo.

Aegis coruscans. Valer. Flac. Argon. lut. 4. 134.
Prima coruscanti figunm dedit ægide virgo
Cruenta. Claudian. 3. de rap. Pros. 68. - illic posuisse cruentam

Aegida, captiuamque pater post prælia prædam
Aduexisse datur. Pater, id est Iupiter. Datur, Hoc est vulgò, dicitur.

Fulua. Claudian. 7. Panegyr. 33. - tu sæpe Mineruæ
Lusisti clypeo: fuluamque impune pererras

Aegida, tractatli blandos interritus angues.
Irata. Claudian. lib. 3. de rapt. Pros. 12.
Sentiet tratam procul ægida, sentiet ictum Fulminis.

Nigrans. Virgil. 8. Aeneid. 70. - Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iouem, quum sæpe nigrantem.

Aegida concuteret, dextra nimbosque cieret. Seruius. Concuteret, Hîc distinguendum. Nam Aegida, id est pellem Amaltheæ capræ à qua nutritus est, in sinistra Iupiter teneret. - Dextra nimbosque cieret. Et de dextra fulmina cõmoueret. nam modò nimbos pro fulminibus posuit, quæ de dextra iacit. Aegidis autem concussio commouet pluuias.

Rutila. Claudian. in Gigantomachia. 19. - Tritonia virgo
Prosilit, offendens rutila cum Gorgone pectus. Hoc est cum Aegide in qua erat Gorgonis caput.

Sonans. Horat. lib. 3. Carm. 4. 11.
Contra sonantem Palladis ægida.

Terrifica. Valer. Flac. Argonaut. 6. 35.
At circa Aeloniden Danaam manus, ipsaque Pallas
Aegide terrifica quam nec dea lassat habendo,
Nec pater horrentem colubris, vultique tremendam Gorgoneo.

Aegisonus, penul. corre. (αἰγίοφονος,) Hinc Aegisonum pectus palladis. Valer. Flac. lib. 3. Argonaut. 18.
- & densis thoracibus horrens
Stat manus: ægisono quam nec fera pectore virgo
Dispulerit, nec dextra Iouis, terrorque pauorque Martis equi.

Aegis, arboris laricis femina. Plin. lib. 16. cap. 30.

AEGISTHVS, (αἴγισθος,) filius Thyestis ex pelopeia filia. Pelops enim Tantali Phrygiæ regis & Thyageteæ filius, ex Hippodamia Atreum & Thyestem sustulit, Peloponnesi prius, deinde Mycenarũ reges. Portò iis alternatim administrantibus (sic enim inter eos conuenerat) Thyestes quum sciret regnum penes eũ fatali dispositione mãsurum, qui arietem velleris aurei haberet, quem Atreus regiam nigrescus diligenter custodiebat, corrupta Aerope (alii Europam male vocant) Atrei vxore, imperium ad se transferri posse iudicauit. Itaqi stupratà fratris coniuge, duos filios ex ea sustulit, Tantalũ & Plisthenẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod vbi resciuit Atreus, Thyestem regno expulit. Sed paulo pòst fi
mulata reconciliationis gratia, cum ab exilio reuocauit. Cui tandem
Tantalum & Philisthenem partim elixos, partim assos, iuū solū appo-
suit epulandos, sed etiam eorum sanguinem vino permixtum propina
uit: allatáque eorum capita post epulas ostendit. Quod scelus ne vide
ret Sol, vultum suum auertit. At verò tam impii facinoris quum Thye
stes à diis vltionem exquireret, respondit Apollo posse alio scelere
eius sceleris vindicem nasci, si cum Pelopea filia concumberet. Quo
peracto, natus est puer: qui à matre propter conscientiam abiectus,
vbenbus tamen capræ nutritus, ex rei euetu Aegisthus est appellatus.
Hic quum adoleuisset, Atreum occidit: & Agamemnonem eius filium
ex bello Troiano redeuntem interemit, adiuuante Clytemnestra vxo
re quæ corpus suum Aegistho per adulterium prostituerat. Ipse tan-
dem Aegisthus ab Oreste Agamemnonis filio peremptus est, necem
patris vlciscente. Hæc latè describit Seneca in Thyeste, & rursum in
Agamemnone. Lactantius quoque in lib. 4. Thebaid.

Aegisthus adulter, & delitiosus. Ouid. lib. 1. de Remed. Amo. 33.
Quæritur, Aegisthus qua re sit factus adulter:
In promptu causa est, delitiosus erat.

Aegisthus Thyestiades, quia Thyestis filius. Ouid. 2. de Arte Aman. 81.
Inde Thyestiaden animo, thalamóque recepit,
Et malè peccantem Tyndaris vlta virum est.

Aegisthum C. Cæsarem genens & indignabundus Pompeius vocare so-
lebat. Suetonius in Cæsare Dictatore, cap. 50. Quemadmodum enim
Aegisthus cum Clytemnestra vxore Agamemnonis summi Græco-
rum imperatoris consuetudinem habuit adulterii, sic Iulius Cæsar Mu
tiam vxorem Pompeii summi Romanæ militiæ ducis absentis adulte-
rio corrupit. Quam propterea repudiauit Pompeius: quamuis ex ea
iam tres liberos sustulisset. Author Suetonius.

Aegithalos, auis est apud Aristotelem, quę à Theodoro Parus
vertitur. Hermol. in Plinium.

Aegithus, auis minima, disfidet cum asino Spinetis enim se sca-
bendi causa atterens, nidos eius disfipati qđ adeo pa-
uet, vt voce omnino rudentis audita, ova eiiciat, pulli ipsi metu cadat.
Igitur aduolas, vlcera eius rostro excauat. Aegithi verò odit Authus
in tantū, vt sanguinem eorum credant non coire. Plin. lib. 10. cap. 76.

AEGLE, Aegles, (ἀϑγλη,) nymphæ nomen, Solis ex Negrę filiæ. Virg.
eclog. 6. 5.
Addit se sociam, timidisque supernenit Aegle,
Aegle Naiadum pulcherrima. Latinè interpretatur splendor. Est etiam
Lunæ nomen. Item genus ludi. Sed & placentæ genus, testibus Pau-
sania & Cratino.

AEGLES, Nomen athletæ cuiusdam Samii, qui quum mutus esset an-
tea & eliinguis, repentè loqui cœpit. Nam quum in sacro certamine
fortitio inter ipsos & aduersarios non bona fide fieret, & sortem no-
minis fallax subiret animaduertisset: repentè in eum qui id faciebat, se
se vidēre quid faceret, magnum inclamauit. Atq; is oris vinculo solu-
tus, per omne inde vitæ tempus nō eurbidē neque adhæsē locutus est.
Gellius lib. 5. cap. 9. & Valerius Maxi. lib. 1. cap. 8.

Aegloga, Vide AECLOGA.

Aegocephalos, auis est liene omnino carens. Authores Aris-
stot. li. 2. Et Plin. li. 11. c. 37. Capriceps vertit.

Aegoceras, Fœnum græcum. Plin. libro 24. capi. vltimo, Nec
fœno græco minor authoritas, quod Telin vocant,
alii Carphos: aliqui Buceras: alii Aegoceras, quoniam corniculis se-
men est similetnos siliciam.

Aegoceros, penul. corre. huius ægocerotis, vel ægocerôtos pe-
nult. prod. m. g. Latinè dicitur Capricornus, (αἴγο-
κερως,) Lucret. lib. 5. 123.
Nec ratio solis simplex ac recta patescit,
Quo pacto æstuis è partibus Aegocerotis
Brumales adeat flexus: atque inde reuertens,
Canceris vt vertat metas ad solstitiales. Hunc Iuppiter, quòd eū eo
erat nutritus, inter sydera cœlestia esse voluit, vt capram nutricē. Tra
dunt Aegyptii sacerdotes, cum dii complures in Aegyptum conuenis
sent, repentè illo conuenisse Typhonem acerrimum gigantem, & ma-
xime deorum inimicum. Quo timore perculsos, in varias figuras se eū
uertisse: Mercurium in ibim: Apollinem in auem quæ Theicia voca-
tur: Dianam in merulam. Eodem tempore Panā dicunt in flumē se de-
iecisse: & posteriorem corporis partem effigiem piscis, priorem hirci
fecisse, & ita à Typhone profugisse. Cuius cogitatum Iouem admira-
tum, effigiem eius inter sydera fixisse. Author Higinus.
Humidos Aegoceros. Lucan. lib. 9. 108.

AEGON, Aegonis, penul. prod. nomen pastoris apud Virg. ecloga. 3.
Aegon Lyctius. Virg. eclog. 5.
Cantabūt mihi Damœtas, & Lyctius Aegō. Seruius: Lyctius, Cretēsis.
¶ Aegon, Capitle siue caprarum stabulum.
Aegon, pro mari Aegæo apud Statium lib. 5. Thebaid. 10.

Aegæo premitur circunflua Nereo
Lemnos: vbi ignifera fessus respirat ab Aetna
Mulciber, &c. Paulo post. 12. - florebat diues alumnis
Terra nec illa Samo fama. Delóve sonanti
Pesor, & innumeris quas spumifer assilit Aegon
Lactantius, Aegon, mare Aegæum, quod insulas plurimas habet. dictū
ab Aegæo patre Thesei. Assilit insulas, id est, circunfluit. Ibidem. 15.
Ventisque absentibus Aegon
Motus, & ingenti percussit littora ponto.
Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. 136. - vix littore puppim
Soluimus: & quanto fremitu se sustulit Aegon! Idem 4. Argona. 143.
Non alibi effusis cessarunt longius vndis
Littora: nec tantas quamuis Tyrrhenus & Aegon
Voluat aquas: geminis & desint Syrtibus vndæ.

AEGONENSIS, porta Romæ, & Quirinalis, eo quòd mons ipse Qui
rinalis prius Aegonensis cognominatus est. Calepinus.

Aegonychon, Herba est quæ & Lithospermon dicitur, de
ab aliis semen leoninum. Ab omnibus ramo-
sicinis quàm medicis hodie Milium Solis appellatur, quòd (vt rear)
semen candore solari ac lucis splendore fulgeat. Ruellius lib. 2. ca. 70.

AEGOPHAGOS, Cognomen Iunonis apud Lacedæmonios, quòd ibi
capræ illi immolarentur. Cœlius Antiq. lect. lib. 10. cap. 6.

Aegophthalmos, (αἰγωφθαλμος,) gema sic ab oculo capti-
no cognominata. Plin. lib. 37. cap. 11.

AEGOS, (ἄιγος,) Flumen in Chersonesō Thracię, naufragio classis Atti
cæ insigne. Author Mela libr. 2. Marcel. libr. 12. Chersonesum pulsæ
Aegos potamos, in quo loco lapides casuros ex cœlo prædixit Ana-
xagoras. Hermolaus putat Aegos genitiuum esse casum ab Aex nomi
nativo: traditúque eius loci accolas à Stephano Aegopotamitas voca
ri. Plin. lib. 2. cap. 58. Celebrant Græci Anaxagoram. Clazomenium,
Olympiadis septuagesimæ octauæ secundo anno prædixisse, cœlestium
literarum scientia, quibus diebus saxum casturum esset è sole. Idque fa
ctum iuxta diu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Qui lapis etiam
nunc ostenditur, magnitudine vehis, colore adusto. Apud hunc flu-
uium classem Atticam fregit Lisander Lacedæmonius, Athenis post-
ea seruitutis, & triginta Tyrannis impositis: vt Plutarchus in eius vi
ta est author. Meminit & Iustinus lib. 5.

AEGOSTHENENSES, Græciæ populi contributi Megarensibus.
Plin. lib. 4. cap. 7. Horum ciuitatem Pausanias vocat Aegosthenē.

Aegre, Aegresco, aegrimonia, aegritudo, Aegrotus, Aegroto, Aegrotatio, Vide AE-
GER.

AEGYPSOS, seu Aegyplus, (ἄιγυ-πος,) Vrbs ad ripam Istri flumi sita,
nomē habēs ab Aegyplo Caspio cōditore. Oui. li. 1. de Pōto, eleg. 9. 5.
Stat vetus vrbs ripæ vicina binominis Istri:
Moenibus, & posito vix adeunda loci.
Caspius Aegyplus, de se, si creditur ipsis,
Condidit, & proprio nomine dixit opus.
Rursum lib. 4. Eleg. 7. 5.
Non negat Aegyplos, quæ te subeunte recepta
Sensit in ingenio nil opis esse loci.
Nam dubium est, positu melius defensa, manúve,
Vrbs erat in summo nubibus æqua iugo.

AEGYPTA, Ciceronis liber tus: cuius idem meminit ad Tyronem lib.
epistō. 16. 13. 1. Aegypta ad me venit. Ibidem, Ego ad te Aegyptam
misi. Et ad Atti. li. 8. 167. 1. Epistolas mihi tuas Aegypta reddidit. Rur
sum lib. 13. 26 2. 2. Attulerat enim ab eo Aegypta libertus literas.

AEGYPTVS, & Danaus, αἴγυπτος και δἄναος, filii fuerunt Beli Baby
loniorum regis: quorum hic ex diuersis vxoribus quinquaginta filias
habuit, ille totidem filios. Inhians imperio Aegyptus fratris filias
matrimonio suis filiis iungi flagitabat. Abnuebat Danaus, quoniam
oraculi responso acceperat se generi manibus occidendum. Parata igi
tur classe, Argos profectus est: expulsoque Gelanore, Argiuorum im-
perio potitus. Porrò Aegyptus eo misit filios, ea quidem lege vt ad se
non redirent, nisi Danao interempto, aut connubiis cum filiabus eius
initis. Ob sidione igitur coactus Danaus, filias suas fratris filiis despō-
dit. sed ipso nuptiarum die gladios virginibus dedit, quibus prima no
cte viros interficerent, necem eis interminatus nisi parerent. Itaq; om
nes mandata patris sunt executæ, dempta vna Hypermnestra. Hæc
enim Lino, seu Lynceo, viro pepercit, eumque à somno excitatum im
pulit vt fuga suæ saluti consuleret. Author Lactantius in 2. Thebaid.
Statii. Aegyptus autem vt scribit Manethon, eiecto fratre Danao, se-
xagintaocto annis regnum Aegypti tenuit, & ex suo nomine regio-
nem Aegyptum dixit, quum antea Aeria diceretur. Addit Diodo-
rus Siculus lib. 1. cap. 1. quosdam fabulari, Nilum fluuium amore ca-
ptum filiæ Ogdoi regis, qui Memphim vrbem condidit, & de filiæ no
mine sic appellauit, in tauri formam conuersum, puellam compressis-
se: exque ea genitum, quem propter virtutem incolæ Aegyptum dixe
rint à

teā quo & regio sit omnis denominata.

Aegypti impiæ, mauspicatæ & infelices dicebantur. Sumptum à notis
sima fabula Aegypti, qui filios quinquaginta, totidem Danai fratris
filiabus maritos dedit. At hi præter vnum, omnes à sponsis iugulati
sunt. Torqueri poterit in simulatam amicitiam, aut in munus hono
ris gratiā datum in speciem, quum reuera quæratur pernicies ei cui
datur. Ita nonnunquam ex affinitatibus aut foederibus principū atro-
cia nascuntur exitia. Erasm. in Chiliad.

AEGYPTVS, (ἄιγυπτος,) (vt inquit Pomponius Mela lib. 1.) Asiæ
prima pars in duas diuiditur partes. Delta, ex forma literæ, quæ Pto-
lemæo, itemque Plinio Aegyptus inferior vocatur. Altera, quæ secun
dum Nilum contermina Aethiopiæ meridiem versus vsque ad Sye-
nen procedit: Thebais appellata. De Aegypti antiquitate, ac diseipli
na facer dotum (quos prophetas vocant) innumerabilia penè ab autio
ribus commemorantur. Huc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Home
rus, Solon, Musæus, Plato, Democritus, Apollonius Tyanæus, com-
plures que alii eruditionis causa profecti, dogmata in suam quisque pa
triam retulere. Primi siquidem omnium Aegyptii immortalem esse
animam dixere, eámque de corpore in corpus vagari, vt est author
Diodorus. Vide Plinium lib. 5. cap. 9.

Aegyptus vniuersa, teste Stephano, prius Aeria vocata est, quòd fusco &
caliginoso fit aere. Id quod etiā testatur Plin. lib. 21. cap. 7. Rosa, ait,
& crocum odoratiora, cum serenis diebus leguntur: & omnia in cali-
dis, quàm in frigidis. In Aegypto tamē minimè odorati flores, quia ne
bulosus & roscidus aer est à Nilo flumine. Meminit & Gell. li. 14. ca. 6.

Aegypti sulcus, Libyæ non curat arenas. Adagium ex Antiphili epigra-
mate deprompt um. Dicitur autem de loco non admodum quidem la-
to, sed insigniter fœcundo ac fructuoso: qui longè antepoeendus est
desertis incultisque agris, tametsi vastioribus. Siquidem Aegyptus
magnitudine cedit vtique Libyæ, sed ita, vt illius tota vastitas ne hu-
ius quidem æquetur portiunculam. Nempe Aegyptus dicta est ve-
terious publicum orbis horreū. Ex Cœlio Antiq. lect. lib. 16. cap. 10.

Demens Aegyptus, ob vanas superstitiones, & deorum portenta ab Ae-
gyptus excogitata. Iuuenal. Satyr. 15. 1.
Quis nescit Volusi Bithynice, qualia demens
Aegyptos portenta colat? crocodilon adorat
Pars hæc: illa pauet saturam serpentibus ibim, &c.

Ferax Aegyptus. Claudian. Epigram. 6. de Nilo, Aegyptus sine nube
ferax, imbrisque serenos &c.

Fertilis Aegyptus. Diouysius de situ orbis interprete Prisciano,
Fertilis Aegypti terras fœcundat opimas. Plin. lib. 17. cap. 4. Est fer-
tilis Thracia frugum, rigore: æstibus, Africa & Aegyptus. Idem lib.
21. cap. 15. Aegyptus frugum fertilissima.

Hiulca Aegyptus, id est ob nimiam siccitatē diducta. Stat. Theb. 4. 142.
Et patris vndosi fontus expectat hiulca
Aegyptus, donec Pharias alimenta rogatus
Donet aquis. Patris vndosi, hoc est Nili.

Horrida Aegyptus, id est incompta. Iuuenal. Satyr. 15. 5.
- horrida lanē
Aegyptus ted luxuria, quantum ipse notaui,
Barbara famosis non cedit turba Canopo.

Iacens per plana Aegyptus. Lucan. lib. 2. 64. de Eridano,
Non minor hic Nilo si non per plana iacentis
Aegypti Libycas Nilus stagnaret arenas.

Loquax ac ingeniosa in præfectorum contumelias prouincia Aegyptus:
in qua etiam qui virtuerunt culpam, non effugerunt infamiam. Sene-
ca in consolatione ad Albinam.

Memphitis Aegyptus, hoc est Memphitica, à Memphi præcipua Aegy-
pti vrbe. Iuuenal. Satyr. 15. 13.
- anne aliam terra Memphitide siccā
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?

Sagax Aegyptus, à studio rerum syderalium. Macrobius in Somnium
Scipionis lib. 1. cap. 21. Claudianus in Rufinum lib. 1. 30.
- nouit quo Thessala cantu
Eripiat lunare iubar: quid signa sagacis
Aegypti valeant: quæ gens Chaldæa vocatis
Imperat arte deis.

Viridis Aegyptus. Virg. 4. Georg. 58. de Nilo,
- Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena.

Aegyptiacus, penult. corr. adiectiuum. Plin. lib. 6. cap. 28. Ad mare no-
strum huiusque Aegyptiacum.

Aegyptini, pen. prod. dat Aethiopes, qa Aegyptiis sunt finitimi. Calepi.

Aegyptius, adiectiuū, (αἰγύπτιος,) Sil. Ital. lib. 13. 96. - Aegytia tellus
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora. Claudian. in Eutrop. lib. 2. 51. Cic. in Pisonem. 38. Nomen
ac dignitatem imperii, regi Aegyptio vendidit.

Aegyptii machinarum artifices. De versutis, & (vt ait Plautus) consutis
dolis dictatū. Torqueri potest & in perplexas sophistarū argutias,
ac syllogismorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in sycophantas, ac

delatores, qui vera falsis puniendo necessit calumnias. Eras. in Chilia
Aegyptiis duplex fuit scribendi genus. Vnum, quod vulgò dicunt alte-
rum, quod sacras literas appellant, soli sacerdotes attingunt, à parenti
bus per manus traditasque ab Aethiopibus primùm accepere. Non
enim literarum compositione, aut à literis verba exprimuntur, sed ani
malium aut aliarum rerum imaginibus. Scribant enim Accipitrem, vt
rem sacram denotet: Crocodilum, vt malum: Oculū, vt iustitiam: Ma-
num dextram passam, vt liberalitatem: Compressam, vt auaritiam: &
iis similia. Denique à dextro ad sinistrum scribunt latus. Hæc Volater
ranus ex Diodoro. Primi (ait Tacitus lib. 11.) per figuras animalium
Aegyptii sensus mentis effinxerunt: & antiquissima monumenta me-
moriæ humanæ impressa saxis cernuntur. Cœlius Antiqu. lect. lib. 16.
cap. 25. tradit literas id genus appellari Hieroglypha grammata, quòd
iis mysteria in rebus sacris significarentur.

Fallax Aegyptiorum gens, semperque alia cogitans, alia simulans.
Hirtius in Commentario belli Alexandrini.

Fusci Aegyptii, ob ingentem regionis calorem. Propert. lib. 2. 34. 3.
An tibi non satis est fuscis Aegyptus alumnis?

Aegyptii à Dione plurimi nuncupatur, Id est, in vinum procliues, ac phi
lopotæ, quoniam apud eos compertū primùm tradatur vitis in Phi-
thine ciuitate vi: scribit Hellanicus: vnde facti sunt vinolenti. Vide
Cœlium antiqu. lect. lib. 9. cap. 3.

Ventosi Aegyptii. Vopiscus, Sunt Aegyptii ventosi, furibundi, iniuriosi,
nouarum rerum auidi.

AELANA, Aelanorum genere neutro, plurali numero, vt ait Hermo-
laus, vrbs Arabiæ felicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Aelaiticus maris Arabici sinus, quem alii Elanaticum vocant. Artemi-
dorus Alaiticum. Iuba Laeniticum. Plin. lib. 6. cap. 28.

AELIA, (ἀιλία,) vrbs Palestinæ ab Aelio Adriano, quondam Hieroso-
lyma, nunc Hierusalem. Steph.

AELIANVS, (αἰλιανὸς,) sophista Romanus à Philostrato maximè lau
datur, quòd Romanus homo tam probè Atticissauerit, tamque elegan
ter peregrinam à patria vocem retinuerit. Scripsit de animalibus, De
varia historia, De re militari, quæ omnia ad nos peruenerunt. Fuit
auditor Pausaniæ sub Adriano principe. Decessit annorum sexagin-
ta, sine liberis, quum cœlebs fuisset. Volaterr. Eius meminit Cœlius
Antiqu. lect. lib. 11. cap. 65.

Aelii, vel etiam Aelij, (ἄιλιοι,) dicuntur, quibus duæ nupserint soro
res. Cœl. Antiq. lec. lib. 15. ca. 24 Alciatus lib. 2. dispūc. ca. 23.

Aelios cum diphthongo, & Helios cum aspiratione scriptos vtroq; mo
do in antiquis marmoribus inuenimus. Volat. in Anthropologia.

Aeliorum familia Romæ pauperrima fuit: adeo vt ex decim eodem tem
pore Aelii fuerint quibus vna domuncula erat, & vnus in agro Veien
tano fundus, inque maximo circo Flaminio spectaculi locus, quæ qui
dem loca ob virtutem publicè donata possidebant. Eadem gens nul-
lum ante scrupulum argenti habuit, quàm Paulus Perseo rege deui-
cto. Quint. Aelio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex
præda donaret Valerius Maxi. lib. 4. cap. 4.

Aelia series, Hoc est Aeliorum familia. Claudian. in laudibus Serenæ re-
ginæ, epigram. 22. Hispaniam alloquens,
Diues equis, frugum facilis, pretiosa metallis,
Principibus fœcunda piis, tibi sæcula debent
Traianum: series his fontibus Aelia fluxit:
Hinc senior pater, hinc iuuenum diademata fratrum.

Aelium Catum quum legati Aetolorum in Consulatu prætoris in si-
stibus adissent: missa ab his vasa argentea non acceptt: neque aliud
habuit argenti ad supremum vitæ diem, quàm duo pocula, quæ L. Pau
lus socer ei ob virtutem denicto Perseo rege donasset. Plin. lib. 33. ca-
pi. 11. Hic teste Cicerone lib. 1. de Oratore. 92. prudentia & iuris ciui
lis scientia præditus, hoc carmine celebratur ab Ennio. Egregiè
cordatus homo Catus Aelius Sextus. Cęsuram cum M. Cethego egit,
in qua in spectaculis senatum secreuit à populo, qui prius spectaret. Cuius rei gratia plebs maximè est indignata. Volater. in An
thro. Liuius tamen 4. Decad. lib. 4. scribit, Crassi Censores Sex. Ae-
lium Pætum, & C. Cornelium Cethegum, gratiam ingentem apud Senato-
res peperisse, q. ludis Romanis Aedilibus curulibus imperarunt, vt
loca senatoria secernerent à populo. Nā antea in promiscuo spectabant.

Aelius Gallus ordinis equestris, Arabiam felicem primus subegit Roma
nis, ab Augusto imperatore missus. Plinius libro 6. cap. 28. Strabo lib.
2. lib. 16. & libro 17. Huius amicitia vsus est Strabo Geographus, &
cum eo Nilum nauigauit, totamque fere Aegyptum lustrauit, ac bo-
nam etiam Africæ partem. Testis ipse Strabo.

Aelius Grammaticus cognomine duplici fuit. Nam & Præconius, quòd
pater eius præconium fecerat, vocabatur: & Stylo, quòd orațio-
nes nobilissimo cuique scribere solebat, tanto optimatum fauore, vt
Metellum Numidicum comitatus sit in exilium. Suetonius De illu-
stribus Grammaticis: apud quem corruptè (vt puto legitur Lælius Ili
lo. Certè Volaterranus Aelius Stylo legit: & Plinius lib. 9. ca. 35. Aelii
Stylonis testimonium citat aduersus Fenestellam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aelius Mantia Formianus Libertini filius, vltimæ senectutis L. Libonem apud Cæsores accusabat. In quo certamine, quum Pompeius Magnus humilitatem ei ætatemque exprobrans, ab inferis illum ad accusandū remissum dixisset. Non mentiris, inquit, Pompei: venio enim ab inferis L. Libonem accusaturus. Sed dum illic moror, vidi cruētum Cn. Domitium Aeneobarbum defentem, quòd summo genere natus, integer vitæ, amantissimus patriæ in ipso iuuentutis flore tuo iussu esset occisus. Vidi pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratum, querentem id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritiæ tuæ bonorúmque patris tui defensorem, in tertio Consulatu catenis quas tu ei inici iusseras, vinctum obtestantem te, aduersus omne fas à te trucidatum. Vidi eodem habitu prætorium virum Perpennam læuitiam tuam execrantē: omnesque eos vna voce indignantes, quòd indemnati sub te adolescē tulo carnifice occidissent. Valer. Max. lib. 6. cap. 2.

Aelius Melissus, ait Gellius lib. 18. cap. 6. Nostra memoria fuit Romæ summi quidem loci inter Grammaticos sed maiore in literis erat iactantia & σοφιστῆ quàm opera. Is præter alia quæ scripsit compluria, librum edidit De loquendi proprietate: vbi matronam eam esse dicit, quæ semel peperit, quæ sæpius, matrem familias, sicuti sus quæ semel peperit, porcetra dicitur: quæ sæpius scropha.

Aelio Prætori iusdicenti quum in capite picus consedisset, aruspexque affirmasset, conseruato eo, fore domus ipsius statum felicissimum, rei publicę miserrimum: occiso, in contrarium vtrunque cessurum: euestigio picum morsu suo in conspectu senatus necauit. Decem & septem militum familiam, eximiæ fortitudinis viros, Cannensi prælio amisit. Respublica procedente tempore ad summum imperii fastigium excessit. Valerius Maxi. libro 5. cap. 6.

Aelius Tubero. De hoc meminit his verbis Cicero in Bruto. 60. Et quoniam Stoicorum est facta mentio, Quint. Aelius Tubero fuit illo tempore L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero, sed vita seuerus, & congruens cum ea disciplina quam colebat, paulò etiam durior: qui quidem in triumpharu indicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium vacationem Augures, quo minus iudiciis, operā darent, non habere: sed vt vita, sic oratione durus, inculeus, horridus. Itaque honoribus maiorum reliquit non potuit. Fuit autem cōstās cius & fortis, & in primis Graccho molestus: quod indicat Gracchi in eum oratio. Sunt etiam in Gracchū Tuberonis. Is fuit mediocris in dicendo, doctissimus in disputādo. Hic, teste Cicerone pro Murena. 69. quum epulum Quint. Maximus Africani patrui sui nomine, populo Romano daret: rogatus est à Maximo vt triclinium sterneret, quum esset Tubero eiusdem Africani sororis filius. Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus, stratis pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & expositis vasis Samiis aquasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus, & non diuini hominis Africani mors honestaret. Grauiter tulit populus Romanus hanc peruersam sapientiam Tuberonis. Itaque homo integerrimus, cius optimus, qui esset L. Pauli nepos, P. Africani sororis filius, his hœdinis pelliculis Prætura deiectus est. Odit populus Romanus priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit.

Aelius Terentis nepos, Ligarium apud Cæsarem accusauit: quem Cicero luculenta defendit oratione. Volater. ex Pædiano.

Aelius Verus Imperator, omnium primus, excogitauit Pentapharmacum præcipui saporis, ex fumine phasiano, crustulo, aprugna, fine perna, & pauone, instar Vitellianæ patinæ, quæ immenso constitit, quam Clypeum Mineruæ appellauit. Author Spartianus.

Aelūrus, penul. prod. (αἴλουρος,) latinè felis dicitur, animal domesticū, quod vulgò catus appellatur, παρὰ τὸ αἰολάττειν δυερῶν. Hoc est à variando & mouenda cauda. Gel. li. 20. c. 7. Aelurorū quoque oculi ad easdem vices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

AELLO, (ἄελλω,) trium syllabarum, huius Aellus, vt Sappho Sapphus, nomē est vnius Harpyarum: quæ tres esse finguntur, Aello, Ocypete, & Celæno. Testis Seruius in lib. 3. Aeneid. Ouid. 13. Meta. 154.

- Strophadumque receptos
Portubus infidis exterruit ales Aello. Dicta Aello, quasi ἕλλων ἄελλα, id est alienum tollens. Alii malunt à turbine & procella, quæ Græcè ἕλλαι dicitur. Id quod satis innuit Vale. Flac. Argonaut. lib. 4. 91.

- Harpyæ semper mea pabula seruant:
Fallere quas nusquam misero locus. Illicet omnes
Deueniant, niger intorto ceu turbine nimbus.

Aello, inter canes Actæonis censetur ab Ouidio lib. 3. Metamorpho. 44. Præualidusque Lacon, & cursu fortis Aello. Ab impetuosa velocitate nomen habet. Siquidem aella, aellæ: ἕλλαι Græcis procellam significat & turbinem.

* AEMATHIA, Vide Aemathia, non enim per æ diphthongum scribi debet, sed per e, Græcè ἡμαθίη, Steph. & Ptol.

AEMILIVS, Vide AEMYLIVS.

AEMINIVM, Hispaniæ oppidum apud Ptolemæum.

AEMIMVS, fluuius Hispaniæ in Lusitania. Plin. lib. 4. cap. 22.

AEMON, (vel vt alii scribunt, Hæmon) Aemonis penult. correpta. (αἷμων,) viri proprium, cuius meminit Ouidius in Ibin. 113. Nec tibi si quid amas, felicius Aemone cedat. Egnatus ex Euripide scribit hūc fuisse Creōtis filiū natu minorem, Menoeci qui se pro patria deuouit, fratrem cui Antigone Oedipi filia despōsata fuerat: illa verò patrē in exilium secuta. Aemō à Sphinge dilaniatus est. Aemon, vt alii tradūt, iuuenis fuit Thebanus, qui tāto amore dilexit Antigonē Oedipi & Iocastæ filiam, vt ad mortuæ tumulum sese interfecerit. Fuerat autē Antigone iussu Creontis, qui vetuerat Græcorum cadauera inhumari, insepulta, & fratrem mortuum sepulturæ nōctu mandasset. Huc putarim respexisse Ouidiū in carmine paulo antè citato. Prope. li. 2. Eleg. 5.

Quidnon Antigones tumulo Bœotius Aemon
Corruit ipse suo saucius ense latus?
Et sua cum miseræ permiscuit ossa puellæ
Quæ sine Thebanam noluit ire domum?

Aemon, nomen proprium viri apud Statium lib. 8. Thebaid. 200.
Sterneret aduersos etiamnum Iinenius Aemon.

AEMONIA, (αἰμονία,) Regio Græciæ. De ea sic Plin. lib. 4. cap. 7. Sequitur mutatis sæpe nominibus Aemonia. Eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia, & Dryopis, semper à regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Græcus à quo Grecia: Ibi Hellen, à quo Hellenes. Hos cosdē Homerus tribus nominibus appellauit, Myrmidonas, & Helleras, & Achæos. Strabo in fine libri noni tradit eam aliquando Pandoram, de matris Deucalionis nomine appellatam: idem Pyrrhum ab ipsius Deucalionis vxore Pyrrha ised & Nesonidem à filio Thessali Nesone, Hæmonia sunt qui malint quàm Aemonia.

Aemonia niualis. Horat. 1. Carm. 37. 4. -accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis niualis

Aemoniæ. Aeron: Niualis, frigidæ & niuosæ. Aemoniæ, Thraciæ, ab Aemo monte.

Aemonius, adiectiuum, (αἰμόνιος,) Hoc est Thessalicus.

Adulter Aemonius, id est Iason. Valer. Flac. & Argonaut. 68.

* Artes Aemoniæ, artes magicæ. Ouid. 2. de Arte Amand. 10.

Arcus Aemonii. Ouid. 1. Metam. 17. Solis verba sunt ad Phaethontem.

Vtque viam teneas, nulloque errore traharis,
Per tamen aduersi gradieris cornua Tauri,
Aemoniosque arcus, violentique ora Leonis. Hoc est per Sagittarium cæleste sydus. Quod dixit propter Chironem Thessalum, quem fabulantur inter sydera relatum.

Boreas Aemonius. Sil. Ital. lib. 10. 3. -velocius inde
Aemonio Borea, pennaque citatior ibat,
Quæ redit in pugnas fugientis arundine Parthi.

Culter Aemonius. Ouid. 7. Metamor. 63.

Cuius vt Aemonio marcentia guttura cultro Fodit &c.

Equus Aemonius. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 6.

Hector erat tunc quum bello certabat: & idem
Tract' ab Aemonio nō erat Hector equo. Hoc est ab equo Achillis Thessali.

Gens Aemonia. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. 6.

Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus.

Hospitium Aemonium, id est Iasonis. Propert. lib. 1. eleg. 14. 4.

Iuuenis Aemonius. Hoc est Iason. Ouid. 17. Metamor. 17.

Lyra Aemonia. Ouid. 4. Triſtium eleg. 1. 4.

Fertur & abducta Dyrnesiade triſtis Achilles
Aemonia curas attenuasse lyra.

Proceres Aemonii, Ouid. 12. Metamorpho. 43.

Puppis Aemonia, id est Argo. Ouid. de Arte Amandi libro 2. 2.

Ratis Aemonia, id est Argo nauis Argonautarū. Val. Flac. 2. Argon. 71.

Terra Aemonia. Ouid. 1. de Remedio Amoris. 50.

Viderit Aemoniæ siquis mala pabula terræ.

AEMONIDES, penult. corre. (αἰμονίδης,) nomen viri. non patronymicū, vt sit Aemonides, quasi Aemonis filius. sed primitiuum, vt Thaeydides. Virg. 10. Aeneid. Vide Seruium eo loco.

Aemulor, pen. corre. æmularis, (ζηλόω, ζηλοτυπέω,) æmulari. interdum pro inuidere accipitur: quia videlicet ex æmulatione ferè nascitur inuidia. Cic. 1. Tusc. 78. Quumque corporis facultatibus inflammari soleamus, ad omnes ferè cupiditates, eoque magis incendi, quòd ns æmulemur qui ea habeant quæ nos habere cupimus.

Æmulari propriè significat cum quadam inuidia atque ambitione & quasi certamine conari, alienum opus superare, vt inde maiorem gloriam consequamur, quàm ille quem æmulamur. Plaur. Milite. 11. 25. Quoniam æmulari non licet: nunc inuides. Plin. ad Genitorem lib. 7. Tu mihi bonum animum facis, qui libellos meos de vltione Heluidi, Demosthenis orationi παραπλήσιον, cōfers. Quam sane cū cōponerem, illos habui in manibus: nō vt æmularer (improbum enim ac pene furiosum) sed tamen imitarer, & sequerer tantum quantū aut diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ similitudo paterentur. Quintil. lib. 10. cap. 2. Triſtes & ieiuni Polliouem æmulantur. Cicero Flacco. 50. Vt oēs eius vrbis instituta laudare facilius possint, quàm æmulari Liuius Decad. 1. li. 1. Pythagorā in vltima Italiæ ora, innumeris æmulantium

æmulantium studia cœtus habuisse constat. Hoc est discipulorum. Sallustius hist. lib. 3. Sed Pompeius à prima adolescentia, sermone fautorum, similem fore se credens Alexandro regi, facta, consultaque eius quidem æmulatur: erat. Terent. in prologo And. 20.

Quorum æmulari exoptat neglegentiam

Potius, quàm istorum obscuram diligentiam. Horat. Pindarum quisquis studet æmulari.

Vitem æmularetur vlmus, ni pondus esset in culpa. Plin. lib. 16. ca. 43. 3.

Aemulari cum aliquo. Liuius. 3. Decad. lib. 8. non ita procul à fine, Tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur.

Aemulari, cum dativo. Quintil. lib. 10. cap. 1. Nam & consummati iam patroni veteribus æmulantur: & optimos iuuenum ad optima tendentium sequitur industria.

Aemulari, sine syntaxi, pro Contendere. Quint. lib. 1. cap. 3. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles luſus: quum positis inuicem cuiuscunque generis quæstiunculis, æmulantur.

Aemulandus, (ζηλωτός,) Plin. epist. 110. Vnà diligimus, vnà dileximus omnes ferè, quos ætas nostra vtroque sexu æmulandos tulit.

Aemulātus, huius æmulatus, participi. prod. (ζηλωτής,) Idem quod æmulatio. Hinc æmulatus agere, id est æmulari. Tacit. lib. 13. Otho, ne in verbe æmulatus ageret, prouinciæ Lusitaniæ præficitur.

Aemulatio, Verbale, (ζῆλος, ζηλοτυπία,) Actus ipse æmulandi. Cicc. 4. Tusc. 16. Aemulatio autem dupliciter illa quidē dicitur, vt & in laude & in vitio nomen hoc sit. Nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: sed ea nihil hoc loco vtimur: est enim laudis. Et est æmulatio, ægritudo, si eo quod quis consequi non potuerit, alius potiatur, ipse careat. Ibidē. 29. Obtrectare verò alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quę rivalitati similis est æmulari, quod habet vtilitatis: quum sit æmulantis, angi alieno bono, quòd ipse non habeat: obtrectantis autem, angi alieno bono, quòd id etiam alius habeat. Liui. 6. bel. Pun. 192. Aemulationem profectò æ que odium esse, id crimen afferri. Plin. in Panegyrico ad Trajanum. Nihil est tam proximum simulatæ, quàm æmulatio, in fœminis præsertim. Ea porrò maxime nascitur ex coniunctione, alitur æqualitate, ardescit inuidia, cuius finis est odium.

* Aemulatio laude excitatur. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Aemulatio alit firmiores profectus in literis. Quintil. lib. 1. cap. 2. 17.

Aemulatio infensa exercetur. Tacit. lib. 13. Quippe inter Agrippinam & Domitiam infensa æmulatio exercebatur.

Aemulatio pro inuidia. Valer. lib. 1. capite de Censoria nota, Instinctu autem æmulationis, animo dissidens.

Aemulator, (ζηλωτής,) Qui aliquem æmulatur. Cic. Attico, lib. 2. 16. 17. Quòd Sicyonii te lędūt, Catoni & eius æmulatori attribuas. Scrullio.

Aemulus, pen. corr. (ζηλότυπος,) Inuidus, vt ait Nonius. Virg. 1. Aeneid. - æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Aemulam senectutem dixit, quòd videatur quodam modo nobis inuidere iucundiorem ætatis felicitatem.

Aemulus, Eiusdem rei studiosus, vt ait Seruius: vel vt Nonius, sectator atque imitator. Accipitur autem & in bonam & in malam partem. Virg. 5. Aeneid. Partem tostro premit æmula puppis. Cic. pro M. Marcello, Illo æmulo atque imitatore studiorum ac laborum meorum. Idem pro Murena. 50. Fuit summo ingenio vir Zeno: cuius inuentorum æmuli, Stoici nominantur. Virgil. 10. Aeneid.

Spemque meam, patriæque subit nunc æmula laudi.

Aemulus, Rivalis, & eiusdem mulieris vel rei alterius amator. Terent. Eunuc. 2. 1. 9. Iitum æmulum quòd poteris ab ea pellito. Id est rivalem, & eiusdem mulieris amatorem. Ibidem. 4. 1. 9. Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulum. Cicc. ad Atticum, lib. 6. 114. 11. Licebit eum solus amet, me æmulum non habebis.

Aemulus alicuius de re aliqua, Contendens cum aliquo de re aliqua. Plin. libro. 15. cap. 18. Carthago de terrarum orbe per CXX. annos Vrbis æmula. Hoc est cum vrbe Roma certans de orbis imperio. Aemula gummi arbor. Plin. lib. 12. cap. 9. 1. Ita vocatur arbor æmula gummi. Idem lib. 15. cap. 18.

Fama æmula Herculei laboris, Id est non minor quàm quæ de Hercule olim ferebatur: si vel, quàm si aduentaret Hercules. Sil. Ital. lib. 4. 1. de Hannibale in Italiam aduentu.

Aemulique Herculei iactatur fama laboris,
Defendisse ducem.

Labra æmula rosis, Id est roseum rubore imitantia, & velut rubore cum rosis certantia. Mart. lib. 1. 148.

Fronsbrevis atque modus, breuiter sit naribus vncis:
Pestanis rubeant æmula labra rosis.

Lingua æmula Timagenis, Quæ conatur imitari Timagenem. Horat. lib. 1. epist. 20. 3.

Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua,
Dum studet vrbanus, tenditque disertus haberi. Porphyr. Timagenes multos adhibebat & crebrè declamationi suæ. Dumque ab his multum laudatur, in admirationem sui pronocasse Hyarbitam dicitur: qui se & stomachum abrupit dum Timagenem & dicendo & pascendo amicos conatur æquare.

Lux æmula. Stat. 2. Achilleid. 38.

Vt vero accessit propius, luxque æmula vultum
Reddidit, & similem tandem se vidit in auro:
Horruit, erubuitque simul. Hoc est, postquam Achilles in clypeo aureo, tanquam in speculo vultum sunm referente, sese cōtemplatus est.

Marinis æmula mustela. Plin. lib. 9. cap. 17. Lacus Rhetiæ Brigantinus æmulas marinas mustelas generat. Idem lib. 15. cap. 18. Ficus quædā pyris magnitudine æmulæ. Id est, pares, aut similes.

Sidus Veneris, æmulum Solis & Lunæ. Plinius. libr. 2. cap. 8. 7. Infra Solem ambit ingens sydus appellatum Veneris, alterno meatu vagum ipsisque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ. Præcurrens quippe & ante matutinum exoriens, Lucifer nomen accipit, vt Sol alter, dū maturius contrà ab occasu refulgens, nunc putatur Vesper, vt prorogans lucem, vicemque lunæ reddens.

Virtus æmula. Lucanus, Stimulos dedit æmula virtus.

Vmbra æmula. Colum. lib. 5. cap. 5. 17. Ne æmula vmbra viti noceat.

Æmulus etiam inuidum significat, Virgil. in 6. Aeneid. Aemulus exceptum Triton.

AEMVS, siue Hæmus, (αἷμος,) rex fuit Thraciæ potētissimus, qui Rhodopen Strymonis fluuii filiam duxit vxo: em. Hi in tantam arrogantiam elati sunt, vt æmus se esse Iouem, Rhodope Iunonem prædicarent, seque vt deos adorari iuberent. Quæ insolentia Iuppiter indignatus, eos in montes commutauit. Ouid. 6. Metamor. 18.

Threicium Rhodopen habet angulus vnus, & Aemum,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam,
Nomina summorum sibi qui tribuēre deorum.

Aemus, seu (vt alii malunt) Hæmus, mons est Thraciæ, vasto iugo procumbens in Pōtumcuius excellitas sex millibus passuum subitur. Opidum habuit in vertice Arisæum. Plin. lib. 4. cap. 11. In Pontum quidem vergit mons Aemus, cæteros, eius spatii magnitudine ac sublimitate superans, mediamque Thraciā diuidens. Strabo lib. 7. Existimat Polybius ex eius vertice vtrūque mare cerni, vtpote æquum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingens interuallum, falsum probat. Sententiam tamen Polybii sequitur Mela. Nomen ei indidit ab Aemo Boreæ & Orithyiæ filio. Author Stephanus de vrbibus. Seruius in illud Georg. 98. Aemathiam & latos Aemi pinguescere campos, tradit montem esse Thessaliæ. Sed hoc dixisse putatur, quia Thessaliam à Thracia Aemus diuidit. In eadem est sententia idem Seruius in illud 2. Georgicorum 98. - & qui me gelidis in vallibus Aemi Sistat, &c. Linius 4. Decad. lib. 10. de Philippo Macedonum rege, Cupido eum ceperat in verticem Aemi montis ascendendi: quia vulgatæ opinioni crediderat, Pontieum simul & Adriaticum mare, & Istrum amnem, & Alpes conspici posse. Paulo pōst: Modicus primò labor in imis collibus fuit: quantum in altitudinem egrediebantur, magis, magisque sylueſtria & pleraque inuia loca excipiebant. Peruenere deinde in tam opacum teer, vt præ densitate arborum inuiisque aliorum in alios ramorum perspici cœlum vix posset. Vt verò ingis appropinquabant, adeo omnia contecta nebula, vt haud secus quàm nocturno itinere impedirentur. Tertio demum die ad verticem peruentum. Nihil vulgatæ opinioni digressi inde detraxerunt magis credo ne vanitas itineris ludibrio esset, quàm quòd diuersa inter se maria montesque & amnes ex vno loco conspici potuerint. Duabus aris ibi Iouis & soli sacratis, qui immolasset rex, biduo est digressus, frigora nocturna maximè metuens, quæ Canicule ortu similia brumalibus erant.

Gelidus Aemus. Horat. 1. Car. 12. 1. Aut super Pindo, gelidóue in Aemo.

Geticus. Stat. lib. 1. Thebaid. 51. - Geticóque pecus stabulare sub Aemo Dignius. Idem lib. 9. 107.

Procumbit Getico, qualis procumbit in Aemo
Seu Boreæ furiis, putri seu robore quercus.

Infelix mille furoribus Aemus. Vale. Flac. 1. Argon. 146.

Natalis. Claudianus, Præda simus iam Bistonius, Aemóque niuali. Ouid. 1. Fast. 78. Et quicunque tuas accolit Aemo iugues.

Nubifer. Claudian. lib. 1 in Ruff. 67. Maiores, nubifero seu tu procumbis in Aemo, &c. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 6. 1.

Quum gelidam Thracen, & opertum nubibus Aemum,

Et maris Ionii transiet itis aquas.

Nudus. Stat. 1. Thebaid. 4.

Iam Boream imbresque pati, iam nare solutis
Amnibus, & nudo iunat æstiuare sub Aemo.

Oeagrius Aemus. Ouid. 2. Metamorph. 44. Virgineúsque Helicon, & nō dum Oeagrius Aemus. Hoc est in quo Orpheus Oeagri fluuii filius nondum fuerat à Menadibus discerptus: à cuius interitu postea cognomen Oeagri fortitus est.

Orpheus Aemus, ab Orpheo ibi occiso. Martial. lib. 1. Venit ab Orpheo cultor Rhodopeius Aemo.

Pulsus Aquilonibus Aemus, id est agitatus. Ouid. 10. Metamorpho. 16.

Thracius Aemus. Lucan. lib. 3. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vmbrosus Aemus. Ouid. epi. 1. 25. Qua patet vmbrosum Rhodope glaciali ad Aemū. Vmbrosum putant appellari ob arborum densitatem.

AEMILIA via, Vide paulo infra. AEMILIA via.

AEMILIAE virginis disciplinam extincto igne vestali tutam ab omni reprehensione Vestæ numen præstitit: qua adorante, quum carbasum, quam optimam habebat, soculo imposuisset, subito ignis emicuit. Valer. Max. lib. 1. cap. 1.

AEMYLIVS, (αἰμύλιος,) apud Sybarim Italiæ oppidum erat spectatæ venustatis adolescens, mirum in modum venandi studiosus. Vxor autem nouella quum in alterius puellæ complexus ipsum ire opinaretur in saltus egressa delitescebat. Conquassatis autem arbusculis, canes accursant, & vt feram discerpunt. Adolescens sese ipse interfecit. Hæc Clitonymus libro secundo rerum Sybariticarum, apud Plutarchum in Paralellis. 344.

Aemylius Censorinus fuit in Aegesta Siciliæ oppido tyrannus crudelissimus. Hic, siquis noua quædam tormenta, & inusitatum cruciandi genus extrouisset, præcipuis muneribus prosequebatur. De hoc Plutarchus in Paralellis. 75.

Aemylius Lepidus puer etiam tū progressus in aciem, hostem interemit, ciuem seruauit. Cuius tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta, senatusconsulto posita. Valeri. Maxi. lib. 3. cap. 1.

Aemylius Lepidus Triumuir fuit cum M. Antonio & Octauio, Africam sortitus cum viginti legionibus, eoque imperio elatus, primas sibi partes vendicabat, Octauiumque spernebat: nec auxilium contra Sext. Pomp. petentem iuuit. Quapropter ab eodem & spoliatus exercitu, & supplex concessa vita apud Circeios relegatus in perpetuum fuit. Hic M. Aemylius Lepidus Paulum Aemylium Lepidum fratrem ante omnes proscripsit, quòd ab eodem prius ipse hostis patriæ iudicatus fuerat. Ex Volaterr. & Apiano.

Aemylius Mamercus ter Dictator, Fidenates deficientes in potestatem cum oppido recepit. Censuræ honorem, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & sex mensium spatio finiuit. Quam ob rem Censores eum tribu mouerunt, octuplicatoque censu ærarium fecerunt. Dictatura volens se abdicauit. Ex Volaterrano & Liuio 1. Decad. lib. 4.

Aemylius Paul. Cōsul cū Terentio Varrone, temeritate collegæ inire pugnam cum Annibale coactus, apud Cannas cecidit: cuius cadauer inuentum, hostis honorifice tumulauit. Ex Volater. & Liuio 3. Decad. l. 2. Huius filius L. Aemylius Paulus, primo cōsulatu, quē post tres repulsas septus erat, de Liguribus triūphauit. Vide Liuium 5. Decad. li. 5.

Aemylius Porcina. Cic. in Bruto. 48. M. Aemylius Lepidus, qui est Porcina dictus, iisdem temporibus fere, quibus Galba, sed paulo minor natu, summus orator est habitus: & fuit, vt appareat ex orationibus, scriptor sanè bonus. Hoc in oratore Latino primùm mihi videtur & lenitas apparuisse illa Græcorum, & verborum comprehensio, etiam artifex (vt ita dicam) stylus. Hunc studiose duo adolescentes ingeniosissimi & propè æquales C. Carbo & T. Gracchus audire solti sunt.

Aemylius Regillus. Liu. 4. Decad. li. 7. L. Aemylio Regillo, qui classe pfectum Antiochi regis deuicerat, extra vrbem in æde Apollinis quum senatus datus esset, auditis rebus gestis eius, quantis cum classibus hostium dimicasset, quot inde naues demersisset aut cepisset, magno consensu Patrum triumphus naualis est decretus. Triūphauit Cal. Februarias. In eo triumpho vndequinquaginta coronæ aureę translatæ sunt.

Aemylius Scaurus nobilis & pauper. Nam pater eius, quanuis patritius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. Idem primò dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret: sed eloquentiæ consultus, ex ea gloriam peperit. Aedilis, iuri reddendo magis quàm muneri edendo studuit. Prætor aduersus Iugurtham pugnauit, eius tādem pecunia victus. Consul legem de sumptibus & Libertinorum suffragiis tulit. Vide Plinium de Viris illustribus, & Volaterranum. Cicer. pro Fonteio. 12. Ecquem hominem vidimus, ecquem vere commemorare possumus, parem consilio, grauitate, constantia, cæteris virtutibus, honoris, ingenii, rerum gestarum ornamentis. M. Aemylio Scauro fuisse? Tamen huius, cuius iniurati nutu propè terrarum orbis regebatur, iurati testimonio, neque in C. Fimbriam, neque in C. Memmium creditum est. Huius filius M. Aemylius Scaurus Syllæ priuignus fecit in Aedilitate sua theatrum temporarium, opus maximum omnium quæ vnquam fuere humana manu facta. Vide Plin. lib. 36. cap. 15.

Aemylius Segestæ in Sicilia tyrannus, cuius meminit Plutar. Volaterra.

Aemylius, adiectum, (αἰμύλιος,) Hinc ludus Aemylius. Horat. de arte poet. 7. Aemylium circa ludum faber imus, & vngues
Exprimet, & molles imitabitur ære capillos, Porphyr. Aemylii
Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balneum est.
Propert. lib. 3. eleg. 3. 1. de Ennio poeta,
Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiaque Aemylia vecta trophea rate.

Aemylium gentem appellatam dicunt à Mamerco Pythagoræ philosophi filio, cui propter vrbanitatem humanitatem cognomen fuerit Aemylos. Ab illo Mamerco (inquit Plutarchus in vita Numæ) & Aemylio

rum familiam admissam patritiis nominatam ferunt: sic rege blandiloquium illius viri, quod αἰμυλίαν, vocant, & in dicendo gratiam appellante. Hactenus Plutarchus. Hæc familia Aemyliana Romæ honestissima fuit, à qua Aemylianus appellatus est Scipio Africanus minor, quasi Aemylii filius, qui per adoptionem insertus fuit familię Scipionum. Meminit etiam Volaterr. in Anthropologia.

Aemylia via. Strabo lib. 5. Aemylius Scaurus per Pisas & Lunam vsque Sabatios viam strauit Aemyliam. & hinc per Derthonem Alia verò est Aemylia, quę Flaminiam excipit. Eodem enim in Consulatu M. Aemylius Lepidus, & C. Flaminius collegæ fuerunt. Victores autem Ligurum straruere, hic quidem Flaminiam à Roma per Tusciā & Vmbriam, vsque Ariminum. Alter Aemyliam vsque Bononiā. & ex ea in Aquileiam, prope Alpiū radices, ducto per gyrū circa paludes opere.

Aemylianus, adiectiuum, (αἰμυλιανός,) Hinc Aemylianus Scipio de quo Valer. Maxi. lib. 2. cap. 5. & lib. 3. cap 2.

Aemyliana ædificia, erant extra Romam, de quibus Cornelius Tacitus libro 15. de Vrbis incendio sub Nerone, Plus infamiæ id incendium habuit, quia ꝑdiis Tibillini Aemylianis proruperat. Videbatūrq; Nero cōdendæ vrbis nouæ, & cognomēto suo appellandæ, gloriā quærere.

AENARIA, (αἰναρία,) ifula est in Puteolano sinu, quæ nomē assumpsit à statione nauiū Aeneæ, vt scribit Plin. lib. 3. naturalis historiæ. ca. 6. Hęc Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, vt aliqui existimauere: sed à figlinis doliariorū. Author ibidē Plin. Nunc Ischia vocatur, à nomine oppidi imaginem coxendicis in monte præbentis. Hermol. in Plin. m ea sunt aquæ vim medicam habentes: calculosis enim medentur. Author Plin. lib. 31. cap. 2. Statius quoque Sylu. 3. 5. 21. Aenariasque lacus medicos, Statinásque renatas,

Aenaria, appellauere locū vbi Aeneas classē à Troia veniēs appulit. Fel.

AENEA, (αἴνεια,) ciuitas postea dicta Ianiculum, condita à Romulo filio Aeneæ, vt inquit Dionysius. Hermol. in Plinium.

Aenea, teste Herodoto lib. 7. vbi in regione Cressa contermina Mygdoniæ. Hanc dicit Liuius esse propinquam Thessalonicæ, & ab Aenea Troiano olim conditam. Et subdit, Proficiscuntur à Thessalonica Aeneam ad statutum sacrificium, quod Aeneæ conditori, cum magna ceremonia quotannis faciunt. Hæc Liuius.

Aeneati cus, adiectiuum ab Aenea Thraciæ oppido, cuius lib. 4. Theophrastus meminit, Circa Aenēā, inquit, ficus arbor scabiem non sentit.

AENEAS, (αἰνείας,) nobilis Troianus, Anchisæ & Veneris filius. Post excidium Troianum, post longos errores in Italiam venit: vt scribit Virgilius. Hic sapientia apud Troianos, vti Hector fortitudine præstitit. Itaque hic manus, ille sensus putabatur: ambo ætate staturaque æquales. Author Philostratus in Heroicis. Dictys autem Cretensis dicit, Aeneam & Antenorem, Ilium prodidisse Græcis: domos eorum in direptione incolumes fuisse: postremo in Italiam ambos nauigasse. Dares Phrygius Polydamanta, Antenorem, Dolonē, & Aeneam proditores enarrat: dicitque ab Aenea Amphimachum & Nireum à Græcis interfectos. Homerus tradit eundem cum Diomede congressum in pugnatae iam deficientem, Veneris matris auxilio adiutum: quæ demum & ipsa vulnerata, apud Iouem questa, hoc accepit responsum.

Non tibi bellorum partes mea nata dabuntur:
Dulcia coniugii sed tantum vincula cura. De hoc Vide Liuium & iustinum libro 43.

Acer Aeneas. Virgil. 8. Aeneid. 87.

Anchisa generatus Aeneas. Virgil. 6. Aeneid. 65.

Anchisiā fatus Aeneas Virgil. 6. Aeneid. 66.

Anchisiades Aeneas, Hoc est Anchisę filius. Virg. 8. Aneid. 101.

Bonus Aeneas. Virgil. 11. Aeneid. 22.

Castos Aeneas. Horat. in carmine seculari. 9.
Cui per ardentem sine fraude Troiam
Castus Aeneas patriæ superstes
Liberum munuit iter &c. Aeron. Castū pro religioso siue propitio posuit: vt, Hae casti maneant in religione nepotes, Alii castum dici putāt Aeneam, quasi purum & immunem à proditione Troiæ, quā arcētem ait poeta sine fraude Aeneę. Sed hæc in gratiā Augusti dicta sunt.

Cretus à sanguine Troiano Aeneas. Virg. 4. Aeneid. 39.
Venisse Aeneam Troiano à sanguine cretum.

Cythereius Aeneas, Cythereę Veneris filius. Ouid. 13. Metamorph. 1368

Dardanius Aeneas. Virg. 6. Aeneid. 34.

Fatalis Aeneas. Virgil. 11. Aeneid. 46.
Fatalem Aeneam manifesto numine ferri
Admonet ira deūm.

Ferus Aeneas. Virgil. 4. Aeneid. 94. - agit ipse furentem
In somnis ferus Aeneas.

Gens deūm Aeneas. Virgil. 10. Aeneid. 45.
Tum sic ignarum alloquitur: Vigilásne deūm gens
Aenea? Seruius, propter illud, Dijs genite, & geniture deos.

Heros maximus Aeneas. Virgil. 6. Aeneid. 39.
- tum maximus heros

Maternas agnoscit aues. Hoc est columbas Veneri consecratas propter fœrum

propter sœtum frequentem & coitum. Seruius.

Iliacas hospes Aeneas, Troianus, ab Ilio. Sil. Ital. lib. 8. 10.
Iliaco postquam deserta est hospite Dido.

Impiger Aeneas. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 1.
Impiger Aenea volitantis frater Amoris,
Troica qui profugis sacra vehis ratibus.

Improbus Aeneas. Virg. 11. Aeneid. 102.
Aeneas (vt fama fidem, missique reportant
Exploratores) equitum leuia improbus arma
Premisit, quaterent campos.

Ingens Aeneas. Virg. 6. Aeneid. 83.

Insignis pietate & armis Aeneas. Virg. 6. Aeneid. 81.

Laomedontius Aeneas, Id est Troianus, à Laomedonte Priami patre. Virg. 8. Aeneid. 4.

Magnanimus Aeneas. Virg. 1. Aeneid. 53.

Magnus Aeneas. Virg. 10. Aeneid. 31.

Maximus Aeneas. Virg. 5. Aeneid. 105.

Penatiger Aeneas, quia deos Penates secum asportauit in Italiam. Ouid. 15. Metamor. 91.
Hęc Helenum cecinisse penatigero Aeneę
Mente memor refero.

Phrygius Aeneas. Virg. 12. Aeneid. 15.

Phryx Aeneas. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.
Hoc quodcunque vides, hospes, quàm maxima Roma est,
Ante Phrygem Aeneam collis & herba fuit.

Pius Aeneas, quia deos Penates, & Anchisen patrem suis humeris vectū, ab incendio Troiano eripuit. Virg. 1. Aeneid. 61.

Rhœteius Aeneas, Hoc est Troianus, à promontorio Troię. Seruius. Virg. 12. Aeneid. 92.
Talis in aduersos ductor Rhœteius hostes Agmen agit

Romanę stirpis origo Aeneas. Virg. 12. Aeneid. 34.

Seuus Aeneas. Virgil. 11. Aeneid. 182.

Satus genere deorum Aeneas. Virg. 8. Aeneid. 7. Alibi dixit, Deūm certissima proles.

Troianus Aeneas. Virg. 4. Aeneid. 25. Et. 1. Aenei. 121. Troius Aeneas. Item libro. 6. 11. Troi Aeneas. Et ibidem,
Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni..

Aeneadę, penult. corr. Troiani, aliquando Romani, ab Aenea oriundi. Virg. 1. Aeneid. 33.

Defessi Aeneadę quæ proxima littora, cursu
Contendunt petere: & Libyę vertuntur ad oras. Vbi Seruius: Aeneadę, nunc Troiani, aliquando Romani: vt Aeneid. 8. 117.

Aeneadę in ferrum pro libertate ruebant. Idem libro eodem. 114.

Quis genus Aeneadum, quis Troię nesciat vrbem? Rursum Aeneid. 3. 4.
Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

Aeneides, Aeneidis, (ἀενείδης,) Patronymicum. Virg. 9. Aeneid. 133.
Atque his ardentem dictis affatur Iulum,
Sit tarda Aeneidę, telis impune Numanum
Oppetisse tuis. Vocatiuus est. Vbi Seruius: Patronymicum hoc non venit ab eo quod est Aeneas. Nam hic Aeneades & ō Aeneade faceret. Priscianus lib. 2. Si nominatiuus Grecus in as, vel in es, vel in os desinat: genitiuus verò in ae diphthongum: à penultima breuis ante des inuenitur in patronymico: vt Pelias Peliades, Aeneas Aeneades, Menoetias Menoetiades. Nam Aeneides magis contra regulam authoritate poetica posuit Virgilius, e & a correptas in i productam conuertens, vel quasi ab Aeneas Aenides, sicut à Peleus Pelides, proferēs in nono, Sit tatia Aenide telis impune Numanum Oppetisse tuis. Paulo post: Inceniuntur poetę in quibusdam addentes quasdam literas, vel admentes: vt Scipiades, pro Scipionides, & vt suprà diximus, Aenides, pro Aeneades.

Aeneis, penult. mdiff. huius Aeneidos, penult. corr. (ἀενείς,) Liber de gestis Aenęę. Statius ad finem Thebaidos, ipsam alloquens,
Vine precor, nec tu diuinam Aeneida tentas
Sed longè sequere & vestigia semper adora. Ouid. lib. 2. Trist. 107.
Et tamen ille tuę felix Aeneidos author
Contulit in Tyrios arma virumque toros. Idē lib. 3. de Pōto, Eleg. 4. 17.
Res quoque tanta fuit, quantæ subsistere summo
Aeneidos vati grande fuisset onus. Rursum idem lib. 2. Trist. 52.
Sumpserit Aeneidem genitrix vbi prima requiret
Aeneadum genitrix vnde sit alma Venus.

Aeneidomatrix, ὁ καὶ θ' ὁμαλῶς ξ, liberā Carbilio Pictore i Virgilij ædit°: quā, nō desint, q eō à Mecœnate suppositum asserant. Hic eius vitia furtaque adnotauit, vt sibi quidem persuaserat stultissimus nebulo.

Aeneius, (αἰνήϊος,) adiectiuum quatuor syllabarum. Virg. 7. Aeneid. 1.
Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caietа dedisti. Vbi Seruius: Hanc alii Aeneæ, alii Creusæ, alii Ascanii nutricem volunt.

Arma Aeneia. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 15. 5.
Tityrus, & segetes, Aeneiáque arma legentur,

Roma triumphati dum capur orbis erit.

Carmina Aeneia, Hoc est de gestis Aeneæ. Ouid. Ad Pisonem, de Virgilio & Aeneide. 46.
Fata Aeneia, mors Aeneæ. Stat. lib. 5. Sylu. 3. 8.
Pietas Aeneia. Ouid. 4. Fast. 161.
Virtus Aeneia Ouid. 14. Metamorph. 116.

AENESIDEMVS Dymæus, quum esset præsidii Argis per Achęos impositi præfectus, nec vrbem aduersus Philoclē tueri posset: ne flos iuuētutis Achæorum simul cum vrbe amitteretur, pactus cū Philocle vt abire illis liceret, ipse quo loco steterat, armatus cum paucis clientibus nō excessit. Missus à Philocle, qui quæreret, quid sibi vellet: Nihil fatuitatum modo quum proiecto præ se clypeo staret, in præsidio creditæ vrbis moriturum se armatum respondit. Tum iussu Philoclis à Thracibus connecta tela, interfectúque omnes. Liuius 4. Decad. lib. 2.

Aeneus, penul. correp. idem significat quod æreus, (χαλκοῦς,) Columel. lib. 12. cap. 20. In coctura æruginem remittunt ænea vasa. Cicer. 6. Verr. 52. Lectos æratos, & candelabra ænea. Idem 3. Offic. 48. Equus æneus. Vide AHENVM.

Aeneum vinculum, pro perpetuo accipiunt poetæ: quoniam, vt inquit Porphyrius, æris metallum rubigine non consumitur. Cœlius Antiqua. lect. lib. 10. cap. 50.

Aeneatores, (σαλπισταὶ) rubicines, ab ænea tuba. Sueton. in Cæsare Dictat. cap. 32. Quidam eximia magnitudine & forma, in proximo sedens repentè apparuit harmuline canens: ad quem audiendum, quum præter pastores plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interque eos & æneatores, rapta ab vno tuba prosiluit ad flumen: & ingenti spiritu elasticum exorsus, pertendit ad alteram ripam. Festus, Aeneatores, corniciines dicuntur, id est cornu canentes.

AENEOBARBVS (χαλκοπώγων,) dictus est Domitius, quoniam Castor & pollux quum de victoria nuntiarent Domitio rure reuertenti, ipseque minime crederet narrantibus: malas, barbamque manibus permulserunt, & eam ex fusca in flauam conuerterunt. vnde à barba rutila æneique coloris, Aeneobarbi dicti: quod postea Domitiorum cognomen fuit. eorumque magna pars rutila barba fuerunt. Hæc Suetonius in Nerone, capite 1. Idem ibidem, capite 2. In Cn. Domitium Aeneobarbum Neronis atauum dixit Licinius Crassus orator, nō esse mirandum quòd æream barbam haberet cui esset os ferreum, cor plumbeum. Quidam scribunt Aenobarbus.

AENIANENSES & Magnetes (ait Xenophon de Cyri minoris expeditione, lib. 6.) in medium processere: eamque saltationem in armis saltarunt, quam patria voce Carpæam appellant. Hic enim ritus fuit: Eorum vnus armis proximo loco positis, bobus imctis ferit ac se sæpius tanquam metuens conuertit. Insequitur prædo, quo ille conspecto, arma illico corripit, atque ante iugum pugnat. Atque hæc ad tibiæ certum numerum aguntur. Postremò prædo ille hominem vincit, ac boues abigit. Nonnunquam etiam arator prædonem comprehensum post terga reuinctis manibus cum bobus ipsis coniunctum agit.

AENIENSES, quorum meminit Plin. lib. 4. ca. 2. Hermolaus ab Aenia Perrhœbotū oppido putat appellatos, quos in Epiro Græci modo Aenios, modo Aeniadas vocāt. Strabo Aeniānas quoq; nōiatetiāsi alios hoc nomine in Ponto haberi meminit. citantur Aemenses & à Liuio.

Aenigma, ænigmatis, penult. corre. n. gen. (αἴνιγμα,) Sermo nodosus & involutus: siue, vt Valla interpretatur, allegoria obscurior, quam diuinare magis quàm interpretari oporteat: cuiusmodi est hoc, Quot animalia manus effugerunt, non perdidimus: quot non effugerunt, perdidimus. Gellius lib. 12. cap. 6. Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus scripos appellarunt. Cicę. 3. de Orato. 91. Sumpta re simili, verba eius rei propria deinceps in rem aliam (vt dixi) transferuntur. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est. Etenim ex hoc genere sunt ea quæ dicuntur ænigmata. Idem Attico libro 7. 132. 6. Aenigma Oppiorum ex Vellia plane non intellexi. Est enim numero Platonis obscurius. Iam intellexi tuum ænigma.

Obscuritates & ænigmata. Cicę. 2. de Diuina. 196. Iam verò quo pertinent obscuritates & ænigmata somniorum?

Aenigmatiles, ænigmatillæ, (αἰνιγματιστής,) Qui ænigmata componit, aut proponit.

AENNA, seu Enna, (αἶννα,) ciuitas est in medio Siciliæ in excelso loco ac vndique præruptо sita, proinde inexpugnabilis. Authores Strabo li. 6. & Liu. 3. Decad. lib. 4. Ioxta Aennam rapta est Proserpina à Pluto ne, vt interpretatur miracula refert Arist. & Halicuticō. 3. Oppianus. Meminit & Liuius loco paulo anti citato: sed fusius Cicę. 6. Verr. 94.

Aennenses, siue Ennenses, quum vellent à Romanis ad Carthaginenses deficere, Liu. Phariis præsidii præfectus omnes ad concionem vocatos vltima internecione clam submissis militibus armatis deleunt. Liuius 3. Decad. lib. 4.

Aenobarbus, (χαλκοπώγων,) Vide AENEOBARBVS.

Aenos, (αἶνος,) differt à mytho, id est fabula: quna Aenos, vt Aristophanis interpretes produnt, non pueris concinatur, sed ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

tros dirigitur nec consolatorius modò est, sed paræneticus quoque. Admonet enim & docet quod Hesiodum fecisse animadvertimus. Ae noti, sunt qui apologum interpretentur, item prouerbium quandoq;. Cœlius lib. 8. Antiqu. lect. cap. 47. Idem lib. 15. cap. 4. Griphum alio vocabulo Aenon dicunt: quod ex Eustathio est. Vti apud Clearchum: vir non virtutis, nec tamen anis; lignum, non lignum: lapis, non lapis. Significantur verò hæc: Eunuchus, vespertilio, fistula, pinnex. Quintil. lib. 5. cap. 11. Aenon Græci vocant: nostrorum quidam non sanè accepto in vsum nomine Apologationem.

Aenus, æna, ænum, pe. prod. (χαλκεος,) trisyllabum nomen ab æs æris factum, sed æ diphthongo diuisa. Vide AHENVS.

AENVS, Germaniæ fluuius, qui in Danubium defertur, Vindelicos à Norico discriminans. Hermol. in Plin.

AEOLA fuit, teste Homero in decimo Odysseæ, filia Aeoli ex Lepara coniuge.

* Aeolia, (αἰολίαι,) vrbs Aeoli. Steph. aliter Strougyle, vna ex septē Aeolis. Plin. li. 3. c. 9. De hac Aeolia intellexit Virgil. cum dixit in 1. Aen.

* Aeoliæ insulæ siue Aeolides insulæ vt ait Diodorus lib. 6. cap. 3. Septē sunt Lipara. Hier. Strógyle, Didyme. Ericusa, Phœnicusa. Euonymos. Plinius. libro 3. capit. 9. Seruius addit duas alias, Dictæ autem sunt

Aeoliæ ab Aeolo qui ibi regnauit, & Vulcaniæ à Vulcano, qui ibi officinam habuisse dicitur.

Aeoliam venit, hîc vasto rex Aeolus antro
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.

Aeolicus, penul. corr. adiectiuum, (αἰολικος,) Hinc digamma Aeolicum apud Quintil. lib. 1. ca. 4. Et rursum ca. 6. Sine illa ex Græcis orta tractemus, quæ sunt plurima, præcipueque Aeolica ratione declinata.

Aeolidę, (αἰολίδαι,) Ouid. 9. Metamor. 102. At non Aeolidę thalamos timuere sororum. Macharei Aeoli filius cum Canace sorore concubuit, & ex ea filium sustulit. Byblis autem Cauni fratris amore capta ad suum scelus eleuandum, plurali numero vtitur.

Aeolides, (αἰολίδης,) patronymicum penul. corr. gen. masc. epitheton Vlyssi apud Virgilium. Nam Anticliæ filius est, quæ ante Laertæ nuptias clàm cum Sisypho Aeoli filio concubuit, vnde Vlysses natus est. Hoc ei apud Ouidium 13, Metamor. 7. Aiax etiam obiicit. Quid sanguine cretus Sisyphio? Author Seruius in illud Virgilii 6. Aeneid. 106. Hortator scelerum Aeolides.

Aeolides Misenus. Virgil. 6. Aeneid. 33.
Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter
Aere ciere viros, Martemque accendere cantu. Bene Misenum dicit tubicinem. Ipse est enim qui dicitur filius fuisse Aeoli quia constat sonum omnem ex vento creari. Seruius in illud 3. Aeneid. 48.
- Dat signum specula Misenus ab alta Aere cauo.

Aeolides Sisyphus, Aeoli filius. Horat. 2. Carm. 14. 4.
- damnatusque longi -Sisyphus Aeolides laboris.

Aeolides insulæ, ait Diodorus lib. 6. cap. 3. septem sunt numero, (solus Seruius nouem facit) Strongyle, Euonyma, Didyme, Phœnicusa, Sacra (hanc alii Græca voce Hieram appellant) Vulcania, Lipara, in qua est eiusdem nominis ciuitas. Sitæ autem sunt inter Italiam Siciliamq; recto cursu. Distant à Sicilia centum quinquaginta fermè stadiis, pares muicem magnitudine. Earum maxima circuitu complectitur stadia centum quinquaginta. Ignem hactenus euomebant omnes: quarū meatus oráque ignis etiam nunc viluntur. In Strongyle ac Sacra hucusque ex terræ hiatu ventus erumpit, & fœtor ingens: eructat quoq; arenam lapidesque igneos permultos: quemadmodum & Aetnæ accidit. Afferunt nonnulli, meatus esse subterraneos, ab Aetna ad has insulas, & his omnibus eandem ignem spirandi causam esse. Has insuper insulas tradunt olim deiertas fuisse: sed Liparum quendam Ausonis regis filium à fratribus disidentem, ex Italia cum longis nauibus adiecta secum multitudine copia, ad Insulam appulisse quæ ab eo Lipara sit appellata: atque ea sui nominis vrbe condita, reliquarum quoque insularum agros excoluisse. Eo senescente, Aeolus Hippotæ cum sociis quibusdam in Liparam quum venisset, sumpta vxore Lipari filia, his post modum insulis imperauit. Verum Liparus quum in Italiam reuerti cuperet iuxta Surrentum cenuit loca, quibus magna cum laude præfuit, Defunctus deinde, ac magnificè sepultus, honores heroicos ab incolis accepit. Aeolum verò (is est ad quem fabulæ Vlyssem errantem diuertisse tradunt) iustum ac pium extitisse legimus, & erga hospites perhumanum. Præterea velis vti nautas docuit. Obseruatione ignis, qui venti futuri essent prædixit. Vnde & illum fabulæ ventorum potentem dixere. Ob eximiam eius pietatem, deorū amicus est notatus.

Aeolis, penult. corr. huius Aeolidis, penul. corr. (αἰολίς,) Patronymicum gen. fœ. hoc est Aeoli filia vel neptis. Ouid. 11. Metamor. 115.
Aeolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes. Idem libro eodem. 89.
Talibus Aeolidis dictis lachrymisque mouetur. Vtrobique Halcyonen significat, Aeoli filiam.

Aeolis, regio Hellespōto adiacens: Mysia quondam appellata. Plini. lib. 5. cap. 30.

Aeolis vel Aeolia, est regio Græcorum in Asia inter Ioniam & Troadem sita. Hinc dicitur Aeolica lingua vna Græcorum. Plin. li. 5. ca. 30.

Aeolius, (αἰόλιος,) adiectiuū ab Aeolide regione. Hora. lib. 3. Car. 30. 3.
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. Idem 4. Carm. 3. 3. Fingent Aeolio carmine nobilem. Vbi Porphyrio, Aeolio carmine ita dictum accipe, vt si diceret, Lyrico carmine: quia quidam Lyrici poetæ, vt Alcæus Aeolica dialecto magis vsi sunt. Sanè Horatius Alcæum Lesbium imitatus est. Lesbos autem in Aeolia regione est.

Fides Aeoliæ. Horat. 2. Carm. 13. 5.
Aeolis fidibus quærentem
Sappho puellis de puellaribus. Hoc est, Carmine lyrico.

Lyra Aeolia. Ouid. 11. epistō. ad finem,
Lesbides æquoreæ nuptur æ, nuptaque proles,

Lesbides Aeolia nomina dicta lyra: Domit. Calder. Aeolia, id est Lesbia. Nam Lesbos insula Aeolica est: imò Aeolicarum fermè vrbium metropolis, vt scribit Strabo, qui author est Aeolicam gentem magnam fuisse, & per totam ferme Græciam euagantem, Lesbia autem fuit Sappho.

Plectrum Aeolium. Propert. lib. 2. Eleg. 3. 4.
Et quantum Aeolio quum tentat carmina plectro,
Par Agamippeæ ludere docta lyræ.

Puella Aeolia. Horat. 4. Carm. 9. 3. -spirat adhuc amor,
Viuuntque commissi calores
Aeoliæ fidibus puellæ. Hoc est, Sapphus Lesbiæ.

AEOLVS, (αἴολος,) filius Iouis ex Aesta siue Sergesta, filia Hippotæ Troiani, à quo dicitur Hippotades. Ouidius 14. Metamor. 45. Aeolon Hippotaden colubente carcere ventos. Hic regnauit in Aeolia, & inuenit rationem ventorum. Proinde ventorum rex & ventus dicitur à poetis. Seruius: Aeolus, vt Varro dicat, rex fuit insularum, ex quarū nebulis & fumo Vulcaniæ insulæ, prædicens futura flabra ventorum, ab imperitis visus est ventos in sua potestate retinere.

Aeolus rex Tuscorum ex Amphithea filias sex & mares totidem suscepit. Macharcus omnium ætate minimus, vnius amore incensus, cum violasset, quia ex re conceptus infans rem prodidit. Pater itaque eiusdem mittit filiæ quo accepto, ea rem flagitiosam intelligens, necem sibi cōsciuit. Idemque paulo pòst Macharcus fecit. Huius rei testis est Sostratus secundo rerum Tuscanicarum. Plutarchus in Parallellis 52.

Aeolos duos faciunt Direchidas apud Iunum Parthasium, & Diodorus Siculus lib. 5. cap. 6 & 7. Priorem, Hellenis filium. Hellenis autem pater fuit Deucalion. Posteriorem, Hippotæ ex Menalippe. Huius posterioris filiam Arnen compressit Neptunus. Qua de re indignatus pater Metapontino cuidam qui tum casu aduenerat, Arnen ea lege tradidit, vt Metapontum illam deferret. Quo delata, geminos peperit, Aeolum, & Bœotum: quem propterea Bœotum dixit quòd statuam tum intra boum stabulum abiecerit. Quòd igitur inter boues fuit nutritus Bœotus, & postea Bœotus est appellatus, vt tradit Euphorion.

Aeolus pater, Aeolus imperiosus. Statius 10. Thebaid. 40.
Non aliter modò quàm si pater Aeolus antro
Portam iterum saxo premat imperiosus, & omne
Claudat iter, tamiam sperantibus æquora ventis.

Aeolus tempestatum rex Virgil. lib. 10. Aeneid. 8. Quid tempestatum regem, ventosque furentes Aeolia excitos.

Aeolus, adiectiuum, (αἰόλος,) Virg. 5. Aeneid. 157. -maria omnia cœlo
Miscunt, Aeolis nequicquam freta procellis. Ouid. 1. Metamor. 53.
Protinus Aeolis Aquilonem claudit in antris. Idem lib. 2. Fast. 92.
Flamina non constant: & sex referuntur diebus.

Carceris Aeoli tanua lata patet.

Tyrrannus Aeolius, Hoc est, Aeolus insularum Aeoliarum rex. Ouid. 14. Metamorphio. 45.

Senex Aeolius, Sisyphus Aeoli filius. Senec. in Hippolyt. 12. 16.
His his repositum degraue festas manus
Saxum, senis per ennis Aeolii labor.

AEPALIVS quum à regno suo fuisset expulsus, Hercolis ope atq; opera restitutus est. In cuius beneficii memoriam, ei iam rebus humanis circa Oëtam defuncto, gratiam reddidit: quippe Hylum inter eius filios natu maiorem, adoptauit. Vsque regni successionem suscepit, & nati natorum, & qui ab eo progeniti fuere. Strabo lib. 9.

AEPEA, Aepeæ, penul. prod. (αἴπεος,) vrbs Laconiæ, quæ & Thuria dicta est, Pheris contermina, sita in excelso colle, vnde Aepea, id est cellà nuncupata est. Strabo lib. 8.

AEPHITIVS, adiectiuum. Statius lib. 4. Thebaid. 59.
Aephitios idem ardor agros, Psophidaque celsam
Vastat, & Herculeo vulgatos robore mōtes. Vbi Lactantius: Aepitiorum ciuitatē vel montē à ducis nose nuncupatos. Hi quoq; Arcadiæ populi.

AEPITVS, Arcas fuit genere: heros nobilis inter Græcos qui ad Troiam profecti sunt. Cuius meminit Homerus lib. Iliad. 2.

AEPVLO, Histrorum rex, qui oppido in quod confugerat, ab Romanis capto,

nis capto, traiecit ferro pectus, ne vinus caperetur. Liu. 5. Decad. li. 1.

AEPY, (αἶπυ,) vrbs Messeniorum, quondam sub Nestoris dirione, cuius meminit Homerus lib. 2. Iliad.
Inde vadum Alphei Thryon, altis turribus Aepy. Strabo lib. 8.
Vrbis nomen Aepy, hoc est sublime, ex eo quod illi situ natura obtenuit. Stat. 4. Thebaid. 36.
Quos Thryon, & summis ingestum montibus Aepy.

Aequabilis, Vide AEQVVS.

Aequaeuus, penult. prod. adiectiuum, (ὁμῆλιξ,) Compositum ex æquus, æqua, æquum, & ævum, Eiusdem ætatis: vt AEVVM hîc pro ætate accipiatur. Plin. lib. 10. cap. 44. 2. Verum altera lotos in Vulcanali, quod Romulus constituit ex victoria de decumis, æquæua vrbi intelligitur, vt author est Massurius. Virgil. 2. Aeneid. 112.
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem. Nomen est propriè poeticum. Nam æqualis, oratorum est.

Corpus æquæuum. Sil. Ital. lib. 13. 39.
Tres claustra æquæuo seruabant corpore fratres.

Grex æquæuus. Seneca in Agamem. 7. 10.
Hinc æquæui gregis Astyanax,
Hinc Aemonio desponsa rogo
Ducunt turmas: hæc fœmineas,
Ille viriles. Hoc est, puerorum eiusdem ætatis.

Maiestas æquæua. Claudian. 7. Paneg. 15. - hoc nobilis ortu
Nasceris, æquæua cum maiestate creatus.

Palmes æquæuus. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 10.
Qualiter æquæuo sociatam palmite vitem
Vlmus amat, misceque nemus, &c.

Aequalis, Vide AEQVVS.

Aequamentum, (τὸ ἰσωμενες,) ab æquo, æquas, Idem quod æquilibrium. Sipontinus.

Aequanimis, & hoc æquanime, penul. corr. & Aequanimus, a, um, ex æquus, a, um, & animus compositum. (εὐψυχος, μακρος,) Animi æqui & sedati. Item qui nec prosperis extollitur, nec aduersis frangitur. Auson. Sect. 4. ad Drepanii, de ludo septē sapiētū, Aequanimus fiam te iudice sine legenda,
Sine legenda putes carmina quæ dedimus. Cicero, bono animo, & æquo animo esse dixit.

Aequanimitas pen. cor. æquanimitatis, pen. prod. (εὐψυχια, ἐυψυχία,) Animi æquitas. Plin. lib. 18. cap. 12. Inuenio apud authores æquanimitatē fieri vescentibus ea. Hæc est propria eius nominis significatio: nempe perpetua quædam tolerantia, quum scilicet nulla re graniter indignamur, sed æquo animo ferimus omnia. Budæus ægritudinum vacuitatem interpretatur.

Aequanimitas populi, Fauor, & propitius animus, vt ait Donatus. Terent. in prologo And. 24.
- facite æquanimitas,
Poetæ ad scribendum augeat industriam. Idem in prol. Phorm. 35.
Bonitatisque vestra affluatus, atque æquanimitas.

Aequatio, Vide Aequo, æquas in AEQVVS.

Aequâtor, æquatōris, penul. prod. Verbale, (ἰσημερινός,) Circulus in cœlo, ad cuius medium vbi sol peruenit, tunc æquales fiunt noctibus dies. hunc & æquinoctialem vocat Plinius. Huius meminit Architrenius. Vide AEQVIDIES.

Aeque, Vide AEQVVS.

AEQVESILICI, Hispaniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 3.

AEQVI, (αἶκοι,) qui fuerint populi, non facilè distinguntur, commisti alioqui Latinis & Volscis. Volaterra. lib. 6. Georg. Hos Liuius. 1. Decad. lib. 9. vocat veteres Romanorum hostes: traditque vnum & quadraginta eorum oppida intrà dies sexaginta omnia oppugnando ab Romanis capta, & pleraque diruta atque incensa: nonnisi æquorum propè ad internecionem deletum.

AEQVICOLA gens, (αἰκοικολαι,) Virg. 7. Aeneid. 150.
Horrida præcipuè cui gens assuetaque multo
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis:
Armari terram exercent: semperque recentes
Connectare nouas prædas, & viuere rapto. Vbi Seruius, Aequicolam gentem dicit, & morum & vitæ qualitate prædiuam. Sanè aliud pendet ex alio. Ideo erant horridi, quia venabantur: ideo venabantur, quia habebant duras glebas, id est infœrtiles. nam molles, feraces sunt: vt in Georgicis docet. Et cui putre solum, nanque hoc imitatur arando.

AEQVICVLANI, (αἰκουλαι) Italiæ populi. Plini. lib. 3. cap. 12. qui etiam ibidem Aequicolos vocat. Ouidius lib. 3. Fast. 19. Quintum Laurentes, bis quintum Aequiculus acer.

Aequidies, æquidiei, (ἰσημερία) ea forma qua æquinoctium dici mus. Architrenius lib. 8. cap. 9.
-Aequator solem stationē reflectit,
Aequidiemque facit. Idem lib. 9. cap. 4.
Circulus æquidiem librans, Austrumque colurus
Qui secat & Borcam, Zephyri sub cardine mundum
Auroræque ligant. Ibidem cap. 5.
-hæc plenior, illa
Aequidie breuior, brumalibus exolat horis.

Aequidiale, æquidialis, (ἰσημερινός) pen. prod. Festus, Aequidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus æquinoctialem quia nox dici potius, quàm dies nocti annumerari debet. Græci quoque in hoc consentiunt, (ἰσονυκτιον) id est æquidiale dicentes.

Aequilanium, videtur ex æquus & lana compositum. Festus, Aquilanium significat ex toto dimidium, dictū à lanatione lanæ, quæ dicitur æquilanio reddere, quum dimidium deci dit sordibus. Hæc Festus. Scribitur in nonnullis exemplaribus, Aquilauium, per u in penultima: vt sit ab æquus & lauo lauas.

Aequilatatio, (ἰσοπλατυσις) Nomen durriusculè compositū ex æquo & latus, quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio. Vitruuius lib. 2. cap. 8. Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio signetur, vbi erit litera e, finisteriore parte. Id est æqua sine æqualis latitudo,

Aequilibrium, (ἰσοζυγία, ἰσορροπία) Aequatio libræ, quum scilicet pondera ita sunt æqualia, vt neutra pars libræ præponderet: hoc est, in neutram partē libra inclinet, quod & æquamentum & libramentum dicitur.

Aequilibrium membri. Gellius lib. 10. cap. 1. per metaphoram posuit, ita scribens, Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit, quæro an effiere possit rumpendi pariter membri æquilibrium? Id est omnino iustum æquamentum: vt sit sensus, an ita parem vicem reddere possit alteri, vt neque plus, neque minus rumpat ei membrum, quàm ille ipsi ruperit.

Aequilibris & hoc æquilibre, penul. correp. (ἰσοζυγος, ἰσορροπος) ex æquus & libra compositum, propriè significare videtur quòd ad libram æquali constat pondere: vt si dicas, Hi nummi sunt æquilibres: id est æquali pondere. Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitruuius lib. 5. cap. 12. Deinde ad ipsam aquam & latera puluino circiter sesquipedales margines struantur æquilibres ei plantiæ, quæ supra scripta est. Hoc est omnino æquales: quasi ad libram æquati: vel quasi æqualiter librati, eiusdem libramenti.

Aequilibritas penul. corr. æquilibritatis penu. prod. Cicero lib. 1. de natura deorum. 151. Confugis ad æquilibritatē: hic enim, (ἰσονομία.) (si placet) appellemus, aliter æquabilitatem.

AEQVIMELIVM, Aequimelii, Locus Romæ, vbi domus Melii solo æquata fuit. Sp. enim Melius ob frumenti largitionem in suspicionem affectatæ dominationis venit. Et quum ad populi, cui fuerat largitus, fidem confugeret: ab Seruilio Hala equitum magistro deprehensus & occisus est, domusque eius diruta, & area Aequimelium dicta. Ex Liuio 1. Decad. lib. 4. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 78. Sp. Melii regni appetentis domus est complanata. & quid aliud æquum accidisse Melio populus Romanus iudicaut? Nomine ipso Aequimelii stultitia pœna cōprobata est. Idem lib. 2. de Diuin. 57. An quum in Aequimelium misimus qui afferat agnum quē immolemus, is nobis agnus affertur qui habet exta rebus accommodata, & ad eum agnum non casu, sed duce deo ferus deducitur?

Aequinoctium (ἰσημερία,) ex adiectiuo æquus, & nox, quasi æqui noctis cum die æqualitas. Tempus illud dicitur quo dies nocti æquatur longitudine. Est autem duplex, Vernū, & Autumnale. Varro lib. 4. de ling. Lat. Quòd dies æquus sit ac nox, æquinoctium dictum. Columel. lib. 9. cap. 14. Idque optimæ notæ enī feicit Autumni æquinoctio, quod est ante Calendas Octobris, cum octauam partem Libræ sol attigit. Cic. ad Att. li. 10. 108. 2. Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Plin. lib. 18. cap. 25. Cardo temporum quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur hæc à bruma, & æquatur noctibus verno æquinoctio diebus XC, horis tribus. Deinde sub per at noctes ad solstitium diebus XCIII, horis XII. vsque ad æquinoctium Autumni. Et tum æquata die, procedit ex eo ad brumam diebus LXXXIX. horis tribus. Quæque hæ differentiæ fiunt in octauis partibus signorum: Bruma, Capricorni, ab VIII. calend. Ianuarii ferè: æquinoctium vernum, Arietis: solstitium, Cancri: atque æquinoctium, Libræ: qui & ipsi dies rarò non aliquos tempestatum significatus habent.

Aequinoctialis & hoc æquinoctiale, penult. prod. (ἰσημερινος) Quod ad æquinoctium pertinet. vt æquinoctialis circulus, qui & æquator dicitur, & tempus æquinoctiale. Plin. lib. 2. cap. 75. Sic fit vt vario lucis incremēto, in Meroe longissimus dies XII. horas equinoctiales, & VIII. partes vnius horæ colligat. Ibidem, cap. 69. Quum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusque cernatur. Ibidem, cap. 70. Ité

Universidad de Deusto Biblioteca

imedio ambitu signiferi orbis, incedens æquinoctialis. Catullus epigram. 43. ad seipsum de aduentu Veris,
Iam ver egelidos refert tepores.
Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundis Zephyri silescit auris.

Aequiparo, æquiparas, penul. corr. (ἰσόω) æquiparare, (nō de)sunt qui Aequipero scribant) ex adiectiuo æquus & par paris, æquare, & quasi æque parem facere. Virg. ecloga 5. Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum. Cic. 5. Tusc. 71. Nemo est qui factis me æquiparare queat. Suetonius in Augusto, cap. 94. Apud Mundam D. Iulius castris locum capiens, quum syluam cæderet, arborem palmæ repertam conseruari, vt omen victoriæ, iussit. Ex ea continuò enata soboles, adeo in paucis diebus adoleuit, vt non æquipararet modò matricem, verùm etiam obtegeret, frequentare turque columbarum nidis. Liu. 7. bel. Maced. 720. Terrestribus naua libulque copijs, vt nemo sociorum vestrorum æquiparare me posset, imperatores vestros aduuni. Idem 5. ab vrbe. 107. Iouis, solisque equis æquiparatum Dictatorem in religionem etiam traheb.nt.

¶ Aequiparare, pro comparare. Plaut. Milite.
Cum quo bellator Mars haud ausit dicere,
Neque æquiparare suas virtutes ad tuas. Hoc est suas virtutes cum tuis comparare & conferre, atque æquales facere.

Aequiparare, datiuo iunctum. Lucius, Mari tranquillo quod ventis conciaretur, æquiparando multitudinem Aetolorum.

Aequiparatio, Verbale. (ἰσωσις) Gell. lib. 14. ca. 3. Aequiparatio ipsa plerunque & paritas virtutum inter se consimilium.

Aequiparabilis, & hoc æquiparabile, (ἰσωτός) Aequari vel comparari cum aliquo dignum. Plaut. Trinum. 8. 52.
Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles vestras cum nostris
Factiones atque opes? Idem Curcul. 4. 13.
Quid vidisti, aut quid videbis magis diis æquiparabile?

Aequipolleo, æquippolles, Aequialere, significat, vt ait Sipõtinus: Hoc est æque pollere, & viribus parē esse.

Aequipollentia, Aequialentia. Sipontinus.

Aequipondium, (σταθμία) ex adiectiuo æquum & pondus, Id est ponderis æqualitas. vt si dicas, Auri dedi ad argenti æquipondium. Legitur apud Vitruuium lib. 10. cap. 8. apud quem & sicõma pro eodem.

Aequialere, (ἰσοχέτειν) Aequæ posse. Sipontinus. Author libelli de Philomela. 7.
Nam quanuis alię volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis æquialere tuis.

Aequitas, Aequo, aequas, Vide AEQVVS.

Aequiuocum pe. prod. (ὁμώνυμον) Nomen fictum à Grammaticis. est quod Græci dicunt homonymum: & à Martiano dicitur pluriuocum, quum pluribus rebus eadem est appellatio. vt Arietis nam & machinamentum quo muri expugnantur, & sydus in cœlo, & animal in terris, aries vocatur.

Aequor, æquoris, penul. corr. neu. gen. (ὁμαλότης πλάτους) Varro 6. de ling. Lat. Aequor mare appellatum, quòd æquatum, commotum vento non est. Nonius, Aequor, ab æquo & plano, Cicero Academicarum lib. 2. vocabulum accepisse confirmat, Quid tam planum quàm mare? ex quo etiam æquor illud poetæ vocant. Virg. 7. Aeneid. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere?

¶ Aequor pro planitie & superficie. Columel. lib. 8. cap. 17. Sublimius esse maris æquor ostendat.

¶ Aequor pro terra. Virgil. 1. Georg. 5. Ac prius, ignotum ferro quàm scindimus æquor. Vbi Seruius: Aequor modò terram accipe, ab æquatate dictum: vnde & maria, æquora dicuntur.

¶ Aequor, campus. Virg. 12. Aeneid. 67. -illi æquore aperto Ante Notos Zephyrumque volant. Nonius.

Aequora campi. Cic. 1. de Diuin. 52. Vt enim Aegyptii, vt Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes. Periphrasis, pro in campestri planitie,

¶ Aequor, Fluuius. Virg. 8. Aeneid. 8. Viridesque secant placido æquore syluas. Nonius.

Altum æquor. Ouid. 2. Metamor. 53.
Quod modò pontus erat, quosque altum texerat æquor,
Existunt montes. Virgil. 4. Georg. 106.
Hæc Proteus: & se factu dedit æquor in altum.

Angustum æquor. Stat. 1. Achilleid. 6. pro freto,
-ferunt coeuntia Phryxi
Littora, & angustum dominas non explicat æquor.

Apertum æquor. Virg. 3. Georg. 38. de equo,
-tum curribus aut as
Prouocet ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Aequora, vix summa vestigia ponat arena. Hoc est, per campos patentes. Idem lib. 12. 67. de Marte.

Aquæ æquoris tumescentes. Ouid. Amorum 3. eleg. 10. 6.
Iam mea votiua puppis redimita corona,
Læta tumescentes æquoris audit aquas.

Arctoa æquora, Id est Scytica, quæ sunt sub Arcto. Valer. Flac. lib. 5. Argonaut. 124.

Armatum scopulis æquor. Claud. de bello Getico. 1.

Aestu æquoris perfundi. Virgil. 3. Aeneid. 79.
Italiąque hanc littoris oram,
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu, Effuge.

Aspera nigris ventis æquora. Horat. 1. Carm. 5. 2.

Atlanticum æquor, Id est Oceanus. Horat. 1. Carm. 31. 3.

Atrum æquor. Valer. Flac. 3. Argonaut. 100.
-viden Arctoo de carcere quanta
Tollat se nubes, atque æquore pendeat atro?
Cœruleum æquor. Sil. Ital. lib. 15. 31. Tum noua cæruleum descendit classis in æquor.
Cærula æquora. Catullus in Argonaut. 2.
Canens æquor, Hoc est spumosum. Canescit enim spuma. Sil. Ital. lib. 4. 50. Cunctaque canenti perfunditur æquore Cyclas.
Canescunt æquora. Ouid. 3. epist. 313.
Canum æquor. Lucan. lib. 8. 142.
-cano sed discolor æquore truncus.
Conspicitur. De cadauere Pompeii magni loquitur.
Concita æquora mulcere, Maria commota placare & sedare. Ouid. 3. epist. 8.
Perque tuum tibi iurasti (nisi fictus & ille est)
Concita qui ventis æquora mulcet auum. Id est, per Neptunum.
Contracta æquora, Id est angustiora & arctiora facta. Horat. 3. Carm. 1. 7. -Contracta pisces æquora sentiunt.
Conuulsum remis æquor dehiscit. Virgil. 5. Aeneid. 29.
-torumque dehiscit
Conuulsum remis, rostris stridentibus æquor.
Curua æquora. Lucan. lib. 5. 91.
Inde rapi cœpere rates atque æquora classem
Curua sequi. Sic Ouid. 11. Metamor. 102.
Densum æquor, Id est gelatum. Lucan. lib. 2. 127.
Riphæaque manus, & quas tenet æquore denso
Pigra palus Scythici patiens Mæotica palustri.
Ductum æquor, Ouid. lib. 1. Trist. eleg. 2. 5.
Me miserum, quanti montes voluuntur aquarum.
Iamiam tacturos sydera summa putes.
Quant ęductо sublidunt æquore valles?
Iamiam tacturas tartara nigra putes.
Diffusum æquor. Lucan. lib. 1. 130.
Totaque diffuso latuisset in æquore tellus.
Dubium pender æquor cui vento pareat. Nimirum quando flant venti contrarii. Lucan. lib. 5. 121. Et dubium pendet vento cui pareat æquor. Et ibidem 99.
Dura æquora, Id est, in glaciem indurata. Senec. in Her. fur. 7. 3. Feruidum æquor, Aestuans & valde commotũ. Horat. 1. Carm. 9. 2. Fluctans æquor magnis anfractibus. Lucret. lib. 1. 148.
Ionium glaucis aspergit littus ab vndis.
Hospita æquora lustrare. Virg. 3. Aeneid. 76.
Pauca tibi è multis, quo tutior hospita, lustres
Aequora, & Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis. Vbi Seruius, Hospita, vicina. Nihil enim nobis hospitio esse vicinius constat.
Horrida æquora, Horat. 3. Car. 24. 8. Sic Catul. in Argonaut. 41. Hybernum æquor, Hyemali frigore horrens. Horat. 2. Serm. 3. 47.
Illisa scopulis æquora reclamant. Virg. 3. Georg. 52.
Porta tonat cœlo: & scopulis illisa reclamant Aequora.
Ima æquora petere. Virg. 9. Aeneid. 25.
Immania ponti æquora. Lucret. lib. 4. 83.
Inter eos solemque iacent immania ponti
Aequora, Id est, vastissimæ planities.
Immensum spatiis æquor conficere. Virgil. 2. Georg. 109.
Sed nos immensum spatiis confecimus æquor:
Et iam tempus equum spumantia soluere colla. Hoc est, Satis à nobis aratum est, siue de agricultura dictum.
Immensa æquora. Virg. 6. Aeneid. 71.
Imperiosum æquor. Horat. 1. Carm. 14. 2. -ac sine funibus
Vix durare carinæ Possint imperiosius Aequor. Id est sustinere mare sæuius, superbius, violentius.
Indignatum magnis stridoribus æquor. Virgil. 2. Georg. 33.
Indomita æquora. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 9.
Hæc fuerant olim: sed tu iam mitis Apollo
Prodigia indomitis merge sub æquoribus.
Inertia æquora, Id est pigra, non fluentia, quia glaciata. Luca. li. 5. 9.

Illinc

Illinc infestæ classes, & inertia tonsis
Aequora moturæ. Tonsis, id est remis.
Ingens æquor iterare. Horat. 1. Carm. 7. 6.
-nunc vino pellite curas,
Cras ingens iterabimus æquor. Id est, Iterum nauigabimus, ait Acrõ.
Inuia æquora faciunt venti, Hoc est innauigabilia. Oui. 12. Meta. 2.
Nec dilata foret vindicta, nisi æquora sæui Inuia fecissent venti.
Irata æquora. Sil. Ital. lib. 4. 61.
Læua æquora. Virgil. 3. Aeneid. 83.
Læua tibi tellus, & longo læua petantur
Aequora circuitu: dextrum fuge littus, & vndas.
Lassa æquora ponunt furorem, Id est deponunt. Stat. lib. 2. Sylu. 2. 6.
Lassatum fluctibus æquor. Lucan. lib. 5. 141.
Latum æquor. Horat. lib. 1. Epist. 2. 4. Et Ouid. 6. Metam. 141.
Lenta æquora iacent. Lucan. lib. 5. 87.
Aequora lenta iacent alto torpore ligata. Hoc est, congelata, & in glaciẽ concreta.
Liquidum æquor, Statius lib. 1. Achilleid. 20.
Ter conata manu, liquidum ter gressibus æquor Reppulit.
Longum æquor. Statius lib. 5. Thebaid. 97.
Longinqua æquora. Claudian. de rapt. Prof. 3. 73.
Sic qui vecturus longinqua per æquora merces,
Molitur tellure ratem. Id est, in terra nauem construit.
Lunata æquora, In modum bicornis lunæ recurua. Statius lib. 2. Sylu. 2. 3. -placido lunata recessu
Hinc atque hinc curuas perrumpunt æquora rupes.
Magnum æquor meturi. virg. lib. 4. Georg. 78.
Magna æquora surgunt. Virg. 3. Aeneid. 40.
Continuò venti voluunt mare, magnaque surgunt
Aequora: dispersi iactamur gurgite vasto.
Maris æquora. Horat. 4. Carm. 5. 2.
Maris æquor arandum Est tibi. Virg. 1. Aeneid. 155.
Longa tibi exilia, & vastum maris æquor arandum Idem lib. 3. 99.
Minax æquor. Vide infra, Sæua æquora.
Mobile æquor. Ouid. 2. Epist. 26.
In freta procurro, vix me retinentibus vndis,
Mobile qua primas porrigit æquor aquas. Sic Claudianus in Rufinum lib. 1. 8.
Mollia æquora. Ouid. 21. Epist. 23.
Sic vtinam errarem: faceres tu mollia coniux.
Aequora: te sociam mihi tristè foret.
Nigrum æquor. Horat. 3. Carm. 27. 5.
Patulum æquor, id est patens campus. Sil. Ital. lib. 13. 32.
Pernia velis æquora. Lucan. lib. 5. 88.
Placida æquora. Virgil. 10. Aeneid. 20. Tum Zephyri posuere, premit placida æquora pontus.
Ponti æquora. Virgil. 1. Georg. 93.
Tempore quanquam illo tellus quoque, & æquora ponti,
Obscœnique canes importunæque volucres
Signa dabant. Vbi Seruius, Non sine causa addidit, ponti. quia sunt & campi æquora.
Procellosum æquor. Valer. Flac. lib. 3. Argonaut. 124.
Proscissum æquor Virg. 1. Georg. 20.
Et qui, prosciſſo quæ ſuſcitat æquore terga,
Rursus in obliquum verso prorumpit aratro. Vbi Seruius, id est, terram quam arauerat. Nam hoc præcipit, vt quum denuo aramus, tũc per obliquum aratra ducamus.
Puluereum æquor, Campus puluerulentus, Planities puluerulenta. Stat. 11. Thebaid. 81. Iãq; in puluereũ furiis hortantibus æquor Prosiliũt.
Quieto æquore ferri. Horat. Epod. 10. 3.
Rapidum æquor. Valer. Flac. lib. 4. Argonaut. 54.
Recussum æquor. Valer. Flac. lib. 5. Argon. 34. -penitúsque recusso
Aequore Cyaneas Myniæ timuere relictas.
Refluum æquor. Sil. Ital. lib. 2. 62.
Reuoluta æquora. Virgil. 10. Aeneid. 131.
Auulsamque rapit reuoluta per æquora nauem.
Rubrum æquor Oceani, propter occidentis in eo solis radios. Virgil. 3. Georgic. 72.
Rubrum æquor, Mare rubrum, siue Erythræum. Claudian. lib. 1. in Rufi. 56. Et 7. Paneg. ad finem.
Sæua æquora. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 18. Et Ouid. 18. Epist. 18.
Salsum æquor. Lucret. lib. 5. 26. & lib. 3. 99. Item Horat. Epod. 16. 7.
Amerõque salsa leuis hircus æquora.
Sinus æquorum. Senec. in Hippyl. 101.
Nunc adeste sæua ponti monstra nunc vastum mare
Vltimo quodcunque Proteus æquorum abscondit sinu.
Sinuata æquora. Sil. Ital. lib. 2. 35.
Sinuosa æquora. Valer. Flac. lib. 3. Argonaut. 56.
Spumantia æquora. Claudian. in laudibus Serenæ Reginæ 23. Et Statius

5. Thebaid. 83. - Sed nec spumantia cedunt Aequora.
Spumea æquora. Sil. Ital. lib. 17. 50.
Spumosum æquor. Lucan. lib. 2. 124.
Stratum æquor. Vide Silet æquor.
Sulcata æquora, Id est quasi in sulcos rostris nauium scissa. Seneca in Agamemno. 610.
Sulcata vibrant æquora: & litera increpant.
Summum æquor saxi, Hoc est Superficies ac planities. Lucret. libro. 3. 183. - atque rigere
Frigore, quum summo gelidi cubat æquore saxi.
Summa æquora. Vide Sternunt venti æquora.
Toto æquore aliquem agere præcipitem, Id est, per totum campum vrgendo persequi. Virgil. 5. Aeneid. 91. Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto.
Turbida æquora. Lucret. lib. 5. 200. Et Lucan. lib. 5. 114. Turbida testantur conceptos æquora ventos.
Tuta æquora tenere. Virgil. 5. Aeneid. 35.
-& metis tenet æquora tuta relictis.
Tranquillum æquor. Claudian. 7. Panegyr. 49.
Nauita tranquillo moderabitur æquore pinum. Id est nauem pineam.
Truculentum æquor. Catul. in Argonaut. 36. - à gurgite lato
Discernens pontum, truculentum vbi diuidit æquor.
Tumefacta æquora. Sil. Ital. lib. 16. 20.
Tumida æquora. Vide Placare æquora. & Sternunt venti æquora.
Vacuo æquore patent campi. Virgil. 12. Aeneid. 143.
Vastum æquor currere. Virg. 3. Aeneid. 34. Et lib. 7. 46.
Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti.
Ventosum æquor. Ouid. in Ibin. 120. Et Virgil. 6. Aeneid. 67.
Quos simul à Troia ventosa per æquora vectos
Obruit Auster, aqua inuoluens nauemque virosque.
Vndæ æquoris. Ouid. 1. Metamorpho. 69.
Vndiuagum æquor. Virgil. de ortu Solis. Tethyos vndiuago dum profilit æquore Titan.
Vndosum æquor. Virgil. 4. Aeneid. 63.
¶ Ciere æquora imo fundo, Id est à fundo cõmouere. Virg. 1. Aenei. 84.
Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo.
Commouere æquora dicuntur venti. Lucret. lib. 2. 154.
Concurrunt æquora. Lucan. lib. 5. 122. - motaque possunt
Aequora subductis etiam concurrere ventis.
Conscendere nauibus æquor. Virg. 1. Aeneid. 77.
Currere æquora. Virg. 5. Aeneid. 47. Et lib. 3. 54.
Egerere æquora fundo. Stat. 5. Theb. 77. Pars clypeis munire ratẽ, pars æquora fundo Egerere. Hoc est aquã marinã è fundo nauis eiiciebãt.
Euertere æquora ventis. Virgil. 1. Aneid. 10. Dissiciũque rates, euertũque æquora ventis. Stat. 5. Thebaid. 29. -en validis spumant euersa lacertis Aequora.
Feruet æquor. Virg. 1. Georg. 66.
- implentur fossæ, & caua flumina crescunt
Cum fonitu: feruetque fretis spirantibus æquor.
Frangere æquora vado. Lucan. lib. 2. 81.
Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ. Stat. lib. 9. Theb. 19.
- ceu fluctibus obuia rupes,
Cui neque de cœlo merus, & fracta æquora cedunt,
Stat cunctis immota minis.
Lustrare æquor nauibus. Virg. 3. Aeneid. 77. Et salis Ausonii lustrandum nauibus æquor.
Mergere aliquem æquore. Virg. 6. Aeneid. 70. -nec me deus æquore mersit. Et Sil. Ital. lib. 17. 15.
Mergere aliquem sub medio æquore. Virg. 6. Aeneid. 69.
Miscetur æquor magnis clamoribus. Virg. 4. Aeneid. 83.
- totumque videres
Miscerì ante oculos tantis clamoribus æquor.
Nauigare æquor. Virg. 1. Aeneid. 15. Et Ouid. 15. Metamor. 10.
Percutere æquora multis classibus. Lucan. lib. 3. 58.
fraternique vltor amoris
Aequora quum tantis percusserit classibus, vnum
Tot reges habuere ducem.
Permensi classibus æquor. Virg. 3. Aeneid. 32.
Personat aliquis æquora. Virg. 6. Aeneid. 34. de Miseno tubicine Aeneę,
Sed tum forte caua dum personat æquora concha
Demens, &c. Vbi Seruius, Personat, pleonare facit: aut p æquora sonat.
Placare æquora. Virg. 1. Aeneid. 30. Et Ouid. 11. Metamor. 87.
Proscindit nauis æquor rostro. Catullus in Argonaut. 3.
Quę simulac rostro ventosum proscidit æquor,
Totaque remigio spumis incanuit vnda.
Quiescunt alta æquora. Virg. 7. Aeneid. 2.
Refundere æquor in æquor, Hoc est aquam marinam è naui reiicere in mare. Ouid. 11. Metamor. 98. Egerit hinc fluctus, æquorque refundit in æquor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secare æquor. Val. Flac. lib. 4. Argonaut. 54.
Secatur æquor puppe. Ouid. 11. Metamor. 96.
Aut minus, aut certè medium non amplius æquor
Puppe secabatur, longèque erat vtraque tellus.
Silet æquor. Virg. 9 æclog. 12.
Et nunc omne tibi stratum silet æquor: & omnes
(Alpice) ventosi ceciderunt murmuris aurę. Idem. 1. Aeneid. 33.
Æquora tuta silent.
Spumescunt remo æquora. Ouid. 2. epist. 18.
Sternunt venti æquora. Virg. 5. Aeneid. 152. -placidi strauerunt æquora venti. Iterum libro eodem. 163.
Cæruleo per summa leuis volat æquora curru:
Subsidunt undæ tumidumque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis: fugiunt vasto æthere nimbi.
Superare æquor, Euadere, & velut vincere enatando. Ouid. in Ibin. 120.
Temperare æquor, Id est regere. Ouid. 12. Metamor. 19. de Neptuno, -sed qui
Nereaque, & natas, & totum temperat æquor. Virg. 1. Aeneid. 30.
Et vastas aperit Syrtes, & temperat æquor.
Tenent venti æquora. Ouid. 11. Metamor. 87.
Quum semel emissi tenuerunt æquora venti, Nil illis vetitum est.
Tentare æquora fuga, Experiri an per mare possis aufugere. Virg. 2. Aeneid. 36. Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas.
Tepent æquora. Stat. 1. Sylu. 2. 18.
Tingi æquore. Virg. 1. Georg. 50. Arctos, Oceani metuentes æquore tingi. Idem. 4. Aeneid. 162.
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingerer æquore plantas.
Turbant æquora venti. Lucret. lib. 2. 1.
Verrere æquora. Virg. 3. Aeneid. 58. Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt.
Verrunt delphines caudis æquora. Virg. 8. Aeneid. 133.
Verrere æquora remis certantibus. Virg. 3. Aeneid. 133. Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Verrunt æquora venti. Lucret. lib. 5. 54.
Partim quòd validi verrentes æquora venti
Dumnant. Venti quippe suo flatu aliquam maris portionè hauriūt.
Vibrare æquora. Seneca in Agamem. 6. 10.
Vorat æquore nauem vórtex. Virg 1. Aeneid. 25.
-ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.
Æquoreus, aduectiuū, (παλαιὸς, φύσεως, ἴσος,) Quod ad æquor pertinet. Colum. lib. 10. Nunc pater æquoreus, nunc & regnator aquarum. Oceanum intellegit, quòd postis fingitur aquarum deus: & per aquarum regnatorem, Neptunum significat. Martial. lib. 13. 84. Hic Scarus æquoreis qui venit obesus ab vndis. Virg. 4. Aene. Et genus æquoreũ, p pilcibus.
Arma æquorea. Sil. Ital. lib. 13. 147. -hic Martius ille
Aequoreis victor cum classe Lotarius arma.
Britanni æquorei. Ouid. 15. Metam. 151. Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos. Hoc est mari circũdatos, & nauigationi deditos.
Bustum æquoreum, Id est sepulchrum in littore maris erectum. Valer. Flac. lib. 5. Argonaut. 19.
Talis ab æquorei cœsurgens æggere busti Emicuit.
Imber æquoreus. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 3. 6.
Vt Venus artificis labor est, & gloria Coi,
Aequoreo madidas quæ premit imbre comas.
Origo æquorea. Ouid. 10. Metam. 123. de Hippomene, Quid, quod ab æquorea numeratur origine quartus. Id est, à Neptuno æquoris deo.
Pisces æquorei. Ouid. 10. Metam. 16.
Proceres æquorei, id est principes dij marini. Claudian. lib. 3. de raptu Proserpinæ. 3.
Puellæ æquoreæ, Id est Nereides maris nymphæ. Proper. lib. 3. eleg. 7. 14.
O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ.
Rex æquoreus Neptunus. Ouid. 8. Metam. 122.
Tridens æquoreus, Septrum Neptuni. Lucan. lib. 4. 23.
Vias æquoreas monstrare. Sil. Ital. lib. 17. 11.
Vulgus æquoreum, Menstra omnia marina. Senec. in Hipp. 8. 20.

AEQVVMTVTICVM; Apuliæ oppidum à Diomede Græco post guerlibnem Troię conditum. Author Seruius in 8. Aeneid.

AEQVVS Clulius Dux Volscorum, qui à M. Geganio Consule ad deditionem coactus, suis sub iugum missis, ante Consulis triumphantis currum ductus est. Liuius. 1. Decad. lib. 4.

Aequus, adiectiuum, (ὁμαλὸς, φύσεως, ἴσος,) Ab aqua deduci videtur, quia summa est aquæ æqualitas dum quiescit, ita vt imaginem tanquam speculum reddat, significatque æquum proprie, quod sic omni ex parte æquatum est, vt nihil emineat. Differt autem à planus quòd æquum sine plantis esse potest: planum verò semper in plantis dicitur. vnde & plantes ipsa est nominata. Item planum quod esse potest, quod omnino tamen non æquum sit: vt

sunt tabulæ reflexæ atque distortæ. Confunditur tamen persæpe hæc differentia.
Æquus & planus locus. Cic. pro Cecin. 37. illud verò nullo modo potest, dejectus esse quispiam. non modo qui tactus non sit, sed ne æquo quidem & plano loco.
Aequum campi, pro superficie plana. Liu. 5. ab vrbe. 170. Haud dubius facilem in æquo campi (tãtum superante multitudine) victoriã fore.
¶ Ex æquo loco dicere, Est quum æqua est conditio, eius qui dicit, & auditorum: vt in senatu, vbi æqua erat omnium conditio, vt locus sedendi æquus erat, idque ita intellegendum apud Ciceronem in 3. de Oratore, Nã siue de cœli natura loquitur, siue de terrę, siue de diuina, siue de humana, siue ex inferiore loco, siue ex æquo, siue ex superiore &c.
¶ Æquus, qui ita iustus est, vt neutram in partem propendeat, vtrique parti æquè faueus. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 16. 12. Damus operam ne cuius animum offendamus, atque vt etiam ab iis ipsis qui nos cum Cæsare tam coniunctos dolent, diligamur: ab æquis verò, aut etiam à propensis in hanc partem, vehementer excolamur & amemur.
¶ Æquus pro æqualis. Terentius Eunucho. 1. 2. 11.
-ô Thais Thais, vtinam esset mihi
Pars æqua amoris tecũ. Hoc est, me æque atque ego te, amare. Virgin. 12
-numerone an viribus æquis Non sumus. Senec. Epist. 94. Inuenimus multi, qui æquos arcibus aggeres attollant.
¶ Æquus alicui dicitur, qui manuetè, & benignè cum eo agit, & fauet. Hinc dicimus, Præbere se æquum sibipsi, vel alteri. Cic. pro Deiot. 2. Nemo ni ferè est, qm sui periculi iudex, nõ sibi se æquiorem quàm reo præbeat. Idem Carione, lib. 2. 4. Quare si iniquus ea in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine. sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. Terent. And. 2. 5. 18.
-quo æquior sum Pamphilo.
Si se illam in somnis, quàm illum amplecti maluit. Vbi Donatus, Aequior Pamphilo benevolentior, non iratus, vel minus iniquus.
Aequum aliquid esse in quempiam. Cic. pro Quintio. 15.
¶ Aequus animus, Moderatus, & tolerans, & minimè querulus in aduersis, qui, ne nunquam irascitur, sed omnia in bonam partem accipit. Hinc est, Aequo animo ferre, pro patienter ferre. Animus æquus, inquo animo oppositus est. vnde & æquanimitas dicitur. Cicero de Senectute. 75. Quid, quòd sapientissimus quisque animo æquissimo moritur, stultissimus iniquissimo? Plaut. Rud. 10. 69. Animus æquus optimum est æruinæ condimentum. Teren. And. 2. 3. 23. Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Idem Adelph. 5. 3. 10.
-ne nimium modò
Eone tuæ istæ nos rationes Mitio,
Et tuus iste animus æquus subuortit. Aequum animum dixit, indulgentem, & errata filiis condonantem, spe eos ad viam reducendi. Vt ipsis solet dicere, non ligneum. Marcellus ad Ciceronem, lib. 4. 11. 4
Quibus ego, quoniã hæc erat tempora, facile, & æquo animo carebã.
Aequo animo attendere, Id est benevolo. Terent. in prol. Hecy. 28. Meã causã æquo animo attendite. Hoc est attenti estote cum fauore, & benevolentia. His enim verbis vtrunq; petis à spectatoribus: attentionẽ scilicet, & benevolentiam. Idem in prol. Phor. 31. Adeste æquo animo per silentium. Hoc est, benevole audite & silete.
Aequo animo aliquid accipere, Id est libenter. Hora. de arte poe. 51.
Nec, siquid fracti ciceris probat, & nucis emptor.
Aequis accipiunt animis, donantue corona.
Aequo animo alios concedere, Hoc est volenter & libenter. Lucretius lib. 3. 196.
Animus æquus te deficit. Hora. 1. Epist. 11. 6.
Strenua nos exercet inertia: nauibus atque
Quadrigis petimus bene viuere, quod petis, hîc est.
Est vlubris, animus si te non deficit æquus. Hoc est, non te destituit non tibi deest.
Animo æquo esse de re aliqua, Id est non esse solicitum. Cicero ad Att. lib. 6. 1. 19. 4. Ego, nisi Bibulus adniteretur, de triumpho, æquo animo essem. Hoc est nõ curarem. Aliqui tamen illud DE TRIVMPHO, adnectunt verbo ADNITERETVR.
Animus æquus est. Non curo, non sum solicitus. Cic. pro Rosc. Amer. 27. Prædia mea tu possides: ego aliena misericordia vivo, & quòd animus æquus est, & quia necesse est. Mea domus tibi patet, mihi clausa est. fero. Familia mea maxima veteris: ego seruum habeo nullum. patior, & ferendum puto.
Animo haud æquo expectare comites. Hoc est, iniquo & impatienti. Hora. 1. Ser. 5. 2.
Aequo animo aliquid pati. Cic. ad Brutum. 4. 4. Quæ tua est humanitas, æquo animo te moneri paticris, præsertim de communi salute.
Libentibus, aut æquis animis aliquid remittere. Cic. pro Cluen. 3. Eãmq; animis vestris libentibus, aut æquis remittatis.
Animo æquo aliquid videre, id est sedato, quieto, & non indignabundo. Cice. de proui. Consul. 14. Quos animo æquo videre non possumus.

Aequo

Aequo animo parcè viuere. Hoc est, non procaci, neque iniquo & insatiabili. Lucret. 5. 225.
Diuitiæ grandes homini sunt, vt viuere parcè Aequo animo.
Conditio æqua. Cic. 4. Ver. 128. Aequa enim conditio æquimq; certamen proponitur.
Discrimen æquum, Aequale interstitium. Virg. 5. Aeneid. 21.
-post hos æquo discrimine Pristis.
Centaurusque locum tendunt superare priorem.
Imperio æquo regere dicitur Deus. Horatius. 3. Car. 4. 10. de Ioue.
Cui simile est illud Virg. Aeneid. 10. Rex Iuppiter omnibus idem.
Aequus iudex: cui contrarium est iniquus. Cic. 1. de Finib. 24.
Te enim iudicem æquum puto: modò quæ dicat ille, bene noris.
Ibidem lib. 3. 9. Aequissimus æstimator & iudex. Aequus iudex dicitur, quem vulgus non suspectum vocat. Budæus.
Ius æquum. Cic. 1. Offic. 173.
Iura æqua describere. Cic. pro Quint. 15. Quis tandem nobis ista iura, tam æqua describit?
Aequo & pari cum ciuibus iure viuere. Cic. 1. Offic. 173. Primatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neque fastuosum, & abiectum, neque se efferentem.
Aequa lance, prouerbiali figura dicitur fieri, quod pari iure fit, citra personarum respectum. Ita Modestinus Pandect. lib. 42. Tit. de re iudicata. Quod & in persona militis æqua lance seruari, ætatis suggerit ratio.
Aequa lex, Hoc est iusta. Cicer. pro Cor. Balbo. 46. Et erat æqua lex & vobis, Iudices, atque omnibus, qui nostris similia statibus implicantur, vehementer vtilis.
¶ Libra æqua: Quia sub Libra signo cœlesti æquantur noctes diebus, fitque æquinoctium. Senec. in Hercul. fur. 10. 3.
Libra Phœbeos tenet æqua currus. Hoc est, cursum solis.
Magistratus æquus, hoc est iustus, Cic. pro Quint. 5. Quum adhuc ei propter vim aduersariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit.
Mens æqua. Horat. 2. Car. 3. 1. Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem. Vbi Acron, Aequam, Id est æqualem, immutabilem, & quę talis sit in aduersis qualis in prosperis.
Oculis æquis aliquem aspicere. Virgil. 4. Aeneid. 75.
-iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit Aequis.
Aequi, placatique. Cic. in Orat. 18. Consequeris tamen, vt eos ipsos quos contrà statuas, æquos placatosque dimittas.
Placati æquique. Quintil. de pet. Consul. 30. Tamen ii possunt abs te placati æquique discedere.
Aequa atque honesta postulatio. Cic. pro Sex. Rosc. 4. Si æqua & honesta postulatio videtur, Iudices, ego contrà breuè postulationẽ affero.
Aequus & sapiens. Cice. 6. Verr. 128. Prætor æquus & sapiens dimitti iubet Senatum.
¶ Aequi & iniqui, Id est amici & inimici, fauentes & non fauentes. Cic. Appio lib. 3. 8. 16. Ego, vt me tibi amicissimum esse & æqui & iniqui intelligant, curabo. Idem pro Sylla. 41. Vtinam quidem hæc ipsa non modo iniquorum inimiciæ, sed & æquorum expectationi satisfacere posset. Sallust. ad C. Cæsarem de Rep. ordin. Atque hæc ita sese habere, tametsi omnes æqui atque iniqui memorent, tamen cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est.
Aequi & pares, Id est æquales. Author Heren. lib. 4. 21. Impius in parentes, ingratus in amicos, infestus in cognatos, in superiores cõtumax, in æquos & pares fastidiosus, (si superiores crudelis, denique omes intolerabilis.
¶ Aequum absolutè & per se positum, pro æquitate. Virg. 2. Aeneid.
-cadit & Ripheus iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui. Ouid. lib. 1. Metam. 65.
Non illo melior quisquam, nec amantior æqui Vir fuit.
Arbiter æqui, Id est iudex secundum æquitatẽ iudicans. Seneca in Here. furente. 9. 23. Quis iste veri rector, atque æqui arbiter.
Contemptor æqui. Ouid. 3. Fasto. 10. Hoc vbi cognouit contemptor Amulius æqui.
Cultor æqui. Ouid. 5. Metamorpho. 20. -fuit & grandæuus in illis
Emathion æqui cultor.
Aequum dicere. Terent. Adel. 5. 3. 17. Non æquum dicis. Hoc est quod indoctè dicitur, Non loqueris rationabiliter.
Aequum facere. Terent. Heaut. Ah, non æquum facis. Pro, non rectè facis: & vt dici solet, non facis rationabiliter.
Aequum postulare. Cic. Att. lib. 11. 221. 4. De cohæredibus Suffidianis nihil fuit quod ad me scribere: nam & æquum postulant.
Aequum pro æquitate, interdum iuri opponitur. Cice in Brnto. 76. Qui quidem quum peracutus esset ad excogitandum quid in iure, aut in æquo verum, aut esset, aut non esset, tum verbis erat ad rem cum summa breuitate mirabiliter aptus.
¶ Aequum est, quod & Par est interdum dicitur: Hoc est, licet ac iustum est. Terent. Heaut. 5. 2. 14. Nec vos est æquum quod facio, mihi. Idem in prolo. Eunuc. 42. Ibidem. 2. 3. 94. An potius hæc pati æquum

est fieri, vt à me lædatur dolis? Plaut. True. 5. 12.
Aequum factum est, præclarum est misereri nos hominum
Rem malè gerentium. Quod indoctè dicitur, Rationabile est. Cice. Att. lib. 8. 16. 2. Aequum est me à te impetrare, vt &c. Idem de Fato. 10. Sed posidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus.
Aequo niti. Quintil. lib. 3. cap. 6. 32.
Aequo pugnare. Quintil. lib. 6. cap. 5. 5.
Vti quopiam æquo. Cic. 7. Verr. 110. Hic vide quàm me sis vsurus æquo.
Id est, Quàm æquum me sim tibi præbiturus.
Aequo concretius: Hoc est plus quam par sit, seu competat. Lucret. 4. 250. Crassius hoc porrò quoniam concretius æquo Mittitur.
¶ Aequum & bonum quum dicimus, absolutam bonitatem, æquitatemque significamus. Terent. Adelph. 1. 1. 39. Nimium ipse durus est, præter æquumque & bonum. Sic Budæus. Sunt autem ambo hæc nomina substantiua ex adiectiuis. Dicitur & æquitas pro eodem: quæ est velut simplex illa & quasi naturalis bonitas, quam philosophi dicunt à sola ratione proficisci: quum tamen à Deo peculiariter dari soleat. Hac autem qui præditus est, eodem iure erga vnumquenque vtitur, quod sibi ab alio fieri postulat.
Aequum & bonum colere. Plaut. Menæch. 14. 7. Qui neque leges, neque æquum, neque bonum vsquam coluit.
Aequum & bonum habere. Cic. pro Cecinnã. 48. Cum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendant. Hoc est, ius optimum: quod barbarè dicitur, Habere bonam causam.
Aequum bonum sine copula. Cic. in Bruto, Deinde æquum bonum, testamentorum sententias, voluntatesque tutatus est. Compendium sermonis est pro æquum & bonum, vel æquum bonumque.
Aequum bonum dicere. Terent. Phorm. 3. 3. 12. -dic quid velis dari
Tibi in manum, vt herus his desillat labus? Et paulo pòst,
-nam sat scio,
Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris:
Vt est ille bonus vir, tria non commutabitis
Verba bodie inter vos. Id est, vt vulgus loquitur, Si ad rationem veni te volueris. Budæus.
Pro æquo & bono dicere. Cic. de claris Orat. 75. Ita enim multa tum extra scriptum pro æquo & bono dixit.
Aequi boni facere vel æqui bonique facere, Quod & boni consulere dicitur. Cic. ad Atticum, lib. 7. 127. 3. Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud æqui bonique facit. Terent. Heaut. 4. 5. 40.
-cæterum equidem istuc Chremę,
Aequi bonique facio. Vulgus Accipere in bonam partem dicit. Liu. Cæterùm si vos nec cura ciuitatis, nec exemplum, nec periculum mouet, nos æqui bonique facimus. Id est non indignamur, æquo animo ferimus, & bene interpretamur. Budæus.
Aequum bonumue impetrare, Pro eo, quod lingua vernacula dicimus habere rõnem ab aliquo: id est ius suum obtinere, rem suam recipere. Cic 2. Philip. 95. Is igitur à quo vino nec præsens, nec absens quicquã æqui bonique impetrauit, apud mortuum factus est gratus. Budæus.
Ex æquo & bono arbitrari, statuere, censere, æstimare, constituere: est quod vulgus epieikeiare dicit. Budæus in Pand.
Ex æquo & bono facere. Terent. Adel. 5. 9. 30.
Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono:
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo.
Ex æquo & bono viuere, Est ad normã diuinitus istituta viuere. Budęus.
Iudicare ex æquo & bono. Vide IVDICO.
¶ Aequius melius. Formula in iudicio rei vxoriæ obseruari solita. Cic. 3. Offic. 80. Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellunt, In arbitrio rei vxoriæ, Melius æquius: in fiducia, Vt inter bonos bene agier. Quid ergo tam in eo quod Melius æquius est, potest vlla pars inesse fraudis? aut quũ dicitur, Inter bonos bene agier, quidquã agi dolosè, aut malitiosè potest? Idem in Top. 14. In omnibus igitur iis iudiciis, in quibus Ex fide bona est additum, vbi verò etiam, Vt inter bonos bene agi oportet, in primisque in arbitrio rei vxoriæ, inquo est: Quid æquius melius, pariti esse debet. Quem locum sic interpretatur Boetius, In iudicio rei vxoriæ vberrimus causarum tractatus est. Est autem iudicium vxoriæ rei, quoties post diuortium, de dote contentio est. Dos enim licet matrimonio constante in bonis viri sit, est tamen in vxoris iure, & post diuortium velut res vxoria peti potest. Quæ quidem dos interdum his conditionibus dari solebat, vt si inter virum vxoremque diuortium contigisset, quod melius æquius esset, apud virum remaneret: reliquum dotis restitueretur vxori. id est, vt quod ex dote iudicarium fuisset, melius æquius esset vt apud virum maneret. id sibi vir retineret. quod verò non esset melius æquius apud virum manere, id vxor post diuortium reciperet. In quo iudicio non tantum boni natura spectari solet, verum etiam comparatio bonorum sit: vt non tam quod bonum, sed quod melius æquiusque est, id sequendum sit. Quæ omnia ex præcedentibus cautis inuestigari solent. Nã si viri culpa diuortiũ factum est, æquius melius est nihil apud virum manere. Si mulieris est culpa, æquius melius est sextans retineri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aequabilis,& hoc æquabile,pennl.cor.(ἴσος,ἀεὶ τὸ αὐτὸ,) Verbale ab equo æquas. Valla lib.4.Aequabilis idem quod æqualis,in priore significatorvt Cicero.1.de Inuen.Non ius æquabile quid vtiliratis haberet,ac ceperat. Iterum, Et vox reducitur in sonum quendam æquabilem, atq; constantem.Et lib.2.171.Par est,quod inter omnes æquabile est.

Aequabile genus orationis videtur significare, quod semper sui simile est.Cic.1.Offic.5.Sed hoc quoq; colendum est æquabile & temperatum orationis genus.Hoc est quod vno tenore incedit, nec multis figuris & affectibus variatur, sicut solet orationum stylus: quem ideo filum orationis appellat Cicero, & orationem perpetuam: quasi tu dicas stylum planum,leuigatum,nullis nodis rugosum, aut obscurū. Tractum ab architectis,vel fabris lignariis,qui ad amussim & perpendiculum ligna æquant & complanant,vt appareant venustiora. Alii pro sedato,quieto & minime cōcitato loci Ciceronis interpretant. Cui contrarius est stylus rugosus, & nodosus,quem vulgò dicimus.

¶ Aequabilis,pro æquo, vt interpretatur Rhenanus.Tacitus lib.10.de Helmidio Prisco:Quæstorius adhuc,à Pero Trasea gener delectus, è moribus soceri nihil æque,ac libertatem hausit, cùm, senator,maritus,gener,amicus,cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti peruicax, constans aduersus metus.

Descriptio sumptus æquabilis.Cicero pro Flacco.15. In quo igitur Prætoris est diligentia requirenda? in numero nauium, & in descriptione æquabili sumptus?

Fama æquabilis.Sallustius in Iugurtha,Metello Numidia euenerat,acri vitio,& quadam aduersio populi partibus, fama tamē æquabili & inuiolata. Hoc est inoffensi tenoris.

Moderatus æquabilisque habitus. Cicer. lib.5. de Finibus.63. Itaque è contrario moderati, æquabilesque habitus, affectiones,visusque corporis, apti esse ad naturam videntur.

Aequabilis in suos, Id est æquus. Tacitus lib.5. Artabanus metu Germanici fidus Romanis,æquabilis in suos, mox superbiam in nos, sæuitiam in populares sumpsit.

Aequabile inter omnes.Cic.pro Cecinna.52. Nihil est quod æquabile inter omnes, atque vnum omnibus esse possit.Hoc est omnibus idem, & commune,citra vllum discrimen.

Certus & æquabilis motus Cic.2.de natu.deor.34. Nam omne quod est calidum,& igneum,cietur & agitur motu suo.Quod autem alitur, & crescit,nonnuquam vtitur certo & æquabili.

Lenitate æquabili profluens orationis genus.Cic.2.de Orat.35.Verborum autem ratio,& genus orationis fusum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens,sine hac iudiciali asperitate, & sine sententiarum forensium aculeis prosequendum est.

Aequabilis prædæ partitio. Cic.2. Off.57. Quinetiam leges latronum esse dicuntur,quibus pareant,quas obseruent.Itaque propter æquabilem prædæ partitionem & Bargulus Illyricus latro magnas opes habuit,& multo maiores Viriatus Lusitanus.

Aequabilis plausus.Cicero Attico, libro quinto.84.5. Hoc est æqualis omnium fauor, aut consensus.

Aequabile se prebere. Cic.2. Tuscul. 109. Vt hac patientia dolorum quam sæpe animi intentione dixi esse firmandam, in omni genere se æquabilem præbeat.Hoc est modestum,constantem,infracto animo, & perpetuo sui similem.

Aequabilem iuris rationem tenere.Cic.ad Qu.fratrem lib.1.1.48.Nam esse abstinentem,continere omnes cupiditates,suos coercere, & iuris æquabile tenere rōne,taciléte in rebus cognoscēdis,in hoibus audiendis admittendisq; præbere,præclarum magis est,quàm difficile.

Perpetua atque æquabilis satio. Cicer.5.Verr.92.Hoc est plana, & optimè disposita.

Tractus orationis lenis, & æquabilis.Cic.2.de Orat. 20. Cælius neque distinxit historiam varietate locorum,neq; verborum collocatione: & tractu orationis leni,& æquabili perpoluit illud opus.sed vt homo neq; doctus,neq; maximè aptus ad dicendum,sicut potuit dolauit.

Aequabilis tributio.Cic.lib.1.de Natura Deorum.71. Summa verò vis infinitatis,magna ac diligenti contemplatione dignissima est: hi qua intelligi necesse est eam esse naturam,vt omnia omnibus, paribus paria respondeant. Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est æquabilem tributionem.

Aequabilitas,denominatiuum. penult. corr. (ἰσότης,ἰσομοιρία,) Idem quod æqualitas.

Constantia,& æquabilitas,Cic.ad brutum,Epist.16.18.Fortem,& liberum animum,quo & Consul & nunc Consularis rempublicam vindicasti,sine constantia & æquabilitate nullum esse putaris.

Lenitas,& æquabilitas dicendi.Cic.in Orat.30.Elaborant alii lenitate, & æquabilitate,& puro quasi quodam & candido genere dicendi.

Aequabilitas in omni vita.Cic.1.Offic.127.Nam vt aduersas res,sic secundas immoderate ferē,leuitatis est: præclaraque est æquabilitas in omni vita,& idem semper vultus, eademque frons:vt de Socrate, itemque de C.Lelio accepimus.

Aequabilitas iuris.Cic.2.de Orator.115.Inuident autem homines maximè paribus,aut inferioribus,quum se relictos sentiūt,illos autem dolent euolasse:sed etiam superioribus inuidetur sæpe vehementer, & eo magis,si intolerantius se iactant, & æquabilitatem communis iuris.præstantia dignitatis.aut fortunæ suæ transeunt.

Aequabilitatem iuris exercere.Cic.1.Offic.124.In liberis verò populis, & in iuris æquabilitate exercenda,etiam est facilitas & altitudo animi quæ diciturme si irascamur, aut intēpestiuè accedēbus,aut imprudenter rogantibus,in morositatem inutilem & odiosam incidamus.

Aequabilitatem iuris transire.Vide paulò antè Aequabilitas iuris.

Aequabilitas motus. Cicc. 2. de Natura Deorum. 121. Quartam causam esse,eámque vel maximam,æquabilitatem motus, conuersionem cœli,solis,lunæ,syderumque omnium distinctionem, vtilitatem,pulchritudinem, ordinem.

Aequabilitas vniuersæ vitæ.Cic.1.Offic.156.Omnino si quidquam est decorum, nihil est profectò magis quàm æquabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum.

Aequabiliter,penul.corr.Aduerbium.(ἐπίσης,) Idem quod æqualiter. Varr.1.de re rust.cap.6.4.Campester locus is melior,qui totus æquabiliter in vnam partem vergit.Cic.2.de Natu.Deōrum.242. Tacitus autem toto corpore æquabiliter fusus est. Idem.3.Verr.37. Aequabiliter omnes erant huiusmodi.Idem.2.de Oratore.120. Etenim quid duo genera sint facetiarum,alterum æquabiliter in omni sermone iocum,alterum peracutum & breuicilla à veteribus superior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata est.Et pro Milone.56. Quanquā hæc quidem ita tolerabilia videbantur,& ita æquabiliter in republicam, in priuatos,in longinquos,in propinquos,in alienos,in suos irruebat.

Aequabiliter,& constanter.Sallu.de coniuratione Catilinæ.Quòd si regum,atque Imperatorum animi virtus,in pace,ita vt in bello valeret æquabilius atque constantius sese res humanæ haberent. Id est, moderatius, quietius:ac tranquillius.

Aequabiliter prædam dispertire.Cic.2.Offic.56. Ille autem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur à sociis, aut relinquitur.

Aequalis,& hoc æquale,pennl.pro.(ἴσος,ἴσιος,ἀεὶ τὸ αὐτὸ,ὁμοιοπαθής,) denominatiuum ab Aequus,æqui,æquum,Idem quod similis vel statura,vel forma,vel ætate.Plin. Quum & ipse æqualem sortitum expertus fuissem.Cic.in Læli.Suntque pares in amore, & æquales.

¶ Aequalis:Eiusdem ætatis cū alio,(ὁμῆλιξ,) Et dicimus,æqualis meus,tuus &c.vel æqualis eius.Cicc.de Senect.6. Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium.Idem.4.de.Fin.108. Conferam autem animum Drusum cum C.Gracccho eius ferè æquali. Plin.lib.34.cap.2.8. Illoq; ere Miron vīsus est:hoc polycletus æqualis, atque condiscipulus.Sub.eius. Terent.Eunu.2.3.35.Patris cognatum atque æqualem Archidemidem.Cic.de Senect.Nec cum equalibus fuisse, qui pauci admodum restant,sed cum vestra etiam ætate,atque nobiscum.Terē. And.1.6.22. Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium? Vbi Donatus, Aequalium, ætate. Fortasse autem non ineptum fuerit hoc loco,equales pro sodalibus sumere.

Aequalis Dei vis illa,quæ à peccatis auocat.Cic.2.de Legib.16.

Aequalis alicui.Cic.in Bruto.36. In quo tātus error Accii fuit, vt his Cōsulibus, quadraginta annos natus Ennius fuerit, cui quum æqualis fuerit Liuius,minor fuit aliquantò is,qui primus fabulam dedit,quàm ii qui multas docuerant ante hos Consules.

Inter æqualis & coætaneus.Aequalis dicitur eorundem annorum: Coætaneus,in eodem temporeited diuersis annis,& disparibus.vt Cic.& Augustus fuerunt coætanei (licet Cicero maior natu fuerit) sed non æquales. Quintil.lib.10.cap.3.Meminī narrasse mihi Iulium Secundum æqualem meum, quid esset sibi à patruo suo dictum.

Aequalis illorum temporum. Cicc.1.de Diuin.71. Dionysii mater eius qui Syracusiorum Tyrannus fuit: vt scriptum apud Philistum est, & doctum hominem,& diligentem,& æqualem temporum illorum,quū prægnans, & cætera.

Aequalis,etiam de piscibus. Plin. lib.9. cap.53. In Cæsaris piscinis à Pollione Vedio coniectum piscem sexagesimum post annum expirasse scribit Anneus Seneca,duobus aliis æqualibus eius ex eodē genere etiam tunc viuentibus.

Aequalis item transfertur ad rerum inanimatarum ætatem. Plin.lib.16. cap.45.Fuit cum ea cupressus æqualis.Cicero de Aruſp.responsis.33. Etenim quod sacrificiū tam vetus est,quàm hoc quod à regibus æquis le huius vrbis accepimus? Id est,à condita vrbe institutum.

Aequalis ætati alicuius, in aliquem benevolentia. Cicer. 11. Philipp. 314. Quid dicam de Deiotaro patre, cuius benevolentia in populum Romanum est ipsius æqualis ætati? Quasi diceret,ab ipsis incunabulis amicum fuisse.

Aeuum æquale.Virg.3.Aeneid.98.

O mihi sola mei super Astyanactis imago,
Sic oculos,sic ille manus,sic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.

Aequales æui,Hoc est,ætate pares.Sil.Ital.lib.3.81.

Aequale

Aequale huic vrbi sacrificium.Cic.de Aruſp,responsis.33.Hoc est prin de antiquum atque hæc vrbs.

¶ Aequalis ab omni parte.Ouid.1.Metam.7.

Principio terram,ne non æqualis ab omni
Parte foret,magni speciem glomeramit morbis.

Aequales calculi.Hoc adagio vtemur,siquādo parum abest',vt condemnetur aliquis,& tamen absoluatur:aut quum nutat animus, ambigitq; vtrum in partem se deflectat, rationibus hinc atque hinc velut ex æquo adhortantibus,ac detorrentibus.Suidas ostendit metaphoram sumptam à prisca consuetudine iudicium, qua reus æqualibus iudicii sententiis absolnebatur,at non citra periculum. Erasmus.

Aequalis æqualem delectat.Similitudo mater est beneuolentiæ,consuetudinisque,& familiaritatis conciliatrix. Vnde videmus iuuenes inter se libenter conuenire,senes cum senibus congregari, doctos doctorum conuentu capi,improbos congredi cum improbis,bibones cū bibonibus,atque in vniuersum similia similibus gaudere. Cicero in Catone maiore:Pares autem cum paribus,vt est in vetere prouerbio, facillimè congregantur.Sanè prima familiaritatis conciliatio profici scitur ab ætatis æqualitate. Erasmus.

Aequalis & Impar,contraria. Cic.in Orat.129. Idque quando, aut cur: quibusque partibus,pluribusne an singulis,imparibus an æqualibus.

Aequalis & nota memoria. Cic.in Bruto.132. Non puto existimare te, ambitione me labi,quippe de mortuis,sed ordinem sequens, in memoriam notam & æqualem necessariò incurro.

Aequalem ætatis suæ memoriam deposcit.Cic.lib.1.de legib.12.Sed est inter nos quædam parua dissensio.A.Quæ tandem? Q.A quibus temporibus scribendi capiat exordium.Ego enim ab vltimis censeo,quoniam illa sic scripta sunt,vt ne legantur quidem. Ipse autem æqualem ætatis suæ memoriā deposcit,vt ea cōplectatur quibus ipse interfuit.

Aequalis cretici pæan.Cic.in Orat.125.

Aequalis dactylo spondeus.Cic.in Orat.113.

Peccata esse æqualia contendunt Stoici.Cic.in Parad.17.

Par & æqualis.Cic.in Orat.68. Vt quidque erit dicendum,ita dicentnec natura ictum,nec gradia minutè,nec item contrà: sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio.Idem lib.1.de Orat.41.Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares.Idem in Sallust.1. Ea demum magna voluptas est Crispe Sallusti,æqualem ac parem verbis vitam agere.

Aequalis temperies. Plin.lib.34.cap.2.6.de ære Corinthio, cuius dicit tria esse genera: Candidum, argento nitore quamproximè accedens, in quo illa mistura præualuit. Alterum,in quo auri fulua natura. Tertium,in quo æqualis omnium temperies fuit. Hoc est, æqualis temperatura & missio æris,argenti,& auri.

Aequalitas,penult.corr. (ἰσότης,) denominatiuum,Similitudo,Paritas. Cicc.in Top.37. Multa autem sunt quæ æqualitate ipsa comparantur,quæ ita ferè concluduntur.

Ad æqualitatē redigere,pro æquare.Plin.lib.30.cap.13.Carnesque,excrescentes,ad æqualitatē redigitur xplet quoq;,& ad cicatricē pducit.

Extere æqualitatem. Tacit.Annal.lib.1. Igitur verso cunctatis statu,nihil vsquam prisci & integri moris:omnia exuta æqualitate iussa principis aspectare,&c.Idem lib.3.At postquam exuit æqualitas,& pro modestia ac pudore,ambitio & vis incidebat,prouenere dominationes.

Fraterna æqualitas. Cicc.pro Ligario.11. Quis est qui horum consensum conspiratum & pene constatum,in hac propè æqualitate fraternam nouerit,&c.

Similitudo æqualitasque verborum. Cic. in Partit.13. Habeatque similitudinem æqualitatemque verborum.

Aequalitas vestra, & pares honorum gradus. Cic.in Bru.20. Simul illud gaudeo,quòd & æqualitas vestra,& pares honorum gradus,& artium studiorumque quasi finitima vicinitas,tantum abest ab obtrectatione inuidiæ, quæ solet lacerare plerosque, vt ea non modò non exulcerare vestram gratiam,sed etiam conciliare videatur.

Aequaliter,penol.corr. (ἰσίως,) aduerbium qualitatis,siue (vt alii volunt) quantitatis.videtur enim quantitatem potius significare.Cic.4. Acad.69.Aequaliter omnibus abrogatur fides.Hoc est,tam his abrogatur,quàm illis.Plin.lib.27.cap.4.6. Aut torretur in testa, pennāque subinde versatur,vt possit æqualiter torreri.Id est, ex omnibus partibus, circumquaque: quod vulgò dici solet, tantum de vna parte sicut de alia.Liu.2.ab vrbe.209.Captinum agrum plebi quāmaximè æqualiter darēt.Id est,æqua portione,æquis partibus. Ouid.lib.5.Fast.12.

Gratia Pieridum nobis æqualiter adsit:
Nullāque laudetur plusue,minusue mihi.

Pariter æqualiterque.Cic.de Amicit.51.Vt nostra in amicos benevolentia,illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualiterque respondeat.

Aequè, aduerbium, Iustè. (δικαίως,) Seneca,Iudex qui partes audita, altera aliquid statuit, etiam si æque statuerit, haud æquus fuit.In hac significatione rarum est.

¶ Aeque, pro tam, vel adeò, venustè accipitur quibusdam dictionibus præpositum: vt ex sequentibus locis patet. Terent.Phorm.3.3.34. Nihil est æque quod faciam lubens. Pro eo quod est, tam libenter. Subaudi,quàm illud. Plautus,Ioui si vitro argento sacrificassem, nunquam id æque bene collocassem.Pro,tam bene.

Aeque ac,pro tam,& quàm.Cic.4.Acad.156.Et somnia dormienti,non æque ac vigilanti probantur. Idem ad Curionem, lib.2. Cui charus æque sis & iucundus,ac fuisti patri.

Aeque ac si, pro tanquam si, aut similiter ac si. Liuius.10.ab vrbe.27. Aeque ac si Titus Manlius collega eius deuoueretur.

Aeque atque,Idem quod æque ac,vel quemadmodum.Cicc.1.Offic.74. Quæ beneficia æque magna non sunt habenda, atque ea quæ iudicio considerate constanterque delata sunt. Terent.And.4.1.19. Miser æque atque ego.Cicc.ad Ligarium,lib.6.14.1. Quos æque atque te, summa benevolentia sum complexus. Pro perinde ac, quod barbare dicitur,tantum sicut. Idem de Aruspicum respon.15. Qui æque atque ego, sunt occupati.

Aeque mecum,æque tecum,& similia. Terent. Aduerte animum: vt æque mecum hæc scias.Compendium sermonis,pro eo quod est,vt hęc æque,atque ego,scias. Idem, Iuxta tecum æque scio. Hoc est, id ferè æque ac tu,scio.

Aeque cum datiuo.Plin.lib.35.cap.3. extant certè hodieque antiquiores vrbe picturę Ardeę in ædibus sacris,quibus equidem nullas æque demiror cum longa æno durantes.17.

Aeque pares. Plaut. Menæch.24.62. Aeque ambo pares. Aut vacat AEQVE, aut est æque pro omnino. Nisi dicas,æque ambo pares, hoc est eiusdem magnitudinis.

Aeque,licenter ablatiuo iuncto.Plaut.Amphi.4.139. Nullus est hoc meticulosus æque.Id est nullus est tam meticulosus,quàm hic est.

Aeque pauci.Cæsar.2.bel.ciuil.180.Paucis diebus quæ fieri veller, Vticæ constituit atque imperauit: diebusque æque pōst paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit. Hoc est tam paucis diebus post, vel diebus similiter paucis posit.

Aeque quàm.Plaut.Epid.6.2. pro Aeque ac.

Nullum esse ego agrum opinor in agro Attico,
Aeque feracem,quàm hic noster Peripatus. Lin.An est qui dubitet Tribunos plebis illis iuuenis vestris, æque quàm munere patrum in plebem offensos esse? Plin.lib.9.cap.16.2. Noctibus quidem illustribus æque quàm die cernunt. De piscibus loquitur. Sueton. in Augusto:cap.64. Nepotes,& literas,& natare, aliaque rudimenta per se plerunque docuit:ac nihil æque laborauit, quàm vt imitarentur chirographum suum.

¶ Aeque,Similiter,aut æqualiter.Terent.Hecyra.1.1.2.Vt omnes mulieres eadem æque studeant, velintque omnia.Et paulò pōst.Viris esse aduorsas,æque studium est,similis pertinacia est.Aeque studium,pro æquale.vel simile studium. Idem And.2.6.3. Quid Dauus narrat? Dæque quicquam nunc quidem.Vbi Donatus,Bene,æque nunc quidem id est similiter nunc inhibivt paulò ante cum dixit.Id populus curat scilicet.Aequè quicquam nunc quidem,hoc est nihil. Cic.pro Quinct.8.Præsertim cum Romę domus eius. vxor liberi essent,& procurator eque vtrusque necessarius.Id est amicus. Idem Seruio lib.13.epist.19.1.Vtrique nostrum propè æque gratæ erant tuæ literę.

Non æque.Cic.2.Offic.43.Fortasse non æque omnes egent. Paulò antè dixerat.Sed ea non pariter omnes egemus.

Aeque vt,pro æque ac.Cic.pro domo sua.24. Cn. Pompeium studio, & authoritate æque vt vtrumque,æque vestrum opibus,contentione,præcibus,periculis denique,præcipuè pro salute mea laborasse. Plaut. Asin.15.11.Putem ego,quem videam eque esse mœstū, vt quasi dies si dicta sit? Vacat QVASI,vt sit sensus: Aeque mœstum esse,ac si dies dicta sit ei.Nisi legendum est 2121.

Aequitas,pen.corr.(ἐπιείκεια.) Denominatiuum,est veluti quoddā temperamentum & mediocritas inter ius & licentiam.aut indulgentiam. Donatus,Inter ius & æquitatem,hoc interest.Ius est, quod omnia recta & inflexibilia exigit.Aequitas est, quæ de iure multum remittit. Valer.lib.6.cap.de iustitia,Ita debitum supplicii modum legi reddit:ita æquitatis admirabili temperamento, se inter misericordem patrē & iustum legitlatorem partitus. Cicero.1.Offic.92.Difficile autem est,quum præstare omnibus cupieris,seruare æquitatem,quę est iustitiæ maximè propria.Ex quo fit vt neque disceptatione vinci se, nec vllo publico,ac legitimo iure patiantur. Idem in Partitionibus.71. Aequitatis autem vis est duplex.Cuius altera directi,& veri, & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur. Altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet. Quod in beneficio gratia, in iniuria vltio nominatur.Hactenus Cicero.Hæc est illa æquitas,quæ frequentius æquum & bonum,aut sine coniunctione æquum bonum appellatur. Vide.AEQVVM BONVM.

Aequitatem animi dicimus rectam animi cōstitutionem, tranquillamq; affectionem,atque omni indignatione vacantem.Cic.pro M. Marcello.Sæpe.n.venit ad meas aures,te idem istud nimis crebrò dicere: satis te tibi vixisse.Hic tu modum vitæ tuæ,non salute reip.fed æquitate animi definies? Id est, Putāne te propterea satis vixisse, quòd æquo animo & citra indignationem mori potes, & annos præteritos

Universidad de Deusto
Biblioteca

non requiris? Hæc Budæus. Cæsar.6.bel.Gal.81. Vt animi æquitate plebem contineant, quum suas quisque opes cum potentissimis æquari videat. Cic.de Senect.1.Noui.n.moderationem animi tui & æquitatem. Idem ad Att.lib.4.87.4.Perspice æquitatem animi mei,& ludum,& contemptionem Seleucianæ prouinciæ.

Aequitatem pro eodem absolutè dixit Cicero in Pisonem.21.Quo quidem in spectaculo,mira reip.æquitas erat,vter eorum periret,tanquã latrista,in eiusmodi pari lucrum fieri putabat.Hæc Budæus.Est autem æquitas absolutè,siue æquitas animi,constantia quædam ac moderatio,quum æquo animo patienterque omnia feruntur,& in bonã partẽ accipiuntur.Cic.1.de.Fin.44.Certè inquam pertinax non ero, tibiq; si mihi probabis ea quæ dices,libenter assentiar. Probabo,inquit,modò ista sis æquitate,quã oñdis.Hoc est,modò tu me æquo ãio audias.

Bonitas & æquitas causæ.Cic.Plancio lib.16.ad Att.342.3.Propter iustam bonitatem, & æquitatem causæ.

Vti æquitate.Cic.pro Cecinna.27.Omnino iam bene agis. A verbis.n. recedis, & æquitate vteris.

Explicare æquitatem.Cic.in Bruto.75.In interpretando,in definiendo, in explicanda æquitate,nihil erat Crasso copiosius. Idque quum sæpe aliàs,tum apud Centumuiros in M.Curii causa cognitum est.Ira enim multa,tum contra scriptum pro æquo & bono dixit,vt hominem acutissimum Q.Scæuolam,& in iure,in quo illa causa vertebatur, peritissimum obruerer argumentorum exemplorumque copia.Aequitatem & Aequum, & bonum,pro eodem vsurpauit.

Aequitate alicuius niti. Vide NITOR.

Habere æquitatem.Cic.2.Offic.117.Quam autem habet æquitatem,vt agrũ multis annis,aut etiam sæculis antè possessum,qui nullum habuit habeat;qui autem habuit,amittat? Hoc est quàm æquum est &c.

Aequitas multis iniuriis iactata atque agitata. Cicc. pro Quintio.5.Te C.Aquili.vosque qui in consilio adeitis,orat atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere,& confirmari patiamini.

Reiicere æquitatem.Cic.pro Plancio.33.Fugisti sententiam legis,æquitatem omnem reiecisti.

Aequitas,pro æqualitate.Senec. Natural. quæst.3. Et natura partes suas,velut in ponderibus constitutas,examinatine portionum æquitate turbata,mundus præponderet.

Aequiter,(ἰσίως,)aduerbium pro æque.Accius Antenoridis, Ad populum intelligo referendum,quoniam æquiter sententiæ fuere. Latius Aegysthio,Nam vt pergam accensa,& prædã per participes æquiter partita est.Nonius.

Aequo,æquas,æquare,(ὁμαλίζω,ἐξομαλίζω,ἰσόω,) Est æquũ,siue æquale facere,complanare: quod vulgo quidam dicunt vnire, vel vnitum facere,alii dirigere,nonnulli applanare.Plin. Aequato deinde pauimento,infunditur oleum.Cic.6.Verr.95. Quo in summo est æquata agri planities, & æquæ perennes.Virg.1.Georg. Area cum primis ingenti equanda cylindro.

Aequare solo vrbes,domos,turres,ædificia. Vsque ad superficiem terræ diruere & complanare. Liu.4.bel.Pun.215. Solo æquata omnia inter sãlinas ac portam Carmẽtalem cum Aequimelio lugarioq; vico. Sic sæpe legimus vrbem solo æquatam: id est funditus euersam siue diruram.

Aequare solo Dictaturã,Metaphoricè dictum pro abrogare, omninoq; abolere. Liu.6.ab vrbe.64.Solo æquandæ sunt Dictaturæ, Consulatusque;vt caput attollere Romana plebes possit.

Amorem æquare,In amore respondere.Virg.6. Aeneid.95. de Didone apud inferos visa ab Aenea.

Tandem proripuit sese, atque inimica refugit
In nemus vmbriferum,coniux vbi pristinus illi.
Respondet curis æquatque Sichæus amorem.

Animum æquare natalibus,Animi generositate respondere nobilitati natalium. Ouid ad Pisonem.3.

At tu qui tantis animum natalibus æquas,
Et partem tituli non summam ponis in illis.
Ipse canendus eris.

Aequare cœlum videtur pontus:Id est æque altus esse ac cœlum. Ouid. 11.Metam.100.

Ducem vadentem æquare: Hoc est incedere æque celeriter atque dux. Virg.6.Aeneid.53.

Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.

Formas veras imitamine æquare:Hoc est imitari & repræsentare.Ouid. 11.Metam.120.

Somnia quæ veras æquant imitamine formas.

Laborem operum æquare iustis partibus:Hoc est Laborem æqualiter in omnes partiri,iuxta cuiusque opus affigũdo.Vir.1.Aen.103.de Didone Iura dabat.legesque viris operumque laborem
Partibus æquabat iustis,aut sorte trahebat.

Labores æquare lacrymis.Virg.2. Aeneid.73.

Quis cladem illius noctis,quis funera fando

Explicet? aut possit lachrymis æquare labores? Vbi Seruius,Hypallage,pro,laboribus æquare lachrymas.

Munia comparis æquare dicitur iuuenca,ab Horatio.1. Carm.5.1.

Nondum subacta ferre iugum valet
Ceruice,nondum munia comparis
Aequare.Id est iuuenca nondum potest officia, & in arando labores comparis ex æquo præstare.

Nomen claris virtutibus æquare. Ouidius lib.2.de Ponto, eleg.3.1.ad Maximum.

Maximè,qui claris nomen virtutibus æquas. Id est, Qui virtutibus æque ac nomine maximus es.

Numerum æquare cum nauibus.Virg.1.Aeneid.40.

Nec prius absistit,quàm septem iugentia victor
Corpora fundat humi, & numerum cum nauibus æquet. Siquidem Aeneas septem ceruos occidit.Poeta verò paulo antè dixerat,Hunc septem Aeneas collectis nauibus omni Ex numero subit.

Aequare,cum datiuo.Virg.6.Aeneid.Imperium terris, animos æquabit olympo.Idem in.11.Quibus cœlo te laudibus æquem?

Aequare pondus,aut temperamentum.Plin.lib.12.cap.14.10, Etiam tã inueniũtur guttæ quæ tertiam partem minę,hoc est xxxix denariorum pondus æquent.Idem lib.19.cap.8.25. Eruca præcipuæ frigorum contemptrix,duerſæ est quàm lactuca naturæ, concitatrix Veneris.Idcirco iungitur illi ferè in cibis, vt nimio frigori par feruor immissus temperamentum æquet. Hoc est,æquale faciat.

Aequat præter excellentium margaritarum.Plin.lib.19.cap.1.12.

Aequare quempiam re aliqua. Est ea in re illi se æqualem siue parem præbere.Liu.1.ab vrbe.229. Quin ea arte æquasset superiores reges, ni degeneratum in aliis,hanc quoque dolori offecisset. Curtius. Ne instrigeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Libertumq; patrem,si inuidia abfuerit,æquabo.Liuius lib.1.bel.Maced.142.Quantum equidem velocissimi pedites curiũ æquare poterunt. Idem.1. Decad.lib.4.Aequauit,quod haud facile est. Quintius Consul togatus armati gloriam collegæ.

Aequare picturam alicuius.Plin.lib.35.cap.11. Eam enim picturam primus inuenit:quam imitati sunt multi, æquauit autem nemo. Hoc est,nemo vnquam accessit ad illam picturam.

Aequare se cum alio,Parem se illi facere.Cic.in Læl. Vt igitur ii qui sunt in amicitiæ coniunctionisque necessitudine superiores,se æquare cum inferioribus debent.Idem in procemio Offic. Vt non solum orationes meas:sed hos etiam de Philosophia libros, qui se iam illis fere æquarunt,studiose legas.Idem.1.de Inuen.5.Vt inter quos posset excellere,cum iis se pateretur æquari. Id est,parem esse.

Aequari cum aliquo.Cæsar.6.bel.Gall.Cum tuas quisque opes cum potentissimis æquari videat.Hoc est æquales esse potentissimorum opibus.Idem.3.de Leg.35.Inuentum est temperamentum,quo tenuiores cum principibus æquari se putarint.

Aequare conferreque scelera alicuius cum alterius sceleribus. Cicer.3. Ver.14.Otium antè damnatorum scelera,furta,flagitia, si in vnũ locũ conferantur,vix cum huius parua parte æquari,conferrique posse.

Aequare aliquem alicui, pro Comparare. Liuius.4.Decad.lib.1. Ne æquaueritis Annibali Philippum, ne Carthaginẽsibus Macedonas: Pyrrho certè æquabitis.

Aequare,Cũ equitate,seu æqualiter diuidere.Liuius.6.bel.Pun.188. Ita æquante fortuna suspensa omnia vtrinque erant,integra spe,integro metu,velut illo tempore primum bellum incepisset.

Aequare,Continuare.Virg. - felix si protinus illum
Aequasset nocti ludum,

Aequarius participium,(ἰσωθείς,)vt Aequatæ auræ. Virg.1.Aene.162. Iasíde Palinure,ferunt ipsa æquora classem:
Aequatę spirant auræ:datur hora quieti. Vbi Seruius, Aequatæ,pro speręe,vt Aequatis classem procedere velis.

Aequata nox diei,Hoc est,æqualis. Plin.lib.2.cap.19. Sol autem in æquatuor differentias habet,bis æquata nocte dici.

Aequati numero.Virg.7.Aeneid.Ibant æquati numero. Id est,digesti in ordinem. Seruius.

Aequato omnium periculo Cæsar. Cæsar primum suo,deinde omnium è conspectu remotis equis,vt æquato omnium periculo spem fugę tolleret. Hoc est, vt nihil esset vnde quisquam eorum existimaret se periculo minus obnoxiũ quàm alterum,periculumque quod imminebat omnibus idem & æquale esset.

Aequatis viribus,id est paribus.Liuius.3.belli Pun.104. Deinde concursu facto, æquatisque viribus, atrox esse cœpit pugna. Sic Aequatis sortibus.Cic.1.de Diuin.64.

Vela æquata.Virgi.4.Aeneid.118.

Regina è speculis vt primum albescere lucem
Vidit,& æquatis classem procedere velis. Vbi Seruius: Aequatis velis:Feliciter plenis:siue motu aliquo.

Aequatio:Verbale,propriè dicitur ipse æquandi actus: vt, Difficilis est eius loci æquatio.

Aequatio

Aequatio pro æqualitate.Liuius.4.ab vrbe,Nec excellere vnum aut alterum ordinem in ciuitate, sed per æquationem ad dignitates fore erediditi,vt multi essent qui arma pro patria ferrent. Hoc est,per collationem factam ad dignitates.

Aequatio bonorum.Cic.2.Offic.108.Capitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens: qua peste quæ potest esse maior? Id est, vt non plura bona possideret vnus quàm alius.

Aequatio gratiæ,dignitatis,suffragiorum.Cic.pro Murena.45.Confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis Manliæ, æquationem gratiæ,dignitatis,suffragiorum.Grauiter homines honesti atque in suis ciuitatibus & municipiis gratiosi tulerunt, à tali viro esse pugnatum,vt omnes & dignitatis & gratiæ gradus tollerentur.

Aequatio iuris. Liu.1.Decad.lib.8.14.Si fœdus est: si societas æquatio iuris est:cur non omnia æquantur?

Aer aeris,pen.corr.masc.gen.sine plurali,(ἀήρ,) Vnum ex quatuor elementis. Plin.lib.2.cap.5. Proximum spiritus: quem Græci, nostrique eodem vocabulo aera appellant.Vitalem hunc,& per cuncta rerum meabilem,totoque conferentiuius vi suspensum, cum quarto aquarum elemẽto,librari medio spatio tellurem. Vida Ciceronem lib.1.de Natura Deorum.58.& lib.2.95.&.132.Principio enim terra sita in media parte mundi, circumfusa vndique est hac animabili spirabilique natura,cui nomen est aer.Græcum illud quidem,sed percrebrum iam tamen vsu à nostris tritum est enim pro Latino.

Aer,Altitudo.Virgil.2.Georg. - vbi aera vincere summum Arboris haud vllæ iactu potuere sagittæ. Nonius.

Aer,Sonus,vel flatus aut spiritus.Varro Andabatis, Anima,vt cœlesta in vesica,quidq; est arctè ligata,si perculeris,aera reddet. Nonius.

Aer, apud Homerũ & Ennium genere fœminino legitur. Gellius lib. 13.cap.19.Ennius in Annali duodecimo,aere fulua dicit, non fulmine:non ob id solum quòd Homerus ἀέρα βαθύκολπον dicit:sed quòd hic sonus(opinor)vocalior est vsus & amœnior.

Aerem sunt qui dici putant ἀπὸ τοῦ ἀείρειν, quòd terram ferat,vel quòd ab ipsa feratur. Alii magis arridet ἀπὸ τοῦ ἄημι, quod spiro significat.vnde & producit vltimam.Lucan.lib.1.18.

- dum terra fretum,terrámque leuabit
Aer,& longi voluent Titania labores.

Aeres numero plurali dixit Vitruuius de Architect.lib.1.Nouisse, inquit,oportet aeres locorum,qui sunt salubres aut pestilentes. Lucret. lib.4.59.Aeribus binis quoniam res confit vtrinque.

Aestus aeris. Ouid.lib.3.Amorum.eleg.2.8. An magis hic meus est animi,non aeris æstus?

Aurae aeris vel aeriae.Ouid.10.Metam.36.de disco in aerem iacto,
Quem prius aerias librauerat Phœbus in auras
Miles,& oppositas disiecit poudere nubes. Tibul.lib.4.eleg.1.26.
Vlla nec aerias volucris perlabitur auras. Sic Lucret.lib.2.41.& lib. 3.161.Item.4.189.&.247.

Caliginis aer,id est caliginosus.Lucret.lib.4.66.
Propterea quia posterior caliginis aer
Crassior inequitur,qui cuncta foramina complet.

Sonitus & ardores aeris.Cic.in Top.41. Deinceps aerei volatus auium atque cantus:deinde eiusdem aeris sonitus & ardores.

Aspiratio aeris.Cic.2.de Nat.deo.119.Animãtes autẽ aspiratione aeris sustinentur,ipseque aer nobiscũ vider,nobiscũ audit,nobiscum sonat.

Vitio aeris mori.Virg.7.eclog.12.Aret ager:vitio moriens sitit aeris herba.Id est pestilentia corrupti aeris inquit Seruius.

Agrabilis aer,id est mobilis,q facile huc illuc impellit.Ouid.1.Met.16.

Apertus aer.Lucret.lib.3.103.
Cur eadem credis sine corpore in aere aperto
Cum validis ventis ætatem degere posse?

Ater aer.Id est Obscurus,cui Candens opponitur.Lucret.lib.4.64.

Cassus lumine aer,Id est priuatus.Lucret.lib.4.75.
Nam nihil esse potest aliud,nisi lumine cassus
Aer,id quod nos vmbram perhibere suemus.

Circumfusus aer.Ouid.1.Metamor.3.
Nec circumfuso pendebat in aere tellus. Terra siquidem vndique circumfusum aere.

Aer concretus,Id est densus.Vide Aer fusus.

Aer crassus nobis offunditur.Cic.li.4.Acad.quæst.143. Dicet me acrius videre,quàm vllos pisces fortasse,qui neque videntur à nobis,& nunc quidem sub oculis sunt,neque ipsi nos suspicere possunt. Ergo vt illis aqua,sic nobis aer crassus offunditur.Horat.2.epist.1.49.

Densus aer.Horat.1.Carm.7.5.

Aer densatus & laxatus,contraria Quintil.lib.5.cap.9.10.

Lucis egens aer.Ouid.1.Metamor.4.
Sic erat instabilis tellus,innabilis vnda,
Lucis egens aer. Hoc est tenebrosus erat.

Elisus aer,Id est impulsus.Ouid.1.Metam.94.
Dixit:& eliso percussis aere pennis
Impiger vmbrosa Parnasi constitit arce. De Cupidine loquitur,

quem fabulantur alatum.

Exilis aer.Stat.lib.6.Thebaid.128. - vix campus euntem
Sentit,& exilis plantis interuenit aer:
Rariáque non fracto vestigia puluere pendent.

Aer maximè frigidus,Pro elemento ipso.Cic.2. de Natura deorum.40. Ipse verò aer,qui natura est maximè frigidus,minimè est expers caloris.Ille verò & multo quidem calore adinistus est:ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum enim quasi vapor quidam, aer habendus est. Is autem existit motu eius caloris qui aquis continetur: quam similitudinem cernere possumus in his aquis quę efferuescunt subditis ignibus.Ouid.lib.1.Amorum,eleg.13.2.

Aer fusus & extenuatus,Id est sparsus,extensus,& tenuis.Cic.lib.2.de natu.deo.145.Exin mari finitimus aer die & nocte distinguitur.Isque tũ fusus & extenuatus sublime fertur:tũ autem cõgerus,in nubes cogit.

Gelidus aer.Vide Tenuare aerem,
Humidus aer.Lucan.lib.4.15.& Ouid.7.Metamorpho.38.

Immensus aer.Tibul.lib.4.eleg.1.4.

Iucundior aer.Claud.in nuptiis honorii & Marię.43.
Quum procul augeri nitor,& iucundior aer
Attonitam lustrare domum,fundique conatum Gratus odor.

Largus aer. Lucret.lib.4.181.

Leuis aer. Ouid.11.Metamorpho.147.

Percutiensque leuem modò natis aera pennis. De alite.

Liquidus aer id est purus Virgil.1.Georgic.81.
Apparet liquido sublimis in aere Nisus. Idem lib.6.Aeneid.41.de eo lumbis, - liquidumque per aera lapsæ.

Purus & liquidus aer.Plin.lib.2.cap.23.

Liquidum aera lambere.Stat.lib.5.Thebaid.105.
Incertusque fui,liquidum nunc aera lambit
Ore supinatomnine arua gementia radens
Pronus adlucret humo. De prægrandi serpente loquitur.

Lucidus aer.Ouid.1.Fast.22.

Madentem rore aera suspirare.Lucan.lib.6.74.
Quique nec humentes nebulat,nec rore madentem
Aera,nec tenues,ventos suspirat An auras.

Magnus aer. Virgil.1.Aeneid.61.de Mercurio,
- volat ille per aera magnum Remigio alarum.

Mobilis aer,Largus aer.Lucret.lib.4.181.

Praeterea tum rarescit quoque corpus & aer
Scilicet vt debet,qui semper mobilis exrat,
Per parefecta venit penetratque foramina largas.

Morbidus aer,Vide MORBVS.

Nebulosus & roscidus aer à flumine.Plin.lib.21.cap.7.

Niger aer. Virgil.1.Georg.86.de Luna,
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu.

Nimbosus disiilit aer.Lucan.lib.5.127.

Nitidus aer.Stat.lib.1.Sylu.3.11.

Nubilus aer. Virgil.in Aetna.

Nudus aer,Id est apertus.Stat.9.Thebaid.106.

Obscurus aer. Virgil.1.Aeneid.83.

Pallore obsitus aer. Lucan.lib.5.126.

Pacatus aer,id est tranquillus & serenus.Lucret.lib.3.59.

Pestifer aer.Lucan.lib.7.84.

Pestifer aer sequit.Claudian.de bello Gildonico.130.
Hinc hominum pecudumque lues,hinc pestifer aer
Sæuit,& exclusis regnant Aquilonibus Austri. Lucanus lib.7.84.

Placidus aer,Placatus.Lucret.lib.3.61.
At natura boum placido magis aere viuit.

Pluuius aer. Stat.lib.5.Sylu.1.21.

Pronus aer,id est deorsum vergens.Ouid.14.Meramorpho.164.

Pu. pureus aer.Ouid.6.Metamorpho.10. - vt solet aer
Et breue post tempus candescit solis ab ortu.

Purus aer.Lucret.lib.4.62.

Aer purus & tenuis: cui opponitur Cœlum crassum atque concretum. Cicc.lib.2.de Natura Deorum.60.

Quietus aer. Virgil.5.Aeneid.44.de columba.
- mox aere lapsa quieto
Radit iter liquidum. Id est secat purum aerem.Seruius.

Rarus aer. Lucret.lib.5.22. - hæc aera rarum
Sufficiunt nobis,& splendida lumina Solis. Lucan.lib.4.25.
- iam rarior aer,
Et par Phœbus aquis densas in vellera nubes Sparserat.

Roscidus aer. Plin.lib.21.cap.7.

Stridulus aer Lucan.lib.7.97. - tunc stridulus aer
Elisus linuis,conceptaque classica cornu.

Tabificum aera resoluere.Lucan.lib.5.23.
- resoluit Aera tabificum.

Aer temperatus.Cic.lib.2.de Diuinat.134.Nõ verisimile solum,sed etiã verum esse censent perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros

orientes animari atque formari, ex eóque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitæ, casúsque cuiusque euentusque fingi.
Feruidosus aer. Virgil. 5. Aeneid. 66.
Tenax aer, id est agitabilis & liquidus. Lucr. li. 2. 30. & Oui. 4. Meta. 124.
Tenuem aera carpere. Virg. 4. Georg. 62. de apibus in aerem euolãtibus,
Miscentur tenuemque magis, magis aera carpunt.
Tenuissimus aer. Ouid. 15. Metamorpho. 50,
Ia superos aer tenuissimus emicat ignes. Hoc est purissimus aer mutatur in ignem elementarem.
Tepidus aer. Ouid. 1. Fasto. 31.
Torridus aer. Propert. lib. 2. eleg. 29. 1.
Venit enim tempus, quo torridus æstuat aer,
Incipit & sicco feruere terra Cane.
Toto aere ningit, id est per totum aerem. Virgil. 3. Georg. 73.
Turbidus aer spargitur. Claudian. de Apom baleris 7. Plin. lib. 2. ca. 23.
A turbido aere ad Lunam centum stadiorum altitudinem esse.
Vacuus aer. Virg. 3. Georg. 21. - iámque elati sublime videntur
Aera per vacuum ferri, atque assurgere in auras. Horat. 1. Carm. 3. 7.
Vagus aer. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 5.
Et vagus à terris quà surgere nititur aer.
Violentior aer. Lucan. lib. 5. 144.
Quum primùm redeunte die violentior aer
Puppibus incubuit Phœbeo concitus ortu.
¶ Candescit aer. Ouid. 6. Metamorpho. 10.
Captare aera auribus. Virgil. 3. Aeneid. 103.
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos, atque auribus aera captat. Vbi Seruius, Naturale .n. est, vt à qua parte flaturus est vẽtus, ad eam auris admota frigidior fiat.
Carpere aera tenerum. Ouid. 4. Metamorpho. 124.
Aera carpebat tenerum stridentibus alis. Hoc est per aera penetratu facilem volabat.
Cogitur aer in nubem Virgil. 5. Aeneid. 4.
Concipit aerem buccina, id est vento inflatur inspirante & canente tubicine. Ouid. 1. Metamorpho. 68. de buccina Tritonis,
Buccina, quæ in medio concepit vbi aera ponto,
Littora voce replet sub vtroque iacentia Phœbo. Hoc est sub sole oriẽte & occidente.
Condenset se aer. Lucret. lib. 1. 80.
Discernere aera, id est in diuersas partes quatere ac dissicere. Lucretius libro 6. 167.
Fit quoque, vt interdum vis hæc atque æstus Auerni
Aera, qui inter aues cunque est terramque locatus,
Discutiat, propè vti locus hinc linquatur inanis.
Desilit aer. Lucanus lib. 5. 27.
Ducitur aer. Lucret. lib. 4. 190.
Interiorem etiam partem spirantibus aer
Verberat, hic idem quum ducitur, atque refiatur. Hoc est quum emittitur & reciprocatur. Spiramẽtibus, id est animalibus.
Findere aera. Ouid. 4. Metamorpho. 134. de Perseo,
Et liquidum motis talaribus aera findit.
Fluit aer. Lucret. lib. 6. 128.
Fit quoque, vt è mundi transuersis partibus aer
Alternis certo fluere alter tempore possit.
Mulcere aera concentibus. Ouid. 1. Fasto. 31.
Odorare aera fumis. Ouid. 15. Metamorpho. 147.
Thura super ripas aris ex ordine factis
Parte ab vtraque sonant, & odorant aera fumis. Idest odoribus replẽt.
Permetiri aera. Lucr. li. 6. 250. Aera pmẽsus multũ, cãposque natantes.
Perrumpere aerem. Vide PERRVMPO.
Procudere, Agere, Propellere aera, eodem sensu dicitur, Lucre. lib. 4. 57.
Sic vbi se primum speculi proiecit imago,
Dum venit ad nostras acies, procudit agitque
Aera, qui inter se cunque est oculosque locatus. Ibidem,
Atque alium præ se propellens aera voluit.
Reflatur aer. Vide Ducitur aer.
Rumpere aera. Ouid. 4. Meta. 25. -ictibus aera rumpit. Sic 2. de arte. 11.
Secare aera pennis. Cic. in Arato,
Nanque est ales auis lato sub tegmine cœli
Quæ volat, & serpens geminis secat aera pennis.
Silet aer, Ouid. 7. Mera. 38. Immoteque silent frondes, silet humidus aer.
Temperare aerem. Virgil. 3. Georg. 66.
Solis ad occasum, quum frigidus aera Vesper
Téperat, & saltus reficit iã rosida Luna. Vbi Seruius. Téperat, refrigerat.
Tentare aera. Ouid. 6. episto. ad finem,
Quum mare, quum terras consumpserit, aera tentet. Id est per aera volet Medea.
Temnare aera. Stat lib. 1. Thebaid. 68.
Iamque per emeriti surgens confina Phœbi
Titanis, late mundo subducta silenti,
Rorifera gelidum tenuauerat aera biga. Titanis, id est Luna,
Volucre aera. Lucret. libro 4. 58.
Atque alium præ se propellens aera voluit.
Aereus, (ἀέριος,) adiectiuum quatuor syllabarum, denominatiuum. Alii per tertiam vocalem in penultima scribunt aerius: quod nostro tempore ferè obseruatur. Aereum siue aerium propriè dicitur, quod in aere sit, aut in aere viuit. Cice. in Topicis, Deinceps aereí volatus auiũ atque eantus. Id est qui fiunt in aere. Idem de Vniuersitate. * Volucrum genus aereum dixit, quòd aer earum proprium sit elemẽtũ.
* Mel aerium. Virgilius. 4. Georgic. protinus aerii mellis cœlestia dona exequar. Mel aeriũ vocat, qa ex rore colligitur qui ex aere defluit. Idẽ in Buc. Aeriæ quò congelliere palũbes. Id est altius in aere volãtes.
¶ Aereum siue aerium, pro alto. Virgil. in Buco.
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.
Aditus aerios rumpere alicui, Hoc est iter per aerem. Ouid. episto. 17.
Alpes aeriæ, Altæ. Virgil. 3. Georg. 93. Ouid. 2. Metamorpho. 46.
Arces aeriæ, id est altæ. Virgil. 3. Aeneid. 52.
Astra aeria. Virgil. 5. Aeneid. 103.
Decidit exanimis, vitamque reliquit in astris Aeriis,
Auis aeria, Per aerem volans. Ouid. de Arte Amandi. 1. 6.
Aereum cacumen, id est altum. Catul. epigram. 59. 48.
Aeriæ columbæ. Ouid. 3. de Ponto. 3. 4. Et apud Virgilium. 1. Georgic. 75. aeriæ grues.
Cupressus aeria. Catul. epigram. 59. 58. - & aeria cupressu.
Cursus aerius id est volatus. Ouid. 6. Metamorpho. 142.
Nec prius aerii cursus suppresit habenas,
Quàm Ciconum tenuit populos.
Genus animantium pennigerum & aerium. Cice. de vniuer. 44. Erant autem animãtium genera quatuor, quorum vnum duntaxat cœleste, alterum pennigerum & aerium. * Tertium terrestre. Quartum diuinæ animationis, &c. Sic apud Lucretium lib. 1. 3. Volucres aeriæ.
Iter aerium peruolare. Ouid. 2. Fast. 51.
Murus aerius, id est altus. Valer. Flac. lib. 2. Argonaut. 111.
- pars aerii fastigia muri
Cingit. De vrbis Troiæ muro loquitur. Sic Quercus aeriæ, Virgil. 3. Aeneid. 136. Et Ropes aeria. Virgil. 4. Georg. 102.
Venti aerii. Catul. epigram. 59. 29.
Quæ cuncta aerii disserpunt irrita venti.
Vias aerias carpere. Ouid. 2. de Arte Amand. 9.
Volatus auiũ aereí. Cic. in To. 41. Deinceps aerei volatus auiũ atq; cãtus.
Aeripes, aeripedis, penul. correp. (ἀερίπους,) A diectiuum quadrisyllabum, significat celerem, quasi aerios pedes habentem, hoc est Iouei. Virgil. 6. Aeneid. Fixerit æripedem ceruam licet. Duas syllabas in diphthongum contraxit Virgilius hoc loco, metri gratia. Seruius. æripedem, pro Aeripedem.
* Aerope, pes, penul. corrept. quadrisyllabũ. Atrei vxor à Thyeste adulterio corrupta. Ouid. lib. 2. de Trist. 78. Si non Aeropen frater scelleratus amasset, Auersos solis non legeremus equos, Male quidam hoc nomen per æ diphthon. scribũt ἀήρ ὄπη græcè dicit. Hom. & Callima.

Aera, æræ, (ἄορα,) herba est inimica segetibus, de qua sic Plinius libro 18. cap. 17. Est herba quæ cicer enecat & eruum, circumligando seruocatur orobanche: tritcum simili modo, æra. Et paulo post, Aere granum minimum est, in cortice aculeato. Quum est in pane, celerrimè vertigines facit: aiuntque in Asia & Græcia balnea tores quum velint turbam pellere, carbonibus id semen iniicere. Hactenus Plinius. Nonnulli eam esse putant quæ vulgò à nostris Yuraia dicitur, quòd quasi ebrietatem inducat. Latini lolium appellant. Virgil. Eclog. 5. & Georg. 1.
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Aera, ait Nonius Marcellus, numeri nota est: puta in moneta notabatur numerus quem valebat. Lucilius, Hæc est ratio peruersa, æra numeri subducta improbè. Astrologi quoque temporis initium à quo supputationes incipiunt, æram vocant. Hermolaus in Plinium.

Aerarium, Aerarius, Aeratus, Aerificium, Aereus, aerifex, Aerisonus, Aramentum, Aero, Aeras, Aerosus, Vide AES æris.

Aereus, quadrisyllabum, & **Aeripes,** Vide AER.

AERIA, Aeriæ, vrbs Galliæ. Strabo lib. 4. Sunt medio in spatio vrbes, Auenio, Arausio, & Aeriæ quæ sic appellata est teste Artemidoro, quia in sublimi sit ædificata cacumine.

Aerica, æricæ, interprete Theodoro, piscis est qui Græcè Chalcis dicitur. Est autem piscis fluuiatilis carnivorus, qui quodam modo strider, & ter in anno parit, gregatimque sua ova gurgiti altiori mandat cõgesta. Vitio infestatur diro, vt pediculi sub branchiis innati plurimi intermant: quod nulli ex cæteris accidit.

Author

Author Aristoteles lib. 8. de historia animalium.
Aerinus, penult. prod. adiectiuum, (ἀήρινος,) Id est Ioliaceus, ab Aera Plin. lib. 22. ca. 25. Aerina farina magis cæteris purgat vlcera vetera.

Aerizusa, aerizusæ, Iaspis aeri similis. Plin. lib. 37. cap. 8. Plurimę ferunt iaspidem gentes. Smaragdo similem Indi. Cypros duram glaucoque pinguì: Persæ aeri similem. ob id vocatur Aerizusa, cœli autumnali matutino similis.

Aerûgo, penult. prod. æruginis, penult. corr. fœm. gen. (ἰὸς χαλκοῦ,) Rubigo in ære, vt ferrugo in ferro. Columel. lib. 7. cap. 5. 11. Vel æris ærugine infriata. Plin. lib. 34. cap. 12. & lib. 28. cap. 2. 90. Aes contactum graue virus odoris accipere & æruginem, magis si decrescente luna id accidat.
¶ Aerugo poeticè translatum pro linguę mordacitate, seu maledicentiã, vel liuore & inuidia. Martial. lib. 2. 60. in maledicum,
Veteris ore aliter, animaque ærugine captus,
Allatras nomen, quod tibi cunque datum est. Horat. 1. Serm. 4. 21
- hic nigræ succus loliginis, hæc est
Aerugo mera. Loligo piscis est nigrum humorem emittens, vt sepia, atramentum vocant. Succus loliginis, id est obscuratio, & macula siue denigratio alienæ famæ. Porrò sicut ærugo ferrum aut æs erodit, sic liuor hominem inuidum, alienæ etiam famæ splendorem obscurans.
¶ Aerugo, metaphoricè ad segetum rubiginem transfertur apud Theophrastum libro. 4. de causis plantarum, appellat enim Græcè ἐρυσίβην. Est autem ærugo incidentis segetibus humoris putrefactio, quo vitio spicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidum confriabiles. Budæus putat esse quam nostram nostrate: agricolæ vocant: atque hinc æruginosas segetes appellant. Ruellius lib. 2. cap. 16. de Aerugine, Eryliben Græci vitium hoc appellant, pleniliniis ferè accidẽs: quod & Rubigo frequentius dicitur.
Aerugo mordax. Sedulius, Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat.
Aerugo viridis. Martialis lib. 10. ad Numacium Gallum,
Vt tu si viridi tinctos ærugine versus
Forte malus liuor dixerit esse meos. Id est liuore, & maledictis.
Aeruginõsus, penult. prod. (ἐρυσιβώδης,) adiectiuum, æruginis plenus. Seneca lib. de breuitate vitę, Maiorem dierum partem æruginosis lamellis consumit.

Aerumna, (ὄιζυς,) Festus, Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant, Quarũ quia C. Marius rerulit vsum. Muli Mariani postea appellabantur. Itaque ærumnę, labores onerosos significant. Siue à Græco sermone deducuntur. nam ἄηδων Græcè, Latinè tollere dicitur. Hęc Festus. Cic. 4. Tusc. 29. Aerumna, ęgritudo laboriosa. Idem lib. 2. de Finib. 187. Vel Herculis perpeti ærumnas (sic enim maiores nostri labores nõ fugiendos, tristissimo tamen verbo ærumnas etiam in Deo nominarunt) exigerem ex te. Plaut. Amphitr. Vno vt labore exolueret ærumnas duas. Sic poetę ærumnas vocant labores. Plaut. Persa, Superauit ærumnis suis ærumnas Herculis.
Aeterna ærumna. Cice. post reditum in Senatu 30. Quod si mihi æternam esse propositam ærumnã arbitrarer, morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore multassem.
Graues ærumnæ. Senec. Here. furent. 4. 1.
Miseria & ærumna. Cic. lib. 5. de Finib. 165. Vt vbi virtus sit, ibi esse miseria & ærumna non possit.
Ornatus ærumnis. Cic. pro Sylla. 37. Tu ornatus ærumnis venis ad eum lacerandum quem interemisti: ego iacentem & spoliatum defendo ac protego. Hoc est ornatus ærumnis & velut spoliis Syllæ.
Affici ærumnis. Lucret. lib. 3. 10.
Omnibus ęrumnis affecti denique viuunt.
Domare ærumnas victas. Senec. Thebaid. 1. 16.
Sed flectę mentem, pectus antiquum aduocat
Victáque magno pectore ærumnas doma. Hoc est calamitatibus magnanimiter resiste, quas vinces si patienti animo tuleris.
Perpeti ærumnas. Cic. lib. 2. de Finib. 187.
Aerumnæ omnes te premunt. Cic. in paradoxis. 21. Te miseriæ, te ęrumnæ premunt omnes, qui te beatum, qui florentem putas.
Leuare ærumnas fletibus. Senec. in Troad. 8. 6.
Aerumnãlis, pe. prod. adiectiuum, (ὀιζυτός,) Apuleius lib. 1. de Asin.
Mox in vrbe Latia aduena studiorum Quiritium indigenam ærumnali labore aggressus excolui.
Aerumnabilis, penult. corrept. (ὀιζυτικός,) Aerumnis plenus. Lucret. lib. 6. 148.
Illud in his rebus miserandum magnopere vnum
Aerumnabile erat.
Aerumnõsus, penult. prod. (ὀιζυρός,) Plenus ærumnis. Cicero. 4. Tuscul. 134. At eos qui se ægritudini dedi. lerunt, miseros, afflictos, ærumnosos, calamitosos. Plaut. Epid. 11. 31. Aerumnosam & miseriarum compotem mulierem retines. Cic. 3. Tuscul. 114. Nec tam ærumnoso nauigassem salo. Id est per mare, in quo tot labores tolerandi fuerũt. Versus est Ciceronis ex Græco. Idem. 7. Verr. 127. Crux crux infelici & ærumnoso comparabatur.
Aerumnosissimus, Cic. Attico, lib. 3. 65. 9. & pro Cluent. 159.
Aerumnãtus, pe. prod. adiectiuum. (ὀιζυτός.) Plaut. Capt. 11. 110. Tum igitur ego ærumnãtus, deartuatus sum miser. Hoc est multis ęrumnis affectus. Nomen fictum de more ipsius Plauti.
Aerumnula, pe. prod. diminutiuum, (ὀιζυδάριον,) Vide AERVMNA.

Aeruſco, ęruscas, (χαλκάζω,) ęruscare, Obsoletum verbum, Aera vndique, id est pecunias colligere. Festus. Gell. lib. 9. ca pi. 2. Aeruscanti cuipiam id genus, & philosophum se ostentanti, dari iussit mille nummũm. Id est vt exponunt nonnulli, ęra poscenti: aut ęruginosę & obscurę vitę.
Aeruscator, (χαλκεύτης,) Qui malis artibus es, id est pecuniam corradit vndique. quales sunt mimi, prestigiatores, arioli, & id genus homines. Gellius lib. 14. cap. 1. Sed id prestigiatorum atque offuciarum genus commentos esse homines ęruscatores, & cibum quęstumque ex mendaciis captantes.

Aes, æris, n. g. (χαλκός,) Genus est metalli. Eius tria sunt genera, Regulare, Coronarium, & Caldarium. Plin. lib. 34 ca. 8. In Cypro coronarium, & regulare est, vtrunque ductile. Coronarium tenuatur laminas, taurorumque felle tinctũ, speciem auri in coronis hustrionum præbet. Idemque in vncias, additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi bractea ignescit. Regulare & in aliis fit metallis. Item que Caldarium. Differentia, quòd caldarium funditur tantum, malesi fragile, quibus regulare obsequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium est. Sed & in cæteris metallis cura distat à caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, excoctúsque, regulare est. In reliquis generibus palma Campano. Hæc Plinius. Aes coronarium, du leton. Aes regulare siue ductile, Erain. Aes caldarium, Coyure.
Aeris appellatione aurum etiam contineri, Vlpiano credimus. Cœlius Antiqu. lect. lib. 6. cap. 2.
Aeris metalla inuenit Cynira Agriopę filius, idque in insula Cypro. Plinius. lib. 7. cap. 56.
Aes pro ferro. Cœlius Antiqu. lect. lib. 10. cap. 50. Ante ferri vsum es me moratur compertum. Propterea id ferro nomen impositum. Quod Etiã stathius quoque significat. Et quum apud Homerum legimus χάλκεον ἔγχος, non vtique æneum interpretantur, sed ferreum, ex veteri more appellatione propagata. Quòd verò armis vterentur æreis prius, non ferreis, astipulatur Hesiodus. Iauus Parrhasius in libro 1. Claudiani de raptu Proserpin. Aes pro ferro plerumque ponitur, quòd eius vsus antiquior quàm ferri fuit. Hesiodus, Aere laborabant, nondum noscentia ferrum Secula.
¶ Aes, pro galea ærea. Ouid. 8. Metamorpho. 7. Quum vero faciem dẽ pro nudauerat ære. Id est deposita galea.
¶ Aes pro rostris nauium. Fiebant enim ex ære. Virg. 1. Aeneid. 8. Vela dabant lęti, & spumas salis ære ruebant. Valerius quoque Argonau. lib. 1. 138. - volat immisis æua pinus habenis.
Infunditque salum, & spumas vomit ære trideti. Flaccus igitur Horatius, quum vellet longam nauem significare, & rostratam firmámque, Cypriam dixit vt ęrea accipiatur, quòd Cypros olim metalla æris habuerit, & in ea prima fuerit æris inuentio, vt testatur Plinius lib. 34. capi. 2. Horatii verba hæc sunt lib. 1. Carm. 1. 3.
Attalicis conditionibus
Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare.
¶ Aera pro operibus ex ære factis. Virgil. 1. Georg. Et mœstum illachrymat templis eburnæque sudant. Idem in 3. Aeráque dissiliunt vulgò vestęque rigescunt. Species metonymiæ vt ferrum pro gladio.
¶ Aes pro statua ærea. Horat. 4. Carm. 8. 1.
Donarem pateras, grataque commodus
Censorine meis æra sodalibus. Id est statuas, vt ait Acron.
¶ Aes, Pecunia ex ære facta. Veteres enim primũ signatam pecuniã ex ære habuerunt. Cato, Fundum æribus suis emptum possidebant. Plaut. Aulul. 15. 54. Ibi ad postremum redit miles, æs petit. Terent. Phorm. 3. 2. 26. Ancillam ære emptam suo. Ouid. 1. Fasto. Aera dabant olim melius nunc omen in auro est:
Victáque concessit prisca moneta nouæ. Plin. lib. 34. ca. 1. vbi de ære, Hinc æra mulctum, tribuni ærarii, & ęrarium, & obærati ab ære dicti.
Aes quando primùm Romæ fuerit signatum, his verbis prodidit Plinius lib. 18. cap. 3. Seruius rex, ouium boumque effigie primus æs signauit. Idem lib. 33. cap. 3. Seruius rex primus signauit æs. Antea rudi vsos Romæ Remeus tradit. Signatum est nota pecudum: vnde & pecunia appellata. Paulo post. Nota æris fuit, ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrũ nauis. In triente verò & quadrante rate testhuius rei causam his verbis exequitur Ouid. lib. 1. Fast. 46. quibus Ianum interrogat,
Multa quidem didici. Sed cur nauales in ære
Altera signata est, altera forma biceps? Respondet Ianus,
Noscere me duplici posses vt imagine, dixit,
Ni vetus ipsa dies extenuasset opus.
Causa ratis superest. Tuscum rate venit in amnem,

Ante pererrato falcifer orbe deus.
Hæc ego Saturnum memini tellure receptum,
Cœlitibus regnis ab Ioue pulsus erat.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen:
Dicta fuit Latium terra latente deo.
At bona posteritas puppim formauit in ære,
Hostitis aduentum testificata dei.

¶ Aere dirutus miles. Festus, Aere dirutum militem dicebant, cui stipendium ignominiæ causa non esset datum, quòd eo diruebatur in fiscum non in militis sæculum. Hoc verbo Cicero facetissimè in Verrem vsus est, actione 7. 27. Dii faciant vt tei militaris, vt belli mentionem facere audeas. Cognoscentur enim omnia istius æra illa vetera, vt nõ solum in imperio, verum etiam in stipendiis qualis fuerit, intelligatis. Renouabitur prima illa militia quum iste è foro abduci, non (vt ipse prædicat) perduci solebat. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur in quibus quum frequens fuisset, tamen ære dirutus est. Id est, quanuis non esset emansor, sed frequens in castris aleatoriis, tamen ære dirutus est, id est stipendia perdidit, alea scilicet omnia absumente. Idem in Antoniana, XIII. Fraudator creditorum Trebellius, homo dirutus diruptusque Quintus Cœlius. Id est, tum hernioſus, tum dissipato patrimonio expeculiatus, atque omni ære exhaustus. Lusit enim Cicero per paronomasiam dirupti, id est hernioſi, & diruti. Siquidem ære diruti milites æra non merebant, & quasi sine ære erant. Tales enim sunt quibus nihil reliqui esse dicimus, id est quibus ad manticam res rediisse vulgari prouerbio dicitur. Budæus.

Prodigus æris, id est pecuniæ, Horat. in Arte poet. 32.
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris.

¶ Aes alienum. Vlpianus de verb. signifi. Aes alienum est, quod nos aliis debemus. æs suum est, quod alii nobis debent. Cæsar 1. de bel. ciuil. 13. Lentulus æris alieni magnitudine mouetur. Cic. pro Quintio. 8. Quũ æris alieni aliquantulum esset relictum. Sallust. de coniurat. Catil. Si mul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat. Id est multi erant oberati. Cice. ad Catonem lib. 15. 4. Quibus in oppidis quum magni concentus fuissent, multas ciuitates acerbissimis tributis, & grauissimis vsuris & falsò ære alieno liberanit.

Aeris alieni atque litis comes miseria. Chilonis Lacedæmonii oraculum apud Plinium lib. 7. cap. 32.

Nexus ob æs alienum. Vide NECTO.

Aes meum alienum. Cic. ad Atti. lib. 13. 294. 3. Si quid æri meo 'alieno superabit. Hoc est, siquid mihi supererit, postquam æs alienũ psoluero.

Aes alienum tuum. Cic. 2. Philipp. 55. Etenim quæ res egestati & æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris, subuenire potuisset? Id est, vnde æs alienum dissoluisses? nisi ex morte Cæsaris tanta pecunia tibi accessisset.

Aes alienum cogere, conflare, contrahere, facere: omnia hæc idem significant: hoc est ære alieno se obligare, nempe se debitorem facere, pecunia vel mutuò, vel fœnerato accepta. Plaut. Sticho. 4. 49. Alienum æs cogat. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. epistо. 1. Nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus. Et dem, Ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. Liuius 1. ab vrbe. 97. Aes alienum fecisse. Sallust. Quiõi æs alienum grande conflauerat. Cicero pro Sylla. 44. Cuius æs alienum videmus non libidine, sed negotii gerendi studio esse contractum.

Aes alienũ dissoluere. Soluere creditoribꝰ, & ab eis se liberare. Ci. Patri g suasit, ne æs alienum dissolueret. Idem pro Sylla. 42. Plurimis & pulcherrimis P. Cincii prædiis venditis, æs alienum eiusdem dissoluti est.

Aes circumforaneum, pro fœneratitio. Cic. Attico, lib. 2. 16. 17. Tusculanum & Pompeianum me valde delectant, nisi quòd meipsum illum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. Budæus.

Crescit tibi æs alienũ. Ci. 6. Verr. 14. Metuisti ne æs alienũ tibi cresceret.

Nouum æs alienum contrahere. Cic. libro 1. ad Quin. fratrem. 1. 35. Nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus, vetere autem magno & graui multas abs re esse liberatas vrbes.

Deuouere se pro ære alieno, Seipsum pro dissoluendo ære alieno sub hasta vendere. Cic. 11. Philip. 299. Pro alieno se ære deuouit.

Donare ęs alienum. Brutus Ciceroni in epistolis ad Brut. 6. 4.
Dyrrhachini sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt.

Ducite ex animis curam, atque alienum æs ne quis formidet effligatorem suum. Plaut. Budæus.

In ære alieno nullo esse, idem quod nihil debere. Cic. 6. Verr. 10.
At hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse, præter fructus sucos nihil vnquam, non modo in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis semper fuisse.

Exire ære alieno, Liberari debitis. Ci. 11. Philip. 199. O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posse, quum venderet aliena?

Habere æs alienum. Hoc est debere. Cic. 6. Verr. 9. Quærendum est credo, Heius iste num ęs alienum habuerit, num auctionem fecerit. Idem ad Sestium lib. epist. 5. 6. 4. Itaque nunc me scito tantum habere æris alieni, vt cupiam coniurare, si quisquam recipiat.

Incidere in ęs alienum. Vide INCIDO.

Laborare ex ære alieno. Cæsar belli ciuilis lib. 3. Interim Milo dimissis circum municipia literis, ea quæ faceret, iussu atque imperio facere Pompeii, quæ mandata ad se per Bibulum delata essent, quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, solicitabat. Hoc est, multum æris alieni contraxisse, nec illud posse dissoluere.

Leuare se ære alieno. Vide LEVIS.

Liberare se maximo ære alieno. Cic. ad Atti. lib. 14. 316. 2. Calendis Ianuariis debuit, adhuc non soluit præsertim quũ se maximo ære alieno Faberii manu liberarit, & opem ab eo petierit. Vide LIBER liberi.

Luere æs alienum, Hoc est, dissoluere. Curtius lib. 10. In Europam properatis rege deserto, quum pluribus vestrum defuturum viaticum fuerit, ni æs alienum luissem?

✻ Minuere æs alienum. Vide MINVO.

Obrui ære alieno. Vide OBRVO.

Aere alieno obstringere omnes amicos. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. epistо. 10. 11. Tantum abest vt meæ rei familiaris liberum sit quicquam, vt meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxerim.

Oppressus ære alieno. Cic. pro Fonteio. 1. Hoc Prætore oppressam esse ære alieno Galliam.

✻ Persoluere æs alienum. Plin. epistо. lib. 9. ad paulinum.

Reddere causas æris alieni. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 8. Omnes iussi reddere in Senatu causas æris alieni.

Succurrere æri alieno, Senec. de Benefi. lib. 2. cap. 7. Tyberius Cæsar rogatus à nepote vt æri alieno succurreret.

Aes alienum alicuius suscipere. Est prouinciam suscipere soluendi eius creditoribus. Cic. 2. Offi. 80. Liberales autem qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant.

Vacillare in vetere ære alieno. Ci. in Catilinam. 41. Qui partim inertia, partim malè gerendo negotio, partim etiam sumptibus in vetere ære alieno vacillant.

¶ Aes graue. Seruius in sextum Aeneidos, Qui pro hoc ære graui donatus est id est massis. Liuius 1. Decad. lib. 4. Et quia argentum nondũ signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam etiam collationem faciebant.

In ære meo est, aliter accipit Cicero lib. 13. epist. 63. 1. Et me hercule semper sic in animo habui, te in meo ære esse, propter L. Lamiæ nostri cõiunctionem. Id est, inter amicos meos esse. In ære enim meo est, idẽ est quod meum, in & bonis meis est, atque in cẽsu meo. Idem ad Cassium, lib. 15. 14. 1. M. Fabium quòd mihi amicum tua commendatione dare, nullum in eo facio quæstum. multi enim anni sunt, quũ ille in ære meo est. Id est, eum inter bona mea retuli. Budæus.

Aere meo me lacessis: Id est, iocantem ioco excipis. Plaut. Pœnul. 4. 73.
Enimuero ære meo me lacessis, ludos & delicias facis.

¶ Aes militare, Pecunia quæ in stipendium militum de ærario Tribunis ærariis adnumerari quæstori solebat. Asconius.

¶ Aere publico fixum Senatusconsultũ. Tacit. lib. 12. Et fixum est ære publico Senatusconsultum, quo libertinus sestertii ter millies possessor, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur.

¶ Aera lupinis quid distent, non ignorat. Horat. lib. 1. epistо. 7. 5. Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Id est quãtum pecunia differat à lupinis, legumine vilissimo. Acron: Quæ sit differẽtia inter bonos & malos. Erasmus in Chiliad. Id est, nouit discrimen rerum vilium & pretiosarum. Agit autem Horatius de iis, qui beneficia non ita conferunt in quosuis, veluti abiiciant: sed ita collocant, vt expendant & eius rei ritum ac dignitatem cui præstant, & pretium muneris quẽ largiuntur.

¶ Aeris faber. Vide FABER.

Acuta æra, Acutè sonantia. Horat. Carm. 1. 16. 2. -non acuta
Sic geminant Corybantes æra.
Aegineticum æs. Vide, Deliacum æs.

Arguta æra. Sillius lib. 17. 4.
Circum arguta canis tinnitibus æra, simulque
Certabant rauco resonantia tympana pulsu.

Canorum æs. Virgil. Aeneid. 9. 104.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit.

Cauum, id est tuba ærea. Virgil. Aeneid. 3. 48.
- dat signum specula Misenus ab alta Aere cauo.

Cauum æs, pro vase æreo concauato. Ouid. 4. Metamorpho. 101.

Cauo ære clypeus. Virgil. Aeneid. 3. 55.
Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis
Postibus aduersis figo. Seruius, Aeris cauis vt pulchra prole.

Concauum æs. Ouid. 4. Metamorpho. 6.
- impulsaque tympana palmis
Concauaque æra sonant, longóque foramine buxus.

Aes Cordubense. Vide Aes Sallustianum,

Corinthia æra. Plinius lib. 34. cap. 2. Ex illa autem antiqua gloria Corinthium æs maximè laudatur: hoc casus miscuit.

Crepitantia æra. Virg. 4. Georg. 31. -crepitantiaque æra secutæ
Dictæo cœli, regem pauere sub antro. De apibus loquitur.

Decorum

Decorum æs. Virg. 4. Aeneid. 12. 42 pro Orichalco, vt ait Seruius.

Deliacum æs. Plin. lib. 34. cap. 2. Antiquissima æris gloria Deliaco fuit, mercatu in Delo concelebrante toto orbe, & ideo cura officinis tricliniorum pedibus fulcrisque. Ibi prima nobilitas æris. Peruenit dein de ad Deum simulachra, effigiemque hominum, & aliorum animaliũ. Proxima laus Aeginetico fuit. Insula & ipsa nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata.

Ephyræa æra. Virg. 2. Georg. 93.
Illatasque auro vestes, Ephyræaque æra.
Vbi Seruius, Ephyræa æra: Corinthia, quæ laudat etiam Cicero. nam Ephyrus est Corinthus.

Exercita pulsu æra. Vide TACENT AERA.

Fulmun æs. Ouid. 1. Metamor. 23.
Liuianum. Vide Aes Sallustianum.
Martianum. Vide, Aes Sallustianum.

Micantia æra, Id est arma ærea Virg. 2. Aeneid. 146.

Operosum æs, Id est magno opere & artificio fabricatũ. Ouid. 3. epist. 7.
Viginti tulos operoso ex ære lebetas.

Paphyum æs. Hoc est Cypriumquoniam in Cypro primùm repertũ est aurum. Paphos verò Cypri est oppidum. Ouidius in Ibin. 89.

Raucum æs pro clypeo æreo, ad reli tactum, raucum sonum emittente. Virg. 2. Aeneid. 109. -telumque imbelle sine ictu
Conicit, rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam umbone pependit.

Rauci æris canor. Hoc est tubarum clangor. Virg. 4. Georg. 15.
-nunquemorantes
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Audita, fractos ignitus imitata tubarum.

Recuruum æs. Lucan. lib. 1. 87. -quos ære recuruo
Stridẽtes acuere rubæ. Hoc est litui reflexi ictuanere ad inchoãdã pugnã

Renidens æs. Virg. 2. Georg. 57. -ac latè fluctuat omnis
Aere renidenti tellus.

Aes Sallustianum, æs Liuianum. Plin. lib. 34. cap. 2. Proximum bonitate fuit Sallustianum in Centronum alpino tractu, non lõgè ipsum æui Successisque ei Liuianum in Gallia. Vtrumque à metallorum dominis appellatum illud ab amico diui Augusti, hoc à coniugevelocis defectus. Liuianum quoque certè admodum exiguum inuenitur. Summa gloria nunc in Martianum conuersa: quod & Cordubense dicitur.

Saturnia æra, Vasa ærea, quibus vtebantur tempore Saturni in sacris. Pers. Satyr. 2. 13.
Aurum vasa Numæ, Saturniaque impulit æra.

✻ Aes signatum & graue opponuntur. Liu. Decad. 4. 161.

Solida æra. Virg. Aeneid. 3. 464.
- strepit assiduo cauus tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt.

Sonans æs. Ouid. 12. Meta. 10. de fama loquitur, - tota est ex ære sonãti,
Tota fremit, vocesque refert, iteratque quod audit.

Sonorum æs. Claud. 7. paneg. 30.

Stridentia æra. Virg. 4. Georg. 36. - alii stridentia tingunt
Aera lacu. Hoc est sonum emittentia, quũ calidissima aquis immergũtur.

Temesæa æra. A Temese oppido Cypri, in quo præcipua æris bonitas & fertilitas fuit, vt tradit Strabo lib. 6. Ouid. 5. Fast. 88.

Tinnula æra. Tinnientia ac resonantia. Ouid. 4. Metam. 79.

Vetusta æra, Monera vetus. Ouid. 1. Fast. 1. 43.
Tu tamen aut picum cur sit tibi stipis vetus quæris,
Cúrque iuuent nostras æra vetusta manus.
Aera dabant olim melius: nunc omen in auro est:
Victáque concessit prisca moneta notæ.

Vnca æra, Id est hami. Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 7. 2.
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vncatibus æra subesse putat.

¶ Concrepant æra. Ouid. 5. Fast. 58.

Aes conflare. Hoc est purgare. Plin. lib. 7. ca. 56. Aes conflare & reperare Aristoteles Lydũ Scythen mõstrasse: Theophrastꝰ Delũ Phrygẽ putat.

Domare æra, Hoc est malleis tundendo mollire, & in longum latũmue ducere. Stat. lib. 1. Achil. 83.
Aera domant Temesæ, quatitur naualibus ora
Eubois, innumera resonant mucrone Mycenæ.

Ex ære aliquem ducere, Id est ære fuso, aut malleis in laminas ducto exprimere, effigiare, repræsentare: nam id quoque ducere significat. Virg. 6. Aeneid. 170.
Ducent vultus de marmore vultus. Plin. lib. 7. cap. 37. Edixit Alexander nequis ipsum alius quàm Apelles pingeret, quàm Pyrgoteles sculperet, quàm Lysippus ex ære duceret.

Aes ducere, Idem. Horat. 2. epist. 1. 49.
Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia.

Excudere æra spirantia. Hoc est statuas tam affabre, efficere, vt animatæ

videantur. Virgil. 6. Aeneid. 170.

Excudent alii spirantia mollius æra.
Incidere in ære, & in æs. Vide INCIDO.
Mutari ære. Vide MVTO.
Tacent æra. Stat. lib. 1. Achill. 126.
Consedere chori, paulúmque exercita pulsu Aera tacent.

Aeramentum, Denominatiuum, (χαλκεῖον,) Sunt autem æramenta, opera ex ære facta, quæ madmodum ferramenta ex ferro. Plin. lib. 33. cap. 15. 9. In reliquo vsu æramentis illinitur. Idem lib. 33. cap. 5. 8. de auri glutino loquens, Plumbum nigrum albo iungitur, ipsumque album sibi oleo. Item stannum æramentis, stanno argentum. Idem libro 15. cap. 8. 2. Atque æramenta omnia contra æruginem.

✻ Aeraria, ærarię, locus in quo ęs effoditur. Plin. lib. 34. cap. 13.

Aerarium, substantiuum, (δημόσιον, ταμεῖον,) Pecunia erat publica vno in loco coodita: quam Tribuni ærarii, quum opus erat, promebant. Festus, Aerarium sanè populus Romanus in ęde Saturni habuit. Cic. 3. Tuscula. 83. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ęrarium, verbis tamen defendebat ærarium.

Aerarium pro loco & repositorio ipsius publicæ pecuniæ. Cæs. bel. ciuil.
Quibus rebus Romam nunciatis, tantus repentè terror inuasit, vt quum Lentulus Consul ad aperiendum ærarium venisset, ad pecuniam Pompeio ex tenatusconsul. proferendam, protinus aperto sanctiore ærario ex vrbe profugeret.

Ad ærarium rationes suas referebant imperatores exercituum ex prouinciis decedentes, Id est computos reddebant, vt nunc loquimur. Cice. in Pisonem, Rationem ad ærarium retuli continuò Cæsar, sicut lex tua iubebat. Budæus.

Aerarium militare. Sueton. Aerarium militare cum vectigalibus nouis constituit. Hoc est quod peculiariter accommodatum esset ad soluendã militum stipendia.

Aerarium publicũ Vrbis, fuit Saturni templũ. Plutarchus in Problematis, Quam causam esse dicemus, quamobrem Saturni ædem pecuniæ publicæ sacrarum esse voluerunt. Nam ærarium est: & tabulas publicas in eo seruant, & ex eo Tabularium dicitur. An quòd fama obtinuit, Saturni tempore, nec auaritiam nec improbitatẽ vsquam in hominibus fuisse, sed iustitiam & fidem? An quòd fructuum inuentor, & agricolationis author, is deus fuisse memoratur? Fulv. n. id significat, &c.

Aerarii præfectos hodie (vt arbitror) vocare possumus, quos Thesaurios dicunt, qui etiam Quæstores vocitari possunt. quod nummis olim Prætores, prætoriisque obibant. Tribunos vero ęrarios quos Receptores generales appellant. Budæus.

Aerarium sanctius ab antiquis dictum est, quod prorsus intactũ erat, ex quo nihil promi licebat ob animas necessitates. Liu. lib. 7. secundi belli Punici, Cætera expeditis rebus quæ ad bellum opus erant Consulibus, aurum vicesimarium quod in sanctiore ærario ad vltimos casus seruabatur, promi placuit. Cic. Attico, lib. 7. Attulit mandata ad Consules, vt Romam venirent: pecuniam de sanctiore ærario pferrent. Budæus.

Aerarius, (substantiuum, χαλκεύς,) Qui ærea opera fabricat. Plin. lib. 16. cap. 6. 5. Aerariorum tantum officinis compendio.

Aerarius fieri dicebatur, qui plebeius à Censoribus in centum tabulas referebatur, ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ scribi ad hoc vt esset ciuis, sed tantùmodo vt pro capite suo tributi nomine æra penderet. Hæc Budæus ferè ex Asconio. Vti Aerarii facere, & inter ærarios, siue in ærarios referre, pro eodẽ leguntur: hoc est ea ignominia quem pœnam afficere, quod ius propriè ad Cęsores pertinebat. Ci. pro Clue. 96. Cęsores denique ipsi sæpenumero superiorũ Censo. ũ iudicia (si ista iudicia appellari vultis) non steterunt. Atque etiam ipsi inter se Cęsores sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat: vt alter de senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignũ existimet: vt alter è ærarios referri, aut tribu moueri iubeat, alter veret. Liu. lib. 4. secũdi bel. Pun. His, superioribusque illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribúque moti, ærarii omnes facti. Varro, Hoc est magnum censorem esse, ac non studere multos ærarios facere. Valerius libro 2. capit. de Censoria nota, Salinator verò quatuor atque triginta tribus inter ærarios referre non dubitauit. Gellius lib. 4. cap. 20. Quum Censor eum quòd intempestiuè lacescisset, in ærarios retulit. Ibidem, Relatusque in ærarios, vt mos est. Qui mos adhuc hodie Venetijs obseruatur: vt qui ciues ærarii prefecti damnati sunt peculatus, in omnibus comitiis publicis à scriba ærario quotannis renuntientur, atque ab omnibus reipub. officiis excludantur.

Ex ærariis eximere Latini dicebant, cum aliquem prædicta ignominia leuabant. Budæus. Cice. lib. 2. de Orato. 149. Is qui te ex ærariis eximit, iustrum condidit.

Aerarius, adiectiuum, Quod ad æs pertinet. Pli. li. 33. ca. 1. Laudationem eandem in ærariis metallis, & proximã in argentariis fieri cõperti est.

Aerarius faber. Qui opera ex ære fabricat. Plin. lib. 34. cap. 8. 13. & capi. 1. A regę Numa collegio tertio fabrũm ærariorum instituto. Fabrũm pro fabrorum, per syncopen.

Aerai iam fabricam alii Chalibas monstrasse putant, alii Cyclopas. Plin. lib. 7. cap. 56.

Aerarius lapis, ex quo æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 12. Scolecia sit & per se rasa ab ærario lapide, de quo nunc dicemus. Chalcitim vocant lapidem, ex quo & ipsum æs coquitur.

Aerarii milites, vt ait Varro 4. de Lin. Lati. dicuntur ab ære, quòd stipendia facerent.

Aeraria officina. Plin. lib. 18. cap. 10. 1. Aeraria fabrica, Idem li. 7. ca. 56.

Aerarios quæstores hodie vocare possimus eos quos mulctarum, id est, emendarum receptores vocant. Tacitus lib. 13. Censuit Piso designatus consul, ne mulctam à tribunis dictam quæstores ærarii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent. Budæus. Vide QVAESTOR.

Aerarius scriba, Ci. pro Cluentio. 99. Hoc est, qui rationes scribebant ex pensi lati & accepti relati.

Aerarii tribuni, à tribuendo ære sunt appellati. Hæc Festus. At Varro de lingua Latina lib. 4. Tributum, inquit, dictum à tribubus: quòd ea pecunia quæ à populo imperata erat, tributim à singulis proportione cẽsus exigebatur. Ab eo, quibus attributa era pecunia, vt militi reddant, Tribuni ærarii dicti.

Aerâtus, penul. prod. adiectiuum, (χαλκωτός,) Quod ære tectum est. Fit autem ab ære, vt auratus ab auro. Cic. 6. Verr. 52. Iam verò lectos ærato, & candelabra ænea, num cui præter istum, Syracusis per triennũ facta esse existimatis? Plin. lib. 34. ca. 3. 4. Camillo inter cetera obiecit Sp. Caruilius quæstor, quòd ærata ostia haberet in domo. Nam triclinia ærata, abacosque, & monopodia, Cneum Manlium Asia deuicta primùm inuexisse triumpho suo, L. Piso author est.

Aeratæ acies. Vide ACIES.

Crates æratæ. Stat. 4. Theba. 22. Oibus æratæ ꝓpugnant pectora crates.

Classes æratæ. Naues rostris æreis munitæ. Virg. 8. Aeneid. 133.
In medio classes æratas, Actia bella
Cernere erat.

Clypeus æratus. Sil. lib. 15. 149.

Cuspis ærata. Ouid. 5. Meta. 2. Fraxineã quatiens æratæ cuspidis hastã.

Fores æratæ. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 15.
- & æratas excubat ante fores.

Aeratus homo, Aere alieno obstrictus: qui vsitatius dicitur obæratus. Cic. Attico, lib. 1. 11. 6. Vt primum iudices consederunt, valde diffidere boni cœperunt. Non enim vnquam turpior in ludo talario confessus fuit. Maculosi Senatores, nudi Equites, Tribuni non tam ærarii, ij vt appellantur, grati. Plautus pro pecuniosо & bene nummato posuit in Mostel. 2. 30. Ferocem facis, quia te æratus amat.

Aeratæ naues, quæ & rostratæ dicebantur. Nauium enim rostra ex ære fiebant. Cæsar lib. 2. de bello ciuili, Interim L. Nasidius à C. Pompeio cum classe nauium sedecim, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Messaliensibusque subsidio missus. Virg. lib. 9. Aeneid. vbi de nauibus Troianorum in nymphas marinas versis,
- hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontoque feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad littora puppes. Liuius 4. Decad. lib. 6. Vna & LXXX rostratis nauibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delũ traiecit. Quibus verbis constat, rostratas fuisse etiam quę tectæ non erant.

Pila ærata. Propert. lib. 4. eleg. 1. 16.

Portæ æratę. Ouid. 8. Metamorpho. 9.
- vel æratas hosti recludere portas.

Postes ærati. Virgil. 2. Aeneid. 2. 5.

Prorę æratę. Virgil. 9. Aeneid. 16.

Puppes æratę. Ouid. 8. Metamorpho. 21.

Securis ærata. Virgil. 11. Aeneid. 131.

Tela ærata. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 5.

Aereus, adiectiuum trisyllabum, (χάλκεος.) dicitur quod ex ære factum est: quod & alienum etiam dictum est. Virgil. 1. Aeneid.
Aerea cui gradibus surgebant limina, nexęque
Aere trabes: foribus cardo stridebat ahenis. Loquitur de foribus templi. nam prisci, teste Plinio libro 34. cap. 3. limina etiam ac valuas ex ære in templis fabricauere.

Aerea arma, & tela itidem ex ære, vetustas habuit: vt est apud Homerũ quæ Combe puella in Eubœa primum inuenit: vnde cognominata Chalcis est. Ianus Parrhasius in lib. 1. Claudiani de Rapt. Pros. Idem tradit Cœlius antiqu. lect. lib. 10. cap. 10. Eustathii testimonium asserens, adiicientsque Comben fuisse Alopi filiam,

Cassis ærea. Sil. lib. 3. 55.

Clypeus æreus. Virgil. 12. Aeneid. 109.
Pectora, nec nostro clypei mora prosuit ærei.

Aerea cuspide, vel gladio æreo facta vulnera, minus afferre doloris, facilius etiam persanari, tradit Aristoteles: quòd medicam vim quandam in se obtineat æs, quam in vulnere statim relinquat.

Cœlius Antiqu. lect. lib. 16. cap. 5.

Galea ærea. Virgil. 10. Aeneid. 165. - procul ærea tamis
Dependet galea, & prato grauia arma quiescunt.

Rota ærea. Virgil. 5. Aeneid. 54.

Aereum seculum, siue ætas ærea dicitur apud poetas pro tertia illa ætate quæ successit argẽteæ. Hanc Ouidius aheneam, id est ærata appellat.

Temo æreus. Virgil. 3. Georg. 34.

Aereum vas. Plin. lib. 12. cap. 7. 5.

Aereus pro forti, poetice. Virg. 5. Aeneid. Vastis tremit ictibus ærea puppis. Vbi Seruius, Aerea, fortis: vt, - & inuictos temo trahat æreus orbes. Nam puppis ærea non est, sed prora. Sic in eodem lib. 54. ærea totam pro forti, idem Seruius interpretatur.

Aetifer, pe. corr. adiectiuũ, (χαλκοφόρος,) Id est qs ferens. Ouid. 3. Fast. 148.
Iamque erat ad Rhodopen. Pangæaque flumina ventum.

Aeriferæ comitum concrepuere manus. Id est, crepitacula ærea ferentes.

Aerificium, (χαλκούργημα,) Dictum quod fit ex ære. Varto γνῶσι στατῆρ, Nihil sunt mulę politis, quasi ærificię dixi. Nonius.

Aeripes, pen. corre. (χαλκόπους,) vox trisyllaba, huius æripedis, penult. etiam corre. id est ęreos vel ęratos pedes habens. Ouid. 6. epistol. Narrat & eripedes Martis arasse boues. Hoc est, habentes pedes ære munitos. Ita enim dicunt poetæ eos habuisse. Idem 12. epistol. 19.
Iungi & æripedes in adusto corpore tauros.
Et solidam insso vomere scindis humum.

Aerisonus, pen. corre. adiectiuum, (χαλκόφωνος,) Stat. lib. 1. Thebai. 53.
- melius votis Marcotica fumat
Coptos, & ęrisoni lugentia flumina Nili. Id est ęris sonum dantis propter sistrum, quo in sidis sacris vtebantur.

Ida erisona. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. 141.
Haud secus erisona volucer quum Dedalus Ida
Prosilnit. Et libro 3. 6.
Aerisono de monte ratem, prefixáque regum Scuta videt.

Vrbes æriſonę. Hoc est, resonantes propter crebros pelumm & tintinna bulorum ęreorum crepitus in eclypi Lunę pulsari solitorum. Claudianus de bello Getico. 97.
Territat assiduus Lunę labor, atráque Phœbe
Noctibus erisonas crebris vlulata per vrbes.

Aero, eras, (χαλκόω,) significat ęs misceo, ęre adultero, siue ęre orno. Vnde ęratę fores apud Virgilium. Priscianus de speciebus verborum lib. 8. A metallorum quoque nominibus solet nasci verbas vt ab auro, auro aurasti ab ęre, æro ęras: vnde auratus, & ęratus. Huius verbi composita sunt obęro, & subęro.

Aerosus, pen. prod. (χαλκώδης,) Festus, Aerosum appellauerunt antiqui Cyprum, quòd in ea plurimum eris nascatur.

Aerosum aurum, Quod multi ęris admistionem habet. Plin. li. 33. ca. 6. 7.

Ederso erosum contrahit se, hebetaturq́, & difficulter ferrumnat.

Aerosus lapis, qui multum habet ęris, & ex quo ęs fit. Plin. lib. 34. cap. 1. 2. vbi de ęris generibus, Fit & ex lapide erosso, quem vocat Cadmiam: celebritas in Asia, & quondam in campania, &c.

AESACVS, penul. corre. (Αἴσακος,) Priami ex Alyxothoe nympha filius, quum amore Hesperies nymphę Cebrenii fluuii filię captus, eam fugientem persequeretur: in caula fuit, vt illa periret. Nam inter fugiendum à serpente in pede ictta interiit: tantóque dolore Aesacum affecit, vt moriturus è scopulo se in mare precipitarit. Quę misarata Thetys, in mergum transformauit. Ille verò indignatus quòd mori non potuerit, se mergere nunquam desistit: vnde & Mergus à Latinis dictus est. Ouid. lib. 11. Metamorpho. ad finem,
Aesacon vmbrosa furtim peperisse sub Ida
Fertur Alyxothoe. Paulo post,
Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa
Iniectos humeris siccantem sole capillos.
Visa fugit Nymphe, veluti perterrita fulmen Cerua lupum &c.

Aesalon, esalonis vel Aesalus, esali, (αἴσαλος,) genus accipitris apud Plinium lib. 10. cap. 8. Aesalona greci vocant, qui solus omni tempore apparet, ceteri hyeme abeunt. Idem libro eodem, cap. 74. Aesalon vocatur parua auis, oua corui frangens: cuius pulli infestantur à vulpibus. Inuicem hæc catulos eius ipsamque vel lit. Quod vbi viderunt corui, contra auxiliantur, velut aduersus cõmunem hostem.

AESAPVS, Aesapi, pe. prod. (Αἴσηπος,) Lycię fluuius. Strabo li. 13
Post Cyzicenorum igitur vrbem & Aesapum, est Troadis initium, secundum Homeri descriptionem nam de ea sic inquit,
Quiq́ue colunt Zeliam extremę radice sub Ida
Aphnii, ab Aesapo potantes flumine Troes,
Dura Lycaonides in prœlia Pandarus egit. Sunt qui Aesẽpus scribant penul. prod. quia Græcè per η scribitur.

Aesapius, adiectiuum. Αἰσήπιος, Valer. Flac. 3. Argonaut. 84.
Ampycides petit aduersis Aesapia lyuis
Flumina, & ęquoreas pariter decurrit ad vndas.

AESAR, ris, (Αἴσαρος,) fluuius ponitur Theocrito, quem in Sicilia quidam esse affirmant. Alii verò in Calabria apud Crotonem. Huius Fluuii meminit Ouidius lib. 15. Metamorpho.

* Lapides Aesaris vndas, l pete. Straboni æsarias dicitur.

Aesareus,

* Aesarus, a, um. Ouid. lib. 15. Metamor.

AESCHINES, (Αἰσχίνης,) Athenienſis orator, Demosthenis æmulus: cuius orationes tres extant, & aliquot epistolæ. Quum populus Athensis in duas partes esset diuisus: alteráque regi Persarum faueret, vbi princeps erat Demosthenes: altera Philippo Macedoni, vbi Aeschines esset: quæ pecunia vterque corruptus fortè sunt inter hos duos oratores inimicitiæ. Philostratus hanc dissensionem mauult diuersitati morum adscribere. Nam & Aeschines potator erat, & dulcis, ac remissus, facereque pronuntiatus. Ille contrà sobrius, grauique superciliosus, insuper aquam potans, ac propterea vt difficilis & morosus taxabatur. Porrò Aeschines tandem Athenis discessit, minimè quidem inuisus, sed vt vitaret ignominiam quam acceperat suffragiis excidens in accusatione Demosthenis & Ctesiphontis: abiitque Rhodum: vbi quum aliquando publicè legeret eam quam aduersus Ctesiphontem habuerat orationem admirantibus Rhodiis quonam modo tanta facundia victa fuisset, putantibusque Athenienses improbum tuisse iudicium. At qui, inquit, nulla vos teneret admiratio, si Demosthenem contra hæc disseréntem audisseris. Quare non solum inimici collaudant eloquentiam, sed etiam sententias iudicum excusant. Ex Philostrato & Volaterrano. Plinius libro. 7. cap. 30. Aeschines Atheniensis summus orator quum accusationem qua fuerat vsus, Rhodi legisset, legit & defensionem Demosthenis, ob quam in illud depulsus fuerat exilium mirantibusque, tum magis fuisse mirabiles dixit, si ipsum orantem audiuissent: in calamitate testis ingens factus inimici. Meminit & Valerius Max. lib. 8. cap. 10. & Cicero. 3. de Orat. 118. Quintil. lib. 12. cap. 17. Afferunt Demadem remigem, & Aeschinẽ hypocritem, Oratores fuisse, falsò. Idem lib. 10. cap. 1. Demosthene plenior Aeschines, & magis fusus & grandiori similis, quo minus strictus: carnis tamẽ plus habet, minus lacertorum. Et lib. 12. cap. 10. Aschines nonne iis latior, & audentior, & excelsior? De hoc & Cicero de Optimo genere Oratorum. 148. Conuertex Atticis duorum eloquentissimorũ nobilissimas orationes inter se contrarias, Aeschinis Demosthenisque.

Aeschines philosophus, Charini lucanicas facientis, siue (vt volunt) Lysaniæ filius, Atheniensis, à puero miræ indolis, laborsumque patientissimus fuit. Quocirca & à Socrate nunquam discessit: atque ideo Socrates de illo dicere solebat, Solus nos colere nouit Aeschines. Aiunt ipsum inopia adactum, venisse in Siciliam ad Dionysium, atque à Platone despectum, ab Aristippo fuisse illi commendatum: ibique prolatis dialogis quibusdam accepisse munera: demum Athenas reuersum, ibique minimè docere philosophiam suam ausum, quòd illic Platonis & Aristippi esset clarissimum nomen, auditores sibi mercede quæsiuisse, deinde in defensionem innocentium se adscribendas orationes iudiciales conuertisse. Socratem ferunt illi dixisse quum premeretur inopia, vt à sepso vsuras exigeret, sibi subducendo cibaria. Ex Diogene Laertio.

Aeschines octo memorantur Diogeni Laertio. Primus, Atheniensis philosophus, Socratis discipulus. Secundus, qui artem oratoriam conscripsit. Tertius, orator, Demosthenis æmulus. Quartus, Arcadia profectus, Socratis etiam discipulus. Quintus, Mitylenæus, quem & Rhagelsophus, Melanthii Rhodii discipulus, fuisseque in delitiis habitus. Septimus, Milesius, ciuilis scriptor. Octauus, statuarius. Aeschinis Milesii, qui Asiatico dicendi genere, sed faceto & ornato vsus est, meminit Cicero in Brutо. 182.

AESCHRIO, Aeschrionis, nomen proprium hominis Syracusani, in Heraclitensibus decumis publicani, cui vxor fuit Pippa Verri adamata. Cicc. 5. Verr. 65.

AESCHRION, Aeschrionis, Viri proprii Aeschrionem citat Plinius in indice lib. 10. Meminit & Varro. Nomine hoc & præceptor Galeni fuit. & alii. Hermol.

AESCHYLVS, penu. corre. (Αἰσχύλος,) poeta tragicus Atheniensis. Horatius lib. 2. Epist. 1. 33. - quærere ctepit
Quid Sophocles, & Thespis, & Aeschylus vtile ferret.
Idem in Arte poetica. 56.
Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent agerentque peruncti fœcibus ora.
Post hunc personæ, pallæque repertor honestę
Aeschylus, & modicis instrauit pulpita tignis,
Et docuit magnúmque loqui, nitíque cothurno. Valer. Max. lib. 9. ca. 12. eum appellat originẽ & principiũ fortioris tragœdię. Hic Athenis excedens, in Siciliã venit. Quúmque audiret in fatis esse, vt ex ictu supernè pocniente moti ei oporteret: tectũ vitans, sub dio manebat, aperto capite. Iraqi mœnibus vrbis in qua morabatur, egressus, aprico in loco resedit: super quẽ aquila testudinẽ ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuũ) piode atq; lapidi eã illisit, vt fractę testudinis carne vesceretur. eoqi ictu extinctus est anno ætatis LVIII. Ex Val. & Volat. Vide Pli. li. 10. c. 3. Et Quint. li. 10. c. 1. Cic. 2. Tusc. 10.

Aeschylus Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto ver-

borum genere vsus est. Cicc. in Bruto. 176. & 182.

Aeschylus, penul. corre. adiectiuum, (Αἰσχύλος,) Propert. lib. 2. eleg. vltima 8. Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

AESCVLANVS, deus & Argentinus, dicti sunt, æris & argenti, id est, locupletandorum hominum potestatem habentes. Budæus lib. 5. de Asse. Quem quæstorum ærarii natio, vt deum Aesculanum summa veneratione coluit.

AESCVLAPIVS, (Αἰσκλαπιός,) fuit Apollinis ex Coronide nympha filius, & idem medicinæ deus habitus. Seruius in 6. Aeneid. 124. Phlegyas Ixionis pater habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiauit: vnde suscepit Aesculapium. Quod pater doleus, incendit Apollinis templũ: cuius ob id sagittis est ad inferos detrusus. Tarquitius apud Lactantiũ dicit eum incertis natum parẽtibus, expositum in syluis, repertum à venatoribus, caprino lacte nutritum, & custoditum à cane, mox traditum Chironi, & sub eo medicinam didicisse. Pausanias scribit expositum fuisse ab auo suo Phlegya Coronidis patre. Cuius autem fuerit, non minor est controuersia. Sunt qui Epidaurium faciant: alii Messenium, sed Epidauri mansisse. Medicinam plurimum auxit, & illustrauit adeo, vt Androgeonem Minois filiũ ab Atheniẽsibus interfectum, & Hippolytum dicatur ad vitã reuocasse. Prop. li. 2. eleg. 1. 13. Et deus extinctum Cresis Epidaurius herbis

Restituit patriis Androgeona focis. Ferunt etiam Aesculapium ab Ioue fulminatum: quòd Hyppolitum suscitasset. Quum Romani seuissima peste laborarent, inspectis Sibyllinis libris didicerunt non aliter pestilinam recuperari salubritatem posse, quàm si ab Epidauro vbi plurimum colebatur, Aesculapius esset accersitus. Itaque missis Epidaurum legatis, Aesculapius prægrandis serpẽtis specie Romam nauí adnectus, in insulam Tyberinam vbi templum ei dicatum est trauasit, aduentúque suo pestem omnem dissipuit. Valerius Maxi. lib. 1. cap. 8. Ouid. lib. 15. Metamorpho. 126. Auguis Aesculapius, ait Plinius libro. 29. cap. 4. Epidauro Romam aduectus est, vulgóque pascitur & in domibus. Quia & angui multa inesse remedia creduntur, & ideo Aesculapio dicatur. Sunt qui putent serpentes Aesculapio propterea dicatos, quia sunt vigilantissimi qualem oportet medicum esse.

Aesculapius apud Syracusas sacrificiis annuersarijs colebatur. Cicero 6. Verr. 114.

Aesculapii sont Athenis, in quo quæ immersa sunt, in Phalerico reddunter. Plin. lib. 3. cap. 105.

Aesculapios multos facit Cicero libro 3. de Natura deorum. 77. his quidem verbis, Aesculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specillum inuenisse, primusque vulnus dicitur obligasse. Secundus, secundi Mercurii frater ex fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. Tertius Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alui, dentisque euulsionem, vt ferunt, inuenit: cuius in Arcadia non longè à Lusio flumine sepulcrum & lucus ostenditur.

Asclepius pro Aesculapio legitur in Homerico versu, quem apud Theodoritum Cyrenensem Zenobius Acciolus Latinum fecit. Sic enim habet versus.

Huic homini pater est Asclepius arte medendi Clarus.
Coronide natus Aesculapius. Ouid. lib. 1. Fast. 59.

Accepit Phœbo nympha quę Coronide natum
Iulula, diuidua quam premit amus aqua.
Epidaurius Aesculapius. Ouid. 15. Metamorpho. 145.
Opifer deus Aesculapius. Ouid. 15. Metamorpho. 131.

Quũ dens in somnis opifer cõsistere visus. Id est, opẽ seu auxiliũ ferẽs.
Pergameus deus Aesculapius. Martial. lib. 9. de coma Earini,

Consilium formæ speculum, dulcesque capillos,
Pergameo posuit dona sacrata deo. Pergami enim colebatur.
Phœbeius iuuenis Aesculapius. Ouidius 15. Metamorpho. 129. Sic Statius 1. Sylu. 4. 7. & 14.
Phœbigena Aesculapius. Virgil. 7. Aeneid. 154.

Ipse repertorem medicinæ talis & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas. Vbi Seruius,
Pœnigenam matre Pœna genitum. Alii Phœbigenam legũt, vt Prob⁹.
Salutifer Aesculapius. Ouid. 2. Metamorpho. 129.

Aesculus, æsculi, penul. corre. fœmin. gener. (πλατύφυλλος,) Arbor glandifera teste Plinio lib. 16. cap. 6. 1. Ioui sacra, lib. 12. cap. 1. & lib. 16. cap. 3. Hæc, vt idem ait lib. 17. cap. 20. 7. prouenit cæsura triennio serior, annis morosa nasci. In quacunque terra seritur, nascitur à balano, sed non nisi æsculi, fœcobe dodrantali. Ide libro 16. cap. 4. Corona Cinica iligneа primò fuit: postea magis placuit ex Aesculo Iouí sacra. Variatumque & cum quercu est, ac data vbique quæ fuerat, custodito tantũ honore glandis. Virg. 2. Georg. 59.
Altius ac penitus terræ defigitur arbos:
Aesculus in primisque quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit. Vbi Seruius: Aesculus, arbor est glandifera, quæ licet ab esu dicta sit, tamen per æ scribitur. Sũt tamen qui sine diphthongo scribant, ab esca derivantes. Plinius libro 16. cap. 31. Si Virgilio quidem credimus, Aesculus quantum corpore

eminet, tantum radice descendit.
Maxima Aeschylus. Virgil. 2. Georgic. 4.
Ogygia Aeiculus. Horat. 3. Carm. 10. 4.
-nec rigida mollior æsculo,
Nec Mauris animo mitior anguibus.
Aesculetum, æsculeti, penult. product. n. g. (πλακτυφύλλειον,) locus æsculis consitus. Horat. 1. Carm. 22. 3.
Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit æsculetis.
Æsculeus, adiectiuum, (πλακτυφύλλινος,) Palladius lib. 1. titul. 9. Deinde vt axes querne cum æculeis non misceantur. Ouid. 1. Metam. 91.
ABSERNIA, (ἀφτερία,) Ptolemæo. Samnitum vrbs in Italia, hodie Esernia. Strabo lib. 5. Aesernia & Allifæ, Samnitica sunt oppida.
ABSERNINVS, pen. prod. (ἀφτερῖνος,) Viri nomen. Cicero de Optimo gen. orat. 150. A me autem (vt cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobilissimum inducitur.
Aeschines tanquam Aeserninus (vt ait Lucilius)
Non spurcus homo, sed doctus & acer
Cum Pacideiano hîc componitur, optima' longè
Post homines natos. Idem ad Quintum fratrem lib. 3. 20. 3. In vrbem introisset: ad inimicitias res venisset: cum Aesernino Samnite. Pacideianus compactus videretur. Erant autem Aeserninus & Pacideianus gladiatores per omnia pares, longeque omnium nobilissimi.
AESIS, (ἄισις, vulgo Esino & Fiumesino, Vmbriæ fluuius in Italia, vnde Aesinates populi. Plin. lib. 3. cap. 14 Idem lib. 11. cap. 42. Caseum Aesinatem ex Vmbria mitti tradit. Strabo lib. 5. In his locis priores fuere Italiæ termini atque Galliæ, licet Imperatores sæpenumero transposuerint. Antea quidem Aesis flumen terminum faciebant: rursus Rubriconem fluuium Aesis inter Anconem labitur & Senogalliam: at Rubicon inter Arminum & Rauennam: verùque in Adriaticum ex currit pelagus. Hermol. in cap. 42. lib. 11. Plinii, Aesini quoque amnis & vrbis nomen in vmbria Icimus: authore Ptolemæo & cæteris: hodieque ita vulgo dicitur.
AESIVM, (ἄισιον,) vrbs Vmbrorum, Ptolemæo: hodie Assisia.
AESON, Aesonis, penul. corre. (Αἴσων,) Ouidius 7. Metamor. 61.
Dumque refert inter meritorum maxima, demptos
Aesonas esse situs. Hoc est ablatam Aesonæ senectutem, siue Aesonem ex sene factum iuuenem. Creheus Aeoli filius Aesonem genuit ex Tyro Salmonei fratris sui filia. Aeson verò Iasonem: cuius rogatu Medea Aesonem in alieno ære coctum priſtinæ inuenturi restituit. Ouid. lib. 7. Metamorpho. & Volaterranus in Philologia.
Aesonides, æsonidæ, penul. corre. (Αἰσονίδης,) Iason, Aesonis filius. Ouidius 7. Metamorpho. 12.
Aesonius, nomen possessiuum, (Αἰσόνιος,) Ouid. 12. epistol. 27. Ausus es Aesonia dicere arce domo. Quandoque pro patronymico ponitur. Ouid. 7. Metamorpho. 12. -& auro
Heros Aesonius potitur. Hoc est Iasonis Aesonides.
AESOPVS, penult. product. (Αἴσωπος,) philosophus. Phryx genere, conditione seruus, tempore Crœsi Lydorum regis, cui fabulas suas dicauit. Item alius Aesopus anagnostes Mithridatis eruditissimus, scripsit de laudibus Mithridatis, & de Helena, vt author est Suidas. Præterea Aesopus tragœdus amicitia nunctus Ciceroni, sæpe cum eo ad videndum in curia pronunciantem Hortensium profectus est teste Valerio: in maximas opes ex histrionica peruenit, adeo vt sestertium centies et patina steterit: filium reliquerit adeò diuitem, simul & prodigum, vt is vnionem aceto liquefactos centis adponeret, vt scribit Plinius. Est item fluuius qui Zeliam præterlabitur, eodem authore libro 5. cap. 32. Sed hic rectius Aesapus vel Aesepus dicitur.
Aesopus libertus Demosthenis, conscius adulterii quod cum Iulia patronus admiserat, tortus diutissimè perseuerauit non prodere patronum donec aliis coarguentibus conscii, Demosthenes ipse fateretur. Macrob. lib. 1. Saturna. cap. 11.
Aesopi fabellas, quæ fabulis nutricularis proximè succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollere cõdiscant pueri. Quintil. lib. 1. cap. 9. Idem lib. 5. cap. 11. Ille quoque fabulæ, quæ etiam sub Aesopo originem non acceperunt (nam videtur primus earum author Hesiodus) nomine tamen Aesopi maximè celebrantur, ducere animos solet, præcipuè rusticorum & imperitorum: qui & simplicius quæ ficta sunt audiũt, & capti voluptate, facilè iis quibus delectãtur, consentiũt.
Aesopi patina. Plin. lib. 10. cap. 51. Maximè insignis est in hac memoria Clodi Aesopi tragici histrionis patina, fexcentis sestertiis taxata: in qua posuit aues cantu aliquo, aut humano sermone vocales, nummis sex singulas coemptas nulla alia inductus suauitate, nisi vt in his imitatione hominis mandarem, ne quæstus quidem suos reuerentus illos opimos & voce meritos: dignus prorsus filio, à quo deuoratas diximus margaritas. Horat. lib. 2. Sermo. 3. 48.
Filius Aesopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet vt decies solidum exoneret, aceto
Diluit insignem baccam. Erat autem Metella huius Aesopi vxor. Plinius lib. 9. cap. 35. Clodius tragœdi Aesopi filius, ne solus sciret quid sæperent margaritæ, singulos vnciones conuiuis absorbendos dedit.
Ne Aesopum quidem triuisti. De vehementer stupidis & imperitis dici solet, vt testatur Suidas. Extat apud Aristophanem in auibus.
Indoctus enim es, neque sat soleis,
Neque triuisti saltem Aesopum. Nam antiquitus Aesopi fabellas etiã vulgus idiotarum terebat. Has igitur qui non legisset, nihil scire videbatur. Erasmus in Chiliadibus.
Aesopeus, adiectiuum, (Αἰσώπειος,) Senec. de breuitate vitæ, Non audeo, inquit, vsque eo te producere, vt fabellas quoque, & Aesopeos logos, intentatum Romanis ingeniis opus, solita tibi venustate comectas.
Aestas, (θέρος,) secunda est ex quatuor anni partibus: olim tamẽ pars erat anni dimidia. Tunc enim (teste Seruio) annus in duas tantum partes diuidebatur: hoc est in æstumn, & in hyemale: sed in stitium: ex quibus æstatem ac hyemem intelligimus. Porrò secundum hanc diuisionem æstas constat sex mensibus, & incipit à verno æquinoctio: finitur autem æquinoctio autumnali. Virgil. 3. Georg. locupletes stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas. Vbi Seruius, Dum mox frondosa reducitur æstas. Id est donec vernum tempus aduenerat. Nam ver & æstas, sicut etiam hyems & autumnus, vnum erant: secundum rationem hemisperii. Varro 4. de Lingua Latina. Ab æstu æstas. Hinc æstumnus: sit fortè à Græco ἀέσθαι. Plin. lib. 12. cap. 19. Austri ibi tũ ardenter flant, vt æstatibus syluas accendant.
¶ Antiqui, authore Seruio, annos per æstates numerabant. Virg. 2. Aeneid.
-nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas. Id est septimus annus.
Adulta æstas. Vide ADVLTVS.
Atrox. Claudian. Paneg. lib. 2. 93. -nec brachia Caneri
Vrat atrox æstas.
Calida æstas. Virgil. de quatuor temporibus anni. Spicea serta gerit calidissima solibus æstas.
Feruens. Idem ibidem. Et feruens æstas pinguissima frugibus arua.
Florens. Virgil. de obitu Mecœnatis, Redditur arboribus florens reuirẽtibus æstas.
Formosa messibus. Ouid. 1. de Remed. Amoris. 38. Poma dat autumnus: formosa est messibus æstas.
Frigida. Stat. syl. lib. 3. 5. 17.
Has ego te sedes (nam nec mihi barbara Thrace,
Nec Lybie natale solum) transferre laboro,
Quas & mollis hyems, & frigida temperat æstas,
Quis imbelles fretum torpentibus alluit vndis.
Grauis. Virg. 2. Georg. 76. -grams incumbens scopulis arentibus æstas.
Ignea. Horat. 1. Carm. 17. 1. -& igneam
Defendit æstatem capellis Vsque meis.
Inersis. Hominem inertes reddens. Stat. 3. Thebaid. 52.
Syluarumque comas, & abacto flamine nubes
Mulcet iners æstas.
Iniqua. Columel. lib. 10. de cultu hortorum, Noxius exacuit morbos æstatis iniquæ.
Læta. Virg. 3. Georg. 64. At vero Zephyris quum læta vocãtibus æstas.
Lupida. Virgil. 4. Georg. 12.
Hinc vbi iam emissum caueis ad sydera cæli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. Id est per ver serenum, air Seruius.
Mollior. Virgil. 1. Georgic. 63. Atque vbi iam breuiorque dies & mollior æstas.
Noua. Virgil. 1. Aeneid. 87.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor. Vbi Seruius, Æstate noua: Bene noua, quia est & adulta & præceps secundum Sallustium. Dicitur autẽ æstas noua, primo æstatis mense: adulta, secundo: præceps vel extrema tertio.
Nuda. Virgil. de quatuor temporibus anni, Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.
Pestilens æstas. Liuius. Grauis pestilensque omnibus animalibus æstas.
Pulverulenta. Virgil. 1. Georg. 14.
-glebasque iacentes
Pulueriulenta coquat maturis solibus æstas. Vbi Seruius, Pulueriulenta æstas, quæ glebas soluit in puluerem.
Salubris. Horat. 1. Sermo. Saty. 4. 5. -ille salubres
Æstates peraget, qui nigris prandia moris Finiet.
Serena. Virgil. 6. Aeneid. 142.
Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt variis.
Torrida. Virgil. 7. eclog. 10.
Solstitium pecori defendite: iam venit æstas
Torrida: iam læto turgent in palmite gemmæ.
Vaga. Claudianus in Eutrop. 2. 10.
Sed vaga lasciuis flueret discursibus æstas.

Ineunte

Ineunte æstate. Vide INEO.
Ingruente æstate. Vide INGRVO.
Aestiua, æstiuorum, plurale tantum, (θερινά,) loca sunt in quibus armenta & greges, & milites æstiuant: sicut hyberna, in quibus hybernant. Liuius. 3. bel. Maced. Educto in æstiua milite. Virgi. 3. Georgicorum:
-nec singula morbi
Corpora corripiunt, sed tota æstiua repentè. Vbi Seruius, Loca posuit pro animalibus. Aestiua autem sunt loca vmbrosa, in quibus per æstatem pecora vitant solis calorem. Statius: Et vmbrosi patuere æstiua Lycæi. Cicc. ad Trebatium lib. 7. ep. 13. Sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita, vt fecisti de Britannia. Idem. 7. Ver. 75. Ac primò ad illa æstiua Prætoris accedunt, ipsam illã ad partem littoris, vbi ille per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat.
Aestiuo, æstiuas, pen. prod. æstiuare: Ad æstum vitandum alicubi morari. Plinius lib. 12. cap. 5. Intra sæpem eam æstiuant pastores, opacam pariter & minutam vallo arboris. Varro. 1. de Re rust. cap. 2. Nam mihi greges in Appulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æstiuabant. Idem lib. 2 eodem cap. 1. Neque eadem loca æstiua, & hyberna idonea omnibus ad pascendum. Itaque greges ouium longè abiguntur ex Appulia in Samnium æstiuatum. Statius. 4. sylu. eleg. 4. 5. Latiis æstiuat in oris.
Aestiuare etiam dicitur de piscibus. Plin. lib. 9. cap. 15. Multi in propositi æstiuant.
Aestiuus, adiectiuum. penult. produ. (θερινός.) Quod æstatis est, licet ab æstu, non ab æstas formatum sit. Aestiui menses. Cicer. Attico lib. 5. 101. 3. Aestiui dies. Cicero. 1. de Leg. 22. & 7. Ver. 64. Aestiuæ nubes, Martial. lib. 5. 64. Aestiuus sol. Plin. lib 12. cap. 14. 1.
Aestiua animalia vocat pulices, & pediculos. Plinius lib. 9. cap. 47. qui inquit. Adeoque nihil non gignitur in mari, vt cauponarũ eria æstiua, afalia pernici molestia saltu, aut quæ capillis maximè celat, existant.
Aqua æstiua. Vlpianus: Aestiua, inquit, aqua est, qua sola vti æstate expedit. Dicimus vestimenta æstiua, latus æstiuos, castra æstiua: quibus etiam interdum hyeme, plerunque autem æstate vtimur.
Aquæ æstiuæ. Propertius lib. 4. eleg. 25. Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis. Hoc est tepidis: qualis sunt æstiuæ pluuiæ.
Aura æstiua. Horat. 1. Carm. lib. 1. 22. 4.
Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æstiua recreatur aura.
Calores æstiui. Columel. lib. 4. cap. 7. Sed æstiuis caloribus falce vulnus penitus impressum, latius inarescit.
Candor æstiuus. Claudian. Paneg. lib. 1. 43.
Quàm neque sas Zephyris frangi, nec sole perustam
Aestiuo candore mori.
Canis æstiuus. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 7.
Nudus & hybernæ producis frigora brumæ,
Nudus & æstiui tempora sicca Canis. Vulgò vocant, Dies caniculares.
Classes æstiuæ. Claud. de bello Gildon. 11.
Vt dominam plebem, bellatoremque Senatum
Classibus æstiuis alerent.
Dies æstiui. Cic. 1. de Leg. 22. Et. 7. Ver. 64.
Falces æstiuæ. Claudian. Paneg. lib. 4. 28.
- iam flauescentia centum
Messibus æstiuæ detondent gramina falces.
Feruores æstiui. Colum. lib. 4. cap. 24.
Ignes æstiui. Propertius lib. 3. eleg. 20. 3.
Tu quoque, qui æstiuos spatiosius exigis ignes
Phœbe morãturæ contrahe lucis iter.
Iubar æstiuum. Claudian. Paneg. lib. 6. 9.
-gramibus non cedere nimbis,
Aestiuum tolerare iubar.
Leo æstiuus. Claud. Paneg. lib. 3. 42.
Seu tibi Dictææ placuerunt astra coronæ,
Seu magis æstiuo sedes vicina Leoni: Nempè æstate viget Leo, sydus cœleste.
Aestiuus locus. In quem per æstatem animi gratia secedere solemus. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 3. Nunc hoc vel heneil atem testudinis, vel valde bonum æstiuum locum obtinebit.
Lux æstiua. Virg. 4. Georg. 11.
Menses æstiui. Cic. Attico lib. 5. 101. 3.
Nilus æstiuus. Claudian. in Ruff. lib. 1. 38. Hinc bibat æstiuum septeno gurgite Nilum.
Nox æstiua. Horat. Epist. lib. 1. Epist. 5. 3. - impune licebit
Aestiuam sermone benigno extendere noctem.
Nubes æstiuæ. Virg. 4. Georg. 63.
Orbis æstiuus. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 11.
Quum libet æstiuo conuocat orbe dies.
Aestiuæ partes vitis. Columel. de arboribus, cap. 5. 4. Itaque optimum est exiguam partem relinqui, atque ita summas partes, quas æstiuas rustici appellant, resecare: quæ sic relectæ inolescunt, nec vltra obsunt vitibus. Videtur significare secundum illud incrementum in palmitibus, quod circiter mensem Augustum fieri solet, & quasi partes illas vitium quæ magis insolatæ sunt.
Aestiuus partus. Plin. lib. 12. cap. 14. Autumno thus legitur ex æstiuo partu. Hoc est, ex eo quod produxit ipsa æstas.
Pulus æstiuus. Claudian. Paneg. lib. 4. 43.
Sol æstiuus. Plin. lib. 12. cap. 14. Et apud Virgilium lib. 4. 5. Georgic. 6. alas pandere ad æstiuum Solem.
Pontibus vt crebris possint consistere, & alas
Pandere ad æstiuum Solem.
Soles æstiui. Stat. 4. Syl. 4. 4.
Sopor æstiuus. Claudian. epigram. 6. 9.
Tellus æstiua. Seneca in Medea. 10. 5. Aestiua tellus floruit cantu meo. Hoc est, æstu tellus desiccata flores produxit. Tellus meis incantationibus talis facta, qualis æstare soler esse.
Tempora æstiua. Cic. 7. Verr. 64. Tabernacula quæ admodũ consueuerat teporibus æstiuis, carbaseis intenta velis collocari iussit in littore.
Vmbra æstiua. Ouid. 13. Metamor. 170.
Solibus hybernis, æstiua gratior vmbra.
Aestimo, æstimas, pen. corr. (τιμάω, μετρέω,) æstimare. Valla. Aestimo & existimo, à plerisque confunduntur, quum diuersa sint, sicut cogito & excogito, antè enim est cogitare, deinde excogitare: licet non quicunque cogitat, statim & excogitet. Ira prius rem æstimamus, deinde qualis sit existimamus. Aestimare enim est considerare: Existimare verò iudicare. Quintil. lib. 2. cap. 13. Consumptis affectibus, non reperiens quo digne modo vultum patris posset exprimere, velauit eius caput, & suo cuiusque animo dedit æstimandum. Cicero de Legibus, Sidonia eius amicum omnes adhuc scriptores, nisi qui fortè nondum ediderunt: de quibus æstimare non possumus, facilè superauit. Et in Verrinis, Expendite hæc, atque æstimate. Vnde dictum est æstimare pro taxare: ab as æris, & τιμὴ Græci, quod est pretium. Latinè. Quid. 5. de Tristibus libro,
Quod quicunque leget (siquis leget) æstimet inter,
Compositum quo sit tempore, quoque loco. Hæc Valla lib. 5. Liuius. 1. Decad. lib. 4. Quæsturamque non honoris ipsius finem æstimabant sed patefactus ad Consulatum ac triumphos locus nouis hominibus videbatur. Columella lib. 3. cap. 3. Sed hanc sententiam suo loco æstimabimus. Id est, Hanc sententiam suo loco tractabimus. Quintil. lib. 5. cap. 10. Ex præteritis æstimari solent præsentia. Id est, spectari & ponderari. Idem lib. 6. cap. 2. Metiatur ac diligenter æstimet vires suas actor.
Aestimare, cum ablatiuo pretii. Cic. 5. Verr. 185. Eodem tempore Antonius tribus denariis æstimauit post messem. De frumento loquitur.
Aestimare cũ accusatiuo & ablatiuo. Quint. lib. 11. cap. 1. Sic egit, vt qui pœnã suã honoribus summis esset æstimaturus. De Socrate loquitur.
Aestimare litem. Cic. 4. Verr. Qua in ciuitate Caio Catoni clarissimo viro Consulari homini sestertium XVIII. millibus lis æstimata sit. Litem æstimatam Catoni dicit, id est cum damnatum octodecim millibus nummum iudicio repetundarum. Idem in vltima actione, Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam domum: sed extra calamitate cineri atque ossibus filii sui solatium vult reportare. Lites æstimatas, vocat pecuniam multã atitiam, & nummarias sententias: vt hodie quum iudices certa summa, actorum dispendia & incommoda æstimantes, tanræ pecuniæ eos damnant. Id à viris authoribus, quanti interest actoris appellatur. Litis autem æstimatio ita appendix erat damnationis, vt hodie ex formula iudiciali, id est quod Damna & interesse vocant. Hæc Budæus. Asconius, Repetundarum causa ita se habet, vt si reus conuictus sit atque damnatus, pecuniam reddat æstimatã litis: hoc est, in pretium redactis omnibus furtis: quam summam pecuniæ proscriptis eius bonis sectores curabant. Cicero pro Cecinna, Scæuola condemnatus est aliis ex omnibus, frequentissimis Apuliæ testibus: omni contentione pugnatum est, vt lis hæc capitis, æstimaretur. Id est obtinuit actor summa contentione, vt eius litis, quæ capitalis erat, ratio cum reliquis litibus æstimandis haberetur.
Aestimare nomina alicui. Cice. 3. Verr. 70. Illarum rationum ex ea fece legationis, quæ sortæque tuæ procurationis illa sunt nomina, quę Do labellę necessariò sunt æstimata.
Aestimare pecunia. Cice. 7. Verr. 18. Deinde hęc expendite, atque æstimate pecunia. Vulgò appretiare dicitur. Ibidem. 19. Hęc æstimare pecunia non queo.
Aestimare pretium rei. Cice. 7. Verr. 19. Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione: æstimate harũ rerũ omnium pretia. Ac si diceret, considerate quàm parui hęc sint momẽti.
Aestimare carius. Plancus Ciceroni, lib. 10. ep. 1. Etsi à te propter amorem carius sunt æstimata. Brutus Ciceroni in epistolis ad Brut. 16. 12. Valde carè æstimas tot annos, quot ista ætas recipit, si propter eam causam puero isti supplicaturus es.
Aestimare flocci. Plaut. Mostell. 1. 73. Neque quod dixi flocci æstimat. Hoc est nihili facit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aestimare magni & magno. Hoc est magnifacere. Cicc. 2. de Finib. 90. Magni enim æstimabat pecuniam. Ibidem lib. 3. 17. Nę ego istam gloriolam memorabilemque virtutem non magno æstimandam putem. Idem. 6. Verr. 11. Tu ista permagno æstimas? ego verò ad meam rationem vtumque non æstimo.

Nonnihilo æstimare. Cic. 4. de Finib. 102. Nō quia bonum sit valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.

Aestimare tanti, quanti, tantidem, pluris, & minoris. Cic. 6. Verr. Quanti hæc eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerum, æstimentur. Idē, Et aiebat se tantidem æstimasse. Idem. 1. Acad. 52. Ex iis alia pluris esse æstimanda, alia minoris. Idem. 4. Academic. Quanti libertas ista æstimanda est? Seruius Ciceront, lib. 4. Epist. 5. 6. Aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atque omnia minoris æstimare. Liuius. Mancipia minora annis. xx. quę post proximum lustrum decem millibus æris, aut pluris vænissent, ea quoque decem tāto pluris, quàm quanti essent, æstimarentur.

Expendere atque æstimare aliquid. Cic. post reditum in Senatu. 13. His vtitur quasi præfectis libidinum suarum: hi voluptates omnes vestigant atque odorantur: hi sunt conditores instructoresque conuiuii, idem expendunt atque æstimant volnptates: sententiamque dicunt, & iudicant quantum cuique libidini tribuendum esse videatur.

Aestimare ac dispicere. Colum. lib. 4. cap. 27: Quare prudentis est ac maximè calletis vinitoris, æstimare, ac dispicere, quibus locis in annum debeant materias summittere.

Aestimare aliquem. Plautus Capt. 7. 4. Nam ego te æstimatum huic dedi viginti minis. Et paulò pòst.
Sed te quæso cogitato hinc te mea fide mitti domum
Aestimatum, & meam esse fidem hîc pro te positam pignori.

Bene de aliquo æstimare: Vulgus dicit, Habere bonam opinionem de aliquo. Cic. Atti. lib. 9. Oratio fuit ea nostra, vt bene potuis ille de nobis æstimaret, quàm gratias ageret. Putarim hoc loco legendum, existimarit vnde & bonam existimationem de aliquo dicimus.

Aestimare aliquem ex artificio. Cicero pro Roscio Comœdo. 17. Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat.

Aestimare aliquid ex veritate, vel ex opinione. Cic. pro Roscio Comœdo. 17. Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.

Large liberaliterque æstimare. Vide LIBER, liberi.

Grauius aliquid æstimare. Cæsar belli Gal. lib. 7. Hæc si grauia, aut acerba videantur, multò illa grauius æstimari debere.

Aestimandum dare aliquid suo cuiusque animo. Quintilianus libro secundo. cap. 13. 9.

Aestimatio, (τίμημα, τίμησις, διατίμησις,) Actus ipse æstimandi: id est consideratio & perpensio. Cic. 3. de Finib. Quod pondus dignum habeat æstimatione. Plin. lib. 7. cap. 50. Quid quod æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisque spatio vitæ suæ viuit.

Aestimator Taxatio. Cæsar. 1. bel. ciuil. 334 Militibus æqua facta æstimatione, pecuniam pro his rebus solut. Id est, æstimatis rebus, tanti quanti valerent. Cic. 5. Ver. 150. Quum æstimatio legis eiusmodi sit, vt cæteris temporibus tolerabilis Siculis, te prætore etiam grata esse debuerit. Idem in Paradoxis. 64. Nō æstimatione sensus, verùm victu atque cultu terminatur pecuniæ modus. Sic Plin. lib. 12. cap. 19. 7.

Aestimationem accipere. Vide ACCIPIO.

In æstimationem aliquid accipere. Cic. ad Rutilium lib. 13. 9. 3. à M. Laberio C. Albinius prædia in æstimationem accepitque prædia Laberius emerat à Cæsare de bonis Plotianis.

Aestimator. pen. prod. (τιμητής,) Qui æstimat & considerat. Cicer. 3. de Finib. 10. Et quia te æquissimum habeo eorum studiorum quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem, & iudicē. Idem pro Marcello. 9. Nemo erit tam iniustus rerum æstimator, qui dubitet quæ Cæsaris voluntas de bello fuerit. Rursum in Oratore. 78. Quis tandem id iniustus rerum æstimator reprehenderet?

Aestimator: Qui taxat. Cicer. in Pisonem. 68. Vnus tu dominus: vnus æstimator: vnus venditor. Idem in Paradoxis. 65. Isti callidi rerū æstimatores prata, & areas quasdam magno æstimant &c.

Parcus æstimator. Vide PARCO.

Aestimabilis, & hoc æstimabile. penul. corte. (τιματός.) Quod æstimari potest: vnde Inæstimabile, quod nullo pretio potest æstimari. Cice. 3. de Finib. 30. Aestimabile esse dicitur &c.

Aestus huius æstus, masc. gen. (ἀιθυσσω, πνίγος, βρασμός, καύσων) Festus. Aestus, ſolis, & æstiui temporis flagrantia. Virgi. 3. Georg. Aestibus & medius vmbrolam exquirere vallem.

Aestus, de calido igne vapore dictum, qualis exit e fornace. Virgilius. 2. Aeneid. Propitiique ęstus incendia volunt. Vbi Seruius: Incendia propius volunt æstus. id est calorem: vnde etiam æstas dicitur. Ibidem, Exuperant flammæ: furit æstus ad auras.

Aestus, vt ait Nonius, est marinus impetus, & commotio. Plaut. Asin. Quo magis te in altum capessis, æstus te in portum refert. Virgil. 1. Aeneid. Furit æstus arcuis. Idem in. 11. - atque æstu resoluta resorbens Saxa, fugit. Vbi Seruius, Aestus proprie est maris incerta commotio. Plinius lib. 12. cap. 10. 1. & lib. 2. cap. 97. 1. Aestus maris. Liuius. 3. bel. Pun. 192. Aestu secundo Locros traiecit. Ab hac significatione leginus æstuosum mare.

Marinus, siue maritimus æstus. Cicero. 2. de Diuinat. 50. Et lib. 2. de Natura Deorum. 79.

Vasti æstus maris. Catul. in Argonaut. 26.

Aestus maris accedunt, reciprocant, affluunt, remeant, intumescunt, residentes, inundantes, se sorbentes, reflui, reciproci. Plin. lib. 2. cap. 97. Aestus maris accedere, & reciprocare, maximè mirum: pluribus quidem modis, verùm causa in Sole Lunaque. Bis inter duos exortus Lunæ affluunt ibisque remeat vicenis quaternisque semper horis. Et primùm attollente se cum ea mundo, intumescentes: mox à meridiano cœli fastigio vergente in occasum, residentes: rursusque ab occasu sub terram cœli ima, & meridiano contraria accedente, inundantes: hinc denec iterum exoriatur, se sorbentes. Nec vnquam eodem tempore quo pridie, reflui: vt ancillantes sydere, trahenteque seemn amdo hausta maria, & assidue aliunde quàm pridie exorientes paribus tamen intervallis reciproci, senisque semper horis, non cuiusque diei, aut noctis, aut locis sed æquinoctialibus.

Aestus maris crescit, decedit, recedit. Plinius lib. 2. cap. 97. In ripa flaminii oppidum est, cuius putei crescente æstu minuuntur, augescunt decedente. Et cap. 98. His addit Aristoteles, nullum animal nisi æstu recedente exprare.

Aestus mari modici, exundant, feruent, mitescunt, pares, augentur, mitiores, tumentes, maues. Plin. lib. 2. cap. 97. Modici Luna noua æstus, plenore ab ea exundant, plenaque maximè feruent. Inde mitescunt. Pares ad septimam primis. Iterumque alio latere diuidua augentur. In coitu Solis Pares. Plank eadem aquilonia, & à terris lōgè recedēte, mitiores, quàm quū in Austros digressa, propiore nūi vim suam exercet. Paulo pòst, Duobus equinoctiis maximè tumentes, & autumnali amplius quàm verno. Inanes verò bruma, & magis solititio.

Feruet æstu pelagus. Cic. 3. de Orat. 86.

Aestu frangitur mare. Lucret. lib. 6. 29.

Furit æstus arcuis. Virgil. 1. Aeneid. 23.

Aestus pro mari æstuoso. Virg. 2. Georg. 33. Tyrrhenumque fretis immittitur æstus Auernis.

Aestus, translatum ad animum. Cice. de Claris Orat. 155. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam non insolitę adolescentibus gloriæ. Metaphoricè, pro vehementiori cupiditate & ardore quodam. Virg. 4. Aeneid. Magnoque irarum fluctuat æstu. Id est perturbatione. Translatio à commotu mari.

Fluctuare æstu curarum. Virg. 8. Aeneid. 4.

Aestus ingenii. Cic. 3. de Orat. 80. Quò quum ingressus esses, repentè te quasi quidam æstus ingenii tui procul à terra abripuit, atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

Aestus consuetudinis, Imperus vis. Allusio est ad æstum maris. Cic. 2. de Legibus. 15. Ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad fermonis morem vitiati trahat.

Commouere æstus belli. Lucret. lib. 5. 288. Et belli magnos commouit funditus æstus. Hoc est tumultus bellicos.

Aestus, pro amore. Ouid. 14. Metamor. 71.
Vt primùm valido mentem collegit ab æstu,
Quid cuperet fallax fuit.

Aestus, Agitatio, & difficultas. Quint. lib. 11. cap. 1. Illic maior æstus vbi quis pudenda quæritur.

Aestus vlceris. Cic. 2. Tusc. 19.
Iamiam absumor, conficit animam.
Vis vulneris, vlceris æstus. Id est, vlceris inflammatio. Eodem modo calor ille febris intentissimus, æstus quoque dicitur.

Aestus. Dubitatio, Solicitudo. Plin. lib. 1. Epist. ad Pompeium Falconem. Erat hic quoque æstus, antè oculos, si forte me appellasset, vel ille qui adessem, vel ille quem contra intercederem: an quiescerem, fileremque, & quasi eluratō magistratu priuatum ipse me facerē. Idē alibi: Explica æstum meum. Id est dubitationem, inquit Budæus.

Anceps æstus. Seue. Medea. 12. 12.
- anceps æstus incerta rapit. Hoc est, incertus animi furor, & agitatio.

Ardens æstus. Virg. de quatuor partibus anni.

Calidi æstus. Lucre. lib. 1. 61.
Nec calidos æstus tuimur, nec frigora quimus.
Vsurpare oculis. Hoc est, calores non inspicimus.

Dubius æstus. Claud. in. Ruff. lib. 1. 15.
- dubiumque per æstum
Lassa recedentis, fluitant vestigia venti.

Feruidus æstus. Horat. 1. Serm. saty. 1. 8.
-quum te neque feruidus æstus
Dimouet at lucro.

Grauem æstum solari fluuiis. Hora. 2. Carm. 6. 2.
Circa virentes est animus tuę

Campos

Campos inuenęa, nunc fluuiis grauem Solantis æstum.

Horriferi æstus. Vide Eructare æstus horriferos.

Ignaui æstus. Ab effectu, quòd ignauos homines reddant. Ouidius. 7. Metamor. 106.

Incensos æstus auertere, id est febrem. Virg. 3. Georg. 90.

Letiferi æstus. Ouid. 7. Metamor. 107.

Medii æstus, hoc est, Meridies, quo tempore sol ardet maximè. Virgil. 4. Georgic. 80.

Aestus mustulentus. Plaut. Cistel. 10. 101. Mustulentus æstus nares attigit. Loco dictum de vapore vini recentis & mustei.

Nebulosus æstus. Vide NEBVLA.

Rabidi æstus, id est calores. Ausonius. 3. Sectione. 3. ad Paulinū epistola.
Egelidæ vt teneant hyemes, rabidosque per æstus
Adspirent tenues frigus subrile aquilones.

Rapidus æstus. Virg. 2. eclog. 3.
- & rapido fessis mollitibus æstu
Allia, serpyllumque, herbas contudit olentes. Vbi Seruius, Rapido æstu vehementi & feruenti.

Sicci æstus. Colum. de cultu hortorum, lib. 10.
Nec mutata loco siccos exhorreat æstus.

Steriles æstus. Claud. 3. Paneg. 66.
- steriles inuat ire per æstus.

Sydereus æstus. Ouid. 6. Metamor. 69.
- longo dea fessa labore
Sydereo siccata sitim collegit ab æstu. Hoc est, ardore solis.

Tremulus æstus. Lucret. lib. 6. 177.
Præterea solis radiis iactatur aquai.
Humor, & in lucem tremulo rarescit ab æstu. Hoc est, Oriente luce fit aqua rarior ob calorem Solis.

Validus æstus. Vide Aestus pro amore.

Exæstuare æstus. Lucret. lib. 6. 164. Hos igitur tellus omnes exæstuat æstus. Id est, ebullit & efflat.

Aestu, febrique iactari. Cice. in Catilin. 13. Sæpe homines ægri, morbo graui, quum æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, prius releuari videntur: deinde multò præmus vehemētiusque afflictantur.

Insinuare æstum. Lucret. lib. 6. 173. de Sole.
Præsertim quum vix possit per septa domorum
Insinuare suum radiis ardentibus æstum. Id est, Vaporem & calorem suum immittere ad fontem calefaciendum.

Laborare æstu. Columel. lib. 4. cap. 24. Id autem plurimum officit, quoniam secundum plagam posita gemma, pruinis, & frigore, tum deinde æstu laborat.

Releuare æstus. Ouid. 3. de Arte amandi. 138.
Quæque meos releues æstus, cantare solebat,
Accipienda sinu mobilis aura veni.

Secare æstum. Virg. 8. Aeneid. 133.
Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora verrebant caudis, æstumque secabant. Hoc est, maris agitationem. Semper enim mare turbatur, quum delphines apparent.

Solari æstum fluuiis. Vide, Grauem æstum solari fluuiis.

Solui æstu. Lucret. lib. 1. 102.
Quin labefactatus rigor auri soloitur æstu.

Sustinere æstus. Ouid. 1. Metamor. 63.
Quum verò Phaethon cunctis è partibus orbem
Aspicit accensum, nec tantos sustinet æstus.

Torrens æstus. Plin. lib. 8. cap. 12.
Torrens æstu terra. Colum. lib. 4. cap. 19. Rursus exilis terra, & accliuis torrensque æstu, vel quæ vehementibus procellis obnoxia est, humilibus iugum poscit.

Aestuarium, Denominatiuum. Aestuaria sunt loca quæ marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi, per quas sæpe in mediterranea fluuiorum instar nauigantes ascendunt: aliquando non nisi nando transiri possunt, à Græcis ἀναγωγοι, hoc est, inundatio dicitur. Cæsar, Pedestria esse itinera concisa, æstuariis nauigationem impediri. Idem lib. 2. bel. Gall. 330. Maiores natu, quos vna cum pueris mulieribusque in æstuaria ac paludes collectos dixeramus. Plin. lib. 5. cap. 1. 2. Affundit autem huic æstuarium è mari flexuoso meatu. Tacitus lib. 11. At Corbulo prouinciam ingressus, triremes alueo Rheni, cæteras nauium, vt quęque habiles, per æstuaria & fossas adegit. Idem lib. 4. Proxima æstuaria aggeribus & pontibus traducendo grauiori agmini firmat. De eiusmodi æstuariis intelligitur Virgilii periphrasis in. 1. Georgi. his verbis, - qua vi maria alta tumescunt
Obicibus ruptis rursusque in scipsa residunt. Vbi Seruius, Aestuaria Oceani accipimus, quà per Gallias & Hispanias in infinitum erumpit, contempta lege ripārum, ad quas rursus recurrit. Hæc Seruius. Varro lib. 3. de Re Rustica, cap. vltimo ad finem, Hortensius hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, & piscinas eius despiciebat, quòd æstuaria idonea non haberet, ac reliqua aquam & locis pestilentibus habitarent pisces eius.

Aestuarium, quo vapores exhalantur: Id est emittuntur, siue sit hiatus naturalis, siue fossa manufacta: quod & vaporarium, & spiraculum dici potest. Vitruuius lib. 8. cap. 7. Lucerna accensa demittatur: quę si permanserit ardens, sine periculo descendetur. Sin autem eripietur lumen vi vaporis tunc secundum puteum dextra, ac sinistra effodiētur. æstuaria, ita (quèadmodum pernares) spiritus æstuariis dissipabunt. Eandem sentētiam, sed breuius habet Plinius lib. 31. cap. 3. Depressis puteis sulphurata, vel aluminosa occurrentia putearios necant. Tūc secundum puteum dextra, ac sinistra fodiuntur æstuaria, quæ grauiorem illum halitum recipiant.

Aestuaria, inquit Strabo. lib. 3. Dicuntur referte marinis aquis conualles ex insidationibus pelagi per quas in mediterranea, instar fluuiorum, nauigantes accēdunt, ad vicina præsertim oppida. Plin. lib. 9. Epist. ad Canīnium: Est in Africa Hipponēsis Colonia mari proxima. Adiacet ei nauigabile stagnum, ex quo in modum fluminis æstuarii emergit: quod vice alterna, prout æstus, aut repressit, aut impulit, nūc infertur mari, nunc redditur stagno.

Aestuo, æstuas, (κυμαίνω, βράσσω,) æstuare: Aestu feruere, & quasi calore suffocari. Iuuenalis. Saty. 3. Si dixeris, æstuo: sudat. Cic. 2. Tuscu. 59. Itemque Lycurgi, laboribus eruditum inuentutem, venando, currendo, æsuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Idem. 4. Academ. 127. Et vt ii qui sub nubes solem non ferunt, item ille quum æstuaret, veterum Academicorum vmbram secutus est. Colum. Vt à sole æstuante vinæ, & à ventis protegantur.

Aestuare, Exhalare: hoc est, emittere calidum vaporem, qui æstus dicitur. Virg. 6. Aeneidos,
Turbidus hic cœno, vastaque voragine gurges
Æstuat: atque omnem Cocyto eructat arenam. Sic fornax æstuare dicitur.

Aer æstuat. Propert. lib. 1. eleg. 29. 1.
Venit enim tempus, quo torridus æstuat aer.

Incipit, & sicco feruere terra Cane.

Caloribus æstuare. Columel. lib. 4. cap. 3. Quæ & frigore infestentur, & caloribus maiorem in modum æstuent, ac vehementer sitire matrem in ortu Canicule cogant.

Aestuare desyderio. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 18. 2. Sed magis vt desyderio nostri te æstuare putarem. Id est vehementer me desyderare: quasi cum quodam animi æstu, id est, feruore.

Dies æstuat. Lucan. lib. 1. 4.
Quaque dies medius flagrantibus æstuat horis. Hoc est in plaga meridionali.

Humor æstuat. Virg. 4. Georg. 61.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor Aestuat.

Ignis æstuat. Virg. 4. Georg. 53.
Aestuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.

Mare æstuari. Id est, agitatur. Curtius, Aestuare semper fretum, quoqi arctius volutetur inter insulam & continentem, hoc acrius furere.

Ventus æstuat in eum locum. Suero. Fossas omnes in quas ventus æstuat, oblimatas longa vetustate, opere militari deterfit.

Aestuare, Angi, & cum ægritudine animi sollicitum, & perturbatum esse. Cic. 4. Verr. 13. Itaque æstuabat dubitatione, versabat se in vtram que partem. Ibidem. 39. Quod vbi auditum est, æstuare illi qui dederant pecuniam: putare nihil agi posse absente Epicrate. Idem de Aruspicum respon. 1. Exanguis atque æstuans se è curia proripuit cum quibusdā fractis iam atque inanibus minis.

Aestuare in aurum. Claud. in Eutrop. lib. 1. 39.
Ilse nec Eunuchis placidus, sed peius in aurum Aestuat.

Pudor æstuat in corde. Virg. 10. Aene. 172. & lib. 11. 134.
- æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistoque insania luctu,
Et furiis agitatus amor, & conscia virtus.

Insolenter æstuare. Catul. epigram. 22. 3.
Et insolenter æstues, velut minuta magno
Deprensa nauis in mari vesāniente vento.

Lenius æstuare. Ouid. 9. Metamor. 154. - nec lenius altera virgo
Aestuat. Hoc est, nec minus amore ardet.

Aestuare & tergiuersari. Cic. pro Flacco. 38. Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille prolequitur.

Aestuare dubitatione. Cicero. 4. Verr. 53. Itaque æstuabat dubitatione, versabat se in vtranque partem non solum mente, verum etiam corpore.

Aestuare inuidia, Quod & flagrare inuidia dicitur. Sallustius. Nanque pleraque nobilitas inuidia æstuabat. Id est, magno odio plebi erat nobilitas.

Aestuans. (κυμαίνων.) Catul. epigram. 58. 10. Animo æstuante rursus reditum ad vada retulit.

Aestuantia refrigerare. Plin. lib. 17. cap. 4. 2. de fluminum & stagnorum afflatibus, Nebulis adurunt, & æstuantia refrigerant opacitate.

Aestuatio, Verbale, (κύμανσις,) Vt Aestuatio verborum ciuium. Plin.

lib.13.cap.1.6. Quorum æstimatione & gaudio nos quoque relictis æstuationi suę istis hominum turbis, pergamus excolere vitam. Id est vehementibus desyderiis, & cupiditatibus.

Aestuosus. pen. prod. (πυγολόβιος, & μεγαμελόβιος,) adiectiuum, Quod æstu, id est calore plenum est. Colum. lib. 11. ca. 2. 39. Septimo Cal. Augustas Canicula apparet, caligo æstuosa. Idem lib. 4. Cœlum neque nimiae vineæ, nec rursus æstuosum desyderat.

Aestuosus Auster. Tepidi. Vulturnus & Fauonius. Plinius libro secundo cap. 47. 10.

Aestuosa & puluerulenta via iter conficiebam. Cicc. Att. lib. 5. 101. 1

Calabria æstuosa. Horat. 1. Carm. 31. 1.

Freta æstuosa. Horat. 2. Carm. 7. 4.

Impotentia æstuosa. Horat. Epod. 16. 13.

Nulla nocent pecori contagia, nullius astri

Gregem æstuosa torret impotentia. Hoc est, vis ardens.

Iupiter æstuosus. Hoc est Iupiter Ammon, ad cuius oraculum in Lybia Cyrenaica, Austro flante, sic agitatur & æstuant arenæ, vt mare fluctibus. Authores Plinius, Mela, Solinus, Catullus, epig. 7. 1.

Quàm magnus numerus Libyssę arenæ

Laserpiciferis iacet Cyrenis

Oraculum Iouis inter æstuosi

Et Batti veteris sacrum sepulchrum. Fuit autem Battus Cyrenarum conditor. Strabo, Solinus.

Locus æstuosus, Cornel. Celsus lib. 8. Locis tamen æstuosis facilius inuenitur. Id est, regionibus calidioribus.

Syrtes æstuosæ. Horat. 1. Carm. 22. 1.

Siue per Syrtes iter æstuosas,

Siue facturus per inhospitalem

Caucasum. Vbi Acron. Æstuosas, id est procellosas, aut nimio sole feruentes. Vnde Virg. -& inhospita Syrtis.

Animal æstuosissimum. Colum. lib. 7. cap. 10. de sue, Quum sit animal æstuosissimum, non est contentum potione aquę, nisi obesam illuuiem atque differtam pabulis alumn demerserit, ac refrigerauerit.

Dies æstuosissimi. Plin. lib. 34. Non fit hoc nisi æstuosissimis diebus circa Canis ortum.

Aestuosius, aduerbium. Horat. Epod. 3. 4.

Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit æstuosius.

Aestifer, penu. cor. æstifera, æstiferum, (πυγοφόρος,) Virgil. 2. Georg. 71.

Hoc vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua. Aestiferū Canem vocat, quòd æstum afferat. Id est calorem vehementissimum. Est enim Canis ardentissimum sydus. Cic. in Arato. 13.

Aestiferos validis crus pit flatibus ignes. Ibidem. 37.

Aestifer est pandens feruenti a sydera Cancer.

Cancer æstifer. Sil. Ital. lib. 1. 39. -& lampade Phœbi

Aestifero Libyæ torquetur fabilla Cancro. Hoc est, æstus afferenti. Sub Cancro. n. vehementissimi sunt calores.

¶ Aestifer, Hoc est æstum ferens, seu patiens. Lucan. lib. 1. 42.

-ficut squallentibus herbis

Aestiferæ Libyes viso leo comminus hoste

Subsedit dubius, totam dum colligit iram. Hoc est patientis æstus feruoresque Solis. Stat. 3. Syl. 3. 19. -quod mellibus Afris

Vertitur, æstiferi quicquid terit area. Nili.

Campi æstiferi, hoc est æstum ferentes, seu patientes. Sil. Ital. lib. 17. 91.

Qualis in æstiferis Garamantum fœta veneno

Arce tollit campis feruenti pastus arena

Colla Parethonius serpens.

AESYETES, Aesyetæ, pen. corr. Viri proprium. Ex huius sepulchro ad Troiam exuncto speculabatur Polites quid in suis nauibus facerent Græci Troiam obsidentes. Homerus. 2. Iliad. de Polite,

Qui semus Aesyetæ tumulo spectabat ab alto

Quid struerent Danai, pedibus pernicibus audax. Strabo lib. 13.

AESYMNIVS, viri Megarensis nomen, & eiusdem nominis tumulus. Pausanias in Attica. Tumuli etiam sunt Megaris in ipsa vrbe, quorū alterum his qui in bello aduersus Xerxem occubuerunt, dederē alterum, qui Aesymnius dicitur, heroum quoque monumentum erat, Hyperioni Agamemnonis filio. Is enim postremus Megarense regnū obtinuit. Sed quum propter improbitatem insolentiamque à Pandione interfectus fuisset, neminem vnum regem amplius creandum statuerunt, sed magistratus eligendos, aliquaque ex parte audiendos Græcos. Tunc Aesymnius nulli Megarensiū laude inferior, Delphos ad Apollinem consulendum venit, eumque interrogauit quo pacto felices esse possent. Oraculum respondit, feliciter acturos Megarenses, si cum plurimis consultarent. Quod verbum quum ad mortuos pertinere arbitrarentur, curiam ibi construxerunt, vt eius ambitu heroum tumulos comprehenderetur.

AESYMNVS, vnus è principibus Græcorum ab Hectore interfectus teste Homero lib. Iliad. 11.

AESYMVS, vir bo Thracie, teste Homero lib. Iliad. 8.

AETA, Colchorum rex, Medeæ & Absyrti pater. Vide AEETA.

Aetas, ætatis pen. prod. f. gen. Sunt ætas ab æuo deducti, quasi æuitas. Ætatem Varro diuisit in infantiam, pueritiam, adolescentiā, iuuentam, senectam, quarum tamen singulæ tristariam diuiduntur, vt prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Hinc est quod Virgilius ait, Viridisque iuuenta. Seruius in. 5. Aeneid.

Aetates sic finiuit Seruius Tullius rex, quùm census faciendi gratia, illis quinque classes populi Romani instrueret, vt pueros esse existimaret, qui minores essent annis septemdecim. Inde ab anno decimoseptimo, quos idoneos iā esse reipublicæ arbitraretur, milites scripsit, comsit ad annum quadragesimum extremum iuniores dixit, supráque eum numerum Seniores appellauit. Author Tubero lib. 1. Historiarum, apud Gellium, lib. 10. cap. 28.

¶ Aetas in vino. Plin. lib. 23. cap. 1. Sua cuique ætas vino gratissima, hoc est media. Hactenus ille. Quasi dicat, Tempus aptum & conueniens cuique vino bibendo, est medium. Vnde ætatem ferre, & pati annos, dicitur de fructibus non fugientibus. Budæus.

¶ Aetas pro hominibus in ætate degentibus. Ouidius. 1. Metam. 84.

Quum subit illa nemus, quod nulla cecidерat ætas. Hoc est nullius ætatis homines.

¶ Aetas pro iuuentute. Cic. 7. Ver. 51. Erat ea nauis plena iuuentutis formosissimæ, plena argenti facti atque signati. Paulò pòst, Si qui Seni aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formæ, ætaris, artificiúque habebant, abducit omnes.

¶ Aetas pro solo anno interdum ponitur. Varro, Aetatem vix decimā ingressus. Virg. 5. Georg. 37.

At tribus exactis, vbi quarta accesserit ætas,

Carpere mox gyrum incipiat. Seruius: Id est quartus annus. Nam ætatem plerunque generaliter dicimus pro anno, pro triginta, pro centum, pro quouis tempore.

¶ Aetas pro tempore. Plin. li. 12. cap. 1. 5. Hoc astimum circa vrbis captæ ætatem. Sic vbi ait: Nostra ætate dicimus, pro nostro tempore.

¶ Aetas pro seculo, id est centum annis. Cic. de Senect. 27. Tertiam natam ætatem hominum viuebat. De Nestore dictum, qui secundū poetas trecentos annos vixit. vnde ipse apud Ouidium sic ait libro. 12. Metamor. 38. -vtri

Annos bis centumnumc tertia vincitur ætas. Hoc est nunc tertium vino seculum.

¶ Aetas pro vita hominis frequenter & venustè accipitur. Est autē pars p toto per synecdochen, quia ætates sunt vitæ partes. Plau. Rud. 17. 9 -in ætate hominum plurimæ

Fiunt transennæ, vbi decipiuntur dolis. Idem Menæch. 17 80.

-qui sæpe ætate in sua

Perdidit ciuem innocentem falso testimonio. Ibidem. 16. 10.

Me ætatem meam viduam esse mauelim. Id est tota vita mea.

Aetas item aliter acceptum. Virg. 8. Aeneid. 39.

Attulit & nobis, aliquando optantibus ætas

Auxilium, adeuntumque dea. Hoc est beneficium temporis, ait Seruius. Nos vulgò tempus vocamus.

Lanuginis primæ ætas: Hoc est iuuentus in qua barba incipit pubescere. Ouid. 21. Epist. 17.

Quid mirum, si me primæ lanuginis ętas

Abstulit, atque anni, quos vir amare potest?

Cursus ætatis. Cic. de Senect. 30. Cursus est certus ætatis, & via vna naturæ, eáq; simplex: suáq; cuique parti ætatis, tempestiuitas est data.

Fabulam ætatis peragere. Cic. de Senect. 59. Quę sunt igitur voluptates corporum cum authoritatis præmiis comparandæ? quibus qui splendide vsi sunt, iis mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo acto corruisse. Congruenter autem vitæ tempora fabulis comparantur, quia sicut fabula quinque actibus constat, ita hominis vita quinque ætatibus, seu gradibus.

Fatu ætatis implere. Ouid. 7. Epist. 8.

Terrigenas populos ciuili marte peremptos

Impleſſe ætatis fata diuina suæ.

Feruor ætatis. Cic. de Senect. 41. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat tamen quidam feruor ætatis: qua progredienre, omnia fiunt etiam in dies mitiora.

Flexus ætatis. Cicc. 1. de Orat. 2. Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, decursu honorum & ætatis flexu constitisset. Id est ob ætatem iam vergentem, & inclinari incipientem.

Flore ætatis frui. Lucret. lib. 4. 221.

Denique quum membris collatis flore fruuntur

Aetatisiam tum præstagit gaudia corpus.

Florem ætatis tangere. Lucret. lib. 3. 155.

Quique modo potuit pariter cum corpore quoque

Confirmata cupitum ætatis tangere florem Vis animi.

Freta ætatis. Feruores ætatis. Lucret. lib. 4. 207.

Tum quibus ætatis freta primitus infinuantur.

Id ætatis homo, Id ætatis sumus, pro, eius ætatis. Cic. ad Torquatum lib. 6. epist. 20. Ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia quæ non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Idem. 3. Verr. 45. Homo qui & summa grauitate, & tam id ætatis, & parens esset, obstupuit hominis improbi dicto. Idem. 1. de Orat. 103. Quoniam id nobis hominibus id ætatis oneris ab horum adolescentium studiis imponitur. Et. 4. Verr. 15. Author est vt quamprimū agere incipiant, hominémque id ætatis minimè litigiosum quamtumultuosissimè adoriantur. Tacitus lib. 5. Id ætatis corpora in Gemonias abiecta.

Idem ætatis, pro eiusdem ætatis. Tacitus lib. 13. Mos habebatur principum liberos cum cęteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum.

* Lubricum ætatis. Vide Lubricus.

Maturitas ætatis. Cic. Lepta lib. 6. epist. 18. 8. Leptam nostrum cupio delectari iam talibus scriptis: etsi abest maturitas ætatis, tamen personare aures eius huiusmodi vocibus non est mutile.

Peractio ętatis. Cic. de Senect. ad finem, Senectus autem peractio ætatis est, tanquam fabulę.

Progressus ętatis. Vide, Iniens ętas.

Robur ętatis quammaturrimum. Tacit. lib. 12.

Ruina ętatis. Ouid. 1. de Pont. eleg. 5. 2.

Nec me si subitò videas cognoscere possis

Aetatis fœta est tanta ruina mee.

Spatium ętatis. Cic. de Senect. 16. de Valerio Coruino, Itaque quantum spatium ętatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit.

Spatium vetustum ętatis. Lucret. lib. 2. 235.

Nec tenet omnia paulatim tabescere, & ire

Ad scopulum, spatio ętatis defessa vetusto.

Specie ętatis vti. Ouid. 5. Fast. 71.

Et monet ętatis specie, dum floreat, vti:

Contemnunt spinam quum cecidere rosæ.

Breue tempus ętatis satis est longum ad bene honestéque viuendum. Cicc. de Senect. 64.

Tempus extremum ætatis. Cicc. de Senect. 8. Nunquam deserunt, ne in extremo quidem tempore ætatis. Ibidem. 27. Ita bonis viribus esse ex tremo tempore ætatis vt adolescentiam non requireret.

Tempus finitum ætatis. Vide, Tempus infinitum ętatis.

Temporis futuri ętas. Ouid. 15. Metam. 176. -inque futuri

Temporis ætatem, venturorúmque nepotum Prospicies.

Tempus infinitum ætatis. Cic. lib. 2. de Finib. 140. Quum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri maiorem, quàm finito atque modico.

Tempus modicum ætatis. Vide, Tempus infinitum ętatis.

Tempus nostrum ætatis. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 3. 11. 6. Angor mi suauissime frater, angor, nullam esse Rempublicam, nulla iudicia: nostrúmque hoc tempus ætatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari.

Aetatis tempora queri. Propert. lib. 1. eleg. 7. 1.

Nec tantum ingenio, quantum seruire dolori

Cogor, & ætatis tempora dura queri.

Tempus vltimum ætatis. Cic. lib. 2. de Finib. 139. Neque expectat vltimum tempus ætatis.

Ver breue ętatis. Ouid. 10. Metamor. 17. -citráque iuuentam

Aetatis breue ver, & primos carpere flores.

¶ Adulta ętate filius, apud Ciceronem. Vide ADVLTVS.

Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.

æ Annua ętas. Plin. lib. 8. cap. 40.

Auida ętas. Seneca, Et quicquid auida per tot annorum gradus

Abscondit ętas

Aurea. Ita enim fuit appellata, quòd optimis moribus illo tempore quo Saturnus regnauit, homines floruerint. Ouid. 1. Metam. 18.

Aurea prima fata est ætas, quæ vindice nullo

Sponte sua sine lege fidem rectúmque colebat.

Bona ætas, pro adolescentia, quæ videlicet felicior vitę pars existimatur. Cic. de Senect. 44. Quod si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primùm paruulis fruitur rebus.

Constans. Cicero de Senectute. 30. Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet quod suo tempore percipi debeat. Ibidem. 69. Sunt pueritiæ certa studia: num igitur ea desyderant adolescentes? Sunt & ineuntis adolescentiæ: num ea iam constans requirit ætas, quæ dicitur media?

Crastina. Stat. 3. Thebaid. 113. -quid crastina volueret ætas,

Scire nefas homini.

Decrepita ætas. Vide, Prouecta ætas.

Dura. Horat. 1. Carm. 35. 7.

-quid nos dura refugimus

Aetas? quid intactum nefasti

Liquimus? Nos per appositionem, dura ætas, Id est ferrea, Nos in ætate ferrea nati.

Edax. Lucan. lib. 7. 81.

Non ætas hæc carpsit edax, monimentaque rerum Putria

Effœta. Stat. 6. Thebaid. 51.

-illi etiam queis belli incognitus horror,

Quos effœta domi, quos prima reliquerat ætas,

Conueniunt.

Extrema ætas. Cicero de Senect. 57. Huius extrema ætas in hoc beatior quàm media, quod authoritatis plus habebat, laboris minus.

Ferox. Horat. 1. Carm. 5. 3.

Iam te sequetur: currit enim ferox

Aetas: & illi quos tibi dempserit,

Apponet annos.

Firmam ætatem dici putat Galenus, eorum qui mediam consistentiæ, seu vigoris ætatem et senectutis agunt; quum iam crescendi ætas & tempus excessit, necdum tamen senectutis sensus vllus notabilis comparet. Ex Cælio Antiqu. lect. lib. 14. cap. 53.

Flexibilis. Cic. ad Brutum, Epist. 18. 4. Videtur enim esse indoles: sed flexibilis ætas: multique ad deprauandum parati.

Florens. Cicero de Senect. 19. Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis.

Fœcúda. Claud. 8. Paneg. 53. Crescite virtutes, fœcúdaque floreat ætas.

Futilis. Sillius lib. 16. 131. Gens Troiana fumus, puer ille, & futilis ætas.

Grandior. Vide, Iniens ætas.

Heroicis etiam ætatibus Vlyssem & Nestorem accepimus, & fuisse, & habitos esse sapientes. Cic. 5. Tusc. 10.

Huberior. Ouid. 1. Metam. 42.

Transit in æstatem post ver, robustior annus.

Fitque valens iuuenis, neque enim robustior ætas

Vlla, nec vberior, nec quæ magis ardeat vlla est.

Imbecilla. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 17.

Accedent anni, tractari mollius ætas

Imbecilla volet. Hoc est, Senilis.

Impensa ætas labori. Lucan. lib. 2. 113. -multisne rebellis

Gallia iam lustris, ætasque impensa labori Dant animos.

Impia. Horat. Epod. 16. 2.

Impia perdemus deuoti sanguinis ętas.

Improuida ætas puerorum. Lucret. lib. 1. 192.

Sed veluti pueris absynthia tetra, medentes

Quum dare conantur, prius oras pocula circum

Contingunt mellis dulci, flauoque liquore,

Vt puerorum ætas improuida ludificetur

Labrorum tenus.

Incuriosa suorum ætas. Tacitus in vita Agricolæ: Clarorum virorum facta moresque posteris tradere, antiquitus vsitatum, ne nostris quidem temporibus, quanquam incuriosa suorum ætas omisit. Id est suos nihil curans.

Inertior. Ouid. Trist. lib. 4. eleg. 7. 1.

Iam subeunt anni fragiles, & inertior ætas.

Inferior. Cicc. 4. Academ. 130. de Democrito, Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris ætatis? Id est, iunioribus, seu posterioribus.

Infirma. Ouid. 6. Fast. 120. Hinc cruor, & cædes infirmáque vincitur ætas. Quintil. lib. 1. cap. 5. 7. & 10.

Integra. Terent. And. Egregia forma atque ætate integra. Vbi Donatus integra est ætas, quæ in flore consistit: cui neque addendum iam sit, neque quicquam adhuc sit imminutum, vt Virg. Integer æui Ascanius Nos florem ætatis non ineptè appellamus.

Inuida ætas. Horat. 1. Carm. 11. 7.

-dum loquimur, fugerit inuida Aetas.

Irreuocabilis ætas prærerita. Lucre. lib. 1. 95.

Quando ea fecla hominum, quorum hæc euenta fuere,

Irreuocabilia abstulerit iám prærerita ætas

Lachrymabilis. Stat. 2. Syl. 1. 28. Non te forma mouet, non te lachrymabilis ætas.

Lasciua Horat. 2. Epist. 2. 43.

Tempus abire tibi est, ne potum largius æquo

Rideat, & pulset lasciua decentius ætas.

Legitima ætas ad petendum magistratum. Liuius. 3. Decad. lib. 5. 9. Huic petenti Aedilitatem quum obsisterent Tribuni plebis, negantes rationem eius habendam esse, quòd nódum ad petendum legitima ætas esset. Si me, inquit, omnes Quirites Aedilem facere volunt, satis annorum habeo.

Longa ætas magistra. Ouid. 5. Epist. 20.

Quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat ipse,

Consule, quis ætas longa magistra fuit. Quint. lib. 1. cap. 8. 6

Longa ætas spatium dabit.

Lubrica. Claud. de rapt. Proser. lib. 3. 46.

Persuadet teneris heu lubrica moribus ætas.

Matura. Clau. 4. Paneg. 112. Hoc tibi cura senū maturaq, cōprobat ætas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maturisſima. Author libri ad Heren. lib. 4. 171. His ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maxime caſtigantivt quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſint, eas in ætate maturisſima velint comparare.
Mauortia. Claudian. de bello Getico 7.
Torique ſub galeis Mauortia canuit ætas.
Media. Vide, Extrema ætas. &, Conſtans ætas.
Militaris, pro Robuſta & apta ad militiam. Liuius, Nec vllo iam qui militaris ætatis eſſet, non aut cæſo, aut fugato. Corn. Tacit. lib. 2. Refe-rebat habitaſſe quondam ſeptingenta milia ætate militari.
Ætas militaris, Pro iuuenibus. Liu. 4. Decad. lib. 1. Militaris ætas inrare, neminem viuum niſi victorem acie exceſſurum. Idem 3. Decad. libro 8. Igitur non militaris modò ætas, aut viri tantum, ſed fœminæ quoque puerique ſupra animi corporisque vires adſunt.
Mobilis. Virg. 3. Georg. 32. -viamque inſiſte domandi:
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Mollis. Ouid. 1. de Arte amandi 7. Sed puer eſt, ætas mollis, & apta regi.
Mollior luxu ætas. Claud. de bello Getico 31.
Nos, terrorum expers, & luxu mollior ætas, Deficimus queruli.
Neſcia ſimulandi ætas. Quintil. lib. 1. cap. 3. 7.
Nobilis. Claudian. 32. Epigram. 32. -tam nobilis ætas
Principe ſolicito, votis crexerat aulam Incertis. Hoc eſt, nobiles.
Nubilis. Claud. 1. Panegyr. 14,
Nubilis interea maturæ virginis ætas
Vrgebat patrias ſuſpenſo principe curas.
Obnoxia inuitiæ ætas. Quint. lib. 1. cap. 3. 10.
Omnis ætas Tacitus lib. 4. Affluxere auiditalium, virilis ac muliebris ſexus, omnis ætas, ob propinquitatem loci effuſus. Idem libro. 5. Iacent immenſa ſtragis, omnis ſexus, omnis ætas, illuſtres, ignobiles, diſperſi, aut aggerati.
Otioſam ætatem & quietam traducere. Cicero de Senectu. 74. Nonne melius multo fuiſſet, otioſam ætatem, & quietam ſine vllo, aut labore, aut contentione traducere.
Opportuniſſima ætas. Cicero ad Trebat. lib. 7. 7. 4. Imperatorem libera liſſimum, ætatem opportuniſſimam, commendationem certe ſingularem habes. Hoc eſt, commodiſſimam. & quæ muniis publicis adhuc probè vacare poſſit.
Perpetuam ætatem reperire. Lucret. lib. 3. 201.
Nec qui ſub magno ſcrutentur pectore quicquam:
Perpetuam ætatem poſſent reperire profecto.
Poſtera. Vide Præſens ætas.
Primarum ętatum ingenia. Quint. lib. 2. cap. 5. 12.
Præſens ætas. Hora. 1. Epiſt. 2. 9. -veteresne poetas,
An quos & præſens, & poſtera reſpuit ætas.
Pretioſior ætas. Claud. 1. de rapt. Proſerp. 57.
-illic pretioſior ætas. Aurea progenies habitat.
In prima ætate pudoris. Quint. lib. 1. cap. 2. 4.
Puellaris ętas. Quintil. lib. 6. in proœ. 5.
Robuſtior. Claudianus. 7. Paneg. 75. Sed feſtinus amor, veniet robuſtior ætas.
Rudis. Vide, Vergit ætas.
Sapientior ætas. Vide Sera ætas.
Senatoria. Tacitus lib. 15. Et Viuianus Annius gener Corbulonis, non dum ſenatoria ætate, ſed pro Legato quintæ legioni impoſitus. Idem lib. 20. Magnam eo die pietatis eloquentiæque famam Vlpianus Meſſala adeptus, nondum ſenatoria ætate
Senecta ætate. Lucret. lib. 5. 177.
Poſt vbi æquum valide vires ætate ſenecta,
Membraque deficiunt.
Senecta ętate qui factus eſt puer: Pro, in ſenectute. Plautus. Vide SENECTVS.
Senior. Sene. Her. Eth. 4. 32. Aetas citato ſenior eripuit gradu.
Sera. Ouid. de Arte amandi, lib. 1. 13.
Seu te forte iuuat ſera, & ſapientior ætas:
Hoc quoq; (crede mihi) crebrius agmen erit.
Simplex. Hoc eſt inuenilis. Stat. 9. Thebaid. 176.
-heu ſimplex ætas, non moriensque facentem Flebat equum.
Strenua. Ouid. Amor. lib. 1. eleg. 15. 1.
Non me more patrum dum ſtrenua ſuſtinet ætas,
Prœlia militiæ pulueruleuta ſequi?
Superior honeſtè acta. Cic. de Senec. 58. Non cani, non rugæ repentè authoritatem arripere poſſunt: ſed honeſtè acta ſuperior ętas, fructus capit authoritatis extremos. Ibidem. 69: Vt ſuperiorum ætatum ſtudia occidunt, ſic occidunt etiam ſenectutis.
Teneris ętatibus vtilis. Quin. lib. 1. cap. 10. 16.
Velox. Stat. Achil. lib. 2. 80. -ſepe ipſe gradu me præpete Chiron
Dum velox æras, campis admiſſus agebat.
Vetus. Ouid. 5. Meram. 20. At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen
Vinoſior. Ouid. 3. Faſt. 153.
Cur anus hæc fiat, quæris? vinoſior ætas

Hæc erat, & gratidæ munera vitis amans.
Volatilis ætas. Ouid. 10. Metam. 104.
Labitur occultè, fallitque volatilis ætas.
Et nihil eſt annis velocius.
Accedit ætas vino, quum inueteraſcit. Vide ACCEDO.
Accedit illi plus ætatis. Cic. lib. 1. de Orat. 132. Solet idem Roſcius dicere, ſe quò plus ſibi ætatis accederet, eò tardioris tibicinis modos, & cantus remiſſiores eſſe facturum.
Accipere ætatem. Vide ACCIPIO.
Adimere ætatem vino. Plin. lib. 23. cap. 1. Iam & patres familiis ætatē ademere vinis, quæ per ſe cariem traxere.
Adoleuit ætas. Tacitus lib. 2. Annal. Igitur hęc apud partes diſſeruit, nec poſſe motum orientem niſi Germanici ſapientia componi. Nam ſuam ætatem vergere: Druſi nondum ſatis adoleuiſſe.
Affecta iam ætate Mutius. Cicero. 6. Verr. 85. Vide AFFECTVS. cta, ctum.
Agere ætatem deſidioſe. Lucret. lib. 4. 229.
Aut quum conſcius ipſe animus ſe forte remorder
Deſidioſe agere ætatem, luſtriſque perire.
Aetatem agere in aliquo loco, vel in re aliqua. Cic. in Bruto. 89. de Theophraſto, Tulliſſe eum moleſte, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, quum ætatem ageret Athenis optimèque loqueretur. Idem 2. de Legibus 5. Hic ferè ętatem egit in literis. Id eſt exegit, tranſegit. Et 5. Tuſc 113. In India qui ſapientes habentur, nudi ætatem agunt. Sallu. Alios diuites eſſe, vt regio cultu ætatem agerent.
Acta ætas, vel exacta, pro extrema ſenectute, quę decrepitudo dicitur quia tunc vitæ tempus propemodum exactū eſt, id eſt finitum. Plaut. True. Mihi quidem ætas acta eſt. Quaſi dicat, Tempus meum tranſactum eſt, quod vulgò dicitur, Ego feci meum tępus. Cicc. ad Brutum, epiſt. 2. 5. De me poſſum idem quod Plautinus pater in Trinummo, Mihi quidem ætas acta ferme eſt, tua iſtuc refert maximè. Idem 3. Tuſcul. 103. Acta ętas honeſtè ac ſplendidè, tantam affert cõſolationē, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat egritudo, aut perleuiter pungat animi dolor. Terentius Adelph. 5. 4. 15. -contrui in quærendo vitam atque ætatem meam, Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab iis fero,
Odium. Liuius. Exacta ætate Camillus. Id eſt, ſenio confectus.
Actas quietè, & pure, & eleganter acta. Cic. de Senect. 12.
Aetas anteacta. Lucret. lib. 1. 48.
Omnia enim debet mortali corpore quę ſunt.
Infinita, ætas conſumpſe anteacta, dieſque.
Antecellere ætate. Cicero de Senectute. 59. Multa in noſtro collegio pręclara ſunt ſed hoc in primis, quòd vt quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet.
Anteire aliquibus ætate. Cic. 1. Tuſculan. 9. Nam Galbam Aphricanum, Lælium. doctos fuiſſe traditum eſt: ſtudioſum autem eum qui iis ætate anteibat, Catonem.
Calens ętate. Ouid. 3. de Arte aman. 114.
Iſta decent pueros ætate & amore calentes.
Coaceſcit ætas. Cic. de Senect. 60. Vt enim non omne vinum, ſic nõ omnis ætas coaceſcit.
Compoſita ætas. Tacitus lib. 13. non procul ab initio. Virum ætate compoſita, inſontem, nebilem.
Confectus ætate. Hoc eſt, valde ſenex. Virg. 4. Aeneid. 120. Quem ſubiit ſe humeris confectum ętate parentem. Cic. de Senect. 43. Bene Sophocles, quum ex eo quidam iam confecto ętate quęreret, vteretūne rebus venereis, Dii meliora, inquit. Idem in Catil. 40. Tertium genus eſt ętate iam confectum.
Confirmata ætas, Cic. ad Plancum lib. 10. Epiſt. 3. 4. Ego Plance neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra antè aliquanto quàm tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua, confirmata ad ætate familiaritatē, cum ſtudio meo, tum iudicio tuo conſtitutam.
Conſumere ætatem multo labore & ſtudio. Quintil. lib. 2. cap. 20. 3.
Conterere ætatem in re aliqua. Cic. 2. de Legibus. 79. Vt nollent ætatem in litibus conterere. Idem lib. 5. de Finibus. 103. Vt eos in rebus quærendis explicandisque naturis, ætates conterere videamus.
Aetates totæ contritæ in aliquo ſtudio. Cicero lib. 1. de Orat. 111. Quo in ſtudio, hominum quoque ingenioſiſſimorum otioſiſſimorumque ętas ætates videmus eſſe contritas.
Corroborata ætas. Cic. pro Cœlio. 32. Et interdum multas vias adoleſcentiæ lubricas oſtendit, quibus illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſet: & multarum rerum iucundiſſimarum varietatem dedit, qua non modò hæc ætas, ſed etiam iam corroborata caperetur. Hæc ætas. Id eſt adoleſcentia.
Decurſa ætas. Cicero pro Quintio. 66. Quam honeſtatem in iudicium tuum propè acta iam ætate decurſaque attulit.
Deficit me ætas. Ouid. Meram. lib. 12. 80.
At puer Hector erat: nunc me mea deficit ætas.
Degere ætatem. Lucret. lib. 3. 102.

Cur

Cur eadem credis ſine corpore in aere reperto
Cum validis ventis ætatem degere poſſe?
Degere tempus ætatis. Cic. de Senect. 2. Nunquam ſatis laudari dignè poterit philoſophia: cui qui pareat, omne tempus ætatis ſine moleſtia poſſit degere.
Degere omnem ætatem ſine dolore. Cic. lib. 2. de Finib. 187.
Aetatem cum aliquo degere, Id eſt Viuere. Plaut. Vnum mihi exoptaui, qui cum ætatem degerem. Sic Aetatem exigere dicimus.
Deuexa ætas à laboribus ad otium. Cic. ad Att. lib. 9. 181. 7. Et (vt verum loquar) ætas iam à diuturnis laboribus deuexa ad otium, domeſticarum me rerum delectatione molliit.
Ducere ætatem. Horat. 2. epiſt. 2. 41.
Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundo,
Non tamen aduerſis ætatem ducimus Auſtris.
Ea ætate eſt. Cic. pro Cluent. 39. Collegi me aliquando, & ita conſtitui, fortiter eſſe agendum illi ætati, qua tum eram, ſolere laudi dari, etiam ſi in minus firmis cauſis hominum periculis non defuiſſem. Idem pro C. Rabirio. 19. Huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi, ætas illa, qua tum fuit. Idem. 2. de Diuinat. 132. Anchialum & Caſſandrum ſummos aſtrologos illius ætatis qua erat i, ſe.
Emandare ætatem. Quintil. lib. 2. cap. 4. 10.
Emoritur ætate ſpes in pueris. Quintil. lib. 1. cap. 1. 3.
Exacta ætas. Cicero. 7. Verr. 100. Hic iam grandis natu Eubulida, hoc tantum exacta ætate, laboris itineriſque ſuſcepit &c. Idem pro Roſcio Comœdo. 26. Quum illis exactæ ætatis ſeueriſſimè fructū quem meruerunt retribuam.
Exacta ætate eſt. Cicc. de Senect. 56. M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centeſimum annum vitam produxiſſe, quum eſſet exacta iam ætate in agris, eoque coleret.
Exceſſit ætas ex magiſterio tuo, id eſt deſii eſſe ſub ferula tua.
Extinguitur ætas. Vide, Senecſit ætas.
Feſſa alicuius ætat. Tacitus lib. 17. Non ſanè crebrior tota ciuitate ſermo per illos menſes fuerat, primùm licentia ac libidine talia loquendi, dein feſſa iam ætate Galbæ.
Firmata ætas. Cicc. pro Cœlio. 34. Ac multi, & noſtra, & patrum maioriumque memoria, ſummi homines & clariſſimi ciues fuerunt, quorum quum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ virtutes firmata iam ætate extiterunt. Virgil. 4. eclog. 8. Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.
Florere ætate. Virg. 7. eclog. 1. Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.
Formare ætatem. Quintil. lib. 1. cap. 3. 7.
Frangitur ætas. Vide Senecſit ætas.
Fugiens ætas. Catullus, Ne fugiens ſeclis obliuiſcentibus ætas.
Gerere ætatem cum aliquo. Seruius Ciceroni, lib. 4. epiſt. 5. 7. de Tulliæ obitu, Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad viuendum magnopere inuitare poſſet? quæ res? quæ ſpes? quod animi ſolatium? Vt cum aliquo adoleſcente primario coniuncta, ætatem gereret?
Satis ætatis habere. Cic. pro Roſcio Comœdo. 88. Qui ſi iam ſatis ætatis atque roboris haberet, ipſe pro Roſcio diceret.
Ingraueſcens ætas. Cic. ad Curionem lib. 2. epiſt. 7. Quare hoc animo in nos eſſe debebis, vt ætas noſtra tam ingraueſcens, in amore atque in adoleſcentia tua conquieſcat. Idem de Senect. 6. Quibus facillimè rationibus ingraueſcentem ætatem ferre poſſimus.
Iniens ætas. Id eſt initium adoleſcētiæ, primi amni pubertatis, prima adoleſcentia. Cic. in Vatinium. 8 Atque illud tenebroſiſſimū tempus inentis ætatis tuæ patiar latere. Idem. 2. Offi. Iuuentis enim ætatis inſcitia, ſenum prudentia regenda eſt. Ineuntem autem ætatem, adoleſcentiam vocauerūt antiqui, quòd hæc ſit veluti cognitionis ſuipſius initium. Idem. 1. Philip. 198. Legibus annalibus quum grandioré ętatem ad Conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem verebantur. C. Cæſar ineunte ætate docuit, ab excellenti eximiáque virtute, progreſſum ætatis expectari non oportere. Idem in Bruto. 77. Nam & in iiſdem exercitationibus ineunte ætate ſumus. Idem libro. 1. de Orat. 40. Qui ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio vtriuſq; veſtrū. Et pro lege Manilia. 1. Vitæ meæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ.
Mutare ætatem. Quintil. lib. 1. cap. 3. 8. Primùm, quia deforme ac ſeruile eſt: & certè quod conuenit, ſi ætatem mutes, iniuria. De iis qui diſcipulos cædunt.
Numerare ætatem. Propert. lib. 3. eleg. 7. 4.
Pere, quid ætatem numeras? quid chara natanti
Mater in ore tibi eſt?
Obtinere ætatem. Vide OBTINEO.
Aetas præcipitata, pro ſenili & vergente. Matius ad Ciceronem, lib. 11. epiſt. 28. 14. An quod adoleſcēs præſtiti, quum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata cõmitē? Præcipitata, ꝙ iam videatur quodámodo præceps in fatum ruere, vt ait Virgilius.
Præcurrere aliquem ætate. Cic. in Orat. 101. Horum vterque Iſocratem ætate præcurrit. Hoc eſt Iſocrate maior natu fuit.
Præterita ętas. Cicero de Senectute. 5. Præterita enim ætas quamuis

longa, quum effluxiſſet, nulla conſolatione per mulcere poſſet ſtultā ſenectutem.
Procedere ętate vſque ad Cic. de Senect. 45. Liuius vſque adoleſcētiam meam proceſſit ętate. Hoc eſt vixit vſque &c.
Proceſſiſſe ætate. Cic. de Senect. 19. Themiſtocles omnium ciuium nomina perceperat. Non igitur cenſetis eum, quum ætate proceſſiſſet, qui Ariſtides eſſet, Lyſimachum ſalutare ſolitum.
Progrediēs ętas. Vide, Feruor ætatis.
Progreſſa ætas. Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 2. Per omne fere pueritię atque adoleſcentiæ tempus, variis & tenacibus morbis conflictatus eſt, adeò vt animo ſimul & corpore hebetato, nec progreſſa quidē ætate, vlli publico priuatoque muneri habilis exiſtimaretur.
Progreſſus ætate. Cic. de Sene. 29. Niſi forte adoleſcentes, pueritiam pauſim ætate progreſſi, adoleſcentiam debeant requirere.
Prouecta ætas. Cic. 1. Tuſcul. 151. Apud Hypanin fluuium, qui ab Europę parte in Pontum influit, Ariſtoteles ait beſtiolas quaſdam naſci, quæ vnum diem viuāt. Ex his igitur hora octaua quæ mortua eſt, pro uecta ętate mortua eſt, quæ verò occidente ſole, decrepita.
Prouectus ætate. Cic. in Bruto. 66. C. Fimbria temporibus iiſdem fer, ſed longius ętate prouectus, habitus eſt ſanè luculentus patronus. Idē 2. de Diuinat. 8. Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui iã ætate prouecti, in noſtris libris acquieſcunt. Idem de Senectute. 9. Eum colere cœpi non admodum grandem natu, ſed tamen iam ætate prouectum.
Aetate prudentiores reddimur. Congruet, ſi quando negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis infectiam arriſerunt. Vſu enim augetur prudētia. Sumptum ex illo Telemachi apud Homerum Odyſſeę lib. 2.
-eram adhuc puer aſt vbi iam ſum
Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,
Ipſeque grandeſcit mi animus. Ex Eraſ. Chiliad.
Quieta ętas. Vide otioſam ætatem traducere.
Senecſit ætas. Cic. de Senect. 35. Ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit, nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur.
Succedit ætas ætati. Cic. 11. Philip. ad finem. Nihil enim ſemper floret. ætas ſuccedit ætati.
Tardus ætate. Ouid. Metam. lib. 8. 138.
Ille celer penna, tardos ætate fatigat, Eludiq́ue diu
Traducere ætatem. Cic. de Senect. 74.
Tranſcendere ætate ætium. Senec. Troad. 659.
Et vota vincens veſtra felici indole
Aetate æuum tranſcendat.
Tranſierunt hęc ætate. Quintil. lib. 1. cap. 4. 11.
Vergit ætas, Vide Adoleuit ætas. Tacitus lib. 4. Miſeratuſque Auguſtæ extremam ſenectam, rudem adhuc nepotum, & vergentem ætatem ſuam.
Viuere tertiam hominum ætatem. Vide Aetas pro ſeculo.
Volat. n. ætas. Cic. 1. Tuſcu. 119.
Per ætatem. Id eſt, ætatis progreſſu, & ætate permittente. Cic. ad Plācum, lib. 13. Vt primùm per ætatem iudicium facere poſſeris. Quod dicimus vulgò, ſecundum ſuam ætatem facere,
Aetatem aduerbium temporis. Tere. Eunu. 4. 5. 8. Iandudum ætatem lites ſunt inter eos factæ maximæ. Vbi Donatus, Quia IANDVDVM infinitæ moræ eſt, addidit AETATEM, vt oſtēdat multum abiiſſe temporis vt factum eſt. Iandudum ætatem, pro longinquo tempore. Lucilius. -vt multos menſesque dieſque.
Non tamen ætatem. Aetatem, diu, longinquoque tempore, ac prolixo, vt eſt ætas. Nam ſic dicimus de die, & diecnlam, aliquantulam moram. Hactenus Donatus. Idem Hecy. 5. 1. 20. Nam neque ille hoc anno erit ætatem. Vbi item Donatus, Aetatem pro tandu quàm longa eſt ætas. Et eſt aduerbium. Plau. Aſi. 5. 6. Vt tibi ſuperſtes vxor ætatem ſiet. Quemadmodū alio loco Terētius dicit de mulieribus, quæ dum apparant & comūtur, annus eſt, inquit, hoc eſt, diutius immoran tur. Nonius Marcellus: Aetatem poſitum pro ſępe, ac dio. Plau. Aſin. Adeò vt ætatem ambo ambobus nobis ſint obnoxii. Idē eadem: Aetatem velim ſeruire, Lebanum vt conueniam modò.
Aetatula, diminutiuum. (ἡλικίδιον,) Eſt tenerior puerorum ętas, & qua ſi ętatis tyrocinium. Cic. 5, de Fin. 99. Facile eſt hoc cernere in primis puerorum ætatulis. Idem de Aruſp. reſp. 38. Qui poſt patris mortem primam illam ætatulam ſuam ad ſcurtorum locupletum libidines detulit. Sueton. in Claudio Cæſare cap. 16. Alium corruptelis adulteriiſque famoſum, nihil amplius quàm monuit, vt aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certè cautius.
Aetatula pro ætate, blandimenti cauſa poſitum. Plaut. Pſeud. 4. 40. In munditiis, mollitiis deliciiſque ætatulam agitis. Hoc eſt tempus ætatis iucundiſſimum.

Aeternus, adiectiuum, (ἀΐδιος,) Quaſi euiternus, proprię ſignifi cat quod ſine caret. Nam æuū, inquit Seruius, proprię æternitatis eſt. Idem enarrans illud Virgilii in ſexto Aeneid. Mens

Universidad de Deusto
Biblioteca

agitat mollé? Si(inquit)vt Cicero dicit in Tusculanis, eternũ est quic quid in æterno motu est, sine dubio etiam animus æternus est. Semper enim in motu est, adeò vt ne nobis quidem quiescentibus conquiescat. Hactenus Seruius. Virg. 1. Georg. Impiaque æterna timuerunt sæcula noctem. Cicero. 4. academ. 223. Et quicquid est mortale sit an æternum.

Æternum de eo dictum, quod finem habeat. Terent. Eunu.
At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
Fore Thais. Hoc est donec viuemus.

Æuum æternum. Ouid. 1. Metam. 132.
Sed nocet esse Deum, perclusaque ianua leti
Æternum nostros luctus extendit in æuum.

Aurum æternum. Stat. 5. Syl. 1. 38. -nunc, quòd cupis ipse videri
Da Capitolinis æternum sedibus aurum.

Causæ æternæ. Cic. de Fato 41. Nec si omne enuntiatum, aut verum aut falsum est, sequitur illico esse causas immutabiles, easque æternas, quæ prohibeant quicquam secus cadere, atque casurum sit.

Consilia æterna. Horatius. 2. Carm. 11. 3. -quid æternis minorem
Consiliis animũ fatigas? Acron, Æternis: id est infinitis & diuturnis.

Corpus æternum. Lucret. lib. 1. 49,
Quippe ibi nulla forent æterno corpore: quorum.
Contextum vis deberet dissoluere quæque. Hoc est si materia non esset æterna, corruptionis violentia passim omnia corrumperet.

Decus æternum habere. Ouid. 3. Trist. 1. 19.
Vtque viret semper laurus, nec fronde caduca
Carpitur: æternum sic habet illa decus.

Deus æternus. Cicc. lib. 1. de Finib. 141. Quid est igitur cur ita semper Deum appellet Epicurus beatum, & æternum? Dempta enim æternitate nihilo beatior Iupiter quàm Epicurus. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 3.

Dolorem æternum perferre. Lucret. lib. 3. 202.
Non tamen æternum potuit perferre dolorem.

Excubiæ diuũm æternæ. Seruius, Definitio est æterni ignis.

Quid est ignis peruigil? Excubiæ deorum.

Exilium æternum. Horat. 2. Carm. 3. 6.

Fœdera æterna. Virg. 1. Georg. 12.
Continuò has leges, æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis.

Honores æterni. Horat. 2. Carm. 1. 3.
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

Ignis æternus. Ouid. 3. Fast. 85.
Ignibus æternis æterni numina presunt.
Cæsaris. Per ignes æternos intelligit ignem illum, qui à virginibus Vestæ consecratis, perpetuo, & summa diligentia colebatur, & asseruabatur. Vnde & Horat. 3. Carm. 5. 3. æternam Vestam appellat -& togæ
Oblitus æternæque Vestæ.

In æternum. Vide IN.

In æternum condita vrbs. Liuius. 3. Decad. lib. 8. Ne istuc Iupiter Opt. Max. sierit: vrbem auspicatò diis authoribus in æternum conditam, fragili huic & mortali corpori æqualem esse. Id est, vt æterna sit, æternum duret ac videat.

Imperia æterna. Virg. 1. Aeneid. 47.
O qui res hominumque, deumque
Æternis regis imperiis, & fulmine terres.

Laborè æternum carpere. Catul. epig. 59. 62.
Aeternumque manus carpebant rite laborem.

Luctu æterno tabescere. Lucret. lib. 3. 187.
Cur quisquam æterno possit tabescere luctu.

Mors æterna. Lucret. lib. 3. 122.
Proinde licet quot vis viuendo condere secla,
Mors æterna tamen nihilominus illa manebit. Hoc est, quæ perpetuo te sepelier.

Motus æternus. Lucr. 1. 212.

Mundus æternus. Ouid. 15. Metam. 48.

Natura æterna. Lucret. lib. 3. 129.

Nomen æternum emere sanguine. Ouid. 1. Amo. eleg. 10. 7.
Induat aduersis contraria pectora telis
Miles, & æternum sanguine nomen emat.

Nomen æternum tenere. Virg. 6. Aeneid. 47.
-æternumque tenet per secula nomen.

Nox æterna. Virg. 10. Aenei. 148.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus in æternam clauduntur lumina noctem.

Opus æternum. Ouid. 3. de Art. amand. 83.
Sed fame inuigilare muat, quis nosset Homerum,
Ilias æternum si latuisset opus? Id est, semper victurum.

Pacem æternam exercere. Virg. 4. Aeneid. 20.
Quin potius pacem æternam, pactosque Hymenæos
Exercemus?

Pergama æterna. Virg. 8. Aeneid. 8.
O sate gente deûm, Troianam ex hostibus vrbem
Qui reuehis nobis, æternaque Pergama seruas. Hoc est, nunquàm famam neque nomen suum perditura.

Posteritas æterna. Ouid. Epist. 15. 76.
Tu quoque si totus de te contenderit orbis,
Nomen ab æterna posteritate fera.

Quies æterna. Seneca Agamem. 7. 1. & miseros libera mors voce: Portus æterna placidus quiete.

Regna æterna. Lucan. lib. 1. 7. -magnoque æterna parantur Regna deis
Sacerdos æterna. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 5.
Sic flammas adiura pias æterna sacerdos
Surgit, & à charo fratre verenda soror.

Tempus æternum. Lucre. lib. 3. 198.
Respice iter quàm nil ad nos antea acta vetustas
Temporis æterni fuerit, quàm nascimur antè.

Ex æterno tempore. Cic. lib. 1. de Finib. 17. Eumque motum atomorum nullo à principio, sed ex æterno tempore intelligi conuenire.

Ver æternum: Id est continuum & immutabile. Ouid. 1. Metamor. 19.
Ver erat æternum, placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.

Vesta æterna. Vide, Ignis æternus.

Aeterna virtus. Sallust. in Catil. Virtus clara, æternaque habetur.
Virtutem æternam vocat, quia parit immortalitatem: id est, perpetuam famam & gloriam apud homines.

Vitam æternam dare. Virg. 12. Aeneid. 174.
Quò vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? Hoc est immortalitatem.

Vulnus æternum seruare. Virg. 1. Aeneid. 8.
Quum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus
Hæc secum.

¶ Perpetuus & æternus. Cic. lib. 1. de Nat. Deorum. 58.
Idemque etiam legis perpetuæ & æternæ vim, quæ quasi dux vitæ & magistra officiorum sit, Iouem dicit esse.

Aeternus, & Sempiternus, pro eodem. Cicc. post reditum in Senatu. 31.
Quòd si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrarer: mortem ipse potius, quàm sempiterno dolore multassem.

Aeternior, comparatiuus. Plin. li. 14. cap. 1. 1. Nec est ligno vlli æternior natura. Pro durabilior & minus corruptibilis. Idem de Cedro. Nulli æternius lignum.

Aeternitas, (ἀιδιότης,) Tempus sine carens Plin. lib. 13. cap. 5. 1. Materiæ vero ipsi æternitas. Quasi perpetua duratio. Hoc est, materia illa nulli obnoxia est corruptioni. Cicero de Natu. Deorum. 32. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circunscriptio temporum metiebatur.

Ad memoriã æternitatis. Cic. 14. Philip. 408. Nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed cõtectos publicis operibus atque muneribus eaque extructione quæ sit ad memoriam æternitatis, ara virtutis.

Immortalis æternitas. Cic. de Vniuersitate. 8. Neque æternitate immortalis contioetur.

Ab omni æternitate. Cic. lib. 1. de Diuinat. 50. Est enim ab omni æternitate repetita diuinatio. Et lib. 2. 28. Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore eique potest esse fortuna?
Rursum lib. 1. 188. Animus vixit ab omni æternitate.

Ex oi æternitate. Cic. 1. de Diui. 27. Aut si negas esse fortunã, & oia quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fatali ter. Ide li. 1. 204. Fatũ est ex oi æternitate fluens veritas sempiterna.

In omni æternitate. Cic. 1. de Nat. Deor. 61. Ordo autẽ syderũ, & in omni æternitate constantia, neque naturã significat: est.n. plena orationis, neque fortunam, quæ amica veritati, constantiam reiecit.

Donare æternitatem alicui. Cic. in Pisonem. 4. Mihi populus Romanus vniuersus illa in concione non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donauit.

Aeternitate donare. Immortalem facere. Plin. lib. 2. cap. 7. Nec mortales æternitate donare.

Mandare æternitati. Vide MANDO.

Aeterno, æternas, (ἀϊδιόω, ἀϊδιωτίζω,) æternare. Varro rerum humanarum lib. 2. Literisque ac laudibus æternare. Verbum antiquum est pro æternum & immortale facere. Hora. 4. Carm. 14. 1.
Quæ cura patrum, quæve Quiritium
Plenis honorum muneribus tuas
Auguste virtutes in æuum
Per titulos memoresque fastos Aeternet?

Aeternò, (ἀϊδίως) aduerbium, idem quod æternũ. Plin. lib. 2. cap. 107. 1
Viret æternò hunc fontem igneum contexes fraxinus.

Aeternum

Aeternum ædoerbium, pro semper. Virg. -Manet, æternúmq; manebit. Idem. 6. Aeneid. -sedet æternúmque sedebit Infelix Theseus. Idem. 1. Georg. -glebaque verlis.

Aeternum frangenda bidentibus. Id est, perpetuò, semper. Seruius. Idem. 6. Aeneid. Aeternúmque locus Palinuri nomen habebit. Hoc est, ad finem vsque mundi.

AETHALIA insula, (αἰθαλία,) ex Strabonis lib. 5. descriptione, non procul abest à Corsica & Sardinia: qui etiam ferri Aethalici meminit ibidem his verbis: Ferrum laborari vidimus, quod ex ipsa vehebatur Aethalia: quod si in eius insulæ fornacibus concoquatur, in massam compingi non potest. Mox igitur ab effossoribus defertur in cõtinentem. Hoc admiratione dignum habet insula, vt exhausta effossionibus loca, temporibus rursus repleta cernantur. Sicut de Rhodi Platamonibus, & de Pari insulæ marmore prõditum est. Idem apud Indos de sale Clitarchus asserit. Diodorus Siculus lib. 6. cap. 4. Sequuntur post Liparam insolæ ad Tyrrhenum pelagus sitæ: in quibus vna est nomine Aethalia, Populoniæ opposita vrbi, distans à continenti stadiis fermè centumque id nomen ab Aethalio, qui ei præfuit, duce sortita est. In ea effoditur petra, ex qua ferrum exuditur. Incidunt enim id metalli genus, quo abundat insula: inde ex faxis in fornacibus decoctis ferrum liquefactum in frusta partiuntur, magnis spongiis similia: quæ postmodum mercatores ad emporia deferunt.

AETHALIS, (αἰθαλίς,) vel Aethalides, Præco, Mercurii filius: cui quandoque inter mortuos, quandoque inter viuos esse licere concessum est, vt est author Apollonius primo Argonaut. Volaterranus libro. 33. Refert Heraclides Ponticus, Pythagora de se dicere solitum, quòd fuisset aliquando Aethalides, ac Mercurii filius putatus esset: Mercuriumque optasse illum, vt peteret præter immortalitatem quod vellet. Petiisse igitur, vt viuens, & vita functus, omnium quæ contingerent memoriam haberet. Itaque in vita meminisse omnium, eandemque memoriam & post mortem seruasse, atque ab quanto pòst in Euphorbum venisse, atque à Menelao fuisse vulneratum. Euphorbus autem dixit se aliquando Aethalidem fuisse, atque à Mercurio prò munere accepisse, vt anima illius perpetuo errore vagaretur, & in quas vellet arbores vel animantes commigraret, & quæ apud inferos anima omnia perpessa esset, ac cæteræ animæ quæ iam patiatur. Postea verò quàm Euphorbus diem obiit, ingressam in Hermotimum ipsius animamque & ipse quum fidem vellet facere, Branchidas petuning tellusque Apollinis templum, ostendit clypeum quem illic Menelaus affixerat. Vbi autem & Hermotimus vita functus est, rursus in Pyrrhum Delium piscatorem migrasse illumque omnia memorasse, vt primùm Aethalides fuerit, postea Euphorbus, deinde Hermotimus, ac postremò Pyrrhus effectus sit: tac deinceps post Pyrrhum factum esse Pythagoram, omniumque memuisse quæ prædiximus. Author Laertius lib. 8. in Pythagora.

Aether, ætheris, pen. corr. m. g. fine plurali, (αἰθήρ,) Sunt qui æthera pro elemento ignis accipiant: inter quos est Anaxagoras. alii pro aere. Aristoteles lib. 1. Meteorologias, hoc nomine cœlum intelligit: dictum, vt ipse putat, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν: vt alii, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, à perpetuo motu. Apuleius, Aetheris (inquit) appellatione, cælum ipsum, stellæque, omnesq; syderea compago intelligitur: non, vt quidam putant, q; igneus sit, & mendosi sed q; curribus rapidis semper rotetur. Cic. 1. de Nat. deo. 45. Astra, quæ oriuntur in ardore cœlesti, qui æther vel cœlum nominatur. Paulo pòst, In æthere astra gignuntur. Ibidem, Sydera æthereum locum obtinent. Libro eode. 176. In æthere autem astra voluntur. Rursum. 140. Restat vltimus, & à domicilio nostris altissimus, omnia cingens & coercens cœli complexus, qui idem Aether vocatur, extrema ora & determinatio mundi.

Aether ex aere gignitur. Cic. 2. de Nat. deo. 120. Et quum quatuor genera sint corporum, vicissitudine eorum mundi natura est continuata. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aëre æther: deinde retrorsum vicissim ex æthere aer, inde aqua, ex aqua terra infima.

Aether. Seruius in commentariis in Virgilium, æthereum tribus ferè modis accipit. Pro igne, id est, supremo elementorũ pro aere, & pro Iouem quem & ipsum dicit æthereum esse. Cæterum hoc vnum constanter asserit, quòd æther propriè sit ignis.

Aether, pro Ioue. Lucret. lib. 1. 51.
Postremo perennat imbres: vbi eos pater æther
In gremium matris terrai præcipitauit. In eandem sententiam Virgilius in. 2. Georgicorum.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit. Vbi Seruius, Aether inquit, non habet plumas: vnde æthei em pro Ioue accipimus. cui tribuuntur aër, & æther: quæ duo multa terræ & humori, vniuersa procreant. Idem Seruius in. 1. Aeneid. Physici Iouem æthereum, id est ignem volunt intelligi: Iunonem verò aërem. Sic ipse alibi non semel. Vnde & Cleanthes & Zeno æthereum putarunt summum deum esse. Cicc. 1. de Natu. deo. 52. de Zenone loquens, Atque hic idem alio loco æthera Deum dicit esse. Idem. 4. Academ. 227. Zenoni & reliquis ferè Stoicis æther

videtur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur.

Aether pro aere. Virgil. 1. Georg. -Raptim secat æthera pennis. Idem 1. Aeneid. Et crebris micat ignibus æther. Vbi Seruius, Aetherem hoc loco pro aere posuit. Nubes enim vnde & fulmina, aeris sunt, non æthe ris. & Virgilius frequenter duo ista confundit.

Aetherem pro cœlo ponit Ouidius, secutus Aristotelem,
Sic habites terras, & te desyderet æther.

Aether pro dis, ætherem, hoc est cœlum incolentibus. Claud. 3. de rapt. Proserpin. 41. -Phlegra nobis infensior æther. Hoc est, multo magis sunt irati nobis dii, quàm gigantes.

Aether, pro lumine. Valer. 5. Argonaut. 37.
-simul æthere plena coruisco
Pallas, & alipedum Iuno iuga fistit equorum.

Aether & dies, parentes Coeli. Cœli verò Saturni. Cic. 3. de Nat. deo. 59.

Flamma ætheris. Cicc. 2. de Natu. deorum. 177. Quod astrorum ignis & ætheris flamma constet.

¶ Abditus tenebris æther, Id est obscuratum cœlum caliginibus. Senec. Agamem. 718.

Albus æther. Catull. de Berecynthia & Aty 8.

Altus æther. Virgil. 3. Georg. 72.

Tum sol pallentes haud vnquam discutit vmbras:
Nec quum inuectus equis altum petit æthera. Hoc est, quum tendit ad Cancrum: ad quem quum peruenit, altius ascendere non potest.

Altus æther, Hoc est aer. Virgil. 4. Georg. 161. de apibus,
-æthere in alto
Fit sonitus: magnum mistæ glomerantur in orbem.

Altus æther, pro cœlo alto. Virgil. 12. Aeneid. 37.
Fontesque, fluuiosque voco, quæque æthertis alti Religio.

Apertus æther, Aer. Virgil. 1. Aeneid. 119.
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.

Arduus æther, Aer. Virgil. 10. Aeneid. 20.
-eo dicente deûm domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther.

Ater æther. Valer. 1. Argonaut. 17.

Attritus æther. Stat. 1. Thebaid. 70.
-nec non abrupta tremiscunt
Fulgura, & attritus subita face rumpitur æther. Hoc est, aer.

Aurus æther. Stat. 5. Thebaid. 3.

Aureus æther, pro cœlo splendido. Ouid. 13. Metamorpho. 118.

Clarus æther, Senec. Herc. furent. 3. 41.

Concussus æther mugitibus. Virgil. 3. Georg. 29.
-furit mugitibus æther Concussus, syluæque.

Diffusilis æther. Hoc est, agitabilis, qui in omnes partes agitari potest & diffundi. Lucret. lib. 5. 94.
Sic igitur tum se leuis ac diffusilis æther
Corpore concreto circumdatus undique sepsit.

Gelidus æther, Virgil. 8. Aeneid. 6.

Igneus æther. Valer. 1. Argonaut. 124.
-vasto pariter ruit igneus æther
Quum contra, picisque premit nox omnia cœlo.

Ignifer æther. Cicc. in Arat. 11.
Ar propter se aquila ardenti cum corpore portat,
Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis. Lucret. lib. 5. 100.
-Inde æther ignifer ipse.

Immensus æther. Cic. lib. 2. de Natu. Deor. 132. Aerem amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus. Lucanus libr. 1. 12.
Aetheris immensi partem si presseris vnam.

Impulsus æther sonitu. Lucan. lib. 1. 31.

Incertus æther ducit nubila. Valer. 1. Argonaut. 63.

Innubilus æther. Lucret. lib. 5. 6.

Lœuus æther. Stat. 5. Thebaid. 562.
Non maris incursu, non hoste, nec æthere læuo
Perdidit vna omnes orbata. Hoc est, sinistro cœlo, Diis aduersis.

Lætus æther. Claud. in præfatione tertii libri 4.
Quàm lætus post bella Iouem susceperit æther

Phlegrææ refereus præmia militiæ.

Leuis æther. Virgil. 1. Georgic. 32. Quacunque ille leuem fugiens secat æthera pennis.

Liber nubibus æther, Id est serenus. Lucan. lib. 3. 105.

Liquidus æther, sine aer. Virgil. 7. Aeneid. 13.

Longus æther. Stat. 10. Thebaid. 91.

Mitior æther. Claud. de bel. Gildon. 31. Quid me temperies inuit? quid mitior æther?

Nitidus æther. Valer. 3. Argonaut. 94.

Perlucens æther. Vide, Tenuis ac perlucens æther.

Peruius æther, Id est aer penetrabilis. Quid. 6. Metamorpho. 131.
-veni nec puppe per vndas,
Nec pede per terras patuit mihi peruius æther. Hoc est, aer penetrabilis.

Prouidus æther. Hoc est deorum prouidentia Claud. 4. Panegy. 71.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rapidus æther. Lucret.lib.5.104.
Sacer æther. Ouid.1.Metamorpho.51.
Sed timuit ne forte sacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas.Hoc est,cœlum.
Serenus æther.Lucan.lib.1.12.
Significr æther.Lucret.lib.5.92.
Stellatus æther. Valer.2.Argonaut.9.
Summus æther.Cœlum.Ouid.in Ibin.15.
Ipsáque tu tellus,ipsum cum fluctibus æquor,
Ipse meas æther accipe summe preces.
Tenuis ac perlucens æther. Cic.lib.2.de Natu.Deor.79. Non est enim ætheris ea natura,vt vi sua stellas complexa cõtorqueat. Nam tenuis ac perlucens & æquabili calore suffusus æther non satis aptus ad stellas continendas videtur.
Tenuissimus æther.Cic.lib.2.de Natur.Deor.59.Sydera autem ætherium locum obtinentquoniam tenuissimus est,& semper agitatur & viget,necesse est quod animal in eo gignatur,id & sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse.
Vastus æther,Aer. Virgil.5.Aeneid.163.
Grauitate carens æther.Ouid.1.Metamorpho.14.
Hæc super imposuit liquidum & grauitate carentem
Aethera,nec quicquam terrenę fæcis habentem.
Ferit æthera clamor nauticus. Virgil.5.Aeneid.28.
Mulcere æthera cantu,dicuntur volucres assuetæ ripis.Virg.7.Aenei.7.
Obscurare æthera pennis dicuntur volucres.Virg.12.Aeneid.451.
Obumbrare æthera telis.Virg.12.Aeneid.117.
Onerare æthera votis.Virg.9.Aeneid.5. -& sic effatus ad vndam
Processit,summóque hausit de gurgite lymphas,
Multa deos orans,onerauitque æthera votis. Hoc est, diis cœlum ætherium colentibus multa pollicitus est vota.
Purgatus æther,discussis nubibus.Sillius,lib.12.128.
Resonat æther clamoribus.Virgil.5.Aeneid.46.
Verberare alis æthera.Virgil.11.Aeneid.151.
Aethra,æthræ,(ἀήθρα,) pro æthere vel aere:poeticũ est.Virg.12.Aen.450.
Nanque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra. Id est aere.
Idem 3.Aeneid.117.
Nam neque erunt astrorum ignes,nec lucidus æthra
Syderea polus. Vbi Seruius.Aethera syderea,per æthram sydeream: hoc est,per splendorem ætheris. Sane æther est ipsum elementum: æthera verò splendor ætheris.Potest & æther & æthera vnum esse:vt nunc sit pro æthere sydereo. Hęc ille.Est autem ethra Latinè forma tum ab accusatiuo Græco ethera per syncopen. Cic.2.de Natu.deorum 175. Aerem complexa summa pars cœli quę Aethra dicitur,& suum retinet ardorem tenuem,& nulla admistione concretum,& cum aeris extremitate coniungitur.
Albens æthra.Sil.Ital.lib.5.57.
Aethra flammnea,id est (vt puto) flammea.Illius in Theutrante apud Macrobium lib.6.Saturnal.cap.4.
Flammineam per æthram altè feruidam ferri facem.
Lenis æthra. Valer.Flac.6. Argonaut. ad finem. Erigitur paulum leni raptatus in æthra.
Liquida æthra,id est,purus aer. Sil.Ital.lib.4.21.
-liquida non vllis nubibus ęthra.
Rubra ęthra.Ennius apud Macrobium lib.6.Saturna.cap.4.
-interea fax Occidit,Oceanumque rubra tracti,obtexit æthra. Virgil.12.Aeneid.450.Nanque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra.
Aethereus siue ætherius,adiectiuum,(αἰθέριος,) vt,Cœlum ætherem dicitur,siue Olympus ęthereus pro cœlo.Virgil.8.Aeneid. Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo. Cic.2.de Natu.deorum 59. Syderа autem æthereum locum obtinent. Locum ętherеum pro cœlo dixitquæ est stellarum sedes. Martial.lib.9.38.
Destinet ætherius cui sua ferta pater.Id est Iupiter.
Arcti ętherеę.Senec.Thyeste.5.15. -ętherеas prius
Perfundet Arctos pontus.
Ars ętherea,pro diuinatione.Stat.6.Thebaid.76.
Ars ętherea,Cœlum.Ouid.4.Trist.eleg.3.6.
Astra ętherea.Virgil.5.Aeneid.167.
Aura ętherea vesci,pro viuere.Virg.1.Aeneid.110.
Axis ętherius.Cœlum.Ouid.3.Fast.74.
Cursus ętherius.Virgil.6.Aeneid.197.
Iam medium ętherio cursu traiecerat axem.
Dea ętheria,pro Pallade,quòd in ęthere,hoc est,in cœlo habitet. Ouidius 6.Fast.86.
Domus ętherea,Cœlum.Horat.1.Carm.3.6.
Haustus ętherei.Virgil.4.Georg.45.
Esse apibus partem diuinę mentis,& haustus Aethereos dixêre.
Vbi Seruius,Haustus ęthereos,hoc est,dominos spiritus.
Ignes ætherii,Cœlestes,hoc est syderales.Lucret.lib.2.220.
Iter ętherеum pede carpere.Ouid.1.Fast.18.

Lux ętherea.Senec.Hippolyt.8.6.
Nube ætherea condere.Ouid.15.Metamorpho.161.
Pater æthe ius.Hoc est Iupiter.Stat.3.Sylu.1.22.
Pax ætherea.Valer.2.Argonaut.17.
Plaga ætheria.Hoc est aeris regio.Virgil.1.Aeneid.80.
Sedes ætherеas sperare.Ouid.5.Metamorpho.70.
Solibus ætherеis altóque recandunt æstu.Ouid.1.Metamorpho.88.
Trophæa ætherea,Cœlestia,& honori deorum dicata.Claud.3.de rapt. Proserp.71. -ætherеisque nephas nocuisse trophæis.
Vertex ætherеus,Altus.Tibul.1.eleg.7.3.
Quantus & ætherео contingens vertice nubes,
Frigidus intonsos Taurus arat Cilicas.
Via ætherea.Ouid.15.epistо.15.
Vindex ætherеus,Iupiter.Ouid.in Ibin.96.
¶ Aethereum semen,id est diuinum.Virgil.7.Aeneid.56.
AETHEREA,quæ postea dicta est Aethiopia.Plin.lib.6.cap.30. Aetherios Aetiopas nominat Strabo libro 2.
AETHICES,populi Macedoniæ,quorum meminit Homerus in catalogo.Aethinces vocat Strabo lib.9.
AETHICI,Thessaliæ populi,accolæ Pindi.Strabo lib.7.
AETHIOPE,insula est maris Oceani,Macaria antè appellata,vt tradit Plinius libro 5.cap.31.
AETHIOPIA,(αἰθιοπία,) pars Africæ,torridæ zonæ subiecta,inter Arabiam & Aegyptum. Sic autem dicta est ab Aethiope Vulcani filio,vt author est Plinius lib.6.cap.30.prius dicta est Aetheria,deinde Atlantia,tandem Aethiopia.
Aethiopiæ duæ sunt,vna circa ortum Solis:altera circa Oceanum,in Mauritania.Et dicta Aethiopia,à colore populorum,quos Solis vicinitas torret. Hæc Seruius in illud 4.Aeneid.97.
Oceani finem iuxta,Solemque cadentem,
Vltimus Aethiopum locus est,vbi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Plinius lib.5.cap.8. Verissima est eorum opinio,qui desertis Africæ duas Aethiopias superponunt,& ante omnes Homeri,qui bipertitos tradit Aethiopas,ad orientem,occasumque versos. Idem tradit Strabo lib.1.
Aethiopia æstiuos nubes non habet.Proinde in ea,omni ferunt mense vt in Aegypto & India.Plin.lib.17.cap.18.
AETHIOPS,(αἴθιοψ,) Vulcani filius:à quo quum omnis gens eius regionis quæ postea Aethiopia dicta est,appellaretur Aetheria,& deinde Atlantia,postremo ab isto Aethiope,Aethiopia nuncupata est:nõ parum quidem argumentum,eum potentissimum fuisse hominem, author Plinius lib.6.cap.30.
Aethiops,Aethiopis,penul.corre.Qui ex Aethiopia est:qui & Aethiopicus,& Aethiopus dicitur secundum Seruium& Aethiopissa fœmina.
Aethiopes,vt plerique volunt,nomen habent ab αἴθω cremo.& ὤψ aspectus:quòd Solis vicinitate torreantur.Sunt tamen,qui sic dictos putant,quòd eorum oculi frequentibus venulis ex calore sint sanguinei. Author Vadianus in lib.3.Pomp.Melæ.
Aethiopum literæ sunt variis animantibus,extremitatibusque hominum,atque instrumentis,sed præcipuè artificum,persimiles. Nõ enim syllabarũ cõpositione,aut literis verba eorum exprimuntur,sed imaginum formis earum significatione vsu memoriæ hominum traditis. Scribunt quidem accipitrem,crocodilum,serpentem,hominis oculum,manus,faciem,& cætera eiusmodi. Accipiter rem denotat eò factam,quoniam hæc aliarum fermè omnium auis sit velocissima. Crocodilus malum significat. Oculus,iustitiæ seruator,& totius corporis interpretatur custos. Dextera manus passis digitis,liberalitatem designat. Sinistra vero compressis & contractis,tenacitatem atque auaritiam. Diodorus Siculus lib.4.cap.1.
Aethiopas vicini syderis vapore torreri,adustisque similes gigni,barba & capillo vibrato,non est dubium. Plin.lib.2.ca.78. Strabo lib.15.hæc de re differit amplissimè. Cœlius quoque Antiqu.lect.lib.9.cap.15.
Rubentes Aethiopes:quia iuxta mare rubrum sunt,ait Lactant. Stat.5. Thebaid.86.
Aethiopus lectum est:sed tantum Aethiops dicimus. Seruius in illud 7. Aeneid.121.Hyrcanisve,Arabisve parant.

Aethiopis, pe.corr.æthiopidis,pe.corr.f.g.(αἰθιοπὶς,) Herba magica,nascens in Aethiopia,in Ida quoque monte Troadis,& in Messenia.Plin.lib.27.cap.4.Aethiopide herba dicunt flumen ac stagna siccari coniectu,tactu clausa omnia aperiri.Plin.lib.26.cap.4. Ide lib.24.ca.17.tradit Aethiopida in Meroe nasci,ob id & Meroen dem appelluri,folio lactucæ,hydropicis vtilissimam è mulso potam.
AETHLIVS,Iouis filius,& pater Endymionis,vt tradit Hesiodus.
AETHON,(αἴθων,) vnus ex equis Solis:sunt enim quatuor primus,Pyroisseeundus,Eous tertius,Aethon quartus,Phlegon. Alii aliis etiam nominibus appellant,vt scribit Bocatius lib.4.Ouid.2.Metamor.31.
Interea volucres Pyrois,Eous,& Aethon
Solis equi,quartusque Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent,pedibusque repagula pulsant.

Est &

Est & Aethon nomen equi Pallantis,apud Virgilium lib.11.Aeneid.
Iam funebri pompa Pallantis,
Post bellator equus,positis insignibus Aethon
It lachrymans,guttisque humectat grandibus ora. Seruius,Aethon nomen equi,quo & Auroræ equus vocatur. Apud Homerum iugalis est equus Hectoris:apud Claudianum Plutonis,ad finem libri secundi de raptu Proserp.
Aethon præterea nomen est peoprium viri,qui pedendi vitio ita laborabat,vt in templo Capitolino abstinere non potuerit. Sed affectus hoc supplicio vt triduò cœnauerit domi,didicit cõprimere nates,ne eadé pœna iterũ afficeretur:mensa alienа victitabat.Mart.lib.12.
Multis dum precibus Iouem salutat
Stans summos resupinus vsque in vngues
Aethon,in Capitolio pependit.
Referunt comites:sed ipse diuũm
Offensas genitor,trimoctiali
Affecit domicœnio clientem,&c.
AETHRA,(αἴθρα,) Pitthei filia,Thesei mater. Author Diodorus Siculus lib.5.cap.5.Ouid.in Ibin.116.de Hippolyto Thesei filio,
Vtque nepos Aethræ,Veneris moribundus ob iram
Exul ab attonitis excutiaris equis.
¶ Fuit & alia huius nominis,præcipua comes Helenæ. Ouidius in epistola Paridis.52.
Et comitum primas Clymenenque Aethrámque tuarum,

Aethra, pro Aethera.Vide AETHER.

AETHRAEA,insula quæ nunc Rhodos dicitur.Plin.lib.5.cap.31.
AETHRIA,insula maris Aegæi non procul à Lemno,aliquando dicta Aetia,postea Thasos.Plin.lib.4.cap.12.
Aethria,vrbs quæ postea dicta est Atria,à qua mare Atriaticum,quod nunc Adriaticum.Atria,inquit Stephanus.Etruscorum,à Diomede condita est,Aethria primò nominata.Hunc & Etruscos dictos credidерim,ait Hermolaus in Plin.lib.3.cap.16.
AETHRVRIA.Vide HETRVRIA.
AETIA,Aetiorum,(αἰτία.) Liber à Callimacho poeta conscriptus:de quo Martialis lib.10.Epigram.4.
Sed non vis Mammurra tuos cognoscere mores,
Nec te scire:legas Aetia Callimachi. Nam præter alia,Callimachus Aetia quoque scripsit:quo poemate sacrorum ritus & caulas complexus est:vnde nomen. Seruius Aeneidos.1.Maronis verba declarans. -cur dextram iungere dextræ Non datur:
Maiorum(inquit)hæc fuerat salutatio,cuius rei τὸ αἴτιον,id est causam Varro Callimachum secutus exposuit. Et alibi carmen illud enarrans,in tertio:Vnde etiam templo Triuiæ lucisque sacratis Cornipedes arcentur equi.Seruius ait,Exponit τὸ αἴτιον. Nam Callimachus scripsit Aetia.Prisciamus quoque Callimachi versum citat ex Aetiis libro primo.Allusit ad hoc etiam Naso,quum suos Fastos sic incepit,
Tempora cum causis Latium digesta per annum,
Lapsáque sub terras,ortaque signa canam. Quippe αἴτιον causam significat:& Aetia eodem pene argumento,quo nostri Fasti,constabant. Ex Iano Parrhasio in lib.5.Claudiani de rapt. Proserp. Domitius tamen apud Martialem legit Ethia,interpretaturque de opere Callimachi in Ibin.

Aetiologia, (αἰτιολογία,) Latinè,Causæ redditio dicitur.Quintil.lib.1.cap.15.Sententiæ quoque & Chriæ,& Aetiologiæ,subiectis dictorum rationibus,apud Grammaticos scribuntur,quia initium ex lectione ducunt. Quorumnonnullis similis est ratio,forma diuersa:quia Sententia,vniuersalis est vox,Aetiologia personis continetur.

Aetites, aetitæ masc.gen.(αἰτίτης,) Plin.lib.36.cap.22.Aetites lapis ex argumento nomnis magnam famam habet. Reperitur in nidis aquilarum. Aiunt binos inueniri,marem & fœminam:nec sine iis parere aquilas. Genera eorum quatuor. Paulo pòst, Aetitæ omnes grauidis adalligati mulieribus vel quadrupedibus in pelliculis,scarificati vteri animalium cõtinent partus,non nisi parturiant remouendia:hoc qui vulnæ excidunt. Idem lib.37.cap.11. Aetites nomen habet à colore aquilæ candicante cauda. Rursum lib.30. cap.14.Lapis Aetites in aquilæ repertus nido,custodit partus contra omnes abortuum insidias. Libro quoque.10.cap.3.Tribus primis & quinto aquilarum generi inædificatur nido lapis Aetites,quem aliqui dixere Gagatem,ad multa remedia vtilis,nihil igne deperdens. Est autem lapis iste prægnans:intus quum quatias,alio velut in vtero sonante.Sed vis illa medica non nisi nido direptis.
AETIVS,(Αἴτιος,) quadrisyllabum,nomen authoris in medicina,cuius sedecim libri extãt,& quædam epistolæ. Dictus Aetius,id est aquilinus,ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ:nam ἀετὸς,aquila dicitur. Fuit ex Antiochia Syriæ,discipulus Eunomii,tempore Constantini magni Imperatoris. pauper natus ab initio aurificinam ob inopiam exercuit. Paulo pòst ob nobilis præceptoris commoditatem,qui nuper è Tyro venerat,fese literis & eloquentiæ studiis tradidit. Quumque esset Christianus,& à Leontio præsule Antiocheno diaconatus ordini adscitus esset,Eunomianorum,Arrianorumque sectę se addixit. Quapropter Atheos vocatus,& ex Antiochia pulsus est.Eius vitam Eunapius author Græcus prosequitur.Volaterranus lib.15.

AETNA,(αἴτνα,) mons nocturnis mirus incendiis Crater eius patet ambitu stadiorum viginti.Fauilla Tauromínium & Catanam vsque peruenit feruens:fragor vero ad Maronen & gemellos colles.Plin.libro 3.cap.8. Idem lib.2.cap.103.ad finem,tradit Aetnam flagrare in tantum,vt quinquagena & centena millia passuum arenas flammarum globos eructet:ad eius tamen radices exilire scaturigines:eáque fontes. Vide Strabonem lib.6.& Solinum lib.11.
Aetnam montem constat ab ea parte qua Eurus & Africus flant,spelucas habere plenas sulphuris,& vsque ad mare deductas. Hę spelunсæ recipiétes in se fluctus,ventum creãt:qui agitatus ignem gignit ex sulphure.vnde est,quod videtur incendium. Hoc autem verum esse illa comprobat ratio:quia & aliis flantibus ventis,nihil ex se emittit:& pro modo flatuum Euri vel Africi,interdum fumum,interdũ faullas, nonnunquam cuomit incendia.Hæc Seruius in illud 3.Aeneid.114.
-sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis:
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo,& candente fauilla:
Attollitque globos flammarum,& sydera lambit.
Interdum scopulos,auulsaque viscera montis
Erigit eructans:liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat,fundóque exæstuat imo.
Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac,ingentemque insuper Aetnam
Impositam,ruptis flammam expirare caminis:
Et fessum quoties mutat latus,intremere omnem
Murmure Trinacriam,& cœlum subtexere fumo. Quem locum scribit Macrobius Saturn.lib.5.cap.17.& Gellius lib.17.cap.10.ex Pindaro depromptum à Virgilio,citantq; ipsius Pindari carmina.
Aetna,Athon.Prouerbium de re admodum molesta dici solitum.
Aetnam & Athonem montes in molestiæ tædiúque prouerbium abisse, testatur Lucilius apud Gellium lib.16.cap.9.Vt aiunt,Montes Aetnæ omnes atque asperi Athones. Aetna quippe Enceladum gigantem sua mole premit,iuxta poetarum fabulas.Est etiam ob crebra incendia grauis ac perniciosus accolis. Vnde & Cic.in Catone maiore 4.dixit.Onus Aetna grauius sustinere.Athon verò,siue Athos,ob ingentem celsitudinem,sua vmbra molestus est,quam in Lemnum vsque trecentis distiram stadiis mittit.Obstat & naugantibus,quòd toto lõgi dorso procedat in pelagus,qua continenti adhæret.Vnde & à Xerxe perfossus.Ex Eraf.Chiliad.
Alta Aetna.Ouid.4.Fast.99.
Fera Aetna.Propert.lib.3.eleg.2.1.
Quinetiam Polypheme fera Galathea sub Aetna
Ad tua rorantes carmina flexit equos.
Grauis Aetna,id est ponderosa.Claudia.in præfatione Panegy.4.
Ignea Aetna. Ouid.15.Metamorpho.68.
Ignifera Aetna.Stat.1.Achilleid.98.
Imperus Aetnæ furit ignibus.Lucret.lib.2.120.
Ingens Aetna. Virgil.3.Aeneid.116.
Rapida Aetna.Ouid.lib.5.Trist.eleg.3.7.
Vel rapidæ flammis vrar patienter in Aetnæ.
Sicana Aetna.Horat.Epod.17.7.
Nesi cruore,nec Sicana feruida Vrens in Aetna flamma.
Sicanus Aetna.Id est,Sicula.Ouid.in Ibin.120.
Sicula Aetna.Lucan.lib.1.108.
Trinacria Aetna.Virgil.3.Aeneid.111.
Typhois Aetna,à Typhoeo gigante sub Aetna sepulto. Ouid.in epistola Sapphus 3.
Aestuat Aetna. Virgil.in Aetna.
Ardens Aetna. Horat.de Arte Poet.94.
Exeandescit Aetna. Virgil.in Aetna.
Feruens Aetna. Senec.in Thyeste.788.& Virgil.in Aetna.
Fumans Aetna. Stat.11.Thebaid.1.
Immogit Aetna cauernis. Virgil.3.Aeneid.154.
Redundans Aetna. Claudian.in epigram.de piis fratribus,
Ipse redundantem frænauit Mulciber Aetnam,
Læderet exempli ne monumenta pii.
Vndans Aetna. Virgil.1.Georg.94.
-quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam:
Flammarumque globos,liquefactáque volucre faxa?
Vaporifera Aetna. Stat.6.Thebaid.144.
Aetnæus,adiectiuum,(αἰτναῖος.)
Camini Aetnæi,Id est Crateres,vel fornaces Aetnæ montis.
Senec.in Hercule Oetheo.9.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Feret Aetnæos inde camino.
Cyclopes Aetnæi. Virgil.4.Aeneid.87.
Tollite cuncta,inquit,cœptosque auferte labores
Aetnæi Cyclopes:& huc aduertite mentem.
Deus Aetnæus,Vulcanus.Valer.Flac.2.Argonaut.84.
Fratres Aetnæi,Cyclopes.Virgil.3.Aeneid.135.
Fulmen Aetnæum.Ouid.li.3.de Arte Amandi.97.fabulantur enim poetæ Vulcanum & Cyclopas Ioui fulmen in Aetna fabricare.
Ignes Aetnæi,id est tam magni,quantos habet Aetna,inquit Seruius.Virgil.7.Aeneid.157.
Pastor Aetnæus,Polyphemus.Ouid.in Ibin.55.& lib.2.de Ponto, eleg.2.13.Meminit & 13.Metamor.166.& Virg.3.Aeneid.131.
Tellus Aetnæa,Sicilia Ouid.3.Metamorpho.52.
¶ Aetna,Siciliæ ciuitas,alio verbo Adranium dicta, quam fluuius eiusdem nominis alluit.Author Stephanus.
¶ Aetna,oppidum sanè exile,montem conscensuros accipit atque transmittit.Hic enim primus montis ascensus inchoat.Strabo lib.6.
¶ Aetna,vrbs Siciliæ,quæ & Catana dicta est.Strabo libro sexto, Catana sanè priscos illos amisit incolas, quum Syracusanorum tyrannus Hiero alios habitatores adduxit, eamque pro Catana appellauit Aetnam. Huius conditorem Hieronem fuisse Pindarus inquit. Post Hieronis obitum redeuntes Catanenses, inquilinos expulerunt, & ipsius tyranni tumulum solo æquarunt. Aetnæi verò excedentes, Inuesam (sic enim montanam Aetnæ oram vocant) habitandam tenuerunt, & locum Aetnam appellarunt, quæ à Catana octoginta stadiis abest.Hactenus Strabo.
AETOLIA,(Αἰτωλία,) Græciæ regio in tertio sinu Europæ,Epiro,Acarnaniæ,& Locris finitima,dicta ab Aetolo Martis filio.Ci.in Pisonẽ 72.Aetolia quæ procul à barbaris disiuncta gẽtibus in sinu pacis posita,medio fert Græciæ gremio,cõtinetur, decedens miseram perdidisti.Liu.4.Decad.lib.5.Aetolos,qui vmbilicum Græciæ incolerent.
Aetolia,penultimam corripit apud Ouidium lib.3. Amorum, eleg.5.8. Nec tanti Calydon, nec tota Aetolia tanti.Hermolaus tamen in versum illum qui legitur apud Plinium lib.35.ca.10.Marcus Ludius Elotas Aetolha oriundus,sic ait,Elotas per synalœphen legitur, elisa litera.& ad imitationem Græcorum,Aetoliæ penu'tima producitur.
Aetolicus, penult.corre.adiectiuum, (Αἰτωλικός,) Liuius 4. Decad. libro 7.Cæterum verè æstimanti, Aetolicum magis ad Thermopylas bellum,quàm regium fuit.Itecum lib.eodem, Thoãtem quoque Aetolum,concitatorem Aetolici belli dedetis.
Aetolica vestis.Plaut.Pœnulo 9.7.
Aetolus,siue Aetolius,(Αἰτωλιός,) alia adiectiua. Aetolius heros.Diomedes Tydei Aetoliæ regis filius.Ouid.14.Metamorpho.93.
Auxiliumque petit:vires Aetolius heros Excusat.
Arpi Aetoli. Virgil.10.Aeneid.6.
Atque iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis Tydides.
Vbi Seruius:De Aetolia Diomedes venit,qui Arpos in Apulia condidit.
Aetolus,vt scribit Plinius cap.50.lib.7.Martis fuit filius. Homeri autem enarrator, de Aetolo sic tradit., Aetolus filius Endymonis fuitt qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem,quæ postea ab ipso Aetolia dicta est ibique genuit filium Pleuronem,à quo vrbs Aetoliæ dicta.Huius autem duo filii fuerunt,Cures & Calydon,à quibus rursus aliis vrbibus nomina data sunt.

Aeuum, (αἰών,) Seruius. Aeuum propriè æternitatis est: quæ non nisi in deos venit.Ennius.
Romulus in cœlo cum diis genitalibus æuum
Degit. Male autem vendicauit vsus per quem dixit, longæuosque senes.Hæc ille. Vnde & Cic.1.Tuscul.44.dixit Agere æuum cum diis in cœlo id est,æternum viuere.
Aeuum sic definit Censorinus in libro de die Natali cap.5. Cæterum de æuo,quod est temporis vnum & maximum,nõ multum est quod in præsentia dicatur. Est enim immensum,sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit,semper futurum est: neque ad quenquam hominum magis quàm ad alterum pertinet. Hoc in tria diuiditur tempora: præteritum, præsens,futurum.ex quibus præteritum initio caret:exitu futurum:Præsens autem, quod medium est, adeò exiguum & incomprehensibile est, vt nullam accipiat longitudinem: neque aliud esse videatur,quàm transacti futuriique coniunctio: adeò porrò instabile, vt idem sit nunquam: quicquid transcurrit,à futuro decerpit. Hæc inter se tempora, anteactum dico & futurum, neque propria sunt, neque ita vt alterum altero longius breuiusque videatur. Quicquid enim non habet finem, collationem mensuræ non recipit. Quapropter æuum neque annorum, neque seculorum numero, nec denique vllo finito temporis modulo metiri conabor. Hæc enim ad ætatem infinitam non sunt brumalis vnius instar horæ. Hactenus Censorinus.
¶ Aeuum pro ætate. Virgil.2.Aeneid. - vos ô quibus integer æui
Sanguis,ait.Vbi Seruius, Plenam ætatem significat ex sanguine, qui non est integer nisi in iuuenibus.

¶ Aeuum,pro rebus,aliquo æuo gestis.Virgil.8.Aeneid.133.
Haud vatum ignarus,venturique inscius æui. Seruius, Non æui sed quæ in æuo erant futura. Ouidius quoque.15.Metamor.3.
- sic & senioribus vnus,
Rettulit indigenis,veteris non inscius æui.
¶ Aeuum pro tempore.Virg.8.ecloga, - æuoque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Vbi Seruius,Aeuo sequenti,id est accessu temporis.Plinius lib.10.cap.6. Vmbricius Aruspicum in nostro æuo peritissimus. Idem lib.14.cap.4. Cato illius æui confessione optimus agricola. Idem lib.7.cap.41. Vna fœminarum in omni æuo Lampido Lacedæmonia refertur,quæ regis filia,regis vxor,regis mater fuit.
Aeuo nostro accidit,Plin.lib.2.cap.13.4.
Ad hoc æui,pro ad hoc vsque tempus.Plin.lib.16.cap.4.
Aeuum,pro vita.Horat.2.Sermo.Saty.6.20.
Viue memor quàm sis æui brevis.
Confectus æuo. Virgil.11.Aeneid.17.
Ducitur infelix æuo confectus Acestes.
Flos æui. Ouid.9.Metamorpho.88.
Aeno iam grauior. Virgil.2.Aeneid.87.
Maturus æui. Virgil.5.Aeneid.15.
Metas æui transcendere.Stat.5.Sylu.3.51.
Præsens æuum.Sillius lib.17.2.
Reparator æui immensi.Stat.4.Sylu.1.3.
Robur æui.Ouid.15.Metamorpho.36.
Subruit hæc æui demoliturque prioris Robora.
Sator æui Iupiter.Sill.16.Sylu.135.
Tenor æui.Stat.3.Sylu.3.30.
Dextra bis octonis fluxerunt secula lustris.
Atque æui sine nube tenor.
Terminus æui angustus. Virgil.4.Georg.42.
Venerabilis æuo. Stat.11. Thebaid. 86. Ipse quidem regnis multum & venerabilis æuo.
¶ In æuum.Callistus in l. Libertorum, de verborum significatione, Et enim ideirco filius filiæve concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumue,diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. Id est in perpetuum.
Aequalis æuum.Vide AEQVALIS.
Aeternum æuum. Vide AETERNVS.
¶ Annosum æuum.Lucanus libro 9.72.Inuidus annoso qui famam abrogat æuo.Plin.lib.4.cap.12.
Breue æuũ.Horat.2.Car.16.4.Quid breui fortes iaculamur æuo Multa.
Canum æuum.Claud.3.Panegyr.22. - cani virtutibus æui
Materiam pandit Stilico.
Ab æno condita.Plin.lib.7.cap.43.Tribuit ei po.Rom.quod nunquam vlli alii à condito æuo,vt quoties in senatum iret,curru veheretur.
Extento æuo viuere.Hoc est in æternum.Horat.2.Carm.2.1.
Viuet extento Proculeius æuo.
Futuri æui euentura videre.Tibul.lib.3.eleg.4.10.
Grande æuum.Lucret.lib.2.130.
Quandoquidem grandi cibus æuo denique desit.
Ignauum æuum.Claud.3.de rapt.Proserpin.5.
Abduxere meas iterum mortalia curas,
Iampridem neglecta mihi,Saturnia postquàm
Otia & ignaui senium cognouimus æui.
Immensum æuum.Stat.4.Sylu.1.3.
Immortali æuo cum pace frui.Lucret.lib.2.131.
Incertum æuum.Ouid.15.Metamorpho.175.
Quum volet illa dies,quæ nil nisi corporis huius
Ius habet,incertis spatium mihi finiat æui.
Longinquo æuo omnia fluunt.Lucret.lib.2.14.
Et quasi longinquo fluere omnia cernimus æuo.
Longum æuum prorogare.Horat.de Art.Poet.70.
Hic meret æra liber Sosiis,hic & mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat æuum.
Magnum durare per æuum.Lucret.lib.5.13.
Memor æuum.Virg.9.Aeneid.93. - siquid mea carmina possunt
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.
Miserabile æuum.Virg.de litera Pythagoræ,
At qui desidiam,luxumque sequetur inertem
Dum fugit oppositos incauta mente labores?
Turpis inopsque sinul miserabile transigit æuum.
Mutabile æuum.Virgil.11.Aeneid.84.
Multa dies,variusque labor mutabilis æui.
Rettulit in melius:multos alterna reuisens
Lusit,& in solido rursus fortuna locauit.
Occulto velut æuo crescit arbor.Horat.1.Carm.12.9.
Aeuum perbreue.Vide PERBREVIS.
Perpetuum æuum.Lucret.lib.5.33.

Placidum

Placidum æuum degere.Lucret.lib.2.33.
Nam pro sancta deum tranquilla pectora pace,
Quæ placidum degunt æuum,vitamque serenant.
Aeuo sempiterno frui.Cic.de Somnio Scipionis.8. Sic habeto, Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum,vbi beati æuo sempiterno fruantur.
Senius æuum.Seneca Hipp.6.1.Fama miratrix senioris æui.
Spatiosum æuum increpare.Ouid.2.Metamor.107.
Tenerum æuum.Claud.4.Paneg.85. Quem tenero patrix comitem suscepere æuo.
Velox æuum.Seneca Hercu.furent.3.3.
¶ Agere æuum securum. Hoc est, sine solicitudine & cura viuere. Lucret.lib.5.17.
Agitare æuum sub legibus,id est viuere.Virg.4.Georg.31.
Colere vi æuum. Hoc est, vitam traducere in mutua violentia. Lucretius libro.5.1231.
Consumere æuum in curis.Lucret.lib.5.1187.
Ergò hominum genus incassum frustraque laborat.
Semper,& in curis consumit inanibus æuum.
Defunctum æuum.Claud.1.Epig.9. - tunc conditus æui
Defunctique reclusisque parens exordia formæ
Arentes tepidis de collibus eligit herbas.
Deperierunt æuo omnia.Ouid.1.Amor.eleg.15.7.
Ducere æuum per gradus.Seneca Hipp.4.19.
- propria describit Deus
Quinta,& æuum per sua duxit gradus.
Aeuis durare.Plin.lib.35.cap.14.In Africa Hispaniaque ex terra parietes æuis durant,incorrupti imbribus,ventis,ignibus.
Exigere æuum studiis virilibus.Ouid.12.Metamor.42.
Fessus æuo.Lucret.lib.3.33.
Finire æuum,id est vitam.Ouid.5.Metamor.8.
Florens æuum.Lucret.lib.5.178.
Implere æuum.Ouid.ad Liuiam.20.
Ex inexante æuo.hoc est,à principio ætatis & natiuitatis.Lucret.li.3.69.
Infractum æuum.Sillius.15.178.
Et penè latebris infracto Liuius æuo
Damnat im offertur vobis caput.
Labens æuum.Sillius lib.17.57.
Notare æuum.Virgil.3.Georg.19.
Animos,æuum,que notabis
Præcipuè. Vbi Seruius, Præcipuè ante omnia ætatem & magnanimitatem requires.
Pacifer æuum.Stat.1.Thebaid 64. -hæc æuum cupiat pro laude pacifer.Hoc est pro illo die totius vitæ suæ libenter offerre velit tempora.
Pati æuum.Vide PATIOR.
Peragere æuum.Ouid.15.Metamor.97.
Perdere æuum.Stat.1.Thebaid.28. - somnoque super,quod perditis æuum Inquit.
Prorogare æuum.Vide Æuum longum.
Rediens æuum.Vide Æui conditor.
Renouare æuum.Ouid.7.Metamor.35.
Arte mea socero longum tentabimus æuum
Non armis renouare tuis.
Senescere æuo.Lucret.lib.1.66.
Nec porrò quæcunque æuo,macieque senescunt.
Solutis annis & æuo.Ouid.8.Metamor.144.
Tardus æuum.Stat.6.Thebaid.113.
- alipedumque fugam prægressus equorum
Aut Dimas,sed tunc æuo tardante secutus.
Terere æuum Claud.3.epigram.3.
Par velut & superis,stellis qui viuidus æquat
Durando,membrisque terit redeuntibus æuum.
Transigere æuum in armis.Claud.2.epigram.1.
Vergit æuum. Plin.lib.7.cap.16.In trimatu suo, cuique dimidiam esse mensuram staturæ certum est. In plenum autem cuncto mortalium genere trimorum in dies fieri,propemodum obseruatur: rarosque patribus procreiores,continuente vbertatem feminum exultione, in cuius vices nunc vergat æuum.
Aeuitas, (αἰωνότης,) antiqui pro ætas vel annositas dixerunt. Varro Tithone,Quam voluntatem æuitatis extima artigit metam æuitas. Gellius lib.10.cap.1. Si in ius vocat,si morbus aut atque vitium est,qui in ius vocabit,iumentum dato. Hic pro annositate. Sunt autem verba ex lege XII. TABVLARVM.
AEX,(αἴξ,) mouen scopuli.Plin.lib.4.cap.11.Aegeo mari nomen dedit scopulus inter Tenedũ & Citium vertus q̃ insula, Aex nomine,à specie capræ,quæ ita Græcis appellatur,tepentè in medio mari exiliens.
AEXONES,pen.prod.populi fuerunt in Attica,dicacitate,maledicaque virulentia,& intoleranda mordacitate insignes. Cœlius Antiquiect.lib.10.cap.25.Hinc acerrimi conuitiatores, Aexones vocantur.

AEZANVS,Tantali filius,à quo Aezani populi. Author Herodianus apud Hermolaum in Plinium.
AFER,Afri.Vide AFRICA.

Affabilis, Vide AFFOR,atis.

Affabre, penul.corre.(ἁρμοδίως,) aduerbium qualitatis,id est pulchrè,vt ait Nonius.Cæterum,vt ex ipsa origine appareret,non modò pulchrè significat,sed magis etiam artificiosè. Cicc.2. Verr.9.Deum denique nullum Siculis,qui ei paulò magis affabrè atqui antiquo artificio factus videretur,reliquit.Posteritoribus verbis declarauit illius aduerbii vim ac proprietatem. Fit autem affabre ab antiquo nomine affabrum:quod,vt Festus ait,veteres dixerunt pro fabre factum.i.artificiosè factum.Scribitur antæquo more per d,Adfabre.

Affaniae affaniarum, (ἀθλιότητες,) dicto Apuleiana,pro nugis, à fando inclinatum nomẽ.Iuuenal.4.sic inquit, Hæc alias similes affanias obtrectantes,eos retrectans adducunt pagani.

Affatim, (ἐνδέως,ἐνδεῶς,) aduerbium qualitatis,primam,reste Gellio,lib.7.cap.7.acuit.Festus,Affatim dictum à copia fandi,significat abunde,inter.Liu.Affatim edi, bibi, lusi. Terentius affatim dixit,pro eo quod est ad satietatem. Seruius,Fatim,abunder dicimus;vnde & Affatim. Cic.ad Attic.lib.2.11.6. Puto enim me Dicæarcho affatim satisfecisse. Idem 2.de Nat.deor.191. Iidemque feminibus & hominis affatim vescuntur.
Affatim diximus.Plin lib.17.cap.24.2.
Affatim materiæ.Liu.2.bel.Maced.60 Itẽ affatim lignorũ, apud eundẽ.
Affatim est.Plaut.Bacchid.2.14.Tibi dudum arum affatim est.
Melius esset me quoque vnà,si cum illo relinqueres.
P. Affatim est. Idem Cist.el.Aliorum est affatim qui faciant.

Affectate, Affectatio, Affectatus, Affectator, Affectio, Affectus, Vide AFFICIO.

Affero, penul.corre.affers,attuli,penul.corre.allatum,penu.prod. (ἐπιφέρω,προσφέρω,ἐπιτείνω,) afferre,Apportare. Terent.Hic quo jure bonam magnamque partem adre attulit. Idem, Et puerum vt afferret simul.
Afferre.& Efferre contraria.Cic.pro Quintio.Itaque te obsecrat C. Aquili,vt quam existimationem,quam honestatem in iudicium tuum attulit,eam licet ei secum ex hoc loco efferre.
Afferre ad os cibum manu. Plin.lib.10.cap.46.1. Idem ex proprio gerere,omnem cibum aqua subinde tingens,deinde pede ad rostrum vel luti manu afferens.
Afferre aliquem.Plaut.Pseud.Attuli hunc. P.quid attulisti?
C.A.adduxi volui dicere.Plautinus locus.
Afferre se.Virgil.2.Aeneid.Fatis huc te poscentibus affers.
Plaut.Eius iussu nunc huc me affero. Periphrasis poetica, pro venire vel accedere.
Afferre sese à mœnibus.Virgil.3.Aeneid.69.
- quum sese à mœnibus heros
Priamides,multis Helenus comitantibus affert.
Afferre & referre,prouerbialiter dictum.Terentius in prologo Phorm. 32.Quod ab ipso allatum est,sibi esse id relatum putet.Vbi Donatus, Prouerbiale est.Quod dedit,recepit.
Afferre,pro conferre.Cic.2.de Fin.140. Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate viuendum aliquid afferre.Ibidem lib.1.65. Iam illud quidem perspicuum est, maximam animi aut voluptatem, aut molestiam plus aut ad beatam aut ad miseram vitam afferre momenti,quàm eorum vtrumuis, sitque diuturnitas in corpore. Idem 1.de Finib.Ndsit afferunt quo iucundius viuamus.
Afferre aliquid ad rempub.Cic.1.Offic.317.
Afferre aliquid ad communem fructum siue vtilitatem,pro Conferre.Cicc.pro Archia.9.Vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum,neque in aspectum,lucemque proferre Idem 1.Offic.Et sempr aliquid ad communem vtilitatem afferendum.
¶ Afferre,pro eo quod est nuntiare.Cicc.Attico,lib.8.119.2.Caius Missius familiaris tuus,aliique complures attulerunt,Cæsarem iter habere Capuam. Hic subaudiatur NVNTIVS,vt sit, Attulerunt nuntium id est nuntiarunt.
Afferre ad aliquem.Id est,alicui nunciare.Cic.pro Cœlio.41.
Rumor attulit ad alicuius aures.Cicc.pro lege Manilia. 17. Quæ tanta fuit,vt eum ad aures L. Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermone rumor afferret?
¶ Afferre,quod dici vulgò solet,allegare & adducere: vt afferre argumenta,exemplaue excutationes.Cic.Nihil igitur afferunt,qui in re gerenda versari senectutem negant. Quam dicat, Frustra hoc dicunt, frustra garriunt Item 2.de Orat.198. An ætatem afferet? quadriennio minor est.Id est in causam vel excusationem adducet?
Ad ea quæ dixi affer, siquid habes.Cicero Attico,lib.7.128.12.Plin.libro 18.cap.6. Nequeo mihi temperare, quamuis vnum antiquitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

exemplum afferam.Id est,in medium adducam.Plinius Iunior, quanquis opinor citra veterum authoritatem dixit Allegare exemplum.
Afferre causam,vel crimen in iudicium.Cic.pro Cluentio.37.
Simplex in iudicium causa,certa res verum crimen allatum est.
Afferre ad defensionem.Cic. pro Cecinna. 16.Idque me nō ad meam defensionem attulisse,sed illorum defensioni retulisse. Idem Attico,lib. 9.188.1.Vix enim spero mihi hunc veniam daturum,etsi multa affero iusta ad impetrandum.
Afferre aliquid in contrariam partem.Cic.2.de Orato.119.Aut si ita nō refellas, afferendum est in contrariam partem, quod sit aut grauius, aut æquè graue.
Afferre in medium.Cic.1.Offic.34.In hoc naturam ducem debemus sequi,& communes vtilitates in medium afferre,mutatione officiorum, dando,accipiendo. Pro afferre in communetid est,communicare.
¶ Afferre accessionem,Augere.Cic.Attico,lib.16.341.1.Magnā attulit accessionē tua voluntas erga me.Hoc est,multū addidit ad amorē nīm.
Adiumentum alicui ad aliquam rem.Cic.1.Offic.2.
Aes alienum attulit mihi hæc res.Cic.ad Gallum,lib.7.24.7. Hæc enim duo signa putarem mihi æs alienum attulisse.Id est,peperisse.
Animum vacuum ad scribendum.Cic.ad Atticum lib.12.25.2.9.Siue ita leuatus sim, vt animum vacuum ad res difficiles scribendas afferam, reprehendendum non esse.
Animi magnitudinem ad causam alicuius.Cic.pro Milone1.
Me ad eius causam,parem animi magnitudinem afferre non posse.
Amaritudinem alicui.id est parere,generare.Plin.lib.13.cap.1.13.
Sic angorem, Cic.3. Tusc.100. Acerbitatem,Cic.Attico.
Animum alicui.Cic.Attico,lib.7.132.8.
Auxilium.Terent.Adelph.3.1.2.Plaut.Epid.13.52.
Argumentum afferunt,quòd citissimè arcias retundat.Plin.lib. 16.cap. 40.7.Hoc est eo argumento se tuentur,&c.
Authoritatem voluminibus,pro dare authoritatem.Plin.lib.24.ca.17.3.
Cic.de Senect.58.Nō cani,non rugæ,repentè authoritatē afferre possunt.Idem in Orato.66.Hoc authoritatem orationis affert & idem.
Authoritatem peccandi afferre.Cic.3.de Natu.Deor.123.
Authoritatem in iudicium.Cicero.
Bellum.Ouid.12.Meramorpho.2.
Post modo qui rapta longum pro coniuge bellum
Attulit in patriam.
Calamitatem & cladem.Id est,afficere calamitate,clade, dolore,& similibus.Cic.pro Cluentio.135.Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falsum crimen afferrer. Idem 2.de Natu. deor.12. Qui risus classe deuicta multas ipsi Claudio lachrymas, magnam populo Romano cladem attulit.
Causam.Terent.Heaut.4.3.13.Quid dicam?aut quam causam afferam? Quod per Allegare supra declarauimus.Cic.1.de Diuina.8. Ac mihi quidem explicadæ philosophiæ causam attulit casus grauis ciuitatis. Id est,occasionē.Ide Philip.3.50.Ego ad illū belli ciuilis causā attuli.
Causam mortis voluntariæ.Id est,præbere causam. Cic.3. de Finib.94.
Quum vitiorum ista vis non sit,vt causam afferat mortis voluntariæ.
Causam,quoniam.Plin.lib.16.cap.25.6.Sentiri autem maxime in fico,vite,punicis:causam afferentes, quoniam in Thessalia, Macedoniaque plurima tūc ficus exeat.Hoc est,rationem proferentes,quoniam, &c.
Causas,quòd.Cic.Attico,lib.11.223.1.Quoniam iustas causas affers quòd te hoc tempore videre non possim.
Quum attulisset nullam causam quæ istam declinationem efficeret.Cice.de Fato.69.
Compertum.Liu.7.ab vrbe.191. Quidam compertum attulerunt T. Quintium in Tusculano agrum colere.Id est,pro certo nuntiarunt.
Confidentiam.Cœlius ad Ciceronem,lib.8.8.12. Quæ maximè confidentiam attulerunt hominibus,vt diceret se antè Cal.Mart.non posse sine iniuria de prouinciis Cæsaris statuere.
Coniecturam.Præbere occasionem coniecturæ.Cic.pro Roscio Comœdo.11.Siquam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura.
Consecutionem voluptatis.Cic.1.de Finib.58. Vt enim quum cibo potionéque fames sitisque depulsa est ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis:sic in omni re,doloris amotio,successionem efficit voluptatis.
Consilium alicui.Cic.Attico,libro 14.321.6.
Consilium in aliquam rem.Liuius 5.bel.Pun.58.
Consolationem alicui malo.Cic.Attico,lib.10.195.8.
Constantiā.Cic.1.Offi.99.Quæ affert tum cōstātia,tū etiā dignitatem.
Consuetudinem seruiendi.Cic.2.Philip.121.Attulerat iam liberæ ciuitati,partim metu,partim patientia consuetudinem seruiendi.
Crimen falsum alicui.Cic.pro Cluent.135.& pro Rabir.Posthu.17.
Cumulum artibus aliorum.Cic. 3. de Orato.79. Sic afferre incrementum,Cic.2.de Finib.140.
Curam.Cic.Attico,lib.7.125.1. Et Piliam in idem genus morbi delapsam,curam tibi afferre maiorem sentio.
Afferre delectationem,Cic.Mario,lib.7.epistō.1.7.

Dentes in dominum,Varro de Re rust.lib.2.cap.9.8.
Desperationem,Cæsar 8.bel.Gal.152.
Detrimentū,vt suprà,afferre calamitatē.Cæsar 8.bel.Gal.8.& Cic.Attī.
Difficultatem alicui.Cic.ad Quint.fratrem,lib.1.1.47.Atque huic tuæ voluntati ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani.Id est adducunt eam in difficultatem. Cæsar 3.bel.Ciui.103. Pompeianis magna res ad receptum difficultatem afferebat.Ibidem lib.1.187.
Quæ res magnas difficultates exercitui Cæsaris attulit.
Dignitatem affert fortuna.Quintil.lib.3.cap.7.9.
Dolorem.Plī.li.23.ca.1.18.& Cic.2.Tusc.27.Sic afferre molestiā,Terē.
Dubitationem.Cic.2.de Natura deorum.235.Et 1.Offic.205.Ad ea eligenda quæ dubitationem afferant, adhibere doctos homines. Id est quæ nos inducunt in dubitationem.
Afferre egestatem & luctum alicui.Cic.pro Roscio Amerino.8.
Errorem animis. Cice.1.de diuinatio.119. Vt nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat.
Excusationem.Cice.in epistō.
Exemplum.Plin.lib.8.cap.6.9.Nequeo mihi temperare, quominus vobi antiquitatis exemplum afferam.
Expectationem. Quintil.lib.3.cap.8. 32. Multum refert etiam quæ ipsa persona suadeatsiquia anteacta vita si illustris fuit, aut clarius genitis aut ætas,aut fortuna,affert expectationem.
Facultatem.Cic..1.de Orato.73.Qui à se scribendi consuetudine ad dicendum venit,hanc affert facultatem, vt etiam subitò si dicat, tamen illa quę dicantur,similia scriptorum esse videantur.
Affertur fama.Liu.4.ab vrbe 241.Fama afferī,sūma vi ad bellū coortos.
Afferre famam.Cæsar.6.bell.Galli.133. Neque vlla de eius reditu fama afferebatur.
Fastidium alicui.Cice.pro Murena.18.Columel.lib.5.cap.6.3. Sic Afferre tædium,Liu.4.bel.Maced.136.
Fastidia cibo affert hæc res.Colu.lib.6.cap.8.1.Solent etiam fastidia cibo afferre vitiosa incrementa linguæ,quas ranas veterinarii vocant.
Fidem alicui rei.Liu.5.bel.Pun.62.Ex huius Martii duobus carminibus, alterius postea aucta declarato euentu authoritasalteri quoque, cuius nondum tempus venerat,afferebat fidem. Plin.lib.9.cap.58.Verum omnibus his fidem Nili inundatio affert,omnia excedentem miracula.Hoc est fidem facit.
Fiduciam.Cæsar 8.bel.Gal.37.
Finem tributorum.Cice.2.Offic.13. Sic Afferre finem edicto prætoris. Cice.3.Verr.76.
Florem afferre dicuntur arbores.Columel.lib.11.cap.2.
Hilaritatem,vel incunditatem,aut lætitiam.Plin lib.26.cap.11.6.Cice. 1.de Finib.81.Plin.lib.15.cap.30.6.
Honorem.Plin.lib.17.cap.1.6.Tanto tunc plus honoris arbores domibus afferebant.
Iacturam.Columel.lib.1.cap.2.2.
Inertiam alicui.Cic.ad Cornificium,lib.12.20.2.Quòd si vt es,cessabis, lacessamnec tua ignauia mihi etiam inertiam afferet.
Initium morbi.Cornel.Celsus in procœmio libri primi, Euidentes causas appellant,in quibus quærunt initium morbi calor,attulerit, an frigus fames an satietas.Id est quæ sit morbi causa,calor an frigus,&c.
Interitum.Cic.1.de Finib.48.Sic Afferre perniciem, Idem 2. Offic.12. Item Periculum patriæ, Idem 1.Offic.116.
Laborem.Cic.Attico,lib.11.228.3.Qui mihi laborem affert in dolore.
Labores afferre.Propert.lib.1.eleg.6.5.
Lachrymas alicui.Cic.Attico.lib.12.240.1.
Lætitiam alicui.Cic.4.Tusc.ul.75. Sic Plinius lib.15.cap.30.6.
Languorem alicui.Ci.3.Offic.1.Ita duæ res quæ languorem afferunt ceteris,illum acuebant,otium & solitudo.
Laudem alicui.Cice.
Leuationem.Cic.Seruio Sulpit.lib.4.epistō.6.10.Maior mihi leuatio afferri nulla potest.Hoc est doloris leuamentum.
Literas.Cic.Attico,lib.1.Nimium rarò nobis abs te literæ afferuntur.Id in alia significatione,Afferuntur literæ.Cic.pro lege Manilia.2.quibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ, &c. Bithyniæ, quæ nunc vestra prouincia est,vicos exustos esse complures.Id est quotidie nuntiatur per literas.
Luctum alicui.Cic.pro Roscio Amer.8.Causam dicitis,cui non modò luctum mors patris attulit.verùm etiam egestatem.
Lumen memoriæ.Ci.2.de Orat.192.Hac tū re admonitus,inuenile ferē, ordinē esse maximè qui memoriæ lumē afferret.De Simonide loquēs
Manus pro se quisque affert.Cic.3.Verr.48.Id est depugnat.
Manus alicui.Id est vim inferre.Cic.1.Offi.36.Nā qui iniustè impetū in quēpiā facit,aut ira,aut aliqua pturbatiōe ictatus,is quasi manū videt afferre socio.Idē, Tenesne memoria, tibi in cōuentu Puteolis manus esse allatas?Pro eodem dicitur inicere,idem pro Quintio.58.
Manus sibi.Plancus ad Ciceronē,lib.10.23.9. Manus,quas iustius in Lepidi pociē armasset,sibi afferre conat°est.Id est sibi mortē cōscisceret.
Manus bonis alienis.Cic.6.Verr.90.Hisne rebus manus afferre nō dubitasti,à

tasti, à quibus etiam oculos cohibere te religionum iura cogebant? Idem.2.Offi.78.Quum enim dado egere coeperint, alienis bonis manus afferre cogantur.Id est,aliena inadereque & Manus inicere dicit.
Manus vulneribus.Cic.ad Attī.lib.3.15.4. Sed non faciam vt aut tuum animum aut mum querelis,aut meis vulneribus sæpius manus afferam.
Quasi dolores meos renouem.Notanda translatio.
Medicinam.Cic.Attico,lib.1.35.1.
Memoriam. Cice.6.de Finib.3. Cuius etiam illi horti propinqui non memoriam solum mihi afferunt,sed ipsum videntur in conspectu meo ponere.Pro eo quod est,Non solùm me admonent.
Metum alicui. Cic.4.Verr.93.& Plin.lib.13.cap.2. Sic Afferre terrorem.Id est terrere.Liuius.6.ab vrbe.184.Sic Plin.lib.15.cap.12.4.
Molestiam.Cic.ad Attī.lib.1.12.1.
Moram alicui rei, pro impedire & retardare.Cic.pro Sestio.112.& pro Cluentio.19.Liuius.1.bel.Maced.13.
Morbum alicui.Plaut.Asin.Saluere me iubes,cui tu abiens affers morbū.
Mortem vulnere.Cic.7.Verr.92.& 2.de Diuin.91.Plin.li.11.ca.37.53.
Motum animis.Cice.in Partitionibus.3.
Munus Reip.Cic.2.de Diuinat.7. Quod enim munus Reip. afferre maius,melius,ue possumus, quàm si docemus atque erudimus iuuentutem? Hoc est,munere Remp.afficere.Bene de Rep.mereri.
Necessitatem. Cic.1. Tusc.ul.116. Nihil necessitatis affert cur nascatur animi similitudo. Idem.10. Philip.260. Sed mihi Patres conscripti, necessitatem attulit paulò plura dicendi,&c.
Nemos & industriam.Cic.pro Sylla.17.
necē.Plī.li.17.ca.24.13. Quibusdā debilitas sterilitatē,nō necē affert.
Ci.pro Milone.7.Insidiatori verò & latroni q pōt afferri iniusta nex?
Nuntium. Cic.7.Verr. Idē Attico,lib.3.48.1. Accessit,quō Dyrrhachii essemus,vt duo nuntii afferrentur vnus,&c.Sic Plaut.Sticho.4.2.
Oblationem tristitiæ.Plin.lib.15.cap.1.9.
Obscuritatem laudibus alicuius.Cic.pro Deiotaro.7.Tuæ res gestæ cæterorum laudibus obscuritatem attulerunt.
Obscuritatem orationi.Cic.3.de Orat.18.Vt oratio,quę lumen adhibere rebus debet,ea obscuritatem & tenebras afferat.
Odium.Plin.lib.15.cap.2.14.Pauorem aquæ, potúsque omnis afferens odium.Id est,generans. Cic.in Pisonem.74. Sic odium quod in ipsum attulerant,id in eius imaginem ac simulachrum profuderunt.Hoc est domi conceptum illuc attulerunt.
Odium alicui afferre. Cic.pro Sylla.2. Mihi maiorem hæc res dolorē q̄ Q.Hortensio, mihi maius odium afferre debet?Id est gignere,parere.
Offensionem.Cic.Attico,lib.1.12.2. Quidnam accidisset quod afferret Q.Fratri meo aut offensionem tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis? Cæsar.3.bel.ciuil.230. Magnam tamen hæc res illis offensionem & contentionem ad omnes attulit.
Opem alicui,Idem quod ferre opē,id est opitulari. Terēt Phor.3.1.20.
Operam afferre. Ouid.2.de Arte amandi.135. Aut latus, aut vires, operam que afferte puellis.
Opinionem populo. Cic.2.Offic.66. Opinionem afferunt populo, eorum se fore similes,quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. Hoc est in eam opinionem inducunt populum.
Otium. Cicē. pro Murena.1. Eáque res vobis populóque Rom. pacem, tranquillitatem,otium concordiamque afferat.
Pacem animis.Cic.1.de Finib.71.
Pacem ad aliquem.Plaut.Amphit.3.32.
Pedē.Catullus,Abiē,vnde(malō)pedē attulistis? Hoc est vnde venistis?
Periculum. Cœlius ad Ciceronem,lib.8.10.2.Nequod hic tumultus dignitatis tuæ periculum afferret.
Perturbationem rerum.Brutus ad Ciceronem,lib.11.10.3.
Pestē atq; exitiū.Cic.pro C.Rabirio.18. Quod si audisses,aut si pæstē scire potuisses,nunq̄ profectò istam imaginē,quæ domi nostræ pestem atq; exitium Sex.Titio attulisset,in rostra atq; in concione attulisses.
Pestilentiam.Plin.lib.10.cap.28.1.
Pondus.Cice.Attico,lib.9.120.6. Permagnum pondus affert benevolentia erga illum.
Quæstionem.Cice.in Orat.36. Nam etiam poetæ quæstionem attulerunt,quidnam esset illud,in quo ipsi differrent ab oratoribus. Id est in medium adduxerunt,propoluerunt.
Rationem quoniam,& Rationes cur.Plin.lib.31.cap.3.1.Sed hi rationē afferunt,quoniā leuissima sit imbrium aqua.Id est hac ratione id probant.Cic.5.de Fin.48. Rationes quoq; cur hoc ita sit, afferēdas puto.
Religionem.Cic.6.Verr.69.Tibi illa Diana in pace,atq; in otio religionem nullam attulit?Id est non iniecit tibi religionis scrupulum?
Repulsam attulit hæc res.Cic.2.Offic.85. Nam Mamerco homini ditissimo præstantissimóque ædilitatis,consulatus repulsam attulit. Hoc est in causa fuit ne ad consulatum admitteretur.
Affertur rumoribus spes. Cice.Attī.lib.3.51.1. Si accepero literas, quas expecto:si spes erit ea quæ rumoribus afferebatur, ad te me conferā.
Afferuntur rumores. Cæsar.1.bel.Gal. Crebri ad eum rumores afferebātur.Cicero filius Tullio li.16.21.3.Gratos tibi optatosq; esse,q̄ de me rumores afferuntur,non dubito.
Requié.Oui.12.Meta.50. -hæc requiem multorū pugna dierū Attulit.
Salubritatem.Columel.lib.5.cap.10.13.
Salutem.Cæsar 3.bel.Ciuil.132.& Plaut.Ruden.17.2.Cic. Seruio Sulpitio lib.4.epistō.3.10.Vt ea mihi salutem afferre videantur.
Seditiones Cic.pro Sylla.Greges hominum perditorum, metum nobis, seditionesque afferebant.
Sententiam.Cic.5.de Fin.127.Suō quisq; videri voluit afferre sententiā.
Scientiam.Ci. Affert autem vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam.
Splendorem voci.Plin.lib.20.cap.6.3. Sic Afferre aliquid lucis rebus. Cic.Attī.li.5.16.4.Et Afferre aliquid oratoriæ laudi,Cic.1.Tusc.11. Siquid oratoriæ laudi nostra attulimus industria,multò studiosius &c.
Satietatem.Cic.in Orato.121.Si enim semper vtare,fastidium affert.
Solicitudinem affert hæc res.Plancus ad Ciceronem,lib.10.18.7.Quæ res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi abesset:ea nunc magnam affert solicitudinem,magnumque habet casum.
Solatium.Cicero.
Somnum.Cic.Attī.lib.9.175.9.Plin.lib.32.cap.2.Quod & somnum induceret,& conciliare somnum dicitur.
Tibi spem maturæ decessionis afferebam.Cic ad Quint. fratrem,lib.1.1.2.Sic 1.Tusc.ul.39.
Sumptum alicui.Cic.ad Papirium,lib.9.16.25. Ego tibi vnum sumptum afferam,quòd balneum calefacias oportebit.
Supperias.Plinī.Mensch.12.14.
Suspicionem.Cic.ad Attic.lib.7.epistō.1.18.1. Suspicionem autem eo mihi maiorem tua taciturnitas attulerat.
Afferre rabiem.Columel.lib.6.cap.5.2 Tædium.Plin.lib.15.cap.2.1.
Terrores ad aliquem.Cic.Attico,Batonius autem miros terrores ad me attulit.Id est,nuntiauit mihi.
Testimonii.Cæsar 3.bel.ciuil.209.Et quō laboris sui periculiq; testimonū afferre vellent.Id est testimonio probare suum laborē & periculū.
Torporem.Plin.lib.20.cap.21.1.
Vim.Cic.Attico,lib.9.184.4.Rerum nouarum cupidi victores, præsertim & armati,vim & manus afferrent.
Vim afferre virgini.Cic.2.de Legib.17. Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit.Hoc est inuitam stuprauit.
Vim vitæ & corpori.Ci.pro Cecinna 45.Sed quidvalebit q̄si armatissimi fuerint,si reperiē ita pati fuisse,vt vi vitæ aut corpi potuerit afferre.
Vim & celeritatem afferre.Cic.2.de Natu.deor.125.Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones,quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim & celeritatem.
Vim in docendo.Cic.4.Acad.109.Quod si geometricis rationibus non est creduturus quæ vim afferunt in docendo.Id est credere quodammodo cogunt ea,quæ aut incredibilia videntur,aut impossibilia.
Vim oculis populi.Quintil.lib.2.cap.15.6.Nam & M.Aquilium defendens Antonius cum scissa veste cicatrices, quas is pro patria pectore aduerso susceperat,ostendituum orationis habuit inducium, sed oculis popu.Roma.attulit vimquem illo ipso aspectu maximè motum,in hoc vt absolueret reum,creditum est.
Vim sensibus.Cic.2.de Finib.70.
Afferre vim,aliter positū,pro cogere.Cic Lælio, Vim hoc quidē est afferre.Quid.n.refert,qua me rōne cogatis?Cogitis certè.studiis enim &c.
Voluptatem.Plin.in procœmio lib.16.1.Pomiferæ arbores, quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt.
Vtilitatem aliquam.Quintil.lib.1.cap.8.6.
Affert aliam vitam hæc dies.Terent.And.1.2.18. Nunc hæc dies aliam vitam affert,alios mores postulat.Vbi Donatus,Affert, Hoc est rectè & feuerè & mexorabiliter denuntiat.
Vinculum afferre ad aliquid copulandum.Cic.Appio.lib.3.4.4.
¶ Affertur.Liuius 4.ab vrbe.236.Cum mira opportunitate Volscos exisse prædatum afferturi
Allātus, (παρὰ τὸ φέρω,) Participium, pen.prod.ab afferor. Plaut. Asin. 13, 16.Allata peregrè epistō.Horat.2.Ser.Saty.4.13. -quō omnia malit. Quæcunque immundis ferunt allata popinis.
Allatum est ad nos de temeritate eorum.Cic.Appio.lib.3.10.1.
Allatis his nuntiis.Cic.Senatui,lib.15.1.9.
Allatum est mihi,vel ad me, de morte eius,vel de temeritate eorum. Cic. in Bruto.1.Et appio,lib.3.10.1.
Allatus nuntius.Cic.Consulibus,lib.15.epistō.1.7.
Allaturus,pe.prod.participium, (παρὰ τὸ φέρω,) Stat.11.Thebaid.64.

Afficio, afficis,pen.corre.affeci,pen.prod.affectum, (ἀπὸ τοῦ ἀφίστημι,) afficere,ex ad & facio compositum,interdum ad corpus,sed tēpius ad animum refertur. Est autem affici,supra rationem re aliqua moueri:hoc est ita eam rem sentire,vt ratio perturbetur:siue sit bonū,siue malum.vt affici gaudio,letitia,voluptate:affici morbo,dolore molestia.Quicquid enim,teste Quintiliano,rationem vincit,affectus est.Ergo afficere nos,aut animum nostrum dicitur,quicquid ita mouet,vt rationem conturbet,& penè à statu mentis deiciat.

Afficiadmiratione. Hoc est in admiratione esse.cui opponitur Contemni.Cicc.2.Offic.51.
Afficiegritudine.Cic.& Columel.lib.7.cap.5.16.
Afficere aliquos in diuersum.Tacit.lib.11.Cæterum is terror milites hostes ita in diuersa affecit.nos virtute auximus:Barbari ferociá ifregere.
Afficianimis.Cic.1.de Orato.43.Et vti qui audirent,sic afficerentur animis,vt eos affici vellet orator.
Afficere animos.Cic.Et animos eorum ita afficiat.
Afficere beneficiis,aut commodis.Cic.7.Verr.90.Et pro Cluentio.147. Cæde.Liu.5.bel.Pun.153.
Calamitate.Cic.pro Roscio Amer.86.
Corpus afficere,pro eo quod est macerare,domare.Cic.1.Offic.111.
Afficiunt corpora fames,& sitis.Liuius 8.bel.Pun.78. Vt prius æstus à meridiano sole,labórque stándi sub armis,& simul fames,frisque corpora afficerent,quàm manus cum hoste conferrent.Id est fessa & cófecta redderent,omnino debilitarent.
Cruciatu.Cæsar.
Cura.Cic.Atti.Quicum omnia,quæ me cura afficiunt,communicem.
Afficere delectatione.Cic.Attico.
Desyderio.Cic.ad Cælium,lib.2.12.10.Cupio te ædilem videre,miróq; desyderio me vrbs afficit.
Difficultate.Cæsar,Eò quum venisset,magna difficultate afficiebatur. Sic Cic.pro Quintio.5.
Doloribus affici.Cic.Leptæ lib.6.episto.19.1. Tantis pedum doloribus afficitur,vt se commouere nolit.
Affecit domicœnio clientem.Martial.lib.11.74.Vide AETHON.
Afficere errore mentis.Cic.Attico.
Exilio affici.Ci.in Paradox.38.Omnes scelerati atque impii,quos leges exilio affici volunt,exules sunt,etiam si folum non mutarunt.
Afficere gloria.Cic.in Epistó.
Honore aliquem Afficere.Cic.1.de Nat.deor.55.Et pro Rosc.Am.87.
Ignominia.Cic.6.Verr.16.& pro Roscio Amer.66.
Incommodo.Cic.2.de Finib.126.& Offic.3.
Iniuriis.Cicero.
Lætitia magna afficere.Cice.pro Milone.58.
Laude afici.Cic.2.Offic.67.
Literæ tuæ sic me affecerunt,vt non dare tibi beneficium viderer,sed accipere à te.Cic.ad Attic.lib.14.episto.311.2.
Afficere lucro.Plaut.Amphit.1.3.
Afficere macula.Cic.pro Roscio Comœdo.1.
Afficere macula.Cic.pro Roscio Comœdo.1.
Metu.Cic. Sic Affici timore,Idem pro Quintio.3.
Molestia,Cic.de Claris oratoribus.6.
Affici molestia ex re aliqua.Cic.Lentulo lib.1.Cæsarque per literas maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet.
Morbo.Terent.Hecy.3.3.6.& Cic.pro Cluentio.24.
Morte ab aliquo affici,pro Crudeliter interfici.Cic.in Epistó.1.Idem de Inuent.lib.1.53.Sic Affici mortibus,Columel.lib.9.cap.11.2.
Muneribus aliquem afficere.Cic.Curioni lib.2.epistó.2.7.
Nomine aliquo. Cic.pro Deiotaro,Vt eum amplissimo regis honore & nomine afficeris. Id est regem appellaueris. Idem in Topicis.50. Nam aut negari potest,id factum esse quod laudetur,aut non eo nomine afficiendum,quo laudator affecerit.
Afficere pœna.Cic.1.Philip.22.& pro Cornelio Balbo.13.
Præmio.Cic.pro Cornelio Balbo.5.& Cæsar 8.bel.Gal.176.
Affici pudore.Cic.pro Cecinna.56.
Afficere sepultura.Id est donare sepulchro.Hirtius de bel.Africa.5.354.
Humare,& sepultura afficere,Idem Cic.1.de Diuin.100.Simonides qui ignotum quendam proiectum mortuum vidisset,eumque humauisset, haberetque in animo nauem conscendere,moneri visus est ne id faceret,ab eo quem sepultura affecerat.
Solicitudine.Cæsar,Magna affectus solicitudine hoc nuntio Cæsar. Cice.Attic.lib.6.114.3.
Solicitudo ex te afficit me.Cic.in Bruto.186.
Stipendio afficere.Cic.pro Corn.Balbo.49.Idem in angustiis ærarii,victorem exercitum stipendio affecit.Pro stipendium dedit ei.Et est notandum:non enim simile est illis & similibus,Afficere honore,laude,voluptate,dolore,molestia,quæ declarari possunt per verbum Facio.
Affici corminibus.Plinius lib.29.cap.5.7.
Affectus vitiis.Cic.14.Philip.389.His enim vitiis affectos,& talibus,malos & audaces appellare consuetudo solet.Sic pro Murena.11.
Voluptate afficere aliquem.Cic.ad Brut.episto.16.1.Studium tuum,curaque de salute mea,nulla me noua voluptate affecit.
Animo voluptate affici.Cic.3.de Finib.57.
Affici vulneribus.Columel.lib.4.cap.11.2.
Afficere,absolutè.vt Hoc magis afficit.Subaudi ANIMVM.
Sic & passiuum eius.Columel.Pulmo totus afficitur.Pro conficitur,& consumitur vel corrumpitur:aut MORBO subaudiendum.
Erga aliquem affectus.Cic.de Amicitia.51.Eodem modo erga amicum affecti simus,quo erga nosmetipsos. Idem lib.1.de Finib.104.

Eodem modo sapiens erit affectus erga amicum,quo in seipsum.
* Afficior,afficeris,(παρακάω.)
Affectus,(διαπεπλιγμένος,κεκοπτεδώς,πεφυχὸς μέρος,) Participium ab afficior,vt affectus pœna,præmio.Cic.pro Corn.Balbo.5.& 13.
Affectus interdum absque vlla affectionis voce ponit.Terent.Hecyra.1.45.Quoniam modo Philumena mea núc te offendam affectam? Vbi Donatus,Affectam,lassam,possessámque morbo.ab eo quod est afficiunde affectus dicuntur propter quos afficimur.Cic.Terentiæ,lib.14.17.Ego quomodo sim affectus,ex Lepta & Trebatio poteris cognoscere.Hoc est,quo pacto me habeam.
Affectus ad munus fungendum.Cic.3.Tusc.27.Et quemadmodum oculus perturbatus nó est ꝓbè affectus ad suú munus fungèdú.Id est,aptus,siue vt vulgo loquimur,bene dispositus.Idem in Topic.52.Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus quæ quodam modo affectæ sunt ad id de quo quæritur.Id est adiunctæ aut propinquæ.
Aerumnis affectus.Lucre.lib.3.10.Oibus ærumnis affecti deniq; viuit.
Animo.Cic.Tironi lib.16.epistó.4. Non queo ad te,nec libet scribere quo animo sim affectus.Idem 1.Offi.95.Quum ita sis animo affectus, vt supra dixi.Et lib.1.de legibus 39.Oculi nimis arguti,quemadmodum animo affecti sumus,loquuntur. Idem pro Murena 51. In hac L.Murenæ tantis támque improuisis periculis ita sum animo affectus, vt non queam satis neque communem omnium nostrum códitionem, neque huius cuentum fortunámque miserari.
Beneficio.Cic.Valerio,lib.13.epist.4.1.Cum municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est:magno enim meo beneficio affecti,cum latissimè mihi gratiam retulerunt.Idem in Pisonem 25. Quum tantis à vobis P.C.beneficiis affectus sim,tantis honoribus. Idem pro lege Manilia 35.Vir clarissimus Reipublicæ & vestris beneficiis amplissimus affectus. Ibidem ad finem,Me hoc honore prædium,tantis vestris beneficiis affectum.
Desperatione.Cic.ad Attic.lib.14.317.2. Quum Dolabellæ auaritia, magna desperatione affectus esset.
Difficultatibus.Cic.Clunio lib.13.epist.8.5.Et primò velim existimes hoc municipiú maximis oneribus pressum,summis affectum esse difficultatibus. Idem pro Quintio 5.Quum tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus,in tuam C.Aquilii fidem,veritatem,miserit diam P.Quintius confugerit.
Honore.Cic.1.Offic.17.Bene de Repub.sentientes ac benemeritos,ali quo honore aut imperio affectos,obseruare,& colere debemus.
Imperio.Vide Honore affectus.
Inertus affectus animus.Vide Virtutibus affectus animus.
Inflammatione.Celsius lib.7.cap.26.Sed neque sæpe,neque tandiu in aqua calida puer habendus,quàm adolescens est:infirmus,quàm valens,quàm grauiore inflammatione affectus.
Lætitia.Brutus Ciceroni in epistó.ad Brutum.4.1. Quanta sim lætitia affectus,facilius est tibi existimare,quàm mihi scribere.
Molestia ex aliqua re.Cic.Lentulo lib.1.9.80. Quum Cæsar per literas maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet.
Morbo.Cic.1.de Diuinat.112.Nam & idipsum vident,qui sunt morbo graui & mortifero affecti,instare mortem.
Morte.Seruius Ciceroni lib.4.epistó.12.7.Ita vir clarissimus ab homine deteterrimo acerbissimá morte est affectus.
Munere deorum.Cice.3.de Natura deorum 91. Vidésne igitur quanto munere deorum simus affecti?
Pestilentia.Liu.5.Decad.lib.1.Et exercitus qui Arimini pestilentia affectus erat,domum dimissus.Affectus,Id est imminutus.
Præmiis.Cic.in Pisonem 71.Mitto ereptam libertatem populis ac singulis qui erant affecti præmiis nominatim.
Senectute.Cic.3.de Orato.40.Illum à se adolescente Athenis,tam affectum senectute,multos dies auditum esse dicebat.
Affecta sterilitate terra,quasi quodá morbo.Colu.in præfatione 1.lib.2.
Solicitudine.Cæsar,Magna affectus solicitudine hoc nuntio Cæsar.
Valetudine optima.Cic.5.Tusculan.132.Ergo vt optima quisque valetudine affectus potest videri alius,vt natura ad aliquem morbum prochnior,sic animus alius ad alia vitia propensior.
Virtutibus affectus animus.Cic.in Partit.20.Animi autem spectantur,atque quemadmodum affecti sunt virtutibus,vitiis,artibus,inertiis,aut quemadmodum commoti cupiditate,metu,voluptate,molestia.
Vitiis.Cicero pro Murena.11.Non debes temere Consulem populi Romani saltatorem vocare,sed conspicere quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum cui verè istud obiici possit. Idem 14. Philipp.389.His enim vitiis affectos & talibus,malos & audaces appellare consuetudo soler.
Affectus,Profligatus,afflictus.Cicero ad Octauium.70.Subitò prope iam affectam ac prostratam Rempub.tuis opibus extulisti.
Affecta,ea propriè dicuntur,quæ non ad finem ipsum,sed proxime sint pregressa,deductáve sunt.Cicero de prouinc.cons.16. Bellum affectum videmus,& (vt verè dicam) penè confectum.Ibidem,Nam ipse Cæsar quid est,quòd in ea prouincia commorari velit:nisi vt ea quæ per eum

eum affecta sunt,perfecta Reipublicæ tradat? Idem in Oeconomico, Quum verò affecta iam prope æstate,vuas à sole mitescere tempus est. Ex Gellio lib.3.cap.16.& lib.15.cap.5. Sic ædificia,vt ibidem scribit,quæ propè absoluta sunt,affecta esse dici Latinè debent.
Affecta ætas,quæ & grauis dicitur,& effœta,neampe ipsa senectus.Cic.6.Verr.85. Nemo Agrigenti,neque ætate tam affecta,neque viribus tam infirmis fuit.Id est defecta ac debilitata.
Animos affectos recreare.Hoc est,imminutos,debilitatósque. Liuius.3. Decad.lib.1. Panlisper tamen affectos animos recreauit repentina profectio Annibalis in Oreranos Carpetanósque.
Cœlum affectum,Id est dispositum. Cic.2.de Diuinat.147. Etsi ad rem pertinet,quomodo cælo affecto compositisque syderibus quodque animal oriatur,valeat id necesse est non in hominibus solum,verum in bestiis etiámque quid possit dici absurdius?
Corpus affectum,Id est Læsum,debilitatum.Liu.1.Decad.lib.9. In corpore tamè affecto vigebat vis animi consiliique.Idé.4.Dec.li.6.Aerolí,pars sopiti affecta labore ac vigiliis corpora ex somno moliebatur.
Affectum corpus Celso,corpus male habitum. Hoc est quod indoctè dicitur,Male dispositum.
Affectum malis medicamentis corpus,Id est vitiatum. Celsius lib.3.cap.21.de tabe quam Græci καχεξίαν vocant,Quod ferè fit,quum longo morbo vitiata corpora,etiam si illo vacant,refectionem tamen non accipiunt,aut quum malis medicamentis corpus affectum est.
Corpora sic affecta.Cic.1.de Diuinat.120.Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis,vt nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat.
Affecta tabo corpora.Liuius.4.ab vrbe.136.
Affecta fides,Labefactata.Tacit.lib.10.Nam Flauius Sabinius priuatis vtriusque rebus authoritate pecunjáq; Vespasiani anteibat.& credebantur affectá eius fidem præiuuisse,domo,agrisq; pignori acceptis.
Hyems affecta,Id est penè finita. Sil.Ital.lib.15.101.
Iamque hyeme affecta mitescere cœperat annus.
Opes affectæ. Tacitus lib.18. Cæterum vt largitionibus affectæ tamen imperii opes sufficerent,amputari legionum auxiliorúmque numeros iubet,vetitis supplementis.
Res affectæ,Id est labefactatæ.Liu.1.Decad.lib.6.Quorum legati opem rebus affectis orantes,quum Senatum adissent.
Spes affecta,Id est imminuta,fracta.Val.Flac.4.Argonaut.60.
nec spes affectæ sed ambæ In pectus cecidere manus.
Vires corporis affectæ.Liuius.1.Decad.lib.5.
Auide sum affectus de Fanoiquod nisi fieri videro,incursabit in te dolor meus.Cic.ad Atti.lib.12.Epist.256.1.
Grauiter affectus.Cic.Atti.lib.14.314.6.Quod idem L.Cæsari videbatur,quem pridie Neapoli affectum grauiter videram.
Male affectus.Cice.Seruilio lib.13.Epist.69.4.Istam partem Reipublicæ male affectam fuisse.
Varie sum affectus tuis literis:valde priore pagina perturbatus,paulum altera recreatus. Cicero Tironi lib.16.Epist.6.1. Sic.2.Offic.89. Non vno modo in disparibus causis affecti esse debemus.
Affectus quum absolutè ponitur,ferè accipitur pro languente. Propertius lib.3.Eleg.29.1. Iuppiter affectæ tandem miserere puellæ. Hoc est,doloris & miseræ. Ouid.Amorum lib.2.Eleg.2.5.
Ibit ad affectam,quæ non languebit,amicam.
Vitæ,& iudiciis ægra sic illa tuis.
Affectus,huius affectus,(διαθετικὸς,παθητὸς,ἐμπαθητικὸς,) Verbale. Vide Affectio.
Affectus amoris.Quintil.lib.1.cap.11.2.
Affectus metus.Quintil.lib.1.cap.11.2.
Affectus pro amore. Plin.Iunior lib.3.Epist.10. Neque enim affectibus meis vno libello charissimá mihi & sanctissimá memoriá ꝓsequi satis est.
Affectus,pro morbo.Celsius lib.2.In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt.
Continuis affectũ desyderãt nõnullæ materiæ. Quint.lib.6.cap.2.9.
Dubii affectus.Ouid.8.Metamor.95.
Thestias haud aliter dubiis affectibus errat:
Inque vices ponit,ponitámque resuscitat iram.
Duros affectus mollire.Seneca Thebaid.1.62.
Falsi affectus. Quintil.lib.6.cap.2. Vidi ego sæpe histriones atque comœdos,quum ex aliquo grauiore actu personam deposuissent,tentes adhuc egredi.Quòd si in alienis scripris sola pronuntatio ita falsis accedit affectibus,quid nos faciemus,qui illa cogitare debemus, vt moueri periclitantium vice possimus?
Lenes affectus.Vide Concitati affectus.
Mites affectus.Quintil.lib.5.cap.13.2.
Perturbationes affectus.Quintil.lib.4.cap.5.5.
Pessimi affectus.Quintil.lib.5.cap.10.25.
Sanos affectus tenere,Id est temperatos.Seneca Hippolyt.2.26.
Cur sanctæ paruis habitat in tectis Venus:
Mediumque sanos vulgus affectus tenet.
Et se coercet modico:contra diuites
Regnoque fulti,plura quàm fas est petunt.
Tacito affectu lætari.Ouidius.7.Metamorphoseos.30.
Quod licet,affectu tacito lætaris:agisque
Carminibus grates,& diis author ibus horum.
Truces affectus comprimere.Seneca Agam.3.24.
Veri affectus.Vide Ficti & imitati affectus.
Affectus vehementissimus quum inualuit &c.Quin.lib.6.cap.1.33.
Adiuocare affectum.Quin.lib.4.cap.2.81. Serum est.n.aduocare his rebus affectum in peroratione,quas secutus narrauerit.
Assumere affectus. Quintilianus libro.6.cap.2.ad finem. Orbum agimus,& naufragum,& periclitantem: quorum induere personas non attinet,nisi affectus assumimus.
Commoti affectus.Vide concitati affectus.
Commouere affectus.Quint.lib.4.in proœ.5.
Compositi affectus.Vide Concitati affectus.
Concitati affectus.Quintilianus lib.6.cap.2.Affectus igitur hos concitatos,παθος,illos mites atque compositos ἦθος esse dixerunt. In altero vehementer commotos,in altero lenes:denique hos imperare illos persuadere:hos ad perturbationem,illos ad beneuolétiá præualere.Idem libro eodem,cap.1.Concitare affectus,& componere.
Effundere totos affectus.Quint.lib.4.cap.1.19.
Erumpunt affectus.Vide Ficti & imitati affectus.
Ficti & imitati affectus.Quin.lib.11.cap.3.Sed quum sint alii veri affectus,alii ficti & imitati:veri naturaliter erumpunt,vt dolentis,irascentium,indignantiúsed carent arte,ideoque non sunt disciplinæ traditione formandi.Contrà qui effinguntur imitatione artem habent.
Inducere iudicem in affectus. Quint.lib.11.cap.3. Quid verò mouendis affectibus contrarium magis,quàm quum doleadum,irascédum, indignandum,commiserandum sit,nó follim ab iis affectibus in quos inducendus est index,recedere?
Intrare in affectum.Vide INTRO.
Mollire affectus.Seneca Thebaidos.1.62.
Mouere affectus.Quint.lib.4.cap.2.80.An non M.Tullius circa verbera cuiis Romani oés breuissimè mouet affectus? Idem lib.6.cap.1 Athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebatur orator.
Occupari affectibus.Quin.lib.6.cap.2.6.
Pati affectus.Quint.lib.6.cap.2.Quare & in iis quæ verisimilia esse volumus,simus ipsi similes eorum,qui verè patiuntur affectus.
Soluere affectus tristes.Quint.lib.6.cap.3.1.
Tenere affectus sanos.Vide Sanos affectus tenere.
Tractare affectus.Quint.lib.6.cap.1.ad finem, In aliis autem partibus tractandus affectus erit,vt quisque nascetur.
Trahere affectus.Quintilianus libro.6.cap.1. Ex personis quoque trahitur affectus.
Versatur affectus in periculis.Quin.lib.6.cap.1.De accusatorib' & reis sum locutus,quia in periculis maximè versatur affectus.
Affectio,(παθος,πρᾶγμα παθητικὸν,ποιότης,) Verbale ab afficio. Valla lib.4. Affectionẽ Cic.modò sic diffinit, de Inu.li.1.53.Affectio è animi aut corporis ex tpe aliqua de cã cõmutatio,vt lætitia,cupiditas,metus, molestia,morbus,debilitas,& alia quæ in eodẽ genere reperiũt. Modò sic,de Inuen.lib.2.151.Affectio est quædam ex tempore,aut ex negotiorũ euentu,aut admiistratione,aut hominum studio,commutatio rerum:vt non tales quales antè habitę sint aut plerunque haberi soleant,habendæ videantur. In Tusculanis idem author,& alibi,voluntatem hominis affecti ad virtutem,atque ipsam virtutem,animi appellari affectionem ait,qualis non est affectus,qui Græcè dicitur πάθος,quod ipse Cicero interpretatur,perturbationem malè dicere,quàm morbum,quo nomine sæpe vtitur.At Quintilianus non perturbationem.sed affectum nominat.neque ipse aut solus,aut primus:fed pleriq; ante eum,vt Seneca,Plinius,Rutilius,Columella,Valerius,Liuius,aliique multi. Ita.n.ille ait. Quod Græci πάθος,vocant,nos vertentes rectè ac propriè affectum dicimus. Illa igitur(vt ego quidem sentio)affectio. Græcè πάθος,dicitur,quam nostrates Philosophi in Latinum vertentes appellant dispositionem. Aliquibus tamen videri posset diffinitio illa Ciceronis,hunc quoque significatũ qui est πάθος,complecti. Quibus quia ad rem non multum attinet, non fanè repugno,quãi præsertim omnes ferè Iurisconsulti,omnesque Ecclesiastici scriptores affectionem pro affectu accipiant. Est autem affectus,pars illa animę qualitatis,quæ è regionibus affectionis est. Quicquid.n.in anima præter partem illam memorię ratio non est,affectus est:& rursus,quicquid non est affectus,ratio.
Impetus,commotio,affectioque animi.Cic.lib.2.de Inuent.134. Illum impetum,& quandam commotionem animi affectionemque verbis, & sententiis applicare debebit,& ostendere quanta vis amoris sit, quanta animi perturbatio ex iracundia fiat.
Affectio astrorum.Cicero de Fato.13. Astrorum affectio valeat,si vis ad quasdam restad omnes certè non valebit.
Affectio cœli.Cic.2.de Diuinat.148.O vim maximam erroris,etiamne

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

vrbis natalis dies, ad vim stellarum, & Lunæ pertinebat? Fac in puerò referre, ex qua affectione cœli primùm spiritum duxerit: num hoc in litere, aut in cemento. ex quibus vrbs effecta est, potuit valere.

Affectio distorta & prava. Cicero. 4. Tuscul. 44. Nõ enim omne vitium partes habet distantes, vt eorum qui non longè à sapientia absint, affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa dum est insipiens, sed non distorta nec prava.

Firma corporis affectio. Id est dispositio Cicero. 5. Tuscul. 41. Tu verò Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque condideris, & desineris summum bonum firma corporis affectione, explorataq; spe contineri, fortunæ aditus intercluseris.

Affectio inconstans. Cic. 4. Tuscul. 44. Vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota vita inconstans, & à seipsa dissentiens.

Affectio manens. Cicero 4. Tusculan. 45. Vitia enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem mouentes: vt non possint affectionum manentium partes esse.

Affectio erga aliquem. Plinius lib. 8. cap. 54. Simarum generi præcipua erga suum affectio.

Affecto, affectas, (ἐπιτήδευμα, ἐπιβάλλομαι, μετέρχω,) affectare, Ab affectu deductũ verbum, significat appeto, & nimio affectu rem aliquam inuestigo. In rhetoricis ad Herennium. 178. Non tam affectanda quàm superioresse tamen adhibenda nonnunquam. Sic dicimus, Affectat laudem vndequaque is ille venator & caper. Affectat vide ri doctus. Affectat quietem, pro cupit, non recte dixeris.

Affectare est promtum animum ad faciendum habere. Festus.

Affectare cruorem alicuius. Statius. 11. Thebaidos. 108. Fratris vterque furens cupit affectatque cruorem.

Affectare dextram. Virgilius. 3. Aeneidos. Verùm vbi nulla datur dextram affectare potestas. Vbi Seruius. Dextram affectare, dextram intendere, scilicet sic, vt posset nauem tenere.

Affectare diligentiam in superuacuis. Plinius libro. 17. cap. 1. 0.

Affectare iter. Cicero pro Roscio Amer. 83. Nunc verò quam viã muniter, quod iter affectet, videtis.

Affectare regnum. Ambitiosè ad regnũ aspirare. Liuius. 1. ab vrbe. 158. & Plinius de Viris illustribus. 15.

Affectare spes. Ouid. 5 Metamorphoseos. 76.
-Cereris quoque filia, virgo
Si patiemur, erit. nam spes affectat eadem.

Validius affectare aliquid. Quintilianus lib. 3. cap. 8. 42.

Affectare viam ad aliquid. Est ad aliquid magno affectu studioque tendere, aspirare, interdum in bonam, interdum in malam. Virgi. 3. Georgicorum. Viamque affectat olympo. Id est ad diuinos honores aspirat. Terentius Heaut. 1. 3. 60.
Nam disciplina est, ei dem munerarier.
Ancillas primùm ad dominas, qui affectant viam. Idem Phor. 5. 8. 71
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Plautus Menæch. 15. 11.
Vt me defrudes, ad eam rem affectas viam.

Affecto, cum infinitiuo. Silius Italicus lib. 4. 28. Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ.

¶ Affectare, pro eo quod est Consultò aliquid facere. Vlp. in L. Quod aut lex, Ad L. Iuliam de adulter. Quod aut lex Iulia, Incontinenti filiam occidat: hic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero, reseruet & post diem filiam occidat: vel contrà. Debet enim propè vno ictu, & vno impetu vtrunque occidere, equali ira aduersus vtrumque impetu. Quod si non affectauit sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis apprehensa est à patre qui persequebatur: incontinenti videtur occidisse.

Affectare aliquem damnis, Afficere. Plaut. Bacchid. 6. 11.
Pistoclere tua flagitia, aut damna, aut dispoliabula.
Quicis patrem, & me, teque, amicosque omnes affectas tuos. Nonius.

Affector, affectaris, (ἐπιτήδευμα.) Deponens. Varro, Affectatus est regnũ pro affectauit. Obsoletum est.

Affectans, affectantis. Participii, (ἐπιτηδεύων,) Ouid. 4. de Pót. 8. 12.
Sic affectantes cœlestia regna gigantes
Ad styga nubisero vindicis igne datos.

Affectatus, pen. prod. (μεμελετημένος,) Participium & nomen: vt affectatus sermo, affectata oratio, & affectata verba dicuntur nimis anxiè, & (vt ita dicam) curiosè quæsita. Eiusmodi autem sermo affectatus reprehenditur à doctissimis. vnde & cacozeliam: id est malam & peruersam affectationem, Grammatici inter orationis vitia posuerunt. Plinius in Pane. Affectata alis castitas, tibi ingenita & innata. Statius, lib. 1. Syl. 2. 20. Nec tatum pietas, sed protinus ardua virtus Affectata tibi.

Affectatio, Verbale, (ἦθοποιΐα,) Nimis studiosè: id est, affectu nimio quæsita diligentia. Alii sic: Affectatio, est æmulatio, siue appetentia rei, ferè in malam sonantiquam Græci cacozeliam appellant. Plinius lib. 11. cap. 37. 29. Tanta est decoris affectatio, vt tinguantur oculi quoque. Quintil. lib. 1. cap. 11. Nihil odiosius affectatione. Id est, affectu, conatuque æmulandi alterius virtutem, quam assequi nequeas re

fraganteaturavel nimio affectu, nimioque conatu alterius virtutem æmulandi: ita vt turpe sit ac deforme sic auidè æmulari. Sic Valla libro quarto.

Affectatio frigida & puerilis: Quintil. lib. 4. cap. 1. 53.

Affectatio nimia. Quintil. in proœm. lib. 1. 18.

Affectator. pen. prod. affectatoris, (ἦθοποιός). Quintil. lib. 6. cap. 3. de Cicerone, Non solum extra iudicia, sed etiam in ipsis orationibus habitus est nimius risus affectator. Idem libro eodem, cap. 2. 14. Affectator libertatis, cupidi maledicendi.

Affectator nimius. Quintil. lib. 6. cap. 3. 2. & affectator regni.

Affictus, Affictitius, Vide AFFINGO.

Affigo, affigis. pen. prod. affixi, affixum, (προσαρτῶ, προσπήγνυμι, λύω, παγιόω, πήγνυμι,) affigere. Ad aliquid figere. Liuius. 3. bel. Pun. 193. Laceratoque verberibus, cruci affigi iussit.

Adhæsum affigere, Hoc est reprimere adhærentiam, adhærere & consequenter creare. Lucret. lib. 4. 250.
Nam steriles nimium crassi sunt semine partim,
Et aliquid præter iustum tenuique vicissim.
Temne, locis quia non potis est affigere adhæsum.

Affigere aliquid ad rem aliquam. Cicero pro Roscio Amer. 34. Accusatores alloquens. Sed si ego hos, iudices, bene noui, literam illam est vos vt quæ eò inimici estis, vt etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt postea nomine alium nisi fortunas vestras facultates possitis. Hanc literam decreto iudicum affigendam ad accusatorũ capita, Asconius alibi C, alibi c esse dicit C, quòd sit prima verbi Condemno. c quòd sit prima verbi κατακρίνω. Id est morte mulcto. Vnde est illud Persii Satyr. 4. Expotis ex nigrũ vitio prefigere theta. Liui. 1. Decad. libro. 4. 83. Culpide ad terram affixit. Cicero libro. 1. de Inuent. 54. Continentia eum ipso negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari.

Affigere aliquid animo suo familiarius. Quint. lib. 2. cap. 7. 2. Nã etiam exercebitur acrius memoria aliena complectendo quàm sua, & qui erunt in difficiliore huius generis labore versati, sine molestia quæ ipsi composuerunt, iam familiarius animo suo affigent.

Affigere arma. Plin. lib. 16. cap. 39. 10. Cui virtutes affixerant arma.

Humi affigere particulam diuinæ auræ, Pro animum ad res terrenas demittere. Horat. 2. Affligere Serm. Saty. 2. 16.

Lecto affigere aliquem. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 17.

Aut si conduluit tentatum frigore corpus,
Aut alius casus lecto te affixit, habes qui
Adsideant, fomenta parent.

Affigere literas pueris, Hoc est eorum memoriæ tenaciter infigere, facereque vt hæreant. Quintil. lib. 1. cap. 1. Quæ causa est præcipientibus vt etiã quis satis affixisse literas pueris recto illo quo primũ scribi solent contextu videntur, retrouagant rursus, & varia permutatione perturbent, donec literas qui insticiuntur, facie notint non ordine.

Oscula affigere. Claudianus de bel. Get. 124. Blanda cruentatis affigunt oscula dextris.

Terræ affigere radicem. Virg. 1. Georg. 64.
Rura gelu tum claudit hyems nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.

¶ Affigere per translationem dictum, vt Affigere dulcedinem animis, quasi tenaciter imprimere. Plin. lib. 30. cap. 1. 20. Hunc enim maximè affixisse animis eam dulcedinem constat. Cic. 2. de Orat. 194. Eamaximè animis affigi nostris, quæ essent à sensu tradita, atque impressa. Id est, tenaciter inhærere.

Affixus, participium, (προσκεκαρφωμένος, Tibul. lib. 1. Eleg. 4. 18.
Ac circa grauibus pensis affixa puella
Paulatim somno fessa remittat opus.

Lateri affixus. Virg. 10. Aeneid. 32.

Affixa mundo sydera. Plin lib. 2. cap. 8. 1.

Affixus alicui tanquam magistro. Cicero ad Quin. fratrem, lib. 3. 17. 25. Dedit etiam alteram mihi, qua iubes eum mihi esse affixum tanquam magistro. Id est, mihi inhærere, & à me non discedere.

Affixus in saxis. Cic. lib. 1. de Orat. 96. Vt Itacham illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret. Id est saxis & rupibus adhærentem.

Affixus alicui in re aliqua. Cicero Lentulo, lib. 1. 8. 11. Quibus in rebus me ille sibi affixum habebit, neque à me vlla res, quæ ad re pertineat, negligetur.

Affixum in animo & sensu. Cic. 7. Verr. 108. Sed in anima sensuque meo penitus affixa, atque insita est.

Affingo, affingis, affinxi, affictũ, (ἐπιπλάττω, ἐπιπροσθῶ,) affingere, Id quod simplex fingere. aut finpendo accõmodare. Cic. 3. de Orat. 98. Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictã totamque formam quasi perfectam reperietis.

Addere & affingere rumoribus. Cæsar. 7. bel. Gal. 1. Addũt ipsi & affingũt rumoribus Call (quæ res poscere videbat) retineri vrbano motu Cæsare.

Affingere, & Detrahere, Contraria. Cicero. 1. de Diuinat. 193. Extorum fieri

fieri mutatio potest, vt aut absit aliquid aut supersit. Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.

Affingere aliquid alicui. Cic. pro lege Manilia. 6. Sed de Lucullo dicam alio loco, atque ita dicam Quirite, vt neq; vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta esse videatur. Idem in Orat. 41. Poeta peccat etiam, quum probam orationem affingit improbo, stultoue sapientis. Id est, fingendo accommodat.

Affingere aliquid, pro Mendaciter addere. Cic. 3. Tuscul. 136. Qui nihil opinione affingat, assumatque ad ægritudinem. Ibidem, libro. 3. 115. Quid huic generi malorum non affingitur illa opinio, Rectum esse & æquum, & ad officium pertinere, ægreferre quòd sapiens non sis Idem pro Cluentio. 6. Facsimqi vt intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. Idem Plin lib. 6. Pit enim plerunque, vt hi qui boni aliquid voluit allerre, affingant aliquid, quo faciant id quod nuntiant lætius.

Affingere hominum mores, pro assimulare. Cic. 2. de Orat. 134. In quibus describuntur hominum mores, & ita affinguntur, vt aut re narrata aliqua, quales sunt intelligantur.

Affictus, participium, (ἐπιπλαστός.)

Afficium proœmium. Cic. 2. de Orat. 177. Connexum autẽ ita sit principium consequenti orationi, vt non tanquam citharœdi proœmiũ affictum aliquod, se l cohæres cum omni corpore membrũ esse videatur.

Affictitius, (ἐπιπλαστός,) Verbale formatum à supino quod est affictum. Varro de Re rustica, lib. 3. cap. 12. 1. Appius sequitur, æquit, actus secundi generis, affictitius ad villam qui solet esse, ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatum.

Affinis, penult. longa, (πρόσπολος, πρόσχρημα, πρόσφορος, πρόσφατος,) ad, & finis compositum. Affines, in agris, vicini sunt tm hominibus, consanguinitate coniuncti tait Festus. Modestinus lib. 38. Pandect. L non facile. De grad. & affin. sic diffinit. Affines sunt, viri & vxoris cognati: dicti ab eo, quòd duæ cognationes quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finẽ accedit. Cic. 4. Academ. 15. Qualis tandem fuit affinis tuus Catule Tuditanus? Terentius in Phorm. 4. 1. 16. -ille si me alienus affinem voler, Tacebit. dum intercedet familiaritas.

Affinium nomina hæc sunt Socer, socrus, Gener, nurus: Nouerca, vitricus: Priuignus, priuigna. Gradus autem affinitatis nulli sunt. Modest. lib. 38. Pandect. L non facile. De gradib. & affinit.

¶ Affinis, per translationem dicitur alicuius rei particeps, & quasi coniunctus ei. Iungitur autem genitiuo vel datiuo.

Affinis alicuius culpæ, & alicui culpæ. Cic. 2. de Inuent. 218. Antè solitos esse accusatores iudicibus persuadere, affinem esse alicuius culpæ eum qui accusaretur. Idem pro Roscio amer. 11. Verùm id quod adhuc est suspiciosum, nisi pœnas is ipse fecerit, huic affinẽ culpæ iudicatore.

Affinis facinori. Cic. in Catilin. 78. Quantum facinus ad nos delatum sit, videtis. hunc si paucos putaris affines esse, vehementer, errabis.

Negotiis publicis affinis. Plaut. Trinum. 6. 49. Publicisne affinis fuit, an maritimis negotiis?

Noxæ affinis. Liuius lib. 9. belli Maced. 10. Ne quis affinis ei noxæ esset.

Rei capitalis affinis. Cic. 4. Verr. 65. Neque se vlque eò Sthenio esse inimicum, vt eum rei capitalis affinem esse diceret.

Affinis rerum quas fert adolescentia. Terent. Heaut. 2. 1. 3.

Sceleri, vel sceleris affinis. Cic. pro Sylla. 53. Circũspicite paullisper mentibus vestris hosce ipsos homines, qui huic affines sceleri fuerunt. Id est consciu. Author ad Herennium libro. 4. 15. 2.

Suspicionis affinis. Cic. pro Sylla. 17. Hic contrà ita quicunt, vt eo tempore omni Neapoli fuerit, vbi neque homines fuisse putantur huius affines suspicionis.

Turpitudini affinis. Cic. pro Cluent. 100. Duos solos video authoritate Censorum affines ei turpitudini iudicari.

¶ Affinia vincula. Hoc est vincula affinitatis. Ouid. 4. de Pont. eleg. 8. 2.
Ins aliquod faciunt affinia vincula nobis,
Quæ semper manent illabefacta, precor.
Nam tibi quæ coniux, eadem mihi filia penè est:
Et quæ te generum, me vocat illa virum.

Affinitas, penult. corr. (κηδεμονία, συγγένεια, πενθερία, κηδεστής,) Denominatiuum. Est hominum affinium inter ipsos coniunctio. Cic. 1. Offi. 80. Sequuntur connubia & affinitates: ex quibus etiam plures propinqui. Idem. 4. Verr. 16. Quò quisque te maximè cognatione, affinitate, ne cessitudine aliqua attingebat.

Affinitatis coniunctio. Cic. pro Cluent. 151. Illa sibi ad confirmandas inimicitias, affinitatis coniunctionem pignori fore putauit.

Affinitas perpetua. Vide PERPETVVS.

Affinitate sese deuincire cum aliquo. Cic. in Bruto. 60. Nam & cum summo illo oratore Seruio Galba, cuius C. filio filia m suam collocauerat, affinitate sese deuinxerat.

Affinitates iungere. Liuius. 1. ab vrbe. 216. Neque hospitia modò cum primoribus eorum, sed affinitates quoque iungebat.

Affinitatem dirimere. Tacitus lib. 12. Sinul affinitatẽ Claudius diremit.

Affirmo, affirmas, (κατάφημι, ἐγγυάομαι, διαχειρίζω, συμβιβάζω,) affirmare. Ex ad, & firmo firmas compositum, significat asserere. Affirmamus autem propriè de rebus certis, & quæ nobis compertæ sunt. vnde huic opponitur dubitare. Et ideo quidem affirmamus, vt sine vlla dubitatione credatur id quod dicimus: sic ad verum sit, siue falsum. Nam & multi affirmando mentiuntur. Affirmat igitur, qui dicit, Certa res est, Profectò sic est. Crede mihi, & alia eiusmodi. Item adhibito iureiurãdo magis affirmamus. Cic. 4. Acad. 92. Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc interesse? Idem. 2. de Oratore. 80. Nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiam & opinionem meam.

Certum affirmare. Liuius. 3. ab vrbe. 101. L. Cornelium COS. id bellum gessisse, oppidumque cepisse, certum affirmare, quia nulla apud veteres scriptores eius rei mentio est, non ausim.

Affirmo tibi nullam consolationem esse talem. Cic. ad Atticũ libro. 12. 24. 3. Idem Lentulo lib. 1. Epist. 7. 18. illud tibi affirmo, si rem istã Ex sententia gesseris, fore vt ab omnibus collaudere.

Affirmare asseueratione. Cic. Atticus, lib. 13. 28. 1. 2. Omnia tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensioni esse quàm delectationi posse flunculas meas.

Affirmare fortissimè. Quintilianus lib. 7. cap. 4. 30.

Affirmare iureiurando. Liu. 9. belli Punici. 118. Data vltrò citroq; fide, eosdem amicos, inimicosq; habituros iureiurando affirmatur.

* Affirmare crimen. 1. verisimile reddere. Liuius. 1. ab vrbe. 21.

* Affirmare constanter. vide Affirmatio.

Affirmare pro certo. Liuius. 1. ab vrbe. 10. Quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?

Temere affirmare de aliquo. Cicero ad Brutum, Epist. 1. 3. Nõ soleo mi Brute temerè affirmare de altero.

Valde affirmare de aliquo. Cic. ad Atticũ lib. 7. 118. 1. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem?

¶ Affirmare, pro confirmare, stabilireque. Tacit. lib. 10. Neque ego vnquam facundia exerci, & populi Romani virtute armis affirmati.

Affirmare se animo. Hoc est confirmare se, & animum firmum induere. Catullus Epigram. 71. 3.
Quin te animo affirmas, teque instringisque reducisque,
Et dicis mutis desinis esse miser?

Affirmare spem. Liuius. 1. ab vrbe. 6. Ea res vtique Troianis spem affirmat, tandem stabili, certaque sede finiendi erroris. Alii hîc legunt CONFIRMAT.

Affirmatus, penul. prod. Participium. Liuius. 4. Decad. lib. 8. Rhodus affirmata, quæ data priore decreto erant. Hoc est confirmata.

Rationibus aliquid affirmatum. Cicero libro. 1. de Inuentione, 81. Approbatio est, per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum, probabilius & apertius fit.

Affirmatio, (κατάφασις,) Verbale, actus ipse affirmandi. Plinius lib. 28. cap. 2. 6. Constantissima annalium affirmatione, transiturum fuisse fatum in Herrurium. Cicero. 7. Offic. 141. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa.

Affirmatio & dubitatio, contraria: Cic. ad Petum libro. 9. Sed quem exploraui nihil habereminec tibi solicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui.

Affirmationi alicuius credere. Plancus Ciceroni libro. 10. Epist. 11. 1. Credidi chirographis eius, affirmationi præsentis Laterensis, qui tum apud me erat.

Affirmatione aliquid alteri recipere. Plancus Ciceroni libro decimo, Epist. 7. 1. Plura tibi de meis consiliis scriberem, rationemque omnium rerum redderem verbosiur, quo magis iudicares omnia me Rei publicæ præstitisse, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi. Id est promisi.

Affirmatè, pen. prod. (κατηφατικῶς.) Aduerbium. Cicero. 3. Offic. 141. Quòd autem affirmatè, quasi deo teste promiseris, id tenendum est. Gellius libro. 10. cap. 12. Plerique nobilium Græcorum, & Phauorinus Philosophus memoriarum veterum exequentissimus, affirmatissimè scripserunt, simulachrum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanicha factum, volasse.

Affixus, Vide AFFIGO.

Afflatus, Vide AFFLO.

Affleo, affles, affleui, penult. produ. affletum, penult. prod. (προσκλαίω,) affiere, Fletum simulare. Hoc est nonveri, neque ex animo flere. Plautus. Persa. 4. 70.
Sed longè ab Athenis esse se gnatam autumet:
Et vt affleat, quum eam emeret. Idem Pœnulo. 16. 145.
Malum crudumque & callidum & subdolum.
Vt affleat, quo illud gestu faciat facilius?

Afflictio, Afflicto, et Afflictus, Vide AFFIGO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Affligo, affligis, penú. prod. (ἀπὸ τοῦ, προσκόπτω, πταίω, τραυματοῦμαι,) afflixi afflictum, affligere, Ex ad & verbo inusitato Fligere. Proprie significat ad terram tota vi prosternere. Plinius lib. 8. cap. 40. 9. At canis ille horrétibus per totum corpus villis ingéti primum latratu intonuit mox ingruit assultans, contrahque beluam exurgens hinc & illinc artifici dimicatione qua maximè opus esset, infestans atque eniteans, donec assidua rotatu vertigine afflixit, ad casum ilustellure concussa. Cæsar sexto bel. Gal. Neque si quo afflictæ casu concíderunt, erigere sese, aut subleuare possunt. Cicero in Pisonem. 74. Illi autem statuam illius persimilem, quam stare iúl oco celeberrimo voluerunt, ne inuisissimi hominis memoria moreretur, detorbant, affligunt, commutant, dissipant. Idem pro Cælio. 62. Qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit.

Affligere ad terram. Plaut. Persa. 3. 3. 18. Affligam te ad terram, scelus. addidit AD TERRAM, vtrem significantius exprimeret.

¶ Affligere per metaphoram, interdum pro Pertúrbare, angere, vexare accipimus. Celsus, Corpus variis morbis afflictú. Sic affligi aliquo genere morbi. Cicero in Pisonem. 67. Afflictus luctu, aut mœrore. Idem. 9. Philip. 264. & in Catilinam. 26.

Affligere & debilitare animos meos. Cic. 4. Tuscul. 53. Important enim ægritudines anxias atque acerbas, animosque affligunt & debilitant metu. Ibidem, Quid autem est fœdius & deformius, quàm ægritudine quis afflictus debilitatusque iacens?

Affligere, & leuare, contraria. Cic. ad Attic. libro. 13. Epist. 260. 1. Vt me leuarat mus aduentu, sic discellus affluit.

Per cellere atque affligere. Cicero pro Cælio, ad finem, Conseruare Iudices parenti filium, parentem filiorne aut seuectutem tam propè desperata contempsisse, aut adolescentiam plenam spei maximè, non modò non aluisse vos, sed etiam perculisse, atque afflixisse videamini.

Perdere & affligere. Cicero pro Roscio Amer. 20. Qui Scævolæ mors tantum potuit, vt omnes ciues suos perderit, & afflixerit.

Affligit corpus senectus. Cicero de Senectute. 26. Non planè me enervauit, non afflixit seuectus.

Afflixit hunc calamitas. Cicero pro Cluentio. 159.

Affligit leuius. Quintilianus in proœmio libri sexti. 13.

Mores grauius affligere. Plinius libro. 33. cap. 11. non procul à fine, Eadem Asia donata multo etiam grauius affluxit mores. Idem lib. 36. cap. 15. Cuius relicto an Aedilitas maximè prostrauerit mores ciuiles. De M. Scauro loquitur.

Affligere opes alterius. Plinius lib. 2. cap. 12. 3.

Affligere in aliquam vituperando, cui contrarium, Augere laudando. Cicero in Bruto. 23. Quòd iudicaret hoc oratoris esse maximè proprium, rem augere posse laudando, vituperandoque rursus affligere. De Gorgia loquitur.

Affligere se. Id est, se angere, vexare, excruciare Cic. Atti. lib. 2. 14. 3.

Affligi frigoribus. Colum. lib. 2 cap. 10. 2.

Sententiis quempiam affligere. Cic. pro Murena. 80. Si hunc, Iudices, ve stris sententiis affixeritis, quo se miser vertet?

Afflictus, participium, (πεπτωκὼς, πεπτωκυῖα, πεπτωκὸς,) Oppressus aduersis rebus. Cic. pro lege Manilia. 16. Hunc in illo timore & fuga Tygranes rex Armenius excepit, diffidentem, etiamque rebus suis confirmauit: & afflictum erexit, perditumque recreauit. Noct. Afflictum erexit, quasi afflictum humique est propria verbi significatio.

Afflictus, dolore vehementer affectus. Virg. 2. Aeneid. Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebam.

Afflictus atque euersus. Cic. pro Quint. 49. Vt per se afflictum atq; euersum propinquum suum non modo honesti partis bonis, verùm etiam communi luce priuaret.

Percellus & afflictus. Cic. pro Placco. 12. Itaque vt hanc Græciam, quæ tandiu inis cõiuris percussa & afflicta est, omittamus alia verus, quæ quõ dosa opibus, imperio, gloriâ floruit, hoc vno malo concidit, libertate inmoderata, ac licentia concionum.

Calamitate afflictus. Cicero pro Sylla. 11. Hic se ita fractum illa calamitate atque afflictum putauit, vt nihil sibi ex priltina dignitate superesse arbitraretur.

Casu aliquo grauissimo afflictus. Cicero Dolabellæ. li. 9. 11. 1. Vel meus ipsius interitu mallem literas meas desyderares, quàm eo casu quo sum grauissimè afflictus.

Magnis clamoribus afflictus conticnt & concidit. Cicero ad Articum, libro primo. 11. 18.

Afflictus & profligatus mœrore. Cic. in Catil. 16. Quanto tadem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis?

Amicitia afflicta. Cic. pro Quintio. 61. Fatetur se, non belle dicere, non ad voluptatem loqui posse, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare.

Animos afflictos recreare. Cic. ad Atti. lib. 1. 11. 13. Ego recreaui afflictos animos bonorum, vtumquenque confirmans, excitans.

Afflictus & fractus animus. Cic. ad Att. lib. 11. 24. 2. 6. Quod certe afflicti & fracti animi non fuit. Idem pro domo sua ad Pontif. 74.

Qui me animo nũus fracto esse, atque afflicto loquebantur.

Afflicta senio aut tempestate arbor. Colum. lib. 5. cap. 6. 1.

Mœstitia domus afflicta. Cicero. 12. Philip. 310. Auxerat autem meam quidem spem, quòd domum Antonii afflictam mœstitia audiebam, Iunentari vxorem.

Fides afflicta. Affecta. Hoc est, collabefactata diminutaque. Tac. li. 17. Mulris afflicta fides in pace, ac turbatis rebus alacres, & per incertã tutissimi.

Fortuna alicuius afflicta. Cicero pro Sylla. 28. Si nobilitas hominis, si afflicta fortuna, si reliquæ priltinæ dignitatis, non tam illustres fuissent. Idem pro lege Manilia. 16. Hoc tam ferè sic fieri solere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam.

Afflicta fortuna. Cicero ad Quint. fratrem, libro primo. 3. 10. Et Attı. lib. 14. 310. 2.

Afflictus ac iacens homo excitatur. Cicero de Arusp. respõ. 46. Videtis igitur hominem per scipsum iam pridem afflictum ac iacentem, pernitiosis optimarium discordiis excitari. Idem, Post reditum in Senatu. 31. Qui nihil primus afflicto & iacenti dexteram porrexit.

Naufragium afflicta ad scopulos. Cicero pro C. Rabirio. 19. Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam nauem videres.

Pudor afflictus. Stat. 11. Thebaid. 33.

Quæ meruit (fels nempè socer) licet alta recondas.
Volnera, & afflictum generi vereare pudorem.

Afflictam & perditam prouinciam erigere atque recreare. Cic. 5. Verr. 182. Alia sunt tua facta atque consilia summa laude digna, quibus illã tu prouinciam afflictam & perditam erexisti, atque recreasti.

Religiones eorum scelere prostratæ afflictæque sunt. Cicero lib. 2. de Legibus. 69.

Res afflictæ. Lucan. lib. 1. 93. -velut vnica rebus
Spes foret affictis patrios excedere muros Inconsulta ruit.

Afflicta salus. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 6. 3.

Afflicta & prostrata virtus maximè lustuosa est. Cicero libro secundo de Oratore. 117.

Afflicta vrbs pestilentia. Liu. 3. ab vrbe. 25.

Erigere afflictum. Cic. de Arusp. respõnsis. 46. Et pro lege Manil. 15.

Excitare afflictos. Cic. 1. de Orat. 17. Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis? Idem libro eodem. 32. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici potest, quàm eum qui hanc personam susceperit, vt amicorum controuersias causasque tueatur, laborantibus succurrat, egris medeatur, afflictos excitet, huic in minimis rebus tenuissimisque rebus ita labi, vt alijs miserandus, alijs irridendus esse videatur.

Recreare afflictos animos. Cic. Attico, lib. 11. 13.

Grauissimè afflictus. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 11. 1.

Afflictio, (πάθος τὸ, Verbale, Actus ipse affligendi. Cicc. 4. Tuscul. 16. Molestia, afflictio, deiperatio. Sic. 3. Tusculanarum.

Afflictare. Frequentatiuum, (πεπτωκέναι, Cæsar. 3. bel. Gal. Naues in vadis afflictarentur. Ibidem, lib. 4. 571. Et cuerarias, quæ ad ancho ras erant deligatæ, tempestas afflictabat. Hîc agitare & concutere significat. Quasi dicat, Facichat tempestas vt inuicem conflictarentur & ita collidcrentur.

Afflictari de re aliqua. Cic. ad Atti. lib. 11. 209. 1. Accepi à te signatum libellum, quem Anteros attulerat: ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor: quòd qui eas dispensant, neque adest illic, neque vbi terrarum sit scio.

Afflictari amore. Lucret. 4. 233.

Afflictari morbo, Quod & morbo conflictati dicitur. Liuius nono. bel. Pun. 45.

Afflictare aliquem luxuria. Tacit. lib. 13. Quòd Italiam luxuria sæuitiaque afflictam ac vexatam esset, veneno damnationem auteuertit.

Afflictare sese. Id est, frequenter sese, & plurimùm affligere. Cicero Attı. lib. 3. 15. 1.

Acerbissimè afflictari. Cic. Attico lib. 11. 209. 1.

Grauiter vehementerque afflictari. Cicc. in Catilin. 23. Sæpe homines egri, morbo grauì quum æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, prius releuari videntur: deinde multo grauius vehementerque afflictantur.

Turpius afflictatur Resp. Cic. de Arusp. resp. 37. Hoc etiam turpius afflictatur Respub. quòd ne ab eo quidem vexatur, vt &c.

Afflictatio, Verbale (πεπτωκέναι, Cicero. 4. Tusc. 29. Afflictatio, ægritudo cum vexatione corporis.

Afflictor. Verbale, (πεπτωκέναι, Qui affligit, vel afflixit. Cicero in Pisonem. 51. Age, senatus odit te, quod cum tu facere iure conceditur afflictorem & proditorem, non modo dignitatis, & authoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui.

Afflictus, huius afflictus. Verbale, (πάθος τὸ, Idem quod afflictio. Cic. 3. Tusc. 35. Efœminata virtus afflictu occidit.

Afflo,

Afflo, asflas, (ἐπιπνέω,) afflare, Est spiritu, flatúne quasi contingere. Colum. lib. 2. cap. 5. 14. Cauendúmque ne à serpentibus afflétur. Liu. 10. bel. Pun. 24. Afflatiq; incẽdio effugerũt. Horat. 2. Serm. -velut illis
Canidia afflasset peior serpentibus Apluris.

Afflantur odores è floribus Cic. de Senect. 55. Quum admiraretur Lysander & proceritates arborũ, & directos in quincuncem ordines, & humũ subactã atq; puram, & suauitatẽ odorũ qui afflarent è floribus.

Vineta afflantur Noto. Stat. 5. Syl. 1. 50. -sic plena maligno
Afflantur vineta Noto.

Anhelitus oris afflat vittas. Ouid. 5. Metamor. 124.
Sed certè foniq́ pedum terrebat, & ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.

Odores afflare. Propert. lib. 2. eleg. 30. 4.
Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores,
Sed quos ipse suis fecit amor manibus.

Ore alicuius afflari. Ouid. 7. Metamor. 6.
At nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore.

¶ Aflare, pro flatu implere. Ouid. 6. Fast. 141.
Inuentam Satyrus primùm miratur, & vlum
Nesc it, & afflatum sensit habere somnũ. De tibia loquitur.

¶ Afflare, de rumore dictum. Cic. Attic. lib. 16. 333. 12. Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat, cõmissione Græcorum frequentiam comitiorum non fuisse. Sub. ut fi. Vt sit sensus, Aliquantulus rumor incertus quasi vento quodam ad aures meas peruenerat.

¶ Afflare alicui, pro aspirare seu fauere. Pibul. lib. 2. eleg. 1. 16.
Ah miseri, quos hic grauiter deus vrget at ille
Felix, cui placidus leniter afflat Amor.

Afflari auram alicui in aliquo crimine. Cic. 3. in Verr. 24. Sperat sibi auram posse aliquam afflari in hoc crimine. Id est, ab aliquo fauore se posse adiuuari.

Afflare alicui aliquid mali, Id est, flando immittere. Ad Herẽ. lib. 4. 129. Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, aspectu rabido, spiritu venenato, circumspectans huc & illuc, siquem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit.

Afflare aliquem ventis fulminis. Virg. 2. Aeneid. 130.
Iampridem inuisus diuis & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuũm pater, atque hominum rex
Fulminis afflauit ventis, & contigit igni. Plinius iunior de se & collega, Vtrunque nostrum ille optimi cuiusque spoliator & carnifex, stragibus amicorum, & in proximo facto fulmine afflauerat. Hoc dicit quia periclitatus est Secundus sub Domitiano.

Ignibus afflari. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 5.
Sæua nec admiror metuunt si fulmina, quorum
Ignibus afflari proxima quæque solent.

Afflari diuino spiritu, quod vulgò Inspirari dicitur. Cicero pro Archia, poeta. 14. Atqui sic à summis hominibus eruditissimisque accepimus cæterarum rerum studia, & doctrina, & præceptis, & arte constare: poeram natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari.

Afflari sydere. Plin. lib. 2. cap. 41. 1. Afflantur alij sydere, alij commouentur statis temporibus.

Numine dei afflatus. Virg. 6. Aeneid. 10.
Nec mortale sonans, afflata est numine quando Iam propiore dei.

Peste afflatus. Sillius lib. 6. 48. -victásque catervas
Longius enectas afflatus peste premebat.

Sole afflatus. Claudianus de bello Gildon. 70.
Dixit, & afflatus vicino sole, refugit.

Afflatus, huius afflatus, (ἐπίπνοια, ἐπίπνευσις, μόλις,) Verbale, Actus ipse afflandi. Plin. lib. 10. cap. 33. 9. Perdices concipiunt masculorũ superuentantium afflatu. Sic apud eundem lib. 37. cap. 13. Afflatus ventorum benignus & lib. 6. cap. 17. & libro. 4. cap. 12. 46. Afflatus noxius.

Calidi afflatus. Statius. 6. Thebaid. 106.
-per cussé calidis afflatibus herbæ
Qua tulit ora, cadunt mœriturque ad sibila campus.

Afflatus diuinus, Diuina, vt ita dicam, inspiratio. Cic. 1. de Nat. Deorum 147. Nemo vir magnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit.

Afflatu diuino mentem alicuius concitare. Cic. lib. 1. de Diuinat. 69. Potest autem vis illa terræ quæ mentem Pythię diuino afflatu concitabat, euanuisse vetustate.

Instinctus afflatusque diuinus. Cic. lib. 1. de Diuinat. 64. Oracula quæ in stinctu diuino afflatuque funduntur.

Necare aliquem afflatu. Ouid. 3. Metam. 10.
Hos necat afflatu, funesta hos tabe venenũ.

Afflatus è terra. Cic. 1. de Diuinat. 176. Quid tam diuinum, quàm auratus è terra mentem ita mouens, vt eam prouidam rerum futurarũ efficiat? Paulò antè, anhelitum terræ vocat.

¶ Afflatus, pro H aspiratione, seu nota aspirationis. Varro libro. 3. de

Re rust. cap. 1. Nec minus oppidi quoque nomen Thebæ indicãt antiquiorem esse agrum, quòd ab agri genere non à conditore ei nomen est impositum. Nam lingua prisca & in Græcia Aeoles Beotii, sine af flatu vocant Aeoles Thebas: & in Sabinis quo è Græcia venerunt Pelasgi, et iam nunc ita dicunt.

Affluo, affluis, penul. corr. affluxi, affluxum, (ἐπιῤῥέω, περιουσιάζω, πλουτέω, παρέρχομαι,) affluere. Propriè ad aliquid fluere. Colu. Ne quum à vertice torrens imbribus conceptis affluxerit, fundamenta conuellat. Plinius libro. 2. cap. 97. 1. Bis inter duos exortus lunæ affluunt, bisque remeant. De maris æstibus loquitur.

Affluere, de hominibus dictum. Liuius. 9. bel. Maced. 116. Dimicantibus iis legio quinta superuenit: deinde vt quæque potuerant copiæ affluebant. Idem. 4. bel. Pun. 222. Affluẽtibus ad famam eius vndiq; barbaris Virg. 1. Aeneid, 158. Atq; hîc lugentem comitii affluxisse nouorũ.

Amor affluit. Ouid. 1. de Remed. amor. 30. Affluit incautis insidiosus amor. Hoc est illabitur, & velut adrepit, tacitusque aduenit.

Affluunt litere, & rumor. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 19. 2. Nihil ex istis locis, non modo literarum, sed ne rumoris quidem affluxit. Id est aduenit: nullæ literæ afferuntur, nihil auditur à locis illis.

Affluere ad. Cicero. 1. de Finibus. 61. Nam si ea sola voluptas esset quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam, & ad eos cum suauitate affluere, & illaberetur &c. Tanquam de liquore dixit affluere: id est leniter flueret, & quasi lapiu permearet. quod per verbum Illaberetur declarauit.

¶ Affluere, per metaphoram pro abundare. Plaut. Pseud. 4. 58. Atque adeò vt frumento affluam. Cic. 2. de Finibus, At miser si in vitiosa, & flagitiosa vita affluereț voluptatibus.

Diuitiis affluere. Lucretius libro. 6. 3.

Affluens, Participium, (περιουσιάζων,) Liuius. 5. belli Macedon. 8. Quotidie affluente multitudine ad famam belli. Id est copiosè accedente.

Affluens & beatus. Cicero in Sallustium. 12. Modò inquam patrimonio non comesso, sed decorato, quibus rationibus repentè factus ex tã affluens, & tam beatus?

Animi affluentes. Hora. 4. Carm. 11. 4. -quòd ex hac
Luce Mecœnas meus affluentes
Ordinat annos. Acron, Affluentes, id est crescentes, aut multos.

¶ Affluens, abundans. Vt affluens opibus, & copiis. Cicero pro lege Agraria. 81. Et apud eundem pro Cluentio. 150. Affluens omni scelere domus.

Bonitate affluens homo. Cicero pro Roscio Comœdo. 16. Largitus est. f. homo liberalis, & dissolutus, & bonitate affluens Fannius Roscio?

Homo omni lepore & venustate affluens. Cic. 7. Verr. 111.

Otio nimio & ingeniis vberrimis affluentes doctissimi homines. Cicero. 3. de Oratore. 32.

Affluens studiis locus. Cicero pro Archia. 3. Nam ibi natus est loco nobili, & celebri quondam vrbe & copiosa, atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluenti.

Vnguentis affluens. Cicero pro P. Sestio. 13. Alter vnguentis affluens calamistrata coma.

¶ Affluens, affluentior, affluentissimus, pro abundans Cicero. 1. Offic. 215. Omnium rerum affluentibus copiis. Idem in Lælio, Dicior enim esse videatur & affluentior vera amicitia.

Affluenter, affluentius, affluentissimè, aduerbium qualitatis. Cicero. 5. Tuscul. 25. Quoque affluentius voluptates hauriat.

Affluentia, (εὐπορία, περιουσία, πλοῦτος,) Pro abundantia multi vtuntur doctissimi: vt Omnium rerum affluentia. Cicero pro lege Agraria cõtra Rullum. 93. Ex hac copia atque omnium rerum affluentia, primùm nata est arrogantia. Plinius in Panegyr. Iustar ego perpetui congiarii puto affluentiam annonæ.

Affodio, affodis, penul. corr. affodi, penult. prod. affossum, (πρόσβλημα, ἐμβάλλω,) affodere, Fodiendo adtigere. Plinius lib. 2. cap. 68. ad finem, Vtroque, vicini cæspitem nostro solo affodimus.

Affor, affaris. affatus sum, (προσαγορεύω, προσείπω, προσλαλῶ,) affari, penprod. Ex ad & fari compositum, Alioqui. Aiunt Grammatici primam personam in vsu non esse. Est autem verbum apud poetas vsitatius. Virgilius Aeneid. 2. Tũ sic affari & curas his demere dictis. Idem in. 12. Tũc sic affatur regem, atque ita turbidus infit. Cicero. 2. Philip. 53. Qui locus est aut tã desertus, aut tam inhumanus, qui illos quò acceserint, non affari atque appetere videatur?

Affari (inquit Nonius) non solum pro respõdere, vel fabulari, sed etiam rogare positum. Accius Tereo, Deum Cadmo genera tum semel affare
Virg. 4. Aeneid. I foror, atque hostem supplex affare superbum.

Affari, Agere gratias. Virg. 2. Aeneid. Affatursque deos, & sanctum sydus adorat. Vbi Seruius, Affatur deos, agit dus gratias.

Affari dulci amore, id est Amicè. Virgilius. 6. Aeneid. 91.

Affari nomine Cicero de claris Orat. 137. Nam scripsit his verbis, quum hunc nomine esset affatus.

Affari verba Iolandis. Statius. 1. Achill. 77.

Affari voce. Sillius libro. 8. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nanque hac acciram stagnis Laurentibus Annam
Affatur voce,& blandis hortatibus implet.
Affari extremum. Virgilius.9.Aeneidos.100.
-nec te te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?
Affatus,penul.prod.Participium.(πρόσφθεγμα,) Allocutus. Virgilius.4. Aeneidos.127.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi.
Affatus,huius affatus,penul.prod.Nomen verbale,(προσφθεγμα,)Alloquium,colloquutio.Virg.4.Aeneidos.57.
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu?
Affatu bonus. Statius lib.1.Thebaid.37.
Affatus malignus. Claudian.de Rapt.Proser.lib.3.45.
Prima Venus campos Actææque rura maligno
Ingerit affatu. Id est oratione subdola.
Affatus tacitus. Statius.6.Thebaid.127.
-mox numina supplex
Affatu tacito iuuenis Tegæus adorat.
Affatus alicuius petere Id est colloquium. Seneca Medea.5.1.
Minasque nostros propius affatus petit.
Affabilis,pen.corr.adiectiuum, (ὁμιλητικὸς,φιλόφρων.) Qui se facilem præbet in congressibus humanis,hoc est in loquendo, audiendo, & respondendo. Terentius Adelph.5.6.8.Meditor esse affabilis,& bene procedit. Cicero.1.Offic.158.Et in omni sermone omnibus affabilem, & iucundum se esse velle.
Affabilitas, pen. corr, (φιλοφρωσύνη,) Ipsa virtus eius qui affabilis est. Cicero secundo Offic.68.Quantopere conciliet animos comitas,affabilitasque sermonis.
Affabiliter,affabilis,affabilissimè. Gell.lib.16.cap.3. Hæc tum Phauorinus,multaque istiusmodi alia affabilissime dicebat.
Affore, pen.corr.(πρόσεσθαι,)ex ad & fore compositum, Affuturum esse.Et est verbum ita defectiuum, vt ipsum verbum Fore. Ouidius.11.Metam.52.
Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare,quo terras &c. Virg.1.Aeneid.116.
Atque vtinam rex ipse Noto compulsus eodem
Afforet Aeneas.Vbi Seruius,Afforet,adueniat,temporis est futuri.Liuius.8.bel.Macedon.23.Et prope certa fouebantur spe, iam Nicandrum ex composito affore. Cæsar.c. belli Gall.104. Hanc affore biduo. Sallustius in Iugurt.Polliceter in tempore semetipsum cum exercitu affore Cicero ad Papirium,lib.9.26.5. Non me hercule suspicatus sum illam affore.
Affore,pro significatione præsentis videtur accepisse. Statius libro primo Thebaidos,
-sensit manifesto numine ductos
Affore,quos nexis ambagibus augur Apollo
Portendi generos vultu fallente ferarum Ediderat,pro adesse.
Affore ab oris externis. Virg.7. Aeneid.54.
-generos externis affore ab oris,
Hoc Latio restare canunt. Id est venturos,affuturos.
Afformido, affomidas,pen.prod.(ὑποπτήσσω,)afformidare, Idem quod simplex formidare. Plau. Bachid.21.3.
Magisque afformido ne is peream.
Affrango, affrangis,(πρόσαγνυμι,)affrägere. Ad, siue iuxta frägere. Statius.5.Syl.1.8.
Mira fides,citius genitrix Sipylèia fertur
Exhausisse genas,citius Titonida mœsti
Deficient rores:aut exiocata fatiscet
Mater Achilleis hyemes affrangere bustis.
Affrico, affricas,,penult.corr.(πρόστριβω,)affricare, Ad aliquid fricare.Plin,lib.8.cap.27.10.Marathro herbæ fese affricãs.Idem lib.29.cap.6.15.Anguium adeps æruginì mixtus, ruptas oculorum partes sanat:& membrana siue senectus vernatione eorum exuta, si affricet,claritate facit.Colu.lib.7.ca.5.5.Aut arbori affricat. Sub.fese. Affictus,huius affictus,Verbale,(πρόστριμμα,) Actus ipse affricandi. Plin.lib.31.cap.6.14.Spumaque aquæ affrictu verucas tollit.
Affrio, affrias,(πρόσπλάσσω,)affriare,Ex ad, & friare cõpositum. Friare autem de rebus iis dicitur,que facili,& nullo, vt sic dicam,tritu comminuntur,& in pulverem rediguntur: vt resina inter digitos.Varro.1.de Re rust.57.1.Quidam ipsum triticum cõsperguntquisaddant circiter in M modiũ quadrata l amurcæ. Ité alius aliud affriat,aut aspergit,vt Chalcidicam, aut Caricam cretam, aut absynthium,absynthiiue decoctum.Hoc est,ipsi tritico admiscet ali quid friabile,veputa cretam Chalcidicam,aut Caricam.
Affui, Affuturus, Vide ADSVM.
Affulgeo, affulges,affulsi,(πρόσαυγέω,)affulgère,Ad aliquid fulgere:vt,Huic ædium parti rarò sol affulget.

Affulgere vultu nitenti. Sil.lib.8.94.
-postrema nitenti
Affulsit vultu ridens Venus.
Affulgère per metaphoram dicitur,quod animum nobis erigit,atq; excitat. Liu.7.bel.Pun.161. Prima spes morte nuntiata Marcelli affulsit, Ibidem lib.3.151.Quum Sardiniæ recipiẽdæ repentina spes affulsit.
Affulsit fortuna. Liuius.10.bel.Pun.140.Noui vobis spiritus magis magnos,quàm vtiles:& mihi talis aliquando fortuna affulsit.
Affundo, affundis,affudi,pen.prod.affusum,pen.prod. affundere,(ἐπιχέω,) Aspergere. Plin.lib.12.cap. 11.3. Medici nucleos Arabicæ glandis tundũt,affusa eis paulatim calida aqua. Idẽ lib.19.cap.8.Hoc & panis rustici cruste inspergitur,affuso ouo inhæres.Idem lib.16.cap.34.8.Vnumque illi affundere.
¶ Affundi,fluuii aut maria dicuntur,quæ vrbem, aut quiduis aliud alluũt:id est præterlabuntur.Plin.lib.5.cap.1. Affunditur huic autem æstuarium è mari æstuoso meatu.Hoc est,alluit eam.De Lixo vrbe loquitur. Idem lib.5.cap.29.Mæander plurimis affusus oppidis.Hoc est,qui multas vrbes alluit,siue prætерlabitur.
Affusa vrbs mari,pro affusum mare vrbi. Plinius libro tertio,cap.7.Caesaraugusta,colonia immunis,amne Ibero affusa. Id est, quę alluitur amne Ibero.
¶ Affundo,pro infundo.Tacit.lib.13.Innoxia adhuc,ac præcalida,& labata gustu potio traditur Britannico.Dein postquàm feruore asperabatur,frigida in aqua affunditur venenũ:quod ita cunctos eius artus peruasit vt vox pariter & spiritus eius raperentur.Idẽ libro.5.de Phœnice auè,Confecto quippe annorum numero, vbi mors propinquet,suis in terris struere nidum,eique vim genitalem affundere,ex qua fœtum oriri &c.
Affusus,participium,(πρόσπεσών,)prostratus,Prouolutus. Ouidius nono Metamor.74.
-tepido dant oscula iugo?
Affusáque,suę radicibus arboris hærent. Ibidem.122.
-pectori moritura videri,
Amplectique pedes,affusáque poscere vitam.
Lucanus,lib.7.14. regesque tui cum supplice mundo
Affusi,vinci socerum patiare rogamus.
Affusus tumulo. Hoc est,iuxta tumulum fusus,iacens prostratus. Ouid. Metamorph.109.
Affusęque iacent tumulo,signataque saxo
Nomina complexæ,lachrymas in nomina fundunt.
¶ Affusus,pro infusus. Ouid.ad Luiam de morte Drusi.85.
Aridaque affusa guttura tinxit aqua.
A foris, A duerbium,pen.corr.(ἔξωθεν,)Plin.lib.17.cap.24.12. Inueus penetrat omnis à foris iniuria. Sunt qui diuisim scribant,à foris. Alii negant esse Latinam vocem.
Afra, auis, Vide AFRICA.
AFRANIA Licini Bructionis vxor, prompta ad lites contrahendas pro se semper apud Prętorem verba fecit,non quòd aduocatis deficeretur,sed quòd impudentia abundabat.Itaque inusitatis foro latratibus assidue tribunalia exercendo,ad muliebris calumniæ notissimum exemplum euasit,adeò vt pro crimine improbis fœminarum moribus C.Afraniæ nomen obiiciatur.Veler.Max.lib.6.cap.3.
AFRANIVS,(Ἀφράνιος,) poeta Latinus comicus, teste Cicerone in Bruto,homo peracutus in fabulis,& disertus,quod in togatis excellit inquit Quintilianus lib.10.cap.1.Vtinamque non inquinasset argumenta puerorum fœdis amoribus,mores suos fassus. Horatius huius meminit lib.2.Epist.1.12.Dicitur Afranii toga conuenisse Menandro.Hoc est,Afranii fabula togatà dicitur fuisse similis comœdiis Menandri. Multa siquidem mutuatus est à Menandro, teste Cicerone libro primo de Finib.12.Ausonius quoque, Qui toga facundis scenis agitauit Afrani.
¶ L.Afranius,alter dux Pompeianus notissimus.Lucan.lib.4.1.
Iure pari rector castris Afranius illis, Ac Petreius erat.
AFRICA,pen.cor.(Λιβύη,Ἀφρική,) tertia pars orbis, freto Herculeo, ac Nilo à cæteris orbis partibus diducitur:Libya, & Hesperia à Græcis appellata.hanc ab initio,vt ait Sall.habitauerũt Getuli, & Libyes aspери inculti,quibus cibus erat caro ferina,atq; humi pabuli velut atque pecorib⁹.Hæc Volaterranus.Madian filius fuit Abrahę ex Cetura.Huius filius Afer,siue Apher,quum castra fixisset in Libya, & filiorum eius filii habitassent in ea,terram illam ex eius nomine Africam seu Aphricam vocauerunt.Author Iosephus Antiquit. lib.1. cap.25. Alexandri Polyhistoris sententiam secutus.Alii dictam putant,quasi sine frigore.Siquidem a particula est priuatiua,φρίκη horrorem frigoris significat.Author Seruius in.6.Aeneid.63. Quidam ab Afro Libys Herculis filio dictam malunt.Solinus cap.37.
Africa semper aliquid noui apportat. Prouerbium, quod quadrabit in homines lubrica fide, semperque nouandarum rerum auidos. Quod quidem ideo dicebatur, q⁹ in Africa siticulosa regione, ad vnum aliquem

quem riuum plurimæ ferarũ species bibendi gratia conuenire cogantur,ibiq; varia mistura violętæ Veneris,varias monstrorũ formas sub indeq; nouas nasci.Ex Plin.lib.8.c.16.Aristotele.& Erasmo in Chil.
Ardens Africa. Lucan.lib.9.147. -dracones
Pestiferos an Ieus facit Aphrica.
Beluis frequens Africa. Plin.lib.5.cap.9. Inde Africam ab Aethiopia dispescens,etiamsi non protinus populis,feris tamen & beluis frequens, syluarumq; opifex, medios Aethiopas secat cognominatus Astapus. quod illarũ gentium lingua significat aquam è tenebris profluentem.
Fertilis Africa. Horat.3.Carm.16.7.
Pallida Africa. Claud.de bello Gildonico.75.
Pallida trãslatum iam sentiat Africa Rhenum.
Vadosa Africa. Stat.4.Syl.5.8.
-vadosæ nescius Africæ Intras.
Vltima Africa. Horat.2.Carm.18.1. -non trabes Hymettiæ
Premunt columnas vltima recisas
Africa. De Numi ita intelligit,quæ pars est Libyæ.
Afer,afri,(Λίβυες,) Qui est ex Africa.
Dirus Afer. Horat.4.Carm.4.9.
Dirus per vrbes Afer it Italas.
Discincti Afri. Virg.8.Aeneid.144.
Hic Nomadum genus,& discinctos Mulciber Afros Finxerat.
Vbi Seruius,Vel habitum eorum ostendit,qui vsque in talos fluebat: quod Plautus ridet in Pœnulo dicens,Quæ est illa auis? quum Afrum vidisset vestem demissam trahentẽ. Aut discinctos dixit,inhabiles militiæ. Omnes enim qui militant, cincti sunt. Aut certè ineffaces:vt contrà,præcinctos,strenuos dicimus Horat.lib.1.Serm.5.3.
-altius ac nos Præcinctis vnum.Vnde & Græcè δίζωνος appellat, non qui bonam zonam habet,sed qui est strenuus.
Rebelles Afri. Silius lib.15.81.
Sitientes Afri. Virg.1.Eclog.13. At nos hinc alii sitientes ibimus Afros.
Vbi Seruius, Tropus Synecdoche,ab Afris enim Libyam quæ aqua indiget intelligi vult.Est enim calidissima regio & penè inhabitabilis.
Tenues Afri,id est pauperes.Iuuen. Sat.8.12.
Vagus Afer.Sil.lib.15.106.Et Lucanus lib.4.154.
Afer,afra,afrum,(Λίβυς,) Adiectiuum.
Armentarius Afer. Virg.3.Georg.69. -omnia secum
Armentarius Afer agit. Armentarium vocat,quia in Africa armentà & greges abundẽt.
Afra anis,id est Libyca. Refertur à Suida de prægrandibus, quòd ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Horatius de prælauta viurpant,
Non Afra auis descendat in ventrem meum
Iucundior,quàm lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum. Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa,quas eadem Numidicas aues appellant. Aeron videtur de struthione sentire,quę & ipsa auis mira mole corporis esse fertur.Non inepti facietur & in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plautus Pœnulo.5.3.Pœnum autem vocat ob manicas, alarum nostar vtrinque pensiles. Prouerbium extat in auibus Aristophanis. Interpres indicat conuenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim prægrandes ferè timidiores. Terentius, Hic nebulo magnus est.Erasmus in Chiliad.
Murice Afro tinctæ lanæ. Horat.2.Carm.16.8.
Serpentes Afri. Horat.2.Serm.Sat.8.19.
Africanus,penult.prod.adiectiuum, (Λιβυκὸς,) Hinc Africanus Scipio, ab Africa denicta. Horat.epod.9.5.
Africanum bellum. Cicc.pro Deiot.16. Secutum est bellum Africanum. Ibidem.17. At eo tempore ipso Niceam Ephesumque mittebat qui rumores Africanos exciperent,& celeriter ad se referrent.
¶ Africanæ,absolutè, dicuntur Pantheræ,quæ & Variæ. Africanæ quidem,quoniam in Africa sunt frequentes. Variæ,quoniam maculaꝝ varietate sunt spectabiles. Plin.lib.8.cap.17. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Primus autem Scaurus Aedilitate sua Varias centum quinquaginta vniuersas misit.
¶ Africanæ,Gallinarum genus est prægrandium. Columella lib.8.cap. 2. Gallinarum genera sunt,vel cohortalium,vel rusticarum, vel Africanarum. Africana est,quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi similissimũ quòd rutilam galeam & cristam capite gerit: quæ vtraque sunt in Meleagride cœrulea. Varro de Re Rustica lib.3.cap.9. Gallinæ Africanæ sunt grandes,variæ, giberæ, quas Meleagridas appellant Græci.
Africus,penul.corr.(Λιβυκὸς,)adiectiuum.Vt Africa bella. Sil.lib.17.3.
Africus,(Λίψ,) substantiuum, Est ventus ab Africa flans inter Austrum, & Zephyrum, cuius meminit Horatius.1.Carm.1.3. Luctantem Icariis fluctibus Africum,&c.
Africus ventus, etiam Libs vocatur. Plin.lib.2.cap.47. A meridie Auster,& ab occasu brumali Africus.Notos,& Liba nominant.Idem lib. 18.cap.34. Ex aduerso Aquilonis, ab occasu brumali Africus, flabit, quem Græci Liba vocant.In hunc à coitu quum se pecus circumege-

rit,fœminas conceptas esse scito.
Celer Africus. Horatius.1.Carm.1.41.
Creber procellis Africus. Virg.1.Aeneid.18.
Pistilens Africus. Horat.3.Carm.23.1.
Proternus Africus. Horatius epod.16.5.
Ire,pedes quocunque ferunt,quocunque per vadas
Notus vocabit,aut proternus Africus.
Africus,adiectiuum ab Africo vento. Vt Africæ procellæ, ab Africo vẽto excitatæ. Horat.3.Carm.19.12.

A G

AGA,mons è quo Araxes & Euphrates oriuntur,quem Strabo, & Ptolemæus Abon,siue Aban vocant. Hermol.in lib.6.Plin.cap.9.
AGAGAMANTES,populi circa Mæotim. Plin.lib.6.cap.7.
Agallochum, (ἀγάλλοχον,)est lignum quod ex India & Arabia defertur,maculatũ,odoratum,gustu astringens,& subamarum,cute aliquantum verticolore.Halitum manu comendat:ventriculum frigidum inuat. Xylaloe Aetio & Actuario dicitur.Id est lignum Aloes,arboris,non herbe.vulgo legno Aloe.Quod verò ostendunt officinæ,verius est Aspalatum acre,& austerum.Galenus lib.6.simpl.Meminit Rhellius lib.1.cap.36.
AGAMEDES,(Ἀγαμήδης,)Viri proprium.Cic.1.Tusc.184.Trophonius & Agamedes quum Appollini Delphis templum exædificarent, venerantes deum petierunt mercedem non paruam quidem operis, & laboris sui,nihil certi,sed quod esset optimũ hominꝭ. Quibus Apollo se id daturum ostendit post eius diei diem tertium. Quỹ vt illuxit mortuifiunt reperti. Iudicauisse deum dicunt,& eum quidem deum, cui reliqui dii concessissent vt præter cæteros diuinaret, mortem esse optimum hominꝭ. Idem tradit Plutarchus in oratione consolatoria ad Appollonium.
AGAMEMNON,Agamemnonis,penult. corr. (Ἀγαμέμνων,) rex fuit Myceuarum,Polysthenis filius,siue Atrei ex Aerope,fraterque Menelai,natu maior Hic omnium Græcorum in Aulide congregatorũ consensu imperator delectus,ad expeditionẽ Troianã profectus est.Clytemnestra coniuge,ex qua iam liberos aliquot iuscperat,ad regni administrationem relicta.Confecto autem bello Troiano, in patria rediturus naues conscendens cum Cassandra,quæ ei forte obtigerat, vi tempestatum ferè per annum errauit.Tandem domũ reuertis, à Clytemnestra interfectus est auxilio Aegisthi,cum quo illa consuetudinẽ adulterij absente viro habuerat.Quod facinus videns Electra eius filia,Orestem fratrem adhuc puerum,qui ab eisdem etiam in mortem quærebatur, Phocensi Strophio Agamemnonis amicissimo comendauit:qui clàm Mycenis asportatus,donec ad virilem creuisset ætatẽ, seruatus est.Deinde tempore & opportunitate capta,clàm Mycenas intrans,sanguinarium adulterum interemit,matremque crudelissimis pœnis affecit,quum iam illa simul cum Aegistho septem annis imperasset,vt elegantissimè hęc omnia prosecutus est Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste,necnon & Seneca in Agamemnone. Ouidius lib.3.Amorum,eleg.12.7. Agamemnõe cæso Et scelus &c. Idem.15.Metamorphoseos.172.
Sic magis cedit titulis Agamemnonis Atreus.
Aegea hic Theseus,hic Pelea vincit Achilles.Rursus idem Epist.3.17
Quid tamen expectas? Agamemnona pœnitet iræ.
Agamemno,idem qui & Agamemnon. Stat.lib.1.Achill.112.
Conclamant Danai,stimulatque Agamemno volentes.
Agamemnonis errorum nonnihil memimit Cic.pro Flacco.56
Agamemnonem regum regem vocat Cicero ad Dolabella lib.9. Epist. 14.4.Et tamen non alienum dignitate tua,quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum,habere aliquem in consilijs capiendis Nestorem.Rursus ad Atticum libro.14.11.3.
Agamemnonis hostia. In duros & pertinaces difficiles dicitur. Inde natum quòd Agamemnone rem diuinam in Troia facturo,bos effugerit,vixque multo negotio comprehensus, reductus. Quadrabit etiã in eos, qui nolentes & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur,vt hostia lenis,ac volens altaret. Quodsi refracto fune profugisset,infaustum omen habebatur. Videtur & huc posse referri,quod Agamemnõ in Aulide filiam Iphigeniam sacrificauit,sed admodum muitus. Recensetur à Zenodoto.
Attides Agamemnon,ab Atreo patre. Ouidius.13.Metamor.143.
Mycenæus Agamemnon. Virg.11.Aeneid.53.Et Ouid.2.Trist.80.
Tantalides Agamemnon,oriundus à Tantalo. Atreus enim filius fuit Pelopis,Pelops Tantali. Ouid.c. Fast.62.
Agamemnonius,adiectiuum. Virgilius.6.Aeneidos.168.
Eruet ille Argos,Agamemnoniasque Mycenas.
Agamemnonius Orestes. Virg.4.Aeneid.95.
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes.
Vbi Seruius,Id est celebratus tragœdiis: multæ enim sunt de eo tragœdię quasi frequenter actus. Ouidius in Ibin.106.
Vtque Agamemnonio vulnus dedit anguis Oresti,
Tu quoque de morsu virus habente cadas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Agamemnonia puella, Iphigenia Agamemnonis filia. Possessiuum pro patronymico. Proper. lib. 4. eleg. 1. 23. Idem Agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ Vinxit.

Agamemnonii putei. De nouis & admirandis operibus dicitur. Aiunt. n. Agamemnone & circa Aulidē, & passim in omni Græcia puteos esto dille, ne præsum inopia aquarū laborari posset. Author Xenodotus.

AGAMVA, Mediæ oppidum, Plinio libro. 6. cap. 14.

Agamus, agámi, (ἀγαμος,) Expers matrimonii, cœlebs. Dicitur tam de fœmina cui non est maritus, quàm de viro cui nō est vxor ab α particula priuatiua, & γάμος, quòd nuptias significat. Hieronymus in Ioannanum, libro primo. Primus Adam monogamus, secundus agamus.

AGANIPPE, Aganippes, (ἀγανίππη,) fons in Bœotia Apollini & Musis sacer. Vnde & Aganippides dicuntur Musæ. ἄγαν, nimis, valde. ἵππος equus: quasi valde ab equo formatus. Vocatur etiam Hippocrene. Huius meminit Plinius libro. 4. cap. 7. & Solinus cap. 12.

Aganippe Aonia. Virgilius eclog. 10. 5.

Aganippe frigerans. Catullus epigram. 56. 6.

Aganippe Hyantea, id est Bœotia, Hyantes enim populi sunt Bœotiæ. Ouidius. 5. Metamorphoseos. 63.

Aganippæus, adiectiuum, (ἀγανίππειος,) Proper. lib. 2. eleg. 3. 4.
Et quantum Aeolio quum tantat carmina plectro,
Par Aganippææ ludere docta lyræ. Claudianus in laudibus Serenæ reginæ, epigram. 22. 2.
Fons Aganippea Permessius educat vnda.

Aganippis, aganippidis, pen. corr. (ἀγανίππις,) Ouidius. 5. Fast. 2.
Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes,
Crata Medusæi signa tenentis equi.

Agape, agapes, fœm. gen. (ἀγαπη, Charitas, dilectio, Communium pauperibus exhibiti eleemosina. Tertullianus.

AGAPENOR, pen. prod. Agapenoris, pen corr. (ἀγαπήνωρ,) vt scribit Homerus libro Iliados. 2. fuit præfectus classis Agamemnonis.

AGAPIVS Alexandrinus, educatus in eloquentiæ studiis, in medicinam commentarios edidit. Byzantii ludum aperuit, magna doctrinæ fama ingenioque solertia. Fuit idem Athenæus alter philosophus, post Proclum, Marini Neapolitani discipulus. Author vtrunque Suidas.

AGARENI, populi sunt Arabiæ, in quos rebellantes profectus Traianus Cæsar cum exercitu, eorum oppidum Agaram nomibus nudauit eos tamen nunquam potuit acie superare, tempestate cœli, tanquam diuinitus diremptos. Author Dion apud Volaterranum.

Agaricum, huius agarici, (ἀγαρικον,) Fungus nascens in arboribus circa Bosphorum, colore candido, vt vult Plinius libro. 25. cap. 9. 2.

AGARVS, (ἄγαρος,) fluuius, teste Ptolemæo lib. 5. cap. 5. in Sarmatia, quem Sagarim nominat Ouidius. Est item Agarum, ibidem, promontorium in Sarmatia.

AGASICLES (ἀγασικλῆς) Rex Lacedæmoniorū, roganti cuipiā quo modo quis absq; satellitibus ciuitatē regnare posset, respondit, Si suis populis ita imperarit, vt parentes filiis. Plutarchus in Apophtheg. Lacon.

Agâso, agasonis. pen. longa. m. g. (ὑπηρέτης,) ab agendo dictum, Festus, Agasones, equos agentes, id est ducentes. Plin. lib. 35. cap. 11. Pinxit & in vna tabula, quaque maximè mclaruit, agasonem cum equo. Curtius lib. 8. Acceptos ab agasonibus equos, quum rex ascensurus esset, admonebant. Liuius Decad. 5. lib. 2. 19. Et duo equi phaleratiqum agasonibus. Plaut. Merc. 22. 12. Egomet mihi comes, clauator, equus, agaso, armiger. Alphenus in lege fin. Si quadrupes paup. fecit, dic. lib. 9. Pandect. Agasō quum in tabernam equū deduceret, mulam equus olfecit &c. In Curtii & Liui exemplis sumitur pro hippocomo, seu equisone, & equorum curatore. Persius Saty. 5.
Hic damna est, non trellis agaso.
Horatius. 2. Serm. Saty. 8. 13.
-si patinam pede lapsus frangat agaso.
Vbi Acron, Agaso proprie dicitur seruus qui iumenta curat. Hîc autem satyricè eiearum ministrum agasonem appellauit, quem vulgò dicunt infertorem.

AGATHIAS (ἀγαθίας,) cognomento Scholasticus, Smyrnæus patria, scripsit post Procopium res gestas Iustiniani Principis, eiusque ducū Belisarii & Narsetis, collegit in volumen diuersa epigrammata græci nobilium poetarum.

¶ Agatho, pen. corr alter Athenis vir monstrosæ fortitudinis, simul & magnitudinis, tempore Adriani principis, & Herodis Attici, de quo Philestratus in vita ipsius Herodis ait, Adolescēs quum esset, in prima lanugine similis ingeti Gallo, magnitudine octo pedum, vasta coma, hirtis oculis, ac inacto, vt vnus videretur, læta facie, naso aquilino, cerui ce torosa, pectore vasto, pulchreque compacto, cruribus breuibus, ac extra incuruatis. Erat ei tegmen lupina pellis, certamen cum apris, thoris, lupis, tauris quorum omnium vulnera ostentare solebat. Vescebatur lacte asinino libentius, quòd ei leuius iucundiusque videretur. Craterem ei iussu Herodis allatum respuit, dicens haud purum esse, quòd odore muliebri offenderetur, quum esset castissimus. Volaterranus libro. 13.

AGATHOCLES, (ἀγαθοκλῆς) Siciliæ Tyrannus, ad regni maiestatem ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus, non honestiorem pueritiam quàm principia originis habuit. Siquidem forma & corporis pulchritudine egregius, diu vitam stupri patientia exegit. Annos deinde puberratis egressus, libidinem à viris ad fœminas transtulit. Post hæc apud vtrunque sexum famosus, vitam latrociniis mutauit. Tandem quum Syracusas concessisset, gregariam militiam sortitus, in omne facinus promptissimus fuit. Nam & manu strenuus, & in concionibus perfacundus habebatur. Breui ita que Centurio, ac demeeps Tribunus militum factus est. Ad postremum, in locum demortui ducis Damasconis suffectus est: cuius vxorem adulterio cognitam, post mortem viri in matrimonium recepit. Nec contentus quòd ex inope dines repentè factus esset, piraticam aduersus patriam exercuit. Saluti ei fuit, quòd socii capti tortique, de illo negauerunt. Bis occupare Imperium Syracusarum voluit: bis exilium actus est. Postremò dux patriæ contra Carthaginenses fuit pugnauit. Tandem regnandi cupidus, dum à Tarentinis accersitus in Italiam venit: paulòque post excessit, felicitate non æqua pristinæ subsecuta. Hæc & longè plura Iustinus lib. 22. & 23. Meminit & Cathus Antiq. lect. lib. 13. cap. 4. vbi etiam disputat cur eum Timæus appellarit Gracculum. Huius exemplo ad modestiam omnes hortatur Ausonius elegantissimo hoc epigrammate, Sectione. 1.
Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atque abacum Samio sæpe onerasse luto,
Perculsa gemmatis cum poneret aurea vasis,
Et miseret opes, pauperiemque simul,
Quærenti causam, respondit. Rex ego qui fum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe, quicunque repente
Dines ab exili progrediere loco.
Agathoclis meminit Valerius Maximus lib. 7. cap. 4. & Plutarchus in Apophtheg. & rursus in libro de Sera numinis vindicta.

¶ Agathocles Lysimachi filius, in eo bello quod cum patre gessit aduersus Getas Lysimacho fuga sibi consulente captus est. Tandem patri redditus, Lysandram Ptolemæi Lagi & Eurydices filiam duxit vxorem atque in Asiam nauibus transgressus, Antigoni regnum in suam clientelam redegit. Ephesum præterea vrbem ad mare condidit, in quam Lebadios Colophonios que, deletis eorum vrbibus, migrare compulit: vt Phœnix Colophonius poeta Iambicus patriæ euersionem carmine deflerit. Tandem Lysimachus iam ætate prouectus, Arsinoen Lysandræ sororem cepit vxorem: quæ quoniam liberis carebat, ne Lysimacho mortuo in Agathoclis iura venirent, de eius nece cogitasse fertur. Alii Agathoclis amore captam Arsinoen prodidisse, ac eum curasse occidendum, quòd eius concubitum allequi nequiret. Quo occiso, Lysandra ad Seleucum cum liberis aufugit. Ad postremum Lysimachus conserta cum Seleuco acie longè lateque fusus occubuit. Author Pausanias in Attica, & Strabo lib. 13.

AGATHOPOLIS, (ἀγαθόπολις,) Ptolemæo, vrbs Galliæ Narbonensis, mons Pessulanus, vulgo Montpessier.

AGATASA insula inter Sporades recensetur à Plinio lib. 4. cap. 12.

Hęc etiā Telos dicitur, eodē Plinio teste, & Stephano apud Hermolaū.

AGATHYRSI, (ἀγάθυρσοι,) populi teste Plinio libro. 4. cap. 12. Cruleo capillo insignes. Virgil. 4. Aeneid. 30.
Instauratque chorosmistique altaria circum.
Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi. Vbi Seruius, Agathyrsi populi sunt Scythiæ, colentes Appollinem Hyperboreum. Picti autem, non stigmata habentes: sed pulchri, hoc est, cyanea coma placentes. Pomp. Mela lib. 2. Agathyrsi ora artusque pingunt, vt quanque maioribus præstant, ita magis vel minus cæteris eisdem omnes notis: & sic, vt ablui nequeant. Ab Agathyrso Herculis filio dictos putat Herodotus libro quarto. Rursus ex Dionysio, Præcinctisque Agathyrsi semper pictis Agathyrsi. Iuuenalis Satyr. 15.
Sauromataque truces, aut immanes Agathyrsi.

AGATHYRSVM, (ἀγάθυρσον,) Siciliæ oppidum. Agathyrsum vocauit Sillius. Defuerant Agathirsa manus geminoque Lacone
Tyndaris.
Etiamsi Agathyrna in eo versu, non Agathyrsa legebatur. Hæc Hermolaus in libro tertio. Plin. cap. 8. Quo tamen in loco vulgati codices Pliniani qui putantur castigatissimi habent Agathyrnum. Strabo. lib. 3. Agathyrsum vocat.

AGAVE, agaues, pen. prod. (ἀγαύη,) Cadmi & Hermiones filia, nupsit Echioni Thebano, ex quo Pentheū suscepit filiū, qui quū abstemius esset, ac propterea Bacchi sacra despiceret, ab ipsa matre reliquisque Mænadib⁹ in furore à Bacche versis (inter quas erat Autonoe & Ino ipsi⁹ Agaues sorores) membratim dilaniatus est, quū se putaret aprū interficere. Fabulā describit Ouid. 3. Metam. 145. Et Seneca Thie. 4.

¶ Agaue

¶ Agaue præterea fuit Statii poetæ tragœdia, vel ipsa Thebais, in qua de Agaue & Pentheo meminit Iuuenalis Satyr. 7.
-sed quum fregit subsellia versu,
Eiurat, intactam Paridi nisi vendat Agauen. Intactam, id est, nouam & nondum recitatam.

Bassaris Agaue, id est, Bacchi sacerdos. Bacchæ enim dicebantur Bassarides, à Bassareo Bacchi cognomento. Persius Satyr. 1.

Cadmæa Agaue, Possessiuum pro patronymico, id est Cadmi filia. Tibul. lib. 1. Eleg. 6. 5. de Baccho.

Pentheia Agaue. Stat. 11. Thebaid. 64.

Thebana Agaue. Lucan. lib. 1. 114. Et Ouid. 5. Fast. 155.

AGAVVS, vnus è Priami filiis, apud Homerum lib. Iliados vltimo.

AGBATANA, Herodoto ea est vrbs, quæ vulgò dicitur Egbatana. Stephanus.

Age, (ἄγε, ἄγεσο,) quum est hortandi aduerbium, propriè iungitur verbo imperatiuo singulari, secundæ personæ. Virg. 4. Aeneid.
Eia age, rumpe moras. Idem in. 6. Dic age. Vbi Seruius, Age, hortantis aduerbium est, vnde est, Agè fac, & Age facite. Terēt. Phorm. 1. 4. 54.
- ego in insidiis hîc cero
Succenturiatus, si quid deficies. P. age. Vbi Donatus, Potuit dicere, Verò, aut itas sed age dixit quod verbum vim hortantis maximam præbet. Virgil. 3. Aeneid. Pat e age. Vbi Seruius, Hortantis est age. Id est dic celeriter.

¶ Age, corripientis aduerbium. Terent. Adelph. 2. 1. 7.
- age, scis quid loquar?
Pecuniam ni loco negligere, maximum interdū est lucrum. Donatus.

¶ Age, excitandi aduerbium, frequens est post NVNC in connexionibus poeticis. Virgil. Georg. 4. 30.
Nunc age naturas apibus, quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam. Sic Aeneid. 6. & 9. Et hoc genus obseruatur in transitionibus: hoc est, quum de re vna ad aliam fit transitus.

¶ Age, pro dic. Terent. Adelph. 2. 2. 15. Age, non tuum animum. quasi tum vi quam tibi sint viginti minæ, &c. Vbi Donatus, Age, nunc verbū est, significans Dicitum tam propè est vt consentiat persuadenti.

Age, cum verbo tertiæ personæ, Liuius 1. Decad. lib. 1. non ita procul à fine, tu alueram vino. Age sanè, omnes citatis equis aduolant Roma.

Age, cum verbo plurali. Valer. Flaccus, Vos age funereas ad littora volnite syluas. Plaut. Age hicemini. Idem, Age igitur, vos intrò abite. Sic quoque nonnunquam sine verbo imperatiuo ponitur. Cic. de Senect. Age, ista diuina studia omittamus. Sed in hoc genere loquendi, ferè non vsurpatur nisi in trāsitionibus. Vide paulò pòst, AGE, excitadi.

¶ Age age, confertientis. Terent. Heaut. 4. 3. 14. Age age, traducatur Bacchis. Vbi interpres, Age age, vox consentientis, & qui victus est rationibus seruit. Cic. 5. Tuscul. Age age, inquit: satis enim scite me nostri sermoni principium esse voluisti. Terent. And. 2. 1. 12. Age age, vt liuet.

Age iam. Cic. in Tusc. Age iam, cōcedo nō esse miseros qui mortui sunt.

Age nunc. Cic. pro Milone. 40. Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Idem pro Roscio Amer. 11. Age nūc, referamus sis ad veritatem. Pro eodem. 63. Age nunc, illa videamus iudices, quæ statim cōfecuta sunt. Paulò pòst: Age nunc, ex ipsius Chrysogoni iudicio, Rosciorum factum cognoscemus.

Age porro. Cic. 7. Verr. 41. Age porrò, tu qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem scelerum tuorum? cur Tarmonitanis frumentum, cur Netinis imperasti, quarum ciuitatum vtraque fœlerata est? Ibidem. 64. Age porrò, custodiri duces prædonum nouo more, quàm securi feriri omnium exemplo magis placuit. Quæ sunt illæ custodiæ? apud quos hominēs? quem admodum est asseruatus? Age porrò. Id est, Verum esto, Esto, Ita sit, Ita sit fanè. Idem de Inuent. lib. 2. 122. Age porrò, quid si ipsi velint iudices adscribere, pallarisne sit populus?

Age fanè, inquam. Cic. lib. 2. de Finib. ad finem. Id est per me licet facias.

Age verò, teste Valla, propriè dicimus non, Age autem. Cicc. 1. de Inuentione. 4. Age verò, vt bibus consuetis, vt idem colere, &c. Idem pro lege Manilia. 17. Age verò, cæteris in rebus qualis sit temperantia, consyderate.

¶ Age, vix consentientis aduerbium. Terent. And. 4. 1. 30.
- hoc face, ad me vt venias, si quid poteris.
D. Quid veniam? nihil habeo. C. attamen si quid. D. age, veniam. Vbi Donatus, vix concedentis, vix consentientis est, Age veniam. Item alibi. Terent. Age fiat. Item, Age, dicat. sino. Idem, Age modò nunc, tibi patent fores hæ.

Agedum. penult. corr. hortantis aduerbium. Festus, Agedum significat Age modo. Est enim adhortantis sermo. Valla, Agedum, non singulariter tantum defloratur, sed etiam plaralem: neque id modo in carmine, vt Propertius, Vos agedum. sed etiam in prosa vt Quintilian. Agedum, si videtur, extra portas prospicite squalida arua, & spinis obsitas segetes, & semesos arborum truncos. Cicero pro Sylla. 13. Agedum conferte nunc cum illius vita vitam P. Syllæ, vobis, populoque Romano notissimam. Hæc Valla libro. 2. Terent. Eunuch. 4. 4. 27. Agedum, hoc mihi expedi primùm. Vbi Donatus Agedum DVM πρόληψις, est, & adiuuat ex animo loquentem. Plautus Mostel. 4. 1. 15. Agedum contempla aurum. Liuius 1. ab Vrbe. 163. Agedum, inquit diuine tu, inaugura, &c.

Agedum, cum verbo tertiæ personæ. Liuius 1. Decad. lib. 7. Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit: & quātum maxima voce potuit. Quem nunc, inquit, Roma fortissimum virum habet, procedat agedum ad pugnam, vt noster duorum cuentus ostendat vtra gens bello sit melior.

Agite, penul. corre. aduerbium hortantis secundam personam, pluralem imperatiui propriè postulat, teste Valla. Plaut. Menæch. 17. 105. Agite, equi, facitote ſonitus vngularum appareant. Virgil. Aeneid. 1. Quæ regio in terris nostris non patet? Agite ergo hæc omen accedite nostris.

Agite interdum absolute ponitur. Plaut. Amphit. 4. 148. Agite pugni, tandiu est quòd ventri victum non datis.

Agite verò. Cic. lib. 2. de Orato. ad finem, Agite verò, ille inquit, vt vultis: sed nunc quidem, quoniam id temporis est, surgendum cenire & requiescendum.

Agitedū, penul. corre. hortandi aduerbium, idem quod agite: nisi quòd hoc instantius hortatur, sicut & agedum. Liuius 3. ab Vrbe, Agitedum ite mecum.

AGEDICVM, (ἀγίδικον,) Ptolemæo. alias Agendicum, vrbs Galliæ, vulgò, Sens.

Agelastus, (ἀγέλαστος,) Latinè dicitur irrisibilis, non ridens, mœstus, morosus, quo nomine vocatus est Crassus, quem semel duntaxat in vita risisse scribit Lucilius. Vide Ciceronē 5. de Finib. 158. ἀγέλαστος. Plinius lib. 7. cap. 19. Fertur Crassum auum Crassi in Parthis interempti nūquam risisse, ob id Agelastum vocatō.

Agêma, pen. prod. agematos, penul. correp. neu. gen. (ἄγημα,) Agmen Latinè dicitur. Arrianus scribit alam equitum fuisse, quæ dicebatur ἄγημα quasi quam & de peditibus agema dicidem testatur Arrianus. Liuius 5. decade, libro 2. 192. Delecta deinde & viribus & robore ætatis ex omni Cetratorū numero duo erāt agemata: hanc ipsi legionem vocabant.

AGENOR, (ἀγήνωρ,) rex Phœnicum, Belī regis filius, Cadmi pater. Huius meminit Virgilius lib. 1. Aeneid. 169. Punica regna vides, Tyros & agenoris vrbem. Id est Carthaginem, quam condiderunt Phœnices, qui & Agenoridæ dicuntur de Iuī regis nomine.

Fuit & Agenor, Antenoris filius, vt scribit Homerus lib. Iliad. 11.

Agenor, Tyriæ gentis gloria. Sillius Ital. lib. 1. 17.

Agenor imperiosus. Stat. 1. Achil. 73.

Agenoridēs, Agenoridæ, pe. corr. (ἀγήνορίδης.) Cadmus Agenoris filius. Ouid. 3. Metamorpho. 2. -profugus patriamque tramque parentis
Vitat Agenorides.

Agenoreus, pen. corr. adiectiuum, (ἀγηνόρειος.) Sil. Ital. lib. 17. 12.
Littora Agenoreæ tenuerunt perfida terræ. Lib. eodem 81.
Sceptra ad Agenoreos essent ventura nepotes, Id est, Carthaginenses. Idem libro 7. 129.
Purpura Agenoreis fulgurata micabat aheneis. Id est, vasis Tyriis. Nam in Tyro purpura tingebatur.

Ager, agri, masc. gen. (ἀγρός, χώρα.) Locus in rure, quem colimus siue arando, siue cē rerendo. Donatus. Ab agendo ager dictus est, quòd in eo multa agenda sunt. Varr. 4. de lingua Latina, Ager dictus est, in quo terram agebant, & vbi quidem agebant aliquid fructus causa. Hanc Varronis etymologiam Quintilianus lib. 1. reprehendit his verbis, sed cui non post Varronem lit ventā qui agrum, quòd in eo agatur aliquid, & graculos quia gregatim volant, dictos Ciceroni persuadere voluit? (ad eum enim scribit) quum alterum ex Græco sit manifestum duci, alterum ex vocibus autum. Hæc Quintilian. Sanè ager Græcè dicitur ἀγρός, Terentius Heaut. 1. 1. 94. Agrum hunc mercatus sum, hîc me exercebo.

¶ Ager, est tū circumiectum ipsi vrbi territorii, vt ager Campanus, ager Leontinus, ager Falisicus: tum locus in rure quem colimus siue arando, siue conserendo. Nam is qui seritur frumentis, aruum nominatur. Verum in hoc secundo significato habet pluralem numerum. vt, Omnes agros ciuium depopulatus est. In priore non habet, duntaxat dum loquimur de singularum vrbium territoriis. Non enim dicemus recte, sic Antonius dedit militibus suis agros Campanos, & Leontinos. nam hoc posito non complector nemora, fluuios, pascua, desertos montes. sed sic potius, dedit militibus suis agros, Campanum, & Leontinum. Id est agrum Campanum & Leontinum, quo quidem modo complector omnia quæ in territorio illo sunt. Agros etiam, flumina, Lucos, cæteraque omnia includit. Hæc Valla lib. 4. Sallust. Reliquos Cātilina per montes asperos in agrum Pistoriensem abduxit.

Ager, pro territorio, interdum subauditur. Cic. Valerio lib. 13. Epist. 5. 4. Is habet in Volaterrano possessiunculam. Id est, in agro Volaterrano.

¶ Agrorum bonitas. Cic. de lege Agraria contra Rullum 93. Campani semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine.

Agri cultio, & Cultura agrorum. Cic. de Senectu. 52. Num igitur horum

senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio an vlla vita beatior esse possit: neque solùm officio, quòd hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris: sed & delectatione quam dixi, & saturitate copiaque omnium rerum quæ ad victum hominum & cultum etiam deorum pertinent.

Fatigatio agrorum. Columel. 1. de Re rusti. cap. 1. Neque enim prudentis est, adduci tanquam in hominibus nimia corporis exercitatione, aut oneris alicuius pondere: sic cultibus & agitationibus agrorum fatigationem succedere.

Modus agri. Colu. 1. de Re rust. cap. 3. Suáque lege C. Licinius damnatus est, quòd agri modum, quem in magistratu rogatione Tribunitia promulgauerat, immodica possidendi libidine trauscendisset.

Molitio agrorum, solóque. Columel. in præfat. lib. 1. Accedit hùc, quòd ille quem nos perfectum esse volumus agricolam, si quidem artis consummatę non sit, nec in vniuersa rerum natura sagacitatem Democriti vel Pythagoræ non fuerit consecutus, & in motibus astrorum ventorumque Metonis prouidentiam, vel Eudoxi, & in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melampodis, & in agrorũ solóque molitione Triptolemi aut Aristęi prudentiam: multum tamen si vsu Tremellios, Saserniisque & Stolones nostros æquauerit.

Professor agrorum. Colum. in præfat. lib. 1. Cuius præcepta si vel temere ab indoctis, dum tamen agrorum professoribus, antiquo more admini strarentur, minus iacturæ paterentur res rusticæ.

Sationes agrorum facere. Colu. 1. de Re rust. cap. 2. 17. Hæc quum ita exploraueri mus, agrorum sationibus faciendis expediemus.

Vastitas agrorum. Colu. 1. de Re rust. cap. 3. Mox etiam quum agrorum vastitatem victoriæ nostræ, & interniciones hostium fecissent, criminosum tamen senatori fuit supra quingenta iugera possedisse.

Vncia agri. Varro 1. de Re rustic. cap. 10. Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subcisiuum esse vnciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt: id habet scrupula ducenta octogintaocto.

¶ Almus ager, quòd nos alat. Virgil. 2. Georgic. 66.

Amœnus. Horat. de Arte Poetica 4.

Augustus. Vide Ager laxus.

Apertus. Vide Ager vacuus.

Aquosus. Colu. 2. de Re rust. cap. 16. Nec dubium, quin aquosus ager maiorem stercoris copiam, siccus minorem desyderet.

Arduus. Vide Ager confragosus.

Benignus. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 12. Præbeat Alcinoi poma benign⁹ ager.

Calculosus. Colu. lib. 3. cap. 11. Simili quoque de causa probari solutam glaream, calculosúmque agrum, & mobilem lapidem.

Caldus. Cato de Re rustica, capi. 6. In agro crasso & caldo oleam conditiuam maximè serito.

Campestris. Varro 1. de Re rustica, cap. 6. Igitur quum tria genera sint à specie simplici agrorum, campestre, collinum, & montanum: est ex his tribus quartum, vt in eo fundo, in quo hæc duo, vel tria sunt, vt multis locis licet videri. Columel. lib. 3. cap. 14. Si aut planius aut frigidus status cœli est, aut ager pinguis aut campestris.

Carbunculosus. Columel. lib. 3. cap. 11. Nam carbunculosum agrum nisi stercore iuues, macras vineas efficere dixerunt.

Collinus ager. Vide Campestris ager.

Colonus. Cic. 5. Philip. 202. Cognoscerent qui ager colonus esset quò milites veterani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, vt is militibus veteranis diuideretur. Id est, in quem colonia deducta esset, & qui colonis esset assignatus.

Confragosus atque arduus. Varro 1. de Re rustica, cap. 18. Nam si est ita dissimilis ager, vt totus arari non possit, vt si sit confragosus, atque arduus eluis, minus multi opus sunt boues & bubulci.

Conterminus. Plinius lib. 18. capi. 6. Pompeius nunquam agrum mercatus est conterminum.

Copiosi agri. Varro 1. de Re rustic. capi. 16. Aut etiam diuitum copiosi agri & villæ, & cæt.

Crassus & lætus ager. Cato de Re rustic. cap. 6. Vbi ager crassus & lætus est sine arboribus, cum agrum frumentarium esse oportet.

Cretosus, vliginosúsque. Columel. 1. de Re rust. cap. 9.

Dives. Virgil. 7. Aeneid. 53. - non vobis rege Latino
Diuitis hubet agri, Troiæue opulentia deerit.

Dotales agri. Hoc est, Agri qui dote acquiruntur. Ouid. 5. Fast. 42.
Est mihi fœcundos doralibus hortus in agris,
Aura fouet, liquidæ fonte rigatur aquæ.

Efforti agri, continua fertilitate lassari, ait Seruius. Virgil. 1. Georgic. 17.

Egregios agros colere. Var. 1. de Re rust. ca. 16. Multos enim agros egregios colere non expedit, propter latrocinia vicinorum.

Exilis ager. Vide Pestilens ager.
Exsolatus. Hoc est, Elapidatus. Nam lapides ossa terræ dicuntur.
Persius Satyr. 6. 14.

Ferax. Columel. 1. de Re rustica, cap. 4.

Fertilis & iucundus. Vide Iucundus ager.

Flauentes agri. Claudianus 2. de Raptu Proserpinæ. 25.

Fœcundus ager. Claudianus 1. in Russ. 39.

Frigidus & macer. Cato de Re rust. cap. 6. Qui ager frigidior & macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet.

Frugifer. Lucanus libro 1. 28.

Frumentarius. Vide Crassus & lætus ager. Columel. 1. de Re rustica, capit. 2. Et ideo frumentarius ager, id est pinguis, magis aliis qualitatibus æstimandus est.

Fructuosus. Vide Honestior ager.

Gelidi agri. Iuuenalis Satyr. 3. 64.

Graminosus ager. Vide Syluester ager.

Grauidus. Virg. 2. Georg. 1. - tibi pãpineo grauid⁹ Autũno Floret ager.

Hispidi agri. Horat. 2. Carm. 9. 1.
Non semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros. Hoc est, hirsutos & horridos pp vepres & dumos.

Honestior ager. Varr. 1. de Re rustic. cap. 4. Necnon eaquæ faciunt cultura honestiorem agrum pleraque non solum fructuosiorem eundem faciunt: vt quum in ordinem sunt consita arbusta atque oliueta sed etiam vendibiliorem, vt quæ adiiciant ad fundi pretium.

Huber. Columel. 3. de Re rust. cap. 1. Prudens agricola pingui & hùbi dabit agro gracilem vitem.

Humidus ager. Vide Syluester ager.

Iciunus atque exilis. Columel. 5. de Re rust. cap. 5. Nam si iciuno atque exili agro semina deponentur, sub ipsum tempus sationis, scroba aut sulcus faciendus est.

Imbecillior. Columel. 1. de Re rust. cap. 3. Imbecilliorem agrum, quam agricolam esse debere: quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fortidus præualeat, alludit dominum.

Immunis. Cic. 4. Verr. 120. Quid, qui agros immunes liberosque arant, cur oderunt?

Inculțus, cui opponitur Cultus ager. Ouid. 7. Metamorpho. 108.

Informis ager. Horat. 1. Sermo. sat. 4. Albis informem spectabant ossibus agrum. Hoc est, fœdatum & deturpatum.

Ingeniosus ager ad fegetes. Ouid. 4. Fast. 137.
Frigida Carseolis nec oliuis apta ferendis
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

Insalubris. Plinius lib. 12. cap. 5. Aiebat neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum, neque effœtis salubérrimum.

Iucundus & fertilis. Cice. de lege Agr. contra Rullum. 49. Agri iucundi & fertiles.

Iuncosus. Plinius lib. 18. cap. 6.

Lætus ager. Vide Pinguis ager.

Lapidosus ager. Ouid. 8. Metamorpho. 162.

Lati agri. Virgil. 8. Aeneid. 2.

Laxus ager. Columel. 1. de Re rust. cap. 3. Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè.

Liber. Vide Immunis ager.

Limosus. Columel. 2. de Re rustic. cap. 10. Non cretam reformidat, limosóque non exit agro.

Litigiosus. Ouid. 2. Fast. 132.
Conueniunt, celebrantque dapes vicinia supplex
Et cantant laudes Termine sancte tuas.
Tu populos, vrbesque, & regna ingentia finis,
Omnis erit sine te litigiosus ager.

Lutosus. Columel. 2. de Re rustic. cap. 4. Sed quandocunque arabitur, obseruabimus, ne lutosus ager tractetur, néve exiguis nimbis seminadidus, quam terram rustici varsam cariosamque appellant.

Macer. Vide Frigidus ager.

Madidi agri. Ouid. 1. Metamorpho. 85. Sic vbi deseruit madidos septemfluus agros.

Maligmus. Vide MALVS.

Malus. Plinius lib. 18. cap. 5. Malus est ager, cum quo dominus luctatur.

Mediocris. Colum. 1. de Re rust. cap. 9. Iugerum agri pinguis plerunque modios trinci quatuor, mediocris quinque postulat.

Melior. Vide MELIOR.

Miseri agri. Val. 1. Argo. 136. - miseros ipse vreret Aelidis agros.

Montanus ager. Vide, Campestris ager.

Nebulosus. Cato de Re rust. cap. 6. Idem ager si nebulosus est, rapa, rapha nos, milium, panicum id maximè seri oportet.

Neglectus. Ouid. 1. Fast. 104.

Nobiles agri, id est famosi. Senec. Thyeste. 1. 24.

Operosus ager. Ouid. 1. Amor. Eleg. 16. 7.
- quanuis operosi vitibus agri. Me teneant.

Opimi & fertiles agri. Cic. de leg. Agr. contra Rullum. 56. Adscribit idé auctioni Corinthios agros opimos & fertiles.

Optimus ager, qui sub radice montis situs est. Varro 1. de Re rust. cap. 7.

Orthogonius ager. Vide ORTHOGONVS.

Patrii agri. Ouid. 14. Metamor. 95. - patriis sed rursus ab agris Pellor.

Patuli agri. Sil. lib. 7. 76. - faucesque viæ citus occupat armis

Pœnus,

Pœnus, & in patulos exultans emicat agros. Idem lib. 15. 110.

Perbonus ager. Vide PERBONVS.

Pestilens & exilis ager. Colum. lib. 1. de Re rust. cap. 4. Pestilentis simul, & exilis agri cultorem fuisse eum loquuntur historiæ.

Pinguis ac lætus ager. Colum. lib. 1. de Re rust. cap. 4.

Planus ager. Columel. 2. de Re rusti. cap. 4. Exilis ager planus, qui aquis abundat, primùm aretur vltima in parte mensis Augusti.

Pœnitendus ager colono. Vide Exercere agrum.

Putris. Colum. 2. de Re rust. cap. 2. Idem pinguis ac putris ager quòd quàm plurimum reddat, minimum poscit: & quod postulat, exiguo labore atque impensa conficitur.

Quæstuosus. Plin. lib. 18. cap. 5. Agróque vt homini, quàuis quæstuosus sit, si tamen & sumptuosus, non multum superesse.

Restibilis ager. Vide RESTIBILIS.

Riguus ager. Colum. 2. de Re rust. cap. 17. Potest tamen mediocriter aclius, si aut pinguis est, aut riguus ager, pratum fieri.

Rudis, In quo nondum vlla fuit seges. Colum. lib. 3. cap. 11. Illud antiquissimum censemus, rudem potius eligendum agrum, si sit facultas, quàm vbi fuerit seges, aut arbustum. Idem. 2. de Re rust. cap. 1. Sed iam experienti rudis agri rationem, sequitur cultorum noualium cura.

Salubrior. Varr. 1. de Re rust. cap. 4. Vtilissimus autem is ager, qui salubrior est quàm alii, quod ibi fructus certus.

Secretus. Ouid. de Nuce. 18.
Felix secreto quæ nata est arbor in agro,
Et soli domino ferre tributa potest.

Semunadulus nimbus. Vide Lurosus ager.

Serenus. Claud. 3. de raptu Proserp. 47.
Et prima sub luce legunt, quum rore serenus
Alget ager, sparsósque bibunt violaria succos.

Siccus. Vide Aquosus ager.

Sterilis. Ouid. 1. de Arte amandi.

Spurcus. Vide Syluester ager.

Suburbanus. Cic. 1. de Diuinat. 105. Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri suburbani, non ad aream vrbemque retinendam.

Sumptuosus. Vide Quæstuosus.

Surcularius. Varr. 1. de Re rust. cap. 2. Colonus in agro surculario ne capra compascat aliter, Ne capra natum pascat.

Syluester, siue syluestris. Colum. in præfat. lib. 1. Atque in his ipsis habere cognitum, quid recusent colli, quid campestris positio: quid cultus, quid syluester ager, quid humidus, & graminosus, quid siccus, & spurcus. ratione quoque despicere. Idem lib. 3. cap. 11. Quam ob causam syluestris ager præcipuè est eligendus. Horat. 2. Epist. 2. 38.
Syluestrem flammis & ferro mitiget agrum.

Temperatus ager, & minimè humidus. Colum. 1. de Re rust. cap. 8.

Tepidi agri. Val. 1. Argonaut. 44. - & tepidi singultibus agri Labentũ.

Tristes agri. Tibul. lib. 2. Eleg. 3. 14.
Haud impune licet formosas tristibus agris
Abderemon tanti sint tua musta pater.

Vacuus & apertus ager. Colum. 1. de Re rust. cap. 9. Inter cætera quoque non ignorare debemus, quantam partem seminis amplius occupare agrum consitum arbusto, quàm vacuum & apertum.

Vidua pecudibus. Colum. 2. de Re rust. cap. 15. Hæc vbi vidua pecudibus, ager, &c.

Viridis. Martial. lib. 7. epig. 111.

Vitiferi agri. Sil. lib. 15. 112.

Vliginosus. Vide Cretosus ager.

Vtilior frumentis. Columel. 1. de Re rust. cap. 10. Nam certum habeo frumentis vtiliorem agrum esse, qui nihil, quàm qui illam siliquam proximo anno tulerit.

¶ Alget ager. Martial. lib. 7. epig. 111.

Anhelantes agri. Stat. 3. Syl. 1. 11.
Tempus erat, cœli quum torrentissimus anis
Incumbit terris, ictúsque Hyperione multo
Acer anhelantes incendit Sirius agros.

Arare agros. Vide Immunis ager.

Aret serenitatibus ager. Columel. 2. de Re rust. cap. 8. Tremellius quidé asseuerat, prius quàm impluerit, ab auibus aut formicis fata edi, vbi æstiuis serenitatibus ager aret.

Assignare agros. Horat. 2. epist. 1. 2. - aspera bella
Componunt, agros assignant, oppida condunt. Aeron, Agros assignant, dom distribuunt colonias. Colonias distribuere, est vacuas hominibus ciuitates, aliunde adductis habitatoribus implere, & agros illis adiscentes diuidere.

Ager assignatus dicebatur, qui inter veteranos certis limitibus diuidebatur, qui etiam limitati nomen sumpsit. Lin agris. de Acquir. rer. domi. Vide Alciatum in præteruisis.

Concidi agrum. Plin. lib. 18. cap 6. Humidiorem agrum fossione concidi atque siccari, vtilissimum est.

Conserere agros. Virg. 1. Eclog. 15. - en queis consecimus agros?

Consitus arbustis ager. Colum. 1. de Re rust. cap. 2. Vbi arbustis atque oleis consitus ager altius resolui ac subigi desyderat.

Contemptus ager. Ouidius de Nuce. 122. Sponte mea facilis contempto nascor in agro.

Cultus ager. Horat. 4. Carmi. 14. 6. - horrendamque cultis
Diluuiem minitatur agris. Varro de ling. Latin. libr. 4. Tradit agrum cultum dici ab eo, quòd ibi cum terra semina coalescebant. Contrà autem inconsitum, incultúmque.

Desertus ager. Qui. 5. Mera. 122. Vrqi putat pudi deserto nactus in agro.

Desolare agros. Columel. 1. de Re rust. cap. 3. Flagitiosum, quos hostis profugiendo desolasset agros, nouo more etiam Romanum supra vires patrimonii possidendo deserere.

Discretus ager. Statius 5. Thebaid. 112.
- rapit ingenti conamine saxum
Quo discretus ager, vacuasque impellit in auras.

Diuisi agri. Varro 1. de Re rusti. cap. 10. He porrò quatuor centuriæ connectæ vt sint in vtranque partem binæ, appellantur in agris diuisis vtrim publicè, saltus.

Exercere agrum. Colu. 2. de Re rust. cap. 2. Itaque hic ager siue exercetur, seu cessat, colono est pœnitendus, ac tanquam pestifer refugiendus.

Extricare agrum. Columel. lib. 3. capit. 11. Ager si fruticis aut arboribus obsessus est facile extricatur quòd suapte natura quæcunque gignuntur non penitus nec in profundum radices agunt, sed per summum terræ dilabuntur.

Findere agros sarculo. Horat. 1. Carmi. 1. 3.
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros, Attalicis conditionibus Nunquam dimouerit.

Incurtare agros. Vide INCVRRO.

Indurare ager. Columel. 2. de Re rustic. cap. 4. Iusta enim fieri nequeunt, quum indurauit ager.

Infamare agrum. Vide INFAMIS.

Infestari agrum seminibus Colu. 2. de Re rusti. cap. 14. Neque enim dubium, quin & iis seminibus infestetur ager, sicut etiam milio & panico.

Iteratur ager. Vide Tertio tertiatur in TER.

Lustrare agros. Vide LVSTRO.

Metari agros. Virgil. lib. 2. Georg. 55.
- si pinguis agros metabere campi, Densa sere.

Monere agros. Virgil. 1. Georg. 21. - pater ipse, colendi
Haud facilem esse viam voluit primúsque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.

Multari agrum. Columel. 1. de Re rusti. cap. 1. Nam illud vetus est, & Catonis, Agrum pessimè multari, cuius dominus, quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum.

Bene natus ager. Vide NASCOR.

Nouare agrum. Vide NOVVS.

Obserere agrum. Vide OBSERO.

Occare agrum. Vide Subactus ager.

Onerati agri mensibus. Ouid. 7. Metamorpho. 158.

Parare agros. Columel. 1. de Re rust. cap. 3. Modus ergo qui in omnibus rebus, etiam parandis agris adhibebitur.

Percurrere agrum. Vide PERCVRRO.

Peruri agrum. Vide Rescigescere agrum.

Prolatare agros. Tacit. lib. 12. Quicquid est quod paras, seu domum extruere, seu prolatare agros, siue amphare seruitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum.

Proscindere agros. Columel. 2. de Re rust. cap. 2. Quare antiquissimi ferè omnes formam huius operis conscripsere, quam velut scita legemque in proscindendis agris sequantur agricolæ.

Refrigescere agrum. Colum. 2. de Re rust. cap. 16. Nec ignorare colonos oportet, sicuti refrigescere agrum, qui non stercoretur. ita peruri si minimum stercoretur.

Renouatus ager. Ouidius 1. Metamorpho. 13.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.

Requietus ager. Ouid. 2. de Arte Amadi 71. Da requiem: requietus ager bene credita condit.

Resoluere agrum. Vide Consitus arbustis ager.

Siccari agrum. Vide Concidi.

Stercorare agros. Varro 1. de Re rustic. capi. 7. In Gallia Transalpina intus ad Rhenum quum exercitum ducerem, aliquot regiones accessi, vbi nec vitis, nec olea, nec poma nascerentur: vbi agros stercorarent candida fossilia creta.

Sternere agros. Virgil. 1. Aeneid. 62.
In segetem veluti quum flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores.

Subigere agros. Vide Consitus arbustis ager.

Male subactus ager. Colu. 1. de Re rust. ca. 4. Nam veteres Romani dixerunt male subactum agrum, qui satis frugibus occandus sitiquum porrò an rectè aretur, frequenter explorare debeat agricola.

Soleare agros. Tibul. lib. 2. Eleg. 3. 17.
Ducite ad imperium dominæ, sulcabimus agros,
Non ego me vinclis verberibusque nego.
Tentiatur ager. Vide Tertio tertias in TER.
Trastare agrum. Vide Lutosus ager.
Vertere agrum. Columel. lib. 3. cap. 13. In longinquis & remotis regionibus istud genus vertendi & subigendi agri minimè vsurpatur.
¶ Agros alienos irrigas, tuis sitientibus. Hoc est aliena curas negotia, tuis neglectis. Cum alienis vxoribus rem habes, tua post habita. C. de Seruitutib. & aqua. cap. Præses.
Agrum optimè colere non expedit Apud priscos adagionis instar fuisse, Plinius testatur libro 18. cap. 6. Temerarium, inquit, videatur vnam vocem antiquorum posuisse, & fortasis incredibile penitus existimèt, nihil minus expedire, quàm agrum optimè colere. Paulò pòst, Imò hercle iudico modum, rerum omnium vtilissimum. Bene colere, necessarium est: optimè, damnosum. Huc facit illud Horatianum. In vitium, culpæ ducit fuga, si caret arte. Illud quoq; prouerbium Hebræorum, admonens, ne quis nimium sit iustus. Erasmus in Chiliad.
Habet inuidiam hic ager Syllanus. Vide INVIDEO.
Agrum imbecilliorem esse oportet. Subaudi, quàm agricolam. Columel. lib. 1. cap. 3. testatur apud Afros agricolas hunusmodi prouerbium fuisse celebre. Virgilius sic explicuit,
- laudato ingentia rura:
Exiguum colito. Non enim dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Cóueniet in eos qui studeant imperio profirendo, quum hoc ipsum quod habent non possint administrare: at eos qui suscipiunt munus, cui gerendo sint impares. Erasmus in Chiliad.
In agro furcalario capras. Varro de Re rustic. libro 1. cap. 2. Dictum hoc veluti legem agricolarium affert: Colonus in agro furcalario ne capras compascat. Defiecti potest ad eos qui noxiarum rerum aut hominum admissu, corrumpunt teneram ætatem. veluti siquis sacris virginibus adiungat iuuenes lascivos: aut adolescentibus addat lascivas puellas: aut siquis studiis admisceat voluptates studiis inimicas. Nam capra plantis omnibus non vulnere tantum, sed & veneno dentium pestifera est præsertim oleæ & viti vnde & Baccho immolatur vindictæ gratia, Minerue nihil caprini generis: quod ille vitis repertor dicitur, huic sacra est olea. Erasmus in Chiliad.
Agellus, diminutiuum ab ager, (γύδριον,) Cic. 5. Verr. 71. Qui tot annis agellos suos ante te prætorem redimere à piratis solebant. Idem lib. 3. de Natu. deor. 124. At enim minora dii negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. Terent. Adelph. 5. 8. 17. Agelli hic sub vrbe est paululum, quod locitas foris.
Paruus admodum agellus. Plinius libro 17. cap. 6. In paruo admodum agello. Sic libro 18. cap. 6. 9.
Dulcis agellus. Lucret. libro 5. 175.
Virem agellus. Horatius de Arte Poetica 24.
Agrarius adiectiuum, quod ad agros pertinet vt Lex agraria, (περὶ ἀγρῶν καὶ χωρίων νόμος,) & agrarii homines, id est fautores legis agrariæ. Cicero in Catilinam. 76. Qui agrarios concitare conatus est. Idem in Philipp. 7. 128. Non sollicitabit furtus agrarios? Idem Attico, libro 1. Agraria lex à Flauio Tribuno plebis vehementer agitabatur. Ibidem 14. 1. Huic tot rationi agrariæ Senatus aduersabatur. Sic agraria facultas. Idem Attico, lib. 2. 30. 1. Agrariæ res Idem 2. Offic. 115.
Agraria lex à Flauio Tribuno plebis vehementer agitabatur authore Pompeio, quæ nihil populare habebat præter authorem. Cicero ad Atticum, libro 1. 14. 4. Efferit debatue.
Agrestis, & hoc agreste, (ἄγριος ἀγρόδιος ἀγρότερος,) Quod rusticum est, & ad agros pertinet. Virg. 1. eclog. Ludet & velle calamo permisit agresti.
Alumnus agrestis. Hoc est, Aegystus: quia in agris, à capris nutritus fuit. Senec. Agamem. 719.
Aper agrestis. Ouid. de Philom. 11.
Agrestis arbor. Cic. 7. Verr. 69. Nautæ fame coacti radices palmarum agrestium colligebant, & his miseri perditique alebantur.
Cultus agrestis. Stat. 6. Thebaid. 12.
Falx agrestis. Iuuenal. Saty. 13. 8.
Ferramentum agreste. Liu. 1. ab vrbe 178.
Frondes agrestes. Horat. 3. Carm. 13. 3.
Gaza agrestis. Virgil. 5. Aeneid. 8. - & gaza lætus agresti
Excipit. Seruius, Hoc est, opibus rusticanis. Nã gaza omnis fructus est.
Latium agreste. Horatius 2. Epistо. 1. 32.
Taurus agrestis. Tibul. lib. 2. Eleg. 6. 16.
Lupi agrestes. Statius 3. Thebaid. 9.
Numen agreste. Seneca Hippoly. 4. 10.
Nymphæ agrestes. Virgil. 3. Aeneid. 7.
Palæstra agrestis, Rustica luctatio. Virgil. 2. Georg. 107.
Poma agrestia. Virgil. 7. Aeneid. 23.
Pubes agrestis. Virgil. 1. Georg. 69.
Agrestes tauri differunt à Syluestribus. Plin. lib. 8. cap. 21. Sed atrocissimos habent tauros syluestres maiores agrestibus.

Saltus agrestis. Ouid. 14. Metamorpho. 162.
Satyri agrestes. Horat. de Arte Poetica 45.
Sparus agrestis. Virgil. 11. Aeneid. 137.
Stramen agreste. Virgil. 11. Aeneid. 14.
Sylua agrestis. Ouid. 7. Metamorpho. 49.
Tecta agrestia. Ouid. 4. Fast. 162.
Timæ agrestes. Ouid. 15. Metamorpho. 75.
¶ Agrestes, per metaphoram dicitur pro Duro, aspero, acerbo vt, Agrestis immanitas Cic. 1. de Dium. 107. Agrestis ac durus animus, Cicero pro Archia. 13. Agrestis dominus apud eundem. Id est inhumanus.
Durus & agrestis. Cic. de lege Agraria contra Rullum 93. Ligures mõtani, duri atque agrestes.
Indoctus & agrestis. Cic. in Partitionibus 48. Hoc primum intelligamus, hominum duo esse genera: alterum indoctum & agreste, quod anteferat semper vtilitatem honestati: alterum expolitum quò rebor omnibus dignitatem anteponat.
Agreste & inhumanum. Cic. ad Attic. lib. 13. 25. 2. Exculto animo, nihil agreste, nihil inhumanum est.
Vastus & agrestis. Cic. lib. 1. de Orato. 57. Sed sunt quidam aut ita linguæ hæsitantes, aut in voce ablom, aut ita vultu motuque corporis agrestes atque agrestes, vt etiam si ingenijs atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. Idem 5. Tuscalan. 113. Quæ barbaria India vastior, aut agrestior?
Animus agrestis ac durus. Cic. pro Archia. 13. Quis nostrùm tam animo agresti ac duro fuit vt Roscij morte nuper non commoueretur?
Asperitas agrestis. Horat. 1. Epistо. 19. 2.
Dominus agrestis ac furiosus. Cic. de Senect. 43. Libenter verò istinc cum quam à domino agresti ac furioso profugi.
Donum agreste. Silius lib. 13. 24.
Fera agrestisque vita. Cic. lib. 1. De Orato. 16. Quæ vis alia potuit aut dispersos homines vnum in locum congregare, aut à fera agrestique vita ad hunc humanum cultum ciuilemque deduceret
Immanitas agrestis. Cic. 1. de Diuinatio. 107.
Agrestis musa, Rusticum carmen, vt ait Seruius. Virg. 6. Eclog.
Negligentia agrestis & inhumana. Cic. 1. Offic. 182. Adhibenda præterea munditia est, non odiosa neque exquisita nimis, tantum quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam.
Pectus agreste, Dirum. Ouid. Epistо. 21. 42.
Agreste quiddam. Cicc. 3. de Orato. 126. Nam à principio clamare, agreste quiddam est.
Seruos agrestes & barbaros, quibus syluas publicas de populatus erat, lustriumque vexarat, ex Apennino deduxerat. Cic. pro Milone 19.
Rustica vox & agrestis quoldam delectat. Cic. 3. de Orato. 24.
¶ Agrestis, substantiuum, pro homine rustico. Virgil. 9. Aeneid. 3.
Lyderumque manum, collectos arma; agrestes. Idem 1. Georg. 9.
Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes Ingredere.
Duri agrestes. Virgil. 1. Georgico. 32.
Frigidus agrestis. Ouid. 5. Fast. 33.
Tardi agrestes. Ouid. 9. Metamorpho. 70.
Agrestium conuentus. Cicc. pro Murena. 55. Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium, audacius paulò de studijs humanitatis disputabo.
Agricola, penul. corre. com. gene. (γεωργός, γήτορες, ἐργάτιος,) Ex ager & colo compositum, quasi agrum colens: dicitur qui quamlibet agriculturam exercet: & est nomẽ generale. Nam inter agricolas alij sunt aratores, alij vinitores, nonnulli arboratores, multi etiam pastores: quales erant feri apud antiquissimos. Nec solum rustici & agrestes dicũtur agricolæ, sed multi etiam oppidani. Quod genus vitæ olim fuit in maximo pretio atque honore, præsertim apud Romanos. Cato de Re rustica, cap. 1. Bonus agricola, bonusque colonus. Ita laudabant antiqui virum bonum: amplissimeque laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Virgil. 1. Georg.
O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas! Cicc. 1. Tuscalan. 50. Arbores feret diligens agricola. Sic Plin. in proœmio lib. 14. 2.
Agricola assiduus. Cicero Rosc. Amer. 26. Quis nos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiunt.
Anarus agricola. Virgil. 1. Georgic. 10.
Beati agricolæ. Horat. 2. epistо. 1. 29.
Crudus agricola. Martial. lib. 12. epigram. 77.
Ebrius & crudus nil habet agricola.
Agricola diligentissimus. Cic. pro Deiotaro 18. Vt optimus paterfamilias, & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur.
Fortes agricolæ. Horat. 2. epistо. 1. 29.
Indocilis cœli agricola. Vide INDOCILIS.
Indomiti agricolæ. Virgil. 7. Aeneid. 105.
Miseri agricolæ. Virgil. 12. Aeneid. 91.
Negotiosus agricola. Columel. Gratiora sunt ista in otio legentibus, quàm negotiosis agricolis. * Studiosis quoque literarum gratiora.

Parcus

Parcus agricola. Stat. 5. Syl. 1. 25.
Pauper agricola. Propert. lib. 2. Eleg. 20. 2.
Peritissimi agricolæ. Colum. lib. 11. cap. 1.
Seueri agricolæ. Lucret. lib. 5. 273.
Turpis agricola. Ouid. 1. de Arte amandi. 146.
Validus agricola. Colum. lib. 11. cap. 1.
Agricola & rusticus. Cic. pro Roscio Amer. 57. At ego (vt tute arguis) agricola & rusticus.
Agricolatio, (γεωργία,) Agrorum cultus. Colum. lib. 11. cap. 1. 1. Agricolationum sermonibus mitigatus. Idem lib. 1. cap. 9. Minus in hoc officio quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit. Nomen est satis absurdè fictum, à nomine Agricola. Neque enim aut agricolare, aut agricolari dicimus. Itaque malim Agriculturam, quàm Agricolationem dicere.
Agricultor, (γεωργός,) Qui colit agros. Liuius. 6. belli Pun. 178. Seruos agricultores Reipub. adiuuisse. Fortasis legi debet separatim Agricultor: eisdẽque probatius est.
Agricultura penul. prod. (γεωργία, γεωπονία, γεωργία,) Cultus agrorum. Cic. 1. Offic. 111. Nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero & ingenuo. Plin. lib. 14. ca. 6. 12. Nihil ferò faciendum in agricultura omnes censent.
Indiserta agricultura. Vide INDISERTVS.
Agripeta, penult. corrept. Ex ager, agri, & peto. Cicero Attico, lib. 15. 510. 8. Seruilos autem dicere etiam & agripetas eiectos à Buthrotijs. Idem. 1. de Nat. deo. 98. Ibi enim adolescens habitabat cum patre & fratribus, quibus in eam pater eius Neocles agripeta venerat. Videtur hoc nomen alium agri petitorem significare. Et est communis generis quia tam de femina, quàm de viro dici potest.

Ageraton herba est seculacea, duorum palmorum altitudine, origano similis, flore bullis aureis. Huius vitæ nidor verum cier, vultumque purgat, tanto magis insidentibus. Catũ nonnullis non hæc, sed quoniam diutissimè non marcescit. Plin. lib. 17. cap. 4. Amplissimè meminit Agerati Rufellius lib. 3. cap. 102.

AGERONIVS, penult. prod. filius fuit Nelei, ex Cloride vxore, vt est apud Homerum lib. 11. Iliad.

AGERONA, (ἀγερώνα,) Industriæ dea, ab agendo (vt opinor) dicta. Hermolaus in Plin. lib. 15. cap. 19. Murcea, dea socordiæ est: vt Strenua, Agerona, Stimula, industriæ. Põponius & Augustinus authores.

AGESANDER, Statuarius insignis apud Plin. lib. 36. cap. 5.

AGESIAS, Syracusanus Olympionica, Sostrati filius.

AGESIDAMVS, Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit.

AGESILAVS, penult. prod. (ἀγησίλαος,) cognomen Platonis apud Aeschylum, vt testatur Athenæus in Dipnosophistis. & apud Lactantium lib. 1. Diuinarum institutionum.

¶ Agesilaus, dux Lacedæmoniorum clarissimus, cuius res gestas scripserunt Xenophon & Plutarchus. Eius meminit Valerius lib. 7. cap. 2. Vide Plutarchum in Apophtheg. Lacon.

¶ Agesilaus Archidami fuit filius, postquam Agis rex diem obiit, adhuc iuuenis ab Lacedæmonijs rex creatus, breui statura corporis, altero pede claudus, virtute præ cæteris præditus. Tylaphernem qui principatum tenebat inter Persas, in Asia vicit: Athenienses quoque, & loco tios, apud Coroneam vrbem Peloponnesi. Ex Xenophonte.

¶ Agesilaus ille magnus Spartanorum rex, imaginem corporis sibi statui retractabatur, quum hoc ei gratulari nonnulli vellent, sed animi monumenta elaborare nunquam desistebat: putans statuariorum illud, at hoc suum esse ipsius opus. ac rursus locupletem illud, sed hoc bonorum esse. Author Xenophon in oratione de Agesilai laudibus, quam iamvit. ac donauit Philelphus. Meminit & Cicero ad Lucceium, lib. 5. epist. 12. 24.

Agesilai in summo imperio nemo vnquam verbum vllum asperius audiuit. Tanta fuit tanti regis modestia. Cic. ad Q. fratrẽ lib. 1. epist. 2. 12.

AGESINATES, Aquitaniæ populi Pictonibus iuncti. Plinius lib. 4. cap. 19.

AGESIPOLIS, Lacedæmoniorum dux, qui Argiuos magnis affecit cladibus, vt scribit Xenophon lib. 4. rerum Græcarum. Eius meminit Liuius 4. Decad. lib. 4.

Agesis, (ἄγεσθε,) aduerbium excitãdi, cõpositũ ex particula ἐς & verbis imperatiui modi apud veteres addebat. Lucr. lib. 1.
Nunc agesis quoniam docui nil posse creari
De nihilo. Cic. in Partition. 14. Agesis ergò, quoniam in confirmationem & reprehensionem diuiseras orationis fidem, & dictum de altero est, expone nunc de reprehendendo.

Aggemo, aggemis, pen. corr. aggemui, (ἐπιγεύω,) aggemere. Ex ad, & gemo compositum. Ouid. 1. Trist. Eleg. 13. 23.
Pinea texta sonant, pulsi stridore rudentes,
Aggemit & nostris ipsa carina malis. Vide ADGEMO.

Agger, aggeris. masc. g. penul. corr. (χῶμα,) Vnde fit verbum aggero, aggeras. Virg. 9. Aeneid. Et fossas aggere complent.
Vbi Seruius: Agger est cuiuslibet rei coacernatio, vnde fossæ aut valles repleri possunt.
Agger arenæ. Virgil. 1. Aeneid. 24.
Illidiique vadis, atque aggere cingit arenæ.
¶ Agger, Est moles terræ circa fluuiorum ripas, ipsis opposita fluminibus, ne inundatione vastent agros. Virgil. Aeneid. 2.
Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exiit oppositasque eluit gurgite moles. Sic aggeres, sunt stagnorum ripæ manu factæ, quibus ipsa continentur. Huiusmodi aggeres Cicero per periphrasin vocat moles oppositas fluctibus li. 2. Offi.
¶ Agger, Posti. Virgil. 7. Aeneid.
- primusque in littore sedes
Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit. Seruius.
¶ Agger camporum medius. Stat. Thebaid. 2. 142.
Quereus erat teneræ tandudum oblita iuuentæ,
Aggere camporum medio.
¶ Agger murorum. Virgil. 10. Aeneidos,
Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent
Aggeribus murorum, & tumidant sanguine fossæ. Vbi Seruius, Aggeribus, munitionibus: sed abusiuè. Et in muris ideo, quia suprà dixit, Ignaros deinde in muris. Martemq; cientes. Agger proprie dicitur terra illa quæ vallo facto propius ponitur, sed abusiuè & muros & munimenta omnia aggeres dicimus, sicut modò Aggeribus murorum: pro munimentis. Hæc Seruius. Cæsar 1. bell. ciuil. 99. Quorum operum hæc erat ratio: qua fauces erant angustissimæ portus, molem atque aggerem ab vtraque parte littoris faciebat. Liuius 3. ab vrbe 286. Et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submouit. Cicc. ad Catonem, lib. 15. 428. Vallo & fossa circundedi: sex castellis, castrisque maximis sepsi aggere, vineis, turribus oppugnaui.
Aggerem facere. Vide FACIO.
¶ Agger viæ. Virgil. 1. Aeneid. 54.
Qualis sæpe viæ deprehenditur in aggere serpens.
Aerea quem obliquum rota transiit. Vbi Seruius: Agger est mediæ viæ eminentia co aggeratis lapidibus strata. vnde Viæ aggere dixit.
¶ Agger aduersus. Virgil. 12. Aeneid. 90.
Vidit ab aduerso venientes aggere Turnus. * Seruius, Aggere, id est eminentia.
¶ Alpini aggeres. Id est Alpes, quæ sunt Italis velut agger aduersus Gallos. Virgil. 6. Aeneid. 166.
Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci
Defendens. Vbi Seruius: Id est, à monimentis alpium. Hæ enim, Italiæ munrorum exhibent vicem.
Aprinus agger. Horat. 1. Sermo. 8. 3.
Nunc licet Aesquilis habitare salubribus, atque
Aggere in aprico spatiari.
Coctus aggere. Propert. lib. 3. Eleg. 11. 5.
Perfarum statuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt solidum cocto tolleret aggere opus.
Gramineus agger. Virgil. 7. Aeneid. 22. - Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.
Agger herbosus. Ouid. 14 Metamorpho. 89.
Incurnus agger.. Ouid. 15. Metamorpho. 158. Tendit ad incuruo munitos aggere portus.
Miluius agger. Stat. lib. 2. Syla. 1. 30.
- plebs cuncta, nefas, & præuia ferunt
Agmina, Flaminio quæ iunite Miluius agger
Transiachit. Pontem Miluium intellegit, vt opinor.
Nimis aggeres. Id est, nimis cumuli. Virgil. 3. Georgic. 71.
Solidus agger. Stat. lib. 4. Syla. 4. 1.
- & molles solidus premit agger arenas.
Terreus agger. Varro lib. 1. de Re rustic. cap. 14. Tertium militare sepimentum est fossa & terreus agger.
Terreno ex aggere bustum. Virgil. 11. Aeneid. 170.
- fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum.
Thessalici aggeres. Seneca in Hercul. Oeth. 2. 13.
Quo vastus Briareus, quo tumidum Gyges
Supra Thessalicos constitit aggeres,
Vt cœlo infereret vipereas manus,
Hoc vultu riguit. Hoc est, tres Thessaliæ montes à gigantibus ac cumulatos, vt in cœlum conscenderent.
Agger tumuli compositus. Virgil. 7. Aeneid. 2.
At pius exequiis Aeneas rite solutis,
Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt
Aequora, tendit iter velis, portumque relinquit.
Subitus agger. Id est, subitò factus. Lucan. lib. 1. 103.
Subitus rapti mumme cespitis agger,
Præbet securos intra tentoria somnos.
Valtus agger. Seneca in Thebaid. 1. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

- flammas potius & vastum aggerem
Componcin altos ipse me immittam rogos.

¶ Agger metaphoricos vsus est Cicero. 10. Philipp. 17. Si enim C. Antonius quod animo intenderat, perficere potuillet: Macedoniam, Illyricum, græciam perdidissemus. Esset vel receptaculum pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ. Græcia.

Cingere locum aliquem aggere. Virgil. 7. Aeneid. 32.
Molliturque locum primosque in littore sedes
Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.

Construere aggerem. Lucanus lib. 2. 60.

Aggeres facti à milite. Ouid. 15. Metamorpho. 119.
- aggeribus factis à milite forti Iusistit.

Aggere recta moliri. Id est, domos terra construere. Virgi. 7. Aeneid. 16.
- ibique memento
Prima locare manu, molliríque aggere testa.

Rupti aggeres. Virgil. 2. Aeneid. 99.
Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exit, oppositásque evicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, camposque per omnes.
Sternere aggeres. Seneca in Here. Fur. 13. 16.

Aggero, aggeras, pe. corre. (χωννυω,) aggerare, Accumulare. Colu. Oēs arbores fructiferæ circunfossæ aggerari debent. Figuratè dictum, pro eo quod est, terra circum arbores aggerari debet. Idem de arboribus, cap. 28. Stercoratam terram circà aggerato. Ibidem, cap. 6. Ne quum aggerata fuerit, supra terram exter. Ab hoc fit Exaggerare.

¶ Aggerare, per metaphoram pro augere & aggrauare. Virgil. 11. Aeneid. Et his onerat dictis, atque aggerat iras. Idem 4. Aeneid. 40.
Incendit que animum dictis, atque aggerat iras.

Aggerare, pro Aggerere, siue aggerando implere. Curtius lib. 4. Exhauriendas esse regiones, vt illud spatium aggeraretur: & exestuaret semper fretū. Id est, molibus ingeretur continenti, & aggere continuaretur.

Aggero, aggeris, pe. corre. aggesti, aggestum, (ἐπιφορέω, ἐπιχοῖσαι, χέω, ἐπιχώννυω,) aggerere, Ex ad & gero, Idem quod aggerare, siue congerere. Plin. lib. 17. cap. 4. 5. Nec fluminibus aggesta sem per laudabilis. Marti. lib. 8. - aggesta contumulauit humo. Plin. li. 28. cap. 2. Aggesta pedibus terra. Virgil. 3. Aeneid. 13. - & ingens
Aggeritur tumulo tellus. Sillius Italicus libro 5. 130.
Aggessere trabes, rapidisque accensus in orbem
Excoquitur flammis scopulus. Statius 10. Thebaidos 11. - & aggestis vigilant altaria flammis.

Aggestus, (χῶσις,) Substantiuum verbale. Tacitus lib. 19. Et locus ipse castrorum placebat. Iati prospectans, tuto copiarum aggestu, flore entis simis ponè tergum municipiis. Quintilian. in Aegro redempto, Hinc & ille venit affectus, quòd ignotis cadaueribus humum congerimus; & in sepulcrum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, vt non quantulocunque veneretur aggestu.

Aggerere bona ad aliquem. Plautus Trucul. 4. 15.
- quum eorum aggerimus bona alioqui
Etiam vltrò ipsi aggerunt ad nos. Idem Cistel. 1. 61. Amarum ad satietatem vsque aggerit.

¶ Aggerere, pro gerere, vel potius ferre, portare, Plaut. Casina. 3. 35. Ita te aggerunda cerunum aqua faciam probè. Idem Rud. 12. 16. Siquidé mihi vltrò his aggerunda etiam est aqua. In vtroque respexit ad multam aquæ afferendæ copiam, & quasi cumulum.

Agglomero, agglómeras, penul corr. (προσκατειλέω,) agglomerare, rare, ex ad & glomero, Implicare & coniungere: dictum à glomere. Virgil. 2. Aeneid. - & lateri agglomerant nostro. Sic Nonius interpretatur, sed melius sic dicemus, Agglomerant, pro agglomerantur: id est adiunguntur, quasi globum facturi. de bello est loquitur: in quo globus dicitur agmen confertissimum. Idem 12.
- densi cuneis se quisque coactis
Agglomerant. Id est densantur, vt cuneatim dimicēt. Sic Seruius. Propriè tamen agglomerare, significat idem quod glomerare: vt agglomerare filum, id est conglobare. Nam glomus propriè de filo dicitur.

Agglutino, agglútinas, penul. corre. (προσκολλάω,) agglutinare, Propriè glutine coniungere: vt Agglutinare charas. Sed & pro ferruminare (quod fit in metallis) nonnunquam accipitur. Plin. lib. 36. 9. Fragmenta vitri reperata agglutinantur tantum. Idem libro. 33. cap. 6. 7. Chrysocollam & aurifices sibi vendicant agglutinando auro. Cic. Attico, lib. 16. 13. 3. Itaqi statim nouū proœmium exaraui, & tibi misi. tu illud deseccabis, & hoc agglutinabis.

Agglutinare ad aliquid. Plaut. Aulul. 16. 71. Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant. Pro aggerantur, accumulantur.

Aggrauo, aggrauas, penul. corre. (ἐπιβαρύνω,) aggrauare, ex ad & grauo, graues, Vt de grauare, onerare, premere, ex aggerare. Plin. lib. 11, cap. 17. 8. Odor aggrauans capita, sed citra dolorem. Idem lib. 28. cap. 3. Sicuti aggrauari vulnera introitu eorum, qui vnquam fuerint serpentium eanisve dente læsi. Id est grauiora & molestiora fieri. Liuius 6. ab vrbe. 105. Censoribus quoque eguit annus maximè propter incertam famam æris alieni, aggrauantibus summam etiam inuidiæ eius Trib. plebis, quum ab iis eleuaretur. Ibidem, lib. 4. 55. Vnum abfuit bellum externum, quo si aggrauatæ res essent, vix ope deorum omnium resisti potuisset. Idem 5. bel. Pun. 165. Nihil aliud ab suis, quàm inopia aggrauati socios. Quintilian. lib. 5. cap. 7. 12. Sparsa quoque plerunque colligimus argumenta, quæ per se nihil rem aggrauare videantur.

Aggrauatur pondus illa ex omni legumine. Plin. lib. 18. cap. 12. 1.

Aggraueſco, aggraueſcis, (ἐπιβαρύνομαι,) aggraueſcere, Ex ad, & nomine grauis factum verbum. Granius ficti, Aggrauari, Ingraueſcere. Terent. Hecyra. 3. 2. 2. Malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat. Vbi Donatus, Aggraueſcat, grauior fiat, propriè: quia morbi graues dicti sunt. Sic aggraueſcens vulnus. Cic. 3. Tuscul.

Aggredior, aggrederis, penul. correp. aggressus sum, (μάτην, χειρίζω, ἐπιβουλεύω, πυρόω, ἅλλομαι,) aggredi, penult. corrept. ex ad & gradior compositum, adire, accedere. Plaut. Curc. 7. 19.
- fortè aspicio militem:
Aggredior hominem: saluto aduenions. Cic. de Oratore lib. 3. 36. Nā enim inde repelletur, quò aggredi cupiet. Terent. Hecyra. Aggredior Bacchis salue. Vbi Donatus, Bene aggrediar, quasi rem difficilem.

Aggredi aliquam de re aliqua. Plaut. Merc. 7. 44. Quin ego hunc aggrediar de illa?

¶ Aggredi, est propriè, teste Donato, ad dimicandum accedere.

Aggredi aliquem dictis. Virgil. 4. Aeneid. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Vbi Seruius. Aggreditur, cum calliditate loquitur.

Aggredi, Adire quempiam dolosè & insidiosè hoc est, decipiendi causa: quod etiā adoriri dicitur. Plau. Persa, Huic insidiæ paratæ sunt: probè aggrediar virum. Terentius. Phormi. 5. 8. 75. Itane agitis mecum? satis astutè aggressimini. Verba sunt Phormionis, qui sentit sibi parari insidias.

¶ Aggredi, (ἐπιχειρῶ, ἐγχειρῶ, ἐπιτίθεσθαι,) Incipere. Cic. 1. Officio. 105. In omnibus autem negotiis, prius quam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Plaut. Truculen. 9. 7. - nullam rem oportet dolosè aggrediri, nisi Astutè, accuratèque exequare. Hîc pro Iubere potest accipi. Et est vetustè dictum Aggredi, pro aggredi. Ocero, Ego enim quum causam sum aggressus. Hoc est, incepi de causa ipsa dicere. Idem 2. de Orato. 100. Quum aggredior ancipitem causam. Idem 4. Acad. 116. Aggrediar igitur, si pauca antè, quasi de summa mea dixero. Id est, de re ipsa dicere incipiam, quod indocti dicunt, Intrare in materiam.

Aggredi ad, in eadem significatione. Cic. 2. de Legib. 13. Prius quam aggrediamur ad leges singulas. Id est, dicere incipiamus de legibus singulis. Idem pro Cluentio. 5. Aggrediar ad crimen, cum illa deprecatione, Iudices. Idem ad Qui. fratrē lib. 2. Epist. 15. 1. Sed quod scribis aggrediaris ad historiam, me enim authore potes. Idem, Prius quā aggrediamur ad ius, causámque Cornelii. In his & similibus dicitur etiam venire, vel accedere. In hoc autem genere loquendi, aggredi propriè significat quod vulgò dicitur, Ponere se ad aliquid faciendum. Idem 1. Officio. 37. Ad iniuriam faciendam aggrediuntur, vt adipiscantur ea quæ concupierunt.

Aggredi dicere. Cic. 2. Offic. 2. de quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto ac de iudicio meo dixero. Idem in Orato. 73. De iure rerum in Rempublicam aggressus est dicere. * Neque enim artem grammaticam componere aggressi sumus. Quintil. 12. 6

Aggredi ad dicendum. Cic. in Bruto 72. Imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur Antonius: sed ita erat paratus, vt iudices illo dicente nonnunquam viderentur non satis parati ad cauendum fuisse.

¶ Aggredi, Inuadere. Donatus, Aggredimur de longinquo. Sallustius. Ex lateribus cæteros aggreditur. Plaut. Amphit. Mattiger nam ille aggressus bellum. Sic aggredi vrbem legimus id est cum impetu inuadere: quod est (si vernaculam linguam exprimere volumus) Dare assultum vrbi.

¶ Aggredi aliquid, Suscipere aliquod negotium & propriè de rebus arduis ac difficilibus: vt Aggredi bellum. Cic. Attico, libro 2. Et tamen illud probem, magnum quid aggrediamur.

Aggredi facinus. Hirtius de bello Hispaniensi 6. 58.

Aggredi opus magnum & difficile. Hirtius de bello Alex. 4. 19.

Aggredi honores. Virgilius eclog. 4. Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores. Hoc est incipe ad honores aspirare.

Aggressio, Verbale, (ἔμβολή,) Actus ipse aggrediendi. Cice. in Orato. 28. Quumque animos prima aggressione occupauerit, infirmabit excludetque contraria. Quasi primo impetu. Metaphora ab oppidorum vel hostium aggressione. * Quintil. 100. 2. Aut certe confertam esse aggressionum & enthymematum stipatione minimè velim.

Aggrego, aggregas, pen. corr. (συναγείρω,) aggregare, ex ad & grex gregis, interdum congregare est, & quasi in gregē contrahere. Cic. in Catil. 12. Quòd si eiecerit, secumq; suos exhauxerit, & eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit.

Aggregare suam voluntatem ad dignitatem alterius. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. 9. 37. Meamque voluntatem ad summi viri, de meque optimè meriti dignitatem aggregassem.

Aggregare se ad amicitiam alterius. Cæsar. 6 bel. Gall. 560. Qui se ad eorum amicitiam aggregauerant.

Aggregare filium eodem crimine ad patris interitum. Cic. in Vatinium. 19. Huius etiam filium eodem iudicio & crimine ad patris interitum aggregare voluisti.

Aggregare in numerum. Cic. pro Murena. 14. Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo.

Aggressio, Vide AGGREDIOR.

AGILLA, Vide AGYLLA.

Agilis, pen. corr. (ἐλαφρός, ἐνεργητός,) adiectiuum ab ago, agis, qui potest facilè agit. Hoc est, q leni & expedito est corpore. Plau. Epid. 2. 8. Corpulētior videre atq; agilior. Horat. lib. 1. Epist. 19. 19.
O deorum stellarum tristes, tristémque iocosti
Sedatum celerez, agilem, gnauúmque remissi.

Agilis classis. Liu. 10. bel. Pun. 38. Quæ enim restitissent, agili & nautico instrumento aptæ & armatæ classi naues, tormēta, machinasq; portarent.

Currus agiles. Senec. in Medea. 10. 10. Video Triuiæ currus agiles.

Cursus agiles. Stat. lib. 4 Sylu. 3. 7.

Dextra agilis. Stat. lib. 1. Sylu. 1. 2.

Flāma agilis. Senec. in Hippol. 5. 11. Vt agilis altas flāma pcurrit trabes.

Gressus agiles. Sil. Ital. 3. 37.
Et gressus agiles mecum, & comitare vocantem.

Agilis industria hominis: cui opponitur negligens & tarda opera. Columel. Symmachus, Malo, inquit, vnius agilem industriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam.

Pes agilis. Senec. in Hippolyt. 2. 31.

Remus agilis. Ouid. in Sappho. 13.

Studium agile. Stat. lib. 6. Thebaid. 111. certamen cursus describens,
Sollicitat tunc ampla viros ad præmia curiis.

Victoria agilis. Nonius, Agilem, celerem, ab agendo. Sisenna Hist. lib. 4. Agilem dari, facilemque victoriā, neq; follas aut bellum remoratum.

Virgilius. Ouid. 2. Fast. 104.
Non habuit doctos tellus antiqua colonos.
Lassabant agiles aspera bella viros.

Agilitas, pen. corr. (ἐλαφρότης, ἐνεργητικότης, ὀκυκινησία,) Denominatiuum, Leuitas & dexteritas corporis. Cic. Attico, lib. 1. 12. 5. Nam si ita esse statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles: & esse hanc agilitatem, vt ira dicam, mollitiemque naturæ plerunque bonitati. Hîc est à corpore ad animum translatio. Plin. lib. 35. cap. 11 14. Lecythion agilitatis exercitator.

Agilitas nauium. Id est celeritas. Liuius 6. bel. Pun. 161.

Agilitas, pen. corr. agilius, agilime. pen. corr. (ἐυκινησία,) aduerbiū qualitatis, id est cum agilitate. Colum. lib. 2. cap. 2. 22. Detque requiem in summa, vt spe cessandi, totum spatium bos agilius emitatur.

Agina, agināe, penul. prod. Est qua inseritur scapus trutinæ: id est, in quo foramine trutina agitur & se vertit. Vide agitatores dicuntur, qui paruo lucro mouentur. Festus.

AGINVM, (ἄγνιον,) vrbs Galliæ Ptolemæo vulgò Angolesme.

AGIS, (ἄγις,) Eurysthenis filius, teste Strabone lib. 8. rex Lacedæmoniorum, cum Athenienibus cruentissima bella gessitit tandem à suis ciuibus occisus est in carcere, eo quòd Lycurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Author Plutarchus. Meminit & Cic. lib. 3. Offi. 117. Quam autem habet æquitatem, vt agrum multis annis aut etiam secula antè possessum qui nullū habuit, habeatq; qui autem habuit, amittat? Ac propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonii Lysandrū Ephorū expulerūt, Agin regem, quod nunq; antea apud eos acciderat, necauerunt.

Agitatio, Agitator, Vide AGO.

Agite, Agitedum, Vide AGE.

Agito, (ἀγωνίζω,) Vide AGO.

AGLAIA, Aglaidis Megaclis filia, tuburcinio vitam fouisse fertur. Galericulo, sine aduentitia coma vtebatur. Cænam sic ferè apparabat, vt carnium minas absumeret decem, panum chœnicas quatuor, vini hauriret choam, id est, vt interpretatur Theodorus sextarium, tanta fuit mulierculæ voracitas atq; bibacitas. Ex Cœlio Antiq. lect. li. 2. ca. 14.

* Aglaonice, ces, penul. prod. Egemonis Thessali filia, quæ cum in Ossa monte coitus tunc obscuraret, in iudicio conuicta à mulieribus existimantibus, ab ea lunam cœlo deduci, grauissimis affecta supplicijs traditur, ex Ossa præceps data. Quod in Ibin significauit Ouidius hoc carmine. Vtque dedit saltus Iuuenis Thessalis Ossa, sic enim legendū est ibi, non Thessalus, ex Plutarcho & Tarreo Apollonii interprete.

AGLAOPE, Aglaopes, penult. corrept. vna è tribus Sirenibus. Author Lycophronis interprēs apud Hermolaum in Plinium, lib. 3. cap. 10. Interpretatur Latinè, aspectu splendida.

AGLAVROS, (ἄγλαυρος,) filia Erichthei regis Athenarum antiquissimi, à Mercurio in saxum mutata, de qua Ouidius lib. 2. Metamorpho. 148. Aglauros Iænum, medium possederat Herse. Aglauro, Herse, Pandrosoque sororibus, Mineruam ceu depositum tradidisse Erichthonium aiunt, cistæ impositum, addito interdicto, ne depositi perquirendi curiosæ essent: Pandrosumq; in officio fuisse reliquas duas, quonam cistam resignauerant, viso Erichthonio furere coepisse, & ex ea arce qua maximè locus præceps erat se deiecisse. Author Pausanias in Attica. Qui & ibidem tradit Actæum primū in Attica regnasse. Quo vita functo, Cecrops ducta vxore illius filia, regnum suscepit ex qua Herse, Aglaurum, Pandrosium, & Erichthenem liberos sustulit.

AGLAVS Pisophidius, oraculo Delphici Apollinis iudicatus felicior Gyge rege tunc ampliss imo. Senior hic in augustissimo Arcadiæ angulo paruum quidem, sed annuo victui largè sufficiens prædium colebat, nunquam ex eo egressus: atque (vt è vitæ genere manifestum est) minima cupidine minimum in vita mali expertus. Plinius libro 7. capit. 46. Meminit & Cœlius lib. 11. Antiqu. lect. cap. 65. Valerius quoque lib. 7. cap. 1. ad finem.

Agmen, agminis, pe. corr. ne. ge. (ἄγμα, τάγμα,) Seruius. Agmen propriè est exercitus ambulans. Quicquid fuerit aliuds abusiuè dicitur. Virgil. 8. Aeneid. - it clamor, & agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Cicero 2. Tusculanarum 61. Cum æstu magno agmen ducebat, laborabat Marius. Liuius, Sæpe in acie, sæpe in agmine, sæpe circa vrbem aduersus eruptiones hostium pugnatum.

¶ Agmen, Impetus. Virgil. 2. Aeneidos 43.
- illi agmine certo
Laocoonta petunt. Idem 1. Aeneidos, Aspice bis senos lætantes agmine cygnos. Vbi Seruius, Agmine. volatu, impetu. Agmē autem apud Virgilium est cuiuslibet rei impetus. vt,
- illi agmine certo
Laocoonta petunt. Et, vocat agmina sæua sororum. Idem 6. Aeneid.
Quive viri tanto complerint agmine ripas. Vbi Seruius, Agmine, cursu, impetu. Sic apud eundem 1. Georgicorum, Agmē aquarum. Liuius 1. ab vrbe 22. Iuuenes per medium concionem agmine ingressi.

¶ Agmen, Motus. Virgil. 3. Georgicorum,
Quum medii nexus, extremæque agmina caudæ Soluuntur,

¶ Agmen, Multitudo. Liu. 2. ab vrbe 168. Nuntiatumque Coriolano, adesse ingens mulierum agmen.

¶ Agmen, pro actu & ductu quodam ponere, non inelegans est, vt
- fens fluit agmine Tybris. Immo & antiquum est. Ennius eum in quinto ait,
Quod per amœnam vrbem leni fluit agmine flumen. Hæc Macrobius Saturnal. lib. 6. cap. 4.

Aligerum agmen. Virgil. 12. Aeneid. 50.
Littoreas agitabat aues, turbamque sonantem Agminis aligeri.

Aquarum agmen. Virgil. 1. Georgicorum 65.

Armata agmina. Claudian. epigram. 2. in Ruff. 16. Tacit. lib. 19.

Attonitum agmen. Statius 5. Thebaidos 80.
- attonito manifestus in agmine suprà est Amphitryoniades.

Atrum agmen, Virg. 12. Aene. 91. Hoc est, pulueris nube coopertū. Seru.

Castum agmen Claudian. 2. de rapt. Proserpi. 65.
Reginam casto cinxerunt agmine matres Elysiæ.

Celere agmen remotum. Virgil. 5. Aeneid. 3.
At lætus Mnestheus, succeditque acrior ipso
Agmine remorum celeri, ventisque vocatis
Prona petit maria.

Citum agmen. Tacit. lib. 19. Cito agmine forum & imminentia foro templa præteruecti, erigunt aciem per aduersum collem.

Clypeata agmina. Virgilius 7. Aeneidos 159.
Insequitur nymbus peditum, clypeataque totis
Agmina densantur campis

Condensa agmina. Sill. lib. 2. 90.

Confertum agmen. Virgil. 3. Georgicorum 74.
- confertoque agmine cerui
Torpent mole noua, & summis vix cornibus extant. Vbi Seruius. Confertos id est, connexto. Cerui enim congregatione gratulantur

Densum agmen agere. Virgil. 5. Aeneid. 166.

Equestre agmen. Ouidius 9. Epist. 10.

Ferrata agmina. Horatius 4. Carm. 13. 6.
Vt Barbarorum Claudius agmina
Ferrata vasto diruit impetu.

Fœminea agmina. Virgil. 11. Aeneid. 135.

Fortissima Agmina. Lucan. lib. 7. 45.
At medii robur belli fortissima densant Agmina.

Grande agmen. Lucret. lib. 1. 58.

Graniferum agmen spargere. Hoc est multitudinem formicarum grana ferentium. Ouid. 7 Metamorpho. 130.

Horrentia agmina. Horatius 2. Sermo. saty. 1. 3.

Hostile agmen. Ouidius 8. Metamorpho. 8.
Fœtus agmen aquarum. Virgil. 1. Georgicorum 65.
Incompositum agmen. Vide INCOMPOSITVS.
Infernum agmen. Seneca Med. 12. 17.
Infestum agmen. Seneca Herc. furen. 13. 9.
Longum agmen. Virgil. 1. Aeneid. 38.
Molle agmen. Tacit. lib. 19. Fabius interim valens multo ac molli concu
binarum spadonumque agmine, segnius q̃ ad bellum incedens, prodi-
tam à Lucillio Basso Rauennalem classem pernicibus nuntiis accepit.
Nigrum agmen. Virgilius 4. Aeneidos 81.
Numerosum agmen. Vide Agmen carpi.
Palaustra agmina. Sillius lib. 15. 95.
Paruum agmen. Lucretius lib. 1. 88.
Perpetuum agmen. Cic. in Pisonem. 40. At meus quidem reditus is fuit, vt
à Brundusio vsque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem.
Pilata agmina. Virgilius 12. Aeneidos. 1 f.
Procedit legio Ausonidum, pilataque plenis
Agmina se fundunt portis. Vbi Pilata, retulit ad Romanos, qui pilis
vti solebant in bello.
Puerile agmen. Virgil. 5. Aeneidos. 109.
Puluerulenta agmina. Virgil. 4. Aeneid. 31. - atque agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant, camposque relinquunt.
Quadratum agmen. Cic. 2. Philip. 105. Agmine quadrato cum gladiis se-
quuntur scutati milites. Idem 5. Philip. 177. Tum verò agmine quadra
to in ædem concordiæ venit. Id est cum armatis in Senatum.
Rapidum agmen. Lucan. lib. 2. 99. - nec plura locutus
Deuoluit rapidum nequicquam mœnibus agmen. Ouidius quoque li-
bro 3. Metamorpho. 49. de canibus Actæonis: At comites rapidum so
litis hortatibus agmen - Ignari instigant.
Rauca agmina. Statius 5. Thebaid. 3. de gruibus.
Seruilia agmina. Lucan. lib. 1. 19.
Vt primum fortuna redit, seruilia soluit
Agmina. Hoc est, seruos ad libertatem vocatis consecit exercitum.
Tardum agmen. Virgil. 9. Aeneid. 10. Id est Peditum, qui equitum com-
parationè tardi sunt. Seruius.
Terrestre agmẽ. Hoc est turmæ militũ p terrã incedẽtiũ. Luc. lib. 5. 142.
Terrificum agmen. Claudianus 8. epigram. 15.
Toruum agmen. Stat. 8. Thebaid. 97.
Trepidum agmen. Lucan. lib. 2. 79.
Agere agmen equitum. Virgilius 7. Aeneid. 161.
Hos super aduenit Volsca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.
Carpitur agmen. Plinius 3. Epistolarum ad Minutianum, Nam nos quoq; tam
numerosum agmen reorum, ita demum videbamus posse superari, si
per singulos carperetur. Hoc est, vellicaretur, exciperetur. Nam carpi
agmen dicitur, quum multum aliquis intercipitur.
Cingi agminibus. Ouidius 1. Trist. 4. 6.
At simul intonuit, fugiunt, nec nosci tur vlli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Cogere agmen. Ouid. 2. Metamorpho. 23. - quorum agmina cogit
Lucifer. Liuius, Magonem inde cum quingentis equitibus cogere ag-
men, maximè Gallos. Cicero metaphoricos vius est ad Atticum li. 15.
327. 1. Assentior tibi, vt nec duces hinc, nec agmẽ cogam, faueam tñ.
Concitare agmen. Ouidius 14. Metamorpho. 48.
Coniurata agmina. Ouidius 5. Metamorphoseos 31.
Densare agmina. Sillius libro 8. 103.
Haud illo leuior bellis Vestina iuuentus
Agmina densauit venatu dura ferarum.
Deturbare agmina gladio. Sillius libro 7. 144.
Deuastata ferro agmina. Ouidius 13. Metamorphoseos 51.
Ducent agmina. Virgilius 1. Aeneid. 99.
Exanimata agmina. Virgilius 5. Aeneidos 160.
Frementia agmina. Valer. 6. Argonaut. 37.
Metere agmen. Sillius libro 13. 44. - ruit obuia in arma
Scipio, & oblatum metit insatiabilis agmen.
Partitum agmen. Virgilius 5. Aeneidos 112.
Prorumpunt agmina. Lucanus libro 1. 99.
Spargere agmen. Ouidius 7. Metamorphoseos 130.
Stipatum agmen. Gellius libro 1.
Tripartitum agmen. Tacit. lib. 19. Tripartito agmine, pars vt astiterat
Flaminia via, pars iuxta ripam Tyberis incessit, tertium agmen per Sa
lariam Collinæ portæ propinquabat.
Agminalis, penult. producta, adiectiuum, (πομπικός,) Vnde agmina-
les equi, qui agmen exercitus sequuntur ad conuehenda impedimen-
ta. Bud. in Annota. post.

Agna, agnæ. Vide AGNVS.

Agnascor, agnásceris, penult. corre. agnatus sum, (προσφύομαι,) agnasci, Cõpositum ex ad, & nascor: sed d euphoniæ

causã mutatum est in g. Cic. 1. de Orato. 131. Nunquis eo testamento,
quod paterfamilias ante fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem pe
tit? nemo, quia constat agnascendo rumpi testamentum: ergo in hoc
genere iuris iudicia nulla sunt. Idem pro Cecinna 52. Cui filius agna-
tus sit, eius testamentum non esse ruptum iudica. Ex verbis Ciceronis
satis apparet, agnasci eos proprie dici, qui nascuntur alicui postquam
testamentum fecerit. Paulus in L. Qui in adoptionem. De adoptio-
nib. lib. 1. Pand. Qui in adoptionem datur, iis quibus agnascitur, & co
gnatus fit. Modest. in L. Non facile. De gradib. & affinitat. lib. 38. Pan
dect. In adoptionem datus, aut emancipatus, quascunque cognationes
affinitatesque habuit, retinet: agnationis iura non retinebit. Sed in ea
familia ad quam per adoptionem venit, nemo est illi cognatus, præter
patrem, eósve quibus agnascitur. Affinis autem ei omnino in ea fami-
lia nemo est. Quibꝰ agnascit, id est i quorũ familiã venit p adoptionẽ.

Agnãtus, Participium, (πεφυκώς, πεφυκυῖα,) Agnatum dicimus
quicquid vltra naturæ debitum natum est. Vnde & agnascẽtia & agna
ta membra appellantur, quæ abundant. Plinius lib. 11. cap. 52. Mem-
bra alibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus.
Idẽ lib. 11. cap. 39. 5. Pili agnati celeriùs recrescunt. In hac significa-
ne scribitur etiam per D adnascor. Vide ADNASCOR.

Agnati dicuntur quasi adnati. Significat autem ipsa dictio, AD, iuxta
que ideo agnata membra Plinio dicuntur, quæ propè alia subornãtur
vt in Sedigitis videmus. Vnde filius patri suo non agnatus, sed na-
tus dicitur. Quod si filiorum, non contemplatione patris, sed inter
se mentio est, tunc agnati sunt, quia omnes iuxta, ac propè, eodemque
gradu ad geniti sunt. Id quod ignorauit Accursius: cui, cæterisque in-
terpretibus mirum visum est, vt alciatus cap. penult. 3. Parer g. refert
quod Vlpianus ait, Filius patri agnatus proximus non est.

Agnati, (ἀγχιστεῖς, οἱ πρὸς, κατὰ γένος, ὁμόσπλοι,) dicuntur qui per virilis
sexus personas, cognatione communi sunt: quasi à patre congeniti, in
quit Caius iurisc. veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepos
ve ex eo. Inter agnatos & cognatos hoc interest: quòd in agnatis cõti
nentur cognati: in cognatis non vtique agnati. Vt puta frater patris, id
est patruus, est agnatus, & cognatus. Matris verò frater, id est auunc
lus, cognatus est, sed non agnatus. Gentilitas verò & agnationem & co
gnationem complectitur. Paulus in L. Iurisconsultus, de Gradib. &
affinitatib. lib. 38. Pandect. Inter agnatos & cognatos hoc interest,
quod inter genus & speciem. Nam qui est agnatus, & cognatus est: nõ
vtique autem qui cognatus est, & agnatus est. Alterum enim erui
alterum naturale nomen est.

Agnati, de diis. Cicero de vniuersit. 56. Ex iis Saturnum & Opem, dein-
ceps Iouem atque Iunonem reliquos fratres inter se agnatosque vsur
pare atque appellare videmus.

Agnati & gentiles. Cicero lib. 2. de Inuent. 232. Si furiosus est, agnatorũ
gentiumque in eo pecuniaque eius potestas esto.

Ad agnatos & gentiles aliquem deducere. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 1.
7. Ad agnatos & gentiles est deducẽdus. Id est furiosus est. Proueruiale
antiquis fuit, quum furere aliquem aut mente captum esse significare
volebant, vt dicerent Ad agnatos & gentiles deducendum esse. Vide
Iustinianus lib. 1. Institutionum, Furiosi quoque & prodigi, licet maio
res XXV. annis sint, in curatione sunt agnatorum, ex lege XII. tabu-
larum. Budæus.

Agnatio, (ἀγχιστεία,) Verbale ab agnascor. Est agnatorum consanguini
tas. Cicero 1. de Leg. 34. Et quod in ciuitatibus ratione quadam, de
qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum distinguntur sta-
tus, id in rerum natura tanto est magnificentius, tantoque præclarius,
vt homines deorum agnatione & gente teneantur. Quasi diis omnia
ẽsti per quandam veluti agnationem.

Agnellus, Agninus, Vide AGNVS.

Agnitio, Vide AGNOSCO.

AGNI cornu, Promontorium est humile & valde expositum, propè Bol
biticum Nili ostium. Strabo lib. 17.

AGNICIS, fluuius in Tigrim influens. Plinius lib. 6. cap. 27.

AGNITES, Agnitæ, vel Agnita, Agnitæ, Aesculapii cognomentum
apud Spartanos, cuius simulachrum ex agno, quæ planta est erat excu-
sum conformatumque. Cœlius Antiqu. lect. lib. 10. cap. 5.

AGNO, (ἁγνώ,) vna è Iouis nutricibus. Nymphas enim quæ Iouem edu
carunt, fuisse aiunt, ὑσσᾶν, Nedam, & ἁγνὰ. A qua & in Lycæo Arca
diæ fons appellationem ducit, cuius ea fuit olim vis, vt re diuina ibi à
Lycæi Iouis sacerdote curiosius peracta, & fusis precibus, quernoque
ramo leuiter aqua cõmota, mox densior surrigeretur vapor nebulæ ad
similis, quæ non multò pòst effecta nubes, aggregatis item aliis, largos
demitteret et imbres. Cœlius Antiqu. lect. 13. cap. 17.

Agnomen, penult. prod. agnominis, penult. correp. (ἐπωνυμία,) Est quod extrinsecus aliqua ratione vel causa quæsi
tum est: vt Africanus, Numantinus, & similia. id aliquando & Cogno-
men, & Cognomentum dicitur. Sic Priscianus & cæteri ferè Grammatici.

tici. Cæterum, Cognomen id propriè dicitur, quod illi Agnomen vo-
cant. Cic. 2. de Inuent. 140. Nomen autem quum dicimus, cognomen
quoque & agnomen intelligatur oportet.

Agnomen genitiuum. Ouid. 3. de Pont. eleg. 2. 22. - & altæ
Iudicium mores nobilitatis habent:
Quos Volesus patrii cognoscat nominis author,
Quos Numa maternus non neget esse suos:
Adiectique probent genitiua agnomina Cottæ:
Si tu non esses interitura domus.

Agnosco, (ἀναγιγνώσκω, ἐπιγινώσκω, οἶδ' ἔγωμαι, ἔγκυρῶ ἔγωμαι,) agnoscis, agnoui, penult. prod. ágnitum, penult. corr.
agnoscere, Ex ad & nosco est compositum. Agnosco & Cognosco, à
plerisque ita distinguntur, vt Agnoscere dicamur olim notos: Cogno-
scere prius incognitos. Virgilius, Et veterem Anchisen agnouit ami-
cum. Varro, Vereor ne me quoqui dum reuertero, præter canem agno-
scat neino. Sæpe tamen confunduntur. Terentius Eunuch. 5. 2. 8.
- ita mulier: imus
Fui, fugitando, ne quis me cognosceret. Vbi Donatus, Cognoscere,
nota improprie dictum pro agnoscere. Virgilius. 8. Aeneid.
- vt te fortissime Tencrum
Accipio, agnoscoque libens. Vbi Seruius, Inter agnosco & cognosco
superfluo quidam volunt facere discretionem, vt cognoscamus no-
uos, agnoscamus antiquos: sed hæc à poetis meri necessitate variã-
tur. Nam agnosco propter synalœpham dixit. Plaut. Epidico. 12. 27.
- eb eam rem hanc emisti, quia tuam gnatam ratus?
Quibus signis agnoscebas? Idem Amph. 4. 1. 87.
Certè ædepol quum illum contemplor, & formam agnosco meam.

Agnoscit qui non repudiat, sed libenter admittit, id est ἀποδέχεται.
vt agnoscere liberos dicitur, qui vt suos alendos suscipiunt. Sic agno
scere augurium, est tanquam ad se pertinens accipere: cui opponitur
amoliri, auertari, ἀφοσιοῦσθαι. Liuius, Patrem eius quondam pro pu-
pillo procurantem familiare ostentum, quum respondisset aruspex,
magnum quod esset Capuæ imperium ad eum peruenturum: nihil ad
eam spem agnoscentem dixisse ferunt, &c. Id est id vaticinium ad pue
rum pertinere recusantem, & admittere nolentem. Hæc Budæus. Cic.
de Amicit. 8. Tu autem Panni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum
ego nec agnosco, nec postulo. hoc est nõ admitto, sed omnino reficio.

Agnoscere æs alienum. Vlpianus in L. Ex facto, de Hæred. instit. lib. 28.
Pandect. Vnde scio quæsitum, æris alieni onus pro qua parte agnosci
debeat. Et refert Papinianus, pro hæreditariis partibus eos agnosce-
re æs alienum debere.

Leniter aliquid agnoscere. Cicero. 2. de Finib. 58. Nam sunt & in animo
præcipua quædam, & in corpore: quæ quum leuiter agnouit, tunc di-
scernere incipit.

Libens agnosco aliquid. Cicero pro Milone. 19. Facti illius gloriam li-
bens agnouisset.

Comprobare agnoscereque aliquid. Vlpianus in L. Quo enim, Rem ra-
tam haberi. lib. 46. Pandect. Quo enim tutiore loco sit qui contrahit,
de rato solet stipulari: Rem habere ratam, hoc est comprobare agno-
scereque quod sit actum à falso procuratore.

Agnoscere & amplecti crimen. Plinius in Epist. Agnosco crimen ample-
ctorque.

Agnoscere, suscipere, confiteri crimen. Cic. pro C. Rabirio. 11. Ego autẽ
si mihi esset integrum, suscipere mi hoc crimen, agnoscerem, conferer.

Agnoscere debitorem, est vt idoneum accipere, ita vt qui delegat, libe-
ratus sit. Paul. in L. Lucius, De administra. tut. Budæus.

Agnoscere debitum. Paulus in L. Lu. Titius, De administra. & per tuto.
lib. 26. Pandect. Quæro an ex eo quod ille vt procurator egit, omne
debitum adolescens agnouisse videatur, eoq; nomine curatore suum
liberasse. Est ratum habere & approbare debitum ab alio factum, il-
ludque in se recipere, & eum liberare qui tale debitum contraxit.

Agnoscere nomina, Idem quod Agnoscere debitum. Vtitur Paulus in L.
Quum quæritur. De administr. & peric. tuto. lib. 26. Pandect. Quo in
loco hanc vsurpauit loquendi formulam: Vt id quod gessisset in con-
trahendis nominibus, aut in totum agnosceret, aut à toto recederet.

Agnoscere auribus hoc est, auditu ipso intelligere. Cicero. 1. de Finib. 89.
Auribus vt nostros possis agnoscere cantus?

Agnoscere oculis alienis. Plin. lib. 29. cap. 1. 19. Alienis pedibus ambu-
lamus, alienis oculis agnoscimus.

Agnoscere sonitum. Virg. 8. Aeneid. - sed Troius heros
Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis. Vbi Seruius, Agnouit
sonitum, hoc est, quid sonitus significaret.

Agnoscere ex se. Cic. pro Plancio. 28. Quanquã iudices (agnosco enim
ex me) permulta in Plancium, quæ ab eo nunquam dicta sunt, confe-
runtur. Id est, de me conicio.

Agnoscẽdus, Participiũ. (ἐπιγνωστέος,) Lucan. li. 2. 39. Agnoscẽdus erat.

Agnitus, penult. corr. Participium. (ἐπιγνωσθείς,) Val. Flac. lib. 4. 88.
- salue ô mihi longum
Expectata manus, nostrisque (ait) agnita votis.

Agniti natales, de nullis aliis quàm de ingenuis sunt intelligẽdi. Author
Pomponius in L. Hoc sermone. Si liberi. ingen. dic.

Agnitio, Verbale, (ἐπίγνωσις,) Actus ipse agnoscendi. Plin. lib. 10. cap.
70. 2. Pisces sui cadaueris agnitionem fugientes. Cicer. lib. 1. de Na-
tura Deorum. 1. Quæstio de Natura Deorum, ad agnitionem ani-
mi pulcherrima est.

Agnus, (ἀμνὸς, ἄρνος) & in fœminino genere Agna, nonnulli aspi
rantes scribũt hagnus: sed vsus iam obtinuit vt priore mo
do scribatur. Festus, Agnus dicitur à Græco ἁγνὸς, quod significat ca
stum, eo quod sit hostia pura, & immolationi apta. Cic. 1. de Diuinat.
58. An quum in Aequimelũ mũimus qui afferat agnum quem immo-
lemus, is mihi agnus affertur qui habet exta rebus accommodata, &
ad eum agnum non casu, sed duce Deo ferus deducitur?

Agnos, siue Agnus, Latinè dicitur vitex. Agnus inquam, quòd autho-
re Galeno, castitatem conseruet iis quibus aut estur, aut bibitur, aut
substernitur. Herbarii agnum castum appellant, vtraque voce idem
significante. Ruellius lib. 1. cap. 141.

Agnus autumnalis. Colum. lib. 7. cap. 3.
- Agnus melior est autumnalis verno, sicut ait verissimè Celsus.

Chordiagni dicuntur, qui post tempus nascuntur. Varro de Re rustica
libro secundo cap. 1.

Expertes herbæ agni, Id est qui nondum herbam ederunt. Columel lib.
septimo, cap. 3.

Firmus agnus. Vide Agnus editus.

Formosos agnos procreare. Var. de Re rust. lib. 2. cap. 1.

Hirtus agnus. Colum. lib. 7. cap. 2. Læ pomium hirtos, sed paterni colo-
ris agnos edideruut.

Hornus agnus, id est huius anni. Proper. lib. 4. eleg. 3. 13. Illa dies hornis
cædem denuntiat agnis.

Imbecillus agnus. Vide agnus editus.

Immaturus agnus. Colum. lib. 7. cap. 4.

Mollis agnus. Martial. lib. 5 de villa Faustini, Matremque plenam mol-
lis agnus expectat. Plenam, subaudi, lactis.

Petulci agni. Lucret. lib. 2. 74.
Præterea teneri ludentes ludimus vna
Cornigeros norunt matres, agnique petulci Balatum pecudis &c.

Pingues agni. Virg. 1. Aeneid. 128.

Robustus agnus. Vide Agnus editus.

Saturior lactis agnus. Vide Agnus immaturus. Varro de Re rust. lib. 2.
cap. 2. Vt agni saturi fiant lacte.

Subrumi agni. Hoc est lactentes. Varro de Re rustica lib. 2. cap. 1. & rur-
sum cap. 11.

Teneri agni. Virg. 3. Ecloga. 21. Nescio quis teneros oculus mihi fasci
nat agnos.

Tenerior agnus. Vide Agnus editus.

Validior agnus. Vide Agnus editus.

Vernus agnus. Vide Autumnalis agnus.

Admittere agnos ad matres. Columella libro septimo. cap. 5. Agnis
quoque succurrendum est vel febricitantibus, vel ægritudine alia af-
fectis: qui vbi morbo laborant, admitti ad matres non debent, ne in
eas perniciem transferant.

Confirmatur agnus. Id est firmus efficitur & validus. Vide Autum-
nalis agnus.

Consalescit agnus. Vide Agnus editus.

Depellere agnos à lacte. Virg. 6. eccloga. Depulsos à lacte domi quæ clau
dere agnos.

Depulsi agni à matribus. Varro de Re rust. libro secundo. cap. 2.
Quum depulsi sunt agni à matribus, adhibenda diligentia est, ne de-
syderio senescant.

Desyderant agni matrem. Varro de Re rustica libro secundo. cap. 2.
Quum obliuione iam lactis non desyderant matrem, tum denique
compellendi in gregem omnes.

Disiungere agnos à mamma. Varro de Re rustica, libro secundo cap.
1. Verè ad quatuor menses à mamma non disiunguntur agni: hœdi,
tres: porci, duos.

Agnus editus. Id est natus. Colum. lib. 7. cap. 3. 15. Agnus autem quum
est editus, erigi debet, atque vberibus admoueri: tum etiam eius di-
ductum os, pressis humectari papillis, vt condiscat maternum trahere
alimentum. Sed prius quàm hoc fiat, exiguum emulgendum est, quod
pastores colostrum vocant: ea nisi aliquatenus emittitur, nocet agno,
qui biduo quo natus est, cum matre clauditur, vt & ea partum suum
foueat, & ille matrem agnoscere condiscat. Mox deinde quandiu nõ
lasciuit, obscuro & calido septo custodiatur. Postea luxuriantem vir
gea cum comparibus area claudi oportebit, ne velut puerili nimia
exultatione macescat. Cauendumque est, vt tenerior separetur à vali
dioribus, quia robustus angit imbecillum. Satisque est, mane prius
quàm grex procedat in pascua, deinde etiam crepusculo redeuntibus
saturis ouibus admiscere agnos: qui quum firmi esse coeperint, pascen
di sunt intra stabulum cythiso, vel medica, tum etiam furfuribus, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

si permittit annona, farina ordei, vel erui. Deinde vbi conualuerint, circa meridiem pratis, aut noualibus villæ cõtiguis matres admouendæ sunt, & à septo emittendi agni, vt condiscant foris pasci.
Emittendi à septo agni. Vide agnus editus.
Admouere agnum vberibus. Vide Agnus editus.
Agnum lupo eripere. Vide LVPVS.
Lasciuit agnus. Vide Agnus editus.
Agni legati quatenus viderentur, quidam aiebant tantum sex mensium esse. Sed verum est, eos legatos qui minores essent anniculis. Paul. de Legat. 111. L. Quum quæritor.
Luxurians agnus. Vide Agnus editus.
Agnos canibus obiicere, dicitur, qui imbellem, & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponit, quod id animal omnium maxime sit imbelle. Refertur à Diogeniano & Erasmo in Chiliad.
Senescunt agni desyderio matrum. Vide depulsi agni à matribus.
Subiicere agnum sub alterius mamam, si parum habet lactis mater. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 1.
Subrumare agnos. Id est Rumæ, seu mammæ nutricis submittere. Columella libro. 7. cap. 4. Diligenti cura seruandum est, vt & suis quotidie matribus, & alienis non amantibus, agni subrumentur.
Summittere agnum nutrici. Vide Agnus immaturus.
Summouere agnos, id est è grege tollere vt lanio vendas. Vide Agnus immaturus.
Sugere mammam matris dicuntur agni. Varro de Re rustica, libro secundo cap. 1. 10.
Agna fœmininum ab Agnus. Vide AGNVS.
¶ Agna, agnæ, Mensuræ genus in agrorum dimensione. Columel. lib. 5. cap. 16. Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX hoc duplicatum, facit iugerum: & ab eo quod erat iunctum, nomen iugeri viurpauit, sed hunc actum, prouinciæ Beticæ rustici Agnam vocant.
Aspera agna. Valerius Flaccus. 3. Argon. 141. Aspera nunc pauidos contra ruis agna leones.
Coronata agna aliquid lustrare, siue expiare. Iuuen. Saty. 13. 14.
Prodigiosa fides, & Tuscis digna libellis,
Quæque coronata lustrari debeat agna,
Agna humilis. Horatius. 2. Carm. 17. 7.
-reddere victimas
Aedemque votiuam memento:
Nos humilem feriemus agnam. Vbi Acron. Non humilé agnam, sed humilium oblationi aptam.
Lactens agna. Ouidius libro. 4. de Ponto, Eleg. 8. 9.
Mera agna. Varr. de Re rust. lib. 2. cap. 2. Oues primùm oportet bonas emere, quæsita ætate, si neque vetulæ sunt, neque meræ agnæ, quòd altera tam nondum, altera iam non possum dare fructum.
Muta agna Horatius. 2. Serm. 3. 48.
Quod siquis gnatam pro muta deuouet agna,
Integer est animi? Nitida agna. Iuuenal. Satyr. 12. 1.
-iuuenem reginæ cædimus agnam.
Hoc est Iunoni Deorum reginæ, agnam candidam, immolamus.
Nitida agna. Horatius. 2. Serm. 3. 43. Siquis lectica nitidam gestare amet agnam.
Nouella agna. Ouidius de Arte amandi, lib. 1. 14.
Vt fugiunt aquilas, timidissima turba, columbæ:
Vtque fugit visos agna nouella lupos.
Pauens agna. Ouidius. 6. Metamorphoseos. 106.
Illa tremit velut agna pauens, quæ saucia cani
Ore excussa lupi, nondum sibi tuta videtur.
Pulla agna, id est nigra. Horatius, 1. Serm. 8. 6. Scalpere terram
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam Cœperunt.
Tenera agna. Stat. 8. Thebaidos. 116. de leone,
-teneraque famem consumit in agna.
Agnellus, diminutiuum, (ἀμνίσκος,) Plaut. Asin. 12. 77. Agnellum hœdillum me tum dic esse.
Agninus, pen. prod. adiectiuum, (ἀμνεῖος.) Quod ex agno est, aut ad agnum pertinet: vt agnina pellis, agnina caro: aut eclipticos, agnina.
Plin. lib. 20. cap. 4. 18. Muris aranei morsus sanatur coagulo agnino in vino poto. Plaut. Anlul. 1 3. 4. Rogito pisces, indicant caros, agninam caram, bubulam, vitulinam. In his & similibus subst antiuum nomen CARO subauditur. Horat. 1. Epist. 16. 2.
-patinas cœnabat omasi
Vilis & agnini, tribus vsus quod satis esset.
Agninis lactibus canem alligare.
Ballio in Pseudolo Plautina,
-qua pol qua opera credam tibi.
Vna opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus. Qui canem alligat intestinis agninis, is non modò canem amittit, verùm & prædam vltro dederit fugitiuo. Si qui credit aliquid homini malæ fidei & rem perdit, & frustra obligatũ habet eum, qui non est soluẽdo. Lactes enim dicuntur intestina molliora. Erasmus in Chiliad.

Ago agis, priore corr. egi, actum, (ἄγω, ἐναγίζω, ἐξεράζομαι, ἀγάλλομαι) agere, scribi debet in præterito per æ diphthõgum, talle Tortellio. Hoc autem verbum in compositione fere mutat a in i: vt adigo exigo. In quibusdam tamen ipsum a, retinet: vt perago, satago. Agere proprie dicitur, qui aliquid ita operatur, vt nullum extet opus quod sub sensum veniat. Hinc qui aliquid animo moliuntur, agere proprie, non facere dicuntur. Est igitur agere, in aliquo esse negotio: cui contrarium est cessare: hinc est nihil agere. Horatius, Quid agis, dulcissime, rerum? Cicero de Senectute, Nihil igitur agebat Quintus Maximus? Ibidem, Sed videtis vt senectus nõ modò laguida atque iners non sit: verùm etiam sit operosa, & semper agens aliquid & moliens. Cæsar. 7. bel. Gal. 57. Ibi per certos exploratores in singula diei tempora, quæ ad Auaricum agerentur, cognoscebat.
¶ Agit, qui omnino interest alicui negotio: & (vt loquitur Horatius) totus est in eo. Cicero in Tusculano. Vt facilè intelligi possit animum, & videre & audire nõ eas partes animi, quæ quasi fenestræ sunt ad ea, quibus tamen mens nihil sentire queat, nisi id agat, & adsit. Id est nisi magnopere intenta sit. Inde est illa locutio, Hoc age. Teren. Adelph. 2. 1. 18. Animus tibi videtur vbi illinc spero redieris, tamen hoc age. Vbi Donatus, Hoc ages, hoc est exiges debitum. Nam hoc agere dicimus eum, qui instat negotio suo.
Agere & facere. Cic. 3. Philip. 147. Quod agendum, atque faciendum, id non modò non recusem, sed appetam etiam atque deposcam.
Agere & facere, ité actus & effectus, quid differãt, docet his verbis Quintilianus lib. 2. cap. 18. Artium inquit, aliæ positæ sunt in inspectione, id est cognitione & æstimatione rerum, qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei cui studium habet, intellectu cõtenta, quæ Theoretice vocatur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilque post actum operis reliquit, quæ Practice dicitur, qualis est saltatio. Aliæ in effectu, quæ operis quod oculis subiicitur, consummatione finem accipiunt, quam Poeticen appellamus, qualis est pictura.
Agere & moliri aliquid. Cicero. 1. de Natura Deorum. 104. Erat enim non facile agentes aliquid & molientes Deos, in aliarum formarum imitatione seruare. Idem pro Murena. 74. Id quod (mihi credite) & agunt & moliuntur.
¶ Agere, Facere. Virgil. 10. Aeneid. Ardens limitem agit ferro.
Agere, facere. Liuius, Permissum à Senatu Consulibus non esset, agerent, facerent, vt è Republica ducerent.
¶ Agere, Pro curare, laborare, pugnare, contendere. Cicero pro Roscio Amer. 5. Sin aliud agitur nihil, nisi vt his nequid desit quibus istis nihil est nisi hoc solum hoc tempore pugnatur, vt ad illam opimam prædamque prædam damnatio Sexti Roscii velut cumulus accedat, non ne &c. Agitur & pugnatur, pendẽ pro eodem dixit. Paulò post: Etenim quid aliud hoc iudicio tentatur, nisi vt id fieri liceat? Idem. 1. Offic. 65. Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui tum maximè fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. Hoc est id laborant & contendunt. Idem ad Marcellum, lib. 4. 7. 4. Itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis, & ego id semper egi: ne interessem. Id est curaui, & annixus sum. Idem Tusc. quæst. lib. 1. 130. Sed quid necesse est, quum id agam, ne post mortem miseros nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miseriorem? Pro domo sua ad Pontif. 9. Nõne id agendum nobis omnibus fuit, vt materiem subtraheremus furori tuo? Id est curandum.
¶ Agere, ad lites & iudicia relatum, vt, Agere furti. Hoc est actione furti intendere: quod est, de furto apud iudicem accusare. Vnde & actor in iudicio dicitur, qui accusat. Cic. pro Cluentio. 131. Deinde aliquando cum seruo. Habiti furti egit. Ad Heren. lib. 1. 23. Possit dicere, se cum furti agi, non peculatus oportere. Ibidem. 25. Cum eo Accius iniuriarum agit. Cicero secundo, de Inuentione. 161. Agit is cum quo iniuriarum agit. Cicero secundo, de Inuentione. 161. Agit is cum quo actus præcisa est, iniuriatum. In his & similibus subauditur ablatiuus CRIMINE, AUT ACTIONE.
Agere, propriè dicitur in iudicio: Facere verò, extra iudicium. nota. ff. Quod cuiusq. vniu. L. 1. part. ag. quibus. L. facti. parag. agi. de verb. sig.
Agere ante litem contestatam, nemo dicitur. L. Amplius nũ petitum. ff. Rem rat. hab.
Agere dicitur, qui excipit. L. 1. ff. de excep.
Agere pecuniariam litem aduersum aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 1. 37.
Agere, plus est q̃ contrahere. Vlpian. in L. Labeo de verb. & rer. signif. lib. 50. Pandect. Labeo libro primo Prætoris Vrbani definit, quòd quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur & actus quidem generale verbum esse, siue verbis quid agatur, vt in stipulationibus fieri vt in numeratione pecuniæ. Contractum autem vltro citroque obligationem esse: quòd Graeci συναλλαγμα vocant: vt venditionem, emptionem, ven. ditionem, locationem, conductionem, societatem. Gestum rem significare sine verbis factam.
¶ Agere, Applicare. Virg. 2. Aeneid.
Obsessumque acta testudine limen.
Seruius. Sic agere vineas & turres.

Cæsar

Cæsar. 3. belli Gallici. 436. Quibus fortiter resistentibus, vineas turresque egit. Sic lib. 7. 69. Vineas autem & turres dicit machinamenta bellica ad vrbes oppugnandas.
¶ Agere, aduertere, attendere. Terent. And. 1. 2. 11. Hoccine agis, an non? ego verò istuc. Alibi sic, Hoc age amabo. Plaut. Vos hoc agite. Vnde est illud Terentianum, Alias res agis: hoc est aliud cogitas, non hoc attendis. Et in hoc significatu frequenter amantes apud Plautum, & ipsum Terentium. Vide paulò pòst, Alias res agere.
¶ Agere, pro exigere. Terent. Adelph. 1. 1. 26.
- do, præmittomon necesse habeo omnia
Pro meo iure agere.
¶ Agere & Ducere. Virg. in Bucolicis. - en ipse capellas
Protinus æger ago hanc etiam vix Tityre duco.
¶ Agere, Fugare. Virg. 1. Georg. Et membris agit atra venena. Nonius.
¶ Agere, Gerere. Varro Barbargo, Non hercules potes, qui agebas, sed conopeon. Ex Nonio. Sallust. in Iugurth. Senatus ob ea feliciter acta diis immortalibus supplicia decernere. Cicero ad Cælium, lib. 2. 8. 4. Non ædepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris, &c.
¶ Agere, Mouere, vt Agere caudam. Colum. lib. 6. cap. 6. Sæpe decumbere, & agitare caput, caudamque crebrius agere.
¶ Agere, Loqui. Terent. Adelph. 1. 1. 53. Sed cit' ne ipsus de quo agebã? Idem Heaut. 3. 3. 24. Quid tu, ecquid de illo quod dudũ tecũ egi, egisti Syre? Rursus Adel. 4. 7. 6. Ah, tu istuc de psaltria me somnias agere.
¶ Agere, plus quàm commemorare. Cic. 2. Verr. 24. Omnia non modò commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur, quæ intra decem annos, postea quàm iudicia ad Senatum translata sunt, in rebus iudicandis nefariè flagitioseque facta sunt.
¶ Agere, Regere. Virgil. 1. Aeneid. Tros, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. Seruius.
¶ Agere, Vexare, inquietare: quod vsitatius Agitare dicitur. Virgil. 4. Aeneid. - agit ipse furentem,
In somnis ferus Aeneas. Idẽ in. 6. Prodigiis acti cœlestib' ossa piabãt.
¶ Agere, Vrgere, persequi, ait Seruius. Virg. 4. Aeneid.
-qualis conlecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis. Martial. lib. 12. Hîc olidam clamosus ages in retia vulpem. Terent. Adelph. 5. 1. 21. Cæterùs ruerem, agerem, raperem. Vbi Donatus, Agerem, persequerer, premerem. Virgil. 4. Aeneid. 49. Illa fretus agit ventos. Id est, nimia celeritate persequitur, & penè occupat, præuitque.
¶ Agere, absolutè, pro viuere. Tacit. Annal. lib. 5. Non modò apud illos hoiter qui tum agebant, etiam secutis tẽporibus vario rumore iactata.
Agere inter homines, Id est viuere, vitam exigere. Tacitus, Agere inter homines desiit.
¶ Agere, multis modis acceptum. Martial. in Attalum, lib. 1. 75.
Semper agis causas, & res agis Attale semper:
Est, non est quod agas, Attale semper agis.
Si res, & causæ desint, agis Attale nulas.
Attale, ne quod agas desint, agas animam.
¶ Agi & ferri, Prouerbialis figura est, translata à more militari, quòd illic homines & iumenta aguntur, farciæque feruntur. Hac autem vtimur, pro eo quod est Populari aut Vexare. Liuius de bello Maced. lib. 8. Tum demum fracta pertinacia est, vt ferri agique res suas viderunt. Ad hunc modum vsus est. Idem. 4. Decad. lib. 10. Ab hoc prælio Graecchus duxit ad depopulandum Celiberiam legiones, & quum ferret passim cuncta atque ageret populique alii voluntate, alii metu in gum acciperentiscentum tria oppida intra paucos dies in deditionem accepit. Virgil. lib. 2. Aeneid. 74.
- alii rapiunt incensa, feruntque Pergama. Hoc est, diripiunt ac populantur. Transfertur quandoque ad animum. Tacit. de Orat. Nunc principes in Cæsaris amicitia, agunt ferunt que cuncta, atque ab ipso principe eum quadam reuerentia diliguntur. Hoc est, pro arbitrio agunt quicquid volunt. Erasm. in Chiliad.
¶ Agere aliquem ad aliquid, Impellere, inducere, incitare. Plin. lib. 30. cap. 1. 9. Quod certum est, huc maximè Hosthanes ad rabiem, non auiditatem modò scientiæ eius, Græcorum populos egit. Liuius. 9. bel. Maced. 54. Captas mentes velut furialibus stimulis ad omne scelus & omnem libidinem agerent.
¶ Accuratè aliquid agere. Plaut. Capr. 5. 32. Cauto est opus, vt sobrii, sinèque arbitris accuratè hoc agatur, docte Et diligenter.
Acerrimè aliquid agere. Cic. 2. de Orat. 174. Sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrimè, lenioribus principiis natura ipsa prætexuit.
¶ Agere ad. Horat. 2. Serm. Sat. 7. 5. - laudas
Fortunam & mores antiquæ plebis, & idem
Siquis ad illa Deus subitò te agat, vsque recuses.
Agi ad furores extremos. Valer. Flac. 6. Argonaut. 134.
Talis ad extremos agitur Medea furores.
Agere ad populum. Cicero ad Atticum, lib. 1. 7. 6.
Agere omnia ad præscriptum. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 102.

¶ Aemulatus agere, pro æmulationes. Hoc est, æmulari. Tac. lib. 13. Ne in vrbe æmulatus ageret, prouinciæ Lusitaniæ præficitur.
Aetatem. Cic. de claris Orat. 89. Quum ætatem ageret Athenis.
Idem quod degeret, viueret.
Aetatem desidiosè. Vide AETAS.
Aetatem in literis. Cic. 2. de Legib. 4. Qui cum esset infirma valetudine, hîc ferè ætatem egit in literis.
Acuum. Ouid. 15. Metamorph. 118.
Aenum cum diis in cœlo. Cic. 1. Tusc. 44.
Aenum per crimina, Id est Viuere scelerate & dedecorosè. Ouidius. 10. Metamorphoseos. 49.
Quas quia Pigmalion æuum per crimina agentes Viderat &c.
Aliquem. Cic. ad Cælium, lib. 2. Epist. 2. 3. Itaque quum primum audiui, ego ille ipse factus sum, scis quem dico. egique illos omnes adolescentes, quos ille iactitat. Id est, repræsentaui. Idem pro Roscio comœdo. 12. Nam Balbonem illum improbissimum & periurissimum lenonem quum agit, agit Chæream.
Aliud agere. Vide Alias res agere.
Ambages. Plaut. Pseud. 22. 6. Quid opus me multas agere ambages? Pro vti ambagibus.
Ambigue. Corn. Tacitus libro. 19. Nemanente adhuc ciuili bello ambiguè agerent.
Amicum. Plin. in Paneg. 140. Tunc maximè imperator, quum amicum ex imperatore agit. Hoc est, deposita imperii maiestate, personã amici induit & præstat. Agit amicum, qui amici officium præstat: Hoc est, officio verum se amicum esse manifestat. Tacitus, lib. 17. Vtria quibus solis gloriatur, euertere imperium, etiam quum amicum imperatoris ageret. Id est pro amico se gereret. Sic agere patrem, iudicem regem, consulem, & similia. Valer. lib. 2. cap. de Instit. antiquis, Non ego, inquit, fili, summum imperium tuum contempsisse experiri volui, an scires Cœlum agere. Verba sunt Fabii Maximi ad filium, qui tum erat Consul. Horatius. 1. Sermonum.
Ille cubans gaudet murata sorte bonisque
Rebus agit lętum conuiuam. Iuuenal. Satyr. 9. 1.
-certè modico contentus agebas
Vernam equitem, comitis ioco mordente facetus.
Animalia. Vide Agere pecora.
Animam dicitur, qui est morti proximus: qui languet, estque in confinio mortis & vitæ. Cic. 1. Tusc. 31. Animum autem, ahi animam, vt ferè nostri declarant, nominari. Nam & agere animam, & efflare dicimus. Idem libro octauo, Epist. 13. ad finem. Quum has literas scripsi, animam agebat. Liuius. Itaque noctem totam plerique eorum, ac diei consequẽtis partem quum animam egissent, omnes tamen priusquam aperirentur portæ expirarunt.
Animum. Horatius in Arte. Et quocunque volent animum auditoris agunto. Id est, impellant, afficiant, trahant, & rapiant in quemcunque affectum volent.
Animo non inimico agere. Cic. 7. Verr. 7. Ac videte quàm non inimico animo sim acturus.
Animo magno & forti rem aliquam agere. Cic. ad Atti. lib. 8. 163. 1. Te animo magno & forti istam rem agere existimo.
Annum secundum agere &c. Varro. 2. de Re rust. cap. 7. 2.
Incipientes quartum agere annum.
Liu. 3. ab vrbe. 306. Ibi inijt animum se tertiũ & nonagesimũ agere.
Annum quartum agit, qui adhuc est in quarto: gratis annohoc est qui nondum finiuit eum. & ita de cæteris. Cic. de Senect. 5.
Agitur annus. Vide Agitur mensis.
Apologum. Plautus Sticho. 9. 33.
-præsente te hunc apologum agere vnum volo. E. maximè.
A. Fuit olim, quasi ego sum, senex &c.
Apud aliquos. Cicero secundo de Orat. 94. Si verò assequerur vt talis vi deatur qualem se videri velit: & animos eorum ita afficiat apud quos ager, vt eos quocunque velit vel trahere vel rapere possit, nihil profectò præterea ad dicendum requiret.
Aquas agit rimus. Ouid. 1. Fast. 81.
Arbitrium alicuius rei, Id est statuere pro arbitrio. Liuius. 5. Deca. lib. 4. Rhodios iumtio in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere. Tac. lib. 20. Proinde perfuga Batauus arbitrium rerum Romanarum ne ageret, sed meritas scelerisque pœnas expectaret.
Astutè. Matius Ciceroni, lib. 11. 28. 5. Aiunt enim patriam amicitiæ præponendam esse: perinde acsi iam vicerint, obitum eius Reipubli. fuisse vtilem. Sed non agam astute. Fateor me ad istum gradum sapientiæ non venisse.
Agere auem, pro persequi. Venuleius eleganter dixit in L. fin.
Quod vi aut clam. Scholiastes stultè exponit, Auem portare.
Auguriis diuùm agimur. Virg. 3. Aeneid. 1.
Agere bellum. Cicero pro Corn. Balbo. 37.
Si tanta bella legisset, quanta bella & gessit, & confecit.
Bella agenda non puero. Ouid. de Arte amandi. 1. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtor adest, primisque ducem profiterur in annis,
Bellaque non puero tractat agenda puer.

Bene mecum agitur. Idem est quod in bona conditione sum. Item præclarè tecum agitur. Optime cum illis agitur. Melius cum hominibus agitur, si parùm contenti essent. Ita malè mecum agitur, & pessimè incommodatiue, & pessimè. Ciceto in Lælio, Cum illo verò quis neget actum esse præclarè? Nonnunquam actiuè. Valer. Max. lib. 5. Bene egisse Athenienses cum Miltiade, si eum post trecenta milia Persarum in Marathone deuicta, in exilium protinus mississent, ac non in carcere & vinculis mori coegissent. Hæc Valla lib. 5. Cic. 14. Philipp. 396. Malè enim mecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione pugnatus. Idem in Lælio: Quamobrem cum illo quidem actum optimè est, mecum autem incommodius.

Blanditiis agitur nihil. Ouid. 6. Metamorph. 137. Aſt vbi blanditiis agitur nihil, horridus ira.

Agere canticum, dicitur tibicen. Liu. 7. ab vrbe 8. Venia petita puerũ ad canendum ante tibicinem quum staturisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis vlas impertiebat.

Captiuos sub curribus. Martial, lib. 8. 27. Nam quum captiuos ageret sub curribus Indos. Periphrasis, pro In triumpho duceret.

Causam, vel causas. Vide ACTOR. Plin. lib. 17. cap. 4. 9. Quũ causam apud Censores ageret.

Censuram, pro exercere. Seneca, Epist. 67. Quis tã iniquũ censurã agit inter suos, vt filium suum sanum magisquam ægrum diligat?

Censura agitur. Ouidius. 6. Fast. 130.
Sic agitur centura, & sic exempla parantur,
Quum iudex alios quod monet, ipse facit,

Agere circùm. Id est in circuitu. Virgilius. 1. Aeneidos. 25.
-ait illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circùm, & rapidus vorat æquore vortex.

Circùm caput. Colum. lib. 3. cap. 21. 3. Et quod de sacro numine poeta dicit, Et quocunque deus circùm caput egit honestum.

Cuiem mihi cum. Cælius Ciceroni libro. 8. Epist. vltima. 2. Dum mirificum ciuem agis, amici officium neglexisti.

Communiter aliquid. Cicero. 3. de Finibus. 14. Sic equidem diligentius sæpusque ista loquemur inter nos, agemusque communiter. Pro tractabimus.

Consilia. Liu. 10. ab vrbe. Consilia secreta agunt. Id est tractant.

Consulem. Plin. in Paneg. 127. & Valerius Maximus. Sic agere Tribunitiam potestatem. Liuius. 4. ab vrbe. 244.

Contagia latè. Ouidius. 7. Metamorphoseos. 112.
Corpora fœda iacent, vtriantur odoribus auræ.
Paulò post, Affluatque nocent, & agunt contagia latè. Hoc est corruptionem longè spargunt & immittunt.

Contentione magna. Liuius. 1. Decad. lib. 3, 305. Vide ORO.

Conuentus. Cæsar. 10. belli Gallici, &. 6.

Conuiuam lętum, Lætè conuiuari. Horatius. 2. Serm. 6. 23.

Crimen, Idem quod tractare crimen. Cic. 6. Verr. 42. Hîc nolite expectare dum ego hoc crimen agam ostiatim. Id est nolo omnes familias, quas hoc crimine vexauit Verres, recensere.

Crimen ostiatim. Vide Ostiatim in OSTIVM.

Agere cum alio de re aliqua, ferè declaratur per verbum Vtor, aut per verbum quod significationem habeat conuenientem rei de qua agitur: vt Age cum illo paucis verbis, Hoc est apud illum paucis verbis vtere, aut, Illum paucis verbis alloquere. Cicero Pæto, libro. 9. Verum tamen quid tibi ego videor in epistolis nõme plebeio sermone agere tecum? Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 4. 5. Non enim gladiis mecum, sed litibus agetur, Id est ille nõ vtetur, (vel illi non vtentur) gladiis aduersum me, sed litibus. Aut, Non tractabor gladiis &c. Sic dicimus.

Agere cũ aliquo. De re aliqua tractare. Plautus Mostel. 15. 71. Illo præsente necnon agito, si quid voles. Cæsar. 1 bel. Gall. 40. Ita cũ Cæsare egit, si pacem populus Romanus cum Heluetiis faceret, in eam partẽ ituros, atque ibi futuros Heluetios.

Agere cum aliquo: in alia significatione, pro eo quod est, eum de re aliqua solicitare: siue, vt alii interpretantur, rogare, petere, suadere. Cic. de Amicitia. 3. Quum enim sæpe ageres, vt de amicitia scriberem aliquid. Terent. Hecy. Egi, atque orani, tecum vxorem vt duceres. Ordo est, Egi tecũ, atque orani. Quasi dicat. Non solùm te solicitam de hac re, sed etiam orati. Cic. pro Plancio. 74. Res verò ipsa publica si loqui posset, ageret mecum, vt quoniam sibi seruissem semper, nunquã mihi, iam mihi seruirem, consulerem meis.

Agere cum aliquo, additis aduerbiis, per verbum tractare declaratur: vt Pacificè egit mecum. Id est Pacificè me tractauit. Non acerbè egit mecum, non inimicè &c.

Agere cum aliquo, item alio modo. Terent. Quid cum illis agas, qui neque ius & c. Id est. Quod ius ab illis obtineas siue (vt vernaculo more dicimus) quam rationem habere posses ab illis.

Agere cum aliquo in alia significatione. Paul. Nihil ago tecũ. Hoc est nihil rei mihi est tecũ. Indoctè dicitur. Nihil habeo ad faciendũ tecũ.

Accuratè agere cum aliquo, vt Cicero ad Atticum, lib. 16. 333. 13. Egit mecum accuratè, multisque verbis, tibi vt sponderem, se alienum, & te, & nobis futurum.

Accuratè & prudenter agere cum aliquo de re aliqua. Cicero Cælio lib. 2. Epist. 14. 1. Non potuit accuratius agi, nec prudentius, quàm est actũ à te cum Curione de supplicatione.

Familiariter, Cic. ad Catonem Imperatorem, lib. 15. 4. 38. Quæres fortasse quid sit, quòd ego hoc nescio quid gratulationis & honoris à senatu tanti æstimem. Agam tam tecum familiariter, vt est & studiis, & officiis nostris mutuis, & summa amicitia dignum &c.

Cladiis. Vide Agere cum alio re aliqua.

Graniter. Vide Agere seuerè cum aliquo.

Hortatione, Pro hortari aliquem. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 1. 1. 61. Actum hoc loco non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago, totum vt animum, curam, cogitationemque tuã ponas in omnium laude vndique colligenda.

Iracundè. Cic. 8. Philipp. 245. Nam me tecum iracundè agere dixisti ioco. Non est ita. Vehementer me agere fateor, iracundè nego. Omnino irasci amicis non temerè solẽo, æ si merentur quidem.

Leniter. Vide Agere seuerè cum aliquo.

Litibus. Vide Agere cum alio re aliqua.

Præceptis, pro Præcipere alicui. Vide Hortatione cum aliquo agere.

Precibus cum aliquo agere, pro Precari aliquem. Vide Hortatione cum aliquo agere.

Priscè. Vide Agere seuerè cum aliquo.

Remisse. Vide Agere seuerè cum aliquo.

Sermone plebeio. Vide Agere cum alio re aliqua.

Seuerè. Cicero pro Cælio. 14. Sed tamen ex ipsa quæram prius, vtrum me secum seuerè & grauiter & priscè agere malit, an remisse ac leniter & vrbanè.

Simpliciter. Cic. 4. Academ. 200. Cum simplici homine simpliciter agerem, nec magnopere contenderem.

Tabellis obsignatis. Hoc est aliquem conuincere testimonio suarum literarum. Cicero. 5. Tusculan. 48. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris quid dixerim aliquando, aut scripserim. Disputabat enim Antonius aduersus Ciceronem, adducens testimonium ex libro quarto de Finibus.

Vehementer. Vide Agere iracundè cum aliquo.

Vrbanè. Vide Agere seuerè cum aliquo.

¶ Agere cum Patribus. Cicero libro. 3. de Legibus. Cum populo Patribusque agendi ius esto Consuli.

Agere cum populo. Cicero ad Lentulum, libro. 1. 2. 11. Quod ad populum rẽm attinet, hoc videmur esse consecuti, vt nequid agi cũ populo, aut salnit auspiciis, aut saluis legibus, aut denique sine vi possit.

¶ Agere cuniculos ad ærarium. Cic. 3. Offic. 121. Quid si pater fama expleri, cuniculos agat ad ærarium, iudicetne id magistratibus filius?

Curam. Liuius. 2. ab vrbe. 209. Neque vllam aliam priorem curam agere, q̃ vt iã aliqua ex parte inchoata concordiæ spe, primo quoq; tempore cum patribus coalescerent animi plebis. Columella lib. 11. cap. 1. 16. Sed agat cuiusque maximã curã. Valerius libro. 1. cap. De Religione. Magna cõseruandæ religionis apud maiores nostros cura acta est. Id est magna adhibita est diligentia. Agere curam, nihil aliud est quàm curare, quod & Gerere curam dicitur. vt Age curam rerũ tuarum, quod est, Cura res tuas.

Agere curam de se. Liuius.

Cursum. Plinius libro. 5. cap. 24. 3. Euphrates cursum ad occasum solis agit. Pro eo quod est, labitur.

Custodiam vrbis, Vrbem diligenter custodire, Ad eius custodiã excubare. Liuius. 5. ab vrbe. 44.

* Agere aliquid de publico consilio. Cic. 2. de Inuen. 123. 7.

Agere de. Cicero ad Lẽtulum, libro. 1. 2. 12. De cæteris rebus quicquid erit actum, scribam ad te. Idem ad Brutum, libro. 11. 6. 5. Quæ de re in Senatu egerim, &c.

Agere de pace & similibus, elegãter pro Tractare. Liu. 2. bel. Mace 141.
Neque de pace cum fide Philippum, agere.
Cicero Attico, libro. 1. 14. 7.

Agere de re aliqua ad fidem, est ita componere actionem, vt fidem faciat, agentique credatur. Liuius libro tertio bel. Macedon. Antiochus missus ad Quintium legatis, qui ad fidem de societate agerent, omnia Asiæ legens peruenit in Lyciam, &c. ita vt videretur societatem ex animo quærere.

Seuerè agere de re aliqua. Cicero ad Atticum, libro. 16. 339. 3. De summa autem, agi prorsus vehementer, & seuerè volo.

Agere aliquid de loco superiore. Cic. 6. Verr. 44. Qui hæc quæ dico iam non occultè, non per amicos atque interpretes, sed palàm de loco superiore ageret, pro imperio & potestate. Ibidem. 77. Atque hæc agebantur in conuentu palàm de sella ac de loco superiore.

¶ Agitur de capite, aut fama. Id est periculũ est de vita. Cic. in Lælio, In quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum est de vita.

¶ Debita

¶ Debita agere. Claudianus in laudibus Serenæ reginæ. 17.
-alio tum. parnus in orbe
Crescebat Stilicon varijsque ignarus, agebat
Debita: cui longè coniux penitusque remoto
Orbe parabatur, tanti concordia fati.

Delectum. Plin. lib. 7. cap. 19. Ingeniorum gloriæ quis possit agere delectum, per tot disciplinarum genera, & tantam rerum operumque varietatem? Pro discernere ingenia, vel inter ingenia. Sed agere delectũ in alia significatione dicitur, de militibus ad bellum deligendis.

¶ Agi desyderio alicuius rei. Liuius. 9. bel. Pun. 31. Itaque vt qui simul desyderio patriæ agerentur, simul cupiditate inimicos vlciscendi arderent. Id est mouerentur, impellerentur, accenderentur.

¶ Diem vitæ extremum agere. Cic. 2. de Fin. 153. Et vltimũ diem, Liui. 5. ab vrbe. 97. Hæc significant quempiam esse in extremo vitæ die.

Diem festum. Cic. 6. Verr. 96. Vbi ad hoc vsque tempus Syracusani festos dies anniuersarios agunt. Sic agere diem natalẽ. Idem. 2. de Fin. 161. Agere diem festũ, Est festum diem obseruare: siue, vt vulgus loquitur, solẽnizare vel facere festũ. Sic agere ferias, id est feriari, apud Plautũ.

Diem vnum bene agere ex philosophiæ præceptis. Id est secundum præcepta philosophiæ. Cic. 5. Tuscul. 2. Est autem vnus dies bene & ex præceptis tuis actus, penè tori immortalitati anteponendus.

Diris agere aliquem. Horat. Epod. 5. 18.
Diris agam vos. dira detestatio
Nulla expiari victima. hoc est, execratiõib⁹ & maledictis vos prosequar.

Diligenter aliquid agere. Cicero Catoni lib. 15. Epist. 4. 6. Quod quum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad septimum calendas Septembres veni.

Agentur à nobis omnia diligenter. Cic. Lentulo, lib. 5. 6.

Eusis agit plurima bello nauali. Lucan. lib. 3. 114.

Agere equum in viam. Liuius. 5. bel. Pun. 217.
Dicto propè citius equum in viam Claudius egit.

Error agit aliquem. Ouid. 3. Fast. 111.
Diffugiunt Tyrii, quò quenque agit error: vt olim
Amisso dubiæ rege vagantur apes.

Agere ex æquo. Tacit. lib. 20. Aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis. Infrà: Et laudatorum principum vius ex quo, quàuis procul agentibus. Rursum in vitã Agricolæ, Quibus rebus multæ ciuitates quæ in illum diem ex æquo egerant, datis obsidibus iram posuere.

Agere aliquid ex animo. Vide Res agitur ex animo.

Res agitur ex animo. Author ad Heren. lib. 3. 11. Hoc scire tamen oportet, pronuntiationem bonam id perficere, vt res ex animo agi videatur. Hoc est, non fictè, non simulatè.

Ex diuerso agere. Quintil. lib. 5. cap. 11. 13. Aut aduersarii, aut eius qui ex diuerso agit, dictum aliquod aut factum assumere ad earum quæ intendimus fidem.

Ex fide bona agere. Cicero. 3. Offic. 80.

Agere ex insidiis. Cic. de Officiis, Nihil ex insidiis agendum putant. Id est, insidiosè, siue per insidias.

Ex sponsu siue ex sponsu agere. Quod recentiores dixerunt, Agere ex stipulatu. Cic. pro Quintio. 17. Sponsionem facere malui: feci. te iudicem C. Aquilii sumpsit: ex sponsu egit. Sera. Sulpitius apud Gellium. Sed si post eas stipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat.

Ex syngrapha cum aliquo agere. Cic. pro Morena. 34. Pergitisne vos, tanquam ex syngrapha, agere cum populo? Id est, populum veluti ex syngrapha obligatum quasi in ius vocare, & cogere?

Exemplis. Plin. lib. 10. cap. 71. Etsi exemplis agatur, profectò paria fiant. Hoc est, si res ipsa tractetur per exempla.

Experimenta. Plin. lib. 29. cap. 1. 18. Dicunt pericula nostris, & experimenta per mortes agunt. Id est, artis suæ periculum faciunt, atque ita eam approbant & confirmant. De medicis loquitur.

Agere fabulam, comœdiam, tragœdiam. Cicero. 11. Philipp. 298. Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. Videtur Cicero de authore tragœdiæ hic intellexisse, vt sit EGIT pro FECIT. Nam poeta comœdiam siue tragœdiam facit, qui componit eam: vt sæpe apud Plautum & Terentium. Histrio verò comœdiam agit, qui eam populo voce ac gestu repræsentat: quod ludere vulgò dicitur. Vnde appellata est Actio & qui agunt, Actores dicti. Terent. in prologo Eunuch. 19. -nunc quam acturi sumus Menandri Eunuchum. In agendis autem fabulis, alius aliam personam agit. vt agit hic Simonem, ille Dauum, alius Pamphilum, aut Thaidem, &c.

Fama agit aliquem. Horat. 2. Carm. 2. 2.
Viuet extento Procleius æuo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes. Acron. Id est, ducet per notitias omnium.

Fortuna nostra agitur per aduersas procellas. Ouid. 1. Trist. Eleg. 13. 1.

Agere forum. Cic. Attico, lib. 5. 104. 4. In vltimam prouinciam se coniecit, Tarsum vsquenibi forum agit. Id est, ius dicit.

Frigora agunt venti. Virgil. 1. Georg. 71. Aestusque, pluuiasque & agentes frigora ventos.

Agere frondem dicitur arbor. Plin. lib. 18. cap. 6. 12. Filix biennio moritur, si frondem agere non patiaris.

Agere fugam, Fugere. Liuius. 5. bel Pun. 27. Cui post fugam actam sit per omnes annos prorogatum imperium.

Agere domum. Cic. pro Milone. 16. Qui pariem sic per vestibulum foro ris instituit ducere, sic agere fundamenta, vt sororem non modò vestibulo priuaret, sed omni aditu & lumine.

Agere gestum in scena. Cic. 2. de Orat. 129. Et pro Quintio. 52.

Genialiter agere festum. Ouid. 11. Metamorph. 20.
Hospitis aduentu festum genialiter egit
Per bis quinque dies, & iunctas ordine noctes.

Grauiter agere aliquid. Horat. 1. Epist. 1. 5.
Sic mihi tarda fluunt ingratæque tempora, quæ spem
Consiliumque morantur agendi grauiter, id quod
Aequè pauperibus prodest, locupletibus æque.

Gradus agere præcipites. Valerius Flaccus. 8. & Argonaut. 27. Præcipites agit ille gradus.

Gradus agere tacitos. Valer. Flac. 3. Argonaut. 88.
Ter tacitos egêre gradus. Hoc est. Ter aras tacitè circumierunt.

Agere grates. porticum magis, quàm oratorium. Plaut. Spem speratam, quum hanc obtuliti mihi, grates ago. Cic. de Somio Scipionis, Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, vobisque reli, qui Cœlites. Liu. lib. 10. ab vrbe. 118. Lætatique alacres diis populi Romano grates egũt. Idem. 7. bel. Pun. 275. Discursum inde ab aliis circa templa deũm, vt grates agerent. Hæc antiquo more dicta sunt, pro gratias agere.

Gratias, est verbo quod quidam barbarè dicunt regratior. Plancus ad Ciceronem, Immortales ago tibi gratias, agamque dum viuam. Idem ad Valerium, libro primo. 10. 1. Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter.

Gratias farrinæ. In angulo ad aurem. Senec. de ben. lib. 2. cap. 23.

Gratias remotis arbitris. Seneca, lib. 2. cap. 23. Ingratus est, qui remotis arbitris agit gratias.

Gratias alicui apud alium. Cic. Silio lib. 13. Epist. 66. 1. Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles.

De re aliqua gratias agere. Cic. Attico, lib. 5. 10. Atticam meam gratias mihi agere de matre, gaudeo. Idem, Quum antea tibi de Lentulo gratias egissem. Hic DE, ob, siue propter, significat.

In aliqua re gratias agere. Cicero Attico, In quo ei Pompeius gratias egerat. Pro, qua de re.

In singulas res agere gratias. Cic. in Epist. Facere non possum quin in singulas res, meritaque tua tibi gratias agam. Hoc videtur dictum, pro ob res singulas: siue, quod idem significat, de rebus singulis.

Pro re aliqua gratias agere. Cæsar, Gratias pro eorũ studio erga se egit. Dicimus agere maximas gratias, meritas, sacrosanctas, singulares, singularibus verbis, & amplissimis. Ex Terentio & Cicerone in Catil. 58.

Omnino agit tibi gratias. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 1. 9.

Age hoc. Præco in sacris faciendis dicebat. Hoc age, quod significat, Ad hoc solùm attende animũque aduerte, Author Plutarchus in Coriol. Plaut. in Persa, Hoc age. opusne est hac tibi empta? Hoc est, Animaduerte, & intentus esto in hanc rem.

Hoc age. Terent. Phorm. 223. 88. Te oblectet, tibi habe. Paruinte verò iram. 0. hoc age. Vbi Donatus, Hoc age, annuentis est.

Hoc agite. Terent. Eunuc. 1. 2. 50. Hoc agite amabo. Vbi Donatus, Hoc agite, pro aduerbio corripientis est positum: aut certè pro adhortatione audientiæ præbẽdæ. Sic Plaut. Hoc agite fultis spectatores. Et conuenit velut nutu audientiam significantis, & gestu hoc ipsum adnuantis. Hoc agite Id est, illud desinite, & hoc attendite.

Agere hyemem sub tecto. Id est, transigere. Liu. 5. ab vrbe. 6. Sic æstiua agere sub tectis. Liu. 7. bel. Pun. 123. de militibus loquitur.

Agere ictum, pro impellere. Liuius. 5. Decad. lib. 2. Siqua declinarent, qui agebant ictum, pro diruto muro nouũ tumultuario opere raptim ex ipsa materia congestis saxis extruebant.

Id agere, vt hoc fiat. Hoc est, eò tendere vt illud fiat. Cic. 4. Ver. Intellectum est id ipsum agere, vt quum Stenium sine vllo argumento, ac sine teste damnasset, tum &c. Idem. 4. Acad. 226. Non ergo id agitur, vt aliquid assensu meo comprobem.

Idus agendæ sunt tibi mecum. Horat. 4. Carm. 11. 3.
Vt tamen non is quibus adlocueris
Gaudiis, idus tibi sunt agendæ. Acron. Id est, celebrandæ. Diem verò natalem Mœcenatis significat, nimirum Idus Aprilles.

Imperium agere. Plinius libro. 7. cap. 28. Conuicto malè acti imperii rei militaris.

Impetus agit aliquem. Ouid. 2. Metam. 41.

Agere in, pro Esse. Virg. 5. Aeneid. Nunc ego Getulis agerem si syrtibus exul. Vbi Seruius, Si in Getulis syrtibus agerẽ. Id est, essem. Plin. li. 8. cap. 15. Dies in terra agit, noctes in aqua. Quintil. in procem. lib. 6. Vt in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen.

Agere animum in admirationem. Plin.lib.25.cap.1.1. Ipsa quæ nunc dicetur herbarum claritas, medicinæ tantùm gratia gignente eas tellure, in admirationem curæ priscorum diligentiæque animum agit. Id est, impellit & quasi rapit atque trahit.

In arma. Liu.6.ab vrbe.68. Quos falsis criminibus in arma agant.

¶ Agere in crucem, Id est tollere. Cic.7.Verr.127.& lib.5. de Fin.158. Liuius.2.bel.Pun.141.

In cruciatum & crucem. Cic.7.Verr.134. Non tu hoc loco Gauium, nõ vnum hominem nescio quem ciuem Romanum, sed cõmunem libertatis & ciuitatis causam in illum cruciatum & causam egisti.

In exilium. Plin.lib.7.cap.30.2. Et Liuius.5.bel.Pun.10.

In fraudem. Virgil.10. Aeneid.14.

Quis deus in fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit? Vbi Seruius: In fraudem id est in periculum.

In fugam, Fugare. Liuius.

In orbem agi. Virgil.2.Georg. Redit agricolis labor actus in orbem. Id est, singulis annis reuolutus.

In bonam spem. Tacitus lib.12.ad finem. Crebroque vulgabatur, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret.

Inconsyderatè & negligenter. Vide NEGLIGO.

Incuriosius. Tacitus libro.20. Cæsæ cohortes eorum in vico Marcoduro incuriosius agentes.

Inquisitio agitur. Plin.lib.29.cap.1.18. Inquisitio per peritos agitur.

Inter bonos bene agier. Cicero.3.Officiorum.60.

Iter agere. Ouidius.2.de Arte amandi.17.de Icaro,

Quum puer incauus nimium temerarius armis
Altius egit iter, deseruitque patrem.

Iudicium agitur. Plinius libro nono cap.35. Postero die quo iudicium agebatur.

Iure summo agere. Budæus, Summo iure agere dicebant antiqui, pro eo quod est, non ex æquo & bono, sed inquiore quodam iure & præfractio. Cicero pro Cecinna. Non in minus laborat Cecinna, ne summo iure egisse, quàm ne certũ ius obtinuisse videatur. Vult, inquit Cice. Cecinna hanc me cãm verbosius explicare, nõ quòd euentũ litis timeat, qui ppe qui certissimo iure nitatur, si vti velit iure sibi legibus moribusque concesso: sed causam suam iudices vult vobis æquam probari, non modò certam & æquitate quoque, non modò iure niti.

Agere laudes & grates diis. Liuius.7.ab vrbe.173. Diis laudes gratesque agunt. Sic Plautus in Trinum.122.

Legationem apud aliquem. Pro exequi legationis munus. Asconius.

Agere dicuntur legati. Pro eo quod est, legationis munus exequi. Liu.9. ab vrbe.241. Legatos de pace Romã misere, quibus supplicitèr agentibus responsum est, Nisi &c.

Lege agere. Terent.Phorm.c.8.91.p. vna iniuria est. Tecum.D. Lege agito ergo. Vbi Donatus, Lege agito, dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis aduersario videbatur. Plaut. in Aulul. Lege agito et coniugque. Cic.1.de Orat.12. Agerent.n.secum lege primùm Pythagorei omnes. Ibidem.81. Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex permiserat. Vide lege agere in LEX.

Lege agere in hæreditatem paternam. Cic.libro.1.de Orat.86.

Leniter. Vide LENIS.

Lentè agere. Vide LENTVS.

Limes agendus. Ouidius.3.de Arte amandi.111.

Nec stabiles animos annis, videmusque iuuentam
Vt captas, idem limes agendus erit. Hoc est non iisdem artibus fefelleris senem & iuuenem.

Agere tractare que locos. Cicero secundo de Oratore.103. Magna vis est earum sententiarũ atque eorũ locorum, quos agis tractesq; dicendo.

Luxuriam agere, Persequi & exagitare prodigentiam & luxum. Horatius secundo Sermonum.3.45.

Nunc age luxuriam, & Nomentanum arripe mecum.

Agere mandata. Idem q; mandata exequi. Cicero Attico, libro.9.188.8. Mandata tua nobis curæ sunt eaque vt tempus postularit agemus.

Mensuram alicuius rei agere. Plin.lib.15.cap.3.6. Amurcæ mensuram nemo agit. Id est nemo amurcam metitur, siue ad mensuram redigit.

Morem. Sallustius, Primùm omnium, omittendum morem hunc, quem agitis impigræ linguæ.

Agit mecum fortuna secundis rebus. Id est fauet. Lucan.lib.1.63.

Agit mecum duris legibus. Non vt bis post hac, sed verberibus agam tecum. Summo iure egit cum illo, & similia.

Agitur mensis septimus, aut annus. Plin.lib.14.cap.1.9. A Virgilii vatis obitu, &c. agunturannus. Pro eo quod est, Annus agitur nonagesimus. Terent.Hecyra.3.3.34. Tum postquam ad te venit, mensis iam hic agitur septimus. Hoc est iam hic est mensis septimus.

Foras agendus est metus mortis. Lucretius libro.3.8.

Et metus ille foras præceps Acherontis agendus
Funditus, humanam qui vitam turbat ab imo. Hoc est expellendus omni ex parte.

Agere pingui Minerua. Cicero in Læbo, Quare sibi habeãt sapientię nomen inuidiosum & obscurum concedantque, vt hi boni viri fuerint. Neque id quidem facient. Negabunt, id nisi sapienti posse concedi. Agamus igitur pingui Minerua, vt aiunt. Hoc est omissa omni obscuritate & nimia subtilitate, Hanc rem tractemus crassius: siue (vt imperiti loquuntur) Loquamur grosso modo. Prouerbiale est.

Modestè agere. Quintilianus libro.5.cap.6.3.

Modicè agere quippiam. Cicero pro Cælio.24. Nunc agam modicè, nec longius progrediar, quàm me mea fides, & causa ipsa coget. Vide MODVS.

Multum agit sexus, ætas, conditio: vt in fœminis, senibus, & cæteris. Quintilianus libro quarto.cap.1.9.

Non multum egerit. Curius ad Ciceronem, libro.7.Epist. Quod quidem si inter vos senes vernale proscripserit, egerit non multum. Id est non multum profecerit.

Agere ne. Liuius nono belli Punici, Omnia, ac id fieret, Carthaginiensibus, de industria agentibus. Hoc est omni conatu cõtendentibus, vt illud impediretur.

Agere negotium suum. Id est rem priuatam curare. Nam agere suum negotium dicitur, qui sic in propriis rebus est occupatus, vt nihil cupiat aliena. Cic.1.Offic.43. Sunt etiam qui aut studio rei familiaris tocius aut odio quodam hominum, suum se negotium agere dicãt.

Nihil agere. Vide NIHIL.

Nihil aliud agit, nisi. Cic.4.Acad.15. Neque nostræ disputationes quisquam aliud agunt, nisi vt in vtranque partem dicẽdo & audiendo eliciant &c. Id est, non alio tendunt, nisi &c.

Nimbos agens Eurus. Horat.2.Carm.16.5.

Ocyor ceruis, & agente nimbos
Ocyor Euro.

Noctem inter gaudia agere. Virg.6.Aeneid.

Namque vt supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nostis. Id est, duximus.

Nugas agere, pro nugari. Plaut.Cistel.7.40.& Asin.3.79.

Agere orbum, naufragum, periclitantem, quorum induere personas non attinet nisi affectus summus. Quint.107.6.

Orationem. Cic.de Senect.15. Et tamen ipsius Apii extat oratio, atque hanc ille egit, septimo decimo anno post alterum consulatum. Agere orationem, nõ est eam componere, aut scripturire: sed orationem palam habere, siue pronũtiare. Nam in priore significatu, facere orationem, sicut facere carmen, dicimus.

Oscitanter. Vide OSCITANTER.

Otia, Id est in otio & tranquillitate viuere, vel otiari. Virg.Georg.3.

Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Otia agunt terra.

Agere pacem. Sallustius, Liceatne tum pacem agere.

Pacem, pro Quiescere. Silius Italicus libro.7.67.

Cuncta per & terras, & lati stagna profundi,
Conciderat famosus positoque labore dierum,
Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.

Partes aliquas, siue aliquam. Cic.ad Trebatium, lib.7.6.5. Et quidem agere cupio, illud semper memento, Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit. Idem, Quum tibi propè necesse esset, eas agere partes. Hoc est suscipere inimicitias cum inimicis meis, qualis inimici partes agere, & quodã modo inimici personam iuuare, qui autem eius officium quę facit. Sed hoc traxit Cicero à fabularum personis, vt in comœdia, Agere partes Lenonis, est Lenonẽ agere. Vbi enim agere primas partes ea persona dicit, quę præcipua est in ipsa comœdia. Terẽ. in prol. Phorm. 82. Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. Cic. in Bruto. 176. Quum Cotta princeps adiubitus esset, principes tamen agere Hortensium. Hoc est superiorem esse in eius rei administratione. Hic quoque à comœdiarum personis translatio est.

Partes alicuius vicissim. Terentius Phorm. 5.5.7. Vicissim partes tuas acturus est. Id est facturus officium tuum, sicut eius officium fecit. Primas partes in re aliqua. Cic. in Bruto. 171. Primas agebat in causis Hortẽsius, magis magisque quotidie probabatur. Id est principatum in causis agendis obtinebat. Primas sub. partes.

Partes leniratis & misericordię. Cic. pro Murena. 5. Ego autem has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper agi libenter. Illam verò grauitatis seueritatisque personam non appetiui, sed ab Republica mihi impositam sustinui.

Agi dicuntur pecora, vt ait Seruius. Virgilius Ecloga. 1.

-en, ipse capellas
Protenus ęger ago. Sic agere præ se armenta. Liuius. 1. ab vrbe. 21. Item iumentum per campum, Cicero pro Cecinna. 59. Aëllo, Cic. de Oratore. 143. Mulas, Mart. libro. 1. 7. Quint. libro. 2. cap. 17. 17.

Agere aliquid per alium. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 10. 7. Sed ego mihi ipsi per quem agam non habeo: & cõfici nisi per hominẽ & per cum diligentem non possunt. Idem Lentulo, lib. 1. Epist. 1. 1. Res agitur per eosdem creditores, per quos, quum tu aderas, agebatur.

Agi per [illegible] xa latratibus canum. Ouidius. 2. Metamorphoseos. 99.

Ah quoties per saxa canum latratibus acta est.

Agere aliquid per seipsum. Cic. lib. 1. de Orat. 49. Verbum ex Crasso nunquam eliceres potui de vi ac ratione dicendi, quum & per meipsum egissem, & per Drusum sæpe tentassem.

Agere plebem, pro exercere. Liuius lib. 3. His ferè agere plebem, plebisque animos. Id est exercere & vexare.

Pœnas alicuius sceleris à se agere. Liuius. 5. belli Pun. 175. Fœderúmque ruptorum ipsos ab se grauiores multò quàm pop. Rom. voluerit, pœnas egisse. Pro pœnas grauiores exegisse. Id est, graulus puniuisse.

Pœnitentiam agere dicitur, quem facti pœnitet: qui dolet se aliquid fecisse quod rem factam, infectam cupit. Plin. Epist. 130.

Præ se agere aliquem. Stat. Thebaid. 3. 87.

Præcipitem ex. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 186. Et ex inferiore loco aduersus Pilum incitati cursu præcipites Pompeianos egerunt. Hoc est, eos à superiore loco expulsos, in fugam verterunt.

Præcipitem de fundo. Cic. pro Cecinna. 44. Si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egerit? Pro eiecerit, sed cum impetu & violentia, quemadmodum fit præcipitatio.

Præcipitem, per metaphoram. Cic. 13. Philipp. 374. Difficile est credere eos qui me præcipitem egerint, æquissimas conditiones ferentem. Id est, de statu ac dignitate deiecerint, deturbarint. Metaphora est ab eo qui præcipitatur: hoc est, de loco præcipiti deturbatur.

Præcipitem eum agunt pœnæ ciuium. Cic. 5. Verr. 4. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Rom. quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit. Hoc est, furore quodam animi distrahunt atque diseruciant, & quasi pœnis furialibus præcipitant. Hoc Sallustius dixit, Agi tari conscientia scelerum.

Prædam. Liuius. 5. ab vrbe. 11. Cæteram multitudinem prædam agentẽ, quæ incidit in Quiatium. Ibidem lib. 1. 19. Inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum prędas agere. Agere prædam, est prædari: hoc est, agros, vicos, aut loca alia populari, vt abigendo pecora, & auferendo quicquid pro libidine prædantium auferri potest.

Agere prędam. Ad furtum etiam refertur. Plaut. Aulul. 18. 3. Nę illic pulchram prædam agat, siquis illam inuenerit aulam omissam auri.

Properatò agi ad mortem. Tacit. lib. 13. Neque minus properatò Narcissus Claudii libertus ad mortem agitur.

Quercus agere carmine. Virg. 4. Georg. 102. de Orpheo, Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus. Seruius: Id est, mouentem.

Quid agis? Terent. Phorm. 1. 4. 8. Quid agis? P. quid vis, nisi vt maneat Phanium, &c. Vbi Donatus, Non interrogantis, sed metuentis hoc dictum est.

Quid agis? Terent. Phorm. 1. 4. 40. Ah, quid agis? quò abis Antipho? Vbi Donatus, Perturbati intercessoris est dicere, Quid agis? vt alibi, Mea Glycerium, quid agis? cur te is perditum? Intercessorem hîc vocat Donatus eum qui obstat, impedit, prohibet. vt clarius loquamur, oratio illa QVID AGIS, est prohibentis, aut reuocantis. quasi tu dicas, Quid agere paras? Quid vis facere?

Vide quid agas. Modus est loquendi, quo admonemus eos, qui magna aut periculosa aggrediuntur. Terent. Eunuch. 2. 1. 18. Vniuersum triduum? vide quid agas. Vbi Donatus, Vide quid agas, sic dicitur magna aggredientibus. Idem Phorm. 1. 2. 32. Senex adest, vide quid agas. Vbi Donatus, Non terrentis, sed excitantis est.

Agamus quod agitur. Cic. 11. Philipp. 302. Nunc quod agitur, agamus.

Agere radices deorsum. Columel. lib. 2. cap. 10. 19. Sed tenuem radicem deorsum agunt. Plin. lib. 16. cap. 31. 2. Robora suas radices in profundum agunt. Agere radices, dicuntur plantæ id est radicari.

Radices agit gloria, per metaphoram dixit Cicero. 2. Offic. 61. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Hoc est, corroboratur & stabilitur. Olus coliculum agit, Columella lib. 12 cap. 56. 1. Ficus agunt folia, Columella lib. 5. cap. 10. 7. Cythisus frondem agere cœperit, Columella de arb. cap. 28. 3. Sic etiam gemmas. Varro lib. 1. cap. 30. & Columella lib. 5. cap. 11. 2.

Agere remissius cum subiectis. Hoc est eos tractare remissius. Columella lib. 11. cap. 1. 22.

¶ Rem eandem agere, vel rem eandem agi. Vlpian. in L. 7. Si quis cum parag. Si Ancilla. ff. de exceptione rei iudicatæ.

Alias res agere. Terent. Eunuch. 2. 3. 55.

Desine, iam conclamatum est. CH. alias res agis.

P. Istud ago quidem. Vbi Donatus, Recte, quia dixit ille, Iam conclamatum est. Alias res agis: aut non attendis ad id quod dico, significat vt nulla sit in eo attentio. Aut nugatorias res agis: hoc est rocaris. nam hinc natum est, Hoc agite amabo. quasi dicat, vanas res agis. Plin. lib. 13. cap. 3. 1. Summa commendatio vnguentorum, vt tranleunte fœmina odor muiet, etiam aliud agentes. Sic lib. 11. cap. 24. 4. Cic. in Bruto. 125. Vt mirarere tam alias res agere populum, vt esset insano interdissertos locus. Idem pro Cluent. 142. Vt hunc Oppianici aliud agentem, ac nihil eiusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret.

Res alicuius agere. Hoc est curare. Cicero ad Atticum, lib. 12. 25. 1. Tuam in agendis nostris rebus diligentiam mirificè diligo.

Retro aliquid agere. Plin. lib. 36. cap. 5. 1. Quòd si quis horum familiam ad proauum vsque retro agat, inueniet artis eius originẽ cum Olympiadum origine cœpisse. Retro agere, hîc significat ordine, vt dicitur retrogrado recensere, siue numerare. Sic retro agere carmen, aut orationem, est à fine incipiendo pronuntiare, aut recitare. Sic loquitur Quintilianus. quod etiam dicitur ordine præpostero fieri.

Agere reum. Plin. lib. 2. cap. 7. 7. Vna accusatur, vna agitur rea.

Agere rimas. Cic. Attico, lib. 14. 305. 4. Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt. Hoc est diffindantur, ac dissoluuntur. Plin. lib. 19. cap. 2. 7. Nec vtique extuberante loco, in quo gignuntur, aut rimam agente. Ouid. 1. Metamorph. 43.

Corripitur flammis, vt quæque aridissima tellus,
Fissaque agit rimas, & sucos arere adempti.

Scintillas agere. Lucretius. 2. 135. Scintillasque agere, ac late differre fauillam.

Agere se proprie dicitur, qui ægre se mouet, aut grauatè incedit. Seruius, modò incedere, modò sine negotio incedere interpretatur. Sed ipse viderit. Virg. 6. Aeneid. Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Idem lib. 9. Is enim se primus agebat. Vbi Seruius, Agebat: hoc est incedebat, vt, Sese Palinurus agebat. Tractus autem sermo est à ratione physicamam agitur corpus, animi iudicio. Vnde Terentius, Quòusque te agis? Hactenus Seruius. Teren. And. 4. 2. 25. Quid tu, quò hinc te agis? Vbi Donatus, Quò te agis: vt tarditatem discedentis ostendat. Agere enim, tardi & tristes dicuntur. Sic Virg. lib. 5.

Amissis remis, atque ordine debilis vno
Inrisam sine honore ratem Sergestus agebat.

Agere se pro equite Romano: Id est gerere se &c. Sueto. in Claudio. cap. 25. Libertinos qui se pro equitibus Romanis agerent, publicauit. Hoc est, populo communes fecit.

Sese agere. Virg. 6. Aeneid. 65.

Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Vbi Seruius: Sese agere, est sine negotio incedere.

Secula vitæ aguntur multa. Ouid. 3. Metam. 89.

Ecquem, quum veltræ tot agantur secula vitæ,
Qui sic rabuerit longo meminisse in ævo?

Agere secretum: Id est solum esse. Sueto. in Tiber. cap. 60. Piscatori, qui sibi secretum agenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem iussit.

Agere aliquid secum. Cic. 1. Offic. 18. Nulla enim vitæ pars, neqi publicis, neqi priuatis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si quum altero contrahas, vacare officio potest. Id est, si solus agas negotiũ tuũ.

Agitur Senatus, id est habetur. Sueton. in Cæsare Dict. cap. 28.

Placuit vt eo die nunquam Senatus ageretur.

Agere honoratam senectutem. Liu. 4. bel. Macedo. 131. Et quietam. Cic. Attico, lib. 14. 310. 3. Tolerabilem, Cice. de Senect. 7. Hæc & similia, per Exigere quoque & Transigere & Traducere efferuntur.

Silentium, pro silere. Ouidius primo Metamorphoseos. 69. Et desolatas agere alta silentia terras.

Spumas. Cic. 6. Verr. 130. Nam quum spumas ageret in ore, arderent oculi. Pro, spumas ore emitteret, videlicet ex iracundia & furore.

Spumas ore. Hoc est emittere. Virg. 3. Georg. 40.

-& maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas.

Stationem. Tacit. lib. 17. Stationem in castris agebat Iulius Martialis Tribunus. Ibidem. Igitur consulantibus placuit tentari animum cohortis, quæ in palatio stationem agebat.

Stationes. Esse in stationibus. Liuius tertio ab vrbe. 177. & 4. 169.

Ad milites proprie pertinet.

Tempora agere. Ouid. 3. Fast. 81.

Quum croceis rorare genis Tithonia coniux
Cœperit, & quintæ tempora lucis aget. Hoc est. Quum aurora quintũ diem facier, vel adducet.

Tempora belli. Id est transigere. Ouid. Epist. 15. 9.

Quà possum, squalore tuos imitata labores
Dicar: & hæc belli tempora tristis agam.

Triumphum. Idem quod triumphare, siue triumphum ducere. Cice. 14. Philip. 400. Pharsalicę verò pugnæ ne triumphum quidem egit.

Triumphum ex aliquo populo agere. Liuius sexto ab vrbe. 33. Modò tergemine victoriæ triplicem triumphum ex ipsis Volscis, & Aequis, & ex Hetruria egistis.

Triumphum de aliquo agere. Cicero septimo Verr. 78. In portu Syracusano de classe pop. Rom. triumphum agere piratam. Hoc est, de capta Romanorum classe, triumphantis more gloriari. Alludit ad Romanos duces, qui propriè de hostibus victis triumphum agere, siue triumphare dicebantur. Plinius libro. 34. cap. 3. 3. Qui de Perseo rege nauale triumphum egit.

Velis tumidis agimur. Horat. 1. Epist. 1. 41.

Ventis agi. Ouid. 1. Trist. Eleg. 1. 8.

Ver agit orbis. Virg. 2. Georg. 68.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

-ver illud crativer magnus agebar
Orbis,& hybernis parcebant flatibus Euri.
Verberibus agitur nauis.Lucan.lib.3.108.
Celsior at cunctis Bruti prætoria puppis
Verberibus fenis agitur.Hoc est sex ordinibus remorum impellitur.
Agere versum. Cicero tertio de Orat.57. Nunquam agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest.
Vi agere.Liu.4 bel.Maced.179.& Cic.ad Qu.Fratrem,lib.1.2.25.
Viam.Virg.3.Aeneid.138.
-Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare.
Vigilias noctu ad ædes sacras. Pro vigilare ad earum custodiam. Cice.6. Verr.83. Sic in portu vigilias agere.Liu.10.ab vrbe.159.
Vitâ fine decretis.Cic.4.Acad.197. Agere vitam rure.Liu.7. ab vrbe.191. Agere vitam grauiter & sapienter.Cic.4.de Fin. 37.
¶ Lachrymis agendum est.Senec.in Thyest.6.6.Hoc est.Lachrymis petenda est venia.
Sapienter agendum.Ouid.15.Metamorph.76.
-si quid superest,quod sit sapienter agendum.
¶ Agi.Pro in iudicium venire,in controuersiam deduci.Cic.pro. Plancio.65.Agitur studium tuum:vel etiam si vis,existimatio,laus, Aedilitas:at Cn.Planci salus,patria,fortunæ.
Agitur gloria pop.Rom.& similia.Cic.pro lege Manil.3.In quo agitur pop.Rom.gloria:quæ vobis à maioribus cum magna in res omnibus,tum summa in re militari tradita est.Agitur salus sociorum, atqi amicorum,pro qua multa maiores vestri magna & grauia bella gesserunt. Aguntur certissima pop. Rom. vectigalia & maxima. Idem ad Cluuium,lib.13.8.2.Post tuam autè profectionem quum & maxima res mancipii honestissimi,multiqi coniunctissimi, & summum meum officium ageretur,pro &c.Hoc est,agitur de gloria,de salute, de vectigalibus,& est quod vulgus dicit. Quæstio est de hac re,vel de illa.
Libertas agitur populi Romani,quæ est commendata vobis:a vita & fortuna optimi cuiusquetanthoritas vestra.Cic.7.Philipp.233.Id est,de libertate,de vita & fortuna,de authoritate.
Aguntur iniuriæ sociorum.Cicero sexto,Verr.101. Aguntur iniuriæ sociorum:agitur vis legum:agitur existimatio veritasque iudiciorum. Hoc est,de iniuriis, de vi,&c.
Agitur magnum ipsius periculum,Planc.ad Cic. lib.10.23.13.
Aguntur res Attici. Cicero Attico,libro.16.146.1. Non dubito quin mirêre, atque etiam stomachêre, quòd tecum de eadem re agam sæpius.Hominis familiarissimi, & mihi omnibus rebus coniunctissimi permagna res agitur, Attico.
¶ Agon? Victimarii verbum,pro Agone? Ouid.1. Fast.63.
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper adstat,rogatque nisi iussus,agit.
Senec.lib.3.Controuer.Carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem, & dicat Agon? quod fieri solet victimis.
Agens,agentis participium,(ἐνεργῶν,)Cic.in Bruto. 176. Acrem enim oratorem,incensum & agentem,& canorum,concursus hominum fori que strepitus desyderat. Idem.2.de Orat.194.Vtendum est imaginibus agentibus,acribus,infigentis.
¶ Agentes in rebus,qui sint,non adeò satis constat,nisi quod generis vocabulum est,in eos relatum,qui res principis agunt,aut procuratores Principis,ac Commissarios quos vocant,per diuersas prouincias allegatos anctoque Imperio per turmas dispersos.Vnde in libris Posterio ribus quidam Ducenarii,alii Centenarii leguntur. Vide Pyrrhi commentarios in eosdem libros Poster.
Actus,acta,actum,(πεπραγμένος,)Participium ab agor. Vir.6 Aeneid. His actis propere exequitur præcepta Sibyllæ.Id est,perfectis, & absolutis.Cicero ad Cecinnam,libro.6.8.3. Actis his rebus, literæ à te mihi sunt redditæ,quibus &c.
Acta ætas,pro exacta.Plaut.Trinum.6.38. Mihi quidem ætas acta est, tua illuc refert maximè.Cicero Attico,libro. 10.195.6. Sic, Actum tempus,vita,dies.Horatius in arte.
-laudator temporis acti
Se puero.Id est,antea:ti,præteriti.Cic.pro Cluentio,Vos ne huius honestissimè actam vitam matris crudelitati condonetis,rogamus.Idem 5.Tusc.8.Est autem vnus dies bene & ex præceptis tuis actus. Item Acti labores.Cic.1.de Fin.167.
Acta honestè superior ætas: Id est, in rebus honestis transacta. Cicero de Senectute.
Actus,Appulius.Virg.Sine errore vixe,seu tempestatibus acti. Idé in.6. Pelagine venis erroribus actus? Nonius.
Actus,Coactus,Territus.Virg.6.Aeneid.Prodigiis acti cœlestibus ossa piabant.Idem in decimo. -canum morsu de montibus altis
Actus aper.Nonius.
Actus,Collisus.Virg.7.Aeneid. -quibus actus vterque
Europæ atque Asiæ fatis concurrerit orbis.Seruius.
Actus,Compulsus.Virg.5.Aeneid.

-ecce etiam Troianis matribus actis
Exussit fœdè poppes.Idem.7. Actosque animis in funera reges.
Seruius.Liuius.7.bel.Pun.8. Elephanti quoque commisso iam certamine in prælium acti.
Actus multis casibus. Id est agitatus,vexatus.Virg.1.Aeneid.49.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos Insequitur.
Actum augurium.Cic.1.de Diuinat.60. Id posse ne fieri, consuluit. Ille augurio acto,posse respondit.Pro hoc vsitatius est, Captare augurium.Hic ergo videtur ACTO pro peracto,id est,finito positum.
Imber actus cœlo.Virg.1.Georg.67.
-nec metuit surgentes pampinus Austros,
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem.
Acti iucundi labores. Adagium est sumptum ex ipsa hominum natura. Est enim hoc insitum omnibus,vt iucunda cuique sit antecedentium malorum,aut periculorum secura recordatio,cominus nonnunquam,præsertim insignium fatalium,& quæ cum tutpitudine cõiuncta non sint, veluti bellorum,naufragiorum, atque id genus discriminum. Vnde dictum est ab Horatio,
-gaudent vbi vertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ. Hoc prouerbio vsus est Cicero lib.2.de Finibus.167. Quòd si etiam iucunda memoria est præteritorum malorum,vt prouerbia nonnulla veriora sint, quàm vestra dogmata? Vulgò enim dicitur,Iucundi acti labores.Nec male Euripides concludam si potero Latinè, Græcum.s.hunc versum nostris exponens. Suauis est laborum præteritorum memoria.Erasm.in Chiliad.
Actus reus criminis. Ouid.2. Trist.61.
Quæcunque erumpit,quæ non sint ire sacerdos,
Proximus hoc vetiti criminis acta rea est.
Idem de Arte amau. lib.1.78.
Si nec materiæ respondet mutâ locoque,
Vicimus,& falsi criminis acta rea est.
Sitis acta omnibus venis.Hoc est,calor sitim generans,per omnes venas diffusus.Virg.3.Georg.95.
-sed vbi ignea venis
Omnibus acta sitis,miseræ adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor.
Testudo acta.Virg.2.Aeneid.88.
Sic Martem indomitum,Danaosque ad tecta ruentes
Cernimus obstipuitque acta testudine limen.
Vbi Seruius:Acta,applicata. Sic libro.9.105.
Actus in parietes palus.Colum.lib.1.cap.3.4.Vt palis in parietes vehementer actis.
Retro actus.Ouid.13.Metamor.61.
Exiliere oculi,dissectisque ossibus oris
Acta retro naris,medioque est fixa palato.
¶ Actum est,Prouerbiale genus loquendi apud veteres, quo etiam hodie desperationem significamus. Teren.And.3.1.7. Quid ego amplius? actum est si quidem hæc vera prædicat.Vbi Donatus: Hæc res licentiam iuris ciuilis dicitur,in quo cauetur, nequis re actum apud iudicem repetat.Sic ipse in Phor.2.3.72.Actum,aiunt,ne agas.Idem Terent. Adel.3.2.27.Actum est.Vbi idem Donatus:Actum est,inquit, verba sunt desperationis:nam Actum est dicitur in ea re,de qua iam lata sit sententia.Hæc ille.Cic.Terentiæ,lib.14.3.7. Nouæ spes relictæ sunt in nouis Trib.pl.& in primis quidem dieb'mam si inueterarit:actu est.
* Actum habere quod quis egerit.Cic.Tusc.86.hoc est ratum.
* Actum agere.Terent.Adelph.1.1.24. Nunc si hoc omittam actum agã,& in Phor.2.3.72.Actũ,inte ne agas.Cic.Att.9.17.3.1.Sed ista ne agamus, reliqua pareamus,&.190.6.Tu(malò iniquis actis ne agas). Plaut.Pseud.5.2.6.Rem actam agis.Liuius.Decad.3.lib.8.Scio multis vestrum videri,p.c.Rem actam hodierno die agi,& frustra habiturum orationem,qui tanquam de integra re de Africa prouincia loquentiam dixerit.Cic.de amicitia.Sed cum multis aliis in rebus negligentia plectimur,tum maximè in amicis deligendis & colendis,præcepta enim vtimur cõsilijs & acta agimus,qui veramur veteri prouerbio de exercito soluto.
Actum est de.Cic.Atti.lib.12.14.4.5.Nã quod scribis ἐγγράφως,actum tam de isto est,alia magis quæro. Idem pro Sestio. 108. Quum illis ipsis diebus de me actum res putaretur.Liuius.2.ab vrbe.210. Actũque de exercitu fuit.
Actum est mecum præclare.Vide AGO.
Acta,actorum,non ea ex participio actus,ta,tum. Valla lib.4. Gesta & acta hoc differunt:quòd illa sunt in administratione magistratus,& in rebus maioribus,& ad Remp.vel ad plures spectantibus:vt gesta Alexandri,gesta Pompei,gesta Cesaris. Acta vero etiam rerum priuatarum,& minorum ac familiarium:vt Cicero in prima Antoniana,Actorum commentariolis,& chirographis,& libellis se vno authore prolaturum,ac ne prolatis quidem,sed rursum modo dictis,acta Cesaris firma esse, quæ ille in æs incidit,in quo perpauci mila perpetuasque leges esse voluit,pro nihilo habebunt? Vbi videt Budæus à Laurentio dissentire, scribens,Quibus verbis Cicero significat Commentarios priuatæ alicuius memoriam

memoriam: Acta autem debere esse memoria publica testata,quæ in ærario esse solerent. Plin.lib.10.cap.1.4. de Phœnice Romam allato. Allatum est & in Vrbe,Claudii principis Cæsura,anno Vrbis DCCC. & in comitio propositus,quod actis testatum est,sed quem falsum esse nemo dubitaret. Idem lib.8.cap.40. Actis pop. Rom. testatum,Appio,&c.Cic.2.de Orat.54. Consilia primùm deinde acta,postea eucnus. Idem Trebonio lib.10.Epist.28.6. Quòd nisi res vrbanas,actisque omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem. Idem.7.in Verr.74. Tum illius acta commemorabantur. Idem.2.Philipp.99. Quæ fuit tua cognitio?acta enim Cæsaris pacis causa confirmata sunt à Senatu,quæ quidem Cæsar egisset, non ea quæ Cæsarem egisse dixisset Antonius. Idem in Catilin.49. Vt qua ratione hæc inuestigata & comprehensa sint, vos qui ignoratis ex actis scire possitis. Idem.2. Philipp.106.In publicis actis nihil est lege grauius: in priuatis firmissimum est rei testimonium.
In acta alterius se obligare,& in acta alterius iurare.Trãquillus in Tib. cap.16.Interfuit & quo minus in acta sua iuraretur,& ut mensis September Tiberius vocaretur. Idem,Sed exempli causa cauendum,ne se Senatus in acta cuiusquam obligaret,cuius aliquo mutari posset.
Acta alicuius commilere.Vide CONVELLO.
Acta institoria.Vide INSTITOR.
Actorum scriptora diurna.Tacit.lib.5.Annal. Non apud authores rerum,non diurna actorum scriptura reperio.
Acta belli & domus.Nestor apud Ouidium.12.Metam.32.
-quamus obstet mihi rara senectus,
Multaque me fugiant primis spectata sub annis,
Plura tamen meminisse queæ magis hæreat,vila
Pectore res nostro est,inter belliqueque domúsque
Acta tot.
Tempora longi acta.Vide Canere acta longi temporis.
Vitæ acta.Ouid.4.Trist.eleg.9.19.
-ad vos studiosa reuertor
Pectora,quæ vitæ quæritis acta meæ.
Acta diurna,Quæ per singulos dies fiunt & scribuntur. Sueton. de Cæsare,Inito honore primus omnium instituit,vt tam Senatus,quàm populi diurna acta conficerentur. Cicero Attico,lib.5.46.4. Dum acta mensis Maii ad nos perferantur.
Diurna acta Vrbis. Tacit.lib.13. Quum ex dignitate populi Romani repertum sit,res illustres annalibus,tutis diurnis Vrbis actis mandare.Discrimen facit Tacitus inter Annales & Acta diurna.
Mandare aliquid actis diurnis.Vide Diurna acta vrbis.
Forensia acta.Ouid.ad Pisonem.7. Armorúmque decus præcede forensibus actis.
Fortia acta.Val.Flac.6.Argonaut.16. -ambo miseri tam fortibus actis.
Horrifica acta. Id est,horrorem inuentientiamempe magica. Valer.Flac. 3.Argonaut.81. -teque horrificis accommodat actis.
Immania Cæsaris acta condere, Grandia & præclara Cæsaris gesta describere.Ouid.2.Trist.67.&.9.Metam.58.
Ingentia acta recentiore.Stat.2.Thebaid.142.
Mortalia acta.Ouid.lib.1.Trist.Eleg.2.20.
Si tamen acta deos nunquam mortalia fallunt,
A culpa facinus scitis abesse mea.
Nocturna acta.Ouid.lib.2.de Arte amau.116.
Patriis actis superbire.Ouid.Epist.2.9.
Ille licet patriis sese fine superbiat actis,
Et tu quæ referas facta parentis habet.
Propiora acta.Stat.5.Thebaid.14. -quòd si propioribus actis
Est opus,ecce animos docent Rhodopeia coniux
Vltra manu thalamos.
¶ Canere acta longi temporis.Ouid.1.Fast.21.
Aspice qualis longi temporis acta canam.
Acta circumducere,id est, antiquare & delere. Paulus sub titulo de Re iudicata, Acta apud se habita,si partes consentiant, iudex potest ea die iubere circumduci,nisi vel negotium,vel lis terminata est.
De alicuius actis cognoscere.Vide COGNOSCO.
Communicare acta sua cum aliquo.Vlysses apud Ouidiũ.13.Metam.48. At sua Tydides mecum communicat acta.
Comprobare acta.Ouid.lib.5.Trist.ad finem.
-Qui monet vt facias quod iam facis,ille monendo,
Laudat,& hortatu comprobat acta suo.
Condere acta Cæsaris.Ouid.2.Trist.6.
Loqui acta.Ouid.6.Fast.123. -mira quidem,sed tamen acta loquor.
Recensere acta.Stat.2.Thebaid.142.
Vincere acta patris.Ouid.11.Metam.45.
-mater eris nutenti,qui fortibus armis
Acta patris vincet,maiorque vocabitur illo.
In acta referre.Vide REFERO.
Actus,huius actus,actui,(πρᾶξις,) Verbale.Plerunqi actionẽ significat: hoc est,omne quod agitur. Quint.lib.2.ca.18.3. Qui ab actu,hoc est opere recessertunt. Cice.in Sallust. Quòd si de vita mea atque actibus huic commentatori respondero. Idem 5.de Legib.44. Nec tolum in rectis,sed etiam in prauis actibus.
Actus,Hoc est gesta & præclara facinora. Lucan.lib.8.162.Adde actus tantos,monumentaque maxima rerum.
Sceleris actus,Id est perpetratio sceleris.Lucan.lib.8.134.
-nam sæuus in ipso
Septimus sceleris maius scelus inuenit actu.
Herculeos actus.Claudianus in Ruffi.lib.1.57.
Herculeos conferte tuis iam desinat actus.
Humanos actus digerere.Statius lib.1.Sylu.8.
-notat ista Deus,qui flectit habenas
Orbis,& humanos propior Ioue digerit actus.
Actus placiti dei,Id est grati.Valer.Flac.2.Argonaut.1.
-Placitosque deis non deserat actus.
Priores actus.Claudian.8.Panegyr.129. -actusque priores
Commendat repetitus honor.
Rapidus actus,Festina impulsio,Propera persecutio. Lucan.lib.9.7.
-quas ne per littora fusas
Colligeret rapido victoria Cæsaris actu,
Corcyræ secreta petit.
Actus vitæ.Quintil.lib.11.cap.1.Etiam in cæteris actibus vitæ, non idẽ in foro,curia,campo,theatro,domi facere conuenit.
Actus rerum. Est quem nostrates,rerum & negotiorum expeditionem vocant.Plin.Iunior,Nunc me actus rerum modice,sed tamen distringit. Quintil.lib.7.cap.3.Et persona quædam,nescio an nunquam vtique in vno actu rei politæ incidere.
Actum alicuius gerere,Martianus in Lege Interdũ, De publicanis, Quasi rerum qui actum domini gestisse diceretur,in commissum excidisse venire non debuisse.
Ab actu remotus.Paulus,Dispensatori, qui ab actu ignorante debitore remotus est,recte soluitur.
Actus forensis.Quintil.lib.10.cap.1.Velut attrita quotidiano actu forẽ si ingenia,optime rerum talium blanditia reparantur.
¶ Iam multum acti est,posset aliquis non absurdè,& hæres esse? Quintilianus libro.7.cap.1.14.
¶ Actus,(ἄγκυρα,) modò significat in comœdiis & tragœdiis certa spatia cantionum:modò inter vicinos,quatuor pedum latum: modò in Geometria minorem partem angeri,ad est centum viginti pedũmodò motum corporis,vt histrionum & saltatorum, qui etiam ex hoc ipso Actuosi dicitur.Author Festus.Varro de Re rust.li.1.ca.10.1. Actus quadratus qui & latus est pedes centum viginti,& longus totidẽ.Actus, vt Modestinus Desereuit.rust.præd.ait,est iter vbi armenta trahere,& vehiculum ducere licet,quò quis pedes vel equos cũmeare potest.Plin. lib.18.ca.3.1.Actus vocabatur,in quo boues agerentur, quum aratur vno impetu iusto.Ci.pro Cecinna 54.Aqueductus,haustus,iter,actus, à patre sed rata authoritas harum rerum omnium à iure ciuili fumi.
Actus,in fabulis.Quintil.lib.9.cap.3.Vultus mutato,oculorumque conlectus,multum in actu valet. Idem lib.5.cap.10.7.Nam & fabulæ ad actus scenarum compositæ,argumenta dicuntur. Cice.de Senect.63. Neque enim histrioni vt placeat peragenda est fabula modò in quocunque fuerit actu probetur.
Actus & actiones.Cic.ad Lucceiũ,lib.5.Epist.12.20.Secernas hanc quasi fabulam rerum euentorumque nostrorum. habet enim varios actus, multasque actiones & consiliorum & temporum.
Actus hominis,pro partibus vitæ hominis, per translationem à fabularum actibus. Cice.pro M.Marcello, Hæc igitur tibi reliqua pars est, hîc restat actus:in hoc elaborandum est,vt Rempub.constituas.Idem 3.Verr.21. Itaque primum illum actum illius vitæ turpissimum prætermittam. Idem in eundem, Etenim quis dubitare posset, quum illius in quæstura fugam & furtum recognosceret, quum in legatione oppidorum,fanorumque spoliationes cogitaret, quum videret in foro latrocinia,prætura,qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset? Quartum actum improbitatis de Verre loquem dixit,pro prætura Siciliensi,quem magistratum quarto loco gessit Verres: vt satis apparet ex verbis Ciceronis ibi præcedentibus.Manifestè igitur ad fabularum actus alludit.Idem de Senect.1.In hoc summus sapientes,quòd naturam optimam ducem tanquam deum sequimur, eique paremus: qua non verisimile est quum cęteræ ætatis partes bene descriptæ sint, extremum actum tanquam ab inerti poeta esse neglectum.
Actiuus,actiua,actiuum,(ἐνεργητικός,) Denominatiuum à nomine actus:nomen est fictum à Grammaticis:vt, Actiua significatio. Et Verbum actiuum, quod teste Prisciano, semper actum significat, & facit ex se passiuum. Plura vide apud eundem libro 8.capite. De generibus verborum.
Actuosus,sa,sum,(ἐνεργητικός,) Denominatiuum à verbali nomine actus:actiue & passiue significat. Passiue,est res laboriosa,quæin qua plurimum agendum & laborandum est. vt actuosa comœdia. Donatus in Terentium, Hæc scena actuosa est, magis in gestu quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

in oratione constituta. Actiue, vt Actuosa virtus, Actuosus ignis. Id est semper agens, nunquam cessans. Cic. 1. de Natu. deor. 152. Virtus autē actuosa & deus vester nihil agens. Seneca, Iracundos feruida natura animi facit. est enim actuosus & pertinax ignis.

Actuosa vita, quæ in actione & labore versatur, non autem in studio & cōtemplatione. vulgò Actiua dicitur: qualis est opificū & mercatorū, & eorum qui in Reipub. administratione versantur. Apud Valerium.

Actuosi dicuntur qui motu corporis maximè exercentur, vt histriones & saltatores. Author Festus.

Actuose, (ὑπουργικῶς,) Aduerbium qualitatis. Cic. 3. de Orat. 57. Quid petam præsidii? quàm leniter? quàm remisse? quàm non actuosè?

Actio, actionis, verbale, (πρᾶξις, ἀφ' ἕξεως, ἐνέργεια, ἀγωγή,) Ipse agendi actus.

Actio de pace. Cicer. Attico, lib. 9. Epistō. 184. 4. Dispersione enim Consulum actio de sublata. Eidem, Mihi omnino non venit in mentem quę possit actio esse de pace, quum illi certissimum sit sese posse spoliare exercitu & prouincia.

Gratiarum actio gratulatioque. Cicer. ad Brutum 3. 3.

Actio, quam vulgò dicimus Operationem. Cicer. 1. Offic. 30. Virtutis enim laus omnis in actione consistit. Idem 1. Offic. 156. Omnino si quicquam est decorum, nihil est profectò magis quàm æquabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum. Ibidem 215. Cognitio, cōtemplatioque naturæ manca quodam modo atque inchoata fit, si nulla actio rerum consequatur. Idem 1. Offic. 145. Vt enim pueris non omnem lodendi licentiam damus, sed eam quæ ab honestis actionibus non sit aliena.

Priuat deos omni procuratione atque actione Epicurus. Id est, Deos agere aliquid negat Epicurus. Cicer. 2. de Natu. deor. 65.

Spoliare deos motu & actione diuina, Est deos nihil agere asseuerare. Cicer. 2. de Natu. deorum. 142.

Mentis actio atque agitatio in Deo. Cicer. 1. de Natu. deorum 65. Inquirit animus & formam, & vitam, & actionem mentis, atque agitationem in Deo.

Actiones corporis naturales. Celsus lib. 1. Naturales corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus & emittimus, cibum potionémque & assumimus & coquimus: Itemque per quas eadem hæc in omnes membrorum partes digeruntur.

Consentaneæ apperitionibus actiones. Cic. 2. de Natu. deor. 83.

Dare curas & actiones honesta alicui. Cicero Varroni lib. 9. Epistō. 8. 7. Quanquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honestas nobis & curas & actiones darent.

Actio vitæ, pro viuendi ratione, seu modo. Cicer. 5. Tuscula. 94. Si vitæ modum actionemque quærimus, alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione solertiæ, qui vnus suauissimus pastus animorum: alterius in cæde & iniuriis, cum & diurno & nocturno metu. De Archimede mathematico & Dionysio tyranno loquitur. Si quærimus actionem vitæ, Hoc est, qualem vterque vitam egerit. Idem 3. Offic. 26. Ad eas res parandas, tuendasq; quibus actio vitæ continetur. Idem 2. de Diuinat. 134. Ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitæ, casus cuiusque euentusque singi.

¶ Actio Tragica seu scenę, Est ipsa per gestus repræsentatio. Cic. in Orato. 47. Accedit actio non Tragica, nec scenæ, sed modica iactatione corporis: vultu tamen multa conficiens, non hoc quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significante ingenuè, quo sensu quicq; pronuncient.

¶ Actiones pro actis. Sallust. de coniuratione Catil. Constituerat, vti quum Catilina in agrum Pesulanum cum exercitu venisset, L. Bestia Trib. plebis concione habita quereretur de actionibus Ciceronis, belíque grauissimi inuidia optimo consuli imponeret. Hīc nonnulli legunt actibus. Cicer. in Sallustium 7. Quos ego habui omnium mearum actionum monitores. Idem ad Appium libro. 3. Epistō. 10. 34. Qua denique facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone aduersante interdum actionibus suis?

Mandare scriptis actiones suas. Cic. 2. Offic. 4.

¶ Actio habet item alia significata. Valla lib. 4. Actio dicitur tum ipsa pronunciatio, tum oratio quæ habetur, tum oratio scripta.

Actio, de oratoris pronunciatione dictum. Cicer. in Oratore, Est enim actio, quasi corporis quædam eloquentia, quum constat è voce atque motu. Idem 3. de Orato. 117. Actio inquam in dicendo vnā domina tur. Et paulo pōst, huic primam dedisse Demosthenes dicitur, quum rogaretur quid in dicendo esset primum: huic secundas, huic tertias. Ibidem 123. Est enim actio quasi sermo corporis.

Actio pro oratione, siue quum habetur, siue quum scripta est; vt Actiones Ciceronis in Verrem. Quintil. lib. 7. Cuius actionem equidem solam in hoc tempus emiseram. Et paulo pōst, Nam cæteræ quæ sub nomine meo feruntur, negligentia excipientium in quæstum notariorū corruptæ minimam partem mei habent. Cicer. de claris Orato. 129. Actio Cn. Pompeii habebat & in voce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem.

Breuis & concisa actio. Quintil. lib. 6. cap. 4. 2.

Clamosa actio. Vide C L A M O. Quintil. lib. 5. cap. 13. 3.

Actio facilis & fauorabilis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 79.

Actio varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. Cicer. 2. de Orato. 41.

Dominatur actio in dicendo. Cicer. 3. de Orato. 117. Actio inquam in dicendo vna dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest, mediocris hac instructus, summos superare.

¶ Actio apud Iurisconsultos dicitur ius persequendi in iudicio quod sibi deberur. Hæc Iustinianus lib. 4. Vlpianus autem duo actionum genera esse scribit: in rem, quæ dicitur Vendicatio: & in personam, quæ Condictio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram quæ ab alio possidetur, petimus. In personam actio est, qua cum eo agimus qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, dandumve. Quintil. lib. 4. cap. 2. 21. Cicero pro Cecinna 24. Quæro: sine aliqua huius rei actio, an nulla. Idem pro Quin. Rosc. 31. Quum de sua parte Roscius transegit cum Flauio, actionem tibi suam reliquit, an non? Idem 1. de Orato. 79. Alter iniquum putabat plus secū agi, quàm quod esset in actione. Idem pro Murena 26.

Actio & concio. Cic. ad Atticum, lib. 14. 318. 6. Dolabellæ & priuatis actio, & hæc cōtra Antonii cōcio, mihi profecisse pmultum videtur.

Contentio atq; actio. Cic. Trebo. lib. 10. 28. 4. Hic dies meāqi contentio atque actio spem primum popu. Rom. attulit libertatis recuperandæ.

Formulæ atque actiones. Ci. pro Murena 26. Gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est.

Actoris actio. Cic. pro Cecina 36. Quid denīqt ad ius ciuile, aut ad actoris actionem & animaduersionem agis?

Actio est in authorem præsentem his verbis', quandoquidem te in iure conspicio. Cicero pro Cecinna 30.

Causæ actio maximè debilitatur loco. Cic. pro Deiot. 3.

Ciuili actione aliquid repetere. Cic. 1. Verr. 10. Nam ciuibus quum sereptæ pecuniæ ciuili fere actione, & priuato iure reperuntur.

Componere actiones. Cic. Attico, lib. 6. 111. 18. Nec vero pauci sunt auctores, Cn. Flauium Scribam fastos protulisse, actiones q; cōposuisse.

Actionem concipere. Vide C O N C I P I O.

Competit actio in eum. Quintil. lib. 3. cap. 6. 8.

Constituere actiones. Cic. 7. Philip. 164. Neque constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere.

Dare actionem & postulare: Dicitur & iudicium dare, in L. 3. de Negotiis gest. Cic. 4. Verr. 43. Admonitu istius insimulare cœperunt Epicteta literas publicas corrupisse. Actionem eius rei postulant. Amici reuocare, nequod nouum iudicium, nequa ipsius cognitio illo absente de existimatione eius constitueretur, &c. Ite amplam occasionem calumniandi nactus, asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum. Ibidem 47. Edixit sese iudicium iniuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum: ipsi autem nullius actionem rei sese daturum. Idem 6. Verr. 18.

Excludere actiones. Cic. de Inuentio. 69. Prætoriis exceptionibus multæ excludūtur actiones.

Excludere aliquem actionis iure. Quintil. lib. 7. cap. 1. 7.

Expositæ actiones. Ci. 1. de Orat. 91. Expositis à Cn. Flauio primū actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta generatim cōponerent.

Habere actionem. Cic. pro Cecinna 23. Hanc puto me habere actionem, vt per interdictum meum ius teneam, atque tuam iniuriam persequar. Ibidem 25. Siqui me exire domo mea coegissent armis, haberem actionem: siqui introire prohibuissent non haberem?

Iniuriarum actio. Cicer. pro Cecinna 26. Actio enim iniuriarum non ita possessionis assequitur, sed dolorem imminutæ libertatis, iudicio pecuniaque mitigat.

Instituere actionem. Cicer. pro Murena, Tu actionem instituis, alter aciem instruit.

Intendere actionem per duellionis. Cic. pro Milone 28. Diem mihi, cæcilio, dixerat, mulctam vrogarat, actionem per duellionis intenderat.

Integram actionem relinquere. Cic. pro Quin. Roscio 20. Qui de sua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem.

Monitor actionum. Cicer. in Sallust. 7. Quos ego habui omnium mearum actionum monitores.

Mutare actionem. Cic. pro Cecinna 6. Quare aut muta actionem, aut noli mihi instare vt iudicem.

Præscribi in actionibus. Cic. 5. de Finib. 151. Quæ quum Zeno didicisset à nostris, vt in actionibus præscribi solet, de re eadem fecit alio modo.

Restituere actionem. Tranquillus, Nam & iis qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones.

Suscipere actionem. Cicer. Attico, lib. 14. Epistō. 307. 3. Ego non dimitto istam curam, sed suscipiam omnem istam actionem. Idem 1. Offic. 195. In omni actione suscipienda tria sunt tenenda. Brutus Ciceroni in Epistō. ad Brutum 16. 13. Si modo contra alienam potentiam non pro sua, suscepit eas actiones.

Actito, actitas, pen. corr. (ἐπιτήδευμα,) Gellius lib. 9. ca. 6. Ab eo quod est ago & egi, verba sunt quæ appellant Grammatici frequentativa ab ago, & actitaui. Et paulo pòst, Actito producta in prima syllaba pronuntiandū: quoniā ex eo fit quod est agito & actus. Cic. de claris Orat. 32. Etiam M. Porcius municeps noster multas priuatas causas actitauit.

* Actiuus, a, um, (πρακτικός,) vt Ars actiua vel administratiua. Quintil. lib. 11. cap. Geoeralis diuisio artium. &. 47. b. Vt illa sit spectatiuæ partis, hæc Actiuæ.

Actor, actoris, Verbale, (πράκτωρ,) Qui agit. Cicero pro Sestio. 52. Dux & author & actor illarum rerum fuit.

Actor comœdiæ, (ὑποκριτής,) qui comœdiā agit: vt sit in theatro. Terent. in prologo. Liuius. 7. ab vrbe. 9. Vt actores Atellanarū nec tribu moueantur. Cic. 1. de Orat. 58. Nullæ enim lites neque controuersiæ sunt quæ cogant homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perperi. Idem ad Q. Fratrem lib. 1. 1. 62. Tanquam poetæ bonī & actores industrii solent: sic tu in extrema parte & conclusione immeritis ac nepotis tui diligentissimus sis.

¶ Actor, (ἀγωνιστής,) vt ait Valla lib 4. dicitur orator qui agit causam, quique gestum vultus & corporis agit. Cic. 3. de Legib. 57. Actor enim & moderator effinxit non modo mentem ac voluntates, sed penè vultus eorum apud quos agit. Idem 3. de Orat. 33. Vt illum efficeret imaginem verborum, actoremque rerum. Idem in Orat. 33. Non inuentor, aut compositor, aut actor.

Infirmus actor. Quintil lib. 6. cap. 1. 55.

Mediocris actor causarum. Horat. de Arte poet. 74.

- consultus iuris, & actor Causarum mediocris.

Actor summus causarum & magister. Cicer. in Bruto. 170. Eodem anno etiam Molon Rhodio Romæ dedimus operam, & actori summo causarum & magistro.

* Actor publicus. Plin. epist. 18. lib. 7.

¶ Actor, vniuersitatis dicitur, vel collegii: vel Syndicus appellatur: procurator, singulorum hominum. Martianus Digest. lib. 37. Ipsos verò municipes si eis fidei commissi nomine non caueatur, non idem assecuturos, sed eis extraordinario remedio opus erit: videlicet vt decreto Prætoris actor eorum in possessionem mittatur.

Actor pro villico. Columel. lib. 1. cap. 7. Ita fit vt & actor & familia pereant, & ager sæpius infametur. Ibidē ca. 8. Ideq; actori scipiendū est, ne commūtā cum domestico, multoque minus cum extraneo habeat.

Actuarius, actuarii, γραφεύς) Denominatiuum, qui acta publica, actionesue causidicorum in iudicio velociter excipit: qui & Notarius à Quintiliano dicitur. Suetonius in Cæsare, cap. 55. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur: vt pro Quin. Metellot quam non imminuto Augustus existimabat, magis ab actuariis excepta, malè subsequentibus verba dicentis, quàm ab ipso editam.

Actuarius, adiectiuum est aliquando. Vnde, Actuariæ naues, celeres dictæ, quòd eò agi possent, ait Nonius. Budęus verò, Actuarię (inquit) naues à Latinis dicuntur, quę remis agontur, non velis tantūm. Liuius 5. bel. Pun. 172. In hoc tumultu actuariæ naues instructæ. Cæsar. 5. bel. Gal. 2. Has omnes Cæsar actuarias fieri imperat. De nauibus ad exportandos milites & iumenta loquitur.

Actuaria nauigia, pro nauibus actuariis. Cæsar. 1. bel. ciuil. 111. Atque ibi expedito loco actuaria nauigia relinqut.

Actuarium, absolutè in neutro genere, videtur Cicero accepisse pro nauibus actuariis: vt ad Atticum, lib. 10. 103. 6. Quid duro tempore anni actuaria fore censes?

Actuaria minora, pro actuariolis. Cicero Attico, lib. 5. 9. 6. 1. Actuariis autem minoris Patras accedere fine iis impedimentis, non satis visum est decorum.

Actuariolum, Diminutiuum ab actuarium. Cicero Attico, lib. 16. 3 3 5. 6. Hæc ego confidenter à Pompeiano tribui actuariolis decem scalmis Id est, remigibus earum nauicularum quæ vocantur actuariæ vel actuariola. Idem Attico lib. 16. 3 16. 10. Vique ad 111. Calendas expectabo tuas literas, neque Torquatia actuariolo iturum puto. In emendatioribus tamen exemplaribus legitur, De Torquati negotiolo sciturum puto.

Actūrus, pen. prod. aduerb. (συνῶν,) Virg. 9. Aen. - tum cætera reddet Actūrus puer Aeneas. Vbi Seruius, Actūrus, confestim, sine dilatione. & est aduerbium temporis. Cicer. 12. Philipp. 337. Si cæteræ cāstra cæteri viderint ego mortem actūrus futuram puto. Plaut. Merc. 22. 15. Eundem ex cōfidente, actūrus difidentem denuo facis. Terent. Adelph. 4. 4. 25. Aperite aliquis actūrus ostium.

Agito, agitas, penult. corr. (ἀγωνίω, ἐκλύω,) agitare, frequentatiuum. Significat crebrò agere, concutere, commouere. Virgil. 1. Georgicorum.

Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere. Sic agitata ventis maria apud Ciceronem. 2. de Natura deorum. 30.

Agitare verbis fastidia alicuius. Horat. Epod. 12. 3.

Vel mea quum sæuis agitas fastidia verbis.

Ciere & agitare. Cic. lib. 3. de Nat. deor. 37. Naturæ ista sunt Balbe, naturæ non artificiosè ambulantis, vt ait Zeno, sed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus suis.

Pulsari & agitari. Cic. lib. 1. de Natu. deor. 157. Nec tamen video quomodo non vereatur iste deus beatus ne intereat, quum sine vlla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna.

Agitari & perterreri. Cicero pro Roscio Amerin. 30. Nolite putare quem admodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè scelerātque commiserint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quenque fraus, & suus terror maximè vexat: suum quemque sceleris agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent.

Agitare & insectari. Cicer. de Legibus lib. 1. 58. Vt eos agitent insectenturque furiæ, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudisque cruciatu. Idem lib. 2. de Diuinat. 214. Insectans alias aues & agitans aquila.

¶ Agitare, Persequi, ait Seruius. Virgil. 3. Georg. Galbaneoque agitare graui nidore chelydros.

¶ Agitare, Vexare, Virgil. 3. Aeneid. Quæ deinde agitet fortuna, fateri Vbi Seruius, Agitet fortuna, fateri, Hortamur fateri quæ cum fortuna vexet. vt, Agitataque numina Troiæ. Ibidem Virgilius, Et scelerum furiis agitatus Orestes. Sic, Vmbræ interempti filii diris cum agitabant, Ex Liuio. 10. bel. Maced. 281. Anceps cura consulem agitabat. Ibidem lib. 4. 104. Furor agitat milites, Idem 9. bel. Pun. 91. Scipiones ambo me curis agitant, Idem 5. bel. Pun. 210. Hæc & similia, per verbum etiam agere & exagitare dicuntur.

¶ Agitare, pro administrare. Cicer. pro Murena 18. Sed non licet, agitat rem militarem, infectatur totam hanc legationem. Sallust. In pace vero beneficiis magis, quàm metu imperium agitabant. Idem in Catil. Post illa tempora quicunque Rempublicam agitauere.

¶ Agitare, pro habitare, vel viuere. Sallust. Super Numidiam Getulos accepimus partim istitare in, partim inculcūs vagos agitare.

¶ Agito, cum infinitiuo. Valer. Flac. lib. 2. 33. - totam inde per vrbem Personat, vt cunctas agitent expellere Lemno. Id est, consultent, consilia ineāt. Sil. Ital. li. 13. 80. Noscere vēturos agitat mēs gentibus annos.

¶ Agitare, Tranlatum ad animum, pro cogitare, commentari, reportare, tractare, interdum per se ponitur: interdum tamen cum adiectis vt agitare secum, agitare animo, &c. Cicer. 5. Verr. 191. Quod si ille hoc vnum agitare cœperit, esse aliquod genus cogendæ pecuniæ, &c. In hoc genere, vt sit plena locutio, subauditur mente, vel animo. Idē 2. de fin. Quæ rationem habeant à natura menti datam, & acrem & vigentem, celerrimeque multa simul agitantem, & vt ita dicam, sagacem.

Agitare & exquirere rationes. Cicer. 5. Tusc. 94. de Archimede, Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione solertiæ qui vnus suauissimus pastus animorum.

Agitare, absolute. Cornel. Tacitus. li. 11. de Curtio Rufo, Postquam adoleuit, sectator Quæstoris cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumento vacuus per medium diei porticibus secretus agitat, oblata ei species muliebris vltra modum humanum, & audita est vox, Tu es Rufe, qui in hanc prouinciam pro Consule venies. Celsus in præfatione lib. 1. Ergo etiam post eos de quibus retuli, nē nulli clari viri medicinam exercuerunt, donec maiore studio literarum disciplina agitari cœpit. Paulo pōst: Clarissimi authores, etiam alcius quædam agitare conati, rerum quoque naturæ sibi cognitionem vendicauerunt. Rursus: Nullo quicquam post eos, qui supra comprehensi sunt, agitante, nisi quod acceperat, donec Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutauit. Cicer. Academico. Ea certè debemus effugere, quæ à te maximè agitata sunt.

Animo agitare aliquid. Liuius 6. bel. Pun. 9. Nihil enim parum, sed Carthaginis iam excidia agitabat animo. Cicer. pro Fonteio. 11. Vos & hæc pius eandem rem animis agitare, & diutius vno quoq; de teste cogitare potestis. Li. 7. bel. Mace. 38. Nihil aliud dies, noctesq; agitabat animo.

Agitare animo formidines. Liu. lib. 10. bel. Pun. Has formidines agitantes animis, ipsi curas & metus augebant.

Animo agitare mensuram alicuius rei. Plin. lib. 2. cap. 1. 2. Furor est mensuram eius animo quosdam agitalle. De mundo loquitur.

Cum animo agitare aliquid. Sallust. ad Cæsarem, de Repub. ordinanda, Itaque mihi multa cum animo agitanti, consilium fuit, famam, modestiamque meam post tuam dignitatem habere.

In corde aliquid agitare. Plan. True. 93. Quisq; eam rem in corde agito.

Mente aliquid agitare. Sallust. in Catilin. Sed ego quæ mente agitaui, diuersi iam antea audistis. Id est tractaui. Liu. 7. ab vrbe 166. Nunc quæ mente agitem, audite.

In mente aliquid agitare. Cicer. 1. de Natu. deor. 157. Habet enim nihil aliud quod agiteet in mente.

Agitare secum, Idem significat. Terent. Phorm. 4. 3. 11.

Ego quoque id quidem agitans mecum sedulo,
Inueni opinor, remedium huic rei.

Animum curis agitare. Liuius. His curis cogitationibusque animum agitauerat ab ineunte ætate. Id est, exercuerat.

Agitare rem aliquam secretis imaginationibus, hoc est, animo versare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& secum consultare. Cornel. Tacit. lib. 15. Nec multò pòst, omissa in præsens Achaia, Vrbem reuisit, prouincias Orientis, maximè Aegyptum, secretis imaginationibus agitans.

¶ Agitare æuum. Virgil. 4. Georgic. 31.
Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent: magnisq; agitant sub legibus æuũ. Hoc est, vitã trãsigũt.

Agitare caput. Columel. lib. 6. cap. 6. 2. Qui nec capere cibos sinit, gemitus exprimit, locoque stare non patitur, sæpe decumbere, & agitare caput, caudamque crebrius agere.

Choros, Id est choreas exercere. Virgil. 4. Georgic. 107. Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis.

Agitare Cœtus. Sallustius. Nequis in vrbe cœtus nocturnos agitarit. Agitare cœtus nocturnos dicitur, qui noctu plurimos congregat, alicuius mali gratia.

Agitare consilia, idem quod tractare consilia. Liuius 4. ab Vrbe 107. Ibi secreta consilia agitare: queri se à plebe adeò spretos. Idem 8. bel. Pun. 52. & Valer. lib. 5. cap. 6.

Conuiuium, Terentius Hecyra 1. 2. 18. Agitarem inter vos libere conuiuium. Vbi Donatus, Inter agitare & agere hoc interest, quòd agere, est aliquid vel necessarium facere. Agitare, voluptarium. Ergo agitarem, exercerem. Plaut. Asin. 15. 7. Hoc agitemus conuiuium vino & sermone suaui.

Custodiam, Custodire. Plaut. Rud. 20. 20. Post huc redito, atque agitato hic custodiam.

Diem agitare. Plautus. Persa 13. 21. - age accumbe, hunc diem Suauem meum natalem inter nos agitemus amœnum. Hoc est, Hunc totum diem consumamus in compotatione, & vultus exhilarationẽ. Hoc etiam dicitur per verbum agere: sed propter assiduitatem rei, vsus est frequentatiuo.

Festos dies, Consumere dies festos in ludis, compotationibus, & aliis eiusmodi rebus voluptariis. Vide Agere diem festum. Terent. Heaut. 4. 4. 11. Apud eum miles Dionysia agitat. Cice. 4. Verr. 78. Cuius nomine apud Siculos dies festi agitantur.

¶ Agitari diuersum. Sallust. Primo commotus metu atque libidine diuersus agitabatur. Id est, modo huc, modo illuc impellebatur in diuersas sententias.

Equum calcaribus. Plaut. Asin. 1. 2. 118. Calcari quadrupedem agitabo aduersus eluum. Allegoria est, quasi dicat, Eum perinde vexabo atq; equum, qui contra montem ascendens agitatur calcaribus.

Feras, Cursu fatigare: vt fit in venatu. Cice. 3. Offic. 29. Sũtne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt.

¶ Agitare fugam, Id est fugere. Virg. 1. Aeneid. 128. Vos agitate fugã. Gaudium & lætitiam. Sallust. in Catilin. Ciceronem ad cœlum tollere, veluti seruitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat.

Ingenium per studia, pro exercere. Senec. Epistol. 109. Quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingeniis.

Iocos. Persius Satyr. 6. 1. Mox iuuenes agitare iocos. Hoc est, Iuuenilesque iuuenum amores describere.

Iustitiam agitare. Plin. Epistol 15. 2. Mihi autem egregium in primis videtur, vt foris, ita domi: vt in magnis, ita in paruis, vt in alienis, ita in suis agitare iustitiam. Id est assiduè exercere.

Latrocinia. Cornel. Tacit. li. 12. Aduentu Catthorũ latrocinia agitantiũ.

Mentionem de re aliqua. Liu. prima Decad. lib. 7. 7. Et de Hernicorũ defectione agitata mentio. Hoc est de ea re actum & tractatum est.

Moras agitare. Sallust. Ne moras agitando, aliud quàm bellum mallet. Quasi assiduè moras agendo, cunctando, differendo.

Pacem agitare. Sallust. Læti pacem agitabamus. Aut est, pacem tractabamus: aut, nos in colenda pace exercebamus.

Seditionibus agitare plebem. Plin. lib. 14. cap. 4. C. Gracchus Tribunus plebem seditionibus agitans interemptus.

Præcepta alicuius. Sallust. Quæ præcepta patris mei quum agitarem. Id est in illis seruandis me exercerem, aut fortasse de illis cogitarem.

Præsidium. Sallustius in Iugurtha, Cohortes cum omni æquitatu præsidium agitabant. Liuius 3. Decad. lib. 7. Qua Brutiorum cohortem præsidium agitare, proditionis conciliator nunciauerat. Tacitus lib. 16. Turrim in qua præsidium agitabat, defendere ausso.

Agitare pulmonem risu perpetuo, Id est assiduè ridere. Iune. Saty. 10. 7. Perpetuo risu pulmonem agitare solebat Democritus.

Rem aliquam sermonibus, Pro tractare. Liu. 3. ab vrbe 140. Versarent in animis secum vnanquanque rem, agitarent deinde sermonibus, atque in medium quid in quaque re plus minúsve esset conferrent. Ibidem li. 4. 70. Agitari deinde sermonibus cœptum est, donec vnus ex statione Romana percontatus proximum oppidanorum, &c.

Sacra, pro Agere, vel frequenter agere. Catul. de Berecynthia & Aty. 5.
Vbi sacra sancta acutis vlulatibus agitant.

Spes inanes. Ouidius 7. Metamorphoseos 68.
Si pietas vlla est, nec spes agitatis inanes,
Officium præstate patri.

Vias. Senec. in Hippolyto. 9. 2.
Cur tibi tanta est cura perennes
Agitare vias ætheris alti, &c. Conqueritur chorus de natura & Ioue qui tantam gerit curam, vt sydera suum seruent ordinem, iisosque cursus, quum interim homines nullum habeant ordinem.

Vigilias. Plautus Trinum. 13. 25.
- hercle opinor mihi aduenienti hac noctu
Agitandæ sunt vigiliæ. Quasi dicat, per totam noctem agendæ, quod est totam noctem vigilare.

Viram. Sallust. in Catil. Etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur. Pro agebatur.

¶ Agitandum est corpus leui gestatione. Celsius lib. 3. cap. 6.

Agitatus, participium, vt Agitatus & Exercitatus curis animus, (διαφόρως,) Cic. de somnio Scipionis. 32. Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc sedem & domum suam peruolabit.

Agitatum & fluitans, Cuius contrarium, Tranquillum & quietum. Cicero de Vniuersitate. 11. Nam quum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere, quoad natura pateretur: quid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit, vt esset quillum & quietum, sed immoderate agitatum & fluitans: idque ex ordinato in ordinem adduxit.

Iactatus atque agitatus iniuriis. Cice. pro Quintio. 6. Orat. atque obiecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem, in hoc eundem loco consistere & confirmari patiamini.

Tractatus & agitatus. Cicero 3. de Orato. 31. Verùm enim oratoris opus sunt in hominum vita, omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent.

Adoptio Theophanis agitata est, per quam Cornelius nihil est præoccupatus quam propinquorum suorum hæreditates allecutus. Cicero pro Cornelio Balbo. 40.

Res agitata in concionibus, iactata in iudiciis, commemorata in Senatu. Cice. pro Cluentio. 2.

Sententiam dixi, quæ erat superioribus diebus agitata in Senatu. Cic. pro domo sua ad Pontific. 7.

¶ Agitatior, comparatiuus. Vt, Agitatior animus, pro Agilior. Seneca Epist. 109. Agitatiorem mihi animum esse credebam. Loquitur de corpore, quo abstinebat à carnibus.

Agitatio, (ἀθόησις.) Verbale, Motus siue commotio. Cice. 2. de Natura deorum. 39. Nec enim illic externus & aduentitius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.

Agitatio & motus. Cic. 2. de Natu. deorum 202. Agitatione & motione linguæ cibus detruditur depelliturque. Idem pro Murena 34. Quæ enim fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum? Idem 2. de Diuinatio. 131. Naturam autem eam dico, qua nunquam animus insistens agitatione & motu esse vacuus potest.

Agitatio terræ. Colu. lib. 2. cap. 2. 5. Hanc primam Cato esse dicebat, quæ maximè reditum pratorum cæteris anteponebat: sed nos de agitatione terræ loquimur, non de situ. Actionem significat, & quasi exercitationem: non qua se exercet terra, sed quæ exercetur ab agricolis. Nam & Virgilius dixit 1. Georg. 30. Exercetque frequens tellurem.

Agitatio mentis, Est assiduus ille motus animi in rebus honestis cogitandis, & quasi mentis ipsius exercitatio. Cice. 1. Offic. 27. Tum agitatio mentis, quæ nunquam acquieuerit, potest nos in studiis cogitationis etiam sine opera nostra continere. Et sequitur. Omnis autem cogitatio, motusque animi, &c. Quintil. lib. 1. cap. 1. Sicut aues ad volatum equi ad cursum, ad iæuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria est animis agitatio, atque solertia.

Agitatio spiritus. Plin. lib. 20. cap. 5. de cæparum purgamentis, loquendi. Et si ieiuni quotidie edant, firmitatem valetudinis custodiri: stomacho vtilia esse spiritus agitatione.

Agitatio studiorum, Quæ studiorum exercitatio dicitur: hoc est, quæ studia & disciplinæ exercentur à nobis. Cice. de Senect. 21. An non in omnibus his studiorum agitatio vitæ æqualis fuit?

Agitator, pen. prod. agitatoris, (ἡνίοχος,) Verbale. Hoc nomen sæpè apud authores relatum inuenio ad equorum currumve rectorem. Cicero Attico, lib. 13. 278. 3. Nec est melius quicquam, quàm vt Luculli fratris cineat currum, equosque, vt bonus sæpe agitator. Hic metaphoricè. Idem 4. Academ. 166. Ego enim vt agitator callidus, prius quàm ad finem veniam, equos sustinebo: eoque magis, si locus is quò ferantur equi, præceps erit. Virgil. Aeneid. 1.
- & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon. Hoc est, qui currum Achillis in bello regebat. Hic etiam auriga dicebatur, sicut & in sacris certaminibus, qui bigis, aut quadrigis regebant. Plin. lib. 36. cap. 5. Sunt & in paruis marmoribus famam consecuti Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperunt alis musca. Id est auriga. Virgil. 1. Georg.
Sæpe oleo tardi costas agitator asselli

Vilibus

Vilibus aut onerat pomis. Hoc est agaso, ab agendo. Quint. lib. 8. cap. 6. Translatio est, quum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur: ve de agitatore, Gubernator magna contorsit equum vi.

Agitabilis, penult. corr. (θαυτός,) adiectiuum. Quod facilè hùc atque illuc agitatur & impellitur. Ouid. 1. Metam. 15.
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.

Agolum, (ἀκρόβολον,) Pastorale baculum, quo pecudes aguntur. Festus.

AGON, (ἀγών,) Nomen viri proprium, de quo Plutarchus in Alexandro: Agon, inquit, Telus suffixas clauis argenteis crepidas ferebat. Plin. lib. 33. cap. 3. Summæ apud exteros liceriæ fuerat, Agonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clauis suffigere crepidas. Alia tamen exemplaria habent Agiomem.

Agon, agõnis, penult. prod. (ἀγών,) Certamen, studium, locus certaminis.

Agon, Locus certaminis Romæ, qui Circus Flaminius dicebatur: & plerunque ponitur pro ipso certamine, ab ἀ sine, & γωνία angulus. Circus enim locum significat rotundum. Alii ab Ago verbo deducunt.
* Plin. epist. 22. lib. 4. Gymnicus agon celebrabatur.

Agon, studium contentionis. Cic. ad Atti. lib. 1. 11. 15. Remoto illo studio contentionis quem ἀγῶνα vos appellatis.

Agonales dies, per quos rex in regia arietem immolat: dicti ab Agon' eo quòd interrogatur à principe ciuitatis, & princeps gregis immolatur. Varro lib. 5. de Lingua Lat. Vide Agon'?

Agones, (ἀγῶνες,) dicti sunt apud Romanos, qui percutiebant victimam, quòd ex more prius quàm ferirent, populum rogabant, Agon'? id est Agone? Agonium meminit Lactantius Statii enarrator. Quadrabit hæc vox in contatores, qui semper deliberant, neque quicquam agere audent. Erasmus in Chiliad.

Agones epitaphii dicebantur certamina nomendatia, quæ in honorem exequiarum in funeribus hebant. Vtitur Budæus lib. 5. de Asse.

Agonia, agoniæ, (ἀγωνία,) timor, sollicitudo. Luce xxii. accipitur pro horrore illo & affectione qua corripi solent homines tam instante atque vrgente graui certamine. Erasmus angorem vertit.

Agonium, (ἀγώνιον,) dies appellabatur, quo rex hostiam immolabat. Hostiam enim antiqui agonium vocabant. Agonium etiam putabant Deum dici præsidentem rebus agendis. Agonalia eius Dei festiuitatem. Sine qua Agonos dicebant montes, Agonis dicebant sacrificia quæ fiebant in monte. Vnde Romæ mons Quirinalis Agonus, & Collina porta Agonensis appellata. Agonium, id est ludum, ob id dictum, quia locus in quo ludi initia facti sunt, fuerit sine angulo: cuius festa, agonalia dicebantur. Festus.

Agonalium, siue Agonorum appellatio, vnde ducta sit, his verbis amplissimè describit Ouidius lib. 1. Fast. 64.
Quatuor adde dies, ductis ex ordine Nonis
Ianus Agonali luce piandus erit.
Nominis esse potest succinctus cauta minister,
Hostia cultrilibus quo feriente cadit.
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper agatne, rogat: nec nisi iussus agit.
Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu
Nomen Agonalem credit habere diem.
Pars putat hoc festum profcis Agnalia dictum,
Vna sit à propria littera dempta loco.
Aut, quia præmittor in aqua rumet hostia cultros?
A pecoris lux est ipsa notata metu.
Fas etiam fieri solitus ætate priorum
Nomina de ludis Græca, tutilue diem.
Et prius antiquus dicebat Agonia sermo?
Veraque iudicio est victima cauta meo.
Vtque ea non certa est, ita Rex placare sacrorum
Numina lanigeræ coniuge debet ouis.

* Agonotheta, tæ, penult. corr. (ἀγωνοθέτης,) Agonotheræ erant agonum moderatores præsidesque & iudices. Decemuiri erant sacrorum certaminum præsides singuli: singulis tribubus. Horum lictores diebantur Mastigiphori, id est flagrifieri, ad tumultuendum turbam, & cohibendas seditiones. Spartian. in Hadrian. Multa in Athenienses contulit, & pro Agonotheta resedit. Budæus.

Agonia, Vide AGON.

AGONIS, Agonidis, Mulier Lilybætana, Liberta Veneris Erycinæ. Cicero 1. Verr. 36.

Agonium, Agonothetes, Vide AGON.

AGORACRITVS, Parius statuarius, Phidiæ discipulus, ei ætate gratus. Itaque Elaii operibus pleraque nomini eius donasse fertur. Condiscipulum habuit Alcamenem Atheniensem. Certauere autem inter se ambo discipuli in Venere facienda. Victique Alcamenes, non opere sed ciuitatis suffragiis, contra peregrinum suo fauentis. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemesim. Id positum est Rhamnunte pago Atticæ: quod M. Varro omnibus signis prætulit. Est & in Matris magnæ delubro in eadem ciuitate Agoracriti opus. Plin. lib. 36. cap. 5.

Agoræus, (ἀγοραῖος,) quoque Mercurius dicitur, quòd eius statua in medio esset foro. Itemque Agoræus Iuppiter, eadem de causa.

Agoræus apud Gellium pro illiterato sumitur. Sic enim ait lib. 17. ca. 3. Referunt hoc ad illudendum, ex iis qui ibi aderant, vnus atque alter, male homines literati, quod genus Græci ἀγοραίους appellant.

Agoræus panis, id est forensis, & vernilitius & Atticus vocari solet. Hic etiam Encryphias dicitur. Ruellius lib. 2. cap. 14.

Agoranomus, agoranomi, penul. corre. (ἀγορανόμος) Aedilis dicitur. Plau. Capt. 13. 55. Mirumque adeo est, nisi hunc fecerunt sibi Aetoli Agoranomum. Sic ductus ab ἀγορὰ & νέμω, quasi qui forti us habeat. Habebat enim curam annonæ forensis, copiaque ciborum, vt scribit Dionysius Halicar. lib. 5.

Agoranomi Græcè dicuntur, foro venalium legem imponentes, & macello ius dicentes. Ad eos pertinet cognitio mensurarum & annonæ. Aediles vocant Latini. Budæus in Annota. prior.

AGRADATVS, Persarum rex, postea Cyrus à Cyro fluuio nuncupatus. Strabo lib. 15.

AGRAE, vel vt alii ἄγραι, Locus Athenis extra vrbem, sacrum Cereris. Significatur & militum quoddam genus hoc nomine. Vbi Ilissum trahit cursum, aut in Attica Pausanias, ager occurrit, qui Agræ dicitur: & Diana Agræa (alii Agrotis legunt) templum. quo loco primum Diana venationem exercuisse, quum ex Delo venisset, fama est, qua ratione eius simulacrum arcum habet.

Agræa Diana. Vide AGRAE.

AGRAGAS, penult. correp. (ἄκραγας,) Mons est muro cinctus, in cuius summa parte oppidum. Vide & Cicero ait, Ad mare intra mœnia ante oppidum expectabat. De Verre. Seruius in 3. Aeneidos. Alii Acragas scribunt. Plinius lib. 3. cap. 8. Acragas oppidum, quod Agrigentum nostri dixere. Virgilius 3. Aeneidos 140.
Ardant inde Agragas ostentat maxima longè Mœnia.

Agragas, vrbs Siciliæ, vt demæo. Strabo, Plinio, quod & Agrigentum dicitur: vnde Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum sæuissimus, origine duxerit. Scribitur à nõnullis Acragas, vulgo Gergenti.

Agragantinus, hoc Acragantinus, pen. prod. (ἀκραγαντῖνος,) adiectiuũ, Idem quod Agrigentinus. Lucret. lib. 1. 147. Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est.

Agria, agriæ, (ἀγρία,) Species scabiei, quæ citò serpit, reuertiturque certo anni tempore, asperior omnibus aliis speciebus, & curatu difficilior. Celsius lib. 5. vocat feram scabiem. Sunt & vlcera quæ ἄγρια vocant, quasi quæ mitigari nequeant, quæ manum chirurgicam non admittunt.

Agriam, siue Aream appellat Theophrastus, sempiternæ frondis arborem, inter robur & ilicem mediam. Theodorus aquifolium siue aquifoliam intellexit. Ruellius lib. 1. cap. 86.

Agricola, & Vitalis cum sociis, martyres sub Maximiano Bononiæ passi, & à beato Ambrosio sepulti.

AGRIGENTVM, vrbs Siciliæ, vnde Empedocles philosophus & Phalaris originem duxerunt. Vide AGRAGAS.

Agrigentinus, penul. prod. (ἀκραγαντῖνος,) possessiuum. Plinius lib. 31. cap. 7. Sal Agrigentinus ignium patiens, ex aqua exilit.

Agrigentinos quum inuaderet Plato sustinctiones ædificiorum plane in famas excitare magnifico admodum impendio, ac compari modo lautissima instruere conuiuia, dixit eos ædificare ac si victuri perpetuò forent, itemque conuiuari velut semper moriturì. Eosdem Timæus prodidit lecythis & xystris vtros argenteis, lectìcas quoque ex abore habuisse totas. Celius Antiqu. lect. lib. 7. cap. 31.

AGRII appellantur, qui & Cynamolgi. Strabo lib. 16.

Agrimonia, herba vulgò vocitata, verum est eupatorium græcorum. Ruellius lib. 3. cap. 91. Græce, (ἀγρίμωνη,)

Agricordamum, & Lepidium Paulus tradit appellari herbã quæ liberis exitiosa natur. Ruel. li. 2. c. 105.

AGRIONIA, festa erat Dionysii. Plutarch. in Problemat.

AGRIOPHAGI, penul. product. populi Aethiopum versus Occidentem, qui teste Solino folium pantherarum, & leonum carnibus vescuntur. Plinius lib. 6. cap. 29.

Agripalma, ortica fetida, ortica morta, vulgo dicitur officinis, quæ à multis putat esse galeopsis, optimè cognita mulieribus quas sæpe strangulans vterus opprimit. Nanque suo graui odore reuocat, & velut examines recolligit. Ruellius lib. 3. cap. 119.

AGRIPPA, (ἀγρίππας,) Gellius lib. 16. cap. 16. Quorum in nascendo, non caput sed pedes primi exiterant, qui partus difficillimus, ægerrimusque habetur. Agrippæ appellati vocabulo, ab ægritudine & pedibus. Confixos esse autè pueros in vtero Varro dicit capite sursum nixos, sursum pedibus elatis non vt hominis natura est, sed vt arboris. Nam pedes cruraque arboris appellat ramos, caput stirpem atque caudicẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quando igitur, inquit, contra naturam fortè conuersi in pedes, brachiis plerunque diductis retineri solent, ægrius tunc mulieres enituntur. Plin. lib. 7. cap. 8 1. non ab ægritudine & pedibus, sed ab ægro partu, id est difficili, Agrippas dictos putat. Sic enim ait: In pedes procedere nascentem contrà naturam est: quo argumento eos appellauere Agrippas, vt ægrè partos.

Agrippæ multi fuerunt nominati.

Agrippa Menenius Romanus, cognomento Lanatus, dux electus aduersum Sabinos, de eis triumphauit. Quum autem plebs à patribus secessisset in Auentinum, quòd tributum & militiam tolleret, nec reuocari posset, Agrippa apud eam oratus inquit, Humani artus, quum ventrem otiosum cernerent, ab eo discordarunt, & suum illi munsterium negauerunt. At quum eo pacto & ipsi deficerent, intellexerunt ventrem acceptos cibos per omnia membra diuidere. Itaque cum eo in gratiam redierunt. Sic Senatus & populus, quasi vnum corpus, discordia pereunt, concordia valent. Hac fabula reconciliatus est populus. Creauit tamen Tribunos plebis, qui libertatem suam aduersus nobilitatis superbiam defenderent. Meminus autem in tanta paupertate decessit, vt eum populus collatis quadrantibus sepelirer, locum sepulchro Senatus publicè darer. Ex li. Plinii de viris illustribus. Liu. hanc historiam fusissimè describens 1. Deca. li. 2. plebem dicit secessisse in Sacrũ montẽ trans Anienẽ annẽ triarab, vrbe millia passuũ.

M. Agrippam ferunt in pedes genitum, vnico propè felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quanquam is quoque aduersa pedum valetudine, misera mucrora, exercito æuo inter arma moresque, ad nouũ successu, infelici terris stirpe omni, sed per vtrasque Agrippinas maximè, quæ Caium & Domitium Neronem principes genuere, totidem faces generis humani. Preterea breuitate qui, quinquagesimo vno raptus anno, in tormentis adulteriorũ coniugis, socerique prægrauati seruitio, luisse augurium præposteri natalis existimatur. Plin. lib. 7. cap. 8. Huius meminit & Suetonius in Augusto cap. 63. 64. 65.

Agrippa, cognomento Castoris, vir in primis doctus: contra XXIIII. Basilidis hæretici voluntas, quæ contra euangelium ille scripserat, acerrimè disseruit. Author Hieronymus.

Agrippa filius Aristobuli Magni Herodis filij à Tiberio Cæsare coniectus in vincula, sed à Caio Cæsare rex Iudææ factus.

Agrippa Furius Consul cum Quintio Capitolino collega de Aequis & Volscis prælio victis insignem victoriam reportauit. Liu. 1. Deca. li. 3.

Herodes Agrippa, secundus Iudæorũ rex. De hoc multa apud Iosephum.

Agrippa Syluius, duodecimus Latinorum siue Albanorum rex, Tyberino patri in Albula fluuio, qui inde Tyberis dictus est, subinersio successit. Quum autem quadraginta annos regnasset, Romulum Syluium filium moriens regni hæredem reliquit. Liuius 1. Decad. lib. 1.

AGRIPPIAS, Agrippiadis pe. corr. vrbs quæ prius Anthedon dicebatur, ab Herode postea dicta Agrippias. Iosephus Antiquit. lib. 13. ca. 19. Idem tamen belli Iudaici li. 1. ca. 16. sic ait: Ioquens de Herode, Anthedona quoq; renouatam, quã bella subuerterant, Agrippiũ vocauit.

AGRIPPINA, (ἀγριππῖνα,) infignis vrbs Germaniæ inferioris, metropolis, & Colonia olim Romanorum. Hæc Pomponius. Colonia Agrippina, inquit Volaterranus M. Agrippæ monumentum, qui hos populos à se victos ac volentes in citeriorem ripam Rheni traduxit. Hic corpora trium Magorum è Mediolano concessione Frederici translata, maxima eius populi religione adorantur. Cornelius tamen Tacitus lib. 12. rem ita prodidit: Agrippina quo vim suam socijs quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperrat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac fortè acciderat, vt eam gentem Rheno transgrellam auus Agrippa in fidem acciperet.

Agrippinæ duæ fuerunt M. Agrippæ filiæ quarum vna nupsit Germanico, mater Caii principis, cuius monumentũ Romæ adhuc extat in Capitolio pro ædibus conseruatorum, cum hausmodi inscriptione, Ossa Agrippinæ, M. Agrippæ filiæ, diui Augusti neptis, vxoris Germanici Cæsaris, matris Caii Cæsaris Augusti Germanici principis. Altera nupsit Domitio Neroni primum, ex quo Neronem principem suscepit: deinde Claudio Cæsari, quem postea boleto suffulit. Volaterra. Plinius lib. 7. ca. 10. Quibus in dextra parte gemini sunt superni dentes, à canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur, sicut in Agrippina Domitii Neronis matre contra in læua. Idem lib. 16. cap. vltimo, Arborem mori eximiam ætate nostra adamauit Pasienus Crispus, bis Consul, orator, Agrippinæ matri innonio & Nerone principo clarior postea, osculari complectique eam solitus, non modò cubare sub ea, vinumque illi affundere. Idem lib. 31. cap. 3. non procul à fine, Agrippinam Claudij principis nos vidimus, dente eo nauali plissepticiali, asidente ei, idutã paludamẽto, auro textili sine alia materie.

* Agrius, (ἄγριος,) Parthaonis Martis filij filius, vt vidit ceneum frater orbum liberis factum egentem regno expulit, atque ipse regnum possedit. Hygimus in libro fabularum. Pab. CLXXV. Hinc corrigitur locus Ouidij in epistola Deianiræ Herculi. Qui in omnibus exemplaribus quæ mihi videre contigit corruptus est, & à nemine interpretum

intellectus. Locus autem ille est. Heu deuota domus, solio sedet acrior alto, vbi pro acrior, repõi debet Agrius, & hoc modo legi. Solio sedet Agrius alto. Quo modo & versus planus est, & sententia poetæ clara.

Agron Illyriorum rex, ob superbissimos Aetolos à se domitos, temulentiæ deditus, pleuritide morbo correptus, interiit. Author Polybius apud Stephanum Nigrum in libro, de numio vitæ luxu.

Agyeus, penul. prod. diphthon. Græca ἀγυιεύς, trium syllabarũ vox. Apollinis epitheton, testibus Pausania in Attica, & Macrobio Saturnal lib. 1. cap. 9. quasi viis præpositus vrbanis. Erat item eo nomine columna fastigiata, atque in acutum desinens, propè ianuas surrectis, Apollinis sacra. Nam veteris moris fuit Apollinem vt alexicacum colere ante ædium. Cui etiam sacræ erant Agyiatides aræ, quas quidam Theopinas nuncupant. Hæc Cælius lib. 6. cap. 12. Horat. 4. Carm. 6. 6. Phœbe, qui Xantho lauis amne crines,
Dauniæ defende decus camœnæ

Læus Agyeu. Vbi Aeron, Lænis, imberbis. Agyiæ verò Athenarũ lingua vici dicũtur, quo nomine ideo Apollo vocatus est, quia ex oraculi responso in vicis publicis vrbis suæ statuas altaribus et sacellis instituerant, vnde Agyieus dictus est.

AGYLLA, quæ nunc Cære, (ἄγυλλα,) dicitur, vrbs est Tusciæ, à conditoris, quẽ Virg. lib. 8. Aeneid. 95. ex Lydia venisse ostẽdit, quẽ sic,
Haud procul hinc saxo cõditur fundata vetusto
Vrbis Agyllinæ sedes: vbi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis insedit Hetruscis.
Vbi Seruius, Agylla ciuitas est Tusciæ, à conditore appellata, cui ex inscitia Romana aliud est inditum nomen. Nam quum Romani ciues per Tusciam, interrogarẽt Agyllinos quæ diceretur ciuitas illi, vpote Græci, quid audirent ignorantes, & optimum ducentes si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε, quam salutationem, Romani nomen ciuitatis esse putauerunt, & detracta aspiratione, eam Cære nominauerunt, vt scribit Ignius in lib. de vrbibus Italicis. Plin. lib. 3. cap. 5. Cære etiam amnis, & ipsum Cære, Agylla à Pelasgis conditoribus dictum. Seruius lib. 5. Quæ nunc Cære dicitur, quondam nominabatur Agylla à Pelasgis è Thessalia profectis condita fertur. Cæterum Lydis, sibi mutato vocabulo Tyrrhenos nominabant, aduersus Agyllæos bellum gerantibus, murum fubiens quidam vrbis nomen percontabatur. Ille è muro Thessalus quidam pro responso salutem renuncians, dixit id est salue, inquit. Thusci bonum hoc accipientes omen, capta urbe mutato nomine vocauere Cære. Verlim tam splendida tamque potens fu quondam ciuitas. vix dum hac ætate vrbis vestigia seruat. Vbi ne magis fulgent balnea, quæ vulgo Cæretana vocantur, propter eos, qui ad ea curandæ valetudinis Gratia proficiscuntur.

Agyllinus, (ἀγυλλῖνος,) Qui ex Agylla est. Virgil. 8. Aeneid. 38.

AGYLLEVS, Herculeus. Hoc est Herculis filius. Stat. lib. 20. Thebaid. 49. Insuper Herculeum sibi iungit Agyllea vates.

Agylleus, luctator Cleonæus, statuæ prægrandis, nec minor Herculeæ læstra tamen à Tydeo victus. Stat. 6. Thebaid. 167.
- leuat ardua contra.

AGYRINI, siue Agyrinenses, (ἀγυρινῶιοι,) ab vrbe Siciliæ Agyrio. Ab est verò Agyrium, siue quod idem est, augurium, à Cẽturipis XII. mil. pass. ex Antonino. Stephanus Agyrinam vocat. Hermol. in Plin. li. 3. c.

A H

Ah, (ἀ, ἆ,) interiectio, sæpius dolentis est: interdum tamen ad alios affectus explicandos accommodatur. Itaque pro sensus & materiæ conditione, particula hæc accipienda erit. Pir autem ab alia, scilicet Priscíano, per apocopen interdum verò gemmatur: vt ah ah.

Ah, dolentis. Virg. 1. eclog. Ah, filice in nuda connixa reliquit.

Ah, flentis, aut lamentantis, inquit Donatus. Terent. Adelph. 3. 2. 31.
- ah Me miseram. Legitur & ah ah, hoc loco.

Ah, indignantis sibi ipsi, & seipsum arguentis. Terent. And. 3. 1. 11. Ah vix tandem sensi stolidus.

Ah, desyderii. Plau. Asi. 1 2. 2. Ah, quãto amplius valerem, si hãc mauerem?

Ah, indignantis & stomachãtis alteri, cũ reprehẽsione. Ter. And. 1. 1. 16.
Nam quid ego dicam de patre? ah,
Tantumne rem tam negligenter agere?

Ah, Iupiter arguentis, siue reprehendentis. Plau. Bacchid. 1. 31. Ah, nimũ ferus es. Terent. And. 5. 2. 27. Ah, ne fæui tantopere.

Ah, obiurgantis. Terent. And. 2. 1. 8.
Ah, quanto satius est, te id dare operam,
Qui istum amorem ex animo amoueas tuo, quam, &c.

Ah, abnegantis. Terent. And. 3. 3. 12. Ah, ne me obsecra.

Ah, increpantis cum indignatione. Terent. Eunuch. 2. 1. 3.
- satine hoc mandatum est tibi?
P. Ah, rogitare? quasi difficile sit.

Ah, quasi corrigentis alterius dictum. Terent. Eunuch. 5. 2. 50. Tamen ad pater. C. quid? ah volet, certò scio.

Ah, reclamantis, aut contradicentis. Terent. Heaut. 5. 1. 16.
- meum rece ptas filium ad te Pamphilum. ah.
L. Sine dicam: vxorem hãc prius quàm duxit, vostrum amorem simulVbi

Vbi Donatus, Ah, Quòd falsum est, reclamauit meretrix statim: & voluit contradicere, si permitteret senex. Cic. 2 de Orat. 157. Ah, Patres conscripti, non ego mihi illum iniquum eiero, verùm omnibus.

Ah ah, inclamantis. Plaut. Mostel. 8. 1 2.
Scio te bona esse voce me clama. o hercle ego
Verò clamabo. TR. ah ah morem mihi gere.

Ah ah, suspirantis. Plaut. Mil. 20. 47.
- habe bonum animum. PA. ah ah
Quum venit in mentem mores vt mihi mutandi sient.

Aha, (ἀ,) interiectio indignantis alteri, & ipsum arguentis. Plaut. Bacchid. 18. 11. - aha
Bellorophontem iam tuus me fecit filius.

Aha, abuegẽtis. Plau. Bacch. 1. 1. 4. Manũ da, et cõsequere. 8. aba minimè.

Ahẽnum, pen. prod. (χαλκεῖον,) Paulus Iurisconsul. in L. Quum de lanionis. De instruct. & instrum. legat. lib. 33. Pandect.
Nec multum refert inter cacabos & ahenum quod supra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. Virg. 1. Georg. Et foliis vndam tepidi despumat aheni. Idem. 1. Aeneid. Littore ahenea locant alii. Vbi Seruius, Ahenea, Quibus vtebantur non ad elixandas carnes, sed ad se lauandos. Heroicis enim temporibus carne non vescebantur elixa.

Ahenum dicimus, per h interpositam inter a & e: non aenum: vt sonus sit viridior, vegetiorque teste Gellio, lib. 2. cap. 3.

Ahenum sæpenumero capitur pro amplissimo vase, in quo tingitur purpura. Vnde multa habet epitheta ex iis locis in quibus claruit vius purpuræ. Vt,

Agenoreum ahenum. Id est Tyrium, vel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyros & Sidon vrbes purpura nobiles. Martialis lib. 10. In Caium, Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno.

Amyclæum ahenum, ab Amyclis vrbe Laconiæ, in qua plurimus fuit vsus purpuræ. Ouid. lib. 2. de Remed. amoris. 63.
Conter Amyclæis medicatum vellus aheneis
Murice cum Tyrio, turpius illud erit.

Assyrium ahenum. Id est Tyrium. Claudian. lib. 2. de rapt. Proserp. 10.

Getulum ahenum. Sil. Ital. lib. 16. 36. Getulisque magis fucaret vellus aheneis. Hoc est purpura quæ apud Getulos tingebatur.

Sidonium ahenum. Seneca,
Nec Sidoniõ mollis aheno
Repertra bibit lana rubores.

Tænareum ahenum. Id est Laconicum. à Tænaro Laconiæ promontorio. Valer. Flac. Argonaut. lib. 5. 103.

Tyrium ahenum. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 30.

Ardens ahenum. Iuuenal. satyr. 15. 17.
- nec ardenti decoxit aheno,
Aut verubus. Hoc est nec elixauit, nec assauit.

Calidum ahenum. Ouid. 7. Metam. 55.
Interea calido positum medicamen aheno
Feruet, & exultat, spumisque tumentibus albet. Rursum ibidem. 56.

Caium ahenum. Ouid. 6. Metam. 129.

Feruens ahenum. Seneca.

Paruum ahenum. Ouid. 8. Metam. 130.

Spumans ahenum. Senec. in Thyest. 1 12.

Tepidum ahenum. Virg. 1. Georg. 60. Seruius legit Trepidum.

Vndans ahenum. Virg. 6. Aeneid. 44.

Aheneus, adiectiuum, (χάλκεος,) Poeticum pro æreus: vt Aheneæ ætas, pro ærea. Ouid. 1. Metam. Terria post illam successit aheneа proles. Id est ætati argenteæ successit ærea. Horat. lib. 1. epist.
- hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi nulla pallescere culpa. Hoc est fortissimum ac rutissimum animi monumentum. Gellius tamen vsus est lib. 16. cap. vltimo ad finem, Simulachra duo aheneа, &c.

Iugũ aheneũ. Horat. 3. Carm. 9. 4. Id est forte, vt ait Acron & Porphyrio.

Signa aheneа. Horat. lib. 2. epist. 1. 50.

Turris aheneа. Horat. 3. Carm. 10. 1. & Ouid. Amorum. lib. 2. eleg. 19. 6.

Ahenus, penult. prod. adiectiuum, (χάλκεος,) Idem quod æreus, id est ex ære factus: sed hoc propriè poeticum est. Virgil. 1. Aeneid. Fortibus eardo stridebat aheneis. Idem. 7. Aeneid. Alii thoraeas ahenos. Idem & in. 2. Et luce coruscus ahena. Hoc est splẽdore armorum, quæ apud antiquissimos ex ære fuerunt.

Acus ahena. Ouid. 2. Fast. 116.

Cadus ahenus. Virgil. 6. Aeneid. 46.
Ossaque lecta cado texit Chorinæus aheno.

Cassis ahena. Stat. 6. Thebaid. 78.

Cor ahenum. Stat. 3. Thebaid. 56. - sed scopulos, & ahena precando
Flectere corda paro.

Corius arietis militaris ahenum. Propert. lib. 4. eleg. 11. 7.

Crateres aheni. Virgil. 9. Aeneid. 36. - fusique per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.

Falx ahena. Ouid. 7. Metam. 46. & Virgil. 4. Aeneid. 103.

Forma ahena. Propert. lib. 4. eleg. 2. 13.
At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ,

Tellus artifices ne terat Osca manus.

Iugum ahenum. Valer. Flac. Argonaut. 7. 120.

Labrum ahenum. Virgil. 4. Aeneid. 5.

Lux ahena. Virgilius 2. Aeneid. 94.

Manus ahena. Hoc est fortis & dura, teste Acrone. Horat. 1. Carm. 15. 4.

Massa ahena, pro Disco æreo. Stat. 6. Thebaid. 130.

Moles ahena, pro clypeo laminis æreis grauis. Stat. 4. Thebaid. 34.

Porta ahena. Stat. 10. Thebaid. 52.

Postes aheni. Claudianus lib. 1. de Raptu Proserpinæ. 15.

Signa ahena. Lucret. lib. 1. 65.

Trabes aheneæ. Claudianus lib. 1. de Raptu Proserpinæ 49.

Ahu, (ἰοὺ,) interiectio est perturbatæ mulieris. Terentius Eunuch. 5. 1. 60. Aiu, tace obsecro.

A I

AIAX, (Αἴας,) vnus è regis Antiochi elephantis. Plinius lib. 8. cap. 1. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax, alioquin dux agminis semper. Tum pronunciatum, eius fore principatum qui transiuisset: sumque Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. Ille qui notabatur, inedia mortem ignominiæ prætulit.

Aiax, Tragœdia, quam magno impetu exorsus Augustus, non succedente stylo aboleuit quæ rentibus que amicis quidnam Aiax ageret, respõdit Aiacem suum in spongiam incubuisse. Sueto. in Augusto, cap. 85.

Aiax, Telamonis filius ex Hesione filia Laomedontis, fortissimus Græcorum post Achillem. Sed Achille occiso, quũ illius arma peteret Aiax, & Vlysses eloquentia sua illa à iudicibus accepisset: Aiax præ ira insanis pecora occidit, credens Vlyssem cum sociis occidere, deinde se ipsum gladio transfixit: de cuius cruore, vt ait Ouidius lib. 13. Metamorpho. flos hyacinthus creuit.

Alter fuit Aiax Oilei filius rex Locrensium, velox pedibus, & peritus hastæ vibrandæ. Hic capta Troia Cassandram virginem, & vatẽ in templo Palladis violatã, quam ob causam domum repetens, fulmine à Pallade exustus est in mari cum sua naui, vt testatur Virgil. 1. Aeneid. 9.
- Pallasne exurere classem
Argiuũm, atque ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?
Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Disiecitque rates, euertitque æquora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopulogue infixit acuto. Ouid. in Ibin 69. Senec. in Agamem. 630. Philostra. lib. 2. Icouum.

Aiax acerrimus. Virgil. 2. Aeneid. 83.

Aiax semper fortis, fortissimus in furore. Cice. 4. Tuscul. 80.

Aiax heros ab Achille secundus. Id est virtute & fortitudine post Achillem primus. Horat. 2. Sermo. 3. 39.

Aiax impatiens contumeliæ. Cicero 1. Offic. 158.

Impatiens iræ Aiax Telamonius. Ouid. 13. Metamorpho. 1.

Clypei septemplicis dominus, Aiax Telamonius. Ouid. 13. Metamorph. 1. & 7. Id est scuti septem coriis boum tecti.

Inuictus Aiax. Ouid. 13. Meramorpho. 28.

Inuictus Aiax. de Oilei filio. Senec. in Agamem. 629.

Moderatior Aiax de Oilei filio nam Telamonius erat ferocior. Ouid. 13. Metamorpho. 72.

Narycius heros, Aiax Oilei filius. Naryx enim, siue Narycium, vrbs fuit Locridis: Aiax autem Locrensium rex. Ouid. 14. Metamor. 94.

Oileus Aiax. Ouid. 12. Metamorpho. 125.

Oilides Aiax. Propert. lib. 4. Eleg. 1. 14.

Stolidum Aiacem Telamonium vocat Vlysses apud Ouidiũ 13. Met. 66.

Telamone creatus Aiax. Ouidius 12. Metamorpho. ad finem. & lib. 13. 25. Item Horat. 2. Carm. 4. 2.

Aiax Telamonius ab Ioue tertius. Ouid. 13. Metamorpho. 6.

Telamoniades Aiax, Telamonis filius. Ouid. 13. Metamorpho. 47.

Telamonius Aiax. Ouid. 13. Metamorpho. 39.

Aiax Telamonius, Iouis pronepos. Ouid. 3. Metamorpho. 29.

Aiacis Telamonii cruor in florem hyacinthum. Plinius lib. 21. cap. 11.
Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens eius quem Apollo dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis, vt Græcarum literarum figura AI legatur inscripta. Meminit & Ouidius 13. Metamorpho. 79.

Aiacis Telamonii sepulchrum. Plin. lib. 1. cap. 30. & Strabo lib. 13.

Telamonius heros. pro Aiace. Virgil. in Culice, Hinc erat oppositus contrà Telamonius heros.

Aio, (φημί,) Verbum anomalum & defectiuum, sic declinatur, Indic. modo, temp. præs. Aio, ais, ait. Plur. aiunt.
Imperfecto, Aiebam, integrum est. Quintilia. lib. 6. cap. 4. Siculi aiebant in Delphico scribe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perfecto, Aisti. Plur. Aistis,

Imperatiuo modo, tempore præsenti, ad secundam personã, Ai. Plau. Vel ai, vel nega. Nævius, an nata est sponsa prægnans? vel ai, vel nega.

Futuro optatiui, & præt. coniunctiui, Aias, aiat. Plur. Aiamus, aiant. Cic. de Finib. Quasi ego id curem, quod ille aiat, aut neget. Gel. lib. 16. Sive aias, sive neges, hærebis in captione. Priscianus aiamut dixit lib. 1. de Construct. Plaut. Rud. 1 1. 14. Vel tu mihi aias, vel neges.

Participium est Aiens. Cætera non sunt in vsu licet quidam ponant Aisi, aies, aiet. Cic. in Topicis 24. Contraria aientibus inquit.

Aio & loquor. Cic. 2. de Diuinat. 105. Quid ergo Anus iste loquens, quã eum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit: post eaquam & sedem, & aram, & nomen inuenit, obmutuit?

¶ Aio & nego contraria sunt. Nam aio, proprie fateor significat. Teren. Eunuch. 2. 2. 21. Negat quis, nego: ait, aio. Idem 4. 4. 4. Modo ait, modò negat. Cic. 3. Offic. 123. Diogenes ait, Antipater negat. Idem 4. Acad. 186. Vt neque neget aliquid, neque aiat. Idem lib. 2. de Fini. 112. Quasi ego id curem, quid ille aiat aut neget.

Ait. Terent. Eunu. 1. 2. 59. Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi. Vbi Donatus, Semper AIT dicimus, quum vel inissa nobis & audientibus, vel vana dicta narramus alicuius. Idem Hecyr. 5. 1. 21. Quis ait? Vbi Donatus, Bene AIT quasi vanum, sic enim dicimus, ait, aio, de rebus negatoriis.

Ais, pro inquis. Horat. 1. Sermo, Non sum mœchus, ais.

Aiunt. Terent. And. 1. 2. 20.

- omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt,
D. Ita aiunt. Vbi Donatus, Aiunt: hæc credunt, & loquuntur vniuersi, Et est trepida confessio, & quasi inuiti responsio. Idem Hecyra 3. 2. 22. Quid morbi est? P. febris. S. quotidiana? P. ita aiunt. Vbi Donatus, Bene alii ascripsit: si fallum sit, vt ipsis mendacium asscribatur. Et religiose mendacium ad rumorem transtulit. Idem And. 2. 1. 23. Hodie vxorem ducis? P. aiunt. Vbi Donatus, AIVNT, de re te dicimus, quam volumus esse falsam.

Aiunt. Terent. Phormio. 2. 3. 72. Actum: aiunt, ne agas. Vbi Donatus, AIVNT dicimus, quum prouerbium significamus.

Vt Aiunt. Cic. 2. de Orato. 129. Et docebo (vt aiunt) oratorem, &c. Idem pro Flacco. 20. Vos oro & obtestor Iudices, vt totam causam quam maximè intentis oculis (vt aiunt) contemplemini.

Quomodo aiunt. Cice. in Pisonem 54. Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere.

Ain, pro aisne, sicut Viden', pro videsne, & similia. Terent. And. 5. 3. 4.

Ain' tandem, cium Glycerium est? Vbi Donatus, Quærit Probus, ain', quæ pars orationis sit, & an vna sit. Est autem Ain', quasi Aisne. Et merè, quasi ipse dicat quod Dauus dixerit. Ergo Ain', percontatiuum verbum est. Idem Phormio. 2. 3. 26. Ain', tandem carcer? Vbi Donatus, Ain', ἀπὸ γλώσσης, nota est, quæ separat e ab n, & interimit s literæ sonum. est enim integrum aisne.

Ain' tu? Teren. Hecy. 3. 4. 1. Ain' tu tibi hoc incommodum euenisse iter? Vbi Donatus, Ain' tu, pro Aisne tu. Et sic iam aliquid dixisse magni in præcedenti oratione, ex respondentis sermone demonstratur. Cice. Attico, lib. 6. 111. 19. Ain' tu? Scipio hic Metellus pro anum suum ne scit Censore non fuisse: Et li. 12. 236. 1. Ain' tu vetus hoc fuit? sine me

Ain' tandem! Cice. 3. de Legib. 20. Ain' tandem? etiam à Stoicis ista tractata sunt? Sic ad Atticum, lib. 6. 113. 13. Et ad Perum, lib. 9. 21 1. Ain' tandem? Insanire tibi videris, quòd imitêre verborum meorum, vt scribis, fulmina?

Aiuga, arbor, vulgo Iua, (γαμαιπίτυς,) græcè. Plin. lib. 24. cap. 6. 97. Rectius legeris Abiga. ab abigendo fœtu, vt opinor. Sic enim habent castigatiores Plinii codices: Chamæpitys Latinè Abiga vocatur propter abortus.

AIVS, (ἀίος,) Deus Romanis creditus, de quo hæc Cicero 2. de diuina. 105. At paulò pòst audita vox est, monentis, vt prouiderent ne à Gallis Roma caperetur: ex eo, Aio loquenti aram in noua via consecratam. Quid ergo Aius iste loquens, quum eum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit: posteaquam & sedem, & aram, & nomen inuenit, obmutuit? Idem lib. 1. de Diuina. 164. Non multo ante vrbem captam exaudita vox est à luco Vestæ, qui à Palatii radice in nouam viam deuexus est, vt muri & portæ reficerentur: futurũ esse, nisi prouisum esset, vt Roma caperetur. Quod neglectum quum caueri poterat, post acceptam illam maximam cladem explicatum est. Ara enim Aio loquenti, quam septam videmus exaduersus eum locum, cõsecrata est. Huius meminit Liu. 1. Decad. lib. 5. Locutium appellans. & Gellius lib. 16. cap. 17. Plutarchus quoque in lib. de Fortuna Roman. Sedum nominat. Duplex est Aizoon. Maius hodie Galli Iombarbam, quasi Iouis barbam appellant. Minus Vernicularia & dicitur. Plinius lib. 65. cap. 13.

A L

Ala, alæ, (πτέρυξ,) qua aues volant. Virgil. 1. Aeneid. Vt réduces illi ludunt stridentibus alis. De cygnis loquitur.

Ala, (μασχάλη,) pars hominis concana subter brachium: quæ & Axilla dicitur. Plinius lib. 21, cap. 20. Halitus oris commanducata abole, alarúmque vitia.

Ala, etiam in brutis. Plin. lib. 11. cap. 40. Elephas tantum sub armis duas nec in pectore, sed citrà, in alis occultas.

¶ Ala in herbis dicitur, cauis inter caulem & ramulos anfractus, vnde sinuatim noua proles egreditur, facta ab humanis alis translatione. Plin. lib. 25. ca. 5. de Mercuriali herba, Alarum cauis multis. Et lib. 27. cap. 4. caulem quadrangulum, scabrum, multis concauum alis. * Plinius lib. 22. cap. 18. Sub alis foliorum.

¶ Ala, de ranis marinis. Plin. lib. 9. cap. 51. de earum coitu loquens Ranæ superueniunt, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendentes, posterioribus clunes,

¶ Ala dertuatur ab axilla, fuga literæ vastioris, inquit Cic. in Orato. 86.

Alas hominis vellere. Iunenal. Satyr. 11. 16.

¶ Alæ, pro velocitate, figuratè ab effectu: quia scilicet alæ auibus velocitatem faciunt. Virgil. 3. Aeneid. Et ventis & fulminis ocyor alis.

¶ Alæ, (ἴυγγες,) vocantur ab alarum similitudine, Equitum ordines, vt ait Gellius lib. 16. ca. 4. quòd circum legiones dextra sinistraque tanquam alæ in auium corporibus, locabantur. Lujus 6. bel. Pun. 193. Plagiger aliquãto damni hæc ala equitum amissa Annibali, quàm Salapia fuit. Sic ala legionum. Cic. Attico, lib. 11. 218. 3. Idem lib. 2. Offic. 64. Virgil. 4. Aenei. Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt. Vbi Seruius, Alæ, equites: ob hoc alæ dicti, quia pedites tegunt alarum vice.

Conamen alarum. Lucre. lib. 6. 168. Et conamẽ vtrinq; alarũ pdit omne.

Remi alarum. Ouidius 5. Metamorpho. 112. Posse super fluctus alarum

insistere remis Optastis.

Remigio alarum volare. Virg. 1. Aeneid. 61. de Mercurio. Sic lib. 6. 4.

Verbera alarum. Virgil. 12. Aeneid. 175.

¶ Alæ atriorum. Vitru. lib. 6. cap. 3.

Fati alas tardare, Id est mortem. Horat. 2. Carm. 17. 5.

- te Iouis impio Tutela Saturnio refulgens
Eripuit, volucresque fati Tardauit alas.

Fulminis alæ. Virgil. 5. Aeneid. 63.

Mortis alæ. Vide Atræ alæ mortis.

¶ Alæ figitæ, Id est pennæ. Virg. 9. Aen. Ergo alis allapsa sagitta. Sed

Somni alæ, Vide Molles alæ Somni.

Alæ velorum. Virgil. 3. Aeneid. Et velorum pandimus alas.

Ventosior alis suis Cupido. Ouid. lib. 2. Am. eleg. 9. 10. ad Cupidinem

Aeriæ alæ. Virgil. in Cyri, Aeriis potius sublimem sustulit alis.

Ambiguis alis volat hora. Seneca in Hippol. 11. 4.

Volat ambiguis mobilis alis
Horamnec vlli præstat velox Fortuna fidem.

Asiduis alis circunuolare. Statius 1. Thebaid. 11.

Atræ alæ mortis. Horat. 2. Sermo. 1. 12.

- seu mors atris circunuolat alis.

Audaces alæ. Ouidius epist. 17. 10. Nunc daret audaces vtinam mihi Dædalus alas.

Bibulæ alæ. Ouid. lib. 1. de Arte Amandi. 47.

Celeres alas commouere. Virgil. 5. Aeneid. 44.

Deficientes alæ. Statius lib. 10. Thebaid. 115.

Densæ alæ. Virgil. 1. Georgicorum 77.

Frenigera ala. Statius 5. Sylu. 1. 20.

Fuluæ alæ Somni. Tibul. lib. 3. eleg. 1. ad finem.

Alæ grandes. Iuuenal. Satyr. 14. 20. Et grandes miretur Lælius alas.

Hirsutæ alæ, Hoc est pilosæ brachiorum axillæ. Horat. Epod. 12. 1.

An grauis hirsutis cubet hircus in alis. Hircum appellat, alarum fœtorem hircino similem.

Humentes alæ. Stat. 10. Thebaid. 29.

Infernæ alæ. Claudian lib. 2. in Eutropium 47.

Insignes alæ. Virgil. 4. Georg. 17. de apibus loquitur.

Lassatæ alæ. Ouid. 1. Metamorpho. 30. & 62. In mare lassatis volucris vaga decidit alis.

Loquaces alæ. Claudianus in 2. Panegyr. 82.

Hæc dum Roma refert, iam fama loquacibus alis
Peruolat Oceanum, linguis & mille citatos

Festinare iubet proceres.

Madidis cantat quæ Sostratus alis. Iuuenal. Satyr. 10. 18.

Madidis Notus euolat alis. Ouid. 1. Metamorpho. 54.

Molles alæ Somni, Id est suaues. Sil. Ital. lib. 10. 69.

Migrantes alæ. Ouid. 2. Metamorpho. 52.

Nouæ alæ. Ouid. 7. Metamorphoseos 81.

Olorinæ alæ. Ouid. 6. Metamorpho. 12.

Pares alæ. Ouid. 2. Metam. 70. Hinc se sustulerat paribus Caduciser alis.

Pendentes alæ. Vide PENDEO.

Pernices alæ. Virgil. 4. Aeneidos 36. de Fama.

Plantares alæ Mercurii. Statius 1. Thebaid. 61.

Par et Atlantiades dictis genitoris, & inde
Summa pedum propere plantaribus illigat alis.

Plausæ alæ. Ouidius 14. Metamorpho. 101.

Præpes

Præpes ala. Statius. 2. Thebaid. 8.

Rapidæ alæ. Claud. lib. 3. de rapt. Proserp. 51.

Recentes alæ. Ouid. 11. Metamor. 148.

Roseæ alæ pauonum. Claudian. lib. 1. in Eutrop. 22.

Rutilantes alæ. Claudian. lib. 1. Panegyr. 3.

Spatiantes alæ. Ouid. 4. Metamor. 73.

Teneræ alæ Stat. 3. Thebaid. 110.

Trepidæ alæ. Statius. 9. Thebaid.

Veloces alæ. Ouid. 4. Metam. Et Claud. in Ruff. lib. 1. 25.

Ventosæ alæ. Virgil. 12. Aeneid. 16. 9. Ventosaque addidit alas.

Viscatæ alæ. Ouid. lib. 1. de Arte amandi. 79.

Volueris ala. Valer. Flac. Argonaut. lib. 7. 80.

¶ Accommodare alas humeris. Ouid. 2. de Arte amãdi. 14. de Dædalo.

Alas addere alicui, dicuntur figura prouerbiali, qui verbis alicui addunt animum, & in spem bonam erigunt. Erasmus in Chiliad.

Assumere alas humeris. Ouid. 11. Metam. 158.

Atterere alas in duris cotibus. Virg. 4. Georg. 41. de apibus.

Concutere alas. Claudian. in Ruffi. lib. 1. 25.

Pigráque veloces per tartara concutit alas.

Etipere alas regibus apum. Virgil. 4. Georg. 22.

Alis coruus euerberabat os oculosque hostis. Quintil. lib. 1. cap. 4. 14.

Euerberare alis clypeũ. Virg. 12. Aenei. 173. Clypeumq; euerberat alis.

Exuere alas, Id est deponere. Virg. 1. Aeneid. 130. de Cupidine loquitur.

Formare alas fulminis horrifici. Valer. Flac. Argonaut. lib. 2. 20.

Frenatæ alæ signa moderari. Stat. 4. Sylu. 7. 10.

Signa frenatæ moderatus alæ
Castore dextro.

Increpare alis. Vide Statium. 10. Thebaid. 92.

Instigare alas vocibus. Virg. 11. Aeneid. 146.

Ergo inter cædes cedentiq; agmina Tarchon
Fertur equo, variisque mistigat vocibus alas,
Nomine quenque vocans.

Insistere alis. Lucret. lib. 6. 168.

Imitari alas auium. Vide IMITOR.

Mouere alas. Seneca in Hippolyt. 3. 6. Ouid. 1. Metam. 144.

Niti alis. Vide NITOR.

Pandere alas ad solem æstiuum. Virg. 4. Georg. 6. de apibus.

Plaudere alis. Virg. 5. Aeneid. 103.

Porrigere alas. Ouid. 8. Metamor. 110.

Sublimem alis portare. Virg. 4. Aeneid. 48.

Quatere alas. Virg. 3. Aeneid. 45. de Harpyis.

Scissæ alæ velorum. Claudian. 4. Panegyr. 28.

Spargere alas coloribus. Virg. 7. Aeneid. 39.

Strepitantes alæ. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 4.

Strudentes alæ. Virg. 1. Aeneid. 81. Ouid. 4. Metam. 124.

Sumunt alas pedes. Ouid. 11. Metam. 68.

- iam tum mihi currere visus
Plus hominẽ est talásique pedes sumpsisse putares.

Sumpta alis effugere. Ouid. 5. Metam. 58.

Superuolitare tecta alis. Virgil. 6. eclog. 17.

Tardare alas fati. Vide Fati alas, &c.

Trepidantes alæ. Ouid. 7. Metam. 77.

Verberare alis æthera. Virg. 11. Aeneid. 151. de aquila.

Vertere alas ad aliquem. Sil. Ital. lib. 15. 146.

Alaris, & hoc alare, pen. prod. (ἀλάρης,) denominatiuum ab ala: & Alarius adiectiuum, pro eodem, vt Equites alarii, & Cohortes alariæ. Liuius. 10. ab vrbe. 101. Cum cohortibus alaribus. Idem. 5. belli Maced. 15. Qui præerat alariis equitibus Cæsar. 2. bel. Ciuil. 68. Cohortes ciciter triginta alarias addidit. Idem belli Gal. lib. 1. Omnes alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quo minus multitudine militum legionariorũ pro hostium numero valebat, vt ad speciem alariis vteretur. Idem bel. Ciuil. lib. 1. Quare cognitã, crebras stationes disponunt equitum, & cohortium alariarum, legionariisq; interiiciunt cohortes. Cic. Cælio, lib. 2. epist. 16. 15. Quod autem meum erat proprium, vt alariis transpadanis vti negarem, id etiam populo scremisse scribit. Tacitus lib. 12. Addito equite alario.

Alâtus, pen. prod. adiect. (πτερυγωτός,) Alas habens: vnde Mercurius à poetis inducitur alatis pedibus, propter talaria quæ illi attribuuntur. Virg. Aeneid. 4. de eo loquẽs, Vt primùm alatis tetigit magalia plãtis.

Alati equi Solis. Ouid. lib. 3. Fast. 84.

Alati pedes Mercurii. Ouid. 5 Fast. 133.

Alifer, penult. corr. (πτερυφορός,) aliferi penult. etiam corr. adiectiuum, Alatus. Ouid. 4. Fast. 113.

Dixit, & egrediens nubem trahit, inque dracones
Transit, & aduersi tollitur axe Ceres.

Aliger, adiectiuum, pen. corr. ex ala, & gero cõpositum, Alarus. Plin. lib. 11. cap. 19. 1. Aligerisque serpentibus. Et lib. 36. cap. 5. 18. Aligerosque ludentes cum ea Cupidines. Hoc nomine Plinius satis aptè & in loco vsus est: proprie tamen est poeticum. Virgilius Aeneidos. 1.

Ergo his aligerum dictis affatur amorem. Plin. lib. 1. cap. 7. 37.

Agmen aligerum: Id est aues. Virgilius. 12. Aeneid. 50.

Aliger Arcas, pro Mercurio. Stat. 3. Sylu. 3. 16.

Genus aligerum. Sene. in Hippoly. 3. 13. Ignes sentit genus aligerũ. Hoc est etiam aues sentiunt flammas amoris.

Alipes, pen. corre. alipedis pen. tridem cor. (πτερύπους,) ex ala, & pes compositum. Hinc alipes currus, id est velox. Sillius Ital. libro. 7. 140

Alipedem planta currum premit.

Alipedes equi: Id est veloces. Virgilius. 12. Aeneid. 98. Alipedumque fugam cursu tentauit equorum. Sic Ouidius. 2. Metamorphoseos. 10. de equis Solis verba faciens.

Alipedes, pro equis velocibus. Virg. 7. Aeneid. 56.

Omnibus ex templò Teucris iubet ordine duci
Instratos oftro alipedes, pictisque tapetis.

Sic Alipedes turmæ apud Sillium Ital. libro. 3. 59.

Alipedes cerui. Id est veloces. Lucret. lib. 6. 154.

Alipes citus. Statius. 11. Thebaid. 40.

Alipes deus, Mercurius alatos pedes habens. Ouidius. 11. Metamorphoseos. 63. Sic. 3. Fast. 20.

Alipilus, alipili, pen. corr. (μασχαλοτίλτης,) Qui alarum pilos in balneis vellit. Sene. Epist. 57. Alipilũ cogita, tenuẽ, & stridulam vocẽ, quo sit notabilior, subinde exprimentem, nec vnquam tacentem nisi quũ alas vellit, & alium pro se clamare cogit. Cælius lib. 16. cap. 46.

ALABA, oppidum Hispaniæ Tarraconensis. Sunt. n. tres vrbes in Tarraconẽsi, Alaba, Alabon, siue Alabona, & Labana. Ptolemæus author. Hermol. in lib. 3. Plinii, cap. 3.

Alabenses, ab Alaba: Alabonenses, ab Alabone oppido non procul Cæsaraugusta. Hermol. in lib. 3. Plin. cap. 3.

ALABANDA, (ἀλάβανδα,) vrbs Cariæ, Stephanus in cõm. De vrbib. ab Alabãdo, quẽ Callirhoe Mæandri filia sulcepit, nomẽ sortita est. Si quidem is postquàm in equestri prælio ſt enuè nauasset operã, Alabandus est dictus. id est equo vincens. Cares enim sua lingua ALA vocãt equum, BANDA victoriam. Eamque vocem ait Romanis in vsu fuisse, vt Bandam victoriam dicerent. Hinc durat & Germanis ea vox, qua præpotentem & antiquę nobilitatis principem, Bãderum vocãt, vt qui victor olim hoc honoris virtute bellica sibi pepererit. Alabandam quoque aliam in eadem Caria facit Charax apud Volateranum, ab Alabando Euhippi filio nuncupatam.

Alabandam, siue Alabandas, vtroque enim modò inflectitur, recensẽt Iuuenalis Satyr. 3. inter vrbes barbaricis delicijs ac luxu perditas.

Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

Stephanus quoque admonet, olim Alabandam inter Cariæ Ciuitates opulentissimã, ac florentissimam fuisse, vt huic prouerbio locum fecerit, Alabanda Catum fortunatissima: intelligi fortunam amplam, & vitæ genus voluptuarium, quanquam à literis & virtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus, aut negotiator quispiam: Alii se in literis macerent, alii cum paupertate philosophentur, Alabanda Carum fortunatissima. Poterit & per irrisionem vsurpari: veluti si iocẽris in quempiam parũ egregium, qui tamen in gente vehementer barbara eraslaque præcellere videatur. Erasmus in Chiliad.

¶ Alabandenses. Vide Alabandus Deus

Alabandus, (ἀλάβανδος,) Deus Alabandarum. Cic. 3. De Natura Deorum. 68. Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt, à quo est vrbs illa condita, quàm quenquam nobilium deorum. apud quos non fuerbanè Stratonicus, quum quidam ei molestius Alabandum deum esse confirmaret, Herculem negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus.

Alabandicus, pen. corr. possessiuum. Alabandici libelli, pro barbaris, & ineptis à Græcis capiuntur. Hermol. in Plinium.

Alabandicos carbunculos vocat Plinius, lib. 37. cap. 7. in Orthosia caute nascentes, sed qui perficiantur poliaturque Alabandis.

Alabandicus lapis terræ suæ nomine, quanquam & Mileti nascens, niger est, ad purpuram tamen magis aspectu declinante. Idemque liquatur igni, ac funditur ad vsum vitri. Plin. lib. 36. cap. 8.

Alabandiacus, pen. corr. adiectiuum. Idem quod Alabandicus. Hermolaus in Plinium.

Alabaster, siue alabastrus, alabastri, m. g. & alabastrum neutri, (ἀλάβαστρος, ἀλάβαστον,) Vas vnguentarium ex alabastrite factum. Cic. lib. 2. Acad. Quib' etiã alabaster plenus vnguenti putêre videtur. Mart. lib. 11. Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum. Plin. lib. 13. 2. 2. Vnguenta optimè seruantur in alabastris: odores in oleo. Vide Alabastrites.

Alabastri figuram nonnihil exprimit Plinius lib. 9. cap. 35. de vnionibus loquens. Elenchos, inquit, appellant fastigiata longitudine, alabastro tum figura in pleniorem orbem desinentes. Et lib. 21. cap. 4. de rosis: Granoso cortice intumescente, & in vitides alabastros fastigiato.

Alabastrũ, ait Mallari: f Plin. erat vas vnguentarii fori a turbinata, sine an sulis, qd ex lapide alabastrite fiebat, qũ optimè in eo seruãt corrupta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alabastrus, m.g. per metaphoram dicitur calyx rosæ antequàm sit expansa. Plin. lib. 21. cap. 4. vbi de rosa, Germinat omnis primò inclusa granoso cortice. quo mox intumescente, & in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescens deluit se, ac sese pandit, in calycis medio sui stantes complexa luteos apices.

Alabastrus, fluuius Aeolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.

Alabastrites, alabastritæ, pen. lóga, masc. gen. (ἀλαβαστρίτης,) Est genus marmoris, alio nõe onyx: de quo sic Plinius, lib. 36. cap. 7. Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec vsquam alibi nasci putauere nostri veteres. Deinde paulò post, capite sequenti ita subiungit, Hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria: quoniam optimè ea incorrupta seruare dicitur. Plura ibidem Plinius.

Alabastrites etiam gemma est, nascens in Alabastro Aegypti, & in Syrię Damasco, candore intersecto variis coloribus: quæ cremata cũ fossili sale, ac trita, gratitates oris & dentium extenuare dicitur. Plinius libro. 37. cap. 10.

ALABASTRVM, oppidum Aegypti. Plinius libro. 5. cap. 9. Idẽ lib. 37. cap. 8. Recentiores authores & circa Thebaidis Alabastrum oppidum nasci dicunt Topazium.

Alabetae, Pisces in Nilo de lacu nascentes. Plinius libro quinto cap. 9. Alabes huc piscis Straboni dicitur. lib. 17. quem & in Nilo nasci tradit.

ALABON. Vide ALABA.

ALABVS, fluuius è præcipuis Siciliæ. author Plin. Volateranus.

ALACHROAE, Populi, qui & Lotophagi dicuntur. Plin. lib. 5. cap. 4.

Alacer, penult. corr. (φαιδρός, σφοδρός,) alacris, & hoc alacre, vel hic & hæc alacris, & hoc alacre. Virg. Aeneid. 5. Ergo alacris, cunctosque putans excedere pugna. Terẽtius Eunuc. 2. 3. 12. Quid tu es tristis? quidve es alacris?

Alacris, siue alacer (vtrumque enim dicitur) is est, qui viget sensibus vniuersis: quod est indicium erecti animi, atque sublimis. Nam è contrario lacer dicitur, amputatis in corpore sensuum membris: hoc est, auribus, oculisque ad animum sæpe transferuntur. Sicut. n. plerumq; fit, vt afflicto animo sensibus non vtamur erectis: sic alacer dicitur is, cui omnis sensus in suo quisque loco degat (vti sunt & intenti) vt vultu indicet ad se animum non syncerum sensibus suis. Quare cognita illud quoque intelligant, aliud esse alacrem, aliud esse lętum. Sunt qui alacrem festinantem & properum putant, quasi alis acrem. Hæc Asconius in Diuinationem Ciceronis. Cic. 1. Tusc. 16 2. Quum legiones scribat Cato sæpe alacres in eum locum prouectas. Sallust. in Catil. Postquàm omnium animos alacres vidit.

Alacer, vt alteri noceat Author ad Heren. lib. 1. 63. Nam quum feras bestias videamus alacres & erectas vadere vt alteri bestiæ noceant, non est incredibile putandum, &c. Addidit ERECTAS quasi exponens ALACRES.

Alacer atque lętus Catilina. Cic. pro Murena. 46.

Alacer & promptus. Cic. 1. de Orat. 91. Erectum & celsum alacri & prõpto ore, ac vultu huc atque illuc intuentem.

Alacer animo sum, Id est Cupio. Cic. Lucceio lib. 5. 12. 34. Ac ne fortè mirere cur à te id nunc tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit festinationis, quòd alacres animo sumus, vt & cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi viui gloriola nostra perfruamur.

Alacer monitu. Sil. Ital. lib. 13. 84.

Alacres odio. Statius. 1. Thebaid. 85.

Alacer animus ad bellum suscipiendum. Cęsar. 3. bel. Gal. 419. Nam ad bella suscipienda Gallorum alacer & promptus est animus. Quasi tu dicas, animosus. Aut potius illud est, quod vulgò dicitur, bene deliberatus. Author ad Herennium lib. 2. 87. Si huiusmodi sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros. Cic. in Somnio Scipionis. 8. Alacrior ad tuendam Rempublicam.

Certamen alacre. Sil. Ital. lib. 1. 37.
Erepto trepidus ductore, exercitus, vna
Hannibalem voce, atque alacri certamine poscit. Id est studio, & contentione.

Enses alacres. Claud. in Eutrop. lib. 2. 57.
Dum sedet, & Thyaios spectat de more Cybele,
Curetumque alacres ad tympana suscitat enses.

Equum alacrem lætus aspexit. Cic. 1. de Diuinat. 116.

Leones alacres. Claudian. 2. Panegyr. 5.

Os alacre. Cic. 1. de Orat. 91.

Syluæ alacres. Virg. 5. Ecloga. 12.
Ergo alacres syluas & cætera rura, voluptas,
Panaque, pastoresque tenet, Dryadasque puellas.

Vultus alacer. Cic. 1. de Orat. 91.

Alacritas, pen. corr. (φαιδρότης, περιχαρία,) Vigor, & animi erectio, nec non & lętitia gestiens, quæ secundum Donatum, proprię est mutatio quædam vultus gestientis in spem aliquam: & media est inter lętitiã atque tristitiam. Liuius lib. 3. Postquàm ingenti alacritate clamor est sublatus. Cęsar. 1. bel. Gal. 172. Summaque alacritas & cupiditas belli gerendi innata est. Idem. 3. bel. ciuil. Est quædam animi incitatio, ani alacritas naturaliter innata omnibus, quæ studio pugnæ incẽditur. Cic. in Tusc. Vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, nulla libidine vexatus.

Alacritas & lætitia. Cic. 2. de Diuinat. 84. Galli victores alacritate, & quasi lætitia ad canendum excitantur.

Canum alacritas tanta in venando, quid significat aliud, nisi se, ad hominum commoditates esse generatos. Cic. 3. de Nat. Deorum. 137.

Alacritas laboris in Laconicis canibus. Plin. lib. 10. cap. 63. 8.

Egregia alacritas animi. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. 9. 55.

Inanis alacritas. Cicero. 4. Tusculan. 55. Cupiditas auide semper aliquid expetens, & inanis alacritas, id est, lætitia gestiens, non multum differunt ab amentia.

Additis mihi scribendi alacritatem. Cic. ad Attic. lib. 16. 333. 1.

Affert mihi alacritatem summa Reipub. defendẽdæ frequentia vestrũ incredibilis. Cic. 4. Philip. in ipso statim initio.

Fert alacritatem cupiditas. Cic. 4. Tusc. 53.

Alacriter, penult. corr. (φαιδρότερος,) aduerbium qualitatis: Id est cum alacritate. Plin. lib. 20. cap. 12. 3. Sequuta ætas alacriter defedit. Hic pro acriter positum est.

Alacre, pen. cor. (σφοδρῶς μὲν,) pro alacriter. Plau. Ampli. 5. 42. Verũ quidẽ loco compellemus alacre. Poeticè nomen posuit pro adiectiuo.

* Alalcomenus, (ἀλαλκομενεύς,) vrbicula Cephalenię Insulæ. Strabo lib. 9. Alalcomenium Minervam vocat, & vrbẽ in eam Alalcomenæ dicitur. Hermol. in Plinii li. 5. cap. 11. Meminit & Plin. lib. 6. cap. 28.

ALANI. (ἄλανοι,) Scythiæ fluuius, à quo Alani Populi Plinio. lib. 4. cap. 12. dicti sunt, iuxta quos Roxalani. Ammianus scribit Alanos dictos, quos prisci Massagetas dixerunt. Hi carnibus vescuntur, & panem non manducant. Martialis.
Nec te Sarmatico transit alanus equo.

Alanos Ptolemęus in parte Scythiæ ponere videtur. Capitolinus in parte Daciæ: Marcellinus, Plinius, & Dionysius poeta in Sarmatia Europæ. Iosephus libro vltimo ait inter Danaim & Mæotidem habitare, ac inita cum Hyrcanis societate Medos suo tempore fuisse depopulatos. Hi demum fuere, qui vno ferè tempore cum Vandalis Galliam deinde Hispanias petierunt: sed breui & ipsi à Gothis, cũ quibus eadem ferè gentem & linguam esse Procopius dicit, expulsi regnum amiserunt. Author Volateranus. Alanorum amplissimè meminit Egesippus de excidio Hierosolym. lib. 5. cap. 50.

Ardentes Alani. Valer. Flac. Argonaut. 6. 9.

Duri Alani. Lucanus libro. 8. 45. Et sequerer duros æterni Martis Alanos. Id est semper pugnaces.

Feri Alani. Seneca in Thyeste. 8. 5.

Incauti Alani calor. Claudian. 4. Panegyr. 45.
Ni calor incauti malè festinatus Alani Dispositum turbasset opus.

Miseri Alani. Valer. Flac. 6. Argonaut. 131.

Patiens ditionis Alanus. Claudian. de bello Getico. 117.

Gens Alana. Idem, ibidem.

Alapa, alapæ, penult. correp. (κόλαφος,) Idem quod colaphus, sed alapa Latinum est, colaphus Græcum. Author Valla in Randensem.

ALARICVS, pen. prod. (ἀλάριχος,) nomen Gothorum regis, qui Romam obsedit, destruxitque. Fuit & alter Alaricus, Gothorum rex quartus, creatus anno. 854. qui etiam Romam vrbem cepit: sed postmodũ per fraudẽ in die Paschæ occisi sunt Gothi. Claud. de bel. Getico. 110.
Rumpe omnes Alarice moras: hoc impiger anno
Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Vrbem. Ibidem. 125. Quis tibi nunc Alarice dolor? Idem. 4. Panegyr. 21. - Alaricum barbara Peuce Nutrierat.

ALASTOR, Plutonis equorum vnus. Claud. lib. 1 de rapt. Proserp.
Orphnæus crudele micans, Aethonque sagitta
Ocyor & Stygii crudelis gloria Nycteus
Armenti, Ditisque nota signatus Alastor,
Strabant aute fores vincti, sæuumque fremebant,
Crastina venturæ spectantes gaudia prædæ.

Alastor, vnus è sociis Sarpedonis Lyciæ regis, ad Troiã occisus ab Vlyse. id quod ipse testatur apud Ouidium. 13. Metamorph. 52.

Alastor, Nelei filius fuit, Nestoris frater. Author Alcelpiades apud Parthasium.

ALATA, Castra, (ἀλάτα, πάτρα) Ptolemæo, alio nomine Castrũ puellarum, vulgò Edemburg. Scotiæ regia.

Alaternus, huius alaterni, f. g. Arbor, siue frutex, nullũ scrupeditis fructũ ferẽs: cui folia sunt inter ilicẽ & oliuã. Author Plin. lib. 16. cap. 26. Colu. libro. 7. cap. 6. 1. de caprino pecore loquẽs, Nec rubos auersatus, nec vepribus offenditur & arbuscũlis fruticisq; maximè gaudet. Ea sunt, ar butus, atq; alaternus, cytisusque agrestis.

Alauda,

Alauda, alaudæ, (κορυδαλλός,) Auis est, quæ teste Plinio li. 11. ca. 37. galerita dicitur: quòd apicem habeat, hoc est cristam in capite ad similitudinem galeri. Varro appellat galericum & à græcis dicitur corydalus.

Alauda, Legio quædam erat Romana. Plin. lib. 11. ca. 37. Atque ab illo galerita appellata quondam, postea gallico vocabulo etiam legionis nomen dederat alauda. Cic. 13. in Anton. 344. Huc accedunt alaudæ, cæterique veterani ciuium rum iudicum tertiæ decuriæ, qui suis rebus exhaustis, beneficiis Cęsaris deuoratis, fortunas nostras consumpserunt. Idem Antoniana. 5. 172. Anteignanos & manipulares & alaudas iudices se constituisse dicebat.

Alaudium, alaudii, vox barbara, à laudando, id est nominando authore profecta esse videtur, quòd qui prædia eo iure habeant, laudare authorem suum nemini tenentur, vt qui nullum soli dominum agnoscant nec patronum. Budæus.

ALAZON, Alazonis, fluuius est Albaniam ab Iberia disterminans, in Cyrum amnem è Caucasii montibus defluens. Plinius lib. 6. cap. 10. Alazonius vocatur Straboni lib. 11.

Alazonia, alazoniæ, penult. prod. (ἀλαζονία,) Superbia, arrogantia. Vlpianus ait Alazoniam esse eorum qui plura promittunt quàm possint præstare: atque huic contrariam esse Ironiam, quæ quod facere potest, eleuat ac minuit.

Alba, (ἄλβα,) fuit vrbs in Latio condita ab Ascanio, filio Aeneæ, quam Tullus Hostilius rex Romanus euertit. Est item Alba cognomine Pompeia in Gallia togata, vulgò Alba di Monferato, à qua sit Albensis. Nam à priore Alba, sit Albanus. vt ruisque author Seruius. Fuit item Alba Marsorum.

Albam Latii, ab alba sue dictam docet Virgilius lib. 8. Aeneid. 9.
Iamque tibi, ne vana putes hæc fingere somnum,
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit
Alba solo recubans, albi circum vbera nati.
Hic locus vrbis erit requies ea certa laborum,
Ex quo ter denus vrbem redeuntibus annis,
Ascanius clari condet cognominis Albam. Verba sunt dei Tyberini Aeneæ futura prædicentis.

Alba celsa. Lucan. lib. 1. 40.

Alba Dardania, quia à Dardanis condita. Stat. 5. Syl. 1. 15.

Alba Iliaca. Ab iis enim cõdita est, qui ex Ilio profecti sunt. Luca. li. 8.

Alba longa. Virg. 1. Aeneid. Et longam magna vi munier Albam. Liuius 1. Decad. lib. 1. Ascanius florentem iam atque opulentam vrbem matri seu nouercæ reliquit: nouam ipse aliam sub Albano monte conditique à sito porrectæ in dorso vrbis longa Alba appellata.

Alba Troiana, à Troianis condita. Stat. 5. Syl. 2. 34.

Albanus, adiect. pen. prod. quod est ab Alba Latii vrbe: vñ Albani prędes.

Albanum forum Capuæ fuisse, Valerius Maxim. 9. volumine ostendit. Hermol. in Plin. lib. 14. cap. 11.

Albanæ columnæ. Quintil. lib. 5. cap. 13. 32.

Alba, altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur: quamuis etiam Albani quandoque vocentur. Hoc apponere placuit, alteram Albam post Albam longam, olim Taurinum & Belgradum, vel etiam Nonder albam appellatam esse nunc Albam Græcum, vulgò Kriechisuuisenburg. Est & Alba regalis, vulgò Stuluisenburg. vbi scilicet reges Vngariæ coronari solent & intingi.

Albensis, ab Alba, (ἀλβανός,) Quintil. lib. 1. cap. 16. 10.

Albensium & Albanorum meminit Plinius lib. 3. cap. 5.

Albenses, quorum vrbs Alba ad Fucinum lacum. Plin. lib. 3. cap. 12.

Alba, vrbs Hispaniæ, quæ & Virgao dicitur. Plin. lib. 3. cap. 1.

Alba Heluorum, vrbs Galliæ Narbonensis. Plin. lib. 3. cap. 4.

ALBANIA, (ἀλβανία,) regio in Oriente à colore populi vocata, eo quòd albo crine nascantur. Hæc ab Oriente sub mare Caspium surgens, per oram Oceani Septentrionalis vsque ad Mæotidas paludes per deserta extenditur. In ea Albania ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferocissimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima est inter Iberiam & mare Caspium, ab ortu solis mari connecta, ab occasu Iberiæ finitima. Borcale latus munitur Caucasei montibus. Australe Armeniam contingit. Strabo sex & viginti linguas Albanorum fuisse tradit, & totidem aliquando reges. Fuere & sub imperio Persarum, postea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Traianus imperator his regem dedit. Nunc sub Magno Cane degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, iuxta Dyrrachium, quorum dux fuit Georgius Scanderbech, qui multa pro CHRISTI nomine aduersus Turcas prælia gessit.

Albaniam Orientalem describit Plinius lib. 6. cap. 10.

In Albania tradit Iligonius Nicæensis quosdam gigni glauca oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu plusquam interdiu cernant. Plin. lib. 7. cap. 2. Ob hoc fortè dicta est Albania. Meminit & Gellius lib. 9. cap. 4. Solinus cap. 15. Albani, qui posteros se Iasonis credi volunt, albo crine nascuntur. Canitiem habent auspicium capillorum. Ergo capillorum color genti nomen dedit. Glauca oculis inest pupilla: ideo nocte plus quam die cernunt. Iustinus lib. 42. dicit eos ab Albano Italiæ monte nomen retinere, quòd inde secuti fuerint Herculẽ, quum extincto Geryone armenta eius per Italiam duceret.

Albani, vt ferunt, ab Iasone orti. Antè quos mare quod est, Albanum nominatur. Hæc gens superiora montibus Caucasii, ad Cyrum amnem, Armeniæ confinium atque Iberiæ, descendit. Flumina per Albaniã decurrunt in mare, Cassios & Albanos deinde Cambyses in Cauca sus ortus montibus mox Cyrus in Coraxicis. Plin. lib. 6. cap. 13.

Albanus, pe. pro (ἀλβανὸς vt Albana porta, qua itur in Albaniam. Vale. Flac. Argon. 3. 100.

Albanus tyrannus, Id est Styrus rex Albaniæ. Vale. Flac. Argon. lib. 5. 52.

ALBANVS, est Macedoniæ ciuitas. vide Albani populi sunt in eadem Macedonia, Ptolemæo authore. Item Italiæ mons, Straboni.

Albanus lacus, apud Valerium Max. lib. 1. cap. 6. De prodigiis.

Albarium, Vide ALBVS.

ALBATENIVS, Galeni libros primus in Arabum conuertit idioma, teste Ioanne Serapione. Idem scripsit commentarios in Aristotelem.

Albatus, Vide ALBVS.

Albeo, Albesco, Vide ALBVS.

Albeolus, Vide ALBVS.

Albesia, Scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, vsi sunt. Hæc eadem, Decumana vocabantur, quòd essent amplissima, vt Decumani fluctus. Festus.

ALBICI, (ἄλβικοι,) populi Massilienses vicini. Cæsar lib. 1. bel. ciuilis. Albicos barbaros homines, qui in Massiliensium fide antiquitus erant montes, qui supra Massiliam incolebant, ad se vocauerant. Rursus libro eodem, Albici homines asperi, & montani, exercitati in armis. Strabo lib. 4. Post Sallyes tenent Albienses, & Albici, & vocontii montana in Septentrionem vergentia.

Albico, Albidus, Vide ALBVS.

ALBIGAVNVM, (ἀλβίγαυνον,) Ptolemęo Ligurię vrbs, hodie Albiga, vulgò Italis Arbenga. Albingaunum vocatur Plin. lib. 3. cap. 5.

ALBIMINIVM, (ἀλβίμινον,) Ptolemęo Ligurię vrbs, alio nomine Vintimilium, hodie Vintimis.

ALBINOVANVS, pen. prod. nomẽ viri, ppriũ. Hora. li. 1. Epist. 8. 1.
Celsa gaudet. e & bene rem gerere Albinouano
Musa rogata refer comitis scribęque Neronis. Id est, O Musa saluta Albinouanum Claudii Neronis scribam. Ouid. 4. de Ponto eleg. 10. 1.
Et quos tu silices, & quod clarissime ferrum
Durities confers Albinouane meę?

ALBINVS, pen. prod. (ἄλβινος,) Momen Imperatoris Romani, dictus quòd exceptus sit vtero candidissimus, contra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubere, quasi inuoluti secundis rubentes, erumpente menstruo perlita profluuio sanguinis priùs egredientis. Hinc illud Satyrici poetæ, -modò primos incipientem ædere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Albinus aliud viri proprium apud Horatium in Arte poet. 66.
-dicat filius Albini, si de quincunce remota est Vncia &c.

Clodius Albinus centum ficedulas comedit vna mensa, centum perdica Campana, totidem ficus Labicanas, & decem melones Ostienses. Author Spartianus.

L. Albinus de plebe Romana, fugiens Gallos, ex rheda vxorem filiosq; descendere iussit & Vestales, quæ cum sacris ipsæ pedibus fugitabat, impositt. Author Liuius. 1. Decad. 5. 182.

L. Albini duo, Nummi filii inter oratores referuntur à Cicerone, qui extare amborum orationes dicit: ex eisque Lucium simplicem & antiquum esse: Spurium verò doctum, ex disciplina Stoicorum, eiusque extare multas orationes. Author Volaterranus.

A. Posthumius Albinus, qui consul cum Lucullo fuit, res Romanas Græcè in sermone scripturit. In cuius exordio primùm scriptum est, Nemini non facile esse ea dicere, quæ in his libris parata atque composita, aut minus eleganter scripta foret. Nam tum (inquit) homo Romanus, Græca oratio à nobis alienissima est, &c. Plura de hoc Gellius, Cornel. Nepos, Suetius, Macrobius.

Albiolus, Vide ALBVS.

ALBION & Bergion, (ἄλβιον καὶ βέργιον,) gigantes, Neptunii filii, contra quos dimicauit Hercules, vt testatur Pomponius Mela lib. 2. in Galliæ descriptione, his verbis, Inter Massiliam & Rhodanum maritima Auaricorum stagno allidet fossa Mariana. Partem eius amnis nauigabili alueo effundit: alioquin litus ignobile est. Lapideum, vt vocanti in Herculem contra Albionam & Bergiona Neptuni liberos, dimican

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem quasi tela defecissent, ab inuocato Ioue adiutâ imbre lapideâ ferûr. Credas pluisse, adeò multi passim & latè iacent. Fuit igitur Albion, gigas, Neptuni filius ab Hercule interemptus. Authores Pomponius Mela, & Diodorus Siculus. Memnit & Plinius lib. 4. cap. 16.

¶ Albion, ſic itamna Inſula, ſic dicta ab Albis rupibus, quas mare alluit. Vide ANGLIA.

ALBIS, (Ἄλβις,) Fluuius eſt Germaniæ celebratiſſimus, in Oceanum defluens. Plinius lib. 4. cap. 14.

Albis, fluuius ex Boemiæ montibus, cuius oſtia hodie Thiethmarſi & Vuiltermarſi tenent. Suſcipit autem Multam fluuium, Pragenſem præterlabens ciuitatem deinde Egram: poſtea Salam, atque Ortellam. demum Ciuitatem Hamburgum præter fluens, in Oceanum Germanicum vaſto euoluitur ore. De hoc Lucanus lib. 2.

Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos
Albis, & indomitum Rheni caput.

Albitudo, Vide ALBVS.

ALBIVS, nomen proprium viri. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 6.

Hic nuptiarum inſanit amoribus, hic puerorum:
Hunc rapit argenti ſplendor, ſtuper Albius ære. Hoc eſt inſano teneri amore vaſorum ſignorumque ære Corinthio factorum.

Albius Tibullus, poeta elegiographus, Horatio & Ouidio familiariter dilectus, quum in Meſſalæ Coruini comitatu in prouinciam Phæaceſi pergeret, morbo periit. Eius vita ſcripſit Criſtius. Horat. lib. 1. Epiſt. 4. 1. Albi noſtrorum ſermonum candide iudex.

Albo, albas. Vide ALBVS.

Albogalerus, pen. prod. (ΛευκόγαλεΘ,) à galea nominatus. Eſt enim pileum capitis quo Diales flamines, id eſt ſacerdotes Iouis, vtebantur. Fiebat enim ex hoſtia alba Ioui cæſa, cui affigebatur apex virgula oleagina. Feſtus.

Albor, alboris. Vide ALBVS.

ALBVCILLA, mulier multorum amoribus famoſa, cui matrimoniû cum Satrio Secundo commutationis in Tiberium indice fuerat, delata eſt impietatis in principem. Connectebantur, vt criminari, & adulteri eius, Cn. Domitius, Vibius Marſus L. Arruntius. Ipſa irrito rêtu à ſemet vulnerata, iuſſu Senatus in carcerem fertur. Cornelius Tacitus. libro quinto non procul à fine.

Albucum, huius albuci, Græcè, (ἀσφόδελος,) Herbæ genus. vulgo Amphodillo. Plin. lib. 21. cap. 17. Aſphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix eius napis modicis ſimilis eſt, neque alia eſt numeroſior, LXXX ſimul aceruatis ſæpe bulbis. Theophraſtus & ferè Græci, princepsque Pythagoras caulem eius cubitalem, & ſæpe duûm cubitorum, foliis porri ſylueſtris, anthericon vocauere ea dicem vero, id eſt bulbos, alphodelon noſtri illud albucum vocant & alphodelon haſtulam regiam. Ea eſt & caulis acinoſi, eius duo genera faciunt. Albuco eſt ſcapus cubitalis, & amplus, purus, leuis.

Albugo, pen. prod. huius albuginis, f. g. (ἄλβυγμα, λεύκωμα,) Macula in oculo. Plin. lib. 20. cap. 1. Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argema inunxere. Idem lib. 21. cap. 16. 2.

Qua albigata oculo albugines tolli dicuntur.

Albugo, cicatrix eſt oculorum altuſcula, ſicut vtique in ſummo nubecula. Hermol.

ALBVLA, pen. corr. (Ἀλβούλα,) vulgo Teuero, fluuius Italiæ, ex Apennino Romam fluens alio nomine Tyberis. Virg. 8. Aeneid. 66.

A quo poſt Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.

Sed albula nomen antiquius, vt Author eſt Seruius. Plin. lib. 3. cap. 5. Liuius, 1. Decad. lib. 1.

Albula, pro fluuio, maſculino genere protulit Martialis, Ouidius fœminino. 4. Faſt. 14.

Hoſpes Auentinis armentum pauit in agris
Clauiger, & tanto eſt Albula nata deo. Herculem intelligit.

Martialis lib. 12. ad Bætin,

Quem Bromius, quem Pallas amat, cui rector aquarum
Albula nauigerum per ſicca pandit iter.

Albulæ aquæ iuxta Romam vulneribus medentur regeliduæ hæ. Plinius lib. 31. cap. 2. Strabo libro quinto. In planitie Tybertina Anio fluit & quas vocant Albulas, aquas frigidas multis è fontibus ædentes, varios ad morbos ſalutares, tum potu, tum inſeſſionibus admiſtas. Martialis libro 4. in Baſſam.

Quod ficcæ redolet palus lacunæ,
Cruda rum nebulæ quod Albularum. Idem. 1. de Regulo,

Itur ad Herculei gelidas quâ Tyburis arces,
Camaçue ſuſtinuit Albula ſumat aquis.

Itaque in hoc ſignificato dicimus Albula Albulæ & Albulæ Albulanum. Stat. libro primo. Syl. 3. 15.

Illic ſulfureis cupit Albula mergere crines.

Albúmen, pen. prod. albúminis, pen. corr. g. n. (λεύκωμα,) Albûgo. Vitellus verò, quod in ouo croceum eſt. Plinius lib. 28. cap. 6. Salpe fouet illa oculos firmitatis cauſa illimit ſolet vſta, cum cui albumine, efficacius ſtruthiocamelli, binis oris.

ALBVNEA, Albuneæ, (Ἀλβούνεαι,) nomen fontis, & ſyluæ in Tyburtinis montibus. Virg. 7. Aeneid. 17.

At rex ſollicitus monſtris, oracula Fauni
Fatidici genitoris, adit lucoſque ſub alta
Conſult Albuneæ nemorum quæ maxima ſacro
Fönte ſonat: ſæuamque exhalat opaca mephitim. Seruius: Albunea eſt in Tyburtinis altiſſimis montibus, dicta ab aquæ qualitate, quæ in illo fonte eſt. Vide etiam nonnulli ipſam Leucotheam volunt. Sciendum ſanè vnum nomen eſſe fontis & ſylue.

Albunea, decima Sibylla Tyburti colit vt deæ, iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite ſimulachrum inuentum eſſe dicitur, tenens in manu librum. Lactantius lib. 1. cap. 6.

Albunea reſonans. Horat. lib. 1. Carm. 7. 3.

Me nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Larißæ percuſſit campus opimę,
Quàm domus Albuneæ reſonantis,
Et præceps Anio, ac Tyburti lucus. A crom Albunea, deleſtabilegimus eſt, conſecratum Albuneæ nymphæ, à qua & nomen accepit. Porphyr. Albuneam dcain in regione Tyburtina fontis præſidem, & Virgilius teſtis eſt in ſeptimo.

Alburnum, huius alburni, (ὀλοὸν φάρμακον,) quid ſit declarat Plinius lib. 16. cap. 38. his verbis, Humor & cortex arborum eſt: qui ſanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Et paulo poſt, Atque in toto corpore arborum, vt reliquorum animalium cutis, ſanguis, caro, nerui, venæ, oſſa, medullæ. Pro cute cortex. Item paulo poſt, Proximi plerunque adipes. Si vocatur à colore alburnum mollis ac peſſima pars ligni, etiam in robore facile putreſcens, terræ obnoxia: quare ſemper amputabitur.

ALBVRNVS, Lucaniæ mõs à cadore verticis dictus. Vir. 3. Geor. 19.

Eſt lucos Sylari circa, ilicibuſque virentem
Plurimus Albarnum volitans, cui nomen Aſilo.

¶ Alburnus, nomen piſcis apud Auſonium in Moſella,

Quis non & virides vulgi ſolacia Tincas
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis?

Albus, adiectiuum, (ἄλβος, ἀργεννὸς, λεύκιππος,) Nomen eſt colorum. Plurimi ſunt qui album à candido ſic diſtinguant: vt album pallori contunctum ſit, quale eſt linteum: candidum ſplendori, vt videmus in niue. Et certè hæc eſt vtriuſque propria ſignificatio: ſed ab authoribus ſæpe confunditur. Albo opponitur atrum: candido nigrum. Feſtus, Album quod nos dicimus, à Græco quod ἄφατον eſt appellatum. Sabini tamen Alpum dixerunt. Vnde credi poteſt nomen Alpum à candore niuium vocitatum. Virg. 3. Georg. - color determinus albis, Et giluo, De equis loquitur. Plaut. Capt. 11. 116. Albo corpe & oculis nigris, & Albæ auriculæ, apud Perſium eſt aures aſinæ.

Album vinum. Plaut. Album an atrum vinum potas?

¶ Album, (γράμμα ἐν ᾧ λευκῷ.) Pandect. lib. 50. titulus eſt: De albo ſcribendo, in quo præcipitur, quo ordine ſcribi debeant Decurionũ nomina. Vlpian. Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet, vt legem municipali præcipitur. Ibidem: In ſententiis quoque dicendis idē ordo ſeruandus eſt, quem in albo ſcribendo diximus.

Album citharœdorum. Sueto. in Nerone, cap. 25. Sine mora nomen ſuum albo profitentium citharœdorum iuſſit adſcribi.

Album iudicum. Suet. in Claudio Cęſare, cap. 16. Splendidum virum, Græciæque prouinciæ principem, verùm Latini ſermonis ignarum, non ſolùm albo iudicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit. Album iudicum appellat, in quo eorum nomina deſcripta erant, qui earum erant Decuriarum, quæ vnoquoque tempore iudicabant. Hæc Budæus. Rurſum Suetonius in Domitian. cap. 8.

Album iudicum, per metaphoram dictum à Plinio in præfatione, libro primo. 25. Quum hanc operam conidicerem, non eras in hoc albo. Alluſit enim ad morem eorum, qui cauſas acturi in foro, aut declamaturi, auditores corrogabant, quaſi futuros iudices eloquentiæ, aut facundiæ. Budæus.

Mittere in album iudicum. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 7. Vbi verò animi coniectura capienda eſt: vbi id de quo ſola ſapientia decernit, in controuerſiam inciditnon poteſt ad hęc ſimus iudex ex turba ſelectorũ, quem cenſus in album & equeſtris hæreditas miſit.

Albo ſenatorio eradere aliquem. Cornel. Tacitus lib. 4. Apidium Merulam, quòd in acta diui Auguſti non iuraſſet, albo ſenatorio eraſit.

Album prætoris. In lege prima De Edendo, Eum quoque edere Labeo ait, qui producit aduerſarium ſuum ad album. Intelligendum eſt de albo prætoris, in quo edita prætorum proponebantur: cuius crebra in iure mentio. Album vulgò matricula dicitur, vt Album Decurionum, & ſimilia. A quibuſdam matrix, à quibuſdam recentiorum Pyctatium: à Græcis λίνωμα, quaſi album. Eudęus.

Efferre

Efferre in album, & proponere. Cic. 2. de Orat. 28.

Album ea quoque tabula nominatur Ciceronis. 1. de Orat. 28. in qua ſingulorum annorum acta literis mandabatur à Pontifice maximo: proponebantúrque domi eius, vt poteſtas eſſet populo cognoſcendi: iiſque nunc Annales maximi nominantur. Ex Hermolao. In eadem tabula, ſiue in alia eiuſmodi, etiam ſcribebantur ea quæ ad ſacrorum ritum pertinebant. Vnde locutio illa, In albũ referre. Liuius. 1. ab vrbe. 139. Omnia ea ex commentariis regis Pontificem maximum in album relata proponere in publico iubet.

¶ Albus, pro pallido, & per metaphoram pro anxio & ſollicito interdum accipitur. Martial. lib. 1. 51.

Non amet hanc vitam, quiſquis me non amat, optot
Viuat & vibanis albus in officiis. Sipõtimę, Quintá, inquit, ob timorem ſanguis ab exterioribus partibus ad cor refugit, propter quod facies exalbeſcens videtur factũ eſt vt albũ ſæpe pro pallido accipiamus.

* Albus pro eo quod vulgò beretinũ vocat, vt eſt pilus aſinorũ. Perſius. Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas. De auribus enim aſini loquitur.

¶ Albus an ater ſit, neſcio. Solet dici de homine vehementer ignoto. Cicero Philipp. 2. 63. Et quidem vide, quàm te amarit is, qui albus aterne fuerit ignorans, fratri ſi album præterit? Q. Furii, &c. Eraſmus.

¶ Albo rete alienæ captare bona. Plaut. in Perſa 1. Ne iſti faxim vſquam appareant, qui hic albo reti, aliena oppugnant bona. Rete vocat calumnias quadruplatorum, & paraſitorum. Album dixit, alludens ad codicillos, & dicas, ſyngraphaſque, quibus his intenditur peragitúrque. Nec omnino diſplicet, vt ad Album prætoris, quo leges & litium formulæ proponebantur, reſpexerit. Nam leges etiam Solon aramarum retibus ſimiles eſſe dixit. Eraſmus in Chiliad.

¶ Album abſolutè poſitũ pro albore. Virg. in Buc. Sparſis etiã uiue pelliteralbo. Idem. 3. Geor. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo.

¶ Album oculi. Celſus lib. 7. cap. 7. Cui malo ſolet etiam illud accedere, vt palpebræ cum albo oculi cohæreſcant. Ibidem, Vbi albo ipſius oculi palpebra inhæſit. Idem lib. 2. cap. 8. Si palpebrę dormentis non coëunt, ſi album oculorum apparet.

¶ Album oui pro albumine, Abſolutè dicitur. Plin. lib. 20. cap. 11. 3. Cũ oui albo illitum. Sic idem ſæpe alibi. Celſus lib. 6. cap. 6. Oui & albũ, & vitellus. Ibidem, Adiecto vel albo oui, vel mulierbi lacte.

¶ Alba, dicimus feliciaſſicut infames, nigros: propterea q̃ Pythagoras aiebat id quod eſſet colore candido, ad boni naturam pertinere: quod atro, malũ. Plutarchus in vita Periclis: Vniuerſam multitudinem partiturus in octo partes, ſortibus vtebatur: & cui contigiſſet alba faba, huic cæteris pugnantibus permittebat in commune atque otio agere. quapropter etiam aiunt eos quibus res aliquæ ſuauiter ſuccedunt, eum diem albam vocare, nimirum ab alba faba. Eraſmus in Chiliad.

Album & nigrum nouit. Duplicem in ſententiam accipi poteſt. Aut, Nouit diſcrimen recti, prauique: aut, Nouit id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam eundantius eſt albi nigrique diſcrimen, quàm vt quiſquam non videat. Videtur eſſe tractum à priſcis illis mortalibus, qui duas tantùm naturales colores nouerant, album & nigrum, teſte Pompeio. Eraſmus in Chiliad.

Alba auis, pro re noua atque auſpicata dixit M. Tullius in Epiſtolis familiaribus, lib. 7. 29. 4. Quum enim ſalutationi nos dedimus amicorum, quæ ſit hoc etiam frequentius, quàm ſolebat, quòd quaſi album auem videntur, bene ſentientem ciuem videre: abdam me in bibliothecam. Quadrabit & in rem admodum rarum & inuſitatam, quòd aues perpaucæ ſint hoc colore. Ita Iuuenalis: Coruo quoque rarior albo. Eraſmus in Chiliad.

Album calculum addere, id eſt, approbare. Inde ſumptum, quòd antiquitus miſſis in vrnam calculis, ita ferebantur à iudicibus ſententiæ, vt albis abſolucrent, nigris dánarẽt. Qui ſi fortè fuſſient æquales, tamen liberabatur reus, eiusq; rei cauſam Ariſtoteles copioſiſſimè reddit in Problematibus. De calculorũmore meminit Ouid. Metam. lib. 15. 9.

Mos erat antiquis, oluces atriſque Lapilli,
His damnare reos, illis abſoluere culpã.
Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis, & omnis
Calculus immiſtum demittitur ater in vrnam.
Quę ſimul effudit numerandos verſa lapillos,
Omnibus è nigro color eſt mutatus in album.

Plinius iunior. Confiteor & ipſum me & contubernales ab editione non abhorrere, ſi modo tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris. Id eſt ſi noſtrum hunc errorem tuo iudicio comprobaris. Eraſmus in Chiliad.

Albæ gallinæ filius, Hoc eſt, feliciter natus. Iuuenalis, Quia tu gallinæ filius albæ. Vel q̃ læta atq; auſpicata Latini alba vocat, vel q̃ prouerbiũ alludit ad fatalẽ illã gallinã, de qua Suetonius in Galba, his quidẽ verbis: Liuię olim ſtarim poſt Auguſti nuptias Veientanum ſuum reuiſenti, præteruolans aquila, gallinã albam, ramulum lauri roſtro tenentem demiſit in gremium. Quumque nutrirı aiſtem, ac pangi ramulum placuiſſet, tantã pullorum ſoboles prouenit, vt hodie quoque ea villa Ad gallinas vocetur. Tale verò lauretum, vt triumphaturi Cęſares inde laureas decerperent. Fuitque mos triumphantibus, alias conſtitum eodem loco pangere. Et obtinuerunt eſt, ſub cuiuſque obitum, arborem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe. Ergo nouiſſimo Neronis anno & ſylua omnis exaruit radicitus: & quicquid ibi gallinarum erat, interiit. Conuenit igitur adagium in eos, qui rara & fatali quadam felicitate ſucceſſibus rerum vtuntur. Huic diuerſum eſt illud apud eundẽ iuuenalem, Nati infelicibus ouis. Eraſmus in Chiliad.

¶ Albus Lucifer. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. ad finem,

Hoc vtinam oriudi Solis præuntius ortus
Afferat admiſſo Lucifer albus equo.

Albus pallor. Horat. Epod. 7. 3.

Quadrigæ albæ. Plin. li. 7. cap. 30. Platoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius Tyrannus, alias ſæuitiæ ſuperbiæque natus, vitatam nauẽ miſit obuiamque ſibi quadrigis albis egredientem in littore excepit.

Alba ſenecta. Propertius libro tertio eleg. 5. 5. Sparſerit integras alba ſenecta comas.

Alba ſtella Caſtoris & Pollucis. Horat. 1. Carm. 12. 6.

Dicam & Alciden, puerosque Ledæ,
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem, quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit. Acron: Alba, ſerena. Nam frequentius dum oritur, tempeſtates facit. ſed hîc proſperum poſuit. Porphyrius.

Alba nautis ſtella, nunc candida & benigna.

Albulus, pen. corr. diminutiuum, adiectiuum. Catul Epigram. 1712. in Iulium Cæſarem, Vt albulus columbulus Dionęus.

Albarium, ſiue Opus albarium, (κονίαμα,) Dicitur quod illinitur tecturo, quum paries pingendus non eſt: & ex pura calce fit. Plin. lib. 35. cap. 16. 3. Eademque lacte dilutæ, & tectoriorum albaria interpollantur. Albarium opus. Plinius lib. 36. cap. 23. 4. Contra in albario opere, vt macerata calx ceu glutinum hæreat.

Albatus, pen. prod. adiectiuum (λευκόχρως,) vt, Albatus homo. Id eſt veſtibus albis ornatus: cui contrarium eſt atratus. Antiqui autem feſtos dies albati ferè agebant. Horat. 1. Serm. 2. 13.

Ille repotia, natale, aliuſve diem
Feſtos albatus celebret. Cice. in Vatinium. 14. Quum tot hominum millia accumberent, quum ipſe epuli dominus Q. Arius albatus eſſet, tu in templum Caſtoris te cum C. Fidulo atraro cæteriſque tuis fortiſſimis intuliſti. Plinius libro octauo, cap. 41. Albati equi palmam occupauere.

Albatus, Minor magiſtratus, ab albo. Varro.

Albeo, albes, albui, (λευκαίνομαι,) albere deriuatũ à nomine Albus ſignificat albũ eſſe. Virg. 12. Aeneid. Cumpiq̃ ingentes oſſibus albent.

Vbi Seruius, vſurpauit verbum Albeo, albes. Plinius lib. 12. cap. 19. 7. Damnatur in primis molle cinnamomum, aut cui albet cortex. Mart. lib. 8. 29. Et Tyburtino monte quod albet ebur.

Albet caput canis capillis. Ouid. Epiſt. 13. ad finem.

Albentes comæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12. 6. & lib. 2. de Arte. 134.

Albentes equi. Plin. in Paneg. Quadrijugo curru, & albentibus equis.

Albens oliua. Ouid. 11. Epiſt. 14.

Albentes roſæ. Ouid. 3. de Arte amat. 37.

Albentibus ſpuma frena oblita. Ouid. 15. Metam. 104.

Albentes villi. Ouidius. 11. Metamorph. 36. de villis interioribus auricularum aſinarum Midæ.

Albens vitta. Ouid. 5. Metam. 22. & lib. 15. 136.

Albeſco, albeſcis, (λευκαίνομαι,) albeſcere, Album fieri, aut album eſſe. Cic. 4. Acad. 189. Quòdque nunc quia à ſole colluer, albeſcit & vibrat. Virgil. 1. Georgicorum.

Flammarum longos à tergo albeſcere tractus.

Martial. lib. 7. 12. Dum Tybertinis albeſcere collibus audit.

Albeſcit fluctus in vndis fractus. Sil. Ital. lib. 2. 85.

Albeſcit lux. Virgil. 4. Aeneid. 118.

Regina è ſpeculis vt primùm albeſcere lucem
Vidit &c. Vbi Seruius: Hypallage eſt. Lucę enim albeſcunt omnia, non lux albeſcit.

Albeſcit meſſis ariſtis maturis. Ouid. 5. Faſt. 72.

Albeſcens capillus, (λευκότριχος,) Horat. 3. Carm. 14. 5. Lenit albeſcẽs animos capillus. Hoc eſt ſenectus.

Albeſcentes vndæ. Sil. Ital. lib. 8. 90.

Albico, albicas, pen. corr. (λευκαίνομαι,) albicare, Albere, ſine album eſſe: ſed albere eſt rarißimum, albicare frequentiſſimum. Plinius lib. 27. cap. 5. Mutat colorem, ſed ex nigro albicare incipit & intumeſcit. Idem lib. 12. cap. 12. 4. Albicans caulis in purpura. Hora. 1. Car. 4. 1.

Nec prata canis albicant pruinis.

Albicatur, Candidatur & albeſcit. Varro. Caue canem, Vbi rius præcipitatur, in nomore deorſum rapitur, atque offenſus aliquo à ſcopulo lapidoſo albicatur. Author Nonius. Ex cuius interpretatione videtur albicari eſſe palliuum: ſed quia albicare neutrum eſt malim interpretari albicatur pro albicat, vt ſit deponens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Albidus, penult. corr. (ὑπολεύκος,) Aliquantulum albus. Columel. lib. 2. cap. 9. 11. Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leue &c. Plin. Epist. 173. b. Color cæruleo albidior.

* Albidum vicos. Colum. lib. 1. cap. 26.

Albida spuma. Ouid. 3. Metamorph. 14.
Spumaque pestiferos circunfluit albida rictus.

Albitúdo, penult. prod. (λευκότης,) Idem quod albor. Plautus Trinum. Vbi habitet item alterum ad ipsum capitis albitudinem. Antiquum est teste Nonio.

Albo, albare, (λευκαίνω,) Album facio. Cuius passiuum albor, ris, Albari sio.

Albor huius alboris, m. g. (λευκότης.) Verbale ab albeo, albes, sicut candor à candeo. Est quod vulgò dicitur albedo. Varro. Qui vident alborem eam admirantur.

Albus spinus, arbor est aculeata, pruni magnitudine, flore albo, bo odorato, acinis quum pubescunt viridibus, quæ maturescunt rubris, ligneo intus nucleolo. Sunt qui tradant hanc sturpem fulmine non ici, nec vnquam de cœlo tangi. Aiunt quo que pisces marinos floris odore perculsos, confectum corruptionis sentire contagia. Vulgus deturbandis calculis vtitur acino, singulari remedio ex vino, quem peculiari vocabulo Senellam nominat. Ruellius libro tertio, cap. 12.

ALBVTIVS, antepenult. prod. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 2. 14.
-hic neque seruis,
Albuti senis exemplo, dum munia dicit,
Sæpius erit. Albuti, pro Albutii. Porphyr. Hic est Albutius, qui & auarus, & elegans cõuiuiorũ apparator, seruos esse habitus in seruosuspi ob cupiditatem nimiam habendi alienam vxorem, suam veneno necauit.

T. Albutius, cuius M. Varro meminit, dicitque scripsisse Satyras Lucilia no stylo. Nam & Lucilius eum, vt Græca miscentem, verba notat his verbis, Græcum te Albuti quã̃m Romanum, atque Sabinum &c. Vide reliqua apud Ciceronem, in principio de Finibus.

Albutium alium Seneca in declamationibus dicit suo tempore fuisse no bilem declamatorem.

Albutius Silus, Nouariensis Orator Romam venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam verò senior ob vitium vomicæ, Mouariã̃ dedit, commodaraque plebe cauilis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo. Ex Tranquillo.

Alcaea, alcææ, (ἀλκαία,) Cauda, proprie leonis. Plin. lib. 8. cap. 16. Nec in leone tantum intelligitur alcæa, sed in equo item, & bone, & id genus aliis quę vtiũtur cauda vt adiutorio. Callimachus absurdè etiam in musca alcæam posuit. Cælius lib. 7. cap. 28.

* Alcæus, (ἀλκαῖος,) poeta Lyricus patria Mitylenæus, de quo Sappho plaoni suo apud Ouid. 6.
Nec plus Alcæus, consors patriæque, lyræque

Laudis habet quàmuis grandius ille sonet. De hoc meminit his verbis Quintilianus lib. 10. cap. 1. Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, quia tyrannos insectatur, multum etiam moribus cõferti in eloquendo quoque breuis, & magnificus, & diligens: Homero simillimus in lusu & in amores delœndit, maioribus tamen aptior. Cicero quoque. 4. Tusc. 117. Fortis vir in sua Republica cognitus, quæ de iuuenum amore scribit Alcæus? Idem lib. 1. de Natura Deorum. 107. Nobis qui adolescentulis delectamur, etiam vitia læpe iucunda sunt. Nævus in articulo pueri delectat Alcæũ. At est corporis macula nævus: illi tamen hoc, lumen videbatur. Strabo lib. 13. Mitylenæ à compluribus tyrannis oppressa fuit propter intestinas seditiones: vnde Alcæi poemata, quę Stasiotica, id est bella ciuilia & seditiones cõtinentia, vocantur, de rebus iis pertractant. Militiam quoque exercuit hic Alcæus, vt ibidem testatur Strabo, & Horatius lib. 1. Carm. 32. 2. qui eum dicit ferocem bello: quia res bellicas gessit aduersus tyrannos, & Pittacum Mitylenæum victum expulit, vt ainut Acron, & Porphyr.
Proinde pugnax dicitur Politiano,
Exactosque canis pugnax Alcæe tyrannos.

Alcæi camœnæ minaces. Horat. 4. Carm. 9. 2.
Pudariæ latent,
Cearque & Alcæi minaces,
Stesichorique graues camœnæ. Vbi Acron & Porphyrius, Minaces Alcæi camœnæ dictæ sunt, quoniam adeò amarus fuit, vt asperitate carminis sui multos de ciuitate eiiceret.

Alcæus sonans aureo plectro. Horat. 2. Carm. 13. 6.

¶ Alcæus ab ortu vocatus est Alcmenæ filius, cui post Herculis cognomen est indrumimon quòd propter Iunonẽ sit gloriam adeptus, sicut Omitres ait, sed quia virtutem prisci illius Herculis Aegypti imitatus. Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2.

¶ Alcæus item fuit Amphitryonis pater, auus Herculis: vnde Alcides dictus est.

¶ Alcæus, Omphales & Herculis filius. Domit. Cal. in Sappho Ouidii.

¶ Alcæus, Comœdiæ veteris scriptor, à quo æditæ sunt decem fabulæ. Domit. Calder. in Sappho Ouidii.

Alcaicum metrum, (ἀλκαϊκὸν μέτρον,) ab Alcæo poeta lyrico dictũ est. Te

stis Acron in Horatium, lib. 2. Carm. Ode. 13. Cõstat autem Alcæicum ex Epitrito secundo. Choriambis duobus, & Bacchio. quale est illud Horatii primo Carm. 8. 1.
Oderit campum, patiens pulueris atque solis.

Alcarmes, & Carmes lingua Pumea vocatur Crocos, seu vermiculus, ex quo fit elegans ille rubor, & coccineus color, quem nde Carmasinum dicimus, vulgò Cramoisi. Ruellius libro secundo, capit. 136.

ALCATHOE, penult. correp. vrbs fuit vt quidam putant, eadem cum Megara, de qua dixit Ouidius, lib. 8. Metamorph.
Alcathoe quam Nisus habet. & reliqua.

ALCATHOVS, Pelopis filius, qui cædis Chrysippi fratris suspectus, Megaram venit, occultoque leone, qui Cytheronius à loco dicebatur multosque, & in iis Megarei regis filium Eurippum necauerat, tacitus Megareo gener, in regno successit. Author Direchidas. De hoc alcathoo plura Pausanias in Attica.

Alcea, alceæ, genus herbæ, Græce (ἀλθαία,) vulgò Bismalua, malua, salsatica, bon vischio, mal nauschio saluatico. Plin. li. 27. 6.

Alcedo pen. longa, alcedinis. f. g. (ἀλκυών,) Auis est sic dicta quasi algedo, quòd frigiditatis temporib' nidificet. Dicitur à Græcis halcyone. Vide suo loco. Plaut. Pœnulo. 4. 134.
Iam hercle tu periisti illum mihi tam tranquillam facis,
Quàm mare est olim, quum alcedo pullos educit suos. Festus, Alcedo dicebatur ab antiquis pro halcyone.

Alcedonia, alcedoniorum. (ἀλκυονίδες,) dicuntur ab alcedine, sicut ab halcyone, halcionides, hoc est, tranquilli dies, quibus nidificant halcyones. Plaut. Casin. 2. 25. Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum. Vbi interpres, Alcedonia, tranquilla tempora, vel tranquilli dies. Varro citans Pacuuium, Halcyonis rutulus peruolans furor. Hæc tamen auis nunc Græcè dicitur halcyonis à nostris alcedo. Hæc hyeme dicitur pullos tranquillo mari facere: eos dies alcedonia appellabat quasi est halcyonis ritu. Hæc ille. Ex verbis autem Plinii facilè patebit eius rei significatio: sic. n. scribit lib. 10. cap. 32. vbi de halcyonibus, Fortificant bruma: qui dies halcyonides vocantur, placido mari per eos, & nauigabili, Siculo maximè.

Alces, alcis, seu Alce alces, (ἄλκη) Græcorum more (vt ait in Plin. Hermol.) animal est à Gallia trasalpina, de quo sic Cæsar de bel. Gal. 94. Sunt item quę appellantur alces: harum est consimilis capris figura, & varietas pellium: sed magnitudine paulò antecedunt mutilæque sunt cornibus: & crura sine nodis, articulisque habentes: neque quietis causa procumbũt: neque si quo afflictę casu concidere, erigere & esse, aut subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus: ad eas sese applicant: tum ita paulum modò reclinatæ quietem capiunt. Quarum ex vestigiis, quũ est animaduersum à venatoribus quò se recipere consueuerint, omnes eo loco, aut à radicibus subruunt, aut abscindunt arbores, tantum vt summa species earum statum relinquatur. Hue quum se consuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atque vnà ipsæ concidunt. Plinius libro octauo, capite 15. Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut asinorum Africa & Africa: præterea aleen, ni proceritas aurium & cerueis distinguat, iumento similem.

ALCESTE, (ἄλκηστις,) siue Alcestis, filia fuit Peliæ Thessalorum Regisque persuasis à Medea sororibus: vt Peliam patrem iugularent, sola tantam impietatem abnuit. Hanc Iason mortuo Pelia nuptam dedit Admeto Regi Thessaliæ, vt testatur Diodorus Siculus, libro 4. cap. 7. quæ pro viri salute se morti tradidit. Nam rege ægrotante responsum fuit ab oraculo breui moriturum, nisi quis amicorum pro eo morti se traderet. Quod quum omnes recusarent, ipsa promptissimam se obtulit, cuius meminit Iuuenalis Satyr. 6.
-spectant subeuntem fata mariti
Alcestim, & similis si permutatio detur,
Morte viri capiant animam seruare catellę. Vide ADMETVS.

Alceste pagasæa, à Pagasa vrbe Thessaliæ. Ouid. lib. 3. de Arte amandi.
Fata Pheretiadæ coniux Pagasæa redemit,
Proque viri est vxor funere lata sui.

Alceste Thessala. Claud. in laudibus Serenæ Regiæ, Epigram. 22. 3.

ALCETAS, Tharypi filius, à quo in Pyrrhũ vsque Achillis filiũ, quite decim virorum generationes sunt. Pausanias in Attica.

Alceras Macedo, propterea Chone denominatus est, vt inquit Polemo, quòd Chone ori inserta, infusum continet vinum biberet. Stephanus Niger in lib. De nimio vitæ luxu.

ALCETES, Arymbæ filius, Aeacida fratre natu maior, Epirotarum Rex, sed impotentis iracundiæ vir, atq; idcirco à patre expulsus, quòd in Epirotas quoq; sæuire, ac furere inciperet, noctu cõspiratione facta, vnà cum liberis de medio sublatus est. Cui interfecto Epirotæ Pyrrhũ Aeacidæ filium substituerunt. Pausanias in Attica.

ALCHIDAS Rhodius, Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamauit, atque in eo amoris vestigium reliquit. Plinius libro trigesimo sexto, capit. 5.

Alchippe,

ALCHIPPE, Marsorũ oppidũ, lacu Fucino hausto, conditum à Marsya duce Lydorum. Plin. lib. 3. cap. 12. Alii tamen Archippe scribunt.

* Alchymia, Hac voce Pirmicus vtitur. 48.

ALCIBIADES, (ἀλκιβιάδης,) vir Atheniensis pulcherrimus, nobilissimus, & rei bellicæ pertissimus. Sed linguæ fuit balbutientis, & proinde taxatus ab Aristophane comico illo versiculo, ὅλας ϑαλάττης κἀλλικόμους κἀλαυσιφρύκτους. Author Plutarchus in Alcibiade.

Alcibiadis mater, Demarete nomen fuit. Plin. lib. 34. cap. 8.

Alcibiades famam apud Græcos in bibendo meruit. Plin. lib. 14. cap. 22

Alcida alcidæ, (ἀλκίδης,) fera stupenda, ex terra nata, plurimum ignis ex ore vomens, primùm in Phrygia apparuit, regionem quandam combussit, quæ hucusque exusta Phrygia dicta est. Deinde ad mõtem Taurum transcendens, syluas continuas vsque ad Indos incendio vastauit. Postmodum per mare in Phœniciam reuersa, syluas Libani incendit: perque Aegyptum in Libyam profecta, ad loca peruenit occidua. Postremò syluis circa Cerauniã destructis, omnique incensa patria, quum homines partim flamma absumpti essent, partim timore patriam linquẽtes ad remotiora diffugerent loca, Minerua ferunt tum sapientia, tum fortitudine, ac viribus fretam, eam feram necasse, pellemque pectori circumdedisse, tum vestitus tutelæ: quę corporis gratia, tum ad virtutis partẽque gloriæ memoriam ostendendam. At verò Alcidæ mater Terra commota, deorum hostes, gigantes peperit: quos postmodum Iupiter Mineruæ Dionysiique ac ceteroru deorũ ope deleuit. Author Diodorus Siculus, lib. 4. cap. vlt.

ALCIDAMAS, pen. corr. Lusitator insignis. Stat. 10. Thebaid. 93.

Alcidamas Eleates, philosophus, scripsit de Musica, discipulus Gorgiæ Leontini author Suidas. Hunc inter scriptores Rhetoricæ annumerat Quintilianus lib. 3. cap. 1. Meminit Laertius in Protagora.

ALCIDAMVS, rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit authore Cicerone lib. 1. Tuscul. quæst. 188.

ALCIDES, penult. prod. (ἀλκείδης,) Hercules dictus ab Alcæo auo, patre Amphytrionis, Seruio author, Sanè Alciden, inquit, volũt qui dam dictum, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est à virtute. quod non proceditquia à prima ætate hoc nomen habuit ab Alcæo patre Amphytrionis. Dequo Charon apud Virgilium lib. Aeneid. 6. Nec verò Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, &c.

Clarus Alcides. Seneca. Amõne clari fugit Alcidæ tibi?

Alcides clusum rempora hiatu Cleonæo. Id est habens caput tectum pelle leonis Cleonæi. Valer. Flac. Argonaut. 1. 7.
-Cleonæo iam tempora clusus hiatu Alcides. Sic videlicet, vt Herculis caput regeretur pelle capitis leonini. Tale est illud Senecæ in Hercul. Oeth. Vallántque feri tempora dentes.

Alcides Dens. Seneca in Octauia. 4. 22.

Ferus Alcides. Stat. 8. Thebaid. 11.

Infamis Alcides. Ouid. Epist. 9. 27.

Lætus Alcides. Valer. Flac. Argonaut. lib. 3. 95.

Pius Alcides. Stat. 6. Thebaid. 2. -primus Pisæa per arua
Hunc pius Alcides Pelopi certauit honoreu.

Magnanimus Alcides. Lucan. lib. 4. 123.

Magnus Alcides. Virgil. 5. Aeneid. 82.

Alcides mortalis. Seneca in Hercul. Oeth. 15. 10.

Trux Alcides. Martial. lib. 9. in Afrum.

ALCIMACHVS, pictor nobilis. Plin. lib. 35. cap. 11. Alcimachus pinxit Dioxippum, qui Pancratio Olympiæ citra pulueris iactum (quod vocant aconiti) vicit: coniti Nemea.

ALCIMEDE, penult. corr. Phylaci filia. Fuit & Alcimede vxor Aesonis, & Iasonis mater, vt tradit Pherecides. Quamquam Homerus enarrator Aesonem, ex Polymila Iasonem genuisse scribit. Valer. Flac. 1. Argonaut. 61. -hunc grauis Aeson,
Et pariter vigil Alcimede spectantque, tenentque.

ALCIMEDON, penult. corr. proprium nobilis artificis cælatoris, cuius meminit Virgilius Ecloga. 3. -pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis.

ALCIMVS, orator omnium qui in Græcia tum florebant, eminentissimus. Diogenes Laert. lib. 1. in vita Stilponis.

Alcimus Lydorum rex, præcipua integritate ingenioque mitissimo fuit. Proinde vniuersa eius tempore Lydis altissima contigit pacis tranquillitas, & diuitiæ affluentissimæ: & ita quidem, vt intrepidè ageret vnusquisque, omninoque citra insidiarum vllum metum. Cœlius lib. 10. cap. 69.

ALCINOVS, penult. corr. (ἀλκινόος,) Nausithoi filius teste Homero lib. 7. Odyss. rex Phæacum in Corcyra insula iustissimus, dicente Orpheo in Argonaut. κεκλῆσθαι δ' ἀγαυὸν Φαιήκων βασιλῆα. Fuitque diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit. Virgilius lib. 2. Georgic. Pomáque, & Alcinoi syluæ. Id est arbores pomiferæ. Huius meminit Ouidius Metamorph. 12. & Homerus in Odyssea. Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, vt maturis fructibus noui statim succederent. Stat. lib. 1. Syla. 3. 17.
Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? vosque
Qui nunquam vacui prodistis in æthera rami? Iuuenal. Satyr. 5.
-illa iubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore,
Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat. Meminit Plinius libro decimo nono, cap. 4.

¶ Fuit item Alcinous Philosophus Platonicus, qui epitomen composuit decretorum Platonis.

¶ Alcinoi apologus. Dicitur de longis & amilibus fabulamentis. Refertur à Drogeniano, & Iulio Polluce, lib. 6. Sumptum ex Homeri Odyssea, vbi Vlysses in conuiuio Alcinoi Phæacum Regis, prodigiosas, ac deridiculas fabulas, & portentosa mendacia commemorat de Lotophagis, Lestrigonibus, Circe, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæacum inscitiã: vt sit Alcinoi apologus, ficta narratio apud Alcinoum habita. Hoc prouerbio vsus est Plato de Republica lib. 10. Haud tibi fum narraturus Alcinoi apologum sed &c. Erasmus in Chiliad.

Alcinous Coreyræus, ab Insula Coreyra, in qua regnauit. Martialis, li. 8. ad Eutellum. Qui Coreyræi vidit pomaria regis.

ALCIPPE, (ἀλκίππη) Martis filia. De hac vide Pausaniam in Attica.

Alcippe, mulier quæ elephantum peperit. Plin. lib. 7. cap. 3.

Alcippe, nomẽ est rusticæ mulieris proprium, cuius sæpe meminit Theocritus, & Virgilius Ecloga. 7.
Quid facerem: neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam,
Depulsos à læte domi quæ clauderet agnos.

ALCIPPVS, (ἄλκιππος,) cuius Lacedæmonius, is ex vxore Democrita duas suscepit filias. Plutarchus in Narrationibus amatoriis. Is quũ & optimè ciuitati consuleret, & ea ageret quæ à Republica esse intelligeret, eorum inuidiam in se concitauit qui aduersus ei partes in Republica fouebant. Quorum falsis fermonibus persuasi Ephori, velle Alcippum leges dissoluere, exilio virum multarunt. Itaque exiuit ille Sparta. Democrita verò vxor, quæ se viro comitem vnà cum filiabus præbere veller, prohibita est. Quin & eius bona publicarunt: ne dos virginibus superesset. Sed quũ nonnulli puellas sibi ob paternam virtutem vxores postularent, senatus consulto ab inimicis prohibiti sunt vxores illas accipere: quippe qui de ipsarum matre votum dicerent auditum, vt sibi quamocyssime liberi ex filiabus orirẽtur, qui patrem vindicarẽt. Quum igitur vndecunq; Democrita impugnaretur cõem quandam totius populi celebritatem obseruauit, ad quam mos erat, vnà cum virginibus domesticisque omnibus, atque in tantibus mulieres conuenirent. Quæ vero ex nobilitate essent, seorsum ipsæ à cæteris in magno quodam Androne pernoctabant. Ibi illa gladio sub veste accincta, comites secum filias educit, noctuque in templum proficiscitur: obseruatoque tempore quo omnes mysterio interforet, quũ occlusæ fores essent, magna lignorum vim iuxta eas cõstipauit: quippe quæ ad manum præstoque forent, ad sacrorum vsum cõcucta. Tũ ignem immisit. Accurentibus autem auxilio viris, filias ipsa suas, tum sese ipsam Democrita gladio interfecit. Quapropter quum minimè haberent, in quos iram effunderent, extra fines corpora Democritę filiarumq; proiiciunt. Quiobre irato deo, ingens ille tradit Lacedæmone terræmotus extitisse. Plutar. in Narrationibus amatoriis.

ALCISTHENE, Pictricis nomen apud Plinium, lib. 35. cap. 11.

ALCISTHENES Sybarita, præ deliciis vestem huiusmodi Reipub. composuit, vt proposita in Lacinio, quo vniuersa Italia concurrebat, maximè omnium quæ proposita sunt, admirationi cunctis fuerit: quam Dionysius prius allecutus, Carthaginensibus centum & viginti talentis vendidit, vt Aristoteles tradit. Stephanus Niger in libro De nimio vitæ luxu.

ALCITHOE, pen. corr. (ἀλκιθόη,) mulier Thebana, Minei filia, quæ Bacchum esse Iouis filium negabat: aliisque Thebanis mulieribus sacra Bacchi celebrantibus, lanificio vnà cum sororibus & ancillis operam dabat. Ira itaque Bacchi earum tela in hederam & vitem mutata, domosque incendit, ipsæ in vespertiliones sunt conuersæ. Ouidius quarto Metamorphoseos. 1.
At non Alcithoe Minyeias Orgia censet
Accipienda deinde adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat esse Iouis: sociasque sorores
Impietatis habet, &c.

ALCMAEON, (ἀλκμαίων,) Amphiarai vatis, & Eriphyles fuit filius. Huic Amphiaraus ad bellũ Thebanũ profecturus coactus, nequnã Eriphyles fide aperuit, eiúsque futuræ mortis suæ vindictã reliquit: qui defuncto patre memor præceptis vt in patrẽ pietatẽ seruaret, impius in matrem factus est, eamq; necauit. Ex Bocatio. Huic fabulæ à cæteris additur. Quum postea ob matris cædem Alcmæon furiis agitaretur, ve nisse eum ad fluuium Phlegeum, à quo lustratus est. Et quum filiã eiusdem Alphesiboeam amasset, donato illi monili quod matris Eriphyles fuerat, vxorem illam duxisse. Cæterum, quum aliquando ad Achelooum fluuium post ea tempora forte veniisset, placuisseque ipsi Callirhoẽ Achelooi filia, monile quod superiori coniugi dederat, etiam huic nuptiarum spe pollicitum esse. Ad quod repetendum quum profici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecretor, à fratribus Alphesibœę, Themone, & Axione occisum esse: qui tamen & ipsi ab eodem mutuis vulneribus periti, perierunt. Vel, vt Ouidius lib. 9. Metamor. phoseos. 84. viderut sentire, à filiis Callithoes, quos Iupiter natos, statim deos fecerat, in vltionem patris occisi sunt. Fuit & Alcmeon Philosophus Crotoniates, Pythagoræ auditor. Hic, teste Laertio, primus de naturæ ratione scripsit lingua Dorica. Author Suidas, & morbo pediculari periit, vt scribit Aelianus. Vide Diodorum Siculum lib. 5. cap. 6.

Amphiaraides Alcmæon, Amphiarai filius, Ouid. 2. Fast. 7.

Amphilochi frater Alcmæon. Ouid. 2. de Remed. amoris. 12.

Crudelis Alcmeon. Virg. 6. Aeneid. 89.
-mœstamque Eriphylen
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

Almæon Crotoniates, Pirithi filius, Pythagoræ auditor, plurimũ tamen in medicina versatus, videtur primus de naturæ ratione scripsisse, vt Plinius inquit in omnimoda tradit historia. Animam dixit immortalẽ, moueriq; modò Solis. Diogenes Laertius libro octauo.

ALCMAN, (Ἀλκμάν,) poeta Lyricus Laconicus siue Messenius Damæte patre genitus circa Olymp. 27. inuentor amatorii carminis scripsit lingua Dorica. Author Suidas. Is morbo pediculari periit, vt scribit Aelianus: qui & eum dicit fuisse Agesidis seruum, sed propter ingenii libertate donatum. Quod autem ad morbum pedicularem attinet, testatur & Plinius lib. 11. cap. 35.

ALCMENA, (Ἀλκμήνη,) pen. prod. Electrionis filia, & Amphitryonis vxor, ex qua Iupiter genuit Herculem. Ouid. 9. Metam. 5.
Nam quòd te iactas Alcmena matre creatum,
Iupiter aut fallûs pater est, aut crimine verus. Verba sunt Acheloi ad Herculem.

Alcmene Argolis. Id est Alcmena Argiua. Ouid. 9. Metam. 63.

Alcmena genitrix Aleidæ. Sillus Ital. lib. 8.

Alcmenã mater Herculea. Statius lib. 10. Thebaid.

ALCON, nomen viri proprium. Stat. lib. 10. Thebaid. 112. -sequitur Siconius Alcon.

Alcon, faber argentarius, à patria Myleus cognominatus. Ouid. lib. 13. Metamorph. 137. de cratere quem Anius rex Deli dedit Aeneæ.
Craterem Aeneæ, quem quondam miserat illi
Hospes ab Aonis Therses Ilmenius oris.
Miserat hunc illi Therses: fabricauerat Alcon
Myleus, & longo cælauerat argumento.

Alcon, (Ἄλκων) Cretensis sagittarius, cuius quum filium draco inuasisset, tanta arte direxit sagittam, vt ea currens in serpentis desiceret vulnere, nec transiret in filiũ. Hæc Seruius enarrans illud Virgilii, eclo. 5. 2.
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
Alcon Saguntinus, in conscijs Saguntini qui tum obsidione premebantur, precibus aliquid mouturum se ratus, quum ad Annibalem noctu transisset, postquam nihil lachrymę mouebant, cõditionesque tristes, vt ab irato victore ferebantur, transfuga ex oratore factus apud hostem manit, moriturum affirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret. Liuius. 5. Decad. lib. 1.

ALCYONE, (Ἀλκυόνη,) Atlantis filia ex Pleione, vt scribit Boccatius de Genealogia Deorum lib. 4.

Alcyone vxor Cæycis. Vide HALCYON.

Alea, aleę, (πτῶσις, παιγνία, κυβεία,) Est omnis ludus magna ex parte in fortunæ varietate consistens, sed propriè dicitur de tessaris. Plin. lib. 14. cap. 22. Alius quantum alea quæsierit, tantum bibit. Cic. in Catil. 32. Quod si in vino & alea comessationes solum, & & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi. Idem pro Archia poeta. 9. Quantum alii tribuunt tempestiuis conuiuijs, quantum denique aleæ, quantum pilæ tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda simplero. Martialis de Nucibus.
Alea parua nuces, & non damnosa videtur:
Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.
¶ Alea pro fortuna. Liuius, Nec tam celerem aleam vniuersi certaminis cernens. Cic. 2. de Diuinat. 53. Non perspicitis aleã quandam inesse hostijs deligendis, præsertim quum res ipsa doceat.
¶ Alea non modò pro fortunaeiled etiam pro dubitatione, & periculo ponitur. Plin. in præfatione lib. 1. Vitor illa & M. Tullius, extra omnem ingenij aleam positus. Hoc est extra omnem dubitationem, & extra omne periculum vt aliquis ei ingenio præferatur. Varro. 1. de Re rustica, cap. 4. 2. Quare si lalobritas non est, cultura nũ aliud est, quàm alea domini vitę, ac rei familiaris. Colum. in præfat. libro. 1. Maris & negotationis alea.
Alea Palamedes in castris Græcorũ cõtra Troianos reperit, dũ otia militis aggreat, vt Author est Philost. in Heroicis. Volate. lib. 19. Philolog.
¶ Alea fatisid est periculum & casus incertus. Lucanus lib. 6. 1.
Aleatum ludo similem esse vitam humanã dixit Plato, teste Plutarcho. In hoc siquidem & tacere oportet accommoda, & iis quæ cecidernnt rectè vti. Quid cadat, id in manu fortunæ est: distribuere verò rectè quæ fortè ceciderunt, id in nobis situ est. Ad quod respexisse videtur

Terẽtius in Adelphis, vitam hominum perinde dicens esse, quasi cyste ludas tesseris: vt quod iactũ non cecidit id arte vt corrigas.

Aleæ, tesserarum, & pilæ lusum Lydi excogitarunt primi. Cadmi libro vndecimo. cap. 14.

Blanda alea, quoniam spe futuri lucri semper allicit: victorem quidem vt prosperum iam successum vrgeat: victum, spe sarciendę iacturæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 10.

Damnosa alea. Martial. lib. 14. ale Nucibus. Iuuenalis Satyr. 14. 1.
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruoque eadem mouet arma fritillo.

Fallax alea. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 9.

Festiua & honesta alea lusitare. Gell. lib. 18. cap. 13. Saturnalibus Athenis alea quadam festiua & honesta luitabamus.

Alea pernox, In qua auiditate lucri pernoctatur. Iuuenalis Satyra. 6. 2.

Præceps alea. Horat. lib. 1. Epist. 19. 5.

Turpis alea. Iuuenalis Satyr. 11. -alea turpis
Turpe & adulterium mediocribus.

Vetita legibus alea. Horat. 3. Carm. 24. 12.

Pernicolosa alea. Horat. 2. Carm. 1. 2.

Aleam adire. Seneca de Ben. lib. 3. cap. 11. Itaque vt æquiore animo alterent aleam, danda illis aliqua potestas sunt.

Alea decoquit eum. Persius Saty. 5. 6.
Hic campo indulget, hunc alea decoquit.

Aleam emere. Hoc est incertum rerum euentum, quod fit quum capros piscium, vel autem, vel missilium emitur. Pomp. in L. Nec emptio. De contra. empt. & vendit. Pandect. lib. 18. & Paul. in L. quum hæredem, De hæred. vel act. vend. libro eodem.

Aleam omnem iacere. Est rem vniuersam periclitari, fortunę suæ arbitrio committere: cuiusdem alea, fortunæ ludus est magis, quàm artis. Vnde proverbiali figura, siquando ancipitem rei euentum significamus, quasi non ab arbitrio iacientis, sed à fortuna pendentis, Aleam iaci dicimus. Erasmus.

Aleam sequi. Varro: Sequentes aleam, non rationem. Id est euentus anceps pitis expectationem.

Ire in dubiam seruitij imperijque aleam. Liu. 1. ab vrbe. 96. In dubium imperij, seruitijque aleam imus. Id est anceps fortuna est, dubiusque euentus, vtrum dominaturi, an seruituri simus.

Aleator, pen. prod. (ἀλεάτωρ,) denominatiuum ab alea, qui ludum aleæ quasi artem quandam exercet. Cicero in Catil. 4. 2. In his grege suo aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Idem 2. Philip. 77. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aleatorius, adiectiuum, (ἀλεατώριος,) Quod ad aleam pertinet, vt aleatoria tabula. Cic. 1. Philip. 77. Suggerebantur etiam sæpe, non enim semper iste felix, damna aleatoria.

Aleatorium forum, apud Suetonũ in Augusto, cap. 71. Lusimus per cõdies formũque aleatorium calfecimus. Verba sunt Augusti.

Ritus aleatorius, apud Gellium lib. 18. cap. 13.

ALEBAS, Alebæ, pen. prod. (Ἀλεβᾶς,) nomen proprium viri qui apud Larissam Thessaliæ vrbem crudelissimè regnans, satellites ad fui corporis custodiam ob ciuium timorem adhibuit, ab ipsis tandem sacrificijs interfectus. Ouidius, in Ibin. 66.
Quosque putas fidos, vt Larissæus Alebas,
Vnquere non fidos experiare etuo.

Alec, Vide HALEC. Vide Mena piscis.

ALECTO, (Ἀληκτώ,) vna est ex tribus furijs. Tres. n. à poetis describuntur, Alecto, Megera, & Tisiphone. Alectus meminit Virgil. lib. 7. Aeneidos, & luctificam vocat. Porrò Furiæ dicuntur à poetis filiæ Acherontis, & Noctis, vt notant Virgilii interpretes. Orphaus in hymnis canit eas esse Plutonis & Proserpinæ filias. Alecto Ἀληκτὼ interpretatur irrequieta, non desinens, ab α priuatiua particula, & λήγω quiesco, desino, cesso. quòd nullum scelus inultum præteream.

Alectus alæ stridentes angubus. Virg. 7. Aeneidos. 113.

Alectus alæ Stygiæ. Virgilius. 7. Aeneidos. 96. Idem eas appellat fuscas, libro eodem. 82.

Alectus oculi flammei. Virgilius. 7. Aeneidos. 90.

Alectus os rabidum. Virgil. 7. Aeneid. 91.

Alectus vox rabida. Claudian. lib. 1. in Ruffinum. 9.

Alecto facie torua, & membris furialibus. Virg. 7. Aeneid. 83.

Atra Alecto. Virg. 7. Aeneid. 66.

Sata Nocte Alecto, id est Notis filia. Virg. 7. Aeneid. 66.

Atrox Alecto. Claud. lib. 1. in Ruffinum. 5.

Cocytia Alecto. Virg. 7. Aeneid. 90.

Dea Alecto. Virg. 7. Aeneid. 70.

Erinnys Alecto. Virg. 7. Aeneid. 90.

Infecta venenis Alecto. Virg. 7. Aeneid. 69.

Inmitis Alecto. Claud. lib. 1. de Raptu Proserp. 56.

Luctifica Alecto. Virg. 7. Aeneid. 65.

Sæua Alecto. Virg. 7. Aeneid. 103.

Tristis

Torquata colubris Alecto. Ouid. 1. epist. 24.

Tristis Alecto. Virg. 7. Aeneid. 82.

Alecto cincta facibus atris. Claudian. lib. 1. in Ruffin. 10.

Alecto mugit cruentum. Claudian. lib. 1. in Ruffin. 14.

Alectoria, huius alectoriæ, Lapis qui in ventriculo galli inuenitur. Gallus enim, ἀλέκτωρ dicitur. Alin. lib. 37. cap. 10. 5. Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas, crystallina specie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotoniensem vsum in certaminibus, inuictum fuisse videri volunt.

ALEGENOR, vnus fuit filiorum Boethiquatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electrion, Archilycus, Alegenor, teste Diodoro lib. 5.

ALEIVS campus, (ἄλειον πεδίον,) Strabo propè Mallum & Magarsa constituit. Meminit & Plinius in Ciliciæ situ. Mentionem facit in Bellerophontis fabella Homerus. Exposuit Eustathius, & ab errore quidem nuncupatos interpretatur, quia ἀλᾶσθαι Græcorum lingua, errare, sit: quoniam per eos aberraret primùm excussus Pegaso Bellerophontes. Sunt qui campos vacuos Latinè sint interpretati, ceu planè epitheton foret id, non loci proprium nomen. Id quàm rectè, viderint ipsi. Nec desunt ex Græcis, qui Aleios dici campos putent non ab errore, sed ab oppido quod Alas nuncuparetur addunque, inter Pinarum & Cydnum amnes collocari. Cœlius lib. 9. cap. 47.

ALEMANNI, (Ἀλεμάννοι,) Sunt Germani, dicti à Manno Teutonis dei filio, vel ab Alemanno fluuio.

Alemannos non à Lemano lacu, aut ab Alemano fluuio dictos putat Quadratus rerum Germanicarum scriptor apud Agathium: sed quòd plerique Germaniarum populi in vnum coierint. Siquidem Al Germanica lingua id significat quod Omnis: Man verò, id quod homos vt dicti sint Almanni, quasi omnis generis hominũ colluuio & confusanea permistio. Alij sic dictos putãt, q; toti viri eẽnt, & bellatores fortissimi.

Alemanni, teste Asinio viro Italico, qui res Germanorum diligenter perscripsit, in Germania genus aduentitium est ex varia colluuie gentium: quod sanè nomen indicat ἄλλμιγος, Id est errare. Hos Theodoricus Gothorum rex tributarios imperio fecit: deinde in Francorũ venère potestatẽ, vt tradit Agathius Græcus author. Volaterr. lib. 7. Geogra.

Alemanni aliter vocantur Teutones, Teutoni, & Teutonici, à Teutone deo quem venerabantur. Virgil. lib. 7.
Teutonico ritu soliti torquere Cateias. Lucan. lib. 1.
Vidimus & Martem Libyes, cursumque furoris
Teutonici. Idem lib. 6.
Cantaber exigui, aut longis Teutonus armis. Germani porrò dicuntur, quòd vicini sint Belgis. Item & Germanici, vt tradit Suetonius in Augusto: vt tamen in quibusdam Pannonicis & Germanicis, aut interueniret, aut non longè abesset. Rhenicolæ dicuntur quòd habitent ad Rhenum fluuium.

Alemannia, (ἀλεμαννία,) regio Alemannorum. Claudian. 7. Paneg. 90.
Imploratque tuum supplex Alemannia nomen.

ALEMANNVS, Fluuius apud Rysios, originem à Rubro castro (Rotenburg) trahens. Hic ad Kelheim oppidum iungitur Danubio. Vulgò Altmola vel Altmyl appellatur. Calep.

Aleo, huius aleonis, masc. g. Idem quod aleator, teste Festo. Neuio & publ. Mimographo. (κυβεύτης,)

ALERIA, Corsicæ colonia à Sylla dictatore deducta. Plin. lib. 3. ca. 6.

Ales, huius alitis. pen. corr. absolutè positum, (ὄρνις, οἰωνός,) Auis dicta ab alarum magnitudine. Sunt enim alites propriè maiores aues: vt gallinæ, anseres, cornices, corui, grues. Plinius lib. 10. cap. 19. Nunc de secundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur species, oscines & alites. Illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit. Hoc nomen propriè fœmininum est. Martial. Alitis eximiæ cauda superba fuit. Id est pauonis. Sic vbique Plinius, quantum quidem obseruare potui. Poetice tamen & in masculino legitur. Virg. Aeneid. 12. 50. Nanque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra. Id est aquila, quæ Iouis ales & armiger à poetis dicitur.

Alituum, genitiuus pluralis per epenthesim, pro alitum. Virgil. lib. 11. Alitum, pecudumque genus sopor altus habebat.

Ales & auis. Cic. 1. de Diuinat. 195. Eademque efficit in auibus diuina mens, vt tum huc tum illuc volent alites, tum in hac tum in illa parte se occultẽt, tum à dextra tum à sinistra parte canant oscines. Idem. 1. de Nat. deor. 139. Aues quasdam, & alites, & oscines, vt nostri Augures appellant, rerum augurandarum causa natas esse putamus.

Palladis ales, pro Nocthua. Ouid. 2. Fast. 18.

Pandionis ales. Ouid. ad Pisonem. 16. Hirundinem intelligit, aut Lusciniam. Progne siquidem & Philomela filiæ fuerunt Pandionis.

Phasidis ales, pro Phasiano. Stat. lib. 4. Sylu. 6. 2.

Cyllenius ales, pro Mercurio. Claudian. lib. 1. de rapt. Proserp. 16.

Cythereia ales, pro Columba. Sil. Ital. lib. 3. 138. Est enim Veneri dicata.

Daulias ales, pro Philomela siue Luscinia, à Daulide oppido. Seneca in Hercul. Oeth. 3. 4.

Phœbeius ales, pro Coruo. Ouid. 2. Metam. 109.

Tegeaticus ales, pro Mercurio. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 21.

Titanius ales, pro Phœnice. Claudian. Epigram. 3. 2.

Argentea ales, Id est alba. Ouid. 2. Metamor. 108.

Ales auida, pro Vulture iecur Tityi iugiter exedente. Seneca in Hecul. furent. 13. 14. & in Agamem. 1. 4.

Canorus ales, pro Cygno. Horat. 2. Carm. 20. 3.

Cristatus ales, pro Gallo. Ouid. 1. Fast. 91.

Flammiger ales, pro Aquila quæ Iouis fulminibus seruit, vt exponit Lactantius. Stat. 8. Thebaid. 131.

Fuluus ales Iouis, pro Aquila. Virgil. 12. Aeneid. 50.

Impiger ales, pro Mercurio. Stat. 1. Thebaid. 59.

Interritus ales. Sil. Ital. 5. 18.

Longæua ales, pro Phœnice. Claudian. de Rapt. Proserp. lib. 2. 17.

Lugubris ales, pro malo & infelici auspicio, vt interpretatur Acron. Horat. 3. Carm. 3. 13.

Mala ales, pro malo auspicio, vt exponunt Acron & Porphyr. Horatius Epod. 10. 1.

Matutinæ alites. Propert. lib. 1. eleg. 15. 10.

Miserabilis ales. Ouid. 11. Metamorpho. 147.

Occinentes alites. Catul. epigram. 22. 1.

Potiore alite aliquid facere, Id est melior auspicio. Horat. 4. Carm. 6. 5.

Regia ales, pro Aquila Ioui sacra Ouid. 4. Metamor. 73.

Sæua ales. Seneca in Oedipo. 12. 5.

Secunda alite aliquid facere, Id est prospero auspicio, vt interpretatur Porphyrio. Horat. Epod. 16. 5.

Secundis alitibus procedere, Id est felici & prospero auspicio Claudianus Panegyr. 6. 2.

Vasta ales, pro Struthiocamelo. Claudianus in Eutropium, libr. 2. 62. cuius miram stoliditatem illic describit: quemadmodum & Plinius libro 10. cap. 1.

¶ Delata pennis ales in aliquem locum. Lucret. lib. 6. 165.

Lapsa ales ab aere, prolque deorsum volante. Virg. 1. Aeneid. 80.

Ales, adiectiuum omnis generis, (ὠκύς,) ponitur à Poetis pro veloci. Silius, Alite vectus equo. Virg. 8. Aeneid. -ignis & alitis austri.

Ales, item adiectiuè positum pro alatus, id est alas habens. Cicc. 1. de Inuent. 36. Angues ingentes, alites, iuncti iugo.

Ales auis. Cic. 2. de nat. deo. 165. Inde est ales auis lato sub tegmine cœli.

Currus ales. Senec. in Medea. ad finem, Ego inter auras aliti curru vehar.

Deus ales, pro Mercurio.

Equus ales. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 11. 5. Victor Abantiades alite fertur equo. Id est. Pegaso equo alato.

Passus ales, Velox. Ouid. 10. Metamor. 117. -passu volat alite virgo.

Pegasus ales. Horat. 4. Carm. 11. 6.

Planta ales, Hoc est velox. Sillius Ital. lib. 4. 68.

Plumbum ales, pro glande plumbea, quæ funda emittitur in hostem. Sil. Ital. lib. 3. 74.

Alesco, alescis, (πληθύομαι,) alescere, antiquum verbum ab alo, alis, Idem quod nutricari, crescere. Vnde fit Coalescere. vsitatum verbum pro concrescere. Varro 1. de Re rust. cap. 44. 3. Quę nata sunt, inquit, in fundo alescunt, adulta concipiunt. Ibidem, cap. 2. 5. Quemadmodum quicquam seri, aut alescere, aut metiri potlit? Idem lib. 2. cap. 4. 17. Quòd neque mater sola potest sufferre lac, neque congenerati alescendo roborari.

Alescendi cacumen tangere. Lucret. lib. 2. 217. Donec alescendi summũ tetigêre cacumen. Hoc est donec ad finem crescendi peruenerint.

ALESIVM est, quod nunc Alesiæum vocãt, locus ad Amphilochidem proximus, in qua omnibus mensibus accolæ forum congregant. Iacet autem in via montana, qua ex Elide ad Olympiam cõmeatur. Prioribus autem seculis agri Pisæi ciuitas fuit, alias alio modo variatis locorũ terminis propter Imperatorũ permutationes. Volater. li. 9. Geogra.

ALESIVS, mons Arcadiæ propè Mantineam, sic ab errore Rheæ nuncupatus. Pausanias apud Coelium lib. 9. cap. 47.

ALESVS, penul. prod. nomen viri proprium. Vide ALESIVM.

ALETIVM, oppidum Salentinorum in Italia, author Ptolemæo, & Plin. lib. 3. cap. 11.

Alerini, Salentinorum populi. Plin. lib. 3. cap. 11.

ALETRINATES, Italiæ populi. Plinio libro 3. cap. 5. Aletrini, apud eundem lib. 3. cap. 11.

Aletudo, penul. prod. Corporis pinguedo. Author Festus. Est autem verbale ab alendo, sed obsoletum.

ALEVS, Alphudantis filius, qui Mineruæ templum condidit apud Tegeam Arcadiæ vrbem, authore Pausania.

Aleus adiectiuum, (ἄλευς,) vt Alea Mineruа. Statius 4. Theb. 58.

Alex, alecis, pen. longa. f. g. sine plurali, Genus est liquaminis, quod Plinius muriæ vitium appellat, lib. 31. cap. 8. 2.

ALEX, (Ἄλυξ,) fluuius Rheginum agrum à Locrensi disterminans, per vallem profundam cursum habet. illis aliis vox nulla contingit. Causam suspicantur esse, quòd iis omnino umbrosa regio sit, vnde roscidas alarum pelliculas minimè pandunt: illis sole feruida est, vt aridas & veluti corneas habeant, vnde aptè stridor emittitur. Strabo libro

6. apud quem scribitur Alex. alecis: apud Theocritum verò Ales, alecis. Hic fluuius Plinio Carcines appellatur: Pausaniæ & Aeliano Cecinus. Volaterra.

ALEXAMENVS Aetolus, Nabidis tyranni Lacedemonii interfector, mox ab Lacedæmoniis ipsis in regia obtruncatur. Liu. 4. Decadis. li. 5.

ALEXANDER Aphrodiseus, (ἀλέξανδρος ὁ ἀφροδισιεύς,) sub Seuero & Antonino philosophiam professus, primus omnium Aristotelem intra eos viros doctis magis laudatum q̃ intellectu, cõmentariis enarrauit: cuius schola viri docti eum audiũt, Themistius, Ammonius, Simplicius, Philoponus, Olympiodorus, Aristotelis oes cõmentatores. Volater.

Alexander Aetolus, poeta egregius, in libro qui inscribitur Musæ, refert quanto studio populus Ephesius dedicato templo Dianæ curauerit præmiis propositis, vt qui tunc erant poetæ ingeniosissimi, in deam carmina diuersa componerent. Macrob. Saturnal. lib. 5. cap. 22.

Alexander Aetolus, ex ciuitate Pleuronia, poeta Tragicus inter septem connumeratus eorum, qui cognominati sunt Pleias. Suidas & Volaterr. Eius meminit & Strabo lib. 14.

Alexander Ephesius, qui Lychnus est cognominatus, orator magnus est habitus, & in Republica versatus, & historiam scripsit, & carmina, in quibus de cœlestibus tractat, & tetras continentes describit. Author Strabo libro 14.

Alexander Grammaticus, Asclepiadę filius, ex Cotiæo Phrygiæ oppido, de varia historia siue materia vigintiquatuor scripsit volumina, pertissimus ætatis suæ vir. Hermol. in Plin. lib. 5. cap. vlt.

Alexander è Seleucia Ciliciæ, magister epistolarum græcarum M. Antonini principis, Herodis equalis, docuit Romæ & Athenis, cognominatus πλακοῦντα. Volaterranus.

Alexander Magnus, (ἀλέξανδρος, ὁ μέγας,) Philippi Macedonum regis & Olympiadis filius, forma fuit supra hominem angustiore, ceruice cellã, lætis oculis, & illustribus malis ad gratiam rubescentibus, reliquis corporis lineamentis non sine maiestate quadam decorus. Peragrauit orbem, rectoribus Aristotele & Callisthene vsus. Subegit Asiã, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptũ, Tuurum, Caucasumque montes transgressus est. Bactros domuit: Medis, & Persis imperauit. Cupit Indiam, emensus omnia ad quæ Liber & Hercules accesserant. Victor omnium, vnio & ira victus, morbo vinolętiæ apud Babylonem exemptus est. Solinus cap. 14. Eius gesta multi præter Plutarchum apud Græcos scripsere: apud Latinos Quint. Curtius.

Alexandri ferula quid sit, docet hus verbis Strabo lib. 13.

Alexander Homeri studiosus fuit: vnde etiam Homericæ poeseos emendatio quædam fertur, quæ ex Alexandri ferula dicitur cum Callisthene & Anaxarcho. Is enim quædam adnotauit, quæ postea in ferulam coniecit quam in Persica gaza inuenerat sumptuose insculptam.

Fortis Alexander. Horat. lib. 2. epistо. 1. 49.

Eandem sententiã habet Plin. li. 7. ca. 37. & Cicero ad Lucciũ, li. 5. 12. 23.

Magnus Alexander. Horat. lib. 2. epistо. 1. 47.

Alexander Mileſius Polyhistor cognominatus, libertus Cornel. Leotuli, Gammaticus, Romæ docuit. Sylla temporibus extinctus est ex mecendio domus apud Laurentes. Suidas & Volaterra.

Alexander Pheræus in Thessalia tyrannidem apud Pheræos exercuit. De hoc Cicero lib. 2. Offic. 24. Quid Alexandrum, inquit, Pheræum quis animo vixille arbitramur? qui quum vxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epistо in cubiculum veniens, barbarum, & ecquidem compunctum more, Thebe in, districto gladio iubebat antea re: præmittebatque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas mulebres, & nequod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. O miserum, qui fidelissimi & barbarum & stigmaticum putarer quàm cõiugem. Nec eum fefellit opinio, ab ea enim est ipse propter pellicatui suspicionem interfectus. Meminit rursum Cicero. 1. de Diuinat. 24. Quidius quoque in Ibin 65.

Inque tuo thalamo iuguleris more Pheræi,

Qui datus est leto comugis ense tuæ. Meminit & Valerius Maximus, lib. 9. cap. 14.

ALEXANDRA, quæ & Cassandra dicta est, Priami filia, ac vates. Eius nose Lycophronis inscribitur poema de Alexandro Paride. Volaterr.

Alexandra, Alexandri Iudæorum regis vxor, cui vir mortens administrationem regni reliquit. Egesippus lib. 1. ca. 12. de excidio Hierosolym.

ALEXANDRIA, penn. prod. (ἀλεξάνδρεια,) nomen est trium vrbium ab Alexandro Macedone conditarum. Siquidem vna est in Aegypto, ad ostium Nili sita, quod à nonnullis Canopicum dicitur, vt scribit Solinus cap. 45. Hanc describit amplissimè Strabo lib. 17. Arrianus lib. 3. Ammianus lib. 22. Curtius lib. 5. Plinius lib. 5. cap. 10. Altam eodem nomine condidit idem rex in Asia, altam ſrè in Scythia super Tanain. Dicitur item Alexandrea, à producta Propertius lib. 3. eleg. 11. 7. Nouara Alexandrea, dotis aptissima tellus. Sic Horat. 4. Carm. 14. 7. Est præterea Alexandria vrbs Ligurię ab Alexandro Pontifice condita. Alexandria Aegypti, hodie Scanderia vulgò dicitur à Turcis.

Alexandria, vrbs Troadis, Romanorum colonia, olim Troas Antigonia dicta. Plinius lib. 5. cap. 30.

Aleandria, penul. prod. nomen est agonis. Strabo lib. 14. Chalcidibus hucus imminet, Alexandro Philippi filio dicatus. Hoc in loco certamen Alexandria nuncupatum, ab vniuersa Ionia celebratur.

Alexandrinus adiectiuum (ἀλεξανδρεύς,) Quin. li. 1. ca. 2. 7. Ne Alexandrinis quidem deliciis verba permittenda, risu & osculo excipimus.

ALEXANDROPOLIS, pe. corr. Parthorum ciuitas, sic dicta ab Alexandro Magno conditore, vt author est Plin. lib. 6. cap. 25.

ALEXIA, Ptolemæo Rigiacum, (ἄργιακον,) Alexiam appellat Diodorus Siculus lib. 5. ab Hercule eõditam totius Celticæ metropolim, vulgò hodie hæc ciuitas vocatur in Burgundia, Lausios. Eam Cæsar longa obsidione oppugnauit. bel. Gal. lib. 7.

Alexiam Galliæ Celticæ vrbem. fuisse ab Hercule conditam tradit Diodorus Siculus lib. 5. cap. 2. Hercules enim cum exercitu in Celticam profectus, omni peragrata prouincia, infandum interfectorum hospitum morem sustulit: vrbemque condidit amplam, quam appellauit Alexiam, à Celtis habitam in honore tanquam omnis Celticæ metropolim. Permansit hæc vrbs ab eius conditore libera ac sui iuris eadem à C. Cæsare vi capta, Romanorum imperio cum aliis Galliæ cessit. Hactenus ex Diodoro.

Alexicacus (ἀλεξίκακος,) In malis aduitor, defensor, malorum auertor ac depulsor, hominum defensor. Epithetum Herculis & Apollinis. Pausanias in Attica, Alexicaci Apollinis simulachrum effinxit Calamis. Id deo nomen inditum aiunt, quòd pestilentia, quum bello Peloponnesiaco in Atticu grassaretur, oraculo Delphis reddito, populum liberauit.

Alexicaci ilemonet & veterибus dicebãtur, qui noxas & diras arcere atque Iliriue existimabantur: qui & Apopompæi, & Apotropæi, Lysii quoque, & Phyxii appellabantur. Bud. & Cœlius lib. 1. cap. 32.

Alexipharmacon (ἀλεξιφάρμακον,) alexipharmaci, penul. corre. n. g. Est genus pharmacis quod suo nomen interpretari potest Auxiliare medicamentum, siue Remedium cum auxilio. Plinius lib. 21. cap. 20. 9. Nec magis alia herba commendat medicamento, quod alexipharmacon vocant.

ALEXIS, Asinii Pollionis seruus, sic dictus quasi sine responsione, scilicet perbus, quem Virgilius rogatus ad prandium, quum vidisset in mensa tertio omnium pulcherrimum, dilexit, cumque dono accepit. Hunc autem dilectum fuisse Pollioni constat, & Virgilium gratum se fuisse existimasse, si cum laudaret, cuius forma Pollio delectabatur, siue eo tempore Transpadanam Italiæ partem tenebat, & agris præerat, siue dendis. Hæc Seruius enarrans illud Virgilii, Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.

Alexis, statuarius nobilis, Polycleti discipulus. Plin. lib. 34. cap. 8.

Alexis, amanuensis Attici. Cicc. ad Atticum, lib. 7. epist. 122. 3. Et lib. 16. epistо. 339. 1. Iterum lib. 7. epistо. 127. 9. Alexim humanissimum puerum, nisi forte dum ego absum, adolescens factus est (id enim ægre ferebatur) saluere iubeas velim.

Alga (ἄλγαι, ἡ φύκους ἐκτὸς ἀνιών,) Herba quę nascitur in aquis marinis. Virg. Lacerique illisa refunditur alga. Plin. Littus non arenosum, sed alga & fluuiorum sordibus plenum. Horat. 2. Sermo. 5. 22. genus & uirtus, nisi cum re vilior alga est. Sic Virg. 7. Eclog. 9.

Alga inutilis. Horat. 3. Carm. 17. 2.

Alga marina. Palladius.

Alga mollis. Valerius Flac. lib. 1. Argonaut. 51.

– molli iuuenes funduntur in alga.

Rubra alga. Claudian. epigram. 4. de Magnete,

Tunc superat pulchros cultus, & quicquid Eois
Indus littoribus rubra seruatur in alga.

Viridis alga. Claudian. in Ruffinum lib. 1. versu vlt.

– pontumque per omnem
Ridebunt vires gemmis nascentibus algæ.

* Algensis & hoc algense. Plin. lib. 9. cap. 27. Lutenses & algenses purpuræ, quæ in limo & alga enutriuntur.

Algosus, pe. prod. (φύκωδης) Denominatiuũ ab alga. Plin. lib. 32. ca. 9. 7. Purgant & myaces, quorũ natura tota in hoc loco dicetur. Acerbiores muricum modo, viuuntq; in algosis. Hoc est in locis algę abiectis.

Algeo (ἄλγω, ἄλγεις, ἄλγει,) algere, Idem quod frigère. Videtur tamen esse frigere vehemẽtius. Festus: Algeo ex Græco ἄλγω dicitur, id est doleo: vt sit frigus dolor quidam membrorum rigore concretus. Cicc. 2. de Orat. 158. Huius generis est plenus Nævius, & locus est familiaris, Sapiens si algebis, tremes. Idem 2. Tusc. 59. Itemque In curgi laboribus eruditus iuuentutem venando currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Horat. in Arte Poet. 83.

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, sudauit & alsit. Terent. in Adelph. 1. 1. 11.

– ne aut ille alserit.
Aut vsquam ceciderit. Plau. Milite 10. 94. Ne algeã hac hyeme. Iuuen.
Probitas laudatur & alget. Hoc est Friget virtus, qa pauci eã exercent.

Algentes, (ῥιγοῦντες) pruinæ. Stat. 3. Thebaid. 93.

– & algentes laxauit Sole pruinas.

Algidus, penul. corr. adiectiuum, (ῥιγοῦντες, ῥιγόωσι,) Frigidus. Catul. epigram. 58. de Berecynthia & Athy. 14. miuem vocat algidam, Ego viridis algida Idæ niue amicta loca colam!

Alsius, (ῥιγωδέστερος) Cõparatiuũ ab Alsus, vnde & Alsiosus. Cic. ad Att. lib. 4. epist. 7. 2. Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. Idẽ ad Qu. fratrem lib. 3. epist. 1. 7. 9. Iam apodyterio nihil alsius, nihil muscosius.

Alsiosus, pen. prod. adiectiuum, (ῥιγωδέστερος,) Quod naturæ est frigescentis, & facile à frigore læditur. Plin. lib. 20. cap. 13. Alsiosisque crudam dederunt in cibo. Idem lib. 21. cap. 10. Abrotonum & adonium alsiosa admodum sunt. Varro. 2. de Re rust. cap. 3. 5. Stabulatur pecus melius ad hibernos exortus, si spectat quod est alsiosum. Idem, Quod est alsiosum, id vt plerique, lapide aut testa substerni oportet.

ALGIDVM, pen. corr. (ἄλγιδον,) Italiæ oppidum, non procul à Tusculo in alto monte situm, ex aeris algore propterea dictum, nunc Rocca di papa. ex veteris situ descriptionis existimatur, syluaque proxima adhuc Algi sylua cognominatur. Volaterranus lib. 6. Strabo lib. 5. dicit Algidum esse oppidulum post montes Tusculanos, ad quos descendebat via Latina. Horat. in Carmine seculari. 14.

Quæque Aventinum tenet, Algidumque,
Quindecim Diana preces virorum Curet.

Algidum ferax. Horat. 4. Carm. 4. 12.

Algidum gelidum. Horat. 1. Carm. 21. 5.

Algidum niuale. Horat. 3. Carm. 23. 2.

Nam quæ niuali pascitur Algido
Deuota quercus inter & ilices, &c.

Algidensis, adiectiuum. (ἀλγιδένσις,) Plin. lib. 19. cap. 5. Algidense raphani genus à loco, longum atque transluciduin.

Algificus, penult. corr. (ἀψυκτικός,) Gellius lib. 19. cap. 4. Quòd timor sit omnibus algificus. Id est frigus inducit, algorem facit.

Algor, algoris, penult. prod masc. ge. (ψυχρός, ψῦχος,) Verbale, sicut calor à caleo, Idem quod frigus, siue potius frigus vehementius. Plin. lib. 14. cap. 2. A estu magis, quàm algore vexantur. Sallust. in Catil. Corpus patiem inediæ, vigiliæ, algoris. Plaut. Rud. 5. 2. 1. Algor, error, pauor, me omnia tenent.

Algus, algi: vel Algus, huius algus, (ψυχρός,) Idem quod algor. Plaut. Rud. 4. 2. 4. Tu vel suda, vel peri algu. Idem, Paupertatem, algum, famem. Lucret. lib. 3. 147. Morbis, algoque, funeque. Vtrunque est nomen obsoletum, sine plurali.

ALGIDVS, pen. corr. (ἄλγιδος,) Mons ab Vrbe XII. passuum milibus distãs ab asilibus frigore sic dictus. Et ab hoc quoq; syluaAlgida dicta est, hunc mõti subiacẽs. Sipõtinus. Cic. in Orat. 85. Plin. li. 18. ca. 13. 4.

Algor, Vide ALGEO.

Algosus, Vide ALGA.

Algus, Vide ALGEO.

Alia, Aliàs, Alibi, Vide ALIVS.

ALIARTVM, Bœotiæ oppidum, à M. Lucretio Prætore expugnatum. Liuius. 5. Decad. lib. 2.

Alibilis, Vide ALO.

Alica, alicæ, pen. corr. (χόνδρος,) Potiondicta quòd corpus alat, vt ait Festus. Plin. lib. 18. cap. 11. Alica fit è zea, qua semen appellauimus. tunditur grauum eius in pila lignea tam à lapidis duritia conteritur. Plura ibidem. Plurima Ruellius lib. 2. cap. 26. vbi dicit alicã à Græcis intelligi eam frumenti speciem, quæ Latinis far nuncupatur.

Alicariæ meretrices appellabantur in Campania solitæ ante pistrina alicariorum versari, quæstus gratia: ficut hæ quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibula. Festus.

Alicula, diminutiuum, (χονδρίδιον,) ab alica. Martial. lib. 12. 78.

Brumæ diebus feriisque Saturni,
Mittebat Vmber aliculam mihi pauper:
Nunc mittit alicam: factus est enim diues.

Alicubi, Alicunde, Vide ALIVS.

Alienatio, Alienatus, Vide Alieno in ALIVS.

Alienigena, alienigenæ, pen. corr. communis generis, vel omnis, secundum Probum, (ἀλλόφυλος,) significat externum, vel alieni generis, vel inter alienos genitũ. Gel. lib. 2. cap. 24. Neque vino alienigena, sed patrio vsuros. Hic & in similibus Priscianus ait figuratè neutro genere iunctum esse. Cic. pro Fonteio. 19. Iniquos æquis, alienigenas domesticis. Idem in Catil. 93. Hostes alienigenæ.

Alienigenæ dii. Cic. 2. de Finib. 42.

Alienigena iustitia, pro iustitia externorũ. Valerius lib. 6. cap. de Iustitia.

Alienigenus, pen. corr. adiect. (ἀλλόφυλος,) Idem. Colum. lib. 8. cap. 16. Ne nos alienigeni pisces decipiãt. Val. Max. Aduci nostris duo eiusdẽ generis alienigena exẽpla non absurdè possunt. Hoc in loco ita sentit Priscianus declinandũ esse. Probus tñ dicerer esse à primo declinatu.

Ligna alienigena. Lucretius lib. 1. 76. Id est ex elemento diuersæ naturæ.

Alienigenamembra Cẽtaurorũ, Id est humana & equina. Lucre. li. 5. 176.

Mores alienigeni. Valerius Maximus.

Res alienigenæ, Id est alienorum, geniorum, siue naturarum diuersarum. Lucretius lib. 1. 174.

Studia alienigena. Valerius Maximus.

Terræ alienigenæ. Lucret. lib. 1. 178. Ex alienigenis quæ terris exoriuntur. Pius. Ex elemento terrestri diuersæ naturæ.

Alieno, Alienus, Vide ALIVS.

ALIFA, (ἄλιφα,) Samnitum vrbs Ptolemæo, hodie Alipha.

Alifer, Aliger, Vide ALA.

Alimentum, Alimentarius, Alimonia, Alimonium, Vide ALO.

Alimon, gen. neu. auro, herba quæ gustantes esurire non patitur. Theodorus aliquando vocat Aleram, Albucium. dicitur & Alimos. Plin. lib. 17. cap. 24. Nec vilcum prodest & cytisus: nec auro quod alimon vocant Græci.

Alió, Alioqui, Aliorsum, Aliouersum, Vide ALIVS.

Alipes, Vide ALA.

ALIPHANI, vel Alifani. pe. prod. (ἀλιφανοί,) ab Aliphe vrbe. Plin. li. 3. cap. 5. Hinc Aliphana, pocula grandiora apud Horatium 2. Serm. Saty. vlt. 8. – inuenerint ne aliphanis vinaria tota Vbidius Balatroque.

ALIPHE, aliphes. penul. prod. (ἄλιφα,) Strabo lib. 5. Aeserina & Aliphe, Samnitica sunt oppida: alterum bello Marsico deletum, alterum superstes adhuc. Sil. Ital. lib. 8. 91.

Illic Parthenope, ac Pœno non peruia Nola,
Aliphe, & Clanio contemptæ semper Acerræ.

Marsus Aliphe oppidulum Campaniæ, & etiam Acerræ, quas Clanius amnis inundationibus infestat. Sunt qui Alifę scribant, alii Aliphe, nõ nonnulli Allifę. Alifanum vocat Volaterranus lib. 6. in Samnio. Allifæ dicuntur Liuio 1. Decad. lib. 9. & Allifates, Allifanum incolæ,

ALIPHIRAEI, populi Arcadię, authore Plinio lib. 4. cap. 6. ab Aliphira oppido, cui nomen dedisse Lycaonis filius creditur, vt tradit Hermolaus in Plin. Cicc. ad Attic. lib. 6. epistо. 113. 6. Arcadiæ censebat esse Lepreon quoddam maritimum. Tenue autem, & Aliphera, & Tritia, ΜΟΚΤΙΣΙΝ ei videbantur.

Alipilus, Vide ALA.

Aliptes, aliptæ, m. g. (ἀλείπτης, ἀλείπτου,) vnctor, qui athletas cer taturos vngebat, & magister ac præceptor athletarum dicebatur. Iuuenal. satyr. 3. Grammaticus, rethor, geometres, pictor, aliptes. Cicc. Lentulo, lib. 1. 9. 23. Sed vellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici: sed etiam vt aliptæ, virium & coloris rationem habere voluissent.

Aliqua, Vide ALIQVIS.

Aliquammulti, Aliquandiu, Vide ALIQVANTVS.

Aliquando, (ποτέ, ἄσιν, ἀσίνοτε, ἀσίοτε,) aduerbium temporis, accẽtu in antepenultima profertur, sicut cætera ex QVANDO composita, teste Prisciano & significat In aliquo tempore. Plin. lib. 3. cap. 11. 1. Aliquando Syris vocitata. Cicc. 3. Verr. 50. Et aliquando miserimini sociorum Iudices: & ostendite, &c. Item 5. Verr. 68. Vt aliquando ex eorum agris abirent.

¶ Aliquando, pro interdum. Cicc. 3. Offic. Liceret ei dicere, honestatẽ aliquando cum vtilitate pugnare.

¶ Aliquando pro tandem. Cicc. pro Cluentio 39. Collegi me aliquando, & ita constitui, fortiter esse agendum. Idem ad Atticum lib. 1. epistо. 13. 10. Aliquando nos reuisas. Idem de Arusspic. respon. 42. Sit disciordiarum finis aliquando.

Aliquando tandem, vel tandẽ aliqñ. Terẽ. Hecyr. 4. 4. 61. Aliqñ tandem huc animum vt adiungas tuum. Illud perinde est quasi quis dicat, Saltẽ aliquo tempore, post diuturnam moram. Cicero in Catilinam 25. Tandem aliquando Quirites, &c. Idem pro Quintio 63. Spes est & hunc miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere.

Aliquando, de tempore præterito. Cicc. pro Cluentio 53. Vt etiam bestiæ, fame dominante, plerunque ad eum locum, vbi pastæ aliquando sint, reuertantur.

Nonnunquam & aliquando. Cic. pro Cecin. 10. Voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio simulataque sedulitate coniunctus, magis opportuna opera nonnunquam, quàm aliquando

fideli. Idem ad Licinium Crassum lib. 5. epist. 8. 4. Et te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.

Aliquando & serò. Cicer. pro Quintio 23. De rationibus & controuersiis societatis vult diudicari. Serò. Verum aliquando tamen. Idem in Orato. 91. Aliquando, idque serò, comitio aurium quum exorta mihi veritas esset, vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui.

Aliquando erit. Cicer. lib. 1. de Orato. 48. Non despero fore aliquem aliquando, qui, & cæt. Idem pro Placco 1. Quòd si esset aliquando futurũ, vt aliquis de L. Flacci pudicie cogitaret, nũquã tũ existimauit &c.

Aliquantus, adiectiuum, (πόσος τις,) Ex alius & quantus, idem pe ne quod mediocris significat. Sallust. Iogurth. Timor aliquantus, sed spes amplior: quippe victoribus. Quasi dicat, ali quantum quidem timuerunt, sed, &c. Idem, Romani signorum & armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti sunt. Modestinus, Lucius Titius quum centum & vsuras aliquanti temporis deberet, minorem pecuniam quàm debebat obsignauit.

Aliquantò, (πόσον τι,) aduerbium quantitatis, ex ablatiuo aliquanto factum, Idem significat quod aliquantum: sed comparatiuis proprie iungitur. Plinius lib. 21. cap. 6. 1. Folio aliquanto latiore. Idem libro 17. cap. 1. 2. Sed aliquanto præstantior in eodem palatio. Cicer. 6. Verr. 67. Aliquanto amplius quàm ferre possent. Idem 3. Verr. 105. Denique aliquantò in prouinciam iste proficiscitur prius, quàm opus effectum est. Terentius Heaut. 1. 2. 17. Fortasse aliquanto iniquior erat, præter eius libidinem.

Aliquanto aute, Aliquanto post. Cicer. 4. Verr. 31. Quum ille aliquanto ante re prætotem esset mortuus. Idem 1. Offic. 114. Et aliquanto antè constituere quid accidere possit. Idem pro Cecinna 8. Aliquanto post argentaria dissoluta.

Aliquantum, (ἐπίποσον,) aduerbium quantitatis, positiuo, aut verbo pro prie iungitur. Plaut. Bacchid. Credo timida es aliquantum soror. Plin. lib. 3. cap. 3. 1. Aliquantum vetus forma murata est. Cic. ad Luceium epist. lib. 5. 13. 3. Aliquantum labefactata atque conuulta.

Aliquantum, cum comparatiuo. Terent. Eunuch. 1. 2. 51. Eius frater aliquantum ad rem est auidior. Liuius 1. ab vrbe 29. Habitum formamque viri aliquantum ampliorem, augustioremque. In quibusdam exemplaribus habetur Aliquanto.

Aliquantum cum verbo. Cicer. 2. de Finib. 74. Quod quale sit, non tam definitione, qua tum vtus, intelligi potest (quanquam aliquantũ potest) q̃ cõmuni omnium iudicio. Ibidem lib. 3. 74. Qui processit aliquantũ ad virtutis aditum. Plaut. Trinum 8. 88. Hue concede aliquantum.

Aliquantum cum genitiuo, vt Aliquantum nummorum, Cicer. pro Cluentio 142. Aliquantum agri in medio relictum est. Idem 1. Offic. Aliquãtum spatii. Liui. 1. ab vrbe 104. In his, & nomen diei potest & aduerbium, quale est Parum, quod genitiuo sæpè adiungitur.

Aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus. Cicer. ad Attic. libro 7. Epistо. 132. 4.

Aliquantum iam etiam noctis assumo. Cicer. ad Fabium Gallum, libr. 7. epistо. 26. ad finem.

Aliquantum noctis. Id est obscuritatis. Ouid. in Ibin. 13.

Vtque mei versus aliquantum noctis habebunt,
Sic vitæ fortes tota sit atra tuæ.

Aliquantulum, penul. correp. diminutiuum, (ὀλίγον,) Terent. And. 1. 6. 16. Subtilis visus est esse aliquantulum. Idem Heau. 1. 1. 111. Aliquãtulum tibi parce. Cicer. 4. Verr. 42. Illius conatus aliquantulum repressisse. Idem in Lælio 32. Deflexit enim iam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo maiorum.

Aliquantulum, interdum est nomen, vt aliquantulum frumenti, aliquantulum fimi. Plin. lib. 17. cap. 8. 3. Et hic etiam potest esse aduerbium, sicut paulò antè de Aliquantum diximus. Cicer. lib. 2. de Inuent. 141. Et de natura licet aliquantulum ducere suspicionis. Et pro Quintio 8. Aliquantulum æris alieni.

Aliquantillum, (ἐπὶ μικρόν,) aduerbium quantitatis, diminutiuum ab Aliquantulum diminutiuo. Plaut. Captiuis 4. 34. Foris aliquantillum etiam quoi gusto, id beat.

Aliquandiu, (ἐπὶ χρόνον,) aduerbium temporis, Aliquo tempore, non autem longo admodum. Significat enim diminutionem simplicis, quod est diu: quasi tu dicas Aliquantum diu. Cicer. Attico, lib. 2. 27. 4. Primus habebis: tamen id aliquandiu solus. Idem 1 Acad. 18. Aristum Athenis audiuit aliquandiu. Idem pro Cluentio 18.

Aliquammulti, (ἐπὶ πολλοί,) nomen rarissimum, pro aliquot. Id est neque multi admodum, neque pauci. Cicer. 6. Verr. 49. Sunt vestrum alii quammulti qui L. Pisonem agnouerunt. Alia exemplaria habent, Sũt vestrũm Iudices, quãm multi, qui L. Pisonem cognouerunt.

Aliquantisper, (ὀλίγον χρόνον,) aduerbium temporis, Ad temporis breuitatem refertur, vt ait Valla lib. 2. Plau. Pseud. 7. 159. Aliquantisper cõcedere hinc mihi intrò libet. Terent. Heaut. 3. 3. 11. At certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper. Id est Ad aliquantulum tempus, siue vt vulgus diceret, pro modico tempore.

Aliquapiam, Vide Aliquispiam in ALIQVIS.

Aliquatenus, Vide ALIQVIS.

Aliquis, aliqua, aliquod, vel aliquid, pe. corr. (τίς, τινος, τινος,) Ex alius & quis est compositum. Donatus. Aliquis vim habet pluralem, quanuis singulariter dicatur. non enim est aliquis, nisi de multis. Plaut. Menæch. 14. 100. Aperite, atque Erotium aliquis exocate ante ostiũ. Idẽ Merc. 4. 21. Aperite hoc aliquis. Terẽ. Adel. Aperite aliquis actutũ ostiũ. Figuratæ sunt orationes, pro Aperiat aliquis.

Aliquis, incertam personam significat & est idem quod quispiam. Vnde quemadmodum dicimus Si aliquis, ita Si quispiam. Terent. And. 4. 6. 18. - simul arbitror Iam esse aliquem amicum & defensorem ei. Quasi vnum aliquem, quilquis ille sit.

Aliquis de nobis. Cic. lib. 3. de Legib. 23. Puto posse, & quidem aliquem de tribus nobis. Idem pro Cecin. 40. Si me villicus tuus solus deceptus esset, non familia deiecisset, vt opinor, sed aliquis de familia.

Aliquis certus homo. Cic. 1. de Inuentio. 11. Demonstratium genus est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut vituperationem.

Is aliquis. Cicero pro Ligario 14. Non minus magnum est, vos Africæ omnium prouinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc victoriam gerendum, obtinere voluisse, quàm aliquem se imperatorem effecisse. Fuisse tamen aliquis, Ligarius non fuit.

Tres aliqui. Cicero lib. 2. de Finib. 100. Contineo me ab exemplis Graecis: hoc modicum est. Leonidas, Epaminõdas, tres aliqui aut quatuor ego si nostros colligere cœpero, &c.

Vnus aliquis. Cic. 4. Verr. 90. Est consuetudo Siculorum, vt nonnunquam eximant vnum aliquem diem, aut summum, biduum ex mense. Idem 2. Offic. 58. Nam quum premeretur in initio multitudo ab iis qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præstantem qui, &c. Et pro Cluentio 147 Atque illam ipsam quæstionem alicuius quis obsignauit? Vnum aliquem nominate.

Aliquis, venustè subauditur ante relatiuum Qui, quæ, quod. Cicero 2. Offic. Præmittebatque de stipulatoribus suis, qui perfectura esset, & cuius mulieres. Id est, quosdam, siue aliquos, de stipulatoribus suis præmittebat, qui, &c. Horat. 1. Sermonum,

Sunt quibus in satyra videar nimis acer.

¶ Aliqui, pro Aliquo: sicut pro Qui, dicitur quo. Plaut. Mostel. 618. Scapha donabo ego hodie aliqui. Hoc vetustum est.

¶ Aliquis ex. Plin. li. 13. ca. 3. 3. Aliquem ex priuatis audiumus homi-

Aliquo modo exorabo Plaut. Stich. 10. 41.

Aliquo pacto efficiundum tibi. Terent. And. 5. 3. 13. Vbi Donatus, Aliquo pacto. Quoquo modo.

Aliqua ex parte. Cic. in Lælio 72. Si modò velint aliqua ex parte liberaliter viuere. Idem pro Cluentio 53.

Aliquis cum genitiuo. Plin. lib. 13. cap. 4. 1. Ex palmis, gentium aliquibus panis. Cic. ad Attic. lib. 13. epistо. 27. 3. 1. Quo die has Valerio dabã, expectabam aliquem meorum: qui si veniisset, &c.

¶ Aliquid, substantiuum est, vt Integne aliquid, aliquid lucri. Aliquod verò adiectiuum, vt Aliquod donum. Terent. Quamobrem infigam aliquid facere. Plaut. Capt. 11. 55. Profectò iam aliquid pugnæ edebo. Idem Rudent. 14. 13. Da mihi aliquid loci vbi condormiscam paulum, pro Aliquem locum & ita de similibus. Cicero ad Curionem, lib. 2. 5. 3. Graue est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo de quo se bene meritum putet.

* Aliquid fessus pro aliquantum fessus. Plin. lib. 5. cap. 9.

Aliquid monstri. Terent. And. 1. 5. 15. Aliquid monstri alunt. Vbi Donatus, Duplex cõtumelia, & MONSTRI, & ALIQVID minùs erat esset, aliquod monstrum. Sic, Quid mulieris vxorem habes?

Aliquid de. Ci. Attic. lib. 1. 11. 25. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittã. In aliquo referam gratiam. Vide IN.

¶ Aliquid alium iuuare, Id est in re aliqua. Virgil. 10. Aeneid. 16.

Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse, nefandum est.

Est aliquid, pro Non prorsus contemnendum est. Ouid. 13. Metam. 44.

Est aliquid de tot Graiorum millibus vnum
A Diomede legi. Idem lib. 6. Fast. 6.
Est aliquid nupsisse Ioui, Iouis esse sororem.

¶ Aliquis, vel Aliquid esse, pro eo quod est Existimatione præditum esse, In aliquo numero haberi. Cicero 1. in Verrem 26. Et ex eo quod ipse se potest in dicendo, aliquantulum remittet: vt tu tum aliquid esse videare. Ibidem, Et Cœcilius tum denique se aliquid futurum putabat, si Haltenus minus vehemens fuerit. Idem ad Atticum, lib. 3. epistо. 56. ad finem, Itaque fac vt me velis esse aliquem: quoniam quid fui, & qui esse potui, iam esse non possum. Id est Velis esse me non prorsus obscurum & abiectum.

Aliquispiam, aliquapiam, aliquodpiam, Nomen inuentu rarum pro Aliquis. Cicer. pro Sestio 53. Atque ille etiam, si aliquapiam vi expelleretur ex hac vrbe, facile pateretur. Et ita omnino legendum est.

Aliquid.

Aliquà, (πῆ.) aduerbium per locum, Per aliquam partem, aut locum. Cic. 3. Verr. 47. Cupere aliquà euolare si posset. Liui. 6. bel. Pun. 143. Siqui euasissent aliquà.

¶ Aliquà, Aliquo pacto, Aliquo modo. Terent. Phorm. 5. 1. 19. Vereor ne, vxor aliquà hoc resciscat mea. Idem Adelph. 2. 4. 19. Ne si magis irritatus fier, aliquà hoc ad patrem permãnet. Virg. 3. eclog. Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses. Vbi Seruius, Aliquà, id est, Aliquatenus, Aliqua ratione.

Aliquatenus, penult. corr. (μέχρι τινός,) Aduerbium quantitatis, Vsque ad aliquam partem, siue aliqua ex parte. Plin. lib. 27. cap. 12. 1. Caulibus pluribus ab vna radice aliquatenus rubentibus. Idem lib. 26. cap. 1. Flore albo, aliquatenus rubente. Idem lib. 23. cap. 7. 14. Grossi illitq; strumas, & omnium collectionem emolliunt, & discutiunt: aliquatenus & folia. Quintil. Verùm hoc aliquatenus temporum mutatio est cõditione. Idem lib. 10. ca. 1. Philistus vt multo infirmior Thucydide, ita aliquatenus lucidior. Et lib. 3. cap. 9. de partibus causarum iudicialium. Hoc quoque Aristoteles aliquatenus nouat, quòd procemio non narrationem subiungit, sed propositionem. Columel. lib. 4. cap. 3. Quum tamen vitis aliquatenus se confirmauit.

Aliquatenus nouæ. Quintil. lib. 3. cap. 9. 4. * & Aliquatenus extare videantur. 145. b.

Aliquò, (πῆ,) aduerbium, Ad vel in aliquem locum. Terent. Heaut. Aliquò profugiet militatum.

Aliquò, quum significet in aliquem locum: interdum tamen additur ei accusatiuus cum præpositione IN. Terent. Adel. 3. 3. 5. Credo abductum in ganeum aliquò. Pro in aliquod ganeum. Ibidem. 5. 2. 11. In angulum aliquò abeam.

Abigere aliquò. Vide ABIGO.

Abiicere se aliquò. Vide ABIICERE.

Aliquod, Vide ALIQVIS.

Aliquorsum, Versus aliquem locum. Aduerbium, ex aliquo, & versus compositum.

Aliquot, pen. corr. (τινές, τινων,) Nomen numerale, pluralis tantùm numeri, indeclinabile, ex alii & quot compositum, id significat quod vulgò dicitur, Nescio quot. Terent. And. 3. 3. 3. Aliquot me adiere. Vbi Donatus, Aliquot, hoc est nec multi, nec pauci. Idem Phorm. 2. 1. 83. - aliquot mihi Amicos aduocabo.

Aliquot anni sunt, quum, &c. Cic. ad Atticum, lib. 9. epistо. 183. 3.

Aliquot somnia vera. Cic. 2. de Diuinat. 190.

Aliquot secula. Cic. de Vniuersit. 2.

Aliquot epistolas accepi à te vno tẽpore. Cic. ad Treb. lib. 7. epistо. 18. 1.

Aliquotfariam. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 2. 6. In eo agro aliquotfariam in singula iugera dena culea vini fiunt. Vox est inusitata: & videtur esse aduerbium, pro eo quod est Aliquot modis: sicut omnifariam, pro OMNIBVS MODIS.

Aliquoties, siue vt alii scribunt, Aliquotiens, (ἐνιάκις,) aduerbium numeri. Cic. 4. Verr. 123. Aliquoties ad socios literas de illius iniuriis miserat. Idem. 2. de Legib. 15. Aliquoties iam iste locus à te tractatus est. Est enim Arnoglossi folio, sed angustiore, atque situs aquosos.

Alius, alia, aliud, penult. corr. genitiuo alius, pen. prod. datiuo alii, (ἄλλος,) Priscianus, Alius penult. circumflexa, & alii in genitiuo inuenitur. Cæcilius in quinto libro. Nullius alii rei, nisi amicitiæ eorum causa. Gel. lib. 4. Erat enim ius senatori, vt sententiam rogatus, diceret antè quicquid veller alius rei, & quoad vellet. Hic casus rarò admodum legitur. Idem lib. 17. cap. 5. Neq; alius modi isti sunt, quàm cuius esse eos suprà docuimus.

Aliæ, genitiuus f. g. Cic. 2. de Diuinat. 46. Sed si eadem hora aliæ pecudis secut nitidum atque plenum est, aliæ horridum & exile, quid est quod declarari possit habitu extorum & colore? Gel. lib. 17. cap. 9. Inscripto alia, aliæ locum & nomen teneret.

Alii in datiuo. Quint. lib. 9. Non enim nescio cui alii prius nec posteà sibi vni, sed omnibus præcipit. Sallust. in Catil. Aliud alii natura iter ostendit. Plin. epist. 8. li. 3. Siquã ipse meruisti, alii tribuas. Hęc ideo annotauimus, qa fuerũt q̃ dubitarẽt an hic casus legeret apud idoneos.

Alius vocatiuo caret, & ex eo compositum vt Aliquis, Aliquantus.

Alius, pro Alter, siue Secundus. Cic. 6. Verr. 24. Tam te has phaleras à Pharcho Centurione ipso abstulisse dicebant, quàm alias item nobiles ab Aristo Panormitano, quàm tertias à Cratippo Tyndaritano.

¶ Inter Alter & Alius. Alter, de duobus dicitur: Alius de multis hoc est alter, vnus est è duobus: Alius, ex tribus aut pluribus. vt, Hannibal in transitu Apẽnini amisit alterum oculum. Non alium velim, quàm te ipsum, iudicem. Ex filiis eius, alius agricola est, alius mercator, alius miles, alius medicus, alius sacerdos. Hoc est vnus est agricola, alius mercator, &c. Næuius, Cui cępe edendo, oculus alter profluit. Sallustius in Catil. Animi imperio, corporis seruitio magis vtimur. Alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune est. Plaut. Trucul. Adimæo dicam, vt aliam conditionem filio inueniat suo. Sallustius in Catil. Pars ingenium, alii corpus exercebant.

¶ Alius Lysippo, pro à Lysippo, siue q̃ Lysippus. Horat. li. 2. epist. 1. 48

Edicto vetuit nequis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulãtia. Acron: Alius Lysippo, id est alius quàm Lysippus. & est nota locutio. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. epist. 2. 5. Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud libertate communi quæsisse exitus declarat.

¶ Aliorum sit iudicium. Cic. 1. Offic. 6. Nos autem quantum in vtroque profecerimus, aliorum sit iudicium.

¶ Alius, dictum de duobus, vbi sine coniunctione hoc nomen geminatur. Dubitatur vter excellat, Sallustius an Liuius? & alius alium præponit. Loquendi compendium est, pro eo quod est, Alii præponunt alterum, alii alterum. Nec tamen hîc licebat dicere Alius alterum, teste Valla. Sallustius in Catil. vbi de Cæsare & Catone, Genus, ætas, eloquentia, propè paria fuere, magnitudo quoque animi & gloria: sed alia alii. Id est diuersa vtrique. Quasi quis dicat, Vni eorum hæc aut illa gloria, alteri alia. Potuisset tamen sic venustè dicere, Sed alia Cæsari, alia Catoni.

¶ Alius geminatum cum verbo aut, adiectiuo plurali. Plaut. Stich. 6. 46. Alius alium percontamur, cuia est nauis? Pro eo quod est Aliqui nostrum alios percontantur. Sic per secundam personam, Cur alius aliũ expectatis? Hoc est, Cur alii vestrũm alios expectant? Sallust. in Catil. Alius alio more iuuentes. Gel. lib. 11. cap. 7. Aspexerunt omnes qui ad erant, alius alium. Figuratæ sunt locutiones, sed peruenustæ.

¶ Alia committenda, alia cœlanda. Hoc est Non temere quiduis apud quenuis effutiendum: ac nec familiaribus arcana omnia proferenda sunt: verùm alia communicare conuenit cum amicis, aut vxoribus, alia cœlare. Ex Homeri Odyss. 4.

Alia dantur, alia negantur. Quoties? duabus naturæ dotibus altera contigit, altera negata est. Veluti ficui formæ decus adsit, desit ingenii. Laus siue quum è duobus postulatis alterum duntaxat impetratur. Ex Homeri Iliad. 16.

* Aliæ super alias epistolæ. Plin. epod. 8. lib. 7.

Aliud est equo natura, aliud boui. Cic. 5. de Finib. 44. Sed naturas esse diuersas, vt aliud equo sit natura, aliud boui, aliud homini, & tamen in omnibus summa communis.

¶ Alius aliũ. Terẽt. And. 4. 4. 40. Fallacia alia aliã trudit. Id est vna aliã.

Alius alium, pro Alii alios. Quintil. lib. 1. Præstat tamen ingenio alios alium. Id est Alii alios ingenio præstant. Sallust. in Catil. Alius alium hortari. Pro Alii alios hortabantur.

Alius alio grauius atque ornatius de mea salute dixit. Cicero pro Sestio 63. Idem ad Attic. lib. 7. epistо. 122. 3. Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas vno tempore accepi aliam alia iucundiorem.

Alius alio nequior. Cic. ad Fabium Gallum, lib. 7. epistо. 25. 5. Habes Sardos vænales, alium alio nequiorem.

Aliud aliõ. Cic. 1. de Diuinat. 119. Simia quam rex Molossorum in deliciis habebat, & sortes ipsas, & cætera quæ erant ad sortem parata disturbauit, & aliud aliò dissipauit. Id est omnia varios in locos disiecit.

Alius alio modo. Cic. 2. de Diuinat. 133. Vim quandam esse aiunt significatio in orbe qui Græcè ζωδιακός, dicitur, talem, vt eius orbis vnaquæq; pars alia alio modo moueat immutetque cœlum.

Aliud alio tempore. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 3. 17. 28. Quòd multos dies epistolam in manibus habui propter commorationem tabellarium, ideo multa conecta sunt, aliud alio tempore.

Aliud æstate, aliud hyeme. Sumptum ex Theoc. Idyllio 1. Isocrates quoque ad Demonicum scribit, iniucundum in omni re esse, quicquid intempestiuum sit. Adeò cunctis in negotiis, plurimum habet momenti, temporis & opportunitatis obseruatio. Sanè tantam vim habet opportunitas, vt ex honesto inhonestum, ex damno lucrum, ex voluptate molestiam, ex beneficio maleficium faciat.

Alii alii. Cic. 1. Offic. Vt ipsi interse, alii aliis prodesse possent. Sic per accusatiuum dicimus Alii alios: veluti si dicas, Vt ipsi inter se alii alios iuuare possent.

Alii repetitum, Aliquos significat in priore, vel in primo loco, vt Alii factum laudant: alii vituperant. hoc est aliqui laudant, alii vituperant. Cic. in Lælio, Diuitias alii præponunt: bonam valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. Idem pro Sexto Roscio. 34. Alii vestrũm anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt. Alii canes: qui & latrare & mordere possunt.

Aliam ætatem alia decent. Vtemur quum iam aliam ætatem significabimus, nec idem decere canum quod iuuenem aliquando decuit. Vius est Homerus Iliad. 6.

¶ Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. Subauditur verbum DICIT, vt sit sensus, Alia Leucon dicit. In eos dicetur, quorum oratio dissentit à factis. Ex Zenodoto & Diogeniano.

Aliud stans, aliud sedens. Sallust. in Cice. onem, Aliud stans, aliud sedens de Repub. sentis.

¶ Alius geminatum, interposita coniunctione. Liu. 7. bel. Pun. 141. Aliæ atque aliæ religiones. Id est multæ religiones, eædemque diuersæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alius atque alius. Cic. in Orat. 40. Eadem res sæpe aut probatur, aut reiicitur, alio atque alio elata verbo. Plin. Canonic, lib. 1. epist. 3. reliqua rerum naturam, post te, alium atque alium dominum sortientur.

Alio atque alio loco exoritur. Plin. lib. 2. cap. 103. 9.

¶ Alius, pro Diuersus. Vt, Aliud est anima, aliud corpus. vel sic, Alia res est anima, alia corpus. Hoc est anima & corpus res sunt diuersæ inter se. Terent. Eunuc. 2. 3. 56. Alias res agis. Hoc est diuersas ab hoc proposito. Vide AGO. Idem And. 1. 2. 18. Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores postulat. Vbi Donatus, Aliam vitæ, pro diuersam & cõtrariam. Idem Eunu. 2. 3. 69. At nihil ad nostram hanc. Palia res est.

Alius pro Diuersus, venustè iungitur aduerbio Longè, & aduerbiis in o, more comparatiuorum. vt, Longè alius es, quàm videtur. Alius es multò, quam soles. Sallustius in Catil. Longè alia mihi mens est. Quintil. At quàto alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectꝰ? Author Valla li. 1. Cic. Terentiæ, lib. 14. 11. 2. Nostra factum esse negligentia, vt longè alia in fortuna esset, atque eius pietas ac dignitas postulabat.

Alius, pro Diuersus, sequente ET. Cic. pro Cecinna 42. Non enim alia causa est æquitatis in vno seruo, & in pluribus. Idem 2. Offic. 89. Non vno modo in disparibus causis affecti esse debemus. Alia causa est eius qui calamitate premitur, & eius qui res meliores quærit nullis rebus suis aduersis.

Alius & diuersus. Cic. 2. de Inuentio. 129. Quum communiter quædam de omnibus præcipi possint, separatim quoque aliæ sunt cuiusque generis & diuersæ præceptiones.

Alius geminatum, vtidem pro Diuersus, & ferè in diuersis casibus sine coniunctione. vt, Alia alios delectant. Compendum fermonis est, pro Alia delectant alios: alia item alios. Hoc est vt sint diuersi homines: ita diuersis rebus delectantur. Sallustius in Catil. Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. Ibidem, Alius alio more viuentes. Quasi tu dicas, Omnes diuersis moribus viuentes: nempe alii vno more, alii alio, alii denique alio. Liuius 1. ab vrbe 57. Alius alia via ciuitatem auxerunt. Virgil. 1. Georg. Ipsa dies alios alio dedit ordine Lunæ. Vbi Seruius, Alio ordine, hoc est, Non omnes dies facit æquales, sed diuersi ordinis & modi: quum ipsa sit vna & eadem.

Idem & aliud, contraria. Cic. in Topic. 45. Comparationum duo genera sunt: vnum de eodem & alio: alterum de maiore & minore. Ibidem, Ex altero autem genere quod erat bipartitum, vnum est de eodem & alio: vt si quæratur, quid interfit inter amicum & assentatorem, regem & tyrannum. Rursum ibidem 47. Hunc generi finitimum est illud, quod appellari de eodem & altero diximus.

Alius ab illo, pro Diuersus ab illo, venustè dicitur. Item in propria significatione, Alius sum ab illo quem putas. Id est Non is sum, quem putas. M. Brutus ad M. Antonium, lib. 11. 2. 5. Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud à libertate communi quæsisse, exitus declarat. In aliis exemplaribus deest præpositio à.

Alius ac, vel atque, pro Alius quàm, eleganter dicitur: & in hoc genere loquendi pro Diuersus quoque accipitur. Terent. Phorm. 4. 4. 5. Aliud mihi respondes, ac rogo. Ci. Quid ergo hi possunt aliud iudicare, ac si dicerunt? Idem Attico, lib. 7. 12 3. 6. Si liceret alio modo, ac nunc agè dum est. Idem in Orat. 140. Potest enim non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud alias videri. Idem 4. Acad. 11. Aliud agnoscit, atque sentit. Idem Lentulo, lib. 1. 3. 85. Non alius essem, atque nunc sum. Cæsar de bel. Ciuil. Aliæ sunt legati partes, atque imperatoris. Hoc est diuersæ sunt legati & imperatoris partes. Hic etiam rectè dici potest, Aliæ sunt legati partes, aliæ imperatoris.

¶ Aliud ex alio, nonnulli exponunt per Postea vt sit, Aliud post aliud. Ci. ad Pætum, lib. 9. 9. 3. Me quotidie aliud ex alio impedit. Quasi dicat, sine intermissione & requie. Virgil. Aeneid. 5. Nos alia ex aliis in fata vocamur, Terent. Eunuc. 5. 6. 17. Aliud ex alio malum. Sub. oritur, vel ortum est. Plin. in Panegy. 29. Aliud ex alio mihi occurrit. Liuius 4. ab vrbe 7. Alia ex aliis iniquiora postulando.

Rerũ causas alias ex aliis aptas & necessitate nexas vider. Ci. 5. Tus. 100

Alias ex aliis fingendo moras, retinebat. Liuius.

Aliud ex alio incidit. Vide INCIDO.

Aliud ex alio quærere. Cic. 1. de legib. 19. Idem ad Atticum, lib. 16. Epistol. 338. 2.

Vt aliud ex alio. Cic. ad Atticum lib. 16. Epist. 338. 2. Tamen vide, si fortè in Tusculano rectè esse possum, ne id melius fit: ero libentius: nihil enim ignorabo, an hoc, quum Antonius venerit. Sed, vt aliud ex alio, mihi non est dubium, quin quod Græci καθῆκον, nos officium. Quasi diceret, Mais pour changer propos. Mais pour dire d'autre. Id quod clarè ostendunt, quæ mox sequuntur in epistola. Compendium est sermonis, in quo subauditur verbũ aliquod præsenti sermoni cõueniens.

Ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio. Cic. 5. Tusc. 99.

Aliud in alio peccare. Cic. ad Attic. lib. 9. epist. 181. 2. Vidi Pompeium plenum formidinis. Illo ipso die sensi quid ageret. Nunquam mihi post ea placuit, nec vnquam aliud in alio peccare destitit.

Alia super alia, significat plura eodem fermè tempore, & quasi acernatim aut fieri aut euenire. Plinius Epistol. 128. Alius super alias epistolis

egit mihi gratias. Liuius 3. ab Vrbe 236. Quæ impiè nefarieq; per biennium alia super alia ea ausus.

Aliter dicimus, Alii super alios ceciderunt, & similia. Liuius 1. ab Vrbe 103. Sup. alii alius, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Vbi tũ de duobus loquitur. Ibidem 220. Alios super alios trucidare.

¶ Alius, partitiuum nomen est, & genitiuo iungitur. Plinius lib. 11. cap. 37. 70. Terrestrium aliis denticulatæ asperitatis venter. Idem lib. 10. cap. 52. Quorum alia sunt candida, vt columbis, per dicibus: alia pallida, vt aquaticis. Sensus est, Alia quorumuis est aliqua ex ouis. Sic etiam declarari potest, Inter ouа, alia sunt, &c.

¶ Alius, relatiuum est, vt Grammatici loquũtur, subſtantiæ. Virg. eclog. 2. Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis. Ex quo sequitur, casiam similiter herbam suauem esse. Sic Sallustius citante ibidem Seruio, Leonem atque alias feras. Quod significat Leonem quoque ferã esse. Idem 4. Georg. Meropesque, aliæque volucres. Vbi Seruius, Dicendo ALIAEQVE VOLVCRES, Ostendit etiã aues esse meropes.

Inter Alii relatiuum & Cæteri, siue reliqui. Alii, indefinitè significat aliquos eiusdem generis de quo agitur, non autem omnes: Cæteri, sine exceptione omnes alios significat. vt, De hoc meminit Aristoteles, & alii philosophi. Id est quidam alii, non tamen omnes. Inter poetas placet mihi Virgilius præ cæteris. Quasi dicam, præ aliis omnibus, poetis fas licet. Terentius Eunucho, Cedò alios. Vbi Donatus, Non reliquos dixit: sed alios, quasi multi sint. Sallustius in Catilina, Omnes homines, qui sese student præstare cæteris animantibus. Hic dicimus omnia alia & cuncta alia pro cæteris. Virgilius Aeneidos 1. Scelere ante alios immanior omnes. Plinius libro 7. in prœmio, Principium mire tribuetur hominibus causa videtur cuncta alia genuisse natura. Interdum tamen ornatus gratia OMNES cum CAETERI coniungitur. Cicero Lentulo, libro 1. Cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio. Satis erat CAETERIS: sed durior ac minor plena fuisset compositio.

¶ Alius in singulari, pro plurali. Alius esurit, alius ebrius est: pro Alii esuriunt, alii, &c. In ciuitate aliud alium subleuare debet: hoc est Alii alios subleuare debent.

¶ Alius nemo, elegantius dicitur, quàm Nemo alius: licet ordo naturalis exigat vt dicamus, Nemo alius. Sic Aliud nihil, alius quidam, aliud quisquam, alius vllus.

Quicquam aliud. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. epist. 2. 5. Nos alienatio spectasse otium, nec quicquam aliud libertate communi quæsisse, exitus declarat.

¶ Alius quidam. Terent. Adelph. 5. 2. 4. Est alius quidam parasitaster paruolus. Gel. Alius quidam veterum poetarum.

Quis alius, infinitè positum pro Aliquis alius. Cice. 1. Offic. Si verum est Quin. Fabium Labeonem, seu quem alium.

Alius quisquam. Plaut. Amph. 4. 146. Nec nobis, præter me, alius quisquã est seruus Sosia. Sic Alius nemo, apud Terentium.

Alius quisque. Plautus Epid. 5. 28.

Tum captiuorum quid ducunt secum? E. pueros, virgines,
Binos, ternos, alius quisque.

Alius vllus. Cice. Nec alius vllus creari soler.

Alius aliter. Cicero 2. de Diuinat. 218. Quomodo autem distingui possunt vera somnia à falsis, quum eadem & alius aliter euadant, & iidem non semper eodem modo?

Longè alius. Vide LONGVS.

¶ Aliud, sequẽte particula Nisi vel Quam indifferenter. Quid est aliud animal, nisi corpus cum anima concretum? Aut, quam corpus, & care. Cicero de Senectut. 6. Quid est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Idem in Lælio 83. Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames. In hoc genere nihil refert vtrum Q V A M sequatur, an N I S I: sublato autem nomine ALIVD, non rectè per Q V A M sic dixeris: licet rectè per N I S I. Author Valla, lib. 3.

¶ Alias res agere. Vide AGO.

¶ Alia, partim. Sallust. in Oratione Cottæ Consulis ad populum, Multa mihi pericula domi, militiæ, multi aduersa fuere: quorum alia toleraui, partim repulsi deorum auxiliis & virtute mea. Dicere poterat, Alia tolerauì, alia repuli.

¶ Alia pro Alius: & Alid, pro Aliud veteres dicebant. Lucret. libro 1. 53. Quando alid ex alio reficit natura. Idem libro 5. ad finem, Nunquam alid ex alio clarescere corde videbant.

Aliũ, adoerbium loci, Per locum significans. Donatus in Hecyram Terentii, Inter aliũs & aliũ hoc interest: quia Alias alio tempore significat. Aliũ, aliter, aut per alia.

Aliãs, (ἄλλοτε,) aduerbium temporis, Alio tempore. Hoc autem aduerbium præter Latinam regulam accentum habet circunflexum in vltima, teste Prisciano. Terent. Hecy. 1. 2. 5.

- si non quærer, nullus dixeris:
Aliãs vt vti possim causa hac integra. Idem Andria. 3. 2. 48.
Quid alias malum, quàm hodie has fieri nuptias? Vbi Donatus,

Quid

Quid aliãs? pro Cur aliãs, aut alio tempore. Cice. Sed de hoc aliãs. Sub. agemus. Idem Trebatio, lib. 7. 6. 4. Sed plura scribemus aliãs.

* Aliãs, alio loco vel modo, Vlpian. in L. Palam. ff. de ritu nupt. Si qua in taberna, caupona, vel aliãt pudori suo non parcat.

¶ Aliãs, pro Aliter, vel Aliòqui. Plin. lib. 8. cap. 26. Atque ita profluuio sanguinis morbidum aliãs corpus exonerat. Ibidem, cap. 25. de crocodilo, Vnum hoc animal terrestre linguæ vsu caret: vnum superiore mobili maxilla imprimit morsum: aliãs terribile, pectinatim stipante se dentium serie. Sic idem sæpissime. Licet Valla secundo in Pogium dialogo sic rectè dici neget.

¶ Aliãs, geminatum, pro Interdum geminato. Cic. in Lælio. 32 Mutari etiam mores hominum sæpe dicebat, aliãs aduersis rebus, aliãs ætate ingrauescente. Idem in Orat. 88. Sed aliãs ita loquor, vt cõcessum esse aliãs, vt necesse est. Idem lib. 3. de Orat. 117. Ornamentis iisdem vti ferè licebit, aliãs contentus, aliãs summissus.

Aliãs, tripliciter. Plin. lib. 7. cap. 55. Aliãs immortalitatem animę, aliãs transfigurationem, aliãs sentiũ inferis dando.

Aliãs, qua Implicatum. Cic. lib. 1. de Inuent. 111. Atque hîc item vt in nostra persona hoc fecit, aliãs singillatim transire omnes argumentationes, aliãs ad partitiones singulã genera referre, aliãs ab auditore quid desyderet quærere, aliãs hæc facere per comparationem suarum & contrariarum argumentationum.

Interdum & Aliãs. Cic. 3. de Orat. 114. Geminatio verborum habet interdum vim, Iepórem aliãs.

Ahãs aliud. Cic. lib. 2. de Orat. 17. Itaque & illi aliãs aliud iisdem de rebus & sentiunt & iudicant. Ibidem, Vt vterque nostrum eadem de re aliãs aliud defendat.

Quam sæpe aliãs, tum. Cic. in Bruto. 75. Idque cum sæpe aliãs, tum apud Centumuiros in M. Curii causa cognitũ est. Idem. 1. de Orat. 20. Quorum pater & sæpe aliãs, & maximè Censor saluti Reipublicæ fuit.

Alibi, penult. corr. (ἄλλοθι, ἀλλαχοῦ,) Aduerbium in loco significans: id est alio in loco. Virg. Georg. 1.

Hîc segetes, illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi. Plinius lib. 2. cap. 3. 3. Præterea visus probatione alibi plausti, alibi vsi, tauri alibi. alibi literæ figura, candidiore medio super verticem circulo.

¶ Alibi, pro in re aliqua. Cic. 4. Acad. 186. Illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri & certi notam. Plaut. Bacchid. 2. 2. 16. - atque ego si alibi
Plus perderem, minus ægrè habeam.

Alibi. Terent. Hecy. 3. 1. 14. Habebam alibi animum amori deditum. Vbi Donatus, Grauius dixit ALIBI, quàm si in meretrice diceret. & maluit Alibi dicere, quàm Ad meretricem.

Alibi quàm. Quintil. lib. 11. cap. 1. Ple. aque quæ natura non sunt reprehendenda, atque ideo interim sunt necessaria, alibi quàm mos permiserit, turpia habentur. * Quod alias vitiosum, interim alias rectum est. Quintil. 11. b.

Alicubi, penult. corr. (ἐπιχοῦ,) Aduerbium, significat aliquo in loco. Cic. Att. lib. 9. 12 1. 13. Ita vt si saluus sit Pompeius, & constiterit alicubi. Terent. Adelph. 3. 4. 7. Vtinam hîc propè adesset alicubi. Quintil. lib. 10. cap. 1. Omnia verba sunt alicubi optima.

Hîc alicubi. Cic. pro Plac. 56. Oino mallẽ, & magis erat tuũ, si tã te crasi agri delectabãt, hîc alicubi in Crustumino aut i Capenati parauisses.

Alicunde, (ἀποθέν,) aduerbium, id est ex aliquo loco. Terent. And. 2. 4. 3. Venit meditatus alicunde, ex solo loco. Cic. 5. de Finib. 55. Siquã do his ludentes minamur præcipitaturos alicunde, extimescunt. Idem pro Cœcina. 34. Omnis enim vis est, quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit, aut prohibet accedere.

¶ Alicunde, non semper loci significat, sed sæpe ad rem aut hominẽ refertur. Plaut. Persa. 2. 4. 2. Alicunde exora mutuũ. Id est ab aliquo hoie. Procul alicunde. Cic. 4. Verr. 34. Non quæsiuit procul alicunde.

Alienus, penult. longa, (ἀλλότριος, ἀλλοῦκος,) dicitur quod est aliorum, id est quod nostrum non est. Quid. lib. 1. de Arte aman. 70. Fertilior seges est alienis semper in agris.

Alienus cibus. Terent. Eunuch. 2. 2. 34.

Alienæ domi esse. Cic. 1. Tusc. 81.

Alienum forum. Martialis in præfat. lib. 12. Videor mihi in alieno foro litigare?

Alienus homo, Qui non est de nostris domesticis aut familiaribus. Plautus Cistel. 2. 16. Alienus hîc nemo est. Idem Stich. 3. 31. Apud me cœnauit alieni nomen.

Item Alieni homines, Qui nobis propinqui non sunt. Cic. in Lælio, Itaque eues potiores sunt q̃ peregrini & propinqui, quàm alieni. Idem Lentulo, lib. 1. 9. 9. Tantum emitor, vt neque amicis, neq; etiam alienioribus, opera, consilio, labore desim.

Alieno more viuere. Terent. And. 1. 1. 135.

Aliena oratio. Plaut. Milite. 10. 51. Et meam partem itidem tacere, quum aliena est oratio. Id est quum alius loquitur.

Alienus orbis. Plin. lib. 12. cap. 1. 4. Sed quis non iure miretur, arborem vmbræ gratia tantùm, ex alieno petitam orbe? Id est non nostro, sed Peregrino & longinquo.

Alienæ res. Cic. in Lælio & Offic. lib. 1. 44.

¶ Alienum, absolutè, pro re aliena. Sallust. in Catil. Alieni appetens, sui profusus. Cic. Appio, lib. 3. Quum & natura semper ad largiendum ex alieno restrictior fuerim.

Aliena iacis. Quintil. lib. 11. cap. 3. Quæ sæpe ex animi sententia cadit. Translatum ab iis qui ludunt alea, quibus iacientibus interdum ea cadunt quæ minimè sunt ad victoriam accõmodata. Proinde siquando frustratur nos spes, rectè dicemur, Aliena iacere. Adagium refertur à Diogeniano.

Aliena loqui dicuntur, qui vehementer ægrotantes aut mente capti delirant, nescientes quid dicant. Ouidius lib. 3. Trist. eleg. 3. 4. ad vxorẽ.

Te loquor absentem, te vox mea nominat vnam,
Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.
Quinetiam sic me dicunt aliena locutum,
Vt foret amentis nomen in ore tuum.

¶ Alienus, pro Alienigena, siue eo qui non est nostrãs. Plinius lib. 7. capi. 1. Tot gentium sermones, tot linguæ, tanta loquẽdi varietas, vt externus alieno pene sit hominis vice.

¶ Alienus, et̃ coniunctus atq; amicus, contraria. Cic. Appio Pulchr. epist. lib. 3. 6. 9. Vt tuum factum, alieni hominis, meum verò coniunctissimi & amicissimi esse videatur.

¶ Alienus, pro alienato. Terent. Hecyr. 1. 2. 83. Postquam hunc alienum ab se esse videt. Vbi Donatus, Alienum pro alienatum dixit: vt in Phormione, Quid ego vobis Geta alienus sum? Nam quomodo alienum, si amabat, dixisset?

¶ Alienum, pro absurdo. Cæsar bel. Gal. lib. 6. Non alienum esse videtur, de Galliæ Germaniæque moribus, & quo istæ nationes differant inter se, proponere.

¶ Alienum, quod vulgò dicunt Contrarium, id est insalubre & noxium. Cornel. Cel. lib. 4. cap. vlt. Equitare podagricis quoque alienum est.

Alienus cibus stomacho. Cornel. Celsus lib. 4. cap. 5. Sumendi cibi faciles, & stomacho non alieni.

Alienum cum genitiuo. Cic. 1. de Fin. lib. 19. Quis alienum putet eius esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit, quid omni in munere vitæ optimum & verissimum sit exquirere.

Aliena consilii domus. Sallust. in Catil. Ille eos in domum D. Bruti perduxit, q̃ foro propinqua erat, neq; aliena consilii propter Sempronium.

Alienus cum datiuo. Quintilian. in prooem. li. 1. 5. Ego autem quum existimem nihil arti oratoriæ alienum. Cic. pro Cœcin. 18. Quod illi causæ maximè est alienum. * Quintil. 109. 2. Dicacitas etiam scurrilis & scenica huic personæ alienissima est.

Alienus, cum ablatiuo. Alienum amicitia nostra. Cic. Matio epist. lib. 11. 27. 11. Sum admiratus te, quicquam à me commissum quod esset alienum nostra amicitia, credidisse.

Alienum dignitate. Cic. de Prouinciis Consul. 15. Sed alienum sibi videri dignitate imperii, quò duces essent hostium Scipione triumphante ducti, eodem ipsum duci qui triumphasset.

Alienum ingenio suo. Plaut. Capt. 3. 31.

Alienum institutis meis. Cic. Sestio, Epist. lib. 5. 17. 3. Non puraui esse alienum institutis meis hæc ad te scribere.

Alienum maiestate. Cic. de Diuinat. lib. 1. 140. Neque hoc dii alienum ducunt maiestate sua.

Alienum meis rationibus. Cic. 7. Verr. 136. Ac si de mea gloria & amplitudine quæritis Iudices, non est alienum meis rationibus, istum mihi ex hoc iudicio ereptum, ad illud Populi Romani iudicium reseruari. Sallust. in Catil. Alienum suis rationibus existimas, videri causam ciuium cum seruis fugitiuis communicasse.

Alienus sanguine regibus. Liu. 9. bel. Pun. 147. Extitit quidam Mezentulus nomine, non alienus sanguine regibus. Id est non alienus à sanguine regum: coniunctus regio sanguini. Hîc autem subauditur às vt sit, Non alienus sanguine à regibus.

¶ Alienus locus, pro incommodo. Cæsar de bel. Gal.

Alienus animus alicui. Cornel. Tacit. lib. 18. Mutiani animus nec Vespasiano alienus, & in Titum pronior. Idem lib. 20. Vt Domitiani animum Varro haud alienum deliniret.

¶ Alieno animo esse ab aliquo. Cic. pro Deiotaro 14.

Alienum animum ab aliquo habere. Cic. in Lælio 28. Ab altero, propter probitatem eius, non nimis alienos animos habemus. Hoc est Nõ odimus eum, Non habemus odio. Sic pro Roscio Amer. 80.

¶ Alienũ tẽp', Minimè aptũ, vel opportunũ tractandę aut gerẽdę rei de qua agitur. Liuius 3. bel. Pun. 103. Quin. Fabius Maximus nũquam rei vllius alieniore tempore mentionem factum in Senatu dixit, quàm inter tam suspensos sociorum animos. Cicero Cassio, lib. 15. 14. 9. Sin maiora, considera ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus. Idem 3. Verr. 97. Locare incipit non proscripta neque edicta die, alienissimo tempore, ludis ipsis Romanis.

Alienum fortunæ suæ vultum gerere, Id est male conuenientem. Senec. de Vita beata, Hæc vos non intelligitis: & alienum fortunæ

Universidad de Deusto Biblioteca

vestræ vultum geritis.

¶ Alienum à dignitate. Cic. Dolabel. lib. 9.14.5. Est tamen non alienum à dignitate, quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiundis. Idem Marcello, Epist. lib. 4.7.2.

Alienus à literis. Cicer. 4. Verr. 45. Letilius quidam, homo non alienus à literis.

¶ Alienum à sapiente. Cic. 4. Acad. 240. Si Polemoneus peccat Stoicus rei falsæ assentiens, num quidem nihil esse dicitis à sapiente tam alienum? Sic Terent. Adelph. 5.8.22. Absurdum atque alienum à vita mea videatur. Cic. Trebatio, lib. 7.17.2. Sæpe autem etiam (quod à te alienissimum est) subimpudens videbare.

Alienus ab ætate nostra labor. Cice. ad Atticum, lib. 16.533.4. Mouet etiam nauigationis labor, alienus non ab ætate solùm nostra, verum etiam à dignitate.

Alienum ab amore nostro. Quin. Cic. de Petitione Consul. 1.

¶ Alienus in re aliqua. Cic. de Finib. lib. 1.26. Epicurus in Physicis, quibus maximè gloriatur, totus est alienus.

¶ Alienior, pro aliena. Terent. Adelph. 1.2.30. Alieniore ætate pòst faceret tamen. Vbi Donatus, Alieniore, pro Aliena dicens, comparatiuum gradum pro positiuo posuit.

Alienior hæres, Qui nulla necessitudine coniunctus est ei, cui succedit. Qui nullo modo ad eū ptinet. Cic. pro Cluentio 130. P. Elii testamento propinquus exhæredatus cū esset, hæres hic alienior institutus est.

Alienior est à me. Cic. Caninio, lib. 2.16.14. Sin à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt.

Alienissimi homines à Clodio. Id est minimè coniuncti & propinqui. Cic. pro Domo sua ad Pontif. Quā legē esse hoīes alienissimi à P. Clodio iudicarēt, Piso & Gabinius: eam nullam esse frater P. Clodii iudicauit.

Alienissimum Reipub. tempus. Cic. de Claris oratoribus 2. Augebat etiā molestiam, quòd magna sapientium ciuium, bonorumque penuria, vir egregius coniunctissimusque mecum consiliorum omnium societate, alienissimo Reipub. tempore extinctus, & authoritatis & prudentiæ suæ triste nobis desyderium reliquerat.

¶ Alienissimus rusticæ vitæ, pro eo quod est, à vita rustica. Columel. libro 3. cap. 21.2.

Alièno, aliènas, penul. prod. (ἀλλοτριόω,) alienâre, Alienum facere: & est verbum factum ex nomine Alienus. Plinius lib. 20. cap. 18.1. Sacopenium quod apud nos gignitur, in totumq; transmarino alienatur. Hoc est propter transmarinum fit alienum, & ab vsu remouetur.

Vendere & alienare. Cic. 6. Verr. 118. Pretio paruo ea quæ accepisset à maioribus, vendidisse atque alienasse. Idem pro Lege Agraria 59. Venire vestras res proprias, & in perpetuum à vobis alienari. In his idem significare videtur quod abalienare: de quo supra.

Alienare vectigalia. Cic. de Lege Agr. contra Rul. 44. Permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis.

Alienari mente. Vide Alienatio, & Alienatus. Plin. lib. 26. cap. 8.6.

Alienare aliquem sententiis dicendis. Cic. Attic. lib. 7.124.2. Monere ne antè in Senatum accederem, quàm rem confecissem: ne dicendis sententiis aliquem tribunum alienarem. Id est ne sententias dicendo aliquem à fauore erga me auerterem.

Alienare quempiam à se, Est ab amicitia nostra, vel consuetudine disiungere, separare, & remouere. Cic. Attico, lib. 1.9.10. Mirum in modum omnes à se bonos alienauit.

Alienare omnium suorum voluntates à se. Cæsar 7. bel. Gal. 34. Cic. Appio Pulchro, Epist. lib. 3.6.11. Conabantur alienare à te voluntatē meā.

Alienare & Reconciliare, contraria. Cicero de Prouinc. Consular. 17. Atque vt vetera, quæ sunt innumerabilia, mittam, tuus pater Philippe nónne vno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit, quibus cum omnibus eadem Respublica reconciliauit quæ alienarat?

Alienare & immutare. Cicero Licinio Crasso Epist. lib. 5.8.4. Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nónnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.

Alienat etiam quis seipsum ab alio. Cic. in Lælio 66. Ab amicitia Quin. Pompeii meo nomine se remouerat (vt scitis) Scipio: propter dissensionem autem quæ erat in Repub alienatus est à collega nostro Metello. Hoc est ab eo seipsum alienauit.

Planè alienari à Senatu. Cic. ad Attic. lib. 1.12.13. Summum erat periculum, ne si nihil impetrassent, planè alienarentur à Senatu.

Alienari ab interitu, hisque rebus quæ interitum videantur afferre. Cic. 3. de Finib. 25.

¶ Alienari, pro corrumpi, quod vulgò dicunt alterari. Cornel. Celsus, libro 7. cap. 16. Si verò adhuc ea sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est. Momēto enim alienantur, externo & insueto spiritu circundata. Loquitur de intestinorum vulneratorū curationibus.

Alienātus, penul. prod. Participium, (ἀλλοτριωμένος,) Plaut. Merc. 12.26. Alienata est abs te mulier. Cic. in Lælio 66. Propter dissensionem autem quæ erat in Repub. alienatus est à collega nostro Metello.

Alienatus ad libidinem animus. Hoc est à virtute ad libidinem abductus. Liuius 3. ab vrbe 197.

Alienatus mihi est vsus ædium. Hoc est mihi ablatus. Plaut. Merc. 21.4.

Alienatus ab sensu animus. Id est sic immutatus, sic dimotus ac deiectus à ratione, vt nihil rectum sentiat. Liu. 2. ab vrbe 56. Sic alienatus sensibus, Liu. 5. bel. Pun. 209. Item alienatus mente, Plinius 28. cap. 8.5.

Alienatus animus & offensus. Cic. ad Attic. lib. 1. epist. 12.10.

Alienatus, (ἀλλοτριώσας,) nomen, ex participio, vt Alienata mens. Liuius 4. bel. Pun. 120.

Alienatio, Verbale, Actus ipse alienandi. Cic. in Orat. 80. An quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est: quibus ipsa sacra retineri, defendique possint, nō honestum est? Hic positum est pro Abalienatione de quo alibi. In alia significatione dicitur Alienatio, quasi separatio atque disiunctio cuiuspiam ab alio: hoc est quū ab alio quis alienat animum, studium, amorem, aut voluntatē. Cæsar 2. bel. Ciuil. 126. Castrorum autem mutatio quid habet, nisi turpem fugam, & desperationem omnium, alienationem exercitus? Cic. in Lælio 66. Nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit: vt neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, vt non statim alienatio disiunctioque facienda sit. Loquitur de separatione ab amicitia.

Alienatio ab aliquo ad alium. Cic. 1. Philip. 29. Tuamque à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ esse putauisti.

Alienatio mentis, Est tanta commotio perturbatioque rationis, vt homo non sit compos sui. Plin. lib. 21. cap. 21.4. Cornel. Cels. lib. 4. cap. 2.

Aliò, (ἄλλῃ,) aduerbiū loci, Ad aliū locū significās. Plaut. Milite 11.42.

Aliò missus sum. Terent. Eunuc. 2.2.48. Tu profecturus aliò fueras.

Aliò conferre animum. Id est Ad aliam rem se conuertere. Terent. Heauton. 2.4.10. Hæc vbi immutata est, illi suum animum aliò conferunt.

Aliò responsionem suam deriuare. Cic. 3. Verr. 98. Hoc est aliud respondit quàm quod interrogabatur.

Aliò seruare aliquid. Cic. lib. 2. de Finib. 48. Appellet hæc desyderia naturæ, cupiditatis nomen seruet aliò. Id est ad aliud.

Aliò transferre sermonem, Id est ad aliam (vt dicunt) materiam. Cic. lib. 1. de Orato. 66. Sed, si placet, sermonem aliò transferamus: & nostro more aliquando, non rhetorico loquamur.

Aliò me vocat vestra expectatio. Cicero pro Cluentio 49. Multa dici possunt quare ita necesse fuerit iudicari: sed ego occurram expectationi vestræ iudices. Nam etsi à vobis sic audior, vt nunquam benignius neq; attentius quenq; auditum putem: tamen vocat me aliò iamdudum tacita vestra expectatio. Hoc est ad aliud tractandum dicendumque.

Quò aliò. Cic. ad Attic. lib. 9. epist. 190.2. Ex illius sermone statuam putāmne mihi eundū sit, an quò aliò. Id est in aliquem alium locum.

Alioqui, siue Alioquin, (ἄλλως, ἄλλως, εἰ δὲ μή,) coniunctio, penul. produc. significat Aliter, siue Alio modo, vel quòd si non, vel Præter hoc. Cic. in Ora. 270. Quorū ab Oratoris iudicio delectus magnus adhibetus. Alioquin quonam modo ille in bonis hærebit & habitabit suus? Idē lib. 2. de Legib. 98. Credo minimam olim sepulchrorum fuisse cupiditatem: alioqui multa extarent ampla maiorum. Plinius in præfatione lib. 1. Meæ quidem temeritati accessit hoc quoque, quòd leuioris operæ hos tibi dedicaui libellos. Nam nec ingenii sunt capaces, quod alioquin nobis per quàm mediocre erat. Plinius epist. 33. Et quam pro me solicitudinem non adii, quasi pro me altero patior: & alioqui meus pudor, mea existimatio, mea dignitas in discrimen adducitur. Idem epist. 33.2. Nec si longius esset extracta cognitio, satietate & tædio quodam iustitia cognoscentium, seueritásque languesceret: alioqui superant minores rei, data opera hunc in locum reseruati. Idem epist. 38.4. Quæ alioqui perire incipiebat, quum periisse Afro videretur, nūc verò prorsus funditus extinctum & euersum est. Quintilianus lib. 2. cap. 16. Phrynen non Hyperidis actione, quanquam admirabili, sed conspectu corporis, quod illa speciosissimum alioqui diducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam. Horatius 1. Serm. satyr. 4.1.

Siquis erat dignus describi, quòd malus aut fur,
Aut mœchus foret, aut sicarius, aut alioquin
Famosus: magna cum libertate notabant.

Alioqui, sine n, scribi debere, vt Atqui pro Sed, tradit Caper Grammaticus in libro de Orthographia & Latinitate. Eius hæc sunt verba: Atqui careat n, similiter Alioqui. Baptista Pius in illud Lucretii ex lib. 5. Incolumis quanuis alioqui splendidus orbis &c. sic pcipit: Sequente vocali, imitatione Græcorum, dicimus Alioquin. Sequente verò consonante, vt seruetur euphonia, Alioqui.

Aliorsum, (ἀλλαχόσε,) aduerbium loci, versus alium locum significans, & est dictum per syncopen pro Aliouersum. Plaut. Truc. 8.36. Ancillas iubet, quoniā iam decimus mensis aduētat propē. Aliā aliorsum ire.

¶ Aliorsum, In aliam partem, ait Donatus. Terent. Eunuc. 1.2.2.

Miseram me, vereor ne illud grauius Phædria
Tulerit: neve aliorsum atque ego feci, acceperit.

Aliouersum, (ἀλλαχόσε) aduerbium loci, idem quod aliorsum: sed hoc minimè vsitatum.

Aliouersum, in aliam partem. Plaut. Aulul. 9.8.

Atqui ego istuc Anthrax aliouersum dixeram,

Non

Non istuc quod tu insimulas.

Aliter, pen. corr. (ἄλλως,) Aduerbium qualitatis, id est alio modo. Plaut. Pœnulo. 14.44. Esse aliter decet. Cic. 7. Verr. 45. Aliter decerneret in eadem causa non potuisti. Terentius Adelph. 5.8.13. Nihil agis: fieri aliter non potest.

Aliter, geminatū. Plaut. Epid. 12.9. Aliter catuli longè olent, aliter sues. Cic. Aliter enim cum tyranno, aliter cum amico viuitur. Idem. 3. Offi. 89. Sed aliter leges, aliter & philosophi tollunt astutias.

Aliter atque aliter numen erumpens. Plin. lib. 2. cap. 93.3. Quibus in rebus quid possit aliud causæ afferre mortalium quispiam, quàm diffusæ per omne naturæ subinde aliter atque aliter numen erumpens? Hoc est variis modis.

¶ Aliter, pro Contrà, Donato interprete. Terentius in prolo. Andr. 3. Verùm aliter euenire multò intelligit. Virgil. Aeneid. 2.

-iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui:
Diis aliter visum.

Aliter ac, pro Aliter quàm. Terent. Phorm. 3.2.45. Ego isti nihilo sum aliter ac fui. Cice. 1. Offic. 45. Aliter de illis ac de nobis iudicamus. Idem. 4. Acad. 121. Neque nos contra sensus aliter dicimus ac Stoici.

Aliter atque. Idem quod Aliter ac. Terent. Adelph. 4.3.6. Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum. Cic. 4. de Finib. Hic loquebatur aliter atque omnes.

Aliter atque vt. Cicero. Quòd iste aliter, atque vt edixerat, decreuisset. Idem ad Attic. lib. 16. epist. 337.4. De Antonii itineribus, nescio quid aliter audio atque vt ad te scribebam.

Longè aliter. Vide LONGVS.

Multò aliter. Vide MVLTVS.

Aliter quàm. Plaut. Sticho. 2.29. Atque aliter nos faciant, quàm vxores suas æquum est viros.

Sin aliter. Plaut. Amph. 4.55. Sin aliter sint animati: neque dent quæ petat. Terent. Adelph. 5.3.5. Sin aliter de hac re est eius sententia.

Aliter, sequente ET. Cic. ad Attic. lib. 10. epist. 203.2. Quòd de puero aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio, non reprehendo.

* Aliter pro. Quandoque siue aliàs, siue, si id non fiat, siue, alioqui, Paulus in L. singulis. ff. de except. rei iud.

¶ Aliter, pro alioqui. Liuius bel. Pun. lib. vlt. Inducias ita se daturum, si per priores inducias naues onerariæ captæ, quæque fuissent in nauibus restituerentur: aliter nec inducias, nec spem pacis vllam esse. Cic. in Lælio. 64. Qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. Columel. lib. 2. cap. 9. Sed antiquissimum est omnem inde humorem facto sulco deducere: aliter vana erunt prædicta remedia.

Alibi, penult. corr. (ἀλλαχόθι,) aduerbium loci, pro Alibi. Plin. lib. 10. cap. 30.1. Nec vsquam alibi candidæ nascuntur.

Alibi, geminatum. Varro. 1. de Re rust. cap. 44. Vt ex eodem semine alibi cum decimo redeat, alibi cum quintodecimo.

Alibi atque alibi. Plin. lib. 9. cap. 54.1. Aquatilia genera alibi atque alibi meliora. Senec. de Benef. lib. 5. cap. 6. Alibi atque alibi diuersa pœna est, sed vbique aliqua.

Alibi, ter repetitum. Plin. lib. 11. cap. 14.1. Alibi enim faui cera spectabiles gignuntur, vt in Pelignis, Siciliaq; alibi mellis copia, vt in Creta, Cypro, Africa: alibi magnitudine, vt in Septentrionalibus.

Aliunde, (ἀλλαχόθεν, ἄλλοθεν,) aduerbium, Ex alio loco. Plin. lib. 13. cap. 16.2. Radice nihil crispius, nec aliunde pretiosiora opera. Id est ex nulla alia Trogeres arboris parte, quàm ex radice. Idem lib. 15. cap. 19.7. Inde repertum vt allatæ aliunde, & inter se colligatæ miscerentur fico. Id est ex alio loco.

Aliunde, ad hominem relatum. Cic. Att. lib. 10.192.4. Quod scribis, non quo aliunde audieris, sed teipsum putare, me attractum iri. Idem pro Ligario. 1. Quū tu id neq; per te scires, neq; audire aliunde potuisses.

Aliunde assumpto bono vti, non proprio, nec suo. Cic. 1. de Orat. 23.

Aliunde factum verbum. Cic. in Orat. 44.

Aliunde nota. Quintil. lib. 4. cap. 1.3.

Aliunde pendère. Cic. ad Lucceium, lib. 5. epist. 13.3. Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut benè aut malè viuendi suspensas habere rationes.

Aliunde petere copiam dicendi. Cic. 1. de Orat. 22. Hic nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit.

Aliusmodi, (ἀλλοῖος,) quasi alterius modi. Cæsar, Vno enim excepto, quem alius modi atque omnis natura finxit, suos quisque habebat charos. Adiectiuum est indeclinabile, omnis generis, sicut Eiusmodi, & cætera eo modo composita.

Allâbor, penul. prod. allaberis, allapsus sum, (ἐπεισρέω,) allabi, iuxta labi, siue fluere. Cic. 1. de Diuinat. 86. Et humor allapsus extrinsecùs, vt in tectoriis videmus. Interdū ad alia refertur: sicut simplex Labi. Liu. 5. bel. Pun. 87. Ad exta sacrificio perpetrato angues duo ex occulto allapsi edère iecur. Virgil. 9. Aeneid. Ergo alis allapsa sagitta. Id est quæ per aerem celeriter allata est, & quasi aduolauit.

Allabi, de nauigatione dictum. Virgilius. 6. Aeneidos. Et tādem Euboicis Cumarum allabitur oris. Vbi Seruius: Allabitur, venit celeriter. vt labere nympha polo.

Allapsus genibus: Id est ad genua prostratus, qualiter solent supplicabundi. Seneca in Hyppolyt. 5.16.

-en supplex iacet
Allapsa genibus regiæ proles domus.

Allapsus, huius allapsus, (ἐπέγερσις,) Verbale ab Allabor. Horatius Epod. 1.4.

Vt assidens implumibus pullis auis
Serpentium allapsus timet. Sil. Ital. lib. 5.94.
At gregis allapsu fremebundo territus acris
Expauit molles Rhodanus.

Allabôro, allaboras, penult. prod. (ἐπιπονέω,) allaborâre. Idem quod Laboro, vel vehemēter laboro. Hor. Epod. 8.4.

Quod vt superbo prouoces ab inguine,
Ore allaborandum est tibi.

Allaborare alicui rei: Id est per laborem aliquid ei adiicere. Horat. 1. Carm. 38.1. Simplici myrto nihil allabores.

Allæuo, allæuas, (ἐπιλειαίνω,) allæuare, Idem significat quod Læuigare, læue facere. Columel lib. 4. cap. 25. de falce vinitoria loquens, Nam quum in aduersum pressa manu desecare quid debet: cultro vtitur: quum autem retrahere, sinu: quum allæuare, scalpro: quum incauare, rostro. Ibidem, Nam ea plaga quæ sic efficitur, vno vestigio allæuatur.

Allambo, allambis, (προσλιχμάω,) allambere: Idem quod simplex Labo: & per metaphorā, Leniter attingo. Quint. in Sepulchro incantato, Scitis ipsi quo exequiarum die labore extracta sit, quādiu filium tenuerit allambentibus flammis.

Allatro, allâtras, pen. prod. (προσυλακτέω,) allatrâre, Aduersus aliquē latrare. Et ad canes propriè pertinet, sicut simplex Latrare. Dicimus. n. Allatrauerūt eū canes: & Allatratus est à canib⁹.

Allatrare aliquem, per metaphoram: Est per inuidiam criminari, vano tamen conatu: quum scilicet reipsa nocere non possis: vt Allatrare dignitatem alicuius. Liuius. 8. bel. Maced. 237. Qui vino quoque eo allatrare eius magnitudinem solitus erat. Colum. in præfat. lib. 1.8. Sed ne caninum quidem (sicut dixere veteres) studium præstantius, locupletissimum quenque allatrandi.

Allatrant maria oram aliquam, per metaphorā. Plin. lib. 4. cap. 5.8. Tot sinus Peloponnensem oram lancinant, tot maria allatrant. Hoc, pro Vndiq; alluunt: posuit sed ad fluctuum sonitum respexit: quasi sit canum latratibus comparandus. Idem lib. 2. cap. 68.3. Adeò vicino accessu interna maria allatrat. De Oceano loquitur.

Allatrat victorem inuidia ore nigro. Sil. Ital. lib. 8.58.

-nigro tunc allatrauerat ore
Victorem inuidia, & ventis iactarat iniquis.

Allatus, (προσενεχθείς,) Participium. Vide AFFEROR.

Allaudo, allaudas, allaudare, Poeticum verbum, pro Laudare, vel valde laudare. Plaut. Merc. 3.84. Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.

Allecto, Vide ALLICIO.

Allectus, Vide ALLEGO, allegis.

Allêgo, allegas, pen. prod. (πέμπω, ἐμπρεσβεύομαι,) allegâre. Est propriè grauioris negotii causa quempiam mittere intercessorem, interpretem, sequestrem, internuntium: sed hoc in priuatis rebus, sicut Legare in publicis. Plaut. Cas. 2.51. Pater allegauit villicum, qui posceret sibi istam vxorem. Cic. 3. Verr. 106. Petit à me Rabonius, & amicos allegat: facilè impetrat.

Allegare ad aliquem. Plaut. Pseud. 20.123. Illum hodie ad me allegauit, mulierem qui abduceret. Idem Epid. 9.43. Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium. Minus hominem, quàm doctum. Cic. 3. Verr. 109. Primo necessarios istius ad eū allegatos esse dicebat. Idē Catoni, li. 15. Epist. 4.45. Extremum illud est, vt quasi diffidens rogationi meæ, philosophiam ad te allegem. Paulò pòst. Hæc tecum agit de mea laude.

Allegare aliquem alicui rei. Plautus Amph. 8.40. Alium ego isti rei allegabo, ne time.

Allegare aliquem hominem alteri. Cic. pro Roscio Amer. 15. Chrysogonus & ipse ad eos accedit, & homines nobiles allegat iis, qui peterent ne ad Syllam adirent. Terent. And. 5.3.28. Hoc modò te obsecro, vt ne credas à me allegatum hunc senem.

¶ Allegare. Budæus, διαπρεσβεύεσθαι, sua iura allegare, & in iure disceptare: quod causificari Plautus dixit: Cicero etiam & causari & proferre: Quintilianus & Iurisconsulti allegare appellant.

¶ Allegare, Afferre, Adducere. Plin. in Epist. Tum multa allegauit, quæ ad rem propositam pertinere minimè videbatur. Idem Epist. 50.2. Adhibes preces, allegas exemplum: & Allegantes patrocinii fœdus.

Plin.Epist.4.lib.3.Quintil.Nam tum dignitas litigatoris allegat, tum confirmatur infirmitas. Stat. Achill. 1.45.
Allegantque suos vtroque à sanguine diuos.

Allegare,pro Appellare,siue nominare.Cic.pro Cluentio.19. Actum in Oppianici causa,crimen hoc Asinianum cum testibus multis, tū verò indicio Aiubii probabatur.in quo inter allegatos, Oppianici nomen primum esse constabat.Idem ad Qu.fratrem,lib.2.7.9.Ad 1111. Id. Feb.Sestius ab indice Cn.Nerio Pupinia de ambitu est postulatus. Et Paulò pòst,Sed idem Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vacciam,& C.Cornelium.

Allegare litigatoris dignitatem,vel commendare infirmitatem. Quintilianus libro quarto,cap.1.9.

Allegatio,Verbale,(ἐπιχείρημα,) Actus ipse allegandi:hoc est quasi priuata quædam legatio.Quod facilius intelliges ex interpretatione ipsius verbi Allegare.Cic.3.Verr.30.O dii immortales, quàta iste cupiditate,quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit. Id est amicorum intercessionibus,& velut legationibus. Ibidem.96. Quòd sibi omnes ad istum allegationes difficiles,omnes aditus arduos ac potius intercluſos viderent.

Allego, allegis,pen.corr.allégi,allectum,(προσκαλέομαι,) allégere, In cœtum adiungere,& asciribere,& quasi cooptare. Nam & legi dicebantur, qui in senatorum numerum ascribebantur: vt Sublegere,in locum demortui legendo substituere: quibus verbis Iurisconsulti vsi sunt.

Allegere in ordinem.Vlpianus de Decurionibus,Spurios quoque posse in ordinem allegi,nulla dubitatio est.Trāquillus in Tiberio,Instanti sæpius vt ciuitate donatum in Decurias allegeret: negauit se allecturum. Liuius Cęterum quia de plebe allegebantur, eandem ægrè passi Patres. Ex Budæo.

Allegere inter Prætorios.Plin.lib.1.Epist.14.Allectus.n.à diuo Vespasiano inter Prætorios,honestam quietem huic nostræ, ambitioni dicum,an dignitati?constantissimè prætulit.

Allectus,(προσκατακλείω,)participium ab allegor,allégeris. Festus Allecti dicebātur apud Romanos,qui propter inopiā ex Equestri ordine in Senatorū sunt numerum assumpti. Nā Patres dicuntur,qui sunt Patritii generis.Conscripti,qui in Senatu sunt scriptis annotati.

Allegoria, allegoriæ,(ἀλληγορία,)Interſio à Quintiliano dicitur,figura quoties aliud sensu,aliud verbis intelligit. Cic.in Orat.111.Iam quum fluxerunt plures continuę translationes, alia planè fit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè,genere melius ille qui ista omnia translationes vocat. Idē ad Atticum,lib.2. Epist.35.3.De Republica breuiter ad te scribam:iam enim charta ipsa ne nos prodat,pertimesco.Itaque post hac si erunt mihi plura ad te scribenda,allegoriis obscurabo. Terentius Phor.2.2.16.Quia non rete accipitri ēditur,neque miluio. Vbi Donatus,Per allegoriam loquitur parasitus:vt to:am triuiale sit,à conuiuis esęsque translatum.Virgil.10. ecloga.
Hæc sat erit.Diuę vestrum cecinisse poetam,
Dum sedet & gracili fiscellam texit hibisco.
Vbi Seruius, Allegoricōs significat se composuisse hunc libellum tenuissimo stylo.

✱ Idem per allegoriam M.Celium melius obiicientem Crimina,quam defendentē bonā dextrā,malam sinistram hīc dicebat.Quint.111.b.

✱ Allegoricōs.Vide Allegoria,ex Seruio.

Allelu-ia, (ἀλληλεύια,) Duę sunt dictiones Hebraicæ, quæ significant,Laudate dominum. ALLELV enim Hebraicè, imperatiui modi est.IA autem vnum est ex nōminibus Dei.

Alleuo, alleuas,pen.corr.(ἀναίρω,ἐπικουφίζω,) alleuāre, In altum tollere,vel de imo,& vbi quid tacet, atque proiectum est, sursum tollere.Quintil.lib.1.cap.12.Vidi multos,quorum supercilia ad singulos vocis conatus alleuarētur.Idem,Homini in aquam lapso, atque vt alleuaretur oranti.Hęc Valla lib.5. Idem lib.11. Ideoque abiectos ac submittentes sese,libenter alleuamus.Ouid.6.Metam.50. Euolat,vt gelidos complexibus alleuet artus.
Idem lib.3.Trist.eleg.5.7.
Is mea membra tenet,nec viribus alleuor vllis.

Alleuare afflictum.Quintilianus in Pariete palmato, Non petit vt illū miserum putetis, nisi & innocens fuerit.Non petit vt afflictum alleuetis, nisi & probauerit sese infeliciorem, quòd patrem amisit quàm quòd oculos.

Alleuatur animum Artabanus.Corn.Tacit.lib.5. Artabanus in Hyrcanis repertus est,illuuie obsitus,& alimenta arcu expediens.Ac primò tanquàm dolus pararetur,territus,vbi data fides reddendæ dominationi venisse,alleuatur animum.Id est animo.

Alleuare dictis ærumnam aliorum.Cic.3.Tusc.ul.120.

Alleuare onus. Id est onus alicui leuius facere. Cicero pro Sexto Roscio.6.Fide sapientiaque vestra fretus,plus oneris sustuli, quàm ferre me posse intelligo.Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis,feram vt potero studio & industria Iudices.

Alleuare solicitudines.Cic.de Claris oratoribus.6.

Alleuor,quum loquor tecum absens. Cic.Attico,lib.11.253.1.

Alleuatum corpus, per translationem.Dicitur, quum est imminuta corporis ægritudo.Cic.Attico,lib.7.11.2. Quòd cum febre Romā venissles:bono tamen animo esse cœpisse,quod Acastus, ea quæ vellē de alleuato corpore tuo nuntiaret.

Alleuatio,Verbale,(ἀνακούφισις,) Doloris mitigatio,siue diminutio. Cic.1.de Fin.63.Dolor in longinquitate leuis,in grauitate breuis soleat esse:vt eius magnitudinem celeritas,diuturnitatem alleuatio consoletur.Sic idem ad Varronem,lib.9.12.Etsi tor,tantisque rebus vrgemur,vt nullam alleuationē quisquā nō stultissimus sperare debeat.

Alleuamentum,Verbale,(ἀνακούφισμα,)Idem quod alleuatio. Cic.pro Sylla.50.Et si aduersis sine vllo remedio atq; alleuamēto permanere.

Allex, Plaut. Pœnulo, Tunc etiam amator audex esse allex viri? Hoc loco allex viri,fœcem & sordes quidam inter prætura quòd allex fœculentus salsamētorum liquor fit.Authore Plin.lib.31. cap.8.quum inquit.Vitiū huius est allex,imperfecta nec colata fœx. Alii ab Allicio deductum volunt:id est,quæ allicere ad te vires solet. Secundum priorem sententiam substantiuum est, & declinatur alecis,scribiturque vnico l,vt supra monstratum est.Secundum posteriorem,adiectiuum est allex,allicis,pen.corr. ab allicio.

ALLIA,Alliæ,(ἅλλιος,) Fluuius,qui à Crustumiis montibus prælabo defluens alueo.Tybertno amni miscetur.Vbi magna strage Romani à Gallis duce Brenno profligati sunt.Vnde Alliensis dies, pro infausto.Cicero Attico,libro nono,Epist.4.Vt maiores nostri funestorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ,quàm vrbis captæ, & quòd hoc malum ex illo.

Allia damnata Fastis Romanis. Lucan.lib.7.82.
-cedant feralia nomina Cannæ,
Et damnata diu Romanis Allia Fastis.

Allia flebilis.Ouidius lib.1.de Arte amandi.83.
Tunc licet incipias qua flebilis Allia luce
Vulneribus Latios sanguinolenta fuit.

Allia grauis.Ouidius in Ibin.45.
Hæc est in Fastis cui dat grauis Allia nomen.

Allia,infaustum nomen.Virgil.7.Aeneid.144. -populisque Latini,
Quosque secans infaustum interluit Allia nomen.
Seruius:Allia fluuius haud longè ab vrbe est:iuxta quem Galli: Brennō duce.15.Calendarum Augustarum die,deleto exercitu, post modum deleuerunt etiam vrbem,excepto Capitolio.

Alliatus, Vide ALLIVM.

Allicio, allicis,penul.corr.allexi,allectum,(ἐπαγωγῶ,ἐπάγομαι, ἐφέλκομαι,ἔπομαι ἕλκομαι,) allicere, Ex ad & latio antiquo verbo compositum,Est blanditiis attrahere,siue potius inducere,atque inuitare.Plaut.trinum.6.99.Te & amicitiam & gratiam in nostram domum video allicere. Cicero de Amicitia.27. Allicit homines ad diligendum virtus.

Allicere & attrahere.Cic.de Amic.46.Nihil est quod ad se rem vllā tam alliciat,& tam attrahat,quàm ad amicitiam similitudo.

Allicere & excitare studia hominum. Cicero.1. Offic.28. Dicendum est quonam modo hominum studia ad vtilitates nostras allicere aut excitare possimus.

Permulcere atque allicere auditorem.Cic.1.de Orat.173. Prima est,inquasi cognitio & commendatio orationis in principio,quæ continuò eum qui audit,permulcere atque allicere debet.

Allici & teneri.Q.Cic.de Petit.Consul.36. Excelle dicendo:hoc etiam tenentur Romæ homines,& alliciuntur.

Allicere & trahere ferrum:Cic.1.de Diuinat.144.Vt si magnetem lapidem esse dicam qui ferrum ad se alliciat & trahat.

Allicere animos ad benevolentiam.Cic.2.Offic.68.

Allicere aures.Lucret.lib.6.37.
Inde sonus sequitur,qui tardius allicit aures.

Allici beneficiis in aliquid,& compelli iniuriis. Cice. Lentulo.libro.1. Epist.9.88.Quum verò in hunc sensum & alliciar beneficiis hominū, & compellar iniuriis:facilè patior &c.

Allicere benevolentiam alicuius.Cic.7.Verr.143.& pro Murena.67.

Allicere delectatione.Quint.lib.5.cap.14.23.

Allicere iuuentutem ad studia. Quint.lib.3.cap.1.3.

Lectorem delectatione aliqua Cic.1. Tusc.10.

Mentes hominum.Cic.1.de Orat.16.

Opes ad misericordiam.Cic.pro Lege Manil.16.

Pestem.Lucan.libro nono.170.
calidoque vapore.
Alliciunt gelidas nocturno frigore pestes.

Somnum,aut Allicere somnos. Quod etiam dicitur Somnum inuitare, & conciliare. Plin.lib.21.cap.18.8. & lib.9.cap.13.2. Item lib.29. cap.3. Ouidius.6.Fast.137.

Allicium somnos tempus,motusque,merumque.

Voluntates

Voluntates alienas.Cic.pro Plancio.8.Id est alienatas.

Volomates populi alienas,retinere partas.Cic.pro Plancio.8.

Allectus,participium,(ἐπαγώγιος,) vt Allectus consuetudine peccandi. Quint.lib.7.cap.3.35. An etiam consuetudine peccandi sit allectus.

Allector,(ἐπαγωγεύς,ἑρμογενὴς,) Verbale ab allicio,Qui alliciat. Columel.lib.8.cap.10.1. Qui ab incipibus in hūc vsum nutriti,quasi allectores sint captiuorum.De turdis loquitur.

Allecto,allectas,(ἐπάγω,) allectare, Frequentatiuum ab allicio.Est frequenter allicere,hoc est blandimentis ad aliquid inducere,seu mutare. Columel.lib.2.cap.3.1. Ad aquam duci oportet,sibiloque allectari,quo libentius bibant.

Allectare & imitare.Cic.in Lælio.81.Quamobrem quamuis blanda ista vanitas apud eos valeat,qui ipsi illam allectant, & imitant,&c. Idem de Senect.53.Ad quem fruendum non modò non retardat,verūetiam inuitat,atque allectat senectus.

Allectatio,allectationis,Verbale,(ἐπαγωγή,) Ipse allectandi actus.

Allectatio nutricis.Quint.lib.1.cap.10.25. Et Chrysippus etiā nutricū, quæ adhibentur infantibus,allectationi fari quoddā carmen assignat.

Allicefacio,allicefacis,allicefeci,allicefactum,(ἐπάγομαι,) allicefacere, Idem quod Allicere. Suet.in Vitellio,cap.14. Nobiles viros, conditi sepulos & æquales suos, omnibus blanditiis tantùm non ad societatem imperii allicefactos,vario genere fraudis occidit. Verbum est dare compositum ex allicere & facio:sicut calefacio,frigefacio,& similiarii tamen verum est ita scripsisse Suetonium.

Allido, allidis,pen.prod.allisi,allisum,(ἐκκρούω,κατακρούω,προσκρούω,) allidere, Compositum ex ad, & lædo. Est aliquid impingere:vt allisit caput ostio,vel ad ostium.Cęsar.3.bel.Ciuil. 107.Et ex magno remigum propugnatorūque numero pars ad scopulos allisa interficeretur.Colum.de arboribus,cap.9.3. Medullamque omnem eraduto, tum demum in se positum colligato, sic ne gemmas allidas Id est attingendo lædas.Lucret.lib.4.60.
Sic elidūtur,vt liquis prius arida quàm sit
Cerea persona,allidar pilæque,trabisque. Catul.in Argonaut.epigram. 59.14.Ipsius ante pedes fluctus salsi allidebāt. Versus est spondiacus.

Allidi aliquis dicitur per metaphoram. Colum.lib.1.cap.3.8. Quippe acutissimam gentem Pœnos dixisse cōuenit, imbecillioremagrum quàm agricolam esse debere: quoniam quum sit colluctandum cum eo,si fundus prævaleat,allidi dominum. Pro affici damno posuit: sed persęuerauit in translatione à luctantibus:quorum victus à victore prosternatur,allidi humi fertur.

Allidi in re aliqua.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.2.10.8.Sed hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum,in quibus me perlubente Seruius allitus est,cæteri conciduntur.Id est lætus,quantū scilicet ad fortunas pertinet.quasi dicat, Aliquā fecit rerū suarū iacturā.

Alligo, alligas,pen.corr.(προσαναδέω,ἐπαναδέω,ἐπιδέω,προσδέω,) alligare. Ad aliquid ligare. vt Alligare vitam palis,vel ad palos. Vnde & locus ille Ciceronis apud Macrobium, Quis alligauit generum meum esse? Columel. Arbustiuam vitem, ante quàm putes, alligare diligenter oportet. Cic.2. de Diuinat.182. Alligandi omnes essent qui cubitum irent.

Alligare caput lana.Martial.lib.12.36.

Alligat naues anchora morsu.Virg.1.Aeneid.35.
-hīc fessas non vincula naues
Vlla tenent,vnco non alligat anchora morsu.

Alligare valuas.Quod & ligare,& colligare dicitur. Cic.1.Tusc.68. & Liuius.7.ab vrbe.105.

Alligare ad rem aliquam. Plin.lib.10.cap.14.2. Liuo ad pedes eius alligato nodo. & lib.16.cap.44.3.Cic.6. Verr.81. Ad statuam Siculi te prætore alligabantur.Sic alligare ad palum.Cic.7.Verr.9.& 10.

Alligare in rem aliquam. Cic.1.Tusc.198. Nam quum Archimedes Lunæ,Solis,quinque errantium motus in sphæram alligauit,effecit,&c.

Alligare,pro Impedire.Virg.6.Aeneid.88.
Fata obstant,tristisque palus inamabilis vnda
Alligat,& nouies Styx interfusa coërcet.

Alligare iter.Stat.Syl.lib.4.3.10.
Tunc vmbonibus hinc & hinc coactis,
Et crebris iter alligare gomphis.

Impedire in re aliqua & alligari.Cic.Att.lib.8.16.1. Cedēdum enim celeriter est,ne fortè qua in re impediar atq; alliger. Hoc est sic astringar,vt cedere non liceat.Ita plus esse volui Alligari, quàm Impediri

Alligare aliquem.Terent.Adel.5.3.48. Eo pacto prorsum illic alligaris filium.Vbi Donatus, Quis dicitur alligari ad aliquid,sine quo esse nō possit. Ergo propriè ad amicam alligari adolescentē dixit amatorem.

Alligare aliquam stipolatione.Cic.pro Rosc.Comoedo.21.

Alligari beneficio.Cic.pro Plancio.60. Equidem nil tam proprium hominis existimo,q̄ non modò beneficio,sed etiam beneuolentiæ significatione alligari:nihil porrò tam inhumanū,tam immane,tam ferum,q̄ cōmittere vt beneficio non dicam indignus,sed victus esse videare.

Alligari noua lege.Cic.p̄ Clu.135.Et ibidē.119.Alligat lex oēs mortales

Alligari factis.Cic.1.de Legibus.80.

Alligare se,pro eo quod est Se obnoxium facere:vt Alligare se scelere,alligare se furti. Cic.pro Flacco.31. Flaccus nunc se scelere alliget,quum tam teſtem illum effugere non possit. Terentius Eunuc.4. 7.39.Audin' tu hic furtis se alligat. Vbi Donatus, Alligat,astringit, illaqueat, & obnoxium facit.

Alligare se ad præcepta catholica. Quintil.lib.10.cap.13.9.

Alligare se ad pœna.Quintil.lib.10.cap.3.Nec qui robur aliquod in stylo fecerunt,ad infelicem calamnandi se pœnam alligandos puto.

Alligatus,participium,(προσδέδεμαι,)

Alligatus,pro obligatus:vt Alligata fœdere ciuitas. Liuius quinto bel. Macedon.178. Sic

Alligatus nuptiis:Id est aut propter nuptias impeditus,aut illi matrimonio obnoxius.Cic.pro Cluent.142.

Alligatus Cæsaris actis teneretur.Cic.pro Domo sua ad Pontif.33.

Alligatus,& solutus,contraria.Cic.3.de Orat.96.Vt verba neque alligata sint,quasi certa aliqua lege versus:neque ita soluta,vt vagētur. Idē ad Att.lib.2. Epist.35.3.His ex rebus non spes, sed dolor est maior: quum videas ciuitatis voluntatem solutam,virtutem alligatam.

Alligatio,Verbale,(πρόσδεσις,) Ipse actus alligandi. Columel.lib.11. cap.2.12.Arbustorumque sue putatio,siue alligatio faciēda est.

Alligator,penul.prod.Verbale(προσδετής,) Qui alligat. Colum.lib.4. cap.13.1.Deinde sequitur alligator:cuius officium est,vt rectam vitem producat in iugum.

Alligatura,pen.prod.(ἔνδεσις,)Verbale,dictum vt Scriptura.Colum. de arboribus,cap.8.2.Infra insitionem & alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnerato.

Allino, allinis,pen.corr.allini,allitum,& alléui,allitum,(ἐπαλείφω,) allinere.Ex ad & lino linis,idem quod simplex Linere.Plinius Sunt qui leporino coagulo mel addant,& hoc sæpe allinant dentem. Idem lib.13.cap.12.3. Turbidus liquor vini glutini præbet, quum prīmo supina tabula scheda allinitur longitudine papyri,quæ potuit esse segnitibus vtrinque amputatis.Adlino scribunt nonnulli. Horat. in Arte Poetica,90.
Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duros,incomptis allinet atrum
Transuerso calamo signum. Acron:Id est apponet.

Allinere sordes alicui sententiæ. Cic.2.Verr.11. Nulla nota,nullus color,nullę sordes videbantur his sententiis allini posse.

Allinere vitia sua alteri,pro Linere vel aspergere aliquem suis vitiis,dixit Senec.Epist.7.

Allium, alli,(σκόροδον,)Genus oleris quo vescimur. Plin lib.19. cap.6.Allium ad multa rurīs præcipuè medicamenta pro deſſe creditur:tenuissimis,& quæ separauit in vnuersum velatur membranis,mox pluribus coagmentatur nucleis,& his separatim vestitur: asperi saporis:& quo plures nuclei fuere,hoc est asperius. Tædiū huic quoque halitu,vt cœpis,nullum tamen coctis.Virgil.2.ecloga.
Allia,serpillumque herbas contundit olentes.

Ne allii quidem caput.Subaudi dedit, vel appositi, aut aliquid simile. Prouerbialis est hyperbole,qua vtitur Aristophanes in Vespis. Conuenit in sordidum,& impendiō parcum.

Allia ne comedas & fabas.Hoc est ne bellis neve in iudiciis adsis. Erasmus putat referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur suffragia.

Allium in rebus.De sordido commeatu dicebatur:Hinc natum, quòd Attici quoties nauigationem aut expeditionem adornabāt, commercabantur allia,eaque rebus imposita secum ferebant. In obsidionibus quoque vrbium in pretio erat allium: vnde illud apud Suidam. Perdo allia in obsidione.Locus est in adagio,si quem admoneas, vt Philosophiæ studium aggressurus,paret sese ad frugalem victum, ad vigilias ac labores,sine quibus nō paratē eruditio. Vide prouerbia Erasm.

Alliatus,adiect.pen.prod.(σκορδωτός,) Plaut.Most.1.45.Sine me alliato fungi fortunas meas.Vbi interpres,Alliato,cibo ex allio facto. meminerat Grumio sibi à Tranione obiectum fuisse supra, Oboluisti allium,propterea dicit,Sine me alliato fungi fortunas meas. Hæc ille. Sed pace eius dixerim alteratur adiectiuum est:vt,Malo te alliatum, esse,quàm vnguentatum esse.Id est olere allia, quàm vnguenta. Legendum igitur putamus alliatum in accusatiuo:vt sit sensus, Sine me alliatum fungi fortunas meas: Hoc est permitte me, quem allium olere,& fœtere dicis &c.

ALLOBROGES,pen.corr.(ἀλλόβριγες,) populus Galliæ iuxta Rhodanū,nunc Sabaudienses & Delphinates,victoria Fabii & Catilinæ cōiuratione noti,ad tractum Lugdunensem siti,Ptolemæo Authore.

Allobroges infideles rebus nouis,Id est coniurationi Catilinæ,cui pene consenserant,nec fidem tamen seruarunt.Horat.Epod.16.2.Nouisque rebus infidelis Allobrox.Cic.1.de Diuinat.42.
At clades patriæ flamma ferroque parata,
Vocibus Allobrogum Patribus Populoque patebat,
Coniurationem quippe Catilinæ detexerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Allobrogicus, Adiectiuum, (ἀλλόβρογικος,) vt Allobrogicum vinum, apud Celsum, libro quarto, cap. 5.
Allobrogica vua, apud Plinium, lib. 14. cap. 2.

Alloeotheta, pen. corr. (ἀλλοιόθετα,) Latinè dici potest, Aliter posita, Aut alia positio: à Prisciano lib. 18. dicitur Variatio. Confundit autem numerum, vt Virgilius. Pars in frusta secant. Caius, Tu mihi quodcunque hoc regni, pro hoc regnum. Genus, Virgil.
Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.
Ad dulce enim, quod est neutrum, tá masculina q̃ fœminina reddidit.

Alloquor pen. corr. alloqueris, allocutus sum, (προσφέγγομαι, προσαυδάω,) alloqui. Ex ad, & loquor, verbum notissimum. Plaut. Amphit. 4. 244. Alloqui te per parce liceat obsecro. Terent. And. 2. 1. 6. Cessas alloqui? Sub. eum. Author est Heren. 166. Te nunc alloquor Africane. Varro. 5. de Ling. Lat. Allocutum mulieres ire aiunt, quum eunt ad aliquem locutum consulendi causa. Virgil. 6. Aeneid. 93. Quem fugis? extremum fato quod te alloquor, hoc est.
* Alloqui familiariter cum aliquo. Curt. libro 6. Sed etiam familiariter alloqui cum eo &c.

Alloquium, (προσφώνημα,) Verbale. Id est allocutio. Liuius. 1. ab Vrbe 156. Et ipse quoque fortunam benigno alloquio comitate inuitandi, beneficisque quos poterat sibi conciliando adiuuabat. Plinius lib. 6. cap. 22. 4. Hospitali regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio, percontanti postea enarrauit Romanos &c. Plinius Epist. 8. e. Medici, salubres sed voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis prosequuntur.
Alloquia dulcia. Horat. Epod. 13. 4.
Illic omne malum vino cantuque leuato
Deformis ægrimoniæ, dulcibus alloquiis.
Alloquium aptare. Stat. 11. Thebaid. 123.
-nec noscere natos,
Alloquiumque aptare licet.
Alloquium mite. Stat. 7. Thebaid. 111.
Sed mite alloquium, & sæuis pax quæritur armis.

Allocutio, Verbale, (προσφώνησις,) ipse actus alloquendi. Vetustius & vsitatius est alloquium. Plin. Epist. vltima lib. 2. Mutat personam, vertit allocutionem. Id est sermonem.
Allocutione solari aliquem. Catul. ad Cornificium, epigr. 36.
Male est Cornifici tuo Catullo,
Male est, me Hercule, & laboriose,
Magisque & magis in dies, & horas:
Quem tu (quod minimum, facillimumque est)
Qua solatus es allocutione?
Iratior tibi, sic meos amores
Paulum quidlibet allocutionis
Mœstius lachrymis Simonideis.

Allubesco, allubescis, allubui. allubitũ (ἐπαρέσκω,) allubescere, Antiquum verbum pro Placere. Et est ab impersona li verbo luber, pro libet.
Plaut. Mil. 14. 13. -nimisque nitida fœmina
Hercle verò iam mihi allubescit primullum.

Allucinor, pen. corr. (παραβλέπω,) allucinaris, allucinari. Gellius lib. 16. cap. 12. Cloatius Verrius in libris quos in scripsit Verborum à Græcis tractorum, allucinari factum scripsit ex eo quod dicitur Græcè ἀλύειν. Vnde elucum quoque esse dictum putat, a litera in e conuersa, tarditatem quãdam animi & stuporem, qui allucinantibus plerunque vsu venit. Nonius, allucinari, aberrare, & non consistere atque dissolui, obstupefieri, atque tardari, honestè veteres dixerunt. Festus, Allucinatio, Errratio. Cic. ad Qu. frarrem, lib. 2. 13. 1. Sed quemadmodum coràm quum sumus, sermo nobis deesse nõ solet: sic epistolę nostræ debent interdum allucinari. Columel. libro septimo, cap. 3. ad finem. Nec fur aut bestia allucinantem pastorem decipiat. Cic. Attico, lib. 15. Epist. vltim. ad finem. Ego tamen suspicor hunc, vt solet, allucinari.
Allucinari, per aspirationem scripsisse veteres admonet Gellius, lib. 2. cap. 3. Vt sonus esset viridior, vegetiorque. Apud Nonium inter aspirata ponitur apud Festum verò, in littera A.
Allucinor aliquid. Cic. 1. de Nat. Deorum. 97. Ista enim à vobis quasi dictata redduntur: quæ Epicurus oscitãs allucinatus est, quum quidem gloriaretur se magistrum habuisse nullum.

Allùdo, allùdis, pen. prod. allùsi, allûsum, (προσπαίζω,) allúdere. Quasi ad aliquem ludere. Sic. n. dicimus Alicui aliquem alludere, vt arridere cuipiam. Alludunt paruuli parentibus & nutricibus. Plinius lib. 9. cap. 8. 6. Hominem non expauescit, vt alienum: obuiam nauigiis venit, alludẽs ultans. Et paulò post, Et alludẽs natantibus, impositosque portans. De delphinis loquitur.
¶ Alludere, est (inquit valla' lib. 4.) quum aliud dicimus, & ad aliud sententiam latenter referimus, vt Virg. 7. Aeneid. 24.

Nec plura alludens, ea vox audita, laborum
Prima tulit finem. Seruius: Alludens, aut certè ludentem significat: aut Alludens: Id est ad responsi fidem verba componens. Cicero. 1. de Orat. 139. Tum ille fidenter homo peritissimus, cõfirmare, ira se rem habere vt respondisset nec dubium esse posse. Galba autem alludens, varie & copiosè multas similitudines afferre.
Alludere ad mulierem. Terent. Eunuc. 3. 1. 34. Forte habui scortum cœpit ad id alludere.
Alludere philosophiæ, pro quasi per lusum & non seriò tractare philosophiam. Seneca Epist. 73. Adhuc est tertium genus, qui philosophiæ alludunt, & nondum quidem eam attigerunt.
¶ Alludere, Fauere. Seneca, Quum tibi alludit huius vitæ prosperitas.
* Alludit vnda. Plin. lib. 26. cap. 7. In saxis vbi alludit vnda.
Alludentes vndæ. Ouid. 4. Metamorphoseos. 69.
Huc it, & hinc illuc: & in alludentibus vndis
Summa pedum, taloque tenus vestigia tingit. Hoc est quæ alludere debantur & blandiri. Et Quint. 100. b.
Litus est qua fluctus alludit.

Alluo, alluis, alluì, (προσκλύζω,) alluere, Ex ad & lauo lauis, vt teres declinabant. Fluuii dicitur vrbes alluere, qui eas præterlabuntur: sic & maria terras alluunt. Cic. 2. de Legib. 11. Diuisit æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. Idem de Orat. 57. Ita tractantur fluctibus vt nunquam alluantur. Plin. lib. 4. cap. 5. Totam Atticam alluit. De Mirtoo mari loquitur.
Alluit gentes. Seneca in Oedipo. 5. 15. -quasque Mæotis
Alluit gentes frigido fluctu.
Alluuntur à mari mœnia. Cic. 7. Verr. 76.
Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium. Plin. lib. 6. cap. 4. Vide preterea lib. 3. cap. 1. 11. & cap. 4. 1.

Alluuies, alluuiei, pen. prod. fœ. gen. (προσκλυσις,) Immoderata aquarũ violentia, vel pluuialium, vel fluuialium, similiumque quæ non tantũ agros confundit, sed quandoque eripit, & nonnunquam funditus destruit. Colum. lib. 3. cap. 11. 7. Vel etiam valles quæ fluminum alluuie & inundationibus concreuerint. Liuius. 1. ab Vrbe. 15. In proximo alluuie, vbi nunc ficus ruminalis est, (quam Romularem vocata fertur) pueros exponunt. Loquitur de Tyberis mundatione.

Alluuio, alluuionis, f. g. (ἐπίκλυσις,) Idem quod Alluuies. Cicer. lib. 2. de Oratore. 84. Alluuionum, circunluuionum.

Allus, Pollex, proximum digitum scandens, quòd velut insultet alium videatur: quod Græce dicitur ἄλλεσθαι. Festus.
ALMO, Almonis, penult. prod. mascul. gen. (ἅλμων,) Fluuius vel potius riuus antè portam Capenam, vrbi Romæ vicinus, apud quem Cybelem olim sacra Cybeles faciebant eodem ritu quo Galli in Phrygia. Vide Cybele.
Almo Italus. Stat. lib. 6. Syl. 1. 45. Claud. de bel. Gildon. 24.
Almo lubricus. Ouid. 4. Fast. 68.
Est locus, in Tyberim, quà lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit in amne minor.
Parvus Almo. Lucan. lib. 1. 119.
Sacer Almo. Valer. Flac. Argonaut. lib. 8. 48.
Tepidus Almo. Sil. Ital. lib. 8. 72.
-quique ostia Tusci
Amnis amant, tepidoque fouent Almone Cybelen.
ALMOPIA, Almopiæ. Macedoniæ pars, sic dicta ab Almope gigante, Neptuni, & Athamantidos Helles filio. Hinc Amolpes, & Almopiis eius regionis incolæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

Almus, (ἀλδαίνω,) adiectiuum, Latini etiam sibi vendicant, ab alendo dictum. Vnde Festus, Alma, inquit, sancta siue pulchra: vel alens, ab alendo scilicet. Plaut. Corcul. 7. 79. Inuoco almam meam nutricem.
Adorea alma. Id est gloria quæ altrix est virtutum. Horat. 4. Carm. 4. 9.
Carthago alma. Sil. Ital. lib. 13. 3.
-si nunc existeret alma
Carthago antè oculos turrita celsa figura.
Alma Ceres. Vigil. 1. Georg. Alma de Sibylla dictum, quòd scilicet virgo fuerit. Aeneid. 6.
Almus dies. Id est clarissimus. Virg. 8. Eclog. Nascere præque diem veniens age lucifer almum. Seruius.
Dies almus. Horat. 4. Carm. 7. 2.
Faustitas alma. Horat. 4. Carm. 5. 4. Nutrit rura Ceres, almaque faustitas.
Fides alma. Cic. 3. Offic. 142. ex Ennio, O fides alma.
Iubar almum, Id est dies. Valer. Flac. Argonaut. lib. 5. 63.
-optat & almum Iam iubar.
Liquor almus aquarum. Lucret. lib. 2. 79. -luminis illa minora
Corpora sunt, quàm de quibus est liquor almus aquarum.
Lux alma. Virgil. 1. Aeneid. 63. Vt primùm lux alma data est.
Alma lux dicta, quòd alat vniuersa. nam physici dicunt omnia per diem crescere. Seruius.
Ager almus. Virgil. 2. Georg. Parturit almus ager. Vbi Seruius, Almus,

Almus ab eo quòd nos alat.
Maiæ almæ filius, pro Mercurio. Horat. 1. Carm. 2. 9.
Musæ almæ. Horat. 3. Carm. 4. 9.
Nereides almæ. Cic. in Arato. 49.
Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.
Nox alma. Senec. in Agamem. 3. 4. non nox illis
Alma recessus præbet tutos:
Non curarum somnus domitor
Pectora soluit. Idem in Troade. 6. 6.
Partes ferè nox alma transierat duas.
Nutrix alma. Lucret. lib. 5. 47. -nec cuiquam adhibenda est
Almæ nutricis blanda atque infracta loquela.
Pallas alma. Lucret. lib. 6. 151.
Alma parẽs, pro Venere. Virg. 2. Aeneid. 118. & 133. Martial. lib. 8. 22.
Vigilat Memnonis alma parens. Id est aurora. Virg. 10. Aeneid. Alma parens Idæa deũm. Vbi Seruius, Alma propriè est tellus, ab eo quòd nos alat: tribusque etiam aliis numinibus hoc epitheton datur.
Pax alma. Tibul. lib. 1. eleg. vlt. ad finem.
At nobis pax alma veni, spicimque teneto.
Perflnar & pomis candidus ante sinus.
Sol almus. Horat. in Carmine secul. 2.
Alme Sol curru nitido diem qui Promis & celas.
Tellus alma. Colum. lib. 3. ca. 11. 2. Quibus alma tellus annua vice velut æterno quodã puerperio lęta, mortalib' distẽta musto demittit vbera.
Venus alma. Virg. 1. Aeneid. 125.
Vites almæ. Virg. 1. Georg. 47.
-pecorique, & vitibus almis Aptius vber erit.

Alnus, huius alni. f. g. (ἄιγειρος, κλήθρα,) arbor fluuialis, siue palustris, notissima, quæ neque fert fructum, neq; semen. De hac multa Vitruuius lib. 2. cap. 9. Meminit & Plinius lib. 16. ca. 37. & alibi.
Alta alnus. Senec. in Hippolyto. 1. 2.
Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus vlmus. Stat. lib. 6. Thebaid. 22.
Electrifera alnus. Claudian. in Epithalamio Honorii & Mariæ.
Fluminea alnus. Sil. Ital. lib. 3. 95.
Fluminea soniper religatus dicitur alno.
Longa alnus. Ouid. 15. Metam. 170.
Procera alnus. Virg. eclog. 6. 13.
Viridis alnus. Virg. eclog. 10. 15. Admoduletur alnis. Dicunt enim alnos in Padi ripis primùm visas, illicque spectatissimas & magna copia virere, vt ait Paulanias, ex historia quam narrat Ouidius lib. 2. Metam. Nam quum Phaeton imperatos à patre currus male regeret, fulmine Iouis in Padum præcipitatus est. Quumque Phaethusa, Phœbe, & Lampetie, eius sorores, ad huius fluuii ripas, eum menses quatuor impatientissimè fleuissent, tandem Iouis misericordia in populos arbores versæ sunt, vel (vt maiult in Argonaut. Apollonius) in alnos: earum autem lachrymæ in electra. Ouidius. 2. Metam. 75.
Inde fluunt lachrymæ, styllataque sole rigescunt
De ramis electra nouissquæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis. Virg. eclog. 6. 13. in alnos mutatas tradit hoc carmine.
Tunc Phaetontiadas musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos. Idem tamen lib. 10. Aeneid. 38. alteri subscribit opinioni.
Nanque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati,
Populeas inter frondes, vmbramque sororum
Dum canit, &c.
¶ Alnus, pro nauigiolo: quia ex trunco alni excauatæ fiebant huiusmodi scaphæ. Claudian. in præfat. lib. 1. de Raptu.
Qui dubiis ausus committere flatibus alnum,
Quas natura negat, præbuit arte vias. Idem lib. 2. 36.
Missamque Pado qui remigat alnum. Idem. 1. Georg. 28.
-alnos primum fluuii sentere cauatas.
Leuis alnus. Virg. 2. Georg. 91.
Nection & torrentem vndam leuis innatat alnus Missa Pado.
Alnus apta fluctibus. Lucan. lib. 3. 89.
Syluaque Dodones, & fluctibus aptior Alnus.

Alo, alis, alui, alitum & altum, (τρέφω,) alere, Est rebus ad victum, cultumque necessariis sustentare: quod vulgus dicit Interenerue alere familiam. Cicero Paradox. 57. Multi ex te audierint quum diceres: Neminem esse diuitẽ, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. Idẽ. 2. de Nat. Deor. 103. In iis animantibus quæ lacte aluntur.
Copias militum alere. Cic. pro Deiotaro. 15.
Inter alere & educare. Nonius, Alere & educare hoc distant: Alere est victu temporali vitam sustentare. Educare autem ad satietatem perpetuam educere. Accius in Andromeda, Alui, educaui: id facite gratum vt sit seni.
Inter alere & pascere. Idẽ Nonius alio loco, Pascere & alere hoc distãt, cũ authoritate Var. τρέφειν ἀντὶ τοῦ ἀναλίσκειν, vt sit alere sufficiendi gratia: Pascere natos cibo fagnare, Terẽ. An. 1. 1. 30. -aut equos Alere

Alere, & nutrire, pro eodem. Nutriri est paruulorum vt crescant (vnde nutrices dicuntur, nutrimque qui curam infantium habent, habuerunt ve) & adultorũ, vt viuant. Alii quoque in eodem significato. Vnde lex illa XII tabularum, Liberi parentes alant, aut vincantur. At in rebus incorporeis frequentius vt crescant. Quintilianus in præf. lib. 1. Sed alere facundiam, vires augere eloquẽtiæ possit. Perinde est acsi dixisset, Augere facundiam, augere vires eloquentiæ possit. Cic. in Lælio, ad finem: Sed nec illa extincta sunt, aluntur que potius, & augentur cogitatione & memoria. Coniunxit & ipse hæc duo, sicut solemus in multis quæ similia sunt vt Possum & licet, vt Munus & officium, vt Meos animosque. Virgil. Hos successus alit. Id est quasi horũ animos successus augescere facit. Hæc Valla, libro quinto, cap. 46. Cic. 1. Tuscul. 7. Honos alit artes.
Alit binos fœtus vbere. Virgilius Eclog. 3. 6.
Alunt rhombos æquora. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 10.
-quid, tum rhombos minus æquora alebant?
Aluere victum mortalibus glandiferæ arbores. Plin. in prooemio, lib. 16. 2. Proximum erat narrare glandiferas quoque, quæ primò victum mortalium aluerunt, nutrices inopis ac ferax sortis. Id est sustentarunt.
Aluntur asperitate aquarum arbores. Plin. lib. 11. cap. 9. 3.
Tellus alit saxa. Lucret. lib. 2. 232.
Nec mare, nec fluctus plangentes saxa crearunt,
Sed genuit tellus eadem, quæ nunc alit ex se.
Alere aliquid & maius facere. Cic. lib. 2. de Inuent. 141. Consuetudine ius est, quod aut leuiter à natura tractum, aluit & maius fecit vsus.
Alere & sustentare. Cic. 2. de Nat. Deorum. 146.
Spiritus ductus alit & sustentat animantes.
Ali & augeri. Cic. in Lelio ad finem, Sed nec illa extincta sunt, aluntur que potius & augentur cogitatione & memoria.
Ali & augescere. Cic. 2. de Nat. Deorum. 73. Multaque à luna manant & fluunt, quibus & animantes alantur augescantque & pubescant, maturitatemque allequantur quæ oriuntur è terra.
Ali & crescere. Cic. 2. de Nat. Deorum. 34. Sic enim res se habet, vt omnia quæ alantur, & quæ crescant, contineãt in se vim caloris, sine qua neque ali possent nec crescere. Nam omne quod est calidum & igneũ, cietur & agitur motu suoquod autem alitur & crescit, motu quodam vtitur certo & æquabili.
Ali & sustineri. Cicero quinto Verr. 10. Re frumentaria ex Sicilia alimur ac sustinemur.
Re frumentaria ali. Vide Ali & sustineri.
Ali ab. Lucret. lib. 1. 163. -atque alimur nos
Certis ab rebus.
Viduitate & solitudine alicuius ali. Cic. pro Cecinna. 9. Ebutius iste, qui iam diu Cęcinnæ viduitate, ac solitudine aleretur &c.
Cibus alit. Lucret. lib. 6. 190.
Diditur in venas cibus omnes, auget, alitque
Corporis extremas quoque partes, vniculosque.
Agellus quum eum non satis aleret, ludimagister fuit. Cicero. 1. de Natura Deorum. 98.
Ali victu. Lucret. lib. 4. 127.
Nec refert quicquam, quo victu corpus alatur.
Pax alunt vites. Tibullus lib. 1. eleg. 10. 10.
Vsus alit aliquid. Vide alere & maius facere.
Alere se consumptione & senio sui. Cic. de Vniuersit. 24.
Ali formidine mortis. Lucret. 3. 13.
-hęc vulnera vitæ
Non minimam partem mortis formidine aluntur.
¶ Diuitiis alitur amor. Ouid. de Remed. amoris, lib. 2. 70.
Audaciam alere. Cicero libro primo de Inuent. 6. Dicendi assiduitas aluit audaciam.
Bellum. Idem quod Bellum fouere. Liuius. 1. bel. Maced. 61.
Controuersiam alere. Cęs. 7. bel. Gal. 132. Vires alere, Cæs. 4. bel. Gal. 467. Spem alere, Cicer. in Catil. 21. Alitur consuetudo, Cicero Attico, lib. 14. 307. 1.
Capillum. Plin. lib. 14. cap. 15. Infantibus illita capillum alunt.
Culpam. Properr. lib. 4. eleg. 4. 14.
Nam Vesta Iliacæ fœlix tutela familæ
Culpam alit, & plures condit in ossa faces.
Flammas. Ouid. 10. Meram. 35.
Longaque alit affluentine flammas.
Furor effrænatus alitur impunitate diuturna. Cic. pro Sestio. 70.
Gloriam alere. Cic. in Bruto. 16. Isocrates forẽsi luce caruit, intraque parietes alsit eam gloriam, quam nemo est postea consecutus.
Ira leones alit. Stat. lib. 12. Thebaid. 148. Magnos alit ira leones.
Memoria aliquid alitur. Vide Ali & augeri.
Cogitatione aliquid alitur. Vide Ali & augeri.
Mens hominis alitur discendo. Cic. 1. Offic. 147.
Alere monstrum. Prouerbium vbi quid occulti vitii latère significamus. Terentius in Andria, Aliquid monstri alunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

Morbum alere. Cic. ad Atticum.

Res alicuius aluntur memoria aliorum. Cic. in Catilin. 70. Memoria vestra Quirites nostræ res alentur, sermonibus crescent, literarum monumentis inuetescent, & corroborabuntur.

Salm alere. Ouidius de Ponto. lib. 3. eleg. 1. 4.

Non tibi sunt fontes, lateis nisi penè marmi,
Qui potus dubium est, sistat, alátne sitim.

Ali ipse. Ouidius in Ibin. 26.

Certe ego quæ voueo superos motura putabó,
Speciùs tuæ mortis perfide, semper alar.

Statuam. Cæsar belli Gal. lib. 6. de Germanorum moribus, Qui diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter suos ferunt laudē. Hoc ali staturam, ali hoc vires, neruosque confirmari putant.

Vitium alitur. Virgil. 3. Georgic. 90.

–alitur vitium, viuitque tegendo. Id est dum tegitur.

Vulnus alere. Virgilius. 4. Aeneidos. 1.

At regina graui iamdudum saucia cura,
Vulnus alit venis: & cæco carpitur igni. de Didonis amore loquitur.

Copiam verborum alere. Cic. in Orat. 21.

Vitam alicuius ait posteritas. Cic. pro Marcello. 16. Illa vita est tua Cæsar, quæ vigebit memoria seculorum omnium, quam posteritas alet.

¶ Alere mollius more nutricum. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.

Plenius alit vina mox. Quintil. lib. 1. cap. 2. 5.

Pluribus minore fastidio alitur stomachus. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.

Altus, participium ab Alor, aleris (τιθημένος,) Nutritus. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 19. Quòd & in ea vrbe es, vbi nata & alta est ratio, ac moderatio vitæ. Plin. Ouillo lacte altus. Cic. pro Plancio. 66. Cui non locus fuit mutus, vbi ipse altus aut doctus est.

Natus & altus. Cicero in Bruto. 19. Videſne igitur vt in ea ipsa vrbe in qua & nata & alta sit eloquentia, quàm ea serò prodierit in lucē? Idē ad Torquatum, lib. 6. Epist. 1. 19. In vrbe ea es, vbi nata & alta est ratio ac moderatio vitæ.

Eloquentia alitur. Vide Natus & altus.

Altus & renouatus. Cic. 2. de Natu. Deor. 176. Stellæ vaporibus aquarū aluntur his, qui à Sole ex agris tepefactis & ex aquis excitantur: quibus altæ renouatæque stellæ atque omnis æther refundunt eadem, & rursum trahunt indidem.

Alcadus (ἠγαπέος,) amor verbis. Quid. de Arte amandi, lib. 2. 31.

Altilis, & hoc altile, pen. corr. (ἐρεπτός,) Verbale ex supino altri ab Alo. Sunt autem altilia, animantia quæ inclusa aluntur siue aues in corte, aut auiario, siue quadrupedes in roborario, siue pisces in vinario. Val. Ia lib. 1. Altilis auis, altilis quadrupes, altilis piscis, qui sagina altus, siue alitus est, atque saginatus. Plin. lib. 10. cap. 50. Præter vnam gallinam quæ non esset altilis.

Altilis aper. Iuuenal. Satyr. 5. 12. –anseribus par
Altilis, & flaui dignus ferro Meleagri Fumat aper.

Altiles cochleæ, apud Plinium, lib. 9. cap. 56. 1.

Altile, non solum pingue ab alendo: verum etiam opulentum. Plaut. Cistell. Prohibet diuitiis maximis dote altili atque opima. Nonius.

Altor altōris, pen. prod. (τροφεύς, τροφός,) Verbale, Qui alit. Cic. 2. de Natura Deorum. 122. Omnium autem rerum quæ natura administratur, seminator & sator & parens, vt ita dicam, atque educator, & altor est mundus. Seneca in Hercule furente. 13. 22.

–siue me altorem vocas,
Seu tu parentem. Ouid. 11. Metamorph. 21.
–sed mutile fecit
Munetis arbitrium gaudens altore recepto.

Altrix, altrīcis, pen. prod. (τιθήνη, τροφός,) Verbale, Quæ alit Plinius, libro 16. cap. 64. 1. Altricemque habere per se vitam illam quę satis, arboribusque contingat.

Altrix terra. Cic. pro Flacco. 46. Et eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur. Idem de Vniuer. 46. Et Plin. lib. 3. cap. 1. 1.

Altrix Apuliæ fabulosa. Horat. 3. Carm. 4. 2.

Me fabulosæ Vulture in Appulo
Altricis extra limen Apuliæ &c. Id est nutricis meæ.

Terram altricem sæui execramur Vlyssis. Virg. 3. Aeneid. 55.

Altrix bellorum Numidia. Sillius lib. 1. 44.

Romani nominis altrix
Martia, quę paruos Mauortis semine natos
Vberibus grauidis vitali rore rigabat. Id est lupa, quæ Romulum, & Remum lacte aluit. Cic. 1. de Diuinat. 38.

Altrix nix. Valer. Argonaut. lib. 6. 65.

Alibilis, & hoc alibile, pen. corr. (τρεπτικός,) Quod facultatē habet alendi. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 11. Est enim lac omnium rerum quas cibi causa capimus liquentium, maxime alibile. Rursum ibidem paulò pōst, Casei quum molles sunt, magis alibiles, in corpore nō relides: veteres & aridi, contrà.

Alumnus, (τροφιμος,) & alumna, dicitur sicut filius & filia. Est autē alūnus, non is qui aluit, sed qui ab aliquo alitus est, & est nomen ad aliquid dictum. Refertur enim propriè ad nutricium, nutricémve: vt, Alumnus meus, quem educaui. Cic. in Ver. de suppliciis, Italia autem alumnum suum seruitutis extremo summoque supplicio fixum videret. Varro: Et ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas, Attiæ philosophiæ alumna. Valla lib. 6. Horum, inquit, exemplorum, salua Nonii pace, vtrumque significat educatum, non educatorē. Nam Cicero quidem Italiam quasi altricem, & illum ab ea alitum dixit. Varro verò non modo alio locutus est quàm Quintilianus lib. 8. cap. 1. ad finem, vbi ait, Verba omnia, & vox huius, alumnum vrbis oleantivt oratio Romana planè videatur, nō ciuitate donata. Vult.n. verba nostra & vocem videri debere natam & alitam intra Romam: Varro veritem intra Athenas, atq; in sinu altricis philosophiæ. Hactenus Valla. Plin. lib. 11. cap. 40. 2. Detracto mamma alumno suo ilico sterilescit. Agrestis ille alumnus euertet domum. Seneca in Agamem. 7. 19. de Aegistho nutrito in agris.

Dulcis alumnus. Horat. 1. Epist. 4. 2.

Indecores alumni. Stat. Thebaid. 19. 153.

Inachus indecores pater auerletur alumnos.

Alumnus nouensis. Ouid. 11. Metamorph. 20.

Partus alumnus. Horatius. 3. Carm. 18. 1.

Artis alumnus. Stat. Thebaid. lib. 6. 76.

–at huic tripodum comes, & pius artis alumnus Aetherea.

Pacis. Cic. 7. Philip. 222. Ego itaque pacis (vt ita dicam) alumnus.

Pietatis. Ouid. 14. Metamorph. 89.

Ruris. Ouid. 3. Amorum. 14. 1.

Nemorum alumnus. Stat. Thebaid. 10. 7.

Ille comes nuper, nemorumque per ignis alumnus,
Ille tuus Diana puer (nunc respice saltem) Quæritur.

Alumni disciplinę meę. Cic. Att. 14. 315. 3. Mihi verò gloriosum te iouenem c o 5. florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ: sum. nauidior etiam quàm satis est gloriæ.

¶ Alumnus impropriè pro eo qui alit. Plin. lib. 3. cap. 5. Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine deūm electa. Dictum de Italia. Corn. Tacit. in dialogo de Claris oratoribus. Est, inquit, magnifica ista & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quam stulti libertatem vocant. Virgil. ad Messalam.

–non illa quidem communis alumna
Omnibus miscta tellus tumulabit arena.

Pallas Iouem alloquens apud Sillium, lib. 9. 107.

Non Teucros delere ader, aut sed lumen alumnę
Hannibalem Libyæ pelli florentibus annis
Vita, atque extingui primordia tanta negabam.

Alumna eloquentia. Cicero de Claris Orat. 22. Pacis est comes, otiique socia, & ita bene constitutę ciuitatis, quasi alumna quędā eloquentia. Id est natiua, & quasi indigena: non autem aliena, aut peregrina.

Alumnari, (τροφιμοῦσθαι,) alere & nutrire significat Apuleio, lib. 8. de Asino, Quos ad tutellæ præsidia curiosè fuerant alūnati. Hinc Alumnatus, educatus. Sed vtrunque non satis receptum Latinis.

Alimentum, (τροφή, διατροφή,) significat nutrimentum. Cic. de Vniuers. 25. Nec verò desyderabat mundus alimenta corporis. Vlpianus, Alimenta si fuerint legata, dici potest etiam aquam legato inesse: si in ea regione fuerint ipsa legata, vbi vænundari aqua solet. Iabolenus Iurisconsul. Alimētis legatis, cibaria & vestitus & habitatio debebitur: quia sine iis ali corpus non potest. Plin. lib. 11. cap. 14. 1. Hoc quidam attingi verant: vt largo alimento valida exeat soboles.

Alimenta flammæ vel ignis. Ouid. 14. Metamorph. 106.

Iamque picem, & ceras, alimentaque cætera flammæ
Mulciber vrebat. Plin. lib. 14. cap. 20. 8. Fœx vini siccata recipit ignes ac sine alimento flagrat per se.

* Liberalius alimentum. Cel. lib. 8. cap. 10.

* Subministrare alimentum. Cel. lib. 8. cap. 1.

Alimenta ignis arida. Sil. Ital. lib. 17. 20.

Alimenta lactis dare puero. Ouid. 3. Metam. 63.

Alimenta nubium. Ouid. 1 Metam. 55.

Nuntia Iunonis varios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert.

Alimenta vitiorum. Ouid. 2. Metam. 154.

Alimenta mitia. Ouid. 2. Metam. 58.

Quòd pecori frondes, alimentaque mitia fruges
Humano generi, vobis quoque thura ministro.

Alimenta perpetua. Vide PERPETVVS.

Alimenta arcu expedire: Victum sibi arcu & sagittis quærere. Cornelius Tacitus libro quinto. Artabanus in Hyrcanis repertus est, illume ob situs, & alimenta arcu expediens.

Alimenta reponere in hyemem. Quintil. lib. 2. cap. 16. 9.

Alimentarius, adiectiuum, (σιτικός,) Quod ad alimentum pertinet: vt Lex alimentaria, quæ prouidebat vt filii alerent parentes ad inopiam redactos. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. Epist. 6. 12.

Alimentarius, Cui alimēta legata sunt: sæpe legitur in iure ciuili, & præcipuè in L. Quum il. De transact. lib. 2. Pandect.

Alimonium, huius alimonij, (ἀναθρεπτήριον,) Nutrimentum. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 8. 6. Vbi enim natura humida, ibi altius vitis tollenda, & in partu & alimonio vinum, non vt in calice, quærit aquam, sed solem. Idē lib. 3. cap. 16. 12. Hæc omnia vocant à mellis alimonio, aluosquia ideò melius videntur facere angustissimas, vt figurā imitentur cerij.

Alitura, (τροφός,) pro nutricatione. Gel. lib. 12. cap. 1. Non partionem solam, tanquam illam quam ille sequebatur, sed alituram quoque ferā, & sęuam criminatus est.

Aloe, aloes, & g. sine plurali, (ἀλόη,) herba est amarissimi succi. Vnde per metaphoram dixit Iuuenalis, Plus aloes quàm mellis habet. Hoc est plus amarimduis ꝙ dulcedinis. De hac herba sic habet Plinius lib. 27. cap. 4. Aloe folliæ similitudine habet, maior & pinguioribus foliis ex obliquo striata. Caulis eius tener est, rubeus medius, nō dissimilis anthericoradice vna, cen palo in terrā demissa, grauit odore, gustu amara, laudatissima ex India affertur: sed nascit & i Asia, &c.

ALOEVS per ῡ diphthongum, (ἄλωεύς,) fuit gigas Titani & Terræ filius, cuius vxor Iphimedia à Neptuno compressa, Otum & Ephialtem genuit, gigantes maximos, qui nouem digitis per singulos menses crescebant. Hi Aloidę dicti sunt: quorum meminit Virgilius in 6. 117.

Hic & Aloidas geminos immania vidi
Corpora: qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi, superisque Iouem detrudere regnis. Seruius dicit eos fuisse Apollinis & Dianæ telis confixos.

Aloeus impius. Lucan. lib. 6. Impius hanc prolē superis immisit Aloeus.

ALONAE: vbi Hispaniæ Tarraconensis Pomponio vulgò Alicante.

ALONE insula inter Lebedū & Teon repenit enat. Plin. lib. 5. cap. 29.

ALOPE: Græcis ἄλωπες: fuit Cercionis filia: vt testatur Pausanias in Atticā: cuius nomine cognominata Alope Thessaliæ ciuitas de qua mētione facit Homerus li. 2. Ilia. Meminit & Strabo li. 9. & Plin. li. 4. ca. 7.

ALOPECE, insula est in Ponto Euxino, vt author est Plinius lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31.

ALOPECIA, insula, Mirabilium hominum domicilia. Strabo lib. 11.

Alopecia, alopeciæ, (ἀλωπεκία,) Morbus in capite humano & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum. Dicta à vulpe, quam Græci vocant ἀλώπεκα, quòd ea crebrò id genus morbi patiatur. Plin. lib. 24. cap. 19. Lingua herba est quæ circa fontes nascitur: cuius radix combusta & trita, alopecias emendat. Idem lib. 29. cap. 6. & lib. 15. cap. 12. 6.

Alopeciam morbum inde dici arbitratur Galenus apud Hippocratē lib. 6. Sententiarum, quia vulpina sit affectio: quod approbat item Paulus Aegineta lib. 3. Sunt tamen qui à propria cuiusque vrinæ eius animalia, hoc nomen dictum velint. Vbi enim id lotium fuerit affusum, cuesti gio infructuosus efficitur locus, arescentibus herbis, nec succrescentibus nouis. Coelius lib. 10. cap. 41.

Alopeces marinæ, (ἀλώπηκες θαλάττιαι,) ait Aristoteles lib. 9. de Historia, quum se deglutisse harum senserunt, longius sese efferentes, hami lineam abrodant. Has Plinius Vulpes appellat lib. 9. cap. 33. Vulpes marinæ, inquit, hamo demorato, glutiunt amplius vsque ad infima linea, quæ facile prærodant.

Sanè alopex, pen. prod. alopecis, pen. corr. f. g. Latinè vulpes interpretat.

Alopecis, vua candax vulpium imitata. Plin. lib. 14. cap. 3.

ALOPECONNESVS, penult. prod. vrbs Asiæ, circa quam nobilissima nascentur tubera. Plin. lib. 19. cap. 3.

Alopecūrus, pen. prod. g. herba. Plin. lib. 21. cap. 17. 1. Alopecurus spicam habet molliem, & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis, vnde ei & nomen.

Alōsa, pen. prod. (θρίσσα,) Piscis est, sic dictus à Gallis & Campanis, quòd Hispani Saualos, appellant. In Italia vulgò La Cheppa. Apud Aristotelem verò, Strabone, Aeliano, Oppiano & Athenæum Thrissas legere est: quam vocem Alosam interpretatur Gaza, Ausonius in Mosella, Stridentesque foci obsonia plebia alosas.

ALPES, (ἄλπεις, τὰ ἀκρωτήρια,) Alpium, A candore niuium dictæ sunt: quia perpetuis fere niuibus albescunt. Sunt montes excelli Italiam separantes à Gallia & Germania. Vide Strabonem lib. 4. Cic. de Prouinc. Consul. 27. Alpibus Italiam munierat ante natura.

¶ Alpes Alpis, singulari numero. Claudian. in Paneg. 7. 89.

–extemplo frondosa ferunt se ab Alpe. Lucanus lib. 3. 60.

Agmine nubiferam capto super ardua Alpem.

¶ Alpium iuga. Horat. Epod. 1. 3. –& te vel per Alpium iuga
Inhospitalem & caucasum, &c.

Murus Alpium. Cic. Philipp. 5. 191. Vt eius furorem ne Alpium quidem muro cohibere possemus.

Vallum Alpium. Cic. in Pisonem. 64. Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum obiecto & oppono.

¶ Aeriæ Alpes. Ouid. 1. Metam. 46. Caucasus ardet,
Ossaque cum Pindo, maiorque ambobus Olympus,
Aeriæque Alpes. Item Virg. Georg. 3. 93.

Altæ Alpes. Catullus. 19.

Celsæ Alpes. Sillius lib. 1. 35.

Deuexæ alpes. Lucanus lib. 2. 86.

Edomitę Alpes. Claud. in Ruffinum lib. 2. 1.

Gelidę Alpes. Lucanus lib. 1. 37.

Iam gelidas Cæsar cursu superauerat Alpes.

Hybernæ Alpes. Horat. Serm. 1. Saty. 5. 9.

–seu pingui tenuis omaso
Furius hybernas cana nive conspuat Alpes.

Inexuperabiles Alpes. Vide INEXVPERABILIS.

Infames frigoribus Alpes. Vide INFAMIS.

Latebrosæ Alpes. Ouidius ad Liuium. 3.

Ille modo eripuit latebrosas hostibus Alpes.

Maritimæ Alpes. Tacitus lib. 12. Maritimas tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus.

Nubiferæ Alpes. Claud. in Paneg. 3. 62.

Patulæ Alpes. Sillius lib. 11. 131. Iam nimium patulas Pœnis grassantibus Alpes. Hoc est pernias & apertas.

Sæuæ Alpes. Iuuenal. Satyr. 10. 17.

–demens, & sęuas curre per Alpes.

Trepidę Alpes. Claud. in Paneg. 5. 15.

Ventosæ Alpes. Ouidius lib. 2. Amorum, eleg. 16. 4.

–si premerem ventosas horridus Alpes.

¶ Laxare Alpes. Claud. in Paneg. 5. 16.

Belliger Augustus resistās laxauerat Alpes.

Reclusę Alpes. Claud. de bello Getico. 40.

Resolutę Alpes. Lucanus libro. 1. 44.

Et mediis Eurus resolutæ flatibus Alpes.

Id est Alpium niues, quæ Euro flante resoluuntur & liquescunt.

Alpes tremuerunt. Virg. 1. Georg. 94.

Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audiit, insolitis tremuerunt motibus Alpes.

Tremendæ Alpes. Horatius. 4. Carm. 4. 7. –& arcēs
Alpibus impositas tremendis
Deiecit acer plus vice simplici.

Alpinus, (ἄλπιος, adiectiuum, pen. prod. Alpinæ gentes. Liuius. 1. bel. Pun. 161. Alpina flumina. Plin. lib. 27. cap. 28. 12. Item venti Alpini flantes de Alpibus: quia Alpes, Gallorum lingua, Alti montes vocantur. Seruius in. 4. Aeneid. 44.

Alpina bella. Lucanus lib. 8. 158.

Alpinum dortium. Statius lib. 1. Syl. 4. 12.

Alpina glacies. Claud. 2. de Rap. Proserp. 36.

Alpinæ prunæ. Claud. in Paneg. 5. 51.

Alpinus rigor. Ouid. 14. Metam. 159.

Alpha, nomen primæ Græcorum literę.

Alpha pennlatorum. Martialis lib. 2. 57. Noo ipse Codrus alpha penulatorum. Idem lib. 5. 17. Quòd alpha dixi Codre penulatorum. Videi significare Codrū fuisse primū penulatorum: hoc est inter plebeios & pauperes primum remisse locum, & quasi inter eos principem fuisse.

* Alphabetum. Vide Abecedarius.

ALPHENVS, pen. prod. nomen est suforis apud Horatium, libro primo Sermonum. 3. 16.

Alphenus, Iurisconsultus, Seruii Sul. discipulus. Gel. lib. 6. cap. 5.

ALPHESIBOEA, proprium mulieris apud Proper. lib. 1. eleg. 14. 3.

Alphesiboeus, pastor quidam, cuius meminit Virgilius in 5. eclog.

ALPHEVS, (ἀλφειός,) pen. prod. fluuius est Elidis ciuitatis Arcadiæ iuxtā Pisas (vbi colit Olympicus Iupiter) defluens, longo tracte cursu Achaia demergitur, & ibi à terra absorptus, atq; subter mare defluēs, ex Graecia in fontem Arethusam apud Syracusas in Sicilia se attollit, inde in mare Siculum cadit: vnde Virgilius lib. 3. Aeneid. 138.

–Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare: qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis. Seruius: Elis & Pisa ciuitates sunt Arcadiæ, in qua est fons ingens qui ex se duos alueos creat, Alpheum & Arethusam. Vnde fit vt fingantur cōiungi in exitu, quos origo cōmunxit ita. Meminit & lib. 6. & lib. 8. Strabo, Alpheum dictū existimans, quod alphos id est maculas albas & impetigines curet.

Alpheus celer. Seneca in Hippolyto. 4. 30.

Nunc ille ripam celeris Alphei legit.

Alpheus æstuat. Ouidius. 2. Metamorph. 50.

Alphem facer, subaudi nymphis. Seneca in Medea. 1. 6.

Alphens, adiectiuum vt Pisæ Alpheæ. Virgil. 10. Aeneid. 36.

ALPHION lacus in Pyrrhea, vitiligines tollit. Plin. lib. 31. cap. 3.

ALPHIVS, nomen viri proprium. Horatius in Epod. 2. 14. de vitę rusticæ laudibus,

Hæc vbi locutus, fœnerator Alphius
Iamiam futurus rusticus,
¶ Omnem redegit Idibus pecuniam,
Quærit calendis ponere.

Alphos, quid sit, docet his verbis Celsus lib. 5. cap. vltimo, Vitiliginis tres species sunt: ἄφως vocatur, vbi color albus est, ferè subasper & non continuus, vt quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Vide Vitiligo.

ALPINVS: Vide ALPES.

ALSIA, nomen villæ, de qua sic Andreas Alciatus in annot. in Cornel. Tacitum: Cęcilius Plinius vicina Como vrbe genitum Virginium tradidit, quapropter secum habuisse cóiunctas possessiones, tum suæ villæ nomen Alsiam: vt dubio procul Virginius Mediolanensis fuerit, quod ostendunt frequentia marmora quæ passim hîc occurrunt Virginii nomine inscripto. Sed & Alsia adhuc seruat nomen in Varisiensi præfectura: vnde & familia est mea. Hactenus ille. Plinius lib. 6. ad Albinum. Quum venissem in socrus meæ villam Alsiensem, quæ aliquando Rufli Virginii fuit &c.

Alsine, alsines, (ἄλσινη,) herba est quam alii Myosota, Italia Muris auriculam vocat: quod nomen inuenit à foliis, quibus aures musculorum imitatur. Hanc vernaculo sermone centonem & pauaritam appellãt eo, quòd anseribus gratum pabulum sumministret. Ruellius libro. 2. cap. 113. Dicta est Alsine, quòd in lucis nascat quos Græci ἄλσεα vocant, & nemorosis opacitatib⁹ gaudeat. Nanq; magna ex parte vmbrosa sequitur, & maximè parietes hortorum adamat.

Alsiosus, Alsius, Alsus, Vide ALGEO.

ALSIVM, (ἄλσιον,) vrbs Tusc. Ptol. vulgò S. Seuerella. Plin. li. 3. ca. 3. Alsium Plinius & Ptolemęus in littore ponunt, vbi nunc S. Seuera: esseque nonnulli arbitrantur ipsum ex coniecturis, cum aliis, tum propinquitatis. Nam Strabo XIIII miliario distare dicit. Volaterranus. Sillius Italicus, libro octauo. 79.

Necnon Argolico dilectum littus Alesso.

Alsium. Ab hoc Alesso conditore dictum putant, & subindicat poeta, Alsium, quasi Alesium.

Sic rigidolatus ense ferit. Podalirius Alsum Pastorem.

Alsus, Vide ALGEO.

Altanus, altani, pen. prod. Genus venti siue flatus è terra consurgens. Plin. lib. 2. cap. 43. 4. Nanque & è fluminibus ac mi uibus & è mari videmus, & quidem tranquillo, & alios, quos vocant altanos, è terra consurgere. Flatus omnis (inquit Seruius) qui est ripæ & pelagi, altanus vocatur. Hæc ille m illud Virgil. 7. Aeneid. 6.

Quum venti posuere, omnisque repente resedit Flatus, &c.

Altare, altaris, pen. prod. a. g. (βωμός,) Festus, Altaria sunt, in quibus ignis adoletur. Idem, Altaria ab altitudine dicta sunt: quòd antiquis diis superis in ædificiis à terra exaltatis sacra faciebant: diis terrestribus, in terra: diis inferis, in effossa terra. Virgilius. 2. Aeneid. Hic Hecuba & natæ nequicquam altaria circum. Vbi Seruius, Superorum & aræ sunt & altaria: inferorum tantum aræ. Plinius lib. 15. cap. 30. 7. Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræque debeant.

Festa altaria. Sil. lib. 12. Sed enim ante omnes altaria fument Festa Ioui.

Fumida. Ouid. 12. Metam. 52.

Religiosissima. Cic. de Aruſp. respon. 7.

Ab altaribus religiosissimis fugatus.

Thurea. Stat. lib. 4. Theb. Thurea nec supra volitante altaria fumo.

¶ Admotus altaribus. Liu. in præfat. lib. 1. Decad. 3. Fama est, Annibalé annorũ fermè. 9. pueriliter blãdientẽ patri Amilcari, vt duceretur in Hispaniam, quum perfecto Africo bello exercitum eò traiecturus sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris iureiurando adactum, se quum primum posset, hostem fore populo Romano.

Altaria adolere donis. Lucret. lib. 4. 249.

Altaria tædis cæstis adolere. Virg. 7. Aeneid. 14.

Impositis ardent altaria fibris. Virg. 3. Georg. 97.

Altaribus numerum diuorum augere. Virg. 7. Aeneid. 41.

Altaria cumulare donis. Virg. 11. Aeneid. 10.

Altaria molli vitta cingere. Virg. eclog. 8. 12.

Altaria culta. Claudianus.

Coltaque iam tumidis lucent altaria flammis.

Dicata altaria. Seneca in Medea. 1. 8.

Facere altaria pingnia thure. Ouid. de Ponto, lib. 2. eleg. 3. 20.

Hæc ego quum faceres altaria pinguia thure,

Te solitum memini prima rogare deos.

Altaria fumant. Ouid. 1. Epist. 5. Argolici rediere duces, altaria fumant.

Altaria nostra fumant illi deo. Virg. eclog. 1. 4. Bis senos cui nostra dies altaria fumant. Id est sacrificant. Seruius.

Pateris altaria libant. Virg. 12. Aeneid. 35.

Struere altaria donis. Virgil. 5. Aeneid. 11.

Vaporata altaria. Stat. lib. 1. Thebaid.

Thure vaporatis lucent altaribus ignes.

Altè, Vide ALTVS.

Alter, altèris, pen. prod. & g. m. (ἕτερος,) significat massam plebei, qua ad exercẽda corpa in gymnasiis vtebantur. Mart. li. 14. 44

Quid pereunt stulto fortes altère lacerti?

Exercet melius vinea fossa viros. Quidam in priore aspirant, scribentes halter. Vide HALTER.

Alter, altera, alterum, pen. corr. (ἄλτερος,) genit. alterius, pen corr. Vide ALIVS. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. 13. Tamen hoc tempore maximè sicut alterum parentem & obseruat & diligit. Quintil. lib. 3. cap. 10. Si è duob⁹ eligam⁹, in altero quid sit magis, in altero quid sit minus. Alter, vocatiuo caret sicut ex eo compositum Alteruter.

Alterius sors. Horat. 1. Epist. 14. 3.

Cui placet alterius, sua nimirũ est odio sors.

¶ Alteræ in datiuo protulerunt veteres. Terent. Heaut. 2. 3. 30.

—hoc ipsa in itinere alterę

Dũ narrat, forte audiui. Col. li. 5. c. 11. vt alterę delibratę pẽdẽtes.

Alter, partitiuũ nomẽ est: indeoq; cõstruitur cũ genitiuo vt Alter nobis fallit. Aut cũ ablatiuo cũ præpositione: vt Alter ex nobis fallitur. Cic.

Duæ sunt ex opinione bonisquarũ altera voluptas, altera cupiditas.

Alter in plurali sic vsurpatur. Cicero, Duplices similitudines esse dicebat: vnæ rerum: alterę verborum. In priore loco poterat etiam dicere: alteræ. Virg. in Bucol. Aurea mala decem misi cras altera mittam: altera decem quæ mihi restant. Cic. Planco, lib. 4. Binas à re accepta literas Corcyræ datas: quarum alteris mihi gratu labãtes: alteras dicebas te velle, quæ egissem, bene & feliciter euenire. In priore quoq; loco potuit rectè dici Quarũ vnis. Vt idẽ ad Appiũ, lib. 3. Nam quæ ex itinere antequã ex Asia egressus es, ad me literas misisti, vnas de legatis à me prohibitis proficisci, alteras de Apameorum ædificatione impedita, legi permuitus. Cætera de nomine Alter, vide suo loco.

¶ Alter, pro Alius. post NEMO. Quin. lib. 8. cap. 9. & lib. 7. cap. 1. Qui tantum inter se distant genere dicendi, vt nemo sit alteri similis.

¶ Alter pro Aliis, aut pro Quouis alio. Cic. ad Brutum, Non soleo mi Brute, quod tibi notũ esse arbitror, temerè affirmare de altero. Id est de aliis affirmare. Idem in Lælio, Apertè enim vel odisse alterum, magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam. Sic legi in vetustis codicib⁹: licet recẽtes immutarint, ALIVM pro ALTERVM scribentes. Plaut. Qui de altero obloquitur, ipsum se cõtueri oportet. Cic. 3. Offic. Detrahere autem alteri sui commodi causa. Ibidẽ, Nam quam committet vt alienum appetat: & id quod alteri detraxerit sibi assumat. Idem Tusc. 5. ad finem, Ad Brutumque nostrum bonos alteros quinque mittemus. In hoc genere præcipuam habemus gantiam genitiuus ALTERIVS. Cic. 1. Offic. Atq; etiam ãbitio se homines imperio alterius, & potestati pluribus de causis.

Alteri dimicant alteri victorem timent. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 3.

Alter etiam de duobus dictum, nonnunquam incertam personam significat: licet propriè ad certam personam referri debeat. Cic. in Lælio. Quãto id magis in hoie sit natura, qui & seipse diligit: & alterũ acquirit, cuius animum cum suo commisceat? Ibidem, Par est autem, primũ ipsum esse virum bonum: tum alterum similem sui quærere.

¶ Vnus & alter venustè pro duobus dicitur. Cic. pro Cluentio, Vnus & alter dies interceſſerat, quum &c. Id est duo dies interceſſerant. Idem Nihil suspicarũ dies vnus, alter, plures, non refertur. Sensus est, Dies vn⁹ præterit, item vnus, deinde plures &c. Quasi tu dicas, Vnus, duo, tres, & deinceps. Idem ad Att. lib. 14. Epist. 316. 1. Vt rem gestam Dolabellæ tantopere laudarem, adductus sum tuis & vnis & alteris literis. Virgil. 3. Aeneid. Iamque dies, alterque dies processit. Hic subauditur VNVS: vt sit. Iamque vnus, & alter diesti d est duo. In hoc genere, teste Valla, accipitur Alter pro secundo ex duobus, plurib⁹ ve: vt Vnus, alter, tertius, quartus: vnæ, alterę, tertiæ, quartæ literæ. Et, Hic est alter annus belli Punici. Et, Ego altero mense repudiaui vxorem. Id est Secundus annus ab origine belli Punici. Et, Secundo mense à ductione vxoris.

Alter pro Secundus. Colum. lib. 5. cap. 6. 10. Vsque in alteram vel tertiã gemmam. Cic. in Bruto, Hæc & multa huiusmodi dicens, fidem faciebat: quod est è tribus officiis oratoris alterum. Idem in Orat. 101. Id autem est genus, ex tribus partibus collocationis alterum. Et libro. 2. Offic. 120. Ad Ptolemæum hospitem suum venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam.

* Altero quoque die hoc est secundo quoque die. Cel. lib. 4. cap. 12. Altero quoque die vinum vel aquam bibere.

¶ Alter pro Neuter. Quint. lib. 1. cap. 1. Ita fiet, vt quum æquali cura linguam vtranque tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Id est sibi inuicem non officiant. Cæsar. 1. bel. Ciuil. Quare paribus eorum beneficiis, parem se quoque voluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum iuuare, aut vrbe, aut portubus recipere.

¶ Alter, item pro secundo Terent. And. 1. 1.

Sed postquam amans accessit pretium pollicens.

Vnus & item alter. Alii ad incertum numerum hoc referunt, vt sit, Vnus & idem alter, id est plures: vt ibidẽ Donatus ait. Virgil. 8. eclog. Alter ab vndecimo tum me iam cœperat annus. Id est duodecimus.

¶ Alter

¶ Alter post Vterque. Quintil. Quum enim vterque alteri obiiciat: palam est vtrumque fecisse. Hoc est quum idem crimen mutuò sibi obiiciant. Cic. in procœmio Offi. Eodemq; modo de Aristotele & Isocrate iudicẽt quorum vterque suo studio delectatus, contempsit alterum.

¶ Alter & altera. Cic. 1. Offic. Propter summam & doctoris authoritatem, & verbis quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. Idem de Nat. deorum. Non vides Solem deum esse, Lunamque: quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant?

Primus & alter. Cato cap. 157. Prima est lenis, altera est crispa. Cicero, Primam posuit eam de qua modo dixi, quæ orta esset ex præsensione rerũ forsitan: alterã quam cepimus ex magnitudine cõmodorũ.

Alteri & vtrique. Cic. pro Sylu. 46. Ita charus vtrique est atque iucundus, vt non alteros demouisse, sed vtrosque constituisse videatur.

¶ Alter geminatum sine coniunctione Liuius. 1. ab Vrbe. 1-8. Vterque vociferari: & certatim alter alteri obstrepere. Hîc vulgus diceret, vnus alteri. Sallust. in Catil. Ita vtrumque per se indigens, alterum alterius auxilio eget. Sic dicimus, Alter alteri inuidet, Alter alterum accusat, & similia.

Alter item geminatum sed de pluribus dictum pro Alius. Suet. in Calig. Nec cessauit ex eo alterum alteri criminari, atque inter se omnes cum mittere. Pro Alios aliis criminari. Plin. lib. 11. ca. 30. vbi de formicis, Et quouiam ex diuerso conuehunt, altera alterius iguara. Grammaticæ lex exigebat, Aliæ aliarum ignaræ. Virg. 3. Aeneid.

Alcanumque, patremque meum, iuxtaque Creusam,

Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?

Alter præterea in eiusmodi geminatione cum verbo plurali figurate sunguitur. Alius, Quisque, Vterque. Cic. 3. de Finib. 11. Quum alter alterum videremus. Pro eo quod est, Quum vterque nostrum alterum videret. Eadem figura vti possumus in verbo secundæ personæ: vt, Alter alterum docetis. Id est Docetis vos mutuò. Sed hæc de duobus dictum, intelligo. Nam de pluribus, haud scio an loqui sic liceat, Alter alterius onera portate. Pro Alii aliorum.

Alter citra geminationem cum verbo quoque plurali legitur. Plautus in True. 8. 21. Quando fuit, quum inter nos forderemus alteri. Hoc durisculè dicit, pro eo quod erat, Quum alter alteri forderemus.

¶ Altera die quàm. Liuius. 1. bel. Maced. 51. Nauibusq; ex classe 105. Cornelii fectis, altera die quàm à Brundusio soluit. Id est Secũdo die, vel duobus diebus postquam, &c.

In altera ira cedere. Horat. 1. epist. 2. 55.

Alter, innũmeralibus iis quæ ordinalia dicuntur, pro Primus accipitur. Cic. ad Cornificii, lib. 12. 25. 1. Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & vicesimo die, vt dicebat, reddidit. Idẽ, Centesima lux est hæc ab interitu Clodii, & vt opinor altera. Liuius, Anno tricesimo altero quàm condita Roma erat. Hoc est vicesimoprimo, centesimaprima, tricesimoprimo.

Alter, alter, tertius. Cic. 3. de Diuinat. 72. Ioues tres numerant ii qui theologi nominantur, ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere: ex quo etiam Proserpinã natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cœlo, qui genuisse Mineruã dicitur: quam principem & inuentricem belli ferunt. tertium Cretensem Saturni filium.

Primus, alter, tertius. Cicero, Primo die testium tanto numero citato, alter dies amicis iustus, & defensoribus, tertius dies sic hominem profiteri. Idem in Partit. Sit primo coniectura valet, in altero definitio, in tertio ratio.

Proximus, alter, tertius. Cic. 1. Philipp. 23. Proximo, altero, tertio, denique reliquis contecutis diebus, &c.

Vnus, alter, tertius. Cicero, Vnum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat. Idem, Vnus is modus est, de quo satis dixi, qui est susceptos ex præsensione rerum futurarum, alter ex perturbationibus tempestatum, tertius ex commoditate rerum.

¶ Alter quisquam, pro Quisquam alius. Plaut. Nequæ me Athenis est alter quisquam, cui credi rectè, æqueque putent.

Ille alter. Terent. Eunuc. 2. 3. 9. —ludum iocumque

Dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ dabit. Idem, At ille alter venit. Cicero, De illo altero quem scribis tibi visum esse non alienum. Sic 3. de Inuent. 131.

Alter alterius sermone audiret. Horat. 2. epist. 2. 16.

¶ Ecce autem alterum. Terent. Eunuch. 2. 3. 5. —ecce autem alterum Nescio quid de amore loquitur. Vbi Donatus, Sic dicimus, quum propter alterum, de altero venit in mentem.

Alter ab altero adiutus. Cic. in Bruto. 3.

Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus. Virg. 8. eclog. 8.

Alter ex duobus. Qui. atil. in procœmio lib. 6. Prior alterum ex duobus eruit lumen.

Alterum in alterius mactatos sanguine cernam? Virgil. 2. Aeneid. 133.

Alter pro altero. Cic. in Lælio. 63. Omniaque alter pro altero suscipiet. De duobus amicis loquitur.

¶ Alterum tantum. Liuius. 1. Decad. lib. 8. Scribebãtur hæ quatuor ferè legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecẽtis: alterum tantum ex Latino delectu adiiciebatur. Id est tantundem. Rursus lib. 10. Militibus ex præda centenos binos asses, & alterum tantum centurionibus atque equitibus dimisit. Cic. in Orato. 109. Per qui adlubetur ad numeros, partitur in trianꝝ necesse sit partim pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem. Plinius lib. 6 cap. 33. Apparet ergo Europam paulominus dimidia Asiæ parte maiorem esse quàm Asiam: eandem altero tanto, & sexta parte Africæ ampliorem quàm Africam. Idem lib. 11. cap. 41. Omne autem lac igne spissatur, frigore serescit. Bubulum caseo fertilius quàm caprinum, ex eadem mensura penè altero tanto. Paulus in L. Licitatio. De publican. & vect. lib. 39. Pandect. Quod illicitè publicè vel priuatim exactum est, cum altero tanto passis iniuriam exoluitur. Per vim verò extortum, cum pœna tripli restituitur.

¶ Alter, pro Similis eleganter ponit: vt quũ dicimus, Est alter Cic. id est eloquentia Ciceroni similis. Sic Alter ego, pro Similis mei. Cic. Lælio, lib. 2. 14. 7. Item ad Atticum, lib. 3. 15. 8. Deinde te quasi me alterum, & simul meæ culpæ socium quæro. Liu. 1. bel. Pu. 37. Sed pater ipse Amilcar, Mars alter, vt ipsi volũt. Cl. 7. Verr. Alter Verres luxuria & nequitia.

Alter ab illo. Virg. 5. eclog. 10. Tu nunc eris alter ab illo. Pro alter illeud est illi similis. Aut vt alii, Secundus ab illo id est Post illum primus.

Alter ego. vide Alter pro similis. Cic. ad Atti. lib. 4. epist. 70. 9. Pompeius ad omnia me alterum se fore dixit. Sic ad Cœlium lib. 2. epist. 14. 7. Diceret iniqui, non me planè post annum de prouincia decessisse, quo manẽ alterum me reliquissem. Et ad Cæsarem lib. 7. epist. 5. 1. Vide quàm mihi persuaserim, te, me esse alterum.

Alter idẽ. Cic. in Lælio, est nimis amicus quidẽ, qui est tanquam alter idem.

¶ Alter & pro Nõ bono pontifex vt in augurils altera quum appellatur auis, quæ vtique prospera non est. Sic Alter nonnunquam pro Aduerso dicitur & malo. Festus.

Alternus, a, diectium, (ἀμοιβαῖος,) Quod fit alternatim, seu alternatis vicibus. Cicero pro Archia. 19. Quod epigramma in cum fecisset, tantummodo alternis versibus longiusculis. Id est quorum semper alter esset longior alteroivt in carmine elegiaco. Sic 4. Tuscula. 125. Virgil. 7. eclog. 4. Alternis igitur contendere versibus ambo

Cœpere. Id est dicere versus alternis vicibus. Plin. lib. 16. cap. 43. 2. Qua de causa alterna inclinatione egeruit scobem.

¶ Alternum, pro vario. Virgil. eclog. 5. Carmina descripsi, & modulans alterna notam. Vbi Seruius, Alterna, variã propter musicam, cuius sonus varius inuenitur ex pedum dissimilitudine.

¶ Alternum, absolutè positum. Virgil. 3. eclog. Amant alterna Camœnæ. Hoc est res alternatim dictas: vt puta versus alternos, aut cantus.

Alterna loqui. Horat. 1. Sermo. Saty. 8. 8.

Alternis annis: Id est alterno semper ex duobus: Alternis annis ægrotat. Cato de Re rust. cap. 57. Seulponeas bonas alternis annis dare oportet. Sic Alternis diebus. Plin. lib. 8. cap. 16. Raros in potu, vesci alternis diebus. Loquitur de leombus.

Alterna iactat brachia. Virgil. 5. Aeneid. 75.

Alternæ ciuitates reiectæ. Cic. 4. Verr. 12. Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato. Senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet, dãne: quum alternæ ciuitates reiectæ sunt. Id est Alternatim à priuato & à populo quum priuatus nunc hanc, nunc illam reiecit: populus similiter illam ac illam.

Alterna consilia reiecta. Cic. in Vatinium 21. Et quoniam crebrò vsurpas, legem te de alternis consiliis reiiciendis tulisse: vt omnes intelligant te ne rectè quidem facere sine scelere potuisse quæro, &c.

Alterno quoque die. Celsus lib. 3. Vtilis quotidianus, aut alterno quoque die post cibum vomitus. Idem, Oportet hyssopum alterno quoque die bibere.

Alternorum iudicum reiectio. Cic. pro Plancio. 30. Neque enim quicquam aliud in hac lege nisi edititios iudices ex fecunis. quod genus iudicorum si est æquum nulla in re, nisi hac tribuaria, non intelligo quã obrẽ Senatus hoc voo in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in cæteras causas: de ipso denique ambitu, reiectionem fieri voluerit iudicum alternorum.

Alterna perire manu. Ouid. 5. Trist. 7. de fratrib⁹ qui se mutuò occiderũt.

Alterna morte fratrem redemit Pollux. Virgil. 6. Aeneid. 25.

Alterno pede terram quatere, pro saltare. Horat. 1. Carm. 4. 2.

Iam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna

Iunctæque nymphis Gratiæ decentes,

Alterno terram quatiunt pede.

Alternis pedibus insidere. Plinius lib. 10. cap. 2. 13. Alternis pedibus insistentes. De grubus loquitur.

Alternus pulsus. Plinius lib. 2. cap. 82.

Quies alterna. Quintil. lib. 1. Nam quæ sensu & anima carent, vt seruare vim suam possint, alterna quiete retinentur. Ouid. 4. epistol. 18. Quæ caret alterna requie, durabile non est.

Alternus sermonibus aptus Iambus. Horat. de Arte. 17.

Alterno tempore. Lucretius lib. 5. 196.

Alterno tenebras & lucem tempore gigni.

Alternis verbis: Liuius 1. Decad. lib. 8. Præcurrerant enim ab Vrbe, qui nuntiarent Dictatorem animum pœnæ venire, alternis penè verbis Titi Manlii factā laudantem. Id est altero quoque verbo, siue secundo quoque verbo.

Alterna vice. Colum. lib. 9. ca. 15. 9. Castratæ deinde alui, siquæ transuersos fauos in aditu habebunt, conuertendæ erunt, vt alterna vice posteriores partes uestibula fiant. Id est uicissim. Idem lib. 3. cap. 2. Vtraque canibidi mustī alterna vice annorum plus aut minus afferunt.

Per alternas vices ire. Ouid. 4. de Ponto. 2. 2.
Orba tamen numeris cessante epistola nunquam
Ire per alternas officiosa vices.

Alternis vicibus. Sen. in Hippol. 10. 8. –vomitq; vicibus alternis aquas.

Alternis, (ἀμοιβαίως, πτερναλλάξ,) quidem aduerbium putant: sed verius est nomen adiectiuum dicere, in quo interdum subaudiatur substantiuum. Vide ALTERNVS adiectiuum.

Alternis, ablatiuus repetitus, pro Aliàs, vel nunc. Plinius lib. 8. cap. 30. Hyenis vtrumque esse naturam, & alternis annis esse mares, alternis fœminas fieri, parere sine mare vulgus credit. Senec. epistō. 121. Alternis Catones, alternis Vatinii. Id est nunc Catones, nunc Vatinii. De iis qui sibi non constant, sed moribus sunt variis. Videtur subintelligi, VICIBVS, aut aliquid simile. Plinius ad Apollinarem epistō. 101. accipit pro vario & alterno ordine. Sic enim ait. Alternis viticulæ surgūt, alternis inserta sunt poma, & in opere vrbanissimo subita velut illati ruris imitatio.

¶ In ablatiuo Alternis, interdum subsiantiuum subauditur. Virgil. 3. ecolog. 8. Alternis dicetis. Sub. vicibus aut versibus. Idem 1. Georg. Alternis idem tondas cessare nouales. Sub annis id est alternatim, vt Seruius interpretatur. Plin. in epistō. Quæ interdum alternis interdū simul facio. 141. Sub. vicibus. Alibi, vt sensus exiget, accipiēdum erit.

Alternis facilis labor. Virgil. 1. Georg. 16.
Vt enim lini campum seges, vrit auenæ,
Vrunt lethæo perfusa papauera somno:
Sed ith alternis facilis labor. Id est intermissis, subaudi agris. Seruius.

Alterno, alternas, (ἀμοιβάω, ἐπαλλάσσω, πτερναλλάσσω, ἐπαμφοτερίζω,) alteroare, Verbum factum ex nomine alterous. Est è duobus modò vnū, modò alterum facere: & quasi alternis vicibus variare. Plinius lib. 7. cap. 13. Alii aliaque fœminas tantum generant, aut mares: plerunque & alternant. Hoc est Altera (vt ita dicam) vice mares, altera fœminas generant. Colum. lib. 5 cap. 6. Dabimus operam vt in ordinibus disponendis, pari numero vernaculas & atinias alternemus.

Alternare, quam ad animum refertur, est nunc hoc, nunc illud animo agitare. Virgil. 4. Aeneid. Hæc alternanti potior sententia visa est. Vbi Seruius, Alternanti, varia mente tractanti. Hinc Alternare sententiis dicitur, qui Subinde variat: & nunc vnum, nunc aliud dicit: cuiusmodi est testis vacillans & parum sibi consentiens. Ex Eudæo.

Alternare cibum, pro vicissim distribuere. Plin. lib. 10. cap. 33. de hirundinibus loquens. In forte summa æquitate alternant cibum.

Alternat fertilitas arborum. Hoc est arbores alternis annis fertiles sunt & infertiles. Plin. lib. 16. cap. 6 Arborem fertilitas omnium ferè alternat, sed maximè figi.

Alternat fructus. Plin. lib. 15. cap. 3. de olea, Qui cautissimè agunt, harum diue leui ictu, nec aduersos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decussis germinibus.

* Alternant fructum quædam arbores. Plin. lib. 16. cap. 38.

Alternare vices. Ouid. 15. Metamorph. 82.
Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur hyænam.

Alternante aqua. Propert. lib. 2. eleg. 27. 11.
Crede mihi nobis miteſcet Scylla, nec vnquam
Alternante vorans vasta Charybdis aqua.

Alternantes, (ἀμοιβαῖοι,) Virgil. 3. Georgic. 43.
Illi alternantes multa vi prælia miscent Vulneribus crebris.

Alternatus, penul. prod. participium, (ἐπαλλαγμένος,) Plinius lib. 29. cap. 4. 11. Canis vnguibus adalligatis ceruino corio, neruisque cerui alternatis & dorcadis. Id est altero cerui, altero dorcadis nerno adhibito, & ita deinceps variato.

Alternatus ex diuersis rebus. Senec. epistō. 44. A primo mundi ortu vsque in hoc tempus perduxit nos ex splendidissimis sordidissimisq; alternata series.

Alternatio, Verbale, (ἐπαλλαξις,) Per vices successio. Festus.

Alternatim, penul. prod. aduerbium, (ἀμοιβαίως,) Per vices. Quadrigarius annalium libro 3. Item gaudium atque ægritudinem alternatim sequi. Nonius.

Alterne, (ἀμοιβαίως,) aduerbium à nomine Alternus: id est alternatim, seu alternis vicibus. Plinius lib. 11. cap. 37. 16. Supercilia homini & pariter & alternè mobilia.

Altero, alteras, penul. corrept. (ἑτεροῦν,) alterare. Variare, & quasi alterum facere. Ouidius 1. Fasto. 75. Ille suam faciem transformat, & alterat arte. Item in Metamorphosi, Alterat undas.

Afteruter, penul. corr. alterutra, alterutrum, alterutrius, (ὁτεροτερόων,) de duobus dicitur. Et est, vt sic dicam, Vnus vel alter. Cic. ad Attic. lib. 8. 16. 1. 3. Si vobis videretur, alteruter vestrūm ad me veniret. Ille pro Rosc. Comœd. 9. Dabit enim nobis iam tacitè vita acta, in alterutram partem firmum & graue testimonium. Idem pro Marcello. 12. Quòd si in alterutro peccandum sit, malim timidus, quàm parum prudens videri. Idem 1. Verr. 32. Vtrum te perstidiosum, an præsentem rem existimari mauis? Video esse necesse alterutrum. Cellius. Id quod infunditur, neque frigidum esse oportet, neque calidum: ne alterutro modo lædat. Cic. ad Attic. lib. 10. epistō. 192. 4. Ego verò Solonis legem neglegam, qui capite sanxit, siqui in seditione non alterius vtrius partis fuisset. Alii legunt Alterutrius. Plaut. Sticho, Age tu, alterum e fit cōditio pēsior, virginē an viduā habere? Sic apud Plinii, Alterum exortus, li. 2. c. 8. 8. Et alterutro latere, li. 2. c. 17. 3. Hora. 1. epist. 19. 13.
Aduersarius est frater, lacus, Adriadonee
Alterutrum velox victoria fronde coronet.

Alterutrinque, aduerbium (ὁτεροτέρωθεν,) Pli. li. 20. ca. 7. 6. de halitu fo custatibus, Nec vlla res in cibis auiditatē incitat, inhiberq; cautiones sa alterutrinq; modus est. Sic & aliū copiosiores soluūt. modo tribus. Quidam legunt ex vetusto codice, In causa alterutraque modicē.

Alteruterque, alterutraque, alterutrunque, adiectiuum. Vide ALTERVTRINQVE.

Altrinsecus, penul. corre. (ἑτέρωθεν,) Aduerbium, E regione, vel ex altera parte. Plaut. Mil. 8. 35. Quid illic astas? quin retines altrinsecus? Idq; quum ego hinc detineam, cur non ipse è regione etiam detines? Idem Pseu. 5. 122. Pseudole, assiste altrinsecus, atque onera hunc malefidum.

Altronersum, aduerbium obsoletum. Plaut. Casina 12. 15.
–verum autem altrouersum quom eam mecum Rationem puto, dixisse mecum postulatio. Id est in alteram partem, vel ex altera parte.

Altercagenum, siue altercenum, herba est apud Arabas, quæ & est faba porcina. Vide Plinium lib. 25. cap. 4. 8.

Altercor, Altercor, altercaris, altercatus sum, (ἐρίζω,) altercari, & autographē proprie fieri dicitur, quum aliquid pertinacius contra alterum defendimus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 77. Quæ ex frequentia T. Labienum publicè summissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio iussit. Terent. And. 4. 1. 29. Cum patre altercasti dudum. Vbi Donatus ait dicitur & Altercatus es. non enim Alterco dicimus.

Altercantur inter se mulierum ritu. Liu. 3. ab vrbe 290. Altercationes & perturbationes in animis nostris. Horat. 2. Sermo. Altercatio, id est dimibus tremis ossa pauore. Id est timore rixante cum libidine pugnante scilicet pauor inde retrahit, quò libido trahit.

Altercari etiam in bonam partem dicitur de patronis in iudicio inter se contendentibus: quum scilicet non oratione perpetua, sed quibusdam interrogationibus & responsis res agitur. Vnde illud litigandi genus nominatur interrogatio. de qua est apud Quintilianum caput integrum, lib. 10. cap. 1.

Altercatio, verbale, (ἔρις,) Iurgatio, vt ait Festus. Liuius 1. ab vrbe 24. de cum altercatione congressi. Idem 5. bel. Maced. Altercatio inde ad fernio fuit. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epist. 2. 1. & ad Atti. li. 4. epist. 12. 1.

Altercatio, Litigandi genus in iudicio. Cicero Attic. lib. 1. 11. 14. Clodius præsentem regi in senatu cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca degustes. Vide Altercari. Huius altercationis artem & præcepta latissimè docet Quintilianus lib. 6. cap. 4. Et lib. 10. cap. 1. Altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optimè Socratici præparant.

* Altercationis præcepta. Quin. 114. a.
Altercationibus velociter occurrere. Quintil. lib. 2. cap. 4. 21.

Altercator, penul. prod. altercatoris, (ἐριστής,) Patronus qui in iudicio vtitur altercatione. Quintil. lib. 6. cap. 4. Bonus altercator vitio iracundiæ careat. Ibidem, Ne turbidus & clamosus sit altercator.
Altercator turbidus & iracundus. Quintil. lib. 6. cap. 4. 12.

Alternator, Alternatio, Alternè, Alterno, Alternus, Vide ALTER.

ALTHEA, penul. prod. (ἀλθαία,) Thestii filia, Oenei Calydoniæ regis vxor, Meleagri mater. Ouid. 8. Metamor. 90. Quum videt exanimos fratres Althea referri. Ibidem 95. Thestias haud aliter dubiis affectibus errat. Huius scelere Meleager filius extinctus est. Cuius factum poſtea pœnitens, laqueo vitam finiuit, vt tradit amplissimè Diodorus Siculus lib. 5. cap. 2. Ouidius tamen in loco paulò antè citato scribit eam gladio sese transuerberasse, atque ita occubuisse facto (inquit) per viscera ferro. Vide MELEAGER. Senec. in Medea 10. 9.
Præ sororis impiæ matris facem Vlricis Altheæ vides.

Althea, Oenei regis Aetoliæ vxor fuit, & mater Tydei, vt scribit Seruius grammaticus enarrans illud Virgilii in sexto 96.
Hîc illi occurrit Tydeus, hîc inclytus armis Parthenopæus, &c.
Althea.

Althea, (ἀλθαία,) Genus maluæ syluestris, ab excellentia effectus

à quibusdam Aristalthea appellata, teste Plinio, lib. 20. cap. 21. 1. Hæc & hibiscus vocatur Virgilio, Hæc dorimque gregem viridi compellere hibisco. Vulgò Bismaluam appellamus, Malauiscū. Sunt qui per æ diphthongum scribant, quòd Græcis scribatur per αι.

ALTILIA, oppidum Liguriæ à Tranquillo commemoratum hodie quoque Alteiola vulgò appellatur. Volaterranus.

Altilis, Vide ALO.

ALTINVM, penult. prod. (ἄλτινον,) Venetiæ oppidum iuxta Torcellum. Meminit Plinius lib. 3. cap. 18. Strabo lib. 5. Altinum in palude est, similem Rauennæ situm habens.

Altinates, penult. prod. Altini incolæ. Plin. lib. 3. ad Maximum, epist. 46. Arrianus Maturius Altinatium est princeps.

Altinates lanas in tertio bonitatis ordine censet Martialis in Apophoretis hoc distichō.
Velleribus primis Appulia, Parma secundis
Nobilis: Altinum tertia laudat ouis.

Altinates oues laudantur. Colum. lib. 7. cap. 2.

Altisonus, Altitonans, Altitudo, Altiuolans, Altiuolus, Vide ALTVS.

Altor, Vide ALO.

Altrinsecus, Vide ALTER.

Altrix, Vide ALO.

Altrouersum, Vide ALTER.

Altus, Vide ALO.

Altus, altior, altissimus, (ὑψηλός,) adiectiuum notæ significationis. vt Alta macerta pedes quinque. Cato de Re rust. cap. 15.

Et Virgil. 12. Aeneid. Desuper altus equo graniter ferit. Plin. lib. 23. cap. 7. 16. Altus palmum. Idem lib. 10. ca. 38. 3. Grauiores aues sic nisi altiore tumulo emittae non euolant.

Alti colles attolluntur. Plin. lib. 12. cap. 2. 14.
Altus acernus. Lucret. lib. 3. 40.
Cœlum altum. Virgil. eclog. 4. 2. Ouid. 1. Metam. 13.
–& quà vix mare recentes
Enituntur equi medio est altissima cœlo.
Ceraices altæ. Virgil. 1. Aeneid. 44.
Gradus altos euadere. Virg. 4. Aeneid. 137.
Humus alta. Horat. Epod. 16. 11.
Iter altum ire. Virg. 4. Georg. 22.
Altus iter egit, tactus cœli cupidine. Ouid. 8. Metam. 45.
Tuba alta. Senec. Hippoly. 10. 10. Erexit altam fronte viridanti iubam.
Montes alti. Virgil. 3. Georg. 82.
Lunam altam suspiciens. Virgil. 9. Aenid. 84.
Nemora alta. Virgil. 3. Georg. 78.
Nix alta. Horat. 1. Serm. saty. 2. 1.
Præsepes altæ. Virgil. 7. Aeneid. 55.
Via alta atque ardua. Cic. 1. Tuscul. 56.
Alta via ad Argos collibus rupta. Senec. in Hippoly. 10. 14.
Altissimus à nobis cœli complexus. Cic. 2. de Nat. deor. 146. Restat vltimus. & à domicilijs nostris altissimus, omnia cingens & coercens cœli complexus, qui idem Aether vocatur.

¶ Editus in altum. Cic. 5. Verr. 81. Multa sunt imposita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non solum legum ac iudiciorum, sed etiam rumorum ac temporum. Sic est hic ordo quasi propositus, atque editus in altum: vt ab omnibus ventis inundiæ circumflari posse videatur. De ordine Senatorio loquitur.

Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari. Cic. pro Domo sua ad Pōti. 75.
In altissimo amplissimoque gradu dignitatis locati. Cic. 1. Philip. 11.
In altissimo gradu positus alienis opibus. Cic. pro Sestio. 15.

¶ Altum, Excellens, gloriosum. Virgil. 3. Georg. 9.
Te sine nil altum mens inchoat. Nonius.

Alta & exaggerata oratio. Cic. in Orat. 112. Ita neque humilem, nec abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat.

Altior spiritus. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 9.
Alta tapeta. Virgil. 9. Aeneid. 68.
Vir altus & excellens. Cic. lib. de Finib. 45.
Altus vultus. Horat. 4. Carm. 9. 9. –honestum prætulit vtili, &
Reiecit alto dona nocentium Vultu.

¶ Altus homo, Magnus. Virg. 10. Aeneid. 148. Pars belli haud tènenda viri, iacet altus Orodes. Idem, Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo. Seruius in illud. 6. Aeneid. 2. quibus altus Apollo. Præsidet.

Altissimus æstus. Plinius lib. 16. cap. 1. 2. Tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi æstus.
Magnus & altus vir. Cic. 5. Tuscul. 46.
Altus Iuppiter. Ouidius 2. de Arte Amandi 8.
Alta mente prædītus homo, Id est magna sapientia. Cicc. pro. Mil. 15.
Alta pecunia. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 8. Sic tibi semper honos, sic alta pecunia crescet.

¶ Altus, Nobilis. Virgil. 10. Aeneid. 26.
Et clarus Erhemon Lycia comitantur ab alta. Seruius.
Altus Aeneas. Horat. 2. Sermon. saty. 5. 13.
Alta Carthago. Virgilius 4. Aeneidos 20.
Excelsus, altus, & humana despiciens. Cic. 2. Tusc. 16. Te natura excelsum quendam videlicet, & altum, & humana despicientem genuit.
Alta Roma. Virgil. 1. Aeneid. 3.
Altissime princeps. Claud. epig. 20. 3. scribit ad honorium imperatorē.

¶ Altus, Profundus. Cæsar 8. belli Gal. 67. Syluis vndique impeditissimis, aut altissimo flumine velut indagine munitum. Seruius in 1. Aeneid. Altum, inquit, & superiorem & inferiorem altitudinē significatq; nanque mensuræ nomen est altitudo. Plin. lib. 10 ca. 48. 1. Apicius nepotum omnium altissimus gurges.
Altæ stirpes stultitiæ. Cic. 3. Tuscul. 22.
Altior cupido. Cornel. Tacit. lib. 20. Altior inde Vespasiano cupido adeundi sacram sedem, vt super rebus imperii consuleret.
Altus Euphrates. Virgilius 4. Georg. 112.
Flumen altum. Virgilius 4. Georg. 67. At mater sonitum thalamo sub flu minis alti Sensit.
Mare altum. Virgil. 7. Aeneid. 40.
Fundamenta alta theatri. Virgil. 1. Aeneid. 87.
Gemitus altus. Virgilius 11. Aeneid. 19.
Altus gurges. Virgilius 6. ecloga 18.
Alta mente repostum. Virgil. 1. Aeneid. 6.
Otium altum. Plinius epistō. 120.
Quies alta. Virgil. 6. Aeneid. 105.
Altissimis radicibus defixa virtus. Cicc. 4. Philipp. 161. Virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco.
Somnus altus. Horat. Sermo. 1. saty. 1. 2.
Sopor altus, Multus & profundus. Virgil. 8. Aeneid. 6. Altissimus somnus, Liu. 7. ab Vrbe 169.
Spelunca alta. Virgilius Aeneid. 6. 48.

¶ Altum, secretum, reconditum, ait Seruius. Virgil. 10. Aeneid. 12.
–quid me alta silentia cogis
Rumpere? Idem in primo. –manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Horat. 2. Sermo. saty. 6. 12.
Altus dolor. Virgil. 1. Aeneid. 43.
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
Alta mens, & placida. Quintil. lib. 6. in. proœm. 7.
Altum pectus. Virgil. 6. Aeneid. 120.

¶ Altiores literæ, pro Maiore doctrina. Seneca de Benefi. 5. Sic illiteratum vocamus, non plane rudem sed ad literas altiores non perductū.

* Altiora studia. Plin. epistō. 16. lib. 5.

¶ Altum, profundior maris pars, & à terra remotior. Sallust. Ex piscatoria scapha in altum nauigat. Virgil. 1. Aeneid. 8.
Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti. Cic. 1. Offic. Vt sæpe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesque contulerit. Plin. lib. 21. cap. 4. 6.
Deinde ferunt in aqua marina ex alto petita addito nitro.

Altum, absolutè pro Cœlo vel mari. Virg. 1. Aeneid. 61. Hæc ait, & Maia genitum demisit ab alto. Ibidem, Multum ille & terris iactatus & alto. Cic. 7. Verr. 68. Nauibus aditus ex alto est. Idem 2. de Inuent. 191. Quum magna in alto tempestas esset.
Alto iactatus. Virgil. 1. Aeneid. 2.

Altum tenere. Virgil. 5. Aeneid. 33.
Littus ama, & leues stringat sine palmula cautes:
Altum alii teneant.

Ab alto vrget in brema & syrtes. Virgil. 1. Aeneid. 13.
Ex alto emergere. Cic. lib. 4. de Finib. 105. Quis enim ignorat, si plores ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad respirādum, qui ad summam aquam tam appropinquent?
In altum abstrahere aliquem. Cicc. 3. de Orato. 30. Repentè te quasi quidam æstus ingenii tui procul à terra abripuit, atque in altum à conspectu pene omnium abstraxit.
In altum vela dare. Virgil. 1. Aeneid. 8.
In alto tempestas magna est. Cicc. 2. de Inuentio. 194. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum inuitis nautis Rhodiorum in portum nauim coegit.
Per altum ire. Virgil. 3. Aeneid. 75.

Altè, (ὑψηλός,) Aduerbium qualitatis, quod modò excelsè, modò profundè significat: vt Terram altè fodere. Virgil. 6. Aeneid. Ergo altè vestiga oculis. Liu. 1. ab Vrbe 182. Ferrum haud altè in corpus descen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

disse. Id est Non profundè.
Altius, cui opponitur Inferius. Ouidius 2. Metamor. 28.
Altè cadere non potest. Cice. in Orato. 53.
Altè cinctus. Horat. Sermo. 2. Saty. 8. 2.
Altius cogitare aliquid. Cice. in Orato. 52.
Altè conserere terram. Virgil. 4. Aeneid. 89.
Altius efferre caput. Virgil. 3. Georg. 110.
Altius exaggerata oratio. Cice. in Bruto 33.
Altè extollere pugionem. Cicero 2. Philipp. 49.
Altè extulit. Virgilius 5. Aeneid. 88. Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè Extulit.
Altius imprimere sulcum. Cice. 2. de Diuinat. 75. Quum terra araretur, & sulcus altius esset impressus.
Altius ingredi. Virgilius 3. Georg. 15.
Continuò pecoris generosi pullus in aruis Altius ingreditur. Hoc est Altis graditur pastibus. De pullo equino dictum.
Altius ordiri. Vide ORDIOR.
Altè penetrare. Celsius lib. 5. cap. 27. Siquidem aliæ breues sunt, aliæ altius penetrant, aliæ rectæ intus feruntur, aliæ, multoque plures transuersæ. De fistulis & earum generibus loquitur.
Altius ad vium persedit. Virgil. 3. Georg. 87. – vbi frigidus imber
Altius ad vium persedit. Id est ossa & medullas penetrauit. Seruius.
Altius perspicere. Cice. 2. Verr. 13. Indignum videbatur iis qui altius perspiciebant.
Altius aliquid prosequi. Plin. lib. 2. cap. 23. 2.
Altè petitum procœmium. Cice. pro Cluentio. 44. Incipit longo & altè petito procœmio respondere.
Altius repetere narrationem sæpe legitur, quod Sallustius Suprà repetere dixit. In eo sensu est illud Virgilianum in 4. Georg. 57.
– altius omnem Expediam, prima repetens ab origine, famam.
Altius cura serpit. Plin. lib. 14. cap. 11. 1.
Altè subiectare harenam. Virgil. 3. Georg. 48. – at ima exæstuat vnda Vorticibus: nigramque altè subiectat harenam.
Altius tollere se à terra. Cic. 5. Tusc. 53. Itaque & arbores, & vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altius possunt alia semper virent, alia hyeme nudata, uerno tempore tepefacta fondescunt.
Verbum altius transferre. Cice. in Orato. 45.
Altè oculis vestigare. Virgil. 6. Aeneid. 19.
¶ Altè, in magnam altitudinem, vel longe. Virgil. 4. Aeneid.
– it stridor, & altè Consternunt terram, concusso stipite, frondes. Claudianus lib. 2. de Raptu Proserp. 10.
Inualidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce grauem, nec pubescentibus altè
Cristarum radiis. Stati. in Thebaid.
– igni pedum moderator equorum
Ipse tuis altè radiantem crinibus arcum Imprimat.
Altisonus, penul. correp. (ὑψιλόφωνος,) Nomen poeticum, id est qđ ex alto sonat. Ci. 3. Tusc. 77. in quodá versu, Septũ altisono cardine tẽplũ.
Altisonus Iupiter. Cice. 1. de Diuinat. 1. 71.
Hîc Iouis altisoni subitò pinnata satelles
Arboris è trunco &c. Seneca in Hippol. 1. 3. Tremuit telo Iouis altisoni Caucasus ingens. Idem in Her. Oetheo. 4. 60.
Altisoni mariti præda referens. Claudian. epigram. 17. 6.
Altitonans, penul. corrept. (ὑψιβρεμέτης,) Poeticum nomen ad Iouem pertinens, quia ex alto tonat. Cice. 1. de Diuinatio. 37. Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.
Altitudo, penul. prod. altitudinis, denominatiuum. Est propriè rei alicuius sublimitas. vt Altitudo turris.
Arboris altitudo, ad quinque pedes. Plinius lib. 12. cap. 15. 1.
Altitudo ædium. Cice. Offic. lib. 3. 85.
Immensitas altitudinum. Cice. 1. de Nat. deor. 75.
Altitudinem assumere. Cic. de Vniuers. 62. Id fit, quum speculorum læuitas hinc illinc que altitudinem assumpsit, &c.
¶ Altitudo, Profunditas. vt altitudo fluminis, vel maris. Plin. lib. 10. ca. 33. 7. Merops nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine.
Altitudo maris. Cic. ad Attic. lib. 9. 187. 1. Cæsar 4. bel. Gall. 557.
Concauæ altitudines speluncarum. Cice. 2. de Natu. deor. 143.
Infinita altitudo. Cic. 1. de Diuinat. 158. Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra defecisset. Id est profunditatem. Idem 6. Verr. 96. Spelunca altitudine infinita.
In altitudinem mirandam depressus. Cic. 7. Verr. 55. de Lautumiis Syracusanis: Totum opus est ex saxo in mirandam altitudinem depresso.
Altitudo plagæ. Id est profunditas. Celsius lib. 7. cap. 7. Altitudo plagæ vique ad cartilaginem esse debet.
¶ Altitudo animi, penè Idem significat quod animi magnitudo. Cic. 2. Offic. 94. In liberis verò populis, & in iuris æquabilitate, exercenda est etiam facilitas & altitudo animi quæ ducitur. Idem in Partit. 41. Altitudo animi in capiendis incommodis. Liu. 4. ab Vrbe. 31. Hanc modestiam æquitatem que & altitudinem animi, vbi nunc in vno ineueris, quæ tum populi vniuersi fuit?
Altitudo & facilitas animi, Contraria. Cice. 1. Offic. 124.
Elatio atque altitudo orationis. Cice. in Bruto 33.
Altiuolans, pe. corr. om. g. (ὑψιπέτης,) Nomen poeticum, dicitur quod in altum volat. Cic. 1. de Diuinat. 175. ex Ennio,
– at Romulus pulcher in alto
Quærit Auentino, seruat genus altiuolantum. Id est auium.
Altiuolus, pen. corr. adiect. Plinius lib. 10. ca. 19. Sunt ferè omnes altiuolæ præter nocturnas. Idem lib. 10. cap. 47. 1. Grauiores omnes frugi vescuntur: altiuolæ, carne tantum. De himantopodibus loquitur.
Aluеus, aluei, (πέρος, χώρημα,) Continens fluminis inter vtramque ripam. Vnde sæpe legitur in iure ciuili, Si fluuius aluеum mutauerit. Virgilius, Asfluetæ ripis volucres, ac fluminis alueo. Plin. lib. 7. ca. 2. 12. Alueus nauigabilis. Et li. 6. ca. 26. 10. Alueus cõmunis.
Alueo pleno fluit. Quintil. lib. 2. cap. 1. 4.
* Alueus pro vase ligneo concauo. Liu. 1. ab vrbe 23.
¶ Alueus pro naui. Propertius,
Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina?
Porrabat sanctos alueus ille viros. Et apud Virgilium 2. Georg. 81.
Alueus vitiosæ illeis.
Alueo accipit ingentem Aeneam. Virgil. 6. Aeneid. 87.
* Alueos nauium inuersos pro tugurris habere. Sallust. in Iugurth. & Liuius 5. ab vrbe 154.
¶ Alueus, Vas in quo apes continentur & mellificant. Plin. lib. 11. cap. 20. 1. Alueos nunquam vltra decem annos durasse prodiderunt. Quo in loco, PRODITVR, impersonale est. Idem lib. 11. cap. 16. Alueorum laternæ transluciдo factis.
Alueus fagineus. Ouid. 8. Metamorpho. 32. – erat alueus illic
Fagineus, dura clauo suspensus ab ansa.
Alueus vernus. Tibullus 2. eleg. 1. 10.
Rure leuis verno flores apis ingerit alueo,
Compleat vt dulci sedula melle fauos.
* Alueus pro ipsis apibus. Plinius lib. 11. cap. 16. Feruntque societatem fraudata alueos mori.
Alueolus, alueoli, pen. corr. (κυβος,) diminutiuum ab Alueus: vas ex ligneum concauum. Liuius 8. bel. Pun. 254. Secures, falces, alueoli las, quantum in XL longas naues opus esset. Colum. lib. 8. cap. 10. Totum ouorum numerum in alueolum ligneum conferat.
¶ Alueolus, Tabula lusoria, quæ alio nomine dicitur Latrunculus, ac Aleatoria, à latrunculis & aleis. Cic. 5. de Finib. 100. Aut alueolos poscere, aut quærere quempiam ludum.
Alueoli etiam in balneis sunt. Vitru. lib. 5. cap. 10.
Alueare, siue Alueare, pen. prod. & Aluearium, (σίμβλον, κυβελίη,) ab Alueo denominatum, tametsi dici potest locus vbi sunt aluei apum: tamen potius accipitur pro copia alueorum eodem in loco positorũ, ac apta mellificantium. Sic Valla lib. 1. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 3. 4. Quæ macerie ad villam venationis causa cludantur, & propter aluearia. Plinius lib. 12. cap. 20. 1. Daphnois viuit. in alueariis apum satis. Colu. lib. 9. cap. 11. Quum vetus alueare numero apium destituitur. Idem lib. 9. cap. 8. Earum frequentiam apertis alueariis consideremus.
Aluearia pro ipsis alueis: id est valis in quibus apes continentur, & mellificant. Plin. lib. 21. cap. 14. Circunlini aluearia fimo bubulo vtilissimum. Sic idem alibi sæpius. Virgil. 4. Georg. 7.
Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta, Angustos habeant aditus.
Alueatus, penul. prod. adiectiuum, (κυβωτός,) In modum alui cauatum. Cato cap. 43. Sulcos, si locus aquosus erit, alueatos esse oportet, latos summos pedes tres. Id est deorsum fastigiatos.
Alueolatus, pen. prod. adiect. (κοιλωτός,) Vitru. lib. 3. cap. 3. de Columnarum faciendarum ratione, Stylobatam ita oportet exæquari, vt habeat per medium adiectionem perscamillos impares. Si enim ad libellam dirigetur, alueolatus oculo videbitur. Id est Stylobatami indicabit oculus alueolatum, & velut excauatum: quanuis non sit.
Alumen, penul. prod. aluminis, penul. corre. n. g. (στυπτηρία,) Res est vulgò notissima. Plin. lib. 35. cap. 15. post sulphuris tractationem sic infert. Nec minor, aut ab eo dissimilis est aluminis operatio: quod intelligitur Salsugo terræ. Plura & eius genera. In Cypro candidum & nigrum, exigua coloris differentia, &c.
Aluminâtus, pe. prod. adiect. (στυπτηριώτός,) sicut Sulphuratus à Sulphure vt Aqua aluminata, ή transit per venas aluminis. Pli. lib. 31. ca. 6. 3.
Aluminôsus, penul. product. (στυπτηριώδης,) Idem quod Aluminatus. Plinius lib. 31. cap. 3. 18.
Alumnus, et Alumna, Vide AL O.
Alûta, alûtæ, penul. prod. (διφθέρα,) pellis mollior, calceis cæterisque operibus faciendis concinnata. Cæsar 3. bel. Gall. 400. Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. Plin. lib. 13. cap. 11. Produnt etiam siquis inclinata arbore. supino ore aliquem nolitum eius morsu abstulerit nullo vidente, atque in alata illigatũ licio è culmo suspenderit,

lo suspenderit, strumæ & parotidas discuti. Martialis lib. 7. 14.
Alutarius, Coriarius: pellium, & coriorum concinnator. Plaut. Hic alutarius cerdo. Propriè tamen Alutarii, tenuiorum pellium dicuntur: Coriarii, crassiorum.
* Alutatio, corrupte, vt opinor, legitur, apud Plin. lib. 33. cap. 4. nam ipsemet eodem libro cap. 16. dicit Elutia, & Hermol. super hoc loco legit Alutia. Vide Elutia.
Alutia, Vide Alutatio in ALVTA.
Aluus, alui, fœm. gen. (κοιλία,) Est inquit Seruius, quò desinunt fordes: vt Sallustius, Simulans sibi aluum purgari. Venter, qui videtur. Iuuenalis, Montani quoque venter adest, abdomine tardus. Plin. lib. 16. cap. 2. Plurimum tamen negotii humano generi aluus exhibet, cuius causa maior pars mortaliũ viuit. Alùs enim cibos non transmittit, alùs non continet, alùs non capit, alùs non cõficit. Idem lib. 2. cap. 41. 1. Alii commouentur statis temporibus alio.
¶ Aluus, inquit Festus, venter fœminæ, ab alendo dicta est. Vnde Gestare aluum, pro Grauidam esse.
¶ Aluus, Venter qui apparet. Colum. lib. 7. cap. 10. 5. Nisi obesam illum, atque distentam pabulis aluum demerserit.
¶ Aluus Accius masculino genere protulit, Annalium primo.
Mala nemus retinens grauido concepit in aluo. Sic multi alii teste Priscano lib. 6. Id nunc obsoletum est.
¶ Alui causa dare aliquid. Plin. lib. 22. cap. 24. de Melit. Solebat tamen inueteratum alui causa dari in febre. Hoc est Ad molliendam aluum.
Dolores alui cohibere. Plin. lib. 23. cap. 8. de Lauro, Folia decocta ad tertias partes aquæ, vuam cohibent gargarizatione: potu, alui dolores, intestinorumque.
Alui ductio. Celsius lib. 2. cap. 12. Delectionem antiqui variis medicamentis, crebraque alui ductione, in omnibus ferè morbis molliebantur.
Alui purgatio. Cicero, 3. de Natura deorum. 78. Aesculapius tertius, primus purgationem alui, dentisque euulsionem, vt ferunt, inuenit. Sic lib. 2. de Natura deorum. 189.
Alui resolutio. Celsius lib. 2. cap. 7. Post alui longam resolutionem, sequuntur tormina.
Vitia alui detrahere. Plin. lib. 20. cap. 7. de Lactucis, Imponuntur & ventri ex melle atque aceto, ad detrahenda vitia alui.
Aluus atra. Ouid. 13. Metam. 158.
Aquila. Ouid. 12. Metam. 4.
Biliosa. Celsius lib. 2. cap. 8. Nihil plus aduersus furditatem quàm biliosa alui potest.
Crudа, vel non consistens. Cato cap. 125. Id est ad aluum crudam, & ad lateris dolorem, & ad cœliacum, & si aluus non consistet. Aluus cruda, quæ cibos non cõficit: Aluus non consistens, quæ non continet, nempe ex profluuio.
Dura. Horat. Serm. 2. Saty. 4. 6.
Fusior. Celsius lib. 1. cap. 3. Quibus iuuenibus fluxit aluus, plerisque in senectute contrahitur. Quibus in adolescentia fuerit astricta, sæpe in senectute soluitur. Melior est autẽ in iuuene fusior, in senectute astrictior.
Grauida. Ouidius epist. 6. 13.
Inanis. Iuuenalis. 5. 1.
Aluum latam trahens. Virg. 4. Georg. 19. loquitur de regibus apum.
Liquida. Celsius lib. 2. cap. 12. Cui satis aluus reddit quotidie, quiùe eam liquidam habebit. Sic lib. 4. cap. 19. Si liquida aluus est.
Longa. Ouid. 4. Metam. 115.
Ipse precor serpens in longam porrigar aluum. Virg. 3. Georg. 84.
Atque noris longam maculosis grandibus aluum.
Mala. Celsius lib. 2. cap. 4. Aluus autem mala est, ex toto suppressa.
Melior. Vide Aluus fusior.
Multiplex & tortuosa. Cic. 2. de Nat. deorum. 204. Sed quum alui natura subiecta stomacho, cibi & potionis sit receptaculum: pulmones autẽ & cor extrinsecus spiritum ducant: in aluo multa sunt mirabiliter effecta, quæ constant ferè è neruis. Est asit multiplex & tortuosa, arcteque & cornuet, siue illud aridum est, siue humidum quod recipit, vt ad mutari & concoqui possit: eaque tum astringitur, tum relaxatur: atque omne quod accipit, cogit & confundit, vt facile & calore, quem multum habet, extrendo cibo, & præterea spiritu omnia cocta atque confecta, in reliquum corpus dimidantur.
Nigra, aut pallida. Vide Aluus, pro excrementis alui.
Pator cita aluus est. Id est ne hæc quidem tertiæ protinus debet, si maturinis temporibus coacta magis est, aut si procedente tempore paulatim contrahitur, & rufa est, neque fœtidare odoris similem alium sani hominis excedit. Celsius lib. 2. cap. 3.
Periculosa est, quæ inter febres fluens, conquiescere hominem in cubili non patitur. Celsius lib. 2. cap. 4.
Pernitiosa. Celsius lib. 2. cap. 8. ad finem. Aluus nigra sanguini atro similis repentina, siue cum febre, siue etiam sine hac est, pernitiosa est. Hîc pro excrementis accipitur.
Pestifera. Vide Aluus, pro excrementis alui.
Pinguis. Vide Aluus, pro excrementis alui.
Alui profluuia sistit & cõtrahit Batrachion potu vel cibo. Plinius lib. 26. cap. 15.
Aluus rufa. Vide Pator cita aluus est.
* Tenera aluus. Celsius lib. 3. cap. 18.
* Tuta aluus. Celsius lib. 2. cap. 8.
Aluus tumens. Plinius libro 2. cap. 5. Staphilini semen contritum & in vino potum, tumentem aluum, & suffocationes mulierũ doloresq; lenit.
Varia. Vide Aluus, pro excrementis alui.
¶ Aluum astringit labor, sedile, &c. Celsius lib. 1. cap. 3.
Astricta, vel Astrictior aluus. Vide Aluus fusior.
Ciere aluum, Id est soluere. Plinius lib. 10. cap. 9. Marina brassica vehementissimè ex omnibus aluum ciet. Sic lib. 22. cap. 13.
Humorem alui ciet radix labrusceæ decocta in aqua. Plin. lib. 23. cap. 1.
Cita aluus, Id est soluta. Plinius lib. 27. cap. 4. Vsus radicis ex vino vel ex aqua dysentericis, aluo citæ, & ruptis. de Alcea loquitur. Idem lib. 23. cap. 7. ad finem, Sorba recentia stomacho & aluo citæ prosunt.
Citam aluum compescere. Plin. lib. 24. cap. 13. Appendicis baccæ aluum citam, ac tormina compescunt.
Citam aluum emendare. Plinius lib. 24. cap. 10. Flos cuiuscunque generis trium digitorum captu, dysentericos & aluum citam emendat, in vino austero bis die potus.
Cita aluus exercet aliquem. Celsius libro 1. cap. 6. Quem verò frequenter cita aluus exercet, huic opus est pila, similibusque, superiores partes exercere.
Coacta aluus. Vide Pator cita aluus est.
Cohibere aluum. Plinius lib. 23. ca. 1. Corpus augere volentibus, aut mollire aluum conducit inter cibos bibere. Contrà minuentibus, aluumq; cohibentibus, fistire in edendo, postea parum bibere.
* Comprimere & mouere aluum contraria. Cels. lib. 1. cap. 10.
Concita aluus. Plinius lib. 21. cap. 12. Cornum quoque arborem caueri oportet. Nam flore eius degustato, aluo concita moriuntur.
Conquiescit aluus. Celsius lib. 4. ca. 19. Si postero quoque die fluet aluus, plus edisseris vomere etiam ex toto donec conquiescat.
Aluo continere filium. Cicero 1. de Diuinatione 71. Quum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse Satyri scum. Et pro Cluentio 26. Spem illam quam in aluo commendarãm à viro continebat.
Contrahitur aluus. Celsius lib. 4. cap. 19. Vix enim fieri potest, vt post hanc animaduersionem aluus non contrahatur. Id est supprimatur. Vide Aluus fusior.
Deiicere aluum. Idem quod Aluum soluere. Cato cap. 156. Aluum si voles deiicere, superiorem sumito cymam brassicæ.
Descendit aluus. Celsius lib. 2. cap. 7. Vbi pluribus diebus non descendit aluus, docet aut subitam deiectionem, aut febriculam instare.
Detrahere aluo aquam. Plin. lib. 24. cap. 8. de Sambuco.
Ducitur aluus. Celsius lib. 2. cap. 12. Aluus si vehementius fluit, aut sæpius ducitur, hominem infirmat.
Ducenda est aluus. Celsius lib. 2. cap. 12.
Ducta sæpe aluus, superiores partes resolvit. Celsius lib. 4. cap. 3.
Elicere aluos. Plin. lib. 19. cap. 5. de Raphano, Sapor autem asper & medicamenti instar ad eliciendas aluos.
Emollire aluum. Plin. lib. 20. ca. 2. Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum. Et cap. 9. Aluum leniter emollit.
Euacuare aluum. Plin. lib. 20. cap. 6. Ad euacuandam aluum.
* Extrema aluus. Celsius lib. 2. cap. 8. 1. id quod extremum excernitur.
Aluus plurimum negotii exhibet homini. Plinius libro 30. cap. 8. Plurimum tamen homini negotii aluus exhibet, cuius causa maior pars mortaliũ vnit. Alùs enim cibos non transmittit, alùs non continet, alùs non capit, alùs non conficit. Eoque mores venere, vt homo maximè cibo pereat. Pessimum corporum vas instar vt creditor, & sæpius die appellat.
Examinari aluum. Plinius libro 23. cap. 21. Si decoquatur, inuenio cibis placere: & in lacte iucundius aluum molliri. Et si decocti succus bibatur, efficacissimè examinari. Idem lib. 26. cap. 8. Et aluum, & bilem, & pituitam examinat.
Ferrur aluus. Celsius libro 4. cap. 19. Vbi & liquida aluus, & sæpius quàm ex consuetudine fertur.
Firmare aluum. Plinius libro 14. capi. 18. Thasiam vuam Aegyptus vocat apud se prædulcem, quę soluit aluum. Est contrà in Lycia quæ solutam firmat.
Fluit aluus. Vide Aluus ducitur. & apud Celsium libro 4. cap. 19. Semel & iterum.
Fluens aluus. Vide Aluus periculosa.
Aluo folia imposuit, epiphoris, strangurię, & vesicæ. Plin. lib. 25. cap. 5.
Inanire aluum. Plin. lib. 20. cap. 3. Arefacta per se inaui aluum. Idem lib. 24. cap. 16. Aluum inaniunt ex faba & aceto sumpta.
Inhibere aluum. Plin. lib. 19. ca. 5. de hera, Mira differentia, si vera, est candidis solui aluos modici, nigris inhiberi. Vide INHIBEO.
Iniicienda aluus est aqua. Celsius lib. 1. cap. 12. Tum iniicienda aluus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si leui medicina contenti sumus, pura aqua: si paulò valentiori, mulsa: si reprimendi causa, ex verbenis.

Leuare aluum. Plin. lib. 23. cap. 7. ad finem, Inuenio apud authores, siquis matutino cerasa roscida cum suis nucleis deuoret, in tantum leuari aluum, vt pedes morbo liberentur.

Aluus liquanda, interdum etiam ducenda, quibus extenuatum corpus in cipit spiritum trahere commodius. Celsus libro 4. cap. 4. de difficulta te spirandi. Vide LIQVOR.

Mollire aluum. Plin. lib. 21. ca. 17. Batis quoque aluum mollit. Idem lib. 22. ca. 24. Aluum mollit frigido potu pluribus, calido sistit. Et lib. 20. cap. 9. Aluum modicè mollientem. Et lib. 22. cap. 21. Iucundius aluum molliri. Item lib. 25. cap. 5. Datur ad leniter molliendam aluum.

Monere aluum. Plin. lib. 20. cap. 20. ad finem, Aluum moueant.

Aluum mouens vinum. Id est quod aluum citat & mollit. Cato cap. 115.

Purgare aluum. Plin. lib. 20. cap. 7. Idem succus aluum purgat, in posca potus ad duos obolos. Sic lib. 21. cap. 19. ad finem.

Reddit aluus satis quotidie alicui. Vide Aluus liquida.

* Reddere aluum cum multo spiritu. Cels. lib. 2. cap. 7. & cap. 23. Reddi aluo.

Aluum reprimere. Vide Aluus iniicienda.

Sistitur aluus ladano vtroque. Plin. lib. 26. cap. 8.

Aluum sistere. Plin. lib. 20. cap. 6. Potri capita bis aqua mutata cocta, aluum sistunt. Et cap. 7. Lactucæ copiosiores aluum soluunt, modicæ sistunt. Idem lib. 22. cap. 25. Eadem in aluo sistenda torretur. Ibidem, Milio sistitur aluus.

Soluere aluum. Plin. lib. 20. cap. 4. Folia eius ex aqua pota aluum soluit. Idem lib. 23. cap. 7. de moro, Aluum soluit. Paulo pòst Pomi ipsius succus aluum soluit. Et cap. 8. Siliquæ recentes, stomacho inutiles, aluum soluunt. Eædem siccatæ sistunt.

Subducere aluum. Corn. Celsus lib. 3. cap. 4. Asclepiades medicamenta sustulit: aluum non toties, sed ferè tamen in omni morbo subduxit.

* Substitit aluus. Cels. lib. 6. cap. 11. 0 c. ducere aluum.

Subtrahere aluum. Corn. Celsus lib. 3. cap. 4. Deinde eam materiam quæ lædere videbatur, ducendo, sæpius aluum subtrahebant.

Succurrere aluo. Plin. lib. 20. cap. 23. Tanta vis est cannabi, vt aquæ infusa, coagulare eã dicat. Et ideo iumentorũ aluo succurrit pota in aqua.

Supprimere aluũ. Cel. li. 4. ca. 19. Alia via est, vbi velis aluũ supprimere.

Suppressa aluus. Celsus lib. 2. cap. 12. Subitò habet aluum suppressam. Sic eodem lib. cap. 4. Aluus ex toto suppressa.

Trahere aluum. Plin. lib. 24. cap. 6. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ, cum ficu aluum trahentes. Idem libro 25. cap. 5. Trahit aluum, & bilem, pituitasque.

Turbare aluum. Plin. lib. 22. cap. vlt. de Eruo, Vomitiones mouet, aluum turbat, capiti & stomacho onerosum.

¶ Ex aluo matris natura profudit in oras luminis. Lucret. 5. 46.

In aluum congerit. Ouid. 6. 130.

Aluo in obliqua. Stat. Thebaid. 5. 111.

In aluum delabuntur cibi. Plin. lib. 11. cap. 37.

Soluendæ alui gratia. Plin. lib. 26. ca. 8. Est & semen in vsu cum melle decoctum ad catapotia soluendæ alui gratia.

In aluo proficere. Plin. li. 22. ca. vlt. de cicere & cicercula, Cicer si largius sumatur, aluum soluitur. Cicercula etiamnum magis in aluo proficit.

Per aluum purgari si libeat. Plin. lib. 26. cap. 8.

Per aluum trahi bilem & picturam. Plin. lib. 26. cap. 8.

¶ Aluus figuratè, pro cauerna illius equi lignei quo Troia capta est. Virgil. 2. Aeneid. In latus inque feri curuam compagibus aluum.

¶ Aluus, pro excrementis alui. Celsus lib. 2. ca. 6. de indiciis mortis, Aluus quoque varia, pestifera est. Paulo pòst, Sed hæc quidem potest paulò diutius trahere. In præcipiti verò iam esse denuntiat, quæ liquidæ eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis est. Plin. lib. 21. cap. 18. Lilii radices è musso potæ, inutilem sanguinem cum aluo trahunt. Idem lib. 24. cap. 6. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ, cum ficu aluum trahentes.

¶ Aluus pro alueo, id est vase in quo apes mellificant. Varro 3. de Re rusti. cap. 16. Aluos vbi sint, alii faciunt ex viminibus rotundas, alii è ligno ac corticibus, alii ex arbore caua. alii fictiles, alii etiam ex scrulis quadratas lõgas pedes circiter ternos, latas pedem, sed ita vti quũ par sit qua compleant, eas coangustentne in vasto loco & inani desponderant animum. Hæc omnia vocant à mellis alimonio, aluos: quas ideo videntur facere angustissimas, vt figuram imitentur earum.

Ab aluo caua fagi demissus exercitus. Claudian. de Raptu Proserpinæ, lib. 2. 26. loquitur de apibus,

– fagique cana demissus ab aluo
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.

Aluinus, penul. prod. adiectiuum, (κοιλιακὸς,) qui aluo langueſcit. Plinius libro 25. cap. 7. 6. Aduersatur quæ aluinis. Idem libro 21. cap. 17. 1. Aluinis impolita multum prodesse dicitur.

ALVSIAE, ſpecus facer in Thalamo Thuriæ monte, ab Alusio proximo amne cognominatus, vt scribit Lycus. Ianus Parrhas. in Claudian.

ALYACMON, fluuius Macedoniæ. Claudianus, Et frustra rapidum

damnant Alyacmona Bessi.

ALYATTES, (Ἀλυάττης,) Crœsi regis pater ditissimus Strabo lib. 9. Eius tumulus est apud Sardus ingens, super crepidine excelsa, factus à multitudine ciuitatis, cuius maximam partem ancillæ perfecerunt, quæ (vt ait Herodotus) omnes meretricantur.

Nonnulli hanc sepulturam meretricis monumentum dicunt. Idem Strabo libro 13.

Alyattici regnum. Horat. 3. carm. 16. 9.

Alypia, Vide ALYPON.

Alypon, (ἄλυπον,)

cauliculus est molli capite, non dissimilis betæ, acre gustatu ac lentum, mordensque vehementer & ascendens. Plin. lib. 27. cap. 4. Paulus Alypiam vocat. Asclarius tamen Alypiam vocat Turpet candidum Author ibidem Ruellius.

Alysson, (ἄλυσσον,)

Plinio lib. 24. cap. 11. dicitur à rubia, folio tenuissimo, caule ramisque minoribus. Quippe nomen acceperit, quòd morsos à cane rabiem sentire nõ patitur potum ex aceto alligatus. Mirumque est quod additur, inlauiam conspectũ eo frutice immitti. Vulgo Rubia minora.

ALYSSOS, siue Alyssus, fons est Arcadiæ in agro Cynethensium, cuius aqua pota morsos à rabida cane liberat, ob idque alyssos vocatur. Herm. molaus ex Pausania & Polybio.

ALYXOTHOE, penul. prod. & mater Aesaci, (Ἀλυξόθοη,) Filia Dymantis, vt testatur Ouidius 11. Metamor. 153.

ALYZIA, (Ἀλυζία,) Acarnaniæ ciuitas, à mari quindecim dissans stadiis: ad quam dicatus Herculi portus est, & cum luco fanum Herculis, certamina continens, è quo dux quidam Lysippi opera Romam translatus, Herculis labores, eo loco propter solitudinem abiectos, Strabo lib. 10. Cicc. Tironi lib. 16. 4. 1.

A M

Am,

Accusatiua olim præpositio, nunc autem extra compositionem obsoleta. Priscianus lib. 14. Am, inquit, περὶ, Græcam præpositionem significatiũ est Circum: vnde Cato dixit, Am terminum. Verùm quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ causa: vt Ambages, ambio, ambesus, ambigo, ambitus, ambarualis, ambustus. Si verò cum c, h, f, q, mutatur m in n: vt Anceps, anhelo, anfractus, anquiro. Cum p, remanet integra: vt Amputo. Festus, Am præpositio loqualis, significat circum. Varro, Am pro Circum ponere solebant: vt Cato in Originibus orator, Am terminum, id est Circum terminum.

Amabilis, Amabilitas, Amabiliter, Amabo, Vide AMO.

AMAFANIVS, malus verborum interpres. Cassius ad Ciceronem libro 15. epistola 19. 4.

AMALCHIVM apud Plinium lib. 4. cap. 13. maris Oceani Septentrionalis portio est, Scytharum lingua significat hæc vox congelatum.

AMALTHEA, (Ἀμάλθεια,) fuit nutrix Iouis infantis. Nam Melissus rex Cretæ duas filias habuit, Amaltheam & Melissam, quæ Ioouem cum adhuc puerum esset, lacte & melle nutriuerunt, teste Lactantio lib. 1. Instit. Aliqui cunt capram illam appellatam, esse Amaltheam, vt Parmenius poeta Græcus, quæ propterea in cœlum sublata, inter sydera cum gemino hœdis fuit collocata. In eius autẽ ortu & occasu maximè fiunt pluuiæ. Hinc est illud Ouidii 5. Fast. Nascitur Oleniæ signum pluuiale capellæ. Et 3. Metamor. 121. Et Oleniæ sydus pluuiale capellæ. Portò Oleniæ dicitur, quia in Oleno vrbe Bœotiæ, vel Achaiæ, vt alii volunt, nutrita est. Sunt qui tradant, ex altero Amaltheæ cornu fluere ambrosiam, ex altero nectar, cibum & potum deorum. Tibul. libro 2. elegi. 6. 6. Quicquid Amaltheæ cornu, quicquid Marpesia dixit, &c.

Amaltheæ cornu, Idem quod Copiæ cornu. Vtimur quoties affatim omnia superesse significamus. Translatum à fabula, quæ variè narratur apud authores. Quidam ad hunc modum narrant: Rhea Iouem enixa, metu Saturni patris liberos recens natos deuorat: eosdem in Creta occultat, nutriendum à duabus nymphis, Adrastea & Ida Melisset filiabus. Hæ nutricauerunt illum lacte cuiusdã capræ, cui nomen erat Amaltheæ: quam Iuppiter iam adultus ob acceptum beneficium in sydera retulit. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officii præmium, hanc adiiciens facultatem, vt quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullularet. Ouid. lib. 5. Fastorum paulo diuersius fabulam narrat hoc pacto,

Nais Amalthea Cretea nobilis Ida
Dicitur in syluis occuluisse Iouem.
Huic fuit hædorum mater formosa duorum
Inter Dictæos conspicienda greges:
Cornibus aeriis, atque in sua terga recuruis,
Vbere quod nutrix posset habere Iouis.
Lac dabat illa deo. sed fregit in arbore cornu,
Truncaque dimidia parte decoris erat.

Sustulit

Sustulit hoc nymphe, cinxitque decentibus herbis
Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Ille vbi res coeli tenuit, solioque paterno
Sedit, & inuicto nil Ioue maius erat:
Sydera nutricem, nutricis fertile cornu
Fecit, quod domnæ nunc quoque nomen habet. Rem aliter narrat Diodorus Sicul. lib. 4. cap. 5. Et rursum aliter lib. 5. cap. 2. Vide locos ipsos. Vide etiam Strabonẽ lib. 10. Philostratius Dionem sophistã appellat Amaltheæ cornu, velut omni genere virtutũ expolitũ. Plutarchus irrides paradoxa Stoicorũ, qui suo sapienti tribuit vniuersa, diuitias, libertatẽ, sanitatẽ, regnũ, Qui Stoicã (inquit) acceperit Amaltheã.

Amaltheæ, & Amaltheum, villæ Attici & Ciceronis, nomen vel potius Bibliothecæ instructissimæ in villa. Cic. ad Atticũ, lib. 1. epist. 8. 2. Ego enim te æbitror cæsia apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandũ profectum. Idem ad eundẽ lib. eodem, epist. 11. ad finem, Velim ad me scribas cuiusmodi sit ἄμαξάριον tuum, quo ornatu, qua τοξαρίσκη & quæ poemata, quasq; historias de ἀμαξαρίῳ habes, ad me mittas. Labet mihi facere in Arpinati. Rursus ad eundem lib. 2. epist. 16. 17. Amaltheæ meæ te expectat, & indiget tui.

Amando,

amandas, (ἀποστέλλω, ἀποπέμπω, ἀποδιοπομπέομαι, ἀποδιοπομπεύομαι,) amandare, Ablegare, aliquò mittere, vt à nobis amoueamus. Cic. 7. Verr. 55. Denique Syracusas totas timet, amandat hominem quò? Lilybæum fortasse. Idem Attico, lib. 7. 13. 2. Itaque de Ciceronibus nostris dubito quid agam, nam mihi interdũ amãdandi videntur in Græciã. Idem ad Quintũ epist. 8. Quum is spiritu duraret viuere, re quidem infirmã omnes mortuos amãdatus esset. Alii legũt, mãdatus. Idẽ pro Domo sua ad Pontif. 52. Me expulso, Catone amãdato. Paulò ante dixerat, Cato inuisus Cyprũ relegatur.

Amandare procul à. Cic. 2. de Nat. deorum. 112. Atque vt in ædificiis architecti auertunt ab oculis, ne aliquæ dominorum, ea quæ profluentia necessariò tetri essent aliquid habitura: sic natura res similes proeul amandauit à sensibus. Id est procul amouit.

Amandatus, (ἀποστοφεύς,) ad aliam nutricem filius. Gellius lib. 12. cap. 1. ad finem. Neque multò minor amandati ad nutricem aliam filii, quàm morte amissi oblinio est.

Amandatio, amandationis, Verbale, (ἀποπομπὴ,) Cicero pro Roscio Amer. 25. Tamẽne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

AMANIDES portæ, (Ἀμανίδες,) in quas Amanus mons definit à Tauro descendens. Strabo lib. 14. * Aliter Amanicæ pylæ.

Amans, Amanter, Vide AMO.

AMANTIA, ciuitas Macedoniæ, authore Ptolemæo. Meminit Cicero. 11. Philipp. 309.

Amanuensis,

(ὑπογραφεύς,) seruus cuius opera & manu sferibendo vtimur. Suet. in Nerone. 44. Ne dispensatoribus quidẽ, aut amanuẽsib⁹ exceptis. Dicitur & A manu. Vide in A.

AMANVM, (Ἄμανον,) portus, vbi nunc Flauiobriga in Hispania citeriore. Plin. lib. 4. cap. 20. Vulgo, Porto dalle Grune.

Amanus, pen. ẽt prod. portio mõtis Tauri ad Ciliciã, authore Ptolemæo.

Amanus mons Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Cic. ad Atticum, lib. 5. epist. 108. 4. Idem testatur & Plinius lib. 5. cap. 22.

Amaracus,

(ἀμάρακος, σὺ μὴ λέγου,) Herba quam Sampsuchum aliàs dicimus, vulgo Maiorana. Plin. lib. 21. cap. 23. Sampsuchum siue amaracum in Cypro laudatissimum, & odoratissimum, Scorpionibus aduersatur ex aceto & sale illitum.

Amaracum & Sampsuchum idem esse constat Plinii Dioscoridisque decretis. Verùm Galeno & Paulo Amaracus ea est herba, quam maiores dixêre Parthenium, nunc officinæ vocant Matricariam. Ruellius lib. 3. cap. 34. * Mattholus Senensis putat non Parthenium esse, sed Marum, quamuis opinionem Ruellii non improbet.

Olens suauè amaracus. Catul. epigram. 56.
Cinge tempora floribus
Suaue olentis amaraci.

Amaracinus, adiectiuum, pen. corr. (ἀμαρακινος,) Quod ex amaraco factum est. vt Amaracinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 22. vbi de Sampsuchino, seu amaraco, Fit ex eo oleum quod Sampsuchynum vocatur, aut amaracinum, ad excalefaciendos emolliendosque neruos.

Amaracinum, pen. corr. neutri gen. subst. antiuum, (ἀμαρακινον, σκαμβύγνον,) vnguenti ex amaraco factum. Lucret. lib. 6. 195. Denique amaracinum fugitat fusisse timet omne Vnguentum. Idem lib. 4. 236.

– posteàque superbos
Vngit amaracino, & foribus miser oscula figit. Hinc est illud Gellii ad finem totius operis, Vetus adagium est, Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino sui.

AMARACVS, pen. corr. (ἀμάρακος,) puer Cynaræ regis Cypri vnguentarius, qui casu lapsus dum ferret vnguẽta, fregit alabastrũ, maioremque ex confusione odorẽ creauit. vnde optima vnguenta Amaracina dicuntur. Hic postea quum nimio dolore contabuisset, in herbam sampsuchum versus est, quæ herba ex eius nomine cæpta est Amaracus appellari. Seruius enarrans illud Virgilii lib. 1. Aeneid.

At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos, vbi mollis amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complecti itur umbra.

Amaranthus,

m. g. (ἀμάραντος,) trahens. Plinius lib. 21. cap. 8. Amarantho non dubiè vincimur.

Est autem spica purpurea verius quàm flos aliquis, & ipse sine odore: mirumque in eo, gaudere decerpi, & lætius renasci. Prouenit Augusto mense, durat in Autumnum. Alexandrino palma qui decerptus asseruatur. mirumque, postquam defecêre cuncti flores, made factus aqua reuiuiscit, & hybernas cotonas facit. Summa eius natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescit.

Amarè, Amaresco, Amarico, Amaritudo, Amaror, Amarulentus, Vide AMARVS.

Amârus,

adiectiuum, penul. prod. (πικρὸς,) Id quod est dulci contrarium. Virgil. 1. eclog. 16. Et salices carpetis amaras.

Plin. lib. 12. cap. 9. 1. Esse debet gustu amarum, citra acorem. Plin. libro 12. cap. 9. 2. Facilius hoc & crustosius, amariusque.

Amarus, & Dulcis, contrarii. Cic. 3. de Nat. Deor. 42. Omne animal sentit & calida & frigida, & dulcia & amara. Sic de Fimbus lib. 2. 62.

Amaros amores experiri. Virgil. eclog. 3. 22.

Apium amarum. Virgil. 6. eclog. 14.

Calices amariores ingerere. Catullus epigram. 24. 1.

Baccæ amaræ. Virgil. 2. Georg. 18.

Calus amari. Ouidius 5. Triſtium. 5. 1. Fert tamen, vt debet, casus patienter amaros.

Cortex amara. Virg. eclog. 6. 13.

Dicta amara. Ouidius 3. Triſtium. 11. 7.

Dies amara. Tibullus lib. 2. eleg. 4. 3.

Messis amara. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 1. 5.

Triſtia per vacuos horrent absynthia campos:
Conueniensque suo messis amara loco est.

Mors amara. Propertius lib. 1. eleg. 18. 4.

Noctes amaras exercere. Propertius lib. 1. eleg. 1. 7.

Os amarum dicitur Corn. Celso li. 1. c. 3. quũ amaroré quẽdam sentimus.

Amara pericula ponti. Ouid. 5. Triſtium, eleg. 2. 6.

Sales amari. Quintil. lib. 10. cap. 1. in mentione Cassii Seueri, Præterea vt amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est.

Scripta amara. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 14. 14. 8.

Sermo amarus. Horat. 1. Sermon. saty. 7. 2.

Sonitus amarus. Stat. 10. Thebaid. 110.

Succus amarus. Ouidius de Arte Amandi, lib. 2. 67.

Vmbra noctis amarior. Tibullus libro secundo, eleg. 4. 3.

Amara curarum eluere. Horat. 4. Carm. 12. 4.

Amara risu lento temperare. Horat. 2. Carm. 16.
Lætus in præsens animus, quod vltra est
Oderit curare, & amara lento Temperet risu.

¶ Amarus rumor, acerbus. Virgil. 4. Aeneid. 41. Rumore accensus amaro. Idem lib. 11. Hostis amare quid increpitas!

Amara mulier. Terent. Heeyr. 4. 4. 88. Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt.

Amariorem me facit senectus. Id est acerbiorem, austeriorem: & (vt vulgus loquitur) rudiorem. Cic. Attic. lib. 14. 3. 19. 3.

Amarè, penul. prod. Aduerbium, (πικρῶς.)

Amarefco, amarescis,

(πικραίνομαι, πικραίνω,) amarescere, Amarum fieri. Palladius, Amygdalus si rodatur, amarescit.

Amarities, amaritici,

(πικρία,) Idem quod Amaror. Catul. epigram. 63. 4. ad Mallium, Multa satis lusi, non est dea nescia nostri
Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

Amaritudo, pe. prod. denominatiuum,

(πικρότης,) Rei amaræ sapor, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

dulcedini opponitur. Plin.lib.11.ca.37.61. Ideo tantam habent amaritudinem, vt à canibus non attingantur.

Ingrata amaritudo. Vide INGRATVS.

Implere amaritudinem mimici. Vide IMPLEO.

Amaror, pe.prod.amarôris, m.g. (πικρότης,) Idem quod Amaritudo. Virgil.2.Georg. Tristia tentantem sensu torquebit amaror.

Amaror tangit. Lucret.lib.4.46. Quum tuimur miseri absynthia, tangit amaror.

Amarulentus, (πικρός,) adiectiuum, valde amarus, vt Succus amarulētus.

Amarulentus, per metaphoram, Animi dolor in inuidiam aut' maleuolentiam exacerbatus. Gellius, Amarulentus librum maledicentissimum conscripsit.

AMARYLLIS, Amaryllidis, vocatiuus ô Amarylli, vltima breui, (ἀμαρυλίς,) nomen fuit rusticæ, de qua Virgil. Eclog.2.

Amarylli, vocatiuus græcus est, qui breuis est quotiescunque in IS terminatur nominatiuus, vt Pieris apud Horatiū, Dulcé quæ strepitū Pierī tēperas. Virg.1.eclo.4. Mirabar qd mœsta deos Amarylli vocares.

Amaryllis formosa. Virgil.eclog.1.2

Tenera Amaryllis. Ouidius 2. Trist.107.

AMASENVS, pen.prod. (ἀμάσηνος,) Fluuius Volscorum. Est & alius in Sicilia eodem nomine: de quo Ouidius lib.15.Metam.56.

AMASIA, (ἀμασία,) Germaniæ ciuitas est, authore Ptolemæo, hodie Marpurgium.

Amasia, siue Amasias, Germaniæ fluuius nauigabilis inter Rhenum & Albin. Strabo lib.7. non procul ab initio. Hic & Amasius dicitur, & Amisius. Hermol. in Plin. lib.4.cap.14.

AMASIS, penu.prod. (ἄμασις,) rex Aegyptiorum, cuius tumulus fuit vna pyramidum, dicente Lucano lib.9.31. Non mihi pyramidum tumulis cuiusue Amasis. Ante quem, Pomponio, triginta supra trecentos reges in Aegypto fuere: quare vetustissimos prædicat Aegyptios. Hic legem condidit, vt quisque quotannis apud præsidem rationem vitæ redderet, demonstraretque vnde viueret, aut quo quæstu sustentaretur, qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Aegyptiis transtulit ad Athenienses. Fuit etiam Amasis peditum Darii dux contra Cyrenenses missus. author vtriusque Herodotus. Vide etiā Diodorum Sicul. lib.1.cap.1.& 2.

AMASIVS, Germaniæ fluuius, Ptolemæo, qui Plinio Amisius dicitur, & Pomponio Melæ. Vide infra, AMISIVS, vulgò Ems.

Amasius, amasii, (ἐρώμενος,) Amator. Plaut. in Casina.1.3.ad finem, Miserrimum hūc hodie ego habeo amasium. Gel. lib.19.cap.9. Audite, ac discite nostros quoque antiquiores poetas amasios ac venerios fuisse. Sic lib.7.cap.8. Amasius delphinus.

AMASTRIS, (ἄμαστρις,) vrbs Ponti, siue Paphlagoniæ, de conditoris nomine appellatur. Ea posita in peninsula, portus habet ex vtraque Isthmi parte.

Amastris vxor fuit Dionysii Heracliæ tyranni, & filia Oxyathris fratris eius Darii qui cum Alexandro bellum gessit. Ea è tribus vrbium incolis vnam confecit ciuitatem, nimirum è Sesamo, Cytoro, & Cromna. In Amastriano agro plurima atq; optima buxus nascitur, præsertim circa Cytorum. Strabo lib.12.

Amastris, oppidum Paphlagoniæ, Sesamum olim nuncupatum. Plinius libro 6.cap.2.

Amastris, Ptolemæo Bithyniæ vrbs, vulgò Suyasto.

AMATA, pemil.prod. (ἀμάτη,) fuit vxor Latini regis, & soror Veniliæ deæ, vt author est Seruius apud Virgilium lib. Aeneid. 6.& 7.69. Cessa perit, tacitumque obsedit limen Amatæ.

Amata, virgo Vestalis inter capiendum à Pontifice maximo appellatur, quoniā quæ prima capta est, hoc fuisse nōe traditū est. Gel.li.1.c.12.

AMATHVS, Amathi, (ἄμαθος,) Fluuius Pylon vrbem Nestoris patriā præterlabēs, à cuius nomine Pylos ipsa Amathoesa videtur appellata. Hic etiam Pamisus vocatur. Strabo lib.8.

Idem aliquanto pōst, tradit hunc nominari & Mamaum & Arcadicū.

AMATHVS, penul.corre. (ἄμαθους.) Amathuntis, vrbs est Cypri insulæ maris Aegæi, Veneri sacra, vnde tota insula Amathusia dicebatur, vt est apud Ptolemæum. Virgil.10.Aeneid.11.

Est Amathus, est cellā mihi Paphos, atque Cythera, &c.

Amathus vrbs, ab aquis calidis vocabulum sumpsit, quòd aquarum vapor Syro sermone Amathus dicitur. Thermæ ergo Græcè dicitur, eo quòd calidum fontem habeat intra muros. Bgesippus de excidio Hierosolymitano, lib.4.cap.16.

Amathus fœcunda metallis. Ouid.lib.10.Metamor.44.

At si forte roges fœcundam Amathunta metallis.

Amathus grauida metallis. Ouidius lib.10.Metamorph.107.

Piscosōque Gnydon, grauidamque Amathunta metallis.

Amarhuntēus, adiectiuum, penul. prod. (ἀμαθουντιακός,) Amathunteæ bidentes. Ouid. 10. Metamorph.46. —mactatos crederet illic Lactentes vitulos, Amathunteasque bidentes. Alia exemplaria habēt Amathusiacas, ab Amathusia.

AMATHVSIA, (ἀμαθουσία,) insula in mari Cilicio, quæ nunc Cyprus dicitur. Plinius lib.5.cap.31.

Amatio, Amator, Amatorius, Amatrix,

Vide AMO.

AMAXITVS, primus Troadis locus, dein Cebrenia. Plin.lib.5.ca.30.

AMAZONES, pen.corre. (ἀμαζόνες,) erant fœminæ Scithicæ primū iuxta Tanaim fluuium habitantes, vnde se postea ad Thermodontā fluuiū Thraciæ transtulerūt: quod etiā Sallustius testatur, dicēs, Deua campi Thraissi quos habuerunt Amazones, ab Tanai flumine, interiectum quam ob causam digressæ. Hæc Sallustius. Dicuntur pērō Amazones, quasi ἄ μαζῶσαι, quòd simul viuant sine viris: vel quòd viuant mammam exustam habent quasi ἄνευ μαζοῦ. Has autem iam non esse constat, vtpote extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille. Hæc Seruius apud Virgilium, lib.1.Aeneid.100. Amazonas tradunt Mermedorus Scepsius & Hypsicrates, Septentrionem versus, Gargarensibus esse finitimas, sub radicibus montium Caucasiorum, qui Ceramia vocantur: & earum alias operari quæ ad arationem institutumque pertinent: sed præcipuam pascendorum equorum curam habere: robustiores vero, in equis venationes ac bella exercere, omnes ab infantia dextram mamillam exustas, vt habilius liberiusque ad omnem vim sit thorax vti possint: sed in primis ad iaculationem vti arcu, securi, & petris: & ferarum pellibus conficere galeas, subligacula, & alia operimenta. Menses duos Veris eximios habere, quibus montem proximum conscendunt, qui eas distinguit à Gargarensibus, quo & illi more quodam peruetusto conscendentes sacrificant, & prolis gratia cum maribus coeunt, idque obscurè inter tenebras, in quacunque inciderint: quas postquam prægnantes fecerint, remittunt illas. Eæ si fœminam pepererint, secum retinent: si mares, illos tollendos reddunt. Tradunt Gargarenses cum Amazonibus ex Themiscyra in hæc loca conscendisse: postea ab illis discessos, cum Thracibus & Euboiis quibusdam errabundis aduersum eas bellum gessisse: quo composito, iis inter se condictionibus conuenisse, vt in filiorum prole communicarent, viuerent autem vtrique seperatim. Hæc & plura Strabo lib.11. Amazonum origines, reginas, res gestas, & tandem interitum, copiosè describit Iustinus lib.2. Diodorus quoque Siculus lib.3.cap.11. Rursum lib.5.cap.2. Vide vtrunque. Idem etiam Diodorus lib.4.ca.4. præter has Scythicas Amazonas ad Thermodontem fluuium habitantes, alias quoq; facit in Libya, Hesperam Tritonidis paludis insulam habitantes, quarum historiam ibi latissimè persequitur.

Amazon annos fulgens pharetra. Claud.in Eutrop.148.

Amazones bellatrices. Lactantius, Aut qui Amazonem bellatricem quod qui libidinem vincit.

Amazon ferox Argolicas turmas strauit. Seneca in Troade 6.53. Id est Penthesilea. Sic interpres.

Amazones Maurortiæ. Val.5.Argonaut. —qualem Maurortia vidit Amazon. Id est bellicosa. vel potius ad id respexit Poeta, quòd Amazones generatas se Marte prædicabant, vt tradit Iustinus lib.2.

Amazon peltata. Seneca in Agamemn.3.24. —& securigera manu pelta Amazon. Martia. li.10. Peltatā Scythico discinxit Amazona nodo.

Amazona peltifera. Statius libr.12. Non cum peltiferis atque hoc tale pugna puellis.

Amazonas mortalium primas equum scandere ausas, Lysię oratori creditur. Hermol. in Plinium, lib.36.cap.5.

Amazones fœnæ. Claudianus.

Amazones securigeræ. Valer.lib.5.Argonaut.

Amazon Threicia. Virgil. de laboribus Hercul.16.

Threiciam sexto spoliauit Amazona balteo. Hoc est, Hippolytā Amazonem, cui bello victæ balteum detraxit, quemadmodum ei mandauerat ab Eurystheo. Vide Diodorum Siculum lib.3.cap.11.

Amazones bellantur pictis armis. Virgil.11.Aeneid.132.

¶ Amazones, pro pauperioribus & tenuiori promiscuoque victu venientibus, apud Græcorum scientissimos reperiuntur, veluti qui mazam, id est panem, non habeant. Sed & Amazones ipsæ possent videri inde appellationem ducere, quod nec Eustathio displicet, quoniam lacertis ac testudinibus & id genus feris alerentur. Quamobrem etiam Sauromatidas, siue Sauropatidas nuncupatas volunt, quia σαῦρος, id est lacertas conculcent, ac eis vescantur: quanquam alii quòd in Sauromatica Scythia habitarent, dictas ita opinantur: quod Stephanus tradit. Cœlius lib.5.cap.31. Meminit & Hermol. in Plinium lib.6.cap.7.

Amazonides, pe.corr. (ἀμαζόνιδες,) Id est Amazones. Virg.1.Aeneid.490.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens. Vbi Seruius, Amazonidum derivatio est pro principalitate: sicut Scipiadas duros bello, pro Scipionibus.

Amazonicus, (ἀμαζόνικος,) Tauri montis cognomen. Plin.lib.5.ca.27.

Amazonio auro cœlatus balteus, (ἀμαζόνιος,) Ouid.epist.21.24.

Amazonium genus. Seneca in Hippol.2.30.

Amazonia pelta latus intercludere. Stat.Syl.lib.5.1.27.

Amazoniam pharetram victor habeto. Virgil.5.Aeneid.62.

Amazonio ritu. Claudianus in Eutrop.1.100.

Amazonia

Amazonia securis. Horat.4.Carm.4.4.

Ambactus,

ambacti, apud Ennium (inquit Festus) lingua Gallica significat seruum. Cæsar.6.bel.Gal.61. Vt quisque est genere copiosus amplissimus, ita plurimos circum se ambactos, clientesque habet. De Gallis loquitur.

Ambages,

penult.prod.f.g. (περιφράσεις, περιαγωγή,) Verborum circuitus. De hoc nomine apud veteres tantum legi has duas voculas, ambages, & ambagibus. Liui.9.ab Vrbe.57. Et vix pueris dignas ambages senes & consulares fallendæ fidei exquirere. Idem.4.bel.Maced.215. Quum mittimus ambages, inquit P.Sulpitius. Idem.1.ab Vrbe.247. Per ambages tegens effigiem ingenii sui. Ibidē, Sexto vbi quid vellet parēs, quidue præciperet, tacitis ambagibus patuit. Virgilius.1.Aeneidos. —longa est iniuria, longæ Ambages: sed summa sequar fastigia rerum. Apud Plinium, legitur ablatiuus Ambage, lib.19.cap.1.56. Sanguinarium illud reipsum hac facti ambage reddidit. Idem lib.2.cap.9.1. Multiformi hæc ambage torsit ingenia contemplantium. Hoc est multiplici errore & ambiguitate. De Luna loquitur. Idem lib.10.cap.49.3. Etiam sine his immensa vitæ ambage circa auguria.

Ambages fallaciosæ. Gel.lib.14. Quibus huiusce modi fallaciosæ ambages confutantur.

Flexæ ambages. Stat.lib.4.Thebaid.129.

Labitur, & flexa dubios ambage resoluit.

Ambages multiformis. Plin.lib.2. Multiformi hæc ambage torsit ingenia contemplantium.

Ambages obscuræ. Ouid.in Ibin.76. de Sphynge.

Nexæ ambages. Stat.lib.1.Thebaid.98.

Affore quos nexis ambagibus augur Apollo.

Succincte ambages. Persius Sat.3.2. —quid illas Succinis ambages?

Ambage longa morari aliquem. Ouid.7.Metam.105. —sine vllo
Ordine nunc reperam, neu longa ambage morer vos.

Ambage verborum obscurum carmen magico demurmurat ore. Ouid. 14.Metam.13. de Circe loquitur.

Horrendas canit ambages. Virg. de Sibylla.6.Aeneid.20.

Missis ambagibus accipe qua ratione queas discescere. Hora.2.Serm.5.1.

Positis ambagibus vera loqui. Ouid.10.Metam.4.

✻ Non abdita ambage. Tacit.lib.5. Vide Abditus.

Ambage remissa. Ouid.epist.7.30.

Hos populos potius in dotem ambage remissa Accipe.

Remota ambage. Ouid.Fast.3.68.

Per ambages tenere. Virg.2.Georg.9. —non hīc te carmine ficto
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo. ✻ Quintil.61.b. Nec discentem per ambages fatigabit.

Ambage variarū vtarū dicit in errorē. Ouid.8.Metam.33. de Dædalo.

Ambages æquoris remotæ, id est longinquæ. Claudian.Paneg.5.7.

Illum fama velut trans æquora, transque remotas
Æquoris ambages, Atlanteosque recessus.

Ambages tecti resoluit. Virg.6.Aeneid.6. de Dædalo & Labyrintho.

Ambagiosus, pen.prod. adiectiuum, (περιφραστής,) Gellius lib.14.cap.1. Non enim comprehensa, inquit, neque definita, neque percepta dicunt: sed lubrica atque ambagiosa coniectatione nitentes, inter falsa atque vera pedetentim quasi per tenebras ingrēdientes eunt.

Ambar,

siue Ambarum. Vide Succinum.

Ambaruales,

pen.prod. Hostiæ appellabantur, quæ pro aruis duobus fratribus sacrificabantur. Festus. Seruius. Ambaruale sacrificium dicitur, quòd arua ambiat victima.

Ambedo,

ambedis, pen.corr. vel ambestambēdi, ambēsum, (περιέδω,) ambēdere, vel ambesse, Ex AM, & EDO: id est Circūedere. Plau. Mere.5.13. Dicit caprā quā dederā seruāda sibi.

Sua vxoris dotem ambedisse, oppidò mihi
Illud videri mirum, vt vna illæc capra
Vxoris simiæ dotem ambederit. Verbum est minus vsitatum.

Ambēsus, pen.prod. (περιεδηδοκώς,) participium ab Ambedor, ambēderis: vt Ambesæ mensæ. Virgil.3.Aeneid.52.

Quām vos dira fames, nostræque iniuria cædis
Ambesas subigat malis consumere mensas. Vbi Seruius, Ambesas, Vndique esas: hoc est rotundas.

Ambes a flammis robora. Virg.5.149.

Ambesum multo vulnere. Seneca in Hippoly.12.23.

Ambest,

(περιέδω,) Ita tertiæ personæ verbum est, vt nullam aliam habeat declinationem. Author Festus. Hoc autem verbum potius videtur esse à Sum, es, quàm ab Edo, es.

Ambegni,

Bos & veruex appellabantur, quum ad eorum vtrasque latera agni in sacrificium ducebantur. Festus.

AMBIANI, pen.prod. (ἄμβιανοί,) Galliæ Belgicæ populi, Plinio, Ptolemæo, Cæsari, Pomponio. Vulgò Amiens.

Ambidens,

siue Bidens, (δίοδους,) ouis dicitur quæ superioribus & inferioribus est dentibus. Festus.

AMBIGATVS, Galliæ Celticæ Rex, virtute & fortuna præpollens, exonerare prægrauitē hominū turba regnum cupiēs, Bellonēsium, ac Sigouesum sororis filios impigros iuuenes missurū se esse, in quas dii dedissent augurijs sedes, ostendit. Quantum ipsi vellent numerum hominum, excirēt. Tum Sigouesō sortibus dati Hercynū saltus. Bellouesō dii viam dabant in Italiam. Is Bituriges, Aruernos, Senones, Heduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos exciuit tingentibus peditū equitumque copiis in Tricastinos venit: Alpes transcendit: in Italiam penetrauit: Mediolanum condidit. Liuius.1.Decad.lib.5.

Ambigo,

ambigis, pen.corr. (ἀμφιβάλλω,) ambigere, Quasi Circumagere: sed in hac significatione vix inuenias.

Ambigere, Dubitare, Discordes esse, Controuertere. Liu.3.Decad.lib.1. Regni certamine ambigebant fratres. Terent. Heaut.3.1.88. Vicini nostri hīc ambigūt de finib'. Cic.4.Verr.31. Illius hereditatis de qua ambigebat. Idē in Orat.69. Quū de vero ambigetur. Idē.2.de Fin.6. Vt inter eos qui ambigunt, conueniat quid sit id de quo agatur.

Ambigendi naturam habere. Cic.3.de Orat.62. Omnis igitur res eādem habet naturam ambigendi, de qua quæri, & disceptari potest. Hīc AMBIGENDI, videtur accipi passiue. Non enim res ambigit, sed ambigitur & controuertitur.

Ambigere aliquid ex contrariis scriptis. Cic.2.de Orat.61. Ex contrariis scriptis liquid ambigitur, non nouum genus nascitur: sed superioris generis causa duplicatur.

Ambigere cū aliquo id est Controuertere. Cic.1.de Inuent.213. Ambigunt agnati cum eo qui est fecundus hæres. Vide totum locum.

Ambigere patriam. Tacit.lib.5. Deuiis plerumque itineribus ambigēs patriam & declinans. Hoc est (vt opinor) iambiens, & non ingrediens.

Ambigere verbis. Liuius, Et id de quo verbis ambigebatur, vter populus fœdus rupisset: cuentus belli, velut æquus iudex: vnde iis stabat, ei victoriam dedit.

Ambigitur aliquid inter homines. Cicer.2.de Orat.58. Nihil est enim quod inter homines ambigatur, siue ex crimine causa consistet, vt factum sit, siue ex controuersia, vt hereditas iusta sit ex deliberatione, vt bellum iustum sit, siue ex coniectura, vt quid futurum sit, quæ ratio, aut quale sit, aut quid vocetur.

¶ Ambigitur, Impersonale. Plin.lib.16.cap.40.11. Conuenit testā eius esse è cedrinis trabibus: de ipso simulachro deæ ambigitur. De Diana Ephesia loquitur. Liu.2.ab Vrbe.1. Neque ambigitur quin Brutus idē qui tantum gloriæ Superbo exacto rege meruit, pessimo publico fecturus fuerit. Cic.3.Verr.82. Si de hæreditate ambigitur.

Ambigitur fœua de morte. Stat. Theb.11.92.

Ambigitur aliquid idcirco quòd. Cic.1.de Orat.62. Quum ideirco aliquid ambigitur, quòd aut verbum, aut verba sint prætermissa.

Ambigitur in aliquod inter peritos. Cic.1.de Orat.126. In eo autem in re, quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile oratori eius partis, &c. Id est quod controuersum est inter Iurisperitos.

Ambiguntur caulæ propter scriptum. Cic.1.de Orat.61. Ita fit vt vnum genus in iis cautis quæ propter scriptum ambiguntur, relinquatur, si est scriptum aliquid ambiguū.

Ambiguus, adiectiuum, Dubius, (ἀμφίβολος.) Festus, Ambiguum est, qd in ambas agi partes animo potest. Terentius.

Ambiguum hoc mihi iamdudum fuerat.

Ambiguus cum genitiuo. Tacit.lib.2.Annal. Tiberium anceps cura distrahere, vine militum ferum suum coerceret, an inanem credulitatē tempore ipso vanescere sineret: modò nihil spernendum, modò non omnia metuēda, ambiguus pudoris ac metus, reputabat. Idem lib.19. Futuri ambiguus, & magis quid vitaret quàm cui fideret certus. De Fabio Valente loquitur. Rursum lib.20. Consilii ambiguus.

Ambiguus imperandi. Cornel. Tacit. lib.1. Annal. Tiberius cuncta per Consules incipiebat, tanquam vetere Republica, & ambiguus imperandi. Hoc est incertus an imperare deberet.

Ambiguus vitæ iacuit. Claud.in Eutrop.1.10.

Ambiguis alis volare. Seneca in Hippo.11.4.
Volat ambiguis mobilis alis. Hora.

Ambiguæ aquæ. Id est diuersa natura præditæ. Ouid.15.Meta.67.
Est lacus Arcadiæ, Pheneumdixēre priores,
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timetur
Noctenocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Ambiguis dictis animi sententia prætentanda mihi erat. Ouidius de Byblide.9.Metamorphoseos.118.

Domus ambigua. Virg.1.Aeneid.133. Quippe domum timet ambiguā. Vbi Seruius, Domum ambiguam. In qua habitat mutabilis fœmina.

Errore ambiguo. Stat. Thebaid.5.82.
—ambiguo vitus errore lacessunt
Oebalidæ geminis chlamys huic, chlamys' ardet & illi, &c.

Fauor ambiguus. Liuius tertio, Decad. libro primo. Quod inter Trebiam Padumque agri est, Galli tum incolebant, in duorum præpotentium populorum certamine per ambiguum fauorem haud dubie gratiam victoris spectantes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fidei ambiguę vir. Id est lubricæ, qui se modo huc, modo illuc inclinat. Liuius. 4. bel. Pun. 106.
Ambigua fides. Liu. 6. ab vrbe. 7. Per annos propè centum nunquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerãt. Oui. 2. Amorũ, ele. 9. 10
Ambiguus hæres tanti certaminis. Ouid. 3. Metam. 16.
Infans ambiguus. Seneca in Hipp. 5. 21.
Scelusque matris arguit vultu truci
Ambiguus infans. Minotaurum intelligit.
Ingenium ambiguum. Plin. Epist. 67. 2. Erat puer acris ingenii, sed ambiguique tamen posset recta lectari, si patrem non referret.
Iter ambiguum. Pers. Satyr. 5.
Quumque iter ambiguum est, & vitæ nescius error.
Labor ambiguus ignotæ sortis id est dubli exitus. Seneca in Hipp. 7. 2.
Lapsu ambiguo refluitq; fluitque. Ouid. de Meandro fluuio Phrygiæ. 8 Metamorphoseos. 33.
Ambigui mares. Claud. in Eutrop. lib. 1. 93.
Eunuchi vestros habitus, insignia sumunt
Ambigui Romana mares.
Ambiguus modò vir, modò fœmina. Ouid. 4. Met. 2. 56. de Scythone.
Nomen ambiguum. Cic. 3. Tusc. 34. Ab Inuidendo autem Inuidentia recte dici potest, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ.
Proles ambigua. Virg. 3. Aeneid. 36. Agnouit prolem ambiguam, geminosque parentes. Seruius: Ambiguam: Non incertam, sed duplicem: vt in sequentibus probat, dicens, Geminosque parentes.
Protheus ambiguus. Ouid. 2. Met. 2. quia in varias se mutat formas: modò vt fi, modò leonis, modò aquæ, modò ignis.
Scriptum ambiguum. Cic. in Topic. 5 1. Id autem contingit, quum scriptum ambiguum sit, vt duæ differentes sententiæ accipi possint.
Sensu ambiguo. Claud. in Ruffinum. 1. 4.
Vates ambiguus. Id est qui rem obscuris verbis inuoluit. Sil. Ital. 7. 88.
Tum sic inuoluens repetita exordia retrò
Incipit ambiguus vates, referatque futura.
Verba ambigua distinximus. Cic. in Orat. 55. vulgò equiuoca dicunt.
Rem ambiguã primùm videre, deinde distinguere. Cic. de Cla. Ora. 79.
Ambiguæ captos virginis ore viros. Ouid 3. Amorum, eleg. 11. 6.
Verba ambigua perplexa voce iacis. Seneca in Hipp. 5. 10.
Voces ambiguas in vulgum spargere cœpit Vlysses. Virg. 2. Aeneid. 70
Seruius id est dubiatine si aperte ageret, accusatio esse videretur.
Vultu ambiguo. Horat. 2. Carm od. 5. 5.
Ambiguum, substantiuum, (ἀμφίβολον,) Virg. 5. Aeneid. 66. Trũseat elapsus prior, ambiguumque relinquat. V bi Seruius. Ambiguum, minus firmum ad celeritatem. Cic. 2. de Inuent. 208 Ex ambiguo nascit controuersia, quum quid senserit scriptor, obscurum est, quòd scriptum duas pluresve res significat. Ibidem. 211. Deinde si in lege erit ex ambiguo controuersia, dare operam oportebit, &c. Sic ibidẽ frequenter. Et. 2. de Orat. 61. Genus quoddam habet ambigui. Lib. eodem. 58.
Statim occurrit animo quę sit causa ambigui.
Ambiguum est. Ouid. 1. Metamorph. 154.
Ambiguum est, Clymene precibus Phaethontis, an ira
Mora magis dicti sibi criminis.
Non habeo ambiguum. Id est non dubito. Brutus ad Ciceronem, libro vndecimo, Epist. 11. 3.
In ambiguo esse. Tacitus in vita Agricolæ, Non sanè aliàs exercitatior magisque in ambiguo Britannia fuit. Hoc est in maiore defectionis, & rebellionis periculo. Vide IN.
In ambiguo seruat. Horat. 1. Epist. 17. 6.
In ambiguo vẽbum relinquere. Lucret. 4. 229.
Ex ambiguo dicta, vel argutissima putantur: sed non semper in ioco, sæpe etiam in grauitate versantur. Cic. 2. de Orat. 138.
Ambiguitas, pen. corr. (ἀμφιβολία,) dicitur quum de re aliqua ambigit' Cic. 1. de Inuent. 85. Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis, est quæ minus doctè Aquinocatio dicit. Idẽ in Partit. 11. Obscurũ autẽ fit, aut longitudine, aut contractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione, atque inmutatione verborum.
Ambiguitates exquisite. Quintil. lib. 1. cap. 10. 4.
Ambiguitatem explicare. Quintil. lib. 3. cap. 6. 31.
Ambiguitatem soluere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 38.
Ambiguè, aduerbium, (ἀμφιβόλως) Dubiè. Cic. 4. Acad. 167. Quid ambiguè dictum sit. Idem pro Cecinna. 59. Ambiguè positum verbum. Id est quod in eodem loco dupliciter aut variè potest accipi. Idem. 1. de Orat. 68. Ambiguè scriptum.
Ambiguè agere. Tacitus libro. 19. Ne manente adhuc ciuili bello ambiguè agerent.
Ambiguè certare. Taci. lib. 21. Missus in eos eques cũ expeditis cohortibus ambiguè certauit. Hoc est varia fortuna, nunc vincẽs, nũc victus.
Ambiguè dictum. Horatius in Arte poetica. 91.
Arguet ambiguè dictum, mutanda notabit.

Ambio, ambis, ambiui, ambitum, pen. prod. (ἀμφιέω, περιβάλλω,) ambire. Ex am, & eo, is compositum significat vndique

eingere, circundare. Virgilius sexto Aeneidos.
Quę rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon. Cic. de Vniuersit. 37. Ita vim suam naturæ obuertit, vt terram lunæ cursus proximè ambiret. Virg. 10. Aeneidos.
Atque oras ambiit auro. De vestimento loquitur.
Ambire maximo circulo. Plin. lib. 3. cap. 8. 4.
Ambit terram aquis Oceanus. Ouid. 5. Fast. 17.
Ambire nexibus. Ouid. 15. Metamorph. 132.
Hunc modo serpentem baculum qui nexibus ambit Perspice.
Ambite littora natatu. Stat. 3. Syl. 2. 4.
Ambibat fundamina Siculæ terræ. Ouid. 5. Metam. 73.
¶ Ambire, (μετὰ ἐνεργείας περιέρχεσθαι,) Ambitionibus appetere, vt ait Nonius: vulgò dicitur, far broio. Virgil. 7. Aeneidos. —ne cõmibit ambire Latinum Aeneadæ possent. Cicero. 11. Philip. 305. Quòd si contia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus, rabula modò nouus derur nobis, sicut populo data est. Idem ad Atticũ, lib. 4. Epist. 7. 2. Nihil nisi eodem inimicorum cogitare, vicatim ambire, seruos aperi spem libertatis ostendere. Virg. 4. Aeneidos. 57.
—quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? Vbi Seruius. Ambire, blanditiis circunuenire.
* Ego ambio, ego periclitor, Plin. Epist. 6. lib. 6.
Ambire palmam histrionibus. Plaut. Amphit. 3. 69.
Ambit vocib' variis. Id est ambitiosè circũuenit. Val. Argonaut. lib. 7. 13.
Ambire, pro cupere. Statius. 2. Sylu. 51.
—hunc ipse choro plaudente Philetas,
Callimachusque senex, Vmbroque Propertius antro,
Ambissent laudare diem.
Ambit vitulam mater, pro asseclatur, & studiosè comit. Claudianus libro primo de Raptu Proserpinæ. 16.
Hanc soluer, hanc sequitur: vitulam non blandius ambit
Torua parens, pedibus quæ nondum proterit arua.
Ambitur ignis augustior infans. Claud. Paneg. 7. 31. de Honorio Aug.
Ambitio, Verbale, (φιλοτιμία,) Ipsa actio ambientis, ait Festus. Cicero secundo Tusc. 105.
Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? Idem. 11. Philipp. Aut quam ambitionem constantissimus, & grauissimus ciuis L. Cæsar in Senatu introduxit! Idẽ. 1. Offic. 123. Miserrima est omnis ambitio, honorumq; contẽtio. Id est assidua & instãs virgo petitio. Hoc per epexegesin addidit Cic. Nam ambitio, nihil aliud quàm immoderata cupiditas honorum, aut gloriæ: sicut auaritia pũdo pecuniæ. Quod vtrunque Sallustius multis verbis prosequitur in Catilina, vbi de corruptis Romanorum moribus.
Ambitio & Ambitus differunt. Valla, Ambitio in animo est, Ambitus in actu. Nam qui præter modum cupit, aut honores, aut laudem, ambitione peccat. Qui verò elargitur pecuniam suam, aut populo numeribus ludisque blanditur, aut cæteris artibus, quę legitimæ non sunt, ad publicos honores tendit, ambitum committit. Cui similis est quam bo die Simoniam vocant à Simone Mago. Nisi quòd hanc tantum in rebus sacris volunt esse: Ambitus ab Ambio venit: siue quòd is qui non sue virtuti confidit, non rectè graditur, sed per circuitum: siue quòd Romani qui honores peterent, singulos circuibant, prehensantes, rogantesque vt se in suffragiis adiuuarent: siue quòd qui pro adipiscendis honoribus solliciti sunt, quum rogant, exordio quodam longiore & verborum circuitu vtuntur. Hæc omnia quæ ambitus facit, ambitio facere compellit, à qua Ambitiosi dicuntur, non ab Ambitu. Nonnunquam Ambitus pro affectu ambitionis accipitur apud Quintilianum, siue pro Spe quadam fauoris, & quasi captatione misericordiæ: vt, Si iuuenis innocentissimus, Iudices, vti vellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare vobis amissam cum oculis cogitationum omnium temeritatem.
¶ Ambitio, duplex, vna lege vetita: vnde leges De ambitu latæ, quum tributim pecuniæ diuisorum ministerio distribuerentur. Altera non vetita, quæ sine largitione fiebat. Cic. in Sallustium. 3. Cedo si fuerim in honoribus petendis nimis ambitiosus, non hanc dico popularẽ ambitionem, cuius me principem confiteor: sed illam perniciosam cõtra leges, cuius primos ordines Sallustius ducit. Budæus.
Ambitio nutrix auaritiæ. Claud. lib. 2. Paneg. 23.
Ambitione metiri omnia. Vide METIOR.
Ambitio creata. Persius Satyr. 5. 18.
Ius habet ille sui palpo, quem ducit hiantem
Cretata ambitio? Candidatos deridet, id est honorum & magistratuum petitores, qui in veste candida populi suffragia non sine adulatione ambiebant flagitabantque.
Ambitio, pro aucupatione gratiæ. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. Epist. 1. 16. Neq; enim mihi sanè placet, præsertim quum ii mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint, scrutari te omnes foordes, excutere vnumquemq; eorum. Idem in Bruto. 131. Non puto, itaquam, existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis.
Impatiens. Statius lib. 1. Thebaidos.

Demens.

Demens. Claudianus.
Impotens. Seneca in Thyeste. 4. 3.
Lasciuus. Ouid. 1. Fast. 61.
Mala. Horat. Serm. 2. Saty. 6. 4.
Misera grauique solutus. Horat. 1. Serm. 6. 26.
Praua. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 11.
Solicita. Ouid. lib. 4. Trist. Solicitæque fugax ambitionis eram.
Timida. Cic. pro Milone. 32. Scio enim ẽ timida sit ambitio, quantàque & ẽ solicita cupiditas Consulatus. Id est ẽ timidi sint qui ambiunt.
Ambitio nostra nititur in Domitio. Cic. ad Attic. lib. 1. epist. 1. 8. Sanè sum perturbatus, tum ipsius Satyri familiaritate, tum Domitii, in quo vno maximè ambitio nostra nititur. Id est Consulatus petitur.
Ambitione mortis. Claudian. epigram. 22. 33.
Et sua crudeles gauderent pignora mortis Ambitione pedi.
Ambitio exarserat. Liuius. 4. Decad. lib. 5. In exitu iam annus erat, & ambitio magis quàm vnquam aliàs exarserat Consularibus comitiis. Multi & potentes petebant Patritii plebeique.
Ambitionis manifestos aliquis. Tacit. lib. 14. Magna dum vixit seueritatis fama, supremis testamenti verbis ambitionis manifestus: quippe multa in Neronem adulatione addidit, subiecturum ei prouincias fuisse, si biennio proximo vixisset.
Ambitione inani pectus caret. Horat. 1. epist. 1. 43.
Ambitione relegata dicere possum, Id est sine ambitione. Horat. Serm. 1. Saty. 10. 17.
¶ Ambitiones. Cic. 4. Verr. 91. Vt studia cupiditatesque honorum, atque ambitiones ex omnibus ciuitatibus tolleret (quæ res euertendæ Reipublicæ causa solent esse) ostendit sese in omnibus ciuitatibus Censores esse facturum. Idem. 2. Tuscul. 105. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar?
¶ Ambitio præter notum significatum, Obsequium gloriosum significat. Suetonius in Othone, Nullo officii aut ambitionis in quemquam genere omisso. Budæus.
¶ Ambitio, Contentio & flagitatio. Cic. Valerio, lib. 13. 5. 2. Nam quum multi à me petunt multa, quòd de tua erga me voluntate non dubitent, non committo vt ambitione mea contur bem officium tuum.
Ambitione summa à populo contenditur magistratus. Cicc. 4. Verr. 91. Et propter magnitudinem potestatis hic magistratus à populo summa ambitione contenditur. Id est petitur. De Censura loquitur.
* Ambitio extimæ cutis. Sol. cap. 43. pro circuitione extimæ cutis, & ca. 35. Alueos circũdat ambitione tergorũ bubulorũ. i. tegmine ambiẽte.
Ambitiosus, penult. prod. (τιμοκρατικὸς, φιλότιμος,) adiectiuum. Vt, Amnis ambitiosus. Plin. lib. 5. cap. 15. 1. de Iordane loquens, Amnis amœnus, & quantum locorum situs patitur, ambitiosus. Id est magni ambitus, siue multa ambiens.
Ambitiosus, ambitione laborans, id est gloriam aut honores supramodum appetens. Cic. pro Flacco. 33. Heraclides ille Temnites, homo ineptus & loquax, sed (vt sibi videtur) ita doctus, vt etiam magistrum aliorũ se esse dicat: & qui ita sit ambitiosus, vt omnes vos, nosque quotidie gslalutet. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 33. —versũ ambitiosus & audax.
¶ Ambitiosus, Gratiæ præcupidus, & affectans tus blandiens ad emerendum fauorem. Cic. pro Murena. 18. Quibus L. Lucullus tantum laudis impertit, quantum neque ambitiosus imperator, neque inuidus tribuere alteri in communicanda gloria solet. Budæus.
Homo minimè ambitiosus. Cic. lib. 13. epist. Vide MINOR.
Amicitiæ ambitiosæ, Quæ plurimum ostentationis, nihil aut parum rei habent cuiusmodi nunc sunt inter aulicos: qui multis, sed fucatis, verbis, & magnificis promissis amici videri cupiunt: quum re vera alter alteri inuideat animò, alter alterum, si detur occasio, plerisque decipiat. Cic. Attico, lib. 1. 13. 2. Nam illæ ambitiosæ nostræ, fucosæque amicitiæ, sunt in quodã splendore forensi, fructum domesticũ non habent.
Atria ambitiosa. Martial. lib. 12. 63. ad Clientes, Atria si sapias, ambitiosa colas. Ibidem. 67. Et casa diuitiis ambitiosa latet.
Amor ambitiosus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4. in fine.
Denique quas tota quisquam probat vrbe puellas,
Noster in has omnes ambitiosus amor.
Ars ambitiosa. Plin. lib. 29. cap. 1. 19 de arte medica loquitur.
Colus ambitiosa. Clandian. in Paneg. 7. 119.
Quæ tantum potuit digitis mollire rigorem Ambitiosa colus?
Decreta ambitiosa vocantur, quæ per gratiam & fauorem facta sunt. Vlpianus De decretis ab ordine faciendis, lib. 50. Pandect.
Ambitiosa decreta Decurionum rescindi debent.
Diligentia ambitiosa. Vlpian. L. Si bene collocatæ. De vsur. & fruct. lib. 22. Pandect. Nam inter insolentiam curiosam, & diligentiam non ambitiosam multum interest. Diligentia non ambitiosa est Budæus. iusta & accurata, nec nimia, nec affectata, nec famæ aucupatrix.
Festinatio ambitiosa. Quintil. lib. 1. cap. 4. 17.
Gloria ambitiosa. Stat. Thebaid. 6. 87.
Honor ambitiosus. Ouid. 2. Metam. 56. Id est qui ambitiosos facit: ab effectu. Vel quem ambitiosè sectantur ambitiosi.
Iudex ambitiosus. Id est gratiæ aucupator. Liuius. 4. Decad. lib. 9. Carminaque à militibus in Imperatorem dicta, vt facilè appareret in iudicem indulgentem ambitiosumque ea duci, triumphumque magis militari fauore quàm populari celebrem.
Ambitiosa ornamẽta recidet. Horatius in Arte poetica. 90. De versibus loquitur. Id est amputabit ornamenta superflua, & ad solam pompam & ostentationem facientia.
* Ambitiosus pauper. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Sententię ambitiosę. Id est per gratiam & fauorem latæ. Tranquil. in Domit. Plerunque & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas Centumuirorum sententias recẽdit. Numerios iudices cum suo quemque consilio notauit.
Ambitiosus in malis. Quint. lib. 6. Non sum ambitiosus in malis, nec lachrymarum augere causas volo, & Ouid. 3. de Ponto. Sed tamen hoc factis adiunge prioribus vnum. Pro nostris vt sit ambitiosa malis.
Ambitiosus nimis in honoribus petendis. Sic. in Sallust. 3.
Ambitiosus in laude. Mart. lib. 1. 60.
Ambitiosus in aliquem. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. Epist. 2. 5. Ne fortè me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirẽre.
¶ Ambitiosum etiam, Enixum dicunt, & Affectatum, quod Græci κατεσκευασμένον dicunt, id est Ingenti studio factum. Tacit. lib. 12. de Othone loquẽs, Fumus eius maturatũ. Ambitiosis id precibus petie tat ne amputaret caput ludibrio futurũ. Budæus. Cic. Valent tñ apud Cæsarem non tam ambitiosæ flagitationes quàm necessariæ.
Ambitiosa, Superflua, & περιεργος. Quint. lib. 1. cap. 3. Si tamen ambitiosis vtilia præferet. Idem li. 6. cap. 5. Quidam litigatoribus suis illũ modò ambitiosum declamandi fudorem præstitisse contenti &c.
¶ Ambitiosior hederis mulier. Horat. 1. Carm. 36. 4.
—nec Damalis nouo
Diuellatur adultero
Lasciuis hederis ambitiosior. Id est Arctius ambiens & lacertis ample ctens adulterum, quàm hederæ arborem cui adhærent.
Ambitiosè, aduerbiũ, (φιλοτίμως,) Per ambitionem. Liu. 1. ab vrbe. 157. Isq; primus & petisse ambitiosè regnũ, & otiosè dicitur habuisse &c.
¶ Ambitiosè agere. Cic. Attico, lib. 7. 13. 4. Vtrumque vero simul agi non potest, & de triumpho ambitiosè, & de Repub. liberè.
Ambitiosè corrigere otiosum. Cic. ad Att. lib. 15. Epist. 13. 2. Brutus nolster misit ad me orationem suam habitam in concione Capitolina, petiitque à me, vt eam ne ambitiosè corrigerem antè quàm ederet.
Ambitiosius facere aliquid. Cicero ad Appium Pulch. libro tertio, Epist. 7. 11. Quum in isto genere multò etiam ambitiosius facere soleam, quàm honos meus, & dignitas postulat.
Ambitiosè fouere aliquem. Liuius, Cosso quum satis ambitiosè partem vtranque fouendo incerta respondisset &c. Ex Budęo.
Ambitiosissimè petere prouinciam. Quintil. lib. 6. cap. 3. 47.
Ambitiosè tristis. Martl. lib. 1. 29. Si quis tũ tam ambitiosè tristis est, vt apud illũ in nulla pagina Latinè loqui fas sit. Hoc est studiosè affectãs videri tristis ac seueriusquàm austeritatis & seueritatis ostentator.
Ambitus, pen. prod. Participii, (περιβεβλημένος,) Circundatus. Ouid. 1. Metamorph. Iussit & ambitæ circundare littora terræ.
¶ Ambitus, Id est salutatione & precib' accuratè rogatus. Cic. pro Plancio. 7. Non enim comitiis indicat semper populus: sed mouetur plerunque gratia, cedit precibus, facit eos à quibus est maximè ambitus.
Ambitos honores à Principe. Claud. in Ruff. 1. 36.
Ambitus, huius ambitus, pen. corr. masculi. gen. (περιβολεὺς,) Varro. 4. de Ling. Lat. Ambitus, Circuitus: ab eo, XII. tab. interpretes, ambitum parietis, circuitum esse definiunt. Cic. de Vniuers. 34. Ambitus rotundus. Festus, Ambitus proprie dicitur circuitus ędificiorum, patens in latitudinem pedes duos, & semissem, in longitudinem idem quod ędificium. Sed & eodem vocabulo, affectati honoris crimen appellat, à circumeundo, supplicandoque. Hactenus Festus. Luca. lib. 1. —letalisque ambitus vrbi,
Annua vænali referens certamina campo.
Ambitus ædium. Cicero in Topic. 11. Quoniam P. Scævola id solum esse ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiceretur.
Ambitus aquæ. Horat. de Arte poet. 4.
Molli ambitu omẽta pinguis viscerũ obtẽdit sin'. Sene. in Oedip. 4. 16.
Ambitus nauium ancęps. Vide ANCEPS.
Ambitus nauigationis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 10.
* Ambitus nominum. Plinius. lib. 15. cap. 30. Id quoque genus in nominum ambitu est.
Rotundus ambitus. Cic. de Vniuer. 34. Sic animus à medio profectus, extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circuniecit &c.
Stellarum rotundi ambitus cognoscuntur. Cicero secundo de Natura Deorum. 70.
¶ Ambitus verborum. Colum. lib. 3. cap. 1. Quæ possint & cogitatione mentis & ambitu verborum facilè copulari.
Ambitus verborum, pro Periodo. Cicero in Bruto. 84. Comprehensio, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ambitus ille verborum (si sic Periodum appellari placet) erat apud illum contractus & brevis.

Infringitur ambitus verborum. Cicero. 3. de Orat. 103. Quæ si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborũ ambitus: sic enim has orationis conuersiones Græci nominant.

Perfectũ completoque verborum ambitu gaudent aures meæ, & curta sentiunt, nec ainant redundantia. Cic. in Orat. 96.

Arguri, certique, & circunscripti verborum ambitus conceduntur. Cicero in Oratore. 21.

¶ Ambitus, pen. corr. pro Aucupatione gratiæ, & vitiosa emerendæ famæ cupiditate, à Quintiliano ponitur, lib. 4. Est enim, inquit, nõnunquam prauus iudicibus hic ambitus aduertas amicos, aut pro iis quibuscum simulates gerunt, pronuntiandi, faciendique iniuste, ne fecisse videantur. Idem lib. 12. Summoquendum verò est vtrumque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam suam, vel illud etiam tactantibus minores vtique contra dignitatem attollendi. Idem lib. 6. Facere ambitum. Hæc Budæus. De hoc etiam ambitu vide in AMBITIO ex Valla. Festus, Affectari honoris crimen approbatur, ambitus, à circumeundo, supplicandoque.

Ambitus & largitio. Cicero secundo de Oratore. 68. Et de ambitu rarò illud datus vt possis liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione feiungere.

Ambitus acrior. Tacit. lib. 14. Comitia Prætorũ arbitrio Senatus haberi solita, ꝙ acriore ambitu exarserant, princeps cõposuit. Vide ACER.

Immanis ambitus. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Epist. vlt. 9. Ambitus redit immanis: nunquam fuit par. De magistratus petitione intelligit.

Accusari ambitus. Cic. pro Cluentio. 91.

Damnari ambitus. Cic. pro Cluentio. 91. Vide DAMNO.

Iudicium ambitus. Cic. pro Cluentio. 91.

Legem ambitus tulit Cicero. Cic. pro Murena. 2.

Ambitu petere. Seneca in Medea. 6. 5.

–fegnis hæc ibit dies
Tanto peritus ambitu, tanto datus?

Ambo, ambæ, ambo, amborum, ambarum, amborum, ambobus, ambabus, ambobus, & in accusatiuo, ambos, vel ambo, ambas, ambo, (ἄμφω.) Nomen est collectiuum. Cic. 1. de Diuinatione. 121. Quorum amborum generum vna ratio est. Idem ad Attic. lib. 6. Epist. 11 2. 6. & lib. 8. Epist. 167. 2.

Vterque & ambo differunt. Vtrumque fecisse dicimus, si & hic & ille fecerit diuisim: vt, Vterque fecit domum: ergo duæ domus factæ sunt. Ambos fecisse dicimus, si duo coniunctim aliquid fecerint: vt, Ambo sibi monumentum constituerunt: hoc est, vnum monumentum commune. Terent. in Prolo. And. 10. Qui vtrũque rectè nouit, ambas nouerit. Idem Heaut. 1. 1. 67. Ambo accusandi estis. Idem, Vnã ambo abierũt foras. Liuius. 1. ab vrbe. 179. Ambo se foras eiiciunt.

Ambo (ait Sospiter) non est dicendum, nisi de iis qui eodem tempore idem faciunt: vt puta, Etheocles & Polynices ambo perierunt: quasi dicas, vnã. Romulus autem & Africanus non ambo triumphauerunt, sed vterque, quasi diuerso tempore. Ex Parrhasio in Claudianum.

Ambo & vterqi. Cic. in Orat. 13. Veterum amborum, in neutro excellẽs vtriusqi particeps, vel vtriusqi (si verum quærimus) potius expers.

Ambo, masc. gen. accusatiuus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3.

Præterea ne vos titiller gloria, iure
Iurando obstringam ambo. Martial. lib. 7. Elisium possidet ambo nemus. Alii legunt, vmbra. Plaut. Rud. 19. 7.
Iube dum recedere istos ambo illuc modò.

Ambo iter peragunt. Horatius secundo Serm. Satyr. 6. 20. Ambo propositum peragunt iter.

Ambo conuenimus. Virgil. eclog. 5. 1.

Ambo florentes ætatibus. Virg. eclo. 7. 1.

Ambæ vnà feruntur iunctis frontibus. Virgil. 6. Aeneid. 32. de Centauro & Pristi naubus loquens.

Ambas buccas iratus inflat. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 5.

Ambas palmas ad cerlum tendit. Virgi. 10. Aeneid. 167.

AMBRACIA, (Ἀμβρακία,) nobilis est ciuitas Thesprotiæ Epiri, ab Ambracia Thesproti filio, prius Eponia & Paralia dicta. hodie vulgò Larta appellat. apud Ptole. Memnit Plin. lib. 4. ca. 1. Aliquãdo dicta est Epuia & Paralia. Hermolaus ex Stephano. Plautus Stricho. 8. 35.

Ambracia tumulo aspero iobiecta est. Perrhantem incolæ vocant. Vrbs, qua murus vergit in campos, & flumen, occidentem: arx, quæ posita in tumulo est, oriente spectat. Annus Arethou ex Acarnania fluẽs, cadit in finum maris, ab nomine propinquæ vrbis Ambracium appellatum. Præterquam quod hanc amnis munit, hunc tumuli, muro quoque firmo septa erat, patente in circuitu paulo amplius tria millia passuũ. Hanc diu oppugnatam tandem deditione accepit M. Fuluius Cõsul Roman. Liuius. 4. Decad. lib. 8.

Ambracius (Ἀμβρακιώτης,) adiectiuum: Qui ex Ambracia est.

Ambraciæ orę maligni portus. Lucan. 5. 131.

Ambraciæ frondes. Stat. 2. Syl. eleg. 2. 2.

Ambracius pontus. Statius. 4. Thebaid. 161.

Ambracienses, idem qui & Ambraciotæ, ἀπὸ τοῦ τὴν Ambraciæ cives & incolæ. Iustin. 4. Decad. lib. 8. Vt Ambracienses compelleret ad deditionem. Sic ibidem iterum atque iterum.

Ambraciotæ, (Ἀμβρακιῶται,) sunt ciues & incolæ vrbis Ambraciæ.

Ambrices, Tegulæ, quæ transuersæ, alteribus & tegulis interponuntur. Festus.

AMERONES, Fuerunt gens quædam Gallica, qui subita mundatione maris quum amisissent sedes suas, rapinis, & prædationibus se iuuare cœperunt. Eos, & Cymbros, Tentonesque C. Marius delevit. Ex quo tractum est vt turpis vitæ homines Ambrones dicerentur. Festus. Vide Erasm. Chiliad.

Ambrosia, (ἀμβροσία,) Herba quam alii Botryn, alii Artemisiam vocant, teste Dioscoride, & Plinio lib. 27. ca. 4.

Poetæ fabulantur Ambrosiã appellari cibũ deorũ: quãdoquidem nectar, potum. Vnde illud apud Martiale, Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit. Hinc etiam dicta aiunt ab ἀ τερητικὸν & βρότος, mutata is: interposito μ, vocalitatis gratia: vel quòd mortales eã non edant: vel quòd qui eam ederint, immortales euadant. Ouidius. 1. de Ponto, eleg. 11. 3. Nectar & Ambrosiam latices epulasque deorum.

¶ Ambrosia, nomen Antidoti, quod Zopirus Ptolemęo regi composuit. Cornelius Celsus lib. 5. cap. 23.

Ambrosia alendus, prouerbiali figura dicitur, qui est egregius & valet diis æquandus. Vius est Cicero. lib. 2. de Orat. 150.

Ambrosia dulci dulcius. Catull. epigram. 94.

Ambrosio sinu puerum complexo. Claud. Epithal. 22.

Ambrosia salubris. Virgilius. 12. Aeneidos. 84. –spargitque salubris
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.

Ambrosius, adiectiuum, (ἀμβρόσιος,) Id est ex ambrosia, vel ad ambrosiam pertinens: vt Ambrosii succi. Colum. lib. 10. cap. 39. Ambrosius præbent succos oblita nocedi. Martial. lib. 4. 8. Temperat ambrosius quum tua cura dapes. Virgil. 1. Aeneid. Ambrosiæque comæ. Vbi Seruius, Ambrosiæ comæ, aut deorum vinguento oblitæ, hoc est ambrosiã, aut certè abusiuè dixit, diuinæ comæ.

Ambrosius succus. Sil. Ital. 7. 42.
–& ambrosiis Arusina pocula succis.

Ambrosio liquore membra spargit. Stat. lib. 9. Thebaid. 147.

Ambrosiacus, pen. corr. similiter adiectiuum, (ἀμβροσιακός,) vt Ambrosiaca vitis. Plin. lib. 14. cap. 3. 4. Sed sunt etiamnum insignes, vua vino, ambrosiaca, duracina.

AMBRYSVS, penult. correp. nomen duarum vrbium, quarum vnam Strabo locat in Phocyde, alteram in Bœotia. Quidam Amphrysum, recte dici affirmant.

AMBVBAIAE, (Ἀμβυβαῖαι.) sunt (Porphyrione Authore) mulieres vagæ ac viles: quibus nomen hoc casu vanorum, & ebrietate balbutientium verborum videtur esse inditum. Acron verò fict Ambubeiæ dicuntur mulieres tibicinæ lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia, siue symphonia ambubaia dicitur. Alii dictas putant, quòd a MI id est circum Iliacas, loeum amœnissimum, & voluptatibus plenum, versarentur. Suetonius in Nerone, cap. 27. Inter scortorum totus vbibis ambubaiarumque ministeria. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 1.
Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne
Mœstum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.

Ambubeia, (ἀμβυβεία,) vel (vt aliis placet) Ambugia, Aegyptio nomine nobilior est quàm Latino. Cichorium enim nemo nescit. Dicit & erraticos intubos, floré cæruleo, qui nubilo ortũ die panditur, & cum eo circumagitur in occasum, nocto semper eorum pressos. Ruellius lib. 2. cap. 120. Idem lib. 1. cap. 20. Erraticũ vel agreste intubum, cichorium, ambubeiam, & Græcis picridam, eandem esse herbam censebit, qui bonos authores euoluerit.

Ambugiam apud nos quidam appellauere intubum erraticum. Plinius libro vigesimo, capit. 8. Vbi Hermolaus docet eam à Cornelio Celso vocari Ambubeiam.

Ambulacrum, Vide AMBVLO.

Ambulo, ambulas, pen. corr. (περιπατεῖν,) ambulare, Ab Ambio deducitur, quod est Circuire. Significat autem hoc atq; illuc ire, propriè tamen exercitationis, aut animi causa: quod & Deambulare dicimus. Plautus Menæch. 8. 4. Cõiuræ ambulant ante ostium. Idem Merc. 3. 96. Sed dum in portu ibi ambulo.

Ambulare, (περιέναι, βαδίζειν,) Ire, gradi, incedere. Plin. li. 10. ca. 65. Mures Aegyptii bipedes ambulant, ceu Alpini. Plaut. Bacchid. Cum illa neque cubat, neque ambulat.

Ambulare pedibus. Plaut. Trucul. 10. 47.

Ambulare passus quingentos, aut septingenta milia passuum. Plin. lib. 20. cap. 1. Cic. pro Quintio. 5 2.

Ambulant aues. Plin. lib. 10. cap. 38. Ambulant aliquæ, vt cornicessa: liunt aliquę, vt passeres, merulæ &c.

Ambulant

Ambulant naues. Cato de Re Rust.

Ambulare maria. Cice. 2. de Finib. 177. Quum Xerxes tantis classibus, tantisque equestribus & pedestribus copiis, Hellespõto iuncto, Athique per fossũ, maria ambulauisset, terram nauigasset, &c.

Ambulare foro transuerso. Cic. 3. de Orat. 73. M. verò Manlium nos etiã vidimus transuerso ambulantem foro.

Ambulare in littore. Cic. in Bruto. 10.

Ambulare in sole. Cic. 2. de Orat. 32.

Ambulare cum aliquo. Cic. 4. Acad. 94.

Rectè ambulare. Cic. ad Attic. lib. 9. epist. 172. ad finem. Si enim rectè ambulauerit is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit.

Eo modo autem ambulat Cæsar, & iis diuitiis militum celeritatem inciat, vt timeam ne citius ad Brundusium, quàm opus sit, accesserit. Cic. ad Attic. lib. 8. epist. 166. 3.

Ambulat demissis tunicis. Horat. 1. Serm. saty. 2. 5.

Ambulat libera per tutas vias. Ouid. 1. Fast. 15. de Pace loquitur.

Ambulet ante noctem cum facibus. Horat. 1. Serm. saty. 4. 11.

æ Ambulans fluuius. Plin. lib. 7. cap. 9.

Ambulat erecto pectore. Claudian. in Eutrop. 1. 61.

Ambulare superbum. Horat. epod. 4. 1.
Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

¶ Ambulare in ius. Plaut. Rud. 20. 22. Ambula in ius. Terẽtius Phorm. 5. 8. In ius ambula. Vbi Donatus, Ad iudicem eamus scilicet. nam IVS, pro loco est. Cicero, Quin te in ius conspicio?

¶ Ambulat hoc caput per omnes leges. Plin. lib. 10. cap. 50. 1. Hoc primum antiquis cœnarum interdictis excepti inuenio tam lege C. Fannii. Et paulo pòst, Quod deinde caput translatũ per omnes leges ambulauit. Quasi dicat, peruagati est, vtpote in legibus passim repetitũ.

¶ Ambulari passuum in tertiis personis. Plin. lib. 23. cap. 14. Si statim bina stadia ambulentur.

Ambulans, (περιπατῶν,) cœna. Martial. lib. 7. 47. De Annio.
Quum mensas habeat ferè ducentas,
Pro mensis habet Annius ministros:
Transcurrunt gabatæ, volantque lances:
Has vobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante cœna.

Ambulatio, (περίπατος,) Verbale, Ipse actus ambulandi. Cic. 5. de Finib. 1. Constituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. Plin. lib. 25. cap. 13. 23. Isidiadicis drachmã cum oxymelite ab ambulatione propinauere. Idem lib. 11. cap. 53. 6. Ideò Athletas malunt cibos ambulatione perficere.

Ambulatio plana non vtique cõmodior est. Siquidem melius ascensus & descensus cum quadam varietate corpus moueat. Celsus lib. 1. cap. 2.

Ambulatio recta melior quàm flexuosa. Celsus lib. 1. cap. 2.

¶ Ambulatio, Locus ad ambulandum, Idem quod ambulacrum. Vitruuius lib. 5. cap. 9. Circa theatra sunt porticus & ambulationes: quæ vi deutur ita oportere collocari, vt, &c. Colum. lib. 1. cap. 6 Ambulationes meridiano æquinoctiali subiectæ sint, & vt hyeme plurimum solis, & æstate minimum recipiant. Cic. ad Qu. fratrem lib. 3. epist. 17. 2. Sed tamen nihil ei restabat præter balnearia & ambulationé & auiarium. Et rursum ibidem. 9. Item Catul. in Camerium. 2. In Magni simul ambulatione. Subaudi, quæsiuimus.

Ambulatiuncula, diminutiuum, (περιπατίδιον,) Cic. ad Cœlium, lib. 2. 11. 5. Cum vna mehercule ambulatiuncula, atque vno sermone nostro omnes fructus proumeiæ non confero.

¶ Ambulatiuncula, Parua ambulatio. De loco dictum. Cic. Att. lib. 15. 284. 2. Tecta igitur ambulatiuncula addenda est.

Ambulator, penult. prod. Verbale, (περιπατητικός,) Qui huc & illuc sæpe ambulat. Cato cap. 5. 1. Villicus ne sit ambulator. Colum lib. 1. cap. 8. 5. Villicus enim (quod ait Cato) ambulator esse non debet, nec egredi terminos, nisi, &c.

Ambulatrix, penult. prod. Verbale fœm. (περιπατητρία,) Quæ huc illuc sæpe ambulat. Cato cap. 143. de villicæ officio loquens, Ad cœnam ne quò eat, neue ambulatrix siet.

Ambulatorius, adiect. (περιπατικός,) vt Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad vrbes oppugnandas: vt meminit Vegetius. Hirtius de bello Alexandrino, lib. 4. 10. Quæque partes vrbis inferiores erant, has altissimis turribus denorũ tabulatorũ munierant. Præterea ambulatorias totidem tabulatorũ confixerant. Sub. turres.

Ambulatorium operculum. Plin. lib. 21. cap. 14. 2. de alueariis loquens, Operculum à tergo esse ambulatorium, vt proferatur intus si magnus sit alueus. Id est quod facile huc & illuc moueatur.

Ambulãcrum, penult. prod. (περίπατος,) Locus in ædificiis ad deambulandum accommodatus. Festus, Ambulacra, ambulationes. Sipontinus dicit Xystum Græcè dici locum exercitationi corporis accommodatum, Latinè autem Ambulationem vel Ambulacrum. Plin. Tum fora, atque gymnasia, & pro suis extenta porticibus ambulacra mirentur. Plaut. Mostel. 9. 60.

–gyneceum ædificare vult hic in suis,
Et balneas, & ambulacrum, & porticum. Gellius lib. 1. cap. 2. Propulsabamus caloris incommoda lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris & mollibus ædium politicum refrigerantib⁹ lauacris nitidis.

Luculeutum ambulacrum. Vide Luculentus.

Ambulatilis, pen. corr. Adiectiuum, (περίπατος,) Hinc ambulatiles fundi Vitruuio lib. 10. cap. 13.

Amburbale, vel amburbium, dicitur sacrificium quo vrbẽ circuit & ambit victima, vt ait Seruius in Eclog. 3. 16. Festus verò, Amburbiales (inquit) hostiæ dicebantur, quæ circum terminos vrbis ducebantur.

Amburo, amburis, pen. prod. ambusi, ambustum, (περιφλέγω, περικαίω,) amburere, Circum vrere. Plautus. Epid. 14. 9.
Quæqua tangit, omne amburit. Plin. lib. 10. cap. 33. 4. Hirundinum pulli ad cineré ambusti, multis morbis medentur. Cic. pro Domo sua. 87.
Qui denique ambustas fortunarum mearũ reliquias tuas domos comportari iubebant. Quasi semiustas.

Amburi, de cadauere dictum. Cic. pro Milone. 66. Sine funere, oblitus cruore & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, amburebatur etiam abiectus. Hoc est imperfectè cremaretur. De Clodio loquitur.

Ambustus, (περικαυθείς,) inquit Festus. Circum vstus.

Ambusta iuga taurorum. Claud. de bel. Getico. 5. de tauris loquitur qui custodiebant aureum vellus.

Ambusta sude truncus. Seneca in Hippol. 10. 22.

Ambusta feruoribus Ariana regio. Plin. lib. 6. cap. 23.

Ambustus incendio. Cic. 3. Verr. 48. Hic fociorum ambustus incendio, tamen ex illa flamma, periculoque euolauit.

Ambustus fulminibus. Plin. Epist. 11. lib. 5.

Ambusta lumina pruinis. Valer. Argonaut. lib. 4. 14. de Prometheo.

Ambusto aggere flagratis rupę. Claud. in Ruff. 25. De Phlegethõte loquit.

Ambusta aquis, si statim quo occupentur, pustulas non sentiunt. Plinius libro. 29. cap. 3.

Ambustus sonipes. Claud. Paneg. 4. 69.

Ambusta curat lens aqua semicocta. Plin. lib. 22. cap. 25.

Ambusta emendat decoctæ radicis asphodeli succus. Plin. lib. 22. ca. 22.

Ambusta illinere. Plin. lib. 24. cap. 10. Acinos terunt, moxque cõburunt & ita illinunt ambusta, prius perfusa aqua calida.

Ambustis illinitur cruda cannabis. Plin. lib. 20. cap. 23.

Ambustis imponitur cum melle helichrysum. Plin. lib. 21. cap. 25.

Ambustus in pergitur cinis testæ oltrorum. Plin. lib. 32. cap. 6.

Ambustis medetur cinis sarmentorum. Plin. lib. 23. in præfatione.

Ambustis cicatricem tenuissimã obducit cinis fici. Plinius lib. 23. cap. 7.

Ambusta occupare ouo. Vide Ambusta aquis.

Ambustis ossibus arua premit Iliaca. Ouid. ad Liuiam. 37. de Achille.

Ambustis prodest oleum cycinum. Plin. lib. 23. cap. 4. Ibidem,
Decoctum foliorum ambustis & luxatis prodest.

Ambusta purgant myrti fatiuæ folia. Plin. lib. 23. cap. vlt.
Ambusta sanantur plantagine. Plin. lib. 26. cap. 12.

Ambusta igni vel frigore, sanat pilularũ platani cinis. Plin. lib. 24. cap. 8

Ambusta sedat nucleus Gallæ. Plin. lib. 24. cap. 4.

Ambustis vtilis est myrtus fatiua. Plin. lib. 23. cap. vlt.

Ambustio, ambustionis, Verbale, (περικαυσις,) Plin. lib. 23. cap. 4. Myrteum oleum medetur eruptionibus, & ambustionibus.

Amecum, & Amecam, pro Amico & Amica, antiqui dicebant. Laberius in lacu Auerno mulierem fuisse amecabundam scripsit. Hoc est amantem. Nonius. Festus, ab antiquis Ameci, & Amecę per e literam efferebantur.

AMELIVS, Philosophus Apamiensis, discipulus Plotini magister Porphyrii. Volaterranus.

Amello, Herba quæ iuxta Mellam Galliæ fluuium plurima nasci tur vnde & Amella dicitur, sicut etiam populi habitantes iuxta Lemanum fluuium, Alemani dicuntur. Ex Seruio, in 4. Georg.

Amen, (ἀμήν,) Dictio est Hebræa, quæ Verè, aut Veritas significat particula seruiens quum aliquid confirmandum est, vt Numerorum capite quinto. Et dicebat mulier Amen, amen. Id est veritas, aut Verum hoc erit, aut Sit ita.

Amens, amentis, adiectiuum, (ἄνους, ἀνόητος, ἄφρων,) Qui à mente sua discessit: vt ait Varro de Lingua Lat. lib. 5. Est enim amens, non qui mente caret, sed qui aliqua perturbatione sic mente motus est, vt ob rationem turbatam, quid agat, quidve dicat, cernere non possit. Terent. And. 1. 3. 13. Nam incœpto est amentium, haud amantium. Cicero. 2. de Finib. 119. An me, inquis, tam amentem putas, vt apud imperitos isto modo loquar?

Vecors & amens. Cic. in Pisonem. 15.

Homo amentissim⁹, atq; oib⁹ cõsiliis præceps, & deuius. Cic. 5. Phil. 191.

Amens animi. Virg. 4. Aeneid. 41. Isque amẽs animi, & rumore accensus amaro. Vbi Seruius, nomen esse ostendit ponendo genitiuum.

Amens dolore fœminimis procubuit. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amenti furore cæca. Camill. in Argonaut. 30.
Amens metus incubat. Lucan. 1.6.
Amens terror. Claud. in Rufinum. 52.

Amentia, amentiæ, (ἄνοια, ἀνοήσια,) denominatiuum ab amens. Cic. 3. Tusc. 15. Nec minus illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandemque dementiam. His verbis satis ostendit Amentem & Demetem pro eodem accipi. Idem in Catilin. 44. Mens sana confligit cum amentia. Idem Antequam iret in exilium. 12. Ego inimicorum amentiæ causa decedam.
Amentia grauis. Ouid. 5. Metamorph. 101.
Amentia petulás. Claud. in Eutrop. 148. Et secú petulans amétia certat.
Amentia præceps. Stat. lib. 5. Thebaid. 72. & lib. 12. 12.
Amentia versat. Horat. Serm. 2. Saty. 3. 50.
Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectat barbatum, amentia versat.

Amentum, amenti, (ἄμμα,) Lorum quo aliquid retinetur, aut ligatum est: vt solearum corrigiæ, & lora in quibusdam iaculis. Plin. lib. 34. cap. 6. 7. Corneliæ Gracchorum matri sedés posita statua est, soleisq; sine amẽto insignis, in Metelli publica porticu. Festus, Amenta, inquit, sunt quibus, vt mitti possint, vinciuntur iacula, siue solearum lora ex Græco quod est ἄμματα, sic appellata: vel quia aptantes, ea ad mentum trahunt. Seruius, Amentum est lorum quo media hasta religatur & iacitur. Virg. 9. Aeneid.
Intendunt acres arcus, amentaque torquent.
Vbi Seruius, Amenta torquent, pro Tela amentis torquent. Liuius. 7. bel. Maced. 168. Et iaculorum amenta emolierat. Plin. lib. 7. cap. 56. Iaculum cum amento ferunt inuenisse Aetolum Martis filium.
* Amentum digitis tende prioribus, & torti iaculum dirige viribus. Seneca in Hippoly. 6. 16.
¶ Amentum, etiam cachryn roboris significat. Ruellius lib. 1. cap. 86. Hermol. in Plin. lib. 16. cap. 8.

Amentarus, pen. prod. adiectiuũ nomen, siue participiũ ab Amẽto, amentas. Est quod amentis ligatum est: vt Amentatæ soleæ, quibus scilicet vtuntur mulieres: aut quod amento retineturve Amentatum iaculũ. Cicero de Claris Orat. 147. Vt hastæ velitibus amentatæ.
Amentatæ hastæ oratoris. Cic. 1. de Orat. 132. In eo autem iure quod ambigitur inter peritissimos, non esse difficile oratori eius partis, quã cunque defender, authorem aliquem inuenire: à quo quum amẽtatas hastas acceperit, ipse eas oratoriis lacertis viribusque torquebit. Metaphoricè dixit pro argumentis aliunde petitis, quasi telis, quibus vtatur orator in causa vel defendenda, vel oppugnanda.

Amento, amentas, (ἀμαντίζω,) amentare. Lucanus, Iaculum amentauit habena, aut iaculum amentatum contorsit: aut vt torqueret munuit amento, quasi habena.

AMERIA, (ἀμέρεια,) oppidum est Vmbriæ, patria Roscii Amerini quẽ defendit Cicero. vulgò Almelina. Ameriã Cato antè Persei bellum cõditam annis nõgentis sexaginta quatuor prodidit. Plin. lib. 3. cap. 14.

Amerinus, pen. prod. adiectiuum, (ἀμερεῖνος) vt Amerina salix apud Plinium, libro. 24. cap. 9. 3.
Amerina retinacula, pro viminibus, per periphrasim. Virgilius. 1. Georgicorum. Atque amerina parant lentæ retinacula viti. Vbi Seruius, Amerina retinacula, virgas de quibus vites religantur. Quæ virgę abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cuius crebram in Roscianã fecit Cicero mentionem.

Ames, amitis, m. gen. Festus, Amites, perticæ aucupales. Horat. in Epodode. 2. 7. Aut amite leui rara tendit retia. Amites, (inquit Porphyrio) hodieque appellantur, furculæ quibus retia in venatione vel in aucupio suspenduntur. Palladius lib. 10. cap. 12. Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuæ, cęteraque instrumenta capturæ. Idem libro septimo, cap. 2.

Amethystus, amethysti, masc. gen. (ἀμέθυστος,) Gemma, quæ purpurea est, & colore violæ. dicta Amethystus, quasi minimè ebria. ἀπὸ τοῦ α, priuatiua particula, & μεθύσκω, ebrius. Causam nominis (inquit Plinius lib. 37. cap. 9. 4.) afferunt, quod vsque ad vini colorem accedens, prius quàm eum degustet, in violam desinit: fulgorque quidã in illa purpuræ non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, scalpturis faciles. Indicæ absolutum purpurę colorem habent: ad hæcque tingentium officinæ dirigunt vota.
Amethystus, vuæ genus. Colum. lib. 3. cap. 2.
Amethystus purpureus. Ouid. 3. de Arte amandi. 37.
Amethystum herbam, qui existimant contra ebrietatem pollere, planè balluciantur: gentilem hinc geminam ita nominari, quòd vinolentiæ refragetur: vtraque enim à colore sibi nomen asciuit. De calculo satis conuenit. Cęterum amethysti herbæ folium meratioris vini colorem æmulatur. Ruellius lib. 1. cap. 14. & cap. 20. ex Plutarcho.
Amethystinatus, pen. prod. (ἀμεθυσινατός,) Nomen duriusculè deriuatum ab Amethystinus. Martialis in fictum diuitem.
Hic quem videtis gressibus vagis lentum,

Amethystinatus media qui secat septa. Hominem dicit amethystino colore ornatum, sicut Purpuratum dicimus.

Amethystinus, (ἀμεθύστινος,) adiectiuum, pen. corr. Iuuenal. Saty. 7. 14.
–purpura vendit
Cantidicum, vendunt amethystina. Id est vestes ex colore amethystino. Hoc autem dicit: Ideo purpurati, aut amethystinati incedunt cantidici vt suas operas carius vẽdant. Tales sunt medici quidã nostri.
Amethystinus color. Plinius lib. 21. cap. 8. Amethystini colorẽ dicimus.
Qui in viola micat, & ipse in purpureis, quę qui tarhinũ appellauimus.
Amethystizontes, (ἀμεθυζίζοντες,) carbũculi, hoc est quorum extremus ignis culus in amethysti violam exit. Plin. lib. 37. cap. 7.

Amicio, amicis, pen. corr. amiciui, amictum, (ἀμπέχομαι, ἀναβάλλω,) amicire, Vestire, Operire. Horatius. Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. Suetonius in Vespas. cap. 20. Dum salutabatur, & calciabatur ipse sese, & amiciebat.
Amicibor, pen. prod. vetustè dictum pro Amiciar. Plaut. Persa. 3. 1.
Subnixus alis nie inferam atque amicibor gloriosè.
Amicitur in fuluis alis. Ouid. 5. Metam. 110.
Amicitur vitibus vlmus. Ouid. de Ponto. 3. eleg. 8. 3.
Amicitur chartis. Horat. 2. Epist. 1. in fine,
Deferar in vicum vendentis thus, & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Amictus, participium, (ἀμφιεσμένος,) Idem quod vestitus vel opertus. Cic. 2. Philip. 89. Sedebat in rostris collega tuus, amictus togã pur purea, in sella aurea coronatus. Idem in Bruto. 27. Vt erat lenis amictus, ita venit in concionem. Idem in Catilina. 42. Velis amictos, non togis. Horatius primo Carminum. 6.
–tandem venias precamur
Nube candentes humeros amictus
Augur Apollo.

Amicta ossa lurida pelle. Horat. Epod. 17. 5.
Amicta loca niue. Catull. de Berecynthia & Athy. 58. 14.
Amicta vitibus vlmus. Horat. 1. Epist. 17. 1.
* Amiculatus, a, um, indutus. Sol. cap 65. Pars nudi, pars obscœnatum amiculati.

Amictus, huius amictus, (ἄμπεχόνη, ἀμφίεσμα, ἐπίβλημα,) Quicquid quis super amictus, siue opertus est: sicut Vestitus, quo Vestimentum enim vtrunque generale nomen. Cic. 5. Tusc. 130. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum. Tibullus. Sed iam vestes, frustrà mutantur amictus. Cic. pro Cluentio. 89. Sed iam vultum atque amictum, atque illam vsque ad talos demissam purpuram recordemini.
Aurato amictu velatur. Ouid. 14. Metam. 53.
Croceo amictu velatus Hymenæus. Ouid. 10. Metam. 1.
Amictus duplex. Virg. 5. Aeneid. Hęc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum. Vbi Seruius, Duplicem amictum, id est Abollam, quæ duplex est, sicut chlamys.
Amictus ferrugineus. Claud. de Raptu Proserp. lib. 2. 55.
Glauco amictu caput contexit. Virg. Aeneid. 12. 176.
Lineus amictus. Tacit. lib. 19. Domitianus apud ędituum occultatus, ornatu lertia liberti lineo amictu turbę facricolarum immixtus.
Amictus leuis. Catull. in Argonaut.
Non contecta leui velarum corpus amictu.
Multo amictu nebulæ circunfudit dea gradientes. Virg. Aeneid. 1. 83.
Perlucenti amictu. Ouid. 4. Meram. 63.
Purpureus amictus. Horat. 1. Epist. 18. 6.
Sordidus amictus. Virg. 6. Aeneid. 60.
Sordidos ex humeris nodo dependet amictus.
Amictus lacessere. Stat. 2. Sylu. 1. 40.
–timidè primùm vestigia iungit
Accessit tacito, summosque lacessit amictus.
Lapsus ex humeris amictus. Ouid. 3. de Arte amandi. 54.
Madido amictu oneratus. Claud. de bel. Get. 71.
Refugo amictu pallescit nox affiata rotis coruscis. Claud. Epigram. 3. 2.
Plebeio amictu tectus. Lucanus lib. 3. 4.
Tenues amictus laniauit. Ouidius. 4. Meram. 21.
Deponere amictus. Iuuenalis. 1. Saty. 15.
Amictu erepto nuda, Propertius lib. 2. eleg. 1. 3.
Amictu eutare tela alicuius. Prouerbiali figura dictum est à Catullo. Contra nos tela ista tua eutamus amictu. Hoc est Non armis, non clypeo, sed facilè depellimus, non secus quàm muscarum insultus.
Amictus exoleuerunt. Tacit. lib. 14. Græci amictus quos per eos dies plerique incesserant, tum exoleuerant. Stat. 1. Sylu. 11.
Amictu fœmineo velauit. Stat. Achil. 2. 66.
¶ Amictus, pro modo & ratione vastiendi corporis, & decore vestitus. Quintil. lib. 11. cap. vlt. Cultus non est proprius oratoris aliquis: sed magis in oratore conspicitur. Quare sit, vt in omnibus honestis debeat esse, splendidus & virilis. Est aliquid in amictu, quod ipsum aliquatenus temporum conditione mutatum est. Nam veteribus nulli fuimus per

per quàm breues post illos, fuerunt. Paulò pòst, Quum hoc amictus genus in statuis eorum quoque qui post Ciceronem fuerũt, appareat. Ibidem, Sed hęc amictus obseruatio, dum incipimus, procedere verò actu, &c. Iterum, Quum verò magna pars est exhausta orationis vtiq; affluente fortuna pene omnia decent, iudor ipse & fatigatio, & negligentior amictus, & soluta ac velut labens vndique toga.

Amiculum, pen. corr. (ἐπενδύτιον,) Festus, Amiculũ, genus vestimenti à circumiectu dictum. Cic. 2. de Diuinat. 112. Visus est in somnis amicæ, esse amictus amiculo. Idem 3. de Natu. deor. 120. Liuius. 7. bel. Pun. 12. Reginæ pallam pictam cum amiculo purpureo. Valla, Amiculum, pro Amictus genere quodam, ferè pallio. Valerius lib. 1. titulo De neglecta religione, Detracto etiam Ioui Olympio magni ponderis aureo amiculo, iniectoque ei lineo palliodixit, &c. Curtius lib. 5. Fœminarum comitia ineuntium in principio modestus est habitus: deinde summa quæque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant. ad vltimum ima corporum velamenta proficiunt, &c.
Amiculum videtur appellare Curtius, vestem quam Darius insigne regni gestabat. Sic enim de Dario fugiente ait lib. 3. Insignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecorè abiectis. Aliquanto verò pòst sic, Vnus namque è captiuis spadonibus amiculum quod Darius, sicut paulò ante dictum est, ne cultu proderetur, abiecerat, in manibus eius qui repertum ferebat, agnouit.

Amica, amicæ, pen. prod. (φίλη ἑταίρα.) Quam quis amat inhoneste. Horatius in prima epist. Vt nox longa, quibus mẽtitur amica. Terent. And. 1. 3. 11. Siue illa vxor, siue amica est, granda è Pamphilo est. Ouid. de Remedio.
Nec te lar patrius, sed amor reuocabit amicæ. Cic. ad Attic. lib. 10. epist. 20. 1. 4. Et lib. 2. de Diuinat. 217.
Culta amica. Ouid. de Arte. 2. 35.
Dura. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 4.
Fallax. Ouid. 2. Amorum.
Ne modò decipiant voces fallacis amicæ.
Formosa. Ouid. Fast. 5. 68.
Magna. Iuuenal. Saty. 4.
Mollis. Ouid. epist. 3. 23.
Tenera. Ouid. 1. de Arte.
Quis, nisi mentis inops, teneræ declamat amicæ?
Amicæ venales ad munus. Propert. 2. eleg. 17. 5.
Nunquam venales essent ad munus amicæ.
Ad amicam alterius insinuare se. Vide INSINVO.

Amicula, penult. corr. (ἱματίδιον,) diminutiuum ab amica. Plin. Iunior, lib. 5. epist. 9. Miserat etiam epistolas Romam ad amiculam quandam. Cic. 2. de Orat. 133. Cum eo Tarracinæ de amicula rixatus.

Amicus, (φίλος,) Subantiquum, pen. prod. ab Amando dictus est. Paulus Iurisc. Amicos appellare omnes debemus, non leui notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cum patref. honestis familiaritatis quæsita rationibus. Terent. Adelph. 3. 3. 86. Amicus nobis tam inde à puero. Cic. 5. Verr. 125. Si hoc doceo, potestne te Alba tuus antiquissimus non solùm amicus, verum etiam amator absoluere? Vide AMATOR.
Amicus, necessarius que communis. Cic. pro Cluent. 70.
Amicus ac pernecessarius alicuius. Cic. pro Flacco. 11.
Valde amicus alicui. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epist. 8. 11. Pompeium tibi valde amicum esse cognoui.
Amicus æquæuus. Virgil. 5. Aeneid. 90.
Bonus amicus. Tacit. lib. 20. Nullum maius boni imperii instrumentum, quàm bonos amicos.
Certus amicus. Vide CERTVS.
Chari amici. Horat. 4. Od. 2. 9. 11.
Amicus communis. Vide COMMVNIS.
Discolor amicus infido scurræ. Horat. 1. epist. 19. 1.
Dulcis amicus. Horat. 1. Serm. saty. 3. 14.
Amicus ex animo. Cic. 11. Philipp. 314. Pompeius vnus Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum vereque beneuolum, vnum fidelem populo Romano iudicauit.
Fidus amicus. Horat. lib. 1. Epist. –ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.
Amico Hercule dicta. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 3.
Amici inferioris ordinis. Vide ORDO.
Inops amicus. Persius Saty. 6. 3.
Iucundus amicus. Horat. 1. Serm. saty. 3. 19.
Intentatus & nouus amicus. Vide INTENTATVS.
Lector amicus. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 1.
Purus amicus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 14.
Sterilis amicus. Iuuenal. Saty. 12. 10. –libet expectare quis ægram
Et claudentem oculos gallinam impendat amico Tam seruili? Id est à quo nihil prouenit emolumenti.
Tenuis amicus. Ouid. ad Pisonem. 14.
Rara domus tenuem non asperuatur amicum.

Verus amicus est tanq; alter idem. Cic. in Lælio. 68. Horat. in Arte. 86.
¶ Amicus adscribi aliquibus. Cic. 5. Tusc. 89. Vtinam ego, inquit, tertius vobis amicus adscriberer.
Amicum Imperatoris agere. Tacit. lib. 17. Vide AGO.
Amicum vererem agnoscere. Virg. 3. Aeneid. 17.
Amittere amicum. Vide AMITTO.
Acquire amicos. Cic. in Lælio. 84.
Amici potentis imperio cedere. Horat. 1. Epist. 19.
Amicos auersos componere. Horat. 1. Serm. 5. Saty. 6.
Concedere amicis. Vide CONCEDO.
Curare amicos. Vide CVRO.
Curam dimittere amici suscepti. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 1.
Facere amicum promerendo. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 1.
Facere amicos alicui. Cicero. 1. Offic. 81. Illud enim honestum quod sæpe dicimus, etiam si in alio cernimus, tamen nos mouet, atque illi in quo inesse videtur, amicos facit.
Amici propioris munere fungi. Horat. 1. Epist. 9. 1.
Implorare amicum. Sil. Ital. 13. 47.
Instituere sibi amicum. Vide INSTITVO.
Offendere amicum. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 15.
Parare amicos. Vide PARO.
Amici lugentis causam plorare. Iuuenal. Saty. 15. 14.
Retinere amicos. Cic. pro Quintio. 40. Id egit, vt amicos obseruantia, rem parsimonia retineret.
Retinere & seruare amicos. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 18.
Remanens amicus in duris rebus. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 5.
Rodere amicum absentem. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 17.
Spoliari amicis charis. Claud. Epig. 1. 5.
Amicus, pen. prod. adiectiuum. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 71. Quas Cæsar esse amicas ciuitates arbitrabatur. Id est amicitia coniunctas.
Amicus consiliarius. Vide CONSILIVM.
Amicas vires acquirit bello, Id est amicorum vires. Ouid. 7. Metam. 91.
¶ Amicus, si cum re inanimata iungatur, significat vtile vel gratum: vt, Amicus pratis humor, Amica frugibus æstas. Virg. 2. Aeneid. Tacitæ per amica silentia lunę. Vbi Seruius, Amica, sibi grata.
Amica quies, Grata, iucunda, placida. Ouid.
Amicum dis, quod placet diis. Horat. 2. Carm. 17. 1.
Cur me querelis exanimas tuis?
Nec dis amicum est, nec mihi, te prius
Obire Mecenas.
Amicus Musis. Horat. 1. Carm. 26. 1.
Amicum agmen, Id est amicorum. Ouid. 1. Epist. 10.
Animus amicus. Terent. Hecyra. 3. 3. 29.
Si vaquam erga te animo esse amico sensisti eam.
Amico animo dare. Horat. 4. Horat. 4. Carm. oda. 7. 4.
Arcum amicus. Ouid. de Ponto. 5. eleg. 15. 5.
Aures amicæ. Horat. in Carm. sec. 15.
–& votis puerorum amicas
Applicat aures.
Dictis fatur amicis. Virgil. 1. Aeneid. 30.
Manus amica. Ouid. Epist. 10. 25.
Nec potitos artus vinget amica manus.
Numen malè amicum. Virg. 2. Aeneid. 146.
Hîcè mihi nescio quod trepido malè numen amicum
Confusam eripuit mentem.
Opes amicæ. Virg. 5. Aeneid.
Portus amicos intramus. Virg. 6. Aeneid. 12.
Leuant pondus amicum. Stat. 10. Thebaid. 75.
Quies amica. Claud. in præfat. 3. libri. 1.
Sydus apparere amicum. Horat. Epod. 10. 2.
Tempus agere amicum. Horat. 3. Carm. 6. 9.
Tempus fraudibus amicum. Stat. Syl. 5. 2. 8.
Vento amico nauem ferri. Ouid. 2. Trist. Eleg. 4. 4.
Vultu amico promittere spem. Ouid. 3. Metamorph. 9. 2.
Vultus amicos venerator. Claud Paneg. 8. 17.
¶ Amicior, comparatiuum. Cic. Attico, lib. 8. 1. 59. 12. Neque enim ego amicior C. Cæsari vnquam fui, quam illi meque illi amiciores Reipu. quàm ego. Idem ad Art. lib. 16. Epist. 34. 1. 6. Mihi nemo est amicior, nec incundior, nec charior Attico.
Amicior vndis fraxinus. Stat. 9. Thebaid. 99.
¶ Amicissimus, pen. corr. Cæsar. 8. bel. Gal. 156. Hîc Epasnactus Aruernus amicissimus Pop. Rom. fine dubitatione vlla vinctum ad Cæsarẽ duxit. Cic. ad Appium Pul. lib. 3. Epist. 3. Epist. 3. 4. Successor coniunctissimus & amicissimus.
Amiculus, pen. corr. (φιλίδιον,) diminutiuum ab Amicus. Cic. 5. Verr. 67.
Quid de hordeo, inquit, & Docimo amiculo meo? Hora. 1. Epist. 18. 1.
Dilce docendus adhuc quid censet amiculus, vt si &c.
Amiculus dulcis. Catul. ad Alphenum. 28. 1.
Iam te nil miseret dure tui dulcis amiculi.

Amicè,(φιλικῶς,) aduerbium,Id est amicè amore: Quod est cum amore & benevolentia.Cic.in Lælio.8. Qui mihi tatum tribui dicit,quantum ego nec agnosco,nec postulo: facis amicè: sed &c. Ibidem.75. Et hæc accipienda amicè.

Amicè & benevole.Cic.1.de Finib.53. Quos tu paulò ante,cum memoriter,tum etiam erga nos amicè & benevolè collegisti.

Familiarissimè & amicissimè viuere cum aliquo.Cic.1.Verr.16.

Amicè,cum dativo.Cic.3.Offic.131. Hæc præscripta seruanti licet graviter,magnificè,animosèque viuere,atque etiam simpliciter,fideliter, & vitæ hominum amicè.

Amicissimè.Cic.5.de Fin.10. Tum ille amicissimè,vt solebat &c.

Amiciter,pen.corr.(φιλικῶς,)aduerbiū pro amicè. Plaut.Persa.7.3.
Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam
Dauunt argenti minuti.

Amicabilis,& hoc amicabile,pen.corr(φιλικός,)vt opera amicabilis,Affectio amicabilis. Plaut.Mil.16.8. Vos modò porrò,vt occœpistis, operam date amicabilem.Id est quam date amicos debet. Elegantius ac rectius est Amicus,ca,cum.Vlpianus in L.Idemque. Mandati, vel contrà.lib.17.Pandect.Et est verum,cum qui non animo procuratoris interuenit,sed affectione amicabilem promisit se commonendis procuratoribus & actoribus,mandati non teneri.

Amico,amicat,pen.prod.(φιλῶ,)amicāre.Stat.Theba.5.94.Ac prior Aeclides solita preece numen amicat.Id est amicum sibi facit, propriat,placat,conciliat.

Amicitia,(φιλία,πρόξενία,)ab Amicus dicitur:& est(vt colligitur ex Cicerone in Lælio)sanctissima illa & familiarissima cōiunctio inter duos aut tres ex mutuo & vero amore conflatatim quæ est omnium studiorum,ac voluntatum summa cōsensio. Cic.in Lælio, Est autem amicitia nihil aliud,nisi omnium diuinarum,humanarumque rerum cum benevolentia,& charitate summa consensio.Idem.2.de Diuinat.145.Amicitia,est voluntas erga aliquem,rerum bonarū,illius ipsius causa quē diligit,cum eius pari voluntate.

Amicitiai,pro Amicitiæ genitiuo vsus est Luere.lib.3.117.
Hunc vexat e pudorem,hunc vincula amicitiai Rumpere.

Amicitia aditrix virtutum.Cic.in Lælio.70.

Amicitia,etiam inter res inanimas.Plin.lib.19.cap.8.26.Amicitia est rutæ cum fico. Idem in proœmio libri.20. Odia amicitiæque rerum sūt earum ac sensū carentium.

Amicitiæ ambitiosæ.Vide AMBITIO.

Amicitiæ pudicæ sanctus amor.Stat.2.Syl.29.

Charitas & amicitia hominū,gratuita est.Cic.lib.1.de Natu.Deor.168.

Conciliatrix amicitiæ,virtutis opinio. Cic.in Lelio.36.

Condimentum amicitiæ haud quaquam mediocre,iucunitas sermonum, atque morum. Cic. in Lælio.69.

Communes amicitiæ.Cic.in Lælio.66.

Dignus amicitia.Cic.in Lælio.67.

Amicitia exercita cum aliquo.Tacit.lib.17. Cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia.

Amicitiæ,non modò fautrices fidei:sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis quàm sibi. Cic.lib.1.de Fin.103.

In amicitiis fideles.Cic.2.de Finib.130.

Fines in amicitia qui sint,& quasi termini diligendi, constituendi sunt. Cic.in Lælio.50. Ibidem.53.

Amicitiæ fons à natura constitutus bonorum inter bonos beneuolentia.Cic.in Lælio.46.

Principum graues amicitiæ.Horat.1.Carm.1.1.

Amicitiæ gloria excellens Lælius.Cic.in Lælio.5.

Infusta amicitiæ grauis exitus imminebat.Tacit.lib.4.ad finem.

Amicitiæ ius in eo est,vt vti" quasi anim" fiat ex plurib".Cic.1.Lælio.77.

Iusteq veraeq; amicitiæ vet" est lex illa,vt idē amici sp velit. Cic.p Plā.3

Leues amicitiæ.Cicero in Lelio.82.

Amicitiæ locus vbi esse potest,aut quis amicus esse aliquam quem non ipsum amet propter ipsum? Cic.1.de Fin.124.

Ornamentum amicitiæ,verecundia.Cic.in Lælio.69.

Mediocres amicitiæ.Cic.2.de Finib.134.

Nouis amicitiis indulgere.Cic.in Lælio.50.

Amicitiæ coniunctionisque necessitudo.Cic.in Lælio.67.

Amicitiæ sanctum & venerabile nomen.Ouid.1.Trist.eleg.7.3.

Officiosam amicitiā nosse inquinas crimnoso.Cic.pro Plancio.37.

Par amicitiæ consularis.Cic.pro Domo sua ad Pontif.22. Quod enim par amicitiæ Consularis fuit vnquā in hac ciuitate cōiunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cn.Pompeius?

Partæ amicitiæ.Cic.lib.1.de Finib.102.Ratio ipsa monet amicitias cōparare,quibus partis confirmetur animus.

In amicitiis pestis nulla maior, quàm adulatio,blanditiæ,assentatio.Cicero in Lælio.76.

Amicitiæ præsidium firmissimum.Cic.lib.1.de Finib.105.

Pyladea amicitia.Id est summa,& qualis fuit inter Pyladem & Orestem. Cic.2.de Finibus.135.

Amicitiarum facietates esse non debent.Cic.in Lælio.60.

Amicitiæ sempiternæ.Cic.pro Rabirio Posthumo.20. Neque me verò præmiter mortales inimicitias,sempiternas amicitias habere.

Amicitiæ simulatio. Cic.in Lælio. 36.

Amicitiæ stabiles permanent.Cic.in Lælio.64.

Amicitia suauis.Lucret.lib.1.29. —& spectata voluntas
Suauis amicitiæ.

Validus ad amicitiam alicuius.Taci.lib.5. Vt quisqs Seiano intimus,ita Ad Cesaris amicitiam validus.

Venenum amicitiæ,odium.Cic.in Lælio.75.
Vera amicitia mihi ditior & affluentior videtur esse.Cic.in Lælio.51.

Veræ amicitiæ sempiternæ sunt.Cic.in Lælio.32.

Amicitia vetusta puer puero vinctus.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.3.

Amicitiæ vinculum nullum est certius,quàm consensus & societas consilium & voluntatum.Cic.pro Plancio.3.

Concordi amicitia,& charitate se compleeti.Cic.de Vniuersit.20.

Vis amicitiæ.Cic.in Lælio.14.&.18.&13.

Vsus amicitiæ varius est & multiplex.Cic.in Lælio.74.

Vulgares amicitiæ.Cic.in Lælio.65.

¶ Accedere ad amicitiam.Vide ACCEDO.

Accipere aliquem in amicitiam.Liuius.4.Decad.lib.4. Messenen in amicitiam nostram acceptam socius ipse sociam nobis vrbem vi arque armis cepisti. Vide ACCIPIO.

Adscribere alqué ad amicitiā.Cic.3.Offi.59.Admirarus eorū fidē reperiri,petiuit yt se ad amicitiā tertiū adscriberēt. Vide ASCRIBO.

Adrepere ad amicitiam.Vide ADREPO.

Allicit & attrahit ad amicitiam similitudo. Cic.in Lælio.46.

Amplecti amicitiam alicuius. Vide Exuere amicitiam.

Amicitias appetere.Cic.in Lælio.43.Vide APPETO.

Ad amicitiam applicare.Vide APPLICO.

Ab amicitia se auertere. Vide AVERTO.

Naturali amicitia carere.Cic.in Lælio.68.

Amicitiq,charitate & amore cernuntur.Cic.in Partit.47.

Amicitia claudicare videtur.Cic.1.de Finib.105.Vide CLAVDICO.

Amicitias cōparare:Id est Acgrere.Cic.i Lælio.54.& lib.1.de Fin.104.

Cōciliat amicitias & cōseruat virtus.Ci.i Lælio.83.Vide CONCILIO.

Conferre se ad amicitiam alicuius.Cic in Bruto.154. Quum Crassus tota ætatio ad amicitiam se meam contulisset.Vide CONFERO.

Stabilitas amicitiæ cōfirmari pōt.Cic.in Lælio.69.Vide CONFIRMO.

Conglutinare amicitias.Cicero in Lælio.32.Si vtilitas amicitias conglutinaret,eadem commutata dissolueret.

Ad coniungendas amicitias quantam vim habeat studiorum,ac naturæ similitudo,scitis omnes.Cic.pro Cluent.35.

Iucūdissima ea é amicitia,quā similitudo morū cōsinguit.Cic.2.Offi.65.

Amicitiæ cœptæ perenne fœdus.Stat.4.Syl.6.19.

Colere amicitias.Cic.in Lælio.47. Tātum abest vt amicitiæ propter indigensiam colantur.Et lib.1.de Fin.128.&.131.&.133.

Coluntur amicitiæ simulatione,duntaxat ad tempus. Cic.in Lælio.48.

Amicitia cum voluptate connectitur.Cic.1.de Finib.103.

Amicitiam constituere & tollere. Cic.1.de Finib.126.Si vtilitas amicitiam constituet,tollet eadem.

Contrahit amicitiam virtus.Cic.in Lælio.45.

Consequi amicitiam.Cic.in Lælio.70.

Amicitiam vtilitas constituit.Vide CONSTITVO.

Amicitiam continere.Vide CONTINEO.

Conuerterant se amicitiæ in graues inimicitias.Cic.in Lælio.67.

In amicitiam conuertere aliquem.Vide CONVERTO.

Amicitiq terga dare.Ouid.3.Trist.eleg.5.
Versaque amicitiæ terga dedere meæ.

Amicitias dat census.Ouid.1.Fast.44. —dat census honores,
Census amicitias:pauper vbique iacet.

Amicitia remissior esse debet,& liberior,& dulcior,& ad omnem comitatem facilitatemque procliuior.Cic.in Lælio.59.

Depositæ amicitiæ. Cic.in Lælio.66.

Deserere ius amicitiq.Cic.in Lælio.34.

Dimittere amicitias.Cic.in Lælio.65.

Detrahere personam amicitiæ dicimur,quum aperte quæ sentimus animo,tum facimus,tum loquimur apud amicos: & quicquid in pectore clausum est,id præ nobis ferimus.Vultus enim ab animo ducrepans, persona verius est,quàm vultus.Erasmus in Chiliad.

Amicitiam dfuelli à voluptate non posse.Cic.2.de Finib.131.

Dirumpere amicitias.Cic.in Lælio.71.

Discindere amicitias.Cic.in Lælio.65.

Dissociat amicitias dissimilitudo morum. Cic.in Lælio.64.

Dissoluere amicitias.Cic.in Lælio.32.

Dissuere amicitias.Cic.in Lælio.65.

Amicitiq durant firmissimè. Quintilianus lib.1.cap.2. Mitto amicitias, quę vsque ad senectutem fir missimè durant,religiosa quadam necessitudine imbutæ.

Eleuare

Eleuare amicitias remissione vsus.Cic.in Lælio.65.

In amicitiam & fit amicitia alicuius esse. Vide IN.

Auctoritas mihi est cum eo.Ci.pro Cluēt.97.Nam mihi cum viris fortibus, qui Censores proximè fuerunt, ambobus est amicitia:cum altero verò magnus vsus,& summa vtriusque officii necessitudo est.

Amicitiam euertere funditus.Cic.2.de Finib.128.

Exardescit amicitia.Cic.in Lælio.82.

Fideles amicitias excludere.Cic.in Lælio.49.

Experenda amicitia.Cic.2.de Inuent.245.—

Amicitiæ munus expletum est.Cic.in Lælio.60.

Extinctæ amicitiæ.Cic.in Lælio.67.

Exuere amicitiam alicuius.Corn. Tacit.lib.5. Nam ea tempestate qua Seiani amicitiam cæteri falsò exuerant,ausus est eques Romanus M. Terentius ob id reus,amplecti.

Molestas amicitias faciunt quidam, quum ipsi se contemni putant. Cic. in Lælio.63.

Fingere amicitias vtilitatis causa.Cic.in Lælio.47.

Amicitiæ recordatione frui.Cic.in Lælio.14.

Gerere amicitiam. Cicero ad Appium Pulch.lib.3.epist.8.22. Doctissimis hominibus authoribus,quorum sunt de amicitia gerenda præclarissimè scripti libri.

Amicitiam & gignit & continet virtus.Cic.in Lælio.19.

Habenas amicitiæ habere laxissimas, quas vel adducas quum velis, vel remittas.Cic.in Lælio.42.

Amicitiæ rationem impedire, si summum bonum in voluptate ponatur. Cic.lib.1.de Finib.107.

Amicitia incepta à parum.Vide INCIPIO.

Insidere in amicitias malorum.Cic.in Lælio.39.

Interpuit amicitias mulebres. Tacit.lib.5.non procul ab initio.

Amicitia indeclinata.Ouid.4.Trist.eleg.5.5.
Teque(quod est rarum)præsta constanter ad omnes.

Indeclinatæ munus amicitiæ.

Indulgere amicitiis nouis.Vide INDVLGEO.

Iniunxit amicitiam cum eo.Vide INIVNGO.

Instituere amicitiam cum aliquo.Liuius.4.Decad.lib.4.Breuiter perorat um esse potuit: nihil me, posteaquam vobiscum amicitiam instituī, cur eius vos poeniteret,commisisse.Vide INSTITVO.

Institutionem amicitiæ omnino nō posse reperiri. Cic.lib.1.de Fin.107.

Amicitias pares sibi iungere.Ouid.3.Trist.eleg.4.9.

Iungere amicitias & consuetudines cum aliquo.Cic.pro Deiotaro.18.

Amicitiam manere difficile est,si à virtute defeceris.Cic.in Lælio.36.& lib.1.de Finib.125.

Manere in amicitia.Vide MANEO.

Amicitiam si metiare sua charitate, nihil est præstantius. Cicero.2.de Finibus.135.

Amicitiam nasci quidam volunt ab inopia.Cic.in Lælio.19.

Opprimere amicitiæ.Cic.in Lælio.67.

Amicitia orta mihi videtur à natura potius quàm ab indigentia. Cicero in Lælio.16.

Ortus amicitiæ generosus.Cic.in Lælio.29.&.32.

Amicitiam natura ipsa peperit.Cic.in Lælio.18.

Amicitiam pepigerat cum ea gente C. Valerius Leuini filius. Liuius.4. Decad.lib.8.

Amicitia permanet vsque ad extremum vitæ diem.Cic.in Lælio.32.

Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio. Cicero in Lælio.50.

Amicitiam petere propter vtilitatem.Cic.2.de Inuent.245.

Amicitia præcurrit iudicium.Cic.in Lælio.56.

Amicitias vtilitate probat vulgus.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.2.

Amicitiæ profectæ ab nostro beneficio.Cic.2.de Inuent.245.

In amicitia proueeti longius.Cic.in Lælio.33.

Quæsita amicitia vtilitatis causa.Cic.2.de Finib.134.

Amicitiarum præsidia quærere.Cic.in Lælio.43.

Recipere aliquem in amicitiam. Cic.ad Atticum, lib.2.epist.25.1. Numestium ex literis tuis studiosē scripsi, libenter in amicitiam recepi.

Remouere se ab amicitia Pompei.Cic.in Lælio.66.

Amicitia ac societas nuper Philippi bello renouata. Liu.4.Decad.lib.4.

Renuntiare amicitiam alicui.Id est Diremptam significare. Tacit.lib.2. Componit epistolas,queis amicitiam renuntiabat. Suetonius in Caligula, Ac ne tunc quidem vltra progressus, quàm vt & amicitiam ei more maiorum renuntiaret.

Institutionem amicitiæ omnino nō posse reperiri. Cic.lib.1.de Fin.107.

Repudiare amicitias gratiosorum.Cic.pro Plancio.37.

Per amicitiam diuosque rogatus.Horat.1.Serm.Saty.4.18.

Rumpere amicitiæ vincula. Lucret.lib.3.117.

Serpit amicitia nescio quo modo per omnium vitam.Cic.in Lælio.72.

Amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternam fore.Cic.in Lælio.14.

Spernere veteres amicitias.Cic.in Lælio.50.

Amicitiam funditus tollere è vita.Cice.in Lælio 44.

Tollere amicitiæ nodum amabilissimum.Cice.in Lælio 47.
Ad tollendam amicitiam valet hoc præceptum.Cice.in Lælio.54.

Tueri amicitiam.Cic.lib.1.de Finib.103.

In amicitiis tuendis quanuis comis fuerit Epicurus,non satis acutus fuit. Cicero 2.de Finib.129.

Vacillat stabilitas amicitiæ.Cic.lib.1.de Finib.101.

Venire in amicitiam alicuius.Liu.4.Decad.lib.8. Aut vi capta ab Romanis esset,aut Volumtate in amicitiam venisset.

Violare amicitiam alicuius. Liu.4.Decad.lib.4. Si vestram amicitiam violassem. Paulò pōst,Vestram amicitiam ac societatem non violaui. Ibidem,Quibus igitur rebus amicitia violatur?
Vocare amicitiam ad calculos.Cice.in Lælio 52.

* Amicities,amicitiei,(φιλία,) Idem quod amicitia. Lucret.lib.5.204.
Tunc & amicitiem coeperunt iungere habentes
Finitima inter se.

Amictorium, (ἀναβολάριον,) Vestimentum puellare candidū, ac subtilissimum ex lino.De quo Martialis li.14. 154.intelligit hoc disticho,
Mammosas metuis,teneræ me trade puellæ:
Vt possint niueo pectore lina frui.

AMILCAR,(Ἀμίλκας,) Dux Carthaginensis cognomento Rhodo,facundia,solertiaque insignis,de sententia Athenien sium,qui ea tempestate crescentem Alexandri Magni potentiam timebant, in castra ad Alexandrum venit,sese,& exulem fugiens,& militem offerens.Parmione admum conciliante,atque ita consiliis eius exploratis, in tabellis ligneis cera desuper inductis omnia ciuibus suis perscribebat:vt author est Trogus libro 22.Amilcar an alius, an idem, quem supra nominauit,inter authores non satis deprehenditur,qui à Syracusanis accersitus contra Agathoclen tyrannum eos obsidione prementem, vt idem Trogus author est,lib.22.

Amilcar item cognomento Barcha,pater Annibalis,qui primam secundum filium Annibalem inter Pœnos Duces gloriam obtinuit. Hic ex Liuio,& cæteris historiæ scriptoribus notissimus est.

Amilcarem alium.Liuius lib.31. memorat, qui dicit L.Furium Prætore Gallos Insubres rebellantes,& Amilcarem Pœnum in ea acie victisse.

AMINAEVM,(Ἀμίναιον,) Ptolemæo est Italiæ oppidū in Campania, vbi sunt generosa vina.Aminæum Ptolemæus Falernum vocat,lib.3.

Aminæus,adiectiuum,pe.prod.(Ἀμιναῖος,) à regione Amsiræa.vt Vitis Aminæa.Virgil.2.Georg.Sunt & Aminææ vites,firmissima vina. Sic vuæ Aminææ,Colum.lib.3.cap.9.1.& Plin.lib.20.cap.14.8.

AMISIVS,(Ἄμισιος,) fluuius est Germaniæ Pōponio Melæ,& Plinio lib.4.cap.14.Strabo Amasium vel Amasium vocat.Ptolemæus Amasium,qui Vidrum tamen alium,nescio an bene, iuxta nominat. hodie Ems vocatur à Germanis,quali Emilius corrupto vocabulo quanquā verius est Latina illa nomina ex Germanis nata deflexaque fuisse. Ortus hic Vestphalis montanis, inter Erisios, & quos hodie Bremenses vocant, Oceano miscetur.Hæc Vadianus Pomponii interpres.

Amita, ānitæ,penul.correp.(πατρὸς ἀδελφή,) Festus, Amita patris mei soror,quia tertia à me sit,atque auia videri potest. Dicta ex eo,q̄ ab antiquioribus amita sit vocitata. Cic.pro Cluentio 22. Qui vxori suæ Cluentiæ,quæ amita huius Habiti fuit. Liuius 9.bel.Maced.19. Adoleicens inde ad Ebutium se amitam contulit. Persius Sat.6.7. —si mihi nulla
Iam reliqua ex amitis patruelis nulla,proneptis Nulla,&c.

Maior amita.Vide MAGNVS.

¶ Amita,Pediculorum oppidum.est autem Pediculorum ager Brundisio conterminus.Plinius lib.3.cap.11.

Amitini penul.prod.(ἀμιτῖνοι,) fratrum maris & fœminæ filii. Nonius.

AMITERNVM,(Ἀμίτερνον,) vrbs Vestinorum in Italia Ptolemæo, hodie Aquila. Meminit Plinius lib.3.cap.5.

Amiternus,adiectiuum vt Amiterna cohors.Sil.Ital.lib.8.53.

* Amithaon,(Ἀμυθάων,)pater Melampi.Stat.3.Thebaid.Iuxtaque Amithaone eretus,tam senior sed mente virens phœboque Melampus Associat passus.

Amithaonia,(Ἀμυθαονία,) domus.Propertius 2.Eleg.3.11. Mox Amithaonia nupta futura domo.

Amithaonius Melampus.Tibull.4.eleg.1.24.

Amitini, Vide AMITA.

Amitto, amittis,amisi,amissum,(ἀποπίπτω,) amittere. Dimittere,Terentius Heauton.3.1.71.
Prius proditurum te tuam vitam,& prius
Pecuniam omnem,quam abs te amittas filii. Vbi Donatus,Hoc quod nos dicimus Dimitte,antiqui etiam dicebant Amitte. Sallust. Pactiōe amisso Publio legato.Plaut.Aulul.70.28.Hunc si amitto, hic abierit.

¶ Amittere, pro Mittere.Plautus Capt.2.36.
Quo pacto hic seruos suum herum hinc amittat domum.

¶ Amittere, Perdere, (ἀπολλύναι,) Sallustius, Iam pridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus. Terent.Heauton.2.3.84.
Aut illa cum his amittenda sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amittere & perdere.Cice.2.Verr.9.Classes amissæ & perditæ.
¶ Amittere rem de manibus,pro eo quod vulgo dicunt (lasciarsi vscir fora delle mani.) Cice.5.Verr.26.Tamen hoc nouum genus iniuriæ ferre posset, quum tuos omnes fructus publicano tradidisses, & rem de manibus amisisses, tum bona tua repetere ac persequi lite atque iudicio. Idem 6.Verr.39.Quod intellexisti te præda de manibus amissa, testimonium tamen effugere non posse.
Amittere hominem de manibus.Cic.pro Cœlio 51.Cur Licinium de manibus amiserunt?Id est comprehensum abire permiserunt.
Amittere è manibus. Liuius 9.bel.Pun. 160.
Masinissam saucium propè è manibus inter tumultum amisit.
Amores.Virgilius 3.Georgic.45.
Animam.Plaut.Amph.4.86. Author ad Herenn.lib.4.221.
Aspectum.Cic.1.Tusc.115.Quod iis sæpe vsu venit,qui quum acriter oculis deficientem solem intuerentur,vt aspectum omnino amitterét.
Authoritatem.Cice.4.Academ.231.
Causam.Cice.2.de Orato.56.& ad Attic.lib.9.epistо.173.Sic amittere,aut obtinere litem Idem pro Rosc.Com.6. Ad iudicium hoc modo venimus,vt totam litem aut obtineamus,aut amittamus.
Ciues.Cice.pro Marcello 10.
Ciuitatem.Cic.1.de Orat.90.Nú is ad suos postliminio redisset, & amisset hanc ciuitatē?Id est ius ciuitatis.Et pro Domo sua ad Pontif.60.
Colorem.Ouidius 9.Metamorpho.655.
Confidentiam.Plaut.Amphit.17.2.
Consilium.Terent.Eunuch.2.2.10.
Corpus & vires.Cice.in Epistо.lib.7.ad Gallum 27.7.
Decorem æger dicitur,quum sic emacuit,vt vix humana in eo species appareat.Cornel.Celsus lib.2.cap.2.Peius tamen signum est, vbi aliquis contra consuetudinem emacuit,& colorem,decoremque amisit.&c.
Dignitatem amittere.Cice.ad Lentulum,lib.1.8.10.
E conspectu.Terent.Eunuc.2.3.2. Neque virgo est vllam:neque ego, qui illam è conspectu amisi meo.
Egestatem,ærumnas,&c.Sallust.
Ex animo.Cicero pro Roscio Amerin.ad finem,Etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.Id est Ablegamus & eiicimus.
Existimationem pudoris.Cice.4.Verr.140.
Filium.Cice.ad Serut.Sulpit.lib.4.epistо.6.6.
Amittit florem punica foribus nimiis,& pruinis.Plin.lib.16.cap.26.
Fortunas,& omnia ornamenta.Cice.3.Verr.111.
Fugam.Sallustius.
Honestatem omnem.Cice.pro Roscio Amerino 67
Humorem.Cice.3.de Natura deorum 46.
Imperium.Plin.lib.2.cap.26.3.
Impetum.Seneca in Hercul.Oetheo 8.2.
Ius imperii & exercitus.Cice.10.Philipp.277.
Laudem.Plinius epistо.177.b.
Libertatem.Cicero pro Domo sua ad Pontifi.60.
Libidinem omnem, Plaut.Milit.29.50.
Lumen.Cice.5.Tusc.119.
Oculos. Cæsar 3.bel.Ciuil.209.
Memoriam alicuius.Cicero pro Deiotaro 7.
Occasionem.Cicero Attico,lib.15.epistо.326.3.& pro Cecinna 11.& Terent.Eunuc. 3.5.57.
Amisit opes.Ouidius 21.epistо.14.
Opinionem.Cice.Attico.
Amittere oppidum,& Recipere,Contraria.Cice.de Senect.10.Salinatori,qui amisso oppido fugerat in arcem,glorianti atque ita dicenti,Mea opera Quin.Fabi Tarentum recepisti?Certè, inquit ridens, Nam nisi tu amisisses,nunquam recepissem.
Ornamenta.Cice.ad Serutum Sulpit.lib.4.epistо.6.7.
Patrem aut liberos.Pli.epist.84.Cic.in epist.Senec.in Herc.Oeth.11.2.
Reuerentiam amittere dicitur imperator.Plin.in Panegy.
Captum piscem amittere.Cice.2.de Natura deorum 186.
Prædam.Plaut.Milit.8.45. Cice.6.Verr.39.
Receptum. Pompeius ad Domitium in epistolis ad Attic.lib.8.163.4. Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Id est locum in quem possim me recipere.
Salutem.Plaut.Merc.11.5. Cice.3.de Natu.deorum 125.
Sensum humanitatis omnem ex animo.Cice.pro Rosc.Com.72.
Amisit sensus.Ouid.10.Metamorpho.100.
Spiritum. Cice.3.de Natura deorum 46.
Vires. Ouid.1.de Ponto,eleg.2.8.
Tempus.Cice.pro Murena 40.& de Prouinc.Consul.14.
Virtutem & fidem nunquam amiserim. Cicero Post reditum in Senatu ad finem.
Vitam.Horatius 1.Sermonum,saty.1.12.
Vitam amisit Decius, at non perdidit enim vilissima & parua maximam redemit Author ad Herenn.lib.4.221.

Vitam per dedecus. Cicero pro Roscio Amerino 18.& pro Milone 28. Sallust. in Catil.
Amissio,Verbale,(ἀπωβολὴ,) Rei alicuius priuatio.Plin.lib.17.cap.1.3. Foliorum quoque amissione languidas arbores. Cicero 3. de finibus 79.Amissio sensuum. Valerius libro 2.Quò paruulorum amissionem æquiore animo sustinerent. Cicero in Pisonem 33. Amissio dignitatis. Ibidem 31.Oppidorum turpis amissio.
Amissus,participium,(ἀπωβεβλημένος) Virgil.2.Aeneid. Quisquis es,amissos hinc iam obliuiscere Graios.
Amissa bis cõiuge mœstus.Oui.4.Tristium,eleg.1.4.De Orpheo loquit.
Amissum diem excutiet polo Titan.Seneca in Herc.Oeth.8.16.
Amissus fato.Catul.in Argon.49.Amissum credens imitti Thesea fam.
Amissæ leges.Lucan.lib.3.130.
Amisso magistro errare.Virgil.5.Aeneid.172.
Amissæ opes.Ouid.1.Trist.eleg.8.2.
Amissa palma.Virgil.5.Aeneid.103.
Amissa recuperare.Cicero Post reditum in Senatu, ad finem.
Amissis remis.Virgil.5.Aeneid.54.
Amissa rosa riget relicta spina.Ouid.2.de Arte amandi 24.
Amissam virtutem reposcere.Ouid.12.Metamor.47.

Ammium, mii, (ἄμμι,) semen est exile minus cumino. Plin.lib.20.cap.vlt.de Theriaca Antiochi,Anethi & Ireatica li seminis,& anisi,& ammii,& apii, &c. Meminit & libro 20.cap.14. Quidam cuminum Aethiopicum vocant: notum officinis omnibus semen,Ameos nomine Ruellius lib.3.cap.45.

AMMODITES,(ἀμμοδίτης,) animal magnitudine cubitali,simile vipere.Vipera enim subflana est.Aetius Sermone 13.cap.16.

AMMON,(ἄμμων,) dictus est Iuppiter ab Ammone,quodam pastore qui primus in Libya Ioui templum ædificauit.Author Pausanias in rebus Messeniacis.

Ammonis nomen ab arenis ductum putat Seruius.Sic enim ait in illud 4. Aeneid.4.Hic Ammone satus,&c. Liber quum Indos peteret, & per Libyam exercitum duceret fatigatus sitì, Iouis patris sui implorauit auxilium.Et statim viso insecutoque ariete, velut duce Iouis inuentus est.Vnde factum est Ioui Ammoni ab arenis picto simulacrum cum capite arietino.Quod ideo fingitur,quia satis inuoluta sunt eius responsa. Sanè ἄμμος, arena Latinè dicitur. De Ammone longe alia traduntur apud Diodorum Siculum lib.4.cap.vlt.

Ammon corniger.Lucan.3.
– non corniger Ammon
Mittere Marmaricas cessauit in arma caterua.

Ammonis cornu inter sacratissimas Aethiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens,promittitur prædiuina somnia repræsentare.Plin.lib.37.cap.10.

Ammon Garamanticus.Sil.14.
Fer pater afflictis,fer ait,Garamantice vates
Rebus opem. Ammonem alloquitur.

Ammon Marmaricus. Claudianus,
Marmaricus claris violatur cædibus Ammon.

Ammon Syrticus.Lucan.lib.10.
Non sterilis Libyæ,non Syrticus obstitit Ammon.

Ammoneo, Vide ADMONEO.

Ammoniacum, (ἀμμωνιακὸν) vulgo.Armoniago,metopii arboris lachrymas de qua sic Plinius lib.12.cap.25.1.Ergo Aethiopiæ subiecta Aphrica ammoniaci lachrymam fallat in arenis suis,inde & nomine etiam ab Ammonis oraculo,iuxta quod gignitur arbor quam metopion vocant:resinæ modo aut gummi.Latini vt ait Dioscor. γοῦτα,id est Guttam vocant.

Ammoniacus,adiectiuum,(ἀμμωνιακὸς,) vt Ammoniacus sal,ab Ammonia ciuitate,quæ & Parætonium dicitur,authore Strabone,lib.17.Columel.libro 6.cap.17.6. Ouidius de Medicamine faciei 19. Cumque Ammoniaco mascula thura sale.

Ammoniacum salem dici tradit Dioscorides, quasi arenarium.cui subscribit Plinius libro 31.cap.7.de salis generibus loquens. Nam Cyrenaici (ait) tractus nobilitantur ammoniaco, & ipso quia sub arenis inueniatur,appellato.

Ammonitrum, (ἀμμόνιτρον,) Massa vitri albi:de qua sic Plinius,lib.36.cap.26.4.

AMMONIVS,(ἀμμώνιος,) Alexandrinus summus philosophus:praeceptor Origenis, vt Porphyrius in tertio contra Christianos latè tabularterran.qui & alterius Ammonii meminit, quem dicunt habuisse aliquem sapientiæ auditorem:rem quidem prodigiosam, sed quam memoriæ prodidit Suidas.

Ammonius Herneus ex Aegypto, præceptor Ioannis Grammatici.Vo-

Amnis, huius amnis,masc.gen.(ποταμὸς,) Fluuius. Festus, Amnis proprie dicitur à Circumnando,quoniam ex Græca prægnatione sumptum,quæ est ἀμφὶ,significat enim circum: & nare,fluere.Virg.1.Georg.Atque alius latum funda iam verberat amnem. Plin.libro 10.

bro 10.cap.51.2.Halcyones subeunt & in amnes.
Amnis,pro torrente.Virgil.4.Aeneid. Ruunt de montibus amnes.
Amnis vetustè positum in fœm.gen.Plaut.Merc.Neque vlla mihi obstabit amnis. Næuius Lycurgo,sed quasi amnis eis rapit,sed tamen misera flectitur.Varro περὶ πλοίων,lib.1.Propter hos fluit amnis,quam olim Albolam dicunt vocitatam.Ex Nonio.
Amnes dedecus undas in mare.Ouid.1.Metam.58.
Amnes elisо pellitur vapor spumeus.Claudian.epigram.5.13.
Amnes epoti arebant.Claudian.Paneg.1.34.
Amnes euanuisse & exaruisse quosdam,aut in alium cursum contortos & deflexos vidimus.Cic.1.de Diuinat.70.
Amnes exhausti solibus.Stat.3.Thebaid.52.
Amnis incurrit validis cum viribus.Lucret.lib.1.78.
Amnes ruunt.Virgil.4.Aeneid.33.
Amnes rumpuntur fontibus.Virgil.3.Georg.84.
Amni secundo desinit.Virgil.3.Georg.88.
Amnibus sedatis,septem alatis surgens Ganges.Virg.9.Aeneid.6.
Amnibus solutis iam nare iuuat.Stat.1.Thebaid.3.
Amnes sonant balatu & crebris mugitibus.Virgil.3.Georg.109.
Amnes sonuerunt curribus.Lucan.4.61.
Anguis trames.Virgil.6.Aeneid.134.
¶ Amnes alti.Iuuenal.saty.10.12.
Angues.Claudian.in Eutrop.2.62.
Castor bibendos amnis.Stat.4.Syl.7.3.
Cauus.Ausonius,Ingerit illa cauos amnes.
Cæruleus.Stat.1.Syl.5.11.
Circumfluus.Ouid.15.Metam.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis.
Clamatus sacris vlulatibus.Stat.9.Thebaid.87.
Clementissimus.Ouid.9.Metam.24.
Concitus imbribus.Ouid.3.Metam.16.
Frigidus.Claudianus.
Fumidus.Virg.7.Aeneid. Fumidus,atque alte spumis exuberat amnis.
Gelidus.Claudian.epig.5.15.
Gallo gratissimus.Virg.6.Aeneid.13.loquitur de Tybride.
Lethæus.Virgil.6.Aeneid.141.
Liquidissimus.Ouid.6.Metam.80.de Marsya Phrygiæ amne loquitur.
Liquores amnium perlucidi,riparum vestitus viridissimi. Cic.2.de Natura deorum.143.
Lubricus.Ouid.3.Amorum,eleg.5.17.
Magnus.Ouid.1.Metam.57.
Maligno amne radit arenas.Seneca in Hippol.1.3.
Mitissimus.Stat.1.Syl.5.5.
Nubigena.Stat.lib.1.Thebaid.72.
Miratur modò nubigenas è montibus amnes.
Obliquus.Lucan.lib.1.Primas in obliquum sonipes opponitur amnem.
Papyrifer.Ouid.3.Trist.eleg.10.6.Nilum intelligit.
Peregrinus.Ouid.8.Metam.169.
Nec fatiatur aquis,peregrinoque ebibit amnes.
Perlucidus magis vitro.Ouid.epist.21.52.
Phaethontius.Sil.Ital.lib.7.30.Padus intelligitur.
Piscosus.Ouid.3.Fast.117.
Placidus.Ouid.1.Metam.70.&.141.Sic vocat amnem Ladonit.
Pronus.Virg.1.Georg.41.Atq; illũ in præceps prono rapit alueus amni.
Purus.Horat.1.epist.2.24.
Quietus.Claudian.epig.46.22.
Rapidus.Senec.Medea.6.7.Lucret.lib.1.Et rapidos tranant amnes.
Refluus.Claudian.epig.22.16.
Rigidus.Valer.lib. – qua rigidos eductas Bosphorus amnes.
Riguus.Virg.1.Georg.Rura mihi,& rigui placeant in vallibus amnes.
Sedatus amnis.Cic.in Orat.32.de Herodoto & Thucydide, Alter enim sine vllis salebris quasi sedatus amnis fluit:alter incitatior fertur.
Sæuus.Claudian.Paneg.2.38.
Seuerus.Virg.3.Georg.8.
– amnemque seuerum Cocyti metuet.
Sonans.Catull.32.3.
Solutus.Lucan.lib.2.99.
Nam prior è campis vt conspicit amne soluto Rumpi Cæsar iter.
Spumans.Valer.4.Argonaut.
Spumeus.Virgil.2.Aeneid.99.
Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis Exiit.
Spumosus.Virg.12.Aeneid.Dant sonitum spumosi amnes.
Subactus.Claudian.epig.5.36.
Te non Hesperidum pomis,non amne subacto,
Non socerum fallente rota,sed iudice digous
Augusto,variis Stilico spectatus in armis, Accipit.
Taciturnus.Horat.1.Carm.ode.31.2.
Torpens.Stat.4.Thebaid.36.
Tumidus.Lucan.lib.3.
Turbidus.Lucretius lib.1.58.
Vadosus.Virg.7.Aeneid.
– amnisque vadosi Accola Volturni.
Vagus.Claudianus in Ruffinum 2.5.
Vagi amnis ripæ.Seneca in Hippol.4.31.
Amnes vastos congerit.Val.Argonaut.4.144.
Viridis.Sil.lib.4. At nitidum viridi lentè trahit amne liquorem.
Amnicola,penul.correp.(ἀκτοτάμιος,) Ouidius 10.Metamorpho.204. Amnicolæque simul salices,& aquatica lotos.
Amnicus,penul.correp.(ποτάμιος,) adiectiuum,vt Amnica insula.Plinius lib.3.cap.25.2. Insula in Sao Matubarris,aumicarum maxima.

Amo, amas,(φιλέω, ἐράω, στέργω,) amare, Plus est quàm Diligere. Cice.ad Dolabellam,lib.9.epistо.14.13. Quis erat qui putaret ad eum amorem,quem erga te habebam,posse aliquid accedere tantum tamen accessit,vt mihi denique nunc amare videar,antea dilexisse. Idem, Sed tamen vt scires eum non à me diligi solùm, verùm etiam amari. Sic ad Brutum,epistо.1.
Amare nihil aliud est,nisi eum ipsum diligere quem ames,nulla indigentia,nulla vtilitate quæsita.Cice.in Lælio 83.
Amare ex animo aliquem.Cic.ad Quin.frat.lib.1.epistl.1.22.Te autem ament ex animo,ac non sui commodi causa simulent.
Amare se fine rituali.Cice.ad Quin.frat.lib.3.epistо.24.6.
O dignum,quàm ineptus,quàm ipse amans fine rituali!
Amo Phyllida ante alias.Virgil.3.eclog.16.
Amat nos,eluosque habet Pompeius.Cic.ad Attic.lib.2.epistо.35.1.
Diligere,amplecti,amare aliquem.Cic.ad Attic.lib.1.epistо.8.7.
Amari & diligi.Cic.6.Verr.45. Artagathus homo nobilis,qui à suis & amari & diligi vellet. Idem de Natu.deorum,lib.1.160.
Amare corde vel animo,pro Ex corde,siue Ex animo.Plaut.Cap.7.61.
Amare certa fide.Ouid.3.de arte amandi 103.
Amant mutuis animis.Catull.de Acme & Septimio 42.4.
Amare certatim aliquem.Ci.3.Philip.136.Quem ego & frater meus certatim amantissimis omnibus horis in oculis,auribus,complexu tenemus.
Amare amorem alicuius.Cic.Papirio,lib.9.epistо.16.1.
Ames constantiam meam volo.Cic.ad Attic.lib.2.epistо.25.1.
Amo igitur voluntatem.Cice.Fabio Gallo,lib.7.epistо.25.1.
Amauimus nefanda. Seneca in Hippol.5.2.
Amat nemus,scriptorum chorus,& fugit vrbes.Horat.2.epistо.2.16.
Amare syluas.Ouidius 3.Metamorpho.155.
Amare otia.Virgil.5.eclog.12.
Amare quippiam plus suis oculis Catull.3.1.& Terent.Adelph.5.7.5.
Amabat alios turpissimè,aliorum amori flagitiosissimè seruiebat. Cice. in Catil. 30.
Amari dignus.Virgil.5.eclog.19.
Amare in matrimonium.Quintil.lib.11.cap.1. Pater ex meretrice natũ quòd amet meretricem in matrimonium,abdicat.
¶ Amare,absolutum pro Amore captum esse.Terent. Eunuch.2.3.15. Qui quæsoè CH.amo. Idem And.1.2.20.Omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt. Ibidem 1.2.14. Meum gnatum rumor est amare. Idem Adelph.1.1.36. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?Hoc est Cur amori dat operam!
¶ Amare,pro Frui amore. Terent.Eunuch.4.2.13.
– certè extrema linea
Amare,haud nihil est. Vbi Donatus, Amare,modò frui amore dicit. Plaut.Bacchid. Prius hic adero,quàm te amare desinam. Et,Sine te amem.
Amare se in aliquo.Cice.ad Attic.lib.4. epistо.85.1. Dicet tu,Ergo hæc quomodo fers?Belle me hercle,& in eo me valde amo.
Amare seipsum,Hoc est Semirari,Sibi placere. Cice. de Aruspicum respо.17.Quàm volumus licet P.C.opti nos amemus,tamen nec numero Hispanos,nec robore Gallos,nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos superamus. Idem 1.Offi.44.Facile quod cuiusque temporis officium sit,poterimus, nisi nosmet ipsos valde amabimus,indicare. Idem in Topic.25. Ne nimium te amare videare.
¶ Amas quòd,pro placet tibi quòd.Horat.1.Sermo. – amasque
Quòd nusquam tibi sit potandum.
Amo te ex.Plinius Iunior lib.3.epistо.9. Quem ego quum olim mutuò diligerem,ex hac offici societate amare ardentius cœpi.
Amo te quòd.Cice.ad Attic.lib.1.epistо.13.Te multum amamus,quòd ea abs te diligenter paratoque curata sunt. Idem, Multum te amo, quod respondisti Octauio. Id est magnam tibi habeo gratiam: vel gratum mihi fecisti,&c.
Amo te de hac re,pro eo quod est,Ob hanc rem habeo tibi gratiam. Terent.Eunuch.3.2.3.Ecquid nos amas de fidicina hac? Cice. ad Attic. lib.7.epistо.122.8.De Rauisculo Numeriano multum te amo.
Amant confociare.Horat.2.Carm.ode 3.2.
Amant iacere inter puluillos sericos.Horat.Epodo 8.3.
Amat bibere toto anno palma.Plin.lib.13.cap.4.2.
¶ Amat, pro Solet.Tacit.lib.4.Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanī

cum decernuntur, plerisque additis, vt fermè amat posterior adulatio. Tractum à Græcis, qui φιλῶ γυναῖκα, hoc est Amat fieri, pro Soler fieri, vsurpant. Huius locutionis meminit Quintilianus lib. 9. cap. 3. Erat mus quoque in 6. caput Marthæi.

¶ Amet cauè pauper. Ouid. 2. de Arte Amandi 34.
Amauit crudelius. Ouid. 3. Metamorpho. 89.
Inuitus amabo. Ouidius 3. Amorum, eleg. 10. 7.
Amet occultè. Ouid. 3. Tristium, eleg. 4. 15.
Antare patienter. Ouidius epist. 18. 1.
Sapienter amare. Ouidius epist. 20. 12.
Si lædis quod amas, hostem sapienter amabis.
Amari tantopere. Lucretius lib. 3. 186.
Amare turò. Ouidius 2. Amorum, eleg. 5. 13.
Amare vnicè patriam & ciues suos. Cicero in Catilinam 5.
¶ Si me amas. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. epist. 12. ad finem, Amabo te aduola, consolabor te, & omnem abstergebo dolorem: & addue, si me amas, Mariumsed approperate. Idem ad Volumnium lib. 7. epist. 33. 4. Pugna, si me amas, vt sacramento contendas mea non esse.
Amâbo, penul. prod. (ποθῶ σὲ θεόν,) Interiectio blandientis & amantis. Cic. ad Volumnium lib. 7. epist. 33. 6. Vt blanitaris possessionem, amabo, quibusuis interdictis defendamus. Plaut. Ampli. 6. 41. Noli, amabo, Amphitruo irasci Sosiæ causa mea. Idem, Dic, amabo. Idem, Quo, amabo, ibimus? Idem, Quid, amabo, pater? Terent. Eunuch. 4. 4. 7. Habesne hominem, amabo? Idem. Vide, amabò, num sit domi.
Amabo te, & Ama me, in eadem significatione. Ci. ad Cassium, lib. 15. Et, amabo te, quum dabis posthac aliquid domum literarum, mei memineris. Quasi dicerer, Obsecro te mi frater. Idem ad Atti. lib. 5. epist. 10. 5. 3. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe. Idem Attico, lib. 6. epist. 1. 4. Ama me, non libenter vidisse modò succederet, modò gratias agit. Id est, mihi crede, vel certè. Idem, Amabo te, adaola, consolabor te. Idem ad Quin. fratrem, lib. 1. 4. 1. Quin. Cicero Tironi, lib. 16. 27. 4. Etiam si te veniens in medio foro videro, diffluamabor, me ama. Vale. Hîc pro Certè, vel, Mihi crede, positum videtur.
Amando perdere. Horat. 1. Carm. ode 8. 1.
Amanda vox. Horat. 4. Carm. ode 14. 7.
Amandi præceptor. Ouid. 2. de Arte Amandi 33.
Amando superare aliquem. Ouidius 14. Metamorpho. 28.
– sed enim superabit amando Hoc quoque Vertumnus.
Amans, Participium, (ἐρῶν,) Qui, vel quæ amat, seu pudicè, seu impudicè. Virgilius 3. Georg. 63. Amantes ardua dumos.
Amantes littora myrtos. Virgilius 4. Georgic. 25.
Amans, (ἐραστὴς,) nomen ex participio. Plaurus Asin. 16. 7. Cõtinentem, amantem vxoris maximè. Matius Ciceroni lib. 11. epist. 28. 17. Qui me parum patriæ amantem esse existimant. Cic. ad Atticum, lib. 9. epist. 6. vltima, Boni ciues amantes patriæ.
Studiosus, amans, obseruans. Cicero pro Rabirio Posthu. 37. Veterem amicum suum, studiosum, amantem, obseruantem sui, labentem excepit, corruere non sinit, fulsit & sustinuit, re, fortuna, fide.
Amantes doloris. Cic. 2. Tusc. 60. Itaque industrios homines, illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant: non potius laboriosos.
Amantior tui. Cic. Attic. lib. 6. 111. 21. & Lentulo, lib. 1. epist. 5. 9. Item, Amantior domini famulus, Colum. lib. 7. cap. 12. 1.
Amantissimus tui. Cic. 4. de Finib. 119. Idem ad Tironem, lib. 16. epist. 2. & ad Matium, lib. 11. epist. 27. 1.
Amans eruoris. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 10.
¶ Amans, pro Amatore, (ἐραστὴς,) Terent. And. 1. 1. 49.
Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,
Vnus & item alter. Ouidius, Militat omnis amans. Cicero tamè 4. Tusc. 41. Aliud est, inquit, amatorem esse, aliud amantem.
Amantis nutus. Tibullus 1. eleg. 8. 1.
Amans ardet. Virgilius 4. Aeneid. 21. Ardet Amans Dido.
Amantum ardor. Lucret. lib. 4. 217.
Fluctus incertis erroribus ardor amantum.
Amans cupidus. Ouidius 18. epist. 14.
Firmius ô cupidi tandem coeamus amantes.
Fictus. Ouidius de Remedio amoris 3. 72.
Imprudens. Propertius lib. 1. Sæpe imprudenti fortuna occurrit amãti.
Incautum amantem cepit dementia. Virg. 4. Georg. 98.
Insomnis. Valerius lib. 7. Argnaut. 5.
Nec minus insomnem lux orta refecit amantem.
Miser. Ouidius 1. Amorum, eleg. 9. 6.
Militis, & miseri est semper amantis opus. Et Virgil. 4. Aeneid. 86.
Neglectus. Ouidius Amorum 3. eleg. 7. 13.
Pallear omnis amans. Ouid. de Arte amandi 1. 147.
Amanti aptus color pallidus. Ouidius de Arte amandi 1. 147.
Amantum pallor viola tinctus. Horatius 3. Carm. 10. 3.
Amantes periuri. Propertius lib. 2.
Non semper placidus periuros ridet amantes Iuppiter.
Amantum periuria ridet Iuppiter Tibullus 3. eleg. 7. 4.

Amantes oblitos melioris famæ. Virgil. 4. Aeneid. 45.
Amantis neglecti vltor si quisquam deus. Ouid. 5. Am. eleg. 7. 13.
Amantes teneri. Tibullus, Quis mihi si fueras teneros læsurus amantes.
Amantium iræ. Dicitur vbi qui non ex animo indignantur inuicem: aut de iracundia neutiquam duratura. Terent. in Andria 3. 2. 23.
Amantium iræ, amoris redintegratio est.
Amantem deludere 2. Amorum. 19. 7.
Deserere. Ouidius 4. Metamorpho. 96.
Excludere. Ouidius 1. Amorum, ad ianitorem, eleg. 6. 7.
Quid faceres hosti, qui sic excludis amantem?
Fallere. Virgil. 4. Aeneid. 60.
– quis fallere possit amantem?
Flectere. Ouid. 11. Metamorpho. 91. – addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem.
Fraudare spe. Ouid. 14. Metamor. 143.
Ludere vana spe. Virgil. 1. Aeneid. 72.
Amantes meminerint omnia. Ouid. epist. 21. 9.
Amantem perdere. Ouid. 4. Metamorpho. 22.
Amantes nihil deterret. Ouid. 5. Metamorpho. 10.
– quid enim deterret amantes?
Amantes præcurrere omnes vna dies potuit. Propertius lib. 1. eleg. 13. 4.
Ab amante recedere. Ouid. de Remed. Amor. 2. 45.
Amantem me soluat eo, id est ab eo, de Aenea loquitur Dido. Virgil. 4. Aeneid. 96.
Amantes sibi somnia fingunt. Sumptum ex Virgilio in Pharmaceutria. Seruius admoner prouerbialiter dictum à poeta. Nam quod quisque sperat, facilè credit. Et tardè, quæ credita lædunt, credimus, vt ait Claudius. Metus autè & spes, vt eleganter & verè scripsit Lucianus in Pisca domante, diminationem & augurio repererunt. Qui impensè cupiunt, suis votis vndecunque blandiantur, & quidvis in omen optati euentus trahunt. Rursum qui miserè metuunt, quauis ex re lolatium formidinis aucupantur.
¶ Charissimus atque amantissimus frater. Cice. in Catil. 7.
Amantia lumina. Ouid. epist. 18. 5.
Amantius indulgentiusque nomen. Cice. pro Cluent. 9. Quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiusque maternumhoc illius matris quæ multos iam annos filium interfectum cupit, singulare scelus multo odio dignum esse ducetis.
Amanter, (φιλανδρῶς,) adueribum qualitatis, amantius, amantissimè. Amicè & cum amore. Cicer. Cornificio, lib. 12. Sed neque vehementer & amanter. Plin. epist. 111. 2. Vt nos amicos paternos & amanter & modestè complectebatur. Cic. Attic. lib. 15. 3. 5. 9. O Brute amanter scriptas literas! Idem in Lælio 3. Quicum coniunctissimè & amantissimè vixisset. Idem, Pueri amanter inter se discunt.
Amanter diligenterque aliquid cõficere. Cic. ad Att. lib. 2. epist. 19. 2. Vale de hoc velim antequam proficiscare, amanter diligenterque cõficias.
Amantissimè aliquid cogitare. Cic. ad Quin. fratrem lib. 3. epist. 2. 4. De Gabinio nihil fuit faciendum istorum quæ amantissimè cogitata sunt.
Amanter expectare aduentum alicuius. Cic. ad Rufum lib. 5. epist. 10. 3.
Amantissimè obsecrare aliquem. Cice. ad Attic. lib. 6. epist. 111. 32.
Amatus, participium, (ἠγαπημένος,) Ouid. 5. Metamorpho. 128.
– sed enim cognoscit amatas Amnis aquas.
Amate mihi non minus quàm frater fratri. Ouid. de Ponto 4. eleg. 12. 5.
Amatio, amationis, (ἔρωτις,) Amor venerius. Plaut. Pœn. 16. 131. Acerba Amatio est. Idem Merc. 16. 54. Cum tua hac amica, cumque amationibus. Nomen durisculè fictum vt est mos Plautinus.
Amator, pe. prod. (ἐραστὴς,) & in bonam & in malam partem accipitur.
In bonam. Cic. Att. lib. 14. 306. 3. Amator pacis. Idem ad Volumn. lib. 7. 34. 4. Vtuamq; tecum mulrum, & cum cõmunibus nostri amatoribus. Idé ad Atti. li. 1. epist. vlt. 8. Papyrius Pætus, vir bonus amatorq; noster.
In malam. Terent. Eunuch. Amatores audieram esse mulierum eos maximos. Idem And. 4. 3. 3. Amicum, amatorem, virum in quouis loco Paratum. Vbi Donatus, Amicus animi est, Amator verò corporis. Non enim continuo amator est, qui bene vult. vt Dido amatiæ quidem Aeneam. sed non amica fuit, quæ ait,
Non potui aiullum diuellere corpus, & vndis
Spargere? Et item Catullus. Cogit amare magis, sed bene velle minus. Et est hîc officium & blandimentum. Idem Donatus alio loco. Aliud est Amator, aliud est Amicus. Amator, qui ad tempus: Amicus, qui perpetuo amat. Idem & alibi, Amator fingere potest: Amans verè amat. Cice. 5. Verr. 125. Poteritne te Albatuus antiquissimus non ob hunc amicus, verumetiam amator, absoluere?
Amator, & Amans differunt. Cic. 4. Tusc. 41. Vt inter Ebrietatem & Ebriositatem interest: aliudque est, Amatorem esse, aliud Amantem.
Amator acer. Vide ACER adiectiuum.
Magnus amator mulierum. Vide MAGNVS.
Blandus. Propertius lib. 2. Non sum de nihilo blandus amator ego.
Amatorem cæcum decipiunt vitia turpia amicæ. Horat. Serm. satyr. 3. 8.
Manifestus fiam amator. Ouid. Amorum 1. eleg. 4. 9.

Pauper.

Pauper. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 14.
Plenus. Horat. 1. epist. vlt. 2. – plenus languet amator.
Pulcher. Propert. lib. 2. Vxorem ille tuus pulcher amator habet.
Tener. Iuuenal. Saty. 6. Spondet amatorem teuerum.
Amatores ruris. Horat. 1. epist. 10. 1.
Amatorculus, penult. corr. diminutiuum. Plaut. Pœnul. 4. 20. Vix ægrè amatorculos tuinemus.
Amatrix, pen. prod. amatricis, pen. etiam prod. Verbale. f.g. (ἐρωμένη,) Quæ cupiter amat. Plaut. Asin. 10. 8. Satis dicacula est amatrix.
Amatrices aquæ. Martial. lib. 7. 14.
O bene quòd sylua colitur Tityrnthius ista,
Et quòd amatrices tam propè seruat aquas. Quasi iucundæ, quæ videlicet ad eum locum amandum alliciunt.
Amatorius, (ἐρωτικὸς,) adiectiuum ab Amator, Quod ad amatores pertinet. vt Amatorius sermo. Cic. 3. Tuscul. 123. Amatoria imitatio. Plin. lib. 28. cap. 2. 9. Amatoriæ leuitates. Cic. 1. de Finib. 91.
Amatorium, Quod ad amoris insaniam impellit: vt Amatorium poculum. Sic amatorium virus, apud Plinium, lib. 8. cap. 22. & lib. 13. cap. 25. 7. Efficacem in amatoriis. ✻ Quintil. lib. 7. An amatorium venenum sit nec ne.
Amatoria poesis. Cice. 4. Tuscul. 117. Nam Anacreontis quidem tota poesis est amatoria.
Amatoria voluptate frui. Cic. 4. Tuscul. 118.
Amatorie, adverb. (ἐρωτικῶς,) Ad similitudinem amantis. Cic. 2. Philip. 84. Erat enim amatorie scripta epistola. Id est More amatorio.
Amâbilis, (ἐρασμίη,) adiect. pen. corr. Verbale ab Amo, Quod amari dignum est. Plaut. Asin. 12. 24. Nimis bella es, atq; amabilis. Cic. ad Att. lib. 2. epist. 107. 2. Filiolam tua tibi tam Romæ iucunda esse gaudeo: eamque quam nunquam vidi, tamen & amo, & amabilè esse certò scio.
Amabiles mores oratoris. Cic. in Parti. 13.
Amabilem qui semper sperat te sibi. Horat. 1. Carm. od. 5. 2.
Amabile frigus præbes festis tauris. Horat. 3. Carm. od. 13. 2.
Amabilior, amabilissimus. Cic. in Lælio. 47. Amabilissimum nodum amicitiæ tollere videtur. Idem ad Trebatium, lib. 7. 21. 1. Amabilior mihi Velia fuit, quòd te ab ea sensi amari. Idem Scuto, lib. 11. 13. 2. Mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia.
Amabilitas, pen. corr. denominatiuum, (ἐρασμίη,) Plaut. Sticho. 14. 67. Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. Id est ex gratia quæ nos facit amabiles. Idem Pœnulo. 18. 1. Qui amabilitati animum addiceret. Hîc pro amore positum videtur poetice.
Amabiliter, pen. corr. aduerbium, (ἐρασμίως,) Antonius ad Ciceronem in Epist. ad Attic. lib. 14. 310. 2. Sed mehercule filiumamater, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis. Horat. 2. epist. 1. 30.
Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter donec, &c.
Amasso, pro Amauero, scripsit Laberius. Item Plaut. Mil. 14. 16.
Amodo, (ἀπὸ τοῦ τόυ,) cum accentu in antepenultima, significat posthac. Apuleius, Nemo me amodo tam mane egredientem solum videbit. Parum Latinè videtur dictio.
Amoebaeus, (ἀμοιβαῖος,) Seruius, Amœbæum carmen est, quotiès ii, qui canunt, & æquali numero versuum vtuntur, & ita se habet ipsa responsio, vt aut mutus, aut cõtrarium aliquid dicat. Virg. 3. eclog. Vis ergo inter nos quid possit vterqi, vicissim
Experiamur? Ibidem,
Incipe Damœta, tu deinde sequère Menalcas
Alternis dicetis: amant alterna camœnæ.
D A. Ab Ioue principium musæ, Ioue omnia plena.
Amoenus, (ἡσύχιος,) adiectiuum, dicitur quod sine fructu iocunditatem afferunt vt Amœni fontes, amœna vireta. Seruius, Amœna, sunt loca solius voluptatis plena, quasi Amonia: hoc est sine fructu, vt Varro & Carmonus docent. Festus, Amœna dicta sunt loca, quæ ad fœnanda alliciant, id est attrahant. Virgilius 6. Aeneid.
– & amœna vireta
Fortunatorum nemorum. Plin. lib. 4. cap. 8. 3. Pentus amœnus circa ripas gramine. Cic. 7. Verr. 64. Amœno fonte, & ab arbitris remoto loco. Idem pro Roscio Amerino 79. Amœnum rus.
Amœna, substantiuum, neut. gen. Tacitus lib. 3. Annal. Crebro questu, quòd vagus interim per Amœna Asiæ atque Achaiæ, arroganti & subdola mora, scelerum probationes subueteret. Idem lib. 19. Noctu dieque fluxi, & amœna litorum personantes, de bello tantum inter comitus loquebantur.
Amœna concilia patrum. Virgil. 1. Aeneid. 146.
Amœnis domibus. Claudian. Panegy. 28.
Amœnam effigiem tribuit. Claud. in præfat. belli Getici. 2.
Amœna facies hortorum. Cyprianus lib. 2. epist. 2. ad Donatum.
Amœnâ propter fontè asbidet. Lucr. 4. 106. Id est iuxta fontè, seu propè.
Amœnus fluuius. Virgil. 8. Aeneid. 6.

Amœnos per agros. Horatius in Arte Poetica 4.
Prædiola nostra satis amœna. Cice. ad Attic. lib. 16. epistо. 333. 4.
Portu amœno. Stat. 4. Syla. 7. 4.
Rosaria amœna. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 5.
Ruris Amœni rnos. Horat. epistо. 1. 10. 2.
Rosæ amœnæ flores. Horat. 2. Carm. od. 3. 3.
Salictà amœna. Cice. 1. de Diuinat. 75.
Surrentum amœnum. Horat. 1. epistо. 18. 11.
Amœnissimam voluptas. Cice. 4. Acad. 130.
Amœnitas, penul. correp. (ἡσυχαγωγία, εὐκαιρία, εὐφροσύνη,) Iucunditas illa quæ ex rebus amœnis percipitur. Cic. 1. de Legib. 3. Præsertim hoc tempore anni & amœnitatem & salubritatem hanc sequor. Idem Attico, libro 14. 308. 5. Amœnitas loci. Plinius libro 12. cap. 18. Gelidi fontis amœnitate. Idem lib. 3. ca. 5. Quàm per Campaniæ ora per se, felixque illa ac beata amœnitas.
Amœnitates studiorum quærere. Plin. in Præfat. 6.
Amœniter, penul. correp. (εὐφρόνως,) Aduerbium, pro Amœnè. Gel. lib. 20. cap. 7. Auianus poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam iucundè atque amœniter.
Amolior, (ἀφαιρῶμαι,) amoliri, amolitus sum, (ἀπωθοῦμαι, ἀποστερίσκω, ἀποστερῶ,) amoliri, Ex ad, & molior, quod est à mole. Amoliri autem (inquit Donatus) dicuntur ea quæ cum magna difficultate & molimine summouentur, & tolluntur è medio. Plinius lib. 11. cap. 10. 5. Amoliuntur omnia è medio Terentius And. 4. 2. 24. Proinde hinc vos amoliuntur. Vbi Donatus, Amoliuntur, sic dixit quasi odiosò & molesto. Discedere dicitur qui facilè abiicit medios: Amoliuntur qui vix recedit. In his exemplis passiuè significat, licet Donatus superius interpretatur. Ergo Amoliuntur, dixit Terentius qd Plau. Amouemini.
Amoliri periculum. Plinius lib. 32. cap. 2. 12. In primis religiosum id ge fiamen amoliendis periculis arbitr autur.
Amolior & amouco nomen meum. Liu. 8. bel. Pun. 150.
Amoliri pro refellere. Quintil. lib. 5. cap. 13. Videndum etiam an simul nobis plura aggredienda, an amolienda singula. Et lib. 2.
Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar.
✻ Amolitio, onis. Vide consilesco.
Amômum, penul. prod. (ἄμωμον,) est (inquit Dioscorides) exigui fruticis ex ligno, vnè modo in seipsum conuolutus. Exiguum quendam habet florem candidæ violæ similem, folia verò labrusca: viri, quam bryoniam dicunt. Probatissimum ex Armenia affertur, colore ad aurum inclinato, rufescente ligno, & odoratissimum. Plinius lib. 12. cap. 13. 2. Amomi vna in vsu est, Indica vitis labrusca: & alii exiliumauere, fruticis myrtuosi, palmi altitudine, carptur que cum radice, manipulatim leuiter compouitur, protinus fragile. Laudatur quæ maximè punici malifolii simile, nec rugosis, colore rufo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum peius, pessimumque candidum, quod & vetustate euenit.
Assyrium. Virgil. ecloga 4. 5.
Crassum. Persius saty. 3. 11.
Compositus lecto, crassisque luratos amomis.
Amomo crinem deducere. Stat. Sylu. 1. 2. 23.
Amomum feret asper nubes. Virgil. eclog. 3. 16.
Amomum flagrans. Sillius lib. 15.
Nec donum deforme viro flagrantis amomi.
Mitis amomi seges. Claudianus in Nupt. 19.
Pinguc. Stat. lib. 1. Sylu. – nec pingui crinem deducere amomo.
Spirans amomum. Lactantius in Phœnice,
Cynnama dehinc auramque procul spirantis amomi Congerit.
Spillam. Ouid. in Epistolis, Spillaque denitidis tergit amoma comis.
Amomi puluis. Ouid. 2. Trist. eleg. 3. 14.
Amomi succo viuit. Ouid. 15. Metamor. 79. de Phœnice loquntur.
Amor, amoris, (ἔρως, ἔρος,) Est velut nodus & vinculum amicitiæ: & parum videtur differre à benevolentia. Cice. 1. de Natu. deorum, Charum est ipsum verbum amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. Idem, Incensus suo amore incredibilem virtutum tuarum. Amor (inquit Valla lib. 4.) genus est Charitas, species. Illud ad omnia pertinet hoc autem ad homines demum, & quidem pro dignitate ac qua itate personarum. Maxima quidem charitas debetur parentibus, proxima filiis, & deinceps reliquis.
Pietas & amor in patriam. Cicero pro Flacco 74. Amor gloriæ nimis acer. Cicero pro Archia poeta 10. Amor omnis quàm sit solicitus atque anxius, non ignoro. Cicero ad Atticum, lib. 2. epistо. 39. 1.
Charitas & amor. Cic. in Partit. 47. Amicitiæ autem, charitate & amore cernuntur. Ibidem, Cõiuges autem, & liberi, & fratres, & alii quos vsus familiaritasque cõiunxit, quanquam etiam charitate ipsa, tamen amore maximè continentur. Treb. Cice. lib. 12. epistо. 16. 6. Filio tuo nos, & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare.
Amor acer. Vide ACER adiectiuum. Ouidius in epistо.
Acer in extremis ossibus hæsit amor.
Amorem ægrum solans testudine. Virgil. 4. Georg. 93.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amores amari. Virgil. ecloga 3. 21. AMARI nomen est.
Antiquus amor. Ouid. epist. 23. 10.
Amor apertus vt sit, nudus est. Ouid. 1. Amorum,
Et nullas vestes, vt sit apertus, habet.
Ardentes amores exciteret sui, sapientia, si videretur. Cic. 2. de Finib. 85.
Aridus. Propertius lib. 1. Aridus argutum sternuit omen amor.
Aduena amor multos torsit. Ouidius 1. de Arte Amandi 36.
Audus, id est cupidus explendæ voluntatis. Catullus,
Noctibus in longis audum saturasses amorem.
Aureus amor. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18. 8.
Amorem blandum incutiens. Lucret. 1. 4. venerem intelligit. Claudian. in præfat. 2. lib. in Eutropium 13.
Cæcus amor inest vitiis. Claudian. in Eutrop. 2. 10.
Cæci amoris stimulos auertere. Virgil. 3. Georg. 41.
Cæcus tui amor. Horat. 1. Carm. od. 18. 3.
Amori casto consuluit deus. Ouid. epist. 1. 5.
Certus amor non est in hospitibus. Ouid. epist. 16. 39.
Clandestinus. Plaut. in Curgul. Malus clandestinus est amor.
Concessus. Ouidius ad Liuiam 61.
Consuerus. Vide CONSVESCO.
Non cautus. Ouid. epist. 17. 39.
Defecto amori vires reddere. Ouid. 9. Metamor. 31.
Dissimulatus. Ouid. epist. 15. 38.
Dubius. Claudian. de nuptiis Honorii & Mariæ 6.
Dulcis. Martialis libro 1. Quum peteret dulces audax Leandrus amores. Et Virgil. 3. eclog. 21.
Amore dulci affatus. Virgil. Aeneid. 6. 89.
Non dubitatus. Ouid. ad Liuiam 17.
Durus. Virgil. Aeneid. 6. 89. Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.
Aeffrænus. Ouid. 6. Metamorpho. 93.
Et mhil est, quod non effræno caus amore Ausit.
Externus. Ouidius 16. epist. 20.
Facilis. Propert. lib. 1. eleg. 13. 2. Seu facili toto ducit amore diem.
Fallax. Seneca in Hippol. 5. 9. O spes amantum credula ô fallax amor?
Feruidui. Horatius 1. Carm.
Ferus. Ouidius 1. Amorum, eleg. 2. 2.
Festinus. Claudianus Panegy. 7. 75.
Fictus. Ouidius 2. Tristium 100.
Fidus. Ouidius 2. epistolarum 5.
Fœdo amore afflictantur. Lucretius 4. 1133.
Fœmineus. Ouidius Amorum 3. eleg. 2. 8.
Fraternus amor in aliquem. Cicc. ad Quin. fratr. lib. 1. epistо. 1. 15.
Fugitinus. Ouidius de Remedio amoris, 2. 50.
Furtiuus. Ouidius 6. Fastorum 45. & Catul. epigram. 7. 2.
Geminatus. Ouidius 10. Metamorpho. 66.
Gratus. Ouidius 3. Tristium, – gratique erat instar amoris.
Grauis amore perculsus. Horatius Epod. od. 11. 1.
Ignauus. Statius 3. Sylu. 2. 20.
Immaturus. Vide IMMATVRVS.
Impotens. Catullus 53. 3.
Impii amoris flammas compesce. Seneca in Hippol. 2. 17.
Incestus. Horatius 3. Carm. od. 6. 5.
Incredibilis amor in te meus cogit me, &c. Cicc. Curioni, libro 2. Epistolarum 1. 6.
Indigno amore perire. Virgilius 10. eclog. 2.
Incustoditus. Sillius lib. 8. 23.
Infestus. Ausonius, Oscula, & infestos inter moriturus amores.
Inficiandos. Ouidius 3. Amorum, eleg. 17. 6.
Ingeniosus. Ouidius epist. 19. 5.
Ingenuus. Horatius 1. Carm. od. 27. 4.
Iniquus. Propertius, Abstrahat à nostro puluere iniquus amor.
Inops. Lucretius 4. 230.
Insanus. Virgilius eclog. 10. 9.
Iratus. Seneca in Hercul. Oeth. 4. 44.
Iucundus. Catullus, Iucundum mea vita mihi proponis amorem.
Magno amore labefactus. Virgil. 4. Aeneid. 80.
Lasciui amoris præceptor. Ouidius 2. de Arte Amandi 100.
Legitimus. Ouidius 13. epist. 6.
Lentus me torret. Horatius 3. Carminum, od. 19. 6.
Lenis. Ouidius 7. Metamorpho. 17.
Libidinosi amores. Cicero 4. Tusc. 117.
Longus. Vide LONGVS.
Luxuriosus. Ouidius, Diuitiis, alitur luxuriosus amor.
Mali amoris solamen mors. Seneca in Hippol. 12. 7.
Mansuetus. Propertius lib. 1. Carmina mansuetus lenia quærit amor.
Nullis medicabilis herbis. Ouidius 1. Metamorpho. 51.
Meretricius. Vide CONGLVTINO & MEREO.
Merus. Catullus 13. 2.
Misero amore periturus. Ouidius de Remedio Amoris 5.

Moderatus. Ouidius 4. Metamor. 17.
Mirus. Virgil. 7. Aeneid. 12. – quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore.
Mollis. Ouidius epist. 21. 36.
Muliebris. Cicero 4. Tusc. 116.
Mutuus. Horat. Epod. 15. 2. Vide MVTVVS.
Mutuis amoribus bene fidum pectus. Horatius 2. Carm. od. 12. 4.
Naturalis. Cicc. 4. Tusc. 124.
Nouus. Cicc. 4. Tusc. 121. Etiam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clauo clauum eiiciendum putant.
Amoribus in occultis felix index. Ouid. 2. Fastorum 15. de Delphino.
Patrius. Vide PATRIVS. Virgilius 1. Aeneid. 130.
Perditus. Catullus 86. in Gellium 1.
Peregrinus. Ouidius epist. 9. 10.
Perfidus. Claudianus epigram. 25. 3.
Pestifero amore vinctus. Seneca in Thebaide 1. 8.
Perpetuus. Vide PERPETVVS.
Pinguis. Ouidius 2. Amorum, eleg. 19. 5.
Placidus. Tibullus lib. 2. Fœlix cui placidus leniter affiat amor.
Amori placito pugnare. Virgil. 4. Aeneid. 8. Id est repugnare, vel cum amore placito pugnare. Seruius.
Pius. Valerius Argonaut. 4. 1.
Pollero amore duri dolores. Virgil. 5. Aeneid. 1.
Præreptus. Virgilius 4. Aeneid. 103. Carunculam intelligit in fronte pulli equini nascentem, quam statim nato adimit mater, alioqui fœtum osura. Vide Seruium.
Primus. Ouid. 1. Metamor. 45. Primus amor Phœbi Daphne, &c.
Amore proiecto lucis, per medios agitur hostes. Sillius lib. 10. 9. Id est abiecto amore vitæ.
Properatus ferri. Stat. Achill. 2. 79. Ferri, genitiuus est. Sic Ouidius 5. Metamorphoseos 80.
Proprius. Lucretius 4. 230. Atque in amore mala hæc proprio, summoq; secundo Inueniuntur.
Pudendus. Ouidius Epistolarum 5. 9.
Sceleratus habendi. Ouidius 1. Metamorpho. 13.
Simulatus. Ouidius 1. Amorum 8. 15.
Singularis amor tuus erga me. Cicero ad Dolabellam, lib. 9. epist. 14.
Socii amoris desertor. Ouidius, In tua castra redi socii desertor amoris.
Sollicitus. Ouidius 2. de Remedio amoris 33. Virgil. eclog. 10. 2.
Sterilis. Ouidius 1. Metamorpho. 99. Vritur, & sterilem sperando nutrit amorem. Id est vanum, & ex quo nullam voluptatem erat habiturus.
Strictus. Ouidius 7. Metamorpho. 75.
Stultus & improbus. Horatius 1. Sermonum, saty. 3. 5.
Suauis. Lucretius, Et simul incutiens suauem mi in pectus amorem.
Surreptitius. Plau. in Curgul. Inter nos amore vtimur semper surreptitio.
Suspectus. Ouidius epist. 22. 17.
Tacitus. Statius 1. Sylu. 2. 39.
Tener. Ouidius 2. Amorum, eleg. 18. 1.
Tolerandus. Claudian. in Epigram. 41. 1.
Timidus. Ouid. 18. epist. 35. Vel timidus famæ cedere vellet amor.
Turpis meretricis. Horatius 1. Sermonum, saty. 4. 23.
– à turpi meretricis amore Quum deterreret.
Tutus. Ouidius 5. epist. 18.
Veri amoris non dissimulator. Ouid. 5. Metamor. 12.
Vesanus. Propertius, Errat qui finem vesani quærit amoris.
Vetus amor. Vide Nouus amor. Ouidius 15. epist. 52.
Vilis. Claudian. in Ruff. 1. 57.
Viuus. Virgilius 1. Aeneid. 146.
– & viuo tentat præuertere amore,
Iam pridem resides animos.
Amor, pro rei venereæ appetitu. Virgil. 3. Georg.
Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quàm venerem & cæci stimulos auertere amoris. Ibidem,
– pecudes, pictæque volucres,
In furias, ignemque ruunt, amor omnibus idem.
Amor, pro Cupidine, quem poetæ amoris deum esse fingunt, sæpe vitiatur. Virgi. 1. Aeneid. 134. Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.
Propertius 2. Quicunque ille fuit puerum qui finxit Amorem.
Domitus. Ouid. Amorum 3. eleg. 10. 1.
Gemini amores. Ouidius 4. Fastorum 1.
Inermis erret. Tibullus 2. eleg. 6. 14.
Amor infamis deus. Tibullus 2. eleg. 4. 8.
Insidiosus. Ouid. 1. de Remedio amoris, affuit incautis insidiosus Amor.
Amor leuis. Qui Amore alloquit, Tu leuis es, multoq; tuis vécolitur alis.
Nudus Amor. Ouidius 1. Amorum, eleg. 10. 3.
Pharetratus. Ouidius de Remedio Amoris 1. 76.
Pulcher. Ouidius 3. de Ponto,
Dum peragunt iuuenes pulchri certamen Amoris.
Purpureus. Ouidius 2. Amorum, eleg. 1. 8.

Rebellis.

Rebellis. Ouid. 1. de Remedio amoris.
Inferet arma tibi læua rebellis Amor.
Sagittifer. Stat. lib. 4. Sylu. 3. 27.
Sæuo Amore fuscia Medea. Cic. pro Cœlio. 13.
Sæuus. Ouidius in epist. 7. 38. Ille locus sæui vultus Amoris habet.
Et Virgil. 2. eclog. 10. & Claudian. 36. epigram. 1.
Teliger Amor. Seneca, Metuende matri teliger sæue puer.
Vagus. Seneca, Natum per omnes scilicet terras vagum Erycina mittit.
Ventosus. Ouidius, Tu leuis es, multóque tuis ventosior alis.
Volucer. Claudian. de nuptiis Hon. 31.
Amor phniger. Lucret. lib. 5. Pinnigeri sæuit calcaribus ictus amoris.
Amores plurali numero ad voluptatem pertinent, vt ait Seruius. Virgil. 1. Aeneidos.
Clàm ferro incautum superat, securus amorum Germanæ.
Amores, pro Amico vel Amica. Cic. 6. Philipp. 212. Sed redeo ad amores delitiasque nostras L. Antonium. Idem ad Atticum, lib. 16. epist. 333. ad finem. Pilia salutem dices, & Atticæ, delitiis atque amoribus meis. Idem lib. 1. de Diuinat. 133. Quid amores ac delitiæ tuæ Roscius? Ouid. 4. Metam. 28. Suos cognouit amores.
Amor flagitii & leuitatis author. Cic. 4. Tusc. 113.
Amor omnibus idem. Virgil. 3. Georg. 48.
Amor amicitiæ. Cic. 4. Tusc. 115.
Pallere amore argenti. Horat. 1. Serm. saty. 1. 16.
Amore auri cæcus. Virgil. 1. Aeneid. 71.
Amor celandi. Lucret. 4. 175.
Amore famæ venientis inceditanimum. Virgil. 6. Aeneid. 178.
Amore habendi senescit. Horat. 1. epist. 7. 17.
Immoritur studiis, & amore senescit habendi.
Amor lactis. Virgil. 3. Georg. 79. At cui lactis amor.
Amore laudum percussus. Virgil. 9. Aeneid. 41.
Studium & ardor quidam amoris. Cic. lib. 1. de Orat 66.
Amoris æstus. Ouid. in fragmento. 8.
Amorum agmen. Statius 1. Sylu. 2. 11.
Boni coniurator amoris. Catul. in Epithalamio Iuliæ. 56. 9.
Amoris calcaribus ictus. Lucret. lib. 5.
Amoris certamen peragere. Ouid. 3. de Ponto.
Amoris flammæ. Seneca in Hippol. 1. 17.
Amoris fructu egens. Propert. lib. 4. eleg. 10. 6.
Furor amoris. Cic. 4. Tusc. 122. Maximè autem admonendus, quantus sit furor amoris.
Amoris irritamen manus. Ouid. 9. Metam. 17.
Amoris pabula. Lucret. 4. 214.
Amoris pignus. Virgil. 7. Aeneid. 107.
Amoris poculum. Horat. Epod. 17. 8.
Magnitudo & vis amoris mei efficeret, te vt consilio possem iuuare. Cic. Curioni, lib. 2. epist. 6. 7.
Vincla amoris arctissima cum aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 6. epist. 113. 2. De isto hactenus dixerim, nisi vel plurima vincla tecum summæ coniunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima. tantùm abest vt ego ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid velim.
Amori vulnere æterno denictus. Lucret. 1. 7.
Abilicere amorem ab aliquo. Vide ABLICIO. Cic. 2. Philipp. 84. Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse.
Amores meos abstulit. Virgil. 4. Aeneid. 6.
Abundare amore. Vide ABVNDO.
Aequare amorem. Virgil. 6. Aeneid. 95.
Accedere nihil potest ad amorem. Vide ACCEDO.
Addicere amores. Ouid. 1. Metam. 125.
Quid faciat crudele, suos addicere amores.
Non dare, suspectum. Hoc est puellam sibi amatam. Vide ADDICO.
Adiutus amor fatis. Ouid. 12. epist. 5.
Adolescit amor. Vide ADOLESO.
Alendus amor verbis dulcibus. Ouid. 2. de Arte amandi. 3.
Amittere amorem. Virgil. 3. Georg. 45.
Amorem amouere. Vide AMOVEO.
Amplecti amore. Vide AMPLECTOR.
Appetit me amor. Vide APPETO.
Ardebat amore illius hospitæ. Cic. 4. Verr. 80. Vide ARDEO.
Arsit amore vetito fratris. Ouid. 1. de Arte aman. 57. de Byblide.
In amore astrictum esse. Lucret. 4. 239.
Amore attenuatus liquitur. Ouid. 3. Metam. 98.
Auferre amorem ab. Vide AVFERO.
Auget amorem timor. Ouid. epist. 12. 12.
Bibere amorem. Virgil. 1. Aeneid. 161.
Nec non & vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido, longumque bibebat amorem.
Celare amorem. Ouid. epist. 13. 8.
Perfide sensisti, quis enim benè celat amorem?
Captus amore. Virgil. eclog. 6. 2. Vide CAPIO.

Cecidit amor. Catull. 11. ad Furium & Aurel. 5.
Cernere amorem. Vide CERNO.
Amore generi sui capta socrus. Cicc. pro Cluentio 9.
Commendo amores meos tibi. Catul. 15. 1.
Amori commisso officium spondet. Ouid. 10. Metamor. 83. Id est Promittit auxilium si suum amorem reuelet.
Excitare mirabiles amores. Cic. 1. Offic. 14. Formam quidem ipsam Marce fili, & tanquam faciem honesti videsque si oculis cerneretur, vt ait Plato, mirabiles amores excitaret sapientiæ.
Committere amores, alicui. Id est Reuelare. Ouid. 1. Amorum, eleg. 12. 5. His ego commissi nostros infamis amores?
Componere amores. Id est versus de amore. Ouid. 2. Tristium 72.
Denique composui teneros non solus amores,
Compositо pœnas solus amore dedi.
Concedere amorem alicui. Ouid. epistо. 8. 8.
Quem sibi permisit, genero concedet amorem.
Conciliare amorem alicui. Cicc. 2. de Orato. 114.
Amor conciliatur auro. Propertius 3. eleg. 13. 10. Et Ouidius 2. de Arte Amandi. 56.
Amorem conciliari sentimus. Cicc. 2. de Orato. 113. Ibidem, Hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio charitatem.
Concinnat amorem confuendo. Lucret. 4. 1158.
Concipere amorem. Ouid. 10. Meta. 50. Operisque sui concepit amorē.
Conferre amorem. Vide CONFERO.
Conficere aliquem in amorem. Vide CONIICIO.
Coniuncti amore. Cicc. 5. Tusc. 81.
Connexus amore. Stat. Achill. 1. 36.
Contexere amores. Catull. 63. in Argonaut. 67.
Crescit amor in horas. Virg. eclog. 10. 15. Vide CONCRESCO.
Dare amores. Ouid. de Remed. Amoris 1. 43.
Amori ludum dare. Horatius 3. Carm. 12. od. 1.
Miserarum est neque amori dare ludum.
Defigere amorem. Senec. in Hercul. Oeth. 4. 58. – hoc, inquit, magæ dixere amore posse defigi malo. Vbi interpres, Defigi, id est aut fortiter figi, aut reuelsi à pectore in quo fuerat fixus.
Defuncta amore Ieui. Seneca in Hippol. 2. 9.
Amorem suspensum deludet fallax rumor. Claudian. in Paneg. 2. 80.
Demere amores. Ouid. de Remed. amoris 133.
O qui solicitos modò das, modò demis amores.
Deponere amorem. Catul. de Lesbia 71. 5.
Difficile est longum subitò deponere amorem.
Defertus amor. Catul. in Epithalamio Iuliæ.
Ducere amores in longum. Virgil. eclog. 9. 12.
Durat amor. Ouidius 1. Amorum, eleg. 6. 10.
Non benè, si tollas præsta, durat amor.
Effugere amorem. Ouid. 13. Metamor. 161.
In amore esse alicui. Cicc. 6. Verr. 1. Vnde igitur potius incipiam, quàm ab ea ciuitate, quæ tibi vna in amore atque in deliciis fuit? Idem pro Flacco 14. Summo autem in amore esse propter nomen ipsum imperii non potuerit?
Exit corde amor. Stat. 4. Sylu. 4. 21.
Exorare amorem. Ouid. Amor. 3. eleg. 10. 9. – facies exorat amorem.
Exponere amores, Id est recensere. Ouid. 10. Metamor. 88.
Extitit tanto in me amore frater, vt negaret fas esse nō modò domicilio, sed ne sepulchro quidem se à me esse seiunctum. Cicc. Post reditum ad Quirites.
Facere amorem. Ouid. 1. Metam. 93. cuius contrarium, fugare amorem.
Eique fugatrifera promptit duo tela pharetra,
Diuersorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.
Fallit te amor. Ouid. epistо. 14. 7.
Fallere amorem infandum. Virg. 4. Aeneid. 17. – Ascanium genitoris imagine capta Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Fixus amor medullis. Seneca in Hercul. Oeth. 4. 44.
Flagrans amor. Horat. 1. Carm. od. 25. 3.
Flagrare amore. Horat. Epod. 2. 18. Cicc. 4. Tusc. 117.
Amor flagrat in molli pectore. Ouid. epistо. 15. 25.
Amorum turpissimorum fœdera quotidie ferire. Cicc. pro Cœlio 26.
Ardebat amore fœminæ. Virgil. 11. Aeneid. 156.
Frænare amores. Seneca in Medea 11. 4.
Fugandus amor omni parte. Ouid. de Remed. Amoris 1. 72.
Habere amorem in vel erga aliquem. Cicero pro Domo sua ad Pontifi. 80. Pro amore quem habetis in Rempublicam, & semper habuistis. Idem ad Dolabellam, lib. 9. epistо. 14. 13. Quis erat qui putaret ad eū amorem quem erga te habebam, posse aliquid accedere?
Amor habendus est alter. Ouid. epistо. 7. 4.
Heret amor. Ouid. 3. Metamorpho. 79.
Amoris in plagas ne iaciamur. Lucret. 4. 1131. Hoc est in retia.
Ignescit amor. Vide IGNIS.
Amore impulsus hæc ad te scribenda putaui. Cicc. ad Plancum, libro

10.epistо.3.8.
Incensus amore alicuius.Catull.in Argonaut.Tum Thetidis Peleus incensus fertur amore.
Incidere in amorem.Vide INCIDO.
Inducere aliquem in amorem.Catull.28.2.
Indulgere amori.Ouid.9.Metamorpho.120.
Inflammare amore animum.Virgil 4.Aeneid.11.
Amore inflammati esse debemus in patriam.Cicе.1.de Orato.97.
Ingenerare amore.Vide INGENERO.
Innatus in nobis amor cognitionis.Vide INNASCOR.
Insanire amore alicuius.Vide INSANIO.
Insanit amoribus nuptarum.Horatius 1.Sermo.saty.4.6.
Iussitus menti amor cognitionis.Vide INSERO.
Inspirat amorem tacitum.Statius 1.Syl.1.39.
Intendere amorem pignoribus suis.Claudianus epigram.22.23.
Interrumpere iter amoris.Vide INTERRVMPO.
Iunitas amores forma.Ouidius 2.Amorum,eleg.4.2.
Irritare amores.Ouidius Metamorpho.1.93.
Lædere amores tectos.Ouidius 4.Metamorpho.39.
Largiri amori plusculum.Vide LARGIOR.
Non latuisset amor quem tegi volumus.Ouidius epistо.17.3.
Leuare amorem.Ouid.14.Metamorpho.3.
Manet amor perennis coniugis castæ.Seneca in Octauia 4.19.
Mansit amor.Ouid.11.Metamorpho.149.
Marcet amor segnis.Claudian.epigram.22.46.
Mederi amori.Ouidius 9.Metamorpho.131.
Mentiri amorem.Ouidius epistо.20.37.
– si non mentiris amorem.Id est fingis.
Miscendus pudor amori.Ouidius epistо.4.2.
Missum facere amorem.Vide MITTO.
Modus nullus adest amori.Virgilius 2.eclog.14.
Me tamen vrit amor,quis enim modus adsit amori?
Morem gerere amori.Ouidius 2.Amorum,eleg.2.5.
Nutrire amorem.Ouidius 1.Metamorpho.99.
Obtiсere amores alicui.Seneca in Medea 7.14.
Oblitus amorum.Virgilius 5.Aeneid.66.
Vt tibi ostenderem meum amorem.Cic.ad Plancum,lib.10.epistо.3.10.
Partiri amorem.Stat.2.Sylu.1.42.
Perspectum mihi quidem,sed tamen dulcem,& optatum amorem tuum præ te ferres.Cicero Curioni,lib.2.epistо.1.2.
Te amor infelix perdidit.Ouidius 4.Metamorpho.20.
Potiri amore.Ouidius 10.Metamor.85.
Præsentit amorem aliquem mente.Ouidius 10.Metamorpho.81.
Præstare amorem verum.Ouidius 4.de Ponto,eleg.6.5.
Fratribus amorem reddere.Seneca Thebaid.2.17.
Raptat me amor per deserta ardua.Virgilius 3.Georg.58.
Reduxit amorem.Lucanus 4.49.Scelerumque reduxit amorem.
Reparare amores.Seneca in Agamemn.3.16.
Residet in aliquo amor erga aliqm.Cicero ad Antonium,lib.5.epistо.5. ad finem,Siquid in te residet amoris erga me,id omne in Pomponi negotio ostendas.
Respectare amorem alicuius.Catullus 11.5.Nec meum respecter vt antè amorem.
Respondere alicui in amore.Cicе.ad Brutum,epistо.1.2. Nihil enim mihi minus hominis videtur,quàm non respondere in amore iis à quibus prouocêre.
Sæuit amor resurgens.Virgilius 4.Aeneid.107.
Reuincire mentem amore.Catullus in epithalamio Iuliæ,Montem amore reuinciens.
Saturare amorem.Catull.
Saucia amore.Lucretius 4.1115.
Seruare amorem.Ouid.4.Metamor.54.
Seruire amori aliorum flagitiosissimè.Cicero in Catilinam 30.
Soluere amores cantibus,aut herbis.Tibullus lib.1.eleg.2.13.
Sperare amores.Horatius 4.Carm.13.4.
Spernere amores.Horatius 1.Carm.9.4.
– nec dulces amores Sperne puer.
Subleuare amorem.Cicе.4.Tusсul.120. Mundum totum se ad amorem suum subleuandum conuersurum putat.
Submittere animos amori.Virgilius 4.Aeneid.83.
Successus amore.Ouidius 21.epistо.34.
Suscipere amorem. Cicero ad Plancum,lib.10.epistо.1.4. Illud autem erat amoris mei,quem à tua pueritia susceptum nó seruaui solùm,sed etiam auximonere te,&c.
Tenet me amor.Horatius Epod.11.5.
Teneri amore.Stat.5.Thebaid.14.
Tentari amore.Ouidius 1.Amor.2.1.
Testari amorem.Virgilius 3.Aeneid.97.
Torqueri amore.Horatius 1.epistо.2.8.

Torret me amor.Horatius 3.Carminum,od.19.6.
Transgredi amores.Stat.Sylu.1.2.18.
Translatos aliò amores.Horat.Epod.5.5.
Vacat metu amor.Ouidius 1.Amorum,eleg.6.12.
Vinci didicimus feros amore.Seneca Hyppol.2.32.
Omnia vincit amor.Virgilius eclog.10.14.
Vitare amorẽ.Lucre.4.2116.Nec Veneris fructus caret is,ꝙ vitat amorẽ.
Vitiare amorem.Statius 5.Sylu.1.12.
Volitans amor.Tibullus lib.1.Impiger Aeneas volitantis frater amoris. Id est Cupidinis:quia vterque fuit Veneris filius.
Vrit amor.Virgilius eclog.2.14.
Vsa amoribus dementer.Ouidius Metamor.4.52.
Amorabundus.Gellius lib.11.cap.9. Laberius mulierem amantem verbo inusitatiss fícto Amorabundam dixit.

Amoueo, amoues,penul.correp.amóui,amótum,(ἀπωθέω,ἀπημι,ἀπομαίνω,) amouêre. Est de loco mouere.Terent.Adelph.4.2.15.Age,tamen ego hunc amouebo.Vbi demonstratus,Propriè amouetur saxum de loco.In quo verbo significat amotus sibi magnum laborem in hoc opere. Plautus Pseud.7.143.Agite Amouemini hinc vos intrò nunc iam.Cic.Att.li.1.7.7. Et nebulonem illum,siquo pacto potes,ex istis locis amoue. In eodem significatu legitur etiam Remoueo.
Amouere,& Admouere,contraria.Author ad Heren.lib.3.126. Sic nimis procul amouêris,siue vehementer propè admouêris.
Amouet ætas.Lucre.1.46.Præterea quæcunque vetustate amouet ætas.
Animum studio puerili.Plaut.Mere.3.41.
Amouere aliquem ab officio aliquo.Cicе.de Aruſp.respon.40.Saturninus Quæstorem à sua frumentaria procuratione Senatus amouit, cuius rei M.Scaurum præfecit.
Assentationem.Cicero.
Crapulam.Plaut.Pseud.21.31.Inde huc exii,crapulam dum amouerem.
Culpam à se. Liuius 4.ab Vrbe 176. Paulò pòst in Vrbem est ingressus Cónul,non ab se magis enixè amouens culpam,quàm Tempanium meritis laudibus ferens.
Amouit culpas.Horat.4.Carm.od.15.3.
Iurgia amouere.Cic.lib.2.de Legib.32.
Libidinem,odium,inuidiam,metum,cupiditatesque omnes. Cicero pro Cluentio 128.
Amoto ludo quæramus seria.Horat.1.Sermo.saty.1.6.
Metum.Terent.Andr.1.2.10.Sperantes iam amoto metu, inimicos oppressos,Vbi Donatus,Amoto metu sic dixit, quasi METV tantes oppressi.Vbi Donatus,Amoto metu sic dixit, quasi METVS sit corpus brutum,quod cum molimine mouetur.
Molestiam à foribus.Plaut.Amphit.5.1.
Opinionem. Terent.And.3.2.30. A me opinionem hanc tuam ego effe amotam volo.
Segnitiem à se.Plautus Asin.6.6.
Sensum doloris amouere. Cicе. de Prouinciis Consul.2. Præcipuum & proprium sensum doloris mei,à sententia dicenda amouebo, ad vlciscendi tempora reseruabo.
Somnum ex pectore.Plaut.Pseud.4.11.
Suspicionem ab aliquo.Plaut.Trin.11.39.
– hoc vbi thesaurum effoderis,suspicionem
Ab adolescente amóueris,censebit aurum esse à patre alienatum Tibi,tu de Thesauro sumes.
Amouere tactus impudicos à casto corpore.Seneca Hippol.5.23.
Virgas amouit ab omnium ciuium Romanorum corpore lex Porcia.Cicero pro C.Rabirio 7.Id est Vetuit ne virgis cæderentur ciues Romani per carnificem.
Amoto custode.Propert.lib.1.eleg.11.3.
Amouere per dolum.Horat.1.Carm.od.10.2.
Amoueri in insulam.Id est Deportari vel relegari.Tacit.lib.4.Amotium,Relatum & de Cassio Seuero exule,qui per immodicas inuectiuas in Tiberium,ob quas à Senatu Cretam amouerat effecerat. Paulò pòst,At P.Suillium amouendum in insulam censuit.
Amouere,pro Auferre,Interuertere.Vlpian.in leg.Rei pro socio,lib.17.Pandect. Rei communis nomine,cum socio,furti agi potest,si per fallaciam dolove malo amouit,vel rem communem celandi animo contractet.Idé ibidé in le.Merito,Meritò adiectú est,ita demú furti actionem esse,si per fallaciam,& dolo malo amouit.Idem in leg.Si ego.Tutore dotium,lib.23.Pandect. Agetur rerum amotarum, si tutor animo maritus eas retinendi aut ad exhibendum, si non amouere quis connisus sit. Idem in leg.Tutor.De furtis.lib.47.Pandect. Tutor si quid furandi animo amouerit,furtum facit. Administrationem enim rerum pupillarium habet;intercipiendi autem potestas ei non datur.
Amotio,Verbale:vt Amotio doloris.Cic.2.de Finib.14. Augendæ voluptatis finis est,doloris omnis amotio,& lib.1.58.
Ampelos,(ἄμπελος,) nomen pueri,qui quum à Bacco amaretur,ab eodem post mortem inter sydera relatus est.Fabulam habet Ouidius 5 Fastorum.81.&.83.

Ampelos agria,(ἄμπελος ἀγρία,) vitis syluestris,vua taminia. Plinius lib.23.cap.1.vulgò Lambrusca.
Ampelos agria vocatur herba foliis duris,cineracei coloris,&c.
Ampeloleuce,ampeloleuces,(ἀμπελολεύκη,) Plin.lib.23.cap.1. Ab herbarius vitis alba dicitur,& colubrina,& zuccа saluatica.
Ampelos melæna,(ἄμπελος μέλαινα,) vulgò Tomaro, Latine vitis nigra,hanc Matthiolus Senensis putat esse vuam Taminiam,quàuis Plin. contrariú sentiat,qui eam proprie Bryoniá vocari scribit.lib.23.ca.1.

Amphi,(ἀμφί,) Latinè Circum significat.

AMPHIARAVS,(ἀμφιάραος,) Oeclei filius,Argiuus vates & augur. Cic.lib.1.de Diuinat.147. Amphiaraum sic honorauit fama Græciæ, Deus vt haberetur, atque vt ab eius solo in quo est humatus, oracula peterentur. Idem.3.de Nat.deor.66. Historiam Amphiarai latissimè describit Diodorus Siculus lib.5.cap.5. Pausanias quoque in Attica. & Stat.lib.7.Thebaid.
Amphiaraum Oeclei filium plerique faciunt:alii Lynceí & Hypermestræ. Hic præuiderat sibi periturum omnino, si instanti bello Thebano adfuisset. Eam ob causam omnibus aliis præter Eriphylen vxorem insciis,latitabat. Eriphyle autem aureo torque dono à Polynice accepto,marítum Amphiaraum Adrasto fratri indicat. Inuitus itaque ad bellum profectus,quum fortiter pugnaret,hiatu terræ cum curru & equis absorptus est. Quo in loco Oropii sacellum constituerunt, eique diuinos honores instituerunt. Quam religionem Græcia reliqua secuta est.Vide ALCMAEON.
Amphiaraus sublimis.Stat.6.Thebaid.66.
Amphiaraus doctus futuri.Stat.1.Thebaid.8. – non docte futuri
Amphiaraæ vides.
Amphiaraides.Ouid.2.Fastorum.9.

Amphibium,(ἀμφίβιον) in terra, & in aqua viuens. Varro.4. de Lingua Latina,Græci ea quę in aqua & in terra possunt viuere,vocant amphibia.Colum.lib.8.cap.11.Venio nunc ad eas aues,quas Græci ἀμφίβια vocant,quia non tantum terrestria, sed aquatilia quoque desyderant pabula:nec magis hunno,quàm stagno consuescunt:cuiusque generis anser præcipuè,rusticis gratus est. Amphibia Cicero vocat ancipites bestias.Vide ANCEPS.

Amphibolia, Amphibologia, siue Amphibolon, penult.corr.(ἀμφιβολία,ἀμφιβολογία,ἀμφίβολον,) Dubium siue ambiguum dictum.Cic.2.de Diuinat. 147.Illa amphibolia quæ Crœsum decepit,vel Chrysippum potuisset fallere. Ibidem, Hanc amphiboliam versus intelligere potuilet. Author ad Herennium,lib.1.49. Quintil.lib.7.cap.10.vbi dicit Amphiboliæ species esse innumerabiles,Figura est Grammaticis, quæ fit vitio compositionis,quum in ambigno posita est sententia. Et modò fit per accusatiuum, vt Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Terent. And.Ego me amare hanc fateor.Vbi Donatus.ἀμφιβολία est.
Modò per verbum commune:vt quum dicimus,Cato imusté crimina tui ancertum est enim an ipse ab alio criminetur,an ipse alium.
Modò per participium.vt,Vidi statuam auream hastam tenentem.
Modò per homonymum:vt liquis dicat aciem,nec exprimat oculi,vel gladii,vel exercitus.
Potest etiam fieri aliis modis.Virgil.4.Aeneid.Quæ quibus anteferam? Vbi Seruius,Amphibologia est, Quid prius, quid posterius dicam? Idem.1.Aeneidos.Aurea subnectens exerte cingula mammæ.Vbi Seruius,Amphibolon est hoc loco,vtrum ipsa aurea,an aurea cingula. Sciendum tamen plerunque amphiboliam metri ratione dissolui:vt, Aurea composuit soccula Dido. AVREA enim si ad spondam referas,non stat versus.Idem.4.Aeneid.Terra parens ira irritata deorum. Vbi Seruius,Amphibolon est vtrum sua ira,propter extinctos gigantesian ira deorum irritata,quæ extinxerat gigantes. ✱ Quintil.lib.7. Alii in scripto & voluntate amphibologiam esse.

Amphibrachus, pen.corr.(ἀμφίβραχυς,) Pes est ex prima & vltima brevibus,media producta. Sic dictus,quòd in vtraque parte breuem habeat. βραχὺς enim breuis dicitur,vt Cupido.Quintil.lib.9.cap.4.

AMPHICTYONES,(ἀμφικτύονες,) (inquit Suidas) consessus quidam fuit Græcus, apud Thermopylas conuenire solitus,ab Amphictyone Deucalionis filio sic dictus, qui & ipse quum populos regeret, ad conuentus conuocasse dicitur. Plura apud Budæum in Annot.priorib.Vide Strab.lib.9.Item Erasmi Chil.Cic.2.de Inuent.170. Accusantur apud Amphictyonas,id est apud cómune Græciæ concilium.

Amphimalla, & Amphitapa idem significant. Plin.lib.8.cap. 48.Vide Amphitapa.

Amphímacrus, siue Amphímacer,pen.corr.(ἀμφίμακρος,) Pes ex tribus syllabis constans,prima & vltima longis,media correpta. vt Pallidi.Sic dictus,q vtraqi parte longá habeat syllabá.μακρὸς enim longus. Et est contrarius Amphibracho. Quint.li.9.ca.vlt. Eius nomen frequentius est Creticus,vt idé testatur.

AMPHION,pen.prod.(Ἀμφίων,) Iouis,& Antiopes,vel secundum aliquos Mercurii filius,à quo susceptа lyra,adeò dulciter canebat,vt saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur. Hora.in Arte 80. Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis,
Saxa mouere sono testudinis,& prece blanda.
Ducere quo vellet. Quod ideò fictum, quia eloquii suauitate homines rudes & inciultis moribꝰ,ad obsequium ciuilis pellexit disciplinã. Quod idem Horatius expossuit.Nam quum dixisset, Sono testudinis, addidit, Et prece blanda. Ferunt hunc inuenisse Musicã. De Amphione lib.1.Apollonius Rhodius in Argonauticis.
Amphiona,accusatiuus Græcus.Statius lib.8.Thebaid.47.
Et duras animantem Amphiona cautes.
Amphionis arces.Ouid.15.Metamorph.86.Thebas intelligit.
Amphion & Zethus gemini fratres.Horat.1.Epist.19.
Gratiam sic fratrum geminorum Amphionis atque Zethi dissoluit.
Amphion acer.Stat.Thebaid.10.77.
Amphion docilis.Horat.3.Carm.od.11.1.ad Mercurium,
Mercuri,nam te docilis magistro
Mouit Amphion lapides,canendo.
Amphion Dircæus.Virg.eclog.2.5.
Amphion cum stirpe extinctus.Ouid.6.Metamorph.11.
Amphion ferus.Stat.Thebaid.10.89.
Amphion mollis lachrymis.Propert.3.eleg.15.6.
Et durum Zethum,& lachrymis Amphiona mollem
Expertа est stabulis mater abacta suis.
Amphionius,adiectiuum,(Ἀμφιόνιος,) vt,Amphionia lyra. Propertius libro primo, eleg.9.3.

Amphippi, apud Aeliauum,Desultores apud Pli.L.Desultor.

Amphisbaena, (ἀμφίσβαινα,) vel amphisbæna, næ, Genus serpentis. Plinius lib.20.cap.20.3.& lib.8. cap.23.Solinus cap.40.
Amphisibæna grauis.Lucan.9.144. Et grauis in geminum surgens caput amphisibæna.

Amphitapa, amphitapę,pen.corr.(ἀμφίταπος,ἀμφίπαλλος,) Amphitapæ vestes dicuntur vtrunque habentes villos.Lucil.Sacy.lib.1.Pilæ atque amphitapæ villis ingentibus molles.Idem lib.6.Pluma, atque amphitapæ,& liquid aliud deliciarum. Varro Manio,Alterum bene acceptum dormire super amphitapa bene molli.Ex Nonio.Dicitur & ἀμφίταπος. Idem autem significant Amphimallum,& Amphitapum,siue amphitapa. Vtitur hac voce Vlpianus in L.Vestis.De auro & argent.leg.lib.34.Pandect.

Amphitálamus, pen.corr.Cubiculi genus. Vitruuius lib.6. cap.9.Vide Thalamus.

Amphithetum, pen.corr.(ἀμφίθετον,) erat poculi genus ita factum, vt quinis ex parte positum starent, nullamque certum haberet fundum. Hesychius dicit Amphitherum esse poculum quod ob magnitudinem tollitur ac reponitur. Id mutatè Heliandi vocant Buſam.Hinc figura prouerbialis, Ex amphitero bibi fit,in eum qui meracius,ac largius potarit. Erasm. Amphiteti meminit & Cælius lib.14.cap.60.

Amphitheâtrum, amphitheatri,pen.prod.(ἀμφιθέατρον,) Locus erat spectaculorum gratia,forma rotunda,& veluti ex duobus cóstans theatris:vnde amphitheatri nomen impositum.Theatrum hemicycli specie constructum erat. ἀπὸ τοῦ θεάομαι,quod est Video,appellatum.Latinè dici Spectaculum potest.Consuetudo eius à Græcis sumpta est. Nam quum agrorum cultores feriatis diebus sacra diuersis numinibus per agros celebrarent, Athenienses hoc in vrbanis spectaculis transtulerint, theatrũ Græco vocabulo appellantes,quòd eò conuentus turba, è longinquo sine aliquo impedimento spectaret.Hunc morem postea Romani,vt reliqua alia,in vrbem transtulerunt. Hæc Sipontinus. Martialis lib.1. Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.
Amphitheatrum conspicuum.Martial.lib.1. Hîc vbi conspicui venerabilis Amphitheatri Erigitur moles.
Amphitheatralis,pen.prod.(ἀμφιθεατρικός,)adiectiuum,Quod ad amphitheatrum pertinet:vt,Amphitheatrales ludi, qui in amphitheatro fiebant. Sic Amphitheatrale spectaculum.Plin.lib.11.cap.24.5.
Amphitheatralis pompa.Claud.Paneg.8.18.
Amphitheátricus,pen.corr.aliud adiectiuum idem significans.

AMPHITRITE, Amphitrites,pen.prod.(ἀμφιτρίτη,) Oceani, & Dorides filia,quæ fingitur à poetis esse vxor Neptuni,& significat mare:ἀπὸ τοῦ περὶ τρίβω terrere.Mare enim circum se nauiganteis pereundi terrore insequitur.Hesiodus in Theogonia. Ouid.1.Metam.3. –nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Amphitrite dines aquis.Ouid.1.Fast.
Hanc vbi dines aquis acceperit Amphitrite.
Amphitrite Nereia.Claud.in Rapt.Proserp.1.21.
–Nereia glauco

Universidad de Deusto
Biblioteca

Neptunum gremio complectitur Amphitrite.
Amphitriten rudem prima imbuit cursu. Pallas scilicet. Catullus in Argonaut. epigram. 3.59.

AMPHITRYO, (ἀμφιτρύων,) Alcmenæ Herculis matris coniunx. Τρύζω gemo, vel τρύχω vexo, quoniam hæc incurrit. Plautus tamen Amphitruo scribit, quia vetustissimi Romani peregrinas literas non admittebant, vt Phruges, pro Pgryges. Vnde & patronimicum Amphitryonides à poëtis dicitur.

Amphitryoniadæ. Ouid. 15. Metamorph. 10.
Amphitryoniades falsi pater est. Catull. epigram. 63. & ad Mallium. 23.

Amphora, pen. corr. (ἀμφορεύς) Genus vasis vinarii. Budęus libro. 5. de Asse, sic ait, Hae ratione vius, cõperisse me arbitror (nec temerè vt spero) amphoram esse octauam partem eius vasis quod modium vini dicimus. Modium vini Parisiunm tricenosse nos sextarios nostros capit. Sextarius autem octonas eas, quas pintas dicimus. In aridis autem pro amphora quadrãtem sextarii habemus, id est ternos bessellos. pro quibus vas trimodium habemus, dimidiatum medimnum. Hactenus Budæus. Cic. pro Fonteio. 8. Itaque Titurium Tolosę quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse. Liu. 1. bel. Pun. 249. Nauem quæ ples quàm trecentarum amphorarum esset.

Amphora mellis. Cic. 4. Verr. 132. Amphora nardini, apud Plautum.
Amphoram cellantem. Horat. 3. Carm. od. 28. 2.
Amphora lestrygonia. Horat. 3. Carm. od. 16. 7.
Nec lestrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi.
Amphora Mamertina. Martial. in Xeniis, Amphora nestorea tibi Mamertina senecta, &c.
Pretiosa amphora. Martialis, Amphora non meruit tam pretiosa mori.
Prompta amphora. Horat. 1. Carm. od. 36. 3.
Amphoris puris condit mell. Horat. Epod. 2. 3.
Amphoralis pen. prod. adiectiuum, (ἀμφορεύς,) vt Amphorale vas, hoc est vnius amphoræ capax. Plinius libro. 37. capit. 2. 13. Idem Xenocrates Author est, vas amphorale visum, & aliqui ex India chrystallum sextariorum quatuor.

AMPHRYSVS, pen. prod. (Ἄμφρυσος,) Fluuius Tessaliæ, iuxta quem Apollo pauit armenta regis Admeti. Lucan. lib. 6. 74.
–& flumine puro
Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi.
Ab Amphryso pastor. Virgil. 3. Georg. 1.
Te quoque magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphryso. Apollinem inuocat, qui apud Amphrysum Tessaliæ fluuium diuinitate spoliatus ob occisos Cyclopas, Admeto regi armenta pauisse dicitur. Vnde & Nomius vocatus fuit.
Amphrysius lenis. Ouid. 1. Metam. 58.
Apidanusq; senex, lenisque Amphrysus, & Aeas. Moxq; amnes alii.
Amphrysi gramina. Ouid. 7. Metamor. 46.
Amphrysiacus, adiectiuum, (ἀμφρυσιακός,) vt Amphrysiacum gramen. Statius Sylo. 1. 4. 31.
Amphrysius, adiectiuum, (ἀμφρύσιος,) vt Amphrysia saxa. Ouidius. 15. Metamorphoseos. 141.
Amphrysia vates. Id est Apollinea. Vir. 6. Aen. 80. de Sybil. Amphrysia.

Amplector, πτύσσομαι, περιλαμβάνω, περιπλέκω,) amplecteris, amplexus sum, (ἀμφιβάλλω, amplecti. Ex Picto compositum teste Priscriano: & est verbum notę significationis. Plautus Rud. 7. 11. Amplectimur tibi genua egentes opũ. Ouid. 11. Metam. 146. Dilectos artus amplexa recetib⁹ alis.
Aras amplectitur. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 12.
Cupidis vlnis amplecti. Ouid. 11. Metam. 13.
Medium amplecti. Virg. 2. Aeneid. 44.
Pedes amplecti. Ouid. 9. Metam. 122.
Dextram amplecti. Seneca in Here. furente. 4. 19.
Amplexus circhum. Virg. eclog. 3. 9.
Et molli circùm est ansas amplexus acantho.
¶ Amplecti ispem. Ouid. 3. de Pont. eleg. 7. 58.
Amplecti victoriam. Liuius. 4. ab Vrbe. 181. Non diutius fortuna Aequis indulsit, qui ambiguam victoriam Volscorũ pro sua amplexi fuerant. Id est auidè nimioque affectu acceperant. Nam in ipso amplexu, est quædam amoris auiditas, & nimius affectus.
Virtutem amplecti. Iuuenal. Saty. 10. 15.
–quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas?
¶ Amplecti pro Tenere. Virg. 3. Aeneid. Scæęque amplector limina portæ. Vbi Seruius, Amplector pro, Teneo: vt, Amplexęque tenent postes, atque oscula figunt.
¶ Amplecti artem aliquam. Cic. 1. de Orat. 54.
Amplecti ius ciuile. Cic. lib. 1. de Orat. 120. Nec quòd iur ciuile Crassi tam vehementer ea amplexus. Hoc est Quòd tanto studio animum ad eam rem appulisti.
¶ Amplecti pro Complecti, siue comprehendere. Virgil. 2. Georgic. 9.

Non ego cuncta meis amplecti versibus opto. Vbi Seruius, Id est Nõ sum vniuersa dicturus. Cicero pro Roscio Comœdo. 21. Quod ego pluribus verbis amplecterer, si non &c.
¶ Amplecti aliquid, pro Cognoscere & intelligere. Cic. 4. Verr. 21. Verùm vt totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde istius institura cognoscite. Hoc & complecti & aio complecti dicitur: id est animo comprehendere, seu percipere.
Amplecti cogitationem aliquam toto pectore. Cic. Att. lib. 12. 25. 3.
Amplectitur cognitionem mens nostra. Cic. 4. Acad. 60.
Amplecti cõsilio. Cic. pro Fonteio. 13. Quæ iudex non amplecteretur omnia consilio. Id est comprehendat, vel non percipiat.
¶ Amplecti aliquem, pro Vehementer amare. Sallust. Igitur Imperator omnes ferè res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum in dies amplecti. Pro eodem & Complecti, & Cõplecti amore dicimus. Cic. ad Cecinnam. 1. b. 6. Epist. 6. ad finem, Me amicitiã mè quotidie magis Cæsar amplectitur.
Amplectitur se. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 11.
Diligere, Amplecti, Amare aliquem. Cic. ad Att. lib. 1. Epist. 8. 7.
Amplecti amore. Cic. Att. lib. 7. 12. 3.
Omnem tuum amorem quo me es amplexus.
Tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, vt ab his membra diuelli citius ac distrahi posse diceres. Cic. pro Sylla. 44.
Amplecti plebem. Cic. pro Milone. 53. Qua nimis amplecti plebem putabatur. Id est Fouere, ad demerendum videlicet eius fauorem.
Amplecti virtutem alicuius. Cic. 10. Philipp. 252. Quę (malum) est ista ratio, semper optimis causis veteranorum nomen opponere? quorum etiam si amplecterer virtutes, vt facio: tamen si essent arrogantes, non possem ferre fastidium.
Nobilitatem, dignitatesque hominum amplecti. Cic. ad Marcellũ, lib. 4. Epist. 8. ad finem, Fauet ingeniis, nobilitatem verò & dignitates hominum amplectitur.
¶ Amplecti, Recipere. Cic. 2. Tuscul. 53. Quod honestum, quod rectũ, quod decorum appellamus, quod idem interdũ virtutis nore amplecti mur. Idem ad Rufum, lib. 5. Epist. 19. 6. Quum verò ea tua sit voluntas, humanitas, beneuolentia erga me: libenter amplector talem animum.
Amplecti alicuius amplitudinẽ officiis. Cic. ad Crassum, lib. 5. Epist. 2. 7. De me sic existimes. ac tibi persuadeas velim, non me repẽtina alicuius voluntate, aut fortuitò, ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse, sed &c.
Amplecti memoriam, fidem, religionem. Cicer. pro Roscio Comœdo. 4. Hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem, & religionem amplectuntur. Pro Continent.
Amplexa iugerum soli quercus. Plin. lib. 16. cap. 31. 4.
¶ Amplecto veteri, pro Amplector. Plautus. Extemplo amplectitote crura fustibus.
Amplexor, amplexaris, (περιπλέκομαι,) amplexari, frequentatiuum ab Amplector, ferè pro primitiuo ponitur. Cic. 2. Academ. 48. Quas rectissimè Plato amplexatus erat.
Tertium me amplexatur Appius. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Epist. 14. 1.
Amplexari aliquẽ, & in manibus habere ac fouere. Cic. Lent. lib. 19. 52. Erat hoc mihi dolendũ, sed multò magis illud, quòd inimicum meum (meũ autẽ? imò verò legum, iudiciorum, otii, patriæ, bonorũ omnium) sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, &c.
Amplexari ac tueri iudicii alicuius. Brutus Cic. in Epist. ad Brutũ. 1. 4.
Authoritatem Censoris. Cic. pro Cluentio. 98.
Cognitionem animi. Cic. 4. de Fin. 60.
Otium. Cic. pro Sestio. 85. Neque enim rerum gerendarum dignitate, homines efferri ita conuenit, vt otio non perspiciant: neque vllum amplexari otium, quod abhorreat à dignitate.
Virtutem. Cic. 2. de Finib. 71.
Voluptatem. Cicero tertio de Oratore. Nec voluptatem tuentur, quam amplexari possunt.
¶ Amplexo, veruste pro Amplexor. Accius Alcmæone, Postremo amplexa, fructum quem dii dant, cape. Ex Nonio.
Amplexus, hui⁹ amplexus, (περιπλοκή,) Verbale, Ipsa amplectẽdi actio. Plinius lib. 10. cap. 72. 1. Dracones amputata qui parte ceu ferro, reliquam quæ amplexu tenetur, sorbent. Idem lib. 2. cap. 65. 7. Motus amplexu iungerentur. Cic. 1. de Diuinat. 134. Puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.
Amplexus accipere. Ouid. Epist. 13. 31.
Ab amplexu charo arcet custodia. Ouid. 9. Metam. 151.
Dare amplexus. Virg. 1. Aeneid. 139. Et vltimum, vel suprema amplexa dare. Seneca in Med. 7. 25. Val. 8. Argon. 3.
Dissipare amplexus. Stat. 3. Syl. 2. 12.
Dissipat amplexus, atque oscula fida reuellit.
Excutere amplexus. Ouid. 9. Metam. 11.
Amplexibus auidis hærere. Ouid. 7. Metam. 29.
Ire in amplexus. Ouid. 11. Metam. 46.
Occupat amplexib⁹ longis. Ouid. 3. Meta. 10. de Serpente loquitur.

Occupare

Occupare amplexu. Ouid. 3. Fast. 102.
Petere amplexum. Ouid. 6. Metam. 121. & Virg. 8. Aeneid. 121.
Perfrui amplexu. Ouid. epist. 15. 43.
Ruit in amplexus. Seneca Hippoly. 5. 24.
Satiari amplexu petito. Stat. Syl. 1. 2. 8.
Soluere amplexus. Val. 1. Argonaut. 71.
Subtrahere amplexu se. Virgil. 6. Aeneid. 140. –da iungere dextram,
Da genitor, tęque amplexu ne subtrahe nostro.
Amplexu dulci tenere. Lucret. 5. 159.
Ad amplexus dulces parentum tendite. Val. 1. Argonaut. 48.
¶ Auidi amplexus. Ouid. 7. Metamorph.
–auidisque amplexibus hærent.
Densis amplexibus. Valer. 4. Argonaut. 65.
Mollis amplexus. Virgil. 8. Aeneid.
Cunctantem amplexu molli fouet.
Pudici amplexus. Claudian. de raptu Proserp. 3. 56.
Rapidi amplexus. Sil. 17. –& rapidis amplexib⁹ arma virosq; Corripit.
Turpis amplexus. Claudian. epigram. 22. 26. Aret ab amplexu turpi.

Amplificare, Amplio, Ampliter, Amplitudo, Amplius, Vide AMPLVS.

Amplus, (μεγαλώδης, ἐνδοξος,) adiectiuum, authore Victorino, dicitur quod latè patet, & per multa diffunditur: vt Ampla domus. Cæsar. 4. bel. Gal. 472. Quorum fuit ciuitas ampla atque florens. Sic. Cic. 1. Offic. 194.
Aedes amplæ. Claudian. 4. Paneg. 1.
Amicitia ampla, Id est magnifica & honorifica. Cic. ad Appium Pulchrũ, li. 3. epist. 10. 12. Itaq; capio magnã voluptatẽ, quũ tibi, cuius mihi amicitia nõ sollim ampla, sed etiã iucũda est, ea tribui quæ debẽatur, &c.
Atria ampla. Virg. 1. Aeneid. 146. –vocemque per ampla volutãt Atria.
Porticibus amplis. Virgil. 3. Aeneid. 71.
Magnitudo ampla. Plin. lib. 13. cap. 16. 1.
Locus amplus, oppositur Angustus. Author ad Heren. 176. Loci prætèr modum ampli vagas imagines reddunt: & nimis angusti sæpe non vident: ur posse capere imaginum collocationem.
Theatrum magnitudine amplissimũ. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 1. epist. 1. 62.
Amplissimum magnitudine auellanæ nucis saccharum. Id est quo maius non inuenitur. Plin. lib. 12. cap. 8. 1.
Ampla atque potens ciuitas. Cic. 2. de Inuent. 246.
Decora ampla. Stat. Thebaid. 6. 79.
Diuitiæ amplæ. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 21.
Familia ampla & honesta. Cic. pro Murena. 13.
Funus amplum. Id est magnificum. Seruius ad Ciceronem, lib. 4. 12. 8. Funus ei satis amplum faciundum curaui.
Gloria amplus. Cic. ad Attic. lib. 8. epist. 15. 2. Huic moderatori Reipublicæ beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit.
Ampli homines. Cic. 3. Philipp. 138. Conuenerunt corrogati & quidam ampli homines, sed immemores dignitatis suæ.
Amplus & grandis orator. Cic. in Orat. 16.
Honores ampli. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 3.
Munus amplum. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 5.
Munus ædilitatis amplius aut gratius. Cic. 3. Verr. 9.
Occasio ampla, pro Maxima. Cic. 4. Verr. 43.
Pignora ampla. Ouid. epist. 13. 11.
Pœna ampla. Propert. 3. eleg. 6. 7.
Parum amplis præmiis afficere aliquem. Cic. pro Milone. 43.
Satis amplus oratione Pompeius. Cic. in Bruto. 129.
Res pecuaria ampla. Cic. pro Quintio. 7.
Admodum amplum & excelsum signum cum stola. Cic. 6. Verr. 66.
Spolia ampla. Virgil. 4. Aeneid. 19.
Spes ampla. Propert. 3. eleg. 12. 9.
Status amplus. Cic. Attico, lib. 3. 50. 2.
¶ Amplior comparatiuum, Quod latius patet, atque diffusius.
Ampliorem esse per aliquem. Id est studio & industria eius honoratiorẽ. Cic. in Lælio. 61. Suos verò omnes per se esse ampliores volebat.
Ampliorem honorem alteri tribuebat Pompeius, quàm ipse erat consecutus. Cic. de Prouinc. Consul. 21.
Amplior patrio decore. Sil. 3. 15.
Ampliores iræ. Terent. Hecy. 3. 1. 9. Si non redisset, hæ iræ factæ essent multo ampliores. Id est maiores.
Amplior morbus. Terent. Hecy. 3. 1. 50. Si fortè morbus amplior factus sit. Pro auctus sit.
Præmiis ampliuribus ad perdiscendum cõmoueri. Cic. lib. 1. de Orat. 7.
Amplior victima. Seneca in Here. furente. 11. 6.
¶ Amplissimus, penult. corr. superlatiuum. Quod latissimè patet. vt Amplissima insula. Plin. lib. 6. cap. 20. 1.
Arbor amplissima, id est latissimè patens, & maximè diffusa. Plin.

Fortunas amplissimas amittere. Cic. 7. Verr. 15. & 1. Tuscul. 136.
Ciuitas amplissima. Cic. 7. Vert. 95.
Pecuniam amplissimam possidere. Cic. pro Roscio Amer. 52.
Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem. Cicero pro Roscio Amer. 50.
Amplissimi ciues. Cic. ad Att. lib. 7. Epist. 132. 6.
Collegium Decemuirale amplissimum. Cic. 6. Verr. 95.
Amplissima curia. Cic. 6. Verr. 106.
Dona amplissima Imperatorum. Hoc est maxima & honorificentissima. Plin. lib. 18. cap. 3. 1.
Familia amplissima, vel Amplissimo loco natus: pro nobilissima familia, aut nobilissimo loco. Cic. 7. Verr. 91. & in Parad. 45.
Gymnasium amplissimum. Cic. 6. Vert. 106.
Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus. Cicero pro L. Manilia. 1.
Amplissimo loco natus. Cic. 7. Verr. 95.
Amplissimus ordo, vocabatur ordo Senatorius: nempe ossum maximus, & nobilissimus. Cic. pro Domo sua ad Pontif. Quid quum Senatũ pro me non modò propugnare amplissimum ordinem, sed etiam plorare, & supplicare mutati vestę prohiberent, ne tum quidem vis erat?
Res gestæ amplissimæ. Cic. ad Att. lib. 8. Epist. 15. 3.
Amplissima sedes. Claud. Paneg. 8. 5.
Testimonium amplissimum: id est grauissimum & magni ponderis. Plinius libro. 7. cap. 30. 6.
Vir amplissimus & ornatissimus. Cicero pro Roscio Amerino. 67. Idem secundo de Finib. 89.
Homo virtute cognita & spectata fide amplissimus. Cic. pro Cecinna. 76
¶ Magnum & amplum. Cecinna Ciceroni, lib. 6. Epist. 7. 17. Siquid rogatus fueris, vt facias (quanquam id magnum & amplum est) perficies. Idem de Inuentione libro. 1. 9. Magna & ampla pars. Idem ad Lentulum, lib. 1. Epist. 3. 1. Magna negotia & ampla, & expedita habet Trebonius in tua prouincia.
Chara & ampla. Cic. de L. Agraria. 25. Omnia quæ vobis chara atq; ampla sunt, in fidem & patrocinium mei Consularus collata esse video.
Ampli, amplius, amplissimè, (μεγαλωδῶς) aduerbium. Cic. 2. de Fin. 131. Si ne hæc quidẽ satis ampli, satis honestè dici putas. Idẽ in Orat. 57. Nihil enim ampli: Cotta, nihil leniter Sulpitius.
Elatè & ampli loqui non est ausus, quum humiliter demisseque sentiret. Cic. 5. Tuscul. 36.
Exornat ampliè magnificeque triclinium. Cic. 6. Verr. 54.
Amplius, (πλέον,) aduerbium, in ea significatione qua ipsum vulgò vsurpamus. Virg. 3. Aeneid. 29. –nec tam amplius vllæ Apparent terræ. Plinius libro. 12. cap. 14. 3. Feruntque tria millia non amplius esse familiarum quæ ius per successiones id sibi vendicent. Plaut. Merc. 19. 15. Istuc dictum tibi non amplius iraſcor. Cicero. 4. Academ. 104. At amplius non desyderamus.
Amplius non curant contendere. Virg. 9. Aeneid. 107.
Amplius morando: Id est Diutius. Sallust. in Iugur. Ne amplius morãdo Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet.
Hoc amplius, pro Etiam, vel Vltra, seu Præterea. Cic. ad Brut. Epist. 5. 1. Cui quum essem assensus, decreui hoc amplius: vt ru, si arbitrarẽre vtile fore, exque Republica esse, persequerere bello Dolabellam. Idem pro Cecinna. 19. A. Attilius, & eius fil.⁹ L. Attilius, & armatos ibi fuisse, & se suos armatos adduxisse dixerunt. Etiam hoc amplius, quum Ebutius Cecinnæ inalum minaretur, ibi tum Cecinnam postulasse vt moribus deductio fieret. Sic de Finib. lib. 2. 19. Idem ad Pætum lib. 9. Epist. 25. 1. Obtemperare cogito præceptis tuis. hoc amplius, nauco larum habere aliquid in ora inaritima. Sic. 4. Verr. 85.
Amplius aridus calor. Lucret. 4. 176.
Nihil amplius. Cic. 7. Verr. 100. Sese ipsum abs te repetit, nihil amplius. Idem pro Plancio. 14. Nihil dico amplius: hoc tamen mitor, cur &c.
Nihil amplius quàm. Cic. 2. de Nat. Deor. 48. Quibus natura nihil tribuit amplius, quàm vt ea alendo atque augendo tueretur.
Quid vis amplius? quid insequeris? Cic. pro Roscio Amerino. 65. Idem pro Milone. 27. Quid vultis amplius?
Quidnam amplius desyderaris Iudices? Cic. de Inuent. lib. 1. 117.
At ego amplè dico, ita quadringẽties accepisse te arguo. Cic. 4. Ver. 16.
Amplius deliberare. Terent. in Phorm. 190. Ego amplius deliberãdum censeo. Verba sunt sententiam dicentis.
¶ Amplius pro Plus, eleganter vsurpatur: & eandem vim constructionemque habet in nominativo. enim adiungitur. Cæsar, Amplius octingentę, quæ vno erant tempore, à littore discesserant. Cicero pro Roscio Comœdo quatuor, Amplius sunt sex menses. Ibidem, Amplius trienium est. Subauditur, quàm: vt sit, Amplius quàm octingentæ, & amplius quàm sex.
Viginti amplius authores Græci veteres prodidere. Plin. lib. 1. cap. 45. 3.
Genitiuo. Plautus Cistel. 11. 4. Gaudeo tibi mea opera liberorum esse Amplius. Pro plures liberos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accusatiuo. Virg. 1. Aeneidos. —noctem non amplius vnam
Falle dolo. Cic. 7. Verr. 121. Qui quum amplius centum cives haberet ex conuentu Syracusarum. Idem pro Flacco. 49. Qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos amplius vnis moribus & nunquam mutatis legibus vsuntur. Cic. ad Att. lib. 8. 161. 2. Cæsar, Amplius horas quatuor fortissimè pugnauerunt. Cœperunt amplius tria millia hoium, In singulis sabaudis Q V A M vt sit, Non amplius q̃ vna noctẽ. Amplius qui centũ cives, &c. Pro Plus quàm. Cic. 4. Verr. 55.

Ablatiuo. Plaut. Mostel. 1. 1. 16. Debentur huic octoginta minæ: T R. haud numno amplius. Cic. pro Flacco. 54. Laodiceæ viginti pondo, paulo amplius. Liuius, Pugnatum amplius duabus horis est. Cæsar, Vt non amplius quatuor digitis eminerent. Cic. 6. Ver. 85. Hora amplius in demoliendo signo permulti homines moliebãtur. Idem pro Roscio Com. 5. Triennio amplius. In Oratore. 1 31. Non fert tenuis amplius. Rursum pro Roscio Com. 5. Si amplius ils nummo petiti, quàm tibi debitum est, causam perdidisti. Idem. 2. Verr. 23. Ego autem Aedilis, hoc est paulò amplius quàm priuatus.

Aliquanto amplius amplexus tum animo. Cic. 4. Verr. 1.

Amplius opinione mors abs hoc est diutius q̃ putabat. Sallust. in Iugurt.

¶ Amplius pronũtiare reum. Idem quod Ampliare reũ. Cic. 3. Verr. 17. Verum, vt opinor, Claucia primus tulit vt comperendinaretur reus: antea, vel iudicari primò poterat, vel amplius pronuntiari. Vtram igitur putas legem molliorem? Opinor illa vetere, qua vel citò absolui, vel tardè condẽnari licebat. Idem paulò pòst, Puta te non hac tã atroci, sed illa lege mitissima causam dicere. accusabo, re̅pondebis, testibus editis, ita mittam in consilium, vt etiam si lex ampliandi faciat potestatẽ, tamen isti turpe sibi existiment non primò iudicare. Budæus.

Amplissimè, pen. cor. Aduerbium, (ὑψηγορικῶς,) vt Amplissimè gerere honores. Hoc est cum summa amplitudine ac dignitate. Cic. 4. Verr. 77.

Amplissimè dari militibus agri. Cic. 1. Philipp. ad finem.

Sublatè ampleq̃ dicens Orator. Cic. in Bruto. 105.

Amplissime decernere de alicuius salute & dignitate. Cicero pro Domo sua ad Pontif. 58.

Amplissimè ac magnificentissimè omnes honores gessit Sthenius. Cicero quarto, Verr. 77.

Amplissimè ac honestissimè ex Prætura triumphare. Cic. pro Murena. 13.

Ampliter, pen. corr. aduerbium, (ὑψίως,) pro Amplè.

Ampliter accepit, Id est cũ magno apparatu & copia. Plaut. Merc. 3. 68.

Ampliter apponere in cœna, Copiosè, & abundanter. Plaut. Mil. 10. 102.

Ampliter sumptum facere, pro Maximum sumptum facere. Plautus Sticho. 1. 10.

Ampliter fient saturi, pro Abundanter. Plautus Pseud. 2. 11.

¶ Ampliter mẽtiriquod Cic. dixit A modũ mẽtiri. Plaut. Merc. 19. 12.

Ampliter testis. Plaut. Amphitr. 1. 5. 58.
Quin negem? eo testis ampliter.

Ampliter occupatus, Pro Occupatissimus, vel maximè occupatus. Plautus Cistel. 7. 55.

Amplitudo, pen. prod. (μεγαλειότης, τὸ μεγαλεῖον,) denominatiuum.

Amplitudine ſtadiorũ sexaginta. Plinius lib. 6. cap. 26. 5. Ilix qua Orientem petentes excipit oppidum apprimè munitum, quondam ſtadiorũ sexaginta quinque amplitudine & satraparum Regia appellatum.

Amplitudo corporis. Id est crassitudo ac latitudo, ad proportionem proceritatis. Plin. Epist. 102. e. Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis grauior & somnior erat.

Amplitudo corporis, pro Altitudine. Plinius annuculus libro septimo, cap. 16. 6. Oresti corpus oraculi iussu, refossum septem cubitorum fuisse, monumentis creditur. Et paulò pòst, Næuus Pollionis amplitudinem annales non tradunt.

Amplitudo vrbis, Latè patens magnitudo. Plin. lib. 6. cap. 16. 1.

In amplitudinem adolescere. Plin. lib. 12. cap. 1. 5. Platanos non potuisse in amplitudinem adolescere, apud authores inuenitur. Pro Dilatari, Extendi, Crescere in altitudinem.

Amplitudine opum nulli prouinciarum postferẽda. Plin. lib. 3. cap. 4. 1.

¶ Amplitudo, est (vt scribit Cicero lib. 2. de Inuent. 144.) potentiæ, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Idem. 4. de Finib. 29. Amplitudines quædam bonorum excitabantur. Idẽ ad Lentulum, lib. 1. 5. 7. Tuæ sapientiæ, magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem & dignitatem tuam in virtute, atque in rebꝰ gestis tuis atque in tua grauitate positam existimare.

Amplitudinem suã retinere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 4. 8. Possum confirmare, te & Senatus, & pop. Rom. studio amplitudinem tuã retenturũ.

Amplitudo modica simulacri. Cic. 6. Verr. 98. Ex ære fuit quoddam Cereris simulacrum modica amplitudine ac singulari opere.

Amplitudo animi. Cic. 1. Tusc. 107. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, vnam esse omnium rem pulcherrimam.

Honores & amplitudo alicuius. Cic. 4. Verr. 77.

Authoritas & amplitudo. Cic. pro Roscio Amer. 2. Isti in quibus summa authoritas est, atque amplitudo.

Amplitudinẽ ciuitatis detrimẽto afficere. Author ad Heren. lib. 2. 50.

Illustrabit tuam amplitudinem hominum iniuria. Cicero Lentulo, libro primo. Epist. 6. ad finem.

Nobilitas & amplitudo. Cic. pro Roscio Amer. 2.

Amplitudinem nominis dare posteris suis. Cic. pro Murena. 14.

Ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, libertatem pertinet. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. 9. 107.

Ad summam amplitudinem peruenire. Cic. in Bruto. 154.

Amplitudine summa dignus. Cic. pro Murena. 14.

Ad amplitudinem tuam conferimus omne nostrum consilium, studium, officium, opera, laborem, diligentiam. Cic. ad Planciũ, lib. 10. Epist. 12.

Ad claritatem amplitudinemq; aptior est eorum vita, qui se ad Rempublicam & ad res magnas gerẽdas accõmodauerũt. Cic. lib. 1. Offi. 101.

Splendor oſs & amplitudo harũ rerum duarum &c. Cic. lib. 1. Offic. 92.

Ampliuagus, adiectiuum, pen. prod. (ὑψηγορικός,) Quod in amplum vagatur. Author ad Herennium, lib. 4. Ampliuagas imagines reddunt. Poeticum est epitheton.

Amplio, amplias, (αὐξάνω,) ampliare, Augere: vt, Ampliare gratiam. Martial. lib. 10. 23. Ampliare vires. Plin. lib. 23. cap. 2. 3. 36. Nunc huc, nunc illuc, qua flectitur, ampliat orbem.

Ampliare plagam. Celsus lib. 7. cap. 4. Sed si retrò rotundi recipiendi est ampliandi scalpello plaga est. Quint. 2. b. Quæ si modica obiurgatio, possunt ratione ampliari, & libro octauo, vt cum Annibalis bellica laudibus ampliatur virtus Scipionis.

Ampliare rem. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 7. —ne quid
Summa deperdat metuens, aut ampliet vt rem.

Ampliare seruitia. Id est augere numerum seruorum. Tacitus libro. 14. Quicquid est Vespasiane quod paras, seu dominum extruere, seu prolitato agros, siue ampliare seruitia, datur tibi magna fides, ingratis terminis, multum hominum.

¶ Ampliare, (ἀναβάλλεσθαι,) verbum est ad iudicia pertinens. vide

Ampliari rei, sunt quorum damnatio differtur, aut quia coram fieri testes sunt, & cum illis committendi aut quia nondum plane liquet, aut de crimine, aut de pœna modo. Cic. 3. Verr. 18. Vt etiam si lex ampliandi faciat potestatem. Idem pro Cœcina. 21. Author ad Heren. lib. 4. 205. Quid fuit iudices, quare istum hoiem nefarium amplificaritis? Valerius lib. 2. Lucius Scipio Aemilianus Cottam apud populum accusauit: cuius causa grauissimus testimoniis erat cõsolũ, septimum ampliata, & ad vltimum octauo iudicio absoluta est. Budæus.

Ampliatio, Verbale, (ἀναβολή,) Actus ipse ampliandi, qui fit in iudicio. Ampliationis nota à iudicibus in tabella scribebatur, N. L. videlicet, Liquet. Author Asconius.

Amplificare, (μεγαλύνειν,) Amplum facere, Valde augere, & quasi illustrare. vt Amplificare ædem, vel rebem. Liuius, 1. ab vrbe. 51. & 132.

Augere & amplificare. Cic. 1. de Fin. 60. Vt postea variari voluptas, distingiq; possit, augeri amplificariq; non possit. Idem in Orat. 69. In augẽdis amplificãdisque rebus. Rursum lib. 1. de Orat. 70. Eaque pro nobis essent, amplificanda & augendaque essent pro aduersariis, infirmanda, atque frangenda.

Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare. Cicer. ad Equites antequam iret in exilium. 3.

Amplificare, & Minuere, Contraria. Cic. 4. Acad. 10. Vereor interdũ ne taliũ personarũ, quum amplificare velim, minuam etiã gloriam.

Authoritatem amplificare. Cæsar secũdo bel. Gal. 283. Quod si fecerit, Heduorum authoritatem apud omnes Belgas amplificaturum. Cicero. 10. 1. de Inuent. 7. Quibus in hominibus erat summa virtus, & summa virtute amplificata authoritas. Sic amplificare dignitatem alicuius. Cic. Bruto, lib. 11. 5. 8.

Ornare aliquem & Amplificare, Cic. Marcello, lib. 15.

Dolorem amplificare, Quod & exaggerare dicitur. Cic. 2. Tusc. 87.

Facultatem differendi amplificauit tibi Academia. Cicero. 2. de Natura Deorum, ad finem.

Fortunam, id est conditionem, & vitæ genus. Cic. in Lælio. 52.

Gloriam alicuius. Cic. 4. Acad. 10.

Virtutem laudibus amplificare. Cic. 5. de Fin. 127.

Amplificat atque ornat orator dicendo, ea quæ vulgò expetenda atque optabilia videntur. Cic. lib. 1. de Orat. 112.

Exaggerare & amplificare orationem. Cic. 3. de Orat. 85.

Pretium amplificare. Cic. pro Domo sua ad pontif. 12. Gabinio pretio amplificato, Syriam nominatim dedisti.

Amplificare rem ornando. Cicero. 3. de Orat. 58. Summa autem laus eloquentiæ est, amplificare rem ornando: quod valet non solùm ad augendum aliquid & tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiiciendum.

Rem familiarem amplificare. Cic. Offic. 38.

Amplificare Remp. Cic. 2. de Natura Deorum. 12. Quorum exitio intelligi potest, eorum imperiis, Rempublicam amplificatam.

Conseruare atq; amplificare Rẽpublicam. Cic. pro L. Manlia. 31.

Aliquid verbis, aut dicendo amplificare. Cicero secũdo, de Inuent. 113. & 1. de Oratore. 119.

Sonus

Sonus amplificatur. Cic. 2. de Nat. deorum. 217.

Amplant, vetustè pro Amplificant. Pacuuius Teucro, Vbi poetæ pro sua parte falsa cõficta canãt, q causam humilè dictis amplant. Ex Nonio.

Amplificatus, pen. prod. Participium, (μεγαλωθείς,) Cic. pro Domo sua ad Pontif. A populo Romano semper defensus, amplificatus, ornatus. Idem. 3. de Legib. 47. Pauci enim atq; admodum pauci honore & gloria amplificati, vel corrumpere mores ciuitatis, vel corrigere possunt. Sic in Catil. 49. Vrbs condita amplificatáque. Et. 2. de Natura deorum. 12. Respublica amplificata.

Amplificatus honore. Cic. 3. de Legib. 47.

Amplificatio, Verbale, (μεγαλωσις,) Ampla & copiosa rei alicuius dilatatio: siue, vt vulgus dicit, Augmentatio. vt Amplificatio pecuniæ. Cic. 1. de Diuinat. 42.

Amplificatio honoris & gloriæ. Cic. 2. Offic. 60.

Amplificatio rei familiaris. Cic. 1. Offic. 38.

¶ Amplificatio apud Rhetores, dicitur vbi argumenta ipsa, cum verbis tum rebus amplissimè dilatantur, ad ipsos magis afficiendos auditores. Vide Quintilianum diffusè de Amplificatione tractantem lib. 8. cap. 4. & Ciceronem in Partit. 28. & authorem ad Herenn. lib. 3. 116.

Amplificator, pen. prod. Verbale, (μεγαλωτής,) Cic. 5. Tusc. 15. Nec verò Pythagoras nominis sollim inuentor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Sic idem Planco, lib. 10. 12. 15. & Cœlio, lib. 2. 8. 6.

Amplificè, penult. cort. Aduerbium, (μεγαλείως.)

Amplificè decorata vestis. Catul. in Argonaut. epigram. 64. 53.

Ampulla, (πομφόλυξ,) Vas est vitreum, aut ex alia materia, maximè tamen vitreum, ventre amplo, & quasi inflato: cuius olim fuit vsus tum in balneis ad oleum, tum in mensa ad aquam, vel potionem: item ad res alias.

Ampulla, in balneis. Cic. 4. de Finib. 50. Si ad illam vitam quæ cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, sumpturum sapiẽtem cam vitam potius, quo hæc adiecta sint. Plaut. Stich. 4. 77. Rubiginosam strigilem, ampullamque rabidam.

* Ampullæ quibus non hians nec ſtatim patens exitus. Epist. 30. lib. 4.

Ampulla, in mensa. Suetonius in Domitiano, cap. 21. Prandebãtque ad satietatem, vt non temerè super cœnam, præter martianum malum, & modicam in ampulla potiunculam sumeret. Apud Martialem in Apophoretis, lib. 14. 115. titulus est Ampulla potoria.

Ampulla ad alios vsus. Plin. lib. 20. cap. 14. 7. Cum fur culis suis in ampullas vitreas aceri vtrisque deiectis. Quòd VITREAS adiecit, satis ostendit esse & ampullas ex alia materia.

Ampulla per translationem. Horat. in Arte. 20. Proiicit ampullas, & sesquipedalia verba. Vbi interpres Acron, Ampullas, inflata & superba verba. adhuc enim ampullas vocamus, quasi inflata vasa.

Ampullaceus, (πομφολυγώδης,) adiectiuum: quod ex ampulla est. vt Prusium ampullaceum. Colum. lib. 8. cap. 2. 11. Impedienda est itaque procacitas eius ampullaceo cotioquod quum in orbiculum formatũ est, media pars eius refenditur, & p excilam partẽ gallipes inseritur.

Ampullacea videtur Plautus in Menæch. vocare mulierem magnificè cultam. Carmen sic fertur, Quando te auratã & vestitam bene habet, ampula spem. Ampullaceam & metro congruit, & sensui. Erasmus.

Ampullacea pira, fic à collo nuncupata. Plin. lib. 15. cap. 15.

Ampullarius, substantiuũ, (πομφολυγοποιός,) Ampullarũ artifex. Plaut. Rud. 18. 48. Postea aspicito meum, quando ego tuum inspectauero
Ni erit tam syncerum, vt quinis dicar ampullarius
Optimum esse opere faciundo coriam, & syncerissimum. Quo ex loco apparet, ampullas etiam ex corio fieri solitas.

Ampullarius, adiectiuum, vt Ampullariæ vnctiones. Plaut. Sticho. 4. 74.
Vel vnctiones Græcas sudatorias,
Vel alias malis malacas ampullarias. Vbi interpres, Ampullarias, id est qbꝰ in balneis fruaris, vbi ampullæ & strigiles adhibent corporibꝰ.

Ampullor, ampullaris, (πομφολυγοῦμαι,) ampullari, Turgere & inflari in genere scribendi. Horat. 1. epist. 3. 3. An tragica desæuit & ampullatur in arte. Grandiloquentiam significat.

Amputo, amputas, pen. corr. (ἀποκόπτω, περιαιρῶ μαι, ἀπορρέπω, ἀπαίρω,) amputare, Proprie est Circuncidere, quasi Circũputare. sæpe tamen accipitur pro Abscindere vel resecare: vt Amputare ramos arborum. Festus, Amputata, id est circũputata dicebãtur, ab eo quod antiqui putum pro puro dicebant: vnde deducitur Podor & Pudicus. Cic. 5. de Finib. 70. Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Idem lib. 1. de Orat. 34. Colum. lib. 2. Ferto quàm cautissimè circumlecari oportebit ne dum amputatur, etiam quod infra est animal vulneremus. Plin. lib. 12. cap. 25. Amputari superflua. Horat. 2. Epod. 3.

Amputat artus fractos rigor. Sil. lib. 3. 112.

Amputat humeros trunco tenus. Seneca in Thyeste. 2. 28.

Circuncidit & amputat multitudinem. Cic. 4. Acad. 149.

Amputare ramos miserarum. Cic. 3. Tusc. 21.

Amputata, circuncisáque inanitas, pro sublata. Cic. 1. de Finib. 70.

Amputandæ narrationes, Id est superflua quæque ex eis resecanda: vt

sint breues, & nihil redundet.

Amputa longa colloquia. Seneca in Med. 7. 20.

Amputare quicquid est pestiferum. Cic. 8. Philip. 24. In corpore siquid eiusmodi est quẽ reliquo corpori noceat, vri ac secari patimur, vt membrorum aliquod potius, quàm totum corpus interealisic in Reipublicæ corpore vt totum sãlium sit, quicquid est pestiferum amputetur.

Infracta & amputata loquuntur, & eos vituperant qui aprã & finita pro nuntiant. Cic. in Orat. 97. Id est multum tracta & mutilata.

Amputatio, amputationis, Verbale, (ἀπόκοπος,) Ipse amputandi actus. Cicero de Senect. 15. Propagatio vitium sarmentorumque, ea quàm dixi, aliorum amputatio, & aliorum inutilio.

AMPYCIDES, Ampycidæ, pen. corr. (ἀμπυκίδης,) Mopsus Ampyci filius. Ouid. 8. Meramorph. 64. Ampycidesque fagax, & adhuc à coniuge tutus Oeclides. Et libro. 12. 91.
Nec tu credideris tantum cecinisse futura Ampyciden Mopsum.

AMSANCTVS, (ἄμφοδος,) vt ait Vibius Sequester, fons est Lucaniæ, ab inferis erumpens, vt hominum fert opinio. Cic. lib. 1. de Diuinat. 135. Quid enim non videmus quàm sint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, vt & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ videmus. Virgil. 7. Aeneid. 113.
Est locus Italiæ in medio sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris:
Amsancti valles, &c. Paulò pòst,
Hæ specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur ruptoque ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces, &c. Addit & nominis rationem Seruius, Locus (inquit) Amsancti, id est omni parte sancti. Locum nos aliquando spectauimus (ait Parrhasius in Claudianum) quum Daunios & Salentinos, quibus tum ius dicebamus, Neapoli peteremus. Incolæ, Mephitim vocant, à Fregento nõ procul. Nec abest à vero Donatus, qui statuit ad calorem. Nam Calor amnis qui Samnitas interfecat, illac præterfluit. Vt verò Canusio proximum dicerer, vrbis illius nobilitas effecit, quũ cætera proxima regione oppida obscura sint, nec eius generis vnde locorum notitia peti debeat.

Amulẽtum, amuleti, pen. prod. (ἀλεξιφάρμακον, περίαμμα,) omne genus remediũ aduersum cuncta mala medicamenta, & præsertim contra veneficia putatur valentissimum: ab amoliendo dictum. Plinius lib. 25. cap. 9. de cyclamini radice loquens, Nascitur in vmbrosis, à nostris tuber terræ nominatur, in omnibus serenda domibus, si verum est, vbi sita sit, nihil nocere mala medicamenta: amuletum vocant: narrantque & ebrietatem repræsentari, addita in vinum. Idem libro. 37. cap. 3.

Infantibus succinum alligari amuleti ratione prodest.

AMVLIVS, (ἀμύλιος,) Prænæ filius & Numitoris frater. Hic Amulius pulso fratre Numitore regnauit.

Amulius traiectus ense Romuleo cadit. Ouid. 3. Fast. 14.

Amurca, (ἄμορξις,) olei fordes quæ præcedunt. Virgil. 1. Georg.
Et nigra perfundere amurca. Vbi Seruius, Amurca olei fordibus: sed iis quæ præcedunt. nam fordes quæ oleum sequuntur, fæces vocantur. Et amurca per e scribitur, & per g pronuntiatur: vt C. Gaius: Cn. Gneus. Colum. lib. 12. cap. 50. 3. Nam est inuinctissima oleo amurcatquæ si remanſit in bacca, saporem olei corrumpit.

Amurca nigra. Virg. Georg. 1.
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca.

Amurca Palladia, Ab oliua arbore, quæ sacra est Palladi. Colum.
Palladia fruge salis conspergere amurca.

Amurcaria (ἀμορξικός,) dolia, In quę amurca infunditur. Cato, ca. 10. 3. Dolia quęis vinacea condat decem, amurcaria decem.

Amusium, Ventis reperiendis excogitatum organum, vt ait Cęlius lib. 11. cap. 19. Vitruuius lib. 1. cap. 6. Collocetur ad libellam marmoreum amusium medius mediãbuntque locus ita expoliatur ad regulam & libellam, vt amusium non desyderetur.

Amussis, amussis amussis, fœm. ge. (γλύφανον,) Filum est quod fabri materiarii rubrica oblinunt, aut alio colore. Sic Budæus. Fe stus autem regulam vocat ad quam aliquid exæquatur. Ex quo videt imuere Amussim & Normam idem esse.

Ad amussim aliquid facere, frequens est apud authores, pro eo quod est exquisita diligentia, atque exactissima cura. Gellius lib. 1. cap. 4. Adhæc omnia scripta antiquissima, tam curiosè spectabat, aut virtutes pensabat, aut vitia rimabatur, vt iudicio factum esse ad amussim diceres. Transtulum à fabris lapidariis aut lignariis, qui fumculo illo regulari, operis æqualitatem explorant. Erasmus.

Ad amussim lapis est applicandus, non amussis ad lapidem. Hoc est, Vita nostra ad leges est corrigenda, non leges ad mores nostros trahendę. Id faciamus quod honestum sit: non id rectum existimemus quod fiat. Vtitur Plutarchus in commentariolo cui titulus Quo pacto quis intelligere possit se proficisse.

Numerus ad amussim. Varro de Re rustica. Id est quum nihil nec superest nec deest. Budæus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alba amusſi. Hoc eſt nullo delectu, ac citra diſcrimen. Nonnulli ſic efferunt adagium. In albo lapide amuſſis alba. Vtitur Plato in Charmide, vbi Socrates ait ſe erga formoſos adoleſcentes perinde eſſe, vt albam amuſſim in albo lapide, propterea quòd neque diſcerneret ſatis inter formas, & omnes ex æquo amaret.

Amuſſitata opera, (κυστρικὸν τὸ ἔργον,) Id eſt exactiſſima. Plaut. Mil. 10. 38. In hoc amuſſitata ſua ſibi ingenia miſcies. Ex Nonio.

Amuſſim, adverbium, (πανονικῶς,) Feſtus, Amuſſim, regulariter. Tractũ à regula ad quã aliquid exæquatur, quæ amuſſis dicitur. Quidã amuſſim eſſe dicunt non tacitè, quod mutire interdum dicitur, loqui.

Amûſus, pen. prod. (ἄμουσος,) Inelegantes & indoctos, Græci vocant ἀμούσους, hoc eſt à muſis alienos. Antiquitus n. nihil eruditum habebatur ſine muſica. Vnde apud Comicos qui literas ſe didiciſſe negant, aiunt ſe non didiciſſe muſicam. Hæc Eraſmus. Vitruius lib. 1. cap. 1. Nec muſicus, vt Ariſtoxenus: ſed non amuſos.

Amycle, (Ἀμύκλαι,) oppidum inter Cateram, & Tarracinam, conſtitutũ à Lacedæmonibus, qui comites Caſtoris, & Pollucis fuerunt: & ab Amyclis prouinciæ Laconicæ ciuitate nomen ei indiderunt. Quum autem ſecundum Pythagoream ſectam à cæde omnium animaliũ abſtinerent, & ex vicinis paludibus natas ſerpentes occidere nefas putarent, ab iiſdem interempti ſunt. Vnde Amyclas tacitas dicit poeta, id eſt Pythagoreas. Nam Pythagorica virtus eſt, quinquennale ſilentium. Eſt & alia expoſitio. Quum frequenter falſo nuntiarentur hoſtes, & inani terrore ciuitas quaſſaretur, lata lege cautum eſt, nequis vnquam hoſtis nuntiaret aduentum. Poſtea quum verè hoſtis veniret, nullo nuntiante, ex improuiſo ciuitas capta eſt. Vnde tacitæ Amyclæ dictæ ſunt q. perierit ſilentio. Hinc eſt quod ait Lucilius, Mihi neceſſe eſt loquina ſcio Amyclis tacẽdo periiſſe. Hactenus Seru. Illud. 10. Aen. 115. –& tacitis regnauit Amyclis.

Amyclæ, Amyclarum, Peloponnenſi ciuitas, Tyndari regia, Caſtoris, & Pollucis patria, vna ex iis vrbibus quas olim Lacedæmonii centum tenuerunt, inſtituitq; etiã cõibus ſacris pro ſingulari ſalute, quæ Hecatombas ab earũ numero memorabant. Author Enitathius. Nomẽ indidit Amyclis Lacedæmonis filius, & Hiacynthi pater & Daphnes puellæ, quorum matrem Diomeden interpres Nicandri nominat. Amyclis, vt in tota fere Laconia, ſummæ veneratione Apollo colebatur.

Amyclę Apollineæ. Stat. Thebaid. 4. 45.

Armiferæ Amyclę. Ouid. de Arte amandi. 2. 1.
Talis ab armiferis Priameis hoſpes Amyclis
Candida quum rapta conuge vela dabat.

Antiquæ amyclæ. Ouid. 8. Metam. 63.
Et quos Hippocoon antiquis miſit Amyclis.

Lædeæ Amyclæ. Stat. lib. 7. Thebaid.
Parrhaſiumque nemus, Lædeasque ibis Amyclas.

Terricæ Amyclæ, à ſenera illa Pythagoreorum ſuperſtitione. Stat. 5. Sylu. 1. –& tetricis Alcman cantatus Amyclis.

Amyclę Therapnææ, à Therapnis vrbe Laconiæ. Mart. lib. 9.
Iſta Therapnæis in forma fuiſſet Amyclis.

Trepidæ Amyclæ. Claud. in bello Getico. 39.

Amyclæus, adiectiuum, (ἀμυκλαῖος.)

Amyclæi aheni. Ouid. de Remed. amoris. 2. 63.

Amyclęus canis. Virg. 3. Georg. 69. Id eſt Laconicus. Seruius.

Amyclæi olores. Stat. 1. Sylu. 2. 29.

Amyclææ arenæ. Stat. Sylu. 1. 2. 43.

AMYCVS, pen. corr. (Ἄμυκος,) filius fuit Neptuni & nymphe Meliæ: qui à Polluce victus eſt pyctali certamine. Seru. in illud. 5. Aene. 75. –qui ſe Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. Bebrycia autẽ, Bithynia eſt, vt ibidem teſtatur Seruius.

Amycus inops. Valerius. 4 Argonaut. 59.

Amycí portus. Plin. lib. 16. cap. 14, in Ponto portus eſt, Amyco Bebricũ rege interfecto clarus.

AMYDON, pen. corr. (Ἄμυδών,) Pæoniæ ciuitas, quæ Troianis auxilia miſit, vt tradit Homerus. 2. Iliad. Iuuenalis Saty. 3.
Hic altra Sycione, aſſ hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo.

Amygdala, amygdalæ, pen. corr. (ἀμυγδαλὴ) cum circunflexo accentu in vltima, arbor eſt, cuius fructus Nux Græca, & Nux thaſia, & Amygdala, ſiue Amygdalum dicitur. Colum. lib. 5. cap. 10. 14. Amygdala ſi parum ferax erit, ſorata arbore lapidẽ adiicito. Idem lib. 11. cap. 2. 74. Poſſunt etiam his diebus cerati, & tuberes, & acmeniacę, atque amygdalæ, cæteræque arbores, quæ primæ florent, inſeri compode. Plin. lib. 16. cap. 25. Floret prima omnium amygdala menſe Ianuario. Idem libro. 23. cap. 9. 2. Amygdalæ amaræ radicum decoctum, cutem in facie corrigit. Plurale eſt, Amygdalæ, amygdalarum.

Amygdali, amygdalæ, (ἀμυγδαλῆ,) cũ acuto in penult. pro fructu. Plin. Intus nucleus amygdale eſt.

Amygdalum, li, n. g. pluraliter, hæc amygdala, pro fructu. Palladius, Græci aſſerunt nasci, amygdala, &c.

Amygdalinus, adiectiuum, pen. corr. (ἀμυγδάλινος,) Id quod eſt, vel ſit ex amygdalis: vt Amygdalinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 8.

* Amygdalicum ſolium. Plin. lib. 26. cap. 11.

Amylum, (ἄμυλον) quid ſignificet, Cato, cap. 36. docet his verbis, Amylum ſic facito, Siligmen purgato bene: poſtea m alueum indatieo aquam addat bis in die. Die decimo aquam exiecato, extergeto bene, in alueo puro miſcero bene, facito tanquam frax fiat. Id in linteum nouum indito, exprimito cremorem in patinã nouam, aut in mortarium id omne ita facito & refricato denuo. Eam patinam in ſole ponito, vt arefcat: vbi arebit, in patellam nouam iiſdẽ, inde facito cum lacte coquat. Colum. lib. 12. cap. 55. 2. de ſinapi loquens, Cæterum ſi velis ad vſum conuiuiorum præparare, quum exemeris ſinapi, nucleos pinzos quàm recentiſſimos, & amylum adicito, diligenterque contrito infuſo aceto.

Amylum, hinc appellatur, quòd ſine mola fiat. Siquidem μύλη, Latinè mola eſt. Officinis hodie, mutata litera, communiter Amydum vocatur. Ruellius lib. 2. cap. 31.

AMYMONE, Amymones, pen. prod. (Ἀμυμώνη,) Danai regis filia fuit, quæ dum in ſyluis iaculando ſe exerceret, Satyrum perciſſit inprudens, qui impetu in eam facto vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo paſſa eſt, quod à Satyro formidabat. Itaque prægnans facta Nauplium peperit. Hanc in Smaragdo Alexander ſculpi voluit. Amymonias aquas interpretatur Argiuas Cælius libro quartodecimo, cap. it. 30. Amymones & mulieris & locus mentionem facit Strabo lib. 8.

Amymone, fons apud Argos, ab Amymone Danai Argiuorum regis filia, in quem conuerſa fuiſſe dicitur, appellatus. Ouidius. 2. Metam. 48.
–querit Iunonia Dircen,
Argos Amymonem, Ephyre Pyrrenidas vndas.

Amymone triſtis amne reperto. Stat. 6. Thebaid. 58.

AMYNTAS (Ἀμύντας,) nomen paſtoris. Virg. Eclog. 3. 13.
At miſi ſeſe offert vltrò meus ignis Amyntas.

Amynta, Vocatiuum. Virg. Eclog. 3. 15. Quid prodeſt quod me ipſe animo non ſpernis Amynta?

AMYNTOR, (Ἀμύντωρ.) Dolopum rector. Ouid. 12. Metam. 73.
Quem dolopum rector bello ſuperatus Amyntor.

Amyntore cretus Phœnix. Ouid. 8. Metam. 62.

Amyſtis, amyſtidis. * Genus potionis, vel poculi eſt. Horatius primo Carm. 36. 3.
–Nec multi Damalis meri
Caſſum Threicia vincat amyſtide.

AMYTHAON, Amythaonis, (Ἀμυθάων) Melampodis patris.

Amythaonius vates. Stat. 3. Thebaid. 100.

Amythaonius Melampus. Virg. 3. Georg. 109.

A N.

An, (ἦ, μή,) Aduerbium eſt interrogatiuum, & ſemper diſiunctionem terrogationem denotat, etiam ſi tantùm ſemel ponatur, quia in ſecunda ſubaudiri interrogatio cum particula negatiua. Terent. An ego toties de eadem re audiam? Subaudi An non? quæ eſt ſecunda pars quæſtionis. Sic in cæteris. Idem, Obſecro an is eſt? Cic. 1. de Orat. 19. An verò tibi Romulus ille aut paſtores, & conuentus congregaſſe, aut Sabinorum connubia coiunxiſſe, aut ſiuitimorum vim repreſſiſſe eloquentia videtur, non conſilio & ſapientia ſingulari?

An, Dubitandi. Terent. Adel. 4. 5. 33. Haud ſcio an illam nunc miſere amat. Ibidem. 2. 1. 41. Vide vtrum vis, argentum accipere, an conſilia meditari tuam. Plinius libro octauo, capit. 23. Itaque non eſt facile rerum natura largius mala an remedia genuerit. Quintilianus lib. 1. cap. 14. Quum ſoluta corpora anima an ſit immortalis, vel ad tẽpus certum maneat, ſit in dubio.

An, primo loco poſitum. Cic. 2. Philip. 83. An tu Narbonæ in meridie hoſpitum quum veneres, Dolabella pro te in Hiſpania diuicoret? Idem 1. de Finib. 108. An ille tempus aut in poetis euoluendis conſumeret, aut ſe in muſicis contereret? Sic pro Milone. 5.

An, ſecundo loco poſitum. Cic. 5. Verr. 93. Errauit, an potius inſaniuit Apronius? Et hîc. & in ſimilibus ſubaudis AN vel VTRVM. An errauitne potiùs inſaniuit? vel, Vtrũ errauit &c. Et in hoc genere loquendi, poſterior pars affirmatur. eſt enim correctionis ſpecies.

An, ter repetitum. Cic. in Orat. 118. In quo quæſitum eſt, in totone eius tu illo orationis, an in principiis ſolùm, an in extremis, an in vtraque parte nimerus tenendus ſit.

An, quater repetitum. Cic. 3. de Orat. 117. Refert etiam qui audiant. Sit natus, an populus, an iudices frequentes, an pauci, an ſingulꝰ. Cicero quarto, Verr. 137. Poſtulo mihi reſpondeat qui ſit iſte Verrutius, rector, an arator, an pecnarius.

An, præcedente Vtrum. Cic. Lentulo, lib. 1. Epiſt. 7. 27. Multum enim intereſt, vtrum laus imminuatur, an ſalus deferatur. Idem Trebatio libro 7. Epiſt. 16. 4. Id vtrum Romano more locutus ſit, an quo modo Stoici dicunt, poſtea videro.

¶ An, pro Aut, interdum videtur accipi. Cic. in Bruto. 45. Summa ſenectute

ſtute M. Cato legem ſuadens, in Galbam multa dixit: quam orationem in Origines ſuas retulit, paucis antequam mortuus eſt, an diebus, an menſibus? Idem ad Att. Tacitus metu an cõtumacia? Plin. in Epiſt. Honeſtam quietem huic noſtræ ambitioni dicam, an dignitati? conſtantiſſimè prætulit. Idem. 1. Attilius tantum, & cum eo ſeptem, an octoin ſententia perſeuerarunt.

¶ An & ne coniungi ſolent pro An. Terent. And. 5. 2. 10. Anne eſt intus Pamphilus? Cic. in Piſonem. 1. Nam quid ego de Conſulatu loquar? parto vis, inne geſto? Idem in Orat. 119. Quærendumque vtrum vna ſpecies & longitudo ſit earum, inne plures. Idem pro Cornelio Balbo. 43. Anne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit, de hoſtibus non licebit? Virgil. 6. Aeneid. 144.
Anne aliquas ad cœlum hinc ire putandum eſt
Sublimes animas?

Anne, Dubitandi. Terent. Heaut. Et tam haud ſcio anne vxorem ducat. Cic. 4. Acad. Non internoſcat vera illa viſa ſint, anne falſa. Idem lib. eodem. 165. Quum interrogetur, tria pauca ſint, anne multa.

An & ne, interpoſitis aliquot dictionibus. Cic. lib. 1. de Finib. 19. An partus ancillæ ſit ne in fructu habendus, differetur inter principes ciuitatis P. Scæuolam, Marcumque Manilium?

¶ An & non ſuncta, primo loco ponuntur pro Nónne. Terent. And. 3. 5. 15. Annon hoc dixi eſſe futurum? Idem Adelph. 3. 3. 42.
–an non ſex totis menſibus
Prius olfeciſſem, quàm, &c.

An non, Dubitandi. Plautus Mil. 20. 26. Tentabam ſpirarent an non aurꝫ. Pro Nónne.

An non, in ſecundo membro poſitum, tarditatem increpat. Plautus Curcul. 1. 1. 10. Red. diſſne an non virginem? Terent. in And. 1. 2. 15. Hocine agis, an non?

¶ An nondum. Terent. And. 1. 2. 30. Intellextin? an nondũ etiã ne hoc quidẽ? Idem Heaut. 3. 3. 35. Reperiſti tibi quod placeat, an nõdũ etiã?

¶ An verò. Cic. lib. 1. de Orat. 130. An verò ſi de re ipſa, ſi de finibus cõtrouerſia eſt, &c. Quintil. lib. 11. cap. 2. An verò Scæuola in luſu duodecim ſcruporum, &c.

An, pro circum, veteres ponere ſolebant: vt Cato in Originibus oratorum, An terminum, id eſt circum terminum. Ita Macrobius lib. 1. Satur. cap. 14. Scribendum certe AM, per M, non per N.

ANA, fluuius Hiſpaniæ, Bæticam & Luſitaniam prouincias diuidens.

Anabathrum, (ἀναβάθρον,) Pulpitum, ſcala, gradus ſuperior Icanſilis, ſubſellium. Iuuenalis Saty. 7.
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Anacampſerotis, Herba cuius omnino tactu redeunt amores vel cum odio depoſiti. Plinius lib. 24. cap. 17. ad finem.

Anacardium, (ἀνακάρδιον,) Arbor Indis familiaris, fructu, auiculæ coreulo non diſſimili, vnde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quo veluti ſanguine ſcatet. Nomen Anacardi officinis retinuit. Ruellius lib. 1. cap. 37.

Anacephalaeôſis, pen. prod. (ἀνακεφαλαίωσις,) figura eſt, qua rerum capita ſummatim repetũtur. Sic vocant oratores, quum ea quæ ſparſim ac fuſius dicta ſunt, paucis repetuntur, vt ſimul iudici renouentur. Hanc item vocant epilogum. Quintil. lib. 6. cap. 1. Rerum repetitio & congregatio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibuſdam Latinorum ἐνομεratio, & memoriam iudicis reficit, & totam ſimul cauſam ponit ante oculos iudicis. Vulgus imperitum recapitulationem vocat.

ANACHARSIS, (Ἀνάχαρσις,) Philoſophus ex Scytharum genere, ſapientiæ admirandæ, vt ſcribit Cicero lib. 5. Tuſcul. Floruit Solonis temporibus. Cuius imaginibus inſcriptum eſt, Lingua, ventre, pudendis abſtinendum eſſe. Plinius tradit Anacharſin inueniſſe rotam figuli, cuius circuitu vaſa formantur. Sed ſi (vt inquit Seneca) apud Homerum longè antiquior inuentor figuli rota, non video quomodo Anacharſis eſſe author huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quamſimillimas eſſe dicebat. Interrogatus autem quo pacto abſtemius quis fieret, reſpondit, ſi ebriioſorum motus ſibi ante oculos ponat.

Anachorêta, anachorętæ, pen. prod. (ἀναχωρήτης, του,) qui in ſolitudinem, aut alio quopiam ſeceſſit. nonnulli Eremitam vocant.

Anachoreſis, penult. prod. (ἀναχώρησις,) Eremus, Seceſſus.

Anaclinterium, (ἀνακλιντήριον,) Quaſi accubitum, Lectulus eſt ſuper quo quieſcimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuſcanica, & apud Lampridium in Heliogabalo accubita. ab aliis Stibadia. ἀνακλιτήριον. Spartianus in Aelio.

Anacolûthos, anacoluthi, pen. prod. (ἀνακόλουθος,) Lat. Inconſequens. Vocat autẽ Grammatici ἀνακόλουθον vitium orationis, quando non reddimur quod ſuperioribus reſpondeat. Virgilius. 2. Aeneidos. Millia quot magnis nunquam venere Mycenis. Vbi Seruius, ſubaudi TOT. & eſt anacoluthon. nam dixit QVOT, quum non præmiſerit TOT. Idem. 3. Aeneid.
Sed tamen iidem olim curru ſuccedere ſueti.
Vbi Seru. Sed tũ, anacoluthonmà QVANQVAM non præmiſit.

ANACREON, pen. corr. (Ἀνακρέων,) Anacreontis, Poeta lyricus: ex Teo vrbe Ionum: à quo genus carminis Anacreonticum dictum. Horat. 4. Carm. ode. 9. 2. Nec, ſiquid olim luſit Anacreon, Deleuit ætas.

Anacreon poeta, acino vuæ paſſæ ſtrangulatus eſt. Plinius lib. 7. cap. 7. Valerius Max. lib. 9. cap. 12.

Anacreon Teius. Horat. Epod. 13. 2.
Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batillo
Anacreonta Teium.

Anacreontius, adiectiuum, (ἀνακρεόντιος,) Quintil. lib. 9. cap. 4. Anacreontium protimus colon efficias.

Anacreontius verſus: Miſeri inuidi vinimus ſciẽtes. Recipit Pyrrhichiũ, Chorium, Spondæum, Brachyſyllabum, Anapæſtum. Primus ſemper eſt Pyrrhichius. Conformus de die natali, cap. vlt.

Anadiplôſis, pen. prod. f. g. (ἀνάδιπλωσις,) dici poteſt Reduplicatio. Eſt cum congeminatio dictionis in vltima parte verſus, & prima ſequentis. Virg. 8. Eclog. Certent & cygnis vlalæſit Tityrus Orpheus,
Orpheus in ſyluis, inter delphinas Arion.

ANADYOMENE, (ἀναδυομένη,) Plin. lib. 35. cap. 10. Venerẽ exeuntem è mari diuus Auguſtꝰ dicauit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadyomene vocatur, verſibus Græcis tali opere dum laudatur victo, ſed illuſtrato: cuius inferiorem partem corruptam qui reſtaurauit, non potuit reperiri. Verùm ipſa inimia ceſſit in gloriam artificis. Conſenuit hæc tabula carie: aliamque pro ea Nero principatu ſubſtituit ſuo Dorothei manu.

Anæa, (ἀναία,) vrbs Cariæ, à qua adiectiuum Anaiticus, ſiue Anæiticus, vt Anaiticus lacus contrà Samum: Oppidanos eius loci Thucydides Anaitas pronuntiat tetrasyllabos. Plinius lib. 16. cap. 36. Calami probatiores Gnidii, & qui in Aſia circa Anaiticum lacum naſcuntur.

* Anadema, pen. prod. (ἀνάδημα,) Coronamentum, ſertum, capitis ornamentum. Lucretius lib. 4.
Et bene parta patrum fiunt anademata mitrę.

Anaitidem deam colunt in primis Armenii, ita more condito, vt vel nobilitate præſtantes eius miniſterio dedicent filias, quæ inibi corporis pudicitia in vulgus data, velut inde auguſtiores factæ, mox tradũtur viris, nemine non coniugia id genus alacriter admittente: huius deæ amplã faciũt mentionẽ. Plin. lib. 33. cap. 4. Strabo lib. 11. & 12. & 15.

ANAITAE. Vide ANAEA.

Anagallis, anagallidis. (ἀναγαλλίς,) Herba eſt quæ in duo genera dirimitur. Fœmina flore cæruleo cõſpicitur, mas puniceo. Hodie Morgelina, ſiue gallinę morſus, vulgò nominatur. Ruellius libro ſecundo, cap. 109.

Anaglypha, anaglyphorum, (ἀνάγλυφα,) Dicuntur vaſa aſperiora, non lęuia, cælaturis eminentibus, inæqualibuſque. Plinius lib. 33. cap 11. 1. Nunc anaglypha, in aſperitatemque excuſa, circa linearum picturas quærimus.

Anaglypta, anaglyptorum. Idem, (ἀνάγλυπτα,) Martialis lib. 1. 145.
Nec menſis anaglypta de paternis.

Anaglyptes, anaglyptæ, (ἀναγλύπτης,) Scalptor dicitur.

Anaglyptice, anaglyptices, (ἀναγλυπτική) Ars ſcalpendi.

Anagnoſtes, anagnoſtæ, m. g. (ἀναγνώστης,) Latinè lector. Cicero Attico, libro. 1. 1. 7. 8. Nam puer feſtiuus anagnoſtes noſter Soſiſtheus deceſſerat. Sic Vatinius Cic. lib. 5. Epiſt. 9. ad finẽ.

Anagyris, (ἀναγυρις,) perit, in eos iactari ſolitum, qui obſtatura ſibi commouent. vulgò, eghelo.

Analecta, analectorum, n. g. (ἀναλεκτα,) Reliquię ſub mẽſa, quę ꝑ. colligi debeant, id ſunt ſortitę nomen. Cælius lib. 7. cap. 15. Martial. lib. 14. 87.
In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe:
Sed pretium ſcopis nunc analecta dabunt. Idem lib. 7. 19.
Colligere longa turpe nec pudet dextra
Analecta, quicquid & canes reliquerunt.

Analectes, analectæ. (ἀναλέκτης,) Qui colligit aut verrit analecta. Seneca per tranſlationem, Suaſit illi vt Grammaticos haberet analectas De Caluiſio loquens, qui ſeruos literatos in conuiuiis ad pedes habebat, vt verſus quos referret, ſuggererent. Vide Cælium lib. 7. cap. 51.

Analectides, (ἀναλεκτίδες,) dicuntur, quibus è xylino lino, vel quamis materia, puellę tanquam puluillis conſtipant ſcapulas prominentes, vt videri habitiores poſſint. Ouid. lib. 3. de Arte amandi,
Conuenient tenues ſcapulis analectides altis.

Anguſtum circa faſcia pectus eat. Cælius lib. 7. cap. 51.

Analemma, (ἀνάλημμα,) eſt ratio conquiſita Solis curſus, & vmbræ creſcentis, à brumæ obſeruatione inuenta, è qua per rationes architectonicas circiniique deſcriptiones eſt inuentus effectus in mundo. Vitruius lib. 9. cap. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Analogia, analogiæ,pen.corr.(ἀναλογίαι,)Proportio,Cõuenientia.Cic.lib.3.de Finib.33.Quod analogia Stoici,nos appellamus conuenientiam,si placet.Sed hãc alii legunt Homologiã. Quint.lib.1.cap.10. Analogia præcipuè quam proximè ex Græco transferentes in Latinum proportionem vocauerũt. Eius hæc vis est, vt id quod dubium est,ad aliquid simile,de quo non quæritur,referat, vt incerta certis probet.Cic.de Vniuerso.17. Id optimè assequit quæ Græcè ἀναλογία, Latinè(audendum est enim quoniam hucc primum à nobis nouantur)comparatio,proportióve dici potest.

Analogia,Est verborum similium declinatio similis, non repugnante cõsuetudine commum.Varro lib.3. de Analogia.

Analogia,est congruentia rei ad aliquid relatæ: velut quum dicimus,Cicada magnas habet alas,pro portione corporis.nam paruæ sunt alę, si ad alas cõferantur papilionũ.Erasm.in.12.cap.Epist.ad Romanos.

Analogia,id est proportio. Quintil.lib.1.cap.6.3.

Analogiam facere.Quintil.lib.1.cap,6.11.

Analogia tueri dictum.Quintil.lib.1.cap.6.7.

Analogia apud Mathematicos, est quum numeri duo aut plures,quum item magnitudines inter se comparantur, ad similitudinem secundæ cõparationis,iuxta æqualitatẽ vel æqualitatẽ. vt si dicas:Vt se habẽt quatuor ad duo,sic octo ad quatuor:&,quanto est lõgior pes Herculanus alterius alicuius pedis,tãto ire stadium herculano pede sexcenties cõmensum,longius est eo stadio qui alterius pede toties transmittit.

Analphabetus, (ἀναλφάβητος,) à Græcis dicitur qui ne ele mentarias quidem literas nouit,quas Pulgentius Abecedarias appellat in tertio Mythologicõn.

Analytica, pen.corr.(ἀναλυτικὴ,)Resolutoria.Vnde Aristoteles librum Priorum & librum Posteriorum, in quib⁹ resoluuntur argumenta,analytica vocauit. Analysis,resolutio.

Ananchitis, pe.pro.gẽmatide qua fit Plin.li..37.ca.11.6.Anãchitis in hydromãtia dicit euocari imagines Deorũ.

Anantapodoton, pen.cor.(ἀνανταπόδοτον,)Schema Græcum, Atticæ Linguæ proprium,oratio scilicet vno membro defecta,Quo schemate vius est Cicero in fine Bruti, de oppressa Rep.loquens,Equidem(inquit) etsi doleo me in vitã paulo serius tanquam in viam ingressum,priusquam confectum iter sit,in hanc Reip.noctem incidisse,tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi frute adhibuisti tuis suauissimis literis: quib⁹ me forti animo esse oportere censebas,quòd ea gessissem,quæ de me etiam tunc tacente ipsa loquerentur,mortuoque viuerẽt,quæ si recte essẽt,saluti Reip. sin secus,interitu ipso testimonium meorum de Rep. consiliorum darent.Quo in loco præpostere & vulgò legitur mortuo viuerentque,pro mortuoq; viuerẽt.In quibus verbis quæ mutilata esse aliquando credidimus,quatuor hæc verba subintelliguntur, perpetuam mihi gloriã comparaturi:antè hanc particulam SI INSECVS. Quòd si legatur SALVTE in ablatiuo,plena erit oratio:quod magis probãdum est, vt distinguamus post verbum ESSET. Hoc autem schema tribus modis vsu patur, in principio, in medio, & in fine: vt docet interpres Aristophanis. Exemplũ autem eius quod fit à fine,inuenimus & apud eundem lib.7.Epist.ad Attic.136.2. Respondit Pompeii gratia populo & probata concioni esse dicuntur.Ita putarunt:Quæ quidem si ille repudiarit,iacebuti sse acceperit.Verum igitur iuquies, mauis?Responderemi,si quemadmodum parati essemus scire cm.Quorum verborum hęc ferme sententia est,Cęsar in bello Ciuili ad Pompeiũ, & ad Senatum legatos misérat.His Pompeius pacis conditiones tulit ad Cæsarem referendas:quod factum Popeii,gratum populus habuit vt in concione declarauit:hoc autem ita futurum Cicero prævidisse se dicit.Si igitur(inquit Cicero)Cæsar conditiones latas non accepe rit,nihil respondebit,sed rem armis gerẽtibus acceperit ,legatos iterũ mittet.Quãta clausulam, aut aliam non absimilem Cicero figuratè reticuit.Budæus in prioribus Annotationibus.

Anapaestus, (ἀνάπαιστος,) Pes ex duabus syllabis brevibus,& terria longa:vt veneri.Cic.2. Tusc.ul.63. Nec ad hibetur vlla finẽ anapæstis pedib⁹ hortatio. Idem lib.3.de Orat.100. Vbi etiam pes herous à Cicerone dicitur.

Anapæstus Aristophaneus:Axena ponti per freta Colchos deniqi delatus adhæsi.Recipit pedes quaternorum temporum.Omnes implet pedes,præter semipede.Anapæstoctonarius: Orebeato lumine vultus: qui per cœlum candidus equitas.Recipit eosdem pedes,præter semipedem.Censorinus de die Natali, cap.vlt.

Anapæstig.ne.& Anapæstus masc.pro genere carminis.Cic.3. Tus.06. Nec fuletur illud potentissimi regis Anapæstũ. Idem in Orat.110.Elegit ex multis Isocratis libris tri ginta fortasse versus Hieronymus,Peripateticus in primis nobilis,plerosque senarios,sed etiã anapæsta. Paulò pòst,Ita factus est Anapestus,qui Aristophaneus nominatur.

Anapæsticus,pen.corr.adiectiuum:vt Anapæsticus versus, qui constat ex Anapæstis.Cicero in Oratore.100.

Anáphora, seu Epanaphora,pen. corr. (ἀναφορά,) Figura quãdo relationem,seu repetitionem dicere possumus: quæ fit quoties per singula membra eadem pars orationis repetitur, hoc modo.Verres calumniatores apponebat, Verres adesse iubebat. Verres cognoscebat,Verres indicabat.Quod exemplum ex Ciceronesumptum est.4.Verrinarum.16. Virg.1.Aeneid.134.

Nate,meæ vires,mea magna potentia solus:

Nate patris summi qui tela Typhoea temnis.

Anaphoræ etiã scansiones,seu ascensiones signorũ vocant ab Oriẽte cõtinuactu mũdi quotidiano factæ,quia non æquales vbiqi ascensiones sunt,ex inclinatione cœli varia,nũc maiores, nũc minores. Fumicus. Sed istis tãdiu vitiis laborabit,quoad signi ei⁹ fuerit anaphora cõputata.Plin.lib.7.cap.49.1.Negauere illi quenquã XC partium exortiua mensurã(quod anaphoras vocant)trasgredi, & has ipsas incidi eorum fu maleficorum sydẽrũ,aut etiam radiis eorum,Solisque.

Anas, ánatis,pen.corr.f.g.(νῆττα,) Auis à natando dicta, anchere Varroue.Plaut.Capt.19.6. Aut anates, aut columbæ elusquibuscum lusitent. Martialis lib.13.52.

Tota quidem ponatur anas,sed pectore tantum,

Et ceruice sapit,cætera redde coco. Cic.2.de Nat.Deorum.125.

Anatum oua gallinis sæpe supponimus.

¶ Anatem morbum anuum dicebãt,id est vetularum:sicut senium,morbum senum.Festus.

Anaticula,pen.corr.diminutiuum(νηττάριον,)Aut est parua anas, aut potius aquatilis auicula vulgò nota, anati forma persimilis,sed multo minor.Plaut.Asin.12.103.Dic igitur me anaticulam, columbam,vel catellum.Cic.5.de Finib.75.Serpere anguiculos,enolare merulas,anare anaticulas,cornibus vti videmus boues.

Anatinus,adiect.pen.prod.denotatiuum(νήττινος,)Plaut.Rudẽ.13.47.

Vtinam fortuna nunc ego anatina vterer,

Vt postquam exiissem ex aqua,arerem tamen.

Anatarius.adiectiuum,(νηττάριος,)Custos anatum. Item,anatariæ pãmæ:& anataria aquilla,quæ anates circa lacus venatur.Ex Sipontino. De anataria aquila Plin.lib.10.cap.3.

Anastomôsis, pen.prod.f.g.(ἀναστόμωσις,)apud medicos vocatur apertio venarum, siue sanguinis ejectio, que fit aliquibus venarum ore præfacto.Hermol.in Glossematis. Celsus lib.4.cap.4.De tusli.Meminit & Cælius lib.7.cap.12.

Anastrophe, anastrophes,pen.corr.f.g.(ἀναστροφὴ,)Inuersio dicitur.Est.n.(vt docet Diomedes) dictio vel verbum ordo præpostere us,vt Italiam contra,pro contra Italiam.

Anastrophe,inuersionis vitium. Quintil.lib.1.cap.5.26.

Anatarius, Vide ANAS.

Anathêma, pen.prod.(ἀνάθημα,)Anathemata dicimẽ donaria, hoc est dona quæ dicata dijs,sũt pendentiue in parietibus & columnis rẽplicuimodi nũc visuntpotissimũ in templis deorũ statuę argenteæ,equi aurei,pocula gemmata,dicta ab ἀνατίθημι,hoc est à seponẽdo,siue suspendendo. Erasm.in.21.ca.Lucæ.& Quidascribunt ἀνὰ ϑῆμα,per ϑ,& sic scribendũ monet Thomas Magister.

Anatinus, Vide ANAS.

Anatocismus, (ἀνατοκισμὸς,)Est vsurę anniuersaria remuneratio,& quasi vsuras vsurarii vocãt.Cic.ad Att.lib.5.Epist.vlt.Interim quũ ego in edicto traslatitio cẽtesimas nec cõgruas naturũ haberẽ cũ anatocismi anniuersario,ille ex lyngraphis possidet 1111. Ibidẽ clamare oẽs qui aderant, nihil impudentius Scapti⁹ centesimis cum anatocismo contentus non esset. Budæus.

Anátome, pen.corr. (ἀνατομὴ,) Græcis incisio Latinus dictatio vt Celsũ.

ANAVROS,Fluui⁹ Thessaliæ,quasi absq; aura dict⁹.Luc.li.6.74. Quique nec humẽtes nebulas,nec rore madẽte Aera,nec vetes temptabit spirat Anauros.Fluit ex Pelio Thessaliæ mõte. Snnt qui etia N.hic inspirat Anauros.Fluit ex Pelio Thessaliæ mõte. Snnt qui etia N.hic inserendum noseuocent,q⁹ nullas expiret aurasivt testatur Plinius, lib.5.cap.29.

ANAXAGORAS,pen.corr.(ἀναξαγόρας,) Clazomenius Philosophus fuit,in physicis præcellens.Hic nõ modo genere is gloria & dignitate,verũm animi quoqi magnitudine clarissimus fuit, quippe qui terre patrimoniũ suis ipõte reliquit.Et quũ ab eis negligẽtiæ insimularetur.Quid ergo,inquit,nonne vos ista curatis?Mox abscedẽs ad speculandã rerum natură se cõtulit,studio doctrinarũ flagrãs,rei & priuatæ & publicæ oĩno negligẽs & incuriosus,adeò vt cuidã ipsum ita cõpellanti.Nullane tibi patrię cura est?dixerit,Mihi verò patriæ cura & quidẽ summa,ne est,digitũ in cœlũ intendẽs. Hic quũ post diutinã peregrinationem patria reuemisset,possessionesqi deiectas vidisset:Non essem(inquit) ego saluus,nisi istę perissent. Qui pluris faciẽs cultum & ingenii quãprædiorũ:fanigeratus fuit inter philosophos Lampsaci pers.

Anaxagoras nucem nigram dixit esse ferreos me, si ego idem dicam? Cicero quarto Academ.129.

Anaxagoræ (ὁμοιομερείαι,) Lucret.lib.1.167. Nunc & Anaxagoræ scrutemur ὁμοιομερείας.

ANAXARCHVS, (ἀναξάρχος,) nomen proprium philosophi Abderitæ,sectatorisque

tæ,sectatorisque Democriti.Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypriy rannum,à quo comprehensus, conjectusque in pilum ptilanæ, hãc mortarium saxeum,quod Græci ἄλωνα vocant,ibique ferreis malleis contusus,adeò toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus,vt verbum illud memorabile conduplicauerit, Tunde tunde Anaxarchi fol lem:Anaxarchum enim non tundis. Ad vltimum amputationem linguæ minante tyranno, protinus dentibus abscissam & commanducatam linguam in os eius ira patulum conspuisse dicitur. Testes,Cic. 3.de Nat.deor.138.&.7.Tuscul.89.Valerius & Laertius.

Anaxarchus.Ouidius in Ibin.115.

Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta.

ANAXIMANDER,(ἀναξίμανδρος,) Milesius philosophus,Thaletis sodalis,primus terræ marinq; circuitus descripsit, & sphæram insuper construxit,vt inquit Laertius.Hic dixit infinitatẽ rerum omniũ generationis atqi corruptionis causam esse. Præterea cylindri formæ esse terrã asserit:tũc profunditatis,vt ad altitudinẽ profunditas terræ sueniat.

ANAXIMENES,(ἀναξιμένης,) philosophus fuit, Emistrati filius: Anaximandri discipulus,successorque,qui eo die obiit,quo Sardis capta fuit.Hic principium rerum aera opinatus est, quem genere infinitum,qualitatibus finitum ait,cuius cõdensatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum vero ab æterno esse dixit:terram ex aere constipato primum omnium factam latam,magnam,idcirco non absque ratione super aerem contineri:Solem, Lunam, cæteraque stellas à terra ortum habere.Calep.sed sine authore.

Ancaeſa, Dicta sunt ab antiqui vasa quæ excauandi talia sunt.Ipsum quoque COELARE verbum eadem causa est dictum, & litera cum L permutata.Festus.

ANCHARYS,(ἀγχάρυς,) vt scribit Aristomenes, fuit agricolturæ studiosus:quum autem vineam plantaret, iumium graui labore fessos premebat. quare illorum quidam dixit, dominum ex illa vinea fructũ nunquam percepturum.Ancæus vero postequam vua fuit matura,letus vindemiabat:sed numque insit vinum sibi fundere.Poculum igitur quum ori apponeret, dictum illius in memoriam reuocauit. Cui seruus, Multa cadunt inter calicem, supremaque labra.His vero dictis quidam accurrit,nuntians quammaximum aprum vineam ingressum, illam peruertere totam. Tunc Ancæus poculum quum abiecisset, ad aprum festinauit,à quo percussus interiit. Vnde natum est prouerbiũ in eos quibus præter spem aliquid euenit. quod fit è Græco in Latinum Catò vertit,Multum interest inter os & offam.

Ancæus.Ouid.8.Meram.81.

Concidit Anceus,glomeratq; sanguine multo Viscera lapsa fluunt.

Ancæus Parrhasius.Ouid.8.Metam.63.

Penelopesque socer cum Parrhasio Ancæo.

Ancæi vulnera.Ouid.8.Metam.104.

Mœrei,& Ancæi felicia vulnera dicit. De Meleagro.

Anceps, ancipitis,penult.corr.(ἀμφίδοξος,) adiectiuum om.g. à capite derivatum, ablatiuus est ancipite vel ancipiti. Pluraliter ancipites,& ancipitia, genitiuo anciptium, & per syncopam ancipium. Festus, Anceps significare videtur id quod ex vtraque parte caput habeat, vt secures & bipennes. Sed magis à capiendo,quòd ex vtraque parte æque capiatur,appellatum est.

¶ Anceps,Acutum ex vtraque parte.Lucil.lib.29. Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines.Nonius.

Ancipiti mucrone.Lucret.lib.2.105.

Ancipiti quoniam mucrone vtrinque notantur.

Ancipiti ferro succumbens.Catul.epigram.59.Argonaut.74.

Anceps securis.Ouid.8.Metam.80.

Ancipiti imagine.Ouid.1.Fast.19. ✻ Ianus qui bifrons fuit.

¶ Anceps,Duplex.Lucil lib.29.Nemo hos ancipites ferro effringat cardines.Varro de vita Pop.Rom.lib.4.Cæsar reuersionem fecit,ne post occipitium in Hispania exercitus qui erant,relinquerent,quò se conuerterent Pompeius,vt ancipiti vrgeretur bello.Nonius.

Ancipites belliæ, quæ Græcè amphibia dicuntur.Cic.lib.1.de Nat.deorum.144. Beliuarum autem terrenæ sunt aliæ,partim aquatiles,aliæ quasi ancipites,in vtraque sede viuentes. Vide AMPHIBIVM.

¶ Anceps,Dubius.Virgil.5.Aeneid.139.

At matres primò ancipites,oculisque maligni

Ambigue,spectare rates.

Causa anceps.Cic.1.de Orat.100.

Anceps animus.Liuius.4.bel.Pun.202. Casus.Plin.lib.28.cap.2.11.Contentio,Cic.pro lege Manil.1. Prælium,Liuius.3.bel.Pun.187. Marte, Liuius, Bellum ancipiti Marte gestum est. Id est dubio vtrunque prælioquia videlicet incertum fuit vtra pars victrix esset.

Anceps & incert⁹.Ci.pro Marcel.9.Qui cẽt⁹ certẽ⁹ exit⁹,& anceps fortuna belli.Idẽ Orat.53.Ancipites dicẽdi certos⁹ casus nõ extimescit.

Anceps & varius.Cic.ad Lucceium lib.5.Epist.12.19.At viri sæpe excellentis ancipites variique casus habent admirationem.

Ancipites animos tenere.Lucan.lib.9.10.

Dolum ancipitem habere.Virgil.5.Aeneid.117.

Parietibus textum cæcis iter,ancipitemque

Mille viis habuisse dolum. De labyrintho.

Anceps belli casus.Lucanus libro 3.50.

Cibus anceps,Dubius & periculosissimẽpe in cuius esu vita periclitatur. Plin.lib.22.ca.25.1. Voluptas tanta anceps,tãtis cibi. De frugibus loquit.

Cura anceps propter incertos exitus præliorum. Cicc. ad Cassium, lib, 12.10.&.1.Offic.17.

Ancipites disputationes,in quibus de vniuerso genere in vtranque partem disseri copiosè licet.Cicc.3.de Orato.59.

Forma anceps.Seneca in Hippol.6.6.

Formidine ancipiti.Virgil.3.Aeneid.10.

Tum verò ancipiti mentem formidine pressus Obstupuit.

Fortuna pugnæ anceps.Virg.4.Aeneid.121.& Stat.6.Thebaid.95.

Ancipites vario fauore.Lucan.lib.2.90.

Ancipites rerum lapsus.Claudianus 1.Paneg.29. Ancipites rerum ruituro culmine lapsus Aequali cernisse fides.

Marte ancipiti.Claudian.7.Paneg.101.

Marte sed ancipiti,sed multis cladibus empta.

Morbi ancipites. Plinius lib.7.cap.45.2.

Pauor anceps.Valer.3.Argonaut.15.

At Minyas anceps fixit pauor,ægra virorum Corda labant.

Via anceps,id est incerta, quæ scilicet huc vel illuc ducat. Cicero in Somnio Scipionis 6.

Ius anceps.Horatius 2.Serm.saty.5.7. Ius anceps non causas defendere possum.Acronius anceps,id est cõtrouersum vel obscurum. quod potest vtrique parti prodesse pro ingenio interpretantis.

Vocabula anceps,quæ & in bonam & in malam partem accipi possunt.Gellius lib.12.cap.9.Est plurifariam videre atque animaduertere in veteribus scriptis pleraque vocabula,quæ nunc sermonibus vulgi vsum cerramque rem demonstrent, ita fuisse media & communia, vi significare & capere possent duas inter sese res contrarias. Ex quibus quædam satis nota sunt,vt tempestas, valetudo, facinus, dolus, gratia,industria. Hæc enim ferè tam vulgatum ast ancipitia esse,& vtraque versus diei posse.

ANCHIALE,(ἄγχιαλε,) Ciuitas Ciliciæ,cuius meminit Strab.li.14.

ANCHISES,(ἀγχίσης,) Filius Capis,pater Aeneæ.

Anchisæ,Genitiuus.Virgil.5.Aeneid.106.

Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis.

Anchisa,vocatiuus.Virgil.3.Aeneid.95.

Coniugio Anchisa Veneris dignare superbo.

Anchisa,Ablatiuus. Virgil.6.Aeneid.695.

Anchisa generate,deum certissima proles. Sibylla Aeneam alloquit.

Anchises Dardanius. Virgil.1.Aeneid.

Magnanimus.Ouidius 14.Metamorpho.

Phryx. Ouidius in Epistolis,

Phryx erat Anchises,volucrum cui mater Amorum

Dicitur Idæis concubuisse iugis.

Pius.Ouidius 13.Metamorpho.

Anchisæ magni animam vocabat.Virgil.8.Aeneid.20.

Anchisæus,adiectiuum, (ἀγχισιάδης,) Virgil.5.Aeneid.151.

–tumulóque sacerdos

Et lucus latè sacer additur Anchisæo.

Anchisiades,patronymicum, (ἀγχισιάδης,) Virgilius 8.Aeneid. 102.

Aeneas Anchisiades & fidus Achates.

Anchisiades magnanimus.Virgil.5.Aeneid.81.

Anchisiade,Vocatiuus.Virgil.6.Aeneid 70.

Dux Anchisiade,nec me deus æquore iuerfit,&c.

Anchora, pe.corre.(ἄγκυρα,) Dens ferreus quo firmantur ac retinentur naues.Virg.1.Aeneid.36.

–hîc fessas non vincula naues

Vlla tenent,vnco non alligat anchora morsu.Vbi Seruius,Hoc nomẽ quũ ni Græco,vt originẽ ducit,aspiratione nõ habeat, in Latino aspiratur.quæ est cõtrariũ magis Græcorũ est aspirato.sed hoc in paucis nominibus inuenitur. MORZV autẽ de anchora bene dixit, quũ alio loco inueniamus 8.Aeneid.1. –tum dente tenaci

Anchora fundabat naues. Cicero 7. Verr. 70. Vela ferì, præcidi anchoras imperauit.

Anchoris solutis de phaselo.Cice.Attico,lib.1.8.1.

¶ Anchoræ,Vincula quibus antennæ tenentur.Lucilius, Armamẽta tõ, vel omina ferro: funis præcisus cito,atq; anchora soluta. Nonius.

Anchora figitur.Ouid.1.Metamorpho.60.

Figitur in viridi (sic fors tulit) anchora prato.

Anchoras iacere ante portum. Vide IACIO.

Anchora de prora iacitur.Virgil.6.Aeneid.180.

Anchora pacta tuis ritoribus.Ouid.3.Epistlo.1. Littoribus nostris anchora pacta tua est. Id est promissa.

Præcidere anchoras,id est funes anchorarios.Cice.7.Verr.70.

In anchoris,vel Ad anchoras stare.Cæsar.

✻ Anchoræ fidunt.Plin.lib.6.cap.22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anchoræ sublatæ sunt. Quintil. lib. 4. cap. 2. 30.
Sublatis anchoris digressus. Cæsar.

* Anchorale, penul. prod. Funis cui alligata est anchora. Plin. lib. cap. 8. Liu. 7. bel. Maced. 127. & 2. bel. pun. 85.

Anchorarius, adiectiuum, (ἀγκυρικός,) Quod ad anchoram pertinet. vt Anchorarii funes. Cæsar 2. bel. Ciuil. 33.

Anchorâlis, pe. prod. (ἀγκυραιτικός,) aliud adiectiuum. Plinius lib. 16. ca pi. 8. 4. Vlus eius anchoralibus maximè nauium, piscatiumq; tragulis. Anchoralis tractus, Liuius 7. bel. Maced. 127.

ANCHVRVS, Midæ filius, de quo sic Plutarchus in Paralellis cap. 9. Circa Celænon Phrygiæ oppidum terræ hiatus cum aqua domos com plures ipsis cum mortalibus absorpsit in profundum. Midas rex oraculo motus vt res eò pretiosissimas conficeret, ita enim futurum vt terra coiret: auro & argento iniecto nihil opis attulit. Anchurus regis filius quum nihil in vita humana pretiosius anima secû ipse verssaret, datis genitori complexibus & Timotheæ vxori, equum ascendit, inquehiantem locû cócitatus est. Postq; in vnû terra rediit, aureâ Iouis Idæi aram eo in loco dedicauit. Huius rei testis est Callisthenes 2. Metam.

Anchusa, (ἄγχουσα,) Herba de qua sic Plm. lib. 2. ca. 20. Et anchusæ radix ivsti est, digitali crassitudine. Findit papyri modo, manusq; infecit ságuineo colore: sparat lanas pretiosis coloribº.

Anchusam hodie Gallia Orchanetam vocat, mulieribus non ignotam quæ colorem faciei natiuum fuco mentiuntur, quæque vernaculum genarum pallorem hoc insectu occelunt. Certè malas eleganti commendat purpurisso. Ruellius lib. 3. cap. 88.

Ancile, ancilis, penul. prod. (ἀγκύλιον,) Plutarch. Scutum breue. Virg. 7. Aeneid. Læuaque ancile gerebat. Vbi Seruius, Ancile, scutû breue. Regnante Numa, cœlo huiusmodi scutû lapsum est: & data responsa sunt illic fore summâ imperii vbi illud esset. Quod ne aliquando posset auferri, aut ab hoste agnósci, per Mamurium fabrum multa similia fecerunt scuti & diem consecrarunt, quo pellem virgis ferunt ad artis similitudinem. Dicimus autem hoc ancile, & hæc ancilia pluraliter. Anciliorum verò vsurpauit Horatius, Anciliorum & nominis & togæ oblitus. Idem Seruius alio loco, Ancilé autem dicitur aut quasi vndique circumcisum, aut quasi ἀμφίκυκλον, hoc est vndique labrum habens. Hactenus Seruius. Varro 6. de Lingua Latina. Ancilia dicta ab ancisu, quòd ea arma ab vtraque parte, vt Thracum, incisa. Liuius 1. ab Vrbe 83. Salios item duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæque insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegumen, cœlestiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre.

Ancile gerebat læua. Virgil. 7. Aeneid. 39.
Ancilia lapsa cœlo. Virgil. 8. Aeneid. 131.
Ancilorum oblitus. Horat. 3. Carm. ode 5. 2.

Ancilla, (δμωή, ἀιχμαλωτίς,) Mulier serua. Dictæ autem (inquit Festus) ancillæ ab Anco Martio rege, quòd is bello magnum fœminarum numerum ceperit. Siue ideò sic appellantur, quòd antiqui anculare dicebant, pro ministrare: ex quo dii quoque ac deæ feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi & Anculæ.

Mulier ancilla. Vide MVLIER.

Terra mortalium semper ancilla. Plin. lib. 2. cap. 63. Cic. 5. Ver. 8. Hûc serui ancillæque amant.
In ancillam delinquere. Ouid. 2. Amorum, eleg. 8. 2.

Ancillula, pe. corr. diminutiuum, (θεραπαινίδιον,) Terent. Eun. 1. 2. 86.
Nonne vbi mihi dixti cupere te ex Aetliopia ancillulam? &c. Cice. 1. de Orato. 121. Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam, pedissequamque adiunxisti. Idem 2. de Finib. 111. Liuius 9. bel. Maced. 33. Scortum nobile, libertina Hispala Ferenia, non digna quæstu, cui ancillula assuerat. Ouid. 2. de Remed. amoris 49.
Nec veniat seruus, nec flens ancillula fictum
Suppliciter dominæ nomine dicat ane.

Ancillaris, pe. prod. adiect. (θεραπαινιδικός,) Quæ ad ancillâ ptinet. Cic. 5. Tusc. 82. Sall. in Ciceronê, Cui insidias in ciuitate fecisti ancillares?

Ancillariolus, penul. corrept. (θεραπαινιδικίδιον,) Nomen ioco fictum à Martiale lib. 12. 54.
Ancillariolum tua te vocat vxor, & ipsa
Lecticariola est: festis Alauda pares.

Ancillariolus, apud Senecam, qui contentus ancillarum amoribus splendidiores fœminas non sectatur, lib. 1. de Benef. Si quis nulla se amica fecit insignem, nec alienæ vxori annulum præstat: hanc matronæ humilem, & sordidæ libidinis, & ancillariolum appellant.

Ancillor, ancillaris, (δουλεύω,) ancillari. Dicitur quum viri ancillarum more præter dignitatem seruitio alicuius se subiiciunt. Cice. in Sallustium 6. Non enim vni priuatim ancillatus sum, neque me addixi. Titinnius Prelia, Verum etiam dotibus deliniti vltro etiam vxoribus ancillantur. Plinius lib. 2. cap. 97. 2. Nec quoquam eodem tempore quo hodie reflui, vt ancillante sydere, trahenteque secum auido haustu maria. De æstibus maris loquitur.

Anclabris, est (inquit Festus) mensa ministeriis apta diuinis: vasa quoque in ea, quibus sacerdotes vtuntur, anclabria appellantur. Idem alio loco, Anclabris, ea quæ in sacrificando dãnanclatur, quod est hauritur, ministraturque.

Ancon, ancônos, pe. prod. (ἄγκων,) Locus vbi ossa brachii compo nuntur, Latinè cubitus vel cubitum. Est & eo nomine Nili pars destinata nauigantibus. Item vrbs Piceni. Est item in foribus pars, quam alio nomine περσευτὰ vocât. Erat posterioris hoc nosse per obscurum Carthaginensibus domicilium, in quod detrudebantur quibus iratior factus esset Tyrannus.

Ancones Vitruuius appellat conflexum qui rectum angulum describit. libro 8. de chorobate loquens quo aquæ perlibrantur, Ea (inquit) regula habet ancones capitibus extremis, æquali modo per fractos, inque regulæ capitibus ad normam coagmentatos, & inter regulam & ancones à cardinibus compacta transuersaria. Transferur & ad alia. Vide Plinius Latinè cubitum appellat, lib. 3. ca. 13. de Ancone vrbe Italica loquens vulgò nota. In ipso (inquit) flectentis se oræ cubitu sic. his verbis significans cur Ancon dicatur. Et lib. 2. cap. 44. Cimbrica in cubitos, aut contracta in humeros. sic enim Hermolaus emendauit. Vitruuius in parietibus ancones, ita & in promontoriis dicuntur. Budæus.

Anctum, Vide ANGO.

Ancus, appellatur, qui aduncum brachium habet, vt exporrigi non possit. Festus. Ab ancone, id est cubito incuruo.

ANCVS, Martius Numæ Pompilii nepos ex filia, & quartus Romanorum rex. Virgil. 6. Aeneid. 163.
– quem iuxta sequitur iactantior Ancus. Horat. 4. Carm. ode 7. 3.

* Ancyloglossum, (ἀγκυλόγλωσσον,) vitium Linguæ, cum quis non expedite loqui potest, propter id quod vulgo filitellum vocant, nonnulli sum, Paulus Aegineta.

ANCYRA, penul. produ. (ἄγκυρα,) Nomen duarum vrbium: quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ. Hinc synodus Ancyrzana in re re pontificio sæpe nominatur.

Ancyranus, (ἀγκυρανός,) adiectiuum ab ancyra, quæ secundum Ptolemæum & alios. Metropolis est Tectosagum Bithyniæ populorum. Claudianus in Eutrop. 2. 83.
Cum duce mutatæ vires. Byzantia robur
Fregit luxuries, Ancyranique triumphi.

ANDABATAE, (ἀνταβάται,) Populi: de quibus sic Erasmus, Andabatæ fuerint ne populi clausis oculis soliti pugnare, an potius gladiatorum genus, qui clausis oculis rendèrent in aduersarium, an potius fictitium, vt propemodum ex Seneca licet coniicere: nondum (vt ingenuè fatear) satis compertum habeo. Cice. ad Trebatium, lib. 7. epist. 10. 5. Quem antea ne Andabatam quidem defraudare potest amus.

ANDEGAVI, (ἀνδηγαυοί,) Galliæ populi, qui & Andes. Tacitus lib. 3. Plinius lib. 4. cap. 18.

ANDES, (ἄνδηες,) Populi inter Celtas Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatu Bituricensi, oceanoque proximi, quos Liger in finem fluit. Andegauos appellant vulgò: Andes vocat Cæsar.
Andes, Vicus non procul à Mantua Virgilii patria.

Andinus, pe. prod. Adiectiuum, (ἀνδῖνος,) Vnde Virgilius Andinus.

Andinus cantus. Sil. lib. 8. 119. Mantua musarum domus, atque ad Ismara cantu Euecta Andino. Id est Virgiliano.

ANDRODVS, Dacus seruus, Romæ in circo maximo agnitus à domo, cuius pedem vulneratum aliquidiu curauerat in syluis. Erat huic oratum lectu dignissimum, vide apud Gellium lib. 5. cap. 14.

ANDROGEVS, (ἀνδρόγεως,) præclaræ indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Athenienfibus, & Megarensibus propter invidiam occisus est, quòd palæstra cæteros superaret. Quapropter ille scepto à Minoe aduersûs hos populos bello, primò Megarenses subegit, deinde Athenienses sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Athenienses Minotauro coepit obiicere.

Androgeos, nominatiuus Græcus & Atticus, declinatur enim, ὁ ἀνδρόγεως, τοῦ ἀνδρόγεω, &c. Virgil. 2. Aeneid. 74.
Primus se Danaûm magna comitante caterua
Androgeos offert nobis, &c.

Androgeo, genitiuº Atticus. Virg. 6. Aen. 4. Inforibº, lethû Androgeo, &c.

Androgei, genitiuus Latinus. Virgil. 2. Aeneid. 79.
– sic fatus: deinde comantem

Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur.

Androgeona, Accusatiuus à nominatiuo Androgeon. Propertius 2. eleg. 2. 13. Et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis
Restituit patriis Androgeona focis. Vide Minotaurus.

Androgeonæus, adiectiuû, pen. prod. (ἀνδρόγεωνειος,) vt Androgeonæ cædes. Catul. 59. in Argona. 16. Androgeoneæ pœnas exoluere cædis.

Androgynus, penul. correp. (ἀνδρόγυνος,) Qui vtrunque sexum, fœminæ scilicet ac masculi. Cl. 1. de Diuin. 159. Quid ortus androgyni? nónne fatale quoddam monstrû fuit? Plin. lib. 7. cap. 2. Androgynos esse vtriusque naturæ Calliphanes tradit. Ansonius, Vidit nubentem Plinius Androgynum. Gel. lib. 9. cap. Gignuntur hoies vtriusq; sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos

Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc verò in delicijs.

* Liuius 7. bel. Pun. Simillæ natum ambiguo inter marem & fœminam sexu infantem, quos androgynos vulgus, vt pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone, appellat.

ANDROGYNAE, sunt populi in Africa, vt libro 7. cap. 3. Plinius scribit, vtriusque naturæ, inter se vicibus cocuntes, dextera mamma hirsuti, læua maliebri.

ANDROMACHE, pen. corr. (ἀνδρομάχη,) Hectoris Troiani vxor, quæ à virili pugnâ nomen sortita est. Fuit enim virili animo septa, & quædam veluti virago.

Andromaches, Genitiuus. Virgil. 3. Aeneid. 97.
7 & longum Andromaches testentur amorem.

ANDROMEDE, pen. corr. (ἀνδρομέδη.) Cephei & Cassiopes filia, à Perseo amata, & in vxorem ducta, quæ Minervæ beneficio inter astra collocata dicitur, propter Persei virtutem, quòd eam ceto propositâ à periculo liberarat. Oritur in parte Piscium duodecima.

Andromede Cepheia. Propert. lib. 1. eleg. 3. 1.
Qualis & accubuit primo Cepheia somno

Libera iam duris coribus Andromede.

Andromedes, Genitiuus. Horat. 3. Carm. ode. 29. 4. Iam clarus occultum Andromedes pater Ostendit ignem.

Andromedæ, Genitiuus Latinus. Propert. lib. 3. eleg. 12. 6.
Non hîc Andromedæ resonant pro matre catenæ.

Andron, andronos, m. g. (μασητήριον,) Est (inquit Sipontinus) spatium illud quod est inter duos parietes in quod pluuia descendit. Plin. epist. 4. 1. Tam alti, abditique secreti illa ratio, quòd interiacens andron parietem cubiculi horridque distinguit, atq; ita omnem sonum media inanitate consumit.

Andron, (ἀνδρών,) Locus domicilii appellatur angustior longitudine, in quo viri plurimum morabantur vel τὸ γυναικωνίτιδος ἀπὸ τῶν γυναικῶν. Hæc Festus. Vitruuius lib. 6. cap. 7. Andronas Graeci appellant œcos vbi conuiuia virilia solent esse, quòd eò mulieres non accedant.

Andronitis penult. prod. andronitidis, fœm. gen. (ἀνδρωνῖτις,) Locus in domo vbi filii viri solent versari. Vitruuius lib. 6. cap. 9. Hæc autem peristylia domus andronitides dicuntur, quòd in his viri sine interpellationibus mulierum versantur.

ANDROS, (ἄνδρος,) insula vicina Samo, cum oppido eiusdem nominis, quæ Asiæ adiacet ex opposito ad Ephesum, de qua Ouidius lib. 12. Met. in. Et totidem natis Andros fraterna petita est. Hæc primò dicta fuit Cauros, postea Antandros. Hinc Andrius, adiectiuum.

Anellus, Vide ANNVLVS.

Anemone, anemones, (ἀνεμώνη,) herba: de qua sic Plinius lib. 27. ca. 12. 4. Othone in Syria nascitur, similis cruce, pforatis crebro foliis, flore croceo quare quidã anemonea vocauerût.

Anemonen Nicander ex Adonidis cruore natam prodidit. Theocritus in Bucolicis Lachrymis Veneris & Adonidem lugentis prodiisse finxit, eáque dicauit epitaphium carmine hoc,
Quot quæ cruoris aut guttas hic cæsus Adonis,
Tot Venus effundit lachrymatisque singula flores
Cespite demittunt: lachrymæque parturit Anemonen,
Sed cruor ille rosam creat. Flos nunquã se aperit, nisi vento spirante, vnde & nomen accepit. Eius mulæ sunt species. Vide Phenion.

Anêthum, anethi, penult. prod. (ἄνηθον,) Herba boni odoris, & formina sedat, alium sistit.

Anethum beneolens. Virgilius ecloga. 2. 8. Narcissum, & florem iungit beneolentis anethi.

Anfractus, huius anfractus, m. g. vel Anfractum neutri, (περίοδος, κάμψις.) Sinuosus quidam reflexus: cuius figuram videmus in cellis cochlearum, in cochlide, & ferè in arietum cornibus. Plin. lib. 11. cap. 37. 3. Conuoluta, inquit, in anfractum cornua arietum generi. Hanc quoque significationem tangit Gaza apud Aristotelem, lib. 1. de hist. animalium, his verbis, At pars interior forma anfractui cochleæ similis desinit in os. De auriculis hominum loquitur. Varro. 6. de Lingua Lat. Anfractum est ab origine flexum duplici: dictum ab ambitu & frangendo. Ab eo leges iubent in directo pedum VIII. reflci in anfracto XVI, id est in flexu. Nonius, Anfractû masculino genere dici putant. Neutro Aecius Euryface, Super Oceani stagna alta patris terrarû anfracta reuisam. Varro Parmenone, Cauo fonte, vt quum irrigauit canata aurium anfracta in syluam vocans.

Anfractus, Sunt obscuri cauernarum recessus, & curui flexus, in se recurrentes: cuiusmodi sunt qui subterraneo meatu in opertos specus deducunt. Sipontinus.

Anfractus, Viarum flexus. Plinius lib. 31. cap. 6. 1. In omni anfractu enim collis, quinariam fieri vbi dometur impetus, necessarium est. Cæsar 7. bel. Gal. 151. Oppidi murus ab planitie atque initio ascensus, recta regione, si nullus anfractus intercederet, M C C. passus aberat. Cic. 2. de Nat. deor. 67. Quid enim pulchrius ea figura quæ sola omnes alias figuras complexa continet? quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil insolitum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Loquitur de figura cœli, quæ sphærica est.

Anfractus annui. Cice. lib. 2. de Legibus 32. Itaque vt ita cadat, in annuis anfractibus descriptum esto.

Anfractus curui. Claudian. 1. Panegyr. 21.
Angustare aditum curuis anfractibus Alpes.

Anfractus Solis. Cic. in Somnio Scip. 7. Quum ætas tua septenos octies Solis anfractus reditusque conuerterit.

Anfractus infinitos habere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 12.

Anfractus non longo circunscripta oratio, sed ad spiritum vocis apto. Cice. in Partit. 12.

Circuitio & anfractus. Cice. 2. de Diuinatio. 190. Iam verò quid opus est circuitione & anfractu, vt sit vtendum interpretibus somniorum, potius quàm directo?

Anfractus iudiciorum. Cice. pro Cluentio 124. Et vitam illam tranquillam & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiusce modi iudiciorum anfractu sequi maluisse. Id est ab illa perplexa difficultate quæ versatur in iudiciis.

Anfractus, pro Circuitu. Lucanus lib. 1.
Dumque illi effatam longis anfractibus vrbem
Circumeunt. Loquitur de supplicatione in qua populus longo & reflexo ambitu vrbem circumibat.

Anfractus littorum flexuosus. Plin. lib. 3. cap. 1. 1.

Anfractus mollis. Valer. 6. Argon. aut. 48.

Anfractus torti. Claudia. Paneg. 4. 104.
Inter vtrumque iugum tortis anfractibus alber.

Anfractu blando sinuosa littora. Valer. 2. Argonaut. 91.

Anfractu opaco. Lucan. lib. 4. 32.
– tutæ quos inter opaco
Anfractu latuere viæ.

Anfractu ripatum incurrus Helissos. Stat. 4. Thebaid. 11.

Anfractus immensi. Valer. 7. Argonaut. 105.

Anfractus adiectiuum, περίοδος, περίκλειστος,) Circúiactus. Varr. li. 6. de Lin. Lati. Vt signum cadens in pectore, quod est terrarum anfractarum visum.

Angaria, angariæ, penul. corrept. (ἀγγαρεία,) coactio, seruitus. Sanctas indicat vocem esse Perficam quòd apud illos regii nuntii ἄγγαροι dicerentur. Vnde & qui literas inuicem tradunt per ferendas (nam certis itinerum spatiis mutabantur) ἄγγαροι dicuntur, quos eosdem ἀγγάρους appellant. Velocius ire credebantur nuntii huiusmodi, quàm sit grauis volatus. Deinde ereptitia vox est ad quæsuis, qui seruorum aut iumentorum ritu onera bajulât. Erasmus & Cœlius. Budæus, Apud Persas erat ἄγγαρεῖον ἀφόρμημα, cursus pernicissimus equitum, vt scribit Herodotus in octauo. Vnde nomen Angariæ & Parangariæ in libris iuris lectitatum manauit. Est enim nomen Persicum: nostrates, postas, quasi positos collocatosque certis in locis & semper in procinctu excubantes appellant.

Angariarum exhibitio. Hermogenianus, L. sunt munera. de Vacat. & excusat. muner. lib. 50. Pandect. Sunt munera, quæ rei propriæ colærent de quibus neque liberi, neque ætas, neque merita militiæ, nec vllum aliud priuilegium iure tribuit excusationem: vt est prædiorum collatio, viæ sternendæ angariarumve exhibitio, hospitis suscipiendi munus. Meminit & Cœlius lib. 10. cap. 8.

Angariarum præstatio, & recipiendi hospitis necessitas & militibus, & liberalium artium professoribus inter cetera remissa sunt. Paulus in L. In honoribus. de Vacat. & excusat. muner. lib. 50. Pandect.

Angario, angariari, (ἀγγαρεύω,) angariare, Adigere, compellere, cogere. Peregrinum est verbum, quod legitur in euangelio Lucæ. Vlpianus in L. Viæ sternendæ. de Priuileg. veteran. lib. 49. Pandect. Nec à eô tributiombus quæ in possessionibus fiunt, veteranos esse excusatos palam est. Sed & naues eorum angariari posse Aelio Rufino, & Antonino Claro veteranis rescriptum est.

Angelus, penul. corrept. (ἄγγελος,) Nuntius.

Angelica, radix vulgò herbaris nota, Laserpitium est Gallicum. Ruellius libro 3. cap. 52.

ANGERONA, (ἀγγερώνα,) silentii dea, cui sacrificabatur ad diê XII. Caland. Ianuarii, ore obligato obsignatoque simulacrum habebat. Plinius lib. 3. cap. 5. Angeroniam vocat Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 10. Diuæ, inquit, Angeroniæ pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciunt quam Verrius Flaccus Angeroniã dici ait, quòd angores ac animorum solicitudines propiriata depellat. Maiurius adiicit, simulacrû eius deæ ore obligato atque obsignato in ara Volupiæ propter ea collocatum, quòd qui suos dolores anxietatesque dissimulant, perueniât patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Iulius Modestus ideo sacrificari huic deæ dicit, quòd populus Romanus morbo qui angina dicitur, præmisso voto sit liberatus.

Festus, Angeronæ deæ sacra à Romanis instituta sunt, qui angina omne genus animaliû cõsumeretur, cuius festa Angeronalia dicebantur.

Angina, Vide ANGO.

Angiportus, (στενωπός, στενωπόυ,) Priscianus. A portu compositum tam masculini quàm neutri generis inuenitur, & secundæ declinationis, hic angiportus & hoc angiportum, his angiportis. Sic Plinius secundus in primo artis grammaticæ. Terentius quoque in adelphis, 4.2.40. Id quidem angiportum non est peruium, Idem Phor. Sed hunc concedam in angiportum hoc proximum. Hactenus Priscianus lib.6.

Angiportus (inquit Festus) iter compendiarium in oppido, eo quòd sit angustus portus, id est aditus in portum. Varro 4. de Lingua Latina. Angiportum & id angustum, ab angendo & portu. Donatus in Adel. Terentii 4.2.40. Angiportum, id est angusta & curua via: quasi angui portus: vt Angitia, aut anguitia. Alii, quòd inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos. Nam domos, vel portus, uel insulas veteres dixerunt, Cic.4.Verr.99. Vt omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponãtur. Idem 1.de Diuin. 120. Ex horreis direptũ effusumque frumentum vias omnes angiportusque constrauerat.

Angiportu. Horat. 1.Carm.ode 25.2.

Iunicem mœchos anus arrogantes,
Flebis in solo leuis angiportu.

Angiportis, ablat. Catul. 54. Nunc in quadriuiis, & angiportis, &c.

ANGLIA, (βρεττανία,) quæ Britania ab eruditis dicitur: insula insignis in Oceano, quæ vndique à circunfuso mari complexa est, nusquam ita à continenti, sed ab omni orbe nostro diuisa: quæ quondam ab albis rupibus, quas mare abluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troes incoluerunt, qui Troia diiecta fugerunt excisam patriam, Palladisque oraculo classe in hanc insulam migrauerunt, atque gigantes tunc insulam tenentes, multis victos prælis expugnauerunt. Hanc postmodum longo temporum tractu, Saxones, qui sunt illustres Alemaniæ populi, oppressere, agrosque & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuisit. Atque vt linguæ pariter & gentis memoria in deuicta insula sempiterna foret, ab Angela, cuius ductu victa est, Angliam tellurem illam vocauerunt. quanquam plerique Angliam veluti nostri orbis angulum, prædicent dictam. Situs ipsius est, vt contra aspectum Galliæ & Hispaniæ sita sit. Eius ambitus quadragesies octies, & septuagintaquinque millibus passuum constat. De hac insula vide in Britonum historia, & in dictione Britannia.

Ango, (ἄγχω,) angis, anxi, anctum in supino, teste Prisciano, quod exoleuit. Angere propriè significat præfocare, siue strangulare, vt author est Diomedes: vnde & Angina dicta est. Supinum in vsu non est, quanuis ponatur à grammaticis. Gellius lib.1. Ea res animum eius anxit. Lucan.lib.6.22. Nec inertibus angitur vndis.

Anguntoculos spongiarum stirpes præfractæ, & quasi excæcant, nec patiuntur asparagum emittere. Columel.lib.11.cap.3.36.

Ardeolæ in cotu unguntur. Plin.lib.10..cap.60.1.

¶ Angi, (ἀδημονεῖν,) per metaphoram, est dolore, aut cura, aliáve animi ægritudine premi, torqueri, cruciari. Cic. Atti. li. 1. 13.3. Multa sunt enim quæ me sollicitant, angantque. Sic 1.de Finib.61.& de Sene.61.

Hannibalem angebat quòd, &c. Liuius 6.bel.Pun.188.

Angit animum quotidiana cura. Terent. Phorm. 1.3.8. Cice. ad Quint. frat. 3.19.2. Angit me illa cura. Liu.4.ab Vrbe 223. Tunc hæc indignitas angebat animos, &c.

Angere sese animi. Plaut.epid.7.6.

Angi animo. Cice. in Epist.lib.14.14.1.& de Claris Orato.4. Incommodis, Cic. in Lælio, Suis autem incommodis grauiter angi, &c.

Angi cruciatu tunoris. Cice.2.Offic.33.

Angi desyderio, aut desyderiis naturalibus. Columel.lib.6.cap.27.7.

Angi diuitiis. Cice. pro lege Agraria.71. Dolore. Cice. de Offic.

Angi expectatione. Cice. Attic.lib.9.170.1.
Angebar singularum horarum expectatione.

Angere aliquem incommodis. Plaut Casin.4.10.

Angor intimis sensibus. Cic. Attic.lib.5.97.3.

Angi rebus alicuius prosperis. Cice.3.Tuscul.36.

Angebatur ad impensas regis animus. Liuius 1.ab Vrbe 241.

Angi de re aliqua. Id est Ob, siue Propter. Cice. Attic.lib.2.33.5. De Statuo mansuefacto, & nonnullis aliis rebus angor equidem. Eidem lib.7. 140.1. Sed nõ possum sine dolore accusare eũ de quo angor & crucior.

Angor, angoris, (ἀδημονία,) Verbale. Cic.4.Tuscul.28. Angor, est ægritudo premens. Festus, Angor, id est animi vel corporis cruciatus propriè à Græco συνάγχη, id est strangulatione dictus. Vnde & faucium dolor, angina vocatur. Cice. 1.de Finib.75. Sic robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore, quum & mortem contemnit.

Angor me afficit de. Lucretius lib.3.175.
—nec iam de illis nos afficit angor.

* Angor occupat fauces. Plin.lib.8.cap.27. vnde pardalianches venenũ quo fauces pantherarum occupantur.

Capere angorem. Cice. in Lælio 45. Quamobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, &c.

Angoribus confici. Cice.2.Philipp.56.

Angoribus sese dedere. Cice.2.Offic.3.

Angoribus & molestiis implicatus. Cice.5.Tusc.

Angore se dissoluit animus. Lucret.lib.3.156.

Angoris & doloris leuandi causa aliquid perscribere. Cic.lib.6.Ep.

Curam & angorem animi leuare sermone. Cice. Attic.1.13.1.
Ab angoribus vacuitas. Cic.1.Offic.7.

Angina, anginæ, penul. prod. (συνάγχη, συνάγχης,) Genus morbi acutissimi, quo fauces anguntur ac strangulantur: alio nomine tonsillæ. Medicorum vulgus Squinantiam vocat, quum Hippocrates ac Galenus Synanchen appellarint. Plin.lib.20.ca.1.Illitum anginæ & arteriæ cum melle & oleo vetere sanat. Plaut.Trin.8.105. Sues morituræ angina acerrimè. Vide Angor in ANGO.

Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino suffocantur. Festus.

Anginæ perunguntur intus palimpsilla liquida. Plin.lib.24.cap.7.

Ad anginas vtuntur herba rii polygono. Plin.lib.27.cap.12.

Anginæ aduersatur pix. Plin.lib.23.cap.7.

Aduersus anginas succo præcipuo, Plin.lib.24.cap.19.

Anginas abolet menarum salsarum ex capitibus cinis ex melle illitus. Plin.lib.32.cap.8.

Contra anginas profuisse oxymeli caldum gargarizatum fatentur. Plinius lib.23.cap.1.

Præcipuè vtile est contra anginas missy. Plin.lib.34.cap.12.

Anginam exmitè curari tradunt herba proserpinaca. Plin.lib.27.cap.12.

Anginas discutiunt violæ ex aqua potæ. Plin.li.21.ca.19. Sic lib.22.ca.2.

Angina si subitò finita est, in pulmonem id malum transit. Celsi li.2.ca.7.

Anginam hebetant nuces iuglandes cum ruta & oleo. Plin. lib.23.cap.4.

In angina gargarizatur laser. Plin.lib.22.cap.23.

In angina datur chrysocolla. Plin.lib.33.cap.5.

Anginam efficacissimè illini tradunt hominis sanguine ex quacunque parte emisso. Plin.lib.28.cap.4.

Medetur anginis suum. Plin.lib.25.cap.5. Idem lib.26. cap.4. Anginæ medetur argemonia sumpta ex vino.

Angina non periclitari toto anno vulgò audio, siquis pullum hirundinis ederit. Celsus lib.4.cap.4.

Poller efficacissimè contra anginas herba quæ gignitur supra fimeta ruris. Plin.lib.24.cap.19.

Prodest anginis omphacium. Plin.lib.23.in præfatione.

Salutaris est contra anginas herba quæ vocatur britannica. Plin.lib.25.cap.

* Strangulari angina. Celsi.lib.2.cap.10.

Suum anginas sanat peculiariter sideritis. Plin.lib.26.cap. vlt. ad finem.

Anginas sedat anisum cum melle & hyssopo ex aceto gargarizatum. Plinius lib.20.cap.17. Sic, lib.32.cap.4.

Anginis subuenit absinthium cum melle & nitro. Plin.lib.27. cap.7.

Anginis vtilissimum est mel. Plin.lib.32.cap.24.

Anginis citissimè succurritur felle anserino cum elaterio & melle. Plinius lib.30.cap.4.

Anguilla, (ἔγχελυς,) piscis de quo sic Plin. lib. 9. cap. 51.1. Aristoteles, anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta vitiscunt, nec alia est earum procreatio.

Anguillis crassius tergus quàm murenis. Plin.lib.9.cap.23.

Anguillis binæ pinæ vice pedum. Plin.lib.9.cap.20.

Non fluitant anguillæ examines. Plin.lib.9.cap.21.

Pascuntur noctibus anguillæ. Plin.lib.9.cap.21.

Anguillæ exemptæ aquis diutius viuunt. Plin.lib.9.cap.57.

Anguilla est elabitur. Plaut. Pseud. 1.1.57. Dictum per metaphoram.

Anguis, huius anguis, (ὄφις,) ab angue vel angui, tam masculino, quàm fœminini generis est: sæpius tamen masculino. Est autem serpentia genus vulgò notum.

De masculino: Plaut. Amphit. 1.56. Deuolant angues iubati duorum in impluuium duo. Virgil. 3.eclog. 17. Frigus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Idem 2.Aeneid.

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues. Vbi Seruius, Angues aquarum sunt: Serpentes, terrarum: Dracones, templorum: vt in hoc indicat loco, Tranquilla per alta Immensis orbibus angues. Paulò post, Serpens amplexus. ¶ Idem, Delubra ad summa dracones. Sed hæc significatio plerunque confunditur.

De fœminino: Varro Acinnius, Cuius vt aspexit torta caput angue reuinctum. Valerius, Subitò ab vna parte aræ prolapsum anguẽ prospexerat. Cor. Tacit. Vnam olno anguem in cubiculo visam narrare solitus est.

Angue & angui. Stat. in 4. Angue ter excusso. Horatius 1. Epist. 1.2.
Alter Mileti textam cane peius & angui
Vitabit chlamydem. Priscianus.

Aliger anguis. Valer. 1. Argonaut. 11.

Ater. Ouid. 4. Metamorpho.

Atrox. Stat. lib. 6. 32.

Auidus. Ouid. in Ibin. 58.

Cæruleus. Virgil. 4. Georgic. 96.

Crista tus.

Cristatus. Senec. in Herc. furente 4.3.

Cristas præfigunt. Ouid 3. Metamorpho. 3.

Fetus. Ouid. 11. Metamorpho.

Frigidus. Virgil. 3. ecloga 19.

Gorgonius. Ouid. 3. de Arte 100.

Intortus capillis Eumenidum. Horat. 2. Carm. ode 13.8.

Letifer. Stat. 5. Thebaid. 148.

Lubricus. Virgil. 5. Aeneid. 17.

Lucidus. Virgil. 1. Georgic. 41.

Maculosus. Virgil. 3. Georgic. 84.

Martius. Ouid. 3. Metamorpho. 7.

Minax. Stat. 4. Thebaid. 20.

Purpureus. Claudian. in Ruff. 2.36.

Salutifer. Strat. 3. syl. 4. 5.

Squalens. Sil. Ital. lib. 13. 130.

Squameus. Virgil. 2. Georgic. 31.

Terribilis. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6. 3.

Teter. Claudianus.

Tortus. Ouid. 2. Metam. 25. & Virg. 3. Georg. 7.

Tortus. Virgil. 6. Aeneid.

Trux. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 3.

Tumidus. Ouid. 5. Trist.

Venenatus. Ouid. in Ibin. 97.

Venenosus. Ouid. in Philomela. 13.

Vrtidis. Claudianus.

Emersit anguis ab infima ara. Cic. 1. de Diuinat. 125.

Angues senectatẽ exuit, camq; protinus deuorant. Plin. lib. 8. cap. 31. 2.

Anguis squamæ obrorpentes. Plin. lib. 8. cap. 27. 3.

Anguis hiberno tota membrana corporis obducta, fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Plin. lib. 8. cap. 27. 3.

Anguis hiberna latebra visus obscuratus. Plin. lib. 8. cap. 27. 3.

* Anguem lapsus. Solinus cap. 17.

Anguiculus, penult. correp. (ὀφίδιον,) diminutiuum ab angui. Cic. 5. de Finib. 74. Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Anguifer, penult. cort. (ὀφιοῦχος,) Sydus est cœleste: de quo sic Columella lib. 11. cap. 2. 36. Anguiter qui à Græcis dicitur ὀφιοῦχος, mane occidit, tempestatem significat.

Anguifera domus. Stat. 2. syl. 2. 14.

Anguifera cauda Cerberi. Seneca in Herc. furente. 9. 40.

Anguifera Lerna. Stat. 2. syl. 1. 57.

Anguineus, adiectiuum, (ὀφιώδης,) vt Pellis anguinea.

Anguineus cucumer dicitur à Columella lib. 12. ca. 9. 2. Id est oblongus & ad anguis similitudinẽ cõtortus. Erraticus Plinio dicit, lib. 20. cap. 2.

Anguineæ comæ Medusæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 3.

Anguineus capillus Eumenidum. Catul. in Argonaut. 39.

Anguinus, penult. prod. (ὀφιώδης,) aliud adiectiuum: vt Anguina cervix. Cic. 2. de Diuinat. 198.

Anguina vernatio, pro pelle quam verno tempore angues exuunt. Plin. lib. 30. cap. 3. 6. Sic idem sæpe alibi.

Anguinum. Plinius lib. 29. cap. 3. 13. Angues innumeri æstate conuoluti, saliuis faucium corporumque spumis, artifici complexu glomerantur: Anguinum appellatur.

Anguimanus, pe. corr. (ὀφιοχεφής,) Anguimani vocati sunt elephantes: quia proboscis eorum, quæ manus vocatur, in omnem partem anguis more, facili flectitur & vertitur. Lucret. lib. 5. 103.
Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni.

Sufferre, & magnas Martis turbare catervas. Idem lib. 2. 108.
Sicuti quadrupedum cum primis esse videmus
In genere anguimanos elephantos.

Angupedes, pen. corr. (ὀφιόποδες,) à poetis dicti sunt gigantes, quasi lupedes: propterea quòd pedes tortuolos habuisse finguntur, sicut angues sese tortuosos faciunt. Ouid. 1. Metam. 38.
Non ego pro mundi regno magis auxius illa
Tempestate fui, qua centum quisque parabat
Iniicere anguipedum captiuo brachia cœlo.

Anguitenens, pen. corr. huius anguitenentis, (ὀφιοῦχος,) Sydus cœleste, quod & Anguifer dicitur. Cic. 1. de Nat. deor. 156. Atque hæc quidẽ à tergo propter caput autem anguitenens,
Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graii
Hic pressu duplici palmarum continet anguem. Vide ANGVIFER.

Angulus, penul. corr. (γωνία,) Locus est quem duo parietes iungunt: dictus, vt ait Varro lib. 1. de Lingua Latina, quòd in eo locus angustissimus sit, cuius loci is est angulus. Festus, Angulus à Græco γωνία, siue ab eo quod est ἐγγὺς, id est propè, quòd adducatur, quòd ex diuerso coacta, faciant anguli formam. Cæsar. 5. bel. Gal. 51. Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo, &c. Terent. Adelph. 1. 2. 11.
—intereà in angulum Aliquò abeam.

Angulum mihi aliquem eligas prouinciæ, reconditum ac derelictum? Cic. 5. Verr. 168. & in Catilinam. 1. 30.

Deuius angulus. Claudian. in Paneg. 2. 36. —quis deuius esset
Angulus, aut regio, quæ non pro numine vultus Dilectos coleret.

Extremus angulus. Ouid. 13. Metam. 188.

Intimus angulus. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.

Obtusus angulus. Lucret. lib. 4. 71.

Angulis vllis incisum habens figura. Cic. 2. de Nat. deor. 87.

Ad omnes literarum angulos aliquem reuocare. Cic. pro Cecinna. 61.

Anguli oculorum bini sunt, vni ad nares alteri ad tempora pertingunt. Ex Plinio lib. 11. cap. 37. 50.

Angellus, diminutiuum, (γωνίδιον,) Paruulus angulus. Lucret. lib. 2. 87.
Sunt etiam quæ iam nec leuia iure putantur
Esse, neque omnino flexis mucronibus vnca,
Sed magis angellis paulũ prostãtibus. Quidã legit angulis, a pducto.

Angularis, pen. prod. adiectiuum, (γωνιαῖος,) Est quod vndique angulos habet, cuiusmodi est forma quadrata, aut triangularis. Cato cap. 14. 1. Pilas ex lapide angulari. Id est, quadrato, vt existimat Budæus.

Angulares ordines. Colum. lib. 5. cap. 3. 2. His versique summis semper singulos asses adicio, qui efficiunt extremos ordines, quos vocant angulares. De mensura agrorum loquitur.

Angulatus, penul. prod. (γωνιατός,) aliud adiectiuum pro eodem. Cice. 1. de Natura deorum 89. Esse corpuscula quædam læuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata.

Angulosus, pe. prod. (γωνιώδης,) aliud item adiectiuũ: Id est plurimos habens angulos. Plin. lib. 15. ca. 24. 4. Plurimum verò differunt hederæ & sambucique acinis & figura etiam puniceæ, angulosi quippe soli. Idem libro 37. cap. 12. 4. Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea clypeidos, & rotunda, angulosis minima gratia.

Angulosi recessus maris Aegei. Plin. lib. 4. cap. 4. 1.

Angulosus vrbis procursus. Plin. lib. 5. cap. 10. 1. Metatus est eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, quindecim M. passuum laxitate insessa ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosam, dextra lęuaque anguloso procursu.

Angustus, adiectiuum, (στενός,) ab Angulus, inquit Sipontinus, hoc est arctus, q; angulus semper coarctẽturitiue, qđ impropriè dicitur, strictus. vt Angusta domus, Cic. 1. de Finib. 100. Angustissimæ fauces, Cæsar 1. bel. Ciuil. 99. Angustissimæ semitæ, Cic. pro lege Agraria 93. Virgil. 4. Georg. 5. Angustos habeant aditus. & lib. 3. Aene. 84. Littore angusto.

Angustioribus foliis herbæ. Plin. lib. 13. cap. 21. 1.

¶ Angustum & latum, contraria. Cice. 4. Acad. 164.

¶ Animi angusti & parui est amare diuitias. Cice. de Amicitia 98.

Animi angusti & demissi est triumphi honorẽ cõtẽnere. Cic. in Pisonẽ 44.

Aqua angusta. Ouid. 3. de Trist. eleg. 10. 9.

Dies angusta. Statius 1. Thebaid. 89.

* Differentia angusta. Plin. lib. 21. cap. 5.

Disputationibus angustis & concisis illigari. Cic. 1. de Orato. 33. Sic Angustis interrogatiunculis pungere. Idem 4. de Finib. 12.

Habenis angustis equum compescere. Tibul. 1. eleg. 4. 3.

Mensa angusta. Sen. in Thyeste 5. 10. Tutusq; mensa capit angusta cibo.

Nox angusta. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6. 2.

* Odoris angusti rosa. Plin. lib. 21. cap. 4.

Pauperies angusta. Horat. 3. Carm. ode 2. 1.
Angustam, amice, pauperiem pati
Robustus acri militia puer Condiscat.

Pace angusta frui. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 4.

Pectore angusto ingentes animos versant apes, ait Virgil. 4. Georg. 17.

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare. Horat. 2. Carm. ode 10. 5.

Temporis angusti manuit concordia discors. Lucan. lib. 1. 10.

Saxum angustius. Lucanus lib. 8. 169. —angustius aris
Victoris Libyco pallatur in æquore cæsum.

Angustissimum vmbræ imum. Plin. lib. 2. cap. 11. 3.

* Noxa in angusto. Celsi. lib. 8. cap. 4.

¶ In angustum adducere. Cice. de Amicitia 18. Contracta res & adducta in angustum.

In angustum claudi. Ouid. 15. Metamorpho. 81.
Longus in angustum quà claditur Hellespontus.

In paruum & angustum locum concludi. Cice. 1. Offic. 70.

Coartalere, in angustũq; cõcludere perturbationes animi. Ci. 4. Acad. 55.

In angustum oppidũ nunc mece coguntur copiæ. Terent. Heaut. 4. 2. 2.

In angustam subtilitatem renuari venas, adeò, vt sanguis penetrare non possit, tradit Plinius lib. 11. cap. 37. 85.

In angustum venire. Cice. pro Planco 44.

¶ Angusta viarum. Virgil. 3. Aeneid. 67. Obsedêre alii telis angusta viarum. Vbi Seruius, Angusta viarum, vicos angustos: vt est, Et strata viarum. Tacit. lib. 10. Qui pontes & viarum angusta insiderent.

Angustè, aduerbium, Arctè (siue vt ita dicam) strictè: vt Angustè sedere, apud Ciceronem.

Angustius diffunduntur radices. Hoc est Minus latè diffunduntur. Var-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro 1.de Rerust.cap.37.4.

¶ Angustè vti re frumentaria. Cæsar 3.bel.Ciuil.61. Et rem frumenta riam expediendam quâ angustè vtebantur.

Angustè scriptum, Id est tenuiter, arctè, exiliter: cui contraria sunt, latè, diffusè, copiosè. Cicero pro Murena 26. Neque tamen quicquam tam angustè scriptum est, quo ego non possim, qua de re agitur, addere.

Breuius & angustius concludere: Cui contrarium est Vberius & fusius disputare. Cice. 2.de Natu.deorum 30.

Angustè & exilitè, dicere, est Atticorum. Cice.de Claris Orato. 169.

Prefsè & angustè rem definire. Cic.in Orato.63.

Angustius pabulari, Est minus habere spatii locorum ad pabulandum: vbi iuti quum milites ita premuntur ab hostibus, vt latè pabulatum ire nõ liceat. Cæsar 1.bel.Ciuil.121.

Vt angustissimè Pompeium contineret. Id est vt eum premeret atque arctaret intra angustos limites. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Angusto, angustas, (στενόω,) angustare. Clau.5.Pane.21. Angustare aditũ curuis anfractibus. Lucan.lib.5.47. Quã maris angustat fauces saxosa Canystos. Sic Lucre.lib.4.57. Seneca in Consolatione ad Albinum, Si desyderabit seruorum turbam, quæ domũ quàuis magnam angustet.

Angustans, (στενῶν,) Angustatus, & Angustãdus, participia. Catul. Argon. 72. Cuius iter cæcis angustans corporum aceruis. Ci.in Sónio 22. Omnis enim terra q̃ colitur à vobis, angustara verticibus, lateribus, latior. Plin.lib.17.ca.8.1. Puteis ore angustatis. Sen.de Tranquil.vitæ. Angustãda certè paternioa sunt, vt minus ad iniurias fortunæ sim' expositi.

Angustia, angustiæ, (στενότης, στενοχωρία,) sine potius Angustiæ, angustiarum, pluraliter tantùm. Sunt loca adeo angusta & difficilia, vt vix transiri queant: quales sunt viæ in quibusdam montibus. Cæsar 5.bel.Gal.185. Tamen angustiis viarum quàmaximè potest, cõtrahit. Idem 1.bel.Ciui.246. Qui prior has angustias occupauerit, ab hoc hostem prohiberi nihil esse negotii. Cice.contra Rullum 86. In angustiis atque in faucibus Græciæ posita Corinthus.

Angustia loci. Plin.lib.14.cap.6.2. Quod iam intercidit & iniuria coloni, locique angustia.

¶ Angustia orationis. Ci.1.de Nat.deor.30. Angustia antè conclusæ orationis nõ facilè se ipsa tutatur. Idé pro Cecinna 61. Verborũ angustiæ.

¶ Angustiæ ærarii, Quum pauca admodum pecunia ellet in ærario. Cice.pro lege Agraria 46. Sic Angustiæ pecuniæ publicæ, Idem ad Cornificium, lib.12.29.9.

Rei familiaris angustia. Cice.in Part.61.

Ex suis angustiis, alterius sustentare tenuitatẽ. Cic.ad Tironẽ, li.16 epist.

¶ Angustiæ temporũ, Vbi difficilia, & quasi maligna sunt tẽpora aut propter bella, aut famem & rerum penuriam, aliudve incõmodorũ genus. Cic.1.de Orat.3. Sed tamen in his vel asperitatibus rerũ, vel angustiis temporis, obsequar studiis nostris. Idem 3.Verr.101. Diem præstituit operi faciundo Cal. Decẽb. locat circiter Idus Septemb. angustiis temporis excluduntur omnes. Hoc ad temporis breuitatem referendum.

¶ Angustiæ etiam dicuntur, quum quis tantis difficultatibus premitur, vt nesciat quò se vertere debeat. Vnde apud Ciceronem, de Fato 49. Angustiis vrgeri.

Adductus in summas angustias. Cice.pro Quintio 510.

Angustitas, pen.corre. (στενότης,) vetustum nomen pro Angustiis. Accius Alphesibœa, Sed angustitatem inclusam ac saxis squallidam. Idem in Pœnua, Saxum id facit angustitatem. Nonius.

Anhélo, ANHELAS, penul. produ. (ἀσθμαίνω, ἐξαυτμίζω,) anhelare. Ex ANHALO compositum, m in n mutata. Est quũ ex cursu, aut alio quouis labore vehemẽti, crebris quasi singultibus spiritur ac respiratur. Col.li.2.c.3.1. Sed antè ad præcepta boues relegari nõ expedit, quàm sudare atq; anhelare desierint. Idem lib.6.ca.6.4. Tum concitate agitur pecus eousque dum anhelet. Ouid.lib.1.de Remedio amoris 79. Principio clini noster anhelat equus.

Anhelare, pro Emittere. Cic.1.de Nat.deor.265. Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans. De Capricorno loquitur.

Amnis anhelat vapore. Plin.lib.5.cap.9. Phialam appellari fontem eius, mergique in cuniculos ipsum amnem, vapore anhelãtem fumidis cauerib is vbi conditur.

Anhelans campus. Stat.11.Thebaid.4. – hostiliaque vrit
Arua, & anhelantem cælesti sulphure campum.

Anhelata verba. Cice.3.de Orato.25. Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius, nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata grauius.

¶ Anhelare scelus, per translationem. Cic.in Catil.14. Tandem aliquando Quirites Catilinam furentem audaciã scelus anhelantem, pestem patriæ nefarie molientem, &c. Hoc est ad scelus omni conatu aspirantem. Author ad Herennium, lib.4. circa finem,
Anhelans ex imimo pectore crudelitatem.

Anhelatus participium. Ouid.12.epistol.3. Illet anhelatos non præmeditatus ad ignes. » Et Cice.de oratore 3.15.

Anhelator, verbale, (ὁ θαυμαστὸς,) Suspitiosus, quod vitium consistit in spirandi difficultate. Plin.lib.22.cap.23.10. Anhelatoribus, & in tulli vetusta cum porro ex aceto datur.

Anhelatio, (ἄσθμα,) Verbale similiter. Spirandi difficultas. Plin.lib.21. cap.21.4. Prodest & orthopnoicis, & anhelationi. Idem lib.23.cap.1.33. Anhelationibus, luxatis, tu succida lana impositum.

Anhelitus, huius anhelitus, m.g.pe.corr. (ἄσθμα,) Ipse spiritus auxie actus.

Aeger anhelitus. Virg.5.Aeneid.86. – vastos quatit æger anhelitus artus.

Aridus. Ouid.10.Metamor.131. Aridus à lasso veniebat anhelitus ore.
Creber. Virg.5.Aeneid.430. – tum creber anhelitus artus
Aridaque ora quatit.

Sublimis. Horat.1.Carm.ode 15.7. Sublimi fugies mollis anhelitu.

Captare anhelitum. Ouid.4.Metamor.15.
Inque vices fuerat captus anhelitus oris.

Mouere anhelitus. Cic.1.Offic.182. Ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quæ quũ fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutant.

Recipere anhelitum. Plaut.Epid.5.22. Animo male est, recipiat anhelitum.

Reddere & recipere anhelitum. Plin.lib.9.cap.7.1. Nec pisces branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere existimant.

¶ Anhelitus terrarum, Spiritus vehementer impulsus. Cic.1.de Diuinat. 187. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes, oracula funderent. Idem lib.1.63.

Anhelitus vini, Spiritus fœtidus, crebro eructatus ex nimia vini potatione. Cice. Post reditum in Senatu 14. Non te illius vinulentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri notata vestigiis, in eam cogitationem adducebat?

Anhelus, adiectiuum, pen.prod. (ἀσθματικός,) Quicquid anhelat. Virg.2.Georgic.27. Et fœnibus medicantur anhelis. Id est suspiriosis. Idem lib.12. Adsistunt contra certamine Martis anheli. Id est belli, qui anhelos sue anhelantes facit. Idem 1.Georg. Vbi primus equis oriens afflauit anhelis. Vbi Seruius, Anhelis, Cursu anhelantibus.

Febres anhelæ. Ouid.1.de Ponto, eleg.11.1.
Nec dolor vltus adest, nec febribus vror anhelis.
Tussis anhela ægros quatit: fuco. Virg.3.Georg.98.

ANNA, (ἄννα,) Romana mulier, quam quũ propinquus moneret vt alteri viro nuberet: Nolo, inquit, me cuiquam esse molestam. Nouum hoc facta inquit, Si n. virum bonũ inuenero vt antè habui, mala cupiere ne perdam: Si malum, quid necesse est post bonum pessimũ sustinere?

* Anicetum, ti, penul.prod. Vide Amsum.

Anicula, Vide ANVS.

ANIGRVS, (ὀσμηρός,) Fluuius Thessaliæ, in quo Centaurũ ab Hercule vulnerati luerunt vulnera sua. quamobrem quum prius habuisset aquas dulces atque potabiles, habuit post ea fœtidas atq; turpes. Ouidius 15. Metamorpho. 57.

Anilis, Anilitas, Aniliter, Vide ANVS.

Anima, penul.correp. (ψυχή, πνεῦμα,) vt ait Nonius, est secundum consuetudinem, spiritus quo viuimus. Virgil.4.Georg. Animasque in vulnera ponunt. Idem Nonius alio loco, Animus, est quo sapimus: Anima, qua viuimus. Accius Epigone, Sapimus animo, spiramus anima: sine animo anima est debilis. Cic.1.Tusc.ul.20. Animum autem alii animam, vt ferè nostri declarant nominari. nam & Agere animam, & Efflare dicimus: & Animosos, & Bene animatos, & Exanimi sententia. Ipse autem Animus ab Anima dictus est.

Animai, pro Animæ, sæpius vtitur Lucretius, vt lib.1.39.

Anima dum ægroto est, spes esse dicitur. Cic.Attic.lib.9.121.6.

Anima purpurea. Virg.9.Aeneid.73. Purpuream vomit ille animam. Vbi Seruius. Purpuream, secundum eos qui animam dicũt esse sanguinem.

Anima recens, Id est quæ nunc primùm exiit è corpore. Ouidius 15. Metamorpho. 169. – nec in aera solui
Passa recentem animam, crelestibus intulit astris.

Curuæ in terras animæ. Persius saty.2.7.
O curuæ in terras animæ, & cœlestium inanes?

Vitam anima, quæ difficulter è corpore discedit. Ouid.12. Metam.102.
Viuacemque animam missis elidite syluis.

¶ Anima pro vita vt plurimum accipitur. Iuuenal. Summum crede nephas animam præferre pudori. de cestibus loquitur. Sallust. in Catil. Denique quid reliqui habemus præter miseram animam?

Animam absumere leto. Virg.3.Aeneid.130.

Animam hanc accipite. Virgil.4.Aeneid.131.

Adunere alicui animam, pro Occidere. Plaut.Mil.10.136.

Agere, pro Mori. Cœlius Ciceroni, lib.8.13.5.

Amittere, Mori. Author ad Heren.lib.4.38.

Anima auellitur infans. Stat.5.Sylu.5.2.

Auferre animam alicui, Occidere. Virg.8.Aeneid.111. & lib.9.92.

Carere anima. Quintil.lib.1.cap.3.6.

Carent morte animæ. Ouid.15.Metamorpho.32.
Morte carent animæ, semperque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantque receptæ.

Clausit animam dolor. Lucanus lib.8.12. Claudere

Claudere animam laqueo. Ouid.7.Metamorpho.123.

Colligere animam in orbes æternos. Lucanus lib.9.2.

Concedere animam alicui, Sinere eum viuere. Ouid.5.Metamor.45.

Condere sepulchro animam. Virg.3.Aeneid.14.

Conseruare animam puram. Cice.5.Verr.114.

Credere animam morti. Lucanus lib.3.149.

Dare animam. Virgil.4.Georg.41. de apibus.
– vltroque animam sub fasce dedere.

Diffunditur anima è corpore dissoluto, quemadmodum humor è vase quassato. Lucret.lib.3.69.

Anima dimissa, corpus caret vndique sensu, Lucret.lib.3.71.

Diuisitque animam, sparsitque in vulnera fœtum. Lucan.lib.3.118.

Ducere animam de cœlo. Cic.pro Sex.Roscio.43.

Edere animam. Cic.pro Sestio.71.

Efflare. Cic.pro Milone.37.

Effringere. Seneca in Hercule Oetheo.11.7.

Effundere. Virgil.1.Aeneid.21.

Eludere. Ouid.12.Metam.102.

Eripere alicui. Ouid.6.Metam.108.

Exhalare. Ouid.6.Metam.50.

Expellere. Ouid.6.Metam.24.

Expirare. Ouid.5.Metam.22.

Exprimere. Seneca in Oedipo.3.11.

Extinguere alicui. Terent.Adelphi.3.2.16.

Exturbare. Ouid.15.Metam.36.

Exuere. Ouid.15.Metam.153.

Ferire. Lucret.lib.5.20.

Finire. Ouid.7.Metam.121.

Fundere. Lucret.3.210.

Inspirare animam dicitur Deus. Lucan.lib.7.156.

Intercluſa ala, credit' è mortalitate explenisse. Curt.li.5.1 fine, de Tiberio.

Linquebant dulces animas. Virgil.3.Aeneid.28. (rio.

Mittere animam pro Mori. Lucret.lib.6.248.

Animas sub tartara mittere. Virgil.4.Aeneid.49.

Obiectare periclis animam. Virgil.12.Aeneid.47.

Profundere animam per vulnera. Ouid.epist.12.16.

Proiicere animam. Virgil.3.Georg.97.

Reddere alas ademptas dicit Aesculapius, Id est Vitæ restituere. Ouid.2.Met.123. Tacit.lib.14. A tam tãdé post fera triste vulnera reddidit.

Animam relinquam potius, quàm illas deseram. Terent.Adelphi.3.4.51.

Resumere animam. Senec.in Herc.Oetheo.1.5.

Seducere artus ab anima dicitur mors. Virg.4.Aeneid.78.

Singultare animam. Stat.5.Thebaid.51.
– positique patrum super ora gementum
Semineces pueri, trepidas in limine vitæ. Singultant animas.

Spoliare ferro animam. Sil.lib.15.74.

Subducere morti animam. Ouid.1.Trist.eleg.3 in fine.

Tradere funeri animam. Senec.in Troade.5.1.

Trahere animã. Stat.1.Theb.10. – longaque anima sub morte trahebat.
Tacit.lib.1 Meque precariam animam inter infensos trahere.

¶ Animam debet. Terent.Phorm.4.1.16. Quid si animã debet? Donatus prouerbiũ esse admonet de eo qui immodico ære alieno teneatur, vt plus q̃ oẽs facultates debeat, ac deniq; seipsum debeat. Sic Erasm'.

¶ Animæ meæ pars, siue Animæ meæ dimidii. Sic dicimus de illis quos priuato quodam & singulari amore prosequimur. Horat.2.Carm.ode 17. ad Mecœnatem, 2.
Ah te meæ si partem animæ rapit
Maturior vis, quid moror alteram? Idem.1.Carm.ode.3.2.
Et ferues animæ dimidium meæ. Cic.Terentiæ & filiæ, lib.14.14.2.
Vos meæ charissimæ animæ quamcarissimæ ad me scribite.

¶ Anima, Halitus oris, siue Spiritus. Virg.1.Georg.27.
– animæ & olentia Medi

Ora fouent illo, & fœnibus medicantur anhelis. Plaut.Asin.16.44. An fœtet anima vxori tuæ? Terent.Phorm.5.6.18.
Suspenso gradu placidè ite perrexi, accessi, astiti,
Animam compressi, aurem admoui.

Animam puram conseruare. Cic.5.Verr.114. Quæ non modò animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset. Notat anhelitum Verris fuisse putidum.

¶ Anima putei, pro Aqua. Plaut.Amph.2.39. Ni ego illi puteo, si occæpso, animã omnẽ intertraxero. Fortasse pro Halitu & vapore gdesse ex puteo. Nam si pro Aqua, Plautinũ certe, & nimis durè figuratũ est.

¶ Anima follis. Plaut.Aulul.9.14.
Quin quùm it dormitum, follem obstringit ob gulam.
A. Cur? 2. nequid animæ forè amittat dormiens. Iocus Plautinus, de vento qui folle cluditur. Apud Lucretium lib.1.48. Animæ auraeum leues. Et apud Horatium, Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Animas secundas prece quærere. Lucret.lib.5.247.

¶ Anima, Aer. Varro, 1.de Re rust.cap.4.ex Ennio, Aqua, terra, anima & sol. Virgil.6.ecloga.
Nanque canebat, vti magnum per inane coacta
Semina, terramque, animæque marisque fuissent. Seruius.
Varro, Anima vt concluſa in vesica, quando est arctè ligata, si perculeris, aera reddet. Lucret.lib.6.17.
Nec mirum quum plena animæ vesicula parua
Sæpe ita dat pariter sonitum displosa repente.

Spiritus & Anima. Cic.1.de Orat.136. Deinde quũ spiritus eius esset angustior, tãtũ cõtinẽda ala est assecutus, vt vna cõtinuatione verborũ, &c.

Intercluſio animæ, atque angustiæ spiritus attulerunt clausulas, atque interpuncta verborum. Cic.3.de Orat.100.

Attrahens atque reddens animam pulmo spirandi officina. Plin.lib.11.

Animula, animulæ, dimminutiuum, penul.correp. (ψυχάριον,) Sulpitius ad Ciceronem, lib.4.5.14. In vnius mulierculæ animula si tactura facta est, tantopere commoueris? De filia Ciceronis mortua.

Animal, pen.corre. animãlis, pe.prod.n.g. (ζῶον,) ab Anima est: & est (vt philosophi diffinunt) substantia animata sensibilis. Plin lib.10.cap.63. bipedum solus homo animal gignit. Ouid.1.Metamorpho.18.

Pronaque quum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit.

Animal prouidum & sagax homo. Cice.1.de Legib.32.

* Deus animal vnum aspectabile, in quo omnia animalia continentur, effecit. Cic.de vniuer.14.de mundo loquitur.

Animalis, & hoc animale, penul.prod. (ἔμψυχος,) Quod est ex animali, aut quod habet animam. Lucret.lib.1.46. Vnde animale genus generatim in lumina vitæ Reducit Venus.

Animales dii. Seruius ex Labeone: Labeo in libris qui appellantur de diis aliabus, ait esse quã sacra, quibus animæ humanæ vertant in deos q̃ appellant aliales, quæ de animis fiãt. Hi autẽ sunt dii penates & viales.

* Animalis res, cuius contrarium est inanimum. Quintil.lib.8.

Animales, Spirabiles. Cicero 1.Tusc.ul.63. Siue illi animi sint animales, id est spirabiles, siue ignei.

Animalis spiritus. Plinius lib.8.cap.42. Equas Fauonio flante obuersas, animalem concipere spiritum idque partum fieri. Id est viuificum.

Animalis intelligentia. Cic.4.Acad.113. Erit enim perfinitum etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse: quòd quædam animalis intelligentia per omnia permeet & transeat.

Animalis hostia dicebatur, vbi anima tantùm sacrificabatur, & caro sacerdotibus proficiebat. Festus.

Animalia vincula, pro neruis. Cice.de vniuers.38.

Animabilis, penult.corrept. Vide Animo, animas, in ANIMVS.

Animaduerto, animaduerti, animaduersum, (φιλοσοφέω, ἐπιστάω, σκοπέω, φροντίζω,) animadvertere. Est animum ad rem aliquam vertere, aspicere, hoc est De improuiso quippiam intueri. Vnde & pro considerare, curare, obseruare, & aduertere ponitur. Plaut. Animaduerto hominem subulbidum, tremulum. Id est aspicio. Cic.1.de Diuinat.134. Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Animaduertere rem aliquam, Curare, obseruare. Terent. Phor.3.1.3. Alios tuam rem credidisti magis quàm te animaduerturos? Cice. ad Domitium lib.8.163.2. Non enim pro tua prudentia debes illud solum animaduertere.

Curare & animaduertere. Cicero 1.de Natura deorum 6. Sin autem dii neque possunt nos iuuare, nec volunt, nec omnino curant, nec quid agamus animaduertunt, &c.

Attendere & animaduertere. Cice.in Catil.15. Quid est Catilina, ecquid attendis? ecquid animaduertis horum silentium?

Cognoscere & animaduertere. Cice.1.de Natu.deorum 11. Sed vt ad sint, cognoscant, animaduertant.

Vigilare & animaduertere. Cicero Attico, li.6.111.32. Deinde me obsecras amantissimè, ne obliuiscar vigilare, & vt animaduerti quæ fiant.

Animaduertere & æstimare aliquid. Liuius in præfat. Sed hæc vtcunque animaduersa, æstimataque fuerint, haud magno in discrimine ponam. Id est, de iis iudicium factum fuerit.

Animaduertere, Attendere, attentum esse ad audiendum spectandumq;. Terent.in prolog.Eunuch.44. Cum silentio animaduertite.

¶ Animaduertitur in. Cice. de Amicitia 27. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis animaduerti potest.

Animaduertantur fues à facie, & progenie, & regione cœli. Id est, cõsideretur. Varro 2.de Re rust.cap.4.4.

Inter Intelligere & Animaduertere: Intelligitur aliquid argumentis: Animaduertitur sensibus præsenti animo vtentibus. Plerunque enim aduertimus rem aliquam oculis, aut quouis sensu corporis, absque animi intentione. Asconius.

Animaduertere & discere. Cice.ad Appium, lib.3.65.3. Animaduerti enim & didici ex tuis literis, &c.

¶ Animaduerto in te, (κατὰ σοῦ,) Est punio te: sed cum hac differentia, quòd punire, est quorumcunque, siue iure, siue iniuria: animaduertere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

est eius, qui in alterum habet potestatem ordine aetate, id est cum animaduersione puniendi. Sed hoc propriè refertur ad personas. Animaduerto, puto, pro iutueor, & personam, & rem dicimus. Hæc Valla lib. 2. Cice. 5. Verr. 119. Potestas erat isti homini integro atque innocenti data, vt in Apronium quum animaduertisset, sese grauissima leuaret infamia. Sic ad Metellum, lib. 5. 2. 10.

Animaduertere iniuriam, facinus, peccatum. Terent. And. 1. 1. 129. Ea primùm ab illo animaduertenda iniuria est. Vbi Donatus, Nota participium à passiuo. Animaduertenda, castiganda, vindicanda est. Ibidem 4. 4. 28. O facinus animaduertendum. Cic. pro Roscio. Amer. 68. Atqui ea sunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè præcauentur. Vtrum obseruanda, an puniendane nam hic vtroque modo potest intelligi. Idem in Catil. Et ad Metellum, lib. 5. 2. 10.

Animaduertere verberibus. Sallust. Vbi prius verberibus in eos animaduerteretur.

Animaduertere capitali pœna in reum. Vlpianus de sicariis.

Animaduertere absolutè positum. Cice. 5. Verr. 30. In Achaia magistratum Sicyonium nummos poscit. ne sit hoc crimen in Verrem, fecerunt alii. Quum ille non daret, animaduertit. Improbum, sed non inauditum, genus animaduersionis videte.

Animaduersio, Verbale, Consideratio, & iudicium vt, Res animaduersione digna. Cice. 1. de Finib. 46. Interesse enim inter argumentum conclusionemque rationis, & inter mediocrem animaduersionem atque admonitionem alteram, occulta quædam & quasi inuoluta aperiri, altera prompta & aperta indicari.

Animaduersio, pro studio. Cice. pro Archia, Et si ex his studiis delectatio sola petererur, tamen, vt opinor, hanc animaduersionem communissimam atque liberalissimam iudicaretis. Budæus.

Notatio naturæ, atque animaduersio peperit artem. Cic. in Orato. 106.

¶ Animaduersio, Punitio, (κόλασις,) vt Animaduersio in sceleratos ciues. Cice. 1. Philipp. 5.

Animaduersio & castigatio. Cic. 1. Offic. 135. Omnis autem animaduersio & castigatio contumelia vacare debet: neque ad eos qui punit aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reip. vtilitatem referri.

Animaduersionem & supplicium remittere alicui. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 4.

Animaduersionem effugere. Cice. in Orato. 113.

¶ Animaduersio pro multa & condemnatione, vt interpretatur Budæus. Cice. pro Cluentio, Maiores nostri numquam iudicium nominauerit, neque perinde vt rem iudicatam obseruauerint animaduersionem & auctoritatem censoriam.

Animaduersus, Participium, (παντευμένος,) Perspectus, cognitus, intellectus. Cæsar in Comment. Hac re animaduersa, Cæsar iubet signa conferri. Virgil. 3. Georgic. His animaduersis. Id est cognitis, intellectis.

Animaduersa ac notata à peritis. Cice. 1. de Orato. 54.

Animaduersa flagitia. Id est punita. Suetonius in Nerone, cap. 16. Multa sub eo & animaduersa seuerè, & coercita.

Animaduersus, Qui supplicio affectus est. Paulus Iurisconsul. Corpora animaduersorum quibuslibet personis, ad sepulturam danda. Licenter dictum videtur, pro eo quod est, Supplicio affectorum: Id est in quos animaduersum est.

Animaduersor, Verbale, (διανοητής,) Obseruator: Id est qui diligenter considerat, & expendit vt aliquid sciat, cognoscat, & discernat. Cice. 1. Offic. 103. Itaque vt in fidibus musicorum, aures vel minima sentiunt: sic nos, si acres ac diligentes esse volumus animaduersores vitiorum, magna sæpe intelligimus ex paruis.

Animal, Vide ANIMA.

Animans, Vide Animare in ANIMVS.

Animatio, Animatus, Vide Animo in ANIMVS.

Animo, animas, Animosus, Vide ANIMVS.

Animula, Vide ANIMA.

Animulus, Vide ANIMVS.

Animus, animi, penul. corre. (ψυχή, θυμός, ἦτορ,) Vide ANIMA.

Animus teste Seruio, consilii est, Anima, vitæ. Virgil. 10. Aeneid. Vna eademque via, sanguisque, animusque sequuntur. Sallust. Haud facile animus verum prouidet, vbi illa officiant. Terent. Adelph. 4. 5. 21. Animo male est. Ibidem 4. 4. 3. Animus timore obstupuit.

Animus, pro anima, ferè à Cicerone dicitur. vt in Catone, Qui si in hoc erro, quòd animos immortales credam, libenter erro.

¶ Animus, pro memoria. Virgil. 9. ecloga, Omnia fert ætas, animum quoque. Seruius.

¶ Animi, pro cogitationibus. Plau. Epid. 2. 43. Quot illic homo animos habet. Terent. Heaut. 1. 3. 9. Noui ego amantium animos; aduertunt

grauiter quæ non censeas. Id est voluntates & affectus.

¶ Animus, Voluntas. Terent. And. 1. 1. 137. Mala mens, malus animus.

Idem, Animus te erga idem ac fuit. Idem Heaut. 1. 2. 15. Timet omnia: patris iram, & animum amicæ se erga vt sit suæ.

Animus ac voluntas. Cic, 7. Verr. 143. Ita dissident à nobis animo ac voluntate. Animus, hîc ad appetitum refertur. Voluntas ad rationem.

Amplitudo animi, & quasi quia exaggeratio & altissima. Ci. 2. Tusc. 107.

Ardor animi euanuit. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 2.

Nunc timor omnis abest, animisque euanuit ardor.

Asperitatem animi siue animæ dulciare, succo mitigare. Plin. li. 22. c. 14. 5.

Candor animi. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 2.

Quique est in charis animi tibi candor amicis.

Coniectura animi. Quintil. lib. 5. cap. 2. 17.

Constantia animi. Ouid. 11. Metamorpho. 59.

Curas animi leuare. Catul. ad passerem Lesbiæ 2. 3. vel, E pectore fodere, Lucret. lib. 4. 184. Et, Aliò traducere, Lucret. lib. 4. 226.

Defectio animi. Cice. ad Atticum, lib. 3. Omnia mittit spe plenus, metuens, credo, defectionem animi mei.

Firmitas, vel firmitudo animi, Quintilianus lib. 6. in procem. 4. Et Cice. ad Lucceium, lib. 5. 13. 5.

Fluctus animi pellere. Seneca in Herc. furen. 122. 8.

Grauitas & altitudo animi. Cice. ac Nigidium Figulum, lib. 4. 13. 12.

Habitum animi semel constitutum difficile est nobis mutare. Quintilia. lib. 4. cap. 2. 62. Et Tacitus lib. 17. His habitus animorum fuit, vt quisimum facinus auderent pauci.

Omni animi impetu in aliquid incumbere. Cic. ad Plancũ, li. 10. epist. 5.

Vultus imago animi, indices oculi. Cic. 3. de Natu. deor. 127.

Magnitudo animi. Cice. ad Lentul. lib. 1. 9. 54.

Inflectere magnitudinem animi. Cice. 1. Epist. Magnitudinem animi ne vsquam inflectas cuiusquam iniuria.

Mens animi mœrore perturbata. Lucret. lib. 6. 238.

Motus animorum. Virgil. 4. Georgic. 18.

Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta
Pulueris exigui iactu compressa quiescent.

Nerui atque robur animi. Cice. Torquato, lib. 6. 1. 8.

Nubes animi. Ouid. 1. Tristium, Eleg. 3. 13.

Vt tamen hanc animi nubem dolor ipse remouit.

Oblectatio animi. Cice. 1. de Orato. 58.

Pax animi. Ouid. 11. Metamo. 125.

Præstantia animi. Quintil. lib. 6. cap. 1. 19.

Rectum animi seruare. Horat. 2. Serm. saty. 3. 40.

Remissio ac dissolutio animi. Cice. 2. de Orato. 13.

Incredibili robore animi septus. Cice. pro Milone 77.

✻ Sublimitas animi. Plin. lib. 7. cap. 25. 3.

Præsentare animi sententiam. Ouid. 9. Metamor. 116.

✻ Tenor animi. Plin. lib. 7. cap. 19. 1.

Terrorem & tenebras animi discutere. Lucret. lib. 2. 15.

Vigor animi. Ouid. 15. epistо. 11.

Forma, vigorque animi, quamuis de plebe videbar.

Iudicium cœtæ nobilitatis erant.

Aegrotare vitio animi. Horat. 2. Sermon. saty. 3. 62.

Vulnus animi graue habere. Ouid. 9. Metamor. 109.

¶ Animus accliuis falsis. Horat. Sermo. saty. 2.

Acer & præsens animus. Cic. 2. de Orat. 47.

Acri & attento animo tueri. Cice. 1. de Finib. 88.

Acres animi incaluere. Ouid. 2. Metamor. 18.

Animos acres conuertere ad aliquem. Virg. 11. Aeneid. 160.

Acrior animus. Quintil. lib. 12. 3. 6. Vide ACER.

Acerbis animis fœnire. Virgil. 5. Aeneid. 92.

Aduersis animis accipere. Tacitus lib. 3. Vtque hæc secundo rumore ita aduersis animis acceptum.

Animus æger, Animi, animo, vel ab animo æger. Vide AEGER.

¶ Animus ægrotus. Vide AEGROTVS.

Aequus animus. Horat. 1. Epistо. 11. 6. Vide AEQVVS.

Aequo animo concedere. Lucret. lib. 3. 196.

Aequo animo ferre. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 3. Vide FERO.

Aequis animis accipere. Horat. in Arte Poet. 51.

Animus alienus vel alienatus. Vide ALIENO.

Alientum animum habere ab re aliqua. Cice. de Amic. 28.

Altiore animo esse. Cice. 5. de Finib. 101. Qui altiore animo sunt, capessunt Remp. honoribus imperiisque adipiscendis.

Animi altissimi. Cice. 1. Tusc. 52. Idque in maximis ingentis, altissimisque animis & existit maximè, & apparet facillimè.

Animus amicus. Vide AMICVS.

Amico animo aliquid dare. Horat. 4. Carm. ode 7. 4.

Amplus aius, & excelsus, & patiens incõmodorum. Cice. 1. de Inuẽt. 110.

Ancipites animi. Lucan. lib. 10. 3.

Animus angustus. Vide ANGVSTVS.

Angustus atque demissus animus. Cice. in Pisonem 44.

Animus anxius. Vide ANXIVS.

Apertus & simplex animus. Cice. ad Lentul. lib. 1. 9. 91.

Animus asper. Vide ASPER.

Atrox animus. Horat. 2. Carm. ode 1. 5.

Attonitis animis hærere. Virgil. 5. Aeneid. 105.

Attonitis animis iubilare. Virgil. 7. Aeneid. 163.

Auarus laudis animus. Horat. 2. Epistо. 1. 36.

Auari animi irritamen opes. Ouid. 13. Metamor. 87.

Animus auersissimus. Vide AVERTO.

Animus beneuolus. Vide BENEVOLVS.

Animo benigno & clementi. Terent. Hecy.

Bonus animus, Vide BONVS.

Quare bono animo estu video enim, &c. Cic. Attico. lib. 5. 106. 5.

Cæcus animo. Vide CAECVS.

Cœlestis animus ex alto domicilio depressus. Cic. de Senect. 70.

Capax animus ad præcepta. Ouid. 5. Metam. 49.

Capaci animo maiora concipere. Ouid. 15. Metam. 1.

Celer animus. Virgil. 4. Aeneid. 58.

Animus certus & confirmatus. Vide CERTVS.

Animo clementi ignoscere. Vide CLEMENS.

Animo communi esse. Vide COMMVNIS.

Animus compos. Vide COMPOS.

Conscius animus se remordet. Lucret. lib. 4. 219.

Animus conscius. Vide CONSCIVS.

Constantior animus. Ouid. ad Pisonem. 52.

Credulus animus. Seneca in Troade. 1. 1.

Animus cupidus. Vide CVPIO.

Cupidus animus litium & rixæ. Horat. 3. Carm. ode. 14. 5.

Degeneres animos timor arguit. Virg. 4. Aeneid. 3.

Deliberatos habemus animos ex diuina mente. Cic. de Senect. 11.

Dociles animi. Horat. in Arte poetica. 68.

Duriores animos ad pleraque robur ipsum facit. Quint. lib. 1. cap. 1. 17.

Expertus bellis animus. Tacitus in vita Agricolæ.

Faciliore animo abuti. Quintil. lib. 4. cap. 2. 80.

Faciles iuuenum animi. Virg. lib. 3. Georg. 32.

Ferax animus. Ouid. ad Pisonem. 44.

Ferox animus. Seneca in Medea. 12. 8.

Fidelis. Terent. Hecy. 3. 5. 22. Quàm fideli animo & benigno in illam & clementi fui.

Fortis atque obfirmatus. Plaut. Amph. 8. 4. Perferam vsque eius abitum animo forti, atque obfirmato.

Felix animus. Iuuenal. saty. 14. 12.

Generosior celsiorque animus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 20.

✻ Grauior natu animus. Vide Nascor.

Hoc animo sum. Cic. ad Appium, lib. 3. 5. 6. Quod quibus adhuc non satis est perspectum, il mihi nolle magis hoc animo nos esse, quàm non intelligere videntur.

Hostilis animus. Seneca in Octauia. 1. 5.

Humani animi, id est hominum animi. Horat. lib. 1. Serm. saty. 8. 4.

Humilis animus, & pectinas, contraria. Cic. ad Marcellum. 4. 7. 7.

Iacens animus. Quintil. lib. 6. cap. 4. 10. Vide IACEO.

Idem animus omnibus. Virgil. lib. 3. Aeneid. 12.

Animo iciuno. Vide IEIVNIVM.

Impatiens animus. Ouid. lib. 1. de Remed. amoris. 25.

Impotens. Terent. And. 5. 3. 8. Adeón' impotenti esse animo, vt præter ciuium morem, &c. Seneca in Herc. furente. 6. 3.

In animo eius validus. Tacit. lib. 4. Quia Prisca in animo Augustæ valida, anum suapte natura potentiæ anxium insociabilé nurui efficiebat.

Inanis anima. Virgil. 2. Georg. 57.

Incertus animus. Vide INCERTVS.

Infenso atque inimico animo in re m aliquem. Vide INFENSVS.

Infesto animo reprehendere. Vide INFESTVS.

Infirmior rebus dubiis animus desperatis est confirmatus. Cicero ad Mescinium, lib. 5. 21. 11.

Infixus animus in patriæ charitate. Vide INFIGO.

Inflatus animus. Vide INFLO.

✻ Infractus animus. Vide Infringo.

Infragilis animus. Ouid. ad Liuiam. 71.

Ingens. Horat. 2. Sermonum. Vide Ingens.

Ingentes tollere animos. Virgil. lib. 3. Georg. 41.

–nanque aute domandum
Ingentes tollent animos; prensique negabunt
Verbera lenta pati. De equis.

Ingentes animos angusto in pectore versant. Virgil. lib. 4. Georg. 17.

Iniquo animo pati. Terent. Eunuc. 3. 1. 8. Ne istuc tã iniquo patiare ãio.

Iniquis animis certare. Virgil. lib. 10. Aeneid. 2.

✻ Insatiabilis animus. Vide Insatiabilis.

✻ Intactí religione animi. Vide Intactus.

✻ Inuictus animus. Plin. lib. 7. cap. 25. 3.

✻ Iractandus animus. Vide Ira.

Insatiabiles annis animi. Ouid. lib. 3. de Arte. 11.

Lætus in præsens animus, quod vltra est Oderit curare. Horatius. 2. Carm. 16. 5.

Latens animus. Iuuenal. saty. 9. 2.

✻ Liber religione animus. Vide Liber liberi.

✻ Liber Terrore animus. Vide Liber liberi.

✻ Liquidus animus & tranquillus. Vide Liquor.

✻ Lubenti animo. Vide Lubet.

✻ Magnus animo. Vide Magnus.

✻ Minutus animus. Vide Moueo.

✻ Mollis animus. Vide Mollis.

Magnus & excelsus animus. Cic. ad Lent. lib. 1. 9. 91.

Magnus & fortis. Cic. Attico, lib. 8. 163. 1.

Magno fortique animo esse. Cice. lib. 6. ad Qu. Ligarium. 14. 6.

Magno ac forti animo rem agere. Cic. ad Atticum, lib. 8. 163. 1.

Magni animi plenum pectus. Omd. lib. 5. Metam. 37.

Homo maximi animi. Cic. pro Fonteio. 16. & Iulius. 8. bel. Pun.

Maximo cuique id accidere animo certum habeo.

Mares animos in Martia bella Versib⁹ exacuit. Horat. in Arte poet. 81.

Meliore animo aliquid ferre. Ouid. lib. 9. Metam. 87.

Memori animo notare. Ouid. lib. 9. Metam. 156.

Meo quidem animo, vel Animo meo. Plaut. Curcul. 10. 13. Idem genus est lenonum inter homines meo quidem animo, vt muscæ. Ide Aulul. 11. 4. Et Cic. 1. de Inuent. 7. Quare meo quidé animo nihil ominis eloquétiq; studendũ. Terent. Adel. 5. 6. 4. –hominem maximi Pretii esse hodie te iudicaui animo meo: hoc est, secundum animi mei sententiam.

Minaces animi. Ouid. 6. Metam. 138.

Minutus, infirmus, & exiguus. Iuuenal. Saty. 13. 19. –quippe minuti Semper & infirmi est animi, exiguique voluptas Vltio.

Mitis animus. Iuuenal. Saty. 14. 2.

Mobiles animi. Quintil. lib. 2. cap. 17. 18.

✻ Muliebris animus. Vide Mulier.

✻ Mutabilis vulgi animus. Vide Muto.

✻ Animus varius, commutabilis, multiplex. Vide Mulrus.

Mutuus animus. Horat. lib. 4. Carm. ode. 1. 6.

–nec spes animi credula mutui.

Mutuis animis amare. Catul. 4. 4.

Obstinatus animus. Liuius. 6. Decad. 1. Tum etiam quibus animi in spe vltima obstinati ad decertandum fuerant.

Omissus animus. Terent. Heaut. 5. 2. 9.

Te vidi animo esse omisso.

Otiosus animus. Terent. And. 5. 2. 1.

Animo tam nunc otioso esse impero.

Parcus animus. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 2. 2.

Paruo & prauo animo. Cic. lib. 1. ad Atticum. 8. 4.

✻ Perattentus animus. Vide Perattentus.

Placidioribus animis aliquid accipere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 53.

Plenus culpa animus. Seneca in Hipp. 2. 10.

Præsens animus. Terent. Eunuc. 4. 6. 31.

Fac animo hæc præsenti dicas.

Præsens animus & acer. Quintil. lib. 6. cap. 4. 6.

Præsens animus in pectore. Virgil. lib. 5. Aeneid. 72.

Promptus animus & alacris ad defendendam Rempub. Cic. ad Appium Pulch. libro tertio. 11. 12. Sic Tacitus libro 4. Et promptum libertati aut ad mortem animum.

Pronis animis aliquid accipere. Vide ACCIPIO.

Pudicus animus. Ouid. 7. Epist. 1.

Pusilli animi homo. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 4.

Refides animi. Virg. lib. 1. Aeneid. 146.

Robustus & excellus animus omni est cura liber. Cic. de Finib.

Robustior annis animus. Stat. lib. 5. Syl. 2. 3.

Rudis animus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 20.

Rudes atque agrestes animi. Quintil. lib. 1. cap 10. 10.

Sagax animus. Lucret. lib. 2. 168.

Segnes animos prouocare. Claud. de Raptu Proser. lib. 3. 6.

Stabili animo & firmo & magno. Cic. lib. 3. de Finib. 44.

Supinus animus. Catul. 17. 6.

Suspicacem animum perstringere. Tacitus lib. 1.

Syluestrem animum exuere. Virg. lib. 2. Georg. 11.

Teneriore animo videri. Cic. ad Messium, lib. 6. 21. 12.

Toto animo dedere se alicui. Cic. 5. Tuscul. 101. Huic discendi, quærendique diuinæ delectationi toto se animo dedidissent.

Tranquillissimos animos. Cic. lib. 7. ad Att. 17. 3.

Tristis & intractabilis animus. Senec. in Hipp. 1. 38.

Truces animos Cupido inuolat. Tacitus lib. 1.

Vagus animus. Catullus. 58. 1.

Valentes animi. Virgilius. 7. Aeneid. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Velox animus. Horat. lib. 1. Epist. 12. 3.
Viridis auris animi. Sillius lib. 1. 38.
Virilis animus. Ouid. lib. 13. Metam. 19.
Viriles animos gerere. Seneca in Agamem. 13. 7.
Viuidus animus. Tacit. lib. 13. Nero puerilibus statim annis viuidũ animum in alia detorsit.
Aeger animi. Tacit. lib. 19.
Amens animi. Virg. 4. Aeneid. 41.
Captus animi. Tacit. lib. 19.
Diuersus animi. Tacit. li. 10. Qui diuersus animi, modo numẽ pauescere, modo minis aduersantis populi terreri, sæpe &c.
Egens laudis animus. Virgil. lib. 5. Aeneid. 149.
Iuuenis calidus animis. Virg. 3. Georg. 23.
Ferox animi. Tacit. lib. 1.
Fidens animi. Vig. 2. Aeneid. 13. Tacitus libro 4. Vt rectum & fidentem animi ostenderet.
Dubius animi. Virg. 3. Georg. 57.
Immodicus animi. Tacit. lib. 17. Corpore ingens, animi immodicus.
Incertus animi. Tacitus lib. 5.
Infelix animi. Virg. 4. Aeneid. 106.
Ingens animi fœmina. Tacitus lib. 1.
Inops animi. Virg. 4. Aeneid. 61.
Integer animi, Id est sanus mente. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 44.
Quòd si quis gnatum pro muta deuouet agna, Integer est animi,
Largus animo. Tacit. lib. 18.
Genere illustri, largus animo, & par opibus.
Maturus animi. Virg. 9. Aeneid. 51.
Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.
Maturus animo & æuo. Ouid. lib. 8. Metam. 124.
Mitior animo. Horat. lib. 3. Carm. ode. 10. 4.
Præstans animi. Virg. 12. Aeneid. 4.
Promptus animi. Tacitus lib. 18.
Turbidus animi. Tacit. lib. 20.
Validus animi, & corpore ingens. Tacit. lib. 15.
Victus animi. Virg. 4. Georg. 98.
Aberrat animus à sententia. Vide ABERRO.
Abhorrere animo. Cic. 7. Philipp. 219. Ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu, non voluntate fuisse populares. Vide ABHORREO.
Abhorret auris atque animus à nobis. Vide ABHORREO.
Abiscere animum, pro Animum deiicere ac deprimere, & penè desperare. Vnde abiectus animus, & homo abiecto animo. Vide ABIICIO. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Accendunt hæc animos. Quintil. lib. 1. cap. 2. 16.
Accessit animus nobis. Cic. ad Atticum, lib. 5. 108. 5. Rumorem adnentus nostri & Cassio qui Antiochia tenebatur, animus accessit & Parthis timor iniectus est. Vide ACCEDO.
Alleuare animum à mœrore. Curtius lib. 4.
Animus accinctus in magnos visus. Vide ACCINGO.
Accipere animis dicta alicuius. Virg. lib. 3. Aeneid. 50.
Accipere animum quietum in aliquem. Virg. 1. Aeneid. 62.
Accipere animo. Vide ACCIPIO.
Animum literis accommodare. Vide ACCOMMODO.
Accommodare animum quũ legemus & irascimur. Quint. lib. 6. ca. 2. 21
Animos addere. Cic. Att. lib. 7. 12. 6. Sed hæc optimo sunt in his libris quos tu laudando, animos mihi addidisti.
Additus furor animis. Virg. lib. 2. Aeneid. 71.
Animus adest. Vide ADSVM.
Adesse animo, vel animis. Vide ADSVM.
Adhibere animos, docebo. Ouid. lib. 15. Metam. 48.
Animum adhibere. Vide ADHIBEO.
Animum adiicere ad virginem. Terent. Eunuc. 1. 2. 63.
Animum adiicere alicui rei. Liui. Quod vbi ad aures accedit regis, adiecit ex templo animum factis suis, subtristique dubios an transiret. Id Id est in memoriam rediit fatorum suorum, cogitare cœpit fatum suum. Budæus.
Adducere animos, Id est audaciam addere. Ouid. lib. 7. Metam. 24.
Adiungere animum, & animos. Vide ADIVNGO.
Adiungere animum ad aliquod studium. Terent. And. 1. 1. 29.
Adleuat animũ. Tacit. lib. 1. Vbi data fides reddendæ dominationi venisse, adleuatur animum, & quæ repentina mutatio exquirit.
Adrepere animis. Tacitus libro tertio. Nec quicquam graue ac serium ex eo metuas, qui suorum ipse flagitiorum proditor, non virorum animis, sed mulierculorum adrepit.
Aduertere animum. Terent. in prol. And. 8. Nunc quam rem vitio dent quæso animũ aduertite. Antique dictum, pro animaduertite. Tacitus lib. 13. Qui animum etiam leuissimis aduerterent. Lucret. lib. 3. 9.
Aduertere animos monitis. Ouid. lib. 15. Metam. 28.
Aduertite animis vestris quæ dicam. Virg. lib. 2. Aeneid. 141.

Aduocare animum. Vide ADVOCO.
Aequare animos olympo. Virg. lib. 6. Aeneid. 156.
Aestimare animo. Curtius lib. 6. Bucephalum Alexander non eodẽ quo cæteras pecudes animo æstimabat.
Affectus animo. Vide AFFICIO.
Affigere aſo suo quod cõposuerimus. Quint. lib. 2. cap. 7. 2. de edificẽdo.
Agere animum. Vide AGO.
Agi animis in funera. Virg. lib. 7. Aeneid. 9.
Agitare animum spe & metu. Quintil. lib. 4. cap. 1. 23.
Agitare aliquid animo, id est cogitare. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 1. 5.
Animo, siue cum animo agitare. Vide AGITO.
Alienare iudicum animos. Quint. lib. 4. cap. 1. 10.
Alleuare animum. Seneca in Troade. 10. 19. Vide paulò antè
Adleuatur animum. Vide item ALLEVO.
Allicere animos ad benevolentiam. Vide ALLICIO.
Animum amouere. Vide Amoueo.
Angere animum, & animo angi. Vide Ango.
Angere animum curis mordacibus. Lucan. lib. 2. 135.
Aperire animum. Vide Aperio.
Apparare animum. Vide Apparo.
Appellere animum ad scribendum. Terent. in prol. And. 1.
Applicare animum. Vide Applico.
Animus mihi ardet. Vide Ardeo.
Animis ardentibus sonare iurgia. Iuuenal. Saty. 15. 6.
Arrigere animos. Virg. lib. 12 Aeneid. 51.
Arrectus animus. Vide Arrigo.
Assuescite bella animis. Virg. lib. 6. Aeneid. 167.
Attendere animum & animos. Vide Attendo.
Attendere animo æquo. Vide Attendo.
Attento animo intueri. Vide Attendo.
Auertere tædio animum discentis. Quintil. lib. 1. cap. 12. 10.
Auertere animum ab. Vide Auerto.
Auferre animum ad contemplationem. Vide Aufero.
Augere animos & adiicere. Ouid. lib. 7. Metam. 14. Vide Augeo, Tacit. lib. 18. Titus auctus animo ad patrem peruectus.
Cadunt animi. Ouid. lib. 11. Metam. 108.
Cadere animis. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 1. 10.
Cadit animus vel cadere animo. Vide Cado.
Cæcare animos. Vide Cæco.
Caligante animo. Vide Caligo.
Capere animos aliquorum. Cic. pro lege Manil. 46. Quæ ciuitas in Asia, quæ non modo vnius Imperatoris aut Legati, sed vniuersi Tribuni militum animos ac spem capere posset?
Capere animum. Vide Capio.
Cernit animus. Vide Cerno.
Circunspicere animo. Vide Circunspicio.
Cepit animum dementia. Virg. lib 5. Aeneid. 92.
Coercere animos. Seneca in Hippol. 2. 56.
Animo, vel In animo cogitare secum. Terent. Adelph. 3. 4. 55. Hoc tu facito, recum animo cogites. Satis erat, Tecum cogites: sed vel ob maiorem vel maioris expressionis gratia addidit ANIMA. Ibidẽ 1. 1. 5. Quæ in animo cogitat, irata.
Cohibere animum. Vide Cohibeo.
Colligere animo & animum. Vide Colligo.
Animum alterius cum suo commiscere. Vide Commisceo.
Commoueri animo. Vide Commouco.
Animus commotus metu. Terent. And. 5. 4. 35.
Aliquid complecti animo. Cic. ad Sextiũ, lib. 5. 17. 9. Vide Complector.
Complere animum voluptate. Vide Compleo.
Componere animos. Vide Compono.
Comprehendere aliquid animo. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. 157.
Comprimere animos. Cic. pro. Flacco. 42. Remittant spiritus, cõprimãt animos suos, sedent arrogantiam.
Animo vel animis concidere. Vide Concido.
Animum sibi consiliare. Vide Concilio.
Concipere aliquid animo. Ouidius lib. 1. Metamor. 16. Tacitus libro 3. Et fraude aut vi raptum Agrippã ferre ad exercitus Germanicos non seruili animo concepit.
Concipere imagines animo. Quint. lib. 1. cap. 2. 20.
Concipere iras animo. Ouid. lib. 1. Metam. 35.
Confidere animo. Vide Confido.
Conferre animum alio. Vide Confero.
Confirmare animum. Seneca in Oct. 2. 4. 17. Vide Confirmo.
Confirmare animum trepidum. Iuuenal. Saty. 14. 11.
Confundere ac fatigare animum. Quintil. lib. 1. cap. 12. 1.
Consistere animo tranquillo. Vide Consisto.
Consternare animos, & animo consterni. Vide Consterno.
Consulere animum suum, ne quid dicamus naturæ aduersum. Quintilianus libro quarto, cap. 2. 38.

Considerate

Considerate cum vestris animis. Cic. 5. Verr. 13.
Considerare secum in animo, & cum animis. Vide CONSIDERO.
Animo contemplari. Vide CONTEMPLOR.
Contendere animum in curas. Ouidius. 1. de Ponto, eleg. 6. 3.
Contrahere animum, aut demittere. Cic. ad Qu. fratrem.
Cõsidere arte aſos. Ouid. 1. de Arte amã. 3. Vide CONTVNDERE.
Conuertere animum. Vide CONVERTO.
Conuersi animum. Tacit. lib. 17. Animum vultumque conuersi.
Conuertere se aliquò animo & cogitatione. Vide CONVERTO.
Corrumpere animum. Vide CORRVMPO.
Credere animum suum alicui. Vide CREDO.
Animi creuerunt. Vide CRESCO.
Animos debilitare. Vide DEBILITO.
Animus amori deditus. Vide DEDO.
Deducere curas animo. Horat. lib. 1. Epist. 2. 10.
Deficiunt animi. Horat. in Arte poet. 6.
Defecerat eam animus. Plaut. Mil. 20. 37.
Deficere animis. Curtius lib. 4. Non tamen defecere animis Tyrii, quanquam ab ingenti spe destituti erant.
Defectus animo. Plin. lib. 20. cap. 14.
Defigere & intendere animum in aliquam rem. Cic. 4. Acad. 85. Aduertantur enim primum quòd parum defigunt animos & intendunt in ea quæ perspicua sunt.
Animus illis defuit. Cic. 7. Verr. 105 Animum illis non copias defuisse.
Delusit animum hoc vno responso. Virg. lib. 6. Aeneid. 69.
Demittere animum. Tacit. lib. 16. Omni ciuitate ad excipiendum principem spectandumque regem effusa, Thraseo occursu prohibitus, nõ demisit animum, sed codicillos ad Neronẽ cõposuit. Cic. 5. de Fin. 77.
Deponere curas animo. Virgil. 4. Georg. 106.
Deprendere animum furtim blanditiis. Ouid. lib. 1. de Arte amandi. 15.
Derisare à curis animum. Lucret. lib. 2. 73.
Destruit longius ævum animos. Lucan. lib. 8. 6.
Detegere animos. Lucan. lib. 5. 65.
Diffundere animos, id est lætos reddere. Ouid. lib. 1. de Arte. 42.
Dimittere animos, Curtius lib. 5. Ne milites desides otio dimitterent animos, iudices dedit, præmiaq; proposuit de virtute militari certãtibus.
Dabit spes animum. Ouid. ad Pisonem. 44.
Dant animos vina. Ouid. lib. 12. Metam. 49.
Dare maiorem animum alicui. Cic. ad Lentulum, lib. 11. 9. 56. Abiectiore animo me futurum quam Respub. maiorem etiam mihi animum, quàm vnquam habuissem, daret.
Dare in luctus animum. Ouid. lib. 1. Metam. 77.
Dimouere animum loco. Quintil. lib. 7. cap. 4. 13.
Domare rigentem animum. Seneca in Hippoly. 4. 12.
Ducere animo. Virgil. lib. 6. Aeneid. 138.
– sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.
Ducere animos solent Antiopi fabulæ, præcipue rusticorum, & imperitorum. Quintil. lib. 2. cap. 11. 15.
Efferre animos insolentia dominatus. Cic. pro Domo sua. 109.
Eicere animum de aliquo. Terent. Heaut. 5. 2. 2. – vt pater Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animum patris?
Emendare animum. Pro perr. lib. 3. eleg. 21.
Animum abiectum & iacentem erigere. Vide IACEO.
Alacrem esse animo. Cic. ad Lucceium lib. 5. 12. 53.
Animo bono esse. Terent. Adelph. 4. 2. 5. Quin tu animo bono es? Cic. 5. de Finib. 150. Tamen ex illa inuestigatione naturæ consequi volebat, vt esset bono animo.
Eo animo est. Cic. ad Atticum, lib. 11. 22. 1. 1. Quòd certiorem te vis fieri quo quisque in me animo sit, aut, &c.
Erectior eo animo esse. Cic. ad Atticum, lib. 11. 22. 5.
Animo male est. Plaut. Amph. 3. 90. Animo si male esse occœperit. Sic Terent. Adelph. 4. 2. 21.
Perficere est animus. Virgil. 4. Aeneid. 128.
Animus est reditus, Id est animus est redeundi. Ouid. 23. epist. 11.
Animus est mihi ad aliquid faciendum. Curtius lib. 5. Paucis ad moriendum, pluribus ad fugam animos fuit. Liuius. 3. Decad. lib. 1. Deinde iam non pro mœnibus modò atque turri tela micare: sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat.
Animus in naui est meus. Id est de naui cogito. Plaut. Perſa. 18. 16. Sic. Animos est in hortis. Cic. Attico, lib. 12. 13. 3.
Iamdudum est animus in patiuis. Terent. Eunuch. 4. 7. 46.
Exacuere verſibus animos in bella. Horat. de Arte poet. 81.
Excidere animo. Virgil. lib. 1. Aeneid. 6.
Excitare animum. Seneca in Herc. furente. 5. 1.
Excolere animum. Quintil. lib. 5. cap. 11. 19.
Exercere in armis animos. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 8. 7.
Eximere onus animis. Horat. lib. 1. epist. 5. 4.
Expedire metu animum. Horat. lib. 3. Carm. ode. 24. 2. Liuius lib. 8. Decad. 4. Et expedire tela animosque equitibus iussit.

Explere animum. Virg. 2. Aeneid. 117. Terent. And. 12. 17.
Explorare animos. Ouid. lib. 1. de Arte. 29. Tacitus lib. 17. Secundæ res accioribus stimulis animum explorant: quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.
Exuitur animus. Stat. lib. 10. Thebaid. 187.
* Iniquo animo ferre vel pati aliquid. Vide Iniquus.
Facere animum iudicis miten. Quintil. lib. 5. cap. 9. 6.
Facere animos. Liuius, Animos ei faciebat præter ferociam insitam, fœdus ictum cum Antiocho.
Fateri animum clamore. Ouid. 1. de Arte. 23.
Fatigare animum. Horat. lib. 2. Carm. Ode. 11. 3.
Fauere linguis & animis. Ouid. lib. 1. Fast. 15.
Fingere animos audientium concitandis cõponendisque animis. Quintilianus lib. 3. cap. 4. 10.
Firmare animum præsenti pignore. Virg. 3. Aeneid. 127. Ouid. 9. Meta. 150. Tacitus lib. 15. Animum aduersum suprema firmat.
Flagrans animus. Iuuenal. Saty. 1. 16.
Flectere animum. Virgil. 4. Georgic. 103. Et Quintil. lib. 4. cap. 1. 58. Terent. Heeyra. 4. 3. 2.
Flectere ab ira animum. Seneca in Medea. 4. 5.
Formare puerorum animos. Quintil. lib. 1. in Proœm. 11.
Frangere animum. Ouid. 8. Metam. 102.
Fractus animus. Cic. lib. 1. ad Lentulum. 9. 55.
Generatus à deo animus. Cic. 1. de Diuinat. 112
Animum gerere infirmum. Vide INFIRMVS.
Animo morem gerere. Terent. Anid. 4. 1. 17. Molestus certè ei fuero, atq; animo morem gessero.
Nec vnus in re ego hos animos gessi, longus post me ordo est idem perentium decus. Id est talem affectum. Liu. 2. ab vrbe. 14.
Habe bonum animum. Plaut. Aulul. 7. 11. & Liu. 4. bel. Maced.
Habere fortem animum. Cic. ad Qu. Ligarium, lib. 6. 1. 3. 9.
Habere magnum animum. Brutus Ciceroni, lib. 11. Epist. 23. 2. Tamen tribus tantis exercitibus propriis Reip. valentibus, magnum animum habere debebas, quem & semper habuisti.
Habere animum in difficultatibus suis. Cic. antequam iret in exilium. 6.
Habere statutum cum animo & deliberatum. Cic. 5. Verr. 79.
Hilarare animum. Catul. 58. de Berecynthia & Aty. 4.
Horret animus meminisse. Virgil. 2. Aeneid. 3.
Imbibere animo opinionem. Vide IMBIBO.
Imbuit animos cura peculi. Horat. de Arte po. 67. Vide IMBVO.
Imminere animis in rem aliquam. Vide IMMINEO.
Impellere animos in spem metumque. Vide IMPELLO.
Impellere animum ad aliquid faciendum. Quintil. lib. 3. cap. 8. 9.
Imperare animo nequeo. Vide IMPERO.
Implere veris animum. Virg. lib. 3. Aeneid. 87
Animo imprimitur oratio. Vide IMPRIMO.
Incaluere animi. Ouid. 2. Metam. 18.
Incendere animum amore famæ. Virg. 6. Aeneid. 178.
Animos bonorum incendere. Vide INCENDO.
Inclinare animum ad rem aliquam. Vide INCLINO.
Inclinatio ad pacem animus. Vide INCLINO.
Inculcare animis. Vide INCVLCO.
Indipisci animo. Vide INDIPISCO.
Inducere animum. Terent. And. 1. 3. 41. Si istuc animum induxti esse vti le. Hoc est si tibi persuasisti. Cic. ad Marcel. lib. 4. 2. 4. Tu quoq; animum inducas, si sit aliqua Resp. in ea te esse oportere.
Inducere animum cantare. Cicero ad Marcellum, libro. 4. 8. 4. & Horatius libro. 1. Serm. Saty. 3. 1.
Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati.
In animum inducere. Terent. Adel. 4. 3. 6. Nunquam te aliter atque ex animum induxi meum.
Indulgere animis. Ouid. lib. 7. Metam. 116.
Indulgent animis, & nulla quid vtile cura est.
Iuuare animum bonis artibus. Tacitus lib. 15. Animum bonis artibus non iuuerat.
Iuuere magnum animum. Tacit. lib. 11.
Infamare animum vano timore. Ouid. lib. 3. de Ponto, eleg. 6. 9.
Infestare rudes animos superstitione. Vide INFESTVS.
Infigere animis. Quintil. lib. 1. cap. 8. 11.
Inflammare animum alicuius. Vide INFLAMMO.
In animos influere. Vide INFLVO.
Inflat animos rumor. Vide INFLO.
* Animus bene à natura informatus. Vide Informis.
* Infringere animos. Vide Infringo.
* Inhabitat animus in oculis. Vide inhabito.
* Inscribere in animo orationem. Vide Inscribo.
* Insculptum in animo. Vide Insculpo.
* Insitum & innatum animis. Vide Insero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Insidere in animo. Vide Insideo.
* Insinuare aliquem animo alterius. Vide Insinuo.
* Insistere mente & animo in rem aliquam. Vide Insisto.
* Instaurare animum. Vide Instauro.
* Instituere animum ad cogitandum. Vide Instituo.
* Intendere animum. Vide Intendo.
* Animus cura & cogitatione intentus. Vide Intendo.
* Acri & intento animo intueri quidpiam. Vide Intueor.
* In animum inuasit. Vide Inuado.
* Inuitare animos visu. Vide Inuito.
* Irrumpunt in animos extrinsecus imagines. Vide Irrumpo.
* Iudicare animo suo. Vide Iudico.
Insudare animos. Ouid. 1. Metam. 78.
Inspirare animum. Virg. 6. Aeneid. 3.
Instaurati animi. Virg. 2. Aeneid. 90.
Intendere animo. Tacitus in vita Agricolæ, Monam insulam redigere in potestatem animo intendit.
Intendere animum ordini rerum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 53.
Intendere animum studiis & rebus honestis. Horat. 1. Epist. 8.
Intendere animum in rem aliquã. Quin. lib. 2. cap. 2. 8. & lib. 3. ca. 11. 17.
Intrauit animos pauor. Tacitus lib. 4. & in vita Agricolæ, Intrauitque animum militaris gloriæ cupido.
Inuigilant animo curę. Stat. Thebaid. 1.
Inuitare pretia animos. Virg. 5. Aeneid. 58.
Inuolat animum cupido. Taci. lib. 1. Truces etiã tum aſos cupido inuolat.
Iunaodis animis natum poema. Horat. in Arte poet. 76.
* Labant animi & lapſus animi. Vide Labor, eris.
* Laborare animo. Vide Labor, orit.
* Labant animi. Vide Labo, as.
* Lapſus animi. Vide Labor, eris.
* Lætanti animo. Vide lætus.
* Laxare animum à laboribus. Vide Laxo.
* Lenire animos concordia. Vide Lenis.
* Leuare animum exercitatione. Vide Leuis.
* Animus linquit, animo linqui. Vide Linquo.
* Liberare animos errore. Vide Liber, beri.
* Lustrare animos. Vide Lustrum.
Labantes animos confirmare. Luca. lib. 4. 51. Curtius lib. 5. Animi hostium labare, & Macedones acrius præl'um inire cœperunt.
Labefactus vulnere animus. Ouid. 10. Metam. 75.
Lactare animos. Terent. And. 5. 4. 9. Solicitando & pollicitando eorum animos lactas.
Instituere animum ad cogitandum. Terent. Phorm. 2. 1. 10.
Latentes animi sub vulpe. Horat. in Arte poet. 88.
Leuare animum. Horat. 3. Carm. ode. 14. 5.
Leuantur animi exercendo. Cic. de Senect. 32.
Leuare animum mutationibus. Quint. lib. 4. cap. 2. 83.
Linqui animo. Curtius lib. 4. Linqui deinde animo cœpit Alexander ob sanguinem è vulnere latius manãtem. Idem lib. 9. Patefacto latius vulnere, & spiculo euulso, ingens vis sanguinis manare cœpit, linquique animo rex, & caligine oculis offusa velut moribundus extendi.
Linquẽte animo, in eum à quo tenebatur, incubuit. Curtius lib. 6. Idem lib. 7. Iamque linquente animo, iuis præcepit &c.
Linquentem reuocauit animum, & nudum hostis latus subiecto mucrone ausit. Curtius lib. 9.
Mandare animis. Cic. 1. in Catil. 19.
Penitus animis vestris mentibusque mandate.
* Marcet animus. Vide Marceo.
* Micat animus. Vide Mico.
* Mitigare animum. Vide Mitigo.
* Mutare animum. Vide Muto.
Metiri animo. Ouid. 2. Metam. 9.
Ministrat animum Deus. Virg. 6. Aeneid. 127.
Minuere animos. Seneca in Medea. 3. 12.
Mitigare animum. Seneca in Medea. 6. 10.
Mollire animos. 6. Virg. 1. Aeneid. 13.
Mouere animum. Virg. 3. Georg. 103.
Mouere multa animo. Virg. 3. Aeneid. 7.
Mulcere animos admiratione. Quint. lib. 1. cap. 10. 10.
Nosse alicuius animos ac spiritus. Cic. pro A. Cluent. 87.
* Animo leni oarus. Vide Nascor.
* Animum alicuius noscere. Vide Nosco.
* Nudare animos. Vide Nudus.
* Obrepere in animo. Vide Obrepo.
* Obsequi animo suo. Vide Obsequor.
* Occæcare animum. Vide Occæco.
* Occupare animum vel animos. Vide Occupo.
* Omissus animus. Vide Omitto.
* Ostendere animum suum. Vide Ostendo.

Obfirmare animum. Vide OBFIRMO.
Oblectare animum. Lucret. lib. 2. 73.
Obsequi animo. Terentius Adelph. 1. 1. 8. Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi.
Obstare animis. Stat. 11. Theb. 93.
Obstupuere animis Rutuli. Virg. 9. Aeneid. 26.
Obstupuere animi. Virg. 5. Aeneid. 24.
Occupare animum in re aliqua. Terent. prol. Hecyrę. 5.
Occupare animos iudicum. Quint. lib. 4. cap. 1. 33.
Offendere animum alicuius. Quintil. libro. 2. cap. 4. 4.
Parare animos. Ouid. lib. 1. de Arte. 48. Vide PARO.
Parati animis. Virg. 2. Aeneid. 154.
Pascere animum. Virg. 1. Georg. 57.
Pascere animum pictura. Virg. 1. Aeneid. 94.
Pendere animi. Cic. Att. lib. 8. 149. 2. Pendeo animi expectatione Coss. nienſi, in qua de salute Reip. decernitur. Sic idem Att. lib. 12. 20. 1.
* Pendet animus. Vide Pendeo.
* Animus tibi pendet. Vide Pendeo.
* Perire ab animo. Vide Pereo.
* Perfundere animum religione. Vide Perfundo.
Peragere secum animo aliquid. Virg. 6. Aeneid. 14.
Perculso & abiecto esse animo. Cic. ad Att. lib. 3. 42. 2.
Percutere & mouere animum. Lucret. lib. 2. 178.
* Pergere animo forti. Vide Pergo.
Permouere animos. Quint. lib. 3. cap. 8. 27.
Permulcere animos. Lucret. lib. 5.
Perseuerare animo. Quint. lib. 4. in proœ. 6.
Perspicere animum alicuius. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 46. Quorũ quidem animum tu non perspexisti solum, quum de me ageres, sed etiam confirmasti atque tenuisti.
Ponere animos. Seneca in Troade. 8. 1.
Possidere iudicum animos. Quint. lib. 6. cap. 1. 39.
Præcipere animo. Tacit. lib. 3. Præceperant animis orationem Pauo, quo quæstior adulatio fuit.
Prægrauat animum corpus vitiis. Horat. lib. 2. Serm. Saty. 2.
Præstare animum. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 12.
Premitur animus ratione. Pers. Saty. 5. 4.
Prohibere ludo animum. Virg. 4. Georg. 11.
Promere animos & vires. Virg. 5. Aeneid. 39.
Prospicere animis. Cic. 5. Verr. 187.
Pollere animum. Lucret. lib. 4. 176.
Recipere animum Terent. Adelph. 3. 2. 26. Quid festinas mi Geta? animum recipe. Curtius lib. 6. Recepto animo, Peri, inquit, milites puo corum hominum fuelere, &c.
Recolligere animum alteri, pro abalienatum in gratiam restituere. Cic. Attico, lib. 1. 3. 4. Quod scribis, etiam sicuius animus in te esset offensior, à me recolligi oportere, quid dicas? neque id neglexi.
Recorsabant animo vetera omnia. Tacit. lib. 18.
Reddere alicui animum. Horat. 1. Carm. ode. 16.
Reddere animum finitis amoribus. Horat. 1. Carm. ode. 18.
Rediit animus. Ouid. 6. Epist. 7.
Referre animum à paruis ad maiora. Ouid. 3. de Arte amandi. 99.
Reficere animos. Quint. lib. 4. cap. 1. 34.
Refringit & abiicit animum pudor vapulantibus inuenibus. Quintilianus lib. 1. cap. 3. 10.
Regere animum. Horat. 1. Epist. 2. 13.
Regere animos dictis. Virg. 1. Aeneid. 32.
Releuare animum. Terent. Adel. 4. 3. 11. Nam & illi animum iam relcuabis, quæ dolore ac miseria tabescit.
Aius hãc modo hic reliquerat. Id est defecerat eã aſtus. Plau. Mil. 20. 27.
Retardare animos alicuius, atque impetus. Cic. 1. Verr. 19. Sunt alia magis occulta furta, quæ ille, vt ipſius (credo) animos atque impetus retardaret, cum Quæstore suo benignissimè communicauit.
Restituere animum. Seneca in Hipp. 6. 1.
Reuocate animos, mœstumque timorem Mittite. Virg. 1. Aeneid. 42.
Reuocare à metu animos perterritos. Quint. lib. 2. cap. 16. 5.
Reuocare animum ab ira. Ouid. 2. Trist. 111.
Sæuire animis. Seneca in Hercule furente. 6. 7.
Sedet animo fixum immotumque. Virg. 4. Aeneid. 3.
Solari animum dolentis. Seneca in Oeta. 2. 4.
* Solicitare animum. Cel. lib. 3. cap. 12.
Soluere arctum animum. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 17.
Spernere animo aliquem. Virg. 3. Eclog. 15.
Stare animo. Id est sanum esse animo. Horat. 2. Serm. saty. 3. 42.
Stimulatus animus furenti rabie. Catull. 58. 1.
Subigere animum. Horat. 2. Carm. ode. 1. 5.
Non subibunt animos iuuenum maiora intellectu, velut parum apta. Quintil. lib. 1. cap. 2. 19.
Submittere animos. Stat. 4. Thebaid. 151.

Sumere

Sumere animum. Ouid. 1. Fastorum.
Sumpsi animum: grates q; deo non territus egi. Quintil. lib. 2. cap. 2. 3.
* Obsequium sumere animo suo. Vide Obsequium.
Surrexerat intentio animis. Quintil. lib. 4. 5. 15.
Suspendere animos. Ouid. 7. Metam. 62.
Animus, qui in ardore pugnæ corpus sustentauerat, liquit: subitoque ex omnibus membris profuso sudore, arboris proximæ stipiti se applicuit. Curtius lib. 8.
Tangit honor animum. Virgil. 12. Aeneid. 12.
Tenere animos incertos. Seneca in Thye. 8. 4.
Tenere animos nouitate. Ouid. 4. Meram. 57.
Tentare animum precando. Virgil. 4. Aeneid. 23.
Terrere animos. Virgil. 2. Aeneid. 150.
Terrificare animos. Virgil. 4. Aeneid. 47.
Tollere animos dictis. Virgil. 9. Aeneid. 27.
Torpere animo. Horat. 1. Epist. 6. 3.
* Tremere animo. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 1. 1. 7.
Tumere animis. Seneca in Troade. 12. 9.
Turbare animos. Virgil. 1. Aeneid. 104.
Versare animum in omnes partes. Virgil. 4. Aeneid. 126.
Versare animo. Tacitus lib. 18. Quum spes occultas versaret animo, Basilides sacerdos, &c.
Vertere animum ad iura ciuilia. Ouid. 15. Metam. 167.
Animos vexare. Seneca in Agam. 2. 2. Alia ex aliis cura fatigat
Vexatque animos noua tempestas.
Videre animo. Ouid. 15. epist. 8.
Vince animos iramque tuam, qui cetera vincis. Ouid. 3. Epist. 17.
Diuersæque vocant animum in contraria curæ. Virgil. 12. Aeneid. 92.
Volutare animo euentus. Virgil. 6. Aeneid. 32.
Vti animo suo. Curtius lib. 7. Sed an permissuri sint Macedones animo vti meo, dubito.
¶ Animus ad aliquid. Cic. 5. Verr. 111. Quum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris anxietasque frænaret. Idem 5. Verr. 68. Tantum animi habuit ad audaciam, vt dicere in concione non dubitaret, bona, &c. Liuius. 2. ab Vrbe, Nec ad mortem minus animi est, quàm ad eadem fuit.
Apud animum. Vide APVD.
Certum apud animum constat. Vide CONSTO.
Cum iſto animo. Vide CVM.
Cum, vel in animo cœptare. Vide COGITO.
¶ Ex animo & Simulate contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 149.
Amicus ex animo, vereque beneuolus. Cic. 11. Philipp. 114.
Ex animo, vereque diligi. Cic. Papirio lib. 9. 16. 6.
Ex aſo, atq; ex summa voluntate tui studiosus. Q. Cic. de Petit. Cõsul. 13.
Maiore studio, magisq; ex aſo cõnedare non possum. Cic. 3. Epist. 16. 1.
Ex animo bene velle alicui. Terent. Heaut. 5. 1. 6.
Amare ex animo. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. Dicere, Terentius Eunuc. 1. 2. 91. Facere, Terent. Adelph. 1. 2. 47. Petere, Cic. D. Bruto lib. 11. 22. 4.
¶ Ex animo suo colligere aliquid. Ouid. 11. Epist. 18.
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse?
Nam potes ex animo colligere ipse tuo.
In animo habere. Cic. ad Att. lib. 8. 15. 4. 1. Et pro Rosc. Amer. 31.
In animo instituere. Vide INSTITVO.
Vt mihi est in animo facere. Id est vt decreui, vt proposui. Cic. 2. de Nat. deor. 30. Et ad Atticum, lib. 5. 10. 2.
In animis & iudicio alicuius esse. Vide IN.
In animo est. Vide IN.
Multum animi habere ad maledicendum. Cic. 2. de Orat. 4.
¶ Sine animo miles. Cic. Attico, lib. 1. 13. 2.
¶ Animi causa. Cic. 7. Philipp. 118. Et qui illud animi causa fecerit, huic prædæ causa quid factorum putatis? Sic in Pisonem. 52. Plaut. Curcam emit? T. animi causa.
¶ Anime mi, vox blandientis. Plaut. Asin. 14. 74. Da meus ocellus, mea rosa, mi anime. Terent. And. 4. 2. 2. Anime mi, noli te macerare. Idem Heaut. 2. 4. 16. Anime mi salue. Sic Cicero scribit Terentiæ & Tullolæ duabus animis suis. Sed hoc ab Anima.
Animulus, penult. corr. (ψυχάριον,) Diminutiuum ab animo, blandiendi causa. Plaut. Casina. 3. 45. Mi animule, mi Olympio, mea vita.
Animo, animas, pen. corr. (ζωογονέω,) animare, Addere animum, incitare, accendere. Claudian. lib. 3. de raptu Proserp.
Qualis pestiferas animare ad prælia taxos
Torua Megæra ruit. Ouid. 4. Metam. 124.
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ,
Quas humus excepras varios animauit in angues. Sic. 1. Metam. 52.
¶ Animari, (ζωογονέομαι,) dicuntur in vtero corpora tunc quæ ab anima fiũt siue ab anno, quum pro anima capitur. Colum. lib. 8. cap. 5. 10. Diebus quibus animantur oua, & in speciem volucrum conformantur. Hoc est animam vitalem accipiunt. Plin. lib. 7. cap. 15. 4. Sed tales non gignunt, quando hic est generando homini materia semine è maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporatur q;ue.
Animari atque formari. Cic. 2. de Diuinat. 134. Perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari.
Animalis sonus. Cic. 2. de Diuinat. 198. ex Pacuuio.
Animans, animantis, Participium.
Animãs, nomen, pen. corr. (ἔμψυχον,) absolutè positum pro animali, nisi in fœminino genere, nunc in neutro tantum in masculino legitur. De fœmininoCic. 1. de Leg. 39. Num quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominẽ erexit. Idem. 2. de Nat. Deorum. 180. Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ villis vestitæ. Idem in Lælio. 68. Deinde vt requirant atque appetant aliquas alias animantes ad quas se applicent. De masculino: Horat. 2. Serm. 1. 8.
—sed hic stylus haud petet vltro Quenquam animantem. Cic. de Vniuersitate. 22. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurant, qua vna omnes reliquæ formæ cõcluduntur. In neutro tæpe leges animantia.
Animãtus, pen. prod. (ἔμψυχος,) Patricip. Cic. 1. Tusc. 86. A fatum quod est, id motu cietur interioce & suo. Apud Claud. 6. Paneg. 23. Animata saxa Orpheis modis. Lucret. lib. 5. 30. Viraliter animata.
Animãtus, pen. prod. (θυμούμενος,) Nomen. Aliqua voluntate, aut animo affectus. Cic. D. Bruto, lib. 11. 7. 6. Ita paratus atque animatus esse debes, non vt nihil facias nisi iussus: sed, &c. Id est sic animo affectus & (vt ita loquar) dispositus. Plaut. Amphit. 2. 128. ita animatus fui, Ita quæ nunc sum, vt rea te patera donem. Sub. erga te. De malo: Plaut. Amphit. 4. 55. —pacem atque otium
Dare illis fin aliter fient animati, neque dent quæ petat.
Infirmè animatus. Cic. Senatui, lib. 14. 1. 7. His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirmè animatos esse, & nouarum rerum expectatione in spensos: perabam tamen, &c.
Animatus melius, quàm paratus. Cic. lib. 6. Epist. 6. 11.
Animatus erga, vel in aliquem. Cic. Attico, lib. 15. 326. 9. Videbarq; erga nostros ἔυνοια ita fore, vt nos vellemus, animatus. Idem. 2. de Fin. 132. Vt quem admodum sint in seipsos animati, eodem modo sint erga amicos. Sic. 6. Verr. 135. Et Plaut. Cap. 7. 48. In hac significatione sepius ponitur cum aduerbio BENE vel MALE.
Male animatus erga aliquem. Vide MALVS adiectiuum. Suet. In Vitellio, Aduenientem male animatus erga principem exercitus, pronusq; ad res nouas, libens suscepit.
Animatus sum, cum infinitiuo. Plaut. Pseud. 4. 18.
Nempe ita animati estis, vos vincere hoc duritia tergi. Idem Truc. 19. 71. Siquid animatus est facere, fac iam vt sciam. Pro ad faciẽdum: id est si ex animo vult aliquid facere.
Animatio (ζωογονία,) Verbale ab animando. Cic. de Vniuersitate. 44. Erant autem animantium genera quatuor, quorum vnum duiosi atq; cœleste, alterum pennigerum & aereum, tertium terrestre, quartum diuinæ animationis. Hoc est animam habens diuinum, seu diuino ani mo præditum. Et hominem significat.
Animatus, huius animatus, pen. prod. Verbale. Idem quod animatio. Plinius lib. 11. cap. 3. 2. Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipso spiritu viuentia docuimus.
Animabilis, pen. corr. adiectiuum, (ἐμψυχικός.) Qui animam & spiritum habet. Cic. 2. de Nat. Deorum. 131. Principio cum terra sita in media parte mundi, circumfusa vndique est hac animabili spirabilique natura cui nomen est aer. Dictione SPIRABILI interpretatur quid significet ANIMABILE.
Animosus, pen. prod. adiectiuum, (ἐυψυχικός,) Magno animo præditus. Habens in se animi vehementiam. Cic. 2. Tusc. 90. Qui quidem genitus si lenationis aliquid afferret, tamen videremus quid ciuet fortis & animosi viri. Idem. 1. Tusc. 31. Animum autem alio animo, vt ferè nostri declarant, nominari. Nam & agere animum, & efflare dicimus, & animosos, & bene animatos. Idem in Catone. 66. Ex quo fit vt animo sior etiam senectus sit, quàm adolescentia, & fortior.
Fortes & animosi. Cic. pro Milone. 71.
Bella animosa gerebant pueri. Ouid. 5. Fast. 12.
Colla animosa præbere securi. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 9.
Corruptor animosus. Tacitus lib. 17. Otho secretioribus apud singulos præmiis mercedebat adeò animosus corruptor.
Contentio animosa. Plin. lib. 10. cap. 29. 9. Certant inter se, palamq; animosa contentio est. De cantibus autem variis.
Equus animosus. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 8.
Tempore paret equus leuis animosus habenis.
Euri animosi affidè eas frangunt. Virg. 2. Georg. 89.
Frigus animosum imminos concurrit in artus. Stat. lib. 6. Theb. 79.
Leones animosi. Claud. de bello Gildon. 85.
Pectus animosum, Id est nodosum & eminens. Virg. 3. Georg. 17.
Luxuriatque toris animosum pectus. De equis. Seruius.
Animosa pericula. Martial. lib. 12. 15.
Si te delectant animosa pericula, Tuscis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tutior est virtus, insidiemur apris. Id est quæ animosos & fortes decét.
Vento animosi impulsi ratiua. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. 10.
Animosus in armis. Ouid. 13. Epist. 19.
Animosus rebus angustis. Horat. 2. Carm. ode. 10. 5.
Rebus angustis animosus, atque Fortis appare.
Animosè, (θυμοειδῶς,) aduersùm, Magno animo. Cic. 4. Philipp. 155.
Nec solùm id animosè & fortiter, sed considerate etiam, sapienterque fecerunt. Idem. 3. Tusc. 26. Animosè defendere.
Grauiter, magnificè, animosèque viuere. Cic. 1. Offic. 131.
Animula, (ψυχάριον.) Vide ANIMA.
ANIO, Anienis, pen. prod. (ἄνιος,) Flauius in agro Tyburtino. Propertius lib. 3. Hic Anio Tyburne fluis. Dicitur ab eodem lib. 4. Pomifer, Ramosis Anio, qua pomifer incubat aruis. Habet etiam in nominatiuo Anien. Stat. lib. 1. Syl. 4. cleg. 5. 5.
Quas præceps Anien atque exceptura natatus
Virgo iunat. Virgil. 7. Aeneid. –gelidumque Anienem, & roscida rauis,
Hernica saxa colunt. Ouid. 14. Metam. 66. Quas Anienis
atque, cursuque breui fluuius Almo, &c.
Anienus, adiectiuum, (ἀνιήνιος,) vt Aniena fluenta. Virg. 4. Geor. 74.
Et Aniena lympha apud Propertium lib. 3. eleg. 16. 1.
Anienicolæ, anienicolæ, pen. corr. (ἀνιηνίκολος,) Qui incolit Anien. Sill. libro quarto. 45.
Quosque sub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arua creant, Anienicolæque Catulli.

Anisum, ī, pen. prod. (ἄνισον,) Herba. Plinius lib. 20. cap. 17. * & anisum aduersus scorpiones ex vino bibitur. Pythagorę inter pauca laudatum, siue crudum, siue decoctum. Item viride omnibus, quæ condiuntur, quæque intinguntur desiderium, & paulò pòst. Quin ipsum oris habitum iucundiorem facit, fœtoremque tollit manducatum, matutinis cum smyrneo & melle exiguo, mox vino collutum, & paulò pòst. Ob has causàs quidam Amicetum vocauere.
ANISVM, pen. corr. (ἄνισον,) vrbs esse videtur Siciliæ, apud Ouid. 4. Fastorum. 94. Iamque Leontinos, Anisenaque flumina cursu
Præterit. Vt flumina Anisena, aut Anisum flumen quod Anisio præter labitur. Nisi flumen Anisenum dicat, pro Anisio flumine.
ANNA, (ἄννα,) dea, ab annis quib' præsidebat, vocata est, & illi mense Martio priuatim & publicè sacrificabant, quo eis annare & peremnare liceret. Fuit enim Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuã fœrorem vidit, & Carthaginem ab Hiarba Getulorum Rege occupatam, relicta sede patria, ad Battum Regem, qui Melitę insulæ imperabat, cursũ arripuit. A quo iure veteris hospitij benignè susceptа, duos, & vltra annos ibi mansit. Sed quum Pygmalionem fratrem tam cum armis aduentare didicisset, Battus veritus potentiã illius, Annam vt inde abiret hortatus est. Mox igitur mare ingressa, dum Cameram naiugare contenderet, vi tempestatis acta in Laurentem oram peruenit, vbi tam Aeneas Pacatis rebus, & ducta vxore Lauinia imperabat. Hic tum fortè solo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errantem Annam aspexisset, & vix sibi persuadere posset eam esse, tandem agnitam compellat. Timuit illa principiò, soloris casum ante oculos ponens: postea vero ab illo benignè inuitata, in regiam cum eo profecta est. Cui mox Lauinia amorem coniugis suspectum habens, tendere insidias cœpit. Sed Anna in somnis à Didone monita, vt infaustam domum relinqueret, statim per fenestram exiliit. Quumque citato cursu ad Numicium amnem peruenisset, in eum se præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eã quæritantes per Laurentem agrum profecti sunt. Adparent vestigia pedũ vsq; ad Numicij amnẽ, vltra nihil videt. Quod dũ admirandis secum ais voluerant, ipsa loqui visa est: placidi fuit Nympha Numici.
Anne perenne latens Anna Perenna vocor. Ouid. 3. Fast. 131. Quapropter lęti conuiuia celebrarunt, eam pro Dea venerantes quem ritum postea longissimo tempore seruarunt.

Annales, Annalis, Annaria, Vide ANNVS.

Annauigo, annauigaui, pen. corr. (πρόσπλεω,) annauigare. Ad aliquem locum nauigare. Ex ad, & nauigo compositum. Plinius lib. 36. cap. 12. 2. Sanè conspicuę vndique annauigantibus, sitæ sunt in parte Africę.

Annecto, annectis, annexui, annexum, (πρόσδεω,) annectere, Simul nectere, alligare. Plinius lib. 10. cap. 37. Epistolas annexas earum pedibus. Idem lib. 5. cap. 29. Continenti annexuit. Idem lib. 4. cap. 14. Insulam continenti annectens. Id est coniungẽs. Sic Idem lib. 4. cap. 11. 9. Celsus lib. 4. cap. 3. Morbus qui modo caput scapulis, modo mentum pectori annectit.
Annecti ad Cic. 2. de Natura Deor. 203. Paulo supra quàm ad linguam stomachus annectitur. Pro eo quod est, linguæ annectitur. Amat enim Cicero plurimum præpositionibus vti.
Annexa ire aliqua. Plin. li. 28. cap. 8. 23. Cor annexũ in lana ouis nigræ.
Annexam scapham poppi funiculus trahebat. Cic. 2. de inuent. 136.
Annexus, huius annexus. Tacit. lib. 19. Igit numero colonorũ, opportunitate fluminũ, vber agri annexu cõmubiis q; gẽtiũ adoleuit, fortitq;

ANNIBAL, pen. corr. Annibalis, pen. etiam corr. (Ἀννίβας,) nomen viri Carthaginensis in re militari præstantissimi. Qui quũ minor viginti quinque annis esset Imperator electus, Hispaniam bello subegit, Alpes trãsiuit quæ inuię videbantur, Romanorum duces tribus præliis vicit, Romanosque maxima clade apud Cannas affecit.

Annellus, Vide ANNVLVS.

Anniculus, Vide ANNVS.

Annîtor, pen. prod. (ἀνατείνομαι,) Vide ADNITOR.

Annixus, pen. prod. & annixus, (ἀνατεταμένος.) Liu. 5. ab vrbe. 135. Et parres reficere inter cessores legis annixi sunt. Ibidem lib. 4. 122. Parres summa ope annixi sunt. Sic ibidem, lib. 8. 81.
Annisurus, & Annixurus, pen. prod. Liu. 2. ab Vrbe. 167. Annixum vt appareat exilio sibi tractos, non fractos animos esse. Ibidem lib. 140. Quod annixurus pro se quisque sit.

Anniuersarius, Vide ANNVS.

Annominatio, (παρονομασία,) est (inquit author ad Herennium lib. 4.) quum ad idem verbum & nomen accedit cõmutatione vocis, vel additione vnius liꝛę, aut literæ aut syllabæ, aut syllabarũ aut ad res dissimiles similia verba accidentia tur. Ea multis & variis rationibus conficitur. Latius ibidem id tractatur. Annominatio Ciceron lib. 1. de Ora. 142. παρονομασία dicitur.

Annôna, Vide ANNVS.

Annôsus, Vide ANNVS.

Annoto, ãnotas, pen. corr. (ὑπομιμνήσκω, ὑπομνήσκω,) annotare. Est propriè notam aliquã adscribere vt qui in libris aliquid signamus, vt inueniatur facilius. Author Corn. Frontus.
Annotare etiam dicitur, qui memoriæ causa aliquid refert in commentarium suum. Colum. lib. 12. cap. 3. 3. Sciret vnde daret, & memoriæ atque annotaret, quid, & quando, & cui dedisset. * Quintil. lib. 2. De quibus in Orthographia pauca annotabo.
Annotare dicuntur scriptores, quum aliquid memoriæ produnt. Plin. li. 7. c. 48. Quã in re & illud annotare succurrit. Idẽ lib. 14. c. 14. Vti is annotat. * Legere adnotare, excerpe aliqd ex lib. Plaut. 3. 3.
Annotare aliquid eursim. Vide CVRRO.
Annotatum est. Plin. lib. 2. cap. 25. 2. Breuissimum quo cernerentur septẽ septem dierum annotatum est. Pro, obseruatum est ac deprehensum, quæ à scriptoribus memoriæ proditum. Vtroque enim modo hoc verbum accipitur. Sic idem lib. 28. cap. 2. 16.
Annotari. Plin. lib. 3. cap. 5. 14. Hęc littora fontibus calidis tigẽtur q; terq; cætera in toto mari conchylio & pisce nobili annotantur. Id est, notabilia sunt vel insignia.
Annotare, pro Decernere. Sueton. in Caligula, cap. 17. Quum ad ferinam feratum muneri præparatarum earius pecudes comparaꝛentur, ex noxiis laniandos annotauit. Budæus.
Annotare eos absentes, Et, Annotati requirendi rei. Marcellus de Requirendis reis. Anni spatium ad occupanda bona eius qui requirendus annotatus est, pertinet. Et paulò pòst, Annus exinde computandus est, ex quo annotatio facta est, quæ vel ex edicto, vel etiam literis aut magistratum factis publicè innotuit. Ergò & viginti annorum tempus ex inde fisco numeratur, ex quo annotatio publicè innotuit. In somma sciendum est, nulla temporis præscriptione à causę defensione summoueri eum qui requirendus annotatus est.
Annotare deportandum. Vlpianus, Quando appellãdũ, si quidem in insulam deportandum annotauerit præses prouinciæ, & Imperator rescripserit vt deportetur, videamus, &c. Idem, Propter eiusdem casum, & siquis deportatus fuerit, ab eo qui deportandi ius habet, vel annotatus, neque vinculo patietur, neque vllam aliam iniuriam.
Annotator, Verbale, (ὑπομνηστής.) Qui aliquid annotat. Plin. Paneg. 80. Num enim ante medium diem distentus, solitaria cœna spectator annotatorque conuiuis tuis iamnines? Hoc est obseruator, vt videlicet notes, & obserues quantum quisque, aut edat, aut bibat.

Annotinus, Vide Annonã, in ANNVS.

Annuatim, Vide ANNVS.

Annulus, annuli, m. g. pen. corr. (δακτύλιος,) notæ significationis. Cic. 5. Verr. 160. Sæpe enim nostri Imperatores, de peratis hostibus, optimè Reipub. gesta, scribas suos annulis aureis in concione donarunt. Idem. 5. de Finib. 6. Cuius magistem non modò in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & in annulis habent. Plin. lib. 13. cap. 9. 5. Lignum intus grandis firmæque duritiæ, ex quo velares detornant annulos.

Annulus

Annulus aureus, insigne erat equestris ordinis. Horat. 2. Serm. saty. 7.
Annulus signatorius. Valerius lib. 8. cap. 15. de L. Sylla.
Annuli pallam ad palmam conterere. Cic. 3. Offic. 49.
Fulget annulus ingens. Iuuenalis saty. 7. 15.
–Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit numnos, nisi fulserit annulus ingens.
Detrahere annulum, & Induere, contraria. Cic. 3. Offic. 49.
Annulo sigilla imprimere. Cic. 4. Acad. 151.
Induere digitis annulum. Plin. lib. 33. cap. 1. 2. Vide INDVO.
Annellus, diminutiuum, (δακτυλάριος,) Lucretius lib. 6. Verberat annellum dubio procul. Horat. 1. Serm. –sæpe notatus
Cum tribus annellis. Cic. 5. de Finib. 5. Epicuri imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis, & in annellis habent. Sic legit Nonius, nunc annulis legitur.
Annularius, substantiuum, (δακτυλιοπλάστης,) Annulorum artifex. Cic. 4. Acad. 151. An tibi erit quæstionibus annularius aliquis, quoniam gallinarium inuenisti Delius cum illum qui ova cognosceret?
Annulatus, penult. prod. adiectiuum, (δακτυλιωτός,) Id est annulis ornatus. Plaut. Pœnulo. 16. 51. Quia incedunt cum annulatis auribus. De iis loquitur, qui in perforatis auriculis annulos gestant.
Annularis, & hoc annulare, pen. prod. (δακτυλικός,) vt Annularis digitus. Gellius lib. 10. cap. 10.

Annumero, annumeras, penult. corr. (προσαριθμέω,) annumerare, Proprię significat numero aliquid addere, vel ad numerum adiungere. Cic. 2. de Diuinat. 4. Atque his libris annumerandi sunt sex de Repub. Plin. lib. 18. cap. 10. Medicaminibus annumerandum potius quàm frugibus. Idem lib. 15. cap. 20. 1. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 1. –& mihi nomen
Tunc quoque, quum vates annumeraret, erat.
Annumerare, interdum significat idem quod simplex numerare. Cic. 1. de Nat. deor. 4. Vt eorum molestum sit annumerare sententias. Idem de Opt. gen. orat. 148. Annumerare verba lectori.
Annumerare, dictum de pecunia. Plaut. Merc. 3. 89. Talentum mihi argenti ipse annumerat sua manu. Cic. 5. Verr. 169. Quum tibi Senatus ex ęrario pecuniam promp sisset, & singulos tibi denarios annumerasset. Idem. 1. Verr. 31. Cogit Quæstorem suum pecuniã quam ex Agonidis bonis redegisset, eam mulieri omnem annumerare & reddere. Idem. 4. Verr. 101. Tereut. Adelph. 3. 3. 15. Argentum annumerauit filico. Caius de Contrahen. empt. L. Quod sæpe. Vt non aliter perfecta videatur venditio, quàm si annumerata, appensa, admensaue sint.
Annumerare cum. Cic. in Sallust. 4. Vnà cum illis annumeratus esses.
Annumerare in. Cic. pro Rolcio Amer. 54. Verum ego fortũ propter multitudinem patronorum, in grege annumerer. Ouid. 5. Trist. 5. 4. Se quoque in exemplis annumerare solet.

Annuntiare (προσαγγέλλω,) Idẽ qd nũtiare. Ci. Att. li. 5. 101 1. Quæ mihi annũtiabant. Vide OBNVNTIO.
Annũtiare è lõginquo. Plin. lib. 7. ca. 52. Animã relicto corpore errare sola, vagamq; è lõginquo multa annũtiare. Vide LONGINQVVS.
Annuntiare falsum, pro Salutem dicere. Cic. Attico, lib. 12. 32. 2. Eiq; interea (vt scribis) falsum annuntiabis.

Annuo, annuis, annui, (νεύω,) annuere, Proprię nutu (id est signo capitis) assentiri. Liuius. 5. ab Vrbe, Deinde quum quidam sen spiritu diuino tactus, seu iuuenili ioco, Vtique Romam re iunoscli xisset: annuisse cæteri deam conclamauerunt. De Iunonis simulachro loquitur. Virg. 3. Aeneid. 25. Annuit, & totũ nutu tremefecit Olympũ.
Annuere toto capite aliquid. Cic. 2. de Orat. 157.
Vellere signa annuunt superi. Virg. 11. Aeneid. 4.
Annuere, Affirmare. Plaut. Bacch. 4. 9. Ego autem venturum annuo. Potest hic accipi pro eo quod est promitto.
Annuere, verbo ipso assentiri. Terent. Eunuch. 3. 5. 31.
–ne abscedam imperat:
In interiore parte vt maneam solus cum sola. anno, Cic. 3. in Catil. 55.
Annuere, pro nutu sectari. Tacitus lib. 15. Idem Sobrio Flauio assistenti annuentiq; an inter ipsam cognitionem distringeret gladium, cædemque patraret, retinuit, fregitque impetum. Budæus.
Annuere alicui, Promittere. Virg. 1. Aeneid. Nos tua progenies cœli quibus annuis arcem. Plaut. Bacch. 4. 9. Ego autem venturum anno.
Annuere aliquem, Nutu significare. Cic. 3. Verr. 113. Erepta est facultas eorum quos iste annuerat.
Significare & annuere. Cic. 5. Verr. 183. Hoc enim mihi significasse & annuisse visus est.
Annuit cœptis hominis, & homini incipienti Deus. Id est Fauet. Virgil. 1. Georg. 8. Atque audacibus annue cœptis. Ouid. 7. Metam. 96.
–& præsens ingentibus annuat ausis. Idem. 1. Fast. 3.
Annue conanti per laudes ire tuorum.
Supereest vt promissis Deus annuat. Plin. epist. 22. d.
Si Deus annuerit, Id est fauerit, vel dederit quod optamus. Plinius epistola. 144. 2. Intra quartum & vicesimum annum maritus: &, si Deus annuisset, pater.

Ore sereno vel pacato annuere. Mart. lib. 2. 24. –quòd si Deus ore sereno Annuerit, felix Candide solus eris. Ouid. 14. Metam. 119.
Quibus facili Deus annuet aure. Propert. lib. 1. Eleg. 1. 7.
Annuere, Concedere. Vide ANNVERE.
Annuere victoriam. Virg. lib. 12. Aeneid. 38. Si nostrum annuerit nobis victoria Martem. Pro si Mars annuerit victoriam.
Annuere nutum. Liu. 7. ab Vrbe. 141. Annuite Patres Conscripti nutum numenque vestrum inuictum Campanis, & iubete sperare incolumem Capuam futuram. Hoc eadem figura dictum est, qua Viuere vitam, & Seruire seruitutem.

Annus, anni, (ἐνιαυτός, χρόνος.) Quid sit, vulgò notum est. Festus, Annus ex Græco venit, quem illi ἐνιαυτὸν dicunt, & quod nos trienniũ, illi dicunt τρίετες. Seruius, Annus dictus est quasi anus, id est annulus, quòd in se redeat: vt est, Atque in se sua per vestigia volutus annus: vel κατὰ ἀναστροφὴν ἡλίου, id est ab innouatione. Tria sunt genera annorum. Aut enim lunaris annus est CXXX dierum. Aut solstitialis XII mensium. Aut secundum Tullium, lib. 2. de Natu. Deorum. 74. Magnus, qui tener CXII millia quingentos LIIII annos, vt in Horten sio. Et horum annorum, quos in fastis habemus, magnus XII millia quingentos LIIII amplectitur.
Nomina anni. Ouidius. 1. Fast. 32.
Series annorum & fuga temporum. Horat. 3. Carm. ode. 30. 1.
Spatia annorum. Propert. lib. 3. eleg. 21. 7.
Verruntur annorum tempora. Lucret. lib. 5. 289.
Sol vt Luna suo lustrantes lumine circum
Perdocuere homines annorum tempora verti.
Via anni solisque. Virgil. 6. Aeneidos. 159. –iacet extra sydera tellus,
Extra anni solisque vias.
Vices annorum. Seneca in Hercule Oetheo. 11. 1.
Fortior annis. Ouid. Amor. 3. eleg. 6. 9.
Grauis annis. Virg. 9. Aeneid. 11.
Integer annorum. Statius. 1. Thebaid. 85. Celsior ille gradu procera in membra, simulque Integer annorum.
Iuuenilior annis. Ouidius. 14. Metam. 128.
Silemusque fuis semper iuuenilior annis.
Anni incipientis primum diem, lętis precationibus inuicem fausto omiabantur Erhuci. Plinius lib. 28. cap. 2. 12.
Maturior annis Remulus. Ouid. 14. Metamor. 124. Tacitus lib. 1.
Tiberum Neronem maturum annis, spectatum bello, &c.
Maximus annis. Virg. 1. Aeneid. 68.
Fama obscurior annis. Virg. 7. Aeneid. 41.
Pharius annus. Claudianus de bello Gildonico. 12. Pensabam Pharium Getulis mensibus annum.
Phrygius annus. Statius. 5. Thebaid. 151.
Nam deus ille deus, Pyliæ nec fata senectæ
Maluerit, Phrygiis aut degere longius annis.
Anni extremo. Tacitus lib. 1. Extremo anni mors Aelii Lamiæ funere Censorio celebrata.
Anni extremo. Tacitus lib. 1. Extremo anni mors Aelii Lamiæ funere Censorio celebrata.
Anni exitu. Tacitus lib. 1. Exitu anni diu aucta discordia cõsulũ erupit.
Anni fine. Tacit. lib. 11. Fine anni vulgantur prodigia imminentium malorum nuntia. Idem lib. 3. Fine anni Clutorium Priscum equitem Romanum post celebre carmen, &c.
Anni apti lusibus. Ouid. Epist. 21. 5.
Alternus annis. Vide ALTERNVS.
Bellicosior annus. Liu. lib. 10. ab vrb. 38.
Binus annis. Vide BINI.
Breues anni. Horat. 4. Carm. ode. 13. 5.
Celeres anni. Statius. 3. Syl. eleg. 3. 4.
Clymactericus annus. Vide CLIMAX.
Consumptus annus. Sil. lib. 15. 21.
Dissimiles annos fortia temperat artis. Claud. in Epigram. 42. 5.
Emeriti anni. Ouidius. 15. Metam. 46.
Inde valens, velocique fui, spatiumque iuuentæ
Transit, & emeritis medii quoque temporis annis
Labitur occulte per iter decliue senectæ.
Extremus annus. Virg. 3. Georg. 60. –extremoque irrorat Aquarius anno. Hoc est mense Ianuario. Nam à Martio mense inchoabat annus apud maiores. Hæc Seruius.
Agere annos extremos. Ouid. 4. Metam. 10.
Fallax annus. Virg. 11. Aeneid. 144.
Nec fraus te incolumem fallaci perferet anno.
Faustus annus. Ouid. 1. Fast. 13.
Fertilis annus. Propertius lib. 4. eleg. 9. 3.
Fœlior annus est, cinctusque imitata Gabinos. Claud. 6. Paneg. 1.
Florentes anni. Stat. 3. Syl. 1. 5.
Fœcundus annus. Ouid. 3. Amorum, eleg. 9. 8.
Formosissimus annus. Virg. 3. Eclog. 12.
Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus.
Fugaces labuntur anni. Horat. 2. Carm. ode. 14. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grauissim' & pestilétissim' annus. Cic. ad Titiũ lib. 5. 16. 10.
Hybernus annus. Horat. in Epod. 1. 6.
Ignauus annus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 15. 1.
Quid mihi liuor edax ignauos obiicis annos?
Immunes anni. Lucanus libro. 8. 138.
–quibus immunes tot præstitit annos.
Annus impubes. Ouidius. 9. Metam. 84.
Iuppiter his motus, priuignæ dona nurusque
Præcipiet, facietque viros impubibus annis.
Annus iners. Ouidius. 1. Fast. 34.
* Imbellem annum agere. Vide Imbellis.
Infamis annus pestilentia. Vide INFAMIS.
Infœcũs annus. Vide INSEQVOR.
Intercalaris annus. Vide INTERCALARI
Iustos annos peragere. Ouid. 10. Metam. 8.
Iuuenales anni. Ouid. 8. Metam. 127.
Lethifer annus. Virg. 3. Aeneid. 18.
Locuples frugibus annus. Horat. 1. Epist. 1. 18.
Longus annus. Ouid. 1. Metam. 55.
Sternuntur segetes & deplorata colonis
Vota iacent, longúque perit labor irritus anni.
Longus annus, Ouid. 4. Fast. 5.
Hoc pater Iliades longum quum scriberet annum, Vidit.
Luctifer annus. Valerius Flaccus. 3. Argo. 91.
Magnus annus. Vide MAGNVS. Dicit hic etiã vertes. Vide VERTO
Sol voluitur circum magnum annum. Virg. 3. Aeneid. 57.
Interea magnum sol circumuoluitur annum.
Melioribus natus annis. Virg. 6. Aeneid. 130.
Magnanimi heroes nati melioribus annis.
Minor annus geminis mensibus. Ouid. 3. Fast. 10.
Molles anni. Ouid. 1. Epist. 13.
Est tibi istúque precor natus, qui mollibus annis
In patrias artes eruditus erat.
Nitidissimus annus. Ouid. 5. Fast. 42.
Nouus annus incipit. Ouid. 1. Fast. 30.
Nubiles anni. Ouid. 14. Metamorph. 67.
Par annus diuersis quatuor temporibus. Virg. 1. Georg. 52.
Piger annus. Horat. 1. Epist. 1. 5.
Plenus annus. Horat. 3. Carm. ode. 18. 1.
Plenis annis nubilis virgo. Virg. 7. Aeneid. 11.
Pomifer annus. Horat. 3. Carm. ode. 23. 2.
Præceps annus. Senec. in Herc. Oeth. 8. 13.
Prunis annis eximẽda vitia. Quint. li. 1. cap. 1. 27. & Virg. 8. Aenei. 102.
Proni anni. Horat. in Arte poet. 12.
Vt sylue foliis pronos mutantur in annos.
Pubescentes anni. Stat. 2. Thebaid. 145.
Pueriles anni. Quintil. lib. 1. cap. 11. 11. & Ouid. 5. Epist. 32.
Robustior annus. Ouid. 15. Metam. 42.
Transit in ætatem post ver robustior annus.
Romanus annus. Ouid. 3. Fast. 15.
A te principium Romano dicimus anno.
Rudes anni. Senec. in Thyeste. 3. 29.
Rudibus annis aliquid percipere. Quint. lib. 1. cap. 1. 4. & 15.
Seniles anni. Ouid. 7. Metam. 33.
Seri anni. Ouid. 9. Metam. 88.
* Sitiens annus. Plin. lib. 15. cap. 4.
Steriles annos transmittere. Stat. 4. Syl. 2. 3.
Sydereus annus. Val. 3. Argon. 80. –quo flamea nunquam
Sol inga sydereos nec mittit Iuppiter annos.
Teneri anni. Ouid. 4. Epist. 10. & Persius Saty. 5. 4.
¶ Absolutus perfectúsque annus. Cic. de Vniuers. 42.
Accessit annos tertius de syderio & labori. Vide ACCEDO.
Accessio annorum. Vide ACCEDO.
Addere annum labori. Cic. ad Qu. fratrem lib. 1. 1. 6.
Addere annos. Ouid. 9. Metam. 83.
Addere duos annos ad duo lustra. Vide ADDO.
Adolere ter senos annos. Vide ADOLEO.
Aequare annos. Ouid. 15. Metamorph. 166.
Nec nisi quum senior similes æquauerit annos,
Aetheriasque sedes cognataque sydera tanget.
Affluentes anni. Horat. 4. Carm. ode. 11. 4.
Agere annos. Ouid. 9. Metam. 89. Vide AGO. Cic. de Senect. 28.
Aperit annum Taurus auratis cornibus. Virgil. 1. Georg. 44.
Cedere annis dicuntur uina. Vide CEDO.
Circumagit se annus. Vide CIRCVMAGO.
Colligere annos. Vide COLLIGO.
Compleuit annos centum. Vide COMPLEO.
Crescentibus annis. Ouid. 1. de Arte amandi. 3.
Defecti anni. Ouid. 23. Epist. 117.

Egressus quinqum annum. Quintil. lib. 6. in proœmio. 6.
Exuberat annus pomis. Virg. 2. Georg. 164.
Esse annis æqualem alicui. Ouid. 1. Metam. 151.
Eunt anni more fluentis aquæ. Ouid. 3. de Arte. & Horat. 2. Epist. 2. 11.
Excedere annos centenos. Vide CENTENI.
Exigere annum cum aliquo. Virgil. 1. Aeneid. 16.
Exeunte anno. Cicero. 1. de Diuinat. 95. Quinto autem anno exeunte ad Syracusas occidit.
Expleto anno ætatis vndenigesimo. Quintil. lib. 6. in proœm. 5.
Extendere suos annos. Senec. in Troade. 6. 59.
Ferre annos dicuntur uina quædã, & vetustate proficere. Quin. li. 7. ca. 4. 7
Felli anni. Seneca in Hipp. 2. 37. Solamen annis vnicum fessis hera.
Fracti anni. Senec. in Hipp. 1. 2. 20.
Habere annos. Cic. pro Cecinna. 40. Testamento si recitatus heres esset pupillus Cornelius, isque iam annos viginti haberet.
Incipit annus vicesimus. Vide INCIPIO.
Implere annum. Ouid. 9. Metam. 68.
Inque suum puerum qui nondum impleuerat annum,
Dulce ferebat onus. Vide IMPLEO.
Implet annum Luna mensibus. Ouid. 3. Fast. 132. Sunt quibus hæc lex est, quia mensibus impleat annum.
Impleuerat iam annum quinquagesimum. Quintil. lib. 3. cap. 1. 10.
Indefessi anni. Silius lib. 13. 26. –felixque senectam
Mille indefessos viridem duxisse per annos.
Infignire annum cladibus. Vide INSIGNIS.
Interesiit annus. Vide INTERCEDO.
Interfuerunt anni decem. Vide INTERREST.
Irrorare annum flatibus. Claud. 2. de Raptu Proserpinæ.
–assiduis irroras flatibus annum.
Labuntur anni. Horat. 2. Carm. ode. 14. 1.
Eheu fugaces Posthume Posthume Labuntur anni.
Labens annus cœlo. Virg. 1. Georg. 2. –vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.
Labens annus tacitè. Ouid. 1. Fast. 13.
Iane biceps anni tacitè labentis origo.
Marcet corpus annis. Lucret. lib. 3. 193.
Metiri annum longum. Ouid. 4. Metam. 46.
Natus annos decem. Vide NASCOR.
Obire annum petitionis. Vide OBEO.
Perfecti anni. Ouid. 15. Metam. 164.
Hic fua compleuit, pro quo Cytherea laboras,
Tempora, perfectis quos terræ debuit annis.
Referre annos præteritos, pro Iuuenem facere dicitur Deus. Virgilius. 2. Aene. 110. O mihi præteritos referat si Iuppiter annos. Id est reddat.
Recolligere annos primos. Ouid. 6. Metam. 44.
Nunc opus est succis per quos renouata senectus
Inflorem redeat, primosque recolligat annos. Id est recipiat.
Recurrentes anni. Horat. 2. Epist. 1. 30.
Rediens annus. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 17.
Sine diem festum rediens adduxerit annus.
Relinquere annos. Stat. 2. Syl. 1. 22.
Renouare annos. Ouid. 9. Metam. 86.
–Venerem quoque cura futuri
Tangit, & Anchisæ renouare pacisci tur annos.
Resumere annos virides. Stat. 3. Syl. 1. 33.
Seruare annos. Ouid. 8. Metam. 91.
Seruatusque suos inuenis seruauerat annos.
Silentes anni. Claud. 8. Paneg. 32.
Superare annos memores. Stat. 10. Thebaid. 88.
–quàmuis mea carmina surgant
Inferiore lyra, memores superabitis annos.
Tacitus annis senescimus. Ouid. 6. Fast. 156.
Venientes anni, Anni recedentes, contraria. Horat. in Arte poet. 56.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt.
Vergere annis. Tacitus libro. 13. Sextium Africanum nobilem iuuenem à nuptiis Syllanæ deterruerat Agrippina, impudicam & vergentem annis dictitans.
Verrit se annus. Iuuenal. Saty. 7. 25. –quum se verterit annus.
* Infra finem anni vertentis. Sueton. in Cal. cap. 37. Hoc est finito & conuerso anno.
* Anno ferè vertẽte stella Mercurii signiferũ lustrat orbẽ. Cic. de Nat. 77
Verteris annus. Cic. 13. Philip. 360. Apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis.
Viuere annos bis centum. Ouid. 12. Metam. 38. –vixi
Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.
Voluitur annus in se. Virg. 2. Georg. 81.
–redit agricolis labor actus in orbem:
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

Volens

Volens annus. Ouid. 5. Metam. 113.
Iuppiter ex æquo volentem diuidit annum.
Volentibus annis. Virgil. 1. Aeneid. 43. Certè hinc Romanos olim volentibus annis. Id est volabilibus. & est participium pro nomine. Volens enim est qui voluit. Volubilis autem qui voluitur. Anni autem voluuntur, non volunt. Seruius.
¶ Ante annos occidere. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 10.
In annum & In hunc annum. Vide IN.
In annum decimum durare. Ouid. 13. Metam. 145.
In annos singulos. Vide IN.
In annum venientem curas extendere. Virgil. 2. Georg. 84.
Iam tum acer curas venientem extendit in annum Rusticus.
In annos patrios inquirere. Ouid. 1. Metam. 30.
Filios ante diem patrios inquirit in annos.
In nouum annum premere opus aliquod. Horat. in Arte poet. 79.
–nouumque premàtur in annum.
Inter tot annos. Vide INTER.
Intra quatuor annos. Vide INTRA.
Per annos longos deseruire. Ouid. 1. Amorum, eleg. 3. 1.
Per annos durare. Virgil. 2. Georg. 20.
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Per annos mille. Virgil. 6. Aeneid. 150.
Per annos ferre. Virgil. 3. Georg. 9.
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas
Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos.
Sub annis primis. Ouid. 15. Metam. 37.
Annales, pen. prod. annalium, masc. g. (ἐνιαύσιοι,) Nomen ab annus deriuatum. Seruius, Inter annales & historiam hoc interest: Historia est eorum temporũ quæ vel vidimus, vel videre potuimus: dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, id est videre. Annales verò sunt eorum annorum & temporũ, quæ ætas nostra non nouit. Vnde Liuius ex annalibus & historia constat. Hæc tamen confunduntur licenter. vt Virg. 1. Aeneid. 76. Et vacet annales nostrorum audire laborum. pro historia, inquit annales. Hactenus Seruius. Gellius lib. 5. cap. 18. Historias quidam esse aiunt rerum gestarum vel expositionem, vel demonstrationem, vel quo alio nomine id dicendũ est. Annales verò esse, quum res gestæ plurium annorum obseruato cuiusque anni ordine, deinceps componuntur. Cic. 2. de Finib. 107. Vt enim nos ex annalium monimentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis.
Annales Pop. Ro. & monumenta vetustatis. Cic. pro Domo sua. 67.
Annalium monumenta. Quintil. lib. 1. cap. 4. 14.
Annalium ordo. Cic. ad Lucceium, lib. 5. 11. 12.
Ex annalibus cognoscere. Vide COGNOSCO.
* Annalis hanus Annalis in numero singulari. Quint. lib. 6. cap. de Risu.
Annales, pro Fastis, id est Pontificum monumentis, dierum & totius anni descriptionem & ordinem continentibus: quum tamen hæc duo inter se differãt. Ouid. 1. Fast. 2. Sacra recognosces annalibus eruta priscis. Cic. 1. de Legib. 2.
Annãlis, pen. prod. in singulari, eiusdem generis, (ἐνιαύσιος,) Gel. lib. 2. cap. 1. Posuimus igitur verba ipsa Quadrigarii ex annali eius VI tran scripta. Id est ex sexto Annalium libro. Sic idem sæpe alibi. Cic. Atti. lib. 12. 14. 1. Et vt sciat me ita dolere, vt non taceam quibus COTTA. Carneades & ea legatio venerit Romã, scripsi est in tuo annali. Pro, in tuis annalibus. Plin. lib. 7. cap. 28. 1. Q. Ennius T. Cæcilium Teucri, fratrẽq; eius præcipuè miratus, propter eos sextũ annalẽ adiecit.
¶ Inuenimus in annalibus, &c. Plin. lib. 7. cap. 4. 1.
Ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Cicero pro Murena. 14.
Annales priscos volucre. Claudian. 3. Paneg. 37.
Est in annalibus nostris peperisse sæpe. Plin. lib. 8. cap. 54.
Annalis, adiectiuum, (ἐνιαύσιος,) Vnde legem annalem dixerunt, quę præscribebat legitimam ad petendum magistratum ætatem. Cic. 3. de Legib. 11. Ciuitatem annali lege seruanto. Idem. 2. de Orat. 145. Vt olim Rufca quum legem ferret annalem, &c. Idem. 5. Philipp. 198.
Annale tempus. Varro. 1. de Re rustica, cap. 27. 1. Et quoniam tempora dnorum generum sunt: vnum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum mensiuum, quod luna circumiens comprehendit. De anno & mense intelligit.
Anniculus, pen. corr. (ἐνιαύσιος, ἐνιαύσιος,) Adiectiuum est, non autem diminutiuum, id est vnius anni, vt anniculus puer, anniculus taurus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 5. 12. Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices septuagintaduos, vnum anniculum, alterum bimum. Plin. lib. 9. cap. 41. Anniculo gramini languidus succus.
Anniculus etiam de inanimatis dicitur. Plinius Iun. Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, & iterum binas.
Anniculæ ætas. Columel. lib. 7. cap. 9. 1. Maximeque quod ad rem pertinet, quàm falsa iudicia nos oportet esse mares, qui & anniculæ ætate commodi progenerant.
Annifer, adiect. pen. corr. (ἐνιαυτοφόρος,) Plin. lib. 19. cap. 7. 5. Quædã

& radice & semine: vt cæpa, allium, bulbi, & siquorum radicem annisa rorum relinquunt. Videtur herbas significare, quæ per totum annum durant, quasi toto anno prouentum ferentes. * Idem 16. cap. 26. Cedrus & Iuniperus & Ilex annifere habentur. nouisque fructus in his eum annotino pendet. Bayfius legendum cẽset in superiore exemplo, Minime folia relinquunt ex veteri exemplari quod, Florem, legit.
Annuersarius, (ἐνιαύσιος,) adiectiuum, id est quod singulis annis fit, vt Annuersaria sacra. Cice. 6. Verr. 76. Annuersaria vicissitudo. Cic. 2. de Nat. deorum 141. Sic annuersaria febris, quæ singulis annis statis tempore recurrit.
Annuersarii vicini. Varro de Re rust. lib. 1. ca. 16. 4. Itaque in hoc genus coloni portus annuersarios habent vicinos, quibus imperẽt, medicos fullones, fabros, qui in villa suos habeant, quòd nonnunquam vnius artificis mors tollit fundi fructum, quam partem latifundi diutes do mesticæ copiæ mandare solent.
Annõna, annonæ, pen. prod. (σιτηρέσιον, πτερονή,) Anni alimonia est: nec frumenti solum, sed etiam aliarum rerũ. Colu. lib. 9. Vel lacis annona permittit. Cice. 2. Offic. 85. In caritate annonæ, asse modium dedit. Idem 2. de Diuinat. 87. Ar si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Columel. lib. 3. cap. 21. Necessitas cogit agricolam mustã annonam expedire. Terent. And. 4. 4. 7. Annona cara est.
Acris annona. Tacitus lib. 4. Plebes acri quidem annona fatigabatur, sed nulla in eo culpa ex principe.
Arctior annona. Sueton. in Claudio, cap. 10. Arctiore autem annona ob assiduas sterilitates, dicentes quondam medio foro à turba, &c. Idem in Galba, cap. 7. Milori qui per expeditionem annona arctissima residuum cibariorum tritici modium, cẽtum denariis vendidisse arguebatur, vetuit simul atque indigere cibo coepisset, à quoquam opem ferri: & ni fame extabuit.
Annona cara. Vide CARVS.
Compressam annonam vocat. Liuius lib. 8. Decad. 4. Cuius pretium per coemptionem esset intentum.
Difficultas annonæ, summaq; inopia rei frumẽtariæ. Ci. pro Domo sua 10.
Facta durior annona. Cicero pro Domo sua 12.
Fœsæ annonæ prouincia. Tacitus lib. 17.
Prouinciam aditu difficile annonæ fœcundam.
Graui annona conflictari. Vide CONFLIGO.
Grauitas annonæ. Tacit. lib. 5. Grauitate annonæ inxta seditionẽ ventũ.
Incendium annonæ. Quintil. in Fastu cardaueri, etiam siquid reliqui erat, vt cuius quidam venderent, ad annonæ incendium suppressum est.
Vilitas nec opinata cõsecuta est annonã carissimã. Ci. pro Domo sua 12.
Ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecura est annonæ vilitas. Cice. pro Leg. Man. 31. Horat. lib. 1. Epistо. 12. 5.
Attentare annonam, & vexare. Vlpianus in L. Annonam attentare. De extraordin. crimin.
Commutata annona. Cice. pro Domo sua 12.
Comprimere annonam. Liuius, Ob compressam annonam frumentarios legatos.
Comualescit annona. Sueton. in Augusto cap. 42. Magna verò quondam sterilitate ac difficili remedio, quum venalitias & lanistarum familias, peregrinosque omnes, exceptis medicis & præceptoribus, partemque lenonum vrbe expulisset: vt tandem annona conualuit, impetum fecepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum aboleudi, quòd earum fiducia cultura agrorum cessarat.
Crescit annona. Cæsar belli Gallici lib. 1. His tamen omnibus annona creuit: quæ ferè res, inopis non solum præsentis, sed etiam futuri temporis timore, ingraueiscere consuent. Iamque ad denarios quinquagẽta in singulos modios annona peruenerat.
Excandefacere annonam. Vide EXCANDEFACIO.
Flagellare annonam. Plin. lib. 33. cap. 13. circa finem, Pretia rerum quæ viquam pẽsuimus, non ignor amus in aliis locis esse, & omnibus penè annis mutari, prout nauigationes constiterunt, aut vt quisque mercatus sit, aut aliquis præsidens manceps annonam flagellet.
Inferre caritatem annonæ. Plin. lib. 18. cap. 18. erciter medium.
Incendere annonam. Varro de Re rust. lib. 3. ca. 2. 13. Quæ nunc innumerabiles incendunt annonam. Hoc est cariorem faciunt.
Ingraueiscit annona. Vide INGRAVO.
Laxat annona. Vide LAXVS.
Laxior annona. Liuius 1. Decad. lib. 2. Vbi cum pace laxior etiam anno nã rediit, ex aduecto ex campania frumento.
Leuare vibis annonam. Vide LEVIS.
Leuare populũ in annonæ caritate, frumẽto suppeditato. Vide LEVIS.
Non habet pretium annona. Cice. 5. Verr. 195.
Prodesse annonæ. Horat. lib. 1. Epistо. 17. 15.
¶ Annona, pro mensirua vel annua mercede ac stipendio. Vegetius de Re militari, Torques aureus solidæ virtutis præmium fuit, quem qui meruisset, præter laudem, duplas consequebatur annonas.
Hæc annona in gymnasiis Parisiensibus dicitur bursa: in canonicorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed aliis præbenda. Sed in his omnibus annuum Latinius est, quàm annona. Vide Annus.

Annuarius, (ἐτησίος, ὀνικός,) Qui ad annonam pertinet. Vegetius li. 3. cap. 3. Ante igitur, quàm inchoetur bellum, de copiis expensisque solers debet esse tractatus, vt pabula, frumentum, cæteræque annonariæ species, quas à prouincialibus cõsuetudo deposcit, naturius exigatur.

Annornus, Vide post Annosus,

Annosus, pe, pro. Adiectiuũ, (πολυετὴς,) Qui multos habet annos, vt Annosa arma. Qui. 2. Fast. 115. Ecce anus in mediis resides annosa puellis.

Brachia vlmi annosa. Virg. 6. Aeneid. 57. Et lib. 2. Annosa ornus.

Annosio degit ævo gens Hyperboreorum. Plin. lib. 4. cap. 12. 46.

Falernum annosum. Martialis lib. 6. 27.

Mernm annosum. Tibul. lib. 2. Eleg. 7. 6.

Mundus annosus. Seneca in Oedipo 5. 20.

Palarum annosum. Horat. 2. Sermo. Saty. 3. 55.

Quid quum balba feris annoso verba palato?

Annoso robore lucus. Silius lib. 3. 39. Et apud Virgilium 2. Aeneid.

Senex annosus. Ouid. lib. 1. de Arte Amandi 3.

Senectus annosa. Ouid. 7. Metamorpho. 48.

Vetustas annosa. Ouid. 1. de Trist. eleg. 2. 3.

Voluminis varum annosa. Horat. 2. Epistо. 1. 6.

Annotinus, adiect. pen. prod. ab annus, (ἐνιαύσιος,) Quod est vnius anni. Colum. lib. 3. cap. 24. 7. Vngues custodiam annotinos resecato.

Annotinus, adiect. ab annona, Quod ad annonã pertinet, vt naues annotinæ, quibus annona comportatur. Cæsar lib. 5. bel. Gal. 34. Multitudine nauiũ perterritæ, quæ eum annotinis primatibus, quas sui quisq; cõmodi causa fecerat, amplius octingentæ vno erant visæ tempore.

Annuus, adiectiuum, (ἐνιαύσιος, ἐνιαυτικὸς,) Quod vnius anni spatium cõtinet. Plaut. Asin. 1. 6. 16. Non ædepol conduci possum. vita vxoris annua. Cicero Cassio, lib. 15. Ad hanc prouinciam, quam & Senatus & populus annuam esse volunt. Idem ad Paulũ, lib. 15. 1. 4. Magnopere à te peto, vt operam des, efficias nequid mihi fiat iniuriæ, neve quid tẽporis ad meum annuum munus accedat.

Annuum est aliquid fieri. Plin. lib. 11. cap. 39. Quadrupedibus pilum cadere atque submolli annuum est.

Annuæ vices. Plin. de Viris illust. 1. Quibus regnum annuis vicibus habẽdum reliquit, & vt alternis imperarent. Id est vt suo vicissimque anno vicissim regnarent. Plin. Natu. hist. lib. 10. cap. 10. 1. Cauda pauonis annuis vicibus missa eam foliis arborum.

Annua vice, pro Annuis vicibus. Plinius lib. 2. cap. 39. Quis enim æstates & hyemes, quæque in temporibus annua vice intelliguntur, ipsa rerum natura fieri dubitet?

Annua dies pro Vnius anni tempore. Cicer. Attico, lib. 12. 33. 2. Perde re malo (etsi præter ipsam turpitudinem hoc ipsum puto esse perdere) aut delegatione in mancipe annua die. quis erit, cui credatur, &c. Idem ad Fabium Gallum lib. 7. 14. 1. Sic apud Iurisconsultos legitur, Annua, bima, trina die.

Annuæ copiæ. Tacitus in vita Agricolæ, Nam aduersus moras obsidionis annuis copiis firmabantur.

Annuum tempus. Ci. ad Atticum, lib. 6. 1. 16. 4. Etsi annuum tempus, propè tamen emeritum habebamus (dies enim XXXIII. erant reliqui) solicitudine prouinciæ tamẽ vel maxime vrgebamur. Eidem lib. 15. 328. 7.

Annuum, Quod singulis annis fit: dictum quasi anniuersarium. vt Annua sacra. Virgil. 1. Georgic. 68.

– atque annua magnæ
Sacra refer Cereri. Sic annua febris, id est anniuersaria. Valla lib. 4.
Sic Propertius lib. 3. elegi 3. 7.

Annua certamina. Incanus lib. 1.

Cultura annua. Horat. 3. Carm. 24. 3.

Cura annua milio venit. Virgil. 1. Georgic. 44.

Annuus sumptus. Cicer. Attico, lib. 15. 328. 8.

Annuus orbis. Virgilius 5. Aeneid. 10. Annuus exactis completur mentibus orbis. Vbi Seruius, Annuus orbis, quia menses in se recurrunt & annum faciunt.

Annuum, absolutè positum, Significat alimenta in singulos annos. Vlpianus de Annuis leg. & fid. commiss. L. Si cui annuum fuerit relictum sine adiectione summæ, nihil videri huic relictum Mela ait. Suetonius. Peculio concesso à patre, præbitisque annuis, fraudauit per speciem publicæ turis. Plinius epistо. 148. Atque etiam vt publici serui annua accipiunt. Vide ANNONA.

Annuatim, (κατ' ἔτος,) adverbium ab anno, Per singulos annos. Valla lib. 6. cap. 8. locum Plinii lib. 17. cap. 18. in quo sic nunc legitur, Herodoto teste, qui tradit singulà millia talentum annua thuris pensitasse Arabes regibus Persarum. Vbi Valla fuisse mẽdum subdubitabat. Hoc igitur adiectibum non est certumnisi probetur aliunde.

Annutrio, Vide ADNVTRIO.

Anodinon, (ἀνώδυνον,) Anodina vocantur quæ leuationem doloris somnum accersendo, molliunt, vt ait Hermolaus in Plinium. Celsus lib. 5. cap. 25. Anodina vocant quæ somno dolorem leuant. Idem lib. 6. cap. 6. Si taurum mali est, vt somnum dii prohibeat, eorum aliquid dandum est quæ ἀνώδυνα Græci vocant.

Anomalia, anomaliæ, (ἀνωμαλία,) Latinè dicitur anæqualitas, siue (vt ita dicam) irregularitas: & est Analogiæ cõtraria. Gellius lib. 2. ca. 25. In Latino sermone sicut in Græco, alii analogiam sequendam putauerunt, alii anomaliam. ἀνωμαλία, est similium similis declinatio quam quidam Latinè proportionem vocant. ἀνωμαλία, est inæqualitas declinationum consuetudinem sequens.

Anonymos, pe. corr. (ἀνώνυμος,) Latinè interpretatur siue nominis ἀνώνυμος herba apud Plinii lib. 27. ca. 4. 16. Anonymos à nõ inueniẽdo noie nomẽ ducit. afferẽs Scythia, &c.

Anormis, & hoc anorme, (ἄνομος,) Quasi sine norma: hoc est, ab aliorum norma remotus. Horatius lib. 2. Sermo. Sat. 2. 1. Rusticus, anormis, sapiens, crassaque Minerua. Id est vltra communem philosophiæ peritus. Sic Acron interpres. Sed poeta videtur potius eum significare, qui austeritate vitæ & inconditis moribus ab aliorum vita sit alienus, & ab omni ciuilitate abhorreat. Loquitur enim de quodam philosopho.

Anquiro, anquiris, penult. product. anquisiui, anquisitum, (ζητέω,) anquirere, antiquum est verbum. Liu. 3. bel. Pun. Seu legibus, seu moribus malet, anquirere et. Id est vt vulgò loquamur, Faceret inquisitionem siue informationem: quod Cicero tum quærere, tum inquirere in aliquem dicit. Ex Budæo.

Anquirere de. Liu. 6. ab Vrbe 74. Sunt qui Duũuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, authores sint.

Anquirere capite quod indocte dicitur, Criminaliter cõtra aliquem procedere. Liuius 8. ab Vrbe 171. Capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse. Alibi idem dixit, Anquirere capitis, pro eodem. Ex Budæo.

Anquirere pecunia. Est (vt nostrates causidici loquuntur) concludere pro emendare. Liuius 6. bel. pun. 14. Bis est accusatus, pecuniaque postquisitum. Ex Budæo.

Anquirere pro exquirere, siue diligenter quærere. Cicе. de Fato 2. Sed ad illum Diodori contentionem, quam περὶ δυνατῶν appellant, reuertamur: in qua quid valeat id quod fieri possit, anquiritur. Pollet hic etiam legi, inquirit.

Ansa, ansæ, (λαβὴ πώτης,) Est qua vas, aut quid vis aliud manu tenere ri solet. Virg. 6. eclo. 4. Et grauis attrita pẽdebat ansa lagena.
Dura ansa. Ouid. 8. Metamorpho. 132. – erat alueus illis
Pagineus, dura clauo suspensus ab ansa.

Ansa tortilis. Ouid. epistо. 15. 51. Tortilis ú digitis excidit ansa meis.

Ansa, Qua constringuntur calcei. Tibullus,
Ansaque compressos alligat arcta pedes.

Ansa per metaphoram pro Occasione. Cicе. pro plancio 68. Si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur seueriorem Niceam putes, quàm Rhodum.

Dare ansam: præbere occasionem. Cicе. pro Sextio, Deinde etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius sensus tenere possemus. Idem in Lælio 53. Quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum.

Ansula, ansulæ, penul. corre. diminutiuum, (λαβίδιον,) Ansulas videtur posuisse Valerius pro corrigis crepidarum, li. 8. ca. 13. Mirifice & ille artifex, qui in operi suo monet se à sutore de crepida & ansulis pauca, de crure etiam disputare incipientem, supra plantam alicedere vetuit.

Ansatus, penult. prod. adiectiuum, (κωπήεις,) Quod ansam habet. vt Vas ansatum. Columel. lib. 9. cap. 15. 4.

Ansatus homo. Plaut. Perſa 9. 5.

Subnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſè.

T. Sed quis hìc ansatus ambulat? Ansatum hominem ioco dixit, qui in cedit vtroque brachio in ansarum modum ad latera applicatorum, (vt ipsemet loquitur) qui subnixis alis sese infert.

Ansanctus, Vide AMSANCTVS.

Ansegetes, Vide AMSEGETES.

Anser, anseris, penul. corrept. m. g. (χήν,) Auis notissima. Anserum autem alii domestici, alii agrestes. De vtrisque Plinius libro 10. cap. 22. Virgilius 1. Georg. 25. Improbus anser. Id est insatiabilis, nulli probandus, inquit Seruius.

Anseres plumiperi. Plinius lib. 10. cap. 22. 4.

Argutus anser. Martialis lib. 5. Argutus Anser, gemmeique pauones.

Sagax anser. Ouid. 11. Met. 120. Sollicitiue canes, cumbisve fugacibus anser

Strepit anser. Virgil. 9. eclog. 8. Argutos inter strepere anser olores.

Velluntur anseres quibusdam locis bis anno. Plin. lib. 10. cap. 22. 4.

Anseribus cibaria publicè locabantur Romæ & canes alebantur in Capitolio, vt significarent si fures venirent. Cicе. pro Sex. Rosc. 33.

Anserculus, penul. corre. diminutiuum, (χηνίδιον,) Columel. lib. 8. cap. 14. 6. Ne noceri possit excusis anserculis quos enecant vrticæ.

Anserinus, adiectiuum, pe. prod. (χήνειος,) Quod est anseris, vt lecur anserinum, adeps anserinus, apud Plinium sæpissimè, lib. 20. cap. 6. 8. & Colum. Ilam, lib. 8. cap. 5. 7.

ANSER, nomen poetæ, quem Ouidius procacem vocat lib. 2. Trist. 37. Cinna quoque hic comes est, Cinnaque procator Anser.

Ansula, Vide ANSA.

Antae, antarum, plu. nu. (πτερυγοειδῆς,) Festus, Antes sunt extremi ordines vinearum. Vnde etiam nomen trahunt antæ, quæ sunt latera ostiorum. Idem, Antes sunt quadraturæ: vnde & antæ dictæ sunt quadræ columnæ.

Anta in singulari legitur apud Vitruuium: vt Anta fixa.

Antarius, adiectiuum, vt Antarius famis. Vitruuius lib. 10. cap. 3. His explicatis antarii fanes anti laxi collocentur.

ANTAEVS, (ἀνταῖος,) fuit gigantis nomen, Neptuni ex Terra filii, magno ac procero corpore, quippe qui cubitis quadraginta adoleuerit in Libya, apud Lixum oppidum, à flumine Mauritaniæ eiusdem nomine ita vocatum, qui locus Antæi regia dicitur, robore ac fortitudine nemini cedentis. Quoties membra labore defessa essent, tactu terræ recreabantur, quem Hercules palæstra pectori affrictum expirare coegit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorũ ducem, apud Tygæni oppidũ Libyæ, effossa sepulchro Antæi cadauer inuenisse. Eusebius lib. de Tempo. scribit Antæũ palæstricæ artis fuisse doctissimũ, & quorũcunq; certaminibus & ob id ostẽdit se arbitrari fictũ q; fuerit filius Terræ, & q; viribus refiuaretur ab ea. Seneca in Hercule Oetheo. 1. 6.
– nullos Antæus Animam resumit. Hunc Statius. 7. Thebaid. Terrigenam Libyn dicit, Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam fudisse Libyn.

Antanaclasis, (ἀντανάκλασις,) Figura est ide qua sic Quintilianus, Antanaclasis, eiusdem verbi contraria significatio. Quum Proculeius quereretur de filio, quòd is mortẽ suam expectaret, & ille dixisset, si verò non expectarem inquit, rogo expectes. Non ex eodem, sed ex diuerso vicinum accipitur, quum supplicio afficiendum dicas, quem supplicatione dignum iudicaris. Hæc Quintilianus lib. 9. cap. 3. vbi præclarius tractat hanc figuram.

ANTANDROS, (ἄντανδρος,) teste Strabone lib. 13. Phrygiæ vrbs, ad Meridiẽ posita quã habitauere Leleges, finitimi Cilicibus. De qua Plin. lib. 5. cap. 30. Rutilus in Ictore Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris, & Assos, eadem Apollonia. Virgil. 3. Aeneid. 1.
– classemque sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Antapocha, Vide APOCHA.

Antapódosis, pen. corr. fœ. g. (ἀντακόδοσις,) Latinè dicitur retributio. Figura, quæ sit quoties cõmemorantur ea quæ non sunt antè prædicta. Virgil. 9. Aeneid.
– & primis vna tot cædes peremptis Serranosque Numasque. Seruius. Quintilianus lib. 8. Antapodosin interpretatur redditionẽ cõtrarij.

Antárcticus, pen. corr. (ἀντάρκτικος,) Est polus australis, Arctico videlicet oppositus, qui terræ obiectu à nobis cerni non potest.

Ante, (πρὸ, πρόσθεν, πρόσθε, ἔμπροσθεν,) præpositio est accusatiua, nõ sine significationis. Iungitur autem accusatiuo temporis, loci, & personæ, vt Ante duos annos. Ante templum. Ante iudicem, id est coram iudice. Plaut. Epid. 1. 2. 7. Neq; ego hanc oculis vidi ante hunc diem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. Res ante Idus acta sic est. Sic ante lucẽ, ante meridiem, ante vesperum, ante horam, & similia. Idem, Ante Romulum, & similia, pro Ante Romuli tempora, siue regnũ. Virg. 1. Georg. Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Sic in. 2. Georg. Ante etiã sceptrum Dictæi regis. Id est antequã regnaret Iuppiter. Sic Seruius. Præterea dicimus, Ante me venit, Ante me natus est, Ante me fecit, hoc est antequam venerim, &c. Virg. 11. Aeneid. Cur ante tubam tremor occupat artus? Id est antequam tuba sonet. Plin. in Præfatione, Hoc ante me fecit in literis nostris Valerius Soranus. Tale est illud prouerbium, Ante victoriam canere triumphum.

Ante cibum: cui Pransus, vel Cœnatus opponitur. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 13. – amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus totidem cœnatus.

Ante hoc factum. Plaut. Mil. 20. 64. Ante hoc factum, hunc sum arbitratus semper ferumm pessimum.

Ante lucem, & ante noctẽ. Ante lucẽ, id est diluculo, melius q̃ ante diem dicimus. Nam ante diem, pro Ante tẽpus dici solet præterea q̃ si de certo die loquamur, vt, Ante diem decimum vel, ante sextũ Calendarũ. No membrisiũ id est, sexto die ante Calendas Nouembris. Rursus ante noctẽ pro crepusculo dicitur potius, q̃ ante tenebras. Author Valla, lib. 4. Plaut. Trinum. 13. 40. Cic. 1. de Inuent. 131. Multo ante lucẽ surrexit.

Ante diem tertium, Id est nudiustertius, inquit Budæus. Videtur compendiosa locutio, pro Ante diem tertium finitum. Sicut Post diem tertiũ, pro Post diem tertium exptum. Sic ante diem octauum Idus Nouemb. Id est octauo Idus Nouemb. Cic. Ticonii li. 16. 5. 1. Nos apud Alyxiũ ex quo loco tibi literas ante dederamus, vnum diem commorati sumus: quòd Quintus nos cõsecutus non erat. Is dies fuerat Nonis Nouembris. Itaque ante lucem proficiscentes, ante diem VIII. Idus Nouemb. has literas dedimus. Sub finitum. Id est octauo Idus Nouemb. Plinius lib. 15. cap. 18. 7. de ficorum generibus. Quam inter omnes recens esse constaret, Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decessum Carthagine tam propè à muris habemus hostem.

Ante diem certam, pro Ad certam diem. Cicе. Attic. lib. 6. 113. 15. Statim dedi literas, vt ex Cypro equites ante certam diem decederent.

Ante, cum accusatiuo loci. Virgil. in Bucol.
Ante focum, si frigus erit: ti mellis, in vmbra, &c.

Ante, cum accusatiuo personæ. Cicе. 6. Verr. 4. Ante hosce deos erant tabulæ. Idem 2. Verr. 6. Causam interea ante eum dicere. In hunc sensum dicimus, Ante conspectum, ante oculos, ante ora.

Ante ora. Virgil. 1. Aeneid.
Quæs ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere. Id est coràm parentibus, in conspectu parentũ. Idẽ 2. Aeneid. 133. Narrans ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.

Ante oculos. Cic. Terentiæ & Tulliæ, lib. 14. 2. 8. Nam mihi ante oculos dies noctesq; versatur. Virg. 2. Aene. 14. In somnis ecce ante oculos, &c.

Ante oculos & ora, idem significant: sed hæc duo per auxesim coniunguntur. Virgil. 2. Aeneid, 106.
Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentum Concidit.

Ante oculos coràm. Terent. Eunuch. 4. 7. 14. Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxisti tuum? Vbi Donatus, Potest ante oculos, & longe tamen intelligi. ORA autem proximitatem significat.

Palam ante oculos. Cicе. 7. in Verrem 51.
Quàm libenter eum palàm ante oculos omnium esse patiatur.

Ante oculos, per metaphoram inter dum ad animi sensum refertur. Cicе. in Lælio 36. Sed loquimur de iis amicis qui ante oculos sint, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. Idem 1. de Orato. 97.
Omnia enim sunt posita ante oculos.

Ante pedes esse dicitur, quòd nobis est præsens. Et est locutio prouerbialis. Teren. Adelph. 3. 3. 34.
Ithuc est sapere, non quod ante pedes modo est,
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt Prospicere. Cic. pro Rosc. Amer. 8. Vt nõ modo clam, verùm etiam hic in foro ante tribunal tuũ M. Pãsa ãte pedes vestros Iudices iter ipsa subsellia exedes futuræ sint.

Ante alios, vel Ante alios omnes, comparationem significat, siue potius excellentiam: & (vt ita dicam) superlationem: vt sit, Ante alios, id est cæteris aliqua re præferendus. Et propriè, teste Valla positiuo gaudet. Plinius lib. 12. cap. 16. Sembracena ante alias hilaris. Hic subauditur, OMNES, vt sit, ante omnes aliasue est, præter cæteras. Virgil. 11. Aeneidos 83.
Ille mihi ante alios fortunatusque laborum
Egregiusq; animi. Scilus est. Fortunatus laborũ, & egregius animi añ omnes alios. Idẽ 3. Aeneid. 64. O felix vna ante alias Priameia virgo.

Ante alios, comparatiuo iunctum. Virg. 1. Aeneid. 71. Pygmalion scelere ante alios immanior omnes. Id est præ cæteris omnibus immanis.

Ante alios, cum superlatiuo. Virgil. 4. Aeneid. 29.
– petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, arua Numãni, quæ potens. Hoc est, Pulcher præter cæteros, seu ante omnes. Plaut. Asin. 16. 2. Scito illum ante omnes minimi mortales preti. Hic ALIOS subaudiendum.
Ante alios, citra vllum gradum comparationis. Plaut. Trinum. 12. 2.
Tibi ante alios deos gratias ago atque habeo summas.

Ante cunctos claritate Peneus. Plin. lib. 4. cap. 8.

Ante me illum dilgo, Id est plus quàm me. Cic. Attic. lib. 2. 168. 3. Cauete hoc tempore plus me quenquam cruciari, q̃ eum quem ante me diligo, video in Consulatu quoduis potius esse, quàm Consulem.

Ante omnia, In primis, præcipue. Quintil. li. 1. Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus. Virgil. 2. Georg. 95.
Me verò primum dulces ante omnia Musæ Accipiant,

In ante diem quartum. Cic. Att. lib. 1. 15. 5. Comitia Bibulus cũ Archilochio edicto in ante diem XV. Cal. Nouemb. distulit.

Ex ante diem quintum. Cic. ad Atticum, lib. 3. 15. 1. De Quin. fratre nobis nuntii tristes, nec varii venerant ex ante diem Non. Iun.

Antè aduerbium temporis, (πρότερον.) Plautus Trinum. 17. 18. Neque eum antè vsquam conspexi prius. Cic. Attico, lib. 14. 317. 1. Idipsum quod me monet quatriduo antè ad eum scripseram.

Antè & post, contraria sunt. Cic. 4. Acad. 125.

Antè & retrò similiter contraria. Cicе. 5. de Finib. 62.

Antè interdum vacat in oratione. Terent. And. 1. 1. 4. Nonne oportuit præcisse me ante? Satis erat PRAECISSE.

Ante, sicut & pòst propriè iungitur aduerbiis in o desinentibus: vt Paulo antè, multo ante. Terent. Eunuch. 4. 5. 7. Sed Thais multo ante venit? Vide MVLTVS.

Longe antè videre mala venientia. Cicе. 3. Tuscul. 50. Vide LONGVS.

Antè, cum ablatiuo, aut est præpositio antiquè posita, aut potius aduer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bium. Author Seruius. Plin. lib. 4. cap. 16. Reperta multis antè seculis, id est reperta multis seculis ante illud tempus. Cicc. 1. Tuscul. 112. Et pauciis antè diebus quam facile posset educi è custodia, uoluit. In hoc loquendi genere interponi solet ipsum ANTE, vt exempla demonstrantur certè postponi vt in simili aduerbio apud Plautum, Vix anno post exegi, pro eo quod est, vno post anno. Liuius, Quis igitur nescit nouam istam legem esse XX. annis ante latam? Cicc. pro Sestio 21. Non minus perturbato animo atque vultu, quàm si annis antè pauciis in creditorum conuentum incidisset.

¶ Ante, compositionem ingrediturvt Antecēdo, antefero, anteponо.

Antea, aduerbium temporis, (πρὸ τοῦτου, πρότερον, πρίν,) Ante id, siue ante illud tempus quasi ante ea. Horat. epod. 11. 1.

Pecti, nihil me, sicut antea, uultat
Scribere versiculos amore perculsum graui.

Nunc primum, & Antea, cōtrarta siue relatiua. Cic. 5. Verr. 111. Nō hoc nūc primū audit priuatus de inimico, reus ab accusatore iam antea in sella sedēs Prætor, qui prouincia Sicilia obtineret, quum, &c.

Antea quum. Cicc. Attico, lib. 15. 328. 1. Antea quum per literas Attici nostri de tua summa liberalitate, summoque erga se beneficio certior factus esset mi quumque, &c.

Antea, quàm pro Ante quàm. Cicc. Attico, lib. 3. 66. 1. Antea quàm ad me scripsisteris, vestro consensu, &c.

Antea & postea, tanquam relatiua, aut reciproca interdum leguntur. Cicc. Lentulo, lib. 1. 9. 104. Appius in sermonibus antea dictitabat post ea dixit etiam in Senatu palam.

Antea & prius. Cic. ad Atticum, lib. 15. 327. 2. Quòd ad te antea, atque adeo prius scripsi, fecisti me alacriorem.

Anteactus, (προαγωγεύς,) participium sine verbo, ex antè & actus, præteritū significat: vt anteacta vita. Cicc. pro M. Marcello 1. Ille quidem fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum cepit. Idem 5. Verr. 123. Nihil putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspitionem, nihil anteactæ vitæ existimationem.

Anteacta vetustas. Lucretius lib. 5. 198.

Ex anteacta vita facere iudicium. Cicc. lib. 2. de Inuent. 146.

Anteactis male credere. Ouid. 12. Metamorpho. 13.

Dixit, & anteactis veluti male credere, hastam Misit, &c.

Anteambulo, penult. corrept. anteambulonis, (πρόπομπος,) Ab ante & ambulare, Qui aliquem superiorem honoris causa præcedens comitatur. Mart. lib. 10. 74.

Iam parce lasso Roma gratulatori,
Lasso clienti, quarido salutator

Anteambulones & rogatolos inter.

Centum merebor plumbeos die toto. Sic lib. 3. 7. de sportula.

De anteambulonibus Romanorum Sipontinus scribit his ferè verbis, Anteambulones, qui principes ciuitatis in forum officii gratia deducebant: ac deinde domum reducebant. Et quoniam id togis amicti faciebant: togati vocabantur, & per diminutionem togatuli.

Anteambulo alicuius. Mart. lib. 2. 18. Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis. Sueton. in Vespasiano, Dum eum identidem per cōtumeliam anteambulonem fratris appellat.

Anteambulones atrati dici possunt, qui Græcè codonophori, id est, tintinnabula gestantes: quòd honoratiorum funera præcedant cum tintinnabulis. Ex Budæo.

Antécanis, penul. corrept. (πρόκυων,) Natu. deorum 171.

Extremam nitens lumato corpore cornus.
Rostro tundit, & hic (Geminis est ille sub ipsis)
Antecanem, Procyon Graio qui nomine fertur.

Antecápio, antecapis, pennl. corre. antecēpi, antecaptum, (προλαμβάνω, φθάνω,) antecapere, Prænenire, occupare. Tacitus lib. 20. Quia pontem Mosæ illuminis antecēperat. Sallust. in Catil. Consul optimum factu ratus noctem quæ mutabat, antecapere, nequid eo spatio nouaretur. Ibidem, Non famem aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperitus sed ea omnia luxu antecapere. Id est anticipabat & præueniebat, inquit Budæus.

Antecapere multa. Sallust. Ac prius quàm legiones scriberentur, multa antecapere, quæ bello vsui forent.

Antecapere tempus. Sallust. Maximeque festinans tempus legatorum antecapere. Id est legatos præuenire.

Antecaptus, participium, (προλαμβάνεις,) Liu. 5. ab Vrbe 169.

Non loco castris antecapto, non præmunito vallo.

Anteceptus, etiam legitur, si locus mendo vacat. Cicc. 1. de Natu. Deorū 62. Quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem.

Antecēdo, antecēdis, penul. prod. antecessi, antecessum, (πρόειμι, πρόεμαι,) antecedere. Idem quod præcedere, hoc est ante aliquem incedere. Cum dativo vel accusatiuo cōstruitur. Seneca in Hercul. Oetheo 1. 15.

Innasit omnis ecce iam cœlum fera,

Méque antecessit. Colum. lib. 7. cap. 6. 8. Vt antecedat gregem. Demagistro pecoris loquitur. Liu. 2. ab Vrbe 26. Valerius quadrato agmine, peditem ducit; Brutus ad explorandum, cum equitatu antecessit. Cicc. ad Atticum, lib. 8. 15 3. 7. & in Top. 26. Brutus ad Ciceronem lib. 11. 15. 4. Biduo me antecessit, itinera multo maiora fugiens, quàm ego sequens. Cicc. in Top. 47. Si huic rei illa antecedit, huic non antecedit.

* Ne imitatio iudicium antecederet. Quintil. lib. 2.

Antecedere quempiam itinere. Cæsar 7. bel. Gal. 143. Ne cōtra suā voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus antecessit. Sub. Eum.

¶ Antecedere, per metaphoram pro antecellere, superare, excellere. Dicimus aūt per dativū, antecedo illis & p accusativū, antecedo illi: sed sæpe additur in ablativo res qua quis aliū antecedit. Ci. 1. Offic. Quātum natura hominis pecudibus reliquisq; bestiis antecedit. Cæsar. 1. bel. Gal. 378. Et scientia atq; vīu nauticarū rerum cæteris antecellit. Sueto. in Augusto, Et magnificentia omnes antecessit. Sæpe etiam lapsus primitur dativus ille, hinc accusativus personam significans. Cicc. de Senect. 59. Neque enim solum honore antecedentibus. Sub. Alios.

Antecedere alteri, vel alterum ætate. Cic. de Claris Orato. 40. 16.

Antecedere aliquem ætate & vīu rerum. Cicc. 6. Verr. 121.

Antecedere pretio. Plinius lib. 16. cap. 4. 1. Cedunt his murales vallares, quæ, & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Id est pretiosiores. De coronis militaribus loquitur.

Antecedere, (περιέχειν,) quia excellentiam significat, ideo cōstruitur cū VT & ITA, MVLTO & LONGE. Ci. 6. Ver. 124. Vt quisq; honore & ætate anteceditita primus solet suā spōte dicere. Idē 1. Acad. Et id studiū, totaq; ea res lōge cæteris & studiis & artib' antecedebat.

Antecedere, cum accusatiuo rei. Plaut. Pseud. 7. 118.

Virtutem regis Agathocli antecellere.

¶ Antecedere, dictum de tempore. Terentius Phorm. 3. 2. 40. Iamne ea præteriit? o non, verum ei hæc antecessit. Loquitur de præsentia die. Plinius lib. 13. cap. 8. Poma antecedentis anni detracto.

Cibum semper antecedere debet exercitatio, ait Celsius lib. 1. cap. 2.

Antecedēs participiū, (περιέχων,) vt Antecedēs annus. Plin. li. 12. ca. 6. 1.

Antecedens dignitate. Cicc. 2. de Inuent. 241.

Antecedens & insequens contrarii. Cic. Octauio 5. Et quæ non uno tempore, hora antecedente calamitosior, Popu. Romanus illuxit? * Et deinceps.

dente operis parte. Plin. parte tertia 116.

Antecedens absolutè positum nusquam memini legere, nisi pueritiæ rudimentis grammaticis, & apud Dialecticos. Cicero de Part. Orat. 4. Alia ex Antecedentibus, alia ex consequentibus.

Antecessus, huius antecessus, m. g. (πρόληψις,) pro anticipatione ponitur à Sene. epist. 119. Bene credi tibi sciosuta; in antecessum habeo. Id est antequam debeatur. Idem de Benefic. lib. 4. Aliis post longum diem repono, aliis in antecessum. Item Epist. 7. Ex quibus duos tibi in debitum soluunt: tertium in antecessum accipe. Quint. declam. 12. Prosit, quod apud mercatores solet in antecessum dedi.

Antecessor, (πρόδρομος,) Verbale, Qui antecedit. Hirtius de bello Alexandrino, 541. Interim quum iam Cæsar progressus esset è castris circiter millia passuum tria, per speculatores & antecessores equites nūtiatur ei copias hostium haud longè à sese visas. Sueton. in Vitell. Irruperant iam agminis antecessores, & singula rimabantur.

Antecessio, Verbale, (πρόδρομα,) Cic. 1. Offic. 19. Cōsequētia cernit, causas rei videt. earumq; progressus & quasi antecessiones non ignorat.

Antecessio in locis. Cic. in Topicis 16. Quum tripertito igitur diuidatur locus hic, in consecutionem, antecessionem, repugnantiam: operæ pretium est de argumenti locus simplex est, tractandi triplex.

Antecello, antecellis, antecellui, (ὑπερέχω,) antecellere, Præstare, excellere.

Antecello tibi hac re. Cic. 1. Offic. 150. Omnes participes sumus rationis, præstantiæque eius qua antecellimus bestiis.

Antecello illi hac re. Cic. pro Corn. Qui eloquentia cæteros antecellit.

Antecellere aliis in re aliqua: quod & præstare dicitur. Cic. 1. de Inuent. 8. Quare præclarum mihi quidda videtur adeptus is, qui qua re homines best is præstent, ea in re hominibus ipsis antecellit.

Antecellere cū aduerbiis, sicut dictū est de antecedere. Cic. de Senec. 69. Qui vt quisq; ætate antecellit, ita sententiæ principati tenet. Alii hic legunt Anteceditisse nihil refert. Cic. 6. Verr. 105. Quæ lōge cæteras antecellunt. Idem pro lege Manilia 9. Et multitudine earum rerum quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. Vide LONGE.

Antecellere longe vel multum alicui rei ad honorem. Cicc. pro Murena 26. Non solum illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est, verumetiam dicendi consuetudo longe & multum isti vestræ exercitationi ad honorem antecellit.

¶ Antecelli. Author ad Herennium lib. 2. 87. An ad pares, hoc est in eisdem partibus animi, corporis, fortunarum positos an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur.

Antecellens, participium, (ὑπερέχων,) Cicc. pro Murena 31. Quin. Catalum humanitate, sapentia, integritate antecellentem.

Antecessio.

Antecoenium, (πρόδειπνον,) Quasi ante cœnam: Cibus inter prandiū & cœnam sumptus: alio nomine Merenda. Apuleius lib. 1. Prorsus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antecursor, (πρόδρομος,) Verbale, ab ante & cursor. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 63. Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso. Idem. 1. bel. Gal. Hora circiter tertia ab antecursoribus de Cæsi aduentu certior est factus.

Antedico, pen. prod. antedicis, antedixi, antedictum, (προεροῶ,) antedicere, Prædicere. Cic. 2. de Diuinat. 16. Hæc qui antedicunt, quam rationem sequantur, videt. Idem. 1. Philipp. 19. Atque ego hoc dico de futuris quod est augurum, antedicere ea quæ vitari possunt. Quidam etiam dicitum legunt. Ante dico.

Anteeo, anteis, anteii, (προέρχομαι,) anteire, Præcedere, siue antecedere. Ci. 2. Of. 34. Barbari districto gladio iubebat anire.

Anteire vehiculo. Sueton. in Augusto. Ouid. 11. Metam. 14.

Nunc præcedentem sequitur, nunc præuius anteit.

Anteire ventos. Silius lib. 16. 113.

¶ Anteire, per metaphoram pro Antecellere & anteponi. Cic. 5. Finib. 160. Animi præflantiam omnibus bonis corporis anteire dicamus. Plaut. Amph. 2. 17. Virtus omnibus rebus anteit profecto. Sallust. in Iugurth. Et quum omnes gloria anteiret: omnibus tamen charus erat. Virgil. 2. Aeneid. 17. Qui candore nives anteirent, cursibus auras.

Anteire cæteris virtute. Cic. 1. Offic. 62.

Anteire claritudine generis. Tacit. lib. 13.

Anteire ætate, Id est ætate præcedere, maiorem natu esse. Cic. 9. Philip. 257. Sed quum Seruius Sulpitius ætate illis anteiret. Idem. 1. Acail. 60. Sed Zeno quum Archesilam anteiret ætate. Sic 1. Tuscul. 9.

Anteire remigis officium. Ouid. 13. Metam. 74.

– quantoque ratem qui temperat, anteit Remigis officium.

Anteiri ab aliis. Tacitus lib. 12. Ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, peruertisse ipsum Vitellium videntur.

Ante expectatum, (πρὸ τοῦ προσδοκωμένου,) Aduerbium temporis, Ante expectatum positis stat in agmine castris. Vbi Seruius, Ante ex pectatum, dicto citius: id est ante quam eius expectetur aduentus. Et est vna pars orationis, hoc est aduerbium.

Antefactum, (πρότερον πραχθέν,) Nomē ex Antè & factū. Liu. 7. bel. Maced. 216. Vos modo id dicere & conuenies esse ante factis, dicēt. Videtur esse ὑφ', vt legatur sic, ante factis.

Antéfero, pen. corr. antefers, antetuli, antelatū, (προτιμάω,) anteferre. Virg. 6. Aene. 136. Dixit, vt antetulit gressum.

¶ Anteferre, Præferre, antepouere. Cic. 3. Tuscul. 84. Tenuem victum antefert copioso. Sic. 5. de Finib. 99.

* Anteferre alterum alteri de toto iure pacis & belli. Cic. pro Corn. 36.

Antelatus, (προτετιμημένος,) participium ab antefero. Cic. de Prouin. eiis consularibus. 21. Quum ipse cæteris omnibus esset omni honore antelatus. Idem pro Domo sua. 91.

Anteferendo. Horat. 2. Epist. 1. 4.

Te nostris ducibus, te Graiis anteferendo Aestimat.

Antegenitālis, pen. prod. adiectiuum, (προγενετικός,) quasi ab ante genitus factum. Plin. lib. 7. cap. 55. Ætatis antegenitali fumere experimento?

Antegrédior, antegrederis, antegressus sum, (προπορεύομαι,) antegredi, peu. corr. Compositum ex ante & gradior, significat præcedere. Cic. 1. de Nat. deor. 77. Lucifer Latine dicitur, quum antegreditur Solem: quum subsequitur autem, Hesperos. Idem de Fato. 30. Sed interest inter causas fortuitò antegressas. Et prau lò pòst. 12. Omnia quæ fiunt, causis fiunt antegressis: id si ita est, fato omnia fiunt. Idem. 1. Offic. 133. Quicquid enim est quod deceat, id tum apparet, quum antegressa est honestas.

Antehabeo, antehabes, antehabui, antehabitum, (προτιμάω,) anteh̄ibere, Præferre. Tacitus lib. 4. Mihi trahendi, arguendique rumoris causa fuit, vt claro sub exemplo falsas additiones depellerem, peteremque ab iis quorum in manus cura nostra venerit, ne diuulgata atque incredibilia auide accepta, veris, neque in miraculum corruptis antehabeant.

Antehac (πρότερον,) Aduerbium temporis, id est ante hoc tempus: quasi ante hæc. Cic. Cornificio lib. 12. 23. 7. Atque antehac quidem sperare sāltem licebat: nunc etiam illud ereptum est. Tere. And. 1. 1. 16. Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Vbi Donatus, Antehac, pro antè hæc, cōsuetudine magis ij tōne dicit. Horat. 1. Carm. od. 27. 1. Antehac nefas depromere cæcubū Cellis auitis.

Vsque antehac. Vide VSQVE.

Antehac nunquam. Terent. And. 1. 4. 14.

– sitne attemperate venit hodie in ipsis nuptiis,
Vt veniret antehac nunquam?

¶ Antehac, pro ante illud tempus. Sallust. in Catil. Sic erat accensa libidine, vt sæpius peteret viros, quàm peteretur, sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat.

Anteloquium, (προαγόρευσις,) Primus in loquendo locus, seu principatus loquēdi. Macr. Hic assensi omnes, Prætextato anteloquiū detulerūt. Id est primas loquēdi vices, ait Budæus. Idē, Sed & Eustathius, & postilic Nicomachus in emineris crasti ut dissertatione seruari sibi anteloquii functionē. Hæc ex Sipontino. Alibi idem anteloquium esse proloquium, siue exordium dicit.

Antelucānus, adiectiuum, peu. prod. (λυκαυγής, ἀμφίλυκος,) Qui fit vel fit ante lucē. Cic. ad Catonē, lib. 15. 4. 15. Ex ante lucano tēpore vsq; ad horam diei decimā magna multitudine hostiū occisa cœpimus. Sic Varro de Re rust. li. 1. ca. 13. 2. Cel. li. 4. ca. 3. Maximeq; tēpore antelucano, quo pcipue frigus inēditur.

Antelucanæ cœnæ. Cic. in Catil. 42. Quorū ois industria vitæ & vigilandi labor ad lucanis cœnis expromit. Antelucanas cœnas, luidosè dixit, pro cœnis q̄s à principio noctis ad ortū ferè Solis producebat Catil. cō

Antelucana officia. Plin. epistо. 56. 2. (sociis.

Antelucana lucubratio. Colum. lib. 11. cap. 2. 9.

Antelucana industria. Ci. 4. Tusc. 67. Cui nō sunt analitæ Demosthenis vigiliæ qui dolere se aiebat, siqñ opificū antelucana victus esset idustria.

Ante malorum, (προόδιον κακῶν,) Figuratè dictum, pro eo quod est, malorum anteactorum, id est præteritorum: sicut apud Terentium, semper lenitas, pro perpetua lenitate. Virgil. 1. Aeneid. 41. Neq; enim ignaris lumus ante malorum. Vbi Seruius, Ante malorum, πρόοδον est: Vt alibi, Cœli subter labentia signa.

Antemeridiánus, penu. prod. (μεσημβρινός,) adiectiuum, ab ante & meridies: quē est vel fit ante meridiem. Plin. li. 36. ca. 15. 17. Antemeridiano ludorū spectaculo edito.

Antemeridianis tuis literis heri ilatim rescripsi. Hoc est quæ mihi ante meridiem redditæ fuerant. Cicc. Attico, lib. 13. 281. 1.

Antemeridianus sermo. Cicc. 3. de Oratore 13.

ANTEMNAE, (ἔντομα,) Antemnarum vrbs Italiæ de qua sic Virgilius libro 7. 127.

Quumque adeo magnæ positis incudibus vrbes
Tela nouant, Atina potens, Tyburque superbum,
Ardea, Constuerigi, & turrigeræ Antemnæ. Vbi Seruius, Turrigeræ, bene murarę. Antemnæ autem dictę sunt quòd eas amnis præterfluit, quasi ante amnem positæ.

Antenna, antennæ, (κεραία,) Lignum per transuersum in malo positum, in quo velum alligatur. Plin. lib. 7. cap. 56. Vela Icarus, malum & antennam Dædalus. De rerum inuentoribus loquitur. Item lib. 12. cap. 37. 1. Liu. 10. bel. Pun. 39. Malis antennisque de naue in nauem translectis. Cicc. 3. de Orato. 99.

Antennæ gemina cornua. Stat. 3. Syl 2. 2.

– antennæ gemino consistite cornu Oebali fratres.

Antennam demittere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 2.

Effugit hybernas demissa antenna procellas.

Dissectare antennas. Lucret. lib. 2. 112.

Gemunt antennæ. Horat. 1. Carm. ode 14. 1.

Antennis subnectere velum. Ouid. 11. Metamorpho. 97.

Pressæ antennæ Senec. in Oedipo 11. 1.

Vela ne pressæ graui
Spiritu antennæ tremant.

Velatæ antennæ, & Antennæ cornua obuertere. Virgil. 3. Aeneid. 110.

Cornua velatarum obuertimus antennarum.

ANTENOR, penul. prod. (ἀντήνωρ,) huius Antēnoris, penul. correpta. Troianus fuit patriam prodidile exilium atnsequia & legatos qui propter Heleuam venerant, fuscepit hospitio, & Vlyssem habitu falso cognitum, non indicauit. Hinc Venetiam venit, vrbemsque in ea condidit Antenoream primò dictam, à qua Antenoridæ vocitati: postea Patauium, deinde Paduam. Virg. 1. Aeneid. 50.

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus Ouid. 4. Fast. 15.

Adiice Troianum suasorem Antenora pacis.

* Antenoreus lar. Mart. lib. 1. 72. ad Flac.

Anteoccupo, anteoccupas, penul. correp. (προλαμβάνω,) anteoccupare, Præoccupare. Cicero in Orato. 76. vt anteoccupat quę putat opponi. Fortasse rectius legeret si difficerim.

Anteoccupatio, (πρόληψις,) Verbale, Vide Occupatio. Ci. 3. de ora. 113.

Antepagmenta, Vide ANTIPAGMENTA.

Antepilani, penul. prod. plurali numero. Liu. 8. ab Vrbe 38. Hęc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat: robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus Principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, infignibus maximè armis. hoc triginta manipulorum agmen Antepilanos appellabant: quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur; ex quibus ordo vnusquisq; tres partes habebat: earū vnamquamq; primum pilum vocabant, tribus ex vexillis cōstabat: vexillū centū octoginta sex homines erant. Idem, Nam & rorarii procurrebant inter antepilanos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antepono, antepônis,penul.prod.antepŏsui,antepŏsitum,(πρὸ τίθημι,)anteponere,Ante aliquem apponere.Plaut. Curcul.2.73.Quid antepones Veneri à ientaculo?

¶ Anteponere,per metaphoram,præferre,præponere.Cice.in Lælio,Vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Idem 4.Acad.130. Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi? Idem Marcello libro 4.7.1. Sed quòd ea te sapientia esse iudicem, vt meum consilium non anteponam tuo. Idem 5.Tuscular.18.

Antequam, penul.correp.(πρίν ἄν, πρίν ἤ,) Aduerbium tempo ris,quod modò iunctum legitur, modò disiunctum, aliquo scilicet interiecto.Iunctum,construitur cum subiunctiuis.vt Antequam venisses.Horat.3.Carm.ode 27.11. Antequam turpis macies decentes Occupet malas.Cice.1.Philipp.1.Antequam de Rep. p. c. dicam. Disiunctum cum finitiuis,id est indicatiuis.Virgil.4.Aeneid.6. Ante pudor quàm te violem,aut tua iura resoluam.Author est Diome dest& ita legendum illud Virgilianum contendit Pierius. Illa tamen differentia (nisi forte corrupta sint authorum loca)non semper obseruatur.Nam & coniunctum indicatiuo etiam,& separatim coniunctiuo additum quoque legitur.Cic.pro Murena,Antequam pro Murena dicere instituo. Idem Attico.Si quenquam nactus fueris,qui perferat literas,des antequam discedimus. Idem 4.Acad.16. Nam cæteri primum antè tenentur astricti,q̃ quid esset optimum,iudicare potuerint. Virgil.in Georgic.Ante nouis rubeant quàm prata coloribus. Cice. pro Rabirio, Sed tu causam suscepisti antiquorem memoria tuaque causa antè mortua est,quàm tu natus esses.

Nunquam,antequam.Cic.in Parad.5.7. Nunq̃ eris dines, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur,vt eo tueri sex legiones,&c.

Anterior, & hoc anterius,(ὑπερέστερος,) Cõparatiuũ teste Prisciano ab ANTE formatũ,sine suplatiuo. Significat autẽ quod ante est,siue qđ precedit. Vide & nõnunq̃ pro priore accipit.

ANTEROS,penu.correp. (ἀντέρως,) huius Anterõtis,penul.produc. Veneris & Martis filius. Cice.lib.3.de Natu.deorum 60.

Antes, antium,plurale tantũ,m.g.Virgil.2.Georg.84.Iam canit effectos extremus vinitor antes. Vbi Seruius, Antes, alii extremos vinearum ordines accipiunt:alii macerias, quibus vinea claudun tur.Dicuntur autem antes,à lapidibus eminentioribus qui interponũ tur ad maceriam sustinendam. Nam propriè antes sunt eminentes lapides,vel columnæ vltimæ quibus fabrica sustinetur,& appellantur antes ἀπὸ τοῦ ἀντίον ἑστάναι quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere,quia antè stant.

Antesignanus, pe.prod. (πρόμαχος,) Sipontinus, Antesignani dicti sunt milites,qui ante signa in acie constituuntur.Cæsar 1.bel.Ciui.169.Hoc sperans,legiones tris ex castris educit,acieq̃; in locis idoneis instructa,vnius legionis antesignanos p̃ currere atq; occupare eum tumulum iubet.Liu.2.ab Vrbe 87. Dicto parueret:desiliunt ex equis:pronoliat in primũ,& pro antesignanis parmas obiiciunt.Cic.2.Phili.79. Fueras in acie Pharsalica antesignanus: L.Domitium nobilissimum & clarissimum virum occideras.

Antesto, antestas,antestẽti. (πρὸ ἵσταμαι,) antestare, Propriè stare anteisse,per metaphoram pro antecellere accipitur. Cice.2.de Inuent.113.Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus,dignitatibus antestẽterunt,atq; honestissimas ex gymnico certamine victorias domum cum maxima laude retulerunt. Gellius lib.2. cap.7.Histrio in terra Græca fuit famæ celebri,qui gestus & vocis claritudine & venustate cæteris antestabat.

Antestare cum accusatiuo.Apul.Qui robore cæteros antestabat.

Antestor, antestaris,antestãtus sum,deponens,(μαρτύρομαι,) antestari,Ex ante & testor compositum.Est autem ex more antiquo Romanorum eius verbi hæc significatio. Qui aduersario manum iniicere volebat,vt in præsentia illum in ius traheret, videlicet quia ipsi eum vadanti non paruisset:prius aliquem de præsentibus antestabatur:hoc est testem capiebat,eius auriculam tangens, & sic interrogans,Licétne antestari? Si ille responderet,Licet,tum iniecta manu aduersarium ad prætorem pertrahebat. Et nisi sic antestatus esset, qui manus iniicere aduersario volebat, iniuriarum poterat accusari. Ex Acrone & Porphyrione in Horatium: cuius verba hæc sunt, libro primo Sermo.Saty.9.16. –& quo tu turpissime? magna Exclamat voce,Et licet antestari? ego verò Oppono auriculam,rapit in ius. Plaut.Persa.111.10.

S. Age ambula in ius leno. DORP. quid me in ius vocas?

S. Illic dicam apud prætorem:sed ego in ius voco.

DORP. Nónne antestaris? S. tuáne ego causa carnufex, Cuiquam mortali libero aures atteram? Idem Curcul.14.23. –licet antestari? M. non licet.

PH. Iuppiter te malè disperdat miles,intestatus viuito.

M. At ego,quem licet. PH. tu accede huc.c.seruón' antestati? Verba sunt Phædromi denũciantis iudicium militi coram Curculione,quem primum rogat,num sit liber,vt possit capi testis.neque enim seruis testari licebat. Idem Pœnu.18.58. –ite in ius,ne moramini,

Antesta me atque duce. A. ego te antestabor: postea Hanc amabo atque implexabor. Id est me voca testem, inquit Budæus, & aduocatum.

Nonnulli antestari & attestari pro eodem accipiunt.

Anteuenio, anteuenis,pe.corre.anteueni,pen.prod. anteuentũ, (προφθάνω,)anteuenire,Idem quod aliquem præuenire.Sallust.in Iugurtha,Magnis itineribus Metellum anteuẽnit.

Anteuenire,Est etiam alicui malo nobis imminenti occurrere.Plaut.Milit.1.66. Vidén' hostes tibi adesse? Et paulo post. Antéueni aliquà:aliquos mitte:circunduce exercitum: Curre in obsidium perduellis. Sallust.Explorare itinera regum:consilia & insidias eorum anteuenire.

Anteuenire,absolutè positũ Plau.Trinum. Tèpori huc hodie anteuenit.

¶ Anteuenit beneficiũ.Taci.lib.4.Nam beneficia eo vsq; læta sunt,dum videtur exolui posse:vbi multũ anteuenere,pro gratia odium redditur.

¶ Anteuenire per metaphorã,pro antecellere,præstare.Plau.Calin.5.1. Omnibus rebus ego amorem credo,& nitoribus nitidis Anteuenire.Sallust.in Catil.Etiam homines noui,qui antea per virtutem soliti erãt nobilitatem anteuenire,furtim & per latrocinia potius, quàm bonis artibus ad imperia & honores nituntur.

Anteuerto, anteuertis,anteuerti,anteuersum,(φθάνω,) anteuertere,Præcedere.Cice.pro Milone 34. Videtur accelle esse Miloni proficisci Lanuium illo ipso quo profectus est:dicitaque anteuertit.Idem 1.de Natu.deorum 77. Neque à Sole longius vnquã vnius signi interuallo discedit,tum anteuertens,tum subsequens. Hoc est sine Solem præcedat, siue sequatur.

Anteuertere alicui.Tere.Eun.4.5.12.Miror vbi ego huic anteuertero.

¶ Anteuertere,per metaphoram pro occupare, & præuenire. Cæsar 7.bel.Gal.25. Quæ renunciata, Cæsar omnibus consiliis anteuertendũ existimauit,vt Narbonam proficisceretur.Id est omnia post habenda censuit.Tacitus,Damnationem veneno anteuertit.Hæc Budæus.

Mœrores mihi anteuertunt gaudiis.Id est occupant mœrores me:& anteuertunt gaudia me inuadunt.Plaut.Cap.13.71.

¶ Anteuertere,Præferre,pponere.Plau.Bac.Rebus aliis anteuertã Baccliis q̃ mãdas mihi. Quasi dicat,Cætera ofa posthabebo tuis mãdatis.

Anteuertere,etiam relatum ad sermonem.Cice.in Lælio 15. Atque aliquid fum quum tecum agere conarer,Fannius anteuertit.

Anteuolo, anteuolas,penul.correp. (προϊπτάμαι, Stat.3.Thebaid.85. –at vigil omni Fama sono varios rerum succincta tumultus, Anteuolat currum. Virg.9.Aeneid.10. –anteuolans tardum præcesserat agmen.

ANTEVORTA,Dea Romanorum,dicta quòd futura prospiceret.

Anteurbânus, adiectiuum,penul.prod. (πρόαστος,) vt Anteurbana prædia,id est vrbi propinqua. Festus.

Anthemis, penul.correp.quia Græcè scribitur ἀνθεμίς, anthemidis,f.g.Aliquibus eranthemon vocatur,quoniam vere floreat:aliis chamæmelon,quoniam odorem habeat mali, vulgo camomilla. De hac multa Plinius lib.22.cap.21.

ANTHEVS,Fuit Antenoris filius,quem Paris amauit,& imprudens interfecit. Quo nomine dictus est vnus è ducibus Aeneæ de quo Virgilius 2.Aeneid. Anthea,Sergestumque videt.

* Anthologica,corum,liber de floribus.Plin.lib.21.cap.3.

* Anthracina fortuna.Plaut.Rud.13.47.aliter Anatina.

Anthrax, anthrãcis,& Græcè anthrácos,pe.prod. (ἄνθραξ,) Carbo.Sic vocatur item abscessus quidam ex atra bile,rubore subliuido,quo non aliud pcius.Latini carbunculũ vocant.Ex Latino Græco.Vnde anthracites gemma,apud Plinium lib.37. cap.7.

Anthracinus,adiectiuum,penul.correp.(ἀνθρακινός,) à nomine anthracis deriuatũ:antiqui pro atro dixerũt.Vñ Anthracinæ vestes.i. lugubres. Varro de vitã Po.Ro.li.3.Propinquæ adolescẽtulæ etiã anthracinis, pximo amiculo nigello,capillo demisso sequerentur luctũ. Ex Nonio.

Anthrôpos, penul.prod.(ἄνθρωπος,) Latine homo interpretatur.Inde Anthropophagi, Populi Scythiæ carnibus humanis vescentes:de quibus Plin.lib.6.ca.17.4.& Strabo lib.4.

* Anthropophagi,penul.corre.populi Scythiæ, Græcè ἀνθρωποφάγοι, qui carne humana vescebantur.

Anti, ἀντὶ præpositio Græca,Latinè cõtra significat. Interdum pro vt Antiptôsis,id est pro casu.

* Antia lex ne quispiã foris cœnaret.eã tulit Antius restio,q̃ ne legẽ iuberet contẽnere videretur,nunq̃ foris cœnare voluit Macro.lib.3.ca.17.

Antiae antiarum,(πρόσθιον,) muliebres capilli demissi in frontem,appellati ex Græco videntur:quod enim nos antea, illi ἀντὶ dicunt. Festus.

Antibachius, penul.prod.(ἀντιβάκχειος,) Pes metricus,Bacchio contrarius:constat enim duabus longis,& vltima breui,vt auditò.Alio nomine Palimbacchius dicitur.

Antîca, pe.pro.Seruius in Virgil eclog.8.Augures designant templa liituo:& eis dant nomina:vt prima pars dicatur antica, posterior

posterior posticaritè dextra & sinistra. Varr.6.de Lingua Lat.Eius tẽpli partes quatuor dicũtur:Sinistra,ab Oriẽte:Dextra ab Occasu,Antica ad Meridiẽ:Postica ad Septentrionẽ.Loquitur de templo augurali.

ANTICANIS.Vide ANTECANIS.

Anticategória, pen.corr. (ἀντικατηγορία,) Latinè dici potest recriminatio,siue mutua accusatio.Et est genus controuersiæ iudicialis.Quintil.lib.3.cap.12.Adiecerunt quidam numero mutuam accusationem,quæ ἀντικατηγορία vocatur.Et paulo pòst, Duo erunt genera eius alterum quo litigatores idem crimen inuicem intentant:alterum,quo aliud atque aliud.

* Anticato, (ἀντικάτων,) liber Cæsaris contra Catonẽ.Quintil.lib.1.

ANTICHTHONES,pen.corr. (ἀντίχθονες,) Plinio cap.22.lib.6. Populi ad Taprobanen insulam habitantes:in zona hyemali. Dicti ab ἀντὶ quod est contrà:& χθὼν,id est terra:quòd contraria parte aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia. Alio nomine Antipodes appellantur.Martianus tamen Antichthones separat ab Antœcis & Antipodibus. Subtilis enim & diuersa apud veteres inquisitio semp fuit, Sint'ne hominum qui sub terra, sua vestigia nostris opposita habeant, nécne. Quod ita esse ratione satis euidenti Macrobius.2.de Somnio Scipionis& Plinius cap.65.lib.2.ostẽdere conantur. Sunt verò nonnulli qui credãt fabulosa esse omnia quæ de Antipodibus ab aliis sunt relata. quod Augustinus cap.9.lib.16.de ciuitate Dei:& Lactantius cap.24.lib.3.Diuinarũ institutionũ ostẽdũt. His allentitur Lucr.lib.1. Illi quum videant solem,nos sydera nocte Cernere,& alternis nobiscum tempora cœli Dimidere,& nostes pátiles agitare diebus.

Sed vanus stolidis hæc omnia parturit error. Alii altius intelligunt, vt inquit Seruius in.6.Aeneid.qui sub terra esse inferos volunt,secundum Chorographos & Geometras,qui dicunt terrã σφαιροειδῆ esse, quæ aqua & aere sustentatur.quod si ita est,ad Antipodes poteſt nauigatione perueniri:quia quantum ad nos spectat,miseri sunt, sicut nos illa.Hinc est qđd terram esse inferos dicimus:quanquã illud fir,quia nouem cingitur circulis. Tiberianus etiã inducit epistolã vento allatam ab Antipodibus, quæ habet, SVPERI INFERIS SALVTEM.Sunt,vt etiã Strabo retulit lib.1.qui Orientis extremi, & maximè ad Occasum inclinatæ regionis incolas, quales sunt Indi,atq; Hispani, Antipodas esse contendant.Ratione consimili Antipodas esse, qui tum extremam Meridiei, tum Septentrionis partem vltimãm incolunt.De his & Cicero Academicarum quæstionũ lib.4. Nónne etiã dicitis esse è regione nobis,è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia,quos Antipodas vocatis? Declinatur autem Antipus,penult.corr.Antipodis,vel Antipodos.

Anticipo, anticipas,penult. corr. (προκαταλαμβάνω, προλαμβάνω,) Anticipare posuerunt veteres pro præuenire: hoc est,ante capere.Varro Bimargo,

Sensistis dicite Labdea,& viuos contemnite viui.

Anticipate,atquè addite calcar,stultos contẽnite docti.Hæc Nonius. Cice.Attico,lib.8.166.3. Quid igitur proficis,qui anticipes eius rei molestiam,quam triduo sciturus fis? Sueton.in Claudio Cæsare,cap. 21. Fecit & seculares ludos, quasi anticipatos ab Augusto,nec legitimo tempori reseruatos. Cic.1.de Nat.deor.102. Primum quod ita sit informatum, auticipatum mentibus nostris, vt homini quum de Deo cogitet,forma occurrat humana. Statius lib.6.89.

Anticipare mortem. Tranquillus. Quum audisset vnum ex iis T.Carnulium,anticipasse mortem,exclamauit,Carnulius me euasit.

Anticipare vno die. Plin.lib.1.cap.47.6. Competit fermè & hoc omnibus, quos deinde ponam per singulas intercalationes, vno die anticipantibus,rursumque lustro sequenti ordinem seruantibus.

Anticipatio, (πρόληψις,) Verbale.Cic.1.de Nat.deor.62. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationẽ quandã deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus: id est anteceptam animo rei quandam informationem:sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari potest? Anticipatio à Seruio dicitur figura quæ Græcè prolepsis.Hanc alii præsumptionem appellarunt. Vide PROLEPSIS.

ANTICYRA,pen.corr. (ἀντίκυρα,) Insula ad sinũ adiacens Maleacũ & Oetam montẽ, cuius meminit Strabo lib.9.vbi authore Plinio,helleborum rutisimè simitur.Ouid.lib.4.de Ponto,eleg.3.11.

I,bibe,dixissem,purgantes pectora succos,

Quicquid & in tota nascitur Anticyra.

Vnde quoties insanum hominem significare voluerunt,Anticyra egere scribunt.Horatius in Arte poetica.67.

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam

Tonsori Lycino commiserit.Idem lib.2.Serm.saty.3.33. –verum ambitiosus,& audax,

Nauiget Anticyram.Ibidem paulò antè.17.

Danda est hellebori multo pars maxima auaris,

Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem. Est & Anticyra,ciuitas iuxta Cyrram in Phocidæ regione,in Corinthiũ conuersa sinum:

ab Anticyreo quodam Herculis ætate,Caparissus ab Homero dicta.

* Antideo,Antidis,Antidire pro Anteire.Plaut.perſa.10.1.

Antidôrum, antidóri,penult.produ. (ἀντίδωρον,) Latinè Remuneratio:quo nomine Vlpianus vsus est in titulo de Petitione hæreditatis,Plane (inquit) si antidôra acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt: velut genus quoddam hoc esset permutationis.

Antídotus, antidoti,penul.corre.(ἀντίδοτος,) Remedium,cõpositio ex variis medicinis, q̃ datur contra venena, alioqui nocitura. Et perinde sonat ac si dicas,contra datũ:ab ἀντὶ & δίδωμι. Plin.lib.20.ca.3.A multis verò antidoti vim habere in vino & oleo.Quintil.lib.7.ca.3.20. Tyrannus suspicatus à medico suo data sibi venena,torsit eũ. Et quũ id dedisse se negaret, accersit alterum medicum.ille datum ei venenum dixit:sed se antidotum dãturum.

Dare aliquid pro antidoto.Pli.li.32.ca.4.Pro antidoto dari dicũt.Gel.li.17.ca.16.Hui' regis antidot' celebratissima est,q̃ Mithridatios vocat.

ANTIGENIDES,penul.correp. (ἀντιγενίδης,) authore Suida,Thebanus musicus tibicen, Philoxeni discipulus, De eo vide Gellium lib. 15.cap.17.& Valerium lib.3.cap.7.de Fiducia sui.

ANTIGONE,Antigones,pe.corr. (ἀντιγόνη,) Filia Laomedontis & Priami sororꝛquam ob superbiam formæ Iuno conuertit in Ciconiam. Ouid.fabulam describit lib.6.Metam.19. Fuit & alia Antigone.Oedipi regis Thebanorũ filia:quæ patri cæco,& à Creonte in exilium acto vic dux extitit,vt Seneca in Oedipo,& Statius in Thebaide testãtur. Quam quum postea iugulari fecisset Creon, Hæmon amator ad mortuæ tumulum se interfecit. Propert.lib.2.ad amicum 9.6.

Quid,non Antigones tumulo Bœotius Hæmon.

Corruit ipse suo sanctus ense latus?

ANTIGONVS,pen. corre. (ἀντίγονος,) nomen proprium regis Macedonum,& Alexandri Magni frater,qui primus post Alexandrum in Asia regnare cœpit,& duodeuiginti annis regnauit.

Antigraphum, antigraphi,penul.corre. (ἀντίγραφον,) quod ex archetypo effictum est,de tabula ad imitationem alterius depicta.

Antigrapheus,penul.corre.vel quatuor syllabarum. (ἀντιγραφεύς,) Antigraphei dicebantur à Græcis obseruatores illi,quos vulgò contra rotulatores dicunt:ad quæque eorum ἀντίγραφα quasi contra scripta. Nos antigrapharios appellare possumus. Hos Cicero custodes appellat in oratione pro lege Agraria contra Rullum,& de Reditu suo:& Vlpianus,Lege tertia,de Administratione tutorum.Budæus.

* Antilegomena, (ἀντιλεγόμενα,) Latinè quasi dicas,contradictiones. Plin.10.cap.8. Petronius,Qui Antilegomena scripsit.

ANTILOCHVS,penul.correp. (ἀντίλοχος,) Nestoris ex Euridice filius interfectus in bello Troiano à Memnone Auroræ filio, vt tradit Homerus.Iuuenal.Saty.10.26. –quum videt acris Antilochi barbam ardentem. Horat.2.Carm.ode 9.3.

ANTIMACHVS,pen.correp.(ἀντίμαχος,) Colophonius poeta Grecus.Is quum poema quoddam obscurum in auditorio recitaret, atque omnes præter Platonem (quòd minimè illud intelligerent) discessissent,Plato mihi (inquit) pro omnibus. Nam & poetis hoc quidem cõcedi potest,oratoribus minimè:quum popularis sit illa facultas,illeque rãtũ sit bonus orator,qui multitudini placet.Hæc Ci.Catul.eleg.90.2. At populꝰ tumido gaudeat Antimacho.De eodẽ Plutar.in Lysandro.

Antinômia, antinómiæ,penult. corre. (ἀντινομία,) inquit Budæus,non est quum lex legi contraria est ipso iure, quia altera alteram tolleret:sed quum duæ leges casu collidũtur, & euentu.Quinct.lib.7.cap.8. Proximum est de legibus contrariis dicere,quia inter omnes artium scriptores constat,in antinomia duos esse, scripti & voluntatis,status,&c.

ANTINOVS,penul.correp. (ἀντίνοος,) Ithacensium, admirandæ pulchritudinis adolescẽtis,tanta tamque eleganti fuit forma,vt Adrianus princeps, (à quo adamabatur) templum ei apud Mantineam constituerit,vt scribit Pausanias. Propert.4.Eleg.1.2.

Penelopen quoque neglecto rumore mariti

Nubere lascivo cogeret Antinoo. Sic Ouid.1.Epist.19.

ANTIOCHIA,pen.prod.(ἀντιόχεια,) est Syriæ pars,vt author est Plinius in Syriæ descriptione,& item Pomponius.

ANTIOCHVS,penul.corre.(ἀντίοχος,) Horat.3.Carm.ode 6.8. Pyrrhumque,& ingentem cecidit Antiochum. Nomen fuit regum Syriæ,ferè enim hoc nomine omnes vocati sunt,vt Antiochus Soter,Antiochus Deus,Antiochus Magnus Antiochus Eusebius, de quibus Appianus copiosius in Syriaco, & Trogus. Fuit præter hos Antiochus Ascalonita,ex vetere Academia, dicendi peritissimus, Luculli præceptor,de quo Plutarchus in Lucullo:Ciceronis item & Bruti.

ANTIOPA,pe.corr.(ἀντιόπη,) Nyctei regis filia,& vxor Lyci Thebanorũ regis,authoꝛ Lactãtio.Hæc,vt ferũt fabulæ,pp formã à Ioue ad amata est,ex quo Zethũ,& Amphionẽ suscepit.Proper.li.1.Eleg.4.2.

Tu licet Antiopæ formam Nycteidos,& tu

Spartanæ referas laudibus Hermionæ.

Inuocet Antiope quem nisi uincta louem?
Antiopa, Comœdia Pacuuii, Persiatæ. 1.8.
Sunt quos Pacuuius, & uerrucosa moretur
Antiopa, æruminis cor luctificabile fulta.
* Antepagmenta ualnarum ornamenta quæ antis appinguntur hoc est, affiguntur. Festus. alii Antepagmenta scribunt. Cato. ca. 14. 2.

ANTIPATER, penul. correp. (ἀντίπατρος,) Iolai filius fuit è Paliuria ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, vir præter scientiam rei militaris, literatissimus, vt tradit Suidas. De hoc Antipatro sic scribit Plutarchus, Antipater successor Alexandri in regno Macedoniæ, post obitum Athenienſibus illatum, legatis ad eum de pace venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, respondit se in amicitia permansurum, si sibi Demosthenes, & hyperides dederentur. Si eius præsidium in Munichian, id est Athenarum arcem, recepissent: Si denique absumptam in eo bello pecuniam acceptaque damna resarcirent. Quibus illi conditionibus consenserunt. Antipater alius Sidonius poeta nobilis, qui extempore innumerabiles penè versus faciebat, vt testantur Cicero & Quintilianus. Item Antipater Tyrius, philosophus Stoicus, & Catonis Vticensis præceptor, vt author est Plutarchus in Catone. Alius item Tarsensis philosophus, vt idem author est. Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Ascalonita, vir maximus & potentia præditus, de quo Volaterranus in historia Hierosolymitana. Fuit & Antipater Hierapolitanus Sophista nobilis præceptor liberorum Seueri principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac magister epistolarum fuit, vt est author Philostratus.

Antipathia, antipathia, penul. prod. (ἀντιπάθεια,) Naturalis rerum differentia, repugnantia. ad verbum sonat contrapassionem, cui opponitur sympathia, quæ mutuam quandam rerū inter se cognationem significat. Ex Lexico Græco. Plin. lib. 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerū attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est vsquam venenatius quàm in mari pastinaca. Idem lib. 34. cap. 15. Á rubigine vindicatur ceruſa & gypso & liquida pice. Hęc est temperatura, à Græcis antipathia dicta. Loquitur de ferro.

Antiperistasis, penul. corre. antiperistasios, f.g. (ἀντιπερίστασις,) Latinè dicitur circumobſistentia, recipro catio, compressio undique circunfusa. Dicitur etiam antiperistasis in humano corpore, quum è loco superiore, spiritus infrà coercetur, & vi ceversa, idq; fit per consensum & cognationę partiū, & hoc per ἀντιπάθειαν. Ex Lexico Græco. Alii sic, Antiperistasis dicitur, per quam vbi calidum est, inde frigus expellitur: vbi frigidum est, inde calor expellitur. Hinc putei per hybernum tempus calentiores quia illo se calor contulit, cedente frigori superiore possidenti.

Antipelargia, antipelargiæ, penult. corrept. (ἀντιπελαργία, & ἀντιπελαργίας,) Gratiarum relatio, à ciconia dicta, quę Græcè πελαργὸς, dicitur. * Ea siquidem parentes suos senio confectos alere traditur. Aristotiles ex Budæo.

ANTIPHATES, penul. correp. (Ἀντιφάτης,) fuit filius nothus Sarpedonis, vt est apud Virgilium lib. 9. Aeneid. 142.

ANTIPHON, penul. corre. (Ἀντίφων,) Rhamnusius orator antiquus, Quintil. lib. 3. cap. 1.

Antiphrasis, fœm. gen. penul. correp. (ἀντίφρασις,) Figura est, quum per contrarium verba dicuntur: vt Parcæ, quia nemini parcant. sic manes, quia non sunt boni. manum enim, antiqui bonum dicebant. Ex Donato & Seruio.

ANTIPODES, pe. corr. antipodum, (ἀντίποδες,) Cicc. 4. Acad. 220. Nonne etiam dicitis esse è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos antipodas vocatis? Declinatur autem Antipus, Antipodis, vel Antipodos. Vide ANTICHTHONES.

ANTIPOLIS, penul. correp. (Ἀντίπολις,) Galliæ Narbonensis vrbs, Ptolemæo, vulgo Ragni.

Antipophora, penul. corrept. (ἀντιποφορὰ,) Est figura sententiæ, qua aduersariorum sententias ac dicta nobis proponimus, ac substituimus in hoc tantum vt illis respondeamus. vt, apud Virgilium, Aeneid. 4. 121. Verum anceps pugnæ fuerat fortuna: fuisset. Latinè dicitur oppositio, vel obiectio. Hæc Rufinianus in libro de Schematis.

Antiptôsis, huius antiptôsis, penul. prod. f.g. (ἀντίπτωσις,) Figura est, quum casus pro alio casu ponitur. vt, It clamor cœlo. pro in cœlum.

ANTIPYRGUS, (ἀντίπυργος,) Ptolemæo vrbs Marmaricæ. Strabo ni Tetrapyrgia, vulgo Lucho.

Antiquus, (ἀρχαῖος, παλαιὸς,) adiectiuum, pe. prod. antiquior, quisque domos atium. Vbi Seruius, Aut reuera antiquas, aut charas. Sic antiquæ munitiones, Cæsar 3. bel. Ciuil. 212. Antiquum & vetus. Plaut. Bacchid. 15. 62. Recta porta innadam extemplo in oppidum antiquum & vetus.

Antiquum, & iam obsoletum. Cicc. 3. Verr. 37. Vereor ne hæc sortè eut quam nimis antiqua & iam obsoleta videantur.
Antiquo operè ac summa arte perfecto. Cicc. 6. Verr. 41. & 93. Item 2. Verr. 9. Affabre atque antiquissimo artificio factus deus.
Antiqua cedrus. Virgil. 7. Aeneid. 37.
¶ Antiquissimæ cuique epistolæ respondere. Cicc. Attico, lib. 9. 180. 1. Tres epistolas tuas accepi postridie Idus. erant autem illæ tertię prędies Idus datæ. Igitur antiquissimæ cuique primùm respondebo.
Antiquior dies adscripta literis. Cicc. ad Quint. fratrem, lib. 3. 17. 11. Nō mihi vno die tres sunt redditæ, & quidem, vt videbantur, eodem absq; datæ temporis vna pluribus verbis, in qua primū erat quòd antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis, quàm in Cæsaris.
Antiquo censu diues. Horat. 2. Sermo. 3. 34.
¶ Inter senes, veteres, & antiquos. Senes, vocantur quantumad priuatā ipsorum vitam, quòd vsque ad sepilem ætatem vixerunt. Veteres, quantum ad publicum tempus, quòd alia ætate vixerunt, etiam si ad senectā non pernenerint. Vnde quidam iuniores, fuerunt seniores veteribus. Antiqui, vtrique dicuntur sed magis veteres quàm senes. Hæc Valla libro 4. Cicc. in Lælio, Plus apud me antiquorum authoritas valet.
Antiquis nobilibus ortus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 21.
Antiqua stirps. Virgil. 1. Aeneid. 127.
Antiqui homines, interdum referuntur ad mores, non ad ætatem: vt sunt antiqui hominis, qui præditi sunt moribus antiquis, id est optimis & probatissimis, quales scilicet antiquorum fuerunt, Ci. pro Rosc. Amer. 17.
Vsque adeo autem ille pertimuerat, vt mori mallet, q̄ de his rebus Syllam doceri. Homines antiqui, qui ex suā naturā cæteros fingerent.
In eodē sensu dicitur, Homo antiqua virtute ac fide. Terē. Adel. 3. 3. 22.
Antiqui mores. Plautus Cap. 4. 20.
Ille demum antiquis est adolescens moribus.
¶ Antiquus etiam dicitur, qui nobis ex longo & diuturno tempore coniunctus est, vt Antiquus amicus, antiquus hospes. Plaut. Bacchid. 1. 27.
¶ Antiquum pro Pristino. Terent. Adelph. 5. 3. 26. Eandem illam rationem antiquam obtine. Idem Hecyra 1. 2. 17.
—antiqua vt consuetudine
Agitarem inter vos liberè conuiuium.
Antiquum, absolutè. Plaut. Mostel. 10. 5. —antiquum obtinere
Hoc tuum, tardus vt sis. Id est Hunc tuum antiquum & consuetum morem. Terē. And. 4. 5. 22. Optime hospes pol Crito antiquum obtinebas. Id est quod antiquitus solebant. Aut certè est eclipsis, vt subaudiamus ingenium, vel animum, vel morem, vel institutum. Ex Donato.
¶ Antiquum Nobile. Virg. 1. Aeneid. 107. Terra antiqua, potens armis. Vbi Seruius, Antiqua, nobilis. nec enim noua esse potest.
¶ Antiquum, Magnum. Virg. 2. Georg. Res antiquæ laudis & artis. Vbi Seruius, Antiquæ laudis, vel magnæ, vel quòd apud maiores in ingenti honore fuerat agricultura.
¶ Antiquum pro charo. Virg. 2. Aeneid. Nec mihi iam patriam antiquæ spes vlla videndi. Sic lib. 4. Aeneid. 127.
Antiquus amicus. Ouid. 2. de Ponto 19.
¶ Antiquus, Nō modò vetustus: sed etiam potius ac venerabilis significat. Tractum ab honore qui senectuti exhibebatur. Vt Antiquior curia. Quintil. lib. 4. Vt in armorum ratione antiquior cauendi, q̄ feriendi cura est. Antiquiorem curam dixit, quæ prius animum occupat: id est potiorem. Cic. Attico, li. 10. 197. 6. Itaque qui nunquam adegit vt Hispaniæ per se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Id est Potissima & cordi primis fuit. Budæus.
Nihil antiquius iudicare salute & libertate Reipub. Lentulus Senatui libro 10. 35. 1.
Nihil habere antiquius, Nihil sibi esse antiquius. Cicero ad Brutum, lib. 11. 5. 2. Nec habui quicquam antiquius, quàm vt Pansam statim conuenirem. Idem Attico, lib. 2. 37. 3. Vt omnes intelligerent, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse.
Nihil antiquius vita ducere, & omnia libertate posteriora ducere. Cicc. 13. Philipp. 346.
Antiquissimum sit nobis, &c. Cicc. Attico, Non possum commodius scribere, quàm tu scribis. officium sit nobis antiquissimum. Id est potissimum, singulare, præcipuum. Columel. lib. 8. cap. 17. 6. Sintque nobis antiquissimum meminisse etiam in fluuiatili negotio, quod in terreno præcipitur. Cicc. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 15.
De Tullia mea tibi antiquissimum esse video. idque ita vt sit, te vehementer rogo. Cicc. Attico lib. 12. 25. 5.
Antiquissimum habere. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 2. 5. 5. Iique iudicorū causam suscepit, antiquissimamque se habiturū dixit. Idē Attico, li. 16. 322. 1. Id quidē sic suscepturū est mihi, vt nihil sim habiturus antiquius.
Carum & antiquum habere. Cicc. 1. de Inuent. 83. Quid hunc tanta Thebanorum gloria, tam claro atque exornato trophæo carius atque antiquius habere conuenit?
Sanctius & antiquius est hoc mihi. Cic. Attico, lib. 12. 24. 1. 18.
Antiquarius, adiectiuum, (φιλόπαιστος,) vnde antiquarii homines dicti sunt, qui voces priscas & iam diu desitas curiosè consectantur. Quę verbo

verbo Suetonius vsus est in Augusto, Cacozelos & antiquarios pari studio spreuit. Budæus.
Antiquarii etiam dicuntur antiquitatis nondum exoletæ studiosi peritique: quorum scripta iucunda quadam reuiuiscque interdum antiquitate veluti distincta sunt: qualis fuit olim Sallustius, & nostro tempore Theodorus Gaza. Iuuenalis, Saty. 6. 46.
Ignotosque mihi tenet antiquaria vestis. Budæus.
Antiquitas. pen. corr. (παλαιότης,) denominatiuum, Vetustas.
Antiquitatis authoritas. Quintil. lib. 1. cap. 6. 15.
Vltima antiquitas. Cic. 1. de Finib. 39. Quod quàm magnum sit, fictæ verum fabulæ declarant: in quibus tam multis, tamque variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur.
Antiquitatis cognoscendæ, Aegyptū proficiscitur. Sub. Gratia. Tacit. li. 2.
Antiquitate generis laudem consequi. Cic. Antequam iret in exil. 16.
Antiqui generis ex clarissimo municipio profecta. Cic. pro Fonteio. 15.
Antiquitas, pro Ipsis antiquis. Plinius lib. 12. cap. 19. 1. Cinnamomum & casias fabulosa narrauit antiquitas.
Antiquitas, in alia significatione. Sallust. teste Seruio, Tantum antiquitatis curæque maioribus pro Italica gente fuit. Id est antiqui, & præcipui amoris sine charitatis: ab eo quod est antiquum pro charo.
Antiquitas, pen. corr. Aduerbium temporis, Id est ab antiquo tempore. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 137. Qui in eorum fide antiquitus erant. Idem lib. 6. bel. Gal. 43. Quòd summa authoritas antiquitus erat in Heduis. Tacitus lib. 20. Antiquitus instituta exolescere.
Antiquitus duraui hic mos vsque ad nostra tempora. Quintil. lib. 1.
* & Accepta antiquitus opinio.
Antiquitus factitatum. Plin. lib. 18. cap. 18. 2.
Iam inde antiquitus. Plin. in Paneg. 136. Video enim iam inde antiquitus maritos deorum, ac deorum liberos, nec dignitate nuptiarum magis quàm iis artibus inclaruisse.
* Non adeo antiquitus placuit. Plin. lib. 2. cap. 2.
Antiquo, antiquas, pen. prod. (ἀπαρχαίω, ἀπαρχαιῶ,) antiquare, Abrogare, abolere, fue (vt Nonius interpretatur) obsolefacere & è memoria tollere: vt Antiquare legem. Cic. 1. de Legib. 54. Vos item, vt video, legem antiquastis siue tabella. Sic antiquare rogationem, idem Cicero Attico, lib. 1. 9. 7.
Antiquari, passiuum. Liuius. 4. ab Vrbe. 254. Profertur tempus ferundæ legis: quam, si fabiētta inuidię esset, antiquari apparebat. Sic Cic. 2. Offi. 108. Quum legē Agrariā ferret, quā tamē antiquari facile passus est.
Antiquare, Est in morem pristinum reducere. Festus.
Antiquatio, Verbale, Abolitio, abrogatio. Gellius, Facta mox est antiquatio legis.
Antiquè, aduerbium. Horat. 1. Epist. 1. 14.
Si quædam minus antiquè, si pleraque durè Dicere credat eos.
Antisophistes, antisophistæ. Quintil. Vrbanęque Virginius interroganit de quodam suo antisophiste quot millia passuum declamasset.
Antistes, antistitis, penult. corr. (ἀρχιερεύς,) Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 5.
Non sinit illa sui vanæ antistitis vnquam
Esse preces. Ab antiquo verbo antisto, pro antesto, quòd ceteris anteste, id est antecellat. Erant autem antistites apud antiquos primarii singulorum templorum sacerdotes, qui sacris præerant, & de futuris ætatis agendis responsa dabant consulentibus. Liuius. 1. ab Vrbe. 31. Potitii ab Euandro edocti, antistites sacri eius per multas ætates fuerūt. Loquitur de sacris Herculis. Ibidem. 198. Antistes fani Dianæ. Cic. pro Domo sua. 1. Antistites deorum.
Antistes in fœminino. Valer. lib. 1. cap. de Seruata religione, Ne deæ vetustis ritibus perita deesset antistes.
Antistites ceremoniarum & sacrorum, Præfecti ceremoniis. Cicero pro Domo sua. 88. Iuuenal. Saty. 2. 12.
¶ Antistes, per translationē dicitur qui in re aliqua excellit, atq; principatū tenet. Vnde Ser. Sulpitius, teste Quintiliano, li. 11. ca. 1. Iurisantistes appellatus est. Et Plato sapiētię antistes, apud Plin. li. 7. ca. 30. 1. Sapientiæ antistes.
* Antistia, stiæ. Ouid. 13. Metam. 85. Tractisq; comis Antistia Phœbi.
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Antistita, antistitæ, pen. corr. Gellius lib. 13. cap. 19. Sacerdotes quoque fœminas M. Cicero antistitas dicit, non secundum grāmaticam legem antistites. Nam quum insolentias verborum à veteribus dictorum plerunque reſpuere tibuius tamen verbi in ea parte somitu delectatus, Sacerdotes (inquit) Cereris, atq; illius fani antistitæ. Cic. 6. Verr. 89.
* Ictáue barbarico cybeles antistita buxo. Virgil. in Ciri.
Antistitor, pen. corr. (ἐπιμελητὴς,) Alicui operi præfectus. Columel. lib. 3. cap. 21. Si verò interiectibus capere cuiusq; generis fructū aucatiprimum necesse est vt vindemiatorū aleam subeat. neq; enim singulis totidem antistitores dare potest qui obseruent, quiq; præcipiant ne acerbæ vuæ cum maturis demetantur. Nonnulli hīc legunt antistites.

ANTISTHENES, pen. corr. (ἀντισθένης.) Socraticus Philosopus, acutus magis quàm eruditus, præceptor Diogenis, patientiam, & duritiam in Socratico sermone adamauit, vt scribit Cicero lib. 3. de Oratore. 35. Fuere item alii tres, vnus de schola Heraclitī, alius Ephesius, tertius Rhodius historicus, vt tradit Diogenes Laertius.

Antisto, antistas, (πρεσβεύω,) antistare, veteres dixerunt pro antestare, id est antecellere. Cato, cap. 156. 1. Brassica est, quę omnibus oleribus antistat. Lucretius lib. 5. 5.
Herculis antistare autem si facta putabis
Longius à vera multo ratione ferere. Tacit. lib. 2. Sed vt locis, ordinibus, dignationibus antistent.

Antistoecon, n. g. (ἀντίστοιχον,) Tropus est quum litera ponit pro litera, vt magalia pro magaria, sulla pro seda, & melitor pro meditor. Quidam scribunt Antitichon.

Antistrophe, antistrophes, pen. corr. fœ. ge. (ἀντιστροφὴ,) Latinè conuersio: species est repetitionis, quum in eandem partē orationis sæpius desinitur. Cuiusmodi est hoc pro Fonteio, Frumenti maximus numerus è Gallia peditatus amplissimæ copiæ è Gallia, equites numero plurimi è Gallia. Huic figuræ contraria est Epanaphora. Ex Aquila Romano, de Figuris.

ANTITAVRUS, (ἀντίταυρος, mòs Tauro oppositus. De quo Strabo lib. 11. Taurus itaque Septētrionem versus in multos quasi ramos dēciditur, quorum vnus est Antitaurus: sic enim ibi appellatur. Is Sophenam comprehēdit in conualle quadam, quæ inter eum iacet, atq; Taurum vltra Euphratem. Denique, vt idem lib. 11. refert, in eo valles sunt profundæ & augustę, in quibus sita sunt Comana ciuitas memoratu digna, & Bellonæ fanum, quod illi Comma vocant. Sunt qui Antitaurus legi debere contendant.

Antithesis, huius Antithesis, pen. cor. f. g. (ἀντίθεσις,) Figura est, dictionis, quū vna læa pro alia ponitur: olli pro illi.

Antitheton, antitheti, pen. corr. n. g. (ἀντίθετον,) Latinè oppositum, siue expressius contrapositū. Figura est quā contraria cōtrariis opponūtur: vt apud Cic. in Orat. 35. Ouid. 1. Meta. 4.
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis:
Molita cum duris, sine pondere habentia pondus. Persius Saty. 1. 9.
—crimina rasis
Librat in antithetis, doctas posuisse figuras Laudatur. Cic. ad Brutū 95. Semper hæc quæ Græci antitheta nōtant, quū cōtrariis opponūtur, contrariā, numerum oratorum necessitate ipsa efficiunt.

ANTIVESTAEVM, promontorium Britanniæ, quod etiam dicitur Bolerium, apud Ptolemæum. Diodoro Bellerium, vulgò S. Butien: in Cornubia, seu Cornoualia.

ANTIVM, oppidum vetus in Latio iuxta mare, cuius meminit Ptolemæus, nunc penitus diruti: vulgò Nettuno. Erat ibi Templum Fortunæ, vt Horatius refert lib. 1. Carm. ode. 30. 1. O diua, gratum quæ regis Antium. Fortunā alloquitur. Ab hoc Antiates dicti sunt. Vide Liuium libro. 6. primæ Decadis. 38.

Antlia antliæ, (ἄντλία,) Machinula ad hauriendam aquam excogitata. Martialis libro. 9. ad Cæsarem Domitianum, Curta laboratas antlia tollit aquas.

Antlo, antlas, antlare, Haurire à Græco ἄντλω descendit. Liuius, Florē antlabant Liberi ex Carchesiis. Festus.

ANTORES, (ἄντορες,) pop. quos Martian⁹ ab Antichthonib⁹ sepat.

ANTONIVS, (ἀντώνιος,) proprium viri nomen. Antoniorum familia Romæ nobilissima vetustissimaque fuit: vtpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda proditur.

M. Antonius Orator, Triumuiri auus. Cic. in Bruto, Nunc ad Antonium Crassumque peruenimus. Nam ego sic existimo, hos Oratores fuisse maximos, & in his primum cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiam æquatam. Omnia veniebant Antonio in mentem, eaq; suo quæq; loco vbi plurimum proficere & valere poterant vt ab Imperatore equites, pedites, leuis armatura: sic ab illo in maximè opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria tanta, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, vt iudices illo dicente nonnunquam viderentur non satis parati ad cauendum fuisse. Verba ipsa, non illa quidem elegantissimo fermone atque diligenter loquendi laude caruit, neque tamē est admodum inquinatè locutus. Interfectus est à Mariana factione, vnà cum pluribus aliis clarissimis ciuibus, quorum capita in rostris pependere. Huius filii M. & C. Antonii fuere: quorum M. Antonius gratia Cottæ Consulis, & Cethegi factione in Senatu curationem rei frumentariæ & totius oræ maritimæ nactus, Siciliam & prouincias omnes depopulatus est. Et ad postremum inferens Cretensibus bellum, ibi morbo interiit. Hunc Sallustius ait perdundæ pecuniæ genitum: & vacuum à cari: nisi instantibus. Author Pædianus. C. Antonius alter, oratoris filius, multos in Achaia spoliauerat, nactus de exercitu Syllano equitum turmas. Græci autem, quòd multos spoliauerat, adlaxerūt eum in ius ad M. Lucullum Prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis et iam tum adolescentulus: & quum Lucul

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus id, quod Græci postulabant, decreuisset, appellauit Tribunos, iurauitque se ideo iurare, quòd æquo iure vti non posset. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Censores exemio, quo hæc dicerentur, Senatu mouerunt, causásque subscripserunt, quòd socies diripuerit, & iudicium recusauit, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia mancipauit, bonaque sua in potestate non haberet. Hęc Prædianus. Hunc item Cicero in Verrinis vocat in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium. Nam inter eos fuit qui iussu Syllæ in Cireenses, quos ipse post victoriam fecit, quadrigas agitauerunt. Huius filius C. Antonius cum Cicerone Consul fuit: eique maximè aduersatus, vt qui Catilinę coniurationi faueret. Placitus ab eo demum, rectáque de Repub. sentire persuasus est. Postremò post Cæsaris mortem in dissensione ciuili in Bruti potestatem, quum in Græciam venisset, ab eodem traditus est M. Ciceronis filio, in patris vltionem in proscriptione trucidati. M. Antonio Oratoris filio, M. & L. filii fuere: quorum M. Antonius Triumuir, causa & fax totius belli ciuilis extitit, quum esset tribunus clam ex vrbe ad Cæsarem in Galliam profugiendo: eum quoque mortium laudando, percussores publicè detestando: denique sanguinolentam vestem ostendendo, ac testamentum eius quo populum Romanum viritim ille nuncrabat, recitando: effecit, vt interfectores ob metum ab vrbe profugerent. Deinde Murinam Bruti prouinciam inuadentem, hortante Cicerone Senatus hostem iudicauit: superatusque ab Hirtio, & Pansa COSS. ac Cæsare puero, mox Triumuiratus fœdere inter eum & Lepidum, ac Cæsarem inito, Brutum & Cassium in Macedonia apud Philippos superauit. Quo bello confecto Octauius valetudinis causa Romam redit: Antonius in Græciam Asiamque profectus, honore quaquauersus ingenti est exceptus. Quum illi Oriens, Augusto Occidens, Lepido Italia obtigisset, multos per Orientem reges, & Terrarchas debellauit. Inter quos Antigonum Iudæorum Regem securi percussit: quod antea regum nulli contigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipsius gratia nefanda admisit, eique regna multa concessit in Syria. Flauiam vxorem statim inito Triumuiratu repudiauit, ac Octauiam Augusti sororem duxit: vtranque postremo ob Cleopatram contempsit. Ad bellum Parthicum, Ventidium legatum misit. Qui, interfecto Pacoro regis filio, ab Antonio missus Romam, triumphauit. Inde Cleopatra in Aegyptum remissa, per Armeniam Arabiamque profectus, copias vndique contraxit. Cum Phraate Medorum Rege prælio congressus, ac victor eum vsque ad Araxem fluuium persecutus est. Dein in Armeniam reuersus eius regem in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octauia, causa fuit inter eum & Octauium dissensionis. Quocum postremò ad Actium nauali prælio congrediens, superatus est, Alexandriamque cõfugiens, atque ibidem ab eodem obsessus, gladio sponte incubuit, anno ætatis LVI. Huius viri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit. Nec ob res malè gestas quicquam de solita voluptate remisit. Hęc ex Plutarcho. L. Antonius Trumuiri frater apud Perusiam ab Octauio fame obsessus, in deditionem cum CCC alis venit: quibus, vt ait Liuius in Epitome, Octauius ipse pepercit: vt vero Tranquillus, omnes ad aram Cæsaris necare crudeliter iussit. Antonius Iulianus rhetor Romæ perquam fuit honesti atque humani ingenii: doctrina quoque ista vtiliore ac delectabili, veterumque elegantiarum cura & memoria multa fuit. Ad hęc scripta omnia antiquiora tam curiosè spectabat, aut virtutes penitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium ab eo factum examussim diceres.

Gellius Antonius Guipho ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus, Romæ docuit rhetoricam, & poemata in domo Iulii Cæsaris pueri adhuc. Cuius etiam scholam Cicero & clari viri frequentasse dicuntur. Fuit alioquin miti, facilique natura: nec vnquam aliquid de mercedibus pactus, eoque plura ex discentium liberalitate consecutus est. Vixit annos L. Ex Tranquillo.

Antonomasia, (ἀντονομασία,) Figura est, quę fit quoties pro nomine proprio id ponitur quod potest esse cum proprio nomine, & epitheto dici. Vt Saturnia pro Iunone. Virg. 1. Aeneid. Veterisque memor Saturnia belli. Ex Seruio.

Antrum, antri, (ἄντρον,) Græcè. Latinè autem cauerna dicitur. Virg. 6. Aeneid. 9. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. Mart. lib. 13. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.

Antrum, pro nomine substantiuo cauum. Virg. 4. Georg. 9.
Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris
Sub terra fodere lares reperitque penitus
Pumicibusque cauis, exesæque arboris antro
De apibus loquitur.

Abdita antra. Ouid. 13. Metam. 109.
Cæcum antrum. Lucanus lib. 4.
–cæcisque abscondit in antris.
Cauum antrum. Virg. 3. Aeneid. 128.
Curuum antrum. Silius lib. 6.
Intus dira domus, curuoque immanis in antro.

Frigida antra. Ouid. 5. Metam. 70.
Furna antra. Ouid. 5. Metamorph. 109.
Gelida antra. Virgil. 4. Georg. 102.
Immania. Virgilius. 6. Aeneid. 2.
Inferna. Propertius lib. 3. Eleg. 5. 9.
Nigrantia. Claud. in Paneg. 9.
Obscura. Ouidius. 4. Metamorph. 20.
Opaca. Seneca in Hipp. 4. 37.
Rorantia fontibus. Ouid. Metamorph. 6.
Vasta. Virgilius. 3. Aeneid. 123.
Vda. Martialis lib. Epig. 10.
Viridia. Virgil. 1. Eclog. 15.
Antro se occulit. Val. Flac. 8. Argonaut. 63.
Antra subire. Ouid. 12. Metam. 84. Antra simul subeunt.
Antro succedere. Virgil. 5. Eclog. 2.
In antra claudi. Ouid. 14. Metamorph. 58.

ANVBIS, pen. prod. huius Anubis, & Anubidis, (ἄνουβις, Ἀιγύπτιος) Aegyptius deus, Quia canino capite pingitur. hunc volunt esse Mercurium, quia nihil est cane sagacius. Author Seruius enarrans illud Virgilii 2. Aeneid. 137. Omnigenumque deum monstra, & latrator Anubis. Ouid. 1. Amorũ, eleg. 13. 3. Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi. Propert. lib. 3. eleg. 11. 9. Aulă Ioui nostro latrantem opponere Anubim.

Anus, huius anus, f. g. priore corr. (γραῦς) vetulă significat. Ouid. 6. Amorum, eleg. 14. Non anus Aemonia perfida lauit aqua. Festus, Anus dicta est ab annorũ multitudine: qm antiqui non geminabant consonantes: vel quòd iam sit finis sensũ, qui Græcè dicitur τέλος. Cic. 1. Tuscul. 77. Quæ est anus tam delira, quæ timeat illa, quæ videlicet, si physica non didicissetis, timeretis?

Multæ sedulitatis anus. Ouid. 3. Fast. 134. Pauper, sed multę sedulitatis anus. Item sedula. Ouid. 11. Epist. 14.
Annosa anus. Ouid. 2. Fast. 115.
Curua anus. Ouid. 1. de Arte. 154.
Delira anus. Cic. 2. de Diuinat. 208.
Frigida anus. Ouid. 3. de Arte. 14.
Grandæua & defecta. Seneca in Herc. Oetheo. 15. 21.
Tremens anus. Ouid. 8. Metam. 134.
Viuax anus. Ouid. 13. Metam. 105.
¶ Anus ficus. Plin. lib. 15. cap. 19. 3. Senescunt in arbore, quoque dilabuntur gummi modo, lachrymam, siccanturque.

Anicula, aniculæ, pen. corr. (γραΐδιον,) Diminutiuũ. Cic. pro Flacco. 70. Aniculæ minimè suspiciosæ purgat se. Hoc diminutiuum per cõtemptum dicitur, sicut mulierecula, mererricula, pauperculus: quasi anus abiectissima. Item. 2. Tuscul. 69.

Anilis, penult. prod. (γραϊκός,) Adiectiuum, vt Anilis ætas. Colum. lib. 12. cap. 2. 3. & Cic. 1. Tuscul. 148.
Aniles superstitiones. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Virg. 4. Aeneid. 129.
–illa gradum studio properabat anili.
Curæ aniles. Virgil. 9. Aeneid. 101.
–rela curas solabar aniles.
Fabulę aniles. Quintil. lib. 1. cap. 8. 13. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 16.
Passus anilis. Ouid. 14. Metam. 108.
Dixit, & ad littus passu procedit anili.
Questus aniles. Ouid. 9. Metam. 56.
Rugæ aniles. Ouid. 15. Metam. 47.
Anilitas, pen. corr. anilitatis, f. g. (τὸ γραϊκόν,) Senectus. vt Cana anilitas. Catul. 56. In Epithal. Iulię & Mallii. 33.
Vsque dum tremulum moueris
Cana tempus anilitas,
Omnia omnibus annuit.
Aniliter, pen. corr. Aduerbium (γραϊκῶς,) Cic. 3. de Nat. Deor. 133. Neque id dicitis superstitiose atque aniliter: sed physica, constantique ratione. Id est secundum aniles superstitiones.

Anus, ani, priore prod. m. g. (πρωκτός,) Est exitus siue foramẽ per quod euacuatur aliquis: alio nomine podex. Cic. Pseto. lib. 22. 5. Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? si turpe est, alieno quidem: si non est, suo potius.
* Suppurat anus. Cel. lib. 7. cap. 30. Ne anus ipse suppuret.

Anxius, (πεμελγής,) adiectiuum, ab ango, angis, pro solicito, aut mœsto ferè accipitur. Propriè tamen quid sit Cicero 4. Tuscul. 41. ostedit his verbis, Itaque dicimus grauediosos quosdam, torminosos: non quia semper sint, sed quia sæpe sint: alii ad quosdam torminosos: non quia semper sint, sed quia sæpe sint: alii ad metum: alii ad aliam perturbationem proclines. Ex quo in alios anxios fit, vnde anxilitin alios iracundia dicit, quæ ab ira differt. Est quæ aliud iracundum esse, aliud iratum: vt differt anxietas ab angore. Neque enim oẽs anxii qui anguntur aliquando, neque anxii semper angũtur.
Anxię ægritudines & acerbæ. Cic. 4. Tusc. 53.
Anxio animo esse. Cic. 2. de Fin. 90.
* Anxius sum de aliqua re. Quint. lib. 5.
Anxia cura, Quæ nos facit anxios. Plin. lib. 6. cap. 8. 1.

Anxiã ὀratio, Id est curiosius elaborata. Gel. lib. 15. cap. 7. Ducereturq; elegantia ὀrationis, neq; morosa, neq; anxia, sed facili hercle & simplici.
Anxii senes. Cic. de Senect. 60.
Anxius, cum genitiuo. Plin. lib. 15. cap. 18. 6. Nepotumq; securitatis anxius. Silius, Anxia fati. Ouid. 1. Metam. 125. Et fuit anxia furti. Idem 19. epist. 39. Anxia sunt vitæ tempora nostra tuæ.
Anxia potentiæ. Tacit. lib. 4. & lib. 2. Anxia fui.
* Anxius gloriæ alterius. Liuius. 5. bel. Pun.
Anxius est ablat. vt Anxius curis. Liu. 7. bel. Pun. 151. Ouid. 9. Meta. 56
Anxium habere. Hirtius, lib. 5. 179. Mirifice hostium leuis armatura anxium ac solicitum habebat.
Anxius mentis. Ouid. ad Liuiam. 80.
Tu quibus auditis anxia mentis eras.
Anxie, (πεμελγῶς,) Adnerbium qualitatis, Solicitè, curiosè, & cum anxietate. Sallust. in Iugurth. Nobis satis compertum est, illum magis honore Marii, quàm iniuria sua exercuciatum: neque tam anxie laturum fuisse, si adempta prouincia alii quàm Mario traderetur. Plin. lib. 11. cap. 52. 1. Ne in se quisque & auguria anxiè quærat.
Anxietas, pen. corr. (ἄση,) Plin. lib. 7. cap. 53. Quę euẽti anxietate diximus mortuũ. Iuuen. sat. 13. 23. Perpetua anxietas, nec mêlę tpe cessat.
Anxietas animi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 2.
Anxitudo, penult. prod. anxitudinis, (ἀθυμονίς,) pro anxietate. Cic. 2. de Republica. Quartaque anxitudo, prona ad luctum, & mœrens, semperque ipse se solicitans. Aeacus Armorum iudicio, Vbi cura est, ibi anxitudo. Nonius.
Anxifer, (ἀλυσιφόρος,) Adiectiuum posticum, pen. corr. ex nomine anxius, & fero, fers: quasi ferens siue afferens anxietatẽ. Cic. 2. Tusc. 36.
Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices:
Nunc serpit ardor. Idem. 1. de Diuinat. 45.
Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.
ANXVR, tam masc. quàm neut. g. (ἄγχουρος,) Fons est in Campania iuxta Tarracinã, Authore Seruio in VII. Aen. Virgilii. Horat. 1. Serm. saty. 5. 6. Impositum saxis latè candentibus Anxur. Vulgò Taracina.
ANXVRVS, pen. corr. (ἄγχουρος,) Iuppiter dicebatur, quasi ἄνευ ξυρῆς, id est sine nouacula: quia barbam nunquam rasisset. Seruius. Virg. 7. Aeneid. 160. –queis Iuppiter Anxurus aruis Præsidet.
ANYTVS, vir Atheniensis, Socratis inimicus: de quo Plutarchus in vita Socratis.

A O

AONIA, Ἀονία pars mõtana Bœotiæ, * ab Aone Neptuni filio, vt dicit Lactantius. Nã Aones, erant Populi vetusti in Bœotia, à quibus Aones montes dicti sunt, in quibus est fons Aganippe, qui dicitur Aonius fons. Item Aonides vocantur Musæ, quibus ille fons dicatus est. Vnde Iuuenalis, Saty. 7. 6.
–cupidus si liarum aprusque bibendis Fontibus Aonidum.
Aonius, (Ἀόνιος,) id est Bœotius, vt placet Seruio apud Virgilium, lib. 3. Georg. 4. Aonio rediens deducam vertice Musas. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 4. Aonia lyra.

A P

Apage, penul. corr. (ἄπαγε,) tractum, vt quidam volunt, à verbo Græco ἄπαγω, quod est abduco, abigo. Nonnulli dicunt esse verbum imperatiuum, secundæ personæ singularis: alii aduerbium: alii vitantis interiectionem volunt. Vt cũqi est, vox est apud Comicos vsitatior, qua modò vt aduerbio, modò vt verbo vtimur, significantes scilicet rei alicuius fastidium. Eius igitur vsus clarius patebit exemplis.
Apage absolutè positum. Plaut. Amph. 4. 156.
–quisquis homo huc venerit, pugnos edet.
S. Apage, non placet me hoc noctis esse, etenim modo. Quasi dicat, absit à me illud. Aut tic dictum est, vt abi, abi fastidientis locutio.
Apage te à dorso meo. Plaut. Casin. 10. 23. Id est, te remoue, vel procul esto. Apage illum à me, Idem Casina.
Apage te. Terent. Eunuch. 5. 2. 65. –neque pol seruandum tibi
Quicquam dare ausim, neqi te seruare apage te. Sub. à me. Id est hinc, vel à me recede. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 2. De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ. Apage te cum nostro Sexto Seruilionam me hercule ego illum quoque amo.
Apage istiusmodi salutem, cum cruciatu quæ aduenit. Subaudi, à me, vel à nobis. Plaut. Merc. 4. 13.
Apage, apage te à me. Plaut. Mostel. 7. 6. Apage à me, apage. Plaut. Bacchid. 1. 40.
¶ Apagesis, pen. corr. hoc est apage si vis: ita dicitur, vt videsis, cauesis, & alia verba eiusmodi. Plaut. Pœn. 4. 12. Apagesis, negotii in muliere quantum vna est. Terent. Eunuch. 4. 6. 18.
–num formidolosus obsecro es mi homo? c. apagesis,
Ego formidolosus? Cic. 2. Tuscul. 72. De exercitatione & consuetudine & commentatione dixi. Apagesis, nunc de ratione videamus. Quasi dicat, Facessant ista.
APAMEA, (Ἀπάμεια,) insula est Tygri fluuio circunfusa: sic dicta (vt scribit Plinius lib. 6. cap. 27.) ab Antiochi matre. Est & Apamea Bithyniæ oppidũ, quã Nicomedes cognomẽto Epiphanes, Brusii regis filius, de matris Apames nomine, Apameã vocari voluit: quæ Myrlea, à Myrlo Colophoniorũ duce dicebatur, vt tradit Plin. lib. 5. cap. 32.

APAMIA, cum i, (Ἀπαμία,) vrbs minoris Asiæ est, & vna Phrygiarũ vrbium maxima fuit. Vrbs fuit nomine Celænę, teste Plinio, lib. 5. cap. 29.

Apathes, pen. corr. (ἀπαθής,) Latinè dicitur sine affectionibus. Plin. lib. 7. cap. 19. 2. Exit hic animi tenor aliquãdo in rigorẽ quendã, torquitatemq; naturæ durã & inflexibile, affectusq; humanos adimit, quales apathes Græci vocãt, multos ei⁹ generis expti.

Apeliótes, apeliótæ, pen. prod. m. g. (ἀπηλιώτης,) Nomen vẽti. Plin. lib. 2. cap. 7. Ab Oriẽte equinoctiali, Subsolan', ab Oriẽte brumali, Vulturnus: illum Apeliotem, hunc Græci Eurũ appellant. Catull. ad Furium. 13. Nec sæui Boreæ, aut Apeliotæ.

Apella, apellę, m. g. aut potius com. gen. (Ἀπελλῆς, ὁ μισόθεος,) Nomen fictum ab A priuatiua particula, & nomine PELLIS. Dicitur autem de Iudæis: qui (vt notum est) circuncidi solent. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 10. Credat Iudæus apella, Non ego.

APELLES, Apellis, (Ἀπελλῆς,) Pictor eximius, parria Cous. Ouid. 3. de Arte. 81. & teste Quintiliano lib. 12. de Institutione oratoria, ingenio, & gratia, quam in te maxime tactabat, præstantissimus. Nã, vt ait Plin. lib. 35. cap. 10. 13. omnes prius genitos futurosque postea superauit, & picturæ plura solus propè, quàm cæteri omnes contulit volumina etiam ad Persium discipulum suum edita, quæ doctrinam eam continerent. Is moriens Venerem reliquit, quam nemo auferre est perfecere. Fuit & Apelles alter è sectatoribus Marcionis, de cuius hęresi scribit Eusebius suæ historiæ lib. 5.

Apelleus, adiectiuum, (Ἀπελλαῖος,) vt Apelleo colore signatus. Stat. lib. 5. Syl. 1. 1. de Abscantii in Priscillam pietate,
–nunque egregia pietate meretur
Vt vel Apelleo vultus signata colore,
Phidiaca vel nata manu, reddare dolenti.

APENESTE. Ptolemæo Apuliæ vrbs, vulgò Manfredonia.

APENNINVS. Vide APOENINVS.

Aper, apri, mas. ge. (κάπρος,) Porcus ferus, siue syluester. Iuuenalis.
–quanta est gula, quæ sibi totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum? Varro. 4. de Lingua Latina, Apri ab eo quòd in locis asperis tuti à Græcis, quòd hi κάπρους. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 47 Cœnare aprum.
Aper acer. Virgil. 10. Ecloga. 12.
Gruentus & indomitus, apud Claudianum.
Durus. Propertius lib. 2.
Frendens. Ouid. 1. de Arte. 10.
Fulmẽ. Ouid. 2. de Arte. 75.
Hirtus. Ouidius. 1. de Arte. 153.
Hispidus. Seneca in Agamem. 1. 6.
Nemoriuagus. Catull. in Aty. 58. 15.
Setosus. Virgilius. 7. Eclog. 6.
Sæuus. Virgilius. 3. Georgic. 49.
Spumans. Virgilius. 1. Aeneid. 66.
Timendus dente. Ouidius. 4. Epist. 21.
Tornus. Ouidius. 2. de Arte. 38.
Trux. Ouidius. 11. Metamorph. 141.
Vastator. Ouidius. 9. Metamorph. 39.
Violentus. Ouidius. 8. Metamor. 148.
Apri fulmen habent in dentibus. Ouid. 10. Metam. 109.
Aprum agitare latratibus. Silius lib. 16. 115.
Ferire aprum. Ouid. 3. Metam. 143.
Figere apros. Ouid. 2. de Arte. 38.
Irascitur aper. Ouid. 7. Metam. 111.
Prædator aprorum. Ouid. 12. Metam. 62.
Immittere feretibus apros. Virg. 2. Eclog. 9.
Premere cursum apri. Virg. 1. Aeneid. 66.
Sectari apros. Virgil. 3. Eclog. 15.
Superare viribus aprum. Horat. 1. Epist. 19. 11.
Turbare aprum latratibus. Virg. 3. Georg. 82.

Aprinus, adiectiuum, (καπρώνιος,) sic dici debet secundum analogiam à caper vel capra dicitur caprinus. Antiqui tamen, vt apparet ex vetustis codicibus, per quintam vocalẽ in secunda, & per g in tertia scripserunt aprugnus. Plin. lib. 8. cap. 51. 6. Iam Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrat callum. In tres tamen partes diuiso, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata. Plaut. Persa. 9. 4.
–quæ dixi vt nuntiares,
Satin' ea tenes? S. O. magis calleo, quam aprugnum callum callet. Festus sic respondet, ludens homonymia huius dictionis calleo: quę & scire, & callosum esse significat. Eandem habet in Pœnulo. 5. 2. lentetiam, & penè verba eadem.
Aprugna sub. caro. Aprugnum callum.
Aprugni lumbi.
* Aprugnus, (καπρώνιος,) Vide Aprinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aperio, aperis,pen.cor.aperui,apertum,(ἀνοίγω,ἀνοιγνύω,πτάνυμι,ἀνακτάνυσσω,)aperire: Ex ad & pario, teste Prisciano id est parefacere: vt Aperire ostium. Terent. Adel.4.4.5. Aperite aliquis actutum ostium. Idem Adelph.2.1.13. Aperi foreis. Sic Aperire gratium. Cæsar.1.bel.Ciuil.53.

Aperire literas. Cic. Art.lib.1.8.3.& lib.5.98.7. Sic Aperire testamentum. Plinius lib.7.cap.52.

Aperire & Claudere, contraria. Cic.2.de Nat.Deorum.104.

Aperire cauernas. Ouid.15.Metam.69.

¶ Aperire, Declarare, ostendere, vt Aperire sententiam suam alicui. Cicero in Oratore.40. Plin.lib.7.cap.11. Certior ex vtraque vastitas solis aperitur, vt non sit necesse amplitudinem eius oculorum argumentis atque coniectura animi scrutari.

Aperire & explicare. Cicero.1.de Finib.49. Totam rem aperiam neque ipsa quæ ab illo inuentore veritatis, & quasi architecto beatæ vitæ dicta sunt, explicabo.

Aperire animum. Matius ad Ciceronem, libro vndecimo. 28.10. Trebatio nostro magnas gratias ago, quòd tum erga me animum simplicè, atque amicum aperuit.

Aperire se. Terent. And.4.1.6.

Pòst vbi tempus promissa iam persici,
Tum necessario se aperiunt. Vbi Donatus, Mirè aperiunt, quoniam tunc quum promittebant, mali erant: sed latebat malitia intra pectoris altitudinem.

¶ Aperire pro Efferre arcanè, prodere, & denuntiare. Liu. At ille quò ab re auertus, tũ æmulo potentatus inimicus rem Annibali aperit. Cic. ad Brutum.10.4. Nec in Senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitaui. Plin.lib.22.cap.10.7. Et Plaut. Trucul.17.19.

¶ Aperire, Soluere, explicare, vt Aperire ænigma. Plaut. Hoc ænigma aperi nobis. Sic Aperire res occultas. Cic.4.Acad.112.

Aperire dubia. Cic.4.de Finib.109. Et lib.1.46. Aperire inuoluta. Item Virgil.6.Aeneid.3. Aperire futura.

Aperire quæ diuturna obscuritate latuerunt. Cic. pro Cluent.52.

¶ Aperire, Nudare, detegere. vt Aperire caput, aut aliam partem corporis. Cic.2.Philip.84. Homo misericors ferre nõ potuit, caput aperuit, in collum inuasit. Huic opponitur Operire caput. Idem.1.Offic.150. Verètur enim ne siquo casu euenerit, vt partes corporis quædam apertiantur, aspiciantur non decorè. Sic Plin.lib.28.cap.6.5.

Aperuit aciè dies. Tacit.lib.20. Sic exhausta nocte nouâ aciè dies aperit.

Aperire caput, pro vulnerare. Iuuenal. Fuste aperire caput, candelam apponere valuis.

¶ Aperire, Ostendere. Virgil.6. Aeneid. Aperit ramum qui veste latebat. Idem.1.Aeneid. Terram inter fluctus aperit. Idem in tertio,
Quarto terrà die primum se attollere tandem
Vidi aperire procul montes, ac voluere fumũ. Hæc Nonius & Seruius.

Delitescere & Aperire se, contraria. Cic.2.de Nat.Deorum.75.

Occultare & Aperire, contraria. Cic.2.de Nat.Deorum.74. Tum occultantur, tum rursus aperiuntur.

Aperire viam, Dare aditum. Virg.11.Aeneid. Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent. Aliter idem lib.10. Aperit si nulla viam vis. Id est si nullam ostendit fortitudo rationem. Vtrumque Seruius.

Aperire viã incẽdio, Dare aditũ ad faciendũ incendiũ, Liu.6.ab vrbe.9.

Aperire cursum alicui ad laudem. Cic.14.Philipp.396.

Aperire reditum ad. Cic.ad Trebatium, lib.6.11.3. Quando tibi virtus & diuinitas tua reditum ad tuos aperuit. Idem in Somnio Scipionis 18. Quòd docti homines neruis imitati atque cantibus, aperuere sibi reditum ad hunc locum.

Fugam aperire inclusis. Claud.de bel.Getico.20.

Aperire iter alicui in aliquam regionem. Liu.7.bel.Pun.247.

Claudere & aperire rem familiarem. Cic.2.Offic.79. Quam obrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eã benignitati aperire non possit: nec ita reseranda, vt pateat omnibus.

Aperire iter ferro. Sallust. Quocũq; ire placet, ferro iter aperiendũ est.

¶ Aperiri cœlum dicitur à poetis matutino tempore, quum fit dies: Claudi vero noctu quum finitur. Ex Seruio in illud Aeneid.10.
Panditur interea domus omnipotentis olympi.

Aperuit diem dispulsa nebula. Liu.7.bel.Pun.19. Quum calescente sole dispulsa nebula aperuisset diem. Sic ibidem lib.6.6.

¶ Aperire locum suspitioni aut crimini, Dare occasionem suspicionis, aut criminis. Cic.7.Verr.147.

Aperire occasionem. Liu.9.ab Vrbe.142. Vt inde ex propinquo, siqui motus occasionem aperirent, Capuam Romanis eriperent.

Aperire occasionem ad hunc audendum. Liu.4.ab Vrbe.231.

Aperire fores amicitiæ. Cic.ad Brutum, lib.13.11.10. Sed tamen in omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur.

¶ Aperit florem suum arbor, siue herba. Plin.lib.11.cap.11.2. In eo tractu est & alia similis, foliosior tamen, roscique floris quæ noctu comprimens, aperire incipit solis ortu, mer: die expandit.

¶ Aperire fontes philosophiæ. Cic.1.Tusc.11. Multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus. Quod Virgilius Recludere fontes dixit.

Aperire ludum docendi. Sueton. de Claris Rhetoribus, Ad id tempus Epidus calumnia notatus ludum docendi aperuit. Id est aperto ludo literario palàm docere cœpit. Cicero ad Pætum, libro.9.18. Quòd vt Dionysius Tyrannus, quum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse.

¶ Aperire, & Operire, veluti contraria. Plautus Capt. Operta quæ fuere, aperta sunt.

Apertus, participium, sine nomen ex participio, vnde apertior & apertissimus significat patẽs, manifestum, euidens. Cic. in Lælio.79. Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpẽdituriin quamin(vt dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, &c. Plin.libro.11. cap.37.33. Ora apertiora laniatu viuentibus.

Aperta pericula. Virgil.11.Aeneid.71.
Quid toties miseros in aperta pericula ciues Proiicis?

Apertum cœlum. Id est purum, & serenum, inquit Seruius. Virgil.Aeneid.5.1. Cæloque innectus aperto. Sic apertus aer sine gelu. ibidem 119. Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.

Apertum serenum. Virgil.1.Georg.79.
Nec minus ex imbri soles & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis. Vbi Seruius, Aer enim densatur nubilo, & rarescit sereno.
Aperta equora, Lata planities. Virg.3.Georg.58.

Apertus campus, Planissimus, & latissimè patens. Virg.2.Georg.76. Liu.9.bel.Macedo.121. Sic Apertum mare, apud eundem.5. bel. Pun.68. Duas naues quæ sinu exiguo interclusę essent, quum classis patens hostis haberet, quemadmodum inde in apertum mare euaderent?

¶ Aperta & dubia, contraria. Lucret.lib.4.95.

Apertę simultates, & obscurę, contraria. Cic. pro lege Manil.50.

* Aperte naues. Vide Constratæ naues.

Apertum omnibus. Cic.ad Lentulum, lib.1.2.9.

Aperta res, & simplex. Cic. pro Cecina.3.

Quis apertior in iudicium adductus est? Cic. pro Cluentio.36.

Apertus dolor & hebes, contraria. Cic.ad Atticum, lib.2.17.3. Incepi Capuamnon quo munus illud defugerem, sed sine cuius in quo nullus esset ordinum, nullus apertus priuatorum dolor, hoc certe tem esset aliquis, sed hebes.

Apertum & perspicuum. Cic.2.de Nat.Deorum.5.

Aperta interrogatione concludere. Cic.1.Acad.8.

¶ Apertum, quod frande vel insidiis carer. Virg.11.Aeneid. Saltus ingressus apertos. Id est, vacantes insidiis: ait Seruius.
Sic apertum pectus. Vide APERTVS.

Aperti & simplices homines. Qui nihil habẽt simulatũ, qui sint minime fraudulenti. Cic.1.Offic.153. Idem Lentulo, lib.1.9.92. Cùm magnum & excellsum, tum etiam apertum & simplicem.

¶ Apertum, absolutè. Liu.1.ab Vrbe.148. Et castris in apertis positis. Id est in loco vndique patenti.

Per apertum fugere. Horat.3. Carm.ode.12.2.
Catus idem per apertum fugientes
Agitato grege cervos iaculari.

In apertum proferre. Cic.in Parad.6. Hoc tamen opus in apertum vt proferas nihil postulo. Vide.18.

Apertè, aduerbium qualitatis, apertius, apertissimè. Euidẽter, manifestè, Cic.in Lælio, Apertè, in adulantem nemo non videt nisi qui admodũ est excors. Terent. Eunu.5.1.3. Non tu istuc mihi dictura aperte es? Cic.pro Rosc.Comœdo.25. Sic aperte fallere, apertè irrisere, apertè malus, apud Terẽtium, Auid.5.2.15. Phor.5.8.63. & Plin.Epist.52.2.

Explicare apertè. Cic.4.Verr.13.

Apertè dolore ferre, vel lætitia. Cic.Att.lib.13.308.6. Et pro Plancio.25.

Apertè fallum. Cic.2.de Orat.168.

Aperte odisse. Cic.in Lælio.58. Aperte enim vel odisse alterum magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam.

Apertè palàmque dicere. Cic.2.Verr.12.

Apertè mentiri. Cic.4.Acad.37.

Apertè, ita vt res lesa habet, narrabo. Id est perspicue. Terent.

Apertissimè insanire. Cicero quarto Academic.44. Aut ita si sentit, non apertissimè insaniet!

Apertè & palàm, & Ex insidiis, contraria. Cic.in Bruto.21.

Apertè, & Tectè, contraria. Cic.Attico, lib.1.9.6. Et tamen ab illo apertè & tectè quicquid est datum, libenter accepi.

Apertio, (ἄνοιξις,) Verbale, Actus ipse aperiendi. Varr.1.de Re rustica, cap.63. Sub terra qui habent frumentum in his quos vocat Syros, quia cum periculo introitur recenti apertione, ita vt quibusdam interdum fit anima, aliquanto pòst promere quam aperuerint, oportet.

Apertura, apertiræ, penult.prod. (ἄνοιξις,) Quasi os quoddam in ædificiis. Vitru.lib.5.cap.5. Contraque eas cellas relinquantur apertiræ inferiorum graduum cubilibus, longæ pedes duos, altæ semipedem. Idem libro 10.cap.9. Circa frontem eius figuntur tabulæ, relictis semipedalibus

mipedalibus aperturis ad aquam intro concipiendam.

Apes, apis: vel apis, huius apis, Eg. (μέλισσα,) Animal volucre, delectorũ genere vulgò nos instimulicenius est mellificare ppriũ.
Vnde illud Virgilii ex vita eius, Sic vos non vobis mellificatis apes.

Apes ab eo dictæ, quòd sine pedibus nascantur. vnde Virgilius, Truncaque pedum primo. Author Probus, sic & Priscianus.

Apis in nominatiuo. Colum.lib.9.cap.3. Nam quanto grandior apis, atque rotundior, tanto peior. Ouid.1.Trist.eleg.5.16.
—dulcior illo Melle quod in cæris Attica ponit apis. Valla lib.1. Siquando apis in nominatiuo reperiatur (veluti est apud Ouidium Metamorph.15.197. Non apis inde tulit collectos sedula flores) hoc perquam rarum est: & analogia APES potius quàm APIS defendit, quia à pede compositum ac deriuatum paratur.

* Apes cur putentur musis dicatæ. Vide Musarum volucres. in Musa.

Apium in genitiuo plurali. Iuuenalis, Examenque apium longa consederit vua. Sic his aut sæpius Varro de Re rust.lib.3.cap.16.10.& 11. Columella modò vno, modò altero vtitur genitiuo: sed sine i litera frequentius APVM dicit, lib.9, vbi de apibus.

Apes flori legæ. Ouid.1.Metam.74.

Ferræ. Virgil.4.Georg.28.

Melliferæ. Ouid.15.Metam.77.

Leues. Tibul.lib.2.

Parcæ. Virgil.1.Georg.1.

Populatrices Hymeti. Martial.lib.13.

Sedulæ. Ouid.12.Metam.197.

Abortus apium. Plin.lib.11.16.

Aculeum apis sine clamore ferre non possumus. Cic.2.Tusc.91.

Bombus apum. Plin.lib.11.cap.10.

Examina condunt apes. Virgil.2.Georg.91.

Examen moliuntur. Claud.de bel.Getico.49.

Insidunt floribus. Virgil.6.Aeneid.142.

Stridunt apes. Virgil.4.Georg.111.

Reuocare apes tinnitu. Claud.4.Paneg.52.

Apes fanos fingunt. Cic.1.Offic.219. Vel confingunt, aut construunt. Plinius lib.11.cap.5.

Flores aggerunt pedibus, & comportant. Plin.lib.11.cap.6.& 10.

Incubant, & abortiunt apes. Plin.lib.11.cap.16.

Mellificant apes. Ibidem, cap.10.

Apicula, penul.corr. diminutiuum, (μελισσίδιον,) Plin.lib.7.cap.21.2. & Plaut.in Curcul.1.10.

Apiarium, apiarii, (μελισσών,) denominatiuum ab apes, Locus ad nutriendas apes propriè accommodatus. Colum.lib.8.cap.14. Nos simpliciter appellamus apum cubilia, apiaria. Sic idem lib.9.cap.3.& 5.& 6. & alii. Gellius lib.2.cap.20. Apiaria quoque vulgus dicit loca, in quibus sunt siti aluei apum. Vide AVIARIVM.

Apiarium, alio nomine dicitur Alucarium, & Mellarium, & Græcè μελισσῶν. Ex Varrone de Re rust.lib.3.cap.16.

Apiarius, (μελισσουργός,) Qui custodiendis curandisque apibus præfectus est: sicut Auiarius, qui auibus. Plin.lib.21.cap.20.1. Prouentum enim sperant apiarii, large florente eo. Sic Columel.lib.9. Hunc autem Varro mellarium vocat lib.3.cap.16.9.

Apitus, penul.prod. adiectiuum, (μελισσώδης,) vt Mensa apiata. Plin. lib.13.cap.15.5. de mensis cedrinis loquens, Sunt & vndatim crispæ, maiore gratia, si pauonum caudæ oculos imitentur. Magna vero pòst has gratia extra prædictas erispi, densa veluti grani cõgerie quas ob id à similitudine apiatas vocãt. Id est ñ iterconsõ apũ infectæ vident.

APESVS. Vide APHESAS.

Apex, apicis, pen.corr.m.g. (ἄκρον, ἄκρη,) propriè dicitur in summo Flaminis pileo virga lanata: hoc est in cuius extremitate modica lana est. quod primum constat apud Albam Alcanii statuisse. Hæc Seruius in 7.Aeneid. Item lib.8.Aeneid.131. Apices lanigeri. Festus, Apex, qui est facerdotum insigne, dictus ab eo q; comprehendere vinculo, antiqui Apere dicebat. Valer.lib.1.cap. De seruata religione. At Sulpitio inter sacrificandũ è capite apex prolapsus, eidem sacerdotiũ abstulit. Pòst tũ hic accipi pro ipso pileo Flaminis: vt sit pars pro toto.

Apex pro summitate pilei. Virg.2.Aeneid.135.
Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex. Seruius.

¶ Apex, cuiuscunque rei summitas. vt Apex falcis, qui mucro dicitur. Columel.lib.4.cap.25.2. de figura falcis, Eiusque velut apex pronus imminens, mucro vocatur.

Flammeus apex exarsit comis. Ouid.6.Fast.128.

Capitis apex. Claudian.15.epigram.1.

Apex montis. Silius lib.12.142.

Lucidus apex. Ouid.4.de Ponto.11.

Apicem ducere. Ouid.10.Metam.56.
Flamma ter accensa est, apicemque per aera duxit.

Conferti mucuere apices, creuitque faullis
Aetna nouis. Claudianus.3.de Rap.Proserp.81.

Apex, Auium crista, vt in pauone, galerita, vpupa, & gallinaceo genere. Plinius lib.11.cap.37.1. In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices diuersi quidem generis. Phœnici plumarum serie, medio eo exeunte alio pauonibus, erinatis arbusculis &c.

¶ Apex, Accentuum nota, quæ vocalibus superponitur. Quintil.lib.1. cap.7.1. Vt longis syllabis omnibus apponere apicem ineptissimum est: quia plurimæ natura ipsa verbi, quod scribitur, patentiscd inter ipsa necessariũ, quum eadẽ litera aliũ atque alium intellectum, prout correpta vel producta est, facit. Vt malus, vtrum arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur. * Quint.lib.1. Aut flexa pro graui, aut grauis pro apice circunducta sequetur.

¶ Apex per metaphoram, pro culmine & decore. Cicde Senect.56. Apex autẽ senectutis est auctoritas quàta fuit in M.Cæcilio Metello, quanta in Attilio Calatino. Id est summa dignitas, & quasi honoris fastigium.

Apices regum. Horat.3.Carm.ode.21.4.
—neque iratus trementi
Regum apices, & militum arma.

Apiculus, siue apiculum, diminutiuum, (κεφαλίον,) dicitur filum quo Flamines velatum apicem gerunt.

Apexabo, pen.corr. apexabonis, genus fœmininis, hoc est fartum quoddam infestissimum. Varro.4.de Lingua Latina, Quod in hoc fœminino summum quiddam eminet, ab eo quod in capite apex, apexabo dicta.

Aphaeresis, pen.cor.& antepenultima cum æ diphthongo, f.g. (ἀφαίρεσις,) verti Latinè potest ablatio. Figura est dictionis, de qua sic Diomedes, Aphæresis, est ablatio de principio dictionis, contra ra Prothesi, quum aut littera amputatur: aut syllaba auferitur. Literæ vt Rus omnia late, pro Erus. Syllaba, vt Temnere dixit, pro Contemnere: & Linquere cultra, pro Relinquere.

APHAREVS, trisyllabõ, pen.corr. (ἄφαρεύς,) Aphareus, Pater Lynceï à quo adiectiuum Apharetus, vt Aphareia proles. Ouid.8.Meta.61.
Et quum Pyrithoo felix concordia Theseus,
Et duo Thessaliæ, & proles Aphareia Lynceus.

APHESAS, penult. corrept. Aphesantos, Aphesanta in accusatiuo, (ἄφεσσας,) Montis nomen qui Nemeæ superiacet, vbi Theseus Ioui primum operatus creditur. Dictus ab heroe, cui Aphesas nomen erat. Statius.3. Thebaidos.92.
Mons erat audaci sedactus in æthera dorso,
Nomine Lernæi memorant Aphesanta coloni,
Gentibus Argolicis olim facer.

APHIDNAE, aphidnarum, (ἄφιδναι,) locus celebris in Attica. Senec. in Hippolyto.1.5. —partus alius Calcet Aphidnas.

Aphractum, aphractí, neu.gen. (ἄφρακτον,) vel Aphractus, ma ,ic.ulino genere: Est genus nauigii oblongum, vndique apertum: id est neque septum, neque tectum: quo maxime vtuntur Rhodii. Cicero Attico, lib.6.119.3. Nos Rhodiorum aphractis, ceteriisque longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. Eide, Nostri aphracta Rhodiorum nihil est quod min⁹ fluctum ferre possit. Eidem lib.5.100.1. Nauigauimus sine timore, & sine nausea, sed tardius propter aphractiorum Rhodiorum imbecillitatem.

APHRICA, tertiã orbis regio. Vide AFRICA.

Aphrodisium, (ἀφροδίσιον,) statua Veneris. Aphrodisia, fasticia Veneris, & res Venereę. Plau.Pœ.3.62
Ego in ædem Veneris cotnili quid vis Milphio?
Aphrodisia hodie sunt.

APHRODISIVM, Caiuæ promõtorium est Pomponio, quod Aphrodisius Plinio appellatur. Est & Aphrodisium Ptolemæo, vrbs Africæ, quæ vulgò Africha dicitur. Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem authore.

APHRODITE, Aphroditen, pen.prod. Venus dicta est: quòd è maris spuma sit enata. Græcè (ἀφροδίτη.)

* Aristoteles putat Venerem ideirco Aphroditen dict quod spermatis natura sit spumosa. ἀφρώδης γὰρ ἡ τοῦ σπέρματος ἡ τῆς ἀφροδίτης ἡ τὰ τῆς μαλακίας.

Aphronitrum, pen.cor. (ἀφρόνιτρον,) Spuma nitri est: dicta quia Plin.lib.31.cap.10.6.& Martial.lib.14.61.
Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicas
Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum. Statius lib.4.Syl.9.8. Aut panes viridantis aphronitri.

APHTHONIVS, (ἀφθόνιος,) Sophista, qui scripsit Progymnasmata, id est præexercitamenta: & artem Hermogenis.

Aphya, (ἄφυη) Piscis genus, minimum & inutile, quod admotum igni: cum ea quæ celeriter intereunt aut consumuntur, siue quæ facile ac statim conficiuntur. * Latinè Apua dicitur. Plinius, vide Apua.) Cicero Attico, lib.4.8.a.2. Aphyam populi vocat sententiã & sordes populi. Quare (inquit) vt homini cui tolo ita perscribe ad me quid primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya, denique etiã quid à te fiat, ad me velim scribas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apiânus, pen.prod.(μελισσόφιλος,) adiectiuũ ab Api. vt Apiânæ vites, quæ ab apibus dictæ sunt: quia earũ uuas apes maximè infectantur.

* Apiana uua vulgò, il muscatello. Plin.lib.14.cap.2.

Apiarium, Vide APES.

Apiastrum, apiastri, (μελισσόφυλλον,) Herba est apibus gratissima: quam nonnulli apium sylueſtre esse dicũt. Plin.lib.20.cap.11.4. Apiastrũ Hyginus quidẽ melissophyllõ appellat. Varro de Re rust.lib.3.cap.16.8. Et cythiso obscuisse, & apiastros quod alii melyphyllon, alii melissophyllon, quidã melinon appellant.

Apiatus, Vide APES.

Apica, pen.corr.(σφυρίδιον,) dicitur ovis, quę ventrem glabrum habet, vt ait Fest. Plin.li.8.ca.48.7. In ipsa one satis genero sitatis oñdit breuitate cruri, vẽtris vestitu. quibus nudus esset, apicas vocabant, dãnabantque. Idẽ scribit Varro de Re rust. lib.2.cap.2.2.

Apicula, Vide APES.

Apiculus, Vide APEX.

APIDANVS, pen.corr. (Ἀπιδανός,) Fluuius vnus è præcipuis Thessaliæ, qui tarde fluere dicitur, quousque illi commiscetur Enipheus, vt scribit Herodotus lib.7. Ouid.lib.7. Metamorph. 46. Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis.

* Apilascus, udis, pen.prod. Plin.lib.33.cap.4. Nam aurum quod ad pilas cudunt, Apilascudem vocant.

APINA, pen.corr. vel Apinæ Apinarũ, plurale tãtũ, Vrbs Apuliæ. Tricas & Apinas vulgò res futiles ac nugatorias dicebãt. Mart.li.1.184

Quæcunque lusi iuuenis, & puer quondam,
Apinasque nias. Idẽ lib.14.1. Sunt Apinæ, Tricęsi & sicd vilius istis. Tractum est prouerbiũ ab Apina vrbe Apuliæ. Plinius lib.3.cap.11. Diomedes ibi delenit gẽtes Monadorũ, Dardorumque & vrbes duas, quæ in prouerbii iudicrum verrẽre, Apinam & Tricam.

Apis, huius apis. Vide APES.

APIS, Apidis, vel Apis, (ἄπις,) qui etiam dictus est Serapis, à quibusdã Osiris. Augustinus lib.18. De Ciuitate Dei. Rex Argiuorum Apis nauibus transuectus in Aegyptum, quum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus Aegyptiorum deus. Nominis autem huius cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit facillimã rationẽ Varro reddit. Quia enim arca in qua mortuus ponitur (quod omnes iam sarcophagum vocant) σορὸς dicitur Græce, & ibi eum sepultum venerari cœperũt, priusquam templum eius esset extructum velut acrosapis, vel Serapis primò, deinde vna litera (vt fieri solet) cõmutata, Serapis dictus est. Apud Aegyptios etiam Apis bos dicitur, & p numine colit. Cic.1.de Nat. Deor.111. Quid igitur censes Apin illum sanctum Aegyptiorum bouem, nõne deum videri Aegyptijs? Ouid.2. Amorum, eleg.13.4. Et comes in pompa corniger Apis erat. Lucanus, Et facer in cineres magni mactabitur Apis.

Hunc enim mirabili vanitate decepta Aegyptus, in honorem eius diuitijs affluentibus alebari quoniam eum sine sarcophago viuum venerabatur Apis, nõ Serapis vocabatur. Quo bouc mortuo, quoniã quærebatur & reperiebatur vitulus coloris eiusdem, mirum quoddam, & diuinitus sibi procuratum esse credebant. Vide Strabonem libro vlt. & Plinium lib.8.cap.46. Est etiam Apis vicus in Africa, quia nobilis religione Aegypti locus esset. Fuit & Apis rex Argiuorum qui fuit filius Iouis & Niobes, Phoronæi filiæ. Ferunt hunc post cẽtesimum annum regnasse apud Argiuos. Quumque sibi Egialeum fratrem præfecisset, in Aegyptum transfretauit, & Memphim ciuitatem condidit: accepta in coniugem Isidę.

Apiscor, apisceris, pen.corr. aptus sum (ἐφέπομαι,) apisci, Antiquũ verbũ vnde fit Aptus, apta, apti. Nonius, Apisci iuenire. Sisenna Hist.lib.4. Itaque postero deligato signiuum redeuntis apiscitur. Ex eo compósita in vsu sunt, Adipiscor & Indipiscor.

Apisci, Indipisci Lucilius lib.16. Vt ego effutiam, quod ego te in primis cupere apisci intelligo. Nonius.

Apisci, pro Adipisci. Festus. Lucretius lib.1.91. Nec ratione animi quam quisque possit apisci.

APITIVS, (Ἀπίτιος) Altissimus nepotum gurges, vt scribit Plinius. Libros de gula conscripsit, vt Author est Suidas, pro qua multas absumpsit opes. Huius etiam meminit Martialis.

Ipse quoque ad cenam gaudebat Apitius ire:
Quum cenaret, erat tristior ille domi. Hic & congiaria principum, & ingens Capitolii vectigal conuiuationibus hausit. Seneca de Consolatione ad Albinam matrem sic scribit de Apitio, Apitius nostra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando philosophi velut corruptores iumentutis abire iussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua seculum infecit. Hæc ille.

Apium, apii, (σέλινον.) Herba est quæ Græcè dicitur selinon: cuius multæ sunt species. Plinius libro.19.cap.7. Contra, plura genera sunt eorum, quæ diximus, dicemusque in primis de Apio. Deinde sic sublungit capite proximo: Id enim quod sponte in humidis nascitur, helioselinum vocatur, vno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis, hyposelinum, pluribus foliis simile helioselino. Tertium est oriosselinum, cicutæ follis, semine anethi, minutione tamen, &c.

Apio coronabantur victores in Nemæo certamine. Plin. lib.19. cap.8. Ab æquinoctio verno seritur apiũ. Et paulò pòst, Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemęe. Iuuenalis Satyr.8.23.

Hæc opera, atque hæc sunt generosi principis artes,
Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu
Prostitui, Graiæque apium meruisse coronæ.

Amarum apium. Virgil.6. Eclog.14.
Vdum. Horat.1. Carm.ode.7.6.
Viuax. Horat.1. Carm.ode.36.4.
Apio gaudent ripæ. Virgil.4. Georg.25.

* Aplanes, (ἀπλανής,) stella non errans.

Apluda, Vide APPLVDA.

Aplustre, aplustris, n.g. pluraliter aplustria, & per syncopen aplustra, genitiuo aplustrium, (ἄπλοΐα, sunt nauium ornamenta. Priscianus, Aplustre quàmuis faciat ablatiuum ab hoc aplustrinominariuum tamen pluralem non solum in a, sed etiam in tra terminat. Et aplustra enim & aplustria antiqui protulisse inueniuntur. Cic. in Arato, Nauibus assumptis fluitãtia querere aplustra. Cęlius in Arato, Fulgent Argoæ stellis aplustria pupis. Hæc Priscianus lib.7. Virgilius lib.10.66. Et transtra & mali, lacerõque aplustria bello. Lucanus lib.3.134. —validis aplustre lacertis,
Aaulisãque rotant excusso remige sedes.
Et lib.4.89. Festus, Aplustria, nauium ornamenta: quæ quia erant magis quàm essent necessaria vsu, etiam amplustria dicebantur. Liuius lib.2.112. Per terrarum omnes oras fluitantia aplustra.

Amplustre. Iuuenalis Satyr.10.
—victęque triremis

Amplustre, & summo tristis captiuus in arcu. Quanquam ab hac prima particula, & πλεῦσις id est nauigatio, aplustria dicantur, illud autem nauium ornamenta.

Apocalysis, huius apocalypsis, fœm.gen. (ἀποκάλυψις,) Latinè dicitur reuelatio.

Apocha, apochæ, pen.corr. (ἀποχή,) Vlpianus in L. Si acceptilatum. De acceptil. Inter acceptilationem & apocham hoc interest: quòd acceptilatione omnimoda liberatio contingit, & licet pecunia soluta non sit: apocha non aliàs quam si pecunia soluta fit. Apocha igit schedula est quam vulgò quitantiã vocãt. Antapocha vero est quam debitor dat creditori quã contrà literã vocãt. Bolæus.

Apocope, apocopes, penult. correp. fœm.gen. (ἀποκοπή,) Latinè dici potest abscissio. Figura est dictionis, quum ab eius fine detrahitur aut litera, aut syllaba. vt cura peculi, pro pecula. Vnde & nec pro neque, & sat pro satis per hanc figuram dicta sunt. Huic contraria est Paragoge

Apocryphus, a, um, adiectiuum, pen.corr. (ἀπόκρυφος,) Latinè Arcanus, occultus absconditus. Dicuntur autem apocrypha, occulta, non (vt vulgò putant) incerti authoris, sed ἀθέσπιστα, sed quòd illis publicè in templis non licebat vti.

Apocynon, apocyni, n.g. (ἀπόκυνον,) Officulum in rana fistulo quod sit in dextro latere in aquam feruentem deiecto, refrigerata, nec postea feruere nisi exempto. Id inuenies obiecta rana fœtentibus, carnibusque erosis, singula in solium addi. Et aliud esse in fistulo latere, quo deiecto feruere videatur, apocynon vocari.

Apodes, apodum, apodibus. Vide APVS.

Apodixis, huius apodixis, f.g. (ἀπόδειξις,) Quinct.lib.5.ca.10. Apodixis, est euidens probatio: ideoque apud Geometras γραμμαὶ ἀπόδεικτικαὶ dicuntur. Plura ibidẽ. Gellius lib.17.ca.1. Argumẽta aũt cẽsebat aut probabilia esse debere, aut perspicua & nomine cõtrouersatidq; ἀπόδειξιν vocari dicebat, quum ea quę dubia, aut obscura sunt, per ea quę ambigua non sunt, illustrantur.

Apodosis, huius apodosis, penult. correp. fœm. gen. (ἀπόδοσις,) Latinè redditio dicitur. Figura est Grammaticis. Terentius And. 1.5.41.

adeón' me ignauum putas,
Adeón' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor
Commoueat, neque commoneat vt feruem fidem? Vbi Donatus, Vt neque me consuetudo &c. Apodosis ad superiora: Consuetudo adhuc fuit feritatem: Amor aduersus inhumanitatem: Pudor aduersus ingratum animum.

Apodyterium,

Apodyterium, apodyterii, quasi Latinè dicas exutorium, (ἀποδυτήριον,) Erat enim locus in balneis ante balnei fuæ hypocaustũ ingressum, vbi soluti se exuebant: hoc est vestimenta deponebant. Cic. ad Qu. fratrem, lib.1.17.2. In balneario, alia in alterum apodyterii angulum promoui, propterea quòd ita erant posita, vt eorum vaporarium ex quo ignis erumpit, esset sub rectum cubiculi. Plin. epist.101.9. Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria iam qua baptisterium amplum atque opacum.

APORRINVS, penult. prod. (ἀπόρρινος,) Strabo, mons est qui ab alpibus prohalcens, vsque iam Italiam vsque in Siciliam diuidit. M. Cato Pœnorum montem eum nominare videtur, per quem Annibal exercitum traiecit in Galliam. Hinc Aprominus dictus, quòd radices sub Pœnino rapuit Annibalis habeat. Hæc Vadianus Pomponii interpres. Huius montis meminit Lucanus lib.2.

Celsus Apœninus. Horat. in Epod. ode.16.6.
Longus Apœninus. Persius Saty.1.10.
Nubifer Apœninus. Ouid.2. Metam.46.
Niualis Apœninus. Stat. Paneg.21.

Apœnigena, pen.corr. (ἀπεννιγενής,) Qui Apœninum inhabitat, aut in Apœnino versatur. vt Apœnigenæ pastores. Claudian.4. Panegyr.101. Apœnigenis cultus pastoribus arua.

Apœnicola, la. penult.corr. (ἀπεννίτης,) Idem. Virg.11. Aeneid.140. Apœnicolæ bellator filius Auni.

Apogaeus, huius apogæi, (ἀπόγαιος,) Ventus à terra flans. Plin.lib.2.cap.43.4.

Apographum, apographi penult.corr. (ἀπόγραφον,) Exemplum & deascripto libri, & imago tabulæ. Latinè descriptum & exscriptum dicitur. Vnde Cicero libros suos philosophicos apographa vocat: quasi scriptorum Græcorum imagines & exempla. Plin.lib.35.cap.11.5. Huius tabulæ exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit.

Apolactizo, apolactizat, (ἀπολακτίζω,) apolactizare. Calcibus indere. Vnde per translationem significat Parũ facere, parũpendere. Plaut. Epid.14.15. Quicquid ego malefeci, auxilia mihi & supperiæ sunt deorũ. Ἀπολακτίζει inimicos omnes.

Apolectus, huius apolecti, (ἀπόλεκτος,) Delectus, siue selectus, à verbo Græco ἀπολέγω, quod Deligo significat. Apolecti igitur, Delecti, eximii, selecti. Liuius 6. bel. Maced. 111. Vbi quum in concilio delectorũ, quos apolectos vocat, Pirneas, & quæ imperarentur, & quę ipsis propè accidissent, exposuisset. Ibidẽ lib.6.130. Concilium quidẽ vniuersæ gentis Aetoli post dimissos Romanos non habuerũt. Per apolectos autem (ita vocant sanctius concilii, quod ex delectis constat viris) id agitabãt, quo modo res in Græcia noua gerẽtur.

Apolectos, (ἀπόλεκτος,) Genus pilcis ex pelamidũ 36. Plin.li.9.ca.15.

Apolis, pen.corr. apolidis, n.g. (ἄπολις,) Latinè peregrinus. Martianus in L. Quidam. De pœnis. Item quidã apolides sunt, vt sunt in opus publicum perpetuo dati & in insulam deportati. Vlpianus in L. prima. De Legatis tertio, apolides deportatos esse ait. Hoc est redactos in peregrinitatem.

APOLLO, Apollinis, & Apollos, Apollo, secundum Græcam declinationem (ἀπόλλων,) creditus fuit Deus quem Græci etiam φοῖβον, hoc est Solem appellant. Cui (vt Macrobius inquit) vatię fuerunt potestates. Nam fuit author carminis, præsesque vaticinii, fugitandi peritiam habuit, artem medicinæ percalluit, & chordæ vocalis. Ideo dicitur Liber, quòd libere vagetur per aerem. Apollo Nomius, id est pastori dictus est quo tempore Admeti regis pauit armenta. Apollinis typodẽ vas aureum fuisse cõstat trium pedum à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, dum vxore duceret. Dictus Apollo ab α, sine πολλοί, multisquòd solus ipse luceat. Pophyrius ait eundem esse Solem apud superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulachrum videmus, Lyram, quę nobis cęlestis harmoniæ imaginem monstrat. Gryphem, quod terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus Deus iudicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus est ἀπὸ τοῦ ἀπελαύνειν. Euseb. de Euang. præparat. Apollo vocatur quòd ἀπελλάζειν, id est ægrotationibus homines falsarti: liberatquamobrem ardentissimũ etiam Solem Apollinis nose appellãt. De Apolline multa apud Cic. lib.1. de Nat. deo. 32.

Apollo Actiacus. Ouid.13. Metam.55. Augur. Virgil.4. Aeneid.76.
Delius. Virgil.3. Aeneid.35.
Formosus. Virgil.4. eclog.12.
Gryneus. Virgil.4. Aeneid.70.
Palatinus Horat.1 epist.3.4.
Pulcher. Virgil.3. Aeneid.34.
Pulsator citharæ. Val. Flaccus lib.5. Argonaut.139.
Tymbræus. Virgil.4. Georg.67.
Vates. Val. Flaccus.4. Argonaut.89.

Apollineus, adiectiuum, (ἀπολλώνειος,) vt Apollinea ars, pro Arte medica. Ouidius libro tertio, Trist.eleg.3.2.

Nec domus apta satis, non hic cibus vtilis ęgro,
Nullus, Apollinea, qui fauet arte malo, est.

Apollinea ars, eriã pro arte vaticinãdi acceptur ab Ouidio in Ibin. 54

Qualis erat postquam est index de lite recusa
Sumptus. Apollinea clauus in arte senex. Tiresiam vatem
Intelligit. Sic.3. de Trist. eleg.3.2.

Apollinei cantus. Ouid.11. Meram.32.
Apollinea testudo. Ouid. ad Pisonem.34.
Cruris Apollinei. Claud. de Raptu Proserpinę. lib.3.62.
Frater Apollineus, Cupido. Ouid.3. Metam.92.
Vates Apollineus. Orpheus. Ouid.11. Meram.2. —& hastam
Vatis Apollinei vocalia misit in ora.

Apollinarii, & hoc Apollinare, pen.pro. aliud adiectiuũ (ἀπολλιναρικός,) vt Apollinares ludi, qui in honorem Apollinis fiebant. Cic.10. Philip. 273. Qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua, populique Rom. dignitate apparatos præsens fecit. Idem ad Atticũ, li.1.3.4.5. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nim Pompeii penitanter inuectus est.

APOLLODORVS, pen.prod. (ἀπολλόδωρος,) Athenensis grammaticus Asclepiadis discipulus, Panætii Rhodii Philosophi discipulus, & Aristarchi grammatici. Is primus genus metri Triambici inuenit, vt testatur Suidas. Scripsit quoque historiam Athenensium vsque ad reditum Heraclidarum, vt est author Diodorus Siculus. Apollodõrus item aliqs Tarsensis, Tragicus, cuius tragœdias Suidas recenset. Apollodõrus item Athenensis poeta Comicus, tempore quo & Menander, fuit. fabulas quibus nõnullas commentorat Suidas. Præter hos, Apollodõrus Pergamenus extitit Cæsaris Augusti præceptor & familiaris: scripsit de arte Rhetorica, vt Author est Strabo.

APOLLONIA, (ἀπολλωνία,) Inomen fuit plurium vrbium, quarũ vna fuit in Epiro. Plinius lib.4. Natural. historiæ. Alia, eodem reste, fuit in Creta. Alia item in Syria, vt idem Plinius libro.5. docuit. Alia præterea, teste Herodoto, lib.4. fuit in Thracia. Apollonia Syriq, hodie Bonandria. Apollonia autem Epiri, hodie Velona. La Valone, ex qua in Italiam traiectus breuis.

Apollonienses, a, dictium, (ἀπολλωνιάτης.) Cic. pro Flacco.55. Apollonienses amantissimi Pop. Rom.

Apollonius Rhodius, dictus quòd in Rhodo agitaret. Alexandriq autem natus, Callimachi discipulus, equalis Eratosthenis grammatici, cuius etiam successor in præfectura bibliothecę apud Ptolemæum Euergetem. scripsit Argonautica versu hexametro. Author Suidas. Fuit ite Apollonius Alexandrinus, cognomento Dyscolus, pater Herodiani grammatici, nobilis & ipse grammaticus, filiumq; eruditi. Scripsit de compositione partium orationis, & alia complura in arte grammatica. Apollonius Aparodiasius historicus scripsit res Cariæ de Trallibus, de Orpheo, citeque mysteriis. Apollonius Molo Rhodius præceptor Ciceronis, Romæ docuit, quò legatus venerat de præmiis Rhodiorũ, Dictatore Sylla, orator vnus in causis, scriptorq; præstantissimus, & ad hortandi, mitigandi, tendisque vitiis, & mitigando, docendo, præstantissimus, vt ait Cicero in Bruto. Apollonius item fuit Alabandeus (Alabanda autem oppidum est minoris Asiæ) dicẽdi magister qui quum mercedẽ docendi, tamen nõ paterentur eos quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud se perdere, dimittebat: quemque ad quamcunque artem parabat esse aptum, vt se ibi Cicero lib.primo de Oratore. Ad hos, Apollonius quidam fuit Nysæus Panætii Stoici fauoritus. Strabo Apollonius, præterea Erophilius appellatus, quòd Erophili discipulus fuit, scripsit de vnguentis vt est Author Athenæus, apud Plinium tamen Apollodorus scribitur. Philostratus præter horũdous ponit inter sophistas Apollonios: Nauceratium vnum alterum Athenien sem, qui ambo M. Antonini pueris tẽpore concurrentes ad eiere Athenis. Apollonius item Tyaneus Philosophus in eam vitam Philostratus scripsit, & ante hunc Damis Apollonii ipsius peregrinationis comes.

Apológia, apologiæ pen. corr. (ἀπολογία.) Latinè dicitur defensio vel excusatio.

Apólogus, apologi, pen. corr. m.g. (ἀπόλογος) Latinè fabula dicitur in qua indaconi bruta alalia loquit cuiusmodi fabulæ Æsopi de cullita, apud Gellũ lib.2. cap.29. Et apud Horatiũ Olim quod vulpes ęgroto cauta leoni &c. Cic.1. de Orat.147. Et ad hoc genus ascribamus etiã narrationes apologorũ. Idem. 1. de Inuẽt. 36. Vide Quintilianum lib.5. cap.11. circiter medium.

Apologatio, apologationis, (ἀπολογισμός.) Quinct. lib.5. cap.11. Nostrorum qui iam non sane recepto in vsum nomine Apologationem vocant. De fabulis loquitur.

Apologo, apologas, pen. corr. (ἀπολογίζομαι,) apologare, pro laudo. Inde id est contrario, notare. Sene. Epist.47. Ipse illum inuicem apologauit, & nõ iudicauit domo sua dignum. Gallicè dicimus Brocarder.

APONVS, pen. corr. (Ἄπονος,) vicus ad Euganeos colles in Italia prope Patauiũ, vbi & aquæ calidæ variis morbis aptæ. Claudiani elegiacum carmine laudarę, & à Theodorico Gothorum rege mœnibus cinctæ teste Cassiodoro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apóphasis, huius apóphasis, pen.corr.f.g. (ἀπόφασις,) ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνομαι, Latinè dē negatio. Figura de qua sic Quint.li.9.ca.2.Quædā vero ghia huius figuræ nullā cū tropicis hñt societatē:vt illa statim prima,quæ dī à negādo, quā nonnulli vocant ἀποφατικ.huius autem figuræ ipse hoc ponit exemplum, Non agam tecum iure summo;non dicam quòd forsitan obtinerem.

¶ Apophasis, ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνεσθαι, Est annotatio bonorū, & commentarius,& recensio,imlexque eorū quæ reperta sunt. Iurisconsulti inuētariū vocāt & repertoriū:quod ἀπογραφὴ proprie dicitur. Budæus.

Apophorêta, apophoretorum, pen.prod.n.ge. (ἀποφόρητα,) Erāt munera Saturnalitia, & propriè illa quæ p xeniis remittebātur. Vnde apud Martialē libri sunt duo, alter Xeniorum, alter Apophoretorū. Suetonius Vespasiano.cap.19. Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta,ita & Calend.Martii fœmininis.

Apophthegma, apophthegmatis,n.g. (ἀπόφθεγμα,) Breuis & acuta sentētia,breuiter,ac scitè dictum. Apophthegmata(inquit Erasmus)sunt dicta acuta quædā, & breuia, non cuiuslibet quidem,sed Oratorum,Ducum,Legatorum, Imperatorum,ac vt semel dicam,illustrium virorum. Cic.1. Offic. 146.cap. de Temperantia. Multaque multorum facete dicta, vt ea,quæ à Scipione Catone collecta sunt,quæ vocant ἀποφθέγματα.

Apoplexia, apoplexiæ,pen.corr. (ἀποπληξία,) Alii stuporem corporis & mentis,alii subitam percussionem interpretantur. Genus est morbi, de quo sic Celsus lib.3.cap.16. Attonitos quoque rarò videmus,quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis,interdū morbo, ἀποπληξία hunc Græcia ppellāt. Idem capite proximè sequenti, At resolutio nervorum frequens vbiq; morbus est:sed interdum tota corpora,interdum partes infestat. Veteres authores illud apoplexian,hoc paralysin nominauerunt: nunc vtrumque paralysin appellari video.

Apoplecticus, (ἀποπληκτικός,) à quibusdā vocat q laborat apoplexia.

Aposiopêsis, huius aposiopēsis, fœ.gen.pen.prod. (ἀποσιώπησις,) Figura est de qua sic Quintil. lib.9.cap.2. Aposiopesis,quam Cicero reticentiam,Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant:& ipsa ostendit aliquid affectus,vel iræ:vt Quos egoīsed motos præstat componere fluctus. Vel solicitudinis, & quasi religionis:An huius ille legis,quam Clodius à se inuentā gloriatus,mentionem facere ausus esset vtoo Milone,ne dicam Consule? De nostrūm enim omnium, non audeo totum dicere. Hæc ille. Prius autem exemplum ab eo citatum, est Virgilii in.1. Aeneidos. Posterius Ciceronis in Milonianā.

Apostâsia, apostāsię.penul.corr. (ἀποστασία,) Latinè defectio, quum quis à suo duce deficit.

Apostata, apostatæ,m.g.pe.corr. (ἀποστάτης,) Qui abscedit ab eo quod tuendum suscepit,id est transfuga & defector. Vnde apostatas dicunt priuatim dogmatis Euangelici proditores, Budæus.

Apostêma, pen.prod.apostēmatis,n.g. (ἀπόστημα.) Latinè suppuratio:quæ fit ex concursu malī humoris in aliquā partem corporis. Plin.lib.26.cap.33. Caro eius interior sine semine, cianis pedum,& suppurationibus,quæ Græci vocāt Apostemata. Celsus lib.2.cap.1. Abscessus corporis,quæ apostemata Græci nominant. Apostema propriè spatium significat.

Apostolus, stoli,,pen.corr. (ἀπόστολος) Latinè sonat missus aut legatus à verbo Græco ἀποστέλλω,qđ est Cum mandatis emitto. * Dimissoriæ līæ dicunt,quæ vulgò apostoli. Modestus de verborū signis. L. Dimissoriæ,& Apostolos,ait. Liu. fregit i Senatu.

Apostrophe, apostrophes,pe.corr.f.g. (ἀποστροφή,) Latinè cōuersio. Figura est quū sermo à recto & instituto ordine in diuersum ac contrarium vertitur. Virg.2.Georg.34. Scipidas duros bello,& te maxime Cæsar. Idem.2.Aeneid.11.

Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras
Troiaque nunc stares, Priamique arx alta maneret. Ex Rufiniano.

* Quint.lib.4.Sermo à persona iudicis auersus, qui ἀποστροφὴ dicit.

Apostrophus, apostrophi, pen.corr.m.g. (ἀπόστροφος,) Latinè Auersio. Et est circuli pars dextera,sed ad summam literam consonantem apposita,cui vocalis subtracta est,& sit ita'. Hac nota deesse ostendimus parti orationis vltimam vocalem,cuius consonans remanet: vt Tantoin' me crimine dignum?pro Tantone. Sic atin',viden',pro aisne,videsne,& similia. Ex Diomede lib.2.

Apothêca, apothecę,pen.prod.fœ.g. (ἀποθήκη.) Latinè repositorium:sed apud Latinos priuatim pro cellauinaria poni solet. Plin.l.b.23.cap.1. Vinum si sit fumo inueteratum, insalubrissimum est,mangones ista in apothecis excogitauere. Sic idē sæpe alibi. Videtur tamen à cella differre:vt sit apotheca maius quoddam repositorium:cella verò minus,ad vsum scilicet quotidianum. Columella lib.1.cap.8. Pars autem fructuaria,diuiditur in cellam olearia, torcularia,cellam vinariam,defructariam,familia,palearia,que, & apothecas & horrea. Cicero in Vatinium.8. Quum omnium domos, apothecas,naues furacissime scrutarere. Idem.2.Philipp.76. Horat. Libro secundo Serm.Saty.5. –vides vt
Nudus,inopsque domum redeam te vate,neque illic
Aut apotheca procis intacta est,aut pecus. * Plaut.in Trinumo.14.18. Num apponam apothecam insuper?

Apotheôsis, huius apotheōsis,pen.prod.f.g. (ἀποθέωσις,) Latinè,Sermo interpretę,Relatio inter deos,siue in diuorū catalogū,si quibꝰ ceremoniis apud Rom. fieri cōsueuerit,declarat scribit Herodianꝰ i prīcipio lib.4. τὸς μετὰ μέγιστα βασιλεύσαντας.

* Apoxyomenos,pen.corr.Abradens.distringens.Signum erat ęreum quod abstulerat Tyberius Imperator. Plin.34.cap.8.

Apparatus, Vide APPARO, apparas.

Appareo, appāres,pen.prod.apparui, appāritum, (ἀφανίζομαι, γνώμαι,) apparere. Videri Tibul.lib.4.eleg.1.13. Quo nunquam candente dies apparuit ortu. Virg.1.Aeneid.31. Apparent rari nantes in gurgite vasto. Vbi Seruius, Aliud,inquit, est nare, & aliud apparēre. Purēre enim est obedire:vt: Paret amor dictis. Apparere autem,videri:vt.1.Georg.81. Apparet liquido sublimis in aere fusus. Et hęc obseruatio diligenter custodiri debet, ne cum ambitus metri causa,vel clausulæ plerunque corrumpant. Cic.pro Flacco.12. Siqua vīpiam nauicula prædonum apparuisset.

Demersus apparuit rursum. Cic.2.de Diuin.108. Equus in quo ego vehebar,mecum vnà demersus,rursum apparuit.

¶ Apparere,Manifestū & cuidens esse. Plin.in præfat.lib.11. Quo apparuit summā artis securitatē authori placuisse. Terent. Adelph.5.3. Docui,monui,bene præcepi semper quæ potui omnia.

D. Res apparet: Dictum per ironiam. Cato de Re rust.cap.2. Si rogat non apparet. Id est si opus non constat ei,si constat ei non satis operę factum esse pro ratione temporis. Plaut. Pśeud. 13.60. Pro peccato,dicio vt opera appareat. Hic vulgus diceret, vt se monstret. Terentius Eunuc.2.3.19. Pac fit nunc promissa appareant.

Apparuit odium. Cic.ad Lentulum,lib.1.9.78.

Emnere & apparere:cui contrariū Occultare,opprimere & abscōdere. Cic.pro Rosc.Amer.72. est quidā quod occultat, quod quidem suis ab ipsis opprimitur,& absconditur:eo magis eminet & apparet.

Apparet & Obscurum est,contraria. Cic.ad Rufum,lib.5.ep.17. Quid rei sit,apparet:quid expediat,obscurum est.

Apparet aperte. Lucret.lib.2.29.

Nec quibus id faciant plagis, apparet apertè.

Vt apparet. Cic.pro Flacco.30. Siue hoc Romæ consilium est, vt opparet:siue illum domo esse vt dicitur.

Quum appareat. Cic.ad Marcellum,lib.4.7.9. Quid sentiam mihi arretisse illum domo esse vt dicitur.

Apparent data esse vt ad &c. Cic.3.de Finib.37. Membra nobis ita data fuisse,vt ad quandam rationem viuendi data esse apparent.

Apparet atque exstat verum finus earum rerum rutes, an aliter sese habeat. Cicero.1.de Orat.37.

Ne vestigium quidem eloquentię apparet in eo. Cic.1.de Orat.19.

Nihil apparet in eo ingenium, nihil moderatum. Cic.3.Philip.142.

Apparet,cum prępositione ꝑ x: aut sine ea. Cic.5.Verr.82. Ex quo facile apparet,quæ merces Decumani,quæ Prætoris prędā esse videat. Idem de Claris Orat.48. Vt apparet ex orationibus. Plin in præfat. lib.1.11. Quo apparuit summam artis securitatem authori placuisse. Idem lib.12.cap.9.3. Apparet rerum argumētis, asperatæ agrorum arborea nasci. Idem lib.12.cap.21.1. Myrobalanum commune cū nucis arborea nasci. Idem lib.12.cap.21.1. Myrobalanum commune cū nucis arborea nasci. Idem lib.12.cap.21.1. Myrobalanum commune cū nucis
scens vnguentorū vt ipso nomine apparet.

¶ Apparet,cum oratione infinitiui modi. Teren. Eunuc.3.2.33. Apparet seruū hunc esse domini pauperis. Id est oibus patet,constat,manifestum est. Hīc autem accusatiuus sic verti potest in nominatiuum. Hic non apparet esse seruus dominī pauperis. Liuius.1.ab Vrbe.220. Cui non apparet affectare eum Imperium in Latinos?

¶ Apparet ad. Varr.lib.1.cap.40.1. Illud quod apparet ad agricolas,ad videndū diligenter. Figuratè,pro eo quod est apparet agricolis.

¶ Apparere, Adesse,præsto esse:proprię tamen officii gratia. Cic.pro Cluent.117. Quid sibi autē illi scribęsquid lictores,quid cæteri,quos apparere huic quæstioni video,volunt.

Apparere alicui,pro Appariturā facere. Liu.2.ab Vrbe.Quamor & vigenti lictores apparere consulibus. Valerius lib.1.cap.2. Proximo lictori,vt sibi appareret,imperauit. Varro de Re rust. lib.3.cap.2.1. Libertus eius qui apparuit Varroni. Id est qui Varroni magistratum gerenti apparitor fuit:quasi tu dicas:Qui apparitur à fece et. Sic Plinius lib.26.cap.1. Et Cicero in quadam epistolā.

Apparere ad locum. Virgil.12.Aeneid.

Hę Iouis ad soliū,fœuique ad limina regis
Apparent. Id est prępto sunt ad obsequium. Vnde etiam Appariteres constat esse nominatos. Seruius. Apparere domi. Plaut. Capt.5.4.
At ego mox apparebo domi. Id est adero.

¶ Apparere,pro Comparere. Terentius Eunuc.4.2.18. Ille autem homo vt nusquam apparet. Plin. Epist.111. Interceptūne fit à fluuio,an ex fuis, dubium. Certè non ipse, non quisquam ex seruis eius apparuit. Quasi dicat,nec ipse apud homines postea visus est, nec aliquis ex seruis eius. Quod Liuius de Romulo dixit, Nec deinde in terris fuit aut (vt Plinius de Viris illustribus)usquam comparuit.

Apparere in aliquo loco. Cic.pro Sylla.3. An verò in quibus subsellijs hæc ornamentā ac lumina Reip. videremi, in his me apparere nollem?

Apparet,penè in eadem significatione,etiam de re inanimata dictum legitur. Plaut. Amph.5.1.59.

hīc patera nulla in cistula est. AM. quid ego audio?

5. Id quod verum est. AM. at cum cruciato,nisi apparet,tuo. Hoc est, Nisi extat patera,id non erit sine tuo cruciatu. Deinde respōdet Alcmena,Hæc quidem apparet. Quasi dicat,ita adest ipsa.

¶ Apparere, aduentum repentinum videtur interdum significare. Cic. in Epist. Qui equites Antonii apparuissent. Id est,subito visi fuissent.

Apparitio, (ἀφανισμός,) Verbale.

Apparitio pro præstatione officii,seu præsentia ad obsequendum cuiusmodi fuisse esse apparitorum erga magistratus. Cic.ad Thermum,lib.13.55. Ego quum ante studiosè commendabam Marcellum,tum multo nunc studiosius,& in longa apparitione singularem, & propè incredibilem patris Marcelli fidem,abstinentiam,modestiamque cognoui.

Apparitor,penult.corr. Verbale, (ὑπηρέτης, ἀφανιστής, κηρύκιος,) Minister magistratuum. Id est qui præsto est magistratibus ad faciendum quod imbetur: præcipuè tamen viator, qui hominē in ius vocat: alio nomine Stator dictus. Cic.1.Verr.50. Apparitores à Prætore assignatos habuisse Decumanum. Imperiti Scriuentum vocant. Idem.2.Philipp.87. Quis vnquam apparitor tam humili,tam abiecto?

Apparitor regis. Liuius.1.ab Vrbe.211. Fit fuga,regis apparitorum atque comitum.

Lictor & apparitor lenitatis alicuius. Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.1.19. Sit lictor non fuit,sed tuæ lenitatis apparitor:maturaque præferant fasces illi ac fecures dignitatis insignia,quàm potestatis.

Apparitura,apparitūræ,penult.prod. (ὑπηρεσία,) Actus ipse alicui apparendi.nomen sic formatum vt Scriptura. Vnde appariturā facere dicitur qui est apparitor. Sueton. de claris Grammat.9. Orbilius appariturā magistratibus fecit.

Apparo, apparas,penult.corr. (ἑτοιμάζω,παρασκευάζω,κατασκευάζω,κοσμέω,ἑφίστημι,) apparare. Valla lib.5. Præparare & Apparare ita differunt:quòd Præparare,est antè parare sibi quæ vtilia sunt,aut fore credit: Apparare, ad dignitatem quandam, ac verius pompam. Ideoque oratores præparant, quibus obtinere causam postint. Cic.1.Offic.19. Facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias. Hactenus Valla. Cic.3.Offic.76. Erat opipare à Pythio apparatum conuiuium.

Apparare aggerem. Cæsar.7.bel.Gal.19.

Bellum. Cicero pro Lege Manilia.25.

Cenam. Terent. Heaut.1.1.74. Sic apparare prādiū. Plaut. Menęh.4.59.

Conuiuium. Terēt. Adel. & Cic.6.Verr.39. Ornare & apparare cōuiuiū.

Crimina apparare in aliquem. Cic.ad Qu.fratrem,lib.2.7.10.

Crimina insonti. Seneca in Hippoly.6.18.

Fugam. Hirtius de bello Alexandrino.12.

Fabricam. Plaut. Pœnulo.16.135. Nunc hoc consilium capio: & hanc fabricam apparo. Id est hanc fallaciam paro. Quasi magno cum molimine & apparatu.

Iter. Cic.pro Mil.19. Qui illud iter ad cædem faciendam apparasset.

Ludos. Cic.ad Qu.fratrem, lib.3.14.7. Ludos apparat magnificentissimosque inquam,vt nemo sumptuosiores.

Nuptias. Terent. And.4.1.12. Nam idcirco accersor, nuptias quòd mihi apparari sensit. Vbi Donatus, Apparari, inquit, ad honorem & timorem refertur: & datiuo casu subiunctum,eladem & perniciem significat. vt Virgil.2.Aeneid.27. Mihi sacra parari.

¶ Apparare,pro Parare. Plaut. Epid.5.18. Nunc iterum vt fallatur pater, tibique auxilium apparetur. Sic Apparare præsidium apud eundem in Rudente.17.16.

Apparatus sum,vt videtis. Plaut. Mere.22.10.

¶ Apparare,ei infin. Plaut. Asin.9.28. Vah delenire apparas. Pro paras.

¶ Apparare animū pro Præparare. Vt in Rhetoricis ad Herēniū, Per qđ animus auditoris vel iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendū.

¶ Apparatur,impersonale Terent. Eun.3.5.35. Dum apparatur,virgo in cōclaui sedet. Id est dum fit eius rei apparatus. De balneo loquitur.

Apparatè, (παρασκευαστικῶς,) aduerbium qualitatis, apparatius,apparatissime. Cic. Attico,lib.13.198.4. Itaque & edit & bibit ἁπλῶς, & iucundè:opiparè,sanè,& apparatè.

Ludi magnificè apparatęque facti. Liuius.1.bel.Maced.14.

Apparatus, participium, (παρασκευασθείς,) siue nomen ex participio: Vnde apparatior,& apparatissimus. Cic.ad Marium,lib.7. Ludi apparatissimi,sed non tui stomachi. Sic idem pro Sestio.100.

Apparatus homo. Cic.1.de Legib.17. Atque ad illam causarum operam, ad quam ego nunquam nisi apparatus & meditatus accedo.

Magnifici apparatus. Cic.1.Offic.38. Vide MAGNVS.

Instructa & apparata domus omnibus rebus. Cic.1.de Inuent.74.

Apparata oratio,& apparata verba. Author Rhetoricorum ad Herennium,lib.1. Vt non apparata oratio esse videatur. Ibidem, Item vitio fiet,quod nimium apparatis verbis compositum est. Vt obsique loquitur de Exordio seu proœmio vitioso. De quo Valla lib.5. Proœmium,inquit,apparatum reprehenditur,quòd plus pompę atque ostentationis,quàm vtilitatis habere videatur.

Apparatus,huius apparatus,penul.prod. (παρασκευή,) Verbale. Cic.3. de Orato. Illa quæ in apparatu,fori appellantur insignia.

Apparatus,& ornatus. Cic.in Vatinium 23. Sed omitto epulum,Pop.Roma.festum diem,argento,veste,omni apparatu ornatuque vīsendo.

Minore apparatū habētia præcepta dicendi. Cic.de claris Oratorib.143.

Nullo apparatu,purè & dilucidè dicere. Cic.1.de Orato.117.

Apparatus belli,apud Ciceronem 4.Acad.6. De hoc autem Valla lib.5. Apparatus,inquit,videtur interdum significare & apparatum ipsum, præparationem:vt Apparatus belli,quasi præparatio. Sed vt dicimus, naues non modo instructas,sed etiam ornatas, quòd quò res instructiores ad bellum,eò pulchriores sunt ita Apparatum belli vocamus, vbi instrumenta bellica etiam adornata sunt.

Apparatus triumphi. Cic.Attico,lib.6.1.20.3.

Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi.

Apparatio,aliud verbale, (παρασκευή,) Idem quod apparatus. Cicero 2. Offic.81. Est enim multus in laudanda magnificentia,& apparatione popularium munerum. Idem 1.de Inuent.32. Propterea quod ex his suspicio quædam apparationis, atque artificiosæ diligentiæ nascitur. Loquitur de oratorum exordio.

Appello, appellas, (προσαγορεύω,καλέω,) appellare, Cōpositi ex ad,& pello,pellis,mutata cōsonatiōe. Propriè significat nominare,Id est nomen imponere. Ouid.3.de Ponto,eleg.vlt.8. Sic appellari non mernere mali. Cic.3.Offic.1. Qui primus Aphricanus appellatus est. Liu.1.ab Vrbe 8. Latinos vtranque gentem appellauit.

Nomen appellare. Cicc.de Vniuersit.41. Cæterorum syderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neqꝫ nomen appellāt, neque inter se numero commetiuntur.

Appellare nutu & significatione. Cic.Lentulo,li.1.9.78. Quidam hostes, & ilde illi quos sæpe nutu significationeq; appello. Quasi dicat, quos nominare nō audeo,sed quibusdam quasi signis verborum significo

¶ Non appellantur hæc in lege,pro Lex de his siluit. Cicc.pro Cecinna 18. Vtinur eodem iure in ædibus quæ in lege non appellantur. Idem 2.de Finib.8. Historum verborum amore quæ petrarq appellantur ab Epicuro ab sapientiæ,fortitudinis,&c.

¶ Appellare,Dicere. Cic.in Lælio 1. Nec dubitare illū in omni sermone appellare sapientē. Ibidē 5. Vnū te sapientem appellant, & existimāt.

¶ Appellare,vocare. Plaut. Trinū.13.79. Si appellasses,respōdissem nolle.

Appellare nomine vel nominatim. Cic.7.Verr.74. Appellabantur à multitudine mulieres nominatim. Vide NOMEN. Plaut. Pśeud.4.53. Vt nomine quanq; appellem suo. Id est vocem. Cic.4.Acad.26. Me autē nomine appellabat. Idem ad Pætum,lib.9.12.1. Placet Stoicis suo quāque rem nomine appellare. Idem pro Quintio 33. Quo te nomine appellemus? Improbum. Id est dicamus vel nominemus per cōtumeliā. Et 1.dē Orato.123. Sic Plin.lib.7.ca.30.4. Exitiali appellatu nomine.

Verbo grauiore appellare. Cic.5.Verr.114. Eum in tanto tuo dedecore profectò ne verbo quidem grauiore appellasses.

Asperius aliquem appellare. Cicc,contra Rullum 66. Non consueui homines appellare asperius.

Superbius aliquem appellare. Cic.pro Lege Manilia 6.

Appellare nomine,aliter. Cic.pro Cecinna 41. Seruos non numero distinguit,sed appellant vno familiæ nomine.

Appellare nomine,ad me aliter. Cic.pro Cecinna 42. De liberis quisquis est,procuratoris nomine appelletur.

Nomen mortui viri cū lachrymis idētidē appellare. Cic.1.de Inuēt.180.

* Appellare authores. Plin.lib.18.cap.1. Fides tantum authores appeller, hoc est. Fides sit penes authores.

* Appellare solum. Plin.lib.16.ca.33. hoc est terram solicitare & mouere vt fructum pariat.

¶ Appellare, Alloqui,& verba cū aliquo facere: qđ Virgilius cōpellare ferè dicit. Plaut. Amph.6.17. Accedā,atq; hanc appellabo. Idē Pœnulo.16.30. Vin' vt appellē hunc Punice? Id est Punico sermone cum allo quar. Est autem eius qui verba prior facere incipit. Cicc.1. Philip.22. Te autem M. Antoni absentem appello. Idē 3.Verr.73. Appellat hæredē L. Annū qui erat instituturus secundū filiam (nō enim mihi persuadetur,sum ab illo potius appellatum) dicit se posse ei,&c. Ex Budæo.

Appellare & interpellare. Cic.ad Quin.fratrem,lib.2.12.1. Tu verò vt me & appelles & interpelles,& obloquare & colloquare velim.

Appellare blandè. Plaut. Casi.5.15. –blandè hæc mihi (mala res)
Appellāda est vxor mea, Mea amœnitas, qd tu agis? Cic. pro Cluentio 57. Appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandissimè potest. Idē 2.Offic.68. Vt oratione benigna multitudinis animos ad benevolen-

tiam alliciant, militesque blandè appellando, sermone deliniant.
Comiter vnumquemque appellare. Cic. 13. Philip. 345.
Honorificentissimè aliquem appellare. Cic. ad Cecinnam, lib. 6. 6. 16.
Appellare de re aliqua, in eodem significatu. Plaut. Aulul. 7. 23. Est quę te volo de communi re appellare mea & tua. Quasi dicat, tecum agere.
Appellare literis quempiam. Quasi alloqui per literas. Cicero Trebonio, li. 15. 20. 3. Quo tolerabilius feramus ignaviam tuam desyderii tui erebris nos literis appellato. Id est sæpe ad me scribito.
¶ Appellare interdum est nomen alicuius efferre & prodere. Cicero 3. Verr. 110. De quo iudicio si velim dicere omnia multi appellandi, lædendique sunt. Id est nominatim prodendi. Idem 5. Verr. 25. Nunc vt hoc tempore ea quæ regię, seu potius tyrannicè, statuit in aratores Apronius, prætermittam. neque eos appellem, à quibus omne frumentũ eripuit. Id est eorum nomina proferam, à quibus, &c.
¶ Appellare aliquem, pro In iudicium vocare, vt Appellare aliquem de aliqua causa. Cicero 1. Offic. 125. Cauendum est etiam ne iisdẽ de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Idem pro Cluentio 13.
Appellare aliquem in litibus æstimandis. Cicero pro Rab. Posthumo 6. Neminem vnquam quò ea pecunia peruenisset, causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset. Litibus autẽ nemo appellabatur, nisi ex testiũ dictis, aut tabulis priuatorũ, aut rationibus ciuitatũ.
¶ Appellare cum infinitiuo. Liu. 1. Decad. lib. 3. 182. Virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis literarũ ludi erant) minister Decemuiri libidinis manum iniecit, seruaq; sua natam, seruamque appellans esse.
¶ Appellare, creditoris est debitum flagitantis à debitore. Cicero pro Quintio 22. Quum tibi quotidie potestas omnis fuisset admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto ferè, appellas. Idem Attico lib. 12. 24. 3. & lib. 15. 3. Tulliola deliciæ nostræ tuum munusculum flagitat: & me vt sponsorem appellat. Mihi autem abiurare certius est, quàm dependere. Eidem de re eadem epistola 6. 6. Tulliola tibi diem dati & sponsorem appellat. Id est me qui sum sponsor. Me, inquit, admonet de sponsione, & mihi iudicium minatur: quia nomine tuo illi spopondi. Iocus est.
Appellare de pecunia aliquem. Cicero 2. Philip. 80. Appellatus es de pecunia quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas.
Appellare ad diem & horam. Seneca de Beneficiis lib. 1. cap. 2. Nec auarus exactor ad horam & diem appellat.
Appellari pecunia. Quintilianus lib. 5. cap. 13. 11. Eras hæres & pauper, & magna pecunia appellabaris creditoribus.
¶ Appellare, Auxilii gratia quempiam implorare. Sallustius in Iugurth. Nunc vero exul patria, domo, solus, atque omnium honestarum rerum egens, quos accedam? aut quos appellem? nationesne, an reges? Cicero pro Milone, Vos, vos appello fortissimi viri, qui multum pro Republica sanguinem effudistis. vos in viri & in ciuis inuicti appello periculo Centuriones, vosque milites. Idem Antequam iret in exilium 10. Et 2. de Orato. 106.
Appellare, & implorare. Cic. pro Quintio 63. Quid agendum est? quid deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est?
Implorare & appellare. Cic. 7. Verr. 148. Vos etiam atque etiam imploro & appello sanctissimæ deæ. Idem pro Flacco 3.
Vsurpare & appellare deum. Cic. de Vniuers. 56. Iouem atque Iunonem reliquos fratres inter se, agnatosque vsurpare atq; appellare solemus.
Appellare deum, Testari deum. Cicero ad Octauium 4. Nam per deũm immortalium fidem (nisi forte frustra eos appello, quorum auris, atq; animus à nobis abhorret) perque Fortunam Populi Romani, &c.
¶ Appellare aliquem victorem. Pronunciare. Virgil. 5. Aeneid. 107. Et primum ante omnes victorem appellat Acesten. Hoc est eum victorem pronunciat. Cicero ad Cœlium, lib. 2. 15. 5. Accedit etiam mole sta hæc pompa lictorum meorum, nomenque imperii quo appellor. Idem ad Atticum, lib. 5. 10. 2. Deiotarus filius qui rex ab Senatu appellatus est. Idem ad Cœlium, lib. 2. 9. 7.
¶ Appellare virginem de stupro. Quintil. lib. 4. cap. 2. Vxor marito dixit, appellatam se de stupro à priuigno.
Appellare virginem vel matrẽfamilias, in edicto Prætoris, est blanda oratione pudicitiã eius attẽtare. Vlpian. L. Ita. apud Labeonẽ, De iniuriis.
¶ Appellare literas, pro eo quòd est proferre literas. Cic. de claris Orator. 69. Et suauitate appellandarũ literarum. Ibidem 140. Sed tã suauitas vocis, & lenis appellatio literarum, bene loquendi famam confecerat.
¶ Appellare, Est à sententia inferioris iudicis ad superiorem prouocare: aut etiam extra iudicium implorare superiorem potestatem in iniuria, quæ fit nobis ab inferiore magistratu. Vtrunq; autem efferri solet per accusatiuum sine præpositione: vt Appellare Senatum. Vlpianus, Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Cicero pro Quintio 15. Negat Alphenus æquum esse procuratorem satisdare, quod reus satisdare non deberet, si ipse adesset: appellantur Tribuni, à quibus quum esset certum auxilium petitum, & cæt. Idem pro Plancio 19. Appellam populum tribubus submisi me. Liuius 2. ab Vrbe, Ad Voleronem lictor missus est à Consulibus. Volero appellat Tribunos. Quum auxilio nemo esset, consules spoliari hominem, & virgas expe

diri iubent. Prouoco, inquit, ad populũ Valerios: quoniam Tribuni ciuẽ Romanum in conspectu suo virgis cædi malunt, quàm, &c. Ideo autem Tribunos contra Consules appellauit: quoniam Tribuni erant veluti plebis tutores aduersus ipsos Consules & Senatum. Cic. 6. Verr. 128. Prætor appellatur.
Appellare ad Tribunos. Ci. ad Atticum, lib. 13. 280. 3. Ad tribunos quid appelles, valde probo. Idem pro Quintio 44. Cuius procurator à Prætore ad Tribunos appellare ausus. Qui. li. 11. ca. 1. Modo & apud eos à quibus appellatũ erit, si forte ad cosdẽ remittentur, adiicietur ratio.
¶ Appellare pro applicare, apud vetustissimos. Afranius apud Nonium.
Appellatio, Verbale, (προσηγορία,) sæpius idem quod nomen significat. Plin. lib. 7. cap. 15. 3. Quin. Metellus Macedonicus quum sex liberos relinqueret, vndecim nepotes reliquit: iurus verò generosque, & omnes qui se patris appellatione salutarent, viginti septem. Idem lib. 4. cap. 12. 36. Nec aliis prisca illa durauit appellatio. Idem lib. 15. cap. 30. 1. o. Vnius folia distinguntur appellatione.
Appellationes nauium, & telorum vocabula. Gel. lib. 10. cap. 25.
Appellatio probrosa. Gel. lib. 1. cap. 5.
Maledictis, appellationibusque probrosis iactatus est.
Appellatio ignominiosa. Vide IGNOMINIA.
Regum appellationes venales erant: seruorum omnium vicatim celebratur tota vrbe descriptio. Cic. pro Domo sua 99.
Appellatione eadem signare. Quintil. lib. 4. 1. 2.
¶ Appellatio, apud antiquos pars erat orationis à nomine distincta. Quintilian. lib. 1. cap. 7.
¶ Appellatio ad aliquem: Id est Prouocatio. Plinius libro 6. cap. 31. Nec nisi plurium sententia quoquam capite damnari: sic quoque appellationem esse ad Populum.
¶ Appellatio literarũ, pro ipsa prolatione. Vide Appellare literas. Quintil. lib. 11. ca. 3. Ideoque laudatur in Catulo suauis appellatio literarum.
Appellatiuus, penult. prod. (προσηγορικός,) adiectiuum est fictum à Grammaticis: vt quum dicunt appellatiuum nomen. Prisciamus lib. 2. Appellatiuum nomen natura aliter commune est multorum, quos collectos substantia, siue qualitas. vel quantitas generalis vel specialis significat. Generalis vt Animal, corpus, virtus. Specialis vt Homo, lapis, grammaticus, albus, niger, magnus, breuis.
Appellator, appellatoris, penult. prod. Verbale, (ἐπικλητήρ.) Est appellator qui appellauit: hoc est, qui ab aliquo iudice ad aliquem prouocauit. Cicero 6. Verr. 128. Quæstor Prætorem appellat. Et paulo post. Quo quidem die nihil ægrius factũ est multo labore nostro quàm vt ea res ab illo appellatore abstineretur.
Appellito, appellitas, penul. correp. (ἐπικλήσεως,) Festus, Appellitare, inquit, pro Appellasse.
Appello, appellis, appuli, penul. correp. appulsum, (ἀφορμίζω, κατάγω,) appellere, Propriè dicitur quum de pelago aut freto quis ad littus accesserit, ait Donatus. Est autem verbum actiui generis: & propriè dicimus, Nauis appulsa est, non autem appulit: sed Homo aut ventus nauem appulit. Author Laurentius de Pogium. Virgilius 7. Aeneid. 8.
–aduena classem Quum primum Auoniis exercitus appulit oris.
Ouidius 2. fast. 82. Syluis appulsus opacis. Cic. 7. Verr. 69. Postea quàm paulum prouecta classis est, & Pachynum quinto die denique appulsa est. Ibidem 51. Appellitur nauis Syracusas. Idem 6. Verr. 92. Classe quondam Masinissæ regis ad eum locum appulsa.
Appellere nauem, aut classem ad locum aliquem. Cicẽ. 3. de Natu. deorum 12. Qui quum ad Peloponnesum classem appulisset. Idem 3. Verr. 33. Et mille numero nauium classem ad Delum appulisset. Idem Attic. lib. 13. 278. 2. Quum ad villam nostram nauis appelleretur.
Appellere, interdum videtur absolutè poni. Liuius 8. ab Vrbe 11. Et annо Alexandrum Epiri regem in Italiam classe appulisse constat. Quintil. lib. 7. cap. 4. Pater eius à transmarina peregrinatione, quum ad litus idem appulisset: lecto nomine suspendit se. In priore potest videri 58 accusatiuus: in posteriore verò NAVEM aut SE. Sed vicesque est, honesta est eiusmodi locutio.
Appellit se homo. Terent. And. 4. 6. 12. Haud auspicatò huc me appuli. Verba sunt Critonis, qui nauì Athenas venerat. Cic. 7. Verr. 57. Seruorum milites ex Hispania fugitiues, ad Siciliam appulsos esse dicebant.
Appellere aliquem alicui loco. Virgil. 3. Aeneid. 143. Hinc me eligentium vestris deus appulit oris. Pro ad vestras oras.
Appellere ad scopulos, dictum per metaphoram. Cic. pro Caio Rabirio Posthum. 19. Nec tuas vnq; rõnes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sextus Titius affictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragiũ fortunarũ videres.
¶ Appellere ad aliquem. Cic. 1. de Diuinat. 79.
Vilius est in somnis pastor ad me appellere.
¶ Appellere, Applicare, admouere. Cæsar primo bel. Ciuil. 103. Conferæ hæc Pompeius naues magnas onerarias, quas in portu Brundusino deprehenderat adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebantur, complebantur multis tormentis, & omni genere tormentorum completas, ad opus Cæsaris appellebat: vt rates perrumperet, atque opera disturbaret.

Appellere ad aquam animalia, Id est potum agere. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 5. 13. Aestate ad aquam appellendum bis, hyeme semel. Sub. eat. vt sit, appellendum est eas: id est, appellendæ sunt. Sic enim ferè Varro loquitur. Est autem illud de vaccis dictum. Vlpianus, Vt locus deprimatur pecoris appellendi gratia. Sub. ad aquam. Alibi Appellere ad aquam dixit, quo modo & Varro. Ouid. 11. Metam. 71.
–fessos ad littora curua iuuencos Appuleram.
¶ Appellere animum ad aliquid. Terent. in prolo. And. 1. Animum ad scribendum appulit. Hoc est Adhibuit, adiunxit, applicuit: quod est se ad scribendum contulit. Ibidem. 2. 6. 15. Animum ad vxorem appulit.
Appellere mentem ad philosophiam. Cicero. 2. de Oratore. 84. Timide tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti.
¶ Appellere quempiam ad. Plaut. Rud. 23. 103. Ad ignotum arbitrum me appellis. Videtur antique dictum pro cogis, compellis, adducis. Idem Bacchid. 6. 11.
– & me, teque, amicosque omneis affectas tuos
Ad probrum, damnum, flagitium appellere vnà, & perdere? Hìc nonnulli corrupte legunt appellare. Idem Asin. 12. 43. Argenti viginti minæ, me ad mortem appulerunt. Quasi dicat, pene ad mortem vsque me compulerunt.
Appulsus participium, (πεπροσμιδεὶς,) vt Appulsæ aquæ. Plin. Epist. 173. c. Rursus omnes aquæ in eundem locum appulsæ quas steterunt, promouerunt terram. Cic. 7. Verr. 113. Vt eos qui essent appulsi nauigiis interficere possent.
Appulsus, huius appulsus, (πρόσφορησις,) Verbale, Ipse appellẽdi actus: hoc est accessus qui fit nauigio. Liu. 7. bel. Pun. 168. Vt Attalum, quem classe Rubrẽ petiturũ audierat, portubus ab littoris appulsu arceret. Id est vt prohiberet eum, ne ad portus aut littora classem appelleret.
Appulsus Solis, per metaphoram pro Solis accessu, cui opponitur Abscessus Solis. Cic. 1. de Nat. deorum. 36. Atque terræ maximas regiones inhabitabiles, inculasque videmus: quòd pars earum appulsu Solis exarserit: pars obriguerit niue, pruinaque, longinquo Solis abscessu. Sic appulsus caloris & frigoris. Ibidem lib. 2. 112. Tactus, autem toto corpore æquabiliter fusus est: vt omnes ictus, omnes nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus.
Appendo, appendis, appendi, appensum, (ἀνέλω, προσκρέμαμι, ἐπιστάω, περιμένω,) appendere, Verbum actiui generis, Suspendere. Plin. Atque vuas iam maturas ad Solem appendere. Valla lib. 5. Appendere, est tum suspendere (vt notum est) vt appendi vuastum ad lancem, statera: mise ponderare.
Appendo aurum vel pecuniã, (ταλαντεύω, ζυγόω,) Cic. 6. Verr. 49. Aurifice iussit vocari in foro, ad sellam Cordubæ: & ei palàm appendit aurum. Idem. 7. Philip. 37. Vt iam appendantur, nõ numerẽtur pecuniæ. Annumerare & appendere. Cic. pro Roscio Amer. 85. Tibi optima fide tua omnia conuersit, annumerauit, appendit.
Appendere mutuo, pro Dare mutuo. Plin. lib. 9. cap. 55. Sex millia numero murenarum mutuo appendit. nam permutare quidem pretio nõluit, aliaue merce.
¶ Appendere per metaphoram translatum ad incorporea. Cicero in procemio orationum Aeschinis ac Demosthenis, quas ipse transtulit, Ea putaui non annumerari lectori debere, sed tanquam appendi. Ex Valla, lib. 5.
Appensus, participium, (πεπροσηρτημένος,) Suspensus. Cicero. 5. Tuscul. 87. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appentum demitti iussit.
Appensum aurum. Liuius 5. ab Vrbe. 217. Per altercationem nondum omni auro appenso.
Appendix, appendicis, pen. prod. f. g. (ἐπιφυάς, προσθήκη,) proprie ædificiũ quod alteri adiungitur, & quasi appẽditum cuiusmodi formã ante ædium tabernas, aut officinas videmus. Festus, Appendices dicebãtur ab antiquis, qp eis compenderentiquas nunc appendices appellamus.
¶ Appendix per metaphoram dicitur, quod alii est adiunctum, quasi ex alio pendeat. Cic. in Hortensio. Videt enim, quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus mihiq; esse in eo magnum. Hæc Nonius. Budeus, Appendix dicitur quicquid ita accedit rei, vt pars eius sit, aut rei hæreat, vt via in vite. Varro. 1. de Re rust. cap. 16. 1. Relinquitur altera pars, quæ extra fundum est: cuius appendices vehementer pertinent ad culturam, propter affinitatem. Idem lib. 3. cap. 9. 2. Hisce appendix adiicitur, pars quinta.
Appendix, dictum in acie militari. Liuius. 1. bel. Pun. 19. In ripa elephantos ante quadragiota disposuit. Carpetanorum cum appendicibus Oleadum Vacceorumque centum millia fuerennuicta acies, si æquo dimicaretur campo. Appendices dixit, quasi milites additos ad iustum aliorum numerum.
Appendicula, penult. corr. diminutiuum, (προσθηκίδιον,) Cic. pro Rabirio Posthum. 5. Est enim hæc causa, quò ea pecunia peruenerit, quasi quædam appendicula causæ iudicatæ, atque damnatæ. Appendiculam causæ, quasi liticulam appellauit.

Appeto, appetis, pe. corr appetiui, & appetii, per syncopam, appetitum, penul. prod. (ἐφίεμαι, ἐφίημαι, ὀρέγω,) appetere, Vehementer aliquid cupere. Stat. 1. Thebaid. 47.
–& immeritæ, grauium incestare parentis Appetiit. Valla, Appeto cum affectu: Expeto cum ratione. Appeto qualitacunque: Expeto honesta, planèque bona. Vnde de rebus expetendis scripsere philosophi, quæ scilicet peti debent: non autem de appetendis. Hæc ille lib. 5. cap. 7. Videtur tamen Appetere interdum poni pro Expetere: tametsi Valla bene & propriè censuit. Cicẽ. 3. de Natu. deorum. 43. Appètitur quæ secundum naturam sunt: declinantur contraria.
Nihil sibi appetit pcipuè Pœpeius. Ci. cõtra Rullũ 64. Sic in Pisonem 54.
Appetere & depoſcere: cui Recusare contrarium est, vel abnuere. Cicẽ. 3. Philipp. 147. Id non modo non recusem, sed appetam etiam atque deposcam. Seneca in Thyeste 5. 14. Nec abnuendum, si dat imperium Deus: Nec appetendum.
¶ Appetere alicui, & Referuare, veluti oppositа. Cicẽ. 6. Verr. 107. Victoriæ putabat esse, multa Romam deportare quæ ornamẽto vrbi esse possent: humanitatis, non plane spoliare vrbem (Syracusas intelligit) quam conseruare voluisset. In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli Popu. Roman. appetiit, quàm humanitas Syracusanis reseruauit. Romam quæ asportata sunt, ad ædem Honoris, &c. Syracusis autem permulta atque egregia reliquit.
Appetere amicitiam. Cæsar 1. bel. Gal. 161. Arioui stum, se consule, cupidissimè Populi Romani amicitiam appetisse.
Bona. Cic. 4. Tusc. 22. Quoniamque vt bona, natura appetimus: sic & malis, natura declinamus. Idem 3. de Natu. deorum 45.
Inimicitias. Cic. pro Milone 26. Ego inimicitias potentum pro te appetiui. Idem de Arusp. resp. 5. Ille inimicitias non solum suscepit, propter salutem meam, verum etiam appetiuit.
Laudem. Cicẽ. 6. Verr. 72. Non alienam mihi laudem appeto. Sic Appetere gloriam, apud eundem,
Mortem. Cicero de Senectute 61.
Regnum. Cæsar 7. bel. Gal. 11. Et ob eam causam, quòd regnum appetere barbarũ ab ciuitate erat interfectus. Ci. pro Domo sua 78. & de Senect. 51.
Voluptatem. Cicẽ. 1. de Finib. 45.
Omne animal, simul atque natum est, voluptatem appetit.
Appetere ad. Cic. 2. de Legib. 82.
Quid sit quod ad ius pontificium, ciuile appetatis, quæro.
Appetere sibi aliquid de. Cicẽ. 3. de Orato. 70. Quantum illi ipsi oratores de præclarissimis artibus appetiuerint.
Appetere quidpiam in aliqua. Mart. lib. 1. 40.
adeone pulchra est? imò fœdius nil est:
Quid ergo in illa appetitur?
Appetere per auaritiam. Cic. pro Rosc. Comœdo 12.
Et Roscium quicquam per auaritiam appetisse.
¶ Appetere, pro Desyderare. Hirtius de bello Alexãdrino 162. Neq; se tutò dissessurũ arbitrarẽtur si cõditiões quas reiecerat, rursus appeteret.
¶ Appetere, Ad alterius perniciem interdum refertur, quod vsitatius dicitur petere, inuadere, aggredi vt appetere vitam hominis, id est conari eum perdere, seu interficere. Cæs. 1. bel. Ciuil. 151. Humerum apertum gladio appetit: paulumque abfuit, quin Varum interficeret. Liu. 7. ab Vrbe 116. Sed quotiescunque certamen initum est, leuans se, alios oculosque hostis, rostro, & vnguibus appetit.
Appetere ferro, aut lapidibus, aut re alia. Cic. pro Domo sua 10.
A quibus ille se lapidibus appetitum, & periculum esse dicit?
Vita, ferro, atque insidiis appetita. Cic. pro Rosc. Amerino 17.
Ignominiis omnibus appetimus. Cic. pro Quintio 65.
Apperit me amor. Plaut. Cist. 5. 8.
¶ Appetere, relatum ad tempus, pro Appropinquare, instare, aduentare. Liu. 5. bel. Pun. Comitiorum consularium iam appetebat tempus. Cæsar 6. bel. Gal. 15. Diesque appetebat septimus.
Nox appetit. Liu. 5. ab Vrbe 197. Tacitus lib. 16. Postquam in conspectu Padus, & nox appetebat. Ver appetit. Cato cap. 94.
Appetit meridies. Plaut. Mostel. 8. 130.
Appetebant fata Veiorum. Id est Appropinquabat Veiorum fatale excidium. Liuius 5. ab Vrbe 87.
Propinqua partim do cui appetit. Plaut. Aulul. 4. 36.
Mare terram appetens. Cic. 2. de Natu. deorum 146.
Appetebat iudicii dies. Plin. epist. 96. c.
¶ Appetere dextram oculus. Oculari. Plinius lib. 11. cap. 45. 4. Inest & aliis partibus quædam religio, sicut dextra oculis aduersa appetitur, in fide porrigitur.
Appetere aliquid manibus, est conari aliquid manibus apprehendere. Cicẽ. 1. de Diuinat. 87. Vide Appetitio verbale. Idem lib. 2. de Diuinat. 118. Puer Iuppiter cum Iunone in gremio Fortunæ, sedens, mãmam appetens, &c. Et ad Brutum 2. 1. Vtis qui ex Asia fugere dicebatur, Europam appetere conetur?
Appetere genas vngue. Ouid. 3. de Arte 113. Nec dominæ teneras appetet vngue genas. Et apud Tibullum lib. 1. eleg. 6. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quin oculos appetat illa meos.

¶ Appeti, Passiuum. Cicero de Senect. 58. Salutari, appeti, decedi. Lucretius lib. 5. 257. Inque dies magis appetitur.

Appetens, participium, (παρεγινόμενος,) vt Appetente luce. Tacitus libro 4. Appetente iam luce trusere ad summa castelli.

Appetens, penul. correp. (ὀρεκτικός.) Nomen ex participio, vnde Appetentior, & appetentissimus, Alicuius rei acidum significat. Sallust. in Catilina, Alicui appetens, sui profusus. Sic Cice. 2. de Orat. 74. Idem 2. de Finib. 76. Eademque ratio facit hominem hominum appetentē. Idem de Amicitia 46. Nihil est appetentius similium sui.

Edendi appetens. Gellius lib. 16. cap. 3.

Appetentes gloriæ. Cice. pro lege Manilia 3.

Appetentissimus. Cicc. 2. Tuscul. 99. Sumus enim natura studiosissimi, appetentissimique honestatis.

Non cupidus, neque appetens homo. Cice. contra Rullum 33.

Homo tui appetentissimus. Id est cupientissimus. Plinius epist. 151. b.

Appetentia, appetentiæ, (ὄρεξις.) Nomen formatum ab Appetens, Idem quod appetitus sed appetitus frequentius est: & in quibusdam videntur habere vsum diuersum. Nam cibi appetentiam potius dixeris, quā appetitum. Cice. 4. Tuscul. 15. Vt ægritudo quali morsum aliquem doloris efficiat metus recessum quendam animi & fugam: lætitia profusam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam.

* Artium liberalium appetentia. Plin. lib. 23. cap. 10. Ibi. Appetentia ciborum imitatur vino.

Appetentiam ciborum præstat hæc herba, vel facit. Plinius lib. 20. cap. 17. 18. Idem, Cibi appetentiam faciunt lactucæ. Idem lib. 19. A stomacho fastidia auferunt, cibique appetentiam faciunt. Sic ipse alibi sæpe.

Appetitio, (ὄρμησις,) Verbale, Ipse appetendi actus, Conatus quidam aliquid apprehendendi. Cicero 1. de Diuinatione 87. de Cyro, Nam quum dormienti ei Sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetiisse manibus, quum se conuoluens Sol elaberetur & abiret. Ei Magos dixisse, ex triplici appetitione Solis XXX. annos Cyrum regnaturum esse portendi.

¶ Appetitio, pro Appetitu vel Appetentia, (ὁρμή,) Cicero 4. Acad. 50. Nam aliter appetitio (eam enim esse volumus ὁρμὴν,) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod est visum, moueri non potest. Idem 2. de Natura deorum 83.

Appetitio principatus. Cice. 1. Offic. 22. Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus.

Alieni appetitio. Cice. 3. Offic. 38.

Appetitio animi. Cice. in Topic. 32. Atque etiam est causarum dissimilitudo: quòd aliæ sunt, vt sine vlla appetitione animi, sine voluntate, sine opinione suum quasi opus efficiant.

¶ Appetitio, dictum de ciborum appetentia. Gellius lib. 16. ca. 3. Quòd quum antehac semper edendi fuerit appetens, nunc post imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio pristina elanguerit.

Appetitus, huius appetitus, penul. prod. Verbale, (ὄρεξις.) Est immensa & immoderata cupiditas. Sic Valla. Ceterum verba Ciceronis longè melius hanc rem docebunt. Sic enim ait lib. 3. Offic. ca. de Temperantia, Duplex est animorum vis atque natura. Vna pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græcè: quæ hominem huc atque illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum, fugiendumque. Ita fit, vt ratio præsit: appetitus obtemperet. Et paulò post, Efficiendum autem est vt appetitus rationi obediant: eamque neque præcurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant: sintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant. In singulari numero appetitum dixit, pro illa parte animi, quæ rationi opposita est, & vulgò Sensitalitas appellatur. In plurali verò appetitus vocat animi affectus siue etiam affectiones: quæ non satis (vt opinor) Latinè passiones dicuntur.

Contrahere & sedare appetitus. Cice. 1. Offic. 144.

APPIA via, (ἀππία ὁδός,) est à Roma in campaniam, & ad mare vsque Brundusium, quam Appius Claudius consul lapidibus strauit, vt author est Cicero in oratione pro Milone. Horat. 1. Epistol. 6. 8. Via te conspexerit Appi, pro Appii. Sic eodem lib. 19. 4. Appia pro Via Appii. Idem 1. Sermo. sat. 5. 2. Minus est grauis Appia tardis. Et in Epodis ode 4. 3. Et Appiam mannis terit.

* Appias, patronymicum fœm. vnde Appiades Deæ. Ouid. lib. 3. de Arte. His Venus è templis multo radiantibus auro. Læta videt lites Appiadesque Deas. & rursum de Remed. lib. 2. Turpe vir & mulier iuncti modo protinus hostes. Non istas lites Appias ipsa probat.

* Appiades deæ sunt, vt Grammatici putant pallas, pax concordia Vesta Venus, quarum templa propè forum Cæsaris erecta sunt. Sic autem appellatæ ab aqua Appia, quæ in idem forum deducta esset. Huc alludit Cicero in epistola ad Appium pulchrum, cum dixit. Non solum pallada sed etiam Appiada nominabo.

Appiana, mala, (ἀππιανὰ μῆλα,) ab Appio viri proprio sic cognominata. Plin. li. 15. c. 14. 3. Vbi de malorū generibus, Ergo, inqt, habēt originē à Matio, Gestioq; & Mālio, itē Claudio. Qui bus cotoneo insito ab Appio è Claudia gēte, Appiana sunt cognomināta. Odor est his cotoneorū, magnitudo quæ Claudiana, color rubens.

APPIANVS Alexandrinus, (ἀππιανός,) XXII. libros historiæ Romanæ composuit: quorum nouem tantum ad nos peruenere. vixit autem Adriani principis temporibus, vt ipse author est in Syriaco.

Appingo, appingis, (προσγράφω,) appingere. Cice. Attico, libro 2. 23. 4. Epistolam superiorem restitue nobis & appinge aliquid noui. Hoc est adde, adscribe.

APPION, (ἀππίων,) fuit grammaticus celebris, Plistonici filius, cui nomen Mochrus, genere Aegyptius: qui (ut Seruius scribit) sub C. Cæsare tota est cunlatus est Græcia. Hunc Tiberius Cæsar per contemptū Cymbalum mundi appellabat, quoniam publicæ famæ tympanum potius videri posset. Immortalitate à se donari scripsit, ad quam aliquā componebat. De hoc etiam Iosephus scribit, quòd esset multa & indoctus, totiusque vitæ temporibus importunus calumniator connium, cor asini habens. Tu vide Iosephum. Floruit tempore Dionysii Halicarnasei & Iosephi.

Appion, Græcus scriptor, qui (πολυΐστωρ,) est appellatus, facili atq; blanda facūdia fuit, vt est author Gel. Is res gestas Alexādri Macedōis scripsit.

APPIVS Claudius cæcus, orator fuit: Romæ, vt author est Cicero in Bruto. huius etiam meminit lib. 4. Tuscul.

Applaudo, applaudis, applausi, applausum, (ὑπηχέω,) applaudere. Est manuum vel pedum plausu fauorem citere. Plaut. Persa 13. 15.

Agite, applaudamus. Idem Pseud. 13. 43. — si vultis applaudere,
Atque approbare hunc gregem & fabulam, in crastinum
Vos vocabo.

Applaudere alicui. Cice. pro Sestio 100. Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi ciuili maximè applaudatur? Id est applauditelatio. Hîc enim impersonale est. Loquitur autem de plausu populi in ludis & concionibus. Antiqui per o in secunda scribebant, applodo, ficat. & plodo, quod nunc plaudo scribimus.

Applausor, Verbale, (ὑπηχητής,) Qui applaudit. Plinius in Panegyrico. Idem ergo populus ille aliquando scenici imperatoris spectator & applausor, nunc in Panthomimis quoque adueratur.

Applausus, participium, (ὑπηχησοντικός,) Vt applausum corpus. Ouidius 4. Metamorpho. 71.

Ille cauis velox applauso corpore palmis
Desilit in latices. Silius lib. 16. 72. de Camphaso equo.
Camphasus ipse asper, nec qui cerasicis amaret
Applausæ blandos sonitus, &c.

Applausus, huius applausus, (ὑπηχησοντικός,) Ipse applaudendi actus. Cicero 2. de Diuinat. 155. Ennius qui magno applausu loquitur, assentiente populo, &c. Legitur & plausu.

Applico, applicas, penul. corr. applicui, applicitum, (προσεφίλω, παρεμβάλλω,) applicare, & secundum analogiam, applicani, applicatum. Ouid. 4. Fast. 171. Osculaque applicuit posito suprema feretro. Ex ad, & plico est cōpositum. & interdum dinauigatione dictum, idem quod appellere significat. Virgil. 1. Aeneid. 125. Quæ vis inauibus applicat ōrist Subauditur VIS accentum. Sunt autem verba Didonis ad Aeneam appulsum Carthaginem. Vbi Seruius dicit aut per O. aut per duplex P. indifferenter de his poni. Præteritum applicani, in sequentibus leges exemplis.

Applicare naues ad terram. Cæsar 3. bel. ciuil. 396. Ci. 2. Philip. 48. Sic ad eam ripam quam cōstituerat, non ad cōtrariam, nauiti applicuerunt.

Applicare naues terræ. Liu. 8. bel. Pun. 92. Anchoris positis, terræ applicuerunt naues. Sic Seneca in Hercule furente 9. 31.

Applicare classem in locū aliquem. Liu. 7. bel. Maced. 61. In Erythraeum classem applicuerunt.

Applicare aures vocibus. Horatius 3. Carm. ode 11. 2. Dic modos, Lyde quibus obstinatas Applicet aures. Idem in Epod. Votis precor tum amicas applicet aures.

Applicare, absolutè positum. Iustinus lib. 2. Igitur quum Hercules ad littus Amazonum applicuisset. Hirtius de bello Hispaniensi 157. Iuncti quarto die nauigatione cōfecta, insequuntur: qui imperata à Cæsare profecti sine aqua fuissent, ad terram applicant. In his potest accidentibus SE vel NAVES subaudiri: vt in verbo Apellere dicimus.

¶ Applicare, (ἐπίγειν, προσκαθέζειν, προσκάπτειν,) pro Admouere, cū dativo. Liu. 4. ab Vrbe 162. Incerti trepidant, applicantque se turbæ. Idem 7. bel. Maced. 137. Cornelius eidem fluminī castra applicuit. Id est propè flumen posuit. Plinius lib. 36. cap. 7. 8. Si catuli priūs quā videant, applicent triduo stomacho maximè ac pectori. Liu. 3. ab Vrbe. Et dum corporibus applicantur, armaque armis iungunt.

Ad flammam se applicuerunt. Cice. 5. Tuscul. 113.

Applicare se ad arborem. Cæsar 6. bel. Gal. 95. His sunt arbores proximæ, ramis subiectis: ad eas se applicant atque ita paulum modo reclinata quietem capiunt. De alce fera loquitur. Ouid. 5. Metamorpho. 32.

Applicat hîc humeros ad magnæ saxa columnæ.

Aplicare scalas. Subaudi muris, vel ad muros. Liuius 6. bel. Punici 230.

Dum

Dum applicant, dum partim exponunt scalas militesque, dum quā cinque proximum est, in terram euadere properant, ipsa festinatione, & certamine alii alios impediunt.

¶ Applicare se ad aliquem. Cicero in Lælio. 68. Deinde vt requirant atque appetant aliquas alias animantes, ad quas se applicent. Id est adiungant. Terent. And. 5. 4. 11.

Attiens quidam olim nāi fracta, apud Andrum eiectus est,
Et illæc vna parua virgula tum ille egens forte applicat
Primùm ad Chrysidis patrem se. Id est ex naufragio ad illum se recipit. Et ibi Donatus, Applicat, inquit, propriè de naufrago in litus eiecto, atque egenti.

Applicare aliquò. Cic. 3. Tuscul. 76.

Quid petam præsidii, aut exequar quòue nunc auxilio aut fuga
Freta sim? arce & vrbe oība sum: quò accedam? quo applicem? Id est ad quem hominem aut locum me conferam. Quasi dicat, Quò me vertam? quò confugiam auxilii gratia?

Applicare se, & propius admouere, siue adsugere ad aliquid. Cic. in Læl. 31. Facta significatione prohibitis: quam qui appetierunt, applicant sese & propius admouent. Sub. ad eam. Ibidem. 45. Siqua significatio vitiositis eluserat, ad quam se similis animus applicet & adiungat. More suo quasi per interpretationem ADIVNGAT addidit.

Se ad amicitiam fidemque Populi Rom. applicuit. Cic. 4. Verr. 2.

Applicare se ad dictum alterius. Cic. ad Appium.

Applicare se ad familiaritatem alicuius. Cic. pro Cluent. 35. & 52. Qui se ad hominis egentis & cō familiaritatem applicauit.

¶ Applicare, ad aliquem vsum quidpiam accommodare. Colum. lib. 11. cap. 2. 14. Sarmenta quoque, atque arbustorum ramos è segetibus, aut rubos oūe egerere, & ad lepem applicare oportet. Cic. 2. de Finib. 64. Vt ad honestatē applicetur. Id est accōmodetur. De voluptate loquit.

Sic & cum dilatione. Columel. lib. 3. cap. 10. 6. Qui nullum aliud labor cum ferre queat, huic officio applicatur.

Applicare se ad aliquod studium. Quod etiam appellere dicitur. Cic. 1. Offic. 162. Itaque se alii ad philosophiam, alii ad ius ciuile, alii ad eloquentiā applicāt. Id est se cōferūt, & illi rei se dedunt. Sic. 5. de Orat. 30. Terent. in prolog. Heaut. 23. Ad studiū hunc se applicasse musicū.

Applicare se ad comitia. Cato apud Gellium, Poeticæ artis honos non erat. Siquis in ea re studebat, aut sese ad comitia applicabat: grassator vocabatur.

Applicare se ad doctorem. Cic. in Bruto. 175. Meque ad eundem, quem Romæ audieram, Molonem applicaui. Id est ad eum me contuli, vt Græcis literis operam darem. Paulo antè dixerat, Eodem Anno etiam Molont Rhodio dedimus operam.

Applicare animum ad frugem. Plaut. Trin. 5. 3. 4. Certum est ad frugem applicare animum.

Applicare animum ægrotum ad deteriorem partem. Terent. And. 1. 2. 22. Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. Pro adiungit.

Applicuit sibi ex animo. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 11. Posthæc habebimus coniunctionē ac sanguine, vsuque & consuetudine longa, charā, vt liberos coniugi, cæteraque quæ vsque eò animus sibi applicuit, vt ab illis quàm à vita diuelli grauius existimet.

Oscula applicare. Ouid. 4. Fast. 171.

Oscula quæque applicuit posito suprema feretro.

Remos vadis applicare. Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 3. 2.

Impia desertum fugiens Medea parentem,
Dicitur his remos applicuisse vadis.

¶ Applicare annum. Martial. lib. 6. 28.

Fuerint modò mensibus peractis,
Vix vnum puer applicabat annū. Id est vix ad vnum annū accedebat.

Applicitus, participium, penult. prod. (προσεφιλής,) Cæsar. 3. bel. Ciuil. 396. Applicitisque nostris ad terram nauibus. Plin. lib. 30. cap. 6. Stomachi dolorem sedant applicati sæpius.

Applicatæ aures. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 7. 4. Si est oculis nigris, naribus nō angustis, applicatis auribus. Id est bene admotis & iunctis capiti. Quasi dicat, brembus, nō oblōgis & pendentibus. De equo dictū.

Applicatum ferrum. Columel. lib. 4. cap. 14. 10. Pressius enim si abnodes applicato ferro, aut tota tollitur, aut conuulneratur. Id est illi admoto. De vite loquitur.

¶ Applicatus, & Occupatus. Cic. 4. de Finib. 55. Quid enim dicis, Omne animal simul atque sit ortum, applicatum esse ad se diligēdum, esseque in se conseruando occupatum. Quin potius ita dicis, Omne animal applicatum esse ad id quod in eo sit optimum, & in eius vnius occupatum esse custodia, &c.

Applicitus, participium, penul. corr. (προσεφιλούσης,) Silius lib. 15. 1. Proximus applicito saxosis aggere sylvis Tendebat. Plin. epist. 41. 1. Applicitum est cubiculo hypocaustum per exiguum. Id est iunctum.

Applicatio, Verbale, (προσάφασις,) Ipse applicandi actus. Cice. 1. de Orat. 84. Cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patrōnum applicuisset, intestatoq; esset mortuus: nonne in ea causa sua applicatione obscuri fame & ignotum, patefactū in iudicio atq; illustratum est patronum? Idem in Lelio, Quapropter à natura videtur mihi potius, quàm ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi ēt quodā sensu amandi, quā cogitatione, quantū illa res vtilitatis esset habitura.

Applōdo, applōdis, penul. prod. applōsi, applōsum, penul. prod. (ἐπηχέω,) applodere, Collidere. Spartianus, Allatum onum applosum ad terram fregit. Vide APPLAVDO.

Applóro, applōras, penul. prod. (προσκωκύω,) applorare. Verbum ex ad & ploro compositum, Deponere apud aliquem suos fletus. Horat. in Epod. ode 11. 3.

Contráque lucrum, nil valere candidum
Pauperis ingenium, querebar applorans tibi.

¶ Applorare, Aliquem vel iuxta aliquem deflere. Senec. 4. Natur. quæst. Quum iam applorauerit, mersosque atque obrutos tanta mole crediderit, longe ab eo, in quem ceciderant, loco nauigant.

Applûda, applūdæ, penul. prod. Nomen antiquum, Genus est mistissimæ paleæ frumenti, siue panicidæ qua Nonius,
Non hercle applūda est hodie, quàm tu, nequior.
Sunt qui applūdam forbitiosus liquidissimæ genus putētiquòd flatu deiiciatur, & quasi applodatur. Hæc Festus. Gellius lib. 11. ca. 7. Legerat autem ille, applūdam veteres rusticos frumenti furfurem dixisse. Plin. lib. 18. ca. 10. Milii & panici & setamæ applūdam vocant purgamenta alibi aliis nominibus. Nonius, Applodas frumenti furfures dicunt rustici veteres.

Appluere, (προσραβδίζω,) Verbum ex ad, & pluere compositum: Idem quod pluere, vel iuxta pluere. Plin. lib. 9. cap. 16. 3. Quippe & harundines quamuis palude progignare, non tamē sine imbre adolescūt: & aliās vbicunque pisces in eadem aqua assidut, nisi appluat, exanimantur.

Applumbo (applumbas, (προσφυλλοβόλω,) applumbare, Idem quod simplex Plumbare. Vlpianus, in 1. secunda de Sepul. violat. Idem quæritur si statua neque applumbata fuerit neque affixa, an pars monumenti effecta sit, &c.

Appono, appōnis, penul. prod. Appōsui, appōsitum, penul. corre. (προτίθημι, παρατίθημι, προσκατατίθημι, παραβάλλω, ἐπιτάττω,) apponere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 5. 1. Appōsui medio membra leuanda toro. Proprie significat propè vel iuxta ponere.

Apponere antè. Terent. And. 4. 4. 4. — accipe à me hunc ocyus
Atque antè nostram ianuam appone. De puero loquitur. Vnde paulò pòst in scena proxima. Puer hercle est mihi liber tūne apposuisti hunc?

Apponere ad ignem. Plaut. Menæch. 8. 5. c.

Ire hercle melius est te intro, atque accumbere,
Dum ego hæc appono ad Vulcani violentiam. Scurriliter à seruo dicta metonymia pro ad ignem.

Apponere manum ad os. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 10. Cice. 7. Verr. 27. Reticulum ad nares sibi apponebat.

Apponere, cum dativo. Liu. 4. bel. Maced. 63. Non sustinuit impetum, eo tum statio, quæ portæ appōsita erat. Id est iuxta portam sita vel posita. Sic Virbs appōsita littori apud Plinium, lib. 6. cap. 29. 10.

¶ Apponere interdum pro simplici accipitur. Cice. 2. de Inuent. 128. Gladium propi appositum è vagina eduxit.

¶ Apponere notam alicui rei. Cic. ad Valerium, lib. 13. 6. 4. Reliquis epistolis tantū faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi recūm cōuenit.

Apponere notam ad. Cice. in Pisonem. 57. Verumtamen quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malū versum, sed poenam armis persequare. Scire cupio quid tandem ista in versu reprehendas. Alludit ad poetarum criticos, qui malos versus nota signabant appōsita.

¶ Apponere machinam. Cice. 3. Verr. 103. Omnes illæ columnæ, quæ dealbatæ videtis, machinis appōsitis, nulla impensa deiectæ sunt. Id est admotis, adhibitis, applicatis.

¶ Apponere de suo. Plaut. Mil. 12. 32. Ad tua præcepta de meo nihil his nouum ipse appōsui. Pro addidi.

¶ Postulare gratiam apponi sibi. Terent. And. 2. 1. 33.

— neutiquam officium esse liberi puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. Pro addi in gratiam suam id est sibi gratiam merere. Donatus.

¶ Apponere aliquid lucro. Hora. lib. 1. Carm. ode 9.

¶ Apponere cibis aliquid. id est indere, immittere, ponere, addere. Plaut. Pœn. 13. 36. Nō ego item cœnam cōdio vt alii coqui. Et paulò pòst. Indunt coriandrum, fœniculum, allium, atrum olus:
Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum.

¶ Apponere mensam. Plaut. Asin. 15. 2. Pueri mensam apponite. Cice. Attico, lib. 14. 304. 3. Hæc ad te scripsi appōsita secunda mensa. Sic cum adnebio in loco. Plaut. Mostel. 4. 150. Cedò aquam manibus puer: appone hic mensulam.

Mensam alicui. Plaut. Perſa. 10. 76. Mēsa inanis si nunc apponātur mihi.

Aliquid epulandum mensis. Virgil. 4. Aeneid. 121.

Appositas mensas instruere. Ouid. 8. Metamor. 115.

Cœnam. Terent. Phorm. 2. 1. 28. Cœna dubia apponitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quotidianam cœnam apposuit Antonio, Plin.lib.9.cap.35.c.17.
Cibum alicui. Plin. Iunior, Nihil ei præter secundarium panem, oleraque apposuit. Idem in Panegy. Non tam apponis, quàm obiicis cibos. Horatius 2. Sermo. saty. 8. 14. Ne male conditum ius apponatur.
Alicui. Sub. cibos. Cic. 5. Tusc. 131. Xenocrates adduxit legatos ad cœnam in Academiam: iis apposuit tàm quod satis esset nullo apparatu, Pocula. Ouid. 5. Trist. el. 8. 10.
Ampliter. Plaut. Mi. 10. 102. Sed iidem homines nunquam dicunt, quam quam apposítum est ampliter.
Iube illud dem, tolle hanc patinam.
In vasis. Cice. Attic. lib. 6. 111. 13.
Quid te in vasis fictilibus appositurum putem?
In epulis. Plin. lib. 8. cap. 51. 6. Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus. Sic Apponere in cœnis apud eundem, lib. 36. cap. 1.
In epulis, non modo vinum aut cibus apponi dicitur, se etiam vasa, & alia supellex necessaria. Cice. 6. Verr. 43. Is cœnam isti dabat apud villã. Et paulo pôst, Apposuit patellam, in qua sigillã erant egregia. Ibidem, Cœnabat apud eum: argentum illi cæterum purum appoluerat. Id est vasa ex argento puro.
¶ Annos apponere & Demere contraria. Horat. 2. Carm. ode 5. 3.
– & illi, quos tibi dempserit, Apponet annos.
¶ Apponere modum vitiis. Cice. 4. Tusc. 65. Qui enim vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. Hoc est qui adhibet vitiis moderationem, qui dicit vitia posse esse moderata: vt moderata iniustitia, moderata intemperantia.
¶ Apponere custodem alicui, pro adhibere. Cice. 1. Verr. 27.
Custodem inquit, Tullio me apponite.
Calumniatorem. Cic. 3. Verr. 18. Dionem euocauit: calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. Ibidem 4. 15. Verres calumniatores apponebat: Verres iudicabat. Vide Apponere accusatorem.
Sibi præuaricatorem. Cic. 2. Philip. 47. Iam vereor Patres Conscripti, ne, quod turpissimum est, præuaricatorem mihi apposuisse videar. Id est ne videar hortatus esse dedita opera qui in me dicere videretur, qui tamé pro me reuera diceret. Pro hoc vulgus dicit, Curare se per tertium adiouandum, collusionis scilicet gratia. Ex Budæo.
Apponere accusatorem alicui. Cic. 7. Verr. 84. Tum verò omnibus indignissimũ visum est, homines honestissimos, electos, ex suis ciuitatibus, in ferrum atque in vincula coniectos: Cleomenem propter flagitiorum ac turpitudinis societatem familiarissimum esse Prætoris. Apponitur his tamen accusator. Id est ex composito adhibetur. Nostrate vulgus attritare dicit. Sic 3. Verr. 51. Apponere licitatorem. Idem 3. Offic. 81. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet. Idem ad Marium, lib. 7. 2. 2. Núc quoniam tuum pretium nouit, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris væneat. Idem 3. Verr. 99. Si res abiret ab eo mancipe quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse,

Appositus, participium, pe. corre. (προσκείμενος,) Iuxta positus. Cic. 1. de Diuin. 133. Noctu lumine appositio experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circũplicatũ serpentis amplexu. Id est admoto. Adhubito. Oui. 2. Amor. ele. 11. 10. Appositio narrabis multa Lyco.
Appositus cum dativo. Plin. lib. 13. cap. 2. 6. Nunc est clara in Lycia geli di fontis socia amœnitate, itineri apposita. Idem lib. 17. ca. 14. 16. Hoc genere conualles, & apposita fluminibus laborant. Sic idẽ lib. 3. ca. 13.
Appositus ad. Plin. lib. 8. cap. 28. 2. Aure ad glaciem appositã.
¶ Appositus, Adornatus, summissus. Cice.
Appositus, erat ab isto Veiuleius quidam qui emeret.
Appositus, adiectiuum nomen ex participio, (προσκείμενος.) Aptus & accommodus ad aliquid: vt homo appositus. Cice. 7. Verr. 84. Homo bene appositus ad istius audaciam. Id est quod non latinè dicitur proprius, & benefactus ad aliquid.
Appositior. Cice. 6. Verr. 112. Vt multo appositior ad deferenda, quàm ad auferenda signa esse videatur.
Appositus ager ad vitem. Varro 1. de Re rust. ca. 73. Nam vt alius est ad vitem appositus, alius ad frumẽtumsic de cæteris, alius ad aliam rem.
Appositus locus ad tolerandam calamitatem. Cice. Attic. lib. 3. ep. 2. Ab ipso loco minimè appositio ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. Idem 2. de Inuentio. 205.
Appositum tempus ad agendum. Cic. 3. Verr. 10. Menses mihi tres quum eripuisse tis, ad agendum maximè appositos.
¶ Appositus, non modò accommodus ad aliquid agendum, sed etiam aptus cui aliquid fiat. Varr. 2. de Re rust. cap. 7. 5. Et quum est æger, ad medẽdum est appositus. Id est cui facilè remedium adhiberi possit. Nam gerundi verbum hìc passiue positum est. Dicit autem de equo.
¶ Appositus, cum dativo. Quintil. lib. 3. Quo loco tamen iudicis natura noscenda est, iuri magis, an æquo sit appositus. Id est accommodatus. * Lib. 3. Appositissimus ades.
¶ Appositum, absolutè dictum. Cic. lib. 2. ad Quintum fratrem, 6. 2. Sed

haber profectò quoddam Sardinia appositum ad recordationem præteritæ memoriæ. Si legeris QVIDDAM. quod absolutum est, alterum erit adiectiuum.
¶ Appositum, pro reposito. Seneca de Benefic. 4. Siquis intelligit adeò per hoc nihil se consecuturum, vt multa etiam ex appósito & acquisito perdenda sint, non libens in detrimenta descendet.
Appositus, huius appositus, (παρακείμενος,) Verbale. Plin. lib. 24. cap. 7. 2. Abortus non exeuntes trahit appositu, vel suffito. Id est si apponatur, admoueatur, adhibeatur. Quod ipse alibi ADMOTV dicit.
Apposite, aduerbium qualitatis, (ἁρμοδίως,) Apte, accommodate, conuenienter. Cice. Attic. lib. 8. 11. 3. Cætera apposite tibi mandabo. Sic Plaut. Amph. 16. 61. Quintil. lib. 2. ca. 15. 3. Apposite dicere.
Apposite ad. Cic. 1. de Inuent. 10. Officium autem eius facultatis videtur esse dicere apposite ad persuasionem. Et paulò pôst, Vereundici officii dicimus esse curare apposite ad sanandum linem, curationem fauore.
Appositio, Verbale, (παράθεσις,) Actus ipse apponendi. Cice. in Parad. 10. Sed hæc videri possunt obscuriora, quum sine appositione exemplorũ lentius disputantur. Pro eodem dicitur exemplorum positio.
Appositio, Figura constructionis apud recentiores Grammaticos, quam veteres epexegesim (id est expositionem, siue interpretationem) vocabant: vt Vrbs Romaquasi tu dicas, vrbs quæ est Roma, Id est quæ Roma dicitur. Sic fluuius Tyberis, mensis Ianuarius, &c. In hac tamen figura interdum speciale nomen generali præponitur. Lio. 1. ab Vrbe Super Numicum flumen. Idem Prope Tyberim fluuium.
Appositum ac propinquum, (παρακείμενον, ἐπιπλησίον.) Ci. 2. de Inuẽt. 248. Fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est. Audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen vitium est.
* Quintil. lib. 8. ex appositis, quæ epitheta dicuntur.

Appórrigo, apporrigis, penul. corre. apporrexi, apporrectum, (παρεκτείνω,) apporrigere. Iuxta porrigere. Ouid. 2. Metamor. Infantemque vident, apporrectumque draconem.

Aporto, apportas, (πρόσφερω,) apportare, ex ad, & porto. Idem quod afferre significatiõe ei contrarium est Asportare. Magnopius tamen pro aduchere accipitur. Plaut. Sthico 7. 11. Magnumque apportauisse diuitias domum.
Apportare ad locum. Cic. 5. Verr. 165. Qui instituerunt frugem ad vltima ac difficillima loca apportandum frumentum imperare.
Apportare ab aliquo. Ci. 7. Verr. 99. Quod signum, quæ nobis bellis victis capta atque apportata sint?
Apportare de, vel ex. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 14. 3. Genera coniectarum sunt plura: vt minutæ albulæ, quæ afferuntur à Reatino & maximæ, quæ de Illyrico apportantur: & mediocres, quæ ex Apulia apportantur. Plinius lib. 7. cap. 56. 7. Plumbum ex Cassiteride insula primus apportauit Midacritus. Cæsar 5. belli Gall. 3. Ea quæ sunt vsui ad mandas naues, ex Hispania apportari iubet.
Apportare vndique. Cice. 1. Offi. 110.
Multa vndique apportans. De mercatura loquitur.
Apportare aliquid machina, aut alio instrumento. Cice. 1. Verr. Lapis ab quis cædendus, & apportandus fuit machina sua. Nam illo nõ fuit quo materies aduecta est. Sic apportare vehiculo, & similia, dicere poterimus.
¶ Apportare, Nuntiare. Terent. And. 5. 2. 17. Quidnam apportas? Id est quid nuntias, quid affers noui?
Apportare bonum, & afferre gaudium. Plau. Stich. 5. 22. Tantum ad me tu apporto bonum, tantum gaudium affero grande.
Apportare rem nouam dicitur homo. Plautus Mostel. 7. 35.
Quam subitò rem mihi apportas nouam?
Apportat aliquid noui tempus. Terent. Adelph. 5. 4. 1.
Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vsus semper aliquid apportet noui.
Apportare nuntium. Terent. Heaut. 3. 1. 18.
– nuntium apporto tibi, Cuius maximè te fieri participem cupio.
¶ Apportare, pro Afferre in alia significatione, vt Apportare damnum. Terent. Heaut. 4. 4. 26.
Næ ille haud scit, hoc paul'm lucri quantum ei
Damni apportet. Id est quanto eum damno afficiat.
Apportare malum. Terent. And. 1. 1. 46.
Hei vereor, nequid Andria apporter mali.
Morbos apportare. Lucr. lib. 5. 45. – cur anni tẽpora morbos
Apportare vitia dicitur senectus. Cice. de Senect. 22.

Apposco, apposcis, appopposci, (προσκαλέω,) apposcere, ex ad & posco, Insuper poscere. Terentius Heautõ. 4. 7. 10.
Porrò hæc, talenta dotis appoſcent duo.

Appositus, Vide APPONO.

Appôtus, penult. prod. (ἐπιπεπωκὼς,) ex ad & participio potus, dicitur, pro Valde potus: Id est qui multum potauit. Quòd si appotare lectum fuerit, dicemus ab eo factum apposse. Plautus Curcul. 7. 76. Postquam cœnati atque appoti, talos posciit nu-
num. Idem Rud. 14. 8. Si probè appotus siem. Idem Amphit. 4. 1. 8.

Credo equidem dormire Solem, atque appotum probè. Subandi, esse. Id est plus nimio potauisse. Scribitur & per D, adpotus.

Apprehendo, apprehendis, apprehẽdi, apprehensum, (ἐπιλαμβάνω,) apprehẽdere, ex ad & prendo siue prehendo, Quasi ad se prehẽdere. vt Apprehẽdere manũ alienius, aut aliquũ manu apprehẽdere. Cic. pro Quint. 64. Ipsius Sexti Næuii Iachrymis manũ apprehẽdit, in propinquorũ bonis proscribẽdis exercitatã.
Apprehendere manum aliquid. Plaut. Amphit.
– fucit recta in angues impetum
Alterum altera apprehendit eos manu perniciter.
Apprehendere morsu. Plin. lib. 11. cap. 24. 5.
¶ Apprehendere, per metaphoram. Cic. pro Cluent. 40. Sed vt quidque ego apprehenderam, statim accusator extorquebat è manibus.
Apprehendere regionem. Cic. Attico, lib. 10. 197. 2. Necesse est enim, aut id quod maximè velim, pelli illum ab Hispania, aut trahi id bellum: aut illum, vt confidere videtur, apprehendere Hispanias.
¶ Apprehendere palmam. Plin. lib. 14. cap. 22. 9. Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui M. Antonio. Is enim autẽ cum antidisset, apprehenderat hanc palmam, edito etiam voluminc de sua clementia.
¶ Apprehendere, nonnunquã ad mensurã refertur. Plin. lib. 20. cap. 15. 2. Sistit & vomitione, nauseaque ex vno, ijsdẽ apprehenderint tres digiti.
¶ Apprendere, per cõtractionem legimus in versu. Srat. lib. 1. Sylu. 4. 9.
– & apprensa traxisset fortius vrna. Silius lib. 16. 95.
– nilsunque apprendere primos Panchaïes animosus equos.

Apprimè, siue per D, adprimè, pen. prod. (ἐκ τῶν ἄκρων,) Aduerbium intensiuum: Id est Epithasin, quam intensionẽ dicimus, significans. Fit autẽ ab antiquo nomine apprimus, teste Gellio lib. 7. ca. 7. qui dicit non satis commodè A D in hac dictione, sicut neque in adpotus accenta acuto pronuntiari. Terent. Hecy. 2. 2. 6. Etsi ego meis omnibus scio me esse apprimè obsequentem. Id est vehementissimè, ait Donatus. Item in Aul. 1. 1. 34.
– nam id arbitror
Apprimè in vita esse vtile, vt nequid nimis. Vbi Donatus, Adiectio, inquit, est confirmationis apprimè.
Apprimè doctus homo. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 2. 15. Sic apprimè nobilis, apprimè probus, & similia apud Terentium Eunuch. 3. 5. 10. Plaut. Cistel. 3. 6. & Rud. 18. 28.
Apprimè est superlatiuo. Cic. 3. de Finib. 50. Id apprime rectissime dicit.

Apprimus, (πρωτεύων,) adiectiuum, pen. prod. siue per D, adprimus. Id est longe primus. L. Liuius in Odyssea, ibi denique vir summus, adprimus Patroclus. Antiquũ est nomẽ ex Gellii lib. 7. ca. 7. Virg. 2. Georg. 27. Flos apprimus tenax. Vbi Seruius, Apprimus, id est maxime. Et est nomen pro aduerbio, sicut, Et pede terram Crebra ferit, pro crebrò.

Apprimo, apprimis, pe. corr. apprẽsi, apprẽsum, (πρωτομίζω,) apprimere, ex ad & premo compositum. Plin. lib. 23. cap. 9. 11. Sedare ventris dolores alleuerauit impositam, ita vt tunica cinctuque corpori apprimeretur. Id est ad corpus premeretur. Idem lib. 8. cap. 36. 1. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu quàm oua volucres. De vrsis dictum.
* Apprimere carnem ad ossa. Plin. lib. 26. cap. 1.

Approbo, approbas, pen. corr. (δοκιμάζω, ὑποδέχομαι, ἀποδέχομαι, ἀποδείκνυμι,) approbare, Idem quod simplex probare, aut etiã habere ostendimus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 13. An verear ne non approbet illa Getes? Plaut. Pseud. 23. 45.
– verum si voltis applaudere,
Atque approbare hunc gregem & fabulamin crastinum
Vos vocabo. Cic. 4. Acad. 18. Nec tamen ego assum, qui nihil vnquam falsi approbem. Idem Appio, Quicquid fecerit, approbabo.
Clamore approbare aliquid. Cic. pro Archia. 15.
Approbare & laudare. Cic. pro Sestio. 52. Cn. Pompeius approbata, laudataque Cottæ sententia, dixit, &c.
Vna voce & consensu approbauit populus. Cic. in Pisonem. 4.
Authoritate approbare aliquid. Cic. pro Rege Deiotaro. 21.
Omnium assensu approbatum. Cic. 3. de Finib. 45.
Approbatus ab omnibus. Quintil. lib. 2. cap. 17. 26.
Approbare & improbare, velut contraria. Cic. 4. Acad. 172. Hoc negas te posse nec approbare nec improbare. Et paulo pôst. 186. Altero quam se à respondẽdo, vt aut approbet, aut improbet quid sustineat: vt neque neget aliquid, neque aiat.
¶ Facere aliquid Mulis approbantibus. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 5. Et ad Lentulum, lib. 1. 9. 15. Diis hominibusque approbantibus.
Dii approbent. Cic. Attico, lib. 6. 117. 1. Id quidem Dii approbent ita velim, teque ita cupere certe scio.
¶ Approbare, Est efficere vt probum rectumq; iudicetur id, quod quis facit aut dicit. Hoc tamen Cicero ferè probare dicit. Vt in Verrem, Non vereor ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non approbem. Id est scio cum omnino hanc meam accusationem Verris non im-

probaturum. Sic idem pro Sylla. Ex Budæo. Plin. in Præfat. 4. lib. Qui Tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus, inter quos erat Gracchus, hoc atteſtabatur vel inimico iudici se approbare posse.
¶ Approbare opus, siue probare. Est (vt vulgus loquitur) rectè & probè consummatum præbere. Id autem redemptoris est, non locatoris. Paulus in tractatu Locati, Si in lege locationis hoc comprehensum est, vt arbitratu domini opus approbetur: perinde habetur ac si viri boni arbitratu comprehensum esset. Vitruius, Redemptor ad tempus opus manu factum subtiliter repi approbauit: & ad sacõma pondus coronæ visus est præstitisse, Vnde Probatum siue Approbatum opus dicitur, quod magistri opificiorum euocati inspectum, retulerunt esse idoneũ, & rectè factum. Hæc Iudæus.
¶ Approbare, Est etiam dicta nostra rationibus, aut alio modo cõfirmare: vt fieri solet in argumentatione, quod & Probare dicitur. Cicero 1. de Inuent. 73. Hoc quia perspicuè verum est, nihil attinet approbari. Plin. lib. 2. cap. 10. 6. Perinde confessum est motum augeri quamlibet in vicino sit, terræque non absedant in altitudinem, minui. Quæ ratio Lunæ sublimitatibus maximè approbatur.

Approbatio, (δοκιμασία.) Verbale, Ipse approbandi actus. Cice. 5. Philip. 130. Cum sua sponte, eximiaque virtute: tum approbatione authoritatis meæ, Colonitæ patris adiut. Id est ideò quòd ipse probarem meã authoritatem. Catul. epigram. 42. de Acme & Septimio,
– amor sinistra vt ante,
Dextrã sternuit approbatione. Cicero 2. Tusc. 4. Effectus eloquentiæ, est audientium approbatio. Id est vt eloquentiam probent audientes. Idem 1. Offi. 139. Sic hoc decorum quod elucet in vita, mouet approbationem eorum quibus cum viuitur.
¶ Approbatio apud oratores. Est pars argumentationis, qua aut propositio confirmatur, aut assumptio, aut vtraque, si opus videtur. Ci. 1. de Inuẽt. 81. Approbatio est per quã id quẽ breuiter expositũ est, rationibus affirmati probabilius & apertius fit. Alio nomine dicitur probatio.

Approbatio, aliter item acceptum. Cice. 4. Acad. 96. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrii. Dubitant, hæsitant, renocant se interdum. Id est non tali mentis firmitate, certitudine, constantia.

Approbator, penul. prod. (δοκιμαστής,) Verbale, Qui aliquid approbat. Cice. Attic. lib. 16. 3. 14. Quanuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ: approbator certe fuisti. Gel. lib. 5. cap. 21. Subscriptores, approbatoresque eius verbi habemus.

Approbus, siue per D, Adprobus, adiectiuum, pen. corr. (πρόκριτος,) pro valde probus, lectum est apud veteres. Cæcilius Triumpho, Herocles, bos pes est mihi, adolescens adprobus. Ex Gellio lib. 7. cap. 7.

Approbe, aduerbium qualitatis, (πρόκριτα,) pro valde probè. Gel. lib. 7. cap. 7.

Appromitto, siue per D, Adpromitto, appromittis, appromisi, appromissum, (ἐπαγγέλλω, ὑπισχνέομαι,) appromittere. Est qui quis promiserit, idem promittere: quasi alienum promissum similiter promittendo confirmare. Cice. Attico, lib. 5. 88. 2. De Oppio factum est vt volui: & maxime quòd D C C C. appromisiti: quæ quidem ego vnquam vel verbum facta solui volo. Idem pro Rosc. Amer. 15. Quum id ita futurũ T. Rosc. Capito, qui in X. legatis erat, appromitteret, crediderat. Pri'dixerat, Et olla Chrysogoni q vellẽt eẽ facturũ pollicer ẽ.
Appromissor, Verbale, (ἐπαγγελτής,) Est qui quod suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit. Hęc Festus. Vlpianus Appromissorem vocat Fideiussorem. L. In omnibus, De Solutio.

Appropero, siue per D, adpropero, adpróperas, pe. cor. (ἐπείγω, σπεύδω,) appropẽrare. Idẽ quẽ simplex ppero, aut velde ppero, accelero. Plau. Cas. 2. 2. 3. Intro abi, appropera. Sil. li. 3. 129
– & robora ferre coactis
Apporperant humeris. Terent. And. 3. 1. 17.
– postquam ante ostium
Me audiuit stare, appropẽrat. Cic. Attic. lib. 4. 72. 11. Quare appropera & vale. Plaut. Perſa. 4. 5. Curate istuc, atque appropẽrate vos.
Appropẽrare gradum. Plaut. Trinum. 14. 3.
– stultitiam abde. gradum Appropẽrat. Pro eodem dicitur, accelerare gradum.
Appropẽrare mortem. Tacit. li. 16. Intercisis venis mortẽ appropẽrauit.
Appropẽrare ad cogitatum facinus. Cic. pro Milone 34.
¶ Appropẽratum opus. Idem quod opus accelerati. Liu. 4. ab Vrbe 45.
Cæptumque opus adeò appropẽratum est, vt Sole orto, &c. Idem 6. bel. Pun. 80. Ad impediendam rem actam, quæ summa ope appropẽrata erat. Idẽ 7. bel. Pun. 142. Ita additæ Virtutis ædes appropẽrato ope.

Appropinquare, (πρόσχυσις,) propinquãre, quod & propinquare dicit apud poetas. Suet. Iamq; equites appropinquabant. Sub. Bi loco. Cæs. 2. bel. Gal. 170. Heduos simil'Bellouacorũ appropiquare cognouerãt.
Venire & appropinquare. Cic. ad Quin. frat. lib. 3. epist. 24. 5. Sed eius rei mature itas nequedum venit, & tamen iam appropinquat.
Impendère, instare, appropinquare. Cic. in Catil. 32. Quibus ego confido

Universidad de Deusto
Biblioteca

impẽdere fatũ aliqđ, aut instare iam plane, aut certè iã appropinquaſſe.

¶ Appropinquare ad. Ci. 4. de Finib. 105. Quis ignorat ſi plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad reſpirandum, qui ad ſummam aquam iam appropinquent? Sic Hirtius de bel. Hiſpanienſi 8. Ad quos celerius quàm ipſi opinati ſunt, appropinquauit.

¶ Appropinquat tempus, vt Hyems, æſtas, nox, &c. Ceſare 2. bel. Ciuil. 34. Iámque hyems appropinquabat. Valer. Appropinquante definita die. Id eſt ſtatuto tempore.

Appropinquare etiam res alia dicitur, cuius tẽpus appropinquat, vt Aduentus regis appropinquat. Cicer. Curioni, lib. 2. ſ. 1. Sed tamen quum appropinquare tuus aduentus putaretur, magnitudo, &c. Id eſt proximum tempus eſſet tui aduentus. Idem pro Cluentio 152. Poſtea autem quum appropinquare huius iudicium ei nuntiatum eſſet, confeſtim, &c. Idem, Itaque appropinquante morte.

Occaſus vrbis appropinquat. Cic. m Catil. 64.

Mors illi appropinquat. Cic. 5. de Finib. 53.

Appropinquare alicui honori, aut dignitati. Cæſar 5. bel. Gal. 162. Erant in ea legione fortiſſimi viri Centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent, T. Pulfio, & L. Varenus. Ii perpetuas controuerſias inter ſe habebant, vter alteri anteferretur. Hoc eſt quibus inſtabat tempus, vt primos ordines ducerent in exercitu.

¶ Appropinquat vt videat. Cic. 3. de Finib. 74. Nec catulus ille qui iam appropinquat vt videat, plus cernit, quàm is qui modò eſt natus. Id eſt cui appropinquat cernendi tempus.

Appropinquatio, Verbale, (προσέγγισις,) Cic. de Senect. 61. Quarta res ſtat cauſa, quæ maxime angere, atque ſolicitam habere noſtram ætatem videtur, appropinquatio mortis. Idem 5. de Finib. 56. Et anganter appropinquatione mortis confecti homines ſenectute.

APPVLIA & APPVLVS, Vide APVLIA.

Appulſus, Vide APPELLO, appellis.

Apricus, pen. prod. adiectiuum, (προσήλιος, ἥλιος, πρόσηλος,) duobus modis dicitur: aliter enim apricum locum dicimus, aliter hominem, aut auem. Virgil. 5. Aeneid. 26. Et apricis ſtatio gratiſſima mergis. Id eſt, ſole gaudentibus. Saue apricus locus dicitur ſole calens, quod eſt opaco & abdito contrarium: & apricos dicimus, locis apricis gaudentes. Virg. 9. eclog. 10. Ducere et apricis in collibus vua colorem. Perſius Saty. 5. 18.

– noſtra vt Floralia poſſint
Apricimeminiſſe ſenes. Hæc Seruius. Eſt autem ſciendum, apricum non dici niſi reſpectu frigoris. Nam in æſtiuo calore nihil proprie apricum dicitur.

Apricus locus, à Sole apertus à Græco vocabulo φρίσσω appellamus, quaſi ἄνευ φρίσσω, id eſt ſine horrore, videlicet frigoris. Vnde etiam putatur Africa appellari. Author Feſtus. Idẽ quoq; ſẽtit Seruius in 5. Aene. 14.

Apricus cãpus. Hora. in Arte Poetica 33. Gaudet equis, canibuſq;, & aprici gramine campi. Id eſt aperti, & ad ſolis hybernũ teporem appoſiti.

Aprici colles. Virgi. eclog. 9. & Plin. lib. 35. cap. 4. & lib. 6. cap. 17. 6.

Apricus dies. Columel. lib. 9. 14. 12.

Apricos nectę flores. Horat. 1. Carm. ode 26. 2.

Aprica littora. Martial. lib. 1. 46. Locus. Columel. lib. 11. cap. 3. 10.

Montium receſſus. Plin. lib. 10. cap 24. Regio. Plin. lib. 4. cap. 12.

Pratum apricum. Horat. 1. Epiſto. 14. 6.

Apricæ terræ. Virgil. 6. Aeneid. 63.

In apricum proferre. Horat. 1. Epiſto. 6. 5.
Quicquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas.

Spatiari in aprico. Horat. 1. Sermo. ſaty. 8. 3.

Apricum & opacum, veluti contraria, ſicut paulo antè ex Seruio notauimus. Cicero in Partitionibus 21. In locis autem & illa naturalia: maritimi, an remoti à mari, plani an montuoſi, leues an aſperi, ſalubres an peſtilentes, opaci an apricí. Sic Plinius lib. 13. cap. 1.

Apricior & Apriciſſimus, (προσηλιώτερος,) Columella libro 11. capit. 3. 20. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus à Calendis Martiis deponunt. Idem lib. 9. cap. 14. 12. Dum adhuc Autumni reliquiæ ſunt, apriciſſimo die purgatis domiciliis.

Apricor, penul. produ. apricaris, apricatus ſum, (ἡλιοθερέομαι, ἡλιάζομαι,) apricari, In aprico eſſe. Varro Myſteriis, Licet videre multos quotidie hyeme in Sole apricari. Ex Nonio. Cicc. 5. Tuſcul. 132. Alexandro roganti vt diceret ſiquid ſibi opus eſſet, Nunc quidem paululum, inquit, à ſole abſis. Offecerat videlicet apricanti. Columel. lib. 8. cap. 4. 4. Habere etiam clauſam oportet amplum veſtibulum quo prodeat, & vbi apricetur. De gallinis dictum.

Apricatio, Verbale, (ἡλιασμός,) Ipſe apricandi actus. Cicero Attico, lib. 7. 130. 2. Sibi habeat ſuam fortunam. vnam me hercule tecum apricatione in illo Lucretino tuo ſole malim, quàm omnia iſtiuſmodi regna.

Apricatione calefcere, vel igni. apud Ciceronem de Senectute 53. Quo in loco dicit. Nonius Marcellus, apricationem poſitũ pro apricitate.

¶ Ad apricationem egredi. Columel. lib. 8. cap. 8. 4. Et recipiat ad apricationem egredientes columbas.

Apricitas, penult. correp. denominatiuum, (τὸ ἡλιοθερές,) Eſt hybernat ille tepor in locis apricis. Colum. lib. 8. ca. 15. 3. Quum apricitate diegeſtiunt aues. Idem lib. 7. cap. 4. 4. Si diei permittit apricitas.
Apricitatis inclytę regio. Plin. lib. 6. cap. 16. 1.

Aprilis, huius, Aprilis, m. g. penul. prod. ablatiuo per tertiam vocem, Iem, Aprili, (ἀπὸ τοῦ ἀφρίλιος, ἐφεύρετο,) Menſis nome. Sic autem dictus, teſte Seruio, ab aperiendo, quaſi terras tepõre aperiens. Alii, vt Varro ſcribit, quia Veneri dicatus eſſet, quæ dicitur Aphrodice. Horatius 4. Carm. ode 11. 3.

– idus tibi ſunt agendæ, Qui dies menſem Veneris marinæ
Fingit Aprilem.

Aprilis, adiectiuè quoque accipitur: vt quum dicimus Calendis Aprilibus. Tametſi etiam pro menſe nonnulli, ſicut & cætera menſium nomina, adiectiuum eſſe volunt: vt ſubaudiatur abſolutum menſe, & expreſſum non fuerit. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 20. Quinctil Marcellino, & Philippo Conſulibus Nonis Aprilibus mihi eſt Senatus aſſenſus.

Aprinus ſiue Aprugnus, Vide APER.

Apſis, ápſidis, penul. corre. f. g. (ἁψίς,) curuatura rotæ, id eſt ligatura rotæ circulus. Homerus Iliados ε, p Foramine retis ſeu plagæ vbi pręterea. Apſides, etiam dicuntur circuli in ſtellis, teſte Plinio, lib. 2. cap. 15. 6. his verbis. Plurimis de cauſis hæc omnia accidunt, prima circulorum eſt, quos Græci apſidas in ſtellis vocant.

Apſis, Fornicis curuatura. Plinius Cæcilius in epiſto. Adnectuntur angulo cubiculum in apſida curuatum.

APSORVS, (ἄψορος,) vrbs Ponti Cappadocii, Ptolemæo lib. 5. cap. 6. hodie Arcaui.

APTERA, penul. correp. Apterorum, (ἄπτερα,) ciuitas eſt Lyciæ regionis, Stephano: & oppidum in Creta, à Syrenibus vocatum, quod victæ ibi cantu à Muſis, præ mœrore exutæ pennis in mare deſiluiſſent, ἄπτερος, enim dicitur implumis Latinè.

Apte et Apto, aptas. Vide poſt APTVS.

Aptôtum, aptoti, penul. prod. (ἄπτωτον,) interpretatur figura ſu. Sunt enim aptota nomina, quæ neque per casus, neque per numeros declinantur: vt Frugi, nihili, nequã, fãcultas. Author Donatus in ſecunda editione. Hæc alio noſe dicuntur indeclinabilia.

Aptus, apta, aptum, (ἁπτικὸς, ἁρμόττω, πρόσφορος,) ab antiquo verbo Apiſcor (Vnde eſt adiectiuũ nomen Aptus, aptior, aptiſſimus. Ci. in Lælio 1. Catonem induxi ſenem diſputantem: ea quia nulla videbatur aptior perſona, quæ de illa ætate loqueretur. Id eſt accommodatior, & conuenientior: ſiue (vt dici ſolet) magis propria. Idem de Senectu. Aptiſſima omnino ſunt, Scipio & Lælii, arma ſenectutis, artes, exercitationesque virtutum. Alluſit ad arma militum, quæ apta dicuntur, quum bene connexa & cohærentia ſunt. Vide apta arma.

Apta compoſitio membrorum. Cice. 1. Offic. 139.

Aptus alicui rei. Plin. lib. 12. ca. 7. 5. Lycium aptiſſimum medicinæ quod eſt ſpumoſum. Cice. ad Appium, lib. 3. 10. 28. Quid inſtu tandem tuo vtilius, quid commodis meis aptius, quàm hominis nobiliſſimi, atque honoratiſſimi coniunctio?

Apta inter ſe, & cohærentia. Cicero 3. de Natu. deorum 3. A Balbo. maduertiſti credo, quàm multa dicta ſint, quámque etiam ſi nouus rerum tamen apta inter ſe & cohærentia.

Apta inter ſe & conuenientia. Cice. 1. Offic. 200. Sic in vita omnia ſint apta inter ſe & conuenientia.

Aptus ad aliquid. Cice. 1. Offic. 160. Ad quas igitur res appariſſent ingenia, ad eas potiſſimum elaborabimus. Sic Ad amicitiam apriſſimus. Idem in Lælio. Et lib. 1. de Finib. 80. Aptiſſimum ad quietè viuendum.

Natus atque aptus ad Verris flagitioſas libidines. Timarchides. Cicero 4. Verr. 93.

Congruens & apta ad animos permouendos actio. Cice. in Partit. 5. & 3. de Orato. 30.

Apta verba ad Latinorum conſuetudinem. Cic. de Opt. gen. Orato. 146. Conuerti ex Atticis duorum eloquentiſſimorum, nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias, Aeſchinis, Demoſthenisque nec conuertas vt interpres, ſed vt orator, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis.

Aptum & conueniens ad res ſecundas. Cicero de amicitia 16. Quinctilianus lib. 5. cap. 10. 86.

Aptæ ad ſtabilitatem commiſſuræ, & ad actus finiendos accommodatæ. Cice. 2. de Natu. deorum 209.

Apta & accommodata naturæ. Cice. 4. de Fimb. 75.

Aptum, conſentaneumque tempori & perſonæ. Cicero in Bruto 40. Et 1. Acad. 17.

Nec commodius, nec aptius fieri poteſt, quàm vt quid ſcribis. Cicero Attico, lib. 13. 289. 1.

Ad multas res mihi minus aptus. Cic. ad Appium Pulchrum. lib. 3. 6. 6.

Habiles & apti calcei Sicyonii ad pedem. Cice. 1. de Orato. 118.

Aptior auribus imperitorum Palicanus. Cic. de Claris Orat. 118.

Aptus in aliquid. Liuius. 8. bel. Maced. 92. Et erant deprehenſi genere pugnæ, in quod minimè aptiſſimi.

Aptus cum infinitiuo paſſiuo. Ouid. 1. de Arte. 2. Sed puer eſt, ætas mollis, & apta regi. Quaſi paſſiuè dicas Apta ad regendum: id eſt, quæ aptè regi poſſit.

Aptus huc. Celſus lib. 5. cap. 19. Rubrum quoque emplaſtrum, quod ethe ſium vocatur, huc aptum eſt.

Aptum eſſe, & decere. Cic. 3. de Orat. 116. Nunc quid aptum ſit, hoc eſt quid maximè deceat in oratione, videamus.

Curationi aptus æger. Celſus lib. 2. cap. 12. & lib. 7. cap. 14.

Moribus meis apta hæc ætas. Ouid. 13. de Arte. 15.

Animi ad percipiendum apti. Quintil. lib. 1. cap. 2. 19.

Anni apti luſibus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 3. 3.

Aquæ aptæ remigio. Ouid. 1. de Arte. 26.

Cibus ſtomacho aptus: seu contrarius eſt, Alienus ſtomacho. Celſ. li. 2. c. 20

Color pallidus aptus amanti. Ouid. 1. de Arte. 147.

Dies quartus aptiſſimus eſſe conſuenit in pluribus ad initium cibi. Id eſt plures ægri die quarto recte comedere incipiunt. Celſus lib. 3. cap. 4.

Ingenium aptius flammis, id eſt amoribus. Ouid. 14. Metam. 5.

Locus aptus equis. Horat. 1. Epiſt. 7. 9.

* Aptæ inſtructæque remigio nauis. Vide Nauis.

Palus apta remis. Horat. in Arte poetica. 14.

Oculis apta puella. Ouid. 1. de Arte. 9.
Quærenda eſt oculis apta puella tuis.

Somno aptum papauer. Id eſt efficit vt ſomnus acceſſat. Celſ. li. 2. ca. 31.

Tempus aptum precibus. Ouid. 2. de Ponto. 14.

Vber aptius, pro Aptiore vbertate. Virg. 2. Georg. 47.
– pecorique & vitibus almis Aptius vber erit.

Verba apta iocо. Ouid. 21. epiſt. 10.

Potus aptiſſimum eſt vinum frigidum. Celſus lib. 4. cap. 5.

Vmbra paſtoribus apta. Ouid. 1. Metam. 13.

¶ Aptum, Coniunctum. Virgil. 4. Aeneid. Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. Vbi Seruius, Satis peritè loquitur. Nam aptum coniunctum dicit, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, non autem ſtellis inſignitum. Axis enim non habet ſtellas, qui eſt medius inter Septentriones. Idem Seruius in ſextum Aeneid. Hoc ipſum pro Vicino interpretatur. Idipſum quoque eſt quod Nonius Marcellus Aptum, id eſt connexum & colligatum exponit: Budæus autem conſertum, coagmentatum, & compactum. Virgil. 3. Georg. 33.
– ipſis e torquibus aptos
Iunge pares. De bobus loquitur. Lucretius – coniugioque
* Corporis atque animæ conſiſtimus vniter apti.

Aptum ex. Cic. de Fato. 50. Quòd ſi concedatur nihil poſſe euenire niſi cauſa antecedente: quid proficiatur ſi ea cauſa non ex æternis cauſis apta ducatur? Idem in Parad. 19. Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique in ſe vno ſua ponit omnia. Idem de Finib. Atque his tribus generibus honeſtorum notatis, quartum ſequitur & in eadem pulchritudine, & aptum ex illis tribus.

Apta illi omnia ex ſeſe. Cic. 5. Tuſcul 51. Nam cui viro ex ſe ipſo apta ſunt omnia quæ ad beatè viuendum ferunt, nec ſuſpenſa aliorum aut bono caſu, aut contrario, pendere ex alterius euentis, & errare cogun turihuic optimè viuendi ratio comparata eſt.

Apta & Diſſoluta, contraria. Cic. 1. Offi. 179. Nec vero hiſtrionibus, oratoribuſque concedendum eſt, vt his hæc apta ſint nobis diſſoluta.

Apta diſſoluere, & Diſſipata connectere, contraria. Cic. in Bruto. 139. Facilius eſt apta diſſoluere, quàm diſſipata connectere.

Inter ſe apta. Cic. 2. de Inuẽt. 151. Hoc modo ſi diligẽter attẽdamus, apta inter ſe eſſe intelligimus hæc q negotiis, & illa q ꝑſonis ſunt attributa.

Connexa inter ſe & apta. Cic. 2. de Nat. deor. 140. Quis enim hunc hominem dixerit, qui quum tam certos cœli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa & apta viderit, neget in iis vllam ineſſe rationem? Idem in Partit. 76.

Aptum aliquo vinculo. Cic. 5. Tuſcul. 87. Fulgentem gladium è lacunari, ſeta equina aptum demitti iuſſit. Id eſt ſeta equina colligatum & appenſum. Aptus validis neruis. Lucret. lib. 5. 186.

Apta arma. Salluſt. lib. 3. hiſtoriarum apud Nonium, Quod vbi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire miles, obrepere non aptis armis, vt in principio laxiore agmine. Id eſt male coniunctis, non bene corpori cohærentibus, & quaſi diſſolutis.

¶ Aptus verbis & preſſus Thucydides. Cicero. 2. de Orat. 50. Ita porrò verbis eſt aptus & preſſus, vt neſcias vtrum res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur.

¶ Aptus mihi homo, Commodus, opportunus, iucundus, & ſuauis: cui opponitur ineptus. Cic. ad Cornificium, O hominem ſemper illum quidem mihi aptum, nunc verò etiam ſuauem.

* Aptus, pro adeptus apud Feſtum & Nonii, legitur, ex Pacu. & Lucil.

Aptè, (ἁρμοστικὸν, ἐπιτηδείως,) qualitatis aduerbium, aptius, aptiſſimè, Conuenienter & accommodè. Cice. 1. de Finib. 12. Quum inciderit vt id

aptè fieri poſſit. Plin. lib. 16. cap. 25. 6. Ratio aptius redderur ab hoc tertio volumine. Idem lib. 19. cap. 5. 6. Paribus tamen aptiſſime.

Aptè fieri, cũ opponitur Diſcrepare. Cic. 1. Offic. Sed facile iudicabimus quid eorum aptè fiat, quid ab officio naturaque diſcrepet.

Aptè locare. Liuius. 4. ab Vrbe. 161.
Non equite aptè locato concurſum eſt.

Apte docere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 18.

Apte dicere, ad oratores pertinet. Cic. 1. Offic. Quod eſt oratoris proprium, diſtincte, ornate dicere. De apte dicendo pleniſſime tractat Quintilianus lib. 11. in Præfat. Cic. 1. de Orat. 70. Præcipitur primũ, vt pure, & Latinè loquamur, deinde vt plane & dilucide, tũ vt ornate, poſt ad rerum dignitatem apte, & quaſi decore.

Apte dicere ad tempus. Cic. m Partit. 18. Siquando tempus ipſum, aut res, aut locus in perorando dederit occaſionem nobis aliquam, vt dicamus aliquid ad tempus apte, ne derelinquamus.

Ad pedem apte conuenit cothurnus. Cic. 3. de Finib. 71.

Apte, cõgruenterque dicere ad id quodcunq; agitur. Cic. 3. de Orat. 22.

¶ Apte, Coniunctim, & (ſi licet dicere) Connexe. Cic. in Hortẽſio apud Nonium, Altera eſt nexa cum ſuperiore, & inde aptèque pendens.

Apto, aptas, (ἁρμόττω, πρόσφορα, ἐφεύρετο,) aptare, Accommodare ſignificat. Dicimus autem Aptare alicui rei, & ad rem aliquam. Virgilius. 3. Aeneid. Interea claſſem velis aptare iubebat. Ibidem. 2.
Mutemus clypeos, Danaumque inſignia nobis
Aptemus. Celſus libro. 1. cap. 11. Et rei commode aptatur. Cicero. 3. de Orat. 89. Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat. Id eſt apte accommodatum. Quint. lib. 10. cap. 2. Ad primum ſe velut aſpectum orationis aptarunt.

Aptare claues foribus. Mart. lib. 9. 49.

Aptari virtutibus. Cic. 4. de Finib. 96.

Apta quædam ad naturam aptare. Cic. 5. de Finib. 69.

Aptanda ad vitam fuerant quæ dicuntur. Quintil. lib. 3. 34.

¶ Aptare, Componere, parare, teſte Nonio. Virg. 10. Aeneid.
– protecto dum pede læuo
Aptat ſe pugnæ. Hoc eſt ad pugnam ſe componit & parat.

Aptare conuiuium, pro parare. Pomponius apud Nonium, Heus aptate pueri mihi de atque ampliter conuiuium.

Aptare idonea bello. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 23.

Aptare quidpiam in re aliqua. Colum. lib. 8. cap. 10. 2. Sed in eo tranſuer ſe pertice perforatis paritibus aduerſis aptantur.

Aptare, abſolute poſitum. Colum. lib. 11. cap. 64. 2. Quum autem eam tabulam ſic aptaueris, grauia pondera ſuperponito.

¶ Aptare, Apte locare. Virgil. 11. Aeneid.
Aptat rorantes ſanguine criſtas. Seruius.

Aptare opportune. Quintil. lib. 6. cap. 3. 67. Simile eſt quod parcemia dicitur, & prouerbia opportune aptata.

Aptãtus, pen. prod. Participium (ἡρμοσμένος,) Plinius li. 28. cap. 13. 2. Sanguis hircinus cibo aptatus. * Quintil. lib. 2. Sed ſunt ad populum aptatæ delectationem.

Aptatus ad authoritatem oratoriam. Seneca, lib. Controuerſ. 6.

Apua, Piſcis è pluuia natus. Plin. li. 32. cap. 8. 2. de garo loquẽs ſic ait. Cœpit tamen & priuatim ex imbri piſciculo minimoq; confici: Apuam noſtri, Aphyen Græci vocant: quoniam is piſciculus è pluuia naſcitur. Vide Aphya.

Apud, (παρά, πρός,) Prępoſitio accuſatiua, propriè Iuxta ſignificat. Vnde Nonius, Error, inquit, conſuetudinis APVD pro IN vtitur. Itaque vitioſe dicimus quum in foro nos fuiſſe dicamus, apud forum fuiſſe quum apud, iuxta ſignificet. Turpilius Leucadia, Vtinam nunc apud ignem aliquem magnum aſſidant. Cic. 1. de Rep. Cuius etiam focum Cato ille noſter, quum veneraret ad ſe in Sabinos (vt ex ipſo audiebamus) viſere ſolebat: apud quem ſedens Samnitum quondam hoſtium, tum iam clientium ſuorum dona reiecerat. Salluſt. Iugurth. Cęterum apud aquam Syllam cum equitibus nocte agitari iubet. Cic. 2. de Orat. 7. Quum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, & apud eum Sulpitius ſederet. Hæc ex Nonio.

Apud Corſinium caſtra poſuit Cæſar. Cic. ad Domitium lib. 8. 164. 1.

Apud Mutinam, pro ad id eſt In obſidione. Suet. in Augu. Budæus.

Apud, vnam habet ſignificationem in loco: vt apud Numantiam. Adiungitur tamen etiam perſonis: vt apud amicum, apud Athenienſes, & ſignificat παρά Græcum, quando locũ apud illos demõſtrat. Ea autem præpoſitio in compoſitione non inuenitur. Priſcianus lib. 15.

Apud, mutuam loci & perſonę coniunctionem ſignificati vt quum dicimus, Cęno apud amicum. Author Feſtus. Quod autem dicit, Mutuã perſonæ & loci coniunctionem, intelligit perſonam cum loco: Id eſt perſonam & locum ſimul, aut etiam alterutrum: vt Cœnari apud amicum, id eſt cum amico, idque domi eius.

Apud pro in, etiam dictum inuenimus: vt Terent. And. 4. 5. 6. Apud forum modo è Dauo audiui Marcus Tullius de ſignis, Cœnam iſti dabat apud Villam in Tyndaritano. Idem ſexto Verr. 43. Qui nunc apud exercitũ cum L. Lucullo eſt pro in exercitu. Terẽt. Adel. 3. 5. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apud forum est. Horat. 3. Carm. ode. 29. 1. Apud me est.
Apud me domi pro eo quod est domi meæ. Terent. Heaut. 3. 1. 21. Vbinam est quæso? ecquid me domi. Sic in Eunucho. 5. 2. 1. Apud Antiphonem domus est domi Antiphonis, vel in ædib' Antiphonis: quòd satis esset, Apud me, & Apud Antiphonem. Sic Cicero pro Sestio. 33.
Apud se ruti. Cic. 1. de Orat. 108.
Quem non longe ruri apud se esse audio.
Apud, iunctum accusatiuo personæ, quâ doque locum solum notat. Cic. Attico, lib. 5. 9. 2. Ego quum triduum cum Pompeio, & apud Pompeium fuissem, proficiscebar Brundusium &c. Id est domi eius. Plautus Persa. 16. 147. Non diu apud hunc seruies. Sic apud quempiam cœnare, aut esse possum, eo tamen absente.
Apud me I mei generi Crassipedis hortis cœnauit. Cic. ad Att. li. 1. 9. 31.
Tecum apud te. Cic. Attico, lib. 4. 7. 8. 4. Malo in illa tua sedicula sedere, quàm in istorum sella Curuli; tecumque apud te ambulare, quàm cum eo, quocum video esse ambulandum.
Secum & apud se. Cic. Attico, lib. 5. 9. 3. 1. Pompeius à me petierat, vt secum & apud se esse̅m quotidie.
Rursus hæc præpositio constructa cum accusatiuo personæ sæpenumero solam personam significat. Terent. And. 1. 1. 9.
– vt semper tibi
Apud me iusta & clemens fuerit seruitus,
Scis. Id est mecum, vel domi meæ. Idem Eunuc. 1. 2. 10. Aut quia sum apud te primus. Id est, tecum, vel in amore tuo, vel tibi primus. Idé. 5. 9. 25. Hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem. Item ibidem 1. 2. 71. Sine illum prioris partes hosce aliquot dies
Apud me habere
Nonnunquam per inter, vel per in. Cic. pro Fonteio. 27. Studiis militaribus apud iuuentutem obsoletis. Hoc est inter iuuenes: aut in iuuenũ moribus. Tale est quum dicimus, Mos fuit apud Romanos, pro eo quod est inter Romanos, vel in ciuitate Romana. Sic de similibus dicendum. Cic. 4. Verr. 114.
Apud maiores vel patres nostros pro temporibus maiorum vel patrum nostrorum. Cic. ad Appium, lib. 3. 10. 31. In quo non modò amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat, sed ne, &c. Idem. 2. Offic. 116. Apud maiores nostros factitata. Id est à nostris maioribus. Idem in Lelio. 5. Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem. Et. 1. de Orat. 90.
Apud posteros. Tacitus lib. 1. Memoriam apud posteros adeptus.
Apud Ciceronem id legitur, aut scriptũ est, & similiaꝛ pro eo quod est in Ciceronetid est in Ciceronis libris. Cic. 5. Tusc. Huius sententiæ grauitas à Platonis authoritate repetitur: apud quẽ sæpe hæc oratio vsurpata est. Idem. 1. de Diuinat. 89. Apud Agathoclem scriptum est.
Apud te, pro tibi. Terent. Heaut. 2. 3. 127. Vt esset apud te ob hæc quàm grauissima. Plaut. Pœn. Cur ego apud te mentiar? Cic. in Lælio. 73.
Apud quem enomat virus acerbitatis suæ.
Apud pro in, cum accusatiuo personæ. Plaut Mil. 10. 43. Quum apud te exemplum experiundi habeas. Id est, in te, ablatiui casus.
Apud illum vsus iuris, vel in illo. Ci. in Bruto. Sic. n. existimo iuris ciuilis magnũ vsum & apud Scæuolã, & apud multos fuisse, artẽ in hoc vno.
Apud duas ciuitates relinquam. Cic. Attico, lib. 6. 118. 2. Ego Laodiceæ Quæstorem Messinium expectare iussi, modò ipse venerit, vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim reliquere.
Apud Achaiam, Apud Asia. Tacitus lib. 4. Vt ciuitatis Cibyraticæ apud Asiam, Aegicensi apud Achaiam motu terræ labefactis subueniretur. Sic lib. 13. apud Cappadociam. Hoc est in.
¶ Apud matrem rectè est, eaque nobis curæ est. Cic. Attico, lib. 1. 4. 3. Et ad Qu. frat. lib. 3. 17. 1. Id est Rectè habet mater, rectè valet.
¶ Apud me minimum valet. Cicero Lentulo, libro. 1. 9. 32. Non modo nonpræmiis quæ apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus vllis.
Apud me amicitia & beneficiis & dignitate plurimum possunt. Cic. pro Roscio Amerino. 20.
¶ Apud consilium dicere. Cic. 5. Philipp. 172. Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. Et. 1. de Orat. 47. Qui posset satis acutè, atq; dilucide apud mediocres homines ex cõmuni quadã hominũ opinione dicere. Sic. 2. de Inuent. 173. Thebani accusantur apud Amphyctiones. Et Attico, lib. 4. 7. 1. 2. Item. 2. de Orat. 125. Nec apud populũ grauior oratio. Et. 4. Verr. 33. Verba apud Senatum fecit.
Apud aliquem gratias cuipiam agere. Cic. pro Sestio. 7. Conuentus ille hunc apud me P. Sestio maximas gratias egit.
Quum aliquẽ apud te laudaro tuorum familiariũ. Cic. Att. lib. 2. 40. 1.
Quum de me apud te loquos. Cic. Attico, lib. 1. 11. 13. * Hoc est in literis quas tibi mitto.
Querif apud me p literas, summum esse periculũ. Cic. Att. lib. 5. 110. 17
¶ Apud nos imperium tuum est, Poetice dictũ, pro in animo meo, vel in memoria. Hoc est memoria teneo id qđ imperasti. Plaut. Mil. 16. 60.
¶ Apud animum meum. Id est mecũ, vel in animo meo. Sallust. Equidẽ ego sic apud animum meum statuo, malum facinus in se admittere,

qui incommodo Reip. gratiam sibi conciliet.
¶ Apud se esse, non tantum significat esse domi sue, quod notum est: sed per metaphoram longè aliter accipitur. Terent. And. 1. 4. 5. Promittere facere, apud te vt sies. Id est præsenti & minimè turbato animo, quasi dicat, Fac vt sis animo præparatus.
Apud se non esse, & Vix apud se esse. Terent. Heaut. 5. 1. 47.
– præiracundia
Menedeme, non sum apud me. Hoc est ita sum turbatus, vt non sim compos mei, siue compos animi. Idem Hecyra. Num tibi videtur esse apud sese? Quasi ob amorem meretricis insanus, ait Donatus. Idem in And. 5. 4. 35.
– vix sum apud me ita animus commotus est metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono. Vbi Donatus Vnusquisque gaudens ita perturbatur, vt apud seipsum tam non sit.
¶ Apud, hoc præcipuè ab Ad, differt: quòd post verba motus semper adhibet. Nemo. n. rectè dicat, Eo apud patrem: sed Ad patrẽ. Vide A 20.
Inter apud & penes. Apud, personam cum loco significat: Penes, personam ac potestatem. Author Festus. De APVD exẽpla sunt in principio: De PENES, vt Penes illum est victoria. Id est in eius potestate. Quod autem dixit personam cum loco, id pauló ante declarat. Tum est in eádem sententiam Vlpianus in Li. Penes. de Verb. & rerum signif. Penes te, inquit, amplius est quam apud te. Nam Apud te est, quod qualitercunque à te teneatur: Penes te est, quod quodammodo à te possidetur.
¶ Apud, aliquando postponitur suo casui. Tacitus lib. 5. Ripam apud Euphratis. Et lib. 4. Misenum apud, & Rauennam.
APVLIA, siue Appulia, (Ἀπουλία,) Italiæ regio, mari Hadriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam. Huius descriptionẽ vide apud Plinium lib. 3. cap. 11. 6. Horatius. 1. Serm. Saty. 5. 16.
Incipit ex illo montes Apulia notos. Ostentare mihi. Cic. 1. de Diuin. 158. Apulia maximis terræ motibus conquassata.
Siticulosa Apulia. Horat. in Epod. ode. 3. 3.
Nec tantus vnquam siderum insedit vapor. Siticulosæ Apuliæ.
Apulia, nomen nutricis Horatii, vt ipse indicat. 3. Carm. ode. 4. 2. Nutricis extra limen Apuliæ. Nomen prouinciæ pro nutricis nomine positum est, quia inde fuit. Testes Acron & Porphyrius.
Apulia, primam frequentius producit; secundam semper. Martialis in Apoph. Vellẽribus primis Apulia, Parma secundis. Interdum primam corripit. Horat. 3. Carm. ode. 4. 2.
Nutricis extra limen Apuliæ. Versus est Alcaicus dactylicus.
Apulus, siue Appulus, Adiectiuum, (Ἄπουλος,) ab Apulia, primam semper producit: secundam corripit. Horat. 3. Carm. ode. 4. 2. Me fabulosæ Vulture in Apulo. Versus est Alcaicus dactylicus. Lucanus lib. 5. Apulus Hadriacas exit Garganus in vndas. Martial. lib. 8. de Partheniana toga. Appula Ledæi tibi floruit herba Phalanti.

Apus, huius ápodis, pen. corr. ſ. ge. (ἄπους,) dicitur ab æ privativa particula, & πους, ποδὸς, quod Latinè est pes, quasi sine pede: quia scilicet vsu pedum careat: nomen est auiculæ. Plinius lib. 10. cap. 39. Plurimùm volant quæ apodes vocantur: quia careant vsu pedum. Ab aliis cypseli appellantur, hirundinum specie. Et paulò post, Cætera genera residunt aut insistunt: his quies, nisi in nido, nullatenus pendent, aut iacent.

Apyrinus, pen. corr. (ἀπύρηνος,) Adiectiuum, vt Apyrina fructus, & Apyrina mala, mala Punica, quæ dulcia sunt, teste Plinio, lib. 13. cap. 6. 5. Martialis lib. 13. 42.
Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis,
De Nomentanis sed damus arboribus. Ibidem. 43.
Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis.
Et vernæ tuberes, quid tibi cum Libycis? Genus est dulce mali Punici, cui lignosus non est nucleus. De quo Plinius lib. 13. ca. 19. & lib. 15. cap. 6. 5. Seneca Epist. 86. Quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor.
Apyrinus fructus. Columella lib. de Arboribus, cap. 23. 1. Eares & fertilem arborem reddet, & primitiuis annis fructum vinosum, postea verò etiam dulcem & apyrinum faciet. Loquitur de malo Punico ibidem. Sic idem lib. 5. cap. 10. 10.

Apyron, pen. corr. (ἄπυρον) vinum alumẽ. Plin. lib. 35. ca. 15. 7.

Apyrôtos, apyroti, pen. prod. fœ. gen. (ἀπυρῶτος.) nomen gemmæ, quæ alio nose carbunculus dr. Plin. li. 37. ca. 7. 41.
Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, quamuis ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam apyroti vocati.

A Q

Aqua, aquæ, (ὕδωρ,) Vnum est è quatuor Elementis de quibus Plinius lib. 2. cap. 5. Vide AER.
De aquarum natura, & mirabilibus, notatu dignissima, lectuque iucundissima inuenies apud Plinium lib. 31. ab ipso initio. Item lib. 2. cap. 103.
Aqua dicta est, quòd æqua summa, authore Varrone lib. 4. de Lingua Latina. Festus autem, Aqua, inquit, dicitur à qua iuuamur.

Aquũ,

Aquũ, penult. prod. genitiuus quo vtuntur poetæ diuidentes diphthongum per figuram Diæresin. Cic. 1. de Diuinat. 25. Apud Lucretium sæpe, vt libro. 1. 63.
Aquarum agmen. Virg. 1. Georg. 65.
Sæpe etiam immensum cœlo venit agmen aquarum
Arcus Aquarum. Ouid. 11. Metam. 114.
Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum.
Frangitur, & rupta merlum caput obruit vnda.
Aquæ augur cornix. Horat. 3. Carm. ode. 17. 3.
– aquæ nisi fallit augur Annosa cornix.
Vdum corpus aquæ. Lucret. lib. 6. 171.
Quippe vbi Sol vdum contractans corpus aquai.
Cumulus aquarum. Ouid. 15. Metam. 102.
– cumulusque immanis aquarum
In montis speciem curuari & crescere visus.
Cursus aquarum frænare glacie, dicitur hyems. Virg. 4. Georg. 27.
Et quum tristis hyems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum,
Decursus aquæ ex montibus. Lucret. lib. 1. 57.
Aquarum dominus. Sic fl. appellat Achelous apud Ouidium. 9. Meta. 4.
– dominum me cernis aquarum
Cursibus obliquis inter tua regna fluentem.
Aquarum doctor, Tybris. Stat. 3. Sylu. 1. 22.
Spargere haustus aquarum. Virg. 4. Georg. 46.
Humor aquæ dimittit sæpe saporem. Lucret. lib. 3. 69.
Incursus aquarum. Ouid. 11. Metam. 147.
Limes aquarum. Ouid. 17. epist. 27.
Iam paret attritus solitarum limes aquarum,
Non aliter multa quàm via pressa rota.
In margine aquæ sedere. Ouid. 2. Fast. 95.
Mons aquæ. Virgil. 1. Aeneid. 22. Insequitur cumulo præruptus aquæ mons. Præruptus id est in altum eleuatus. Sic Seruius.
Motus aquarum ingens. Virg. 4. Georg. 73.
Aquæ pauper fluuius. Sic Horatius Dauniam vocat fluuium Apuliæ, ob ingentes calores exhaustum fere semper. 3. Carm. ode vlt. 3.
Potores aquæ. Horat. 1. Epist. 20. 1.
Aquarum rex Neptunus. Ouid. 10. Metam. 120.
Est Neptunus aquis, pronepos ego regis aquarum.
Puræ aquæ riuus. Horat. 3. Carm. ode. 6. 7.
Splendor aquæ. Lucret. lib. 4. 43. Strata aquarum. Lucret. lib. 6. 255.
Sulcus aquæ. Id est sulcus aqua repletus. Ouid. de Nuce. 14.
Sole licet, siccaque siti peritura laborem
Irriguæ dabitur non mihi sulcus aquæ.
Temperies aquarum. Ouid. 4. Metam. 69.
Vis aquæ subita. Lucret. lib. 1. 57.
Nec validi possunt pontes venientis aquai Vim subitam tolerare.
¶ Aduersa aqua. Vide ADVERTO.
Ambiguæ aquę. Id est diuersa prędite natura & vi. Ouid. 15. Metam. 67.
Auernalis. Horat. Epod. 5. 6.
Bituminata aqua. Vide BITVMEN.
Blandæ aquæ. Ouid. 4. Metam. 69.
Breuis. Ouid. 17. epist. 36.
Quid mihi quòd tuto non separor æquore, prodest?
Non minus hæc nobis tam breuis obstat aqua.
Cœlestis. Id est pluuia. Horat. 3. Carm. ode. 10. 4.
Non hoc semper erit liminis, aut aquæ Cœlestis patiens latus.
Cœlestes aquæ. Vide CORIVM.
Cœlestes aquas implorare. Horat. 1. Epist. 1. 28.
Cerulea aqua. Ouid. 8. Metam. 46.
Calda aqua. Vide CALDVS.
Cana aqua. Ouid. 1. epist. 4.
Cisternina aqua. Vide CISTERNA.
Collina aqua. Vide COLLIS.
Concordes aquæ. Vide CONCORS.
Crassæ aquæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 1. Curua. Stat. 5. Thebaid. 75.
Dulces aquæ. Virgil. 4. Georg. 13.
Fluuialis aqua. Id est à fluuio petita. Sic Fontana, à fonte. Ouid. 5. de Arte. 145. Marina è mari Puteana, à puteo. Quibus oibus vtitur Plinius.
Gelida. Ouid. epist. 10. 44.
Hybernæ aquæ. Ouid. epist. 13. 19.
Incertæ aquæ, Quæ nulla certa via ferunt. Ouid. de Mædro. 8. Met. 33.
Et nunc ad fontes, nunc ad mare, versus apertum,
Incertas exercet aquas.
Aqua intercus, Hydropum morbus: quasi aqua inter cutem. Lucilius lib. 28. Aquam te in animo habere intercutem. Cic. 3. Offic. 124. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Ex Nonio. Sunt autem duæ dictiones, quarum intercus, nomen est adiectiuum: vnde & morbum intercutem dicimus. Hic morbus interim vocatur aqua subter cutem fusa. Plin. lib. 7. cap. 18. In popillaribus annis aquæ

subter cutem fusæ morbo prohibitum humore à medicis, naturam fecisset consuetudineque in senecta caruisse potu.
Inuitis aquis ire, vel nauigare. Ouid. Epist. 13. 36.
Irrigue aquæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 1.
Iugis aqua. Vide IVGVM.
Lethæis aquis scripta dare. Ouid. 3. de Arte amandi. 68.
Forsitan & nostrum nomen miscebitur illis,
Nec mea letheis scripta dabuntur aquis. Id est oblitioni.
Limosa aqua. Vide LIMVS.
Medicæ aquæ, Quibus ad medendum vtimur. Claud. epigram. 18.
Et fragilem nostri miseratus corporis vsum,
Telluri medicas fundere iussit aquas.
Mediocris aquæ lacus. Ouid. 6. Metam. 69.
Aqua multa, Quæ ex melle ad potum, præsertim ægrotantium cõditur. De hac Plinius lib. 22. cap. 24.
Aqua niualis, id est ex liquefacta numerolim delicatorum mensis appone batur: vt scriptores interdum meminerunt. Gel. lib. 19. cap. 5. Is nos aquam multam ex diluta niue bibentes coërcebat, seuerusque increpabat. Et paulò pòst, Qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus secundam dicerent: sed hominibus potu nimio infalubré esse. De hoc etiam meminit Plinius lib. 19. cap. 4.
Palustris aqua. Vide PALVS.
Pierius aquis rigantur ora vatum. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 6.
Aqua pluuia, & aqua cœlestis, pro eodem sæpe dicitur apud ipsum Plinium. Cic. pro Murena. 19. Ille tener & scit vt hostium copiæ: vt aquæ pluuiæ arceantur. Sic idem in Topic. 19. Ouid. 3. de Arte. 35.
Aqua pluuialis. Ouid. 8. Metam. 68.
Quieta. Horat. 1. Carm. ode. 31. 2.
– quę Lyris quietam
Mordet aquam taciturnus amnis.
Rapida aqua. Catul. de Muliere sua. 65. 1.
Rancę aquę. Ouid. 17. Epist. 6.
Solicitum raucis quod mare feruet aquis.
Rancis aquis adesus scopulus. Ouid. 10. Epist. 5.
Recens aqua. Virg. 6. Aeneid. 129.
Aqua rosacea, Quæ fit ex rosis. Apud Plinium sæpissime. Sed suppresso nomine AQVAE, sæpius dicitur Rosacea.
Sacra aqua. Horat. 1. Carm. ode. 1. 5. –nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ. Aquam sacram dixit, vel nimirum alicui consecratam, vel quòd perpetuum ferè apud poetas, fontis epitheton sit, sacros appellari. Ex Acrone & Porphyrione.
Salubres aquæ. Horat. in Carm. secul. 7.
Serena. Lucret. lib. 4. 43.
Seruam aquam bibere. Id est aquam quę ferus propinatur. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 5. ad Ianitorem.
Excute, ne nunquam dura religẽre catena,
Nec tibi perpetuò seruus bibatur aqua.
Simplex aqua. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 7.
Pellebatque sitim simplicis humor aquę.
Tenues aquæ. Virg. 3. Georg. 66.
Tepidæ aquæ. Ouid. 8. Metam. 132.
Tumidarum aquarum victor. Ouid. Epist. 18. 37.
Sic Hero Leandrum vocat.
Turbidus imber aqua. Virg. 5. Aeneid. 138.
– ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densisque nigerrimus Austris.
Vastę aquæ. Ouid. Epist. 18. 34.
Vberibus aquis fœcundus specus. Ouid. 3. Metam. 7.
Vilissima rerum aqua. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 18.
Virides. Ouid. 4. Fast. 33. Et. 1. de Arte. 81.
Vitreæ aquæ. Statius. 1. Syl. 3. 15.
Volubilis. Horat. 4. Carm. ode. 1. in fine.
¶ Abundare aquis. Ouid. in Ibin. 37.
Addere aquam flammę, pro extinguere ignem. Tibul. 2. eleg. 4. 9.
Vide ADDO.
Appellere ad aquam animalia. Vide APPELLO.
Aspergere aquam. Vide ASPERGO.
Astrictis aquis torpent fluuii. Claudian. in Præfat. 2. lib. de Rap. Prof. 4.
Pigrior astrictis torpuit Hebrus aquis.
Assilientis aquæ vereri tactum. Ouid. 6. Metam. 22.
Assuescere aquis. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 2.
Nec cœlum patior, nec aquis assuescimus istis.
Cauet aqua. Ouid. Epist. 5. 11.
Cedo aquam manibus. Vide CEDO.
Concipere aquas dicitur Iris. Ouid. 1. Metam. 55.
Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert.
Euersas aquas concitare dicuntur venti. Ouid. Epist. 7. 8.
Aspice vt euersas concitet Eurus aquas.
Consistit aqua. Vide CONSISTO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De lucere aquam. Cic. 1. de Diuinat. 105. Aqua Albana deducta ad vtilitatem agri subiubani.
Ducere aquam. Vide DVCO.
Eluctari aqua dicitur, quum vi expressa, veluti ab vuis, lentè egreditur. Virgil. 1. Georg. 49.
– dulcesque à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibimt per vimina guttæ.
Eruta remis aqua. Ouid. 5. Epist. 11.
Expressę, quæ dicuntur quę vi impulsæ loco aliquo erumpunt. Ouid. 1. de Arte amandi. 17.
Subdita quà Veneris facto de marmore templo est,
Appias, expressis aera pulsat aquis.
Frangere aquas, id est Diuimere seu diuidere, dicimur quum innatamus. Claud. in Epithal. de Tritone,
– seu concha Liby cum cærulus æquor Aegæas seu frangit aquas.
Fumat aqua de sulphure. Ouid. 1. de Arte amand. 51.
Et, quæ de calido sulphure fumat, aquam.
Fundere aquas dicuntur fluuii. Ouid. 15. Metam. 57.
Ante bibebatur, nunc quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas.
Fundere aquas in mare. Ouid. 3. & mor. eleg. 2. 7.
Aqua hæret. Cic. 3. Offic. 161. Dicit ille quidem multa multis locis: sed aqua hæret, vt aiunt. Significat Epicurum parum secum in disputādo constare, seque ipsum inuoluere. Idem ad Qu. fr. lib. 2. 9. 2. In hac causa mihi aqua hæret. Vide HAEREO.
Haurire aquas. Ouid. 3. Metam. 38.
Quas habuit sic hausit aquas, vultumque virilem Perfudit. De Diana loquitur.
Haurire aquam turbatam limo. Horat. 1. Serm. Saty. 12.
Iactari vadosis aquis. Lucan. lib. 8. 137.
Immori aquis. Ouid. 7. Metam. 117.
Inde graues morbo nequeunt consurgere, & ipsis
Immoriuntur aquis.
* Implorare aquas cœlestes. Horat. ep. 1.
Inclinantur aquæ ad littora. Ouid. 11. Metam. 42.
Incoquere cum aqua. Vide INCOQVO.
Infestare aquas. Ouid. 2. Amor. 11. 4.
Quas Scylla infestet, quis ve Charybdis aquas.
Inficere aquas. Ouid. 6. Metam. 29.
Infuscata aqua abscondi. Vide INFVSCO.
Innare aquæ. Vide INNO.
* Inquinata cadaueribus aqua. Cic. Tus. 5. 137.
Aqua & igni interdici solet damnatis, quam accipiūt nouæ nuptæ, quia videlicet hæ duæ res humanam vitam maximè continēt. Itaq; funus prosecuti, ignē supergrediebantur aqua aspersi: quod purgationis genus vocabant suffitionē. Hæc Festus. De hoc autem permulta eleganter scribit Lactantius Diuinarum institutionum libro. 2.
Interdictis aquis imminet æger. Ouid. 3. Amorum. eleg. 4. 4.
Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata:
Sic interdictis imminet æger aquis.
Interponere aquam vino. Vide INTERPONO.
Intrita facta aqua. Vide INTERO.
Aqua inuoluere. Virgil. 6. Aeneid. 67.
Quos simul à Troia, ventosa per æquora vectos
Obruit Auster aqua, inuoluens nauemque virosque.
Irrigare aquam. Vide IRRIGO.
Iungere ignibus aquas. Seneca in Hipp. 4. 41.
Labuntur altis ripis aquæ. Horat. Epod. 2. 5.
Lacessere cautes dicuntur aquæ, poetica phrasi, quum illas assiduo fluctuum impulsu verberant. Senec. in Hippo. 445.
Vt dura cautes vndique intractabilis
Resistit vndis, & lacessentes aquas Longe remittit.
Mergere aqua. Ouid. 3. Amorum, eleg. 1. 12.
Mergere aliquem in aquam. Vide MERGO.
Mergi aquis. Ouid. 5. Metam. 119.
Feruentibus aquis mollire. Ouid. 1. Metam. 46.
Aquam perdere. Quintil. lib. 11. cap. 3. De pronuntiatione, Temporibus præfinitis aquam perdere. Id est tempus. Sumptum ab horologiis, quæ aqua olim flebant, ad quæ tempus orandi dabatur. Vide Plinium in Epistolis. Vide PERDO.
Perfluit aquæ fertile Tybur. Horat. 4. Carm. ode. 3. 2.
Permiscere dulci aqua. Vide PERMISCEO.
Claudere aquas natatu. Stat. 1. Syl. 5. 16. Aut ingens in stagna cadit vitreasque natatu Claudit aquas.
Præbere aquam. Hora. 1. Serm. Saty. 4. 18.
Præcipitari aquis dicitur lux, & aquis nox exire, quum adueſperascit, aut notescit. Ouid. 4. Metam. 19.
– & lux tarde discedere visa

Præcipitatur aquis, & aquis nox exit ab iisdem.
Præterueni aquis rectis. Stat. 5. Thebaid. 95.
Properantis aquæ ambitus. Horat. de Arte poetica. 4.
Quatere aquas & coercere Neptunus dicitur. Ouid. Epist. 17. 10.
– precibusque meis obmurmurat ipse,
Quisque quatit, nulla parte coercet aquas.
Refrænare. Ouid. 6. Epist. 18.
Illa refrænat aquas, obliquaque flumina sistit.
Aquas alio de fonte raptas refundit arcus, id est Iris. Stat. lib. 4. 167.
Retorquet in se lapsas aquas Mæander. Ouid. 9. Epist. 11.
Mæander, toties qui terris errat in iisdem,
Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas.
Secare. Ouid. 3. Amorum, eleg. 12. 2.
Aut secat imposita virgine taurus aquas.
Sistere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. 1. Ad dominam properos sistite quarentes per aquas. Virgil. 4. Aeneid. 98.
Sistere aquam fluuiis. Darius est FLVVIIS.
Sorbere. Quidius. 2. de Arte amandi. 8.
Terraque cœlestes arida sorbet aquas.
Sternere aquas dicuntur dei æquoris vel fluuiorum, quum tranquillitatem inducunt. Valer. lib. 2. Argonaut. 119.
Sternere aquis æquor. Virg. 8. Aeneid. 18.
Mitis vt in morem stagni, placidæque paludis
Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset.
Subeunt lucos aquę. Horat. 3. Carm. ode. 4. 2.
Succedere aquę. Ouid. 11. Metam. 29. Rex iussæ succedit aquæ, Id est Sub aquam se demittit. dixerat enim antea,
Spumigeroque ruum fonti, quà plurimus exit,
Subde caput, corpusque simul, simul eluе crimen.
Temperare aquam ignibus. Horat. 3. Carm. ode. 19. 2.
Truncare aquas. Claudianus in bello Gigant. 14.
– hic Rhodopen Hebri cum fonte reuellit,
Et socias truncauit aquas.
Turbare aquas. Ouidius. 3. Metam. 95.
Aquas vertere dicitur nauis. Ouid. 15. Epist. 20.
Inter mille rates, tua sit millesima puppis,
Iamque fatigatas vltima vertat aquas.
Vertendis aquis apta sydera, id est commodum tempus nauigationi. Ouidius. 1. Amorum, eleg. 9. 3.
Aptaque vertendis sydera quæret aquis.
Voluere aquas in mare, dicuntur flumina. Ouid. 1. Amorum eleg. 15. 3.
Dum rapidas Simois in mare volut aquas.
Vnctam aquam conuiuis præbere. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 14.
– nec sic vt Nerius, vnctam Conuiuis præbebit aquam. In auctorē fordidos dici poterit.
Præcipitari in aquas, à poetis dicuntur sydera quum occidunt. Ouid. Fast. 3. Scorpius in virides præcipitatur aquas.
Scribere in aqua. Catullus de muliere suo. 65. 1.
– sed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento, & rapida scribere oportet aqua. Hoc est, obliuioni dare.
Aquula, diminutiuum, pen. corr. (ὑδρίτιον,) pro Riuulo vel pisciculo, differentiam fluminis. Cice. 1. de Orat. 15. Platanus mihi videtur natam ipsa aquula, quę describitur, quàm Platonis oratione creuisse. Plautus Curcul. 4. 3. Mane suffundam aquulam.
* Aquæductio. L. Si autem. de Aqua plu. ar. Vlp.
Aquæ ductus, huius aquæ ductus, m. g. (ἀγωγός, ὑδραγωγός, ἀφεσις, ὑδραγωγεῖον,) ex genitiuo & nominatiuo compositum, dictumque ab aqua ducendo. Est enim aquæductus, aquarum deductio: Hoc est, quū alicunde aqua derivatur, vt per cuniculos impositis canalib⁹ aliò inducatur, siue ad bibendum, siue ad irrigandum. Vnde Iulius Frontinus librum scripsit de Aquæductibus Romanorum. De aquę ducēdæ ratione scribit Plinius libro. 31. cap. 6. Sed hoc nomine non vtitur. Est n. peculiare Iurisconsultorum. Vlpianus de Seruitutibus rusticorum prædiorum. Item lib. 8. digestorum. Seruitutes rusticorū prediorum sunt hæ: iter, actus, via, aquæ ductus. Et paulò pòst, Aquæ ductus, est ius aquæ ducendæ per fundum alienum. Cic. pro Cecin. 54.
Aquælicium, aquælicii, (ὑδροσκοπία,) dicitur quū aqua pluuialis remediis quibusdam elicitur: vt quondam (si creditur) manualī lapide ex vrbem ducto. Hæc Festus. Hoc fiebat in magnis siccitatibus.
Aquagium, aquagii, (ἀγωγός,) quasi aquæ agium, id est aquæductus, appellatur. Hæc Festus. Pomponius, L. Hoc iure, de aqua quotidiana, qui ius aquæ quotidianæ habet, vel fistulā, in riuo ponere, vel aliquid aliud quidliber facere potest, dum ne fundum domino, aut aquagium rīualibus deterius faciat.
Aquiliculus, huius aquiliculi, pe. corr. m. g. (ὑδρεῖον,) ab aqua dicitur. Et propriè vas est in quo porci sorbent. Per metaphorā verò pro vase accipitur. Persius Saty. 1. 6. – quum tibi Calue
Pinguis aquiliculus propenso sesquipede exter. Hæc Sipontinus. Ceterum aquiliculus videtur esse ab aqualis diminutiuum, sicut à candelā fit candiculus. Vas autem illud porcorum alio nomine dicitur Alueus. Præterea aquiliculus non totus venter dicitur, sed pars ea in quam fordes confluunt: & proprie porcorum. Vnde apud Aristotelem ex dogmatis Gazæ interpretatione sic habetur lib. 1. cap. 13. Venter infra pectus est priore parte: eiusque radix umbilicus est. Cui radici pars subiecta in latus vtrunque, ilia dicitur. Quæ autem rectè subiungitur, semen est, siue abdomen: cuius postremum aqualiculus.
Aquālis, huius aquālis, pen. prod. m. g. (ὑδρία,) Varro lib. 4. de Lingua Latina, Et ab aqua Aqualis dictus. Vas est aquarium, quo aqua & manibus datur, & mensæ infertur. Eius autem accusatiuus melius per tertiam vocalem in im desinit. Plaut. Curcul. 7. 33.
– datin' isti fellam, vbi asfideat citō, Et aqualim cum aqua?
Aquariolus, huius aquarioli, pen. corr. m. g. Festus, Aquarioli, dicebantur mulierum impudicarum fordidi assectatores.
* Aquarioli præterea dicuntur qui vxoris suæ stupra æquo animo patiuntur. Apul. in Magia.
Aquarium, & per diminutionem Aquariolum, pen. corr. (ὑδροδοχεῖον,) Locus in quō fordida aqua iactatur: q; Lauatrina à lauādo appellatur. Nec in culina tantum fiūt eiusmodi aquaria, sed in triclinijs quoq; & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegātia. Ex Sipontino.
Aquarium, Locus in flumine aut alia quauis aqua, ad quē animalia potū agūtur. Cato cap. 1. 2. Si poteris, sub radice montis fiet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, boumque ibi aquarium.
Aquarius, adiectiuum, (ὑδατικός,) vt Cotes aquariæ. Plin. lib. 18. cap. 28. 4. Italia aquarias cotes dedit limæ vice imperantes ferro. Sic idem lib. 36. cap. 22. vbi de cotibus.
Aquarius sulcus, Qui sit ad aquas ex agris educendas. Colum. lib. 12. cap. 8. Sed quāus rēpestiuè semētis confecta eriti caueibitur tamen vt patētes liras, crebrosq; sulcos aquarios, quos nonnulli Elices vocant, faciamus & omnē humorē in colliquias, atq; inde extra fegetes deriuemus.
Aquaria prouincia. Id est onus aquæ ducēdæ. Cic. in Vatinii. 8. In eo magistratu, quē tibi magno clamore aquaria prouincia sorte obtigisset.
Aquarii moduli. Vide Modules in MODVS.
¶ Aquarius, absolutè dictum, in genere masculino, (ὑδροχόος,) Est cœleste signum in Zodiaco circulo, de quo multa scribit Higinus. Seruius dicit secundum fabulas hunc fuisse Ganymedem, qui ab Ioue raptus, & inter sydera collocatus, Aquarii nomen accepit. Plin. lib. 18. cap. 26. 5. Cic. in Arato. 31. Horat. 1. Serm. saty. 1. 8.
Aquarius leuis. Ouid. 2. Fast. 91. Iā leuis obliqua subsedit Aquarius vrna.
¶ Aquārius, pro Aquilege, vt videtur. Cœlius Ciceroni, lib. 8. 6. 10. Nisi ego eū tabernariis & aquariis pugnarē, veternus ciuitatē occupasset.
Aquaticus, penul. corr. adiectiuum, (ὑδατώδης, ὑδατόβιος,) Est quod in aquis, aut circa aquas viuit, aut aquas, siue aquosa loca frequentat: vt Auis aquatica. Plin. lib. 10. cap. 11. Vti anseres, & aquaticæ ferè aues. Idem lib. 10. cap. 47. 1. Inter aquaticas aues mergi solitī sunt deuorare quæ cæteræ reddunt.
¶ Aquaticum, dicitur etiam quod in aquis aut propè aquas nascitur. Plin. lib. 16. cap. 40. Frigidissima quæcunque aquatica. Dictum de arboribus. Ibidem, cap. 26. Inter ea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices distare conueniat.
Lotos aquatica. Ouid. 9. Metam. 69.
Haud procul à stagno Tyrios imitata colores,
In spem baccarum florebat aquatica lotos.
¶ Aquaticus etiam dicitur Auster, quòd pluuiam inducat. Ouid. 2. Metam. 171. Idem lib. 3. de Arte amandi. 35. Nec tepidus pluuias concitat Auster aquas. Et 4. Fast. 33.
Aquor, aquāris, aquatus sum, (ὑδρεύω, ὑδροφορέω,) aquari, siue Aquo, aquas, aquare, Aquam haurire. Virg. 4. Georg. 29. Sed circūm tuta sub mœnib⁹ vrbis aquātur. Vbi Seruius, Aquātur, aquā hauriūt ex vicino. Liu. 3. bel. Pun. 186. Ex minoribus tū castris, quæ posita trans Aufidū erāt, libertī aquabant Romani. Cæs. 2. bel. Gal. 146. Ex ea quū tela tormētis iacerent ad fontis aditū, nec sine periculo posset aquari oppidani.
Aquari, Aquā reficere. Sallust. in Iugurth. Aquarum est equos egressus.
Aquatio, (ὑδρεία,) Verbale, Actus ipse aquandi, siue aquarum vectio. Cæsar. 4. bel. Gal. 390. Tamen sese non longius milibus passuum quatuor aquationis causā processurum eo die dixit. Liu. 10. bel. Pun. 133. Tum ad cætera loco opportuno, tum q; aquatio intra teli coniectum erat. Colum. lib. 7. cap. 5. Pabula mutemus, & aquationes potius regionis. Cic. 3. Offic. 77. Hic Aquatio, hae villa illi carere non possunt.
¶ Aquatio, Aquārum pluuialium abundantia: Plin. lib. 31. cap. 7. 9. Et hoc vtebatur in multis varisq; per aquationes Autumni nascentibus.
Aquātor, pen. prod. Verbale, (ὑδροφόρος,) Qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu, facit. Liuius. 2. bel. Pun. 186. Ausidus amnis vtrisque castris affluens, aditum aquatoribus ex sua cuiusque opportunitate, haud sine certamine dabat. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 269. Hæc consultantibus, eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.
Aquātus, penult. prod. adiectiuum, Est quod aquatilem humorem natura mistum habet. Ex quo formatur Aquatior. Plin. lib. 28. cap. 9. Omne autem vernum aquatius æstuo. De lacte dictum.

¶ Aquatum, pro Diluto. Seneca. 1. Nat. quæst. Interest quomodo sit macerata purpura, crassius medicamētum, an aquatius traxerit. Vbi crassum medicamentum oppōnitur aquato.
Aquōsus, adiectiuum, pen. prod. (ὑδατώδης, ὑδρηλός,) Quod copiam aquæ habet. vt Aquosus campus. Liu. 9. ab Vrb. 7. Pli. li. 18. ca. 17. 13.
Aquosa crystallus. Proper. lib. 4. eleg. 3. 11. Crystallus, si tuas ornet aquosa man⁹. Aquosam dixit, vel ob similitudinē & perspicuitatē, vel quia re vera crystallus ex aquę concretione fit, vt habet Plin. lib. 37. ca. 2.
Aquosus languor, de hydrope. Horat. 2. Carm. ode. 2. 3.
– & aquosus albo Corpore languor.
Aquosę nubes. Virg. 6. Aeneid. 85. Ouid. 4. Metam. 125.
Orion aquosus. Virg. 4. Aeneid. 11.
Aquosus Piscis. Virg. 4. Geor. 47.
Aut eadem sydus fugiens vbi Piscis aquosi.
Tristior hybernas cœlo descendit in vndas.
Vbi Seruius, Australem Piscem significat, qui Aquarii vndam suscipit: vnde & AQVOSI addidit. Tunc enim Piscis hic oritur, quo tēpore Pleiades occidunt.
Aquosior. Plinius libro. 18. cap. 17. 13. In cretoso & rubricoso & aquosio re agro adorem.
AQVAE, augustæ, (ὑδατα, ἀνγουστα,) Ptolemæo, vrbs Aquitaniæ in Gallia, Vulgò Baiona.
Aquę calidę, vrbs insulæ Britanniæ, Ptolemæo, Vulgò Bathe. Est & vrbs eiusdem nominis Ptolemæo, Vicus aquarius aliis dictus, Vulgò Vich, vique.
Aquæ mortuę, oppidum Galliæ Narbonensis opere C. Marii. c. passus à Rhodani ostiis deductę, vt ait Plinius. Vulgò Aigues mortes.
Aquæ Sextię Salyum, siue Salyorum, Galliæ Narbonensis vrbs, nunc Aquensis ciuitas, quam Sextius dux redactis in potestatem Salyibus ędificauit, vbi erant aquæ calidæ. Author Strabo. Vulgò Aix en Prouence. Plinius lib. 3. cap. 4.
Aquifolia, aquifoliæ, Arbor sylueſtris, habēs aculeata folia, quæ non deciduntur, ferēsque baccas siue succo. Plin. lib. 24. ca. 13. 4. Aquifolia arbor si domo aut villa sata, veneficia arcet. Idē lib. 16. cap. 18. Montes amant cedrum, larix, tarda, & cęterę quibus resina gignitur. Item aquifolia, buxus, ilex, iuniperus, &c. Dicitur & Aquifolius in neutro genere pro eodē. Plin. lib. 16. cap. 25. Cæteræ Vere conceptæ, aquifolium, terebinthus, paliurus, castaneæ, glandes. De hac arbore meminit item lib. 15. cap. 24. & lib. 16. cap. 21. & 24.
AQVILA, pen. corr. vrbs Brutiorum, ex ruinis Puruonii antiquissimi oppidi, à Longobardis ædificata, vt scribit Volaterranus.
Aquila, aquilæ, pen. corr. (ἀετός,) Auis olim Ioui sacra. Eius sex sunt genera. Vide Plinium lib. 10. cap. 3.
Aquila vnde dicatur. Vide AQVILVS.
Aquilę feroces. Horat. 4. Carm. ode. 4. 7.
– nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Aquila fulua. Virgil. 11. Aeneid. 150.
Aquilæ elanguit. In elegia de Philomela. 6.
Aquila etiam fuit signū singularum legionum Romanarū. Vnde Aquilifer, de quo paulò pòst. Cic. 1. in Catil. 34. Quum arma, quum secures quum dignitates, quum fasces, quum tubas, quum signa militaria, quū Aquilam illam argenteam (cui etiam sacrarium scelerum domi suæ fecerat) scirem esse præmissam. Eadem verba & in prima oratione in eundem. 17. leguntur. Ouid. 5. Fastorum. 117.
Signa decus belli Parthus Romana tenebat,
Romanæque aquilæ signifer hostis erat. Lucanus lib. 1. 2.
– infestisque obuia signis Signa, pares aquilæ. Eodem lib. 150. Venote fulsere aquilæ, Romanaque signa. Galba Ciceroni lib. 10. 30. 13.
Aquilę dnæ, signa sex agmina sunt relata Antonii. res bene gesta est.
Aquilæ senectus, Prouerbium quod in senes dicebatur hibaces magis quàm edaces. Nam Plinius lib. 10. cap. 3. refert aquilas neque senio, neque ægritudine oppetere, sed fame, tantum superiore accrescente rostro, vt adunci tas aperiri non queat, eòque aquilam tantum in se necta bibere, aut de præda sanguinem sugere, quum nullæ ferè aues aduncis vnguibus, potu vtantur, præter tinnunculum & miluum, quamquam ii quoque perquàm raro bibant. Author Aristoteles lib. de Natura animalium octauo. Terentius Heauton. 3. 2. 10.
– visa vero est, quod dici solet,
Aquilæ senectus. Verba sunt Syri adulantis heros, quòd pridie strenuè bibisset in conuiuio. Erasmus.
Aquilinus, adiectiuum, pe. prod. (ἀετώδης,) Quod ad aquilam pertinet, aut quod est aquilæ similis. vt Aquilinus natus, id est adiscus, instar rostri aquilini & aquilinæ vnguæ, hoc est rapaces. Plaut. Pseud. 13. 63.
An tu inuenire postulas quenquam cocum,
Nisi sit miluinis, aut aquilinis vnguis?
Aquilifer, pen. corr. aquilīferi, pen. corre. (ἀετοφόρος,) Dicebatur signifer in Romana militia, ab aquila, quam (vt ait Plinius) Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriè dicauit. Cæsar 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bel.Ciuil.248.In eo prælio quum graui vulnere esset affectus aquilifer.Idē.5 bel.Gal.139.Ex quibus L.Petrosidius aquilifer quū magna multitudine hostium premeretur,aquilam intra vallum proiecit.

Aquilegium, aquilegi,(τύνχυσις,)Collectio aquæ.Plau.Si pluet,aquilegio me iuuabo.

AQVILEIA,(ἀκυλάια,)à Romanis condita in Italia, incumbentibus Barbaris oppositaemporium Illyricarum gentium, verba sunt Strabonis.Liuius.10.bel.Maced.135. Aquileia Colonia Latina eodem anno in agro Gallorum,est deducta.Hactenus Liuius. Hæc vrbs non ptius caput extulit quàm subactis Pannoniis, ex quibus tāquam claustris ad Danubium patefactis, tutum id cœpit esse iter, quod, teste Tranquillo, Augustus,sæpe frequantauit.Aquileiensium fides proba ta est Maximinorum patris & filii bello,vt scribit Capitolinus. Aquilegia,hodie Algar castellum vulgò. Silius lib.8.111.

Necnon cum Venetis Aquileia perfurit armis.

Martialis,Et tu Ledęo felix Aquileia Timauo.

Aquilex, pen.corr.aquilegis,pen. corr. ab aquis legendis dictus est,vt author est Marcellus,artifex inueniendorū fontium,aquarumque colligendarum ad aqueductus:Idem ferè cum eo, qui Librator vocatur in tractatu de Excusa. artificum, lib.10. Cod. ab aquis hbrandis dictus.Plinius ad Traianum de aquæductu Nicomedensium loquens.154.In primis necessarium est mitti à te vel aquilegem,vel architectum,ne rursus eueniat quod accidit.Plinius auunculus,lib.26.cap.6.de bechio.Eius duo genera,syluestris vbi nascitur subesse aquas credunt,& hoc habent signum aquileges. Idem lib.31. cap.3.de ea arte tractat Budæus.

Aquilifer, Aquilinus, Vide AQVILA.

AQVILO, pen.corr.(βορέας,)Græcè Boreas, Ventus est(inquit Seruius)qui de alto flat,id est à Septentrione,& tempestates grauissimas facit.Festus,Aquilo ventus à vehementissimo volatu ad instar aquilæ appellatur.Plin.lib.2.cap.47.A Septentrionibus Septentrio, interq; cum & exortum solstitialem Aquilo, Aparctias dicti & Boreas. Cic.6. Verr.95.Spelunca quedam conuersa ad Aquilonem.

Aquilonis vim sic describit Ouidius,lib.6.Metam.138.

Apta mihi vis est:hæc tristia nubila pello,
Hac freta concutio, nodosaque robora verto:
Inturoque niues,& terras grandine pulso.
Idem ego quum fratres cœlo sum nactus aperto,
(Nam mihi campus is est)tanto molimine luctor,
Vt medius nostris concursibus insonet æther,
Exiliantque cauis elisi nubibus ignes.
Idem ego quum subin conuexa foramina terræ,
Suppositaque ferox imis mea terga cauernis,
Sollicito Manes,totumque tremoribus orbem.

Idem.3.Trist.eleg.10.4.

Tantaque commoti vis est Aquilonis, vt altas
Aequet humo turres,tectaque rapta ferat.

Densus Aquilo ab oris Hyperboreis.Virg.3.Georg.19.

Frigidus Aquilo.Virg.2.Georg.81.

Impotens.Horat.3.Carm.ode.30.1.

Niuosus.Seneca in Here.Oetheo.7.8.

Aquilone atri fluctus.Id est,quos nuper Aquilo flans atros fecit. Virgilius.5.Aeneidos.1.

Aquilone secundo agi,pro Aura secunda.Horat.2.Epist.3.41.

Nos agimur tumidis vēlis aquilone secundo.

Insurgit Aquilo.Horat.Epod.10.2.

Insurgat Aquilo,quantus altis montibus
Frangit trementes ilices.

Radit terras Aquilo.Horat.2.Serm.Saty.6.4.

Siue Aquilo radit terras,seu Bruma niualem
Interiore diem gyro trahit.

¶ Aquilones.Cic.2.de Nat.Deorum.38.Itaq; & Aquilonibus, reliquisque frigoribus adiectis,durescit humor,& idem vicissim mollitur tepefactus,& tabescit calore.Vide Plinium,lib.2.cap.47.7. Aquilones hīc dicuntur venti qui octo ferme diebus exortum Caniculæ antecedunt,& perflant diebus XL,quos vocant Etesias & Prodromos.

Aquilonibus obiicere aliquem.Id est ventis & nuibus, vt sciiicet frigore pereat.Horat.3.Carm.ode.10.1.

Aquilonibus mediis per altum ire.Id est media hyeme, vel in maximis tempestatibus per æquor nauigare.Virg.4.Aeneid.62.

Quinetiam hyberno moliris sydere classem,
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.

Aquilonaris,& hūc Aquilonare,(βόρειος,)adiectiuum,pen.prod. vt Regio Aquilonaris,quæ ad Aquilonem spectat. Cic.2.de Nat.Deor.73. Sed etiam regio,quæ tum est Aquilonaris,tum Australis.

Aquilonius,aliud adiect.(βόρειος,)vt Aquilonia loca,in quibus flat Aquilo,Id est frigida.Plinius lib.27.cap.13.112.Oēs verò herbę,vehementiores effectu viribusque sunt in frigidis locis,vt in Aquilonijs.

* Hyems Aquilonia.Plin.lib.17.cap.2.

Aquilonius situs,Aquiloni expositus.Plin.li.15.cap.19.2. Quod in nuero solo & Aquilonio situ non desyderatur.

Aquilonia luna,Quę digressa est in Aquilonem. Plin.lib.2.cap.97.4. Plane eādem Aquilonia,& à terris longius recedente mitiores, quàm quum in Austros digressa,propriore nitū vim suam exercet.

Aquilonia proles.Propert.lib.1.eleg.19.5.Et Aquilonia pignora,idem, hoc est filii Aquilonis.Stat.5. Thebaid.87.

Aquilus, adiectiuum,pen.corr.(ἀετόωδης,) Festus, Aquilus color est fuscus & subnigertà quo aquila dicta a esse videtur quàmuis eam ab acutè volando dictam volunt. Aquilus autem color ab aqua est nominatus.Nam quum antiqui duos animo nauimbus vocassent,id est album & nigrum,interuēnit autem is quoque qui ita natus similis est,vt ūs ab vtroq; proprietatem trahat, potissimūm ab aqua eū denominauerunt,cuius incertus est color.Hactenus Festus. Plin.Pomponius.116.148.Statura aut magna,corpore aquilo. Id est fusco & subnigro.Suet.in Augusto,Nasum & à summo emmetiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumque.

Aquiminarius, huius aquiminarii(ὑδρία,)Vas potorii.Pomponius lib.34.digest. De aquiminario Gallus ait consultum se respondisse,quum alteri argentum potorium, alteri escarium,legatum esset,escario cedere. Florentinus Iurisc.Nam & pocues argenteas,& aquiminarios argenteos in supellectili esse non dubitatur.Pomponius,Sicūi fortè escarium argēum legatum sit, id solum debebitur quod ad epulandum in ministerio habuit. Id est ad vsum & potum:vnde & de aquiminario dubitatum est:& puto continendum & hoc propter escam paratur.

AQVINVM, pen.prod.(ἀκουΐνον,)Latinorum oppidum, quod Mepha fluuius alluit, vt Author est Strabo. Vulgò Aquino, S. Thomę patria.Cic.2.Philipp.103.Quum Romam proficisceus, ad Aquinum accederet,obuiam processit magna fauę multitudo.

Aquipenser, Vide ACIPENSER.

AQVISGRANVM,pen.prod.Germaniæ nobilis.ciuitas,pr' Vegra dicta:Caroli Magni sepulchro nobilitata vulgò Aix la Chapelle.

AQVITANIA,(ἀκουϊτανία,) tertia pars Galliæ, de qua sic Plinius lib.4.scribit,Gallia(inquit)omnis Comata vno nomine appellata,in tria populorum genera diuiditur,amnibus maximè distincta.A Scalde ad Sequanam, Belgicatab eo ad Garumnam, Celticæ, cognomine Lugdunensis.Inde ad Pyrenæi montis excursum,Aquitania,Armorica antè dicta. Hactenus Plinius.

Aquitanus,adiectiuum,pen.prod.vt Aquitanæ gentes, apud Tibullum, lib.1.eleg.7.1.Hunc fore Aquitanas posset qui vincere gentes.

Aquitanicus,(ἀκουϊτάνικος,)aliud adiectiuum, pen.corr. vt Aquitanicę gentes,apud Plinium lib.4.cap.19.

Aquor, aquaris, Aquosus, Aquula, Vide AQVA.

Ara, huius aræ,(βωμός,)Seruius,Nouimus aras & diis esse superis & inferis consecratas: Altaria vero esse superorum tantū deorum quæ ab altitudine constat esse nominata. Macrobius lib.3. Saturnalium,cap.7. Multifariam legimus quòd litare sola non possit ara, nisi is qui deos precatus, etiam aræ manibus apprehendat. Inde Varro Rerum diuinarum libro.5.dixit aras primum aufus dictas, quod esset necessarium à sacrificantibus eas teneri,Anfis autem teneri vasa, quis dubitet ? Commutatione ergo literarum,aras dici coepisse, vt Valesios & Fusios dictos prius, nunc Valerios & Furios dici. Hæc omnia ille.Poeta executus est versu.

Talibus orantem dictis,arasque tenentem
Audiit omnipotens. Hæc Macrobius.Varro.4.de Lingua Latina. Vbi frumenta fecta terant,& arescant,Area. Propter horū similitudinem ea in vrbe pura,Areæ.à quo pōst etiā Ara deūm esse,ip pura. Nam Cattius ab ardore.Seruius in.2.Aeneid.Ara dicitur à precibus,quas Græci ἀράς dicunt:vt contrà Imprecatio κατάρα dicitur.

¶ In aram confugere,Salutis asylum petere,quam Canonici Immunitatem Ecclesiæ appellant.Galli autem franchisiam.Cic.1.Tusc.111. Primūm autem tanta progenie orbatum quum in aram cōfugisset, Lucretius ab ardore.Seruius in.2.Aeneid.Ara dicitur à precibus,quas Græci ἀράς dicunt:vt contrà Imprecatio κατάρα dicitur.

¶ In aram confugere,Salutis asylum petere,quam Canonici Immunitatem Ecclesiæ appellant.Galli autem franchisiam.Cic.1.Tusc.111. Primūm autem tanta progenie orbatum quum in aram cōfugisset, hostilis manus interemit. Idem.3.de Nat. Deorū.33.& pro Rabirio Carmœdo.18.Sicut in Aram,confugit in huius domum.

Vsque ad aras esse amicum,Periclis apophthegma:quo admonemur non nunquam quo consulamus amicorum commodis,eorumque voluntati morem geramus,fas videri paulum à recto deflectere:verum etiam,ne propter hominem amicum, numinis reuerentiam violemus. Olim enim iurantes,aram manu contingebant, vt ostendit Cic. pro Flacco.70.Meminit Plutarchus & Gellius.

Aram tenere veteres solebant,quum à diis aliquid peterent, aliquando precarentur.Virg.4.Aeneid.44.

Talibus orantem dictis,arasque tenentem
Audiit omnipotens. Idem.6. Aeneid.25.

Talibus orabat dictis, arasque tenebat. Quo loco Seruius,

Rogabant enim deos,ararum ansas tenentes.

Ab aris,puluinaribusque detrahere. Cic.de Aruisp.responsis.25. Totum illum locum fanumque vendideris:facerdotem ab ipsis aris puluinaribusque detraxeris.

Ab aris focisque innocentem proiici, & vitam degere in exilio. Cicero, Antequam iret in exiliam.19.

Pro aris,focisque certare. Cic.3.de Nat.deorū.137. Est mihi tecum pro aris & focis certamen,& pro deorum templis atque delubris.

¶ Ara,Cœleste sydus.Ouid.2.Metam.28.

Neu te dexterior tortum declinet ad Anguem,
Neue sinisterior pressam rota ducat ad Aram. Verba sunt Solis Phaethontem docentis qua via sit ingrediendum illi, vt recto limite feratur,terris lumina exhibiturus.Cic.2.de Nat.deor.169.

Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram,quam flatu permulcet spiritus Austri.

¶ Aræ dicuntur saxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Aræ dictæ propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, finesque imperii sui illic esse voluerunt.Hæc ferè Seruius in illud Virgilii.1.Aeneid.135.

Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus,aras. Latentia autem saxa vocat ob tempestatem.

¶ Aræ cœlitum.Seneca in Agamem.6.1.

Aræ planctibus vallantur.Stat.10.Theb.111. – tani tecta repleranī, Templaq;,& ingratæ vallantur planctibus aræ. Vallantur,id est circundantur numero plangentium mulierculatum,senum,& puerorum.

Frigida ara,id est sine ignibus,hoc est in qua non sacrificatur. Val.2.Argonaut.21. – contrà Veneris stat frigida semper Ara loco.

Ara fumida.Ouid.3.Trist.eleg.13.3.

Aræ fumosæ.Ouid.2.Amorum,eleg.13.5.

Aræ gramineæ.Virgil.12.Aeneid.24. – & diis communibus aras
Grāmineas. Romani enim moris fuerat, cespitem aræ superimponere,& ita sacrificare.Gramineæ autem ideo,quia & de bello res agitur, & Marti sacrificantur,cui gramen est consecratum.quod secundum Plinium in Nat.hist.ex humano cruore procreatur.Hæc Seruius.

Herbosæ.Ouid.15.Meram.115.

Mœstæ aræ,Id est quæ mœstos reddant: vtpote destinatæ alicuius morti,aut peragendo funeri.Virgil.3.Aeneid.13.

– stant manibus aræ
Cæruleis mœstæ vittis,atraque cupresso. Idem.5.Aeneid.10.

Ex quo reliquias,diuinique ossa parentis
Condidimus terræ,mœstasque sacrauimus aras.

Aræ sacrificæ.Valer.8.Argonaut.49.

Inde vbi sacrificas eam coniuge venit ad aras,&c.

Sanctæ.Ouid.3.Metam.147.

Sepulchrales.Ouid.8.Metam.97.

* Ara sita alicui.Tacit.lib.2. & aram Druso sitam dissecerant. & lib.3.

Vrbs Philopolis à Philippo Macedone sita.

Sopitas aras ignibus excitare.Virgil.8.Aeneid.106.

Syluestres aræ.Stat.5.Thebaid.103.

Testibus aris aliquid agere.Stat.1.Achil.70.

Protinus aggreditur regem,atque ibi testibus aris,
Hanc tibi,ait,nostri germanam rector Achillis Tradimus,&c.

Thuricremæ.Lucret.lib.2.71.Ouid.de Arte amandi.3.81.

Thuriferæ.Stat.1.Achil.105.

¶ Adolere aras.Tacit.lib.14.Nam cruore captiuo adolere aras, & hominum fibris consulere deos fas habebant.

Aras adorare.Seneca in Agamem.61.

Delubra,& aras cœlitum,& patrios lares,
Post longa fessus spatia vix rediens mihi, Supplex adoro.

Aræ calent thure.Virgil.1.Aeneid.85.Claudian.2.Paneg.3.

Aram coronis cingere.Ouid.5.Trist.eleg.13.3.

Aras colere victimis.Seneca in Hercul.furente.111.Cœlisque meritas victimis aras colam.

Aris thura dare.Ouid.2.Amorum,eleg.13.6.

Aræ destinare aliquem.Virgil.2.Aeneid.26.

Ara exhalat odores.Lucret.lib.2.84.

Arāque Panchæos exhalat propter odores.

Aras exorare,Id est deos exorare, quos ante aras stantes, manūque illas tenentes,rogabant.Ouid.7.Metam.120.

– dum verba precantia dixit,
Non exoratis animam finiuit in aris.

Aris honorem facere.Virgil.5.Aeneid.151.

Iamque dies epulata nouem gens omnis,& aris Factus honos.

Aram imbuere.Virgil.1.eclog.2. – illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Vide IMBVO.

Aris dona imponere.Virgil.4.Aeneid.91.

Aris honorem imponere.Virgil.1.Aeneid.11.

Aras votis incendere.Virgil.3.Aeneid.56.

Ergo insperata tandem tellure potiti,
Lustramurque Ioui,votisque incēdimus aras.Votis, Id est rebus quas vouerāmus,sine illa animalia fuerint,seu aliud quippiam.

Aras incestare,Id est polluere Stat.5.Syl.5.1.

Inferre dapes aris.Valer.3.Argon.91.

Inquinare aras.Seneca in Herc.Oetheo.13.20.

Mactare aris honores.Virgil.3.Aeneid.24.

Sic fatus,meritos aris mactauit honores:
Taurum Neptuno,taurum tibi pulcher Apollo, &c. Honores,Id est victimas honori deorum,aut honorandis diis cōuenientes. Nisi MACTAVIT ad Taurum potiē referre velis,& postea, HONORES MERITOS, per appositionem,quam vocant,inferre.

Aræ torquibus ornatæ.Virgilius.4.Georg.55.

Sæpe deum nexis ornatæ torquibus aræ. Id est coronis.

Placare aras odoratis ignibus.Ouidius.15.Metam.115.

Ponere aras.Horat.2.Epist.1.4.

Promittere aris.Id est vouere aliquid.Stat.6.Thebaid.111.

Nequicquam patriis audax promiserat aris.

Cæde spargitur ara.Ouid.4.Trist.eleg.5.13.

Succendere aras.Seneca in Herc.Oetheo.7.19.

Tingere aras sanguine votiuo.Ouid.10.Epist.19.

Verbenis ara vincta.Horat.4.Carm.ode.11.2.

Violare aras.Sil.lib.17.16.

Vouere aras,Aras sacrare.Silius lib.16.87.

Forsan sacrasset Zephyro quas vouerat aras.

Ad aras labare.Virgil.7.Aeneid.49.

Astare ante aras.Ouid.2.Metam.97.

In aris animam fundere.Ouid.7.Metam.120.

Arabarches, (ἀραβάρχης,)Edictum in hoc verba:Vt arbitrium totius licentię submouemus,circa vectigal Arabarchię,per Aegyptum, atq; Augustaneam constitutum:nihilque super traslatione animalium vendicari permittimus,&c. Quæ verba indicant Arabarchen, præfectum fuisse exigendo vectigali de pecuariis, quæ ex Arabia in Aegyptum deuehebantur,vt sit illud nomen officii publicanorum. Merito ergo Iuuenalis T.Alexandrum natione Aegyptium,vt Tacitus lib.17.scribit,taxans,Arabarchen appellat.

Atque triumphales,inter quos ausus habere
Nescio quis titulos Aegyptius,aut Arabarches.Vt non immerito dānandi sint,qui simpliciter mollem accipiunt,idque editis annotationibus probant. Quapropter & in Epist.M.Tullius ad Atticum, libro 2.12.3.Appellat Arabarchen M.Antonium, quasi Aegyptum publicanum.Extorquebat enim ab illis ingētia vectigalia:vnde pecuniam conflaret,quam deinde prodigeretvt est apud Plutarchum Alciatus lib.1. Prætermissorum.

ARABIA,(ἀραβία,)Asiæ regio est.Ea autem triplex est, Petrea, Deserta,Felix.Petrea sic dicta à Petra vetustissimo oppido,Aegypto Iudææque cōfinis est,authore Ptolemęo:Straboni autem ac Plinio alio nomine Nabathea dicitur. Post Petream Arabia deserta Ptolemæo vocata, Straboni autem Scenetis, vbi & Scenę vrbs Plinio ἀπὸ τῶν σκηνῶν dici placet,quòd gens vaga & sine ędificiis in tentoriis habiret. Hæc à Meridie montibus Arabiæ feicis cincta est, à Septentrione Mesopotamiam habet:ab Occidente,Petream.Arabia felix Meridiem versus,inter duos sinus Arabicum,& Persicum,veluti peninsula excurrit,quæ,vt Strabo scribit,bis vt India, ferītur ob fœcunditatem, fluminibus scatet,de hac vide Plinium lib.6.cap.28.

Arabs,Arabis,pen.corr.(ἄραψ,)adiectiuum,Qui Arabiam incolit. Horatius.1.Epistol.7.8. – nec Otia diuitiis Arabum liberrima muto.Cicero.1.de Diuinat.154.

Arabes,vel Arabas,accentarimus pluralis.Catul.ad Furium & Aurelium 11.1.Siue in Hyrcanos,Arabasque molles,&c.

Arabum beatæ gazę.Horat.1.Carm.ode.29.1.

Arabas palmiferos dixit Ouidius,pro Arabia palmifera & palmarum fecunda,lib.10.Metamorph.95.

– latosque vagata per agros,
Palmiferos Arabas,Panchæaque rura reliquit.

Arabs mollis.Claud.7.Paneg.52.

Arabicus,pen.corr.adiect.(ἀραβικός,)vt Arabicus odor,Plaut. Mer.8.1

Arabius,aliud item adiectiuum,(ἀράβιος,)vt Arabius odor, Plaut.Pœnulo.18.6.Et apud Propertium lib.2.eleg.3.3.

Nec siqua Arabio lucet bombyce puella.Id est lerico quod in Arabia bombyces texunt.Sed hīc Arrabio legendū est,productionis causa.

Arabicè,aduerbium, (ἀραβικῶς,) vt Arabicè olēre:id est ex odoribus Arabicis. Festus.

Arabilis, Vide ARO.

ARACHNE, puella Lydia lanificii peritissima, ægrè ferens opus suum à Pallade quacum certamen susceperat,cōfractum,laqueo gulam sib

Universidad de Deusto
Biblioteca

fregit quam Pallas in araneam mutauit. Author Ouid. lib.6.Metam.
Non tulit infelix, laqueoq́ue animosa ligauit
Guttura, pendentem Pallas miserata leuauit. A Græcis ἀράχνης, à Latinis Aranea dicitur. Virgil.lib.4.Georg. In foribus suspendit aranea casses. & (vt notat Seruius) Araneus etiam ab antiquis dicebatur.

ARACYNTVS, (Ἀράκυνθος,) mons est Mineruæ sacer: quem quidam in Attica regione esse dicunt, quod Virgilium tetigisse aiserunt. quum ait. 1. eclog. 5. Amphion Dircæus in actæo Aracyntho. Alii in Bœotia esse dicunt: & more pastorali Virgilium esse locutum, qui loeum vnũ pro altero sæpe ponat: vt similiter apud Theocritum sæpe cõspicit. Nonnulli verò in Arcadia esse dixerũt. Solinus verò & Plinius lib. 4. Acarnaniæ montem dicunt, vnde existimo & in Attica, & in Bœotia, & in Arcadia & in Acarnania eiusdem nominis montes fuisse.

Aracynthi rupes. Propert. lib. 3. eleg. 15. 9.

ARADVS, pen. corr. (Ἄραδος,) Phœnicię ciuitas Tripoleos, non procul à Tyro & Sidone. Tripolis enim maritimum oppidum sic dictũ est à tribus oppidis, Tyro Sidone, atque Arado, vt authores sunt Plinius & Strabo. Arado opposita est Antaradus in Meridiem, quæ hodie Tortosa dicitur, amœnissima ciuitas, sita non procul à Damasco, vt Ptolemęus in tab. Asię. 4. indicat.

ARAE FLAVIAE, Germaniæ vrbs ad Danubium, Ptolemæo, vulgò Nordlingen.

ARAGVS, (Ἄραγος,) Fluuius, de quo Strabo li. 11. Sed præcipuè Aragum dicunt in partes multas diuisum, regionem Massagetarum alluere, aliis ostiis in aliud mare exeuntem, Boream versus, vno aut solo Hyrcanium sinum versus.

Aranea, araneæ, pe. corr. (ἀράχνη,) Tela quam araneus facit. Ouidius. 4. Metamorph. 36.

–non illud opus tenuissima vincant
Stamina, nec fumo quę pendet aranea tigno. Catullus ad Fabullam. 13. 2. –nam tui Catulli Plenus sacculus est aranearum.

Aranea, pro ipso animali etiam accipitur. Ouid. 6. Metamorph. Stamen & antiquas exercet aranea casses. Virgil. 4. Georg. 50. In foribꝰ laxos suspendit aranea casses. Vbi Seruius, Virgilius quidem confundit, tamen sciendum maiores animal ipsum masculino genere appellasse, hic autem neutra verò quæ facium, fœminino. Hæc Seruius. Colum. lib. 9. cap. 14 Araneis, qui fauos corrumpunt detractis. Plinius lib. 8. cap. 28. Araneicum telis prius cadunt. Ibidem cap. 27. Idem percussa phalangio, quod est araneigenus, cunctos edendo sibi medentur. De ceruis loquitur.

✻ Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Plin. lib. 24. cap. 9. hoc est, in lanuginem araneæ similem.

Aranea telas exercet. Ouid. 6. Metam. 19.

Filum pede deducit aranea. Ould. 1. Amorum, eleg. 14. 2.

Aranei tenuia fila. Lucret. lib. 3. 77.

Casses suspendit aranea. Virgil 4. Georg. 50.

Arida aranea. Iuuenal. Saty. 14. 7.

Araneorum genera & naturam leges apud Plinium, lib. 11. cap. 24. Plauschico, Vt operam omnem araneorum tergam.

¶ Est & araneus, marium animal. Plinio. lib. 32. cap. 11.

Araneus mus, animal in Italia, de quo Plinius lib. 8. cap. 58. In Italia muribus araneis, venenatus est morsus. Colum. lib. 6. cap. 17. 1. Musque araneus, quem Græci σκυτάλην appellant, quàmuis exiguis dentibus non exiguam pestem molitur.

Arăneum, huius aranei, pen. corr. (ἀράχνιον,) Vitium peculiare olinis & vtibus quum veluti telę inuoluunt fructum & absumunt: authore Plinio lib. 17. cap. 24. 13. ✻ Aliud in calamo odorato. Plin. lib. 12. cap. 22. Inest fistulę araneũ, qđ vocãt floré præstãtior est cui numerosius.

Araneola huius araneolę, pen. corr. diminutiuum, (ἀράχνιδιον,) parua aranea. Cic. 2. de Natura Deorum. 183. Data est quibusdã bestiis etiã machinatio quæda atque solertia, vt in araneolis, ahæ quasi retexũt, vt siquid iuhæserit, conficiant: aliæ autem &c.

Araneolus etiam masculino genere dicimus. Virgilius in Culice,
Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum.

Araneõsus, pen. prod. adiectiuum (ἀρακνώδης,) vt situs araneosus, locus aranearum telis plenus. Catullus ad Thallum cynœdum, quem vocat mollior em situ araneoso.

✻ Araneosa lanugo. Plin. lib. 12. 1. foliis araneosa lanugine obductis.

¶ Araneosus, Aranearum faciem habens: vt araneosus caulis. Plinius libro. 21. cap. 15. 3. In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon vocant aliqui. Hanc è Nilo metunt. caule quum coctus est, araneoso in mandendo. Idem lib. 24. cap. 12. 1. Huic similis est spina illa quam Græci acanthion vocant minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis.

Araneosus vomitus. Plinius lib. 29. cap. 4. 27. Peior vtroque est ceruleus, lanugine nigra caliginem concitans, & vomitus araneosos. Hoc est in quibus telæ araneæ conspiciuntur, vt ait Sipontinus.

ARAR, siue Aratis, penult. correp. (Ἄραξ,) fluuius est Galliæ, atque ex eodem, ex quo Rhodanus, móte exiens, in Rhodanum ipsum iuxta Lugdunum immergitur, alio nomine nisi Sagona dicitur, qui adeo lenis fluit, vt nesciasin vtram partem descendat: clarus ponte Cæsaris vno die militum opere fabricato. Lucanus lib. 6. 95.

–Rhodanumq́ue morantem Præcipitauit Arar.

Araris dicitur, sed per A procopen Arar, vt testator Priscianus in superiori. hodie Sagona, vulgo La Sone. Virgil. 1. eclog. 5.

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Arar pigerrimus vndæ. Silius lib. 15. 99.

Aratio, Arator, Aratro, Aratrum, Vide Aro.

ARATVS, pen. prod. (Ἄρατος,) poeta Græcus antiquissimus, q̃ opus de Astrologia, iudicio Cic. scripsit, Cuius Phænomena ipse Cic. vertit adolescens: vt scribit lib. 2. de Natura Deorum. Huius meminit Stratius lib. 5. Syl. 3. 4. Fuit item Aratus dux Sicyonius tyrannus maximè infestus, vt scribit Liuius lib. 69. & 72.

ARAVSIO, (Ἀραυσίων,) nunc Arausinensis ciuitas dicta, vulgò Auranges, principatus nobilissimus, qui nunc ditionis est Auraicorum principum. Vadianus in Melam.

ARAXES, (Ἄραξης,) Armeniæ fluuius, ex eo monte ex quo Euphrates nascitur, contrario tamen ei cursu, versus Oriętem tendens, vique ad Atropatiam: deinde in Boream conuersus, Azaram præterlabens, in mare desinit Hyrcanum, vt author est Strabo. Herodoto tamen visum est. Porrò Araxem ἀπὸ τοῦ ἄρασσειν vocari, quòd opera labinis & labore Penei Thessalici, montium cõtinuationem diruperit, Stephanus & item Strabo authores sunt.

Armenius Araxes. Lucanus lib. 7. 38.

Barbarus. Lucanus lib. 1. 4.

Gelidus. Seneca in Hippo. 1. 11.

Araxis, genitiuus. Propert. lib. 3. eleg. 12. 2.
Potabis galea fessus Araxis aquam.

Araxem pharetratum dixit Statius lib. 5 Sylu. 2. 7. pro populis Araxem accolentibus, hoc est Armenis,
–pharetratum inuasit Araxem
Belliger, indocilemque fero seruire Neroni Armeniam.

Arbiter, ărbitri, pen. corr. (δικαστής, ἀνεκγυμάτιστος, ἀπροκάτηκτος,) Arbitrio, ãs, Arbiter dicitur iudex, q̃ totius rei habeat arbitrium & facultatẽ: vt arbiter pugnæ, apud Horatium lib. 1. Carmin. ode. 1. –Arbitrumq́ue recusat.

Arbitram in fœmmino dixit Horatius in Epod. 5. 10. –Arbitrámque recusat.
Non infidelis arbitræ
Nox & Diana.

Arbitri & testes legum & iudiciorum, Castor & Pollux. Cic. 7. Verr. 146.

Capere arbitrum. Terent. Heaut. 3. 1. 89. Vicini nostri hi sic ambigunt de finibus: Me cepêre arbitrum.

Cedo quenuis arbitrum. Vide CEDO.

Sumere arbitrum, pro Eligere & accipere. Cicc. pro Roscio Comœdo.
Eundémne tu arbitrum & iudicem sumebas?

Arbitrum fu aliquam rem esse. Cic. pro Rosc. Comœdo. 6. Quis in hanc rem fuit arbiter? vtinam is quidem Romæ esset.

Ad arbitrum. Vide AD præpositionem.

Vti aliquo arbitro. Cic. ad Sulpitum, lib. 34. 27. 6. Sic præscripsimus his quibus ea negotia mandauimus, vt omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro vterentur.

Adeo ad arbitrum. Vide ADEO.

Arbiter datus quibusdam de re aliqua. Cic. 1. Offic. 49. Nec nostrum quidem probãdus est Q. Fabium Labeonem arbitrum Nolanæ & Neapolitanis de Finibus à Senatu datum.

Datus arbiter inter aliquos. Cic. 1. de Legib. 79. Ego planè vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum.

Postulare arbitrum. Cic. pro Cecinna. 13.

Dicere aliquem arbitrum, pro Statuere. Horat. 2. Carm. ode. 7. 5.
–quem Venus arbitrum
Dicer bibendi?

Annonæ arbiter. Statius. 4. Sylu. 9. 4.

Formæ arbiter. Ouid. 15. Epist. 14.
Arbiter es formę, certamina siste dearum.

Statuere arbitrum. Cic. Attico, lib. 15. 321. 3. Hirtius arbitrum me statuebat, non modò huius rei, sed totius consulatus sui.

Adigere arbitrum. Vide ADIGO.

Sine arbitris aliquid facere. Id est nemine vel videnteve l audiente. Plautus Capt. 5. 18.
Vnum exorare vos sinite nos.
L. Id quidnam est? C. vt sine hisce arbitris,
Atque vobis, nobis detis loquendi copiam. Id est hisce & vobis absentibus. Idem Cistel. 3. 55.
–in latebras abscondas pectore penitissimo.
Tuam stultitiam: sola facito vt scias, sine arbitris. Hic Plautus exponit quid velit, Sine arbitris, quum vocem SOLA adiicit. Liuius. 1. ab Vrbe. 179. Tanaquil inter tumultum claudi regiam iubet, ac barrum elicit. Id est multitudinem populi admirantẽ quid rei accidisset. Tarquinio

quinio moribundo, eiicit, nequid de re cognosceretur. Item, lib. 1. Coniuratique ibi remotis arbitris multa inter se de nouo (vt fit) consilio essent. Rursum lib. 1. 86. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni riga bat aqua: quò quia persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum deæ inferebat, castosq́ue eum lucum sacrauit. Id est clam, solus, nemine comitante. Sic Cicero. 3. Offic. 153.

Ab arbitris remotus locus. 2. &, Loca ab arbitris libera. Cic. 7. Verr. 64. Amœno sanè, & ab arbitris remoto loco. Idem Attico lib. 15. 329. 2. Hæc loca vendita sunt, abdita certè: & siquid scribere velis, ab arbitris libera. Id est interpellatoribus creberis carentia.

Arbiter initiationis Badæo, quem Compatrem vulgò vocant.

✻ Arbitrarius, a, um. (Ἀναπτυστικός,) vt pœna arbitraria, quæ non lege statura est, sed iudex aut arbitros dicta. Sipontinus. Festus. Arbitrarium dicitur cum adhuc res apud arbitrum geritur. Plaut. Amphitr. 4. 218. Hoc quidem profectò certum est non arbitrarium.

Arbitrãtus, huius arbitrãtus, pen. prod. (ἄρεσις,) Arbitriũ, volũtas, opinio. Plaut. Amph. 10. 50. Mane, arbitratu tuo iussum dudũ dabo. Et in Asin. 7. 62. Cic. in Lælio. 10. Cum disputationis sententias memoriæ mandauique in hoc libro exposui meo arbitratu. Idem. 6. Verr. 9. Quum venditori suo arbitratu vendere non liceret. Idem. 3. Verr. 98. Non te pudet Verres, eius mulieris arbitratu gessisse Prætur am? Item. 4. de Finib. 4. Vlpianus de Verb. significe. Illa v. 362. Arbitratu Lucii Titii fieri iuris significant, & in seruum non cadunt.

Meo arbitratu loquar de hoc. Cic. 1. de Orat. 51.

Respondeː arbitratu meo. Cic. 4. de Finib. 4.

In ditionem & arbitratum alterius se dare. Plaut. Amph. 4. 105.
Dedunt q́ue se diuina, humanaque omnia, vrbem & liberos
In ditionem atque in arbitratum cunctũ Thebano populo.

Arbitratu alicuius aliquid facere. Plaut. Rud. 13. 62.
Videsis cuius arbitratu rem nos facere vis?
6. Vidulũ arbitratu.

Arbitrãtiõ, adiectiuum (δικαστικός,) Plaut. Pœn. 11. 41. Nunc pol ego peril certò, haud arbitrariũ. Vbi interpres, Haud arbitratiõ, non dubiũ, quasi iam dato arbitrio id est sententia arbitri. nam arbitrarium Festo dicitur, quum adhuc res apud arbitrum geritur. Dum autem agitur, in dubio est: quia ante arbitrium potest arbiter pro opinione iudicare, quum totius rei habeat facultatem.

Arbitrũ, arbitrii, (δίκαστρον,) Dicitur sententia quæ ab arbitro fertur. Fest.

Inter Arbitrium, & Iudicium, quum propriè loquendum sit, differentia est, vt ipse Cicero inquit in oratione pro Roscio Comœdo. 5. Causam perdidisti, propterea quòd aliud est iudicium, aliud arbitrium. Iudicium, est pecuniæ certæ: Arbitrium, incertæ. Ad iudicium hoc modo veniimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitriũ hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantum postulauimus, consequamur.

Iudicium, arbitrium jue. Cic. in procœmio Officiorũ. 11. E fontibus Stoicorum iudicio, arbitrioque nostro, quantum quoquo modo videbitur, hauriemus.

¶ Arbitrium apud antiquos Latinos etiam pro iudicio vsurpatum est. Cicero. 3. Officiorum. 92. Q. quidem Scæuola Pontif. Max. summam vim esse dicebat in omnibus iis arbitriis in quibus adderetur, Ex fide bona? ideóque bonæ nomen existimabat manare latissimè. Ibidem. 80. Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellunt. In arbitrio rei vxoriæ, Melius æquius in fiducia, Vt inter bonos bene agier. Budæus.

Arbitrari facere de aliquo. Horat. 3. Carmode. 7. 4.
Quum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria.

In arbitrium alicuius venire. Ouid. 5. epist. 8.

¶ Arbitrium. Opinio. vt Omnia pro arbitrio suo facit: hoc est, prout sibi videtur, & prout opinatur esse faciendum. Hæc Sipontinus. Cic. 1. de Finib. 9. Nam definiunt de iisdem, de quibus & ab Epicuro scriptum est, & ab antiquis, ad arbitrium suum scribere!

Ad arbitrium suum adducere. Vide ADDVCO.

Conferre omnia ad arbitrium alterius. Vide CONFERO.

Arbitrium quod vulgò placitum & appetitum dicimus. Cic. 5. Verr. 65. Herbitenses quum viderent, si ad Aelchrionem pretium rediisset, se ad arbitrium libidinosissimę mulieris spoliatum iri, licitis iunt vsque eo, quoad se efficere posse arbitrabantur. Idem. 6. Verr. 150. Ne mulierum nobilium & formosarum gratia, quarum iste arbitrio Præturam per triennium gesserat, &c.

Nauigare ad arbitrium suum. Cic. 7. Verr. 76.

Viuere ad aliorum arbitrium, non ad suum. Cic. pro Murena. 17.

Ad nostrum arbitrium libidinemque eludere iudicii expectationem. Cic. 2. Verr. 19.

Ad arbitrium suum mouere mentes auditorum. Cic. 1. de Orat. 38. Sic, Ad arbitrium alterius perorare. Idem in Vatinium. 20.

Ad arbitrium suum scribere de re aliqua. Cic. 1. de Finib. 10.

Ad arbitrium & nutum alterius totum se fingere & accommodare. Cice. in Bruto 15.

Nutu atque arbitrio mulierculæ gubernari. Cice. 7. Verr. 18.

Nutu & arbitrio Dei omnia reguntur. Cice. pro Rosci. Amer. 77.

Secundum arbitrium tuum tesles dabo. Cice. 7. Verr. 129.

Arbitrium tuum sit. Cice. ad Atticum, l. 15. 127. 1. Orationem tibi misi: eius custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit.

Arbitriis dispensare omnia. Ouid. ad Liuium 75.
Fortuna arbitriis tempus dispensat vbique.

Arbitrium suum est de Rep. Brutus ad Ciceronem 16. 7. Quod autem tibi cum Antonio primatim odium? nempe quia postulabat hæc, saluté ab se peti, precariam nos incolumitatem habere à quibus ipse libertatem accepisset esse arbitrium suum de Repub.

¶ Arbitrium, potestas. Liuius. 4. bel. Mace. 57. Scilicet si legem Oppiam abrogauerit is, non vester arbitriũ erit: siquid eius vetare, voluerint, qd nũc lex vetat. mimus filiæ, vxores, sorores etiã quibusdã in manu erãt.

Sub arbitrio Dei esse. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 4.
An dominæ fati quicquid cecinere sorores,
Omne sub arbitrio desinit esse Dei?

Arbitrium vbis Romulus habet. Ouid. 4. Fast. 165.

Arbitrium secreta loquendi eripere alicui. Ouid. 4. Metamorpho. 45.
–famulæ discedite, neve
Eripite arbitrium matri secreta loquendi.

Arbitrium vitæ nostræ esse penes aliquem. Ouid. 14. epist. 6. Te penes arbitrium nostræ vitæque necisque. Horat. in arte 15.
Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.

¶ Arbitrium honorarium, Id est Prætorium. Cice. pro Roscio Comœdo 8. Perinde acsi in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica, concluta & comprehẽsa sint.

¶ Arbitrium. Facultas iudicandi arbitro data. Vnde arbitrium recipere. Vlpianus de Receptis arbitris, Recepisse autem arbitrium videtur (vt Pedius lib. 8. dixit) qui iudicis partes suscepit, finemque sententia sua controuersiis impositurum pollicetur. Sipontinus.

Arbitrium litis in omnes traicere. Ouid. 13. Metamor. in fine.
A se Tantalides onus, nunc inimique remouit,
Argolicosque duces mediis confidere castris
Iussit, & arbitrium litis traiecit in omnes.

¶ Arbitrium, pro præmio. Cice. in Pisonem 16. Eodem in templo, eodẽ & loci vestigio & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. Idem post Reditum in senatu 16. Nondum palàm factum erat concidisse Rempub. quum tibi arbitria funeris solus darentur. Idem pro Domo sua 75. Videre prætextatos inimicos nondum morte comploratа arbitria petentes funeris.

¶ Liberum arbitrium dixit Liuius, vt vides in dictione LIBER. adiectiuorum quo voluntatem liberam dicit Cicero de Fato 31. Qui introducunt causarum seriem sempiternam, hi mentem hominis voluntate liberã spoliatam necessitate fati deuinciunt.

Arbitrio carere. Ci. in Parad. 44. Si seruitus sit (sicut est) obedictia fracti animi & abiecti, & arbitrio carẽtis suo, quis neget oẽs leues esse seruos?

Arbitror, penul corrept. arbitraris, arbitratus sum, (δίκαζω,) arbitrari, Dicitur arbiter, quum sententiam dicit. Vlpianus de Receptis arbitris, Siquis litigatorum defuerit, quia per eum factum est quo minus arbitretur, pœna committetur.

Arbitror, Verbum testis iurati. Cic. pro Fonteio 16. Credo hæc eadem inductoriam in testimonio timuisse aut cogitasse, qui primũ illud verbum consuetudinis, Arbitror (quo nos etiã tũc vtimur, quum ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus) ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit.

¶ Arbitrari, (λογίζεσθαι, κρίνεσθαι,) (inquit Sipontinus) est Existimare & arbitri officium est iudicare, non prout iuris sit, sed prout id æquum esse existimet. Cic. 6. Verr. 73. Si hoc quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere: fuit eadem ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. Terent. Eunuch. 5. 6. 9. Here, primùm te arbitrari quod res est, vellim. Idé Hecy. 5. 3. 7. Neque enim quenquam esse arbitror. Vbi Donatus, Arbitror, Id est, Non puto eum esse in mundo. Cic. 1. Acad. 23. Quòd illi quæ nesciũt, scire se putent, ipse se nihil scire id vnum sciat, ob eamque rem arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quòd hæc esset vna omnis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat.

Vt arbitror, per parenthesin positum. Cice. pro Cluentio 140. Quum essent animi seruorum & spe & metu tentati, vt aliquid in quæstione dicerent tamen (vt arbitror) authoritate & vi tormentorum adducti, in veritate manserunt. Idem 1. de Diuin. 8. Hæc (vt ego arbitror) veteres rerum magis euentis moniti, quàm ratione docti probauere.

¶ Arbitrari & censere, idem apud antiquos. Nonius, Censere & Arbitrari veteres cognatione quadam, socia ac similia esse verba voluerunt. Varro de Repub. lib. 10. Quod verbum censeo & arbitror, idem potarat ac valebat. Idem de vita Popu. Roma. lib. 2. Itaque quòd hos arbitros instituerunt, populi censores appellarunt. Idem enim valet censere & arbitrari. Hæc Nonius. Terentius Hecy. 4. 1. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

– istud patrem rogare est æquum?
Perijtex quo censes, nisi ex illo cui data est nuptum obsecro?
P. Credo, neque adeò arbitrari patris est aliter.
¶ Arbitror, de re incerta. Terent. Eunuch. 1.2.29.
– T. ibi tum paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. P. cuémne? T. arbitror.
Vbi Donatus, Bene arbitror, & nihil certi.
¶ Arbitrari, Obseruare & respicere quid agatur, aut dicatur. Plaut. Aulul. 17.21. Hinc ego huc & illuc potero quid agant, arbitrarier. Idem Capt. 5.27.
Secede huc nunc iam, si videtur, procul:
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.
¶ Arbitrari, aliquando est constituere, modumque, & rationem, quasi ejus formam operis faciundi delinare & prescribere. Proculus iurisconsultus in tractatu de Verb. oblig. Quum stipulatus sim à Procolo si opus arbitratu meo ante Cal. Iunias effectum non sit, pœnam, &c. Deinde subdit, Nec ad rem pertinere, quòd aliquod tempus ante Cal. Iunias fuit, quo stipulator non desyderauit, id ante Calendas effici, & quo nō est arbitratus vt fieret quod fieri non poterat. Et paulo inferius, Quoniam mortuus (inquit) arbitrari non potuisset. Inde apud Comicos sæpe, T'uo arbitratu id fiat: Id est, vt tu formam operis faciundi dederis. Lingua vernacula Diuiser vocat. Budæus.

Arbor huius arboris, penult. correp. f. g. (ἀνὰ δένδρεον, ἀπὸ δένδρου) Generale nomen est & appellatione eius vites quoque & hederas, & arundines, & saliētum contineri, Iureconsulti existimant. Plinius in prœmio lib. 12. Summumque munus homini datum, arbores, syluæque intelligebantur. Virgilius 2. Georgic. de vitibus,
– nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret. Vbi Seruius, Arboribus positis, vitibus ordinatis.
Hæc arbor, huius arboris, quod à robore derivatum, illius declinationem seruans corripuit penultimam genitiui. Priscian. lib. 6.
Arbor à Frutice ita differt, vt frutex ab herba authore Valla lib. 4.
Arbos in etiā nostratiuo dicitur. Hinc Festus, Arbosem pro arbore antiqui dicebant, & robosem pro robore. Virgil. 4. Georgic. 5. Obuiaque hospitiis teneat frondentibus arbos. De apibus. Idem lib. 2. Georg. 30.
– bis pomis vtilis arbos.
Arbor fici. Cice. pro L. Flacco 32. Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Sic Arbor mori, Vide MORVS.
Arbore soles defendere. Stat. 3. Sylu. eleg. 1. 14.
Ad arboris vmbram se conferre. Ouid. 4. Metamorpho. 24.
¶ Arbor, pro malo nauis aliquando ponitur. Iuuenal. Saty. 12. 3.
Quum plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alterum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incertæ, nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem, &c.
Arborem pro remo posuit Virgilius lib. 10. Aeneid. 41.
Ir grauis Auletes, centenaque arbore fluctum
Verberat assurgens. Id est centum remis. Sed ARBORE dixit, vt ostendat magnitudinem nauis, ait Seruius.
Arbor, est pars torcularis apud Catonem, cap. 12. & 18.
Proceritas arborum. Cice. de Senect. 55.
Truncus, rami, folia arborum. Cice. 3. de Orato. 98.
Æmula arbor, Vide AEMVLVS.
Afflicta senio arbor, Vide AFFLIGO.
Ampla arbor, Vide AMPLVS.
Brura arbor. Vide BRVTVS.
Cælebs arbor, Vide CAELEBS.
Crassa arbor pedes tres, Vide CRASSVS.
Arboris exesæ antrum. Virgil. 4. Georgic. 9.
Aestiua arbor recreatur aura. Horat. 1. Carm. ode 22. 4.
Fertilis pomis aureis arbor. Senec. in Agam. 9. 9.
Inanis arbor, Id est excauata vel exesa. Ouid. 3. Fast. 149.
Incurua arbor, Vide INCVRVVS.
Indocilis nasci arbor, Vide INDOCILIS.
* Infelix arbor. Plin. lib. 24. cap. 9.
Iouis arbor, Id est quercus. Ouid. 1. Metamorpho. 22.
Et quę deciderant patula Iouis arbore glandes.
Nouella & vetula arbor, contraria. Cice. 5. de Finib. 69.
Nutrices arbores glandiferæ. Vide NVTRIO.
Odora arbor. sic Ouidius vocat arborem myrrhæ. 1. de Arte Amand. 58.
Illius lachrymis, quas arbor fudit odora, Vngimur.
O paca comas arbor. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 7. Virgil. 6. Aeneid. 27.
Patula arbor. Stat. 3. Sylu. 1. 14.
Peregrinæ arbores. Vide PEREGRINVS.
Turpis arbor sine frondibus. Ouid. 13. Metamorpho. 180.
Vberrima pomis arbor. Ouid. 4. Metamorpho. 18.

Viduas arbores dicit Horatius 4. Carm. ode 5. 6. non adiunctas vitibus.
Condit quisque diem vallibus in suis,
Et vitem viduas ducit ad arbores.
Vmbrosa arbos coronæ Herculeæ, id est populus. Virgil. 2. Georgic. 14.
Assurgere in arborem, Vide ASSVRGO.
Cædere arbores. Vide CAEDO. Ouid. 9. Metamor. 47.
Cædere arbores exiccatas. Cic. 2. de Diuinat. 49.
Canescit arbor. Vide CANESCO.
Castrare arbores. Vide CASTRO.
Circuncidere arbores. Vide CIRCVNCIDO.
Cludere arborem restibus. Vide CLVDO.
Collocare se in arborem. Vide COLLOCO.
Contorquet arbores Erydanus. Vide CONTORQVEO.
Culta arbor. Vide COLO, colis.
Decerpere arbore fœtus. Virg. 6. Aeneid. 28. Ouid. 5. Metamor. 184.
Decidunt arboribus folia. Vide DECIDO.
Defringere ex arbore plantas. Virgil. 2. Georgic. 60.
Detrahere arboribus poma. Tibullus lib. 1. eleg. 5. 7.
Excelsa, non eousque est arbor: itaque quàm fruticetur videt. Cice. ad Atticum, lib. 15. 13. 6.
Florere dicuntur arbores. Cice. 1. de Diuinat. 27.
Inarare arbores. Vide INARO.
Induerat se pomis arbor. Virgil. 4. Georgic. 29.
Inhæret collibus arbor. Horat. epod. 12. 4.
Inscendere in arborem. Vide INSCENDO.
Ex arbore mala legere. Virgil. 3. ecloga 11.
Luxuriantur arbores. Vide LVXVS.
Maritare arborem. Vide MARITVS.
Nutant arbores. Vide NVO.
Procumbit arbor. Lucanus lib. 3. 103.
Comæ arboribus redeunt. Id est frondes. Horat. 4. Carm. 7. 1.
Senescentes cum Luna arbores. Cice. 2. de Diuinat. 49.
Serere arbores, & Sate arbores. Ci. de Senec. 21. 55. Hora. 1. Carm. ode 12.
Sustollere se dicitur arbor, dum crescit. Virgil. 2. Georgic. 12.
Iam quæ seminibus tactis se sustulit arbos.
Vellitur solo arbos. Virgil. 3. Aeneid. 6.
Vigere, & senescere dicitur arbor. Cice. 5. de Finib. 69.
Viuere arbor & mori dicitur. Cice. 5. de Finib. 69.
Arborarius, adiectiuum, vt Arborarius picus, qui in arboribus ædificet. Plin. lib. 30. cap. 16. 1. Eosque qui arborarii pici rostrum habeant, & mella eximant ab apibus non attingi.
Arborator, pen. prod. (δενδρότομος) Significat putatorem arborum. Plin. lib. 18. cap. 33. Frondem medio die arborator ne cædito. Colum. lib. 11. cap. 1. 11. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & operosus fossor, aut fœnisector, nec minus arborator, & vinitor.
Arboresco, arboresces, (δενδρόομαι,) arborescere, In arborem crescere. Ait Sipontinus. Plin. lib. 19. ca. 4. 13. Namque, tradunt authores in Italia maluas septimo mense arborescere, baculorū vsum jubere exspiare.
Arborētum, huius arboreti, penu. prod. (δενδρῶν,) Idem significat quod arbustum. Gellius lib. 17. cap. 2. Conualles, inquit, & arboreta magna erant. Arboreta ignobilius verbum est, Arbusta celebratius.
Arboreus, adiectiuum, (δενδρικός,) Quod est arboris vel Arbori similis. Virg. 1. Georg. 11. Arborei fœtus alibi. Id est poma, vt ait Seruius. Persius lib. 3. eleg. 16. 6. Arborea coma. Ouid. 4. Metamorpho. 118. Arboreæ frondes.
Arborea cornua ceruorū. Virg. 1. Aeneid. 39. de agmine ceruorū loquens.
Ductoresque ipsos primum capita alta ferentes
Cornibus arboreis sternit. Id est frondibus arborum similibus, aut quæ sunt velut arbores.
Arborea amplitudo arundini Indicæ. Id est arboris amplitudinem habens. Plin. lib. 16. cap. 36. 5.
Arboreum ebenum, pro ebeno arbore. Plin. lib. 12. cap. 4. 3. Duo genera ebeni rarum id quod melius, arboreum alterum fruticosum.
Arborius, adiectiuum vt Arboria falx, cædendis arboribus apta, apud Catonem de Re rustica, cap. 11. 4.
Arbúscula, arbúsculæ, pen. corr. (δενδρύφιον,) diminutiuum ab arbore. Varro 3. de Re rustica, ca. 15. In eo arbusculas esse oportet, quæ faciat glandem, Columel. lib. 11. cap. 2. 69. Per hos dies quæcunque seminibus differri debent, arbusculæque omnis generis rectè ponuntur.
Arbusculæ crinitæ pauonum. Plin. lib. 11. cap. 37. In capite paucis pinnulium, nec nisi volucribus apices, diuersi quidem generis pyramidarum, filamarum serie, medio exeunte aliorpauonibus crinitis arbusculis.
Veluti arbusculæ vites. Colume. lib. 4. ca. 4. Vinearum prouincialium plura genera esse comperisse ex iis quas ipse cognoui, maximè probatur veluti arbusculæ, breui erure sine adminículo persistentes.
¶ Arbuscula, præter notam significationem, machinulam significat quæ ἀμαξόπους, dicitur Græcè. Vitruuius lib. 10. cap. 17.
ARBVSCVLA, Proprium nomen mulierculæ cuiusdam mimæ, quam à populo exploderetur, ab equite autem quodam Inuitatum, contentum

contentam se esse dixit bonorum testimonio. sic habent interpretes in hoīce Horatii versus lib. 1. Serm. saty. vlt. 16.
– nam satis est equitem mihi plaudere, vt audax
Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit.
Arbustum, arbusti, (δενδρών,) Valla in Raud. Arbusta sunt arbores mulæ ad fructum consitæ, vt oliuetum, auellanetum, amygdalerum: vel vites arboribus applicitæ. Vide Plinium lib. 17. cap. 23. Colum. lib. de Arboribus, cap. 16. Igitur qui arbustum constituere volent, ante annū quàm deponant arbores, scrobes faciant quatuor pedum quoquouersus. Et paulo pòst, Arbustum inter quadragenos pedes dispositum esse conuenit: sic enim & ipsæ arbores & appositæ vites melius conualescent, fructumque meliorem dabunt. Ibidem plura.
Arbusta altæ. Lucret. lib. 6. 20. Læta. Lucret. lib. 2. 69.
Resonant arbusta cicadis. Virg. 2. eclog. 3. Et arbusta cantu rumpunt cicadæ. Virg. 3. Georg. 65.
Inuenustum arbustum. Vide INVENVSTVS.
Arbustiuus, adiectiuum, pen. prod. vt Arbustiuæ vites, quæ arboribus applicantur. Colum. de Arboribus, cap. 16. Arbustiuum vitem quàm putare, tam alligare diligenter oportet, &c.
Arbustiuus locus, pro Arbusto. Columel. lib. 3. cap. 13. 5. Ac primùm ex omni, siue arbustiuo, siue syluestri loco, quem vineis destinauerimus, omnis frutex atque arbor erui & summoueri debet. Sic arbustiua positio. Colum. lib. 4. cap. 1. 5.
Arbustiuum genus. Colum. lib. 12. cap. 41. 1. Mustum lixiuum de lacu statim tollito: hoc autem erit quod distillauerit, antè quàm nimium calcetur vua. Sed de arbustiuo genere quod ficco die legeris, id facito.
Arbusto, arbustas, (δενδροφορέω,) arbustare, Agrum arboribus conferere ad maritandas vites. Plin. lib. 17. cap. 23. Transpadana Italia præter supra dicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustat agros.

Arbutus, pen. corr. f. g. (κομαρός,) vulgò Albatro. Valla in Rau. densem, Arbutus est arbor illa quæ poma, instar cerasorum seu fragorum ferit: Arbutum verò ipsum pomum. Seruius, Arbutus est genus arboris frondibus raris. Idem alio loco, Arbuta sunt rubra poma syluarum, quæ Plinius vnedones vocat: quòd asperitate sua plura edi non possunt. Plin. lib. 15. cap. 24. 3. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni: quod solum pomum simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa, fructus anno maturescit, parirerque floret subnascens, & prior coquitur. Mas sit, an fœmina sterilis, inter authores non constat. Pomum inhonorum, vt cui nomen ex argumento sit vnum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron & minæcylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos. Alio nomine arbutus vocatur. Columel. lib. 5. cap. 5. c. Potest tamen in agro frumentario seri, vel vbi arbutus aut ilex steterant. Virg. eclog. 7. 10. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Idem. 1. Georg.
– quum iam glandes atque arbuta sacræ
Deficerent syluæ. Idem. 2. Georg. Dant arbuta syluæ.
Arbuta pascuntur apes. Virg. 4. Georg. 37.
Horrida arbutus. Virg. 1. Georg. 14.
Arbuteus, adiectiuum, (κομαρινός,) Ex arbuto factum. Virg. 1. Georg. 34.
Arboreæ crates, & mystica vannus Iacchi. Idem. 11. Aeneid. 13.
– & molle pharetrum Arbuteis texunt virgis.
Arbuteos fœtus legere. Ouid. 1. Metam. 22.

Arca huius arcæ, (κιβωτός, σύνταξις, λάρναξ,) in qua includuntur quę celata & abscondita volumus. Dicta (vt inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina,) quòd ab ea clausa arceantur fures. Cic. in Parad. 55. Animus hominis diues, non arca, appellari solet. Idem Attico, lib. 16. 7. Et arcæ nostræ confidito.
Arca ferrata. Iuuenalis Saty. 11. 3.
Ignorer quantum ferrata distet ab arca Sacculus.
Patula arca. Iuuenalis Saty. 13. 8.
Aerata mulrus in arca fiscus. Iuuenalis Saty. 14. 26.
Arca vestiaria, in qua reponuntur vestes. Cato cap. 11. 3.
¶ Arca, pro monumento. vel loculo in quo mortui conduntur in terra. Plin. lib. 13. cap. 13. 1. Hemina vetustissimus author annalium prodidit Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem, offendisse arcam in qua Numa qui Romæ regnauit, situs fuisset.
Arca lapidea, Idem. Plin. de Viris Illust. 42. Absumptus est, positus apud Libyssam in arca lapidea.
¶ Arcas robustęas in carcere fuisse, quibus malefici homines includerentur, Sextus Pompeius testis est. Cic. pro Milone. 44. Subitò arrepti in quæstionem, tamen separantur à cæteris, & in arcas conijciuntur nequis cum iis colloqui possit.
Arca camerata, est arcuata & coefurnicata. Vlpianus in Lege, Si inquilinus, Si inquilinus arcam cameratam in ædes contulerit, & ædium additum dominus coangustauerit.
* Arcas appellat Vitruuius tabulationes intra aquam circundatas, ab arcendo aquis ab opere. Alii aquaria septa vocant.
* Arcarius, rii, qui publicā seruat pecuniam. Græcè ἀκουόμος, vt vertit Hieronymus, in fine epistolæ Pauli ad Rom. hoc vocabulo vtitur etiā Scæuola lib. 40. Digest. Titulo de fideicommissariis, L. Thais.
Arcula, penul. corre. diminutiuum (κιβώτιον) parua arca. Cic. 2. Offic. 34. Præmittebatque de stipatoribus suis, qui perscrutarētur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. Idem Attico, lib. 2. 16. 3.
Arculæ fagineæ vel tiliaceæ. Columel. lib. 12. cap. 45. 4. Itaque possunt alia genera malorum, sicut orbiculata sestiana, melinela, mariana, hoc liquore custodiri: sed quia videntur in melle dulciora fieri sic condita, nec proprium saporem seruare, arculæ fagineæ, vel etiam tiliaceæ, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur, huic rei paulo ampliores præparari debent.
¶ Arculæ loculatæ pictorum. Varro 3. de Re rustica, cap. 17. 4. Et cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi diuersi colores sint, certas.
Arcella, arcellæ, aliud diminutiuum, (κιβωτίδιον,) teste Festo. Arcella, videri potest diminutiuum ab arcera plaustri genere, de qua suo loco: Vnde Arcella vitis, quæ in formam arcerę disposita est. Columella lib. 3. cap. 21. 2. de distinctis generibus vitium loquens, Hinc pares his hæluolæ respondent, illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ, basilicæ conueniunt. Et cap. 2. 18. Arcellara vitis. Aut arcellaræ legendū, vt ab arcella veniat. Paulo ante hæc Columellæ verba, arcelaca maior legit: p quo arcellata maior aut arculata legēdū fortasse est.
ARCADIA, (Ἀρκαδία,) Peloponnesi regio & Achaiæ pars, à mari vndique remota: ab Arcade Iouis filio ex Calistone Lycaonis Arcadiæ regis filia sic appellata. Hæc, vt Eustathius docet, aliquando dicta est Pelasgia, à Pelasgo rege magno sapiente viro, qui vitæ cultioris author eis fuit, & victum ex fructibus herbarum, arborumque frondibus transtulit ad glandem, maximeque ad fagineam. Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigantida, & aliquando Parrhasia. Arcas autem quum Pelasgos in deditionem redegisset, eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plinius hanc totam montosam, in qua sunt asini cæteris maiores ac præstantiores. In ea Erymanthus fluuius, Lernea palus, & lapis asbestos, vt ait Plinius lib. 13. cap. 10.
Arcadicus, adiectiuum, penult. corrept. (Ἀρκαδικός,) quod est ex Arcadia, vt Arcadici mores.
Arcas, Arcadis, vel Arcados, penul. correp. (Ἄρκας,) Idem. Ouid. 5. Fast. 129. Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur. Virgil. 10. Eclog. 5.
– cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris.
Arcada, accusatiuus Græcus. Stat. 1. Thebaid. 69.
– prior Arcada concitat Hopleus.
Arcadius, aliud adiectiuum, (Ἀρκάδιος,) vt Arcadius deus, Pan. Propert. lib. 1. eleg. 17. 4. Et Arcadium sydus, Vrsa vel Arctos. Senec. in Oedipo, 5. 15.
Arcadia nemora. Seneca in Hercule furente 4. 5.

Arcânum arcāni, penul. prod. (ἀπόῤῥητον,) Nonius, Arcanum dicitur secretum vel absconditum: quòd quæ in arcis sunt, celata sunt & abscondita. Virgil. 1. Aeneid. 64. Longius & voluens fatorum arcana mouebo. Festus, Arcani sermonis significatio trahitur siue ab arce, quę tutissima pars vrbis est: siue à genere sacrificii, quod in arce fit ab auguribus, adeò remotum à notitia vulgari, vt ne literis quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur. siue ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manenticuius ipsius origo ab arcendo pendet.
Arcana & occulta. Cice. 2. de Finibus 136.
Arcanum prodere. Iuuenal. Saty. 9. 12.
Arcanorum celantissimi Persæ. Curtius.
Arcana fatorum voluere. Virgil. 2. Aeneid. 64.
Arcanum alterius scrutari. Horat. 1. Epistо. 19. 8.
Arcanus, (ἀπόῤῥητος,) adiectiuum, vt Arcana popina. Mart. lib. 5. 136.
Arcana modò raptus è popina. Sic arcana cubilia. Plin. in Panegy. 79.
Nox arcana. Ouid. 9. Epistо. 8.
Arcana præcepta. Plinius lib. 29. cap. 1. 21.
Arcanus, Qui quæ audit, tacet & continet optimè. Plau. Trinum. 8. 119.
– cane tis dixeris me dixisse hoc. P. dixisti
Arcano satis.
Arcanus sensus, Secretus & absconditus. Virgilius 4. Aeneid. 25.
– solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.
Tabellæ arcanæ, quibus secreta nostra committimus. Ouid. 2. Amo. 15. 3.
Arcanè, (ἀπορρήτως,) adiectiuum, arcanius, arcanissime, Id est secretè.
Arcanius aliquid indicare. Colu. lib. 3. cap. 1. 21. Sed de hac sententia, quanquam & ipse paulo antè id censuerim, quid tamen arcanius iudicem, suo loco mox dicam.
Arcanò similiter aduerbium, (ἀπορρήτως,) Id est, secretè, seorsum. Cæsar 1. belli Ciuil. 72. Ipse arcanò cum paucis familiaribus suis coloquitur.
ARCAS, huius Arcadis, penul. correp. (Ἄρκας,) Filius Iouis & Calisto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis,à quo Areades denominati sunt:quos,quia vetustissima gens est,fabulantur ante Solē & Lunam ex arboribus esse natos.Ouid.1.Met.44. Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyranni Ingrediōr.

Arcatus, Vide Arcus, huius arcus.

Arcella, Vide ARCA.

Arceo, arces,arcui,arcētum,penn.prod.supinum rarissimè lectum, (ἀμύνω,ἀπωθέω,) Arcēre.Continere,significat, vt ait Festus:vñ & arcus in ædificiis dictꝰ est,q̃a se ipse cōtinet.Ouid.9.Met.64. – & terra corpus releuare volentem Arcuit.

Arcere & continere. Cic. 2. de Natu. deorum 203. de aluo, Est autem multiplex & tortuosa,arcētque & continet, siue illud est aridum, siue humidum quod recipit,vt id matari & concoqui facilè possit. Idem in Somnio 14.Nouem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia:quorum vnus est cœlestis extimus, qui reliquos omnes complectitur,summus ipse Deus arcens & continens cæteros.

¶ Arcere,Constringere.Virgil.1.Aeneid.81.Teneras arcebant vincula palmas. Cic.2.Tusc.24.Si turpissimè se illa pars animi gerat, quā dixi esse mollem,si se lamentis muliebriter, lachrymisque dedet, vinciatur & constringatur amicorum propinquorumque custodiis. Sæpe enim videmus fractos pudore,qui ratione nulla vincerentur.Ergo hos quidem vt famulos vinclis propè ac custodia arceamus.

Arcere,vt ait Valla lib.6. Vetare ne accedant ii qui veniunt. Virgil.1. Aeneid. 7. Arcebat longè Latio. Iuno septem tantum annos arcuit Troianos ab Italia:i quam vbi contigerunt, non arcebat ab ea amplius,sed in ea esse prohibebat.

Arcere aditu.Liuius 1.bel.Macced.64. Non terra modò adeuntes aditu arcebant, sed nauium quoque stationem infestam hosti faciebant. Cic.2.de Legib.41.Cur eam sumptu ad sacra adhibito, deorum aditu arceamus? Sic Arcere sacris.Plin.lib.7.cap.28.5.

Arcere reditu.Cic.1.Tusc.141.

Arcens eum reditu tyrannum,quem ipse expulerat.

A tectis à mœnibus vrbis arcebis Catilinam.Cic.1.in Catil.13.

A progressu arcere. Cic.11.Philipp.291. Brutus Antonium in Galliam inuadentem à progressu arcuit,à reditu refrænauit,&c.

Recipere & arcere,contraria.Cic.5.Philipp.191.D.Brutus non vt Consulem recepit,sed vt hostem arcuit.

Arcere à limine aliquem.Ouid.6.Fast.97.

Arcere suis finibus externos.Ouid.4.Metamorpho.130.

¶ Arcere transfertur ad incorporea, & dicimus Arcere homines à scelere & Arcere scelus.Ci. in Paradoxis,Quę vis eorum est, ꝙ magis arceat homines ab improbitate,quàm si sentirent nullā in delictis esse discrimen? Idem 1.Offic.172.Maximè autem hæc ætas à libidinibus arcēda est. Virg.8.Aeneid.16.Accipite Aenean, & tandē arcete pericla.

Ab iniuria arcere homines pœna.Cice.1.de Legibus 58.

Veterno aliquem arcere.Horat.1.Epistō.8.2.

Arcere ferro contumeliam.Liu.1.ab Vrbe 177. Tum præcipuè id domus suæ decus fore, si Anci regis virili stirpe salua non modò aduenis,sed seruis etiam regnum Romæ pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt.

Otil finibus arcere scelus aliquod.Cice.de Aruſp.Resp.3.

Arcere furorem.Lucanus lib.2.60.Procul hunc arcete furorem.

Aquas pluuias arcere.Cice.pro Murena 19.

Frigora pellibus arcere.Ouid.3.Trist.eleg.10.4.

Arcere solem.Plin.lib.12.ca.1.9. Commendatio platani non alia maior est,quàm solem æstate arcere,hyeme admittere.

¶ Arcere,pro Abigere,& à loco figare,siue expellere, (ἀπερύκειν,) Colum.lib.1.cap.6.Sic emunita sola & latera horreorum prohibent curculionem,quod genus exitii quū incidit,multi opinātur arceri posse, si exesæ fruges in horreo ventilentur,& quasi refrigerentur . Id autem falsissimum est:neque enim hoc facto expelluntur animalia,sed immiscentur totis aceruis.Cic.2.Philipp.102.Non enim te dominum modò illis sedibus,sed quasi amicus vicinus,hospes, procurator arcebit.

Arcesso,arcessis,arcessui,arcessītum,pe. prod. (μεταπέμπω,) arcessere, Verbum inchoatiuum,significat ad vocandum ire, vel vocare . Plaut. Capt.16.27.Eamus intrō,vt arcessatur faber. Idem Amphit.10.70. Illepharonem arcessat,qui nobiscum prandeat.

Arcessere ab.Cice.pro Roscio Comœdo 29.

Quum ab aratro arcessebantur qui Consules fierent.

Arcessere ad. Cice. Attico , Si erit pugnandum,arcessam ad societatem laboris . Eidem libro 14.305.2. De Byzantiis curabis vt cætera, & Peropem ad te arcessē.

¶ Arcessere, (προκαλεῖν,) Euocare. Virgil.6.Aeneid.24.

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus. Seruius.

Arcessere ventos.Ouid.2. Amorum,eleg.2.8.

Vis tamen interea tenues arcessere ventos,

Quos faciant nostra mota flabella manu?

¶ Arcessere,Asciscere,& attrahere.Valerius lib.4. Vt nimia pietate cautam sibi mortis arcesseret,Hæc Budæus. Plaut.Amphit. Illic homo à me sibi malam rem arcessit iumento suo.Id est sibi ipse malorū est author.quasi suopte plaustro malorum sarcinam apportet sibi.

¶ Arcessere à capite.Cic.in Topicis 19.Quū autem à genere docitur argumentum,non erit necesse id vsque à capite arcessere.A capite arcessere argumentum,his verbis Cicero significat,à capite & origine rei argumentum eruere:vt quinto de Finib.A capite ducere.Hæc Budæus Idem 2.de Orato.64.Et tardi ingenii est,riuulos consectari, fontes rerum non videre:& ætatis est,vsusque nostri à capite quod velimus arcessere,& vnde omnia manant videre.Tralatio est ab aquæ ductibus. Idem in Tusculanis,A capite ducere dixit.

¶ Arcessere,interdum acculare significat,& ablatiuo iungitur cum genitiuo.Cice.pro Cœlio,Ipse alterum iterum ambitus crimine arcessiret. Idem pro Deiotaro 21.Non sicto crimine insectari,non exterere vitā non capitis arcessere. Idem 2.Offic.72. Nequem vnquam innocentem iudicio capitis arcessas. Vide ACCERSO.

Arcessere aliquem iudicio.Cice.pro Flacco 11.Sermo est tota Asia dissipatus Cn.Pompeium quòd L.Flacco est vehementer inimicus,eosque dixisse à Lælio patrono amico ac perneccessario,vt hunc hoc iudicio arcesseret.Id est deferret & postularet.Budæus.

Arcessere crimine aliquo in periculum capitis. Cice. pro C.Rabirio 14. An non intelligis,primùm quos homines,& quos viros mortuos sumi scleris argnas?Deinde quot ex iis qui viuunt,eodē crimine in summum capitis periculum arcessas?

Arcessītus,participium,penul.prod. (μεταπεμφείς,) vt Arcessītum dictum.Cic.2.de Orat.141.Cauendum est ne arcessītū dictum praeciput.Significat constringere. Columel. lib.12.cap.43.3.Nonnulli adiecto desimo, contenti sunt transuersas perticas arctare. Plin. lib. 17. cap. 23. 100. Quando contineri debet vimine,non arctari.

¶ Arctare,Angustius facere.Mart.lib.2.89. Atriaque immodicis arctat imaginibus.Cic.pro Rabirio 24.Auditæ visæque merces, fallaces quidem & fucosæ,chartis & linteis & vitro delatæ:quibus quum naues refertæ fuissent,vna non patuit,parua arctata.Plin.lib.2.ca.4.Etramnum angustias eas arctantibus insulis paruis,quæ cassiterides appellantur.Et apud Statium 11.Thebaid.8.Arctatur hostium agmine. Lucanus lib.5.47.Arctatus pontus.

¶ Artare absque c, nonnulli scribunt.

Arctus, Participium, (στενός.) Constrictus, vt Arctum corpus apud Claudianum 1.de Rap. Proserp. 20. Positis arcto de corpore nodis Id est vinculis constricto.

Arctum & astrictum. Cice.in Orato. 128. Nec tamen ita sunt arctæ & astrictæ,vt ea quum velimus,laxare nequeamus.

Arctas partes dilociare. Lucret.lib.3.163.

Arctus, (στενός,) nomen ex Participio,vt Arctioribus laqueis tenent.Cic. 3.Verr.8.Mihi credite,arctioribus apud Po.Rom.laqueis tenebimini.

Vincula amoris arctissima.Cice.Attico,lib.6.113.2.Et 5.Offic.31.

Arctissimum societatis vinculum.

Arcta catena.Silius lib.7.15.Horat.3.Carm.ode 12.3.

Fræno arcto equum compescere.Tibul.lib.4.eleg.1.19.

Aluta arcta.Tibullus lib.1.eleg.8.3.

Cauus arctus.Horat.1.Epistō.7.7.

Macra cauum repetes arctum,quem macra subsisti.

Compages arctæ.Virgil.1.Aeneid.60.

Parietes arcti.Virgil.4.Georgic.60.

– angustisque imbrice tecti,

Parietibusque premunt arctis .

Arctum theatrum vocat. Horatius 2.Epistō. 1.12. hominibus refertum. Et apud Statium,lib.11.Thebaid.55.Arcta ciuibus vrbs.

Arcta turba circumstare aliquem.Tibul.lib.1.eleg.2.20.

¶ Arctum animum soluere.Id est angustum & solicitum. Horat.2.Sermo.Saty.6.17.

Conuiuia arcta.Horat.1.Epistō.5.6.Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Arcta conuiuia dixit,ob numerum discumbentiū, quod angustè illis sedendum esset.

Arcta fames vrgebat.Silius lib.5.56.

Arctior somnus. Cice. de Somnio Scipionis 4. Vt cubitum discessimus me & fessum de via,& qui ad multam noctem vigilassem,arctior quàm solebat,somnus complexus est .

Arctæ leges additæ. Plin.lib. 16.cap.4.5. Et apud Lucretium lib.1. 231. Arcta iura.

Arctæ res dicuntur,quū in periculo & discrimine versamur.Silius lib.7. 63.Verum ego nūc (quū res arctæ) pcipe porrō Quæ meditata mihi

Arctis in rebus opem ferre.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.5.

Arctior expensis fortuna.Stat.5.Sylu.3.24.

Arcte,arctius,arctissimè,aduerbiū,(στενῶς,) Id est strictē.Col.li.2.c.2.17. Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit. Sic apud eundē lib.6.cap.2.4.Arctè religare ad stipites.

Arctè poteris accubare.Plaut.Stic.Id est anguste.

Arctè diligere.Plin.epist.13.lib.2.Hunc ego quum simul studeremus,arctè familiariterque dilexi.

Arctius continere. Cic.2. de Nat.deor.3. Ob eamque causam calorem circumfusum in terris contineat arctius.

Arctissime serere. Plin.lib.12.cap.3.1. Qualiter omnia transitura longius,seri arctissimè,transferriique meminisse conueniet.

Arctè tenere aliquid, & defendere. Cic.in Parad.15. Illud arctè tenent, accuratèque defendunt,voluptatem esse summum bonum.

Arctius complecti.Cic.1.de Diuinat.167.L.Paulus arctius puellam cōplexus,Accipio omen,inquit,mea filia.

Arctè premere.Lucret.lib.4.217.

Arctè & grauiter dormire.Cic.1.de Diuinat.104.

Arcera, arceræ, (ὄχημα,) Nonius,Arcera,plaustrum est rusticum, tectum vndique quasi arca.Hoc vocabulum & apud Varronem & M. Tullium inuenitur. Hoc autem vehiculi genere senes & ægroti vectari solent. Gellius lib.20.cap.1. Arcera autem vocabatur plaustrum tectum vndique & munitum,quasi arca quædam magna vestimentis instrata,qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant.

ARCESILAS, pen.corr. (ἀρκεσίλαος,) Polemonis discipulus,fuit in disputando pertinacior,& magno ingenii acumine,vt scribit Cicero de Finibus bonorum & malorū lib.5. Is constituta philosophia,vt Graeci R.empublicam,euertit,vt idem Cicero author est lib.4. Academicarum quæstionum. Fuit item scalptor Arcesilas nomine fama nobilis, præfertim Dianæ simulachro, in quod extat Simonidis epigrāma.

ARCESILAVS, pen.prod. (ἀρκεσίλαος,) Vnus fuit è quinque ducibus Bœotorum , qui ad Troiam cum quinquaginta nauibus aduenerunt, vt ostendit Homerus lib.Iliad.2. Alius fuit philosophus Theophrasti auditor , qui tandem in Academiam se ad Crantorem contulit:& quum in dicendo exercitatus esset,& grauissimus, poeticæ quoque operam dedit. De quo multa Laertius.

Archaismos, f.g. (ἀρχαϊσμός,) Latinè antiqua locutio dicitur. Figura est grāmaticis,vetustè aliquid dictū significans.Terent.And.1.1.79.Metui à Chryside,pro metui Chrysidem.

ARCHELAVS, pen.prod. (ἀρχέλαος,) Milesius,Anaxagoræ discipulus fuit, vt scribit Cicero lib.5.Tusculanarum, & Socratis præceptor. Primus Physicam philosophiam Athenas inuexit: quapropter appellatus Physicus fuit. Hic vitia & virtutes non natura, sed lege constare dixit.Fuere item tres alii:vnus, chorographus, qui omne ab Alexādro peragrata terram descripsit.Alius,qui physicen carmine scripsit.Tertius,qui de Oratoria scripsit,vt est author Diogenes Laertius. Archelai item in Cappadocia regnauerunt:ex his ille qui superatus à Sylla est,quòd Mithridati auxilium tulisset: alterum Romæ retinuit Tiberius. Item Archelaus Herodis , de quo in historia Hierosolymitana. Præter hos, Archelaus Macedoniæ rex Perdiccæ filius, suo tempore fortunatissimus iudicatus, vt scribit Cicero lib.5.Tusculanarū quæstionum.Archelaus item fuit præsul Mesopotamiæ, qui librum disputationis contra Manichæum Syro sermone composuit sub Probo imperatore.Author Hieronymus.

ARCHEMORVS, pen. corr. (ἀρχέμορος,) Lycurgi regis Nemææ filius,à serpēte infans necatus,dum nutrix, quæ sitientibus Argiuis fontem ostenderet,eum dimisisset in gramine. In cuius honorem instituti sunt ludi Nemæi, vt author est Archias pœta lib.1.epigrā. Græcorū.

Archétypus, archétypi,pen.corr. (ἀρχέτυπος,) Prima forma cipium,& τύπος,figura & vmbra & veluti imago & symbolum veritatis. Plin.epist.105. Vt pictores pulchram absolutamque faciem raro exprimunt,ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Sic Pocula archetypa apud Martialem in Xenio.14.98. Iuuenalis,Saty.3.1. Et inbet archetypos pluteum seruare Cleanthas. Varro.3.de Re rust.ca.5. In quo dixeris longè vicille non modò archetypon inuentoris nostri ἐρισμοφορώτερον. Cic.lib.16.ad Atti.333.2.Idem συντεταμένε missi ad te retractatus,& qdē ἀρχετύπως ipsum crebris locis icalcatū & refectū.

Decidere ab archetypo. Vide DECIDO.

Archetypæ nugæ.Martial.lib.7.10.ad Pudentem,

O quàm me nimium probas,amásque,

Qui vis archetypas habere nugas. De libellis suis manu sua emendatis loquitur.

Archetypi amici.per metaphoram pro veris & germanis.Martialis,

Si tanquam tabulas,scyphosque Paule

Omnes archetypos habes amicos.

ARCHIAS, (ἀρχίας,) poeta Antiochenus,Romæ fuit in amicitia multorum clarorum oratorum,præsertim Luculloruṁ:à nonullis Græcis populis honoratus,& eorum ciuitatibus donatus: Ciceroni in primis familiaris. Hic quum discederet è Sicilia, cū L. Lucullo Heracleā venit,& adscribi in eandem volut:quod & sua virtute,& Luculli amicitia facilè impetrauit. Deinde lite mota à Græco quodam, Cicero ipsum defendit,vbi multa de laudibus poeticæ dixit. Pædianus . Fuit item Archias,qui cōdidit Syracusas,vt scribit Volaterranus. Rursum Archias,fuit Hyblæus quidam præco celeberrimus:i vicit tres Olympiadas & Pythica:vbi icon ipsius & epigramma Græcum.Pollux.

Archiatrus, archiatri,pen. correp. (ἀρχιάτρος,) Latinè dicitur primus & princeps medicorū . Alciatus Codice de Comitibus & Archiatris,inte:pretatur medici principis. ἀρχὸς enim principem,ἰατρὸς medicum significat.

ARCHIDAMVS, penul.correp. (ἀρχίδαμος,) princeps Lacedæmoniorum,vir bello clarus, Telidis filius,Methonem ad Atheniēses defecientem recepit.in bello contra Pilum primus è naui prosiliēs, nec vulneratus est,nec scutum amisit.denique aduersus Amphipolim strenuè decertauit.Insimulatus postremò,quòd Agnonis Thraciæ regis amicitiæ studerer,damnatus est,vt scribit Suidas.

* Archigubernius,(ἀρχικυβερνήτης,) est gubernatorum princeps, vel classis præfectus.Iabolenus li.16.Digest.Titulo ad Senatuſ. Treb.l.ei⁹.

ARCHILOCHVS, penul.corre.(ἀρχίλοχος,) poeta Græcus iambicus qui persecutus est Lycamben socerum suū, quòd ei filiam, Neobolen, pactam alii locauerat , eumque Vna cum filia ad laqueum, ob Iamborum petulantiam in eos scriptorum compulit, Acron in Horat. epod. lib.1.c.Ex quo Horatius in Arte 16. Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Et 1.epist.20.c. – animoque sequutus Archilochi, non res. Ouidius in Ibin 11. Tinctā Lycambæo sanguine tela dabit. Quintil.lib.10.cap.1. Archilochus primus inter eos qui Iambos scripserit plerisque in hoc vis elocutionis,cum validæ , tum breues ,vibrantesque sententiæ,plurimum sanguinis atque neruorum,adeò vt videatur quibusdam , quòd quoquam minor est,materiæ esse,non ingenii vitium.Eminuit regnante Romulo,vt ait Cic.in Tusculano. Idem Attico,lib.16.epi.3.Et Vt Aristophani Archilochi Iambus , sic epistola longissima quæque , optima videtur. Fuit item Archilochus , Nestoris & Eurydices filius,vt docet Homerus in Odyss.

Archilochius,adiectiuum,(ἀρχιλόχειος,) Cic.Attic.lib.2.16.1.Archilochia edicta Bibule populo ita sunt iucunda,vt eum locum vbi proponuntur,præ multitudine eorum qui legunt,transire nequeamus .

Archimagirus, archimagiri,pen. prod. (ἀρχιμάγειρος,) Princeps & magister coquorum,qui præest coquinæ.Iuue. Sat.9.11.Finxerit pariter librarius,archimagiri.Carptores.

Archimandrita, huius archimandritæ,penul.prod.(ἀρχιμανδρίτης,) Id significat quod dicimus abbaten.Prisci enim illi monachi eremos colentes ἐν τοῖς μάνδροις , id est in speluncis & cauis montium habitabant.Alciatus.

ARCHIMEDES,pe.prod. (ἀρχιμήδης,) Syracusanus,geometra nobilissimus tanta in ipsa scientia delectione dicitur versatus,vt sæpenumero inuitus ad balnea ductus,dum perungendus in cratere constituere tur,per corporis vnguēta,figuras ac lineamenta digito inscriberet.De quo plura apud Plutarchum in vita Marcelli. Cicero in Tusculano. Quū esset in Sicilia quæstor & alter,sepulchrum eius inter vepres inuentum se gloriatur.Fuit & alter Archimedes grāmaticus,genere Trallianus, qui commentarios in Homerum & Mechanica scripsit.Author Suidas.

Archimimus, archimimi. pen. prod. (ἀρχιμίμος,) Latinè dicitur princeps histrionum. Tranquillus in Vespasiano,Fauo archimimum personam eius ferens, sustinensque (vt est mos) facta ac dicta viri interrogaris palàm procuratoribus, quanti funus & pompa constaret,vt audiuit sestertium centies, exclamauit centum sibi sestertia darent,ac se vel in Tyberim projecturum. Verba sunt histrionis significantis extremam principis parsimoniam.Budæus.

Archipirāta, archipiratæ,m.g.pen. prod. (ἀρχιπειρατής,) Prædonum dux.Cice.7.Verr.52. Archipiratam ipsum vider nemo,de quo supplicium sumi oportuit. Idem 2.Offic.66. Ille qui archipirāta dicitur,nisi æquabiliter prædam dispertiat,aut occiditur à sociis , aut relinquitur .

Archippocomus, pen.corre.(ἀρχιππόκομος,) Hippocomo rū præfectus. Hippocomi aūt sunt hostes equorū curæ præfecti,quales scutarii in comitatu regis vocant. Budæus.

ARCHITAS,pe.prod.(ἀρχύτας,) Tarentinus philosophus,cuius meminit Cice. lib.3.de Oratore,Pythagoricus fuit,Tarentinorum Rem publicam rexit,exercitus ductando,nec vnquam superatus,vt author est Aristoxenus.Scripta eius non feruntur, nisi quædam ad Platonem epistola,eius in Geometria discipulum.Cuiusdam Architæ geometræ & astrologi meminit Horatius lib.1.Carm.ode 28.qui naufragio tandem periit. Fuit item Archytas,alius Mitylenæus musicus:i cui quum probro daretur quòd non exaudiretur,respondit , Instrumentum prome loquitur. Fuere præterea alii duo:Vnus qui de Agricultura scripsit,alter poeta epigrammatum. Author Diogenes.

Architectus, architecti, (ἀρχιτέκτων,ὁδοδόμος,) Is est (inquit Budæus) quem Græci architectona vocant , quasi structorum,qui Græcè tectones dicuntur,princeps. Plinius lib. 34.cap.14.de magnete,Eodem lapide Dinocrates architectus Alexādriæ Arsinoes templum concamerare inchoauerat , vt in eo simulachrum eius è ferro pendere videretur.Martialis lib.5.67.

Si duri puer ingenii videtur,

Præconem facias,vel architectum. Cic.1. de Orat. 32. Philonem illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

architectum,qui Athenienſibus armamentarium fecit, conſtat per diſcrte populo ratione operis ſui reddidiſſe. Idem Attico,lib.14. 301.1.

¶ Architectus,per tranſlationẽ:vt Architectus deus. Plaut. Amph. 3. 45. Deũm regnator,architectus omnibus? Plin.lib.10.cap.71.1. Cur enim alios alia ſapores appetunt? in quo vel præcipua naturæ architectiq; vis. In quibuſdam ſcriptis codicibus legitur, Naturæ architectio.

Architectus,quaſi machinator & fabricator. Cic.de Lege Agraria. Nunc quiſnam tam abſtruſus vſquam nummus videtur,quem,non architecti huius legis olfecerint? Plaut. Mil. 12.45. Adſunt fabri,architectiq́, eam quidem ad rem haud imperiti.

Architectus beatæ vitæ. Id eſt inuentor. Cicero 1.de Finibus.49. Eſq́ue ipſa quæ ab ipſo inuentore veritatis,& quaſi architecto beatæ vitæ dicta ſunt explicabo.

Princeps & architectus ſceleris. Cice.pro Cluent.47.
Ipſum principem atque architectum ſceleris abſoluerent.

Architectus & machinator. Ci.pro Roſcio Comœdo 78. Ex iis quæ nũc maximè fiunt,nonne quis poteſt intelligere, omnium architectum & machinatorem vnum eſſe Chryſogonum?

Architectus verborum Cic.de Claris Orat.61. Vt oẽs ferè Stoici prudẽtiſſimi in diſſerendo ſunt,& id arte faciunt ſuntq́, architecti penè verborũ:idẽ traducti à diſputando ad dicendum, inopes reperiantur.

✻ Architectio,onis. Pli.li.10.c.71. In quo vel pcipua naturæ architectio.

Architecton,architectonis,m.g.(ἀρχιτέκτων,) Idem quod Architectus, qui ſtructuris ædificiorum præeſt. Plaut. Pœn. 16.146. Me dolis iam ſuperat architectonem. Per tranſlationem dictum.

Architectonicus,pen.corr.adiectiuum,(ἀρχιτεκτονικός,) Ad architecto nem pertinens. Vitru.lib.9.cap.4. E qua per rationes architectonicas, circiniq́ue deſcriptiones eſt inuentus effectus in mundo.

Architector,architectoris, m.g. (ἀρχιτέκτων,) Id eſt architectus. Plaut. Moſt.9.64. Nam ſibi laudaſſe ædeis ait architectorem
Neſcio quem,eſſe ædificatas has ſane bene.

Architector,architectaris,architectari, (οἰκοδομέω,) Conſtruere, fabricare. Vitru.li.9.ca.4. Nanque in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt,collocauitq́; cardines, tanq́ contra. In Rhetoricis ad Herennĩ,lib.3.127. Cogitatio enim quanuis regionem poteſt amplecti, & in ea ſitũ loci cuiuſdam ad ſuum arbitrũ fabricari atque architectari.

Architectari voluptates,per metaphoram. Cic.2. de Finib. 85. Cur tandem ſapientia tantopere laudatur? an quòd ita callida eſt, vt optimè poſſit architectari voluptates? Architectari dixit,id eſt formam & rationem fruendarum voluptatum comminiſci & præſcribere, quemadmodum architecti opera maioris ſumptus & magnifica ingenti ratiocinatione architectari ſolent. Budæus.

Architectonice,architonices,pe.corr.ſ.g.(ἀρχιτεκτονική,) Architectandi ars. Quin.lib.2. Aliæ quoq; artes minores hãt multiplicẽ materiã, velut architectonice,nanq́; in oibus quæ ſunt in ædificio vtilia,verſatur.

Architectura,pen.prod. (οἰκοδομική,) Idem quod Architectonice. Cic. 1.Offic.110. Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut nõ mediocris vtilitas quæritur, vt medicina, vt architectura, eæ ſunt iis quorum ordini conueniunt,honeſtæ.

Architectura,Ipſum ædificium & opus interdum ſignificat. Plin. lib. 11. cap.14.4. Specus ipſe qua concameratur architectura?

Architriclînus, architriclĩni,pe.prod. (ἀρχιτρίκλινος,) dictũ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν τρικλίνων, hoc eſt à principatu vel ductu triclinjorum:quòd triclinii præeſſet,quem vulgò vocamus magiſtrum domus,Gallicè Maiſtre d'hoſtel. Valla lib.4.ca.34.

Triclinĩũ à tribus toris mensis ve appellatũ eſt. Ibi enim comedebãt, pcipuè in communium accepti,qui res ipſa poſtularet tres toros menſasve extrui. Qui autem hunc miniſterio præerat,architriclinum vocabant.

Archîuum, archĩu,pen.prod. (ἀρχεῖον,) Ex Græco factum eſt, ἀρχεῖον. Archium autem etiam magiſtratuum ædes ſignificat,& regiam,& palatium, & iudiciale forum. Ex quo factum, vt archium,& interpoſita V,archiuum,ſignificet chartophylaciũ:quia ἀρχεῖα vicina ſunt chartophylaciis, quæ eadem ſunt cum grammatophylactis,vel chartophylacia potius eorum membra in quibus hodie actuarii & ſcribæ exceptoresque acta publica condunt. Budæus.

Archon, archontis, (ἄρχων,) Archontes qui fuerint,non planè cõſtat. Sudas nouem fuiſſe author eſt, & inter eos numerat theſmothetas:rectè, vt opinor,quum idem ſentire videatur enarrator Demoſthenis:quippe qui archontas etiam theſmothetas appeller. Sed vnus erat princeps collegii & præfectus,qui hegemon & prytanis vocabatur Athenis. Prytanes autem erant numero quinquaginta, decimam partem concilii & curiæ quinquagenariæ efficientes, in orbem περιτταυόντες,in ſingulos menſes vices mutantes. Verum is archon, qui inter archontas peculiarem appellationem retinuit, etiam prytanis dictus eſt. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat,atque ideo quæſtionis index dictus eſt, & Quæſitor: ita hic Archon Athenis τοῖς δικαστηρίοις μεγομένοις præſidebat. Hæc Budæus in comment. Græcis. Cice.de Fato 30. Morietur Epicurus quum duos & ſeptuaginta annos vixerit,archonte Pytharato.

Archos, (ἄρχος,) Latinè princeps dicitur. Erat autẽ Athenis ſummus magiſtratus, vt in Galienis ſcribit Pollio. Alcuatus.

Arcitenens, pen.corr.huius arcitenentis,adiectium, (τοξότης, ἑκάτη,) pro Apolline,ab arce Acropoli in qua colebatur. Virgil.3.Aeneid.15.

Quam pius Arcitenens oras & littora circum
Errantem Mycone celſa, Gyaroq́ue reuinxit. Vel etiam ab arcu tenendo: quòd ſemper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. Ouid. 2.bel.Pun. Deinde pollẽs ſagittis,inclytus,arcitenens, ſanctusq́.
Delphis prognatus Pythius Apollo.
Arcitenens Sagittarius. Cic.in Arato 21.

Arcio, arcis,arciui,arcitum, arcire, pro Indere & adigere accepiſſe videtur Cato,cap.40.2.

Arcte, aduerbium, Vide Arctus in ARCEO.

Arcticus, Vide ARCTOS.

Arcto, arctas, Vide ARCEO.

Arctophylax, pen.corr.arctophylacis,pen.prod.m.g. (ἀρκτοφύλαξ,) hoc eſt cuſtos Vrſæ, ſtella quę & Arcturus,hoc eſt cauda Vrſæ,ſiue Bootes dicit. Cic.2.de Nat.deor.142.

Arctophylax vulgò qui dicitur eſſe Bootes,
Quòd quaſi temone adiunctam præ ſe quatit Arctum. Ouid.3.Fast. 81. Siue eſt Arctophylax,ſiue eſt piger ille Bootes.

Arctos, fœ.ge. (ἄρκτος,) Latinè vrſa dicitur, ſignum cœleſte.

ARCTI,duæ ſunt, quæ Septentrionali polo nixæ vehuntur, Arctus circulo clauſæ,& ita collocatæ,vt vtraque reſupinata, alterius conſpgat caput:ſed caput eius ſ̃ ſuperior eſt,ad caudam inferiori, cõmiſſa alteram,maiorẽ Vrſam ſiue Helicem alteram minorẽ Vrſam,ſiue Cynoſurã. lingua,Cynoſuram,id eſt canis caudã nominãt. Illã Cretæ pepulũ notare ſoliti,hãc Sidonii aſpicientes aſſiduè nauigant. Ouid.3.Fast.110.

Eſſe duas Arctos,quarum Cynoſura petatur
Sidonis,Helicen Graia carina notat.

Helicen ſcribit Heſiodus Caliſtona. Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuiſſe. Hanc ſtudio venationis inductam relicto patre,ſola in ſylvas cõtuliſſe,factamq́ue vnam ex comitibus Dianæ:à qua quũ miniſtrare ametur, quodam die ſolam in ſyluis inuentam,ab Ioue compellam fuiſſe. Quod facinus quum aliquando celaſſet, tandem iuſſam cum cæteris virginibus lauari,tumore vteri crimen detexiſſe. Quamobrem multatum deam,in Vrſæ effigiem illam commutaſſe,quæ Græcis ἄρκτος appellatur.in ea ſpecie non multo pòſt filium peperiſſe, quem Arcada nominauit:à quo poſtea ducta eſt Arcadia Peloponneſi regio. Hyginus apud Ciceronem 2.de Natu.deorum 149.

Extremusq́ue adeo duplici de cardine vertex Dicitur eſſe Polus.
Hunc circum ἄρκτοι duæ feruntur,nunquam occidentes
Ex his altera apud Graios Cynoſura vocatur,
Altera dicitur eſſe Helice.

Arcti gemmæ,Id eſt Vrſa maior & minor. Ouid.3.Metamorpho.4.
–tantoq́ue eſt corpore,quanto
Si rotum ſpectes,geminas qui ſeparat Arctos. Virgil.1.Georg.240.
–perq́ue duas in morem fluminis Arctos,
Arctos,Oceani metuentes æquore tingi.

Arcti gelidæ. Virgil.6.Aeneid.4.de Dædalo, Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

Arctos ſicca. Ouid.1.Triſt.eleg.2.6.
Nunc gelidus ſicca Boreas bacchatur ab Arcto.

¶ Arctos,Claudianus dixit,pro illis qui Septentrionalem regionem habitant ſub Arctis poſitam.4.Paneg.68.
Atque indignantes in iura redegerit Arctos.

Arcticus,pe.cor.ἀρκτικός, Adie. vt polus Arcticus,id eſt Septentrionalis, ſiue Borealis. Cui oppoſitus eſt Antarcticus pol⁹,Hoc eſt Meridionalis.

Arctõus,pe.pro.(ἀρκτῶος,) adiectiuũ ab arcto,Idẽ quod Septentrionalis. Mart.lib.10.Felices q̃bus vrna dedit ſpectare cornicẽ,Solib⁹ Arctous. ſyderibuſq́ue ducem. Senec. in Herc. Oeth.8.16. Arctous gelus.
Arctous orbis. Lucanus lib.1.11.
Arctoa ſedes. Senec.in Herc.Oeth.12.10.

Arctûrus, pennl prod. (ἀρκτοῦρος,) Stella eſt (inquit Seruius) poſt caudam maioris Vrſæ poſita: vnde Arcturus dicta eſt ἀπὸ τῆς οὐρᾶς,καὶ ἄρκτου. Virgil.1.Georgic.

At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum
Arcturum, tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Idem alio loco Seruius. Arcturus,ſtella eſt in ſigno Bootæ poſt Septentrionem cuius ortus & occaſus tempeſtates grauiſſimas facit. Plin.lib.13.cap.8.2. Cice.2.de Natu.deorum 159. –huic enim Booti
Subter præcordia fixa videtur

Stella micans radiis Arcturus nomine claro. Horat.3.Carm.1.6.
Nec ſæuus Arcturi cadentis Impetus,aut orientis Hœdi. Arctos.

Arctus, Vide ARCEO.

Arcuatus, adiectiuum. Vide ARCVS.

Arcubii, Qui excubabant in arce. Feſtus.

Arcula, Vide ARCA.

Arculâta, penult. prod. Vocabant antiqui circulos qui ex farina in ſacrificiis fiebant. Feſtus.

Arculum, penult. corr. Appellabant circulum, quem capiti imponebant ad ſuſtinenda commodius vaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur. Arculus putabatur etiam Deus qui tutelam gereret arcarum. Feſtus.

Arcus, huius arcus,m.g. (τόξον,) Feſtus, Arcere eſt continere:vnde & arcus in ædificiis dictus eſt, quia ſe ipſe continet. Alii dicunt arcum dictum eſſe ab opere arrigendo in altitudinem. Nonius, Arcus & Arquus hoc diſtant. Arcus enim, omnis ſuſpenſus fornix appellatur. Arquus,non niſi qui in cœlo apparet, quam Irim poetæ dixerunt. Vnde & arquati dicuntur,quibus color, & oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Lucret.lib.6. Tum color in nigris extabat nubibus arquis. Hæc Nonius.

Efficere arcum compagibus lapidum. Ouid.3.Metam.3.
Et ſpecus in medio virgis ac vimine denſus,
Efficient humilem lapidum compagibus arcum.

Dacere arcum. Ouid.3.Metam.32. –ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo:nam pumice vno,
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.

Dicare arcum. Tacit.lib.2.Pine annũ arcus propter ædem Saturni ob receptas ſignas cum Varo amiſſa, dicantur.

¶ Arcus,quo ſagittæ emittuntur. Virg.11.Aeneid.
–iaculo palmas onerauit acuto.
Spiculaq́ue ex humero paruæ ſuſpendit,& arcum
Pro crinali auro,pro longæ regmine pallæ.

Acer arcus. Vide ACER.

Aduncus arcus. Ouid.4.epiſt.9.

Corneus arcus. Ouid.1.Metam.140.

Flexibilis arcus. Ouid.3.Amorum,eleg.4.6.

Laxus arcus pro non tenſo. Silius lib.3.124.

Letifer arcus. Virg.10.Aeneid.33.

Minax arcus. Horat.3.Carm.ode.27.2.

Sinuoſus arcus. Ouid.1.Amorũ,eleg.1.6.Et.8.Meta.77. Sinuatus arcus.

Sonans arcus. Virg.1.Aeneid.104.

Trux arcus. Stat.3.Sylu.1.7.

Vaſtus arcus. Senec.in Herc.furente.11.10.

¶ Adducere arcum. Virg.1.Aeneid.100.
Pòſt acer Mneitheus adducto conſtitit arcu
Alta petens,pariterq́ue oculos telumque retendit.

Ceruos arcu cohibere. Horat.4.Carm.ode.6.7.

Compeſcere arcum, Id eſt continere ne iaculetur. Claud.de Raptu Proſerp.1.47. –compeſcunt arcum Cum gemitu.

Contentus arcus, Id eſt Tenſus. Ouid.6.Metam.58. Et lib.1.de Arte.39.

Corripere manu arcum. Virg.1.Aeneid.39.

Curuare arcum. Stat.1.Achil.98.

Curuatus in arcum portas. Virg.1.Aeneid.107.

Arcu tela dirigere. Horat.4.Carm.ode.9.4.

Dirigere arcum in aliquem. Perſ.Saty.5.6.

Expedire alimenta arcu. Tacitus lib.1. Illauie obſtus & alimenta arcu expedicus. Significat illum venatu toleraſſe vitam.

Expellere ſagittam arcu. Ouid.8.Metam.77.

Fallit arcus dexteram. Senec.Herc.Oetheo.13.10. Nec fallet dexteram hic arcus tuam.

Flectere arcum coactis cornibus. Senec.Here.furente.11.10.

Fugam dat ſagittis arcus. Senec.in Herc.Oetheo.13.10.

Intendere arcum. Senec.Herc.Oetheo.4.40. Vide INTENDO.

Intentus arcus. Cic.pro Seſtio.11. Fuerat ille annus tanquam in Reipublicæ magno metu & multorum timore arcus intentus in me vnum.

Lentare arcum pro Curuare. Stat.1.Achil.88.

Librat telum arcus. Senec.Herc.Oetheo.13.10.

Lunare arcum, Id eſt in Lunæ ſpeciem cornua contrahere. Ouid.1.Amorum,eleg.1.6. Lunauitq́ue genu ſinuoſum fortiter arcum.

Minatur arcus,& ferit. Horat.in arte poetica.71.
Non ſemper feriet quodcunque minabitur arcus.

Obuertere arcum in aliquem. Ouid.13.Metam.122.

Petere aliquem arcu. Stat.1.Thebaid.76.

Porrigere arcum, Fateri ſe victum. Ouid.2.Faſt.46.
Nunc petit Armenium pacem,quum porrigit arcus
Parthus eques,timida captaq́ue ſigna manu.

Protendere arcum ab alto. Sil.lib.13.42.

Remiſſus arcus,pro non tenſo. Horat.3.Carm.ode 27.14.

Retendere arcum lentum. Ouid.2.Metamor.84.

Retendere arcum,pro Tenſum laxate. Stat.4.Sylu.4.6. Et ſoutes operit pharetras,arcumq́ue retendit Parthus.

Retentus arcus. Ouid.3.Metamor.16.

Sinuare patulos arcus. Ouid.8.Metamorpho.16.

Stringere aliquem arcu. Stat.1.Sylu.16.

Sumere manu arcum. Ouid.2.Metamorpho.71.

Suſpendere arcum humeris. Virgil.1.Aeneid.65.

Temperare neruis arcum. Ouid.10.Metamorpho.22.
Qui citharam neruis,& neruis temperat arcum.

Tendere arcum. Horat.2.Carm.ode 10.4.

Tendere aeres arcus. Virgilius 7.Aeneid.33.

Tendere aliquò arcum. Perſ.Saty.5.6.

Tenſus arcus. Stat.3.Sylu.1.11.

¶ Arcus dicitur in nubibus,quam Irim poetæ appellant:& tam ſecundæ quàm quartæ declinationis eſt. Cic.3.de Natu.deorum 69. Cur autem arcus ſpeciei non in deorum numero reponatur?

Bibit ingens arcus. Virgil.1.Georgic.76. Ouid.1.Metamorpho.55.
Concipit iris aquas,alimentaq́ue nubibus affert.

Cœleſtis arcus. Vide COELVM.

Coloratus quodammodo arcus ex nubibus. Cic.3.de Natu.deor.69.

Colores varios trahit arcus. Virgilius 5.Aeneid.18.
–ceu nubibus arcus
Mille trahens varios aduerſo Sole colores.

Imbrifer arcus. Tibullus lib.1.eleg.4.9.

Ingens arcus ſub nubibus. Virgil.9.Aeneid.3.

Pluuius arcus. Horat.in Arte Poetica 4.

Arcus variata luce rubens. Claudian.epigram.6.1.

Arcuo, arcuas, arcuare, (κεκαμπυλόω,) In modum arcus cornare. Plinius lib.10.cap.6.17. Illam autem quæ non arcuatur, ſepa Græci vocant, alii ſcolopendram. De multipedis tertę vermibus loquitur.

✻ Arcuatus,a,um,penul.corr. (κεκαμπυλωμένος,) Curuatus in modum arcus. dicitur & Arquatus. Vide Arquatus. Lunus lib.1.ab Vrbe 87. Ad id ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit. Plin.epiſto. 254. Ipſę peruenit ad fontem pulchriſſimum,ex quo videtur aqua debere perduci,ſicut initio tentatum erat, arcuato opere.

Arcuatus,eſt etiam ictero correptus: à nomine arcus pro Iri in nubibus: vnde Arcuatũ pecus,quod morbo icterico,id eſt regio laborat: quòd arcus cœleſtis ei concolor eſt. Colu.lib.7.cap.5.15. Bilis æſtuo tempore non minima pernicies, potione depellitur humanæ veteris vrinę, quæ ipſa remedio eſt etiam pecori arcuato. Vide ARQVATVS.

Arcatus,pen.prod.pro Arcuatus,apud Ouidium legitur 11.Metamor. Iris & arcato cœlum curuamine ſignans.

Arcuatim,pen.prod.aduerbium,In modum arcus. Plin.li.19.c.6.17. Millepeda,ab aliis centipeda aut multipeda dicta:ita eſt è vermibus terræ piloſum,multis pedibus arcuatim repẽs,tractuq́ue contrahens ſeſe.

Ardalides muſæ cognominatæ ſint ab Ardalo Vulcani filio, q cũ ad tres xenios tibiã & muſas deriſiſſet,eas ita appellauit. Plut.in Sym. & Ste.

ARDEA, (ἄρδηξ,) Nomen vrbis in Latio: à feruore regionis ſic dicta quæ decem & octo miliaria ab vrbe eſt poſita. Martialis.
Ardea ſolſtitia,Peſtilentiaq́ue rura perantur,

Quique Cleonæ ſydere feruet ager. Dicta quoque Ardea,à Danae Perſei matre. Vel à Dauno Pilumni filio,qui eam condidit vt quidam exiſtimant. Vide Fabulam apud Ouidium lib.14.Metamor.111.

Ardeas,Ardeãtis,penu.prod.vel Ardeatinus,adiectiuum,(ἀρδηάτης.) Cice.1.de Natu.deorum 63. Cui in agro Ardeati rem diuinam facere ſolemnis. Legitur & Ardeatino.

Ardea, (ἀρδηττος,) vulgo Airone, vt quidam putant Auis eſt, ſic dicta quaſi ardua, inquit Seruius: quæ quum altius volauerit, ſignificat tempeſtatem. Virgil.1.Georgic.73.
Atque altam ſupra volat ardea nubem.

Ardelio, ardelionis,m.g. (πολυπράγμων,) Ab ardeola deducitur, ſi cur à ſtella ſtellio, à tabella tabellio. Eſt autem Ardelio, homo inquietus,& huc atque illuc ſemper volitans,falleus, manus iactans,togam modò deiiciens,modò reponẽs,& omnibus negotiis ſeſe immiſcẽs,qualẽ fuiſſe Attalũ legimus,ad quẽ ſic ſcribit Martialis,li.2.7.
Declamas beliũ,cauſas agis Attale beliũ:
Hiſtorias bellas,carmina bella facis. Deinde ſubiungit,
Nil bene quum facias facis attamen omnia belle:
Vis dicam qui ſis?magnus es ardelio. Sipontinus.

Ardeo, ardes,arſi,arſum, (πυρίσσω,καίομαι,πίμπλαμαι,) ardere, vt author eſt Nonius,igneſcere,& cõcremari. Virg.1.Ae.104.
Nanque volans liquidis in nubibus arſit arundo. Idem lib.2.693.
–iam proximus ardet Vcalegon. Plin.lib.12.cap.14.13.
Thus probatur carbone,vt ſtatim ardeat.

Arſi,præterinum. Horat.2.Carm.ode 4.2. Arſit Attrides medio in trium pho Virgine rapta. Idem 1.Sermo.ſaty.8.9. Largior arſerit ignis.

Ardere in immenſum. Ouid.3.Metamorpho.44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ardet in immensum geminatis ignibus Aetna.

¶ Ardere, actiua significatione, pro Adurere. Virgil. 4. Georg. 85.
Ardebat Sirius Indos. Horat. 1. Sermo. saty. 5. –vbi sedulus hospes
Pene macros arsit dum turdos verſat in igne.

Ardent altaria, impositis fibris. Virgil. 3. Georgic. 96.

Incendere, & ardere. Cicc. 2. de Orato. 101. Tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor, oculis, vultu, gestu, &c. Vt mihi non solùm in incêdere iudicem, sed ipse ardere videaris.

¶ Ardere incendio per translationem. Liu. 9. bel. Pun. 154. Et Syphacem & Carthaginenses, nisi Orientem illum ignem oppressissent, ingenti mox incendio, quum iam nullam opem ferre possent arsuros? Cicc. in Orato. 128. Omnibus terris, vna Gallia communi non ardet incendio. Quod conflagrare alio loco dicit.

¶ Ardere, Fulgorem & splendorem emittere. Virgi. 4. Aeneid. 53. Tyrióque ardebat murice læna. Columel. lib. 9. cap. 3. de apibus, Virgilius maximè probat parúulas, oblongas, leues, nitidas, ardentes auro, & paribus lita corpore guttis. Virgil. 10. Aeneid.
Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma Funditur.
Idem 11. Aeneid. 120. Campique armis sublimibus ardent. Vbi Seruius, Ardent, resplendent. Idem 7. Aeneid. Quibus arserit arma.
Vbi Seruius, Aut splenduerit, aut amore flagrauerit.

Ardent oculi. Cicc. 6. Verr. 130.
Nam quum spumas ageret in ore, arderent oculi.

¶ Ardere, Festinare veluti cum ardore quodam. Virgil. 12. Aeneid. Ardet in arma magis. Nonius. Idem 1. Aeneid. Instant ardentes Tyrii.
Vbi Seruius, Ardentes, multum festinantes.

¶ Ardeo te videre. Plin. in epist. Virg. 4. Aeneid. 57. Ardet abire fuga.

Auidi coniungere dextras Ardebant. Virgil. 1. Aeneid. 104.

¶ Ardere aliquem, pro Impatienter amare, vt ait Seruius. Virgil. in Alexi, Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.

Ardere aliquo, siue aliqua. Horat. Epodum 13. 2.
Non aliter Samio dicunt arsisse Batillo Anacreonta Teium.

Ex equo ardere, pro Se inuicem amore complecti. Ouid. de Pyramo & Thisbe 4. Metamorpho. 13.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.

Ardet in illa. Ouid. 8. Metamorpho. 10. Meritò deus arsit in illa. Et libro 9. 146. Ardere in virgine.

Feliciter ardere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 3.
Siquis amat, quod amare tuum, feliciter ardet.

Ardebat amore illius hospitæ. Cicc. 4. Verr. 30. Terent. Eunuc. 1. 1. 27.
Et tædet, & amore ardeo.

¶ Ardere, Furere, vel irasci. Virgil. lib. 10. Aeneid. 102.
Proxima quæque metit gladio, latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro, Et lib. 1. Aeneid. 99.
Pentheſilea furens, mediisque in millibus ardet.

¶ Ardere, Accensum esse. Virgil. 9. Aeneid. 133. Atque his ardentem dictis affatur Iulum. Vbi Seruius, Ardentem desyderio dimicandi.

Ardet animus mihi. Cicero 2. de Finib. 22. & pro Cœlio 29. Nunc enim demum mihi animus ardet; nunc meum cor cumulatur ira.

Ardet ad vlciscendum animus. Cæsar 6. bel. Gal. 124.

Ardere in arma. Virgil. 12. Aeneid. 14. de Turno.
Illam turbat amor, figitque in virgine vultus, Ardet in arma magis.

Ardere bello, pro Accensum esse & oppressum. Cicc. Attic. lib. 6. 116. 4.
Quum arderet Syria bello. Liu. 6. bel. Pun. 66. Quum hostis alienigena in Italia esset, & Annibal hostis, & cuncta bello arderent. Cicc. Seru. Sulpitio lib. 4. 1. 7.
Orbem terrarum imperiis distributis ardere bello.

Auaritia. Cic. 3 de Finib. 57. & pro Rosc. Amerino 53.

Cupiditate. Cic. de Claris Oratorib. 167. Ardebat autem cupiditate sic, vt in nullo vnquam flagrantius studium viderim. Hoc est vehementer cupiebat. Et 3. de Legib. 70. Ardentes tum cupiditate, tum &c. Sic Ardere cupiditate alicuius rei, vt pugnandi. Cic. in Pisonem 44. & Cæsar 3. bel. Ciuil. 103. Item desyderio, Cic. 4. Tuscul. 56.

Cura. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 17. 8.

Curis flagrantius. Silius lib. 16. 119.
Nec Latium curis ardet flagrantius vllis.

Dolore. Cic. Attico, lib. 9. 173. 10. Non angor, sed ardeo dolore. Et lib. 2. 34. 9. Ardet dolore & ira noster Pompeius.

Podagræ doloribus. Cic. 5. de Finib. 162. Hoc est consumi arthritide,

Flagitio. Plaut. Casina 25. 1.
Maximo ego ardeo flagitio, nec quid agam meis rebus, scio:
Nec meam vt vxorem aspiciam contrà oculis ita disperii.
Quia palàm sunt probra, omnibus modis occidi miser.

Iracundia. Terent. And. 3. 2. 12.
Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.

Ardet inuidia, cui inuidetur. Liu. 5. ab Vrbe. 50. Quum arderent inuidia non Patres modò, sed etiam Tribuni plebis, cooptati pariter, & qui cooptauerant, &c.

Res ardet inuidia. Cic. ad Quin. Fratrem, lib. 2. 16. 10.

Odio. Cicc. 4. Philipp. 154. Ardens odio vestro, cruentus sanguine ciuium Romanorum.

Odia ardent in illum. Cicc. pro Milone 30.
Omnia in illum odia ciuium ardebant desyderio mei.

Studio belli. Cicc. pro Deiotaro 20. Ardere studio historiæ, Cicc. Attico, lib. 16. 337. 4. Ardere studio & amore alicuius, Cic. ad Quin. fratrem, lib. 1. 2. 16. Sic Ardere studio veri reperiendi, Cicc. 4. Acad. 118.
Idem 3. de Orato. 72. Ardentes studiis Græcis.

Studio equorum ardere. Horat. 2. Epist. 1. 19.
Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum.

Ardesco, ardescis, (φλέγομαι, αἴθω,) ardescere, Idem quod ardere. Virgi. 1. Aeneid. 144. De Didone, Experi mentem nequit, ardescitque tuendo. Plin. lib. 33. cap. 3. 19. Primum autem bonitatis auri argumentum est, quàm difficillime accendi. Præterea mirum: prunæ violentissimæ igni indomitum, palea citissimè ardescere. Ouid. 1. Metamor. 52.

Sed timuit ne fortè sacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas, totusque ardesceret axis.

Ardescere in iras. Ouid. 5. Metamorpho. 9.
Tum verò indomitas ardescit vulgus in iras.

Ardescunt cæde. Ouid. 12. Metamor. 43. de Centauris & Lapithis.

Ardescere facilè, Id est facilè flammam concipere. Lucret. lib. 6. 112.

Ardescere lyæo, Id est incalescere mero. Silius lib. 11. 61.

Ardescit dira cupidine pectus. Lucret. lib. 4. 220.

Ardescere in sceſtas nuptias. Taci. li. 11. Haud multo post flagitia vxoris noscere ac punire adactus, vt deinde ardesceret in nuptias incestas.

Ardescere mucronem iussit. Tacit. lib. 15. Promptum vaginæ pugionem tustate obtusum increpans, asperari saxo, & mucronē ardescere iussit.

Ardens, participium, (αἴθων,) Quod ardet.

Ardens febris. Plin. li. 20. ca. 10. 3. Ardentibus febribus imponit cibi potus.

Ardentes equi. Virgil. 1. Aeneid. 96. Ardentesque auertit equos in castra.
Vbi Seruius, Ardentes, & candidos significat & volucres.

Ardens nubes. Virgil. 7. Aeneid. 29. –radiisque ardentem lucis & auro
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem. Vbi Seruius, Atque ardentem, alii fulmen, nubem ardentem dicunt: Vt Lucanus, Atque ardens aere solo, quos hoc loco secutus est. Alii fulmen dicunt accensione ardentem rimam, quos alibi sequitur, dicens, Ignea rima micanti
percurrit lumine nymbos. Hæc Seruius.

Ardentes papulæ: id est carbunculi, vt ait Seruius: vel furunculi ex adusta bile inflammati. Virgil. 3. Georgic. 111.
Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor Membra sequebat.

Ardentes literæ. Cic. Attic. lib. 14. 306. 4. Quin pater ad me grauia de filio, quòd matri maximè indulgeat, cui antea bene meminerit hæc nuncupat. Ardentes in eum literas ad me misit. Idem in Orat. 72. Nec quisquam qui audiret incenderetur, nisi ardens ad eum perueniret oratio.

Ardens virtus, Excellens & maxima. Virg. 6. Aeneid. 26. Aut ardua cessit ad æthera virtus. Ardens in cupiditatibus. Sallust.

Ardens, Mulrum festinus. Vide ARDEO. Virgil. 6. Aeneid. 1.
Iuuenum manus emicat ardens.

¶ Ardens, Qui amat. Ouid. 14. Metamorpho. 139.
–miserere ardentis, & ipsum
Quod petit, ore meo præsentem crede precari.

¶ Ardentes auro apes, Id est aureo colore elucentes. Virg. 4. Georg. 99.

Ardentes clypei, Fulgentes. Virg. 2. Aeneid. 146.

Ardentum, genitiuus pluralis. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 38.
Vide nouum Troiæ decus, ardentumque deorum Raptor erat.

Ardens, (διαλάμπων,) nomen ex participio. vt Ardentillæ dies hodie. Plin. lib. 31. cap. 3. 15.

Amore ardens, confirmabat quòd desyderium &c. Cicc. 2. Philip. 62.

Ardentissimus color. Plin. lib. 21. cap. 4. 2. Addidere alii Milesium, cui sit ardentissimus color. De rosa in coronis loquitur. Idem lib. 2. cap. 18. 2. Soli quum oritur ardens color, postea radians.

Ardenti quidem studio hoc fortasse efficiam. Cic. ad Qu. fratrē, li. 2. 16. 3.

Ardentiore studio petere, pro vehementiore. Cic. 2. de Finib. 90.

Ardentes & erectos vos ad libertatem recuperandam adhortabor. Cicc. 5. Philipp. 159.

Ardenter, ardentius, ardentissimè, Aduerbium, (καυστικῶς,) Plin. lib. 17. cap. 19. 7. Austros ibi tam ardenter flare, vt æstatibus syluas accendant, inuenimus apud authores.

Ardenter cupere, Id est vehementer. Cicc. 4. Tuscul. 59. Sic Ardenter appetere. Cicc. 4. de Finib. 6.

Arsurus, pe. prod. participium futurum, (καυσούμενος,) Ouid. 14. Metamorph. 150. Luridaque arsuro portabat membra pheretro. Idem 8. Fasto. 102. Portat & arsuris arida ligna focis.

Ardor, ardoris, m. g. (καῦσων,) Vehemens calor. & incendium. Cic. 4. Acad. 214. Fore tamen aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. lib. 14. cap. 16. 2. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores.

Ardor flammæ feruidus. Lucret. lib. 5. 221.

Ardor flammeus exederat sylvas ab radicibus. Lucret. lib. 5. 252.

Ardere

Ardere flammæ conflagrare. Cic. Antequam iret in exilium. 1.

Ardere stellarum micare. Cic. 1. de Diuinat. 32.

Solis ardore torreri. Cic. in Somnio Scipionis. 22.

Sol ardorem dissipat in omnes partes. Lucret. lib. 2. 43.

Nimios Solis ardores defugere. Cic. de Senect. 48.

Ardor cœli vt fulminum iactus. Cic. 3. in Catil. 63.

Ardore terra dehiscit. Virgil. 1. Georg. 85.

Oculorum ardor. Cic. pro Corn. Balbo. 39.

Ardor nubium conflictu expressus. Cic. 2. de Diuinat. 64.

Vulturnin atque motuum ardor. Cic. 1. de Diuinat. 132. Vidi sæpe in Aesopo familiari tuo tantum ardorem vultuum atque motuum, vt eum vis quædam abstraxisse à sensu mentis videretur.

¶ Studium & ardor amoris. Cic. 1. de Orat. 66. Crassus ridens, Quid censes, inquit Cotta, nisi studium & ardorem quendam amoris?

Ardor animi consedit. Cic. in Orat. 47. Ardor animi non semper adest: isque quum consedit, omnis illi vis, & quasi flamma extinguitur.

Reflexo ardore cupiditatum omnium. Cic. 1. de Finib. 68.

Ardorem exercitus intendebant. Tacitus lib. 12.

Inijt eum magnus laudis ardor. Stat. 12. Thebaid. 15.

Idem ardor omnes habet. Virgil. 4. Aeneid. 117.

Inijcere ardorem. Vide INIICIO.

Infirmatus ardor. Stat. 6. Thebaid. 11.

Generosus ardor. Seneca in Octauia. 2. 5.

¶ Ardor edendi. Ouid. 8. Metam. 167. De Erisichthone,
Vt verò est expulsa quies, furit ardor edendi:
Perque auidas fauces, immensique viscera regnat.

¶ Ardorem ventrum de corde fugare. Ouid. 9. Metam. 101.

Ardorem dissimulare. Tibul. lib. 4. eleg. 3. 8.

Ardesco, Vide ARDEO.

ARDVENNA, Gallиæ maxima sylua, (Ἀρδουέννα ὕλη,) De qua sic Cæsar lib. 6. Comment. 103. Ipse quum maturescere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus per Arduennam sylvam, quæ est totius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni, finibusque Treuerorum, ad Neruios permet, millibusque amplius quingentis in longitudinē patet, L. Minutiū Basilū cum omni equitatu præmittit. Idem lib. 5. 111.
At Inducionarus equitatum peditatumque cogere, iussis qui per ætatem in armis esse non poterant, in sylvam Arduennam abditis, quæ ingenti magnitudine per medios fines Treuerorum à flumine Rheno, ad initium Rhemorum pertinet, bellum parare instituit.

Ardus, Vide ARIDVS.

Arduus, ardua, arduum, (ἀνάντης, ὀρθοτενής,) derivatum nomen ab Ardeo, ardes, vt nonnullis placet, significat difficile & molestum. Sallust. in Catil. At mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & authorem rerum: tamen in primis arduum videtur, res gestas scribere. Quod verbum exponens Gellius lib. 4. cap. 11. inquit, Sed arduum Sallustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque posuit quod Græci δύσκολον aut χαλεπὸν appellant: quod est cum difficile, tum molestum quoque & incommodum & intractabile. Plin. lib. 2. cap. 46. 1. Tam ardua inuentu, perquirere, inter bella præsertim, & inhida hospitia. Horat. 1. Carm. ode. 3. 8. Nihil mortalibus arduum est.

Arduus mundus. Virgil. 1. Georg.
Mundus vt ad Scythiam, Riphæasque arduus arces
Consurgit. Vbi Seruius, Arduus, excelsus, & summo vertice artatus.

Arduus æther. Ouid. 1. Metam. 31. & Virg. 1. Georg. 65.

Codrus arduus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 3.

Clivus arduus in valles. Ouid. 1. Fast. 53.
Arduus in valles per fora clivus erat. Nota arduum de profunditate etiam dici, ad quam via sit difficilis.

Ardua cervix equi. Virg. 3. Georg. 16. Horat. 1. Serm. saty. 2. 18.

Amantes ardua dumi, Id est colles. Virg. 3. Georg. 62.

Arduus collis & deruptus. Tacitus lib. 2.

Arduus ascensus. Cic. 1. de Orat. 144. & Cæsar. 2. bel. Gal. 346.

Difficilis ascensu & arduo erat oppidum. Cic. 6. Verr. 45.

Arduus aditus. Liuius. 4. bel. Pun. 157. Eadem causa ad subeundum arduum aditum, instabilemque ingressum præbebat.

Per arduum scandere. Horat. 2. Carm. ode. 19. 5.

* Solis opere arduis pro eo, quod ad colēdū difficile est. Plin. lib. 17. c. 4.

Ardua via. Cic. 1. Tuscul. 46.

¶ Ardua, & Ardua terrarum, pro sublimibus locis. Virg. 5. Aeneid. 138.
–tonitruque tremiscunt
Ardua terrarum. Vbi Seruius, Ardua terrarum, periphrasis montium. Liuius. 2. ab Vrbe. 174. Fixis in terram pilis, quo leuiores ardua ascenderent, cursu subeunt.

Ardua castellorum excindere. Tacitus lib. 11.

Res arduę ac difficiles. Cic. 1. de Inuēt. 142. Patiētia est honestatis aut vtilitatis causa, rerū arduarū ac difficilium volūtaria ac diuturna ppessio.

Magnum opus omnino & arduū Brute conamur: sed nihil difficile amanti putato. Cic. in Orat. 18.

Res arduæ, pro Rebus aduersis. Horat. 2. Carm. ode. 3. 1.

Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem.

Arduī operis erat. Plin. lib. 8. cap. 16. de leonibus, Capere eos arduī erat quondam operis. Hoc est maximi laboris.

Ardua res, pro Arduo negotio. Ouid. Ardua res vicisse alios.

Ardua molimur: sed nulla nisi ardua vincunt. Ouid. 2. de Arte amā. 108.

¶ Ardua promissa. Claud. in Eutrop. 2. 64.
–furtim tamen ardua mittit
Cuim donis promissa nouis. Id est immensa & magnifica.

¶ Arduum pro Ardenti & animoso posuisse videtur Virgilius lib. 9. 11. quum inquit, Principium pugnę, & campo sese arduus infert.

Arduitas, pen. corr. arduitatis. Altitudo. (τὸ ἀνάντες) Varr. 2. de Re rust. cap. 10. 2. Neque enim senes, neque pueri collium difficultatem, aut montium arduitatem, atque asperitatem facile ferunt.

Area, areæ, pen. corr. (ἀπὸ τοῦ ἄρειν,) vacuus, quasi exaruerit, & non possit quicquam generare. Varro. 4. de Ling. Lat. Loca in vrbe pura, areæ. Florus Iurisconsultus de Verb. significatione, Sine ædificio in vrbe, area: in rure autem ager appellatur. Hirtius de bello Africano. 78. Pugnabatur à nostris ex ponte, ex molenab illis, ex area quæ erat aduersus pontem. Vitruuius lib. 1. cap. 7. Diuisis angiportis, & plateis constitutis, areaeū electio ad opportunitatem & vsum eōrum ciuitatis est explicanda ædibus sacris, foro, reliquisque locis communibus. Et fierunt meenia secundū mare, area vbi forum constituatur, eligenda proxime portum.

¶ Area in ædibus vrbanis dicitur medium spatium vacuum inter parietes. Liu. 5. bel. Pun. 15: Cuius cerrādæ quū dies aduenisset, cōcitissimq; tam frequens plebis adesset, vt multitudinem area Capitolii vix caperet. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 4. A puerō vt discessi, in aream tuam veni, res agebatur multus structioribꝰ. De ædificatione domus Plinius solet addere genitiuum DOMVS, vt Epist. 196. Reſedimus in area domus, quæ &c. Item Epist. 147.

¶ Area, vbi frumenta triturantur & excutiuntur. Colum. lib. 2. cap. 20.

Area quoque si terrena erit, vt sit ad triturandum satis habilis, primùm rasa tur, deinde confodiatur, permistisque paleis cum amurca quæ salem non accepit, extergatur. nam ea res à populatione murium, formicarumque frumenta defendit. tum æquata paniculis vel molari lapide condensetur, & rursus subiectis paleis inculcetur, atque ita solibus sic canda relinquatur. Virg. 1. Georg.
Area tum primùm ingenti est equanda cylindro.

Cicero. 5. Verr. 28. Nequis frumentum de area tolleret.

Frumentum terit area, pro frumentum teritur in area. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 9. Millia frumenti tua triuerit area centum. Virg. 1. Georg. 49.
Nequicquam pingues palea terer area culmos.

Nunc maior vestris area teritur equis. Id est nunc maius opus aggredimur. Ouid. 4. Fast. 1.
Quæ decuit, primis sine crimine lustima annis,
Nunc teritur nostris area maior equis.

¶ Areæ in hortis, quadrata quædam spatia, probè subacta & coæquata, in quæ mox semina iaciantur. Columella lib. 11. cap. 3. Igitur solum quod cōserere Vere destinauerimus, post Autumnum parietur effossum tacere brumæ frigoribus & pruinis inuertendum. Quippe econtrario sicut calor æstatis, ita vis frigoris excoquit terram, fermentatamq; soluit. quare peracta bruma tum demum sterens iniicitur, & circa Idus ianuarias humus refossa in areas diuiditur: quæ tamen sic informandæ sunt, vt facile runcantium manus ad diuidiam partem latitudinis earum præueniantmine qui persequuntur herbas, semina proculcare cogantur, sed potius per semitas ingrediantur, & alterna vice dimidias areas eruncent. Cicero in Parad. 65.
Prata & areas quasdam magno æstimant.

Informare areas. Colum. lib. 11. cap. 3. 11.

¶ Area scelerum per translationem. Cic. ad Atticum, lib. 9. 190. 5. Credo igitur hunc me non amare. At ego me amaui, quod mihi iampridē visum non venit. Reliqua, ô dii, qui comitatus! quæ, (vt tu soles dicere) κωμάζειν, in aqua erat area scelerum.

¶ Area, Vlceris genus in capite, cum capillorū profluuio. Vide Celsum de earum generis abunde tractantem, lib. 6. cap. 4. 2.

Areola, pen. corr. diminutiuum ab area hortorum, (ἀλάκιον,) Colomel. Quum terram bene subegeris, areolas facito.

Areola domus. Plin. Epist. lib. 5. Contra mediam ferè porticum diæta parum recedit: angit areolam quæ quatuor platanis inumbratur.

ARECOMICI, pen. corr. (ἀπόμαχοι,) Populi in Gallia Narbonensi, qui & Volcæ dicuntur teste Strabone lib. 4. quorū portus & nauium receptaculum, Narbo dicitur. Vide Plinium, lib. 3. cap. 4. 6. Legitur apud Strabonem Aricomici. Nos nunc Auitionem dicimus.

Arefacio, Vide ARRO.

ARELAS. Vide ARELATE vbi Galliæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARELATE, pen.pro.(ἀρελάτη,)Ciuitas in Norico, teste Ptolemæo. Vulgò Lintz, dittionis est principum Austriæ.

Arelate,pen.prod.Galliæ Narbonensis vrbs inter Salyes. Plinio Colonia Sextanorum dicta,quòd è sexta legione milites coloni eò deducti sint.Strabo Arelatem iuxta Rhodanum sitam, amplissimo emporio insignem esse scribit. Hodie Honorato & Hilario sanctissimis præsulibus suis clara.Vulgò Arles.Dicitur & Arelas.pen.corr.huius Arelatis,fg.Ausonius in vrbium catalogo,

Prode duplex Arelas,quam Narbo Martius,& quam
Accolit Alpianis opulenta Vienna colonis.

ARMORICA,(ἀρμόρικαι,)Galliæ regio,quæ Aquitania nunc dicitur ,teste Plinio lib.4.cap.17.1.Cæsar.7.bel.Gal.Vniuersis ciuitatibus quæ Oceanum attingunt,quæque eorum consuetudine Aremoricæ Appellantur,quo sunt in numero,Curiosolites,Redones,Ambibarii,Caletes,Osismi,Lemouices,Vnelli,sena.Idem lib.2. Cæteræque ciuitates positæ in vltimis Galliæ finibus,Oceanoque coniunctæ,quæ Armoricæ appellantur.Legitur & Armorica.

Arêna, arenæ,pen.prod.(ἄμμος,ψάμαθος,ψάμμος,ἄμαθος,) Puluis minutissimus,aridus.Virgil.1.Aeneid.35. Optata potiuntur Troes Arena.Vbi Seruius,Arenatq;aeritur habeat,necne,nomen hoc aspirationem,& Varro sic diffinit:Si ab ariditate dicitur nó habet: si ab hærendo,vt in fabricis videmus,habet: melior tamen est superior etymologia.Gellius lib.19.cap.8. Eandam quoque de arena rationem habendam,& in specie dispari. Nam quum arena singulari numero dicta, multitudinem tamen & copiam significet minimarum ex quibus constat,partium ,indocte & inscitè arenæ dici videturtanquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine,quũ ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo.Hæc Gellius. Virgilius plurali numero vsus est.2.Georg.22.

Quàm multę Zephyro turbantur arenæ.

Arena numero carens.Horat.1.Carm.ode.28.1.
Arenæ arentes Horat.3. Carm.ode.4.7.
Bibula arena.Virg.1.Georg.23.Ouid.18.Epist.41.
Molles arenæ.Ouid.2.Amorum, eleg.11.10.
Sicca arena.Virg.1.Georg.78.
Flauentes arenæ.Virg.3 Georg.70. Ouid.in Ibin.10.
Fulua arena.Virg.5.Aeneid.79.
Sterilis arena. Virg.1. Georg.14.
Tennis arena.Claud.de bello Gildonico.80.
¶ Eructare arenam dicitur gurges æstuans.Virg.6.Aeneid.70.
Acta ventis arena. Ouid. in Ibin.63.
Aestu miscentur arenæ.Virg.3.Aeneid.111.
Torquent arenas fluui. Virg.3.Georg.70.
Turbantur Zephyro arenæ.Virg.1.Georg.22.
Eiectare arenam dicitur Typhœus.Ouid.5. Metam.71.
Nigram subiectat arenam vnda exæstuans. Virg.3.Geor.47.
Spargere arenam pedibus. Virg.3.eclog.17.

– pascite taurum
Iam cornu petat,& pedibus qui spargat arenam.

Arenam libare pedib⁹,Celeriter adeo per arenam decurrere, vt illam pedibus vix leuiter tangas,nullis vestigiorum notis impressis. Ouidius 10.Metamorphoseos.130.

Signa tubę dederant,quum carcere missus vterque
Emicat,& summam celeri pede libat arenam.

De Hippomene & Atalanta.

Arenas sulcare dicuntur pisces, quum in imo fluuiorum arenas supernatant. Claudianus de Nupt.Honorii & Mariæ.30.

Iam quarto Paphias tractu sulcabat arenas.

¶ Potiri arena optata,pro Littore potiri. Virg.1.Aeneid.35.
Aduerti arenæ. Virg.5.Aeneid.7.

Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.

Classis arena potitur,pro,Ad littus deuenit.Ouid.13.Metam.156.
Impingere aliquem Arenę dicitur fortuna,aut vetus.Lucan.lib.5.140.

Sufficit ad fatum belli fauor iste,laborque.
Fortunæ,quòd te nostris impegit arenis.

Arcere arena aliquem,A littore prohibere.Virg.6.Aeneid.63.
¶ Arenas in lite⁹ fundere,Prouerbialiter dictũ.Ouid.5.Trist.eleg.7.9.

His qui contentus non est,in littus arenas,
In segetem spicas,in mare fundat aquas.

¶ Arena interdum terram aridam significat,quę est sicut arena,Authore Seruio.Virg.1.Georg.

Exiguus sterilem nec deferat humor arenam.

Cic.pro Lege Agraria.72.Vt verò quum omnes vrbes,agros ,vectigalia,regna vendiderit,tum arenam aliquam , aut paludes emat , id vos potestis,quę,concederet

¶ Arena,Amphitheatrum incontentum pro cõtinente.Arena enim spargi amphitheatrum solebat:ne vel pugnantes fœdarentur cruore occisorum:vel cruor sparsus spectantibus esset horrori , præsertim in gladiatorum dimicatione.Mart.lib.1.4.

Tradita Getulis,nec cepit arena nocentes.

Id est non sunt puniti delatores in amphitheatro , sed acti in exilium.

Sipontinus.Horat.1.Epist.1.1.

Ne populum extrema toties exoret arena.

Arenam meam dicit Plinius iunior Epist.98 . Mea functione.sic enim scribit Fabato,Itaque Betitio Prisco quãtum plurimum potuero, præstabo,præsertim in arena mea.Hoc est in loco in quo exercerí soleo, nempe apud Centumuiros.Budęus.

Arenaceus,(ἀμμώδης)adiectiuum,Ex materia arenæ.

Arenacea duritia.Plin.lib.30.cap. 15.3. Inueniuntur in cornibus cochlearum arenaceæ duritiæ. Eodem libro,cap.3. pro arenaceis duritiis posuit arenulas.

Arenacea terra.Plin.lib.17.cap.7.1.Est enim alba,ruffa, columbina,argillacea,tophacea,arenacea.Id est in qua est admixta arena.

Arenarius,(ἀμμώδης)aliud adiectiuum,Quod ad arenam pertinet.

Arenarius,(ψαμμώδης)substantiuum: Qui arenam extrahit. Callistratus, Hac si meretrix manumissa fuerit,eadem operas patrono praestare debeat:nec arenarius manumissus tales operas: quia illæ sine periculo vitæ præstari non possunt.

Arenariæ,arenariarum, (ψαμμῆται,) Fodinæ in quibus foditur arena. Cic.pro Cluentio.28.In arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occidítur. Varro , Neque lapicidinæ , neque arenariæ ad agriculturam pertinent.

Arenatum,substantiuè,(ἀμμόδωτον,)quod fit ex calce & arena. Vitruuius , Quæ autem tectoria fundata arenati , & marmorari solebamus , quum sint politionibus crebris lobacta , non modo fiunt nitida, sed etiam imagines expressas aspicientibus ex eo opere remittunt.Cato de Re rust.cap.18.5.Vbi libraueris,de glarea , & calce, arenatum primo corio facito.Alii legunt,arenato primum corium facito. Plin.lib.36.cap.23. Tectorium nisi ter arenato, & bis marmorato nullum est,non satis splendoris habet.Arenatum hodie mortarium vocamus. Budæus in primis Annot.

Arenosus,pen.prod.(ἀμμώδης,)adiectiuum, Quod arena abundat.Plin. Littus non arenosum,sed alga,& fluuiorum sordibus plenum. Virg. Aene.5 2.Littus arenosum Libyæ.Ouid.14.Meta.17.Arenosa terra.

Arenula,pen.corr.diminutiuum. (ψαμμάτιον,) Plinius lib.30.cap.3.6. Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, eorum diuitiæ,statim liberant dolore.

Areo, ares,aruí,(σπάω,ξηραίνομαι,) arêre, Aridum & siccum esse, ab Ara deducitur,in qua quæ diis immolabantur,torreri solebant,ait Sipontinus.Plaut.Vtinam fortuna nunc anatina vterer,vt quum exissem ex aqua,arérem tamen.Plin.lib.15.cap.4.16.In totum arentes Thebaides.Virg.eclog.7.112.Aret ager.Idem lib.12. Ac velut immissis diuersis partibus ignes

Arentem in syluam. Vbi Seruius,Arentem,pro aridam.

Arere siti.Seneca de Benefic.lib.3.cap.8. Beneficium est, arentibus monstrare fontem.

Arente fauce pocula trahere. Horat.Epod.14.1.

Arere pro Sitire dixisse videtur.Ouidius li.2.de Remedio amoris.112.

Tantalus in media garrulus aret aqua.

Aret succis ademptis tellus.Ouidius.2.Metam.43.
Fauces arent.Ouid 6.Metam.72.
Arenti ore haurire.Ouid.14. Metam.56.
Arentem sitim leuare Ouid.4. Epist.35.
Plaga arens,Id est regio calidior. Sene.in Her.furé.5.3.Africâ stelligera arens.
Arefacio,arefacis,arefeci,arefactum(ξηραίνω,καυσόω,σπάω,) arefacere,Aridum facere.Cato cap.69.Postea amurcam eximito,& arefacito.Plinius libro.13.cap.12.6.Quidam caulem incidunt per nodos,& in ipsa excauant radice,quo succus confluat , arefaciuntque eos,& in ipsa excauant radice,quo succus confluat , arefaciuntque eos lunt.Idem libro.17.cap.24.16.
Arefco,arefcis,(καυλόομαι,)arefcere,Inchoatiuum,Significat aridum fieri,exiccati.Plaut.Rud.14.18.

– da mihi vestimenti aliquid aridi ,
Dum mea arescunt:in aliquo referam gratiam tibi.

5. Tegillum eho illud mihi vnũ at escitrid si vis dabo.Cicin Part.31. Citò arescit lachryma,præsertim in alienis malis. Idem.1.de Inuent. 118.Lachryma nil citius arescit. Ouid.9.132.

– quæ nunquam arescere posset.

Arescit in gemmas,Hoc est concrescit.Plin lib.8.cap.38. Lynces humore ita reddirus glaciatur,arescitve in gemmas carbunculis similes.
Aridus,pen.corr. (ἄνυος,ξηρός,κατάξηρος,) adiectiuum, dicitur propriè (vt ait Festus)quod naturalem humorem amisit , vt Fons aridus.
¶ Inter aridum & siccum.Plin.lib.12.cap.2.5.

Arida sint potiùs,quàm sicca folia.

Aridum & siccum,idem. Catull.ad Furium.20.3.

At qui corpora siccióra cornu ;
Aut siquid magis aridum est,habetis.

Exiccatus atque aridus,Pituitosus & quasi redundans,contraria.Cicero Fato.11.Inter locorum naturas quãtum interest videamus , alios esse salubres,alios pestilentes,in aliis esse pituitosos, & quasi redundantes, in aliis exiccatos atque aridos:multaque sunt alia quæ inter locum & locum plurimum differant.

Aridum,pro Sicco.Plin.lib.12.ca.17.5.Ipsum visu aridum statim tactu mollescere.Virg.1.Aeneid. – atq; arida circum Nutrimenta dedit.
Cornu magis aridum.Catul.ad Furium.20.3.
Genus sermonis aridum. Cic.3.de Orat.57. Nos Stoicus iste nihil aduuat:& genus sermonis affert, non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum,ac minutum.
Aridum fieri.Ouid.5.epist.22.
Aridus anhelitus.Ouid.10.Metam.132.

Aridus à lasso veniebat anhelitus ore.

Argentum aridum, Purum,lucidum.Plaut.Rud.18.19. Tu senex si istas ambas,huc arido argento'st opus.Nonius.
Aristæ aridæ.Catul.ad Iuuencium.45.1.
✻ Aspectu aridus.Plin.lib.12.cap.16.& 17.
✻ Aridus visu.
Arua arida, Infrugifera. Contrarium est enim pingui, quod fertilium est epitheton. Ouid.14.Metam.3.Sic Virgilius arida sola. 1.Georg.160.

– arida tantum
Nec satura arẽ sino pingui pudeat sola,neue
Effœtos cinerem nimandum iactare per agros.

Calor aridus Lucret.lib.4.176.

Vtrene posit calor amplus aridus artus.

Cautes arida.Horat.2.Carm.ode.11.2.
Cinis aridus.Horat.Epod.17.7.
Color aridus.Plin.lib.12.cap.26.2. Dat & malobathron Syria,arborem folio conuoluto,arido colore: ex quo exprimitur oleum ad vnguẽta.
Crura arida.Id est tenuia nimis, & gracilia. Ouid.3.de Arte amandi.55.
Pes malus in ninea semper cœletur aluta,
Arida nec vinclis crura resolue tuis.
Febris arida,ab effectu dicitur,quæ scilicet arida efficit corpora. Virgil. 3.Georg.90.Quum furit,atque artus depascitur arida febris. Seruius. Sciendum tamen,febrem licet à feruore dicta sit, esse etiam frigidam: vnde modò ad diastolen ait aridam.
Aridæ ficus, quæ non sunt virides, sed conditæ seruantur in vsum totius anni.Plaut.Rud.18.56.Ficis victitamus aridis.
Fragor aridus, Sonitus,qualis solet fieri ex aridis (quum franguntur) arboribus.Virg.1.Georg.72.

Continuò ventis surgentibus,aut freta Ponti
Incipiunt agitata tumescere,& aridus altis
Montibus audiri fragor. Seruius. Nonius autem horridum & horrificum interpretatur.

Frondes aridæ.Horat.1.Carm.25.4.
Guttur aridum.Ouid ad Liuiam.85.

Aridaque effusa guttura tinxit aqua.

Herba arida.Tibul.lib.1.eleg.7.6.
Homo aridus,per metaphorã,pro eo qui misere auaritia deperit. Terẽt. Heaut.3.2.15.Sed habet patrem quendã auidum,miserũ,atq; aridum.
Iecur aridum.Horat.Epod.5.8.
Magister aridus. Quintil.lib.2.cap.4.6. Quapropter in primis cauendus , & in pueris præcipuè , magister aridus,non minus quàm teneris adhuc plantis siccum,& sine vllo humore solum.
Narratio arida & ieiuna. Quintil.lib.2.cap.4.3.
Nubila arida,Sine pluuiis.Virg.3.Georg.39.de Aquilone loquens.

– atque arida differ Nubila. Seruius.

Nutrimenta ignis arida,Ligna ficciora intelliguntur,aut quodcũq; aliud humore carent aptumque recipiendæ flammæ.Virg.1.Aeneid.36.

Ac primùm silicis scintillam excudit Achates,
Suscepitque ignem foliis,atque arida circum
Nutrimenta dedit,rapuitque in fomite flammam.

Ora arida.Virg.5.Aeneid.30. – tum creber anhelitus artus
Aridaque ora quatit.
Prata arida,Iam matura.Virg.1.Georg.58.

Nocte leues stipulæ,melius:nocte arida prata
Tondentur. Seruius.

Pulus arida.Propert.2.eleg.14.7.
Pumex arida.Catul.in primo epigram.1.

Arida modò pumice expolitum.

Sitis arida.Ouid.11.Metam.76.
Sonus aridus.Idem quod Virgilius dicit Aridus fragor.Lucret.lib.6.24. vbi de tonitru agit.

Aridus vnde aures terget sonus ille,diuque
Ducitur,exierit donec regionibus arctis.

Vestimentum aridũ.Plaut.Rud.14.16.Da mihi vestimenti aliquid aridi.
Viator aridus. Id est ob æstum, assiduosque peregrinandi labores omni humore exhaustus,ideoque etiam siticulosus.Virg.4.Georg.20.

– seu puluere ab alto
Quum venit,& terram sicco spuit ore viator Aridus.

Victus aridus , Id est Admodum parcus , durus,asper, austerus. Cicero pro Rosc.Amerino.45. In rusticis moribus,in victu Arido,in hac horrida,incultaque vita.
Vita arida,Eodem modo dicta vt Victus Aridus. Cic.pro Quintio.63. Vitam omnino semper horridam atque aridam cordi fuisse.
Ardus pro Arido,veterib⁹ dicebatur,teste Nonio.Lucil.lib.27.Ardum miserrimum,atque infelix lignum sambucum vocant.
Ariditas,penult.correp.arditatis,fœm. gene. (ἀνυσιότης,ξηρότης,) Siccitas. Plinius lib.11.cap.35.1.Sitit enim araneus , & omnem humorem absorbens ariditatem ampliat.
Aritûdo,pen.pro.aritúdinis,fg.(ξηρασία,)pro Ariditate ponitur.Varro de Re rust.lib.1.cap.12.3.Quòd & bestiolæ quæ propè nascuntur,& inferuntur,aut effluntur,aut aritudine citò pereunt.
¶ Aritudo pro patrimonio. Plaut.Rud.13.40.

–laudo fortunas tuas
Qui semper seruas gloriam aritudinis.

Areola, Vide AREA.

AREOPAGVS, pen.prod.(ἄρειος,πάγος,)Vicus erat Athenis,à templo Martis sic cognominatus:vbi primum iudicium capitis actũ fuisse scribit Plinius lib.7.cap.56.Cic.ad Atticum,lib.1.9.6. Vicũ Martium vocat Senatum , quum , ait, Romanæ res,fic se habent , Senatus ἄρειος πάγος,nihil constantius,nihil seuerius,nihil fortius. Inde dicti sunt Areopagitæ,iudices seuerissimi,qui in templo Martis iudicabãt, quod iudicium exquisitissimum habebatur.Mam quã Mars,qui Græce dicitur ἄρης,homicidii insimularetur,iudicantibus duodecim dijs, in eo pago sex sententijs absolutus est,vt Stephanus Byzantius docet & multi alii Græci.Verùm quid ageretur in Areopago , Iulius Pollux lib.8.scribit de Magistratibus Athenien sium,& eorum locis. Cicero pro Cornelio Balbo.23 . Vidi egomet nonnullos imperitos homines nostros ciues Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum,certa tribu , certo numero.Idem primo de Diuinatione.96. Areopagitę comprehendi iubent eum.
Areopagites,(ἀρειοπαγίτης,)non debet eodem tempore Romæ & Athenis rei iudicare.Cic.5.Philipp.173.
Areopagitæ,pen.prod.(ἀρειοπαγίται,)Iudices erant Athenis,qui de capitalibus causis pronuntiabant tanta integritate , vt noctu atque in tenebris,non interdiu,neque luci causas cognoscerent , quo non dicentes,sed duntaxat quæ dicerentur spectarent.De quibus prouerbium, Areopagita tacitumior:quod de eo dicitur qui commissum arcanum optimè contineat. Erasmus in Adagijs.
Areopagitæ,pro Seueris & incorruptis.Cic.ad Atticũ,lib.1.Epist.11.2. Clamare præclari Areopagitæ se non esse venturos nisi præsidio constituto.Ironicos de Iudicibus Clodii incestus.
✻ Arepenna lingua Gallica mensura est dimidii iugeri.Col.lib.5.cap.1.

Aresco, Vide AREO.

ARETA, pen.corr.(ἀρέτη,)Aristippi Philosophi filia,quæ ei successit in schola,summũ bonũ in voluptate,ꝙ maximè sensui moueret posuit.

Aretalogus, aretalogi , pen.corr. (ἀρετάλογος,) Porphyrione teste,Garrulus & loquax dicitur in ostentatione virtutis:vnde nomen deducitur. ἀρετὴ enim virtus , & λόγος sermo. Suet.in Augusto,cap.74.Nam & ad cõmunionem sermonis tacentes, vel subnisum fabulates inuocabat,& aut acroamata,& histriones,aut etiã triuiales è circo ludios interponebat,ac frequẽtissimè aretalogos.
ARETE, pen corr.(ἀρέτη,) vt in Odyssea scribit Homerus, quam Alcinous Phæacum rex duxit vxorem,& ex ea Nausicaam filiã , & tres filios suscepit . ad hanc Vlysses doctu & consilio Palladis transforme in effigiem Calpis virginis,à Calistona nymphã veteris naufragus accessit,& multa illi interrogatus exposuit,& eidem honorificè ab ea susceptus est. Ex Bocatio.
ARETHVSA, penult.produ.(ἀρέθουσα,) Fons in Chalcide. Strabo libro primo,& Plinius libro.4.cap.12. Est & fons in Bœotia , eodem Plinio teste , libro.4. cap.7.
Arethusa,fons in Insula parte quarta vrbis Syracusarũ.Cic.6.Verr.105.
Arethusa,Oppidum in Græcia.Plin.lib.6.cap.28.Virg.10.eclog.1.Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.
Arethusa,virgo venatrix Dianę comes,secundum fabulas , quæ dum se in Alphæo post labore lauaret,ab eo adamata est:& diu fugiens,deorum miseratione in fontem mutata , per secretos meatus in Siciliam venit.Quod etiam Virgilius ostendit.

Et tandem positis velox Arethusa sagittis. Hæc ex Seruio. Est item Arethusa vrbs vna Eubœæ,altera Syriæ. Author Volaterranus. De Arethusa vide Bocatium lib.7.cap.18.

Arethusis,pe.pro.arethúsidos,pen.cor.(ἀρεθουσίς,) Ouid.4.Fast.176.

Vtque Syracusas Arethusidas abstulit armis Clandius . Arethusidas Syracusas vocat ab Arethusa fonte , quæ est in Insula parte quarta vrbis Siracusarum.

Arethusæus ,adiectiuum(ἀρεθούσιος,)vt Arethusæi latices.Claudianus

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Raptu Proserpinę libro secundo. 12.
—quas pigra vado Camarina palustri
Quas Arethusei latices, quas aduena nutrit Alphæus.

ARETIVM, (Ἄρεττιον,) Ciuitas Tusciæ mille ac c c c à Roma distãs stadiis, Strabo lib. 5. Itali nunc vulgò vocant Arezo.

ARGANTONIVS, (Ἀργαντώνιος,) rex fuit, vt testatur Herodotus, in Ana ciuitate Bœotiæ. Fuit item Argantonius, rex in Hispania quẽ Plin. ait vixisse C X X annos: Silius autẽ C C C, ꝙ eius meminit li. 3. 83.
Argantonacos armat Carteia nepotes:
Rex prouaui fuit humani ditissimus æui:
Ter denos decies emensus belliger annos.

Argema, árgemæ, pen. corr. (Ἄργεμα,) Est (vt ait Sipõtinus) morbus oculorum, dictus quum vlcus circulum oculi infestatquẽ Græci irim dicũt. Plin. lib. 20. ca. 5. 9. Succo & cicatrices oculorum, & albugines & argemas inunxere. Ibidẽ cap. 19. 2. Folia trita cum oleo, argemas inmẽtorum sanant. Quidam in his locis & aliis ex antiquis codicibus scriptis legunt Argemata, neut. gen.

Argema, pen. corr. argématis, Idem quod Argema, argemæ. * Plin. lib. 11. cap. 13. Vtriusque fuccus oculorum caliginem discutit cum melle & ex ictu cruorem & argema rubens.

Argemon, penult. prod. & Argémone, Argémones, pen. correp. (Ἄργεμωνη,) Herba quæ canaria lappa dicitur. Vide Plinium lib. 24. cap. 19.

ARGENTORATVM, (Ἀργεντόρατον,) vrbs Galliæ authore Ptolemæo lib. 2. Alio nomine Argentina, vulgò Strasburg.

Argentum, argenti, (Ἄργυρος, Ἄργυρον,) proprie est ipsum metallum. Vide Plinium libro. 33. cap. 6.

Argenti venas sequi. Lucret. lib. 6. 162.
Argenti tiui. Virgil. 2. Georgic. 33.
Spumæ argenti. Virgil. 3. Georg. 88.
Argenti splendor. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 6.
Argentum, pro nummo argenteo. Plautus Mil. 14. 72. Tum argẽti montes, non massas haber. Terent. Phorm. Emunxi argento senes. Idem Heaut. 4. 4. 18. Argentum cudo.
Argentum pastillatum, in pastillos formatum, cuiusmodi hodie argẽtum Germani promercale afferunt, quas cendreas appellant. Ac nihilo secius tamen pustulatum legendum contenderim ex Tranquillo in Nerone, his verbis, Exegitque argenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum aurum sobrizum, vt plerique omnem occasionem palam recusarent. Vbi pustulatum argentum, pro purgatissimo & excoctissimo posuit. Hæc Budæus.
Argenti nummus. Plaut. Pseud. 5. 66. Nimis sum miser, nummum nusquã reperire argenti queo.
Aridum argentum. Vide Aridus in AREO.
Argentum mutuum. Vide MVTVVS.
Argentum suspicere, Id est admirari diuitias. Horat. 1. Epist. 6. 4. Ibidem Epist. 19. 5. Argenti sitis & fames.
Argenti pallet amore. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 16.
Argenti pondus immensum. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 9.
Ingens argenti, Idem quod immẽsum argenti pondus. Virg. 3. Geor. 43.
Ignotum argenti pondus. Virgil. 1. Aeneid. 73.
Cælata argento bipennis. Virgilius. 5. Aeneid. 61. & Ouid. 8. Metamor. 135. Vide CAELO.
Argento perfecta pocula, Ex argento facta. Virgil. 9. Aeneid. 55.
¶ Argentum auro circundare. Virgil. 1. Aeneid. 120.
Concisum argentum in titulos faciesque minutas. Iuuenal. Saty. 14. 24. eleganti periphrasi dixit pecuniam, quæ variis titulis & imaginibus signari solet.
Absumere argentum. Vide ABSVMO.
Circumuertere aliquem argento. Vide CIRCVNVERTO.
Comparare argentum. Vide COMPARO.
Conficere argentum. Vide CONFICIO.
Cudere argentum. Vide CVDO.
Decoquere argentum. Vide DECOQVO.
Inuadere argentum. Vide INVADO.
Inuenire argentum. Vide INVENIO.
Locare argentum, & argentum fœnori. Vide LOCVS.
Imponere argentum in stipendium. Vide IMPONO.
Pensare argentum. Vide PENSO.
¶ Argentum, pro supellectili argentea, scyphis scilicet, cochlearibus, & aliis. Cic. 6. Verr. 19. Quum essent triclinia strata, argentumque expositum in ædibus.
Argentum factum, atque signatum. Cicero. 7. Verr. 51. Erat nauis plena iuuentutis formosissimæ, plena argenti facti atque signati, multa cum stragula veste.
Argentum factum, vocatur paratum, non rude, sed elaboratum cælatũque. Nam quæ absoluta paratáque sunt, facta eruditioribus dici solẽt, sicuti apud Martialem, Tu factam tibi rem statim putasti. Distinguitur tamen à signato, quod ex Seneca cognoscimus de Beneficiis primo: Libentius donabo argẽtum factum, quàm signatum. Liuius lib. 4. bel. Maced. 30. Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quàm ne plus signati argenti & æris, domi haberemus. Apud eundem erat in dilatum infectum argentum legimus. Apud Paulum Ostauenus ita dicit, Infectæ materię pondus, signatæ verò numerum, factæ autem speciem dici oportet.

Argentarius, Substantiuum, (Ἀργυραγωγὰ μων, Ἀργυραμοιβός,) Argentarii numularii dicuntur, & mensarii, mẽsulariique & Græcis verbis trapezitæ, & collybistæ qui & ipsi rursus duorum sunt generum. Nam nummuli illi nummularii, id est campsores vulgò dicti, quos Græci argyrognomonas vocant, quasi pecuniæ spectatores & collybistæ, & ἀργυραμοιβούς, publicam causam habere non videntur, nec rationem accepti, expensique facere, vt argentarii illi & mensularii quæ nos tam pecuniarum permutationem, quàm maiorem negotiationem exercent: quibus olim moris fuit pecunias custodiẽdas dari, fenerandas interdum, interdum gratuitò. Hos Demosthenes trapezitas vocat. Hęc Budæus. Plaut. Pers. 2. 12. 29.
Mirum quin tibi ego crederem, vt idem faceres mihi,
Quod partim nostri faciunt argentarii:
Vbi quid credideris, citius extemplo à foro
Fugiunt, quàm ex porta ludis quum emissus est lupus. De argentariis vide plura lib. 2. Digest. titulo de Edendo.
Argentarii Romæ etiam auctionibus interueniebant. Cic. pro Cecin. 11. Ebutio negotium datur. Adest ad tabula. Licetur Ebutius, dicetur emptores multi, partim gratia Cecinnæ, partim pretio. Fundus addicitur Ebutio. Pecuniam argentario promittit Ebutius. Budæus.
Argentarius adiectiuum, Quod est argenti, aut ad argentum pertinens: Argentaria metalla: & ratio argentaria. Plin. lib. 33. cap. 5. 1. Laudatiorem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fuisse cõpertum est. Cato capit. secundo. 3. Rationem putare argentariam, & frumentariam familiæ.
Argentarium auxilium. Plaut. Pseud. 3. 103.
Spero alicunde hodie me bona opera aut mala
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium. Hoc est auxilium ex pecunia argentea.
Argentarius commeatus, Argentum pro commeatu. Plaut. Pseud. 5. 6.
Argentaria curatio est cura habendi argenti. Terent. Phorm. 5. 7. Et Phædriæ curam adimere argentariam.
Argentariæ illecebræ, Quibus allicitur argentum. Plaut. Mercat. 9. 20. Meretrices omnes illecebræ argentariæ.
Argentaria inopia, Penuria argenti. Plaut. Pseud. 5. 67. Ita miser & amore perco, & inopia argentaria.
Argentariæ tabernæ, Quas argentarii in foro publico conductas habebant. Liu. 6. bel. Pun. 54. Vt extemplo vocato præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc essent, iusserit venire.
Argentaria creta. Plin. lib. 35. cap. 17. 4. Alia creta, argentaria appellatur, nitorem argento reddens.
Argentariæ mensæ exercitores. Vlpian. in l. 4. titu. de Edendo.
Argentaria, argeatariæ, Mensa tabernáve argentariorum. Plautus Epid. 5. 16. Per myropolia, & lanienas, circũque argentarias.
Argentaria, Functio officiumve argentarii. Vlpianus titulo de Edendo. Sed & quod solus constituit argentarius, edere debet: nam & hoc argentaria venit. Sic,
Argentariam facere, siue exercere. Idem Vlpianus eodẽ titulo, Is etiam qui desiit argentariam facere, ad editionem compellitur vbi argentariam exercuit. Cic. 3. Offic. 75. Pythius ei quidem qui argentariam fecerat Syracusis, &c. Idem pro Cecinna. 8. Et Romæ argentariam non ignobilem fecit. Sic. 7. Verr. 19.
Argentariam dissoluere. Cic. pro Cecinna. 8. Aliquanto post iam argentaria dissoluta, Fulcinius huic fundo vxoris continentia quædam prædia, atque adiuncta mercatur.
¶ Argentaria, fodiendi fodina, Locus ex quo effoditur argentum. Liu. 4. bel. Maced. 81. Pacata pronuncia, vectigalia magna subiuit ex ferrariis, argentariisque.
Argentatus, pen. prod. (Ἀργυρωτός, ἐπάργυρος,) Adiectiuum, Quod argento tectum est.
Argentati milites. Liuius. 9. ab Vrbe. 109. Tunicæ auratis militibus versicolores: argentatis linteæ candidæ.
Argenteus, adiectiuum, (Ἀργύρεος,) Quod est ex argento. vt Argenteus denarius. Plin. lib. 16. ca. 3. 2. Item Phaleræ argenteæ. Plin. lib. 8. ca. 5.
Color argenteus. Ouid. 10. Metam. 43.
Argenteum solium, Argenti splendorem referens. Plin. lib. 16. ca. 42. Odit & quæ appellatur Iouis barba in opere topiario tonsilis, & in rotunditatem ipsa, argenteo folio. Sic apud eundem lib. 2. cap. 35. Argenteus crinis.
Fons argenteus, purissimus & nitidissimus. Ouid. 3. Metam. 82.
Argentea amica, Quæ argento vendita est. Plaut. Pseud. 5. 112.
Meam amicam tu vendidisti? a. valde, viginti minis. Et paulò post,
Quid ego ex te audio? Amicam tuam esse factam argenteam.

Argentõsus, pen. prod. (Ἀργυρώδης,) Cui immistum est argentum. Plin. lib. 33. cap. 5. 7. Ita ferruminatur aurum, quod argentosum vocant. Signumque est, si addita santerna nitescit.
Argentifodina, argentifodinæ, pen. prod. (Ἀργυρῶνος,) Vbi foditur argentum: quam argenti minam vocamus. Plin. lib. 33. cap. 6. 3. Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus.
Argentum viuum, (Ὑδράργυρος,) Duæ dictiones sunt: alii vnicam esse contendunt. Plin. lib. 33. cap. 6. Est lapis in his venis, cuius vomica liquoris æterni, argentum viuum appellatur, venenum rerum omnium. Ex est ac perrumpit vasa permanans tabe dira. Omnia ei innatant, præter aurum: id vnum ad se trahit.
Argentagina, argentaginæ, pen. prod. (Ἀργυρεαγλυκὺς,) pro Argyranche. Erasmus in Ciuilibus, in prouerbio Argentaginam pati.

Argestes, argestæ, m. g. (Ἀργέστης,) Ventus ab occasu solstitiali flans. Plin. lib. 2. cap. 47. Ab occasu æquinoctiali Fauonius: ab occasu solstitiali Corus: Zephyrum & Argesten vocant.

ARGEA, pen. prod. (Ἄργεος,) loca Romæ appellantur, quòd in his sepulti essent quidam Argiuorum illustres viri. Hæc Festus. & Varro lib. 4. de Lingua Lat. & Liuius. 1. ab Vrbe. 55. Multa alia sacrificia, locaq; sacra facienda his, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicauit.

ARGIA, penult. prod. (Ἀργεία,) fuit filia Adrasti regis Argiuorum, & vxor Polynicis: quum viri sui in bello cæsi fuissent curarer, à Creonte tyranno necata fuit, cuius meminit Statius lib. 2.
Egregiam Argiam, nec formæ laude secundam
Deiphiles, &c.

ARGILETVM, pen. prod. (Ἀργιλλετον,) ab Argo dictum, quòd is eò venerit, ibiq; sepultus sit. Virgil. Et Ianum docet hospitis Argi. Quibusdam aliqui ab argilla deductum potius velint, quòd id genus cretæ ibi esset. Hæc fere ex Varrone lib. 4. de Ling. Lat. Erat autem Argiletum locus in Vrbe propè Palatium, vbi tabernæ opificũ erant, præterea bibliopolarum, à quo Argiletanæ dicebantur. Martialis, Argiletanas manus habitare tabernas. Vide Seruium in. 8. Aeneid. 28.

Argilla, argillæ, (Ἄργιλλος,) Terra tenax qua figuli vtũtur. Virg. 2. Georg. 36. Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis.
Cicero in Pisonem. 36. Quid essent hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus? Cæsar. 5. bel. Gal. 147.
Argilla vda aliquid imitari. Horat. 2. Epist. 2. 1. —idoneus arti
Cuilibet, argilla quiduis imitabitur vda.
Argillaceus, Adiectiuum, (Ἀργιλλῶδης,) Plin. lib. 17. cap. 7. 1. Est enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.
Argillõsus, pen. prod. Adiect. (Ἀργιλλώδης,) Quod abundat argilla. Plin. lib. 21. cap. 4. 6. Seri nec pinguibus vult, nec argillosis locis. Colum. de arboribus. 17. 1. Olea maximè collibus siccis & argillosis gaudet.

ARGIPHONTES, huius Argiphontæ, (Ἀργιφόντης,) dictus est Mercurius, quòd Argum interemerit. Sipontinus.

ARGIRIPA, pen. corr. (Ἀργυρίπα,) Vrbs in Italia quam Diomedes condidit: quæ primò dicta est Argi, pòst Argiripa, pòst Arpi. Seruius in. 7. Aeneid. 58. & in. 11. 50. Virg. 11. Aeneid. 50. de Diomede,
Ille vrbem Argiripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis aruis. Vide ARGYRIPPA.

ARGIVVS. Vide ARGOS.

ARGO, f. g. (Ἀργώ,) Nauis longa, qua Iason cum LIIII. heroibus nauigauit in Colchum ad auferendum vellus aureum. Dicta est autem argo, vel ab artificis nomine, vel à sua velocitate, ἀργὸς enim velocem significat, vel ab Argiuis. Vide Cicero. 1. Tuscul. 72. Etenim si nunc aliquid adsequi se putant, qui ostium Ponti viderunt, & eas angustias, per quas penetrauit ea quæ est nominata
Argo, qua vecti Argiui delecti viri * Vide Diodorum lib. 5. cap. 3. & Hyginum Fab. 14.
Petebant illam pellem inauratã arietis. Sunt Ennii versus in Medea. Virgil. 4. eclog. 7. Alter erit cum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas.
Argo, accusatiuus Atticus. Ouid. 12. epist. 2.
Cur vnquam Colchi Magnesida vidimus Argo?
Argonauis, (Ἀργώ,) Signum cœleste, oritur pridie Idus Martias. Colum. lib. 11. cap. 2. 15.
Argonautæ, (Ἀργοναῦται,) dicti sunt viri illi, qui in Argo nauigauerunt in Colchũ, Iason videlicet, Castor, Pollux, Hercules, & cæteri. Horat. Epo. 3. 2. Vt Argonautas præter oũ, cãdidũ Medea mirata est ducẽ.

ARGOS, Argi, (Ἄργος,) Vetus & nobilis vrbs Achaiæ. Seruius in. 1. Aeneid. 176. Argos in singulari numero generis neutri est. In plurali verò masculini, vt hi Argi. Cæterum deriuatio nominis, Argiuus facit, non Argeus. Horat. 1. Carm. ode. 7. 2.
—plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas. Virgil. 1. Aeneid. 6.
Prima quod ad Troiam pro clatis gesserat Argis.
Argos, Ciuitas Thessaliæ. Lucan. —vbi nobile quondam,
Nunc super Argos erat. Seruius.
Argos, alia est ciuitas, nõ longè à Mycenis. Vide multa apud Strab. li. 8.

Argos, ciuitas haud longè ab Athenis, quod à Isi, Argos Dipsion dictum est in quo erat magna societas inter eos qui vno puteo vtebantur. Seruius in. 7. Aeneid. 58.
Argos, Caius Vlyssis apud Homerum. Fuit item equ[s] Agenori hoc nomine.
Argis, ablatiuus ponitur pro aduerbio in loco apud Virgilium, Omnia ni repetant Argis. Seruius.
Argiuus, penult. prod. Adiectiuum (Ἀργεῖος,) id est Græcus. Virgilius. 1. Aeneid. 131. —ornatus Argiuæ Heleuæ. & lib. 2. 79. Argiua phalanx. Cicero Orat. 74. Argiuus orator.
Argolicus, pen. corr. Adiectiuum (Ἀργολικός,) vt Gens Argolica. Virg. 2. Aeneid. 16. & 36. Argolicis excidi Pergama telis.
Argõus, pen. prod. Adiectiuum, (Ἀργῷος,) idem quod Argolicus. Horat. Epod. 16. 12. Non hinc Argo contendit remige pinus.
Argoa auxilia, Id est Argonautarum. Val. Flac. lib. 6. Argon. 46.
—nobis Argoa parabas Scilicet auxilia?
Argolis, Argolidis, pen. corr. f. g. (Ἀργολίς,) Id est Argiua. Ouid. 9. Met. 56
—at longis auxia curis Argolis Alcmene. Stat. 4. Thebaid. 151.
—neque enim ipse deorum
Arbiter, Argolidum thalamis nouus.

Argumentum, Argumentor, Argumentosus, Vide post ARGVO.

Arguo, arguis, argui, argũtum, pen. prod. (Ἐλέγχω,) arguere, Proprie est ostendere, vt ait Perottus. Virg. 4. Aeneid. 3. Degeneres animos timor arguit. Vbi Seru. Arguit, improbat, & impugnat.
Non ex audito arguere. Plaut. Bacch. Quin ego quum peribat, vidi, non ex audito arguo.
Vultu genus arguitur. Ouid. 2. Fast. 80.
Si genius arguitur vultu, nisi fallit imago,
Nescio quem è vobis inspicor esse deum.
Langor arguit amantem, Id est prodit. Horat. Epod. 11. 2.
Arguit virt[s] malis. Id est declarat reb[s] aduersis. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 16.
¶ Arguere, Reprehẽdere, accusare: &, vt ait Budæus, coniungere & coarguere. Plaut. Amph. 10. 4. Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit. Idem, Arguet quũ ille hodie quæ ego feci hîc. Cic. pro Cecin. 18. Nõ modo Ebutium, sed etiam seipsum arguit. Suet. de Claris Grammaticis, in aduocatione quadam solœcismum ab aduersario factum vsq; adeo arguere perseuerauit, quoad, &c. Horat. in Arte poetica, Arguet ambigue dictum, mutanda notabit. Cic. pro Rosc. Amer. 34. Sin autem sic agetis vt arguatis aliquem patrem occidisse, neqt dicere possitis antè quare, aut quomodo, &c.
Non arguo. Cicero secundo Philipp. 55. Ego te dico tantum gaudere esse esse non arguo.
Argui confessione. Tacit. lib. 1. Rursum Gallos non ideirco interrogati ait vt diuideret quæ separari nequirent nisi confessione arguerentur, vnum esse Reipub. corpus, atque vnius animo regendum.
Id quod tu arguis, id est obiicis Cic. pro Sylla, De quo etiam liquid dubitallet antea, non id quod tu arguis, cogitasset interfecto Rosc. patre tuo.
Arguere, & Purgare, contraria. Cic. pro Sexto Roscio. 71. Seruos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo.
Verbo arguere de re aliqua, cui opponitur Negare. Cic. pro Rosc. Amer. 50. Quæ mihi iste vitio est ex alia oratione declamare, quam in alitẽ reum commentaretur, ita neque ad crimen parricidii, neque ad eum qui causam dicit, pertinebant de quibus quoniam verbo arguit, verbo satis est negare.
Ex moribus arguere aliquem. Cic. pro Sylla. 51. Omnibus in rebus Indices, quid quisque voluerit, cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius qui arguitur, est ponderandum.
Arguere reum, Est demonstrare, & argumentis probare ab eo cõmissum crimen. Vlpianus de Verb. signif. Indicasse reum, est detulisse: Arguisse, accusasse, & conuicisse.
Arguere aliquo crimine. Cic. 7. Verr. 37. Nunc non modò te hoc crimine arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo.
Argui de crimine. Cic. 2. de Inuent. 147. Negare oportebit de vita eius, & moribus quæri, sed de eo crimine quo de arguatur.
Arguere, genitiuo iunctum vt Arguere furti, &c. Plaut. Amph. 10. 1.
Durare nequeo in ædibus, ita me probi,
Stupri, dedecoris à viro argũtam meo.
Cicero pro Rabirio. 19. An non intelligis, primum quos homines, & quales viros mortuos summi sceleris arguas? Idem pro Cecinna. 18. Ne arguere eum rei capitalis videretur.
Argui repetundarum. Tacitus lib. 3. Cogitarent ipsi quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura vxoribus obiectari.
Arguere regem culpæ. Liu. 1. Decad. 5. Senatus nec liberauit eius culpæ regem, neque arguit.
Facinoris reum argui. Cicero pro Cælio. 1. Siquis Iudices fortè nunc adsit ignarus legum, nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur, vt eo neglecto ciuitas stare non possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arguitur patrem occidisse Sex. Roscius. Cic. pro Sex. Roscio. 21.
Quòd author iniuriæ illius fuisse argueretur. Cic. 3. Verr. 60.
Arguor immeritò, Iniustè accusor. Ouid. 1. Trist. 66.
¶ Arguere, cum solo accusatiuo, pro Vitiosum demonstrare. Liu. 4. bel. Maced. Veteribus, nisi quę euidenter vsus arguit, stari malunt. Idem lib. 5. Decad. 5. Leges Macedoniæ dedit, cum tanta cura, vt non hostibus victis, sed focis bene meritis dare videretur, & quas ne vsus quidé longo tempore, qui vnus est legum corrector, arguei et.
¶ Arguere, pro Vetare, & prohibere dictum videtur ab Ouidio, libro 1. de Ponto, eleg. 7. 9.
Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arguit, mecta continuitque manu. De Spe dea loquitur. Idem. 15. Meta. 15. de Pythagora, — primusque animalia mensis Arguit imponi.
Argutum iri, In discrimen vocari. Festus.
Arguens, (ἐλέγχων,) Participium. Plin. lib. 2. cap. 12. Quo in metu fuisse Stesichori & Pindari vatum sublimia ora palàm est deliquio Solis, & in Luna venefica arguente mortalitate.
Argûtus, pen. prod. participii, (ἰσχνεός,) Id est accusatus. Plaut. Pseud. 11. 56. Ecquid argutus est? CH. malorum facinorum sepissime.
Argutus, adiectiuum nomen, (ἀγχίνους,) qui est acuta quadam & accurata solertia: quasi acutè arguens & vestigans, non autem ab altero acutè intellectus & vestigatus. Hęc Valla li. 1. Plaut. Domi strenui nimio plus prosunt populo, quàm arguti & cati. Idem, Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro venefica. Plinius Epistola. 110. n. Vitassem inquidum ne viderer argutior, nisi proposuissem omnes angulos tecum epistola circuire. Cicero secundo de Orat. 138. Ex ambiguo dicta, vel argutissima putantur.
In sententiis argutior. Cic. de Claris Orat. 31. Quis Catone grauior in laudando, acerbior in vituperando, in sententiis argutior, in docendo edisserendoque subtilior.
Acumen argutum. Horat. in Arte poetica. 74.
Iudicis argutum quæ non formidat acumen,
Blanditia arguta. Propertius lib. 1. 15. 3.
Ille meos nunquam patitur requiescere postes,
Argutaque referens carmina blanditia.
Arguta diuisio. Plin. Epist. 119. c. Nam & copia rerum, & arguta diuisione, & narratiuculis pluribus, & eloquẽdi varietate renouat eagra.
Dolore arguto queri. Propert. lib. 1. eleg. 17. 6.
Omnia consueui timidus perferre superbæ
Iussa, nec arguto facta dolore queri.
Argutus libellus. Martialis lib. 1. 31.
Toto notus in orbe Martialis.
Argutis epigrammatum libellis. Id est salsis & acumen habentibus.
Literæ quàm argutissimæ. Cic. ad Attic. lib. 6. 1. 16. 1. Velim obuias mihi literas quàm argutissimas de omnibus rebus crebrò mittas.
Manus arguta. Cic. 3. de Orat. 122. Manus autem minus arguta, digitis subsequens, verba non exprimens.
Meretrix arguta. Horat. 1. Serm. Saty 10. 8.
Oculi arguti. Cic. 1. de Legib. 39. Oculi nimis arguti, quẽadmodum animo affecti sumus, loquuntur.
Poetæ arguti. Horat. 2. Epist. 2. 116.
Sedulitas arguta. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 2. Vt vereat ne tibi arguta nimium hæc sedulitas videatur.
Thaliæ argutæ doctor. Id est præceptor artis musicæ. Horat. 4. Car. 6. 5.
Doctor argutæ fidicen Thaliæ Phœbe.
Arguta virtus. Plaut. Facile sibi facunditatem virtus arguta inuenit.
¶ Argutus, Stridulus, sonorus, vt ait Seruius.
Aes argutum. Silius Italicus lib. 17. 4.
Calami arguti, Id est sonora fistula. Sil. Ital. lib. 1. 13. 69.
Calo argutus. Horat. 1. Epist. 14. 9.
Canes arguti. Seneca in Hippolyto. 1. 14. Signum arguti misere canes, vocor in sylvas.
Fistula arguta. Virgilius eclog. 7. 5.
Forum argutum, Id est obstreperum. Ouid. 1. de Arte amandi. 16. Flammaque in arguto sepe reperta foro est.
Argutam hystoriam, pro loquaci dixisse videtur Propertius, & quæ in ore sit omni populo, lib. 1. eleg. 20. 6.
Illi sint quicunque solent in amore dolores,
Et caput argutæ præbeat hystoriæ.
Ilex arguta, apud Virgilium, eclog. 7. 1. Fortè sub arguta consederat ilice Daphnis. Vbi Seruius, Arguta, modò canora, stridula.
Nemus argutum, garrulum, stridulum, ait Seruius in illud Virgilii, eclog. 8. 1. Mœnalus argutumque nemus, pinusqi loquentes Semper habet.
Olor argutus. Virg. 9. ecl. 8. Argutos inter strepere anser olores. Id est cygnos canoros. Sic Argutus passer, Mart. lib. 5. 114. & lib. 9. 57.
Ora arguta. Stat. 2. Syl. 1 8.
Blandis vbinam ora arguta querelis?
Pecten argutus. Virgil. 1. Georg. 59.
Arguto coniunx percurrit pectine telas.

Serra arguta. Virgil. 1. Georg. 29.
Tum ferri rigor, atque argutæ lamina serræ.
Valles argutæ. Id est resonantes. Colum. lib. 2. cap. 5. 7. Nec minus viderentur cauæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci ἠχοῦς vocant.
¶ Arguta exta, Quæ maximè declarant & ostendunt quid futurum sit. Cic. 2. de Diuin. 43. Sunt. n. qui vel argutissima hæc exta esse dicunt sed tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quę declarari possit, quid futurum sit? De felle gallinaceo loquitur.
¶ Argutus, Exilis, breuis, & quasi acutus. Virg. 3. Georg. 16.
Argutumque caput, breuis aluus, obesaque terga. De equis.
Argûtulus, pen. corr. diminutiuum. Cic. Attic. lib. 13. 25. 1. Ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem.
Argutè. Aduerbium, (ἀγχινόως.)
Acutè & argutè conicere. Cic. de Claris Orat. 26. Quis præter celeritatem ingenii L. Bruto defuisse, qui de matre suauiauda ex oraculo Apollinis tam acutè arguteque coniecerit?
Acutè arguteque respondere. Cic. pro Cælio. 14. Si mihi acutè arguteq; respõderit, tum quærã denique ex quo iste fonte Senator emanet.
Breuiter & argutè. Cic. de Claris Orat. 179. Nemo qui breuiter argutèq; inclusso aduersario laxaret iudicum animos, atque à grauitate paulisper ad hilaritatem, risumque traduceret.
Callidè, arguteque dicere. Cic. in Orat. 52. Qui in illo subtili & acuto callidè, arguteque dicere. Cic. in Orat. 52. Qui in illo subtili & acuto genere borauit, vt callidè acuteque diceret, nec quicquam alijus cogitauit, hoc vno profectò magnus orator est, si non maximus.
Argutię, argutiarum (ἀγχινοήματα,) Acuti dicta & subtiliter. Plaut. Bacchid. 1. 19. Etiã me aduersus exordire argutias? Idem Mostell. 1. 3. Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Cic. 1. de Legib. 10. Nã quid Accium memorem, cuius loquacitas habet aliquid argutiarum?
Multum argutiarum & vrbanitatis. Cic. de Claris Orat. 26. C. Tity commentiones tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum vrbanitatis habent, vt penè Attico stylo scripte esse videantur.
Argutiæ & acumen. Cic. in Orat. 19. Demosthenes nihil Lysię subtilitate cedit, nihil argutiis & acumine Hyperidi, nihil leuitate Æschini & splendore verborum.
Persequi argutiis. Cic. de Amicitia. 42. Quibusdam, quos audio sapientes fuisse habitos in Græcia, placuisse opinor mihi absolutos quosdam. Sed nihil est, quod illi non persequantur suis argutiis, quarum fugiendas esse nimias amicitias, &c.
Digitorum argutiæ. Cic. in Orat. 33. Nulla mollitia cernitur, nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulos cadent.
Argutiola, pen. corr. diminutiuum. Gel. lib. 2. cap. 7.
Argutiola quippe hæc friuola & inanis est.
Argûtor, pen. prod. argutaris, pen. prod. (σοφίζεσθαι,) argutari, disputare nent, Loquaciter proloqui, vt ait Nonius. Plaut. Amphit. 4. 1. 9. Quid gin' argutari? Nęuius Exodio, Quando ad ludos venit, alii quotidie exercent, totum diem argutatur quasi cicada.
Argutari pedibꝰ. Exulare. Titinnius Fullonibus, Terra hæc est nostra, vbi tu solitus argutari pedibus, creram dum compescis, vestimenque lauas. Nonius.
Argûto, argûtas, pen. prod. (σοφίζεται,) argutâre. Propert. lib. 2. el. 31.
Illa mihi totis argutat noctibus ignes,
Et queritur nullos esse relicta deos.
Id est argutè oblicit, Aut, vt ait Budæus, imputat.
Argutatio, (λογοφωνία,) Verbale pro strepitu, & stridulo fonitu. Vt Argutatio quassa lecti tremuli, Id est fonitus ex concussione lecti. Catullus ad Flauium. 6. Puluinosque peræque & hîc, & illic.
Attritus, tremulique quassa lecti
Argutatio, inambulatioque.
Argutator, verbale, (σοφίστης,) Gell. lib. 17. cap. 5. Proceßisse autem argutatorem istum fortasse reprehensio. Argutatorem pro Sophista arguto vel argumentatore accipit, id est artificiali, inquit Budæus.
Argumentum, argumenti, (ἐπιχείρημα, πίστις, ἀπόδειξις,) Verbale. Ex thore Quintiliano, lib. 5. cap. 10.) ratio probationem præstans, colligitur aliud per aliud & quę, quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. Cicero in Topicis. 5. Argumentum est ratio quæ rei dubiæ facit fidem.
Argumentis & rationibus docere. Cic. 2. de Diuin. 41. Argumentis & rationibus oportet quare quicque ita sit, docere non euentus.
Argumenta criminis alicuius, Id est rationes quibus crimen illud probetur ab aliquo fuisse contendimus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 8. Sed tum ab aliquo fuisse contendimus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 8. Sed tum qua & interim etiam longa, circa argumenta eius criminis. Aliquando licet Narratio, de qua capite illo agit.
Affers omnia argumenta cur dii sint, tremque mea sententia minuta, dubiam argumentando dubiam facis. Cic. 3. de Nat. Deorum. 13.
Agere argumentis. Cic. pro Cælio. 16. Argumentis agemus, signis autem luce clarioribus crimina refellemus.
Astringere breuiter argumenta. Cic. 3. Tuscul. 23. Primò, si placet, sic eorum more agamus, qui breuiter astringere solent argumenta.
Argumenta commemorare. Lucretius lib. 1. 81. Multaque

Multaque præterea tibi possem commemorando
Argumenta, fidem dictis contradere nostris.
Argumenta vtriusque partis inter se comparare. Quint. lib. 7. cap. 3. 17. Comparare, Id est conferre, & (quod paulo supra dixerat) cõponere.
Aduersarii argumenta cum nostris componere, Id est Conferre & perpendere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 17.
Argumentum confirmat ratio. Cic. 2. de Orat. 118. Argumentum ratio ipsa confirmatque simul atque emissa est, adhæresit.
Argumento confirmare. Cic. 1. Offic. 213. Placet apiora esse naturæ ea officia quæ ex communitate, quàm ea quæ ex cognitione ducuntur: idque hoc argumento confirmari potest.
Argumentis colligere. Id est ratiocinando comprobare. Quintil. lib. 5. cap. 6. 73. Rursus nothus eisdem colligit argumentis, non sine liberis patrem decessisse.
Argumenta sparsa colligere, Id est argumenta plura & diuersa coacernare. Quintil. lib. 1. cap. 7. 12. Nam vt in oratione, sparsa plerumque colligimus argumenta, quæ per se nihil rerum aggregare videantur, congregatione deinde eorum factum comincimus.
Argumenta congerere, & Argumenta dissoluere, videtur Quintilianus veluti contraria inuicem opposuisse, lib. 5. cap. 11. 12. Sæpius autem accusatori, congerere argumenta, reo dissoluere expedit.
Argumentis causam viriliter defendere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 6. Si multiplex causa sit, & pluribus argumentis viriliter defensa.
Argumenta dicere, Id est argumenta proferre. Quintil. lib. 5. cap. 10. 8. Idem lib. 5. cap. 14. 26. Nunc illud adiiciendum, ne iis quidem consentire me, qui semper argumenta sermone puro, & dilucido, & distincto, cæterum minimè lato ornatoque putant esse dicenda.
Dilatare argumentum. Cic. in Parad. 3. Cato perfectus Stoicus, & ea sentit quæ non sanè probantur in vulgus: & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod propositi efficit.
Docere multis argumentis Deum vnum esse. Cic. 3. de Nat. deorum. 12.
Argumentum ducere à. Quintil. lib. 5. cap. 10. 16. In primis igitur argumenta sæpè à persona ducenda sunt.
Ducere argumenta ex re aliqua. Cic. 2. de Orat. 90. Ex coniunctis fic argumenta ducuntur. Si pierati summa tribuenda laus est, &c.
Argumentum ex aduersario ducere, Id est, à persona aduersarii. Quintil. lib. 6. cap. 1. 3.
In argumentum ducere rem aliquam, Id est Argumenti loco sumere. Quintil. lib. 5. cap. 10. Ducitur enim frequenter in argumentum species libidinis, robur petulantiæ.
Excogitare argumenta firma ad probandum. Cic. de Claris Orat. 148.
Argumentis niti, Id est conari probare aliquid. Quintil. lib. 5. cap. 12. 6. Multum etiam refert, si argumento nitemur odii, vtrum hoc ex inuidia fit, &c. Id est, si ostendere conabimur fuisse illum nobis inimicum.
In argumentum obiicere, Id est ad confirmandam causam suam opponere aliquid. Quintil. lib. 6. cap. 3. 34. Quum obiceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, quòd Bouillas ante horam diuertisset, &c.
Argumentis onerare iudicem. Quintil. lib. 5. cap. 12. 6. Nec tamen omnibus semper quæ inuenerimus, argumentis, onerandus est iudex: quia & tædium afferunt, & fidem detrahunt.
Inter argumenta ponere, Id est inter probationes referre. Quintilianus lib. 4. cap. 1. 8.
Refellere argumentis. Cic. 1. de Orat. 44. Menedemus exemplis magis quàm argumentis conabatur refellere.
Argumentis resistere. Quint. lib. 4. cap. 1. 10. Sed argumentis expositione contraria resistendum, & interdum singulis, interdum vniuersis.
Argumentum à se positum soluere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 21. Nec enim positum à se argumentum soluit orator.
Argumenta tractare. Quintil. lib. 5. cap. 10. 11.
Argumenta ex causa trahere. Quintil. lib. 5. cap. 5. 1.
Vti argumentis ad probandũ id qđ explanari volumus. Cic. 1. Acad. 46.
¶ Argumenta distincta ac perspicua. Quintil. lib. 5. cap. 14. 26.
Argumentum frigidum, Id est infirmum, & non vrgens. Quintil. lib. 5. cap. 10. 22.
Argumentum graue, Id est vrgens, & quod firmis rationibus nititur. Quintil. lib. 5. cap. 12. 3.
Grauissimum & firmissimum argumentum. Cic. pro Q. Roscio. 21.
Argumenta horrida & confragosa. Quintil. lib. 5. cap. 8. 1.
Argumenta parua, Id est leuia. Quintil. lib. 2. cap. 1. 8.
Argumenta persuasibilia. Quintil. lib. 2. cap. 21. 2.
Argumentum simplex & breue, Id est absque magno verborum & elocutionum apparatu. Quintil. lib. 4. cap. 2. 39.
Argumentum vanum, Id est friuolum, & quod nihil probat. Quintil. lib. 7. cap. 3. 28.
¶ Sine argumento. Cic. pro Cælio. 5. Quis est enim, cui ista via non pateat? qui isti ætati non possit, quàm velit petulanter, etiam si sine illa suspicione, at non sine argumento maledicere?

Iudicaram antea iam istud pluribus argumentis. Cic. ad Appiũ, li. 3. 4. 3.
Quod argumentum, aut rationem habuit res, quamobrem &c. Cicero. 4. Verr. 79. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade: quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quamobrem in eo potissimum Stenia num præmium poneretur?
¶ Argumenta atque indicia. Cic. 3. in Catil. 57. Mihi quidem, Quirites, quum illa certissima sunt visa argumenta, atque iudicia sceleris, tabellæ, signa, manus, &c.
Patefacere argumẽto & indicio. Cic. 2. Verr. 11. Quæ res primò Iudices, perteoui nobis argumẽto indicioq; patefacta est, pòst aperto suspitionis introitu ad oia intima istorũ consilia sine vllo errore peruenimus.
Argumentis & oculis deprehendere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 3.
Argumento oculorũ atque coniectura animi scrutari amplitudinem Solis. Plinius lib. 2. cap. 11. 1.
Accipere argumentum certissimum vt aliquid intelligamus. Cic. 4. Verr. 11. Atque vt intelligatis eum Romæ quæsisse non modò genera furandi, sed etiam nomina, certissimum accipite argumentum, quo facilius de singulari eius impudentia existimare possitis.
Argumento graui aliquid comperire. Cicero pro Cluentio, Nihil se testibus, nihil graui aliquo argumento comperisse: nihil denique causa cognita statuisse dicent.
Argumenta alicui rei dicere. Plaut. Trinum. 5. 92.
— per deos atque homines dico, ne tu
Illum agrum, tuum fuisse vnquam fieri, neque gnati tuis
Ei rei argumentum dicam, &c.
Argumentis rem aliquam exquirere. Plaut. Rud. 14. 136.
— eamus mea gnata ad matrem tuam:
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere,
Quæ te magis tractauit, magisque signa pernouit tua.
Satis est argumenti, nihil, &c. Cic. pro Quintio. 23. Satis est argumenti, nihil esse debitum Nævio, quòd tandiu nihil petiit.
Argumento esse. Cic. pro Cluentio. 31. Quanquam satis magno argumẽto esse debet, quòd ex tam multis iudicibus, absoluto Falcula, nemo reus factus est. Idem. 1. de Diuin. 104. Maximo est argumento, quòd paulò ante interitum Cęsaris contigit. Idem. 7. Verr. 39. Sed si argumento est Mamertinos pecunias tibi non dedisse, quia scriptum non habent, sit argumento, tibi gratis coustare nauem, quia quid emeris, aut quid locaueris, scriptum proferre non potes.
Ei rei argumẽto adest. Plin. lib. 3. cap. 16. 6. Ligurum quidem lingua amnem ipsum Bodincum vocari, quod significet fundo carentem. Cui argumento adest oppidum iuxta Industria, vetusto nomine Bodincomagum, vbi præcipua altitudo incipit.
Maximo argumento esse ad. Cic. pro Sex. Rosc. 45. Prætereo illud quod mihi maximo argumento ad hanc innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in victu arido, &c.
Magno argumento sit. Cicero. 2. Philipp. Quod idem mœstitiam meam reprehendit, idem iocum: magno argumento sit me in vtroque fuisse moderatum.
Argumenta instituere. Plaut. Mostel. 3. 1.
Recordatus sum, & diu cogitaui, argumentaque multa
In pectus institui ego, atque in corde meo.
Argumenta loqui. Plaut. Capt. 18. 14. Ipsus est filius tuus, vt quidem hic argumenta loquitur.
Argumentum morum. Id est indicium. Quintil. lib. 5. cap. 10. 22. Nam & illud extat apud Euripidem, frigidum sanè, quòd nomen Polynicis, vt argumentum fraternorum incestus.
Argumento patet, Id est ratione euidens est. Quint. lib. 1. cap. 12. 7. Nã & docciliora sunt ingenia priusquam obdurnerunt. Id vel hoc argumento patet, quòd intra biennium, &c.
Pro argumento esse. Liu. 5. bel. Pun. 45. Interea adeò nihil obedienter cuncta est, vt contrà pro argumento fuerit illa procuratio Numidarum, Annibalem exercitumque castris non mouisse.
Quo argumento? Plaut. Casin. 19. 14.
Ædepol næ tu si esses equos, esses indomabilis.
2. Quo argumento? 1. Nimis es tenax.
Quid argumenti habet, &c. Cic. pro Cælio. 55. Scire cupio quid habeat argumenti ista mansuetudo.
Argumento, ablatiuus elegans. Plin. lib. 10. cap. 36. de passeribus, Mares negantur anno diutius viuere eo argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab ætate incipit.
¶ Argumentum, (ὑπόθεσις,) interdum rem fictam significat, quę tamen secundum naturam fit, hoc est verisimilis qualia sunt argumenta comœdiarum. Vnde per metaphoram argumentum aliquando pro materia ponitur. Quint. lib. 5. cap. 10. 7. Argumentõ plura significat. Nã fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumenta dicuntur: & oratio num Ciceronis velut thema iple exponens Pædianus, Argumentum (inquit) tale est. Et ipse Cicero ad Brutum ita scribit, Veritus fortasse ne nos in Catonem nostrum transferamus illine mali quid, etsi argumentum simile non erat. Quo apparet omnem ad scribendum delti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

patam materiam ita appellarit nec mirum, quum id inter opifices quoque vulgatum sit. Vnde Virgilius, Argumentum ingens. Vulgoq; paulo numerosius opus, dicitur argumentosum. Hactenus Quintilianus.
Terentius in prologo Andriæ,
Menander fecit Andriam & Perinthiam:
Qui vtramuis recté norit, ambas noverit:
Non ira dissimili sunt argumento. Cic. 1. Offic. 123. Tabulæ verò nouæ quid habent argumenti, nisi vt emas tibi mea pecunia fundum, & cum tu habeas, ego non habeam pecuniam?
Argumencum & sententia alicuius concionis. Cic. de Aruſp. reſp. 6. Clodius paulo ante p. c. cōtionem habuit, quæ est ad me tota delata: cuius concionis primū vniuersum argumentū sententiamq; audite, quū riseritis impudentiam hominis, tum à me de tota concione audietis.
Absque argumento & sententia epistola. Cic. ad Att. lib. 1. ep. 1. ad summas atq; incredibiles occupationes meas accedit, quòd nullam à me epistolam ad te sine absque argumento ac sententia venire.
Explicare argumentum. Cic. 1. de Nat. Deor. 74. Tragici poetę, quū explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad deos.
In vno argumento versari. Cic. ad L. Lucceium, lib. 5. ep. 12. 8. Si vno in argumento, vnaque in persona mens tua tota versabitur, cerno iam animo quanto omnia vberiora atque ornatiora futura sint.
Componere argumentum. Cic. ad Att. lib. 16. ep. 3. 3. 8. At inquis, ἀφορμὴν aliquod. Non recuso id quidem, sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius.
Argumentum epistolæ. Cic. ad Atticum, lib. 13. ep. 28. 3. 2. Quod aliud argumentum epistolæ nostræ, nisi col'atio fuit?
Argumentum ad scribendum deest. Cic. ad Atticum, lib. 9. ep. 15. 4. Extremum est, vt tibi argumentum ad scribendum fortasse iam desit.
Ad scribendū aliquid argumenti dare. Cic. ad Qu. fratrē, lib. 2. ep. 13. 1. Epistolam hanc contrito efflagitarunt codicilli mei. Nā res quidē ipsa, & is dies quo tu ex Asiā profectē, nihil mihi ad scribēdū argumēti sanè dabat.
Dare argumentum epistolæ. Cic. ad Att. lib. 10. ep. 5. 3. Seruius nos matutè videbit, mihiq; dabit argumentum ad te epistolę.
Egere argumento epistolarum. Cic. ad Att. lib. 3. ep. 17. 2. 3. Ego etsi tandiu requiescō, quandiu aut ad te scribo, aut tuas literas lego, tamen & ipse egeo argumento epistolarum, & tibi idem accidere certè scio.
Habere scribendi argumentum. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. ep. 4. 1. Gaudeo tibi iucundas esse meas literas: nec tamen habuissem scribendi nunc quidem vllum argumentum, nisi tuas accepissem.
¶ Est etiam argumentum scriptoræ, picturæque. Cic. 6. Verr. 110. Exebore diligentissimè perfecta argumenta erant in valuis. Suetonius in Neronę, de spectaculis ab eo editis, cap. 12. Inter pyrrhicarum argumenta, taurus Pasiphaen in ligneo iuuencæ simulachro abditā initt. Virgil. 7. Aeneid. 158. Turni arma describens,
At leuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insigniebat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus. Vbi Serv. Argumentū aut fabula, vt Cicero, Argumēta erant in valuis. Aut re vera argumentum, quo se Græcum comprobare cupiebat. Ouid. 6. Metam. 14.
Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in tela deducitur argumentum. Id est antiqua fabula.
¶ Argumentum esse alicui erroris. Id est materia ad scribendum. Ouidius. 4. de Ponto, eleg. 15. 5.
Erroris nam tu vis est discernere nostri
Sis argumentum maius, an auxilium.
Numorum argumenta. Cic. pro Rab. Posth. 21. Alexādriam nunc cognoscimus illinc omnes præstigiæ, illinc inquam omnes fallaciæ, omnia denique ab his nummorum argumenta nata sunt.
¶ Argumentum, pro hystoria & gestis alicuius dixisse videtur Ouidius quinto Trist. eleg. 1. 2.
Integer & lætus, læta & inuenilia lusi,
Illa tamen nunc me compositisse piget.
Vt cecidi, perago subiti præconia casus,
Sumq; ne argumenti conditor ipse mei.
Argumentor, argumentaris, (ἐπιχειρέω.) argumentari, Est (vt ait Asconius) argumentis vti ad rem probandam. Cic. 3. Verr. 109. Nónne argumentamur quo ista pecunia peruenerit?
Argumētari, & cōiectura prosequi. Author ad Herenniū, lib. 4. Quæsitoris est vnūquemq; in officio suo cōtinere. Quare L. Casli, si in caussa testem præterquam quod sciat, aut audierit, argumentari & coniectura prosequi patieris, ius accusatoris cum iure testimonii cōmiscebis.
Argumētari & disputare. Cic. pro Mil. 33. Sed quid ego argumētor? quid plura disputo? te Q. Petili appello optimum & fortissimū ciuem.
Argumentari & differere. Cicero. 1. de Fin. 48. Sed & argumentandum, & accurate differendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.
Argumentari aliquid. Cic. pro Cluen. 50. Atq; ego illa non argumentabor, quæ sunt grauia vehementer, eum, &c. Sic. 3. de Finibus. 4.
Argumentari de. Plin. lib. 11. cap. 37. 57. Vnde quæstio magna de diuinatione argumētantibus, potuerintne, &c. Cic. 4. Verr. 83. De quo ego nihil mihi ne quid ego disputem, quum totum positum sit in testibus? quid porrò argumenter, quā de re dubitare nemo possit?
Argumentari de voluntate alicuius. Cic. 2. de Inuent. 217. Si aliud scripserit, aliud scripsisse dicetur, is qui scripto vtetur, hoc dicet, non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere posse mus, iudicium nobis reliquerit suæ voluntatis.
Sed quid argumentor? Elegans correptio. Cic. Attic. lib. 13. ep. 4. 1. Ita male autem audio ipsum esse tractatum, vt mihi ille emptor non displiceat videatur. Quid enim pateretur? Sed quid argumentor?
Argumentatio, (ἐπιχείρησις,) Verbale, Ipsa argumentorum explicatio. Cic. 2. de Orat. 63. Altera est quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. Idem. 5. de Finib. 16. Vt multa non modò probabili argumentatione, sed etiam necessaria mathematicorum ratione concluderent. Plinius lib. 2. cap. 12. 4. Nā neque institutis operis talis argumentatio est. Rursus Cicero. 1. de Inuent. 22.
Argumentatio, nomine res duas significat: ideò quòd & inuentam aliquam in rem probabile, aut necessarium, argumentatio vocatur, & cum inuenti artificiosa expoltio.
Argumentatione firmare, Id est argumentis & rationibus comprobare. Quintil. lib. 4. cap. 2. 73.
Argumentatio firmissima. Quintil, lib. 3. cap. 11. 7.
Argumentatio subtilis & crebra. Quintil. lib. 2. cap. 5. 6.
Argumentatio suspecta. Quintil. lib. 5. cap. 14. 27.
Argumentosus, pen. prod. adiectiuum, (ἐπιχειρηματικός.) Quintilianus. lib. 10. cap. 10. 8. Vulgoque paulo numerosius opus, dicitur argumentosum. Id est quod multam materiam continet.
ARGVS, (Ἄργος,) filius Aristoris, de quo ait Ouid. lib. 1. Metam. 196.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:
Inque suis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera seruabant, atque in statione manebant. Huic Iuno custodiā dedit Io Inachi filiā mutatā in vaccā. Sed Mercurius à Ioue missus dolcedine cantus illū sopitū occidit. Oculos tū Argi Iuno indulta cū dæ Panonis, quæ dicitur auis Iunonia. Virg. 7. Aeneid. 111.
– & custos virginis Argus. Cic. 3. de Natura Deorum. 77. Mercurius argentum inuenisse, & Argum dicitur interemisse.
Argus Aristorides. Id est Aristoris filius. Ouid. 1. Met. 126. Donec Aristoride seruandam tradidit Argo.
Argus stellatus. Ouid. 1. Metam. 134. Talia dicenti stellatos sanguine Argus.
Argus. Stellatū vocat ab oculorum multitudine, instar stellarum existentia caput totum micantium. Statius. 6. Thebaid. 56.
Spectat in occiduis stellatum visibus Argum.

Argutè, Argutiae, Argutor, Argutus
Vide ARGVO.

Argyrîtis,
huius argyrîtis, pen. prod. f. g. (ἀργυρῖτις,) Species genti. vulgò Litharyrio. Plin. li. 33. cap. 6. 12. Fit & de metallis & quæ vocat spuma argenti. Genera eius tria: optimum chrysitin vocāt: secunda, quā argyritin: tertia, quam molybditen. Mineral.

Argyrognómones,
pen. cor. (ἀργυρογνώμονες,) illi nummularii, id est cambitores vel gò dicti, quasi pecuniæ spectatores. Budæus.
ARIA, (ἀρία,) regio quam Turquestam regnum Haytonus & Marcus Venetus appellant: regia horum Ocerra. Terminatur (inquit Ptolemæus lib. 6. cap. 17.) à Septentrionibus Margiana & parte Bactrianæ: iuxta expositā ipsarum meridionalia latera. Ab occasu Parthia & Carmania deserta. A meridie Drangiane. Ab oriente, Paropamisi, montis partes meridionalem lineam, iungentem fines expositos per occidentales Paropamisi.
ARIADNE, Ariadnes, vel Ariadna Ariadnæ, (ἀριάδνη,) filia Minois regis Cretæ, forma elegāti, quæ Theseum ingressum Labyrinthum adiuuit, & redeuntem in patriam secuta est. Catullus de ea & Theseo loquens, sic ait in Argonautica. 17.
Hunc simulac cupido conspexit lumine virgo
Regia, quam suaues expirans castus odores
Lectulus, in molli complexu matris alebat,
Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos,
Aurāve distinctos educit verna colores,
Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina, quàm toto concepit pectore flammam
Funditus, atque imis exarsit tota medullis,
Eam deinde Bacchus vxorem duxit, eiusque coronam stellis ornatā in astra retulit: vnde est cœleste sydus, quod Corona Gnosia dicitur. Propertius lib. 3. eleg. 17. 2.
Te quoque enim non esse rudem testatur in astris
Lyncibus in cœlum vecta Ariadna ruis. Bacchum alloquitur.
Ariadnæus, adiect. (ἀριαδνάϊος,) vt Ariadnæum sydus. Ouid. 5. Fast. 13.
Bacchus amat flores, Baccho placuisse coronam,
Ex Ariadnæo sydere nosse potes. Vide Hyginiū in Astronom. post Arat.

ARIARATHES, Cappadociæ rex, sub quo Cappadoces primùm petierunt Pop. Rom. societatem, cuius deficiente stirpe, lectus rex Ariobarzanes, & à Mithridate sæpe pulsus, Romanorum armis restitutus est. Author Volaterranus.
ARICIA, (Ἀρίκεια,) puella fuit Attica, Hippolyti vxor, postquam ille à Diana in Italiam fuisset translatus, vt testatur Virg. lib. 7. Aeneid. 152.
Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius, insignem quem mater Aricia misit, Eductum Aegeriæ lucis.
Aricia, (Ἀρίκεια,) ité oppidū est ab Hippolyto cōstructū à noie Ariciæ vxoris, qđ ad decimū lapide abest ab vrbe Roma, vt testat Luca. lib. 8. 15
Parua Mycenææ quantum sacrata Dianæ
Distat ab excelsā, memoralis Aricia, Roma. Horat. 1. Serm. saty. 5. 1.
Egressum magnā, me excepit Aricia, Roma. Huius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 1. Hodie Ricia castellum dicitur. In hac Oreſtes oraculo monitus, simulachrum Scythicæ Dianæ, quod de Taurica regione transtulerat, prius q; Argos peteret, consecrauit. Erat ad huius templum nemus quod vocabatur Aricinum, dicēte Ouidio lib. 3. Fast. 53.
Vallis Aricinæ sylua præcinctus opaca
Est locus antiqua religione sacer.
Hic tacet Hippolytus furiis distractus equorum,
Vnde nemus nullis illud aditur equis. Fuit item Aricinus lacus, quod Speculum Dianæ vocabatur, in quo nauc quoque insulæ cum proceris arboribus conspiciuntur.
Nemoralis Aricia. Ouid. 6. Fast. 12.
Inspice quos habeat nemoralis Aricia fastos. Sic Lucan. lib. 6. 15.
Aricinus, pen. prod. adiect. (ἀρικινός,) vt Aricinū arusū. Hor. 2. Epi. 2. 34.
Lacus Aricinus. Ouid. 6. Fast. 111.
Vallis Aricina. Ouid. 15. Metam. 98.
ARICOMISCI, (Ἀρικόμισκοι,) Volisçe, populi sunt Galliæ, de quibus Strabo lib. 4. Apud Pomponium tamen & reliquos, Arecomici legitur, & rectius. Vide Arecomici.

Ariditas, Aridus,
Vide AREO.

Aries,
arietis, pen. cor. an. g. (κριός, κριάς,) hoc differt à veruece, qđ cæterus ab equo. Veruex ab inuersis testiculis dicitur. Inter oues, cui inuersi vel adepti sunt testiculi. nā q ad generādā sobolē integer tenet, dr aries. Virg. in Buc. Ipse aries etiā nunc vellera siccat. Idē. 7. Aen. 36. Hæc sacris sedes epulis, hîc ariete cæso Perpetuis, &c.
Mutilus aries. Vide MVTILVS.
¶ Aries, bellica machina. De qua sic Veget. lib. 4. ca. 14. Materia ac tabulatis testudo cōtexitur quæ ne exuratur incēdio, corio vel cilicijs cōtomboso; vestitur. Hæc intrinsecus accipit trabē, quæ adūco præfigit ferro qđ falx vocatur ab eo, q; scutuata est, vt de muro lapides extrahat. Aut certe ipsius caput ferro vestitur, & aries appellatur: vel q; habet duritiā frōtē qua subruat murosvel q; more arietū retro cedit, vt eō impetu vehemētius feriat. Hactenus Vegetius. Cæsar. 7. bel. Gal. 89. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Cic. 1. Off. 74. Quāuis murū aries pellerit. Liuius. 1. ab Vrbe. 117. Cum effractis portis, stratisque ariete muris. Virg. 2. Aeneid. – labat ariete crebro Ianua. Id est crebras ictibus arietis. Hæc machina prius dicebatur equus. Plin. lib. 7. cap. 56. Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis. Epeum ad Troiam ferunt inuenisse.
Aries præceps. Claudian. 7. Paneg. 48.
Tum tibi murali librētur machina pulsu,
Saxa roter præceps aries, prætectaque portas
Testudo feriat. De his vide Vitruuium lib. 10.
Ariete muros pulsare. Virg. 12. Aeneid. 141.
Aries murum percutit. Cic. 1. Offic. 74. Qui armis positis ad Imperatorū fidem confugiunt, quāuis murum aries percusserit, recipiendi sunt.
¶ Aries. Vndecim signis Zodiaci circuli. Plin. lib. 18. ca. 25. 11. Oēsq; hæ differētiæ fiunt in octādis partibus signorū. Bruma Capricorni, ab VIII. Cal. Ianuarii ferè, æquinoctiū vernum Arietis in solstitiū Cancri.
¶ Aries, Piscis: de quo Plinius lib. 9. cap. 44. Grassatur aries vt latro: & nunc grandium nauium in salo stantium occultatus vmbra, siquē nandi voluptas inuitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piscantium cymbas speculatur, occultusque adnatans mergit.
Trux aries. Claud. in epith. Honorii & Mariæ. 33. – hanc piscē volutā Sublenat Oceani monstrum Tarthesia tigris.
Hanc timor Aegæi rapturus fronte carinas Trux aries.
Arietarius, adiectiuum. Quod ad arietem pertinet.
Arietaria machina. Vitruuius lib. 10. cap. 19. Constituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè κριοδόκη dicitur: in qua colloca batur tauri perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries.
Arietinus, adiectiuum, penult. prod. quod est ex ariete. Plinius, Arietinam iecur ad id vtile est.
Arietinum cicer, Quod arietino capiti simile est: vnde ita appellatur. Colum. lib. 2. cap. 10. 16. Cicer quod arietinum vocatur, itemque alterius generis, quod Punicum, seri meaſe Martio toto potest.
Arieto, arietas, pen. corr. (κριόω τω, κριάτω,) arietare dicitur aries, quū

capite & cornibus aliquēm impetit. Accius in bruto; apud Ciceronem 1. de Diuinat. 80.
Visus est in somnis pastor ad me appellere,
Duos consanguineos arietes inde eligi,
Pecus lauigerum eximia pulchritudine,
Præclariorēmque alterum iuolare me.
Deinde eius germanum cornibus conuitier,
In me arietare, eoque ictu me ad casum dari.
¶ Arietare, per translationem. In morem arietis peruetere, & deiicere. Curtius libro. 9. Macedo gladium cœperat stringere quem occupatum complexu pedibus repentè subductis, Droxippus arietauit in terram. Id est præcipitauit.
Arietat in primos, obiicitq; ue immania membra. Silius lib. 4. 30.
Arietare ædes, pro vehementer pulsare, quasi in modum arietis bellici. Plaut. Trucul. 6. 1. Quis illic est, qui tam proterue nostras ædes arietat? locus Plautinus.
Arietare in portam. Virg. lib. 12. Aeneid. 178.
– imissis pars cæca & concita frænis,
Arietat in portas, & duros obice postes. Vbi Seruius, Quæ in clausas portas more arietis ruebat, id est bellici machinamenti.
¶ Arietare, neutrum, pro labascere. Seneca de Prouidentia, Quæ casus incitat, sæpe turbari, & cito arietare. Idem de Vita beata, Nihil prauī nihil subiti supereſt, nihil in quo arietet aut labet.
Arietare inter se dicuntur, quæ concutiuntur mutuo ictu. Seneca lib. 22 de Ira. Magno imperatori antequam acies inter se arietarent, cor exiluit. Sic dentes inter se arietatos dicit, lib. 3. de ira. Plin. lib. 2. cap. 82. 2. de motibus, Innoxium, & quum concurrentia tecta, contrario ictu arietant, quoniam alter motus alteri renititur.
ARIMASPI, (Ἀριμασποί,) populi sunt in Scythia Asiæ, versus Septentrionem, vnicum tantummodo oculum in fronte habentes: quos Dionysius Arimaneas, vel Arimannos vocat, Aeschylus verò, μόνωπα γένη. Id est vnoculum exercitum: quòd fagittarij quum sint, optimi, alterum inflectunt oculum, vt à paruis adiuuēti, altero melius cernant. vnde etiam nomen adepti sunt, Herodoto. Nam Ari Scythicè, vnum significat: & maspos oculum. Item dicit idem Herodotus supra Arimaspos gryphes esse aurum seruantes. hos prope, Riphæi sunt montes. Vide Plinium lib. 7. cap. 2. 2.
ARIMINVM, penult. correp. (Ἀρίμινον,) vrbs vetus in flaminia iuxta Rubiconem. Cuius coloniam dicit in Picenum cum Beneuento dedūctam. Rursus lib. 14. Sempronio Prætori Ariminum prouincia obuenit. Hæc prius à Cæsare occupata, initijs ciuilis belli dedit. Hodie vulgò Rimino. Strabo lib. 5. Arimini, Colonia Vmbrorum, sicut & Rauenna. Verum vtraque Romanos accepit ioquidmos. Habet autem Ariminum portum, & eius dem nominis amnem. E. Placentia Ariminum stadia sunt mille & c c c. Hactenus Strabo. Lucanus lib. 1. 47. Vicinumque minax inuadit Ariminum, & ignes, &c.
Ariminensis, adiectiuum, (Ἀριμινήσιος,) Incola Arimini. Hora. epod. 5. 9.

Arinca,
RA. arincæ, (ὄανιξα,) genus frumenti. Dioscorid. Vide OLYRA.

ARIOBARZANES, (Ἀριοβαρζάνης,) fuit Cappadociæ rex, qui Pompeio in Pharsalico bello fauit. Is Pop. Romani amicus fuit, & à Cicerone ei toto regno seruatus, vt ipse Cic. scribit lib. 9. Epistо. ad Atticum.

Ariolus,
Vide HARIOLVS. Et quæ ab eo deriuantur.
ARION, penul. prod. huius Arionis, penul. corr. (Ἄριον,) Methymnæus citharœdus, & poeta Lyricus: emicuit Olympiade XXXVIII. Scripsit cantica circiter versuum duo millia. Dicitur & Tragici carminis primus inuentor fuisse, & chorum instituisse, ac Dithyrambicum carmen cecinisse. Author Suidas. Huius Arionis historiam Ouidius in Fastis, & Gellius lib. 16. cap. 19. ac Aelianus de Animalibus pluribus refe runt verbis, Dum Lesbō patriam repeteret, animaduertentes nauales socios in se propter opes conturbasse, ex naui se in mare proiecit, quem Delphinus dorso exceptum domum vsque tulit. Volaterranus. Vide Plinium lib. 9. ca. 8. 9. Seruius, Arion Lesbius à Lesbo, citharœdus optimus fuit: qui quum Tarento Corinthum cum multis opibus peteret: & videret sibi in mari tendi à nautis insidias: petit vt citharā paululū canere trad cuius sonum quum Delphini conuenissent, excussit se supra vnum & ita imminenti vitauit periculum. Hactenus Seruius in hūc Virgilii locū, Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion. eclog. 8. 12.
Fabulam habet præter alios complures, etiam Ouid. 2. Fastorum.
Ariona, accusatiuus. Ouidius 2. Fast. 17.
Quod mare non nouit, quæ nescit Ariona tellus?
Arion vocalis. Ouidius 2. Fastorum 19.
¶ Arion, equus iugalis Adrasti Argiuorum regis, ferox & indomitus. Statius 6. Thebaid. 89. – dum non cohibente magistro
Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion.
Arion flauus. Statius 6. Thebaid. 101.
Arion præsagus. Statius 6. Thebaid. 85.
Senserat adductis alium præsagus Arion Stare ducem loris.

Universidad de Deusto Biblioteca

Arion Adrasteus, equus Adrasti. Stat. 4. Thebaid. 9.
Velox Arion. Claudianus epigram. 18.4.
Arionius, adiectiuum, (ἀριόνιος,) vt Arionia lyra. Proper. li. 2. eleg. 27.4.
Arionium nomen, Id est fama. Arionis. Ouid. 2. Fast. 19. Nomen.
Arionium Siculas impleuerat vrbes.

Arista, aristæ, (ἀθηρίνη, ἀστέρις,) Varro de Re rust. lib. 1. cap. 48. 1. Granum dictum, quod est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus eius. Arista, quæ vt acus tenuis, longa eminet è gluma: proinde vt grani theca sit gluma, & apex arista. Et paulò pòst, Arista dicta, quod arescit prima. Et iterum, Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum: quæ primitus quum oriuntur, neque planè apparent. Virgil. 7. Aeneid. Nec teneras cursu læsisset aristas. Cice. de Senect. 47. E quibus quum emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam, & contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum.
Aristæ graciles Zephyro vibrantur. Ouid. 14. episto. 8.
Vtque leui Zephyro graciles vibrantur aristæ, &c.
Aristis grauidis canet ager. Ouid. 1. Metamorpho. 23.
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.
Arista ieiuna. Claudian. 1. in Eutrop. 23. — qualis sitientibus aruis
Arida ieiunæ seges interlucet aristæ.
Molli arista campus flauescit. Virgil. 4. eclog. 6.
Molli paulatim flauescet campus arista.
Aristas teneras lædere. Virgil. 7. Aeneid. 162.
Aristæ virides. Iuuenal. Sat. 14. 15. — lassoque famelica collo
Armẽta ad virides huius mittũtur aristas. Id est ad segetẽ maturescentẽ.
Aristis maturis albescit messis. Ouid. 5. Fast. 72.
Ignis populatur aristas. Claudian. 2. in Ruff. 9.
¶ Arista, pro spica. Virg. 1. Georg. 23. Ne grauidis procũbat culmus aristis. Vbi Seruius, Granidas aristas periphrasticωs pro spicis posuit.
¶ Arista, pro frumento. Virgil. 1. Georg. 2.
Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Seruius.
¶ Arista, Seges inculta, quæ à nullo colitur. Virgil. in Pollione,
Molli paulatim flauescet campus arista. Seruius.
¶ Post aliquot aristas. Virg. in Tityro 14. Post aliquot, mea regna videns, mirabor, aristas. Vbi Seruius, Gradatim dictum ex tropo metalepsiu vt per aristas, messes: per messes, æstates: per æstates, annos numeret.
Aristas æstu numerare, est operam inanem sumere, & rem aggredi quam perficere non possis. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 12. Vere prius flores, æstu numerabis aristas. Aestu pro æstate, & tempore messis.
Aristæ pondus, pro re leuissima. Ouid. 5. episto. 23.
Et minus est in te quàm in summa pondus arista,
Quæ leuis assiduis solibus vsta riget.
Aristæ nardi, Id est spicæ nardi. Ouid. 15. Metamorpho. 80.
Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas,
Quassaque cum fulua substrauit cinnama myrrha,
Se super imponit. De phœnice aue loquitur.
Aristas odoratas, nardi spicas intelligit Stat. 5. Sylu. 3. Odoratas nec Arabs decerpsit arista. Sic enim Plin. lib. 12. ca. 11. de nardo, Frutex est graui ac crassa radice, sed breui ac nigra fragiliq́; quamuis pingui, situ redolente vt cyperi, aspero sapore, folio paruo densoq́;. Cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant.
¶ Aristas Persius pro pilis mirè posuit, q. quoties inhorrescimus, erigant instar aristarũ. Sic eni ait Saty. 3. 112. Alges quũ excussit mẽbris tremor albus aristas. Tremor albus, id est pallidus, quòd pallidos nos reddat.
ARISTAEVS, (ἀρισταῖος,) fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei regis Arcadiæ filius: hic deinde in Arcadia regnauit, & primus apum & mellis vsum lactisque coagulum demonstrauit, vsumq́; olei, & alia quamplurima adinuenisse refert Iustinus lib. 14. Hic quum Eurypidicen nympham vxorem Orphei vitiare voluisset, & illa fugiens à serpente fuisset occisa, Nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus, & cunctis apibus matris auxilium petiit.
Hæc Seruius in quartum Georg. Virgil. 64.
Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe, (in Musa.
Amissis (vt fama) apibus morboq́;, fameq́;, &c. Vide Musarũ volucres
ARISTARCHVS, (ἀρίσταρχος,) Grammaticus Alexandrinus lege, oriundus è Samothracia, patre itẽ Aristarcho: floruit Olymp. CLVI sub Ptolemæo Philometore, cuius etiam filium erudiit. Scripsit commentarios supra mille. Fuit discipulus Aristophanis grammatici. Decessit in Cypro, seipsum cibi abstinentia necans morbo hydropiseos, ætatis anno LXXII. filios reliquit Aristarchum, & Aristagoram, ambos stultos. Author Suidas. Aelianus tradit hunc tam castigato fuisse iudicio, vt Homeri versus non putaretur, quem ipse non probaret. Horatius in Arte Poetic. 90. Arguet ambiguè dictum, mutanda notabit. Fiet Aristarchus. De hoc & Cicero lib. 1. ad Attic. episto. 9. 4. Ego varia meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere. Idem de hoc apertius in Pisonem 57.
Aristarchus Tegeates poeta Tragicus, Aesculapio, à quo ex morbo fuit liberatus, pro recepta sanitate fabulam vouit. Emicuit tempore Euripidis. Docuit tragœdias LXX, vicit duabus. Fuit & alius Aristarchus Ephesi tyrrannus. Vtriusque author Suidas.
ARISTIDES, penult. prod. (ἀριστείδης,) cognomento δίκαιος, id est, iustus, Athenis cum Themistocle in administranda Repub. dissensit, quum esset diuersis moribus, Catoni alter: Cæsari Themistocles comparandus. Author Plutarch. Aristidem alium inter sophistas Philostratus ponit è ciuitate Adrianorum Mysiæ, qui Smyrnæ docebat: & aduenienti forti M. Antonio principi, vnus omnium nõ processit obuiã, eoque modo in cognitionem, & amicitiam venit Imperatoris. Aristides item Thebanus pictor fuit Apellis tempore. Is omniũ primus animum pinxit, & sensus expressit omnes, quos Græci vocant ἤθη: item perturbationes, durior paulo in coloribus. Huius pictura illa præcipuè laudatur, infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis, ac manu prohibentis: sentire mater & timere videtur, ne emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam. Alexander transtulit Pellam in patriam suam. Ex Plinio lib. 35. cap. 10. 31.
Aristides alius fuit orator Atheniensis inter x secundus: cuius multæ extant orationes, insuper & declamationes.
ARISTIPPVS, (ἀρίστιππος,) Cyrenæus, Socratis auditor, primus Socraticorum mercedem docendi exegit, ac quæstu philosophatus est. Cum Xenophonte simultatem gessit: summum bonum in voluptate corporis posuit. Quapropter à Diogene canis regius est appellatus, quod diuitum esset assecla. Iactatum inter eos scomma. Horatius perpulchrè versibus includit 1. Episto. 18. 3.
Si pranderet olus patienter, regibus vti
Nollet Aristippus. si sciret regibus vti:
Fastidiret olus, qui me notat. Alius fuit Aristippus, de quo idem Horatius 2. Sermo. saty. 3. 20. — quid simile isti
Græcus Aristippus? qui seruos proiicere aurum
In media iussit Libya, quia tardius irent
Propter onus segnes. Hoc loco summũ diuitiarũ contẽptorẽ depingit.
Aristippus, adiectiuum, (ἀριστίππειος,) Cice. 2. de Finib. 31. Illud Aristippeum contemneret.
ARISTO, Aristônis, penult. prod. (ἀρίστων,) fuit philosophus, Zenonis auditor, cuius meminit Cicero 4. Acad. quæst. 25. & 23.
Aristoneus, adiectiuum, (ἀριστώνειος,) Cice. 4. de Finib. 66. Si omnes nos negligimus, in Aristonea vitia & peccata incidemus, obliuiscamurque quæ virtuti ipsi principia dederimus.
ARISTOBVLVS, penul. prod. (ἀριστόβουλος,) Iudæus ex Paneade, Agatobuli Hebræi discipulus, vnus fuit ex illis LXXII interpretibus qui missi fuere ad Ptolemæum, tunc Iudeæ dominum, vt libros sacros in Græcum sermonem conuerterent. Qui multa ex præceptis Moseos proponenti regi, percontantique respondit. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. author Eusebius. Aristobulus alter historicus item Iudæus, qui res gestas Alexandri Magni conscripsit, [illegible]que peregrinationis fuit. Author Volaterranus.

Aristocratia, aristocratiæ, penul. prod. (ἀριστοκρατία,) [illegible] publica, optimatũ imperio administrata, in qua vulgi nullũ est arbitriũ. Hæc Budæus. Huic opponitur Democratia, quibus
* Aristogiton, & Harmodius liberatores Tyrannidis pisistrati, quibus statuæ in foro ab Atheniensibus positæ fuerunt. Suidas.
ARISTOLAVS, pe. prod. pictor, Pausiæ discipulus è seuerissimis pictoribus fuit, eius opera nonnulla commemorat Plin. lib. 35. cap. 11.
ARISTOMACHE, Aristomaches, penul. corre. Vxor Dionysii tyranni. Item Dionis vxor hoc nomine vocabatur.

Aristolochia, pen. prod. (ἀριστολόχεια,) Herba, cuius (inquit Ruellius lib. 3. cap. 4.) Græci faciunt tria genera: vnum tuberibus radicum orbiculatis, quæ fœmina dicitur, aliud in radice germinibus, longioribusque viticulis fruticosa. Hæc omnibus etiam ficinis rotunda Aristolochia cognominatur. Alterum masculæ, radice longa procerioribus foliis, exilibus ramulis dodrantalibusque, flore purpureo graue virus olente. Vtraque fert bacculas velut capparis, colore intus buxeo, amaro gustu, odore viroso. Tertiũ assignant aristolochiæ longæ genus, quæ clematitis quasi sarmentaria cognominatur, tenuissimos fundens ramulos, frondososque, &c. Inter nobilissimas aristolochiæ nomen grauidæ dederunt, quòd puerperis optimæ crederentur. Latini malum terræ vocant. Hactenus ex Ruellio. Huius herbæ meminit Cicero lib. 1. de Diuinatione 27. & lib. 2. 68.
ARISTOMACHVS, pe. corr. propriũ viri Solensis, qui sic amore apum flagrauit, vt duo de 60. annis nihil aliud fecerit. Fuit itẽ Aristomachus qui de arte vini scripsit. Author vtriusq; Plin. li. 14. c. 19. & li. 11. ca. 9.
Aristomenes, (ἀριστομένης,) vir fuit Messenius iustissimus vt Hieronymus scribit, is, victis Lacedæmoniis, & quodam tẽpore nocturna sacra celebrantibus, q̃ vocabantur Iacynthina, rapuit de choris ludẽtes virgines duodecim, & tota nocte gradu cõcito fugiens excessit è finibus Spartanorũ. Quũq; eas comites eius vellent violare, monuit quantũ potuit, ne hoc facerẽt: & ad extremũ quosdã nõ parcẽtes interfecit, cæteris metu coercitis. Redẽptæ postea à cognatis puellæ, quũ Aristomenem viderent cædis reũ fieri, tandiu ad patriã nõ sunt reuersæ, quandiu [illegible]dicum aduolutæ genibus defensorẽ pudicitiæ suæ cernerent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, vt sæpe Lacedæmonios deciperet. Quorum sæpe vrbem ingressus est, & aliquando captus atq; in vincula coniectus, calliditate sua aufugit. Quod quum semel atq; iterum & tertio fecisset, tandem occisus est à Lacedæmoniis, & execto corpore inuentum est cor eius pilosum esse. Vide Plinium lib. 11. cap. 37.

ARISTON, Aristonis, penul. corr. sculptor cuius meminit Plinius lib. 34. cap. 8. & 12. Est item Iureconsultus quidam doctissimus apud Gellium lib. 11. cap. 18.
ARISTONIDAS, pen. corr. statuarius, cui' meminit Plin. li. 34. c. 14.
ARISTONIDES, pen. corr. pictor, de quo Plinius lib. 35. cap. 11.
ARISTONYMVS, penult. corr. poeta comicus sub Philadelpho: is præfuit regiæ bibliothecæ post Apollonium: veniens postremò in suspicionem quòd ad Eumenem transfugere cuperet, in custodia per aliquot annos fuit: tandem liberatus, mortem non multo pòst obiit. Author Athenæus in Dipnosophistis.
ARISTOPATRA, pen. corr. mater Crateri cuiusdam qui sub Alexandro militauit, vt author est Strabo.
ARISTOPHANES, pen. corr. (ἀριστοφάνης,) poeta comicus Rhodius, siue Lyndius genere, lege verò Atheniensis, patre Philippo, inuentor tetrametri & octometri versus, filios habuit Ararota, Philippum, Philetærum, comicos omnes. Docuit fabulas LIIII. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpollet, vt Dionysio roganti Athenienses aliquem eius sermonis eruditum authorem, hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quẽ exagitat, & insectatur in Nubibus. Huius meminit Horatius lib. 1. Serm. saty. 4. 1. Eupolis &c.
Aristophaneus, adiectiuum, (ἀριστοφάνειος,) vt Aristophaneus versus, qui anapesticus factus est. Cic. in Orat. 110.
ARISTORIDES, (ἀριστορίδης,) Argus dictus est, ab Aristore patre suo. Ouid. 1. Metam. 126. Donec Aristoridæ seruandam tradidit Argo. Vide ARGVS.
ARISTOTELES, pen. corr. (ἀριστοτέλης,) Stagirites philosophus, Platonis auditor, patre Nicomacho medico, Alexandro discipulo vel præcipuè charus: id beneuolentiæ signum vel maximum, quòd Stagiram eius patriam ab se dirutam ipsius causa restituerit. Excessit annorum LXIII, eodem quo Demosthenes anno: hic in Apulia, ille in Eubœa ambo profugi, persequente Antipatro. Author Plutarchus in Sylla. Vide plura apud Volaterranum. Matrem habuit Phæstiadem, vt scribunt nonnulli: paruus, gibbosus, & deformis, balbutiensque: verũ diues, vt qui socius, præceptor, & secretarius Alexandri esset.
Flumen orationis aureum fundens Aristoteles. Cic. 4. Acad. 214.
Admirabili quadam scientia & copia Aristoteles. Cic. in Orat. 5.
Neruosus Aristoteles in dicendo. Cic. de Claris Orat. 62.
Aristoteles is quem maximè ego admiror, ait Cic. 2. de Orat. 82.
Aristotelicus, penult. corr. adiectiuum, (ἀριστοτελικός,) vt Aristotelica pigmenta. Cic. Attico, lib. 2. 16. 1.
Aristoteli', (ἀριστοτέλειος,) alid adiect. vt Aristotelia vis. Ci. 3. de Ora. 41
ARISTOXENVS, pen. corr. (ἀριστόξενος,) Tarentinus, philosophus & Aristotelis auditor, qui morienti conuitium dixit, quòd Theophrastum ei in scholæ successione præponeret. Scripsit in omni genere libros, in musica præsertim. Suidas. Hic Dicæarchi æqualis & condiscipulus animã dixit harmoniã esse, vt tradit Cic. in Tuscul. lib. 1. 64.

Arithmos, (ἀριθμός,) Latine dicitur numerus: vnde arithmetica.
Arithmetice, arithmetices: vel arithmetica, arithmeticæ, pen. corr. (ἀριθμητική,) Ars numerãdi. Plin. li. 35. c. 10. 11. Pãphilus Macedo natione, sed primus in pictura oĩbus literis eruditus, præcipue arithmetice & geometrice. Cic. Attico, lib. 13. 208. 4. In arithmeticis satis exercitatũ.

Aritûdo, Vide ARBO.
ARIVS, pen. prod. fluuius Ariæ regionis, quæ Bactrianis contermina est, monti subiectæ qui Bactrianam continet, vt est apud Strabonem lib. 11. Lucanus li. b. 3. 57. — hinc fortis Arius,
Longaque Sarmatici soluens ieiunia belli
Massagetes quo vectus equo, volucresque Geloni.

Arma, armorum, (ὅπλα, ἔντεα, ἔγχεα, τεύχεα,) pluraliter tantum: & sunt propriè, teste Seruio, quæ armos tegunt. Virg. 2. Aeneid. 134. Arma viri ferte arma. Ibidem, Arma amens capio. Varro. 4. de Ling. Latina, Arma ab arcendo, quòd his arcemus hostem. Festus, Arma propriè dicuntur ab armis, id est humeris dependentia, vt scutum, gladius, pugio, sicavt ea quibus procul prælíamur, tela. Caius de Verborum significatione, Armorum appellatio non vtique tantum scuta & gladios & galeas significat: sed & fustes & lapides.
Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. Cic. pro Cecinna. 45.
Fulgor armorum fugaces terret equos. Horat. 2. Carm. 1. 4.
Armorum fulgura. Stat. lib. 5. 2.
* Arma antiqua. Id est arma apud antiquos visitata. Lucret. lib. 5. 258.
Arma antiqua, manus, vngues, dentesque fuerunt,
Et lapides, & item syluarum fragmina rami,
Et flammæ, atque ignes, postquam sunt cognita primum.

Crepitantia arma. Ouid. 1. Metam. 29.
Arma fulgentia. Virgil. 11. Aeneid. 2.
Arma inania, Nulli vsui apta. Stat. 4. Thebaid. 14.
Arma lucida. Statius 11. Thebaid. 81.
Arma perfossa crebro vulnere. Id est crebris ictibus. Stat. li. 2. Theb. 140.
Arma trunca, Id est fracta. Stat. 10. Thebaid. 166.
Arma versicoloria. Virgil. 10. Aeneid. 56.
Astur equo fidens & versicoloribus armis. Versicoloribus ait Seruius, Depictis per quod bellicosus ostenditur.
* Victricia arma. Virgil. Aeneid. 3.
Armorum officina. Vbi arma fiunt. Cic. in Pisonem 69.
¶ Arma, dicuntur cunctarum artium instrumenta: vt Arma rusticorum. Virg. 1. Geor. 33. Dicendũ & quæ sint duris agrestibus arma. Seruius.
Coquinaria. Plaut. Quàm eleganter instructum coquinariis armis.
Arma Cerealia. Virgil. 1. Aeneid. 37.
Tum cererem corruptam vndis, cerealiaque arma
Expediunt. Id est instrumenta quibus ad pistorium opus vtimur. vt pilis, mola, vanno, cribro, &c.
Belli. Terent. Heaut. 1. 1. 60. Simul rem & gloriam armis belli repperi.
Studiosorum. Plin. in episto. Cuius arma erant, non venabulum & lancea, sed stylus & pugillares.
Nautarum. Virgil. 5. Aeneid.
Colligere arma iubet, validisque incumbere remis.
Pistorum. Virg. 1. Aeneid. — cerealiaque arma Expediunt.
Tonsoria. Martialis lib. 14. 36.
Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis:
Vnguibus hæc longis, vtilis illa genis.
Arma senectutis, artes, exercitationesque virtutum. Cicero de Senect. 8.
Arma facundiæ. Quintil. lib. 2. cap. 16. 7.
Campestria arma. Horat. in Arte Poetica 77.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis:
Indoctusque pilæ, discine, trochiue quiescit.
¶ Arma pro prælio. Virgil. 2. Aeneid. 131. Rursus in arma feror.
¶ Arma, pro viribus. Virg. 12. Aeneid. Tum demũ mouet arma leo. Vbi Seruius, Mouet arma, Vires suas experitur. Nam arma sunt vniuscuiusque rei possibilitas. Vnde est, Et quærere conscius arma. Id est dolos.
Arma per metonymiam, pro bello. Virgil. 1. Aeneid. Arma virumque cano. Idem in 8. Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma? Seruius. Tacitus lib. 15. Post arma Iulii Vindicis, &c. Et li. 18. Sortem ciuilium armorum misera lætitia detestantes.
Arma pro gladio, abusiuè. Virg. 4. Aeneid. 10. Et arma viri, thalamo quæ fixa reliquit. Seruius, Arma gladium dixit abusiuè. nam & paulo pòst. Ensemque relictum.
Arma pro partibus vel imperio. Virgil. 3. Aeneid. 32.
Nos te, Dardania incensa, tuaque arma secuti. Seruius.
¶ Arma Vulcania, à Vulcano fabricata. Virgil. 8. Aeneid. 105.
Vulcaniaque arma per auras Laturam auxilio.
Arma Vulcania, pro fortitudine. Cice. 2. Tuscul. 58.
Sin tectus Vulcaniis armis, id est fortitudine, resistite.
¶ Armis fœta machina, Id est plena armatis, & veluti prægnans. Virgil. 2. Aeneid. 48.
¶ Armorum arbiter. epitheton Martis. Ouid. 3. Fast. 15.
Armorum denuntiatio. Liuius 5. Decad. de Perseo Macedonum rege loquens, Græcas, inquit, vrbes alias obsideret, alias denunciatione armorum terreret.
Armorum dulces furiæ. Id est libido pugnandi, & amor cædis. Statius 1. Achilleid. 80.
Interea meritos vltrix Europa dolores,
Dulcibus armorum furiis & supplice regum
Conquestu flammata, mouet.
Armorũ furiis flãmatus. Id est accensus cupidine belli. Stat. 1. Achill. 80.
Armorum habitus. Silius lib. 17.
Hæres armorum & belli. Silius lib. 4. 165.
At puer armorũ, & belli seruabitur hæres. Id est fili' me mortuo ad imperatorium munus mihi succeder, bellúque geret cõtra Romanos, quã illi prouinciam velut patrimonium relinquam. Verba sunt Annibalis.
Armorum horror. Virgil. 2. Aeneid. 61.
Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.
Rabies armorum. Lucanus lib. 1. 153.
Imminet armorum rabies, ferrique potestas
Confundet ius omne manu.
Armorum tonitru, Armorum ingens strepitus. Stat. 5. Thebaid. 85.
¶ Arma, Res bellicæ. Virg. 1. Aeneid. — quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Acerrimus armis. Virg. 9. Aeneid. 57.
Pietate & armis egregius. Virgil. 6. Aeneid. 154
Armis equisque exercitus. Hoc est exercitatus. Tacit. lib. 11. Ipse forma decorus, & armis, equisque in patrium nostrumque morem exercitus.
Bello & armis expertus. Virgil. 7. Aeneid. 47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impenetrabilis armis. Stat. 3. Thebaid. 3.
Non tamen ille meis reor impenetrabilis armis.
Armis inclytus. Virgil. 6. Aeneid. 96.
Iuscius armorum. Quintil. lib. 2. cap. 12. 2.
Pietate & armis insignis. Virgil. 6. Aeneid. 81.
Inuictus armis Annibal. Vide inuictus.
Magnus armis. Id est potens. Virgil. 1. Aeneid. 110.
Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Maturus ad arma. Silius lib. 16. 132.
Mitis armis. Stat. 1. Syl. 5. Discitur è vultu quantum tu mitior armis.
Potens armis terra. Virgil. 3. Aeneid. 33.
Præclarus armis. Stat. 3. Thebaid. 57.
Promptus ad arma. Ouid. 1. Metamorpho. 16.
Sæuior ingeniis, & ad horrida promptior arma.
Rudis armorum. Stat. 4. Thebaid. 50.
Armorum viribus vti. Ouid. 13. Metamorpho. 143.
¶ Circunfusa militum arma. Quintil. lib. 2. cap. 20. 7.
Arma discordia. Virgil. 2. Georg. 92. Stat. 11. Thebaid. 201
Arma feralia. Lucan. lib. 2. 52.
Arma flagrantia. Silius lib. 3. 24.
Arma fortia. Ouid. 7. Metamorpho. in fine.
Fraterna arma, arma fratrum Seneca in Thebaid. 1. 1.
Arma furialia. Stat. 9. Thebaid. 18. Ouid. 6. Metamorpho. 118.
Arma honesta. Id est iustum bellum. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 2.
Quem sua libertas ad honesta coegerat arma.
Arma hostilia. Virgil. 9. Aeneid. 17.
Arma ignota, pro nouis & incõsuetis, vt docet Seruius. Virg. 9. Aen. 136.
Infesta arma. Ouid. epistо. 5. 19.
Arma mortalia. Id est, vt Seruius ait, mortalis possibilitas. Virgil. 1. Aeneid. 110. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma.
Nefanda arma. Vide NEFANDVS.
Parua arma. Vide PARVVS.
Potentia arma. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 11.
Arma rigida. Stat. 6. Thebaid. 156.
Arma socia, confœderatorum arma. Silius lib. 15. 112. – fidemque
Exuere indocilis socijs Frentanus in armis.
Arma terrestria: quibus opponuntur nauala. Ouid. 14. Metamor. 96.
– tantosque per alta labores
Aequora sustinui, tantos terrestribus armis.
¶ Abiicere arma, Vide ABIICIO.
Abstinere armis. Horat. in Arte Poetica 77.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.
Accingi armis. Virgil. 6. Aeneid. 37.
Necnon Aeneas opera inter talia primus
Hortatur socios, paribusque accingitur armis.
Armis virtutem affirmare. Tacitus lib. 20. Nec ego vnquam facundiam armis exercui, & Popu. Romani virtutem armis affirmaui.
Amissis armis fugere. Virgil. 1. Aeneid. 96.
Armis aptari. Id est armis indui. Stat. 11. Thebaid. 20.
– ipsæ discordibus armis
Aptemur. quid lenta venis? agedum, elige cuius
Signa feras, &c. Verba Tisiphones.
Sub armis cadere. Ouid. epistо. 14.
Arma canere. Virgil. 1. Aeneid. 1. Arma virumque cano.
Capere arma. Cice. pro C. Rabirio 14. Virgil. 2. Aeneid. 63. Ouidius 3. Metamorpho. 11.
Capere arma pro salute communi. Cic. pro C. Rabirio 15.
Capescere arma. Virg. 3. Aenei. 47. – sociis tunc arma capessant Edico.
Certare armis. Virgil. 12. Aeneid. 127.
Armis cingi. Virgil. 2. Aeneid. 144.
Ipse vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis. Id est induor.
Corptare arma. Tacitus lib. 12. Et Brigantes quidem paucis qui arma cœptabant, interfectis. in reliquos data venia recedere.
Concutere arma. Ouid. 7. Metamorpho. 26.
Coire ad arma, Id est conglomerari ad pugnam & cædem, Ouid. 11. Metamorpho. 76. – cunctí coeamus ad arma.
Cõtendere armis. Stat. 1. Achil. 95. Cõsilijs armisq; vigil cõtẽdat Vlysses.
Dare arma alicui, vt cum bene armato pugnet. Cic. Attic. lib. 7. 126. 2.
Decertare armis. Cice. Attico, lib. 7. 126. 2.
Deponere arma. Quintil. lib. 3. cap. 8. 12.
Arma detrahere alicui, Id est spoliare armis. Seneca in Oed. 5. 15.
Arma direpta militibus. Horat. 3. Carm. ode 5. 4.
Disponere arma contra aliquem. Quintil. lib. 4. cap. 1. 14.
Arma ducum dirimere. Lucan. lib. 1. 21.
Discedere ab armis. Cic. 8. Philipp. 256.
Esse in armis. Cic. pro Domo suo 62. Vide IN.
Armis vrbem excindere. Stat. 1. Thebaid. 52.
Et Samon, & veteres armis excinde Mycenas.

Arma iuuentus exercet. Virg. 4. Aene. 18. Id est armis exercetur iuuentus.
Expedire arma. Tacitus lib. 20.
Quidam expedire arma telisque tanquam in aciem accingi.
Armis exuere aliquem. Virg. 8. Aeneid. 111. Id est spoliare.
Arma obuia ferre. In aciem progredi. Virgil. 9. Aeneid. 11.
– Teucrûm mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere.
Ferre arma in medios globos. Id est irruere in exercitum medium, & vbi densissimus est militum ordo. Silius lib. 11. 1.
In medios fert arma globos, sesèque periclis
Ingerit, atque omni lethum molitur ab ense.
Vibes arma inter se ferunt. Id est inuicem digladiantur. Virgil. 1. Georg. 102. Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes Arma ferunt.
Armis fundere agmina, Id est sternere & profligare. Ouid. 6. Metam. 85.
Arma gerere. Id est gestare. Virgil. 5. Aeneid. 82.
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.
Incessus in armis. Id est armati incessus Horat. 2. Sermo. Saty. 3. 62.
Imperare arma. Vide IMPERO.
Armis densis incurrere. Virgil. 2. Aeneid. 62.
Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Induere arma. Ouid. 14. Metamorpho. 180. Vide INDVO.
Arma funesta induere. Id est armis accingi, quæ mox futura sint tibi causa funeris. Ouid. 1. Fast. 104.
Chare nepos Palla, funesta quid induis arma?
Indue, non humili vindice cæsus eris.
Iustè arma induere, Id est non temerè ad bellum accingi. Lucan. lib. 1. 26.
– quis iustius induit arma Scire nephas.
Armis hostilibus indutus. Virgil. 9. Aeneid. 17.
Inferre arma. Vide INFERO. Silius lib. 15. 104.
Imparibus armis se immiscere. Virg. 4. Georg. 49. Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. Id est (vt Seruius interpretatur) inæqualibus filio. Licebit etiam propiore significatione vti quum viribus maiorem aliquem contra minus fortem contendere indicabimus.
Inijcere arma regnis. Id est regnis bellum inferre. Stat. 1. Thebaid. 42.
Inspicere arma militis, vt probemus armatum. Cic. pro Cecin. 41.
Armis aliquem instruere. Virgil. 8. Aeneid. 16.
Instructus omnibus armis. Statius 3. Thebaid. 3.
Delecti insidijs, instructique omnibus armis.
Intentare arma alicui. Vide INTENTO.
Iungere arma, coniungere copias. Seneca in Medea 7. 19.
Et quis resistet, gemina si bella ingruant?
Creon Acastusque arma si iungant sua? Vide IVNGO.
Laxare arma alicuius. Id est dissipare exercitum. Lucan. lib. 6. 15.
Ipse quoque à tuta deducens agmina Petra.
Diuersis spargit tumulis, vt Cæsaris arma
Laxet, & effuso claudentem milite tendat.
In armis mori. Id est in bello occumbere. Virgil. 2. Aeneid. 64.
– furor, iraque mente
Præcipitant: pulchrumque mori succurrit in armis.
Mouere arma pestifera, bellũ exitiale ciere. Sene. in Herc. furente 11. 17.
– gigantes arma pestifera mouent. Vide MOVEO.
In arma mouere aliquem. Id est incitare ad capessenda arma, Virgil. 6. Aeneid. 163.
In arma aliqué mittere. Id est militatũ aliquò ablegare. Virg. 6. Aene. 12.
Illi me comitem, & consanguinitate propinquum
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
Arma negare alicui. Id est negare auxilia. Ouid. 14. Metamor. 105.
Hinc vbi legati rediere negata ferentes Arma.
Immotis armis pasci. Id est quiete, & sine tumultu rebus suis frui. Lucanus libro 1. 35.
Non erat is populus, quem pax tranquilla iuuaret:
Quem sua libertas immotis pasceret armis.
Arma perdere, Id est vinci. Horat. 1. epistо. 17. 14. Metaphorice à reliquo de illo dicit, qui vitiis se opprimi passus est. Id est qui rationes animi, quibus virtutem tueatur. Verba eius hæc sunt Saty. 17. 14.
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda versatur & obruitur re.
Polire arma. Statius 4. Sylu. 10.
Armis faciendis præesse. Cice. in Pisonem 69.
Proficere arma. Stat. 2. Thebaid. 132.
Protegere aliquem armis. Ouid. 8. Metamor. 79.
Pugnare armis. Horat. 1. Sermo. Saty. 3. 21.
Quærere arma. Virgil. 2. Aeneid. 20. – hinc spargere voces
In vulgum ambiguas, & quærere conscius arma. Vbi Seruius, Aeneas modò fraudes vel dolos. nam arma sunt instrumenta cuiuslibet rei. Vnde & insidiantis fraudes arma nominauit.
Recolligere arma. Valer. 6. Argonaut. 85.
Ipse recollectis audax Ariasmenus armis Desilit.

Instaurata arma remoliri. Sil. lib. 1. 8. – iterum instaurata capessens
Arma remolitur. Id est bellum redintegrat.
Reposcere armis aliquid. Ouid. epist. 5. 19.
Tyndaris infestis fugitiua reposcitur armis.
Ab armis reuocare aliquem. Stat. 10. Thebaid. 166.
Dixerat, & lætus socios reuocabat ab armis. Id est à bello.
Ruere in arma media. Virg. 2. Aeneid. 71.
Arma sequi. Tibul. 1. eleg. 2. 14.
Ferreus ille fuit, qui te quum posset habere,
Maluerit prædas stultus, & arma sequi.
Arma impia sequi. Virg. 6. Aeneid. 123.
Quisque ob adulterium cæsi, quisque arma secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras.
Armis spoliata nauis. Virg. 6. Aeneid. 71.
Sumere arma ciuilia. Tacit. lib. 20. Quippe sumpta per Gallias Hispaniasq; ciuilia arma. Cic. 2. Tusc. 92. Et Quintil. lib. 5. cap. 10. 51.
Arma impia sumere. Virg. 12. Aeneid. 7.
Promissam eripui genero, atque arma impia sumpsi.
Professa arma sumere. Id est arma quibus exercitatus sis. Ouid. 2. Fast. 40. de Fabijs, Sumunt gentiles arma professa manus.
Stat in armis acies. Seneca in Thebaid. 2. 14.
Armis sterni. Sil. lib. 10. 62.
– sæuis exercitus armis
Sternitur, & victrix toto furit Africa campo.
Sumpsit arma imperatus. Vide IMPERATVS.
Arma tenere. Cic. 1. de Orat. 17. Quid tam necessarium, quàm tenere semper arma, quibus vel rectus ipse esse possis, vel prouocare improbos, vel te vlcisci lacessitus?
Tractare arma. Sene. Troa. 8. 8. Nõ arma tenera parua tractabis manu.
Armis prudentiæ causas tueri atque defendere. Cic. 1. de Orat. 84.
Valere armis. Ouid. 8. Metam. 12.
Venire in arma. Stat. 2. Achil. 66.
Arma tenere. Sene. f. Herc. furẽte. 6. 6. Sed arma felix teneat, infelix paret.
Venire ad arma propter æs alienum. Cic. 6. Philipp. 111. O fides? quæ potest esse maior fides, quàm fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienum venire ad arma?
Iustis armis necem alicuius vlcisci. Ouid. 7. Metam. 92.
Androgeique necem iustis vlciscitur armis.
Vocare ad arma ex s. c. Cic. C. Rabirio. 14. De teipso inquam Labiene quero, quum ad arma Consules ex s. c. vocauissent, quũ armatus, &c. Sic. 1. de Orat. 72. Vel, in arma. Virg. 9. Aeneid. 5. Vti armis. Quintil. lib. 2. cap. 1. 9.
Armatura, armaturæ, penult. prod. (ὁπλισμός, πανοπλία,) Cic. Attico, lib. 6. 111. 24 Habet autem cohortes quadragenarias, nostra armatura 12 xxx. Id est iisdem & similibus, quibus nos, armati armis. Vegetius lib. 3. cap. 14. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis inuenibus.
Armaturæ duplices, quæ binas consequebantur annonas. Simplices, quæ singulas, inquit Vegetius lib. 2. cap. 7. Armaturam autem, pro hominibus armatis, accipit.
Armatura leuis. Vegetius lib. 3. cap. 14. Quartus item ordo constituitur de scutatis expeditissimis, de sagittariis iunioribus, de iis qui acriter verutis, vel martiobarbulis, quas plumbatas nominant, dimicant, qui nimis ad forum Gallorum suas copias continebat, neque sciri volebat. Cic. 10. Philipp. 278. Nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, maximeque noster est Brutus.
Varia armatura. Cic. ad Marium lib. 7. 18. Quid enim habent delectationis fexcenti muli in Clytemnestra? aut in equo Troiano crateræ rum tria millia? aut armatura varia peditatus & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent.
Leuis armaturæ oratio, per translationem. Cic. 2. de Diuinat. 38. Sed hęc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis excursio.
Armifer, pen. corr. (ὁπλοφόρος,) adiectiuum, arma ferens. Sil. lib. 16. 16.
Quis cedat toga, & armifero gens sacra Quirino.
Armifera dea, Periphrasis Minervæ. Ouid. ad Liuiam. 5.
Armiferæ Amyclæ, bellicosæ. Ouid. 2. de Arte amandi. 1.
Armiferi labores. Stat. 1. Sylu. 2. 20. – armiferos poterat memorare labores, Claraque facta virûm. Id est labores bello exhaustos.
Armiferum aruum. Seneca in Medea. 7. 8. Armifero in aruo flammeum Aeetæ pecus. Armiferum dixit, quòd armatos tulisset fatos ab Iasone. apud Statiũ lib. 9. Theb. 167. Capus armifer, vbi armati cõgrediũtur.
Armiger, pen. corr. armigeri, (ὁπλίτης,) Est (vt ait Valla) qui in prælio gerit tela domini sui, vt scutũ, vt arcum, lanceã, & cætera huiusmodi. Imperiti armigerum dicunt, pro aurato equite. Virg. 2. Aeneid. 96.
– & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon. Plinius lib. 35. cap. 10. Pinxit Apelles Clytum

equo ad bellum festinantem, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem. Cicero pro Domo sua 11. Quid est Sergius? armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis.
Armiger teli. Plin. lib. 2. cap. 55. Quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat, sicut nec è volucribus aquilam, quæ ob hoc armiger huius teli fingitur. De fulmine loquitur.
Armiger, adiectiuum, vt Armigera cohors, quę fert arma. Sil. lib. 10. 10.
Armigera Iouis, Aquila. Plin. lib. 10. cap. 3. Negant vnquã solam hanc alitem fulmine exanimatã: ideo armigeram Iouis, consuetudo iudicauit.
Armigera, quæ arma gerit dominæ. Ouid. 3. Metamor. 33.
– nympharum tradidit vni
Armigere, iaculum pharetramque, arcusque retentos. Armigeræ, datuus est. De Diana loquitur.
Armiger deus. Id est deus armatus. Silius lib. 7. 18.
Necnon & proprio venerantur Pallada dono,
Phœbamque, Armigerumque deum. Periphrasis Martis.
Armiger equus, Indutus armis. Propert. lib. 3. eleg. 4. 2.
Iras armigeras dixit Statius, quòd facilè nobis arma suppeditent sintque velut armigeræ nostræ. Vt Virg. 1. Aeneid. 31. Furor arma ministrat. Et Ouid. in Metam. Telum ira dabat. Stat. 6. Thebaid. 66.
– sic otia Martis Degere, & armigera laxare assueuerat iras.
Armipotens, pen. corr. adiectiuum, (ὁπλοκράτης,) Qui armis valet. Vũ & Pallas (siue Bellona) dicitur armipotens. Cic. Anteq; res in exilium, 11. Nũc ego te Iuppiter Opto. Maxi. cuius nutu ac ditione sola terrarũ gubernauiturteq; particeps cõmbii, socia regni, regina iuno, teq; Triconia. Armipotens, Gorgophora Pallas Minerua. Virg. 2. Aeneid. 95. Penelei dextra, diuæ Armipotentis ad aram
Procumbit. Id est ad aram Palladis, per periphrasim.
Armipotens Ausonia. Stat. 3. Sylu. 2. 4.
Armisonus, pe. cor. (ὁπλόκτυπος,) Palladis epitheton. Virg. 3. Aen. 109.
– tum numina sancta precamur Palladis armisonæ.
Armisonum austrum. Claud. de Rapt. Proserp. 3. 14.
Armo, armas, (ὁπλίζω, σκευάζω, κοσμέω,) armare. Armis instruere. Virg. 8. Aeneid. 78. Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 9. Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Horat. in Arte Poetica 16.
Archilochum proprio rabies armauit iambo.
Armari contra Rempub. Cic. pro Milone 50.
Armabantur serui in dominos. Cic. pro Plancio 70.
Armare temeritatem concitatæ multitudinis authoritate publica. Cice. pro Milone 1. Sed me recreat & reficit Cn. Pompei sapientissimi & iustissimi viri consilium: qui profectò nec iustitiæ putaret esse, quem reum sententijs iudicum tradidisset, eundem telis militum dedere: nec sapientiæ, temeritatem concitatæ multitudinis authoritate publica armare.
Armare religione deorum peruersos magistratus. Cice. pro Domo sua 1. Vobis hodierno die constituendum est, vtrum posthac amentes ac perditos magistratus improborum ac sceleratorum cuium præsidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitis.
Ausoniam armabat Fabius. Silius lib. 7. 1.
Ad omnia te summum atque excellens tuum armauit ingenium. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 12.
Armauit eum spes. Hoc est commouit, vel incitauit ad accipienda arma. Liuius 2. ab Vrbe 192. Ea spes Hetruscos armauerat, multis inuicem casibus victos victosque.
Armare aliquem. Cic. Attico, lib. 2. 37. 2. Quum diceret, in summa se perfidiæ & sceleris infamia fore, si mihi periculum crearetur ab eo quem ipse armasset. Id est potentia & authoritate prouexisset.
Armare accusatorem re aliqua. Cic. pro Cluentio 151.
Armare aliquem in Remp. Cic. Attico, lib. 8. 147. 4. Omitto illa vetera, quod ipsum in Remp. aluit, auxit, armauit. Hoc est honoribus & potentia sic erexit, vt sit ausus bellum contra Remp. suscipere.
Armare se spoliis. Virg. 2. Aeneid. 79.
Armat se eloquentia. Cic. 1. de Inuent. 2.
Armantur equi. Virg. 3. Aenei. 108. Bello armantur equi. BELLO & datiuo & ablatiuo intelligi potest. Vt sit, vel ad bellum, vel in bello.
Armare naues. Id est armis & rebus ad bellum necessariis instruere. Cæsar 5. bel. Gal. 3. Ea quæ sunt vsui ad armandas naues. Virg. 4. Aen. 60.
– eadem impia fama furenti
Detulit armari classem, cursumque parari.
Armare veneno, pro eo quod est veneno ferrum tingere, imbuere, vt præsentius vulneret. Virg. 9. Aeneid. 157. Ferrumque armare veneno. Ibidem 28. Calamos armare veneno.
Armandus, (ὁπλιστέος,) Ouid. 13. Metamorpho. 43.
– docco quo simus alendi,
Armandúque modo.
Armatus, penul. prod. Participium, (ὡπλισμένος,) Armis indutus. Cice. Att. lib. 13. 198. 5. Dolabellæ villam quũ præteriret, omnis armatorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

copia dextra sinistra ad equum, nec vsquam alibi. Virgil. 2. Aeneid. 4.
Vterumque armato milite complent. Hoc est militibus armatis. Cice. pro Cecinna 44. Armatos, si latinè loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos qui tutis telisque parati ornatique sunt.
Armata dicebatur virgo sacrificans, cui lacinia toga in humerum erat reiecta. Festus.
Armatus audacia. Cice. pro Domo sua 109. Quanquam & insolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia. Id est munitus & instructus.
Armata dolis mens. Sil. lib. 1. 38.
Armatum fide pectus. Sil. lib. 11. 41.
Armati animis. Cic. 7. Philip. 233. Quid legati egerint, nondum scimus: at verò erecti, citati, parati, armati animis iam esse debemus.
Vrbs armata muris. Cice. contra Rullum 85. Deleta Carthago est, quod cum hominum copiis, tum ipsa natura ac loco succincta portibus, armata muris, excurrere, &c.
¶ Armatos, Virgilius substantiuè dixisse videtur, pro Militibus 2. Aene. 66. Arduus armatos mediis in mœnibus astans Fundit equus.
Armatus, huius armatus, (ὁπλισμός,) Verbale, idem quod armatura. Liuius 7. bel. Maced. 166. Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. Id est paribus & similibus armis induti.
Armamenta, armamentorum, (ἐφεκτέα, σκευάσματα,) dicuntur (authore Sipontino) quæ ad instruendum aliquid pertinent: vt in nauibus armamenta sunt non solum arma, sed remi, vela, antennæ, rudentes, clauus, & alia eiusmodi. Plaut. Merc. 4. 60. – salua est nauis, ne time. c. Quid alia armamenta? A, salua & sana sunt. Colume. lib. 4. cap. 3. 1. Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec cõsummata perinde instruũt armamentis, ministrisque. Et Plinius lib. 17. cap. 21. de vinearum armamentis loquitur. Barbari vtensilia vocant.
Nauium armamenta. Plinius libro 19. cap. 2. 4. Cice. in Arato 23. Ouidius 11. Metamorpho. 92.
Protinus eductam naualibus, æquore tingi,
Aptarique suis pinum iubet armamentis.
Armamentarium, (ὁπλοθήκη,) Vbi reponuntur armamenta & arma, ait Valla lib. 1. Liuius 6. bel. Pun. 227. Hæc illis arx, hęc horrea, ærarium, armamentarium, hæc omnium rerum receptaculum est. Idem de bello Macedonico, Conflagrarunt & horrea regia, armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum. Cice. 1. de Orato. 31. Philo ar chitectus Athenienſibus armamentarium fecit. Idem pro Rabirio 13. Ex ædificiis, armamentariisque publicis arma Popu. Romano C. Rabirio consule distribuente dantur. Iuuenal. Saty. 13. 9.
Addit & Herculeos arcus, hastamque Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.
Armarium, armarii, (σκευοθήκη,) Vbi reponuntur libri, cæteraque huiusmodi, teste Valla, lib. 1. Item cibaria & pecuniæ. Plau. Capt. 15. 10.
Coquum percontabatur, possentne seri aulæ referuescere.
Cellas refregit oẽs intus, reclusitque armariũ. Ci. pro Cœlio 40. Tùne aurũ ex armario tuo promere nõ ausa es? Idẽ pro Cluent, 142. Quũ esset in ædibus armariũ in quo sciret esse nũmorũ aliquãtũ. Idẽ 6. Verr. 23.
* Parieti eius in bibliothecæ speciem armarium inſertum est.
Armarium promptuarium, pro Armario, apud Catonem cap. 11. 3.
¶ Armarium, Machina ferro munita. Gellius lib. 6. cap. 4. Idque vbi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captiuos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo destitutos, eadem que insomnia cruciatos interisse.
Armariolum, penul. corre. diminutiuum, (σκευοθήκιον,) Paruum armarium. Plaut. True. 5. 14. Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.
ARMENIA, (ἀρμενία,) Regio Asiæ, inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspium mare vsque protensa, ab Armenio Thessalo Iasonis comite, nquit Strabo, dicta. Et, vt Plinius libro sexto author est, duplex est, maior scilicet & minor. Maior post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea, vt ait Ptolemæus, à Septentrione Colchidem habet, Iberiam & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam, minorẽ Armeniam, & Syriam Comagenam relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediã, quà montes Caspii adsurgunt: A Meridie Mesopotamiam atque Assyriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferunt: Parriedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluuii: Antitaurus qui ab Euphrate scissus, & Mediam pcurrens, postremo Albus appellatur: Cordica ex quo Tigris oritur: Taurus ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armeniis disterminant: Caspii, qui vergunt ad Medos: & Caucasii, qui Septentrionalia Iberiam versus Albaniamque concludunt. Flumina quatuor: Cyrus qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam Albaniamq; dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, & Lycus, Tigris, Euphratesque. In Armenia pretiosum inter reliqua aromata nascitur amomum. Armeniam Hebræi Arab vocant. In ea ciuitas Artaxata insignis.
Armenius, adiectiuum, (ἀρμένιος,) aliquis ex Armenia. Horatius 1.

Episto. 12. 6.
Contaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit. Singularis numerus, pro plurali.
Armenius fugax. Ouid. ad Liuiam 78.
Armenias curru subiungere tigres. Virgil. 5. eclog. 6.
Armeniacus, penul. correp. adiectiuum, (ἀρμένιος,) vt Armeniaca mala, Ex Armenia aduecta. Columel. lib. 5. cap. 10. 13. Et lib. 11. cap. 2.
Armentum, armenti, (ἄγέλη,) Festus, Armẽtum, id genus pecoris appellatur, quẽ est idoneũ ad oput armenti. Inuenies tamen fœminei generis armentas, apud Ennium positum. Hactenus Festus. Armorum vocat, quorumuis instrumentorum.
Inter Armentum & Gregem quid interſit, Valla explicat his verbis, Ipſi cameli, boues, muli, lupi armenta faciunt: licet quidam velint tantum esse boum, quasi ab arando aramenta dicta: deinde sublata terra, Interra, Armenta. Præterea, ouis quæ marem fœminamque significat: capra, cum qua caper, siue hircus: porcus, cum quo porca intelligitur: vnde fiunt greges: vt grex ouium, grex caprarum, grex porcorum. Ouid. 4. Metamorpho. 127.
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Pascebant. Virgil. 3. Georgic.
Hæc satis armentis: superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas. Idem tamen de equis primo Aeneid. dixit,
– hos tota armenta sequuntur
A tergo. Vt non sit mirandum, si de bobus gregem dixerit, ubi Aut aliquam in magno sequitur grege: tamen ad distinctionem additur magno, sicut Horatius adiecit mugientium in Epodis, Aut in reducta valle mugientium
Prospectat errantes greges. Quasi grex sit generalius nomen, armentum verò specialius: & illud sine appositio de pecoribus minutis intelligatur, cum appositio possit etiam ad maiora transferri, vt Cicero in Philippicis 3. 146. Cædit greges armentorum. Hactenus Valla libro 4. Cice. Attico, libro. 7. 117. 8. Quid ergo, inquis, adiectum? Idem quod pecudes, quæ dispulsæ, sui generis sequuntur gregem: bos armenta. Sic ego bonos viros.
Armenta boum. Virgil. 2. Georgic. 103.
Armenta immania. Virg. 4. Georg. 79. de monstris marinis,
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
Armenta læta. Virgil. 2. Georgic. 28.
Armenta muta. Stat. 5. Thebaid. 67.
Armentum regale, Armentum regis. Ouid. 2. Metamor. 169.
Mugitus armentorum. Ouid. 5. Meta. 33. de bobus tantum intelligi potest.
Stabulis armenta tenere. Virgil. 1. Georg. 71.
Sortiti armento sobolem. Virgil. 3. Georg. 14. Id est substituere & administrare. Verbumque est iudiciorum: Nam subsortiti dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officio. Seruius.
Armenta à gregibus separauit significatione Statius 10. Thebaid. 144.
Eunt præter secura armenta gregesque.
Pascuntur virides armenta per herbas. Virgil. 3. Georg. 32.
Armentis incurrunt vrsi. Ouid. 7. Metamor. 12.
Armenti dux, pro tauro. Ouid. 8. Metamorpho. 178.
Armenti custos. Ouid. 11. Metamor. 70.
Armentorum ministri. Id est bubulci. Ouid. 3. Fast. 13.
Armenta agere dicitur pastor. Ouid. 5. epist. 16.
Montana armenta, In montibus errantia. Ouid. 1. de Arte Aman. 61.
Armenti greges. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 5. 16. Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet, primùm vt sint eæ pecudes ætate propria ad fructus ferendos integræ, quàm iam expertæ.
Armenti reges vocantur tauri, tanquam rectores. Statius li. 11. Thebaid.
– in domitos vt quum Massylla per arua
Armenti reges magno leo frangit hiatu. Idem lib. 1. Achill. 94.
–septemque Aiax vmbone coruscet Armenti reges. Vbi perperam legitur greges. Accipit autem armenti reges, siue tauros, pro tauroru tergoribus, ex quibus confectus erat Aiacis clypeus.
Armentâlis, & hoc armentâle, penult. prod. (ἀγελαῖος,) Quod est ex armento. Virgilius 11. Aeneid. 114.
Hic natam in dumis, interque horrentia lustra
Armentalis equæ mammis & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Armentarius, (ἀγελαδάρχης,) Armenti, siue pecudum, siue boum custos. Virgil. 3. Georg. 68. – omnia secum Armentarius Afer agit. Varro 2. de Re rustica, ca. 5. ad finem, de bobus & vaccis, Armentarium assem crebrò, vt aliquid legat curo.
Armentôsus, adiectiuum, penul. prod. (ἀγελαδικός,) Armentis abundans, apud Plinium. Gel. lib. 11. ca. 1. Quòd Italia tunc esset armentosissima.
Armentînus, penu. prod. adiectiuum, (ἀγελαῖος,) Quod est ex armento, Plin. lib. 28. ca. 17. 3. Fimi cerui ni maximè subulonis, sed & bubulis (id armentinis loquor) cinis cochleariorũ trium in mulsi hemina, &c.
Armentitius, adiectiuum, (ἀγελαῖος,) vt Armentitium pecus, & Armentitius

grex. Varro. 1. de Re rust. cap. 5. 15. In alimoniis armentitium pecus sic continendum. Idem cap. 10. 2. Qui greges sequuntur, præsertim armentitios ac caprinos.
Armiger, Vide ARMA armorum.
Armilla, armillæ, (δερατοπλοκές, φλλον,) Festus, Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quòd antiqui humeros cum brachiis armos vocabant: vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Hactenus Festus. Liuius. 1. ab Vrbe. 48. Additur fabulæ, quòd volgò Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo, gemmatosque magna specie annulos habuerint. Plin. lib. 28. cap. 4. 9. Pueri qui primus cecidere dens, vt terram non attingat, inclusus in armillam, & assidue in brachio habitus, mulieribus locorum dolores prohibet.
Nostrates caduceatores, inquit Budæus, spintere hodie vtuntur, quæ armilla etiam dici potest, blasonum lingua vernacula vocat.
Armillæ, Ornamenta fœminarum in brachiis, & etiam virorum. Plaut. Menæch. 1. 1. 13. Vbi hercle armillæ sunt, quas vnà dedi.
Armillatus, pen. prod. (ἀναλαβητός,) adiectiuum, Propriè dicitur armillis ornatus vel Miles armillatus. Propertius abutitur ad canes transfertur. lib. 4. eleg. 8. 5. Atque armillatos colla molossa canes.
Armillatos curiores Budæus vocat, quos postas dicimus: videlicet quia id insigne gerant, quod (vt ipse sentit) potest armilla aut spinter dici.
ARMILVSTRVM, (ὁπλοθήκη,) vt ait Varro, ab ambitu lustri. lib. 5. de Ling. Lat. Legitur & armilustrium. Ibidem, Armilustrium, ab eo quòd in armilustrio armati sacra faciunt. nisi locus potius dictus ab his. Festus, Armilustrium festum erat apud Romanos, quo res diuinas armati factebantur: ac dum sacrificarent, tubis canebant.
Armipotens, Armisonus, Armo, armas. Vide ARMA.
Armoracia, raphani genus syluestre, quod armon Pontici vocant. * Plin. lib. 19. cap. 5. Apud Columellam lib. 6. cap. 17. 6. Armoracea per secundam vocalem legitur.
Armoracium, vocat Columella, lib. 12. cap. 9. Raphani genus syluestre, quod Plinius armoraciam vocat.
Armus, armi, m. g. (ὦμος,) Festus, Antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. Vnde arma ab iis dependentia sunt vocata. Seruius, Armi propriè sunt quadrupedum. Plin. lib. 11. cap. 39. 3. Pili equis in iuba largiùs armis leoni. Virgil. 3. Georg. Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo. Horat. 2. Serm. saty. 4. 9. Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.
Inter armum & humerum. Humeri propriè eorum qui recti in cœlũ spectant. vnde soli homini humeros esse dicimus. Armi verò propriè sunt bruterum: quãuis & de hominibus aliquando dicantur. Sipoutinus.
Armos equi calcaribus fodere. Virg. 6. Aeneid. 176.
Hasta per armos acta. Virg. 11. Aeneid. 124.
Armos vlcerare. Horat. 1. Serm. saty. 6. 22. – nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel si liber, vsque Tarentum,
Mastica cui lumbos onere vlceret, atque equus armos. Armos vlceret, calcaribus scilicet, aut corporis grauitate: vt priorem dorsi partem intelligamus.
ARNVS, (ἄρνος,) Fluuius est rapacissimus Hetruriæ, Florentiam alluens. author Plinius vulgò Arno.
Arnogloſſa, arnogloſſæ, (ἀρνόγλωσσον,) Latine Plantago. Vide Plantago.
Aro, aras, (ἀρόω, ἀροτριάζω,) arare. Est terram aratro quouis modo vertere & proscindere. Plin. lib. 18. cap. 19. In arando magnopere seruandum est Catonis oraculum. Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Plaut. Truc. 4. 4.
– non arunis hic, qui arari soleat,
Sed pascuus est ager. Ouid. epist. 6. 7.
Narrat & æripedes Martis arasse boues.
Arare, Fossione colere vt arare oliuetum. Columel. lib. 5. cap. 9. 13. Nam veteris prouerbii meminisse conuenit, Eum qui aret oliuetum, rogare fructum: qui stercoret, exorare: qui cædat, cogere.
Arare ex, pro percipere ex aratione. Cic. 5. Verr. 93. Quod si fieri non poterat, vt plus quàm decem medimna ex iugere ararent.
Arare in singulis iugis. Cic. 5. Verr. 21. Quid, qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c. Videtur iuga pro iugera posuisse. vt sit, Qui arant singula iugera. Nisi forte per singula iuga intelligat singula boum paria.
Arat Falerni mille fundi iugera. Horat. Epod. 4. 3.
Aratur, impersonale. Plin. lib. 18. cap. 3. 1. Actus vocabatur in quo boues agerentur, quum aratur vno impetu iusto. Ibidem, Si inter arbores, vitesque aretur.
Aratur, personale passiuum. vt
Tenuis mihi campus aratur. Ouid. 2. Trist. 66.
Mille iugis Campania pinguis aratur. Propert. lib. 3. eleg. 5. 1.

¶ Arare æquor, Nauigare significat apud poetas. Virgil. 3. Aeneid. 99.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum
Arua neque Ausoniæ semper cedentia retro. Quærenda. Item Ouidius 1. Tristium, eleg. 2. 16.
Non ego diuitias auidus sine fine parandi,
Latum mutandis mercibus æquor aro.
Arare aquas, pro eodem. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 5.
Littus arare, Terram vicinam mari. Virg. 4. Aeneid. 43.
– cui littus arandum, Cuique loci leges dedimus. Sed per hoc etiam infertilem ostendit. Seruius.
Arare littora, pro inanem operam sumere. Ouid. 5. epistol. 23. Non profecturis littora bobus arat. Idem 5. Trist. eleg. 6. 20.
Plena tot & tantis referetur gratia factis,
Non sinet ille tuos littus arare boues.
Terram arare & sulcum altius imprimere. Cic. 2. de Diuin. 74.
Arare, aut colere agrum. Cice. pro Lege Agraria 69.
¶ Arandi præceptor. Ouid. 6. Fast. 3. Hesiodum intelligit.
Arando manuefieri tellus, Id est dum aratur. Virg. 2. Georg. 48.
Arando enectus bos, Id est dum arat, Vel præ nimio arandi labore. Horatius 1. Episto. 7. 18.
Aratus, participium, (ἀροτριασθείς,) vt Arati agri. Ouid. 7. Meta. 25.
Arata terra. Ouid. 1. Fast. 141. Araturus. Tibull. 1. eleg. 10. 9.
Interea pax arua colat, pax candida primum
Duxit araturos sub iuga curua boues.
Aratio, Verbale, (ἄρσις,) Valla, Nomina quæ positionem habẽt in 10, latius significare solent, nec actionem modò, sed rem ipsam, ac corpus Cic. 2. Philip. 100. Hæ quondam arationes Campani & Leontini agri in Popu. Romani patrimonio glandiferæ & fructuosæ serebantur. Id est agri ad arandum idonei. Hactenus Valla lib. 4. Ci. 5. Verr. 21. Quũ dederint Apronio quod popposcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem suum? Senec. epistol. 90. Quousque arationes vestras porrigetis? Plin. lib. 17. cap. 8. 4. Nascitur in arationibus. Idem lib. 17. cap. 11. Marsi ad vicenos intermittunt arationis gratia.
Arationes deseritæ, ac relictæ à dominis. Cic. 5. Verr. 196.
Aratio fructuosa. Cic. 5. Tuscul. 124.
Aratiuncula, huius aratiunculæ, penult. corrept. diminutiuum, (ἀγροτίδιον,) Plaut. Trucul. 4. 45. – male vortit
Res pecuaria mihi apud vostmunc vicissim volo habere
Aratiunculam pro copia apud vos. A. non aruus hic, qui arari soleat,
Sed pascuus est ager.
Arator, pen. prod. (ἀροτρεύς,) Qui terram arat. Cic. 7. Verr. 78. Siculos ne militet, aratorimne liberos? quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, vt Popu. Romano, totique Italiæ suppeditare possent. Plin. lib. 18. cap. 19. Arator, nisi incuruus, prauus aratur. Virgil. 3. eclog. 9. Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet.
Arator curuus. Virgil. eclog. 3. 9.
Durus arator. Virgil. 4. Georg. 102.
Peronatus arator. Persius saty. 5. 11.
Robustus arator. Virgil. 4. eclog. 9.
Taurus arator. Ouid. 1. Fast. 140. – cedebat taurus arator equo.
Ex aratore orator factus. Cice. 3. Philip. 139.
Arabilis, pe. corr. & hoc arabile, Verbale, (ἀροτός) Quod arari potest. Plin. lib. 17. cap. 5. Contrà, in Byzacio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis, quũ siccus est, arabilem tauris.
Aratro, aratras, pen. prod, (ἀροτριάω,) aratrare, Quasi arando itera requod est, segetes iam natas rursus arando proscindere. Plin. lib. 18. cap. 20. 1. At illæ messes duplicatæ docuere quod nunc vocant arrtrare, id est ararrare, vt credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente calamo, vel tum si aut bina, ternaue emiserit folia.
Aratrum, huius arátri, pe. prod. (ἄροτρον,) Instrumentum quo aratur. Virgil. 7. Aeneid. Et terram centum vertebat aratris. Cice. 5. Verr. 109. Quibus aratrum saltem aliquod fatelles istius Apronius reliquũ fecit. Plin. lib. 10. cap. 54. 1. Remedium contra tonitrum, terra ex aratro.
Aduncum aratrum. Ouid. 2. Metamorpho. 58.
Assiduo satiatus aratro agricola. Tibull. 2. eleg. 1. 11.
Curuum. Virg. 1. Georg. 34. & lib. 2. 30.
Depressum. Virg. 1. Georg. 9. Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere. Ouid. 15. Metamorpho. 124.
Durum. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 8.
Ille grauem duro terram qui vertit aratro.
Circunduecre aratrum. Cice. 1. Philipp. 101. Vt vexillum videres, & aratrum circũduceres, cuius quidem vomere portam Capuę penè per strinxisti, vt, &c.
Emeritum palo suspendere aratrum. Ouid. 1. Fast. 133.
Graue aratrum. Horat. in Arte Poetica 1. 14.
Incuruo aratro terram moliri. Virgil. 1. Georg. 99.
Inflexum aratrum. Virg. 1. Georg. 33.
Patiens aratrum. Id est durum, & quod labores assiduos ferre possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ouid.1.Amor.eleg.15.7.
Vertentia glebas aratra.Ouid.5.Metamorpho.96.
Ruricola aratrum.Ouid.4.Triſtium,eleg.5.7.
Tempore ruricolæ patiens ſit taurus aratri.
Præbet & incuruo colla premenda iugo.
Vnciúm aratrum.Virg.1.Georg.4.Vnciúque puer monſtrator aratri.
¶ Ab aratro arceſſebantur qui Cónſules fierent.Ci.pro Roſ.Comœdo 29.
Aratra defixa in medio opere relinquere Virg.3.Georg.103.
Detrectat aratra taurus.Propert.2.eleg.3.10.
Extrahere aratrum.Cice.3.de Natu.deorum 237.de bobus, Tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda.
Imprimere aratrum muris dicitur hoſtis.Horat.1.Carm.ode 16.5.
Incumbere aratris.Virgil.1.Georgic.43.
Terram mollire aratro.Virgil.1.Georgic.98.
Preſſis terram proſcindere aratris.Lucret.lib.5.42.
Scindere terram aratro.Silius lib.15.106.
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.Ouid.2.de Arte Amon.37.

Arómata, (ἀρώματα,) in plurali (nam aróma non dicitur) quarundam herbarum fructus, odoris & ſaporis admodú grati, quibus vtimur vel ad excalfaciendum ventriculum, vel ad appetentiam prouocandam, vt ſunt zinziber, piper, ſaccharum, & huiuſcemodi, quas vulgus Species vocat.Columel.lib.12.cap.20.Deinde qúi videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contuſa, & cribrata paulatim inſperges, & ſubebis rutabulo ligneo agitari: quod decoxeris, eouſque dum defrigeſcit. Quòd ſi non ita vt præcipimus, permiſceueris, ſubſident aromata, & adurentur.

Aromáticus.penult.correp.adiectiuum, (ἀρωματικός,) Quod odorem aromatum habet.Plinius lib.14.cap.13.3. Ideo quidem aromaticis delectatos maximè credunt,

Aromatites,aromatitæ,penult.prod.m.g.(ἀρωματίτης,) Gemma quæ in Arabia gignitur: ita dicta quòd myrrhæ odorem habeat. Plinius libro 37.cap.10.7.

Aromatites, vinum, cum dicitur, maſculinum figuratè neutro generi iungitur, vinumque ſignificat factitium, cinnamomo & ſaccharo conditum.Plinius lib.14.cap.16.

Aron, vel aros,ari, (ἄρον,) Bulbi genus, vulgo per totam Hetruriam vocatur Gigaro.ex cuius radice mulieres aquam faciunt, ad faciem illuſtrandam.Plin.lib.19.cap.5.de Aro loquitur.

ARPINVM,pe.prod.(Ἄρπινον,) oppidú Volſcorum in Latio,quod M. Ciceronis & C.Marii natalibus gloriatur:ex quo Arpinates hodie ob honoré tanti municipis tres literas,M.T.C.pro ſigno publico deſcribúr.

Arpinâs,Arpinâtis,penul.prod.adiectiuum, (Ἀρπινάτης,) Cice. pro Lege Agraria 106.Meus paternus auitusque fundus Arpinâs. Idem ad Atticum,lib.16.ſtil.1.In quo flexus eſt ad iter Arpinâs.

Arquâtus, penult.prod. (ἰσχεφής,) adiectiuum,dicitur quicquid ſpeciem arcus gerit.Ouid.11.Metamorpho.119.

Dixit & arquato cœlum curuamine ſignans.

Arquatus,morbus eſt,quem regium nominant: ſic dictus à colore cœleſtis arcus,quem poetæ irim vocant.Nam antiqui per Q. arquus ſcribebant,quod nos per C,arcus. Celſus lib.3.cap.14. Aequè notus eſt morbus,quem interdum arquatum,interdum regium nominãt.Et paulo pòſt,Color autem eum morbum detegit,maximè oculorum:in quibus quod album eſſe debet,fit luteum. * Plin.lib.22.cap.24.Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit,quoniam curetur mulſo.Regius autem dicitur,vt ait Ouidius.

Molliter excelſa,quoniam curetur in aula.

Arquati (inquit Nonius) quibus color & oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Varro Eudemonibus,Nam vt arquatis & veternoſis quæ lutea non ſunt,æque vt lutea videntur: ſic infanis ſani, & furioſis videntur eſſe inſani.Hactenus Nonius.Plin.lib.27.cap.12.Radicum de coctum potum,ſanat arquatos.

Arquus, arqui. Vide ARCVS.

Arrectarius, Vide ARRIGO.

Arrepo, Vide ADREPO.A quo.

Arrepto,arreptas, (προσκέπτω,) arreptare,Frequentatiuum. Plinius lib. 36.cap.10.41.Et item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris.

Arrha, arrhæ, (ἀρραβών,) Pars ſplutionis, quæ fidem facit totius ſummę perſoluendæ.Plin.lib.33.cap.1.22.At ſponſiones etiamnum annulo exiliente,ab eo tempore quo nõdum erat arrha velocior: vt planè affirmare poſſimus, nummos antè apud nos cœpiſſe mox annulos.

Arrhãbo,penul.prod.arrhãbonis,maſc.gen. (ἀρραβών,) Idem quod arrha. Verbum eſt Græcum ἀρραβών, quo tanquam Latino Plautus & Terentius vtuntur. Plautus Moſtell.8.120.

– quid eas,quanti deſtinat?

TR. Talentis magnis totidem quot ego & tu ſumus.

Sed arrhaboni has dedit quadraginta minas. Idem Rud.7.46.
Minis triginta ſibi puellam deſtinat,
Datque arrhabonem,& iureiurando alligat. Idem in Milite,Hunc arrhabonem amoris à me accipe. Hæc dictio videtur potius eſſe Hebræa,quàm Græca.Hebræi enim ERABON,per Ain ſimiliter,id eſt oppignerauit.

¶ Arrhabo,pro Obſidibus.Gellius lib.17.cap.2.M.Cato in L. Veturio, Quum tantus,inquit,arrhabo penes Samnites Popu.Romani eſſet:Arrhabonem dixit,id eſt obſides:& id maluit quàm pignus dicere,quoniã vis huius vocabuli in ea ſententia grauior,acriorque eſt. Sed nunc arrhabo in ſordidis verbis haberi cœptus: ac multò rectius videtur arrha:quanquam arrham quoque veteres ſæpe dixerint.

Arrhabo,pro pignore.Terent.Heaut.3.3.42.
– huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum.
C. Quid tum? ea mortua eſt,reliquit filiam adoleſcentulam.
Ea relicta huic arrhaboni eſt pro illo argento.

Arrideo, arrides,pe.prod.arriſi,arriſum, (προσγελάω,) arridere, Ex ad,& rideo, ſignificat applaudere, & lætitiam animi ridẽdo oſtẽdere.Oui.Arriſit paries aduenière dea.Terẽ.Eun.2.2.19.
– hiſce ego non paro me vt rideant,
Sed iis vtrò arrideo.Vbi Donatus,Quid eſt,iis arrideo?Aut veluti pareo,id eſt obſequor,aut veluti dictis delector. Idem Adelph.5.4.15. Clemens,placidus,nulli lædere os,arridere omnibus. Plaut.Truc.5.14.Arridere quiſquis veniat, blandeque alloqui.

Arridere ridentibus.Id eſt ſimul ridere.Horat.in Arte poetica 21.Vrridentibus arridet,ita flentibus adſunt Humani vultus.

Leniter arridere.Cice.de Somnio Scip.8.Leniter arridens Scipio,Quare ſo,inquit,ne me è ſomno excitetis,& pax ſit rebus.

¶ Arridere res dicitur,quæ placet.Cic.Attico,lib.13.278.2.Iubbere,& lud tuum quod valde mihi arriſerat,vehementer diſplicet.Plaut.Miles.5.55.Tum mihi ædes quoque arridebant,quum ad te venichan.

Arrideri,& Derideri contraria.Cl.de Opt.gen.Orat.146.Quoniam ad nullorum ſermo iam increbruit,partim ſe ipſos Attice dicere,partim neminem noſtrum dicere:alteros nec ligamus. ſatis enim his ros pondet,quum aut non adhibeantur ad cauſas,aut adhibiti rideantur: nam ſi arrideantur,eſſet idipſum Atticorum.

Arrigo, arrigis,penult.correp.arrexi,arrectum,(ἐπανορθόω,) erigere,Ex ad & rego compoſitum,ſignificat erigere. Virgil.10.Aeneid. Comaſque arrexit.

Arrigere aliquem,ſiue alicuius animum,per metaphoram.Salluſt.Eos non paullum oratione ſua Marius arrexerat. Id eſt erexerat, excitauerat. Idem, Sed vbi primùm dubiis rebus nouandis ſpes oblata eſt, vrere certamen animos eorum arrexit.

Arrigere aures.Terent.And.5.4.31.Arrige aures Pamphile.Vbi ſcholaſtes, Arrige aures,Tranſlatio à pecudibus, quibus verbis intendi oportet cipiendam eſſe vocem. Virgil.1.Aeneid.32. Arrectisque auribus aſtant. Sic 2.Aeneid.62.

Arrigere aures alicui ſermone aliquo. Plaut.Rud.30.6.
Suo mihi hic ſermone arrexit aures.

Arrectus,Participium, (ὀρθωσκτός,) Virgil.4.Aeneid.76. Arrectisque horrore comæ. Sic 9.Aeneid.66.Arrecta haſta.

Arrectum pectus.Virgil.11.Aeneid.120.
Quo ſonipes ictu furit arduus,altaque iactat
Vulneris impatiens,arrecto pectore,crura.Sic 10.Aeneid.177.

In digitos arrectus vterque.Virg.5.Aeneid.85.

Lumina arrecta.Virgil.2.Aeneid.35.

Arrectæ mentes,ſtupefactaque corda.Virg.5.Aeneid.128.

Laudum arrecta cupido.Virgil.5.Aeneid.28.

Arrecti animum dictis.Virg.1.Aeneid.17.His animum arrecti dictis.

¶ Arrectior,Comparatiuum.Liu.1.bel.Punici.Vt pleraque Alpium ab Italia,ſicut breuiora,ita arrectiora ſunt.

Arrectus animus ad bellandum.Liu.8.ab Vrbe 187. Poſtquam Papyrius abiiſſe magiſtratu nuntiatum eſt,arrecti ad bellandum animi ſunt.

Arrectarius,adiectiuum à participio arrectus, (ὀρθοσταδικός,) Quod eſt arrectum. vt Aſſer arrectarius in cratitio pariete,qui arrectus eſt,ſecut tranſuerſarius,qui in tranſuerſum ponitur.Vitruuius lib.2.cap.9. Etiam qui ſunt in tectoriis operibus,timas in iis faciunt arrectarios & tranſuerſarios:ita diſpoſitione. Idem libro 7.cap.3.in fine,& libro 10.cap.18. Vide Cratitius in crates.

Arripio, arripis,penul.correp.arripui, arreptum, (προσαρπάζω,) arripere,Cũ impetu quodam & violentia accipere. Plaut. Rud.18.61.Nam hercle te barba continuò arripiam,& in ignem ſubiciam.Cice.in Piſonem 67.Familias arripuerunt,pecus abegerunt.Terẽ.Adel.2.1.27.Iam intrò arripiere. Ibidẽ 3.2.18.Sublimem modò arripiam,& capite primùm in terram ſtatuerem. Horat.1.Epiſt.7.44. Ex circulo arripere.Cic.1.de Orat.77.Si quencunque patrẽ Eunii,ex circulo arripuiſſetis,ex aliquo circulo,eadẽ vobis percontantibus reſponderet. Arripit dolor.Cice.2.de Finib.148. Niſi forte eum dolorem dicas,qui mul atque arripuit, interfecit.

Arripit

Arripit animus.Cic.2.de Diuin.39. Duo genera diuinandi eſſe dicebant vnum artificioſum,alterum naturale. Naturale, quod animus arriperet,aut exciperet ex diuinitate.

Arripere ad vel in quæſtionem.Cic. pro Milone.44. Subitò arrepti in quæſtionem,tamen ſeparantur.Idem pro Cluent.72.Eo tempore ipſe ad quæſtionem arreptus eſt.

¶ Arripere velis,Inuadere.Virg.3.Aeneid.
Eece tibi Auſoniæ tellus,hanc arripe velis. Seruius.

¶ Arripere,Raptum tenere.Virg.11.Aeneid.
Arripuitque locum,& ſyluis inſedit iniquis.

¶ Arripere aliquid ad reprehendendum. Cic.2. de Nat. deorum. 241. Illud verò quod vterq; veſtrũ fortaſſe arripiet ad reprehẽdendũ, &c.

¶ Arripere cauſam ad. Cic.pro Domo ſua.10.Hunc iſtum otii & pacis hoſtem cauſam arripturum fuiſſe ad incendia, cædes, rapinas, nolo Pontifices,ſuſpicemini,niſi videritis.

Cauſam & tempus arripere. Cic.Lucceio,lib.5.12.5. Sed ad properationem meam quidem intereſt non te expectare dum ad locum venias: ac ſtatim cauſam illam totam & tempus arripere.

Arripere occaſionem. Liuius.7.bel.Macedõ.35. Et primam quanque occaſionem recuperandi ea quæ bello amiſiſſent,arripturos.

Arripere auxilium & opem ad.Plaut.Mil.5.65. Arripe opem auxiliumque ad hanc rem propere.

Arripere facultatem lædendi.Cic.pro Placco.14.Mirandũ verò eſt homines eos libenter arripere facultatem lædendi,quæcunque detur.

¶ Cognomen arripere ex aliorum imaginibus. Cic.pro Seſtio.49. Ex nouem Tribunis, quos tunc habuerum, vnus me abſente deſtruxit qui cognomen ſibi ex aliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis eius eſſe,quàm generis videretur.

¶ Arripere maledictum ex. Cic.pro Murena.11. Quare quum iſta ſis authoritate,non debes M.Cato arripere maledictum ex triuio,aut ex ſcurrarum aliquo conuitio,neqt tenere Conſulẽ Pop.Rom. ſaltatorẽ vocare.Id eſt vti verbis maledicis quæ vulgò in triuiis dicuntur.

Arripere verba de foro.Cic.3.de Finib.6.Ars eſt enim philoſophia vitæ: de qua diſſerens, arripere verba de foro non poteſt. Id eſt, vti verbis quibus in foro contenditur.

¶ Arripere ſimilitudinem alterius, pro ſtudere illi ſimilem eſſe. Cic.1. Tuſc.172.de Fabricio,Scipionibus,& ſimilibus loquens, Quorum ſimilitudinẽ aliquã qui arripuerit,non eam fama popularẽ,ſed vera bonorũ laude metiens,fidenti animo (ſi ita res ferat) gradietur ad mortẽ.

¶ Arripere ſermonem.Cic.Attico,lib.7.132.7.Vide ABVTOR.

Arripere quod alter ſummouit.Terent.Eunuch.3.5.23.
– ſubmouit me Parmeno
Ibi ſeruuſquod ego arripui. A.quid id eſt? c.tacitus,citius audies.
Vt veſtem cum eo mutem,& pro illo iubeam me ducier.

Arripere aliquid ex reſponſione alterius. Cic.3.de Finib.21. Aliquid, vt ego ſuſpicor, ex mea breui reſponſione arripere cupiunt non reſpondebo ad ſingula.

¶ Arripere ſeſe foras. Plaut.Curcul.13.8. Vix foras me arripui, atque effugi. Vbi fortè rectius legeris abripui.

Medium arripere aliquem. Vide MEDIVS.

Arripere celeriter, & Tarde percipere, contraria. Cic. pro Roſcio Comœdo.18.Iam quo quiſque eſt ſolertior & ingenioſior,hoc docet iracundius & laborioſius,quod enim ipſe celeriter arripuit,id quum tardè percipi videt,diſcruciatur.

Diſcere,& Arripere,contraria. Cic.in Orat.94. Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus,accepimus,legimus: verum ex natura ipſa arripuimus,hauſimus,expreſſimus.

Auide arripere literas. Cic.de Senect.24. Græcas literas ſenex didici, quas quidẽ ſic auidè arripui,quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.

ARRIVS, pen.corr. (Ἄρριος,) familiaris fuit Ciceronis,cuius epulum lautiſſimum commemorat Cicero ipſe in vatinium. Horatius quoque lib.2.Serm.ſaty.3.18.Atque epulum(ait)arbitrio Arri. Fuit & Arrius philoſophus Alexandrinus, qui Auguſto venienti Alexandriam, poſt victoriam Actiacam ſe obtulit: tantoſque in honore fuit apud eum,vt Auguſtus ipſe palãm ſit faſſus Alexandrinos tribus de cauſis ab ſe conſeruatos eſſe:ob Alexandri primùm memoriam:deinde ob vrbis pulchritudinem: poſtremò propter Arrium philoſophum. Author Plutarchus in Antonio.

Arrius item Alexandrinus Arrianæ ſectæ author,vt ſcribit Ruffi.lib.10.

Arródo, arródis, penult. prod. arróſi, arrôſum, (ἐπιβρόω,) arrodere,Idem quod rodere,vel circumrodere ſignificat. Plin.lib.11.cap.30.1. Semina arroſa condunt formicæ, ne rurſus in fruges exeant è terra.

Arrodere Rempublicam per tranſlationem. Cic. pro Seſtio.61. Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp.conaretur arrodere.

Arrogo, arrogas,pen.corr. arrogãui, (ἀποδιδόωμι,ἀπονέμω,ἀλλαχοῦδίδωμι,) arrogare, Ex ad & rogo compoſitum, ſignificat aliquid temere ſibi tribuere. Cic.7.Philipp.122. Ego itaque paucis,vt ita dicam,alomnus,qui quantuſcunque ſum(nihil enim mihi arrogo)ſine pace ciuili certe nõ fuiſſem. Idẽ de Claris Oratoribus.161. Eſt enim & minimè inepti hominis,& eiuſdem etiam facẽti, quum de ſapientia diſcẽpretur, hanc ſibi ipſum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam ſibi arrogant.

Arrogare,& Derogare,contraria.Cic.pro Sex. Roſcio.54.

Arrogare ſibi nomen inſolentiſſimum. Quint.in prœm.1.50.

Sumere & arrogare ſibi.Cic.pro Plancio.1.

Tribuere alteri & ſibi arrogare aliquid. Cic.ad Sulpitium lib.4.110.

Arrogauit tibi fortuna laudem.Horat.4.Carm.ode.14.8. –nam tibi
Fortuna luſtro proſpera tertio,
Laudemque & optatum peractis
Imperiis decus arrogant.

Artem ſibi arrogare.Horat.2.Serm.Saty.4.7.

Nihil non arrogat armis.Horat.in Arte poetica.25.

¶ Arrogare pretium rei.Horat.2.Epiſt.Scire velim pretiũ chartis quotus arroget annus.

¶ Arrogare, (ἀναποιέω,) In filium ac familiam ſibi aſciſcere. A quo arrogatio,de qua fic Gellius lib.5.cap.19. Quum in alienam familiã, inque liberorum locum extranei ſumuntur: aut per Prætorem fit,aut per populum.Quod per Prætorem fit,adoptatio dicitur:quod per populum,arrogatio.Adoptantur autem,quum à parente, in cuius potẽſtate ſunt,tertia mancipatione in iure cedunt:atque ab eo qui adoptat,apud eum apud quem legis actio eſt,vindicantur. Arrogantur ii qui quum ſui iuris ſint, in alienam ſeſe poteſtatem transeunt, eiuſque rei ipſi auctores fiunt.Et paulò pòſt, Arrogatio autem dicta,quia genus hoc in alienam familiam tranſitur,per populi rogationem fit,&c. Plura apud eundem videto.

Arrogare Dictatorem Conſuli.Liu.7.ab Vrbe.113. Inter cætera triſtia eius anni,CCCC.alter Ap.Claudius in ipſo belli apparatu morif,redierantque res ad Camilli:cui vnico CCCC. vel ob aliam dignationem haud ſubiiciendã Dictaturę,vel ob omen fauſtũ ad Gallicũ tumultũ cognominis,Dictator arrogari haud ſatis decorũ viſum eſt patrib⁹.

Arrogans (ἀναιδής,) Participium,ſiue Nomen ex participio, Qui ſibi aliquid temere atq; inſolẽter & falſò tribuit. Cæſar.3.bel.Ciuil.5.Statuerat.n.hos prius indicio populi debere reſtitui, quàm ſuo beneficio videri recipros:me aut ingratus in ferenda gratia: aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. Cic.3.Verr.119. Tantum dici, hoſce arrogantes hoc adiutore Q.Optimum per ludum & iocum fortunis oſtus euertiſſe.Alio verbo Temerarius dicitur. Horat.3.Carm. ode.26.3.tange Chloen ſemel arrogantem.

Arrogans minoribus.Id eſt erga inferiores. Tacitus lib.11.Aduerſus ſuperiores triſti adulatione,arrogans minoribus,inter pares difficilis.

Minax & arrogans.Cic.pro M.Fonteio.21.

Non grata potius,quàm arrogans beneficiorum prædicatio. Cicero de Aruſp.reſpon.14.

Arroganter,arrogantius,arrogantiſſimè,Aduerbium, (ἀλαζονικῶς,) Cic. 2.de Orat.184.Si aſperè,ſi arroganter,ſi turpiter,ſordidè, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur.

Nec verò arroganter hoc dictum exiſtimari velim.Cic.1.Offic.4.

Audite Conſulem ludicrum:ſimul dicam arrogantius. Cic.pro Mure.71.

Temerè atq; arroganter aſſentiri alicui rei. Cic.1.de Inuent.128.

Arroganter peto,ſi nemo impetrauit.Cic.pro Ligario.19.

Contumaciter & arroganter ſcribere.Cic.Att.lib.8.111.15.

Arrogantia, (ἀλαζονεία,κόμπος,περιφάνεια,) Verbale, Per quam temeritas atque impudentia vanam ſibi comparat authoritatem. Cæſar.1. bel.Ciuil.124.Accidiſſe igitur his,quod plerunque hoibus nimia pertinacia atq; arrogantia accidere ſoleat,vti eo recurrant,& id cupidiſſimè petant quod paulò antè contemſerint.

Superbia & arrogantia.Cic.1.de Inuent.116.

Arrogantiæ crimen extimeſcere.Cic.in Orat.72.

Arrogantiq opinione laborare. Quintil.lib.4.cap.1.22.

Sermo plenus arrogantiæ. Cic.pro Murena.47.de Catilina.

Grauis atque intoleràbilis arrogantia.Cic.pro Cluent.87.

Exuere arrogantiam.Tacitus in vita Agricolæ,Et arrogantiam, & auaritiam exuerat.

Minuere arrogantiam.Cicero ad Qu.fratrem lib.3.21.1.Et illud γνῶθι σεαυτὸν,noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum, verum vt bona noſtra norimus.

Arroſtêma, pen.prod.(ἀρρώστημα,)arroſtématis,Latinè vertit à Cicerone ægrotatio.4.Tuſcul.35.Deinde ægrotationes,quę appellantur à Stoicis ἀρρωστήματα,hisque item oppoſitæ contrariæ offenſiones.

Arrúgia, arrúgiæ,pen.corr. (ἀρρυγία,)Cuniculus ſubterraneus quo extrahitur aurum. Plin. lib.33.cap.4.1. Cuniculis per magna ſpatia actis,cauantur montes ad lucernarum lumina.Eadẽ menſura vigiliarum eſt,multisque menſibus non cernitur dies. arrugias id genus vocant. * Et ibidem.11.Aurum arrugia quæſitum non coquitur,ſed ſtatim ſuum eſt,Inueniuntur ita maſſæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ars artis, ſ.g. (τέχνη,) Artem definunt (inquit Sipontinus) eſſe facultatem quę præceptis quibuſdam, ac regulis cõtinetur. Quintil. lib. 2. cap. 14. 4. Ars eſt quæ diſciplina percipi debet. Cic. 4. Acad. 45. Ars verò quæ poteſt eſſe, niſi quæ non ex vna, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat? Et paulò pòſt, Quumq; artium aliud eiuſmodi genus ſit, vt tatummodo animo rem cernat, aliud vr moliatur aliquid & faciat quomodo, &c. Idem. 1. de Orat. 46. Menedemus artem negabat eſſe vllam, niſi quæ cognitis, penitusque perſpectis, & in vnum exitum ſpectantibus, & nunquam fallẽtibus rebus contineretur. Terent. Andr. 1. 1. 3. – quid eſt
Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
51. Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rẽ quã paro. Plin. lib. 18. cap. 14.
Artis quoque cuiuſdã eſt, æqualiter ſpargere. Terẽ. Adelph. 4. 7. 23. Cic. 6. Verr. 7. Plin. lib. 7. cap. 37.
Ratio, ſiue ars. Cic. lib. 2. de Orat. 81. Ad inueniendum in dicendo hæc tria ſint, acumen, deinde ratio, quam licet (ſi volumus) appellemus artem, tertium diligentia.
Ars dux certior quãm natura. Cic. 4. de Finib. 17.
¶ Ars (inquit Seruius) τῶν μὴ ὄντων eſt. Vnde ſine epitheto male ponitur vt bonas artes, malasque artes dicamus. Virgil. 1. Aeneid.
At Cytheream nouas artes, nouaq; pectore verſat Conſilia.
Ars ordinata præceptis, Id eſt redacta in præcepta. Liuius.
¶ Ars, Fraus, dolus. Virgil. 2. Aeneid. 31. – Ille dolis inſtructus, & arte Pelaſga. Idem. 7. Aeneid.
Arte noua ſpeculata locum, quo littore pulcher
Inſidiis curſuque feras agitabat Iulus. Terentius, Nempe tua arte viginti minę pro pſaltria periere.
Ars paraſitica. Plaut. Capt. 8. 9.
Ars nugatoria. Plaut. Trinum. 1 3. 2.
Doloſæ artes. Ouid. 15. Metam. 95.
Retia cum pedicis, laqueoſque, artesque doloſas
Tollite, nec volucres viſcata fallite virga.
Ambitioſa ars. Vide AMBITIO.
Audax ars, quæ animum audacem poſtulat. Ouid. 2. de Arte aman. 15.
– politoque timore
Icarus audaci fortius arte volat.
¶ Opus artis, quod arte & induſtriã requirit. Ouid. 2. de Arte amãdi. 3.
Nec minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri:
Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.
Armorum ars. Quintil. lib. 1. cap. 7. 11.
Veſtibulum artis initium. Quintil. lib. 1. cap. 5. 5.
¶ Clarus arte medicinæ. Quintil. lib. 3. cap. 6. 46.
Humili arte prædituſ. Cicero pro Archia. 7. Etenim quum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis, gratuitò ciuitate in Græcia hommes impertiebantur, &c. id huic ſumma ingenii prædito gloria noluiſſe!
Laborate veſtes arte. Virgil. 1. Aeneid. 123.
Nulla reparabilis arte Leſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. Ouidius Epiſtol. 5. 21.
Madidus artibus. Vide MADEO.
¶ Prudens artis. Ouid. Epiſt. 5. 30.
Bonæ artes. Vide BONVS.
Ieiuna ars. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.
Ignorata ars. Horat. in Arte poetica. 53.
Imperatoria ars. Quintil. lib. 1. cap. 17. 21.
Indotata ars. Vide INDOTATVS.
Iners, ars, Inutilis. Ouid. 3. de Arte amandi 42.
Inopi miſerabilis arte. Iuuenalis Saty. 12. 7.
Ingenuæ artes. Vide INGENVVS. Cicero ad Sulpitium, lib. 4. 3. 16. & Ouid. 3. Faſt. 2.
Ingenuis artibus inſtructus. Vide INSTRVO.
Liberales artes. Vide LIBER, liberi.
Ludicra ars. Vide LVDVS.
Magica ars. Virg. 4. Aeneid. 99. Et apud Ouid. 7. Met. 39. Magorũ artes.
Artes magiſtræ. Ouid. Epiſt. 21. 17.
Opus magnæ artis, magno factum artificio. Ouid. 15. Metam. 58.
Medentum ars, Medicina. Statius. 5. Sylu. 1. 32.
Medicæ artes Ouid. Epiſt. 5. 19.
* Medicæ artes quæ dicantur. Vide Medius.
Mediocris ars. Vide MEDIOCRIS.
Monſtrificæ artes. Valer. 6. Argonaut. 31. periphraſis magię.
Mutæ artes. Vide MVTVS.
Nouas artes, noua pectore verſat Conſilia. Virgil. 1. Aeneid. 133.
Nudæ artes. Quintil. in Proœm. lib. 1. 18.
Operoſa ars. Vide OPEROSVS. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 32.
Præcipuæ artis opus. Ouid. 1. de Arte amandi. 53.
Oratoria ars. Quintil. lib 3. cap. 1. 18.
Paleſtrica. Quintilianus lib. 2. cap. 21. 7.
Pecunioſa ars. Vide PECVNIOSVS.

Pulcherrima ars. Quintilianus lib. 1. cap. 10. 15.
Rauis dotata per artes. Ouidius. 2. Amorum, eleg. 4. 4.
Secretæ artes, Magicæ dicuntur. Ouid. 7. Meram. 28.
Neve parum ualeant à ſe data gramina, carmen
Auxiliare eanit, ſecretasque aduocat artes.
Sopitæ artes. Claud. 8. Paneg. 54.
Surgite ſopitæ, quas obruit ambitus, artes.
Summa ars. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.
Tenuis ars. Quintilianus lib. 1. cap. 4. 4.
Vulgatæ artes. Horat. 4. Carm. ode. 9. 1.
Non ante vulgatas per artes
Verba loquor ſocianda chordis.
¶ Accingi ad artes magicas. Vide ACCINGO.
Accipere artes à magiſtris. Vide ACCIPIO. Ouid. 9. Met. 144.
Actiua ars. Vide AGO.
Artes addocet ebrietas. Horatius. 1. Epiſt. 5. 4.
Adhibere artem. Vide ADHIBEO.
Aduuare artes. Vide ADIVVO.
Admiſcere artem pretio, & metallum per ſe pretioſum artificio, & caſtura pretioſius reddere. Claudianus de Nupt. Honorii, & Mariæ. 11.
Plus artis adiucre. Id eſt doctiorem reddere. Horat. 2. Epiſt. 2. 9.
Adipiſci aliquid ſtudiis & artibus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 42.
Sic has deus adiuuet artes. Ouid. 8. Metam. 175.
Aduocare artem. Vide ADVOCO.
Aſſumere artem. Vide ASSVMO.
Artibus aliquid attribuere. Cic. 4. de Finib. 124. Omnibus artibus volemus attriburam eſſe eam, quæ communis appellatur Prudentia, quæ omnes qui cutiquam artificio præſunt, debent habere.
Bibere arte. Ouid. 2. de Arte amandi. 102.
Canere. Ouid. 2. de Arte amandi. 102.
Artes bibunt ſuccum ingenii. Quintil. in Procem. 1. lib. 18.
Combibere artes. Vide COMBIBO.
Commendare ſe arte. Horat. 1. Epiſt. 1. 53. Id eſt oſtentare ſe ob artem.
Concedere alicui artem. Vide CONCEDO.
Arte confidere. Cicero. 5. Tuſcul. 11.
Conticeſcunt artes. Vide CONTICESCO.
Continentur inter ſe artes. Vide CONTINEO.
Conſumata ars. Vide CONSVMO.
Artibus liberales diſciplinæ continentur. Cic. 3. de Orat. 70.
Molli arte ferox animos contudit. Ouid. 1. de Arte amandi. 3. de Chirone qui puerum cithara præceſit Achillem.
Decipere aliqua arte. Ouid. Epiſt. 12. 10.
Artem deſinere. Vide DESINO.
Deſpicere artes. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. in Præfat. 5.
Deſtitui ab arte ſua. Ouid. Epiſt. 5. 30.
Aſum in artes ignotas dimittere. Ouid. 8. Metam. 38. De Dædalo.
Diſce bonas artes. Ouid. 1. de Arte amandi. 92.
Diuerti ad artes. Ouid. 9. Metam. 13. Inferior virtute meas diuertor ad artes. Verba Acheloi.
Paternas artes ediſcere. Ouid. 2. Metam. 128.
Efficere artem, idem quod Redigere ad artem. Vide inſtituere artẽ. Cicero. 1. de Orat. 92.
Artes efficiuntur ex cognitionibus & comprehenſionibus rerum. Cic. 3. de Finibus. 76.
Artem efficere ex obſeruatione. Quintil. lib. 3. cap. 2. 3.
Excolere vitam per artes. Virgil. 6. Aeneid. 33.
Excutere artes. Idem quod extundere. Ouid. 1. de Arte amandi. 45.
Tunc aperit mentes æuo rariſſima noſtro
Simplicitas, artes excutiente deo. Id eſt Baccho.
Exercere artem. Horat. 1. Epiſt. 14. 9.
Exercere artem ludicram. Quintilianus lib. 3. cap. 6. 14.
Medicas artes exercere. Ouid. 7. Metam. 61.
– & medicas exercet inaniter artes.
Pieriis artibus exercere arma, Eſt bellicis rebus humanitatis ſtudia conſungere. Claud. in Præfat. Paneg. 3.
Ars ea extitit illi. Cic. pro Archia. 18. Alexander quũ in Sigæo ad Achilli tumulum aſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerũ præconem inueneris. Et verè, nã niſi illi ars extitiſſet illius idẽ tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet.
Extundere artes. Virgil. 1. Georg. 27.
Facere arte. Virgil. 9. Aeneid. 63.
Artem factitare. Cic. in Oratore. 82. Me autem ſiue peruagatiſſimi illi ſe verſus, qui vertat artem pudere proloqui quam factites, diſſimulare non ſinit quin delectet.
Habere artium ſcientiam. Cic. ad Marium. lib. 7. 3. 14. Vacare culpa magnum eſt ſolatium, præſertim qui habeam duas res quibus me inſtituerem, optimarum artium ſcientiam, & maximarum rerum gloriam.
Inficere artibus. Vide INFICIO.
Artem inſtituere, & Artem efficere. Cic. 1. de Oratore. 92. Nihil eſt quod ad artem

ad artem redigi poſſit, niſi ille prius qui illa tenet, quorum artem inſtituere vult, habeat illam ſcientiam, vt ex iis rebus quarum ars nondum ſit, artem efficere poſſit.
Inſtruere aliquem arte. Ouid. epiſt. 15. 74.
Inſtructus & armatus plurimis & grauiſſimis artib⁹. Vide INSTRVO.
Inſtrui & ornari artibus. Vide ORNO.
Latere ars dicitur, quum artificis opus non fictum, ſed ab ipſa natura expreſſum videtur. Ouid. 10. Metam. 50.
Virginis eſt veræ facies, quam viuere credas,
Et ſi non obſtet reuerentia, velle mouerit: Ars adeò latet.
Latet ars, & Ars deprehenditur, contraria. Ouid. 2. de Arte amandi. 3.
Si latet ars, prodeſt: affert deprenſa pudorem.
Late patet, & ad multos pertinet hæc ars. Vide LATVS adiect.
Ludere aliquem arte, Decipere. Ouid. epiſt. 16. 39.
Tacita arte nocere dolis. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2. 2.
Obterere artem. Vide OBTERO.
Obtinere artem. Vide OBTINEO.
Omittere artem, Renuntiare arti. Horat. 2. Serm. ſaty. 6. 6.
Peperit artem notatio naturæ & animaduerſio. Cic. in Orat. 106.
Artem percipere. Cic. ad Trebat. lib. 7. 10. 3. Inſtitui Topica Ariſtotelea conſcribere, &c. quàm plenisſime res illa ſcribi potuit. Sin tibi quædam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, nullam artem literis ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe.
Multa arte inſignem reddere aliquem. Virg. 5. Aeneid. 140.
– vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaque inſignem reddidit arte.
Redigere ad artem, & Efficere artem, Idem. Cic. 1. de Orat. 92. Idem lib. 2. 25. Reuocare ad artem dicit.
Artem reponere. Id eſt vſum artis. Virg. 5. Aeneid. 96. Hîc victor cæſtus artemque repono. Vbi Seruius, Et arma depoſuit, & arti renuntiauit. Id eſt catalyſin fecit.
Artem requirere. Cic. 1. de Orat. 65. Longum eſt nunc me explicare qua ratione aut confirmare aut infirmare teſtes, tabulas, quæſtiones oportet. Hæc ſunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ: Artem quidem & præcepta duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur.
Reuocare ad artem. Cic. 1. de Orat. 25. Non omnia quæcunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad præcepta eſſe reuocanda.
Tendere ad artes aſſuetas. Ouid. 1. de Remed. amoris. 58.
Tradere artem. Cic. 2. de Orat. 86. Videſne Diogenem fuiſſe qui diceret, artem ſe tradere bene diſſerẽdi, & vera ac falſa diiudicandi, quàm verbo Græco ἀνακτικὴν appellaret?
Tradere artes alicui, Docere. Ouid. epiſt. 5. 19.
* Artes valere. Quintil. in proœm. Illud tamen in primis teſtandum nihil præcepta atque artes ualere, niſi adiuuante natura.
Vtendum artibus, Opus eſt arte ad hanc rem. Seneca. in Hippoly. 4. 14.
Intelligit hoc loco artes Magicas.
Vacare artibus ingenuis. Ouid. 3. Faſt. 2.
Valere arte, Noſſe artem aliquam. Lucret. lib. 4. 160.
Scilicet arte valent ſimulachra, & docta vagantur,
Nocturno facere vt poſſint in tempore ludos? Quaſi dicat minimè.
Verſari in ſordida arte. Cic. 1. Offic. 209. Sordidi etiam putantur qui mercantur à mercatoribus quod ſtatim vendant: nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur. Nec verò eſt quicquam turpius vanitate: opificeſque omnes in ſordida arte verſantur.
Verſantur artes in aliqua ſcientia. Cic. 5. de Finib. 44. Omnium artium rectè dici poteſt, commune eſſe vt in aliqua ſcientia verſentur, ſcientiam autem ſuam cuiuſque artis eſſe.
* Ars victa malo. Celſus lib. 5. cap. 26.
Artifex, artificis, penul. corr. (τεχνίτης, ὁ περὶ τέχνην,) Qui quæuis artem aliquam exercet. Quintil. lib. 2. cap. 14. 4. Artifex eſt qui percipit artem. Feſtus, Artifices dicti, q⁹ ſcientiam ſuam per artus exercent: ſiue q⁹ apte opera inter ſe artentiqua ex cauſa etiam artes appellatæ ſunt. Hactenus ille. Plin. lib. 22. ca. 24. 10. Non fecit cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota, parens illa ac diuina rerum artifex.
O artificem probum. Terent. Phorm. 2. 1. 29. Vbi Donatus, Ironia. nam non eſt artifex, cuius deprehenditur iocus.
Artifex mundi, Deus. Cic. de Vniuerſit. 7.
Artifex & Inſcius, contraria. Cic. 4. Acad. 45. Quam ſi ſubtraxeris, quî diſtingues artificem ab inſcio? Non enim fortuitò hunc artificem dicemus eſſe, illum negabimus: ſed quum alterum præcepta & comprehenſa tenere videmus, alterum non item.
Politus ſcriptor atque artifex. Cic. in Orat. 99.
Artifex alicuius negotii. Salluſt. Bomilcar maturè regis mandata exequitur, & per homines talis negotii artifices, itinera, greſſuſque eius, poſtremò loca atque tempora cuncta explorat. Sic Artifex ſuadendi, apud Quintilianum lib. 2. cap. 16. Item Artifex ſtatuarum, apud eundem lib. 5. cap. 12.
Dicendi artifices & doctores, Græci. Cic. 1. de Orat. 13.
Suauitatis artifex conſuetudo. Cic. in Oratore. 91.
Artifex ad. Cic. 7. Verr. 144. Proinde ſiqui ſunt qui in hoc reo, aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendũ iudicii volint eſſe.
Artifex comparandę voluptatis. Cic. 1. de Finib. 67. & lib. 2. 184.
Artifex monſtrorum. Plin. lib. 28. cap. 1. 6. Tecum enim res erit euerſor iuris humani, monſtrorumque artifex, qui primas ea condidiſti.
Sceleris infandi artifex. Id eſt author ſceleris. Seneca in Agamem. 13. 7. & in Hippo. 4 41.
Scenici artifices, pro hiſtrionibus. Cic. pro Archia. 7.
Morbi artifex, pro Medico. Propert. 2. eleg. 1. 12.
Solus amor morbi non amat artificem.
Manus artificum. Virgil. 1. Aeneid. 91.
Artifex, adiect. (τεχνικός,) Quod arte factum eſt, quaſi artificioſum dicas. Plin. lib. 12. cap. 25. 4. Incidentis manus librarii artifici temperamento. Idem lib. 10. cap. 29. 9. Sed eę tantę, tamque artifices argutiæ, à xv. diebus paulatim deſinunt. Sic artifex dimicatio, apud eundem lib. 8. cap. 40. Et apud Quintil. lib. 9. cap. 4. Artifex motus.
Artificium, artificii, (τέχνη,) Ars & ſcientia ipſa arte aliquid faciendi.
Artificium & ſcientia. Cæſar. 7. bel. Gal. 119. Neque acie viciſſe Romanos, ſed artificio quodam & ſcientia oppugnationis.
Simulachrum opere artificioſo perfectũ. Cic. 6. Verr. 64. Fuit apud Sergeſtanos ex ære ſimulachrũ Dianę, tũ ſumma atq; antiquiſſima prædium religione, tum ſingulari opere, artificioque perfectum.
Antiquo opere, & ſummo artificio facta. Cic. 6. Verr. 41.
Componere artificium de iure ciuili. Cic. 2. de Orat. 46. quod idem. 1. de Orat. 92. Redigere ad artem ius ciuile dixit.
Excogitare artificium. Cic. ad Papirium, lib. 9. 16. 3. Non iam ſatis eſt cõ filio pugnare, artificium quoddam excogitandum eſt.
Artificio fabricare aliquid. Cic. 4. Acad. 59.
Artificii aliquid habere. Cic. 7. Verr. 57. Iſte quòd omnes qui artificii alt quid habuerant, aut formę, remouerat, atque abduxerat. Id eſt, vtcun que peritos & formoſos.
Sine magno artificio. Cic. 4. Acad. Nonne videtur contra te valere, ſi ſine magnis artificiis, ad quę pauci accedunt, noſtri quidem generis, ad modum, nec videre, nec audire poſſumus?
Obliuiſci artificium. Cic. pro Sex. Roſcio. 29.
Præeſſe alicui artificio. Cic. 4. de Finib. 124.
Præſtare artificium. Cicero pro Cluentio. 44. Niſi forte hæc cauſa eſt, quòd medici nihil præter artificium: Oratores etiam authoritatem præſtare debent.
Artificia tollere. Cic. 4. Acad. 258. Quò enim ſpectat illud, quum artificia tolli quereris à nobis, niſi vt opifices concitentur?
Tradere artificium. Cic. 4. Acad. 204. Idemque etiam diſputandi & intelligendi iudicium dicas te, & artificium traditurum.
Tueri artificia. Cic. 3. de Finib. 6. Ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis vterentur nobis incognitis, vſitatis ſibi.
¶ Artificium, pro re quæ arte facta eſt, vt artificii cupidus Verres apud Ciceronem. 6. Verr. 40. Num de L. Papyrio viro primario thuribuli emiſti? qui pro teſtimonio dixit, te, quum inſpiciendum poposciſſes, aulio emblemate remiſiſſe: vt intelligatis, in homine intelligentiam eſſe, non auaritiam: artificii cupidum, non argenti fuiſſe.
¶ Artificium dicendi. Cic. 1. de Orat. 46. & lib. 2. 55.
Artificium acculatorium. Cic. pro Roſc. Amer. 29. Non tu in iſto artificio acculatorio callidior es, quàm hic in ſuo.
Artificium intimum. Quintil. lib. 6. cap. 3. 28.
Artificio ſimulationis eruditus. Cic. pro Cn. Plancio. 18. Laudanda eſt, vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officii morẽ, non infuſcata maleuolentia, non aſſueta mẽdaciis, nõ fucata, nõ fallax, nõ erudita artificio ſimulationis, vel ſuburbano, vel etiam vrbano.
Artificium coquorum. Quintil. lib. 2. cap. 15. 17.
¶ Artificium, Fraus, dolus. Cic. Attico, lib. 9. 177. 3. Quorum artificiis effectum eſt, vt Reſpub. in hunc ſtatum peruenirer. Idem. 4. Verr. 24. Audit hæc etiam Verres: & primo, illo ſuo lenitore artificio Heraclitum aggredi conatur.
Rem opponit artificio Seneca Epiſt. 112. Talis eſt verus, & rebus non artificiis philoſophus.
Artificioſus, pen. prod. (δημιουργός, τεχνικός,) Qui aliquid via quadã & arte facit. Cic. 1. de Nat. Deo. 81. Zeno igitur naturam ita definit, vt ea dicat eſſe ignem artificioſum ad gignendũ progredientem via. Cẽſet enim artis maximè propriũ eſſe creare & gignere, &c. Paulò pòſt. 82. Ipſius mundi qui omnia complexu ſuo coercet & continet, natura, nõ artificioſa ſolum, ſed planè artifex à Zenone dicitur.
Artificioſum, Artificio plenum. Cic. 2. de Finib. 24. Epicurus autem (vt opinor) nec non vult, ſi poſſit, planè & aperte loqui, nec de re obſcura, vt Phyſici aut artificioſa, vt mathematici, &c. Sic artificioſa eloquentia, apud eundem de Inuent. 9. & Quintil. lib. 1. cap. 17. 2.
Artificioſum opus, & diuinum. Cic. 2. de Nat. Deorum. 208.
Artificioſe aduerb. (ἐντέχνως, τεχνικῶς,) Cic. 1. de Orat. 90. Nulli fuerũt qui illa artificioſe digeſta, generatim cõponerẽt. Id eſt arte quada di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

spoſita. Idē. 2. de Nat. Deor. 81. Id multo artificioſius naturā efficere.
Artificioſe ambulare. Cic. 3. de Nat. Deor. 37. Naturę iſta ſunt Balbe, natur ſuo artificioſe ambulantis.
Artificialis, & hoc artificiāle, pen. prod. (τεχνικός.) Quod arte factū eſt. Quintil. lib. 5. cap. 5. Aliis probationibus eque inartificialibus ſoluitur. Virgilius tamen maluit circūlocutione vti, quàm his effictis nominibus, quum dixit, Arte laboratę veſtes: Pro artificiales, vel artificioſæ. * & lib. 1. vt moneat artificialium.
Artificialiter, pen. corr. Aduerbiū. (τεχνικῶς.) Quintil. lib. 2. cap. 17. 27. Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter generat, &c.
ARSACES, pen. corr. (Ἀρσάκης.) Arſacidis, fuit poſtremus Perſarum ex Parthis rex, à quo oēs Perſidis reges poſtea Arſacidæ dicti ſunt. Nam, vt ait Seruius in. 6. Aeneid. omnes reges Albani ab Syluio filio Aeneæ & Lauiniæ, Syluii ſunt dictiſicut Romani Imperatores, Auguſti vocantur: Ægyptii, Ptolemæi: Perſę, Arſacidæ. Hactenus Seruius. Apud Strabonem lib. 11. legitur Arſacæ. Lucan. lib. 1. 22.
Plus illa vobis acie quàm creditis, actum eſt Arſacidæ.
Arſacius, adiectiuum, (Ἀρσάκιος.) Martialis lib. 9. in Philomaſum,
Scis quid in Arſacia Pacorus deliberet aula. Fuit autem Pacorus, Parthorum rex.
ARSENARIA, (ἀρσενικὴ χώρα, πολίχνη.) Mauritaniæ Cæſarienſis colonia Ptolemæo Arze vulgò.
Arſenicum, pen. corr. (ἀρσενικόν.) Genus eſt coloris lutei. Plinio lib. 34. cap. 18. 12.
* Matthiolus Senenſis ait Arſenicum verum non fieri arte, vt quidā putant, ſed naſci in eiſdem cauernis vbi oritur auripigmentum.
ARSICINA, (ἀρσικίνα.) vrbs Germaniæ Ptolemæo, hodie Brunna, vulgò Brump.
ARSINOE, pen. corr. (Ἀρσινόη.) fuit filia Ptolemæi Lagi filii, q Aegyptum poſt Alexandrum tenuit, & fuit vxor Lyſimachi regis Macedoniæ, forma præſtātiſſimaq; ex viro duos peperit filios, Lyſimachū, ſcilicet & Philippum, forma & præſtantia ſimiles. Huius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater, teſte Plinio, lib. 5. vrbem cōdidit in Cyrenaica regione, quæ & ſimiliter Arſinoe dicta eſt, & flouium qui eam præter fluit, Ptolemæum vocauit. Vadianus Pomponii interpres ſic ait, Arſinoe duæ ſunt huius nois, in hoc littore ſinus Arabici, quib⁹ à regimis Ægyptiis data ſunt nōia, Philoteris & Epiteris, à venationis ſtudio ſortita vocabula. Arſinoe Cyrenes, Trochara vulgò.
Arſis, huius arſis, ſ.g. (ἄρσις.) Latinè dicit eleuatio. Diomedes li. 3. Pes eſt poeticæ dictionis duarum ampliusve ſyllabarum, cum certa temporum obſeruatione modum recipiens arſin & theſin, id eſt qui incipit ſublatione, finitur poſitione.
ARSONIVM, (ἀρσόνιον.) vrbs Germaniæ Ptolem. vulgò Prinſintza.
ARTABANVS, pen. prod. vltimus Arſacidarum fuit, quem Artaxerſes Perſa eius miles interfecit, regnumque Perſis reſtituit annis ab vltimo Dario qui victus fuit ab Alexandro CXXXIII. regesque deinceps Perſarum, non Parthorum dicti.
ARTABRI, pen. corr. (Ἀρτάβροι.) populi Hiſpaniæ, & Artabrū eius loci promontorium, apud Plinium lib. 1. cap. 108. & lib. 4. cap. 21. Sil. Ital. lib. 3. 73. Iamq; Ebuſus Phœniſſa mouet, mouet Artabrus arma.
* Artace, (Ἄρτακος.) Caſtellum Bithyniæ. Ptolem. vulgò hodie Carpi.
ARTACENA, regio eſt Syriæ, vt ſcribit Strabo lib. 16.
ARTACHAEAS, fuit dux in exercitu Xerxis, teſte Herodoto lib. 7.
ARTAGERAS, proprium Syri hominis apud Strabonem in deſcriptione Syriæ.
ARTANES Sophenus rex Armeniæ qui Auſtrales partes habuit, eas maximè quæ vergunt ad Occidentem. Hic à Tigrane deletus eſt. Author Strabo libro. 11. Eſt & Artanes fluuius in huſtrum defluens, teſte Herodoto libro quarto.
ARTAPHERNES, fuit vnus è ducibus Darii, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit: vt ſcribit Herodotus lib. Hiſtoriarum. 7.
ARTAVNVM, (Ἄρτανον.) vrbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Herbipolis vulgò Vuirtzburg.
ARTAXATA, Artaxatorum, n.g. plur. nu. metropolis Armeniæ, ſic ab Artaxa rege dicta. Strabo lib. 11.
ARTAXERXES, (Ἀρτοξέρξης.) filius Xerxis, rex Perſarum qui ex pellicibus habuit filios CXV, & ex iuſto matrimonio tres, Darium, Ochum, & Ariarathen quorū Darius à patre rex factus, contra patrē leui de cauſa cum quinquaginta fratribus coniurauit. Qui oēs cū vxoribus & filiis à rege ſunt occiſi. Author Iuſtinus poſt Trogum.
ARTEMIDORVS, pen. prod. (Ἀρτεμίδωρος.) Gnidius, Romæ, Græcæ diſciplinę præceptor fuit. Bruti familiaris. libellum de cōiuratione obtulit Cæſari extremo die ingredienti in Senatum, vt ſtatim lege retiquod ille minimè fecit. Author Plutarchus. Fuit & alter Artemidorus Daldianus (Daldis autem ciuitas Lydię eſt) philoſophus, ſcripſit de interpretatione ſomniorum, de auſpiciis, & de chiromantia. Author Suidas.

ARTEMIS, pen. cor. huius Artémidis. (Ἄρτεμις.) Diana ſic dicta, quaſi ἀειτόμος, id eſt aerem ſecans, vt nōnulli voluntiuel quòd integros faciat, vt author eſt Strabo lib. 14.
ARTEMISIA, (Ἀρτεμισία,) regina Halicarnaſi, in auxilium Xerxis contra Græcos venit. Inter primores duces bellum acerrimè exebat, quippe vt in viro mulierem tunc rem, ita in muliere virilem audaciam cerneres. Hæc extincto viro Mauſolo, ſepulchrum feci t, inter ſeptem orbis miracula connumeratum à Græcis poetis: ad funus quoque ornandum primos Græciæ oratores accerſiunt. Authores Gellius lib. 10. cap. 18. & Suidas, & Vitruuius lib. 2.
Artemiſia, artemiſiæ, (ἀρτεμισία,) Herba, de qua ſic Plin. li. 25. ca. 7. 3. Sūt q ab Artemide Ilithyia artemiſiam cognominatā putēt, qm̄ priuatim medeat fœminarū malis. vulgò Artemiſia.
Artemon, artemonis, pen. corr m.g. (ἀρτέμων,) Velum eſt additum. Deducitur à Græco ἀείρω, quod ſuſpendere ſignificat, & aliare. Vnde & ἄρτημα locus paruus, cui crumena aſſuitur. Eſt & hic ſimilitudine artemon trochlea, quam Græci ἐπάγοντα vocant tres ingentis oneris lapides tolluntur. quum enim cæteræ huiuſmodi machinæ duas tantummodo trochleas habeant, ea quæ πολύσπαστος, appellat, etiam tertiam requirit quæ addititia eſt, & ideo artemon, epagōque dicitur, vt Vitruuius ſcribit. Hæc Alciatus. Iaboleus de Verb. ſignificatione, Malum, nauis eſſe partem, artemonem autem non eſſe, & verius eſt, vt Labeo ait: quia plerunque naues ſine malo inutiles eſſent. Ideoque pars nauis habetur: artemon autem magis additamentum, quàm pars nauis eſt.
Arteria, arteriæ, (ἀρτηρία,) quid ſignificet, Plinius docet lib. 11. cap. 37. 84. & 85. his verbis, Vbi ſunt nerui, inferiores ad docunt membra, ſuperiores reuocāt. Inter hos latēt arteriæ, id eſt ſpiritus ſemitæ. His innatant venæ, id eſt ſanguinis riui. Arteriarum pulſus, in cacumine maxime membrorum enidens, index fere morborum in modulos certos legesque metricas, per ætates ſtabilis, aut citatus, aut tardus, deſcriptus ab Herophilo medicinę vate, miranda arte, ni miam propter ſubtilitatem deſertus. Obſeruatione tamen crebri, aut languidi ictus, gubernacula vitæ temperat. Arteriæ carent ſenſu: nam & ſanguine, nec omnes vitalem continent ſpiritum, præcellique corpeſcit tantum pars ea corporis. Ibidē, Ex cartilaginē & carne arteria, gula, neruo, & carne conſtat. Gellius lib. 18. cap. 10. Arteria, eſt conceptaculum ſpiritus naturalis, miſti, confuſique cū ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt, minus ſanguinis. Arteriæ autem à corde originem habēt, quēadmodum venę ab hepate, & nerui à cerebro: quamuis aliter ſentire videatur Ariſtoteles in libro de Animalibus.
Vena aliquā cōſutę pro arteria ponitur. Perſius Saty. 3. nō procul à fine
Tange miſer venas, & pone in pectore dextram
Nil calet hīc. Propterea quòd medici aliqui, vt author eſt Galenus, venas & arterias confundere ſolebant.
Arteriæ micant. Cic. 1. de Natura Deorum. 35. Venę & arteriæ micant non deſinunt quaſi quodam igneo motu.
Aſpera arteria. Cic. 2. de Natura Deorum. 203. Sed quum aſpera arteria (ſic enim à medicis appellatur) oſtium habeat adiunctum linguæ radicibus, paulò ſuprà quàm ad lingnam ſtomachus annectitur, vsq; ad pulmones vſque pertineat, excipiatque animam, eam quæ ducta ſit ſpiritu, eandemque à pulmonibus reſpiret & reddat, regitur quodam quaſi opereculo.
Genere neutro Lucretius libro quarto. 108. vſus eſt, vbi an vox corporea ſit, latius perquirit.
Corpoream quoque enim vocem conſtare fatendum eſt,
Et ſonitum, quoniam poſſint impellere ſenſus
Præterea radit vox fauces ſępe, facitque
Aſperiora foras gradiens arteria clamor.
* Arteriace, arteriaces, pen. corr. f.g. (ἀρτηριακή.) Medicamētum quod & Diacodion vocatur. Plin. 20. cap. 19.
Arthriticus, (ἀρθριτικός.) Qui laborat morbo articulari. Cic. ad Pætum libro. 9. 23. 2. Nō enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. Quem, articulorum dolorem appellat ipſe Cicero Attico. 1. 3. 6.
Articulus, Articulatim, etc. Vide ARTVS.
Artifex, Artificium, etc. Vide ARS.
Artio, artis, artiui, pro Arcto, arctas, dixere veteres, teſte Nonio.
Artitus, Bonis inſtructus artibus. Feſtus.
Artócopus, artócopi, pen. corr. (ἀρτοκόπος, ἀρτοκοπός.) Latinè nē piſtor dicitur. Iuuenalis Saty. 5. 8.
Sed tener, & niueus, mollique ſiligine factus
Seruatur domino: dextram cohibere memento,
Salua ſit artocopi reuerentia.

Artocreas

Artocreas, artocreatis, (ἀρτόκρεας.) Græca dictio, Cibus eſt pane & carne conſtans. Perſius ſaty. 6. 6. -oleum, artocreaſque popello Largiorem prohibes?
Artolāganus, artolāgani, m.g. pen. corr. (ἀρτολάγανος.) Genus cibi à delitiis appellati, ab ἄρτος, panis & λάγανον, placēta. Fiebat autem ex ſimila in oleo cocta in patella. Cic. Pæto. lib. 9. 20. 5. Deſiicendæ tibi ſunt ſportellæ, & artolagani tui. Plin. lib. 18. cap. 11. 3. Panis ipſius varia genera perſequi ſuperuacuum videtur: aliàs ab obſonio appellati, vt oſtrearii: aliàs à delitiis, vt artolagani. Athenæus ſcribit in artolagano poni parum vini cum pipere, lacte, & modico oleo, aut adipe.
Artopta, artoptæ, (ἀρτόπτα.) Quidām dicunt vas eſſe in quo panis componitur: alii vas in quo farina ſubigitur: alii verò mulierem panem conficientem: cui poſtremæ ſententiæ aſtipulari videtur Plin. lib. 18. cap. 11. Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum vſque bellum, annis ab vrbe condita ſuper DLXXX. Ipſi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat, ſicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus appellat, in fabula quam Aululariā ſcripſit, magna ob id concertatione eruditorum an is verſus poetæ ſit illius: certumque ſit Attei Capitonis ſententia, toſtum panem lautioribus coquere ſolitos: piſtoresque tantum eos qui far pinſebant, nominatos. Nec coquos verò habebant in ſeruitiis, coſque ex macello conducebant. Hactenus Plinius. Plaut. Aulul. 1. 4. 2.
Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto A congrione.
Artoptitius, (ἀρτοπτικός.) Panis artoptitius, toſtus in artopta vaſe. Plin. lib. 18. cap. 9. 3. Siliginęæ farinæ modius Gallicæ, XII libras panis reddit: Italicæ duabus tribuſue amplius in artoptitio pane. nam furfuris eis binas adiiciunt libras in quocūq; genere. Ibidem, cap. 11. Panes à coquēdi tōne appellati, vt furnacei, vel artoptitii, aut ſclibanici coctī.
Artro, artras. Vide ARO aras.
Artus, artuum, artubus, m.g. plur. alis tantum numeri, (μέλος.) Plautus neutro genere protulit, Menæch. 17. 94. Ita mihi imperas, vt ego huius membra, atque oſſa atque artua Commouam.
Artus, Partes ſunt corporis inter iuncturas connexæ: dictæ quòd inter ſe arctentur. Feſtus, Artus ex Græco appellantur, quos illi arrha dicunt: ſiue artus dicti, quòd membra membris artentur. Virg. 5. Aenei. Et magni membrorum artus.
Artuum dolorem, vocat Cicero articularium morbum. de Claris Orat. 114. Sedente Cn. Octauio collega, qui deuinctus erat faſcis, & multis medicamentis propter artuum dolorem delibutus.
Artus frigidus. Tacitus lib. 13. Frigidus iam artus & cluſo corpore aduerſum vim veneni. Accuſatiuus eſt caſus ARTVS, ea figura qua Albus dentes dicimus.
Adulti artus, Id eſt ætate iam robuſtiores. Stat. 3. Syla. 4. 18. Vmbratiſque genas, & adultos fortior artus. Vide ADOLEO.
Coſtapſi. Ouid. 10. Metam. 38. Exanimes. Ouid. 2. Metam. 68.
Extinctos ferrum demittere in artus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 11.
Gelidi. Ouid. 4. Metamorph. 50.
Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
Si quear, in viuum tentat reuocare calorem.
Graciles. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 5.
Infirmi. Lucret. lib. 15. 2. Laceri. Ouid. 9. Metam. 34.
Putres. Stat. 12. Thebaid. 28.
Semianimes. Ouid. 14. Metam. 42.
Semineces. Ouid. 1. Metam. 46.
Spirantes. Lucan. lib. 3. 146. Tumidi. Lucret. lib. 3. 145.
Satis miſeros adduxerat artus. Virg. 3. Georg. 95. Id eſt contraxerat.
Ardent artus. Cic. 1. de Finib. 149. Quos ille, dii immortales, quōs omnes artus ardere viderētur, cruciatus pferebat! Loquitur de Cn. Octauio.
Sopor feſſos complectitur artus. Virg. 2. Aeneid. 51.
Contremiſcere artubus. Cic. 1. de Orat. 60. Equidem & in vobis animad uertere ſoleo, & in meipſo ſæpiſſime experior, vt exalbeſcam in principiis dicendi, & tota mente, atque omnibus artubus contremiſcam.
Sanguine defecti artus. Ouid. 5. Metam. 20.
Dilacerare artus ſuos. Seneca in Herc. Oeth. 7. 17.
Denudare artus, Pellem detrahere. Seneca in Thyeſte. 8. 19. Denudat artus durus, atque oſſa amputat.
Miſeros depaſcitur artus. Virg. 2. Aeneid. 43. de Serpente qui Laocoontem cum filiis amplexos tenebat.
Eneruare artus. Ouid. 4. Metam. 58.
Mortales exuit artus. Ouid. 9. Metam. 54. de Herculis apotheoſi. Virg. 5. Aeneid. 84.
Fraudare artus anima, E vita auferre aliquem. Ouid. 7. Metam. 50.
Ne properent artus anima fraudare ſenili. Medeæ precatio ad Parcas & Plutonem, ſuper Aeſone.
Feſſos ſopor irrigat artus. Virg. 3. Aeneid. 102.
Inualidos laſſare artus. Ouid. epiſt. 20. 49.
Tepidos nudare artus. Sil. lib. 15. 138.

Macies obduxit artus. Ouid. Epiſt. 11. 6.
Attonitos tremor occupat artus. Ouid. 3. Metam. 8.
Anhelitus quatit artus. Virg. 5. Aeneid. 40.
In artus redire natando dicuntur corpora luxata. Plin. lib. 31. cap. 6. Luxata hominum corpora & quadrupedum, natando in cuiuſlibet generis aqua facillimè in artus redeunt. Id eſt in ſuas iuncturas.
Spiritus regit artus. Virg. 4. Aeneid. 68.
Remittere artus dicitur corpus. Seneca in Thyeſte. 85. Si ſtabit animus: ſi metu corpus rigens Remittet artus.
Remollire artus, Imbecilliores reddere. Ouid. 4. Metam. 58.
Vnde ſit infamis, quare male ſortibus vndis
Salmacis eneruet, tactoſque remolliat artus.
Nexos artus reſoluere. Virgil. 4. Aeneid. 139.
Seducere artus ab anima. Virg. 4. Aeneid. 78.
Et quum frigida mors anima ſeduxerit artus.
Suffulcire artus. Lucret. lib. 4. 192.
Titubantes ſuſtinere artus. Ouid. 4. Metam. 6.
-ferula titubantes ebrius artus Suſtinet.
Torrentur febribus artus. Ouid. Epiſt. 20. 34.
Tremit artus, pro Artubus tremit, figurate dicti, Seru. in illud Virgilii. 3 Geor. 17. Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus. Accuſatiuus eſt.
Articulus, articuli, pen. cor. diminutiuum. (ἄρθρον,) Artus autem (inquit Sipontinus) partes ſunt corporis inter iuncturas connexæ: dictæ quòd inter ſe arctentur. Vnde minores partes per diminutionem articulos vocamus: quales ſunt digitorum. Cęſar. 6. bel. Gal. 91. Et crura ſine nodis, articuliſque habent. Cic. Attico. lib. 1. 5. 6. Terentia tua magnos articulorum dolores habet. Plinius articulis membra diſtinxit, lib. 11. cap. 37. Nodoſique corporum, qui vocantur articuli, aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi trahitu ligantes, hīc teretes, illic lati, vt in vno quoque poſcit figuratio. Idem lib. 8. cap. 45. 7. Quamobrem victimarum probatio in vitulo, vt articulum ſuffraginis contingat, breuiore non litant. Iuncturas vulgò appellamus.
* Molli articulo aliquem excipere. Quintil. lib. 1. cap. 13.
* Articuli ſegetum. Plin. lib. 18. cap. 17. Si in articulo ſeges ire cœperit.
Articuli ſarmentorum, per tranſlationem. Cic. de Senectute. 48. Itaque ineunte Vere in his quæ relicta ſunt exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum, ea quę gemma dicitur. Columel. lib. 1. cap. 12. Antequam ſeges in articulum exeat.
Articuli montium. Plin. lib. 37. cap. 13. 4. Etenim contingit recurrētis poſitio in partem vtiliſſimam, & inter ortus occaſusque mediam, aquarum copia, memorum ſalubritate, mōtium articulis. Per metaphoram dixit articulos montium, crebros colliculos, quibus, tanquam gradibus, montes aſcenſu faciliores fiunt.
¶ Articulus pro momento, & tempeſtiua rerum faciendarum hora, ſiue puncto, ſeu alicuius rei aut temporis particula. Terent. Adel. 2. 2. 11. -ō feelera, illuc vide
Vt in ipſo articulo oppreſſit. Plaut. Menæch. 4. 2. 9.
Non potuiſti per tempus magis aduenire, quàm aduenis.
P. Ita ego ſoleo: commoditatis omnes articulos ſcio.
Articulus temporum. Plin. lib. 2. cap. 97. 5. Nec tamen in ipſis, quos dixi, temporum articulis, ſed paucis pōſt diebus, &c. Cic. pro Quin. 10. Vt eum ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringeret.
¶ Oratio ſine neruis & articulis. Author ad Heren. lib. 4. 34. Qui in mediocre genus oſonis profecti ſunt, ſi peruenire eò non potuerūt, errantes peruenīūt ad cōſine genus eius generis qd appellamos fluctuans, & diſſoluti, eo q; ſine neruis & articulis fluctuat huc & illuc.
¶ Articulis membriſque diſtincta oratio: cui opponitur Continuata, ac producta. Cicero tertio de Oratore. 103. & in Orat. 33. Non ad numerum articulus cadens.
¶ Articulus, Grammaticis, non qui in grammatica tantum declinatione, caſus aut genera indicat, ſed quo in ſermone etiam certam rem ſignificamus. Latinum exemplum proponi nullum poteſt. nam Latinus ſermo in vniuerſum caret articulis.
Articularis, & hoc articulare, pen. prod. (ἀρτητικός.) Quod ad articulū pertinet vel Articularis morbus. Plin. lib. 21. cap. 21. 5. Articularibus morbis trium obolorum pondere in tribus cyathis aceti & mellis.
Articularius, adiectiuū, (ἀρθριτικός.) Quod ad articulos pertinet, vt Articularius morbus. Plin. lib. 21. cap. 20. 12. Articularios morbos ſedat, canisque morſus. Idem lib. 20. cap. 9. 3. Podagræ autem, morbiſq; articularis in illiui cum rutæ coriandri & ſalis mica, hordei farina.
Articularius, ſubſtantiuum, (ἀρθρῖτικός.) Qui articulari morbo laborat. Plautus Mere. 19. 17. Nec podagricus, nec articularius eſt, quem rus ducent pedes.
Articulātim, penult. producta. aduerbium, (κατ' ἄρθρους.) Per ſingulos articulos. Plautus Epid. 10. 52. Hem iſtic homo te articulatim concidit ſenex. Cicero tertio de Natura Deorum. 81. Puerum interea obtruncat, membraque articulatim diuidit.
Articulatim & diſtinctè dicere. Cic. 1. de Leg. 53. Quæ ſuſe olim diſputabāt, ac libere, ea nūc articulatim, diſtinctēq; dāt. Lucret. lib. 4. 113.

Artocreas

Universidad de Deusto
Biblioteca

–necesse est verba quoque ipsa
Plaut. exaudiri, discerníque articulatim.

Articulatè, aduerbium, (κατ' ἄρθρον,) Idem,

Articulatè salutem dicere, pro clarè & aperte. Cic. Atti. lib. 6. 11 6. 6. Valebis igitur, & puellæ salutem articulatè dices, nostræque Piliæ.

Articulatio, (ἄρθρωσις,) Plin. lib. 16. cap. 25. 7. de Germinatione & partu arborũ loquens, Tertia est earũdem ad solstitium breuissima, nec diu turus septenis diebus. Clareque & tunc cernitur excrescẽtium cacuminum articulatio. Id est quum excrescunt veluti per nodosseo modo quo Cicero dixit articulos sarmentorum.
Idem lib. 17. cap. 21. 10. Surculis etiam quibusnam sit articulatio arboris, non omittendum videtur.

¶ Articulatio, Morbus vitiũ. Plin. lib. 17. cap. 24. 10. Vitibus præter vermiculationem & syderationem morbus peculiaris articulatio, tribus de causis. vnã, vi tempestatum germinibus ablatis: Altera, vt notauit Theophrastus, in supinũ excisis: Tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis sentiuntur.

Articulõsus, penult. prod. (ἀρθρώδης,) Plenus articulis. Plin. lib. 24. ca. 16. 7. Alii radice longa, veluti signata, articulosaque monstrauêre tribus omnino cauliculis.

Articulosa partitio. Quintil. lib. 4. cap. 5. Euitanda vtique maxime concisa nimium, & velut articulosa partitio. Hoc est, quæ nimium multis distinctionibus separata est, & breuiores habet periodos.

ARVALES, (ἀρουάλιοι,) fratres, dicti sacerdotes quos Romulus primus instituit, seque inter illos duodecim fratrem appellauit, vt arua fruges ferrent. Eique sacerdotio Acca Laurentia (quæ postea Populũ Romanum hæredem instituit) Romuli nutrix, tribuit infulas albas, & spiceam coronam, pro religiosissimo insignique prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos non nisi vita finitur, exulesque & captos comitatur. Dicti ab aruo. Vide Gellium lib. 6. cap. 7.

ARVERNI, (ἀρουέρνοι,) Galliæ populi super Ligerim siti, qui multis hominum millibus cum Vercingentorige contra Cæsarem profecti sunt, quum prius aduersus Maximum Aemilianum, & Domitiũ Aenobarbum etiam c o hominum milibus constixissent. Verba sunt Strabonis lib. 4. * vulgò hodie il Ducato di Borbone.

Aruîna, aruinę, pen. prod. (λίπος,) Durum pingue inter cutem & visceus secundum Suetonium in libro de Vitiis corporalibus Virgil. 7. Aeneidos.
– & spicula lucida tergent
Aruina Pingui. Seruius.

ARVISIVM, (ἀρουσία, χώρα,) Strab. promontorium est insulę Chii, in quo, teste Plinio libro. 14. optima vina prouenisse. Huius meminit Virgilius in Daphni. 5. 14. Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar. Hæc nostra ætate adiectione vnius literæ, Maruisia dicimus, quę prius è Chio, nunc è Creta optima veniunt. Volaterranus.

Aruncus, arunci, m. g. (ἀρεύγησις,) Villus mento caprarum dependens. Plin. lib. 8. cap. 50. de capris loquens, Dependet omnium mento villus iquem aruncum vocant.

Arundo, arundinis, f. g. (κάλαμος, δόναξ,) Aquaticus frutex, oĩb⁹ notus. Liu. 7. bel. Pun. 12. Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta.

Arundinem, & calamum, pro eodem accipit Plinius lib. 10. cap. 37.

Arundinem à canna separat. Ouid. lib. 8. Metam. 68.
Viminaque & longæ parua sub arundine cannæ.

Fluuialis arundo. Virgil. 2. Georg. 83.

Glauca. Virgil. 10. Aeneid. 41.

Procera. Ouid. 13. Metamorph. 189.

Vina arundo. Ouid. 13. Metam. 189.

Tenera arundo. Virgil. ecloga. 7. 3.

Surgit arundo, pro crescit. Ouid. 13. Metam. 189.

¶ Arundo, pro sagitta. Virg. lib. 7. Aeneid. 100. Perque ilia venit arundo. Quia ex arundine fiebant tela. Et lib. 5. 108. Volucris arundo.

Distrinxit arundine pectus. Ouid. 10. Metam. 104. de Cupidine.

¶ Arundo pro pertica, qua solẽt pueri exerceri. Horat. 2. Ser. saty. 3. 50.
Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Arundine captare pisces, id est linea. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 5.

Tremula arundine pisces captare. Ouid. 2. de Arte amandi. 16.

¶ Tenui meditabor arundine musam, Id est carmen rusticũ humili stylo scribam. Virg. 6. eclog. 2.

Inæquali modulatur arundine carmen. Ouid. 1. de Remed. amor. 37. Id est inæqualibus arundinibus. erant enim plures, & pro tonorum diuersitate, vna erat longior alia.

Cerata modulatur arundine carmen Ouid. 11. Metam. 31. Id est arundinibus cæra compactis. erat enim ferè septem cannæ.

Arundineus, adiectiuum, (καλάμινος,) Quod ex arundine. Plin. lib. 10. cap. 29. 8. Addita in transuersas labias fronde arũdinea. Virgilius. 4. Georg. 53. Arundinei canales.

Arundinaceus, (καλαμώδης,) Similis arundini, vt folium arundinaceum. Plinius libro. 18. cap. 7. 9. Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti.

Arundinẽtum, pen. prod. (καλαμῶν,) Locus consitus arundinibus. Plin. lib. 10. cap. 32. 1. Minores halcyones in arundinetis canunt. Cato. ca. 6. 3. Ibi cacumina populorum ferito, & arundinetum.

Arundinõsus, pen. prod. adiectiuum, (καλαμώδης,) vt Locus arundinosus, arundinibus abundans. Catullus. 34. 3. Quæque Ancona, Cnidique arundinosam Colis.

Arundifer, penult. correp. adiectiuum (δονακοφόρος,) Arundines ferens. Ouidius. 5. Fast. 127.
Tybris arundifero medio caput extulit alueo.

Aruo, aruas, Vide ARVVM.

Aruspex, Vide HARVSPEX. Vnde Aruspicium, Plinius lib. 7. cap. 56. 12.

Aruum, arui, vel Aruus, arui, m. g. (ἄρουρα,) Ab arando dicitur. Festus, Aruum dicimus agrum necdum satum. Var. 1. de Re rust. ca. 29. 1. Aruũ quod aratũ, nec latũ est. Plaut. Trucul. 4. 44.
– non aruus hic qui arari soleat,
Sed pascuus est ager. Sallustius, Numidę pabulo pecoris magis, quàm aruo studeut. Colum. lib. 2. cap. 9.

Cultus aruorum. Virg. 4. Georg. 112.

Ingenua aruorum, Natura. Virg. 2. Georg. 36.

Amicus aruum, Benignus. Ouid. 15. Metam. 89.

Arida arua, Infrugifera. Ouid. 14. Metam. 102.

Attonsa arua. Lucanus lib. 6. 17. Id est demessa.

Decliue aruum, In montis declinitate situm. Horat. 3. Carm. ode. 29. 5.

Dumosa arua, Dumis obsita. Lucanus lib. 6. 3.

Fallacia arua, Quod (pem agricolæ sæpe fallant, & plus in herba polliceantur, quàm præstent in messe. Ouid. 1. de Arte. 81.

Florentia arua. Ouid. 2. Metam. 78.

Hiulea arua siti, Fissa nimia siccitate. Virg. 2. Georg. 71.
– vbi hiulca siti findit Cams æstifer arua.

Arua læta, Probè culta & florẽtia. Virgil. 6. Aene. 149. De cãpo Elysio.

Odorifera Arabum arua. Statius. 1. Sylu. 4. 21.

Oliuifera aruа, Quæ oliuam ferunt. Ouid. 3. Fast. 31.

Operosa arua, Quòd multum operis & laboris exigunt. Ouidius primo de Arte amandi. 80.

Optima pingui arua solo. Virg. 2. Georg. 53.
Id est optima sunt arua pingoia.

Pingue aruum. Horat. 3. Carm. ode. 4. 3. Virgil. 5. eclog. 7.

Arua vasta. Seneca in Her. furente. 6. 6.
– tum vastis ager Squalebit aruis.

Vitifera arua. Silius lib. 7. 42.

¶ Credenda Ceres aruis. Ouid. 1. de Arte am. 81. Nec semper credenda Ceres fallacibus aruis. Per Cererem semina intelligenda arbitror.

Diuulsa arua iugis. Silius lib. 1. 40.

Laxant arua sinus Zephyriq; tepentibus auris. Virg. 2. Georg. 67. Id est Vere adueniente resoluunt quæ hyeme concreta, frigoribus rigebant.

Imperare aruis, Est ita arua colere, vt fruges ferant quantas ipse desiderat Agricola. Virgilius. 1. Georgic. 20. Exercetque frequens telluren, atque imperat aruis.

Flauis aruis messorẽ inducere, Id est maturis. Virg. 1. Georg. 64. Seruius.

Insequi arua tacto semine. Virgil. 1. Georg. 11.
Quid dicam, tacto qui semine cominus arua
Insequitur? Cominus, id est statim, sine intermissione. Insequitur, premitur, & non finit quiescere. Seruius.

Iuuare arua, Prodesse aruis. Virg. 1. Geor. 19.

Parêre arua colono dicuntur, quum æquum laboribus fructum exhibent. Virgilius primo Aeneid. 1. Respondet illi quod. 1. Georg. 20. scribit idem, Imperare aruis.

Aruo aliquem pascere, Id est frumento, & iis quæ in aruo nascuntur, liberalitatis. 1. Epist. 17. 1.
Ne percontẽris fundus meus, optime Quinti,
Aruo pascat herum, an baccis opulentet oliuæ,

Marte populata arua, Vastata bellorum tumultibus. Horat. 3. Carm. 5.

Aliena arua iugo premere, Arare alienos agros. Virg. 10. Aeneid. 11.

Florentia proterit arua, exuritq; herbas. Ouid. 2. Meta. 159. de Iunone.

Eurus arua radit imbribus. Horat. Epod. 16. 12.

Renouare aruum. Ouid. 15. Metam. 25.

Muratis requiescunt fœtibus arua. Virg. 1. Georg. 17.

Ab aruis arua reuellere. Ouid. 6. Metam. 118. A iyluis sylvas, & ab aruis arua reuulsi. Achelous fluuius de seipso.

Lato spatiari aruo. Ouid. 4. Metam. 18.

Squalent abductis arua colonis: Quia nemo est qui colat ea. Virgilius primo Georgicorum. 101.

Subigere arua, Colere. Virgil. 1. Georg. 25.

Vrit arua Sol. Ouidius. 6. Metam. 68.

Aruo, aruas, apud Columel. Legitur aruentur pro eruentur, ab eruo. de quare corrigendus locus est.

Aro.

Arx, arcis, f. g. (ἀκρόπολις, ἄκρα,) Dicta est authore Varrone, lib. 5. de Ling. Lat. ab arcendo, quòd is sit locus munitissimus vrbis, à quo facillime possit arceri hostis. Asconius, Arx, est editus in ciuitate, & munitus ad salutem omnium locus. Virg. 2. Aeneid. 65. Quo res summa loco Panthu; quâ prendimus arcem? Ergo prima spes in muris est, fecida in arce, si in muros hostis irruperit. Hactenus Asconius. Seruius, Arx est in ciuitate munitus locus tab arcano, id est secreto, dicta.

Arx, vt ait Asconius, interdum sedes tyranni, id est regis, dicitur, vt sæpe apud Ciceronem. Virg. 4. Aeneid. 82.
– quum littora feruere latè
Prospicere arce ex summa. Vbi Seruius, Regum enim fuit habitare in arcibus propter tutelã. Plin. li. 4. ca. 11. 9. Iutus Byzia arx regũ Thracię.

Aeriæ arces, Altissimæ. Virg. 3. Aeneid. 53.

Celsa arx. Virg. 1. Aeneid. 12.

Edita arx, Alta. Seneca in Octau. 7. 1.
Grauius vt ruerem edita Receptus arce.

Festæ Palladis arces, Id est templa. Ouid. 2. Metam. 143.

Laceræ arces. Ouid. 11. Metam. 102.

Igneæ arces cælum vocat. Horat. 1. Carm. 3. 2.
Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas.

Inuictissima arx Capitolii. Tacit. lib. 19.

Munitissima arx. Vide MVNIO.

Potens opibus arx. Seneca in Troade. 6. 14.

Præcipites arces, Altæ & in præcipitio velut positæ. Lucan. 3. 17.

Præruptа arx. Senec. Agam. 6. 36.

Præsultes arx. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 2.

Sacræ arces. Templa. Horat. 1. Carm. 2. 1.

Summa arx. Virg. 2. Aeneid. 54.

Superbæ arces. Horat. Epod. 3. 2.

Tuta arx. Virg. 10. Aeneid. 150.

¶ Attollere arcem tectis. Virg. 3. Aeneid. 27. Poetica periphrasis, id est domos ædificare. Nam arx est in ciuitate munitus locus. Hæc Seruius.

Concutere arces. Ouid. 11. Metam. 102.

Condere arces. Virg. eclog. 3. 13.

Constructæ arces. Silius lib. 8. 29.

Erigere arces. Stat. 3. Sylu. 1. 4.

Euertere arces. Silius lib. 17. 76.

Fugere in arcem. Cic. de Senect. 10.

Fundere arces. Virg. 4. Aeneid. 52.

Impositæ montibus arces. Horat. 2. Epist. 1. 51.

Inuadere in arcem causæ. Vide INVADO.

Liberare arcem. Cic. Antequam iret in exilium. 5.

Moliri arcem. Vide MOLIOR.

Moliri arcem, Id est factis molibus extollere. Virg. 1. Aeneid. 36. Seruius.

Munire arcem. Cic. in L. Pisonem. 67. & pro Sylla. 59.

Poni in arce. Cic. in Parad. 6. Hoc opus in apertum vt proferas, nihil potuisse non enim est tale, vt in arce poni possit quasi illa Minerua Phidiæ sed tantum vt ex eadem officina exisse appareat.

Retinere arcem. Cic. 2. de Orat. 111. Tarento amisso, arcem tamen Liuius Salinator retinuit.

Subruere arces. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 5.

Tradere arcem. Tacit. lib. 19. Vacuam arcem furtim tradi futurum.

A S

As, vel assis, huius assis, m. g. (ἀσσάριον,) Varro lib. 1. de Lingua Latina assem ab ære dictum esse putat: as enim & libra, & pondo idẽ significant. Budæus.

¶ As, libralis nummus erat, quaternos denariolos nostros valens, paulò pluris. Plin. lib. 33. cap. 3. de Scipione cognomẽto Serapione loquens, Nec ei fuit in bonis funeris impensa. Asses ergo contulit populus, ac funus elocauit. Sueton. in Augusto, cap. 91. Ex nocturno vitu etiam stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum asses porrigentibus præbens. Hæc Budæus. Cic. 2. Offic. 86. Ne Marco quidem Scio vitio datum est, quòd in caritate annonæ asse modium populo dedit.

Assem appellare possumus quem duodenarium vocamus, & ita in partes diuidere, vt antiqui suum assem diuidebant, in sui generis partes, quadrantes, sextantesque dicentes Budæus.

Ad assem impendium reddere. Vide AD præpositionem.

In assem. Vide IN.

In asse pro In summa, apud Columellam, teste Budæo.

¶ As etiam pro integra quacũque re accipitur. Veteres enim volentes aliquid diuidere in partes æquales, vt hæreditatem, & quidus simile, id assem appellauerunt, & partes vncias. Cic. pro Cecinna. 13. Testamento facto, mulier moriturì facit hæc hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri, Ebutio sextulam aspergit. Hæreditatem, id est assem, his verbis Cicero in demicem, semuncia, & tres sextulas diuisit. Columella lib. 13. Ad prædictum autem modum musti adiici debent hi odores, myrrhæ

quincunx, calami pondo libra, casiæ selibra, amomi pondo quadrãs, croci quincunx. Plinius libro. 13. cap. 15. de cedrinis mensis, Quæ in re non omittendum videtur. Tyberio principi mensam quatuor pedes sextante & ficilico excedẽtem tora vero crassitudinis tesseciali, operimento lanine vestitam fuisse. Quibus verbis Plinius mẽsam esse quatuor pedes lõgitudinis habuisse significauit, & duos præterea pollices, & pollicis quadrantem crassitudine verò sesquipollicem æquasse. Idem ibidem, Magnitudo amplissima adhuc fuit vnius commissę ex orbibus dimidiatis duobus, à rege Mauritaniæ Ptolemæo, quatuor pedum & semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali. Plinius crassitudinem quadrantalem dixit, quæ quatuor esset digitorum. Liu. 5. ab Vrbe. Terna iugera & septunces virtim diuiserunt. Septunces dixit pro dimidiato iugero & duodecima parte iugeri. Hactenus ex Budæo. Institutionis de Hæredibus instituendis lib. 2. Hæreditas plerunque diuiditur in XII vncias, quę assis appellatione continentur. Habent autem & hę partes propria nomina ab vncia vsque ad assem, vt pura hęc, sexscunx, lextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.

Ex asse hęres dicitur, qui solus est hęres.

In trunis fixum quum te demittat ob assem. Horat. 1. Epist. 17. 13.

Licet e pretio vnius assis. Horat. 1. Serm. 6. 3.
Contra Lætinium Valeri genus, vnius assis
Non vnquam pretio pluris licuisse.

Assem negat sese daturum. Cic. pro Quintio. 10.

Ad assem omnia perdere. Horat. 2. Epist. 2. 6.
Luculli miles collecta viatica multis
Aerumnis, lassis dum noctu stertit, ad assem
Perdiderat. Id est, Vique ad assem, sine tota viatica. Porphyr.

Redigere ad assem. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 9.

Venditare asse. Catull. 31. 2.

ASACVS, fluuius est alluens Heracleam ciuitatem, sitam ad radices montis Oetæ, teste Liu. lib. 5. de bello Macedonico.

Asaróton, asaroti, n. g. penult. prod. (ἀσάρωτον,) Genus pauimẽti, de quo sic Plinius lib. 36. cap. 25. 1. Pauimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturę & ratione domec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami strauit, quem vocant asaroton æcon, quoniam purgamenta cœnę in pauimento, quęque euerri solent, veluti relicta fecerat partis testulis, tinctisque in varios colores. Statius lib. 1. Sylu. 3. 12.
– varias vbi picta per artes
Gaudet humus, siderantque nouis asarota figuris.

Asarum, asari, pe. cor. (ἄσαρον,) Herba, de qua sic Plinius lib. 12. cap. 13. Nardi vim habet & asarum, quod & ipsum aliqui syluestre nardum appellant. Est autem hederæ follis, rotundioribus tantum, mollioribusque, flore purpureo, radice Galicis semen acinosum, saporis calidi ac vinosi. Dioscor. lib. 1. cap. 9. Asarum, quòd & ipsum aliqui syluestre nardum appellant. Magi sanguinem Martis, Latini perpensam, alii baccar. * Matthiolus Senensis ait Asarum esse eã herbam, quam nunc officinæ vocãt baccaram, quàmuis Baccara apud Dioscoridem vere sit alia herba ab Asaro longe diuersa.

Asbestinum, pen. prod. (ἀσβεστινόν,) Genus est lini quod ignibus non absumitur, Vlium id vocant, ardentesq; in focis confusorum ex eo vidimus mappas sordibus exustis splendescentes igni magis, quàm possent aquis. Vocat autem à Græcis asbestinum ex argumento naturæ. Hæc Plinius lib. 19. cap. 1. 12. Asbestinum, Latinè dicitur quod non comburitur.

ASCALAPHVS, pen. corr. (ἀσκάλαφος,) Martis & Astyoches filius, cuius meminit Homerus lib. 2.

Ascalaphus, Acherontis filius & Orphnes nymphæ Auernalis postea in bubonem mutatus. Fabulam vide apud Ouid. 5. Metam. 108.
– solus quę ex omnibus illad
Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne
Inter Auernales haud ignotissima nymphas
Ex Acheronte suo furtis peperisse sub antris.

ASCALINGIVM, (ἀσκαλίγγιον,) Ptolemęo vrbs Germaniæ, hodie Hildezhemi.

ASCALON, Ascalõnis pen. prod. (ἀσκάλων,) Palæstinæ ciuitas Idumæorum, Author Strabo. De Ascalone plura Diodorus libro tertio. Hodie Escalona dicitur.

Ascalonita, Ascalonitæ, pen. prod. (ἀσκαλωνίτης,) Qui est de Ascalone Testimonium frequens apud Iosephum lib. 6. cap. 1.

Ascalonia, Genus cepæ, ab Ascalone oppido Iudææ nominata. Plinius lib. 19. cap. 6. 3.

ASCANIVS, (ἀσκάνιος,) nõ solum Æneę filius ex Creusa regis Priami filia sed fugæ laborumq; in quęrendo regno socius, teste Virgilio. Liu. lib. 1. ab Vrbe cõdita dubitat vtrius fuerit filius, Creusę an Lauiniæ sed historici cæteri oẽs, & poetæ eũ Virgilio, Creusę filium fuisse affirmant. Est & Ascanius Phrygiæ fluuius, à quo Ascanius Aeneæ filius dictus est. Huius fluuii meminit Virgilius libro Georgicorum. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illas ducit amor trans Gargara, transq; sonantem Ascanium.

Ascendo, ascendis, ascendi, ascensum, (ἀναβαίνω, ἀναμαι, ἀνίεχεσθαι,) Ascendere, Ex ad, & scando compositum, significat ad aliquid scandere.

Ascendere ingum. Cæsar. 1. bel. Gal. 85.
Aduersam ascendere ripam. Cic. 1. de Diuinat. 103.
Cœlum ascendere. Cic. de Amic. 74. & in orchum, idem pro Milone. 74.
Ascendere equum. Liuius. 3. bel. Pun. 58. Sueton. in Cæsare.
Ascendere in equum. Liuius. 10. bel. Pun. 84. Et apud Ciceronẽ de Offic. lib. Et de Senect. 30. In equum omnino non ascendere.
Ascendere nauem. Terent. Adel. 4. 5. 70. Et Ascendere in nauem. Hirtius de bello Alexandrino. 28.
Ascendere in ærarium. Liuius. 9. bel. Pun. 189. Item in Capitolium, Plin. lib. 29. cap. 3. 17.
Vestram ascendisset in vrbem. Virgil. 2. Aeneid. 39.
Scalis muros ascendere. Virgil. 9. Aeneid. 105.
In amanum ascendit. Cicero ad Catonem, lib. 15. 4. 14.
¶ Ascendere in concionem, pro orationem habere ad populum. Cic. Attico, lib. 4. 7. 1. 3. Tum subitò ille in concionem ascendit, quam Appius ei dederat. Idem. 2. de Finib. 118. Quid mereri velis iam, quum tu magistratum inieris, & in concionem ascenderis?
Ascendere in Rostra, Idẽ. Liu. 10. bel. Pun. 202. Publi⁹ Aelius Prætor, senatu missò, & concione inde aduocata, cũ C. Lælio in Rostra ascendit.
Ascendere in tribunal Cic. in Vatinium. 16.
¶ Ascendere altiorem gradum. Cic. 2. Offic. 90. Sed vt altiorem gradum ascendant, restricti nullo modo esse debemus.
Ascendere gradum dignitatis. Cic. pro Murena. 51. Qui primum, dũ ex honoribus continuis familiæ maiorumq; suorũ vnum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum, ne, &c.
Ascendens gradibus magistratuum. Cic. de Claris Orat. 154.
Ascendere altissimum gradum Plin. Ep. 1. lib. 3.
Ascẽdere ad honores. Ci. de Claris Ora. 130. Quod qa multis gratũ erat & pbabat, ascẽdisset ad honores, nisi in facmore deprehensus &c.
Ascẽdere in honorẽ. Idẽ. Cic. in Ora. 68. Sed erit duplex oĩs eius ornatus ille admirabilis, pp quem ascendit in tantum honorem eloquentia.
¶ Ascendere dicitur vox. Cic. 3. de Orat. 125. Hinc gradatim ascendere vocem, vtile & suaue est.
A minoribus ad maiora ascendimus. Cic. in Partit. 8.

Ascensurus, pen. pro. Participium, (ἀναβησόμενος,) Tibullus. 4. ele. 4. 3. Quinetiam Alcides deus ascensurus Olympum.

Ascensus, huius ascensus, (ἀναβασις,) Verbale. Ipse ascendẽdi actus. Cæsar. 6. bel. Gal. 122. Nouissimosque premere, & primos prohibere ascẽsu. Virgil. 3. Georg. 8. Et vix ascensu nemorum geminata remugit.
Aditus & ascensus. Cic. pro Domo sua. 43. Homines audaces, ab eius tẽpli aditu atque ascensu prohibuisti.
Gradus, aditus, ascẽsus. Cic. de Arusp. resp. 39. Atq; hic ei gradus ad Rẽp. hic primus est aditus ad popularem iactationẽ atq; ascensus.
Primus gradus ad amplioris honoris gradum, is est. Cic. 3. de Legib. 9.
Difficili ascensu atque arduo oppidum. Cic. 6. Verr. 45.
Ascẽsu arduo ingredi. Ci. 2. de Or. 137. Demosthenes cõiectis in os calculis, suma voce versus multos vno spiritu prõtiare cõsueuerat: neque is cõsistẽs in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediẽs arduo.
Iniquus ascensus. Vide INIQVVS.
Ascensu superare fastigia. Virgil. 2. Aeneid. 59.
Mollis ascensus. Vide MOLLIS.

Ascēteria, (ἀσκητήρια,) nui, à verbo ασκῶ, quod est mentem exerceo in cõtemplatione rerum diuinarum.

Ascia, asciæ, (ἀξίνη,) Instrumentum fabrorum, quo ligna dolantur. Cic. 2. de Legib. 93. Ne facito rogum, ascia ne polito. Plinius lib. 16. cap. 40. Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: argumẽtum afferunt, quòd citissimè ascias retundat.

Ascio, ascias, (ἀξινίζω,) asciare. Vitruuius lib. 7. cap. 2. Sumat ascias: & quẽ admodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur.

ASCIBVRGIVM, Ptolemæo, vrbs Germaniæ. Vulgò Emerich.

Asciſco, asciscis, asciui, ascitum, (ἐπιγαμαι, προσλαμβανω, προσκαλοῦμαι,) ascisci re, Est remotum aliquid, quasi scitè vocatum capere. Cic. 1. de Orat. 43. Expertes esse prudẽtiæ, quam sibi asciscerent. Idem in Orat. 13. Itaque Caria, & Phrygia, & Mysia, quòd minimè politæ, minimeque elegantes sunt, asciuerit aptum suis auribus opimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. Hæc Valla lib. 6. Festus, Ascisci re, adiungere, & assumere.

Asciui, præteritum. Virg. 12. Aeneid. 124.
Multaque se inculsat, qui non acceperit antè
Dardanium Aeneam, generumque asciuerit vltrò.

Segregare, & Asciscere, contraria. Cic. pro Archia. 2. Patiamini me, Iudices, vti propè nouo quodam & inusitato genere dicendi quod si mihi à vobis tribui concedique sentiam, perficiam profectò, vt hunc A. Licinium non modò non segregãdum, quum sit ciuis, à numero ciuium, verumetiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse.

Asciscitur, & Fugitur, contraria. Cic. 1. de Leg. 45. Voluptate capiuntur omnes, quæ etsi est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam similitudinis naturali bonorum lenitatis est enim & suauitatis. Id enim vt suauitate delectans, sic ab errore mentis tanquam salutare aliquid asciscitur, similique inscitia mors fugitur quasi dissolutio naturæ.

Asciscere & Reprobare, contraria. Cic. 1. de Finib. 33. Confirmat autem illud vel maximè, quòd ipsa natura, vt ait ille, asciscat & reprobet, id est voluptatem & dolorem. Locus mancus est.

Asciscere sibi laudem. Cic. pro Domo sua. 73. Nil. n. vnquã de me dixi sã blarius asciscendæ laudis causa potius, quàm criminis depellendi.

Asciscere sibi nomen regium, nomen tyranni. Liu. 3. bel. Macedo. 20. Victis deinde prælio Vaccæo Gallis, quæ tum gens recenti aduentu terribilior Asiæ erat, regium asciuit nomen, cuius magnitudini semper aurum æquauit. Cic. ad Brutum. 16. 11. Nõme hoc etiã eidem tenebras recidisse, quum ab eo, qui tyranni nomen asciuit sibi, qui in Graecis ciuitatibus liberi tyrannorum oppressis illis, eodem supplicio allici antur, petitur, vt &c.

¶ Asciscere sibi socios. Cæs. Receptos ad se socios sibi asciscunt.

Asciscere sibi oppidum. Cic. 6. Verr. 19. Et quum ex his cẽ le locis reciperent, eodem deferrentur, asciuerunt illud sibi oppidum piratæ, primum commercio, deinde etiam societate.

Asciscere sibi quasi propinquitate cõiũctos atq; natura. Ci. de Amicit.

Asciscere ad. Liu. 4. ab Vrbe. 136. Qui tã nullã publici cõsilii societ
mouissent, voluitarios vndiq; ad spẽ prædæ asciuerũt. Cic. 2. in Cat
31. Nemo nõ modò Romæ, sed ne vllo in angulo totius Italiæ opp
sus ære alieno fuit, quẽ nõ ad hoc incredibile sceleris fœdus asciuer

¶ Asciscere consuetudinem, ritus, sacra, leges. Cic. de Claris Oratoribus 110. Ideirco hanc consuetudinem libenter asciuimus. Liuius. 1. ab Vrbe. 84. Nequid diuini iuris negligendo patrios ritus, peregrinos asciscendo, turbaretur. Cic. pro Corn. Balbo. 15. Innumerabiles alias leges de emili ture sunt latę quas Latini voluerunt, asciuerunt. Idem de Arusp. respon. 24. Sacra ista maiores nostri ascita ex Phrygia Romæ collocauerunt.

Asciscere & accipere à. Cic. 7. Ver. 147. Quarũ sacra populus Romanus à Græcis ascita, & accepta, tanta religione & publicis & priuatim colit non vt ab aliis huc allata, sed vt cæteris hinc tradita esse videantur.

Asciscere generum. Virg. 12. Aeneid. 124.

¶ Asciſci in ciuitatẽ, Donari ciuitate. Liu. 6. ab Vrbe. 167. Nos ex quo ascitti sumus simul in ciuitatem, &c. Cic. pro Cor. Balbo. 20. Iure. n. nostro neq; mutare ciuitatẽ quisquã inuitus põt, neque si velit mutare non potest: modo asciscatur ab ea ciuitate, cuius esse se ciuitatis velit. Istaq; & ciues fortissimos vndique fortes viros asciuerunt.

Asciscere, & ciuitate donare. Cic. pro Corn. Balbo. 23. Defendo enim vniuersim, nullam esse gentẽ ex omni regione terrarum, ex qua non inter dictum sit, vt neq; asciscere ciuẽ, aut ciuitate donare possimus.

¶ Asciscere, Appetere. Cic. 3. de Finib. Eas ipsas cognitiones petendas arbitramur, quòd habeant quiddam complexum & contentum veritatem. Budæus.

Ascītus, pen. prod. participium (ἐπηγμένος,) Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 86.
Tu certè scis hæc superis ascite, videsque Cæsar.

Ascitum cognomen. Silius lib. 1. 31.

Natione & Ascitus, contraria. Cornelius Nepos in vita Attici. Atticus Græcè loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autem erat suauitas sermonis Latini vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse, non ascitum.

¶ Ascitus, pro longè accersitò. Ouid. 6. Fast. 35.
Prisca dea est, alituéque cibis quibus antè solebat,
Nec petit ascitas luxuriosa dapes.

ASCLEPIADES, penul. corr. (Ἀσκληπιάδης,) Historicus Cyprius, quo tempore Pygmalion in Oriente regnabat.

Asclepiades, Philosophus cæcus, de quo Cicero lib. 5. Tusc. 119.

Asclepiades, Prusiensis, medicorum eloquentissimus, Cic. Pompeio familiaris, quum in arte Rhetorica facultates decoxisset, in medicinã sectatus est, aliam à cæteris viam ingressus. Dicebat salutem consistere cibi potusque abstinentia: præterea gestatione, ambulatione, frictione. Ipse condita noua secta, spretis legatis, & politicationibus Mithridatis regis, reperta ratione, qua vinum egris mederetur, relaxo à fronte homine & seruato sed maximè sponsione facta cum fortuna, ne omnibus crederetur, si vnquam innalidus vllo modo fuisset ipse à se vitam suprema in senecta lapsu scalarum examinatus est. Hæc Plinius lib. 26. cap. 37. De eo quoque multa refert Apuleius lib. 4. Asclepiades aliam fuit Antiochenus martyr.

ASCLEPIODŌRVS, pen. prod. (Ἀσκληπιόδωρος,) pictor, quinq; Apellis, Olympiade. CXII, quem in symmetria mirabatur Apelles. Hunc Mnason tyrannus pro XII dus dedit in singulos muros ciuitatis, vt ait Plinius lib. 35. cap. 10. Asclepiodõrus item fuit Alexandrinus, singulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquisitionem cognitionemque herbarum & lapidum. Author Suidas.

ASCONIVS,

ASCONIVS, (Ἀσκώνιος,) Pædianus historicus circa Neronis tempora, anno vitæ LXXIII captus luminibus, XII postea summo cum honore & hominum gratia vixit annos. Author Eusebius. Hic etiam in Ciceronis orationes commentarios edidit.

Ascopera, ascoperæ, pen. prod. (ἀσκωπήρα,) Latinè dicitur mapurpium, aut saccalus pellicens. Compositũ ex ἀσκὸς, quod vtrem: & πήρα, quod peram siue fiscellum significat. Sueton. in Claudio Nerone, cap. 45. Alterius collo & ascopera deligata, simulque titulus, Ego quid potuissẽ tu colleum meruisti. Saccalus iste alligatus collo Neronianæ statuæ, significabat Neronem matricidam cullei supplicium mereri.

ASCRA, (Ἄσκρα,) Bœotiæ vicus ad radices montis Heliconis, Hesiodi poetæ clarissimi patria, teste Ouidio lib. 4. de Ponto, el. 8. 14. 7. Intumuit vati non tumeo Ascra suo. Inde Ascræus nomen adiectium. Virgil. 1. Georg. 36. Ascræumque cano Romana per oppida carmen. Et Ouid. 6. Fast. 3. Ascrææ cunes.

Ascribo, ascribis, penult. prod. ascripsi, ascriptum, (προσγράφω,) Adscribere, Ex ad & scribo compositum, significat ad scriptum aliquod, nomen, vel sententiam alicuius, vel etiam diem subiungere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 11. In qua primum erat quòd ante quiõt dies in tuis fuisset ascripta litera, quàm in Cæsaris. Idem Attico, lib. 6. 11. 3. 1. Quid ad Statium ascripserit nescio.

Ascribere, Adimgere, vel etiam addere sine scripto, & quouis modo. Plinius lib. 13. cap. 12. 5. Et ferulum inter externas dixille conuenit, arborumque generi ascripsisse. Cic. de Optimo gen. Orat. 149. Qui Tubulum eydidem fauisse, ascribat suæ nostræque sententiæ. Idem. 1. de Leg. 29. Me quoque ascribe fratris sententiæ.

Ascribere ad. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 25. Hæc ad tuum numerum libenter ascripsi. Idem. 2. de Orat. 147. Ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum. Idem pro Rab. Postumo. 1. Ascribat ad iudicem suum non modo meum, sed huius, &c.

Ascribere in legibus. Cic. pro Cecinna. 69. Nam nisi esset, hoc in omnibus legibus non ascribi retur.

Ascribere in legem. Cic. pro Cecinna. 69. Hoc tibi respondeo, ascripsisse eundem Syllam in eandem legem, liquid ius non esset rogari, eius ea lege nihil rogatum.

Ascribi in ciuitatem, in ciuitate, & ciuitati. Recipi in ciuem. Cic. pro Archia. 5. Quæ quum esset ciuitas æquissimo iure ac fœdere, ascribi se in ea ciuitatem voluit. Ibidem, Heraclẽæ me ascriptum negabis? Idem ad Acilium, lib. 13. 31. 1. Erat enim ascriptus in id municipium ante ciuitatem locis & Latinis datam. Idem pro Archia. 7. Præterea quum alibi quoque in ciuitatibus fuerit ascriptus. Ibidem. 5. Qui fœderatis ciuitatibus ascripti fuissent.

Ascribere in numerum, ad amicitiam. Cic. 1. Philipp. 14. Tu verò ascribe me talem in numerum. Idem. 3. Offic. 89. Admiratus eorum fidem tyranno, petiuit vt se ad amicitiam tertium ascriberetur.

Ascribi nominibus, pro accenseri & annumerari, & vt vulgo loquuntur, connumerari. Plin. lib. 2. cap. 7. 8. Horat. 1. Epist. 20. 1. Ascripsit Liber Satyris, Faunisque poetas. Id est in numerum refert.

Ascribi facto, pro adiungi. Plin. epist. 192. Consule te, consule illas, an vetitis ascribis factoria quo ego comite non ego.

¶ Ascribere pœnam. Cic. pro Corn. Balbo. 14. Qui hanc pœnam fœderibus ascribat, vt omnium præmiorum, beneficiorumque nostrorum expertes faciat fœderatos.

¶ Ascribere aliquem alteri. Cic. pro lege Manilia. 40. Mea quidem sententia, Quirites, viam A. Gabinius, bellimaritimi, rerumque gestarum auctor, eques Ro. Pompeio ascribitur. Idem Attico, lib. 14. 11. 1. Quod vulgo hominum opinio fecium me ascribat tuis laudibus.

Ascribere aliquem tutorem liberis suis. Cic. pro Cluentio. 15.

¶ Ascribere alicui salutem. Cic. Attico, lib. 1. 5. 7. Et te fortotemei tuam, & matrem maximè diligit, salutemque tibi plurimam ascribit.

¶ Ascribere sibi, pro tribuere & imputare. Cicero, Neque enim mihi negligentiam velim ascribas.

Ascribere & attribuere. Cic. 3. de Nat. deorum. 128. Nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem ascribimus attribuimusque sine vlla ratione diis immortalibus. (17. 11.

Ascriptus, part. (προσγεγραμμένος,) vt Ascripta dies Ides. Cic. ad Q. fr. 3.

Ascriptus Heraclensis. Cic. pro Archia. 5. A diunt Heraclienses legati nobilissimi homines, huius inducti causa, cum mandati & cum publico testimonio venerunt, qui eum ascriptum Heraclensem dicunt.

Ascriptio, Verbale, (προσγραφή,) Cic. pro Cecinna. 69. Vt ne longius abeam, declarat illa ascriptio eius aliquid.

Ascriptitius, (προσεγγεγραμμένος,) Qui vt ait Valla) ad aliquam rem ascriptus est, & qui ex numero eorum est qui se in alterius imperium dederunt. vt ascriptitius ciuis. Cic. 3. de Nat. deorum. 21. Quos, quasi nouos & ascriptitios ciues in cœlum receptos putant.

Ascriptitii dicuntur illi, quos villanos vocamus, quòd villæ (vnde villici dicti) ascripti, & colonariæ conditioni addicti, aut ipsi sint, aut eorum maiores fuerint. quarum rerum vestigia non obscura multis in locis extant, quod tamen nomen loquentium inscitia in contumeliam iam vertit. Villanum enim & vilem vernaculæ simplicitas confundit. Hæc Budæus. Rursus idem alio loco, Ascriptitius non multum à seruo differebat, qui scilicet cum terra & possessionibus vendi poterat, vt seruus cum peculio. L. Ne diutius. De agricolis & censitis. lib. 10. C.

Ascriptitii vocari possunt Latinè in collegia magistratuum, qui vulgò creati & extraordinarii vocitant, vt nõnulli sunt hodie inter senatores Venetiis, vulgo la giòra de pregadi, & eode modo in alijs magistratib⁹.

Ascriptor, (προσγραφεύς,) Verbale, videtur idem significare quod subscriptor: est autẽ subscriptor, vt ait Pædianus, caussidicus qui adiuuare causam peterat. Cicero pro Domo sua 39. Deniq; ille nouitius Ligur, venalis ascriptor & subscriptor tuus, quũ M. Papirii fuit fratris esset testamento & iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dixit.

¶ Ascriptor, vt subscriptor pro fautore & astipulatore. Cicero Poit reditum 25. Itaqi extitit non modò salutis defensor, qui antè hoc vnum beneficiũ fuerat inuidus, verũ etiam ascriptor dignitatis meæ. Budæus.

Author & ascriptor in restituendo. Cice. Post reditum 7. Quod si Quintus Metellus illo tempore consul fuisset vnicus, dubitatis quo animo fuerit in me conseruando futurus, quum in restituendo authorem fuisse, ascriptorem quoque videatis?

Ascriptiuus, pen. prod. (προσεγγραπτός,) Idem quod ascriptitius. Plaut. Merch. Idem illinc alijs ascriptiuis ad legionem soler. Inuitatum.

ASCRVLOSI, (Ἀσκρυλοῖοι,) vrbs Liburniæ Ptolemæo. hodie Ascrusi.

ASCVLVM, penult. corr. (Ἄσκουλον,) oppidum est Apuliæ memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabricio Romanis consulibus, vt latè oltendit Plutarchus in vita Pyrrhi. Ab hoc Ascalanus, adiectiuum, penul. prod. Cicc. de Claris Oratorib. 87. Barrus Asculanus cuius sunt aliquot orationes Asculi habitæ.

ASDRVBAL, penul. corr. (Ἀσδρούβας,) gener Amilcaris patris Annibalis: post eius mortem septem annos imperium tenuit, fauente factione Barchina, demum à seruo Barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus est in medio fuorum. Comprehensus deinde à circumstantibus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, speciem semper ridentis præbuit. Author Liuius lib. 21.

Asdrubal ite. Gisconis filius, cuius meminit Plutarchus in vita Scipionis.

Asdrubal ite alius fuit Annibalis frater. de quo vide Plutarchũ Annibale.

Præterea Asdrubal, cui Caluo cognomen erat, is tempore quo Annibal in Italia erat, in Sardiniam dux classis mittitur: sed tempestate reiectus ad insulas Baleares, ibi tamẽ per quoad quassas reficeret naues, resedit. de quo plura apud Liuium.

Asdrubal, præter hos alius fuit dux tertio bello Punico à Scipione Aemyliano victus facta deditione. cius vxor quum paucis ante diebus à viro impetrare non potuisset vt ad victorem transfugeret, in medias vrbis flammas sese eum filiis iecit. Author Liuius lib. 51. Ouid. 6. Fasto. 154. Et cecidit telis Asdrubal ipse suis.

Asellus, Vide ASINVS.

ASIA, (Ἀσία,) tertia pars est orbis, tametsi magnitudine, Europæ & Africæ par sit. Sic autem dictam volunt ab Asia Iapeti coniuge, quæ Oceani & Tethyos filia fuit: vel vt Herodoto placuit, à Promethei matre. Lydia verò, ab Atieo Atyis filio, vnde & gens quædam Sardis Asia dicitur, vt tradit Eustathius. Est autem Asia duplex maior, & minor, quæ in se continet Phrygiam, Cariam, Lyciam, Lydiam, Lycaoniam, vt est apud Strabonem & Pomponium. Cicero pro Flacco 51. Namque vt opinor, Asia vestra conflat ex Phrygia, Mysiaca, Caria, Lydia. Huius vocis prima corripitur. Virgil. 1. Aeneid. 78. Europa atque Asia pulsus. Horat. 1. Sermo. saty. 7. 4.
– fluuio prætore renente. Ottem Asiam.
Amœna Asiæ. Tacitus lib. 3. Pet Amœna Asiæ atque Achaiæ.
Asia optima. Vide OPIMVS.
Asiam curare. Tacitus lib. 4. Qui proconsul Asiam curauerat.

Asia, Asiæ, Sg prima prod. (Ἄσιος, Ἀσιμάς, Steph.) palus est Mysiæ, Caystro fluuio conterens. Asia verò quum prouinciam significat, primam corripit. Hæc ex Seruio in illud 7. Aeneid. 141.
Cen quondam nitet liquida inter nubila cycnus,
Quum sese e pastu referunt, & longa canoro
Dant per colla modos sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus. Et in illud 1. Georgi. 77.
Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus irrigatur rimantur prata Caystri. Quo in loco adiectiuum est Asius. Vt sit, Asia prata. Sunt tamen, qui Seruio non subscribant, negantes vspiam esse paludem quæ vocetur Asia: dicentesque in vtroque Virgilij versu Asia adiectiuum esse pro Asiatica, seu Asiæ regionis nam Mysia & Caystet in Asia sunt. Adde quod ἄσιος Græcis pro tum significat ἀσιος, ἀσιος, humum & cœnum.

Asiacus, pen. corr. (Ἀσιακός,) Id est Asiaticus. Ouid. 13. Metam. 118.
Ecquid vbi Asiacas caluras aspicis arces, Ingemist

Asius, (Ἄσιος,) Adiectiuum. Virgil. 4. Georg. 69.
Atque Ephyræ, atque Opis, atque Asia Delopea.

Vide etiam Asia palus.

Asiaticus, adiectiuum, penul.correp.(Ἀσιατικός,) vt Asiaticum orationis genus. Cicer. de Claris Oratorib. 181.

Asianus, aliud adiectiuum, penul.prod.(Ἀσιανός,) Qui est ex Asia. Quintilianus lib.8.cap.1.& lib.12.cap.10.

Asis, Asidis. penul.correp. (Ἀσίς,) vt Asis terra, pro Asia. Ouid. 9. Metamorpho. 90. celeriq; carina

Aegæas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis.

Asilus, asili, m.g. penul.prod. (οἶστρος,) Insecti genus quod horrisonum strepitum facit. Virgil. 3. Georg. 29.

Est lucos Silari circa, ilicibusq; virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo
Romanum est, œstron Graii vertere vocantes,
Asper, acerba sonans: quo tota exterrita sylvis
Diffugiunt armenta. Græci itaque οἶστρον, vocant à sono vocis: vnde poetæ diuino correpti furore, œstro conciti dicuntur. vide Chiliadas Erasmi. Seruius ait vulgò tabanum appellari.

ASINIVS, Pollio, (Ἀσίνιος, πολλίων,) celebris in primis orator fuit Romæ, Augustiq; amicus. 5. primus omnium Romanorum, aduocatis hominibus, scripta sua recitauit. A Quintiliano autem his verbis taxatur, Multa in Asinio Pollione inuentio, summa diligentia: adeò vt qui busdam etiam nimia videatur: & consilii & animi satis à nitore & incudidate Ciceronis ita longè abest, vt videri possit seculo prior. Hactenus Quintil. lib. 10. cap. 1. Asinius Gallus, eius filius, vir etiam doctissimus, vt Seneca testatur in Declamationibus, libros edidit de comparatione patris Pollionis & Ciceronis, in quibus patrem Cicerom prætulit. Author Cæcilius Plinius lib. 11. epistolarũ. Cõtra quos Claudius Cæsar postea Ciceronis edidit defensionem, vt author est Triquillus in Claudio. Præterea alius fuit Asinius cognomento Capito, doctissimus artis grammaticæ: librum reliquit epistolarũ, in primaq; ad paeuuiũ Labeonem scripta, erat titulus, Pluria & nõ plura scribi oportere: rationesq; addit author Gellius. Præter hos Asinius Pollio fuit Trallianus genere, docuit Romæ tẽpore Põpeii Magni: successit Schiæ Timagenis, scripsit bellũ ciuile Cæsaris & Pompeii. Author Suidas.

Asinus, penul.correp.(ὄνος.) Animal notum: cuius fœminium, asina. Varro. 2. de Re rust. cap. 8. 1. Ex equa enim & asino fit mulus. Contrà ex equo & asina hinnus.

Ab asinis ad boues transcendere, prouerbium, pro eo quod est ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Plaut. Aul. 7. 58. Hoc magnum est periculum, me ab asinis ad boues transcendere. Erasmus.

¶ Asint homines, pro stupidis & stolidis. Plaut. Pseud. 4. 4. Neque homines magis asinos vnq; vidi, ita plagis coctæ callent. Cicc. in Pisonẽ 57.

Quid nunc te asine literas docerem? suon opus est verbis, sed fustibus.

Asellus, (ὀνάριον,) Diminutiuum. Matt. lib. 6. 39.

Hunc verò acuto capite, & auribus longis,
Quæ sic mouentur vt solent asellorum. Plin. lib. 17. cap. 5. Campum nullis quum siccus est, arabilem taurisq; post imbres, vili asello.

Auritus asellus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 3.

Miserandæ sortis asellus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 3.

Lentè gradiens asellus. Ouid. 11. Metamorpho. 36. de Mida,

Induiturq; aures lentè gradientis aselli.

Pandus asellus, id est curuus. Ouid. 4. Metamorpho. 6. de Sileno,

– & pando non fortiter hæret asello.

Rudens asellus. Ouid. 1. Fastorum 87.

Ecce rudens rauco Silenii vector asellus,
Intempestiuos edidit ore sonos.

Tardus asellus. Virgil. 1. Georg. 55.

Agitator aselli. Id est agaso. Virgil. 1. Georg. 55.

Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus

Quum grauius dorso subiit onus. Horat. 1. Sermo. saty. 9. 4.

Onustus auro asellus. Cic. Attico, lib. 1. 11. 10.

Fabulam narrare surdo asello. Horat. 2. Epist. 2. 40.

Surdo inquit, non quia non audiat, sed quia non intelligat, nec plus respondere norit, quàm si non audiret.

¶ Asellus, Pisces, dictus, quòd sit colore cinericio: quemadmodum & asini: vulgò merlusium vocamus. Plinius lib. 9. cap. 57. 2. Asellorum duo genera, callaricę mmores & bacchi, qui non nisi in alto capiuntur. Ideoque prælati prioribus.

¶ Aselli, Stellæ in signo Caneri. Plinius lib. 18. cap. 35. 11. Sunt in signo Caneri duæ stellæ paruæ Aselli appellatæ.

Asinarius, adiectiuum, (ὀνικός,) Quod pertinet ad asinum: vt Mola asinaria quam circumagit asinus. Et Plauti Asinaria dicta est comœdia, quòd de asinorum venditione tractet.

Asinarius, substantiuum, (ὀνηλάτης,) Qui pascit asinos, vel qui asinos ducit. Cato cap. 10. 1. Operarios quinque bubulcos tres, subulcum vnũ, asinarium vnum. Sueto. in Augusto, cap. 96. Apud Actium descendenti in aciem, asellus cum asinario occurrit.

Asininus, penul. prod. aliud adiectiuum, (ὄνειος, ὀνικός,) Quod est asini: vt Asininus pullus Varro 2. de Re rust. cap. 8. 2. Ossa asinina. Plin. libro 16. cap. 36. 13. Asinina pruna. Plin. lib. 15. cap. 13. 1. Alia colore seriora maioraq; asinina cognominata à vilitate.

ASISIVM, (Ἀσίσιον,) oppidum, cui mons imminet: & Asisinates, gentis eius oppidi incolæ. Plinio & Ptolemæo.

Asomatos, (Ἀσώματος,) Latinè dicitur sine corpore. Cicer. 1. de Nat. deor. 45. Quòd verò sine corpore vllo deũ vim esse, vt Græci dicunt, ἀσώματον τι dicunt quale esse possit, intelligi non potest.

ASOPVS, penul. prod. (Ἄσωπος,) Amnis Sicyoniorum, vt ait Strabo. Propertius lib. 3. eleg. 15. 6. Sæpe vago Asopi somnu permota fluentis.

Asopis, penul. prod. (Ἀσωπίς,) Asopidos, Danaæ Asopi fluuii filia. Ouid. 6. Metamorpho. 23. Aureus vt Danaen, Asopida luserit ignis.

Asôtus, asôti, pen. prod. (ἄσωτος,) Asoti (inquit Budæus) dicuntur verbo Græco, qui luxu & ganeæ studio sunt perditi, & Latinè nequam verbo significãtissimo: eorumq; vitium asotia, quam Gellius luxum & popinationem interpretatur. de quibus Cicero in 2. de Finib. 38. loquens, ita inquit, Nolim enim mihi linguæ asotiæ, vt soletis, qui in mensam vomant, & de conuiuiis auferantur, crudi postridie se tursus ingurgitent, qui Solem (vt aiunt) nec occidentem viderint, nec orientem, qui consumpti patrimonia eqũant: nemo nostrum illius generis asotos iucundè putat viuere.

Asotos, aduerbium Græcum, ἀσώτως, incontinenter, prodigaliter. Martial. lib. 4. epigram. 9. ἔχεις ἀσώτως.

Asparagus, asparagi, m.g. penul.correp. (ἀσπάραγος,) Hæc dicta, vt ait Festus, quòd in aspero virgulto nascantur. Varro 4. de Lin. Lat. Asparagi, quòd ex asperis virgulis legantur. & ipsi scapi asperi sunt, non læues. Plin. lib. 20. cap. 10. 1. Vtilissimus stomacho cibus asparagi, vt traditur. Martial. lib. 13. 21.

Mollis in æquorea quæ creuit spina Rauenna,
Non erit inculti gratior asparagis. Hinc prouerbium de re quæ celeriter fit, dicitur, Citius q̃ asparagi coquantur. Vide Chiliadas Erasmi.

ASPASIA, (Ἀσπασία,) mulier Milesia fuit magna doctrinæ fama, philistria & rhetorices magistra: Periclem docuit, simul & amauit, & eoque in matrimonium accepta quum esset captiua, causa fuit & quorundam bellorum, Samii scilicet, & Peloponẽsiaci. Author Plutarchus in Pericle, & Aristophanes in fabula quæ inscribitur Ἀχαρνῆς. Vide 2 191.

Aspectabilis, Aspecto, Aspectus, c. 10.

Aspello, aspellis, aspuli, aspulsum, (ἀπελαύνω,) aspellere, Pellere. Plaut. Capt. 10. 4. Neque exilium exitio est, neque adest spes, quæ mihi hunc aspellat. Idem Trinum. Ille qui aspellit, is compellit. Cic. 1. Tusc. 45. Sed longè à læto numine aspellor Ioue.

ASPENDIVS, citharœdus fuit à quo prouerbium, Aspendii citharistæ. Vide in CANO, Canere intus.

Asper, aspera, aspernum, pen. corr. (τραχύς,) à verbo Græco ἀσπαίρω videtur, ἄσπερόν. Propriè asit vocamus asperum, quod gustu, vel tactu, aut alio sensu insuaue est, vt ait Sipontinus. Hinc ci τραχύτητα, propter multorum semicirculorum asperitatem.

Asperum & lene contraria. Cic. 1. de Finib. 63. Sensus iudicat dulce amarum, lene asperum, prope longe, &c.

Læuis & asper, contraria. Cic. in Part. Orat. 21. In locis autem & illa naturalia, læues an asperi, salubres an pestilentes, &c.

Aspera signis pocula, pro sculpta, anaglypha. Virgil. 5. Aeneid. 53.

Cymbiaq; argento perfecta, atque aspera signis
Pocula. Seruius.

Nummus asper, Recenter cusus & signatus. Sueton. in Nerone, Exquirit ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pusillum.

Persius Satyra 3. – quid asper
Vtile nummus habet?

Maris aspera. Tacitus lib. 4.

Infœcunditati terrarum, aut asperis maris obuiam iit.

Asper siti, Siticulosus, admodum sitiens, & nimia siti os asperum habens. Virgilius 3. Georgic. 85 de serpente,

– & flammantia lumina torquens
Sæuit agris, asperq; siti, atque exterritus æstu.

Aequore quouis asperior. Ouid. 3. Fast. 46.

Asperrimo hyemis. Tacitus libro 3.

Asperrimo hyemis Ticinum vsque progressum.

¶ Asper, Iniquus. Virgil. 1. Aeneid. 57. Quin aspera Iuno. Seruius.

Asper natura & omnibus iniquus. Cic. pro Cn. Plancio 32. Tu denique omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles exulumes, &c. adiungas, quos natura putes asperos atque omnibus iniquos?

¶ Asper, Aspernator, fastidiosus, ingratus. Virgil. 8. Aeneid. 73.

Rebusq; vem non asper egenis. Seruius.

Monitoribus asper. Horatius in Arte 33.

Promptus ad asperiora. Tacitus lib. 1.

Promptum ad asperiora ingenium Druso erat.

¶ Asper animus. Liuius. 9. bel. Maced. 170. Asperi procul dubio animi, & linguæ

& linguæ acerbæ, & immodicè liberæ fuit: sed inuisti à cupiditatibus animi, & ripidæ innocentiæ.

Asilus asper. Vide ASILVS.

Bella aspera. Horat. 2. Epist. 1. 2.

Cornu aspera bos, quæ cornibus ferire solet. Virg. 3. Georg. 11.

Aut inga detrectans, interdumque aspera cornu.

¶ Cornu aspera. Plaut. Casina, Redibo huc ad senem, ad cornam asperã.

Horret capillis asperis. Horat. Epod. 5. 6.

Crabro asper. Virg. 4. Georg. 49.

Asperior & durior doctrina. Cic. pro Murena. 55. Accesit his tot, doctrina nec moderata, nec mitis: sed, vt mihi videtur, paulo asperior & durior, q̃ aut veritas aut natura patiatur. Loquitur de virtutib⁹ Catonis.

Facetiæ asperæ. Tacitus lib. 15. Ille feroctam amici metuit, sæpe asperis facetiis illusit.

Gens cultu aspera. Virg. 6. Aeneid. 145.

Læuare cultu aspera. Horat. 2. Epist. 2. 15. Luxuriantia compescet, nimis aspera sano Læuabit cultu. Id est læuigabit.

Glacies aspera. Virg. 10. eclog. 10.

Homo asper & durus oratione & moribus. Cic. 4. de Finib. 116. Peripatetici verba tenent mordicus, quæ dum sibi enelli ex ordine nolunt, horridiores eruadunt, asperiores, duriores, & oratione & moribus.

Aspera cruscit hyems. Ouid. 11. Metam. 99.

Iugum asperum. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 101. Id autem est iugum directum, eminens in mare, vtraque ex parte præruptum atque asperum.

Lapis asper. Ouid. 1. de Arte. 45.

Leo asper. Horat. 3. Carm. 1. 2.

Lingua aspera. Virg. 3. Georg. 109. Et obsessas fauces premit aspera lingua. Obsessus fauces, id est clausas. Aspera, inimia siccitate. Seruius.

Litera aspera. Ouid. 5. Fast. 96.

Aspera mutata est in lenem, tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit. De Lemuriis loquitur, quæ remanta dicta fuerant, R in L mutata.

Aspera loca. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 169.

Lupus dulcedine sanguinis asper. Ouid. 11. Metam. 81.

Odia aspera. Virg. 2. Aeneid. 20.

Aspera & horrida oratio. Cic. in Orat. 10. Nam & grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt eum ampla & sententiarum grauitate, & maiestate verborum, vehementes, &c. quod ipsum aliis aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque concluſa, &c.

Aspер & malidicus patronus. Cic. de Claris Orat. 66. C. Fimbria temporibus iisdem ferè, sed lõgius ætate prouectus, habitus est tanè luculẽte patronus, asper, maledicus, genere toto paulo seruidior atq; cõmotior.

Pelles asperæ. Horat. 2. Carm. 20. 2.

Pugna aspera. Virg. 12. Aeneid. 25.

Rubus asper. Virg. 3. eclog. 18.

Sapor asper. Virg. 4. Georg. 26. de flore amello.

Saporis asperum frutex. Plin. lib. 13. cap. 12. 1. & lib. 14. cap. 2. 2.

Aspera saxa. Cic. 1. Tusc. 57. Ouid. 6. Metam. 16.

Secula aspera. Virg. 1. Aeneid. 69.

Sentes asperi. Virg. 2. Aeneid. 76.

Studiis asperioribus formare mentem. Horat. 3. Carm. ode. 24. 11.

Sylua aspera. Virgil. 1. Georg. 31. Intereunt segetes, subit aspera sylua.

Sylua autem hoc loco de herbis intelligendum, vt Seruius admonet.

Sylua aspera & densa. Cic. Attico, lib. 12. epist. 5.

Tempora aspera. Cic. pro Corn. Balbo. 16. Summa vtilitate ac maximo sæpe præsidio in periculis atq; asperis temporibus carendum erit.

Aspera tractatu terra. Plin. lib. 17. cap. 7. 1.

Piper asperum. Plin. lib. 12. cap. 7. 2.

Verba aspera. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 2.

Aspera nubila. Lucret. lib. 6. 27.

Asper victus. Plaut. Capt. 4. 85. Asper meus victus sanè est. 8. sentẽsne esitasse asperum terrestris cœna est.

Strodis belli asperrima vrbs. Virg. 1. Aeneid. 4.

Vinum asperum. Terent. Heaut. 3. 1. 48. – pitissando modò mihi
Quid vini abiumpsit? sic hoc dicent, Asperum
Pater hoc est, aliud lenius.

Virtus aspera. Silius lib. 7. 11.

¶ Aspri pro Asperi, Synæresis vsitata apud poetas. Virg. 2. Aeneid. 76.

Improuisum aspris præsit qui sentibus anguem.

Asperitas, penult. corr. (τραχύτης, κλιμακ. τραχυτητός,) contraria est lenitati, authore Donato. Cic. 4. de Finib. 127. Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, nec dilerendi spinas probauit.

Asperitas aceti. Plin. lib. 23. cap. 35. 17.

Loci iniqua asperitas. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 5.

Asperitas animi. Plinius lib. 22. cap. 24. 5. de asperitate meatuum spiritus seu vocis. Ergo & hæc animi asperitas, seu potius animæ, dulciore succo mitigatur. Leuit transitum spiritus, & molliores facit meatus, ne scindant euntem redeuntemque.

Asperitas imbricata. Vide IMBREX.

Asperitatem contentionis, humanitate condire. Cic. 2. de Orato. 117. Neque vlla est temperatior oratio, quàm illa in qua asperitas contentionis, oratoris ipsius humanitate conditur.

Verborum asperitas. Ouid. 14. Metamorpho. 105. Et apud Liuium 2. ab Vrbe 263. Asperitas orationis.

Asperitas viarum. Cic. 9. Philipp. 217. & Liuius lib. 8. bel. Pun. 3.

Vocis asperitas. Lucret. lib. 4. 122.

Asperitatis & inuidiæ corrector. Horat. 2. Epist. 2. 16.

Asperitas agrestis, & inconcinna. Horat. 1. Epist. 19. 2.

Aspere, aduerbium, (τραχέως,) pro durè & insolenter. Cicc. Lentulo, libro 1. 5. 10. Posteaquam Pompeius apud populum ad v 111. Idus Februa. quum pro Milone diceret, clamore conuitioque iactatus est, in Senatuque à Catone aspere & acerbè nimium magno silentio est accusatus. Idem de Amicitia 76. Vt igitur & monere & moneri proprium est veræ amicitiæ, & alterum libere facere, non aspere: alterum patienter accipere, non repugnanter: sic, &c.

Insigniter atque aspere vituperare. Cicc. 2. de Orato. 190.

Aspere & vehementer loqui. Cicc. 1. de Orato. 115. M. Cato Gallæ grauis atque acer inimicus, aspere apud Populum Romanum, & vehementer est locutus.

Nimis aspere tractare aliquem. Cicc. Quin. fratri, lib. 1. 10. 7.

Dicta in aliquem aspere & ferociter & libere. Ci. pro Plancio 27. Publicanorum in Q. Scæuolam virum omnibus ingenio, iustitia, integritate præstantem, aspere & ferociter & libere dicta commemorem?

Scribere asperius. Cic. Attic. lib. 9. 188. 6. Quòd scribis, asperius me quã mei patiantur mores. De Dionysio scripsisse: vide quàm, &c.

Acceptum aspere. Tacitus lib. 3. Quod aspere acceptum ad præsens, mox in laudem vertit regressio.

Aspero, asperas, penul. correp. (τραχύνω,) asperare, Asperum facere. Colum. lib. 8. cap. 3. 5. Ascensus deinde ouibus ad tabulata per vtranque cellam datur iunctis pariẽ modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asperantur, ne sint aduolantibus lubrici.

Asperatæ alopeciæ. Plin. lib. 19. cap. 6. 1. Et muscarum capita recentia, prius folio siculneo asperata. De alopeciis tollendis loquitur.

Asperantur muscæ. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16. 16. Minus valentium signa, si sint pilosæ & horridæ, vt pulueulentæ, nisi opificii eas virget tempus. tum enim propter laborem asperantur & macescunt.

Asperare vndas dicuntur Aquilones à Virgilio lib. 3. Aeneid. 57.

Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.

Præceps, discordia fratres asperat. Stat. 1. Thebaid. 37.

Crimina asperare. Tacitus lib. 2. Ita moderans ne leuire, néve asperare crimina videretur.

Iram asperare. Tacitus lib. 13. Iram properè, neu remorando iram victoris asperarent.

Sagittas ossibus asperare. Tacit. in lib. de' Germanis, Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. Hoc est cuspidant.

Saxo asperare pugionem. Tacit. li. 15. Promptum vagina pugionẽ, obrusum vetustate, increpans, asperari saxo, & mucronem ardescere iussit.

Asprèdo, pen. prod. (τραχύτης,) Id est asperitas, quæ contraria est læuitati. Celsus lib. 1. ca. 27. Interdũ simile his quæ vocant Græci ἀκανθώδη ματα, aspredine quadã & magnitudine sua. De carcinomate loquitur.

Aspritudo, penul. prod. aspritudinis, (κλιμακ.) identidem legitur apud Celsum, vt lib. 1. eptimo, cap. 23. Linguæ aspritudo, & cap. 26. calculi aspritudo. Et lib. 6. cap. 6. de alio genere inflammationis oculorum, Atque alia quoque vtilia sunt quæ ad extenuandam aspritudinem fiunt, de qua protinus dicam. Ibidem, de imbecillitate oculorum, Licet tamen etiam isdem medicamentis non inutiliter vti, quæ vel cicatrices, vel aspritudinem extenuant. Budæus.

Asprétum, aspreti, pe. prod. Locus asper & abruptus. Liu. 9. ab Vrbe 126. Adhæc saxa erat, & temere iactis (vt fit) in aspretis. Idẽ 5. bel. Macc. 105. Tabernacula statuere in aspretis & inæquabili solo difficile erat.

Aspergo, aspergis, aspersi, aspersum, (σπάω, ῥάνω, ἐπαντλέω, ἀμφιχέω,) aspergere. Ex ad & spargo compositum, aliquantum madefacere significat. Plautus Epid. 11. 26. Ah guttula pectus mihi ardens aspersisti. Propert. lib. 1. eleg. 11. 10.

Nonnihil aspersis gaudet amor lachrymis.

Aram sanguine aspergere. Cicc. 3. de Natu. deorum 127.

Aspergere aquam dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Mutuo sumptum ab iis qui in deliquio, quam Græci λειποψυχίαν appellant, aspersa in faciem aqua, ad sui sensum reuocantur. Plaut. Bacchid. 5. 13. Eu ax, aspersisti aquam. Idem Trucul. Aspersisti aquam, iam redit animus. Quod Terentius simpliciter, Reddidisti animum. Et Ausonius in Chiliad.

Aspergere fidem catinis. Plin. lib. 8. ca. 38. Et Aspergere sale carnes, Plin. lib. 15. cap. 6. 1. Cic. pro Cluentio 56. Guttam aspergit huic Bulbo.

Aspergere è fonte. Cicc. Cecinnæ, lib. 6. 6. 19. Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus.

Aspersit lemina artis. Plinius lib. 30. cap. 1. 8. Primus extat (vt equidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuenio) commentatus de arte magica Osthanes, Xerxem regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus, ac velut semina artis portentosę aspersit, obiter infecto, quacunque commeauerat mundo. In scriptis vetustioribus codicibus legitur sparsisse.

¶ Aspergere molestiam, per translationem. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 2. 12. Nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc aspersit molestiæ, quòd videris, ne mihi molestus esses, veritus esse.

Aspergere grauitati comitatem. Cic. pro Murena 61. Sed si illius comitatem & facilitatem tuæ grauitati, seueritatique asperseris.

Mendaciunculis aspergere. Cicc. 2. de Orato. 133. Quod tamen est mendatiunculis aspergendum.

Labeculam aspergere alicui aspersione sua Cic. in Vatinium 32.

Labem aspergere dignitati alterius Cic. in Vatinium 11.

Lingua aspergere. Author ad Herenn. 4. 49. Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, aspectu rabido, spiritu venenato, circunspectans huc & illuc siquè reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit.

Maculis aspergere. Cicc. pro Plancio 24. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istiusmodi adulteria, &c.

Suspicione, vel infamia aspergi. Cicero pro Cœlio 17. Qui istius facti non modò suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus. Liuius 3. bel. Pun. 140. Nisi mors adeò opportuna, vt patrem quoque suspicione aspergeret.

Sales orationi aspergere. Cicc. in Orato. 47.

Summa arte aspergi. Cicc. pro Corn. Balbo 45. Vt aliqui sermones hominum alienis bonis mœrentium, etiam ad vestras aures permanarent, & in iudicio ipso redundarent idcirco illa in omni parte orationis summa arte aspergi videbatis.

¶ Aspergere aliquid in epistolis dicimus, quum pauca de re aliqua scribimus. Cicc. ad Cœlium, lib. 2. 15. 19. Hæc aspersi, vt scires me tamen in stomacho solere ridere.

¶ Sextulam Ebutio aspergit. Cicc. pro Cœcin. 13. Vide SEXTVLA.

Aspergo, asperginis, fœm. gen. (ἀφεψισμός,) Ipse aspergendi actus. Plinius lib. 36. cap. 22. 19. Aspergine & gelu pruinisque rumpuntur in testas, nec contra humores & auram maris robusti. Ouid. 3. Metamorpho. 137. de delphinis. Vndique dant saltus, multaque aspergine rorant. Sic lib. 14. 160. Videtur in Plinii exemplo accipi debere pro guttis aquarum ex humiditate parietis aut lapidum defluentibus.

Aspergines parietum, guttæ illæ aquarum quæ ex humiditate parietum solent decidere. Plin. lib. 22. cap. 21. 12. Vmbrosas petras, parietũque aspergines ac fontium maxime specus sequitur, & laxa manantia. Virgil. 3. Aeneid. 107. Salsa spumant aspergine cautes.

Aspersus, ta, sum, (ῥαντός,) Participium. vt Aspersus oculis liquor. Plin. lib. 22. cap. 8. 2. & Horat. 1. epistо. 11. 3. Aspersus luto.

Leuiter aspersus laudibus. Vide LEVIS.

Aspersus, huius aspersus, (ῥαντισις,) Verbale. Plinius lib. 11. cap. 53. Quæ insecta appellauimus, omnia olei aspersu necantur. Idem lib. 24. cap. 17. 6. Nec nisi hyænæ urinæ aspersu recreari.

Asperso, Aliud verbale. (ῥανίς,) Cicc. 2. de Legibus 40. Nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur.

Aspéritas, Vide ASPER.

Aspérnor,

aspernaris, (καταφρονέω,) aspernari, deponens, Est auerti non solum corpore, sed etiam animo. Aspernari, recusare, auertere, non agnoscere. Est autem dictum à sperno. Terẽtius Phorm. 2. 3. 24. Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter. Hæc Donatus. Virgil. 1. Georg. 46. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. Vbi Seruius, Aspernabere, Contemnes. Cicc. 4. Acad. 266. Habeo inquam sententiam tuam, neque eam admodum aspernor. Sic pro Sestio 14. Aspernari preces. Liuius 1. ab Vrbe 69. Romani veteres peregrinum regem aspernabantur.

Aspernari crudelitatem alicuius ab aris suis dicitur Deus. Cicc. pro Cluẽtio 153. Cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales à suis aris atque templis aspernatos esse confido.

Minimè aspernandus. Cicc. ad Catonem, lib. 15. 6. 5. Quæ etiam si parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, vt non nimis concupiscendus homo, sed tamen si deferatur à Senatu, minimè aspernandus esse videatur.

Aspernari, contemnere ac negligere. Cicc. 6. Verr. 101. Ennensium querimonias nolite per deos immortales aspernari, nolite contemnere ac negligere, Iudices.

Aspernari ac respuere. Cicc. 3. de Orato. 55. Quinetiam gustus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quàm citò id quod valde dulce est, aspernatur ac respuit? qs potione vti, aut cibo dulci diutius potest? Sic de Fato 69. Quod omnium mentes aspernẽtur ac respuant.

Aspernari literas. Cicc. ad Attic. lib. 7. 13 5. 7. Non aspernor Trebatii literas, à quo me vnicè diligi scio.

Reiicere & aspernari. Cicc. pro Sex. Rosc. 91. Hanc verò quæ ad eorum liberos atque ad infantium puerorum incunabula pertinet, nisi hoc iudicio à vobis reiicitis, & aspernamini, videte per deos immortales quid in locum Rempub. peruenturam putetis?

Auribus respuere, animo aspernari. Cic. in Pisonem, Nemo denique ciuis est qui non modò se ciuem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur.

Appetere, & Aspernari, veluti contraria. Cicc. 2. de Finib. 53. Simul atque natum animal est, gaudet voluptate, & eam appetit vt bonum, aspernatur dolorem vt malum.

Aspernabilis, penult. corre. (καταφρονητός,) Verbale. Gel. Nõnunquam apud me ipsum soleo res eiusmodi paruas quidem minutasque, & hominibus non bene eruditis aspernabiles.

Aspernatus, penult. prod. participium, (καταπεφρονηκώς,) Virgil. 3. Georgic. 78. In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem.

Aspernatio, (καταφρόνησις,) Contẽptus, Verbale. Cicc. 4. Tusc. 48. Quorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis exeunt.

Aspero, asperas. Vide ASPER.

Aspersio, Aspersus, Vide ASPERGO.

ASPHALTITES, pe. prod. (ἀσφαλτίτης,) Lacus Syriæ, de quo lib. 5. ca. 16. Asphaltites nihil præter bitumen gignit vnde & nomen. Nullum corpus animalium recipit, tauri camelique fluitant: inde ferma nihil in eo mergi. De hoc multa Solinus & Iustinus lib. 36.

Asphódelus,

asphódeli, penu. corr. m. g. (ἀσφόδελος,) Herba de qua sic Plinius li. 21. ca. 17. 5. Asphodelus nam & femine tosto & bulbo. Paulo pòst, Asphodeli mentionẽ & fecit. Radix eius napis modicis similis est. Neque alia numerus fecit. Radix eius napis modicis similis est. Neque alia numerosior, LXXX. simul accruatis sæpe bulbis. Theophrastus, & ferè Græcorum, solus porri syluestris, antherico vocauere: ea diẽm eiusdem. Sed principesque Pythagoras, caulem eius cubitalem, & sæpe duum cubitorum, folius porri syluestris, antherico vocauere: ea diẽm eiusdem. Sed bulbos, asphodelon. Nostri illad albucum vocant, & asphodelum hastulam regiam. Hactenus Plinius. Nostri autem pharmacopolæ corrupto vocabulo vocant Aphrodilorum.

Aspício,

aspicis, penul. correp. aspexi, aspectum, (ὁράω, ὄψομαι,) aspicere. Ex ad, & specio antiquo verbo compositum significat intueri, ad aliquid oculos intendere. Ouid. 6. Metamorpho. 121. Corpus vt aspexit, lachrymis, &c. Terent. And. 1. 1. 91.

– interea inter mulieres
Quæ ibi aderant, fortè vnam aspicio adolescentulam. Idem, Heauton. 4. 1. 48. – postquam aspexi, ilico
Cognoui. Idem Adelph. 3. 3. 19. Ehem Demea, haud aspexeram.

Vix aspiciendi potestas fuit. Cic. 1. de Orato. 78.

Molli vultu aspicere. Ouid. 10. Metamorpho. 121.

Me hunc aspice Plaut. Amphit. 3. 117.

Respicere & aspicere. Cicc. 1. de Diuinat. 126. Quum autem aliquot progressus esset, subitò exaudiuit himitum, respexitque, & equum alacrem lætus aspexit, cuius in tuba examen apum consederat.

Aspicere & Contueri. Cicc. pro Sylla 56. Aspicite ipsum, contemplamini os, conferte crimen cum vita vsque ad hoc tempus explicata: nam existimen recognoscite.

Aspicere ad. Plaut. Capt. 11. 40. Agedum aspice ad me. Cicc. de Arusp. resp. 1. Et simul ad Cn. Lentulum 6 0 5. aspexit.

Ad faciem eorum quum aspicies, haud videntur mali. Plaut. Pœnul. 4. 2.

Aspicere è. Plin. lib. 17. cap. 4. 1. Quibusdam satis è longinquo aspicere maria. Ouid. 1. Metamor. 22. Tum verò Phaeton cunctis è partibus orbem Aspicit. Seneca in Herc. furen. 8. 2. Ex alto aspicit.

Aspicere in. Plin. lib. 11. cap. 37. 27. Cancri in obliquum aspiciunt.

Aspiciunt inter se, Id est mutuo. Cicc. 3. in Catilinam 57. Sic terram intuentur, sic furtim nonnunquam inter se aspiciebant: vt oũ iam ab aliis indicari, sed ipsi à se viderentur.

Aspicere lucem, pro Edi in lucem, & nasci, cui opponitur, Luce priuari. Cicc. pro Sex. Roscio 38. Portentum atque monstrum est illum, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, vt propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eum indignissimè luce priuarit.

¶ Aspicere aliquem, pro iuuare. Virgil. 2. Aeneid.
Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis,
Aspice nos. Vbi Seruius, Aspice nos, quia intuentes dii adiuuant.

Aspicitur. Ouidius 6. Fast. 6.
Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem
Fecit, Saturni sors ego prima fui.

Aspici, pro Considerari. Sil. lib. 3. 124. Sin solo aspicimur sexu, &c.

Aspiciendus, (προσβλεπτέος,) Ouidius. 6. Fast. 51. Tu dea non horrenda aspiciendaque viro.

Aspectu, supinum passiuum, vt Horrendus aspectu. Hoc est visu horribilis, & qui faciem habet horrendam. Virgil. 6. Aeneidos, 93. Tegitur aspectu ne subtrahe nostro.

Aspectus, huius aspectus, (ὄψις,) Effigies cuiuscunque animalis.

Aspectum amittere. Cicc. 1. Tuscul. 115. Nec vero de hoc quisquã dubitare posset, nisi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod in sæpe vsu venit, qui quum acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectum omnino amitterent, sic mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit.

Aspectus miserabilis. Cicc. 2. Philipp. 81. Auctionis aspectus miserabilis.

Aspectus, (πρόσοψις, ἔκλυμα,) Intuitus. Cic. 6. Verr. 122. In qua inauratam C. Verris statuam viderem. Quod posteaquam dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ & commemoratione, vt, &c. Plin. lib. 7. cap. 15. 1. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. De menstruali muliere loquitur.

Aspectus mitis. Silius lib. 8. 112.

* Aspectus raneldus. Plin. lib. 22. cap. 25.

* Aspectus scaber. Plin. lib. 22. cap. 25.

Aspectus virilis. Cic. de Aruspicum respon. 7. Non mirum si hoc vobis ridiculum videtur: etiam sua conciones risit, hominem illum, qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulerit: easque sacra, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem aspici fas est, non solum aspectum virilis, sed flagitio stuproque violarittin concione de religionibus neglectis conqueri.

In aspectu vrbis. Cic. 6. Verr. 104. Et portus habet propè in ædificatione aspectusque vrbis inclusos.

Ad aspectum. Cic. 6. Verr. 104. Nam & situ est communito, tum ex omni aditu vel terra vel mari præclaro ad aspectum.

Primo aspectu, deinde. Cic. ad Atticum, lib. 7. 13. 1. Ad VIII. Id. Decemb. Tusculanum veni, & ibi tuas literas legi, è quibus hanc primo aspectu voluptatem cepi, quòd erant à te ipso scriptæ: deinde earum accuratissima diligentia: sum mirum in modum delectatus.

Primo quasi aspectu. Cic. 4. Acad. 65. Nam si quod cuiq; occurrit, & primo quasi aspectu probabile videtur, id confirmatur, quid eo lenius?

In aspectum adducere. Plancus Ciceroni lib. 10. 23. 4. Copias propè in aspectum Lepidi Antoniique adduxi, quadraginta quæ millium passuum spatio relicto consedi.

Sub aspectum cadere. Cic. de Vniuersit. 19. Quemadmodum ignis aeri, sic aer aquæ: quodque aer aquæ, id aqua tertia proportione reddit. Qua ex cõiunctione cœlũ ita aptum est, vt sub aspectũ & tactũ cadat.

Carere aspectu ciuium. Cic. 1. in Catil. 12.

Contorquere aspectum. Cic. 1. de Nat. deorũ. 113. Oculi aspectum quò volunt, facilè contorquent. Legitur & conuerterent.

Aspectum conuertere dicuntur oculi. Cic. 1. de Nat. deorum. 113. Natura lubricos oculos fecit & mobiles, vt & declinarent, siquid noceret, & aspectum quò vellent, facilè conuerterent.

Definire aspectum. Cic. 1. de Diuin. 138. Illi orbes qui cœlum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ἀφ' ὁρατοῦ nominantur, à nobis finientes rectissimè nominari possunt.

Exuere aspectum. Tacit. lib. 16. Abrumperet vitam, ac ea ciuitate cuius charitatem olim, nunc & aspectum exuisset.

Fugere aspectum alicuius. Seneca in Hippoly. 5. 20.

Grauari aspectum. Tacitus lib. 3. Sanè grauaretur aspectum ciuium senex Imperator.

Vno aspectu iudicare. Cic. de Claris Orat. 104. Intelligens dicendi existimator non assidens, & attentè audiens, sed vno aspectu, & præteriens, de oratore sæpe iudicat.

Obmutuit aspectu. Virg. 4. Aeneid. 56.

Priuare aspectu. Cic. ad Marcellum, lib. 4. 9. 12. Nunc verò nec locus tibi vllus dulcior esse debet patriæ nec eam diligere minus debes, quòd deformior est, sed misereri potius: nec eam multis claris viris orbatam, priuare etiam aspectu tuo.

In aspectum lucemque proferre. Cic. pro Archia 9. Ego verò fateor me his studiis esse deditum: cæteros pudeat, siqui ita se literis abdiderunt, vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemque proferre.

Poni sub vno aspectu. Q. Cicero de Petit. Consul. 1. Ab amore nostro nõ sum alienum arbitratus, ad te perscribere ea quæ mihi veniebant in mentem dies ac noctes de petitione tua cogitanti: non vt aliquid ex iis noui adiicerem, sed vt ea quæ in te dispersa atque infinita viderentur esse, ratione & distributione sub vno aspectu ponerentur.

Referre aspectum aliquo. Cic. de Prouin. Consul. 31. Sed homines aut propter dignitatem suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationem, ab huius ordinis cõiunctione depulsi, sæpe ex hoc portu se in illos fluctus propè necessarios contulerunt. qui si ex illa tractatione cursu populari, bene gesta Repub. referũt aspectum in Curiam, atque huic amplissimæ dignitati commendati esse volunt, non modò non repetendi sunt, verum etiam expetendi.

Aspectu sentiri. Cic. 1. Offic. 23. Itaque eorum ipsorum quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal vemustatem, pulchritudinem, conuenientiam partium sentit. Hominem intelligit.

Sub aspectum venire. Cic. 2. de Orat. 194. Formis atque corporibus, sicut omnibus quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est, etenim corpus intelligi sine loco non potest.

In aspectu vesci. Tacitus libro 13. Mos habebatur, principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum.

Aspectum hominum lucemque vitare. Cic. pro Sylla 55. Quis P. Syllam, nisi mœrentem, demissum, afflictumque vidit? quis vnquam est suspicatus hùc magis odio, quam pudore, hominum aspectũ lucẽq; vitare?

Aspectum & præsentiam hominum vitare. Cicc. 1. in Catil. 12. Tu quum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum, & iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum aspectum præsentiamque vitare?

¶ Aspectus, Pulchritudo. Virg. 1. Aeneid. 124.
Obstupuit primò aspectu Sidonia Dido,
Casu deinde viri tanto. Seruius.

¶ Aspectus morum. Plin. lib. 11. cap. 52. Addidit morum aspectus simili modo apud nos Trogus. Hoc est iudicium de hominis moribus ex ipsius aspectu.

Aspecto, aspectas, (ἐπιβλέπομαι,) aspectare. Frequentatiuum, Frequenter aspicere & fixè intueri. Terent. Eunuch. 3. 5. 12. – quid me
Aspectas? quid taces? Cicero pro Plancio 82. Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? Plaut. Epid. 13. 16.
Eĩsne vt tibi dixi? aspecta. E. hæc! S. contempla Epidice.
Vsque ab vnguiculo ad capillum summum.

Aspectare iussa principis. Tacitus lib. 1.
Omnis exuta æqualitate iussa principis aspectare.

Aspectare aliquid, de manimis dicitur, pro Ex aduerso positum esse. Virgil. 1. Aeneid. 85.
Iamque ascendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet, aduersasque aspectat desuper arces.

Aspectari, passiuum. Lucret. lib. 3. 16.
– illum esse potentem,
Illum aspectari claro qui incedit honore.

Aspectans, (ἐπιβλέπων,) Statius 3. Thebaid. 17.
– & nunc trucis ora tyranni,
Nunc ferrum aspectans. Virgil. 3. Georg. 45. Stabula aspectans.

Aspectabilis, & hoc aspectabile, penul. corre. (ὁρατός,) Verbale, Dignũ quod aspiciatur. Cicc. de Vniuersitate 14. Deus animal vnum aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.

Corporeum & aspectabile. Cic. de Vniuers. 16. Corporeum autem & aspectabile, itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est.

Aspíro,

aspiras, penul. prod. (ἐπνέω, ἐπιπνέω,) aspirare, Ex ad & spiro compositum, est afflare. Virgil. 7. Aeneid. 2. Aspirant auræ in noctem. Idem 1. Aeneid. 140.
– vbi mollis amaracus illum
Floribus & dulci aspirans complectitur vmbra.

Lenius aspirans aura secunda venit. Catullus ad Mallium 63. 13.

Aspirare ad. Varro de Re rust. Ad quæ granaria nulla aura humida è pro pinquis locis aspiret.

* Aspirare vocem. Quintil. lib. 1. cap. 6.

¶ Aspirare, Accedere. Colum. lib. 8. cap. 14. 9. Ne coluber, ne vipera, felisque, aut etiam mustela possit aspirare.

Aspirare ad aliquem. Cic. 5. Tuscul. 40. Omnesque aditus tuos interclusi, vt ad me aspirare non posses. Idem ad Trebatium, lib. 7. 10. 2. Sub inuideo tibi vltro te etiam accersitum ab eo, ad quem cæteri, non propter eius superbiam, sed propter occupationem aspirare non possunt. Hoc est peruenire.

Aspirare ad aliquem ex bellica laude. Cicc. de Claris Oratoribus 42. Nam vt ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest: sic ingenii literarum, eloquentiæ, sapientiæ denique, etsi vtrique primas, priores tamen deferunt Lælio.

Aspirat equis, pro ad equos. Virg. lib. 12. Aeneid. 71. Nec equis aspirat Achillis. Vbi Seruius, Aspirat, apud maiores, accedit significat.

Aspirare rei deos dicimus, pro auxilium aliquod præbere. Virgil. 2. Aeneidos 77. Aspirat primo fortuna labori. Valla in Raudæn. Idem 9. Aeneidos 108. Vos ô Calliope precor aspirate canenti.

Aspirat felicitas alicui. Curtius, Et licet felicitas Alexandro aspirare videatur, tamen ad vltimum temeritati non sufficit.

Aspirare in curiam. Cicc. 4. Verr. 54.

Aspirare in campum alicuius. Cicc. pro Sylla 38.

¶ Aspirare, Inspirare, vel impertire. Metaphora ab aromatibus à quibus odorem aspiramus. Quintil. in præf. lib. 4. Vt quantum nobis expectationis adiecit, tantũ ingenii aspiret, dexterq; ac volens adsit. Budæus.

Aspirare ad rem, Est vehementi conatu in aliquam rem cõtendere: quia qui sic eniuntur, spirant, id est anhelant. Cicc. 3. Verr. 100. Quid enim quisquam ad meam pecuniam me inuito aspirat?

Accedere, aut aspirare. Cicc. 1. Verr. 11. In eiusmodi re quisquam tam impudens reperiretur, qui ad alienam causam inuitis iis, quorum negotium est, accedere, aut aspirare audeat? Vbi Asconius, Aspirare, est in eam partem qua quid quæsitum est, vultum & oculos ac spiritum oris aduertere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aſpirare aliquò, Idem. Cic. 7. Verr. Quò neque Carthaginenſium glorioſiſſimæ claſſes, quum mari plurimum poterant, multis bellis ſæpe conatæ, vnquam aſpirare potuerunt.

Ad eam laudẽ quá volumus, aſpirare nó poſſunt. Cic. de Claris Orat. 77.

Aſpirans, aſpirantis, Participium. Cic. 2. de Natu. deorum 205. Pulmones tum ſe contrahunt aſpirantes, tum ſe ſpiritu dilatant, vt frequenter dicatur cibus animalis, quo maximè alantur animantes.

Aſpiratio, Verbale, (ἐπίπνοια,) Actus ipſe aſpirandi: hoc eſt inſpirandi, nempe dum aerem in corpus intromittimus, Cic. 2. de Natu. deorũ 118. Animantes autem aſpiratione aeris ſuſtinentur. * Quintil. lib. 1. cap. 6. Quin & fordeum & fœdus pro aſpiratione dicebant.

¶ Aſpiratio pro eo quod influentia dicitur. Cic. 1. de Diuina. 211. Nam ſi obſcurior, quaſique caliginoſa ſtella exiterit: pingue & concretum eſſe cœlum, vt eius aſpiratio grauis & peſtilens futura ſit. Budæus.

Aſpiratio terrarum diſparilis, pro exhalatione. Cic. 1. de Diuinat. 135. Et ſunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa: quæ omnia fiunt ex cœli varietate, & ex diſparili aſpiratione terrarum.

Aſpis, aſpidis, pen. corr. f. g. (ἀσπὶς,) Serpés eſt paruus venenoſiſſimus, cuius naturam multis verbis deſcribit Plinius lib. 29. ca. 4. Item lib. 21. cap. 20. & 31. Cice. 2. de Finib. 95. Et pro Rab. Poſthu. Aſpide ad corpus admota vita eſt priuatur.

Aſplenum, aſpleni, pe. prod. à Græco ἀσπληνον, quòd lienem imminuat, Herba, de qua ſic Plinius li. 27. ca. 5. 2. Aſplenum, ſunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, radice limoſa, cauernoſa, ſicut filicis candida, hirſuta: nec caulem, nec florem, nec ſemen habet. Naſcitur in petris, parietibus opacis, humidis. Iuterpres tamen Dioſcoridis lib. 3. cap. 152. vertit aſplenion. Eſt autẽ quam alii ſcolopendrion vel ſcolopendram vocant, Arabes ceterach, itali Citrach. Quam autem herbam falsò pharmacopolæ vocant ſcolopendram, eſt ea quam Dioſcorides phyllitim appellat.

Aſporto, aſportas, (ἐκφέρω,) aſportare, Aliò portare. Terent. Phor. 3. 3. 18. Quoquò hinc aſportabit terrarũ, certũ eſt perſequi. Cic. in Parad. 9. Multa de ſuis rebus ſecũ aſportarent. Virgil. 2. Aeneid. 154. Nec te comitem hinc aſportare Creuſam Fas.

Aſportare ad aliquem. Liui. 4. bel. Pun. 119. Et aſportari Alexandriam inberent, ad virum vxorem, ad patrem filias.

Aſportare aliquem ſecum. Cice. 6. Verr. 96.

Abreptamque ex eo loco virginem ſecum aſportaſſe.

Aſportare in. Liu. 7. bel. Pun. 175. In Macedoniam aſportata fuerat.

Aſportatus, Participiũ, (ἐξενεγμένος,) Cic. 3. Verr. 36. Oſa ex fanis, ex locis publicis, palá, ſpectantibus omnibus, ploſtris euecta, aſportataq;.

Aſportandus, (ἐξενεκτέος,) Cice. 6. Verr. 71. & 98. Simulachrum auellendum, aſportandumque curauit.

Aſportatio, Verbale, (ἐξαγωγὴ,) Actus ipſe aſportandi. Cic. 6. Verr. 98. His pulchritudo periculo, amplitudo ſaluti fuit: quòd eorum demolitio atque aſportatio perdifficilis videbatur.

Aſpretum, Vide ASPER.

Aſſa, (inquit Feſtus) dicebatur cantus tibiarum. Nonius, Aſſa voce, ſola voce linguæ tantummodo, aut vocis humanæ, non admiſtis aliis vocibus eſſe voluerunt. Varro de Vita Pop. Romani, lib. 1. In conuiuiis pueri modeſti, vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, & aſſa voce, & cum tibicine. Idem Cato, vel De liberis educandis, Melos alterum in cantibus eſt bipartitum: vnũ quod eſt in aſſa voce, alterum quod vocant organicon. Aſſum autem exiſtimandum eſt vt in obſoniis, ſine pigmento ſaporis alieni, quemadmodum merum dicitur ſolum. Hactenus Nonius. Aſconius in Diuinationem Ciceronis, Cani remigibus celeuſma per ſymphonacos ſolebat, & per aſſam vocem. Id eſt ore prolatam.

* Aſſabinus Deus apud Oethiopas, qui vulgò Iupiter. Plin. li. 22. ca. 19.

Aſſamenta, aſſamentorum, n. g. plu. nu. (σανιδώματα,) Tabulæ ſunt ſectiles, quæ axes ſiue aſſes aliàs dicũtur. Plin. lib. 16. ca. 4. Rigorem fortiſſime ferunt vlmus, ob id cardinibus aſſamẽtisque portarum vtiliſſima, quoniam minime torquetur. Ex Budæo.

ASSARACVS, penul. corre. (ἀσσάρακος,) Trois filius, auus Anchiſæ, & pater Capys. Virgi. 12. Aeneid. 26. Et genus Aſſaraci.

Aſſarius, Vide ASSO aſſis.

Aſſecla, aſſeclæ, penul. corr. m. g. (ἀκόλουθος,) Seruus, ſic dictus (vt ait Nonius) quòd aſſit, & omnibus iuſſis dominorum præſto ſit. Cic. 3. Verr. 24. Etenim quod eſt indicium quum è Verris turpiſſimo, flagitioſiſſimoque comitatu, tres Recuperatorum nomine aſſediſſent, aſſeclæ iſtius non à patre ei traditi, ſed à meretricula commendati? Idem, De aſſecla quodam ſeruo ſuo quæſuit.

Aſſeclæ patritiorum. Liuius lib. 3.

Aſſeclæ legatorum. Cic. 3. Verr. 44.

Aſſecla menſarum, per metaphoram Cice. in Salluſtium 13. Sed tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem poſtea adulter.

Aſſector, Vide ASSEQVOR.

Aſſentio, aſſentis, aſſenſi, aſſenſum, (συγκατατίθεμαι, συναινῶ, ὁμολογέω,) aſſentire, & Aſſentior, aſſentiris, aſſentius ſũ, aſſentiri, Deponens, ſignificat cõſentire. Plau. Rud. 23. 36. Mare quidẽ cõmune certo eſt omnibus eſſe. T. aſſentio. Idem Amphit. 8. 190. Mihi quoque adſunt teſtes, qui illud quod ego dicam, aſſentiant. Cic. Verr. 178. Vt ego aſſentiar orationi, defenſionem tamen non probabo. Idẽ 4. Acad. 182. Qui hoc quidem certe falſi eſſe aliquid in ſenſibus tibi aſſentior. Idem 1. Offic. 29. Hisque temere aſſentiamur. Quid. 3. Meta. 87. Aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis. Et lib. 9. 52. Aſſenſere dei. Cui aſſenſi ſunt ad vnum. Cice. ad Plancum, lib. 10. 16. 4.

Aſſentiri aliquid alicui. Cic. 3. de Orat. 102. Nanque ego illud aſſentior Theophraſto, qui, &c. Idem Attico, Timet multa, aſſentitur omnia. Idem 4. Acad. 123. Vitioſum eſt aſſentiri quicquam falſum.

Aſſentiri alicui de. Cic. Cornificio, lib. 12. Mihi enim eſt aſſenſus Senatus de obtinẽdis prouinciis. Idẽ ad Brutũ, lib. 11. 14. 4. De Bruto accendo, Cæſareq; ad Italiæ ſtudiũ tenẽdo, valde tibi aſſentior. Idẽ Attic. lib. 7. 132. 1. De Vénomianis reb' tibi aſſentior. Idẽ 1. de Ora. 102. Quibuſpiſſimè tibi Senat' bs uiter ſpoliteq; dicẽti maximis ſit de reb' aſſẽtiẽdis aſſenſum eſt, Impersonale. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2. 4. Quatenus de religione dicebat, eique rei iam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſſe.

Aſſenſus, Participiũ, (ὁμολογηθείς,) Ci. 4. Aca. 177. Etenim is quoq; qui vobis ſapiẽs inducit, multa ſequit probabilia, nec cõprehenſa, nec cognita, neq; aſſenſa, ſed ſimilia veritquæ niſi probet, omnis vita tollitur.

Aſſenſus, huius aſſenſus, (συγκατάθεσις, ὁμολογία,) Verbale, idem quod aſſenſio. Cice. 4. Acad. 74. Quare qui aut vilum, aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit è vita. Ibidem 89. Præſertim quum ipſi ſibi ſapientem in furore ſuſtinere ſe ab omni aſſenſu, quia nulla ab vera diſtinctio appareat. Quid. 2. Metamorpho. 91.

Conſonat aſſenſu populi, precibusque fauentum Regia.

Aſſenſu omnium aliquid dicere. Cic. 2. de Natu. deorum 5. Quod nisi eſſet, quỗ potuiſſet aſſenſu omnium dicere Ennius, Aſpice hoc, &c.

Vulgi aſſenſu, & populari approbatione iudicari ſolet. Cice. de Claris Oratoribus 96.

Vario aſſenſu fremere. Virgil. 10. Aeneid. 19.

– cunctique fremebant Cælicolæ, aſſenſu vario.

Mereri aſſenſum deliberantis. Quintil. lib. 3. cap. 8. 41.

Obſiſtere vitiis, aſſenſuſque ſuos firmè ſuſtinere. Cic. 3. de Finib. 47.

Aſſenſio, (συγκατάθεσις,) Verbale, Conſenſus. Cic. 4. Acad. 74. Neque peccare quenquam niſi aſſenſione. Ibidem lib. 1. 57. Sed adhæc viſa ſunt, & quaſi accepta ſenſibus, aſſenſionem adiungit animus quam eſſe vult in nobis poſitam & voluntariam.

Simulata aſſenſio. Quintil. lib. 6. cap. 3. 50.

Aſſenſio & approbatio. Cice. 4. Acad. 71.

Aſſenſionis retentio. Cic. 4. Acad. 167.

Aſſenſor, aſſenſoris, Verbale, (συγκατατιθέμενος,) Qui aſſentitur. Cice. To rano lib. 6. 21. 1. Quotidie commorabam te vnum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, & me tibi.

Aſſentor, aſſentaris, aſſentatus ſum, (κολακεύω,) aſſentari, Frequentatiuum. Valla, aſſentari, adulari, blandiri, ita differunt, cp aſſentari, eſt infidos ſe & conciliandæ alicuius vtilitatis gratia, effuſius, & plenius laudare. Adulari verò, inſeruire, & capture, vt fauorem emereamur quoquo modo, vel voce vel geſtu: eſtque tractũ ἀπὸ τοῦ ἀνδραπόδου, quod eſt ſeruus. Et ſanè adulari, ſeruile eſt, nó liberale & ingenuum. Blandiri propriè ad tactum pertinet, & per abuſionem ad alios ſenſus transfertur, & nõnunq; etiam ad animũ. Quintil. Tu non cogitas quàm admodum ſuſpenſa manu ſonantem blandè cardiné flectas. Idem, Ita diu paulisper iudices calamitatibus meis, & ſic agam, tanq; inuenem vtrunque ſanum. Ideoq; idẽ quodam loco penè pro eodem poſuit hæc duo poſteriora verba, Tranſeo oblatam nolenti numerum vacationis & blandius quàm militiæ diſciplina poſtulet, adulatũ militi tribunum. Adulatum blandius dixit, ne aut blanditius blandirum, aut adulatius adulatum dicerer, ſi tamen adulantius reperitur. Hactenus Valla lib. 5. cap. 66. Plautus Amphit. 8. 68. Hei etiam tu quoque aſſentaris hæc Terent. Adelph. 1. 4. 6. Ne id aſſentandi magis, quàm quòd habeat pectus, facere exiſtimes. Vbi Donatus, Aſſentandi, adulandi. Cic. ad Herennium, lib. 9. 12. 1. Niſi fortè te amant. & tibi aſſentantur.

Aſſentatio, Verbale, Ipſe aſſentandi actus, (κολακεία,) Liuius 4. bel. Punicum, lib. 9. 12. 1. Inflatus aſſentationibus eorum qui eum non Hieronis tantum, ſed Pyrrhi etiam regis materni aui iubebant meminiſſe. Idem primo bel. Macedon. 57. Aſſentatione immodica pudorem onerantis. Cice. de Amicit. 81. Semper auget aſſentatio id quod is cuius ad voluntatem dicitur, vult eſſe magnum.

Beneuolentiam blanditiis & aſſentationibus colligere, turpe eſt. Cicero Amicitia. 55.

Blanditiis & aſſentationibus ſe in alicuius conſuetudinem immergere. Cic. pro Cluent. 16.

Eruditus ad aſſentationem. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 14.

Aſſentatiuncula, pen. corr. diminutiuum, (κολακίδιον,) apud Plautum in Sticho. 4. 76. Cic. ad L. Lucciũ, lib. 5. 12. 2. Vereor ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.

Aſſentatorie, aduerbium, (κολακικῶς,) Cum aſſentatione. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 16. 8. Dubitare te non aſſentatorie, ſed fraternè veto.

Aſſentator, pen. prod. (κόλαξ,) Verbale, Qui aſſentatur. Cic. 1. Offi. 66. Non benefici, neqi liberales, ſed pernicioſi atq; aſſentatores iudicãdi ſunt. Hor. in Arte. 85. Aſſẽtatores iubet ad lucrũ ire poeta Dines agri.

Aſſentatores mulierum. Cic. pro Cecinna. 10. Quam perſonam tam ex quotidiana cognoſcitis vita Recuperatores, mulierum aſſentatoris, cognitoris viduarum, &c.

Aſſequor, pen. corr. aſsequeris, aſſecũtus ſum, (ἀκολουθέω, ἐπακολουθέω, καταλαμβάνω,) aſſequi, Peruenire ad eum quem ſequimur. Plaut. Milite. 10. 43. Ite citò, tam ego vos aſſequar. Terent. Phorm. 5. 8. 89. Aſſequere, ac retine. Cic. Attico, lib. 3. 4. 1. Si enim ex Roma, iam me aſſequi non potes.

Inſequi, & aſſequi. Cic. 1. Tuſcul. 150. Quæ verò ætas longa eſt aut quid omnino homini longum? nonne modò pueros, modò adoleſcentes in cursu à tergo inſequens, nec opinantes aſſequuta eſt ſenectus?

¶ Aſſequi, (τυγχάνειν,) Adipiſci, & quod vulgus lucrari appellat. Cic. pro Rofc. Amerino. 58. Quasi in re nihil aliud aſſequẽris, niſi vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſcatur & impudentia. Idem, Id quod ille ſperat, hic aſſecutus eſt.

Propoſitum aſſequi. Cic. 3. de Finib. 35. hoc eſt, tandem peruenire ad id quod propoſueramus.

Honores aſſequi & magiſtratus. Cic. Poſt reditum. 4. Et in Pſonem. 1. Omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutus.

Maturitatem aſſequi, Maturum fieri. Cic. 2. de Nat. deorum. 73. Alantur, augeſcant que & pubeſcant, maturitatemque aſſequantur.

Merita alicuius aſsequi, Par pari referre. Cic. Lentulo, lib. 1. 4. 7. Quid enim aut me oſtentem, qui ſi vitam pro tua dignitate profundã, nullã partem videar tuorum meritorũ eſſe aſſecutus? Id eſt nullam partem tuorũ meritorũ videar æquaſſe. Idem ad Torquatũ, lib. 6. 4. 19. Quæ quũ faciã, beneuolentiã tuam erga me imitabor, merita tuo aſsequar.

Ingenium alterius aſsequi, Parem ingenio eſſe alteri. Plin. epiſt. 7. 3. 2. Ita ſenex ſaltem ingenium eius aliqua ex parte aſsequi poſsim.

Nomen aſsequi. Plinius in Paneg. 145. Aſsequutus eſt nomen, quod ad alium tranſire non poſsit.

Coniectura aſsequi, Eſt coniectando intelligere. Cice. 5. Verr. 173. Credo vos ex veſtris rebus ruſticis coniectura aſsequi poſse. Sic. 4. Verr. 120. & 133.

Literis aſsequi, Eſt literis rem explicare, quo modo verbis & dictis. Cic. ad Brutum. 15. 1. Quibus igitur literis tam accuratè ſcriptis aſsequi poſsum tabulas, vt explicem quæ gerantur, quæque ſint in Repub. quam tibi is exponet, qui, &c.

Suſpicione aſsequi non potuit conſilium. Cic. Attico, lib. 8. 15. 3. 7.

Aperte obſcura aſsequi. Cic. 1. de Nat. deorum. 50.

Cogitationem alterius aſsequi. Cic. 2. de Inuent. 225. Sed qui cogitationem aſsequi poſsent & voluntatem interpretari.

Aſſector, aſſectaris, aſsectatus ſum, (παρακολουθέω,) aſsectari, Quaſi comitatum præſtare non tantum in itinere, aut nauigatione, aut militia, ſed ferè per vrbem, vt Cicero de Oratore, lib. 2. Quum ædilitatem Craſſus peteret, eumque maior natu & conſularis Seruius Galba aſsectaretur, cp Craſſi filiam Cn. filio ſuo deſponderet. Hæc Valla lib. 5. Horat. 1. Serm. ſaty. 9. 2. Quum aſsectaretur, Nunquid vis? occupo.

Aſsectari aliquem, pro ſe inſinuare in gratiam eius, vel captare amicitiã. Tranquillus in Iulio, Qua iniuria inflinctus, Cn. Pompeium aſsectatus eſt, aſsenſum tunc patribus. Id eſt Pompeio ſe admouit.

Aſsectari prætextatum aut prætextatam, à Iuſtiniano lib. 4. Inſtit. dicũ eſt pro eo quod eſt pudoré pueri ingenui, aut puellæ ſogillare, & notã infamiæ, tanquam ſcorto maſculo fœminaque inurere. Budæus.

Aſsectatio, (ἀκολούθησις,) Verbale, Ipſe aſsectandi actus. Plin. lib. 33. cap. 12. 2. Vidimus & ipſi Arellium Fuſcum motum equeſtri ordine ob inſignem cum celebritate aſsectationem adoleſcentium ſcholæ, ex argento annulos habentem. Cic. pro Murena. 64. Hanc in noſtris petitionibus operam atque aſsectationem, &c. Et paulo poſt, Suos neceſsarios candidatos ſectentur totos dies, à quibus ſi domus noſtra celebratur, ſi interdum ad forum deducimur, &c.

Aſsectatio cœli. Plin. lib. 2. cap. 20. 1. Latet pleroſque, magna cœli aſsectatione compertum à principibus doctrinæ viris, ſupernorum trium ſyderum ignes eſſe. Id eſt obſeruatione.

Aſsectator, Verbale, (ἀκόλουθος,) Qui aſsiduè comitatum præſtat. Cic. 7. Verr. 19. Quũ ab eo vetus quidã aſsectator ex numero amicorũ nõ impetraret, vt, &c. Idem pro Corn. Balbo. 50. Cum ducibus ipſis, non cum comitatu, aſsectatoribusque confligant. Conqueritur Cicero q; æmuli, qui magnis viris inuidebant, non audebant eos aggredi ob potentiam: ſed minores eorum amicos & quaſi comites vexabant.

Aſsectator dapis cancer, Plin. lib. 9. cap. 42. 1.

¶ Aſsectator, Qui alicuius doctrinã & eloquentiã imitatur. Pli. li. 24. ca. 17. Adiecit his Appollodorus aſsectator eius. Idẽ lib. 20. ca. 14. in fine.

Aſsectator eloquentiæ. Pli. li. 29. c. 1. 8. Exortus deinde eſt Vectius Valẽs, adulterio Meſſalinæ Claudii Cæſaris nobilitatus, pariterq; eloquẽtiæ aſsectator. Sic apud eundem lib. 8. ca. 17. Aſsectator ſapientiæ.

Aſser aſseris, pen. corr. vel aſsis, huius aſsis, m. g. (σανίς,) Budæus, Aſſes quæ & axes dicuntur, tabulæ ſunt ſectiles, non abſimiles ſcandulis quibus tecta, tegularum vice, in quibuſdam locis teguntur. Plinius aſſamenta etiam appellat lib. 16. Hactenus Budæus. Feſtus, Aſseres dicti, quòd aſſideant parieti, trabibusque. Plaut. Aulul.

Ligna hîc apud nos nulla ſunt. S T R. ſunt aſseres!

S T A. Sunt pol. S T R. ſunt igitur ligna, ne quæras foris.

Aſseres ab aſsibus differunt. Sunt enim aſseres oblongi trientali circiter materia, latitudine ferè ac craſſitudine æquales, vulgò membraturę dicuntur. Hæc Budæus. Cæſar 3. bel. Cauil. 5. Aſseres enim pedum duodecim cuſpidibus præfixi, atque ii maximis balliſtis miſſi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Liu. 10. bel. Pun. 42. Poſtremò aſseres ferreo vinco præfigi (harpagones vocant milites) ex Punicis nauibus inimici in Romanas cœpti. Colum. lib. 6. cap. 19. 1. Roboreis aſsibus compingitur ſolum, quod habet, &c. Legitur & axibus in quibuſdam exemplaribus. Plin. lib. 36 cap. 25. 3. Quernisque aſsibus contabulare. Varro 1. de Re ruſt. cap. 52. 1. Aut ſic ex aſsibus dentatis cum orbiculis, quod vocant ploſtellum Pœnicum.

Aſſerculus, pen. corr. diminutiuum, (σανίδιον,) Cato de Re ruſt. ca. 112. Scopas virgeas vlmeas aridas, eas in aſſerculo alligato. Colu. li. 12. ca. 50. 4. Itaque quum laeus (quemadmodum diximus) extruxeris, aſſerculos inter ſe diſtantes, ſempedalibus ſparis ſuprà ſolum ponito.

Aſſerculi modici. Colum. lib. 8. ca. 3. 5. Aſſcenſis deinde audibus ad tabulata per vtranque ſellam datur, iunctis parieti modicis aſſerculis. Aſſercula neutro genere dixit Cato cap. 112.

Aſsiculus, (σανιδάριον,) diminutiuum ab aſsis, huius aſsis, pro aſsere. Cato apud Nonium. Lepinus citat locum Columellæ ex libro ſeptimo, qui libro ſexto legitur, cap. 19. vbi nunc legitur axiculus.

Aſſo, aſsas, (σανίδω,) aſſare, Contabulare. Vitruuius, Quum aſſarum fuerit, ſuper, altera coaſſatio ſtruatur: clauisque fixa, duplicem præbent contignationi loricationem.

Aſſero, aſſeris, penult. corrept. aſſeui, aſsitum, (προσφυτεύω,) aſſerere, luxta ſerere, vel plantare. Cato de Re ruſt. cap. 32. Arbores facito vti bene maritæ ſint, vitesque vti ſatis multæ aſſerant.

Aſsitus, penul. correp. Participium, (προσφυτευθείς,) vt Aſsitæ arbores, id eſt iuxta ſatæ. Catull. in Epithalamio Iuliæ & Mallii 56. 22.

Lenta qui velut aſsitas Vitis implicat arbores,
Implicabitur in ruum Complexum.

Aſſero, aſſeris, penul. correp. aſſerui, aſſertum, (διεκβεβαιοῦμαι) aſſerere, Armare. Cice. 1. Offic. 71. Quòd ſiqui proſcribent villam bonam (vt ipſi aſſerunt) beneque ædificatam. Quædam exemplaria hîc nõ habent verba illa VT IPSI ASSERVNT. * Quintil. lib. 4. 72. b. & abſolutum tanquam filium ſuum aſſerit.

Neruos aſſerere. Vide NERVVS.

Aſſerere manum, Admouere eſt, quòd ea quoque quæ in terram dimittuntur, ſeri dicantur: inquit Feſtus.

Aſſerere manu, pro Manu comprehendere & liberare, ſine libertate donare. Terent. Adelph. 2. 1. 40. Nam ego illam liberali aſſero cauſa manu. Vbi Donatus, Ordo eſt, Ego liberali cauſa, manu aſſero. Et ſunt iuris verba: à quibus etiam aſſertores dicuntur, vindices alienæ libertatis. Nam & cauſa ipſa, liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis. Plaut. Curcul. 10. 4.

Memento promiſſile te, ſi quiſquam hanc liberali
Cauſa manu aſſereret, mihi omne argentum redditum iri. Cice. pro Placco 32. Quum in cauſa liberali, eum qui aſſerebatur, cognatum ſuũ eſſe diceret, non crediderunt.

Aſſerere ſe, Ex ſeruo liberum facere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 10. 1. Scilicet aſſerui tam me, fugique catenas.

¶ Aſſerere in ſeruitutem, Et velut ſubiugare in ſeruitutẽ. Liu. 4. bel. Maced. 71. Huic ex vſurpata libertate in ſeruitutem velut aſſerẽdi erant. Idem 3. ab Vrbe 182. M. Clodio clienti negotiũ dedit, vt virginẽ in ſeruitutem aſſereret. Id eſt vindiciarum iudicio pro ſerua vendicaret.

¶ Aſſerere, Vendicare. Plin. Octauio, li. 2. epi. 10. Habe ante oculos mortalitatem: à qua aſſerere te hoc vno monumento potes. Quintil. li. 12. de Cicerone, Nec ſapientis ſibi nomen, minime tui contemptor, aſſeruit. Curtius Alexandrum Iouem patrem ſibi aſſeruiſſe aut. Budæus.

Aſſerere ſibi maieſtatem diuinam, pro Aſſumere & arrogare. Tranquillus, Verbis admonitus regnum ſe exceſſiſſe faſtigium, ex eo diuinam maieſtatem ſibi aſſerere cœpit. Budæus.

Aſſerere ſibi cognomen aliquod. Plin. lib. 7. cap. 43. 3. Vnus hominum ad hoc ævi felicis ſibi cognomen aſſeruit Lucius Sylla.

Aſſerre ſe ab iniuria obliuionis. Plin. ad Macrum, lib. 3. Epiſto. 5. Commendabar memoriam ſuam, orabatque vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret. Hoc eſt vindicaret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Asserare se à mortalitate. Plin. lib. 2. ep. 10.

Asserere se studiis, Totum se studiis tradere, relictis aliis negotiis. Plin. Iunior. Quin tu (tempus est enim) humiles & sordidas curas aliis mandas, & ipse te in alto isto, pinguique secessu studiis asseris?

Asserere gaudia vtraque manu. Mart. lib. 99.
Expectant curæque, catenatique labores:
Gaudia non remeant, sed fugitiua volant.
Hæc vtraque manu, complexuque asserе toto.
Sæpe fluunt, imò sic quoque lapsa sinu.

Asserere aliquem cœlo. Ouid. 1. Metamor. 153. Ede notam tanti generis, meque assere cœlo. Id est me tua defensione cœlo ascribe, meque defende ac præsta deum esse.

¶ Asserere, pro adhibita ope vindicare. Quintilian. 5. declamat. Voluit ille mortalitatis artifex Deus nos in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum vices quenquam in alterum, quod pro se timeret, asserere. * Quintil. lib. 1. in prooem. Hæc autem quæ velut propria philosophiæ asseruntur, tractamus omnes.

Assertio, Verbale, (διαβεβαίωσις,) Affirmatio: vel vt vult Budæus, demõstratio & documentũ. Cic. 1. Acad. 65. Quibus de causis nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quenquam, neq; assertione approbare. Plin. lib. 29. cap. 1. 11. de medicis loquens, Hinc illæ circa ægros miseræ sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne videatur asserti alterius. In emendatioribus codicibus legitur accessio.

Assertio pro vindiciis in libertatem. Fabius lib. 3. cap. 8. Sitne liber qui in assertione est. Assertio prima erat, quum quis aliquem liberum esse asserebat: qui si prima assertione liber non fieret, secundò asserebatur, ac item tertiò, si secundò victus esset. & hæc dicebatur secunda & tertia assertio. Nam assertiones, bis, terque apud Priscos fiebant.

Secunda assertio. Quintil. lib. 5. cap. 2. 1. Aut quum de eadem causa pronuntiatum est, vt in reis deportatis, & assertione secunda.

Assertor, Verbale, (διεκδικητής,) Est, vt ait Donatus, vindex alienæ libertatis qui aliquem ex seruitute in libertatem vindicabat. Ité qui in seruitutem vendicat. Liuius 3. ab Vrbe 182. Iam à vi tuta erat quum assertor nihil opus multitudine cõcitata ait, se iure grassari, non vi. Martial. lib. 1. 48. Assertor venias, fatisque præstes. Ibidem 108. Qui loquitor Curios, assertoresque Camillos. Ouid. 1. de Remed. Amor. 15. Publicus assertor vitiis suprella leuabo Pectora. Quintil. lib. 1. Verba vetusta magnos assertores habent.

Accommodare se assertorem veritati. Vide ACCOMMODO.

Asseruio, asserui, asseruitũ, (ἐπιδουλόω,) asseruire, Idẽ quod simplex seruio. Cic. 2. Tusc. 96. Toto corpore atque omnibus vngulis vt dicitur, contentioni vocis asseruiunt.

Asseruo, asseruas, (περισφυλάττω,) asseruare, Diligenter custodire. Cic. 5. Verr. 45. Dum res iudicaretur, hominem vt asseruarent. Cæs. 1. bel. Ciuil. 80. Muros asseruari iubet.

Asseruare magna diligentia. Plaut. Capt. 4. 6.

Asseruare in carcerem. Liuius 5. ab Vrbe 102.
Virtubium in carcerem asseruari iussit.

Asseruare aliquẽm domi suæ. Cic. 1. in Catilinam 14.

Asseruati custodiis. Cic. Atti. lib. 10. 208. 4. Et 5. Verr. 16. item 7. 62.

Sale vel in sale asseruare carnes. Plin. lib. 9. cap. 25.

Asseruare ignem in ferula. Plinius lib. 7. cap. 56. 8.

¶ Asseruare, pro obseruare, id est oculis aliquid custodire, animóque in modum speculatoris, ne nos silentio, tacitoque præterеat. Plaut. Merca. 17. 17. Asseruabo hinc quid rerum gerat. Terent. Heaut. 3. 3. 32.
Atqui nunc here, hic ribi asservandus est.

Asseſſor, Asseſſio, Asseſtrix, Vide ASSIDEO.

Asseuêro, asseuéras, pen. prod. (διαβεβαιοῦμαι, διισχυρίζω, ἰσχυρίζω,) asseuerare, est inter ipsa argumenta, probationesq; admiscere vim animi, motumque: quod declarat Quintilianus, quum inquit, Altera ex asseuerationе probatione est, Ego hoc feci. Tu hoc mihi dixisti, &. O facinus indignum. Hæc Valla lib. 5. Plin. libro 14. cap. 6. 8. De reliquis in Narbonensi genitis, asseuerare non est. Cic. 4. Verr. 43. Asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum. Hoc est seuerè quodammodo affirmat.

Asseuerare firmissime. Cic. Attico, lib. 10. 205. 7. Vnum illum firmissime asseuerabat, si damnati restituerentur, in exilium se iturum.

Asseuerare de. Cic. de Claris Orato. 109. Deinde interest, coràm videre quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret. Idem in Oratore 140. de quo tantopere hoc libro asseuerauí.

Asseuerare grauitatem, Constanter præ se ferre. Tacitus lib. 13. Nec defuerunt qui arguerent viros grauitatem asseuerantes, quòd domos vil lasque id temporis quasi prædas dimisissent.

Asseueror, passiuum, (διισχυρίζομαι,) Cic. 4. Verr. 16. Quæ est ista defensio? vtrum asseueratur in hoc, aut tentatur?

Asseuerantèr, Aduerbium, asseuerantius, asseuerantissimè, (διισχυριζόμενος,) Cum asseuerатione. Cic. Attico, lib. 15. 329. 9. Statius scripsit ad me, locutum secum esse Quintum Ciceroné valde asseueranter, se hæc

ferre non posse. Idem 4. Acad. 110. Multo etiam asseuerantius in Syria, quum esset mecum, & Paulo antequam esset mortuus.

Asseuerатè, aduerbium, (διισχυρισμένως,) Idem. Gel. lib. 7. cap. 5. Tragœdias poetarum nobilium scitè atque asseuerатè actitauit.

Asseueratio, verbale, (διισχυρισμός,) Affirmatio. Quintil. lib. 4. cap. 1. Quum præsertim quorundã probatio sola sit in asseueratione, & perseuerantia, vt ille parasitus, &c. Plin. lib. 29. cap. 4. 4. Tanta authoren asseueratione commendantur.

Asseuerationе affirmare. Cic. Attic. lib. 13. 281. 3. Omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensioni esse, quàm delectationi possessiunculas meas.

Assicco, assiccas, (ἐπεξαλτεύω,) assiccare, Siccare, vel Diligenter siccare. Colum. lib. 12. cap. 15. 5. Tum rursùm in sole assicca uit. * Idem lib. 12. cap. 50. Atque ita spongia omnis humor assiccatur, paulo pòst. nõnulli prius amurca deinde aqua vasa plouunt, & assiccãt.

Assiccesco, assiccescis, (ἐπεξαλτεύομαι,) assiccescere, Siccum fieri. Colum. lib. 12. cap. 9. 1. Expressos in cratibus pandere, dum assiccescant.

Assiculus, Vide ASSER.

Assideo, assîdes, assẽdi, assessum, (παρεδρεύω, παρεδρεύομαι,) assidère, Assistere, iuxta sedere: sine aliquo motu. Ouid. 5. Fast. 11. Assidet inde Ioui, Iouis est fidissima custos. Cic. Verr. 68. Sthenius est is qui nobis assidet. Idem pro Plancio 22. Assidẽt, pro hoc laborant.

Assidat eò. Cato, Vbi in chutra seruefeceris id lotium, sub sellam supponetur pertusam: eò mulier assidat.

Assidere apud. Plaut. Rud. 13. 47. Qui apud carbones assident. Idem Sticho. 13. 96. Nam dies totos apud portum seruos vnus assidet.

Assidere in. Plaut. Bacchid. In sella apud magistrum assidere. Cic. 7. Verr. 88. Quũ lachrymans in carcere mater noctes, diesque assidet.

¶ Assidere gubernaculis, assidere literis, pro assiduum esse. Plin. in Panegy. 134. Sed nunc gubernaculis assidet, nunc, &c. Idem epistol. 20. Qui tota vita literis assident.

¶ Assidere insano, pro Ad insaniam proximè accedere. Horat. 1. Epist. 5. 1. Parcus ob hæredis curam, nimiumque seuerus, Assidet insano.

¶ Assideri, pro Obsideri. Sallust. Amissumque oppidum assideri sine prælio audiebat.

Assidens, participium, (παρεδρεύων,) Horat. 5. Epod. 20.
Inquietis assidens præcordiis.

Assessio, Verbale, (παρεδρεύσις,) Ipse assidendi actus. Cic. Matio, lib. 11. 27. 9. Quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei, &c.

Assessor, assessoris, m. g. (σύνεδρος, παρεδρεύς,) Aliud Verbale, cuius officium est assidere præsidi, atque consulere. Cic. 1. de Diuin. 119. Assidebant quoque, & Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos sacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt, & Lacedæmonii regibus suis augurem assessorem dederunt. Vide pro Cluentio 61.

Assessura, assessuræ, penul. prod. (παρεδρία,) Vlpianus, De prouentu, Facilius quod Græci ἐφεδρικὸν, appellant, peti apud eos possunt, siquis fortè conditionis vel amicitiæ, vel assessuræ, vel alicuius alterius huiusmodi proxeneta fuerit.

Assestrix, (παρεδρευτρίς,) Fœmininum ab Assessor. Afranius, Diuinat. iam assestricem, me ad sese vocat.

Assido, assîdis, pen. prod. præteritum & supinum habet ab assideo, assẽdi, assessum, (καθέζομαι,) assidère, Cum mora est, & locorè de loco ad locum. Est autem (authore Valla lib. 5.) apud aliquem officii gratia sedere: vt puta ægrotum, aut regem, aut præfectum. Terent. Heaut. 1. 1. 72. Assido, accurrunt serui, foccos detrahunt.

Assidere in. Plaut. Aulul. 17. 20. In aca hic assidam sacra. Idem Rud. Adite hic in hanc aram. Cic. 2. de Orat. 123. In Tyburti fortè assedimus ego & Scio est, assedimus. Et 2. de Ora. 123. In Tyburti fortè assedimus ego & Marcus filius. Ité 7. Verr. 88. In carcere mater noctes diesq; assidet.

Assidere super. Cic. 2. de Finib. 96. Si scieris, inquit Catrecæus, aliquem occultè latere vspiam, & velle imprudentem aliquem super eum assidere, cuius mors tibi emolumentum futura sit, improbè feceris, nisi monueris ne assidat.

Et simul assidamus, inquam, si videtur. Cic. 1. Acad. 20.

Assidere, cum accusatiuo. Salluſ. Sed Hiempſal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Iugurthæ despiciens, Adherbalem dextra assedit, ne medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurtha foret.

Assiduus, assidua, assidium, Adiectiuum, (ἀδιάλειπτος, διαπαντὸς, προσκαρτερῶν,) Iugis, continuus. Festus, Assiduus dicitur qui in ea re quam frequenter agit, quasi consedisse videatur. Liuius 6. bel. Macedon. 32. Accedebat, quòd alter decimum iam propè annum assiduus oculis hominum fuerat.

Assiduus bella gerit, pro Assiduè. Propert. lib. 2. eleg. 13. 4.

Assiduus mecum fuit. Cic. pro. Cœlio 7.

Assiduus est in prædiis. Cic. pro Roscio Amerino 10.

Febricula assidua. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 14.

Labor

Labor assiduus & quotidianus. Cic. 3. de Orat. 33.

Noctes assiduæ. Horat. Epod. 15. 3.
Non feret assiduas potiori te dare noctes, Et quæret iratus parem.

Venatus assiduus. Virg. 9. Aeneid. 51.

Ver assiduum. Virg. 2. Georg. 30.

Frigore assiduo vitus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2. 2.

Assidua recordatione lætetur. Cic. 1. de Finib. 63.

Operam assiduam dare ludis. Lucret. lib. 4. 197.

Igne lucet assiduo focus. Tibul. 1. eleg. 1. 2.

Assiduo rapitur verrigine cœlum. Ouid. 2. Metam. 14.

Fletu alicuius assiduo augetur alterius molestia. Cic. pro Cluent. 11.

Assiduo labuntur tempora motu. Ouid. 15. Metam. 36.

Cantu assiduo resonat. Virg. 7. Aeneid. 3.

Fructibus assiduis lassa senescit humus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 3.

¶ Assiduus, Qui diligens est in re domestica curanda. Cic. de Senect. 52. Semper boni, assiduique domini referta cella vinaria, olearia, & penaria est, villaque tota locuples est.

Assidua ac diligens scriptura. Cic. 1. de Orat. 73. Si subitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facilè vincit, hanc ipsam profectò assidua ac diligens scriptura superabit.

¶ Assiduus, Locuples. Gal. lib. 16. cap. 10. Assiduus in XII. TAB. pro locupleте, & facilè munus faciente, dictus ab assibus, id est ære dando, quum id tempore Reip. postulat: extrauit à maneris pro familiari copia faciendi assiduitate. Cic. in Topicis. 7. Ex verbi vi argumentum sumitur, hoc modo, Quum lex assiduo assiduum vindicem esse iubeat, locupleтem iubet. Locuplex, assiduus, vt ait Aelius, appellatus est, ab asse dando. Festus, Alii assiduum, locupleтem, quasi multorum assium, dictum putarunt. Alii eum qui sumptu proprio militabat, ab asse dando vocatum existimarunt. Quintil. lib. 5. cap. 10. 38.

Assiduus scriptor, pro Locuplete, & probatissimo authore, cuius sit tanta in literis authoritas, vt fidẽ eius sequi debeamus, quasi idonei spondoris alicuius verbi. Gellius lib. 18. Ite ergo nunc, & quando fortè eritis otium, quærite an quadrigam & arenas duxerit è cohorte illa antiquiore, vel oratorum aliquis, vel poetarum, id est classicus, assiduusq; aliquis scriptor, non proletarius. Budæus.

Assiduior, Comparatiuum apud Varronem de Re rust. lib. 2. cap. 9. 11. Villatico verò gregi in fundum satis esse duos, & id marem, & fœminam. ita enim sunt assiduiores.

Assiduitas, penult. corr. (ἐπιμονὴ,) Diligentia. Cic. 1. Academ. 30. Quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. Idem pro Cornelio Balbo. 3.

Assiduitas & diligentia. Cic. Attico, lib. 2. 30. 4. Terentiæ pergrata est assiduitas tua & diligentia in controuersia Muluiana.

Assiduitas bellorum. Cic. 2. de Natu. deorum. 140. Assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi, neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident. Sic Qu. Cic. de Petit. Conſ. 5.

Summa assiduitate quotidiana aliquem tractare. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 3. 12. Quantum Hortensio credendum sit, nescio: me summa simulatione amoris, summaque assiduitate quotidiana sceleratissimè insidiosissimèque tractant.

Assiduitatis & operarum harum quotidianarum putat esse Consulatum. Cicero pro Murena. 18.

¶ Assiduitas, pro Iugi officio comitandi. Cicero pro Deiotaro. 30. Eandemque assiduitatem tibi præbuisse postridie. Idem pro Sext. Roscio, Vt vos facillimè possetis ex hac assiduitate eius vel solicitudine & molestia iudicare. Budæus.

Assiduè, Aduerbium, (ἀδιαλείπτως, διὰ τέλους,) Iugiter, Continuè. Cic. Attico, lib. 12. 258. 2. Neque enim ista maior admonitio, quàm quibus assiduè conficior & dies & noctes. Terent. Heaut. 3. 1. 53. Quid te futurum censes, quem assiduè exedent?

Assiduè, Sæpius. Virg. 2. eclog. 1. Assiduè veniebat. Seruius.

Assiduissimè autem mecum fuit Dionysius. Cic. de Claris Orat. 175.

Assiduò, (διαπαντὸς,) Idem quod Assiduè. Plaut. Mil. 3. 52.
Dum tale facies quale adhuc, assiduò edes,
Communicabo te semper mensa mea.

Assigno, asignas, (σφραγίζω, περιτίθημι, διανέμω,) asignare, Dare & distribuere. vt Asignare agros. Liuius. 2. ab Vrbe. 176. Virginius dicere passurum se asignare agros, dum necui, nisi ciui Romano, assignentur. Cic. 2. Philipp. 60. Duo millia iugerum campi Leontini Sexto Clodio Rhetori assignasti, & quidem immunia.

Agros asignare, pro In colonias deducere. Horat. 2. Epist. 1. 2.
– aspera bella
Componunt, agros asignant. Porphyrio.

Asignare colonis agros. Cic. contra Rullum. 10. Scriptum est enim, quę in municipia, quasque in colonias Decemuiri velint, deducant colonos quos velint, & iis agros assignent quibus in locis velint.

Assignari sorte. Brutus Ciceroni lib. 11. 20. 9. Aequaliter aut sorte, agros legionibus assignari puto oportere.

Mihi ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupari potest. Cic. Attico, lib. 3. 60. 4.

Agri assignati per eum. Cic. in L. Pis. 69. Vectigalem prouinciam, singulis rebus, quæcunque venirent, certo portorio impositio, seruis tui è publicanis à te factam esse meministi? quid? Centuriatus palàm venditos? quid? per tuum seruulum ordines assignatos?

Assignati à Prætore apparitores. Cic. 5. Verr. 50.

Natura aubus cœlum assignauit. Plin. lib. 10. cap. 50. 3.

Assignare aliquid suo loco. Colum. lib. 12. cap. 2. 5. Nam & vnumquodq; facilius consideratur, quum est assignatum suo loco: & siquid fortè ab eo est, ipse vacuus locus admonet, vt quod deest, requiratur.

* Assignare bonos iuuenes famæ. Plin. Ep. 23. lib. 6.

Assignare alicui dignationem principis. Tacitus in libello Germanorũ, Insignis nobilitas, aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentibus assignant.

Assignare morbos certis partibus. Celsus lib. 3. cap. 18. Supersunt verò alii corporis affectus, qui huic superueniunt, ex quibus eos qui certis partibus assignari non possunt, protinus iungam. Id est qui nõ possunt esse propriè certarum partium corporis, & qui sunt ita in totis corporibus, vt his certæ sedes assignari non possint.

Assignatum tempus implere. Plin. Epi. 116. 6.

Assignatum à deo minus humanum defugere. Cic. in Somnio Scip. 12.

Assignare libertum (vt ait Modestinus de Verb. signif.) est hoc testari, cuius ex libertis libertum eum esse velit.

Assignare, Imputare, Attribuere culpam. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 4. 1. Amabo te mi frater, ne o vno meo fato, & tu, & omnes mei corruistis, improbitati, & sceleri meo potius, quàm imprudentiæ, immisericordiæque assignes. Item Cecinna Ciceroni libro 6. 7. 6. Necesse est infirmitati aut inuidiæ assignetur. Sic assignare ciuitati, vnius amentiam, Liu. 6. bel. Maced. 110. Cic. in Bruto. 37. Hęc si minus apta videntur huic sermoni, Brute, Attico assigna.

Assignare infirmitatem deo. Plin. lib. 2. cap. 1. 3.

Assignare culpam fortunæ. Cic. 7. Verr. 102. Sic apud Plin. li. 2. cap. 7. 8. Astroque suo cuentus assignat, & nascendi legibus.

Assignatio, Verbale (περιτίθησις) Attributio. Cic. Rutilio, li. 13. 9. 4. Quum Cæsar Syllanas venditiones, & assignationes ratas esse velit, quo firmiores exitimentur suæ. Sic Assignatio agrorum apud eundẽ, 4. Philipp. 158. Et pro Lege Agraria. 85.

Assilio, assilis, assilui, pen. corr. & assiliui, assultum, (ἐπιπηδάω,) Assilire, Ex ad & salio compositum, significat ad aliquid salire, aggredi. Plin. lib. 9. cap. 42. 2. Eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes piscículos pertrahens, donec tam propè accedant, vt assiliat. Ouidius. 11. Metam. 106. Quum sæpe assilui defensæ incœnibus vrbis. Seneca in Thyeste. 8. 17.
– tamque demissa mora Assiluit aris.

Assilire in ferrum. Silius lib. 10. 1.
Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem.

Assilire à tergo. Silius lib. 7. 141.

Assilire ad aliquod genus orationis. Cic. 2. de Orat. 113. Nam neque assiliendum statim est ad illud genus orationis, abesit. 11. totum à causa.

¶ Assilire, dicitur de maribus brutis, quum fœminas ineunt. Colum. lib. 6. cap. 37. 7. Nam usi penus ea marem cognouit, assilientem admissarium calcibus protundat.

Assiliens, assilientis, Participium. vt Assilientia æquora. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. 2. Et lib. 6. Metam. 22.
Ipsa videbatur terras spectare relictas,
Et comites clamare suas, tactumque vereri Assilientis aquæ.

Assultus, huius assultus, Verbale, (ἔπαλξις,) Ipse assiliendi actus. Virgilius. 5. Aeneidos. 88.
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
Arte locum, & variis assultibus ictus vrget.

Assulto, assultas, (ἐπιπηδάω,) assultare, Frequentatiuum. Plin. li. 8. ca. 40. 9. Mox ingruit assultãs, cõtrasq; bellua exurgẽs &c. Idẽ li. 9. ca. 42. 1. Assultãt illi protinus. Idẽ lib. 2. cap. 83. 1. Namque mõtes duo interse concurrerunt, crepitu maximo assultantes, recedentesque.

Assultare cum datiuo. Silius lib. 7. 21. Iam cernes Libycum huic vallo assultare leonem. Tacitus in vita Iulii Agricolæ, Agricola iter hostium ab exploratoribus edoctus, & vestigiis insecutus, velocissimos equitum, peditumque assultare tergis pugnantium iubet.

Assultare cum accusatiuo. Statius. 11. Thebaid. 49. Porrarumque moras frænis assultat & hastis.

Assultim, aduerb, (ἐπαλξαμένως,) Assiliendo. Plin. lib. 11. cap. 24. 1. Phalangia ex his appellantur, quorum noxii morsus, corpus exiguum, vastum, acuminatum, assultim ingredientium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assimilis, & hoc assimile, pen. corr. (προσόμοιος) Ex ad, & similis, Prorsus similis. Cic. 2. de Nat. Deorum. 205. In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongijs mollitudo ad hauriendum spiritum aptissima. Plaut. Merc. 23. 112. Quasi tu minquam quicquam assimile huic facto feceris. Plin. lib. 24. cap. 8. 10. Iuniperus vel ante cætera omnia excalfacit, extenuat, cedro assimilis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 17. Fratribus assimilis.

✱ Assimilemque sui longa assuetudine facit. Ouid. de Trist. eleg. 5.

Assimile hoc est, quasi. Plaut. Truc. 11. 10.
– nam hoc assimile est
Quasi de fluuio qui aquam deriuat sibi.

Assimiliter, pen. corr. (προσομοίως,) Verbale. Plinius lib. 11. cap. 49. 2. Contrà mulierum paucis prodigiosa assimulatio.

Assimulatus, penult. producta. Participium, (προσποιητός,) Cicero pro Cælio. 9. Tum etiam multos fortes viros & bonos, specie quadam virtutis assimulatę tenebat, hoc est fictæ. Familiaritas assimulata. Cicero pro Cluentio. 37.

Assimulata externis miraculis. Tacit. lib. 11. Fauor plebis acrior in Domitium, loco præsagij acceptus est: vulgabaturque affuisse infantiæ eius dracones in modum custodum, fabulosa & externis miraculis assimulata. ✱ Quintil. lib. 9. Sed assimulata & arte composita procul dubio schemata sunt.

Assis, huius assis. m. g. (ασσις) idem quod as. Vide ASSER.

Assula, assulæ. pen. corr. (σανιδάκμβε) Diminutiuum. Plau. Merc. 4. 20. At etiam cesso foribus facere his assulas? Plin. lib. 9. cap. 15. 4. Cæsis quernis assulis simillima. Festus, Assulę, quæ sunt securibus excisæ.

Assulatim, pe. prod. Aduer. (κατὰ σανιδάκμβε) Minutim, & in assulas. Plaut. Capt. 1. 363. Prius q̃ pultatio assularim foribus existiũ affero.

Assulate, penult. prod. Aduerb. (σανιδακμάτως,) Idem significat. Plin. libro. 11. cap. 22. 3. Calamus melior, qui assulatè potius, quàm rapha ni modo frangitur.

Assis, (ἄσσαρίον) pro libra. Vide A. Donat⁹, Assis, libra erat: cuius que partes, unciæ.

Assis ab antiquis dicebatur, nunc as. nam assis genitiuus est.

Assipondium, assipondii, pen. corr. (μνᾶ,) significat unum pondo. Varro de Lingua Latina, lib. 4. Quod unum pondus, assipondium dicebatur: id ideo quòd as erat librae pondus.

Assisto, assistis, astiti, astitum, pen. corr. (παρίστημι,) assistere, Astare est, hoc est stando præsentem & iuxta esse. Plaut. Merc. 24. 16. Ego assistam hinc altrinsecus.

¶ Assistere, Quiescere non moueri. Plin. lib. 36. cap. 16. 2. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patit mores: trahit nanque à magnete lapide: domitrix quę illa rerũ olim materia ad inane nescio quid currit atque vt propius venit, assistit, teneturque, & complexu hæret.

Assistit rectus. Cic. 3. de Finib. 83. Ita tacere talũ vt rectus assistat. Ouid. 7. Metam. 130. Ac se attollere humo, rectoque assistere trunco.

Assistere propter aliquẽ. Terẽt. Adel. 2. 1. 15. Hîc propter hunc assisto.

Assistere ad fores. Cic. 3. Verr. 46.

Diuinis assistere. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 23.

Assistere in armis. Virgil. 11. Aeneid. 142.
Tradit equum comiti, paribusque assistit in armis.

Assiste precanti. Ouid. 1. Fast. 126.

Assistere contra aliquem. Cic. 2. de Leg. 16. Nec quia nusquam erat scriptum, vt contra oẽs hostium copias in ponte vnus assisteret, ideò pontem interscindi iuberet, idcirco minus Coclitem illum rem gessisse tantæ fortitudinis lege, atque imperio putabimus.

Assistens, Participium, (παρίστας,) Quintil. lib. 11. cap. 1. Vel iudici, vel etiam assistentibus ratio nostræ moderationis probari debet. Gellius lib. 2. cap. 2. Et cum assistentibus nobis sermocinabatur. Stat. 9. Theb. 167. Nec mora, quum mœstam monitu Latoida duro
Increpat assistens.

Asso, asas, (σανδῶμαι,) Vide ASSER.

Asso, asas, (ὀπτάω,) assare, videtur latinum esse: vnde Assum, à quo Inasatus. Plinius libro. 30. cap. 10. Alij in cibo, in figuris verubus inasatum.

✱ Asa & elixa. Cel. lib. 7. cap. 4. Transeundum paulatim ad asa & elixa. Vide ASSVS.

Asarius, adie. Ouum, (ὀπτός,) Quod asatum est antiquum vocabulum. Cato de Re rust. cap. 132. Vestæ si voles dato, daps Ioui asaria pouina, vrna vini Ioui caste.

Associo, associas, (συναγελάζω,) associare, Socium se adiungere.

Associare passus, Simul iter facere. Stat. 3. Theb. 91.
– cornua summis Associant malis.

Assolet, pen. corr. (ἔωθεν, φιλεῖ) ferè impersonale legitur, posita in hac tantum persona, pro fieri solet: compositum ex ad, & solet. Plaut. Epid. 2. 5. Venire saluum gaudeo. T. quid est? Assolet esse quod assoler. Cic. 2. de Leg. 36. Neve initiantor: nisi, vt assolet, Cereri Græco sacro. Idem. 2. Philipp. 88. Prima classis vocatur: tiatur: deinde, vt assolet, suffragia. Liu. 1. ab Vrbe. 120. Vbi illustratus oribus, vt assolet, vocari ad concionem vtrunq; exercitũ iubet.

Assolent. Terent. And. 3. 2. 1.
Adhuc Archillis quæ assolent, quæque oportet,
Signa ad salutem esse, omnia hunc esse video. Vbi Donatus assolere consuetudinis est: Oportet, rationis. Cicero secundo de Inuentione. 213. Si mihi filius genitus fuerit vnus, plurésve, is mihi hæres esto. Deinde quæ assolent. Postea, &c. Plaut. Quæque assolent, parari volo. Liuius lib. 9. Agentibus diuina humanaque quæ assolent, quidnam dimicandum est Consulibus.

Assoleret. Cic. 2. de Nat. Deor. 15. Gracchus ad Senatum retulit. Senatus ad quos assolerer, referendum censuit.

Assono, assonas, pen. corr. assonui, assonitum, (παρηχέω,) assonare, Resonare, sine simul sonare. Persius Saty. 1. 11. Euoe ingeminat, reparabilis assonat Echo.

Assono, datiuo iunctum. Ouid. 3. Metam. 51. Plauxerunt Dryades, plausere gentibus assonat Echo. Hoc est velut respondet.

ASSVERVS, vt testatur Iosephus, fuit Cyrus Xerxis filius, qui post Darium patruum, Persidis rexit Imperium. Hunc Cyrum dixit Artoxerxem apud Græcos vocari, qui Longimanus cognominatus regnauit quadraginta annis.

Assuesco, assuescis, assuẽui, assuẽtum, penul. prod. (ἐθίζομαι, συνηθίζω) assuescere, verbum neutrum, Ex ad, & suesco. Suesco à verbo antiquo Sueo, sues, sueui, Eniti longa consuetudine aliquid facere. Cic. 4. Acad. 105. Vt mater geminos iteruolcit cõsuetudine suos. Ita eos imitari internoscere, si assueueris.

Assuescere à teneris. Virg. in Geor. Adeò à teneris assuescere multum est. Quint. lib. 1. cap. 2. 13. A tenero assuescat non reformidare hostem.

Assuescere assiduitate. Cic. 2. de Nat. Deor. 140. Assiduitate quotidiana & consuetudine oculorum assuescunt animi, neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum quas semper vident.

Imperio assuescere. Claudian. 4. Paneg. 16.

Aquis assuescere. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 2.
Nec cœlum patior, nec aquis assueuimus istis.

Assuescere legibus. Luius. 1. ab Vrbe. 78. Quibus quum inter bella assuescere viderer non posse, quippe efferatis militia animis, &c.

In hoc assuescat, huius rei sibi naturam faciat. Quintil. lib. 2. cap. 4. 13.

Assuescere, cum infinitiuo. Cic. 5. de Finib. 8. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret vocę vincere. Virgil. 8. Aeneid. 102. – tua cernere facta Assuescat. Stat. 1. Thebaid. 61. Exangues animare assueuerat vmbras. Ouid. 3. Fast. 100. Assueui semper amare virum.

Prodesse assueuit fortibus. Ouid. 3. de Pont. eleg. 1. 18.

Votis iam nunc assuesce vocari. Virg. 1. Georg. 9.

Pluribus mentem assuescere. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 22.

Assuescere os veteri assuescere sedi. Celsus lib. 8. cap. 10. Atqui ita deligãdo, assuescere iterũ veteri sedi cogit. Loquitur de osse reposito in sede suam.

Assuescere bella animis. Virg. 6. Aeneid. 167. Nec tanta animis assuescere bella. Vbi Seruius, Mirè dixit: ib ipsis enim quasi consuetudinem fecit Pop. Romanus bellorum ciuilium.

Assuescitur, pen. corr. impersonale. Liuius. 2. ab Vrbe. 3. Charitasq; ipsius soli, cui longo tempore assuescitur, animos eorum consociabat.

Assuetus, penult. prod. (συνήθης, συνήθεσσι, ἐθάς,) Participium ab Assuesco, Qui longò vsu doctus est. Plin. lib. 15. cap. 30. 6. Assuetis eò dona mittere, iam & regibus Romanis.

Assuetus labore assiduo. Cic. 3. de Orat. 33. Homines labore assiduo & quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt.

Amore prædæ assuetus. Ouid. 13. Metam. 112.

Bellis assuetus Opheltes. Virg. 9. Aeneid. 43.

Assuetus mendacii. Cic. pro Plancio. 17.

Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo. Virg. 7. Aeneid. 7.

Studiis mollibus assuetus. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 15.

¶ Assueti longo muros defendere bello. Virg. 9. Aeneid. 106.

Græcari assuetum Romana fatigat militia. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 3. Græcari, Id est luxuriari, pergræcari.

Tecto succedere assuetus coluber. Virg. 3. Georg. 81.

¶ Nõ assuetas ad sceptra manus Post terga dabit. Senec. in Troa. 2. 17.

Assuetus in iura. Liuius. 4. bel. Pun. 22. Et iam inde à puero in omnia familiaria iura assuetum.

Paruo assueta iuuentus. Virg. 2. Georg. 95.

¶ In arte assueta tempus ponere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 8.

De more assueto belli, Vt bello fieri consueuit. Sil. lib. 7. 53.

Gestamen assuetum dextræ. Stat. 6. Thebaid. 142.

Seruitium assuetum. Propert. 1. eleg. 4. 1.

¶ Longius assueto lumina nostra vident. Ouid. epist. 6. 15.

¶ Assuetior, comparatiuum. Liuius. 2. bel. Pun. 78. Ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa, rupesque aptior ac leuior.

Assuetus, cum genitiuo. Liuius. 8 bel. Maced. Romanis Gallici tumultus assuetis, etiam vanitates notæ sunt.

Assuetudo, pen. prod. (συνήθεια.) Verbale, Consuetudo. Ouid. lib. 2. de Arte amandi. 69. Nihil assuetudine malus. Idem. 1. de Trist. eleg. 5. 6. Assimilemque sui longa assuetudine facit. Liuius. 5. bel. Pun. 152. Postremò ita assuetudine mali efferauerat animos. Ouid. 10. Metam. 35. Longaque alit assuetudine flammas.

Assuetudo voluptatum. Tacit. lib. 12. Degenerabat à labore ac virtute miles assuetudine voluptatum & contemptu ducis.

Assuefacio, assuefacis, pen. corr. assuefeci, assuefactum, (ἐθίζω,) assuefacere: Ex ad præpositione, & duobus verbis, nempe Sueo, sues obsoleto verbo, & Facio compositum. Est (authore Sipontino) vsu docere. Liuius. 2. bel. Pun. 54. Neque vniuerso periculo summa rerum cõmitte batur, & paruâ momenta leuium certaminum ex tuto captorũ, finitimorum receptu, assuefaciebant territum pristinis cladibus militẽ, minus iam tandem aut virtutis aut fortunæ pœnitere suæ. Cic. de Prouinciis Consul. 26. Imperio Pop. Romani parere assuefecit.

Assuefacere alicui rei. Plin. lib. 10. ca. 43. 1. Pullus maturè sermoni assuefactus. Liu. 1. ab Vrb. 103. Ea secretis viri alieni assuefacta sermonib⁹.

Discere & assuefacere se. Cic. de Claris Orat. 4. Quæ didiceram, quibúsque me assueferam.

Assuefacere aliquem alicui rei. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 8. Itaq; orbus his rebus omnibus, quibus & natura me, & voluntas & consuetudo assuefecerat, cum cæteris, vt quidem videor, tum ipsi mihi displiceo.

Assuefacere aliquem ad supplicia. Liuius. 3. ab Vrbe. 110. Id modò simul orant ac monent, vt ipsis ab inuidia causaturi nec suo sanguine ad supplicia patrum, plebem assuefaciant.

Assuefactus, Participium, (ἐθισθείς) Cic. 2. in Catil. 31. Idem stuprorum & scelerum exercitatione assuefactus, frigore & fame & siti ac vigiliis perferendis, fortis ab iis istis suis sociis prædicabatur.

Assuefactus cum. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 171. Cum Lusitanis, reliquisque barbaris genere quodam pugnæ assuefacti.

Assula, Vide ASSIS.

Assulto, Assultus, Vide ASSILIO.

Asum, ades, affui, (πάρειμι,) adesse. Vide ADSVM. Cicero pro Quintio. 3. Certe aut apud te & eos qui tibi assunt: aut ex eo loco, &c. Seneca in Here. furente. 9. 6. Votum secundet, qui potest, nostrum deus, Rebusque lassis assit.

Assûmo, assûmis, penult. producta. assũmpsi, assũmptum, (πάρειμι, προσλαμβάνω, προσθίζομαι,) assumere, signi ficat accipere.

Artem assumere. Cic. 3. de Finib. 28. Artes etiã ipsas pp se assumendas putamus. Idem. 1. de Orat. 109. Aliam quoq; artem sibi assumpserit.

✱ Assumere aliquid authoritatis. Cic. Bruto.

Copiam assumere dicendi. Cic. 1. de Orat. 83. Quod quum Scævolę fratter esset, solitus est ei dicere, neque illum in iure ciuili satis illi artí facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset.

Generum, vel vxorem assumere. Plin. in Paneg. aut inconsultius vxor assumpta, aut retenta patientius. Idem de Viris Illust. Qui quum adolescentem, generã Tarquinio assumptus est.

Genus orationis assumere ad causam aliquam. Cic. in Orat. 121. Genus autem hoc orationis, neque totum assumendum est ad causas forẽses, neque omnino repudiandum.

Foris, vel Extrinsecus assumere. Cic. 2. de Orat. 89. Quid enim est in quo hæreat, qui viderit omne quod sumatur in oratione, aut ad probandũ aut ad refellendum, aut ex iua sumi vi atque natura, aut assumi foris. Idem in Topicis. 5. Ex his locis in quibus argumenta inclusa sunt, alii sunt eo ipso de quo agitur, hærentali assumuntur extrinsecus.

Inuidiam assumere. Cic. Art. lib. 2. 34. 8. Ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam assumpsissem.

Noctes assumere aliquãtum. Cic. ad Gallum, lib. 7. 16. 4. Atque equidem aliquantum iam etiam noctis assumo.

Nonnihil sibi nitoris Assumere. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.

Robur assumere. Ouid. 15. Metam. 85.

Sacra assumere de. Cic. pro Corn. Balbo. 44. Sacra Cereris quum esset ea de Græcia assumpta, &c.

Spem assumere. Tacit in Vita Agricolę, Nec spem modò ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur assumpserit.

Vires assumere. Ouid. 13. Metam. 188.

Voluptatem assumere. Cic. 1. de Finib. 52. Omnis voluptas assumenda est, omnis dolor depellendus.

¶ Assumere aliquem. Horat. 1. Epist. 5. 6. Et nisi cœna prior, potiorque puella Sabinum Detinet, assumam.

Assumere aliquem in consilium. Petere ab eo consilium. Plin. Iunior, Assumo te in consilium rei familiaris, vt soleo.

Assumere in societatem. Liu. 2. ab Vrbe. 92. Rursus occultum parant bellum, Hernicis in societatem armorum assumptis.

Assumere aliquem in nomen: pro Cooptare in familiam & ius nominis. Plin. Epist. 171. Quinetiam Domitius Afer, qui illos in nomen assumpsit, reliquit testamentum, ante octo, & decem annos nuncupatum.

In exemplum operis aliquem sibi assumere. Quintil. lib. 5. cap. 12. 16. Id est præponere aliquem sibi quem in opere suo imitetur & exprimat. De Pictoribus hoc dicit.

Assumere ex. Plin. ad Iulium Genitorem lib. 3. Epi. 11. Vtà C. Musonio ex omnibus omnium ordinum affectatoribus assumeretur.

¶ Assumere oratores dicuntur, qui quid afferunt quod faciat ad ostendendã propositionẽ. Cic. 2. de Diuin. 158. Deinde assumunt, Sit autẽ diuinquod ipsum non ab omnibus conceditur. Sic. 4. de Finib. 84.

Authoritati assumere. Cic. pro Sylla. 64. Dico illud quẽ in his causis conuiuationis non authoritati assumo, sed pudori meo.

¶ Assumere, (σφετερίζεσθαι,) Est multum, & penè nimium sibi tribuere. Cic. 2. Offic. 4. Si id mihi assumo, videor id meo iure quodamodo vendicare. Idem pro Sylla. 64. Ego verò Iudices, non modò nihil mihi assumo, in quo quispiam repugnet: sed etiam fiquid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto. Valla lib. 6.

Assumere suæ laudi. Cic. 1. de Nat. Deor. 126. Tum diis gratias agimus, tum nihil nostræ laudi assumptum arbitramur.

Assumere sibi, & Detrahere alteri, contraria. Cic. 3. Offic. 29. Et id quod alteri detraxerit, sibi assumat.

Laudẽ assumere. Cic. p Mur. 29. Qui laudẽ illo Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat, eamdẽ hic sibi ex Asiæ nore assumpsit.

¶ Assumere, pro Efitare & cibum sumere. Celsus, Iuuenum minus interest, quę assumant, & quo modo cureutur.

Assumere semel die epulas, Est semel in die comedere. Cels. lib. 1. cap. 3.

Assumere cibum & potionem. Cor. Celsus lib. 1. in proœmio, Naturales verò corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus & emittimus, cibum potionemque & assumimus, & coquimus.

Assumptus, Participium: vt Assumpta lyra. Ouid. 3. de Arte amandi. 29. Extrinsecus auxiliis assumptis factum tueri. Quintil. lib. 7. cap. 5. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratione argumentandi à Dialecticis assumpta. Quint.lib.2.cap.4.29.
In hoc assumpta à nobis subtilitas &c. Quintil.lib.3.cap.11.14.
Viribus assumptis pleno iam alueo fluit. Quint.lib.2.cap.1.4.

Assumptio, Verbale, (προσλῆψις,) Acceptio. Cic.3.de Finib.28. Artes etiam ipsas propter se assumêdas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum assumptione, tum, &c.

Assumptio, particula orationis (vt ait Cicero lib.1.de Inuent.81.) p quã id quod ex propositione ad ostẽdendum pertinet, assumitur. Idem.2. de Diuin.164. Iam assumptione non concessa, nulla conclusio est.

Assumptionẽ & assumptum Dialectici vocant primã partẽ syllogismi imperfectũ: nempe quum duas tantũ habet partes, & est enthymema oratorium. Assumptio est Fabio, Minor propositio syllogismi, lib.5.cap. vltimo, sicut Propositionem vsurpat pro Maiore.

Assumptiuus, penult. producta. (ἀντίληπτικός,) Hermog. Verbale, Quod assumit. Cicero.1.de Inuentione.21. Ac iuridicialis quidem ipsa in duas distribuitur partes, absoluram & assumptiuam. Et paulò pòst, Assumptiua est, quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem, foris autẽ aliquid defensionis assumit.

Assuo, assuis, pen. corr. assui, assũtum, pen. prod. (προσράπτω,) assuere, Suendo annectere. * Hor. in Arte poet. Purpureus late qui splendeat vnus & alter. Assumitur pannus.

Assurgo, assurgis, assurrexi, assurrectum, (προσανίστημι, προσεγείρομαι,) assurgere, Ferè idem quod surgere. Cicero pro Cluentio.155. Quæ dum laudatio recitatur, vos quæso qui eam detulistis, assurgite.

Assurgere ex morbo. Liuius.3.ab Vrbe.102. Ex quo semel fuerit æger, vnquam non modo visum in publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo. Tacitus lib.18. Valentem è graui corporis morbo tum primũ assurgentem infirmitas tardabat.

Assurgere ex voraginibus. Liuius, Galli neque sustinere se prolapsi, neq; assurgere ex voraginibus poterant.

Mollibus assurgit stratis. Claud. in Nupt. Palladii & Serenæ.6.

¶ Assurgunt sani vt stent, aut vt obuiã cant: assurgunt ægroti vt sedeãt, aut vt cubito innitantur: vtroque modo in alterius honorem, aut officii, aut beneuolentiæ causa hoc agentes. Ideoq; ferè adiungitur datiuus. Hæc Valla lib.5. Virg. in Sileno, eclog.6.14. Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit olis. Vbi Seruius, Assurrexerit, honorem præbuerit: vt, Tmolus assurgit, quibus & rex ipse Phenæus. Id est, cedit. Cic. in Pisonem.20. An verò reliquo tempore Consulem te quisquã duxit? quisquam tibi paruit? quisquam tibi in curiam venienti assurrexit?

Honori alicuius assurgere. Stat.2. Thebaid.12.
– sopor obuius illi
Noctis agebat equos, trepidusque assurgit honori
Numinis, & recto decedit limite cœli. i. Sopor cedebat venienti Soli.

¶ Assurgere in arborem, id est crescere in altitudinem arboris. Plin.lib. 24.cap.4.4. Maior, in arborem, salicis modo assurgit.

Assurgit L. millibus passuum. Plin.lib.2.cap.65.3. Mihi incerta hæc conjectatio videtur, haud ignaro quosdam Alpium vertices longo tractu nec breuiore L. millibus passuum assurgere.

Assurgit in septem vlnas, & in altitudinem. Virg.3. Georg.71.
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu late, septemque assurgit in vlnas. Vbi Seruius, Septem assurgit in vlnas, Crescit in septem vlnas. Plin.lib.13.cap.12.4. Duo ferulæ genere amarthecæ Græci vocant, assurgentem in altitudinem: narthecium verò semper humilem.

¶ Assurgit insula monte. Plinius lib.4.cap.12.17. Cingitur quinque M. passuum: assurgit Cyntho monte.

Mons assurgens. Colu.li.2.cap.2. Collẽ clemẽter & molliter assurgẽtẽ.

Turres assurgunt. Id est extruuntur. Virgil.4. Aeneid.18.
Non cœptæ assurgunt turres, &c.

Tumor assurgit. Celsus lib.2.cap.8. Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt.

¶ Animus assurgit. Quintil. Interim & sublimitati heroici carminis animus assurgat, & ex magnitudine rerum spiritum ducat.

Assurgere animo. Stat.10. Thebaid.44. Gaudet in aduersis, animoque assurgit Adrastus.

Iræ assurgunt. Virgil.11. Aeneid.100.
Tum verò assurgunt iræ.

Querelis assurgere. Virgil.10. Aeneid.19.
– nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita inrgia factas.

Assurgere dicitur Orion. Virgil.1. Aeneid.108.
Quum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.

¶ Assurgere dicitur Orator, qui sublimiter loquitur, vt ait Budæus. Quintil. Rarò assurgit Hesiodus.

¶ Assurgi, passiuum, siue impersonale. Cic. de Senect.58. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur leuia, atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli.

¶ Assurrectum est, & assurgitur. Sueton. in Octa. Augusto. cap.56. Eisdem prætextatis adhuc assurrectum ab vniuersis in Theatro, & assentibus plausum grauissimè questus est. Cicero.1. de Inuentione.64. Ve maioribus natu assurgatur.

Assus, assa, assum, (ὀπτός,) ab areo, ares, vel ardeo, ardes: hoc est ad ignem torrefactus. Plau. Mostel.1.5.65. Ne faxis mam elixus esse, quàm assus soleo suauior. Horat.2. Serm. Saty.2.11. Sequis nunc mergos suaues edixerit assos, &c. Plinius lib.19.cap.3.6. Caule ipso, & homines vescebantur, decocto aso, elixoque. Cic. Papirio Pæto, li bro nono. 20.3. Integram famem ad ouum affero: itaque vique ad assum vitulinum opera perducitur.

* Assa & elixa. Cel. lib.7.cap.3. Transeundũ paulatim ad assa ab elixis.

Assa in balneariis. Cic. ad Qu. frat lib.3.1.7.3. In balneariis assa in alterum apodyterij angulum promouit: propterea quòd ibi erant posita, vt eorũ vaporariũ, ex quo ignis erumpit, esset sub rectum cubiculi.

Assa vox. Vide ASSA.

Assus sol. Cic. Attì. lib.12.36.2. Et pro isto aso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, à te nitidum solem, vnctumque repetimus.

ASSYRIA, (Ἀσσυρία,) Regio Asiæ maioris, quæ nunc Syria dicitur, habens ab Ortu Indiam, ab Occasu Tygrim fluuium, à Meridie Mediam, à Septentrione Caucasum: vnde Assyrii, qui postea Syrii, & 21. Hanc Porphyrio & Acron volunt prius dictã Syriã, postea vocabula syllaba Assyriam vocitatã. Alii quadripartitã faciunt diuisionẽ in Syrios, Assyrios, Leucosyrios, & Coelesyrios. Plinius duplicem Syriam assignat: vnam Palæsthinam, alteram Antiochiã. Dicta est autẽ Assyria (teste Augustino lib.15. de Ciui.) ab Assur filio Sem.

Dines Assyria. Tibul.3.eleg.2.5.
Illic quas mittit dines Panchaia merces,
Eoique Arabes, dines & Assyria.

Assyrius, adiectiuum, (Ἀσσύριος,) Qui est ex Assyria: vt Amomum Assyrium. Virgilius.4.eclo.5. Et Lucanus lib.4.61. Assyrii serutator pellidus auri. Assyrii, inquit Cicero lib.1. de Diuinatione.3. Propter planitiem, magnitudinemque regionum quas incolebant, quum ex omni parte patens atque apertum intuerẽtur, traiectiones, motusque stellarum obseruauerunt, quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt.

Ast, (ἀλλά,) coniunctio est discretiua, qua poetæ vruntur pro at, sed. Vallabam illam breuem, interiectione l, longam faciences, Authore Valla libro secundo. Festus, Ast, significat at, sed, autem. Plaut. Neque eos antiquos seruas, ast captas nouos. Virgil.1. Aeneidos.10. Ast ego quæ diuum incedo regina. Horat.1. Serm. Saty.6.25. Ast vbi nos suum sol acrior ire lauatum Admouit.

Ast coniunctione etiam Oratores vsi sunt, pro particula Sed. Cic. Arato lib.1. Epist.11.24. Tu si vno in loco es futurus, crebras à nobis expecta: ast plures etiam mittito. Eidem libro.3.5.10. Quæ tamen vt des agi posse, aut quomodo per Senatũme? ast rote scripsisti aliquoddam, &c. Liuius.10. ab Vrbe.89. Bellona si hodie nobis victoriã duis, ast hîc ego templũ tibi voueo. Hoc loco videtur accipi Ast pro tũ, vel certè oppidõ Liguriæ antiquũ, nomẽ adhuc retinẽs, Aetha. Hinc Astapus, pi, Fluuius. Plinius tamen lib.5.cap.9. de Astapo, sic scribit, Mius Astapus cognominatus est, quod illarum gentium lingua significat aquam è tenebris profluentem.

Astaphis, peo. corr. astaphidis, f.g. (ἄσταφις,) Vua passa dicitur. Plin.lib.23.cap.1. Vua passa, quam astaphida vocant.

stomachum, ventrem, interanea tentaret.

Astaphis agria, siue staphis, quam vuam taminiam aliqui vocant falso, (suum enim genus habet) cauliculis nigris, rectis, foliis labrusc æ, sed foliculos verius quàm acinos, virides, similes ciceri. Hæc Plinius, lib. 23.cap.1. circa principium. Ruellius lib.3.cap.141. Staphis agria Germanis herba pedicularis dicitur. folium habet labruscæ, diuisuraque scissum, cauliculis rectis, &c. Paulò pòst, Plinius astaphin agriam, vel staphin, vuam taminiam ab aliquibus, vt Celso, vocari falsò existimat. suum enim genus haber, cauliculis nigris &c. Item paulò pòst, Pituria quoque dicitur, officinis hodie Staphis agria.

ASTARTE, (Ἄστάρτη,) Dea fuit Syrorum, vt Aelianus author est. Sorte qui putent eam esse, quę & Derceto dicitur & Atergatis. Sed eam esse Venerem quartam, quæ Adonidi nupserit, Cicero manifestum facit libro de Natura Deorum tertio.

Asteismos, fœm. gen. (ἀστεισμός,) Latinè dicitur vrbanitas & salsitas. Tropus est Grammaticis: De qua sic Diomedes lib.1.cap.de Orationis virtutibus & tropis.

Aster, astri, Græcè ἀστήρ, ἀστέρος, m.g. Latinè dicitur stella.

ASTERIE, (Ἀστερία,) filia fuit Coi Titanis filii, vt Theodontio placet. Hęc autem, vt ait Fulgentius, pòst vitiatam Latonam à Ioue effecta est, à quo in aquilam verso oppressa fuit: eique ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem, vt quibusdam placet, aduersus Iouem sentiens, & eius fugiens iras, deorum miseratione in coturnicem versa est, quæ Græcè vocatur ὄρτυξ: monumenque dedit insulæ, in quam aufugerat, vbi à Ioue in lapidem mutata est, vndisque demersa & ab

eisdem huc illuc agitata, quæ tandẽ ob susceptã Latonam firmata est. Ex Boccatio. De hac Cic.1. de Nat. deorũ.56. Fabulã multo fusius narrat Seruius in illud Virg.3. Aeneid.15. Sacra mari colitur medio, &c.

ASTERIS, penult. corr. (ἀστερίς,) insula est in medio Sami & Ithacæ sita. Author Strabo.

Asteriscus, (ἀστερίσκος,) stellulam significat. Diminutiuum ab Aster.

Asteriscus, Signum ad stellæ similitudinem paruæ: quo vtimur quum aliquid in scribendo omissum esse, hoc modo demonstramus * qua nota vsi sunt veteres scriptores.

Asterno, asternis, astraui, astratum, (προστρώννυμι,) asternere, Iuxta sternere, cuius passiuum protulit Ouidius lib.2. Metam.69. de sororibus Phaethontis loquens,
Munera dant lachrymis, & cæsæ pectora palmis
Non auditurum miseras Phaethoota querelas
Nocte diẽque vocant, asternunturque sepulchro. * hoc est iuxta sepulchrum prosternuntur & iacent.

Asthmâticus, asthmatici, pen. corr. (ἀσθματικός,) Id est suspirionosus, anhelus, qui difficilem habet respirationem. Nam ἄσθμα difficultatem spirandi significat, & anhelationem sine anhelitum: quem Celsus atque adeò omnes ferè medici alio vocabulo Πάσσαλον vocant anxietatem idem Celsus vocat.

Astipulor, penult. corr. astipulâris, astipulatus sum, (συγκατατίθεμαι, συνομολογῶ, προσνεύω,) astipulari, Assentiri. Plin.lib.7.ca.48.1. Cui astipulatur Damiates, memorãs, &c. Liui.9.bel.Maced.15. Nõ pendẽre ex alterius vultu ac nutu, nec alienis mõẽtis animi circũagi, astipulatiq; irato Consuli Tribunis plebis.

Astipulatio, (συγκατάθεσις,) Verbale. Assensus. Plin.lib.29.cap.1.10. Qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio.

Astipulatio, pro affirmatione. Quintil.lib.11.cap.vltimo, Accedit enim vis & proprietas rebus tali astipulatione, quæ nisi adsit, aliud vox, aliud animus ostendat. quanquam propriè denotat illam gestus cum verbis consensionem.

Astipulatus, hui astipulatus, pen. prod. (συγκατάθεσις,) Verbale, Id est assensus vel attestatio. Pli.li.7.ca.47.1. Cõlecratus est vinus, sentiẽsq; oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorum summi astipulatus, Euthymus.

Astipulator, pen. prod. (συνομολογητής, συνθέτης,) Verbale. Qui assentitur. Cic.4. Acad.122. Falsum esse & Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus. Idem in Pisonem.13. Et lib.3. ad Qu. fratrem.15.14.

Astituo, astituis, astitui, penult. corr. astitũrum, astitũere. Ex ad & statuo compositum, significat in loco collocare. Plaut. Capt.13.77. Iubẽ' an non tubes astitui aulas, patinas eluì?

Asto, astas, astiti, astitum, & astatum, (παρίσταμαι,) astare: idem significat quod stare. Virg.lib.1. Aeneid.32. – silent, arrectisque auribus astant. Idem lib.2. Aeneid.61. arrectisque auribus asto.

Hic parrem astare aiebas? Terent. Heaut.5.2.7.

Accessi, astiti. Terent. Pharm.5.6.27.

Asta, atq; audi. Plaut. Cistel.7.54. Sic in Casina.16.12. Mane, atq; asta.

Asta, cum accusatiuo posuit Plautus in Truculento.4.26. Benignè dicis, asta te amabo. A. fine me ire quò iussit.

Astare in genua. Plautus Casin.23.25. Continuò in genua astanti pectus mihi pedibus percutit.

In latus obliquum tamen astitit. Ouid.3. Metam.8.

Finis vitæ mortalibus astat. Lucret. lib.3.119.

Astare ad. Cic. pro Archia.18. Quum in Sigæo ad Achillis tumulum astitisset. Et Lucret. lib.3.195. Mors ad caput astitit.

Ante oculos astare. Virg.2. Aeneid.30. Ouid.8. Metam.97.

Astare in conspectu. Cic.4. in Catil.75. Expectans huius exitum diei astat in conspectu meo gener.

Astitit in ripa liquidi nouæ vaccæ parentis. Ouid. epist.14.18. Io Inachi filiam intelligit mutatam in bouem.

Limine dinæ astitit. Id est in limine. Stat.9. Thebaid.122.

Portis sublimibus astant. Virg.12. Aeneid.17.

Iuxta præsides astat deos. Sene. in Hercule furente.6.5.

Præsens astare viritim creditur Iupiter. Id est singulis & priuatim vnicuique præsens esse. Silius lib.17.97.

Supra caput astitit. Virg.4. Aeneid.142.

¶ Asto aduocatus cuidam. Plaut. Casin.13.5. – contriui diem,
Dum asto aduocatus cuidam cognato meo.

Astare mensæ domini. Martial. lib.8.50.
Astabat domini mensis pulcherrimus ille.

Astare contrà alicui, pro resistere. Plaut. Capt.12.6. At vt confidenter mihi contrà astitit.

Astans, astantis, Participium, (παρεστώς,) Silius lib.17.131. de Annibale,
Ipse astans curru atque auro decoratus, & ostro.

Astante atque audiente Italia tota. Cic. Post reditum.23.

Astante illo. Plaut. Amph.8.114. Egone istuc dixi? AL. tute istic, etiam astante hoc Sosia.

Squammæ astantes, id est erectæ. Virg.3. Georg.107.
Interit & curuis frustra defensa latebris,
Vipera, & attoniti squammis astantibus hydri.

ASTOMI, pen. corr. (ἄστομοι,) Indiæ sunt populi. De quibus Plinius lib.7.cap.2.16. Ad extremos fines Indię ab Oriente circa fontẽ Gangis, Astomorum gentem sine ore, corpore toto hirtam vestiri frondiũ lanugine, halitu tantùm viuentem, & odore quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumque potum: tantùm radicum florumque varios odores, & syluestrium malorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus: grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Hęc Plinius.

ASTRAEA, (Ἀστραία,) Filia Astræi gigãtis & Auroræ. Alii dicũt fuisse filiam Iouis & Themidis. Hæc pro Iustitia sumitur: fingiturque vitiis crescentibus indignata in cœlum euolasse, tandem in signum cœleste cui Libræ nomen est, conuersa. Ouid.1. Metam.51.
– & virgo cæde madentes,
Vltima cœlestum terras Astræa reliquit. Seneca in Octau.7.10.
Neglecta terras fugit, & mores feros
Hominum, & cruenta cæde pollutas manus

Astræa virgo, syderum magnum decus. Sic in Herc. Oeth.1.14.

Astrágalus, astragali, pen. corr. f.g. (ἀστράγαλος,) Latinè dicitur talus, tesserarum ludus.

Astragalos Homerus etiam appellat septem vertebras spinæ, quibus collum incumbit.

Astragali vocãtur partes quædã in columnarum spiris. Vitruuius lib.3. cap.3. Astragali faciendæ sunt octauæ partis trochili, proiectura erit spiræ pars octaua, & sexta decima crassitudinis columnæ.

Astragalus, Herba est Plinio libro.26.cap.8.4. Astragalus (inquit) folia habet lõga, incisuris multis, obliqua circa radices, caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem hyacinthi radices villosas, implicatas, rubras, præduras. Nascitur in petrosis, apricis, & iisdem inualibus. Ruellius libro.3.cap.104. Quæ à Dioscoride depinguntur, folia non habet crebris incisuris laciniosa, nec radices hirsutas perplexasque: natalibus tamen conueniunt Galenus & Paulus in Phœnico arcadiæ plurimam nasci testãtur. Astragalus, qui à Dioscoride describitur, frequẽs est apud nos. Rura nostra Montanum vel Rusticum cicer nominãt, fruticem folio & ramis ciceri similem, flore purpureo, paruo, tereti radice, raphani modo grandi, quæ velut aduatas habet appendices præduras, veluti cornua inter ipse implicatas, gusta astringentes. Inuenitur in petrosis & locis vento perflatis, cicerculam esse diceres, nisi radix tanta subesset. Vulgus nonnusquam Syluestres cerras vocat, hoc est cicerculas. Hactenus Ruellius.

Astrepo, astrepis, pen. corr. astrépui, astrépitum, (ἐπιστρέφω, ἠχέω,) astrepere, Simul strepere.

Astrepere aures alicuius. Plinius in Paneg.42. Ac plerique irritis precibus surdas principis aures astrepebant. Tacitus lib.20. Obuios, & subitæ rei miraculo attonitos vt eadem astreperent horrari.

Astrepere apud Tacitum cum datiuo, pro Strepitu assentire.

Astrepebat, inquit, huic alacre vulgus. Id est applaudebat. Budęus.

ASTREVS, (Ἀστραῖος,) per eu, vel per æ diphthongon, Vnus ex Titanibus, qui contra deos arma sumpsit. Cuius meminit Ouidius.

Astrifer, Vide ASTRVM.

Astringo, astringis, astrinxi, astrictum, (συσφίγγω, ἐπισφίγγω,) astringere, nihil ferè amplius significat iteri dum quàm stringere.

Astringere, & Relaxare, contraria. Cic.2. de Nat. Deor.104. Easq; tum astringitur, tum relaxatur. De aluo loquitur. idem Att. lib.10.196.2.

Astringere, Simul aut ad aliquid stringere. Colu.li.4.ca.6.15. Et quicquid frõdis enatũ fuerit, alterius anni, aut ferro amputare, aut astringere.

Astringere ad. Cic.6. Verr.82. Quis est hic qui ad statuam astrictus est? Plaut. Bacch.18.25. Astringite ad columnam fortiter hunc.

Arcte astringere. Cic. de Fato.47. Hoc arctius astringi non potest.

Aluum & vẽtrem astringere. Corn. Celsus lib.1.cap.3. Labor aluũ astringit. Id est contrahit, vt parum reddat.

Venas agrorum hiantes astringere. Virgil.1. Georg.19.

Vincula astringere. Ouid.11. Meram.16.

¶ Astringere per translationem, pro Obligare & quasi confirmare, vt Astringere seruitutem. Cic. pro Planco.61. Et huius tanti officii seruitutem astringam testimonio sempiterno.

Astringi necessitate, pro Cogi. Cic.1. de Nat. Deor.17. Nulla cuiusmodi astrictũ necessitate, vt mihi velim nolim, sit certa quædam tuenda sententia. Sic idem pro Cluentio, Astringi lege, vel quæstione.125.

Orationem numeris astringere. Cic.3. de Orat.95. Et lib.1.152. Astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.

Contracta & astricta eloquentia. Cicero de Claris Oratoribus.171. Tũ studiosissimè in dialectica exercebar: quæ quasi contracta & astricta eloquentia putanda est.

Breuiter astringere argumenta. Cic.3. Tusc.23. Primò, si placet, Stoicorum more agamus, qui breuiter astringere argumenta solent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lingua astricta mercede. Cic. in Pisonem. 13.
Vinclis sempiternis totam Galliam astringere. Cicero de Prouinc. Consul. 28. Idem. 4. Acade. 112. Et, Astringere aliquem cõditionibus suis, Cicero pro Quintio. 10.
Astringere se sacris. Cic. 1. de Leg. 77. Quæruntur enim qui astringãtur sacris. Et paulò pòst. 79.
Astringere suam fidem. Terent. Eunuch. 1. 2. 21.
Hoc primum potin' est hic tacere? P. egóne? optume.
Verùm heus tu, lege hac tibi meã astringo fidẽ. Vbi Donatus, Astringe fidem, fidem promitto: quia vincula fidei dicuntur.
Ad certa verba se astringere. Quintil. lib. 7. cap. 4. 12.
Ad seruitutem alicuius se astringere. Quintil. lib. 7. cap. 16. 6.
Astringi ad temperantiam. Plin. Epi. 121. Deinde vt in posterum ipse ad eandem temperantiam astringerer, quum me hac epistola, quasi pignore obligauissem.
In iura sacra se astringere. Ouid. 15. Epist. 65.
Tunc ego iurabo quæuis tibi numina, meque
Astringam verbis in sacra iura meis.
¶ Astringere frontem, pro Corrugare. Senec. Epist. 107.
¶ Astringere mores. Fabius libro. 1. cap. 2. 1. Neque verò satis est summam præstare abstinentiam, nisi disciplinę seueritate cõuenientium ad se mores astrinxerit.
¶ Astringere se furti: Subaudi scelere, aut simile aliquod verbi. Plaut. Pœnulo. 10. 76. Homo furti se astringet.
Astringere se scelere. Cic. pro Sylla. 61. Tanto scelere astrictis hominibus, statuerunt nihil à se adiumenti, nihil opis, nihil auxilii ferri oportere. Ibidem. 94. Idem. 4. Philipp. 157. Quem si consulem illa prouincia putaret, neque eum reciperet, magno scelere se astringeret.
¶ Astringi frigore. Plin. Epist. 101. 9. Si natare latius, aut tepidius velis, in proximo puteus, ex quo possis rursus astringi, si pœniteat teporis.
Astrictus, Participium, (πεπρωλεγός,) Contrarium est relaxato. Plin. in Paneg. 151. Ita versemur in Rep. vt credamus esse Rempublicã: non consilium nostrum non operã subtrahamus: nec disiunctos nos & quasi dimissos Consulatu, sed quasi astrictos & deuinctos putemus.
Astrictus necessitate. Vide NECESSE.
Voluptatibus astricti. Id est alligati. Cic. in Parad. 7. Nunquam me hercule ego, neque pecunias istorum, neque opes, neque imperia, neque eas quibus maxime astricti sunt, voluptates, in bonis rebus, aut expetendis esse numerandas duxi.
Arcta & astricta laxare. Cic. in Orat. 128. Nec tamen hæc ita sunt arcta & astricta, vt ea quum velimus, laxare nequeamus.
Astricta frons, pro Contracta. Martialis lib. 11. 34.
Et numeras nostros astricta fronte trientes.
Astrictum gelido frigore pectus erat. Ouid. 11. Epist. 23.
Dolore astrictum pectus. Ouid. 1. de Arte amandi. 73.
Celu astrictum. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 10.
Glacies astricta. Ouid. 1. Metam. 25.
Astrictus gustus. Plinius libro. 27. capit. 12. 16. Polygala palmi altitudinem petit, in caule summo foliis lenticulæ, gustu astricto, quæ potæ, lactis abundantiam facit.
Poeta numeris astrictior. Cic. 1. de Orat. 63. Est finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior.
Aquis astrictis coit Ister. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 6.
Astricti in amore. Lucretius lib. 4. 239.
Astrictè, aduerbium, (πεπρωλεγμένως,) Arctè.
Astrictè facta oratio, cui opponitur Remissè. Cic. 3. de Orat. 102.
Qui putat orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodo, non astrictè, sed remissius, numerosam esse oportere.
Astrictio, Verbale, (πλάσις,) Plinius libro. 27. cap. 10. 1. Gustus amari cum astrictione.
Astrictorius, adiectiuum, (πεπρωλεγτικός,) Quod astringit. Plin. lib. 14. cap. 13. 3. Paliurifolia astrictoriam vim habent.

Astrolabium, Instrumẽtum ex quo astrorum motus colliguntur. Sipontinus.

Astrológia, astrologiæ, penult. correp. (ἀστρολογία,) scientia de syderibus, siue quæ de cursu astrorum tractat. Cic. de Oratore lib. 1. 34. Etenim si constat inter doctos, hominem ignarũ astrologiæ, ornatissimis atque optimis versibus Aratum de cœlo stellisque dixisse. Plinius libro. 18. cap. 25. 6. Nam huius Hesiodi quoque nomine extat astrologia.
Astrologus, penult. correp. (ἀστρόλογος,) Qui astrorum scientiam profitetur. Cic. 4. Verr. 90. Nouus astrologus qui non tam cœli rationem, quàm cælati argenti duceret.

Astronómia, astronómię, penult. corr. (ἀστρονομία,) Scientia est quæ de iudiciis ad vitam fortunamque pertinentibus loquitur. Valla in Raud.

Astrum, (ἄστρον,) Græcum vocabulũ est, ἄστρον, quod à Latinis sydus dicitur. Cic. 7. Verr. 22. Quum autem Ver esse cœperat, cuius initium iste nõ à Fauonio, neq; ab aliquo astro notabat, &c.

Idem de Vniuersit. 43. Has igitur ob causas nata sunt astra.
Astrorum dominus, pro Sole. Seneca in Troade. 5. 4. Quo cursu properet sæcula volucre Astrorum dominus.
Ignes astrorum. Virgilius. 3. Aeneid. 117.
Vices astrorum. Id est astra vicissim nunc orientia, nunc occidentia. Statius. 3. Thebaid. 112.
Aeterna astra. Seneca in Hercul. furente. 11. 7.
Aetherea astra. Virgil. 5. Aeneid. 167.
Arduæ pennis astra sequi, Ad cœlum subuolare. Virgil. 12. Aeneid. 177.
Ignea astra. Lucanus lib. 1. 16.
Lycaonia astra sunt maior Vrsa, & Arctophilax. Claud. Paneg. 4. 61.
Prodigiosa astra. Statius. 3. Thebaid. 105.
Radiantia astra. Ouidius. 9. Metam. 55.
Roscida astra. Statius. 6. Thebaid. 48.
Roscida tam noues cœlo dimiserat astra Lucifer.
Vaga astra. Seneca in Octau. 7. 3.
Duodena astra, Duodecim signa Zodiaci. Virgil. 1. Georg. 47.
Iccirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.
Cadentibus primis astris. Id est, vt primùm lucescere cœperit. Virgilius octauo, Aeneidos. 17.
Noctem ducentibus astris. Virgil. 3. Georg. 31.
Ortus inclinat astra. Stat. 12. Theb. 1. Id est oriente Sole, astra occidit.
Inoffensos agant astra cursus. Seneca Herc. furente. 11. 7.
¶ Efferre se ad astra. Sil. lib. 3. 120.
Tollere ad astra. Virg. 5. eclog. 10.
Surgentibus astris, pro Accedente nocte. Virg. 1. Georg. 67.
Suscipere astra. Cic. 1. Tusc. 97.
Astrifer, pen. corr. adiectiuum, (ἀστροφόρος,) Ferés astrũ. Mart. lib. 8. 36.
An tua multifidum numerauit laoa Timaeum.
Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit! Et apud Statium lib. 8. Thebaid. 17. Axes astriferi.

Astruo, astruis, astruxi, astructum, (κατασκευάζω,) astruere, Ita struere. Columella lib. 1. cap. 5. 9. Nam nouum quid veteri astruitur, rimosóque recens, ædificiũ quasi surgenti refectum ruri, cecidit. Plin. Epi. 184. Hæ mihi causæ sunt, vtriq; quæ desunt astruendi, ob ea quæ supersunt.
Astruere aliquod magnificentiæ & dignitati, per metaphoram, pro superaddere. Plin. lib. 9. cap. 35. Quærente eo, quid astrui magnificentiæ posset, respondit, vna ie cœna, &c. Plin. Iunior, Epist. 46. b. Itaque maximo æstimo dignitati eius aliquid astruere. * Et Ep. 6. lib. 2. Astruitur his cum Senatus &c.) Idem, Quantum ille famę incæ apud principem astruxit. Idem in Paneg. 61. Statim ergo munera eius liberalitate astruxit. Idem in Paneg. 61. Statim ergo munera eius liberalitate astruxitvt quemadmodum in patris filius, sic in hæreditate filius esset nummis. Id est auxit.
Astruere sibi aliquid. Quintil. lib. 8. cap. 3. Nõ solum ipsum ex alieno vi detur, & locum, & habitum: sed quædam etiam ex his quę alia nosunt, sibi ipsa astruit. Id est superaddit, vel affingit de suo.
Astruere laudem. Plin. in Paneg. 75. Mederis etroribus, sed impedientibus, oibusq; quos bonos facis, hãc astruis laudẽ, ne coegisse videamur.
Astruere, Affirmare. Plinius lib. 12. cap. 18. 1. Periti rerum astrorumque non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c. In emẽdationibus conscribus legitur asseuerant.
Astruitur his. Plin. Epist. 159. c. Addit, vt Pallas, cui se oẽs pro virili parte obligatos fateerentur, singularis fidei, singularis industriæ fructu notissimo ferat: prolatos imperii fines, redditos exercitui Reip. ciuibus. Astruit his, quum Senatui Populoq; Romano, &c. Id est præstat.
Astruere auditis. Id est augere audita, & plura affingere. Sil. lib. 4. 2.
Astruit auditis, docilis per inania rerum
Pascere rumorem vulgi, panor.

Astv, (ἄστυ,) Nomen est indeclinabile, vt cornu, Authore Prisciano lib. 15. Ciuitas est Athenienśium. Terent. Eunuc. 5. 6. 17. Hem quid amat? an scit iam ille, quid meretrix fiet? Ait in Astu venit? Vbi Donatus, In Astu, In vrbem de Piræo. Sic. n. Athenienses vocabant vrbem suam: vnde ipsi incolæ ἄστοι vocantur.
Astus, (πεφιβαλος,) adiectiuum videtur finxisse Plautus Trucul. 14. 60.
–si venerit Nę istum ecastor hodie astis confertum fallacia.

Astupeo, astupes, pen. corr. astupui (ἐπιπλήττω,) attupere, Ad rem vel auditam vel visam obstupescere. Statius. 2. Thebaid. 3. vbi Mercurius vmbram Laii ad superos educit.
Tum steriles luci, posseſlaque manibus arua,
Et ferrugineum nemus astupet: ipsáque tellus
Miratur. Idem lib. 3. 81. Astupet oranti.

Astvr, siue Asturia, (ἀστουρία,) Ciuitas Hispaniæ, in qua Asturones equi gignuntur. Sunt & in ea aurifodinæ multę. Vide Plinium libro secundo, cap. 6.

Astur, huius Asturis, pen. corr. (ἀστουρος,) adiectiuum, vt Astur equus, qui est de Asture oppido. Martialis lib. 14. 204.
Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues. Venit

Venit ab auriferis gentibus Astur equus. Sil. lib. 3. 68. dicit Astures Callæcis proximos, originem habuisse ab Astyre Memnonis armigero, post domini mortem eò profecto.
Asturus Astur. Sil. lib. 1. 47.
Astur belliger. Sil. lib. 1. 150.
Pallidus Astur. Claudi. in epigram. 22. 15.

Asturicus, penult. corr. aliud adiectiuum, (ἀστουρικός,) vt Asturica gens.
Silius lib. 16. 117.
Et frater thoraca tulit moltiplicis auri,
Lælius Asturica rapidos de gente tugales.

Asturica Augusta, (ἀστουρικὴ αὐγουστή,) Hispaniæ Tarraconensis vrbs Ptolemæo. Astorga vulgò. Olim Roma.

Asturco, asturcõnis, (ἵππος,) Equus ab Asturia oppido Hispaniæ. Plin. lib. 8. cap. 42. 12. In eadem Hispania, Gallaica gens & Asturica, equini generis, quos thieldones vocamus, minori forma appellatos alturcones gignunt: quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equis tolutim carpere incursus traditur arte.

Astus, huius astus, masc. gen. (πανουργία,) Idem quod astu, siue astutia. Ab ἄστυ oppido vt dictum est in A S T V.
Astus belli. Sitius lib. 16. 7.
Non ars, aut astus belli, vel dextera deerat.
Prouidus astu. Stat. 1. Achil. 210. –tu tantum prouidus astu
Tende animum vigilem, facundumque erige pectus.
Acris astus. Valer. 2. Argonaut. 111.
Callidi astus. Seneca in Troad. 6. 23.
* Astu carere. Quintil. lib. 9.
Exuberans astu. Sil. lib. 1. 117. de Hannibale.
Astus adiungere ferro, Est arte dimicare. Sil. lib. 6. 62.
Exuere astus. Sil. li. 7. 150. Tuqi dolos Pœne, atqi astus tãdẽ exue notos.
Vertere dolos astu. Vir. 11. Aene. 141. Astu, id est malitia, vt ait Seruius.

Astutus, adiect. pen. prod. (πανοῦργος,) Callidus, versutus. Seruius, Proprie astutos malitiosos vocamus. Cic. 2. Verr. 21. Ita fiet vt tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc consilium necessarium. Idem. 3. Off. 74. Certè non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni: sed versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Horat. 2. Serm. laty 3. 13. –pro bene sano
Ac non incauto, fictum, astutumque vocamus. Cic. pro Murena. 7.
Hominis esset & astuti & ingrati.
Astutior fallacia. Plau. Cas. 2. 1. 6. Nec fallaciã astutiorẽ vllus fecit poeta.
Astura vulpes. Horat. 2. Serm. saty. 3. 37.

Astutia, (πανουργία, κερδοσύνη,) Calliditas, malitia. Cic. 3. Offic 89.
Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Idem. 5. de Finib. 55.
Quibus abest ad præcauendũ, intelligẽdi astutia. Terent. Eun. 4. 4. 2.
–nunc opus est tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia. Vbi Donarus, Astutia, ad agendum strenuè quæ imperet.
Hem astutias. Terent. And. 3. 4. 25. Vbi Donatus, Bona ironia, pluraliter dixit astutias, quasi is qui abundat astutiis, vt ei vna non sufficeret.
Instituere astutiam. Vide INSTITVO.

Astutè, aduerb. (πανούργως,) Callidè, versutè. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2. 4.
Nihil tamen nec temere dicere, nec astutè reticere debeo. Idem ad M. Cęlii, li. 2. 15. 17. Neqi qcq astutè cogito. Terẽt. Aud. 1. 2. 11. Astutè.

Astyages, pen. corr. (ἀστυάγης,) Cyaxaris Medorum regis filius, & Mandanæ pater, vltimus Assyriorum & Medorum rex. De quo apud Græcos Herodotus lib. 1. & Iustinus scripsere.

Astyanax, pen. corr. huius Astyanactis, (ἀστυάναξ,) quasi vrbis princeps, appellatus autẽ proprio noie Scamandrus, Hectoris filius ex Andromacha: quod à matre absconditus, ab Vlysse repertus, ac de alta turri, precipitatus est dat'. Ouid. 13. Met. 84. Mittit Astyanax illis de turrib', &c.

Astyanacta, accusatiuus. Virg. 1. Aeneid. 41.
–infelix qua se, dum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros, & auo puerum Astyanacta trahebat.

Astyanactis, genitiuus. Virg. 3. Aeneid. 48.
O mihi sola mei super Astyanactis imago?

Astylvs, (ἄστυλος,) Crotoniata, tribus Olympicis continuis vicit, stadio, diaulo, & dolicho.

Astynome, pen. corr. Filia fuit Chrysæ, quam Homerus Chryseida nuncupatisticuti Briseida idem author vocat, quæ fuerit Hippodamia. Erant verò Bruses & Chryses fratres, ex quibus Bruses Pedasum incolait, Chrysam verò Chryses, quorum pater fuit Ardys. Cœlius lib. 24. cap. 5.

Astypalæa, (ἀστυπάλαια,) insula est vna è Cycladibus, quæ Plinio lib. 4. cap. 12. 22. & Ouid. 2. de Arte amandi. 17.
Dextra Lebynthos erat, syluisque vmbrosa Pachynne,
Cinctaque pisseis Astypalæa vadis.

Astypalæa, Eorum fuit vrbs antiquitus. Strabo lib. 14.

Astypalæus, (ἀστυπαλαιεύς,) adiect. sex syllabarũ. Ouid. 7. Metam. 97.
Hinc Anaphen sibi iungit, & Astypalæia regna.

Asylum, asyli, pen. prod. (ἄσυλον,) Seruitus, Postquàm Hercules migrauit è terris, nepotes eius timentes insidias eorum, quos auus afflixerat Athenis, sibi primi asylum, hoc est templum misericordiæ collocauerunt: vnde nullus posset abduci: quod etiam Statius dicit vt, Herculeos fama est fundasse nepotes. Cic. 3. Verr. 59. Nuper M. Aurelio Scauro postulante, quod is Ephesi se quæstore vi prohibitum esse dicebat, quo minus è phano Dianæ seruum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, Pericles Ephesius, &c. Strabo lib. 5. de Collatinis, Antemnis, Fidenatibus, & Lanuuinensibus, Orta igitur inter eos seditione, inter ædificiã dissidia mœnia. Remum occisum fuisse traditur. Vi be deinde condita, Romulus mortales conuentus aggregat, sãcrum quendam locum aperiens, inter collem & Capitolium quo per fugientes finitimos eiuitate donatos designat. Liu. 5. bel. Maced. 196.
Templum est Apollinis Delium imminens mari quinque millia passuũ à Tanagra abest. minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ est mari traiectũ. Vbi & in fano luco q; ea religione & eo iure sancto quo sunt templa, quæ asyla Græci appellauere nõdum aut indicto bello, aut ita comisso, vt strictos gladios, aut sanguinem vsquam factũ audisse: quum per magnum otium milites, alii ad spectaculum templi lusiq; versi, alii in littore inermes vagarentur, &c. Virg. 8. Aeneid. 18.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum Retulit.

Asylus, Statua ad quam cõfugientibus ius erat asyliæ. eiusmodi statuam scribit Philostratus fuisse Tyberii. Budæus.

Asylum, interpretatur inter pretatur, quòd locus esset à quo neminem per vim extrahere liceb at.
Asyli ius firmare. Tacit. lib. 4. Vetustum asyli ius, vt firmaret petentibus.

Asylia, pen. corr. (ἀσυλία,) ab asylo dicta, dicit pro eo iure liberaris & veniæ quod quis apud aras consequitur, quam impunitatem ecclesię vulgò vocant. Eadem igitur asylam, vel vt Græci loquuntur, asylon dicere possumus: & simulachrum asyloo, id est in qua, vel ad quod ius est asyliæ confugientibus. Budęus in Annot. prioribus.

Asymbolus, pen. corr. (ἀσύμβολος,) adiectiuum, Qui immunis abit è conuiuio, hoc est nõ persoluto symbolo, quem scotum vulgò dicimus, vel partem cõuiui. Terẽt. Phor. 1. 2. 25.
Tene asymbolum venire vnctum atque lautum, è balneis &c. Vbi Donatus, Hoc nomen constat inter paratitos conuictum, atque compositum esse contrà illud in Andria, Symbolum dedit, coenauit.

Asyndeton, siue Asyntheton, pen. corr. (ἀσύνδετον,) Figura orationis, qua Poetæ & Oratores nonnunquã vtuntur. Latinè dici potest incompositum. Diomedes lib. 2. Asynthetõ est quum aliqua incompositè & simpliciter proferuntur: vt, Veni, vidi, vici. Hæc ab aliis dialyton dicitur. Iuli' Rufinianus, Asyntheton est, vel dialyton quum oratio nulla coniunctione connexa, velut solutę sententiæ regula seruatur, Consiliunt, partum galea clypeoq; resultant.
Latinè dicitur dissolutio vel inconnexio. Asyntheton autẽ modò per singula verba fit, Aera, manus, naualia demõ. Et, Hęc eadẽ Aenea, terram, mare, sydera iuro. Terẽt. Adel. 3. 4. 24. Persuasit nox, amor, vinũ, adolescentia. Vbi Donatus, Hæc inferuntur ἀσυνδέτως, vt multa videantur. Modò p plura verba, & per ea quæ Græci vocant cola.
Denique quid vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,
Sol tibi signa dabit. Terent. Phorm. 1. 2. 85. Persuasit homini. factum est. ventum est. vincimur. Duxit.

Asystaton, pen. corr. (ἀσύστατον,) Inconsistens, vel parum sibi constans. Refert inter vitia orationis, simile ei quod appellant ἀσυνδέτον. Fit autem quoties eiusmodi res proponitur, vt ne possit quidem esse quod fingitur. Erasmus.

A T

At, (ἀλλά,) Coniunctio discretiua. Terẽt. And. 5. 4. 38. At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me male habet. Vbi Donat', At, discretiuum est superiorum dictorum.
At, principium increpationi aptum. Terent. And. 4. 1. 42. At, tibi di dignum factis exitium dunt. Horatius.
At ô deorum quisquis in cœlo regis
Terras, & humanum genus. Cicero. 7. Verr. 59. At quemadmodum se induit priore actione.
At, Sed. Terent. Heeyra. 3. 1. 8. At sic citius quę te expedias his ærumnis reperias. Cic. 4. Acad. 103. Non cognoscebantur foris, at domi: nõ ab alienis, at à suis.
At, differentiam rerum significativt quum dicimus, Scipio est bellator, at Marcus Cato Orator. Festus.
At, Tamen, verum tamen. Teren. And. 4. 1. 55. Parum succesit quod ago, at facio sedulò. Plaut. Persa. 5. 4.
Quanquam ego vinum bibo, at mandata non consueui simul Bibere.
At, vtimur quando cum admiratione laudamus, vel vituperamus interrogantes. Terent. Eunuc. 5. 5. 41.
Per implucium fucum factum mulieri.
At quem deum? qui, &c. Cic. Pæto. 9. 20. 1. Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem: at quem virum? non eum quem tu ex foliis

Universidad de Deusto
Biblioteca

promulside conficere. Idem pro Cluentio. 157. Vna mater oppugnat: at quæ mater? quam cæcam crudelitate & scelere ferri videtis. Idem pro Milone. 34. Itaque auteuerit, at quo die?

At. Quum quid oramus. Cic. pro Domo sua. 88. At videte hominis intolerabilem audaciam. Idem in Verrem, At videte hominis impudentiã, atque arrogantiam, Iudices

At. Quum simpliciter interrogamus. Cic. in Verrem, At per deos immortales quid est quod de hoc dici possit?

At. Quum quid obijcimus. statimque obiectioni respondemus. Cicer. 4. Verr. 139. At mores commodi. quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? At hæc sine cuiusquam malo. quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior vnquam fuit? Cic. de Senect. 60. At sunt morosi, & anxii, & iracundi, & difficiles senes: si quæramus, etiam anari. Sed hæc, morum vitia sunt, no senectutis. Ibidem. 19. At memoria minuitur credo, nisi exerceas eam.

At. pro saltem. Cato de Re rust. Si non eodem die, at postridie. Cice. Cutioni, Nostram sustigationem si minus potentem, at probatam tamẽ, & iustam. Idem pro L. Placco, Si non propinquitatis, at ętatis suæ: si non hominis, at humanitatis rationem haberet. Idem pro Milone. Si mihi Rep. bona frui non licuerit, at carebo mala. Idem. 2. de Orat. 37.

At. pro At verò. Cic. 1. Offic. 61. Parta autem victoria conseruandi sunt ii qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt, vt maiores nostri Tusculanos, Aequos, Volscos, Sabinos, Hernicos in ciuitatem etiã ac ceperunt: at Carthaginem, & Numantiam funditus sustulerunt.

At certè, interpositis aliis verbis inter AT & CERTE. Cic. pro Marcello. 14. Itaque illam tuam præclarissimam & sapientissimam vocem inultus audiui, satis te diu vel naturæ vixisse, vel gloriæ. satis, si ita vis, natura fortasse: addo etiam si placet, gloriæ. at quod maximum est, patriæ certè parum.

At enim. Plaut. Pseud. 7. 125. At enim scin' quid mihi in mentem venit? Teren. Heaut. 4. 3. 21. At enim istuc nihil est magis Syre meis nuptiis aduersum, Idem Heaut. 2. 3. 76. Quid illo facias? 5. at enim CLINIA quid autem? 5. si suas, dicam. Idem, Intro nunc iam. 5. at enim non sum. im. Cic. pro Lege Manilia. 35. At enim vir clarissimus Resp. & vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus, &c. Idẽ. 2. de Fin. 125. Et lib. 4. 65. At. n. nã dicitis virtute nõ posse constitui, si ea quæ extra virtutem sint, ad beatè viuendum pertineant. Lib. 8. bel. Macedon. 209. At enim sunt hæc ita? verùm etiam Delphos quòdam cõe humani generis oraculum, vmbilicum orbis terrarum, Galli spoliauerunt, &c.

At etiam, Indignantis. Terent. Eunuc. 5. 7. 10. At etiam primo callidum & dissertum credidi hominẽ. Idem. And. 4. 5. 23. Quid vis? 5. at etiã rogas? Idem Eun. 4. 4. 1. Exi foras scelestè, at etiã restitas? Cic. in Philipp. At etiã misericordiã captabas. Idem, At etiã inferbi iussit in Fastis. Idem ad Cornificium, At etiam de re concionatur nec impune. nã sentiet quos lacessierit. Idem in Pręt. Verbana, At etiam de sanctitate, de pietate aduersus deos libros scripsit Epicurus.

At iam. Plau. Trin. 176. At iam postilac temperabo. CH. dicis, si facies modo. Terent. And. 4. 1. 58. Facio. PAM. at iam hoc opus est.

At ita. Terent. Adel. 2. 1. 7. Leno. ego sum. AE. scio. 5. at ita vt vsquam fuit fide quisquam optima.

At hercule. Plinius libro. 12. cap. 14. 7. At hercule Alexandriæ vbi thura interpollantur. Liu. At hercule in ea controuersia quæ de Argis est superior & æquitate rei, & vestra confessione ęternum nomen tyranni & facta premunt.

At nunc. Terent. And. 1. 2. 7.
Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id ęgre tulit. 5. At nunc facietneque, vt opinor, sine tuo magno malo.

At postquam. Terent. Adel. 4. 5. 54.
– at postquam id euenit, cedò,
Nunquid circunspexti?

At quemadmodum. Cic. Cecinnę, lib. 6. 6. 23. At nos quemadmodum est complexus? Callium sibi legauit, &c.

At tamen, duæ dictiones, vel attamen vnica dictio. Plaut. Curc. 10. 3. Nemo it inficias. CVR. at tamen meliusculum est monere. Terent. And. 5. 3. 22. – ego audiam? quid ego audiam
Chreme? CHR. at tamen dicat sine. Ibidem. 4. 2. 28.
– Dape at tamen. D. quid ergo?
CH, Vt ducam. ti. ridiculum. Et. 4. 1. 13. At tamen vbi fides est, Siroges, nihil pudet. Pro, sed tamen, vel, sed si tamen. Cice. 3. de Finib. 75. Sed quanquam negent nec virtutes, nec vitia crescere, attamen vtrunque eorum fundi quodammodo & quasi dilatari putant. Legi in quibusdam exemplaribus & tamen. Idem. 6. Verr. 47. Attamen vt possit se dicere emisse, Artagatho imperat vt, &c.

At tamen, interpositis aliquot dictionibus. Terent. Eunuc. 5. 2. 27.
– nam si ego digna hac contumelia
Su. n maxime, at tu indignus qui faceres tñ. Cic. de Sene. 60. At moro sitas tñ, & ea quę dixi vitia, hãt aliquid excusationis. Ci. 3. de Orat. 9.

At verò, pro autem. Cic. 1. de Orat. 20. At verò filii eius diserti, &c. Idem ad Pætũ, li. 9. 22. 6. At verò Piso ille frugi in Annalibꝰ suis quærit, &c.

Sic Attico, li. 5. 98. 1. Et pro Marcello. 4. At verò hęc no iustitia, &c. Virg. 10. Aeneid. 162. At vero vt vultum vidit morientis & ora, &c.

At vt. Terent. Adelph. 2. 4. 16.
– reddetur, ne time.
SA. At vt omne reddat. Idem Heaut. 4. 1. 4. – at vt satis contẽpta modo sis, mea nutrix. N. satis.

¶ Atat, interiectio ex improuiso aliquid deprehendentis, auctore Liuio. Plaut. Amph. 1. 5. 32. Atat noui iam ludũ. Idẽ Epid. 5. 1. Atat tacere, habete bonũ animum. Terẽt. And. 1. 1. 98.
– atat, hoc illud est,
Hinc illæ lachrymæ, hæc illa est misericordia.

Atat, admirantis, conterriti item & conturbati interiectio, auctore Donato. Plaut. Trucul. 1. 1. 20. Atat, eccam adest propinqui, credo audiuisse hæc me loqui. Terent. Eunuc. 2. 1. 22.
Atat hic quidem est parasitus gnato
Militis: ducit secum vnã virginem huic dono. Plautus Mercat. Atat mens hic quidem pater est.

Atat, interiectio paulatim percepti atque intellecti mali. Terent. Eunuc. 4. 5. 1. Atat data hercle verbã mihi sunt: vicit vinum quod bibi.

Atat, interiectio formidantis. Terent. Eunuc. 4. 6. 17.
C. Militem secum ad te quantas copias adducere?
Atat. T. num formidolosus obsecro es mi homo? C. apagesis.
Ego formidolosus?

Ata, atæ, siue Ate Ates, (Ἄτη,) Latinè dici potest noxa, detrimentum, cumentum. Hanc existimauit Homerus esse dæmonem humanos generi noxiũ. In libro siquidẽ Iliados. 9. Graiatur (inquit) Ate per volatilem terram hominibus infesta. Hanc eãdem author est Suidas dæmonem esse humano generi infensum, & aduersarium, qui diabolus dicitur. sic enim ait, ὅτι ὁ διάβολος ἀντικεῖται μόνος. Eius lapsum exponit Homerus, lib. 19. Iliados ita describit,
Protinus abripuit speciosis crimbus Aten
Iupiter: adiuratque instinctus sanctus ira,
Haud iterum posthac stellantis culmina cœli
Scansuram esse deam: quoniam esset noxia cunctis.
Ilicet hoc dicto superis ibi feruidus Aten
Sedibus exturbat. mortalia lapsa lacessit. De ea Bassario sic memorabili lib. tertio in calomniatorem Platonis, Luciferum verè (inquit) Ate pulsa pa electum in terram, execrandumque, illi quoque abhorrent: ab Homero suo Theologo, qui siue beneficio quod a natura, siue Mosis prophetæ scriptis carmine suo expoluerat lapsum Luciferi: quam illi Aten appellat. Budæus.

ATABVLVS, pen. corr. ventus in Apulia ferventissimus. Horat. Serm. Saty. 5. 16. Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus. Plin. lib. 17. cap. 24. 1. Ventus alicuius regionis, ppriu, vr est in Apulia Atabulus, &c.

ATALANTA, (ἀταλάντη, virgo venatrix? Arcadia, filia Iasi, cum proceribus venit ad occidendum aprum Calydonium, quem eriã ipsa prima vulnerauit. Quare à Meleagro filio regis Oenei iliæ ardenter est adamata, vt tradit Ouid. lib. 4. Epist. Elatam non fortiora Atalanta filia Cenei regis, in Scyro insula, cursu nobilis, & pucantatissima, cuius omnem fabulam Ouid. refert lib. Metam. 10.

Atalanta Mænalia. Ouid. 4. Epist. 20. Arsit & Oenides in Mænalia Iasia lanta. Oenidem vocat Meleagrum.

Atalantæus, adiectiuum, (ἀταλαντιαῖος,) Stat. 4. Thebaid. 62.
Iamque Atalantæas implerat nuntius aures.

Atat, Vide AT.

Atauus, ataui, pen. corr. m. g. (Ἀτάβαπος,) Abaui vel abauus, ter. Sic. n. maiores gradatim ascẽdẽdo enumerantur. Atproauus, abauus, atauus, tritauus. Festus, Atauus, quia atæ vel atrati ani id est pater, vt pueri vsurpare solent. Terent. Phorm. 2. 3. 47.
– primos esses memoriter
Progeniem vestram vsque ab auo, atque atauo proferent. Cic. pro Cælio. 25. Non patrem tuum videras nõ patruum, nõ auum, proauum, atauum audieras Consules fuisse?

Auis atauisque potens. Virg. 7. Aeneid. 12. de Turno.

Ataui, proauique. Ouid. ad Liuiam. 91. Hoc ataui monuere mei, proque Nerones. Idem. 1. Amorum, eleg. 8. 4. Euocat antiquis proauos atauosque sepulchris.

ATAX, huius Ataxis, pen. corr. (ἄταξ,) clarus fluuius prouinciæ Narbonensis. Lucan. lib. 1. Mitis Atax gaudet Latias non ferre catervas.

Arax pro ipsis populis Ataxem accolentibus accipitur à Tibullo, lib. 1. eleg. 7. 1. Quem tremeret forti milite victus Arax.

Atéchnia, penult. correp. (ἀτεχνία,) Ruditas, imperitia. Quintilianus lib. 2. cap. 21.

Ater, adiectiuũ, (μέλας, ἀνθρακώδης,) Quod refert colorẽ carbonis. Plin. lib. 30. cap. 2. 3. Pecudes verò, quibus non nisi ater color est, faciles. Idem lib. 11. cap. 37. 43. Teterrimus est. Adel. 5. 3. 64. Tam cocta ętam reddam, atque atram, quàm carbo est. M. placet.

Albus an ater sis nescio. Vide ALBVS.
Alba & atra discernere non poterat Democritus, luminibus amissis. Cic. 5. Tusc. 159.
Atrum agmen, Puloeris nubes coopertum. Virgil. 12. Aeneid.
Campoque atrum capit agmen aperto. Seruius.
Atra bilis. Cic. 3. Tusc. 18. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore disiungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant. Quasi verò atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Festus, Atra bilis, ab atro, id est animi vitio dicta. Est enim atrum, nigrum: id est, à candore remotum.
Caligo atra. Virg. 11. Aeneid. 176.
Ater calculus. Ouid. 15. Metam. 9. – & omnis
Calculus immittem demittitur ater in vrnam.
Lapilli atri, quibus Niuei opponuntur. Ouid. 15. Metam. 9.
Mos erat antiquis, niueis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absoluere culpa.
Color ater. Ouid. 4. Metam. 33.
Cruor ater. Horat. Epod. 17. 7.
Cupressus atra. Virg. 3. Aeneid. 13. – stant manibus aræ
Cæruleis mœstæ vittis, atraque cupresso. Atra, id est nigra, funesta. nam inferis consecrata est, quia cæsa nunquam reuirescit. Et paulò pòst, Atra autem, quòd atratos lares significet. Hæc Seruius.
Curæ atræ. Horat. 3. Carm. 14. 3.
Dies atra, Funesta. Virg. 6. Aeneid. 86.
Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Atri dies. Gellius lib. 5. cap. 17. Verrius Flaccus in quarto de Verborum significatione, dies qui sunt postridie Calendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperitè nefastos dicit, propter hanc causam atros dictos habitosque esse scribit. Hinc ater lapillus, quo nefasti dies signabantur. Ouidius, Vltima nanque dies atro signanda lapillo. Et atrati dicti, quos pullatos Cicero vocat.
Erinnyes atræ. Ouid. epist. 11. 21.
Fames atra. Claudian. 4. Paneg. 65.
Fila Parcarum atra. Horat. 2. Carm. ode. 3. 3.
Dum res, & ætas, & Sororum
Fila trium patiuntur atra.
Fluctus atri. Virg. 5. Aeneid. 1.
Formido atra. Virg. lib. 12. Aeneid. 68.
Atrum olus. Colum. lib. 12. cap. 7. 1.
Homo ater. Catul. 88. 1.
Hyems atra. Virg. 7. Aeneid. 43.
Inglumes atra, Fœda. Virg. 3. Georg. 85.
Luctus ater. Seneca in Hercul. fur. 9. 16.
Mare atrum, id est Turbidum. Horat. 1. Epist. 7. 1.
Atrum nemus. Virgil. 1. Aeneid. 18. Horrentique atrum nemus imminet vmbra. Vbi Seruius, Tropus est. per atrum, nigrum ostendit: per nigrum, vmbrosum: per vmbrosum, densumid est froudibus plenum.
Nox atra. Virg. 1. Aeneid. 19.
Atræ nubes, Atræ. Virg. 10. Aeneid. 19.
Tela manu iaciunt, quales sub nubibus atris
Strymoniæ dant signa grues. Seruius. Nisi potius atras nubes pro præguantibus & spissis ac densis accipias.
Ater odor. Virg. 3. Aeneid. Voluitur ater odor. Vbi Seruius, Ater odor, Nouę nam in odore quis color est? sed hoc dicit, Odor ater, fumi scilicet. Ater odor, id est Pestilens. vt, Fumoque impleuit amaro.
Ater panis. Terent. Eunuch. 5. 4. 17. Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. Vbi Donatus, Panem atrum, hoc est vt quidam volunt, ex antiquitate mucidum. quasi dicat, Panem mucidum hesterno iure accipientes deglutiunt.
Ater sanguis, pro sanie. Virg. 3. Aeneid. Viscera miserorum, & sanguine vescitur atro. Seruius. Cic. 1. Tusc. 172.
Euisceratus latere pendens, saxa spargens tabo,
Sanie & sanguine atro.
Atra seges, Fertilis. Virg. 7. Aeneid. 45. – atraque latè
Horrescit strictis seges ensibus. Seruius.
Signa atra, Iudicium triste futuri mali. Stat. 1. Achil. 1.
– num merito trepidus sopor, atraque matri Signa deũm.
Atræ spelunceæ. Virg. 1. Aeneid. 15. Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris. Id est in præceps profundis, figuratè.
Tempestas atra. Virg. 5. Aeneid. 138.
Tigris atra, Sæua. Virg. 4. Georg. 81. Seruius.
Atrum venenum. Virg. 2. Aeneid. 24. Perfusus sanie vittas, atroque veneno. Vbi Seruius, Atrum venenum, vt pallida mors, tristis senectus.
Atrum vinum. Plaut. Menæch. 10. 17. Album an antrum vinum potas?
Atratus, pen. prod. adiect. (μελανείμων,) vt Atratus fluuius, atro colore tinctus. Cic. 4. de Diuin. 159. Quid, 9. fluuius atratus sanguine fluxit?
Atratus, Veste lugubri indutus. Cic. in Vatinium. 13. Cedò quis vnquam

cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.

* Atricolor atricoloris adiectiuum, quod atrum habet colorem. Plin. li. 7. ca. 2. Alios iuuenes atq; pueros, atricolores, aligeros, claudos, &c.

Atritas, penul. correp. atritãtis, Denominatiuum. Plaut. Pœnulo 19. 10.
Ita replebo atritate, vt atrior multò fiet

Quàm Aegyptii. Festus, Atritas, Atri coloris. Inusitatum. Gellius atrorem dicere maluit.

Atror, atroris, (μελανία,) pro Atritate. Gellius lib. 2. cap. 26. Rubidus autem est, rufus, atrore nigroreque multo missus.

Atramentum, (μελανηρία,) Ab atro colore deducitur: cuius duo genera sunt: atramentum scriptorium, quod & librarium dicitur, & tectorium, tectorium, quo in scribendo ac pingendo vtimur: & atramentũ sutorium, quod inficiendis pellibus sutores vsurpant. Hæc Sipontinus.

Atramentum scriptorium, siue librarium, (μέλαν,) Cicc. ad Quintrem, lib. 2. 16. 6. Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Vitruuius lib. 7. cap. 10. Quæ circa parietem & cameræ curaturam adhærescit, inde collecta partim componitur ex gummi subacto ad vsum atramenti librarii: reliqua tectores glutinum admiscentes in parietibus vruntur. Horat. 2. Epistol. 148.
Sed veluti tractata notam, labemque remittunt
Atramentum, sic scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. Plinius lib. 24. cap. 14. Gummi aceto facilius eluitur atramentum aqua.

Atramentum sutorium, (χαλκανθος,) Plinius lib. 20. cap. 12. 5. Verrucæ misso atramento sutorio tollit. Celsus lib. 6. cap. 8. Cicc. ad Pœtum, lib. 9. epistol. 21. 10. Iam pater eius acculatus à M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. Id est iudicum corrupteła, non citra infamiam est enim eiusmodi sutorium atramentum, vt neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculam. Plin. lib. 34. cap. 12. 8. Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramẽto sutorio. appellant enim chalcanthum.

Atramentum pro sanguine est sepia. Plinius lib. 9. cap. 29. 1. Ambo autem vbi sentiere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine is est, insuscata aqua abscondantur. Cic. 2. de Natu. deorum 190. Atramenti effusione sepiæ se tutantur.

Atramentarii, (μελανοδόχιον,) Vasculũ quod atramẽtũ cõtinet. Valla.

ATERGATIS, pen. corr. (ἀτεργάτις,) Dea est Sidoniorum, quę & Athara, & Derceto, & Dagon appellata est. Vide in dictiõe Decreto.

ATESTE, (Ἄτεστε,) Ciuitas regionis Venetæ, vt tradit Plinius.

ATHAMAS, pe. cor. Athamantis, (Ἄθαμας,) Aeoli filius, pater Phryxi & Helles, poetarũ carminibus notissimus. Vide infra in dictiõe INO.

Athamas, Mons in Phthiotide. Plin. lib. 4. cap. 8.

Athamantis, genitiuus. Ouid. 4. Metamor. 89. Aspicit hanc natis, thalamoque Athamantis habentem. Sublimes animos.

Athamanta, accusatiuus. Ouidius 4. Metamorpho. 94.
– Athamanta superbum Regia diues habet.

Athamas infelix. Statius 1. Thebaid. 3.

Torum Athamas. Statius 2. Sylu. 1. 29.

Athamantẽus, adiectiuum, (ἀθαμάντειος,) Ouid. 4. Metamor. 100.
Inoosque sinus, Athamanteosque pererrant.

* Athamanticum neu. Plin. lib. 20. cap. 23.

Athamantis, Athamantidos, fœmininum, (ἀθαμαντίς,) Ino, vel Leucothea. Propertius 1. eleg. 19. 4.
Et iam præteritis labentem Athamantidos vndis
Mysorum scopulis applicuisse ratem.
De Argo naui intelligit. Vndas autem Athamantidos, Ionium mare intelligit, quoniam in illud Ino cum Melicerta puero ex altissimo scopulo præcipitem se dedit, & à Neptuno in deos mutari, hic Palæmon, illa Leucothea appellata postmodum fuit.

ATHANASIVS, (Ἀθανάσιος,) præsul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis præsule, olim diaconus in concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde maximas perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem aufugit. De quo plura apud Volaterranum.

Athanatos, men DEO OPT. MAX. conuenit.

ATHANATVS, vir prodigiosæ fortitudinis, de quo sic Plinius lib. 7. cap. 20. Nos quoque vidimus Athanarum nomine, prodigiosæ ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi.

ATHENAE, pe. pro. Athenarũ, (Ἀθῆναι,) ciuitas Græciæ inter Achaiã & Macedoniam: quæ nomen accepit à Pallade dea sapientię, quę Græcè dicitur Ἀθήνη. Varro de Lin. Lat. Quum trinæ fuerunt Athenæ, ab vna dicti Athenæi, ab altera Athenienses, à tertia Atheneopolitæ.

Bonę Athenæ. Hora. 2. Epi. 2. 9. Adiecere bonæ pauló plus artis Athenæ.

Claræ Athenæ. Ouid. 5. Metamor. 131.

Doctæ Athenæ. Ouid. 2. epistol. 17. Propert. 3. eleg. 21. 1.

Inuentrices Athenæ. Ci. 1. de Ora. 7. Vt omittam Græciã, quæ semp eloquentiæ princeps esse voluit atque illas omnium doctrinarum inuen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inuenta est & perfecta.
Inuitæ Athenæ. Stat. 12. Thebaid. 118.
Palladiæ Athenæ. Ouid. 7. Metamorpho. 147.
Pandioniæ Athenæ. Ouid. 15. Metamor. 86. à rege Pandione sic dictæ.
Vacuæ Athenæ, Id est otio literarum deditæ. Horat. 2. Epistо. 1. 17.
Athenienſis, adiectiuum, (Ἀθηναῖος,) Cice. pro Flacco 48. Adsunt Athenienſes, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur. Idem in Orato. 13. Athenienſium semper fuit prudens, syncerumque iudicium.
Athenæum, (Ἀθήναιον,) Locus erat Mineruæ dicatus, vbi professores sua studia profitebantur. Iulius Capitolinus, Postea verò vbi adoleuit in Athenæo. & cæt.
ATHENAEVS, (Ἀθήναιος,) Naucratita grammaticus fuit. M. Antonini principis tempore. librum Dipnolophiſtarum compoſuit, varió, opus & eruditum, vt Plinius alter Græcus ferè dici posſit: quod ad nos sanè haud quaquam integrum peruenit, eius epitome ab Hermolao Byzantio tantum relicta. Author Suidas.

Atherôma, penul. prod. (ἀθήρωμα,) huius atheromatis, tuberculum quod & in ceruice, & in alis, & in lateribus oriri solet Celſus. lib. 7. cap. 6.

Atheos, (ἄθεος,) sine Deo, impius, qui nullum credit esse Deum, atque, à Deo omnem vim diuinam tollit. quod conuitium in Epicurum & Lucianum iactabatur.
ATHESIS, pen. cor. (Ἄθεσις,) fluuius qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, & Veronam diuidit. Plin. lib. 3. cap. 16. Virg. 9. Aeneid. 138. Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum. Conſurgunt gemmæ quercus. Apud Claudianum 4. Paneg. 40. Legitur Athesis velox.

Athlêta, penul. prod. (ἀθλητής,) Latinè luctator & certator dicitur, à verbo ἄθλεω, deductum Latini. hac dictione tanquam natiua vtuntur: nisi quòd vocationem Græcum nominatiui loco vsurpant, Macedonum ac Theſſalorum conſuetudine. Plin. lib. 11. capi. 53. 6. Ideo Athletas malunt cibos ambulatione perficere. Cic. 2. Tuſcul. 95. Faciunt idem quum exercentur athletæ. Idem de Senect. 24. Item in Orato. 133. Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere cautè, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat paleſtram quandam: &c. sic oratio nec plagam grauem facit, niſi petitio fuerit apta.
Athleta erat qui non lucri, sed virtutis causa in publicum certamen cum beſtiis, aut aliis pugnaturus deſcendebat. Vlpianus in L. Athletas. ff. De his qui notantur infamia, Athletas autem Sabinus & Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram non facere. Hi licet lucri causa non certarent: tamen si ter victores extitiſſent, & tribus coronis de publico donabant, & ciuiliú munerú vacationem conſequebantur. Vide librũ decimũ Codicis de Athletis.
Athletæ certo quodam victu vtebantur, & neceſſario ad comparandas vires firmitatemque corporis. Vnde athletica habitudo, pro corpulenta & firma. Budæus.
Subduc cibum vnum diem athletæ, &c. Cice. 2. Tuſcul. 69. Et lib. 1. 95.
Athletarum ſtudia. Horatius 2. Epiſto. 1. 19.
Nunc athletarum ſtudiis, nunc arſit equorum.
Athléticus, penul. correp. (ἀθλητικός,) adiectiuum, vt athletica certamina, & victus athleticus.
Athletica, abſolutè poſitum pro arte certandi vſurpatur à iuriſconſultis. Plinius lib. 7. cap. 56. 15. Hercules Olympiæ athleticam inuenit. Idé lib. 8. cap. 22. 3. Eundem decimo anno reſtitutum athleticæ, certaſſe in pugilatu, victoremque Olympia renerſum.
Athleticus victus, id est admodú plenus, quali athletæ vti ſolent. Celſ. lib. 4. cap. 6. Si malum inueterauit, athletico victu corpus firmandum est.
Athleticè, aduerbium, (ἀθλητικῶς,) vt Athleticè valere, pro optimè & firmiſſimè, authore Budæo. Plau. Epid. 2. 18. Quid herilis noſter filius valet? T. pugilicè, atque athleticè valet. Idem Bacchid. 5. 14. Benéne vſque valuit? C. pancraticè, atque athleticè.
Athlótheta, athlóthetæ, m. g. pen. corr. (ἀθλοθέτης, βραβεύτης, ἀγωνοθέτης,) Qui ludos præbet, & præmiú certãtibus proponit. Athlothetæ, in gymnicis ludis erant, hoc est curatores, cõſtitutoresque certaminú, idè q βραβεύουσι & agonothetæ. Horũ erãt lictores maſtigophori, id est flagriferi, ad ſummouẽdã turbã & cohibendas ſeditiones. Budæus.
ATHOS, vel ATHON, (Ἄθως,) mons est Traciæ, adiacens Lemno in ſulæ. Virg. 12. Aenei. Quantus Athon, aut quantus Eryx. Vbi Seruius, Si Athos legeris, OS breuis est, & verſus non ſtat. Athon autem dici accuſatiuus indicat. nam hunc Athona facit sicut Apollon Apollona.
Athos glacialis. Claudian. in bello Gigant. 14. Præruptus, Senec. Herc. Oeth. 2. 9. Profundus nimbus, Claudian. 1. Panegy. 25. Vaſtus, Claudian. in bell. Get. 36.
Atho, accuſatiuus Atticus apud Virgilium 1. Georg. 67. —ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Deiicit.
ATINA, penul. prod. (Ἄτινα,) Ciuitas Latinorum mediterranea, iuxta Pontinas paludes.
Atina, oppidum Lucanorum in Italia. à quo Atinates populi. Ci. pro Plácio 25. Quod dicitur Atinæ factum à iuuene, &c. Multa de Atinatibus in hac oratione. Campus Atinas. Cice. 1. de diuinatione 140.
ATLAS, Atlántis, (Ἄτλας,) Rex Mauritaniæ, qui Astronomiam dicitur inuenisſe. Quapropter à poetis cœlicam machinam humeris geſtaſſe fingitur. Mart. in Xeniis, in detractorem,
Naſutus sis vſque licet, sis denique naſus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas. De hoc Cice. 5. Tuſc. 11. Nec verò Atlas ſustinere cœlum, nec Prometheus affixus Caucaſo, &c.
Atla, vocatiuus. Ouid. 4. Metamorpho. 129.
Tempus Atla veniet, tua quo ſpoliabitur auro Arbor.
Cœlifer Atlas. Virg. 6. Aeneid. 159. Durus, Virg. 4. Aeneid. 50. Ferreus, id est durus & fortis, Valer. 5. Argonaut. 82. Iapetionides, Iapeti filius, Ouid. 4. Metamor. 127. Mauritius, Claud. 4. Paneg. 21. Maximus, Virgil. 1. Aeneid. 150. Validus, Ouid. 15. Metamor. 30.
Atlantis nepos, Mercurius. est enim ex Maia Atlantis filia natus. Ouidius 5. Faſt. 133.
Atlantiades, Atlantiadæ, penul. corre. vt Caduciſer Atlantiades, Mercurius. Ouid. 8. Metamor. 126. & lib. 2. 7.
Atlantis, Atlántidos, vel Atlántidis, pen. corr. Patronymicum femininũ ab Atlas. Tibullus 4. eleg. 1. 16. —fœcunda Atlantidos arua Calypſus. Vterque genitiuus Græcus est.
Atlantides, Vergiliæ, fuerunt autem (vt fabulantur poetæ) ſeptem filiæ Atlántis, vel heſperi fratris eius. vnde & Heſperides vocant & Pleiades Eoæ Atlantides. Virg. 1. Georgic. 45.
Atlantéus, pen. prod. adiectiuum. Horat. 1. Carm. 34. 3.
—Atlanteúſque finis Concutitur.
Pleiades Atlanteæ, Filiæ Atlantis. Ouid. 3. Faſt. 21.
Atlánticus, penul. correp. adiectiuum, vt Atlanticum mare. Cic. de Scip. 22. Omnis terra quæ colitur à vobis, parua quædam inſula eſt circunfuſa illo mari quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris.
Atlanticum æquor. Horat. 1. Carm. 31. 3.
Atlantiás, Atlantiadis, penul. corre. vt Sorores Atlantiades. Silius lib. 15. Id est Pleiades.
Atlas mons est Mauritaniæ ab Atlante rege sic cognominatus, qui Astrologiæ inuentor dicitur, vt tradit Plinius. Sed duo montes eius nominis sunt in Mauritania, authore Herodoto, & aliis nonnullis hiſtoricis. Vnus quidem proximus columnis Herculis: alter verò in interiore Libya remotior. Cuius ſummitas nunquam videri potest, quia nubes ab illo, nec æſtate, nec hyeme diuelliſtur. Quem incolæ (vt idem Herodotus author est) cœli columnam esſe aſſerunt. Et vt poetæ tradunt, ſedentem in illum Atlas Mauritaniæ rex conuerſus. Cui etiam Virgilius formam viri tribuit, lib. 4. Aencid. 50.
—ſamque volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum aſſiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri:
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba. Est item Atlas, magnus quidam fluuius verſus Septentrionem in Iſtrum fluuium labens. Sic ab Atlante Arcadiæ rege cognominatus, authore Herodoto. Tres enim fuerunt Atlantes. Vnus rex Italiæ, & pater Electræ. Alius Arcadiæ, & pater Maiæ, ex qua Mercurius natus est. Tertius Mauritaniæ, maximus dictus est. Author Seruius Virgilii interpres. A poſtremo, Atlantes populi Eubœæ dicti sunt, & mare Atlanticũ dictũ, & Atlanticum.

Atocion, vel Atocium, (ἀτόκιον,) Medicamentum quod ferítem affert, & conceptum adimit, hoc est vim concipiendi. Plinius lib. 29. cap. 4. 26. Vis ea annua est, quam solam ex omnibus atocio dixiſſe fas sit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberum ſi venia indiget.

Atomus, átomi, penul. correp. fœm. gen. (ἄτομος,) Latinè dicitur individuus, inſecabilis, minutus. Seruius in ſextam eclogam Virgilii, Corpus volunt esſe atomos, id est qualdam minutiſſimas partes, quæ τομὴν, id est ſectionem non recipiunt. Vnde & atomi dicti sunt quas Lucretius minutiores dixit esſe illis corpuſculis, quæ inſint per feneſtram radiis Solis videmus. dicit enim illis nec viſum poſſe accidere. Cic. 1. Acad. 9. Quid est enim magnum, quum causas rerum & scientium ſuſtuleris, de corpuſculorum (ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui? Idem 1. de Finib. 26. Ille atomos quas appellat, id est corpora indiuidua propter ſoliditatem, cẽſet in ſolido nec vlo in quo, &c. ita ferri vt concurſionibus inter ſe cohæreſcant, ex quibus efficiuntur ea quæ fiunt, quæque cernantur omnia, eumque morum atomorum nullo à principio, ſed ex æterno tempore intelligi concurſum. Sic 1. de Natu. deorum 75. Et rurſum 1. de Finib. 28. Numquam fore vt atomus altera alteram poſſit attingere.
Atomorum author Democritus. Cice. 4. de Fato 36.
Innumerabiles atomi volitant. Cice. 1. de Natu. deorum 76.

Atque, (ατε,) vt ait Gell. lib. 10. ca. 29. particula, Grãmatici eſſe dicitur cõnexiua: & plerunq; ſanè cõmunis verba & connectit. Terent. And. 4. 4. 3. —accipe à me ocyus,
Atque ante noſtram tandem appone. Idem Adel. 5. 1. 10. Talem tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.
Atque, pro Tamen. Terent. And. 1. 5. 18. Mihi quidem hercle non fit veriſimile: atque ipſis commentum placet. Donatus.
Atque, Statim. Virg. 1. Georg. —ſic omnia fatis
In pelius ruere, atque retro ſublapſa referri. Et paulo póſt,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. Seruius. & Gellius lib. 10. cap. 29.
Atque, mitis ſententiarum comperit. Cicero, Atque cæteri imperatores qui de illo triumpharunt. Idem in Partitionibus 41. Atque ii ſunt quidem ferè quaſi quidam habitus animi ſic affecti, & conſtituti, vt ſint ſinguli inter ſe proprio vi totis genere diſtincti. Et inferius 43. Atque hæc quidem vi rutundi vitiorum autem ſunt genera contraria. Idem 1. de Orat. 94. Atque interea tamen dum hæc quæ diſperſa ſunt, cognoſcuntur et partim, licet carpentem & colligentem vndique, &c. Ex Valla lib. 2. & Budæo. Rurſum Cicero de Oratore, Atque vt omittam Græciam quæ eloquentiæ princeps esſe volunt, atque illas, &c.
Atque pro Sed. Cic. ad Terentiam, lib. 14. epiſt. 4. Sed ſi hoc fuit liberis noſtris gratius nos viuere, cætera quamquam ferenda non ſunt, ſerauimus. Atque ego qui te conſirmo, ipſe me non poſſum. Correptio est, quaſi dicat, ſed ego qui te confirmo, &c.
Atque, pro isque, vel idemque. Cæſar. 1. bel. Cuil. Tum quod ex totis ripis in vnum atque angustum locum tela iaciebantur. Id est in vnum, eumque vel eundemque angustum locum.
Atqui videſ Plaut. Merc. 2. 2. 38. Atque nũc ad ſimilitũdinẽ hucinatq; videſ!
Atque audin'? Terent. And. 5. 2. 24. Cura adſeruandum vmquam atque audin'? quàd opedam conſtringito. Ibidem. 1. 5. 64.
—properas. Atque audin'? verbum vnum caue de nuptiis.
Atque hoc conſiteor. Terent. And. 5. 1. 1. Vbi illic ſcelus est qui me perdidit? D. peril. P. atque hoc conſiteor, Iure obtigiſſe.
Atque id. Terent. Heaut 4. 1. 24. Atque id omitto, miſericordia, animos maternus, ſuos. Plaut. Ampli. 2. 109. Iterum iam hic in me inclemenſter dicit, atque id ſine malo. Cic. ad Atticum, lib. 5. 99. 1. Negotium magnum est nauigare, atque id menſe Quintili.
Atque iſtuc ipſum. Terent. And. 2. 1. 15. —rem tenes.
P. Illuc ipſum. O. atque iſtuc ipſum nihil periclí est, me vide.
Atque aliquis dicat. Terent. And. 4. 1. 16.
Atque aliquis dicat, nihil promouerisa
Multum moleſtus cernè ei fuero, atque animo morem geſſero.
Bellus est atque, &c. Plaut. Bacchid. 1. 75. Enim, nimis bellus, atque eſſe maxumè optabam locus. Idem Caſina. 16. 12.
—quoius es ſeruos tu? O. ſeruos ego! S. Atque meus.
Atque adeò varijs modis accipitur. Plaut. Amphit. 16. 35.
Pentheũ quando Thebis præter me nemo est alter Amphitruo
1. Immo præter me nemo: atque adeo tu Sphæro rudex ſies.
Atque adeò. Plaut. Curcul. 2. 54. Reſpondit mihi paucis verbis, atque adeò parum fidèliter. Idem Caſina. 19. 4. Eiurio hercle, atque adeò nunc haud parum fitio. Cic. pro Roſcio Amerino. 17. Hoc conſilio, atque adeò hac amentia impulſi. Idem pro Plancio. 38. Inſector, poſco, atq; adeò flagito. Item Attico lib. 5. 12. 15. Ego princeps in adiutoribus, atque adeò ſecundus.
Atque adeò habebis. Cic. ad Atticum, lib. 7. 140. 2. Cum Philotimo loquere, atque adeò Terentiam habebis. Idib.
Atque adeò potius. Cic. 5. Verr. 97. Quid verò iſtæ ſibi quinquagesimæ? quid porrò nummorum accessiones volunt? quo id iure, atque adeò quo ad potius orc feciſi?
Emigrat, atque adeò exit. Cic. 4. Verr. 62. Itaque iſte vehementer Stenio infenſus, hoſpitium ei renuntiat, domo cita emigrat, atque adeò exit: nam iam ante migrarat. Idem pro Sex. Roſcio 61. Quæ ſi prodierit, atque adeò quum prodierit, (ſcio enim prodituram esſe) audiet.
Atque adeò autem. Terent. Eunuch. 5. 5. 22. —ne quam in illum Thaïs vim fieri ſinat. Atque adeò autem cur non egomet introeo!
Atque adeò nihil largiatur princeps, dum nihil auferat: non alat, dum non occidat. Plin. in Paneg. 44.
Atque adeò, ornátus egregius potius. Plin. epiſt. 101. a. lib. 5. Atque adeò vt omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cœli, regionis ſitum, &c. Sic alibi ſæpe. Cic. 4. Verr. 2. Atque adeò antequam de incõmodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur eſſe de prouinciæ dignitate, vetuſtate, vtilitate dicenda. Idem, Antequam iret in exilium. 6.
Atque eccum. Terent. Eunuch. 5. 7. 5. Meúe quærit hæc? P. atque eccum video, adibo. Idem And. 5. 5. 1. Prouiſo quid agat Pamphilus: atque eccum. Idem Eunuch. 3. 1. 2.
—audi e vocem viſa ſum modò militis. Atque eccum.
Atque ædepol. Terent. And. 4. 1. 9. —atque ædepol
Eatres eſ: propterea æque nunc miſera in mœrore eſt.
Atque equidem. Terent. Eunuch. 5. 5. 14.
—colligauit primum cum miſeris modis. P. hem.
Colligauit? P. atque equidem orauit, vt ne id faceret, Thaïde.

Atque etiam. Plaut. Epid. 1. 0. 37. —hem foràs educite
Quam introduxiſtis fidicinam atque etiam fides,
Et quæ accederе, ubi addam dono gratis. Terent. Adelph. 2. 2. 1.
Tace, egomet conueniam tam ipſum, cupide accipiat faxo, atque etiá Bene dicat ſecum esſe actum. Idem Adelph. 4. 5. 29.
Atque etiam, in principio ſententiæ, Cice. 2. de Natu. deorum 47.
Atque etiam ſi à primis, inchoatiſque naturis ad vltimas perfectasque volumus procedere.
Atque ita. pro Atque ea conditione, vel eo nomine. Plaut. Epid. 1. 0. 33.
Tuas poſſidebit mulier faxo ferias
Atque ita profectò, vt eam ex hoc exoneres agro.
Atque ita. pro Atque ſic. Terent. Eunuch. 4. 6. 19.
Ego formidoloſus nemo eſt hominum qui viuat, minus.
T. Atque ita opus est.
Atque verò. Plaut. Aulul. 3. 18.
Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit,
Cœpi obſeruare ecquid maiorem filius
Mihi honorem haberet, quàm eius habuiſſet pater.
Atque ille verò minuſque impendio
Curare, minuſque me impartiri honoribus.
Pro eo atque. Vlpianus, Pro eo habendum est, atque ſi nullo iure factũ eſſet. Id est Ita vt, ſic vt, vel perinde vt.
Ad eundem modum atq; Cato de Re ruſt. Pomarium ſeminarium ad eũdem modum atque oleaginũ facito. Hoc est quemadmodũ oleaginũ. Vnum & idem videtur esſe atque id quod de me ipſo nominatim tuliſti. Cice. pro Domo ſua 41.
Ex iiſdem atque. Cic. 2. de Inuen. 174. Argumentationes ex iiſdem locis ſumendæ ſunt, atque in causam negotialem, de qua ante dictum est.
Atq; variis particulis, pro variis ſignificatis ſuccedit. Nam & cõpara tiui. Plau. Merc. Amicior mihi nullus vnus, atq; is eſt. Hoc eſt, ꝙ is eſt.
Alius atque. Terentius And. Alium cenſes nunc me, atque olim quum dabam? Plaut. Pſeud. 2. 0. 28. Illi ſunt alio ingenio atque tu. Cice. 3. de Legib. 28. Quid, in alijs rebus, alioſq; ſententijs verſaris atque ille Idem 1. de Orato. 141.
Secus atque. Cice. de Oratore, Quoniam cœpit ſecus agere, atque initio dixeram. Ibidem lib. 3. 65. Sed paulò ſecus à me atque ab illo partita atque diſtributa.
Aliter atque. Cice. 5. Verr. 84. Quòd iſte aliter atque vt edixerat, decreuiſſet. Hic ſignandum, particulam ATQVE, etiam VT ſecum accipere. Sic 5. Tuſcul. Adel. 135. Terent. 4. 3. 6. Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum.
Contrà atque ante. Cice. 5. in Catil. 64. Aruſpices ſuſtulerunt ſimulachrum Iouis facere maius, & in excelſum collocare, & contra atque ante fuerat, ad Orientem conuertere.
Contrario motu atque. Cice. de Somnio Scip. 14. Septem planetæ verſantur retro contrario motu atque cœlum.
Similiter atque. Cice. in Philipp. Neque enim illum ſimiliter atque ipſe eram, commotum vidi. Id est vt, vel ſicut eram.
Aeque atque. Terentius And. Miſer æquè atque ego. Cice. 3. de Natu. deorum 60. At hi quidem colunt æque atque illi. Idem ad Brutum, epiſto. 6. 3. Hoc ego ad meum officium priuatarũ rerum æquè atque vllam aliam rem pertinere arbitror. Idem 1. de Orato. 94. & 3. de Natu. deorum 60.
Item atque. Varro de Ling. Lat. Analogia non item ea definienda, quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa quæ ad vſum loquendi.
Pariter atque. Plaut. Menæch. Pariter hoc atque alias res ſoles.
Iuxtà atque. Liu. Trucidant inermes iuxta atque armatos.
Potius atque. Plaut. Amph. 4. 1. 16. Ita dì faciant, vt tu potius ſis atque ego, re vt verberem.
Atque quoque. Celſus de lethargo, Atque id quoque genus celeriter iugulat, niſi ſuccurritur.
* Atque poſt comparatiuum pro quàm. Horat. ſaty. 7. Qui peccas minus atque ego?
Non magis verum atque. Terentius And. 4. 2. 11. Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt. Id est, Tam hoc verum eſt, quàm Apollinis oraculum.
Haud est mollis atque. Plaut. Caſina, 20. 21.
Nebula haud mollis atque hæc est.
Non diſſimile atque. Cice. Attico, lib. 2. 18. 3. Aut quieſcendum: quod est non diſſimile atque ire in Solonium aut Antium.
Similis atque. Terentius in prolog. Phorm. 32.
Ne ſimili vtamur fortuna, atque vſi ſumus.
Talis atque. Terent. Phorm. ſcena vltima. Faxo tali cum mactatum atque hic est, infortunio.
Atque, ſi gemina fiat, auget, intenditque rem de qua agitur vt animadueritimus in Q. Ennii annalibus, niſi memoria in hoc verſu labor, Atque atque accedit muros Romana iuuentus. Hæc Gelli. lib. 10. ca. 29.
Atque geminatum, VET. Cice. 5. Verr. 164. Ex huiuſmodi principio atque ex liberalitate atque accommodatione magiſtratuũ, cõſuetudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

æstimationis introducta est.
Atque hæc quidem atque eiusmodi ex vetere Græciæ fama collecta sunt. Cicer. 3. de Natu. deorum 81. Legitur etiam, & eiusmodi.

Atqui (ἀμέλει, ἀλλὰ μήν, καὶ μὴν, δυνατὸν, γὲ μὴν, ἀλλὰ,) Coniunctio est discretiua, significans Sed tamen. Terent. Eunuch. 5. 5. 14. Nescio. Atqui sic inuenta est. Idem Adelph. 1. 1. 15. Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre. Cicer. 4. Acad. 204. Vereor ne subarroganter facias, si dixeris tuam. Atqui ita dicas necesse est. Terent. And. 2. 6. 4. Atqui expectabam quidem.
Atqui, pro certè, profectò. Terent. Eunuch. 4. 6. 2. Atqui si illam digito attigerit vno, oculi ilico effodientur.
Atqui certe. Cic. 2. de Nat. deor. 28. Atqui certe nihil omnium rerum melius est mundo, Idē Attico, lib. 7. 127. 1. Atqui certe ille agere debuit.
Atqui, pro Imò. Terent. Hecyra 1. 2. 85.
– atqui ea res multo maximè
Diuīxit illum ab illa post quam, &c. Donatus. Legitur & ATQVE.
Atqui, abundat nonnunquam, authore Donato. Terentius Adelph. 5. 5. 6. – tibi
Lubens bene faxim. 5. gratiam habeo. D. atqui Syre
Hoc verum est.
Atqui pro At, & Veruntamen, siue Attamen. Cice. in Tusculan. Si puer paruus occidit, æquo animo ferendum putant. Si verò in canis, ne que rendum quidem. Atqui hoc acerbius natura exigit quod dederat. Ibidem libro 5. 80. Dionysius quum quinque & viginti natus annos dominatum occupauisset, qua pulchritudine vrbem, quibus autem opibus prædiram, seruitute oppressam tenuit ciuitatem? Atqui de hoc homine à bonis authoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam.

Atráctylis, huius atractylidis, penul. correp. (ἀτρακτυλὶς,) Species aculeata, quam Dioscorides lib. 3. ca. 106. enecum syluestre & præsæpium à Romanis dici asserit. vocatur, & fusus agrestis, quòd caulis eius fusum mulieribus præstet. A Theophrasto vocatur phonos, id est cædes: quòd succum sanguinem habeat. Matthiolus Senensis ait se nondum potuisse in Italia reperire hanc herbam, & Ruellii opinionem de Atractylida refutat.

Atramentum, Atratus, Vide ATER.

ATRATINVS, accusator Cœlii, vt in oratione Ciceronis apparet, qui male à quibusdam Atracinus scribitur, vt tradit Volaterranus.
Atracius, adiectiuū, (ἀτρακὶνος,) vt Atraciæ oræ. Prop. 1. eleg. 8. 5. Thessalíam.
Ars Atracia, Magica. Stat. 1. Thebaid. 21.
– qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte color.
Atracinum venenum. Valer. Flac. 4. Argonaut. 89.
ATREBATES, penul. prod. (ἀτρεβάτιοι,) Populi inter Belgas, finitimi Ambianis, Tornacensibus, & Morinis. Strabo. Vulgò Artois. Vide Commentaria Cæsaris.
ATREVS, dissyllabum, ἀτρεύς, filius Pelopis & Hippodamiæ, rex Mycenarum, frater Thyestis, qui quàm dissētione mutuum sibi nocere nō possent, in simulatam gratiam redierunt, qua occasione Thyestes cum fratris vxore concubuit. Atreus verò ei filium epulandum apposuit. Quæ Sol abominatus ne polluueretur, aufugit. Sed veritas hæc est: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipsim inuenisse: cui inuidens frater ex vrbe discessit tépore quo eius pbata sunt dicta. Hęc Seruius.
Atrea accusatiuus. Senec. in Thyeste 5. 17.
– vos facitis mihi Atrea timendum.
Nefarius Atreus. Horat. in Arte poetica 38.
Aut humana palàm coquat exta nefarius Atreus.
Truculentus Atreus. Senec. in Thyeste 7. 1.
Atrēus, trium syllabarum, adiectiuum est, (ἀτρεὶος,) Statius. 8. Thebaid. 145. I precor Atrei si quid tibi sanguinis vnquam Hippomedon. Hypomedon vocatiuus est.
Atrides, Atridæ. penul. prod. pluraliter Atridæ, Atridarum, (ἀτρεΐδης,) Id est Atrei filii, Agamemnon & Menelaus, Virg. 1. Aenei. 43. Atridas, Priamumque, & sæuum ambobus Achillem.
Atridæ gemini. Virgil. 2. Aeneid. 83.
Atridæ superbi. Horat. 1. Carm. ode 10. 3.
Atrides minor & maior. Ouid. 12. Metamor. 125.
Non minor Atrides, non bello maior, & æuo.
Atrides, quum sine adiectiuo ponitur, Agamemnonem intelligimus. Horat. 2. Carm. ode 4. 3.
Arsit Atrides medio in triumpho Virgine rapta.
Troiæ populator Atrides, Agamemnon. Ouid. 13. Metamor. 145.

Atri dies Dicuntur quos nunc nefastos vel posteros vocant. Nonius. Vide ATER.

ATRIA, (ἀδρία,) Oppidum Venetiæ. Plin. lib. 3. cap. 16. 4. Omnia ea, flumina, fossasque, primi à Sagi fecere Thusci, egesto amnis impetu per transuersum in Atrianorum paludes, quæ septem maria appellantur, nobili portu oppidi Tuscorum Atriæ, à quo Atriaticum mare antè appellabatur, quod nunc Adriaticum.

Atriarius, Vide ATRIVM.

Atricapilla, (μελαγκόρυφος,) Auis est. Festus, Melancoryphi, genus auium quæ Latinè vocantur atricapillæ, eo quòd summa earum capita nigra sint.

Atrici, Atriensis, Atriolum, Vide ATRIVM.

ATRIDES. Vide ATREVS.

Atriplex, penul. correp. atriplicis, penul. corre. n. g. (ἀτράφαξυς) Herba, quæ ab atro dicta putatur, quòd homines pallidos faciat. Plinius lib. 20. cap. 20. 8. Atriplex & syluestre est satiuum accusatum à Pythagora, tanquam faceret hydropicos, morbosque regios, & pallorem. Coquitur difficillimè, ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quicquam, nisi languidum culpauit. Addidere Dionysius & Diocles plurimos gigni ex eo morbos: nec nisi mutata sæpius aqua coquendum: stomacho contrarium esse, lentigines & papulas gignere. Hactenus Plinius apud Italos, vulgo appellat Treppele ouer Keppele.

Atritas, Vide ATER.

Atrium, atrii, (μίλαθρον, πρόδομος, προαύλιον,) Festus, Atrium proprie est genus ædificii ante ædem continens medium aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia defcendit. Varro lib. Ling. Lat. Atrium appellatum ab Atriatibus Tuscis. illinc enim exemplū sumptum. Gellius lib. 16. cap. 5. Animaduerti enim quosdam non quaquam indoctos viros opinari vestibulum esse partem domus pomorem, quam vulgus atrium vocat. Virgilius 1. Aeneid. 77.
Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria. Vbi Seruius, Tangit Romanum historiam. nam vt ait Cato, & in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui. vnde ait Iuuenalis Satyr. 1. 10. Quis fercula septem Secretò cœnauit atrio? Ibi & præconias habebant. vnde qui honoratiores erant, liminum custodes adhibebantur. vt, – qui Dardanio Anchisæ
Armiger ante fuit fidusque ad limina custos. Ibi & culina erat vnde & atrium dictum est, atrum enim erat ex fumo. Cic. pro Quintio 13.
Alta atria. Virgilius 4. Aeneid. 133. Ampla, Idem 1. Aeneid. 147. Regalia, Ouidius 5. Metamorpho. 1. Sublimia, Horat. 2. Carm. 15.
Atrium auctionarium. Vide AVCTIONARIVS. Cic. contra Rullū. 4.
Atrium, genus ædificii ante ædes sacras, vt atrium Libertatis. Cic. pro Milone, Quæstiones vrgent Milonē quæ iunt habitæ in atrio Libertatis.
Atriolum, penul. correp. Diminutiuum, (προαύλιον,) Cic. ad Quintum fratrem, lib. 3. 17. 3. Quo loco in porticu te scribere aiunt vt atriolum fiat: mihi vt est magis placebat neq; enim satis loci esse videbat neque ferè solet, nisi in his ædificiis fieri, in quibus est atrium nec habere poterat adiuncta cubicula, eiusmodi & membra.
Attici, (πρόδομοι,) à Iurisconsultis dicuntur, qui excubant ad fores & ad limina etiam vocantur, & limenarchæ.
Atrienſis, huius atrienſis, (προαυλιαῖος,) Seruus est, præcipuus in familia. Cic. in Pisonem 53. Serui fordidati ministrant, nonnulli etiam togati. Idem coquus, idem atrienſis, Idem in Parad. 45. Atque vt in magnis familiis ſtultorum, ſunt alii lautiores (vt ſibi videntur) ſerui, ſed tamen serui, atrienſes actopiarii. Colum. lib. 12. ca. 3. 8. Tum inſuſſere aucibus vt ſupellectilem exponant. & Plin. ep. 19. lib. 3.

Atrocitas, Vide ATROX.

Atrophia, atrophiæ, penult. prod. (ἀτροφία,) Vna est ex specibus rabis: de qua sic Celsus lib. 3. cap. 22. Atrophia est qua corpus nō alitur, & natura aliter sēmg aliquibus decedētibus, quibus verò in eorū locū subeūtibus, summa macies orit: & nisi occurrit, pessima.
Atrophi, penul. correp. (ἄτροφοι,) Qui cibum non sentiunt. Plinius lib. 26. cap. 11. 5. Eadem datur iis quos atrophos vocant, interpositis diebus. Idem lib. 28. cap. 9. 6. Et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos atrophos vocant. * Idem lib. 27. cap. 8. Expleat finus vulnerum, & atropha carnosiora faciunt.
Atropha appellantur, quæ cibum non sentiunt. Plin. lib. 22. cap. 22. 25.

ATROPOS, penul. correp. (ἄτροπος,) vna ex Parcis, quæ finem vitæ in potestate habere putatur. Dictam volunt ab α & τρέπω, quòd sit inexorabilis, nec ad cuiusdam preces vertatur.
Atropos alba. Statius 4. Sylu. 8. 4.
His senium, longæque decus virtutis, & alba
Atropos, & patrius lauros promisit Apollo.

Atror, Vide ATER.

Atrox, atrōcis, penul. prod. om. g. (ἀτρωκὴς,) Asper, crudelis, quod qui atro vultu sunt, asperitatem ac sæuitiam præ se ferunt. Alii atrocem à Græco potius appellatum censent, quòd Græci atrocia appellant quę cruda sunt: vel ab eo quòd atroces nihil de se timent. τρὼξ enim timere est. Hæc ex Festo. Virgil. 1. Georg. 81.
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus. Vbi Seruius, Atrox, crudelis & immitis. Terentius Hecy. 3. 1. 17. Me inde lachrumans, incredibili re atq; atroci percitus.
Atrox & Mitis contraria.
Atroces res & miserabiles. Quintil. lib. 6. cap. 1. 40.
Atrocissimum certamen. Liuius. 8. bel. Pun. 26.
Æstas atrox. Claudian. 1. Paneg. 93.
Nou toruo fremat igne leo, nec brachia Caneri Vrat atrox æstas.
Anguis atrox. Stat. 6. Thebaid. 32.
Facinus atrox. Seneca in Troade. 4. 18.
Fama atrocior. Tacitus lib. 4. Seianus facinorum omnium repertor habebatur ex nimia charitate in eum Cæsaris, & cæterorum in vtrunque odio erga dominantium exitus.
Flagrantis atrox hora Canículæ. Horat. 3. Carm. ode 3. 2.
Ingenium atrox. Claudian. 4. Paneg. 46.
Inuitia atrox. Claudian. de bello Getico. 79.
Atrocē iniuriā quasi cōsumeliosiorē, & maiorē accipim⁹. Vlp. de Iniuriis.
Atroces literæ. Cic. ad Pætum, lib. 9. 25. 5. Repente perculsus est atrocissimis literis: in quibus scriptum erat tumultum Herculanensem à Quintio Fabio fratre proscriptum esse.
Nefas atrox. Seneca in Thyeste. 3. 4.
Suspicio atrocissima. Cic. pro Marcello. 12. Nunc venio ad grauissimam querelam & atrocissimam suspicionem tuam.
Tempestas atrox. Claudian. de bello Getico. 23.
Atrox & difficile tempus Reip. Cic. 6. Verr. 97.
Virtus atrox, Fortitudo quædam immensa nullos hostes, nulla vincula, nullū mortis genus perhorrescens. Sil. lib. 13. 74. de Taurea qui in cōspectu Fuluii victoriæ, ne à victoribus suis occideretur, semet iterfecit.
Res scelesta, atrox, nefaria. Cic. pro Sex. Rolcio. 32.
Vehemens & atrox genus orationis: cui Lene & mansuetum opponitur. Cic. 2. de Orat. 110.
Atrox animal ad conficiendum hominem. Plin. de Polypo, Negat Trebius vllum esse atrocius animal ad hominem conficiendum in aqua.
Atrox odii. Tacit. lib. 13. Iidem Consulibus atrox odii Agrippina ac Lollia infensa, quòd secum, &c.
Atrox, Crudum. Nonius bel. Pun. lib. 4. Simul atrocia proiecerunt exta ministratores. Nonius.
Atrox, pro Constanti. Horat. 2. Carm. ode. 1. 5. Præter atrocem animum Catonis.

Atrocitas, pen. corr. (ἀτρωκία,) Denominatiuum, pro Crudelitate. Cic. 6. Verr. 78. Neque tamen finis huic iniuriæ, crudelitatisque fiebat, donec populus atque vniuersa multitudo atrocitate rei, misericordiaque commota, Senatum clamore coegit vt, &c. Sic. 7. Verr. 134.
Atrocitate animi moueri. Cic. 4. in Catil. 83. Ego quòd in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moueor, sed singulari quadam humanitate & misericordia.
Leuare atrocitatem alicuius rei. Vide LEVIS.
Augere atrocitatem. Author ad Heren. lib. 2. 11. In causa coniecturali proprius locus accusatoris est, quum dicit malorū miserē non oportere, & quum auget peccati atrocitatem.
Atrocitas verborum. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 10. Hæ literæ abs te per socium missæ ad C. Fabium (si modò sunt tuæ) quum leguntur, inuidiam atrocitatem verborum habent.
Atrociter, penult. correp. Aduerbium, (ἀτρωκέως,) vt Atrociter minitari. Cic. 7. Verr. 125.
Atrocius accipi. Tacitus lib. 17. Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperii, atrocius accipiebantur.
Atrociter omnibus horis aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amer. 92. Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus etiā qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.
Atrocius paulo. Cic. 4. Verr. 42. Atrociter inuehi. Liuius. 3. ab Vrbe. 38.

Atrum, Vide ATER.

ATTA, (ἄττα,) proprium poetæ cuiusdam tragœdiarum vel comœdiarum, vt refert Acron, in hunc Horatii. 2. Epist. 1. 16. locum,
Recte nēcne crocum, floresque perambulet Attæ Fabula.

Attactus, Vide ATTINGO.

Attagen, pen. corr. huius attagēnis, pen. prod. male. ge. (ἀτταγὴν,) Auis est Asiatica, quam Francolinum dicimus, inquit Valla in Raudensem. Plin. lib. 10. ca. 48. 1. Attagen maximè Ionius celebratur, vocalis aliàs, captus verò obmutescens, quondā existimatus iter raras aues. Id & in Gallia Hispaniaq; capit, & ꝑ Alpes ēt vbi & falacrocoraces anes, Balearici insularū peculiares, sicut Alpiū pytocoracs.
Attagēna, attagenæ, pen. prod. (ἀτταγὴν,) Idem. Martial. lib. 2. 36. Commouemque duobus attagenam. Idem, lib. 13. 61.
Inter sapores fertur altum primus
Ionicarum gustus attagenarum. Plin. lib. 8. cap. 58. 5. Item apros & attagenas, herinaceos.

ATTALVS, pen. corr. (ἄτταλος,) Rex Asiæ, vel Pergami, qui à Populo Romano donātus eo regno. quum liberos non haberet, Populum Romanum hæredem fecit.
Attalicus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀττάλικός,) vt Attalica toga. Plin. lib. 8. cap. 48. 5. Aurum intexere in eadem Asia inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis: Propert. lib. 3. eleg. 18. 4. Vestes Attalicæ. Quapropter etiam Attalicæ conditiones dictæ sunt. Horat. 1. Carm. ode 1. 3.
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros, Attalicis conditionibus
Nunq̄ dimoueas. Hoc est, opibus. Cic. 6. Verr. 25. Quid illa Attalica tota Sicilia nominata, ab eodē Heio peripetasmata emere oblitus es?
Attalicus thorus. Propertius lib. 2. eleg. 14. 15.

Attamen, Vide AT.

Attegiae attegiarū, (καλύβαι,) Id est mapalia, & tugurio. Iuuen. Satyr. 14. 20. Ditue Mauorū attegias, castella Brigantū.
Vt locupletem Aquilam tibi sexagesimus annus Afferat.

ATTELLA, (ἀτέλλαι, Ptol. & Steph.) Oppidum Oscorum, vbi grande & egregium amphitheatrum erat. Sunt qui præcipiant scribi per T simplex: & ita legitur in emendationibus codicibus.
Attellanus, adiectiuum, (ἀτελλανός,) vt Fabulæ Atellanæ. Donatus, in vita Terentii, Atellanas à ciuitate Campaniæ, vbi actitatæ sunt plurimæ. Idem, Atellanæ salibus & iocis compositæ, quæ in senō habent nisi vetustam elegantiam. Liu. 7. ab Vrbe 2. Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco res ad seruabatur, & ludus in artem paulatim verterat, iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare cœpit. quæ inde exodia postea appellata, conferaque fabellis potissimum Atellanis sunt. quod genus ludorum ab Osris acceptum tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa est. Cic. ad Pætum, lib. 9. 16. 19. Nunc venio ad iocationes tuas, quando tu secundum Oenomaum Accii, non vt olim solebat, Atellanam sed vt nunc fit, mimum introduxisti.
Atrellanus, adiectiuum aliud, (ἀτελλανὸς,) Cic. 2. de Diuin. 38. Totum omnino fatum etiam Attellanio versu iure mihi esse irrisum videtur.

Attémpero, attemperas, pe. corr. (συγκεράννυμι,) attemperāre, vt Attemperare gladiū iugulo, pro Aptare, & quasi dirigere ad iugulum. Sene. epist. 30. Sic gladiator, tota pugna timidissimus, iugulū aduersario præstat, & errantem gladiū sibi attemperat.
Attemperāte, pen. prod. (συγκοσμηθέντως,) Aduerbium, ab Attemperatus. Terē. And. 5. 4. 13. Itane attēperatè venit hodie in ipsis nuptiis, Vt veniret ante hac nunquam!

Attendo attendit, attendi, attentum, (προσέχω,) attendere, Ex ad & tendo, significat cogitare, & quasi animum intendere. Verbum est non plenum, sed nudum: attēdi enim, oculos aut animum subauditur. Terent. Hecyra 2. 2. 13.
– nam postquam attendi
Magis, & vi cœpi cogere vt rediret. Plaut. Amph. 16. 45. Attende sis, hac dextera, nolli, regem mactaui Pterelam.
Audi, atque attende Laterensis, vt scias, &c. Cic. pro Plancio 80.
Si paulo diligentius Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis. Cice. Appio Pulchro, lib. 3. 7. 15.
Diligenter attendere. Cice. 3. de Finib. 10.
Admodum attendere. Cic. 3. de Orato. 28.
Magnopere attendere. Cic. 3. Verr. 18. Quis nos magnopere attendit vnquam, in hoc quidem genere causarum, vbi aliquid ereptum aut ablatum à quopiam dicitur?
Bene attendisti, nimis callidè agebatur. Cic. Attico, lib. 15. 329. 14.
Attendere, cum dativo. Sueton. in Galba. Inter liberales disciplinas attendit & iuri. Id est studuit, siue operam dedit iuri. Plinius epist. 8. 2. Ideo nunc rogo vt non tantum vniuersitati eius attendas, verum etiam particulæ, qua soles, lima persequaris. In his exemplis, datmus est rei. Iungitur etiam dativo personæ. Plin. in Panegy. Iurat in legem, attendentibus diis. nam cui magis, quàm Cæsari, attendant?
* Attendebat iis, &c. Plin. lib. 7. ep. 33.
Attendere, cum accusativo. Cic. pro Archia. 13. Quoniam me in hoc nono genere dicendi tam diligenter attenditis. Idem 2. Philipp. 50. Et 4. Acad. 98. Illud attendimus in hoc omni genere quàm inconstanter loquamur. Idem pro Cluent. 26. Attendite exitum quæ mulier, &c. Idem 1. de Orato. 77. Imò id me hercule inquit, ipsum attendo. Idem 3. de Finib. 62. Quare attendo te studiosè & quæcunque rebus his, de quibus hic sermo est, nomina imponis, memoriæ commendo. Sallust. Sed Marius impigre, prudenterque suorum & hostium res pariter attendere. Brutus Ciceroni lib. 11. epistō. 13. 1. Cice. 3. Verr. 18.
Attendere & aucupari verba oportebit in quo vt ea quæ sint frigidiora vitemus. Cic. 2. de Orato. 142.
Non attendimus neque exaudimus nosmetipsos. Cic. in Orato. 109.
Attendere atque intelligere, Cice. 7. Verr. 116. Sed scriptum extat in iisdem literis quod iste homo barbarus ac dissolutus neque attendere vnquam neque intelligere potuit.
Attendere ad. Quintil. lib. 11. cap. 2. Hinc est ex illa arte non inutile,

Universidad de Deusto
Biblioteca

attendere signa ad eos qui exciderunt sensus.
Attendere de. Cicc. 12. Philipp. 37. Animus tamen erit solicitus, vt nihil possit de officiis legationis attendere.
Attendere animum, Aduertere. Terent. in prolog. Phorm. 28. Nunc quid velim, animum attendite. Idem Phorm. 5. 6. 28.
Animam compressi, aurem admoui, ita animum cœpi attendere, Hoc modo sermonem captans. Cicc. 3. Offic. 44. Sed si quum animum attenderis, turpitudinem videas ei rei adiunctam, &c. Idé 3. Verr. 19. Quo tempore igitur aures iudex erigeret, animumque attenderet, Liu. 10. ab Vrbe 16. Iubet peritos Linguæ animum attendere.
Attendere animos ad. Cicc. pro Lege Agraria 47. Sed attendite animos ad ea quæ consequuntur.
Attendere animo æquo. Terent. in prolog. Hecyræ 28. Mea causa æquo animo attendite.
Erigere mentes, aures que, & dicentem attendere. Cicero pro Sylla 24. Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor. Erigite mentes, aures que vestras: & me de inuidiosis rebus, vt ille putat, dicentem attendite.
Attendens, attendentis, Participium, (προσέχων,) Silius lib. 8. 118.
Vos etiam attritæ, desolatæque virorum
Eridani gentes, nullo attendente deorum
Votis tunc vestris, casura ruistis in arma.
Attentus, (προσεχομένος,) Participiũ. Terẽ. And. 2. 1. 4. – vt animus in Spe atque in timore vsque ante hac attentus fuit.
Diligens & attentus in. Cicc. 3. Verr. 90. Qui in re aduentitia atque hæreditaria tam diligens, tam attentus esset.
Attento animo intueri. Cicc. 1. de Finib. 87. Et in Orato. 114. Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt.
Auditorem benevolum sibi facere & attentum & docilem. Cicc. 2. de Orato. 45. & 176.
Præbere se attentum auditorem. Cicc. 3. de Natu. deor. 2. Præbebo igitur me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem.
Tenere auditorem attentum. Author ad Heren. lib. 4. 158. Solent enim diu cogitare omnes qui magna negotia volunt agere. Non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem: diffluit enim totus. Sic Cicero 1. Offic. 183.
Facere auditores attentos. Author ad Herennium lib. 1. Dociles auditores habere poterimus, si summam causæ breuiter exponemus, & si attentos eos faciemus.
Auris attenta. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 4.
– nisi dextro tempore, Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.
Attentus, (προσεκτικός,) Nomen ex participio, vt Attentior ad rem. Terent. Adel. 5. 3. 48. Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est.
Attentior circa aliquid. Quintil. lib. 5. cap. 4. 15. Sic vtraque res inuicem iuuabit, eritque iudex circa ius nostrum spe modestiæ attentior.
Attentissimis animis audire. Cicc. pro Sestio 24.
Attenta vita. Curiosa & diligens, quàm vulgus subiectam dicit. Cicc. pro Roscio Amerino 25. Tamenne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?
Attentus rerum paterfamilias. Cicc. pro Quintio 6. C. Quintius fuit P. Quintii huius frater, sanè cæterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus, vna in re paulo minus consideratus, qui, &c. Horatius 2. Epistol. 1. 35.
Attentus, pro Attentus ad rem, auarus, nimiumque solicitus. Horatius 1. Epistol. 7. 18.
Quem simul aspexit scabrum, intonsumque Philippus,
Durus ait Vultei nimis, attentusque videris Esse mihi.
Asper, & attentus quæsitis. Horat. 2. Sermo. sat. 6. 17.
Attentio, (προσοχὴ, φροντὶς,) Verbale. Cicc. 2. de Oratore 82. Reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione vigilantia, &c. Quintil. lib. 4. cap. 1. Docilem sine dubio & hæc ipsa præstat attentio.
Attentè, (προσεκτικῶς,) adiuerbium, vt Attentè audire. Cic. pro Domo sua 61. Terent. Heaut. 1. 1. 14. Ita attentè illorum officia fungere.
Attentè legere. Cicc. ad Trebatium, lib. 7. 20. 4.
Attentius agere. Cicc. Attico, lib. 16. 340. 1.
Attentius cogitare. Cicc. 5. de Finib. 7.
Attentissimè audire. Cicc. 1. de Oratore 142. Idem ad Catonem, lib. 15. 4. 43. Scis enim quàm attentè te audire soleam.
Spectare attentius. Horat. 2. Epistol. 1. 40.

Attento, attentas, (προσκόπτω,) attentare, Ex ad, & tento, Idem quod tentare. Colum. lib. 1. ca. 4. 4. Simul attentando possessor efficit vt in id formetur, quod maximè præstare possit. Plin. in præfat. lib. 6. Nemo apud nos quidem qui attentauerit.
Attentare, Manu inuadere, vel insidiis adoriri. Cicc. de Aruisp. respons. 14. Quum ea attententur eius lingua, cuius antea manu euersa vos mihi & liberis meis manibus vestris reddidistis. Idem ad Quirites, Post reditum 14. Qui quia suam claſſem attentatam magno cum suo periculo pensi sensit, &c. Colum. lib. 7. ca. 12. 7. Primum est enim non attentari:

secundum est lacessitum fortiter & perseueranter vindicari. Cicc. 4. Verr. 93. Omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare.
Attentari sententia dicitur, quum per appellationem an iusta fuerit discutitur. Vlpianus in L. Eleganter, paragra. Tunc enim. ff. de Conditi. indeb. Tunc enim rescriptis locum esse credendum est, quum de sententia indubitata, quæ nullo remedio attentari potest, transigitur.
Vrbem attentare. Ci. pro Sestio 6. Capuam propter plurimas belli importunitates, ab illa impia & scelerata manu attentari suspicabatur.
Attentari pudicitia dicitur, quum id agitur vt ex pudico impudicus fiat. Paulus Iurisconsul. de Iniuriis. Vlpianus in L. Apud Labeonem, de Iniuriis, Appellare, est blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Seneca lib. 2. de Ira, Serui pudicitiam attentari non vult, qui non pepercit suæ?
Fidem alicuius attentare. Cic. in Orat. 121. Nam quum is est au deor qui non vereatur ne cõpositæ orationis insidiis sua fides attentetur, gratiã quoque habet oratori voluptati aurium seruienti.
Attentare tempus prosperum. Tacit. lib. 11. Crebrò vulgabat, ire in melius valetudinem Principis, quo miles bona in spe ageret, tempusque prosperum ex monitis Chaldæorum attentaret.
Attentare aliqué bello, Belli fortunã in aliquo experiri. Stat. 4. Theb. 14.
Vt possessa diu taurus meat arduus inter
Pascua, iam lassa ceruice, & inanibus armis,
Dux tamen: haud illum bello attentare iuuencis Sunt animi.
Lachrymis attentare aliquem. Valer. 4. Argona. 3. Tum precibus, tũ me lachrymis, & supplice dextra Attentare veto.
Precibus attentare aliquem. Valer. 4. Argonaut. 3.

Attenuo, attenuas, (λεπτύνω,) attenuare, Ex ad, & tenuo compositum, Comminuere, detrahere, exilius facere. Plin. lib. 11. cap. 37. 44. Lingua leonibus ac pardis, omnibusque generis eius, etiam felibus, imbricatæ asperitatis ac limæ similis, attenuansque lambendo cutem hominis. Idem lib. 36. cap. 6. 9. Ita sectæ attenuantur cruſtæ.
Attenuari. Lucretius lib. 1. 64. – tum portas propter aheno
Signa, manus dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu.
Attenuatum bellum atque imminutum. Cicc. pro lege Manilia 21. Item Attenuatæ prælii legiones, Cæsar 3. bel. Ciuil. 350.
Attenuatum dicendi genus. Cicc. 3. de Orato. 120.
Curas attenuare, Id est minuere. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 11.
Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas,
Præterquam curas attenuare meas. Sic Eleg. 1. 4.
Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes. Ouid. 1. de Arte 148.
Luctus attenuare. Ouid ad Liuiam 70.
Manus attenuare. Tibullus 1. eleg. 4. 10.
Nec te pœniteat duros subiisse labores,
Aut operi insuetas attenuasse manus.
Opes attenuare, Ablumere. Ouid. 8. Metamor. 170.
Iamque fame patrias, altique voragine ventris
Attenuarat opes. De Erisichthone,
Arboris vmbram attenuare. Catullus in Argonaut. 9.
Non falx attenuat frondatorum arboris vmbram.
Vmbram arboris pro frondibus posuit, quæ vmbram præbent.
Attenuans victus à medicis vocatur, quo corpus nostrum gracilescit, & fit tenuius.
Attenuatus, (λεπτυσμένος,) Participium. vt Attenuatus amore. Ouid. 3. Metamorpho. 98.
Attenuatè, Aduerbiũ, (λελεπτυμένως,) vt Attenuatè presseq; dicere. Cicero. de Claris Orato. 105. Oratorum bonorum duo sunt genera, vnum attenuatè presseque, alterum sublatè, ampleque dicentium. Hic oppositus aduerbio ATTENVATE, aliud aduerbium AMPLE.
Attenuatio, attenuationis, (λέπτυνσις,) Verbale, Ipse attenuandi actio.
Attenuatio suspicionis. Author ad Herennium lib. 2. 13. Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspicionis.

Attero, atteris, pen. corr. attriui, attritum, (παραγράφω,) Est rem aliquam cum alia, vi quadam coniungere, & quodámodo confricare. vt Atterere gladium coti, quod barbari acuitatem dicunt. Plin. lib. 9. cap. 51. Anguillæ atterunt se scopulis.
Attrita inter se ligna. Plin. lib. 2. cap. 107. 1.
Asinus atterens se spinetis. Plin. lib. 10. cap. 74. id est. attricans.
Atterere, comminuere, frangere, consumere. Columel. lib. 5. cap. 6. 10. Nam demissum ex eo palmitem germinantem inferior atterat, & fortium decutiet. Virgil. 4. Georg. 3.
– aut errans baculo nisi carpat euntem,
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas. Celsus in Proœm. lib. 1. Ita duce alii Erasistrato atteri cibum in ventre contendunt.
Atterere alueum, pro Terere, seu calcare. Plin. lib. 8. cap. 5. 1. Amnem transituri minimos præmittunt, ne maiorum ingressu atteratur alueus, crescat gurgitis altitudo. De elephantibus loquitur.
Attrita toga. Martialis. Attrita venier sportula sæpe toga. Hoc est laceratæ.
Imbelles atterit hasta manus. Propert. lib. 4. eleg. 3. 5.

Attritus

Attritus vomer. Virgil. 1. Georg. 10.
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.
Attrita ansa. Virgil. in Sileno. 6. 4. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Vbi Seruius, Attrita ansa, frequenti potu.
Attritus lapillus. Ouidius.
– quos grato marmore labens
Riuus, & attritos versans alit vnda lapillos.
Atterere aures alicui, per translationem. Plaut. Persa. 11. 11. Cuiquam mortali libero aures atteram?
Atterere item per translationem: vt Attrita bellis Aethiopia. Plin. lib. 6. cap. 29. 19.
Atterere famam alicuius. Sallustius. Post vbi eorum famam attriuerat, maiora alia impendebant. Id est Postquam ad infamiam & impudicitiam eos adegerat.

Attritus, pen. prod. (παράτριτος,) Nomen ex participio. Cicc. 6. Verr. 84. Herculis templum est apud Agrigentinos, non longè à foro, sanè sanctum apud illos & religiosum. Ibi est ex ære simulachrum ipsius Herculis, quo nõ facilè quicquam dixerim me vidisse pulchrius, tametsi non tam multum in illis rebus intelligo, quàm multa vidi: vsq; eo Iudices, vt ritus eius ac mentũ paulò sit attritius, quòd in precibus & gratulationibus non solum id venerari, verũctiam id osculari solent.
Attritæ opes, sæpius apud Liuium, pro imminutæ.
Attritos, huius attritus, pen. prod. (παράτριτος,) Verbale. Plin. lib. 9. ca. 45. Contactos pisces, attritusque petræ scalpentes pruritum, inuadit.
Ex attritu facta. Plin. lib. 33. cap. 6. 10.
Attritus arborum. Plin. lib. 8. 32. 7.
Attritus e luce amentorum. Plin. lib. 18. cap. 16. 4.

Attestor, attestaris, (μαρτύρομαι,) attestari, Est, vt ait Sipontinus, in testimonium adducere. Cicc. pro Milone. 61. Is qui ita natus est, & ita consuetus, te Magne tamen attestaretur. Plin. lib. 11. ca. 45. 4. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur.
Attestari, Est absenti denuntiare, authore Paulo Iurisc.
Attestari, pro simplici testari accipitur. Plin. in Præfat. lib. 4. Hoc attestabatur vel inimico iudici se approbari posse.
Attestans. Participium, (μαρτυρόμενος,) Qui testimonium reddit. Cicc. pro Sylla. 62. Sed quia sunt descripti Consulares, de his tantum mihi dicendum putaui, quòd facis esset attestante memoria omnium, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non, &c.
Attestante Artemidoro. Plin. lib. 2. cap. 108. 5.
Attestator, (ὑπομάρτυς,) Plin. epist. 18. lib. 6. Quanquam quis vno te tenerentior huius operis, quis benignior attestator.

Attestatus, Participium, (μαρτυρημένος,) Testimonio comprobatus. Plin. lib. 10. cap. 43. 1. Redditur & cornis sua gratia, indignatione quoque Pop. Romani attestata, non solum conscientia.
Attestata dicebantur fulgura, quæ iterato fiebant, videlicet significationem priorum attestantia. Festus.

Attexo, attexis, attexui, attextum, attexere, (προσυφαίνω,) Addere, adiungere. Cicc. de Vniuersit. 59. Vos autem ad id quod erit immortale, partum attexitote mortalem. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 1. 2. Nos interea secundum actum de maioribus attexamus.
Caesar, Pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur.

ATTICA, pen. corr. (ἀττική,) Regio inter Achaiam & Macedoniam, quæ Acte, siue Actica antiquitus dicebatur, ab Acteone. Strabo. Plin. lib. 4. cap. 7.

Atticus, Adiectiuum, (ἀττικός,) vt Attici homines. Plaut. Amphit. 11. 3. Ouid. 4. Fast. 101.
Attica eloquẽtia. Terẽ. Eun. 5. 9. 63. Cic. in Orat. 16. & de Clar. Orat. 33.
Atticæ eloquentiæ candidatus. Quintil. in Proœm. lib. 6. 11.

Attice, Aduerb. (ἀττικῶς,) vt Attice loqui, hoc est Lingua Attica. Cicc. de Claris Orat. 176. Nam siquis eos qui nec ineptè dicũt, nec odiosè, nec putidè, Attice putat dicere, is rectè nisi Atticum probat neminem.

Atticismus, (ἀττικισμός,) Phrasis Attica, vel Attica locutio, & dicendi genus Atticum. Cic. Attico, lib. 4. 86. 2. Quintil. lib. 8. cap. 3. 75.

Atticisso, atticissas, (ἀττικίζω,) atticissare, Curiosius Attice loqui. Plautus Menæch. 2. 2.

Attiguus, ab attigo antiquo verbo, (παράκειμαι,) Quod ita vicinum est, vt attingat. Apulei. lib. 4. Contra proclivè montis attigui fuga me liberauit. Quod & Contiguus dicitur.

ATTILIVS. Vide REGVLVS.

Attilus, pen. prod. pisces in Pado, inertia pinguescens, ad mille alliquando libras, catenato captus hamo, nec nisi boum iugis Perractus. Plin. lib. 9. cap. 17. 1.

Attineo, attines, attinui, (κατέχω,) attinere, Ex ad, & teneo idem significat quod tenere. Plaut. Bacchid. 4. 3. Ita me vadatum amore vinctum, quæ attines. Idem Capt. 6. 16. Nunc iam cultros attinet. Idem Milite. 10. 17. Tacitus lib. 1. Ni proximi prehensam dextram vi attinuissent.
Attinere aliquem, pro Retinere. Tacitus lib. 2. Ne flumine quidem in-

terlecto cohibebantur, ni Stertinius adcurrens, plenum iræ, armisque & equum poscentem Plautium attinuisset. Idem lib. 18. Deletæ omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis.
Attineri publica custodia. Tacit. lib. 3. Precabantur Drusum, daret vltionis explũ, donec accitam, conuictáq; attineri publica custodia iussit.
Attineri vinculo seruitutis. Tacitus lib. 13. Quos vindicta patronus non liberauerit, velut vinculo seruitutis attineri.
Defectione attineri. Tacitus lib. 15. Vologesen defectione Hyrcaniæ attineri, suadet Tyridati precibus Cæsarem aggredi.
Discordiis attineri. Tac. li. 1. Ob amissum Augusti discordiis attinemur.
Domi attineri studiis. Tacitus lib. 14. Seneca rarus per vrbem, quasi valetudine infensa, aut sapientiæ studiis domi attineretur.
Attinet, pe. corr. (προσήκει,) ferè impersonaliter legitur, pro pertinet, decet, conuenit. Plau. Perſa. 18. 18. Quid attinet nos scire? Cicc. 4. Acad. 73. Nihil attinet de assentione omnino loqui. Idem 7. Verr. 27. Quid me attinet dicere? Ibidem 133. Quid enim attinuit, quum, Mamertini, &c. te iubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret?
Nec quæ nihil attinent. Horat. 1. Carm. ode 19. 1.
Attinet ad vitem colendam. Cicc. 4. de Finib. 63. Si igitur illa cultura vitium in vite inest, ipsa cætera credo. velit quæ ad colendam vitem attinebant, sicut antea, &c. Hoc est spectabant.
Attinet ad me. Teren. Adelph. 2. 1. 32. Iamne me vis dicere quod ad te attinet? Vbi Donatus, Quod tibi prodest, & commodum est?
Hoc ad me attinet, Nihil ad me attinet. Plaut. Pœud. 2. 1. 2. Nihil hoc Iouis ad iudicium attinet. Idem Bacchid. 4. 5. 1. Negotium ad me attinet aurarium. Terent. And. 1. 2. 16. Nihil ad me attinet. Idem Adelph. 3. 3. 82. Illũ curo vtũ, ille ad me attinet. Sic Eun. 4. 6. 6. Et And. 1. 1. 64. – conperiebam nihil ad Pamphilum,
Quid istuc ad me attinet? Plaut. Epid. 2. 71.
Quod ad me attinet. Cicc. pro Rosc. Amerino 71. Seruos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. Idem 4. Verr. 10. Tamen vobis alio loco, vt se tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonstrabitur. Sic ad Atticum lib. 5. 105. 3. & ad Lentulum lib. 1. 2. 11. Plaut. Asin. 1. 8. Quod ad argentum attinet.
Quam ad rem dicam hoc attinere somnium? Plaut. Rud. 5. 19.
Quid attinet, &c. Horatius 4. Epod. 3.
Quid attinet tot ora nauium grati
Rostrata duci pondere Contra latrones?

Attingo, attingis, attigi, pen. corre. attactum, (ἅπτομαι, ἐφάπτομαι,) attingere, Leuiter tangere. Virg. 5. eclo. 5.
– nec graminis attigit herbam. Teren. Adelph. 7. 1. 24. Tetigin' tui aliquid? o. si attigisses, ferres infortunium. Vbi Donatus, Plus dixit attigisses, quàm tetigisses. Est enim multò minus attingere quàm tangere. Idem Eunuch. 4. 6. 2. Atqui si illam digito attigerit voo, oculi illico effodientur. Vbi Donatus, Digito vno, Mox is cõminantium est, ad exigium reuocare commissa quæ se vlturos prædicent. Idem Phorm. 2. 3. 61. & in And. 4. 5. 51. Ne me attingas scelestè. Cicc. 1. Tuscul. 16. Mento summam aquam attingens. Sic 2. de Natu. deorum 205. Stomachus vtraque ex parte tonsillas attingens. Idem ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 26. De his rebus nequid attingat. Et pro Domo sua 83.
Nihil attingit ad rem. Plautus Mer. 2. 3. 31. – hoc ideo fit, quia
Quæ nihil attingunt ad rem, nec iumptus vider,
Tum amator profert sæpe aduersio tempore. Id est quæ nihil ad rem attinent, siue pertinent.
Attingit te hæc res. Cicc. 1. de Legib. 4. Sed nimirum me alia quoque causa delectat, quæ te non attingit ita. Id est quæ non ita ad te attinet.
Attingit humanam naturam. Cicc. 1. Offi. 28. Ex quatuor locis in quos homines naturam vimque diuinam, primus ille qui in veri cognitione cõsistit, maximè naturam attingit humanam.
Pertinet ad, & attingit. Cicc. 1. Offic. 106. Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, vt ad vniuersos ciues pertineant, partim vt singulos attingant, quæ sunt etiam grauiora. De genere beneficiorum. Idem 5. de Finibus 41. Quum animal processit paulum, & quatenus quicquid se attingat, ad eaque pertineat, perspicere cœpit, tum sensim incipit progredi, eaque agnoscere & intelligere.
Attingere nomen legis. Cicero 2. de Legib. 21. Quid quòd multa pernicioſè, multa pestiferè scitorum in populis quæ non magis legis nomen attingunt, quàm si latores aliqua concessu suo sanxerunt? Id est non magis sunt leges, &c.
Attingit me sanguine, cognatione. Plinius epistol. 144. 2. Nec iis tantum quos sanguine attingit, inter propinquos amandum. Liu. 2. bel. Pun. 260. Quanquam parrum quoque plerosque captiui cognatione attingebant. Cicc. 7. Verr. 67. Vbi Segestana, vbi Centuripina ciuitas, quæ tum officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione Pop. Rom. nomen attingunt? Sic 4. Verr. 17. Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat.
Attingere summa necessitudine aliquem. Cicc. ad Quin. fratrem, lib. 1. 1. 9. Deinde ex omni genere ciuium, qui aut quòd publicam sunt, nos summa necessitudine attingunt, aut quòd, &c. Hoc est quod alio loco

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit. Inter cessit mihi cum illo summa necessitudo. Idem ad Cluuium libro 13. Epistol. 8. 8.

¶ Attingere aliquem suspicione. Cic. ad Attic. li. 2. 39. 6. Deinde quos in Senatu ne tenuissima quidem suspicione attigerat, eos nominauit.

Attingere rem aliquam suspicione. Cic. 3. de Natu. deor. 88. Istam autem intelligentiam aut maris aut terræ non modo comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possum attingere. Deest ne suspicati quidem.

Attingit enim infamia. Liu. 7. bel. Pun. 64.
Sed erant perpauci quos ea infamia attingeret.

¶ Attingere senectutem. Columel. lib. 1. Necdum senectutem attigerit. Hoc est nondum consenuerit.

¶ Attingere leuiter studia. Sueton. de claris Grammat. 9. Functus que militia, studia repetit, quæ iam inde à puero non leuiter attigerat. Cice. 1. de Orato. 39. Nanque egomet qui serò ac leuiter Græcas literas attigissem. Id est parum studuissem Græcis literis.

In transitu attingere. Quintil. 7. cap. 4. 20. Videamus ergo propria differentiaque liberorum, quæ lib. 5. leuiter in transitu attigeram.

Attingere aliquid doctrinæ. Cice. 2. de Orato. 1. Opinio fuit L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quàm quantam prima illa puerili institutione potuisset.

Strictim attingere librum aliquem. Cic. ad Attic. lib. 2. 1. 3.

Attingere Rempublicam. Cicero ad Attic. lib. 2. 37. 4. Rempublicam nulla ex parte attinginus in causis: atque in illa opera nostra forensi summa industria versamur.

Attingere forum. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. 7. De me sic existimes, ac tibi persuadeas vehementer velim, me non, &c. sed, vt primum forum attigerim, spectasse semper, vt tibi possem quammaximè esse coniunctus.

Attingere rem aliquam, pro Tractare. Cic. 4. de Finib. 16. Priorem autè illi egregiè tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem. Id est nullâ prorsus mentionem de ea fecerunt. Idem in Orato. 24. Isocrates reliquis præstet omnibus, qui vnquam orationes attigerunt. Quintil. lib. 8. cap. 3. Non equidem in omnes eas particulas secabo, sed maximè ne cessarias attingam. Plin. in præfatione operis 11. Iam omnia attingenda quæ Græci τὰς ἐγκυκλοπαιδείας, vocant.

Voce tantum attingere legis initium. Cic. de Arusp. Respon. 6. Hesterno die quum mihi statuti tacens minaretur, voce tantum attigi legum initium & iudicii. consedit ille. Clodium intelligit.

Attingere quippiam versibus & inchoare. Cice. pro Arch. 20. Quas res nos in Consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius vrbis atque imperii, & pro vita ciuium, proque vniuersa Repub. gessimus, attigit, hic versibus, atque inchoauit.

Breuiter perstringere atque attingere. Cice. 2. de Orato. 110. Vt de lege Apuleia dicerem, vt quid esset minuere maiestatem explicarem, perquam breuiter perstrinxi atque attigi.

Attingere partem aliquam sceleris alicuius. Cicero pro Sest. 57. Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiam attigisset, quocunque veneret, &c.

Ad verbum rem attingere. Cic. pro Cecin. 36. Potéstne detrudi quisquã, qui non attingitur? nónne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, eum detrudi, cui manus afferantur? necesse est inquam, si ad verbum rem volumus attingere, neminem statu detrusum qui non adhibita vi, manu demotus & actus præceps intelligatur.

Leuiter in transitu attingere quidpiam. Vide LEVIS.

Singulatim vnamquamque rem attingere. Cic. 1. de Inuent. 110. Et apud Lucretium lib. 3. 53. Sed tamen vt potero summatim attingere, tangam.

¶ Attingere oram aliquam, siue regionem, pro vicinum esse. Cice. in Pisonem 29. Macedoniam præsertim quæ tantis Barbarorum gentibus attingitur, vt, &c. Idem ad Atticum, lib. 5. 10. 3. 3. Cæsar 1. bel. Gal. 5. Attingit etiam à sequanis & Heluetiis flumen Rhenum vergit ad septentriones. Ibidem lib. 2. 285. Eorum fines Neruii attingebant. Ibidem lib. 4. 473. Propterea quòd Rhenum attingunt, multique ad eos mercatores ventitant. Cic. Attic. lib. 5. 106. 3. Perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam quæ Ciliciam attingit.

Vox attigit aures. Valerius 2. Argon. 92.

Attigit Britanniam, pro peruenit. Cæs. 4. bel. Gal. 549. Ipse hora circiter diei quarta, cum primis nauibus Britanniam attigit. ad Brutum 15. 17. Si Italiam attigeris, ad te concursus fiet omnium.

¶ Siqua te attingit cura. Cice. Attico, lib. 9. 18. 3. 2. Siqua de Pompeio nostro tuendo, & tibi ac Reipub. reconciliando cura te attingit. Id est siqua est tibi cura etiam minima. Vel. vt ait Virgilius, Quando hæc te cura remordet.

¶ Digito cœlum attingere dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. Cice. ad Atticum, lib. 2. 16. 14. Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si muli barbati in piscinis sunt, qui ad manum accedant. Etal nius.

¶ Attingere aliquem, pro nominare. Cicero pro Rosc. Amerino 36. Vsque eo animaduerti, Iudices, eum iocari, atq; alias res agere, antè quã Chrysogonum nominaui. quem simul attigi, statim homo se erexit, mirari visus est. intellexi quid eum pupugisset. iterum ac tertio nomina-

ui. Hîc Attingere & nominare pro eodem posuit Cicero.

Attingere extremis digitis aliquod genus vitæ, prouerbialiter dictum. Cice. pro Cœlio 20. Et audiui non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis, vt dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent.

Primoribus labris aliquid attingere. Cice. 1. de Orato. 44. Hæc autem est penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.

Attingere aliquid, aut sensu gustare. Cic. pro Archia, Quòd si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamè ea mirari deberemus etiam quum in aliis videremus.

¶ Attingere hæreditatem. Cic. ad Attic. lib. 6. 1 20. 3. Procura, quantula cunque est, Pretianam hæreditatem, prorsus illam ne attingas.

¶ Attingi dolore. Cic. 3. de Fin. 25. Id ita esse sic probant, quasi ea sola ptas aut dolor attigerit, salutaria appetant parui, asperneturque, &c.

Attingit eum inuidia. Cice. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 10. 3. Quo studio prouidit, nequa me illius temporis inuidia attingeret.

Attactus, participium. vt Attactus telis. Silius lib. 11. 30.

Attactus, huius Attactus, (ἁφῆς,) Verbale. Virgil. 7. Aeneid. 70. de serpente quem Alecto in sinum Amatæ conicecerat.
Ille inter vestes, & læuia pectora lapsus
Volutur attactu nullo. Vbi Seruius, Sine morsu, sine sensu. Varro de Re rust. lib. 2. ca. 5. 7. Et cuius vngues sint læues & pares, eorum attactu non asperum ac durum.

ATTIS, Attidis, (ἄττις,) Cranai filia, à qua regio Attica, vt quidam existimant, dicta est, quum prius Actica ab Acteone diceretur. Alii ab Acteo rege, vt Fauorino & Licophroni placet. Siue ab ἀκτὴ, quod littus significat: quum ea regio, vt Strabo in principio libri nonì scribit, magna ex parte littoralis sit. Qua voce etiam vtuntur Latini. Virgil. 6. Aeneid. 123.
At procul in sola secretæ Troades acta
Amissum Anchisen flebant. In hac sunt Athenæ, & Marathon campus, cum oppido eiusdem nominis.

Attis, attidis, f. gen. (ἄττις,) Luscinia dicitur, quasi Attica. Martial. lib. 1. 49. Sic vbi multisona feruet sacer attide lucus.

Attollo, attollis, (ἐπαίρω, αἴρω, μετεωρίζω,) attollere, Ex ar & rol lo compositum, Erigere significat. Plaut. Casina, Sentim in
per attolle limen pedes noua nupta.

Attollere & leuare. Liuius. Quumq; sequisq; attollere ac leuare vellet.

Attollere aliquem trium. Horat. 1. Epistol. 18. 12.
Nec semel irrisus triuiis attollere curat
Fracto crure planum.

Attollere se à graui casu. Liu. 8. ab Vrbe 32. Quem cuspide, parmaque innixum, attollentem se à graui casu, Manlius ab ingulo ita vt pe
stas ferrum emineret, terræ affixit.

Attollere se à terra. Plin. lib. 24. ca. 10. 9. Item chamæcison appellatum non attollentem se à terra. Idem lib. 21. cap. 11. 2. Nyctegeton inter pauca mitatus est Democritus, coloris ignei, foliis spinosis, nec à terra se attollentem. Id est serpentem humi.

Oculos attollere, Suspicere. Virgil. 4. Aeneid. 138.

Immensum attollere. Tacit. lib. 5. Nuntiauere accolæ, Euphratem molli imbrium vi sponte & immensum attolli.

Attollere oculos aduersus. Liu. 6. ab Vrbe 72. Nec aduersus Dictatoriam vim, aut Trib. ple. aut ipsa plebs attollere oculos, aut hiscere audebit.

Attollere in cœlum. Plin. lib. 21. cap. 7. 7.

Attollere signa. Plaut. Casina 8. 5. Quid si propius attollamus signa, amusque obuiam?

Attolle pallium. Terent. Eunuch. 4. 6. 31.

Attollit se mundus. Plin. lib. 2. cap. 70. Neque enim (vt dixere aliqui) mundus hoc polo excelsiore se attollit: aut vndique cernetur hoc sydera. Ac paulò pòst, sic in illam terræ deuexitatem transgressa illa se attollunt, residentibus quæ hîc excelsa fuerant.

Attollere humeris. Virgil. 4. Georg. Et sæpe attollunt humeris.

Attollere se vrbes ac montes dicuntur, quòd è longinquo accedentibus paulatim assurgere videantur, quoq; propius appropinquaris, eò plus accrescere. Virgilius 3. Aeneid. 110.
Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur: attollit se diua Lacinia contra. Diua Lacinia. Iunonis Laciniæ templum. Seruius.

Attollere sermones. Quintil. lib. 1.

Attollere se venæ dicuntur: cui opponitur Submittere. Celsus lib. 1. in Proœm. Quum dilatant sese in cordis diastole, tum requiruntur enim (inquit) quare venæ nostræ modò submittant se, modò attollant.

Nomen alicuius attollitur ad sydera. Lucanus lib. 7. 3.
Attollíque suum lætis ad sydera nomen
Vocibus, & plausu cuncos certare sonantes. Sub. Vlisse.

Iras attollere. Virgilius 2. Aeneid. 76.

Gloria se attolli. Virgil. 4. Aeneid. 10.

Attolluntur colles alti. Hoc est assurgunt & eleuantur. Plin. li. 12. ca. 14. Attollitur

Attollitur Arcadia in montes sex atque LXX. Plin. lib. 4. cap. 6. 4.

Attollere arcè tectus. Virg. 3. Aen. 27. Horror amare focos, arcéq; attollere tectis. Vbi Seruius, Poetica periphrasis est, id est domos ędificare.

Attollens minas serpens. Colum. lib. 8. cap. 2. 8. Quin attollentem minas serpentem, vel aliud noxium animal interficere.

Muros attollere. Silius lib. 15. 101.

Attollere rem parum. Celsus lib. 5. cap. 26. Sed vt hæc prudenti viro conueniunt, sic rursus histrionis est parum rem attollere.

¶ Attollere, Auferre. Pacuuius Medo, Custodite istum vos, ne eum quis attollat, neue quis attingat. Nonius.

¶ Attollere, pro educare: vt Attollere partũ. Plin. li. 11. ca. 39. 6. Ne fœminæ quidẽ in pectore mámas habent, nisi quæ partus suos attollere pãt.

Attollens, Participium, (ἐπαίρων,) vt Crura attollens, altiore gradu incedens. Sil. lib. 16. 89. De equo Panchetis, —tum mollia crura superbi
Attollens gressus, magno clamore triumphat.

Attondeo, attondes, attondi, attonsum, (ἐπιτέμνω,) attondere, Omnino tondere. Plautus Casina 6. 18.
Sed vtrum, strictimne attonsurũ dicam esse, an per pectinẽ, Nescio.

Attondere vlmos, virgulta. Plaut. Epid. 6. 6. Ne vlmos parasitos faciat, atque víque attondeat. Virgil. 10. eclog. 2. 2.
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.

Attondere aliquem auro, per metaphoram. Plaut. Bacchid. 22. 9. —ita me scelus
Auro vísque attondit doctis indoctum dolis.

Attondens, Participium, (ἐπιτέμνων,) Virgil. 2. Georg. 82. —curuo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens.

Attonsus, Participium, (ἐπικαρῆνος,) Celsus lib. 4. cap. 3. Nèque inutile erit caput attonsum habere.

Attonsa arua. Lucanus lib. 6. 17.

Attonsa laus. Cic. 5. Tuscul. 70. Et est in aliqua vita prædicabile aliquid & gloriandum, ac præ se ferendum: vt Epaminondas, Consilius nostris laus est attonsa Laconum.

Attono, attonas, attonui, (ἐκπλήσσω,) attonare. Verbũ rarissimè lectũ: qd stupefacere videtur significare. Ouid. epist. 4. 11.
Aut quas semideæ Dryades, Fauniq; bicornes
Numine contactas attonuere suo.

Attonitus, pen. corr. (ἀπόπληκτος, ἐκπεπληγμένος,) Participiũ: cuius verbum non reperitur. Virg. 3. Aeneid. 16. Talibus attonitus visis, ac voce deorum. Vbi Seruius, Hoc est talibus deorum vultibus. vnde sequitur, Ac voce deorum. nam & voce se dicit attonitum & visis.

Attonitus verò est stupefactus. Nam propriè Attonitus dicitur, cui ea sus vicini fulmina & sonitus tonitruum dant stuporem. Liuius. 3. ab Vrbe. 293. Et à portis nostris, mœnibusq; ad illorum vrbes hunc belli terrorem, quo nunc vos attoniti estis, transtulero.

Attonitus nouitate ac miraculo. Liuius. 1. ab Vrbe. 208.

Nouitate attoniti pauent. Ouid. 8. Metam. 137.

Attonitos quoque (inquit Celsus lib. 3. cap. 26.) tarò videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant.

Aures attonitæ. Seneca in Hercule Oetheo. 8. 20.
Sed quis non modicus fragor
Aures attonitas mouet?

Cor attonitum. Ouid. 11. Metam. 142.

Gressu attonito fertur. Seneca in Octauia. 7. 12.

Mentis attonitæ stupor. Seneca in Troade. 6.

Attonitis hærere animis. Virg. 1. Aeneid. 105.

Oculis attonitis videre aliquid. Id est continuo intuitu nusquam aliò versa acie. Claudian. 3. Paneg. 14.
Quantum profueris, quantam seruaueris vrbem,
Attonitis metite oculis.

Pectus attonitum. Seneca in Hercule furente. 13. 17.

Attonita persuasio. Plin. lib. 19. cap. 1. 16. Simul contra attonitas quorundam persuasiones, qui prodelle nisi pretiosa non putant.

Vates attonitus, Raptus Bacchi numine & Apollinis. Hor. 3. Carm. 19. 3.
Temore ter cyathos attonitus petet Vates.

¶ Attonitæ domus. Virgil. 6. Aeneid. 7. —nec enim antè dehiscent
Attonitæ magna ora domũs. Vbi Serv. Attonitæ dom⁹, Stupidę, nõ stupẽtis. Ergo attonitæ, facientis attonitos: vt mors pallida, tristis senectꝰ.

Attonitè, Aduerbium, (ἐκπεπληγμένως,) Plin. lib. 30. cap. 1. 12. Sed quid ego hæc comparem in arte Oceanum quoque transgressa, & ad naturæ inane peruecta? Britannia hodieque eam attonitè celebrat tantis cæremoniis, vt dedisse Persis videri possit. De magia loquitur.

Attractylis, Vide ATRACTYLIS.

Attraho, attrahis, attraxi, attractum, (ἑλκύω, ἐπισπάω,) attrahere, Ad se trahere. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 10. 9. Me qui te Romam non attraham ? te qui non huc aduoles. Idem. 5. Verr. 50. Adducitur à Venereis, atque adeò attrahitur Lollius commodè.

Attrahere ad se. Liuius. 9. bel. Pun. 47. Tribunos attrahi ad se iussit. Cic. in Sallustium. 9. Bis ad iudicis subsellia attractus.

Attrahere hominem ad aliquod negotium. Cic. 4. Verr. 1. Ea me ad hoc negotium prouincia attraxit.

Attrahere & allicere. Cic. de Amicitia. 36. Quòd si etiam illud addimus quod rectè addi potest, nihil esse quod ad se rem vllam tam alliciat, tã attrahat, quàm ad amicitiam similitudo, concedatur, &c.

Attrahere in se. Plin. lib. 37. cap. 5. 6. Cæterum attrita digitorum acceptа vi caloris, attrahũt sibi paleas, & folia arida, vt magnes lapis ferrũ.

Attrahere, & reddere animam, pro Inspirare & expirare. Plinius. lib. 11. cap. 37. 18. Sub corde pulmo est, spirandique officina, attrahens ac reddens animam.

Accersere & attrahere. Brutus Attico in Epistolis ad Brutũ. 17. 6. O magnam stultitiam timoris, id ipsum quod vereamur ita cauere, vt quũ vitare forsan potueris, vltro accersas & attrahas.

Attrahere lora. Ouid. 2. de Remed. amoris. 1.

Attractus, Partic. (ἑφελκτός,) vt Attractus spiritus. Virg. 3. Georg. 99.
Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis. Intelligit difficilem respirationem.

Attractio, Verbale, (ἕλκυσμός,)

Attractionem apud Quintilianum legimus pro eo posita, quod Donatus aduerbia congregandi vocat, qualia sunt, Sũmatim, Viritim, Ostiatim, & hoc genus familia. Eius verba sunt hæc lib. 1. cap. 4. 16. Nihilominus fuerunt qui ipsum adhuc vocabulum ab Appellatione diducerent vt esset vocabulum, corpus visu tactuque manifestum, Domus, lectus: Appellatio cui vel alterum deest, vel vtrumque, Ventus, cœlũ, deus, virtus. Additiebant & Assęuerationem, vt heus & Attractionẽ, vt fascеatim: quæ mihi non approbantur.

Attrecto, attrectas, (ἅπτομαι, μεταχειρίζω,) attrectare, Ex ad & tracto, tractare, significat propriè frequenter tango. Liuius. 5. ab Vrbe. 103. Quòd id signum more Hetrusco, nisi certæ gẽtis sacerdos, attrectare non esset solitus. Sic attrectare contaminatis manibus. Cic. de Arus. respo. 24. Plaut. Persa. 6. 46. Ne me attrecta subigatrix. Apud Virgilium lib. 1. Aeneid. 143. Attrectare sacra.

Attrectare vxorẽ alterius. Cic. pro Cœlio. 14. Est. n. dictum ab illis, fore qui dicerent vxores suas à cœna redeuntes attrectatas esse à Cœlio.

Attrectatus, huius attrectatus, Verbale, (ἁφὴ, ψηλάφησις,) Cic. 2. Tuscul. 87.
Nam attrectatu, & qualia sœuum amplificatis dolorem.

Attremo, attremis, pen. corr. attremui (ἐπτοημένος,) attremere, vt attremere oranti, Ad vocem alicuius contremiscere.
Stat. 8. Thebaidos. 16.
Dixerat, atque illi tandudum regia tristis
Attremit oranti, fatáque, & quæ desuper vrget,
Nutabat tellus. De Platone. Idem. 3. Thebaid. 62.
Cui modo prò vires, terras, cœlumque, fitumque
Attremere oranti, tantosque ex ordine vidi
Delituisse deos.

Attribuo, attribuis, attribui, attribũtum, pen. prod. (προσλέγω, προσνέμω, ἀποτίθημι) attribuere. Verbum notæ significationis. Cic. ad Quint. fratrem, libro tertio. 21. 2. Quæ tam antiquis hominibꝰ attribuerem. Idem tertio de Natura Deorum. 128. Et ad Caninium, lib. 2. 16. 15. Nam ad Senatum Bibulus quas literas misit quod in iis mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit. Idem de Senectute. 3. Attribuito literis.

Attribuere causam calamitatis alicui. Cic. 7. Verr. 83. Fit clamor & admiratio populi tantam esse in homine impudentiam atque audaciam vt aut aliis causam calamitatis attribueret, quæ omnis propter auaritiam ipsius accidisset.

Culpam attribuere. Cicero, Aut si vni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse.

Attribuas illi quòd. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 17. Quòd Sicyonii te lædunt, Catoni & eius æmulatori attribuas Serullio.

Ascribere & attribuere. Cic. 3. de Nat. deo. 128. Nõnunquam bonos exitus habent boni eos quidem asscribimus attribuimusque sine vlla ratione dis immortalibus.

¶ Attribuere pro dare. Liuius 1. ab Vrbe. 83. Pontificem deinde Numa Marcium Marci filium ex patribus legit: eique omnia exscripta, exsignataque attribuit. Cic. pro Sex. Rosc. 6. Hoc accedit summus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit.

Curam attribuere. Liu. 6. bel. Pun. 252. Cæterorum curam benignè tuendorum C. Fluminio Quæstori attribuit.

Enumerationem aut orationem alicui rei attribuere, pro inducere loquentem. Cic. 111. Tum verò personam aut rem aliquam inducere, & enumerationem ei totam attribuere. Et paulò pòst, Res autem inducetur, si alicui rei huiusmodi, legi, loco, vrbi, monumento attribuetur oratio per enumerationem.

Attribuere alicui equum. mancipium, &c. Cæsar. 1. bel. Ciuil. Gladiatores que quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertati cõfirmat, atque iis equos attribuit, & se sequi iussit. Ibidẽ. 93. Copias vndique omnes ex nouis delectibus ad se cogi iubet. seruos patrones armat, his equos attribuit. Ci. ad Atticũ lib. 12. 246. 5. Et velim

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquando, quum erit mihi commodum, Lentulum puerum vlas, eiq; de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas.

¶ Attribuere, Assignare. Cic. 5. Verr. 64. Solere autē barbaros reges Perfarum ac Syrorum plures vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere, hoc modo, Hęc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Cæsar libro vltimo, Nostri, sicut superioribus diebus, vt cuique erat locus attributus, ad munitionem accedūt. Cic. 1. in Catil. 29. Video cui Apulia sit attributa. Idem ad Qu. fratrē lib. 1. 1. 50. Ex insulis quæ erant ab Sylla Rhodiis attributę.

Attribuere locum tertium alicui in re aliqua. Plin. lib. 16. cap. 37. 3. Tertium locum ei in æstimatione ruris Cato attribuit.

Attributi finitimis municipiis. Plin. lib. 3. cap. 20. 2. Dein Camuni, cōplures quæ similes finitimis attributi municipiis. Ibidem, cap. 4. 7. Oppida verò ignobilia XIX, sicut XXIIII. Nemausensibus attributa.

Attributa sydera singulis nobis. Plinius lib. 2. cap. 8. 1.

Destinare, attribuere, atque describere. Cic. pro Sestio. 55. Quj locus ortis terræ iā non erat alicui destinatus? cuius negotii publici cogitari, optari, fingiq; ꝑcuratio potuit, quæ nō esset attributa, atq; descripta.

¶ Attribuere negotium aliquod alteri. Cæsar, 7. bel. Gal. 405. Neque satis Bruto qui classi præerat, nec Tribunis militum, Cęteruionibusq́ue, quibus singulę naues erant attributæ, constabat quid agerent.

¶ Attributæ pecuniæ, ab antiquis dicebatur, quas nūc assignationes Latino verbo dicimus. Varro li. 1. de Lingua Latina, Tributum (inquit) dictum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, Attributum dictum. Ab eo quoq; quibus attributa erat pecunia vt militi reddant, Tribuni errarii dicti. Id quod attributū erat, æs militare. Cicero. 3. Verrinarum. 23. Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est. profectus est Quæstor in prouinciam. Quæ verba exponēs Asconius, Pecunia inquit, Attributa est quæ in stipēdium militū de ærario à Tribunis ærariis adnumerari Quæstori solet Cic. in Pisonem. 68. Nōne sestertium centies & octogies, quod quasi vasculi nomine in venditione mei capitis aſcripseras, ex ærario tibi attributum Romę in quæstu reliquisti? Erat igitur proprie attributa pecunia ea, quæ Imperatoribus ad prouincias contibus assignabatur. Sed in quodcunque negotium assignetur, attributum hodie vocari potest. Tribuni igitur ærarii secundū Asconium, ea munera obibant, q̄ nunc generales Receptores obeūt, attributam pecuniam Quæstoribus prouincialibus adnumerantes ex ærario protinus. Secundum Varronē ii erant qui militibus ipsis protinus adnumerabant, quæ nunc Thesaurarii sunt bellici. Hęc igitur, diuersis temporibus variè constituta fuerunt. Hæc Budæus. Cic. ad Caninium, lib. 2. 16. 8. Quæ autem mihi attributa est pecunia, à Quæstore numeratur.

Soluere & attribuere pecuniam. Cic. 10. Philip. 268. Quantiq́; locarint, tantam pecuniam redemptori soluendam, attribuendamq́ue curent.

Attributio, Verbale. Cicero. ad Atticum lib. 15. 327. 5. Tamen ad me ex Phormiano scripsit 2 quas literas, quum è balneo exissem, accepi, sese de attributione omnia summa fecisse. Idem ad Tironē, lib. 16. 24. 3. De attributione conficies, de repręsentatione videbis. Idē. 1. de Innē. 55. Ex his etiā attributionib⁹, facer an ꝓphanus &c. loc⁹ sit, an fuerit,

Attritus, Vide ATTERO.

Attuli, Præteritum ab affero. Vide AFFERO.

ATTYLA, pen. corr. (ἀττίλας,) ex Scytharū genere fuit, qui subacta Pannonia Italiam ingressus, Aquileiam subuertit, & in Germaniā transiens, plurima vastauit.

ATVACVTVM, (ἀτουακούτον,) Galliæ Belgicæ vrbs Ptolemæo, hodie Antuerpia. vulgò Anuers, Andorff.

ATVRIVS, Galliæ fluuius, teste Ptolemæo, vulgò le Dou.

Atypus, atypi, pen. corr. (ἄτυπος,) Dicitur qui non satis expedito plectro linguæ vtitur, quasi aerem non ferens, vel quasi non satis verba exprimens, conformansve. Gell. lib. 4. cap. 2. Balbus autem inquit, & Atypus, vitiosi magis quàm morbosi sunt.

ATYS, (ἄτυς,) eximia pulchritudine puer à Cybele deorum matre casto dilectus amore, iussus fuit vt pudicitiā integram cōseruaret, eiusque sacris præesset. Quod quum ille parum obseruans, cum nympha Sangarithide rē habuisset, in furias actus primùm se castrauit 2 deinde qui morte inferre sibi ipsi vellet, mutatus fuit in pinum arborē. Hæc Raphael Regius in hunc locum. Ouid. 10. Metam. 21.

Et succincta comas, hurlataque vertice pinus
Grata deum matri, siquidem Cybeleus Atys
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.

A V

Au, (ἆυ,) Interiectio consternatę mulieris. Terent. And. 4. 5. 12. Dicturane quod rogo? M. au. C. concede ad dextram.

An interiectionem esse silentium inuingentis docet Linacer ex Terentio Eunuch. 4. 4. 15. —au
No comparandus hic quidem ad illum est. Exemplaria quotquot vi-

derim, hau habent aspiratione præpositā: quod & rectius videtur.

AVARICVM, (ἀυαρίκον,) Oppidum Celtarum in finibus Biturigum, flumine & palude perpetua circundatum. vulgò Chasteau neuf, sine Viarron en Berri.

* Auare, Auariter, Auaritia. Vide AVARVS.

Auārus, pen. prod. (φιλαύξυγος, φιλοκτήσανδρος, φιλοχρήματος,) Ad lectiuum ab Aueo verbo deductum, dicitur qui nimium cupidus est pecuniæ. Horat. 1. Epist. 2. 12. Semper auarus eget. Terent. Eunuch. 5. 4. 4. Ab meretrice auara. Vide Gellium lib. 10. ca. 5. Cic. 2. de Orat. 149. Auarus & furax.

Auarum & auidum ita discernuntur: Auarum enim semper in reprehensione est: Auidum autem ab auendo, quod est etiam honestè cupido, & à delectatione intelligi potest, ac per hoc aliquando malè, aliquando bonis adnūgitur causis: vt Virg. Georg. lib. 2. Pascuntur oues, auidæque iuuencę. Sallust. de bello Catilinę, Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Nonius.

Auarior, Plaut. Capt. 6. 70. Ne tuū animum auariorē faxint diuitiæ meę. Cic. 5. Verr. 165. Secuti sunt auariores magistratus qui tamen in auaritia sua non solum, &c. Horat. 2. Epist. 2. 32.
Viueret in terris te si quis auarior vno.

Auaræ adulationes. Plin. in Paneg. 67. Sed ad tuas aures, cum cęteris conuibus, tum vel maxime auaris adulationibus obstructus est aditus. Figurarè pro auarorum adulationibus.

Aurus agricola. Virgil. 1. Georg. 10.

Animus auarus. Horat. 2. Epist. 1. 25.

Cædis auarus miles. Claud. de bello Getico. 122.

Ignis auarus. Propertius. 3. eleg. 29. 12.
Sic dicitur quòd omnia corripit.

Intuitus auarus, Inexplebilis cupiditas videndæ rei alicuius. Claudianus primo in Ruff. 33.
Illecebris capitur, nimiumq́ue elatus auaro
Patitur intuitu. Aut auaro intuitu. Id est intuitu rerū pretiosarum.

Manus auaræ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 8.

Mare auarum. Id est insatiabile, & quod expleri non potest. Horatius. 3. Carm. ode. 1. 13.

Opes auaræ, quòd auaros reddant. Claud. 1. de Raptu Proser. 5.

Spes auaræ. Quum nimis magna & ardua consequi nos posse speramus. Horat. 4. Carm. ode. 11. 5.

Venter auarus. Horat. 1. Epist. 16. 2.

Vigil auarus. Claud. in Præfat. 4. Paneg. 2.
Et vigil elapsas quærit auarus opes.

Auarus laudis. Horat. 2. Epist. 1. 36. —animum quòd laudis auarus
Subruit. Idem alio loco, Præter laudem nullius auaris.

Auarè, Aduerbium, (φιλαργύρως,) Tenaciter. Terēt. in prol. Heau.
Si nunquam auarè pretium statui arti meæ. Cicero. 3. Offic. 4.
tamen auarè, nihil miserè, nihil libidinosè, nihil incontinenter faciendum. Idem Post reditum in Senatu. 12. Quàm intemperanter in auarè cœptis, sum, &c.

Acerbè atque auarè imperare. Liuius. 3. bel. Pun. 151.

Auariter, pen. corr. aliud aduerbium, (φιλοκτημόνως,) Plaut. Curcul. 3. 17.
Hoc vide vt ingurgitat impura in se merum auariter,
Plenis faucib⁹. Idem Rud. 17. 12. Siquis amdus posset escam auariter

Auarius exigere opus. Colum. lib. 1. cap. 7. 1. Comiter agat cum colono, facilemque se præbeat & auarius opus exigat, quàm pensiones.

Auaritia, (φιλαργυρία, φιλοχρημοσύνη,) Habendi cupiditas. Cic. 4. Tusc. 39. Auaritia, est opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhærens & penitus insita. Terent. Phorm. 2. 3. 10.
Quia egens relicta est misera: ignoratur parens:
Negligitur ipsa: vide, auaritia quid facit. Salust. Auaritia, pecuniæ libidinem habet: quam nemo sapiens concupiuit.

Ob auaritiam laborare. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 6.
—quemuis media erue turba,
Aut ob auaritiam, aut miserā ambitione laborat.

Ex luxuria auaritia existit. Cic. pro Sexto Roscio. 45. In vrbe luxuria creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.

Auaritia alterius bona deuorare. Cic. pro Domo sua. 48.

Fœdus & maculosus auaritia. Tacitus lib. 17. Fuere qui crederent Cognitionem, vt auaritia & libidine fœdum ac maculosum, ita cogitationem rerum nouarum abstinuisse.

Ardens auaritia. Cicero. 3. de Finib. 57. Quis est enim, aut quis vnquam fuit, aut auaritia tam ardenti, aut tam effrænatis cupiditatibus, vt idem ipsum rem, &c.

Cæca auaritia. Vide CAECVS.

Cruenta auaritia, quòd cædium & bellorum præcipua omnium, vt plurimum causa est. Claudianus. 1. in Eutrop. 39.
—vis nulla cruentam Castrat auaritiam.

Auaritia hiante homo. Cic. 4. Ver. 93. Nā ipsum Verrē, tanti semper auaritia hiante, atque immuenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla

Implicata criminibus auaritia. Vide IMPLICO.

Intolerabilis auaritia. Vide INTOLERABILIS.

Profunda auaritia. Claud. de bello Gildon. 33.

¶ Apperere per auaritiam. Vide APPETO.

Ardere auaritia. Vide ARDEO.

Auaritiæ coarguere. Vide COARGVO.

Auaritia & luxuria in Remp. immigrauit. Vide IMMIGRO.

Auaritiæ insimulare aliquem. Vide INSIMVLO.

Tollere auaritiam. Cic. 2. de Orat. 92. Auaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda luxuries.

Exuere auaritiam. Tacitus in Vita Agricolæ, Et arrogantiam & auaritiam exuerat.

¶ Auaritia gloriæ, pro Cupiditate. Curtius lib. 9. Rursum auaritia glorię, & ſtatibilis cupido famę nihil inuiū, nihil remotū videri sinebat.

Auarities, auaritiei, (πλεονεξία,) Idem quod Auaritia. Lucret. lib. 3. 12.
Denique auarities, & honorum cæca cupido,
Quæ miseros homines cogunt transcendere fines Iuris.

Auceps, aucupis, pen. corr. com. gen. (ὀρνιθοθήρας,) Qui vel quę hunc vsum nutriti, quasi allectores sint captiorum. Plaut. Asin. 5. 64. Auceps quando concinnanit aream, effundit cibum, aues assuescunt. Terent. Eunuch. 2. 2. 16. Coqui, fartores, piscatores, aucupes.

Auceps syllabarum: per translationem dictum à Cicerone. 1. de Orat. 121. Nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cautor formularum, auceps syllabarum.

Auceps auribus aut sermoni alterius. Plant. Stich. 5. 45. Nunquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus? Idem Milite. 13. 8. Circumspicito dum, nequis nostro auceps sermoni sit.

Aucupibus noti fratices. Ouid. 1. de Arte. 10.

Aucupium, (ὀρνιθοθήρα, θήκτρον,) Auium captio. Plaut. Asina. 5. 63.
Hic noster quæstus aucupii simillimus est. Plin. lib. 16. cap. 18. 4. Item vacinia Italiæ in aucupiis sata. Cic. 2. de Fin. 40. Nemo nostrūm istius generis sōtos iucundè putat viuere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione.

Aucupium sagittarum, quum sagitta figuntur aues. Cic. 5. de Finib. 56.
Qui quum cruciarentur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum,
Configebat tardas celeres stans volantes, vt apud Aecium est.
Pennarumq́ue contextu corpori tegumenta faciebat.

Omne genus aucupium. Catullus epigram. 109. 1. Id est omne aucupii genus, Nominatiuo pro genitiuo, nisi quis malit genitiuum pluralem esse, pro aucupiorum.

Plumosum aucupium. Propert. 4. eleg. 2. 7.
Catibus impositis venor, sed arundine sumpta
Faunus plumoso sum deus aucupio.

¶ Aucupia, pro captis auibus. Seneca de Prouidentia. Quid ergo? felicior esset, si in ventrem suum longinqui littoris pisces & peregrina aucupia cōgereret?

¶ Aucupium nouum, dixit parasitus Terentianus, qui omnibus omnia assentabatur, vt lautè viueret alienis sumptib⁹. Is dicit in Eun. 2. 2. 16.
Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seculum prius
Hoc nouum est aucupium: ego adeò hanc primus inueni viam.

Aucupium delectationis. Cic. in Orat. 46. Ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifestò deprehensum appareat.

Aucupium auribus facere. Plaut. Milite. 13. 41. Viden' tu illam oculis maturè facere, atque aucupium auribus?

Aucupium verborum & literarum. Cic. pro Cecinna. 42. Tum aucupio verborum & literarum tendiculis in inuidiam vocant.

Aucupor, penul. correp. aucuparis, (θηρεύομαι,) aucupari, Deponens, Aues capere.

Aucupari, per translationem est artificio quodam & solertia quærere. vt Aucupari famam. Plin. lib. 33. cap. 12.

Colligere & aucupari omnia. Cic. 2. Verr. 6.

Delectationem aliquam dicendo aucupari. Cic. in Orat. 34.

Orationem aucupari ex. Cicero pro Sestio. 103. Non sum tam ignarus, Iudices, causarum, non tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper.

Aucupari errantem aliorum opinionem. Cic. 2. de Finib. 114. Ita quod certissimum est, pro vera certaque iustitia simulationem nobis iustitię traditis, præcipitisque quodam modo vt nostram itabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionē aucupemur. Idem. 2. de Orat. 18. Quæ opiniones hominum, & sæpe errores aucupatur.

Aucupari errores. Cic. 1. de Orat. 18. Ars dicendi opiniones hominum, & sæpe errores aucupatur.

Aucupari sibi famam obtrectatione alienæ scientiæ. Plinius in Præfatione totius operis. 14.

Gratiam alicuius aucupari assentatiūcula. Cic. ad L. Luceiū, lib. 5. 12. 31.
Non vereor, ne assentatiūcula quadam aucupari tuam gratiā videar.

Imbecillitatem alicuius aucupari epistolis. Cic. pro Flacco. 71. Cur Albanum venire iubet? cur matri præterea blanditur? cur epistolis & fororis & matris imbecillitatem aucupatur?

Aucupari inanem rumorem. Cic. in Pisonem. 44.

Aucupari rumusculos imperitorum hominum. Cicero. pro Cluent. 84. & lib. 3. de Legibus. 51.

Similitudinem quandam aucupari. Author ad Herennium. 1. Ex ratiocinatione cōtrouersia constat, quum res sine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudinem quandam aucuparur.

Obseruare & aucupari tempus. Cic. pro Rosc. Amer. 13. Quū præsertim tam multi occupationem eius obseruent, tempusque aucupentur.

Aucupari tranquillitates. Cic. Att. lib. 6. 119. 3. Nos Rhodiorum aphractis, cæteris que longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus.

Aucupari verba, aut vim verborum. Cic. pro Cecin. 38. Sermo hercule & familiaris & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. Ibidem. 64. Sic (quoniam vim verborum necessario similitudine rerum aucupamur) qui postulat vt à quo loco deiectus est hoc est, vnde deiectus, eo restituatur: quum verba nos eò ducūt, tum res ipsa hoc sentire atque intelligere cogit.

Attendere & aucupari verba oportebit. Cic. 3. de Orat. 142.

Verba alicuius aucupari. Seneca in Thebaide. 2. 9. Hinc aucupabor verba rumoris vagi.

Vtilitatem aucupari. Cic. 1. de Orat. 32. Atqui Catule, inquit Antonius, non ego vtilitatem aliquam ad dicendum aucupans, horum libros, & nonnullos alios, sed delectationis causa, quum est otium, legere soleo.

Aucupo, pas, (ὀρνιθοθηρεύω,) In actua voce vsus est Plaut. Mostel. 7. 42.
—circumspice dum, nunquis est
Sermonem nostrum qui aucupet.

Aucupare ex insidiis quid agatur. Plaut. Asin. 16. 31.
—paulisper mane

Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.

Aucupatio, Verbale, (ὀρνιθοθήρευσις,) Actus ipse capiendi aues. Venatio, aucupatio. Quintil. in Apibus.

Aucupatio, teste Budęo de Asse, quandoque significat lucrū: Vnde apud Plinium lib. 9. cap. 35. legit. Vidi ipsam confestim paratam aucupationem tabulis probare. Alii autem nuncupationem legunt.

Aucuparius, Adiectiuum, (ὀρνιθοθήρευτος,) Quod ad aucupiū pertinet. Plinius lib. 10. cap. 36. 11. Quum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt in aucuparium quoque amplitudinem. De calamis aquaticis loquitur. Id est quæ possint esse vsui aucupio.

Auceta, sæpe aucta. Festus.

Auctarium, Auctio, Auctionarii, Aucto, Vide AVGEO.

AVCTOLICVS, pen. corr. (ἀυκτόλυκος,) Quidam fur fuit, qui se varias formabat in speciem. Hic habuit liberos, Silyphum, vnde natus est Sinon: & Auctoliam, vnde Vlysses. Seruius in. 1. Aeneid. 16.

Auctor, Auctus, Vide AVGEO.

AVCVLA, Vrbs Tuscorū Ptolemæo, aliis Aquula. vulgò Aquapēdēs.

Aucupium, Aucupor, Aucupatorius, Vide AVCEPS.

Audacia, Audacter, Audax, Audentia, Vide AVDEO.

Audeo, audes, ausum sum, (τελμάω, ταρσάω,) audere, Fidentem esse. Plaut. Asina. 3. 11.
Ita me obstinatè aggressus, vt non audeam
Profectò, per cunctanti quin promam omnia. Terent. And. 3. 1. 25.
Nihil iam mutire audeo. Idem Eunuch. 5. 5. 17. —qua audacia
Tantum facinus audet? Idem And. 3. 5. 7. Qua fiducia id facere audeam? Virgil. lib. 8. Aeneid. 30. Aude hospes contemnere opes. Vbi Seruius, Bene aude, quasi rem arduam & difficilē. Idē. 1. Aeneid. 100.
—audetque viris concurrere virgo.

¶ Audere, Temerè præsumere. Virg. 12. Aeneid. 73.
—hæc præmia qui me Ferro ausi tentare, ferunt.

Audeo cōfiteri. Cic. p. Q. Ligario. 5. Vide quæso Tubero, vt qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri.

¶ Audere cum accusatiuo, pro non vereri. Virgil. 3. eclog. 4.
Quid domini faciant, audent cum talia fures?

Acię audere. Tacitus lib. 12. Vastati agri prædæ passim actæ, non ausis acie hostibus. Hoc est non ausis in acie descendere, seu confligere.

Capitalia audere. Liu. 6. bel. Pun. 208. Quatuor millia hominū erant, missi ex omni colluuione, exules, obærati, capitalia ausi plerique.

Facinus. Liu. 10. bel. Pun. 112. Afidrubale qui clasli præerat, sine publica fraude ausō facinus.

Feliciter audere aliquid. Horat. 2. Epist. 1. 34. Nam spirat Tragicum satis, & feliciter audet. Id est non sine successu prospero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hostilia audere. Tacitus lib. 20. Pater eius multa hostilia ausus.
Longius audere. Tacitus lib. 21. Iudęi sub ipsos muros struxére aciem, secundis rebus longius ausuri.
Maiora viribus audere. Virgil. 10. Aeneid. 160.
Nihil vltra fremitum & minas ausum. Tacitus lib. 17.
Oppugnationem audere. Tacitus lib. 2. Ausurosque nocturnam castrorum oppugnationem.
Poenam audere. Tacit. lib. 2. Nec Tiberius pœnam eius palàm ausus,
Periculum audere. Tacit. lib. 19. Neqs periculum in aperto audebant.
Pugnam audere. Tacitus libro. 19. Calperius Niger, Didius Scæua, pugnam ausi, obtruncantur. Idē lib. 4. Si Barbari successu noctis alacres, prælium auderent.
Audere scelus aliquod. Ouid. Epist. 14. 2.
Quòd manus extimuit iugulo demittere ferrum,
Sum rea: laudarer, si scelus ausa forem.
Vltima. Liuius tertio ab Vrbe, Et Aequos conscientia contracti culpa periculi, & desperatio futurę sibi postea fidei, vltima audere & experiri cogebat.
Vltionem ausus. Tacit. lib. 2. Et tum dubiis rebus eius vltionem ausus.
Vtin aliquem audere. Tacit. lib. 12. Vim cultoribus ac oppidanis, ac plerunque in mercatores & nauicularios audebant.
¶ Licentius aliquid aut lætius audere. Quintil. lib. 1. cap. 4. 10.
Audens, Participium, Minime timidus. Virgil. 10. Aeneid. 56.
Audentes fortuna iuuat.
Audentes fortsque Venus que iuuat. Ouid. 2. Fast. 157.
Audens, Nomen ex participio. Quint. lib. 9. Illa adhuc audentiora, & maiorum, vt Cicero existimat, latera, quæ prosopopeiæ dicuntur. Vir. 6. Aeneid. 19. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.
Audendum est, fortes adiuuat ipsa Venus. Tibull. 1. eleg. 2. 4.
Audendum dextra. Virgil. 9. Aeneid. 68. Audendum dextra dixit, quia audemus & cursu. Seruius.
Author audendi. Qui ad perpetrandum facinus aliquod hortatur alios. Virgil. 12. Aeneid. 32.
Audendi maiora fidem fecere immensæ vires. Lucan. lib. 1. 93.
Quidlibet audendi potestas. Horat. in Arte poet. 2.
Audendus, adiectiuum, (τολμητέος) Liu. de Annibale, Nulla re, quę agęda audendaq; magno futuro duci esset, prætermissa. Et Quint. lib. 4.
Audenter, Aduerbium, (εὐφρακλέως,) Tacit. lib. 4. Quidam audentius apertis in collibus vilebantur.
Ausus, fa, sum, Partici. (τετολμημένος,) Liu. Exules, obærati, ausi capitalia pleriq;. Tacit. Prædæ passim actæ, non ausis aciem hostibus.
Ausis in aciem. Tacitus libro. 12. Obuio hosti & in aciem auso plus cladis faciunt.
Manus ausa multa nefanda. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 4.
Conscia perculsit meritorum pectora Colchis,
Ausa, atque ausura multa nefanda manu.
Ausus rogare. Cic. ad Att. lib. 6. 113. 13. Aiō tādem Attice laudator integritatis & elegantiæ nostræ, ausus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare?
Codicilli ausi. Tacit. lib. 3. Ausis ad Cęsarem codicillis.
Ausum, ausi, Substantiuum, (τόλμημα,) Vt memorāda ausa. Sil. lib. 6. 64.
Concordia ausa. Silius lib. 5. 43.
Funditur vnanimo nisu, & concordibus ausis.
Pilorum in Pœnos nimbos.
Ausa crudelia. Ouid. epist. 14. 11.
Fortia ausa. Virgil. 9. Aeneid. 59.
Furialia ausa. Ouidius. 11. Metamorph. 3.
Immania ausa. Stat. 3. Thebaid. 47.
Magna ausa. Ouid. 2. Metam. 66.
Excidere ausis dicimur, quum conatus nostri in rēb' nimium arduis successu carent. Ouid. 2. Metam. 66.
Hīc situs est Phaeton currus auriga paterni,
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis. Magnis, ἐμφατικῶς pronuntiandum.
Indulgere ausis. Ouid. 1. de Arte aman. 76.
Calus in euentu est. licet hīc indulgeat ausis:
Consilium tamen est abstinuisse meum.
Potitus auso. Ouid. 11. Metam. 49. Virgil. 6. Aeneid. 125.
Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.
Ausurus grandia. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18. 1. Et tener ausuros grādia frangit amor.
Audacia (τόλμα, θράσος, ἀκροστιχὶς,) est fiducia & securitas, qua quis aliquid audet, etiam cum periculo. Cic. 1. Offic. 91. Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non vtilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quàm fortitudinis. Idē pro Sexto Rosc. 42. Quanto maiores nostri sapiētius, qui quū intelligerent, nihil esse tam sanctū, quod non aliqn violaret audacia, supplicia in parricidas singulare excogitauerunt. Idē. 2. de Inuent. 143. Et pro Flacco. 27.
Titubans aud ..ia. Id est vt sic dicā, audacia timida, Vbi magnum quiddam aggredimur, sed vereri cogimur interim ne male res cedat. Claudin Nupt. Honorii & Mariæ. 17.
– & gratus amantum
Pallor, & in primis titubans audacia furtis.
Audacia & Audentia hoc differunt: quòd Audentia, fortitudinis sit. Audacia, temeritatis. vt Sallust. in Catilinā, Audacia pro muro habebatur. Et apud veteres sæpe sic. Nonius.
Audaciam ab Autēr, id est cupidē agendo, dictam esse tradit Festus.
Audacia ad colendum. Plin. in Præf. lib. 2. Nobis ad colendum te familia rius audacia sola superest.
Fretus impudentia atque audacia. Cic. pro Flacco. 27.
Temeritas & audacia stultorum & improborum. Cic. 1. de Inuent. 7.
Licentia & audacia. Cic. pro Q. Ligario. 14. Vide quid liceāt Cęsar nobis tua liberalitas det, vel potius audaciæ.
In vultu est audacia mista pudori. Ouid. 9. Metam. 106. De Byblide.
Abundare audacia. Vide ABVNDO.
Audacia creunt. Ouid. 8. Metam. 17.
Adhibere audaciam. Vide ADHIBEO.
Armatus audacia. Vide ARMATVS.
Cedere audacię alicuius. Cic. pro Cecinna. 1. Quasi verò aut in iudicio posiit idem improbitas, quod in vi, confidentia: aut non eo libētius vel audaciæ cesserimus, quo nunc impudentiæ facilius obsisteremus.
Comprimere audaciam. Vide COMPRIMO.
Contundere audaciam. Vide CONTVNDO.
Expertæ audacię homo. Liu. 4. Decad. lib 8. 109. Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ experte delegerunt equites.
Frangere audaciam alicuius. Quintilianus lib. 12. cap. 16. Aut non diuina M. Tulii eloquentia, & contra leges Agrarias popularis fuit, & Catilinæ fregit audaciam?
Increscit audacia. Vide INCRESCO.
Audacia fortitudinem imitatur. Cic. in Partit. 43.
Sumere audaciam. Stat. 10. Thebaid. 165.
Callida audacia. Cic. pro Cluentio. 145.
Felix audacia. Ouid. Epist. 17. 40.
Fortis audacia. Tibullus lib. 1. eleg. 4. 3.
Immanis audacia ad omne facinus. Cic. 13. Philipp. 350.
Impudens audacia. Vide IMPVDENS.
Ingens audacia. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 4.
Muliebris audacia. Vide MVLIER.
Noua atque integra audacia. Vide INTEGER.
Petulans audacia, libido quædam temere audendi. Claud. in epig. 7. 2.
Cæco præceps audacia vultu. Claud. 1. in Ruff. 7.
Audacia prouectus. Quintil. lib. 1. cap. 3. 3. Hi sunt q parua facile & audacia prouecti, quicquid illic possunt, statim ostendunt.
Audacia singulari homo. Cęsar. 6. bel. Ciuil. 411.
Audacias pluraliter Catonem dixisse testatur Festus. Cic. 2. in Catil. 9.
Non enim iam sunt mediocres hominum libidines, non inhumanæ audaciæ ac tolerandæ.
Audax, audācis, pen. prod (τολμηρός, τολμητίας, εὐτόλμος, θρασύς, θαρραλέος
iectiuum, Fidentem significat, aut temeratium. Terentius Eunuch. 4. 4. 42. O sceleſtum atque audacem hominem? Virgil 8. Aeneid.
– audax quos rumpere Pallas Sacra vetat. Vbi Seruius, Audacem dicit vbique Virgilius, quoties vult ostendere virtutem sine formidine. de etiam Turnum audacem vocat.
Audax & confidens. Plaut. Amphit. 4. 1. Qui me alter est audacior? aut qui me confidentior?
Audax, amens, impudens. Cicero, Verum etiam quòd nemo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur.
Petulans & audax homo. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 2. 8. 3.
Quid quęris? homo petulans & audax Vatinius, valde perturbatus, debilitatusque discessit.
Temerarius & audax. Cic. 1. de Inuent. 6. Quum ad gubernacula Reip. temerarii atque audaces homines accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant.
Audaces & proterui. Ci. 1. de Fin. 93. Alii petulātes talli audaces, proterui, iidem intemperantes & ignauinunquā in sententia permanentes.
Animi audax. Claud. 1 de Raptu Proserp. 1.
Audax animis Spartana iuuentus. Stat. 10. Thebaid. 98.
Audax ingenii. Statius. 3. Sylu. 2. 13.
Quis rude & abscisum miseris animantibus æquor
Fecit iter? solidæque pios telluris alumnos
Expulit in fluctus, pelagoque immisit hiantes, Audax ingenii?
Audax viribus. Virgil. 5. Aeneid. 14. Quique pedum cursu valet, & quę viribus audax.
Audax omnia perpeti. Horat. 1. Carm. ode. 3. 5.
Caput audax. Seneca in Agamem. 13. 1. Hostis parentis, impium atque audax caput. Clytemnestræ verba filiam obiurgantis.
Cœpta audacia. Virgil. 1. Georgic. 8. Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis.

Audax

Audax facinus. Terent. Eunuch. 4. 3. 2. Hoccine tam audax facinus facere esse ausum? Idem Phorm. 1. 3. 4. Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?
Factum audax. Virg. 11. Aeneid. 162.
Fiducia audax. Stat. 6. Thebaid. 168.
Homo audax venali lingua. Lucan. lib. 1. 55.
Industria audax. Claudian. epig. 27. 3.
Manus audaces. Ouid. 2. Trist. 5. 4.
Mars audax. Tibul. 4. eleg. 1. 20.
Orator audax. Ouid. 15. Metam. 40.
Paupertas audax. Horat. 1. Epist. 2. 11.
Audax spes. Plin. lib. 28. cap. 4. 3. Veniam quoque à deis spei alicuius audacioris petimus, in finum spemdo etiam.
Facere audacem, Addere animum. Ouidius. 4. Metamorph. 20.
Audacem faciebat amor.
Audacior ad facinus. Cic. 1. in Catilinam. 32.
Audacissimus, pen. corr. Cic. ad Atticum, lib. 3. 48. 1. Quòd & Achaia propè est, & plena audacissimorum inimicorum. Id est temerariorum. Ouid. 1. Meta. 125. – furit audacissimus omni De numero Lycabas.
Audaculus, pen. corr. (τολμηρίσκος,) A diectiuum diminutiuum, autho re Festo. Gellius, Aderat reprehensor audaculus verborum.
Audaciter, Aduerbium, penult. correp. (τολμηρῶς,) à quo Audacter, detractione literæ.
Audacter, Aduerb. (θρασέως,) Plaut. Milite. 10. 132. Et minus audacter scelesta facerent facta. Sic Audacter lædere. Terent. in prol. Phor. 11.
Blandiri audacter. Ouid. 20. epist. 39.
Magis audacter q̄ paratè veniebat ad dicendū. Cic. de Claris Orat. 130.
Minus multo audacter. Vide MINOR.
Defendere audacter sua decreta. Cic. 2. de Finib. 49.
Audacter quod sentias deferre ad aliquem. Cic. ad Senatum, lib. 15. 2. 15.
Audacter & libere dicere. Cic. pro Roscio Amerino. 18.
Audacter & apertè dicere. Cic. pro Roscio Amerino. 8.
Iurare audacter. Plautus Amphit. 8. 105.
Loqui audacter aut respondere. Plaut. Capt. 6. 60. Cic. 4. Acad. 143.
Audacter monere, & familiariter. Terent. Heaut. 1. 1. 6.
Exultare audacius. Cic. in Orat. 14.
Audacius transferunt verba poetæ. Cic. in Orat. 117.
Audacissimè prorumpere. Cæsar. 5. bel. Gal. 60.

Audio, ἀκούω, ἀκροάομαι, audis, audiui, & audii, auditum, pen. prod. (ἀκούω, ἀκροάομαι, lib. 5. Ab auribus videntur dicta verba Audio & Auscultо. Audio ab Aueo, quòd auribus auemus discere semper. quod Ennius videtur etymon ostendere velle in Alexandro, quum ait, Iandudum ab ludis animus atque aures arent auidę expectantes nuntium. Propter hanc aurium auiditatem theatra replētur. Ab audiendo etiam Auscultare deriuatum, quòd hi auscultare dicuntur, qui auditis parenti à quo dictū poetæ audio, aut auscultо, literæ cōmutatione dicitur. Hactenus Varro. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 8. Quum toties eadem dicam, vix audior vlli. Plaut. Mil. 11. 30. Audire cupio quemadmodum. Terent. And. 5. 4. 17. Si mihi pergit, quæ vult, dicere, ea quæ non vult, audiet.
Attente, bonaque cum venia audire verba alicuius. Cic. pro Sex. Rosc. 6.
Audire paueit. Terent. Eunuch. 5. 9. 37.
Breuiter audire. Virg. 2. Aeneid. 3.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiæ supremum audire laborem, &c. Audire breuiter.
Id est breuiter & paucis dicturum.
Auditi in mains. Tacitus lib. 4. Missis leuibus copiis, quæ ex longinquo in mains audiebantur.
Larius auditi. Tacitus lib. 19. Hæc atque alia flagrans oculis, truci voce, quo latius audiretur, ita effudit.
Liquidius audiamt talpæ. Plin. lib. 10. cap. 69. 1.
Libenter audire. Quintil. lib. 2. cap. 9. 1. Libentius, Idem lib. 2. cap. 6. 3.
Libentissimè, Idem lib. 4. cap. 1. 7.
Parum auribus audire. Cato de Re rust. cap. 157. 12. Auribus si parum audies, terito cum vino brasicam.
Audire toties. Terent. Adel. 1. 2. 48. An ego toties de eadem re audiam?
Molliter audire aliquem. Stat. 6. Thebaid. 11.
Ille quoque affatus non mollius audit amicos,
Quàm trucis Ioui, &c. Id est nullo af affectu, nullaq; cōmiseratione.
Audire aure non aperta. Tibul. 3. eleg. 3. 6.
¶ Audiente me, ablatiuus. Cic. ad Acilium, lib. 13. 37. 2. Eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega vereretur.
Audias, pro audire poteris. Cic. 4. Acad. 141. Vtinam quidem rogetis audias quàm nobiscum malè egerint.
Audieris, pro Vbi audieris. Martialis lib. 5. 95.
Si nihil hinc veniet, pangentur carmina nobis?
Audieris, dices esse Maronis opus.
¶ Audire Socratem, aut Platonem: pro discipulum esse Socratis. Cic. 1. Acad. 50. Iam Polemonem audiuerant assiduè Zeno & Archesilas.

Sic. 1. de Natura Deorum. 53. Et Pæto, lib. 9. 20. 8. Veniunt qui me audiunt, quasi doctum hominem.
¶ Audire, pro intelligere, vel accipere ex auditu. Terēt. And. 1. 4. 1. Audiui Archillis iamdudum Lesbiam adduci iubes. Ibidem. 3. 3. 21. Ir. sunt inter Glycerium & gnatū. CH. audio. S. ita magnæ, vt, &c. Cic. septimo Verr. 56. Amādat hominem. quo? Lilybæum fortasse. Et paulò pòst, Panormium igitur? audio.
Audin' tu illam? Terent. And. 1. 2. 5. Et in Eunuch. 5. 9. 3. Audin' tu illum quid ait?
Audiui dicere. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 10. 6. Tremellius simul aspicit ad me: & vt audiui dicere, inquit, Quum in Lybūrnam venisses te vidisse matres familiās, &c. Terēt. Eunu. 4. 4. 32. Nec quis esset, vnquā audierā dicier. Cic. p Murena, Sæpe hoc maiores natu audiui dicere.
Audiui dici. Cic. in Pisonem, Audistis profectò dici, Philosophos Epicureos omnes res quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiri.
Audire, sine addito idem significat. Terent. And. 3. 2. 31. Audiui, & credo. Idem Heaut. 4. 3. 7. Cui æque audisti commodi quicquam euenisse? Idem Eunuc. 5. 9. 6. Scis Pamphilam meam inuentam eiuemē A. audiui. Cic. pro Rosc. Amer. 60. Audio præterea non hanc suspicionem nunc primum in Capitonem conferri.
¶ Audire, Sentire, intelligere. Terent. Hecy. 1. 2. 3. Audin' quid dicam Scirre? Virgilius. 1. Aeneid. 4.
Progenie sed enim Troiano à sanguine duci Audierat. Item. 1. Geor. 102. Neque audit currus habenas. Donatus.
Clarissime audire. Plin. lib. 10. cap. 70.
¶ Audio à, ī, ex, & de. Valla, Audiui à patre meo, & audiui ex patre meo & audiui de patre meo, idē significare inueniet, qui bonos libros euoluet. Cicero tamen sic præcipuè locutus est. Hactenus Valla lib. 3.
Audiui à vel ab. Cic. ale Senect. Sæpe à maioribus natu audiui, &c.
Audiui de. Cic. pro Corn. Balbo. 7. Idem. 1. Offic. 131. Audiui hoc de parente meo puer, quum, &c. Hoc est pater meus hoc recenlebat.
Audire de, aliter acceptum. Terent. Adelph. 3. 4. 5. De psaltria hac audiuit, id illi nunc dolet. Cicero tertio, Verr. 36. Atque etiam illū Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id quod, &c. Idem de Senect. Sed illos etiam de quibus audiui. Sic, Audire de magnis incommodis iniurisque sociorum. Cicero. 7. Verr. 87. Idem Attico, lib. 7. 13. 9. 1. Et ad Brutum. 2. 2.
Audire alterum de re aliqua. Cic. Trebatio, lib. 7. 17. 9.
Audire è. Terent. Eunuch. 1. 2. 35.
Mercator hoc addebat, è prædonibus,
Vnde emerat, se audisse abreptam è Sunio. Cicero. 1. de Finib. 60. At etiam Athenis, vt è patre audiebam, facetè, &c. Sic Audire è Libone. Idem primo Acad. 5.
Audire ex. Plaut. Amph. 8. 112. Quippe quæ ex te audiui, vt &c. Terēt. And. 5. 4. 24. Ibi ego audiui ex illo. Iese esse Atticum. Cic. 3. Verr. 112. Multos ex te viros primarios audisse, &c. Idem. 5. Verr. 2. Ita hoc. Iudices, ex nomine clarissimo, atque eloquentissimo L. Crasso sæpe auditū est, quum, &c. Idem. 7. Verr. 74. Audit rem omnē ex Timarchide. Idē Attico, lib. 5. 105. 1. Hoc te ex aliis audire malo.
Audire aliquem ex reliqua. Plaut. Milit. 18. 50.
– nescio tu me ex hoc audieris, an non,
Nepos sum Veneris,
¶ Audire de capite, pro Cognoscere. Sene. lib. 2. de Benef. Parum fœdè, furioseque superbus erat, qui de capite viri Consularis soccatus audiebat, &c. Cic. pro Flacco. 76. Nemo illorum iudicū clarissimis viris accusantibus audiendum sibi de ambitu putauit, quum, &c.
¶ Audire nuntium. Cic. pro Rosc. Amer. 78. Qui in Salērinis, aut in Brutiis habent vnde vix ter in anno audire nuntium possint.
¶ Audio & Exaudio indifferenter aliquando ponuntur pro duplici significatione: vna, pro eo quod est Auribus accipio: altera, pro eo quod est Audita petenti concedo. vt, Vt sim audire vocē militis. Et, Vox quoque per lucos vulgō exaudita silentes. Item, Audiit, & cœli genitor de parte sinistra
Intonuit læuum. Et, – nulli exaudita deorum
Vota, precesque meæ. Hęc Valla lib. 5. cap. 29. Cic. in Pis. 33. In quo dii immortales meas preces audiuerūt. Sic ad Q. fratrem lib. 2. 3. 13. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 180. Neque cohortationes suas, neque preces audiri intelligit. Liu. 1. ab Vrbe. 51. Hæc precatus, veluti tenuissent auditas preces, Hinc, inquit, Romane, &c. Cic. Attico, libro. 7. 12. 4. At vellē à principio te audisse amicissime admonentem.
Precantem placidus audi. Ouid. 8. Metam. 120.
Non audio. Cic. 5. Verr. 67. Negabant illi sibi quicquam esse mādatum.
non audio: numerate HS. XVI. quid facerent miseri?
Audio, ironicè pro non audio. Terent. Phorm. 1. 3. 8. At non quotidiana cura hęc angeret animum. PH. audio. Vbi Donatus, Audio per εἰρωνείαν dicitur modo à cōtemnente dictum Antiphonis. Audio: Omnia deridet Phædria, cupiens fructum amoris vel periculis adipisci. Est ergo AVDIO, θαρρῶ pro non audio: hoc est nihil dicis.
Audio, Consentio. Terent. Eunuch. 2. 3. 77.

Universidad de Deusto
Biblioteca

capias tu illius vestem. c H. vestem? quid tum postea?
P. Pro illo te ducam. c H. audio. Vbi Donatus, Audio, id est libenter hoc admitto & consentio. vt in Phormione, Audio & fateor. Et cõtrà non audio. Valla lib. 5. cap. 19. Audio pro fateor: ideoq; sæpe sic scriptum legimus, Audio & fateor quasi posterus declaret primum.

¶ Audio frequenter accipitur pro eo quod est credo, accedo, parco præcipienti, sed ferè cum negatione, & frequentius per participium quod transit in nomen, quod est audiendus: vt apud Quintilianum. Nec audiendi quidem, quorum est Albutius, qui tres modo primas elle partes volunt. Audiendus non est, idem est quod Audiri non debet. Ideoque licebit dicere, Neque vero quosdam, quorum est Albutius, audire debemus. Sine participio. Cicero Tusc. lib. 1. 100. Nec Homerũ audio, qui Ganymedem à diis raptum propter formam. Sine negatione, Idem in eodem. 147. Endymion vero (si fabulas audire velimus) nescio quando in Latmo obdormiit. Sed coniunctio hæc, tacitâ quandam in se habet negationem, aut certe idem hoc loco dicemus quod diximus libro. 3. de Vllis. Sed nonnunquam sine negatione apte dicitur, vt apud Liuium, Cinem tuum non audisti arma capere, ac sequi se iubentem Hannibalem. Paulò pòst, Audisti castra prodi, & arma tradi iubentem. Hæc Valla lib. 5. Cic. de Amicit. 48. Non erunt homines diuitiis affluentes audiendi siquando de amicitia, &c.

¶ Non sum auditurus, Non eram Romæ, vel occupatior eram. Illud enim, &c. Plinius in Epist.

¶ Audiri, pro Credi. Cic. audiretur à Pop. Romano vir primarius Eques Romanus L. Flauius.

Audire se vel alium. Cic. ad Curionẽ. lib. 2. 6. 2. Nemo est qui tibi sapientius suadere possit, neque fortunam quam labere, si te audies. Ibidem. 4. Tecum loquere, te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera. Idem ad Trebatium, lib. 7. 21. 2. Tu si me audies, quæ soles, has paterias posses sibi tenebis. Et. 1. de Nat. deo. 77. Si vos audire vellem. Et. li. 2. 248.

¶ Audire bene, Est, vt ait Donatus, benedici, & laudari. Terent. in prol. Phor. 21. Benedictis si certasset, audiret bene. Cic. Attico. Tamẽ nos recte facere, & bene audire vult. Idem. 3. de Finib. 87. Vt sequè hois ingenui & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus.

Bene audire, & rumorem bonum colligere. Cic. 1. de Legib. 24.

Audire malè, pro vituperari. Terent. Phorm. 2. 3. 12. Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies. Cic. Attì. lib. 6. 1. 1. 5. Hanc nonnulli amici Appij ridiculè interpretabãtur, qui me idcirco putent bene audire vel le, vt ille malè audiat & recta facere, non meæ laudis, sed illius contumeliæ causa. Idem. 3. Verr. 83. Ne gratis in prouincia malè audires. Idem. 5. Tusc. 162. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 1.

Minus commodè audire, pro Non integrè esse famæ. Cic. 5. Verr. 114. Quæstores, Legatos, Præfectos suos, Tribunos multi missos fecerunt, & de prouincia decedere iusserunt, quòd eorum culpa se minus commodè audire arbitrarentur. Budæus.

Audire, subintellecto aduerbio MALE. Cic. pro Cluent. 8. Neq; vnquã illa ita de suo scelere & immanitate audiet, vt naturæ nomen amittat.

Audit arbor arborem, hoc est admittit, & cum eo quasi obediens conglutinatur. Plin. lib. 16. 43.

¶ Audibo, pro Audiam, more antiquo. Plaut. Capt. 1. 1. 88. Ex me audibis vera, quæ nunc falsa opinare. Idem Pœnu. 4. 55. Nunquam audibis verba tor, tam suauia.

¶ Auditur. Cic. ad Atticum, lib. 8. 166. 2. Propterea quòd neque Romæ quicquam auditur noui.

Sic auditur. Id est, intelligitur. Quintil. lib. 8. de Nomate loquens, Erãs dignus vt integrã manũ habeare: Sic. n. audiẽ, vt depugnares. Budæus.

Auditus est magno silentio. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 5. 2.

Audita re ex vtraque parte. Cic. 1. de Finib. 36.

Audiendi, (τοῦ ἀκούειν,) audiendo, audiendum. Gerũdium. Cic. de Somnio Scip. 9. Audiendi sensu carere.

Audiendi insolens. Tacitus lib. 15. Vt faciendis sceleribus promptus, ita audiendi quę faceret, insolens erat.

Audiendum. Cic. pro Flacco. 76. Nemo illorum iudicum clarissimis viris accusantibus, audiendum sibi de ambitu putauit.

Audiens, Participium, (ἀκούων,) Qui audit. Cic. de Claris Orat. 45. Ad animos audientium permouendos. Ibidem. 152.

Audiens dicto, Qui obedit dictis. Plaut. Trin. 14. 53. Sed si non dicto audiens es, quid ago? Idem Perſa. 10. 7. Dicto sum audiens. Idem Menæch. 3. 63. Dicto me cinit audientem, laud imperatorem sibi. Cic. 6. Verr. 23. Quæsiui an missiles: respondit id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætori. Idẽ. 3. Verr. 62. Cæsar. 5. bel. Gal. 204. Iunius. 4. ab vrbe. 112.

Vt audiens dicto esset iuuentus. Cic. pro Deiotaro.

Audiens dicto atque obediens. Liu. lib. 5. Ne plebs nobis dicto audiens, atque obediens sit.

Audiens edicto. Cic. 5. Verr. 80.

Audiens nomen: vt Audiens imperii, Plaut. Trucol. 4. 24.
Tibi seruio, atque audiens tuus imperii.

Audientia, audientiæ, (ἀκροάσεις,) Ipla, vt ita dicam, auditio. Plaut. Pœnulo. 2. 11. Exurge præco, fac populo audientiam. Hoc est, fac vt populus præstet aures.

Audientiam sibi facit improbitas eius. Cic. 1. Verr. 13. Quantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitatura? quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura sit.

Audientiam sibi fieri velle. Cic. 2. de Oratore. 177. Nam nonnulli quorum illud meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, vt audientiam sibi fieri velle videantur.

Audientiam facere præconem iussit. Liu. 5. Decad. lib. 3. 60.

Audientiam sibi facit senis oratio. Cic. de Senect. 25. Sed tamen decorus est sermo senis, quietus & remissus, faciũque persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta & mitis oratio. Id est audientiam suauitate docendi meretur.

Auditio, Verbale, (ἀκρόασις, ἀκρόαμα,) Actus ipse audiendi. Cicero. 5. de Finibus. 76. Dantque se ad ludendum, fabellarumque auditiones docentur. Idem. 2. de Oratore. 71. Quem ætas denique ætatis, vel auditione, vel cogitatione.

Rumor atque auditio. Cæsar. 4. bel. Gal. 481. Et his rumoribus atque auditionibus permoti. * Sic stylo facultas continget, auditioni iudicium. Quintil. lib. 2.

Fama & auditione accipere. Vide ACCIPIO.

Fictæ auditiones. Cic. pro Plancio. 46.

Fallax auditiones depellere. Tacitus lib. 4.

Auditione, ablatiuus: pro Ex auditu. Cic. 6. Verr. 91. Hoc solum audire expetere cœpit, quum id ipse non vidisset.

Auditio tenuis, vel leuis. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 6. Ne tenuissimi quidem auditionem de ea re accepi. Cæsar. 7. bel. Gal. 170. Quæ animi illi hominum generi est innata, vt leuem auditionem habeant pro re comperta.

Auditioni occupatum sedere. Plin. lib. 16. cap. 2. 2. Sedere namque in his scholis auditioni occupatũ gratios erat, quàm ire per solitudines, &c.
* In vetusto codice legitur, non occupatum, sed operatos.

Auditiũcula, pen. corr. diminutiuum, (ἀκροαμάτιον,) Gel. lib. 13. 2. Auditiuncula quædam de Catonis familia asperſa est.

Auditor, pen. prod. Verbale, (ἀκροατής,) Qui audit. Cic. Attico, lib. 2. 332. 7. De Gloria misi tibi, custodies igitur, vt solent sed non ex Ergarii, quos Saluius bonos auditores natus, in commio dicerat legere. Idem pro Domo sua. 51. & Horatius in Arte. 31.

Auditor, pro discipulo, vt Auditor Stratõ, &c. Cic. 1. Acad. 49. & 4. 7. & Plin. lib. 29. cap. 1. 6. & Iuuenal. 1. Satyra.

* Auditorius, ta, um, (ἀκροατικός,) Quint. Vide AVDITORIVS.

Auditorium, (ἀκροατήριον,) Locus in quo quis auditur vel orator, vel gens. Quintil. libro. 2. cap. 11. 3. Sed eius rei gratia plenum fuit auditorium. Sic libro. 5. cap. 12.

Auditorium, Multitudo ipsa audientium. Plin. Epist. 42. 2. Nam quia frequenti auditorio inter se cotã multi ardidas nostri clarè incipiunt. Idem Epist. 72. 2. Ipse verò & inter adhibito ingenti auditorio. librum de vita eius recitauit. Sic Quintil. lib. 5. cap. 12. 15. Auditorium quentiam licet hæc libidinosiam relupina veloptate audiret, nullã esse existimabo. Id est quæ ad demulcedas tantũ aures valet.

¶ Auditorium ponitur etiam pro foro & tribunali. Paulus in L. Cum de iudicata, Is qui ad maius auditorium vocatus est, si ibi non defenderit, contumax non videtur.

¶ Auditorium, schola propriè significat: atque ita opponitur loco. Quintilianus lib. 10. cap. 1. Sed alia ratio est latinis & disputationum, & in auditoriis, præceptorum & periculorum. Idem de Societate, Auditorium esse, non iudicis comparat.

Auditus, penult. producti. Participium, (ἀκουσθείς.) Cic. 1. de Finib. neque ex vtraque parte audita. Virgil. 6. Aeneid. 66. Nulla mihi audita, Neque ex vtraque parte audita. Virgil. 6. Aeneid. 66. Nulla mihi audita, neque vita sororum.

Audita eius virtus dubitationi locum non dat. Cic. pro Corn. Balbo. 11.

Auditus à summis viorũbus Fuin. Stat. 5. Theb. 19.

Audita in deterius. Tacitus libro. 20. Romæ cuncta in deterius audita. Mutianum angebant. 231.

Audita recordari. Virg. 3. Aeneid. 22.

Audita repetere. Ouid. 19. Epist. 38.

¶ Audito, ablatiuus absolutè positus. Tacitus libro. 2. Audito casu illum Luppiæ fluminis appositum obsideri, ex legiones eo ducit. Id est postquam audiuit.

¶ Auditum, auditi, pen. prod. Substantiuum. Plaut. Merc. Vidistin' pro auditu nuntias?

Auditus, huius auditus, pen. prod. Verbale, (ἀκοή.) Idem quod auditio. & sensus quo audiendi. Plin. lib. 10. cap. 60. 1. Auditus cui homini primo negatus est, huic & sermonis vsus ablatus.

Auditus solers. Plin. lib. 8. cap. 28. Vulpes animal aliquo modo solerti auditu.

Transitum auditus aperit acetum scyllitic um. Plin. lib. 23. cap. 2.

Grauitatem auditus discutit oleum amygdalinum. Plin. lib. 23. cap. 4.

Auditum auferre. Vide AVFERO.

Auditu intelligi. Cicer. pro Marcello. 7. Vereor vt hoc quod dicam, auditu perinde intelligi auditus possit, atque ego ipse cogitans sentio.

Auditus semper patet: eius enim sensu etiam dormientes egemus: à quo quam somnus est acceptus, etiam è somno excitamur. Cic. 2. de Natura Deorum. 155.

Breui auditu quis magna trãsibat grauitorib' curis impar. Tacit. lib. 18.

Nihil præter auditum habeo. Cic. 1. Offic. 49. Nec noster quidem probandus, si verum est, Quintum Fabium Labeonem, seu quem alium (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus à Senatu datum.

Auditurus, penult. prod. Participium, (ἀκουσόμενος.) Ouid. ad Pisonem. 17. Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus, Auditura virum. 2

Aue, (χαῖρε,) Verbum defectiuum, in secũda persona singulari Auet & plurali Auete. In infinitiuo Auere, teste Diomede libro. 1. Martialis libro. 5. 52.
Exprimere Ruffe, si ticulæ licet cogant,
Aue Latinum, χαῖρε non potest Græcum. Idem lib. 4. 34.
Discurris tota vagus vrbe, nec vlla cathedra est,
Cui non mane feras irrequietus, aue. Sic Catullus. 96. 2. Atque in perpetuum frater aue atque vale.
Aue matutinum. Martial. lib. 1. 51. Et matutinum portat ineptus aue.

Auĕto, pen. prod. in fine epistolæ, pro Gaudeto. Sallust. in Coniur. Catil. Nunc Orestillam tibi commendo, tuæque fidei trado: eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus aueto.

Auere, Saluere. Martialis lib. 9. 9. Iam satis est, non vis Afer auere, vale. Idem lib. 3. 5.
Hos tu seu pariter, siue hanc, illumue priorem
Videris, hoc dices, Marcus auere iubet.

Auĕho, auehi, pen. corr. auexi, auectum, (ἀπάγω,) auehere, Exlo co aliquo ad alium vehere. Plaut. Cistel. 7. 28. Quò auecta est, eò sequimur. Terent. Adelph. 4. 5. 191. Is venit vt secum auehat. Sueton. in Cæsare, Et mox ex præfectura proficiscens in Hispaniam, inter officia profequentium faciesque lictorum lectica sua auexit. Liu. 7. bel. Pun. 92. Quum citato equo ex prælio auectus esset. Idem. 5. ab Vrbe. 228. Alia auecta in finitimas vrbes amouimus ab hostili oculis.

Auehere, sine præpositione. Liuius. 1. ab Vrbe. 4. Equites mercede conductos Aegyptum auexit. Id est in Aegyptum.

Auehere à. Plaut. Menæch. 14. 52. Quot eras annos natus, quum te pater à patria auehit?

AVELLA, (ἀβελλάνη,) vel Auellinum, & antiquè ABELLINVM, oppidum Campaniæ: à quo Auellanæ nuces. Seruius. Silius lib. 8. 108. Et pauper fulci cerealis Auella. Vide Strabonem lib. 5.

Auellâna pen. prod. (ΑΒΕΛΛΑΝΗ,) Adiectiuum, & subauditur nux: ea est ex arbore quæ corylus dicitur. Plin. lib. 15. cap. 21. 3. Cæteris quicquid est, solidum est: vt in auellanis & ipso nucum genere, quas antea abellinas patrio nomine vocabant. * Plin. lib. 15. cap. 2 In Asiam Græciamque è Ponto venere. & ideo Ponticæ nuces vocantur.

Auello, auellis, auelli, & aulsi, aulsum, (ἀποσπάω, ἀφαιρέω,) auellere, A loco & per vim vellere. Virg. 2. Aen. 23. Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium. Vbi Seruius, Auellere, ostendit inuitũ. Plin. lib. 2. cap. 78. 2. Sicut ne illæ quidẽ his paruerint aullæ. Horat. 1. Serm. saty. 2. 21. Insidias fieri, pretiũq; auellier inde.
Cohærens & Aullus, contraria. Plin. lib. 3. cap. 8. 1. Quondam Brutio agro cohærens, mox interfuso mari aullsa. De Sicilia loquitur.
Auellere vi. Cic. de Senect. 65. Quasi poma ex arboribus si cruda sunt, vi auellantur: si matura & cocta, decidant.
Auellere & abstrahere. Cic. pro Pont. 30. Num etiam de matris hunc complexu lectissimæ miserrimæque fœminæ, vobis inspectantibus, auellet atque abstrahet?
Aullus à fuis. Cic. pro Domo sua. 112. Vt perpetuum dolorem aullus à meis sustinerem.
E signo Cereris hoc auellendum, asportandumque curauit. Cicero. 6. Verr. 98.
Aullsus his. Plin. lib. 5. cap. 2. 1. Et horum pars quondã Vesuni, qui aullsi his, propriam fecere gentẽ versi ad Aethiopes. Id est, separati. Idem lib. 9. cap. 35. Conchisque adhærescunt: nec iis auelli queunt, nisi lima.
Frondes auellere. Ouid. 2. Metam. 70.
Auellere rus ab aliquo, pro Vi retipere. Terent. Eunuch. 3. 3. 14. Credo ei placere hoc: iperat se à me auellere. Vbi Donatus, Bono vsus est verbo Auellere: tantum à pertinaciter retinente.
Auellere se à meretrice, vel auelli. Terent. Hecyra. 4. 1. 40.
Nam si is posset ab ea sese de repente auellere. Idem And. 3. 3. 22.
Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. c H. audio.
S. Ita magnę vt iperem posse auelli. Id est vt iperem Pamphilum posse à Glycerio abduci, abstrahi, disiungi.
Aullio, Verbale, (ἀποσπασμός,) Plin. lib. 17. cap. 10. 1. Aut enim semine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut aullsione.
Aullsor, Verbale, (ἀποσπαστής,) Plin. lib. 9. cap. 45. Vbi aullsorem sensere, contractæ multo difficilius abstrahuntur.

Auéna, pen. pro. (βρῶμος,) Genus est fruméti quod à Græcis bromos appellatur. Plin. lib. 18. cap. 17. 1. Primũ omnium frumenti vitium auena est, & hordeum in eam degenerat, sicut ipsa frumenti fit instar, quippe quum Germaniæ populi edãt eam, neque alia pulte viuant. Vide plura ibidem. Cicero. 5. de Finib. 116. At enim qua in vita est aliquid mali, ea beata esse non potest. Ne seges quidem igitur spicis vberibus, & crebris, si auenam vspiam videris. Vulgò, Auena, ouer vena.

Auenę steriles. Virgil. 5. eclog. 7. & 1. Georg. 31. Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Quo loco Seruius, Steriles dici à Virgilio ait, ad discretionem earum quæ seruntur. Atqui ego putarim potius intel ligere de vitio quod in frumentis & auenis crescere solet: Græci ægilopas vocant: spicam habent barbatam in speciem auenæ, sed multo maiores sunt. Itali squalam vulgò appellant, quæ est similis auenæ. Matthiolus Senensis. Steriles autẽ vocat Virgilius, quoniam meti non possunt, eo q; grana quæ in summo sunt, ante sint matura, quàm quæ in imo. Dicit autem dominari, quia quum non metãtur, semen vel granum in terram cadens, iterum semper reoriatur.

Vanæ auenæ, id est vacuæ, inquit Seruius. Virg. 1. Georg. 46.
–sed illos Expectata seges vanis delusit auenis.

¶ Auena per metaphoram, pro culmo & fistula. Virg. 1. Eclog. 1. Syluestrem tenui musam meditaris auena. Vbi Seruius, Auena, culmo, stipula: vnde rustici plerunque cantare consueuerunt. vt alibi, Strident in ſerum stipula disperdere carmen. Dicendo autem TENVI AVENA, humilis styli genus latenter ostendit.

Angusta auena cantare. Martial. lib. 8. ad Musam, epig. 3.
Angusta cantare licet videaris auena,
Dum tua multorum vincat auena tubam.

Perlucenti auena meditari cantus. Tibul. lib. 3. eleg. 15.
Sed perlucenti cantus meditabor auena.

Structis auenis cantare. Ouid. 1. Metam. 136.
– vt pastor per deuia rura capellas
Dum velut adductas, & structis cantat auenis.

Fistula disparibus paulatim surgit auenis. Ouid. 8. Metam. 19.

Auenaceus, Adiectiuum, (βρῶμινος,) Ex auena factum. vt Auenacea farina. Plin. lib. 29. cap. 6. 34. Vel cum farina hordeacea, vel auenacea.

Auenarius, (βρωμικός,) Adiect. vt Auenaria cicada. Plin. li. 11. ca. 26. 3.
Quidam duo alia genera faciunt earum: turcurlarium, quæ sit grădior frumentariam, quam alii auenariam vocant: apparet eum simul cum frumentis arescentibus. De cicada loquitur.

AVENIO, (ἀουηνίων,) vrbs Galliæ Narbonensis, in quã Pontifices Romani ius hãt. Eam. n. Pontifici Clementi vendidit Iohanna Siciliæ regina. Author Volaterranus. Vulgò Auignon.

AVENTINVS, pen. prod. (ἀβεντῖνος ὄρος,) (inquit Seruius) mons vrbis Romæ est, quem constat ab auibus esse nominatum, quę de Tyberi ascendentes illic sedebant: vt in. 8. Aeneidos legimus,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum. Quidam etiam rex Aboriginum Auentinus nomine, illic & occisus & sepultus est, sicut etiã Albanorum rex Auentinus, cui succellit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani Sabinos à Romulo susceptos, istum accepisse montem, quem ab Auente fluuio Prouinciæ fuę appellauerunt Auentinum. Cõstat ergo varias has opiniones postea secutas. Nã à principio Auentinus dictus est ab auibus, vel à rege Aborigini. Vnde hunc Hercules Seruius illud Virgilianum enarrans lib. Aeneid. 7. 132.
– latus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus, clypeoque insigne paternum,
Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram.

Auentinus, adiectiuũ. vt Auentina syluа. Ouid. 3. Fast. 60. Et. 6. Fast. 146.
Arx Auentina. Item lib. 3. versu vltimo, Auentinum iugum.

Auco, auere, (γλίχομαι,) auere, Verbum est defectiuum, & concupiscere significat. Festus. Auere nihil aliud est quàm cupere, argumento est Auidum, & Auiditatẽ: ex quibus præcipua cupiditas intelligitur, quum significet & gaudere. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 18. E quibus vnus auet quauis aspergere cunctos. Cicero. 1. Offic. 21. Itaq; quũ omnis negotiis, curisque vacui, tum aenemus aliquid audire & discere. Idẽ Att. lib. 1. 10. 2. Valde auco scire quid agas. Idẽ. 4. de Fin. 85. Nam qui ea spectant & auent audire, &c. Iterũ Att. Auere te scribis accipere aliquid à me literarũ. Eidem lib. 2. 32. 1. & 5. Idem. 2. Tusc. 182.

Auens, Participium, (γλιχόμενος,) Horat. 2. Serm. Saty. 4. 1.
– non est mihi tempus auenti
Ponere signa nouis præceptis.

AVERNVS, m. gen. (ἄορνος,) In plurali Auerna, Auernorum, n. ge. Lacus Campaniæ prope Baiastiquem Plutoni dicati opinabantur. Hinc ad inferos introitus patere dicebatur. Vide Seruium in. 2. Geor. Item in tertium Aeneid. 42.

Auerna alta. Virg. 5. Aeneid. 145. Id est profunda.

Aestus Auerni. Lucret. lib. 6. 40.

Graue olens Auernus. Virg. 6. Aeneid. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucrinus Auerni.Virgil.4.Aeneid.103.
Nigri sulcator Auerni. Id est Charon.Stat.11.Thebaid.118.
Pallens Auernus.Stat.5.Syl.1.6.
Pestiferi limen Auerni.Claud.1.de Raptu Proserp.70.
Tunc & pestiferi pacatum limen Auerni Innocuæ transistis aues.
Auernæ sonantia syluis.Virgil.3.Aeneid.88.
Hùc vbi delatus Cumæam accesseris vrbem,
Diuinosque lacus,& Auerna sonantia syluis,&c.Vbi Seruius Diuinos lacus,Id est consecratos,Auernum & Lucrinum. Et mox de Auerno solo loquens.Sanè hic lacus,inquit,syluarum defitate sic ambiebatur antè,vt exhalás inde per angustias aquæ sulphureæ odor grauissimus superuolantes aues necaret. Vnde & Auernus dictus est, quasi ἄορνος. Quam rem Augustus Cæsar intelligens,deiectis syluis,ex pestilentib⁹ amœna reddidit loca.Hactenus Seruius. Lucretius quoq; lib.6. 149.
multis versibus eadem hæc ferè tradit,quorum hoc est principium,
Nunc age Auerna tibi quæ sint loca cunque,lacusque
Expediam,quali natura prædicta constent,&c.
Tartareus Auernus.Stat.3.Thebaid.22.
Vacuus Auernus.Inferi in quibus habitant defunctorum vmbræ tenues & incorporeæ, proindeque locum non occupantes. Claudianus.1. de Raptu Proserpinę.5.
Vmbrosus Auernus.Claud.1.de Raptu Proserp.23.
Auernus, Adiectiuum,(ἀορνίνος,)Ouid.10.Metam.11.
Hanc simul,& legem Rhodopeïa accipit Orpheus,
Ne flectat retro sua lumina, donec Auernas
Exierit valles.Auernas,Auernales.
Freta Auerna.Virgil.2.Georg.33.
Tirrenasque freris immittitur æstus Auernis.
Valles Auernæ.Ouid.10.Metam.11.
Auernalis.penult.product.aliud adiectiuum,(ἀόρνιος,)vt,Aquę Auernales.Horat.5.Epod.6.
Auernales nymphę.Ouid.5.Metam.108.

Auerruncare, (ἀποκόπτω,)Antiquum verbum rusticum,qua si runca vitium sarmenta auertere & amputare, vel in vitibus,quod nimium succreuit, rũca expurgare.Verbum apud Catonem frequentissimum extra compositionem.

Auerruncare,(ἀποτρέπειν,)Auertere & depellere per metaphoram.Liuius.8.ab Vrbe.27.Placuit auerruncandæ deũm iræ, victimas cædi. Ibidem lib.10.106.Eo anno prodigia multa fuerunt;quorum auerrũ candorum causa supplicationes in biduum Senatus decreuit.Cato de Re rustica,cap.141.3.Mars pater,te precor quæsoq; vti ea lamitates, intemperiasq; prohibessis,defendas,auerrũcesq;. Cic.Att.li.9.171.3. Dii,inquis,auerruncẽt.Inde fit Auerruncasso ꝓ codẽ.Lucilius lib.16. Dii maluerint meliora,atq; amentiam auerruncassint tuam.Hęc ipsa verba sunt apud Ciceronem in libris de Finib. Pacuuius, Posium ego istam capite cladem auerruncassere.Ex Nonio.
Auerruncare dictum ab auertendo, teste Varrone.
Auerruncus deus(ἀποτρέπωος,)qui mala auerruncaret,id est auerteret. Pacuuius apud Varronẽ lib.6.de Ling.Lat.Deus qui meis rebus præest Auerruncus.Itaq;,inquit,ab eo precari solent,vt pericula auertat.

Auersio, Auersor, auersaris, et **Auersor,** ris.

Auersus, Vide AVERTO.

Auerta, auertæ, dicitur ex eo quòd auersa sit: est enim hypomachalonis:sunt autẽ Auertę lora latiora quæ per terga equi iugalis excurrunt sub alis eius succinctа. In Lege Quoniam,in tractatu De cursu publico,Sella cum frænis,sexagima libras: totidem auerta non transeat.Hęc Budæus ex interprete Græco. Alciatus Accursio accedens,equorum pectorale esse putat,vt postilenam Plautus dixit,pro eo quod Gallis croperia dicitur.Idem sic ait,Sed quid si capitis ornamentum,quo habenæ figuntur,intelle exerimus?ab auertendo, quòd equi per eam vertantur prout sessori visum est.

Auerto, auertis,auerti,auersum,(ἀποτρέπω,) auertere Alicunde conuertere, siue alinde remouere.Plaut.Amph.10.18.
–te volo vxor colloqui: Quò te auertisti nunc?Cic.5.Philipp.191. Lepidus Antonio diadema Cæsari imponenti se auertit. Sic Oculos auertere,Ouid.2.Metam.155.Et lib.5.36. Vultum auertere.
Remouere oculos,& se auertere.Cic.pro Corn.Balbo.8. Fusse iudicem ex illis equitib⁹ Romanis grauissimis virisneminem quin remoueret oculos,& se totum auerteret.
Auertere se ab aliquo.Plautus Milit.14.81. Ob eam causam huc abs te auertisse.Sub.me.
Ex oculis alicuius se auertere,& auferre.Virgil.4.Aeneid.78.
Equos auertit in castra.Virg.1.Aeneid.96.
Auerti ab impudicis dictis,pro Abstinere,& defuescere. Plau.Amph. 10.46.Nonne quando factis me impudicis abstines,
Ab impudicis dictis auorti volo.
Auertere hostẽ à portis.Cæsar.6.bel.Gal.153.Quòd penè ab ipso val

Io portisq; castrorũ barbaros auertissent.Virg.1.Aeneid.9. Nec posse Italia Teucrorum auertere regem? Idem,Dii talem terris auertite pestem.Subauditur præpositio à vel ab.Cic.ad Brutũ.3.2.Et certè ni si is Antonium ab vrbe auertisset.Id est prohibuisset.
Arma repellere,fugare,auertere aliquem.Cic.pro Cecinna.14.
Auertere hostem à ceruicibus populi.Cic.ad Brutum.15.9.Atque eame præsidium esset in puero,qui à ceruicibus nostris auertisset Antonũ.
Casum aliquem auertere.Virg.3.Aeneid.53.
Conatus alicuius auertere à Rep.Cic.6.Philipp.216.
Auertere falces laqueis.Cæsar.7.bel.Gal.83.
Furorem alicuius auertere à pernicie Reip.Cic.4.Philipp.114.
Auertit hic casus vaginam & gladium educere conantis dextram moratur manum.Cæsar.5.bel.Gal.165.
Sitim auertere fluuio.Silius lib.8.114.
Morbos auertere.Horat.2.Epist.1.28.
Auertere rem à suspicione.Liuius.2.bel.Maced.40.Experiri spẽ oblatã statuit,& vt auerteret rem à suspicione,biduo in sequenti lucescere hostem,&c.non destitit.Id est nequa subesset aliis suspicio.
Opinionem populi à spe adipiscendi auertere.Cic.pro Mure.41.
Auertere orationem.Cic.3.de Nat.Deorum.24. Equidẽ atrulisse rationes mihi videor:sed eas tu ita refellis,vt quum me interrogaturus esse videare,& ego me ad respondendum cõpararim,repentè auertas orationem,nec des respondendi locum.
Pestem ab Aegyptiis auertunt ibes.Cic.1.de Nat.Deorum.141.
Stimulos cęci amoris auertere.Virg.3.Georg.41.
Auertere se à sermone alicuius.Cic.ad Att.lib.2.168.2. Qui si spiritus esset nos secum,vt consueuerannus:loqui, & nó se totum etiam & cum ab sermone nostro auertisset,minus miser,quàm sum, essem.
Auertere se ab amicitia alicuⁱ.Cæsar.1.bel.Ciuil.15. Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus,quòd neminem dignitate secum exæquari volebat,totum se ab eius amicitia auerterat. Cic.Att.lib.9.181.2. Ita illius fugæ,negligentięque deformitas auertit ab amore.
Auertere hominem ab amicitia alterius.Cæsar.3.bel.Ciuil.10.
Mentem alicuius auertere à defensione alterius.Cic.pro Sestio.56.
Auertere se in mercatum.Id est ab illecebris auertere se,& ad mercaturam sese conferre.Plaut.Most.8.120. –cuge, Philolaches Pamphilum,& iam homo in mercatum auortitur.
Auertere regem in cogitationem belli.Liu.6.bel.Maced.14. Quum ea hanc ferè consultationem disceptatio omnis verteretur: Annibal nominatim interrogatus sententiam,in vniuersi belli cogitationem regem,atque eos qui aderant,tali orationi auertit.
Auertere aliquem vel seipsum ab infamia. Cic.ad Atticum,libro.4. 334.8.Ego verò Austro gratias miras ago,q me à tanta infamia auertit.Liu 3.bel.Maced.43.Animis autem Zeuippum authorem nabant cædis.Et paulò pòst,Qui dum quęruntur, Zeuippum auertere ab se crimen.Et animo auertendi ab se criminis causa,in concionem progressus ait homines,&c. Id est depellendi.
Auertere culpam in alterum.Liu.1.bel.Maced.42. Excusantes vtrorumque adolescentiamq; & culpam omnem in fraudẽ Carthaginensium tentes.Id est auertentes à se,& transferentes in Carthaginenses.
Auertere ab oculis hoſum quod nolumus videri, & amandare procul. Cic.2.de Nat.Deo.212.Atqi vt in ædificiis architecti auertit ab oculis naribusq; dominorũ ea quæ profluentia necessario terri effoderint, quid habituraris natura res similes procul amandauit à sensibus.
Auertere animũ ab aliquo.Id est se ab illo alienare. Cæsar.1.bel.Ciuil.81.Vti totius Galliæ animi à se auerterentur.
Auertere animum ab aliquo,pro non cogitare de illo. Cic.de Amicit.6. Tu velim à me animum parumper auertas, Lælii loqui ipsum puto. Idem in Orat.76.Vt ab eo quod agitur, auertat animos.
Auertere animum ab assiduo mœrore.Liu.5.bel.Pun.220.
Auertere cogitationem à miseriis.Cic.Torquato.6.1.3.
Curas dictis auertere.Virg.4.Aeneid.79.
Auertit id certamen animos omnium,& oculos.Liu.8.bel.Pun.27. Quis omnium animos oculosq; id certamen auertisset:porta maritima ac cis Platon Romanos accepit.
Auertere oculos omnium in se.Liuius.2.ab Vrbe.21.
Auertere in fugã.Liu.2.bel.Pun.86.In fugã auertertũt classẽ.Idẽ ab Vrbe.167.Ita incurrisse ab latere⁹ ferũt,vt nó sisteret modò Sabinas legiones ferociter instãtes cedẽtibus, sed subitò in fugam auerteret.
Auertere rem aliquam,pro furari & rapere ad se.Ci.Sulpit.lib.13. 6.Deinde quum ferè consistat hęreditas in his rebus, quas auertas,ꝓpia,quę,&c.Idem.5.Verr.39.Quid si doceo te non minus,domi tuæ auertisse,quàm Romam missse decumarum nomine?
Auertere prędam.Liu.1.ab Vrbe.26.Et Virg.10.Aene.15.Itẽ Auertere prędã domũ.Cæsar.3.bel.Ciu.228. Plau.Menæ.4.23.& i Trin.4.
Auertere pecuniam Cic.3.Verr.7.Quibus prodemus, istum in quorũ pecuniam publicam Cn.Carboni Cõsuli datam auertisse. Sic idem Verr.101.&.12.Philipp.327.
Auertere hæreditatẽ.Cic.Cornificio,lib.12.25.19. Caput autẽ est nostræ commendationis

cõmendationis,ne patiare Eroten Turiſi Q. Turii libertũ (vt adhuc fecit)hæreditate Turianã auertere.Id est auferre,eripere,detorquere.
Auertere fontem,flumen,aut iter.Cæsar, Omnia enim flumina atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant, Cæsar aut auerterat aut magis operibus obstruxerat. Id est aliò deriuarat.Idem.1.bel.Gal.62.Eo autem frumento, quod flumine Arare nauibus subuexerat, propterea minus vti poterat, quòd iter ab Arare Heluetii auerterant, à quibus discedere nolebat. Sic ibidem.91. Seneca in Hippoly.5.7. Cic.2.de Nat.deorum.219.Nos flumina arcemus,dirigimus,auertimus.
Auertere sanguinem, Est ei seu aliud iter, dare, & aliò eum conuertere. Celsus lib.2.cap.11. Auertitur quoqua interdum sanguis. Eodem capite dicit etiam Auertere profusionem sanguinis.
Materiæ locus auertendus per cataplasmata.Celsus lib.5.cap.27.
Quod omen dii auertant, Precatio est ne id accidat quod imminere videtur. Cic.pro Murena.79. Si (quod Iuppiter omen auertat) hunc vestris sententiis afflixeritis,&c. Idem ad Brutum.10.8. Velim deinceps meliora sint:sin aliter fuerit (quod dii omen auertant) Reip.vicem doleo. Sic idem Cassio, lib.12.6.4. Item.11.Philipp.196. Quid Bestiam qui se Consolatum in Brati locum petere profiterur (atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter.
Auertere sensus magicis artibus.Virg.eclog.8.14.
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus. Vbi Seruius,Auertere,A fanitate mutare. aut Auertere ait,pro conuertere,vt sit mutata præpositio.
Surda aure auerti.Id est nolle audire.Stat.2.Syl.2.
– tu planctus lamentaque fortia mauis,
Odisti;que chelyn,surdaque auerteris aure.
Auersus, Participium, Qui terga ostendit, vt ait Valla. cui opponitur Aduersus.Cic.2.de Orat.142.
Auersa pars,pro parte posteriori.Plin.lib.11.cap.37.10. Canities homini semper à priore parte capitis,tum deinde ab auersa.
Auersum collum lynx circum agit.Plin.lib.11.cap.47.1. Vetustiora exẽplaria legunt,In auersum.
Auersis pedibus volutare. Plin.lib.11.cap.28.1. Lucani è simo ingentes pilas auersis pedibus volutat.Idem lib.7.cap.2.3.In qua syluestres viuunt homines auersis post crura plantis.
Auersis à Sole cornibus. Plin.lib.2.cap.14.1. Lunam semper; auersis à Sole cornibus,si crescat,ortus spectare.
In auersa charta scribere.Id est repugnante,& quodammodo nolente admittere calamum.Martial.lib.8.56. De Picente,
Scribit in auersa Picens epigrammata charta:
Et dolet,auersis quòd facit illa Deo.
Hoc est tam multa scribit epigrammata,vt vtranque paginam chartę impleat:sed repugnante,& non aspirante Apolline:itaque nihili faciendo. Est etiam in posteriore chartæ pagina seu dorso scribere. Itaque æquinoctio ludit poeta.
Auersa pecunia publica.Cic.3.Verr.23.
Auersus,pro conuersus.Galba Ciceroni,lib.10.30.7. Ne auersos nostros equites aggrederentur.
Auersi à prælio.Cæsar.2.bel.Ciuil.47.Qua nouate oblata,omnis administratio belli consistit,militesque auersi à prælio,ad studium audiendi & cognoscendi feruntur.
Auersus à propositio. Liuius.2.ab Vrbe.37. Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auersus,quàm vt cadauer efferri iuberet.
Auersus à vero. Cic.3.in Catil.65. Hic quis potest esse, Quirites, tam auersus à vero, tam præceps, tam mente captus, qui neget hæc omnia quæ videmus?
Auersus à suis. Cic.Attico,lib.10.202.5. Nihil ego vidi tam ἀνεπιτρόπου tam auersum à suis.
Auersus mercaturis, Qui mercaturam odit. Horat.1.Serm.saty.3.11.
Auersus à Musis. Cic.pro Archia.15. Neque enim quisquam est tam auersus à Musis,qui,&c.Colum.lib.11.cap.1.12.Tum etiam sit à Venereis amoribus auersus. Idem de Villico,lib.12.cap.1.1. dicit, Nec auersum contubernio suo habeamus pro A contubernio.
Auersus,Iratus.Virg.4.Aeneid.73.Talis dicentem iandudum auersa tuetur.Idẽ, Diua solo fixos oculos auersa tenebat. Horat.10.Epod.4.
Amicos auersos componere.Horat.1.Serm.saty.5.6.
Auersi dii à salute Pop.Rom.Cic.ad Brutum.16.3. Ego mediusfidius nõ existimo tam omnes deos auersos esse à salute Populi Romani, vt Oẽtauius orandus sit pro salute cuiusquam ciuis. Virg.12.Aeneid.130.
– vos ô mihi manes
Este boni,quoniam superis auersa voluntas.
Auersus, (ἀποστρεπτός,)Nomen ex participio.Contrarius.Quintil.lib.7.cap.2.Ne illum spectans iudex, reliquorum defensiom sit auersior.
Auersissimus animus.Cic.ad Attic.lib.11.213.4. Si reperire possent quæ in te me iuuarent. Q.auersissimo à me animo Patris fuit.
Auersor,auersaris,auersatus sum, (ἀποστρέφομαι,ἀποστομίζομαι,ἐκτρέπομαι,)auersari.Valla,Auersor tibi,& auersor te: De primo nihil est dubii:secundum sumit significationem à gestu, quoties ab aliqua re quam detestamur, vultum auertimus. Quintil. lib.11. Aspectus enim eodem semper vertitur,quò gestus,exceptis quæ damnare aut concedere,aut à nobis remouere oportebit, vt idem illud videamur vultu auersari,manu repellere.Hactenus Valla lib.5.Ouid.2.de Ponto.3.1. Afflictum nos auersatus amicum.Cic.4.Verr.136. Quærere incœpimus de Carpinatio,quisnam esset is Verrutius,qui tum tantæ pecuniæ rationem haberet.hærere homo,auersari,rubere.
Auersari aliquem,pro detestari,atque abominari,& à quo præodio vultum auertimus.Liu.8.ab Vrbe 33.Quod vbi audiit C O 2.extemplo filium auersatus,concionem elatisco aduocari iussit.
Auersari preces alicuius.Liu.3.ab Vrbe 55.
Sed alii auersabantur preces,aut verecundia aut metu.
Auersari honorem,pro aspernari.Ouid.in Fastis,
Officioque leuem non auersatus honorem.
Auersatio,(ἀποστροφισμός,) Verbale.Quintil lib.8.ca.3.Ego certe mihi cernere videor eorum qui aderant tacitam auersationem, ac timidam verecundiam.
Auersor,auersoris,Verbale,(ἀποστρεπτής,) vt Auersor pecuniæ.Cic.7. Verr.118.Verres ille vetus proditor Consulis, translator quæsturæ, auersor pecuniæ publicæ.
Auersio,auersionis, Verbale,(ἀποστροφή,) Ipse auertendi, siue furandi actus.Inuersione,vel per auersionem emere,siue vendere.Vide Aduersio in ADVERTO.* Quint. lib.9.Sed illa quoq; vocatur auersio.

Aufero, pen.corr,auferre,abstuli, ablatum, (ἀφαιρέω,ἀπαίρω,ἀποφέρω,) auferre, Ex ab,& fero compositum esse Cicero ne in Oratore significat tollere.Plau.Amph.3.1 30.Ea dona quæ illic Amphitruoni sunt data, Abstulimus.Terent.And.3.1.1.Vos istæc interò auferte. Plin.lib.16.ca.1.4.Vastas complexu radicum insulas secum auferunt. Cicero 3.de Finib. 15.Commentarios quosdam,in quam Aristotelicos,quos hic sciebam esse,veni vt auferrem: quos legerem dum essem otiosus. Terent.Adelph.2.2.13.
– verum ego nunquam adeò astutus fui,
Quin quicquid possem,mallem auferre potius in præsentia.
Quanti vellet,auferret.Cicc.6.Verr.9.Fore,vt quod quisque vellet,siue esset venale,siue non esset,quanti vellet,auferret.
Auferre & abducere. Cicero pro Quintio 567. Quòd ibidem rectè custodire poterunt,id ibidem custodiant:quod non poterunt,id auferre & abducere licebit.
Detrahere & auferre.Cic.in Orat.121.Detrahit præterea actionis dolorem,aufert humanũ sensum actoris,tollit,funditus veritatẽ & fidem.
Auferre ab iama stercus.Plaut.Asin.9.18.
Ab aspectu auferre.Lucanus lib.9.115.
Auferri de conuinio,vt solent asoti.Cic.2.de Finib.39.
Auferre è conspectu.Plinius lib.31.cap.2.14.
Auferre vberibus fœtum,pro ab vberibus.Plinius lib.8. cap. 55. Fœtus ventre exectos,vel vberibus ablatos,&c.
Auferri inter manus.Cic.7.Verr.14.Itaque erat exitus eiusmodi,vt alius inter manus è conuiuio,tanquam è prælio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. Id est asportaretur aliorum manibus.
In ventrem abstulit.Cic.1.de Orato.147.
Auferre pro Furari & rapere.Plaut.Aulul.10.7.
Quid tibi furtipuri? R. redde huc fis.S. quid vis reddam? R. rogitas? S. Nihil equidem tibi abstuli. R. at illud quod tibi abstuleras,cedo. Terent.Eunuch.4.3.19. –etiam hoc misera suspicor,
Aliquid domo abeuntem abstulisse.
Auferre pecuniam de ærario.Cicc.ad Atticum,lib.7.139.3.
Auferre per vim.Cicc.lib.1.ad Quin.fratrem 1.11.Cogebantur Syllani homines quæ per vim & metum abstulerant,reddere.
Auferre per iudicem.est iudicis authoritate & sententia rem assequi. Vlp. in L.apud celsum.6.Quod si is.ff.de doli mali & metus exceptione.
Fœtus ablatus vberibus.Plin.lib.8.cap.55.
Auferre ab aliqno triginta minas per fallaciam.Terent.Phorm.5.9.49. Cic.6.Verr.30.Ab hoc,abaci vasa omnia,vt expolita fuerãt, abstulit.
Auferre aliquid domum suam.Cic.pro Sext.Roscio 14.Multa palàm domum suam auferebat,plura clàm de medio remouebat.
Auferre, Impetrare.Terent.Adelph.5.8.15.
–sine te exorem,mi pater. M.Insanis? aufer.
Auferre opem,dies,&c.Cic.pro Quintio 17.In altera spes esset ad talem tamen virum iudicem veniendi,vnde eo plus opis auferret,quo minus attulisset gratiæ.Id est reportaret. Ibidẽ 11.Destitutione illa pcelsus Quintius à Scapolis paucos dies aufertin Galliã mittit.Id est ipetrat. Et ad Atticum,li.16.341.3.Adimus ad Cæsarem,verba fecimus pro Buttrotiis:liberalissimum decretum abstulimus.Hęc Budæus.Idem ad Atticum,lib.14.318.7.Per eum igitur vt volemus,facilè auferemus.
Auferre ab aliquo id quod petimus.Plaut.Curcul.
Auferre impetratum.Plaut.Aulul.23.14. Vt istuc quod me oras,efficiá tibi,impetratum ab eo auferam.
Auferre litem.Plaut.Rud.2.20.
Mali res fallãs qui impetrant apud iudicem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iterum ille eam rem iudicatam iudicat?
Maiore mulcta mulctat, quàm litem auferunt.
Auferre iudicio. Cic. pro Quint. 26. Mihi si quid deberetur peterem, atq; iudicio iam pridem abstulissem. Id est vicissem. Ex Budæo. Legitur in quibusdam exemplaribus, atque adeo iam, &c.
¶ Aufer, pro Desine. Horat. 2. Sermo. saty. 7. 9. – Aufer
Me vultu terrere.
Academiam auferre. Cicero ad Atticum, lib. 13. 271. 1. Commotus tuis literis, quod ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtulique ad nostrum sodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor.
Aequitati multum aufert fraus impiorum. Quintil. lib. 12. Id est nocet.
Amorem auferre ab aliquo. Cicc. ad Atticum, lib. 15. 330. 4. Atticæ meæ velim me ita excuses, vt omnem culpam in te transferens: & ei tamen confirmes, me minimè totum amorem ab ea mecum abstulisse. Legitur in emendationibus codicibus, amorem eo mecum attulisse.
Animam auferre. Silius lib. 15. 115.
Animum aufert ad contemplationem. Plin. lib. 9. cap. 17. 7. Quæ reputatio aufert transfersum animum ad contemplationem eorum qui in eõ quæstione luxus, cocos emi singulos pluris, quàm equos quiritabant.
Auditum auferre. Plin. lib. 6. cap. 29. 19. Vbi Nilus præcipitans se fragore auditum accolis aufert. Id est surdos facit accolas.
Auriculam mordicus auferre. Cicc. ad Quint. fratrem lib. 3. 20. 3. Si cũ Esernino Samnite Pacidcianus comparatus videretur, auriculam fortasse mordicus abstulisset.
Caput alicui auferre, vel vitã. Liu. 8. bel. Pun. 210. Vbi ille meus miles est, qui erepto ex equo C. Flaminio Cõsuli caput abstulit? Plin. li. 24. ca. 5. 4. Mira differentia, quũ vitã auferat spirantibus, defunctis pro vita sit.
Caullam aufer, non ego nunc nugas ago. Plaut. Aulul. 2. 10.
Dies quindecim auferent hi ludi. Cicc. 2. Verr. 19. Decem dies sunt ante ludos votiuos, quos Cn. Pompeius facturus est: hi ludi, dies quindecim auferent, deinde continuò Romani consequentur. Ita propè XL. diebus interpositis tum denique, &c. Id est in ludis edendis quindecim dies consumentur.
Dolorem auferre. Tibullus 3. eleg. 6. 1.
Dubitationem auferre. Hirtius de bel. Alexãdrino 22. Quo facto dubitatione sublata, tantus incessit timor, &c.
Equum calcaribus auferre. Silius lib. 10. 56. – calcaribus aufer
Qua vulnus permittit equum.
Fastidium auferre. Plin. lib. 23. cap. 1. 2. Nam & refrigerant leuiter, & fastidium auferunt.
Formam alicui auferre. Plaut. Amphit. 2. 42.
Tum formam vnà abstulit cum nomine.
Fructum voluptatum aufert solitudo. Cicc. de Amicitia 73.
Gloriam auferre. Plin. lib. 13. cap. 1. 3. Irinum Corinthi diu maximè placuit, postea Cizicinimili modo Rhodinum Phaseliquam gloriam abstulere Neapolis, Capua, Præneste. Id est illam gloriam quam sibi prius alia loca vendicabant, Neapolim, Capuam, & præneste fuit translata. Lucanus lib. 3. 56.
Gloriam sempiternam auferre secum. Cicc. pro Milone 46. Non dubitaturum fortem virum quin quum suo periculo salutem Reip. attulisset, cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam. Id est asportaret secum in exilium. Intelligit enim Milonem non exutum iri gloria, etiamsi cogatur exilii causa solum vertere: sed quocunque gentium concesserit, secum habiturum suam gloriam.
Inultum auferre aliquid, pro non puniri. Terent. And. 3. 5. 4. Ergo pretium ob stultitiam fero: sed multum id nunquam auferet.
Haud sic auferent. Terent. And. 3. 4. 8.
Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent.
Iudicia auferre à Senatu. Cic. 3. Verr. 15. Verum vobis dicam id quod intellexi, Iudices: homines scitote esse quosdam, quos tantum odium vestri ordinis teneat: vt hoc palàm iam dicturent, se istum, quem sciãt esse hominem improbissimum, hoc vno nomine absolui velle, vt ab Senatu iudicia per ignominiam turpitudinemque auferantur.
Iurgium auferas hinc si sapias. Plaut. Persa 13. 22.
Ius eripere atque auferre alicui. Cicc. 1. Verr. 10. Quod in vnaquaque re beneficio Senatus Populique Roma. iuris habui, id mihi tu C. Verres eripuisti atque abstulisti.
Lachrymas auferre. Lucret. lib. 3. 194.
Aufer ab hinc lachrymas barathro, & compesce querelas.
Laudem ex aliqua re auferre. Hoc est reportare. Cicc. 3. Verr. 14.
Lumbifragium auferre. Plaut. Amphit. 4. 300. Hodie lumbifragium hinc auferes. Plautino ioco fictum est Lumbifragium, veluti, Naufragium.
Mensam, auferre. Plaut. Trucul. 8. 9. – properate, auferte
Mensam, amabo. Idem Amphit. 8. 173. Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.
Metus auferre. Virgil. 12. Aeneid. 64.
Noctes auferre. Ouid. 2. de Rem. Amor. 29.
Illa tibi noctes auferat, illa dies.

Nomen auferre aliis, & fulgore claritatis tenebras obducere. Quint. li. 12.
Nugas aufer. Plaut. Trucul. 18. 8. – quid agitur voluptas mea?
D. Non voluptas, aufer nugas: nihil ego nunc de istac re ago.
Oblivio illud abstulit. Sallust. An illa quæ paulò ante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriamque Syllanam increpabatur, oblivio abstulit? Id est penitus obliti estis?
Opes auferre. Ouid. epist. 20. 30.
Auferre pecuniam edicto. Cicc. ad Attic. lib. 6. 111. 14. Illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente, sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse.
Pignora auferre, est quod nunc dicimus Captionem bonorum. Cicc. 3. de Orato. Hic quum homini & vehementi & diserto & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faces admouisset, non tulit ille, & grauiter exarsit, pignoribusque ablatis, Crassum vltiscendi coercere. Budæus.
Pollicitationes aufer. Terent. Phorm. 5. 6. 16.
Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers cedo.
Præmium auferre. Plaut. Pseud. 20. 115.
Auferetur id præmium à me, quod promisi per iocum?
5. De improbis viris auferri præmium & prædam decet.
Responsum ab aliquo auferre. Cicc. 1. de Orato. 123. Equidem hoc audiui, accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticum, qui quum Crassum seduxisset, atque ad eum retulisset, rediisse ab eo verum magis quàm ad suam rem accommodatum, abiisse. Is eum tristem Galba vidit, &c.
Reliquias vitæ membris ex omnibus aufert. Lucan. lib. 6. 166.
Se auferre. Plaut. Asin. 9. 64. Auferte domum, ascende hinc. Terent. Phorm. 3. 3. 27. Auferte hinc. Virg. 4. Aeneid. 78.
– seque ex oculis auertit & aufert.
Somnum auferre. Celsus lib. 1. cap. 9. Calor concoctionem promouet, somnum aufert, &c.
Somnos aufert timor. Horat. 2. Carm. ode 16. 4.
Nec leues somnos timor aut Cupido Sordibus aufert.
Spem auferre. Cicc. 3. Offic. 13. Oris enim pulchritudo, reliqui corporis admirandi spem auferebat. Liu. 3. bel. Pun. 204. Hoc colloquium sustulit spem Annibali per proditionem recipiendæ Nolæ. Sic Cæsar 1. bel. Ciuil. 283. Et Tibullus lib. 3. eleg. 1. 6.
Spiritum alicui auferre. Cicc. 7. Verr. 92. Quid dabit me diu cruciem? sæpius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu spiritus doloris auferatur?
Studium auferre. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.
Tacitum aliquid auferre. Plaut. Asin. 14. 7. Suspendas potius me quàm recita hæc auferas. Id est quàm taceam de hac re.
Transuersos auferre. Plin. lib. 28. ca. 1. 1. Dictæ erant omnium maturæ, inter cœlum ac terram nascentium, restabantque quæ in solo iure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia transuersos, ex ipsis animalibus quæ sanãtur reperta maiore auctoritate.
Vitam auferre. Ouid. epist. 20. 38.
Voluntate auferre. Cic. 3. Verr. 13. Vt alter dies amicis illius & defensoribus, nõ modo spem victoriæ, sed etiam voluntatẽ defensionis auferret.
¶ Abstulerunt me velut de spatio, Græciæ res immisitæ Romanis meis, quia ipsas operæpretium esset perscribere: sed quia, &c. Liuius 9. bel. Maced. 155.
Ne te auferant aliorum consilia. Cicero ad Curionem lib. 2. 6. 2. Tuque hortor vt omnia gubernes, & moderere prudentia tua ne te auferant aliorum consilia. Id est ne transuersum rapiant. Budæus.
Medios aufertur in hostes. Id est irruit. Silius lib. 10. 15.
Ablatus, Participium. Valer. 6. Argonaut. 137.
– nec ablatam sequitur quærítve sororem.
Fœtus ablatus vberibus. Plin. lib. 8. cap. 55.
AVFIDENA, (Αὐφιδήνα,) Ptolemæo authore, vrbs Italiæ. Cæterorum, qui sub Ferentanis sunt. Hodie durat oppidum.
AVFIDVS, penul. corrept. (Αὔφιδος) Apuliæ fluuius, quem ad Cannensi Romanorum clade aliquandiu fuisse Florus testatur. In Hirpinis ortus iugis, Canusium, vrbem præterfluit. Author Plinius. Vulgo nunc dicitur Lofante. Lucan. lib. 2. 82.
In læuum cecidêre latus, veloxque Metaurus,
Crustumiumque rapax, & iunctus Sapis Isauro,
Sennaque, & Adriacas qui verberat Aufidus vndas.
Acer Aufidus. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 12.
Cum ripa simul aulsos ferat Aufidus Acer.
Anhelans Aufidus. Silius lib. 8. 126.
– fundoque imo mugiit anhelans
Aufidus, & magno latè distantia ponto
Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.
Longè sonans Aufidus. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
Ne forte credas interitura, quæ
Longè sonantem natus ad Aufidum, &c.
Tauriformis Aufidus. Id est habens formam tauri. Horat. 4. Carm. ode 14. 1.

14. 1. Sic tauriformis voluitur Aufidus. Acron & Porphyr. Omnia flumina taurino vultu & cornibus pinguntur propter impetus & murmur aquarum. vt, Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum.
Violens Aufidus. Horat. 3. Carm. ode. 30. 1.

Aufugio, aufugis, aufugi, pen. prod. aufugitum, pen. corr. (ἀποφεύγω,) aufugere, Ex ab, & fugio compositum, idem significat quod simplex fugere. Terent. Heey. 3. 4. 10. – denique hercle aufugerim Potius, qꝫ redeam, si cò mihi redeundum siet. Idẽ Eunu. 5. 2. 12. Dic mihi, aufugistine? Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 1. 2. 12. Præterea Aesopi Tragœdi nostri familiaris, Licinius seruus tibi notus aufugit.
Aufugere aspectum alicuius. Cic. 1. de Natura deorum. 162. Andromeda aufugiens aspectum mœsta parentis.
Blanditias aufugere. Propert. 1. eleg. 9. 6.
Quisquis es assiduas aufuge blanditias.
Aufugere ex. Liuius. 1. ab Vrbe. 104. Iam aliquantum spatii ex eo loco vbi pugnatum est, aufugerat.
Aufugit aqua. Plaut. Aulul. 5. 16. Tum aquã aufugisse dicito, siquis petet.
AVGA, (Αὐγη,) Telephi soror, quam Euripides dicit ab Alæo patre (quum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in vrna quadam cum Telepho filio impositam, & in mari demersam esse: Sed Palladis prouidentia vectã ad Caicotitia tràstimillam euasisse. Verba sunt Strab. lib. 13.
AVGE, siue Augea, (Αὐγη,) mater Telephi, filii Herculis. Scribit Diodorus lib. 5. hanc à patre Alæo cuidam nauclero vt mergeretur datã, quòd non crederet ab Hercule compressam: quæ quum duceretur ad mare, in itinere Telephum peperit, & inter virgulta abditum reliquit: quem postea pastores inuentum Coritho regi tradidêre, qui illum Telephum, eo quòd à cerua nutritus fuerat, vocauit. Ipsa verò Auge in Cariam abducta à mercatoribus, quibus illam nauclerus demergere nolens, dono dederat, & regi Teuthranti donata est. quam quum postea Telephus quæsisset, venissetque ad Teuthrantem in Mysiam, ab eo est honorifice exceptus. Vide Diodorum lib. 5.

Augeo, auges, auxi, auctum, (αὔξω, ἀφ' οὗ καὶ αὐξάνω,) augere, Notæ significationis, Maius facere.
Augere & amplificare. Cic. 1. de Finib. 59. Omni autem priuatione doloris parat Epicurus terminari summam voluptatem, vt postea variari voluptas, distinguique possit, augeri, amplificarique non possit. Sic in Orat. 70.
Per gradus augere. Quintil. lib. 1. cap. 4. 11. Nam & genera sunt tria, Sacri, publici, priuati iuris. Quæ diuisio ad laudem magis spectat, siquis eam per gradus augeat, quòd lex, quòd publica, quòd in religionem deũm comparata sit.
Animũ inimicorũ augere. Plaut. Asin. 7. 13. Sic Cic. ad Att. lib. 10. 105. 8.
Animos augere, Assumere animum & fiduciam. Stat. 10. Thebaid. 5.
Aliquem augere, pro Opibus auctum reddere, apud Tacitum legitur.
Augere, atque honestare aliquem. Cic. 2. Offic. 18.
Augere & ornare aliquem. Cic. ad Trebatium lib. 7. 17. 5. Semper tenon modò tuendum mihi, sed etiam augendum atque ornandum putaui. Sic. 1. de Orat. 47.
Auxilia augere. Plaut. Ciste.
Augere aliquid in infinitum. Plin. lib. 2. cap. 21.
Seruate vestros socios vetereș & nouos,
Augere auxilia vestris victis legionibus.
Artículos auxerat macies. Ouid. 8. Metam. 163. de Fame dea.
Auxerat artículos macies, genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali. Id est maiores & eminentiores fecerat.
Beneficium magnum magno cumulo augere. Cic. Silio. 13. 63. 2.
Magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.
Benevolentiam auxit consuetudo. Cic. de Amicitia. 30.
Ciuitatem augere procreatione liberorum. Plaut. Persa. 15. 7.
– ciuitatem maximam Maiorem feci, atque auxi ciuis fœminã.
Cognomento augeri. Tacitus lib. 12. Agrippina cognomento Augustæ augetur.
Commodis augere. Cic. 11. Philipp. 316. Eos non tueri solùm, sed etiam augere commodis debeo.
Culpam suam augere. Plin. in Epist. Quibus ego, vt augeam meam culpã, ista respondeo. Facio nonnunquam versiculos, seueros parum facio.
Augetur remis cursus cuntis aquæ. Id est citatior fit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 11. 6.
Dignitatem augere & nomen alicuius. Cic. ad Brutum, lib. 11. 6. 6. Illud tibi persuadeas velim, me omnia quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebant, quæ est per se amplissima, summo semper studio fuscepturum. Idem, Quod vix potest priuatim ad meum nomen augendum.
Diuitiis augere aliquem. Cic. de Lege Agraria contra Rullum. 71.
Dona precibus augere. Id est vltra oblatum munus etiam supplicare. Ouid. 3. epist. 6.
Exercitationes animi augere. Cic. 1. Offic. 172.
Facta alicuius augere. Tibul. 1. eleg. 7. 12.
Attibi subereat proles quæ facta parentis Augeat.

Fortiũ augere aliquid. Plin. lib. 11. cap. 2.
Gratiam augere. Plin. lib. 11. cap. 42. 2. Agrigenti maxima eam augente gratiam fimo qualis in ipsa vrbe conficitur.
Gratulatione populi dies me auxit. Cicc. 14. Philipp. 396. Vt idem dies non modo me iniquissima inuidia liberet, sed etiam celeberrima Pop. Roma gratulatione auxerit.
Honore augeri. Cicc. de Aruisp. Resp. 53.
Industriam alicuius augere. Terent. in prologo Adelph. 25.
– facite æquanimitas
Poetæ ad scribendum augeat industriam.
Inuidiam augere. Tacit. lib. 12. Seu delecto die ad augendam inuidiam.
Iracundiam alterius augere. Terent. Adelph. 1. 2. 65.
Lætitia Augeri. Cic. 1. de Finib. 22.
Largitione augere. Tacit. lib. 13.
Exin largitione potissimos amicorum auxit.
Liberalitate augere quempiam. Tacit. li. 3. Exceptum comiter iuuenem, sueta erga filios familiarium nobiles liberalitate auget.
Linguam Latinam augere. Cicc. de Fato 1.
Linguam augere copia verborum. Cicc. 1. Acad. 38.
Memoriam immortalem posteritatis augere. Cicc.
Molestiam augere. Cicc. pro Flacco 21. Minuis, inquit, gloriam Pompeii, immo tu auges molestiam.
Munificè augere. Vide MVNVS.
Munus verbis augere. Cicc. 1. Offic. 103. Neque verò verbis auget suũ munus, si quò forte fungitur, sed etiam extenuare opposuit.
Largitatem muneris augere. Cicc. de Claris Orato. 8. Vt impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris.
Cumulatius augere aliquod munus. Cicc. in Orato. 30.
Nominibus imperatoris augere aliquem. Tacit. lib. 7. Tiberium Neronẽ & Clodum Drusum priuignos imperatoris nominibus auxit.
Numerum augere. Plaut. Amphit. 4. 153. Liu. de Hercule, Mater mihi veridica interpres dcũm, auctuum te numerum cœlestium cecinit.
Numerum diuorum altaribus augere. Virgil. 7. Aeneid. 42.
Opes augere. Cic. de Amic. 61. Sic augere peculium. Plaut. Mostel. 12. 5.
Opes augere per scelus. Ouid. 1. Fast. 126.
Opinionem augere. Cæsar 5. bel. Gal. 216. Timorisque opinionem qui buscunque poterat rebus augebat.
Pretia rerum commentis augere. Plin. lib. 12. cap. 19. 1.
Religione merces augere. Plin. lib. 12. cap. 14. 3.
Rem augere. Horat. 1. Epistо. 7. 14. Cicc. 1. Offic. 81.
In augenda re festinare & obrui. Horat. 1. Epistо. 17. 14.
Rem augere laudando & vituperando, rursus Affligere contraria. Cicc. de Claris Oratorib. 23.
Rempublicam & imperium augere. Cicc. pro Sext. Roscio 30.
Robur florentibus auximus annis. Sil. 16. 134. Verba sunt Scipionis.
Scientia augere aliquem. Cicc. 1. Offic. 1.
Spem augere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 128.
Spiritu cœlesti augeri. Cicc. de Aruisp. respons. 53.
Suspicionem augere rei alicuius. Cicc. 6. Verr. 29. Eius ipsius cupiditatis cuius insimularetur, suspicionem augeret. Idem ad Lentulum, lib. 1. 1. 9. Quæ res auget suspicionem Pompeii voluntatis.
Terram augere imbribus dicitur aer. Cicc. 2. de Natu. deorum 146.
Terrorem augere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 248.
Vestigalia belli augere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 140.
Vias fortunæ augere, Augere viat rationesque excogitare ad diuitias operæque acquirendas. Propert. 3. eleg. 7. 7.
Terra parum fuerat, terris adiecimus vndas,
Fortunæ miseras auximus arte vias.
Vires augentur. Ouidius 9. Metamorpho. 168.
Vires auxit fortuna nocendi. Statius 6. Thebaid. 188.
Augesco, augescis, (Αὐξάνω,) augescere, idem quod passiuum Augeri, nisi quòd vim quandam habet paulo maiorem, & magis efficacem. Terent. Heaut. 3. 1. 14. Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo. Cicc. 2. de Natu. deor. 38. Ea temperatione caloris & oriri & augescere. Lucret. lib. 2. 221.
Augescere incrementis. Liu. 7. bel. Pun. 99. Asdrubal quum hostium res tacitis augescere incrementis cerneret, suas, &c.
Augescunt & pubescunt animantes. Cicc. 2. de Natu. deor. 73. In Lunæ quoque cursu est & brumæ quædam & solstitii similitudo, multaque ab ea manant & fluunt, quibus & animantes alantur, augescantque & pubescant, maturitatemque assequantur, quæ oriuntur è terra.
Augescunt corpora, vuæ, & similia pro, crescunt & maiora fiunt. Plinius lib. 11. cap. 54. 1. Augescunt corpora dulcibus, atque pinguibus, & potu: minuuntur siccis, aridis, & siti. Cicc. de Senectu. 48. Itaque iuuente Vere in his quæ relicta sunt existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur: à qua oriens vua sese ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis augescens, primò est per acerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augens, augentis, Participium, (ἀυξων,) Cicero de Fato 1. Quia pertinet ad mores quod ἤθος, illi vocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem Linguam Latinam nominare moralem.

Musæ augentes omnia, Claudian. 4. Paneg. 95.
Quorum (si qua fides augentibus omnia Musis)
Imperus excelsit Zephyros, candorque pruinas. Id est si poetis credendum est, qui veris semper aliquid addere consueuerunt.

Augendus, (ἀυξητέος,) Participium, siue nomen ex participio. Tacitus lib. 1. Augendæ dominationi certatur.

Ad augendas fruges morigera. Lucret. 5. 17. de Luna.

Auctus, participiũ, (ἀυξηθεὶς,) vt Aucta numero acies. Liu. 8. ab Vrbe 41.

Pecunia aucta. Cicero pro Cluentio 34.

Animo auctus. Tacit. lib. 18. Titus aucto animo ad patrem peruectus.

Auxilio auctus. Tacitus lib. 5.

Beneficio auctus. Cicero ad Brutum 1. 3. Clodius auctus Antonii beneficio est, eius ipsius beneficii magna pars à te est.

Damno auctus. Terent. Heauton. 4. 1. 15.

Dignitatis & honoribus auctus. Ouid. 2. Triſt. 9.

Filia auctus. Tacit. in vita Iulii Agricolæ, Auctus est vbi filia in ſubſidiũ & ſolatium ſimul. Cicero Attico, lib. 1. 1. 11. Auctus filiolo.

Fortunæ auctæ, & exaggeratæ. Cic. 4. in Catilinam 91. Cogitate quantis laboribus fundatũ imperiũ, quàm virtute ſtabilita libertas, quata deorum benignitate auctas exaggeratasq; fortunas vna nox pene delerit.

Honoribus auctus. Cicero 3. de Natura deorum 125.

Labore aucta pabula grandeſcunt. Lucret. lib. 2. 333.

Lætitia auctus. Cicero 1. de Finibus 22.

Liberis aucta domus. Seneca in Oedipo. 10. 8. Taci. lib. 3. Auctus liberis.

Creuit mora & aucta eſt. Id eſt in longum producta. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 5. 13.

Omine auctus. Tacitus libro 1.

Pecunia auctus. Tacitus libro 11. Cæſar auctum pecunia, additis ſtipendiis hortatur gentile decus magno animo capeſſere.

Præda auctus. Cicero 7. Verr. 64.

Societate auctus. Tacit. lib. 10. Ciuili ſocietate Agrippinenſium auctus.

Spoliis auctus. Cicero pro Sex. Roſcio 6. Verumetiam vt ſpoliis Sex. Roſcii hoc iudicio ornati auctique diſcedant.

In ſalium aucta. Tacit. lib. 3. Modica de moribus adoleſcentis, neque in ſalium aucta, rettulit.

Auctus, (ἀυξητὸς,) Nomen ex participio. Plautus Capt. 13. 15. Aegri tudo auctior eſt in animo.

Re, fortunisque auctior. Liuius 3. ab Vrbe 288.

Auctior adiecto fulgebat ſydere mundus. Claud. 2. in Ruffinum 1.

Auctior animi vis. Lucretius lib. 3. 91.

Auctus, huius auctus, (ἀυξησις,) Verbale. Liu. 4. ab Vrbe 4. Cuius rei præmium in ſit ciuitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere. Pli. epiſt. 95. 2, Fœtis mira naturaliter in die ſtatis auctibus & diminutionibus creſcit, decreſcitque. Plin. lib. 4. cap. 12. 33. Auctu immenſo aquarum.

Auctus dierum. Plin. lib. 2. cap. 19. 1.

Auctus infinitus corporis. Lucret. lib. 2. 97. – iam ſemina quædam
Eſſe infinito debebunt corporis auctu.

Hilarem grandeſcere ad auctum. Lucret. 2. 225.

Auctio, (ἀυξησις, ἀυξησία,) Verbale, eſt, vt ait Valla lib. 4. Venditio quædam in publico ac celebri loco. Plaut. Menæch. 14. 96.
Vis conclamari auctionem fore quidem? MEN. die ſeptimi
Auctio fiet. MEN. Menæchm. MEN. mane ſane, die ſeptimi
Vænibunt ſerui, ſuppellex, fundi, ædes, omnia
Vænibunt, quicque licebunt præſenti pecunia.
Vænibit vxor quoque etiam, ſiquis emptor venerit.
Vix credo rota auctione capiet quinquageſies. Cicero Attico, lib. 4. 8. 1. Idibus enim auctionem Larini video.

Auctio haſtæ. Sueton. in Cæſare, Ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ minimo addixit.

Hæreditaria auctio. Cicero pro Cecinna 8.

Auctio regia. Plin. lib. 29. ca. 4. 36. Cantharides obiectæ ſunt Catoni Vticenſi, ceu venenum vendidiſſet in auctione regia.

Auctionem facere. Plaut. Menæch. 14. 92. Auctionem hîc faciam, & vendam quicquid id eſt mihi. Sic idem in Pœnulo 5. 2. Cic. 6. Ver. 9. Quærendum eſt credo. Heius iſte num æs alienum habuerit? num auctionẽ fecerit? Idem ad Attic. lib. 12. 23. 3. Vereor ne iſte iam auctionem nullam faciat. Idem ad Qu. fratrẽ, lib. 2. 6. 2. Culeonis auctio facta eſt.

Facturum ſe auctionem, proſcribere. Cicero pro Quintio 8.

Proponere auctionẽ. Quin. lib. 6. ca. 3. 68. Seruus Dolabellæ, quũ interrogaretur, an dũs eius auctionem propoſuiſſet, domum, inquit, venditi.

Vendere auctionem, eſt præconis. Cicero pro Quintio 11. Negat ſe aliaratione facturum, quod promiſiſſet, non plus ſua referre, quàm ſi quum auctionem venderet, domini iuſſu quippiam promiſiſſet.

Bona alicuius conſtituta auctione vendere. Cic. pro Sext. Roſc. 14. Idem pro Cecin. 8. Quum eſſet hæc auctio hæreditaria conſtituta.

Auctionor, penul. produ. auctionâris, (πωλέω, ἀγοράζω,) auctionari, deponens. Publicè & ferè ſub haſta vendere, non ea quæ ad eſum pertinent, ſed ea quæ ad ſupellectilem, atque ad alios vſus nec ferè nili quippenes alium in vſu fuerunt. Hæc Valla lib. 4. Vulgo vendere alicuicanto. quaſi ſub haſta vendere, antiquo illo Romanorum more. Cicero pro Quintio 8. Neuius hominem multis verbis deterret ne auctionetur. Ibidem 12. Ait ſe auctionatum eſſe in Gallia. Idem pro Deiotaro 16. Quo tum erga te rex animo fuit, qui auctionatus ſit, ſeſeque & filium ſuum expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam nõ ſubminiſtrare? Sic idem de Lege Agraria 4.

Auctionatus, Adiectiuum, (ἀγοραστικός,) vt Auctionaria atria, in quibus auctio fiebat. Cicero de Lege Agraria 4. Vt in atriis auctionariis potius quàm in triuiis aut in compitis actionentur.

Auctionariæ tabulæ. Cicero in Catil. 38. Meo beneficio tabulæ nouæ proferuntur, verum auctionariæ.

Auctionans, pe. prod. Participiũ, (ἀγοραστέων,) Cicero pro Lege Agraria 58. Ponite ante oculos vobis Rullũ in Puro, inter veſtra atque hoſtilia caſtra, haſta poſita, cum ſuis formoſis finitoribus auctionantem.

Aucto, aucтas, (ἀυξάνω,) auctare, Frequentatiuum. Plaut. Amph. 3. 4.
Bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro.

Auctare & alere. Lucre. li. 1. 10. Vnde oês natura creet res, auctet alatq;

Auctare aliquem ope. Catull. 62. 1.
O dulci iucunda viro, iucunda parenti,
Salue, teque bona Iuppiter auctet ope.

Auctito, auctitas, pe. corr. (ἀυξάνω,) auctitare, Frequentatiuum a frequentatiuo Aucto, vt Auctitare pecunias fœnore apud Tacitum.

Auctarium, (προσθήκη, ἐπίμετρον,) dicebant antiqui quod ſuper modũ ram vel pondus iuſtum adiiciebatur, vt cumulus vocatur in modio. Hæc Feſtus. Plaut. Merc. 5. 23.
Tanti quanti poſcit, vin' tanti emi illam? c. auctarium
Adiicito vel mille nummũm plus quàm poſcet.

Auctor, auctoris, (ἀυξητής,) Verbale, cuius fœminium eſt Auctris, ſte Seruio lib. 1. 2. Aeneidos. vt Auctor diuitiarum, auctrix patrimonii. Sic Priſcianus lib. 5.

Auctoratus, (ἀμίσθωτος,) Id eſt vt ſeruus aut gladiator auctione venditus, vt ait Aeron. Horat. 2. Sermo. ſaty. 7. 12.
Quid refert vri virgis, ferroque necari?
Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca
Contrectum genibus tangas caput?

Auctificus, pen. corr. adiectiuum, (ἀυξητικός,) vt motus auctificus, hoc est augmentum corporis quotidiana humorum acceſſione. Lucre. lib. 2.
Nec portò rerum genitales, auctificique
Motus, perpetuò poſſunt ſeruare creata.

Augificare dixit Ennius, (ἀὔξω,) Et tabes numeros augificabit eos. Lucre. pro obſoletum.

Augmen, augminis, n. g. (ἄυξημα,) Idem quod Auctus ſubſtantiuum. Lucret. lib. 3. 54. Perfectum corporis augmen

Augmine donare, pro Augere. Lucret. lib. 2. 15. Vnde abeant, minuantque quò venère, augmine donant.

AVGIAS, (ἀυγίας,) Solis nomine, re autem ipſa Phorbantis filius ex Hirmine Nelei, ſeu vt alii, Nyctei, aut Epochi filius, ex cuius ouilia aiunt radios tanquam ſolares micuiſſe. Hic igitur quum Hercule ſibi bulum illud pacta mercede collocaſſet, iſque purgaſſet, de mercede tergiuerſatus eſt. Quapropter Phyleus Augiæ filius arbiter allegatus ſecundum Herculem pronunciat. quod pater ægre ferẽs illum eiectusque Dulychium venit. Hæc ex commentariis in Homerum. Sunt qui fabulam ſic narrent, Augias Epitorum ſiue Elidenſium rex finit, qui quum Heleo rege Piliorum bellum geſſit, multa etiam armenta ta habuit, quorum ſtabula quum multo ſtercore eſſent plena, ad ea purcuanda Herculem miſit Euryſtheus. Seneca in Hercule furente 4. 2. Nec ad omne clarum facinus audaces manus. Stabuli fugant. Tu quis Augiæ labor. Seneca in libello de Claudii Cæſaris morte, In quem incidiſſes, valde fortis licet tibi videaris, maluiſſes cloacas Augiæ purgare, multo plus ſtercoris ego exhauſi.

Augificare, Vide AVGEO.

Augur, auguris, penul. correp. com. ge. (οἰωνοσκόπος, οἰωνοθέτης,)

Qui ex auium garritu futura prædicit. Feſtus, Augures auibus, gerẽdoque dictus quia per eum auium geſtus edicitur. Inde & auium garritus vnde & Augurium. Seruius, Solebant Augures diuinabant, ita agere: primum deſignabant lituo ſpatia, & eis nomina dabant, vt prima pars diceretur Antica, poſterior Poſtica, item dextra & ſiniſtra, atque ita ſecundum hæc ſpatia diminabant. Cicero de Senect. 11. Augurũ; quum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea geſta, quæ pro Reipub. ſalute gererentur. Ibidem 19. Quid iuriconſulti, quid pontifices? quid augures? quid philoſophi ſenes? Quàm multa minerunt? Idem 13. Philip. 32. Augur Iouis interpres, & interminus.

In auibus erant tria diuinationis genera: nam aliæ quidẽ volatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illæ quidem præpetes, hæ oſcines dicebantur, eræ &

erat & tertium genus ex illarum guſtatu, quum pullis gallinaceis è cauea depromptis eſca porrigebatur, vt tripudium ſoliſtimum inde eſſet, pernicieſque portendebatur, ſi eſcam non caperent. De quibus videto multa exempla apud Valerium Max. Cic. ad A. Cecinam, lib. 6. 6. 18. Non igitur ex alitis volato, nec ex cantu ſiniſtro oſcinis, vt in noſtra diſciplina eſtinec ex tripudiis ſoliſtimis, aut ſomnalis tibi auguror.

Apollo Augur. Horat. 1. Carm. ode. 2. 7.

Phœbeius augur, pro Amphiarao. Stat. 6. Thabaid. 89.

Aquæ augur cornix. Horat. 3. Carm. ode. 17. 3.
Demiſſa tempeſtas ab Euro
Sternet, aquæ miſi fallitur augur Annoſa cornix.

Augur publicus prædicit. Cic. ad Cecin. lib. 6. 6. 14. Quo in bello nihil aduerſi accidit non prædicente me. Quare quum vt augures & aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus, ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te authoritatem augurii & diuinationis meæ, debebit habere fidem noſtra prædicta.

Veri prouidus augur. Ouid. 11. Metam. 4. – at veri prouidus augur
Theſtorides vincemus, ait, gaudete Pelaſgi.

Augures obſeruant. Vide OBSERVO.

Augures auſpicia præſtant. Cic. 1. de Nat. deo. 169. Et pro Domo ſua 33.

Augurâle, & hoc augurâle, pen. prod. (οἰωνοσκοπεῖον, οἰωνιστήριον,) quod ad Augures pertinet. vt Augurale cœnæ, quæ & Adiicialis dicitur. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 6. 4. Primas hos Q. Horrenſius augurali cœna poſuiſſe dicitur. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 3. In eas quum incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum.

Augurales libri. Cic. 1. de Diuinat. 114.

Auguralia inſignia. Liuius 10. ab Vrbe 19.

Porta auguralis. Tacitus lib. 1. Nocte cœpta, egreſſus augurali, per occultã, & vigilibus ignara, comite vno, &c.

Augurale, (οἰωνοσκοπεῖον,) inſigne Augurum, pro lituo accipi arbitror. Seneca de Tranquill. vitæ, cap. 11. Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, &c.

Vir Auguralis, vt vir Conſularis. Cic. de Claris Orat. 145.

Augurium, (οἰωνοσκοπία, οἰωνοσκοπικὴ,) Ipſa diuinatio. Virgil. 5. Aeneid.
– magnoque futurum Augurio monſtrum. Vbi Seruius, Augurium dictum, quaſi auigerium quod aues gerunt. Plaut. Aſin. 6. 15. Quantum ex augurio auſpicii intelligo. Plin. lib. 7. ca. 56. 12. Augurio ex auibus inuenit Car, à quo Caria appellata: adiecit ex cæteris alia Orphe.

¶ Augurium, pro oraculo. Virg. 3. Aeneid.
Da pater augurium, atque animis illabere noſtris. Seruius.

Augurium in piſcibus. Plin. lib. 9. cap. 16. Sunt & in hac parte naturæ auguria, ſunt & piſcibus præſcita.

Augurium quod dam futurorum in mentibus inhæret. Cic. 1. Tuſcul. 52.

Augurium & diuinatio mea. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 14.

Authoritas rerum bene gerendarum augurio continetur. Cic. de Aruſp. 16. Ego verò primum habeo authores maiores noſtros, qui ſtatas ſolennesque cæremonias, Pontificatus rerum bene gerendarum authoritates, Augurio ſ atorum veteres prædictiones, Apollinis Vatum libri ſportentorum explanationes, Hetruſcorum diſciplina contineri putauerunt.

Augurium ſalutis. Tacitus lib. 12. Salutis augurium quinque & viginti annis omiſſum, repeti ac deinde continuari placitum. Cic. 1. de Diuinat. 169. P. Claudius Augur Conſuli nuntiauit, addubitato ſalutis augurio, bellum domeſticum, triſte, ac turbulentum fore.

Fatale augurium. Claudian. lib. 1. de Raptu Proſerp. 29.

Inane augurium. Valer. 6. Argonaut. 146.

Magnum augurium. Virg. 5. Aeneid. 104.
Hinc oculis ſubitò obiicitur, magnoque futurum
Augurio monſtrum, docuit poſt exitus ingens.

Triſte augurium. Virg. 5. Aeneid. 2.

Accipere augurium. Valer. 1. Argonaut. 35.
Accipit augurium Aeſonides lætus, que ſuperbi Tecta petit Peliæ.

Agere augurium. Cic. 3. Offic. 85. Quum in arce augurium Augures agturi eſſent, inaſſentẽque T. Clodium Centimalum, qui ædes in Cœlio monte habebat, demoliri ea quorum altitudo officeret auſpiciis: Clodius proſcripſit inſulam, vendidit. Idem 1. de Diuinat. 60.

Conſtituere apud aliquem authoritatem ſui augurii. Cic. Cecinnæ, libro. 6. 6. 17.

Dare augurium. Virg. 3. Aeneid. 18.

Augura, pro auguria dixiſſe veteres probat Nonius ex Accio.

Auguro, auguras, pen. corr. (διαοιωνίζομαι, διαοἰωνίζομαι,) & Auguror, augurâris, augurari, Diuinare. Virg. 7. Aeneid. Et ſiquid veri mens augurat opto. Vbi Seruius, Auguro dicimus ſecundum Plinium, quum præſagio mentis futura colligimus. Auguror verò tunc quum futura veris captamus augurĩs. Cic. 2. de Nat. deor. 239. Augurandarum rerũ cauſa. Idem 4. Verr. 12. O præclare coniectum à vulgo in illam prouinciam omen communis famę atq; ſermonis, quum ex nomine iſtius, quid in prouincia facturus eſſet, perridiculi homines augurabantur. Plaut. Caſtel. 10. 25. Aſpice, oculis inueſtiga, aſtuſe augura.

Augurare & diuinare. Cic. 1. de Diuinat. 149. Et in Perſis augurant & diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi cauſa atque inter ſe colloquendi.

Auguror his tua numina flecti. Ouid. 4. de Ponto 27.

Augurari coniectura. Cic. ad Atticum, lib. 1. 24. 1. Etenim quantum coniectura auguramur, ſi erit nebulo iſte cum his dynaſtis in gratia. Idem 1. de Orato. 47. Ego enim quantum auguror coniectura, quantaque in genia in noſtris hominibus eſſe video, non deſpero, &c.

Augurari opinione. Cic. pro Murena 59. Ac te quantum ego opinione auguror, iam vſus flectet, ætas leniet.

Augurari de. Cicero Attico, lib. 10. 18. 9. 1. Rectè augurari de me (bene enim tibi cognitus ſum) nihil abeſſe longius à me crudelitate. Idem in Orato. 13. Sed quid de illo auguer, liber dicere.

Augurari ex auis volatu. Cic. Cæcinnæ, lib. 6. 6. 18. Non ex alitis volatu, nec ex cantu ſiniſtro oſcinis, vt in noſtra diſciplina eſtinec ex tripudiis ſoliſtimis, aut ſomnus tibi augurorſed habeo alia ſigna quæ obleruem. Idem 1. de Diuinatione 92. Nam illud miraret ſi crederem quod apud Homerum dixiſti Calchantem ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratum.

Augurari futura. Cic. 1. de Diuinatiõe 113. Idque, vt modò dixi, facilius euenit appropinquante morte, vt animi futura augurentur.

Mortem ſuam augurari. Cic. 1. Tuſcul. 154. Vereſque ei qui venenum præbuerat, mortem eſt eam auguratus, quæ breui conſecuta eſt.

Augurare ſibi annos. Valerius 3. Argonaut. 71.
– ſed quis non prima refellat
Monſtra deũm longoſque ſibi non augure et annos?

Sacerdotesque vineta virgetaque & ſalutem populi auguranto. Cic. 2. de Legib. 34.

Auguratus, Participium, (οἰωνισθείς,) Cicero in Vatinium 12. In illo augurato templo ac loco.

Augurato, vt Auſpicato, (οἰωνισάμενος,) Liuius 1. Decad. lib. 1. Aceitus Numa, ſicut Romulus augurato in vrbe cõdenda regnum adeptus eſt, de ſe quoque Deos conſuli iuſſit. Albi inaugurato dixit.

Augurãtus, huius auguratus, penul. prod. aliud Verbale, (οἰωνισμὸς,) Augurandi dignitas. Cicero 1. de Diuinatione 60. Cuius quum tenerem ſcientiam auguratus, dixit ei cogitare ſe quidquam. Ibidem 58. Quid lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus, vnde vobis eſt traditus? Idem in Vatinium 15.

Auguratio, Verbale, (οἰωνισμὸς,) Cic. 1. de Diuin. 99. Qui tandẽ iſta auguratio eſt, ex paſſeribus, annorũ potius, quàm aut menſiũ aut dierum?

AVGVSTA Cæſarea, (καισάρεια, ἀυγουστόπολις,) Vulgo Saragoza, Vrbs eſt Hiſpaniæ citerioris. Eſt & Auguſta Triuerorum, vrbs Galliæ Belgicæ, vulgò Treues, Trier. Item Auguſta Emeritaciuitas Hiſpaniæ in Luſitania. Præterea Auguſta Gemella in Hiſpania. Authores Strabo & Plin. Eſt poſtremò Auguſta Vindelicorum, vulgò Auguſpurg.

AVGVSTAE, (ἀυγουστῶν,) Coniuges dicebantur Imperatorum. Diuę autem, poſt mortem tantum. Auguſtarum nomina hæc ſunt, Liuia Auguſti, Agrippina Agrippæ, Lepida Galbæ, Pompeius Sabina Othonis, Petronia Vitellii, & reliquæ quas enumerat Volaterranus lib. 14.

Auguſtalis, Vide AVGVSTVS.

AVGVSTODVNVM, pen. prod. (ἀυγουστόδουνον,) Heduorum vrbs in Gallia. Cæſar & Pomponius authores. Vulgò Auſtun.

AVGVSTORITVM, (ἀυγουστόριτον,) Pictonum vrbs, Ptolemæo. vulgò Poictiers.

AVGVSTVS, (ἄυγουστος, σεβαστός,) primus dictus eſt Octauius Romanorum Imperatorũ à quo alii dicti ſunt poſtea Auguſti, quaſi augurio conſecrati. Suetonius in auguſto, cap. 7. Poſtea C. Cæſaris, & deinde Auguſti cognomen aſſumpſit: alterum teſtamento maioris auunculi: alterum Munatii Planci ſententia, quum quibuſdam cenſentibus Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem vrbis, præualuiſſet, vt Auguſtus potius vocaretur, non tantum nouo ſed etiam ampliore cognomine, quòd loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, Auguſta dicantur, ab auctu, vel ab auium geſtu guſtuve: ſicut etiam Ennius docet ſcribens, Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

Belliger Auguſtus trepidas laxauerat Alpes Claud. 5. Paneg. 15.

Auguſtus Cæſar diuum genus. Virgil. 6. Aeneid. 149.

Adde, Auguſtum & Cæſarem id habere diſcriminis, author eſt Ammianus Marcellinus. vt Auguſti hi dicantur qui nunc regnant, & ab Senatu Imperatoris nomine honeſtati ſint. At Cæſares dicuntur, qui ab ipſo Auguſto electi ſunt ad regendam aliquam prouinciam cum Cæſaris honore tantum, donec Auguſtus vixerit. poſt eius mortem ſucceſſuri in imperio.

Auguſtus, Adiectiuum: (σεβάσμιος,) vt Sedes Auguſta. Virgil. 4. Georg.
Siquando ſedem auguſtam, ſeruataque mella
Theſauris relines. Vbi Seruius, Sedem auguſtam, id eſt alueare. Et propriè auguſtum eſt tectum augurio conſecratum. Abuſiuè, nobile, quaſi maieſtatis plenum. Idem Seruius alio loco, Tectum auguſtum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Id est augurio conditum. Statius 4.Sylu.1.4. Ouid. 1. Fasto. 122.
Sancta vocant augusta patres: augusta vocantur
Templa, sacerdotum rite dicata manu.
Caput augustum. Ouid. 15. Metamor. 174. de Cæsare Augusto.
Fons sanctus & augustus. Ci. 5. Tus. 5.2. Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augustoque fonte nostra omnis manabit oratio.
Forma viri augustior. Liuius in primo, de Euandro & Hercule loquens, Formam viri intuens aliquantum ampliorem, augustioremque humana. Id est maiestatis plenam, ad similitudinem diuinitatis habens.
Grauitas augusta. Ouid. 6. Metamor. 15.
Augustus mensis, dictus est ab Augusto imperatore, quum prius Sextilis vocaretur: quemadmodum Iulius mensis prius Quintilis dicebatur.
Augusta mœnia. Virgil. 7. Aeneid.
Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet. Vbi Seruius, Augusta mœnia, augurio consecrata.
Hinc paulò pòst illud est, tectum augustum ingens. Et nisi in augusto loco Senatus haberi non poterat. Vnde templum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illuc conueniret Senatus, vbi erant virgines.
Augusta papyrus, ab Augusto cognominata. Vide Plinium lib. 13. cap. 12. 1. & 4.
Sacra augusta. Ouid. 1. Fastorum 122.
Templa augusta. Ouid. 1. Fastorum, 122.
Augustissimus. Statius 4. Sylu. 8. 4.
Ergo quòd Ausoniæ pater augustissimus vrbis,
Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis, &c.
Augustè, Aduerbium, (σεβασμίως,) vt Augustè factum, id est cum augurio siue captato augurio factum.
Augustè & sanctè consecratus. Cicero 2. de Natura deorum 89. Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem nostri maiores augustè, sanctèque, Liberum cum Cerere & Libera consecrauerunt: quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest.
Augustè & sanctè venerari - Cic. 3. de Natu. deorum 72. Dicamus igitur Balbe oportet contra illos etiam, qui hos deos ex hominum genere in cœtum translatos, non re, sed opinione esse dicunt, quos augustè omnes sanctèque veneramur.
Dicere de religione augustius. Cicc. de Claris Oratorib. 41.
Augustâlis, penul. prod. (ἀνυογενὴς,) Adiectiuum.
Augustales Vegetius Rei militaris libro. 2. nuncupatos testatur eos, qui primos ordines in bella ducebant, quòd ab Augusto ad id munus essent adiuncti.
Augustalis Claudius apud Columellam lib. 11. cap. 1. 1.
Augustale, augustalis, (ἀνυογεῖον,) Est, vt ait Quintilianus lib. 8. cap. 2. tabernaculum ducis Augustale.

Auia, Vide AVVS.

AVIA, vel potius Liuia, vrbs Hispaniæ Prolemæo, vulgo Villalon.

Auiarium, Auicula, Auicularius, Vide AVIS.

Auidus, pe. corr. (πλεονεξίας, ἐπιθυμητικὸς,)

Auidus, à non videndo, propter nimiam cupiditatem appellatur: sicut Amens, qui mentem suam non habet. Terent. Heaut. 3. 2. 15. Sed habet patrem quendam auidum, miserum, atque aridum. Plaut. Bacchid. 5. 4. 1. Imò ingenium auidi haud pernoram hospitis.
Auidus & liberalis contraria. Cice. pro Roscio Cõm. 12. Quid est hoc? probus improbum, pudens impudetem, periurum castus, callidum imperitus, liberalis auidum. Subaudi fraudauit.
Auidior ad rem aliquantum. Terent. Eunuch. 1. 2. 51.
Auidus in pecuniis locupletum. Cice. 5. Philipp. 180.
Nimis auidus. Vide NIMIS.
Mens belli auida. Ouidius epistò. 7. 31.
Cædis auidissima propago. Ouid. 1. Metamor. 33.
Auidus cibi. Terentius Eunuch. 1. 4. 14.
Quàm inhoneste solæ sint domi, atque auidæ cibi.
Auidior gloriæ. Cice. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 5. Sum enim auidior etiã quàm satis est, gloriæ. Sic pro Marcello 15. Auidissimus gloriæ.
Auidus nouitatis. Pli. li. 11. c. 1. 8. Vt est natura hominũ nouitatis auida.
Auidus interficiendi alicuius. Tacitus lib. 13.
Nero trepidus, & interficiendæ matris auidus.
Parandi diuitias auidus. Ouidius 1. Triſt. eleg. 2. 15.
Non ego diuitias auidus sine fine parandi
Latum mutandis mercibus æquor aro.
Voluptatis auidæ libidines. Cicero de Senectute 36. Archita Tarentinus nullam capitaliorem pestem, quàm corporis voluptatem hominibus dicebat à natura datam: cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.
Amor auidus. Catullus epigram. 63. 17.
Animus appetens & auidus. Ci. 2. de Ora. 98. Siquid pſequare acrius, vt iuitus & coactus facere videare, facilitatis, liberalitatis, mãsuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, nõ auidi signa proferri putile est.

Amplexus auidi. Ouid. 7. Metam. 29. - auidisque amplexibus hærent.
Aures auidæ & capaces. Cice. in Orato. 56. Ipse Demosthenes, qui quamquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt auidæ & capaces, & semper aliquid immensum, infinitumque desiderant.
Canes auidi. Ouid. in Ibin 35. Et scindent auidi perfida corda canes.
Charybdis auida. Ouidius 14. Metamorpho. 15.
Hunc vbi Troianæ remis auidamque Charybdin
Euicêre rates. Auida, quoniam naues deuorat.
Conuiuæ auidi. Horatius 1. Sermo. saty. 5. 15.
Conuiuas auidos cœnam, seruosque timentes
Tum rapere, atque omnes restinguere velle videres.
Corde auido ferre gaudia. Ouidius 3. Triſt. eleg. 1. 12.
Quantaque vis auido gaudia corde feras.
Dente auido conuellere dentes. Ouid. 11. Metamor. 16.
Auidus deus. Id est Pluto. Oui. ad Liuiã 88. Mutarút auidi triſtia lætà dei.
Flammæ auidæ. Ouidius 9. Metamorpho. 35.
- ſorbent auidæ præcordia flammæ.
Hæres auidus. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 25.
Ni tua custodis, auidus iam hæc auferet hæres.
Ignis auidus. Ouidius epistò. 4. 3.
Leones auidi. Ouidius epistò. 9. 8.
Lupus auidus. Ouidius 2. Fasterum 18.
Manus hæredis auidæ. Horatius 4. Carm. ode 7. 5.
Cuncta manus auidas fugient hæredis amico
Quæ dederis animo.
Manus subitis auidæ. Tacit. lib. 17. Seruorum manus subitis auidæ.
Mare auidum. Horatius. Carm. ode 28. 4. Exitio est auidum mare nautis.
Miles auidus cruendæ ciuitatis. Tacitus libro 20. Auido militi cruendæ ciuitatis.
Auidi mores. Plaut. Trinũ. 12. 6. Nam te omnes sæuumque seuerumque atque auidis moribus commemorant.
Pectus auidum. Ouidius 9. epist. 33.
Porca auida. Hora. 3. Carm. ode 23. 1. - auidaque porca
Nec pestilentem sentiet Africum.
Rapina auida. Ouid. 1. Triſt. eleg. 10. 7. Barbara pars læua est auidæ substructa rapinæ.
Auida sitis. Martialis lib. 1. 46. ad Licianum de Hispaniæ locis. Auida rigens Dircenna placabit sitim.
Spiritus auidus. Horatius 3. Carm. ode 2. 2.
Latius regnes auidum domando Spiritum.
Tigris auida. Lucanus lib. 6. 97.
Has auidæ tigres, & nobilis ira leonum
Ore forent blando. Auida, scilicet sanguinis.
Vulcanus auidus Horat. 3. Carm. ode 4. 12.
- hinc auidus stetit Vulcanus. Auidus, id est incensus ad pugnam. Porphyrius, Auidum Vulcanum dixit, propter ignis auiditatem.
Captare auidis auribus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 4.
Cognoscere auidus. Id est auidus ad cognoscendum, aut vt cognoscam. Ouid. 10. Metamor. 94.
Videndi auidus. Ouid. 10. Metamor. 12.
Auiditas, penul. correp. (πλεονεξία, ἐπιθυμία, ἐπιθυμητικὸν,) Deuorantium. Cicero de Senectu. 42. Habeoque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem auxit, potionis & cibi sustulit. Idem 3. de Finib. 11. Erat enim, vt scis in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat. De Catone loquitur. Sic apud Plinium lib. 13. cap. 14. 9. Auiditas diripiendi.
Auiditas ad aliquid faciendum. Plin. lib. 17. cap. 18. 9.
Auiditas ad cibos. Plin. lib. 20. cap. 16.
Ieiuna auiditas. Vide IEIVNVS.
Infinita auiditas gloriæ. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 1. 1. 66. Sed me quædam tenet, propter singularẽ amorẽ, infinita in te auiditas gloriæ.
Auiditates fœminarum. Plin. lib. 20. cap. 21.
Auiditate inflammatus. Cicero 2. Officiorum 54. Iustitia eas res spernit & negligit, ad quas plerique inflammati auiditate rapiuntur.
Auiditatem incitare. Vide INCITO.
Inhibere auiditatem. Vide INHIBEO.
Auidè, Aduerbium, (ἐπιθυμητικῶς,) Cice. de Senectute 24. Græcas litteras senex didici: quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Verba sunt Catonis.
Auidè appetere. Cicero de Senect. 66.
Edere auidè. Ouidius de Arte Amandi 3. 51.
Priamides Helenen auidè si spectet edentem.
Auidissimè apprehendere palmam. Plin. lib. 14. cap. 21. 9.
Auidè expectare literas amici. Cicero ad Cassium, lib. 12. 4. 6. Et Attium lib. 16. 335. 7. Item 14. Philip. 386.
Prandere auidè. Horat. 1. Sermo. saty. 6. 26.
Auidè sum affectus de fano. Cice. ad Atticum, lib. 12. 256. 1.
Auidè se certamini offerre. Liuius 2. ab Vrbe 27.

Auidè,

Auis, huius auis, f. g. (ὄρνις, ὄρνεος,)

Est quæ oua parit, pennisque est prædita, præter vnum vespertilionem, qui vtroque caret: qua tuor enim pedes habet, & semimus est. Hæc Valla lib. 4. Plin. lib. 10. cap. 1. Sequitur natura auium: quarum grandissimi & penè bestiarum generis struthiocameli Africi.
Cantus auium. Horat. 3. Carm. 1. 4.
Concentus auium. Quintil. lib. 1. cap. 9. 10.
Domus auium frondiferæ. Lucret. lib. 1. 4.
Auium dulcedo ducit ad auium. Author ad Herennium, lib. 4. 177.
Magna fides auium est. Ouid. 4. Fast. 164. Per aues augurium intelligit.
Grex auium. Horat. 1. Epist. 5. 4.
Aues solatia ruris, Assuetum syluis, innocuumque genus. Ouid. 1. Fast. 88.
Voces auium liquidæ. Lucret. lib. 1. 77.
Voce auis moneri. Id est augurio. Ouid. 1. de Arte amandi. 6.
Acria aues. Ouid. 1. de Arte amandi. 6.
Auis alba. Cicero Curioni, lib. 7. 10. 4. Quum salutationi nos dedimus amicorum, quæ fit ex hoc etiam frequentius, quàm solebat, quòd quasi auem albam videntur bene sentientem ciuem videre: abdo me in bibliothecam. Prouere noua atque auspicata dixit Cicero. Quadrabit & in rem adiunctum rarum & inauratum, quòd aues perpaucæ sunt hoc colore. Ita Iuuenalis Cornu, quoque rarior albo.
Candida auis. Virg. 2. Georg. 64.
Candida venit auis longis inuisa colubris. Periphrasis Ciconiæ.
Deuia aues. Ouid. epist. 2. 54.
Pronuba Tisiphone thalamis vlulauit in illis,
Et cecinit mœstum deuia carmen auis. Id est bubo, qui in transuersum volans aufertur.
Flaminea aues. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 5. Et quam flaminea luserit adulter aue. De cygno in quem mutatus Iupiter, Ledam compressit.
Generosæ aues. Iuuenal. Saty. 14. 9.
Sed leporem, aut capream famulæ Iouis, & generosæ
In saltu venantur aues. Hoc est aquilæ.
Incestæ aues. Stat. 9. Thebaid. 6. - non aliter subtexunt astra cæteræ Incestarum agmen.
Iunonia auis, Pauo. Ouid. 1. de Arte amandi. 126.
Laudata ostendit auis Iunonia pennas.
Littoreæ aues. Vide LITTVS.
Peregrina auis. Vide PEREGRINVS.
Querula auis. Seneca Hippo. 481. hic aues querulæ fremunt.
Sydereæ Iunonis aues, Pauones. Claudian. 2. in Eutrop. 66. Hoc est stellatæ, habent enim in caudæ pennis velut stellas.
Solis auis, Phœnix. Claudian. 2. Paneg. 84.
Torpe aues, Vultures sunt, aut aquilæ apud Statium. 6. Thebaid. 151.
Hic cantus ſlygiis Tityus consurgat ab antris
Si torpe pa - tiantur aues, &c.
Vagæ aues. Horat. 4. Carm. ode. 4. 1.
Varia auis, Versicolores plumæ. Propert. 3. eleg. 13. 7.
Alitibus, Auibus velci. Ouid. 13. Metam. 11.
Sylæ canunt auibus. Lucret. lib. 1. 52.
Hinc lætas vrbes pueris florere videmus,
Frondiferasque nouis auibus canere vndique syluas.
Glomerantur aues. Virg. 6. Aeneid. 62.
Insidias auibus moliri. Vide MOLIOR.
Mouent aues per aera pennas. Ouid. 15. Metam. 20.
Tectæ fronde queruntur aues. Ouid. epist. 10. 2.
Auis, pro auspicio & omine. Liuius 6. ab Vrbe. Veniat in mentem vnicuique deos esse, qui secundis auibus Romanos in prælia miserint.
Bonis auibus vsus. Ouid. 1. Fast. 101.
Esse bonis auibus visi, natoque mihique.
Aduersa aui soluere, pro omine aduerso. Cic. 1. de Diuinat. 55. Agamemnon quum Achaui corpillent
Inter se strepere, apertoque artem obterere, extispicum
Solacre imperat, secunda rumore, aduersaque aui.
Dira auis. Claudian. 2. in Eutrop. 46.
Obscenæ aues, Turpes, malo ominis. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 11.

Auicula, penult. correp. Diminutiuum, (ὀρνιθάριον,)

Parua auis. Gellius lib. 2. cap. 29. Auicula est parua, nomen est castiua, nidulaturque in segetibus.

Auiarium, auiarii, (ὀρνιθών,)

Locus in quo aues domi educantur. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 2. Sed tamen nihil ei reflabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. Colum. lib. 8. cap. 14. Similiter appellamus apum cubilia, apiaria: vel nantum volucrum, quæ stagnis piscinisque lætantur, auiaria: vel etiam pecudum syluestrium, quæ nemoribus clausis custodiuntur, viuaria. Plin. lib. 8. cap. 16.
Auiaria, Secreta nemora, quæ aues frequentant. Virg. 2. Georg.
Sanguineisque inculta rubent auiaria baccis. Seruius.

Auarius, (ὀρνιθοκόμος,)

Qui auiario præest. Colum. lib. 8. ca. 3. 3. Auiarius quoque subinde debet speculari aut incubantis, aut parturientis fœtus.

Auitus, Vide AVVS.

Auius, Adiectiuum, (ἀδιάβατος, ἀνέκλειστος,)

Per quod iri non potest. Plau. Aulul. 12. 8. Syluani lucus extra murum est auius. Virg. 4. Georg. 66. Auia tum resonant auibus virgulta canoris. Sallust. in Iugurth. Ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur. nocturnis & auiis itineribus ignoratus, Romanos palantes repentè aggreditur.
Auius, A via & ratione remotus. Lucret. lib. 2. 17.
Auius à vera longe ratione vagari.
Animus errat auius. Lucre. lib. 3. 94.
Montes auii. Horat. 1. Carm. ode 23. 1.
Nemora auia. Lucretius lib. 2. 70.
Nubila auia. Claudian. 1. de Rapt. Proserp. 37.
Saxa auia. Silius lib. 4. 76.
Valles auiæ. Stat. 4. Sylu. 5. 15.
Auia, substantiuè. Tacit. lib. 5. Corpore valido per auia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum, cuius artem experiri Tiberius sua tuisset. Idem lib. 4. Postquam saltuosos locos attigerat dimisso, equo per derupta & auia sequentes frustratus est.
Horrenda auia. Valer. 5. Argonaut. 95.
Hic tibi tot caliis, horrenda tot auia mensi Cernimur.
Ignota auia. Claudian. 7. Panegy. 97.
Mirantemque nouas ignota per auia valles, Iusserat, &c.

Aula, aulæ, (αὐλὴ, ἄγγειον, βασίλειον,)

Regia.
Aula propriè locus est qui perflatum habeat. Nam hoc nomine apud Homerum hyperbra, id est subdialia semper intelliguntur, vbi esset Hercei Iouis ara. Aula verò dicitur tibia, per quam item cõmeat spiritus. Aulas nunc pro Regijs vsurpamus, quòd aute fe loca habeant subdiala & ampla. Cœlius lib. 11. cap. 5. Cice. ad Catonem lib. 15. 4. 16. Per fecivt regem ille discederet, resque sine tumultu ac sine armis, omni authoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret. Sene ca, Quum quidam illum interrogaret, quomodo rarissimam rem inaula consecutus esset, senectutem: Imitatus, inquit, accipiendo, & gratias sæpe agendo Virgilius 1. Aeneid. - illa se iactet in aula Aeolus.
Infida aula, Id est in qua fides non obseruatur, cui ve quo est fidendum. Valer. 7. Argonaut. 21. - & infida præceps prorumpit ab aula.
Prædines aulæ. Clau. in Ruf. 2. 19. - sacraq; fores ſpoliatis aulæ Intrat.
Regalis aula. Seneca, Troade 2. 8.
- non tu sceptra regali potens Gestabis aula.
Sublimis aula. Seneca Hippol. 9. 5. Franc sublimi regnat in aula.
Alta aula. Seneca in Octauia 4. 24. - deserit altam Iuppiter aulam.
Aulam sanctiorem vocare videtur Martialis, aulam Domitiani, in quam petit suam chartam admitti à Parthenio. is enim lib. 5. epigrammate 6. ad Parthenium, sic ait,
Admittas tumidam, breuemque chartam
Intra limina sanctioris aulæ.
Refugere aulas dicuntur apes Virgilio lib. 4. Georg. 41.
Aulasque, & cerea regia refugunt. Id est fugunt. Seruius.
Aulai, gentium apud Virgilium 3. Aeneid. 71.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi.
Aulai, (χύτραι,) antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas: quia nullã literam geminabant. Itaque aulicocta exta, quæ in aulis coquebantur, dicebant, id est elixa. Hęc Festus. Plaut. Aulul. 18. 3.
Aeclepol næ illic pulchram prædam agat, siquis illam inuenerit
Aulam omittam auri.
Aulula penult. correp. (χυτρίδιον,) Diminutiuum ab Aula pro olla. vnde Aulularia, Plauti fabula. Plinius lib. 18. cap. 11. Artoptam Plautus appellat in fabula quam Aululariam scripsit.
Aulicus, pen. corr. (αὐλικὸς,) Adiectiuum. Apparatus aulicus, qualis solet fieri in domibus regum apud Suetonium in Domitiano.
Aulicus, Substantiuum, Qui aulæ sectator est alicuius. Suetonius in Nerone, Nam fortè accidit vt in publica fame, Alexandrina nauis nuncuparetur, puluerem luctatoribus aulicis aduexisse.

Aulaea, aulæorũ, (αὐλαῖα,)

fer è plurali legitur, & neutro genere: ab aula autem deriuatur, significatque ornamenta quibus parietes & aulæ tegũtur. Virgil. 3. Georg. 6. - vtque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Vbi Seruius, Hoc secundum historiam est locutus, nam Augustus postquam vicit Britannos, plurimos de captiuis, quos adduxerat, donauit ad officia theatralia. Dedit etiam aulæa, id est velamina in quibus depinxerant victorias suas. Et paulo pòst, Aulæa autem dicta sunt ab aula Attali regis Asiæ, in qua primũ inuenta sunt vela ingentia. Propertius, Nobilis aulæis porticus Attalicis. Varro tamen dicit aulæa suspendi solere ad excipiendũ pulueré, quia vius cameræ ignorabatur. vnde Horat. 2. Sermo. saty. 8. 11.
Interea suspensa graues aulæa ruinas
In patinam fecere trahentia pulueris atri.

Aulæum, in singulari. Cice. pro Cœlio 52.

Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.
Aulæa in scena in terra sternuntur, quòd pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam vsque perlatus: pro quibus, si paria ætas posterior accepit. Donatus in præfatione commentariorum suorum in Terentium, de tragœdia & comœdia.
Aulæam fœminino genere dixit Curtius, li. 7. si locus mendo vacet, Nec quisquam (inquit) eorum quæ inuicem tactata erant, rex ignorabat quam post aulæam, qua lectos obduxerat, staret.
Superba aulæa. Virgilius 1. Aeneid. 141. –aulæa iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamque locauit.
AVLERCI, (Αὐλέρκοι,) populi Galliæ Lugdunésis apud Cæsarē. Rouā.
Auletes, penul. prod. in g. (ἀυλητής,) Latinè dicitur tibicen. Cic. pro Murena 26. Post quum id assequi nō potuissent, istue potissimum sunt delapsi, vt aiunt in Græcis artificibus, eos auletas esse qui citharœdi fieri non potuerint.
Aulētris, penul. prod. aulētridos, penul. corr. f. g. (ἀυλητρίς,) Tibicina.
Auleticus, penul. correp. (ἀυλητικός,) Adiectiuum, vt Auleticos calamus. Plin. lib. 16. cap. 36. Calamus verò alius totus concauus, quem syringiam vocant, vtilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius est continuo foramine peruius, quem Auleticon vocant. Hic tibiis vtilior, fistulis ille.
Aulicocia, exta, Vide AVLA.
AVLIS, huius Aulis, vel Aulidis, pen. corr. (Αὐλίς,) Portus Bœotiæ vel Euboeæ insulæ, quò conuenerunt naues Græcorum ad Troiam proficiscentium. Strabo lib. 9. Aulis lapidosa sanè ora, & Anagreos vicus. Portus sanè est quinquaginta capiens naues. quocirca Græcorum classem magno in portu conscendisse simile veri dixerim. Seruius, Aulis in insula est, in qua coniurārunt Græci se non antè reuersuros quàm Troia caperetur. Virg. 4. Aeneid. 86.
Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iurauī.
Pisœosa Aulis. Ouidius 12. Metamor. 2.
Nec dilata foret vindicta, nisi æquora sæui
Iuuia fecissent venti, Bœotaque tellus
Aulide pisœosa, puppes tenuisset ituras.
Aulicus, Vide AVLA.
Auloedus, auloēdi, m. g. (ἀυλοιδός,) Latinè dicitur cantor. Valla in Raudensem, Aulos Græci, tibia Latini dicitur: vnde apud nos vsitatum nomen pro Latino aulœdus. In Ciceronis exemplo pro Murena 16. ex antiquioribus exēplaribus legimus AVLETAS ESSE, non AVLOEDOS. Idcirco expunximus. Tametsi Erasmus in Chiliadibus legat AVLOEDOS.
AVLON, (Αὔλων,) Mons Calabriæ contra Tarentinam regionem, ferax boni vini. Martialis, Nobilis & baccis, & Baccho fertilis Aulon.
Horatius 2. Carm. ode 6. 5. –& amicus Aulon
Fertilis Baccho minimum Falernis Inuidet vuis.
Aulon, vel Aulona, Corinthiorum colonia in Macedonia, vt tradit Plinius lib. 4. cap. 5. Vulgo la Vallona.
Aulula, Vide AVLA.
AVLVS, (Αὖλος,) Prænomen erat Romanis olim familiare, quod sola litera scribebant, hoc pacto, A.
Auoco, auocas, penult. corrept. (ἀποκαλέω, ἀποτρέπω,) auocāre, Alienare, Remouere, & quasi retrahere atque auertere. Cice. pro Rosc. Amerino 54. Non necesse est omnes commemorare Curios, Marios denique Mamercos, quos iam æras à prælis auocabat.
Abstrahere, Auocare, Retardare. Cice. pro Archia 9. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita viuo Iudices, vt ab illis nullo me vnquam tempore, aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit?
Deterrere atque auocare à religione. Cic. de Arusp. 16. Neque is sum, qui ficui fortè videor plus quàm cæteri, qui æquè atque ego, sunt occupati, versari in studio literarum, his delecter, aut vtar omnino literis quæ nostros animos deterrent atque auocant à religione.
Allicere ad rectè faciendum, & Auocare à, contraria. Cice. 2. Philip. 120. Sed si te laus allicere ad rectè faciendum nō poterit, ne metus quidem à fœdissimis factis potest auocare.
Auocare animum à rebus quibusdam ad cogitationem. Sulpitius Ciceroni lib. 4. 5. 15. Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca: atque ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt.
Auocat à rebus gerendis senectus. Cice. de Senect. 14.
Auocare milites à signis. Plin. epist. 179.
Auocare à contuendis malis. Cice. 3. Tusc. 62.
Auocare se à corpore, & ad, &c. Cice. 1. de Diuinat. 181. Rarum est quoddam genus eorum, qui se à corpore auocent, & ad diuinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur.
Auocare à peccatis. Ci. 2. de Legi. 16. Sic Auocari à vitiis, Ci. de Fato 172.
Auocant omnino à philosophia. Cice. 1. de Finib. 5.

Auocare intentos Consules à bello. Liuius 5. bel. Pun. 7.
¶ Auocare philosophiam à rebus occultis. Cice. 1. Acad. 22. Primas à rebus occultis, & ab ipsa natura innolutis, in quibus omnibus antè eum philosophi occupati fuerunt, auocauisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse, vt de virtutibus, vitiis, omninoque de bonis rebus & malis quæreret.
¶ Auocare concionem, Impedire ne habeatur concio. Gellius lib. 15. capi. 14. Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem auocare potest. Ibidem, Nec auocare alius alii posse si concionem habere velint. Plin. de Viris illustrib. Vbi quum Atilius præco Optimi Consulis in turba fuisset occisus, in forum descendit, & impudens colonem à Tribuno plebis auocauit.
Auocatio, Verbale, (ἀποτροπή, ἀπόκλησις,) Ipse auocandi actus. Cic. 3. Tusc. 58. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit: auocatione à cogitāda molestia, & reuocatiōe ad cōtēplādas voluptates.
Auocamentum, (ἀποκλημα,) aliud verbale. Budæus, Auocamenta sunt negotia iucundiora, siue solatia, animum à mœrore auocantia: id est reuocantia. Plin. epistо. 158. Ero ergo suspensus pro homine anxissimo, dum admittere auocamenta & cicatricem pati possit. Idem in Panegy. 136. Simul cogito quum sint ista ludus & auocamentum bonæ illæ seriæ, & à quibus se in tale otium recipit, voluptates.
Auolo, auolas, penul. correp. (ἀφίπταμαι,) auolare, Celeriter discedere. Cicero ad Atticum, lib. 9. 181. 7. Experiar etiam hinc auolem. Idem 1. Tusc. 165. Critoni enim nostro non possumus hinc auolaturum. Idem 2. de Diuinat. 54. Quī fit vt alterum ligatis, sine corde non potuisse bouem viuere: alterum non videas subito non potuisse nescio quò auolare?
Auolat voluptas. Cice. 2. de Finibus 170. Fluit igitur voluptas corporis: & prona quæque auolat.
Aura, auræ, (ἄυρα, πνοή,) Lenis quidam ventorum flatus & spiritus dulcior, vt Zephyri. Virgil. 4. Georg. 85. –ac illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura.
Aurarum leues animæ. Lucretius lib. 5. 48.
Iucundæ auræ. Catullus epigram. 43. 71.
Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundis Zephyri silescit auris.
Leues auræ. Claudianus 2. de Raptu Proserp. 6.
Aura modica. Iuuenalis Saty. 12. 7.
–modica non multò fortior aura Ventus adest.
Rorifera aura. Seneca in Hippol. 1. 3.
Qua rorifera mulcens aura
Zephyrus vernas euocat herbas.
Aura dat capillos retro. Ouidius lib. 1. Metamorpho. 52.
Et leuis impulsos retro dabat aura capillos.
Teneræ auræ. Lucretius lib. 1. 42.
Tepentes auræ. Ouidius lib. 1. Metamorpho. 10.
Ver erat æternum, placidique repentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Diuinæ auræ particulam eleganti periphrasi animum significans. Horatius, quoniam illum è cœlo demissum cœlestis ignis particulam credebant veteres. vnde Virgilius, Igneus est ollis vigor, & quæ præterea notarunt huius poetæ interpretes. Versus sunt isti 2. Sermo. sapi. 16.
–quin corpus onustum
Hesternis vitiis, animum quoque prægrauat vnà,
Atque adfigit humo diuinæ particulam auræ.
¶ Aura, Ventus. Virgil. Et auræ vela vocant. Ouid. 3. Metamor. 11.
–rapida velocius aura.
Aequatæ spirant auræ. Virgil. 5. Aeneid. 168. Aequatæ, id est properantes, inquit Seruius.
Facilis aura. Ouidius epistо. 17. 9.
Frigida aura. Lucretius lib. 3. 59.
Gelida aura. Lucretius lib. 3. 61.
Genitabilis aura Pauonii. Lucretius lib. 1. 3.
Grandior aura. Ouid. 2. de Remedio amoris 83.
Lenis alit flammas, grandior aura necat.
Aura læna & dextera. Catul. epigram. 4. 6.
Et inde tot per impotentia freta
Herum tulisse, læua siue dextera
Vocaret aura, siue vtcunque Iuppiter
Simul secundus incidisset in pedem.
Languida aura. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 1.
Aura lenis. Catullus Argonaut. 59. 17.
Atque ita naue leui nitens, ac lenibus auris.
Aura leuis. Ouid. lib. 1. Metamorpho. 49. –fugit ocyor aura
Illa leui Et 2. de Remedio amoris 83.
Auræ niuales. Horatius 1. Epistо. 114.
Petulantes auræ. Lucretius lib. 6. 23.
Rapida aura. Ouidius lib. 3. Metamorpho. 21.
Inde ruunt alii rapida velocius aura. Stridentes

Stridentes auræ. Valer. 2. Argonaut. 118.
Tumens aura. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 6.
Ventosa aura. Ouidius de Medicamine faciei. 12.
Verna incertior aura. Ouid. epist. 6. 22.
Cœli violentior aura. Stat. 6. Thebaid. 32.
Volucri fugacior aura. Ouid. 13. Metam. 173.
Accipere auras follibus. Virg. 4. Georg. 34. Huius contrarium est
Reddere auras follibus apud eundem poetam,
–alii taurinis follibus auras Accipiunt reddunt̄que.
Aspirant auræ in noctem. Virg. 7. Aeneid. 2.
Cursum dat aura. Ouid. epist. 21. 43.
Aura dabit cursum, tu modò solue ratem.
Leuis effluit aura. Ouid. 6. Metam. 47.
Glaciantes auræ Boreæ. Valer. 4. Argonaut. 145.
Impelli auris nauigia dicuntur, aut quæcunque etiam alia ventis agitata.
Lucret. lib. 6. 77. de teda sic loquitur,
Tedaque consimili ratione accensa per vndas
Colluceat, quocunque natans impellitur auris.
Mouere auram. Ouid. epist. 17. 9. Parce precor, facilemque move moderantius auram. Verba Leandri ad Boream.
Respuit auras. Id est contemnit ventos. de Delo insula ait Seneca, quæ ante Latonæ partum mobilis fuisse marique innasse credita est. Seneca in Agamem. 513.
Aequor stringitur aura. Ouid. 4. Metam. 28.
¶ Aura, Aer. Virgil. 1. Aeneid.
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.
Aeria aura. Ouid. 10. Metam. 36.
Aetheria aura. Virg. 5. Aeneid. 103.
Qui tamen æthereas telum contorsit in auras.
Celeres auræ. Virg. 4. Aeneid. 46. ibidem. 55.
* Cereales auræ. Plin. lib. 15. cap. 19.
Communes auræ. Ouid. 7. Metam. 16.
Perque suos intus numeros componitur infans
Nec nisi maturus communes exit in auras.
Dulcis aura, Chara, quòd omnes illa frui quamdiutissimè cupimus. Valer. 6. Argonaut. 112.
Feruentes auræ. Ouid. lib. 2. Metam. 23.
Feruentesque auras velut è fornace profunda Ore traxit.
Fœda aura. Stat. lib. 2. Thebaid. 1.
Liquidæ auræ. Lucret. lib. 5. 43. Silius lib. 13. 47.
Mota aura. Ouid. 8. Metam. 41.
–geminas opifex librauit in alas
Ipse suum corpus, motaque pependit in aura.
Aura nocturna. Horat. 2. Serm. saty. 4. 11.
Pingues auræ. Valer. 8. Argonaut. 50.
Sonantes auræ. Virg. 11. Aeneid. 173.
Suaues auræ. Lucret. lib. 3. 45.
Vacuæ auræ. Ouid. 3. Amorum, eleg. 1. 13.
Vaga aura. Ouid. 8. Metam. 40.
Vanæ auræ. Claudian. 1. de Raptu Proserp. 20.
Attollere se in auras. Virg. 4. Aeneid. 36.
Captare naribus auras. Senec. in Hipp. 1. 2. de venaticis. Virg. 1. Geor. 76.
Auras vitales carpere. Virg. 1. Aeneid. 79.
Quisquis es (haud credo inuisus cœlestibus) auras
Vitales carpis, Tyriam qui adueneris vrbem)
Perge modo. Vbi Seruius, Auras vitales carpis, Quibus viuimus. nihil est enim aliud vita, nisi reciprocus spiritus: vnde Iupiter, quo constant omnia, vocatur ζωοδότης, id est vita.
Circinare auras. Ouid. 2. Metam. 147.
Sic super Asteas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursum, & eadem circinat auras.
Auras ferre. Virg. 2. Georg. Quum semel hæserunt aruis, auraque tulerunt. Vbi Seruius, Ferre auras, propriè est assuescere aeris varietati, quæ obest rebus teneris nimium.
Fugere in auras. Seneca in Agamem. 9. 10.
Haurire auram communem. Quintil. in Proœm. lib. 6. 11. Tuum corpus frigidum exangue complexus, animam recipere, auramque communem haurire amplius potui?
Implere vlulatibus auras. Valer. 8. Argonaut. 29.
Præteruolare auras. Sil. lib. 10. 23. de hasta in aerem vibrata.
Crebras reducere naribus auras. Lucret. lib. 4. 201.
Venantumque canes in molli sæpe quiete
Iactant crura tamen subitò, vocesque repentè
Mittunt, & crebras reducunt naribus auras,
Vt vestigia si teneant inuenta ferarum.
Scindere auras. Silius lib. 13. 48.
Trauauit, liquidas volueris ceu sciuderet auras.
Trahere auras. Seneca in Hercul. furente. 13. 1.
Terebrare auram. Ouid. 6. Metam. 52.
Altera per iugulum pennis tenus acta sagitta est.
Expulit hanc sanguis, seque eiaculatus in altum
Emicat, & longè terebrata prosilit aura.
Aura ætherea velci. pro viuere & superstitem esse. Virgi. 1. Aeneid. 111.
–si vescitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat vmbris.
Vitiare auras. Ouid. 7. Metam. 111. Vitiantur odoribus auræ. Per odores fœtorem intelligit ex cadaueribus.
¶ Aura, pro die. Virgil. in Tityro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. Seruius.
¶ Aura, Splendor. Virgil. 6. Aeneid. Discolor vnde auri per ramos aura refulsit. Vbi Seruius, Auri, aura, splēdor auri. Horat. 1. Carm. ode 8. 5.
–tua ne retardet Aura maritos. Id est splendor. Videt potius esse metaphora, in hunc sensum, Timent nouæ nuptæ ne tu aspirando, suos maritos aliò abstrahas. Hinc & aurum dicitur à splēdore qui est in eo metallo. Hinc & aurati dicti, quorum fuor splendidos reddit.
¶ Aura, pro fauore. vt Aura popularis. Quintil. lib. 11. cap. 1. Quis verò nesciat quin aliud dicendi genus poscat grauitas Senatoria, aliud aura popularis? Cic. de Arusp. Resp. 40. Longius quàm voluit popularis aura prouexit. Horat. 1. Carm. ode 12. 4. Item Virg. 6. Aenei. 163.
–quem iuxta sequitur iactantior Ancus
Nunc quoque tam nimium gaudens popularibus auris. Auris, id est fauoribus, ait Seruius: vnde & Aurarii fautores dicuntur.
Auræ popularis homo. Liu. quinta Decade, lib. 1. 109. Parē altera regiæ adulationis erat, quos æs alienum & desperatio rerum suarum eodem manente statu, præcipites ad nouanda omnia agebat: quosdam vento sum ingenium, quia Perseus magis auræ popularis erat. Hoc est magis studebat populo placere.
Pallas aura. Horatius 1. Carm. ode. 5. 3.
Aura hoc loco fauorem significat.
Mollior aura, Melior fortuna. Ouid. Epist. 3. 9.
Nec venit inceptis mollior aura meis.
Aura honoris. Cic. pro Sest. 82. Q. Catulum neque periculi tēpestas, neq; honoris aura potuit vnquā de tuo cursu, aut spe, aut metu dimouere.
Aura rumoris. Cic. pro Murena. 34. Dies intermittus vnus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquā commutat aura rumoris. Loquitur de ratione comitiorum.
Libertatis auram captare. Vide CAPTO.
Auras, genitiuus Græcus, pro Auræ. Virg. 11. Aeneid.
–nihil ipta nec auras,
Nec sonitus memor. Item etiam Aurai pro Auræ. Virg. 6. Aeneid.
Aethereum sensum atque aurai simplicis ignem.
Auramentum, Aurarius, Vide AVRVM.
Aurâta, aurāte, penul. prod. (χρυσόφυρος,) Piscis est coloris aurei. Martial. lib. 13. 90.
Non omnis laudem pretiumque Aurata meretur,
Sed cui solus est concha lucrina cibus. Plin. lib. 32. cap. 5. 1. Auxilio est piscis Aurata in cibo. Vulgus Italorum adhuc vocat Vna orada.
Auratura, Auratus, Vide AVRVM.
Aurea, Frænum quod ad aures equorum religabatur. Fest. Ité Aurea siue aureola legitur apud Vlp. in L. Quid tamen. ff. de contrah. empt.
AVRELIA, Familia apud Romanos. Festus, Aureliam familiam ex Sabinis oriundam à Sole dictam putant, quòd ei publicè à Populo Romano datus sit locus, in quo sacra faceret Soli, qui ex hoc Auselii dicebantur, vt Valesii, Papirii, pro eo quod est Valerii, Papirii.
Aureolus, Aureus, Vide AVRVM.
Aurichalcum (ἠρείχαλκος,) ab auro & ære dictum est. χαλκὸς enim, æs dicitur. Festus, Aurichalcum vel orichalcum quidam putant compositum ex ære & aurosiue quòd colorē habeat aureū. Orichalcum tamē dicitur q; in mōtuosis locis inuenit. mons etenim Græcè ὄρος appellatur. Plin. lib. 34. cap. 2. 1. Mox vilitas præcipua, reperto in aliis terris præstantiore maximè aurichalco, q; præcipuam bonitatem, admirationemque diu obtinuit.
Aurichalcum pro nummo ex aurichalco facto polluisse videt Plaut. Mil. 10. 64. Cedo tres mihi hoies contrà aurichalco emptos istis moribus.
Auricomus, Vide AVRVM.
Auricula, Auricularis, Vide AVRIS.
Aurifer, Aurifex, Aurifodina, etc. Vide AVRVM.
Auriga, auriga, pen. prod. com. gen. (ἡνίοχος,) propriè dicitur, vt ait Seruius, qui currum regit. Ouid. 2. Metam. 66. Hic situs est Phaeton, currus auriga paterni.
Auriga, pro agasone apud Virgilium. 12. Aeneid. 17.
Circumstant properi aurigæ, manibusque laceſſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pectora plausa canit. Properi, Id est festini, veloces: & erit nominatiuus hîc properus. Seruius.

Aurigam pro nauta dixit. Ouidius. 1. Trist. eleg. 3. 24. Aurigam video vela dedisse tibi.

Auriga in fœminino genere apud Virgilium. 12. Aeneid. 182.
Nec currus vsquam videt, aurigamque sororem.

¶ Auriga, signum cœleste iuper Tauri cornua: hunc cũ Tauro vna elata stella coniungit. Retinet autem Auriga stellas duas in manu, quæ Hœdi vocantur: quorum & ortus & occasus tempestates grauissimas facit. Oriuntur autem cum Scorpio, mense Octobri. Hæc Seruius. Colum. lib. 11. cap. 2. 55. Quarto Nonas octobris Auriga occidit. Cic. 2. de Natura Deorum. 159. Auriga
Sub læua Geminorum obductus parte feretur.

Aurigo, aurigas, pen. prod. (ἡνιοχέω,) aurigare, Currum regere. Sueto. in Caligula, cap. 18. Nec vllis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. Idẽ in Nerone, cap. 22. Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sæpius voluit. Ibidem, cap. 24. Aurigauit quoque plurifariam. Plinius. lib. 35. cap. 5. 4. Quum ipse concolori panno aurigaturus esset.

Aurigatur (inquit Nonius) honestè positũ, pro moderatur ac regit. Varro Modio, Ad se vnum esse pulmentarium secundas, quo natura auri gatur, non necessitudo.

Aurigatio, Verbale, (ἡνιοχία,) Gellius lib. 7. cap. 8. Quibus verbis delphini amantis, & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus gestationes, aurigationes refert. Sueton. in Nerone, cap. 35. Ipsam quoq; ictu calcis occidit, quòd se ex aurigatione serò reuertum grauida & ægra conuitiis incesserat.

Aurigarius, (ἡνιοχεύς,) videtur vsurpari à Suetonio in Nerone, cap. 5. p eo qui curam habet instruendi aurigas in spectaculis. Perhidiæ verò (inquit) tantæ, vt non modò argentarios pretiis rerum coemptarum, sed & in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

AVRIGDA, (ἀυριγδα,) Ptolomæo vrbs Cyrenes. vulgò Zadra.

Auriger, Adiectiuum. Vide AVRVM.

Auripigmentum, (ἀρσενικόν,) nius lib. 33. cap. 4. 12. his verbis, Aurũ faciendi est etiã vna ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus, in sũma tellure, auri colore, sed fragili, lapidũ specularium modo.

Auris, huius auris, f. g. (ὖς, οὐος,) ab hauriendo dicitur, aspiratione detracta, quòd voce accipiat, & quasi haurire videatur. hinc Virgilius. 4. Aeneidos. Vocemque his auribus hausi. Hoc est intellexi. Plautus Asinaria. 7. 64. Istud iam quod affers aures expectant. Terẽt. Phorm. 5. 6. 27. Astiti, animam compressi, aurem admoui.

¶ Auris etiam in animalibus. vt Auribus lupum tenere, pro in dubio esse. Terent. Phorm. 3. 2. 21. Vide LVPVS.

Auri in ædes vacuæ, loco dixit Plautus Pseud. 7. 54. pro surdo.

Voluptas auriũ. Quint. lib. 1. cap. 10. 3. Enumerent fortasse multos quan libet vtiles foto, qui nec geometren audiuerunt, nec muscos, nisi hac communi voluptate aurium intelligant.

Acutæ aures Satyrorum. Horat. 2. Carm. ode. 19. 1.

Aures applicatæ. Vide APPLICO.

Arrectæ aures. Virgilius. 1. Aeneid. 52.

Attenta auris. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 4.
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.

Rumoribus auida auris. Claud. 1. Paneg. 10.

Bibulæ aures. Persius Saty. 4. 5.
Nequicquam bibulas populo donaueris aures.

Binæ aures. Virgilius. 1. Georg. 36.

Calens auris. Iuuenalis Saty. 11. 19.
– bilem tibi contrahit vxor
Humida suspectis referens multitia rugis,
Vexatasque comas, & vultum, auremque calentem.

Capaces aures. Vide CAPAX.

Caste aures. Claud. Paneg. 2. 62.
Ante fretum deleta mihi ne turpia castis
Auribus Italiæ factorum exempla nocerent.

Clementes aures. Claud. Paneg. 6. 33.

Vocibus ambiguis decepta auris. Ouid. 7. Metam. 167.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem.

Demissæ aures. Virgil. 3. Georg. 98.

Aures decisæ. Tacitus libro. 12.
Romanum increpans decisis auribus vinere iubet.

Dextra auris, contrarium Læuæ. Ouid. 12. Metam. 68.
Et missum dextra leuam penetrauit ad aurem.

Docilis auris. Claudianus epigram. 10. 2.

Duræ aures. Virgil. 4. Aeneid. 86. Cur mea dicta negat duras dimittere in aures? Claud. 4. Paneg. 74.

Festæ aures. Claudianus de bello Getico. 42.

Fidæ aures. Ouid. 10. Metam. 77. Murmura verborum fidas nutricis ad aures Peruenisse ferunt.

Fissa auris. Persius Saty. 6. 8.
– mihi festa luce coquatur
Vrtica, & fissa fumosum suscipiat aure.

Gemmę aures. Ouid. 10. Metam. 24.

Gratæ aures. Claud. in Præfat. belli Getici. 4.

Hebetes aures. Vide Habet aures hebetes.

Stant hispidæ aures, id est erectæ sunt. Seneca in Hippo. 10. 10. de Tauro Marino loquitur.

Humana auris. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 19. Das aliquid famę, quæ cautiõe gratior aurem Occupat humanam.

Ima auris. Vide IMVS.

Inuitę aures. Ouid. 2. de Arte amandi. 90.

Lassæ aures. Id est audiendo defessæ. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 2.
Est breuitate opus, vt currat sententia neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures.

Memor auris. Ouid. 3. de Arte amandi. 139.
Contigis ad timidas aliquis malè sedulus aures
Auditos memori detulit aure sonos.

Misera auris. Iuuenal. Saty. 9. 12.
– & miseram vinosus inebriet aurem.

Murilatæ aures. Vide MVTILVS.

Obstaratis auribus fundere preces. Id est rogare non auditurum. Horat. Epod. 17. 13. Quid obstaratis auribus fundis preces?

Odiosæ aures. Ouidius. 1. de Arte amandi. 98.

Patiens culturæ auris. Horat. 1. Epist. 1. 8. Si modò culturæ patiens fuit aurem. Id est quæ sinat se coli erectis vitiis.

Patulæ aures. Horat. 1. Epist. 19. 14.

Placidæ aures. Virgil. 4. Aeneid. 89. Statius. 5. Thebaid. 47.

Pronę aures. Claud. de bello Gild. 86.

Rimosa auris. Id est quæ nihil secretorũ tenet. Horat. 2. Serm. Saty. 6.
Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.

Secreta auris. Horat. 2. Serm. Saty. 8. 16.
– tum in lecto quoquo modo videres
Stridere secreta diuisos aure susurros.

Securæ aures. Ouidius. 2. Amorum, eleg. 2. 11.

Aures sitientes, pro audiendi cupidis. Cicero ad Atticũ, lib. 2. Epist. 3.
Quantam mihi moues expectationem de sermone Fibulli &c. quos de ira fac venias ad sitientes aures

Solicitæ, plenæque sonoribus aures. Lucret. lib. 6. 219.

Stolidæ aures. Id est quæ carent iudicio. Ouid. 11. Metam. 35.
– nec Delius aures Humanam stolidas patitur retinere figuram.

Surdę aures. Tibullus. 4. eleg. 13. 1.
Nunc ego me surdis auribus esse vélim.

Atticorum aures teretes & religiosæ. Cic. in Orat. 15. Ad atticorum aures teretes & religiosas, qui se accommodant, ii sunt existimandi. Atticè dicere. Idem de Optimo genere Orat. 146.

Timidæ aures. Ouid. 1. Fast. 36. Et 3. de Arte amandi. 30.

Tritæ aures. Cicero de Claris Oratoribus. 64. De incestu Iaubatio puerilis est locis multis: de amore, de tormentis, de rumore hominũ, nè inanes, verumtamen nondum tritis nostrorum hominum auribus, nec erudita ciuitate tolerabiles.

Vacuæ aures. Ouid. 12. Metam. 12.

Vaporata auris. Persius Saty. 1. 13.
Inde vaporata lector mihi ferueat aure.

Aures verberatæ sermonib⁹. Tacitus in Vita Iulii Agricolæ. Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas.

¶ Abhorret à nobis auris deorum, atque animus. Cic. ad Octauium. 4.

Abuti auribus. Vide ABVTOR.

Accidit auribus, & ad aures. Vide ACCIDO.

Ad aurem alicui accedere. Vide ACCEDO.

Ad aures alicuius accedere. Vide ACCEDO.

Accipere auribus. Quintil. lib. 1. cap. 6. 2. Primum, quia emendationem auribus modò accipiunt. Vide ACCIPIO.

Auribus accipere mandata. Cicero. 8. Philipp. 252. Hæc tu mandata Pisõ, & tu L. Philippe principes ciuitatis, nõ dico animo ferre, verum auribus accipere potuistis?

Multa auribus accipere, oratoris est. Cic. 1. de Orat. 110. Quoniam decendi facultas non debeat esse ieiuna atque nuda, sed alperia atque distincta multarum rerum iucunda quadam varietate, fit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo peruertisse.

Audire miserorum vocem, & auribus accipere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 29.
Non enim audire iudex videtur aliena mala deflentes, sed sonum vocem auribus accipere miserorum.

Auribus primis accipi. Tacitus lib. 17. Obtrectatio & liuor primis auribus accipiuntur.

Accommodare aures. Claud. de bello Gild. 86.
– pronasque ferox accommodat aures.

Aures alicuius adire. Tacitus lib. 11. Vbidiã virginũ Vestaliũ vetustissimam orauit, Pontificis maximi aures adire, clementiam expetere.

Admittere auribus. Vide ADMITTO.

Admonere ad aurem. Vide ADMONEO.

Admouere ad aurem. Vide ADMOVEO.

Tardas aures monitis aduertere. Propert. 1. eleg. 1. 8.

* Tarditas aurium. Celsus lib. 6. cap. 4. & ibi transitum audieus aperire.

Afferre aures verbis, Id est audire. Ouid. 1. de Arte amandi. 98.
Neue aliquis verbis odiosus afferat aures.

Agnoscere auribus. Vide AGNOSCO.

Facili aure annuere. Propert. 1. eleg. 1. 7.

Aures arrigere, quod oratores patefacere dicunt. Vide ARRIGO.

Astare arrectis auribus. Virg. 1. Aeneid. 32. –arrectisque auribus astant.
Metaphora ab animalibus sumpta.

Auersa aure non audire. Tibullus. 3. eleg. 3. 6.
Audiat auersa non meus aure Deus.

Auribus parum audire. Vide AVDIO.

Aure bibere. Vide BIBO.

Aures calent illius criminibus. Cic. in Sallust. Scio me P. C. in respondendo non habere magnam expectationem, quòd nullum vos scratis nouum crimen in Sallustium audituros, sed omnia vetera recognituros, quæ & me & vestræ, tam & ipsius aures calent. Id est plus nimio assuefactæ, & quasi attritæ. Metaphora à calore qui generatur ex frequenti collisione & attritu duorum corporum.

Auribus surdis canere. Vide CANO.

Auribus capere spolia. Plaut. Mil. 10. 3. – nam opus est nunc tuto loci, Inimicus nequis nostris spolia capiat consiliis,
Atque vnde inimicus, nequis spolia capiat auribus. Id est nostra audiendo consilia, ne sibi consilium capiat, vnde possit esse superior. Iocus Plautinus. Vnde prouerbiũ Periculum. Alienis auriculis colligere escas.

Pactum mirabile ceperat aures: Id est attentas fecerat. Ouid. 4. Meta. 55.

Captare auribus aera. Virg. 3. Aeneid. 105.

Circuit sonus aures. Statius. 4. Sylu. eleg. 4. 6. inde sonus geminas mihi circuit aures.

Aures vocibus circunsonant. Vide CIRCVNSONO.

Aures claudere ad voces doctissimas. Vide CLAVDO.

Claudere aures veritati. Cic. de Amicitia. 76. Cuius autẽ aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verũ audire nequeat, huius salus desperãda est.

Cõmodare aures alicui. Senec. in Hipp. 5. 3. & Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 11.

Auribus competere dicitur res aliqua. Tacitus lib. 3. Neque oculis, neque auribus satis competebant.

Aures complere. Vide COMPLEO.

Conciliare sibi aures. Claud. in Præfat. belli Get. 4.

Concipere aure sonos. Claudian. epigram. 10. 2.
Barbaricos docili concipit aure sonos.

Pauidas aures contingere dicitur scelus. Ouid. epist. 3. 12.
Quod scelus vt pauidas miseræ mihi contigit aures.

Aures dare alicui. Cic. ad Att. lib. 1. 5. 4. Etenim quum multos dies aures meas Acutilio dedissem, cuius sermonis genus notum tibi esse arbitror, non mihi graue duxi rescribere ad te de illius querimoniis.

Faciles dare aures. Senec. in Hippol. 4. 12. Est libenter audire aliquid.

Iustas dare vocibus aures. Valer. 7. Argonaut. 84. Significat verba recte accipere & perpendere.

Auribus dare, pro assentari & blandiri. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 3. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis daturum nihil adolescente tuo, atque adeò nostro (nihil enim mihi à te potest esse iucundiũ) aut amabilius omnibus iis qui Athenis sunt, esseaut studiosius, &c.

Aures suas poetis dedere. Cic. pro Archia. 19.

Niueus lapis deducit aures. Id est Gemma dependet ab auribus. Seneca in Hippoly. 4. 7.

Dicere aliquid dignum studiis atque auribus. Cic. pro Cluent. 52. Vos quæso vt adhuc me attente audistis, item, quæ reliqua sunt, audiatis profecto nihil à me dicetur, quod non dignum hoc conuentu & silentio, dignum vestris studiis atque auribus esse videatur.

In aurem dicere. Vide IN.

Aures diuidere aliò. Catul. in Carmine nuptiali, Nos aliò mentes, aliò diuisimus aures.

¶ In aurem vtranuis dormire. Vide DORMIO.

In alteram aurem. Sob. dormire. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28. 2. 1. Sed quoniam suscipis in alteram aurem de retentione, rescripsi ad tuas accuratè literas scriptas. Ita quoque dicitur in Vtranuis aurem dormire, pro eo qui securus viuit, neque aliquid timet.

Efficere dignum auribus hominum. Cic. 1. de Orat. 59. Qui nihil potest digoum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atque edere, is mihi etiam si commouetur, in dicendo tamen impudens videtur.

Erigere aures & animũ attendere. Cic. 3. Verr. 19. Quo tẽpore igitur aures iudex erigeret, animũq; attenderet? Quum Dio ipse prodiret, &c.

Exigi aure. Quintil. lib. 1. cap. 5. 13. Illa verò non nisi aure exiguntur, quæ fiunt per sonos.

Ferire aures. Cic. 1. de Orat. 188. Perisit. n. aures, hosum cum illa quæ iucunda & grata, tum etiam illa quæ mirabilia sunt in virtute laudari.

Ferit sonus trepidas aures. Seneca in Herc. Oetheo. 16. 1.

Ferre vocem ad aures, Id est rẽ aliquã alicui nũciare. Virg. 3. Aeneid. 19.

Faciles aures habere. Quintil. lib. 6. cap. 5. 6. Nam & faciles habuit aures & natura sequebatur.

Habere teretes aures. Cic. de Opt. genere Orat. 146. Sed qui dici à nobis Attico more nolant, ipsi autem se non oratores esse profitentur, si teretes aures hãt, intelligendi iudicio, tanquã ad pictura probanda, adhibentur etiam inscii faciendi cum aliqua solertia iudicandi.

Aures hebetes habet, qui negligenter audit, vel non curat audire quæ audienda sunt. Cic. pro Cn. Plácio. 54. Nam posteaquã sensi Populum Romanum aures hebetiores, oculos acres, atque acutos habere, destiti quid de me auditurí essent homines, cogitare. Sumpta metaphora ab ipsa ratione naturali, atque adeò physiognomia ipsius capitis: quibus n. oblongæ sunt aures, ii quidẽ optimè audiunt: qui antè hebetes hãt & minus cauernosas, ii deteriorem audiendi facultatẽ habent.

Imbuere aures sermonibus. Tacit. lib. 10. Pertinere ad Vespasiani honorem, occurrere illi quos innocentissimos Senatus habeat, qui honestis sermonibus aures Imperatoris imbuant.

Inculcare se auribus alicuius. Vide INCVLCO.

Influere in aures populi. Vide INFLVO.

Impellere aures. Virgil. 4. Georg. 70.
– iterum maternas impulit aures Luctus Aristæi.

Implere aures auditorie. Vide IMPLEO.

Implere aures sermonibus. Ouid. 12. Metam. 12.
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures.

Iuuare aures cantu. Lucret. 5. 77.
Antè fuit multò, quàm lenia carmina cantu
Concelebrare homines possent, aureisque iuuare.
Id est delectare, seu oblectare.

Voces aures lacessiant. Lucret. 4. 111.

Micare auribus. Virgil. 3. Georg. 16.
– micat auribus & tremit artus.

Mouet fragor attonitas aures. Seneca in Herc. Oetheo. 8. 20.

Mulcere aures. Ouid. 5. Metam. 113.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantaque doris Inguæ deperderet vsum.

Ad aurem obgannire, pro molestè insusurrare & obtundere. Vide OBGANNIO.

Obstruere aures. Virgil. 4. Aeneid. 89.
– placidasque viri deus obstruit aures

Offendere aures. Cic. in Orat. 84. Quamuis enim suaues, grauésve sententiarum sit contextus si inconditis verbis efferuntur, offendent aures, quarum est iudicium superbissimum.

Onerare aures odio. Vide ONERO.

Parcere auribus alicuius, est nõ sæpius inculcare illud quod inuitus quis audiat. Seneca in Oedipo. 14. 5.

Aures patefacere assentatoribus. Cic. 1. Offic. 139. Isdem temporibus cauendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo fallí facile est. Idem de Amicitia. 80. Ira fit vt is assentatoribus patefaciat aures suas maximè, qui ipse sibi assentetur, & se maximè delectet.

Patent aures querelis omnium. Vide PATEO.

Aures præceptis omnium monitisque patent. Cicero. 14. Philipp. 398. Memoria tenent, me ante diem XIIII. Cal. Ian. principem reuocandæ libertatis fuisseme ex Cal. Ian. ad hanc horam vigilasse Reipublicæ: meam domum, measque aures dies & noctes omnium præceptis monitisque patuisse.

Aures patent ad disputationem. Cic. Appio Pulchro. lib. 3. 16. 11. Iã verò non tantum mihi videntur iniuriam facere ii, qui hæc disputant, quã ficuius aures ad hanc disputationem patent.

Fremitus aures pepulit meas. Seneca in Hipp. 7. 4.

Percussit aures murmur. Seneca in Agamem. 7. 9.

Aures peregrinantur, quum non versantur in perugato ciuitatis sermone: quum soli ignoramus quæque omnes norunt in vrbe fieri. Cic. pro Milone. 14. An verò Iudices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac vrbe versamini, vestræ peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur? quas ille leges, &c.

Perfluunt aures dicta. Quintil. lib. 2. cap. 5. 9. Sic audientibus securitas aberit, nec quæ dicentur perfluent aures.

Pei mouere aures precibus. Claud. 4. Paneg. 74.

Permulcere assistentiũ aures. Quint. lib. 2. ca. 12. 5. Nihilq; aliud quàm quo vel prauis voluptatibus aures assistentiũ permulceant, quærunt.

Personare aures alicuius. Vide PERSONO.

Perstringere aures. Id est strictim penetrare. Hora. 2. Carm. ode. 1. 4. Iam nunc minaci murmure cornuum Perstringit aures.

Peruenire ad aures, pro audire. Virgil. 1. Aeneid. 16.
Fando aliquid si fortè tuas peruenit ad aures.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peruenit ad aures crimen. Ouid. 1. de Arte amandi. 90.
Quæ simul inuitas crimen peruênit ad aures.
Ad aures vix peruenit istius suspicionis fama. Cic. pro Sylla. 9.
Prębere aurem. Ouid. 7. Metam. 167.
Aures non obtusas prębere. Cic. Antequam iret in exil. 8. Nûc si eadem conditio disceptationis proponeretur, æqui auditores adhibebûtur, aures non obtusæ criminatione, sed vacuæ prębebuntur.
Præcludi aures alicui. Quintil. lib. 7. cap. 1. 11. Nam quod fecit, id nonnunquam potentius fit in propositione: quæ si animos occuparit, prope aures ipsi defensioni præcluduntur.
Aurem prouellere. Seneca, Aurem mihi prouellam. Id est me ipsum admonebo & reprehendam. Budæus.
Pulsat aures vlulatus. Claud. de bello Getico. 126.
Pulsáretque tuas vlulatus coniugis aures.
Radere aures delicatas. Quintilianus libro. 3. cap. 1. 4. Quorum ne ieiuna, atque arida traditio auerteret animos, & aures, præsertim tam delicatas, raderet, verebamur.
Recipere auribus, pro audire. Stat. Thebaid. 10. 153,
Recipere sonum aures dicuntur. Cic. 2. de Na. Deorum. 211. Aures quû sonum recipere debeât, qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatę sunt.
Respirant aures à. Quintil. lib. 1. cap. 8. 8. Quum poeticis voluptatibus aures à forensi asperitate respirent.
Sonant aures. Cel. lib. 1 cap. 3. Cui sonant aures.
Sonant aures intra se ipsas. Cel. lib. 6. cap. 6.
Substringere aurem. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 10.
Aurem substringe loquaci.
Susurrat aure. Id est in aurem. Ouid. 3. Metam. 129.
Aurem tangere. Plin. lib. 11. cap. 45. 4. Est in aure ima memoriæ locus quem tangentes attestamur.
Sonus terget aures. Lucret. lib. 6. 24.
Aridus vnde aures terget sonus ille.
Tinniunt aures. Catullus epigram. 48. 77. –sonitu suopte
Tinniunt aures.
Torquere aurem. Horat. 1. Epist. 1. 26.
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem.
Aurem vellere. Virgil. in Sileno, Eclog. 6. 1.
Quum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit pastorem. Vbi Seruius, Vellit, id est mouit: vt alibi, Postesq; à cardine vellit. Tractum à more præceptorum, qui dum pueros suos admonent alicuius rei, aurem vellunt ac trahunt, vt in mentem reuocent.
Venit ad aures fama. Seneca in Octauia. 6. 1.
Apud aures. Tacit. lib. 4. Apud aures superbas offensioni proniores.
Auricula, Cartilago illa est circum aurium concauitatem, non autê parua auris. Hæc Valla lib. 1. Martial. lib. 5. 85.
Auriculam Mario graniter mirantis olere:
Tu facis hoc, garris Nestor in auriculam.
Auriculæ albę. Persius Saty. 1.
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.
Auricula ínfima mollior, Hyperbole prouerbialis, in homines minimè iracundos, leniúque ingenio preditos. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 16. 5. Tu quemadmodum me censes oportere esse & in Repub. & in nostris inimicitiis, ita & esse & fore auricula infima scito mollorem. Translata meraphora ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore mollius, aut flexibilius, lentiusque, vt quę nec osse rigeat, neq; cartilagine durescat, neque neruis intendatur. Erasmus.
Auriculas Asini habere. Persi⁹ Saty. 1. 13. Auriculas asini quis nõ habet?
Auriculas teneras radere. Persius Saty. 1. 11. Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas?
Auferre auriculam. Vide AVFERO.
Demittere auriculas. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 4.
Demitto auriculas, vt iniquę mentis asellus.
Opponere auriculam. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 16. –ego verò
Oppono auriculam.
Auricularis, & hoc auriculare, pen. prod. (ὠτικός,) Item auricularius, Adiectiuum: vnde Auricularium specillum dicim⁹, quê Celsius lib. 5. & 6. Oricularium vocat: & in Verminatio auricularis vocaî, quû putridæ aures vermib⁹ scatêt. Et Auricularis digitus, paru⁹ quo aures mũdant.
Auritus, pen. prod. (ὠτώεις,) Adiectiuum, à magnis auribus dicitur, vt sunt asinorum & leporum: aliàs ab audiendi facultate: Hęc Festus. Oui. 2. Amor. ele. 7. 3. Asellus auritus. Virgil. 1. Geor. Auritosq; sequi lepores. Vbi Seruius, Auritos lepores, maiores aures habentes. Martial. lib. 7. 86. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.
Aurita aduncitas rostri. Plin. lib. 10. cap. 49.
Auritæ quæ eus, Sensum audiendi habentes. vt interpretatur Seruius in primum Georg. Virgilii. Horat. 1. Carm. ode. 12. 2.
Doctum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.
Auritus populus, qui attentè audit. Plaut. in prol. Asin. 4. Face iam nunc

præco omnem auritum populum. Id est attentos redde.
Auriti testes. Plaut. Trucul. 10. 8.
– pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti
Decem. qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè sciunt.
Auriscalpium, (ὠτοξυκτης,) instrumentum quo mũdantur aures de quo sic Martialis in Apophoretis, lib. 14. 23.
Si tibi morosa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

Auritus, Vide AVRIS.

Auro, auras. Vide AVRVM.

AVRORA, pen. prod. (ἠώς,) Filia fuit Titani, & Terræ, quam si mulierem volumus arbitrari, eo quòd eam Tithoni fi atris Laomedontis dicat Ouidius fuisse coniugem, possumus eam existimare aliqui ingenii potentiæ & admirandi decoris fuisse fœminam. Sed verisimile est de ea intellexisse poetas, quam omnes dicunt Auroram: eum fecisse matutinum splendorem, quo cœrnimus ante Solem elevatam cœlum albescere: quam ideo Titam dicunt filiam, nó quia ex Titano natam credant, sed ex Sole, quem sæpissimè ex nomine aui Titanum vocant. Nam ex Sole procedit illa claritas cœli quam auroram dicimus. Terræ autem ideo dicitur filia, quia videtur intuentibus, è terra prodire. Ex Bocatio. Cicero. 1. de Diuinat. 24. Quum primum gelidos roseis
Aurora remittet. Idem in Arato. 7.
Humida non sese vestris Aurora querelis
Ocyus ostendet clari prænuntia Solis.
Aurora, auroræ, (ἠώς,) Diluculum. Varro de Lingua Latina, lib. 6. Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo quòd ab igne Solis tum aureo aurea dicitur. Iuuenalis Saty. 10. 1.
Omnibus in tertis quæ sunt à Gadibus, vsque
Auroram, & Gangem, pauci dignoscere possunt Verba bona. Ouid. lib. 1. Meta. 6. Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit.
Ab aurora. Vide AB.
Prima aurora, vel Crastina aurora. Virgil. 4. Aeneid.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Titoni croceum linquens aurora cubile. Vbi Seruius prima aurora designatio temporis est, nõ diei descriptio. Vnde infert, –vt primo albescere lucem Vidit. Idem 1. Georg. 89. Sic in. 12.
– quum primum crastina cœlo
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit.
Lutea aurora. Virgil. 7. Aeneid. 6.
Pallida aurora. Virgil. 1. Georg. 89.
Purpurea aurora. Ouid. 3. Metam. 37.
Roseida aurora. Ouidius ad Liuiam. 57.
Vigil aurora. Ouidius. 2. Metam. 23.
Dimouet aurora humentem vmbram polo. Virgil. 4. Aeneid. 2.
Euocat auroram cantibus ales cristati oris. Ouid. 11. Metam. 190.
Aurora fulget. Ouid. lib. 2. Metam. 14.
– fulget tenebris aurora fugatis.
Fulget in roseis bigis aurora. Virgil. 7. Aeneid. 6.
Lustrat Phœbæa lampade terras aurora. Virgil. 4. Aeneid. 2.
Patefacit ab ortu purpureas aurora fores. Ouid. 2. Metam. 23.
Portat aurora diem et oceis equis. Ouid. ad Liuiam. 57.
Remouet aurora nocturnos ignes. Ouid. 4. Metam. 17.
Rubescit stellis aurora fugatis. Virgil. 3. Aeneid. 104.
Surgens aurora relinquit Oceanum. Virgil. 11. Aeneid. 1.
Vehunt auroram Phaetontis equi. Virgil. 5. Aeneid. 21.
Sub aurora, Circa diluculum. Ouid. Epist. 18 39.

Aurum huius auri (χρυσός, χρυσίου,) Festus, Aurum dictum quia præcipuè custoditur. Græci enim ἀφ' ἑαυτῶν custodire dicunt. Vnde & thesaurum. Hippocrates medicus de nomine inuentoris aurum dictum putat, quem vocitatum ait Auryon. Quidam ad similitudinem auroræ coloris nomen traxisse existimant: nonnulli quia mentes hominum auertat: alii à Sabinis translatum putant, quod illi aurum dicebant. Cic. de Senect. 51. Non enim aurum habere præclarum illud deri duxit, sed eis qui haberent aurum imperare.
Aurum quandoque sumitur pro ipso metallo.
Aurum & opes. Tacitus libro. 20. Sed vobis maximum discrimen, quos aurum & opes præcipuè bellorum causæ.
Aurum & argentum factum. Vlpianus, Si aurum factum legatum est, non ad eum pertinet cui legatum est, ex quo aliquid est effectum. Virgilius. 10. Aeneidos. 105.
– sunt auri pondera facti,
Infectúque mihi. Seruius iurisc, ita existimat, aurum vel argentum factum id videri, quo commodè vti possimus.
Aurum ferro nocentius. Ouid. 1, Metam. 14.
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum Prodierat.
¶ Aurum, pro aureis nummis aliquando accipiê. Cicero pro Flacco. 19. Pergami non multum auri ratio constat, aurum in ærario est.

¶ Aurum, pro vestimentis aureis, maximè muliebribus. Plaut. Mostel. Agedum contempla aurum & pallam. Idem Curcul. 8. 64. Et aurum, & vestem. Terent. Eunuch. 4. 1. 13. Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi vt auferam. Et Heaut. 2. 3. 7. 61. –hei mihi! 5. Aurum, vestem: & vesperascit, & non nouerunt viam.
Aceruus auri. Horat. 1. Epist. 2. 16.
Amore auri cæcus. Virg. 1. Aeneid. 71.
Diuitis auri imperiosa fames. Ouid. ad Pisonem. 44.
Fulgor ab auro fusus. Valer. 5. Argonaut. 49.
Pondus auri. Tibul. 1. eleg. 9. 7.
Auri funiem interpretatur Plinius quod Græci chrysocollam dicunt. Sic enim ait libri. 33. Nat. hist. proœmio. 4. Eruitur aurum & chrysocolla iuxtà, vt pretiosior videatur nomen ex auro custodiens. parum enim erat vnâ vitæ inuenisse pestê, nisi in pretio esset auri etiã lanies.
Concolor auro, id est Pallidus. Silius lib. 1. 47.
Corusci auro iuuenes, Aureis induti vestibus. Virg. 9. Aeneid. 34.
Insignis auro & purpura. Vide INSIGNIS.
Pretiosior auro. Ouid. 8. Metam. 17.
Aurum argentosum. Vide Argentosus.
¶ Aurum barbaricum. Vide BARBARICVS.
Aurum cœlatum. Vide CAELO.
Aurum coronarium. Gellius lib. 5. cap. 6. Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. id vulgò dicitur Aurum coronarium. Cic. 1. de Lege Agraria. 7. Ex auro coronario, quod neque consumptum in monumento, neque in ærarium relatum sit, id ad Decemuiros referri iubet. Idem in Pisonem. 51. Mitto aurum coronarium, quod te diutissimè torsit, quum modò velles, modò noles. lex enim generi tui & decerni, & te accipere vetabat, nisi decreto triumpho. Vide Seruium lib. 8. Aeneid.
Coronatum aurum, Corona ex auro. Stat. 3. Sylu. 4. 1.
Distinctum aurum, Seneca in Hippol. 3. 10.
Fusile aurum, Liquidum. Ouid. 11. Metam. 26. Fusile per riuos aurum fluitare videres. De Mida loquitur, cui potaturo, vinum & aqua in aurum mutabantur.
Gemmarum aurum, Gemmæ auro inclusæ. Stat. 3. Sylu. 4. 19.
Implexum crinibus aurum. Plin. lib. 33. cap. 1. 8.
Intextum vestibus aurum. Ouid. 6. Metam. 14.
Læue aurum. Valer. 1. Argonaut. 59.
Latum aurum. Iuuenal. Saty. 10. 3. Et lato Setinum ardebit in auro.
Lentum aurum. Ouid. 3. de Arte amandi. 25.
Micans. Ouid. 2. Metam. 1.
Clara micante auro, flammasque imitante pyropo.
Nitidum aurum. Ouid. 9. Metam. 138.
Obrizum aurum. Vide OBRIZVM.
Philippeum aurum. Plaut. Curcul. 8. 69. Ibi nunc statuam vult dare aureã solidam faciendam ex auro philippeo.
Aurum pingue. Persius Saty. 2. 6. – inculaque pingui
Auro dona feram.
Rutilum aurum. Claud. de Raptu Proserp. 37.
Subæratum. Persius Saty. 5. 11. Nequa subærato mẽdosum tinniat auro.
Solidum aurum. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 11.
Tholosanum aurum, Prouerbium in eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nonnoq; ac miserando exitio perit. Cic. 3. de Nat. deor. 106. Cognosce alias quæstiones, auri Tholosani, cõiurationis Iugurthinæ.
Aurum textile. Plin. lib. 33. cap. 3.
Figuris aurum terribile. Id est cœlatum aurum figuris horrendis. Stat. 6. Thebaid. 107.
Aurum abdicare. Vide ABDICO.
Aurum appendere. Vide APPENDO.
Ardet auro clypeus. Stat. 2. Achil. 10. –clypeumque iis iungere donis,
Qui pulcher signis, auroque asperrimus ardet. Signis auroque, pro aureis signis politit.
Auro aliquem attondere. Vide ATTONDEO.
Solicito bibunt auro superbi. Seneca in Hippoly. 4. 33. Dicit solicitum, non quòd aurum sit anxium sed, quia qui auro bibunt, soliciti sunt propter venenũ suspicionem.
Auri sacra fames. Virg. 3. Aeneid. 12.
Dines aurum. Ouid. ad Pisonem. 44. – nec enim me diuitis auri
Imperiosa fames, & habendi sæua libido Impulerant.
Captus auro. Horat. 2. Carm. 18. 2.
Auro cludere. Vide CLVDO.
Commodare aurum. Quintil. lib. 5. cap. 13. 24. Clodia aurum se Cœlio commodasse dicit, quod signum magnæ familiaritatis est.
Aurum in ludos consumere. Vide CONSVMO.
Aurum fluit ignibus. Ouid. 2. Metam. 15. – fluit ignibus aurum.
Defossio incubare auro. Virg. 2. Georg. 102.
Effingere in auro, Aureis figuris exprimere. Virg. 6. Aeneid. 7.
Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis patriæ cecidêre manus.

Effulgere auro. Virgil. 5. Aeneid. 27.
– ipsique in puppibus auro
Ductores longè effulgent. Auro, id est auratis vestibus aut armis.
Erigere aurum terra. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 11.
Flauentes auro spicæ. Id est aureo colore. Ouid. 9. Metam. 138.
Illitum aurum vestibus. Horat. 4. Carm. 9. 3.
Incenditur auro purpura. Id est auro intexitur, quòd ex purpura veluti flamma elucear. Stat. 10. Thebaid. 12.
Includuntur auro smaragdi. Lucret. lib. 4. 237.
Indutur pedibus aurum. Vide INDVO.
Micante auro clara regia. Ouid. 1. Meta. 1. Clara, id est refulgens.
Radiante auro nitens. Ouid. 4. Metam. 128.
Renidens auro domus. Lucret. lib. 2. 6.
Rigentes auro exuuiæ. Silius lib. 15. 137.
Venas auri sequi. Lucret. lib. 6. 163.
Subducitur aurum terræ. Ouid. 3. de Arte amandi. 25.
Vacuare aurum mero. Id est aureas paterас. Stat. 5. Thebaid. 38.
Vænire auro, Auro vẽndi. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 5.
¶ Ab auro fulgorem reuereri. Vide A vel AB præpositiones.
Auratus, penult. prod. (διάχρυσος,) Adiectiuum. Auro rectus. vt Aurata tecta. Cic. in Parad. 62.
Auratus aries Colchorum. Cic. in Orat. 93.
Cassis aurata. Stat. 7. Thebaid. 184.
Auratus currus. Cic. post Reditum in Senato. 25. P. Lentuli beneficio ex cellenti atque diuino, non solum reducti sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi viri, sed equis insignibus, & curru aurato reportati.
Imbres aurati. Claud. 3. Paneg. 46.
Milites aurati. Liu. 9. ab Vrbe. 109.
Tunicæ auratis militibus versicolores.
Monilia aurata. Ouid. 5. Metam. 11.
¶ Aurati. Vide AVRA pro fauore, ex Seruio.
Auratura, penult. prod. (χρύσωσις,) Quinti. lib. 8. cap. 6. De hypallage. Sed nomen immuto, vt quum aurata tecta, aurea: pusillum à vero discedo, quia non est nisi pars auratura.
Auramentum, videtur instrumentum esse effodiendo, aut purgando auro accommodatum. Plin. lib. 33. cap. 3. 21. Hispania strigiles vocat auri paruulas massas, quòd super omnia solum in massa auramento capitur, quum cætera in metallis reperta igne perficiantur. Emendatiora exemplaria legunt, In massa aut ramento capitur.
Auratus, Adiectiuum, vt Auraria metalla. Plin. lib. 37. cap. 12. 1.
Auratum negotium. Plaut. Bacchid. 4. 51.
Aurarium hoc ad me nunc attinet negotium:
Mille & ducentos philippos attulimus aureos
Ephesoquos hospes debuit nostro seni.
¶ Aurarii pro fauoribus. Vide AVRA pro fauore.
Aurarium etiam fabrum dicere possumus, qui auro aliquid obducit.
Auraria, Substan. (χρυσεωρυχεῖον,) Locus vbi aurũ effoditur, siue Aurifodina. Tacit. li. 3. Aurarias sibimet Tiberi⁹ sepositas. Fodinas intelligit.
Aurea ętas. Ouid. 1. Metam. 8.
Aurea prima sata est ętas, quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem, rectúmque colebat.
Aureus, Adiectiuum, (χρυσοῦς, χρυσέος,) Quod est ex auro. vt Aureæ literæ. Plin. lib. 7. cap. 32. Et aurea bulla, Plaut. Rud. 24. 127.
Cæsaries aurea. Virgil. 8. Aeneid. 130.
Aureus color, Auri colorem referens. Plin. lib. 11. cap. 15. 1.
Color aureus barbę. Ouid. 12. Metam. 79.
Coma aurea, Plana. Ouid. 12. Metam. 79.
Copia aurea, Dines & abundans. Horat. 1. Epist. 12. 6. –aurea fruges
Italiæ pleno diffudit Copia cornu. Copia hoc in loco significat dei vbertatis.
Dicta aurea elegantissima & maximæ vtilitatis. Lucret. lib. 3. 3.
Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos & idem depascunt aurea dicta.
Aurea cõiux. Virg. 7. Aeneid. 39. Sed est hoc loco ironia, in diuersam̃q; partem accipiendum, pro turpi & inamabili.
Gens aurea. Virgilius. 4. eclog. 2.
Horæ aureæ. Catull. epigram. 58. 2.
Sed vbi horis aureis Sol radiantibus oculis
Lustrauit æthera album. Aureas vocat vel ob dici claritatẽ, vel quia pretiosissima res sit tempus, vt pote cuius sit iactura irreparabilis.
Imago aurea. Ouidius Epist. 19. 47.
Luna aurea. Ouid. 10. Metam. 80.
Aureum malum. Virgil. eclog. 3. 11.
Aurea mala decem mihi, cras altera mittam. Vide MALVM aureum.
Mores aurei, Elegantes & amabiles. Horat. 4. Carm. 2. 5.
Munera aurea. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 13.
Aureum nomen. Cic. pro Sex. Rosc. 73. Venio nunc ad illud nomen aureum Chryiogoni, sub quo nomine tota societas statuitur. Hoc dicit quia Chrysos Græcè, aurum significat Latinè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nox aurea cingitur astris. Valer. 5. Argonaut. 113. pro nox cingitur aureis astris.

Aureus partus. Cic. Octauio. 9. Ego Patres Conscriptos ad parricidium iuduxi, ego Rempublicam fefelli, ego ipse Senatum sibi man° afferre coegiquè te Iunonii puerū, & atarris tuę partum aureum esse dixi.

Aureum potorium. Plin. lib. 33. cap. 10. & 12.

Aureus ramus oliuæ. Virgil. 6. Aeneid.

Aurea secula. Virgil. 6. Aeneid. 159.

Augustus Cæsar, diuûm genus, aurea condet Secula.

Sella aurea. Cic. 2. Philipp. 89. Sedebat in rostris Collega tuus, amictus toga purpurea in sella aurea, coronatus. Cæsarem intelligit.

Sol aureus. Virgil. 1. Georg. 47.

Aurea sponda. Virgil. 1. Aeneid. 141.
– aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda.

Sydus aureum. Horat. Epod. 17. 9.

Venus aurea. Virg. 10. Aeneid. 4.

Aurea vestis, pro barba aurea. Virgil. 8. Aeneid. 130.
Aurea cæsaries olhs atque aurea vestis. Seruius.

¶ Velati aureo amictu. Ouid. 14. Metam. 53.

¶ Aureus, tanquam substantiuum, & subauditur nummus: Nummum aureum significat. Plin. Immane tabulæ pretium, accepit aureos mensura, non numero. De aureo nummo vide Budæum lib. 3. de Asse, in ipso principio. Alciatus, Aureus nummus sestertios æris centum valebat, quod in disputationibus annotaui, hoc est denarios argenteos XXV. Sed deinde minoris æstimationis aureus fieri cœpit, & in Cæsarū constitutionibus solidus appellari: quorum LXXII. auri libram conficiunt. Cicero. 12. Philipp. 332.

Aureolus, pen. corr. (χρυσοειδὴς,) Adiectiuum diminutiuum.

Aureolum collum, Quod propè colorem auri refert. Varr. 3. de Re rust. cap. 9. 1. de gallis gallinaceis loquens, Rostro breui, acuto, oculis ratis aut nigris, palea rubra, subalbicanti, collo vario, aut aureolo.

Aureolus libellus. Cic. 4. Acad. 245.

Malum aureolum. Catull. 2. 3.
Tam gratum mihi quàm ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum. Atalantam intelligit.

Aureola oratiuncula. Cic. 3. de Nat. Deor. 57.

Pedes aureoli. Catul. 56. 34.

¶ Aureolus, diminutiuum ab Aureo, pro nummo aureo. Martialis libro 5. 19. Qui crepat aureolos, forsitan vnus erit. Idem lib. 10. 75. Aureolos vltro quattuor ipsa petit.

Auratilis puluisculus. Solinus cap. 25.

Auricomus, pen. corr. (χρυσόκομος,) Adiectiuum, Auream comam habens. Sipontinus.

Batauus auricomus. Silius. 3. 123.

Sol auricomus. Valer. 4. Argonaut. 19.

Aurifer, pen. corr. (χρυσοφόρος,) Adiectiuum, Quod fert aurum. vt Aurifer arbor. Cicero. 2. Tusc. 39.

Amnis aurifer Tagus. Catull. 27. 4.

Aqua aurifera. Ouid. in Ibin. 61.

Arenis auriferis pallet Tagus. Silius lib. 16. 112.

Arua aurifera Phœnicum. Silius lib. 16. 5.

Fons aurifer Pactoli. Claud. 3. Paneg. 13.

Auriferum nemus. Plin. lib. 5. cap. 1. 3.

Aurifera terra. Martial. lib. 10. 20. & 78. & Silius lib. 2. 81.

Aurifex, aurificis, pen. corr. m. g. (χρυσοχόος,) Faber aurarius. Plaut. Menæh. 1. 8. 8. Tibi equidem illam, ad Phrygionē vt ferres paulò prī. Et ſpinter, vt ad aurificem ferres, vt fieret nouum. Plin. Velut aurificū arte alternis inter folia candicantibus margaritis. Cic. 2. de Orat. 87. Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadā populari trutina examinantur. In emendationibus codicib' legitur, artificis statera. Idem 6. Verr. 49. Quum veller sibi annulum facere, aurificē iussit vocari in foro, ad sellam Cordubæ, & ei palàm appendit aurum.

Aurificina, pen. prod. Aurificis taberna.

Aurifodina, pen. prod. Locus vnde effoditur aurum. Pli. lib. 33. ca 4. 12

Aurifur, pen. corr. aurifūris, pen. prod. com. g. Qui furatur aurum. Plaut. Pœnu. 19. 55. Et mihi hic aurifur est.

Auriger, pen. corr. Adiectiuum. vt Auriger taurus. Cic. 2. de Diuin. 95.
Aurigeris diuum placantes numina tauris.

Arbor aurigera. Valer. 8. Argonaut. 22.

Auro, auras, aurare, A quo Inauro, & Deauro composita. Varro de Ling. Lat. lib. 6. Aurescit aer, dixit. Vide AVRORA.

Auſcularі, (καταφιλεῖν,) dicebant antiqui pro osculari, quod est os cum ore conserere. Festus.

AVSCI, (ἄυσκιοι,) populi sunt Aquitanię in Gallia Plinio. vulgò Aux.

Auſculto, auscultas (ἀκροάομαι,) auscultare, Audire. Plaut. Stich. 3. 3. 6. Auſculto atque animum aduorto sedulò. Terent. And.
– age, sed huc qua gratia
Te accersi iussi, ausculta. Idem And. 4. 5. 45.
– ô Chreme per tempus aduenis,
Ausculta. c. audiui iam omnia.

Auscultare ab ostio. Plaut. Mercat. 8. 9.

Auscultare ad fores. Plaut. Trucul. 4. 1.

Auscultemus hinc quid agat. Plaut. Curcul. 6. 19.

Auscultа paucis. Terentius Adelph. 5. 3. 20. Auscultа paucis; nisi molestum est Demea.

Iamdudum auscultо. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 1.

Auscultare aliquem. Plaut. Pseud. 7. 109. Te auscultabo lubēs. Idem Amph. 4. 146. Hic auscultet quæ loquar. Idem Bacchid. 1. 39. Auscultа pugnam quam voluit dare. Terent. Heaut. 4. 5. 13. Auscultа quod superest fallacię.

Populum auscultare. Catull. epig. 62. 8.

Auſculture, (πείθεσθαι, πειθαρχεῖν,) cum datiuo, pro Obedire ponitur. Varro lib. 5. de Ling. Lat. Ab audiendo etiam auscultare declinamus, quòd hi auscultare dicuntur, qui auditis parent. Plaut. Asin. 3. 50. Quę mihi auscultabunt, facient obsequelam. Idem Aulul. 7. 60. Terentius And. 1. 3. 4. Nec quid agā, certum est, Pamphilúmne adiutem, an auscultem seni. Idem Heaut. Vtine tu homini stulto mihi auscultare ratione qua & audire dicitur cum datiuo, pro obedire. Cic. pro Sulla. Amer. 62. Mihi auscultа, vide ne tibi desis.

Auscultare minus est quàm Audire. Cato apud Gellium, libro 1. cap. 10. Quòd si non conueniant, tum cōuocari iubet. Ita est cupidus ocellionis, vt conducat qui auscultet: itaque auditis, non auscultatis, răpum pharmacopolam. Pacuuius apud Ciceronem, lib. 1. de Diuinat. 113.
Nam istis qui linguam auium intelligunt,
Plusque ex alieno iecore sapiunt, quàm ex suo,
Magis audiendum, quàm auscultandum censeo.

¶ Auscultabitur, Impersonale. Plaut. Merc. 7. 120.
– excusato me feciſſe sedulò
Ad portum ne tres, dico iam tibi. c. auscultabitur.

Auſcultatio, (ἀκρόασις,) Verbale, Auditio.

Auscultatio, Obedirio. Plaut. Rudent. Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio? quid ve hinc abitio?

Auſcultātor, penult. prod. (ἀκροατής,) Verbale. Cic. in Partitionibus. Nam aut auscultator est qui audit, aut discęptator. Id est rei iudicandæque moderator.

AVSER, (ἄυσερ, vel ἄυσαρ,) vel Auseris, fluuius Italiæ prope Laurentum, cuius olim pars riuus ille qui iuxta Prias nunc labitur, fuit. Strabo. Auseri, Aesarem ponit.

Auſim, (τολμῶν,) Verbum defectiuum. Indicatiuo vel optatiuo futuri temporis, Ausim, ausis, ausit. Et pluraliter ausimus, ausitis, ausint. Præteris caret. Id est audebo, vel vtinā audeā. Liu. li. 1. ab Vrbe condita. Ausim dicere ausim. Virgil. 2. Georg. Ausim vel tenui vitem committere sulco. Id est ausus sim, vel audebo, teste Seruio. Festus, Ausim id audeas. Ouid. 6. Metamorph.
Et nihil est quod non inopino captus amore
Ausit. Catullus epig. 96. 14. – quis hunc deo Comparare ausit? Hoc est audeat.

Ausim confirmare. Lucret. lib. 5. 40.
Hoc tamen ex ipsis cœli rationibus ausim Confirmare.

AVSONIA, (ἀυσονία,) Ea dimtaxat pars Italię dicta est primò, in qua sunt vrbes Beneuentum, & Cales. ab Ausone Vlyssis & Calypsonis filio postea tota Italia, quæ Apennino finitur, Ausonia vocitata est ab eodem duce. Inde etiam Ausonii Itali dicti sunt.

Armipotens Ausonia. Stat. 3. Sylu. eleg. 2. 4.
Nobilis Ausoniæ celer armipotentis alumnus.

Auson, & Ausonus, (ἀυσόνιος,) Qui ex ausonia est, vt Gēs Ausonia, Mare ausonium, pars maris Tyrrheni, à Campania Siciliam versus.

Lingua ausonia. Id est Latina. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 13.
Ne tamen Ausoniæ perdam commercia Linguæ.

Terra Ausonia. Virgil. 4. Aeneid. 70.

Tybris Ausonius. Virgil. 5. Aeneid. 17.

Auſpex, auspicis, pen. corr. m. g. (οἰωνοσκόπος, οἰωνοσκοπεῖον, οἰωνιστὴς, μάντις,) Valla, Auspex qui præerat nuptiis celebrandis, quia Auspicium pro nuptiis capere solebat, adhibebaturque hac pro parte mariti. Hęc Valla lib. 6. Dictus est autem ab auibus aspiciendis, quemadmodum & Aruspex.

Auspex legis. Cicero ad Atticum, libro. 1. 22. 3. Quid quæris? tacuerunt me ad exagitandam hanc eius legationemquam si ille coarctasset, & si (vt scribis) bilem id commouuet, & latoribus & auspicibus legis Ciriatæ spectaculum egregium.

Auspices victoriarum. Plin. Victoriarum omnium toto orbe auspices.

Musa auspice. Id est duce. Horat. 1. Epist. 3. 3.

Phœbo auspice. Stat. 1. Syluarum. 2. 8.

Prouidus auspex. Horat. 3. Carm. ode. 17. 2.

Auspicālis, & hoc auspicāle, pen. prod. (οἰωνοσκοπικός,) Quod ad auspicium pertinet: vt Auspicalis piticulus, qui aliquid portendit, quasi gustet

gnificat futurum. Plin. lib. 33. cap. 1. 3. Tenuit & nostra memoria Caii principis ab Astura Antium remigantis, vt res est etiam auspicalis piciculus, siquidem nouissimè tum in vrbem reuersus Imperator, suis telis confossus est. De echeneide pisce loquitur.

Auspicium, (οἰωνισμὸς, οἰώνισμα,) inquit Festus, ab aue specienda. nam quod nos cum præpositione dicimus Aspicio, apud veteres Specio dicebatur. Valla lib. 6. Auspicium est vel à pasto auiū, vel ab inspectione animum. Sed quia Consul antequàm iret in expeditionem, capiebat auspicium: hinc factum est vt dicamus auspicia ducum atq; principum, quæ à solo duce capiuntur. Hæc Valla. Cic. 2. de Diuinat. 117. Quid est aliud nolle moneri à Ioue, nisi efficere vt aut ne fieri possit auspicium, aut si fiat, videri? Et paulo pōst. 118. Credo id quidem, sed hoc nihil ad auspicia. Nec enim ei cornix canere potuit rectè cum facere, quòd Pop. Rom. libertatem defendere pararet: ipse hoc sentiebat, sicuti sensit. Aues, euentus significant aut aduersos, aut secundos. Plaut. Amphit. 2. 56. An te auspicium commoratum est?

Funeris auspicium. Stat. 6. Thebaid. 45.

Auspicia nuptiarum. Cic. 1. de Diuinat. 54. Quod etiam nunc nuptiarum auspicia declarant.

Vrbs auspiciis condita. Cic. in Vatin. 10. Qui tantus furor, vt quum inaudita ac nefaria sacra susceperis, quum miserorum animas elicere, quum puerorum extis deos manes mactare soleas: auspicia, quibus hæc vrbs condita est, quibus omnis Resp. atq; imperium tenetur, contemperis?

Addicentia auspicia. Tacit. lib. 2. Auctus omine, addicentibus auspiciis vocat concionem.

Auspicium bonum. Catul. epig. 42. 70.
Nunc ab auspicio bono profecti,
Mutuis animis amant, amantur.

Bono auspicio promulgare legem. Cic. ad Att. lib. 1. 11. 21. Lurco autem Tribunus plebis qui magistratum simul cum lege Aelia inijt, solutus est & Aelia & Fufia, vt legem de ambitu ferret, quam ille bono auspicio Claudus homo promulgauit.

Consulare auspicium. Cic. pro Murena. 1. Quòd si illa solēnis comitiorū precatio, Consularibus auspiciis confecrata, tantam habet in se vim & religionem, quantam Reipub. dignitas postulat, idem ego precatus sum, vt iis quoque hominibus quibus hic Consulatus me rogante datus esset, ea res fauste, feliciter prosperēque eueniret.

Ferale auspicium. Claud. 1. in Eutrop. 47.

Grande auspicium. Ouid. 2. Trist. 35.

Infelix auspicium. Stat. 11. Thebaid. 68.

Iuge auspicium. Festus, Iuge auspicium est quum iunctum iumentum stercus fecit. Cic. 2. de Diuin. 117. Huic simile est quod nos Augures præcepimus, ne inge auspicium obueniat, vt iumenta iubeant disiungere.

Auspicium liquidum. Vide Liquidus in LIQVOR.

Auspicium malum. Plaut. Aulul. 12. 33. Næ ego ædepol veni huc auspicio malo. Ouid. epist. 13. 18.

Auspicio meliore. Plaut. Menæh. 14. 90.
Liber esto. MEN. quum tu es liber, gaudeo Messenio.
MEN. Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuò vt siem. Quemadmodum etiam melioribus auribus dicitur, pro meliore fortuna.

Auspicium militare. Cic. 2. de Diuinat. 110. Nam ex acuminibus quidē, quod totum auspicium militare est, iam M. Marcellus ille quinquies Consul totum omisit, idem Imperator, idem Augur optimus.

Mollia auspicia. Claud. 1. in Eutrop. 99.

Auspicium optimum. Cic. 1. de Diuin. 63. Itaque comitiorum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuit. Ibidem. 112. Fulmen sinistrum, auspicium optimum habemus ad omnes res, præterquàm ad comitia.

Auspiciis optimis. Cic. de Senect. 11. Augurēque quum esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro Reipub. salute gererentur: quæ contra Remp. fierent, contra auspicia fieri. Plaut. Sticho, Auspicio huc hodie ego optimo exiui foras.

Regalia auspicia. Claud. 7. Paneg. 1.

Secunda auspicia. Horat. 4. Carm. ode. 14. 4.

Salutis auspicium. Cic. de Prouinc. Consul. 37. Idem illam proscriptionem capitis mei contra salutem Reip. sed saluis auspiciis rogatam esse dicebant. Et ibidem. 38. Idem in Philippicis, Auspiciis saluis leges latæ. Id est non contra auspicia. Budæus. Ide ad Leat. 1. 2. 11. Nequid agi cū populo, aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, aut deniq; sine vi possit.

Solennia auspicia. Claud. 2. Paneg. 73.

Sinistrum auspicium. Vide Optimum auspicium.

Vtile auspicium. Ouid. 1. Fast. 44.

¶ Auspicium, pro ductu atque dispositione. Virg. 4. Aeneid.
Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas. Vbi Seruius, Meis auspiciis, argumentum à necessitate. Et auspiciis ideo, quia maiores omnia auspicatò gerebant. Ergo auspiciis, dispositionibus. Liuius, Vos auspicium, imperiumque ad Calenum deferte. Plaut. Epid. 8. 7. Vt importem in coloniam hunc, hunc auspicio meo commeatum? Plin. lib. 7. cap. 43. 5. Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum imperatorem, auspicio suo maximas res gerī,

Auspicio atque ductu. Plaut. Amph. Eos meo auspicio atq; ductu primo cœtu vicimus. * Liuius. 8. bel. Pun. 66. Ducta auspicioque Augusti perdomita est.

Imperio atque auspicio. Plaut. Amphit. 4. 38.
– expugnatum oppidum est
Imperio atque auspicio heri mei Amphitruonis maximē.

Ductu, imperio, auspicio. Plaut. Amph. 4. 42. Vt gesserit Remp. ductu, imperio, auspicio suo.

Virtute atque auspicio alicuius. Plaut. Epid. 8. 45. Virtute atque auspicio Epidici, cum præda in castra redeo. Studiosi enim illi iudicabantur, qui nihil inauspicatum gerebant.

¶ Auspicium, pro potestate etiam summa. Liuius Quoniam in prouincia Liuii res gesta esset, & eo fortè die quo pugnatum esset, auspicium eius fuisset. Et alibi item. Budæus. Virg. 4. Aeneidos
Communem ergo nunc populum, paribusque regamus
Auspiciis. Vbi Seruius, Paribus auspiciis, æquali potestate. Et ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Et dictum est à comitiis, in quibus iidem auspiciis creati, licet simul non crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auspicia. vnde & Consules, pares sunt: quum necesse esset vt vnus prior crearetur.

Auspicia maiora, maiores honores & magistratus significāt: nullus enim magistratus inauspicato creabatur. Budæus.

¶ Dare auspicium. Silius lib. 15. 31.

Signum & auspicium alicui dare. Silius lib. 7. 47.

Auspicia dirimere. Plin. lib. 8. cap. 57. Nam soricum occentu dirimi auspicia, annales referos habemus.

Dissoluere auspicia. Cic. in Vatinium. 15. An quia tu semper sic egisses, auspicia fueris augur dissoluturus?

Emerurri auspicia. Cic. 1. de Diuinat. 55. Appius collega tuus bonus augur, vt ex te audire soleo, non satis scienter virū bonū, & virū egregiū Censor C. Aetheium notauit, qꝰ ementitum auspicia subscripserit.

Auspicia euenerunt secunda. Cic. 1. de Diuinat. 52. Cuius quidē hoc præclarissimum est, quod posteaquam à Cęsare tetrarchiæ regno, pecuniāque multatus, negat se tamen eorum auspiciorū, quæ sibi ad Pompeium proficiscenti, secunda euenerunt, pœnitere.

Auspicium facere. Liuius. 1. ab Vrbe. 155. Circa summum culmen hominis auspicium feciſſe.

Facere ratum auspicium. Cic. 1. de Diuin. 121. Cur autem aliis à dextra, aliis læua datum est auibus, vt ratum auspicium facere possint?

Auspicia mittere. Liu. 1. ab Vrbe. 78. Tū pergit verbis auspicia quę mitti vellent: quibus missis Numa rex declaratus de templo descendit.

Prænonere auspicium. Cic. 2. de Leg. 34. Quisque agēs rem duelli, quiqi populārem, auspicium prænonento.

Vetat auspicium. Ouidius. 6. Fast. 153.

Auspicor, pen. corr. auspicāris, (οἰωνοσκοπῶ, μαντεύομαι,) auspicāri, Auspiciſi capere. Cic. 2. de Diu. 109. Illi autē qui in auspiciis admodū etiam meliorib⁹ auribus dicitur, pro meliore fortuna. ita imperauit is qui auspicat, dicito, silentiū esse videbit, nec tussipcit, nec circunspicit: statim respondet silentiū esse videri. Tū ille, Dicito si patcuntur. Patesiunt. Quæ aues aut vbi Attulit, inquit, in cauea pullos is, qui, &c. Sic. 2. de Nat. Deor. 17. Auspicari esset oblitus.

Auspicari tripudio. Cic. 1. de Diuinat. 130. C. Flaminius quum tripudio auspicaretur, pullarius diem prælii committendi differebat.

¶ Auspicari, Incipere. Plin. lib. 7. in procem. 4. Itaque feliciter natus iacet, manibus, pedibusque denectis, ficus, animal cæteris imperaturū, & à supplicijs vitam auspicatur, vnam tantū ob culpam, quia natū est. Colum. lib. 3. cap. 1. 1. Nihil enim prohibet nos P. Siluine, de iisdem rebus dicturos celeberrimi carminis auspicari principia.

Auspico, cas, (οἰωνοσκοπῶ,) dixit Plaut. Persa, Ego auspicaui in hūc diē.

Auspicare autem. Plaut. Sticho. 8. 46.
Certum est mussitāre posthac nunquam credere:
Nam incertiorem nullam noui bestiam:
Quin & ipsa decies in die mutat locum:
Eam auspicaui ego in re capitali mea.

Auspicare alicui rei. Plaut. Rud. 13. 10. Non hodie isti auspicaui rei, vt cum furcifero fabuler.

Auspicatus, pen. prod. (οἰωνιστὸς,) Participium.

Impetus non auspicatus. Horat. 3. Carm. ode. 6. 2.

Auspicatus locus. Cic. pro C. Rab. 7. Quamobrem vter nostrum tandem Labiene popularis est? tūne, qui ciuibus Romanis in cōcione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere? qui in Campo Martio eo mitius centuriatis, auspicato in loco, crucem ad ciuium suppliciū defigi & constitui iubens? an ego, &c.

Auspicatus, (αἴσιος,) nomē ex participio. Quint. li. 10. c. 1. Itaq; vt apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordiū. Hoc est felicissimū. Plin. lib. 16. cap. 18. 3. In cōsidē situs comitat, & spina, nuptiarū facibus auspicatissima, quoniā inde fecerint pallores qui rapuerūt Sabinas. Id est credebatur prosperum dare successū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem lib.13.cap.22.1. Nec auspicatior in Lesbo insula arbor quę vocatur euonymos. Catull.42.5. Quis vltos homines beatiores
Vidit quis Venerem auspicatiorem?

Auspicatò, Aduerbium, (αὐσπιμένως.) Id est auspicio capto. Liu.1.ab Vrbe.364. Augurum tantus honos accessit, vt nihil belli domiq; postea, nisi auspicato gereretur. Cic.2.de Nat.Deo.16. Itáne verò ego nó iustè, qui & Consul rogans, & augur, & auspicato?

Auspicato, Feliciter, vt ait Valla, quasi auspiciis non repugnãtibus. Plau. Persa.3.139. –vide

Vt ingrediare auspicatò. D. Iiquidum est auspicium. Terent. And.4.6.12. Haud auspicato huc me appuli. Vbi Donatus, Haud auspicatò, id est inauspicatus, quòd non esset auspicatus. Et vsitatum veteribus sic dicere, siquid aliquando aliter euenisset quàm vellent. Cicero.1. de Diuinat.5.&.51. Item.3. Verr.75. Nam vt Prætor factus est, qui auspicato à Chelidone surrexisset, sortem nactus est vrbanę prouinciæ. Et.2.de Diuinat.116. Bellicam rem administrari maiores nostri, nisi auspicato noluerunt.

Auspicato renuntiare Consulem. Cic. pro Murena.1. Quæ deprecatus à diis immortalib⁹ sum Iudices, more istitutoq; maiorũ illo die, quo auspicato comitiis cẽturiatis L. Murenã Cõsulẽ renũciauí: vt ea res, &c.

Auster, Austri, (νότος,) Ventus meridionalis, Auster Græcè νότος dicitur ab humore & nebula, quòd νοτὶς Græci, humor Latina interpretatione dicatur, ac sit is ventus sudoris effector. Hactenus Nonius. Virgil.4.Georg. Frigidus vt quondam sylvis immurmurat Auster. Cæsar.3.bel.Ciuil.102. Nacti Austrum naues soluunt. Colum.libro.11.cap.2.27.1111.Calend. Maias Auster ferè cum pluuia. Plin.lib.10.cap.63.10. Equæ à coitu solę animalium currunt ex aduerso Aquilonum, Austrorúmve.

Sibilus Austri. Virgil.5.eclog.16.

Ducere ętatem aduersis Austris. Horat.2.Epist.1.41.
Non agimur tumidis velis Aquilone secundo:
Non tamen aduersis ætatem ducimus Austris. Hoc est, Nec in summa prosperitate sumus, nec in summa calamitate.

Aquaticus. Ouid.1.Metam.171.
Alpirans. Virgil.5.Aeneid.152.
Calidus. Claud.de bel.Getic.12.
Aestibus spirans. Ouid.7.Metam.109.
Crepitans. Virgil.3.Aeneid.14.
Densus. Virgil.5.Aeneid.134.
Furens. Virgil.1.Aeneid.11.
Gelidus. Claud.7.Paneg.86.
Humidus. Virgil.1.Georg.92. Claud.2.Paneg.72.
Hibernus. Tibul.1.eleg.1.10.
Inexorabilis. Silius lib.16.20.
Lenis. Virgil.3.Aeneid.14. Vide LENIS.
Leuis. Valer.6.Argonaut.133.
Maidens. Senec.Herc.Oeth.1.15.
Madidus. Claud.3.Paneg.21.
Nebulosus. Seneca Medea.8.1.
Nigerrimus. Virgil.3.Georg.55. Stat.5.Theb.141.
Nocens corporibus. Horat.2.Carm.ode.14.4.
Nubilus. Ouid.11.Metam.133.
Plumbeus. Horatius.1.Serm.Saty.6.3.
Pluuius. Ouid.1.Metam.14.
Tepidus. Seneca Hipp.1.4.
Turbidus. Claud.22.epigram.41.
Validus. Horat.1.Epist.11.3.
Vehemens. Cic.Att.16.334.1.

Cadunt Austri. Vide CADO.

Immurmurat syluis Auster. Virg.3.Georg.53.
Increbruit Auster. Vide INCREBRESCO.
Ingeminant Austri. Id est repetunt suos flatus venti. Virg.1.Georg.67.
–ingeminant Austri, & densissimus imber.

Austri pro ventis, figura apud Virgilium celebrata, & est species pro genere. Virgil.1.Aeneid.11.
–loca fœta furentibus Austris Aeoliam venit.

Austrãlis, & hoc Austrãle, pen.pro. (νότιος,) vt Australis ora. Ci.1.Tus.107. Australis regio. Idẽ.2.de Nat.Deor.73. Et Australes morbos vocant medici q Austro flante generantur. est.n. ventus admodũ pestifer.
Australis annus. Claud.Eutr.1.81. Australẽ Arctos pẽsassetfrugib⁹ annũ.
Australis cingulus, id est Meridionalis zona. Cic.de Som.Scip.22. Duo sunt habitabiles, quorũ Australis ille, in quo qui insistũt aduersa vobis vrgent vestigia, nihil ad vestrum gen⁹. Loquũr de quinq; terræ zonis,
Australe latus. Claud.in Eutrop.2.49.
–Pindique feroces Continuant Australe latus.
Nimbi Australes. Ouid.4.de Ponto, eleg.4.1.
Polus Australis. Id est Auraticus. Senec.Hercul.Oeth.816.
Austrinus, pen.prod. (νότιος,) aliud Adiectiuum. vt Austrini flatus, qui flant ab Austro. Colum.lib.7.cap.3.11.

Austrini cœli. Plin.lib.16.cap.26.5. Pirus & amygdala, etiã si nõ floreat, sed fiat Austrini cœlum, atq; nubilũ, floré amittunt Auster. n. dũ flat, immmer as nubes attrahit. hinc prouerbium quia & Cæcias dicit, Attrahit ad se mala, vt Cæcias nubes. De homine infelice.
Calores Austrini. Virgil.2.Georg.54.
Austrinus dies. Colum.lib.11.ca.1.27.111. Cal. Maias mane Capra exoritur Austrinus dies, interdum pluuiæ.
Austrinus Polus. Plin.lib.6.cap.19.
Austro, austras, austrare, Humectare. Plaut. Austrati ad ignem sedent.

Austẽrus, austẽra, austẽrum, pen.prod. (ἀυσηρός,) Cõtrarium est Suauitsumptum à Græcis, apud quos ἀυσηρός, Austerus dicit. vt Austeri hoies. Cic.3.de Orat.55. Quãto melliores iunt & delicatiores in cãtu flexiones, & falsæ vocule, ſi certæ & feuerę quibus tamẽ non modò austeri, sed ſi sepius fiũt, multitudo ipsa reclamat.
Curatio austera. Plin.lib.24.cap.7.7.
Color austerus. Plin.lib.9.cap.36.3. Sed vnde conchyllis pretia, quis vt rus graue in fuco, color austerus in glauco, & nascẽti similis mari? Idẽ lib.35.cap.6.1. Sunt autẽ colores austeri aut floridi. Vtrunq; natura, aut mistura euenit. Floridi sunt quos dãs pingenti præstat, minii, armenii, cinnabaris, chrysocolla, indicum, purpurissum. Cæteri austeri.
Gustus austerior. Colum.lib.12.cap.12.1.
Homo austerus. Propert.lib.3.eleg.3.10.
Qui volet austeros arte ferire viros.
Austerus & grauis. Cic.in Pisonem.56. Austerior & grauior esse potuisset. De philosopho loquitur.
Labor austerus. Horat.7.Serm.Saty.2.3.
More austero cum aliquo agere. Cic. pro Cælio.24. Sed tamen ex ipsa quæram prius, vtrum me secum seuere & grauiter & prisce agere malit, an remisse, & leniter & vrbane. sin illo austero more ac modo, atq; quis mihi ab inferis excitandus est, ex barbaris illis, &c.
Austera in lacu musta. Quintil.lib.2.cap.7. Quare mihi ne matura quidẽ festinet, nec musta in lacu statim austera fiat.
Poemata austera. Horat.in Arte poetica.69.
Celsi prætereunt austera poemata Rhamnes.
Suauitas austera, cui Dulcis opponitur. Cic.3.de Orat.55. Ita sit modo igitur ornatus & suauis orator, nec tamen poterit aliter esse, vt suauitatem habeat austeram & solidam, non dulcem atque decoctam.
Vinum austerius. Colum.lib.3.cap.2.5.
Austeritas, pen.corr. austeritãtis, (ἀυσηρότης,) Contraria est Suauitati. Quintil.lib.2.cap.2.4. Non austeritas eius tristis, non dissoluta festivitas. Loquitur de præceptore pueris tradendo.
Austeritas. D.C. Frontis remissio. Plin.ep.5.lib.11.
Austeritas colorum. Plin.lib.35.cap.10.31. Et eadem res nimiã austeritate coloribus austeritatem occultè daret.
Austerè, Aduerbium (ἀυσηρῶς,) Cic. pro Murena.67. At enim austerè & Stoicè Cato.

Australis, Austrinus, Austro, austras. Vide AVSTER.

AVSTRIA, (παντονίας ἄνω χώρα,) Pãnoniæ superioris regio, ab Austro vẽto Meridiõali dicta, q. ad Austrũ sita sit. Andreas Althamer.

AVSTRAVIA, insula Oceani Septentrionalis, à Barbaris sic appellata à Romanis verò Glessaria, dũ scilicet Germanicus Cæsar ibi ex classibus gereret. Author Plin.lib.37.cap.3. Idem tamen Plinius lib.04. cap.13. hanc vocat Austraniam: & ita legit. Hermolaus.

Àustrum, Vide HAVSTRVM.

Ausus, Vide AVDEO.

Aut, (ἤ,) Disiunctiua coniunctio est. Cic.5. Tuscul.166. Aut habeat, aut abeat. Terent. Aud.1,1.19. –aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos.

Aut, sæpius repetitum. Cic. in Pisonem.75. Res ipsa & Reipub. tempus, aut me ipsum, quod nolim aut alium quempiam, aut inuitabit, aut hortabit. Idem.1.de Orat.18. Cętera inquit, assentior Crasso, nec aut de C. Lælii soceri mei, aut de huius generi, aut arte, aut gloria dicerem. Idem.1.Acad.17. Aut enim huic ętati hoc maximè apta est, aut iis rebus, siquas dignas laude gessimus, hoc in primis cõtinuandum est, aut etiam ad nostros ciues erudiendos nihil vtilius aut si hæc ita sunt, nihil aliud video quod agere possimus.

Aut verò, pro Aut etiam. Cic.6. Verr.69. Quem tibi aut hominem inuitis diis immortalibus, aut verò deum tantis eorum religionibus vsuris auxilio futurum putas?

Aut etiam, aut verò. Ci.1.de Orat.38. Sed siquis esset, aut si, etiam virgula fuisset, aut verò si esse posset, tu esses vnus profectò.

Aut quia gemmatum. Horat.2.Serm.
Aut quia non sentis, quod clamas rectius esse
Aut quia non firmum rectum defendis.

Aut certè. Cic.in Brut.137. Quo enim vno vincebamur à vita Catonis, id aut ereptum illi est, aut certè nobis cum illis communicatum.

Aut,

Aut, cum interrogatione positum. Terent. Eunuch.1.2.75. Aut ego nescio eam quorsum eat ires? Ita Græci iuo ἤ in interrogando vtuntur.

De AVT hic Diomedes lib.1. Aut coniunctio dubitatiua, si geminetur, habet potestatem quæ dicit, Aut librum volo, aut pretium. vtrumque ex æquo desyderare significat. Aut si semel pronuntietur, diminuta est, & gradum habet ad inferiora tendentem: vt dicimus, Eum librum volo, aut pretium. vt si liber quem potissimum volo, minimè redditur: tu quod secundum, pretium.

Aut modò coniunctiua est, quum dicimus, Aut da mihi, aut rapio. Modò hortatiua est. ita Virg.9.Aeneid.103. Aut tu magnæ pater diuûm miserere. Modò coniunctiua pro &. vt Virg.1.Aeneid.84. Molitiæ molitam, aut veniendi poscere causas. Et pro quę, vt Virgil.1.Georg.82. Tum liquidas eorui presso per gutture voces
Aut quater ingeminant. Pro quaterque. Modò pro separatiua. vt Virgil.1.Aeneid.83. Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto.
Idem.4.Aeneid.13. –media inter cornua fundit,
Aut ante ora deũm, pingues spatiatur ad aras. Id est modò funditur, modò spatiatur. Hæc ex Diomede, ferè ad verbum.

Autem, (ἀὐ.) discretiua coniunctio, qua ea quæ discreta intelligi volumus, connectimus. Valla, Verò & Autem, idem significant, & eodẽ in loco poni possunt, antecedente vtique aliqua dictione. nunquam enim ab his sententia incipit. Collocantur autem frequẽter, vt nusquam referantur, sed tantum distinguant sententiam à sententia. Hactenus Valla lib.2. Terentius Adelph.4.2.50.
Aeschinus odiosi essent, prandium corrumpitur.
Crespho autem in amore est totus. Ibidem.5.1.4. Miseram me, neminem habeo: solæ sumus: Geta autem hìc non adest. Cic.ad Brutum, lib.11.15.2. Quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia.

Quid autem? Terent. Adelph.5.4.16. Salue Demea.
D. Quid autem? H. maior filius tuus, &c. Idem Eunuch.5.7.4.
P A. Quid hoc autem est? P Y. nunc id prodeo, &c. Ibidem.5.8.5.
Sed fores crepuere ab ea: peri. T H. quid hoc autem est mali? Idem Eunuch.5.2.10. Ah quid faciam? quid me autẽ? quid facier mihi, &c. Cic.5. Tuscul.79. Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorũ fuit Dionysius, quam quinque & viginti natus annos dominatum occupauisset, qua pulchritudine verbum, quibus autem opibus prædita, fermitate oppressam tenuit ciuitatem?

Autem, pro etiam. Plaut. Trucul.17.61. Agite, abite etiã domum, & tu autem domum. Terent. Eunuch.3.2.22. –quid tu autem Gnato?
Numquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraso?
Tacent: satis laudant.

Ille autem. Terent. Eunuch.4.5.17. Ille autẽ bonus vir nusquã apparet.
Adeò autem. Terent. Eunuch.5.5.22. Atque adeò autem cur non egomet intrò eo?

Ecce autem. Terent. Phorm.2.1.34. Ecce autem similia omnia: omnes congruunt. Vbi Donatus, Ecce autem, vox est animi his quæ noua & improuisa animo accidunt. Sic Virg.2.Aeneid.51. Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta. Terent. Eunuch.2.3.6.
–ecce autem alterum
Nescio quid de amore loquitur. Ibidem.5.5.25. Quidúe incipiã? ecce autem video ruere redeuntẽ senem. Sic idem Adelph.4.7.3.&.1.2.72.

Autem enim. Plaut. Pseud.7.21. Verus nolo fiam, si autẽ enim nequiquam vis. Id est profectò: verum inuisratum est.

Autem etiam. Cic.1.de Legib.33. Est igitur primũ homini cum Deo rationis societas. Inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio communis est. Quæ quum sit lex, lege quoq; conciliatti homines cum diis putandi sumus.
Neque enim, neque autem. Cic.1. Lucio, lib.5.12.22. Neque enim tu is es, qui fis nesciam & qui non eos magis, qui te non admirentur, inuidos, q eos, qui laudent, assentatores arbitrere. Neq; autem ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum cõmendari velim, qui non ipse quoq; in me cõmendando propriã ingenii gloriam consequatur.

Pridie autem, in principio orationis. Cic.ad Atticum, lib.9.12.1. Pridie autem apud me Crassipes fuerat, qui se Pridie Non. Mart. Brundisio profectum, atque ibi Pompeium reliquisse dicebat.

Porrò autem. Terent. Adelph.3.3.64. Illi hæc res est. D. hoc vitio datur.
S. Probissimè. o. porrò autẽ. S. non hercle otium est nunc mihi auscultãdi. Vbi Donatus, Porrò autẽ. At verò, & huiusmodi principia narrationũ sunt, quibus superiora sequẽtibus cõnectuntur. Idẽ Eun.5.5.61.
Vbi mutem? perimam domo exilio. nunc metuo fratrem,
Ne hinc fiat porrò autem, pater ne rure redierit iam.

Tum autem, pro propterea. Terent. Eunu.5.9.7. –scis ipsum mihi?
P A. Bene, ita me dii ament factum. S. audin' tu illum quid ait? c. tum autem Phædriæ
Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo.

Tum autem, pro &. Terent. Eunuch.2.3.11.
Vt illum dii deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est. Meque adeò qui redirem: tum autem qui illum non floccifecerim.

Vbi donatus, Tum autem pro &, duas vult enim causas esse cur ipsum dii perdant vnam quòd redirem, alteram, quòd senem peruerti tus diu remanserit à persequenda virgine.

Tum obsonium autem? Plautus. Id est Et præterea quale mihi obsonium missisti? Idem, Sùmne autem mihi, qui nequeam ingenio moderari meo. Budæus.

Autem verò. Cic.1.de Orato.36. Est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandis generibus socius ac pene parrin hoc quidem certè propè idẽ
nullis vt terminis circumscribat, aut definiat ius suum.

Vix autem. Cic.2.Verr.8. Vt ea restituí in antiquum statum nullo modo possit, vix autem per multos annos innocentesq; Prætores aliqua ex parte reuerari aliquando posse videatur.

Autem, inter multas copulatiuas ponitur, quasi respirationis causa. Cic.1.de Natu.deorum 73. Tum autem rursus aperiuntur, tum abeunt tum recedunt, tum accedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius.

Autem vtimur, quum verbum iam dictum repetimus cum interrogatione, corrigentes quod minus nobis dictum videbatur. Cicero Attico. Quid tandem illi mali in tam tenera insula non fecissent? fecissent autem? imò quid antè aduentum meum non fecerunt? Eidem, Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferendus autem? imò verò etiam adiuuandus. Idem pro Rabirio 7. In latibus Posthumi nomen est nusquam. In latibus dico? modo vos idem in A. Gabinii iudices fidelis munquis testis Posthumum appellauit? testis autem? num accusator? Budæus.

Autem, seruit præcipuè repetitis interrogationibus cum indignatione. Cic. pro Cluentio, Quod autem tempus venerat dandi illo die iudicii frequentia? per quem porrò datum? Terent. Eunuch.4.7.28.
Quid tu tibi vis? T H. ego non tangam meam?
G H. Tuam autem furciler? Ex Budæo.

Autem, tertio & quarto loco positum. Gel.lib.19.cap.1. Noscitandæ probationes aũt, &c. Plautus Amph.3.144. Tum meo patri autem torulus inerit autem. Virgil.2.Aeneid.21. Sed quid ego hæc autem nequicquam in grata reuoluo?

Authẽticus, penul.correp. (αὐθεντικός,) Adiectiuum, Quod factum est ab eo qui authoritate valet. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod comprobatum est ab iis, qui authoritate pollent.

Authenticum. Ex quo exemplũ describitur. Vulpianus in L. Cæteræ, quæ ex quarta lex, Famil. herciſc. Heredem enim exemplum debere dare, tabulas verò authenticas ipsum retinere, aut in ædem deponere. Itidem in L. Pomponius, eodem titulo. Budæus.

Authepsa, authepsæ, (αὐθέψα,) Genus ollæ, cuius meminit Cicero pro Roscio Amer.1.79. his verbis, Domus referta vasis Corinthiis, & Deliacis, in quibus est authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, vt qui præterentes pretium enumerari audiebant, fundum, venire arbitrarentur. Hæc olla videtur fuisse ex ære Corinthio facta tanto artificio, vt paucissimo & ferè nõllo igni suppositò elixaret quæ imponebantur: dicta quasi per se elixans.

Author, authoris, penul.prod. (αὐθέντης, ἀυθέντου, αὐτόρ,) Prisciani author quando à αὐθέντης significat, commune est, quãdo à αὐθέντρα Autrix facit fœmininum, sicut omnia, verbalia in or desinentia. Hactenus Priscianus lib.5. Virg.12. Aeneid.32. Non lachrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno, &c. Mox subiungit, Author ego audendi sic exhortata reliquit Incertam. Quo loco Vide Seruium. Valla, Author, est vt sic dicam factor. nam factor in vsu nõ est, nisi in quibusdam à Græco transtaris. Et paulo pòst, At nos poetas, cæteroq; operũ conditores, authores vocamus & illum qui fecit aliquod opus, qui egit bellum, egit pacem, authorem operis, authorem belli, authorem pacis dicimus, nunquam actorem. Item paulò pòst, Sciendò est quòd author à se nascitur. Nam illud quod est augeo, non nos seducit, quòd inde venit, aliud enim est Augere, aliud Authorem esse. Idem lib.4. Authores sententiæ alicuius aut consilii vocantur ii, quorum sententiam consiliumque secuti sumus, & duces militum authores vocabantur. Hactenus Valla.

Author alicuius operis. Cic.3.de Orato.118.
Qui orationem eandem altam esse putaret authore mutato.

Hortator atque author. Cic.in Partit.Orat.52. Principia in sententiis dicendis breuia esse debebunt. Non enim supplex, vt ad inducem venit orator, sed hortator atque author.

Cõsiliario & authore aliquo vsi re aliquid. Cic.ad Att.li.14.305.4. Dii immortales, q̃ mihi ista pro nihilo? sed tñ ea ratio ædificandi iuitur, cõsiliario quidem & authore Vestorio, vt hoc dammum quæstuosum sit.

Authores & magistri religionum. Cicero de Arusp.16. Ego verò primum habeo authores ac magistros religionum colẽdarum maiores nostros: quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur, &c. Sic, pro Plancio 26. Vt postea princeps inter suos plurimarum rerum sanctissimus & iustissimus iudex maximarum societatum author, plurimarum magister.

Præclarus author suæ ciuitatis. Cicc. pro Flacco 28. Nam vt signum

Universidad de Deusto
Biblioteca

publicum inspexit, preclarus iste author suę ciuitatis, solere suos ciues ceterosque Græcos ex tempore, quod opus fit, obsignare, dixit.
Author publici consilii. Cic. 1. de Orat. 106. Sin autem quæreremus, quis esset is qui ad Rempublicam moderandam vsum & scientiam & studium suum contulisset, definirem hoc modo, Qui quibus rebus vtilitas Reipub. pararetur augereturque, teneret, tuíque vteretur, hunc Rei publicæ rectorem, & consilii publici authorem esse habendum.
Grauissimus author dicendi & magister. Cice. in Orato. 5. Rerum formas appellat Ideas ille non intelligendi solùm, sed etiam dicendi grauissimus author & magister Plato, easque gigni negat.
Prædicator & author alieni facti apud iudices. Cice. pro Cornelio Balbo 2. Sed mos est gerendus non modò Cornelio, cuius ego voluntati in eius periculo nullo modo deesse possum: sed etiam Cn. Pompeio, qui sui facti, sui iudicii, sui beneficii, voluit me esse vt apud eosdem vos iudices nuper in aliam causa fuerim, & prædicatorem & authorem.
Suasor & author deditionis. Cice. 3. Offic. 147. Atque huius deditionis, ipse Posthumus qui dedebatur, suasor & author fuit.
Carminis author. Tibullus lib. 2. eleg. 4. 3. Et Horat. in Arte 9.
Author doloris alicuius. Cice. pro Flacco. 42.
Author alicuius interficiendi. Cic. Cassio, lib. 12. 2. 2.
Author legum, aut dissuasor, contraria. Cic. de Clar. Orat. 54. Ipse etiam Piso & causas egit, & multarum legum author, aut dissuasor fuit.
Nobilitatis tuæ author. Cice. 4. Tusc. 3. Quibus Iunius Brutus patriâ liberauit præclarus author nobilitatis tuæ.
Author pacis semper fui Reipub. Cice. ad Attic. lib. 9. 18 3. 2.
Author suæ personæ. Cic. 1. de Orat. 105. Quare nolite existimare me ipsum, qui non Heroum vereres casus, fictosque luctus vellem imitari, atque adumbrare dicendo, neque actor esse alienæ personę, sed author meæ, quum mihi M. Aquilius in ciuitate retinendus esset, quæ, &c.
Author Reipub. ac dux. Cic. ad Attic. lib. 8. 14 6. 3. Mihi nihil illa in gente vnquam ab vllo authore Reipu. ac duce turpius esse videtur factũ, quàm à nostro amico factum est, cuius ego vicem doleo, qui vrbem reliquit, id est patriam.
Author fuit profectionis: Cæsar 5. bel. Gal. 124.
Author huius sermonis est Valerius. Cice. ad Atticum, lib. 1. 7. 7.
Sanguinis author. Virg. 7. Aeneid. 10. Idem 4. Aenei. 74. Generis author.
Viæ author, Qui viam monstrat, aut qui re iuber. Ouid. 3. Metamor. 4.
Veri author, Qui vera docet. Horat. 1. Carm. ode 28. 3. de Pythagora.
¶ Author ferendis legibus. Cice. Attico, lib. 8. 14 7. 4. Ille legibus Cæcilii Metelli contra auspicia ferendis author, ille Galliæ vlteriores adiunctor, &c. De pompeio loquitur.
Author his rebus quis est? Terent. Adelph. 4. 5. 37.
Author ad aliquid. Cice. pro Domo sua 15. Hic tibi grauissimus author ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit. Idem 2. Philipp. 47. Etenim si authores ad liberandam patriam deslyderarentur, illis authoribus Brutos ego impellerem? quorum vterque L. Bruti imaginem quotidie videret, alter etiam Halæ.
Author cæteris ad te iuuandum. Cic. ad Attic. lib. 9. 18 3. 3. Sed vt eo tempore nõ modo ipse author dignitatis tuæ fui, verũ etiã cæteris author ad te adiuuandum, sic me nõc Pompeii dignitas vehementer mouet.
Author & adscriptor in. Cice. Post reditum in Senato 7. Quod si Quin. Metellus illo tempore. Consul fuisset vaticus, dubitatis quo animo fuerit in me conseruando futurus, quum in restituendo authorem fuisse, adscriptoremque videatis?
Author tibi sum profugere. Ci. ad Atticum, lib. 9. 18 1. 10. Ego quidẽ tibi non sim author, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere.
Author id tibi fuit. Plaut. Pseud. 20. 61. Quid mihi es author Simo? Terent. Adelp. 5. 8. 17. Idne estis authores mihi? Vbi Donatus, Authores, hoc est persuasores. vt Virgilius 12. Aeneid. 32. Author ego audendi. Cice. Cecinnæ, lib. 6. 8. 4. A me consilium petis, quid sim tibi author, in Sicilíne subsidas, an vt ad reliquias, &c.
Author tibi sum vt. Plaut. Sticho 3. 71. Mihi authores ita sunt amici, vt vos abducam hinc domum. Cic. 1. de Legib. 79. Ipsíque magnopere authorem fuisse, vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum. Idem Attico. lib. 15. 326. 2. Sed author non sum vt te vrbi committas. Item Lentulo, lib. 1. 9. 110. Et Cecinnæ, lib. 6. 8. 4.
Author illi fum de hac re, vt hoc faciat. Plaut. Mil. 15. 1.
Magnopere authorem esse alicui. Brutus Ciceroni in epistolis ad Brutũ 11. 3. Nam illi ita sentienti de Repub. magnopere author fui, ne differret tempus petitionis suæ. Sic 1. de Legib. 79.
Authore me, Authore te. Terent. Eunuch. 5. 7. 12.
An pœnitebat flagitii, te authore quod fecisset
Adolescens? Liu. 2. ab Vrbe 9. Res tuas tibi non solum reddant ciues tui, authore me, sed siquid deest, munificè augebunt. Id est me suadente, consulente, instigante, impellente. Plaut. Sticho, Non quidem me faciet authore hodie, vt illum decipiat. Hoc est si me audiet, si quidem meo vtatur consilio. Plin. in epistol. Mihi & tentandi aliquid, & quiescendi illo authore ratio constabit. Cice. 3. de Orato. 30. Quare omnes istos me authore deridete. Idem 1. Academ. 39. Audebimus ergò, inquit, nouis verbis vti te authore, si necesse est.
Authore Clitomacho. Cicero 4. Acad. 183. Explicaui paulo antè Clitomacho authore, quomodo ista Carneades diceret. Id est vt refert Clitomachus, vel ex sententia Clitomachi.
Authoribus plurimis. Liu. 1. ab Vrbe 201. Hic L. Tarquinius Prisci Tarquinii regis filius, nepósve fuerit, parum liquet: plurimis tamen authoribus filium crediderim. Id est secundum opinionem plurium.
Iisdé authoribꝰ cognitũ est, Aequos, volscósq; summa vi bellũ apparare. Liu.
Certis authoribus aliquid comperire. Cic. Attico, li. 14. 305. 1. Nam quod Cluuiam scribis moderatè & amicè scripras literas atrulisse, mihi dedit Paulus ad se à fratre missas, quibus in extremis erat, sibi insidias heri, se id certis authoribus comperisse. Hoc nec mihi placebat, & inuito illi minus.
¶ Ingeniosus poeta, & author valde bonus. Cice. pro Murena 28.
Celeberrimi authores. Plin. lib. 33. cap. 1. 1.
Certissimus author. Virgil. 1. Georg. 87.
Clarissimi authores. Quintil. lib. 1. cap. 8. 12.
Authores classici. Budæus, Metaphoricõs Gellius authores classicos appellat, quasi testes idoneos Latinæ puritatis, & primæ notæ scriptores quales sunt Cic. Quintil. Liu. Cæsar, Plin. Virgil. Horat. Catullus.
Dubii authores. Oui. 5. Fast. 120. Túc mihi nõ dubiis authoribus ingens æstas. Authores ætatis vocat ortus & occasus quorundam syderum.
Eminentissimi authores. Quintil. lib. 1. cap. 10. 11. & cap. 2. 2.
Euidentissimi authores. Vide EVIDENS.
Authoribus eruditissimis inducí. Cic. pro Murena 56. Hæc homo ingeniosissimus M. Cato authoribus eruditissimis inductus arripuit, neque adsiputandi caussã, vt magna pars, sed ita vitandi.
Grauior author. Tacitus lib. 19. Eo grauior author, quòd Paulino parta Forum Iulii.
Idoneus author. Vide IDONEVS. Quintil. lib. 1. cap. 4. 15.
Latini authores. Quintil. lib. 1. cap. 8. 6.
Leuis author. Vide LEVIS.
Locuples author. Vide LOCVPLES.
Luculentus author. Vide LVCVLENTVS.
Malus author. Ci. ad Att. li. 7. 123. 14. Cæcilij malꝰ author Latinitatis est. Quintil. lib. 1. cap.
Maximos authores in diuersa fuisse opinione video. 5. 25. Iuuenal. Saty. 14. 4. —citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Quum subeant animos authoribus.
Pessimus author fututi. Senec. Herc. furente 14. 4.
Futuri certus, & idem pessimus author.
Priuatus author. Cic. ad Brutum 10. 4. Nunquam enim honore exornatus nario potentis hominis, vel potentissimi potius accidit, vt priuatus esset. pleb. nemo alio magistratu, nemo priuatus author existet.
Religiosissimus author. Cice. de Claris Oratorib. 21. Sit sanè quod vt libet de isto, & ego cautius posthac historiam attingam tuã. Loquitur de Coriolano.
Sordidus author, Ignobilis. Vnde, Non sordidus author, id est clarus & celebris. Horat. 1. Carm. ode 28. 3.
Summi authores. Quintil. lib. 1. cap. 6. 6.
Validissimus author. Tacitus lib. 5. Parthis mittendi secretos nuncios validissimus author fuit Sinnaces.
¶ Appellare authorem. Pli. li. 28. ca. 1. Fides tantum authores appellat.
Citare authorem. Vide CITO.
Criminari authores quos prælegimus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 8.
Authorem dare rem. Plaut. Trin. 4. 53.
→ fuítne hic tibi amicus Carnides? c. est, & fuit. id ita esse,
Vt credas, rem tibi authorem dabo. nam postquã hic eius rem cõgnouit
Filius, videtque ipse ad paupertatem protractum esse se, &c. Id est ostendam & palàm faciam.
Enarrare authores. Quintil. lib. 1. cap. 9. 1.
Author est Massurius, bis in triumpho ductum. Id est, dicit aut scribit. Plinius lib. 7. cap. 43. 1.
Authores sunt, omnibus annis aduolare Ilium ex Aethiopia aues. Id est sunt qui dicant, aut scribant. Plinius lib. 10. cap. 26. 1. Item Lanio 2. Vrbe 111. Sunt qui male pugnatum ab his Consulibus in Algido, authores sint. Hoc est sunt nonnulli qui ita sentiant ac dicant.
Authorem habere aliquem. Terent. in Prolog. And. 19.
Qui quum hunc accusant, Nœuium. Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster authores habet. Id est quos imitatur. Cice. ad Ora. 85. Itaq; eos dũ Romæ essent, & a se & ab alijs frequenter audiret quos quum tu haberes authores Antoni, miror cur philosophiæ, quam ille Pacuuianus, propè bellum indixeris. Loquitur de Carneade Cleitolao, & Diogene.
Habere authorem idoneum. Cice. 5. Verr. 186.
Rumorem authorem habere. Cicero 5. Verr. Hæc vos antea fortasse audistis: verum fortasse ita audistis, vt authorem rumorem haberetis. sermonemque

sermonemque omnium.
In incerto est author, De authore dubitatur. Ouid. 12. Metam. 84.
Author in incerto est, iaculum de parte sinistra Venit.
Interpretari authores. Vide INTERPRETOR.
Authorem laudare. Vide LAVDO.
Inuenire apud authores. Vide INVENIO.
Lectitare authores. Cic. Attico, lib. 12. 241. 9. Etenim habeo nonnullos ex iis, quos nũc lectito authores, qui dicãt fieri id oportere, quod, &c.
Authore mutato. Cic. 1. de Orat. 118. Aeschines satis significauit, quantum esset in actione, qui orationem eandem aliam esse putaret authore mutato.
Placet author. Cic. ad Att. lib. 6. 113. 4. Quum mihi author placeret (etenim erat ἐγκρατὴς τῶν, & vixerat in Peloponneso) admirabar tamen, & vix aggrediens communicaui cum Dionysio.
Præbere se authorem & principem bonis omnibus. Cic. Planco, lib. 10. 6. 7. Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum ciuium tui dissimillimorum societate seiungas: deinde & Senatui bonisque omnibus authorem, principem, ducem præbeas.
Prælegere authores. Quintil. lib. 1. cap 5. 8.
Proferre authores. Cic. 1. de Orat. 160. Non enim vereor, nequis me in isto genere leuiorem iam putet, quoniam quidem tu Fabritios mihi authores, & Africanos Maximos, Catones, Lepidos, protulisti.
Redigere authores alios in ordinem, alios omnino eximere numero. Quintil. lib. 1. cap. 4. 2.
Referri ad authorem. Celsus lib. 5. cap. 18. Quod ad Polyarchum authorem refertur. & ibi. Sub authore Medo.
Authorem aliquem sequi. Plin. epist. 92. b. Ab illis autem, quibus notum est, quos quantosque authores sequar, facilè impetrari posse confido, vt errare me, &c.
¶ Author, Homo in quo est vis, potestas, & dignitas: vnde Authoritas dicta est. Liuius lib. 1. ab Vrbe 72. Decreuerunt enim, vt quum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres authores fierent. Hoc est authoritatem (vt aiunt) suam, & decretum interponerent, cumque ratum haberent ac comprobarent. Et alibi, Maiores nostri nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas sine authore voluerunt, in manu esse parentum, fratrum, virorumque. Hæc Valla lib. 4. Liuius, Authores iamus tutam ibi maiestatem Romani nominis fore. Idem lib. 3. Multíque erant qui mollius consultum dicerent, quòd legum ab eis latarum patres authores fuissent.
Impero, author quæ sum, vt me cuinis castram dam loces. Plaut. Aulul. 7. 73. Idem Pœnulo. 3. 17. Suspende, vinci, verbera, author sum, sino.
¶ Author eum significat, à quo quis ius in re comparauit, aut aliàs quæsiuit, siue à quo quis emit. Cic. 7. Verr. 45. Nam statim L. Metellus, vt ipsi successit ex C. Sacerdotis & Sex. Peducei instituto, ac literis frumentum Mamertinis imperauit. tum illi intellexerunt, se id quod à malo authore emissent, diutius obtinere non posse. Vlpianus de Euictionibus, Illud quæritur, an is qui mancipium vendidit, debeat fideiussorem ob euictionem dare, quem vulgò authorem secundum vocant. Idem in L. prima §. Si petitor. Quarum rerum actio non datur. Hæc Budæus. Plaut. Curcul. 10. 12.
Mancupio tibi dabo. C v. Egón' ab Ienone quicquam
Mancupio accipiam, quibus tui nihil est, nisi vua lingua?
Qui abiurant siquid creditum est alienos mancupatui,
Alienos mancupitis, alienísque imperatis?
Nec vobis author vllus est, nec vosmet estis vlli.
Author fundi. Cic. pro Cecinna. 20. Dao præterea testes, nihil de vi, sed de ipsa emptione fundi dixerunt. P. Cetlenius author fundi, non tam authoritate grauis, quàm corporis & argentarius Sex. Clodius, cui nomen est Phormio.
¶ Authores pupillorum vocantur, in quorum administratione infirma ætas, reique eorum sunt. Ideoq; filios regum pupillos sub authoribus fuisse legimus. Vide Paulus Iurisconsultus in L. tertia. ff. de Authoritate tutorum. Etiam si non interrogatus tutor, author fiat, valet authoritas eius quum se probare dicit id quod agitur. hoc est enim authoren fieri. Et Pomponius in L. sequenti. Etsi pluribus datis tutoribus vnius authoritas sufficiat, tamen tutor authoretur. Valla.
Sine tutore authore soluere mulieri. Cic. in Topic. 23. Non quem admodũ quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore authore soluas ita qui aut pupillę aut pupillo debeas, rectè possis eodẽ modo soluere. Sic pro Cecin. 53. Quod mulier sine tutore authore promiserit, deberi.
¶ Bonus author in Senatu. Cicero de Claris Oratoribus. 66. C. Fimbria luculentus patronus, asper, maledicus, genere toto paulo feruidior atque commotior, diligentia tamen & virtute animi atque vita bonus author in Senatu.
Authoritas, pen. corr. (ἀνθεντία, ἐξουσία, δύναμις.) Vis ipsa, potestas & dignitas. Cic. 3. Philipp. Tantus autem consensus municipiorum coloniarumq; prouinciæ Galliæ, vt omnes ad authoritatem huius ordinis, maiestatemq; Pop. Rom. defendendã conspirasse videantur. Idem pro A. Cluentio, Quantum potest, de authoritate Senatus detrahit.

¶ Authoritas alterius. Aestimatio, & reparatio. Ci. pro Leg. Manilia 30. Et quonam authoritas multum quoque in bellis administrandis atq; imperio militari valet, certè nemini dubiũ est, quin ea in re ille ide ipse imperator plurimum possit. vehementer aũt gestiere ad bella administranda, quid hostes, quid socii, de imperatoribus vestris existiment.
Authoritas & amplitudo. Cice. pro Sext. Roscio 2.
Vis, authoritas, pondus. Cicero pro Flacco 7. Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit: totius huiusce rei quæ sit vis, quæ authoritas, quod pondus, ignorant.
Acies authoritatis. Vide ACIES.
Adulta authoritas. Vide ADOLEO.
Aduersus hostem æterna authoritas. Cice. 1. Offic. 57.
Fluxa authoritas. Tacitus lib. 17. Pro in agendum, audendumque, quum Galbæ authoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset.
Gratissima authoritas. Cice. 1. de Inuent. 113. Primus locus sumitur ab authoritate, quum, commemoramus quantę curæ res ea fuerit aut diis immortalibus, aut iis quorum authoritas grauissima debeat esse.
Authoritate grauior. Cic. 1. de Orato. 84. Certè non tulit vllos hæc ciuitas, aut gloria clariores, aut authoritate grauiores, aut humanitate politiores P. Aphricano, &c.
Languida authoritas patrum facta est. Vide LANGOR.
Prouecta authoritas. Tacitus lib. 1.
An ciues, quibus iam prouecta Senatus authoritas?
Homo tenui authoritate. Cice. Contra Rullum 51. Legatos nostros homines authoritate tenui, qui rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt.
¶ Id authoritatis, pro eius authoritatis. Tacit. lib. 12. Romanorum nemo id authoritatis aderat, vt promissa eius magnipenderentur.
Authoritas est ebori. Plin. lib. 12. cap. 4. 2. Tanta ebori authoritas erat, vt bis nostræ trecentesimo anno. Id est tanti fiebat, tanto in honore erat.
Citra authoritatem Senatus. Vide CITRA.
Authoritas senectutis. Ci. de Senect. 57. Habet senectus, honorata præsertim, tantam authoritatem, vt ea pluris sit, quàm omnes adolescentiæ voluptates. Et paulo pòst 58. Non cani, non rugæ, repente authoritatem arripere possunt. sed honestè acta superior ætas, fructus capit authoritatis extremos. Ibidem 17. Apex autẽ senectutis est authoritas.
Tributorum authoritas. Plin. lib. 12. cap. 4. 3. Ideo fortassis in tributorũ authoritate tertia res fuerit, ebenus.
Authoritas testimonii. Cice. L. Lucceio, lib. 5. 12. 3. Non enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, vt vel authoritate testimonii tui, vt iudicio benevolentiæ, vel suauitate ingenii, viui perfruamur.
Authoritate nutuque legum domitas habere libidines. Ci. 1. de Orat. 96. Et docemur non infinitis concertationumque pleuis disputationibus, sed authoritate, nutuq; legum domitas habere libidines, coercere eas cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere.
¶ Abiicere authoritatem. Vide ABIICIO.
Adducere ad authoritatem. Vide ADDVCO.
Adhibere authoritatem. Vide ADHIBEO.
Adiicere authoritatem. Vide ADIICIO.
Authoritatem & fidem rebus adiungere. Cic. 3. de Diuin. 169. Authoritatem quidem nullam debemus nec fidem cõmentitiis rebus adiungere.
Adiungere se ad authoritatem Senatus. Vide ADIVNGO.
Adolescit authoritas. Vide ADOLEO.
Afferre authoritatem. Vide AFFERO.
Amittere authoritatem. Vide AMITTO.
Amplificare authoritatem. Vide AMPLIFICO.
Amplexari authoritatem. Vide AMPLEXOR.
Auferre authoritatem iis qui profuerunt. Quintil. lib. 5. cap. 7. 11.
Attribuere alicui authoritatem. Cice. pro Fonteio 11. Mihi enim semper vnaquaque de re, testis non solum semel, verum etiam breuiter interrogandus, & sæpe etiam non interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendum data, aut cupido authoritas attributa esse videatur.
Cedere authoritati. Vide CEDO.
Conferre se ad alicuius authoritatem. Vide CONFERO.
Communire authoritatem. Vide COMMVNIO.
Comparare authoritatem. Vide COMPARO.
Cõprobare alicuius rei authoritatẽ. Cic. 1. de Diuin. 61. Augur Tib. Gracchus auspiciorum authoritatem confessione errati sui comprobauit.
A dolta authoritate comprimi. Tacitus lib. 1. Neque duorum adolescentium nondum adulta ætate comprimi queat.
Authoritates contemnere. Cice. 3. de Natu. deorum 13.
Sed tu authoritates contemnis, ratione pugnas.
Consistit authoritas. Vide CONSISTO.
Contingere aliquam authoritatem. Vide CONTINGO.
Dare authoritatem. Cic. 3. de Natu. deor. 131. Vtrum poetæ Stoicos depravarint, an Stoici poetis dederint authoritatem, non facilè dixerim. Idem 8. Philipp. 237. Quam igitur municipiis & colonis ad excludendum Antonium authoritatem damus? Ibidem 3. 153. Vt præstan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissimis ducibus à nobis detur authoritas.
Authoritatem defugere. Plaut. Pœnulo 3.18.
Suspende, vinci, verbera, author sum, sino,
M. Si authoritatem post ea defugeris, vbi
Dissolutus tu sis, ego pendeam. Id est si negaueris post ea factum fuisse à me te authore, suadente & impellente.
Authoritatem defugere, aliter acceptum. Terent. Eunuch. 2.3.98.
– iubésne? C H. iubeo, cogo, atque impero.
P. Nunquam defugiam authoritatem: sequere. Id est faciam maximè quum ita tu velis & iubeas.
Authoritatem defugere, aliter item acceptum. Cicero pro P. Sylla. 24. Itaque attrende tam Torquate quàm ego non defugiam authoritatem Cõsulatus mei. Id est nolim & recusem ea vti potestate, qua possem ratione mei officii.
Detrahere authoritatem alicui. Quintil. lib. 6. cap. 5. 8. & lib. 7. cap. 2. 25.
Maiore authoritate aliquid dicere. Cic. 1. de Diuin. 105. Nullæ ergo imagines obrepunt in animo dormientiũ extrinsecus, nec omnino fluunt illæ, nec cognoui quenquam qui maiore authoritate nihil diceret.
Eligere authores. Quintil. lib. 1. cap. 8. 4.
In authoritate esse. Plin. li. 34. ca. 6. 5. Pedestres sine dubio Romæ fuerũt in authoritate longo tempore. Id est in pretio. De statuis loquitur.
In authoritate esse alicuius, Est ei obtẽperare. Liu. Nec antè mouerũt de sententia Consulem, quàm Tribuni se in authoritate Patrum futuros polliciti sunt. Idem 9. ab Vrbe 70. Samnites quũ instructos repete ad pugnam Romanos conspexissent, vociferari se, in authoritate Tarentinorum manere. Dicitur & in potestate. vt, Consules fuerunt in patrũ potestate. Hoc est patribus coacti sunt assentire.
Est in authoritatem scientiæ. Vide IN.
Authoritate & exemplo alicuius facere aliquid. Cicero pro Corn. Balbo 24. Creator huius vrbis Romulus fœderę Sabino, docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere, cuius authoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis.
Authoritas eorũ mecum facit. Id est ipsi viri qui plurimi fiũt ab omnibus, & habentur docti graues̃que viri, sunt meæ opinionis. Cic. pro A. Cecinna 75. Authoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum, in iudicium non venire verum Cecinna possederit, nẽcne.
Facere authoritatem. Vide FACIO.
Ex authoritate alicuius gerere magistratum. Cice. Marcel. lib. 4. 9. 7.
Gliscit authoritas. Tacit. lib. 4. Punitis ingeniis gliscit authoritas.
Habere authoritatem apud aliquem. Cic. pro Flacco 48. Liceat mihi potius de leuitate Græcorum queri, quam de crudelitate. authoritatem isti habeant apud eos, quos esse omnino noluerunt.
Parum authoritatis habere. Cice. de Claris Oratorib. 183. Etsi enim genus illud dicendi authoritatis habebat parum, tamen aptum esse ætati videbatur. Sic de Senectu. 5.
Habere plus authoritatis in suadendo. Cice. Attico, libro. 8. 15 3. 2. Nam quòd testificor me expertem belli fuisse, etsi id re perspectum est: tamen ea scripsi, quo in suadendo plus authoritatis haberem, eodemque pertinet, quòd causam eius probo.
Satis habere authoritatis. Cice. 1. Offic. 47. Ad fidem faciendam iustitia plus pollet: puippe quum ea sine prudentia satis habeat authoritatis: prudentia sine iustitia nihil valet ad faciendam fidem.
Habere eandem vim & authoritatẽ. Cic. pro Rosc. Comœ. 3. Quòd si eãdem vim, diligentiam authoritatemque habent aduersaria, quam tabulæ, quid attinet codicem instituere, cõscribere, ordinem conseruare?
Imminuere suam authoritatem. Vide IMMINVO.
Iuduere authoritatem. Quintil. lib. 4. cap. 1. 32. Nam se quoque moneri interim fingit, vt pro Rab. Posthumo, dum aditum sibi ad aures faciat, & authoritatem induit vera sententis, quo magis credatur vel defendenti eadem, vel neganti.
Interponere authoritatem. Vide INTERPONERE.
Existimatio & authoritas imminuta. Cice. 6. Verr. 53. Existimatio atque authoritas nominis Pop. Rom. imminuta.
Senatus grauissima authoritas intercessit. Ci. Lẽtulo, lib. 1. 1. 12. De his rebus pridie q̃ hæc scripsi, Senatus authoritas grauissima intercesserat.
Intercessum est authoritati. Vide INTERCEDO.
Authoritatem laudare, est in iudicio dicere titulum suæ possessionis: & est antiquus sermo Iurisconsultorum. Budæus.
Leuare authoritatem suam inconstantia. Vide LEVIS.
Mereri narrantis authoritatem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 89.
Minuere authoritatem. Vide MINVO.
Authoritas mouet. Cic. ad Att. lib. 8. 15 3. 1. Tua me hercule authoritas vehementer mouet.
Niti authoritate. Quintil. lib. 5. cap. 11. 1. Et specialiter in iis quę rerum gestarum authoritate nituntur. Idem lib. 2. cap. 4. 30. Sed ne hi quidem, qui hoc fortissime affirmant, vllo satis idoneo authore nituntur.
Obtinere authoritatem. Cic. pro Archia. 6. At non est professus. immo verò his tabulis professus, quæ solæ ex illa professione collegioque Prætorum obtinent publicarum tabularum authoritatem.
Perdere authoritatem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 67.
Homo perdita authoritate. Cice. Antequam iret in exilium 11. Nemo tam perdita authoritate, tam facinorosa inuentus vita, qui quam de scelere fateretur, non tamen sententiis prius iudicum contineretur, quàm supplicio addiceretur.
Perscribere authoritatem. Cœlius Ciceroni, lib. 8. 8. 27. Siquis huic Senatusconsulto intercessisset, authoritas perscriberetur. Idẽ 3. de Orat. 4. Et eundem (id quod in authoritatibus perscriptis extat) scribẽdo assumere.
Petere authoritatem. Quintil. lib. 5. cap. 12. 10. Hinc & patres aduersus liberos, & aduersus suos quisque necessarios authoritatem petunt. Idẽ lib. 1. cap. 6. 1. Peti solet authoritas ab oratoribus vel historicis.
Ponere authoritatem in aliquo. Cice. pro Domo sua 90. Esto, collegiam non adhibuisti, quid? de collegio quis tandem affuit? potuerat enim authoritatem in vno, quæ est in his omnibus.
Pœnitere authoritatis. Cic. de Arusp. Resp. 42. Et eo feci se authore si deceret, cuius authoritatis neminem posset pœnitere.
Premit authoritas. Quin. li. 6. ca. 5. 7. Cuius filium premebat authoritas.
Remouere & prætermittere authoritatem è causa. Cice. pro Murena 61. Tolle mihi è causa nomen Catonis: remoue ac prætermitte authoritatem, congredere mecum criminibus ipsis.
Residet authoritas in nutu præclarorũ virorum. Cic. de Senect. 57. Nisi de Paulo, aut Aphricano loquar̃tur, vt iã antè dixi, de Maximo, quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat authoritas.
Authoritatem alicuius sequi. Cice. pro A. Cluentio 111. Ego verò in hoc genere libentius cum multorum, tum hominis eloquentissimi & sapientissimi L. Crassi authoritatem sequor.
Superauit authoritatem consuetudo. Quintil. lib. 1. cap. 5. 40.
Tenere authoritatem in aliquem. Cice. de Senect. 33. Tenebat non modò authoritatem, sed etiam imperium in suos.
Authoritatem tribuere. Ci. 3. Philip. 16. Nunc primum ita cõsentimus, vt illius de beneficio possemus, quæ sentiremus, libere dicere: tribuenda est authoritas, vt Rẽp. nõ modò à se susceptã, sed etiam à nobis cõmendatam, possit defendere. Idẽ 1. de Diuin. 9. Quumque huic rei magnã authoritatem, Pythagoras iam antè tribuisset, &c. Idem 1. Offic. 110.
Tribuere defensioni authoritatem. Cicero pro Sylla 7. Hoc eorum consilium, hoc horum modi est, Iudices, vt si ego sim inconstans ac leuis, nec fidem tribuam cuiquam, nec defensioni authoritatem.
Valere authoritate. Cice. Antequam iret in exilium 10. Vos, credo, cernitis vestram libertatem, qui neque tanta valetis authoritate, neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam?
Etiam sine ratione valet authoritas. Cic. 1. de Nat. deo. 16. Tantum ne inuidia præiudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret authoritas?
Authoritas eius multum apud me valet. Cice. ad Atticum, libro. 10. Scribis Peduceo quoque nostro probari quòd quierim, etiam authoritas multum apud me valet.
Plurimum valet in consilis authoritas. Quintil. lib. 3. cap. 8. 9.
Authoritate vincere. Cice. 1. de Diuinat. 110. Carneadem ergo aut omnes Platoni & Socratici qui vt rationem non redderent, authoritatem hos minutos philosophos vincerent.
Authoritas eius mihi vtilit. Cice. Attico, lib. 10. 1. 2. Eius igitur mihi valuit authoritas: & simillimus eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille. quem saluere velim, vbeat plurimum.
¶ Authoritates publicæ, pro literis publicis id est scriptis instrumentis ad aliquid probandum. Cice. 2. Verr. 5. Legationes cum publicis authoritatibus ac testimoniis commeniisse. Idem 7. Verr. 81. Quæ quidem nunc intelligit sibi nihil prodesse, postea quàm certis literis, certis authoritatibusque conuincitur. Aconius.
¶ Authoritas, Opinio, & iudicium, & consilium. Cicero pro A. Cluentio 110. Et illa oratio potius temporis mei, quàm iudicii & authoritatis fuit. Et paulo pòst, Sed errat vehementer, siquis in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, authoritates nostras cogitauerit habere arbitratur. Idem 2. Philipp. A vobis peto, vt si fequi meam videbitis orationem meam, atque authoritatem meam, beatiq̃ me tamen, vt fecistis, audiatis.
Authoritas & sententia alicuius. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 11. Quare ea, quæ scribam, sic habeto, me cum illo re sæpe communicata, de illius & mea sententia atque authoritate scribere.
¶ Authoritas, pro authore, id est eo qui primus rumorem aliquem quempiam fit. Plaut. Trinum. 4. 153.
– quòd si exquiratur vsque ab stirpe authoritas,
Vnde quicquid auditum dicunt: nisi id apparcat, famigerator
Næ fit cum damno & malo.
¶ Authoritas, pro testimonio authentico, probationeque authentica. Cice. pro Cœlio, sed cur diutius vos Iudices, teneo? Iplius iurati testimonium, authoritatemque percipite. Id est testimonium. Et infra, Habet autem illa plena est integritatis, officii, religionis: ex qua domo vobis iureiurando deuincta authoritas. Budæus.
¶ Vsus & Authoritas. Ci. pro Cecinna 39. Lex vsum & authoritatẽ habere iubet esse biennium: at vtimur eodem iure in ædibus quæ in lege non appellantur. Id est de quibus lex tulit. Vsum & authoritatem vocauit vsucapiendi conditionem, quæ olim erat biennii in rebus solis: vt author est Iustinianus in secundis Institutionum. Et Cic. in Topicis. 10. Item quod in re pari valet, valeat in hac quæ par est: vt quoniam vsus & authoritas fundi, biennium est, sit etiam ædium. Budæus.
¶ Authoritas. Vt oulemi io L. vitima, de Enctionibus, Si aliquam rem mihi traduleris, & eandem pro sereticto habuero, amitti authoritatem. Id est actionem pro eunctione placet.
¶ Authoritatis iure. Cic. de Arusp. respon. 12. Multæ sunt domus in hac vrbe. P. C. atque haud scio an penè omnes iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hereditario, iure authoritatis, iure mancipii, iure nexi. Budęus, Authoritas, nomen est vnum ex iis quę dominium rerum perficiunt. Illud Ciceronis, Iure authoritatis, significat Iure vsucapionis, quam præscriptionem vocant, quæsito ab authore, cuius causam sequitur, qui ab eo rem quæsiuit quouis modo legitimo & ciuili.
Authõro, authoras, pen. prod. (ἀὐθεντέω,) authorare, Obligare est. vnde Authorati milites, sacramento astricti, & quasi obærati: hoc est ære stipendiario obstricti, ac tam non sui arbitrii. Hæc Budæus. Liuius lib. 46. Signo dato suo impressas tabellas mittit, & vero pignore velut authoramento sibi prodiorem ratus est. Id est obligatum & subiectum, vt ait Valla. Et Valer. lib. 6. ca. 1. Authorato socius officio. Suetonius in Tiberio, cap. 7. Munus gladiatorium dedit primum in foro, secundum in Amphitheatro, tertia quoq; quibusdam reuocatis authoramento centenum millia. Cic. 1. Offic. 109. Illiberales autẽ & sordidi quæstus mercenariorũ omnium, quorũ operæ, nõ quorũ artes emuntur. est enim in illis ipsa merces, quia seruitutem seruitutis. Valla lib. 4.
Authoratus, a, um. Horat. 2. Serm. Saty. 7. Authoratus eas an turpi clausus in arca. hoc est vt inquit Acron, addictus & cõdemnatus, nã quisque vẽdit ludo authorati dicũtur, & authoratio dicitur vẽditio gladiatorũ.
AVCTORCHTHONES, pen. corre. (αὐτόχθονες,) Populi quidam, qui non alio referunt originem suam verum ex ipso solo nati videri volunt. Latini Indigenæ vocant.

Autographum,

penul. corr. (αὐτόγραφον,) Scriptum manu propria, inquit Sipontinus.
AVTOLYCVS, penul. corr. (αὐτόλυκος,) Mercurii seu Deucalionis filius, & materni Vlyssis auus, furtorum nomine insignis, vt Homerus, & Plato in libro de Republica testantur. Colum lib. 1. cap. 3. 6. Alius fuit conditor Sinopis, & comes Iasonis apud Strabonem. Tertius athleta nobilis pancratiastes, cuius statuam in foro fuisse author est Pausanias. Meminit & Plinius huius artificis lib. 34. cap. 8.
AVTOMALAX Præfidium, (αὐτόμαλαξ φρούριον,) Ptolemæo, vrbs Cyrenes, quæ alio nomine Pentapolis dicitur à quinque eius præclaris vrbibus, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene. Automala Straboni dicta, vulgò Estam.

Automaton,

(αὐτόματον,) Quod per se monetur. Vitruuius lib. 9. cap. 9. de horologiis. Ergo Cretibius quum animaduertisset ex tactu cœli & expressionibus, spiritus, vocesque naturum expressiones αὐτοματίζουσας portentis, rotundationisq; machinas. fecisset. illud Ciceronis, Iure authoritatis, significat Iure vsucapionis, quam præscriptionem vocant, quæsito ab authore, cuius causam sequitur, qui ab eo rem quæsiuit quouis modo legitimo & ciuili.
AVTOMEDON, pen. corr. huius Automedontis, (αὐτομέδων,) auriga Achillis. Virg. 1. Aeneid. 96. – & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon. Et Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 1.
Nunquid Achilleos inter fera prælia fidi
Desernit Iouitis Automedontis equos?
AVTONOE, huius Autónoes, penult. corr. (αὐτονόη,) Filia Cadmi & Hermiones, teste Hesiodo, vxor Aristhæi, ex qua natus Acteon, qui Autonoeius ab Ouidio vocat. 3. Met. 40. – fugit Autonoeius heros,
Et se tam celerem cursu miratur in ipso.

Autophõres,

penult. prod. (αὐτοφώρους,) Latinè dicitur fur manifestus. Budæus.

Autopyron,

(αὐτόπυρον,) Cellius ait esse panem, cui nihil furfuris ademptum est. Cic. 5. Tuscul. 138. Cibarium panem vocat. Budæus. Galenus lib. 1. de Alimentis, panem αὐτόπυρον dici vult, quod ἅλῶν ἀνυπερβλήτῳ, id est totum ipsum triticum nulla sui parte adempta in panificium cedit. hunc etiam vocat σιγκριτὸν quoniam in eum ἀνυφαίνεται, hoc est conuehitur seu confertur simul omnis indiscreta farina. Itaque medius, autopyros, & syncomistus panis idem erunt.
AVTRIGVM, vrbs Carnotum, Ptolemæo, vulgo Chartres.

Autumnus,

(ἐπιφερόμενος,) Quarta pars anni, quæ æstatem sequitur. Festus, Autumnum quidam dictum existimant, quòd tunc maximè augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Cicero in Partitione. 21. Virgil. 1. Georgic. Quid tempestates Autumni & sydera dicant. Idem 6. Aeneid. Quàm multa in syluis Autumni frigore primo Lapsa cadunt folia. Et quia medicẽ morbos Autumno ingraueścere autumãt propter putrefactionẽ, ideo Iuuenal. Saty. 4. 6. letiferum vocat, lam letifero cedente pruinis Autumno. Quinetiã pãpineũ Autũnũ Virgil. vocauit initio 2. Georg. hoc est pampinosum, vt quo tempore, vites foliis & fructibus plenæ sint.
Aestus Autumni. Virgil. 3. Georgic. 94.
– totoque Autumni incanduit æstu. Id est calore.
Flexus Autumni. Tacit. lib. 11. Id est quum Autumnus vergere incipit & inclinari.
Frigora Autumni. Virgil. 2. Georg. 64.
Tempestates Autumni. Virgil. 1. Georgic. 63.
¶ Adultus Autumnus. Vide ADOLEO.
Dies Autumnos. Stat. 4. Sila. eleg. 1. 10. – ditemque precatur
Autumnum, & charis gaudet redimita racemis.
Grauis autumnus. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 4.
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auster,
Autumnusque grauis, libitinæ quæstus acerbæ.
Inæquales Autumni. Ouid. 1. Metamorpho. 11.
Perque hyemes, æstusque, & inæquales Autumnus.
Maturos Autumnus. Ouid. 15. Metamorpho. 42.
Excipit Autumnus posito feruore iuuentæ Maturos.
Pomifer Autumnus. Horat. 4. Carm. ode 7. 3.
Siccatus frigore Autumnus. Iuuenal. Saty. 11. 8.
Sordidus Autumnus. Ouid. 2. Metamorpho. 6.
Strabat & Autumnus calcaris sordidus vuis
Distinguit Autumnus racemos Purpureo varius colore. Horatius 2. Carm. ode 5. 3.
Ponit ferus varios Autumnus. Virgil. 2. Georg. 105.
Autumnus, a, um, vt æquinoctium autumnum. Plin. lib. 19. cap. 6. & lib. 21. cap. 1. per æquinoctium autumnum.
Autũ nalis, pen. correp. (ἀναλος,) Idem significat. Cato ca. 5. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Idem cap. 151. Prima autumnitate, quum pluuia est, tum maximè ab aqua periculum est.
Autumnalis & hoc autumnale, pe. prod. (ἀπαγενὸς,) Autumnale æquinoctiũ, Plin. lib. 1. ca. 41. 1. Varro lib. 1. ca. 39. Nõne videmus alia florere Verno tempore, alia Aestino, neque eadem Autumnali quę Hyberno?
Corna Autumnalia. Ouid. 8. Metamorpho. 134.
Autumnale lumen. Cicero in Arato 33.
In quo Autumnali atque iterum Sol lumine Verno
Exæquat sparium lucis cum tempore noctis.
Autumnalia pyra, acidalo sapore iucunda, Tiberiana appellantur, quæ maximè Tiberio principi placuere. Plin. lib. 15. cap. 16. 2.

Autumo,

autumas, pen. corr. (ὑπολαμβάνω,) autumare quid significet, docet Gellius his verbis, Autumo non solum significat totum æstimo, sed & dico, & opinor, & censeo. Et paulò pòst, Illud magis quæri, in speciẽque dignum est, vtrum sit, & mutata AB præpositio in AV syllabam, propter lenitatem vocis: an potius AV particula sua sit propria origine: & proinde vt pleræque aliæ præpositiones à Græcis, ita hæc quoq; inde accepta sit. Hactenus Gellius lib. 16. cap. 3. Plaut. Ampli. 4. 1 5 2. Quatuor viros sopori se dedisse hic autumat. Ibidem 178. Nescio quem loqui autumat, mihi certè nomen Sosia est. Cic. in Topicis 28. Bene quàm meritam esse autumas, dicis male mereri. Sic in Oratore 94. Terent. in prolog. Heaut. 9.
– factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere & deinde facturum autumat. Catul. epigram. 41. 1.
Nam re esse Tyburtem autumant. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 9.
Insanum Chrysippi porticus & grex Autumat.
¶ Autumare, pro Dicere. Plau. Epid. 13. 37. Di me ex pulita seruatã volunt, si vera autumas. Idem Capt. 17. 1. Vbi tu talis vir falsum autumas.

Auulsus, et Auulsor,

Vide AVELLO.

Auus,

aui, (πάππος,) patris & matris pater, inquit Paulus Iurisconsultus. Festus. Auus patris, matrisque pater, dictus à Græco vocabulo, quod est apud eos πάππος, mutatis quibusdam literis. Alii volant, quòd ex ea voce appellentur, quod apud eosdem Græcos τάτας appellatur: significatque magnum, quoniam veluti magnus pater sit auus. Alii putant auum dictum esse, quia ad duos attineat, quasi adduum, vel quia ad patrem sit additus. Hactenus Festus. Plautus Persa 3. 4. & Menach. 2. 36. Cice. 4. Acad. 148. Idem pro Murena 17. Proauus L. Murenæ, & auus Prætores fuerunt.
Abauo. Vide AB.
Maternus auus, Horat. 1. Sermo. saty. 6. 1. Paternus auus, Ibidem.
Aui penatibus reddi. Tacitus lib. 1. Spem ex eo fore, vt iuuenis penatibus aui redderetur.
Transcendere auum ætate. Seneca in Troade 6. 59.
Nomen clarum auorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 8.
Nobiles aui. Seneca in Hercule furente 6. 1.
Aui auorum. Virgil. 4. Georgic. 47. – multosque per annos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stat fortuna domus,& aui numerantur auorum.
Despectis ortus auis. Ouid.epist.19.44.
Auunculus,pe.corr.(μητρὸς ἀνεψιὸς,ἀνεψιοῦ,πρὸς μητρός,) Matris meæ frater. Traxit appellationem ab eo, quod æquè tertius à me vt auus est, sed non eiusdem iuris:ideoque vocabuli facta diminutio est. Siue auúculus appellatur,quòd aui locum obtineat,& proximitate tueatur sororis filia. Hæc festus. Paulus Iurisconsul. Auunculus is matris est frater. Cic.3.de Finib.10 Attendes igitur vt fideliter diligenter, eamque contra uersiam diiudicabis,quæ mihi fuit cum auunculo tuo diuino ac singulari viro. Idem 2.de Orat.186. Plaut. Aulul.3.35. Virgil.3.Aeneid.69.
Ecquid in antiquam virtutem,animosque virales,
Et pater Aeneas,& auunculus excitat Hector?
Auunculus maior,is est proaui frater, patris vel matris auúculus magnus. Paulus Iurisconsultus de Grad. Affin. Persius, Maior auunculus exit. Vide MAGNVS. Cicer.de Claris Oratoribus 117.
Auia,auiæ,(μάμμη,) Patris vel matris meæ mater. Cicer. de Arusp. resp. 19. Te te Cn. Lentule, cuius ab auia manibus effet accepta, spectatorem esse voluit.
Veteres auiæ,pro delirijs. Persius Saty.5.10.
Dísce,sed ira cadat naso,rugosáque fanna,
Dum veteres auias tibi de pulmone reuello. Budæus.
Solent enim anus & vetulæ delirare.
De auia nihil supereſt,id est de bonis auiæ. Persius Saty.6.7.
Auítus,Adiectiuum, penul. prod. (πεϱιττικὸς,) Quod est aui. vt Auita bona,Cicer.pro Cœlio 26. Auitum regnum,Cic.pro Lege Manilia 14. & Liuius 1.ab Vrbe 9. Auitæ opes,Plin.lib.9.cap.35.14.
Auita & patria res. Cicer.2.Verr.8. Nulla res cuiuíquam tam patria atque auita fuit, quæ non ab eo,imperio istius adiudicaretur. Horat.1. Sermo.saty.6.16.
Patria & auita philosophia. Cicer.1.Tuscul.71. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patriam illam,& auitam (vt ait Theophrastus) philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitauit.
Fundus auitus. Horat.1.Carm.ode 12.9. –tulit,& Camillum
Sæua paupertas & auitus apto Cum lare fundus.
Cella auita. Horat.1.Carm.ode 37.2.
Auitum hospitium. Cicer. Actio,lib.13.35.1. Auitum mihi hospitium est cum Lysone Lysonis filio Lilybitano,valdeque ab eo obseruor.
Auitæ laudis honores. Ouid.ad Pisonem 7.
Merum auitum. Ouid.1.de Arte Amandi 139.
Qui properant,nouus musta bibant,mihi fundat auitum
Consulibus priscis condita testa merum. Id est vetus.
Nomen auitum. Ouid.6.Metamorpho.48.
Sanguine auito nobilis. Propert.lib.2.eleg.25.
Auitæ vmbræ. Ouid.primo Fasto.9.
Tumulus auitus,Sepulchrum aut. Ouid.4.Trist.eleg.3.9.

Auxilium, 4.de Lingua Latina, Auxilium appellatum ab auctu, quum accesserant qui adiumento essent,alienigenæ.

Auxilium aduersæ valetudinis. Corn. Celsus lib.1.in Proœm. Veríque simile est inter nonnulla auxilia aduersæ valetudinis,plerunque tamen eam bonam contigisse, ob bonos mores: quos neque desidia, neque luxuria vitiarant.
Auxilium in re aliqua aduersus. Celsus lib.5.cap.26. Et aduersus profusionem quidem in his auxilium est.
Auxilia nautica,Gubernaculum. Ouid.3.de Arte amandi 52.
Quum mare compositum est,securus nauita transit:
Quum tumet,auxilijs assidet ille suis.
Viæ auxilium,id est viaticum. Virgil.1.Aeneid.73.
Tum celerare fugam,patriaque excedere suadet:
Auxiliumque viæ,veteres tellure recludit Thesauros.
Turus auxilio. Virgil.1.Aeneid.115.
Auxilium & numen. Cicer. Antequam iret in exilium 16.
Argentarium auxilium. Vide ARGENTVM.
Inualidum auxilium. Tacit.lib.1.Neque prouinciæ illum rerum statum abnuebant,suspecto Senatus Populíque imperio ob certamina potentium,& auaritiam magistratuum,inualido legum auxilio: qua vi, ambitu,postremò pecunia turbabantur.
Auxilium emortuum. Plaut. Epid.3.14.
Magica auxilia. Tibull.libro 1.eleg.8.5.
Mutuo auxilio sustinentur. Quintil.lib.5.cap.12.4.
Mutuis auxilijs stant omnia. Quintil.lib.3.cap.4.10.
Præsens auxilium. Virgil.2.Georgic.26. –quo non præsentius vllum
Auxilium venit,&c.
Vitale,auxilium. Ad conseruandam vitam idoneum. Lucret.lib.5.45.
Tum porro puer,vt sæuis proiectus ab vndis
Nauita,nudus humi iacet,infans indigus omni Vitali auxilio.
Valentissimum auxilium. Celsus lib.4.cap.22.
Validius auxilium. Celsus lib.3.cap.22.
Voluntaria auxilia comparare. Vide COMPARO.

Accersere auxilia. Vide ACCERSO.
Accita Auxilia. Vide ACCIO.
Adhibere auxilium. Vide ADHIBEO.
Auxilium sibi adiungere. Vide ADIVNGO.
Afferre auxilium alicui malo. Vide AFFERO.
Arripere auxilium ad. Vide ARRIPIO.
Cogere auxilia,Colligere auxiliares copias. Virgil.8.Aeneid.1.
Collocare auxilia in mediam aciem. Vide COLLOCO.
Concidit auxilium. Ouid.4.de Ponto,eleg.6.3.
Ipsum morte tua concidit auxilium. Id est periit.
Auxilium in perniciem conuertere. Vide CONVERTO.
Dare auxilium,Iuuare. Virgil.2.Aeneid.137.
Deesse,vel Parcere auxilio, Nó vti,vel parcere auxilio quod nobis offertur ab amico. Cicer.pro Cn.Plancio 69. Dixisti enim,nó auxilium mihi, sed me auxilio defuisse. Ego verò fateor me hercule, quod viderim, mihi auxilium non deesse: idcirco me illi auxilio pepercisse.
Numine atque auxilio defendere. Cicer.2.in Catil.47. Sed hic præsentes suo numine atque auxilio,sua templa atque vrbis tecta defendunt.
Egere auxilio. Ouid.13.Metamorpho.15.
Eripere auxilium alicui. Virgil.9.Aeneid.27.
Auxilia facere. Tacit.lib.5. Mittit,qui auxilia mercede faciendi sint: tur de militibus subsidiarijs.
Ferre auxilium. Vide FERO.
Opem atque auxilium ferre. Cicer.4.Verr.6.
Ope & auxilio deorum gubernatur Respub. Cicer.pro C.Rab.3. Ab Optimo Maximo,cæterisque dijs,deabusque immortalibus, ope & auxilio multo magis hæc Respu.quàm ratione hominum & consilio gubernatur,pacem ac veniam peto.
Habere auxilium ex re aliqua. Cicer.11. Philip.309. Decernetur plane sicut multa,Consulem alterũ ambósve,&c.nó vt ex ea acie auxilia beremus,sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam tranquillorum.
Auxilia libertati inuocare. Tacit.lib.15. Dum auxilia libertati inuocat.
Implorare auxilium. Virg.4.Aened.124. Vide IMPLORO.
Iuuare auxilio. Vide IVVO.
Leuare aliquem auxilio. Virgil.2.Aeneid.91.
Auxilium mittere alicui. Cicer.pro Deiot.15. Imperatoribus nostris auxilia mitteret. Ouid.11.Metamor.78.
Mutuari auxilia. Vide MVTVVM.
Negare auxilium. Ouid.15.Metamor.130.
Obstare auxilio,Impedire auxilium. Claud.2.de Rapta Pros.47.
Orbari auxilio. Cicer.pro Murena 75. Vide ORBO.
Ostendere auxilium. Cicer. Antequam iret in exilium 16. Sic nunc illorum miseriis diuinum aliquod auxilium & numen ostenditur.
Parcere auxilio. Vide PARCO.
Perierunt auxilij tempora,Id est nulla amplius restat auxilij occasio. Ouid.1.de Remed.amoris 22.
Petere auxilium. Iuuenal.Saty.15.15. –mutuus vt nos
Affectus petere auxilium,& præstare iuuet. Virg.6.Aeneid.1.
Auxilium petere ab aliquo. Cicer.in Orato.79.
Auxilium petere capiti & fortunis suis. Cicer.pro Cluent.53.
Promittere auxilium. Ouid.13.Metamorpho.65.
Pugnare auxiliis. Quintil.lib.3.cap.13.3.
Nunc cuneis,nunc auxiliis,nunc legione pugnabitur.
Quærere auxilium. Ouid.1.Metamor.76.
Rapere auxilia etiam cum temeritate. Cels.lib.3.cap.7.
Rogare auxilium. Ouid.7.Metamorpho.102.
Spérare auxilium alicuius. Silius lib.7.119.
Subire auxilio,Opem ferre. Virgil.2.Aeneid.446. Corripuere.
Post ipsum auxilio subeuntem,ac tela ferentem
Submittere auxilia. Silius lib.8.5. Idem,Auxilia subuisse,lib.12.
Sumere auxilium. Ouid.7.Metamorpho.103.
Sustinere auxilium aliquod non posse. Cels.lib.2.cap.10.
Est opus auxilio. Ouid.2.de Remedio amoris 38.
Auxilium est mihi in patre. Plaut. Amphit.4.5.
Auxilio adiutores mihi sunt,& mecum militant. Plaut. Epid.14.11.
Auxilio mihi & suppetiæ sunt domi. Plaut. Epid.14.12.
Auxilio esse alicui,Adiuuare aliquem. Plaut. Aulul.35.4.& in Amphit. 3.92. Venit,auxilio iis fuit. Sic author ad Herennium,libro 1.5. Si nobis sint auxilio.
Tentare auxilium alicunde. Virgil.3.Aeneid.30.
Auxilio in paterna iniuria solent esse matres filijs. Teren. Heaut.3.3.
Vocare auxilio aliquem. Virgil.5.Aeneid.136.
Legis auxilio vti. Quintil.lib.6.cap.5.7.
An quod in re inuidiosa legis auxilio nouissimè est vsus?
Auxili genitiuus,pro auxilii. Horat.Epod.1.5.
–auxili Latura plus præsentibus.
Auxilior,auxiliaris,(βοηθέω,συνεπόμαι,) auxiliari, Adiuuare,opem ferre. Terent.Adel.2.4.9. Vt si omnes cuperent,nihil tibi posset esse ri. Cæsar 4.bel.Gal.571. Neque vlla nostris facultas aut adiuuandi dabatur. Ouid.1.de Ponto,eleg.4.5.
Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aqua. Formidatas aquas hydropē appellat.
Auxiliari contra aliquid. Plin.lib.24.cap.12.1. Spinæ albæ semeu contra scorpiones auxiliatur.
Auxiliari morbis. Plin.lib.13.cap.22.6. Quibusdam tamen morbis auxiliari dicunt medici. Idem lib.28.cap.17.3. Hydropicis auxiliatur vrina vesicæ aperi,paulatim data in potus.
Auxiliátor,pen.prod.(βοηθὸς,) Verbale, Qui auxiliatur. Quintil.lib. 12.cap.3. Et ipse litigantium auxiliator egebit auxilio.
Auxiliaris,& hoc auxiliare, pen.prod.(σύμμαχος,) Qui auxilio est,fiue auxilium affert vt Auxiliaris amicus.
Dea auxiliaris,Lucina. Ouid.9.Metam.140.
Auxiliaris vis. Plin.lib.27.cap.1.5. Vinumque & acetum ex his factum auxiliarem contra eadem vim habent.
Auxiliares copiæ. Festus, Auxiliares dicuntur in bello socij Romanorũ exteratum nationum,dicti ex Græco vocabulo ἐπίκουροι, quod nos dicimus rerum creſcentiũ auctiones. Vegetius de Re militari lib.2. Auxiliares conducuntur ad præliũ ex diuersis locis, ex diuersis muneribus veniẽtes: nec disciplina inter se,nec notitia,nec affectione cõsentiũt.
Arma auxiliaria. Ouid.6.Metam.85.
Auxiliares cohortes. Cæsar.1.bel.Ciuil.231.
Auxiliares duces. Liuius 1.bel.Pun.94.
Auxiliarius,Adiectiuum,(συμμαχικὸς,) Idem. vt Auxiliaria cohors. Cic.de Prouinciis Consularibus.12. Asinius Pollio ad Ciceronem,lib. 10.11.14. Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misi.
Auxiliátus,pen.prod.Participium,(βεβοηθημένος,) Stat.5.Sylu.32.
Nil famuli cœtus,nil ars operosa medentum Auxiliata malis.

Auxilla, Olla parula. Festus.

AVXIMVM,(ἄυξιμον,) Picentum oppidum in Italia, quod belli ciuilis tempore in potestatem Cæsaris venit.à quo Auximates populi dicti sunt,teste Strabone.vulgo Osimum dicitur.

Axicula, Vide AXIS. A X

Axiculus,pen.corr. Diminutiuum,(ἀξίδιον,) Partus asis, siue asser. Colum.lib.6.cap.19.2. Ita vt à posteriore parte, quæ latior est, velut in cuneum quadrupes possit induci, nec exire alia parte prohibentibus aduersis axiculis. Vitruuius lib.10.cap.2.

Axilla, (ἀκρωμία,) Valla in Raudensem, Poetæ appellant locum sub illum concauum subter brachiũ, alam: quia in eo pili, quasi penne nascuntur. Proprie tamen vocatur axilla non ascella, vt ait Cicero in Oratore 285. diminutiuum facient ab ala, vt maxilla à mala, & paxillus à palus. Vide MAXILLA.

Axim, (σφῆτα,) pro egerim. Pacuuius Peribœa, Vt quæ egi, ago, vel axim verrimentur bene Nonius.

Axinomantia, penult. prod. (ἀξινομαντία,) Genus magicæ diuinationis per fecures, quas Græci axinas vocant. Plin.lib.16.cap.19.5. Hoc dicuntur vti magi in ea quam vocant axinomantiam.

Axiôma, pen.prod.(ἀξίωμα,) axiomatis, Dignitas & amplitudo propter honores gestos,aut magistratum vel etiam auctoritas,quam δόξαν Græci vocant.
Axiomata, dicuntur disciplinarum principia, & propositiones quædam demonstrabiles,quæ in communi sensu conceptiõi versantur. Ex Budæo. Gellius lib.16.cap.8. Et omnino quicquid ita dicitur plena atq; perfecta verborum sententia, vt id necesse sit aut verum aut falsum esse, id à dialectheis ἀξίωμα,id est oratio verum aut falsum plene significans,appellatum est:à Marco Varrone,sicuti dixi,proloquiumá Marco autem Ciceronẽ,pronuntiatum,quo ille tamen vocabulo tantisper vti se attestatus est,quoad melius (inquit) inuenero. Sed quod Græci ἀναπόδεικτον ἀξίωμα dicunt,id alii nostrorum,adiunctiuum alii connexum dixerunt. Id connexum tale est, Si Plato ambulat, Plato mouetur: Si dies est,sol super terras est. Plura apud eundem Gellium eodem capite. Item lib.14.cap.8. Cic.1.Tuscul.23.& de Fato.1. Explicandaque vis est rationis enuntiationum,quæ Græci ἀξιώματα vocant,quæ de re futura quum aliquid dicunt, de que eo quod possit fieri, aut non possit,&c. Item.4.Acad.169. Nempe fundamentũ dialectice est,quicquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse, aut falsum. Axioma (inquit Donatus in Andria) sententia est, vel enuntiatio vno verbo cõtinens nexam & perfectam intelligentiam,vt,Quin tu vno verbo dic. Id est (inquit) ἀξίωμα.

Axis, huius axis,masc.g.(ἄξων,) plures habet significationes. nam & pars cœli Septentrionalis,& stipes teres circa quem rota vertitur,& tabula sectilis,axis appellatur. Festus.
Axis, pars Septentrionalis: quem polum siue verticem quidam appellant. Cic.1.Tusc.107. Tum globum terræ eminentẽ è mari, fixum in medio mũdi vniuersi loco, duabus oris diuitatibus habitabilẽ & cultũ.

Quarũ altera,quã nos incolimus,sub axe posita ad stellas septẽ, vnde Horrifer Aquilonis frigor gelidas molitur niues:
Altera Australis ignota nobis,quam vocant Græci ἀντάρκτον. Idem de Vniuersitate 46. Iam vero terram altricem nostram quæ traiecto axi sustinetur diei,noctisque effectricem. Idem 4.Acad.221. Terra circũ axem se summa celeritate conuertit & torquet.
Axis,pro Cœlo. Claudian.1.de Raptu Proserp.24.
Lucidus vmbroso miscebitur axis aueroo.
Axis ætheris. Virgil.1.Aeneid. –nudoque sub ætheris axe
Ingens ara fuit. Vbi Seruius, Sub ætheris axe, hoc est sub dio, quod implusium dicitur. Axis autem est aut plaustrum Septentrionale, aut pars Septentrionis,aut spiritus quo mundus mouetur,sicut docet Lucanus. Idem lib.8.Gelidísque sub ætheris axe. Vbi idem Seruius, Sub ætheris axe,Id est sub aere.
Cœli axis. Stat.12.Theband.112.
–ac dubio cœli Erebúque sub axe Derinet.
Aethereus axis. Ouid.6.Metamorpho.35.
Aftriferi. Lucanus lib.2.1.
Aftrigeri. Stat.10.Thebaid.165.
Aureus. Ouid.2.Metamorpho.10.
Calidus. Claudian.5.Panegy.8.
Candens. Ouid.7.Metamorpho.29.
Hesperius. Ouid.4.Metamorpho.43.
Horrifer. Valer.5.Argonaut.104.
Igniferi. Claudian.2.Panegy.56.
Niualis. Valer.1.Argonaut.41.
Nocturnus. Claudian.5.Panegy.48.
Scythicus. Seneca Hercul.Oeth.9.11.
Serenatus. Silius lib.12.118.
Sereius. Stat.5.Thebaid.18.
Stelliger. Stat.5.Sylu.eleg.1.16.
Torrentissimus. Statius 3.Sylu.eleg.1.11.
Ardescit axis. Ouid.1.Meta.25. –ne forte facer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas,rotumque ardescteret axis.
Claudere axem. Id est occultare astra. Senec. Herc. Oetheo 11.5.
Axis,pro regione sub axe posita. Sil.lib.17.100.
Perrumpit stridens sub pondere belliger axis.
Axis,Lignum teres,circa quem rota vertitur. Virgil.3.Georg.
Posit valido nitens sub pondere fagnus axis. Plinius lib.15.cap.8.2.
Lora etiam,ac coria omnia,axesque decocta amurca vngi. Martialis lib.7.70. Vtilis vngendis axibus est picis potes. Persius Saty.5.8.
Quum rota posteriot curras,& in axe secundo.
Axis temone reuulsus. Ouid.2.Meta.64. –illic temone reuulsus Axis.
Axis,pro toto curru. Iuuenalis Saty.5.12.
Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.
Cirrus axis,Id est celer. De Solis curru. Ouid.1.Metamor.15.
Euersus axis. Silius lib.10.83.
Falcati axes. Id est currus in quibus erant affixæ falces,ad obuios armatos dissecandos,quibus etiam Galli aduersus Cæsarem vsi sunt. Valer. 6.Argonaut.37. –falcatos infert Ariasmenus axes.
Feruens axis. Id est currus celer. Silius lib.1.45.
Non Eleus est campo fermentior axis.
Feruidus axis. Virgil.3.Georgic.71. –volat vi feruidus axis,Id est currus. Nam tam rotæ quàm axis cursu calescunt. Seruius.
Ignifer axis. Ouid.2.Metamorpho.6.
Non tamen ignifero quisquam consistere in axe Me valet excepto.
Igneus axis. Statius 6.Thebaid.106.
Nunc saltem dum nemo prior rapit igneus orbes Axis,&c.
Pherbeus axis,Id est currus Solis. Seneca Hercul.Oetheo 11.5.
–ora Pherbeus modò Afflabat axis.
Pigri axes. Claud.epig.5.11. –pigrosque polas non concitat axes.
Purpureus axis,Currus Solis. Ouid.epist.4.32.
Purpureo tepidum qui mouet axe diem.
Pruinosus axis,Id est currus Auroræ. Ouid.1.Amorum,eleg.13.1.
–pruinoso quæ vehit axe diem.
Rapidus axis. Stat.6.Theba.65. –& rapido Sol natum imponeret axi
Gaudentem,lachrymans,fatra insidiola docebat. De curru Solis.
Propellere axem,Id est currum. Silius lib.16.82.
–atque cursum propulit axem Atlantis senio inualidi.
Sinuare axem,Id est in gyrum verrere. Silius lib.16.73. Non vnquam est fusum sinuabat deuius axem. Axem hoc loco pro curru posuit.
Vellere axem emoto à cardine. Stat.1.Thebaid.70. Axis, hoc est ferrum il lud circa quod cardo tanuæ vertitur.
Axes,pro assibus. Vide ASSIS,vel AXSVM. Gellius lib.2.ca.12. In legib⁹ Solonis illis antiquissimis,q Athenis axibus ligneis incisæ sũt.
AXIVM,(ἄξιον κόστος,) Ptolemæo cap.10.lib.3. Ciuitas Mysiæ inferioris: vulgò Chiha.
AXIVS, Fluuius Mygdoniæ,quæ pars est Macedoniæ, dicitur Homero lib.2.Iliad. αἰ' ἀλλοτε, νἱὸς, id est cuius pulcherrima est aqua. Vi

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Herodotum lib.7. Et Ptolemæum lib.3.cap.11.

AXONA, pen.corr. (Ἄξονα.) Fluuius in extremis Rhemorum finibus, teste Cæsare 2.belli Gallici. Le disne. Auſonius in Moſella non ita procul à fine. Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona præceps.

Axungia, (ἄξυγγιον,) adeps ſuillus mueteratus aut cum ſale, aut ſyncerus: qui quanto vetuſtior, tanto vtilior eſt. Plin.libro 28.cap.9.18. Vtiliſſimum contra inflammationes vleerum adipe verrino confici, & iungi putant vtiliſsimeque quæ ſerpant, illinire cum reſina. Antiqui maximè axibus vehiculorum perungendis, ad facilioremcircumactum rotarum vtebantur: vnde & nomen ſic quoque vtili medicinæ cum illa ferrugine rotarum ad ſedis vitia, virilitatisque. Et per ſe axungiam medici antiqui maximè probabant tenibus detractâ, & exemptis venis aqua cœlefti fricabant crebrò, decoquebantque fictili nouo ſæpius, tum demum aſſeruantes.

A Z

Azymus, (ἄζυμος,) Latinè dicitur infermentatus. vt Panis azymus. Galenus lib.1. Alimentorum, Quòd ſi, inquit, caſeus addatur, ceu rura noſtra feſtis diebus facere conſueuerunt, quem ἄζυμον, nuncupant, præſto quibuſuis etiam robuſtiſſimi corporis noxa erit. Hîc videtur intelligere per panem azymum, quas vulgò flamnicas & placentas appellare ſolemus.

B

LITERA Secunda in ordine alphabeti, in aliarum literarum locũ, teſte Quintiliano, lib.1.ca.4.12. data eſt aliquando: vnde propriũ Byrrhus pro Pyrrhus, & Bruges pro Fruges, & Belena pro Helena: fecit quoque ex Duello Bellum, vnde Duellios quidam dicere Bellios auũ.

BAAL, (Βααλ) idolum quod colebatur à Samaritanis.

BABACTES, (Βαβακτης,) vnũ ex nominib⁹ Bacchi.

Babae, Græca admixtis voxt Βαβαὶ, pro qua papæ Latini verte runt. Plaut. Pſeud. 1.8.1. Babæ, nunc demum mihi animus intuto eſt loco. Ibidem 5.130. P. Pernicies adoleſcentum. B. acerrume. C. Fur. B. babæ. P. fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. planiſſume. Hæc vox frequentiſſima eſt apud Ariſtophanem comicum Græcum.

BABYLON, penul. correp. huius Babylõnis, pen. prod. (Βαβυλων,) Meſopotamiæ vrbs eſt, Chaldæorum gentium caput, quæ ſummam claritatem obtinuit in toto orbe: propter quã reliqua pars Meſopotamiæ, Aſſyriæque, Babylonia appellata eſt. Muri ambitum habet trecentorum & octoginta quinque ſtadiorum: quorum altitudo, pedes ducentis latitudo, quinquageni: in ſingulos pedes, ternis digitis menſura ampliore, quàm noſtra. Via in mœnibus ipſis tam lata, vt quadrigæ ſibi in uicem occurrentes, facilè pertranſire poſſent. Quapropter inter ſeptẽ orbis miracula numeratur. Hanc vrbem Semiramis condidit. Author Plinius, & Strabo lib.16. Eſt & Babylon, & Aegypti caſtellum, vt ait Strabo: natura munitum, à Babyloniis illuc commigrantibus conditum. Vna illic è tribus erat legionibus quæ Aegyptum cuſtodiebant, vt idem Strabo author eſt. Ptolemæus hanc quoque Babyloniam vocat. hodie verò Cairum vel Alcairum appellant, quæ non caſtellum eſt, ſed vrbs maxima complures complexa populos, vt frequentes inde redeuntes Chriſtiani indicant. Volaterranus. Vide in dictione MEMPHIS. Cic.1.de Diuinat.36.

Acus Babylonis. Vide ACVS.

Opes Babylonis. Stat.3.Sylu.2.28. – ſucraſque
Antiquæ Babylonis opes.

Antiqua Babylon. Stat.lib.3.Sylu.2.28.

Superba Babylon. Lucanus lib.1.2.

Babylona, accuſatiuus. Propert.3.eleg.11.5.
Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem.

Babylonius, (Βαβυλωνιος,) Adiectiuum. Cic.1.de Diuin.145. Nam qđ aiunt, quadringenta ſeptuaginta millia annorum in periclitãdis experiundisque pueris, quicũq; eſſent nati, Babylonios poſuiſſe fallunt.

Mœnia Babylonia. Lucanus 6.libro 10.
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Babylonicus, penul. correp. (Βαβυλωνικος,) aliud adiectiuum vt Babylonica veſtis, quæ variis coloribus intexta eſt. Plin.li.8.ca.48.6. Et Stragulum Babylonicum, quod Plutarchus in Catone vocauit ὑπὸβαμμα τῶν ποικίλων βαβυλωνίων. Refert autem illum M. Catonem, quum ex hæreditate Babylonicum ſtragulum ſibi obueniſſet, ſtatim vendidiſſe. Hæc Bayfius. Quinetiam Plinius libro 8. Triclinia Babylonica dixit, de Metello loquens.

Bacca, baccæ, (βακκάρων,) non à Baccho deducitur, ſed primogenium eſt, & ſignificat minutiores arborũ fructus, vt ſunt lauri & oliuæ. Plin.lib.15.cap.24.5. Magna & baccis differentia. alia namque ſunt oliuis, lauriſi & alio modo loto, cornis, alio myrris, lentiſco. Aquifolio enim ac ſpinæ, ſine ſucco: medioque etiamnũ genere inter baccas acmosque ceraſis. Pomum his primo candidum, & ferè omnibus baccis: mox aliis vireſcit, vt oliuis, lauris: rubet verò moris, cerasis, cornis: deinde nigreſcit moris, ceraſis, oliuis. Martialis lib.13.98. Hoc tibi Campani ſudauit bacca Venafri. Cic.1. Tuſcul.49. Ergo ar bores ſeret diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe minquam.

Fruges & baccæ. Cic.1.de Leg.37. Nec ſolum ea quæ frugibus atque bacis, terræ fœtu profunduntur, ſed etiam pecudes, & eodem 1.de Diuinat.24. Vt agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque ſe viſurum putat. Item ibidem 189. Et de Senect.5.

Bicolor ſyncerae bacca Mineruæ. Ouid.8.Metamor.134.
Periphraſis oliuæ quæ & viridis eſt & nigra.

Bacca cærulea. Vide CAERVLEVS.

Candentes baccæ. Claud.4.Panegyrico 106.
– baccis onerat candentibus aures.

Felicibus baccis floret, arbor, id eſt copioſis & elegãtibus. Sũlli 15.epig.
Nulla mihi floret baccis felicibus arbor. Verba ſunt. Tellaris Iouinus.

Sanguineæ ebuli baccæ. Virgil.10.eclog.6.

Lauri baccæ. Virgil.1.Georgic.62.

Oliuæ bacca. Horat.2.Sermo.ſaty.4.14.

Syluestres baccæ. Virg.2.Georg. Et ſtrati baccis ſyluestribus agri.

Baccæ à ſimilitudine, dicuntur etiam gemmæ & lapilli. Virgilius in Ciliee, Cochea bacca maris pretio eſt à pectore puro. Claudianus. Et variis ſpirat Nereia bacca figuris. Horat.2.Sermo.ſaty.3.48.
Filius Aeſopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet vt decies ſolidum exorberet, aceto
Diluit inſignem baccam. Idem Epod.8.3.
Nec ſit marita quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet.

Baccifer, penul. corrept. Adiectiuum, (ἀκροδρυοφόρος,) Ferens bacas. Plin.lib.16.cap.10.11. Ex omnibus ſola baccifera.
Hedera baccifera. Seneca in Oedipo 5.3.

Bacculа, penul. correp. Diminutiuum, (ἀκροδρυάριον,) parua bacca. Plinius lib.15.cap.3.16. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, floreque pureo, ferunt bacculas paruas, vt capparis.

Baccatus, pen.prod. (δρυώδης,) Adiectiuum, Baccis ornatus. Virgilius Aeneid.132. – colloque monile Baccatum. Silius lib.8.27.

Baccha, vinum in Hiſpania. Varro de Ling.Lat. lib.6.

Bacchae, Bacchanalia, Vide BACCHVS.

Bacchar, baccharis, ſiue Baccharis huius baccharis, penul. corr. fœm.gen. (βάκχαρις,) Herba de qua ſic Plinius lib.21.ca.6.2. Bacchar quoque radicis tantum odoratæ eſt, à quibuſdam Nardum ruſticũ appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri ſolita apud quosdam, Ariſtophanes priſcæ comœdiæ poeta, teſtis eſt. Vnde quidam ex rore falſo barbaricam eam appellabant. Odor eſt ei cinnamomo proximus: gracili ſolo nec humido prouenit. Nõnulli putant eſſe eam quæ vulgò caryophillos dicitur. Quinetiam videtur ad hoc accedere Dioſcoridis interpretatio, cap.49.lib.3. Virgil. in Pollione. Et quæ deras paſſim cum baccare tellus. Vbi Seruius, Baccar herba eſt quæ faſcinum depellit. vt – baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Eclog.7.6.

BACCHIVS, (βάκχος,) gladiatoris nomen. de quo Horat.1.Sermo. ſaty.7.4. – Bruto Prætore tenente
Ditem Aſiam, Rupili & perſi par pugnat: vti non
Compoſitus melius cum Bitho Bacchius in os
Aeres concurrunt. Vbi Acron, Bithus, & Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum ſub Auguſto.

BACCHVS, (βάκχος,) Iouis ex Semele filius qui fortaſſis quòd vinum primus excoluiſſe viſus eſt ideo ab antiquis putatus eſt deus vini, & pro ipſo vino poni conſueuit. Hic multi nominis fuit. nam pro Dionyſius, deinde Liber pater: poſtmodum quum bellaſſet in Indos, multas ſecum habuiſſet fœminas, quæ Bacchæ dicebãtur, Bacchus dictus eſt. Oſiris, quandoque Priapus, quandoque Bromius, quandoque Dionyſius & Lenæus. Hic orbem ferè terrarum peragrauit, omnes fere nationes domuit, Indos debellauit, & primus omnũ triumphauit. Is vectus Indico elephanto vt ſcribit Diodorus, primus emere & vendere inſtituit, & diadema regũ ac triumphũ inuenit. Dictus Bacchus à τοῦ βακχάζειν id eſt ebrium eſſe & clamare, quòd in Bacchanalibus ita mores fierent: vel vt ſcribit Diodorus, à mulieribus quæ illum Bacchantes, id eſt furentes ſequebantur: vel ab incondito vlulatu, quem vulgus Bacchatur Veneri. Seneca in Agamem.7.27. Cui nunc vagor veſana? cui bacchor furens?

Bacchari, per metaphoram, pro Furere. Nam veteres à bacchantibus, quicquid vehementius agitaretur, bacchari dicebant. Virg.4.Aeneid. 134. – totamque incenſa per vrbem Bacchatur.
Quod idem & Debacchari dicitur.

Furere & bacchari. Cic.de Claris Orat.151. Nec erat vlla vis atque contentio, ſiue conſilio, quòd eos quorum altior oratio, actioque eſſet ardentior, furere & bacchari arbitrarentur: ſiue quòd, &c.

Bacchari cum aliquo. Plin.lib.3.cap.1.6. Luſum enim Liberi patris, ac Lyſam cum eo bacchantem, nomen dediſſe Luſitaniæ.

Bacchari in voluptate. Cic.in Catil.28. Quibus gaudijs exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Hoc eſt furiabere.

Ferro bacchari. Claud.de bel.Get.31. – cum Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus & igni.

Bacchari in aliquem. Terent.Adelph.2.1.31. Egone bacchatus ſum in te, an tu in me?

Bacchari venti dicuntur, dum flant impetuoſius. Horat.1.Carm.25.
1. Thracio bacchante magis ſub inter – Lunia ventu.
Boreas bacchatur ab Arcto. Ouid.1.Triſt.eleg.2.6.

Bacchans, bacchantis, (βακχεύων,) Participiũ. Cic.4.in Catil.83. Verſatur mihi ante oculos aſpect? Cethegi & furor i veſtra cæde bacchãtis.
Ratu bacchantum. Ouid.7.Metam.52.

Bacchantum voce ſonare. Ouid.3.Metam.141.

Bacchata loca, in quibus eſt debaccharum. Virg.2.Georg.

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes

Rite cliens Bacchi ſomno gaudentis, & vmbra. Porphyr. In Bacchi eſt tutela poetæ omnes ſunt conſtituti.

Digiti Baccho digni, pro formoſis dixit Ouid.3.Metamor.85.
Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines. De Narciſſo puero.

Humor Bacchi, pro vino. Virg.2.Georg.29. Et Munus Bacchi. Ouid.5. de Remed.amo.82. Item, Sapor Bacchi. Virg.4.Georg.21.

Fera à Baccho tellus. Id eſt vini. Seneca in Hercule furente.9.16.

Audax Bacchus. Valer.5.Argonaut.102. ab effectu.

Conſitor vuæ Bacchus. Tibul.1.eleg.5.14.

Coryimbifer Bacchus. Ouid.1.Faſt.79. eò quòd hedera delectaretur, eaque ſacerdotes eius in Orgiis coronarentur.

Generoſo Baccho madeant pocula. Tibul.3.eleg.6.1.

Cornu inſignis Bacchus. Ouid.3.de Arte amandi.70. Siquidẽ vinum petulantes facit & violentos atque truces. Vel quia primus boues ad iugum iunxit, ideo illũ cum cornibus finxerũt. Author Diodorus lib.5.

Lætitiæ Bacchus dator. Virg.1.Aeneid.148.

Liquidus Bacchus. Ouid.13.Metam.139. Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho. Id eſt panem edunt, & vinum bibunt.

Odoratus Bacchus. Virg.4.Georg.56.
Huius odorato radices incoque Baccho. Hoc eſt vino.

Racemifer Bacchus. Ouid.15.Metam.85.

Sacer Bacchus. Id eſt vini: quod in ſacrificiis libatur. Valer.5.Argon.59.
Ipſe graui patera ſacri libamina Bacchi Rite ferens.
Somno & vmbra gaudens Bacchus. Horat.2.Epiſt.2.16.

Furis Bacchi agi. Ouid.epiſt.4.10.

Perugili Baccho noctem ducere, Id eſt noctem inſomnem potando tranſigere. Seneca in Thyeſte.5.13.

Hilarare conuiua multo Baccho. Virg.eclog.5.14.

Reſtituere corpora parco Baccho. Valer.2.Argonaut.14.
– Cereris tum munere feſſas
Reſtituunt vires & parco corpora Baccho.

Bacchum & Cererem ſalutare. Plaut.Amphit.15.62.

Bacchæ, (βάκχαι,) Mulieres, quæ Baccho ſacrificia faciebant. Liuius.9. bel.Maced.49. Cic.Fabio, lib.7.14.6. Bacchis verò vbi eſt apud me locus? At pulcheliæ ſimtinoui optime & ſæpe vidi.

Sæuæ Bacchæ. Propert.lib.3.eleg.22.2.

Bacchæ bacchanti aduerſari. Plaut.Amphit.8.69.

Bacchãal, vel Bacchanale, pen.prod. (βακχεῖον,) locus in quo Bacchi feſta celebrãtur. Plaut.Aulul.11.3. Nunquid ego vnquam, niſi hodie, ad Bacchas veni in bacchanal coquinatum?

Bacchinal, pro feſto quod in Bacchi honorem fieri ſolebat. Inde Bacchinal facere. Plaut.Mil.11.43.
Abi abi intrò iam, vos in cella vinaria Bacchanal facitis.

Bacchanal exercere. Plaut.14-16. Bacchanal te exercuiſſe oportuit ſenex

Bacchanalia, bacchanaliorũ, plurale, ſi.g. (ἀκροδρυάρια, βακχεῖα μακρά,) Bacchi feſta, quæ & Dionyſia dicuntur, in quibus viri per noctẽ fœminis & teneræ ætati turpiter miſcebantur per dolum. Cic.2.de Legib.59. Quo in genere ſeueritatẽ maiorũ Senatus vetus authoritas de Bacchanalibus, & Conſulũ exercitu adhibito, quæſitio, aliaque ſupplicia declarat.

Bacchanalia viuere. Iuuenal.ſaty.2. Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt. Id eſt tamẽ Bacchanalia celebrant, quotidie ebrii cernuntur.

Bacchor, baccharis, (βακχεύω,) bacchari, Bacchanalia exercere. Colum. lib.10.cap.20. Nunc amor ad coitus properat, nunc ſpiritus orbis
Bacchatur Veneri. Seneca in Agamem.7.27. Cui nunc vagor veſana? cui bacchor furens?

Bacchari, per metaphoram, pro Furere. Nam veteres à bacchantibus, quicquid vehementius agitaretur, bacchari dicebant. Virg.4.Aeneid. 134. – totamque incenſa per vrbem Bacchatur.
Quod idem & Debacchari dicitur.

Furere & bacchari. Cic.de Claris Orat.151. Nec erat vlla vis atque contentio, ſiue conſilio, quòd eos quorum altior oratio, actioque eſſet ardentior, furere & bacchari arbitrarentur: ſiue quòd, &c.

Bacchari cum aliquo. Plin.lib.3.cap.1.6. Luſum enim Liberi patris, ac Lyſam cum eo bacchantem, nomen dediſſe Luſitaniæ.

Bacchari in voluptate. Cic.in Catil.28. Quibus gaudijs exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Hoc eſt furiabere.

Ferro bacchari. Claud.de bel.Get.31. – cum Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus & igni.

Bacchari in aliquem. Terent.Adelph.2.1.31. Egone bacchatus ſum in te, an tu in me?

Bacchari venti dicuntur, dum flant impetuoſius. Horat.1.Carm.25.
1. Thracio bacchante magis ſub inter – Lunia ventu.
Boreas bacchatur ab Arcto. Ouid.1.Triſt.eleg.2.6.

Bacchans, bacchantis, (βακχεύων,) Participiũ. Cic.4.in Catil.83. Verſatur mihi ante oculos aſpect? Cethegi & furor i veſtra cæde bacchãtis.
Ratu bacchantum. Ouid.7.Metam.52.

Bacchantum voce ſonare. Ouid.3.Metam.141.

Bacchata loca, in quibus eſt debaccharum. Virg.2.Georg.

– ô vbi campi Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta. Nonius.

Turba bacchata. Ouid.4.Triſt.eleg.5.17.

Bacchatio, Verbale, (βακχεῖον,) vt Bacchationes nocturnæ. Cic.3. Verr.22. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis.

Bacchãtim, pen.prod. Aduerbium, (βιβακχευμένως,) More bacchantiũ. Apuleius, Quin igitur ſoror hunc primum bacchatim diſcerpimus? Hoc eſt furioſe & iracundè.

Bacchẽis, pen.prod. baccheidos, pen.corr. fœminin. (βακχῆις,) Quæ ad Bacchum pertinet. Statius.1.Sylu.2.7.
Qualis ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, ab Inoo fert ſemita tecta Lechæo.

Baccheius (βάκχειος,) A dieũtium poſſeſſiuum quadriſyllabum. Virg.2. Georg.41. Qui memorandum æquè Baccheia dona tulerunt.

Bacchãus, pen.prod. aliud adiect. vt bella Bacchæa. Stat.12.Theb.169.

Cornua Bacchæa. Stat.9.Thebaid.87.

Vlulatus Bacchei. Ouid.11.Metam.4.

Bacchicus, pen.cor. (βακχικός,) Idem quod Baccheius, poſſeſſiuum. Hinc Serta Bacchica, Serta ex hederis. Ouid.1.Triſt.eleg.6.1. Deme meis hederas Bacchica ſerta comis.

Bacchius pes, (βακχεῖος,) conſtat prima breui, & reliquis longis. vt Quirino. Hoc pedis genere vtebantur in carminibus ſacrorum Bacchi: circui contrarius eſt Antibacchius.

BACCHIADAE, pen.corr. (βακχιάδαι,) Populi qui è Corintho exules, in Siciliam deuenerunt, & vrbem inter Pachinum & Pelorum ædificantes, Siculi facti ſunt. Ouid.6.Metam.82.
Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho.
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Baccula, Vide BACCA.

Bacélus, pen.prod. (βάκελος,) pro ſtulto ponitur. Tranq. in Auguſto, cap.87. ponit aſſiduè & pro ſtulto bacelum, & pro pullo pulleiacum, &c. Quædam exemplaria legunt Blaceolum.

Bacillus, vel Bacillum, Vide BACVLVS.

Bacrionem, (κρατήριον,) dicebant genus vaſis longioris manubrii. hoc alii trullam appellant. Hæc Feſtus, Varquo manus perluuntur.

Bactra, bactrorum, (βάκτρα,) Scythiæ prouincia vltra Aſſyriam, à flumine Bactro cognominata, vt dictum eſt. Virgil.lib.Georg.2.

Regia Bactra. Statius.3.Sylu.18.

Bactri, ſiue Bactriani, (βάκτριανοί,) Populi Bactra incolentes, qui ſunt, teſte Herodoto lib.7. Scythis proximi de quibus propè omnia notiora ſunt, quàm vt referri debeant. multarum rerum enim copia diuites, & ſmaragdi cum primis apud eos reperti nobilitate.

Báculus, m.g. & Baculum, neut.g. pen.corr. (βακτηρία, βάκτρον,) Ouid.lib.15.Metam.
Eſſe ſolet, baculumque tenens agreſte ſiniſtra.
Agreſte baculum. Ouid.15.Metam.131.
Incumbere baculo. Ouid.1.Faſtorum.36.
Inniti baculo. Ouid.14.Metam.131.
Leuare membra baculo. Ouid.8.Metam.140.

Baculus tortus. Ouid.2.Metam.28. Indoluit, baculumque capit, quem ſpinea torum Vincula cingebant.

Bacillus, maſc.gen. & bacillum, n.g. Diminutiuum, (βακτηρίδιον,) Cic.2. de Finib.57. Vt bacillum aliud eſt inflexum, & incuruatum de induſtria, aliud ita natum, &c. Sic idem lib.1.de Diuinat.58. Lituus, id eſt incuruum & leuiter à ſummo inflexum bacillum, quod ab eius litui quo canitur, ſimilitudine nomen inuenit. Idem de Lege Agraria.91. Deinde ante ibant lictores, non cum bacillis, ſed vt hîc Prætoris antecedunt, cum faſcibus duobus.

Leuiter inflexum à ſummo bacillum, Lituus eſt. Vide Paulò anté. Cic.1. de Diuinat.58

Bacillo alicuius oculos tundere. Cic.7.Verr.111. Proximus lictor Sextius, conuerſo bacillo oculos miſero tundere vehementiſſimè cœpit.

BADACVM, (βαδάκιον,) ciuitas eſt Noricorum, ſiue Bauarorum, hodie Salezaburgenſis, dicta à flumine quod Salezan vocant. Author Volaterranus.

Badius, (φοινικεύς,) color, id eſt Phœniceus, ſiue ſpadiceus. Inde Equus badius, qui & baius, & balius dicitur &c. Varro ἄνος πρὸς λεπόριον nati hic badius, iſte giluus, ille murinus. Ex Nonio.

* Badius color vulgò dicitur Baio, nam Græci palmarum termiter cum fructu ſuo vocant Baia. Hermol. in Plin.

Badizo, badizas, (βαδίζω,) badizare. Significat ire. Plautus Aſin. 12.116. Demam hercle iam de hordeo, tollutim ni badizas. Græca dictio Latinè declinata.

BAENIS, (βαίνις,) fluuius Luſitaniæ, de quo ſic Strabo lib.3. inquit. Poſtea Bænis, vel (vt alii aiunt) Minius, omnes Luſitaniæ fluuios magnitudine ſuperans. Et huc ipſe ad ſtadia CCC. nauigabilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BAETICA, pen.corr.(βαιτικὴ,)tertia pars Hispaniæ,sic à Bæti flumine dicta,ab incolis autem Turdetania.Author Strabo,lib.3.

Bæticus,(βαιτικὸς,)Adiectiuum,vt Bæticus,siue Hispan⁹ color, Obscurus & ater,qui & pullus nominatur:quòd natiuus color in Hispania subnigrior est,ideoque minus vilis.

Bæticatus,(βαιτικιστὸς,)aliud adiectiuum,Pullatus. Martial.lib.1.91.

Bebaticatus,atque leucopæatus.

BAETIRAE,(βαιτῖραι,)vrbs Gallię Narbonensis Ptolemæo.vulgò Besiers,Pomponius Mela,lib.2.cap.5.& Strabo lib.4.

BAETIS,(βαῖτις.)fluuius Hispaniæ,ex iisdem locis nascens ex quibus Anas & Tagus.mediæ inter vtrunque magnitudinis existens,ab suo primordio,sicut Anas,in Occasum fluitans,inde in Austrum deflectens,in idē littus excurrit.Regio ipsa,à flumine Bætica vocitat.Verba sunt Strabonis lib.2.De hoc meminit & lib.2 Ptolemæus, cap.4.

Bæticola,bæticolæ,pen.cor.(πεδιάσιος σεῦ βαῖτις,) Accola Bætis fluuii.Silius lib.1.130.

–& vulgus Iberum,
Bæticolasque viros spatiis agitabat iniquis.

BAETVLON,(βαιτυλὼν,)Ptolemæo lib.2.cap.6.Hispaniæ Tarraconensis fluuius:alio nomine Bętholon,Besos vulgò.

BAGANVM,(βάγανον,)Authore Ptolemæo lib.2.cap.9. Neruiorum ciuitas:alio nomine Tornacum,vulgò Tornay.

Bagôus, penult.prod.Lingua Persica spado dicitur. Ouidius.2. Amorum,eleg.2.

Quem penes est dominam seruandi cura Bagoe,
Dum peragо tecum pauca,sed apta,veta.Plin.lib.13.cap.4.12.

BAGRADAS,vel Bengrada,pen.corr.(βαγραδᾶς,) Numidię fluuius ex Libycis mōtibus longè ductus,propè Carthaginem fluit, vbi serpentem Regulus CXX, pedum adhibito exercitu interfecit. Authores sunt Plinius libro.8.cap.14.

Flumineaque vrna celatus Bagrada parmam. Legitur & Bragada.Lucan.lib.4.118.Primaque castra locat cano procul æquore, qua se Bragrada lentus agit sicæ sulcator arenæ.

BAIAE,Baiarum,(βαῖαι,)Campaniæ oppidum est,iuxta Lucrinum fanum,inter Puteolos & Misenum montem,dictæ ab Vlyssis socio,Baiæ nomine,vt inquit Strabo lib.5.In hāc oppidi agro, aquæ calidæ sunt vt idem ibidem inquit,& ad voluptatem, & ad tanandos morbos accommodatissimæ,quæ quidem reliquas aquarum calidarum nobilitate antecellunt.Fuitque olim hęc vrbs,temperie aeris, & Romanorum frequentia, atque ornamentis ædificiorum celebertima dicente Martiale,lib.epigram.11.ad Flaccum.

Vrnulle laudem Flacce verfibus,Baias
Laudabo digne:non satis,tamen Baias,&c.Horat.1. Epist.1.17.Nullus in orbe sinus,Baiis præluceat amœnis.Cic.pro Cælio.20. Si fas est defendi à me eum qui nullum omnium remerit,qui vnguenta sumpserit,qui Baiæ viderit.Ibidem.27.Baiis gētā cōuiuia, concessationes, cantus lymphonias.Idem ad Atticum,lib.13.298.5. Puteolus se alebat vnum diem fore,alterum ad Baias. Loquitur de hospite quodam. Idem pro locis amœnis & voluptatis accipere videtur,in oratione pro Cælio,Sed si esset aliqua dissimilis istius quæ se omnibus perundi garet:quæ haberet palām decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum,Baias,iure suo libidines omnium commearent.

Corruptæ Baiæ.Proper.1.eleg.11.6.Tu modò quamprimum corruptas desere Baias.Corruptas vocat ob inuenum & puellarum turbam, qui quōi illuc otii cā cōcederēt,interim parū cōsulebāt pudicitię & famę.

Desides Baiæ dicunt Statio,q⁹ commoditissima essent loca illa agentib⁹ otium:vtpote cœli tēperie,situsq; amœnitate prædita incomparabili.Stat.4.Sylu.7.4.Non tā portu retinent amœno Desides Baiæ.

Liquidæ Baiæ. Horat.3.Carm.4.5.
–seu Tybur supinum,
Seu liquidæ placuēre Baiæ.

Vaporiferæ Baiæ.Stat.3.Sylu.20.
Siue vaporiferas blandissima littora Baias.

Baianus,Adiectiuum,pen.prod.(βαιανὸς,)vt Baiana littora. Stat.5.Syl.3.74.Et Oræ Baianæ.Ibidem.5.12.

Báiulo, baiulas,penul.corr.(βαϊάλω,)baiulare.Portare significat. Asin.1.270.Eho baiulabottu,vt decet dominum,ante me ito inanis.Et in Merc.9.10.Quintilianus lib.6.cap.1.35. Ego te baiulare non possum.

Baiulus,baiuli,penult. correp.(φορτηγός,) Qui mercedis gratia onera ferre consueuit.

Baiulos dicebat antiqui,quos nunc dicimus operarios.Hæc Festus. Cic. in Parad.17.Vtrum potius debonis est quærendum quid baioli,atqi operarii,an quid homines doctissimi senserint? Idem.3. Tusculan.132. Nec quicquam inter Alcibiadem summo loco natum,& quemuis baiulum interesse.Idem de Claris Oratoribus.139. Operarii autem,aut baiuli deesse non possunt.

Baiulus orator.Cic.1.de Orat.23.Remigem aliquem,aut baiulum nobis oratorem descripseras.

SAL. quod & Baal, Lingua Punica Deus dicitur, vt inquit Seruius in 1.Aeneidos.Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione Saturnus & Sol.

Balaena, (φάλαινα,)Festus,Balænam belluam marinam ipsam dicunt esse pistricē,ipsam esse & cetū. Iuuenal. Saty.10.2.

Quanto delphinis balæna Britannica maior.Vide Plin.lib.9.cap.6.

Bálanus, bilani,f.g.pen.corr.(βάλανος,)Glandem generali nomine significat.Plin.lib.17.cap.20.7.In quacunque terra seritur,nascitur & balano.De Esculo loquitur.Specialiter tamen de palmulis,quas vulgò dactylos vocamus,accipitur. Vlpianus de Verb.signif.Idem etiam de nucleis oliuarum,sed & de balanis idem est vel siqui alii nuclei sunt.Plin.lib.13.ca.4.18.Nam in alia parte Phœnices, Cilicięque,populari etiam nomine à nobis appellatur balani. De dactylis,palmarum fructu.

Ex balano exprimebatur vnguentum odoratum,quo ab antiquis tingebantur capilli.Horat.lib.3.Carm.ode.29.1.Pressa tuis balanus capillis.Martialis in Apophoretis,

Quod nec Virgilius,nec carmine dixit Homerus.

Hoc ex vnguento constat & ex balano. Myrobalanum intelligit poetæ quæ vox ingredi non potest versum heroicum,quales sunt Homerici, & Virgiliani.Plin.lib.13.cap.1.8.Constat oleum ex ciliis, balano,calamo,melle,cinnamomo,croco,myrrha aspalatho.De vnguentis.

Balanus myrepsice.Vulgo appellatur Ben (inquit Ruellius lib.1.ca.56.) hoc est glans vnguentaria,fructus est arboris myricæ similis, magnitudine auellanarum nucum,qua expressa, quemadmodum ex amygdalis amaris,excipit liquor,quo in pretiosa vnguenta vice olei vtuntur.Nascitur in Aethiopia, Thebaide, Arabia, & quæ secus Iudæam Petra dicitur.Vide plura ibidem.Hinc myrobalanum dicitur.

¶ Balanus,Piscis marinus.Plin.lib.32.ca.11.4.Plau.Rud.2.8. Ostreas, balanos captamus,conchas,marinam vrticam.

¶ Balani,sunt glandes,& id quod glandis forma ad subducendam aluū in podicem manu inditur,apud authores medicinæ. Budæus. Vulgus Suppositorium vocat.

¶ Balani,Castanearum genus excellens.Plin.lib.15.cap.23.2.Sardibus ex prouenere primum.Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant.nam diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit,excellentioribus satu factis.Hic balanus,aut est etiam masculinum, aut SARDIANAS legendum est.

¶ Balanum etiam vocant Græci virgam virilem cum glande.

Balanátus, pen.prod.(βαλανωτὸς,) Adiectiuum,Balanino oleo perfusus. Persius Saty.3.4. Tum quum maxillis balanatum gausape pectas.

Baláninus, Adiectiuum,pen.corr.(βαλανινὸς.)Ex balano factum.vt Balaninum oleum.Plinius lib.23 cap.4.12.Balaninum oleum reperisse varos.Idem lib.13.cap.1.6.

Balatrones, (ψολόεντες,)& blateas, bullas luti ex itineribus, aut qđ calceamētorū soleis eradit,appellabant. Festus.

Balatrones,pro nihili hominibus,& nullius pretii videtur accepisse,Varro de Re rust.lib.1.cap.5.1.quum inquit,Videbo iam vos inquit,balatrones,& huc afferam meum corium & flagra.Horat.1.Ser.Saty.2.1. Menidici,inimæ,balatrones,hoc genus omne
Mœstum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.

Balatro,etiam proprium viri apud Horatium.2.Serm.Saty.8.5. –cum Seruilio Balatrone Vibudius,quos Mecœnas adduxerat vmbras.

Balatus, Vide BALO, balas.

Balaustium, (βαλαύστιον,) Flos mali punici.Plin.lib.23.cap.6. 12.In hoc ipso cytino flosculi sunt,antequàm folicet malum ipsum prodeat,erumpentes,quos balaustium vocari diximus.Idem lib.13.cap.19.Flos balaustium vocatur,& medicinis idoneus,& tingendis vestibus,quarum color nomen inde accepit.De punico malo loquitur.Dioscorides & Galenus cytinon appellant.

Balaustinus,Adiectiuum,(βαλαυστινὸς,)vt Balaustinus color, similis flori mali punici.

Balbus, (ψελλὸς,βλαισὸς,) Qui lingua impeditus est.Cicero.1.de Orat.116.Quumque ita ballo⁹ esset,vt eius ipsius artis cui studeret,primam literam non posset dicere,perfecit meditando,vt nemo planius eo locutus putaretur.Deinde quum spiritus eius esset angustior,tantum continenda anima in dicendo est assequutus, vt vna continuatione verborum(id quod eius scripta declarant)binæ ei contentiones vocis,& remissiones continerentur.De Demosthene loquitur.Idem Cælio.2.9.1.Balbus sum quod non putarā. Et paulò post.4. Balbi non sumus,ad rem redeamus.

Os balbum.Horat.2.Epist.1.26.
Os tenerum pueri,balbumque poeta figuret.

Senectus balba.Horat.1.Epist.21.4.
Occupet extremis in vicis balba senectus.

Verba balba.Horat.2.Serm.Saty.3.55.
Quid quum balba feris audito verba palato?

Erat etiam familia Romæ,quæ Balborum dicebatur,à qua fuit Cornelius

lius ille Balbus,vir satis notus ex antiquis historiis: cuius domus nunc adhuc integra videtur Romæ.

Balbè, Aduerbium,(βλαισῶς,) Obscurè.Nonius citat exemplum ex Varrone Rerum humanarum lib.20. in quo dictio ipsa BALBE non legitur.vnde puto locum esse corruptum.

Balbítio, balbutis,pen.prod. (ψελλίζομαι,) balbutire, Est cum quadam linguæ hæsitatione & confusione trepidare.Cic.4.Acad.249. Sed ille noster est planè vt supra dixi,Stoicus, perpauca balbutiens. Et lib.5. Tuscul.110.Me quidem authore etiam Peripatetici,veteresque Academici balbutire desinant aliquando, aperteq; & clara voce audeant dicere,beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram. Idem.1.de Diuinat.9.Reliqui verò omnes præter Epicurum balbutientem, de natura deorum,diuinationem probauerunt.

Balbutit & auis, cui Canere opponitur. Plinius lib.10.cap.29.4. Merula æstate canit,hyeme balbutit.

Balbutire,actiuè positum cum accusatiōo.Horat.1.Serm.saty.3.10.
–hunc Varum distortis cruribus,illum
Balbutit Scaurum prauis fultum male talis. Balbutir,id est balbutiendo appellat Varum aut Scaurum. Solent enim parentes filiorum puerorum adhuc infantiam imitari,blandius cum illis collocuturi.

BALEARES,pen.prod. (γυμνασίαι γυῖα βαλιαρίδες,) Insulæ duæ in Hispanico mari fundā bellicosæ, vt scribit Diodorus Siculus in libro πρὸς ῥόδιους.Græci Gymnesias dixerunt,authore Plinio lib.3.cap.5. Nunc Maioricam & Minoricam nominant à dispari quantitate. Dicitas esse constat à βάλλω, quod mitto siue sagitto significat. Gymnesiæ verò dictæ,quòd incolæ nudi ætatis tempore iactu fundarum sese exercent.Silius lib.3.Et torta Balearis fœnus habenna.

Balearis,Adiectiuum,(γυμνήσιος,)vt Balearis funda.Virg.1.Georg.62. Stupea torquentem Balearis verbera fundæ. Lucanus libro.1.46. –& torto Balearis verbere fundæ Oeyor.

Tortor Balearis habenæ.Lucan.lib.3.141.

Baleare telum.Sil.lib.7.56. –& ensis,& arcus Et telum baleare.

Balearicus,pen.corr. (γυμνησιακὸς,) similiter adiectiuum:vt Balearicæ grues.Plin.lib.11.cap.37.2.

Balearica funda.Ouid.1.Metam.146.
Non secus exarsit,quàm quum Balearica plumbum
Funda iacit,volat illud,& incandescit eundo.

Balearicum mare.Plin.lib.3.cap.4.5. Hispanum quatenus Hispanias alluit ab aliis Ibericum aut Balearicum.

Balearica vitis.Plin.lib.14.cap.7.Balearica vina ex insulis, conferuntur Italiæ primis.

Balineum, pen.corr.& Balineæ, balinearum, (βαλανεῖον,) à veteribus dicebantur,quas nunc balneas dicimus. Plaut. Pœnulo.16.15.Numquam ita balineis circunductus pallio?Idem Trinum.Elotum è balneis.Plin.epist.3.2.Quid balineum illud,quod plurimus sol impleret,& circumiret? Liuius.3.bel.Pun.85. Et Plinius lib.33. cap.12.3.Item lib.9.cap.54.1.Balneæ pensiles. Cic.Attico,lib.2.18. 5. Balineum calefieri iubebo.

Balísta, Militare tormentum,quo muri concutiuntur:à βάλλω, iacio,vulnero. Ouid.lib.1.de Trist.eleg.2.10. Quàm graue balistæ mœnia pulsat onus. Liuius.4.bel.Pun.185. Catapultas,balistas, tormentaque alia quæ oppugnandæ vrbi comparata erant. Plautus Bacchid.15.60.

Et balista si prætortam turrim & propugnacula,
Recta porta inuadam exemplo in oppidū antiquum & verus. Cic.1. Tuscul.97. Vt enim balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent,quo sunt contenta atqi adducta vehemētius:sic,&c.Cesar.2.bel Ciuil.5.& Liu.4.bel.Pun.185.Videtur potius geminō ll scribi debere balllista,quū à Græco verbo βάλλω deducat.

De balistarum rationibus vide Vitruuium lib.10.cap.16.& Vegetium lib.4.cap.22.

Balistis ingentia etiam saxa iaciebantur:vnde apud Sisennam lib.4.historiarum legimus balistas talentarias, quibus saxa pondo talenti iaci possent.& apud Lucilium,Balistas centenarias.Ex Nonio.

Aliciatus in Taciti locum lib.19.ait se in commentariis Theodosii schema balistæ quadrirotis vidisse,cum interpretatione qua ostenditur,sagittas ex ea coeptum fuisse iaculari.

Torta validis balista lacertis.Lucan.lib.3.136.

Tensus balistæ turbo.Lucan.lib.3.93.
–neque enim solis excussa lacertis
Lancea,sed tenso balistæ turbine rapta,&c.

Balistā infortunii. Plaut.Pœnulo.3.73. Cui iam infortunii intenta balista est probè.

Balistarium,Locus vbi sita est balista.Plaut.Pœnulo.3.74.
Quam ego haud multò pōst mittam è balistario. Videtur hîc Plautus balistam pro ipso telo accepisse: balistarium autem pro ipso tormento quo iaciuntur tela,siue saxa ingentia.

Balito, balitas.Vide BALO balas.

Balius, (βαλίος,)color,ab Euripide videtur accipi pro vario.

BALIVS,(βαλίος,)Achillis equus,apud Homerum lib. Iliad.eius carmina Græca expressit Politianus in Ambra,
–Balium, Xanthumque iugales
Quos Zephyro peperit geminos Harpyia Podarge.

Balliones dicuntur lenones,à Ballione Plautino lenone. Cælius lib.13 cap.2.Vtitur Cicero.2.Philipp.39.Et pro Roscio Comœdo.12. Ballionem illum improbissimum & perfurissimum lenonem.

Ballóte, ballotes,pen.pro.(βαλλωτὴ,)Latinè marrubium dicitur. vulgò Marrubiastro,ouer Marrubio bastardo, Dioscorides, Balloten nomine alio nigrum marrubium, aut magnum vocat. Vide Plinium lib.27.cap.8.1.

Balneum, balnei,(βαλανεῖον,λευτρεῶν,)Locus in domibus,in quo ad lauandum aquę calidæ & frigidæ disponuntur.Cic. Terentiæ,lib.14.20.1.Labrum si in balneo non est,vt sit.Mart.lib.2. 48.Cuponem,laniumque,balneumque.Erant autem balnea publica Romæ in quibus cuique lasso licebat introire:vel vt mundaretur,vel vt medicamento purgaretur. quemadmodum in nostris hypocaustis nunc licet.Sed & balnea Romanorum tres habebāt regiones siue domos.superior aeris erat calidi,& Laconici⁹ appellabatur, media erat aquæ calidæ.ifima auté aquæ frigidæ. Quod superest de structura & ædificio ac compositione balneorum videto apud Vitruuium.

Ambulare in balneum.Cic.ad Atticum,lib.13.298.3.Inde ambulauit in littore.post H. VIII. in balneum.

Ducere aliquem ex balneo.Cic.pro Deiot.11.

Balneæ,balnearum,(βαλανεῖον,)Idem significat,sed magis publicę sunt,quàm priuatæ.Plaut.Asin.7.101.Ille in balneas iturus est. Idem Mostel.9.60.Et balneas,& ambulacrum,& porticum. Cic.pro Cælio 49.Mulier ingeniosa constitui locum iussit balneas Xenias, vt eò mitteret amicos,qui delitescerent.Paulò pōst,Quum.n.potissimum balneas publicas constituerat,in quibus &c. Idem.1.de Orat.122.

Balneæ autem aquarum natura calidarum adhuc videntur apud Viterbum circa Romam.Sunt & non longè à Patauio balneæ Neronis,& apud Germanos & Hispanos aliæ sunt balneæ,quarum aqua medicamentosa est propter qualitatem quam accepit in venis terræ per sulfurea loca,aut chalcantode,aut aluminosa manantibus.

Balneæ Palatinę.Cic.pro Sex.Rosc.11.

Exire de balneis.Cic.1.de Orat.123.

Experiri balneum.Cel.lib.3.cap.15.

Tentare balneum.Cel.lib.3.cap.15.

Balneolum,pen.corr.Diminutiuum est(βαλανεῖδιον,) Iuue.Saty.7.1.
–quum iam celebres,notique poetæ
Balneolum Gabiis,Romæ conducere furnos Tentarent

Balnearium balneari,(βαλανεῖον,)Pars villæ. Cicero ad Atticum,libro 13.284.2.Video nihil aut paucа mutata,balnearia tamen laudat,&c. Idem ad Qu.frat.lib.3.17.2.Sed tamen nihil ei restabat præter balnearia & ambulationem & aluearium.Columel.lib.1.cap.6.2.Balnearia occidenti æstiuo aduertantur, vt sint post meridiem, & vsque in vesperum illustria.

Balnearius, Adiectiuum, quod ad balnearia pertinet. Vnde scribit Vlpianus fures balnearios extra ordinem esse puniendos.Hoc est,qui in balneis versantur.

Balneator,balneatoris,(βαλανεύς,λουτροχόος,) Cōmunis generis,licet, (vt ait Seruius)Petronius vsurpauerit balneatricem. Dicitur autem is qui curam habet balnearum.Vlpianus in L.1.ff. Depositi, Si vestimenta seruanda balneatori data perierint. Sic Firmicus,vt ait Budęus. Cic.pro Cælio.49.Mulier potens,quadrantaria illa permutatione,a miliaris facta erat balneatori.Idē.13.Philip.365.Alter est designatus Vlseius nescio quis fortis,vt aiunt,latro,quem tamen temperantē fuisse ferunt,Ifauri balneatorē.Plaut.Rud.13.43. Ae depol Neptune balneator es frigidus.Idem Truculen.Oēs amatores balneatores sient.

Balneatorius, Adiectiuum,quod balneis vsui est & accommodatū. Martianus Iurisc.in L.Pictoris.ff.de Fund.instruc. & instrum.leg. Instrumento balneatorio legato,balneatores cōtinentur: quoniam sine his balneæ vsum suum præbere non possunt.

Balo, balas,(βαλαχάομαι,)balare,Factitium verbū est,propriū oniū. Festus,Barrire elephanti dicuntur, sicut oues dicimus balare, vtique à sono ipso vocis.Cic.1.de Diuin.76.

Rex ipse Priamus somnio mentis metu
Perculsus,curis sumptis suspirantibus
Exsacrificabat hostiis balantibus.Quint.lib.1.cap.5.45. Iā ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus,nisi iudicio vetustatis niteretur.Ouid.4.Fastorum.149.Tactaque fumanti sulfure balet ouis.Silius lib.15.139. –cui mille sub altris
Lanigerę balant stabulis.Lanigeræ,id est oues. * Quintil.lib.1. Iam ne balare quidem,aut inire fortiter diceremus.

Balare,ad hominem translatum.Varro.2.de Re rust.cap.3.1. Cui Cossinius, Quoniam satis balasti,inquit,ô Fastule noster,accipe à me eū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homerico Melanthio cordo de capellis. Id est tractasti & docuisti de ouibus, quarum proprium est balare.

Grex balantum. Virgil. 1. Georg. 55.

Balito, balitas, pen. corr. (βληχάω,) balitare, Frequentatiuū. Plaut. Bacch. 2.3.4. –pastor harum dormit, quum eæ eunt Sic à pecu balitantes.

Balitus huius balatus, pen. pro. (βληχασμός,) Plin. li. 20. ca. 14. 10. Gustatum à pecore, caprisque balatum concitat. De pulegio loquitur.

Quotus matri multis balatibus agnus. Virgil. 9. Aeneid. 116.

Creber balatus. Ouidius. 7. Metam. 64.

Id est exiguus, qualis est agni adhuc tenelli.

Tremens balatus. Stat. 10. Thebaid. 10.

¶ Dare balatus, Id est balare. Ouid. 7. Metam. 110.

Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros,
Sponte sua lanæque cadunt, & corpora tabent.

Exercent balatum agni. Virg. 9 Aeneid. 13.

Pecorum balatu sonant ripæ. Virg. 4. Georg. 109.

Balsamum, balsami, pen. corr. (βάλσαμον,) Arbuscula est odoratissima, in Iudæa solum nascens. Virgil. 2. Georg.

Balsamaque, & baccas semper frondentis achanthi? Vbi Seruius, Sane balsamum est arbor ipsa: opobalsamum succus collectus ex arbore. De balsamo copiosissimè Plinius lib. 12. cap. 25.

Tarda balsama. Claud. de Nupt. Hon. 20.

Tardaque sudanti prorepunt balsama succo.

Balsaminus, A diectiuum, pe. corr. (βαλσαμινός,) vt balsaminum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 13. Balsaminum longè prestantissimum omnium, vt in vnguentis diximus, contra omnes serpentes efficax.

Balteus, & Balteum dicimus: licet in singulari magis sit in vsu balteus, in plurali verò baltea, (ζωστήρ,) Est autem teste Varrone de Ling. Lat. lib. 4. Cingulum è corio, bullis ornatum. Quintilianus lib. 11. Sinus ille qui ab humero dextro ad sinistrum obliquè ducitur, velut balteus, nec strangulet nec fluat. Pers. Saty. 4 5.

–illa subter
Cæcum vulnus habes, sed lato balteus auro Protegit.

Auratus balteus. Senec. in Hercul. furent. 7. 4. Insignis, Valer. 5. Argon.

Balrea lenta. Propert. lib. 4. eleg. 11 5.

Picta nec inducto fulgebat parma pyropo,
Prebebant cesi baltea lenta boues. Id est parabantur baltei ex coriis boum dissectis.

Balteus, dicitur non tantum quo cingimur, sed etiam à quo arma dependent. Virgil. 5. Aeneid. 62.

Alter Amazonum pharetram plenamque sagittis
Threicio, lato quam circum amplectitur auro
Balteus, & teretі subnectit fibula gemma. Hęc Seruius. Cæsar. 5. bel. Gal. 165. Ait verutum in balteo defigitur. Liu. Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant. Accius, Διόδωρος μαλακός, lib. 8. Actoribus manuleos, baltea, machæras. Ex Nonio.

Balteus corticis. Plin lib. 16. cap. 37. De salicibus loquitur.

BALTIA, insula in mari Germanico. Volaterranus, lib. 7. Geographiæ, ex Plinio lib. 4. cap. 13. 6.

Balûca, balûcæ, pen. pro. (χρυσάμμος,) .i. Arena aurea Iustinianus lib. 11. Codicis, Tit. de Metallariis.

Bambalio vocabulum est ignominiosæ appellationis. Cic. Philip. 5. 135.

Banchus, Pisces, aselli genus alterū, in cuius cerebro lapillos morari forma contineri Plinius scribit lib. 32. cap. 9. 9.

* Vulgo Scarmo, ouer Merluzzo. Ionius.

Baphia, pen. corr. Taberna est tinctoria, βαφή. Hinc Lampridius in Alexandro, Purpura Alexandrina vulgò Probiana dicitur: idcirco quòd Aurelius Probus præpositus baphis id genus muricis reperisset.

Báphicus, pen. corr. (βαφικός,) A diectiuum. Hoc est tinctorius. vt Coccus baphicus, granum tinctorium. Vide Dioscoridem & Galenum.

Baptismus, & baptismū, (βάπτισμός,) Latinè immersio vel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo.

Baptisterium, (βαπτιστήριον,) Sipontinus, Baptisteria in'domibus sunt, hoc est veluti lacus quidam ex ligno, aut marmore, alióve genere lapidis ædificati, in quibus lauandi gratia mergimur: dicta ἀπὸ τοῦ βαπτίζειν, quod mergere est. Hæc in cellis ædificari solent: hoc est secretioribus locis in hunc vsum factis. quarū alię caldariæ sunt, in quibus calida lauamur: alię frigidariæ, in quib' lauamur frigida. Plin. Epist. 41. c. ad Apollinarem. Cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atque opacum. Idem ad Gallum, Inde balinei cella frigidaria, spatiosa, & effusa: cuius in cōtrariis parietibus duo baptisteria velut ciecta sinuantur, abundè capacia.

Baptizo, baptizas, (βαπτίζω,) baptizare, Lauare & immergere.

BARACVRA, (βαρακοῦρα,) Indiæ emporium extra Gangem, authore Ptolemæo, hodie Bangella ciuitas fœcundissima, & regni latissimum.

Barathrum, pen. corr. (βάραθρον,) Græci (inquit Festus) appellant locum præcipitem vnde emergi non possit: dictum ab eo quod est βαθύς, id est profundus. Virg. 3. Aeneid.

–atque imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus. Vbi Seruius, Barathrum est immensæ altitudinis nomen. Vnde sequitur, Sorbet in abruptum, quod Græcè βάραθρον dicitur. Abyssum quidam vocant.

Barathrum, inquit Diomedes lib. 1. doc' apud inferos: proprie autē apud Athenienses, in quem noxii præcipitantur.

Barathrū transferri ad alia, vt ad meretricem, quæ omnia absorbet. Plaut. Bacch. 2. 41. O barathrum vbi nunc es, vt ego te vsurpē lubens! Quali dicat gurgitem pecuniarum.

Barathrum, Stomachi siue ventriculi imus hiatus. Mart. Extremo ructus si venit à barathro. Plaut. Curcul 3. 16. Age effūde hoc citò i barathrū. Barathrum pro homine maiorem in modum edace. Horatius de Lucone quodam. 1. Epist. 16. 2.

Inglunies & tempestas, barathrumque macelli.

Candens barathrum. Claud. de bel. Getico. 70.

–cumque ipsis sepe iuuencis
Naufraga candenti merguntur planstra barathro.
De faucibus Alpium loquitur.

Ferale barathrum. Claud. de Raptu Pros. 1. 8.

Iam quæcunque latent ferali monstra barathrō.

Infernum barathrum. Valer. 2. Argonaut. 39.

Barba, barbæ, (παρὰ γένα, ὑπὸ πώγωνα,) Valla, Non est barba tantum hominum, neque barbæ tantum quadrupedum: quin & barba quadrupedū, & barbę hominum, vtique multorū dicūtur. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 9. Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ

Abdiderit furtim terris. Plin. lib. 18. cap. 13. 3. Rabiem hircorum si mulceatur barba, mitigari: eadem præcilla, non abire eos in alienum gregem. Nam illud Virgilianum. 3. Geor. 73. Stiriaque impexis induruit horrida barbis. magis de hominibus dictum est, quàm de hircis. Et illud. 3. Georgic. 61.

Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cynyphii tondent, hirci ad multos hircos refertur: perinde ac si diceremus caudas: quum tamen singulæ singulis hircis sint, ira & barbę. Sunt etiam & barbæ aliorum quàm quadrupedū: vt Pli. lib. 30. ca. 11. Quū Geminos transit Sol, crinitis, & auribus & virginibus gallinaceorumsi Luna, radiis barbisque eorum. Hactenus Valla lib. 6.

Barba tenus philosophum dixit Cicero, pro eo qui nihil habet philosophi præter barbam.

Barba hominis. Plaut. Bacchid. 22. 15. Cano capite, atque alba barba. Cicero 3. de Finib. 19. Vitis māmæ atque barba. Virg. 2. Aeneid. Squalentem barbam, & concretos sanguine crines.

Capræ barbarum villus. Plin. 12. cap. 17. 2. Capræ succum improbo barbarum villo abstergent.

Cęsaries barbæ. Ouid. 15. Metamorph. 132.

Cæsariem longæ dextra deducere barbę.

Barba virgultorum tonsilis. Plin. lib. 17. cap. 23.

Aureus barbæ color. Ouid. 12. Metam. 79.

Ardens barba. Iuuenal. Saty. 10. 26. –quum videt acris
Antilochi barbam ardentem.

Aurea barba. Pers. Saty. 2. 6. fitque illis aurea barba.

Candidior barba. Virgil. 1. ecclog. 1. 3.

Candidior postquam tondenti barba cadebat.

Graius barba. Iuuenal. Saty. 10. 23.

Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat. Ouid. 1. Meta. 16.

Barba grauis nimbis, canis fluit vnda capillis.

Hirsuta barba. Ouid. 13. Metam. 165.

Immissa barba Virg. 3. Aeneid. 118.

Impexæ barbæ. Virgil. 3. Georg. 73. Stiriaque impexis induruit horrida barbis. Seruius de barbis pecudum intelligit, aut de guttis quæ ex arboribus & tectis dependentes induruerunt in modum barbarum.

Incipiens barba. Ouid. 12. Metam. 79.

Ingens barba. Virgil. 12. Aeneid. 61.

Longa barba. Ouid. 15. Metam. 132.

Madida barba. Ouid. 1. Metamorph. 33.

Tum quoque, vt ora dei madida rorantia barba Contigit

Prima barba. Id est tenuis lanugo. Seneca Hippol. 5. 12. Quum prima puras barba signaret genas.

Prolixa barba. Id est demissa. Virgil. 8. ecloga. 8. 7. Seruius.

Propexa in pectore barba. Virgil. 10. Aeneid. 166.

In pectore, pro in pectus, Arcaismus est. Seruius.

Resecta barba. Ouid. 1. de Arte amandi. 104.

¶ Sapientem pascere barbam. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 7. Sapientem vocat, id est Sapientiæ indicem. Agit enim de Stoico, quem his verbis loquentem inducit.

Stolidam barbam vellere. Pers. Saty. 2. 3. Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam. Prouerbialiter dicitur, quum summum contemptum ac ludibrium significamus.

Subnixa barba capillis. Id est subiecta, supposita. Ouid. 6. Metam. 145.

Torta barba. Stat. 6. Theb. 108. –& torta molitur robora barba.

Vda

Vda barba. Iuuenal. Saty. 9. 1.

Abradere barbam. Plin. lib. 6. cap. 28. 28. Arabes mitrati degunt, aut intonso crine: barba abraditur, præterquam in superiore labro.

Cadit barba tondenti. Virg. 1. eclog. 6.

Canet barba geli. Silius lib. 1. 41.

Crescit barba. Lucret. lib. 6. 190.

Deducere barbæ cæsariem, id est quod alibi mulcere barbam dicit Ouidius. Vide Cæsaries barbæ.

Demere barbam. Cic. 3. de Nat. deorum. 110. Dionysius Aesculapii barbam auream demi iussit.

Increscit barba genis. Lucan. lib. 2. 76.

Mulcere barbam manu. Ouid. 1. Past. 52.

Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.

Ponere barbam, Deponere, resecare. Horat. in Arte poetica. 61. Vide pono & depono.

Promittere barbam, pro summittere. Tacitus lib. 2. Donec crinem barbamque promitteret. Vnde Promissa barba Liuio lib. 2. 1. Decadis, Ad hoc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris. Idem lib. 5. eiusdem Decadis, Barbam suam vt tum omnibus promissa erat.

Recidere hirsutam barbam. Ouid. 13. Metam. 165.

Riget glacie horrida barba. Virg. 4. Aeneid. 51.

Tondere barbam. Cic. 5. Tusc. 21. Sordido ancillarique artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ tondebant barbam & capillum patris.

Vellere barbam alicui. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 27.

Bárbula, penult. corr. Diminutiuum, (παρήνιον,) Cic. pro Cœlio. 24. Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis: non hac barbula qua ista delectatur: sed, &c.

Barbulæ florum, apud Plinium lib. 21. cap. 8. 5. Luteus & bellio pastillicantibus quinquagenti squinis barbulis coronatur.

Barbûtus, (παγωνίας, ὑπαγωγός,) A diectiuum, penult. prod. Qui barbam habet. Plaut. Menæch. 17. 93. Barbatum tremulum. Idem Casina. 10. 30.

Solet hic barbatos sanè sectari viros. Vide Ciceronem in oratione pro Sestio. 14. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 50.

Imberbis, & Bene barbatus, cōtraria. Cic. 2. i Cat. 42. Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis. Sic. 1. de Nat. deo. 112.

Delectare barbatum. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 50.

Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectat barbatum, amentia verset.

Barbato imponere regi. Iuuenal. Saty. 4. 11.

Apud barbatos ridicula videbantur. Cic. pro Murena. 23.

Barbati muli in piscinis sunt. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 14.

Barbátulus, Diuin. pen. corr. (πωγωνίσκος,) vt Barbatuli iuuenes. Cic. ad Att. lib. 1. 9. 6. Cōcursabāt barbatuli iuuenes, tot' ille grex Carilinę.

Barbatulos mulos exceptare de piscinis. Cic. in Parad. 48.

Bárbiger, A diect. pen. corr. (πωγωνοφόρος,) vt Barbigeræ pecudes. Lucr.

Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta (lib. 5. 180.

Barbigeras pecudes, homini quæ sit acre venenum.

Bárbarus, pen. corr. (βάρβαρος,) quid significet declarat Strabo lib. 14. his verbis, Ego arbitror, ab initio conficto nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, aspere, ac duriter loquerentur, vt blæsos, balbosque dicimus. fumus enim ad confingenda cognata rebus nomina ingeniosi, qualia apud nos permulta sunt, vt κελάρυξις, κλαγγή, λάλος, βοή, κρότος, id est murmur, clangor, strepitus, vox, crepitus: quorum plurima iam propriè proferuntur. Omnes itaque qui crasse loquuntur, Barbari dicuntur, quales sunt nationes omnes, præter Græcos. Quare illos propriè Barbaros appellauit, ac in initio quidem per cōuitium, quasi durilloquos, & crassilingues: postea verò eo nomine abusi sumus, tanquam communi ac gentili, distinguentes eos à Græcis. Nondum enim multa consuetudo & commercium erat cum Barbaris: quod ex crassitudine linguæ, & quadam vocalium instrumentorum ineptitudine, & non ex linguarum vernaculis proueniebat. Festus, Barbari dicebantur antiquitus omnes populi exceptis Græcis. vnde Plautus Nævium poetam, Latinum, Barbarum dixit. Hactenus Festus. Plautus Trinum. 2. 19.

Nam nomen Græcè huic est THESAVRO fabulæ:
Philemon scripsit, Plautus vortit barbarè. Id est ex Græco in Latinum vertit, sed ineptè. Idem in prologo Asin. 10.

–huic nomen Græcè ONAGROS est fabulæ:
Demophilus scripsit, Marius vertit barbarè.

Auxilia barbara. Cic. 11. ad Att. 21 5. 5. Iudicio hoc sum vsus, non esse barbaris auxiliis fallacissimæ gentis Rempub. defendendam.

Mare Barbarum, pro Indico. Horat. 2. Carm. 19. ode. 4.

Barbari nunc dicuntur, qui alia lingua vtuntur quàm Latina, quòd ea minor sit, & cultior: aut qui ea Latina loquuntur quidem, sed contra ornatum linguæ, & deprauatè.

¶ Barbarus, Agrestis, durus, sæuus. Plaut. Bacchid. 2. 13.

–O Lyde es barbarus,
Quem ego sapere nimio censui, plus quàm Thalem.

Immanitate barbaræ gentes. Cic. pro Marcello. 4.

Agrestes ac barbari serui. Cic. pro Milone. 19.

Inhumanus & barbarus: teni Commodus & disertus opponuntur. Cicer. 5. Verr. 18. Qui aliis inhumanus, ac barbarus: isti vni commodus, ac disertus videretur.

Immanis ac barbara gens: cui opponitur Humana, atque docta. Cicero 2. de Diuinatione. 3.

Lingua & natione barbarus. Cic. 6. Verr. 100.

Natura & moribus barbarus. Cic. 6. Verr. 100.

Sermone barbarus aut barbara. Ouid. 1. de Remedio amoris. 68.

Barbara sermone est? fac recum multa loquatur.

Sordida & barbara myrrhæ species. Plinius lib. 12. cap. 16. Probat Troglodytica pinguedine, & quòd aspectu aridior est, sordidaque, atque barbara, sed actior cæteris.

Consuetudo hominum immanis ac barbara immolandorum hominum. Cic. pro Fonteio. 18.

Corda barbara. Ouid. lib. 3. de Ponto, eleg. 2. 20. Nomen amicitiæ barbara corda mouet.

Mos barbarus. Horat. 1. Carm. ode. 27. 1.

Barbaram patriam dixit Virgil. 1. Aeneid. 109. hoc est, incultam & asperam. Quæve hunc tam barbara morem Permittit patria?

Tellus barbara. Ouid. 7. Metam. 11.

In barbarum corrupta. Tacitus lib. 5. Plurimum adulationis Seleucenses induere, cluitas potens, septa muris, neque in barbarum corrupta, sed conditoris Seleuci retinens.

Augere in barbarum. Tacit. lib. 21. Aucto in barbarum cognomento.

Barbarior, & barbarius comparatiui. Ouid. 3. de Pont. eleg. 2. 16.

Sacra suo facto barbariora loco.

Barbarè, (βαρβαρικῶς,) Aduerbium: vt, Barbarè loqui, non rectè proferre. Cicero. 2. Tusc. 12. Vt enim si grammaticum se professus quispiā barbarè loquatur: aut si, &c.

Barbarè, Rusticè. Horat. 1. Carm. ode. 13. 3. –dulcia barbarè
Lædentem oscula.

Barbáricus, pe. cor. (βαρβαρικός,) A diect. eiusdē penè significationis cū Barbaro. Apulei', Feris ac barbaricis moribꝰ. Hoc é asperis & sculcis.

Barbaricum aurum dixit Virgili' pro multo, vel ex Barbaria aducto 2. Aeneidos. 101.

Barbarico postes auro, spoliisque superbi Procubuere. Seruius.

Cor barbaricum. Silius lib. 15. 138. Non tulit hanc iram, tátosque in cor de tumores Barbarico senior.

Barbarica lege ius suum persequi, Id est Romana. Plaut. Capt. 8. 32.

Barbarica pauimenta, siue subtegulanea, primò facta apud veteres ex testis tusis, rudere & calce. Plin. lib. 36. cap. 25. 2.

Barbarica supellex. Liuius. 1. bel. Pun. 239. Cæterum præda oppidi parui pretii rerum fuit, supellex barbarica, ac viliom mancipiorum.

Barbarica sylua. Columel. lib. 11 cap. 2. 63. Tum etiam sylua siquis barbaricam, id est consemineam velit facere, rectè conseret glandibus, & cæteris seminibus.

Vestes barbaricæ, Id est pretiosę. Lucret. lib. 2. 101. Iam tibi barbaricæ vestes, Melibœaque fulgens, &c.

Vita barbarica. Claud. 2. in Eutrop. 46.

Incipe barbaricę tandem te reddere vitæ.

Barbaricum, Substantiuum, (βαρβαρικόν,) appellatur clamor exercitus, videlicet quòd eo genere barbari vtantur. Festus.

BARBARIA, Barbarorum regio. Cic. 3. in Catilinam. 69. Quale bellū nulla vnquam Barbaria cum sua gente gessit. Sic idem ad Atticum, libro. 7. 130. 4. & de Nat. Deorum, lib. 1. 110.

Barbaria, cui opponitur Græcia & Italia. Cic. 2. de Finib. 79. Philosophꝰ nobilis, à quo non solum Græcia & Italia, sed etiam omnis Barbaria commota est, honestum quid sit, si id nō est in voluptate, negat se intelligere. Sic. 5. de Finib. 18.

Nulla in Barbaria. Cic. in Pisonem. 12. O noster misericors quid facis? quod nulla in Barbaria quisquam tyrannus.

¶ Barbaria, Rusticitas, Duritia, sæuitia.

Barbaria forensis. Cic. 1. de Orat. 57. Neque enim si multitudo litium, si varietas causarum, si hęc turba & barbaria forensis dat locum vel vi tiosissimis oratoribus, &c. Hinc Cicero videtur barbariam pro barbarie posuisse, per communem oratorum phrasin.

Grandis barbaria. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. 1.

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:
At nunc barbaria est grandis, habere nihil. Id est hic agrestis & rudis habetur, qui pauper est.

Inhumana barbaria. Ouid. 3. Trist. eleg 9. 1.

Barbariam inueteratam delere ex. Cic. pro Cornelio. 34. Omitto quātis ornamentis populum istum C. Cæsar, quum esset in Hispania Prætor affecerit, cōtrouersias sedarit, iura ipsorum permisu statuerit, inueteratam quódam barbariā ex Gaditanorū moribꝰ disciplinaq; delerit.

Resistere immani atque intolerandæ barbariæ alicuius. Cic. pro Fonteio. 18. Vide INTOLERABILIS.

Barbaries, (βαρβαρία,) Inciuilitas, ineptia, ruditas: vt Barbaries domesti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea.Cic.de Clar.Orat.139.Sed oēs tū ferè,q nec extra vrbē hāc vixerāt,nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat,rectè loquebant.

In ipsa barbarie,pro Inter ipsos barbaros.Cicero.2.de Nat. Deor. Quis in illa barbarie dubitet,quin ea sphæra sit perfecta ratione? De Scythis & Britannis loquitur.

Colligere barbariem.Claud.de bel.Gild.87. Barbariem quanuis collegerit omnem.

Barbarismus,(βαρβαρισμός,)Vitium in communi sermone:in poemate verò Metaplasmus. Item barbarismus in nostra loquela:in peregrina Barbara lexis dr.vt si qs dicat Mastruga,Cateia,Magalia,Acinaces

Barbarismus autem fit duobus modis:scripto & pronuntiatione. His bi-perticis,quatuor species supponuntur:additio,detractio,immutatio, transmutatio literæ,syllabæ,temporis,toni,aspirationis.

Per additionem literæ,fiunt barbarismi:vt Relliquias Danaûm,quum reliquias per vnum l,dicere debeam⁹. syllabæ:vt,Nos abisse rati,pro abisse.temporis:vt,Italiam fato,quum Italiam,correpta prima syllaba dicere debeamus.

Per detractionem literæ:vt,Infantibu' paruis,pro infantibus. syllabæ: vt Salmentum,pro salsamentū.temporis:vt Vnius ob noxam,correptè,pro vnius productè.

Per immutationem literæ:vt olli,pro illi.syllabæ:vt pernices,pro pernicies.temporis:vt feruere⁹ Leucaten,quum feruēre sit secundæ coniugationis.& productè dici debeat,

Per transmutationem literę,vt Euandre,pro Euander.syllabæ:vt disipli cina,pro disciplina.temporis:vt siquis DEOS,producta priori syllaba,& correpta posteriori pronuntiet.

Tom quoque similiter,per has quatuor species commutātur.nam & ipsi adiciuntur,detrahuntur,mutantur,& transmutātur.quorū exempla vltro se offerunt,siquis inquirat.

Totidem etiam modis per aspirationem deprehēditur barbarismus:quā quidam scripto,quidam pronuntiationi indicant ascribendam,propter id scilicet,quam alii literam,alii aspirationem notam deputant.

Fiunt autem barbarismi per hiatus,& collisiones.

Sunt etiam male pronuntiationis vitia,quæ nōnulli barbarismos esse putant.in quibus sunt metacismi,labdacismi, iotacismi, hiatus collisiones,& omnia quę plus æquo,minusve sonantia ab eruditis auribus respuuntur.Nos cauenda hīc omnia vitia prælocuti,controuersiam de noīe pertinacibus relinquamus.Hæc Donatus.Martial.lib.6.17. Cinnam Cinna me te iubes vocari:Non est hic,rogo,Cinna barbarismus? De barbarismo videto multa apud Quintilia. lib. 1.cap.5.& cap.10.

Barbatus, Vide BARBA.

Barbiger, Vide BARBA.

Bárbitos, pen.corr.(βάρβιτος,)nō à barbaro deducitur,licet barbarum hoc est peregrinum vocabulum sit.significat autem maiorem lyram organo similem sono.quidam latiore partē lyræ esse existimant.& tam mascul.& fœm.genere,quàm neutro reperitur.

Masculino.Horat.1.Carm.ode.32.1.
–age dic Latinum barbite carmen.
Fœmnino.Ouidius.21.Epist.2.
Non facit ad lachrymas barbitos vlla meas.
Neutro. Ausonius,Hoc genere,& chordas,& plectra,& barbita conde.
Lesboum barbiton Horatius vocat propter Alcæum Lesbium poetam lyricum,& Sappho poetriam ex eadem Lesbo,eodemque tempore celebrem.Horat.1.Carm.ode.1.7. –nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

Barbo, genus piscis,à Venetis ita dicti,ꝙ gemina barba insigniatur inferiore labro.alio nomine mullus dicitur:à Græcis autem Trygla.Ex Sipontino. Cicero in Paradoxis,& Columella.3.de Re rustica mullum barbatulum vocant.Quod si ita est,fortassis is est piscis quem aliqui capum marinum,Galenus cytharum,nostri Galli rofferam dicūt:quidam etiam Vngiau.Mullum autem imberbem Plinius alutarium vocat. Massarius in libro.9.Plinii subscribit Sipontino.Volaterranus quoque lib.15.sic ait,Cicero barbatulos mullos vocat,libro de Paradoxis.Quapropter eum exisse mauerim,quem hodie Barbum appellant.

BARCE,(βάρκη,)vrbs Africę in Cyrenaica regione,alio nomine dicta Ptolemais.Author Strabo.De hac sic Seruius,Barce ciuitas est Pentapoleos,quæ hodie Ptolemais dicitur. Nam Cyrene & Barce reginæ fuerunt:quæ singulis dederunt ciuitatibus nomina.Silius lib.3.51.
Nec tereti dextras in pugnam armata dolone.
Destituit Barce sitientibus arida venis.

Barce promontorium.Plin.lib.5.cap.1.9.

BARCINO,pen.corr.(βαρκίνων,)Colonia Fauentia dicta,ciuitas est Hispaniæ Tarraconensis celebratissima,cuius meminit Plinius lib.3. cap.3.in descriptione Hispaniæ citerioris. Barcelona vulgò. Ausonius in tertia Epistola ad Paulinum.
Tarraco,& Ostrifero superaddita Barcino pōto.Sic Paulinus ad Au

sonium.Cæsarea est Augusta cui,cui Barcino amœna.

BARDI,(βάρδοι,)erant vates,aut magi, aut Philosophi in Gallia de quibus Lucanus lib.1.89.
Vos quoque qui fortes animas,belloque peremptas
Laudibus in longum vates demittitis ævum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.Strabo lib.4. Apud Gallos exitio in honore sunt Bardi,Vates Druidæ.Bardi quidem laudationibus rebusque poeticis studēt. Vates autem sacrificiorum naturalium⁹ causarum curæ dediti.Druidæ præter causarum naturaliū studia,moralem disciplinam exercēt.Diodorus Sicul.lib.6.cap.9. Sunt & apud Gallos melodiarum poetæ,quos appellāt Bardos. Hi cum organis veluti cīthara cantant,hos laudantes,alios vituperantes.

Bardiacus, pen.corr.(βαρδιακός,)non habet.Martialis lib.4.4. Lassi bardiaci os quod euocati.Versus est Phaleucius.Habet nomen à Bardiis Galliæ gente, quòd hæc eo vestis genere præcipuè vteretur.

Bardocucullus, Penulæ Gallicæ genus,quę cucullum habet. Martialis lib.14.133.
Gallia Santonico vestit te bardocucullo:
Cercopitecorum pennula nuper erat.

Bardus, (βάρδος,)Stupidus à tarditate ingenii appellatur. Cæcili⁹, Nimis audacem,nimisque bardum,barbarum. Trahit autem à Græco,quod illi βράδυνοῦς dicunt. Bardus,Gallicè cantor appellatur,qui virorum fortium laudes canit,à gête Bardorum. Hæc Festus.Nonius,Bardus est vi præpostera,& ingenio tardus. Nam Græci βραδεῖς tardos dicebant.Plaut.Epid.9.36. Ego illic me autem assimulabam quasi stolidum,quū bardū me faciebam. Idē Persa.5.2.
Nimis tandem me quidem pro barba & pro rustica reor habitam esse abste.Id est tarda,& ingenio crasso.Cic.de Fato.16.Stupidum esse soleratem dixit & bardum,quòd iugula concava nō haberet,obstructas eas partes obturaras esse dicebat.

BARIA,inquit Porphyrion,locus est in Sabinis celeberrim⁹.Horat.1. Epist.14.1.ad Villicum de agello suo,
Quem tu fastidis habitratum quinque focis,&
Quinque bonos solitum Baria dimittere patres.

Baris, báridis,pen.cor.f.g.(βάρις.)Lingua Aegyptia significat eym badem qua vehebant cadauera ad sepulchra. Proper.li.3.11.9. Baridos & contis rostra Liburna sequi.

BARIVM,(βάριον,)Apuliæ oppidum,quod Plinius dicit antea Iapygem vocatum à Dædali filio Iapyge. volgò Barri.

Barium,rii,(βάριον,)vrbs Apuliæ.Horat.Saty.5.20. Bari mœnia piscosi, pro Barii.

Barones, pro viris fortibus,qui dam putant esse Latinum:eiusmodi locum Ciceronis ad Atticum lib.5.98.5.Apud Patronē, & reliquos Baroues te in maxima gratia posui. Quū tamē variet lectio:sintque qui legant Patrones,id est,Epicureos talii Varronies.

Barrus, barri,Lingua Sabina,Elephas dicitur.A cuius ossis similitudine dentes barri dicuntur.Horat.Epod.1.2.1. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris? Hinc ebur dictum putat Seruius. Barrire elephantes dicuntur.Festus.
Barritus,huius barritus.pen.prod.Vox elephanti.

Barritus,Romanorum militum clamor. Vegetius lib.3. cap.18. Clamor autem,quem quidam barritum vocant,non prius debet attoli,quàm acies vtraque se inunxerit.

Bascauda, (βασκαῦδα,)Vas Britannicum.Martial.lib.14.104.
Barbara depictis venit bascauda Britannis:
Sed me iam mauult dicere Roma suam.

Basiatio,Basiator, Vide BASIVM.

BASILEA,pen.prod.(βασιλέα τῶν Γερμανικῶν,)Rauricorū Augusta Germaniæ nobilis vrbs ad Rhenum flumen sita,non procul ab Argentorato,vel Argentina.Volaterranus.

Basilica, pen.corr.(βασιλικά,)Locus amplus,in quo & cōsilia privata,& iudicia,& arbitria conficiuntur,in qua expectant aliquando salutatores,& conuiuia maxima fiunt,& saltationes,& laudidicta quasi regia.Nam Græci βασιλικὸν,hoc est basilicam,regiam dicunt:quam vocem nos quoque in eadem significatione frequentissimè vsurpamus.Hactenus Sipontinus.Cic.Attico,lib.2.19.2. Basilicam habeo,non villam frequentia Formianorum,at quam partem basilicę tribū Aemiliā.Idē.6.Verr.5.Qui forū ac basilicas,nū spolia ꝙ basilicę tribū Aemiliā.Idē.6.Verr.5.Qui forū ac basilicas,nū spolia ꝙ tunciarum,sed ornamentis amicorum,commodis hospitum,non fortunis nocentium,ornarent.Plaut.Curcul.9.11. Ditis damnosos maritos sub basilica quę rito.Nos autem ex Hieronymo & antiquis authoribus pro sacris ædibus assumimus:quas quidam Ecclesiam vocant.

Spatio basilicæ honestari.Cic.pro Murena.64.Si vno basilicæ spatio honestamur,diligenter obseruari videmur & coli.

Basilicam tegere.Cic.4.ad Atticum.86.4. Paulus in medio foro basilicā iam penè texerit iisdem antiquis columnis.

Basilicus,

Basilicus,(βασιλικός,)Adiectiuum. Festus,Basilicum,regale:nam βασιλεία est regno.

Basilicæ edictiones.Plaut.Capt.13.42.

Basilica facinora.Plaut.Trin.14.22.Id est magnifica.

Basilica nux dicitur nuglans,teste Plinio,lib.15.22.2.

Basilicus status.Plaut.Pseud.7.43.

Basilicus victus.Plaut.Persa,Basilico accipere victu. Id est magnifico & plane regio.

Basilica vitis. Plin.lib.14.cap.2.8. Basilicam Dyrrachini celebrant,Hispaniæ cocolobin vocant. Rarior vua,æstus,Austrosque tolerat,capiti inimica,copia larga.

Basilicè,(βασιλικῶς,)Aduerbium,Regiè.vt Basilicè viuere vel saluere, & basilicè ornatus.Plaut.Pœnulo.7.74.

Basilicè eleutheria agere.Plaut.Persa.2.30.Id est magnificè, prouerbiali figura dictum.

Basilicè interii.Plaut.Epid.2.54.Id est vehementer.

¶ Basilicum,vestimenti genus.Plaut.Epid.5.49.

¶ Basilicum,vitis genus,apud Columellam lib.3.cap.9.1.

Basiliscus, (βασιλίσκος,) genus serpentis: dictus (vt ait Festus) vel quòd in capite habeat album quiddam instar diadematis:vel quòd reliqua serpentum genera vim eius fugiant. Vide Plinium lib.8.cap.21.6.Latinè dicitur Regulus.

BASILIVS Cæsariensis,(βασίλιος,) Gregorii Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi temporibus floruit.Is Cæsareæ Cappadocum præsul factus,iussus est à Valente,qui Arrianis fauebat,deserere officium,atque in exilium abire. Quumque ille minime obtemperaret, atque vti cōtumax, tribunali præfecti adhiberetur ac minis parēre principi diu frustra tentaretur, nox ei spatii ad deliberandum datur. Basilius, Nequaquam ego,ait:tu potius in hoc spatio ab incœpto desistes. Itaque in ea nocte vxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia insuper paruula extincta, Valens rogatum milit ad Basilium, vt precibus ad Deum fusis ipse saltem seruaretur.Sic itaque accidit vt Basilius seruaretur.Hæc ex historia Ruffini.

Basis, huius basit, f.g.(βάσις,) Sustentaculum & inferior columnæ pars:sicut epistylium superior,authore Sipontino. Cic.5.Tuscul.92. Animaduerti columellam non multum è domis eminentem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri. Et paulò pòst.93. Quò quum patefactus esset aditus,ad aduersam basin accessimus. apparebat epigrāma exesis posterioribus partibus versiculorum,dimidiatis fere.

Bases structiles,sunt velut sedimenta columnarum,non solido lapide cæsa,sed opere cæmentitio, lateritioue coagmentata: quibus columnæ βαβάκωτα,id est nituntur,ipsę quidem solido lapide constantes.Pomponius Iurisconsul.Statuæ affixæ basibus structilibus.Budæus.

Basis pro fundamento & sede alicuius rei:vt Basis statuæ. Cic.4.Verr. 115.Hi tamen istius euertere statuam non dubitarunt:qua ablata,basin tamen in foro manere voluerunt. Ibidem.110. Huic etiam Romæ videmus in basi statuarum,maximis literis incisum à communi Sicilia datas.Scilicet statuas.Idem lib.2.de Natura deorum.187.Basis autem trianguli quam efficiunt grues,&c.

Basis pro ipsa columna videtur etiam accipi.Plin.lib.17.cap.25.4.Simili modo Tralibus palma in basi Cesaris dictatoris.

Basis & statua. Cic.9.Philipp.167. Vtique C.Pansa,A.Hircius cossalter amboue,si eis videbitur,Quæstoribus vrbis imperent,vt eam basin,statuamque faciendam,& in Rostris statuendam locent.

Basis trophæorum.Cic.in Pisonem.73. Idemque vt esset quod in basi trophæorum incidi,inscribique posset,&c.

Basis villæ. Cic.ad Qu. fratrem,lib.3.17.9. Topiarium laudaui,ita omnia consuestiuit hedera,qua basin ville,qua intercolumnia ambulationis,vt denique illi palliati topiariam facere videantur.

Basium, basii, (φίλημα,) Donatus in Eunuchum Terentii.3.2.3. Tria sunt osculandi genera,osculum scilicet,basium, & suauium.Oscula,officiorum sunt:Basia,pudicorum affectuum:Suauia, libidinum vel amorum.Martialis lib.2.10.
Basia dimidio quòd das mihi Postume labro,
Laudo licet demas hinc quoque dimidiam.

Basiorum multa millia.Catul.epigram.16.3.

Conturbare basia.Catul.epigram.5.8.

Da mihi basia mille,deinde centum.Catul.epigram.5.2.&.8.

Basia mala fascinare lingua.Catul.epigram.7.11.

Basio, basiat, (φιλέω,) basiare. Martial.lib.7.94. Et totam Line basiare Romam.Idem lib.6.66.Et bis,terque,quaterque basiauit.

Basiare basia.Catul.epigram.7.1.

Vsque ad millia basiare.Catul.epigram.45.1.Sub.basia.

Basiatio,Verbale.Martialis lib.7.94.Hybernas Line basiationes. Catul. epigram.7.1.Quæris quot mihi basiationes
Tuæ Lesbia sint satis superque?

BASSARVS, pen.corr.per eu diphthongon,(βασσαρεύς,) Dictus est Bacchus, ἀπο τοῦ βάλλω,quod est declamo,vociferor,ob bacchantium tumultuarium clamorem. Quibus Bassareum aliqui nominarunt

velint à genere vestis baccharum:vnde & Bacchę ipsæ Bassarides dictę à bassara veste quæ vsque ad pedes demissa est, dicta à bassara loco Lydiæ,in quo fit.tali enim numina vti volunt. Hæc Sipontinus. Horatius.1.Carm.ode.18.3.
–non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiam.Vide Acronem in eum locum.

Bassaricus,Adiectiuum,(βασσαρικός,)Propert.3.eleg.17.6.
Candida laxatis onerato colla corymbis,
Cinget Bassaricas Lydia mitra comas.Id est Bacchicas,hoc est tuas.scribit enim ad Bacchum.qui & Bassareus vocatur.

Bassaris,huius bassaridis,(βάσσαρις,)Agaue,Bacchi sacerdos.Persius Saty.1.10. Et sectum vitulo caput ablatura superbo Bassaris.

SALEIVS BASSVS, poeta Epicus,cuius est Quintiliano libro.10. cap.1.vehemens,ac poeticum ingenium:nec ipsum senectute maturum, præueniente fato,quemadmodum & Valerio Flacco contigit. Item Ausidius Bassus historicus Quintiliani temporibus bellum Germanicum scripsit. Vide Quintilianum lib.10.cap.1. Cæsius Bassus inter Lyricos ab eodem ponitur.de quo sic scribit Probus, Cæsium Bassum poetam Lyricum fama est in prædiis suis ardente Vesęuo & latè vagantibus ignibus cum villa sua flagrasse. Quintilianus quoque se eum vidisse ait. Bassus item,& Sextius Niger Romani homines,de me dicima Græcè scripserunt.Author Volaterranus. Præter hos fuit Bassus martyr sub Decio clauis ferreis confixus.

BASTARNAE,siue Basternæ,(βαστάρναι,)populi Europæ in Sarmatia:de quibus Strabo lib.7. Truces Bastarnę,& Tumentes Bastarnæ apud Claudianum.

Bat, (βάτ,)Vox est qua vti solemus,quum quempiam corripimus,iubemusque eum tacere.Plaut.Pœnu.5.7. –quid opus est? P. Potin'aliam rem vt cures? C. at.P. bat.crucior.P. cor dura. C.Non possum.P. fac possit.

BATA,Asiæ vicus,& portus:vbi Sinope vrbs Austrū versus huic oræ plurimum videtur opponi.Verba sunt Strabonis lib.11.

BATALA,antiquissimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis à Liuio commemoratum.

BATALVS,odiosus quidam & turpis,authore Suida. Virgil.in Diris, Batalæ,cygneas repetamus carmine voces. Quædam exemplaria legunt,Battare,cygneas,&c. Vide BATTALVS.

Batalus,Cognomen Demosthenis.

Batauus,(βατταβός,)Adiectiuum,penult.indifferenti. Lucan.lib.1.87. Vangiones,Batauique truces,quos ære recuruo
Stridentes acuere tubę.Silius lib.3.123.Iam puer auricomo performidate Batauo.Corn.Tacit.de situ Germaniæ, Omnium harum gērium virtute præcipui,Batani non multum à ripa insulam Rheni colūt. Idē lib.10.Batani,donec trans Rhenum agebant pars Cattorum,seditione domestica pulsi,extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupauere,quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circunluit.

Batana auris,pro agresti,& ineleganti,tetricaque.Martial.lib.6.
Túne es,tùne ait,ille Martialis,
Cuius nequitias,iocosque nouit,
Aurem qui modò non habet Batauam? Vide Erasmum in Chiliad.

BATHYLLVS,(βαθύλλος,)adolescens Samius,qué Anacreon poeta Teius ardenter amauit.Horat.in Epodis,ode.14.2.
Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium. Alius fuit Bathylus pantomimus,ioculator,& saltator,vnde Iun.Molli saltante Bathyllo.Persius,
–nec quum sis cætera fossor
Teis tantum ad numeros Satyri moueare Bathylli. Tacit.lib.1.Indulserat ei ludrico Augustus,dū Mecœnati obtēperat effuso in amorem Bathylli.Iuuenal.Saty.13.12.
–vt video nullum discrimen habendum est
Effigies inter vestras,statuamque Bathylli.

Batillum, Ferreum instrumentum quo pruna colligitur,ad similitudinem palæ.Id est batulum,quasi patulum primò vocatum:deinde batillum per diminutionem dictum. Hæc Sipontinus. Plin.lib.33.cap.8.4.Batillis ferreis candentibus ramento imposito, quod candidum permaneat,probatur. Varro.3.de Re rust.cap.6.4. Itaque pastorem earum cū batillo circumire oportet, ac stercus tollere ac conferuare:quod & ad agriculturam idoneum est.Horat.1.Ser. Saty.5.8.Prætextam,& latum clauum,pruneque batillum.

Batillum aliud esse instrumentum declarat Varro.1.de Re rust.ca.50.2. his verbis,Altero(inquit)modo metunt.vt in Picenoivbi ligneum habent incuruum batillum,in quo sit extremo ferrula ferrea. hæc quum comprehendit falcem spicarum desecat,& stramenta stantia in segete relinquit,vt postea subsecentur.

BATINA,pen.pro.(βάτινα,)oppidum Apuliæ.vñ Horat.3. Car.od. 4.3. –saltusqi Batinos,& arnū Pingue tenent humilis Ferenti.

Batiocus, Genus vasis à quo vinum è cado hausturn ad mensam fertur.Plaut.Sticho.14.11.vulgò il boccale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Batis, ſtirpis (σπέρμα,) Genus herbæ aculeatæ, ſpõte naſcentis, quæ & hottentis & marina eſt. Plinius lib. 21. cap. 15. 17. & Colum. lib. 12. cap. 7. 2. vbi duplici tt battis ſcribitur. vulgò. Pinochio marino Herba di ian Petro. Matth. Senen. Ruellius lib. 2. cap. 61. Batim dupli cem, veteres prodiderunt vnam mariyam, quam Græci crethmon, ſi ue potius crithmon dicunt. Hæc fruticoſa eſt herbula, cubitum vnum alta, naſcitur in maritimis, petroſis, folio copioſo, pingui, albicante ve luti portulacæ, ſed craſſiore, latiuſcula & ſalſo guſtu, floribus cãdidis. Semẽ ceu libanotidis odoratum, molle, ſiccatum rumpitur. Habet in ſe tritici modo candidũ, radices digiti craſſitudine tres aut quatuor, odoratæ ſaporis, & iucundi. Hanc efficimæ ſimul cum vulgò cretham vocant marinam. Defertur ad nos ſale & aceto condita. Altera batis hortenſiana, quam Plinius aſparagum Gallicum quibuſdam dici tradit. Columella holus cordum, caule palmum erecto, folio pingui, &c. Paulò pòſt, Hęc apud nos ab olitoribus ad quotidianos vſus confita nonnunquam ſpectatur comprehẽdiſſe. Vulgus noſtrum bacilas, quaſi baticulas ab Italis appellare didicit.

¶ Batis, inter piſces numeratur à Plinio lib. 32. cap. 11. 4.

Batrachium, (βατράχιον,) Coloris ſpecies, quo ante inuentas perſonas faciem obungebant. Eſt & genus herbæ. Plinius lib. 25. cap. 13. 25. Ranunculum vocamus, quem Græci batrachium, vulgò pie coruino, pie di gallo, Herba ſardonia, Apium riſus, Matthiolus Seneuſis.

Batrachos, pen. cor. (βάτραχος,) apud Græcos rana eſt. hinc Comœdia eſt apud Ariſtophanẽ quę βατράχοι hoc eſt Ranę inſcribitur, quòd in ea ranas loquentes introducat.

Batrachomyomachia, pen. cor. (βατραχομυομαχία,) Ranarum & murium pugnatde qua elegantem Homerus conſci ipſit libellum.

BATTALVS, pen corr. (βάτταλος,) fuit tibicen qui laſciua & vinolenta carmine complexus eſt, fecitque adagio locum, Battali ſimilis. Cælius ait hunc primũ omnium calceis fœmineis in ſcena vſum fuiſſe, artemque tibiarum omnino mollitie depraua ſſe, à quo fluxos & patum viros, Battalos vocant, vt idem Cælius author eſt.

BATTIADES, pen. cor. (βαττιάδης,) Callimachus dictus eſt, id eſt Cyrenaicus, vt quidam volunt, à Batto, qui Cyrenen condidit. Alii dicunt à patre ſuo, cui Batto nomen fuiſſe, neſcio qua coniectura ducti, exiſtimant. Stat. lib. 5. Sylu. 3. 32. – tu pandere doctus
Carmina Battiadæ. Ouid. in Ibin,
Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuouco teq̃ue tuosq̃ue modo. Ab illo autẽ Batto, quem prius diximus omnes Cyrenenſes, Battiadæ dicti ſunt. Silius lib. 3. 91.
Nec non Cyrenę Pelopei ſtirpe nepotis
Battiadas prauos fidei ſtimulauit in arma. Idem lib. 2. 13.
– & iniquo ſole calentes Battiadas.

Battológia, pen. corr. (βαττολογία,) Multiloquium Latinè dici Turnebus opponit Laconiſmos. Sumptũ à Batto quopiam inepto poeta, qui in hymnis ſuis eadem crebrius iterabat. Copioſius in Chiliad. & in Annotationibus Eraſmi in nouũ Teſtamentum.

BATTVS, proprium illius qui Cyrenen condidit, vt author eſt Strabo libro. 17. Ab hoc & Cyrenenſes Battiadę dicti ſunt. Vide BATTIADES. Catullus epigram. 7. 1.
Quàm magnus numerus Libyſſæ arenæ
Laſer pitiferis iacet Cyrenis,
Oraclum Iouis inter æſtuoſi,
Et Batti veteris ſacrum ſepulchrum. Solinus cap. 40. Lacedæmonium hunc fuiſſe ſcribit. Plura habet Herodotus lib. 4.

Batuo, batuis, (δλάω,) batuere, Percutere, verberare. Plautus Caſina. 1. 1. 60.
– qui quæſo potius, quàm ſculponeas?
Quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime! Plin. lib. 31. cap. 9. 7. Ita vt batuerẽtur ante hac vlcerã. Antiquum verbum à quo vulgaris noſter ſermo deductus eſt battre. Cic. Pæto. 9. 22. 13. Batuit, inquit, impudẽter, depreſſit multo impudentius.

Batuere, Pugnare. Suetou. in Caligula, cap. 54 Thrax & auriga, idẽ cantator atque ſaltator batuebat pugnatoriis armis.

Batuere cum. Sueton. in Caligula, cap. 32. Mirmilonem è ludo rudibus ſe cum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea fica, ac more victorum cum palma diſcurrit.

Batus, bati, (βάτος,) genus mẽſuræ liquidorũ, apud Hebræos, q̃ ſex tarios ſeptuaginta duos capit. auth. Ioſeph. lib. 3. circa finem.

Baubor, baubaris, (βαῦβω,) bauburi, Deponens, Latrare, Factitiũ verbum à voce canum quum latrant. Lucretius lib. 5. Et quum deſerti baubantur in ędibus.

BAVCIS, (βαῦκις,) anus pauper, quæ cum viro ſuo Philemone, Iouem & Mercurium hoſpitio ſuſcepit. De quibus Ouid. lib. 8. Meta. 127.
Hi vetꝰ fuerunt in arbores.

Parnuncia Baucis. Perſius Saty. 4. 2.
Dum me deterius ſapiat Parnuncia Baucis.

BAVIVS, & Mevius, (βαῦιος καὶ μαῦιος,) ineptiſſimi poetę fuerunt, qui Virgilio ſuam gloriam inuiderũt. De quibus Virg. ipſe. 3. eclo. 16.
Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.

BAVLI, (βαῦλοι,) Vicus inter Baias & Miſſenum, vbi boues quondam Herculis, dum iuxta Cumas hoſpitatus eſſet, ſtabulati eſſe dicuntur. Hinc Boalia primùm locus appellatus eſt. deinde vetuſtate corrupto vocabulo Bauli Symmachus, – corrupta Boalia Baulos.
Nuncupat hęc ætas. Martialis.
Dum petit à Baulis mater Ceſſellia Baias,

Occidit inſami crimine merſa freti. Corn. Tacit. Nero matrem elicit ad Baias. vbi quinquatrium celebrabat, excepitq̃ue manu, & complexu, ducitq̃ue Baulos. Id villæ nomen eſt inter Miſſenum promontorium, & Baianum locum, flexo mari abluitur.

Baxeae, (βαξαί ἐις,) Crepidæ & calceamẽta, propriè philoſophorum. Apul. de Aſino, Nec quid pallio, baculoq̃ue & baxeis & hircino barbitio philoſophum fingeret. Plaut. Menęch. 9. 34. Quis is eſt Peniculus, qui extergentur baxeæ?

B D

Bdellium, (βδέλλιον,) arboris genus, de qua ſic Plin. li. 12. c. 9. 1.

B E

Arbor nigra ẽ magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, nãq̃ Huius arboris Gummi eſt id quod Aromatarii Bdellium vocant.

Beàtus, penul. prod. (μακάριος, ὄλβιος, εὐδαίμων,) Felix, qui rebus omnibus ad vitę vſum, ornatumq̃ue ſpectantibus abũdat. Ideoq̃ue locupletes ſanè omnes beatos vocamus. vt apud Iuuenalem, Vetulæ veſica beatæ. Et Cic. Sint floręntes, ſint beati. Idem. 2. de Inuẽt. 121. Crotoniatæ quondam quum florerent omnibus copiis, & in Italia quum in primis beati numerarentur. Vnde apud inferos, in Elyſiis campis beati vocantur, & à nobis, qui apud ſuperos viuunt. vt penè idem ſint felices & beati, felicitas, & beatitudo. Sunt & aliæ res pro ſua quæque natura beatę felicesq̃ue, veluti de voce apud Quintilianum lib. 11. cap. 3. Ornata eſt pronuntiatio, cui ſuffragatur vox factilis, magna, beata, flexibilis. Beata dixit pro eo quod eſt plena & perfecta. Hæc Valla lib. 4. Cic. in Parad. 19. Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quòd in ſe vno ſua ponit omnia. Idẽ. 5. Tuſcul. 32. Neque vlla alia, huic verbo quum beatum dicimus, ſubiecta notio eſt, niſi ſecretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. Idem. 1. Philipp. 26. Beatus eſt nemo qui ea lege viuit, vt nõ modò impune, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſit. Idem 1. de Finib. 93. Et. 6. Verr. 111. Et pro Cælio. 53.

Beatus, pro diuite & opulento. Cic. in Saluſt. 12. Vnde tu qui modò, ne paternam quidem domum redimere potueris, repentè tanquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, &c. paraueris? Ouid. 1. Amo. ele. 8. 5.
Scis here te mea lux inueni placuiſſe beato.

Felix & beata. Plin. lib. 11. cap. 13. 4. Prius indicari cõuenit cauſſas, quæ cognomen illi felicis ac beatæ dedẽre.

Ab omni parte beatum, Beatiſſimum. Horat. 2. Carm. ode. 16. 6.
– nihil eſt ab omni Parte beatum.

Auro beatius omni. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 1.

Dimitiis beatus. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 15.

Laudum omni cumulo beatus. Stat. lib. 4. Sylu. 3. 32.

Perſarum rege beatior. Horat. 3. Carm. ode. 9. 1.

Terq̃ue quaterq̃ue beati. Id eſt, vt Seruius ait, ſæpius. Finitus numeras p infinito. Aut potius, Beatiſſimi. ſic enim & Græci poetæ τριόλβιον vocant à numero ternario. Virgil. 1. Aeneid. 20.
– ô terq̃ue quaterq̃ue beati. &c.

Virtute beatus. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 15.

Longè beatior. Ouid. 4. Metam. 65.
Sed longè cunctis, longeq̃ue beatior illa eſt, Si qua tibi ſponſa eſt.

Palam beatus. Vide PALAM.

Arces beatæ. Horat. 3. Carm. ode. 6. 5.

Arua beata, Fertilia. Horat. Epod. 16. 9.

Beata & libera ciuitas. Cicero Meſſenio. 6. 21. 11. In libera, & in beata ciuitate viximus.

Ciuitas beatiſſima & opulẽtiſſima. Ci. 3. de Nat. Deo. 117. Duodequadraginta Dionyſius tyrannus annos fuit opulẽtiſſimę & beatiſſ. ciuitatis.

Commoda beata. Catul. epig. 20. 5. ad Furium,
Hæc tu commoda tam beata Furi Noli ſpernere.

Homines beatiores. Catul. epig. 9. 2. ad Verannium, O quantum eſt hominum beatiorum? Quid me lætius eſt beatiúſve?

Mors beata. Cic. de Amic. 22. Ex quo illorum beata mors videtur, & horum vita laudabilis.

Nox beata. Claud. 6. Paneg. 31.

Opes beatæ. Stat. lib. 1. Sylu. 5. 9. Ora beatiór. Ouid. Epiſt. 15. 36.
Sceptra parens Aſię, qua nulla beatior ora,
Finibus immenſis vix obeunda tenet.

Rebus beatis mitior. Seue. Hypp. 5. 16. Sed tu beatis mitior rebus veni.

Beata Reſpublica. Liu. 4. bel. Maced. 22. In pace & florente ac beata Reſpub abrogaretis.

Rus beatum, Fertile & amœnum. Horat. 1. Epiſt. 10. 5.

Sedes beatæ. Virg. 6. Aeneid. 128.
Deuenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſq̃ue beatas.

Terra beata. Ouid. epiſt. 15. 38.
In qua tu nata es, terra beata mihi eſt.

Beatæ thermæ. Martial. lib. 9. 79.
Idem beatas lautus extruit thermas
De marmore omni, quod Cariſtos inuenit.

Vita beata. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 19. – fontes vt adire remotos,
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ. Cic. 1. de Finib. 98. Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus. Idem. 4. Acad. 242. Zeno in vita virtute poſitam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam inquit beatam, ſed non beatiſſimam. Idem Attico. 8. 15. 2. Sic huic moderatori ciuitatis beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, &c.

Dici beatus. Ouid. 3. Metam. 28. – vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt dicíque beatus
Ante obitum nemo, ſupremaq̃ue funera debet.

Vrbes beatæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 7.

Fruantur beati æuo ſempiterno. Cic. de Somnio Scip. 8. Omnibus qui patriam cõſeruarint, auxerint, certum eſſe id cœlo ac definitum locum, vbi ſempiterno æuo fruantur.

Numero beatorum eximere aliquem. Id eſt non iudicare beatum. Horat. 2. Carm. ode. 2. 4.
Redditum Cyri ſolio Phraoten,
Diſſidens plebi numero beatorum Eximit virtus, &c.

Vnum beatiorum ſe facere alicui. Catul. epig. 10. 4. – vt puellæ
Vnum me facerẽ beatiorũ. Id eſt, vt puellæ perſuaderẽ me diuitè eſſe.

Beatulus, penult. corr. Diminutiuum. Perſius Saty. 3. 11.
– tandemq̃ue beatulus alto Compoſitus lecto.

Beatè, Aduerbium. Feliciter. vt Beatè viuere. Cic. 1. Acad. 49. Spoliauit enim virtutem ſuo decore, imbecillamq̃ue reddidit, quòd negauit in ea ſola poſitum eſſe beatè viuere. Idem. 2. de Finib. 137. Quoniam igitur omnis ſumma philoſophiæ ad beatè viuendum refertur, &c.

Bene beateq̃ue viuere. Cic. in Parad. 17. Profectò nihil eſt aliud bene beateq̃ue viuere, niſi honeſtè & rectè viuere.

Sit tibi beatè. Catul. epig. 10. 3. Quare non tibi ſit beatè ac beatè.

Beatitas, pen. corr. & Beatitũdo, pen. prod. (μακαριότης ὄλβος,) Cic. 1. de Nat. deorum. 132. An iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo dicenda eſt (vtrunq; omnino durum, ſed vſu mollienda nobis verba ſunt) verum ea quæcunque eſt, cur, &c. Prius aut ẽ minus eſt in vſu. Quintilianus citat eadem lib. 8. cap. 3. Vtitur & Macrobius. 12. Budæus.

Beo, beas, beare, Beatum facere, (ὀλβιόω,) Plaut. Capt. 4. 34. Foris aliquantillum etiam quòd guſto, id beat. Idem Mil. 8. 55. – nimis beat, Quòd commeatus eſt trans parietem. Idem Amph. 8. 11. Sed hoc me beat, quòd perduelles vicit. Terent. Eunuch. 2. 2. 48. Equid beo te! Idem Andr. 1. 1. 79. – ô factum bene! Beaſti, metui à Chryſide.
Vbi Donatus, Artificioſè quidem gaudium ſubiecit.

Cœlo aliquem beare. Id eſt donare cœlo, cœli participem facere, & in cœlum efferre. Hora. 4. Carm. ode. 8. 6.
Dignum laude virum Muſa vetat mori, Cœlo Muſa beat.

Munere aliquem beare. Horat. 1. Epiſt. 19. 15.

Semet beare, eſt indulgere animo, phraſi quadam Epicurea, qui ſummum bonum voluptatem aiebant eſſe. Horat. 2. Carm. ode. 3. 2. Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearit.
Interiore nota Falerni.
Bearit, pro Beaueris.

Bebryces, penult. indifferenti. (Βέβρυκες,) Populi Aſiæ iuxta Pontum, Steph. Item populi, apud Iberos in Europa. Silius lib. 3. 85.

Bebrycius, (Βεβρύκιος,) Adiectiuum, & Bebryx, Bebrycis, penult. indifferente. Valerius Flaccus, & Silius lib. 3.
Arena Bebrycia. Stat. lib. 4. Sylu. 5. 6.
Fretum Bebrycium. Valer. 4. Argonaut. 44.
Faxo Bebrycium nequeat tranſcendere puppis Vlla fretum.

Nemus Bebrycium. Stat. 3. Thebaid. 71.

Bebryacum, (Βεβρύκιον,) Vicus eſt inter Cremonam & Veronam, qui vulgò dicitur Labina, clarũ duabus cladibus Romanorũ. Coro. Tacit.

Bebryacenſis, (Βεβρυκιάκιος,) Qui eſt ex Bebryaco vico.

Bebryacum palatium. Iuuenal. Saty. 2. 111. Bebryaci in campo ſpolium affectare palati, &c. Vbi palatium Bebryacum vocatur campus belli ciuilis in Bebryaco vico facti, quòd in eo molliſſime velut in palatio, Otho Imperator à militibus Vitellii fraude victus eſt.

Bechion, Herba, (βήχιον,) Plin. lib. 26. cap. 6. 2. Tuſſim ſedat bechion, quæ & tuſſilago dicitur. Vide Tuſſilago. vulgo dicitur, Farfara, ſiue Farfarella, ſiue Vngula Caballina.

BEDA, (βέδας,) natione Anglicus, ob vitæ modeſtiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit ſub Ioanne ſexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa ſoluentes, Hiſpaniam inuaſerunt: ex quo Beda literis principes ad eam recuperandam ſolicitauit, Græcè Latinèque eruditus fuiſſe traditur. Scripſit in Acta Apoſtolorũ, in Lucã, Volaterran⁹.

BEDVINI, ex Arabum, ac Saracenorum ſecta, aliis addicti opinionibus ſunt, qui propter hæretici ſunt appellati. ſi nulla ratione, inermesque vitã cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem vitari non poſſe, fatoq̃ue omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellibus. Solem orientem adorant. Volaterranus.

Bee (βῆ,) Vox ouium. Varro 2. de Re ruſt. cap. 1. 7. Non enim me, ſed bee ſonare videntur oues vocem efferentes.

Bela, (βῆλαι,) Oues nominauerunt antiqui Latini: vnde belare. Varro 2. de Re ruſt. cap. 1. 7. Vnde aurea mala, id eſt ſecundum antiquam cõſuetudinem capras & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit. Ea enim ſua voce Græci appellarunt μῆλα. Nec mul tò ſecius noſtri ab eadem voce, ſed ab alia litera bela vocauerunt, Nõ enim me, ſed bee ſonare videntur oues vocem efferentes: à quo poſt belare, dicunt extrita e litera, vt fit in multis.

BELA, Pannoniæ rex, regno per fratris cædem potitus, bonus aliquoſi princeps habitus, populos à multis vectigalibus immunes fecit primus Bizantios nummos, argenteamq̃ue monetam percuſſit. Deceſſit tandem equo lapſus, fractuſq̃ue membra, poſt annos regni tres, ſepultus in cœnobio S. Seruatoris ab eo conſtituto. Fuere quatuor huius nominis Pannoniæ reges, vt author eſt Volaterranus lib. 8.

BELGAE, Belgarum, (Βέλγαι,) Galliæ populi multarum ciuitatum, oppidorum, ac locorum, mari Oceano, Rheno, Matrona, & Sequana fluminibus incluſi. In his, ſunt Metropoles Treuerenſis. Colonienſis, Maguntina, Rhemenſis. eum earum ſuffraganeis intra Oceanum mare ac eadem tria flumina conſtitutis. Item Brabantia, Flandria, Hollandia, Gheldria, ac Phryſiæ pars, tota Picardia, Hannonia, Iuliacum, Virtutũ comitatus, ac Campaniæ maxima portio, ſyluaque Arduenna vniuerſa.

Belga, (βέλγας,) ſingularis numerus, vnus ex Belgis. Lucanus lib. 1. 86.
Et docilis rectorem noſtri Belga couini.

Belgicus, pen. correp. (Βελγικός,) Adiectiuum, vt Eſſeda Belgica. Virgil. 3. Georgic. Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. Vbi Seruius, Belgica eſſeda, Gallicana vehicula.

BELGIVM, erat Belloua corum ciuitas magna, & inter Belgas authoritate atque hominum multitudine præſtans. Belgii mentionem facit ſemel & iterum Cæſar Belli Gallici, lib. 5. Hircius quoque lib. 8.

BELIDES. Vide BELVS.

BELISARIVS, (Βελισάριος,) Iuſtiniani Principis dux, Græcus, Perſas in Oriente vicit: Vandalos verò in Africa, ducto in triũphum Giliſmere, Gothorum in Italia gentẽ, capto, Vitige rege ſuperauit. Poſt hæc Africam repetens, Vandalos redintegratis viribus, bella renouantes, Reipublicæ ſubdidit, interfecto eorum rege Guntarit ſub pacis do Io. Victor inde Romam reuerſus, crucem auream, vbi res eius geſtæ ęg latæ fuerant, Petri baſilicæ obtulit. Plura Volaterranus.

Bellaria, bellariorum, (ἐπιδορπισμάτα, τραγήματα, πέμματα,) dicuntur cibi ad irritandam gulam compoſiti, authore Donato. Gellius lib. 12. cap. 11. Vocabulum bellaria, ſignificat omne mẽ ſæ ſecũdæ genus, nam quæ τραγήματα Græci, aut πέμματα dixerit, ea veteres noſtri bellaria appellauerunt. Vina quoque dulciora eſt inuenire in comœdiis antiquorũ. hoc nomine appellata dictaq̃ue eſſe ea Liberi bellaria. Hactenus Gellius. Plautus Truculen. 9. 17. Fer hunc verbenam mihi, thus & bellarias.

¶ Bellarium & Bellaria, res bellis aptas appellabant. Feſtus.

Bellator, Bellatrix, Vide BELLVM.

Bellatulus, Belle, Vide Bellus in BONVS.

BELLEROPHON, penul. correp. vel Bellerophontes, (Βελλεροφόντης,) Glauci regis filius, qui & ipſe regnum apud Ephyram tenuit, quo priuatus à Præto Argiuorum rege, ab eodemq̃ue ferme domi habitus, ac de ſtupro ab eius vxore Sthenobœa, quæ Anthea Homero dicitur, ſolicitatus eſt. Qui tale facinus quum auerſaretur, ab eadem apud virum falſo accuſatus, cum literis ad Ariobarum ſocerum miſſus eſt: quibus ſcribebatur vt ille occideretur. Ariobatus itaque eum contra Chimeram monſtrum miſit, qui equo Pegaſo adſumpto, illam è veſtigio ſuperauit. Poſthæc ad Solymorum bellum, poſtremò ad Amazonas miſſus, victor pariter rediit pro quibus meritis Ariobati filiã duxit Archimenen, ex qua filios ſuſcepit Iſandrum, Hippolochũ, & Laodamiam. Author Homerus Iliad. 6.

Bellerophontes literas affert, Prouerbium quum quis literas velut commendatitias pferat, q̃ cõtra ipſi ſint deſcriptæ. Vide Eraſmi Chiliadas.

Eques ipſo melior Bellerophonte. Horat. 3. Carm. ode 12. 2.

Bellerophon caſtus. Horat. 3. Carm. ode 7. 3.
Vt Prætum mulier perfida credulum
Falſis impulerit criminibus, nimis
Caſto Bellerophonti Maturare necem refert.

Bellerophontẽus, pe. p. Adiectũ, (Βελλεροφόντειος,) Prop. li. 2. eleg. 3. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Visus erant molli recubans Heliconis in vmbra,
Bellerophontei quà fluit humor equi.
Bellerophontei equi, Id est Pegasi. Intelligit autem Hippocrenen fontem, quem Pegasus vngula aperuerat.

BELLERVS, Corinthiorum primas quidem, à quo interfecto, Bellerophontes dictus est, quum antè Hipponous diceretur. Ex commentariis in Bocarium.

Bellica, Columella erat ante Bellonæ templum, super quam hastam iaciebant, quum bellum indicebatur. Festus.

Bellicus, Belliger, Belligero, Vide BELLVM.

Bellior, Vide Bellus in BONVS.

Bellipotens, Vide BELLVM.

Bellitudinem, sicut magnitudinem Verrius dixit. Festus.

Bello, bellas, Vide BELLVM.

BELLONA, penult. prod. (ἀπὸ τοῦ βάλλω,) Dea belli, fororque Martis, dicitur alio nomine Pallas. Virgil. 9. Aeneid.
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Gaudens Bellona cruentis. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 45.
Bellona vindex. Claudian. in Eutrop. lib. 1. 63.
Scilicet in dubio vindex Bellona pependit.
Hastata Bellona. Stat. 2. Thebaid. 144.
Agitata motu Bellonę, de sacerdote quadã inquit Tibullus li. 1. eleg. 6. 9.
Bellonarii, (ἀπὸ τοῦ ἐνυαλίου,) sacerdotes Bellonæ, qui lacertos, humerosque concidebant. Acron.

BELLOVACVM, pen. corr. (βελλόκαιοι,) Ciuitas est in prouincia Rhemensi ac Francorum regno sita. Cuius populi Bellouaci vocantur, inter Belgas, olim belli gloria eximii, quos Cæsar eorũ duce interfecto, in potestatem accepit. Apud Cæsarem in Commentariis, lib. 8.

BELLOVERSVS. Vide AMBIGATVS.

Bellua, (ἀπὸ τοῦ βέλος,) Immanis fera, quasi bellum gerens. Terent. Eunuc. 3. 1. 25. Bone es ferox, quia habes imperium in belluas? Cic. Mario lib. 7. 1. 13. Quinetiam misericordia quædam consequuta est atque opinio eiusmodi, esse quandam illi belluæ cum genere humano societatem. De elephanto loquitur. Iuuenalis Saty. 10. 16. Quum Getũla ducem portaret bellua luscum.
Fera bellua. Ouid. 13. Metamorpho. 194.
Fera & immanis bellua. Cicc. 4. Acad. 194.
Fluitantes & innantes belluæ, partim ad saxa natiuis testis inhærentes. Cicc. 2. de Natura deorum 145.
Ingens bellua. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 64.
Saeua bellua. Horat. 1. Carm. ode 12. 5.
Squamosa bellua. Seneca Hippoly. 10. 12.
– & ingens bellua immensam trahit Squamosa partem.
Bellua tetra. Claudianus in Eutrop. lib. 1. 27.
Vt tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo. Cicc. 4. Tusc. 68.
Bellarum nomine appellare singulas stellas, vt capram, vt lupam, vt taurum, vt leonem. Cicc. 3. de Natura deorum 53.
¶ Bellua, per conuitium dicitur in hominem. Terent. Phorm. 4. 2. 11.
Sed quid pertimui autem bellua? Idem Eunuc. 4. 4. 37. Age nunc bellua, credis huic quod dicat? Cicero 8. Philip. 241. Quin etiam de illo homine queri solebas, Quid te facturum de bellua putas?
Fera & immanis bellua, homo. Cicc. 7. Verr. 85. Sed quid ego hospitii iura in hac tam immani bellua commemoro? Ibidem 86. Cum homine enim crudeli nobis res est, an cum fera atque immani bellua?
Feritas & immanitas belluæ in figura hominis. Cic. 3. Offic. 40. Sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ à communi tanquam humanitate corporis segreganda est.

Belluatus, (ἀπὸ τοῦ ἄνθος,) Adiectiuum, penul. prod. vt Belluata tapetia, in quibus belluæ pictæ sunt. Plautus Pseud. 4. 14. Neque Alexandrina, belluata, consutaque tapetia.

Belluinus, pe. p. (ἀπὸ τοῦ θὴρ,) aliud adiec. vt Belluina rabies, belluinus furor.

Belliosus, Adiectiuum, penul. prod. (ἀπὸ τοῦ θὴρ,) Belluis plenum. Horatius 4. Carm. ode 14. 10.
Te belluosus qui remotis.
Obstrepit Oceanus Britannis, &c.

Bellum belli, (πόλεμος, μάχη, ἅλις,) Est tum ipsa pugna, tum totum tempus quo in militia sumus: quam illiterati guerram vocant. Prælium, ipsum tantummodo armorum certamen. Nam & pugna, certamenque etiam citra arma fit. interdum etiam fit nudis verbis. Hæc Valla lib. 4. Plautus Amphit. 3. 101. Nam cum Thelebois est bellum Thebano populo.
Bellum & pax, contraria. Terent. Eunucho 1. 1. 16.
Suspiciones, inimicitiæ, induciæ, Bellum, pax rursum.
Tumultus & bellum. Cic. 8. Philip. 136. Potest enim esse bellum sine tumultu, Tumultus esse sine bello non potest.
Bellum à belluis dicitur quia bellarum sit pernicioſa diſſenſio. Hæc Festus. Seruius autem bellum dici vult, quòd minimè bellum sit.
Bellum a prælio differt. Liu. 9. ab Vrbe. Populus Roman. etsi nullo bello, multis tamen prælijs victus est.
¶ Bellum pro prælio, aliquando ponitur. Sallustius, In eo bello trecenti milites deiyderati.
¶ Belli, genitiuus, qui aliquando ponitur pro aduerbio in loco. Cicc. 1. Officiorum, Præterea quibuscunque rebus vel domi vel belli poterũt, Rempub. augeant imperio, agris, vectigalibus. Liuius 3. ab Vrbe 178. Ad cladem ab hostibus acceptas, duo nefanda facinora Decemuiri, bel li, domique adiciunt. Idem 1. ab Vrbe 164. Augurijs certè sacerdotioque Augurum tantus honos accessit, vt nihil belli, domique postea nisi auspicato gerceretur.
¶ Belli vocabulo, bellatores, milites, & ea quæ ad bellum pertinent, omnia complexus est Ouidius 11. Metamorpho. 5.
Permanet Aoniis Nereus violentus in vndis,
Bellaque non transfert. Id est maris tempestas traiicere Græcos in Asiam non patitur. Sic Silius lib. 7. 95.
Sed victæ fera bella deæ vexere per æquor,
Atque excisa suo pariter cum iudice Troia est.
¶ Bellum sine hoste, Ciuile bellum vocauit Lucanus lib. 1. 136.
– tela manúsque
Romanæ miscent acies, bellumque sine hoste est.
Acta belli domusque. Ouid. 12. Metamorpho. 37.
Adiutor belli. Vide ADIVTOR.
Altrix bellorum tellus. Silius lib. 1. 44. de Numidia.
Apex bellorum, id est caput & dux. Statius 5. Sylu. 2. 19. Ille secundos apex bellorum. De Bolano.
Asperrima studijs belli gens. Virgil. 1. Aeneid. 4.
Auida mens belli. Ouid. epist. 7. 31.
Author temerarius belli. Ouid. 5. Metamorpho. 2.
Primus in his Phineus belli temerarius author.
Caligo belli. Statius 8. Thebaid. 101. Caliginem vocat illum belli tumultum, quo quid agendum cuique sit, nemo videt, nec amicus amicum, nec frater fratrem agnoscit.
Causæ bellorum. Tacit. lib. 10. Sed vobis maximum, penes quos aurum & opes præcipuæ bellorum causæ.
Celeritas belli. Cic. 5. Philipp. 182. Belli celeritatem morabitur.
Certamina belli. Lucretius lib. 2. 1.
Communis belli Mars. Vide COMMVNIS.
Concitores belli. Tacit. li. 4. Structas principi insidias missos in Galliam concitores belli, index idem & testis dicebat.
Confector belli. Cicero Plancio 10. 10. 6. Qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore.
Contentione belli magna superare. Cic. pro Sestio 49. Antiochum illum magnum, maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare iusserunt.
Durus bello, id est fortis & infractus. Virgil. 2. Georg. 34.
Egregia bello gens. Virgil. 1. Aeneid. 90.
Euentus belli varii. Virgilius 10. Aeneid. 32.
Exanimata bello pectora. Stat. 4. Thebaid. 152. Bello, id est timore belli.
Secundi belli exitus. Horat. 4. Carm. ode 14. 8.
Expers belli. Ouid. 5. Metamorpho. 19. Immunis à bello.
Expertus belli. Tacitus lib. 20.
Nec subitum militem, sed veterem expertumque belli.
Expertus bello & armis. Virgil. 7. Aeneid. 47.
Expertus belli. Tacit. in Vita Agricolæ, Cõparantibus cunctis vigorem, cõstantiam, & expertum belli animũ, cum inertia & formidine confl.
Exinctor belli. Cic. de Aruſp. respõ. 45. Tum verò est ratus se posse, quoniam togatũ domestici belli extinctorem nefario scelere sustulisset, illũ etiam, illum externorum bellorum, hostiumque victorem affligere.
Ferox bello, & ad vim paratus. Ouid. 11. Metamorpho. 59.
Fessus bellis. Stat. 1. Sylu. 1. 5.
Fracti bello ductores Danaũm. Virg. 2. Aeneid. 3.
Fremens bello Italia. Virgil. 4. Aeneid. 46.
Frons bellorum, Acies exercitus. Stat. 12. Thebaid. 151.
Atque hunc diuersa bellorum in fronte maniplos
Hortantem dictis, frustraque extrema minantem Conspicit.
Grauida bellis vrbs. Virgil. 10. Aeneid. 17.
Habilis bello ætas. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 1.
Quæ bello est habilis Veneri quoque conuenit ætas.
Immunis belli. Virgil. 12. Aeneid. 113. Id est sine officio dimicandi.
Incendia belli. Virg. 1. Aeneid. 114. Seruius, Incendia vim interpretatur,
Semper enim, inquit, diluuio aut incendio comparatur bellum.
Incerta belli metuere. Tacitus lib. 4.
Iussa principis magis quàm incerta belli metuens.
Inclyta bello mœnia. Virgil. 2. Aeneid. 49.
Inexpertus belli. Tacit. lib. 17. Et pacis artibus belli inexpertus.

Insolens bellorũ. Tacit. lib. 17. Vrbanæ militiæ impiger, bellorũ insolẽs.
Insuperabiles bello Geruli. Virg. 4. Aeneid. 8.
Intractabile bello genus. de Carthaginẽsibus ait Virgilius. 1. Aeneid. 69.
Intractabile autem, id est insuperabile, asperum, sæuum. Seruius.
Iura belli. Cic. pro Corn. Balbo. 37.
Lecta bello iuuentus. Virg. 8. Aeneid. 119. Id est ad bellum.
Magnus bello. Virg. 1. Aeneid. 110.
Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.
Modo belli. Liuius Decad. 4. lib. 8. Latrocinari magis quàm belli modo.
Id est ritu seu more belli.
Nobile bello. Vide NOBILIS.
Offensiones belli. Vide BELLVM.
Pericula belli tentare. Lucret. lib. 5. 261.
Præda belli. Stat. lib. 4. Thebaid. 153.
Mars bellorum præses. Quintil. lib. 3. cap. 7. 4.
Præstans bellis, Virtute bellica. Silius lib. 5. 19.
Regina bellorum virago, periphrasis Minervæ. Stat. 4. Sylu. 5. 5.
Reliquiæ belli, Quicquid post bellum peractum supereſt, & non totum periit. Silius lib. 15. 106.
Rudis belli. Ignarus belli. Horat. 2. Epist. 2. 10.
Spectatæ bello. Tacit. li. 1. Tiberiũ Neronẽ maturũ annis, spectatũ bello.
Studium ad bella. Virg. 3. Georg. 36.
Subita belli. Tacit. lib. 21. Quãdo imperii & subita belli locus abnueret.
Summa belli. Liuius. 4. Decad lib. 1. Quòd si modum in insequendo habuissent, non in præsentis modò certaminis gloriam, sed in summam etiam belli profectum foret.
Superbus bello populus. Virg. 1. Aeneid. 5.
Superstes bellorum. Tacit. lib. 2. Illachrymabunt quondam florentem, & tot bellorum superstitem, muliebri fraude cecidisse. Idem in libro de moribus Germanorum, Multique superstites bellorum, infamiam laqueo finxerunt.
Trepidantia bello corda. Virg. 4. Georg. 14. Seruius interpretatur alacriter pugnandi, non timore. Significat enim Trepidare, festinare Virgilio, vt obseruat multis in locis idem Seruius.
Tumultus belli. Lucan. lib. 6. 11.
Vnius veteri bellum, eleganter dictum à Statio lib. 11. Thebaid. 82. pro bello duorum inter se fratrum,
Stat consanguineum campo scelus, vnius ingens
Bellum veteri, coeunteque pares sub casside vultus.
Vexatus bello. Virg. 4. Aeneid. 123.
Belli vices. Stat. lib. 9. Thebaid. 16.
Victoria belli. Stat. lib. 12. Thebaid. 2.
Victoribus bello ducibus maximus honor datus. Quintil. lib. 2. ca. 16. 5.
Virtus bello visida. Virg. 1. Aeneid. 150.
¶ Acre bellum. Vide ACER. Ouid. in Ibin, versu vltimo.
Acutum bellum. Vide ACVTVS. Horat. 4. Carm. ode 4. 15.
Aduersum bellum. Horat. 1. Serm. saty. 7. 3.
Aeterna bella gerere. Seneca in Hercule furente. 1. 6.
Aspera bella. Horat. 2. Epist. 1. 2. Ouid. 8. epist. 6.
Illustre bellum. Ouid. 2. Amorum, eleg. 12. 2.
Pergama quum caderent bello superata illustri.
Ciuile bellum, Quod inter ciues geritur. Lucan. lib. 2. 11.
Clausum pectore bellum. Sil. lib. 1. 28. Bellum, id est amor belli.
Communem Martem bellique casum metuens. Cic. pro Sestio. 9.
Creperum bellum, Id est dubium. Lucret. lib. 5. 261.
Crudele & exitiosum bellum. Cic. Attico, lib. 9. 13. 5. 14. Deinde bellum crudele & exitiosum suscipi à Pompeio intelligebam.
Bella domestica & externa. Cic. de Senect. 11.
Durissimum bellum. Cic. pro Corn. Balbo. 3.
Exhausta bella, id est finita. Virg. 4. Aeneid. 3. Seruius.
Exitiabile ciuibus, & calamitosum. Cic. Attico, lib. 10. 19. 5. 4.
Fera bella. Silius lib. 7. 95.
Finita bella triumphis. Ouid. 15. Metam. 150.
Funebre bellum. Horat. 1. Epist. 19. 10.
Furiosa bello Thrace. Horat. 2. Carm. ode. 16. 1.
Genialia bella, Bella quæ geruntur inter conuiuia. Sic Centaurorum & Lapitharum bella vocat. Stat. lib. 1. Achil. 23.
Horrida bella. Virg. 6. Aeneid. 18. Iuuenal. Saty. 14. 25.
Horrificum, nefarium, omni imbutum odio bellum inferre. Cic. pro Domo sua. 47. Sed quid ego vestrã crudelitatẽ expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis? qui parietibus, qui tectis, qui colũnis ac postibus meis horrificũ quoddã & nefariũ, oi imbutũ odio bellũ intulistis?
Impia bella ciere. Stat. 11. Thebaid. 70.
Inania bella gerere. Silius lib. 1. 14.
Indomitum bellum. Seneca in Agamem. 7. 3.
Inexpertum bellum. Tacit. lib. 18. Et inexperti belli fauor.
Inexpiabile bellum. Vide INEXPIABILIS.
Inexpiabilia bella excitare. Quintil. lib. 2. cap. 16. 2.
Infandum bellum. Stat. 3. Thebaid. 14.
Infaustrũ belli. Stat. 6. Theb. 18. – & infausti cremet atra piacula belli.
Ingens bellum. Virgil. 1. Aeneid. 54.
Iniustum bellum. Ouid. 5. Metamorpho. 42.
Internecium bellum. Vide INTERNECO.
Bellum intestinum, pro domestico. Cicc. in Catil. 46.
Ioratum bellum. Silius li. 11. 29. Ioratumq; viro bellum puerilibus annis.
Lachrymabile bellum. Ouid. 8. Metamorpho. 9.
Lachrymosum bellum. Horat. 1. Carm. ode 21. 5.
Latrantia bella. Claudian. 1. in Eutrop. 98.
Deficiunt septi latrantibus vndique bellis.
Longinquum bellum. Silius lib. 13. 72.
– domibus deprompta ralenta
Pascere longinquum non deficientia bellum.
Longinquis bellis obruti. Vide LONGVS.
Longum bellum, Diu durans. Ouid. 12. Metamorpho. 1.
Luctuosum bellum. Vide LVGEO.
Lugubre bellum. Horat. 2. Carm. ode 1. 7.
Magnum bellum. Virgil. 1. Aeneid. 39.
Magnum & periculosum bellum. Cicc. ad Quin. fratrem, lib. 1. 1. 7.
Martia bella. Horat. in Arte Poetica 81.
Miserabile bellum. Ouid. epistо. 13. 11.
Mollius bellum gerere. Vide MOLLIS.
Mortiferum bellum. Virgil. 6. Aeneid. 56.
Muliebre bellum gerere. Vide MVLIER.
Quasi naturale bellum est miluo cum coruo. Cicc. 2. de Nat. deor. 186.
Bellum nuale & maritimum, Quod nauibus fit & iuxta mare. Cicc. pro Lege Manilia 8. & 10. Ouid. 1. de Arte 35.
Nefandum bellum. Silius lib. 17. 101.
Nobile bellum, Celebre & notum omnibus. Horat. in Arte Poetica 28.
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Operta bella, Clandestina. Virgil. 1. Georg. 92.
Idem superiore versu dixerat Cæcos tumultus.
Peierans bellum, Fœdifragum. Stat. 4. Sylu. 3. 1.
Certè non Libycæ sonant caternæ,
Nec Dux adnexa peierante bello. Annibalem intellige.
Pendula bella. Claudian. de Bello Gildon. 95.
Pendula ceu paruis moturæ bella colonis Ingenti clamore grues.
Perfida bella. Silius lib. 15. 151.
Pestiferum bellum. Cicc. Attico, lib. 8. 4. Video enim quantum id bellũ, & quàm pestiferum futurum sit.
Pigmæa bella. Claudian. epigram. 17. 3.
E Nilo Pigmæa grues post bella remenso
Ore legunt Rubri germina chara maris.
Ploranda bella. Stat. 1. Thebaid. 9. Puerile bellum, Stat. 6. Thebaid. 2.
Proxima vipereo celebrauit libera nexu
Phocis, Apollineæ bellum puerile pharetræ.
Rapida bella. Claudian. Panegy. 1. 38.
Miramur rapidis hostem succumbere bellis,
Quum solo terrore ruant.
Rediuiua bella. Silius lib. 10. 52.
Vmbræne Ausoniæ rediuiua in bella retractant
Post obitum dextras.
Sæuum bellum. Stat. 12. Thebaid. 3.
Sanguineum bellum. Stat. 5. Thebaid. 1.
Spatiosum bellum. Ouid. 13. Metamorpho. 42. Significat longum, diúque durans. Sic vocat bellum Troianum.
Terrimum & periculosissimum bellum. Cicc. Plancio 10. 19. 5.
Tristia bella. Virgil. eclog. 6. 2. Seneca in Octau. 6. 6.
Trux bellum. Valer. Flac. 3. Argonaut. 61.
Violenta bella. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 1.
Virgineum bellum, Id est ab Amazonibus virginibus gestum. Valer. Argonaut. lib. 5. 27.
¶ Abstere bello. Liu. 4. Deca. lib. 2. 31. Si Antiochus regno Attali abstineat, belloque absistat. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 21. Vide ABSISTO.
Absoluere bellum. Lucan. lib. 2. 50. Vide ABSOLVO.
Absoluere bello. Tacit. lib. 4. Is demum annus Populum Romanum longo aduersum Numidam ac Farinatam bello absoluit.
Abstinere bellum ab aliquo. Vide ABSTINEO.
Abesse à bello. Vide ABSVM.
Accendendo bello acer. Tacit. lib. 20. Duces partium accendendo ciuili bello acres, temperandæ victoriæ impares.
Acceptum bellum prono milite. Lucan. lib. 1. 80. Id est susceptum milite propenso ad ea quæ imperator volebat.
Administrare bellũ. Ci. 2. de Diuin. 116. & 1. de Ora. 105. De reliquis rebus, q̃ essent propriæ belli administrãdi, &c. Idẽ pro Lege Manilia 42.
Idẽ cũ Theutonis bellũ administraret, &c. Vide ADMINISTRO.
Adornare bellum. Vide ADORNO.
Admotum bellum. Vide ADMOVEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Affectum bellum.Cic.de Prouin.Consular.16.Bellum affectum videmus & verè vt dicam penè confectum.
Agere bellum.Vide AGO.
Agitare bella,Silius lib.10.62.
Alere bellum.Plancus Ciceroni,lib.10.23.3. Verebar ne cui obtrectato rum viderer & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum. Vide ALO.
Apparare bellum.Vide APPARO.
Ardet Syria bello.Cice.Attico,lib.6.16.4. Quum enim arderet Syria bello,&c. Vide ARDEO.
Assuescere bella animis.Virgil.6.Aeneid.167.Ne pueri,ne tanta animis assuescite bella. Vide ASSVESCO.
Attenuatum & imminutum bellum.Vide ATTENVO.
Cadere in bello.Seneca in Hercule furente.6.14.
Cruento cecidit in bello pater.
Capere bellum.Vide CAPIO.
Capessere bella.Silius lib.7.66.
Cauponari bellum.Vide CAVPONARI.
Cedere bellis.Lucanus lib.5.149.
Certare bello.Vide CERTO.
Ciere bella.Virgilius 1.Aeneid.109.Vide CIEO.
Simulacra belli ciere.Virgilius 5.Aeneid.134.Habet autem hoc opinor, ex Lucretio,sic enim ille lib.2.9.Feruere quũ videas,belli simulachra cientes.Vocant belli simulachra,belli veluti imaginem quandam , vbi non pro foeis & laribus,sed exercitii tantum causa pugnatur.
Coire ad bella.Ouid.9.Metamorpho.9.
Committere bellum.Vide COMMITTO.
Commouere bellum.Vide COMMOVEO.
Commotum,& confirmatum bellum.Cice.Dolabellae 9.13.3.Quod bellum cõmotum à Scapula,ita postea cõfirmatum est à Pompeio, vt nul la ratione ab illa miseria se eripere posset.
Concidit bellum.Tacit.li.18.Et paucorũ dierum iter progressus, prospe ras apud Bebriacum res,ac morte Othonis concidisse bellum accepit.
Concipere bella,Est meditari de bello alicui inferendo.Sil.lib.1.22.
Concitare bellum.Vide CONCITO.
Concurrere bello alicui.Virgil.10.Aeneid.2. Abnueram bello,Italiam concurrere Teucris.Id est contra Troianos. Seruius.
Condere bella apud Virgilium eclog.6.2. bella describere,& historiam bellorum componere significat,
– nanque super tibi sunt,qui dicere laudes
Vare tuas cupiant,& tristia condere bella.
Conficere bellum.Tacit.lib.2.Bellumque,quia conficere prohibitus erat, pro confecto accipiebatur.Vide CONFICIO.
Conflare bellum.Vide CONFLO.
Consurgere ad bellum. Vide CONSVRGO.
Consurgit nouum bellum.Virgil.8.Aeneid.225.
Contendere bello cum aliquo.Virg.4.Aenei.22.Vide CONTENDO.
Contrahere bellum temeritate.Vide CONTRAHO.
Coortum bellum,& Coortus ad bellum.Vide COORIOR.
Contractum bellum ex infinito tempore.Lucret.lib.2.116.
Coquere bellum.Vide COQVO.
Bellum crescens in segerem.Claud.de bello Getico 5.
Dare bellum,Occasionem belli.Stat.12.Thebaid.68.
Dare bellum alicui,pro Illum bello præficere.Cice.11.Philipp.302.Sertorianum bellum à Senatu priuato datum est.Paulò antè,Priuato Africano bellum gerendum dedit.
Operam dare bellis.Ouid.1.de Remedio Amoris 33.
Decernere bellum alicui.Vide DECERNO.
Decertant agmina bello.Stat.4.Thebaid.185.
Defendere muros bello.Virg.9.Aeneid.106.
Deponere bellum.Ouid.8.Metamorpho.10.
Dimittere bellum.Statius lib.6.Thebaid.103.
Dirimere bellum.Virg.12.Aen.16. – nostro dirimamus sanguine bellũ.
Ducere bellum cum aliquo.Virg.8.Aeneid.11.Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.Ducunt,id est gerunt,aut in longũ trahũt. Seruius.
Ducere bellum,pro extrahere.Tacit.lib.12.Impar multitudini hostium, eoque castellis sese defensare,bellumque ducere statuerat.Cice. Mario 7. 3. 7. Deinde quum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere instituit vt bellum duceret.
Duplicare bellum.Tacit.lib.20.Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii, duplicauerat bellum.
Eleuare bellum.Liu.Decad.4.lib.2. Eleuabat Romanum bellum . Id est minuebat & extenuabat.
Ire in bella.Ouidius 3.de Arte 1.
Erunt bella,Gerentur bella.Virg.eclopa 4.7.
Inuitis aut cupientibus esse bellum. Tacitus.lib.1.Fama dediti,benignéque excepti Segestis vulgata,vt quibusque bellum inuitis aut cupientibus erat,spe vel dolore accipitur.Hoc sermonis genus Graecis familiare,dicunt enim ἀχθομένοις aut ἡδομένοις ἄνωι, Id est inuitis aut lubentibus esse,quum significãt molestum existere quicquam aut gratũ. Idem in Vita Agricolae,Eoque initio erecta prouincia,vt quibus bellũ volentibus erat,probare exemplũ,ac recentis legati animum opperiri.
Expediri ad bellum.Tacitus lib.18.
Cecinam ac Valentem expediri ad bellum iuber.
Extendere bellum.Silius lib.17.73.Producere significat.
Facere bellum patriæ.Tacit.lib.3. Quando M.Antonii qui bellum patriæ fecisset.Vide FACIO.
Fatigare bella.Silius lib.7.99.De Scipione Africano,
Huic Carthago armis,huic Africa nomine cedet:
Hic dabit ex sese qui tertia bella fatiget. De Scipione Aemiliano hoc posterius intelligit,qui tertiũ bellum Punicum gessit.Fatiget.i. agitet.
Ferre bella,Mouere,aut inferre.Ouid.epist.8.6. –nec turpe marito est
Aspera pro caro bella tulisse thoro.
Fraudari bellum sanguine dicitur,quum sine hominum clade & cruento exitu perficitur.Lucan.lib.2.61. –Immites Romana piacula diui
Plena ferant,nullo fraudemus sanguine bellum.
Fugere bellum.Seneca in Troade 4.3.
Fulminat bello,inquit Virgilius 4.Georg.112.de Cæsare loquens,
–Cæsar dum magnus ad altum Fulminat Euphraten bello.
Gerere bellum.Virgilius 1.Aeneidos 54.
Gerere & conficere bellum.Ci.pro Corn.Balbo 37.Si tanta bella legisset, quãta gessit,& cõfecit,&c.omnia iura belli pdicere ac nosse potuisset.
Gesta & consummata bella. Vide CONSVMMO.
Glomerare manum bello.Virgil.2.Aeneid.63.
Gubernare bellum.Cice.5.Philipp.182.
Bellum quod ab opinione plerunque & fama gubernatur.
Habere bellum susceptum cum aliquo.Cice.pro Lege Agraria 19. Bellũ habet nescio quod susceptum Consulatus Cum Tribunatu.
Imbutum bellum.Vide IMBVO.
Imminet bellum ab Tarquiniis.Vide IMMINEO.
Finem bello imponere.Ouid.8.Metamorpho.14.
Impulsum bellum.Vide IMPELLO.
Incendere aliquem bello,id est belli cupidine inflammare, aut ad bellum incitare.Statius 3.Thebaid.47.
Incidit illis bellum,Bellum inter eos obortum est.Horat.1.Serm.sat.7.3.
– hoc etenim sunt omnes iure molesti,
Quo fortes,quibus aduersum bellum incidit.
Incumbere ad vel in bellum.Vide INCVMBO.
Incutere bellum.Horat.2.Sermo.saty.1.8. –Lucania bellum
Incuteret violenta.
Indicere bellum alicui.Ouid.6.Metamorpho.19.
Indicere bellum philosophiæ.Cice.2.de Orato.85. Quos quum haberes authores Antoni,miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuiannus,propè bellum indixeris.
Indicere bellum nefarium.Cice.pro Deiotaro 21.
Indicere atque inferre.Cice.3.Verr.55. Nisi publicè satisfactum sit,ei ciuitati bellum indici atque inferri solere.
Ventri bellũ indicere,Ieiunare significat apud Horat.1.Sermo.saty.5.2.
Hîc ego propter aquam,quòd erat deterrima,ventri
Indico bellum,cœnantes haud animo æquo. Expectans comites.
Indicere bellum voluptatibus,aut sibi.Vide INDICO.
Inferre bellum.Vide INFERO.Virgil.3.Aeneid.50.
Insistit in bellum totus & mente & animo.Vide INSISTO.
Instans bellum.Vide INSTO.
Instaurare bellum.Vide INSTAVRO.
Instruere bellum.Cice.pro Lege Agraria 77.
Vrbs quæ facere atque instruere bellum possit.
Integrare bellum.Statius 8.Thebaid.128.
Intendere bellum in aliquem.Vide INTENDO.
Inuadere bellum.Vide INVADO.
Inuolutum bellum.Vide INVOLVO.
Minari bellum.Virgilius 3.Aeneid.108.
Bellum hæc armenta minantur. Ouidius 13.Metamorpho.144.
Minitari bellum.Quintil.lib.3.cap.8.13. Deliberant P.C.an Fabios dedant Gallis bellum minitantibus.
Moliri bellum.Vide MOLIOR.
Mouere bellum.Virg.1.Georg.101.Vide MOVEO.Hora.4.Carm.1.1.
Mutare bellum pro pace.Vide MVTO.
Nata gens bellis,& ab bella.Vide NASCOR.
Nauare bellum alicui.Tacit.lib.21. Si Vespasiano bellum nauauerint, Vespasianum rerum potiri.
Obire bellum.Tacit.lib.3.Bella sanè accinctis obeunda, sed reuerentibus post laborẽ,qd honestius q̃ vxoriũ leuamentum? Vide OBEO.
Obiectare bello corpora,Ad arma congredi.Virg.4.Georg.44.
Obortum bellum.Vide OBORIOR.
Opprimere bello.Vide OPPRIMO.
Ortum & patratum bellum. Tacit. lib.5. Tum demum Tiberius ortum patratumque bellum Senatui scripsit.

Ostendere bellum.Vide OSTENDO.
Parare bellum.Ouid.7.Metam.92.Vide PARO.
Parta bello.Quintil.lib.5.cap.10.80.
Patrare bellum.Tacit.lib.2.Si proxima aestas adiiceretur, posse bellum patrari.Id est confici, & posse debellari.
Pauescere bellũ.Tacit.li.1.Pauci bona libertatis in cassum differere,plures bellũ pauescere,alii cupere.Et apud Silũ,li.13.128.Nõ pauescere Pender belli fortuna.Ouid.8.Metam.3. (bellum.
Pender ex vna origine bellum.Ouid.1.Metam.18.
Perpetrato bello.Vide PERPETRO.
Perrumpere bellum.Seneca in Agamem.7.3.Indomitum bellũ perrumpet omne.Id est vincet,& veluti victor per medium irruet exercitum.
Persequi aliquem bello.Vide PERSEQVOR.
Petere bella,Aggredi bella.Silius lib.15.97.
Petere aliquem bello.Virg.3.Aeneid.120.
Ea bella Iliacos fateor petiisse penates.
Ponere bellum,Positum bellum.Virg.1.Aeneid.59.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.
Portare bellum.Virg.3.Aeneid.108. –bellum ũ terra hospita portas.
Prodit bellum.Ouid.1.Metam.14.
Profligare bellum. Tacit.lib.18.Profligauerat bellum Iudaicum Vespasianus,oppugnatione Hierosolymorũ reliqua,&c.Idem lib.19. Sufficere cohortes alaeqi,& 5 legionis lecti profligato ia bello videbãtur.
Prolatare bellum.Tacit.lib.13. Prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter fumitur.
Promittere bellum.Stat.3.Thebaid.79.
Pugnata bella.Horat.3.Carm.ode.19.1.& 1.Epist.17.5.Catul.epig.35.
58.Virg.8.Aeneid.124.
Repellere bella.Ouid.3.Trist.eleg.10.2.
Repens bellum.Liuius.1.Decad.lib.10.Si quod repens bellum oriatur.
Refedit bellum,Id est acquieuit.Horat.3.Carm.ode.3.6.
Ruere in bella.Virg.7.Aeneid.156.
Exercebat equos,curruque in bella ruebat.
Sacrare bellum.Tacitus,Ex bellis bella iterantur.
Suadere bellum.Ouid.6.Fast.18. Hæc ætas bellum suader, at illa gerit.
Subigere bello. Liuius.5.Decad.lib.2. Ipsi à pueris eruditi artibus militiæ,tot subacti atque durati bellis.
Sobacti bello Troiugenae.Lucret.lib.1.94.
Sumere bellum. Tacit.lib.19. Qui exauthorati à Vitellio bellum sponte sumebant.
Sumere bellum pro aliquo.Ouid.epist.15.75.
Nec tamen indignor pro tanta sumere bellum
Coniuge,certamen præmia magna mouent.
Surgunt bella,Surgentia bella.Virg.4.Aeneid.9.
–quid bella Tyro surgentia dicam, Germaniaque minas?
Suscipere bellum cum aliquo.Ouid.14.Meram.90.
Susceptum bellũ æterniũ cum,&c.Cic.pro Sylla.21. Quare non sum nescius quanto periculo viuam in tanta multitudine improborũ, quum mihi vni cum omnibus improbis æternũ videam bellum esse susceptũ.
Tentare irrita bella.Seneca in Here.furente.9.41.
Tentari bellis.Ouid.epist.7.24.
Tractare belli. Tacit.lib.5. Tiridates sumul fama atque ipso Artabano pellus,distrahi cõsilia,iret contrà,an bellum conctatione tractaret.
Bello aliquem ad letum trahere.Virg.5.Aeneid.124.
O miseræ,quas non manus,inquit,Achaica bello
Traxerit ad letum patriæ sub mœnibus.
Tument bella.Ouid.epist.7.24.
Venire bello ad mœnia alicuius.Virg.2.Aeneid.39.
Vltro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello Venturam.
Versatur bellum in his terris.Cic.5.Verr.37.Nam quum quadriennio post in Siciliam venissem,sic mihi affecta visa est,vt hæ terræ solent in quibus bellum acerbum,diuturnumque versatum est.
Vincere bello.Lucan.lib.1.29.
Vndantem bello Nilum vocat.Virg.3.Georg.5.tanquam non vndas,sed bella portantem,vt adnotat Seruius.
Bellicus, (πολεμικός,) Adiectiuum, pen.corr. vt Bellica disciplina.Cic. 2.de Nat.deorum.140.Horat.4.Carm.ode.3.2.
Bellica corona,Qua bellatoribus victoribus dabatur. Plin.li.16.ca.4.4.
Bellicus Deus,Romulus.Ouid.2.Fast.96.Et li.3.163.Dea bellica,Pallas.
Bellica virtus.Cic.1.Tuscul.177.
Insigne virtutis bellicæ,annulus.Plin.lib.33.cap.1.3.Loquitur de annulis,quos Romanos equites ferreos habuisse ait , vt signum tantum esset virtutis bellicæ.
Laus bellica. Seneca in Troade.8.7. Cic. in Bruto.42. Ex bellica laude aspirare ad Asiaticum nemo potest.
Manus bellica.Ouid.ad Pisonem.5.
Equus bellicus.Propert.4.eleg.4.3.
Hasta bellica.Ouid.2.Amorum,eleg.3.2.
Nauis bellica.Propert.lib.2.eleg.18.9.

Bellicum,Substantiuum,Soni nomen,vt ait Seruius.Vnde Bellicum canere,Est sono tubae ad prælium milites excitare,& accendere vt prælium ineant.Liuius,A Macedonia Philippum vbi primum bellicum canere audiuisset , arma capturum : nosse se spiritus eius , nosse animum. Quintilian. Nec eosdem modos adhibent quum bellicum est canendum.Cice.in Orato.22.Alter incitatior fertur,& de bellicis rebus canere etiam quod ammodo bellicum.
Bellicum canere,per metaphoram,pro eo quod est animare siue excitare dissidium.Cice.7.Philipp.219. Itaque idem quasi prouidi cines & Senatores diligentes , bellicum me cecinisse dicunt. Idem pro Murena 27.Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur simulatque aliquis motus nouus bellicum canere cœpit.
Bellicosus,pen.prod. (ἀρειφραχτος,πολεμιστής.) Ferox.Sallust.in Iugurtha , Libyes quàm Gentili minus bellicosi erant . Sic Bellicosus rex,Liu.1.ab Vrbe 136. Horatius 2.Carm.ode 11.1.
Quid bellicosus Cantaber,& Scythes,&c.
Bellicosior annus.Vide ANNVS.
Bellicosa ciuitas.Liu.1.ab Vrbe 81.
Bellicosissima natio. Cice. pro lege Manilia 19. Brutus ad Ciceronem, lib.11.2.Cum omnium bellicosissimis bellum gessi.
Bellicosè,bellicosius,bellicosissimè, (πολεμικως,) Liu.9.ab Vrbe 31.Cepisse enim eos non Romam,sicut antè Gallos,sed quod multo bellicosius fuerit,Romanam virtutem ferociamque.
Bellicrepa,pen.corr.(πολεμοβρεμων,) Festus,Bellicrepam saltationẽ dicebant,qñ cum armis saltabant,quod à Romulo institutũ est, ne similè paterẽtur quod fecerat ipse quũ à ludis Sabinorum virgines rapuit.
Bellifer,pen.correp. bellifera,bellìferum,pen.correp. (βαιφορος,) Qui bellum infert.Claud.in Eutrop.lib.1.86.
–quid belliferam communibus vrunt Italiam maculis?
Belliger,Adiectiuum,penul.correp. (πολεμοφορος,) A bello gerendo dicitur,vt Belliger Mars.Martia.lib.1.6.Stat.1.Achill.102.Belligerum ceu numen amant.
Acies belligeræ.Stat.12.Thebaid.144.Vide ACIES.
Belligera hasta.Mart.lib.15.25.Hermes belligera superbus hasta.
Belligeri labores.Valer.Argonaut.lib.5.124.
Manus belligeræ.Ouid.2.de Arte 135.
Mens belligera.Silius lib.3.33.
Degener belligeri ritus,Qui belli mores,aut laborem & asperitatem militiæ ferre non consueuit.Silius lib.7.59. –nec degener ille
Belligeri ritus,taurino membra iacebat Effultus tergo.
Belligeris trophæis annumerare.Stat.Thebaid.lib.10.6.
Belligero,belligeras,penul.correp. (πολεμίζω,) belligerare,Bellare.Liu. 1.bel.Pun.57.Et cum Gallis tumultuatum magis , quàm belligeratũ. Ennius apud Ciceronem,lib.1.Offic.59.
Nec cauponantes bellum,sed belligerantes.
Belligerant Aeroli cum Aulide.Plau.Capt.3.25. Author ad Herennium, lib.4.157. Socii nostri quum belligerare nobiscum vellent.
Belligerare cum genio suo.Plau.Truc.4.76.Ci. post reditũ ad Quirites 16.Quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate,non solum cum his qui hæc delere voluissent , sed etiam cum fortuna belligerandum fuit.
Par alicui in belligerando.Cic.pro Fonteio 21.Excitandus erit nobis ab inferis C.Marius,qui Inducìomaro isti minaci atque arroganti par in belligerando esse possit.
Bellipotens,Adiectiuum,penul.corre. (πολεμοκρατως,) Qui bello polleret.Stat.lib.1.Thebaid.144.
Bellipotens,cui torua genus horrore decoro
Cassius,& aspersò erudescit sanguine Gorgon. Ennius apud Cic.1.de Diuin.174.Aeacidæ bellipotentes sunt magis,quàm sapientipotẽtes.
Magnus Bellipotens.Virg.11.Aeneid.2. Bellipotens id est Mars, est quę hoc loco subsantiuè positum.
Bello,bellas, (πολεμίζω,) bellare,bellũ gerere.Cic.pro lege Manilia 22. Fuit ppriũ Pop.Ro.lõge à domo bellare.Pli.li.5.ca.1.20. Romana arma primũ Claudio principe in Mauritania bellauere. Quintil.de Cæsare,Tãta in eo cõcitatio,vt eũ ex aso dixille quo bellauit appareat.
Bellare cum diis.Cice.de Senect.6. Quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis,nisi naturæ repugnare? Idem pro Archia 10. Iam verò ille qui cum Aetolis Ennio comite bellauit , Flauius . Idem 6. Verr.64.Quum illa ciuitas cum Pœnis suo nomine ac sua sponte bellaret. Idem 11.Philipp.192.
Bellare alicui,Id est contra aliquem.Stat.lib.8.Thebaid.101.
Et magno bellare parenti.
Bellare de re aliqua.Taci. Quũ Marius & Sylla de eo pciput bellarent.
Bellare æstu.Stat.lib.6.Thebaid. 166.
Ense bellare.Silius lib.3.48.
Manu bellare.Silius lib.8.99.
Acies bellant.Vide ACIES.
Aestu bellandum est.Silius lib.5.10.
Bellantur pro bellant,dixit Virg.11.Aen.136.Et pictis bellant Amazo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes armis. Vbi Seruius, Bellátur, pro bellát. nã solent verba pro verbis poni. Vãnũc passiuam declinationem sub actiua posuit significatiõe.

Bellător, (πολεμιστής, μαχητής,) Verbale, penul. prod. Qui bellum gerit, vel longa belli exercitatione præstat & excellit. Virgil. 12. Aeneid. In terea extremo bellator in æquore Turnus. Cicc. 4. Tusc. 65. Nec verò de bellatoribus solùm disputant, &c. Et pro Cornel. Balbo. 43. An accusatori maiores nostri maiora præmia, quàm bellatori esse voluerunt? Item de Claris Oratorib. 146. Plin. lib. 16. cap. 36. 4. Præcipuus hic vsus in Creta bellatores suos præcipitauit. De sagittarum è calamis factarum vsu loquitur.

Bellator bellet. Ouidius 3. de Arte Amandi 721.
Bellatorque suo prensus fine compare bellet.

Bellator ensis. Silius lib. 13. 795. Bellatorẽ alacer p pectora transigit ensẽ.

Bellator equus, Per quem bellum geritur, vt ait Seruius. Virgil. 2. Georgic. 29. & 10. Aeneid. –& inter
Bellatoris equi cana tempora conicit hastam.

Bellator felix. Claudian. Panegy. lib. 3. 3.

Meri bellatores. Vide MERVS.

Bellatores seueri. Claudianus Panegy. lib. 4. 85.

* Bellatorius, a, um, (πολεμιστήρ) Plin. ep. 9. lib. 7. & quasi bellatorium stylum suaserim.

Bellatrix, pe. prod. (πολεμιστρία) Verbale fœminin. Virg. 1. Aenei. 100.
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix. De Penthesilea Amazonum regina loquitur.

Bellatrix cohors. Stat. lib. 6. Thebaid. 53.

Diua bellatrix, Pallas. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 16.

Bellatrix iracundia. Cicc. 4. Tusculan. 84. Quid ista bellatrix iracundia? quum domum redijt, qualis est cum vxore, cum liberis, cum familia? Claudianus in Ruffinum, lib. 2. 24.
Et quanuis præsens tumor, & ciuilia nuper
Classica, bellatrixque etiam nunc ira caleret
In ducis eximium conspirauere fauorem.

Bellatrix triremis. Claudian. Panegy. lib. 4. 27.

Bellus, Vide BONVS.

Bélone, penul. correp. f. g. (βελόνη,) Piscis, qui alio nomine dicitur acus. Plin. lib. 9. cap. 51. 8. Acus, siue belone vnus piscium, &c.

Idem lib. 32. cap. 11. 4. Belonæ, quos aculeatos vocamus.

Belos, (βέλος,) Latinè dicitur telum. Caius de Verb. signific. Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eoq; nomine vulgò quidem id significatur quod ab arcu mittitur.

Belua, Vide BELLVA.

Belunum, oppidum Venetiæ Græcè Βελοῦνον.

BELVS, (βῆλος,) Rex Assyriorũ, & pater Nini, qui primus ibi regnauit.

Beli plures fuerunt, quorum primus Epapho natus est Aegyptio rege Iouis & Isidis filio: siue vt placet Eusebio, Isidis & Telegoni cuiusdam cui post Apidis mortem Isis nupsit regnante Cecrope, anno mundi M. D. CCX. Is Priscus dicitur, ad differentiam Beli patris Didonis, & item alterius patris Nini regis cui templum Babyloniæ ædificatum est. Ex Belo Prisco, Danaus & Aegyptus, vnde regio nomen accepit, & Agenor geniti. Danaus quum ellent ei quinquaginta filiæ. & Aegypto totidem mares, responsum accepit se à genero interfectum iri. qua propter vt nuptias recusaret fratris, fecessit Argos. Tandem quum ad hoc cogeretur, filiæ monitis patris, cõiuges noctu omnes interfecerũt, præterquam Hypermnestra, quę Lynceo viro pepercitia quo Danaus postquam annos regnasset L, interfectus est. Coniuges verò quæ & Danaides & Belides vocantur, dare criminis pœnas apud inferos ponuntur, aquis implere fracta dolia coactæ. de quibus plura Volaterranus & Lucianus.

Belides, penultima longa, (βηλίδης,) Patronimicum masculinum. Virgilius 2. Aeneid. 17. –si forte tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis. Id est septimo gradu originem ducentis à Belo. Seruius.

Belis, belidis, (βηλίς,) Patronymicum fœmininum: vnde Bélides, penul. correp. Beli neptes dicuntur, quæ & Danaides à patre Danao. Vide BELVS. Quidius 4. Metamorpho. 93.
Molirique suis letum patruelibus ausæ,
Assiduè reperunt quas perdant Belides vndas.

BEMBINADIA, Plinio ca. 6. lib. 4. nomen quo regio Nemæa vocitata est. Hoc autem in loco contendit Hermolaus, Bembinalia, non Bembina legendum. Cuius verba hæc sunt. Legendum est Bembinalia. Fuit enim vicus Nemeæ Bembina, vnde Nemæus leo à poetis Bembinites dictus. Sed & in Plautino Milite, vbi dicitur, Bombamatides clutum instar, cogitent legentes an emendandum sit, Bembinatidis beluæ instar, hoc est Nemæi leonis instar.

BENACVS, pen. prod. (βενάκος,) Lacus est Venetiæ, è quo fluuius nascitur Mincius, vt ait Seruius in hunc Virgilii locum. 10. Aeneid. 41.
Hinc quoque quingentos in se Mezentius aimat,

Quos patre Benaco velatus arundine glauca.

Mincius infesta ducebat in æquora pinu. Idem 2. Georg. 32.
–te Lari maxime, teque
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino. Vbi idem Seruius, Benacus lacus est Italiæ, qui magnitudine sui, tẽpestates efficit marinas. Vide Strabonem lib. 4. & Plinium lib. 9. cap. 22. Claud. epigram. 3. 4.
Proxima cui nigris Verona remotior Indis,
Benacumque putat, littora rubra lacum.

Bene, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium. Vide Bene in BONVS.

BENEVENTVM, (βενέβεντον, Strabo, Βενιβεντος, Steph.) Oppidũ est Samnitum in Italia, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 11. Antea Maleuentum vocabatur. Hæc vrbs à Diomede condita fertur: apud quam XXX millia Samnitum cæsa fuerunt. Sulpitio & Petilio COSS. Horat. 1. Sermo. Saty. 5. 15. Tendimus hinc recta Beneuentum.

Festus Beneuentum, Campaniæ vrbs, quum eò Colonia deduceretur, boni ominis gratia vocari, cœptum. Nam antea Maleuentũ nũcupabatur.

Beneuolens, Benignus, Vide Bene in BONVS.

Benna, (βέννα,) Lingua Gallica genus vehiculi appellatur: vnde vocantur combennones, in eadem benna sedentes. Hæc Festus. Cato cap. 23. 1. Bennæ emanturoleæ caducæ saliantur.

BERECYNTHVS, (βερέκυνθος,) Mons Phrygiæ est, & nomen oppidi, in quo mater deũm Cybele priscorum ritu colebatur: vnde Berecynthia dicta est. Plinius lib. 16.

Berecynthius, (βερεκυνθιος,) Adiectiuum, vt Cornu Berecynthium, Horatius 1. Carm. 18. 3. Id est quo excitantur ad furorem Cybeles Berecynthiæ sacerdotes.

Tibia Berecynthia. Horat. 3. Carm. ode 19. 4. Hoc est Phrygia, & quæ in sacris Berecynthiæ Cybeles adhibebatur. Vel fortè Buxea. In Berecynthio enim tractu plurima est boxus. testis Plinius lib. 16. cap. 16. 3.

Berecyntia (inquit Seruius) Mater deũm, dicta à monte Phrygiæ Berecynto, cuius vltima syllaba caret aspiratione, quam addimus quoties montem Deli Cynthum dicimus. Est autem tenuis ista discretio; quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. Nam ecce, Ripæi mõtes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione: quã addimus quum Riphæos mõtes Scythiæ significamus. Hæc Seruius apud Virgilii li. 9. Aen. 17.
Ipsa deũm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affara Iouem. –Quicquid tamen dicat Seruius, video ab omnibus aspirari Berecynthius.

Mater Berecynthia. Virgil. 6. Aeneid. 157.

Genitrix Berecynthia. Virgil. 9. Aeneid. 17.

BERENICE, Berenices, pen. prod. vel Beronice, (βερενίκη,) vxor Ptolemæi Lagi, mater Philadelphi, rara mulier formæ, & viro dilectissimæ de qua apud Theocritum. Berenicę item altera, Philadelphi filia, quę deinde Ptolemæo Euergeti fratri nupsit: cuius crines in cœlum relati putantur persuasione Cononis mathematici. De quibus elegam composuit Callimachus, conuersam deinde à Catullo.

Alia præterea fuit Berenice Herodis Ascalonitæ filia, quæ nupsit etiam Agrippæ fratri. Strabo sic ait, Cæsar Augustus magno honore prosecutus est Herodis liberos, similiter sororem Salomen, eiusque filiam Berenicen. Alia item ex eadem progenie Berenice fuit, quæ Salomes Herodis sororis filia fuit, nupsit Aristobulo Herodis eiusdem filio, quem pater postea interfecit. Author Iosephus. Berenice quoque quam Graeci Pherenicem appellant, fama celeberrima, & filia, & mater, & soror Olympionicarum fuit. vt ait Plin. lib. 7. ca. 40. Pausanias quoque hanc dicit cognominatam Callipatram, ac habitu virum dissimulantem Iadis interfuisse. vbi Pisithodum filium coronatum vidit: cognitamque, ac quæstione habita, & ad ludos mulieribus interdictos venisse, meritis suorũ absolutam fuisse. Author Aelianus de varia historia. Valer. ité lib. 8. cap. vlt. Berenicæ (inquit) contigit, quod nulli alii mulieri, vt Gymnico spectaculo interesse contigerit. Ex Volaterrano. Quintil. lib. 4. cap. 1. 13. Et ego pro Regina Beronice apud ipsam, causam dixi.

Berenices crines, septem sunt stellæ ad Leonis caudam veluti in triangulo collocatæ. Vide Sipontinum.

Berenicẽus, pen. prod. (βερενίκειος,) Adiect. Catullus epig. 61. 8. E Beroniceo vertice cæsariem. Vide totum hoc Catulli carmen.

BERENICE, siue Beronice, vel Berenicis, huius Berenicidis, (βερενίδη, βερενικίς,) Ciuitas est Africæ, prope Syrtes, iuxta lacũ Tritonidem, vnde vndosa vocatur Silio lib. 3. 51. Affuit vndosa Cretæ Berenicide miles. Plin. li. 5. ca. 5. Berenice in Syrtis extimo corno est, quòdã vocata Hesperidũ supradictarũ, vagãtibus Græciæ fabulis, &c.

Berenicida, accusatiuus à nominatiuo Berenicis. Lucan. lib. 9. 106.
–nam quicquid puluere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes.

BERGIDVM, (βέργιδον,) vrbs Hispaniæ Ptolemæo. vulgò Virgel.

BERGOMVM, (βέργομον,) Oppidum Italiæ transpadanæ, ij regio est vndecima.

vndecima. & Bergomates, eius oppidi incolæ, vt scribit Plinius cap. 13. lib. 3. vulgò Bergomo.

BERNABA, (βέρνομα,) vrbs Hispaniæ Ptolemæo. Hodie Benauari.

Bero, beronis, Saccus, quasi pero à pera dictus. Vide Priores Budæi annotationes. Plin. lib. 36. cap. 14. 1. de templo Ephesiæ Dianæ, id consecutus est architectus ille beronicus arena plenis. In emendatioribus codicibus legitur peronibus.

BEROA, (βέροια,) oppidum in Thessalia. Cicc. in Pisonem. 71. Qui quũ concursum plorantium ac tempestatem querelarum ferre non posset, in oppidum demum Beroam perfugisti. Fortasse legendum Berœa.

BEROE, pen. corr. (βέροη,) Semeles matris Bacchi nutrix, teste Ouidio lib. Metam. 3. Ipsáque erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

Beroe coniux Doryceli apud Virgilium. 5. Aeneid. 125.
Fit Beroe Ismarii coniux longæua Doryceli.

Beroe, nympha Penei, filia Oceani, soror Clius. Virg. 4. Georg. 68.
Clioque, & Beroe soror, Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ.

BERONICE. Vide BERENICE.

BEROSVS, (βήρωσσος,) Chaldæus in Astrologia clarus, cuí ob diuinas prædictiones, Athenienses in Gymnasio statuam inaurata lingua statuerunt, vti Plinius refert lib. 7. cap. 37.

Beryllus, m. & f. g. (βήρυλλος,) Lapis pallidus transpareus. Plin. lib. 37. cap. 5. 14. Eandem multis naturam, aut certè simi lem habere beryllí videntur, ni India origine habentes, rarò alibi reperti. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eundem. Probatissimi sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi qui vocantur chrysoberylli, & sunt paulò pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Iuuenal. Saty. 5. 4. –ipse capaces
Heliadum crustas, & inæquales beryllos.

Bestia, penul. prod. (θήρ, θηρίον,) ciuitas est Phœniciæ clarissima, quæ vulgò hodie dicitur Barutus, vel Barutum. Author Strabo. De qua vide Volaterranum lib. 6. Priscianus in Perihegesi, Antiquamque Tyron, Beryti & mœnia gratæ.

Bestia, bestiæ, (θηρίον,) crudelitatem exprimit: Belua magnitudinẽ & quasi mõstrositatẽ. Fera opponitur cicuri. Hæc Vlpia. Bestiæ, à Cicerone etiam pisces & volucres dicuntur. 5. Tusc. 54. Nanq; alias bestias nantes aquarum incolas esse voluit: alias volucres cœlo frui liberoque pentes quasdam esse gradientes. Idem 2. de Nat. deorũ 164. Est etiam admiratio nonnulla in bestiis aquatilibus, hisque qui gignuntur è terra, veluti crocodili, fluuiales que testudines. Idem de Amicitia. 68. Quòd si hæc apparent in bestiis volucribus, agrestibus, nantibus, suibus, cicuribus, feris, primum vt se diligant, &c.

Mansuetæ bestiæ. Vide MANSVETVS.

Mutæ bestiæ penè loquuntur magistra ac duce natura. Cic. 1. de Finib. 105. Vide MVTVS.

Laniari à bestia, & Venabulo bestiam trãsfuerberare. Cic. Mario. 7. 1. 12.
Sed quę pòst homini esse polito delectatio, quíi aut homo imbecillus à valentissima bestia lanietur, aut præclara bestia venabulo trãsfuerberetur? Ad bestias damnari & feris obiici solebant parricidæ apud Romanos, & alii. Vide Budæum in Posterioribus annotationibus.

Mittere ad bestias. Cic. in Pisonem. 70. Quid quòd populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos sociosque misisti?

Bestiola, pen. corr. Diminutiuum, (θηρίδιον,) Plin. lib. 11. ca. 6. 2. Apes laneum illiuunt amarioribus succis contra aliarũ bestiolarũ auiditates. Sic Varro lib. 1. ca. 12. 3. & li. 2. ca. 5. 13. Ci. 1. de Na. deo. 184. & 216.

Bestiarius, (θηριόμαχος,) Bestiarii dicebantur, qui ludis publicis in amphitheatro cum bestiis depugnabant, vt cum tauris & leonibus. Cicc. pro Sestio 118. Præclara ædilitas, vnus leo, ducenti bestiarii. Idem ad Quintum fratrem, lib. 2. cap. 10. 5. Nam ille vindex gladiatorum & bestiariorum emerat de Cosconio & Pomponio bestiarios. Idem in Vatinium 13. Milonem dicas gladiatoribus & bestiariis obsedisse Rempub.

Beta, betæ, (τεῦτλον,) Herba quæ in hortis seritur. Plin. lib. 19. cap. 2. 7. Beta hortensiorũ lenissima est. Eius quoq; à colore duo genera Græci faciunt, nigrum & candidũ, quod præferit, parcissimi sẽminis appellantq; siculũ, candoris sanè discrimine præferẽtes & lactucæ. Nostri betæ genera faciunt Vernum & Autumnale, à temporibus sati uis, quanquam & iunio seritur. Transferuntur autem in planta quoque, & oblimi fimo radices sitas, locumque simliter madidum amant. Plautus Pseud. 13. 26. Martial. lib. 13.
Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ
O quàm sæpe peter vina, piperque coquus? Fatuas betas dixit, quia sunt insipidæ: vnde prouerbium, Beta insipidior.

Plebeia beta. Perf. Saty. 3. 12.
–tenero latet vlcus in ore
Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.

BETICA, BETIS, BETICVS, BETICOLA. Vide BAETICA, & BAETIS.

Beto, betis, (τῆμι,) betere, Verbum obsoletum, pro ire. Varro de Lingua Lat. Mulierem, quòd parere ea non poterat, foras betere iussit. Plaut. Curcul. 3. 48. Si illam ad me beter!

Betonica, (κέστρον,) herba Gallis dicitur, quæ ab Italis Serratula: teste Plinio lib. 25. cap. 8. 5. Vbi in emendatioribus codicibus legitur Veronica. Vide Ruellium lib. 3. cap. 76.

BETVLO, (βαιτουλών,) Hispaniæ oppidum, & Betulo fluuius, cuius irrigatione ager Barcinonensis lætissimus est. Author Pomponius lib. 2. in descriptione Hispaniæ. Oppidum hodie dicitur Beson vulgo.

B I

BIANOR, penul. prod. huius Bianoris, penul. correp. (βιάνωρ,) cognomento Oenus, Tyberis & Mantes fatidicæ filius, dicitur Mantuam cõdidisse, vt est author Seruius. Fuit item vnus ex Troianis principibus qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus est, teste Homero lib. Iliad. 11. Virgil. 9. eclog. 12.
Hinc adeò media est nobis via, nanque sepulchrum
Incipit apparere Bianoris.

BIAS, huius Biantis, (βίας,) Prieneus, vnus è septem sapientibus Græciæ, fertur in causis orandis acutissimus fuisse. Quum patriam capram fugeret, nihilque, vti cæteri, exportaret, roganti causam, illud vulgatum apud Ciceronem in Paradoxis 9. respondit, Omnia mea mecum porto. Idem de Amicitia 53.

BIATIA, (βιατία,) Hispaniæ vrbs apud Ptolemæum. Hodie Baeza.

Bibacitas, Bibaculus, Bibax, Biboſus, Bibulus, Vide BIBO.

Biblion, bibliũ, n. g. (βιβλίον,) Volumẽ. libellus. In plurali. Biblia bibliopola, bibliopolæ, m. g. pen. prod. (βιβλιοπώλης,) Qui libros vendit. Mart. lib. 4. 28. Exigis vt donem nostros tibi Quinte libellos:
Non habeo, sed habet bibliopola Triphon. Sic idem lib. 13. 3. Plin. Iunior, Bibliopolas Lugduni esse non putabam: ac tanto libentius ex literis tuis cognoui venditari libellos meos.

Bibliotheca, penul. prod. (βιβλιοθήκη,) Festus, Bibliothecæ, & apud Græcos, & apud nos tam librorum magnus per se numerus, quàm locus ipse in quo libri collocati sunt, appellantur. Cic. ad Curiũ. li. 7. 29. 4. Addome in bibliothecam. Idem ad Sulpitium lib. 13. 78. 5. Dionysius ferunt meus, qui meam bibliothecam multorum nũmorum tractauit, quum multos libros surripuisset, &c. Idem Attico, Bibliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quanuis acrem amatorem inueneris.

Bibliothecam, Gellius librariam vocat.

Bibliothecam inscripsit Diodorus historiam suam, teste Plinio in præfatione totius operis.

Supplere bibliothecam. Cicc. ad Quint. fratrem, lib. 3. 20. 6. De bibliotheca tua supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim ista confici.

Assidere in Bibliotheca. Cic. 2. de Diuin. 11. Quum, &c. fatisque ambulatum videretur, tum in bibliotheca quæ in Lycio est assidemus.

Bibliothecalis, Adiectiuũ, pe. p. vt Bibliothecalis copia, apud Martianũ.

Biblos, fœminin. (βίβλος,) iuncum significat, & codicem, quibus veteres in scribendo vti consueuerant. Lucan. lib. 3. 45. Non dum flummeas Memphis contexere biblos Nouerat.

BIBLIS, huius Biblidis, penul. corre. (βίβλις,) Filia Mileti, nefando sui

Universidad de Deusto
Biblioteca

fratris Cauni amore exarsit. Quem propter hoc è patria profectum se quens, tandem contabuit, vt ait Ouidius 9. Metamorph. 90. vel etiam se suspendit, vt ait idem de Arte,
Biblida quid referam, vetito quæ fratris amore
Arsit, & est laqueo fortiter vlta nefas?

Bibo, bibis, bibi, bibitum, pen. corr. (πίνω,) bibere. Verbum notæ significationis. Martial. lib. 11. 37.
Quincunces, & sex cyathos, bessemque bibamus.
Caius vt fiat Iulius, & proculus. Quincunces, Id est quinque cyathos: Bessem, hoc est octo cyathos. Quinque enim sunt literæ in Caius, Sex in Iulius, Octo in Proculus. Solebant autem in amicorum gratiam tot cyathos bibere, quot erant literæ in eorum nominibus. Inde est & illud huius poetæ lib. 1. ad Somnum,
Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica Falerno.
Et quia nulla venit, tu mihi Somne veni. Plaut. Stich. 14. 23.
Vide quot cyathos hos bibimus. Catul. epigram. 37. 5. in Egnatium,
Vt quo iste vester expolitior dens est,
Hoc te amplius bibisse prædicet lotii.
Ab octaua bibere. Iuuenal. Saty. 1. 5. Exul ab octaua Marius bibit.
Aquam turbidam & inquinatam bibere. Cice. 5. Tuscul. 137.
Sitiens bibit. Cicero 5. Tuscul. 137.
Arte bibere. Ouidius 2. de Arte Amandi 2.
Bibere hauſtibus exiguis. Ouid. 3. Fast. 55.
Bibere ad numerum. Ouidius 3. Fasto. 107.
Bibere. Nilum à fonte Lucanus lib. 10. 8.
Bibuntur gratius aquæ ex ipso fonte. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 4.
Nam, quanquam sapor est ablata dulcis in vnda,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.
Ex aqua bibere. Propert. lib. 2. eleg. 27. 7. Ex fonte bibere. Idè lib. 4. eleg. 4. 3. Bellicus ex illo fonte bibebat equus.
In auro bibere, id est poculis aureis. Seneca in Thyeste 5. 10. Venenum in auro bibitur. Sic propert. lib. 1. eleg. 13. 1. Lesbia Mentoreo vina bibas opere. Id est vina ex vasculis à Mentore factis.
Bibere per obscœnitates. Plin. in procem. lib. 33. 5. Auxere & artem vitiorum irritamenta. In poculis bibidmes cælare iuuit, ac p obscœnitates bibere. Huc ptinet illud apud Iuue. Sat. 2. 10. Vitreo bibit ille Priapo.
Pocula bibere, id est potum bibere, Continens pro contento. Tibullus libro 1. eleg. 5. 10. Tristia cum multo pocula felle bibat.
Bibere gemma dixit Virgilius, pro gemmeo poculo 2. Georgic. 102.
Bibit puer lac ore tenero. Ouid. 3. Amo. eleg. 9. 5.
Vuam bibere. Horatius 1. Carm. ode 20. 2.
Cæcubum, & prælo domitam Calæno
Tu bibes vuam. Id est vinum expressum ab vuis.
Damnose bibere. Est vsque ad ægritudinem, aut egestatem. Horat. 2. Carode 8. 7. Nos nisi damnose bibimus, moriemur inulti.
Plus bibere. Cicero in Pisonem 17.
Bibere more Græco. Cic. 3. Verr. 45. Maturè veniunt. discumbitur, fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur. hospes hortatur: poscũt maioribus poculis celebratur otium sermone lętitiaq; cõuiuiũ.
Aut bibat, aut abeat. Cic. 5. Tusc. 166. Mihi quidem in vita seruanda videtur illa lex quę in Græcorum cõuiuiis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. Et rectè. aut enim frustra aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, ne fobrius in violentiam vinolentorum incidat: aut discedat. Hactenus Cicero. Hoc adagio (inquit Erasmus) monemur vt aut tempori, locoque nos accommodemus: aut ab hominum consuetudine nos subducamus.
Pagus bibit, per metonymiam dictum ab Horatio 1. Epist. 19. 22. pro eo quod est, pagani bibunt.
¶ Bibere morsu dicuntur quædam aues. Plinius lib. 10. cap. 46. 1. Porphyrio solus morsu bibit. bibunt aues sũctu.
¶ Bibere recte dicuntur ea omnia quæ hausius habent, vt animalia & terræ. Virg. 3. eclog. 84. Claudite iam riuos pueri, sat prata biberę. Verũ authoritate literata etiam arida aut sicca, & quibus hausius non sit, bibere posse inuenimus. Virgilius lib. 11.
Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem. Nonius.
Bibit aquas hortus sitiens. Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 9. 12.
Bibunt violaria fontem irriguum. Virgil. 4. Georg. 7.
Bibit ingẽs arcus. Virg. 1. Georg. 76. Irim intelligit, siue arcum cœlestem, quem putat vulgus aquam è fluminibus ad se trahere.
Bibere candorem. Plin. lib. 31. cap. vlt. de spongiis. i. imbibere & contrahere candorem.
Lana colore bibit. Plin. lib. 8. cap. 48.
Bibere colorem dicitur æs à Plinio lib. 34. cap. 9. 2. Appellatur etiamnũ & formalis temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarii vigesima, maximeque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.
¶ Amorem bibere. Virg. 1. Aeneid. 151.
Nec non & vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido, longumque bibebat amorem.
Bibere nouum ignem totis ossibus. Stat. Achill. 1. 61.
Bibere mores maternos. Claud. de Nupt. Hon. & Mariæ 47.
Sanguinem alicuius bibere. Cic. 11. Philipp. 296. Quid eum non sorbere animo, quid nõ sorbere cogitatione, cuius sanguinẽ nõ bibere cęlestis?
¶ Bibere aure, pro studiose audire. Horat. 2. Carm. ode 13. 7.
Pugnas, & exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus. Virgilius Haurire auribus dixit.
¶ Bibere mandata, hoc est præ nimio potu obliuisci quod mandatum fuerat, joco dixit Plautus Persa 5. 4.
¶ Bibitur, impersonale. Cice. 2. Philipp. 102.
Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.
Bibebatur, Passiue. Ouid. 15. Metamorpho. 57.
Antè bibebatur, nunc quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas.
Nulla aconita bibuntur fictilibus. Iuuenalis Saty. 10. 3.
Fons bibitur mihi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 19.
At tu cui bibitur felicius Aonius fons.
Bibitur palus mista cum sale æquoreo. Ouid. 2. de ponto, eleg. 7. 15.
Bibendum est. Horat. 1. Carm. ode 37. 1.
Nunc est bibendum, nunc pede libero Pulsanda tellus.
Mensura certa bibendi. Ouid. 1. de Arte Amandi 119.
Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi.
Bibendum dare aliquid alicui. Ouid. 4. Fast. 110.
– somnique papauera causam
Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer.
Arbitrum bibendi ab Horatio illum dici credo, qui Græcis συμποσίαρχος, idest compotationis & conuiuii princeps dicitur 2. Carm. od. 7. 5.
– quem Venus arbitrum Dicet bibendi?
Bibax, bibácis, penul. prod. (πολυπότης,) Gellius lib. 3. cap. 12. Bibendi auidum P. Nigidius in Commentariis grammaticis bibacem & bibosum dicit. Bibacem ego, vt edacem, à plerisque aliis dictum lego: Bibosum, dictum etiam nusquam repeti, nisi apud Laberium. Neque aliud est quod simili inclinatu dicatur. non enim simile est vt vinosus aut vtiosus, cæteraque quæ hoc modo dicuntur: quoniam à vocabulis, non à verbis inclinata sunt. Laberius in Mimo, libro 1. qui Salinator inscriptus est, verbo hoc ita vtitur, Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax.
Bibáculus, penul. correp. (φιλοπότης,) Diminutiuum adiectiuum. vt Bibacula anus.
Bibácitas, penul. correp. (πολυποσία,) Denominatiuum.
Bibulus, (πότης,) Adiectiuum, penul. corr. Qui facilè sorbet. vt Bibulus imicus. Plinius lib. 13. cap. 12. 6.
Potores bibuli. Horat. 1. Epistо. 19. 19.
Bibulus Falerni, id est bibax Falerni. Horat. 1. Epist. 19. 19. Potores bibuli media de nocte Falerni. Bibuli, nominatiuus, Falerni, genitiuus est.
Alæ bibulæ. Ouid. 1. de Arte Amandi 47.
Vinaque quum bibulas sparsere Cupidinis alas,
Permanet, & capto stat grauis ille loco.
Bibula arena. Virg. 1. Georg. 23. Collectum humorem bibula dedacit arena. Claudian. lib. 1. de Raptu Proserp. 52.
Bibula charta. Plin. lib. 8. ep. 15. ad Iuniorem. Sit modò vnde chartæ emi possintiquæ si scabræ, bibulæve sint, aut non scribendum, &c.
Bibula faulla. Virg. 6. Aeneid. 46.
Reliquias vino, & bibulam lauẽ faullam.
Lacunæ bibulæ, quæ multum in se recipiunt aquæ. Stat. 4. Sylo. 3. 11. Et siccant bibulas manu lacunas.
Lanæ bibulæ. Ouid. 6. Metamorpho. 2.
Bibulus lapis, pro Punice, qui & arenarius lapis dicitur. Virg. 2. Georgic. 70. Aut lapidem bibulum, aut squallentes infode conchas.
Littus bibulum. Ouid. epistо. 16. 28.
Nubes bibulæ. Ouid. 14. Metamorpho. 74.
Bibulæ ollæ. Columel. lib. 12. cap. 43. 11. Qui vasa emptura est, aut bibulas, aut malè coctas ollas emat.
Papyrus bibula. Lucan. lib. 4. 28.
Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.
Radix bibula. Ouid. 14. Metamorpho. 126.
Nec sentire sitim patitur, bibulæque recuruas
Radicis fibras, labentibus irrigat vndis.
Bibulæ vestes. Valer. 1. Argonaut. 58.
– bibulas vrgenti pondere vestes Vnda trahit.
BIBVLVS, (βίβλος,) collega Cæsaris in Consulatu in quem Tranquill. Iı distichon cauillator. cap. 20.
Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est:
Nam bibulo fieri Consule nil memini.
Cæsar enim in suo Consulatu solus omnia & ad arbitrium administrauit. Idé Ciceroni proxnmũ prouinciã in Asia tenebat. Author Plutarchus.

Bibulorum familia fuit quædam Romæ, quorum meminit Horatius. 1. Serm. saty. 10. 18.
Vos Bibuli & Serui, simul his te candide Furni,
Complures alios doctos, ego quos & amicos
Prudens prætereo. Idem. 3. Carm. ode. 28. 2. Cessantem Bibuli Consulis amphoram.
BIBRACTE, (βίβρακτε,) Heduorum oppidum in Gallia, vt est apud Cæsarem in Commentariis. vulgò Beaulne.

Biceps, Biclinium, Bicolor, Bicornis, Bicorporis, Bicubitalis, Vide BIS.

* Biclinium, (δικλίνιον,) Quintil. lib. 15. Aut ex nostro & peregrino vt biclinium, aut contra vt epitogium & Anticato.
BICVRGIVM, (βικουργιον,) vrbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Erfordia, Erffort.

Bidens, Bidental, Vide BIS.

Biduum, Vide BIS.

Biennis, Biennium, Vide BIS.

Bifariam, Biferus, Bifidus, Biforis, Biformatus, Biformis, Bifrons, Bifurcus, Vide BIS.

Biga, Bigae, Bigamus, Bigatus, Vide BIS.

Bigemmis, Bigenus, Bignae, Vide BIS.

BIGERRA, (βίγερρα,) Hispaniæ ciuitas est Ptolemæo, cui vicina est Setabis vrbs, lino tenuissimo nobilitatas vnde sudaria Setaba à Catullo commemorata. Vulgò Beiar.

Biiugus, Bilanx, Vide BIS.

BILBILIS, (βίλβιλις,) ciuitas est Hispaniæ Tarraconensis ferri gloria nobilitata, dicente Plinio lib. 34. cap. 14. Hæc alibi atque alibi vtilior, nobilitauit loca gloria ferri, sicuti Bilbilin in Hispania, & Turiasonem, Comum in Italia, quum ferraria metalla in his locis non sint.

Bilibris, Bilinguis, Vide BIS.

Bilis, huius bilis, (χολή,) dicitur à Græcis cholera. Cic. 1. Tuscul. 88. Plaut. Amph. 17. 41. – vetus est adagium, Fames & mora Bilem in nasum conciunt. Idem Merc. 19. 25.
– mala bilis cruciat Me, atque exagitat.
Acri bile tumet. Pers. Saty. 2. 2.
Bilis atra, dicitur melancholia. Plaut. Amphit. 8. 93. Atra bili percita est. Ita quoque flaua bilis, humor cholericus dicitur. Vide ATER.
Difficilis bilis. Horat. 1. Carmode. 13. 1.
Libera bilis. Horat. Epod. 11. 4.
Mediocri bile ferre aliquid. Iuuenal. Saty. 13. 15.
Rem patris modicam, & mediocri bile ferendam.
Redundante bile morbi nascuntur. Cic. 4. Tuscul. 34. Quemadmodum quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi, ægrotationes nascuntur: sic prauarũ opinionũ cõturbatio, &c.
Splendida bilis. Horatius. 2 Serm. saty. 3. 29. Id est quæ omnia in lucem profert. Vel splendida, lucida: quia nemo potest irasci ita vt non appareat eius iracundia. Acron.
Vitrea bilis turgescit. Pers. Saty. 3. 1.
¶ Commota bile feruere. Pers. Saty. 4. 1. Vide COMMOVEO. Cic. Attico, lib. 2. 22. 3. Etsi, vt scribis, bilem id commouet & laroribus & auspicibus legis Curiatæ speculum egregium.
Effundere bilem. Iuuenal. Saty. 5. 16.
Expellere bilem helleboro. Horat. 2. Epist. 2. 28.
Inæstuat bilis præcordiis. Horat. Epod. 11. 4.
Intumuit mascula bilis. Pers. Saty. 5. 15.
– calido sub pectore mascula bilis Intumuit. Mascula, id est magna, valida, qualis masculo sexui conuenit.
Bilem alicui mouere. Martial. lib. 5. 27.
Si fortè bilem mouit hic tibi versus. Iuuenal. Saty. 15. 2.
– bilem, aut risum fortasse quibusdam
Mouerat vt mendax aretalogus. Sic Horat. 1. Epist. 20. 4.
Purgare bilem. Horat. in Arte. 61. – ô ego læuus,
Qui purgo bilem sub verni temporis horam.
Superans bilis. Lucret. lib. 4. 134. cui febris bili superante coorta'st.
Simul hîc obserua ablatiuum bili pro bile, non vsitatum alioqui.
Tumet bile iecur. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 14.
Vrit bilis iecur. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 14.
Biliosus, (χολώδης,) Adiectiuum, pen. prod. Cholericus. Celsus, Aut liuidum, aut biliosum. Idem, Sputum etiam biliosum aut purulentum.

Bilix, huius bilícis, pen. prod. Adiectiuum, (δίμιτος,) vt Bilix lorica à Virgilio dicta, quæ duo licia & fila in summitate haberet ad ornatum, lib. 12. 75. Rumpitque iusixa bilicem Loricam.

Biluſtris, Vide BIS.

Bilutes, Veteres dixerunt bestiis similes, quasi belutos. Ex Festo.

Bimaris, Bimater, Bimatus, Vide BIS.

Bimembris, Bimensis, Bimestris, Vide BIS.

Bimus, Vide BIS.

Binominis, Binomius, Vide BIS.

Binus, Binarius, Vide BIS.

BION, (βίων,) Borysthenites, Crateris auditor, ad Cynicam prius sectam transiit, sumpto pallio & pera: deinde ad Theodorea instituta se conuertit. Reliquit commentarios plures qui non extant. Apophthegmata item plura. Author Suidas.
Bioneos sermones prouerbiali figura dictos esse ab Horatio, in Chiliadibus suis annotauit Erasmus, vbi prouerbium explicat, Dente Theonino rodi. Ait enim ex Acrone, Bionem philosophum fuisse, qui mordacissimis dialogis lacerauerit poetas, sic, vt nec Homero parceret. Porphyrion autumat Aristophanis comici patrem fuisse. Versus apud Horatium lib. 2. Epist. 2. 12 sunt isti:
Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis.
Ille Bioneis sermonibus, & sale nigro.

Bipalium, Bipalmis, Bipartio, Bipatens, Vide BIS.

Bipennis, Bipennifer, Vide BIS.

Bipes, Bipedalis, &c. Vide BIS.

Bipinnella, Vide BIS.

BIRACELLVM, vrbs Tuscorum Ptolemæo, hodie Vicarellum.

Biremis, Vide BIS.

Bis, (δίς,) Aduerbium numerãdi, significat id quod Græcis δίς. Cic. de Amicitia. 37. Bis ynà Consules. Idem Pæto, lib. 9. 16. 1. De quo & tu mihi antea scripseras, bis quidem eodem exemplo, facile vt, &c.
Bis anno absumuntur vmbrę. Plin. lib. 2. cap. 73. 2.
Bis æstas, bisq; cucurrit hyems. Ouid. Epi. 6. 12. Id est duo abierũt anni.
Bis ad decies centum. Plin. lib. 4. cap. 12. 36.
Bis bina. Cic. 2. de Nat. Deorum. 69. Quæ si bis bina quid essent didicisset Epicurus, certè non diceret.
Bis centum anni, Ducenti. Ouid. 12. Metam. 38.
Bis denæ naues. Virgil. 1. Aeneid. 77.
Bis deni anni. Martial. lib. 7. 13. Propert. lib. 2. eleg. 10. 1.
Bis die parinut. Plin. lib. 10. cap. 53. 1.
Bis mille equi, Duo millia equorum. Horat. Epod. 9. 10.
Bis quinquagenis domus est tibi millibus empta. Mart. lib. 12. 63.
Bis quinque viri, Decemuiri. Horat. 2. Epist. 1. 5.
– tabulas peccare vetantes
Quas bis quinque viri sanxerunt.
Bis quinos silet ille dies. Virg. 2 Aeneid. 26.
Bis quina sestertia. Martial. lib. 10. 75.
Bis quinus mensis, pro bis quintus, hoc est decimus. Ouid. 3. Fast. 25. Seu quia bis quino semina mense parit.
Bis seni dies, Duodecim. Virgil. eclog. 1. 9. – quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant. Stat. 12. Thebaid. 163.
O mihi bissenos multum vigilata per annos.
Bissenus labor, Duodecim labores. Seneca in Agamem. 9. 1.
Tuus ille bissenо meruit labore
Allegi cœlo magnus Alcides.
Bis septeni. Plin. lib. 8. cap. 36. 2. Primis diebus bis septenis tã graui somno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant. De Vrsis loquitur. Et apud Martialem lib. 5. 28. & Virgil. 1. Aeneid.
Bis sex locis thoraca petitum, dixit Virgilius. 11. Aeneid.
Bis stultè facere. Terent. Hecyra. 3. 2. 8. Nã qui amat cui odio ipsus est, bis facere stultè dico.
Bis tanto. Plaut. Merc. 6. 26. Bis tanto valeo, quàm valui prius. Idé Menech. 15. 6. Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quàm voles.
Bis tantum, quantum. Virgil. 6. Aeneid. 116.
– tum Tartarus ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et patet in præceps tantum,tenditque sub vmbras,
Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum.
Bis ter,Id est sex.Horat.Epod.4.2.Cum bis ter vlnarum toga.
Bis terque.Mart.lib.4.37.Semel rogata,bis terque neglexit Preces amãtis.Cic.ad Q.frat.lib.3.24.7.Stulte bis terque non postulatus,&c.
Bis terque expertus frustra.Horat.in Arte poetica.89.
Bis terue.Horat.Epod.5.7.
Longo die bis terue mutate dapis.
Bis terni nati,Filii duodecim.Silius lib.10.19.
Fallit bis.Cic.8.Philipp.2.242.In quo bis fallerisprimum quòd tuas rationes communibus anteponisdeinde,&c.
Bis grauidæ pecudes.Virgil.2.Georg.30.
Bis improbus.Cic.7.Verr.47.Ita in vna ciuitate bis improbus fuisti,quũ & remisisti quod non oportebat,& accepisti,quod non licebat.
Bis perire.Plaut.Trucul.3.19.Bis pertit amator,ab re atq; animo simul.
Biceps,huius bicipitis,pen.cor.(δικέφαλος,)Adiectiuum,à bis & caput compositum,Quod habet duo capita.Plin.lib.10.cap.62.1.Serpentes coeunt complexu,adeò circũuolutæ sibi,vt vna existimari biceps possit.Liu.8.bel.Punici.57.Idem.2.bel.Maced.124.Cic.1.de Diuinatione.197.Et si puella nata biceps esset.
Ianus biceps.Ouid.1.Fast.13.
Biceps,de rebꝰ incorporeis.vt Ciuitas biceps.Varro de Vita Pop.Rom.lib.4.In spem adducebat,non plus soluturos,quàm vellent:iniquus equestri ordini iudicia tradit,ac bicipitem ciuitatem fecit discordiarum ciuilium fontem.Nonius.
Parnassus biceps.Ouid.1.Metam.45.Improprie dixit,pro biiugo.
Biclinium,(δικλινές,)Locus vbi duo lecti sunt.Plaut.Bacch.15.106.In biclinio cum amica sua vterque accubitum eatis.Ibidem.15.71.
Bicolor,pen.corr.huius bicolõris,pen.prod.(δίχροος,)Adiectiuũ,Duorum colorum.Plin.lib.10.cap.52.2.Intus omne ouũ voluerũ bicolor.
Myrtus bicolor.Ouid.10.Metam.20.
Bacca bicolor.Ouid.11.Meta.47.Myrtea sylua subest bicoloribus obsita baccis.Sic.lib.8.134.
Bicornis,& hoc bicorne,(δίκερος,)Quod habet duo cornua.vt Bicorne ferramentum. Colum.lib.10.cap.15.& lib.11.cap.3.37 Plin.lib.11.cap.46.1.cui Vnicorne opponitur.Bicornes furcę.Virgi.1.Geor.53.
Exeunt alii vallos,furcasque bicornes.
Caper bicornis.Ouid.15.Metam.61.
Fauni bicornes.Ouid,Epist.4.19.
Iugum bicorne.Stat.1.Thebaid.13.
–si stagna petit Cyrrhæa bicorni
Inter fusa iugo.Parnassi tuga intelligit,
Luna bicornis.Horat.in Carmine secul.7.
Syderum regina bicornis audi Luna puellas.
Rhenus bicornis.Virgil.8.Aeneid.144.
Bicorpor(δίσωμος,)omnis generis,Duorum corporum.Cic.2.Tus.38.
Hæc bicorporem afflixit manum.
Bicubitalis,& hoc bicubitãle,pen.prod.(δικύητος,) Quod duorũ est cubitorum.vt Bicubitalis caulis apud Plinium lib.20.cap.23.1.
Bidens,bidentis,f.g.(δίοδους,)Festus,Bidentes sunt oues duos dentes longiores cæteris habentes.Virgil.6.Aeneid.8.Totidẽ lectas de more bidentes.Vbi Seruius,Bidentes,oues sunt circa bimatum habentes duos dẽtes eminentiores,quæ erant aptæ sacrificiis. Nonius,Bidentes qui existimant ob eam causam oues à Virgilio dictas,quòd duos dentes habeant,pessimè ac vitiosè intelligunt. Nam nec duos dentes habent,& hoc quidem & genus monstri est,& melius intelligi potest, si biennes dixerit authoritate Pomponii in Attelana,Mars tibi voueo factum,si vnquam redierit,bidenti verre.Laberius Paupertate,Visus ac nocte bidentes propter viam facere. Et Nigidius Figulus dicit bidental,quòd binæ pecudes immolentur.Hactenus ex Nonio.Vide multa de hoc apud Gellium lib.16.cap.6.
Bidens pro oue.Ouidius.2.Fast.14.
Inque Iouis summi cæditur arce bidens.
Cædes bidentium.Horat.3.Carm.ode.23.3.
Intonsa bidens.Virgilius.12.Aenei.34. Id est parua,aut vt Seruius interpretatur,breuis.
Lanigeræ bidentes.Virgil.7.Aeneid.19.
Bidens,masc.gen.(σμινύη,)Instrumentum fossorium rusticum,quòd duos dentes habeat.Iuue.Vide bidentis amans,& culti villicus horti.
Duos bidentes habeat.Iuue.Vide bidentis amans,& culti villicus horti. Plin.lib.17.cap.21.6.Bidente pastinari debet ternos pedes. Colum. lib.4.cap.14.1.Insequitur deinde fossor qui crebris bidentibus æqualiter & mumtim soli terga conuertat.
Durus bidens.Virg.1.Georg.71. Ouid.4.Fastorum.187.
Sarcula nunc durusque bidens & vomer aduncus
Ruris opes niteant.Tibullus lib.1.eleg.3.2.
Pace,bidens,vomerque vigent.Tibullus.1.eleg.10.10.
Frangere glebam bidentibus.Virgil.1.Georg.80.
–glebaque versis Aeternum fi angenda bidentibus.
Iactare bidentes.Virg.1.Georg.71.

Seminibus positis supereſt deducere terram
Sæpius ad capita,& duros iactare bidentes.
Versare solum bidente.Tibul.1.eleg.3.2.
Bidental,(διὸ βουτύπον,)dicebant antiqui quoddam templum,quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur.Hæc Festus.Horat.in Arte poetica.95. –vtrum Minxerit in patrios cineres,an triste bidental
Mouerit incestus.Hoc loco Ianus Parrhasius,Loca tacta fulmine,inquit,acri studio procurabant maiores nostri:sacerdotem adhibebãt, colligebantque dispersa fulminis vestigia,terreque sacris rite peractis,constructa ara,cæsaque bidente,eum locum bidẽtal appellabãt: quem violare piaculum erat.
Euitandum bidental.Persius Saty.2.3.
Biduum,bidui,(δυοκηπέρα,)Spatium duorum dierum.Terent.Eunuc.1.2.101.Ego impetrare nequeo hoc abs te,biduum
Saltem vt concedas foliumꝰ H. siquidem biduum. Ibidem.4.2.8.
–hem biduum hîc
Manendum est soli sine illa?
Illo biduo.Cic.4.Verr.45.Venerat ad eum illo biduo Letilius quidam, homo non alienus à literis.
Biduo mensem longiorem facere,Cic.4.Verr.90.
Biduum ex mente eximere.Cic.4.Verr.90.
Bidui solicitudo.Terent.And.2.6.9.
D. Nihil hercle:aut si adeò,bidui aut tridui est Hæc solicitudo.
Bidui nauigatio.Plin.lib.6.cap.28.21.Totum sinum quatriduinauigatione in longitudinem taxauit,bidui latitudinem.
Bidui aberant castra.Id est duorum dierũ spatio.Cic.ad Atticum,lib.5. 14.4.Nos in castra properabamus,quæ aberant bidui.
Biduum continens.pro perpetuũ biduum.Suet.in Caligula,cap.19. Per hunc pontem vltro citro commeauit biduo continenti.
Per biduum Cic.1.de Na.Deorum.139.Nos autem tenebras cogitemus tantas quantæ quondam eruptione Aetnæorum igniũ finitimas regiones obscurasse dicunt,vt per biduũ nemo hominem homo cognouerit.
Propius quàm biduum.Cicero Attico,lib.8.166.2. Omnino intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas & formidines,quod magis debuerit mutum esse à literis,propterea quòd neque Romæ quicquam auditur nouiꝰ,nec in his locis quæ à Brundusio absunt,propius quàm tu biduum aut triduum.
Biennis,& hoc bienne,(δίετης,)Duorum annorum.
Bienne spatium.Plin.lib.2.cap.82.Vt pote cum quidã annuo & biennispatio durauerint.
Biennium,biennii,(δίετία,)Spatiũ duorum annorum.Cic.de Amic.39. Primò Gabinia lex:biennio autẽ pòst Cassia.Quintil.ad Typhonẽ, Quibus cõponendis(vt scis)paulo plus quàm biennio tot alioqui negotiis distractus,impendi.Cic.5.Philipp.168.Tribuni plebis rulerũt de prouinciis contra acta Cæsaris,ille biennii,iste sexennii. Idem pro Cœcinna.39.Lex vsum & authoritatem fundi iubet esse biennium.
Bifariam,(δίχως,)Aduerbium,In duas partes,aut duobus modis.Plaut. Aulul.9.3.Vt dispartirem obsonium hûc bifariam.Cic.3.Tusc.41.Bifariã quatuor perturbationes æqualiter distributæ sunt.Nã dux,&c. Varro.2.de Re rust.ca.4.13.Natura diuisus est eius annus bifariam. Cic.de Vniuers.40. Bifariam cosse ingressi hostium fines ingenti carramine hinc Volscos,hinc Aequos populant. Liu.3.ab Vrbe.100.
Bifer,(δίφορος,δίκαρπος,)Adiectiuum.vt Bifera arbor,quæ bis fert fructus.Plin.lib.15.cap.22.3.
Biferę ficus. Colum lib.5.cap.10.8.
Biferi Pæsti rosaria,inquit Virgil.4.Georg.42.
Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret,canerem biferique rosaria Pæsti. quòd vno anno bis illic nascerentur rosæ,vt docet Seruius.
Bifidus,(δίχηλος,)Adiectiuum,pe.corr. Quod in duas partes fissum est. Plin.lib.11.cap.37.43.Lacertis bifida & pilosa lingua.
Bifidi pedes.Ouid.14.Metam.61.
Quo magis illa canit,magis hoc cellure lenati
Erigimur,fetæque cadunt,bifidosque relinquit Rima pedes
Bifidum iter.Valer.1.Argonaut.115.
Bifidãtus,Adiectiuum,pen.prod.(δίχηλωτός,)Idem.Plinius lib.11.ca. 4.4.Folia cultrato mucrone,lateribus in sese bifidatis,bellas primum demonstrauere gemmas.De palmis loquitur.
Biforis,& hoc bifore,pen.corr.(δίθυρος.) Duplices ianuas habens.
Bifores fenestræ.Ouid.lib.3.de Ponto,eleg.3.1.
Nox erat,& bifores intrabat Luna fenestras,
Mensę ferè medio quanta nitere solet.
Valuæ bifores.Ouid.2.Metamorph.1.
Argenti bifores radiabant lumine valuæ.
Biforis cantus.Virg.9.Aeneid.Vbi assueris biforem dat tibia cantũ. Vbi Seru.Biforẽ,bisonũ,imparẽ.Et seruauit eis tibtarũ suarũ ordinẽ,ribiq; aut Serranæ dicunt,quæ sũt pares & æquales hãt cauernas. Aut Phrygiæ,quæ & impares sunt,& inæquales hãt cauernas. Ergo biforẽ,dissimilem,dissonum.non.n.sunt pari modulatione compositæ.

Biformãtus,

Biformãtus,Adiectiuum,pen.prod.(δίμορφατος,)Cic.1.Tuscul.33.
–non biformato impetu
Centaurus ictus corpori infixit meo.
Biformis,& hoc biforme,(δίμορφος,)Quod duas formas habet.Colum. lib.10.41.Inter lasciuos Satyros,Panasq; biformes. Quo loco quidã legunt bicornes.Virgil.6.Aeneid.4.Mistumque genus,prolesque biformis. de Minotauro.
Biformis natura Centaurorum.Claudian.in Ruff.1.66.
Ianus biformis.Ouid.5.Fast.8.
Monstrum biforme.Ouid.8.Metam.32.de Minotauro loquitur.
Populus biformis,Centauri.Ouid.2.Amorum,eleg.12.4.
Bifrons,(δίμετωπος,)Adiect.Quod geminam frontẽ ac faciem habet. Virg.12.Aen.13.Latoneq; genus duplex,Ianiq; bifrontẽ.Idẽ li.7.36.
Bifurcus,Adiect.(δίλαιος,)Geminas furcas habens.vt Bifurcũ ferramentum.Colum.lib.3.cap.18.1.Bifurci ramusculi.Colum.lib.5.cap. 11.3.Et Plin.lib.16.cap.30.1.Ouid.12.Metam.89.& de Nuce.31.
Biga,bigæ & Bigæ,bigarum,(σωωρίς,ζύγος,)Currus duorum equorum iugo actus.Virg.5.Aeneid.Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.Sueton.in Tiberio,Vix vnius bigæ adiectione honorari passus est.Budæus,Bigæ,trigæ,quadrigæ ad curule certamen & sacra certamina pertinebant.His enim verbis non tam vehiculum quàm equi biuges,triuges,quadriuges significantur.
Bigæ anhelantes.Stat.Thebaid.lib.6.138.
Citæ bigæ.Catul.epigram.51.6.
Lunares bigæ,Quibus Luna vehitur.Stat.12.Thebaid.60.
Nocturnæ bigæ,Lunæ.Senec.in Hippoly.3.8.
Olorina biga,Veneris.Stat.3.Sylu.4.10.
Rorifera biga,Auroræ.Stat.lib.1.Thebaid.68.
Roseæ bigæ,Auroræ.Virg.7.Aeneid.6.
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.
Bigæ soporiferæ,Dianæ.Valer.1.Argonaut.59.
Agitare bigas.Lucan.lib.1.16.
Raptari bigis.Virg.2.Aeneid.55.
Remeant bigæ.Seneca in Agamem.9.3.
Bigãtus,pen.prod.Adiectiuum.vt,Argentum bigatum,quod bigas impressas habet.Liuius.3.bel.Maced.27.Et Plin.lib.33.cap.3.7.Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ:& inde bigati,quadrigatique dicti.Tacitus in libro Germanorum,Pecuniam probant veterem,& diu notam,serratos,bigatosque.
Bigati equi.Liuius.3.bel.Pun.69.Lætoque iuueni promissis equum eximium dono dat,bigatosque quingentos.
Bigamus,(δίγαμος,)Qui duxit duas vxores.Inde Bigamia,ipsa conditio.Sipontinus.
Bigemmis,(δίλιθος,)Vitis quæ habet duas gemmas.Colum.lib.5.cap. 5.9.Pro materiis longioribus pollices quaternũ aut quinũ gemmarum relinquuntur:pro custodibus autem bigemmes reseces fiunt.
Bigenus,bigeneris:& bigeneris,& hoc bigenere.(δίγενος,)Festus,Bigene & panthera,cicur sus ex apro & scropha domestica,mulus ex equa & asino.Varro lib.2.de Re rust.cap.8.1.Nam muli & hinni bigeneri atque insitii,non suopte genere ab radicibus.ex equa enim & asino fit mulus:contrà ex equo & asina hinnus. Quædam exemplaria legunt,Bigeneres atque insitirii.
Biiugus,biiugi,(δίζυγος,)& Biiugis,& hoc biiuge,huius biiugis.Adieti.pen.corr.Biiuges equi dicuntur,q; bini ad vnum iugũ alligati sint. Mart.lib.1.41.Gestatus biiugis regulus esset equis.Suet.in Caligula, Postridie q̃drigario habitu,curriculoq; biiugi,famosorũ equorũ,&c.
Albi biiugi.Virg.10.Aeneid.115.
Interea biiugis infert se Leucagus albis.
Biiuges fasces.Claudian.Paneg.lib.5.46.
Atque vno biiuges tolli de limine fasces.
Leones biiugi.Lucret.lib.2.122.De curru Cybeles.Virg.10.Aeneid.
Lynces biiugi.Ouid.4.Metam.5.Hi trahunt currum Bacchi.
Biiugi serpentes.Valer.Argonaut.lib.7.44.
–o tandem vix tandem reddita Circe
Dura tuis:quæ te biiugis serpentibus egit Hinc fugat
Temo biiugus.Stat.2.Thebaid.145.
Certamen biiugum.Virg.5.Aeneid.29.
Non tam præcipites biiugo certamine campum
Corripuere,ruuntque effusi carcere currus.
Biiugi,interdũ substãtiuè pro ipsis curribus capiuntur.Virg.10.Aen.90.
Desilit Turnus biiugis,pedes apparat ire Comipus.
Bilans,bilancis,f.g.(ζυγός,)Instrumentum quo res cum lancibus ponderantur.Libra alio nomine dicitur.Perottus.
Bilibris,& hoc bilibre,Adiectiuum,pen.corr.(δίλιτρος,)Duarum librarum.Martial.lib.11.43.Nunc vt emam grandem lupum,multumque bilibrem.Plaut.Milit.11.38.Ibi erat bilibris aqualis.Plin.lib.18. cap.11.2.Ex aqua hordeoque bilibres offæ.Horat.2.Serm.saty.2.13. –eorum ipse bilibri Cauhbus instillat veteris non parcus aceti.

Bilibra,bilibræ,pen.corr.(δίλιτρον,)Duarum librarum pondus.Liu.4. ab Vrbe.69.Sp.Melium,cui tribunatus plebis magis optandus quàm sperandus fuerit frumentarium diuitem,bilibra farris sperasse libertatem se ciuium suorum emisse:Legitur & Bilibre.
Bilinguis,& hoc bilingue.(δίγλωσσος,)Festus,Bilingues Brutaces Ennius dixit,quòd Brutii & Osce & Græce loqui soliti sint. Sunt autem Italiæ populi vicini Lucanis.
Bilinguis.Fallax.Virgil.1.Aenei.134.Quippe domum timet ambiguã, Tyriosque bilingues.Vbi Seruius,Bilingues,fallaces.nec.n.ad linguã retulit,sed ad mentem.Plaut.Persa.3.28.& Trucul.17.7.
Bilingues insidiæ.Claud.de bello Gildonico.57. Tollite Massilas fraudes,remouete bilingues Insidias.
Bilinguis Canusinus,Qui callet duas linguas.Horat.lib.1.Ser.Sat.10.6. Quum Pedius caulas exuder Publicola,atque
Coruinus,patriis intermiscere petita
Verba foris malis,Canusini more bilinguis:Canusinum ideo bilinguẽ vocat,quia & Græci & Latini apud Canusium vrbem Italię non procul à mari sitam,& à Diomede conditam habitant,vtroque sermone vtẽtes,Latino & Græco.Ex Acroue.Curtius lib.7.de Branchidis,Mores patrii nondum exolcuerant:sed iam bilingues erãt,paulatim à domestico,externoque sermone degeneres.
Bilustris,& bilustre(δίπεντάπους,)vt Bellum bilustre,quod duo lustra, id est decem annos durauit.Ouid.2.Amorum,eleg.12.2.
Pergama quum caderent bello superata bilustri.
Bimaris,& bimare,Adiectiuum,pen.cor.(δίθάλασσος,)Quod est inter duo maria.vt Corinthus bimaris.Horat.1.Carm.ode.7.1. Aut Ephesum,bimaris ve Corinthi Mœnia.
Isthmus bimaris.Ouid.6.Metamor.84.
Bimater,pen.prod.(δίμητωρ,)Qui duas habet matres.Sic Ouidius Bachum vocat,quoniam ille bis natus dicebatur,primo quidem ex Semele.Sed quum partus ille crudus & prematurus esset,Iuppiter assutum femori suo,& ad iustum puerperii tempus conseruatum,rursum edidit.Ouid.4.Metamorph.3.
Ignigenamque,satumque iterum,solumque bimatrem.
Bimãtus,huius bimatus,m.g.pen.prod.(δίετία,)Spatium duorũ annorum.Plin.lib.11.cap.21.2.Vita vesparum bimatum non transit.Varro.2.de Re rust.5.15.Castrare non oportet ante bimatum. Plin.lib.9. cap.30.6.Neque his bimatu longior vita. De boligine loquitur.
Bimembris,& bimẽbre,(δίκωλος,)Quod gemina habet membra,vt Forma bimembris.Ouid.Epist.9.20.
Et male confusum pedibus,formaque bimembri.
Bimembres,substantiuè,(δίκωλοι,)pro Centauris.Ouid.12.Metam.48. Ardescunt germani cæde Bimembres. Germani cæde,id est propter eadem germani,non Germani Bimembres.Idem.12.99. Ecce ruunt vasto trepidi clamore Bimembres.Stat.12.Thebaid.111.Ossæi bello cecidere Bimembres. Ossæi,Ossam incolentes montem.Virgil.8. Aeneid.58.De Centauro Ixione,
–tu Nubigenas inuicte Bimembres,&c.
Bimensis,huius bimẽsis,(δίμηνος,)Liu.Dec.5.lib.5.60.Et ad opera quæ locasseut probanda,anni & bimensis tempus prorogaretur.
Bimestris,& bimestre,(δίμηνιαίος,)Duorum mẽsium.vt Bimestre stipendium.Liu.9.ab Vrbe.229.Plin.lib.18.ca.7.20.Est & bimestre frumentum.Horat.3.Carm.17.3. –cras genium mero
Curabis,& porco bimestri,
Cum famulis operum solutis.
Consulatus bimestris.Plancus Ciceroni.10.24.15. Quæ mẽs eũ,aut quorum consilia à tanta gloria,sibi verò etiam necessaria ac salutari auocarit,& ad cogitationẽ Cõsulatus bimestris summo cũ terrore hoium, & insulsa cum efflagitatione transtulerit,exputare non possum.
Bimus,Adiectiuum,(δίετης,) Duorum annorum.vt Bimæ nuces,Cato cap.17.Varro.2.de Re rust.cap.5.11.Habeo tauros totidem quot Atticus,ad matrices LXX.duo,vnum anniculum,alterum bimum.
Bima dies,Tempus biennii.Valla lib.4.cap.80.
Merum bimum.Horat.1.Carm.ode.19.3.
Verbenas pueri ponite,thuraque
Bimi cum patera meri.
Anniculum,bimum,trimum.Plin.lib.18.cap.24.1.Semen optimum anniculum,bimum deterius,trimum pessimum,vltra sterile.
Bima sententia.Cic.ad Appiũ,lib.3.8.34.De hac quoqi sententia bima decedat.Id est qua censuit vt per duos annos remanerem in prouincia.
Legio bima.Plancus Ciceroni.10.24.8.In castris Bruti vna veterana legio:altera bima:octo,tyronum.
Bimulus,Adiectiuum,pen.corr.(δίετηδιος,)Idem.Tranquillus,Quo tempore propè bimulus,deductus ab vrbe sit.Catul.epig.17.3.
–nec sapit pueri instar Bimuli.
Binomius,(δίωνυμος,)Cui geminum nomen:vt Numa Pompilius,Tullus Hostilius.Festus.
Binominis,& binomine,pen.corr.(δίωνυμος,)Idem Ouid.14.Met.122. Inde sub Ascanii ditione binominis,Alba

Universidad de Deusto
Biblioteca

Resque Larina fuit. Hic Ascanius, vocabatur & Iulus.
Trus binominis. Ouidius in Ibio. 84.
Antea enim Arneus appellabatur.
Ister binominis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 3. Dicitur enim & Danubius.
Bini, binæ, bina, (ἀνὰ δύο,) munerus distributiuus, Idem significat quod duo. Silenus lib. 3 Ad binûm millium numero, saucijs vtrinque factis
Hęc Nonius. Plin. lib. 11. Ergo in vtraque gente bina laudam genera, terrenum & factitiũ. Idem libro. 9. cap. 30. 6. In nostro mari lobigines quinum cubitorum capiũtur, sæpię binûm. Idem lib. 7. cap. 16. 8. Bini cubiti. Plaut. Epid. 5. 28.
Tum captiuorum quid ducunt secum? E. pueros, virgines
Binos, ternos, &c.
Bini, significat singulis duo. vt Creabantur olim bini Consules. Id est per singulos annos duo. Ex Valla lib. 3. Terent. Phor. 5. 3. 6.
– nam ex his prædijs talenta argenti bina Statim capiebat.
Binis annis conuertuntur. Plin. lib. 2. cap. 8. 5.
Terna, bina, singula verba. Cic. 3. de Orat. 110.
Bini aeres legimus apud Lucretium lib. 4. 59. Illis quæ reddunt speculorum ex æquore visum, Aeribus binis.
Amicas binas habere. Ouid. 2. de Remedio amoris. 9.
Aures binæ. Virg. 1. Georg. 35.
Capita bina boum. Virg. 5. Aeneid. 13.
Inter bina castra cum Vestio collocutus est. Cic. 12. Philipp. 338.
Censores binos in singulas ciuitates describebat. Cic. 4. Verr. 92.
Centesimis binis fœnerari. Cic. 5. Verr. 141.
Corpus binum. Lucret. lib. 5. 176.
Sed neque Centauri fuerant, neque tempore in vllo
Esse queunt duplici natura, & corpore bino. Idem. 4. 92. Et duplices hominum facies, & corpora bina.
Damna bina. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 7.
Facies binę. Virg. 4. Georg. 19.
Fœtus binos alit vbere. Virg. 3. Georg. 6.
Freta bina. Ouid. 6. Fast. 99.
Est spatio contracta breui, freta bina repellit,
Vnaque pulsatur terra duabus aquis.
Binos gladiatores singulis patribus familiarum distribuit. Cicero Attico, libro. 7. 13. 2.
Honor binus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 13.
Sic vocat duplicem Consulatum.
Iuga bina. Ouid. 12. Metam. 87.
Codice qui misso, quem vix iuga bina mouerent.
Iuncta, Phonolenidem à summo vertice fregit.
Binas à te accepi literas. Cic. Attico, lib. 6. 111. 18.
Ludi bini. Cic. 4. Verr. 91. Hoc si Romæ fieri posset, certè aliqua ratione expugnasset iste, vt dies XLV. inter binos ludos tollerentur, per quos solos iudicium fieri posset.
Lumina bina lucernarum. Lucret. lib. 4. 91.
Bini oratores vix singulis ætatibus constiterunt. Cic. in Bruto. 187.
Supellex bina. Lucret. lib. 4. 92.
Per binos tabellarios missi Romam literas. Cic. Attico, lib. 6. 111. 19.
Binis tabellarijs & ibi & Octauiano scripsi. Pollio Ciceroni, li. 10. 33. 7.
Bina die siccant ouis vbera. Virg. 2. eclog. 4.
In bina findere. Lucret. lib. 1. 110.
Nam neque collidi sine inani posse videtur
Quicquam, nec frangi, nec findi in bina secando.
Bipalmis, & hoc bipalme, (δίσπιθαμος,) Duorum palmorum. Varro. 3. de Re rust. cap. 7. 4. Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus sub ordines singulos tabulæ fixæ, vt sint bipalmes, quo vtantur vestibulo, ac prodeant.
Bipalium, bipalii, (δικέλλαι,) Instrumentum ad fodiendũ. Plin. lib. 16. cap. 56. 14. Bipalio subacto prius solo. Liu. 3. ab Vrbe. 113. Ibi ab legatis, seu follam fodiens bipalio inuisus, seu quum araret, &c. Columel. lib. 3. cap. 13. & Cato. cap. 63 & cap. 45.
Bipartior, siue bipertior, bipertiris, bipertiri, pen. prod. (δίχομαι,) In duas partes diuidere. Colum. lib. 11. cap. 2. 17. XI. Cal. Maias Ver bipartitur, pluuia, & nonnunquam grando.
Bipartitò, (δίχως,) Aduerbium, pen. prod. Cic. 2. de Inuent. 186. Id fit bipartitò manifestum est causa, tum res ipsa remouetur. Id est duobus modis. Idem pro Flacco. 24. Num igitur negari potest, cuius rei cuncta testis est Asia, bipartito classem distributam fuisse, vt vna pars supra Ephesum, altera infra Ephesum nauigaret? Idem. 10. Philip. 278. Cæsar. 1. bel. Gall. 99. Romani cõuersa signa bipertito intulerunt. Hoc est duobus locis. Cic. in Catil. 5. 1. Atq; ibi in proximis villis ita bipartito fuerunt, Vt Tiberis inter eos & pons interesset.
Bipatens, Adiectiuum, pen. corr. (δίπυλος,) vt Bipatentes portę, pro geminis. Virg. 2. Aeneid. 66. Portis alij bipatentibus adsunt. Idem etiã Bipatentia tecta dixit, pro aperta, statim in principio lib. 10. Cõsidũt recti is bipatẽtibus. Vbi Seruius ait sermonem esse Ennianum tractum ab ostijs quæ ab vtraque parte aperiuntur. Bipatentibus Apertis.

Bipedalis, & bipedale, pen. prod. (δίπους,) Quod habet longitudinem duorum pedum. Cæsar. 4. bel. Gal. 525.
Insuper bipedalibus trabibus immissis.
Bipedalis latitudo. Colum. lib. 8. cap. 3. 6.
Bipedali hiatu aperiri. Plin. lib. 16. cap. 12. 1.
Bipedalis moduli homines, pro temnibus & humilis fortunæ homunculis dixit Horatius, teste Erasmo, lib. 2. Serm. Saty. 3. 62.
– magnos imitaris, totus ab imo Ad summum moduli bipedalis.
Bipedãneus, Adiectiuum, pen. prod. (δίπους,) Idem. Colum. libro. 2. cap. 2. 19. Frumentis autem sat erit, si æque bona suberit bipedanea humus: arboribus altitudo quatuor pedum abunde est.
Bipedãneus, (δίπους,) aliud adiectiuum idem significans, vt bipedanea altitudo. Colum. lib. 4. cap. 1. 1. Quippe seminibus, vineaticis minimum me profundos censuisse fieri scrobes adiecto dodrante super altitudinem bipedaneam, quam &c. & Idem lib. 11. cap. 33. Modum altitudinis & latitudinis abunde est esse bipedaneam, & lib. 17. cap. 20. Bipedaneo pastinato.
Bipennis, huius bipennis, f. g. (πέλεκυς,) Securis quę vtrinque aciem habet: à pinna deriuatum nomen, quod acutum veteres dicebant. Plin. lib. 5. cap. 8. 3. Ita pendens alterum poplitem dextra cedit: ac præacuta bipenni hoc erure tardato profugiens, alterius poplitis nervos ferit. Virg. 2. Aeneid. Correpta dura bipenni. Quintil. lib. 1. cap. 4. 10. Nec mireturcur è scamno fiat scabellum: aut à prima (quod est acutum) securis vtrinque habens aciem, Bipennis.
Dure bipennes. Horat. 4. Carm. ode. 4. 12.
Cælata argento bipennis. Virg. 5. Aeneid. 61.
Crebris bipennibus instant. Virg. 2. Aeneid. 16.
Perrumpit limina bipenni. Virg. 2. Aeneid. 96. De Pyrrho.
Sæuam inhibere bipennem. Ouid. 8. Metam. 155.
Tonsa bipennibus ilex. Horat. 4. Carm. ode. 4. 12.
Valida bipennis. Virg. 11. Aeneid. 130.
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
Bipennis, & hoc bipenne, (δίπελυς,) Quod duabus pennis volat. Plin. lib. 11. cap. 28. 1. Nullum, cui telum in ore, pluribus quàm binis adiuuat pennis. Illis autem vltionis causa datis est, his auiditatis. Nullis eorum pennæ reuulsæ coalescunt. Nullũ cui aculeus in aluo, bipenne est. Quibusdam pennarum tutelæ crusta superuenit, vt scarabei.
Bipennifer, (πελεκηφόρος,) Adiectiuum, penult. correp. Bipennem ferens. Ouid. 8. Metamorph. 79.
Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas.
Idem libro. 4. 5. ad Bacchum.
Penthea tu venerande, bipennifermúque Lycurgum
Sacrilegos mactas. Idem. 5. Triste, eleg. 4. 8. Ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi.
Bipes, bipedis, pen. cor. (δίπους,) Adiectiuum, Quod habet duos pedes. Iuuenalis, Atque alium bipedem sibi quærat ascellã. Plin. li. 8. ca. 36. 5. Ingrediuntur & bipedes. Cic. pro Domo sua. 38. Hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimo.
Equos bipedes vocat Virgilius equos Proteí, qm priore tm corporis parte equos, posteriore pisces referebant. Virg. 4. Georg. 78.
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Bipinnella, Herba hortẽsis, dicta q in duas pinnas folia p totũ caulẽ sũ diducta habeat. hanc corrupto vocabulo quidam pimpinellã vocant.
Bisẽmis, huius bisẽmis, f. g. pen. prod. (δίσημος,) Nauis quę duplici remorũ ordine agit. Cic. 7. Ver. 41. Ne hæc biremis ascriberet. Liu. 4. bel. Pun. 180. Nuntiantes Philippum primum Apolloniã tentasse: leuibus biremibus CXX. flumine aduerso subuectum. Virg. 8. Aeneid. Geminasq; legit de classe biremes. Idem lib. 1. 38. – siquem
Iactatum bello videat, Phrygiasque biremes.
Leues biremes. Ex Appiano.
Fert me biremis. Horat. 3. Carm. ode. 19. 13.
Parua biremis. Lucanus lib. 10. 12.
Remigio biremes aptare. Virg. 8. Aeneid. 16.
Bisellium, (δισσέλιον,) Sella in qua duo tantum sedere possunt. Ex Varrone lib. 4. de Lingua Latina.
Bisextus, siue bisextus. Alciatus, (ἐμβολισμός,) Habuere veteres Romani institutum à Romulo annum X. mensiũ, qui erat dierũ CCCIIII. Incipiebatque Martio mense. quæ ratio quum neque Solis, neque Lunæ cursui conueniret, Numa duos menses addidit, Ianuarium, & Februarium: atque ita dies distribuit, vt omnino CCCLV. essent. Sed quia hæc quoque constitutio non quadrabat: necessario Intercalaris mensis constitutus est, id est mensis interpositius arbitratu Pontificum, qui alternis annis nunc XXII dies, nunc XXIII intercalabant. Is mensis additicius erat, & prope finem Februarii, quia is vltimus annorum inferebatur. Sed hunc quoque modum cursui Solis non conuenire, quum C. Iul. Cęsar animaduertisset, decem dies addidit, intercalatisq; mensem sustulit. Et quoniam Solis cursus annuus quadrantem quoq; id est sex horas occupat, singulis quibusque quadriennijs die inserto, qui

qui bissextus dicitur. Intercalatur enim, id est vocato populo inseritur, is dies post eum, qui sextus Calendarum Martii est: & duo loco vnius habentur. Hactenus Alciatus. Celsus de Verborum significatione, Quam bissextus Calendis est, nihil refert, priore an posteriore die quis natus sit: & deinceps sexto Calendas eius natalis dies est. Nam id biduum pro vno die habetur, sed posterior dies intercalatur, nõ prior. Ideo quo anno intercalatum non est, sexto Calendas natus: quum bissextus Calendis est, priorem diem natalem habet.
Bissextus dicitur, quod bissexto Calendas dicamus. Sipontinus.
Bisulcus, Adiectiuũ, (δίχηλος,) Vngulas non solidas, sed scissas habens. Plin. lib. 10. ca. 1. 2. Vngulę ijs cerninis similes, quibus dimicãt bisulcę, comprehendendis lapidibus vtiles. De struthiocamelis. Idem lib. eodem, cap. 73. 1. Sed & fruge solidipedes, & è bisulcis sues, omni cibatu & radicibus aluntur. Ibidem cap. 73. 1.
Bisulca cauda, Scissa in duas partes. Plin. lib. 9. cap. 19. 2.
Lingua bisulca. Ouid. 9. Metam. 13. de Acheloõ in anguem mutato,
Cumque fero noui linguam stridore bisulcam.
Bisulcus pes. Ouid. 7. Metam. 23. Puluereumque solum pede pulsauêre bisulco. De tauris loquitur qui vellus aureum cum dracone custodiebant. Sic Lucretius lib. 5. 72.
Bisulci furculi arborum. Colum. de arboribus, cap. 16. 3.
Bisultor, (δισάλκης,) Mars dictus fuit, à bis vlciscendo, cui hoc nomine templum consecrauit Augustus. Primo quòd adiutus ab ipso fuerat quum Iulium Cæsarem à coniuratis interfectum vlisceretur. Deinde quòd signa Romana à Parthis erepta victor eiusdem beneficio recepisset, Crassique manes vltus esset. Hanc historiam enarrat Ouidius. 5. Fast. 104. & in hos versus desinit,
Rite Deo templumque datum, nomenque Bisultor,
Emeritus voti debita soluit honor.
Bisium, (ἄμφοδον,) Quod duas vias habet. Virg. 9. Aeneid. 49.
– locum insidijs conspeximus ipsi:
Qui pater in bisio portæ, quæ proxima ponto. Ouidius lib. 2. de Remedio amoris. 18. Et tuus in bisio detineatur amor.
Bisius, Adiectiuum, (ἄμφοδος,) vt Biuiæ fauces. Virg. 11. Aeneid. 103. Vt biuias armato obsidam milite fauces. Id est quę ad duo loca ducũt.
Bisius agrorum cultus, per metaphoram. Varro. 1. de Re rust. cap. 18. 6. Nobis enim cultum bisium ad culturam dedit natura, experientiam & imitationem.
BISALTAE, (βισάλται,) Macedoniæ gens libera, intra Strymonem & Edonicum sinum, vt scribit Plinius lib. 4. cap. 10. Stephanus Bisanthem vocat, coloniamque eam Græcam à Samijs deductam. Virgil. 3. Georg. 91. de morbis ouium,
Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam:
Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus
Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino. Vbi Seruius, Bisaltæ populi Scytharũ, qui fugientes, equorũ sanguine aluntur lacte permisto.
Bisaltica, (βισαλτίς,) regio. Tacitus lib. 5. Trans Strymonem autem vergentia ad occasum, Bisaltica omnem cum Heraclea quam Sintices appellant.
BISALTIS, aut Bisalpis (vtrunque enim inuenio) (βισαλτίς,) nomen est puellæ cuiusdam, quam Neptunus in arietem conuersus compressit, authore Ouidio. 6. Metam. 24. – tu visus Enipeus
Gignis & Aloidis, aries Bisaltida fallis. Bocatius lib. 11. cap. 11. vbi de Iarba rege loquitur, natum illum ait, teste Paulo Perusino, ex filia Bisalpis regis, quam Iuppiter in forma arietis vitiauerit. Si huius igitur sententię stabimus, Bisalpis non propriũ erit puellę, sed patronymicũ.

Bisellium, Biseta, Vide BIS.

Bison, bisontis, m. g. (βίσων,) Animal est è boum syluestrium genere, cerui figura, media fronte inter aures vnum cornu habens excelsius, magisque directum iis, quæ nota sunt, cornibus. Ab eius summo sicut palmæ rami late diffunduntur. Eadem est fœminæ, marisque natura, vtrique sunt ibæ, eadem vtrique est forma, magnitudoque cornuum. Hæc Sipontinus. Martial. lib. 1. 175. Turpes esseda quod trahunt bisontes. Vide Plinium lib. 8. cap. 15. 1.
Villosi bisontes. Seneca in Hippoly. 1. 11. Martial. lib. 1. de Carpophoro,
Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos,
Illi cessit atrox bubalus, atque bison.

Bissextus, Vide BIS.

BISTON, Bistonis, (βίστων,) Martis & Callirhoes filius, qui Bistoniam Thraciæ vrbem condidit. vnde omnes Thraces, Bistonios dixêre poetæque ipsam Thraciam, Bistoniam, aut terram Bistonis.
Bistonis, pen. corr. (βιστωνίς,) Steph. Ciuitas & stagnum in Thracia, Abderæ vrbi propinquum, à Bistone (vt dictum est) conditum.
Bistonis ora. Ouid. in Epist. Et tuta à bello Bistonis ora fuit.
Bistonis terra. Ouid. 2. de Põt. eleg. 9. 11. Bistonis ignio é terra supba tuo.

Bistones, Bistonum, pen. corr. (βίστονες,) Populi sunt in Thracia teste Plinio, lib. 4. cap. 11. 3. Stat. 3. Thebaid. 44. – ille furentes
Bistonas, & Geticas populatus cædibus vrbes. Valerius Flaccus. 1. Argonaut. 146. Bistonas ad meritos quũ cornua sæua Thyoneus Torsit.
Ideò hoc dicit Valerius, q Lycurgus Thracum rex Liberũ contẽnẽs, vites amputaturus, sibi crura secuit, vt ait Seruius in illud. 4. Aeneid.
Acri quondam regnata Lycurgo, &c. Idem Valerius lib. 3. 17. Vosq; viri optatos huc affore credite Colchos Bistonas in medios
Vltimi Bistones, id est vltimi Thraciæ populi. Sene. in Herc. Oeth. 8. 3.
Defecisse putent Geten.
Hebrum Bistones vltimi.
Bistonius, Adiectiuum, (βιστόνιος,) Thrax. Ouid. 15. Metam. 87.
Est vbi Troia fuit, Phrygię contermina tellus,
Bistoniis habitata viris. Idem. 1. Trist. eleg. 9. 5.
Niues Bistoniæ. Strat. 11. Thebaid. 39.

Bisulcus, Bisultor, Vide BIS.

Bithymum, pen. corr. (βίθυμον,) Mel dicitur, quod ex vtriusq; thymi floribus collectum est. Duo enim sunt thymi genera, candidum, & nigrum. Hoc genus mellis album non sit, sed est oculis & vlceribus aptissimum. Plin. lib. 11. cap. 16. 4.

BITHYNIA (βιθυνία,) Regio minoris Asiæ, aduersa Thraciæ, & proxima Troadi, quę, vt Solinus & Seruius scribunt, primum Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. Hæc etiam, Authore Eusebio, Pontus est dicta. In Bithynia Libyssa est, vbi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thynos populos transisse ex Europa, à quibus Bithyni dicũtur, & Bithynia. Claud. lib. 2. in Eutropium, Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.
Bithynus, pen. prod. (βιθυνός,) aliud adiectiuum. Iuuenalis Saty. 7. Quãquam & Capadoces faciant equitesque Bithyni.
Negotia Bithyna. Horat. 1. Epist. 6. 7.
Ne Cybiratica, ne Bithyna negotia perdas.
Carina Bithyna. Horat. 1. Carm. ode. 35. 2.
BITON, Vide infra in dictione CLEOBIS.

Bitûmen, pen. prod. Bituminis, (ἄσφαλτος,) Genus Cretæ, quod siquando accenditur, extingui non potest: & illa, natura est sulfuris. Plin. lib. 35. cap. 15. 5. Fulmina & fulgura quoque sulfuris odorem habent, ac lux ipsa eorum sulfurea est. Et bituminis vicina est natura, alibi lim*, alibi terra. limus è Iudęæ lacu, vt diximus, emergens: terra in Syria circa Sydonem oppidum maritimum. Spissantur hęc vtraque, & in densitatem coeunt. Est verò liquidum bitumen, ficur Zacynthium, & quod à Babylone inuehitur. Gignitur & pingue liquorisque oleacei in Sicilia, Agragantino fonte inficiens riuũ. Incolę id arundinum panniculis colligunt, citissimè sic adhærescens. Vruntur eo ad lucernarum lumina olei vice. Paulò pòst, Calcis quoq; vsus præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Ibidem plura. Virgilius. 8. eclog. Et fragiles incende bitumine lauros. Vbi Seruius, Incende bitumine lauros, id est lauros diuino igne cõsume. Nã bitumẽ ex fulmine dicit procreari. Vnde ioxta Babyloniã, quia frequẽtia cadũt fulmina, hac re lacus redũdatadeò vt inde fabricasse muros Semiramis dicat.
Flagrat bitumen ignibus. Horat. Epod. 5 18.
Fumans bitumen. Ouid. 14. Metam. 159.
Nigrum bitumen. Virg. 3. Georg. 89.
Pingue bitumen. Valer. lib. 3. Argonaut. 25.
Ecce grauem nodis: pinguique bitumine quassans
Lampada, turbata Phlegias decurrit ab vrbe.
Tenax bitumen Ouid. 9. Metam. 133.
Tetro odore bitumen. Lucret. lib. 6. 162.
Nonne vides etiam terra quoque sulfur in ipsa
Gignieri & tetro concrescere odore bitumen?
Incendunt bitumine venas. Ouid. 14. Metam. 159.
Lurida supponunt fœcundo sulfura fonti,
Incenduntque cauas fumante bitumine venas.
Bituminatus, (ἀσφαλτόδης,) Participium sine verbo.
Aqua bituminata, Cui est admistum bitumen: vel quæ per venas terræ bituminosas transit. Plin. lib. 31. cap. 6. 3. Bituminata aut nitrosa qualis Cutilia, vtilis est bibendo atque purgationibus.
Bitumineus, Adiectiuũ (ἀσφαλτώδης,) vt Bitumineæ vires. Ouid. 15. Metam. 70. Siue bitumineæ rapiunt incendia vires.
BITVRGIA, (βιτουργία,) vrbs Tuscorum Ptolemæo teste. hodie Borgo di san sepolcro.
BITVRIX, Biturigis, (βιτούριξ,) Bituriges, Galliæ Aquitanicæ populi liberi, vt scribit Plinius lib. 4. cap. 19. Hi vno die viginti vrbes incenderunt, vt Cæsarem commeatu & pabulatione prohiberent. Horũ oppidum Auaricum, cuius Cæsar in Commentarijs meminit. vulgò hodie Bourges en Berri. Lucanus libro. 1. 85.
Et Biturix longisque leues Axones in armis.

Biuira, (ἡμίνεα,) Nonius, Biuiras quas vius viduas appellat. Varro lege Minia: Ad biuiram venio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Biuium, Vide BIS.

B L

Blacterare, (βλητερᾶσαι,) vocem esse arietis, ait ille quicunq; est author carminis quod inter Ouidii opera legitur in scriptum de Philomela, Blacterat hinc aries, & pia balat ouis.

BLABAX, vox trisyllaba, Ponti regio satis fertilis, per quam Amnias fluuius illabitur. Hoc in loco Mithridates Eupator Nicomedis Bithyni copias fundit us deleuit, haud quidè præsens, sed per imperatores: vnde ille cum paucis domum fugiens seruatus est, & inde in Italiam nauiganit. Verba sunt Strabonis lib. 12.

Blaesus, (τραυλός, βλασσᾶς,) Adiectiuum, Qui lingua impeditus est. Mart. lib. 10. 65. Os blæsum tibi, debilisque lingua est.

Idem lib. 1. 35. Et nomen blæso garriat ore meum. Vide BALBVS.

Lingua blæsa. Ouid. 3. de Arte amandi. 69.

Blæsaque sit iusso lingua coacta sono. Ibidem. 1. 20.

Sonus blæsus. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 5.

Reddebas blæso tam bene verba sono.

Blandior, blandiris, (ἀφροκλύζομαι, κομψεύομαι,) blandiri, pen. pro. Propriè ad tactum pertinet: per abusionem autem non nunquam ad alios sensus transfertur vt ait Valla lib. 5. Cic. de Amic. 82. Qui etiam aduersando sæpe assenteretur, & litigare se simulans blandiatur. De adulatore loquitur. Idem pro Flacco. 7. Matri blanditur. Ouidius. 14. Metam. 141. Et modò de multis alicui blãditus amicis. Stat. 3. Sylu. 2. 18. Doris Agenorei furtis blandita iuuenci. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. 3. – tibi blandior vni.

Blandiuntur quoquo modo, dum placere studemus magis, quàm vera dicere. quanquam & facto blandimur: veluti qui pinxerat Venerem deformem, dicitur blãditus Mineruæ. Dicimur & blandiri vitiis nostris, dum ea excusamus aut attenuamus. Blandimur calamitatibus, dum eas eleuamus. Eralmus.

Blandiri etiã dicunt a falia. Plin. de Panthera, lib. 8. cap. 17. Feram verò citò immolutari non dubiè blandientem, sese conflictantem mærore.

Fortuna fallaci blandita vultu. Senec. in Octau. 7. 1.

Precibus alicui blandiri. Ouid. 1. de Arte. 106.

Potibus & dure precibus blandire puellæ.

¶ Quintil. lib. 4. Quædam enim partibus blandiuntur, sed in summã non consentiunt.

Audacter blandiri. Ouid. Epist. 20. 39. Et minus audacter blanditur, & oscula rara Accipit.

Mirificè blandiri. Cic. ad Qu. frat. 2. 14. 1. De Cõmageno, q; ré totam disseruerat mirificè mihi & per se, & per Pomponiũ blandiè Appius.

Suauiter blandiri. Cic. 3. Acad. 25. 1. Video quàm suauiter voluptas sensibus nostris blandiatur.

Subdolè blandiri. Plaut. Trinũ. 5. 1. 2. Eos consectatur, subdolè blandit.

Blandiri suppliciter. Cic. 1. de Oratore. 45. Quòd ita nati essemus vt & blandiri supplicitèr iis, à quibus esset petendum, & aduersarios minaciter terrere possemus, &c.

¶ Blandiri, de inanimatis dictum. Quintil. lib. 4. cap. 2. Quædam partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt.

Vmbra blandit Populus. Ouid. 10. Meta. 110. De Populo arbore loquit.

¶ Blandiendo dulce nutriuit malum. Seneca in Hippol. 2. 10.

Blanditus, pen. prod. (κεκολακευμένος,) Participium.

Blandita peregrinatio. Blanditus tepor. Plin. lib. 10. cap. 23. 8. Hanc initio blandita peregrinatione auidè profectam pœnitẽtia in volatu cũ labore scilicet subit. De glotte aue loquit. Idè lib. 9. cap. 10. 1. Capiunt multis quidè modis, sed maximè cuectæ in summa pelagi tanemeridia no repore blandito, eminente toto dorso per tranquilla fluitantes.

Blanditus, huius blanditus, pen. prod. (ἐπαγωγή,) Verbale, pro blãditiis. Lucret. lib. 2. 35. Vt res per Veneris blanditum secla propagent.

Blandus, Adiectiuũ, (ἁφροκοος, ἥπιος, ἐπαγωγός, μείλιχος,) Placidus & comis in sermone, & hilaris. Plaut. Casina. 13. 21. Blanda es parum. Ibidè 5. 18. Terent. Hecyra. 5. 4. 20.

– at tu ecastor morem antiquum, atque ingenium obtines,
Vt vnus hominum homo te viuat nunquam quisquam blandior. Cic.

Attico, Scis me minimè esse blandum.

Blanda legentibus. Plinius in præfatione naturalis historiæ. 8.

Precatu blandus. Stat. 11. Thebaid. 21. – sed anceps
Vulgus, & affatus matris, blandamque precatu
Antigonen timeo. Id est blandam in precando.

Precum blandus. Stat. 2. Achil. 48.
– tunc & Danai per sacra, fidemque
Hospitii, blandusque precũ cõpellat Vlysses. Id est blandus precibus.

Large blandus. Vide LARGIOR.

Minus blandus. Cicero Attico, lib. 12. 23. 1. Vnum te puto minus blandum esse, quàm me.

Blandus amicus, cui opponitur Verus. Cic. de Amicit. 78. Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tam potest adhibita diligentia, quàm omnia fucata & simulata à synceris atque veris.

B L A

Blandus filius & gratiosus. Cic. 2. Verr. 16.

¶ Blanda aspiramina. Valer. lib. 6. Argonaut. 93.
Dã precor artificis blanda aspiramina formæ,
Ornatusque tuos terra cœloque potentes.

Alea blanda. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 10.

Amator blandus. Proper. 2. eleg. 3. 4.

Blandus amor. Claud. in Præfat. lib. 2. in Eutrop. 13. Lucan. 1. 4.

Patriæ blandus amor. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 10.

Anni blandi. Propert. 4. eleg. 1. 18. Militiam Veneris blandis patiere sub annis. Credo ætatem iuuenilem intelligi. Potest & blandis quasi fortunatis & felicibus accipi, sed vix hoc ferent sequentia.

Aquarum blandarum temperies. Ouid. 4. Metam. 69.

Arte blanda pectora subit Venus. Ouid. 1. de Arte. 73.

Canes blandi. Virgil. 3. Georg. 98.

Carmina blandissima. Ouid. Epist. 21. 6.

Clamor blandus. Ouid. 3. Fastorum. 45.
Et quasi sentirent, blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua suos.

Blandus Lunæ color. Plin. lib. 2. cap. 18. 7.

Columba blanda. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6.
Oscula dat cupido blanda columba mari.

Doctores blandi. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 5.
– pueris dant crustula blandi

Doctores, elementa velint vt discere prima.

Doli blandi. Seneca in Octauia. 4. 1. 2.
Et spes nefandas fœminæ, & blandos dolos.

Blandi fluctus. Claud. Paneg. 16.

Blandum frigus. Claud. in Epith. Palladi. & Serenæ. 1.
Fortè Venus blando quæsitum frigore somnum
Vitibus intexti gremio successerat antri.

Gaudia blanda. Virgil. 5. Aeneid. 164.

Blandus Iason. Stat. Thebaid. lib. 5. 91.

Blandi ignes. Valer. lib. 4. Argonaut. 71.
Sæpe Iouem terras, Argiuaque regna Pelasgum
Virginis Iasiæ blandos descendere ad ignes. Id est amores.

Blandè superũ mortalibus ire. Stat. 10. Thebaid. 100.

Labor blandus apud Virgilium. 3. Georg. 25.

Lacertis blandis tenere colla alicuius. Ouid. 2. Metam. 20.

Laudes blandæ. Virgil. 3. Georg. 36.

Blandi leones. Claud. lib. 1. de Rapta. Proserp. 43.
– blandique leones Sommisère iubas.

Blanda lingua. Valer. lib. 8. Argonaut. 13.

Linguæ blandæ mendacia. Ouid. Epist. 21. 11.

Liquor blandus amaracini. Luceret. lib. 2. 170.

Littora blandissima. Stat. 3. Sylu. 5. 20.
Siue vaporiferas blandissima littora Baias.

Manu blanda seducere aliquem. Ouid. 2. Metam. 159. Hunc timuit, blandaque manu seduxit, Id est seorsum duxit.

Meretrix blanda. Ouid. 1. Amorum, eleg. vlt. 4.

Modi blandi, Iucundi cantus. Epist. 1. illarum quæ Ouidianis gaudent.

Obsequium blandum. Senec. in Octau. 3. 6.

Blanda oratione falli. Cic. 7. Philipp. 237.

Plandum os. Valer. lib. 8. Argonaut. 8.

Os blandum, pro sermone blando. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 4.
Aprior huic Gallus, blandique Propertius oris.

Otia blanda. Claud. lib. 1. Paneg. 19.

Pestis blanda, luxuria. Seneca in Octau. 7. 11.

Pocula blanda. Valer. lib. 1. Argonaut. 84.

Prece blanda aliquem ducere. Horat. in Arte. 80.

Catulorum blanda propago. Lucretius lib. 4. 102.

Puella blanda. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 7.

Puer blandus. Ouid. 1. de Remed. amoris. 3. Sic Cupidinem vocat.

Querelæ blandæ. Tibullus. 3. eleg. 4. 15.

Quies blanda. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 18.

Sedulitas blanda. Ouid. 2. de Arte. 67.

Sermo blandus. Cicero. 2. Offic. 68.
Militesque blando appellando sermone deliniant.

Sinu blando fouens nepotem. Seneca in Troade. 1. 4. de Priamo.

Soles blandi. Ouid. 1. Fast. 32. de tempore veris, Tunc blandi soles, igneque tacto prodit hirundo.

Sonis blandis precari. Ouid. 1. de Remed. amoris. 67.

Blandior succus. Plin. lib. 12. cap. 1. 2.

Tabellas blandas vocat Ouid. quibus verba ad amicã scripta mittebant lib. 14. Metam. 142.
Sepe ferenda dedit blandis sua verba tabellis.

Thura blanda. Tibullus lib. 3. eleg. 3. 1.

Venenum blandum defidiæ. Silius lib. 3. 117.
Blandoque veneno
Defidiæ, vitrus paulatim euicta senescit.

Verba

Verba blanda. Ouid. 1. de Arte. 133.

Voluptas blanda. Lucret. lib. 4. 219. Ouid. 2. de Arte. 96.

Blanda lassorum vox. Id est vt ego accipio, submissa & quieta, molliorq; Lucret. lib. 6. 251. Blandaque lassorum vox missa voce querelæ.

Voces blandæ. Virg. 1. Aeneid. 135.

¶ Blandior hærer parentibus. Valerius lib. 7. Argonaut. 25.

Solito blandiorem esse. Ouid. 2. de Arte. 83.

Blandè, Aduerbium, (ἁφροναυμένως,) vt Blandè alloqui. Plaut. Trucul. 5. 24. & Terent. Phorm. 2. 1. 22. Item Blandè cõpellare. Plaut. Pœn. 9. 72. Cic. ad Att. lib. 16. 332. 3. Sed amabo te mi Attice, videsne q̃ blãdè.

Blandè appellare. Plaut. Trucul. 5. 58.
O Asiaphium haud istoc modo solita es me antè appellare?
Sed blãdè, quũ illud, quod apud vos nũc est, apud me haberè. Cic. pro Cluẽtio. 57. Tũ appellat hilari vultu hoſem Bulbus vt blãdissimè põt.

Blandè ac benignè hospitio accipere. Liuius. 1. ab Vrbe. 89.

Terram blandè colere. Lucret. lib. 5. 275.

Blandè dicere. Terent. Adelph. 5. 4. 24.

Blandè palpari. Plaut. Amph. 6. 9.

Blandè & concinnè rogare. Cic. pro Qu. Roscio. 28. Hunc posteaq̃ salutauit, rogare cœpit, blandè & cõcinnè scilicet, mentire mea causa, &c.

Tentare aliquem blandè. Ouid. 1. de Arte. 55.
Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ,
Fœmina quàm iuueni blandè tentata repugnet.

Blandius. Comparatiuus. Horat. 1. Carm. ode. 24. 5.
Quòd si Threicio blandius Orpheo

Auditã moderere arboribꝰ fidẽ. Cic. 1. de Orat. 55. Id erat petere blãdiꝰ.

Blãditer, pen. corr. Aliud aduerbium, (ἁφροναυτῶς,) Idem quod blandè. Plaut. Pseud. 2. 3. 4. Magis cogito, fœuiter, blanditerne alloquar.

Blandidicus, pen. corr. (χαριλόγος,) Qui blandis verbis vtitur. Plaut. Pœnulo. 3. 16. Nunc mihi blandidicus es. Obsoletum.

Blandiloquus, pen. corr. (χαριλόγος,) Qui blanda verba loquitur.

Vox blandiloqua. Seneca in Agamem. 4. 13.
– quid voce blandiloqua mala Consilia dictas?

Blandiloquens apud Macrobium lib. 2. Saturnalium, cap. 7. ex Laberio,
Ecce in senecta, vt facilè labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Submissa placidè blandiloquens oratio. Sic Suauiloquens apud Laurentium, & similia, lib. 1. cap. 10. Budæus.

Blandiloquentulus, (χαριλογίων) Diminutiuum. Plaut. Trinum. 5. 13.

Blandiloquentia, (χαριλογία,) Cic. 3. de Nat. deorum. 89. Nam vt ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.

Blandimentum, (θελατήριον,) Idem quod blanditia. Cic. pro Cœlio. 32.
Multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit. Idem. 5. Tuscul. 125. Nec cum minimis blandimentis corrupta deseret.

Blandimento radices impetrare dicitur homines Plinio lib. 17. ca. 13. 4.
Atq; hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipsa & cacumina (in summa enim cacumina hoc modo petuntur) audaci ingenio arborẽ aliam longè à tellure factendi, eodẽ quo suprà biẽnii spatio ab scissa propagine, & cum qualis illis fata. Hîc blãditur hõ rei inanimæ.

Blandimenta fortunæ pollicentur dentes canui. Plin. lib. 7. cap. 16. 4.

Abrumpere blandimenta. Tacit. lib. 18. Ipsum viuẽtem quidem relictũ, sed sola posteritatis cura, & abruptis vitæ blandimentis.

Blandimenta multa plebi ab Senatu data: annonæ in primis habita cura, &c. Liuius. 2. ab Vrbe. 40.

Blandimenta excogitare. Plin. lib. 16. cap. 3. 5.

Blanditia, blanditiæ, (κολακία,) Plaut. Bacchid. 1. 16. Viscus merus vestra est blanditia. Cic. pro Planeio. 24. Facilis est illa occursatio & blãditia popularis: aspicitur, non attrectatur, &c. Idem. 4. de Rep. In ciue excelso, atque homine nobili, blanditiam, ostentationem, ambitionem eam esse leuitatis.

Blanditiæ, blanditiarum, pluraliter, (ἁφροκόλματα,) Idem. Plaut. Cistel. 6. 4. Quot illi blanditias, quid promisi boni! Idem in Pœnulo. 3. 8. Cic. de Amicitia. 76. Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse magiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem. Ouid. 3. Amorum. 1. 10. Hæc est blanditiis ianua laxa meis.

Adulatio, blanditiæ, assentatio. Cic. de Amicitia. 76.

Blanditiis præsentiũ voluptatum deliniti atq; corrupti. Cic. 1. de Fin. 51.

Incunditæ blanditiæ. Vide INCONDITVS.

Malitiosæ blanditiæ. Cic. 3. Offic. 97. Mihi quidem verè etiam hæreditates non honestæ videntur, si sunt malitiosis blanditiis officiorum, nõ veritate, sed simulatione quæsitæ.

Molles blanditiæ. Ouid. 2. de Arte amandi. 32.
Blanditias molles, auresque iuuantia verba
Affer, vt aduentu læta sit ipsa tuo.

Puriles blanditiæ. Ouid. 6. Metam. 125.
Miſtaque blanditiis puerilibus oscula iunxit.

Tutæ blanditiæ. Ouid. 4. Metam. 14. – tutæque per illad
Murmure blanditiæ minimo transire solebant. Id est verba blanda & amatoria ab auditoribus tuta.

¶ Addere blanditias. Ouid. 7. Metam. 166.

Adhibere blanditias. Vide ADHIBEO.

Admouere blanditias. Ouid. 6. Metam. 127.
– cur admouet, inquit, Alter blanditias, rapta silet altera lingua. Vide ADMOVEO.

Agere blanditiis. Ouid. 6. Metamor. 137.
Aſt vbi blanditiis agitur nihil, horridus ira, &c.

Aufugere blanditias. Propert. lib. 1. eleg. 9. 6.
Quilquis es assiduas aufuge blanditias.

Corrumpere blanditiis. Vide CORRVMPO.

Dicere blanditias. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6. 3. Et mihi blanditias dixit, dominumque vocauit. Idem Epist. 13. 30.

Elicere & conquirere aliquem blanditiis ad iudicium Cic. 1. ad Qu. fratrem. 2. 8. Conquiri verò & elici blanditiis, vt tu scribis, ad iudiciũ necesse non fuit, eum præsertim hominem, &c.

Emere blanditiis oscula. Propert. 3. 13. 7.
His tum blanditiis furtiua per antra puellæ
Oscula syluicolis empta dedere viris.

Exprimere nummulos ab aliquo blanditiis. Cice. 2. ad Atticum. 14. 12.
Tu si tuis blanditiis tamen à Sicyonis nummulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorem.

Flecti & capi blanditiis. Ouid. 16. Epist. 19.
His ego blanditiis, si peccatura fuissem,
Flecterer, his poterant pectora nostra capi.

Immergere se blanditiis in alicuius consuetudinem. Cice. pro Cluen. 26.
Qui vt se blanditiis & assentationibus, in Asiati consuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuò, &c.

Legere blanditias. Ouid. de Arte amandi. 1. 97.
Tu modò blanditias hæc legat ipsa tuas.

Parare blanditias. Ouid. 2. Amor. 19. 4.
Quas mihi blanditias, quàm dulcia verba parabat!

Vendere blanditias dicitur qui ipse muneris alicui blanditur, aut vt donum aliquod eliciat. Tibul. 1. eleg. 9. 16. Blanditiisne meas aliis tu vendere es ausus? Meas, id est quas mihi debebas. Ideoque cum stomacho subiungit, ALIIS.

BLANDVSIA, (βλανδουσία,) Sabinensis agri regio, in qua fuit ager Horatii poetæ. Sipontinus. Horat. 3. Carm. ode. 13. 1.
O fons Blandusiæ splendidior vitro
Dulci digne mero, non sine floribus,
Cras donaberis hœdo.

Blapsigónia, pen. corr. (βλαψιγονία,) Latinè dicitur prolis detrimentum, ἀπὸ τοῦ βλάπτω, quod nocco est: & γόνος, fœtus. Est morbus apti, quum deficit alicuius aluei fœtus. Plin. lib. 11. cap. 19. 1. Sunt & operis morbi, quum fauos non explẽt, cleron vocant. Idem blapsigoniam, si fœtum non peragant.

Blasphémia, pen. corr. (βλασφημία,) Execratio, maledictio, vituperatio, conuitium, & quasi nocens dictum, sacrilega infamatio, vel obtrectatio nefaria. Budæus.

Blasphémo, blasphémas, penult. prod. (βλασφημέω,) blasphemare, Male dicere, honorique, & dignitati alterius derogare: Execrari, vituperare, conuitiis incessere.

Blátero, blateras, pen. corr. (ψέλλω, ψελλίζω,) blaterare, Est stultè, & præcupidè loqui: quod à Græco βλαξ originem ducit.
Sed & camelos quum voces edunt, blaterare dicimus. Hæc Festus. Nonius, Blatis, & Blateras confingis: aut incondite & inaniter loqueris: vel à balatu. Idè alio loco, Blaterare, est confingere per mendacia. Itẽ alio loco. Blaterare quasi verba trepidantia metu balbutire dixerũt. Cæcilius Hymnis, Desine blaterare, nihil agit amore inermus. Afranius Augure, Quid est illuc te blaterare atque obloqui? Hactenus ex Nonio. Gellius lib. 1. cap. 15. De hoibus quoque posse dici, ttulta & immodica blateratibus, quorum lingua tam prodiga infrenisque sit, vt fluat semper, & æstuet colluuione verborum teterrima.

Blaterare quum clamore. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 7. – ecquis.
Audit: cum magno blateras clamore, fugisque.

Blatero, blateronis, (ψιμυθίων, ψελλίζων,) Gellius lib. 1. cap. 15. Nec minus infinitè veteres quoque nostri, hoc genus notes in verba prouectos, loculeolos, & blateroues & linguaces dixerunt.

Scribit nõnulli duplici tt, blatero, à blatta vermiculo, sed fortassis septè.

Blatio, blatis (ψέλλομαι,) blatire. Idè quod blaterare. Plaut. Amph. 7. 68.
Qui (mallim) intelligere quisquã potis est ita nugas blatis. Idè Cure. 8. 81. Credo hercle te esse ab illorum ita nugas blatis.

Blatta, blattæ, (σῆλαψ,) Vermiculus exiguus est, lucè fugiens, & tenebrarum alumnus, in balneis maximè humido vapore prognatus. Plin lib. 29. cap. 6. 31. multa de blattis loqueus, Plura earũ genera fecerunt. molles: quas in oleo decoctas, verticis efficaciter illini experti sunt. Alterum genus, mylœcon appellauere, circa molas ferè nascens. Tertium genus & odoris tædio inuisum.

Lucifugæ blattæ. Virg. 4. Georg. 94. Lucifugis cõgesta cubilia blattis.

Blattæ libris, & vestimentis inimicæ. Martial. lib. 14. Serinium loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Construction nisi das mihi libellos,
Admittam tineas, trucesque blattas. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 24.
– age, si & stramentis incubet, vnde
Octogintanis annos natus cui stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epulę, putrescat in arca. Inde prouerbium de re quæ computruit, Cum blattis, & tineis rixari dicitur.
Blatta, pro purpura ponitur. Sidonius in Paneg. Pontus castorea, blattâ Tyrus, gra Corinthus.
Blattę, scarabeorum genus sunt Plinio lib. 11. cap. 28.

Blax, (βλάξ,) Vox est quæ bardum & stupidum significat, vt ait Festus in dictione blitum.

BLEMMYES, (βλέμμυες,) seu Blemmiæ (vtrunque enim legitur) populi sunt in Aethiopia, Austrum versus, capitibus carentes, ore, & oculis pectori affixis, vt ait Plinius lib. 5. cap. 8. 4.
Blemiæ feri. Claud. epigram. 6. 4. de Nilo loquens,
– populisque salus sitientibus errat
Per Meroen Blemiasque feros, atramque Syenem.

Blennos, (βλέννος,) Stultus esse Plaut. iudicat, in Bacch. 2. 2. 9. ait,
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Festus.

Blitum, bliti, (βλίτυτον,) Genus oleris, à saporis stupore appellatũ esse ex Græco putatur: quod ab his βλαξ dicitur stupidus.
Hæc Festus. Plin. lib. 20. cap. 22. 15. Blitum iners videtur ac sine sapore, aut acrimonia vlla. Vnde conuitium fœminis apud Menandrum facium mariti. Plaut. Pœud. 13. 26. Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum. Geminotũ, à Suida scribitur, βλίτος διδύο βοτάνης.
Blitus, Adiectiuum, (βλίτυς,) Inutilis, insulsus, & vecors, à blitto herba nullius visus. Plaut. Truc. 16. 1. Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rẽ suam. Eieri potest (inquit Erasmus) vt Gallica quoque vox hinc manarit, qua nunc vulgò contemptissimos, extremæq; notæ homines compellant bliteros, addita literula. Blitres.

B O

Boa, boæ, Serpens est aquatilis, quam Græci ὕδρον vocant: à qua ictibus obturgescunt. Crurum quoque tumor, viæ labore collectus, boa appellatur. Hæc Festus. Sipontinus autẽ, Boa (inquit) siue boua (vtroq; enim modo dicitur) serpentis genus: vel quòd primo bubuli lactis sueco alatur, vel q; instar bouis turgeat. In tantam. n. aliquando magnitudinem excrescit, vt D. Claudio principe, occisæ Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Hæc Sipontinus ex Plinio lib. 8. cap. 14.
Boa etiam, siue boua, morbi genus est, quum corpora papularum multitudine rubent ad similitudinem eorum qui boa serpente ictu obturgescũt. Ignorauit hoc Festus Pompeius, qui boam scripsit esse crurum tumorem viæ labore collectum. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 24. cap. 8. 9. Boa appellatur morbus papularum, quum rubent corpora: sambuci ramo verberatur. Idem lib. 26. cap. 11. 15. Ebuli folia contrita, & è vetere vino imposita etiam boam sanant, id est rubentes papulas. Opinor morbum esse hactenus incognitum, qui vulgò rubella dicitur.
BOAGRIVS, (βοαγρεύς,) Locrensium amnis, qui Thronion vrbẽ præterfluit, authore Strabone lib. 9. Huius etiam meminit Homerus.

Boare, Boalia, Boarius, Vide BOS.

BOBION, (βοβίον,) Oppidum ad Apœnini iuga situm, vbi nobile cœnobium à Theodolinda regina Longobardorum extructum. quo in loco nuper huiusce modi libri reperti sunt, Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpitii carmen, LXX. epigrammata, Terẽtianus Maurus de literis, syllabis, & metris omnis generis, Cæsius Bassus, Velius Longus de Orthographia, Adamantius Martyrius de B litera & muta, & V vocali, Probi catholica, Cornelii Frõtonis elegãtiæ Latinæ, Seruius grãmatic⁹ de litera, liber Persimilis Iulio Pollucis de vocabulis rerum, Paraphrasis super sex Virgilii libris, Trium eclogarum Virgilii enarrationes, & alia prẽterea multa quæ Volaterranus enumerat.
BOCATIVS, (βοκάτιος,) genealogiam Deorum scripsit, de fluminibus & montibus: prẽterea fabulas, pluraque alia vernaculo sermone. Author Volaterranus.
BOEBEIS, pen. prod. (βοιβαΐς,) Bœbeidos, lacus est Pheris vrbi Thessaliæ vicinus, vt testis est Strab. lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 8. Prætereà locus est lacui proximus à Bœbo Glaphyri filio dictus. Valer. Argonau. 90.
Perderet & pingui miseros Bœbeide crines. Propert. 2. eleg. 2. 3.
Mercurioque Sais fertur Bœbeidos vndis.
Virgineum primò compositile latus. Lucanus lib. 7. 39. Ire per ossæam rapidus Bebœida languis.
BOEMIA, (βοημία,) Mysiæ Europeæ regio vltra Danubium sita: sic dicta à Bœmis, quos Ptolemæus in ea parte gentem maximam esse dicit. Huius regionis latitudo, longitudine par, trium fortè dierum iter. Sylua Hercynia vndique cingitur. Albi fluuio media irrigatur, ab Oriente Moranos, ab Arcto Saxones, ab Occidente Norici, à Meridie Austriam & Bauariam habet. Regionis metropolis, Praga. Plura Æneas Syluius qui Bœmorum historiam scripsit. Apud Tacitum de Moribꝰ Germanorum scribitur Boiemia. De huius regionis nomine, situ, & habitatoribus, plurima tradit Andreas Althamerus in Tacitum, docens Boiohemiam, seu corruptè Bohemiam dici, quasi Boiorum patriam, seu domicilium.

Boethi, (βοηθοί,) dicuntur ab Imperatore, adiutores scribarũ: quos alii subadiuuas, alii Adiutorios appellant, vt in L. Vnicum C. de Proximo. sacr. scrin. Βοήθεια. id. què valet qd' adiuuo. Inde Seuerinus Boethius dictus, quem alii falsa voce Boetium vocant. Quorum errorem confutat antiquum marmor, quod adhuc Derthonę extat in diui Maritiani cœnobio: vbi tumulus est, quem antiqua inscriptio Boethio & Eutharico Consulibus factum ostendit. Hæc Alciatus: illud 10. lib. Codicis Iustiniani, tit. de Tabularijs, scribis, &c. Boethios, logistas, medogrammateos, &c.
BOEOTIA, (βοιωτία,) Græciæ regio, tria respicit maria, Peloponnesiacum, Siculum & Adriaticum: totidemque in partibus colonos habet. Castor & Musæus antiquissimus scriptores scribunt (vt tradit Eustathius) à Cadmo conditore Cadmeæ, id est Thebarum, originẽ habuisse, qui ex oraculo bonem in sedibus mutandis habuerit ducẽ. Sunt etiam qui ex ingenii pinguedine sic vocatos putent Bœotos, vndelius Bœotica apud Pindarum, prouerbium: & apud Plinium Hyantis, ob eandem causam appellata. Vocabatur porrò & Aonia, & Mesapia, & Ogygia, ab Ogyge antiquissimo rege ei regioni primùm dominante & Cadmeis, vt scribit Thucydides, & Hyantis ab Hyante rege. Autores Pindarus & Plin. lib. 4. cap. 7. qui etiam Bœotos antiquitus Hyantas scribit esse dictos. Bœotorum res copiosè Pausanias & Diodorus lib. 5. tradiderunt. Ouid. 2. Meram. 48.
– quærit Bœotia Dircen.
Bœotius, (βοιώτιος,) Adiectiuum. Cic. 1. de Diuin. 63. Quod & somnian tibus læpe contigit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem, vt Bacis Bœotius, & Epimenides Cres, vt Sibylla Erythræa. Ouidius 3. Meram. 3. Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.
Bœotius, penult. product. (βοιώτος,) aliud Adiectiuum. vt, Tellus Bœota, id est Bœotia. Ouid. 12. Meram. 2.
Nec dilata foret vindicta, nisi æquora sæui
Inuia fecissent ventis Bœotiaque tellus
Aulide pisceos puppes tenuisset iturae. Horat. 2. Epist. 1. 49. Bœotum in crasso iurares aere natum. Id est Bœotorum, siue Bœotiorum. Vide Bœotica auris, in Chiliadibus Erasm.
BOETIVS, (βοήθιος,) Zenone imperante ob affectatæ libertatis suspicionem à Theodorico rege exilio damnatur: deinde custodię traditus plura conscripsit. Tandem simul cum Symmacho Senatore socero suo, aliisque præstantibus viris interficit, vt est author Eusebius.
BOGADIVM, (βογάδιον,) vrbs Germaniæ Ptolem. vulgò Forst leitz.
BOGES, Vir Persa, ab Atheniensibus obsessus, vbi nihil habuit cõmeatus in castris, liberos cum vxore primùm, demum seipsum interfecit. Author Herodotus libro 7.
BOGVDIANA, Pars Tingitanæ prouincię in Africa. Author Plinius libro quinto, cap. 2.
BOGVS, Rex Mauritiorum qui Antonii partes sequebatur in Actiana pugna. Strabo lib. 8.
BOHEMIA. Vide BOEMIA.
BOHILLA, Oppidum in Italia sic dictum, quòd eò bos intestina vehere trahens aduenerit. Nonius.

Boiae, boiarum, (πέδαι,) Genus vinculorum, tam lineæ, quàm ferreæ. Hæc Festus. Plau. Asi. 11. 5. Carceres, nomellas, pedicas, boias, tortoresque acerrimos.
BOIANVM, (βοιάνιον,) Samnitum vrbs Ptolemæo, hodie Boianum.
BOII, (βόιοι,) Populi qui Norici vel Bauari, vt testis est Strabo & Plinius lib. 3. cap. 17. Sunt item Boii, Lugdunẽsis Galliæ populi, vt idem Plinius author est lib. 4. cap. 18. Quidam Borbonenses esse dicunt. Sil. lib. 4. 32. – spissęque ruunt conferta per arma Vnde Boiorum. Et paulò antè. 30. Boiorum ante alias Chryxo duce mobilis ala.
BOLA, siue Bolæ, Oppidum agri Campani in Italia: cuius meminit T. Liu. Vnde Bolani, Coriolanis, & Fidenatibꝰ vicinus apud Plin. li. 3. c. 5.
BOLENTIVM, (βωλέντιον,) Pannoniæ vrbs superioris Ptolemæo. Vulgò Rachel spurg.

Bolêtus, boleti, pen. prod. (βωλίτης,) Genus fungi inter omnes optimi: timide quo abunde Plin. lib. 22. c. 22. 25. Iuue. Saty. 5. 15.
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis:
Boletus domino, sed qualem Claudius edit.
Ante illum vxoris, post quem nil amplius edit, &c. Vide Martialem lib. 1. in epigrammate ad Cæcilianum. 104.
Boletum condire. Iuuenal. Saty. 14. 1.

Bolis, bolidis, pen. corr. f. g. (βολίς,) Iaculum, pòdus funiculo affixũ, quo demisso nautæ explorãt altitudinẽ maris vocat perpendiculum nauticum. dictum ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id est mittendo.
Bolides, Græcis dicuntur hastę missiles.
Bolides, faces in aere. Plin. lib. 2. cap. 26. 1. Emicãt & faces, nonnisi quum decidunt visæ: qualis Germanico Cæsare gladiatorũ spectaculũ edente, prætèr ora populi meridiano transcurrit. Duo genera earum: Lampades vocant planè faces, alterum bolidas, quale Mutinensibus malis visum est. Distant, quòd faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitem.

Bolus, boli, priore breui, (βῶλος,) Latinè factum significat.
Bolus, aleæ factus etiam dicitur. Vide iocus ille Plautinus in Rudente. 10. 27. – ô Neptune lepide salue,
Nec re aleator vllus est sapientior: profectò
Nimis lepidè ieceisti bolum, periorum perdidisti. Verba sunt Trachionis serui ad Neptunum, existimantis lenonem naufragio periisse. Perdere autem, Perimere & cuertere interdum significat: vnde iocus resultat. Aleatores autem & piscatores bolum iactant. Perdidisti igitur Neptune hominem perditissimum, id est lenonem maximè perdẽdum. propterea Neptune aleam pulchrè iecisti, pulcherrimum factum fecisti. Idem Curcul. 14. 13.
Si vis tribus bolis βάλλειν chlamydem. M. quin tu is malam in crucem
Cum bolis, cum bullis. Id est, si vis tribus iactibus mittere vel opponere chlamydem. Budæus.
bolus, boli, (βῶλος,) priore producta, cuiusque rei frustum significat.
Bolus è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua, quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem subitò præripitur. Terẽt. Heaut. 4. 2. 6. Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus. Erasmus. Hinc nostri medici bolum appellarunt, vnam pharmaci dosim, quod ceu vno frusto assumpta sumatur.
Bolus per metaphoram. Plaut. Trucul. 17. 67.
– verbum hoc ego te inulcabo bolo,
Sex talenta magna dotis demam pro istac insectia. Sic ibidem. 16. 12. Varro. 3. de Re rust. cap. 2. 12. Sed vt ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut opulum, aut triumplus alicuius.

Bombax, Aduerbium negligentis, (βόμβαξ,) Plaut. Pœud. 5. 130.
Fur. B. babæ. P. fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. plausissumè.

Bombilo, bombilas, penult. corr. (βομβίλα.) bombilãre, dicuntur apes. Author Philomelæ, Bombilat ore legens munera mellis apis. Legitur hoc verbum & apud Theocritum, teste Budæo.

Bombus, (βόμβος,) Sonus tubarũ raucus, nec valde acutus. Pers. Saty. 1. 10. Torua Mimalloneis implerit cornua bombis.
Tractũ à Græco βόμβος, quod crepitũ significat. vel ab ipso sonito. Bombus apum. Varro. 3. de Re rust. cap. 16. 25. Eximendorum fauorum signum sumunt ex ipsis, quum plenas aluos habent, & quum illos gemmauerint ex apibus coniectura capiunt, si intus faciunt bombum.
Raucus bombus. Lucret. lib. 4. 111.
Et reuocat raucum retrò cita barbara bombum.
Raucisonus bombus. Catul. in Argonaut. 59. 53.
Multi raucisonis effl.abant cornua bombis.
Bombizatio, (βομβιζησις,) est sonus apum, ab ipso sonitu dictus, vt mugnus, boum: hinnitus, equorum. Festus.

Bombylis, Vide in BOMBYX.

Bombyx, bombycis, pen. prod. m. g. (βόμβυξ,) Animal ex insectorum genere. Plin. lib. 11. cap. 22. Quartũ inter hæc
Nidos luto fingunt, salis specie, applicatos lapidi, tanta duritia, vt spiculis perforari vix possint. In iis & ceras largius quàm apes faciunt, deinde maiorem vermiculum. Et alia horum origo è grãdiore vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi ernæ sunt. Fit deinde quod vocatur bombylis, ex ea nece dalus, ex hoc in sex mẽsibus bombyx. Telas aranearum modo texunt ad vestem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur. Prima eas redordiri, rursusq; texere inuenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia, nõ fraudãda gloria excogitatę rationis, vt denudet fœminas vestis. Mart. li. 8. in Paulũ de Phiala,
Nec vaga tam remi discursat aranea tela,
Tam leue nec bombyx pendulus vrget opus.
Bombyx, pro materia illa vnde fiunt vestes bombycinæ, generis est fœminini. Vnde apud Plinium lib. 11. cap. 23. titulus est, De bombyce Coa. Et ibidem ad finem capitis, Assyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus. Quòd si pro materia reperiatur in genere masculino, vel pro veste ex ea materia, respicitur ad vermiculum.
Arabius bombyx. Propert. lib. 2. eleg. 3. 13.
Nec sigua Arrabio lucet bombyce puella,
Non sum de nihilo blandus amator ego.

Bombycinus, pen. corr. Adiectiuum, (βομβυκινός,) vt Vestis bombycina apud Plinium. Iuuenal. saty. 6. 26. – quarum
Delitias & panniculus bombycinus vrit.
BOMILCAR, Filius Amilcaris ducis Pœnorum, & ipse dux, veniens in suspicionem Carthaginensibus ne & ipse cum Agathocle conspiraret, in medio foro patibulo suffixus est: vnde ille magno animo de cruces in Pœnos clamitando, eorum ingratitudinem, atque crudelitatem in patrem suum Amilcarem, quàm reliquos duces exprobrando, expirauit, Trogò Pompeio authore lib. 23.

BONA Dea, (ἀγαθὴ θεός, γυνεκεία θεός,) quam veteres Faunam siue Fatuam, siue Sentam dixere. Hanc Varro scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nullus illam dum vixit, præter virum mas viderit, nec nomen eius audierit: propter quod illi in operto sacrificabant mulieres, & Bonam deam appellabant. Huius Bonæ deæ meminit Cicero pro Milone 65. & de Aruisp. respon. 10. & 33. item pro Domo sua, 81.

Bonitas, Vide BONVS.

BONONIA, (βονωνία,) Galliæ togatæ, princeps colonia, Felsina vocitata, in octaua Italiæ regione, vt tradit Plin. lib. 3. cap. 15.
Bononiensis, & Bononiense, (βονωνιήσιος,) Cic. de Claris Oratorib. 87. c. Rusticellus Bononiensis, is quidè & exercitatus, & natura volubilis.

Bonus, (ἀγαθός, καλός,) Adiectiuum, contrarium est Malo. comparatiuum habet melior & superlatiuũ, optimus. Teren. And. 5. 4. 12. Bonus hic est vir. Virg. 11. Aeneid. Pacisque bonæ, bellique ministras. Ibidem, Consulis ô bone rex. Terent. Adelph. 5. 7. 24.
Nihil enim vidi melius mi pater, Plautus Aulul. 4. 37.
– neque quicquam melius est mihi, Vt opinor, quàm, &c. Quintil. lib. 3. ca. 8. 27. Nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quàm spes bonorum.
¶ Animus bonus. Plaut. Pœud. 7. 37.
Bonus animus in mala re, dimidium est mali.
Bono animo es, vel Bono animo esto. Terent. Eunuch. 1. 2. 4. Et in Adel. 2. 4. 30. Non fiet, bono animo esto. Vide ANIMVS.
Bono animo trancamus ad oppugnandam Carthaginem. Liuius 6. bel. Punic. 228.
Bono animo esse iubere. Liu. 5. bel. Pun. 49. Vt vbi quem suorum procul vidissent, quiescere & silere, ac bono animo esse iubebant. Sic Cicero 1. de Diuin. 105. Bono animo te iussisse esse, &c.
Bono animo aliquid facere aut dicere, est quod vulgò dicimus, Facere aut dicere bona intentione.
Animo meliore aliquid ferre. Ouid. 9. Metam. 87.
Accusator melior. Cic. 3. Verr. 68. Forsitan meliores illi accusatores habendi sunt qui hæc omnia fecerunt.
Ædes bonæ, pro nouis, & integris. Plaut. Mostel. 3. 17. Idem Boni postes, Ibidem 10. 42.
Aetas bona. Varro 2. de Re rust. ca. 6. 1. Primum videndum, vt mares, fœminàsq; bona ætate sumat, vtiq; vt q̃ diutissimè fructũ ferre possit, &c.
Melior ager. Terent. Heaut. 1. 1. 12. – agrum latis regionibus
Meliorem, neque preti maioris nemo habet. Preti, pro pretii.
Anima melior. Virgil. 5. Aeneid. 96. Hanc tibi Erix meliorem animam pro morte Daretis Persoluo. Id est aptiorem. Seruius.
Ars bona. Horatius 2. Epistо. 2. 9.
Artes bonæ. Tacitus lib. 1. Ad arma ciuilia actum, quæ neque parari possent, neque haberi per bonas artes. Idem lib. 15. Animum bonis artibus non induerat. Plinius epistо. 7. lib. 2. Acuent ad bonas artes iuuentutem. Id est ad bonas disciplinas.
Bonis auibus, aut malis dicimus, quum rem feliciter aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum. Liu. 9. bel. Puni. 135.
Eaque vos omnia bene iuueris, bonis auibus adfitis. Legitur in emendatioribus codicibus, bonis auctibus auxitis. Ouid. 15. Metamor. 128.
Ite bonis auibus, prolemque accersite nostram.
Cœlum bonum. Cato cap. 1. 1. In bona regione bene nitere oportebit, & vti eò quum introeas, circumspicias vti inde exiri possit: vti bonum cœlum habeat, ne calamitosum siet.
Canor melior. Lucretius lib. 4. 184.
Paruus vt est cygni melior canor ille.
Causa bona. Cic. 3. de Legib. 49. Vi opprimi in bona causa est melius, quàm malè cedere. Idem Attico, lib. 3. 50. 2. Equis vnquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenii, &c.
Causa melior. Ouid. 5. Meram. 44. Causa fuit melior meritis tua.
Dux causæ melioris eris. Lucan. lib. 4. 53. Et Ouid. 24 epistо. 2.
In causa meliore esse. Cicc. 3. Offic. 136. Itaque tum quum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quàm si domi senex captiuus, periurus, Consularis remansisset. Idem ad Atticum, lib. 11. 222. 2. Ita præter Lælium, neminem habeo culpę socium: qui tamen hoc meliore in causa est, quòd iam est receptus.
Chorus melior. Ouid. 11. Metamorph. 18.
Color bonus. Varro 3. de Re rust. cap. 7. 8. Parentes eorum Romæ si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula vulgò vænũt ducenis nummis. De columbis loquitur. Plinius lib. 7. cap. 6. 1. Melior color marem ferenti, & facilior partus. Lucret. lib. 2. 64.
Neue bonos rerum simili constare colores
Semine constituas, oculos qui pascere possunt.
Valde bona conditio. Cicc. ad Quint. frat. lib. 2. 6. 3. Tusculano emptor nemo fuit: si conditio valde bona fuerit, fortasse non omittam.
Conditione meliore. Brutus ad Cicc. 17. 3. An quia non omnibus horis iactamus Idus Martias, similiter atque ille Nonas Decẽb. suas in ore haber, eo meliore conditione Cicero pulcherrimũ factũ vituperabit, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conscientia bona. Tacit. in Vita Agricolæ, Ita celeberrimus quisque ingenio ad prodendam virtutis memoriam sine gratia aut ambitione, bonæ tantum conscientiæ pretio ducebatur.
Consilium melius. Terent. Eunuch. 2.3.84.
Dixti pulchrè equidem vidi melius consilium dari.
Consilio bono aliquid facere. Cicer. 1. Offic. 169.
Boni consulere, pro Bonum iudicare. Quintil. lib. 1. cap. 6. 21. Sitne Consul à consulendo, an à iudicando: nam & hoc consulere veteres vocauerunt. vnde adhuc remanet illud, Rogat boni consulas. Id est bonum iudices. Idem in præfatione sexti libri, Boni autem consulere nostrum laborem, vel propter hoc certum est, quòd in nullum iam propriam vsum perseueramus. Id est bonam spem de labore suo concipere, hilariterque operam in eo nauare. Plinius in præfat. lib. 33. Quærebat argentum auaritia: boni consuluit interim muenisse minium. Id est bene secum actum esse iudicauit, & interim acquieuit inuento. Hactenus Budæus. Plaut. Trucul. 5. 54.
Quicquid autem erit, boni consulas. Ouid. de Ponto,
Vt tamen hoc ita sit munus tua grande voluntas,
Ad me peruenit, consuluitque boni. Ibidem,
Quæ quanquam misisse pudet, quia parua videntur:
Tu tamen hæc quæso consule missa boni. Colum. in præfat. sui horti 5.
Boni consulere, cum genitiuo. Vlpianus, Vt qui clementiorem sententiam passus est, ob id quòd ad tempus relegatur, boni consulere debeat humanitatis sententiæ, nec Decurionatum accipiat. Per gentiuus quasi Græco more dixit. Id est existimare clementer secum à iudicibus actum esse in animaduersione criminis. Budæus.
Copia librorum bona. Horat. 1. Epist. 19. 13.
Sit bona librorum, & prouisæ frugis in annum
Copia, neu fluitem dubiæ spe pendulus horæ.
Dentibus bonis fœnam probam esse oportet. Plaut. Trucul. 5. 13.
Dictum melius. Plaut. Sticho 6. 75.
Ibo intrò ad liberos, & iiscam de dictis melioribus.
Optima quæque dies miseris mortalibus æui Prima fugit. Virg. 3. Geor. 13.
Exitus bonus. Horat. 4. Carm. ode 2. 7.
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.
Bonum factum. Sueton. in Iul. Cæsare, cap. 80. Bonum factum, vt nequis Senatori nouo curiam monstrare velit. Id est rectè fiet.
Fama bona. Cicc. ad Atticum, lib. 7. 144. 1
Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est.
Famam bonam deperdere. Horat. 1. Sermo. saty. 2. 13.
–bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare malum est vbicunque.
Famæ melioris oblitus. Virgil. 4. Aeneid. 45.
Bonæ felicitates. Terent. Eunuch. 2. 3. 32. –neque
Quicquam esse ego hominem arbitror, cui magis bonæ
Felicitates omnes aduersæ sient. Vbi Donatus, Bonæ, Magnæ, nimiæ, vel nouæ.
Fidei bonæ emptor. Modestinus de Verb. signific. Bonæ fidei emptor esse videtur, qui aut ignorauit eam rem alienam esse: aut eum qui vendidit, ius putauit vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem esse.
Fide bona vel optima dicere hoc est citra vllũ figmẽtũ. Plau. Aul. 26. 41.
Die bona fide, tu id aurum non surripuisti? L. non, bona.
R. Istuc quoque bona, neque id ſers qui abstulerit mihi? L. non. Idem Capt. 13. 121. Dic bonâ' fide tu mihi istuc verba dixisti? R. bona. Teren. Heau. 45. 13. De illo quod dudum dictum ac factum reddidi. C. Bonine fide? S. bona hercle. Quint. li. 10 de lecessus amœnitate loquens, Neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totũ potest: & quodcunque respexit, desinit intueri quod propositum fuerat. Plin. lib. 7. cap. 15. ad finem, Optima fide dixit, pro Citra omnem prorsus simulationem, remissionemque. Sic enim inquit de Cæsare loquens. illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompei Magni scriniis epistolarum, iterumque apud Thapsum Scipionis concremasse ea optima fide, atque non legisse.
Fide meliore. Ouidius de Remed. Amoris 2. 51. Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis. Idem 1. de Ponto, eleg. 7. 2.
Nec quicquam meliore fide complectitur illas.
Forma bona. Terent. Heaut. 5. 2. 13.
Et quidem here le forma luculenta. C. sic satis.
S. Ita non vt olim, sed vti nunc sane bona. Idem And. 1. 1. 92. & 2. 5. 17.
Genere bono natus. Id est bona familia, vel vt vulgus dicit bona domo. Plaut. Persa 16. 175.
Gladiator melior. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 14.
Bona gratia. Plaut. Trucul. 11. 13.
–tam hoc in mare abiit, miserèque
Perit, sine bona omni gratia. Idem Bacchid. 20. 107. Vt ei te habere gratiam æquum sit bonam. Idem Rud. 13. 32.
Bonam est quod habeat gratiam meritò mihi, Qui, &c.
Gubernator bonus. Cicc. 4. Acad. 179. Proficiscatur Puteolos stadia tri-

ginta probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate.
Bonas horas malè collocare. Martial. lib. 1. 184.
Imperium bonum. Tacit. lib. 20. Nullum maius boni imperii instrumentum quàm bonos amicos.
Ingenio bono esse. Terent. And. 3. 2. 7. Ibidem 3. 1. 8. Bonum ingenium narras adolescentis.
Initiis bonis orsus Tribunatus. Cicc. in Bruto 66.
Iter melius. Horat. de Arte 14. Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis Doctus iter melius.
Iudex optimus. Cicc. 4. de Finib. 99.
Optimo iure, pro Iustè. Cicc. 1. Offic. 156. Ne, vt quidam, Græca verba incalcantes, iure optimo irrideamur.
Optimo iure prædia, Dicuntur quæ immunia prorsus sunt, id est vt nunc loquimur, alaudialia. Ci. 3. de Lege Agra. 6. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt. Budæus.
Lex melior. Horat. 1. Epist. 1. 13.
Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum Nænia?
Liber bonus. Plin. epist. 20. b.
Locus melior. Plaut. Menæb. 14. 95. Quasi non habeam, quo intromittar, alium meliorem locum.
Loco meliore esse. Cicc. ad Atticum, lib. 14. 314. 9. Puto rem meliore loco esse debere. Idem ad Brutum 3. 1.
Nostræ res meliore loco videbantur.
Loco meliore, & Deteriore statu, contraria. Cic. de Arusp. resp. 16. Nam vt meliore simus loco, ne optandum quidem est illo impunito: deterio re autem statu vt simus, vnus est inferior gradus, &c.
Lucrum bonum. Plaut. Amphit. 3. 6.
Bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro.
Memoria bona. Cicero ad Atticum, lib. 8. 148. 3.
Memoria meliore esse. Cicc. 1. Tusc. 21. Ego autem non commentiar antè quàm sum natus, me miserum: tu si meliore memoria es, velim scire, ecquid de te recordere.
Mens melior, pro bona & tolerabili, inquit Donatus. Terent. Adelph. 3. 3. 78. Nunquid vis? o. mentem vobis meliorem dari.
Bono modo. Cic. ad Atticum, lib. 13. 281. 4. De dic tantum videto, & ipsum bono modo. Idem ad Quint. fratrem, lib. 2. 10. 3. Quicquid autem illam quam tu soles dicere, bono modo desydero, si prorsus vt aduenientem excipiam libenter.
Optimus modulator. Horat. 1. Sermo. Saty. 3. 26.
Mores boni. Seneca in Agamemnone 4. 4.
Nam sera nunquam est ad bonos mores via.
Mors bona, pro laudabili & cita. Vide MORS.
Optima mors, parca, quæ venit apta die. Propert. lib. 3. eleg. 5. 4.
Natura bona. Terent. Eunuch. 2. 3. 24.
Siqua bubitior paulò, pugilem esse aiunt deducunt cibum,
Tametsi bona est natura, redduntque curatura iuuencas. Vbi Donatus, Bona, id est plena, magna & pinguis.
Bonum nomen. Cic. 1. de Diuin. 166. Itemque in lustranda colonia, ab eo qui eam deduceret, & quum Imperator exercitum, Cæsor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur. Quod idẽ in delecto, Consules obseruant, vt primus miles fiat bono nomine.
Notæ bonæ vinum. Colum. de arboribus, cap. 4. 2. At quæ protinus in terram proiecta est, multum, sed non bonæ notæ vinum facit.
De meliore nota. Catullus epigram. 63. 6.
Quare, quod scribis Veronæ turpe Catullo
Esse, quod hîc quisquis de meliore nota
Frigida deserto tepefecit membra cubili:
Id Malli non est turpe, magis miserum est.
Nummus bonus sicui contrarium est Adulterinus. Cic. 3. Offic. 122. Sic sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis.
Nuntius bonus. Plaut. Amphit. 3. 8.
Operam bonã nauare. Plin. de Viris illust. 4. Tullus Hostilius, quia bonã operã aduersum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellũ Albanis indixit. Ibidẽ 75. Bello Cymbrico & Teutonico legatus bonã operã nauauit.
Parca meliore. Ouid. 11. epist. 21. Nubite felices parca meliore sorores.
Id est meliore fato, seu felicius.
Bona pars. Cicc. 2. de Orato. 9. Aiebat bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. Ouid. in Fastis, Pars bona montis erat. Sallustius, Bona pars militum inde discesserat. Horat. in Arte,
–bona pars non vngues ponere curat. Idem 4. Carm. ode 2. 10. Tum meæ, siquid loquar audiendum, Vocis accedet bona pars. Idem lib. 1. Serm. saty. 1. 13. At bona pars hominum decepta Cupidine falso.
Melior pars diei, pro maiore & prima. Virgil. 9. Aeneid. 33.
Nunc adeò, melior quoniam pars acta diei est,
Quod superest, læti, &c. Seruius.
Optimus pater patriæ Cæsar. Ouid. 2. Fast. 128.
Paces bonæ. Hora. 2. Epist. 1. 21. Hoc paces habuere bonæ, vẽtique secũdi.
Poeta bonus. Cicc. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 68.
Ratio bona, cui opponitur Perdita. Cicc. 2. in Catil. 44. Postremò copiæ cum

cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia: bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.
Rebus bonis agere conuiuium. Horat. 2. Serm. saty. 6. 22. –bonisque
Rebus agit lætum conuiuium. Id est epulatur lautè.
Bonis rebus, Id est prosperis. Cic. ad Atticum, lib. 12. 242. 5. Quòd me in forum vocas, eò vocas, vnde eram bonis meis rebus fugiebam.
Bona re copiosus. Gellius lib. 16. cap. 19.
Is grandi pecunia, & re bona multa copiosus.
Sanguis melior. Virg. 5. Aeneid. 81.
Optima Græcorum scripta. Horat. lib. 2. Epist. 1. 6.
Sententia melior. Virg. 2. Aeneid. 7.
Somno meliore frui. Ouid. in Ibin. 127.
Nec tu quàm Rhesus somno meliore fruaris.
Spes bona. Ouid. 11. epist. 13. Spes bona det vires, fratri nam nupta furenti es. Horat. in Carmine seculari. 15. Spem bonam, certamque domum reporto.
Spem bonam habere. Cic. ad Atticum, lib. 15. 331. 3. Redeamus ad nostros, de quibus tu bonam spem te significas habere.
Spes bona in adolescente. Cic. 2. de Finib. 184. Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnam indolem.
Succus melior. Horat. 1. Serm. saty. 4. 3.
Sutor bonus. Horat. 1. Serm. saty. 3. 25. –si diues, qui sapiens est,
Et sutor bonus, & solus formosus, &c.
Tempestas bona. Vide TEMPESTAS.
Tempus melius. Horat. 1. Serm. saty. 9. 14. Seneca in Octauia. 3. 5.
–dabit afflictæ
Meliora Deus tempora mitis.
Tempora optima. Cic. ad Atticum, lib. 3. 49. 4. Quod optimo tempore facere non licuit, minus idoneo fiet. Idem 1. Verr. 16. Clarissimi viri nostræ ciuitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum, pulcherrimumque ducebant.
Terra bona. Varro. 1. de Re rust. cap. 9. 1. Terra inquam, cuiusmodi sit refert, & ad quam rem bona, aut non bona sit.
Testis optimus. Cic. in Topicis 3. Sed dum fuimus vnà, tu optimus es testis quàm fuerim occupatus.
Valetudo bona. Vide VALETVDO.
Bona venia aliquid expetere. Terent. Phorm. 2. 3. 31.
Adolescens primùm abs te hoc bona venia expeto:
Si tibi placere potis est mihi vt respondeas. Vbi Donatus, Bona venia, Sine ira, sine discordia.
Bona tua venia dixerim. Cic. 3. de Legib. 49. Quare frater, bona tua venia dixerim, ista sententia, &c. Idem. 1. de Orat. 125. Nisi verò (bona venia huius optimi viri dixerim Sceuole) in libellis aut præceptis, &c. Liu. 8. bel. Pun. 334. Sed (bona venia tua dixerim) si posim et excusare.
Bona venia audire. Vide VENIA.
Bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere quas salubres nobis censemus esse, antiquare alias. Liuius. 6. ab Vrbe. 170.
Bona verba quæso, Ridentis & subsannantis. Terent. And. 1. 2. 33. Vbi D. Bona verba quæso. 2. irridet, nihil me fallis. Vbi Donatus, Hic in cum admonitione, bona verba, inquit, rogo. Budæus dicit esse reprehendentis minantem, & contumelias dicentem.
Verba bona dicere. Tibullus lib. 2. eleg. 1. 1.
Dicamus bona verba, venit natalis ad aras.
Vicinus bonus. Horat. 2. Epist. 2. 27.
–bonus sanè vicinus amabilis hospes.
Vina meliora. Horat. 2. Epist. 1. 7.
Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes. Horat in Arte. 00.
Vir bonus, qui prodesse quibus potest, nocet nemini, nisi lacessitus iniuria. Ex Cicerone. 3. Offic. 100. Vide eundem lib. 1. 91.
Vir melior. Cic. 1. de Inuent. 68.
Vir sanè bonus. Cic. Attico, lib. 7. 127. 2. Sit igitur sanè bonus vir.
Viribus bonis esse. Cic. de Senect. 17. Ita bonis viribus esse in extremo tẽpore ætatis, vt adolescentiam non requireret.
Vita melior aliquid parare. Horat. 2. Serm. saty. 3. 3.
–viuendi est improba Siren Desidia aut quicquid vita meliore parasti. Ponendum æquo animo.
Voce bona esse. Plaut. Mostel. Scio te bona esse voce, ne clama.
Vultus bonus. Ouid. 8. Metam. 137. –super omnia vultus
Accessere boni, nec iners, pauperque voluntas.
Vultui melior Iberis. Ouid. 5. Metam. 161.
Melior vultu me respexit fortuna superiùs inquit Plinius in epistolis.
Bone vir, per ironiam dictum. Terent. Eunu. 5. 2. 11. Bone vir Dore, salue: die mihi, &c. Idem And. 1. 5. 10. Ehodum bone vir, quid ais? Accusator bone. Cic. pro Sexto Roscio. 34. Quid mihi ad defendendum dedisti bone accusator?
Bone custos, defensorque prouinciæ. Cic. 7. Verr. 10.
Bonus in. Cato cap. 157. 1. Sed quæ vocatur [illegible], hæc sa-

prem habet bona in domestura.
Bonus ad. Liu. 10. bel. Pun. 2. Bello quoque bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur.
Optimus bello. Lucanus lib. 7. 44.
Cornus bona bello. Virgil. 2. Georg. 90.
At myrtus validis hastilibus, & bona bello
Cornus, Ityreos taxi curuantur in arcus.
Iaculo melior. Virgil. 5. Aeneid. 14.
Aut iaculo incedit melior, leuibúsue sagittis.
Militia bonus. Tacit. lib. 1. M. Agrippam ignobilem loco bonum militia, & victoriæ socium, geminatis Consulatibus extulit.
Moribus hic, meliorque fama. Horat. 3. Carm. ode 1. 3.
Motu pedum melior. Virgil. 5. Aeneid. 85.
Pedibus melior. Virg. 9. Aeneid. 115. At pedibus longè melior Lycus.
Sagittis melior. Horat. 3. Carm. ode 6. 4.
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis.
Bono esse. Liuius, Quinctium bono fuisse Romanis aduentum eorum constabat: orientemque ratus seditionem inter Patres & plebem metu tam propinqui belli cõpressam, & bono Reipub. aliquid factum esse.
Bono esse alicui. Cicc. pro Roscio Amerino 9.
Accusant ii quibus occidi patrem Sexti Roscii bono fuit.
In spe bona agere. Tacit. lib. 12. Crebroque vulgabat, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret, tempusque prosperum ex monitis Chaldæorum attenderet.
In bonis rebus aut expetendis ducere pecuniam. Cic. in Parad. 7.
Facere meliorem. Cicc. ad Atticum, lib. 14. 318. 5. Hirtium per me meliorem fieri volunt. Plancus Ciceroni lib. 10. 18. 6.
Fieri melior & lenior. Horat. 2. epist. 1. 43.
Lenior, & melior fis accedente senecta.
In melius consilia referre. Virgil. 1. Aeneid. 57.
Regnet melior. Virgilius 4. Georgic. 18.
–melior vacuæ sine regnet in aula.
Optimum est, vel Optimum factu. Plaut. Asin. 13. 41.
–optimum est, ita. Scilicet facturam. Cicc. 3. Verr. 96. Statuunt id sibi optimum esse factu. Idem ad Atticum, lib. 7. 140. 2. Egeo consilii: quod optimum factu videbitur, facies.
Multum bonus vir. Cic. 3. pro Lege Agraria 8. Et ad Atticum, lib. 2. 14. 15. Valde bonus homo.
Boni absolutè, pro existimatis & virtute præditis. Ci. Etsi propediẽ videor bonorũ, id est lautorũ ac locupletũ vrbem refertam fore. Budæus.
Optimus ille est qui minimis vrgetur. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 14.
Bonus & benignus. Horat. 1. Sermo. saty. 2. 11.
–veller bonus atque benignus Esse, daret quantum satis esset, &c.
Optimus & Deterrimus, contraria. Cicc. pro Cluentio 29. Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur in periculis capitis, vt quæque causa difficillima est, ita deterrimus: obscurissimusque patronus adhibetur.
Optimus quisque ita loquebatur. Cicc. 2. Verr. 13. Idem pro Sestio. 83. Vt sua consilia optimo cuique probarentur.
Dignum bono. Horat. 1. Epistо. 4. 1.
Curantem quicquid dignum sapiente, bonoque est?
Oderunt peccare boni virtutis amore. Horat. 1. Epistо. 17. 11.
In bonis, Inter bonos. Vide IN.
Insultare bonis. Vide INSULTO.
Bonus, Doctus. Virgil. 5. eclog.
–boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leuis, ego dicere versus. Vbi Seruius, Boni, docti. & figuratè ait, boni ambo.
Homerus bonus. Horat. in Arte Poetica 73. Quandoque bonus dormitat Homerus. Sic Optimus Virgilius, apud eundem li. 1. Serm. saty. 6. 11.
Bonus, pro propitio. Virgil. 1. Aeneid. Adfit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. Vbi Seruius, Bona, aut propitia, id est non irata Troianis vt 5. eclog. 6. Sis bonus ô, felixque tuis. Aut magis bona. cœlestis est enim, & infernа: vt Iunoni inferuæ dictus sacer.
Bonum & æquum. Plaut. Persa 10. 71.
Bonum æquumque oras: sequere hac. Vide AEQVVS.
Quod erit bonum atque commodum. Terent. Phorm. 1. 2. 81.
Quæ mater, quî cognata tibi sit, omnia hæc
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum.
Natura boni. Horatius 2. Sermo. saty. 6. 16.
Et quæ sit natura boni, summumque quid eius.
Amici bona, quibus incommoda opponuntur. Cicc. de Amicit. 45. Neque enim sunt isti audiendi qui virtutem duram, & quasi ferream esse quandam volunt: quæ, & cæt. vt bonus amici quasi diffundatur & incommodis contrahatur.
Optima corporis. Hora. 1. Ser. saty. 2. 18. Id est optima ꝙ sunt in corpore.
Bona ingenii. Quintil. in præcmio libri primi 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bono literarum vti. Cicе. ad Cassium, lib. 15. 14. 5. Id quum non accidit vtemur bono literarum: & eadem ferè absentes, quæ si coràm essemus, consequemur.
– Morum bona. Stat. 5. Sylu. 11.
Laudentur proauis, seu pulchræ munere formæ,
Quæ morum caruere bonis, falsóque potentes Laudis egent veræ.
Bona studiis. Quintil. in proœm. lib. 1. 20.
Commune bonum. Lucret. lib. 5. 192.
Nec commune bonum poterunt spectare.
Excellens bonum. Cicе. pro Marcello 11.
Facile bonum aulæ. Seneca in Octau. 2. 1.
Fulgore captus & facili bono
Fallacis aulæ quisquis attonitus stupet.
Fortuitum bonum. Cicе. 3. de Natu. deorum 126. At verò aut honoribus aucti, aut re familiari, aut si aliud quippiam nacti sumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum diis gratias agimus, tum nihil nostræ laudi assumptum arbitramur.
Fragile bonum. Ouid. 2. de Arte amandi 23.
Forma bonum fragile est quantumque accedit ad annos,
Fit minor, & spatio carpitur illa suo. Et Seneca in Hippol. 6. 8.
– quis sapiens bono Confidat fragili? dum licet vtere.
Bonum ingenitum augendum. Quintil. lib. 2. cap. 8. 6.
Magna & diuina bona. Cicе. 1. Offic. 106. Magnis enim illi & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur.
Maximum bonum. Senec. in Thyeste 3. 6.
Nata bona. Catul. epigram. 63. 32. – à quo
Sunt primo nobis omnia nata bona,
Naturale bonum. Cic. in Bruto 67. Vt facilè cerneres naturale quoddam fuit pis bonum, degenerauisse vitio deprauatæ voluntatis.
Priuata bona. Seneca. in Thyeste 3. 9. – sanctitas, pietas, fides,
Priuata bona sunt: qua iuuat reges cant.
Vera bona. Iuuenalis Saty. 10. 1. – pauci dignoscere possunt
Vera bona, atque illis multum diuertà, remotà Erroris nebula.
¶ Accidunt bona. Vide ACCIDO.
Apportare bonum. Vide APPORTO.
Optimis affuescere. Quintil. lib. 2. cap. 7. 3.
Capere bonum cibo. Vide CAPIO.
Certare melioribus. Horat. 2. Sermo. Saty. 5. 4.
Compensare bona. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 14.
– amicus dulcis, vt æquum est Quum mea compenset vitiis bona, &c.
Dicere bona. Terent. And. 1. 1. 70.
Quum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas.
Facere bonum, cui opponitur Facere malum. Cicе. ad Brutum 15. 14. Neo tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in euertenda boni.
Aequi boni facere. Vide AEQVVS.
Publico bono facere. Liuius, Accipe quoties id fecerint, & quidem semper bono publico. Sic alibi.
Meliorem facere. Quintil. lib. 1. cap. 2. 5. Cuius assiduus comitatus etiam illos meliores faciat.
Optima facere, & promittere maluerunt. Quintil. in proœm. lib. 1. 12.
Plagis meliorem fieri. Cicе. pro Flacco 51.
Hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem.
Optimis imbui. Quintil. lib. 1. cap. 8. 4.
Bona nostra permistis malis inquinantur. Quintil. lib. 4. cap. 2. 72.
Manet te bonum. Vide MANEO.
Monere meliora. Horat. 1. Serm. saty. 2. 15.
Bona facilè mutantur in peius. Quintil. lib. 1. cap. 1. 4.
Numerare in bonis. Vide NVMERO.
Nuntiare meliora. Cicе. ad Attic. lib. 14. 304. 1.
Optima præcipienda sunt. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8.
Recusare bona. Ouid. 13. Metam. 28. – bona nec sua quisque recuset.
Horat. 2. Sermo. saty. 2. 1. – & quum
Accliuis falsis animus meliora recusat.
Meliora sequamur. Virgil. 3. Aeneid. 38.
Miseros meliora sequentur. Virgil. 12. Aeneid. 31.
Sperare meliora. Cicе. ad Atticum, lib. 14. 21 3. 2.
Circa bonorũ adeptionẽ versatur ratio faciendi. Quintil. li. 5. ca. 10. 24.
Bonis eloquentiæ male vti. Quintil. in proœm. lib. 1. 10.
Bono naturæ bene vti licet. Quintil. lib. 2. cap. 10. 3.
¶ Bona, Substantiuum, pluraliter tantum, pro fortunis. Vlpian. de Verb. significa. Bonorum appellatione hæ res comprehensæ videbuntur, quarum proprietas ad iuris redem pertinet. Idem in L. Bonorum, Bonorum appellatio aut ciuilis, aut naturalis est. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est quòd beatos faciunt. Beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est non solum quæ domi nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possideantur, vel si superficiaria sint. Atque bonis annumerabitur, etiam siquid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. Nam hæc omnia in bonis esse videntur. Africanus de Verb. significat. Bonorum appellatio, sicut hæreditatis, vniuersitatem quandam ac ius successionis, & non singulares res demonstrat. Quintilian. libro 6. cap. 4. Post mortem eius bona vænicbant. Cicе. pro Cecinna 28.
Pauperrimus bonorum. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 16. – horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.
Caduca bona. Stat. 2. Sylu. 76.
Humana bona. Ouid. 3. Amorum, eleg. 9. 2.
Nec minus humanis inuidet illa bonis.
Inuidiosa bona. Ouid. ad Liuiam 12.
Vt sua non essent inuidiosa bona.
Paterna bona lancinata. Catul. epigram. 27. 45.
Bona paterna consumere. Quintil. lib. 3. cap. 11. 9.
Bona patria. Terent. Eunuch. 2. 2. 4. Hominem haud impurum, itidem patria qui obligurierat bona.
Bonorum possessionem ita rectè definiemus, Ius persequendi, retinendique patrimonii, siue rei quæ cuiusque, quum moritur, fuit. Vlpianus de Bonorum possessionibus.
Bona prædia. Cic. 3. Verr. 100. de sartis tectis loquens, Vbi illa consuetudo in bonis prædiis prædiisque vendendis omnium Consulum, Censorum, Prætorum, Quæstorum denique, vt optima conditione sit is, cuia res sit, coium periculum. Quæ verba exarrans Asconius, Bona (inquit) prædia dicũtur bona fatildationibus obnoxia, siue sint in mancipiis, siue in pecunia numerata. Idé paulò pòst, Prædes igit hostes sunt si deiussores, quorũ res bona ꝓdia nunc vno nomine dicunt. Ex Badæo.
Auita bona. Tacit. lib. 14. Auitis bonis exuuntur.
Adedere bona. Tacitus lib. 17. Aut qui adesis bonis per dedecus Neronis, alebantur, mœsti & rumorum auidi.
Addicere bona alicuius. Vide ADDICO.
Adimere bona. Horat. 1. Epist. 0. 17. 15.
Bona adiudicare. Quintil. lib. 5. cap. 14. 14. Efficiendum est iustum propter quod bona adiudicari nobis debeant.
Aggerere bona ad aliquem. Vide AGGERO.
Bonis cedere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 15. Qui maneant eos casus qui de vi & iniuria queiti sunt: nisi vindicentur, fugiendum de ciuitate, cedendum bonis, aut, &c. Vide CEDO.
Comedere bona. Horat. 1. Epistо. 16. 3. – non hercule miror
Aiebat, siqui comedunt bona.
Deseruire bonis caducis. Stat. 2. Sylu. 26. – nos vilis turba caducis
Deseruire bonis, semperque optare parati, Spargimur in casus.
Patria bona alicui eripere. Cicе. 3. Verr. 79.
Exuere bonis. Tacit. lib. 4. Bonisque exutus.
Legare vsumfructum bonorum suorum vxori. Cic. in Topicis 2.
Oppugnare bona alicui. Vide OPPVGNO.
Perdere bona. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 37. In cicere, atque faba, bona tu perdasque lupinis. Seneca in Hippol. 4. 17.
– perdere est dignus bona Quos nescit vti.
Bona publicè possidere, aut ex edicto. Vide POSSIDEO.
Publicatis bonis calamitatem subire. Cic. ad Brutum 12. 4.
¶ Optimus maximus, Iouis titulus. Cicе. 2. de Natura deorum 91. & 95. Sed ipse Iupiter, id est iuuans pater, quem conuersis casibus appellamus à iuuando Iouem, à poetis pater diuumque hominumque dicitur. à maioribus autem nostris optimus maximus: & quidem antè optimus, id est beneficentissimus quàm maximus, quia maius est, certeque gratius prodesse omnibus, quàm opes magnas habere. Idem 3. de Finib. 101. Atque etiam Iouem quum optimum & maximum dicimus, quumque eundem salutarem, &c.
Optimus maximusque fundus. Vide MAGNVS.
¶ Bonus & assiduus dominus. Cicе. de Senect. 52.
Oprime & dulcissime frater. Cicе. 3. de Legib. 36.
Melior, (ἀμείνων,) & hoc melius. Cõparatiuũ à bonus. Vide in ꝓcedentib⁹.
Melius, Aduerbium, (ἄμεινον,) Vide post Bene.
Meliúsculus, penul. corre. Diminutiuum. Colum. lib. 9. cap. 3. 1. Alias magis exiguas, nec tam rotundas, sed obesas tamen & latas coloris meliusculi. De apibus. Plaut. Capt. 17. 6. Rem tuam facies ex mala meliusculam. Et paulò pòst 15. Si eris verax, tuas res feceris meliusculas. Celsus, Qui meliusculus esse cœpit, adiicere debet exercitationes, frictiones, cibos. Id est qui meliuscule habere cœpit.
Meliuscule, aduerbium. Cicе. ad Tironem, lib. 16. 1. 2. Volebam ad te Marionem remittere: quem quum meliuscule tibi esset, ad me misisti res. Idem Attico, lib. 4. 15. 4. Casu enim trinas ante legeram, quibus meliuscule Lentulo esse scriptum erat.
Melioresco, melioresces, (βελτιόομαι,) melioréscere, Meliorem fieri. Colum. lib. 2. cap. 10. Napus denexam amat & siccam, tenuique priorem terram, Itaque glareosis fabulosisque aruis melioréscit.
Meliore, melioras, penul. prod. (βελτιόω,) melioráre, Melius reddere. Vlpian. in L. Si cuius rei. Inde quæsitum. ff. de Vsufruct. & quemadmodum, quis vtatur, &c. Forsitan etiam hæc deiicere poterit, siquidem ei permittitur

permittitur meliorare proprietatem.
Secunda bonitas. Plin. lib. 12. cap. 13. 2. De amomo.
Summa bonitatis, natione constat. Plin. lib. 11. cap. 14. 1. de Melle.
Præcipua bonitas vir gultorũ tenuissimis partibus. Plin. lib. 2. cap. 19. 5.
Optimus, pen. corr. Superlatiuum à bonus. Vide exempla in Bonus.
Optimitas, optimitatis, (βελτιότης,) Vtilitas, cõmodũ. Pla. Asin. 7. 16.
Maximas optimitates, gaudioque offertissimas,
Suis heris ille vnà mecum pariet.
Optimas, huius optimãtis, pen. prod. com. 3. (ἄριστος,) Optimates dicuntur, vt ait Perottus, qui primum in ciuitate loco tenentiue quòd opulentiores sunt, & in maiori censu, vel quòd in primis opem ferre possunt oppressis. Cic. pro Sestio 8. sic dicit, Duo genera semper in hac ciuitate fuerunt eorum qui versari in Rep. atque in ea se excellentius gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates & haberi & esse voluerunt. Qui ea quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini iucunda volebant esse, populares. Qui autem ita se gerebant, vt sua consilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. Ibidem 24. Omnes optimates sunt qui neque nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Prisciis lib. 5. Optimates sunt, qui defendũt Senatores: populares, qui defendunt populum. Cic. Attico, lib. 10. 10 14. Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas. Ibidem 8. Quòd si te aut voces optimatium commouent, aut, &c. Eidem Cumis, ipsi domi maneant. Idem 2. de Legib. 40. Continet enim Reipublicæ consilio & authoritate optimatium semper populum indigere. Idem ad Atticum, lib. 9. 15. 8. De Lentulo inuestigabo diligentius: sed mandaui Philotimo homini forti, ac nimium optimati.
Optimates marronæ. Cicе. ad Trebatium, lib. 7. 6. 2.
Orba ab optimatibus concio. Cicе. pro Flacco 43. Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Meandrius.
Bellus, (καλός,) Adiectiuum, diminutiuum. Idem significat quod bonus. Varro Bimargo, Socius ex hostibus, socius bellum ita geris, vt bella omnia domum feras. Nonius.
Bellus homo, quem vrbanum & ciuilem dicimus. Martial. lib. 1. 39.
Bellus homo & magnus vis idem Cotta videri?
Sed qui bellus homo est Cotta, pusillus homo est. Cic. Attico, lib. 1. 1. 9.
Durius accipere hoc mihi visus est quàm vellem, & quàm homines belli solent. Plaut Asin. 16. 81. – bellum filium
Istoscine patrem æquum est mores liberis largirier? Cic. Attico, lib. 6. 1 15. 4. Pyliæ & puellæ Cæciliæ bellissimæ salutem dicas. Idem Terentiæ, lib. 14. 7. 6. Cicero bellissimus.
Bellus & humanus homo. Cicе. 2. de Finib. 162. Hominis quanuis & belli & humani.
Bellus & vrbanus. Catul. epig. 10. 2.
Gratissimæ & bellæ literæ. Cic. lib. 15. Epist. 321. 5. Patri quidem certe gratissimæ & bellæ tuæ literæ fuerunt.
Fronte ac vultu bellis aliquid ferre. Cic. Att. lib. 5. 97. 3. Etsi hæc ipsa fero equidé etiã fronte, vt puto, & vultu bellis, sed angor intimis sensibus.
Theatrum bellum. Cic. Attico, lib. 13. 277. 2. Theatrum quidem sanè bellum habuisti.
Quàm bellum. Cic. 1. de Orat. 128. Quàm sit bellũ, cauere malum, scire possumus. Plaut. Curcul. Istuc quidem nec bellum est, nec memorabile.
Ciuitas bella. Cic. Attico, lib. 1. 85. 13. Recordor enim quàm bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit.
Bellissimum & taciturnissimum ostium. Plaut. Curcul. 2. 20.
Bellissimum subsidium. Cic. 1. de Orat. 140.
¶ Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ. Martial. lib. 2. 7.
¶ Bellus, Pulcher. Plaut. Asin. 1. 1. 84. Nimis bella es, atque amabilis. Martialis, Bella es nouissimas, & puella, verum est.
Bellus locus. Plaut. Bacchid. Euax, nimis bellus atque esse maximè optabam, locus. Cic. Attico, lib. 5. 10 5. 2. Cicerones nostros Deiotarus filius, qui rex ab Senatu appellatus est, secum in regnum: dum in æstiuis nos essemus, illum pueris locum esse bellissimum duximus.
Puella bella. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 2.
Bellissimus, pen. corr. Plaut. Merc. 13. 22. Illãm esse amicam tui viri bellissimi. Terent. Adelph. 4. 2. 52. Ego tam prospiciam mihi atque vãquodque quod erit bellissimum Carpam.
Bellior, Comparatiuum, Id est melior. Varro Testamento περὶ διαθηκῶν, Venio nunc ad alterum genus testamenti quod dicitur physicon: in quo Græci belliores quàm nostri. Nonius.
Bellitulus, pen. corr. Blandientis vocabulum, idem significans quod bellulus. Plautus, Cur ergo non imus cubitum bella bellatula?
Bellulus, pen. corr. Diminut. Plau. Mil. 13. 42. Aedepol equidé bellula es.
Bellátus, pen. prod. Adiect. Plau. Rud. 1 1. 6. Hé tibi aquá mea tu belliata.
Belle, (καλῶς, καλλίως,) Aduerbium. Idem quod bene. Plaut. Trucul. 6. 14. Qui istas buccas tam belle purpurissatas habes.
Belle aliquem attendere. Cic. 5. de Finib. 11. Mihi quidem Antiochum quem audis, satis belle videris attendere.
Cecidit bellé. Cicе. Attico, lib. 13. 288. 3. Horum ego vix attigi penulam, tamen remanserunt, cecidit belle.
Sumus enim ambo belle curiosi. Cicе. ad Atticum, lib. 6. 1 12. 6.
Belle esse poteris mecum. Cicе. Terentiæ, lib. 14. 14. 4. Bellissimè vel mecum vel in nostris prædiis esse poteris.
Belle ferre aliquid. Cicе. Attico, lib. 4. 85. 15. Ergo hæc quomodo feras? belle hercule, & in eo me valde amo.
Aqua non loage à villa belle sanè fluent. Cic. ad Quũ. frat. lib. 3. 17. 1.
Belle habere. Dolabella Ciceroni, lib. 9. 9. 1. Terentia minus belle habuit sed certum scio iam conualuisse eam. Idem ad Quũ. fratrem, lib. 3. 24. 3. Plura ad te vacuo animo scribam, quum vt spero, se Cicero meus bel lè habebit. Idem ad Atticum, lib. 5. 98. 2.
Belle narras, Ironia prouerbialis passim in comœdiis obuia: de re dictu vehementer absurda. Erasmus.
Bellissimè nauigare. Id est sine infortunio, & ventis secundis. Cicе. Tironi, lib. 16. 19. 2.
Non belle respondent. Quintil. lib. 6. ca. 3. 33. Non quia excludenda sint omnino verba duos sensus significantia, sed quia raro belle respõdeãt, nisi quum prorsus rebus ipsis adiuuantur.
Cætera belle: Supple, se habent. Cicе. Trebatio, lib. 7. 18. 4. Sed vt ad epistolas tuas rédeam, cætera belle: illud miror, &c.
Belle & festiuè. Cic. 3. de Orato. 56. Bene & præclarè quanuis nobis sæpe dicatur, belle & festiuè nimium sæpe nolo.
Bónitas, pen. corr. bonitatis, (ἀγαθότης, ἀγαθωσύνη,) Virtus omnibus notа. Cic. 1. de Natu. deor. 166. Quid enim melius, aut quid præstantius bonitate & beneficentia? Valla, Bonum generale nomen est, honestа pariter atque vtilia complecti cupit: vt bonum animi, bonum corporis, bonum fortunæ. Bonitas verò, non (vt multi opinantur) idem vtique quod bonum, honestum, sed idem quod benignitas. A primo fit bonus vir, bonus seruus, bonus index, id est iustus, & exequens officii sui debitum. ab hoc bonus pater, bonus dominus, bonus deus, bonus Aeneas: hoc est, benignus & clemens, quam alteram iustitiæ partem esse constituunt, vocantes eandem beneficentiam. Nam iustitiam partiuntur in duas partes: Iustitiam, quæ est seueritatis & Beneficentiam, quam ego voco bonitatem. Ergo qui plane bonus esse vult, planeqi iustus, bis bonus sit necesse est. & hoc quidem ad virtutem pertinet. Est autẽ & alia bonitas, non ex industria, sed ex natura, tam homini, quàm quibusdam aliis rebus attributa. Cicе. 3. Offic. 17. Quæ & ingenii bonitate multi assequuntur, & progressione discendi. Id est excellentia & dote naturæ. Quintil. lib. 2. cap. 19. 2. At in solo secundo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet. Nõ dixit plus bonitate cultoris, sed bonitas solo inquia excellens cultor industria fit, nõ natura. Nõnunquam tũ bonitas pro iustitia, siue pro honesto accipitur. Cic. 3. Offic. 107. Qui seni fidem alicuius bonitatemqi laudant, dignum esse dicunt qui ei in tenebris mices. Quintil. in 12. Quòd si mediocribus etiam patronis contenit hæc, quæ vulgo dicitur bonitas, cur non orator ille, qui nõdum fuit, sed potest esse, tam sit moribus, quàm dicendi virtute perfectus? Nõnunquam etiam bonum accedit ad naturam virtutis & bonitatis. Nam quum dicimus de æquo & bono, non de rigore iustitiæ, & de summo iure loquimur, sed quasi de bona æquitate. Hæc Valla.
Bonitas ac moderatio. Cicе. 2. de Orato. 187. Vt opes & copiæ non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem & materiam dedisse.
Bonitas ac simplicitas vxoris. Plinius.
Bonitas in herbis. Plin. lib. 12. ca. 13. 2. Amomũ laudatur quàmaxime Punici mali folijs simile, nec rugosis, colore rufo. Secũda bonitas pallido.
Agrorum bonitas & omnium rerum copia. Cic. 2. de Lege Agra. 50.
Prædiorum bonitas. Cic. pro Sexto Rócio Amerino 29.
Causæ bonitas. Cic. pro Domo sua 45. An eam causam probare non poteram, cuius tanta bonitas est, vt ea ipsa non modo se, sed etiam me absentem per se probarit? Idem ad Plancium in Epist. ad Atticum, li. 16. 342. 3. Vt quod sine vlla dubitatione apud Consules obtinuimus propter summam bonitatem & æquitatem causæ, id tu &c.
Dei bonitas. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 10.
Quanuis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.
Diuina bonitas. Cicе. 2. de Natu. deorum 86. Quicquid enim magnam vtilitatem generi afferret humano, id non sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur.
Bonitas ingenii. Cicero 3. Offic. 17.
Naturæ bonitas. Cicе. 1. Offic. 166. Nihil tamen sine felicitate quadam, sine bonitate naturæ, sine parentum disciplina, rectam vitæ secuti sunt viam. Idem 1. Offic. 9. Hic si sibi ipse constentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur, &c.
Præcipua bonitas. Plin. lib. 2. cap. 19.
Bonitas soli, pro fecunditate. Quintilia. lib. 2. cap. 19. 3. At in solo fecundo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet.
Summi cuiusq; bonitas. Cicе. 2. Offic. 91. Eoq; eam studiosissimè plerique laudant, q⁹ summi cuiusque bonitas cõmune profugium est omnium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summa bonitas, natione bonitas. Plin.lib.11.cap.14.
Secunda bonitas. Plin.lib.12.cap. 13.
Terræ bonitas. Lucret.lib.5.251.
Siue quòd indicti terræ bonitate, volebant,
Pandere agros, pingues, & pascua reddere rura.
Verborum Latinorum bonitas. Cice.in Orato. 93. Quare bonitate potius nostrorum verborum vtamur, quàm splendore Græcorum? nisi forte sic loqui præstat.
Vocis bonitas. Cic.in Orat.32. Ac vocis quidem bonitas optanda est.
Perennis bonitas. Ouid.4. Trist.eleg.5.6.
Sic æquet tua nupta virum bonitate perenni.
Singulari bonitate præditus Cic.pro Domo sua 85.
Vera bonitas. Cic. post Reditum in Sen. 22. Quo tempore quantam vim vera bonitas haberet, aut vera nobilitas, intelligere potuistis.
¶ Affluere bonitate. Cic.pro Qu. Rosc. Comœdo 16. Largitus est facilicet homo liberalis, & diffolutus, & bonitate affluês Panus Roscius fuit.
Amittere aliquid bonitate. Cic.pro Qu. Rosc. Comœ. 12. Sic quòd Roscius Fannium fraudasse arguatur, vtrumq; incredibile est: & Roscium quicq; per auaritiam appetisse, & Fannium quicquá per se bonitate amisisse.
Bonitatem cognoscere. Vide COGNOSCO.
Locum non esse bonitati. Cice. 3. de Finib. 102. Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus.
Ad bonitatem proficere. Vide AD.
Bene, (εὖ, καλῶς,) Aduerbium, cuius comparatiuum est Melius, & superlatiuum Optimè. Plaut. Bacchid. Quid in consilio consuluistis? B. bene pol. P. haud meretricum est.
Bene accipere aliquem. Plaut. Persa 12.8. Vide ACCIPIO. Cicero Attico, libro 16.333.2.
O factum bene. Terent. And. 5.6.11.
Non æquè bene. Colum. lib.5.cap.5. Esse quosdam agros in quibus non æque bene translata semina, quàm immota respondeant.
Bene, nonnunquam accipitur pro valde. vt Cicero, Habetis orationem bene longam. Valla lib.1. Ita quoque & bene longam disputationem dixit idem Cicero lib.5. de Finib. 153.
¶ Melius, Comparatiuum. Cl. 3. Tusc. 17. Græci autem μᾶλλον, vnde appellent, nõ facilè dixerim: eam tamen ipsam distinguimus nos melius & illi. Terè. And. 3.5.11. Alia expedia. P. expeches? D. certè Pamphile. D. Nempe vt modo. D. immò melius spero. V bi Donatus, Melius, bene melius comparatiuo est vsus, quasi hoc bonum sit, illud melius.
Melius adhuc. Plau. Bacch. 10.28. Probè ita res succesisit, melius q; adhuc.
Melius æquius. Cic. 3. Offic. 80. Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellunt, In arbitrio rei vxoriæ Melius æquius. In fiducia, vt Inter bonos bene agier.
Melius, peius: prosit, obsit: nihil videnti nisi qd̃ lubet. Terè. Heau. 4.1.30. Nil melius turdo. Horat. 1. epist. 10.4. Ibidem 1.18.
Quo melius. Cic. 3. de Orato. 122. In eo autem ipso dominatus est omnis oculorum, quo melius nostri illi senes qui personatum, ne Roscium quidem magnopere laudabant.
¶ Optimè, (κάλλιστα,) Superlatiuum. Terent. And. 3.4.14. Hé quid dixti? D. optimè inquam factum. Idem Eunucho 1.2.21. Potin' est hic tacere? P. egone? optimè. Idem And. 4.6.22. Optimè hospes pol Crito antiquum obtines. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 2.10.3. Si perficiũt optimè: sin minus, ad nostrum Iouem reuertamur. Idem 4. Acad. 106. Non me quidè, inquit, sed sapientem dico scire. optimè nempe ista, &c. Idem 4. Verr. 88. Homo ingeniosus & peracutus, Optime, inquit. nempe scriptum ita est, quot renunciati erunt.
Optimè, Opportunè. Terent. Eunuch. 5.2.66. Adest optimè ipse frater. Idem Hecyra 2.2.4. Atque eccum Phidippum optimè video. Idem Heaut. 4.3.44. Age age, traducatur Bacchis. optimè ipsa exit foras.
Optimè in tempore. Plau. Cap. 13.67. Optimè mihi in tempore aduenit.
Optimè omnium. Cic. ad Nigidium Figulum, lib. 4. 13.21. Sed hæc tu melius, vel optimè omnium.
¶ Melius nemo accipit. Id est Nemo lautius tractat. Terè. Eun. 5.9.52. – præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto,
Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius. V bi Donatus. Horum alterum, apparatum: alterum, copiam.
Villa bene & ratione ædificata. Cicero 3. Offic. 71. & 72. Quòd si qui proscribunt villam bonam, beneque ædificatam, non existimant fefellisse, etiam si illa nec bona est, nec ædificata ratione.
Bene agis. Cice. pro Quintio 53. Dic Nævi diem. Ante v. Calend. intercalares. bene agis.
Bene agitur. Plaut. Milit. 22.23.
Et si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia.
Bene actum cum eo. Terent. Adelph. 2.2.1.
Tace, egomet cõueniam iam ipsum, cupidè accipiat faxo, atque etiam
Bene dicat secum esse actum. Cice. ad Attic. lib. 15.322.4. De Alexione doleo: sed quoniam inciderat in ita grauem morbum, bene actum cum illo arbitror.
Bene ambula & redambula. Plaut. Capt. 13.131.

Bene ambulato. Plaut. Merc. 6.54.
Ad portum ambulato: nam ibi mihi negotium est.
D. Bene ambulato.
Ita me dii bene ament, Iusiurandum apud Comicos. Terè. Eunuc. 4.1.1.
Ita me dii bene ament, quantum ego illum vidi, nõnihil timeo misera.
Ibidem 5.1.43. Te quoque iam Thais, ita me dii bene ament, amo.
Bene ante lucem. Cice. 2. de Orato. 144.
Bene assimulare. Id est rectè. Terent. And. 1.1.141.
Nunc tuum est officium, has bene vt assimules nuptias.
Bene audire. Terent. in prolo. Phorm. 21. Benedictis si certasset, audisset bene. V bi Donatus, Bene audire, est benedici & laudari. Sic Cicero 3. de Finib. 87. Essèque hominis ingenui & liberaliter educati, vel bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris, idque propter rem ipsam, non propter vtum.
Canere melius. Virgil. 9. eclog. 14.
Carmina tam melius, quam venerit ipse, canemus.
Bene coctus & conditus ferino bonus. Cic. Attico, lib. 13.198.4.
Bene cogitare de aliquo. Plinius Iunior, Hoc tuo studio bene de te cogitantem liberaliorem reddes.
Bene cognitus alicui. Cic. Attico, lib. 9.189.2. Rectè augurariś de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil à me abesse longius crudelitate.
Bene comitatus Romam venit. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 3.17.17.
Bene conuenit inter eos. Terent. Hecy. 1.2.103.
Bene curare ætatẽ suã, edere, bibere. Idest laute viuere. Plau. Pseu. 20.37.
Bene curata cute nitidus. Horat. 1. Epist. 4.2.
Bene hercle denuntias. Plaut. Trinum. 4.15.
Melius dicere. Terent. Adelph. 3.2.52.
Quid istuc? accedo vt melius dicas. Horat. 2. Carm.
Dicere melius & plenius. Horatius 1. Epist. 2.1. Plenius ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.
Bene dissimulatus amor. Id est multum. Terent. And. 1.1.105.
Bene doctus. Plautus Mostel. 4.29.
Dormire melius. Horatius 2. Epist. 2.11.
Incipit res melius ire quàm putaram. Cice. ad Atticum, lib. 14.315.2.
Bene est. Vide in Bene sum.
Bene ac feliciter euenit. Liu. 1. bel. Maced. 16. Et Plin. in Paneg.
Bene facis. Terent. Eunuch. 1.2.106. Faciundum est quod vis. T. Meritò te amo. P H. bene facis. V bi Donatus, In consuetudinem venit, Beneficis, & Bene feceris, non indicantis esse, sed gratias agentis.
Bene sanè facis, Id est rectè. Cice. 1. Acad. 17.
Auctius & melius fecêre Di. Horat. 2. Sermo. saty. 6.1.
Bene factum. Terentius And. 5.6.11.
Charine in tempore ipso mihi aduenis. C. Bene factum.
Bene ferre gratiam bene merenti. Plaut. Rud. 31.35.
Bene fidum pectus. Horat. 1. Carm. ode 12.3.
Bene firmum. Cic. 6. Philipp. 116. Itaque Senatum sua sponte bene firmũ, firmiorem vestra authoritate fecistis.
Fuit melius. Vide Bene sum.
Bene gerere suum negotium. Cic. pro Qu. Rosc. 19. Tu tuũ negotiũ gessisti bene. Idem Lentulo, li. 1.8.13. Rectè valde bene gessisse, rumor erat.
Bene re gesta. Plaut. Trinum. 17.56. Nihil euẽnit, ne time, bene re gesta saluus redeo. Terent. Adelph. 5.1.13.
Potasti scelus quasi Re bene gesta.
Bene gerens sui negotii. Cic. pro Quintio 42.
Eques Romanus locuples, sui negotii bene gerens.
Bene gestæ res. Virgil. 9. Aeneid. 33.
Bene & fœliciter gesta Respublica. Cice. 5. Philipp. 193.
Sæpenumero Respub. & bene & feliciter gesta.
Bene habere, Incolumem esse. Plaut. Aulul. 13.2.
V t bene haberem filiæ me in nuptiis. Idem Milite 10.21.
Bene habere, Lautè viuere. Plautus Milite 10.128. Qui ægre seruat, & qui bene habet.
Bene hoc habet. Plaut. Epid. 14.31. Quod barbarè dicit, Hoc bene vadit.
Bene haber, iacta sunt fundamenta defensionis. Subaudi se, & res. Cice. pro Murena.
Bene habent tibi principia. Terent. Phorm. 2.3.81.
Hoc melius se habent, quòd, &c. Cic. ad Atticum 11.215.6. Extremum est eorum qui in Achaia sunt: ii tamen ipsi se hoc melius habent quàm nos, quòd & multi, &c.
Optimè se habere. Cicero 4. de Finibus 63. V t si cultura vitium, cuius hoc munus est, vt efficiat vt vitis cum partibus suis omnibus quàm optimè se habeat.
Ire melius dicitur res. Cicero Attico, lib. 14.213.2. Incipit res melius ire quàm putaram.
Bene aliquem iuuare. Plautus Mostel. 14.42.
Dijs bene iuuantibus. Liu. 6. ab V rbe 89. Collegæ imperium se non posse impedire: dijs bene iuuantibus ageret quod è Repub. duceret.
Bene longinquus dolor, Qui diu durat. Cice. 2. de Finib. 150.
Bene longus sermo, Id est valde longa disputatio. Cice. 2. de Orat. 196.

Bene longæ literæ. Cic. Attico, lib. 14.304.4.
Bene loqui lingua. Plaut. Trucul. 5.15.
Bonis esse oportet dentibus lenam probam,
Arridere quisquis veniat, blandeque alloqui, male corde
Consulere, bene loqui lingua.
Lugebitis melius ambo. Ouid. 2. Metam. 98.
Bene magna cateruã. Cic. pro Murena. 63.
Bene mane dedi literas. Cic. ad Atticum, lib. 4.79.3.
Bene mereri. Vide MEREO. Liuius. 10. bel. Pun. 52. Cic. 3. de Fin. 108.
De Rep. bene mereri. Cic. Planciõ, lib. 10.5.5. Nec quicquá ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstantius, q̃ de Rep. bene mereri.
Mærere bene de aliquo. Virgil. 4. Aeneid. 64. Si bene quid de te merui.
Catullus epig. 68.1.
Colere debemus bene meritos de Repub. Cic. 1. Offic. 107. Eos autem quorum vita perspecta in rebus honestis atq; magnis est, bene de Repub. sentientes ac bene meritos, aut merentes aliquo honore aut imperio affectos, obseruare & colere debemus.
Bene merentes ciues. Cic. pro Plancio. 65. Qui sint boni ciues, qui belli, qui domi de patria bene merẽtes, nisi qui patriæ beneficia meminerũt?
Bene multa. Pollio ad Ciceronem, lib. 10.33.12. Habet inermes bene multos. Id est valde multos.
Bene munita templa. Lucret. lib. 2.1.
Bene nædepol narras. Terent. Eunucho. 5.3.7.
Amabo quid ait? cognoscam et ego. ac memoriter.
P. Bene nædepol narras: nam illi fauco virgini. Id est læta narras, & quæ ego libenter audio.
Bene nata, id est honesto loco nata. Horat. 4. Carm. ode 4.7.
V t cunque defecere mores Dedecorant bene nata culpæ. Bene nata, pro Bene natos. Enallage est generis.
Bene & nauiter impudens. Cic. Luceio. 5.12.10. Sed tamen qui semel fines verecundiæ transierit, cui bene, & nauiter oportet esse impudenti.
Bene noui. Cic. 1. de Finib. 14.
Bene nummatus, Qui multas habet pecunias. Cic. pro Lege Agraria. 62.
Horat. 1. Epist. 6.8. Et bene nummatum decorat Suadela Venusque.
Bene nummatum marsupium. Plaut. Amph. 16.40.
Bene olens. Virgilius eclog. 2.10. Florem iungit bene olentis anethi.
Plin. lib. 16. cap. 7.5.
Orabunt causas melius. Virg. 6. Aeneid. 170.
Bene penitus se dare in familiaritatem alicuius. Cic. 4. Verr. 122.
Bene peritus. Cic. de Claris Orat. 41. Et vnà Ser. Fabius Pictor, & iuris & literarum & antiquitatis bene peritus.
Bene perspectũ à te. Terent. Heaut. 4.1.25. Quàm bene verò abs te perspectũ est, quid voluisti? cogita. Ironia est: quasi dicat, Malè perspexisti.
Plane bene. Cic. Attico, lib. 13.264.2. Quòd reliquos cohæredes conuenisti, plane bene.
Bene planè magnus dolor. Cic. 2. Tusc. 77. Sed si est tantus dolor quantus Philoctetæ, bene planè magnus mihi quidem videtur.
Bene poteris vti. Cic. ad Terentiam, lib. 14.7.5. Fundo Arpinati bene poteris vti cum familia vrbana, si annona catior fuerit. Id est commodè.
Bene præcipere. Terent. Adelph. 3.3.80. V bi siquid bene præcipias, nemo obtemperat?
Bene promeruit. Terent. Adelph. 2.1.47. Verùm enim quãdo bene promeruit, fiat: ius suum postulat.
Bene promittere. Cic. 2. de Diuinat. 56. Quæ autem incõstantia deorum est, vt primis minentur extis, bene promittant secundis?
Bene promittis, multa ex multis, ofa in casum cadunt. Plaut. Pœn. 4.138.
Bene putas. Terent. Eunuch. 4.7.43. Noui ingenium mulierum, Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. THR. bene putas. V bi Donatus, Bene putas, hoc est rectè putas, sapis vel intelligis.
Bene robustus in clamando. Cic. 1. Verr. 26. In clamando quidem video eum esse bene robustum atque exercitatum.
Sanè bene. Terent. Adelph. 4.2.47. D. quid ibi facit?
S. Lectulos in sole illigneis pedibus faciundos dedit.
V bi potetis vos. D. sanè bene. V bi Donatus, Hic ironia est, non approbatio. Alii legunt Rectè sanè.
Bene sanus. Horat. 1. Serm. saty. 3.13. – pro bene sano
Ac non incaute, fictum, aliutumque vocamus.
Bene sanæ mentis homo. Horat. 1. Serm. saty. 9.9.
Scribere melius. Horat. 1. Serm. saty. 10.10.
Optimè sentire de Repub. Cic. 1.4. Philipp. 397.
Bene sperare. Plin. lib. 17. cap. 9.3. De nostris moribus bene sperare est.
Sperare melius. Ouid. 2. Epist. 13.
Speraui melius, quia te meruisse putaui.
Suadere melius. Horat. 1. Epist. 1.13.
Bene successit. Terent. Adelph. 2.4.23. Ita quæso, quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem.
Bene esse alicui. Horat. 3. Carm. ode 16.9. – bene est cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.
Bene esse alicui re aliqua. Plaut. Casin. 5.39. – rogas?
Super ancilla Casina vt detur nuptum nostro villico,
Seruo frugi: vbi illi bene sit ligno, aqua calida, cibo. Id est vbi erit ei copia lignorum vnde caleãt.
Bene esse paruo dispendio. Plaut. Menæch. 11.20.
Bene hercle est illam tibi bene valere & viuere. Plaut. Trinum. Hoc est gaudeo illam rectè valere.
Melius est eum adire. Plautus Menæch. 14.33.
– Postea autem eandem patriam ac patrem
Memorat melius nos est adire, atque hunc percontarier.
Optimè est, Bene habet. Terent. Adelph. 5.5.5. – quid fit? quid agitur?
S. Rectè. D. optimè est. Quasi dicat, Gaudeo te rectè valere.
Bene tibi est. Terent. Adelp. 1.1.9. Et tibi bene esse soli, quum sibi sit male. Plaut. Pseud. 20.29.
Illi sunt alio ingenio atque tu, qui neque
Tibi bene esse patere, & illis quibus est, inuides. Cic. Parad. 22. Quam obrẽ vt improbo & stulto & inerti nemini bene esse potest, sic bonus vir & sapiens & fortis miser esse nemo potest. Terent. And. 2,5.16.
Verum illud verbum est, vulgò quod dici solet,
Omnes sibi melius malle esse, quàm alteri.
Melius esse homini nihil potest. Cic 1. de Finib. 87.
Melius est homini factum, pro Conualuit. Cic. 1. Tusc. 135. Pompeio nostro familiari quũ grauiter ægrotaret Neapoli, meliùs est factũ. Budæ.
Melius erit isti morbo. Plaut. Cistell. 2.64. Bono animo es, erit isti morbo melius. Id est inuenietur morbo isti aliquod remedium. Idem Trucul. 4.81. – immò
Ædepol melius iam credo fore, vbi te videbit.
Bene sit tibi. Plautus Merc. 6.55.
Ad portum propero. nam ibi mihi negotium est.
D. Bene ambulato. L. bene valeto. D. bene sit tibi. Hoc est quod quidam dicunt, prosit.
Fuit melius ire. Horat. 3. Carm. ode 27.9.
Fuit melius nescisse. Ouid. 2. de Arte Aman. 112. Sed melius nescisse fuit, sine furta tegantur.
Transcurrere ad melius. Hora. 2. Sermo. saty. 2.17. Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam.
Bene vale. Plaut. Pœnulo. Bene vale. A G. & tu bene vale. Sic quoq; apud Ciceronem in fine epistolarum multis in locis.
Bene valere. Plaut. Trin. Bene sanus, Cice. 1. de Finib. 81. Bene valere Cice. ad Atticum, lib. 15.321.6. Ouid. 3. Trist. 8. eleg. 7. Nec melius valeo quàm corpore, mente.
Optimè valere. Cice. 2. de Finib. 69. & 71. V t inter optimè valere & grauissimè ægrotare nihil prorsus dicerent interesse.
Bene velle alicui ex animo. Terent. Heaut. 5.2.6.
Bene venire velim quòd illud feceris. Cice. Sestio, Ego tua gratulatione commotus, quòd ad me pridem scripseras, velle te bene venire, quòd de Crassio domum emissem: emi ipsam domum. Id est, te optare vt res mihi prospere succederet.
Bene verò, quòd mens, pietas, virtus, fides consecratur manu. Cice. 2. de Legibus 45.
Optimè verò. Cic. 1. de Diuin. 14. In quo disputatio Cottæ, quanquam labefactauit sententiam meam, nõ funditus eam sustulit. Optimè verò, inquam etenim ipse Cotta sic disputat, &c.
Bene vertat. Virgil. eclog. 9.2. Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos. Id est Quæ res in eius perniciem vertatur, hoc est vt malo omine hoc munus accipiat. Tractũ hoc est ab Hectore & Aiace. Nam Hector Aiaci gladium dedit, quo se Aiax postea interemit. Ipse verò balteum accepit ab Aiace, quo circa muros patrios tractus est. Postea inde illud comicum ortum est, Dii bene vertant quod agas. Plerunque enim bona in peiusmala mutantur in melius. Hæc Seruius. Liu. 3. De cad. lib. 4. Bene vertat, inquit, obsideamus Lacedæmonem.
Dii vertant bene. Terent. Eunuc. 2.3.98. Nunquam defugiam authoritatem sequere, C H. dii vertant bene. Idem Adelph. 4.7.10. Puer natus est. M. di bene vertant. Hoc est faxint dii vt omnia prospere cedant.
Bene vertere comœdias. Terent. in prologo Eunuchi 7.
Bene viuere, atque fortunate. Plaut. Milite 10.111.
Bene viuitur. Horat. 2. Carm. ode 16.3. Viuitur parvo bene.
Viuere melius. Horat. 1. Sermo. saty. 4.68.
Benedico, benedicis, pen. prod. (εὐλογέω, εὐφημέω,) benedicere. Valla, Benedicus autem non inueni: quia nec Benedico inuenitur, licet eo Priscianus vratur, & hoc tempore vramur, more Græcorum, quorum authoritate dedimus huic verbo accusatiuum præter naturam suam, quum postulet datiuum sicut Maledico, quòd & ipsum nunc ad imitationem Græcorum habet etiam aliquando accusatiuum. De benedico vnius vocis loquor, non duarum. nam tunc & aliud significat, & aliud regit. Plaut. Asin. 12.155. Benedicere, ite intrò cito. valete.
Benedicere, interdum diuisim legitur, interposita vna aut altera dictione, interdum pluribus. Plautus Milite, Bene quæso inter vos dicite, & mi absenti tamen.
Benedicere Deo, est laudare Deum. Deus dicitur benedicere homines,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel hominibus, quum dat illis prospera, augeat bona, & fauet.
Benedicere alicui. Cic. pro Sestio 96. Cui benedixit vnquam bono? benedixit immo quem, &c. Ouid. 5. Trist. elegia 10. 2.
Nec tibi cessaret doctus benedicere lector. Horat. 2. Epist. 1. 32.
– vertere modum formidine fustis
Ad benedicendum delectandumque redacti.
¶ Bene dicere, Bene loqui. Terent. Eunuch. 3. 1. 61. Bene dixti.
at mihi istuc non in mentem venerat.
Benedictum, benedicti, (εὐλόγημα, εὐφημία,) Terent. in prologo Phormionis 31. Benedictis si certasset, audisset bene.
Mater, benedictorum & benefactorum, Philosophia. Cicer. in Bruto 17. 9. Nemo qui philosophiam complexus esset matrem omnium benefactorum beneque dictorum, &c.
Certare benedictis. Vide CERTO.
Benedice, pen. corr. (εὐφήμως.) Aduerbium. Plaut. Asin. 5. 54. Aliam atq; olim quum illiciebas blandè ad te, benedicè. Id est laudando me.
Benefacio, benefacis, pen. correp. (εὐποιέω, ἀγαθόω,) benefacere. Plaut. Amphit. 4. 198. Bene facit, quia nos eramus peregre, tutatus est domũ. Terent. Eunuch. 5. 9. 61. Bene fecisti: gratiam habeo maximam. Idem Adelph. 4. 3. 10. & 13. Benefacis, nam, &c.
Benefacere aliquid. Horat. 4. Carm. ode 8. 5. – neque
Si chartæ sileant, quod benefeceris. Cice. Attico, lib. 7. 127. 2. Hoc enim ipsum benefecit.
Benefecit qui. Cic. Attic. li. 12. 244. 2. Benefecit A. Silius qui transegerit.
Benefacit quòd. Cicc. 3. de Finib. 24. Benefacis, inquit, quòd me adiuuas. Idem ad Atticum, lib. 7. 123. 4. De animo autem meo erga Rempub. benefacis quòd non dubitas.
Absistere benefacere. Tacit. lib. 6.
Ne ingratis quidem benefacere absistam.
Benefacere erga aliquem. Plaut. Trinum. 17. 4.
Benefit, pen. corr. (εὐποιεῖται, Impersonale, cuius nullũ exemplũ reperi.
Benefit beneficium. Plaut. Capt. 6. 108. Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauida'st bonis.
Benefactum, (ἀγαθεργασία,) Substantiuum, pro Beneficio. Plaut. Amphit. 3. 44. & in Persa 15. 26. Liuius 5. bel. Pun. 174. Respondit non plura per annos quinquaginta, benefacta Hieronis, quàm paucis his annis maleficia eorum, &c. Ennius apud Ciceronem lib. 2. Offic. 90. Bene facta male locata, malefacta arbitror. Virgil. 3. Georg. 103. Quid labor, aut benefacta iuuant? Ouid. 13. Metamorpho. 54.
– neque enim benefacta malignè
Detectare meum est.
Adornare verbis benefacta. Vide ADORNO.
Benefacta in luce collocare. Vide COLLOCO.
Benefacta cumulare. Vide CVMVLO.
Benefacta referre. Claudian. Panegy. lib. 3. 37.
Nec tamen ingratum, nec qui benefacta referre
Nesciat, hunc credas populum, si voluere priscos Annales libeat.
Benefacta tenere. Claudian. Panegy. lib. 2. 9.
Benéficus, pen. correp. (εὐεργέτης, εὐποιός, ἐνεργός,) Adiectiuum, Qui beneficium præstat. Cic. 1. de Natu. deorum 167. Vt enim omittam vim & naturam deorum, ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent futuros beneficos & benignos fuisse. Idem 1. de Legib. 73. Vbi enim beneficus, si nemo alterius causa benignè facit?
Beneficus in amicum. Cice. 1. Offic. 67.
Benefici & liberales. Cic. de Amicitia 30. Vt enim benefici liberalesque sumus, non vt exigamus gratiam, &c. Idem 1. Offic. 66. Non benefici, neque liberales, &c.
Beneficentissimus. Cice. 1. de Natu. deorum 93. Idem de amicitia 47. Liberalissimi sint & beneficentissimi.
Dii benefici. Cice. 1. de Diuinat. 140. & lib. 2. 152.
Cuius beneficus & salutaris. Cice. pro Milone 15.
Benefica voluntate benevolentia mouetur, etiam si res fortè non suppetat. Cice. 2. Offic. 44.
Oratione beneficus. Vide ORATIO.
Beneficiarius, (ἐυεργετούμενος,) Qui beneficiũ accepit. Valla lib. 1. ca. 6.
Beneficiarius. Festus, Beneficiarii dicebantur milites qui vacabant muneris beneficio. E contario munifices vocabantur qui non vacabant, sed munus Reipub. faciebant Vegetius lib. 2. cap. 7. Beneficiarii, ab eo appellati, quòd promouentur beneficio Tribunorum Cæsar 1. bel. Ciui. 278. Petreius verò non deseriscse, armat familiam: cum hac & Prætoria cohorte Cerratorum, Barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis, quos sitæ custodiæ causa habere consueuerat. Vulgus nostrum Vassalos vocat: Plinius Traiano, Contentus esset beneficiariis decem, equitibus duobus.
Beneficium, (ἐυεργέτημα, ἐυποιΐα, ἀγαθοποιΐα,) Meritum. Terent. Eunu. 1. 2. 69. Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Accipere beneficium. Terent. Adelph. 2. 2. 1. Abs quoiis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas. Balbus Ciceroni lib. 9. Epistolarum ad Atticum 178. 2.

Afficere beneficio. Cice. Plancio, lib. 10. 14. 2. Quod si erit factum, & Rempub. diuino beneficio afficeris, & ipse æternam gloriam consequere. Idem 1. de Lege Agraria 7. Non enim hac exceptione vnus afficitur beneficio, sed vnus priuat iniuria. Idé pro Lege Manil. 50. Sed ego me hoc honore præditum, tantis vestris beneficiis affectum statui, &c.
Alligari beneficio. Cic. pro Plancio 66. Equidem nil tam proprium hominis existimo, quàm non modo beneficio, sed etiam benevolentiæ significatione alligari.
Beneficium augere. Vide AVGEO.
Beneficium collocare. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 29. 7. Id in me recipio, te ea quæ fecisti Mesenii causa quæque feceris, ita beneficium collocaturum, vt iudices homini te gratissimo fecisse. Emendatiora exemplaria legunt, ita bene collocaturum.
Beneficia comedere. Vide COMEDO
Complecti beneficio. Cicero pro Plancio 66. Petamque à vobis Iudices, vt eum beneficio complectamini, quem qui reprehenderit, in eo reprehendit quòd gratum præter modum dicat esse.
Per Beneficium concedere. Cic. 5. Ver. 165. Quæro nunc à te Hortensi, cum vtris tandem istius factum collaturus es? cum iis credo qui benignitate adducti per beneficium & gratiam ciuitatibus concesserunt, vt nummos pro frumento darent.
Causa beneficii concedere. Cice. 5. Ver. 166. Quod beneficii, gratiæque causa concessit.
Beneficium conduplicare. Vide CONDVPLICO.
Beneficium dare, pro conferre. Cice. ad Rutilium lib. 13. 9. 7. Maius mihi dare beneficium nullum potes. Idem Attico, lib. 10. 198. 3. & lib. 8. 168. 1. Brutus Ciceroni 7. 1.
Beneficium dare & reddere. Quintil. lib. 7. cap. 5. In paupere gratior liberalitas, quàm in diuite: dante beneficium, quàm reddente. Cice. 1. Offic. 73. Nam quum duo genera liberalitatis sint, vnum dandi beneficii, alterum reddendi, &c.
Dare & accipere beneficium. Cic. Attico, lib. 14. 311. 2. Literæ verò tuæ tum amantissimè tum honorificentissimè scriptæ, sic me affecerunt, vt non dare tibi beneficium viderer, sed accipere à te ita petente, &c.
Pro beneficio dare. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 4. Quemadmodum tibi pro beneficio dederit.
Deferre beneficia. Cic. 1. Offic. 74. Quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atque ea quæ iudicio cõsiderata constanterque delata sunt.
In loco beneficii deferre. Cic. 4. Verr. 19. Etenim reuera multo magis est petendum ab hominibus si salui esse volumus, vt eant nobiscum in provinciam, quàm hoc illis in beneficii loco deferendum.
Beneficium facere. Gellius lib. 7. cap. 20.
Nolanos beneficium petitum non fecisse.
Habere pro beneficio. Brutus Ciceroni 16. 4. An hoc pro beneficio habendum est, quòd se, quàm Antonium esse maluerit, à quo ista perenda essent, &c.
Impetrare in summo beneficio. Cic. 5. Verr. 165. Hoc vix ab Apronio in summo beneficio, pro iis qui etiam incolumes erant, impetratum est.
Manet beneficium in aliquo. Vide MANEO.
Beneficium in acta mittere. Seneca de beneficiis, lib. 2. cap. 10. Sin aduari illum & oportet, & pudet si quod præstamus, offendit nisi abiconditur, beneficium in acta non mitto.
Mutare beneficium. Vide MVTO.
Obligari beneficio. Cic. 4. in Catil. 93. Quòd hostes alienigenæ aut oppressi seruiunt, aut recepti beneficio se obligatos putant.
Ornare beneficiis. Cice. Attico, lib. 6. 111. 11. Nam ab edicto meo recessissem, & ciuitatem in Catonis, & in ipsius Bruti fide locatam, meisque beneficiis ornatam, funditus perdidissem. Idem post Reditum ad Quirites 9. Atque eo die confecta res esset, nisi is Tribunus plebis, quem ego maximis beneficiis. Quæstorem Consul ornaram, &c.
Parere sibi beneficium. Terent. Eunuch. 5. 2. 32.
Vt solidum parerem hoc mihi beneficium Chærea.
Loco beneficii petitum. Cice. 5. Verr. 94.
Atque hoc in beneficii loco petitum est ab Apronio.
Placare beneficio inimicum. Cice. 4. in Catil. 94. Qui antè ex numero ciuium dementia aliqua deprauati, hostes patriæ semel esse cœperunt, eos quum à pernicie Reipub. repuleris, neque vi coercere, neque beneficio placare possis.
Beneficium ponere. Cice. ad Culeolum, lib. 13. 42. 4. Id & Lucceio & Pompeio valde gratum fore, teque apud eos præclarè positurum confirmo & spondeo. Idem Seruio Sulp. 13. 27. 8. Scriberem quàm id beneficiũ bene apud Mesenium positurus esses, nisi & te scire considerem, & mihi peterem. Vide PONO. Idem pro Sylla 19.
Proficere beneficium. Seneca de Beneficiis lib. 1. cap. 1. Beneficia sine vllo delectu magis proficimus, quàm & damus.
Promerere & proferre beneficium. Cic. pro Murena 64. Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficii locum, &c.
Remunerare beneficium. Cic. post Reditum in Sene. 18. Etenim vicissim de iniuriæ

dæ iniuriæ facilior ratio est, quàm beneficii remunerandi.
Non sustinere beneficia. Cic. Curioni lib. 2. 5. 5. Sed quia tua in me vel vota omnibus, vel ipsa nouitate meorum temporum clarissima & maxima beneficia exciterunt, &c. Neque enim sum veritus ne sustinere tua in me vel innumerabilia non possem.
¶ Meo beneficio, Id est propter me. Cic. ad Acilium, lib. 13. 36. 1. Quem Cæsar meo beneficio in Nouocomenses retulit.
Beneficio longissimæ ætatis. Quintil. lib. 3. cap. 1. 7. de Gorgia Leontino loquens, Is beneficio longissimæ ætatis (nam centum & nouem vixit annos) cum multis simul floruit.
Ingenii beneficio præstantes. Quintil. lib. 2. cap. 11. 2.
Memoria beneficii. Cic. pro Plancio. 1. Cui non sum obstrictus memoria beneficii sempiterna.
Tabula beneficii. Cic. 2. Philipp. 93. Nequa post Idus Martias immunitatis tabula, neue cuiusquam beneficii ligeretur.
Indignus, aut victus beneficio. Cic. pro Plancio. 66. Nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere vt beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare.
Gratus & memor beneficii. Cic. 2. pro Lege Agraria. 34. Atque ii vt grati ac memores beneficii esse videantur, aliquid se, &c.
Immortalia beneficia. Cic. Plan., lib. 4. 14. 8. Quib'enim pro meis immortalibus beneficiis charissima mea salus & meæ fortunæ esse debẽt, &c.
Beneficentia, (ἐυεργεσία,) Est benignitas, vel liberalitas. Vide BENIGNITAS. Cic. 1. de Nat. deorum. 166. Quid enim melius aut præstantius bonitate & beneficentia? Idem. 2. de Orat. 187. Virtutes in quadam comitate & beneficentia positæ.
Benéuolens, penult. corr. (εὐνοῶν,) Participium à bene volo, quod vnica voce non dicitur: Qui bene vult alicui, id est amicus. Plaut. Trinum. 17. 24. Communis hoc meus & tuus benevolens commenta'st. Idem Capt. 7. 30. Et quem alium benevolentem videris. Idem Merc. 17. 23. Non sum molesta, sed benevolens.
Benevolentes dii. Plaut. Milite. 20. 41.
¶ Benevolentissimi officio fungi. Cic. Titio, lib. 16. 14. His ego literis si quid profecissem, existimabã optãdũ quiddã me esse allecutũ. sin minus valuissent, officio tñ esse functũ benevolentissimi atq; amicissimi.
Benevolus, penul. corr. (εὐνοϊκός, εὐνοῦς, εὔνους,) Idem. Terent. Hecyra. Facilem, benevolumque lingua tua iam tibi me reddidit.
Benevolus erga aliquem. Plaut. Capt. 6. 100. Quòd me esse scit erga se benevolum.
Benevolus domino seruus. Cic. pro Cluentio. 140. Sic lib. 2. de Inuent. 141. Patriæ benevoli.
Benevolus animus. Cic. 2. Verr. 15. Siue benevolo animo me, vt magnopere cauerem, præmonebat.
Iudices benevolos efficere. Cic. 2. de Orat. 175. Ex iis autem apud quos agef, & benevolos, beneq; existimãtes efficiamus. De iudicib'loqtur.
Facere benevolum auditorem. Cic. 1. de Inuet. 29. Quod euenit, si cum benevolum, attentum, docilem fecerit.
Benevolè, (ἐυνοϊκῶς,) Aduerbiũ. Cic. 1. de Finib. 53. Quos tu paulo ante cum memoriter, tum etiam erga nos amicè & benevolè collegisti.
Fideliter, benevoleque præsto esse alicui molestissimis temporibus. Cic. Octauio, lib. 13. 22. 5.
Facere aliquid benevolè. Cic. de Amicitia. 75. Et hæc accipienda amicè, quum benevolè fiunt.
Benevolentia, (ἔυνοια, ἐυγνωμοσύνη, φιλοφροσύνη,) Amor, quasi bona voluntas. Cic. 1. de Nat. deorũ. 167. Et Lentulo, lib. 1. 9. 1. Quid enim dicam benevolentiam, quum illud ipsum grauissimum & sanctissimũ nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur?
Benevolentiam acquirere. Vide ACQVIRO. Quintil. lib. 3. cap. 8. 5.
Non admit mors benevolentiam. Cic. pro Sestio. 4. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ: sed charitatem illius necessitudinis & benevolentiam non ademit.
Benevolentiam adiungere. Vide ADIVNGO.
Benevolentiam allicere. Vide ALLICIO.
Allicere ad benevolentiam animos. Cic. 1. Offic. 68. Præcipiunt vt oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciant.
Benevolentiam captare. Vide CAPIO.
Benevolentiam colligere. Vide COLLIGO.
Benevolentia aliquem complecti. Vide COMPLECTOR.
Benevolentiam conciliare. Vide CONCILIO.
Conciliare animos ad benevolentiam, Cic. 2. de Orat. 97. Valet igitur multum ad vincendum, &c. animosque eorum, apud quos agitur, conciliari quàm maximè ad benevolentiam, cum erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet orator.
Benevolentiam consectari largitione. Vide CONSECTOR.
¶ Contentiõs ad benevolentiã erga nos, exercitus. Cic. lib. 5. ad Att. 106. 4. Parum exercitu, sed vt spero, ad benevolentiã erga nos cõsenti entes.
Suscepta conseruare benevolentiam. Cic. Appio, lib. 3. 7. 17. Hæc ad te scripsi liberius, frẽtus conscientia officii tui, benevolentiæque, quam à me certo iudicio susceptam, quoad tu voles, conseruabo.

Deportare benevolentiam alicuius ex loco aliquo. Cic. Attico, libro. 6. 111. 15. Si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius benevolentiam deportassem, mihi id satis esse.
Fidem & benevolentiam alicuius erga se experiri. Cic. Lent. lib. 1. 5. 1.
Habere benevolentiam erga aliquẽ. Cic. 1. Offi. 71. & de Opt. gen. Orat. 151. Atque ita prædicaretur, eum donari virtutis ergõ, benevolentiæq; quam erga populum Atheniensem haberet.
Nauare benevolentiam. Vide NAVO.
Perspicere benevolentiam alicuius erga se. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 1.
Benevolentiam iudicis petere. Quintil. lib. 4. cap. 1. 17. Quid verò, si, vt frequenter accidit, paulo durior est causa, non benevolentia iudicis petenda ex aliis partibus erit?
Præstare benevolentiam. Marcellus Ciceroni, lib. 4. 11. 4. Tamen hoc mihi multo iucundius est & gratius, quòd, &c. te cupidissimũ mei, singularemque mihi benevolentiam præstitisse cognoui.
Gratia benevolentiæ aliquid facere. Cic. 2. Offic. 28. Quæcunque igitur homines homini tribuunt, ad cum augendum atque honestãdum, aut benevolentiæ gratia faciunt, &c.
Fidelis benevolentia. Cic. 2. Offic. 32. Malus. n. est custos diuturnitatis metus: contraque benevolentia fidelis, vel ad perpetuitatem.
Impar benevolentia. Vide IMPAR.
Sempiterna benevolentia colere memoriam beneficii alicuius. Cic. post Reditum, ad Quirites. 19. Quapropter memoriam vestri beneficii eo lam benevolentia sempiterna.
Benignus, (χρηστός, ἐυποιός, ἀλυσιτελής,) Adiectiuum. dicitur liberalis, beneficus, clemẽs. Festus, Benignus propriè dicitur is qui bonis & dignis aliquid largitur. Est autem compositum ex bono & gignendo. Hactenus Festus. Cic. ad Brutum, Sed nescio quomodo facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperiamur. Plaut. Rud 31. 33.
Quando ergo tibi benignus fuit?
Beneficus, & benignus. Cic. 2. de Nat. Deor. 167. Vt enim omittam vim, & naturam Deorum, ne homines quidem cẽsetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos, & benignos fuisse?
Ager benignus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 12.
Dies benignus, Fœlix. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 22.
Diui benigni. Horat. lib. 4. Carm. ode. 2. 11.
Nox benigna. Stat. Thebaid. lib. 10. 42.
– iterum ecce benignæ Noctis aues sequor.
Numen benignum. Horat. 4. Carm. ode. 4. 15.
Oratio benigna. Cic. 1. Offic. 68. Præcipiunt vt oratione benigna, multitudinis animos ad benevolentiam alliciant.
Præda benigna. Ouid. 5. Fastorum. 35.
Sermo benignus, Iucundus. Horat. 1. Epist. 5. 3.
Aestiuum sermone benigno tendere noctem.
Benigna tellus. Plin. de Aegypto, Nulla est benignior tellus nullus ager feracior. Id est Quæ plus fructus reddat.
Benigna mentis temperies. Claud. epigram. 46. 13.
Terra benigna, Frugifera. Tibull. 3. eleg. 3. 2.
Et magnas messes terra benigna daret.
Sub benigno tecto viuere. Claud. Paneg. 2. 24.
Vena ingenii benigna. Horat. 2. Carm. ode. 18. 2.
Verba benigna. Propert. 1. eleg. 10. 5. Idem. 3. eleg. 13. 9.
Benigno vultu ac sermone. Liuius. 8. bel. Pun. 136. Vt ces per idoneos homines, benigno vultu ac sermone in hospitium, inuitatos, sopitosque vino vincirent.
Vultum seruat fortuna benignum. Horat. 1. Epist. 11. 4.
¶ Vini somnique benignus. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 1. Id est Largus vini, & somni, siue vino & somno largè indulgens.
Benignè, (φιλοφρόνως, ἀλυσιτελῶς,) Liberaliter, siue largè, & abundè. Terent. Hecyr. 5. 2. 2.
Nihil apud me tibi deficri patiar, quin quod opus sit,
Benignè præbeatur. Vbi Donatus, Benignè, largè hoc enim est gratius non solum præbere, sed benignè præbere.
Benignè præbet octo portus. Plin. lib. 5. cap. 31. 7.
¶ Benignè, Clementer. vt Benignè, attenteque aliquem audire. Cicero pro A. Cluentio. 5.
Benignè audire legationem alicuius. Liu. 1. ab Vrbe. 36.
Benignus. Horat. 1. Carm. ode. 9. 2.
– atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum diota.
Benignius, id est liberalius.
Benignius dare operam. Plaur. Merc. 19. 28.
Communicare benignissimè. Cic. 4. Verr. 18. & 19. Sunt alia magis occulta furta, quæ ille, vt istius, credo, animos atque impetus retardaret, cũ Quæstore suo benignissimè communicauit. Sic. 1. Verr. 18.
Defendere benignè. Cic. pro Flacco. 43. Sed exponam quid in re sit; vt quamobrem ista ciuitas neque seuerè Flaccum oppugnarit, neque benignè defenderit, scire possitis.

Benignè monstrare viam: cui Grauatè opponitur. Cic. pro Corn. Balbo 19. Comes benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui erráti comiter monstrant viam: benignè, non grauatè, comiter quidem certè, non commiserè conuenit.

Benignè dicis. Plaut. Trucul. 4. 26.
Valeo, & validum teneo, peregrè quoniam aduenis viuus.
D. Benignè dicis: ita te amabo. Terent. Phor. 5. 9. 62.
– at ego exoptor posthac tibi quod potero, & quæ voles
Faciamque & dicam. P. benignè dicis. N. pol meritum est tuum.

Benignè facere. Plaut. Capt. 16. 27.
Gratis à me, vt sit liber, abducito. PHILOC. ædepol Aegio
Facis perbenignè. Sic in Rud. 31. 12. Et Terent. Adelph. 5. 4. 24. Age age, nunc experiamur contra hęc quid ego possiem.

Blandè dicere, aut benignè facere quando eò prouocat. Cic. pro Cn. Plancio, Doceo gratiosum esse tribulibus Plancium, quòd multis benignè fecerit, pro multis spoponderit. Idem. 1. Offic. 65. Videndum est enim primùm ne obsit benignitas, & iis ipsis quibus benignè videbitur fieri, & cæteris. Idem ad Sulpitium lib. 13. & 2. Offic. 74. Nam aut opera benignè sit indigentibus aut pecunia.

Inuitari benignè. Cic. Art. lib. 3. 44. 2. Adhuc inuitamur benignè.

Benignissimè promittere. Cicero. 4. Verr. 8. Aliis, si laudarent, benignissimè promittere.

Benignius omnes me salutant. Plaut. Aulul. 5. 36.

Benigniter, pen. corr. (φιλοφρόνως.) pro benignè. Titinnius Gemina, Nimium te patrocinari censeo benigniter. Nonius.

Benignitas, pen. cor. (χρηστότης, ἀνυπεξιότης,) Liberalitas & beneficètia.
Plaut. Cistel. 10. 104. Ne bene merenti sit malo benignitas nostra. Terent. Eunucho. 1. 2. 84.
– num solus dona dat? nunc ubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier? Vbi Donatus. Intelligit se & dona obtulisse, & id benignè sepe feciſſe. nã plerunque ingrata dona sunt in quibus benignitas non apparet: quæ aut in quãtitate rerum est, aut in facilitate præstantis. Idem Andria. 5. 1. 6. Cic. 1. Offi. 65. Ne maior benignitas sit, quàm facultas: tum vt pro dignitate cuique tribuatur. Ibidem. 32. Iustitia, in qua virtutis splendor est maximus, ex qua boni viri nominantur: & huic coniuncta est beneficètia, quam eandè vel benignitatem vel liberalitatem appellare licet. Horat. Epod. 1. 7.

Inter liberalitatem, benignitatem, & comitatem videtur nescio quid interesse, vt ex verbis Ciceronis apparet, lib. 5. de Finib. 117. Iustitia (in quit) dicitur cui sunt adiunctæ pietas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque sunt generis eiusdem.

¶ Benignitas, Clementia. Plaut. Merc. 10. 104.
Vt simplicius dicam, si opera est auribus,
Atque ad vertendum huc animum adest benignitas.

Benignitate adduci. Vide ADDVCO.

Audire summa cum benignitate. Cicero pro Sestio. 14. Et si me attentissimis animis summa cum benignitate auditis, Iudices, &c.

Benignitas in audiendo. Cic. pro Domo sua, Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam.

Conferre benignitatem in aliquem. Vide CONFERO.

Dei benignitate. Cic. pro Qu. Roscio Comœdo. 10. Nunc deûm immortalium benignitate, omnium fortunæ sunt certæ. Idem ad Qu. Valerium, li. 13. 4. 3. Primum quòd Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate subterfugerunt.

Amicorum benignitas exhausta est in ea re, quæ nihil habuit præter decus. Cic. Attico, lib. 4. 7. 11.

Naturæ benignitas. Cic. 2. de Nat. Deor. 197. Sed illa quanta benignitas naturæ, q̃ tã multa ad vescendum, tã varia, & tã iucunda gignit?

Boo, boas, & bois. Vide BOS.

BOOSCOETE, βοὸς κοίτη, Hellesponti vrbs est quæ Helgas & Germanicopolis postea dicta est. Author Plinius lib. 5. cap. vltimo.

BOOSVRA, βοὸς οὐρὰ, Latinè Bouis cauda, vrbs est Cypri insulæ, cui vicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Author Strabo lib. 14.

Boótes, boõtis, & boötes siue Boõtus, boóti, pen. prod. (βοώτης.)

A boue deductũ nomẽ, Lat. dicere possumus bubulcũ. Est autem cœleste sydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci, sequi plaustrum videtur. Iuuenalis Satyra. 5. Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ. Cicero. 2. de Natura deorum. 158.
Septentriones autem sequitur
Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes,
Quod quasi temone adiunctam præ se quatit Arctum.
Dein quæ sequuntur, Huic enim Booti
– subter præcordia fixa videtur
Stella micans radijs Arcturus nomine claro. Aratus. Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.

Bootes Actæus. Valer. lib. 2. Argonaut. 14.
– quo sydere vibret
Ensis, & Acteus niteat qua luce Bootes.

Cadens Bootes. Virgil. 1. Georg. 46. Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes. Cadens, occidens. Verno scilicet tempore, tunc enim Bootes occidit. Seruius.

Bootes iratus. Claud. lib. 3. de Rapt. Proser. 45. Verna nec iratum timeãt virgulta Booten. Hoc est infestum & noxium. Plin. lib. 18. cap. 28. 17.

Tempestates, grandines, procellę, cæteraque similia ab horridis syderibus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hœdis.

Bootes piger. Claud. lib. 2. de Rapt. Proserp. 38.

Tardus Bootes. Ouid. 2. Metam. 36.
Te quoque turbatum memorant fugisse Boote,
Quamuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant. Seneca in Octa. 5. 3.
Quã plaustra tardus noctis æterne vice Regit Bootes.

Auferre Booten dicitur Aurora, quando diescit. Ouid. 5. Fast. 147. Auferet ex oculis veniens Aurora Booten.

BORAMA, Phœniciæ vrbs est non procul à Beryto, & Byblo, vt Author est Strabo libro. 16.

BORCANI, populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, vt Author est Plinius lib. 3. cap. 11.

BORCOBAE, Thraciæ oppidum Eumeniæ & Parthenopoli vicinũ, vt Author est Plinius lib. 4. cap. 11.

Boreas, Bórea, pen. corr. (βορέας,) vétus Aquilo. Nonius Boream, hoc est Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quòd sonorus sit & procellosus. Virgil. 1. Georgic.

Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Boreæ Alpini. Id est flantes de Alpibus. Virg. 4. Aeneid. 89.
Ac veluti annosam valido quum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Inruere inter se certant.

Arctos. Senec. in Troade. 5. 5. Arctoi Boreæ dissipat impetus.

Frigus Boreę. Virg. 1. Georg. 19.

Furiæ Boreæ. Stat. 9. Thebaid. 107. Getico qualis procumbit in Aemo
Seu Boreæ furiis, putri seu robore quercus,
Cœlo mixta comas.

Gelidus. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 2.
– Eurosque timebo,
Et gelidum Boream, præcipitemque Notum?

Grauis. Claud. 1. de Rapt. Proser. 14.

Hemonius. Silius lib. 10. 3. – velocius inde
Hemonio Borea, pennaque citatior ibat.

Hispidus glacie mali. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 14.

Horrifer. Ouid. 1. Metam. 6.
– Scythiam, Septemque triones
Horrifer inuasit Boreas.

Hybernus. Stat. lib. 5. Sylu. 17. Quid Boreas hybernus agat.

Præceps. Ouid. lib. 2. Metam. 37.
– vt acta Præcipiti pinus Borea.

Sæuus. Catul. epigram. 23. 41.

Sarmaticus. Seneca in Thyeste. 2. 2.
Quæ quum Sarmaticus tempore frigido
In summis Boreas composuit iugis.

Scythicus. Stat. 5. Thebaid. 70.

Siccus. Seneca in Hercule Oeth. 8. 16. Et siccus Boreas ferit.

Spirans. Virgil. 2. Georgic. 94.
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.

Trux. Virgil. 1. Georg. 74.
At Boreæ de parte trucis qui fulminat.

Excludere Boream. Lucan. lib. 4. 13.
Cynthia quo primum cornu dubitanda refulsit, Exclusit Boream.

Expellere Boreã. Sene. in Herc. Oeth. 2. 2. Quũ Boreã expulit Africus.

Borĕus, penult. prod. vel Boræus (βόρεος,) Adiectiuum. vt Polus Borĕus, id est Septẽtrionalis, siue Arcticus.

Axis Borĕus. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 9. Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est.

BOREOSTOMA, penult. corr. huius Boreostómatis, pen. etiam corn. g. Danubii fluminis vnum ex ostiis. Ex eodem enim alueo & supero Istropolin lacus ignitur LXIII. M. passuum ambitu, Halmyris vocant. Secundum ostium, Naracustoma appellatur. Tertium, Calostoma iuxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudostoma, & insula Conopon diabasis. Postea Boreostoma & Spireostoma. Singula autẽ ea tanta sunt, vt prodaĩ in XL. M. passuũ longitudinis vinci mare, dulcemq; intelligi haustũ. Verba sunt Plinii de Danubii ostiis lib. 4. c. 12.

BORGODI, Asiæ populi in insula Asgilia, teste Plinio lib. 6. cap. 28. in descriptione Arabiæ.

Boria, siue borea, Iaspidis genus, cœlo Autumnali matutino similis, & hæc erit illa quę vocatur aerizusa. Plin. lib. 37. cap. 8. non procul à fine.

BORION, (βόριον,) Africę promontorium est quod maiorem Syrtim includit, dicente Plinio lib. 5. cap. 4.

ORON, est Troglodytarum oppidum, vt tradit Plinius lib. 6. cap. 29.

ORSIPPA, est Babyloniæ, quæ Mesopotamię coniuncta est inter Euphratis conuersiones, vrbs, Dianæ & Apollini sacra, in qua maximum lanificium est, & maxima vespertilionũ multitudo, qui longè maiores sunt, q̃ qui in cæteris locis capiuntur, & in esum conduntur. Ex Strabonis lib. 16. Huius vrbis artificiosi Inachi meminisse videtur Martialis dum scribit carmen illud, Texta Semiramia quæ variantur acu.

BORYSTHENES, pen. corr. (βορυσθένης,) Quartus Scythiæ fluuius secundum Istrum omnium maximus: & non modo Scythicorum fluuiorum longè vberrimus, sed etiam cæteris vberior præter Aegyptiũ, Nilum, cum quo non licet alium comparare. Cæterum vberrimus est Borysthenes pascua præbens amœnissima & accommodatissima pecoribus, necnon optimorum ac singularium affatim piscium. Idem ad potandum suauissimus, liquidus inter turbidos fluuios. In cuius quoq; ostio ingens vis salis sua sponte concrescit: præbet idem ingentia cete Ispinis carentia. Verba sunt Herodoti in Melpomene. De Borysthene Plinius, Strabo, Solinus: sed omnium diligentissimè Herodotus lib. 4.

BORYSTHENIDAE, Populi ad Borysthenem amnem, authore Pomponio, Tum Borysthenes (inquit) gentem sui nominis abluit.

Hyberni Borysthenidæ. Propert. lib. 2. eleg. 8. 2. Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

Borysthenius, (βορυσθένης.) Adiectiuum. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 10. 11. Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes.

Bos, bouis, com. g. (βοῦς,) datiuum & ablatiuum plurales bobus per syncopam facit, & more veterum bubus. Colum. lib. 2. Nihil dubium quin equis melius quàm bubus res cõficiatur. Cic. de Senect. 29. Olympię per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bouem viuum. Et 2. de Nat. deorũ. 132. Quid de bubus loquar? Bos & ũ bos producitur: sicut his bobus & ab his bobus: nam reliqui oĩs casus breuem habent syllabã primã. Seruius in octauã eclogã Virgilii.

Bos, taurum, vaccamque comprehendit, præter suum proprium significatum. Valla lib. 4. cap. 42.

¶ Bos, nummum aliquando significat, quòd antiqua pecunia quędã boues signatos haberet, quędam etiam pecudes, vnde nomen pecuniæ tractum. Plin. lib. 18. cap. 3. 4. Seruius rex, ouium boumque effigie primus æs signauit. Plaut. Persa. 9. 16. Boues bini hîc sunt in crumena. Vnde tractum prouerbium, Bos in lingua. In eos qui non audent libere quod sentiunt dicere. Translatum vel à robore animãtis, quasi linguam opprimens, non sinat eãm loqui: vel hinc quòd Atheniensium numisma quondam bouis obtinuit figuram. Vide Erasmi Chiliadas.

Bouem disiunctum curare. Horat. 1. Epist. 14. 6.

Erithreides boues. Ouid. 1. Fast. 109. Ecce boues illuc Erithreidas appellat heros. Herculẽ intelligit, qui Geryoni in Erythrea Hispaniæ insula iuxta Gades regnãti, boues abstulit. hanc tã insulã alii Erythiã vocãt. Vide Strabonem lib. 3. Plinium lib. 4. cap. 22. Melam lib. 3.

Fessi boues. Horat. Epod. 2. 13. Videre fessos vomerem inuersum boues
Collo trahentes languido. Seneca in Thyeste. 9. 3.

Foeda bos. Ouid. 4. Fast. 126. Pontifices foeda sacra litate boue.

Formosæ boues. Ouid. 1. de Arte Am. 59. Inuida formosas oderat illa boues. Ouid. 1. Metam. 61.

Iberus bos. Ouid. 15. Metam. 3. Dives ad Oceanum bobus Ioue natus Iberis. Herculem Iouis filiũ intelligit, qui Geryoni in Iberia, id est Hispania regnanti, boues abstulit.

Immunis bos aratri. Ouid. 3. Metam. 2.

Incustoditæ boues. Ouid. 1. Fast. 109. – vagantur

Incustoditæ lata per arua boues. Idem. 2. Metam. 137.

Indigena bos. Ouid. 3. Amorum, eleg. 12. 1.
Casta facerdotes Iunoni festa parabant,
Et celebres Iudos, indigenamque bouem.

Bos indomita. Valer. lib. 4. Argonaut. 73.

Insana bos. Ouid. 14. Epist. 22. Exuit insanæ pellicis ora bouis. Io Inachi filiam intelligit, quæ ab Ioue compressa, subitoq; Iunonis interuentu in vaccã mutata, tandem furiis agitata in Aegyptũ peruẽnit: vbi priſtinæ formę reddita, & mentis compos facta, Isidis dea vocata est.

Intacta bos. Horat. 9. Epod. 5.
– tu moraris aureos
Currus, & intactas boues. Id est q̃ iugũ nõ sunt passę, Idomiras. Porphyr.

Lectus bos. Ouid. 6. Metamorph. 66.
Impatiensque viæ genitor deducere lectos Inserat inde boues.

Macri boues. Iuuenalis Saty. 14. 15.

Mactatus bos. Ouid. 39. Epist. 36.
Non bouem mactato cœlestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.

Minaces boues. Ouid. 11. Metam. 8. – cornuque minaces
Diuulsere boues.

Bos misera. Valer. 4. Argonaut. 79. De Io Inachi filia loquens.
– primo vestigia visu
Fugit: & in miserę rursus bouis ora recurrit.

Mutili boues. Vide MVTILVS.

Omniuoræ boues. Vide OMNIVORVS.

Opimi boues. Vide OPIMVS.

Otiosus bos. Horat. 3. Carm. ode. 3.
Festus in pratis vacat otioso Cum boue pagus.

Passa iugum bos. Ouid. 2. Metamorph. 2.
Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis
Nullum passa iugum.

Pasti boues. Virgilius ecloga. 5. 5.
Non vlli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina.

Boues patuli. Vide PATVLVS.

Boues pauidi. Claud. Paneg. 3. 67.

Perdomiti boues. Vide PERDOMO.

Piger bos. Horat. 1. Fast. 14. 9.
Optat ephippia bos piger.

Boues profugæ. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.

Ruricolæ boues. Ouid. 1. Fast. 77.
– animam quum ponat in aris
Lanigerumque pecus, ruricolæque boues. Idem. 5. Metam. 96.

Triumphatus bos. Ouid. 3. Fast. 147. Deque triumphato viscera tosta boue. Hoc est occiso in triumphi sacrificio.

Sacri boues. Ouid. 4. Fastorum. 96.
Sacrorumque Melam pascua læta boum.

Sarmatici boues. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 7.
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.

Tardi boues. Ouid. 1. Amorum, eleg. 13. 4.
Prima vocas tardos sub iuga panda boues.

Torua bos. Virg. 3. Georg. 10. – optima toruæ Forma bouis.

Tutus bos. Horat. 4. Carm. ode. 5. 4.
Tutus bos etenim rura perambulat.

Vetulus bos. Iuuenal. Saty. 10. 17.
Et ruit ante aram summi Iouis, vt vetulus bos.

Vituli boues. Ouid. 7. Metam. 86.

¶ Amouere boues per dolum. Horat. 1. Carm. ode. 10. 1.
Albis bobus venerari. Horat. in carmine seculari. 10. Quisque vos bobus veneratur albis.

Bos cerebrosus. Vide CEREBRVM.

Contumaces boues. Vide CONTVMAX.

Cruda bos. Horat. Epod. 8. 2.
– velut crudæ bouis.

Bouem disiunctum curare. Horat. 1. Epist. 14. 6.

Erithreides boues. Ouid. 1. Fast. 109. Ecce boues illuc Erithreidas appellat heros. Herculẽ intelligit, qui Geryoni in Erythrea Hispaniæ insula iuxta Gades regnãti, boues abstulit. hanc tã insulã alii Erythiã vocãt. Vide Strabonem lib. 3. Plinium lib. 4. cap. 22. Melam lib. 3.

Fessi boues. Horat. Epod. 2. 13. Videre fessos vomerem inuersum boues
Collo trahentes languido. Seneca in Thyeste. 9. 3.

Foeda bos. Ouid. 4. Fast. 126. Pontifices foeda sacra litate boue.

Formosæ boues. Ouid. 1. de Arte Am. 59. Inuida formosas oderat illa boues. Ouid. 1. Metam. 61.

Iberus bos. Ouid. 15. Metam. 3. Dives ad Oceanum bobus Ioue natus Iberis. Herculem Iouis filiũ intelligit, qui Geryoni in Iberia, id est Hispania regnanti, boues abstulit.

Immunis bos aratri. Ouid. 3. Metam. 2.

Incustoditæ boues. Ouid. 1. Fast. 109. – vagantur

Indigena bos. Ouid. 3. Amorum, eleg. 12. 1.
Casta facerdotes Iunoni festa parabant,
Et celebres Iudos, indigenamque bouem.

Bos indomita. Valer. lib. 4. Argonaut. 73.

Insana bos. Ouid. 14. Epist. 22. Exuit insanæ pellicis ora bouis. Io Inachi filiam intelligit, quæ ab Ioue compressa, subitoq; Iunonis interuentu in vaccã mutata, tandem furiis agitata in Aegyptũ peruẽnit: vbi priſtinæ formę reddita, & mentis compos facta, Isidis dea vocata est.

Intacta bos. Horat. 9. Epod. 5.
– tu moraris aureos
Currus, & intactas boues. Id est q̃ iugũ nõ sunt passę, Idomiras. Porphyr.

Lectus bos. Ouid. 6. Metamorph. 66.
Impatiensque viæ genitor deducere lectos Inserat inde boues.

Macri boues. Iuuenalis Saty. 14. 15.

Mactatus bos. Ouid. 39. Epist. 36.
Non bouem mactato cœlestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.

Minaces boues. Ouid. 11. Metam. 8. – cornuque minaces
Diuulsere boues.

Bos misera. Valer. 4. Argonaut. 79. De Io Inachi filia loquens.
– primo vestigia visu
Fugit: & in miserę rursus bouis ora recurrit.

Mutili boues. Vide MVTILVS.

Omniuoræ boues. Vide OMNIVORVS.

Opimi boues. Vide OPIMVS.

Otiosus bos. Horat. 3. Carm. ode. 3.
Festus in pratis vacat otioso Cum boue pagus.

Passa iugum bos. Ouid. 2. Metamorph. 2.
Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis
Nullum passa iugum.

Pasti boues. Virgilius ecloga. 5. 5.
Non vlli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina.

Boues patuli. Vide PATVLVS.

Boues pauidi. Claud. Paneg. 3. 67.

Perdomiti boues. Vide PERDOMO.

Piger bos. Horat. 1. Fast. 14. 9.
Optat ephippia bos piger.

Boues profugæ. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.

Ruricolæ boues. Ouid. 1. Fast. 77.
– animam quum ponat in aris
Lanigerumque pecus, ruricolæque boues. Idem. 5. Metam. 96.

Triumphatus bos. Ouid. 3. Fast. 147. Deque triumphato viscera tosta boue. Hoc est occiso in triumphi sacrificio.

Sacri boues. Ouid. 4. Fastorum. 96.
Sacrorumque Melam pascua læta boum.

Sarmatici boues. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 7.
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.

Tardi boues. Ouid. 1. Amorum, eleg. 13. 4.
Prima vocas tardos sub iuga panda boues.

Torua bos. Virg. 3. Georg. 10. – optima toruæ Forma bouis.

Tutus bos. Horat. 4. Carm. ode. 5. 4.
Tutus bos etenim rura perambulat.

Vetulus bos. Iuuenal. Saty. 10. 17.
Et ruit ante aram summi Iouis, vt vetulus bos.

Vituli boues. Ouid. 7. Metam. 86.

¶ Amouere boues per dolum. Horat. 1. Carm. ode. 10. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Te boues olim tuſi reddidiſſes
Per dolum amotas, &c.
Arare bobus. Ouid. 5. Epiſt. 15.
Quid facis Oenone? quid arenæ ſemina mandas?
Non profecturis littora bobus aras. Hoc eſt operam perdis & fruſtra laboras.
Arat bos. Ouid. 15. Metamor. 94.
Bos arcr, aut mortem ſenioribus imporet annis.
Carere boues. Ouid. 13. Meram. 139. Et lib. 15. 29.
Conterere boues. Lucret. lib. 2. 233. Cóterimusque boues. Id eſt aſſiduo labore vexamus.
Boues curare. Vide CVRO.
Boues diſiungere. Iuuenalis Saty. 5. 12.
Domitare boues. Virgil. 1. Georg 57.
Et prenſos domitare boues.
Enecare bouem. Horat. 1. Epiſt. 7. 18.
– bos eſt enectius arando.
Errant boues. Virgil. 1. eclog. 2.
Fatigare boues. Horat. 3. Carm. ode. 6. 9. – & fuga demeret
Bobus fatigatis.
Paſcere boues. Virg. 1. eclog. 9.
Paſcite, vt antè, boues pueri, ſubmittite tauros.
Dente non petit bos. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 11. Vt neq; calce lupus quêquam, neque dente petit bos.
Placare deos boues. Horat. 1. Epiſt. 17. 12.
Vir bonus, omne forum quem ſpectat, & omne tribunal
Quandocunque deos, vel porco, vel boue placat.
Quærere boues. Virgil. 3. Georg. 105.
Subijcere boues aratro. Ouid. 15. Meram. 124.
Quantum depreſſo ſubiectis bubus aratro.
Firmus boue. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 3.
– & quid boue firmius?
Boalia, (βοωφόνια,) Ludi dijs inferis conſecrati. Sipõtinus. Fiebant autẽ cum bubus, quẽadmodum nunc quoq; fieri ſolet apud Italos, ſeptuageſimæ tempore, quod tempus quidam Carniprium vocant.
Boarius, adiectiuum (βοϊκός,) Quod ad bouem pertinet. vt Boariũ forũ. Feſtus, Boariũ forũ Romæ dicebatur, ꝙ ibi venderẽtur boues. Huius fori boarii meminit Plinius lib. 28. cap. 2. 3. & lib. 34. cap. 2. 8.
Arua boaria, in quib⁹ Boarium forũ Romæ fuit. Proper. lib. 4. eleg. 10. 4.
Arua quæ mugitu ſancite boaria longo.
Nobile erit Rome paſcua noſtra forum.
Boaria lappa, apud Plinium lib. 26. cap. 11. 2.
Boo, boas, (βοάω,) boare, Eſt clamare: & boum eſt proprium, etiam ab ipſa voce, quemadmodum baubare canum. fictitia enim ſunt vocabula. Boo autem à Græco deſcendit Βοάω, quod eſt clamo. Plaut. Amphit. 4. 78. – tela fraugunt, boat cœlum, Fremitu virũm.
Boo, bois (βοάομαι,) boire, Idem. Pacuuius Medea, Clamore & ſonitu reſonantes bount. Varro de Parmenone, Exeunt citi, ſtrepũt, bount. Nonius. Antiquum eſt & inuſitatum.
Vox boans. Ouid. 3. de Arte amandi. 90.
Redde meum, toto voce boante foro.
Bouare, (βοΐζω,) dicuntur boues, quum vocẽ emittunt, teſte Varrone, libro. 6. de Lingua Latina. Boare autem magis eſt in vñ.
Bouillus, (βοῦκος,) Adiectiuum à boue. vt Bouilla caro. Plinius, Bouillæ carnis iure facilè curatur. Hunc locum nõ potuimus apud Plinium reperire, nec putamus reperiri, ſed bubulus frequentiſſime.
Búbalus, pen. corr. (βούβαλος,) à boue dicitur ſylueſtris bos, colore niger, quo nunc paſſim ducendo currui & vehendis oneribus, ac etiam terræ arandæ vtuntur. Apud veteres non erat in vſu. Ex Africa primum id animal allatum proditur. Imperitum vulgus vros quoque bubalos vocat, à Bouis euadam ſimilitudine, excellenti & vi, & velocitate animal. Hęc Sipontinus ex Plinio lib. 8. cap. 15. 1. Martial. lib. 1. 23. Illi ceſſit atrox bubalus, atque biſon. Viſuntur Romæ permulti bubali. vulgus Italorum adhuc vocat bufalum, immutata tantum vna litera. nos Vng buffle.
Bubalina ſtragula, (βυβαλινὰ ῥήγη,) à Iureconſulto dicta ſit, quæ equis inſterni ſolebãt. ex pellib⁹. n. bubalinis fiebant antiquitus ſtragula ad equos. Hæc Bayfius. Eadem quoq; ratione nos thoracẽ bubalinũ dicere poſſumus, qui ex corio bubalino factus eſt, Vng colet de buffle.
Bubetiæ, ſiue bubetii ludi, quos veteres à bobus pecoreſque appellarunt, qui & boalia, boum gratia inſtituti. In eo enim feſto ſolennis boum & taurorum venatio fieri ſolebat, quemadmodũ nunc quoq; Venetiis & ferè per totã Italiam fieri ſolet eo die qui quadrageſimæ proximus eſt.
Bubile, bubilis, pen. prod. n. g. (βουϛάθμιον, βουϛασία,) Locus vbi boues morantur. Plaut. Perſa. 9. 18.
– enim metuo ne poſſim
In bubile reticere, ne vagentur. Quędam exemplaria hîc legunt bubi
Idem maſculino genere. Colum. lib. 1. cap. 6. 3. Domitis armentis duplicia bubilia ſunt, hyberna, atque æſtiua. Cato, cap. 4. Bubilia bona, bene ædificata, bonas præſepes, falidas habeant clatratas.
Bubulcus, (βουκόλος, βούτης,) Qui vel bob⁹ arat, vel boues fundi aratorios paſcit. Cic. 1. de Diuin. 102. Hoc verò eum ſomnio commorum mane bubulco præſto ad pertã fuiſſe, quæſiſſe ex eo quid eſſet in plaſtro. Et. 2. de Diuinat. 75. Eius aſpectu quũ obſtupuiſſet bubulcus, clamoremque, &c. Iuuenal. Saty. 11. 16.
Ferox bubulcus. Ouid. 4. de Pon. eleg. 7. 2.
Ipſe vides onerata ferox vt ducat Iacis
Per medias iſtri plauſtra bubulcus aquas.
Sauromates bubulcus. Ouid. 5. Triſt. 12. eleg. 6.
Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit.
Tardus bubulcus. Virgil. eclog. 10. 4.
– tardi venere bubulci.
Bubulcitari, (βουκολέω,) Bubulci officium facere. Plau. Moſtel. 2. 50. Dicer me amare, & te bubulcitarier.
Búbulus, (βοϊκός,) Adiectiuum, pen. corr. Idem ſignificat quod boninus, quod eſt bouis. vt, Lac bubulum. Plinius libro. 28. cap. 13. 1. Stomachum exulceratum lactis aſinini potus reficit. item bubuli. Sic bubulum pecus. Varro. 2. de Re ruſt. cap. 5. 2.
Bubulum corium. Plaut. Pœnul. 3. 11.
Bubuli cottabi. Plaut. Trinum. 14. 4.
Bubulum monumentum ioco dixit Plautus Stricho. 3. 6.
Bubula, abſoluta & ſubauditur caro. Plau. Aulul. 13. 4. Agninam earam, caram bubulam.
Bucerię, (βουκολέω,) Boum greges. Lucretius lib. 2.
Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles:
Buceriæque greges. Nonius.
Búcerus, búcera, búcerum, pen. corr. (βοῦκος,) Adiectiuum, vt Armenta bucera. Ouid. 6. Metamorph. 79. – armentaque bucera panit. Id eſt boues ipſos valde cornutos: Bouinanque particula eſt intenſiua, κέρας autem dicitur cornu.
Secla bucera. Lucr. li. 5. 173. Lanigeræq; ſimul pecudes, & bucera ſecla. Idẽ li. 6. 250. Lanigeras tãquã pecudes, & bucera ſecla. Hoc eſt boues.
Bucolicus, pen. corr. (βουκολικός,) Adiectiuum. vt Carmen bucolicum, dictũ à cuſtodia boum, id eſt ἀπὸ τῶν βουκόλων. præcipua enim ſunt animalia apud ruſticos boues. Seruius.
Modi bucolici. Ouid. 2. Triſt. 108.
Bucolicus iuuenis luſerat ante modis.
Bucolico, bucolicorum, plur. num. n. g. pro carmine bucolico.
Bucolicõ, Species panacis herbæ, quæ panax agreſtis dici poteſt: de qua ſic Plinius, lib. 25. cap. 4. 5. Id quod è Macedonia affertur, bucolicon vocant, armentalis ſponte erumpentem ſuccum excipientibus: hoc celeritrè euaneſcit. De panacis ſpeciebus loquitur.
Búcula, pen. corr. (βοΐδιον,) Diminutiuum. Virgil. 1. Geor. 75.
– aut bucula cœlum
Suſpiciens patulis captauit naribus auras. Plinius lib. 34. cap. 8. 9. Myronem Eleutheris natum, & ipſum Ageladis diſcipulum, bucula maximè nobilitauit &c. Et Cic. 6. Verr. 119. Aut ex ære Myronis buculam? Idem. 1. de Diuinat. 87. Itaq; ex eo auro quod exterebratũ eſſet, buculam iam curaſſe faciendam, & eam in ſumma columna collocauiſſe.
Errans bucula. Virgil. 1. Georg. 4.
– aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & ſurgentes atterat herbas.
Perdita bucula. Virgil. 8. eclog. 18.
– altos quærendo bucula lucos,
Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua Perdita. id eſt amore conſumpta. Seruius.
Buculus, buculi, in maſculino genere. (βοῦδιον,) Colum. lib. 6. ca. 2. 5. Quum deinde buculos comprehenderis, extra ſtabulum producito. Id eſt nouellos boues & tyrunculos.

Boſchis, bŏſchidis, ſ. g. Volucris eſt quę clanſa paſcit, vt anas, quæ quedula, &c. Colum. lib. 8. cap. 15. 1.

BOSPHORVS, pen. corr. (βόσπορος,) Mare anguſtum ſignificat. Dictus à bouis meabili tranſitu, propter anguſtiam freti. Duo autem boſphori ſunt: alter iuxta Byzantium, qui Boſphorus Thracius dicitur: alter in introitu Mæotidos paludis: de quo Ouidius, Boſphorus, & Tanais ſuperat, Scythiæque paludes.
BOSPHORVM Cimmerium quidam ex eo dictum putant, ꝙ Cimmerios populos habeat, qui eius frigidiſſimam partem incolant. Plinius lib. 4. cap. 12. 30.
Gemens Boſphorus. Horat. 1. Carm. ode 20. 3. Viſam gemẽtis littora Boſphori. Id eſt perſtrepentis & ſonantis. Porphyr.
Inſanientis Boſphorus. Horat. 3. Carm. ode. 4. 6. – libens
Inſaniẽtem nauita Boſphorũ Tentabo. Id eſt aquarum æſtu furentẽ.
Perhorreſcere Boſphorum. Horat. 2. Carm. ode. 3.
– nauita Boſphorum Pœnus perhorreſcit.
Boſphorãnus, (βοσπορανός,) boſphorãna, boſphorſinum, Adiectiuũ, pen. product. vt Mithridates Boſphoranus. Tacit. lib. 12. At Mithridates Boſphoranus amiſſis opibus vagus, poſtea quàm Didium ducem Romanum, manum, roburque exercitus abiiſſe cognouerat, &c.
Boſphoranus, Accola Boſphori. Tacit. lib. 12. Tum compoſito agmine incedunt, cuius frontem & terga adorſi media cohortes & Boſphorani tutabantur. Cic. pro Lege Manilia. 5. Boſphoranus finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet.
Boſphorius, aliud adiectiuum, (βοσπόριος,) vt mare Boſphoriũ. Ouid. 2. Triſt. 60. Egerit Iomo, Boſphoriosque mari.
BOSTAR, Viri proprium de quo Silius Italicus lib. 3. 131.
Interea voces Iouis, atque oracula portans
Emenſis aderat Garamantum lætus arenis
Boſtar, & vt viſo ſtimulabat corda tonante.
BOSTRA, Phœniciæ vrbs ad mare ſita, Byblo vicina, vt tradit Strabo libro. 16.

Boſtrychites, penult. prod. Gemma crinibus mulierum ſimilis. Plin. lib. 37. cap. 10. 11.

Botellus, Vide BOTVLVS.

BOTIARI, Thraciæ populi, quorum meminit Plinius lib. 4. cap. 11. In deſcriptione Thraciæ.
Botryon, hunus botryonis, pen. prod. maſc. ge. (βοτρύων,) Diminutiuum Græcum, Idem quod botrus. Martial. lib. 11. 28. Nec dignam toto te botryone putat. Vide ARTEMISIA.
Botryon, Medicamentum. Plin. lib. 28. cap. 4. 11. Aeſchines Athenienſis ex crematorum cinere anginis medebatur & tonſillis, vuisque & carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat botryon.
BOTRYS, oppidum eſt Syriæ Phœniciæ, cuius mentionem facit Plinius lib. 5. cap. 20. in deſcriptione montis Libani.

Botrytes, pen. prod. (βοτρῦτης,) Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. 11. Botrytes alia nigra eſt, alia pãpinea, ſcipitri vuę ſimilis.

Bótulus, pen. corr. ſine botellus, Farciminis genus è carne ſuilla: à bolis, id eſt fruſtulis carnis, vt quidam putant, appellatus.

Feſtus, Botulus, genus farciminis, propter connexionem, à bolis ſic appellatur. Martialis lib. 14. 77.
Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni ſeptem venerat ante dies.
Botularius, Botulorum venditor confectorque. Botuli teſte Feſto, farcimina erant. de his ita ſcribit Apicius, Botulum ſic facies, ex oui vitelli coctis, nucleis pineis conciſis. Cepam addes, porrum cõciſum, thus crudum. Miſcebis piper minutum, & ſic inteſtinum farcies. Adiicies liquamen & vinum, ſicque coquas. Erat quidem botulus menſis omnibus gratus, ſed in Saturnalibus celebrabatur præcipuè, dum ex eo corona fieret pulti. Martialis lib. 5. Et pultem niueam premens botellus. Botellus enim eſt paruus botulus. Idem lib. 14. 77. Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ Saturni ſeptem venerat ante dies. Si dilligenter omnia perpenderis, tibi fortè perſuadebis, botulum ſeu botellum id eſſe farcimen quod Galli vulgò Bodinum vocant, luxato vt opinor vocabulo.

Boua, Vide BOA.

Bouare, Vide BOI.

BOVIANVM, (βουίανον,) Samnitium colonia vetus, dicente Plinio lib. 3. cap. 12. 3. Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixere, colonia Bouianum vetus, &c.
Bouianius, Adiectiuum, (βουιάνιος,) vt luſtrum Bouianiũ. Sil. lib. 8. 113.
Qui Batulum, Mucraſque colunt, Bouiania quique
Exercent luſtra.

Bouile, Bouillus, Vide BOS.

BOVILLAE, Bouillarum, (βουίλλαι,) Oppidum in Latio haud procul ab Vrbe, via quæ ducit Ariciam, vt ait Aſconius. Plin. lib. 3. cap. 5.
Perſius Saty. 6. 7. – accedo Bouillas Cliuumque ad Virbi.
Suburbanæ Bouillæ. Propert. lib. 4. 1. 7.
Quippe ſuburbanæ paruæ minus vrbe Bouillæ.

Bouinor bouinaris, (ἀνδρεῖα,) bouinari, Feſtus pro conuitiari interpretatur.

Bouinator, (ἀνδρεῖτης,) Verbale, qui conuitiatur. Lucilius, Hic ſtrigoſus, bouinatorque ore improbus duro. Gellius lib. 11. cap. 7. Atque id voce magna ter quaterue inclamauit bouinator.

B R

BRABEVTENE, pen. corr. mons quem Liuius lib. 4. de bello Macedonico decem millibus paſſuum à Lacedæmonia propinquum dixit.

Brabeutes, brabeutæ, m. g. (βραβεύτης,) Diſpenſator, præfectus gymnicis agonibus: deſignator Latinè dicitur. Suet. de Nerone, Nec aliter certamina gymnica Græcia tota ſpectauerat, quàm brabeutarum more, in ſtadio humi aſſidens.

Brabîum, pen. prod. (βραβεῖον,) Latinè dicitur victoria, & victoriæ præmium. Brabium dicendum eſſe Latinis admonet Eraſmus, non brauium: hoc eſt per s ſecundam literam, nó per v.

deinde penultima acuta, aut circunflexa, quemadmodum eſt apud Græcos βραβεῖον, id eſt brabium ſiue brabeum. Qui de Græcarum vocum etymologiis conſcripſerunt, exiſtimant βραβεῖον dictum à ἐλβῶς, mutatis ac tranſpoſitis literulis aliquot, quod eſt virga, ſiue ſceptrum. Vnde qui regalia ſceptra geſtant, brabeutæ dicti ſunt, quòd horum partes eſſent in certaminibus præmium addicere ei qui victſſet, nequis inter certantes oriretur tumultus.
BRACARVM, conuentus vnus è ſeptẽ Hiſpaniæ. Vniuerſa enim prouincia Hiſpaniæ diuiditur in conuentus ſeptẽ, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturũ, Lucenſem, Bracarum. Verba ſunt Plinii cap. 3. lib. 3.

Bracca, braccę, (βρέκκαι,) Veſtis fluxa, intonſaque, ac varii coloris: qua vtebãtur frigidioris plagæ homines, vt inquit Dio lib. 6. Et à qua Braccata Gallia vocata eſt, quòd Galli veſtes ferant intonſas & varii coloris. Alii ſcribunt brachæ per h ſed ſine ratione: fuit enim à Græco ἔβδομος, & per additionem β βδόμος, vnde braccę quaſi ἑβδόμαι. Brachas viſos fuiſſe Scythas docet Ouidius, quum ait,

Pellibus & laxis arcent mala frigora brachis. Et Pũponius Mela, Brachari ſunt (inquit) totum corpus Sarmatæ, & niſi qua videt etiam ora veſtiti. Suet. in Cæſare, Idẽ in curia Galli brachas depoſuerunt, latum clauum ſumpſerunt. Vide Bayſium in libello De re veſtiaria.
Laxæ brachæ. Lucan. lib. 1. 86. Et qui te laxis imitãtur Sarmata brachis Vangiones, &c.
Perſica bracha. Ouid. 5. Triſt. eleg. 11. 7.
Pro patrio cultu Perſica bracha tegit.
Brachæ Sarmaticæ. Valer. lib. 5, Argonaut. 85.
Brachãtus, ſiue braccatus, pen. prod. Adiectiuum, Bracha indutus. Cic. p Fonteio. 19. Sic exiſtimatis eos hîc ſagatos, brachatoſque verſari animo demiſſo atque humili, vt ſolent ii qui affecti iniuriis, ad opẽ iudicũ ſupplices inferioresq; confugiunt? Idẽ in Piſonẽ. 42. Neq; paterni generis, ſed brachatę cognationis dedecus, quemadmodum veniſti?
Miles brachatus. Propert. lib. 3. eleg. 4. 4.
Tela fugacis equi, & brachati militis arcus,
Et ſubter captos arma ſedere duces.
Brachata Gallia, Prouincia Narbonenſis dicente Plinio, Narbonẽſis prouincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, Brachata antè dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiumque ſaluberrimis Romano imperio iugis. Hæc Plinius lib. 3. cap. 3. Cõſtat autẽ Brachatam dictã eſſe à veſtiũ habitu, quũ reliqua à nutriendi capilli ſtudio Comata diceretur. quanquã ſunt qui toti id nomen Galliæ falsò tribuant, illo Lucani verſu monit: Crinibus effuſis toti prælate Comatę. Conſtat enim ex lib. 11. Cornelii Taciti, Comatam à Narbonenſi aliam eſſe omnino. vide Plinium lib. 4. cap. 17.
Brachiarius, Bracharum veſtium confector. Lampridius ſcribit ꝙ Alexander imperator veſtigal inſtituit brachariorũ, linteonum, & pallionũ.
BRACHARA, ſiue Bracara, (βρεκκαρὰ ἀγουσία,) apud Ptolemæũ vulgò hodie braga. cui⁹ præſul metropoliticus, ſimul & primas regni Lutitaniæ appellatur. Author Volaterranus.

Brachium, brachii, (βραχίων,) Os vlnę à Celſo dicitur, & pro toto brachio accipitur quod eſt ab vlna ad cubitũ. Vir gilius. 5. Aeneid. 72. Et cuincti attolit brachia palmis. Cæſar. 7. belli Gall. 223. Vt brachia modò atque humeri ad ſuſtinenda arma liberi ab aqua eſſe poſſent.

Leui brachio & molli brachio dicimus, quum indiligentem operam ſignificamus. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 11. Quòd me quodam modo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita exiſtimes. Idem ad eundem, lib. 4. 85. 9. Conſules qui illud leui brachio egiſſent, rẽ ad Senatum detulerunt. Vide MOLLIS.
Brachia, de piſcibus. Plin. lib. 9. cap. 29, de nautilo, Poſtea duo prima brachia retorqueut, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua velificante in aura cæteris ſubremigãs brachiis, media cauda vt gubernaculo ſe regit. Ibidẽ cap. 30. 1. de polypo loquẽs, Illas ad tactũ cõprimi, præcidẽtes brachia corũ, vltroq; eicam ex prędante capere.
Brachium, de mari & fluminibus dictum. Liu. 2. bel. Pun. 215. Et omnium primum brachio fluminis obiecto eos excludit.
Brachia portuum. Suet. in Claud. cap. 20. Portum Hoſtiæ extruxit circunducto dextra ſiniſtraque brachio.
Brachia montium. Plin. lib. 5. cap. 27. 8.
Brachia in vitibus ſunt, vt flagella, palmites, duramenta. Columel. lib. 6.
Brachia ſunt quæ duramenta Græci vocant. Idem, Nec debemus cõmittere vt brachia pleniora trunco ſint. Budæus.
Brachium equo, vel potius Centauro. Ouid. 3. Metam. 66. Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbis.
Contractio brachii. Cic. in Orat. 33. Brachii proiectione in contẽtionibus, contractione in remiſſis.
Porrectio brachii. Author ad Heren. lib. 3. 102. Sin contentio fiet per diſtributionem celeri porrectione brachii inambulatione, pedis dextri rara ſupploſione acri & defixo aſpectu vti oportet.
Proiectio brachii. Cic. in Orat. 33. Brachii proiectione in cõtẽtionibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venæ brachiorum. Tacit. lib. 15. Obiit abruptis brachiorum venis.
Brachia abrupta. Pindi. Id est arbores in mõte Pindo crescẽtes. Claud. Paneg. lib. 3. 61. Dalmatiæ lucos, abruptaq́ue brachia Pindi, Sparsa comam. Ctitonartis agit.
Adducta brachia soluere. Ouid. 9. Metam. 11. – quarto
Excutit amplexus, adductaq́ue brachia solut.
Alterna brachia iactare. Virg. 5. Aeneid. 75. – alternaq́ue iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Annexa brachia arboris. Virg. 6. Aeneid. 17.
In medio ramos, annosaq́ue brachia pandit
Vlmus opaca ingens.
Brachia ardua insulæ. Claud. epigram. 33. De cuiusdam insulę descriptione loquens.
In longum producta latus, fractasq́ue per vndas
Ardua tranquillo curuantur brachia portu.
Cærea brachia. Horat. 1. Carm. ode. 13. 1.
& cærea Telephi
Laudas brachia. Id est mollia, aut cæræ similia. Acron.
Candida brachia. Stat. lib. 3. Sylu. 5. 14.
Candida seu molli diducit brachia motu.
Captantia collum brachia. Ouid. 3. Metam. 86.
In medias quoties visum captantia collum
Brachia mersit aquas, nec se deprendit in illis.
Captiua brachia. Seneca in Hercule Oetheo. 2. 2.
Non captiua dabit brachia vinculis.
Celeri brachio vti. Author ad Heren. lib. 3. 20. Sin contendemus p̃ continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu vtemur.
Concaua brachia Cancri. Ouid. 10. Metam. 16.
– Solisq́ue vapore
Concaua litorei feruebant brachia Cancri.
Brachia consumpta ferro. Statius lib. 10. Thebaid. 33.
Brachia curua. Statius lib. 6. Thebaid. 170.
Defessa brachia. Seneca in Hercule Oetheo. 14. 21.
– expedi in planctus tamen,
Defessa quanquam brachia.
Excussa brachia. Ouid. 5. Metam. 120.
– excussaq́ue brachia iacto.
Ferrea brachia. Ouid. 8. Metam. 50.
– & ex vno duo ferrea brachia nodo Iunxit.
Fluentia brachia. Ouid. 9. Metam. 12.
Vix tamen inferui sudore fluentia multo Brachia.
Fortia brachia. Statius. 1. Achilleid. 66.
Inertia brachia. Ouid. 5. Metam. 110.
Lenta brachia. Seneca in octauia. 6. 16.
– brachia quanuis
Lenta trahentem voce hortantur. Ouid. 17. Epist. 12.
Libera brachia. Ouid. 15. Metam. 145.
Illæ tollentes etiamnum libera cœlo Brachia.
Lisentia brachia. Ouid. 6. Metam. 56.
A quibus ad cœlum lisentia brachia tollens.
Liuida brachia. Horat. 1. Carm. ode. 8. 2.
– neque iam liuida gestat armis Brachia.
Mollia brachia. Lucret. lib. 4. 159.
Mollia mobiliter quum alternis brachia mittunt.
Brachia nemorosa Taxus fundit. Silius Ital. lib. 13. 120.
Nigra brachia. Iuuenal. Saty. 15. 5.
Brachia nuda. Claud. lib. 2. de Raptu Proserp. 6.
Obliqua brachia. Ouid. 5. Metam. 43.
Confessaq́ue manus, obliquaq́ue brachia tendens.
Onerata brachia telis. Ouid. 3. Metam. 22.
Operosa brachia. Stat. 1. Thebaid. 44.
– iam pridem Cyclopum operosa fatiscunt Brachia.
Pallentia brachia. Ouid. 7. Metam. 69. – & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens.
Non profectura brachia. A proficio. Ouid. 6. Metam. 53.
Vltimus Ilioneus non profectura precando
Brachia sustulerat. Id est quibus nil poterat efficere.
Recta brachia. Quintil. lib. 2. cap. 11. 9.
Retorta brachia. Horat. 3. Carm. ode. 5. 5. – vidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero.
Sæua brachia. Ouid. 2. Metam. 17.
Sequaq́ue circuitu curuantem brachia longo Scorpion.
Saucia brachia. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 4.
Sopita brachia. Ouid. 14. Epist. 14.
Dum petis amplexus, sopitaq́ue brachia tactas.
Spatiantia brachia. Ouid. 14. Metam. 126. – spatiantia passim
Brachia compescit.
Subiuncta brachia lacertis. Ouid. 14. Metam. 91.
Temeraria brachia. Ouid. 1. Amorum, eleg. 7. 1.

Nam furor in dominam temeraria brachia mouit.
Circundare brachia collo. Ouid. 9. Metam. 93.
Quòd sua fraterno circandet brachia collo.
Cohibere brachium. Cic. pro Cælio. 7. Nobis quidé olim ann⁹ erat vnus ad cohibendum brachium toga constitutus, & vt exercitatione ludoque campestri tunicari vteremur.
Compescere brachia. Ouid. 14. Metam. 126. – & spatiantia passim
Brachia compescit.
Concauare brachia. Ouid. 2. Meta. 39. Est locus, in geminos vbi brachia concauat arcus Scorpius. &c.
Contrahere brachia. Virgil. 1. Georg. 7. – ipse tibi iam brachia cõtrahit ardens Scorpius.
Curuare brachia. Ouid. 2. Metam. 7.
Dare brachia. Horat. 2. Carm. ode. 12. 4.
Quam nec ferre pedem dedecuit choris,
Nec certare ioco, nec dare brachia. Virgil. 6. Aeneid. Ter conatus ibi collo dare brachia circlm. Horat. 3. Carm. ode. 9. 1.
Nec quisquam potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat.
Demittere brachia. Virgil. 3. Aeneid. 107. – gemino demittunt brachia muro Turriti scopuli.
Demissa brachia. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6. Neque enim aduersa sit facies, & demissa brachia, & iuncti pedes.
Diducere brachia. Statius. 3. Sylu. 5. 14.
Candida seu molli diducit brachia motu.
Efferre brachia. Virg. 5. Aeneid. 85.
Brachiaq́ue ad supera interritus extulit auras.
Exerere brachia. Ouid. 2. Metam. 54.
Ter Neptunus aquis quum toruo brachia vultu
Exerere ausus erat.
Exoluere brachia ferro. Tacit. lib. 15. Post quę eodem ictu brachia ferro exoluunt. Id est aperta, siue secta vena mortem sibi asciscunt.
Extentũ brachiũ. Cic. 2. de Orat. 134. Per tuas statuas verò quum dixit, & extẽto brachio paululũ etiã de gestu addidit, vehementius ritimus.
Extruere brachia. Lucan. lib. 3. 78. crudaq́ue extruxit brachia terra. Id est aggeres, siue extrema valli cornua.
Fatiscere brachia. Stat. lib. 1. Thebaid. 44. – iam pridem Cyclopum operosa fatiscunt Brachia.
Ferire brachia. Seneca in Med. 10. 14. – tibi nudato
Pectore Mænas sacro feriam Brachia cultro.
Ferre brachia humida. Ouid. 18. Epist. 12.
Fidere brachiis. Horat. 3. Carm. ode. 4. 10.
Magnum illa terrorem intulerat Ioui
Fidens iuuentus horrida brachiis.
Frangere brachium. Cic. 1. de Orat. 140. Excusauit Vespa Terentius, q̃ eum brachium fregisse diceret.
Gerere brachia. Ouid. 15. Metam. 91. – & quæ modo brachia gessit,
Crura gerit. Horat. 1. Carm. ode. 8. 2.
Iactare brachia. Virgil. 5. Aeneid. 75. – alternaq́ue iactat
Brachia protendens. Ouid. 5. Metam. 120. – excussaq́ue brachia iacto
Iactare brachium in latus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 29.
Implicuit brachia collo materno. Ouid. 1. Metam. 76.
Inuicere brachia collo captiuo. Ouid. 1. Metam. 18.
– vt inficeret sperato brachia collo.
Intendere brachia remis. Virgil. 5. Aeneid. 165. – iuber ocyus omnes
Attolli malos, intendi brachia remis. & ibidem. 28.
– intentaq́ue brachia remis. Ibidem. 80.
Laxare brachia. Stat. 1. Achil. 66. – & fortia laxat Brachia.
Mittere brachia. Lucret. lib. 4. 159.
– quum alternis brachia mittunt.
Mouere brachia. Ouid. 5. Metam. 164. – & brachia mouit in herbis.
Nectere brachia. Stat. lib. 1. Achil. 64. – & brachia ludo
Nectere, nate graue est?
Opponere brachia. Ouid. 9. Metam. 7. Brachia opposui.
Pandit brachia vlmus. Virg. 6. Aeneid. 57.
– annosaq́ue brachia pandit vlmus opaca ingens.
Porrigere brachia. Ouid. 1. Metam. 2. – nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Idem. 1. Metam. 76.
– vtraque cœlo
Brachia porrexit. Idem. 3. Metam. 92.
Porrecta brachia. Iuuenal. Saty. 11. 8. Tyrrhenamq́ue Pharon, porrectaq́ue brachia rursus.
Præbere brachia sceleri. Ouid. 7. Epist. 25.
Præbueram sceleri brachia nostra tuo.
Procurrunt brachia. Ouid. 11. Metam. 47.
Est sinus Aemoniæ, curuos falcatus in arcus,
Brachia procurrunt.
Pulsare brachia. Senec. in Herc. Oeth. 15. 3. – centum populi
Brachia pulsent. Scilicet ad luctum Herculi exprimendum.

Remittere

Remittere brachia. Virg. 1. Georg. 41.
– si brachia fortè remisit.
Sufferre brachia. Ouid. 6. Metam. 53.
Tendere brachia. Ouid. 3. Metam. 89. – paulumq́ue leuatus
Ad circunstantes tendens sua brachia syluas. Et. 1. 63.
Tendere brachia, dicitur arbor. Virg. 2. Georg. 60. – & brachia rẽdens
Hue illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.
Tollere brachia in numerum. Virg. 4. Georg. 35.
Illi inter sese magna vi brachia tollunt In numerum
Tondere brachia arborum. Virg. 2. Georg. 74.
– tunc stringe comas, tunc brachia tonde.
Brachiolum, Diminutiuũ, pen. corr. (βραχίολον,) Catul. in Epithalamio Iuliæ epig. 56. 37. Mitte brachiolum teres Prætextatæ puellulæ.
Brachiãlis, & hoc brachiãle, pen. prod. (βραχιάλιος,) Quod est brachiorum. Plaur. Pœnulo. 18. 98. – condamus alter alterum
In neruum brachialem.
Brachialis crassitudo. Plin. lib. 13. cap. 11. 5. Brachiali radicis obliquæ crassitudine papyrum nascitur.
Brachiale, Substantiuum, (βραχιόνιον,) Ornamentum brachiorum. Plin. lib. 28. cap. 7. Lais & Salpe, canum rabiosorum morsus, & tertianas, quartanasq́; febres, monstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Armillas etiam vocamus.
Brachiãtus, pen. prod. Adiectiuum, (βραχιονατος,) vt Brachiata vinea. Colum. lib. 5. cap. 5. 18. Alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant: quibus cordi est in brachia vitem componere.
BRACHMANES, pen. prod. (βραχμάναι,) Indiæ populi, & philosophi quorum philosophandi genus, vt indicat Strabo lib. 15. non adeò à Pythagoricis præceptis alienum est. Adnotauit Porphyrius Platonicus, sapientes Indorum nominatos fuisse Gymnosophistas: qui quidem si generis successione in studio religionis & sapientiæ procederent, Brachmanes dicti sunt: qui verò idem electione tantum profiterentur, Samaneos dictos ait: quorum vitam scripsit Bardesanes Babylonius. Habent igitur suos Indi sapientes, quorum potissimi Brachmanes, quos Apollonius in cœlo esse, & non in terra dixit, sicut Philostratus scribit lib. 3. ob perpetuam scilicet rerum cœlestium contemplationem. Hi mundum dixere creatum, corruptibilemq́; & sphæricum, quem vniuersum conditor & administrator omnium Deus peruadat. Nostram autem vitam nihil esse aliud, quàm vinidum quendam hominis conceptum: mortem verò natiuitatem ad veram illam & felicem vitam his qui rectè philosophati sunt. Ex Strabone lib. 15. Horum etiã meminit Plinius lib. 6. cap. 17. Dicuntur & Brachmanæ.
BRACHODES, extrema, (βραχώδης ἄκρα,) vrbs Africæ minoris Ptolemæo. Vulgò Monexi.
Brachycatalecton, (βραχυκατάληκτον,) Brevis terminatio versus, cui desunt in fine syllabæ. nã in eo vt pfectus sit, deest integer pes. Et dr metrũ brachycatalectico.
Brachylogia, pen. corr. (βραχυλογία,) Latinè breuiloquium dicitur. Quintil. lib. 9. cap. 3. Dissolutio, figura vocatur apta, quum quid instantius dicimus. Nam & singula inculcantur, & quasi plura fiunt. Ideoque vtimur hac figura non in singulis mo dò verbis, sed sententiis etiam: vt Cicero dicit contra concionem Metelli. Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad Senatum adduci iussi, in Senatu sunt positi. Et totus hic locus talis. Hoc genus βραχυλογίαν vocant, quæ potest esse copulata dissolutio.
Bractea, bracteæ, (ἔλασμος,) Vallã lib. 4. cap. 7. Laminam tam genteam, electream, auricalceam dicimus. Bracteam potius ex his posterioribus. Aut certè bractea tenuis est, & sua spõte plicabilis: lamina verò crassior, ex qua armatura cõficitur, & qua incensa olim homines torquebantur, nec crepitat vt bractea præ tenuitate. Virg. 6. Aeneid. Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea vento. Veruntamen ita tenuis non-nunquam bractea est, vt crepitare non possit, vt illa ex qua fit auratura & argentatura. Plin. lib. 21. cap. 3. 1.
Bracteæ ligni. Plin. lib. 16. cap. 43. 5. Excogitatæ sunt & ligni bracteæ.
Tenuis bractea. Ouid. de Arte amandi. 3. 47.
Inspice quàm tenuis bractea ligna tegat.
Bractearius, (ἐλασμοποιός,) qui aurum malleis rusum, & in quamis tenuitatem ductile cebus inaurandis inducit. Budæus.
Bracteator, pen. prod. Idem. Firmicus, Quicunque habuerit horoscopũ in XVII. parte Scorpii, erit aurifex, inaurator, & bracteator.
Bracteola, bracteolæ, pen. corr. (ἐλασμάτιδιον,) Dimin. Iuuen. saty. 13. 16.
– qui bracteolam de Castore ducat.
BRACTIA, insula est vna Illyrici. Insulas autem Illyrici amplius milie frequentatas Plinius est author.
BRAGADA, Fluuius qui iuxta Vticam labitur. Aliis Bagrada vocatur. Vide suo loco.
BRAGAE, Insulæ quædam sunt desertæ, vt tradit Plinius lib. 6. cap. 28.
BRAHA, Tur dulorum oppidum est in Hispania, & conuentus Corduben-

sis. Author Plinius lib. 3. cap. 1.
BRANCHIDAE, Apollinis Didymæi sacerdotes, apud Posideũ oppidum & promontorium Ioniæ, qui locus (inquit Plin. lib. 5. cap. 29.) prius Brãchidarũ oraculũ dicebat, nũc Didymæi Apollinis. quo in loco de Brancho, & Apollinis amore cõficta fabula est. Author Strab. li. 14.
Branchiae, branchiarum, (βράγχια,) Dicuntur in piscibus, secundum eorum icem folliũ mocchiantes partes, quib⁹ anhelitum reddere, ac per vices recipere existimant, Plin. lib. 9. cap. 18. 2. Piscium alii branchias multiplices habent, alii simplices, alii duplices. His aquam acceptam ore remittunt.
BRANCOSI, Populi sunt Asiæ, quorũ meminit Plin. lib. 6. cap. 20.
BRASIDAS, dux Lacedæmonius, circa Amphipolim ab Atheniensiũ multitudine impar deprehensus, claudendum se præstitit, vt per longum coronæ ambitum extenuaret hostium frequentiam: quaque rarissimi obstabant, erupit. Author Frontinus.
Brássica, pen. corr. (κράμβη,) à præsecando est dicta, Authore Festo. Brassica (inquit Varro lib. 4. de Lin. lat.) vt præsecaq́e ex huius scapo minutatim præsecatur. Cato de Re rust. cap. 146. 1. Brassica est quę omnibus oleribus antistat. Martial. lib. 13. 17.
Ne tibi pallentes moneant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua. Cicero. 2. de Nat. Deorum. 179. Iã verò vites sic clauiculis admiscula tanquam manibus apprehendunt, atque sese ita erigunt vt animantes: quinetiam à caulibus brassicis si ppe fati sint, vt à pestiferis & nocẽtibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere. Cato cap. 157. 1. de brassicæ generibus, Nunc vti cognoscas genera earum, prima est Leuis, quæ nominatur λεία, grandibus & latis foliis, caule magno: alidam hæc natura tam, & vim magnam habet. Altera est crispa, quæ à similitudine apii σελινοειδὴς vocatur. Hæc est & aspectu & natura bona ad curationẽ validiorq́ue est quàm quæ supra scripta est. Item est tertia, quæ κραμβὴ vocat, minutis cauli bus, tenuioribus foliis, & acerrima omnium est istarum, tenui succo vehementissima. Et primum scito, de omnibus brassicis nulla est illius modi medicamentosior. Plaut. Pœud. 13. 26. Brassicam vulgus vocat, caolo & verza, & capuccio.
Macerare brassicam in aquam. Vide MACERO.
Vincire brassicam. Propert. lib. 4. eleg. 2. 9.
Me notat & iunco brassica vincta leui.
BRATTIA, Mœsiæ prouinciæ, quę Pannoniis iungitur, insula est, vt scribit Plinius cap. vltimo lib. 3.
BRAVRON, Atticæ oppidum, vbi Dianæ Brauroniæ sacellum est. Author Strabo lib. 9. & Plinius lib. 4. cap. 7.
BRAVVM, (βράκον,) Vrbs Hispaniæ Ptolemæo, vulgò Burgos, olim Masburgi, alius Auca.
BREGI, & Breges, & Phryges, iidem sunt. Strabo lib. 12.
BREGMENTENI, Asiæ populi in Troade. Auth. Plin. lib. 5. ca. 30.
BRENO, Dux Gallorum, qui Brenonam Venetorum vrbem ædificauit: quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. Nonnulli scribunt duplici in.
BRENNVS, (βρέννος,) Senonum Gallorum regulus, & dux: in cuius mentione occupatissimus est Liuius lib. 5.
Brennus sacrilegus. Propert. lib. 3. eleg. 13. 11.
Torrida sacrilegum testantur lumina Brennum,
Dum petit intonsi Pythia regna dei.
Veloces Brenni. Horat. 4. Carm. ode. 14. 3.
Brephotrophium (βρεφοτροφεῖον) Latinè parvulorum hospitium dicitur.
BRETTENA, (βρέττινος,) Vrbs Italiæ sub Venetia Ptolemæo. Plinius Brintum vocat: hodie Brignano.
Breuis, & hoc breue, (βραχύς, βαιός, σύντομος,) Proprie quod longo opponitur. Cic. 4. Acad. 164. Multa pauca, magna parua, longa breuia, lata angusta.
Breuis & Longa, contrãria. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4. 7.
Tu, quia tam longa es, veteres heroidas æquas:
Et potes in toto multa iacere thoro.
Hæc habilis breuitate sua fit cito rumpor vtraque:
Conueniunt voto longa, breuisque meo.
Aliquid contractione breuius fieri, aut productione longius. Cicero. 3. de Oratore. 102.
Contractus & breuis. Cic. de Claris Orat. 84. Et ambitus ille verborũ (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis.
Exiguum & breue. Cic. pro Archia. 21. Quid est q̃ in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam breui, tantis nos laboribus exercemus?
Cursu breuissimus, qui non longè decurrit. Ouid. 14. Metamor. 66. de Almone fluuio.
Breue vitę reliquum. Plaut. Mer. 10. 4. Decursò in spatiò breue quod vitæ reliquum est.
Breuis atque concisa actio. Quintil. lib. 6. cap. 4. 2.
Aeuum breue. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 20. Viue memor quàm fis æui breuis. Idem. 2. Carm. ode. 16. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aeuum breue & fragile. Plin.in Paneg.130.
Ahius breuis. Virgil.3.Georg.16. –illi ardua ceruix
Argolumq́ue caput breuis aluus obeſaq́ue terga.
Annus breuis. Horat.4.Carm.ode.15.6. –ſed Cynaræ breues
Annos fata dederunt. Ouid.5.Faſt.85.
Aqua breuis. Ouid.17.Epiſt.36.
Non minus hæc nobis tam breuis obſtat aqua.
Auditu breui. Tacit.lib.18.Breui auditu, quanuis magna trãſibat, impar curis grauioribus.
Caput breue. Horat.1.Serm.Saty.2.18.
Caſus breuis. Seneca in Troade.4.15. – caſus hęc rapit breuis.
Ceuſus breuis. Horat.2.Carm.ode.15.3.
Priuatus illis cenſus erat breuis.
Cœna breuis iuuat. Horat.1.Epiſt.14.7.
Colubер breuis. Ouid.2.Epiſt.14.
Affuit Alecto breuibus torquata colubris.
Coma breuior. Seneca in Hippol.6.14.
Cõmendatio breuis. Plin.lib.11.cap.42.1. Laus caſeo Romæ, vbi omniũ gentium bona cõmius iudicari, è prouinciis. Nemauſenſi præcipua, Leſuræ, Gabaliciq; pagis. Sed breuis ac muſteo tũ commendatio.
Cura breuis. Horat.2.Epiſt.144. Curam redde breuem.
Curſus breuiſſimus. Virg.3.Aeneid 101.
Dies breuior. Ouid.1.de Ponto, eleg.4.3. Sæpe fuit breuior, quàm mea verba, dies. Virgil.1.Georg.64.
Dominus breuis. Horat.2.Carm.ode.14.5.
Te præter inuiſas cupreſſos
Vlla breuẽ dominum ſequetur. Breuem, Id eſt parui temporis: vt ait Acron. vel breuis vitæ, vt Porphyrio interpretatur.
Donum breue, Non durabile. Seneca in Hippolyto.6.6. Exigui breue donum temporis.
Excurſus breues. Virgil.4.Georg.39.
Excurſuſq́ue breues tentant.
Fila breuiora. Ouid.5.Triſt.eleg.11.10.
Fila dedit vitæ non breuiora meæ.
Flores breues. Horat.2.Carm.ode.3.3. – & nimium breueis
Flores amœnę ferre iube roſæ.
Foliis breuioribus ornare. Horat.1.Epiſt.20.6.
At ne me foliis ideo breuioribus ornes,
Quòd timui mutare modos, & carminis artem. Prouerbialis ſententia, quæ idem vult ac ſi diceret, ne me parcius laudes tanquam in metris nil innouare auſim ac proferre pro meo multa, inquit, ex diuerſis authoribus compoſuit. Porphyrio.
Forma breuis. Ouid.5.Metam.97. Inque breuem formam, ne ſit vis magna nocendi Contrahitur.
Frons breuis. Martial.lib.1.148. Frons breuis, atque modus breuiter ſit naribus vncis.
Fructus breuis. Lucretius lib.3.187.
– breuis hic eſt fructus homullis.
Furor breuis. Horat.1.Epiſt.2.13.
Ira, furor breuis eſt, animum regequi niſi paret,
Imperat huncfrænis, hunc tu compeſce catena.
Gaudium breue. Seneca in Oct.4.21. – ſit licet forma eminens
Opibus ſuperba, gaudium capiet breue.
Gyro breuiore flecti. Seneca in Hippol.3.8.
Herba lapathi breuis. Horat.2.Serm.Saty.4.6.
Ilex breuior. Seneca in Hercule Oetheo.13.7. Rapit alta flãmas pinus, & robur tenax: Et breuior ilex.
Iter breuius. Ouid.1.de Ponto, eleg.5.7.
Et breuius quàm nos ille peregit iter.
Latus breue. Horat.1.Serm.Saty.2.10.
Lilium breue. Horat.2.Carm.ode.36.4.
Littus breue. Tacit.lib.14. Nauesq́ue fabricatur plano alueo aduerſus breue littus & incertum.
Menſa breuis. Horat.de Arte poet.41.
Ille dapes laudet menſæ breuis.
Menſura breuior. Ouid.9.Metam.158.
Mora breuis. Seneca in Troad.8.5. Breuem moram largire.
Mus breuis. Ouid.2.Faſt.115.
Breuia pro conſectatoriis. Cic.4.de Finib.79. Venio ad illa tua breuia, quę conſectatoria eſſe dicebas. & primum illud quod nihil poteſt eſſe breuius. Budæus.
Occaſio breuis. Terent.Eunuc.3.5.47.
– an ego occaſionem
Mihi oſtentatam, tam breuem, tam optatam, tam inſperatã amitterẽ.
Opus breue. Ouid.Epiſt.21.1.
An niſi legiſſes authoris nomina Sapphus,
Hoc breue neſcires vnde mouetur opus?
Ora breuis. Lucret.lib.4.36. – vt breuis ora teratur.
Pœnæ breues. Seneca in Oedipo.11.5.

–itáne tam magnis breues
Pœnas ſceleribus ſoluis?
Pondus breue. Horat.2.Serm.Saty.2.8. –his breue pondus.
Præcepta breuia. Cic.1.de Orat.70. Nã de actione & de memoria quædam breuia, ſed magna cum exercitatione præcepta guſtarãt.
Sermo breuis. Plaut. Milite.14.29.
Sigillis breuibus diſtincta. Ouid.6.Metam.18. Clara colore ſuo breuibꝰ diſtincta ſigillis. Id eſt paruis ſignis.
Solamen breue. Seneca in Octa.3.3.
Spes vna mihi, totq́ue malorum Breue ſolamen.
Somnus breuis. Seneca in Troade.6.7. Breuisq́ue feſſis ſomnus obrepſit genis. Plin.in Paneg.81.
Spatium breue. Lucret.lib.4.33.
Et ceu multa breui ſpatio ſubmittere debet
Lumina Sol, vt perpetuo ſint omnia plena. Idem lib.2.16.&.20.
Stultitia breuis. Horat.4.Carm.12.ode.6.
Miſce ſtultitiam conſiliis breuem
Dulce eſt deſipere in loco.
Summa breuis. Martial.lib.12.63.
Bis quinquagenis domus eſt tibi millibus empta:
Vendere quam ſumma vel breuiore cupis. Ouid.5.Triſt.8.7.
Syllaba ſiue littera breuis, cui contrarium Longa vel producta. Cic.3.de Orat.101 Et in Oratore.90. Inclytus dicimus breui prima litera, inſanus producta. Horatius de Arte.51. Syllaba longa breui ſubiecta vocatur Iambus.
Tempus breue. Terent.Hecyra.5.4.2. Ne me in breue hoc conferas tẽpus gaudio hoc falſo frui. Virgil.10.Aeneid. Ouid.6.Meta.10.
–breue & irreparabile tempus Omnibus eſt vitę.
Terra breuiſſima. Plin.Epiſt.287. Erit enim facile per illam breuiſſimam terram, quæ interiacebit, aduecta foſſa onera tranſponere in flumen.
Breui tempore. Cic.pro Cluentio.8. Quæ breui tẽpore poſt patris mortem nupſit. Ceſar.1.bel.Gal.169. De itinere ipſos breui tempore iudicaturos. Cic.ad Terent.lib.14.14.4. Etiam illud verendum eſt ne breui tempore fames io vrbe ſit. Ide.2. Tuſc.7. Atque Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum: vt iam (quod natura fert in omnibus ferè rebus) ſeneſcat: breuiq́ue tempore ad nihilũ ventura videatur. Idem ad Attic.8.16.3.2. Sed quantas breui tẽpore equitum & peditum copias contracturus ſit. Idem ad Caſſium. 12.2.11.
Per vos breui tempore ius ſuum recuperabit.
Ver breue. Ouid.1.Metamorph.24.
Perq́ue hyemes, æſtusq́ue, & inæquales Autumnos,
Et breue Ver, ſpatiis exegit quattuor annum. Idem.10.Metam.17.
Via breuis. Virgil.9.Eclog.5.
Tityre, dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas.
Via breuior mortis. Tibull.1.eleg.10.1.
Via breuiſſima. Ouid.5.Metam.51.
Vipera breuis. Horatius Epod.5.3.
Canidia breuibus implicata viperis.
Vita breuis. Ouid.3.Metam.25.
Iamq́ue breuis vitæ ſpatium ſortita iuuentus.
Brenem vitam colere. Plaut. Pſeud.1.3.33.
Spe breuius, Citius quàm putaras. Ouid.2.de Remed.amor.82.
Spe breuius monitus experiere meos.
Breue facere aliquid. Cic.in Saluſt.2. Iam dabo operam quàm maximè potuero, vt breue id faciam.
Breuis eſſe laboro, Obſcurus fio. Horat.de Arte poet.5.
In breue cogi. Horat.1.Epiſt.11.2. – & ſcis
In breue te cogi, quum plenus languet amator.
Breuis etiam & breue, pro eo quod vulgò borderellum dicimus, accipitur in L.vltima. De conueniendis ſiſci debitoribus, lib.10.C. Inter chartulas confiſcati, breuis quidam aſſeueratur inuentus, qui nomina debitorum cõtineret. Lampridius de Alexãdro. Milites ſuos ſic vbiq; ſciuit vt in cubiculo haberet breues, & numerũ & tempora militantiũ. Flauius in Aurel. Breue inquit nominum conſcripſit. Budæus.
Breuia, breuium, Vadoſa, p quæ poſſumus vadere. Virg.1.Aeneid.15.
In breuia & Syrtes vrget. Id eſt in breuia Syrtiũ. Seruius. Idem in.10.
Et breuibus ſe credere ſaltu.
Littorum breuia, Tacit.lib.5. Breuia littorum nudantur.
Breuia profundis opponit. Tacit.lib.1. Neque, inquit, diſcerni poterant incerta ab ſolidis, breuia à profundis.
Vada breuia. Seuec.in Agam.6.37. Has inopis vnde breuia commouiſſe vada. Idem in Herc. furente.5.3.
Deprehenſus hæſit Syrtium breuibus vadis. Virgil.5. Aeneid.45.
Breui, Ablatiuus, & ſubauditur TEMPORE. Cic.7.Verr.111. Breui poſtea eſt mortuus. In eſt breui tempore poſt. Idem.4.Acade.104.
Sed breui res poteſt tota confici. Plin. Epiſt.190.d. Lacellis hominem iam præfectum ærarii, & breui Conſulem. Plautus Rudente.2.55. Poteſſe ibi eum breui fieri diuitem. Liu.2.Bel.Pun. Deinde breui effecit.
Idem, Breui apparuit. Budæus.

Adeſſe

Adeſſe breui. Ouid.3.de Pont.4.eleg.10. Crede, breuiſq́ue fides aderit. Cic.Attico, lib.8.163. Quum maiores breui habiturus ſit.
In breui. Quintil.lib.9.cap.4. Hæc arbitror vt in breui de ordine fuiſſe dicenda. Cic.ad Octauium.10. O miſeram & in breui tam celerem & tam vanam Reip.commutationem! Subaudi, tempore.
Breui, Aduerbium, ſiue ablatiuus pro aduerbio. Idem ſignificãs quod paucis verbis, ſiue breuiter. Cic.ad Curionem, lib.2.2.5. Breui tamen ſic habeto, in eum ſtatum temporum tuum reditum incidere, vt, &c. Idem ad Lentulum, lib.9.43. Tantum dicam breui, non mihi exercitum, ſed duces defuiſſe. Idem ad Appium, lib.3.8.2. Faciendum mihi putaui vt tuis literis breui reſponderẽ. Idem de Senect.53. Breui præcidã. Idẽ pro Cecin.68. Tametſi extra cauſã eſt, percurrã tamẽ breui.
Circunſcribi & definiri breui. Cic.pro Seſtio.84. Sed genus vniuerſum (vt tollatur error) breui circunſcribi & definiri poteſt.
Cõplecti breui. Cic.1.de Orat.93. Nũc cõplectar quod propoſui breui.
Breuibus aliquid dicere, & breuibus agere, dixit Cicero, pro eo quod alii dicunt vno verbo.
Breuius dicere, cui opponitur Pluribus verbis. Cic.4.de Finib.43.
Quodq́ue ego pluribus verbis, illi breuius, &c.
Oſtendere breui. Author ad Herennium.4.126. Tranſitio vocatur, quæ quum oſtendit breuiter quod dictum ſit, proponit item breui quod conſequatur.
Reſpondere breui. Cic.Pulchro.3.8.2. Faciendum mihi putaui, vt tuis literis breui reſponderem.
Breui, aliter acceptum. Gel.lib.15.cap.17. Fuit autem Aeſchylus non breui antiquior Euripide, Hoc eſt, Longè antiquior.
Breuio, breuiare, (ἐπιτέμνω, συντέμνω,) breuiare. Quintilianus de paraphraſi loquens, libro.1.cap.9.2. Qua & breuiare quædam, & exornare ſaluo modò poetæ ſenſu permittitur. Idem in.11. Humerorũ rarò decens allenatio atq; contractio eſt. breuiatur enim ceruix. Idem lib.5. ca.13. Si callidè quid tacuiſſe, breuiaſſe, obſcuraſſe, diſtuliſſe dicuntur.
Breuiarium, breuiarii, (ἐπιτομή,) Opus conciſum. Græcè epitome fœminino genere. Tranquillus in Auguſto, Fecit & breuiarium totius imperii, quantum militum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniæ in ærario & fiſcis & vectigaliorum reſiduis. Sic Plinius, Vt pariter (inquit) totius culturæ breuiarium quoddam peragatur. Pro eo accepit quod vulgò borderellum dicimus. Hæc ex Budæo. Sueton. de Claris Gram 10. Alterum breuiario rerum omnium Romanarũ, ex quibus, quas veller, eligeret, inſtruxit. Vide Plinium lib.7.cap.26.4.
Breuiloquens, pen.corr. (βραχυλόγος,) Adiectiuum, Qui paucis aliquid ſcribit, aut dicit. Cic.ad Atticum, lib.7.138.1. Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit.
Breuiloquentia, (βραχυλογία,) Idem quod breuiloquium. Cicero in libris de Rep. Breuiloquentiam in dicẽdo colat. Ex Gellio lib.12.ca.2.
Breuitas, penul.corr. breuitãtis, (βραχύτης συντομίας,) Plin.epiſt.20.2. Cui nihil æquè in cauſſis agendis, vt breuitas placet. Cic.3.Verr.72. Multa autem propter rationem breuitatis ac temporis prætermittenda exiſtimem. Idem in Bruto.24. Breuitas autem, laus eſt in aliqua parte dicendi, in vniuerſa eloquẽtia laudem non habet. Idem.2.de Orat.177. Narrare verò rem quòd breuiter iubent (ſi breuitas appellanda eſt, quum verbum nullum redundet) breuis eſt L.Craſſi oratio: ſi tum eſt breuitas, quum tantum verborum eſt, quantum neceſſe eſt.
Contractio & breuitas. Cic.in Orat.112. Quia contractio & breuitas dignitatem non habeat.
Breuitatis imitatio. Cic.1.de Inuent.41. Ac multos imitatio decipit breuitatis, vt quum ſe breues putent eſſe, longiſſimi ſint.
Iudicium breuitatum. Cic.in Orat.100. Iudicium longitudinum & breuitatum in ſonis.
Habilis breuitate. Ouid.2.Amorum, eleg.4.7. Hæc habilis breuitate ſua eſt. Breuitate, ob breuitatem.
Breuitas ambitus, & Longitudo ambitus, contraria. Cic.in Orat.129.
Breuitas arboris. Plin.lib.12.cap.2. Nanque & chamæplatani vocantur coactæ breuitatis, quoniam arborum etiam aborſus inuenimus.
Breuitas diei, & longitudo noctis. Cic.7.Verr.21. Ita diei breuitas conuiuiis, noctis longitudo ſtupris & flagitiis conterebatur.
Horæ breuitas. Sil.lib.3.29.
Breuitas pedum, & Proceritas pedum, contraria. Cic.in Orat.123.
Breuitas pili. Plin.lib.8.cap.55.3. Necnon & veſtes leporino pilo facere tentatum eſt, tactu non perinde molli vt in cute, propter breuitatem pili dilabidas.
Senatoris & oratoris breuitas. Cic.3.de Legib.58. Nam breuitas non modo Senatoris, ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia.
Temporis breuitas. Cic.1.ad Attic.6.3. Breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere. Idem.4.Acad.97.
Breuitas acurior atqi velocior in vrbanitate. Quintil.lib.6.cap.3.31.
Conciſa breuitas. Cic.3.de Orat.111. Et diſtinctè conciſa breuitas, &c.
Nuda & inornata breuitas. Vide INORNATVS.
Breuitas non inornata eſſe debet, alioqui ſit indocta. Quintilianus lib.4. cap.2.34.

Breuitas Salluſtiana vitanda eſt. Quintil.lib.4.cap.2.33.
Breuitatis cauſa, familia contenti erimus vna. Sic loquitur. Cicero 2. Officio.61.
Breuitate & celeritate ſyllabarum verba procliuius labuntur. Cicero in Oratore 111.
Breuitate ſententiæ non ſatis apertæ. Cic.in Bruto 33. Nam vt horum conciſis ſententiis interdum etiam non ſatis apertis cum breuitate, tum nimio acumine, &c.
Conſequi cum breuitate. Cic.2.de Leg.30.
Eum morem igitur cum breuitate (ſi potuero) conſequar.
Bréuiter, penul.correp. (ἐν ἐπιτομῇ, συντόμως,) Aduerbium, Idem quod breui. Cic.de Amicitia 1. Itaque multa ab eo prudenter diſputata, multa etiam breuiter & commode dicta memoriæ mandabam.
Affari breuiter aliquem. Virgil.4.Aeneid.127.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi.
Curſim & breuiter aliquid attingere. Plin.epiſto.20.2.
Audire breuiter. Virgil.2.Aeneid.3.
Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros
Et breuiter Troiæ ſupremum audire laborem.
Breuiter & abſolute complecti aliquid. Author ad Herẽnium lib.4.185.
Breuiter, ſummulatimq́ue deſcribere aliquid. Cic.in Orato.28.
Breuiter dicere vel exponere. Cic.4.Ver.53. Dicit vnus & alter breuiter.
Et 92. Exponam vobis breuiter quid hominis ſit. Et li.1.de Orat.53.
Neque grauabor breuiter meo more quid quaq; de re ſentiã, dicere.
Breuiter & in tranſcurſu aliquid dicere. Plin.lib.3.cap.5.
Breuiſſimè, (βραχύτατα,) Cic.7.Ver.109. Tũ breuiſſimè dico, Iudices.
Fari breuiter. Virgil.6.Aeneid.80.
Quæ contra breuiter fata eſt Amphriſia vates.
BREVNI, Plinio inter Alpinas gentes numerantur. Sic enim ſcribit lib.3.cap.20. Gentes Alpinæ deuictæ, atque ſub imperium Pop. Roma. redactæ, Triumpilini, Camuni, Vẽnotes, Venonetes, Hiſarci, Breuni, &c.
BRIA, Vide infra in dictione MENEBRIA.
BRIARBVS, penult.correp. trium ſyllabarum, (Βριάρεως,) Gigas Cœli & Terræ filius fuit, alio nomine Aegæon dictus, quem perpulchrè his verſibus depinxit Virgilius lib.10.
Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt
Centenasq́ue manus: quinquaginta oribus ignem
Pectoribusq́ue arſiſſe: louis quum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes.
Centum geminus Briareus. Virgil.6.Aeneid.58.
Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ.
Vaſtus Briareus. Seneca in Hercule Oetheo 2.13.
BRIAS, Briadis, Vrbs eſt Piſidiæ regionis in Aſia, Author Strabo, Arte midorum antiquum ſcriptorem teſtem citans.
BRIGANTES, (Βρίγαντες,) Hyberniæ populi Ptolemæo, hodie Ganaforda ciuitas.
BRIGANTIVM, (Βρίγαντιον,) Hiſpaniæ ciuitas: vulgò hodie Compoſtella, oppidum Sancti Iacobi vocatur. Ptolemæo. Flauium Brigantium dicitur. Eſt & Brigantium, vrbs Cenomanorum Ptolemæo, vulgò Brianſon.
BRIGIANI, populi inter Alpinas gẽtes Plinio numerantꝰ ca.20.lib.15.
BRILESSVS, Aegialeus dictus, Atticæ mõs eſt. Author Pli.li.4.ca.7.
BRILETVM, Mons eſt Atticæ regionis prope Tharneu. Vtriuſque meminit Plinius lib.11.cap.37.
Briſa, briſæ, Vua Latinè dicitur, quum pedibus ad exprimendum vinum calcatur. Columel.lib.12.cap.39.2. Tum permiſcere & ſubactam briſam prælo ſubiicere, aſſumq́ue ſecundarium, ſtatim vaſis oblinitis includere ne fiat auſterius.
BRISABRITAE, Aſiæ populi, quorum mentionem facit Plinius lib.6.cap.20. in deſcriptione Indi fluminis.
BRISEIS, penul.prod. huius Briſeidis, penul. corrept. (Βρισηΐς,) Homero, Iliad.1. Phrygia puella, forma nobilis, quæ capta ex Lyrneſſo regia Minetis, Achilli in ſortem ceſſerat. Verùm quia Chryſeis filia Chryſæ ſacerdotis Apollinis, quæ Agamemnoni contigerat, à patre repetita, fuit communi conſilio reſtituta eſt, vt exercitus à peſtilentia liberaretur, quam Apollinem intuliſſe putabant. Quare Agamemnon Briſeida Achilli eripuit, quam rem grauiter ferens, amplius pugnare noluit. Nec vnquam potuit precibus aut donis, aut minis induci vt pugnaret, donec Patroclum chariſſimum ſocium in armis ſuis ab hectore occiſum audiuit. Huius Horatius 2. Carm.ode 4. meminit,
– prius inſolentem
Serua Briſeis niueo colore
Mouit Achillem.
Formoſa Briſeis. Propert.2.eleg.9.7.
Briſeida, Accuſatiuus. Propert.lib.2.eleg.9.7.
Omnia formoſam propter Briſeida paſſus.
Briſei, Vocatiuus. Ouid.2.de Arte Amandi 143.
Illis te manibus tangi Briſei ſinebas.
Briſeide, Ablatiuus. Ouid.2.de Remed.Amoris 77.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc & in abducta Briseide flebat Achilles,

BRITANNIA, per duplex N, (Βρεττανικὴ,) Insula in Oceano Septentrionali, quæ nunc Anglia dicitur: à Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad ea nauigantibus primò apparent. Hæc ab ortu Germanico Oceano, ab occasu Hybernico alluitur, ab omni cõtinente diuisa, vt Ptolemæus lib. 2. refert. Porrigitur in longum octingentis millibus passuum. In latum CCC. millibus. Plin. lib. 4. cap. 16. In ea Gargates lapis, qui ardet in aqua, & oleo restinguitur. Ibi Londinum oppidum nunc Londra copia negotiatorum celebre. Inter Septẽtrionem & Occidentem, vt celebres Geographi tradunt, duæ sitæ sunt insulæ: Britannia, & Hybernia paulò minor Britannia, vltra quas sunt quadraginta insulæ Oreades appellatæ, modicis spatiis inter se distinctæ. Apud Britannos longissimus dies XVII. horarum deprehenditur, & ætate lucidæ sunt noctes, authore Plinio. Et à poetis dicitur alter orbis. Cicc. 2. ad Quint. fratrem 16. 13. O iucundas mihi tuas de Britannis literas. Idem ad Trebatium 7. 6. 5. In Britannia ne ab esseda riis accipiaris cauto.

Britannia nostro dicta mundo. Claud. Panegy. 8. 11.
Britannia dira. Claudian. de bel. Getico 114.
Britannia seua. Claudian. Panegy. 7. 15.
Britannia secura. Claud. in Eutrop. lib. 1. 79.
Vltima Britannia. Catul. epigram. 27. 43.
Quis hoc potest videre, quis potest pati,
Nisi impudicus, & vorax, & helluo
Mamurram habere quod Comata Gallia
Habebat, & cuncta vltima Britannia?

Britannus, Britanni, (Βρεττανός,) Incola Britanniæ.

Aequorei Britanni. Ouid. 15. Metamorpho. 51.
Caledonii Britanni, qui Caledonem syluam Britanniæ inhabitant. Luca. lib. 6. 14. Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.
Causidici Britanni. Iuuenal. Saty. 15. 12.
Gallia causidicos docuit facunda Britannos.
Diuisi toto orbe Britanni. Virgil. eclog. 1. 13.
Feri hospitibus Britanni. Horat. 3. Carm. ode 4. 7.
Horribiles & vltimi Britanni. Catul. epigram. 11. 19.
Remoti Britanni, quasi à toto orbe separati. Horatius 4. Carm. ode 10.
– belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis.
Vltimi orbis Britanni. Horat. 1. Carm. ode 35. 6.
Britannis prima producta apud Lucretium lib. 6. 223.
Nam quid Britannis cœlum differre putamus?
Britannicus, penul. correp. (Βρεττανικὸς,) Adiectiuum. vt esseda Britannica. Propert. lib. 2. eleg. 1. 16.
Aestus Britannici. Cicc. 3. de Natu. deorum 32. Quid æstus maritimi vel Hispanenses, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel accessus, vel recessus, sine deo fieri nonne possunt?
Balæna Britannica. Iuuen. Quantũ delphinis balæna Britannica maior.
Literæ Britannicæ. Cicc. ad Trebatium 7. 8. 4.
Ego vestras Britannicas literas expecto.

BRITANNICVS, (Βρεττανικὸς,) Nomen viri. Tacit. lib. 13. Quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat.

BRITONA, Nympha Cretensis formosa, quæ quum perpetuo virginitatis voto, venationi vacaret, ad vim & stuprum Minois regis declinãdum, se in aquas præcipitem dedit. Aliis Britomartis dicitur, vt Diodoro lib. 6. Vide commentarios in Bocatium.

BRIXIA, (Βριξία,) Vrbs est Transpadanæ regionis, quam Cenomani ædificauerunt, qui post Insubres in Italiam venerunt: Liuio, Polybioque testibus. Est & Asiæ fluuius Plinio lib. 6. cap. 27.

Brixellum, li, (Βριξέλλον,) oppidum in ripa padi fluminis sitam ab vrbe parma decem Millibus passuum distans.

Brochus, Adiectiuum, (πρόσθων,) Idem significare videtur quod Bronchus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7. 3. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præter quàm quum dentes facti sunt brochi, & supercilia cana. Ibidem, cap. 9. 3. de canibus loquens, Et ex eo enatis duobus dentibus, dextra & sinistra paulo eminulis superioribus, directis potius quàm brochis & acutis. Plaut. Mil. 10. 127.
Ea milii insignitos pueros pariat postea
Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut petum, aut brochum.

Brochitas, penul. correp. Brochitãtis, (πρόσθοντία,) Plin. lib. 11. cap. 37. 42. Absumpta hac obseruatione, senectus in equis, & cæteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, superciliorum canicie.

BROMIVS, (βρόμιος,) Bacchi nomen, ἀπὸ τοῦ βρέμειν, id est à fremendo. Ouid. 4. Metam. 3. Thuraque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque.
Sacer Bromio Parnassus. Lucan. lib. 5. 15.

Bromos, (βρόμος,) Semen est spicam ferentis herbæ: nascitur inter vitia segetis auenæ genere, folio & stipula triticum imitatur. in cacuminibus dependentes parunlas velut locustas habet. Hæc Plinius lib. 21. cap. 25. in fine. Vulgo Vena saluatica.

Bronchocéle, pe. pro. (βρογχοκήλη,) Celso morbꝰ est, qui tumore gutturis & ceruicis, iter cure & asperã arteriã est.

Bronchus, (πρόσθων,) vel vt alii scribunt Broncus, Adiectiuum. Nonius. Bronci sunt producto ore, & dentibus prominentibus. Plin. lib. 11. cap. 37. 32. Labra, à quibus bronci labeones dicti, & os probum duritiæ, animal generantibus. In emendatioribus codicibus legitur Broci. Bronchum autem appellant medici cum Galeno guttur ipsum & caput trachiæ arteriæ.

Broncia. Vide BRONTIA.

BRONTES, (βρόντης,) dicitur vnus Cyclopum, & minister Vulcani: interpretaturque tonitrus. Alter Steropes, id est, fulgur. Tertius dicitur Pyracmon, quasi ignita incus. Virgil. lib. 8. Aeneid. 89.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon. Hic ab Ouidio vocatur Acmonides lib. 4. Fastorum.

Solidus Brontes, id est fortis. Stat. 4. Sylu. 6. 10.
Nec solidus Brontes, nec qui polit arma deorum Lemnius.

Brontia, brontiæ, (βροντία,) Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. 12. Bronti capitibus testudinum similis, & cum tonitruis cadit (vt putant) & fulmine tacta restinguit, si credimus.

BROTHEVS, (Βρόθευς,) Vulcani filius, propter oris deformitatem illusus, sese in ignem iniecit, vitamque incendio finiuit. Ouid. in Ibin.
Quoidque ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis,
Des tua succensæ membra cremanda pyræ.

Bruchus, (κάμπη,) Vermiculus haud dissimilis locustæ, herbas erodens, fine alis tamen. Sipontinus.

BRVLLITAE, Populi, Epheso tributuntur à Plinio lib. 5. cap. 29. Ephesum (inquit) alterum lumen Asiæ, remotiores conueniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani, Inferiores & superiores Mysomacedones, Mastaurenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dios hieritæ.

Bruma, brumæ, (πρώτη χειμερινή,) propriè dicitur dies solstitii hyemalis, qui est post Idus Decembris. Festus, Bruma, à brevitate dierum dicta, quasi βραχυτάτη ἡμέρα. Plin. lib. 12. ca. 19. 3. Præterea hybernum mare exigunt circa brumam, Eurus tum maximè flantibus. Cic. 2. de Diuinat. 49. Nam & musculorum, iecticula bruma dicuntur augeri, & pulelum aridum florescere brumali ipso die.

¶ Bruma, pro mense Decembri. Martialis lib. 1.
At quum December canus, & bruma impotens,
Aquilone rauco mugiet. Iuuenal. Saty. 6. 16.

Bruma, pro hyeme. Virgil.
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat.

Canæ brumæ frigora. Seneca in Hippol. 3. 2.
Vt nunc canæ frigora brumæ
Nudent syluas:
Nunc arbustis redeant vmbræ
Nunc æstini colle leonis
Cererem magno feruore coquant.

Horrida cano bruma gelu. Virg. 3. Georg. 87.
Intractabilis bruma. Virgil. 1. Georgic. 43.
Hybernæ tempora brumæ. Propert. lib. 1. eleg. 8. 2.
Iners bruma, id est quæ inertes & pigros reddit. Horat. 4. Carm. ode 7. 2.
Innoxia bruma. Claud. lib. 3. de Raptu Proserp. 45.
Mitior bruma. Claud. in Eutrop. lib. 2. 19.
Mitior alterum Zephyri iam bruma teporem
Senserat, & primi laxabant germina flores.
Nimbosa bruma. Stat. 1. Sylu. 3. 18.
Perenni bruma fœdare. Claudian. de Raptu Proserp. lib. 1. 53.
Riphæa bruma. Valer. lib. 5. Argonaut. 121.
Sæua bruma. Seneca in Hercule Oetheo 4. 30.
Spirans bruma. Iuuenal. Saty. 9. 7.
– quid agam bruma spirante? quid oro,
Quid dicam scapulis seruorum mense Decembri,
Et pedibus? Hîc brumam accipi putauerim pro Borea, aut alio quolibet vento frigido per brumam aspirante.
Brumæ, in plurali. Cicc. 2. de Natu. deorum 29. Posséne vno tempore florere, deinde vicissim horrere terra, aut tot rebus ipsis se immutãtibus, Solis accessus discessusque, solstitiis, brumisque cognosci.
Brumæ ter denæ, pro triginta annis. Martial. lib. 1. 46.
Tecum ter denas numerani Posthume brumas,
Communis nobis lectus & vnus erat.

Brumális, & hoc brumále, penul. prod. (χειμερινός,) Brumale tempus. Cicce. 2. de Natura deorum 166.

Brumale frigus. Martial. lib. 13. 16.
brumalis meridies. Columel. lib. 9. cap. 5. 1.
Menses hyemis brumales. Plin. lib. 10. cap. 53. 1.
Brumalis dies. Cicc. de Fato 8.
Frigus brumale. Virgil. 6. Aeneid. 41.
Grando brumalis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 7.
Brumalis hirundo. Claudian. in Eutrop. lib. 1. 24.

Horæ

Horæ brumales. Ouid. 4. Metamorpho. 40.
Lux brumalis, Tempus brumale. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 8.
Factor in indomito brumali luce profundo.
Nix brumalis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 1.
Brumalis orbis. Cic. 3. de Nat. deorum. 48.
Brumalis reuocatio. Cic. de Vniuersitate. 43. Astra per cœlum penetrantia solstitialis se & brumali reuocatione conuertunt.
Signum brumale. Cic. 3. de Orat. 98. Sol vt circunferatur, vt accedat ad brumale signum, &c.
Brumale tempus. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. 19. Aut lutulentus agis brumali tempore cursus. Et. 2. de Ponto, eleg. 4. 5. Cic. in Arat. 7.
Quem quum perpetuo vestiuit lumine Titan,
Brumali flectens contorquet tempore cursum.

BRVNDVSIVM, siue Brundisium, (Βρεντάσιον,) vrbs & portus Calabriæ, quam Græci Mesapiam vocant, & ante Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre, authore Plinio lib. 3. cap. 11. Brundusium à forma cerui capitis, quod Messapi vernacula lingua ita nominant. Clarissima est hęc vrbs, nobili portu, quo tuta iã olim Romanis i Græciã via fuit, tũ & fuga Pompeii à Cæsare obsessi, & fama Appiæ viæ hucusq; stratæ nobilis. Hęc Vadianus ex optimis quibusq; scriptoribꝰ. vulgò Brũditio.

Brúscum, bruscí, Tuber i acere arbore: de quo sic Plinius lib. 16. cap. 16. 1. Pulcherrimum verò est bruscum, multoque excellentius etiam mollusсum. Tuber vtrunque arboris eius. Sed bruscum intortius crispumque mollusсum simplicius parsum. Et si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè præferretur cedro. Nunc intra pugillares lectorumque filicios aut laminas raro viu spectatur. E brusco fiunt & mensæ nigrescentes.

BRVTIDIVS, Nomen est cuiusdam viri qui tẽpore Iuuenalis poetæ, tractus est ad iudicium tanquã fautor & amicus Seiani apud imperatorem accusati. De quo idẽ Iuuenalis Saty. 10. 9. sic ait, – pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.

BRVTII, (Βρέττιοι, Βρούτιοι,) Italiæ populi, tractum quem nunc Calabriam vocant, occupant, post Laum fluuium incipientes, & in fretum Siculum modo peninsulæ excurrentes. Lucanorũ hi pastores, & trãsfugæ fuere. lingua enim Lucanorum Brutii rebelles fugitiuosque significant. Author Strabo lib. 6.

Brutius, a, um, Adiectiuum, (Βρούτιος,) à Brutiis populis Italiæ, vt Pontus Brutius. Seneca in Thyeste. 7. 7. Brutium Pontum feriente Coro.
Id est, quod alluit Brutiorum in Italia oram.

Brutia pix. Plin. lib. 24. cap. 7. 1. Spissarum vtilissima medicinæ est Brutia, quoniam pinguissima & resinosissima vtrasque præbet vtilitates.
Tellus Brutia. Sil. lib. 16. 1.
Brutia mœrentem casus patriæque suosque
Annibalem accepit fellus.

Brutiani dicebantur, qui officia seruilia magistratibus præstabant, eo quòd primùm se Annibali tradiderant, & cum eo perseuerauerant vsque dum recederet de Italia. Festus.

Brutus, Adiectiuum, (Βρούτιος, ἄνους.) A terra deductum est, cuius epitheton est brutæ hoc est, sine sensu, & quasi obrupontinus. quod nomen integrum adhuc retinet vulgus Italorum.
Bruta, tellus dicitur ab Horatio. 1. Carm. ode 34. 2.
Bruta animalia. Plin. lib. 11. cap. 37. 53. Bruta existimantur animalia, quibus cor durũ rigensque audacia, quibus parua est: pauida, quibꝰ præcrassa.
Bruta arbor. Plin. lib. 12. cap. 17. 7. Petunt Arabes in Helimæos arborem bruscam, cupresso fusæ similem.

Bruta fortuna. Author ad Herennium lib. 2. 31. Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi, &c. Et paulo pòst, Brutam quia dignum atque indignum nequeat internoscere.

Bruta fulmina. Plin. lib. 2. cap. 43. 3. Hinc bruta fulmina & vana, vt quæ nulla ratione naturæ.

Brutæ gentilitatis pira. Plin. lib. 15. cap. 15. 3.

BRVTORVM genus, (Βρούτων γένος,) Iuniis nominibus adscitum Iegimus: quorum primus L. Iunius Brutus à sœuore Tarquinii Superbi gentis, qui ꝑ stultitiã finxisset se ab auunculo occideretur, inde Brutus appellatus est, vt ipse Cornelius nepos. Plura de hoc & aliis Decio, Lucio, Marco Brutis lege apud Liuium, Plinii, Plutarchũ, & reliquos.
Brutus Prætorius, cuius meminit Cicero. 2. de Oratore, qui tres de iure ciuili libellos conscripsit. Author Pomponius.
Brutus, qui Marianas partes sequebatur, ac Galliam Cisalpinam tenebat, à Pompeio interfectus est. Cuius filius fuit Brutus Cæsaris interfector, Cæsonis & Silii Seruilia nepos. Huius meminit Liuius.
Brutus iremad quem libellum scripsit Cicero, quem Oratoré inscripsit.
Dux militiæ Brutus. Horat. 2. Carm. ode 7. 1.
Sapiens imitatore stulti Brutus. Ouid. 2. Fast. 144.
Brutus erat stulti sapiens imitator, vt esset
Turus ab insidiis diræ Superbe tuis.
Prætor Brutus. Horat. 1. Serm. saty. 7. 4.

– Bruto Prætore tenente Ditem Asiam, &c.
Sol Asiæ Brutus. Horat. 1. Sermo. sary. 7. 5.
Solem Asiæ Brutum appellat stellasque salubres
Appellat comites, excepto rege.
Vltor Brutus. Virgil. 6. Aeneid. 194.
Vis & Tarquinios reges, animamque superbam
Vltoris Bruti, fascesque videre receptos?
Consulis imperium hic primus, sæuasque secures
Accipiet, &c. vbi plura prædicuntur de Bruto.

Brutius, a, um, (Βρούτιος,) Adiectiuum à Brutus, vt Signa Brutia. Sil. lib. 7. 88. Senior his Latios vastabat brutia signa
Lælius increpitans.

Brya, bryæ, (βρύα,) Fruticis species, gallæ similem fructum ferens. Plinius lib. 13. cap. 21.

BRYAXIS, sculptor fuit marmorarius. De quo Plinius lib. 36. cap. 5. 18. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheum, & Leocharem, de quibus simul dicendum est, quoniam pariter cælauêre Mausoleum, &c.

BRYAZON, amnis Asiæ in Bithynia. Author Plin. lib. 5. cap. 32.

BRYGION, inter vrbes Macedoniæ Plinio ponitur lib. 4. cap. 10.

Bryon, (βρύον, ἑλλάδιον,) Vulgo herba Corallina. Herba marina lactucæ foliis simulis, rugosa veluti contracta, fine caule, ab ima radice exeuntibus foliis. Nascitur in Scopulis maximè, testisque terra comprehensis. Plin. lib. 27. cap. 8.
Est & Bryon muscus in arboribus nascens, & odoratus. Arabes & vulgus Aromatariorũ ysneam vocant. Dioſc. li. 1. ca. 10. & Plin. lib. 24. cap. 6.

Bryonia, (ἄμπελος λευκὴ, βρυωνία,) Herba quæ & viris alba, & bryonia nigra dicitur. nam vitis nigra, lupulus vocatur. Plin. lib. 23. ca. 1. Est ergo & nigra, quam propriè etiam bryoniam vocant, alii chironiam, alii gynecanthen, aut aproniam. Dioſco. lib. 4. ca. 176. Ampelon nigram sunt qui bryoniam nigram, qui chironiam vitem, qui peregrinam appellant. Idem capite superiori, Ampeloleuce sunt qui bryoniam, qui ophystaphylem, qui chelidonium vocent. Romani vitem albam dicunt. folia lactucæ lasque satinæ vitis similia habet, pilosiora tamen omnia. Vulgò Brionia ouer zuccha saluatica.

BRYSÆ Thraciæ populi, apud Plinii li. 4. ca. 11. descriptiõe Thraciæ.

BRYSANI, Ciconum vicini, inter Scythicas gentes Plinio referuntur lib. 6. cap. 17.

BRYSEA, ciuitas Laconiæ, vt scribit Porphyrius apud Homerum libro Iliados 2.

BRYSEVS, pen. prod. (Βρυσεύς,) Dictus est Bacchus ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod est inundare, madefacere: vel à Bryseæ vrbe Laconiæ, in qua præcipuè colebatur.

B V

Bu, (βοῦ,) Particulam solebant veteres magnis & amplis rebus præponere: à magnitudine scilicet bouis. Hinc bupædas, magnos pueros: bupõdas, magnos pedes: bulimiam, magnam famem dixere. Ex Festo Pompeio.

Bua, buæ, Potio est puerorum infantium. Varro de Liberis educandis, Quum cibum ac potionem buas, ac papas docent, & matrem mammam, patrem tatam. Lucilius lib. 8. Quum vinulentus discerer vini, buas designauit. Nonius.

Bubalus, Bubalinus, Vide BOS.

Bubalus vel Bupalus. Vide Hipponax.

BVBALVS, pictor fuit apud Clazomenas ciuitatem Asiæ hic Hipponactem quendam poetam deformem pro risu pinxit: quo ille furore commotus tali cum carmine peredit, vt se laqueo suspenderet. Hæc Acron in illud Horatii Epod. 6. 13. Aut acer hostis Bubalo. Quo loco quidam legunt Bupalo. Vide BVPALVS.

BVBASTIS, (Βουβάστος,) Aegypti vrbs, in qua Dianæ, quam Bubastin nominant, clarissimum fuit templum, & inter cætera maximè spectabile, vt in Euterpe scribit Herodotus. Hæc Strabonis. Ptolemæoque vocata est Heroum ciuitas: quibus etiam Bubastus scribitur.

Sancta Bubastis. Ouid. 9. Metamor. 139. – cum qua latrator Anubis
Sanctaque Bubastis, variisque coloribus Apis. Id est sancta Diana. Alii qui de Iside intelligunt, quæ etiam hoc nomine appellari solet.

BVBASVS, penul. correp. alii Bubassus, regio est Cariæ, vt quidam dicunt. author Plinius lib. 5. cap. 28. qui post descriptionem Cariæ, quæ priore capite fecerat, Bubassum regionem ponit.

Bubasis, bubasidis, nomen gentile. Ouid. 9. Metamor. 129.
Byblida, non aliter latos vlulasse per agros
Bubasides videre nurus. Id est à Bubaso regione.

Bubbatio, Plin. lib. 34. cap. 14. 9. Lapis hic & in Cantabria nascitur, unde ille magnes versus caute cõtinua, sed sparsa bubbationerita appellant, nescio an vitro fundendo perinde vt illis. nõdũ enim expertus est quisquam. ferri vtique inficit aciem, vt magnes.

BVBESSVS, sinus est Cariæ, authore Pomponio Mela lib. 1. in descriptione Cariæ, Tres sunt, inquit, ex ordine sinus, Thymnias, Schenus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bubessius, Thymniæ promontorium Aphrodisium est. Schenus ambit Hylam, Bubessius Cynotum.

Bubile, Vide BOS.

BVBINDA, βουβινδα, Fluuius Hyberniæ Ptolemæo, hodie vulgò Slayne.

Bubino, bubinas, (βολβίζω,) bubinare, Est menstruo mulierum sanguine inquinare. Hæc inquit, te imbubinatiat contra te im bulbitat, imbulbitare, est puerili stercore inquinare. Dictum ex fimo, quod Græci appellant βολβιτον, Festus.

Bubo, bubonis, m.g. & fœm. (βύας,) Auis feralis & sacra.

Masculo. Ouid. 5. Metam. 110. Ignauus bubo, dirũ mortalibus omen. Agel. lius. hist. lib. 1. Et ꝙ bubo in columna ædis Iouis sedens conspectus est.

Fœm. Virgilius 4. Aeneid. 93.
Solaque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri. Vbi Seruius, Sola bubo, contra genus posuit. Lucanus, Et lætæ iurantur aues bubone siuistro. Item Ouid. Infandus bubo. Et hoc est in vsu. Sed Virgilius mutauit, referens ad auem. Plerunq; enim genus, relicta specialitate, à generali simimus: vt si dicas bona turdus, referendo ad auem. Item si dicamus prima est A, id est litera: quum A sit neutri generis. Hactenus Seruius.

Bubo, à bouis quodam mugitu: quem non vocali cantu, sed gemitu potius reddit, funebris auis, & maximè abominata. Plin. lib. 10. cap. 12. 4. Bubo funebris, & maximè abominatus, publicis præcipuè auspiciis, deserta incolitnec tantum desolata, sed dira etiam, & inacesla: noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu.

Funereus bubo. Ouid. 10. Metamor. 90. –ter omen
Funereus bubo lecali carmine fecit.

Ignauus bubo. Ouidius 5. Metamorpho. 110.
Fedaque fit volucris venturi nuntia luctus
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Infestus bubo. Claudianus in Eutrop. lib. 2. 82.

Luctifer bubo. Senec. in Here. fur. 9. 14. Illic luctifer bubo gemit.

Bubo, omen dirum mortalibus. Ouid. 5. Metamor. 110.

Raucus bubo. Ouid. 1. Trist. 12. eleg. 4.
Illa dedit turpes raucis bubonibus vmbras.

Stygius bubo. Ouid. 15. Metamorpho. 150.
Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo.

Babulo, as, (βαυλίω,) Bubulat bubo. Author carminis de Philomela apud Ouidium, Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

Bubo, bubis, bubere, Verbum est significans actum canendi quem reddit bubo auis palustris. Ouidius aut quinis alius in libello de Philomela 9. Inque paludiferis butio bubit aquis.

BVBO, vel Bubò (vt est apud Plinium) Lydorũ vrbs est, in mediterraneis, quorũ vrbes sunt tres, Bubò, Balbura, & Oenoãdros. Author Str. li. 13.

Bubones, (βουβῶνες,) Abscessus sunt circa inguen maximètà quo nomen vitio. Nam & inguina ipsa, Græci bubones vocant. Vulgò quoque nostri collectiones & inflammationes eius partis inguinarias appellant. Hermolaus in Plinium.

Bubonium, (βουβώνιον,) Herba, quæ & Astet alio nomine appellatur. Plin. lib. 27. cap. 5. 4. Aster ab aliquibus Bubonii appellatur: qñ inguinũ præsentaneum remedii est. Caulinulus foliis oblõgis, duob⁹ aut trib⁹, in cacumine capitula stellæ mõ radiata.

Bubonocéle, penul. prod. (βουβωνοκήλη,) Morbus dicitur quando intestinum vsq; ad inguen duntaxat eruperit, aut decubuerit. Sipontinus.

Bubulcus, Bubulcitare, Vide BOS.

Bubulus, Vide BOS.

Bucca, buccæ, (γνάθος,) Os est. Cice ad Atticum, lib. 1. 7. 9. Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit scribito. Martial. libro 12. 25. – quicquid In buccam tibi venerit loquaris. In quo notandum quòd os & bucca, siue in plurali buccæ, non exteriorem partẽ, hoc est labia, significant, vt vulgus existimat, sed interiorem. Quintil. lib. 11. cap. vlt. Ore magis, quàm labris loquendum est. Est ergo bucca interior illa concauitas, vnde vox prodit, & qua concipitur flatus. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 5. Quid causæ est merito quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Ambas buccas inquit, hoc est vtrunque latus oris. Plautus Pœnulo 21. 46. Nescias vtrum ei maiores buccę ne, an mãmæ sient. Plin. lib. 11. cap. 37. 31. Infra oculos malæ, hoi tũ, quas prisci genas vocabant, XII. tabularũ interdicto radi à fœminis, eas vertantes. Pudoris hæc sedes. Ibi maximè ostenditur rubor. Infra eas, hilaritatẽ risusq; indicantes, buccæ. Hæc Sipontinus ex Valla lib. 4. ca. 52.

Buccæ fluentes. Cice. Post reditum in Senatu 11. Primùm processit, qua authoritate vir vini, somni, stupri plenus, madenti coma, cõpolito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce & remulenta. Idẽ in Pisonem 19. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorũ fimbriæ & fluentes ceruisatæq; buccæ, dignæ Capua, sed illa vetere. Idem

2. de Orato. 148. Demonstraui digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortum, ejecta lingua, buccis fluentibus.

Buccas tumidas rumpere. Persius Saty. 5. 2.

Bucca vetula. Iuuenalis Saty. 10. 20.
In vetula scalpit iam mater simia bucca.

Buccæ nosc̃enda est mensura. Iuuenalis Saty. 11. 4.

Quod in buccam venerit. Vide in principio huius dictionis. Item Ciceronem ad Atticum li. 14. 304. 5. Et ad eundẽ. lib. 129. 2. Et lib. 12. 233. 3.
Quid, quum corãm fumus & garrimus, quid in buccam?

Buccas, pro tibicinibus dixit Iuuenalis Saty. 3. 4.
Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notæq; per oppida buccæ.

Búccula, penul. corrept. (σκάπτης,) Quidam à bucca, buccinam deductam existimant: instrumẽtum quo signum datur in hosteis ad pugnam. Ouid. 1. Metamo. 68. – caua buccina sumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo:
Buccina, quæ in medio concepit vbi aera ponto,
Littora voce replet sub vtroque iacentia Phœbo. Liu. 6. bel. pun. 77. Tribunis militum ac præfectis sociorum imperauit, vti duobus millibus equitum delectis denunciarent, vt ad tertiam buccinam præsto essent. Sic idem 7. ab Vrbe 16. Cice. 6. Verr. 86. Illi noctu facta manu, armatique veniunt, fores ædis effringunt: ædituũ, custodesq; mactant: sentiunt: signum, quod erat notum vicinitati, buccina datur: homines ex agris concurrunt. Idem pro Murena 19. Te Gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat: tui actionem instituis, ille aciem instruit.

Inflata buccina. Ouid. 1. Metamorpho. 34.
– & cecinit iussos inflata recessus Buccina.

Turmalis buccina. Claudian. de bello Gildonico 91.

Buccina, Pastorale instrumentum quo oues vel porcos appellare videntur, vt sequantur & sese in gregem recipiant. Colum. lib. 6. cap. 12. 2. Ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo, quasi receptus canitur. Nam id quoque semper crepusculo fieri debet, vt ad sonum buccinæ pecus, si quod in syluis substiterit, septa repetere consueseat. Varro 2. de Re rust. cap. 4. 18. Subulcus debet curare faceree omnia vt faciant ad buccinam.

Pastoris buccina cantat. Propert. lib. 4. eleg. 11. 6.
Nunc intra muros pastoris buccina lenti Cantat.

Surda nihil gemeret grauc buccina. Iuuenal. Saty. 7.

Buccinum neutro genere dixit Plinius lib. 11. cap. 10. 1. Donec vna omnes excitat gemino aut triplici bombo, vt buccino aliquo. De apibus loquitur. Idem lib. 9. cap. 36. non procul à fine, Ad similitudinem eius buccini quo sonus editur.

Buccinum, Genus conchæ, Plinius lib. 9. cap. 36. 4. Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamento. Duo sunt genera: Buccinum minor concha, ad similitudinem eius buccini quo sonus editur. Vnde & causa nomini, rotunditate oris in

margine incisa, Alterum, &c. Vulgus Italorum præsertim apud Venetos vocat capas longas.

Búccino, búccinas, pen. corr. (σκαπτίζω,) buccinãre. Varro. 2. de Re rust. cap. 4. 18. Primo quum incluserunt, quum buccinatum est, aperiunt, vt exire possint, &c.

Buccinátor, penul. prod. Verbale, (σκαπτης,) Cæsar. 2. bel. Ciuil. 155. Quare animaduersa, Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reduxit.

Buccinator, per metaphoram. vt Buccinator laudum alicuius. Cicero filius ad Tironem, lib. 16. 21. 4. Quare quod polliceris te buccinatorẽ fore existimationis meæ firmo id constantique animo facias licet.

Buccula, Vide BVCCA.

Bucentes, Græcè βουκέντης dicitur, hoc est stimulator boum.

BVCEPHALVS, pen. corr. (βουκέφαλος,) Equus Alexandri Magni, sic à latitudine frontis dictus, quo semper Alexander in certaminibus vtebatur. Erat enim bellator optimus. A quo Bucephalia, vrbs Indiæ dicta, quam Alexander condidit, dixitque ex nomine sui equi Bucephali, eo ipso in loco sepulti. Author Strabo lib. 15. & Plinius lib. 6. cap. 20. Idem Plinius lib. 8. cap. 42. 1. Eidem Alexandro & equi magna raritas contigit: Bucephalon eum vocarunt, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo impressi. Sedecim talẽtis ferunt ex Philonici Pharsalii grege emptum. Neminem hic alium q̃ Alexandrũ regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reficiens. Idem in præliis memoratæ cuiusdam perhibetur operæ, Thebarum oppugnatione vulneratus in alium transire Alexandrũ non passus. Multa præterea eiusdem modi propter quæ rex defuncto ei duxit exequias. Vrbem tumulo circunde dit nomine eius. Hactenus Plinius. Est item Bucephalus, Achaiæ portus, vt idem Plinius scribit cap. 5. lib. 4.

Búceras, pen. corr. huius buceratos, n.g. Herbam de qua sic Plinius lib. 24. cap. 19. 12. Nec fœno græco minor authoritas, quod telin vocant, alii carphos, aliqui buceras, alii ægoceras: quoniam corniculis semen est similemnos siliciam. Galli (inquit Ruellius lib. 2. cap. 32.) primum nomen vsurpant: vulgus Senegren.

Buceriae, Bucerus, Vide BOS.

Bucra Siciliæ promontorium, (βουκρα ἀκρα,) Ptolem. hodie Butera. e Capo Longobardo.

BVCINNA, Inter paruas insulas maris Siculi Plinio ponit lib. 3. cap. 8.

BVCOLON, filius Laomedontis, teste Homero in Iliade.

Bucolus, Bucolicus, Bucula, Buculus, Vide BOS.

BVDA, (κεφαλη,) Vngariæ metropolis, quæ thermas habet subter vrbis mœnia, inter Occasum & Septentrionem, haud ita longè à Danubii ripa, ex humili colle fonte duplici, scaturiente: quorum alter frigidissimus odore sulfureo alter ita calidus, vt digitum immersum tenere nequeas, vtriusq; vberrimo effluxu. Calidus autem, pisces ferè palmares alit non paucos, in feruentibus vndis oberrantes: quorum tameo dum coquuntur, sapor nullus exter. Hæc Vadianus Pomponii interpres. Buda vulgò hodie Offen, Curta Ptolemæo dicitur.

BVDEA, media producta, Ciuitas Magnesiæ, à Budeo conditore: vnde & Budea Minerua in honore apud Thessalos. Homerus autem Budeon protulit. Est & Budea ciuitas Phrygiæ, & Budei Medorum, & Budini Scythiæ populi. Horum meminit Plinius lib. 4 cap. 12.

BVDORAE, Insulę duę propè Cretã insulã, vt tradit Plin. lib. 4. ca. 12.

BVDORGIS, (βουδοργις,) Vrbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Vratislauia, vulgò Breslau.

BVDORIS, (βουδωρις,) Vrbs Germaniæ Ptolemæo authore: vulgò Heidelberg, sub ditione comitis Palatini.

Bufo, bufonis, m.g. (μυξ,) Rana terrestris, nimiæ magnitudinis. Virg. 1. Georg.
Aut oculis capti, fodere cubilia talpæ
Inuentusque cauis bufo. Seruius.

BVGES, Amnis est Scythiæ Europeæ, qui flexum Mæotidis secat, vt author est Pomponius Mela. Supra Bugen verò amnes sunt Agarus, quem Sagarim Ouidius nominat: & Lycus, clarissimi Ptolemæo.

Bugloſſos, f. g. vel buglossum, n. g. (βουγλωσσος,) Herba quæ ipsa forma folii. Plin. lib. 25. cap. 8. 2. Iungitur huic buglossos, boum lingua: similis: cui præcipuum, quòd in vinum deiecta, animi voluptates auget, & vocatur euphrosynum. Dioscorides lib. 4. cap. 131. Nascitur fabulosis & exæquatis in plantiem locis. Colligitur Iulio mense. Et paulò pòst, Verbasco similia folia habet, & in terram decidua, aspera, nigricantia, bubulæ linguæ similia.

Bugones, (βουγόνες,) quid significet, declarat Varro. 2. de Re rustica, ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres, à quo eas Græci βουγόνας appellant.

Bulápathum, penul. corrept. (βουλάπαθον,) Herba: de qua Plinius lib. 20. cap. 21. 12.

Bulbine, bulbines, penul. prod. fœm. gen. (βουλβίνη,) Herba. Plinius lib. 20. cap. 9. 23.

Bulbus, bulbi, masc. gen. (βολβός,) Bulbus quid sit hodie ignoratur. Matthiolus senensis in commentariis suis in Dioscor. Cato Megaricos, bulbos potissimum, serendos præcipit. Damauit Ouidius ob venerem vt puto, quam mirum in modum stimulant, his numeris 2. de Remedio Amoris 81.
Damnius an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
An veniat Megaris, noxius omnis erit.
At quam commendauit Martialis in Xeniis lib. 13. 34.
Quum sit anus coniunx, quum sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis q̃ satur esse potes. Radice serè hortẽsis. Colu. li. 10. 11.
– quæque viros acuunt, armantque puellas:
Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi.
Theophrastus author est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens cuius inter summum corticem eamque partem qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua mapalia, vestesque quædam conficiantur. Hęc Plinius, lib. 19. cap. 2. 4.
Bulbi, apud idoneos authores sunt radices rotundæ, tunicatæ, quales sunt lilii, croci, narcissi, colocasiæ, squillæ, & arundinum. Palladius lib. 3. cap. 21. Nunc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia antè habita sariemus summa diligentia: ne oculos circa radices nascẽtes, & minores bulbulos sauciemus, qui à matre subtracti, atque in alios digesti ordines, noua lilieta formabunt. Plinius de lilio, libro 21. cap. 5. 3. Nihilque est fœcundius, vna radice quinquagenos sæpe emittente bulbos. Ibidem de Asphodelo, cap. 17. 6. Radix eius napis modicis similis est neque alia numerosior; LXXX. simul aceruatis sæpe bulbis. Idem libro 17. cap. 20. 3. de arundine loquens, Seritur bulbo radicis, quem alii oculum appellant, dodrantali scrobe, interuallo duũ pedum & semipedis.

Tunicæ bulborum. Stat. 4. Sylu. 9. 6.
Non ellychnia sicca, non repletæ
Bulborum tunicæ, nec oua tantum.

Bulbaceus, adiectiuum. Plin. lib. 21. cap. 16. Radix est bulbacea, de hyacintho loquitur.

Bulbósus, penul. prod. Adiectiuum. vt Radix bulbosa, in qua bulbi conspicuntur, quales in radicibus arundinum. Plin. lib. 27. cap. 8. 9. Radice bulbosa, oblonga. Idem lib. 21. cap. 17. 2. Semipedali radice, bulbosa, molli, tribus aut quatuor agnatis.

Buleuta, buleutæ, (βουλευτής,) Latinè dicitur Consiliarius, Senator, Decurio. Plin. epist. 256. Claudio politani quoq; in depresso loco imminente etiam monte ingens balineum defodiunt magis, quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam buleutæ addunt beneficio tuo. Budæus, βουλὴ in ciuitatibus Græciæ & Asiæ dicebatur Senatus & consilium. Vnde βουλευτὰι Senatores & decuriones. Quæ dictio frequentissima est apud Demosthenem.

Buleuterion, (βουλευτήριον,) Cyrici ædificium amplum vocant sine ferreo clauo, ita disposita cõtignatione, vt exi mantur trabes sine fulturis, ac reponantur. quod item Romæ in ponte Sublicio religiosum est, postea quàm Coclite Horatio defendẽte ægre reuulsus est. Hæc Plinius lib. 36. cap. 15. 2.

Bulga, bulgæ, (πήρα,) Festus. Bulgas Galli sacculos scorteos appellant. Nonius, Bulga est folliculus omnis, quem & crumenam veteres appellarũt, & est sacculus ad brachiũ pendẽs. Lucil. Saty. li. 6.
Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus,
Bulgam & quicquid habet nummorum, secum habet ipse.
Cum bulga coenat, dormit, lauit: omnis in vna
Spes hominis bulga, hæc deuincta est cætera vita. Varro Octogesi, In quo nobilius est Philippeum quod accipimus, quàm quod bibimus, quum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam.

BVLGARI, Europæ populi in parte Mœsiæ ad Danubium, gens ferox, vt quæ multas in Europa clades vicinis intulit. Nonnullis placet noa indigenas, sed aduenas esse è Scythia egressos. Author Volaterranus.

Bulimia, (βουλιμία,) dicitur magna fames. * Gellius vim famis in tolerabilem interpretatur. Bulimiam Medici caninam appetitum vocant.

Bulla, bullæ, (βοῦλλα,) Insigne erat triumphantium, quam in trium pho piæ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima. Festus, Bulla aurea insigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis à pectore: vt significaretur eam ætatem alterius regendam consilio. Dicta est autem bulla è Græco sermone βουλὴ, quod consilium dicitur Latinè: vel quia eam partem corporis bulla continet, id est pectus, in quo naturale maniet consilium. Hactenus Festus. Plinius lib. 33. cap. 1. 4. Sed à Prisco Tarquinio omnium primo filium, quum in prætextæ annis occidisset hostem, bulla aurea donatum constat: vnde mos bullæ duravit, vt eorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui equo meruissent filii, id insigne haberent. cæteri lorum. Cice. 3. Verr. 108. Neque te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd sine bulla veneras. Asconius, Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi communiens pectus puerile. Sipontinus, Bullam esse amulam manifestum est: dictam à similitudine eius bullæ, quæ spiritu in aqua excitatur, præcipuè dùm bullit, figura rotundæ. A qua quum mox deficit, notissimum illud, vetustissimum prouerbium est, Homo bulla. Nulla certè fieri verior comparatio potuit ad vitæ humanæ fragilitatem ostendendam. Nam quidam bullam ἀπὸ τῆς βουλῆς, hoc est, à consilio deductam volunt, plenum insaniæ est. De bulla fusissimè disserit Macrobius lib. 1. Saturnalium, cap. 6.

Argentea bulla. Ouid. 10. Metamorpho. 23.
Bulla super frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur.

Aurea bulla. Propert. lib. 4. eleg. 1. 27.

Perlucida bulla. Ouid. 10. Metamorpho. 46.
–sic vt fuluo perlucida cœlo Surgere bulla solet:

¶ Demittere bullam collo. Propert. 4. eleg. 1. 27.
Mox vbi bulla rudi demissa est aurea collo.

Fulgere bullis. Virg. 12. Aeneid. 187.
–& notis fulserunt cingula bullis.

¶ Bulla, (πομφόλυξ,) tumor ille insanis, qui visitur in aquis: mométo temporis enascens, simul & euanescens. Vnde prouerbium, Homo bulla: quod nos admoneat, humana vita nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Varro in præfatione quam scripsit in libros de Agricultura, Cogitans, inquit, esse properandum quòd (vt dicitur) si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, vt sarcinas colligam, antè quàm proficiscar è vita.

¶ Bullam pro capite clauorum, qui in valuis magnarum ædium honoris gratia affigi solent, accepit Plautus in Asinaria 9. 20. Iusisne in splendorem dari bullas has foribus nostris? Cicero tradit Verrem, bullas aureas ex valuis templi magnificentissimis abstulisse.

Bullātus, pen. prod. Bullis ornatus. Iuuenalis Satyra 14. 1.
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres Bullatus. Id est puer.

¶ Bullatæ nugæ. Persius Saty. 5.
Non equidem hoc studeo, bullatis vt mihi nugis
Pagina turgescat.

Bullio, bullis, (ζέω, φλύω, βράσσω,) bullire, Feruere significat. Celsus lib. 5. cap. 19. Aut spumæ argenti selibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, cocta donec bullire desierit, cui paulum ceræ sit adiectum.

Bullo, bullas, (πομφολυγίω,) bullare, Bullas facere: hoc est tumorem illum excrescentem, qui spiritu in aqua vel vrina excitatur. Plinius lib. 28. cap. vlt. 16. Item maris ipsius tranquillus sonitus, spumæque dispersæ, aut aquæ bullantes. Idem libro 9. cap. 7. 3. Præterea bullantium aquarum sufflatio. Idem lib. 28. cap. 6. non procul à fine, Magna signa sunt vrinæ bullantis & crassæ.

Bullula, pen. corr. (πομφολύγιον,) Diminutiuū, parua bulla. Celsus li. 2. ca. 5. de Vrina, Aut si quasdā maculas repræsentat, aut si bullulas excitat.

BVLLA regia, Liberum oppidum Numidiæ in Africa, Authore Plinio libro 5. cap. 3.

BVLLAEVM, βουλλαῖον, Vrbs insulæ Britanniæ Ptolemæo. Vulgò Vuitlā.

BVLLATIVS, Viri proprium, ad quem scribit Horatius vndecimam epistolam primi Epistolarum libri, Quid tibi visa Chios, Bullati.

BVLLENSES, Oppidum, & populi Locrorū, apud Plinū lib. 4. ca. 3.

BVLLIDENSIS, Macedoniæ colonia est. Author Plin. lib. 4. cap. 10.

Bullio, bullis. Vide BVLLA.

BVLLIONES, Barbari incolæ Macedoniæ, dicente Plinio lib. 3. capi. 23. Apollonia, quondam Corinthiorum colonia, VII. M. passuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre Nymphæum accolunt Barbari, Amantes, & Bullliones.

Bullo, bullas, Bullula, Vide BVLLA.

BVLA, βουλάυα, Ptolemæo Butua, Plinio Liburniæ vrbs, hodie Budua.

Bumamma, (βουμάμμα,) vua, eadem quæ & Bumastos dicitur. Varro de Re rustica, lib. 2. cap. 5. 4. Macrobius lib. 3. Saturnalium, cap. vltimo Bumammiam appellat.

Bumastos, siue Bumastus, fœm. g. (βουμαστός,) Magna mamma. Quo nomine dictum est genus quoddam vuæ grandioris: quòd tumeat ad similitudinem mammarum bouis. Plinius lib. 14. cap. 1. 6. Tument vero mammarum modo bumasti.

Bumelia, Fraxini species in Macedonia amplissima & lentissima. Plinius lib. 16. cap. 13. 1.

Búnias, huius buniadis, penul. correp. fœm. gen. Genus napi. Vide BVNION.

Bunion, bunii, (βούνιον,) Napi genus. Plin. lib. 20. cap. 4. 1.

BVNITIVM, βουνίτιον, Vrbs Germaniæ apud Ptolemæū. Vulgò Súdi.

Bupaedas, (βούπαις,) Magnos pueros Græci dicunt, qui fecerunt finem excrescendi. Festus.

Bupalus, vel Bubalus. Vide Hipponax. clarissimi sculptores fuêre. Hi quia Hipponactī poetæ notabilis vultus fœditas erat, imaginem eius lasciuia iocorum proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum: vt credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse. Vnde Horatius in Epod. ode 6. 5.
Qualis Lycambe spretus infido genet.
Aut acer hostis Bubalo. Et Hipponactеum præconium pro infami nota posuit Cicero Epist. lib. 7. Eumque addictum iam rum puto esse Galli Licinii Hipponacteo præconio.

Buphthalmos, fœm. gen. (βούφθαλμος,) Herba similis boum oculis, folio fœniculi, circa oppida nascens, fruticosa caulibus, qui & manduntur decocti. Hæc Plin. lib. 25. cap. 8. 3.

Buphonum, Herba, quam alii Chamæleontem, alii Ixium vocant. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ φόνος, quod est mors, & βοῦς, bos, quòd à bobus deuorata anginam procreet. eósque necet. Sipontinus.

Bupleuros, fœm. gen. (βούπλευρος,) Herba. Plinius lib. 22. capi. 22. 10.

BVPRASIVM, Ciuitas & fluuius & regio Elidis, à Buprasio conditore, cuius meminit Homerus. Buprasium iam ciuitas non est. Proinde à Plinio cap. 5. lib. 4. inter Achaiæ loca ponitur.

Bupreſtis, huius bupresti, s. g. (βουπρῆστις,) Animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi. Fallit inter herbas bouem maximè: vnde & nomen inuenit: deuoratumque tacto felle ita inflammat, vt rumpat. Hæc Plinius lib. 30. cap. 4. 3. Apud Iurisconsultum, titulo ad Legem Corneliam scribitur, Sicui temerè pigmentarii dederint pytiocampas, aut bupreſtes, quæ ambo venenata sunt, teneri pœna legis Corneliæ de sicariis & veneficis.

BVRA, Vrbs in sinu Corinthio, hausta à marinidicente Plinio lib. 2. cap. 92. Pyrrham & Antissam circa Mæotin pontus abstulit, Elicem & Buram in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent.

Bura, buræ, siue buris huius buris, s. g. (βούρα,) quasi bouis cauda, Dicitur pars aratri posterior, decurruata. Virgil. 1. Georg. 54.
Continuò in syluis magna vi inflexa domatur
In burim. Vbi Seruius, In burim, in curuaturam. nam buris est curuamentum aratri, dictum quasi βοὸς οὐρά, quòd sit in similitudinem caudæ bouis. Varro 1. de Re rust. cap. 19. 1. Terram duram proscindere, nisi boues magnis viribus non possunt, & sæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Varro de Lin. Lat. lib. 4. Bura à bubus. Alii hoc à curuo, curuum appellant sub iugo medio conum. quod bura extrema appellatur, vocatur coum à cauo.

BVRCHANA, Ponti insula nobilissima, Plinio authore. Sic enim scribit ille lib. 4. cap. 13. 7. Inde insulæ Romanorum armis cognitæ. Earum nobilissima Burchana. Fabaria à nostris dicta, à fugis similitudine sponte prouenientis. Item Glessaria, &c.

BVRDIGALA, penul. correp. vel Burdigala, vt scribit Suidas, (βουρδίγαλα,) Strabo autem Burdigalam dicit ciuitatis est Galliæ, Aquitanorum nobilissimum emporium, cuidam marino incumbens lacui, quem eruptiones faciunt. vulgò Bordeaux. Author Strabo. Hæc etiam ciuitas Ausonio poeta nobilis, quem protulit. Testis idem Ausonius in Catalogo vrbium nobilium,
Burdigala est natale solum. Ibidem,
Diligo Burdigalam Romam colo ciuis in illa,
Consul in ambabus. cunæ hîc, ibi sella.

Burdo, burdonis, Vlpian. de leg. 3. Leg. Item legato. Sipontinus ait esse quod ex equo & asina nascitur, sed diuinat. non enim satis constat quid intelligat Vlpian.

Buris, pars posterior aratri. Vide BVRA.

BVRNISTAE, Plinio ponitur inter ciuitates Illyrici Liburnorum, libro 4. cap. 21.

Burrhum, (πυῤῥόν,) Dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum. Festus.

BVRSAONENSES, Hispaniæ citerioris populi, Calagurritanis & Complutensibus vicini, vt testis est Plinius lib. 3. cap. 3. in descriptione citerioris Hispaniæ.

BVRTINA, (βουρτίνα,) vrbs Hispaniæ Ptolemæo, vulgo Barbastro.

Busiris, penul. prod. huius Busiris vel Busiridis, (βουσιρις) Neptuni filius ex Libya Epaphi filia susceptus, vt in libro Temporum scribit Eusebius. Hic autem, vt ait Augustinus in libro de Ciuitate Dei, regnante Danao Argiuis, rex, vel potius tyrannus, suis diis hospites immolabat. & ab Hercule interemptus est, quum etiam eum voluisset occidere. Huius laudes scripsit Isocrates. Illaudatus autem dictus est Virgilio: non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruerit, vt ait Seruius. Virg. 3. Georg. 1. –quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras? Ouid. 9. Metamor. 37.
Ergo ego sedantem peregrino templa cruore Busirim domui?
Sæuior

Sæuior tristi Busiride. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 8.

Bustum, busti, (τύμβος,) propriè dicitur locus in quo mortuus est combustus & sepultus, diciturque combustum, quasi bene vstum. Hæc Festus. Seruius verò in duodecimum Aeneidos, Pyra inquit, est lignorum congeries. Rogus, quum ardere cœperit, dicitur. Bustum verò iam exustum vocatur. Quem ordinem seruat poeta, dicens, Constituere pyras. Item, Subiectisque ignibus atris, Ter circum accensos decurrêre rogos. Item postea, Semustaque seruant busta. Cic. 2. de Legib. 97. Nam quòd rogum bustumue nouum vetat propius sexaginta pedes adiici, ædes alienas inuito domino, incendium veretur acerbum. Quòd autem, ἀχθος id est vestibulum sepulchri, bustumue vsucapi verat, tuetur ius sepulchrorum. Iuuenal. Saty. 3. 4.

¶ Bustum, Sepulchrum. Plaut. Bacchid. 20. 14. Ille non in busto Achilli, sed lecto accubat. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128. 6. Vnas video mihi à te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad bustum Basilii vulneratus & despoliatus est. Idem in Pisonem. 6.

Bustum aut tymbon violare. Cic. 2. de Legib. 101.
Caua busta. Ouid. 3. Amorum, eleg. 8. 8.
Coacerua tum bustum excelso aggere. Catul. in Argonaut. 73.
Ingens bustum terreno ex aggere. Virg. 11. Aeneid. 170.
Funantia busta. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 46.
Horrifico cinefactus busto. Lucret. lib. 3. 186. Cinefactus, id est in cinerem redactus.
Iniusta busta. Ouid. 2. Metam. 62.
Busta inania. Stat. 6. Thebaid. 34.
Miserabile bustum. Ouid. 6. Metam. 33. Flet modò, seque vocat bustum miserabile nati. De Tereo inquitur, qui inscius appositum sibi ab vxore filium comederat: vnde seipsum filii sepulturam vocat. Impropriè enim Bustum dixit.
Bustum memorabile. Claud. de bel. Get. 128.
Busta sacra. Claud. in Eutrop. 1. 91.
Suprema busta. Stat. lib. 9. Thebaid. 104.
Teres bustum. Catul. in Argonaut. 73.
¶ Eruere busta. Seneca in Troade. 6. 52.
Facere bustum. Cic. 1. Philipp. 3. Nam quum serperet in vrbe Infinitum malum, idque minaret in dies latius, iidemque bustum in foro faceret qui illam insepultam sepulturam effecerant, & quotidie &c.
Incidere in busto. Cic. 5. Tuscul. 141.
Mactatus essem in Catilinæ busto, vobis ducibus. Cic. in Pisonem. 11.
Peragere busta. Ouid. 2. Metam. 62.
Vt dedit amplexus, iniustaque busta peregit.
Piare busta alicuius. Ouid. 13. Metam. 105. –tu nunc quæ sola leuabas
Maternos luctus, hostilia busta piasti.
Piacula busto pendere. Lucan. 1. 36. Pendit inexpleto non fanda piacula busto. De Mario. Pendit, id est persoluit.
Vertere busta, pro euertere, & deuastare. Lucan. lib. 7. 173.
Omnia maiorum vertamus busta licebit.
Violare bustum compositum. Luca. lib. 8. 147. Quod iam compositum violat manus vltima bustum, Da veniam. Cic. 2. de Legib. 101.

Bustum omnium legum. Cic. in Pisonem. 7.

¶ Busta Gallica, Locus iuxta Aequimelium, vbi Galli defunctorum, ex pestilentia corpora vsserant. Vide Liuium lib. 2. bel. Pun. 65.

Bustuarius, Adiectiuum. Sipontinus, Bustuarii à busto dicti sunt gladiatores. nam quum mos esset in sepulchris virorū fortium captiuos neci dare, postea crudele visum fore: placuit vt eo more sublato, introducerentur gladiatores, qui ante sepulchra dimicarent: à quo bustuarii sunt appellati. Cicero in Pisonem 14. Si mihi cum illo bustuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuisset.

Buteo, buteonis, m. g. (τριόρχης,) accipitris genus. Plin. lib 10. ca. 8. Triorchem à numero testium, cui principatum in auguriis Phœmonoe dedit: Buteonem hunc appellant Romani.

Butes, (βούτης,) Amyci regis Bebryciorū filius, & pater Erycis. Cōmētarius Apollonii, alterius quoque Butæ meminit, filii Cecropis cuiusdā.

BVTHROTVM, penult. prod. siue Buthrotium, (βουθρωτον,) Epiri colonia est non longè ab Ambracio sinu. Author Plinius lib. 4. cap. 1. Virg. 3. Aeneid. 69. –portúsque subimus Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem. Id est Buthrotium. Seruius.

Buthysia, (βουθυσία,) Magnum sacrificium, quale est Hecatombe, & immolatio magnarum hostiarum. Sueton. in Neronе, Gymnica inter buthysiæ apparatum barbam primam posuit.

Butio, butionis, Est anas circa paludes versans. Author Philomelę. 9. Itaque paludiferis butio bubit aquis. Vn Butoir.

BVTRA, Insula est maris mediterranei propè Cretam insulam. Author Plinius lib. 4. cap. 12.

Buttubata, Nævius pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis. Nonius.

BVTVA, Plinio inter oppida Liburniæ recensetur. lib. 4. cap. 22.

BVTVNTINENSES, Populi sunt Calabriæ in Italia, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 11.

Butyrum, butyri, pen. interdum, prod. interdum, correp. (βούτυρον,) quid sit, declarat. Plinius lib. 28. cap. 9. 10. his verbis. E lacte fit & butyrum, barbararū gentium laudatissimus cibus, & qui diuites à plebe discernat. Plurimum è bubulo, & inde nomen: pinguissimum ex ouibus. Fit & ex caprino, sed hyeme calefacto lacte, cuius te expresso tātum, crebro iactatu in longis vasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, aliàs præligato. Additur paulum aquæ vt acceleret, &c. Deinde verò addit, Naturam eius esse astringere, mollire, replere, purgare. Sudonius ad Catulinum, Infundens acido oomam Butyro. Phaleucius est. Egnatius, –molliq; subacta Butyro. Nestor quoque testatur à Græcis produci. Valgius,
–ac niueum Butyrumque nouum cum melle comēdit. Hunc secuti sunt Macer & Serenus.

BVXENTVM, Oppidum quod Græci Pyxonta vocant in sinu Posidoniæ, à buxo arbore quæ copiosa illic prouenit. Plin. lib. 3. cap. 5.

Buxus, fœm. gen. & Buxum, (πυξός,) ipso ligno. Virg. 9. Aeneid. Tympana vos buxusque vocat. Berecynthia. Vbi Seruius, Dicitur & hæc buxus & hoc buxum: vt Et torno rasile buxum. Vnde superfluò quidam arborem generis fœminini esse volunt, quum hoc loco etiam de ligno generis fœminini habeamus exemplum.

Buxus Græca vox est, πυξός, quippe dicunt Græci. Arbor est exigua, natura solida, & quadam ligni duritia, ac frondium pallore commendabilis, fractu facilis, & ad topiaria opera commodissima, virens semper, ac tonsilis. Semen eius canētis animantibus propter amaritudinem in usum, mel in Corsica amarum redditur: amat frigida quæ sint aprica. In igne duritia ei est, quæ ferro, nec flamma, nec carbone vtili. Hæc Sipontinus ex Plinio libro 16. cap. 16.

Crispata buxus cacumine denso. Claud. de Raptu Proserp. 2. 22.
Densum foliis buxum. Ouid. 3. de Arte Amandi 138.
Horrida buxus. Claud. de Raptu Proserp. 2. 54.
Horrisona buxus. Valer. lib. 2. Argonaut. 117.
Idæa buxus. Stat. lib. 5. Thebaid. 19. Valer. Flacc. lib. 1. Argona. 64.
Multifori tibia buxi. Ouid. 12. Metamorpho. 32.
Pallidus buxo. Ouid. 4. Metamorpho. 27. –oraque buxo
Pallidiora gerens.
Simillimus buxo pallor. Ouid. 11. Metamorpho. 84.
Rasile buxum. Virgil. 2. Georgic. 90.
Nec tiliæ læues, aut torno rasile buxum
Non formam accipiunt, ferroque cauantur acuto.
Terebratum buxum. Ouid. 6. Fastorum 140.
Prima terebrato per longa foramina buxo,
Vt daret effecti tibia longa sonum.
Perpetuo virens buxus. Ouid. 10. Metamorpho. 20.
Vndans buxo Cytorus. Virg. 2. Aenei. 88. Cytorus mons est Macedoniæ in quo abundat buxus, quæ vento mota, æstus imitaſ vndarū. Seruius.
Detonso crines depectere buxo. Ouid. 6. Fast. 46.

¶ Torquere flagello buxum. Persius Saty. 3. 6. Neu quis callidior buxum torquere flagello. Intelligit trochum.

¶ Buxus, pro tuba vel tibia buxea sæpe legitur apud poetas, iuxta eam figuram qua materia ponitur pro re confecta. Stat. 2. Thebaid. 16.
–tum plurima buxus,
Aeraque taurinos somitu vincentia pulsus. Ibidem 34.
Feda Celenæa committere prælia buxo. Idem 9. Thebaid. 96.
– quum Bacchica mugit Buxus. Idem 2. Achill. 31.
– buxus Signa dedit, quater æra Rheæ, quater Euia pulsant.

Buxos inflare. Claud. de Raptu Proserp. 3. 26. Si buxos inflare velim, sepulcrale gemiscunt. Id est Si tibias inspirem.
Premere buxos tacitas. Claud. in Eutrop. 2. 58.
Ferire buxum rauco pectore. Seneca in Agamemn. 7. 20.
Quæ turritæ turba parenti
Pectore ranco concita buxum Ferit. Id est inflat tibiam.
Rauco autem propter clamorem.
Inflati murmur buxi. Ouid. 14. Metamorpho. 107.

Buxeus, Adiectiuum, (πυξινός,) Quod ex buxo est aut buxi colorem refert. Martial. lib. 2. 41. Et tres sunt tibi Maximina dentes:
Sed planè piceique buxeique. Sic Buxea forma, Colum. lib. 7. cap. 86.

Buxeus color. Plinius lib. 12. cap. 7. 5. Arbor radice lata, lignosaque, buxei coloris. Sic idem lib. 22. cap. 9. 2.
Buxeus frutex. Colu. li. 8. ca. 15. 4. Interstitis buxeis aut mirteis fruticibus.

Buxētum, pen. prod. (πυξῶν,) Locus buxis consitus. Mart. lib. 5. 114.
Non otiosis ordinata myrteis,
Viduaque platano, tonsilique buxeto
Ingrata lati spatia detinet campi.

Buxōsus, penul. product. (πυξοειδής,) Adiectiuum, significare videtur quod maximè buxum refert, buxoque est simile: vt lignum baliami buxosum. Plinius libro 12. cap. 25. 6. Ex hoc buxosum est optimum, quòd est odoratissimum.

Búxifer, penult. correp. (πυξοφόρος,) Adiectiuum, vt Buxifer Cytorus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Catul.epigram.4.5.

BYZAE, Plinio inter Indicas gentes ponuntur, lib.6.cap.20.

BYZERI, Gens Themiscyræ regionis in Asia. Plin.lib.6.ca.4. Apud Valerium Placcum, li.5. Argona.31. Byzeres scribitur, quos appellat vagos, his verbis, Byzeresq; vagi, Philyræq; à nomine dicta Littora.

BYZYGEVS, Mons est Thessaliæ Plinio, lib.4.cap.8.

B Y

BYBLEIA, Vrbs Asiæ, de qua Herodotus lib. 1. Nam quum initium Byblesiq; ex peninsula auspicerur, sintque Cutdii propemodum circumiacentem partem, qua Boream spectat, Ceraunius claudit sinus, Australem verò Symanum Rhodiumque mare.

BYBLIS, Parua maris mediterranei insula est cum oppido, alio nomine Melos dicta. Aristoteles Zephyriam, Callimachus Myrmallida, Heraclides Siphnum & Acyton vocant. Hæc insularum rotundissima est. Verba sunt Plinii lib.4.cap.12.

Byblis, huius Byblidis, pen.correp. (βύβλις,) Filia fuit Mileti ex Cyane nympha filia Meandri, quæ fratris Cauni amore capta, & ab eo repulsam passa, tandem lachrymis, ob impatientiam amoris consumpta, miserationedeorum in fontem sui nominis versa est. Ouid.9.Meta.133.

Sic lachrymis consumpta suis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem qui nunc quoque vallibus illis
Nomen habet dominæ, nigraque sub ilice manat.

BYBLVS, (βύβλος,) Est Syriæ Phœniciæ vrbs, Beryto vicina, in qua Adonidis templa sunt. Strabo lib.16. Hodie Gaeta.

BYCVS, (βύκος,) Fluuius Sarmatiæ in Europa, Ptolemæo authore. Hodie Buges vocatur.

BYRSA, (βύρσα,) Straboni lib.17. Arx fuit in media vrbe Carthaginésium, in cuius vertice Aesculapii templum erat, quod Asdrubalis vxor capta vrbe secum concremauit. Huius autem nominis origo cum ex Sernio, tum ex aliis talis est: Appulsa ad Libyam Dido, quum ab Hiarba pelleretur, petiit callidè vt emeret tantum terræ, quantum posset bubulo corio occupare, quod quum permississet, corium in tenuissima frusta sectum tetendit, occupauitque stadia x x i i. Itaque ostensis thesauris suis sociis, eisque animatis, ciuitatem cõstruxit, quam postea vocauere Carthaginem. Arcem verò à bubulo corio, quod sic vocitant, Byrsam nuncupauit. Quod & tangit Virgilius lib.Aeneid.1.75.

Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

Byssus, f.g. (βύσσος,) Genus lini subtilissimi & pretiosi: cuius meminit Plinius lib.19.cap.1.13.

Byssinus, (βύσσινος,) Adiectiuum. vt Byssinum linum. Plinius lib. 19. cap.1.13.

BYZANTIVM, (βυζάντιον,) Thraciæ ciuitas, à Pausania Spartano condita, vt Iustinus lib.4. author est. Eustathius à Byze Megarensium classis præfecto, liberæ olim conditionis, & Ligos autè dicta. Author Plinius lib.4.cap.11. Hodie à Constantino Magno Constantinopolis, & antea quoque noua Roma, mox temporibus Seueri, & filii eius Antonini, Antonia vocitata. Expugnata à Mahumete Turca anno salutis nostræ M.CCCCLIII. magna Christianæ pietatis iactura: proximis verò annis ingenti terræ motu multis in locis concussa, multis in locis corruit. Meminit situs, originis, & potentiæ veteris Corn. Tacit.li.12.

Byzantius, (βυζάντιος,) Adiectiuum. vt Lirtora Byzantia. Ouidius 1. Trist.eleg.9.7.

Orca Byzantia. Horat.1.Sermo.saty.4.14.

Non alia quàm quæ Byzantia putruit orca.

Byzantii exules. Cicc. pro Domo sua 42.& 98. Item in Pisonem 68.& in Oratore 22.

Byzantiacus, pen.corr.aliud adiectiuum, (βυζαντιακός,) Stat.4.Sylu.9.3. Aut Byzantiacos colunt lacertos. Lacerti genus piscium hoc loco.

Byzeres, pen.prod. (βύζηρες,) Gens in ponto. Steph.

C



LITERA Tertia in ordine, ad omnes vocales vim suam perfert. Quintil.lib.1.cap.7.6.

C. Caius notat, D. inuersa Caia: quia tam Caias esse vocitatas quàm Cãios, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Quintil.lib.1. cap.7.14.

CABALIA, Asiæ minoris regio, in qua sunt vrbes Oenoanda, (quã Strabo Oenoandron vocat) Balbirra, Bubon. Populi porrò huius regionis incolæ, Cabalii dicuntur, teste Herodoto lib.3.

Caballus, caballi, (ἵππος,) Id est equus. Lucilius lib.2. Succusator tot tetri, tardique caballi. Varro Parmenone, Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. Hæc Nonius. Martial.lib.1.125.& lib.5.26.

Immeriti caballi. Iuuenal.Saty.10.6.
– immeritis frangantur crura caballis.

Satureianus caballus. Horat.1.Sermo.saty.6.112. Me Satureiano vecta rura caballo. Id est Satureianis agris natoriqui sunt in Apuleia fertiles, & equorum nobilium genitores. Acron.

Agere caballum. Horat.lib.1.Epistо.19.8.
– aut olitoris aget mercede caballum.

Pascere caballos. Horatius 1.Sermo.saty.6.21.
– plures calones atque caballi
Pascendi, ducenda petorrita.

Caballinus, pen.prod. Adiectiuum, (ἵππειος,) vt Caballina caro. Plin.libro 28.cap.10.3.

Caballinus fons, in monte Helicone Bœotiæ. Vulgatum est enim fontem erupisse, dum subiectam ibi rupẽ Pegasus feriret vngula. Author Strabo. Vide infra in dictione HELICON.

CABELLIO, (καβιλλιών,) Narbonensis prouinciæ oppidum, cui vicina sunt Carcasso, & Carpentoracte oppida. Author Plinius lib.3.cap.4. Strabonì scribitur Caballio. Vulgò Cauaillon.

CABERA, penul.prod. (καβήρα,) Prothei filia ex Vulcano Caberos tres genuit, totidemque nymphas Caberidas: quibus omnibus templa esse dicata, author est Strabo lib. 10. Hos alii Cabiros vocant penult.prod. traduntque eosdem esse Curetas, & Corybantes, & Caberos, & Idæos dactylos, & Telchinas. Alii cognatos inter se paruo vtique discrimine. Omnes tamen consentiunt esse quosdam spiritibus afflatos, & Bacchicos, qui armorum agitatione tumultuosa, cum strepitu ac fragore, cymbalisque ac tympanis, tibiis quoque & vociferationibus publica sacra faciant. Vide Strabonem lib.10.

CABIRI. Vide CABERA.

CABVLLINVM, (καβύλλινον,) vrbs Galliæ Ptolemæo, Catalaunum alio nomine dicitur. Vulgò Chaalon sus la Sone.

Cãcabo, cãcabas, penul.corre. (κακκᾶίω,) cacabare, Proprium est vocis perdicũ. Author carminis Philomelæ, qđ Ouidio tribuitur 4.Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anser.

Cácabus, penul. correp. (κάκκαβος,) Vas est in quo pulmentariũ coquitur. Plinius lib.13.cap.6.8. Succus in cacãbo nouo coquitur mellis crassitudine. Paulus Iurisconsultus de Instructo & instrumento legato, Nec multum refert inter cacabos & ahenum quod supra focum pendetibi aqua ad potandum calefit: in illis, pulmentarium coquitur. Dicitur autem à sono quem facit dum feruet. Columel.lib.12.cap.41.2.

Synthesis cacabarum. Stat.lib.4.Sylu.9.9.
Aut vnàm dare Synthesim quid horres?
Alborum calicum, atque cacaborum. Phaleucii sunt versus.

Cacalia, (κακκαλία,) siue leontice vocatur, Semen margaritis miscetur, nuris simile, dependens inter folia grandia, in mõtibus ferè. Plinius lib.25.cap.11.3. Officinis earui agreste dicitur. Ruellius lib.1.cap.140.

Cacaturio, Vide CACO.

Cacemphaton, penul. correpr. (κακεμφατον,) Est obscœna pronunciatio vel in composita dictione, vel in vno verbo: vt numerum cum nauibus æquet. Et, Arrige aures Pamphile. Donatus.

Cachectus, cti, (καχεκτος,) qui malo est corporis habitu, & cui macie corpus confectum est. Plin.lib.32.cap.10. Cachectis, quorum corpus macie conficitur, tetheæ vtiles sunt cum ruta ac melle.

Cachinnus, (καχιννός,) Solutus risus: à sono factum vocabulum.

Dulces cachinni. Lucret.lib.5.281.
– tum dulces esse cachinni
Consueranr agrestis enim tum musa vigebat.

Peruersus cachinnis. Ouid.3.de Arte Amandi 58.
Est, quæ peruerso distorqueat ora cachinno Quum risit.

Rigidus cachinnus. Iuuenalis Saty.10.4.

Tremulus cachinnus. Persius Saty.3.9.
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

Afferre cachinnos omnes. Catul.epigram.13.1.
Si tecum attuleris bonam atque magnam
Cœnam, non sine candida puella,
Et vino, & sale, & omnibus cachinnis.

Commouere cachinnos. Cic.de Claris Oratorib.114. Reliqua duo sunt, agere, & meminisse: in vtroque cachinnos irridentium commouebat.

Concuti cachinno. Iuuenal.Saty.3.10.
– rides? maiore cachinno Concutitur.

Distorquere ora cachinno. Ouid.3.de Arte Amandi 58.

Ridere quicquid est domi cachinnorum. Catul.epigram.29.5.

Sustollere cachinnum. Cicc.de Fato 16. Addidit etiã mulierosum, in qua Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse.

Tollere cachinnum. Horat.de Arte Poetica 23.

Romani

Romani tollent equites, peditesque cachinnum.

Cachinno, cachinnas, (καγχάζω, καγχαλάω,) cachinnare, & Cachinnor, Deponens, Immoderatè ridere. Cic.5.Verr.51. Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Apronius. nisi forte existimatis eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit. Suetonius in Vesp. Augusto, Quare patrem Sabinum ferunt aruspicio insuper confirmatum, renuntiasse matri, nepotem ei Cæsarem genitum: nec illam quicquam aliud, quàm cachinnasse, miratem quòd adhuc se mentis compote, deliraret iam filius suus.

Furtim cachinnare. Lucret.lib.4.237.
Quàm famulæ longe fugitant, furtimque cachinnant.

Tremulo cachinnare risu. Lucret.lib.2.196.
Scilicet & risu tremulo concussa cachinnant,
Et lachrymis sparguntrorantibus ora, genasque.

Cachinnatio, (καγχασμός,) Verbale. Cic.4.Tuscul.107. Vt si ridere cõcessum sit, vituperetur tamen cachinnatio.

CACIDIRI, Inter celeberrimas Scytharum gentes Plinio ponuntur lib.6.cap.17.

CACIRINI, Siciliæ populi, Latinè cõditionis, vt scribit Plin.lib.3.c.8.

Caco, cãcas, (κακκάω,) cacare, Ventris onus deponere. Martial.lib.1.94. in Bassam.
Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro:
Basse bibis vitro: cacarias ergo cacat.

Nec toto decies cacas in anno. Catul.epig.20.4.

Ventre cacatum. Horat.1.Serm.saty.8.8.
– atque in me veniat mictum, atque cacatum Iolius.

Cacãtus, pen, prod. Adiectiuum, (κεκακισμένος,) vt Charta cacata. Catul. epig.34.1.& 4. Annales Volusi cacata charta.

Cacaturio, cacaturis, pen.corr. (κακιάω,) cacaturire, Desyderatiuum verbum à caco, cacas. Martial.lib.11.in Vaccerum,
In omnibus quòd conclaubus
Consumit horas, & die toto sedet,
Cœnaturit Vaccerra, non cacaturit.

Cacodaemon, huius cacodæmonis, pen. corr. (κακοδαίμων,) Latinè noxius dæmon interpretatur. Malum genium dicunt Latini. De Cacodæmone meminit Valerius Maximus lib.1.de Somnis, Cassii somnium sic enarrans, Apud Actium M. Antonii fractis opibus, Cassius Parmensis qui partes eius sequutus fuerat, Athenas confugit: vbi concubia nocte quum solicitudinibus & curis mente sopita in lectulo iacèret, existimauit hominem ad se venire ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso. Interrogatumque quisnam esset, respondisse, Cacodæmona. Perterritus deinde tam terro vilu & nomine horrendo, seruos inclamauit: sciscitatusque est si quem talis habitus aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidissent. Quibus affirmantibus neminem illuc accessisse, iterum somno & quieti se dedit, atque eadem animo eius obuersata species est. Itaque fugato somno lumen introferri iussit, puerosque à se discedere vetuit. Inter hanc noctem & supplicium capitis, quo eum Cæsar affecit, paruulum admodum tempus accessit.

Cacoêthes, pen. prod.n.g. (κακοήθης,) Malus mos Latinè dicitur. Iuuenal.saty.7.6. – laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali, tenet insanabile multos
Scribendi cacoethes, & ægro in corde senescit.

Cacoethe, Vlceris vel carcinomatis genus curatu difficillimum. Plin. lib.22.cap.25.11. Stellionum moribus resistit: item vlceribus quæ cacoethe vocant. Celsus de carcinomate, lib.5.cap.28. Nanq; pessimum id genus est, fereq; id primum fit, quod κακοήθες à Græcis nominatur.

Cacostómachos, pen.corr. (κακοστόμαχος,) Qui malum ac debilitatum stomachum habet, hoc est ventriculum. os enim ventriculi (qui stomachus dicitur) pro ipso ventriculo sumi solet. Cic.ad Tironem, lib.16.6.2. De medico & rubene existimari scribis: & ego sic audio: sed planè curationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος esses.

Cacosyntheton, pen.corr. (κακοσύνθετον,) Mala, seu desormis compositio: vt apud Virgilium, lib.9. Aeneid.125. – versaque inuencum
Terga fatigamus hasta. Quintil.lib.8.cap.3. Quod malè collocatum, id cacosyntheton vocant.

Cacotechnia, (κακοτεχνία,) Mala ars dicitur. Quintil.lib.2. cap.20.2.& cap.15.2. Cacotechniam quidam nominauerunt artis prauitatem.

Cacozelia, (κακοζηλία,) dicitur Latinè mala affectatio, peruersa imitatio, quoties inscitè affectantes virtutem altiquam, in vitium labimur. Veluti si quis malè affectans Atticissimum, ieiunus euadat & aridus: si quis copiam, in futilem incidat loquacitatem. Quintil.in secundo, & in fine octaui, Sed tum quoq; rei seruetur mensura quædam. Quanuis est enim omnis hyperbole vltra fidem, non tamen esse debet vltra modum, nec alia magis via in cacozeliã itur. Cacozeliæ genere peccare. Quintil.lib.2.cap.3.7.

Cacula, penult.correp. (κάλαθος,) Seruus militis. Plautus Trinum.10.93.
– video caculam militarem
Me futurum, aut longius, aut aliquid ad regem.

Cacûmen, pen.prod. (κέντρον, κορυφή, κέντρωσις,) Vertex, siue summitas cuiuscunque rei. vt cacumina montium. Plin. lib.6.cap.7.3. Et cacumina arborũ. Cæsar.7.bel.Gall.290. Itaq; truncis arborũ aut admodũ firmis ramis abscissis, atq; horũ delibratis atq; præacutis cacuminibus, petpetuę fossæ quinos pedes altæ ducebatur. Virgil.6.Aeneid.136. Debinc summa cacumina linquunt.

Cacumen oui. Plin.lib.10.cap.52.3.

Cacumen pilorum capitis. Hirtius de bello Africano, lib.5.184.

Acutum per cacumen vadere. Ouid.1.de Arte amandi 77.

Aerium cacumen. Catul.epigram.59.48.
Aerium nisi montis liquẽ cacumen.

Altum cacumen. Virgil.2. Georg.62.
– perque alta cacumina regnat. De igne loquitur.

Crescens cacumen. Ouid.8.Metam.145.
Iamque super geminos crescente cacumine vultus.

Fracta cacumina figi. Virgil.9.eclog.2.

Frondens cacumen. Ouid.8.Metam.153.
– iam tanget frondente cacumine terram.

Matina cacumina. Horat.Epod.16.6. Padus Matina lauerit cacumina. Id est Matini montis Calabriæ.

Nudata cacumina. Ouid.1.Metam.79.
Postque diem longam nudata cacumina syluæ
Ostendunt, Iunumque tenent in fronde relictum.

Montana cacumina. Ouid.1.Metam.63.
Pulsabantque noui montana cacumina fluctus.

Nimbosa cacumina aperire. Virg.3.Aeneid.55.
Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Procera cacumina. Sil.Ital.lib.7.36.
Dum nemoris celsi procera cacumina sensim
Subtracta cerrat tacitus contingere meta.

Sublime cacumen. Ouid.1.Metam.66.

Summum cacumen. Seneca in Hippol.10.8.

Vmbrosa cacumina. Virgil.2.eclog.1. Tantum inter densas, vmbrosa cacumina, fagos Assiduè veniebar.

Comprimere cacumina. Sil.Ital.lib.5.10.
– compressæ cacumina nectit.

Mandare cacumen terræ. Virg.2. Georg.6.
– summumque putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen. De cacumine virgulti amputati loquitur.

Motare cacumina. Virgil.6.eclog.4.
– Faunosque videres
Luderetrum rigidas motare cacumina quercus.

Nectere cacumina. Sil.Ital.lib.5.10.

Rorat cacumen. Senec.Hippol.10.8.
Summum cacumen rorat expulso sale.

Surgere gemino cacumine. Lucan.lib.1.110. Sciuditur in partes, geminoque cacumine surgit.

Tangere summum cacumen. Lucretius libro.2.226. Donec alescendi summum tetigere cacumen. Hoc est, Donec ad metam seu finem crescendi peruenerint.

Tectum cacumen nubibus. Lucan.lib.3.2.

Tremulum cacumen. Silius Ital.lib.5.101.
Fronde super tremuli vix tota cacuminis hęrens
Luctatur, nido parter luctante volucris.

Venire ad summum cacumen. Lucret.lib.5.192. – ad summum donec venere cacumen. Id est, Ad summam absolutionem & cõsumationem. De artium inuentione loquitur, quæ ex paruis initiis paulatim ad summum perfectionis fastigium peruenerunt.

Cacuminare (κάπτω,) Acutum reddere. Ouid.3.Metam.40. Dat spatiũ collo, summasque cacuminat aures. De Actęone in cerum mutato.

Cacuminatus, Adiectiuum, (κάπτω,) vt Ova cacuminata. Plin.lib.10. cap.52.3. Aquatilium ova rotunda: reliqua ferè fastigio cõcuminata.

CACVS, (κάκος,) Secundum fabulas, Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen secundum philologos & historicos hoc habet, Hunc fuisse Etrandri nequissimum ferum, ac furem. Nouimus autem malum à Græcis κακὸν dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant, postea translato accẽtu Cãcus dictus est, vt Helene, Helena. Ignem autem dictus est vomere, quòd agros igne populabatur. Hunc soror sua eiusdem nominis prodidit. Vnde etiam sacellum meruit, in quo ei per virgines Vestę sacrificabatur. Hæc Seruius enarrans cum Virgilii locum lib. Aeneid.8.38. Hîc spelunca fuit vasto submota recessu,
Semihominis Caci facies quam dira tegebat,

Solis inaccessam radiis,semperque recenti
Cede tepebat humus:foribusque affixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo
Huic monstro Vulcanus erat pater,illius atros
Ore vomés ignes,magna se mole ferebat.De hoc Caco à sorore Caca prodito,& ab Hercule cuius boues furto abegerat, occiso in Auétino monte,Vide Liuium Decad.1.lib.1.Dionysium lib.1.Solinū,cap.2.

Cadauer pen.prod.n.g.(νεκρὸν, πτῶμα,) Corpus quodcūq; mortuum.A cadendo deriuatur,vel à cedēdo. Cæsar.7.bel. Gal.311.Quid hominū millibus octoginta vno loco interfectis, propinquis,consanguineisque nostris animi fore existimatis, si penè in ipsis cadaueribus prælio decertare cogent?Plin.lib.10.cap.70.1. Quosdam & speluncis latentes,falsamento illitis faucibus scopuli, piscator expellit,veluti sui cadaueris agnitionem fugientes.Iuue.Saty.10.29.
– & iacuit Catilina cadauere toto
¶ Cadauera oppidorum,Per translationem dictum. Seruius Sulpitius ad Ciceronem,libro.4.ep.12. Quum vno loco, tot oppidūm cadauera proiecta iaceant?
Abiectū cadauer.Cic.in Pisonē.65.Nec despero tū &c. futuros aliquos, qui abiectum hoc cadauer,Consularibus spoliis nudare non nolint.
Congesta cadauera.Lucanus lib.2.42.
– congesta recepit
Omnia Tyrrhenus Syllana cadauera gurges.
Conserta cadauera.Lucanus lib.3.114.Has prohibent iungi conserta cadauera puppes.Id est Densa & interposita.Alii tamen legunt conferta,id est condensata.
Crudum cadauer.Iuuenal.Saty.15.9.
– contenta cadauere crudo.
Cruentum cadauer.Cic.pro Milone.25. Tu P. Clodii cruētum cadauer eiecisti domo.
Defunctum cadauer.Lucanus lib.3.144.
Hoc habet ex magna defuncti parte cadauer.
Densa cadauera.Iuuenal.Saty.10.19.
– ac tarda per densa cadauera prora.
Dilapsa cadauera.Virgil.3.Georg.111.
– atque aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo.
Erectum cadauer.Cic.in Pisonem.4.
Informe cadauer.Vide INFORMIS.
Lacerum cadauer.Lucanus lib.5.134.
– ô superi lacerum retinete cadauer.
Rigidum cadauer.Claud.de bel.Gigant.21.
– sæuus que Damastor
Ad depellendos iaculum dum quæreret hostes,
Germani rigidum misit pro rupe cadauer.
Tetra cadauera.Lucret.lib.2.84.
– quum tetra cadauera torrent.
Torum cadauer.Stat.lib.9.18.
Ter Cadmæa phalanx toru abduxere cadauer.
Tremebundum cadauer.Seneca in Herc.Oetheo.7.15.
– dumque tremebundum manu Tenuit cadauer.
Expirant cadauera vermes.Lucret.lib.3.145.
Vnde cadauera,rancentiam viscere, vermes
Expirant? Id est emittunt seu exhalant vermes.
Lustrare cadauera.Lucanus lib.2.35. Omnia Syllanæ lustrasse cadauera pacis.Id est circunspexisse.
Mordere cadauer.Iunenalis Saty.15.9.
Spoliare cadauera.Lucanus lib.3.134.
– spoliantque cadauera ferro.
Terrere cadauera.Lucret.lib.2.84.
Cadauerōsus,penult.prod. (νεκρώδης,) Adiectiuum,vt Cadauerosa facies.Terent.Hecyra.3.4.27.
At non noui hominis faciem. PAM. at faciam vt noueris:
Magnus rubicundus,crispus,crassus,cæsius.
PAR. Cadauerosa facies.Vbi Donat⁹,Cadauerosa,subliuida, ac personata,rubore & liuore. Rubicundi enim & crassam faciem sæpe habent,quod est proprium cadaueris.Potest & pulposa intelligi, & crassa,quasi cadauerosa.Atqui ego cadauerosam faciem itelligerem, quā Hippocraticam vocamus,nempe hominimorienti & penè demortuo similem.est autem talis,quæ habet concauos oculos,aures amplas,collapsa tempora,labra demissa,prominentes aures:quę omnia⁹, vno verbo elegantissime explicauit Terentius.
CADDVSII, Asiæ populi sunt Medæ regionis prope Albanos & Caspios. Author Strabo lib.11.
CADENA Regia,fuit in vrbis modum instructa in mōtibus Lycaoniæ, vt Author est Strabo lib.12.
Cadiscus,Dimin.à Cadus.Vide CADVS.
CADI, Cadorum,Phrygiæ vrbs etiquanuis nonnulli ad Mysiam dicāt pertinere.Hæc Strabo lib.12.

CADISCVS, Inter montes Cretæ Plinio lib.4.cap.12.numerat, Montes Cretæ (inquit) Cadiscus,Idæus,Dictæus,Corycus.

Cadiuus, Vide CADO.

CADMEA, Pro Thebis ipsis antiqui vsurpare soliti,vt Author est Strabo lib.9.quum interim Cadmea,arx Thebana esset, vt scribit Plutarchus in vita Pelopidę.
CADMEIS, penult.prod.huius cadmeidis, penult. corr. & Cadmeius. Vide CADMVS.

Cadmia cadmiæ,(καδμεία,) Lapis est æreus, id est multum æris habens & ex quo fuso fit æs. Plin.lib.34.cap.1.2. Fit & æs è lapide æreo,quem vocant cadmiam.Ibidem cap.10.5. Namque ipse lapis ex quo fit æs,cadmia vocatur.
CADMVS,(κάδμος,) Milesius panlo post Orpheum, primus scripsit historiam de Mileto,ac totius Ioniæ regione,libris quatuor. Author Suidas.De Cadmo Milesio sic scribit Plinius lib.5.cap.29.Miletus Ioniæ caput,Lelegeis antè & Pityusa & Anactoria nominata,super LXXX vrbium per cuncta maria genitrix nec fraudāda ciue Cadmo, qui primus prosam orationem condere instituit.
Cadmus alter Agenoris filius, missus à patre ad inquirendam Europam à Ioue raptam,iussusque sine illa non redire, ex responso secutus bouem,Bœotiam vbi constitit,regionem vocauit: Thebasque ex nomine Aegyptiarum Thebarum,vnde originem habuit, ciuitatem condidit.Socios insuper quum vidisset à dracone absumptos,eius interfecti dentes seuit,ex quibus orti se mutuis vulneribus consoderunt.Ipse eidem ab Amphione & Zeto pulsus in Illyricum secessit.
Soror Cadmi.Ouid.4.de Pon.11.
Quique duas terras Asiam Cadmique sororem
Separat,& cursus inter vtrunque facit. Tanaum fluuium intelligit, separat enim Asiam,à sorore Cadmi,hoc est ab Europa.
Nobilis Cadmus.Seneca in Hercule furente.411.
Cadmeius,Adiectiuum. vt Aemon Cadmeius.Stat.Theb.lib.8.104.
– leuius Cadmeius Aemon Tela rotat.
Cadmeides,fem.gen. Nomen Patronymicum à Cadmo deductum.Ouidius.4. Metamorphoseon.113.
Aequora distringunt summis Cadmeides alis.
Impiæ Cadmeides. Seneca in Hercule furente.929.
Errant furentes impię Cadmeides.
Domus Cadmea. Ouid.4 Metam.109.
– Cadmeida palmis
Deplanxere domum,scissis cum veste capillis. Id est Cadmeam, aut Cadmeiam domum.Patronymicum nomen pro possessiuo.
Cadmēus,pen.prod.aliud Adiectiuum,(καδμεῖος,) vt Cithæ Cadmea.Seneca in Hercule Oetheo.53. Nos Cadmeis orgia ferre.
Tecum solitæ condita cistis.Id est Thebanis,Thebæ enim à Cadmo conditæ fuerunt,vt dictum est.
Dirce Cadmea. Lucanus libro.3.35.
– quos impiger ambit
Fatidica Cephisos aqua,Cadmeaque Circe.
Iuuentus Cadmea.Stat.lib.8.Thebaid.120.
– pudeat Cadmea iuuentus.
Limen Cadmeum.Stat.1.Thebaid.25.
Mater Cadmea.Seneca in Oedip.14.2.Cadmea mater abstulit nato caput.Agauen intelligit,quę Pentheo filio caput amputauit.
Thebæ Cadmeæ.Propert.lib.1.eleg.7.1.
Quum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebę.

Cado, cadis,cecidi,pen. corr.casum,(πίπτω,κρημνίζω,ἀμπίπτω,) cadere Proprie ruere est.Teré.Adelph.1.1.12.Aut vspia cecidit.
Cadere,& Consistere,contraria.Cic.in Oratore.52. Hoc vno perfecto magnus Orator est,si non maximus:minimeque in lubrico verśabitur & si semel constiterit,nunquam cadet.
Grauatim cadere. Lucret.lib.3.79.
Qui nimia leuitate cadunt plerunque grauatim.
Cadere à. Ouidius libro.3.Fast.4.
Et cadit à mento languida facta manus.
Cadere ab alto.Plinius lib.10.cap.38.2. Aues rursus ab alto cadere has, illas salire putes.
Cadere de vel ex equo.Plaut.Milit.10.124. Cecidisse tne ebrius,aut de equo vspiā.Cic.de Fato.8.Ex equo cadere,atq; ita perire. Idē p Cluētio.139.Cecidisse ex equo dicitur.Martial.lib.5.36. Cecidit repente magna de sinu clauis.Stat.11.Thebaid.54.De turre cadere.
In classem cadit omne nemus.Lucanus lib.163.Hoc est cædunturnemora quibus construatur classis.
In pectus cadit pronus.Ouid.4.Metam.116.
In pedes alicuius cadere.Ouid.2.Fast.167.
Et cadit in patrios sanguinolenta pedes.
In plagas cadere dicitur seruus.Ouid.de Arte amandi.86. Inque plagas nullo cernūs agente cadit.Id est in retia.
In plano cadere.Ouid.3.Trist.4.eleg.4.

Qui

Qui cadit in plano,vix hoc tamen euenit ipsum,
Sic cadit,vt tacta surgere possit humo.
In pontum cadunt flumina.Seneca in Medea.6.6.
In terram cadere.Lucret.lib.2.42.
In vultus cadere.Lucret.lib.4.211.Nunq; omnes plerūq; cadunt in vultus.Id est quod vulgò dicimus,vt plurimū offendi partem iam læsam.
In vultus cadere.Ouid.5.Metam.59.
Et cadit in vultus,discussisque ossibus oris
Tundit humum moriens scelerato sanguine tinctam.
Inter pericula cadere.Horat.1.Serm.saty.1.8.
Atque hæc rara cadat dura inter sæpe pericla.
Inter verba cadere dicitur lingua.Horat.4.Carm.ode.1.8.
Cur facunda,parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio? Id est obmutescit.
Per aquas cadere. Lucret.lib.2.47. Nam per aquas quæcunque cadunt atque aera deorsum,Hæc pro ponderibus casus celerare necesse est.
Post terga cadere.Lucan.lib.3.96.
Deorsum cadere.Lucret.lib.2.47.
Mora lenta cadere.Seneca in Hercule Oetheo.13.5.
– tum cadens lenta mora Duxit ruinam.
Sine ruina cadere. Lucan.lib.7.14. Id est sic cadere ne magnam secum ruinam trahat.
¶ Barba cadit.Virg.1.eclog.6.
Candidior postquam tondenti barba cadebat.
¶ Excipere cadentem.Stat.1.Syl.1.22.
Supponere aliquid cadenti.Ouid.21.epist.36.
Sustinere cadentem.Ouid.8.Metam.30.
¶ Cadunt dentes. Plaut. Menæh.24.59. Nam tum dentes mihi cadebant primulum.
Cadunt folia arborum,vel ex arboribus.Plaut.Menæh.9.19.
Cadunt arbori folia.Plin.lib.16.cap.22.
Cadunt ex arbore folia.Plin.lib.17.cap.20.6.
Guttæ cadunt.Lucret.lib.2.45.
Imbris vti guttæ caderent per inane profundum.
Guttæ cadentes in saxa.Lucret.lib.4.259.
Nonne vides etiam guttas in saxa cadentes
Humoris longo in spatio pertundere saxa?
Imbres cadunt.Virg.6.eclog.8.
Altius atq; cadant summotis nubibus imbres. Lucret.lib.4.238.
Per genas cadunt imbres.Ouid.1.Trist.3.eleg.4.
Imbre per indignas vsque cadente genas.
Cadunt lachrymæ.Terent.Adelph.4.1.20.
– homini illico lachrymæ cadunt Quasi puero gaudio.
Lachrymæ cadunt vbertim.Claudian.epig.22.43.
Genis cadunt lachrymæ.Lucan.lib.3.146.
Non lachrymæ cecidere genis,non pectora tundit.
In ora cadunt lachrymæ.Ouid.3.Trist.3.eleg.9.
Nec dominæ lachrymis in nostra cadentibus ora.Idem.6.epist.131.
Lachrymæ cadunt per ora.Seneca in Hippoly.4.5.
In verba singula cadunt lachrymæ.Ouid.3.Trist.eleg.5.3.
Et lachrymas cernens in singula verba cadentes.
Non sponte cadentes lachrymæ.Lucan.lib.9.209.
– lachrymas non sponte cadentes Effudit.
Sponte cadit lana.Ouid.7.Metam.111.
Sponte sua lanæque cadunt,& corpora tabent.
Lingua cadente murmurare.Stat.2.Sylu.1.30.
Victa graui somno cadunt lumina.Valer.lib.1.Argonaut.60.
Membra cadunt corpore.Lucret.lib.3.120.
Molliaque exangui cadere omnia corpore membra.
Palpebræ cadunt.Lucret.lib.4.193.
Vela cadunt.Virg.3.Aeneid.41.
Via fluminis cadens.Seneca in Thyeste.4.5.
Quem non concutiet cadens
Obliqui via fluminis.
Cadunt vmbræ.Virg.eclog.1.
Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ.
Vrbes cadunt.Lucret.lib.5.249.Concussæque cadunt vrbes.
¶ Cadit illi animus. Cic.de Amicitia.22.Nec debilitari animos,aut cadere patitur.Liuius.1.ab Vrbe.46.Crustuminos profectus bellum inferentes:ibi minus etiam,quòd alienis cladibus ceciderant animi,certaminis fuit.Cic.1.Tuscul.89.Casurúsne in conspectum videatur animus,an tanta sit eius tenuitas vt fugiat aciem.
Cadere animis.Cic.ad Torquatum,lib 6.1.11. Non debemus ita cadere animis,quasi aliquid enenerit quod heri posse nunquam putarimus.
Sed tibi tamen oculi,vultus,verba cecidissent.Cic.pro Domo sua.102.
Animi cadunt.Ouid.11.Metam.108.Deficit ars,animique cadunt.
Cadunt arma,quando cessatur à prælio vel concertatione. Cic.3.de Legib.35. Concessa plebi à Patribus ista potestate,arma ceciderunt, restincta seditio est.Idem.14.Philipp.398.Omnibus istis latronibus au-

thoritate ipsa Senatus iam pridem de manibus arma ceciderunt.
Ceciderunt arma delapsa de manibus.Cic.1.Offic.110. Ita consiliis dili gentiaque nostra celeriter de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt.
Cadunt Austri,quādo desinunt flare,authore Seruio.Virgil.1.Geor.71.
Quo signo caderent Austri.
Authoritas principum cecidit.Cic.de Arusp.resp.56.
Cadere fabula dicitur,cui Stare opponitur. Horat.2.Epist.1.36. Gestit enim nummum in loculos dimittere,posthac.
Securus cadat,an recto stet fabula talo.Id est displiceat,an placeat fabula,non curat:sed tū q⁹ nummos acceperit gaudet: magis enim lucrum,quàm laudem adipisci gestit.Ex Acrone & Porphyrione.
Fides cadere dicitur,cui Stare opponitur.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.2.
Et cum fortuna stat que,caditque fides.
Impetus amens cadit.Lucan.lib.4.57.
Cecidit tibi ira.Liu.2.ab Vrbe.170.Non tibi, quanuis infesto animo,& minaci punieras,ingredienti fines ira cecidit?
Paulatim cadit ira.Lucanus lib.4.58.
Paulatim cadit ira ferox,mentesque tepescunt.
Metu cadit ira.Ouid.2.Amor.eleg.13.1.
Ira digna mea est,sed cadit ira metu.
Spes cadit.Ouid.1.Trist.30.
Spes mihi,respicio quum mea facta,cadit.
Ad irritum cadit spes.Liu.2.ab Vrbe.23.Tarquinius non dolore solùm tantæ ad irritum cadentis spei,sed etiam odio, &c.
Timor cadit.Ouid.9.Epist.9.
Speque timor dubia,spesque timore cadit.
In cassum cadunt omnia tua promissa.Plaut.Pœnulo.4.138.
Verba cadunt singultu.Propert.lib.1.eleg.6.3. Quum tibi singultu fortia verba cadent.
Zephyro verba cadunt mea.Propertius lib.1.eleg.15.7.
At mea nocturno verba cadunt Zephyro.
¶ Cadere causa dicebant eum qui plus petebat. Cic.1.de Oratore.81.
Ridens & stomachans Scæuola,quū Hypscus maxima voce plurimis verbis à M.Crasso Prætore contenderent,vt ei quem defendebat,causa cadere liceret:Cu.autem Octauius homo Consularis non minus lōga oratione recusaret,ne aduersarius causa caderet. Quib⁹ verbis inscitia duorum oratorum reprehēditur,qui iuris ciuilis ignorantia nō intelligebant quid esset causa cadere. Quintil.lib.5.cap.4.12. Est.n. seruitus,ad certa se verba astringendi, idque faciendum in libro Ciceronis de Oratore vetat M.Antonius.nam est etiam periculosum,quū si vno in verbo sit erratum,tota causa cecidisse videamur. Hæc Budæus.Idem lib.5.cap.13.7.Ergo quæ neque negari, neque transferri possunt,vtique defendenda sunt qualiacūque sint,aut causa cadendū. Cicero ad Trebatium,lib.7.14.2. Quòd si scribere oblitus es, minus multi id te adiocato causa cadēt.Idē p Mure.8. Et si turpe existimas te aduocato illi ipsum,quē cōtra veneris,causa caderemoli,&c.
Causa simili cadere. Lucan.lib.1.110.
Vt simili causa caderes,qua Spartacus hostis.
Cadere formula:Quintil.lib.3.cap.6.50.Neque ignoro multa transferri,quum in omnibus ferè causis,in quibus cecidisse quis formula dicitur,hæ sint quæstiones,an huic,an cum hoc,an hac lege, an apud hūc, an hoc tēpore liceat agere,& siqua sunt talia.Budæus. Dicuntur autē Formula cadere patrom in iudicio, quū rē ipsam seu processum, quē vocant,per suas formulas non possunt rectè explicare, vt interdū qđ magis ad rem suam pertinet, negligentius omittant.
Cadere in iudicio.Cic.pro Murena.54. Noluerunt sapientissimi homines,qui tum rem illam iudicabant,ita quenquam cadere in iudicio,vt inimis aduersarii viribus abiectus videretur.
¶ Aptè cecidit verbum ad id.Cicero.1.de Diuinatione.126. Siquis aliquid ex sua re,atque ex suo sermone dixerit, & eius verbum aliquod aptè ceciderit ad id quod ages,aut cogitabis,ea res tibi, aut timorem afferet, aut alacritatem.
¶ Non cadit in alium tam absolutum opus.Plin.lib.35.cap.10.16. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem,dixisse,Apellem venisse:non enim cadere in alium tam absolutum opus. Id est,non potuisse ab alio tam absolutum opus perfici.
In eum cadit istud.Cic.pro Cælio.55.Nihil est quod in eiusmodi mulierem non cadere videatur.
In eum cadit hoc scelus.Virg.9.eclog.4.Heu cadit in quenquā tā scel⁹?
Senec.in in Hippol.510.Quod in nouercā cadere vix credas malū.
Cadit suspicio in eum.Cic.ad Atti.lib.13.268.3. In quē,ne si insidiis qui dem ille interfectus esset,caderet vlla suspicio.
In eum cadit hoc verbum maximè,qui,&c.Cic.de Arusp.resp.52.
Cadere non viderur in eundem & cōceptus pecuniæ,& cupiditas.Quintil.lib.7.cap.3.25.
Cadit in fœminas.Quintil.in procem.lib.6.5.
Cadunt in malos omnia scelera. Quintil.lib.7.cap.3.26.
Cadit de his aliquid in omnes.Quintil.lib.7.cap.3.39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si cadit in sapientem animi dolorsqui profectò cadit.'Cic. de Amic.44.
Id est,si sapientis est dolere.
Non cadit in virum bonum mentiri.Cic.3.Offic.108.Ibidem.107.
Non cadit in hos mores,non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio. Cic.pro Sylla.56.
Cadit frequenter in causas ipsa linearis ratio,si de terminis mensurisque sunt lites,Quintil.lib.1.cap.10.28.
Quod ne in cogitationem quidem cadit,vt fuerit tempus aliquod,nullú quum tempus esset.Cic.1.de Nat. Deor.32.
Non cadit in consuetudinem.Cic.3.Tusc.12. Hæc enim ferè sunt eiusmodi quæ Græci πάθη appellant:ego poteram morbos, & id verbum esse è verbo sed in consuetudinem nostram non caderet. Id est, non coagrueret consuetudini nostræ.
Cadere in deliberationem.Cic.1.Offic.15. Nam honestúmne factu sit, an turpe,dubitant: id quod in deliberationem cadit: in quo considerando sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur.
Cadit solutio in diem Calend.id est redit dies,& venit solutionis.Cicero Attic.lib.15 329.14.Versuram scribis esse faciendam mensium quinque,id est ad Calend. Nouemb. HS. CC. in eam diem cadere nummos,qui Quinto debentur.Id est eo die nobis nummos debitos, solutum iri,è quibus versura soluetur.Ibidem.15.Sed id ex prædiis vt cadet,ita soluetur. Budæus.
Quæcunque in disceptationem cadere possunt.Cic.2.de Orat.4.
Neque in vnam formam cadunt omnia. Cic.in Orat.10.
Quod in nostram intelligentiam cadit.Cic.3.Offic.21.
Cadere in legem.Sene.de Benef.lib.3.cap.7. Rationes autè multæ mihi occurrunt,propter quas crimen hoc in legem cadere non debeat.
Cadere in morbum.Cic.1.Tusc.124. Quod autem in morbum cadat,id etiam interiturum.
Cadere non abruptè in narrationem,optimum est.Quintil.lib.4.c.1.54.
Cadit in rerum naturam,vt duos sapientes aliquando iustæ causæ in diuersum trahant. Quintil.lib.2.cap.17.10.
Cadere in offensionem alicuius.Cic.1.de Nat.Deorum.116. Quáquam video nonnullis videri Epicurum,ne in offensionem Atheniensium caderet,verbis reliquisse deos,re sustulisse.
Cadere in potestatem alicuius.Cic.ad Atticum,lib.8.147.2. Accedit illud,si maneo,& illum comitatum optimorum & clarissimorum ciuiú delectos cadendum est in vnius potestatem.
Cadit in rem.Cic.1.Acad.60.Non quod omnia quę essent, in re comprehenderet,sed quia nihil quod cadere in eam posset, relinqueret,&c.
In rem apte cadere.Cic.1.de Diuinat.64. Quæ tamen dictę, vt in rem aptè cadant,fieri credo posse diuinitus.
Cadit in sensum cernendi.Cic.de Vniuersitate.11. Quicquid erat quod in cernendi sensum caderet,id sibi assumpsit.
Cadere in speciem solœcismi. Quintil.lib.1.cap.5.26.
Cadere in suspicionem.Cic.pro Milone.38. Multi etiam hæc timétes in suspicionem caderent.Sic idem.11.Philipp.307.
Cadere in vituperationem.Cic.ad Attic.lib.14.309.1.Sed casurus in aliquam vituperationem,q. Reip.defuerim tam graui tempore.
¶ Cadere possunt plures quæstiones in vnam,quæ velut subiacentes ad illud,quo iudicium continetur,referuntur. Quint.lib.3.cap.6.65.
¶ Ne cadat aduentus tuus in alienissimum tempus. Cicero ad Cassium lib.15.14.9.Considera ne in alienissimum cadat aduétus tuus. Id est, ne aduentus,quum minimè erit opus.
¶ Quæ cadunt sub aspectum,& sub oculos.Cic.de Vniuersitate.14. Et omnia quæ sub aspectum cadunt comprehenduntur. Idem in Orat.5. Vt igitur in formis & figuris est aliquid perfectum & excellens, cuius ad excogitatam speciem imitando referuntur ea,quæ sub oculos ipsa cadunt:sic perfectę eloquentiæ speciem animo videmus,effigiem auribus quærimus.
Cadere sub imperium & ditionem alicuius.Cic.pro Fonteio.2. Multosq; eius sudore ac labore sub Pop.Ro.Imperium ditionemq; ceciderunt.
Illa cadunt sub iudiciú sapiétis.Cic.3.de Fini.93.Prima autè illa naturæ sue secunda,siue contraria,sub iudicium sapientis & delectum cadit.
Sub aurium mensuram cadere.Cic.in Orat.36.Quicquid est enim quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest à versu (nam id quidem orationis est virium)numerus vocatur.
Sub rationem eandem cadere.Cic.1.de Inuét.62.Similitudo autem,&c. in his rebus quæ sub eandem cadunt rationem,maximè spectatur. Et paulò pòst.63.In iis rebus quæ sub eandem rationem cadunt,hoc modo probabile considerabo.
Cadere sub regulam.Seneca de Benef.lib.3.cap.11. Itaque sub nullam regulam cadere potuerunt, quum æquius esset omnia relinqui, quàm omnia æquari.
Cadere sub sensum.Cic.4.Acad.188.Iisdé sensibus reliqua quæ sub quenque sensum cadunt,sentiet. Lucret.lib.1.91.
Nec quæ sub sensus cadat vllo tempore nostros.
¶ Cadere,pro euenire.Cic.ad Atticum,lib.3.47.2. Sanè ita cadebat vt vellem.Idé ad Cælium,li.2.18.3.Verebar ne id ita caderet(quod núc etiam vereor)ante,&c.Idem Attico,lib.4.66.5.Hæc res quemadmodum ceciderit.Ibidem.1.Quorsum id casurum esset.
Quod cecidit forte,id arte vt corrigas.Terent.Adel.4.7.22.
Nihil mihi optatius cadere potuit.Cic. Attic.lib.3.41.1.
Cecidit gratum alicui.Cic.pro Milone.62.Sed tamen si minus fortissimi viri virtus ciuibus grata cecidisset,magno animo constantique cederet ex ingrata ciuitate.
Vt cadet.Cic.Attic.lib.15.329.Sed id ex prædiis,vt cadet,ita soluetur.
Incommodi aliquid cecidit ei.Cic.pro Quintio.29.Vt quí ipsi nihil alteri scientes incommodarint,nihil ipsis,iure, incommodi cadere possit.
Cadere irritum.Tacit.lib.15.238.27. Dum merita erga Neronem sua, & quàm irritum cecidissent,aperit.Subauditur præpositio IN.
Honesta & iucunda ceciderunt mihi à te.Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.3.1. Sed certè à te mihi omnia semper honesta & iucunda ceciderút. A me tibi luctus meæ calamitatis,metus tuæ,desyderium,mœror, solitudo.
Augurum prædictis multa incredibiliter vera cecidisse. Cic.2.de Leg.54.
Quò cadant promissa,non curat.Horat.2.Epist.1.11.
–leuiter curare videtur
Quo promissa cadant,& somnia Pythagoræa.
Quoquo modo res cecidit.Cic.8.ad Att.147.10. Quoquo modo eares huic quidem cecidit, &c.
Quocunque res cadent.Virg.2.Aeneid.141. Quòres cunque cadent, vnum & commune periculum.
Belle cecidit.Cic.Attic.lib.13.288.3.Horum ego vix attigi penulamita men remanserunt:cecidit bellé.
Feliciter cecidit alea. Prouerbium de re optatò adueniente. tractum ab aleatoribus. Vide Chiliadas Erasm.
Fortuitò cecidit.Cic.1.de Diuin.160.Satis est ad confirmandam diuinationé,semel aliqd ita esse diuinatũ, nihil vt fortuitò cecidisse videat.
Malè cadere. Vide MALVS.
Verum hoc adhuc percommodè cadit. Cic.2.Verr.3.
Peropportunè cecidit mihi hoc.Cic.1.de Orat.9.
Valde optanti cecidit,vt,&c.Cic.1.de Orat.48.Hoc loco Sulpitius, Insperanti mihi,inquit,& Cottæ,sed valde optanti vtrique nostrum cecidit,vt in istum sermonem Crassi delaberemini.
Quod melius caderet,nihil vidi.Cælius ad Ciceronem lib.8.12.7.
¶ Vt qui maximè cadant in orationé,Id est cõueniát. Cic.in Orat.110. Et paulò pòst.113.Iambus.n. & dactylus in versum cadunt maxime.
Alię sunt geminę,quibus hi tres heroi pedes in principia cõmunduntur verborum satis decorè cadunt.Id est cõueniunt.Cic.3.de Orat.100.
¶ Cadere,pro Desinere & terminari.Cic.in Orat.113 Quòd verba melius in syllabas longiores cadunt.Id est finiuntur. Ibidem.134. Et in versum cadit.Id est terminatur.
Verba cadentia.Horat.1.Epist.19.5.
Sic iterat voces,& verba cadentia tollit,
Vt puerum sęuo credas dictata magistro
Reddere,vel partes mimum tractare secundas.
Cadere similiter.Quintil.lib.1.cap.de Orthographia.11. Eúdemque in cæteris,quæ similiter cadunt,modum tenuit:Idem lib.9.cap.vlt. Illa quoque vitia sunt eiusdem loci, si cadentia similiter & similiter desinentia,& eodem modo declinata,multa iungantur. Similiter cadentia vocat,quę sunt eiusdem terminationis,vt dicam,faciam.
Non ad numerum articulus cadens.Cic.in Orat.53.
Fonte Græco cadunt verba quædam.Hora.in Arte Poet.11. Et noua fictaque nuper habebunt verba fidem,si
Græco fonte cadant parcè detorta.Hoc est si à Græco fuerint in Latinum deriuata.Porphyrius.
¶ Cadere,Mori.Cæsar.3.bel.Ciuil.107. Ad duorum millium numero ex Pompeianis cecidisse reperiebamus.Sic idem.1.bel.Gall.129.Idé 1.belli Ciuilis.183.Primo congressu LXX ceciderunt. Plaut.Amph.4.81.Crebri hostes cadunt.
Hostia cadere dicitur ante aras.Virg.1.Aeneid.68. Multa tibi ante aras nostra cadethostia dextra.Id est occidetur,mactabitur,immolabitur.
Ouis cadit deo Somno.Ouid.4. Fast.131.
–huic geminas rex Numa mactat oues.
Prima cadit Fauno,leni cadit altera Somno.Id est immolatur.
Ante diem cadere.Virg.4.Aeneid.124.Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.Id est ante fati necessitatem,ait Seruius.
Fataliter cadere.Ouid.12.Metam.14.
–& Hectorea primus fataliter hasta Protesilae cadis.
In media arma cadere.Stat.11.Thebaid.35.
–miseræque sorores
In media arma cadant.
Acie cadere.Ouid.7.Metamorph.29.
Ciuilique cadunt acie.
Bipenni cadere.Ouid.12.Metam.123.
Thermodontiaca malles cecidisse bipenni.
Ense cadere.Valer.lib.1.Argonaut.164.
Cadere fraude,muliebri.Tacit.lib.2.49.34.

Iaculo

Iaculo cadere.Ouid.3.Metam.24. –iaculo cadit eminus ipse.
Manu cadere.Seneca in Agamem.6.25.
–quisquis ad Troiam iacet
Felix vocatur,cadere qui meruit manu.
Cadere sua manu. Tacit.lib.15.E Tribunis Granius Syluanus quamuis absolutus,sua manu cecidit.
Marte fœmineo cadere. Ouid.12.Metam.122.
At si fœmineo fuerat tibi Marte cadendum.
Marte suo cadere.Ouid.3.Metam.25. –suoque
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
Cadere pleno anno. Horat.3.Carm.ode.18.1.St tener pleno cadit hœdus anno.Id est anno completo mactatur,seu immolatur.
Cadere per acies. Vide ACIES.
Cadere pro patria.Quintil.lib.2.cap.15.20.
Vt tanta ciuitas si cadet(quod dii omen obruant) à viro tamen confecta videatur!Cic.de Aruspicum respon.38.
Oculi cadentes.Stat.11.Thebaid.124. –& mouit Erinnys,
Et pater,& genitrix,& regna,oculisque cadentes.
Morte cadentes oculi.Stat.3.Syl.5.8.
–tenui oculos iam morte cadentes.
¶ Oriri & cadere stellæ dicuntur.Ouid.1.Fast.59.
Quis vetat & stellas,vt quæque oriturque caditque, Dicere?
Orion cadit. Horat.Epod.10.2. Qua tristis Orion cadit, id est in occasum tendit.
Arcturus cadés.Horat.3.Carm.1.6. Nec sęuus Arcturi cadétis Impet⁹.
Sic Virg.1.Georg.46. Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.
Astra cadentia.Virg.8.Aeneid.12. –primusque cadentibus astris
Iunoni fer rite preces.
Dies cadens.Ouid.4.Metam.176.
Iamque cadente die veritus se credere nocti.
Phœbus oriens,medius,& cadens.Ouid.11.Metam.119.
Quo nunquam radius oriens,mediusue,cadensue
Phœbus adire potest.Seneca in Agamem.6.15.
Exigua nubes sordido crescens globo
Nitidum cadentis inquinat Phœbi iubar.
Sol cadens.Virg.4.Aeneid.97.
Oceani finem iuxta,Solemque cadentem
Vltimus Aethiopum locus est.Idem.3.Georg.80.&.2.Georg.60.
Eúe tibi ad Solem vergant vineta cadentem.
Lapsa cadunt sydera.Propert.lib.4.eleg.4.13.
Ipsaque in Oceanum sydera lapsa cadunt.
Sydera cadentia.Virg.4.Aeneid.17.
–suadentque cadentia sydera somnos.
Mundus cadens.Lucan.lib.2.58.Sydera quis,mundumque velit spectare cadentem? Expers ipse metus!Id est corruentem.
¶ Grauiter cadere in aduersis.Cic.1.Offic.104.Quæ faciliora sunt philosophis quo minus multa patent in eorum vita quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egeant: & quia siquid aduersi eueniat,tam graviter cadere non possunt.
Alte cadere.Cic.in Orat.53.Etiam siquando minus succedet,vt sæpe fit, magnum tamen periculum non adibit:altè enim cadere non potest.
Atque ea quidem tua laus pariter cum Repub.cecidit.Cic.2.Offic.65.
Cadens,(ἐκπεσών,)Participium.Cuius plura sunt exempla in ipso verbo.
Casus,huius casus,masc.ul.gen. (συμπτώμα,ἀντόματον,πτῶσις,) dicitur quod fortuitò hominibus accidit. Cic.pro Sylla.1. Sed quoniam ita tulit casus infestus, vt amplissimo in honore, cum communi ambitionis inuidia,tum singulari Antronii odio euerteretur. Idem de Amicitia.39.Vt si in eiusmodi amicitias iguari casu aliquo incideriot,&c.
Casum victoriæ inuenire. Sallust.in Iugurtha, Aut vi, aut dolis sese casum victoriæ inuenturum.
Leuamen casus.Virg.3.Aeneid.141.
Heu genitorem,omnis curæ casusque leuamen Amitto Anchisen.
Casuum maris ignarus. Tacit.lib.2.34.17.Miles pauidus, & casuum maris ignarus,dum turbat nautas vel intempestiuè iuuat, officia prudentium corrumpebat.
Mortis casus.Virg.10.Aeneid.156.
Casum pugnæ præbere. Tacit.lib.11.157.3.
Felix casu quodam.Horat.1.Serm.saty.6.11.
–felicem dicere non hoc
Me possum casu,quòd te fortitus amicum.
Acerbus casus.Virg.5.Aeneid.159.
Casus admirabilis. Quintil.lib.2.cap.17.20.
Anceps casus belli.Lucan.lib.3.148.
Breuis casus.Seneca in Troade.4.15.
Cæcus casus. Cic.2.de Diuinat.23. Quo modo ergo id quod temerè fit, cæco casu & volubilitate fortunæ,præsentiri & prædici potest?
Durus casus.Virg.6.Aeneid.76.
Sed cape dicta memor,duri solatia casus.
Fatalem casum ferre. Cic.6.Philipp.117. Foit aliquis fatalis casus, vt ita dicam,quem tulimus: quoquo modo ferendus fuit: nunc si quis erit, erit voluntarius.
Fortuiti casus. Vide Oriundus in ORIOR.
Opitulari casibus grauissimis.Cel.lib.5.cap.23.
Graues & miserabiles casus.Cic.2.de Orat.107.Et Sulpitio.4.6.1.
Horrendos casus fari.Senec.in Here.Furen.958.
Incerto casu pendere res dicitur, cuius exitus in dubio est. Seneca in Troade.10.12.
Quam quisque famulam traheret incerto diu Casu pependit.
Infandus casus. Virgil.8. Aeneid.114.
Infestus casus. Cic.pro Sylla.1.
Sed quoniam ita tulit casus infestus,&c.
Marini casus.Virgil.2.Georg.14.
–etiam ardua palma
Nascitur,& casus abies visura marinos.
Nefandus casus.Seneca in Hippol.10.1.
Noui casus.Cic.pro Lege Manilia.41.Séper ad nouos casus temporum, nouorum consiliorum rationes accommodasse.
Rariores casus habet hęc fortuna.Cic.2.Offic.26. Hæc igitur ipsa fortuna cæteros casus rariores habet.
Sinister casus.Stat.lib.6.Thebaid.145.
Subitus casus.Inuen.Saty.3.27.Ouid.Epist.13.27.
Quo ruitis Danai?ventos audite vetantes,
Non subiti casus numinis,ista mora est.
Varii casus.Virgil.1.Aeneid.42.
Varii casus fefellerunt.Cic.1.de Orat.2.Quam spem cogitationú,& consiliorum meorum,quum graues communium temporum,tum varii nostri casus fefellerunt.
Varios tremere casus.Seneca in Troade.4.13.
Voluntarius casus.Cic.6.Philipp.117.
Accipere grauiter casum aliquem.Cic.2.de Orat.117. Ita quum singuli casus humanarum miseriarum grauiter accipiuntur,&c.
Adesse casu.Cic.pro Cluentio.58.Atque etiam tum casu, quòd illud repentè erat factum,Staleuus non aderat: causam nescio quam apud iudicem defendebat.
Adesse in casu alicuius.Cic.Sulpitio.4.6.1.Ego verò Serui vellé, vt scribis,in meo grauissimo casu affuisses.
Attulit ipse viris optatum casibus honorem.Virgil.5. Aeneid.41.
Afflictus casu.Cic.pro Sylla.46. In hoc tamen casu, quo afflictus iacet, per vos tutari,conseruareque cupiunt.
Agi casibus. Virgil.1. Aeneid.49.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos Insequitur.
Auertere casum dicitur Deus.Virgil.3.Aeneid.53.
Dii prohibete minas,dii talem auertite casum.
Concuti casu acerbo Virgil.5.Aeneid.139.
At pater Aeneas casu concussus acerbo.
Concussus animum casu amici.Virg.5.Aeneid.173. –casuque animũ concussus amici.Id est propter ruinam. Seruius.
Casu fortè temerè nonnunquam concurrunt somnia.Cic.2.de Diu.208.
An tu censes vllam animam tam delitam futuram fuisse, vt somniis crederet,nisi ista casu nonnunquam forte temerè concurrerent?
Tempus locumque dat casus.Id est fortuna.Seneca in Hipp.4.14.
In casum dare.Tacit.lib.1.16.38. Fixum Tiberio fuit non omittere caput rerú,neq; se Remquepublicá in casum dare. Idé li.12.153.29. At Meherdates validis auxiliis nudatus,cęterorum proditione suspecta, quod vnum reliquum,rè in casum dare,prælioq; experiri statuit.
Deinsit me in eum casum fortuna.Planc.ad Senatũ.10.8.3. Sed quum in eum casum me fortuna demisisset, vt aut &c.
Casu deterritus.Quintil.lib.1.cap.10.35.
Euadere casus.Virgil.4. Georg.97.
–casus euaserat omnes.
Euenire casu.Cic.2.de Diuinat.71.Idem Carneadem fingere dicis de capite Panisci,quasi non potuerit id euenire casu,&c.
Temerè & casu euenire.Cic.2.de Nat.Deor.8.Idque euenit non temerè nec casu,sed quòd & præsentiam sępe diui suam declarant,&c.
Exhaustus casibus.Virg.1.Aeneid.121.
–terræque marisque
Omnibus exhaustos iam casibus.
Expendere casus.Virg.12.Aeneid.5.
–atque omnes meruentem expendere casus.
Iudicio, & Casu aliquid facere,contraria. Cicero ad Curionem.2.6.3.
Iudicio enim tuo,non casu,in ipsum discrimen rerum contulisti Tribunatum tuum.
Factum casu.Cic.1.de Nat.Deorum.125.Nihil tale dicitis,sed casu esse factum vt essemus similes deorum.
Casu fieri,aut forte fortuna.Cic.2,de Diuin.26. Quid est tandem quod casu fieri,aut forte fortuna putemus?
Flere casus alicuius Ouid.1.Amorum,eleg.12.1.
Ferre sapiéter casus aduersos.Cic.2.de Orat.189.Magna etiam illa laus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter aduersos non fractũ esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem.

Casus apibus quoque nostros vita tulit. Virgil. lib. 4. Georg. 51.

Gerere aliquid casu ceu opponitur Virtute & consilio gerere. Cic. 3. in Catil. 72. Curemque vt ea, virtute non casu gesta esse videantur. Idem pro Sylla. 63. Ego committam, vt ea quæ pro salute omnium gessi, casu magis & felicitate à me, quàm virtute & cõsilio gesta esse videant?

Habere varios casus. Cic. de Senect. 61. Quinetiam ætas illa multo plures, quàm nostra, mortis casus habet.

Casu aliquo, atque fortuna habere causam celebritatis & nominis. Cicero. 2. Offic. 63.

Variis casibus iactatus. Quintil. lib. 7. cap. 3. 22.

Imitatur casus varietatem. Cic. 2. de Diuinat. 72. Potest igitur quomodo negabas, veritatem casus imitari. Ibidem lib. 1. 47. Nunquam perfectè veritatem casus imitetur.

Impeditus casu aliquo. Quintil. lib. 2. cap. 18. 3.

Siquis casus inciderit. Vide INCIDO.

Si inciderit casus. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 13. Nec mori, si casus inciderit pro vobis, paratior fuit quisquam.

Indignari casum amici. Virgil. 2. Aeneid. 19.
Et casum insontis mecum indignabar amici.

Insequitur te casus. Virgil. 1. Aeneid. 124.
Quis te nate dea per tanta pericula casus Insequitur?

Insultare casibus alicuius. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 1.

Inuenire casu Quintil. lib. 5. cap. 10. 16.

Intercedit casus, aut diffensio. Vide INTERCEDO.

Mirificus casus interuenit. Cicero Cesari lib. 7. 5. 4. Casus verò mirificus quidam interuenit, quasi vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuę.

Inuehere casum. Vide INVEHO.

Leuare casum communem. Cic. ad Qu. Frat. lib. 4. 1. 4. Quantum nemo vnquam à se leuare potest communem casum misericordia hominum, scilicet incredibile quiddam assequêris, &c.

Lugere casum alicuius. Cic. pro Sest. 44. Meum illum casum tam horribilem, tam grauem, tam repentinum, non solum homines, sed tecta vrbis ac templa lugerent.

Manent eos casus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14.

Minari casum dicitur fortuna. Virgil. 8. Aeneid. 114.
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris.

Miserari casum amici. Virgil. 5. Aeneid. 69.
Me liceat casum miserari insontis amici.

Mœrere casus alicuius. Silius lib. 16. 1.

Casu quodam in syluis natus. Liu. 1. ab Vrbe. 12. & Cic. 2. Verr. 12. Casu fieri obuiam alteri. Idem ad Lent. lib. 1. 1. 7. Eo die casu apud Pompeium cœnaui. Hoc est, Quum ego nihil tale cogitarem.

Casu inopinatæ rei obmutuit Quintil lib. 6. cap. 1. 30.

Onerare casus suos, Augere mala sua. Seneca in Thebaide. 1. 39.

Pandere suos casus. Ouid. 14. Metam. 45.

Perpeti casus. Valer. lib. 3. Argonaut. 64.

Perculsus casu iniquo. Virg. 6. Aeneid. 95.

Quanti casus humana rotant! Id est volunt & agitant res humanas. Seneca in Hippol. 11. 1.

Renouare casus. Virgil. 2. Aeneid. 144.
Stat casus renouare omnes.

Reuoluere casus. Virgil. 10. Aeneid. 12.
– reuoluere casus
Da pater Iliacos Teucris.

Ars casum simulet. Ouid. 3. de Arte. 31. Id est quod ex composito deditaque opera factum à nobis est, id casu accidisse simulemus.

In casu nullum crimen est. Cic. pro Plancio. 29.

In casu esse. Cic. 2. de Fin. 143. Et quod externũ, id in casu est: ita fit beatæ vitæ domina fortuna.

Fortem esse casu. Cic. ad Metellum, lib. 5. 2. 23. Quis esset, qui me in Consulatu, non casu potius existimaret, quàm consilio fortem fuisse?

Timere casum aliquem. Lucret. lib. 3. 200.
Casumque timent quem cuique ferat sors.

Prælii casum timere. Cic. 2. de Diuinat. 170.

Casum vlcisci. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14.

Casus, pro morbo, vel pro symptomate. Celsus lib. 4. cap. 20. Deinde vbi ad se redit, circuncidendum vinum est in totum annũ: etiam si casus idem non reuertitur. Nisi pro discrimine, & periculo mauis exponere, quod magis consentaneum videtur.

Casus, pro periculo. Celsus de Gangrena, Præcipueque in hoc casu, pertendum, non à medicamentis solum, sed etiam à victus ratione præsidium est. Budæus.

Mortis casus habet illa ætas. Cic. de Senect. 61. Quinetiam ętas illa multo plures, quàm nostra, mortis casus habet.

Magnum casum habet hæc res. Plancus Ciceroni. 10. 187. Nam quæ rei nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi abiit, ea nunc magnam affert solicitudinem, magnumque habet casum.

Sub casu aliquo ducere somnos, pro sub periculo. Virg. 4. Aeneid. 112.
– potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec quæ circunsteut te deinde pericula cernis?

Hyemis casus. Virgil. 1. Georg. 68.
– extremæ sub casum hyemis.
Id est circa finem hyemis, antequam ver incipiat. Seruius.

Casus vrbis, Ruina. Virgil. 1. Aeneid.
Tempore tam ex illo casus mihi cognitus vrbis.

Altior casus. Iuuenal. Saty. 10. 11.

Graviore casu cessæ decidunt turres. Horat. 2. Carm. 10. 2.

Iniquissimus casus. Cic. pro Domo sua. 65. At vide quid interfit inter illũ iniquissimũ patris tui casum, & hanc fortunã, cõditionemq; nostram.

Casibus Saturnini atque Gracchorum expiata. Id est morte. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 30.

Casus, quo infantium corpora toties in terram deferuntur, non eos grauiter affligit. Quintil. lib. 1. cap. 12. 8.

Celerare casus. Lucret. lib. 2. 47.
Hæc pro ponderibus casus celerare necesse'st.

Dari ad casum. Cic. 1. de Diuinat. 80.
Deinde eius germanum cornibus connitier
In mé arietare, eoque ictu me ad casum dari. Ex Accio.

Insistere & ingredi vias adolescentiæ sine casu. Cic. pro Cælio. 31. Interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset.

Casu, Id est ex inopinato. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 8.
– & casu tunc respondere vadato Debebat.

Casus dicimus non modò ea quę fortuita hominibus accidũt, sed etiã vocabulorum formas: quia in aliam atque aliam cadunt effigiem. Festus. Vide Priscianum de casibus abundè tractantem.

Casurus, pen. prod. Participium à cado. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 16.
Quid casurum sit, incertum est. Id est euenturum.

Arces casuræ. Ouid. 12. Metam. 118.
Ecquid, vbi Aſiacas casuras aſpicis arces, Ingemis?

Fontes casuri in æquora. Lucan. lib. 2. 84.

Mœnia casura. Ouid. 13. Metam. 75.
Casuraque mœnia Troum.

Nomen casurum nullo tempore. Id est perpetuum nomen. Ouidius. 1. Amorum, eleg. 15. 4.

Ruina casura. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 12.
Quæque ita concussa est, vt iam casura putetur.

Restat adhuc humeris fulta ruina tuis. Lucan. lib. 7. 49. Casuram fatis sensit nutare carinam.

Casso, cassas, (πανσομαι,) cassare, Frequentatiuum à quo & aliud frequentatiuum Cassito, cassitas, cassitare. Paulus Desernit. vrb. præd. L. Seruitutes, Si sublatum sit ædificium ex quo stillicidium cadit, & in eadẽ specie & qualitate reponatur: vtilitas exigit vt idem intelligatur. Et paulò pòst. Si seruitus stillicidii imposita sit, non licet duo seruientis areæ ibi ædificare vbi cassitare cœpit stillicidiũ. Si antea ex tegula cassitare sit stillicidii impositea ex tabulato, vel ex alia materia cassitare non pòt.

Cadũcus, pe. prod. (πτωσιμος, ἀμυδρός,) Adiectiuum, Quod in ruinam prochue est, & casum minatur. Plin. lib. 17. In drupis quoque, quæ matureſcentes tunc sint præcipuè caducæ. Cic. de Senect. 6. Sed tamen necesse fuit aliquod esse extremum, & tanquam in arborum baccis, terræque frugibus, maturitate tempestiua, quasi vietum & caducũ quod ferendum est molliter sapienti.

Fragile & caducum. Cic. 2. de Fin. 138. Quis enim confidit semper sibi id ſud ſtabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit?

Fragilia & caduca. Cic. 1. de Leg. 35.

Caduca & incerta sunt, diuitiæ, bona valetudo, honores. Cicero de Amicit. 19. Breuia, fugacia, & caduca. Cic. ad Plancum, lib. 10. 12. 13.

Caducum & infirmum corpus. Cic. 1. de Nat. Deor. 136.

Mortale & caducum. Cic. de Somnio Scipionis. 16.

Bello caducus. Virgil. 6. Aeneid. 96. belloque caduci Dardanidę. Id est mortui. Seruius.

Omnia caduca præter virtutem. Cic. 4. Philipp. 161. Quanquã ofa alia fallã, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquã vlla vi labefactari potest, nunquã dimoueri loco.

Caduca aqua Frontino dicitur, inquit Budæus, quæ de lacu abundat. Sic Varro, Caduca aqua, quæ de canalibus defluit: hoc est quæ superfluit & non continetur, hoc est abũdat. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 8.
– vtque caducis
Percussu crebro saxa cauantur aquis. Id est cadentibus.

Fama caduca. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 10.
Neve sit actorum fama caduca, cauent.

Folia caduca. Ouid. 2. Amorum. 16. eleg. 9.
Verba puellarum foliis leuiora caducis.

Frondes caducę. Ouid. 3. Trist. 1. eleg. 9. – nec fronde caduca
Carpitur. Virgil. 1. Georg. 74. – & frondes volitare caducas.

Fulmen caducum. Horat. 3. Carm. 4. ode. 9. immanem turmam
Fulmine sustulerit caduco.

Glandes caducæ. Lucret. lib. 5. 274. – glandesque caducæ

Tempestiua dabant pullorum examina subter.

Lachrymæ caducæ. Ouid. 6. Metam. 80.
– madefactaque terra, caducas
Concepit lachrymas, ac venis perbibit imis.

Caducæ literæ à Plinio alia ratione dicuntur, quasi γεγλυμμεναι ὀλιγαχρονιως. Scabritia (inquit, lib. 13. cap. 12. 5.) leuigatur dente, conchaque: sed literæ caducæ fiunt. Id est fugaces & fugientes, vt Cicero loquitur, ἀπερρυηκοτα. Budæus.

Caducus morbus, qui & comitialis dicitur, quòd hominẽ cadere faciat. Quidam morbum S. Ioannis & S. Lupi vocant.

Preces caducæ. Ouid. 1. Fast. 37. – nec lingua caducas
Cõcipit vlla preces, dictaq; pòdus habẽt. Hoc est nõ frustrà precãtur.

Res humanæ caducæ, & fragiles. Cic. de Amicitia. 84.

Spes caduca. Ouid. 9. Metam. 120. – & fecit spes nostras cera caducas.
Idem. 15. epist. 35.

Tela caduca. Propert. lib. 4. eleg. 2. 11.
Vidi ego labentes acies, & tela caduca.

Caduci tituli. Plin. in Paneg. 92. Ac mihi intuenti sapientiam tuam, minus mirum videtur, quòd mortales istos, caducosque titulos aut deprecaris, aut temperes.

Verba caduca. Ouid. 21. epist. 42.
Au riget, & Zephyri verba caduca ferunt?

Vitis caduca. Cic. de Senect. 48. Vitis, quæ natura caduca est, & nisi falta sit, ad terram fertur.

Caducus, Mortuum significat aliquãdo, teste Seruio. Virg. 6. Aeneid.
Hìc multum fleti ad superos, belloque caduci Dardanidæ.

Caducum legatum dicitur, quod vel ad fiscum defertur vel ut legatario de medio sublato: vel ad substitutum: vt si is cui relictum legatum est, capere legatum non possit, vel quia ante mortem testatoris mortuus est, vel alia de causa, tunc legatum ad substitutum legatarium deferturvel ad eum qui in legato coniunctus erat, si fortè duobus simul legatum erat factum. Similiter etiam caduca hereditas eadem ratione dicitur. Cic. 10. Philipp. 276. de Antonio loquens, Quem nisi in via caducæ hæreditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. Sic etiam caduca bona dicuntur. Marcellus De iis quæ in test. delentur, Proximè in cognitione principis, quum quidam nomina heredum induxisset, & bona eius vt caduca à fisco vendicarentur, diu de legatis dubitatum est. Quoniam verò iucundum erat, substituto legatum caducũ accipere, quasi rẽ minimè sperat à: ideo Iuuenalis dixit Saty. 9. 9.
– propter me scriberis hæres, Legatum omne capis, nec non & dulce caducum. Quasi scilicet lucrum abruptum. Cicero, qui libens verbis iuris vsus est, vt siquis vsquam authorum Latinorum, huius trãslationis author fuit primus in tertio de Oratore. 67. Nostra est enim, inquit ille, omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuam, abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt. Sic Iustinus, Quam prædam possessione vacua fortuitis dominorum mortibus sicuti caducam occupauerunt. Budæus. Caducum ex lege Papia legatum erat, sub aliqua conditione relictum: quæ deficiente, cadebat, & redibat vel ad testatoré viuum: vel ad substitutũ, eo mortuo. Vnde est titulus apud Iustin. in C. De caducis tollendis.

Caduciter, penult. corr. A duerbium antiquum, pro præcipitanter. Varro Etratione, Aut frigidos nimbos, aqua ista caduciter ruentes pertimuerunt aquatile querquetulæ natantes. Nonius.

Cadiuus, (πτωσιμος,) Adiectiuum, pen. prod. Quod per se cecidit. vnde cadiua poma appellamus. Plin. lib. 15. cap. 16. 1. Colligi mala post æquinoctium Autumnale, neque ante x v. Iunam, neque ante primam horam. Cadiua separari, stramentis, storeis, palaisue substerni.

Caduceum, caducei, (κηρυκειον,)

Mercurii sceptrum dicitur vt quidam putant, ꝙ cadere faciat contentiones atque certamina. Est autem virga qua bellum dirimitur. Nam quia Mercurius orationis Deus est, & deorum nuntius, meritò à diis mittebatur, vt dissidentium animos oratione sedaret. Hinc legati pacis, caduceatores dicti. Sicut enim per feciales bella indicebantur, ita per caduceatores finiebantur. Caduceum Aegyptii in speciem draconũ, maris ac fœminæ coniunctorum figurauerunt, & Mercurio consecrarunt. Hi dracones parte media voluminis sui nodo, quem vocant Herculis, inuicem obligantur, primęque partes eorum reflexę in circulum pressis osculis ambitum circuli iungũt. Et post nodum caudæ reuocantur ad capulum caducei. Causam autem cur exteræ gentes caduceum in pace tractandi, circũdata anguium effigie fecerint, quidam hanc esse tradunt. Quum Mercurius lyram in Cylleue monte Arcadiæ septicordẽ ad Atlantidum numerum instituisset, ꝙ Maia mater eius ex illarũ numero esset, ac non multò pòst deprehensus ab Apolline fuisset boues sitas abigere, quo facilius veniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, vt lyram à se primo inuentam prædicaret. Propter quod Apollinem ferunt virgã quandã Mercurio dono dedisse, quam quum manu teneus in Arcadiam proficisceretur, inuentos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes. Quo viso, virgam interposuisse, & dicto citius prælisi dirimisse. Eo facto, huiusmodi virgam pacis gratia dixit esse constitutam. Et huius rei exemplo, virgam postea duorum draconum similitudine finxerunt, eaque & in palæstra & in reliquis certaminibus vsi sunt ad prælium dirimẽdum.

Sed hæc fabulosa sunt. Veritas autem historię hoc habet. Qui genus est in magna fama Magorum, angues enim numerosi, ouorum conuoluti saliuis, faucium corporumque spumis artifici complexu glomerãtur. Id ouum anguinum appellatur. Magi dicunt fagulis in sublime iactari oportere, fagoque intercipi, ita vt terram non attingat, raptorem equo profugere, serpentes enim insequi, donec interuentu alicuius amnis arceantur. Experimentum eius esse si contra aquas fluitet, vel auro cinctum. Certa quoque luna capiendum censent. ad victorias litis, ac regum aditus maximè laudatur. A duo Claudio principe interemptus est quidam eques Romanus, non ob aliam causam, quàm vt eam vanitatem Cęsar experiretur. Hanc igitur Caducei causam esse affirmant ideo cristatos angues in caduceo non esse. Hęc Sipontinus: quæ ex Plinio accepit lib. 29. cap. 3. aliis tamen verbis. Liuius. 8. ab Vrbe 101. Ipsos se in dedritionem Consulis caducem præferentes permisisse. Cicero. 1. de Oratore. 100. Deinde qui non possit tam caduceo, quàm nomine oratoris ornatus, incolumis, vel inter hostium tela verſari. Iuuenalis. Satyra. 6. 54. Magnaque debetur violato pœna caduceo. Sed hìc legendum Cadurco. Alioqui claudicaret carmen. Caduceum enim primam producit: quod palàm fit ex composito Caducifer. Vide suo loco.

Caduceator, (κηρυξ,) Festus, Caduceatores, Legati pacem petẽtes, Cato, Caduceatori, inquit, nemo homo nocet. Hactenus Festus. Liui. 6. bel. Pun. 89. Asdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit, qui pro mitteret si inde missus foret, se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. Idem. 1. bel. Maced. 151. Itaque secundũ duas aduersas eque stres pugnas multi minus tutam moram in isdem statiuis fore Philippus ratus, quum ab re inde, & fallere, abiens hostem vellet caduceatore sub occasum Solis ad Consulem misso, qui inducias ad sepeliendos equites peteret: frustratus hostem secunda vigilia, multis ignibus per tota castra relictis, silenti agmine abiit.

Caducifer, pennult. corr. (κηρυκειοφορος,) Nomẽ quo Mercurius vocatus est, propter donatam ei ab Apolline virgam, qua duorum draconum inter se dimicantium prælium, quum in Arcadiam proficisceretur, diremisse fertur. vt videbis paulò antè in dictione Caduceum. Inde etiã factum est vt legati pacis, Caduceatores dicerentur. Eius virgæ potestatem describit Virgilius. 4. Aeneid.

Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila. Ouid. 4. Fast. 121. Tartara iussus adit sumptis caduciser alis.
Idẽ. 1. Metam. 70. & 142. Hinc se sustulerat paribus caduciser alis.

Atlantiades caduciser. Ouid. 8. Metam. 126.
Venit Atlantiades positis caduciser alis.

Caduciter, Caducus, Vide CADO.

CADVRCI, (καδουρκοι,) Narbonensis prouinciæ populi in Aquitania. Author Plinius lib. 4 cap. 19. Vulgò Cahors.

Cadorcum, Velum seu culcitra ex lino candidissimo facta, in quo, vt ait Plinius lib. 19. cap. 1. Cadurci Galliæ populi præcipuam gloriam obtinent. Nam nullum linum est candidius lanæve similius. Galliarũ hoc, & tomenta pariter inuentum, & vniuersæ Gallię vela contexunt. Iuuenal. Saty. 7. 13. Institor hybernæ tegetis, niueique caduerci.

Cadurcum. Vas illud numero solum quod ex piscina ac puteo aquam haurit, iumento rotam versante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquæ ex rectis defluant in cloacas: etiam in quibusdam vrbibus, per quos aquæ pluuiæ cisternas impleant. Hæc Valla in Raudensem.

Cadus, (καδος,)

Genus vasis vinarii, decẽ congios continens, sicut continuisse referant. Colum. lib. 12. cap. 28. 3. Si in vetustatem seruare voles, in cado duarũ vnarũ quàm optimi vini sextarũ, aut faecis generosæ recentis sextarios tres addito. Plaut. Amph. 4. 275. Cadus erat vini, inde impleui cirneam. Idem Aulul. 16. 33. – at ego iussero Cadum vnum vini veteris à me afferrier. & in Milite. 11. 36.
Non hercle tam istæc valide quassabant cadi. Virg. 1. Aeneid.
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Plin. lib. 19. cap. 5. de Cucurbitis, Nuper in balineatum vsum venêre vrceorum viceriampridem etiam cadorum ad vna condenda.

Cadi formam turbinatam, id est, coni & strobyli, hoc est, nucis pineæ similem fuisse ex Plinio intelligimus, qui lib. 17. 27. cap. 3. de aloe loquens turbines cadorum dixit. Laudatissima, inquit, ex India affertur, sed nascitur & in Indiae non tamen ea vtuntur, nisi ad vulnera recen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus foliis, mirificè enim conglutinat vel succo. Ob id in turbinibus cadorum cum seruut, vt aizoum maius. Hactenus Plinius. Vtebantur autem antiqui etiam ad falsamenta cõdenda. Idem Plinius lib. 32. Quin & testis cadi falsamentarii tusis cum axungia vetere ad parotidas vtuntur. Budæus.

Chii falerni cadus. Horat. 2. Serm. 3. Saty. 24.
Si possim intus Chii, veterisque Falerni
Mille cadis, nihil est, tercentum millibus, acre
Potet acetum.

Temeti cadus. Horat. 1. Epist. 2. 33.
– das nummos, accipis vuam,
Pullos, oua, cadum temeti.

Ahenus cadus. Virgil. 6. Aeneid. 46.
Ossaque lecta cado texit Chorineus aheno.

Chius cadus. Horat. 3. Carm. 19. ode. 1.
Quo Chium pretio cadum Mercemur.

Fragiles cadi. Ouid. 12. Metam. 49.
Vina dabant animos, & prima pocula pugna
Missa volant, fragilesque cadi, curuique lebetes,

Fumosus cadus. Ouid. 5. Fast. 104.
Promit fumoso condita vina cado.

Potus cadus. Horat. 3. Carm. 15. ode. 3.
Nec poti vetulam fece tenus cadi.

Siccati cadi. Horat. 1. Carm. 35. ode. 6.
– diffugiunt cadis
Cum fece siccatis amici. Id est ad fecem vsque exhaustis.

Versus cadus. Horat. 3. Carm. 29. ode. 1.

Elicere cadum. Horat. 4. Carm. 11. ode. 4.
Nardi paruus onyx eliciet cadum.

Onerare vina cadis. Virgil. 1. Aeneid. 40.
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio.

Parcere cadis. Horat. 1. Carm. 7. ode. 4. – nec
Parce cadis tibi destinatis.

Cadiscus, diminutiuum, (κάδισκος,) vasculum quo suffragia colliguntur. Sipontinus.

CAEA, hoc Cæos, vtrunque enim scribitur, (κῖα,) Ptolom. vulgò Zea. Plinio lib. 4. cap. 12. Insula est iuxta Euboeam, à Cæo Titani filio sic dicta, de qua Ouid. Transit & antiquæ Carteia mœnia Cæe. A qua Cææ vestes. nam ex hac quoque profectam delectationi fœminis vestem, author est Varro, vt Plinius tradit. Propertius, Et tenues Cæa veste mouere sinus. Quo in loco parum doctè aliquos Coa pro Cæa legere Hermolaus tradit. Ab hac Cæus Heresistratus, clarus medicus dictus. Fuit eadem & Simonidis & Bachyllide clarissimorum poetarum alumna. Ciam Ptolemæus nominat, vt hodie quoque vulgus nautarũ. Author Hermolaus. Vide infra in dictione COS & CHIOS. Scribit & sine diphthongo. Vide CEA. A nonnullis per œ.

Cæus, adiectiuum, (κάϊος,) vt Nænia Cæa. Horat. 2. Carm. 1. ode. 8.
Sed ne relictis Musa procax iocis
Cæę retractes munera næniæ.

Dumeta Cæa. Virg. 1. Georg. 3. – cui pinguia Cææ
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

CAECIAS, Cęciæ. (καικίας,) Ventus flans inter Aquilonem & exortum Aequinoctialem: quem Aristoteles (vt docet Gellius li. 2. ca. 22.) ita flare dicit, vt nubes non procul propellat, sed vt ad sese vocet. Plinius lib. 18. cap. 34. 3. Nec sum oblitus in hac parte ventum à Græcis poni, quem Cęciam vocant. Idem lib. 2. cap. 47. Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes.

Mala attrahens ad sese, vt Cæcias nubes. Prouerbium in eos qui sibi ipsis litium ac negotiorum materiam pariunt, accersuntq;. Vide Eras. Chil.

Caecigena, Vide CAECVS.

Caecilia, Genus serpentis. Colum. lib. 6. cap. 17. 1. Est etiam mortifer is serpẽtis ictus, est & magnorum animalium noxiũ virus. mam & vipera, & cæcilia sæpe quum in pascua bos improuidè supercubuit, lacessita onere, morsum imprimit.

CAECILIVS, (καικίλιος,) Epirota, libertus Attici equitis Romani, ludum grãmaticæ, Romæ aperuit, Primus dicitur Virgiliũ, & alios poetas nouos prælegere cœpisse: quod etiam Domitii Marsi verificul⁹ indicat, Epirota tenellorum nutricula vatum. Ex tranquillo. Huius eriã meminit Macrobius.

Cæcilius Gallus in disciplina iuris, atque legibus Populi Romani noscendis, interpretandisque scientia, vsu, authoritate q; illustris fuit tempore Gellii, cuius etiam ipse meminit, dicitque librum scripsisse De verborum significatione, quę ad ius Ciuile pertinẽt. Vide Gellii, lib. 16. cap. 5. & Macrobium Saturn. lib. 6. cap. 8.

Cęcilius item Claudius Isidorus. C. Asinio Gallo, & Martio Censorino COSS. ad VI. Calend. Feb. testamento suo edixit: Quannis multa ciuili bello perdidisset, tã relinquere seruorum quatuor milia CXVI iuga boum tria milia DC. reliqui pecoris. CCLVII. millia: in numerato H–S. DC. Author Plinius lib. 33. cap. 10. 3.

Fuit & Cæcilius Callantianus (Callantis autẽ, ciuitas Siciliæ est) Iudæorum religionis sectator, Romæ docuit sub Augusto vsq; ad Adrianũ. Scripsit librum contra Phrygas, Dictionarium ex ordine literarum, Comparationem Demosthenis ac Ciceronis, & alia. Author Suidas.

Præter hos Cæcili⁹ Argiuus, versificator, scripsit de piscibus. Auth. Suid.

Cæcilius Stati⁹ poeta Comicus, quem Cicero ad Atticum, lib. 7. 133. 14. Malum Latinitatis authorem vocat. Volcatius tamen Comicorũ palmam ei concedit: fuit natione Gallus, & Ennii contubernalis: quidam Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Ennium: sepultus in Janiculo. Author Eusebius. Horat. 2. Epist. 12. Vincere Cęcilius grauitate, Terentius arte. Idem in Arte. 11. – quid autem
Cæcilio, Plautoque dabit Romanus ademptum
Virgil. Varioq; Quin. li. 10. c. 1. Licet Cecilii veteres laudib⁹ ferãtur: vt scribit Volaterranus.

CAECINOS, (καικῖνος,) Mõtis nomẽ in Sicilia, Auth. Plin. lib. 3. c. 8.

Cæcinos, amnis qui Rheginum agrum à Locrensi diuidit.

Caecitas, Cæco, cæcas. Vide CAECVS.

CAECVBVM, pen. prod. (κάικυβον,) Oppidum est Campaniæ in Italia, quod licet paludibus adiaceat, vineta tamen vini feracissima præcipuis enutrit arboribus. Hæc Strabo lib. 5.

Cæcubus, Adiectiuum, (κέκυβος,) vt Vinum Cæcubum, sic dictum à Cęcubo Campaniæ oppido. Martialis lib. 13. non ita procul à fine, Cęcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis. Idem lib. 12. 57.
Turbida solicito transmittere Cęcuba sacco,

Atque inter mensas ire, redire suas. Plin. lib. 16. cap. 37. 1. Licet populi vinis placeant, & Cæcubum educent. Populum arborem intelligit. Horat. Epod. 9. 8.
Vel quod fluentem nauseam coerceat,
Metire nobis Cæcubum. Subauditur vinum. Idem. 1. Carm. 37. ode. 1.
Ante hac nefas depromere Cæcubum Cellis auitis. Idẽ. 2. Ser. Saty. 3.
– procedit fuscus Hydaspes
Cæcuba vina ferens.

Caeculus, Caeculto, Vide CAECVS.

CAECVLVS, pen. corr. (καικουλος,) (inquit Seruius) filius Vulcani, sic dictus, q⁹ minoribus oculis fuerit: quã rẽ frequenter efficit fumus. Hic collecta multitudine postquam diu latrocinatus esset, Prænestinã ciuitatẽ in montibus cõdidit: & qui ad ludos, vicinos populos inuitasset, cœpit eos hortari, vt secũ habitarent: pro gloria iactare se filium Vulcani. Quod quum illi non crederent, inuocato Vulcano, vt eum filium comprobaret, oẽs illius multitudinis chorus est flãma circundatus. Quo facto commoti oẽs simul habitauerunt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hactenus ille apud Virgilii lib. 7. Aeneid. 136.
Nec prænestinæ fundator defuit vrbis
Vulcano genitum, pecora inter agrestia, regem,
Inuentumque focis, omnis quem credidit ętas Cæculus &c.

Caecus, (τυφλός, ἀλαός, πηρός) A dictiuũ, à cædo cædis, q⁹ sit oculis carentẽ oculis appellatũ velint. Est autẽ cæcus, qui caret lumine.

Obscurum & cæcum. Cic. pro Lege Agraria. 46.

Futuri cæcus, id est futuri nescius. Claud. 1. de Raptu Proserp. 18.
– despexit vtrunque
Flaua Ceres, raptus que timens (heu cæca futuri)
Commendat Siculis furtim sua pignora terris. Sic idem. 2. in Eutrop. 109. – prò cæca futuri Gaudia.

Amore auri cæcus. Virgil. 1. Aeneid. 71.

Cæcus animi. Quintil. lib. 1. cap. 10. 23.

Cæcus animo. Cic. 4. de Finib. 106.

Cæca auaritia. Cic. 1. Philipp. 97. At quàm cæca auaritia est?

Cęcus cupiditate & auaritia. Cic. pro Quintio. 56.

Cæcus fraude & ira. Liu. 8. ab Vrbe. 138.

Cæcus atq; amens furore. Cic. pro Sestio. 13.

Furore amenti cęcus. Catul. 59. 40.
Cogor inops, ardens, amenti cæca furore.

Cæcus metu. Plin. lib. 10. cap. 33. 10. Perdices tanta rabie feruntur, vt in capite aucupantium sæpe cæcæ metu sedeant.

Aceruus cæcus. Ouid. 1. Metam. 5.
Quæ postquam euoluit, cæcoque exemit aceruo,

Dissociata locis concordi pace ligauit. Id est cõfuso. De Chao loquit.

Aditus cæcus. Seneca in Herc. fur. 10. 1.

Amor sui cæcus. Horat. 1. Carm. 18. ode. 3.
– quæ subsequitur cæcus amor sui,
Attollens vacuum plus nimio gloria verticem. Virgil. 3. Georg. 42.

Amator cæcus. Horat. 1. Serm. 3 Saty. 8.

Amictu cæco terra condit nox. Sil. lib. 12. 123. Id est nigro. Caligo

Caligo cæca. Virg. 3. Aeneid. 41.

Carcere cæco clausus. Virg. 6. Aeneid. 147. – nec auras
Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco. Id est obscuro.

Cæcus casus. Cic. 2. de Diuinat. 23. Quomodo ergo id quod temerè fit cæco casu & volubilitate fortunæ, præsentiri & prædici potest?

Cauernæ cæcæ. Ouid. 5. Metam. 128.

Causæ cæcæ. Lucret. lib. 3. 64. Quorum ego nunc nequeo cæcas exponere causas. Id est incognitas, incertas.

Chaos cæcum. Seneca in Med. 10. 1.

Comæ cæcæ. Ouid. ad Liuiam. 20.
Nec traxit cæcas per tua membra comas.

Cæca & temeraria cupiditas. Cic. 1. de Inuent. 3.

Cæca cupiditate rapi. Cic. in Pisonem. 45.

Cupido cæca. Ouid. 3. Metamor. 124. – prædæ tam cæca cupido est.
Lucret. 3. 12. – & honorum cæca cupido.

Cursus cæcus. Lucan. lib. 2. 114.
– non tam cæco trahis omnia cursu,
Teque nihil Fortuna pudet.

Domus cæca. Ouid. in Ibin. 76.
Vt qui tecta noui formam celantia mõstri
Intrarunt cæcæ non reditura domus. De Labyrintho loquitur.

Ensis cæcus. Stat. 9. Theb. 40. – & cæcum rotat irreuocabilis ensem.

Error cæcus quo cœpit eat. Seneca in Herc. fur. 12. 9.

Euentus cæcus. Virg. 6. Aeneid. 32. – cæcosque volutat
Euentus animo secum. Id est incertos.

Cæca expectatio. Cic. pro Lege Agrar. 68. Nolo suspensam & incertam plebem Romanam obscura spe, & cæca expectatione pendere.

Fata cæca. Horat. 2. Carm. 13. ode. 4. – nec vltra
Cæca timet aliunde fata. Id est improuisa, & quæ videri non possunt.

Fores cæcæ. Virg. 2. Aeneid. 91. Limen erat, cæcæque fores. Id est non omnibus notæ. Seruius.

Fortuna cæca. Cic. de Amicitia. 49. Vide FORTVNA.

Cæcæ fossæ. Id est non patentes. Apud Columellam.

Furor cæcus. Horat. Epod. 73. Furórne cæcus, an rapit vis acrior? Id est excæcans.

Historia cæca. Ouid. in Ibin. 12. – historiis inuoluam carmina cæcis.

Homines cupidine cæci. Lucret. lib. 4. 232.

Cæcus ictus. Liuius. 4. bel. Maced. 152. Vt non modò ad cæcos ictus, sed ne ad inferendũ quidẽ ex propinquo telũ loci quicq̃ esset. Luer. li. 2. 28.

Ignis cæcus. Virg. 4. Aeneid. 42. – cæcisque in nubibus ignes
Terrificant animos. Id est quorum origo non apparet. Seruius.

Cæco impetu animi in alios incurrere. Cic. 1. de Finib. 69.

Cæca inuidia & ira. Liuius. 8. bel. Maced. 71. & 217.

Cæcum iter explorat. Ouid. 10. Metam. 92.

Limites cæci. Ouid. 14. Metam. 74.
– cæcisque vagantur Limitibus comites.

Lituræ cæcæ. Ouid. 11. epist. 1.
Siqua tamen cæcis errabunt scripta lituris.

Loca cæca. Propert. lib. 1. eleg. 18. 2.

Manus cæca. Lucan. lib. 3. 144.
Cæca tela manu, sed non tamen irrita mittit.

Manu cæca spargit munera. Seneca in Hippoly. 9. 5. de Fortuna.

Mars cæcus. Virg. 2. Aeneid. 67. – & cæco Marte resistunt. Id est noctuno prælio. Seruius.

Mens cæca. Ouid. 4. Metam. 101. – cæcæque oblitia mentis.

Metus cæcus. Ouid. 1. Fast. 165. – & cæco flentque pauentque metu.

Cæcus morbus, Obscurus, & cognitu difficilis. Colum. lib. 1. cap. 5. 5. Ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt.

Motus cæci. Horat. 3. Carm. 27. ode. 5.
– puerique cæcos
Sentiant motus orientis Austri.

Mugitus terræ cæcus. Seneca in Troade. 3. 2. Quum subitò cæco terra gemitu fremens.

Murmur cæcum. Virg. 12. Aeneid. 119. – tum murmure cæco
Intus saxa sonant.

Nox cæca. Cic. pro Milone. 38. Neque cæca nox ostendisset Milonem.

Cæcum me, & præcipitem ferri confiteor in causa, si &c. Cic. pro Plancio. 4. Virg. 3. Georg. 511.

Parietes cæci. Virg. 5. Aeneid. 117. Parietibus textum cæcis iter.

Pauores cæci. Valer. 7. Argonaut. 30.

Pectora cæca. Lucret. lib. 2. 5. – ô pectora cęca.

Pernicula cæca. Propert. lib. 2. eleg. 28. 2.
Et maris & terræ cæca pericla viæ.

Plagæ cæcæ. Lucret. lib. 2. 26.
– Multa videbis enim plagis ibi percita cæcis.

Pugna cæca. Valer. 5. Argonaut. 133.

Pulvis cæcus. Virg. 12. Aeneid. 90. – tum cæco puluere campus
Miscetur. Stat. 6. Thebaid. 83.

Cæcus ramus. Plin. lib. 16. cap. 30. 4.
Ramorum aliqui cæci, qui non germinant.

Ratio cæca. Lucret. lib. 5. 101. Improba nauigii ratio tum cęca facebat.

Res cæcæ. Cic. 2. de Orato. 194. Vt res cæcas, & ab aspectus iudicio remotas confirmatio quædam & imago & figura ita notaret, vt ea, quæ cogitando complecti vix possemus, intuendo quasi reneremus.

Saxa cæca. Virgil. 5. Aeneid. 33. – sed cæca Menœtes
Saxa timens. Id est latentia. Claud. de bel. Gildo. 103.

Scelus cæcum retegere. Virgil. 1. Aeneid. 72.
– cæcumque domus scelus omne retexit.

Sonus cæcus. Senec. in Troade 3. 2. Concussa cæcos traxit ex imo sonos.

Sors cæca. Horat. 2. Sermo. 3. Saty. 54.
– & cæca fluitantia sorte, laboret Reddere certa.

Spicula cæca. Virgil. 4. Georg. 48. – & spicula cæca relinquunt. Id est breuia, quæ possunt latère. Seruius.

Stimulus cæcus. Lucret. lib. 3. 179. – atque subesse
Cæcum aliquem cordi stimulum.

Cæca suspicio. Cęcinna ad Ciceronem, lib. 6. 7. 12. In hac igitur calumnia timoris, & cæcæ suspicionis tormento, &c.

Tabes cæca. Ouid. 9. Metamorpho. 35. – cæcaque medullis
Tabe liquefactis.

Tecta cæca. Ouid. 8. Metamorpho. 32.
Multiplicique domo cæcis includere tectis.

Cæcum tempus. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25. 7. Fuit enim illud quoddam cæcum tempus seruitutis. In emendatioribus codicibus legitur, Egregium.

Tenebræ cæcæ. Lucret. lib. 2. 150.

Denique nos ipsi cæcis quæcunque tenebris Tangimus.

Timor cæcus. Ouid. 1. Amorum 4. eleg. 9. Illa mihi cæci plena timoris erunt. Cic. pro Ligario 2.

Vada cæca. Virg. 1. Aeneid. 108. – nimbosus Orion
In vada cæca tulit. Id est incognita, latentia. Seruius.

Cæcum vallum dicitur in quo præacuti pali terræ affixi, herbis vel frondibus occultantur. Festus.

Venenum cæcum. Lucret. lib. 6. 165.
Impediatur ibi cæco correpta veneno.

Cæca vestigia, Latentia, quæ non possunt videri. Virgil. 6. Aeneid. 6. De Labyrintho & Dædalo, Cæca regens filo vestigia. Idem 2. Aeneid. 72.
– inde lupicea
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies.

Via cæca. Ouid. 2. Amorum 11. eleg. 4.
Hactenus est tutum, cætera cæca via est.

Vndæ cęcæ. Virgil. 3. Aeneid. 40. Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis. Id est incertis: quia sydera non apparebant. Seruius.

Vulnus cæcum. Virgil. 10. Aeneid. 146.
– nec tacta cæcum dare cuspide vulnus.

Cæcum crudelitate ferri. Cicero pro Cluent. 157. At quæ mater? Quam cæcam crudelitate & scelere ferri videtis.

¶ Cæco die emere aliquid. Plaurus Pseud. 5. 68. Eme die cæca hercle oliuum, id vendito oculata die. Id est, eme non præsente pecunia, sed in diem pacta reuende pecunia præsente. Vocant & Iurisconsulti cęcam diem, & cęca testimonia, quæ scripto perhibẽtur absentibus. nam cęca sunt non tantum quę non vident, sed quę non videntur & absunt. Erasmus in Chiliad.

Cęco reluxit dies. Tacit. lib. 10. 407. 16. Statim cõuersa ad vsum manus, ac cęco reluxit dies. Hypsæa cęcior. Horat. 1. Sermo. 2. Saty. 193.
Hypsæa matrona fuit vitiosis oculis. Acron.

Cęculus, Diminutiuum. Plaut. Persa. 8. 12. Tua cæcule causa? Quidam cucule legunt hoc loco.

Cęcitas, penul. correp. cęcitãtis, penul. prod. (τυφλότης, ἀβλεψία, ἀορασία, πήρωσις,) Facultatis visus orbitas & est proprie corporis, ad animum vero sæpe transfertur. Cicc. 5. de Finib. 145. Bonum incolumis acies: miserа cęcitas. Plin. lib. 10. cap. 40. 1. Caprisque cęcitas.

Cęcitas libidinis. Cicc. de Arusp. resp. 34.
An tibi luminis obesset cęcitas, plus quàm libidinis?

Cęcitas mentis. Cicc. pro Domo sua 82. Pœna omnis oculorum, ad cęcitatem mentis est conuersa.

Cęcitatem inferre. Vide INFERO.

Horribilis cęcitas. Cicc. 5. Tuscul. 155. Primum horribilis ista cęcitas, quibus tandem caret voluptatibus?

Cęcigenus, Adiectiuum penul. corre. (τυφλογενής,) significat illum qui cęcus natus est. Lucret. lib. 2. 149.
Nam quum cæcigeni, solis qui lumina nunquam
Aspexere, tamen cognoscant corpora tactu,
Ex meunte quo nullo contincta colore.

Cęco, cęcas, (τυφλόω, πηρόω,) cęcare, Luminibus priuare. Plin. de Viris illustrib. 14. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, vt sacra Herculea seruos publicos edocerent: vnde cęcatus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæcare animos, per translationem. Cicero 4. Philipp. 158. Sed spes rapié di atque prædandi cæcat animos eorum. Legitur & occæcat.
Cæcare mentes, largitione. Cic. pro Sestio 123.
Cæcari erroribus, aut cupiditate. Cic. 5. Tuscul. 56. Et pro domo sua 48. Argento & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum. Item 1. Tusculan. 113. Cæcitas vitiis.
Cæcata oratio. Cic. de Claris Oratorib. 143. Quia peracuta, tum rapi dæ & celeritate cæcata oratio.
Cæculto, cæcultas, (παρὰ τὸ κρύπτω,) cæcultare, Cæcis proximũ esse acie obtusarve ait Festus. Idem alio loco dicit, Cæcultare, cit cęcos imitari. Plaut. Numnam mihi oculi cæcultant? Estne hic noster Hermio?
Cæcútio, cæcútis, penul. prod. (ἀμβλυώττω, παρὰ τὸ κρύπτω,) cæcutire, Propriè significat parum videre. Et cæcutientes dicuntur, quasi semicæci: Varro, Vtrum oculi mihi cęcutiunt, an ego vidi seruos in armis contra dominos? Ex Nonio.

Caedes, Vide CAEDO.

CAEDICVS, penult. correp. Vir dirissimus, cuius meminit Virgilius lib. 9. Aeneid. 76. his verbis,
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tyburti Remulo ditissimos olim
Quæ mittit dona hospitio, quum iungeret absens
Cædicus: ille suo moriens dat habere nepoti. Vbi Seruius, Cędicus qui dam Tyburti Remulo quum eũ sibi absens hospitio vellet adiungere misit phaleras & cingula bullis aureis, hoc est clauis insignita. Remulus mortiens nepoti suo cognomini hæc reliquit, q̃ postea victus à Rutulis est, & occisus: post cuius mortem apud Rhamnetẽ Rutulũ ab Euryalo reperta sunt hæc munera. Huius meminit & Virg. 10. Aene. 149.

Caeditiae, tabernæ, non à cædendo dictæ sunt, sed à domini nomine, qui Cæditius vocabatur: à quo in via Appia ædificatæ sunt. Sipontinus ex Festo.

Caedo, cædis, cecidi, penul. prod. cæsum, (κόπτω, σφάττω,) cædere, Proprie significat flagellare. Terent. And. 1. 2. 28. Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam. Plaut. Persa 8. 11. Cædère hodie tu restibus. Iuuenal. Saty. 3. 27. Ebrius ac petulans, qui nullum forte cęcidit, Dat pœnas.
Flagellis cædere. Horat. 1. Sermo. 2. saty. 9.
– ille Flagellis Ad mortem cæsus.
Cædi discipulos deforme ac seruile est, quanquam id receptũ sit, & Chrysippus non improbet. Quintil. lib. 1. cap. 3. 8.
Cædere aliquem virgis ad necem. Cic. 5. Verr. 57. Item Cædere loris, Cic. 8. Philipp. 250.
¶ Cædere, Percutere. vt Cędere aliquem calcibus. Plaut. Pœn. 9. 71.
Ense cædere. Ouidius 3. de ponto 2. eleg. 12.
Aduena virgineo cæsus vt ense cadat.
Ferro cædere. Lucret. lib. 6. 34. – cędere siquem
Ancipiti videas ferro. Seneca in Oct. 2. 17. 14.
Ferula cædere. Horat. 1. Serm. 2. saty. 14.
Nam vt ferula cædas meritum maiora subire
Verbera non vereor.
Marmor cædere. Papinianus in L. Diuortio Si vir in fundo. ff. Soluto matrimonio, Si vir in fundo mulieris dotali lapidicinas marmoreas inuenerit, & fundum fructuosiorem fecerit: marmor quod cæsum, neque exportarum est, mariti esse, & impensam non esse ei præstandam.
Cædere pugnis Plaut. Curcul. 4. 44. Horat. 1. Serm. sat. 2. 14.
Cædere femur, pectus, frontem, mire ad pullatum circulum facit. Quintil. lib. 1. cap. 12. 6.
Cædere ianuam saxis. Cic. 3. Verr. 4. Cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt. Ouid. 9. Metamorph. 75. Cæsa securibus vrar.
Cædere pluteum. Pers. Saty. 1. 11.
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.
Saxis cædere populum. Horat. 2. Serm. 3. saty. 16.
Populum si cędere saxis Incipias.
Cædere, pro excindere. vt Cædere arbores. Cic. 2. de Diuinat. 50. Et Plin. lib. 15. cap. 6. 2.
Falce comam cædere. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 7.
Hic virridem dura cædere falce comam.
Cædendus lapis aliquis, & asportandus. Cic. 3. Verr. 104.
Cædere montes. Plin. lib. 36. ca. 1. 2. Cędimus hos, trahimusque nulla alia quàm deliciarum causa, quos transcendisse quoque mirum fuit.
– repetitaque robora cædit.
Robora cædere. Ouid. 8. Metam. 156.
Cædere syluas. Cæsar 3. belli Gal. 459. Reliquis deinceps diebus Cæsar syluas cædere instituit.
Vineta cædere. Hora. 1. Epist. 1. 45. Vt vineta egomet cædam mea.
¶ Cædere, Occidere. Virg. 2. Aeneid. Cæduntur vigiles. Cic. 3. Philipp. 146. Cędit greges armentorũ, reliquiq; pecoris quodcunq; nactus est. Exercitus cæsus. Cic. 14. Philipp. 1. Sceleratorum hostium exercitum cæsum fusumque cognoui.

¶ Cædere, Immolare, per metaphoram. Virg. 5. Aeneid. 20.
Cædit quinas de more bidentes. Et apud Liuium 10. ab Vrbe 30. & lib. 8. 27. Cædere victimas. Cic. pro Cluẽr. 153. Cæsis hostiis posse placari.
¶ Cædere testibus, pro vrgere & premere. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 3. 19. 4. Quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum, maximè restibus cæditur, accusatoribus frigidissimis vtitur. Hoc est testium multitudine conuincitur.
Cæsus, (κεκομμένος,) Participium à cædo. vt Cæsis copiis. Cic. ad Brutum, lib. 10. 2.
Cæsis victimis. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 2.
Cæsæ arbores. Plin. lib. 16. cap. 12. 5.
Heliades cæsæ pectora. Ouid. 2. Metamorpho. 34.
Nec minus Heliades lugent, & mania morti
Munera dant lachrymas: & cæsæ pectora palmis, &c.
Inter cæsa & porrecta: Adagium. Cic. ad Atticum, lib. 5. 106. 2. Et multa immo omnia, quorum κεφάλαιον, nequid inter cęsa & porrecta, vt aiũt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur significare cunctationem, & ancipitem hęsitationem, ac velut interuallũ illud inter omittendũ id quod cœptũ est, & incipiẽdũ qđ nouari oportet. Plura apud Erasmũ in Chiliadibus. Legit in emendationibus, codicib⁹ Cęsa & proiecta.
Cæsum, cæsi, (κόμμα,) Pars orationis nondum ex duobus, aut ex pluribus verbis quicquam absolutè significans: hoc modo, Etsi vereor iudices, ne turpe sit. Interdum tamen cæsam dicimus orationem, quum non efficiuntur membra ex connexione verborum, sed singula verba aliquid significantia proferuntur: hoc modo, Quis est iste Gellius armiger Catilinæ, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, lanista fori, depopulator curiæ! Sipontinus.
Cæsura, cæsuræ, pen. prod. (τμῆμα,) Incisura. Plin. lib. 17. cap. 10. 4. Crescit ad brumam vsque, definitque quum durescere incipit hoc signum, quòd tempestiuam habet cæsuram. Idem lib. 15. cap. 43. 4. Maior ad firmitatem causa tempestiuæ cæsuræ. Lucret. lib. 4. 131.
– & generatim Extima membrorum circum cæsura coercet.
Cæsura, in oratione, à cædenda voce: quæ definitur, decora terminatio vocum, in medio versuum notata: vt quando post duos primos pedes superans syllaba inuenitur, quæ dictionem terminet. Cæsura est quæ penthemimeris dicitur: vt Arma, virumque cano. Quum verò id post tres pedes fit, est cæsura heptemeneris: vt, Arma, virũq; cano, Troiæ. Hic enim versus vtranque cæsuram habet.
Cæsurãtim, pen. prod. Aduerbium, (κατὰ τμήματα,) Succinctè, breuiter, per cæsuræ commata. Sidonius Claudiano, Tota de illo dicto fusa cæsuratim succincta quàm profluens. Calepinus.
Cæsio, Verbale, (τμῆσις,) pro cæsura. Columel. lib. 4. cap. 33. Et post quinquennium cæsa, more falcẽti recreatur, atque in palum formata ferè vsque in alteram cæsionem perennat.
Cæsim, Aduerbium, (τμηδὸν,) significat cædendo. Valla lib. 6. Cæsim per incisiones gladii. Liu. 7. bel. Pun. 39. Proiecto læua scuto in aduenientis arma hostis, vanum cæsim cum ingenti sonitu ensem deiecit.
Cæsim ac punctim. Liu. 1. bel. Pun. 192. Hispano punctim magis, quàm cæsim assueto petere hostem.
Cæsim operari in vinea. Colum. lib. 4. cap. 25. 3. Maior autem pars operis in vineam ductim potius, quàm cæsim facienda est. Et paulo post, Tutior igitur & vtilior putatio est quæ ductu falcis, non tẽtu conficitur.
Cæsim dicere. Cic. in Oratore 131. Membratim adhuc, deinde cęsim dixerunt. Paulo ante Cicero incisim dixerat. Quintil. lib. 9. cap. 4. Vbique acriter erit & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim cęsimque dicemus. Id est, per cola & commata.
Cædes, cædis, (φόνος, ἀνδροκτασία, σφαγή,) Festus, Cædem putant ex Græco dici, quòd apud illos κτείνειν, significat interficere. Valla in Raudensem, Cædes mors non fatalis, sed ferro, aut ligno, aut saxo, aliisque illata, præsertim occidere, aut ferire, aut percutere volentibus. Inde dicimus aliquem commisisse cædem, & Milo de cæde accusatus est. Plinius lib. 14. cap. 13. 1. Inuenimus inter exempla, Mecennii virorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam fuisse à marito, eumque cædis à Romulo absolutum.
Occisio & cædes. Cic. pro Cecinna 31. Tu vim negabis esse factam, in cædes & occisio facta non erit?
Amor cædis. Ouid. 13. Metamorpho. 165.
Imago cædis. Ouid. 8. Metamor. 102. – modo vulnera fratrum
Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis imago.
Auidissimus cædis. Ouid. 1. Metamorpho. 33.
Instructus ad cædem. Vide INSTRVO.
Molitor cædis. Tacit. lib. 11. Et Appianæ cædis, molitor Narcissus.
Acerba cædes. Stat. 6. Thebaid. 30.
Acris cædes. Ouid. 11. Metamorpho. 81.
– sed enim irreuocatus ab acri Cæde.
Cruenta cædes. Lucanus, lib. 7. 168.
Diracædes. Ouid. 3. Metam. 125. Exilium dira pœnam pro cæde secutum.
Fera cædes. Seneca in Octauia 8. 8.
Pulchrum eminere est inter illustres viros, Consulere

Consulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abstinere.
Feales cædes. Claudian. de bello Gildon. 25. Renouet ferales
Allia cædes.
Furiales cædes. Ouid. 6. Metam. 132.
Sicut erat sparsis furiali cæde capillis Prosiluit.
Hostilis cædes. Seneca in Herc. furen. 11. 5.
Impia cædes. Horat. 3. Carm. ode. 24. 6.
Indignissimæ cædes & maximæ. Cic. pro Sex. Roscio Amerino. 7. Quum interea cædes indignissimæ maximæque factæ sint.
Inexhausta cædes. Stat. 10. Thebaid. 53.
Lætifera cædes. Claudian. 5. Paneg. 24.
Manifesta cædes. Vide MANIFESTVS.
Miserrima cædes. Virg. 11. Aeneid. 177.
Nefanda cædes. Ouid. 15. Metam. 35.
Notabilior cædes. Tacitus lib. 19. 349. 30. Eò notabilior cædes fuit quia filius patrem interfecit.
Patrata cædes. Tacitus lib. 4.
Profunda cædes. Stat. 10. Thebaid. 167.
Sæua cædes. Ouid. 1. Metam. 16. & 33.
– sæuæque auidissima cædis.
Sanguinea cædes. Ouid. 13. Metam. 17.
¶ Accumulare cædem cæde. Lucret. lib. 3. 15. – diuitiásque
Conduplicant auidi, cædem cæde accumulantes.
Ardescere cæde. Ouid. 12. Metam. 48.
– ardescunt germani cæde Bimembres.
Conducere aliquem ad cædem faciendam. Cic. de Prouinc. Consul. 7.
Committere cædem. Ouid. 14. epist. 12.
Deterrere cædibus. Horat. de Arte poetica. 79.
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus.
Efficere cædes. Cic. pro Milone. 67. Magistratuum, priuatorumque cædes effecerat.
Facere cædem. Cic. pro Milone. 10. Quum hic insidiator qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum vxore veheretur.
Facere cædes. Cic. in Bruto. 42. Nam quum in sylua ita facta sua cædes esset. Item pro Sylla. 53.
Festinare cædes. Tacitus lib. 14. Sed cædes, patibula, ignes, cruces tanquam reddituri supplicium, ac prærepta interim vltione festinabant.
Idem lib. 13. 11. Propius verò Tiberium ac Liuiam, illum metu, hanc noui celibus odiis suspecti & inuisi iuuenis cædem festinauisse.
Furere cæde. Virg. 2. Aeneid. 100. – vidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum.
Instaurare cædem. Vide INSTAVRO.
In cædes ire. Tacitus lib. 13. Ibaturque in cædes, nisi Afranius Burrus, & Annæus Seneca obuiam issent.
Madefieri cæde. Ouid. 15. Metam. 165.
Aemathiísque iterum madefient cædibus Philippi.
Madere cæde. Ouid. 1. Metam. 13.
Cæde occidi. Cic. pro Milone. 8. Cædem qua P. Clodius occisus est, Sena tum iudicasse contra Remp. esse factam.
Obstare cædi. Cic. ad Plancũ, lib. 4. 14. 4. Quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte cædi obstentat, ex altera seruitutẽ.
Perimere cæde vna. Virg. 9. Aeneid. 94.
Perperrare cædem. Vide PERPETRO.
Quærere cædẽ. Cic. ad Cassiũ, lib. 12. 2. 4. Cædem enim gladiator quærit.
Spectat res ad cædem. Cic. Attico, lib. 15. 319. 7. Mihi res ad cædem, & eam quidem propinquam spectare videtur.
Sternere cæde viros. Virg. 10. Aeneid. 23.
Suscitare cædem. Virg. 12. Aeneid. 101. – & Marte secundo
Suscitare cædem. Virg. 12. Aeneid. 101.
Terribilis sæuam nullo discrimine cædem Suscitat.
Tepere à cæde. Ouid. 4. Metam. 33.
Vasta cædes. Seneca in Troade. 6. 8.
In cæde, atque ex cæde viuere. Cic. pro Sex. Roscio. 47.
¶ Cædes, pro sanguine. Ouid. 4. Metam. 35.
Arborei fœtus aspergine cædis, in atram
Vertuntur faciem. Id est sanguinis aspersione.
Cæduus, Adiectiuum, (κοπτικός,) vt Cædua sylua, quæ habetur in eum vsum, vt materia cædatur ex ea. Plin. lib. 13. cap. 4. 10. Cæduæ palmarum syluæ. Colum. lib. 5. cap. 3. 2. Et Plin. Iunior, epist. 101. b.
Arbores cæduæ. Papinianus in L. Diuortio &. Si fundum. ff. Soluto matrimonio, Puto autem si arbores cæduæ fuerint vel germinales, dici oportere in fructum cędere.
Sylua cædua, quæ dicatur, docet Paulus in L. Sylua cædua. ff. de Verborum & rerum significatione. Sylua, inquit, cædua est (vt quidam putant) quæ in hoc habetur vt cæderetur. Seruius eam esse quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur.
Cæduæ naturæ frutex. Plin. lib. 12. cap. 19. 4. Siccitate gaudens, sterilior imbre, cæduæ naturæ. De frutice cinnamomi.
CAELIX. Vide CVTIS.

Caelassis, Antiquum vocabulum, pro cęlaueris. Festus.

Caelatura, Vide CAELO.

Caelebs, huius cælibis, pe. corr. (ἀγαμος, ἄζυγος,) Dicitur tam qui caruit semper vxore, quàm qui nunc caret. Et inde Cęlibatus. Hęc Valla lib. 4. Cic. 3. de Legib. 10. Cęlibes esse prohibento. Plaut. Merc. 14. 58. Seu maritum, siue hercle adeò cęlibem sectarier.
Maritus & cęlebs, contraria. Quintil. lib. 5. cap. 10. Liber an seruus, maritus an cęlebs, parens liberorum an orbus sit.
Cælebs muliere. Plaut. Casina 6. 11.
Sed vtrum nunc ea cęlibem te mauis esse liberum:
An maritum seruum ętatem degere, & gnatos tuos?
Cęlebs arbor. Plin. lib. 17. cap. 15. 6. Altera deflexa vite, vel palmite iuxta suam arborem, aut circa proximam cęlibem.
Lectus cęlebs. Catullus 63. 2.
Quem neque sancta Venus molli requiescere somno
Desertum in lecto cælibe perpetitur.
Platanus cælebs. Horat. 2. Carm. ode 15. 1. – platanúsque cælebs
Euincet vlmos. Cælibem vocat quòd vites ei, non vt vlmis, quasi matrimonio iungantur.
Cęlebs sine palmite truncus. Ouid. 14. Metamorpho. 133.
Ast si staret, ait, cælebs sine palmite truncus.
Cęlebs vita. Ouid. Quæ si non fuerat, cælebs te vita deceret. Horatius. 1. Epistо. 1. 18.
– lectus genialis in aula est,
Nil ait esse prius, melius nil cælibe vita.
Cælibem dictum existimant, quòd dignam cælo vitam agat. Festus.
Cælibatus, huius cælibátus, pen. prod. (ἀγαμία,) Felix Capella in libro de Nuptiis Mercurii & Philologię. Placuit Mineruę pellere cęlibatũ.
Cælibari hasta caput nubentis comebatur, quę in corpore gladiatoris stetisset abiecti, occisíque: vt quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit vel quod nuptiali iure imperio Viri subiicitur nubens, quia hasta, summa armorum & imperii est. Quam ob causam viri sortes ea donantur, & captiui sub eadem væneunt, quos Græci δορυκλήτους καὶ δορυπτήτους vocant. Festus.
CAELESTINI, Vmbriæ populi in sexta regione Italiæ. Author Plinius lib. 3. cap. 14.

Caelestis, Caelicola, Caelites, Vide CAELVM.

CAELICVLVM, Cælículi, penul. correp. Nomen loci, cuius meminit Cicero de Aruspicibus. resp. 29. L. Pisonem quis nescit his ipsis temporibus maximum & sanctissimum Dianæ sacellum in Cæliculo sustulisse?
CAELIMONTANVS. Vide CAELIVS.
CAELIVS, Orator, acri turbulentoq; ingenio, discipulus Ciceronis, decessit admodum iuuenis. Proinde Quintilianus lib. 10. cap. 1. eum diguum longiore vita & meliore mente dicit. Cicc. de Claris Oratorib. 148. Cælius quandiu paruit authoritati meæ, talis Trib. pleb. fuit, vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamque dementiam à Senatu, & à bonorum causa steterit constantius. Tandem ab Atratino quodam accusatus, quòd cum Catilina conspirasset in perniciem Reipublicæ, quodque aurum à Clodia Clodii sorore extorsisset, eíque venenum propinasset, defensus à Cicerone est elegantissima illa pro Cælio oratione, quæ hodie quoque habetur in manibus.
Cælius Pontius, Prætor vrbanus, quum ei ius dicenti picus supra caput in sedisset, & aruspices respondissent, dimissa aue, hostium victoriam forè: sed necata, Reipublicæ moriturum tamen qui oppressérit, ipsam statim auem exanimauit. ex quo accidit vt ipse cum x L. aliis Cæliis interficeretur. Valerius hanc historiam paulo aliter narrat lib. 5. cap. 6.
Sunt præterea qui hinc nunc non Cælium, sed Aelium vocent.
T. Cælius, Tarracinæ splendido loco natus, quum in cubiculo quiescęs, filiis altero cubantibus lecto, in lectulo peremptus esset: nec essent alii ad quos suspicio cædis pueníre posset: nisi duo fratres causam dixere parricidii. postquam verò constitit eos inuentos esse dormientes aperto ostio, absoluti sunt, quoniam in tanto facinore verisimile non fuisset, eos quietem capere potuisse. Author Valerius lib. 8. cap. 1.
Cælius mons, vnus è septem muro à Romulo inclusis. Seruius apud Virgilium, Aeneidos 6.
Cælimontanus, adiectiuum, (κατὰ μεσοντίνας,) vt Cælimontana porta. Cicero in Pisonẽ 43. Quòd ego Cælimõtana porta introisse dixissem, &c.

Caelo, cælas, (γλύφω, διαγλύφω,) cælare, cum diphthongo, significat insculpere.

Cęlare argento, & in argento. Cicc. 1. de Diuinat. 134. Hanc speciem Praxiteles cęlauit argento, & noster expressit Archias versibus. Liuius 7. ab Vrbe 36. Corpus alteri magnitudine eximium, versicoloti veste, pictísque & auro cęlatis refulgens armis. Virgil. 1. Aeneid. 129.
– cælataque in auro Fortia facta patrum. Martialis lib. 6. 92. Cęlatus, tibi quum sit Amiane,
Serpens in patera, Myronis arte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libidines in poculis cælare. Plin. in Proœmio, libri 33. 5. In poculis libidines cælare inuit, ac per obscœnitates bibere.
Cælare æquora, flumina, bestias, & alia in vasis. Ouid. 2. Metamor. 2.
– nam Mulciber illic
Aequora cælarat medias cingentia terras. Idem 5. Metamor. 38.
– clypeo quoque flumina septem
Argento partim cælauerat auro.
Cælare argentum. Pomponius in L. Et si non sunt claui. Quid ergo. ff. de Auro & argento legato, Quid ergo si cœptum sit argentum fabrica cari, &c. Certè si iam erat factum, sed cælabatur, facti appellatione cõtinebitur. An & cælati appellatione continebitur, quod cælari cœpit? Et puto contineri, sicut fortè cælatum sit argentum legatum.
Inclaruit in auro cælando. Vide INCLARESCO.
Craterem cælare longo argumento. Ouid. 13. Metamorpho. 148.
Craterem Aeneæ, quem quondam miserat illi
Hospes ab Aoniis Therses Ilmenius oris:
Miserat hunc illi Therses, fabricauerat Alcon
Myleus, & longo cælauerat argumento.
Cælatus scyphus sestertiis centũ. Plin. lib. 33. ca. 11. 8. L. verò Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis centũ, &c.
Pretio cælata vasa. Cicer. 2. de Natu. Deorum 209.
Cælare scuta auro. Liu. 9. ab Vrbe 108. Duo exercitus erantscuta alterius auro, alterius argento cælauerunt. Virgil. 5. Aeneid. 61.
– cælatamque argento ferre bipennem.
Cælatum aurum & argentum, pro vasis aureis & argenteis cælatis. Cicer. 5. Tuscul. 86. Abacosque complures ornauit argento, auroque cælato. Sic in Oratore 137. Et 4. Verr. 90.
Cælata tecta & laqueata. Cicer. 1. Tuscul. 133.
Galeæ æneæ cælatæ opere Corinthio. Cicer. 6. Verr. 87.
Velamina cælata multa arte. Valer. 5. Argonaut. 2.
¶ Opus cælare metaphoricè, pro componere. Horat. 2. Epistо. 2. 19.
Carmina compono, hic elegos, mirabile visu,
Cælatumque nouem Musis opus. Vbi Porphyrio, Cælatum variatum, & quasi pictum.
Cælatura, penul. prod. (γλυφή,) Est quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit, inquit Quintil. lib. 2. cap. 21. 6. Plin. lib. 19. cap. 4. Superque pistrinarum operibus & cælaturis viuere. Idem lib. 35. ca. 12. 7. Qui plasticen matrem statuariæ scripturæque & cælaturę esse dixit. Quintil. lib. 2. cap. 17. 6. In cælatura clypei Achillis & lites sunt & actores.
Estimatio cælaturæ Paulus in L. Ex argento. ff. de Condictione furtiua, Ex argento surrepto pocula facta condici posse Fulcinius ait. ergo in condictione poculorum etiam cælaturæ æstimatio fiet.
Cælatura altior rupit tenuem laminam. Quintil. lib. 2. cap. 4. 6.
Cælător, penul. prod. Verbale, (γλυπτής,) Plin. lib. 34. cap. 8. 35. Argenti cælatores. Idem lib. 36. cap. 5. 22. Cicer. 6. Verr. 48. & 55.
Cælator cælum desyderat, & pictor pariẽtes. Quintil. lib. 2. cap. 21. 15.
Cælator curuus. Iuuenal. Sary. 10. 15.
Cælāmen, penul. prod. cælaminis, n. g. Idem quod cælatura. Ouid. 13. Metamorpho. 59. – neque enim clypei cælamina nouit,
Oceanum & terras, cumque alto sydera cælo, &c.
Cælum, cæli, (οὐρανός, κοῖλος,) vtuntur argentarii, authore Seruio in primum Aeneidos. significat etiam mundum. Varro de Ling. Lat. lib. 4. Cælum dictum scribit Aelius, quòd est cælatum aut à contrario nomine cælatum, quòd apertum est. Et paulò pòst, Ego magis putò à chao chauum, & hinc cælum: quoniam vt dixi, hoc circum, supráque quod complexu continet terram, cauum cælum. Itaque dicit Andromacha, Noctíque caua cæli signi tenentibus conficis bigis. Sipondromacha, Noctíque caua cæli signi tenentibus conficis bigis. Siponcta teguntur, quòd cælatum, hoc est signatum syderibus sit. Nam quòd Varro à cauo dictum existimat, nimis durum est. A Græco verò, hoc est ἀπὸ τοῦ κοίλου, quod significat concauum, deduci nõ est putandũ siquidé per œ scriberetur, quod nusq; animaduertimus. Plin. li. 2. ca. 4. Equidem & cõsensu gentium mouemur, nam quem κόσμον Græci nominant ornamenti appellauerunt, eum & nos à perfecta absolutaque elegãtia, mundum. Cælum quidem haud dubiè cælati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro. Virgil. Cælum qui vertice fulcit.
¶ Cælum, Aer etiam dicitur. Virgil. 1. Georg. Et varium cæli prædiscere morem. Vbi Seruius, Cæli, Id est aeris. Lucretius, In hoc cælo qui dicitur aer. Plin. lib. 2. cap. 38. 1. Hactenus de mundo ipso, syderibusque. Nunc reliqua cæli memorabilia nanque & hoc cælum appellauere maiores, quod alio nomine aera, omne quod inani simile, vitalem hunc spiritum fundit. Cicer. 1. Tusculan. 69. Vt penetret cælum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ.
Cælo hoc ac spiritu carere. Cicer. pro C. Rabirio 10. Quem non modò forum, sed etiam cælo hoc ac spiritu Censoriæ leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt.
A cælo ad terram. Vide À præpositio.
Calamitosum cælo vectigal, ac loco. Cicer. 2. de Lege Agrar. 80. At verò hoc agri Cãpani vectigal, &c. nec cælo ac loco calamitosum esse solet.
Grauis cælo ac terris, Id est diis & hominibus molestus. Seneca in Hippol. 1. 22. de Cupidine.
Abrupta cæli. Stat. Theb. 3. 53. Iãq; iter extremũ, cælíq; abrupta tenebat.
Cæli aspiratio. Cic. 1. de Diuinat. 211. Nam si obscurior quasi caliginosa stella exiterit, plugue & concretum esse cælum, vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit.
Aperta cæli. Lucret. lib. 6. 164.
Ars cæli. Virgil. 1. Aeneid. 51.
Axis cæli. Virgil. 6. Aeneid. 158. Progenies magnum cæli ventura sub axem. Axem cæli, id est cælum. Intelligit autem per cælum diuinos honores, vt Seruio placet.
Bona cæli. Ouid. 2. Metamorpho. 2.
Déque tot ac tantis cæli, terræque, marisque
Posce bonis aliquid, nullam patiere repulsam.
Commercia cæli. Ouid. 3. Amorum 109.
Est deus in nobis, sunt & commercia cæli.
Conuersio cæli. Cicer. de Somnio Scipionis 17.
Conuexa cæli, Id conuexum cælum, hoc est curuatum. Virg. 4. Aene. 91.
– cæli conuexa tueri.
Cursus cæli. Cicer. de Somnio Scip. 17.
Decus cæli. Horat. in Carmine Seculari 1.
Phœbe, syluarumque potens Diana,
Lucidum cæli decus. Virgil. 9. Aeneid. 4. Iri decus cæli.
Extremum & vltimum mundi cælum. Cicer. 2. de Diuinat. 137. Inde ad cælum ipsum, quod extremum & vltimum mundi est.
Faces noctiuagæ cæli. Lucret. lib. 5. 2. 240.
Fulmen cæli. Lucret. lib. 5. 250.
Grauitas cæli. Cicer. ad Atticum, lib. 11. 228. 3. Iam enim corpore vis sustineo grauitatem huius cæli, &c. Id est aeris.
Hiatus cæli à terris, Distantia quæ est inter cælum & terram. Lucret. lib. 4. 84. A terris quantum cæli patet altus hiatus.
Honor cæli. Ouid. 1. Metamorpho. 40.
Humor cæli mobilis. Virgil. 1. Georg. 54.
Verùm vbi tempestas, & cæli mobilis humor
Mutauere vias. Videtur nubes intelligere.
Lumen spirabile cæli. Virgil. 3. Aeneid. 130.
Spirabile id est vitale, quo spiramus. Seruius.
Meatus cæli. Virgil. 6. Aeneid. 170.
Menses cæli & sydera. Virgil. 1. Georgic. 67. Id est duodecim signa quibus menses cognoscimus. Seruius.
Meta cæli media. Virgil. 5. Aeneid. 166.
Iamque ferè mediam cæli nox humida metam Contigerat.
Minæ cæli pelagique. Virgil. 6. Aeneid. 23.
Morbus cæli, Corruptus & pestilens aer. Virg. 3. Georg. 94. Hîc quódam morbo cæli, miseranda coorta est Tempestas, &c.
Mos cæli varius Virgil. 1. Georg. 11.
Nubila cæli. Virgil. 4. Georgic. 34.
Olympus cæli, Id est cælum. & est pleonasmus, quum alterutrum sufficeret aut olympus, aut cælum. Virgil. 6. Aeneid. 116.
Bis patet in præceps tantum, tenditque sub vmbras,
Quantus ad ætherium cæli suspectus olympum.
Palatia cæli. Ouid. 1. Metamorpho. 37.
Particulæ cæli. Cic. 1. de Orato. 87. Egit statim cum Bucceleio quòd cumque particulæ cæli officeretur.
Plaga cæli. Lucret. lib. 1. 220. Plaga priore longa, id est percussio, & intelligit tonitrua.
Templa cæli, pro cælo ipso. Lucret. lib. 6. 247.
Regia cæli. Virgil. 1. Georg. 100. Regio, cæli, Virgil. 2. Georg. 54.
Rex cæli. Virgil. 4. Georgic. 31. Dictæo cæli regem pauĉre sub antro. Id est Iouem. De apibus loquitur.
Rabies cæli marisque, id est tempestas sequissima. Virgil. 5. Aeneid. 159.
Ruina cæli. Virgil. 1. Aeneid. 27. Fluctibus oppressos Troas cæliq; ruina.
Cæli ruina, Id est tonitribus, quorum sonus similis est ruinis. Seruius.
Spatium cæli. Virgil. eclog. 3. 21.
Spiritus cæli. Cic. 1. in Catil. 10. Potéstne tibi huius vitæ hæc lux, Catilina, aut huius spiritus cæli esse iucundus? Id est aeris.
Stellantis regia cæli. Virgil. 7. Aeneid. 47.
Sublima cæli, pro sublimum cælum. Lucret. lib. 1. 69.
At nunc per maria, ac terras, sublimaque cæli, &c.
Tectum cæli. Cælum. Horat. 1. Sermo. Saty. 5. 21.
Tempestas cæli liquidissima. Lucret. 4. 35.
Cæli cærula templa. Cicer. 1. de Diuinat. 75.
Tractus cæli. Virgil. 3. Aeneid. 28.
Vertex cæli, Altissima cæli pars. Virgil. 2. Aeneid. 46.
– sic vertice cæli
Constitit, & Libyæ defixit lumina terris. De Ioue.
Viæ cæli. Virg. 2. Georg. 96.
Me verò primùm dulces ante omnia Musæ
Accipiant, cælique vias, & sydera monstrent. Cæli vias, aut artes: aut certè circulos quibus sydera continentur. Seruius.
Altum cælum. Virg. 5. Aeneid. 144. – & cælo tandem miseratus ab alto est. Sic. 4. Georg. 46.
Apertum cælum. Virg. 8. Aeneid. 102. Vide APERIO.
Austrinum cælum. Vide AVSTER.
Bonum cælum. Vide BONVS.
Calamitosum cælum. Vide CALAMITOSVS.
Caliginosum cælum. Vide CALIGO.
Cælum capitis pro parte suprema hominis in qua est cerebrum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Captiuum cælum Ouid. 1. Metam. 38. – qua cernam quisque parabat
Inficere anguipedum captiuo brachia cælo. De gigantibus loquitur.
Coloratum cælum. Ouid. 2. Amorum, eleg. 5. 7.
Quale coloratum Tithoni coniuge cælum Subrubet. Tithoni coniuge, Hoc est Aurora.
Conuexum cælum. Ouid. 1. Metam. 6.
Ignea conuexi vis, & sine pondere cæli Emicuit.
Cælum crassum, & Tenue, contrarta. Cic. de Fato. 12.
Dubium cælum. Virg. 1. Georg. 51.
Hinc tempestates dubio prædiscere cælo Possumus. Dubio, quòd nunc prospera, nunc aduersa ingerit. Seruius.
Eoum cælum, Regio cæli quæ ad Orientem vergit. Ouid. 4. Metam. 40.
– modò surgis Eoo
Temporius cælo, modò serius incidis vndis. De Sole.
Fulgentis imago cæli. Ouid. 2. Meram. 4.
Gratissimus cælo amnis. Virg. 8. Aeneid. 13. De Tybri loquitur.
Illustre cælum, Clarum & serenum. Valer. 6. Argonaut. 106.
Immensum cælum. Ouid. 2. Metam. 32.
Cælum immite & turbidum. Vide IMMITIS.
Inclinatio cæli. Vide INCLINO.
Italum cælum, Italiæ regio. Horat. 2. Carm. 7. 1.
Liberum cælum. Vide LIBER.
Cælo libero permittere. Quintil. lib. 2. cap. 6. 5. Fœtus auium quum visi sunt adulti, paulum egredi nidis & circumolare sedem illã præcedentes ipsę docétq; expertas vires libero cælo, suq; ipsorũ fiducię permittũt.
Liquidum cælum, id est purum. Virg. 1. Metam. 5.
Magni palatia cæli. Ouid. 1. Metam. 37.
Nigrius cælum pice. Ouid. epist. 17. 2.
Ipsa vides cælum pice nigrius, & freta ventis
Turbida, perque cauas vix adeunda rates.
Niuale cælum. Vide NIX.
Obscurum cælum. Virg. 3. Aeneid. 117.
Pacatum nitet cælum. Lucret. lib. 1. 2.
Pacatumque nitet diffuso lumine cælum. Pacatum, Serenum.
Cælum ex omni parte patens atq; apertum intueri. Cic. 1. de Diuinat. 3.
Pendens cælum. Ouid. 7. Metam. 118.
Membraque pendentis tendunt ad sydera cæli.
Piceum cælum. Valer. 1. Argonaut. 124. – ruit igneus æther
Cum tonitru, piceoq; premit nox omnia cælo. Id est nigro & tenebroso.
Placidum cælum, Tranquillum. Silius lib. 12. 134.
Prælati regia cæli. Lucan. lib. 1. 10. Prælati, valde lati.
Prærupti vertex cæli. Valer. 2. Argonaut. 18.
Profundum cælum, id est sublime. Virg. eclog. 4. 11.
Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum.
Porta cæli. Virg. 3. Georg. 52.
Prompta cæli. Lucret. lib. 6. 164.
Purum cælum. Cic. 1. de Diuinat. 211.
Repurgatum cælum. Ouid. 5. Metam. 58.
Fulsa repurgato fugiebant nubila cælo.
Rotundum cælum. Cic. 3. Offic. 98.
Salubre cælum. Cic. 1. de Diuinat. 211.
Serenum cælum. Virg. 1. Georg. 47.
Stellans cælum, Stellis fulgens. Lucret. lib. 4. 43.
Stelliferum cælum. Cic. de Somnio Scip. 17. Quum ob causam summus ille cæli stelliferi curtus, cuius conuersio est incitatior, acuto & excitato mouetur sono.
Sublime cælum. Ouid. 6. Fast. 143.
Sydereum cælum. Ouid. 10. Metam. 28.
Tacito cælo labentia sydera. Virg. 3. Aeneid. 103.
Tacta de cælo quercus. Virg. eclog. 1. 4. Id est afflata, & leuiter fulminata. Seruius.
Cælum tenue & purum, salubre. Cic. 1. de Diuinat. 211. Sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cælum esse tenue, purumque & propterea salubre.
Non trastabile cælum. Virgil. 4. Aeneid. 11.
Id est cuius tempestati resistere nullo pacto possumus.
Vacuum cælum, pro aere. Virgil. 5. Aeneid. 102.
Iam vacuo lætam cælo speculatus & alis
Plaudentem nigra figit sub nube columbam.
Varium cælum, Id est variè depictum, variisque ornatum syderibus. Ouidius 2. Metamorpho. 39.
Sparsa quoque in vario passim miracula cælo,
Vastarumque vider trepidas simulachra ferarum.
Varians cælum. Plin. lib. 14. cap. 2. 7. Impatiens variantis cæli, sed contra tenorem vnum algoris æstúsue constans.
Viride cælum. Plinius lib. 17. ca. 10. 14. Viridi cælo serantur, ac sine aura.
¶ Accipere cælo aliquem, id est in deorum concilium recipere. Virgil. 1. Aeneid. 59. de Iulio Cæsare ad venerem verba Iouis,
Hunc tu olim cælo spoliis Orientis onustum
Accipies secura. Ouid. 14. Metamorpho. 165.
– quem si modò posse videre
Fata semel dederint, cælum accepisse videbor.
Aequare cælo. Virgil. 4. Aeneid. 18. – æquataque machina cælo.
Aequare cælum. Ouid. 11. Metamorpho. 100.
– cælumque æquare videtur Pontus.
Allegere cælo. Seneca in Agamemn. 9. 2.
Tuus ille bisseno meruit labore
Allegi cælo magnus Alcides.
Aperitur cælum. Vide APERIO.
Arcem cæli annuere alicui. Virgil. 1. Aeneid. 51.
– cæli quibus annuis arcem.
Asserere aliquem cælo. Vide ASSERO.
Digito cælum attingere, Est vehementer laudari, & felicem esse: vel, vt vult Budæus, magnum esse virum. Cicer. ad Atticum, lib. 2. 16. 14. Nostri autem principes digito se cælum putent attingere, si multi barbati in piscinis sunt, qui ad manum accedant.
In cælum attollere. Vide ATTOLLO.
Auferre cælum dicitur nox. Virgil. 3. Aeneid. 40.
– & nox humida cælum Abstulit.
Beare cælo. Horat. 4. Carm. 8. ode 6. Cælo musa beat.
Ceciderunt cælo fulgura. Virgil. 1. Georg. 47. Cælo, de cælo.
Ciere cælum tonitru. Virgil. 4. Aeneid. 25.
Circumtegit omnia cælum. Lucretius lib. 1. 215.
Comprimere cælum. Lucretius 1. 14. – nec minitanti
Murmure compressit cælum.
Condere cælum vmbra, dicitur Deus. Virgil. 6. Aeneid. 54.
– vbi cælum condidit vmbra Iuppiter.
Contristare cælum pluuio frigore, dicitur Auster. Virgil. 3. Aeneid. 55.
– aut vnde nigerrimus Auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore cælum.
Conuertere cælos. Lucretius lib. 2. 220. Quis pariter cælos omnes conuertere? supple potis est.
Corrumpere cælũ. Vlpianus in L. Si cuius. Inde quæsitũ. ff. de Vsufructu, & quemadmodũ quis vtatur & fruatur. Si tẽ q̃ instituit vsumfructuarius aut cælum corrumpant agri, &c. non videtur boni viri arbitratu frui.
Credere se cælo. Id est committere. Virgil. 6. Aeneid. 3. Præpetibus pennis ausus se credere cælo. quasi alienis sedibus. Seruius.
Decedere cælo dicitur vmbra. Virgil. 8. eclog. 3.
Frigida vix cælo noctis decesserat vmbra.
Deducere Lunam cælo. Virgil. eclog. 8. 14.
Delapsus cælo. Virgil. 5. Aeneid. 142.
Nimbos demittere cælo. Ouid. 1. Metamorpho. 53.
Imbres cælo demittere. Ouid. 2. Metamorpho. 62.
Meatus cæli radio describere. Virgil. 6. Aeneid. 170.
Detrahere de cælo. Cicero 2. Philipp. 104. Collegam quidem de cælo detraxisti. Id est ex magna gloria deturbasti, inquit Budęus.
Honore cæli dignari aliquem. Ouid. 1. Metamorpho. 40. Verba Iouis de Satyris & Faunis,
Quos quoniam cæli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certè terras habitare sinamus.
Discedere cælum dicitur. Cicero 1. de Diuinatiõe 161. Et deorum simulachra sudauisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse cælum. Hoc est scissum fuisse & apertum, & velut hiatum fecisse.
Dare sonitum cælo. Virgil. 2. Georgic. 62.
– frondesque elapsus in altas
Ingentem cælo sonitum dedit.
Ducere de cælo animam. Cicer. pro Sex. Rosc. Amerino 43. Ita viuunt dum possunt, vt ducere animam de cælo non queant. Eadem verba reperita sunt in Oratore 57.
Educere molem cælo, Id est vsque ad cælum. Virg. 2. Aeneid. 38. de equo Troiano. Idem 6. Aeneid. 36. – aramque sepulchri
Congerere arboribus, cæloque educere certant.
Ad cælum efferre aliquem rumore. Horat. 1. Epistо. 10. 2. Rumore id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

fama,& magnis laudibus.
Ie clamor cælo, In cælum.Virgil.5.Aeneid.90.
Eripiunt cælum nubes,Id est lucem.Virgil.1.Aeneid.19.
Exæquare cælo aliquem.Lucretius libro 1.16.
– nos exæquat victoria cælo.
Exit ad cælum ramis felicibus arbos, Id est excreuit altissimè. Virgilius 2.Georgic.17.
Ire cælum ferre,pro Valde laudare,& quod Virg.dicit,Fama super æthera ferre,& notum facere.Cicero ad Atticum,lib.4. ep. 3. Nosti genus dialogorum meorum,vt in oratoriis,quos tu in cælum fers,&c.
Per cælum ferri.Virgil.1.Georgic.80. Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.Per cælum,per aerem.
Findetur cælum aratro.Ouidius 1.Trist.eleg.7.1.
Terra feret stellas, cælum findetur aratro,
Vnda dabit flammas,& dabit ignis aquas. Prouerbiales sunt poetarum locutiones de rebus non verisimilibus,aut quæ fieri nequeunt.
De cælo aeris crassitudo.Cicc.1.de Diuinat.153. Quodque propter aeris crassitudinem de cælo apud eos multa fiebant.
Fugere cælum,id est lucem.Virgil.3.Georg.83.
Immissa cælo sydera.Virgil.2.Georg.69.Cælo,datiuus,in cælum.
Implere cælum questibus. Virgil.9.Aeneid.100.
Inficere cælum Iris dicitur,id est pingere & colorare. Ouid.6. Met.2.13.
Qualis ab imbre sõler percussus solibus arcus,
Inficere ingenti longum curuamine cælum.
Inuadere cælum,pro adire cælum quasi vadere in cælum.Seneca in Hercule Oeth.1.15. Inuasit omnis eccè iam cælum fera,
De animalibus intelligit in sydera mutatis.
Irrigat cælum candore Sol.Lucret.lib.5.57.
Labuntur cælo stellæ.Virgil.1.Georg.74. Cælo,de cælo.
Ludunt examina cælo.Virgil.4.Georg.21. de apibus. Cælo,in aere.
Minari in cælum,pro eminere ad cælum vsque.Virgil.1.Aeneid.34.
– geminique minantur
In cælum scopuli. Seruius.
Miscere cælum terramque.Virgil.1.Aeneid.28.
Miscere cælo maria.Virgil.5.Aeneid.157. – maria omnia cælo
Miscuit,Aeolus nequicquam freta procellis. Id est mare vsque ad cælum fluctibus excitat.
Miscetur murmure cælum.Virgil.4.Aeneid.32. Periphrasis est tonitrus.
Mutare cælum.Horat.1.Epist.11.6. Cælum,non animum mutant qui trans mare currunt.
Sufferre manus ad cælum,Id est extollere.Horatius 2.Sermo.5.saty.20.
Negatur cælum mihi.Seneca in Hercule Oeth.1.2.
Morem cæli varium prædiscere. Virgil.1.Georg.11. Hoc est vt Seruius exponit,Debes cæli, id est aeris qualitatem nosse, vtrum pluuiis gaudeat,an tepore, vel frigore.
Patet tibi cælum,id est in cælum admitteris.Ouid.6.Fast.143.
Ianque tibi Pollux cælum sublime patebat.
Penetrare in cælum.Vide PENETRO.
Petere cælum stultitia.Horat.1.Carm.ode 3.8.
Potens cælo Ereboque.Virgil.6.Aeneid.50. Sic vocat Hecaten.
Recludit cælum æstiua luce,de Sole inquit Virgilius 4.Georg. 11.
– vbi pulsam hyemem Sol aureus egit
Sub terras,cælumque æstiua luce reclusit.
Rigare cælum sol dicitur,quasi flammis cælum conspergere. Lucretius libro 4.41. – Solis vti lux,
Ac vapor,hæc puncto cernuntur lapsa diei
Per totum cæli spatium diffundere sese:
Perque volare mare,ac terras,cælumque rigare.
Soluere cælum in tartara.Virgil.12.Aeneid.41.
– si tellurem effundar in vndas
Diluuio miscens,cælumue in tartara soluat.
Spectare cælum.Ouid.10.Metamorpho.28.
Serenare cælum.De Ione dicitur.Virgil.1.Aeneid.52.
Seruare de cælo.Vide SERVO.
Sperare cælum,Honores cæleſtes.Virgil.4.Georg.65.
– quid me cælum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,&c.
Subrubere cælum dicitur.Ouid.2.Amor.5.eleg.7.
Succedere cælo,Subire cælum.Virgil.4.Georg.46.
In cælo esse,pro gloriari,& ex aliorum laudibus aut præconiis ac beneficiis maximam sibi comparare gloriam.Cicero ad Atticum,lib.2.ep.2.
Si verò quæ de me pacta sunt,ea non seruantur, in cælo sum. Eidem libro.2.ep.3.Bibulus in cælo est,nec quare sciosed ita laudatur quasi vnus homo nobis cunctando restituit rem. Item lib.2.ep.3.Bibulus hominum admiratione & beneuolentia in cælo est:edicta eius & conciones describunt. Et ad eundem lib.14.ep.2.
Suspicere cælum.Virgil.1.Georg.75. – aut bucula cælum
Suspiciens,patulis captauit naribus auras.
Tendere ad cælum lumina,Suspicere in cælum.Virgil.2.Aeneid.61.

Tendere cælo palmas,Ad cælum.Virgil.2.Aeneid.137.
Tenere cælum,pro esse in cælo.Ouid.lib.2.Metamorpho.50.
– pro me tenet altera cælum.
Porta tonat cæli.Virgil.1.Georg.52. Porta cæli,id est aer nubibus plenus,per quem iter in cælum est. Seruius.
Torquere cælum apud poetas solius est Iouis.Virgil.4.Aeneid.54.
Cælum & terras qui numine torquet. Torquet id est regit, sustinet. Seruius. Dicitur & de Atlante,à quo fabulantur poetæ cælum sustineri.Virgil.6.Aeneid.160. – vbi cælifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Vertitur cælum. Virgil. 2 Aeneid. 50. Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox.Vertitur,id est in aliam faciem commutatur. Aliàs enim hoc epitheton cæli perpetuum est. Ideoque subiungit, Ruit Oceano nox. Hæc ferè seruius.
Medio cæli volat.Virgil.4.Aeneid.37.
Teste cælo viuere.Id est in aperto,ita vt nihil clàm esse velis eorum quæ agas.Seneca in Hippol.4.34. – æthera ac lucem petit,
Et teste cælo viuit.
Cæleſtis,& hoc cæleſte,(οὐράνιος,) Quod ex cælo est,vt Cæleſtis arcus. Plinius lib.12.cap.24.2. Cæleſtes dii,Liu.lib.1.ab Vrbe 143.
Animi cæleſtes.Virgil.lib.1.Aeneid.3. Tantæne animis cæleſtibus iræ? Id est diis superis. Seruius.
Cæleſtes aquæ.Liu.lib.4.ab Vrbe 129. Siccitate eo anno plurimum laboratum est:nec cæleſtes modò defuerunt aquæ:sed terra quoque ingenito humore egens. Horatius 3.Carm.10.4.Et 2.Epist.1.28.
Aula cæleſtis.Ouid.1.Fast.28.
Dona cæleſtia.Virgil.lib.4.Georg.1.
Flammæ cæleſtes.Lucret.lib.5.220. Multa videmus enim cæleſtibus in cita flammis Fulgere,
Cæleſtis fulminis ignis.Lucret.lib.2.77.
Cæleſtis ira,pro Dei ira. Liuius lib.2.ab Vrbe 156. Seneca in Hercule Oeth.4.42.
Mens cæleſtis,Diuinat.Ouid.1.Fast.107.
Monitis cæleſtibus aliquid agere,Id est diuorum iussu.Ouid.14.Met.59.
– monitisque simul cæleſtibus intrat
Ille domum Circes.De Vlysse.
Nectar cæleſte.Ouid.4.Metamorpho.51.
Origo cæleſtis.Virgil.6.Aeneid.146.
Cæleſtis ortus.Quintil.lib.3.cap.7.4.
Pabula cæleſtia.Ouid.4.Metamorpho.44.
Sic ambrosiam vocat,pabulum equorum Solis.
Plagæ cæleſtes,Regio cæleſtis.Ouid.12.Metamor.8.
Prodigia cæleſtia,E cælo nata,aut cæleſtium ira.Virgil.6.Aeneid.76.
Regnum cæleſte.Ouid.1.Metamor.31.
Cæleſtes religiones.Tacit.li.1.5.25.Cæterum sepultura more perfecta, templum & cæleſtes religiones decernuntur.
Sapientia cæleſtis.Horat.1.Epist.3.6.Quæ à cæleſtibus originem duxit.
Semine cæleſti oriundus.Lucret.lib.2.198.
Solum cæleſte.Ouid.1.Metamorpho.16.
Stirpe cæleſti creatus.Ouid.1.Metamorpho.153.
Vir cæleſtis.Ouid.1.Trist.eleg.3.8.Sic vocat Augustum.
Cæleſtem in dicendo virum vocat Ciceronem Quintil.lib.10.cap.1.
Vis cæleſtis. Cicc. 2. de Diuinat. 139. Vt si iam comedamus aliquid, vim cæleſtem ad eos qui in terra gignũtur ptinere,cõfitẽdũ sit illis,&c.
Inusus cæleſtibus,Quem superi oderunt.Virgil.1.Aeneid.79.
Mater cæleſtũm,Cybele mater Deorum.Ouid.4.Fast.56.
Munus cæleſtũm,Id est deorum. Cæleſtum,pro cæleſtium.Statius lib.1. Sylu.2.42.
Templa cæleſtum. Lucret.lib.6.256.
Voluntas cæleſtium.Cicc.4.Philipp.159. Si enim tantus consensus conuium siue impulsu deorum esse non potuit,quid est quòd de voluntate cæleſtium dubitare possumus?
Iniquos cæleſtes facere,Id est iratos reddere.Ouid.episto.8.18.
Quæ mea cæleſtes iniuria fecit iniquos?
Colere cæleſtes. Cicc.1.de Leg.31. Diuos,& eos qui cæleſtes semper habiti, coluntо.
Tentare cæleſtia,id est aggredi res honore cæleſti & immortalitate dignas.Horat.1.Episto.18.7.
Res gerere,& captos ostendere ciuibus hostes,
Attingit solium Iouis,& cæleſtia tentat.
Cælicola,pen.corre.com.gen.(ὐρανίων,) Habitator cæli.Virgil.2. Aeneid. Me si cælicolæ voluissent ducere vitam.
Omnes cælicolæ,omnes supera astra tenentes.Virgil.6.Aeneid.158.
Genitrix cælicolũm,pro Cælicolarum,Cybele.Silius lib.17.8.
Maxima cælicolũm Iuno.Catul.63.28.
Rex cælicolũm,Iuppiter.Virgil.3.Aeneid.5.
Cælifer,penul.corre.dicitur Atlas,quem poetæ fingunt cælum sustinere. Virgilius 6.Aeneidos 159. – vbi cælifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Ouid.5.Fast.17.

Manus cælifera.De Hercule.Seneca in Hercule furente.7.1.
Cælites,cælitum, penult.corr. (οὐράνιοι,) Qui cœlum habitant. Ennius apud Ciceronem.1.de Diuinat.156.Ego Deũm genus esse semper dixi,& dicam cælitum.Idem in Somnio Scipionis.1.Et grates,inquit,tibi ago summe Sol,vobisque reliqui cælites.Plin.lib.7.cap.33.Diuinitas & quædã cælitum societas nobilissima ex fœminis in Sibylla fuit.
Creator cælitum.epitheton Iouis.Seneca in Hippoly.8.5.Te te creator cælitum testem inuoco.
Gratiam reddere cælitibus.Tibul.lib.2.eleg.1.8.
Cælite, singulari numero, casu auferendi, legitur apud Ouidium 4. de Ponto,eleg.6.4.
Quale tamen potui de cælite Brute recenti
Vestra procul posito carmen in ora dedi. Cælitem vocat Augustum.
Regnis cælitibus pulsos. Id est cæleſtibus.Ouid.1.Fast.8. Huius nominatiuus Cælitis esset,si vsquam inueniretur.
CAELVS, Pater Saturni.
Cæmentum, (χάραξις,) Budæus, Suat alterius generis lapides rudes & informes, quæ cæmenta vocantur, quinces,quas artifices gambas appellant.Vtuntur & his lapidibus ad parietes villaticos extruendos.Hoc genus structuræ incertum est,& sine vsu statę,quasi lapide temerè inuento constructum. Hactenus Budæus. Liuius.1.bel.Pun.43.Nec erat difficile imbrium subruere,quòd cæmenta non calce durata erant,sed interlita luto,structuræ antiquæ genere. Cicc. pro Domo sua.43. Cæmentis ac tignis rectorum meorum se famam suam expleturas putauerunt. Idem ad Quintrem,lib.3.ep.4.13. Quid si cæmentum bonum non haberem deturbem ædificium? Item 2.de Diuinat.148.Et pro Milone.55.Horat.3.Carm.ode.1.7.
– huc frequens
Cementa demittit redemptor Cum famulis.
Cæmentum,Opus ipsum constructum cæmentis. Plin.lib.36.cap.22.15.
Ereliquis pallidus,in cæmento rarò vtilis. Globosus, contra iniurias fortis,sed ad structuram infidelis,nisi multa sustinentione deuinctus.
Cæmentum inolle.Vitruuius lib.2. Vide ORDINARIVS.
Cæmenta,fœminino genere. Ennius, Labar, labuntur saxa, cæmenta cadit. Nonius.
Cæmentitius, Adiectiuum, (χαλκεύω,) Quod cæmento constructum est.Vitruuius lib.2.cap.8.Itaque pilis lapideis,structuris testaceis,parietibus cæmentitiis,altitudines extructæ.
Cæmentitia fundamenta.Iabolenus in L.Qui domum.ff.Locati.Vicinus quum ædificaret in suo,terram in eam arcam,amplius quàm fundamenta cæmentitia erant,coegerit,&c.
Cæmentitius riuus.Vlpianus in L.Seruius.ff.de Riuis. Seruius & Labeo scribunt,si riuum qui ab initio terrenus fuerit,aquam non continebat, cæmentitium velit facere:audiendum esse.
CAENE, (κοινὴ,) Vrbs circa sinum Laconiæ, Tænaron antè vocata. Hinc Cænites portus apud Plinium lib.4.cap.5. Et Cæneus dictus est Iuppiter ab Ouidio.
CAENE, Parua quædam insula in mari Siculo, in Africam versa,cui vicina est Gaulos & Melite,Plinio scribitor lib.3.cap.8.
CAENEVS, Duarum syllabarum, (καινεύς,) Vide CAENIS.
CAENICA, Thraciæ regio, Plinio authore lib.4.cap.11. Intus Byzia arx regum Thraciæ, à Terei nefasto crimine inuisa arundinibus:regio Cænica,colonia Flauiopolis,&c.
CAENINA, Inter clara Latii oppida Plinio numeratur lib.3.cap.5.
CAENITES, pen.prod. Achaiæ portus est,sinus Saronicus,olim querno nemore redimitus,vt author est Plinius lib.4.cap.5.
CAENIS, Italiæ promontorium est, quæ aduersum habet & oppositi Pelorum in Sicilia, XII stadiorum interuallo. Author Plinius lib.3.ca.6.
CAENIS, (καινὶς,) Elathei Lapithæ fuit filia, quæ à Neptuno compressa hoc præmii petiit,vt in virum mutaretur:quòd adeò non ægre à deo impetrauit,vt etiam inuulnerabilem esse voluerit,vocatáq; fuit Cæneus. Tandem in tumultu Lapitharum contra Centauros, quum ferro occidi non posset, arborum congesto aggere oppressa & suffocata, Neptuni beneficio in auem mutata est. Fabulam habet Ouidius lib.12.Metam.35. Nestor apud Ouidium lib.12.Metam.35.
– vestro fuit vnicus æno
Contemptor ferri,nulloque forabilis ictu
Cycnus:at ipse olim patientem vulnera mille
Corpore non læso Perrhæbum Cæneà vidi.
Cænea Perrhæbum,qui factis melytus Othryn
Incoluit,quoque id mirum magis esset in illo,
Fœmina natus erat,&c. Virg.lib.6.Aeneid.90.
– & inuenis quondam,nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.
Cæni,vocandi casus à nominatiuo Cænis.Ouid.12.Metam.95.
Eqtee Cæni feram?
Caepe, Vide CEPE.

Caepi, (ἔσχηκα,) Præteritum à capio, capis. Scribitur & sine diphthongo.
Caera, cæræ. Vide CERA.
CAERE,neu.gen. (κοιρέα,Strabo,κῶμαι, Steph. in ἐγγύλλαι, κοιρή, Stephan.) Indeclinabile,vt apud Liuium 5.ab Vrbe 183.vel Cæres,cæritis,penul.correp.apud Virgilium: oppidum fuit Tusciæ,non longè à Tarquiniis,quondam Agylla nominabatur,quæ à Pelasgis è Thessalia profectis condita fertur. Testis Plinius lib.3.cap.5.14. Liuius Decad.1.lib.5.L.Albinus virgines sacraque in plaustrum imposuit:& Cere,quò iter facerdotibus erat,peruexit. Iterum eiusdem Decad.lib.7. Plin.lib.3.cap.5.13.Cæretanus amnis,& ipsum Cære. Virgil.8. Aeneid.120. Est ingens gelidum Lucus prope Ceritis amnem Religione patrum latè sacer. Verùm tam splendida, tamque gloriosa quondam ciuitas,vix dùm hac ætate vrbis vestigia seruat. Vicina sanè magis fulgent balnea,quæ vulgò Cæretana vocantur, propter eos qui ad ea curandæ valetudinis gratia proficiscuntur.Hæc ex Straboms libro 5. Dictum est autem Cere,quòd quum Galli illam vrbem oppugnarent,missique fuissent à principe exercitus,quidam militer qui nomen vrbis ex primo quoque incola sciscitarentur:isque qui factus illis esset obuiam,non intelligens quod quærerent, optata illis felicitate vt solent salutantes.dixisset Græcam vocem χαῖρε,illarum occurrentes Galli responderunt tale vrbi esse nomen. Valerius Maximus. Historia tamen paulo aliter narratur à Seruio in libro 8. Aeneid. 120. Vide Agylla. Dicitur & Ceritе,Ceritis,n.g.pen.prod.pro eodem.Virgil.10. Aeneid.183. Qui Cerete domo,qui sunt Minionis in aruis. Ac si diceret,Qui sunt domo Carthagine.Seruius.Valer.Maximus lib.1.cap.1. Virgines & sacra imposita Cærete oppidum peruexit.
Cæretanus amnis,ad Cære vrbem,authore Plinio lib.3.cap.5.14.
Cærites, (κοιρίται,Strabo,) qui ex oppido Cære erant, Gellio lib.16. cap.13. Primos autem municipes sine suffragii iure,Cerites esse factos accepimus:concessumque illis,vt ciuitatis Romanæ honorem qui dem caperent,sed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis,custoditisque.Hinc tabulæ Cærites appellatæ versa vice,in quas CENSS. referri iubebant quos notæ causa suffragiis priuabant. Liu.1.Decad.lib.7. Cæritem populum Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat.Ibidem, Prædæque partem in Ceritum fines auectam.Paulo pòst,Itaque pax populo Ceriti data.
Caeremonia, cæremoniæ, (ἐυσέβεια,) & Cerimoniæ, cæremoniarum.dicuntur ritus sacri. Festus, Cæremoniarum causam alii ab oppido Cære dictam existimant:alii à caritate dictam indicant. Liuius libro 5.ab Vrbe 183.de L.Albino quodam de plebe Romana homine loquitur qui virgines sacraque Cære plaustro peruexit:vnde quidam cæremonias dictas existimant. Sabinus apud Gellium lib.4.cap.10.à carendo deducit. Cæsar 7.bel.Gal.7. Quod more eorum grauissima cæremonia continetur. Cicc.1.Tuscular.45. Tum è pontificio iure,& cæremoniis sepulchrorum intelligi licet. Cicc.de Lege Agrar.51. Domitius quod per cæremonias populi fieri non poterat,ratione affectus est.
Promptus animus ad capessendas cæremonias.Tacit.lib.4.83.9.
Scientię cæremoniarumque vetus.Tacit.lib.5.
Cæremoniæ religionesque in deos.Cicc.1.de Legibus 64.& 2.86. Tocaque huius iuris compositio pontificalis,magnam religionem, cæremoniamque declarat.
Cæremoniæ denariæ & tricenariæ dicebantur, quibus sacra adituris, decem continuis rebus, vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat. Festus.
Facere ludos maxima cum cæremonia.Cicc.7.in Verrem 19.
Polluere cæremoniam.Tacit.lib.14.Videbatur potus sacros & cæremoniam loci corpore toto pollusse.
Cæremoniam legationis,quasi sanctitatem & religionem,Cicero Metaphoricè dixit,de mandati iudicio loquens,pro Roscio Amerino 67. Qui non negligentia priuatum aliquod commodum læserit, sed perfidia legationis ipsius,cæremoniã pollauerit,maculáq; affecerit.Budæus.
Cæres,ceritis.Vide CAERE.
Cæretanus amnis.Vide CAERE.
Cærere,ceretis.Vide CAERE.
CAERETVM, Vmbriæ oppidum est inter Spoletì & Nursiam, à quo Cæretani appellantur:totum orbem vado quodam ac turpi superstitionis genere ludificantes:ob quam causam ferè continuè peregrinantur, familia atque vxoribus domi relictis.Quod nomen nunc quoq; apud Italos inualuit,vt Cæretani vulgò vocentur, qui lyra & versibus quibusdam ac nugis confictis populo imponunt.
Caeruleus, (γλαυκὸς,κυάνεος,) Adiectiuum,quasi celuleus. vnde etiam cumarilis color,quòd Græci κῦματα,fluctus vocat. Propertius, Ceruleus cucumis,tumidoque cucurbita ventre.
Angues cærulei.Virgil.4.Georg.96.
Aqua cærulea.Ouid.8.Metamorpho.46.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cærulea bacca. Plin. lib. 15. cap. 30. 2.
Color cæruleus. Virgil. 1. Georg. 90.
Cæruleus color, & aquæ marinæ non idem est, vt patet ex Celso lib. 7.
Vbi de suffusione loquitur. Budęus.
Dei cærulei. Ouid. 2. Metamorpho. 2.
Cæruleos habet vnda deos.
Draco cæruleus. Ouid. 12. Metamorpho. 3.
Fratrem cæruleum Iouis, Neptunum vocat Ouid. 1. Metam. 56.
Nec cœlo contenta suo est Iouis Ira, sed illum
Cærulus frater iuuat auxiliaribus vndis.
Glacies cærulea. Virgil. 1. Georgic. 48.
Guttæ cæruleæ, Notæ siue maculæ. Ouid. 4. Metamorpho. 116.
Duratæque cuti squamas increscere sentit,
Nigraque cæruleis variari corpora guttis.
Imber cæruleus. Virgilius 5. Aeneid. 2. Stat. 5. Thebaid. 78.
Mare cæruleum. Seneca in Hippol. 12. 1.
Mors cærulea. Ouidius ad Liuiam 19.
Cærulea nauis. Virgil. 5. Aeneid. 25.
Centauro inuehitur magna Scyllaque Cloanthus
Cærulea. Vbi Seruius, Cærulea, aut nigra, aut alta carina.
Cæruleæ notæ. Virgil. 5. Aeneid. 16.
Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incēdebat fulgor. Vbi Seruius, Cæruleę notæ, & fulgor auro variatus incendebat, id est, illustrabat.
Nubes cærulea. Cice. in Arato 24.
Ipseque cærulea contectus nube feretur.
Cærulei oculi Neptuni. Cice. 1. de Natu. deorum 112.
Cærulea pistrix. Cice. in Arato 32.
Cæruleaque feram caudam pistricis.
Pontus cæruleus. Virgil. 12. Aeneid. 37.
Pubes cærulea Germaniæ. Horatius Epod. 16. 2.
Nec fera cærulea domuit Germania pube.
Cæruleam vocari dicunt interpretes, ob cæruleum oculorum colorem, omnibus fere Germanis communem. Bonfinius de glasto intelligi mauult. Vide ipsius in Horatium annotationes.
Serpens cæruleus. Ouid. 3. Metamorpho. 8.
Cæruleus Tybris, pro alto siue profundo. Virgil. 8. Aeneid. 13. Cæruleus Tybris, cœlo gratissimus amnis. Ita enim natura comparatum est vt quæ aqua pauca est & maximè fluens, albescat magis: quæ autem alta & profunda ac tranquilla, magis ad glaucum & cæruleum colorem transeat, qui ex densitate albi ac nigri fieri solet & veluti multa reuerberatione lucida coloris albi.
Vittæ cæruleæ. Virgil. 3. Aeneid. 13. –stant Manibus aræ.
Cæruleis mœstæ vittis, atraque cupresso.
Cærulus, penul. correp. Adiectiuum, (κυάνεος,) Idem quod Cæruleus. Catul. Cærula verrentes abienis æquora palmis. Et apud Virgilium, Cærula freta, lib. 10. Aeneid. 15.
Ore cærulus, Cæruleum habens os. Ouid. 15. Metamorpho. 190.
Qui nisi quòd maior, quòd toto cærulus ore est, Acis erat.
Amnis cærulus. Stat. lib. 1. Syl. 5. 11.
Cærula astra. Cice. in Arato 17.
Cærula vestigat finita in partibus astra.
Colla cærula. Virgil. 2. Aeneid. 76. de Angue loquitur.
Coma cærula. Ouid. 11. Metamorpho. 32. de Tmolo monte.
Ficus baccis cærula. Ouid. 10. Metamorpho. 10.
Forma cærula maris. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11. 3.
Freta cærula. Virgil. 10. Aeneid. 42.
Grex cærulus Nereidum. Seneca in Hippol. 3. 13.
Lacus cærulus. Claudian. epigram. 5. 6.
Nota cærula. Seneca in Hippol. 10. 11.
Olearum cærula plaga. Lucret. lib. 5. 276. Plagam priore breui, regionem quandam, aut tractum oleis insitum intelligit quarum fructus cęruleo sunt colore.
Ad cæli cærula templa. Cice. 1. de Diuinat. 75.
¶ Spumabant cærula, apud Virgilium 8. Aeneid. 132.
Hæc inter tumidi latè maris ibat imago
Aureasfed fluctu spumabât cærula cano. Cærula id est maria. Seruius.
Verrunt cærula, apud Virgilium 3. Aeneid. 42. Aduxi torquent spumas, & cærula verrunt. Subaudiendum freta aut huiusmodi aliud. Idem est 4. Aeneid. 117. Potest etiam substantiuè accipi pro mari.

Cæsa, cæsæ, Gallicum telum. Varr. Qui gladiis cinctis sine scutis, cū binis cæsis essent. Hæc & Gallorum lingua, gæsa dicuntur. Vnde & viros fortes Galli gæsos vocant. Virgil. 8. Aeneid. 130.
–alpina coruscant Gæsa manu. Id est hastas viriles. Seruius. Alii tamen sine diphthongo scribunt Gesa.

CAESAR, (καισαρ,) Cæsarum familia Iuliis adscita est, qui ex Iulo Ascanio descenderunt, authore Virgilio lib. Aeneid. 6. 59. Iulius, à mago demissum nomen Iulo. Cæsar autem à cæso matris vtero, quos aspicatius dicit Plin. lib. 7. ca. 9. nasci, quàm eos qui in pedes nascuntur.

eaque de causa Scipionem Africanum malorem Cæsarem cognominatum esse. Spartianus verò & item Seruius grammaticus dicunt vocatū primum hoc nomine Cæsaris auum, qui in Africa elephantum interfecit, Cęsarem appellatum lingua Punica Certè Iulius Cęsar, à quo familia Cęsarū posthea ppagata est, nō est natus cæso vtero materno, q matrem Aureliam habuit, quam amisit quum in Gallia bellum gereret: cui ius etiam pater Cęsar est nuncupatus, qui prætura functus Pisis obiit. Hic Iulius Cæsar omnem Galliam quæ à saltu Pyrenæo alpibusque & monte Gebenna fluminibusque Rhodano & Rheno continentur, nouem annis in prouincię formam redegit. Hic Germanos qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus est & Britannos, ignotos antea, superatisque pecuniis & obsides imperauit: In Italia, Picenū, Vmbriam, Heturiam occupauit. Appellatis de Republica patribus, validissimas Pompeii copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio & L. Affranio & M. Var. in Hispania erant, inuasit. In Macedonia deuicit Pompeium cum Ptolemæo rege. In Ponto deuicit Mithridatem. In Aphrica deuicit Scipionem & Iubam. In Hispania liberos Pompeii. Triumphauit quinquies, primum de Gallia, postea de Alexandria, deinde de Ponto, de Aphrica, & de Hispania. liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos, de quibus Suetonius.
Cæsar quid ab Augusto differat. Vide in dictione Cęsar.
Cæsares, plurale. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 21. –pro quo
Cæsare thura pia, Cęsaribusque dedi.
Altus Cæsar, Insignis, excellens. Horat. 3. Carm. ode 4. 8.
Custos rerum Cæsar. Horat. 4. Carm. 15. 4.
Egregii Cęsaris laudes. Horat. 1. Carm. 6. 3.
Inuicti Cęsaris res, id est gesta. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 3.
Principe Cęsare, id est regnante Cęsare. Horat. 1. Carm. ode 21. 3.
Magnus Cęsar. Virgil. 4. Georg. 112. Catul. epigram. 11. 19.
Maximus Cęsar. Virgil. 2. Georg. 34.
Cęsares item duo fratres: Dictatoris pater & patruus, eodem ferè tpe nullis euidentibus causis extinctis alter pater Pisis dum calcinatur, matutino moritur: alter Romæ. Plinius lib. 7. cap. 53. 2. Cæsares alii duo. C. & L. Ex iis Caius poeta tragicus fuit & orator, vt testatur Pædianus, frater vterinus Catulli oratoris, vterque in lib. 2. de Oratore à Ciceronе introducitur. Cicero etiam in Bruto 92. C. Cęsaris meminit his verbis, C. Iulius L. F. & superioribus, & æqualibus suis omnibus præfert, oratorque fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo vnquam venustate, nemo lepōre, nemo suauitate conditior. Sunt eius aliquot orationes: ex quibus. sicut ex eiusdem tragœdiis, lenitas eius sine neruis perspici potest. Hactenus Cicero. Lucius verò & Consul, & Prætor fuit: tamen Syllam secuti, iussu Marii interfecti sunt: quo tempore M. item Antonius orator, Crassi æqualis, vt ait Pædianus. Lucius Cæsar alter, Marci Antonii Triumuiri auunculus, Pompeianarum partium, mistusque ab vtraque parte quandoque orator de pace. Postremò inter proscriptos ab Octauio interfectus fuit, in cuius locum obtinuit Marcus Antonius, vt Cicero Octauii amicus proscriberetur. Author Plutarchus. Fuit præter hos Cæsar Vopiscus, qui (vt ait Varro de Re rustica, lib. 1. cap. 7. ad finem) quum causam ageret apud Censores, dixit campos Roseæ in Reatino fumen esse Italiæ.
Cæsareus, Adiectiuum, (καισάρειος,) vt Domus Cęsarea. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 14.
Numen Cæsareum. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 10.
Vultus Cæsarei, vultus Cęsaris. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 3.
Cæsarianus, pen. prod. aliud Adiectiuum, (καισαρῖανος,) vt Cęsariana celeritas. Cicero Attico, li. 16. 335. 7. Facile me ille esset affectus: animum eum Cęsariana vti celeritate. Martial. lib. 9. 80. ad Domitianum.
Nemo suos (hæc est aulæ natura potentis)
Sed domini mores Cęsarianus habet.

Caesarensis, (καισαρεύσιος,) vt Mauritania Cęsarensis, (καισαρηνσία, Ptol.

CAESARAVGVSTA, (καισάρεια σεβαστή,) Tarraconensis Hispaniæ clarissima ciuitas est, antè Numantia dicta, authore Pomponio. Augusta Cæsarea Ptolemęo dicitur & Straboni lib. 3. Hodie vulgò vocatur Saragossa.
CAESAREA, Mauritaniæ ciuitas est, ante Iol vocata, quam quum Iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine, Cæsaream vocauit. Ea portum habet, & insulam ante portum. Hæc sunt ex Straboni lib. 17. Est & Cæsarea Cappadocię, sic à Tyberio nominata pulsō Archelao, quum antè Masaca diceretur. Author Eusebius. Est præterea Cæsarea Apamiæ: & Cęsarea Palęstinę, antè Stratonis turris dicta, non procul à monte Carmelo, author Strabo lib. 16.
CAESARIENSES, Ioniæ populi, Ephesum conuenientes. Plinius lib. 5. cap. 29. Ephesum verò alterum Asiæ lumen, remotiores conueniunt Cęsarienses, Metropolitæ, Cylbiani, &c.
CAESARIVM, Aegypti emporium est, & secessus quidā. Strabo li. 17.
CAESAROBRICENSES, Lusitaniæ Hispaniæ populi, vt est apud Plinium lib. 4. cap. 22.

Cæsaries,

Caesaries, cæsarici, (κουρά, δασυχαίτη,) à cædo, cædis: comam significat, quæ cædi solet. Virorum enim duntaxat cæsaries est, non mulierum. Ex Seruio. Plaut. Milit. 3. 65. Vide cæsaries q decet. Apud Liuium. 8. bel. Pun. 185. Cæsaries promissa. Id est longa.
Densum cæsariæ caput. Ouid. 3. Amorum, eleg. 1. 7.
Decora cæsaries. Lucan. lib. 8. 132.
Flaua cæsaries. Iuuenal. Saty. 13. 17. Valer. 6. Argonaut. 46.
Horrida cæsaries. Ouid. 10. Metam. 28.
Horrifica cæsaries. Lucan. lib. 2. 75.
Intonsa cæsaries. Claud. in Epithal. Palladii. 9.
Lacera cæsaries. Lucan. lib. 1. 38.
Ingens visa duci patriæ trepidantis imago,
Cæsariem lacera, nudisque ostendere membris.
Cæsarie lacera, nudisque astare lacertis.
Repexa cæsaries. Claud. epig. 4. 2.
Terrifica cæsaries. Ouid. 1. Metam. 38.
Terrificam capitis cæsariem concutere. Ouid. 1. Metam. 18.
Comprimere cæsariem manu. Lucan. lib. 8. 132.
Dimouere cæsariem ab ore. Lucan. lib. 2. 75.
Mouere cæsariem. Ouid. 1. Metam. 38.
Pectere cæsariem. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.
Cæsariatus, pen. prod. Adiectiuum, (βοστρυχώδης,) Comatus. Plaut. Mil. 10. 172. Qui miles admutilatur cæsariatus.

CAESENNA, (καισέννα,) Vrbs Flaminiæ prouinciæque nunc quoq; nomen retinet. Hinc Cæsennates dicti sunt Cæsennā habitātes, & Cęsennetia vina, quæ iter generosa numerabant, teste Plinio li. 14. c. 6. 7.

Caesim, Caesio, Vide CAEDO.

Caesitium, cæsitii. Plaut. Epid. 5. 47. Linteolum cæsitium.

Caesius, (γλαυκός,) Adiectiuum. Cæsius color, qui cœli speciem habet, dictus quasi cælius. Terent. Heaut. 5. 5. 18.
–rufumne illam virginem, Cæsiam, sparso ore, adunco naso? Idem Hecy. 3. 4. 26. Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Vbi Donatus, Cæsius, Glaucis oculis, quasi felis oculos habens. Vnde Cæsares dictos quidam putant. Cic. 1. de Nat. deorum. 113. Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Mineruæ cæruleos Neptuni.

Caesones, penult. prod. (καισῶνες,) appellantur ex vtero matris excęsi. Festus. Plin. lib. 7. cap. 9. Primusque Cæsarum, à cæso matris vtero dictus: qua de causa & cæsones appellati.

Caespes, cæspitis, pen. corr. m. g. (βῶλος, βωλαξ, ζῶμος, λοχμή,) A cædo fit, & est terra cum herba in modum lateris cæsa. vel frutex recisus, ac truncatus, authore Festo. Dictus est autem q pedē cædat. Lucan. lib. 1. 103. Et subitus rapti mumine cæspitis agger
Præbet securos intra tentoria somnos. Plin. lib. 16. cap. 31. 3. Oleæ, malis, & cupressis per summa cæspitum. Idem lib. 2. cap. 68. 5. Conterminos pellimus, furtoque vicini cæspitem nostro solo affodimus. Hoc est adiungimus fodiendo. Cic. pro Cecinna. 45. Non esse arma cæspites, neque glebas. Ouid. epist. 14. 20.
Pronde leuas nimiam cæspitibusque famem.
Congestum cæspite culmen. Virg. eclog. 1. 14. Pauperis & tuguri congestum cæspite culmen. Id est terra cum propria herba euulsa. Seruius.
Cæspitis herbæ. Ouid. epist. 21. 31.
Festus cæspes. Id est ara ex cæspitibus confecta, quam quis festam facit.
Iuuenal. Saty. 12. 1.
Natali Coruine die mihi dulcior hæc lux,
Qua festus promissa deis animalia cæspes Expectat.
Fragilis cæspes. Lucan. lib. 6. 7. –nec cæspite tantum
Contentus fragili.
Gramineus madidam cæspes obumbrat humum. Ouidius. 2. Amorum, eleg. 16. 1.
Imus cæspes. Virg. 4. Georg. 55.
Mollis cæspes. Seneca in Herc. Oetheo. 5. 12.
Nudo proiectus cæspite. Stat. 12. Thebaid. 66.
Tener cæspes. Ouid. epist. 21. 32.
Viridis cæspes. Virg. 3. Aeneid. 61. –manesque vocabat
Hectoreū ad tumulū, viridi quē cęspite inanē, &c. Id est herboso. Seruius cæspes. Id est viridis. Hor. 3. Carm. ode. 8. 1. Valer. li. 5. Argon. 13.
Viuus cæspes. Id est viridis. Hor. 3. Carm. ode. 8. 1. Valer. li. 5. Argon. 13.
Aggerebatur cæspes. Tacit. lib. 1. 8. 15.

Caespititius, Adiectiuum, (βωλασιανός,) Quod fit ex cęspitibus. Vnde cęspititium tribunal, vocatur suggestum ex cæspitibus factum. Flauius Vopiscus, Deinde concursus ad cæspititium tribunal. Id est castrense. Sic Plinius in Paneg.

Aræ cęspititiæ. Iulius Capitolinus, Centum aræ vno in loco cæspititiæ extruuntur.

Caespito, cæspitas, pen. corr. cæspitāre, dicimur, quum pede aliquid percutientes, quasi ruere cogimur. Dictum cæspitare, quasi cæspitem offendere, vel in cæspitem ferri. Sipontinus.
Cæspitatores equi, qui sæpe in cæspitem, aut lapidem, aut aliud offendiculum impingunt.

Caestrum, Instrumentum quo ebur cauatur. Plin. lib. 35. cap. 11. 15. Lala Cyzicena perpetuo virgo M. Varronis iuuēta Romæ, & penicillo pinxit, cæstro in ebore imagines mulierū maximè, &c. Ibidē. 27. Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera cōstat, cera, & ebore cæstro, id est verticulo, donec classes pīgui cœpēre.

Caestus, huius cæstus, f. g. (πυγμή,) Genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appensas habens: quo Darethen & Entellū pugnasse legimus. Virg. 5. Aeneid 14. Seu crudo fidit pugnā committere cæstu. Vbi Seruius, Crudo cęstu, aut crudeli, aut duro. Cæstus autem per diphthongon, pugilum arma significat. Habet etiā pluralē numerum, & est quartę formæ. Nam cestus, cesti, numeri tantum singularis, sine diphthongo baltheum Veneris significat. Cic. 2. Tusc. 70. Inde pugiles cæstibus contusi, ne ingemiscunt quidem.
Cestus sine diphthongo, quid significet, vide suo loco.
Aptus cæstibus. Seneca in Medea 2. 7.
Infesti cęstus. Stat. 6. Thebaid. 146.
Tragicus cæstus. Ouid. ad Pisonem. 48.
Mecœnas Tragico quatientem pulpita cæstu
Erexit Varum. Id est Varum poetam Tragicum.
¶ Bellare cæstu. Stat. 6. Thebaid. 166.
Dare brachia experienda cæstibus. Ouid. 2. Fast. 74.
Valido decernere cæstu. Claud. 5. Paneg. 47.
Explorare cæstus. Stat. 6. Thebaid. 153.
Exuere cæstus, & Manibus inducere cæstus, contraria. Virg. 5. Aen. 85.
Solue metus, & tu Troianos exue cæstū. Exue, proiice, solue. Seruius.
Inducere manibus cæstus. Id est induere manibus. Virg. 5. Aeneid. 75.
Induere cæstus. Valer. 4. Argonaut. 50.
Librare cæstus in aliquem. Virg. 5. Aeneid. 95.

Caesuliae, dicti sunt qui cæsios oculos habent. Festus.

Caesum, Caesi, Vide CAEDO.

Caesura, Caesuratim, Caesus, Vide CAEDO.

Caetera, f. g. (τὰ ἄλλα,) Cæterum, pen. corr. ni. g. à Græco deducitur χαὶ τὰ λοιπὰ, quod significat & alius, vt ait Sipōtinus. Plaut. Persa. 18. 9. Nunquid me vis cæterum? hoc est nunquid vis præterea? Idem Rud. 16. 20. Adorna cæterum quod opus est. Idem Capt. 18. 12.
Nihil curaui cæterum. Terent. Heeyra. 4. 2. 25. Quam fortunatus cæteris sim rebus. Plin. Epist. 40. a. Pro cætera tua diligentia. Cicero. 4. Acad. 43. Cætera series deinde sequetur. Idem. 6. Verr. 43 Argentum illi cæterum purum apposuerat.
Quid cæterum? Plaut. Pœnul. 2. 91.
Cæterus in nominatiuo legimus apud Catonem, cap. 22. 2. Cæterus ornatus domi, Pompeiis emptus est. Idem apud Gellium lib. 3. cap. 7. Iloque facto quod milites subduxit, exercitum cæterum seruauit.
* Quintil. lib. 5. Cæterum ornamentum muliebre, &c.
Paucula cætera. Lucret. lib. 2. 21.
–& cætera de genere horum Paucula.
Cæterum, pro reliquo. Sallust. Videlicet cætera vita earum, huic sceleri obstat. Id est huius sceleris pœnam deprecatur. vel suspicione amolit. Budæus. Cic. de Petit. Consulat. 12.
Cęterum omne. Liu. 2. bel. Pun. 88. Inde iam præda grauis ad Longuticam peruenit classis: vbi vis magna sparti fuit, ad rem nauticam congesta ab Asdrubale. Quod satis in vsum fuit, sublato cæterum omne incensum est.
Aeras cætera. Virgil. 3. Georg. 12.
Diligentia cætera. Cic. 2. de Inuent. 188. Et id signis confirmandum huiusmodi, ex cętera diligentia, ex antefactis, &c.
Iurisdictio cætera. Cic. ad Atticum, lib. 6. 113. 8. Iam cætera iurisdictio nec imperita, & clemens cum admirabili facilitate.
Turba cætera. Horat. 2. Serm. Saty. 8. 6. Ouid. 3. Metam. 23.
Cætera mitte loqui. Horat. Epod. 14. 2.
Cætera doctus, Figurata locutio, deriuata à Græcis. Martialis. lib. 13. de Scaro, Visceribus bonus est, cætera vilescit. Pro, quantum ad cæteras. Liu. 1. ab Vrbe. 159. Ergo virtus cætera egregium, secura, quam impetendo habuerat, etiam regnātem ambitio est. Idem. 3. Decad. lib. 1. Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo, & cætera teretі, præterquam ad extremum. Plin. lib. 12. ca. 6. 2. Est & terebinthio similis cęterapomo amygdalis.
Lætus cætera. Horatius. 1. Epist. 10. 10. Excepto quòd non simul esses, cætera lætus. Idem. 4. Carm. ode. 2. 12. Quā notam duxit niueus videri, Cætera fuluus.
Ad cætera, id est quod ad reliqua attinet. Horat. 1. Epist. 10. 1.
–hanc in re scilicet vna
Multum dissimiles, ad cætera penè gemelli.
Iacere gradum ad cætera. Cic. 2. de Lege Agraria. 47. Hunc quasi gradū quendam atque aditum ad cætera iactum intelligetis.
Perge ad cætera. Vide PERGO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De cætero.Cic.1.de finib.39.De cætero vellem equidem,aut ille ipse dó ctrinis fuisset instructior:est enim &c.
Et cætera,absolutè positum. Cic.1.de Orat.77. Si mihi filius gignitur, isque prius morit,& cætera,tũ vt mihi ille sit hæres. Et eodé lib.145. Agas asellum,& cætera. Idé in Topic.15. In partitione quasi mébra fiunt,vt cor poris,Caput,humeri,manus,latera,crura,pedes,& cętera.
Et cætera generis eiusdem. Cic. in Top.14. Vt dignitas,indignitas,humanitas,inhumanitas,& cætera generis eiusdem.
Itemque cætera.Cic.ad Attic.lib.2.14.4. Eandem virtutem istam veniet ipsa quasi grauiter gemes,totius theatri clamore dixit,itemque,&c.
Cæteri & cętera eiusmodi,vel &c.Cicero Sulpitio,lib.4.4.18. De reliquis nihil melius ipso est.cæteri & cætera eiusmodi: vt si alterutrum necesse sit,audire ea malis quàm ridere.
Cæterum etiam à Iurisconsultis,præsertim ab Vlpiano,pro alioquin accipitur.vt in L.Si finita,§.postea. De damno infecto.& L.Iam tamen,in principio.Iudica.folu.Budęus.
Cætera,(τὰ λοιπά.) Aduerbium.Virgil.9.Aeneid.134.
Sit satis Aeneide,telis impune Numanum
Oppetisse tuis:primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem,& paribus non inuidet armis:
Cætera parce puer bello,Cætera,Deinceps.Seruius. Curtius,
Cætera opimam prædam fore.Id est in posterum,vt ait Budæus.
Cæterò,(τὸ λοιπὸν,) Aduerbium.Plinius lib.10.cap.58.1.Palumbes fœmina ineubat post meridiana in matutinũ,cæterò mas. Hoc est quod teliquum est teporis.Ité lib.16.cap.16.1. In primis verò materies honorata buxo est,raro crispanti,nec nisi radice:cæterò lenis quies materiæ,silentio quodam,& duritie ac pallore cõmendabilis.Id est quantũ ad cætera,siue quod attinet ad cætera. Dictio hæc Plinio est admodũ familiaris vt lib.19.cap.6.8. lib.10.ca.1.1. & cap.63.7. lib.11.ca.19.3.& cap.37.36.lib.13.cap.4.7.& cap.42.4. Et alibi frequenter.
Cæteroquin,siue Cæteroqui,(τἄλλα,) Aduerbium pro alioquin. Cicero in Oratore.46.Adhibet quidem luc subtilis,quem,nisi quòd solum,cæteroquin rectè quidam vocant Atticum. Idem ad Leptam lib.6.19.1. Eius Falernum mihi semper rdoneum visum est diuersorio,si modò tẽ ẽti satis est ad comitatum nostrum recipiendum:cæteroquin mihi locus non displicet. Hoc est alioqui.Idẽ.1.de Nat.Deor.81. Non n.poeta suauis,verum etiam cæteroqui doctus,sapiẽsque traditur. Idem ad Atticum,lib.14.14.1. O loca cæteroqui valde expetenda,&c.
Cæterùm,(ἀλλὰ,μέντοι,) Aduerbiũ,significrat sed: siue id quod solemus dicere,quod reliquum est. Plaut.Pœn.2.125.
– delunc cæterùm Valete.
¶ Cæterùm,Sed præterea.Liu.Quod imperium crudele,cæterùm prope necessarium in tali euentu cognitum est. Sallustius,Aliam rem aggreditur non eadem asperitate,cæterùm haud secus difficilem. Terẽ. Eunuch.3.1.62.
Ridiculum:non enim cogitaras.cæterùm
Idem hoc tute melius quanto iuuenusles Thraso Ibidem 1.2.7.
– cæterum De exclusione verbum nullam.Idem Phorm.1.2.91.
– nunc omitte quęso hunc:cæterum
Posthàc si quicquam,nihil precor. Idem Adelph.1.1.13.
Abi præsertenùi,ac fores aperi.s.cæterùm hoc nihil facis.
¶ Cæterum,Alioquin.Cicero.1.ad Qu.fratrem.15.50. Ego me in Cumano & Pompeiano,præterquam quòd sine te,cęterùm latis commodè oblectabar. Budæus.

Caeyx, cęycis,pen.prod.(καὖιξ,) Genus auis. Plin.lib.32.cap.8.1. Fit in mari & halcyoneum appellatum, ex nidis (vt aliqui existimant) halcyonum & cæycumvt alii è fordibus spumarum craſſescentibus,alii è limo vel quadam maris lanugine.

CAEYX, Virinomen. Vide HALCYON.

Caia, & Caianus,Adiectiuum.Vide CAIVS.

CAICI,(κάϊκοι,) Strabo,penult.producta.sunt Germaniæ populi,accolæ Rheni. Lucanus lib.1.92.
Et vos crinigeros bellis arcere Caicos
Oppositi petitis Romam:Rhenique feroces
Deserititis ripas. Puto Lucanum dissolutione diphthongi facta pro caucos feciſſe Caicos,& forte per y scribi debet.
CAICVS,pen.prod.(καΐκος,) Phrygiæ fluuius est ex Mysia veniens. Author Plinius lib.5.cap.30.Et Liu.lib.6.belli Maced.Virgil.4.Aen. 74.Saxosumque sonãs Hypanis,Mysusq; Caicus. Cic.pro Flacco.56. Longè omnino à Tyberi ad Caicum.
Gelidus Caicus.Lucan.lib.3.41.
Mysiaque,& gelido tellus perfusa Caico Idalis
Teuthranthæus Caicus à Teuthrania oppido Mysiæ.Ouid.2.Meta.49.
Peneusque senex, Teuthranthæusque Caicus.
¶ Caicus,Iocorum Aeneæ vnus. Virgil.1.Aeneid.38.
Aut Capyn,aut celsis in puppibus arma Caici.
CAIETA,(κάϊέτα,) Vrbs & portus Campaniæ,sic à Caieta nutrice Aeneæ dictus,vt Lauinium ab vxore Lauinia. Author Solinus. quod etiam restatur Virgilius in ipso statim principio lib.7.
Tu quoque litoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dedisti,&c. In quem locum sic ait Seruius,Hanc alii Aeneæ,alii Creusæ,alii Ascanii nutricẽ volunt. Lectum tamen est in Philologis,in hoc loco classem Troianorum casu concrematam. Vnde Caieta dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν. Hactenus ille. Sanè καίω idem significat quod Accendo,aduro. Idem quoque Seruius explicans carmen illud Aenei.10.Quid repetá exustas Erycino in litore classes:Secundum(inquit)opinionem suam dixit. Nam alii apud Caietam dicunt exusta nauigia:vnde & Caieta dicta est.Strabo lib.5. Caietam Laconico vocabulo à curuitate dictam inuit,eò q; Lacones curua omnia Caiattas appellent.Cic.pro Lege Manilia.23. An vero ignoratis portum Caietæ celeberrimum,atque pleniſſimum nauium, inspectante Prætore à prædonibus esse direptum?

CAIVS,(κάϊος,) Cognomen fuit apud Romanos,à parentum gaudio sumptum. Est autẽ trisyllabum.Martial.lib.9.93. ad Condilum,Caius à prima tremebundus luce salutat. Ibidem, Peruigil in plumis Caius ecce iacet.Iterum,Non manis,quàm ter Caius,esse tuus? Ausonius dissyllabum fecit,sectione.1.de Eunomo.
Quis tu:Caius ait.Viuis ne? hoc abnuit. At quid
Nunc agis?hîc? iussu Ditis ait venio. Profertur per G,& notatur per C,quæ inuersa.3.mulierem declarat. Author Quintilianus libro.1. cap.13.Apud Priscos autẽ pro domino ponebatur:sicut & Caia pro domina.Vide Plutarchum.
Cai,vocatiuus.Martialis lib.2. Quod peto da,Cai:non peto consilium.
Idem lib.10.16.
Si donare vocas promittere,nec dare, Cai:
Vincam te donis muneribusque meis.
Caium tradunt Græci appellatum ab Italis,& Tarentinis mercenarium, aut etiam rudem hominem,ac planè brutum:quia à γέα,quæ terra est, deriuetur γέϊος,& γάϊος. Nam à γοῦς inflectitur γαῖος.vnde bos γαῖος dicitur velut colonus. Quod si verum est,per G scribi debet & proferri.Cælius lib.24.cap.5.
Caia,Caiæ.Cicero pro Murena.24.Vt quia in aliquius libris expli casa id nomen inuenerant,putarunt omnes mulieres quæ coemptionem facerent,Caias vocari.
Caianus,pen.prod.(καϊανός,) Adiectiuum.Statius lib.4.Syl.9.5. Emptum plus minus asse Caiano.

Cala, calæ,(κάλη,καλὸς,) Seruius,Calas dicebant maiores nostri fustes quos portabant serui sequentes dominos ad prælium. Vnde etiã calones dicebant.Nã consuetudo erat militis Romani,vt ipse sibi arma portaret,& vallũ. Vallũ autẽ dicebãt calas.sic Lucilius,Scia de calam vt caleas.Id est,ô puer,fraoge fustes,& fac focum.

Calabra, (καλαβρα,) Curia dicebatur,vbi tantum ratio sacrorum gerebatur.Hæc Festus.Macrobius Saturn.lib.1.cap 15. Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato,idem pontifex calata,id est vocata in Capitolium plebe,iuxta curiam calabram,quę casę Romuli proxima est,quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent,pronuntiabat.Et paulò pòst,Hinc & ipsi curiæ,ad quã vocabantur,Calabræ nomen datum est,& classi,quòd omnis in eam populus vocaretur.
CALABRIA,penult.correp.(καλαβρία,) Insula quam veteres Mesapiam à duce Mesapo:Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre dixere. Estq; ora Italiæ proxima Siciliæ:à qua breui maris tractu distinguitur. Vulgò adhuc nomen retinet apud Italos. Vide Plinium libro.3.cap. 11.& Strabonem lib.6.
Aestuosa Calabria.Horat.1.Carm.Ode.31.1.
Non æstuosæ graeæ Calabriæ Armenta.
Calaber,Calabri,(καλαβρός,) Qui ex Calabria est,& Calabriã incolit.
Calabri hospitis Xenia prouerbiũ esse indicat Erasmus,quo vsus sit Horat.1.Epist.7.3. Non quo more pyris vescì Calaber iubet hospes,&c. Dicti est autẽ eodem interprete,de muneribus rusticanis lembosque, & quæ magis onerent accipientẽ,quàm iuuent. Vide ipsius Chiliadem.
Calaber,pen.corr.(καλαβρός,) Adiectiuum. Hinc Calabræ oues,pro eximiis accipiuntur à Columella lib.7.ca.2.3.Calabri montes. Ouid.2. de Arte poet. Et Apes Calabræ,apud Horatium.3.Carm.ode.16.7.
Item Calabrum vellus,Persius Saty.2.7.
Calabricus,pen.corr.(καλαβρικός,) Adiectiuum.vt Calabrica olea Colum.lib.12.cap.49.3.Veruntamẽ habet præcipua in hos vsus olea Calabrica:quam quidam propter similitudinem oleastellum vocant.

CALAENVM. Vide CALENVM.

CALAGVRIVM,Ciuitas Hispaniæ in Vasconib⁹ collocata.Hinc Calaguritani,qui in ea habitantiquorum alii Subulacenses cognominantur:alii Nasaci.Author Plinius lib.3.cap.3.
CALAIS,pen.corr.(κάλαϊς,) Boreæ & Orithyiæ filius Zethę frater, quos ambos alatos fuisse poetæ fingunt. Vide Ouidium.6.Meta.134. Propertius lib.1.eleg.19.6.de Hyla puero.
Hunc duo sectati fratres Aquilonia proles,
Hunc super & Zethes,hunc super & Calais.

Est etiam

Est etiam Calais nomen pueri,aut adolescentuli cuiusdam alterius apud Horatium.3.Carm.ode.9.3.
Me torret face mutua
Turini Calais filius Ornithi,&c.

Calamêtum, penul.prod.(καλαμεών,) Colum.lib.4.cap.27. Sic deinde ordinata vineta festinabimus emendare, sarmentisque & calametis liberare.

Calamintha, calaminthæ,vel calaminthe,calaminthes,(καλαμίνθη,) Species menthæ vel pulegii,quam cætam quoque à Græcis dictam scribit Strabo, quum inquit Lacedæmonem ab Homero dictam Cætessam,à Calaminthæ copia. de qua sic Dioscorides lib.3.ca.41. Altera,inquit,calaminthe pulegio similis est,sed maior. Quam syluestre pulegium ideo appellarũt,quòd odore ipsum æmuletur,Nepetam Latini vocant,&c. Nepetam etiam vocat Plinius, cap.14.lib.20. quam Galenus lib.7. Simplicium, cap.2.calaminthen appellat.vulgò Nepita,oner Nepitella.

Calamistrum, (καλαμίσκος,καλλωτήριον,) Acus maior, quæ calefacta & fronti adhibita intorquet capillos,vt ait Seruius.Varro,Calamistrũ,quo calfacto in cinere, capillus ornat. Ci. Post reditũ in Senatu.14.Nõ te illius vnguẽtorũ odor,nõ vini anhelitus,nõ froos calamistri notata vestigiis, in eã cognitionẽ adducebat?
Calamistris inurere, per metaphoram. Cicc. de Claris Oratoribus.142. Atque etiam commentarios quoldam scripsit rerum suarum, valde quidem,inquam,probandos:nudi enim sunt,recti & venusti,omni ornatu orationis tanquam veste detracta: sed dum voluit alios habere parata,vnde sumerent,qui vellent scribere historiam,ineptis gratum fortasse fecit,qui volunt illa calamistris inurere,sanos quidem hominnes à scribendo deterruit.
Calamistrum in masculino genere dixisse videtur Cicero in Oratore.43. Remouebitur (inquit) omnis insignis ornatus,quasi margaritarum: nec calamistri quidem adhibebuntur.Ita legit Nonius.
Calamistrâtus,pen.prod.(καλαμιστρᾶτος,) Adiectiuum. Cic. Post reditum in Senatu.11. Cur in helluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tandiu cessauit? Plaut. Asin.12.37. Quisnam istuc tibi adcredat cinædo calamistrate?
Calamistrata coma.Cic.pro Sestio.13. Alter vnguentis affluens, calamistrata coma,despiciens conscios stuprorum,ac veteres vexatores ætatulæ suæ,&c.

Calamitas,Calamitosus, Vide CALAMVS.

Calamochnus, Vide ADARCA.

CALAMOS, Asiæ oppidum in ora subiecta Libano monti.Plinius lib. 5.cap.20. Ar in ora (inquit) Libano subiecta,fluuius Magoras: Berytus colonia,quæ felix Iulia appellatur.Lemtos oppidum,flumen Lycos,Palæbyblos,flumen Adonis. Oppida byblos,Botrys,Gigarta, Trieris,Calamos,&c.

Cálamus, calami,pen.corr.(κάλαμος & κάνη,) Frutex aquaticus: qui & arundo dicitur: quanuis arundo propriè sit quæ crassior ac longior est, scripturique ad vsum præcipuè vinearum: Calamo,sed minor arundine,& semper ferè sua sponte prouenions. Ex Sipontino. Plin.lib.16.cap.36. Nostratibus calamis fungosior subest natura, cartilagine bibula, quæ cauo corpore intus supernè tenui inaresci:t ligno:fissilis, præacuta semper acie, geniculata. Cætero gracilitas nodis distincta, leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculo coma, neque hac superuacua. Aut enim pro pluma strata cauponarum repleт: aut vbi limosiore callo induruit, sicut in Belgis,contusa & interiecta nauium commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, tumisque explendis fidelior pice. Calamis Orientis populi bel la conficiunt. Plura ibidem de calamis,toto capite.
Fragiles calami.Virg.1.Georg.16.
Lentus in frangendo calamus.Vide LENTVS.
Palustres calami.Ouid.1.Metam.70.&.142.
¶ Calamus auenæ. Plin.lib.6.cap.30.2. Pars etiam ore concreto & naribus carens, vno tantum foramine spirat, potumque calamis auenæ trahit.De miris hominum effigiebus loquitur.
¶ Calamus, pro fistula quam pastores ex culmis frumentorum componere solent. Virg. in Bucol.eclog.5.1. Tu calamos inflare leuis, ego dicere versus.Alio loco tenuem auenam & arundinem vocat.
Arguti calami.Sil.lib.13.70.
Dispares calami ceræ compagine inter se iuncti.Ouid.1.Metam.143.
Hiantes calamos labro percurrere.Lucret.lib.4.119. – quum Pan Pinea semiferi capitis velamina quassans,
Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantes.
Impari tauros calamo vocauit.Seneca in Hipp.3.5.de Apolline pastore. Impari calamo,imparib⁹ calamis,hoc est diuersis, & diuersè cõpactis.
Leues calamos inflare.Virg.eclog.5.1.
Sibila calamorum.Lucret.lib.5.278.
Rudis calamus scriptorius.Cel.lib.7.cap.11.de Ozena.
Et Zephyri caua per calamorum sibila primùm
Agrestèis docuêre cauas inflare cicutas.
Aequiparare calamis aliquẽ,Id est fistulandi arte parẽ esse. Virg.ecl.5.5.
Coniungere cera calamos.Virgil.eclog.2.3.
Ludere agresti calamo.Virgil.Eclog.1.2.Seruius exponit,Scribere carmina stylo rustico.
Terere calamo labellum. Virgil.eclog.1.3.
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.
Curuũ calamum legimus apud Catullum carmine.58.de Berecynthia & Aty.5.Tibicẽ vbi canit Phryx curuo graue calamo. Intelligit autem tubã,sed inflexã,& quæ Ouidius.4.Fast.38.lotum aduncam vocat.
¶ Calamus,Virga ad decipiendas aues visco illita. Martialis lib.13.68.
Galbula decipitur calamis,& retibus ales.
Volucrem calamo sequi. Sil.lib.septimo.136. Sublimẽ calamo sequitur crescente volucrem.Crescẽte,id est paulatim eleuato versus volucrẽ, vt inopinatam contingas. Loquitur de calamo viscato.
¶ Calamus,Surculus qui ramo inseritur:tessera etiã dicitur.Plin.lib.13. cap.14. Quòd si longius afferantur pomorum calami,ramo infixos optimè custodire succũ arbitrantur.Idẽ eodẽ capite plus decies.
¶ Calami,pro telis & spiculis aut sagittis.Ouid.8.Metam.6.
Impositis calamis patulos sinuauerat arcus.
¶ Calamus,Pro instrumento quo scribimus,quod ex arundinum culmis fieri solebat.Plaut.Pseud.7.132.Quasi in libro quum scribuntur literæ calamo. Martialis lib.7.10.
Cogis me calamo,manuque nostra
Emendare meos Pudens libellos.Cicero ad Qu.fratrem, lib.2.16.6. Calamo & atramento temperato,charta etiam dẽtata res ageror. Idẽ ad Atticum,lib.7.10.1. Quum instituissem ad te scribere,calamũq; sumpsissem,&c.Iuuenalis Saty.7.3.
Frange miser calamos,vigilataque prælia dele.
Transuersò calamo signum allinere.Horat.in Arte poet.90.
Transuersò,id est in obliquum ductò.
Calamum intingere.Vide INTINGO.
¶ Calamus,pro stylo,(allegoricẽs,) Virg.1.Eclog.1.
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
¶ Calamus,Arbor aromatica.Plin.lib.12.cap.22.

Calamitas, pen.corr.calamitãtis,pen.prod.(σὺμφορά,λύμη,ὀΐζὺς,) Propriè calamitatem rustici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum,hoc est culmum ac segetem.Terent. Eun.1.1.34. Ipsa egredii, nostri fundi calamitas.Hæc Donatus.Plaut.Casina.24.13.
Profectò hercle non fuit quicquam olerum:
Nisi quicquid erat,calamitas profectò attigerat nunquam.
Calamitas dicebatur etiã in scenicis ludis,quum fabula exigebatur. Terent.in Prologo Hecyræ.29.
Hecyram ad vos refero,quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est:ita eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem vestra Intelligentia
Sedabit. A Græcis πταίσματα dicitur.Budęus.
¶ Calamitas,Miseria & ærũna.Cæsar.8.bel.Gal.75. Quum interim nulla calamitate victus Corbeus,excedere prælio,syluasq; petere,haud inuitantibus nostris,ad deditionem potuit adduci.Ibidem lib.6.139. Cic.pro Lege Manilia.9.Nam cæteris in reb⁹ quum venit calamitas, tum detrimentũ accipiuntiat in vectigalib⁹ nõ solùm aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem.Idem.3.Verr.30. Quacũque iter fecit,eiusmodi fuit,non vt legatus Pop. Romani,sed vt quædam calamitas peruadere videretur.Non potuit Cicero significãtius Verris Prætoris furta ac rapinas & iniurias exprimere.Quo verbo vocari potest nostro tempore militum improbitas pagatim grassantium, qui quacunque iter faciunt,impotentissimæ pestilantiæ vestigia ad finem anni vertẽtis impressa relinquere solent,vtque adeo omnia diuexata, omnia exhausta,omnia distracta,quasi ij grandine ac procella proculcata obtritaque digressis illis visuntur. Ex Budæo. Cic.ad Terentiã, lib.14.3.2.Idem ad Munatium,lib.13.61.1.
Calamitas in amore.Terent.Heaut.2.4.15.
Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero deuinciminis
Vt nunquam vlla amori vestro incidere possit calamitas.
Ictu aliquo calamitatis pulsa fides de foro. Vide ICO.
Communis calamitas. Vide COMMVNIS.
¶ Accipere calamitatem. Vide ACCIPIO.
Afferre calamitatem. Vide AFFERO.
Afficere calamitate. Vide AFFICIO.
Afflixit hunc calamitas. Vide AFFLIGO.
Capere calamitatem. Vide CAPIO.
Importare calamitatem conseruatoribus suis. Vide IMPORTO.
Incidit amori nostro calamitas. Vide INCIDO.
Inferre calamitatem ciuitati. Vide INFERO.
Leuare calamitatem innocentum. Vide LEVIS.

Calamitôsus, pen.prod. Adiectiuum, (ὀϊζὺρός,) Quod calamitate lædi

Universidad de Deusto
Biblioteca

folet. Plin. lib. 18. cap. 7. 28. Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum: quia tollitur antequam triticum occupet rubigo.
Calamitosus ager apud Catonem: & calamitosum cœlum, capit. primo. 1. Et capit. 35.
Calamitosus ager cœlo & loco Cic. 2. pro Lege Agraria. 80. At verò hoc agri Campani vectigal, cum eiusmodi est, vt domi sit, & omnibus præfidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infestum, nec fructibus vacuum, nec cœlo ac loco calamitosum esse solet.
¶ Calamitosus, Aerumnosus est, malis, calamitatibusque prægrauatus, inquit Nonius. Cic. 4. Tusc. 134. Tamen ita cæteros quum sint in aliqua perturbatione aut metus, aut lætitiæ, aut cupiditatis, commotos modo, & perturbatos dicere solemus: at eos qui se ægritudini dediderunt, miseros afflictos, ærumnosos, calamitosos. Idem. 1. Verr. 38. Honoris amplissimi puto esse, accusare improbos: & miseros, calamitosque defendere. Idem ad Seruilium, lib. 13. 67. 1. & de Amicitia. 43. Idem. 2. de Orat. 132.
Calamitosum otium. Cic. 5. de Finib. 97.
Calamitosa fama. Cic. pro Cluentio. 2.
Calamitosa patriæ fuga, nobis gloriosa. Cic. 1. de Diuinat. 104.
Hora calamitosior. Cic. ad Octauium. 5.
Calamitosa prætura Verris. Cic. 6. Verr. 126.
Tempestas calamitosa. Cic. 3. Verr. 68.
Calamitosè, pen. prod. Aduerbium, (δεινῶς,) Miserè. Cic. 3. Offic. 143. Nam quo aiunt, minima de malis, id est, vt turpiter potius, quàm calamitosè: an est vllum maius malum turpitudine?

Calantica, calanticæ, (τωνίαι,) Tegmé muliebre quod capiti inijcitur. Cic. in Clodium, Tune, quum vincirent pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares? Nonius.

CALANVS, Gymnosophista Indicus cum Alexandro magno collocutus, eumque secutus, sese viuum constructa pyra comburi iussit. Huius disputationem apud Alexandrum, & interitum multis persecutus est Strabo libro. 15.

CALAPIS, Pannoniæ memorandus amnis in Saum influens iuxta Siscíam, gemino alueo insulam ibi efficiens, quæ Segestica appellatur, Hæc Plinius lib. 3. cap. 25. in descriptione Pannoniæ.

CALARIS, pen. corr. Sardiniæ oppidum apud Plinium lib. 2. ca. 108.
Cuius etiam meminit Claudianus in bello Gildonico, in fine.
Vrbs Libyam contra, Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Calaris, tenuemque per vndas
Obuia dimittit fractorum flamina collem.

Calasiastri, pueri dicebantur canoram vocem habentes, inquit Vitruuius, qui à regibus ad hoc munus quæri solebant. Ex Calepino.

Calasiris, Tunicæ genus, quod Græci κολοβίπτιον dicunt.

Calata, Vide CALO.

Calathus, pen. corr. (κάλαθος,) Festus, Calathos Græci, nos, dicimus quasillos. Iuxta Porphyrionem, vas vimineum, in quo mulieres pensa vel tramam reuoluunt. Virgil. in Alexi. 2. 5.
– tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis. Sic. 7. Aeneid. 161. Calathus Mineruæ. Ouid. 4. Fastorũ, Hæc implet calathos lento de vimine nexos. Idem. 2. de Arte aman. 5 3. Afferat in calatho rustica dona puer.
Rasiles calathi. Ouid. 9. Epist. 16.
Non pudet Alcide victricem mille laborum
Rasilibus calathis imposuisse manum? Id est politis, quasi rasis, quibus puellæ & vnguenta & lanas recondunt.
¶ Calathus, Vas æreum in quo lac vel recens caseus in vrbe distrahitur. Virgil. 3. Georg. 80.
Quod surgente die mulsere, horisque diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris & sole cadente,
Sub lucem exportant calathis. Hæc Seruius. Colu. li. 7. ca. 8. 2. Liquor in siscellas, aut in calathos, vel formas trãsferendus est. Mar. li. 14. 12.
¶ Calathus, Calix ad sacrificium aptus. Virg. eclog. 5. 6.
Vina nouum fundam calathis Arusia nectar.
¶ Calathum Hermolaus turbinem rectum vocat: cui opponitur Meta, id est turbo inuersus. Plinius libro. 21. cap. 5. Candor eius eximius, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathi.

Calathiscus, Diminutiuum, (κἀλαθίσκος,) Catullus. 59. 63.
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera virgati custodibant calathisci.

CALATHVSA, Insula est inter Chersonesum, & Samothracen defer ta, dicente Plinio lib. 4. cap. 11. Desertis quoque reddantur in hoc sinu, quarum modò inuenire potuerunt nomina, Desticos, Laruos, Cyssiros, Carbrusa, Calathusa, &c.

CALATIAE, Italiæ ciuitas prope Cassinum & Bouillas. Plin. li. 3. c. 5.

CALATIS, Thraciæ ciuitas est apud Plinium lib. 4. cap. 11. quæ antea Acerueti vocabatur.

Calator, Vide CALO.

CALAVRIA, pen. prod. siue Calauria, pen. corr. (κἀλαυρία,) Est insula maris mediterranei in sinu Argolico contra Troezenium. Plinius, lib. 4. cap. 12. De qua insula prouerbio datus loc⁹. pro Delo Calauria in mutui beneficii memoria. Fertur enim in fabulis, Neptunum cũ Latona permutationem fecisse, & data Delo, Calauriam habitasse. Vide Erasmi Chiliadas. Ouid. 7. Metam. 77.
Inde Calaureæ Latoidos aspicit aruа.

Calcaneus, Calcar, Vide CALX.

Calcarius, Calcatorium, Calcatus, Vide CALX, lapis coctus.

CALCE, apud Strabonem Campaniæ ciuitas. Sic. n. scribit lib. 5. Vltra iam dictas, sunt hæ quoque Campaniæ ciuitates, quarum mentionem superius fecimus, Calce & Teanum, Sidicinum.

Calcearium, Calceamen, Calceamentum, Calceatus, Vide CALX, pro posteriore parte pedis.

CALCEDONIA. Vide CHALCEDONIA.

Calceo, calceas, **Calceolus, Calceus**, Vide CALX, pro posteriore parte pedis.

CALCHAS, huius Calchantis, (κάλχας,) Fuit Testoris Troiani filius, augur maximus, qui quum mitio belli à Troianis ad Apollinem Delphicum cum muneribus mitteretur, & responsum haberet, vt dimissis Troianis, Græcorum superaret felicitatem, ab illis gratissimè exceptus est. Author Dictys Cretensis.

Calchanta, Accusatiuus. Virg. 2. Aeneid. 25.
Hîc Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios.

CALLIOLI, (καλλίολοι,) Ptolemæo: Carseoli Plinio, Vrbs Sabinis proxima, Vulgò Taliacozo.

Calcitro, Calco, Vide CALX.

Calculus, calculi, pen. corr. m. g. (ψῆφος, λίθος,) Lapis breuis teræ admixtus: sic dictus quòd sine molestia sui breuitate calcetur. Virgil. 1. Georg.
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis. Seruius.

Calculi è rupibus. Plin. lib. 12. ca. 17. 6. Præterea syncero calculi potius rupibus inhærent quàm puluis. Cicero. 1. de Oratore. 136. Qui etiam coniectis in os calculis, summa voce, &c.
¶ Calculus, Lapillus è corpore, ex quo maximos cruciatus gignitur. Plinius lib. 11. cap. 37. 76. Sed hominum quibusdam diro cruciatu subim de nascentes calculi, & setarum capillamenta.
¶ Calculi, quos latrones seu latrúculos appellarũt veteres: iuniores scachum vocant, sunt orbiculi quibus ludit in tritillo. Iuuen. Saty. 11. 14.
– nec tessellæ, nec calculus. Martialis,
Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto,
Calculus hic gemino discolor hoste perit. Idem lib. 14. 20. de calculis.
Insidiosorum si ludis bella latronum,
Gemmeus iste tibi miles & hostis erit. Idem lib. 2. 48. Vide Gellii lib. 14. cap. 1. Ouid. ad Pisonem,
Te si forte iuuat studiorum pondere fessum
Non languere tamen, lususque mouere per artem,
Callidior modo tabula variatur aperta
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella:
Vt niueus nigros, nunc & niger alliget albos. Idem. 2. de Arte am. 42.
Siue latrocinii sub imagine calculus ibit
Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus. Pro scachis.
Spinosi calculi. Cel. lib. 7. cap. 26. Sunt enim quidam non asperi tãtummodo, sed spinosi quoque calculi, qui per se quidem delapsi in cerutem sine periculo eximuntur.
¶ Calculi, etiam pro rationibus accipiuntur: quòd lapillis antiqui rationem subducere solerent.

Adiicere ad calculum. Vide ADIICIO.
Calculum reducere, Est immutare factum cuius te pœniteat, aut vertere consilium rei non satis commodè instituтæ. Nonius citat Ciceronem in Hortensio, Itaque tibi concedo, quod in duodecim scrupis olim vt calculum reducas, si te alicuius dati pœniteat. Erasmus.
Ad calculos vocare amicitiam. Cicero de Amicitia. 52. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis, ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitias, vt par sit ratio acceptorum, & datorum. Hîc Cicero carpit eorum sententiam, qui putant benefaciendum amicis quantum ab ipsis acceperis beneficii.

Imponere calculum. Vide IMPONO.
Calculum ponere. Colum. lib. 3. cap. 3. Diligens ratiocinator calculo posito videt id genus agricolationis maximè rei familiari conducere, Ibidem, Atque hic calculus quem posuimus, Græcini rationem continet. Colum. lib. 5. cap. 1. Impositio calculo, perfecti operis ratiocinatione computant. Iuuenal. Saty. 9. 4.
– ponatur calculus.
Calculum ponere cum aliquo. Plin. in Panegy. 33. Assuescat Imperator cum imperio calculum ponere: sic exeat, sic redeat, tanquam ratione redditurus, & dicat quid absumpserit.
Ponere vtrinque calculos, pro vtrinque rationes expendere. Erasmus.
* Ponere calculos in vtraque parte, & eligere &c. Plin. lib. 2. epist. 19.
Calculum parem ponere. Plin. epist. 97. lib. 6. Accepi pulcherrimos turdos cum quibus parem calculum ponere, nec vrbis copiis ex Laurentino, nec maris tam turbidis tempestatibus possum.
Ad calculos reuerti. Cic. Attico, lib. 8. 160. 5. Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus, vt non solum gloriosis consiliis vtamur, sed etiam paulo salubribus. Id est, etiam nunc ratione habeamus earum rerum, quarum habendam tum non duximus. Budæus.
Subducere calculos. Cic. 2. de Finib. 97. Quid sortes virũ voluptatumq; calculis subductis prælium ineunt?
¶ Calculos Columella pro sumptu & reditu accipit, quum præcipit ne maiorem agrum, quàm ratio calculorum patitur, emere velimus. Sic enim ait lib. 1. cap. 3. Sed & agrum parauris dictum intelligatur, ne maiorem quàm ratio calculorum patiatur, emere velint.
¶ Calculi, pro difficultatibus. Plin. Iunior, lib. 2. epist. 19. Omnes quos ego moui in vtraque parte calculos, pone. Id est, difficultates & rationes. Vide MOVEO.
¶ Calculo candido notare diem. Solebant Thraces prosperos dies & lætos, siqui contigissent eis, calculo albo in vrnam coniecto, notare: infelices autem, in quibus infeliciter aliquid euenisset, atro calculo: vt scirét anno elapso quot prosperi & quot infelices contigissent. Vnde apud Plinium Iuniorem, epist. 97. lib. 6. O diem lætum, notandumque mihi candidissimo calculo.
¶ Calculum album adiicere errori alterius. Plin. epist. 2. b. Nam quo magis intendam limam tuam, confitebor & ipsum me, & contubernales ab editione nó abhorreres si modo tu fortasse errori nostro album calculum adieceris. Hoc est probaueris. Mos erat antiquis, per album calculum in vrnam coniectum, probare aliquid, vel suffragari. Per atrum verò, sine nigrum condemnare. Ouid. 15. Metam. 9. – & omnis
Calculus immitem demittitur ater in vrnam.
Calculum de se permittere. Plin. in Paneg. Quotannis dis ipsis tanquam iudicibus calculum de te permittis an dignus sis incolumitate. Id est, censendi potestatem facis, & calculum ponendi: & vt nunc loquimur, opinandi. Eundem autem ferè modum habent hi loquendi modi, Mittere in consilium, Censendi potestatem facere, Calculum permittere, Calculum porrigere, Calculum proponere. Ex Budæo.
Calculosus, penult. prod. Adiectiuum. Plenus calculis. vt Calculosa loca. Colum. de arboribus cap. 21. 1. Ficum frigoribus ne ferito. loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Sic apud Plinium lib. 35. cap. 14. 2. Calculosum solum.
Calculosus ager. Colum. lib. 3. cap. 11. 6.
¶ Calculosus homo, Qui labor at calculo. Plin. lib. 21. cap. 18. 5. Quanquam professus efficacissimum esse aduersus calculosos. Idem lib. 20. cap. 21. 6. Hic & calculosis, & inflationi, & torminibus illinitur. Celsus lib. 7. cap. 26. de curatione calculosorum.
Calculator, pen. prod. (ψηφιστής,) Verbale à calculo, calculas: quo verbo vsus est Vegetius. Martial. lib. 10. 62.
Nec calculator, nec notarius velox
Maiore quisquam circulo coronetur.

Caldarium, Caldor, Caldus, Vide CALOR.

CALE, Cales, (κάλη,) ciuitas est Campaniæ. Nam est in Flaminia, quæ Cale dicitur. Est & in Gallia hoc nomine, quam Sallustius captam à Perpenna commemorat. Hæc Seruius in. 7. Aeneid. 146.

Calefacio, Calefacto, Calesco, Vide CALOR.

CALEGIA, (κἀλεγία,) Germaniæ vrbs Ptolemæo. Vulgo, Vitemberg.

Calendae, calendarum, plur. num. (κἀλάνδαι ἡμέραι,) dicuntur primi dies mensium. Nonius, Calendarum vocabulum proprium Varro complexus est, de Vita Pop. Rom. lib. 1. Itaque calendis calabantur, id est vocabantur, & ab eo calendæ appellatæ, quod est tractum à Græcis, qui καλεῖν vocare dixerunt. Sipontinus, Primus omnium mensium dies calendæ vocantur, ἀπὸ τοῦ καλῶ, quod est voco. nam priscis temporibus antequam fasti à Cn. Flauio scriba inuitis Patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ Lunæ primum obseruaret aspectum: vtrumque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est vocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima erat quot numero dies à calendis ad nonas superessent pronunciabat: & quintanas quidem dicto quinquies verbo κἀλῶ, septima nas verò septies reperito prædicabat. Hunc ergo diem qui ex iis diebus qui calarentur, primus esset, placuit calendas vocari. Ex Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 15.
Ausoniæ Calendæ. Ouid. 1. Fast. 11. Vendicat Ausonias Iunonis cura calendas. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 15. Vt autem Idus omnes Ioui, ita omnes Calẽdas Iunoni tributas, & Varronis & pontificalis confirmat authoritas. Ausonias autem calendas vocat poeta, id est Latinas, quia Latinorum sunt propriæ. Calendis enim carent Græci. Vnde manauit prouerbium, Ad Calendas Græcas, Id est Nunquam.
Iani Calendæ. 1. Stat. 1. Sylu. 6. 1. Iani vos reuocabimus calendis. Id est mensis Ianuarii.
Intercalares calendæ. Vide INTERCALO.
Iuleæ calendæ. Ouid. 6. Fast. 160. Tempus Iuleis eras est natale calendis. Id est mensis Iulii.
Calendæ Martiæ fœminis solennes erant. In iis enim munera iis missitari solebát. Vnde fœmineæ calendæ à Iuuen. Satyra 9. 6. dicuntur. Munera fœmineis tractas secreta calendis. Ita enim calendæ Martiæ fœminis dicatæ erant, vt Saturnalia viris, quæ mense Decembri agitabãtur. Tranquillus in Vespasiano, Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & calendis Martiis fœminis. Et tamen ne sic quidem prilectomeus senex inter flagitationes vxorias & hanc narrat.
Et prius quàm galli cantent, quæ me somno suscitet,
Da mihi vir calendis quæ mittam quum Martiæ venerint. Macrobius lib. 1. Saturnaliorum, cap. 12. de calendis Martiis loquens, Hoc mense seruis cœnas apponebát matrone, vt domini Saturnalib⁹. Illę vt principio anni ad promptum obsequiũ honore seruos inuitarent. Hi quia gratiam perfecti operis exoluerent. Quo in loco Macrobius de tempore priscorum Romanorum loquitur, qui decem tantum menses habebant. Budæus. Horat. 3. Carm. 8. ode 1.
Martiis cælebs quid agam calendis?
Ponere pecuniam calendis. Horat. Epod. 2. 14.
Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit calendis ponere.
Tristes calendæ. Horat. 1. Sermo. 3. saty. 28.
Odisti, & fugis, vt Drusonem debitor æris:
Qui, nisi quum tristes misero venêre calendæ
Mercedem, aut nummos vnde vnde extricat. Id est, quæ debitorẽ tristem reddunt, q⁹ debitam pecuniam soluere tunc fœneratori debeat.
Calendaris Iuno. (κἀλανδ'ἀρίστη, ἥρα,) Sic Laurentes hanc deam appellarunt: quòd sicut Idus omnes Ioui, ita omnes calendæ Iunoni dicatæ essent: propter quod omnibus calendis à mense Martio ad Decembrem hanc deæ supplicabant in curia Calabra, & regina sacrorum, Id est regis vxor porcam vel agnam in regia Iunoni immolabat. Sipontinus ex Macrobio lib. 1. Saturn. ca. 15.
Calendaria dicebantur tabulæ ab obseruatione singulorum mensium: vt diaria, à singulorum dierum ratione obseruata: cuius exempla sunt tã apud Iurisconsultos, quàm apud alios. Quoniam verò fœneratores diligentius faciebant huiusmodi tabulas, ideo factum est vt calendarium in ire pro negotiatione nominã faciendorum accipiatur. Vlpianus, Calendarii quoq; curatio & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus, Itaque ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, id est nominibus faciendis, destinatæ essent, fidei commisso cedere solent. Budæus.

CALENVM, penul. prod. (κἀλανόν,) Vrbs Campaniæ XIIII. passuum millibus à Capua distans, in cuius agro vinum optimum & dulce nascitur. Plinius libro 3. cap. 5. 17. Bouillę, Calatiæ, Cassinum, Calenum. Sic Strabo libro 5.

CALENI, (κἀλανοί,) Campaniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 5. 13. Hinc felix illa Campania est. Ab hoc finu incipiunt vitiferi colles, & temulentia nobilis, succo per omnes terras inclyto, atque (vt veteres dixere) summum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His finguntur Falerni, Caleni. Deinde consurgunt Massici. Gaurani, Surrentinique montes. Porro in agro Caleno, aqua est quæ vini modo temulentos facit, vt in Papilagonia. Idem Plinio authore lib. 2. cap. 103. Horat. 1. Carm. 20. 2.
Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes vuam. Quidam scribunt calænum, per æ diphthongum: dictumque volunt à Græco καλός, bonum: & οἶνος vinum. Horat. 1. Carm. 31. 2.
Premant Calæna falce, quibus dedit Fortuna vitem.

Caleo, Vide CALOR.

CALES, (κἀλαί,) Populi vel vrbs Campaniæ, vbi Calenum vinum optimum. Horat. 4. Carm. 12. ode. 3. Sed prelum Calibus ducere Liberum Si gestis. Id est vinum Calenum bibere. Acron. Virg. 7. Aen. 146.
– quique Cales linquunt, amnisque vadosi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accola Vulturni. Cales (ait Seruius) ciuitas est Campaniæ.

Calesco, Vide CALOR.

CALETI, (κάλετοι,) Strabonì inter Galliæ Belgicæ vrbes ponuntur. Sic enim scribit lib.4. Cæterum Menapiis, ad mare proximi sunt Morini & bellouaci, & Ambiani, & Suessiones, & Caleti, vsque ad Sequanæ amnis exitum. Hactenus Strabo. Horum quoque meminit Cæsar belli Gall. lib.2. Caleti porrò linea vela texût, Authore Plinio lib.19. cap.1. Cadurci (inquit) Caleti, Ruteni, Bituriges, vltimique hominum existimati Morini, imò verò Galliæ vniuersæ vela texunt. Ptol. lib.2. cap.9. Gesoriacum nauale vocat vrbem eorum, Vulgò Calez.

Caliculus, Vide CALIS.

Calidus, Vide CALOR.

Caliendrum, (κάλλωστρον,)

Dicitur ornat⁹ capitis mulierum, siue suppositus crinis quem pro naturalibus accipiebant, vt ait Acron in illud Horatii. 1. Serm. 8. Saty. 10.

– altum Saganæ caliendrum
Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula, cum magno risuque, iocoque videres.

Caliga, caligæ, pen. corr. (σκέπη,)

Tegumentum tibiarum militare, cuius diminutiuû est caligula. A quo militari calceamento Germanici filius Caius Ro. Imperator cognomen sortitus est, quoniam in exercitu natus sit. Ausonius in Monostichis de ordine Imperatorum, Cæsar, cognomen Caligæ cui castra dederunt. Sueton. in Caligula, cap.9. Caligulæ cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Plin. lib.7. cap.43.2. Quanquã Massurius Author est, bis in triumpho ductum: Cicero, mulionem castrensem suffarraneum fuisse plurimi, iuuentam inopẽ in caliga militari tolerasse. Cic.2. Philipp.84. Cum caligis & lacerna cucurristi.

Caliga speculatoria. Suet. in Cæsare Caligula, cap.52. Sæpe depictas gemmasque indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum processit, aliquando sericatus & cycladatosiac modò in crepidis vel cothurnis, modò in speculatoria caliga. Quo in loco antiquissima exemplaria scriptum habẽt speculatoria. Cui lectioni astipulari videtur doctorum omnium opinio, vt sit speculatoria caliga qua vtebantur olim speculatorii milites. Erat autem ad mediam vsque tibiam, vt antiqua marmora adhuc testantur, atqi ita facta vt superior pars caput quoddam leonis appareret.

Caligas Epicratis oratoris lasciui, videtur Cicero accipere pro oratione. Lasciuiuscula, quum ad Atticum, lib.2.18.1. de scribit, Valerius absolutus est Hortensio defendente. Id iudicium Attilio condonatum putabatur, & Epicratem suspicor, vt scribis, lasciuiũ fuisse. Etenim mihi eius caligæ, vt fasciæ cretatæ, non placebant. Ita interpres Bapt. Pius.

Caliga Maximini, Prouerbium de homine alto & oblongo corpore prędito. Erasmus in Chiliad.

Caligatus, pen. prod. (στιλβωτός,) Caligis indutus. Iuuenal. Saty.3.32. Veniam caligatus in agros.

Caligatus miles, pro manipulari & gregario. Venuleius in l. De militib⁹. De custod. & exhib. reo. De militibus ita seruatur, vt ad eum remittatur, siquid deliquerint, sub quo militant. Is autem qui exercitum acceperit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos habet. Vlpianus, De his qui notantur infamia, Lege secunda, Quod ait Prætor, qui ab exercitu dimissus erit; dimissum accipere debem⁹ militem caligatum, vel, &c. Budæus.

Caligarius, A diectiuum, vt Caligarius clauus. Plin. lib.34. cap.14.6. Differêtia ferri numerosa. Prima in genere terræ cœlive. A liæ molle tantum, plumboque vicinius submuistrantaliæ fragile & æroſum, rotarumque vsibus & clauis maximè fugiendum, cui prior ratio conuenit: aliud breuitate sola placet, clauisque caligariis: aliud rubiginem celerius sentit.

Caligâris, & hoc caligare, pen. prod. Plin. lib.9. cap.18.2. In quib⁹ pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt squamis conspicui, crebris atque præacutis, clauorũ caligarium effigie. Idẽ lib.32. cap.22.27. Vt diximus illa pernicialia prorsus improbanda. Si enim caligaris clau⁹, ferrive aliqua rubigo, aut panni mareor affuerit nascenti, omnem illico succum alienum saporemque in venenum decoquit.

Caligo, pen. prod. caliginis, pe. corr. f.g. (γνόφος, ζόφος,)

Vmbra ex spissitudine aeris procreata. Virgil.9. Aeneid.

Quis globus ô cives caligine volvitur atra?

Caligo ac tenebræ. Cic.5. Verr.152. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris.

Tetris tenebris & caligine se Alexandriam peruenturos arbitrati sunt? Cic.2. de Lege Agra.51.

Atra caligo. Virgil.11. Aeneid.175.

Volvitur ad muros caligine turbidus atra Pulvis.

Cæca caligo. Virgil.3. Aeneid.41.

Treis adeò incertos cæca caligine soles Erramus pelago.

Densa caligo. Virgil.12. Aeneid.94.

– solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans.

Nigrans caligo. Sil lib.4 62.

Nigranti piceus sensim caligine vertex Volvitur.

Opaca densus caligine. Ouid 10. Metam. 11. de tramite loquitur per quem ab inferis ad superos ascenditur.

Picea caligo. Virgil.2. Georg.62.

– & ruit atram
Ad cælum picea crassus caligine nubem. Sic Ouid. lib.1. Metam.26.

Spissa caligo. Ouid.7. Metam.107.

Subita caligo. Star. lib.10. Thebaid.28.

Caligmem temporum illorum vide. Cic. pro Plancio.28.

Caligo & tenebræ superioris anni, quam respicere cœpistis, &c. Cic. post Reditum in Senatu.4.

Terribilis caligo. Lucretius lib.6.171.

Quasi per caliginem. Cic.5. de Finibus.78. Infirma ætate, imbecillaque mente vis naturæ, quasi per caliginem cernitur. Hoc est, quasi per nebulam, & obscuram quandam rem. Idem. 12. Philipp.320. Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus.

Abundare caligine. Ouid.2. Metam.153.

Discussa est illa caligo, quam &c. Cic.12. Philipp.321.

Inducere caliginem dicitur Deus. Ouid.1. Metam.59.

Quum Deus inducta latas caligine terras Occuluit.

Caligine mersus. Virgil.6. Aeneid.54. Pandere res alta terra, & caligine mersas. Periphrasis est rerum quæ apud inferos sunt.

Tegere terras caligine nox dicitur: vt apud Lucretium lib.6.171. Nox vbi terribili terras caligine texit.

Caligo oculorum. Plin. lib.18. cap.13.4. Oculos purgat, medetur caligini admisto lacte mulierum. Idem lib.29. cap.4.27. Caligines conciatus, & vomitus araneosos.

Maris caligo. Statius lib.4. Thebaid.6.

Cæca mentis caligo. Catull. epig.54.4.

Noctis cæca caligo. Lucret. lib.4.93.

Plenus caligine. Statius lib.2. Thebaid.137.

Flagrantem, multaque operis caligine plenum,
Consilio dignata virum.

Caliginôsus, pen. prod. (ζοφώδης, ζοφοειδής,) Adiectiuum. vt Caligino sum cælum Cicer.1. Tuscul.69. Vt penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres ventique coguntur, quod & humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ. Plin. lib.17. cap.12.4.

Nebulosum & caliginosum cælum. Cic.1. Tuscul.94.

Nox caliginosa. Horat.3. Carm. ode.29.6.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit deus. Id est Cęlat nos deus & ignorare vult futuri temporis exitum.

Caliginosa stella. Cic.1. de Diuinat.211. Nam si obscurior quasi caliginosa stella extiterit, pingue & concretum esse cælum.

Caligo, caligas, pen. prod. (ἀμβλυώττω, παρβλέπω,) caligâre, Cæcutire. Plin. lib.20. cap.21.4. Inunguntquoq; scabras genas, aut caligantes oculos cum melle.

Nubes caligat. Virgil.2. Aeneid.121.

– nanque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam.

Caligant oculi ex somno. Celsus lib.21. cap.6.

Caligante animo. Plin. lib.11. cap.37.21. Sic in morbo comiciali aperti oculi nihil cernunt, animo caligante.

Caligare dicuntur amnes. Colum. lib.1. cap.5. Quũ plerique amnes ęstate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligent. Id est caliginosi fiunt.

¶ Caligare in sole. Id est, in re clarissima cæcutire: apud Quintil. lib.1. cap.2.14. Deinde inquit quum proferenda sunt studia, caligat in Sole. Vide Chiliadas Erasmi.

¶ Caligat ad eas res humanũ genus. Plin. lib.30. cap.1.2. de origine magicæ artis loquens, Ita blandissimis, desyderatissimisq; promissis addidisse vires religionis ad quas maximè etiãnum caligat humanũ genus.

Caligans, Participium, (ἀμβλυόττων,) Virg.4. Georg.94.

Et caligantem nigra formidine lucum Ingressus.

Campi caligantes. Statius lib.1. Thebaid.19.

Fenestræ caligantes, Apud Iuuenalam.

Caligatio, Verbale, (ἀμβλυωτία,) Plin. lib.29. cap.6.15. Aquilæ misto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ, & caligationes, fusionesque oculorum.

CALIGVLA, penultima correpta, (καλιγύλας,) Dictus fuit Caius Imperator. Vide CALIGA.

CALINGAE, Gentes Indicæ ad mare. Plin. li.6.ca.17.&.19. De quib⁹ rursum lib.7. cap.2. sic scribit, In Calingis eiusdẽ Indiæ gẽte quinquennes concipere fœminas, octauum vitæ annum non excedere.

CALINGII,

CALINGII, Asiæ populi, quibus vicina est Ampesoue Milesiorum colonia. Author Plinius lib.6. cap.28.

CALINGON, Indiæ promontorium, vt tradit Plinius lib.6. cap.20.

CALINIPAXA, Scytharum oppidum, authore Plinio lib.6. cap.17.

CALINVS, Statuarius, cuius meminit Quintilianus. Calamis legitur apud Quintilianum lib.12. cap.10.

CALIPOLIS, seu Callipolis, pen. corr. (καλλίπολις, Steph. κάλλιπόλις, Ptol.) Europæ vrbs est ad Hellespontum, vrbibus Asiæ opposita. Plin. lib.4. ca.11.11. Hellespontus septem stadiis Europam ab Asia diuidẽs, quatuor illic inter se cõtrarias vrbes habet, in Europa Calipolin & Sestonem. In Asia Lampsacum, & Abydon. Hæc porrò Calipolis nõ adeò celebris est atqi illa Macedonica, cui⁹ Liuius meminit Decade.4.

CALISTO, Callisto, (κάλλιστώ,) Lycaonis regis Arcadiæ filia, fuit Dianæ comitem adsciscit. Compressa deinde ab Ioue, vtero in balneis apparente, dum simul lauaret, ab ea repulsa, Arcadem in syluis peperit, de qua ante diximus in dictione ARCTOS.

Calisto Lycaonia. Catul.61.14. Lumina Calisto iuncta Lycaoniæ.

Calisto, Sydus. Colum. lib.11. cap.2.11. VII Idus Feb. Calisto sydus occidit, Famosũ spicare incipiunt.

Calix, calices, pen. corr. masc.g. (κάλιξ,)

Genus poculi quo bibimus. Varro.2. de Ling. Latina, Calix, à caldo i. quód in eo calda pota apponebatur, & caldum eo bibebant. Festus, Calix, quòd in eo calidum bibitur. Plaut. Capt. 15.8. Aulas, calicesq; omnes confregit, nisi quæ modiales erant. Idem Milit. 11.10. Nam eo magnum clamat, tetigit calicem. Cic. in Pisonem. 53. Toreuma nullum, maximi calices.

Auratus calix. Propert. lib.2.

Calices ex terra facti. Vitruuius lib.6. cap.1. Calices duo in vna fornace æquè cocti, æquoque pondere, ad crepitumque vno sonitu sumantur, ex his vnus in aquam demittatur, postea ex aqua eximatur, tunc vtrique tangantur.

Calix vitreus. Martialis in Xeniis. lib.14.120.

Aspicis ingenium Nili sequibus addere plura
Dum cupit, ah quoties perdidit author opus. Bayfius. Illi autem qui ab eodem calices vitrei dicuntur, à Græcis κύλικες ὑάλινοι, verbum è verbo scilicet nuncupantur, authore Iulio Polluce.

Coronatus calix. Tibul.2. eleg.6.12. – coronatus stabit & ipse calix.

Calices diatreti, cælati & tornatiles, qui torcumata Græco vocabulo dicuntur Sallustio, Ciceroni, Tranquillo. Budæus.

Calix fœcundus. Horat.1. Epist.5.4. Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Inæquales calices. Horat.2. Serm.6. saty.14.

Plebeii calices. Iuuenal. Saty.11.15.

Impingere alicui calicem. Cic.3. Tuscul.75. Quid? huic calix mulsi impingendus est, vt plorare desinat, aut aliquid eiusmodi.

Siccare calices. Horat.2. Serm.6. saty.14. Siccat inæqualeis calicis conuiua. Id est ebibit, vt ait Acron.

Texere calices smaragdis. Plin. in præcom. lib.33.6. Nec hoc satis fuit: turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices.

Tractare calicem. Horat.2. Serm. saty.4.16. – seu puer vnctis
Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit.

Amarior calix. Catul. epig.54.41.

Minister vetuli puer Falerni
Ingere mi calices amariores. De calicibus sic Martialis in Apophoretis lib.14.93.

Non sumus audacis plebeia toreumata vitri:
Nostra nec ardenti gemma feritur aqua. Ibidem.108.

Gemmarum Scythicis vt luceat ignibus aurum:
Aspice quot digitos exuit iste calix.

¶ Calix, Vas, in quo legumina & oleta coquuntur. Ouid.5. Fast.102.

Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. ✻ Vocãt etiam cratera eadem significatione. Vide CRATER.

¶ Calix, non solum pro vase à doctissimus ponitur, sed etiam pro ea tantum vasis parte quæ humoris capax est. Plin. lib.37. ca.2.6. vbi de murrhini pretio agit, Exercẽsit in dies eius rei luxus, murrhino LXXX sestertiis empto, capaci planè ad sextarios tres calice. Vides vt calicem murrhini dixerit, eam partem quæ humorẽ continere queat? Bayfius.

¶ Calix cochleæ. Plin. lib.9. cap.56. Cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta est, vt LXXX quadrantes caperent singularum calices. De cochleis loquitur.

Calículus, pen. corr. (κυλίκιον,) Diminutiuum. Plin. lib.9. cap.30.5. Ostẽdere Lucullo caput eius doli magnitudine, amphorarum quindecim capax, atque (vt ipsius Trebii verbis vtar) barbas quas vix vtroq; brachio complecti esset, clauarum modo torosas, longas pedum XXX. acetabulis siue caliculis vrnalibus pelurium modo, dentes magnitudini respondentes. De Polypo loquitur. Cato cap.108. Vinum si voles experiri duraturum sit, necne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum nouum indito. Celsus de cucurbitulis loquens lib.2. At si cætera defecerunt, caliculus quoque, aut pultarius oris compressioris, ei rei commodè aptatur.

Callaici, pen. corr. (καλλαΐκοί,)

Lusitaniæ populi, Gallis finitimi, dicti quasi Gallaici, quos vt bellicosos maximè commendat Strabo, lib.3. Sil. lib.16.63. Eualat ante omnes, rapidoque per aera cursu
Callaicus Lampon fugit. Lampon equi nomen est apud Callaicos populos nati.

Callaicus, Adiectiuum, (καλλαϊκός,)

Martialis, Nec quæ Callaico linuntur auro. Brutus Callaicus, ab hoste Callaico dictus. Ouid.6. Fast.93.

Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste
Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humum.

Calleo, Callens, Vide CALLVM.

CALLET, Hispaniæ oppidum, stipendiarium, non liberum, dicente Plinio lib.3. cap. primo, Stipendiaria, Caller, Calucula, Castra gemina, Illipula minor, &c.

CALLIAS, Atheniensis Comicus, filius Lysimachi, qui cognominatus est Schœnion, ęp funes ob paupertatem torqueret. Callias itè Lacoplutus cognominatus, dux Atheniensium nobilis, cõtra Artaxerxem missus. Author vtriusque Suidas. Callias item Methymnęus grammaticus, quem Strabo dicit Alcæum Sapphonẽque poetas enarrasse.

Calliblepharum, (καλλιβλέφαρον,)

Medicamen accommodatum vitiis oculorum præsertim quũ palpebræ cohærescunt, & vlcera oculorũ malè curata sunt. Medicamentum est quo fucantur ornanturq; palpebræ. Plin. lib.23. ca.4. Nuclei palmarum cremati in fictili nouo, cinere loto, spodii vicem efficiunt, miscentúrque collyriis, & calliblephara faciunt addito nardo. Idem lib.21. cap.19. Folia vruntur in calliblepharum.

CALLICLES, pen. corr. Statuarius nobilis, cuius meminit Plin. li.34. cap.8. Alterius Callicli meminit Quintil. lib.2. cap.16.

CALLICRATES, pen. corr. Artifex, ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, vt partes earum cerni non possent. Author Plinius lib.36. cap.5. ad finem.

HALLIDROMVS, penult. correp. Mons est iuxta Thermopylas. Plinius lib.4. cap.8.

Callidus, Callide, Calliditas, Vide CALLVM.

Calligonon, pen. corr.

Herba quæ & Polygonon dicitur. Vulgus sanguinariam vocat. Plin. lib.27. cap.12.8. Appellatique à multitudine seminis, aut densitate fruticis calligonon.

CALLIMACHVS, pen. corr. (καλλίμαχος,) Poeta Cyrenæus, filius Batti, discipulus Hermocratis lasci grãmatici, vixit apud Ptolemæũ Philadelphum vsque ad Euergeten, bibliothecæ regię præfectus. Omne poematis genus attigit. In aduersarium poema acerbissimum, quę ficto nomine Ibin appellat: vnde Ouidius poeta nomen & argumentum mutuatus est: edidit. elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliaque complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiam vnam in lauacrum Palladis, & quosdam hymnos in deos.

Romanum Callimachum seipsum vocat Propertius lib.4. eleg.1.13.

Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris.

Vmbria Romani patria Callimachi. Innuere vult tãtum se esse apud Latinos in scribendis elegis, quantus apud Græcos fuerit Callimachus.

Callimachus alter sculptor ἑτερότεχνος nominari studuit, quasi artis interpolatorem, & qui eam in teniorem exquisitioremq; disciplinam reduxit: τόρνον enim liquefacere conflatęque est. Nam ipse prius lapidem perforauit, minutarimque tractauit. Author Pausanias.

CALLINICVS. penul. prod. Sophista Syrius, vel Arabs, profitebatur Athenis. Scripsit de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de rebus gestis Alexandri, & alia quædam. Author Suidas.

Calliónymus, pen. corr. Gen⁹ piscis, cuius fel cicatrices sanat.

Plinius lib.32. cap.7.3.

CALLIOPE, pen. corr. (καλλιόπη,)

Vna Musarum, & quidẽ præstantissima, vt dixit Hesiodus, quæ etiã Calliopea, pe. prod. dicit. Ouid.5. Fastorũ. Prima sui cœpit Calliopea chori. Propert. lib.1. eleg.2.6.

Quum tibi præsertim Phœbus sua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram.

Mater Orphei Calliopea. Virgil.4. eclog.12.

– hunc mater quamuis, atque hunc pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Musa callida Calliope. Lucretius lib.6.19.

Calliope requies hominum, diuumque voluptas. Lucret. lib.6.19.

Calliope Musa, quæ cantus suauitate cæteras antecedens, magni ab auditoribus æstimatur, ait Diodorus lib.5. cap.1. ad finem. Vnde & à bona voce, hoc est ἀπὸ τῆς καλῆς ὄπος denoiatur. Vnde & Homerus eã vocat deam clamãtem, & Hesiodus ait eam sequi fortia facta ducum. Pharnutus ipsam rhetoricæ præsse existimat, quæ vim persuadendi obtineat & impellendi populos. Verùm alii Græcorum grãmatici poticæ præfectam esse aiunt: vnde & frequentius à poetis inuocari solet. Literæ quoque huic attribuunt. Qui in Hesiodum commentaria cõposuerunt, Calliopen ideo præstantissimam & Musarum maximam dictam volunt, quòd omnibus carmina & versus præstare dicatur. Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Calliope,teste Asclepiade,Apollo natos treis sustulit,Ialemum, Orphea,& Hymenęum:& propterea Martianus Capella & Claudianus Hymenæum Musa genitum canunt,licet Catullus Vraniæ genus illú fuisse scribat.Sunt qui nõ Apollinis Hymenęum,sed Magnetis filium fuisse tradunt,ipsumque Hymenæum amatum à Thamyra,qui impudicæ veneris author fuerit.Orpheum quoque alii non Apollinis sed Oagri filium scripserequod & ipse Orpheus testatur. Sed & Cymothoa ex iisdem Oagro & Calliope progenitum legimus in Græcis commentariis. Scribit Hyginus Calliopen ab Ioue Iudicem electam inter Venerem & Proserpinam,quum vtraq; Adonin sibi optaret. At illa ita iudicauit,vt dimidium anni partem vtraque vicissim eum possideret.qua re Venus indignata,Orpheum Calliopes filium Thressis mulieribus obiecit,quæ illum discerpserunt. De Ialemo verò Suidas refert eum fuisse infelicem,vnde etiã prouerbium factum, Ialemo frigidior,de re admodum frigidiori & miserabili,ac flebili: nam & fletũ Ialeminum dicimus. Quidã præterea Sirenas tradidere fuisse filias Calliopes,non Melpomenes.

CALLIPIDAE,pen.corr.Scythiæ Europeæ populi ad Hypanim fluuium:Solinus Callipodas vocat:Pomponius Mela Callipidas: eosdẽ Herodot⁹ Græcos Scythas nominat,quòd ex Græcis Scythæ facti sint.

CALLIPIDES,Callipidis,Tragœdiarum histrio fuit. Cic. Attico, lib.13.epist.2.Biennium præteriit, quum ille Callipides assiduo cursu cubitum nullum processerit.

CALLIPO,Philosophus,qui honestati voluptatem adiunxit.

CALLIPPVS,Atheniẽsis Platonis auditor,interfectus à Syracusanis q tyrannidem post Dionysium aggrederetur. Dionemque patriæ liberatorem per proditionẽ interfecisset. Author Plutarchus in Dione.

CALLIROE,(καλλιρόη,)Fons Atticę.Plin.lib.4.cap.7.In Attica fontes,Cephisia,Larine,Callirroe enneacrunos.Hactenus Plinius.Est igitur Callirroe ὑπαλχεννος dictus,id est cuius aquæ ductus,vel scaturigines sint nouem.Statius lib.12.Thebaid.136.Id eleganter expressit, Et quos Calliroe nouies errantibus vndis Implicat.

Callíscere, Vide CALLVM.

CALLISTHENES,pen.corr.(καλλισθένης,) Olynthius discipulus, & propinquus Aristotelis, vnus è comitibus Alexandri, vir ingenio doctrinaque præstans,scripsit historiam philosophorum, secundus à Xenophonte,in qua res Alexandri gestę continentur. Tandem quasi author coniurationis Hermolai, ab Alexandro indignis modis interficitur.Suspectus quoque quòd non,vti cæteri adorandum eum putauerit. Trogus libro.24.

CALLISTRATVS,pen.corr.Nomen statuarii cuiusdam, cuius meminit Plinius lib.34.cap.8.

Calliſtruthiae, Ficorum genus omnium frigidissimũ. Vide Plinium lib.18.cap.11.2.

CALLISTVS,Vnus inter comites Iuliani principis expeditionis.heroico versu eius historiam conscripsit.Author Volaterranus.

Callitrichon, Herba,ex qua hi sternutamentum.folia sunt lenticulæ similia,caules iuncis tenuissimis,radice minima.Nascit in opacis & humidis,gustatu feruens. Plin.lib.25.ca.11.3. Dioscorides callitrichon ait appellari,quod nunc polytrichon vocamus, hoc quidem quia multos, illud verò quia pulchros capillos faciat.Species est capillorum Veneris.Ruellius lib.3.cap.133. Callitrichon hodie vocant herbarii saluiam transmarinam,indigniore errato quàm quod explodi mereatur,quando inter capillatia, quæ vocant, genera, herbam collocent.

Callitrix, Herba,quæ decocta in aqua,humidis vlceribus prodest, Plin.lib.26.cap.14.8.

Callus, m.g.& callum,calli,vtroque modo dicitur (τύλη,τύλος,) & est cutis labore viæ pedib⁹,aut alio opere in manib⁹,parteve alia corporis densior facta,cuiusmodi est in suis rostro,ceruice bouis,animalium plantis pedum.Plau.Persa.9.4.Magis calleo, quàm aprugnum callum callet.Plin.lib.9.cap.35.5.Sani quidẽ partus multiplici constant cutẽ,non impropriè callũ,vt existimari corporis possit.Cic.5.Tusc.130.Mihi amictui est Scythicum tegmen, calciamentum solorum callum, &c.

Callum fungorum.Plin.lib.19.cap.4.ad finem, Fungorum enim callum in ligni arborumque natura diximus.Idem lib.17.cap.24.10. Syderationis genus est,quum acini priusquam crescant,decoquuntur in callum.Idem lib.16.cap.29.ad finem, Ferunt & auellanæ iulos compactili callo ad nihil vtiles.

Callum,per metaphoram ponitur.vnde Callũ obducere.Ci.3.Tusc.90. Quorũ animis diuturna cogitatio callũ vetustatis obduxerat.Ibidem lib.2.62.Et ipse labor quasi callum quoddã obducit dolori. Idem ad Varronem lib.9.Epist.29.Hæc ego suspicans,adhuc Romæ maneo:& τὴν λαλάϊτος cõsuetudo diuturna callũ iam obduxit stomacho meo. Excedere callum.Cel.lib.5.cap.vlt.

Callosus,pen.prod.(τυλλώδης,)Adiectiuum, vt Callosus acinus.Colu. lib.3.cap.15.Humido loco sciet nõ rectè mandari fructus, tẽeri, & ampliores acini,sed callosi & angusti.

Dextra callosa.Ouid.ad Pisonem.4.
Humida callosa quum pinseret hordea dextra;

Oræ callosæ,in vlceribus sunt quæ vulgò labra dura dicimus. Cel.lib.5. cap.28.Chironium autem vlcus appellatur,quod & magnum est, & habet oras duas callosas,tumentes.

Ova callosa.Horat.2.Serm.Saty.4.3.
Longa quibus facies ouis erit,illa memento
Vt succi melioris,& vt magis alba rotundis
Ponere,nanque marem cohibent callosa vitellum.

Tectę res callo.Lucret.lib.4.189.
Prætereaque ferè res omnes,aut corio sunt,
Aut cute conclusæ,aut callo,aut cortice tectæ.

Callosa tunica,siue membrana oculi.Plin.lib.11.cap.37.23. Tenuibus multisque membranis oculos natura composuit,callosis contra frigora caloresque tunicis.

Callosa vlcera.Plin.lib.26.cap.14.5. Peristereos ad omnia genera,vel callosorum putrescentiumque vlcerum facit.

Calleo,calles,callui,(τυλόω,)callere,Callis obductũ esse.Plaut.Pœnul. 4.4.Neque homines magis asinos vnquam vidi,ita plagis costæ callent. Plin.lib.11.cap.37.79.Antiqui abdomen vocabant,priusquam callaret id,scientes occidere non assueti.Hoc est,in callum durescerent.

Callere,(φιλοπερευνᾶν ὀδῶν,)Scire,hoc est calliditate, quæ est vtbana scientia: vt ajt Nonius.Horatius, Legitimumque sonum digitis callemus & aure.Callemus (inquit Sipontinus) hoc est scimus, nouimus: quòd sicut pes ex longo viæ labore callum facit,ita meus longa experientia facit habitum quendam rerum in quibus versatur. Plautus Pœnulo.8.1.
Iam tenes præcepta in corde? C. pulchre. M. videsis calleas.
C. Quid opus est verbis? callum aprugnum callere equè non sinam. Ibidem.7.71.Teren.Heaut.3.2.37. Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo.Seruius Ciceroni.4.5.6.Aut qui non in illis rebus exercetatus animus callere iam debet?

Calleo hanc rem,pro hac re,authore Nonio.Persius, Dicenda,tacendaque calles.Terent.Adelph.4.1.18. Quin tu otiosus es,ego illius sensum pulchrè calleo.Brutus ad Atticum,in lib.Epist.ad Brutum.17.8. Quanto autem magis illa callere videtur Philippus,qui priuigno minus tribuerit,quàm Cicero qui alieno tribuat?

Callere iura.Cic.pro Cornelio Balbo.25. Ignosco tibi, si neque Pœnorum iura calles.

Callere ad suum quæstum.Plaut.Trucul.19.38.Omnes homines ad suũ quæstum callent & fastidiunt.

Callere,cum infinitiuo.Horat.4.Carm.9.ode.10. –qui deorum Munẽribus sapienter vti, Duramque callet pauperiem pati.Id est ingeniosè nouit.Acrõ.Lucret.li.1.197.Multaq; de rerũ natura dicere callet.

Callés,(ἐὺ οἶδ' ὧν,) Nomen.vt Callés vaticinandi.Plin.lib.21.cap.31.5. Halicacabi radicem bibunt,qui sunt vaticinandi callentes.

Callidus,pen.corr.(πανοῦργος,) Adiectiuum, Dicitur qui callũ sibi vsu artis induxerit,Authore Donato Cic.4.Acad.166. Ego enim,vt agitator callidus,priusquàm ad finem veniam,equos sustinebo. Terent. Eunuch.5.7.10.At etiam primò callidum & dissertum credidi hominem. Idem And.1.2.26.

Stultus & Callidus,contraria.Ouid.2.de Tristibus.100.
Verbaque dat stulto callida nupta viro.

Inter versutum & callidum. Cic.3.de Natura Deorum.33. Homo sine dubio versutus & callidus. Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur.Callidos autem,quorum tanquam manus operę,sic animus vsu concalluit.

Callidus rerum iudex,pro prudenti & intelligenti rerũ æstimatore. Horatius.2.Serm.7.

Callidissimus rerum rusticarum.Colum.lib.2.cap.2.1.

Callidus temporum.Tacitus lib.4.88.4.Igitur vt olim plebe valida,vel quum patres pollerent,noscenda vulgi natura,& quibus modis temperanter haberetur,Senatusque & optimatium ingenia qui maxime perdidicerant,callidi temporum & sapientes credebantur: sic conuerso statu,neque alia rerum quàm si vnus imperitet,hæc conquiri,tradiq; in rem fuerit.

Callidus & tegendis sceleribus obscurus.Tacitus lib.5.

Callidus amicus accendendis offensionibus.Tacitus lib.2.

Callidus ad.Plaut.Trucul.8.45.
–ad suum quenque æquum est quæstum
Esse callidum.Idem Epid.9.44.Minusque ad rem hãc callidum. Cic. pro Cluentio.145.Quòd aut hi qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent,quantum excogitant.

Vsu callidus.Ouid.19.Epist.4.
Non ego natura,nec sum tam callidus vsu.

Adulter callidus.Ouid.1.Amor.10 eleg.1.
Qualis erat Lede,quam plumis abditus albis
Callidus in falsa lusit adulter aue.

Callidum

Callidum artificium.Cic.1.Tuscul.75.Quanquam foramina illa quę patent ad animũ à corpore callidissimo artificio natura fabricata est.

Astus callidi. Seneca in Troade.623. –nectit pectore astus callidos.

Auceps callidus.Ouid.11.Metam.15.
Vtque suum laqueis,quos callidus abdidit auceps,
Crus vbi commisit volucris,sensitque teneri.

Consilio callidũ.Cic.ad Att.lib.15.325.2.Ita pte exoretur,ne quod callidius ineat consilium. Nõnulli hic scribendũ esse censent calidius cum vnico l. Nonius lib.1.Offic.115.legit Periculosa & callida consilia.

Fraudes callidæ.Seneca in Hippoly.4.29.

Iudex callidus.Horat.2.Serm.Saty.7.21.

Iunctura callida,Arguta compositio.Horat.in Arte.2.
Dixeris egregie,notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouum.

Lena callida.Tibul.lib.1.eleg.5.10. Venit in exitium callida lena meũ.

Callidum mendacium.Plaut.Mostel.8.146.

Modo callidiore.Ouid.ad Pisonem.39.
Callidiore modo tabula variatur aperta Calculus.

Nauitæ callidi.Horat.3.Carm.ode.24.8. –callidi
Vincunt æquora nauitæ.

Callidus cum infinitiuo.Horat.3.Carm.ode.11.1.
Tuque testudo resonare septem Callida neruis.

Callidè,Aduerbium,(πανοὺργως,δεινῶς,)Cic.2.de Finib.86.Sed omnia callidè referentem ad vtilitatem.Terẽt.And.1.2.30. & Adel.3.3.63.

Accẽsit callidè.Cic. pro Flacco.17. Bene testem interrogat, callidè accessit,reprehendit.

Callidè dicere.Cic.in Orat.52. Qui in illo subtili & acuto elaborauit,vt callidè argutèque diceret, nec quicquam altius cogitaret. Idem pro Cluentio.45. Itaque quum callidissimè se dicere putaret, & quum illa verba grauissima ex intimo artificio deprompsisset.

Callidè & peritè.Cic.1.de Orat.25. In his ipsis rebus satis callidè versari & peritè potest.

Calliditas,pen.corr.(πανουργημα,) Astutia.Terent.Heaut.5.1.14. –serui venere in mentem Syri

Calliditas.Cic.1.Offic.91. Scientia quæ est remota ab iustitia, calliditas potius, quàm sapientia est appellanda. Idem.1.de Diuinat.65. Quæ est igitur ista calliditas,res vetustate robustas,calumniando velle peruertere?Et Cæsar.8.bel.Gal.63.

O mira calliditate virum? Ouidius in epistolis.

Occulta calliditas.Quintil.lib.1.cap.5.5.

Stulta calliditas.Cic.3.Offic.156.

Lædi calliditate.Ouid.19.epist.25. Teque mea lædi calliditate puto.

Superare calliditate.Cic.de Aruisp.Resp.17.Quàm volumus licet p. c. ipsi nos amemus:tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos,nec calliditate Pœnos,nec artibus Græcos,nec denique,&c. superanimus.

Callis,huius callis,m.g.(τρίβων,) significat semitam,veluti callo pedum prædurata.Virg.4.Aeneid.
–prædamque per herbas
Conuectant calle angusto.Vbi Seruius,Callis est semita tenuior,callo pecorum prædurata. Idem, Rara per occultos ducebat semita calles.

Cic.pro Sestio.9. Italiæ callis,& pastorũ stabula prædari cœpisse,&c.

Curtius, Alii diuersos saltus & ignotos sequentibus calles petebant.

Liuius, Quidam per notos calles,breuiore via prægressi,transitus insedere.Curtius,Per callium anfractus Perfidem intrarunt.

Angustus callis.Virg.4.Aeneid.82.

Occulti calles.Virg.9.Aeneid.80.

Secreti calles.Virg.6.Aeneid.89.

Callis surgens.Persius Saty.3.6.
Surgentem dextro monstrabit limite callem.

Callescere,(τυλοῦσθαι,) Callum facere.Cato,Aures nobis callescerunt ad iniurias.Id est,occalluerunt. Nonius.

Calo, calas,(καλῶ,) calare,A verbo Græco καλάω, siue καλῶ deducitur,& significat voco.

Calata comitia vocabantur, quæ pro collegio pontificum haberi solebant, aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum causa. Gellius lib.15.cap.27. Dicta autem sunt calata, quòd calarentur, hoc est vocarentur classes per ordinem. equites enim vocabãtur primi octoginta deinde primæ classis centuriæ peditum vocabantur, atque ita ad infimos ordines perueniebant.Budæus.

Calator,pen.prod. (κλητής,) Festus, Calatores, serui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quia semper ob necessitatem seruitutis vocari possent.Fortasse legendum,Vocare,in actiua significatione.

Calones,(κλοπόδ.ῦσι,) Calcei ex ligno facti. Festus.

Calones,pen.prod. (σκελοφόροι,) Milites serui, dicti quia ligneas clauas gerebant,quæ Græci κλᾶα vocant. Hæc Festus. Seruius, Calones necis.7.2. Impedimenta subsequi iussit calones, lixasque, & inualidos dicuntur,qui militibus ligna portant.Vide CALA. Liuius.5.bel.Punicum milites vallum ferre. Idem.10.ab Vrbe.206. Infidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant. Idem lib.7.178. Et Cæsar.2. bel.Gal.317. Cicero.3.de Natu.deorum 15. Eos tu canteris albis nullis calonibus obuiam Vatieno venisse existimas,&c. Porphyrio in illud Horatii 1.Sermo.Saty.2.9. Hunc perminxerunt calones. Calones,inquit,dicuntur à calando,& hoc est quòd vocẽt ad ministerium. Nonnulli à Calendis putant,quòd ea die cibaria accipiant. Hactenus Porphyrio.apud quem fortasse legendum.quòd vocentur ad ministerium.Nam idem exponens hæc verba Horatii 1.Epistо.14.9.
–inuidet vsum
Lignorum & pecoris tibi calo argutus: & horti. dicit, Calo, vel ab eo quòd frequenter aduocetur,dicitur calo, vel quia κάλαι, Græcè ligna dicuntur,& ille vadit sæpe lignatum cum seruis.

CALON,statuarius,cuius meminère Quintilianus cap.10.lib.12.& Plinius cap.8.lib.34.

Calophanta, (καλοφάντης,) Derisor.Plaut.Curcul. Calophantam ac sycophantam.

Calopodium, (καλοπόδιον,) vulgò soccum,& per diminutionem socculum vocant. Sipontinus.Hinc prouerbium,Calciare omnes vno calopodio: In ineptos & ignaros,qui vnam & eandem rem multis accommodant. Vide Erasmum in chiliadibus.

Calor calõris,penul.prod.m.g.(θέρμη,ἀλαίη,θερμότης,θαλπός,) Primitiuum est,& ab eo deriuatur Caleo verbum. Varro tamen Andabatis sic ait,apud Nonium,Aperiendam putat, idque alterum appellamus à calendo calorem,alterũ à feruore febrim. Plau.Mil.11.21. –nam mihi nimius calor Comburebat gutturem.

Calor à Sole.Cic.2.de Nat.deor.195.Iam gallinæ auesque reliquæ, &c. Et si est calor à sole,se opponant.Lucret.lib.4.45.

Solis calor.Cicc.de Senect.49.

Aequi calores.Ouid.2.Metamorpho.17.
Vtque ferant æquos & cælum,& terra calores,
Nec preme,nec summum mollire per æthera currum.

Alienus calor. Quintil.lib.6.cap.2.13. Nonnunquam etiam lenis alieni caloris derisus ex hac forma venit.

Aridus calor.Lucret.lib.4.176.
Vrere ne possit calor amplius aridus artus.

Effœta calore tellus.Lucret.lib.6.169.
Quò magis est igitur tellus effœta calore.

Feruidi calores Horat.3.Carm.ode 24.8.

Fluidus calor.Ouid.15.Metamorpho.73.
Nõne vides quæcunque mora,fluidoque calore
Corpora tabuerint,in parua animalia verti?

Horrifici calores.Claud.2.Paneg.5. –calores
Horrificos,& quæ nunquam nocitura timentur
Iurgia,contentus solo terrore,coerces. Calores vocat iracundiã & bilẽ.

Iuuenili calore Polus inconsideratior.Quintil.lib.2.cap.19.

Magnus calor.Virg.1.Georg. Magnaq; cũ magno veniet tritura calore.

Maximis caloribus,& anni tempore grauissimo. Cicc. ad Quint. fratrem,lib.2.16.11.

Occultus calor.Stat.2.Achil.43.
–& occulto virtus infracta calore.

Viuus calor.Claudian.de bel.Get.88.
Vt sese pariter diffudit in omnia regni
Membra vigor,viuusque redit calor vrbibus ægris.

In viuum calorem reuocare.Ouid.4.Metamorpho.50.
–in viuum tentat reuocare calorem.

Decedere calori.Virgil.4.Georg.5. Vicina inuitet decedere ripa calori.

Dilapsus calor.Virgil.4.Aeneid.141. –omnis & vnà
Dilapsus calor,atque in ventos vita recessit.

Euocare calorem in cutem. Celsus libro 2.capit. 14. Sed tunc quoque vnicum in frictione præsidium est quæ si calorem in cutem euocauit, potest alicui medicinæ locum facere.

Excitare calorem alicuius.Lucan.lib.2.66. –iuuenisque calorem
Excitat in nimios belli ciuilis amores.

Frangit se calor.Cicc. 1.de Orato.138. Nunc & Scæuola quoniam in Tusculanum ire constituit,paulum requiescet,dum se calor frangat:& nos ipsi,quoniam id temporis est, valetudini damus operam.

Incidit calor menti.Statius lib.1.Thebaid.1.

Inclusus calor.Cic.2.de Nat.deor.36. Omne igitur quod viuit, siue animal,siue terra editum, id viuit propter inclusum in eo calorem.

Largitur Sol idem caloris omnibus. Quintil.lib.1.cap.2.11. Non enim vox illa præceptoris,vt cœna,minus pluribus sufficit: sed vt Sol vniuersis idem lucis calorisque largitur,Grammaticus quoque si de ratione loquendi disserat,&c.

Liquefieri calore.Lucretius lib.2.354.

Meet in pectus,venasque calor.Senec.in Medea 10.20.

Redit calor ossibus.Virgil.3.Georgic.54.

Reliquit ossa calor. Virgil.lib.3.Aeneid.62.

Cogere mella dicitur frigus:& calor remittere.Virgil.4.Georg.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

–nam frigore mella
Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit. Id est resoluit.
Extinctum reuocare calorem. Seneca in Hippoly. 3.4. de Cupidine loquens, – iuuenum feroces
Concitat flammas: fenduſque feſſis
Rursus extinctos reuocat calores.
Sustinere calorem. Celsus lib. 7. cap. 7. Id vel calido pane, vel cera subinde calefacta foueri oportet, sic ne nimius is calor sit, sed facilè ea parte sustineatur.
Molestias calorum sedare. Cicc. 2. Offic. 17. Tecta verò quibus & frigorum vis pelleretur, & calorem molestiæ sedarentur, vnde, &c.
Temperare calores dicuntur venti. Cicc. 2. de Natu. deorum 197.
Quorum flatu nimii temperantur calores.
Trahere calorem. Ouid. 11. Metamorpho. 62. Vidère hanc pariter, pariter traxere calorem. Id est vnà ambo cœperunt amare.
Vim caloris in se continent & quæ alantur. Cicc. 2. de Natu. deor. 34.
Vitandi enim caloris causa Lauinii tres horas acquieueram. Cicero Attico, libro 13. 288. 5.
¶ Impatiens caloris cera. Ouid. 2. de Arte Amandi 12.
¶ Calor pro festinatione operis. Virgilius 1. Georgicorum 38.
Magnaque cum magno veniet tritura calore. Vbi Seruius, per calorem festinationem operis significat: vt alibi, Feruet opus. vt ostendat eo anno, pro copia frugum festinatam & studiosam trituram futuram. Hactenus ille, potest tamen aliter interpretari.
Caldor, caldôris, pen. prod. m. g. (θέρμη,) Idem quod Calor. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 41. 1. Vt ficus, quòd deosa materia non est, & ideo sequitur caldorem. Idem lib. 3. cap. 9. 12. Euitare item caldorem & frigus oportet. Gell. lib. 19. cap. 4. Is autem sanguis & caldor in intima coactus, mouet plerunque aluum, & incitat.
Calidus, pen. corr. (θερμὸς, ἀλέων ὁς,) Adiectiuum. Plin. lib. 10. cap. 54. Qua celerius excluduntur calidis diebus. Cic. 2. de Nat. deor. 34. Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitatur motu suo.
Aestas calida. Seneca in Hippol. 6. 6.
Frigida & Calida, contraria. Ouid. 1. Metamorpho. 4.
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis.
Calida consilia. Cic. 1. Offic. 115. Sic reperies multos quibus periculosa & calida consilia, &c. Id est, præcipitata, & inconsulta. Nonius.
Calidi pedes, Veloces, citati. Varro, Quum dixisset Vitulus, ecce calidis pedibus quidá nauicularius semiusſulatus irrupit se in curiá. Nonius.
Calidum prandium prandere. Plaut. Pœnul. 11. 14. Et in Milite 11. 19. Id est facere quod sibi sit magno malo futurum: Erasino interprete.
Rixa calida. Horat. 3. Carm. 27. 14. –abstineto
Dixit irarum, calidæque rixæ.
Sanguis calidus. Virgil. 9. Aeneid. 87.
Calidus sapor, ac vinosus. Plin. lib. 12. cap. 13. 1.
Sulfur calidum. Ouid. 1. de Arte 51.
Syderis calidi æstus. Tibull. 2. eleg. 1. 16.
Rura ferunt messes, calidi quum syderis æstu
Deponit flauas annua terra comas.
Vapor calidus. Lucretius lib. 6. 175. Et rarefecit calido miscente vapore. Sic lib. 2. 169.
¶ Calidus, Feruens. Virgil. 9. Aeneid.
Volutur ille vomens calidum de pectore flumen. Nonius.
Animis calidus iuuenis. Virgil. 3. Georgic. 13.
– æquè iuuenemque magistri
Exquirunt, calidumque animis, & cursibus acrem.
Calidior, siue ardentior animus. Cicc. 1. Tuscul. 67. Calidior est enim vel potius ardentior animus, quam est hic aer.
Iuuenta calidus, Id est præcipitis animi propter iuuentutem. Horatius 3. Carm. 14. 6.
Caldus, pro calidus veteres dixerunt. vt Caldus Sol. Varro 3. de Re ruſt. cap. 1. 1. Comitiis Aedilitiis quum sole caldo ego atque Appius Senator tribulis suffragium tulissemus. Cato cap. 6. 1. In agro crasso & caldo, oleam conditiuam. Subaudi, seri oportet.
Calda, pro aqua calida. Iuuenal. Saty. 6. 7. Quando vocatus adest calidæ gelidæque minister? Plin. lib. 23. cap. 4. 6. Oleum cycinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldæ mensura. Martial. lib. 1. 12.
Iam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares Sextiliane merum.
Calda aqua. Martialis lib. 8. 61.
Caldam poscis aquam, sed nondum frigida venit?
Alget adhuc nudo clausa culina foco.
Caldior, pro calidior. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 11.
Caldior est, acres inter numeretur opinor.
Caldarius, Adiectiuum. Vt Caldaria cella. Plin. lib. 5. epistо. 101. 8. Frigidariæ cellæ connectitur media: cui sol beniguissimè præsto est, caldariæ magis: prominet enim.
Caldarium æs. Plin. lib. 34. ca. 8. 41. Regulare & in aliis sit metallis, itémque caldarium. Differentia, quòd caldarium funditur tantum, malleis

fragile: quibus regulare obsequitur.
Caleo, cales, calui, (θέρομαι,) calere, Est feruere. Plaut. Rud. 30. 38. Os calet tibi. Ouid. 2. Metamorph. 41.
– & accepti caluere sub ossibus ignes.
Thure calent aræ. Virgil. 1. Aeneid. 85.
Calère & Tepère eadem posita significationem videntur apud Horatium 1. Carm. ode 4. 4.
Nec tenerum Lycidam mirabere: quo calet iuuentus
Nunc omnis: & mox virgines tepebunt.
¶ Calere, per trâllationem res dicitur, dú adhuc recens est, eáque adhuc sit. Plaut. Pœnulo 14. 93. At enim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur.
Calere res dicitur aliter. Cicc. 3. Ver. 45. Posteaquam satis calere res Rubrio visa est, quæso, inquit, Philodame, cur, &c. Hoc est, Vbi videt eos inflammatos & accensos multa compotatione.
Calentes adhuc ab recenti pugna Romani, ferocesque victoria, prælium ineunt. Liuius 5. bel. Pun. 220.
Bella calent Veneris. Tibullus lib. 1. eleg. 10. 11.
Caluit crimen re recenti. Cicc. pro Cn. Plancio 45. Illud verò crimen de nummis quos in circo Flaminio deprehensos esse dixisti, caluit re recenti: nunc in causa refrixit. neque enim qui illi nûmi fuerint, nec quæ tribus, nec qui diuisor, ostenderis.
Laudis cupidine calere. Ouid. 8. Metamorpho. 60.
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Dolor caler. Stat. 3. Thebaid. 77. Et mistus lachrymis caluit dolor.
Calere iudicia dixit Cicero ad Atticum, lib. 4. 15. 16. Sed omnes absoluentur, nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit. Hoc tamen agitur seuerius. Itaque iudicia calent. M. Fuluius nobilior condemnatus est. Multi alii vrbani ne respondent quidem. Id est exercentur iudicia magna diligentia.
Morbo mentis aliquo calere. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 16.
Quisquis luxuria, tristive superstitione,
Aut alio mentis morbo calet.
Rabie ora calent. Valerius 3. Argonaut. 43.
Calere dicuntur etiam rumores. Cælius Ciceroni 8. 1. 6. Nam illi rumores de comitiis Transpadanorum, Cumarum tenus caluerunt. Id est auditi sunt crebri.
Studio scribendi calere. Horat. 2. epistо. 1. 22.
Sudor per membra calet. Claudian. 1. Paneg. 14.
Sudore belli calere. Stat. 8. Thebaid. 2.
Mero calet virtus. Horat. 3. Carm. ode 21. 3.
Narratur & prisci Catonis
Sæpe mero caluisse virtus.
¶ Calere, pro desyderare. Stat. 4. Thebai. 53. Arma, tubas audire calens.
¶ Fœmina aliqua, sine puella calere. Horat. 4. Carm. ode 11. 7. Non enim posthac alia calebo Fœmina. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 5. 17.
¶ Galèrum, pen. prod. Impersonale. Plaut. Capt. 3. 12. Quasi quum calet, cochleæ in occulto lârêt. Idem Trucul. 3. 34. Quum caletur maximè.
Calens, calentis, (θερμὸς,) Participium, vt Iuuenile calens, Qui iuuenûm more animo est paulo ardentiore. Stat. 1. Sylu. 1. 28.
Fauilla calens. Horatius 2. Carm. ode 6. 5.
Foci calentes. Ouid. 8. Metamorpho. 135.
Sulfur calens. Ouid. 14. Metamorpho. 18. – terrasque calenti
Sulfure fumantes, Acheloidumque relinquit Sicenum scopulos.
Terræ calentes sole. Horat. 2. Carm. ode 16. 4.
– quid terras alio calentes Sole mutamus?
Amore calentes. Ouidius 3. de Arte 114.
Calîturus, pen. prod. Participium. (ἐγκαυσόμενος,) Ouid. 13. Meta. 122.
– diesque Des mihi sacrificos, caliturasque ignibus aras.
Calefacio, calefacis, (θερμαίνω, θέρω,) calefacere, vel calfacere, Calidum reddere. Plin. lib. 11. ca. 11. 8. Vinis est & foliis, sed maior femine ad calefaciendum. Alia exemplaria legunt excalefaciendum. Ibidem cap. 20. 10. Chrysocomes radix calfacit & stringit. Cicc. 2. de Natu. deor. 227. Partim ad calfaciendum corpus igni adhibito.
Igne focum calfacere. Ouid. 4. Fast. 140.
Sanguine calefecit amnes. Claud. de bello Getico 104.
¶ Calefacere, ad animum transfertur: vt falefacere aliquem. Cicc. ad Quintum fratrem, lib. 3. 8. 1. Eodem die Gabinum ad populum luculente calefecerat Memmius. Id est vexarat, exagitarat.
Calface hominem. Cic. ad Titonem, lib. 16. 18. 4. Iste nos tanta impudentia derideat? calface hominem, vt ego Mothonem.
Calfactus, Participium, (θερμανθείς,) Ouid. in Ibin 10. Nondum calfacti velitis hasta solum. Id est nondum furentis, & omnino irati.
Vino calefacta Venus. Claudianus de bello Gildonico 37.
Calfactus, huius calfactus, (θέρμανσις,) Plin. lib. 29. cap. 3. 9. Cibo quoque modis iuuent, notum est, quum trâlmeent faucium tumorem, calfactique obiter foueant. De ouis loquitur.
Calefacto, calefactas, (θερμαίνω,) calefactare. Plau. Rud. 10. 78. Vt capsè succincta nobis aquam calefactat, vt lauemus! Horat. 2. Epistо. 2. 34. Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.

Calefio, calefis, (θερμαίνομαι,) calefieri, Calidum fieri. Plaut. Persa. 4. 2. 9. Vt murena & conger ne calefierent. Ibidem. 4. 2. 4. Calefieri iussit reliquias. Cic. ad Att. lib. 2. 18. 6. Balneum calefieri iubebo. Plin. lib. 26. ca. 6. 3. Altera à quibusdam saluia appellatur similis verbasco conteritur ea, & collata calefit atque ita ad rusum, laterisque dolores bibitur.
Calesco, calescis, (ἐγκάιομαι,) calescere, Calidum fieri. Plin. lib. 20. cap. 22. 4. Succusque tribus modis exprimitur in fictili, calescitque in eo in sole modicè. Terent. Eunuch. 1. 2. 3. Accede ad ignem hunc, iam calescet plus satis. Ouid. 6. Fast. 1. Est Deus in nobis, agitâte calescimus illo.
Vnda calescit. Ouid. 15. Meram. 62.
Flamma propiore calesco. Ouid. epist. 17. 36.
Καλὸς λιμήν, id est Bonus portus, ita Græci nominarunt à re scilicet, vt solent frequentissimè: Scythiæ Europeæ portus est in Euxino super Tauricos. Author Pomponius Mela lib. 2.
CALOSTOMA, pen. corr. Plinio commemoratur inter Danubii fluuii ostia, vt antè visum est in dictione BOREOS, TOMA.

Calpar, (καλπάρ,) Genus vasis fictilis. Festus.

Calpar, nomine antiquo dolium. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Quòd antè quàm nomen dolii prolatum, quum etiam id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum. Nonius.
Calpar, Vinum nouum, quod ex dolio demitur sacrificii causa, antè & gustetur. Ioui enim prius sua vina libabat, quæ appellabat festa vinalia.
CALPAS, Bithyniæ portus est propè Rhedum fluuium, & Sangarium. Author Plin. lib. 6. cap. 1. Straboni tamè amnis est: sic enim scribit lib. 12. Inter Calcedonem & Heracliam multi amnes fluunt, e quibus est Psillis, & Calpas, & Sangarius.
CALPE, (καλπη,) Hispaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppositus Abylæ monti Africæ. Vide ABYLA.
Valtà Calpe Seneca in Hercule Oetheo. 7. 13.

Caltha, (καλθη,) Est viola coloris albi. Plin. lib. 21. ca. 6. 1.

Proxima ei caltha est, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinque folia non excedentem: eadem odore superatur. Est enim grauis caltha. Colum. lib. 10. 29. Pressáque flammeola rumpatur ficina caltha. Quidam putant caltham esse eam herbam, quæ calendula vulgo dicitur. Ruellius lib. 2. cap. 129. Caltha, Autumnalis viola est amplitudine calathianæ, colore luteo, folio multiplici, odore grani, nec ei quam appellant scopam regiam leuiore. Virgilius eam luteolo cecinit colore tinctam, nec Plinius ab eo dissentit. Porrò à caltha calthulæ vestis genus dicitur, vt à croci similitudine, crocotula. Facilè putauerim eam esse quam vocant officinæ calendá vel calendulam, quasi dicant calthum vel calthulam. nam ea Autumno fusius emicat colore luteo, folio multiplici, odore suauiter graui. flos item colore luteo non ineleganti inficit, aut crocato. Verum certò statui non potest, quum alius scorpionides ab similitudine seminis, alius leontopodium esse putetur. Scio tamen calendulam quæ vulgò dicitur Solsia, non esse Dioscoridis heliotropium, nec magnum, nec paruum. Hactenus Ruellius. Virgil. 1. eclog. 5. Mollia luteola pingit vacinia caltha. Ouid. 2. de Ponto 4. eleg. 6. Calthaque pestanas vincet odore rosas.
Calthula, calthulæ, pen. corr. (καλθίον,) Vestis, à caltha viola coloris albi. Plaut. Epid. 5. 48.
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, calthulam, aut crocotulam.
Calthulam, Varro de Vita Popoli Rom. lib. 1. Palliolum breue voluit haberi. Nonius.

Calua, caluæ, (κρανίον,) Superior pars capitis. Plinius libro 28. cap. 5. 7.

Artemon calua interfecti, neque cremati. propinauit aquam è fonte noctu comitialibus morbis. Liuius. 3. bel. Pun. 113.
Caputqi ducis præcisum Boii onâtes, têplo quod sanctissimû est apud eos, intulere: purgato inde capite, vt mos iis est, caluâ auro cælauere.
Caluaria, caluariæ, (βρέγμα,) Moles illa ossium capitis, in qua continetur cerebrum. Celsus lib. 8. cap. 1. Caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba, vtrinque læuis, & qua cerebri membranâ contegit, & qua cute capillum gignente contegitur. Eaque simplex ab occipitio & temporibus, duplex vsqi in verticem à fronte est. Ossaqi eius ab exterioribus dura, ab interioribus quibus inter se connectuntur, molliora sunt. Interqi ea venæ discurrût, quas his alimentum subministrare credibile est. rarò autem caluaria solida sine futuris est. Idé lib. 7. Venæ pituitam emittunt quæ inter caluariam & cutem sunt.
Caluaster, (ἀνεφαλαντίας,) à caluco, siue à caluus.
Caluata vinea. Cato cap. 33. 2. Si vinea à vite caluata erit, sulcos interpouito, ibique viti radicem serito, vmbram ab sulcis remouento, cretoque fodito. Eadem verba habet Plinius lib. 17. cap. 22. 16. Caluam vineam vocant, in qua vites quidem sint, verùm paucæ, rarasque, vt in caluitio capilli.
Caluitium, (φαλάκρωμα, φαλακρότης,) Vitium illud quo quis caluam crinibus nudam habet. Sueton. in Cæsare, cap. 45. Caluitii verò deformitatem iniquissimè ferebat, sæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. Ideoque & deficientem capillum reuocare à vertice consuerat. Cicc. 3. Tuscul. 105. Proinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur.
Caluitium loci. Colu. lib. 4. ca. 29. 9. Tum quod ex insito prodit, subigendum, ne vento furculus motus labefactetur, aut explanetur tener pampinus: qui quum excreuit, nepotibus orbandus est, nisi si propter penuriam & caluitium loci sumitur in propagines Autumnus.
Caluco, calues, calui, duabus syllabis, (φαλακρὸς εἶμι,) caluêre, Caluum esse. Plin. libro 11. cap. 37. 9. Et quædam animalium naturaliter caluent, sicut struthiocameli, & corui aquatici.
Caluesco, caluescis, (φαλακρόομαι,) caluescere, Caluum fieri quum capilli vltrò decidunt, tàm de hominibus, quàm de brutis, & inanimatis dicitur. Colum. lib. 4. cap. 33. 3. Propter quæ sæpe nouella castanea caluescunt. Plin. lib. 10. cap. 29. 3. Proprium his caluescere omnibus annis, quum serantur rapa. De picis loquitur.
Caluescit in colla. Colum. lib. 6. Potior tamen est ratio custodiendi ne natetur, néve in colla caluescat.
Caluefio, caluefis, (φαλακρόομαι,) caluefieri, Caluum fieri. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 37. 2. Ego ista etiam inquit Agrasius, non solum in ouibus tondendis, sed in meo capillo à parte acceptum seruo, ne decrescente luna tondens caluefiam.
Caluo, calais, calui, caluere, (ἀπατάω,) Priscian. libro 10. In vo, u loco consonantis posita in I quidem desinente penultima; o extremam in i conuertunt, & faciunt præteritum, vt soluo solui, voluo volui, caluo calui. Vnde Sallust. in 3. historiarum infinitiuum passiuum protulit, Contrà ille calui ratus. Calui, pro decipi.
Caluor, calueris, calui, (ἐσπερὶ ῥίκια,) deponens, Frustrari. Tractum à caluis mimis, (siue vt alia habent exemplaria militibus) quòd fint ominibus frustratui. Plaut. Casina 4. 3. Nam vbi domi sola sum, sopor manus caluitur. Pacuuius Medo, Sentio pater te vocis calui similitudine. sed quid conspicio? num me iactans caluitur ætas? Hæc Nonius. Caius, de Significat. verb. Si caluitur, renocetur, & frustretur. Inde & calumniatores appellati sunt, qui per fraudem, & frustrationem, alios vexarent litibus. Inde & cauillatio dicta est. Hactenus Caius interpretans versum illum ex XII. TAB. Si caluitur, pedemue struit; manum endo iacito. Qui locus corruptè legitur apud Festum Pompeium.
Calaus, calui, (φαλακρὸς, ἀνάλωτος,) Propriè qui caluam crinibus nudam habet. Suetonius in Cæsare, cap. 51. Vrbani seruate vxores, mœchum caluum adducimus.

Calumnia, (διαβολὴ,) Est propriè alicuius in litibus per fraudē & frustrationem vexatio. Nonius, Calumnia est malitiosa & mendax infamatio. Cicc. 1. Offic. 40. Existunt etiam sæpe iniuriæ calumnia quadam &c. Idem 2. in Catil. 27. Tongilium mihi eduxit, quem amare in prætexta calumnia coperat.

Calumnia quid significet, videtur Cicero declarare his verbis in Sallustium 1. Sed est quædam calumnia, quam vnusquisque nostrum testante animo suo ferr de eo qui falsum crimen bonis obiectat.
Litium calumniæ. Cicc. pro Milone 55. Qui non calumnia litium, non iniustis vindiciis, ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat.
Religionis calumnia. Cicc. ad Lentulum 1. 1. 3. Senatus religionis calumniam, non religione, sed malenolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. Id est malitiosa inuentione, siue allegatione.
Ignominia calumniæ. Cicc. pro Cluent. 69. Nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calumniæ relinquere accusationem Cluentius?
Proximus calumniæ. Sallus. in Ciceronem 2. Qui verò nil poterat, is erat calumniæ proximus.
Calumnia iesuna. Vide IBIVNVM.
Manifestæ calumniæ est. Quintil. lib. 1. cap. 5. 22.
Acerbissima ministra auaritiæ calumnia. Cic. 1. ad Quin. fratrem 37. Remotam à fama, & à fortunis, & ab otio locupletem illam acerbissimam ministram Prætorum auaritiæ, calumniam.
¶ Adhibere calumniam. Cicc. de Fato 47. Itaque premebat alio modo, nec vllam adhibebat calumniâ. Idem pro Domo sua 29. Illud in primis, nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur.
Coercetur calúnia. Cicc. 4. Acad. 117. Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur.
Calumniam contundere. Vide CONTVNDO.
Effugere calumniam. Cicc. 1. de Natu. deorum 30. Atque hæc quum huberius disputantur, & fusius, vt mihi est in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam.
Eximere tempus calumniæ. Cic. Attico, libro 4. 7. 2. 6. Metellus calumniæ, dicendi tempus exemit, adiuuante Oppio, &c.
Extrahere rem calumniis. Cicc. ad Lentulum 1. 4. 1. Res ab aduersariis nostris extracta est variis calumniis.
Ferre calúniam. Celius Ciceroni 8. 8. 1. Scito C. Sempronii Rufum mel ac delicias tuas calúniam maximo plausu tulisse. Idem in Sallustii 1.
Calumniæ personam imponere alicui. Vide IMPONO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iurare calumniam in aliquem, Est accusatorum, quos prius quàm audirentur, iurare oportebat se calumniæ causa ad accusandum non venisse. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 8. 11. Nam de diuinatione, Appius quum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pilioque cessit. Liu. 3. bel. Macedon. 110. Itaq; diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex dignitate sua ducebat subscribere odiis, accusationibusque Annibalis, & factionibus Carthaginensium inserere publicam authoritatem: nec satis habere bello vicisse Annibalem, nisi velut accusatores, calumniam in eum iurarent, ac nomen deferrent: tandem peruicerunt vt legati Carthaginem mitterentur.

Obterere calumniam. Vide OBTERO.

Per calumniam, malitiamque aliquid petere. Cic. in Verrem, lib. 4. 46.

¶ Calumnia, Calliditas. Cicer. de Rep. lib. 2. 145. Vt Carneadi respondeatis, qui sæpe optimas causas ingenii calumnia iudificari solet.

Calumnior, calumniaris, (διαβάλλω,) calumniari, Falsum crimen scienter intendere: vel per fraudem & rationem dolosam, vincendi gratia alium litibus vexare. Cic. pro Sex. Roscio 33. Quum enim aliquid habeat, quod possit criminose ac suspiciose dicere, aperte iudificari ac calumniari scieas non videatur. Idem ad Varronē 9. 7. 1. Nam quòd antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. Author ad Herē. 40. Defensoris proprius locus est, quum misericordiam captat, & quòd accusatorem calumniari criminatur. Cice. pro Quintio 45.

Calumniator, pen. prod. (διάβολος,) Verbale, Qui per fraudem & frustrationem aliū vexat litibus, aut qui malitiosè aliquid interpretatur. Cic. pro Cluētio 131. Est hic Ennus egens quidam calumniator, mercenarius Oppianici, &c. Idem pro Cecinna 49. Scriptum sequi, calúnia toris esse bonique iudicis voluntatē scriptoris authoritatēq; defendere.

Calumniator & improbus. Ci. pro Quintio 59. Neque ab homine alieno, neq; ab aliquo calúniatore atq; improbo, sed ab equite Romano, &c.

Appouere calumniatorem. Vide APPONO.

Quærere calúniatorem. Cic. 4. Ver. 14. Etenim erat eiusmodi causa, vt ipse Prætor quū quæreret calumniatorem, paulo tamen cōsideratiorem reperire non posset, hunc hominem Veneri absoluit, sibi condemnat.

Caluo, caluas, & Caluus, Vide CALVA.

CALVVS, (καλλυνός,) Antiquus quidam poeta, de quo meminit Horatius 1. Sermo. 10. saty. 4. Nil præter Calvum, & doctus cantare Catullum. Is erat & æqualis Catulli & amicus, nam ad eum his verbis scripsit 14. epigrammate 1.

Ni te plus oculis meis amarem
Iucundissime Calue. Idem de eodem. 50. 1.
Risi nescio quem modo in corona,
Cui quum mirifice Varinlana
Meus carmina Caluus explicasset, &c.

Calx, calcis, m. g & fœ. g. (πτέρνα,) Posterior pars pedis. Plaut. Mercca. 22. 111.

Sequere is. c sequor. B. clementer quæso, calces deteris. Idem Pœn. 9. 71. Quorsum asinus cædit calcibus Terent. Eunucho 2. 45. Næ tu istas saxo calcibus sæpe insultabis frustrà. Virgilius 12. Aeneid. Cornipedémque citum ferrato calce fatigat. Idem 5. Aeneid. Calcemque terit iam calce Diores. Vbi Seruius, Calcem dicimus, vnde terram calcamus. Ergo non propriè dixit, Calcem calce terit. Planta enim calcem non potuit terere. Vnde à parte totum accipiendum, id est calce pedem terebat. Cice. 5 in Verrem 46. Ibi quum pugnis & calcibus concisus esset, qui DCC. medimnis decidere noluisset, mille promisit. Idem pro Sylla 53. Quem in stuprorum defensionibus non solùm verbis vti improbissimis solitum esse scimus, verum etiam pugnis & calcibus.

A capite vsque ad calcem. Vide A præpositionem.

A calce ad carceres. Id est à fine ad principium. Vide A præpositionem

Curuata calx Silius lib. 16. 76. – curuatisque vngula prima
Calaicum quatiens pulsabat calcibus axem.

Ferrata calx. Silius libro 13. 34.
Et iam ferrata rapiebat calce volantem
Taurea cornipedem. Idem lib. 17. 110.

Incussæ calces. Silius lib. 4. 49. Elisa incussis amisit calcibus ora.

Calces rigidi. Persius Satyra 3. 11. – crassisque litatus amomis
In portam rigidos calces extendit.

Cædere calcibus. Vide CAEDO.

Calce quenquam contingere. Vide CONTINGO.

Cruentare calce. Silius lib. 17. 110.
– ferrata calce cruentat Cornipedem.

Ferire calce. Quintil. lib. 2. ca. 8. 8. Ille exercendi corpora peritus, non si docendum Pancratiastem susceperit, pugno ferire vel calce tū, aut nexus modò, atq; in his certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt eius certaminis. Ouid. 3. Fast. 151. Ille cadit præceps, & calce feritur aselli.

Petere calce. Horat. 1. Sermo. 1 saty. 11.
Vt neque calce lupus quenquam, neque dente petit bos.

Premere calce. Author ad Herēnium, li. 4. 241. Illi præco faciebat audiētiam, hic subsellium quosdam calce premens dextra pedem defringit.

Pulsare calce. Silius lib. 16. 76.

Terere calcem calce. Virgil. 5. Aeneid. 64. – calcemque terit iam calce Diores. Id est calcem pede terebat. Seruius.

Verberare auras calcibus. Virgilius 10. Aeneid. 177.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras Verberat.

¶ Calces, pro percussionibus pedum. Terentius Phormione 1. 2. 28. – nam quæ inscitia est Aduorsum stimulum calces? Vbi donatur, Modò calces, non partes plantæ, sed percussiones pedum, plagasq; significat. Iuuenal. Saty. 3. 29. Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem.

¶ Calx, pro fine & extremitate alicuius rei per metaphoram. Cice. Quintus ab ipso calce eius interpellatione reuocati. Idem de Senect. 76. Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres reuocari. Idē de Amicitia 84. Vt cum æqualibus possis viuere, quibuscum tanquam è carceribus emissus, cum iisdem ad calcem (vt dicitur) peruenire possis. Id est, ad metam, finemque. Cicero 1. Tusc. 24. Video calcem, ad quem quum sit decursum, nihil sit præterea extimescendum.

Calcaneus, & calcaneum, (πτέρνη,) vtroque modo dicitur pro parte posteriore pedis: qui talus aliàs dicitur. Virgil. in Moreto, Continuò remis calcanea scissa rigebant.

Calcar, calcāris, penul. prod. neu. gen. (πτερνιστής,) Equorum ac iumentorum stimulus: quòd ad calcem alligetur. Plautus Asinaria 12. 118.
Calcari quadrupedem agitabo.

Calcar currenti addere, pro cupiditatem ac studium alicuius augere, atque acuere. Plin. epist. 8. 2. Vide Erasmi Chiliadas. Horat. 2. Epist. 144. – & vatibus addere calcar.

Admouere calcar. Vide ADMOVEO.

Adhibere calcaria. Vide ADHIBEO.

Auferre calcaribus equum. Silius lib. 10. 54. – calcaribus auser
Quà vulnus permittit, equum.

Concitare calcaribus equum. Liuius 2. ab Vrbe 27.

Calcaribus egere, & Frænis egere, contraria. Cicero Attico, lib. 6. 11. 21. Ciceriones pueri amant inter se, dicunt, exercenturque sed alter, vti dixit Isocrates in Ephoro, & Theopompo, frænis eget, alter calcaribus. Idem 3. de Orat. 21. Quod dicebat Isocrates doctor singularis, se calcaribus in Ephoro egere, contra autē in Theopōpo frænis vti solere.

Immensum calcar habet gloria. Ouidius 4. de Ponto 2. eleg. 8.
– laudataque virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Subdere calcaria equo. Ouidius 2. de Ponto 6. eleg. 8. Nil nocet admisso subdere calcar equo. Idem 2. de Arte 147. Liuius 2. ab Vrbe 84.

¶ Calcaria in gallinis. Columel. lib. 8. cap. 2. 6. Generosissimæque creduntur quę quinos habent digitos, sed ita ne crūribus emineant transuersa calcaria.

¶ Calcar, pro impetu. Varro. Sesquiulysse, Ventus suo casu vehementius sufflare, & calcar admouere. Nonius.

Calceus, (ὑποδήματος βλάστης,) Indumentum pedis quod fit ex pellibus animalium: & à calce deducitur. Plautus Trucul. 16. 51. Iam quos capiam calceos? Cicero lib. 1. de Inuentione 63. Si mulrus erat in calceo puluis, ex itinere eum venire oportebat. Iuuenal. Satyra 3. 15.
Si toga sordidula est & rupta calceus alter Pelle patet.

Laxus calceus. Horatius 1. Sermo. saty. 3. 7. – & male laxus
In pede calceus hæret.

Calcei Sicyonii. Cice. 1. de Orato. 118. Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles. * Calceos veteres vendere. Quintil. lib. 6.

Calceus pede maior, subuertit. Horat. 1. Epist. 10. 9.
Cui non conueniet sua res vt calceus olim,
Si pede maior erit, subuertetsi minor, vret. Subuertet, subaudi est rem.

Inducere calceum alicui præpostero vel perperam. Vide INDVCO.

Induere calceum. Vide INDVO.

¶ Mutare calceos, Est Senatorem fieri. Cice. 13. Philipp. 366. Est etiam Asinius quidam Senator voluntarius, lectus ipse à se aper tam curiam vidit post Cæsaris mortem, mutauit calceos: repente Pater Conscriptus factus est. Budæus.

Calcéolus, pen. corr. (καλτίδιος,) Diminutiuum. Cice. 1. de Natu. deorū 111. Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cū calceolis reḡ dis.

Calceolarius, (ὑποδηματοποιός,) Qui calceos conficit. Plau. Aulul. 15. 40. Propolæ, linteones, calceolarii.

Calcearium, (ὑποδήματος,) pro calceo, aut alio quouis, quo pes regitur. Vlpianus, de Alimentis legatis, Diariis vel cibariis relictis, neque habitationem, neque vestiarium, neque calcearium deberi palàm est.

Calceāmen, pen. prod. (καρβατίνη,) Idem. Plin. lib. 19. cap. 2. 2. Hinc calceamina, & pastorum vestis. Idem libro 15. cap. 8. de murica, Lora etiam ac coria omnia, & calceamina, axesque, decocta vngi, atque gramenta contra æruginem colorisque gratia elegantioris.

Calceamentum, (ὑπαρίς,) Idem. Plinius lib. 28. cap. 16. 4. Attritus calceamentorum. Et paulò pòst, Melius si ex vetere calceamento. Cicero 5. Tusculan. 130. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.

Calceamenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibilipsi malum accersere. Seruius Grammaticus aliunde natum adagium dicit, enarrans locum illum in tertio Aeneidos 140.
– & fatis nunquam concessa moueri Apparet Camarina procul. Camarina, inquit, palus est iuxta oppidum eiusdem nominis: quæ quum olim siccata pestilentiam creasset, consuluerunt Apollinis oraculū, an penitus eam desiccare præstaret. Vetuit deus Camarinā moueri. Quo cōtempto, exiccauerunt paludem: & carentes pestilentia, per eam partem ingressis hostibus pœnas dederūt. Vide Erasmi Chiliadas. Sil. lib. 14. Maronem imitatus dixit, Et cui non licitū satis Camarina moueri.

CAMBALA Cambalorum, Asiæ locus est in Cyspiretide regione, vbi auri metalla effodiuntur. Author Strabo lib. 11.

CAMBALIDVS Mons, Caucasi ramus in Susianis. Plin. lib. 6. ca. 27.

Cambio, cambis, Prisciano lib. 10. Cambio, ἀμείβομαι ponit Charisius, & eius præteritum campsi, quod ἀπο τοῦ καμπτὰ τὰ ἀμοιβὰ Græco esse videtur. Vnde & campso, campsas solebant vetustissimi dicere. Ennius in decimo, Leucaten camplant.

CAMBODVNVM, (καμβόδουνον,) Vindelicię vrbs, Ptolemæo, hodie Monacum, vulgo Munchen.

CAMBOLECRI, Populi inter Galliæ Narbonensis gentes Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 19.

CAMBYSES, penul. prod. (καμβύσης,) Persarum rex, Cyri filius patrii ritus Aegyptum adiecit, sed offensus illorum superstitionibus, Apis cæterorumque deorum ædes diruit iussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum misit, qui tempestatibus & arenarum motibus oppressus interiit, vt scribit Trogus Pompeius. Huius meminit etiam Seneca lib. 7. Cambyses (inquit) sertur in Aethiopas iugum detrectantes quumque inexploratō per arentia exercitum ducerer, deficientibus cæteris alimentis, decimum quenque inter se in cibum sortiti sunt: duranitque adeò talis seueritas, donec & ipse, ne retro caretur ad sortem, pertimuit, receptuique signū dedit. Lucan. lib. 10. 56.
– velamus in ortus
Cambyses longi populos peruenit ad æuit
Defectusque epulis, & pastus cæde suorum
Ignoto te Nile redit.

CAMELANI, Italiæ populi in sexta regione, Narnienſibus & Nucerinis vicini. Author Plinius lib. 3. cap. 14.

CAMELIDAE, Insulæ duæ sunt in ora Ioniæ regionis apud Plinium libro 5. cap. 31.

Camella, Genus vasis, cuius meminit. Ouidius 4. Fasto. 157. his verbis,
Dum licet appositæ veluti cratere camellæ
Lac niueum potes, purpureamque sapam.

Camelus, cameli, pen. prod. (κάμηλος,) Notum est animal: de quo multa apud Plinium lib. 8. ca. 18. Liu. 7. bel. Maced. 165. Horat. 1. Epistо. 1. 40. Diuersum confusa genus panthera camelo. Cicc. 1. de Natu. deor. 183. Cameli adiuuantur proceritate collorum.

Sitiens camelus Persio dicitur, quòd sitim quatriduo toleret, vt docet Plinius lib. 8. cap. 18. Impleturque quum bibendi occasio est, & in præteritum, & in futurum, obturbata conculcatione prius aqua. Persii versus sic habet Saty. 5. 14. Tolle recens primus piper & sitiente camelo.

Camelinus, pen. prod. Adiectiuum: (καμηλινός,) vt Camelinum lac. Plin. lib. 28. cap. 9. 1. Dulcissimum ab hominis camelinum, efficacissimum ex asinis. Camelinus color vulgò dicitur pullus. Sipontinus.

Camera, camerę, pen. correp. (καμάρα, καμέρωμα,) Tectum in curuitatem formatum, authore Nonio. Dicitur aliàs testudo, aliàs fornix, aliàs arcus. Secundum Seruium Camera dicitur quasi camura, id est curua. Cicc. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 3. Cameras qualdam non probaui, mutarique iussi. Sallustius in Catil. Eam muniunt undiq; parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris. Varro 3. de Re rust. ca. 7. 2. Persistereon sit, vt testudo magna camera tectus, vno ostio angusto. Alii legunt camara.

Percutere cameram semine pomorum. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 55.
– quum Picenis excerpens semina pomis
Gaudet, si cameram percussit forte, penes te es? Solent amantes semina ex pomis orbiculatis duobus primis cōpressare digitis, eaque mittere in cametam amicæ, augurii captantes, vt si camera contigerint, posse sperari ad effectum duci quod animo conceperūt. Hæc Porphyrio.

Camera genus nauis. Tacit. lib. 19.

Camerarius, Adiectiuum, (καμαρικός,) vt Cameraria cucurbita. Plin. lib. 19. ca. 5. 5. Aliqui malunt ex Calendis Martii cucurbitas, & Nonis cucumeres, & per Quinquatrus serere, simili modo reptantibus flagellis, scandentes parietum aspera in tectum vsq;, natura sublimitatis auida. Vites sine adminiculo stando nō sunt, velocitas pernix, leui vmbra cameras ac pergulas operiens. Inde hæc duo prima genera. Camerarium & Plebeium, quod humi repit. Camerarium genus cucurbitę vocat Plinius quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi serpit.

Camero, cameras, (καμαρόω,) camerare, Fornicem & testudinem facere. A quo compositum concamerare. Plinius lib. 34. cap. 14. ad finem, Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoauerat.

Camerata vehicula, Quæ Græci camarota vocant, qualia sunt pensilia, quibus matronæ gestantur: qualia etiam hodie fiunt corio contecta. Vlpianus, Si inquilinus arcam cameratam in ædes cōtulerit, & ædium aditum dominus coangustauerit. Budæus.

CAMBRACVM, Cameraci, penul. prod. Vrbs in prouincia Galliarū, quam Picardiam vocant.

CAMERINVM, penul. prod. (καμερῖνον,) Piceni vrbs præclara, à curuitate situs ita appellata. Apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1. legitur Camarinum. Vulgo Camarino.

CAMERINVS, pen. prod. Poeta, cuius meminit Ouidius lib. 4. de Ponto, eleg. 16. 4. Quisque canit domito Camerinus ab Hectore Troiam.

CAMERIVM, Italię oppidū iuxta Collatiam apud Plinium li. 3. ca. 5.

CAMEROPIS, Ciuitas est Indiæ, Straboni.

CAMERTES, (καμέρτης,) Populi sunt Vmbriæ in montibus, qui Vmbros à Picenis diuidunt. Silius lib. 8. 92. – & armis
Vel castris laudande Camers. Singularis numerus pro plurali. Horum meminit Strabo lib. 5. Et Plin. li. 3. ca. 14. Cicero pro Corn. Balbo 32.
Neque Pulginatium, neque Camertium fœdere esse exceptum.

Camers, (καμέρης,) Adiectiuum. Cicc. pro Sylla 40. In agro Camerti, Piceno, vel Gallico.

Camertinus, penul. prod. Aliud adiectiuum, (καμερτινός,) vt Camertinum fœdus. Cicc. pro Corn. Balbo 36. Is igitur M. Annium Appium fortissimum virum, virtute prædituin ciuitate donauit, quum Camertinum fœdus sanctissimum atque æquissimum sciret esse.

CAMERTES, Consors Iani. De quo sic Perottus, de Iano loquens, Hunc regionem istam, quæ nunc vocatur Italia, regno obtinuisse, & ei Camese, qui simili modo indigena erat, ita participata potentia potuisse, vt regio Camesene et oppidum Ianiculum vocaretur.

CAMILLA, (καμίλλα,) Volsca, venit auxilio Turno contra Latinos & Aeneā, in quo bello etiā interfecta est. Eam Virg. describit li. 7. 161.
Hos super aduēnit Volsca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas
Bellatrix, non illa colo, calathisve Mineruæ
Fœminea assueta, manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuque pedum præcertere ventos.

Pharetrata Camilla. Virgil. 11. Aeneid. 130.

Dia Camilla. Virgil. 11. Aeneid. 132.

Camillos, (καμίλλους καὶ καμίλλας,) & Camillas in sacris vocabant ministros & ministras impuberes. Hinc & Camilla dicta. Hæc Seruius. Alii dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, quū pater filio de agricultura præciperet, hyberno puluere, verno luto grādia farra Camille metes.

CAMILLVS, (καμίλλος,) Romanus, Veios decennali obsidione domuit, deque his triumphauit. Postea etiamin datum quòd albis equis triumpharet, & prædam iniquè diuisisset: de dicta ab Apuleio Saturnino Tribūno plebis damnatus, Ardeam concessit. Mox quum Galli Senones vrbem diripuissent, absens Dictator factus, collectis reliquiis Gallos adortus incautos oppressit. Populum Romam migrare Veios volentem eleganti apud Liuium concione retinuit, in qua omnes vrbis dotes, laudesque licet agnoscere. Adiicit quoque Liuius, quòd tertium Dictator dictus, cōtra Latinos ad Satricum contendit, vt socium vrbem Popu. Roma. à Latinis oppugnatam tueretur. Quartum Dictator ad sedandam populi seditionem factus, valetudinem excusauit, ex quo alter ei subrogatus est. Quintum Dictator, Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superauit. Postremò Romæ octogenarius pestilentia interiit. Authores Liuius & Plutarchus. Virgil. 6. Aeneid. 165.
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.

Caminus, camini, pen. prod. (κάμινος,) Græcum vocabulum est, Latine fornax dicitur, authore Seruio. Virgi. 3. Aeneid.
– ruptis flammam expirare caminis. Iuuenalis Saty. 10. 7.
Iam stridunt ignes, iam follibus atque caminis
Ardet adoratum populo caput.

Caminus, Structura quæ fumum excipit. Sueto. in Vitel. Nec antè in Pretorium rediit, quàm flagrante triclinio ex conceptu camini. Cicc. ad Trebat. lib. 7. 100. Luculento camino vtendum censeo.

Addere oleum camino. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 65. Adde poemata nunc
hoc est oleum adde camino. Id est adde maioris insaniæ materiam. Prouerbialis locutio, de qua abundè Erasmus in Chiliad.

Lentis caminis dare viscera. Seneca in Thyeste 8. 39.
– hærent viscera & lentis data Stillant caminis.

Perpetuus caminus. Statius 3. Thebaid. 56.
Illum ego perpetuis mihi desudare caminis Si iubeam.

Caminus anhelans. Persius Satyra 5. 2. Tu neque, anhelanti coquitur dum massa camino, Folle premis ventos.

Caminus ardens. Iuuenalis Saty. 14. 17.
Sed crescunt quocunque modo, maiora quæ fiunt
Incude assidua, semperque ardente camino.

Vrens caminus. Horat. 1. Serm. saty. 5. 17.
Vdos cum foliis ramos vrente camino. Id est igne.

Camino, caminas, penul. prod. (καμινόω,) caminare, In modum fornacis facere. Plin. lib. 16. cap. 6. 6. Acerui conferti talcis recentibus luto caminantur. Idem lib. 17. cap. 11. 5. In prunis palmo amplius, & vbique caminata fossura ore compressiore sint.

Cámmarus, pen. corr. (κάμμαρος,) Piscis marinus, ex specie macrostracorum, hoc est qui molliorem testam pro cute habent. Colum. lib. 8. cap. 15. 5. Aquatilibus autem cibis, si sit facultas, datur cammarus, & riualis alecula. Plin. lib. 31. ca. 8. 3. Sic alex peruenit ad ostreas, echinos, vrticas, cammaros, mullorum rocinora. Varro. 3. de Re rust. cap. 11. 2. de anatibus loquens, Pabulum his datur triticum, ordeum, vinacei, vuæ, nonnunquam etiam ex aqua cammari, & quædam huiusmodi aquatilia. Frequens est piscis in mari Adriatico. est autem velut quædam cancrorum species.

CAMÎRVS, 1 producta, vna ex vrbibus Rhodi insulæ. Strabo, Quas vrbes Homerus commemorat, Lindon, Ialyson, Camiron.

Camoenae, camœnarum, (μοῦσαι,) Musæ: quibus à cantu indicant alterna camœnæ. Seruius.

Camœnæ, Musæ à carminibus sunt dictæ, vel quòd canunt antiquorum laudes, vel quòd sint castæ mentis præsides. Hæc Festus. Plin. lib. 34. cap. 5. 2. Actium poetam in Camœnarum ęde maxima forma statuam sibi posuisse, quum breuis admodum fuisset.

Camœna, etiam numero singulari dicimus. Persius Saty. 5. 3.
– tibi nunc hortante camœna
Excutienda damus præcordia. Horat. 4. Carm. ode. 6. 6.
Dauniæ defende decus camœnæ.

Dulces camœnæ. Horat. 1. Epistо. 20. 1.
Vina ferè dulces oluerunt mane camœnæ.

Gaudentes rure camœnæ. Horat. 1. Serm. saty. 10. 9. – molle atq; facetū
Virgilio annuerant gaudentes rure camœnæ.

Graia camœna. Horat. 2. Carm. ode. 16. 8.

Spiritus camœnæ. Horat. 2. Carm. ode. 16. 8.
Spiritum Graiæ tenuem camœnæ
Parca non mendax dedit.

Inhumana camœna. Horat. 1. Epist. 19. 10.

Senium camœnæ. Horat. 1. Epist. 19. 10. – & inhumanæ senium deponere camœnæ. Id est seueritatem senilem.

Insignis camœna. Horat. 1. Carm. ode. 12. 8.
Gratus insigni referam camœna.

Tragica camœna. Horat. de Arte poetica. 56.
Ignotum Tragicæ genus inuenisse camœnæ Dicitur.

Vocalis camœna. Seneca in Med. 8. 10. Ille vocali genitus camœna. Id est Calliope dulciter canente.

CAMPANIA, (καμπανία,) Italiæ regio, de qua sic Plinius lib. 3. ca. 5.
Qualiter campaniæ ora per se, felixq; illa ac beata amœnitas narrari debeat? vt palàm sit, vno in loco gaudentis opus esse naturæ. Iam verò tota ea vitalis, ac perennis salubritatis cœli temperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii saltus, tam opaca nemora, &c.

Pinguis Campania. Propert. lib. 3. eleg. 5. 1.
Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur.

Terra Campania. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 7.
Non tibi si pretium Campana terra daretur.

Campanus, penult. prod. (καμπανός,) Adiectiuum. vt vrbs Campana. Virg. 10. Aeneid. 19. Affuit & Mnestheus, quem pulsi, &c.
Et Capysthine nomen Campanæ ducitur vrbi. Vbi Seruius, Iste quidem dicit à Capy dictam esse Campaniam. Sed Liuius vult à locis cāpestribus dictam, in quibus sita est. Sed constat eam à Tuscis conditam viso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur. vnde est nominata Campania. Tuscos autem omnem penè Italiam subiugasse manifestum est.

Littus Campanum. Stat. 3. Sylo. 3. 33.

Morbus Campanus. Horat. 1. Serm. saty. 5. 13. – at illi fœda cicatrix
Setosam læui frontem turpauerat oris.
Campanum ob morbum in faciem per multa iocatus. Id est oris fœditatem aut arroganciam. nam Campani qui Osci dicebantur, ore immundi & arrogantes habiti sunt: vnde Oscos dictos putant, quasi obscœnos. aut verò dixit Campanum morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur. Ex Acrone & Porphyrione.

Suppellex Campana. Horat. 1. Serm. saty. 6. 24. – astat echinus
Vilis cum patera guttus, Campana supellex. Id est (vt exponit Acron) fictilis, vel viminea, vel Aenea. quia in Campania dicebantur Aeneæ res optimè fabricari.

Camparius, Vide CAMPVS.

Campe, campes, vel campa, campæ, (κάμπη,) eruca. Latine Verniculus hortensis maximè herbas, & arborum frondes rodens. Colum. lib. 10. 31.
Nec sollum tenerat audens erodere frondes,
Implicitus cōchæ limax, hirsutaque campe. Plautus Trinum. 8. 110.
– sed campas genus multo Syrorum Iam ante it patientia.

Campe Græcis à flexu dicta est, quia in arcū arrependo curuat. Budæus.
Campas, marinos equos Græci à flexu posteriorū partiū appellāt. Festus.

Campester, Vide CAMPVS.

CAMPHASVS, penul. corrept. Proprium nomen equi, de quo Silius Italicus libro 16. 71.
Camphasus, ipse asper, nec qui ceruicis amaret
Applausæ blandos sonitus, clausumque cruento
Spumeus admorsu gauderet mandere ferrum.

CAMPI Diomedis, dicti sunt qui in diuisione regni cum Dauno Italiæ rege, cesserunt ipsi Diomedi.

CAMPONI, Populi inter Aquitanicas gentes Plinio commemorantur libro 4. cap. 19.

CAMPSIANI, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Straboni his verbis, Sunt alii Germaniæ populi indigentia magis laborantes, Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsiani, cæterique complures. Hactenus ille lib. 7.

Campsor, pecuniarum, à nostris Argentarius dicitur, à Græcis Trapezita. Sipontinus.

Campus, campi, (πεδίον, ἁλωὴ, ἄλσος,) dictus postea quàm proxima superiora loca colere cœperunt, authore Varrone de Ling. Latina.

Campus, inquit Valla lib. 4. Est planities terræ ampla & grandisideoque spatiosæ plateæ, areæque, campi nomen acceperunt. Vnde Romæ campus Martius. Cæsar 3. bel. Ciuil. 144. Sed quum esset inter bina castra campus, circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit.

Vmbrarum campi. Lucan. lib. 7. 175. – fugerentque coloni
Vmbrarum campos. Id est in quibus errant animæ insepultorum.

Accola campi. Ouid. ad Liuiam 47. – & accola campi
Tot dixit siccis verba neque ipse genis.

Aequor campi. Virgil. 7. Aeneid. 150.
Filius ardentes haud secius æquore campi Exercebat equos.

Aequora camporum patentiū. Cic. 1. de Diuinat. 152. Vt enim Aegyptii & Babylonii, in camporum patentium æquoribus habitantes, quū, &c.

Ager campi. Virgil. 2. Georgic. 55.
– si pinguis agros metabere campi, Densa sere.

Agger camporum. Stat. 2. Thebaid. 42.
Quercus erat teneræ iamdudum oblita iuuentæ.
Aggere camporum medio.

Area, campi. Ouid. 10. Metamorpho. 18.
Collis erat, collemque super planissima campi Area.

Fundamina campi. Claudian. 2. de Raptu Proserp. 53.

Immensitates camporum. Cicc. 2. de Natu. deorum 143. Adde huc fontium gelidas perennitates, immensitatesque camporum.

Limes camporum. Lucanus lib. 7. 60.
– camporum limite paruo Absumus à votis.

Campi medio. Tacit. lib. 1.

Media campi complere. Tacit. in vita Agricolæ.

In medium campi procedere. Liu. lib. 7. Decad. 4.

Pabula campi. Ouid. in Ibin 28.

Puluis camporum. Virgil. 11. Aeneid. 173.

Spatia campi. Virgil. 3. Georg. 49.

Immensa camporum spatia. Cicc. 2. de Natu. deorum 159. Totam licet animis tanquam oculis lustrare terram, mariaque omnia: cernes iam spatia frugifera atque immensa camporum, &c.

Aequo campo se dare. Virgil. 9. Aeneid. 12.
– Teucrūm mirantur inertia corda
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere.

Aestiferi campi. Silius Ital. lib. 17. 91.
Qualis in æstiferis Garamantum fœta veneno
Attollit campis feruenti pastus arena
Colla Parethonius serpens.

Anhelans sulfure campus. Stat. 11. Thebaid. 4.
– & anhelantem cœlesti sulfure campum.

Apertus campus. Ouid. 1. Metam. 18. Expatiata ruunt per apertos flumina campos. Virgilius 9. Aeneid. 5. Idem 2. Georgic. 56.
– & campo stetit agmen aperto. Vide APERIO.

Apricus campus. Horat. 1. Carm. ode 8. 1. – cur apricum
Oderit campum patiens pulueris, atque solis? Vide APRICVS.

Armiger campus. Stat. lib. 9. Thebaid. 167.
– armigerum ni protinus improba campum Deseris.

Caligantes campi. Stat. lib. 1. Thebaid. 19. – illa per vmbras
Et caligantes animarum examine campos.

Elysius campus. Virgil. 1. Georg. 8.

Euersus campus, Id est aratus. Valer. 7. Argonaut. 15.
An magis euerso iacias dum semina campo.
Campus operi facilis. Liuius lib. 2. Decad. 4.
Fertilis vbere campus. Virgil. 1. Georg. 37.
Frequens herbis campus. Virg. 2. Georg. 37.
Frondens campus. Lucan. lib. 6. 17.
Vngula frondentem discussit cornea campum.
Gramineus campus. Virgil. lib. 5. Aeneid. 57.
Herbosus campus. Horat. 3. Carm. ode 18. 2.
Horrens campus. Virgil. 3. Georg. 32.
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
In immenso campo vagari. Cice. 3. de Orato. 68. In hoc igitur tanto, támque immenso campo quum liceat oratori vagari liberè, atque vbicunque consiterit, consistere in suo, &c.
Iners campus, Putridus & infructifer. Silius lib. 13. 107. Sic vocat campum inferni.
Ingens & immensus campus. Cice. 3. de Orato. 41. Ex ingenti quodam oratorem, immensoque campo in exiguum sanè gyrum compellitis. Vide IMMENSVS.
Irriguus campus. Lucanus lib. 4. 61. –puteusque cauati
Montis ad irrigui premitur fastigia campi.
Lati campi. Virgil. 1. Georg. 98.
Latus campus aeris. Virgil. 6. Aeneid. 178.
Latus campus aquarum. Ouid. 1. Metamorpho. 31.
Latis currere in campis. Ouid. 2. Metamorpho. 66.
Liberiore campo natare. Ouid. 4. Fastorum 59.
–& campo liberiore natat. Vide LIBER.
Liquentes campi, pro mari. Virgilius 6. Aeneid. 145.
Martius campus. Horatius 4. Carm. ode 1. 8.
Mersus campus cruore. Silius Ital. lib. 1. 11.
Natantes campi. Virgil. 3. Georg. 39.
Nigrantes puluere campi. Silius Ital. lib. 3. 82.
Nitentes campi. Virgil. 6. Aeneid. 136. –camposque nitentes
Desuper ostentat.
Nudi campi. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 15.
Aspiceres nudos sine fronde, sine arbore campos.
Optimi & vberes campi. Cice. 2. pro Lege Agraria 94. Agros verò Vaticanum & Pupiniam, cum suis optimis atque vberibus campis conferendos scilicet non putabunt.
Patentes campi. Virgil. 4. Aeneid. 31. Idem 5. Aeneid. 110.
Patuli campi. Claudian. 1. de Raptu Proserp. 45.
Pigri campi. Horat. 1. Carm. ode 22. 4.
Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æstiua recreatur ora. Id est frigidis, & frigore pigritiem inducentibus. Acron.
Pinguis campus. Virgil. 2. Georg. 55.
Planus campus. Lucretius lib. 3. 104.
–& plani raptim petit æquora campi.
Pulsatus campus assiduis equis. Ouid. 6. Metamorpho. 44.
Planus erat, lateque patens prope mœnia campus
Assiduis pulsatus equis.
Putris campus. Virgil. 11. Aeneid. 175. Quadrupedumque putrem cursu quatit vngula campum. Et lib. 8. 117.
Rudis campus. Virgil. 2. Georgic. 43.
At rudis enituit impulso vomere campus.
Sanguineus campus. Stat. 3. Thebaid. 63.
Segnis campus. Virgil. 1. Georg. 15.
Silentes campi. Seneca in Herc. furente 10. 4.
Tanta per campos agitur silentes Turba.
Spectabilis campus vndique. Ouid. 3. Metamorpho. 142.
Spirans tabo campus. Stat. 12. Thebaid. 114.
–campumque odere volucres Spirantem tabo.
Squalentes campi. Sil. Ital. lib. 3. 133. Claudian. 2. de Raptu Proserp. 68.
Stagnantes campi. Silius Ital. lib. 3. 10.
–& infuso stagnantes æquore campos.
Taurifери campi. Lucanus lib. 1. 94.
Tenuis campus. Ouidius 2. Trist. 66.
Torrentes sanguine campi. Stat. 1. Sylu. 2. 20.
Turpis sine gramine campus. Ouid. 3. de Arte amandi, 50.
Vasti campi. Virgilius 3. Aeneid. 3. Terra procul vastis colitur
Mauortia campis. Id est vastatis, aut magnis, inquit Seruius.
Vdi campi. Silius Ital. lib. 8. 101. –interiorque per vdos
Alba sedet campos.
Venalis campus. Lucanus lib. 1. 36.
–letalisque ambitus vrbi
Annua venali referens certamina campo. Venalem appellat, campum Martium, in quo suffragia vendebantur.
Virentes campi. Horat. 2. Carm. ode 5. 2. Circa virentes est animus tuæ
Campos iuuencæ.

Viridis campus. Virgil. 3. Georg. 3.
Arare campum. Ouidius 2. Trist. 66.
–tenuis mihi campus aratur.
Aspirare in campum. Vide ASPIRO.
Attollere campum puluere. Stat. 4. Thebaid. 28.
–longoque attollit puluere campum.
Circumferre campo lumina. Silius Ital. lib. 17. 105.
Circumuolare campum iaculo. Silius Ital. lib. 17. 84.
–& iaculo circumuolat alite campum.
Campum colligere. Vegetius lib. 3. de Re militari, Prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat, & (quod ipsi dicunt) colligat campum. Budæus.
Loca camporum cursu complere. Lucret. lib. 1. 65. Præterea magnæ legiones quum loca cursu Camporum complent.
Conferre se in campum. Vide CONFERO.
Consternere campos milite. Silius Ital. lib. 1. 25.
Corripere campum. Virgil. 3. Georg. 20.
Nonne vides quum præcipiti certamine campum Corripuere?
Credere campo aciem. Virgil. 9. Aeneid. 9.
Neu struere auderent aciem, neu credere campo.
Currere in campum. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 19.
Dare se campo. Silius lib. 13. 31. Det sese campo, atque ineat certamina mecum. Videtur posse non incommode pro eo accipi quod dicere solemus, In arenam descendere.
Decedere campis. Virgil. 4. Georg. 38. –rursus eadem
Vesper vbi e pastu tandem decedere campis Admonuit.
Diffugere campis. Virgilius 10. Aeneid. 159.
–omnis campis diffugit arator.
Durescit campus situ. Virgilius 1. Georg. 15.
Et segnem patiere situ durescere campum.
Errare campis. Virgil. 3. Georg. 49.
Explicat campos tellus effusa. Lucan. lib. 4. 4. Explicat hinc tellus campos effusi patentes. Idem lib. 3. 76.
Extendere campos. Ouidius 1. Metamorpho. 9.
Iussit & extendi campos subsidere valles.
Campis exutus Mithridates. Tacitus lib. 12.
Campis ferri. Quintilianus lib. 5. cap. 14. 24.
Flauescit campus arista. Virgil. 4. ecloga 6.
Fucare corpora campo. Ouid. 1. de Arte amandi 103.
Mundiciæ placeant, fucentur corpora campo.
Hiscunt campi. Statius 9. Thebaid. 5. –sed enim hiscere campos
Conquesti, terræque fugam mirantur.
Campus iacet in medio. Vide IACEO.
Iacere toto campo. Seneca in Troade 6. 52.
–tumulus hic campo statim Toto iacet.
Iacet tantum campi. Virgilius 3. Georgic. 69.
–itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitibus: tantum campi iacet. Id est incultum remanet.
Incedere campis. Silius libro 17. 32.
Indulgere campo. Persius Satyra 5. 6.
Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille In venerem putris.
Inferre se campo. Virgil. 9. Aeneid. 11. Idem 2. Georg. 29.
Inire campum. Statius 11. Thebaid. 119. Talis init campum.
Instruere per campos certamina belli. Lucret. lib. 2. 2.
Insurgunt campis tenebræ. Virgil. 9. Aeneid. 7.
Inundare campos dicitur exercitus. Silius Ital. 15. 109.
–fulgentibus armis Pœnus inundauit campos.
Lacessere campum. Stat. 12. Thebaid. 121. –campumque lacessens
Dissimulat gemitus.
Liquantur campi. Catullus epigram. 43. 71.
Iam cæli furor æquinoctialis
Iucundis Zephyri silescit auris,
Liquantur Phrygii Catulle campi.
Lustrare oculis campos. Lucan. lib. 7. 161.
Et lustrare oculis campos sub clade latentes.
Miscere campum puluere. Virgil. 12. Aeneid. 9.
Obstrnere campos. Lucanus lib. 2. 100.
Parare campum ad certamen. Virgil. 12. Aeneid. 23.
Partiri campum limite. Virgil. 1. Georg. 26.
Per campos pascuntur equi. Virgil. 6. Aeneid. 131.
Peragrare campos. Cice. 1. de diuinat. 154. Arabes autem & Phryges, & Cilices, quòd pastu pecudum maximè vtuntur, campos & montes hyeme & æstate peragrantes, propter ea, &c.
Perlabi campum. Sil. lib. 16. 79.
–consurge, vola, perlabere campum.
Perlustrare campos oculis. Silius lib. 7. 108.
Persultat campos exercitus. Tacitus lib. 11. 136. 24. Cæsis Mithridati datus est occupandi Armeniam vi militis Romani ad excidendas ejus stellorum ardua, simul Hybero exercitu campos persultante.
Pinguescunt campi. Virgilius 1. Georgic. 98. –& latos

–& latos Aemi pinguescere campos.
Proscindere campum ferro. Ouid. 7. Metam. 24.
Prosternitur campus & materia tuis laudibus. Vide PROSTERNO.
Quatere campum. Virg. 11. Aeneid. 175. & lib. 8. 117.
Rapere campum. Stat. 5. Thebaid. 1. Acrior & campum sonipes rapit.
Recumbere campo. Virg. 1. Georg. 81.
Redeunt campis gramina. Horat. 4. Carm. ode. 7. 1.
Diffugêre niues, redeunt iam gramina campis.
Redundare campus. Lucret. lib. 6. 143.
Nilus in æstate crescit: campisque redundat.
Refluit campis Nilus. Virg. 9. Aeneid. 7. –aut pingui flumine Nilus
Quum refluit campis.
Relaxare campum. Silius Ital. lib. 7. 144.
Agmina deturbat gladio, campumque relaxat.
Renouare campum aratris. Ouid. 1. Amorum, eleg. 3. 2.
Nec meus innumeris renouatur campus aratris.
Serere hordea campis. Virg. 1. Georg. 42.
Strepit omnis murmure campus. Virg. 6. Aeneid. 142.
Tenère latè campos. Virg. 2. Georg. 3.
Tondère campum dicuntur equi. Virg. 3. Aeneid. 108. –equos in gramine vidi Tondentes campum latè.
Transmittere campos cursu. Virg. 4. Aeneid. 31.
Tremit cunt campi tonitru. Virg. 5. Aeneid. 138.
Vestire campos lumine dicitur æther. Virg. 6. Aeneid. 128.
Largior hic campos æther, & lumine vestit Purpureo.
Vestiti gramine campi. Claud. 3. de Raptu Proserp. 47.
Campus, pro comitio. Cic. 3. de Orat. 92. Grauis est modus in ornatu orationis, & sæpe sumendus, ex quo genere hæc sunt, Martem belli esse communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro Senatu, campum pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello.
Campus, Resquælibet in qua quis studium habet. vt Campus rhetorum. Cic. 1. Offic. 89. Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, &c. Idem. 4. Acad. 199. Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam in tantas angustias & in Stoicorum dumeta compelimus? Idem pro A. Cecinna. 61. Istum locum fugis & reformidas, & me ex hoc, vt ita dicam, campo æquitatis, ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas. Et latissimum dicendi campum alio loco dixit Cicero, pro luberrate materiæ quam vocant.
Expositionis campum nancisci. Quintil. lib. 4. cap. 2. 29.
Magnus campus ad laudé. Cic. 14. Philipp. 196. Magnus est in Rep. campus, vt sapiénter dicere solebat Crassus, multis apertus cursus ad laudé.
Magnum campum habet cursus animi. Cic. Attico, lib. 5. 103. 1. Non habeat satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi & industriæ meæ.
Dare campum. Cic. pro Murena. 16. Nullum enim vobis fors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique posset.
Exultare in campo, & in angustias cõpelli dicitur oratio. Cic. 4. Acad. 199.
Campester, campestris, & hoc campestre, & hic & hæc campestris, & hoc campestre, (ἀπεδυτός,) Quod ad campos attinet, vel in mediis campis iacet: vt locus campestris. Cæsar. 7. bel. Gal. 287. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 5. ad finem, Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in vnam partem vergit, quàm is qui est ad libellam æquus.
Campestris ager. Liuius 4. ab vrbe. 159. Vulturnum Hetruscorum vrbé, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam: Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) à campestri agro appellatam.
Arma campestria. Horat. de Arte poetica. 77.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.
Campestris fraxinus, Quæ in campo crescit, non in montibus. Plin. lib. 16. cap. 13. 2. Campestrem enim esse crispam montanam, spissam.
Campestre iter. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 246. Vterque idem suis renuntiat, quinque millia passuum proxima intercedere itineris campestris.
Campestris ludus, Qui in campo fit. Cic. pro Cœlio. 7. Vt exercitatione, Indoque campestri tunicati vteremur.
Prælia campestria. Horat. 1. Epist. 19. 11. –scis quo clamore coronæ
Prælia sustineas campestria.
Scythæ campestres, Qui in campis sine tectis sub tentoriis viuunt. Horat. 3. Carm. ode. 24. 7.
Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos, Viuunt.
Campestre, campestris, Substantiuum, (πεζέλαμπε,) Genitalium succinctorium, quo in gymnasiis & palæstris, hoc est in campis vtebantur. Horat. lib. 1. Epist. 114.
Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod
Penula solstitio, campestre nisalibus auris.
Camparius, Custos exercitorúe camporum. Valla lib. 1.
Camurus, Adiectiuum, (καμπύλος,) Festus, Camura, & camuri boues, à curuatione, ex Græco καμπὴ dicuntur. Virg. 3. Georg. 11. Et camuris hirtæ sub cornibus aures.

Camus, cami, (κῶμος,) Genus vinculi apud Græcos. Plaut. Casin. 8. 36. Deos quæso, vt quidem hodie camum & furcam feras.
CANA, Straboni lib. 13. Promontorium quod contra Lectum consurgens, Adramyttenum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus. Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum, situm in agro Cauco.
Cana, (κανᾶ,) dicunt Græci, nos canistra, & per diminutionem cani stella. Festus.
CANACE, pen. corr. (κανάκη,) Macarei soror, Aeoli filia: de qua Ouidius scribit in epistolis. 11. epist.
Canâlis, huius canâlis, pen. prod. m. & fœm. gen. (σωλήν,) Festus, Canales per quos aqua confluit in viis lapide stratis.
Canales structiles, Structura & fabrica constantes, quales hodie Romæ semiruti visuntur. Vitruuius lib 8. cap. 7. Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis seu tubulis fictilibus. Aqueductus vocabãt Romani, hinc præfecti aquæductuum. Vlpianus, Siquis nouum canalem vel fistulam in riuo velit collocare, vtile ei hoc interdictum futurum Labeo ait.
Canalis, à canna fit, vna detracta litera, Lignum ad cannæ similitudinem cauatum, per quod aqua deducitur. Colum. lib. 12. cap. 50. 5. Oleo autem conficiédo molæ vtiliores sunt, quàm trapetum: trapetum quàm canalis & solea. Varro. 3. de Re rust. cap. 5. 1. In hoc testum aquam venire oportet per fistulam, & eam potius per canales angustas serpere quæ facilè extergi possunt. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 41. Ne canalibus aqua immissa, &c.
Arundinei canales. Virgil. 4. Georg. 53.
Mellaque arundineis inferre canalibus vltrò Hortantem.
Demersus canalis. Stat. 1. Sylu. 2. 41.
Flumina demerso trahit intemerata canali.
Ligni canales. Virg. 3. Georg. 65.
–greges ad stagna iubeto
Currentê ligni potare canalibus vndâ. Id est fictis ex ilice, inquit Seruius.
Canalis, quo crura & femora continentur fracta. Quo pacto antè cõstituat vide apud Cel. lib. 8. cap. 10. de crurum & femorũ curatione.
Canaliculus, pen. corr. Diminutiuum, (σωλήνιον,) Colum. lib. 8. ca. 10. 4. Nam largiore cibo celerius pinguescit, semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponũtur, quæ est firmissima esca. Ibidé, cap. 15. 4. Statim deinde perpetuus canaliculus humi depressus cõstruatur. Varr. 3. de Re rust. cap. 5. 12. Quibus aqua ministratur per canaliculum.
Canaliculus columnarum. Vitruuius libro. 7. Canaliculus earum qui strix appellatur.
Canaliculus. Celso lib 8. cap. 24. quo digitus fractus continetur, vt cana lis in maiore membro fracto.
Canalicula, canaliculæ, Idem, (σωληνίδιον,) Gellius li. 17. cap. 11. Ipsum autem Erasistratum dicere duas esse quasi canaliculas quasdam vel fistulas, easque ab oris faucibus proficisci deorsum, per earumque alteram deduci delabiq; in stomachum esculenta omnia & poculenta.
Canaliculæ, Forenses homines pauperes dicti, quòd circa canales fori consisterent. Festus.
Canaliculâtus, pen. prod. (σωληνοειδής,) Adiectiuum, In modum canalis factus: vel qui canalis formam habet. vt Semina canaliculata, foliũ canaliculatum. Plin. lib. 27. cap. 9. 7. Est autem singularis atque nõ frutícosa, breuior molliorque, & densior, foliis ad radicem canaliculata. Idem lib. 19. cap. 7. 3. Paucis foliacea & lata, vt attriplici: quibusdam angusta & canaliculata, vt cumino.
Canalitius, Adiectiuum, (σωλήν,) vt Canalitium aurum, quod puteis foditur, quòd venarum canales per saxa vagentur huc atque illuc, & per latera puteorum. Plin. lib. 33. cap. 4. 3. Quod puteis foditur, canalitiũ vocant ralii canaliense, marmoris glareæ inhærens.
CANARIA, (κανάρια,) Vna ex insulis fortunatis, ita vocitata à canum multitudine ingentis magnitudinis. Plinius lib. 6. cap. 32.
Canarius, Vide CANIS.
CANAS, Oppidum Lyciæ regionis Asiaticæ. Lycia quondam (inquit Plinius lib. 5. cap. 27.) LX oppida habuit, nunc XXXVI habet. Ex his celeberrima præter supradicta, Canas, &c.
CANASTRAEVM, Macedoniæ promontorium, in Thermaico sinu: dicente Plinio lib. 4. cap. 10. In Thermaico sinu oppida Dicæa, Pydna, Derra, Scione, promontorium Canastræum.
CANATHA, Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ iungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.
Cancelli, cancellorum, (κιγκλίδες, δρύφακτοι,) per diminutionẽ vocãtur, hoc est, opus subtili materia in trãsuersum compacta, ad similitudinem retis factum: quòd frequentia foramina habeat, qualia sunt quę in corpore efficit cancer morbus. Hæc Sipontinus. Cic. pro Sestio. 108. Tantus est ex omnibus spectaculis vsque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, &c. Varro. 3. de Re rust. ca. 5. 3. Præterea & perticas inclinatas ex humo ad parietem, & in eis trãsuersas alias gradatim modicis interuallis annexas ad speciem cancellorum scenicorum. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

– potes, si forte inuabit Cancellis primos inseruisse pedes.
Circũdati cancelli homini improbo. Cic. 5. Verr. 115. Satisne vobis Prætori improbe circundati cancelli videntur in sua prouincia, imò verò in sella ac tribunali: vt aut de suo capite iudicium fieri patiaē præsens, ac sedens: aut confiteatur se omnibus iudiciis conuinci necesse esse?
Cancellis circunscripta scientia. Cic. 1. de Orat. 28. Nam siquis erit qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias, atque causas, & certarum rerum forensibus cancellis circunscriptam scientiam.
Cancellos sibi circundare. Cic. pro Quintio. 19. Et me facile vestra existimatione reuocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circundedi. Id est, extra id digrediar quod dicturum me proposui. Budæus.
Cancello, cancellas, cancellare. Colu. lib. 4. cap. 2. 2. de vite loquens, Hęc autem quæ toto prostrata corpore quum inferius solum quasi cãcellauit atque irretiuit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se cõnexis angitur, nec aliter quàm si multis palmitibus grauata, deficit.
Cancellata cutis elephantorum. Plin. lib. 8. cap. 10. 3.
Cancellatus brachiorum implexus. Plinius libro. 9. cap. 51. 6. Polypus fœmina, modò in ouis sedet, modò cauernam cancellato brachiorum implexu claudit.
¶ Cancellare testamentum, pro delere. Vlpianus, De iis quæ in testamẽto delentur, Lege secunda, Cancellauerat quis testamentum, vel induxerat, & hoc se propter vnum hęredem facere dixerat, & id postea testamentum signatum est. Quærebatur de viribus testamenti, deq; portione eius pp quam se cancellasse dixerat. Ibidẽ Marcellus, Quod sanè sequendũ aiebant, fi oẽm scripturam testamenti cancellasset.
Cancellatim, pen. prod. Aduerbium, Ad speciem cancellorum. Plinius lib. 7. cap. 20. 1. Filiumque eius militem magni Pompeii, & rectos, & transuersos cãcellatim toto corpore habuisse neruos, in brachiis etiã, manibusque. Author est Varro.
Cancellatim reticulata. Plin. lib. 9. cap. 33. 2.
Cancellatim. Plin. lib. 11. cap. 37. 70. Terrestrium aliis venter denticulatæ asperitatis, aliis cancellatim mordacis. Dicitur ventriculus cãcellatim mordax: q̃ villos habet obliquos, rectos & transuersos, quibus ceu per cancellos quosdã cibum attrahit, retinet & conficit.
Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc p diminutionẽ cãcelli. Festus.
Cancer, cancri, m. g. (καρκίνος,) Genus piscis, quod à Græcis, & Galeno, inter ostracoderma numeratur, hoc est, quę testa includunt. Cancrorũ autẽ genera, vide apud Plin. lib. 9. cap. 31.
Littoreus cancer. Ouid. 15. Metam. 74.
Concaua littoreo si demas brachia cancro,
Cætera supponas terræ, de parte sepulta
Scorpius exibit. Item lib. 10. 26.
Rubentes cancri. Virgil. 4. Georg. 10.
– neve rubentes
Vre foco cancros. Rubentes autem quum vruntur: non quia per naturam sint huius coloris. Seruius.
¶ Cancer, Signum cœleste. Plin. lib. 18. cap. 25. 12. Solstitium Cancri.
Brachia Cancri. Ouid. 4. Metam. 125.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit.
Octipes Cancer. Ouid. 1. Fast. 63.
Octipedis frustra quærentur brachia Cancri.
Sydus Cancri. Virgil. 10. eclog. 14.
Aethiopum versemus oues sub sydere Cancri.
Calens cancer. Claud. 6. Epigram. 2.
Collutens cancer. Cic. in Arat. 30.
– & claro collucens lumine Cancer.
In quo consistens conuertit curriculum Sol.
Curuans brachia Cancer. Ouid. 2. Metam. 17.
– atque aliter curuantem brachia Cancrum.
Rapidus Cancer. Stat. 4. Thebaid. 155.
– solet & rapidi sub limine Cancri, &c. Ire tamen.
Sydus Libyæ cancer. Senec. in Here. Oeth. 14.
Ambit peremptus Cancer ardentem plagam:
Libyæque sydus fertur: & messes alit.
Torrens cancer. Lucan. lib. 8. 167.
Nam quis ad exustam Cancro torrente Syenen Ibit?
Rubescunt signa Cancri. Ouid. 6. Fast. 146.
Sol abit è Geminis, & Cancri signa rubescunt.
Cancer, cancris tertię Declinationis, pro signo cœlesti. Lucretius li. 5.
Cancris vt vertat metas ad solstitiales.
¶ Cancer, m. g. (καρκίνος,) pro quodam morbi genere. Ouid. libro. 2. Metamorph. 166.
Vtque malum latè solet immedicabile cancer
Serpere, & illæsas vitiatis addere partes. Quo in loco MALVM IM MEDICABILE per appositionem intelligendum sit. Nascitur hic morbus ex humore melancholico inflammato ferè in omnibus corporis partibus: sed maximè in mamillis mulierum, quæ non purgantur menstruo naturali. Cato cap. 157. de Brassica. 3. Eadem tumida coquit, eadem erumpit, eadem vulnera putrida, cancrosque purgabit, sanosque faciet. Et paulò pòst, Si cancer ater est, is olet, & sanicem spurcam mittit.
✱ Obsistere cancro & occupari cancro. Cel. lib. 8. cap. 10.
CANCHLER, Arabiæ populi, apud Plin. lib. 5. cap. 10.
CANDACE, pen. corr. Aethiopum regina, de qua sic Strabo, Candace per nostra tempora Athiopibus imperauit, virilis sanè mulier, sed altero oculo capta. Hæc ille lib. 17. & Plin. lib. 6. cap. 29. Dicit & Cãdax.
CANDARIA, Promontorium est in Coo insula. Author Strab. lib. 14.
CANDAVLES, (κανδαύλης,) quem Græci Myrsilum nominant, Herodoto circa initium libri primi, Sardium fuit tyrannus, ab Alcæo Herculis filio oriundus. Is vxorem adeò amabat, vt eã præ amore arbitraretur ostium fœminarũ esse pulcherrimam. Hoc ita esse sibi persuadẽs, apud Gygem Dascyli filium sibi acceptissimum, speciem vxoris suprà modũ extollebat: tandemq; nudã eam Gygi conspiciendã proposuit. Quare ab vxore & Gyge interemptus. Vide Iustinum lib. 1.
CANDAVIAE, Montes sunt in Macedonia, de quibus Plinius lib. 4. cap. 13. Straboni tamen lib. 7. Candauia mons est Illyrici, qui Macedoniam Illyricumque disterminat.
CANDAX, Cándacis, pen. corr. Regina Aethiopũ. Dicitur & Cãdace.
CANDEBOEA, Palus est in radicibus Carmeli montis: de qua sic Plinius scribit lib. 36. cap. 26. Pars est Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ vocatur Candeboea. Ex ea creditur nasci Belus amnis, &c.

Candefacio, Vide CANDEO.

CANDEI, Arabici sinus populi, quos Ophiophagos ob id vocãt, quòd serpentibus vesci sint soliti. Author Plinius lib. 6. cap. 29. & Põponius Mela lib. 3. in descriptione sinus Arabici.
Candêla, candelæ, pen. prod. (κηρός,) à candore luminis. Plin. lib. 13. ca. 13. 2. Lapidẽ fuisse quadratum circiter in medio, arctè vinctum candelis quoquò versus. Loquitur de lapide in quo reperti sunt libri Numæ. Iuuenalis Saty. 3. 28.
– vel breue lumen
Candelæ cuius dispensо & tempero filum.
Hermolaus, Candelæ, inquit, sunt quæcunq; constant materia, scirpis, tæda, ceno, cera: vti mirũ ne sit libros Numæ cãdelis inuolutos tradi.
Candelam apponere valuis. Iuuenal. Saty. 9. 10.
Candelas sebare. Colu. lib. 2. cap 22. 2. Fertis autem ritos maiorum etiã illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas sebare.
Candelãbrum, pen. prod. (λυχνίον, πυρεῖον,) dicitur quòd in eo candelæ figantur, authore Festo. Varro. 4. de Lingua Latina, Candelabrum à candelatin: his enim funiculi ardentes figebantur. Martialis de candelabro Corinthio, lib. 14. 43.
Nomina candelæ nobis antiqua dederunt.
Non norat parcos vncta lucerna patres. Cicero. 4. Verr. 132. Vnde quinquaginta tricliniorum lectos, vnde tot candelabra? Ibidem. 55. Candelabrum è gemmis clarissimis opera mirabili perfectum. Plin. lib. 34. cap. 3. 1. & Cato cap. 10. 2.
Aenea candelabra. Cic. 6. Verr. 52. Iam verò lectos æratos & cãdelabra ænea, nim cui præter istũ Syracusis per triẽnii facta esse existimatis?
Humile candelabrum. Quintil. lib. 6. cap. 3. 68. Mirãtibus q̃ humile candelabrum emisset, praestorium erit, inquit.

Candeo, candes, candui, (λευκαίνομαι,) candêre est propriè candidum esse. Virgil. lib. 4. Aeneid. 13.

Candentis vaccæ media inter cornua fundit.
Atrum & candens opponuntur. Ouid. 11. Metam. 64.
Candida de nigris, & de candentibus atra.
Candens color. Plin. lib. 2. cap. 18. 2.
Corpus candens. Virgil. 9. Aeneid. 116.
– aut candenti corpore cycnum
Sustulit alta petens, pedibus Iouis armiger vncis.
Ebur candet. Catul. 59. 9. Ouid. 3. de Ponto. 3. eleg. 20.
Elephantus cadens. Virg. 6. Aeneid. 179. Altera candenti perfecta nitens elephanto. Id est ebore.
Candentes equi. Claud. 2. Paneg. 75.
Lana candens. Catul. 59. 64.
Marmor candens. Lucret. lib. 2. 154.
Taurus candens. Virg. 5. Aeneid. 48.
Candere, (πυρσοτρουθᾶν,) ignitum esse. Nam tunc verè ignita dicit quęcunque materia, quum non rubet, sed iam candet. Cic. 2. Offic. 34. de Dionysio tyranno, Qui cultros metuens tonsorios candente carbone fesq; luminæ, cæteriq; cruciatus admouebantur: Apud Varronem de Re rust. lib. 3. cap. 9. 2. Candens ferrum.
Aer candet. Ouid. 1. Metam. 25.
Tum primùm siccis aer feruoribus vstus Canduit.
Aestas candet. Lucan. lib. 1. 43. – quum feruida canduit æstas.
Axis candens. Ouid. 2. Metam. 60.

Vixque

Vixque suis humeris candentem sustinet axem.
Chalybs candens. Sil. lib. 1. 35. Non ignes, candensque chalybs.
Cinis candet. Ouid. 2. de Arte amandi. 88.
– summo candet in igne cinis.
Fauilla candens. Virg. 3. Aeneid. 114.
Ferrum candens. Lucret. lib. 6. 30. & Ouid. 4. Fast. 58.
Lamina candens. Ouid. 9. Metam. 34. Horat. 1. Epist. 16. 3.
Lilia candentia. Claud. epig. 22. 18.
Lumen Solis candens. Lucret. lib 6. 241.
Candentior Phœbus, Sol ardentior. Valer. lib. 4. 96.
Iam summas cœli Phœbus candentior arces Vicerat.
Pruinæ candentes. Claud. de Nupt. Honorii. 11.
Vestis tincta candet. Horat. 2. Serm. 6. Saty. 21.
– rubro vbi cocco
Tinctæ super lectos canderet vestis eburnos. Id est splenderet.
Virgo candens. Cic. in Arat. 41.
Exoritur candens illustria lumina Virgo. De sydere.
Pelle candent viscera. Claud. 2. Paneg. 49.
Cãdesco, cãdescis, (πυρωτοῦμαι,) cãdescere, Ignescere. Ouid. 2. Met. 23.
– currusque suos candescere sentit.
Candescere, (λευκαίνεσθαι,) Album fieri. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 9.
– liceatque caput candescere canis.
Aer candescit. Ouid. 6. Metam. 10. – vt solet aer &c.
Et breue post tempus candescit Solis ab ortu.
Candor, candóris, pen. prod. (λευκότης, λεύκανσις,) Splendor. Plaut. Menæch. O, solem vides? statim vt occæcatus est præ huius corporis candoribus. Plin. lib. 11. cap. 14. 13. Thus probatur candore.
Notabilis candore. Ouid. 1. Metam. 35. Lactea nomen habet, candore notabilis ipso. De via Lactea loquitur.
Fucati medicamenta candoris & ruboris. Cic. in Orat. 43.
Candor cœli. Cic. 1. Tusc. 105.
Formæ candor. Ouid. 1. Metam. 150.
Solis candor illustrior. Cic. 2. de Nat. deorum. 56. Nam Solis calor & candor illustrior est, quàm vllius ignis, quippe qui immenso mundo tam longè lateque colluceat.
Aestiuus candor, Candens æstas. Claud. 5. Paneg. 43.
Candor carnosus. Vide CARO.
Clarus candor. Lucret. lib. 4. 47.
Languidus candor. Seneca in Hippoly. 6. 20. Ni languido candore pallerent genæ.
Marmoreus candor. Lucret. lib. 2. 153.
Mistus candore. Cic. 1. de Nat. deor. 101. Nec ille fusus & cãdore mistos rubor, sanguis est, sed quędã sanguinis similitudo. Ouid. 3. Metam. 85.
Nimius candor. Cic. in Arato. 29.
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.
Niualis candor. Virg. 3. Aeneid. 108.
Niueus candor. Ouid. 3. Metam. 85.
Puellaris candor. Ouid. 10. Metam. 118.
Recens candor. Lucret. lib. 5. 57.
Irrigat assiduè cœlum candore recenti.
Rubens candor. Ouid. 4. Metam. 67.
Simplex candor lanarum. Quintil. lib. 11. cap. 1. 4. Nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui pollunt.
Splendidissimus candor. Cic. de Somnio Scip. 12. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt à Graiis accepistis) orbem Lacteum nuncupatis.
Suffusus sanguine candor. Stat. lib. 2. Sylu. 1. 8.
Anteire niues candore. Virg. 12. Aeneid. 17.
Candor huius te perpulit. Cic. pro Cœlio. 28.
¶ Dicitur & Candor animi à Cicerone multis in locis, pro synceritate & puritate animi. Ouid. 3. Trist. 6. eleg. 2.
Quique est in charis animi tibi candor amicis,
Cognitus est illi, quem colis ipse, viro.
Titulus candoris. Ouid. in Ibin. 2.
Candoris titulum non finit esse mei.
Merere candore fauorem. Ouid. 5. Trist. 4. eleg. 11. – si vestrum merui candore fauorem.
Candefacio, candefacis, (λευκαίνω,) candefacere, Candidum facere. Plaut. Mostel. 4. 101. Vna opera ebur atramẽto candefacere postules.
¶ Candefacere, (πυρσοτρουῦν,) Ignitum facere. Plin. lib. 25. cap. 10. 4. Vt dimusque psyllos in certamine patinis candefactas admittentes. Idem lib. 14. cap. 8. 4. Vbi inter lapides candefactos funditur.
Candico, candicas, pen. corr. (ὑπολευκαίνομαι,) candicãre, Candidum esse. Plin. li. 8. ca. 46. 1. Infigne ei, in dextro latere cãdicãs macula. De Apiboue loquitur. Idem lib. 12. cap. 13. 3. Candicans è rufo amomũ.
Candicans vadum. Plin. in præfat. libri tertii. 5. Frequentes quippe teniæ candicantia vadi, carinas territant.
Candicantia, candicantiæ, (λευκόχροια,) Plin. lib. 37. cap. 13. 2. Factitiæ fearificationis candicantiam fugiunt.

Candidus, pen. corr. (λευκὸς, ἀργὸς, ἀργῆτος,) Albus. Seruius in tertium Georgicorum Virgilii, Aliud est candidum esse: id est quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse vicinum.
Cycnis candidior. Virg. 7. Eclog. 8.
Niue candidum. Horat. 1. Carm. 9. ode. 1.
Vides vt alta stet nine candidum Soracte.
Niuibus candidior. Ouid. in Fragmento. 3. & 8. Metam. 75.
Aries candidus. Virg. 3. Georg. 77.
Auis candida. Virg. 2. Georg. 64. Candida venit auis longis inuisa colubris. De Ciconia loquitur.
Barba candida. Ouid. 3. Trist. 10. eleg. 5.
Et niuei inducto candida barba gelu.
Brachia candidiora niue. Ouid. 3. Amor. 6. eleg. 2.
Candidum caput. Plaut. Mostel. 16. 27.
Ceruix candida. Horat. 3. Carm. 9. ode. 1.
– brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat.
Colla candida. Virg. 4. Georg. 68. & Ouid. 9. Metam. 78.
Candidus color. Plin. lib. 2. cap. 18. 2.
Crinis candidus. Valer. 6. Argonaut. 13.
Candida cutis. Plin. lib. 2. cap. 78. 1.
Dies candidus. Ouid. 2. Trist. 29.
Nobe solet pulsa candidus ire dies.
Flamma candida, Lucida & clara. Valer. 8. Argon. 50.
Fontes candidi. Seneca, in Oedip. 18.
Lilia candida. Virgil. 6. Aeneid. 142.
Luna candida. Virgil. 7. Aeneid. 2.
– nec candida cursum Luna negat.
Ora candida. Ouid. de Medicamine faciei. 11.
Candida quo possint ora nitere modo.
Pectora niuibus, lacteque candidiora. Ouid. 15. Epist. 51.
Candidum piper. Plin. lib. 12. cap. 7. 11. Paulatim deficientes per maturitatem, offendunt candidum piper.
Populus candida. Virg. 9. eclo. 9. – candida populus antro Imminet.
Populum arborem intelligit.
Puella candida. Ouid. 1. Amor. 4. eleg. 8.
Sententia candida. Ouid. 15. Metam. 10.
Candidaque Herculeo sententia numine facta,
Soluit Alemonidem. Propter calculum candidum, qui demissus in vrnam more antiquo absolutionem à culpa significabat, vt paulò antè descripserat Ouidius.
Sol candidus. Ouid. 15. Metam. 6.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol.
Somnia candidiora. Ouid. 11. Epist. 25.
– vt somnia nostra reducunt,
Somnia formoso candidiora die.
Stellæ candidę. Horat. 3. Carm. 51. ode. 2.
Et stellis nebulam spargere candidis.
Sydera candida. Lucret. lib. 5. 143.
– vario motu quæ candida sydera versat.
Taurus candidus. Virgil. 1. Georg. 44.
Candidus auratis aperit quum cornibus annum Taurus.
Turba candida, à vestimentis. Ouid. 4. Fast. 182.
Velamina candida. Ouid. 10. Epist. 9.
Vox candida. Quintil. lib. 11. cap. 3.
¶ Facere candida denigris. Ouid. 12. Metam. 64.
Qui facere assueram patriæ non degener artis.
Candida de nigris. Hoc de astutis & versutis dici solet.
¶ Lapide candidiore diem notare. Catullus. 63. 30. Quò lapide illa diẽ cãdidiore notet. Prouerbialis locutio: dicta à veterum superstitione, qui vnumquemque diem anni, missis totidem in vrnã, aut vt apud Scythas, pharetram, calculis signabant, quem arbitrabantur prosperum abiisse, candido calculo, aut lapillo: quem egregiè felicem vnione. cõtra, quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. Persius Saty. 2. Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. De hoc & similibus, vide amplissimè Erasmum in Chiliadibus.
¶ Candidum oui. Plin. lib. 29. cap. 3. Candido ouorum facies illita, sole non aduritur, & ibi. 3. Ad pedum rimas ouorum cãdido decocto cum cerusæ denariorum duorum pondere, paris pumæ argenti, myrrhæ, exiguo deinde vino. Ad ignem facrum candido ouorum trito cum amylo. Aiunt & vulnera candido glutinari, calculosque pelli. Idem lib. 33. cap. 3. 22. Qui candido illinitur.
Candidum ex ouo. Plin. lib. 29. cap. 3. 1. Non opus est eas in hoc vsu radicula esse curatas: neque aliud quàm candidum ex ouo infundi, ac polire thuris. Ibidem. 12. Et nequid desit ouorum gratiæ, candidũ ex his admistum calci viuæ glutinat vitri fragmenta.
¶ Candidus transumitur ad animum, & significat purum, syncerum, nullaque inuidiæ aut maleuolentiæ macula labefactatum. vt Candidum amicum dicimus, & cãdidum lectorem. Ouid. Quod precor accepti

Universidad de Deusto
Biblioteca

candide lector habe. Idem lib.4. Trist.ad finem, Iure tibi grates candide lector ago. Horat.1. Epist.4.11.
Vbi nostrorum sermonum candide index.
Pectore candidus. Ouid.4. de Ponto.14. eleg.9.
Tam felix vtinam, quàm pectore candidus essem.
Animæ candidiores. Horat.1. Serm.5. Saty.9.
Aurum candidum & felix. Ouid.4. de Ponto.4 eleg.4.
Candidus & felix proximus annus erit.
Purum & candidum genus dicendi. Cic. in Orat.30. Elaborant alii leuitate & æquabilitate, & puro quasi quodá & candido genere dicendi.
Ingenium candidum. Horat. Epod.11.3.
Contraque lucrum, nil valere candidum
Pauperis ingenium queri cæsar applorans tibi.
Iudicio candidiore legere. Ouid.2. Trist.16.
Iudicio possint candidiore legi.
Lector candidus. Ouid.4. Trist.eleg.9.27.
Pectora candida. Virgil.9. Aeneid.90.
Scriptor candidus. In quo non est obscuritas vel macula. Quint. Ego optimos quidem & statim & semper, sed tamen candidissimum quenque maximè expositum velim & perunum. Budæus.
Candida vita. Cic. Att. lib.9.13.5. Adde tali viro, talem causam agenti & ego verò hæc efficiam: ei candida vita, porro. Hoc est, irreprehensibili. In emendatioribus codicibus legitur, Hæc officia mercanda vita.
Candidus, pro amico, beneuolo integro. Horat.1. Epist.6.14.
– si quid nouisti rectius istis,
Candidus impertiri si non, his vtere mecum.
Fato candidiore frui. Ouid.3. Trist.4. ode.7.
Dignus es & fato candidiore frui.
Fauonii candidi. Horat.3. Carm.7. ode.1.
– quem tibi candidi
Primo restituent vere Fauonii. Id est, benigni fauorabiles, sereni, & prosperi. Iste n. ventus verno tepore frequentius flat. Acron.
Hora candida. Ouid.3. de Pont.5. eleg.11. Candida iudicis illa sit hora mei. Id est felix & fausta.
Nota candidior. Catul.101.2.
Restituis cupido, atque insperanti ipsa refers te
Nobis, ô lucem candidiore nota.
Candidè, Aduerbiū, (εὐφήμως,) Hoc est benignè, sine inuidia. Cælius ad Ciceronem 8.6.3. Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candidè posse inimicitias videaris.
Candidè vestitus. Plaut. Casina.17.9.
Villicus hic autem cum corona candidè
Lauteque vestitus, exornatusque ambulat. Hoc est decenter & ornatè amictus.
Candidulus, pen.corr. Diminutiuum. vt Candiduli dentes. Cic.5. Tusc.66. Candiduli dentes, venusti oculi, æolos suauis.
Candido, candidas, pen.corr. (λευκαίνω,) càdidare. Dealbare. Pomponius, Vestem lixiuio candidans.
Candidatus, pen.prod. (λευκωτός,) Alba veste indutus. Plaut. Rud.7.8.
Ergo vos æquius erat candidatas venire hostiatasque. Idē Casina.10.10. At candidatus cedit hic mastigia.
¶ Candidati, (λευκόμενοι,) Qui magistratum petebant. Budæus, A toga candida, quod gestamen erat petitorum, candidatos vocabant: quum ad comitia se contulissent cum amicis, tribus circuirent, singulosque prensantes, id est δεξιούμενοι, gratiam & suffragia precibus, temporariaque obseruantia emererentur, vnoquoque popularium plebeiorumque benignè appellato & nominatim. Quam ad rem facilius transigendam nomenclatores inuenti sunt, qui nomina singulorum tenebant, candidatisque suggerebant, vt quisque obuius erat. quanquam id postea lege vetitum esse, author est Plutarchus in Catone minore. Hactenus Budæus. Cic. in Paradoxis.58. Qui tuas mercedi pactiones in patrociniis intercisas, pecuniarum in coitionibus cādidatorum, dimissiones libertorū &c. Idē pro Murena.71. Nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatē magis significat, quàm largitionem. Sic Tribunitii candidati, Cic. ad Q. frat. lib.2.6.2.
Candidati omnibus iniquitatibus, Exercitati. Cic. Att. lib.1.7.3.
Candidatus firmior. Cic. ad Att. lib.1.1.5. Nemo est n. ex iis qui nūc petunt, qui si in nostrū annū recideri, firmior candidatos fore videatur.
Candidati principis aut Cæsaris. Sueton. in augusto, Quoties magistratuam comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circuibat, supplicabatque more solenni. ferebat & ipse suffragium in tribus, vt vnus è populo. Candidatos Augusti Tráquillus appellat eos peritores, quos ipse populo commendabat, & quibuscum singulos ex more ambientium prensabat, ciuilem se Romanis præbens, tanquam princeps non esset. Budæus.
Candidatus Prætorius, Qui præturā petit. Cic. pro Murena.51. Qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in Consulare, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere.
Candidatus Consulatus, Qui Consulatum petit. Plin. in Paneg.107.

¶ Candidati, aliarum quoque rerum petitores dicuntur: sicut à Quintiliano, Candidatus eloquētiæ. Et apud Plin. in Paneg.107. Candidatus gloriæ & immortalitatis, pro eo qui gloriā & immortalitatē appetit.
Candidati milites, inquit Vegetius lib.2. Hi sunt principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui, munifices appellantur, quia munera facere cogantur.
Candidatorius, Adiectiuum, (λευκομονικός,) vt Candidatorium munus. Cic. ad Att. lib.1.1.5. Nos in omni munere cādidatorio fungēdo summam adhibebimus diligentiam.
Candificare, Candidum facere. Næuius, Poliens sese, & succis herbarum candificans cutem.
CANDIVM, Zeugitanæ regionis, quę propriè Africa dicitur, promontorium. Plin. lib.5. cap.4. Sunt enim Africæ minoris tria promontoria, Candidum, mox Apollinis aduersum Sardiniæ, Mercurii aduersum Siciliæ, quæ procurrentia in altum duos grandes sinus efficiunt. De hoc & Pomponius Mela lib.1. vbi licet animaduertere errorem Solini ex Vadiano.

Candoſoccus, Colum. lib.5. cap.5.14. Nonnullos tamen in vineis characatis animaduerti, & maximè eleuna ci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo adhærere, deindè rursus ad arundines erigere, & in fructum summittere, quos nostri agricolæ mergos, Galli Candoſoccos vocant.
CANDYBA, Lycaę regionis ciuitas est, vbi laudatur Oenium nemus. Hæc Plinius lib.5. cap.27.
CANĒ, Oppidum est Aeolidis regionis. Plin. lib.5. cap.30.

Caneo, Vide CANVS.

Canéphora, pen.corr. (κανηφόρος,) Mulier appellatur quæ fert canum, id est qualum, quod est cistæ genus. Hæc Festus Cic.6. Verr.4. Erant æneæ præterea duo signa non maxima, veri eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, quæ manibus sublatis sacra quædam more Athenienium virginum repositā in capitibus sustinebant: Canephoræ ipsæ vocabantur. Ibidem.15. Habē Canephoras, deorum simulachra restitue.

Canesco, Vide CANVS.

Cangraena, Vide GANGRAENA.

Cani, canorum. Vide CANVS.

Cania, Vrticæ syluestris genus. Plinius lib.21. cap.15.7. Et in sylue stri quæ dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, simbriatis folijs.

Canicae, (πέψεις,) Furfures de farre, à cibo canum vocitate. Hæc Festus. Vnde canicaceum panem dixit Pacuius pro furfureo. Qui (inquit) apud te quasi seruus est canicaceum panem.

Canicula, Vide CANIS.

CANIDIA, (κανίδιον,) Neapolitana vnguentaria, quàm semper vt venefica carpit Horat.1. Serm. Saty.8.5.
CANINIVS, (κανίνιος,) horarum septē Consul: ex quo Ciceronis scōma ad Curiam lib.7.31.4. Caninio Consule scito neminem prandisse. Nihil tamen eo Consule mali factum est. Fuit enim mirifica vigilātia, qui sino toto Consulatu somnum non viderit.

Caninus, Vide CANIS.

Canis, huius canis, com.gen. (κύων,) Latrabile animal. Dicitur à canendo, aurhore Varrone, q latratu signa dare soleat. Terent. Phor.4.4.25. Introiit in ædes ater alienus canis. Plaut. Capt.8.25. Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier. De generibus canum & natura, vide Plin. lib.10. cap.63.
Corda canum lenissima. Lucret. lib.5.173.
Et lenissoma canum fido cum pectore corda.
Canum fida custodia. Cic.1. de Nat. Deor.137. Et pro Roscio Amer.54.
Excubiæ canum. Horat.3. Carm. ode.16.1.
Genus acre luporum atque canum. Virgil.3. Georg.553.
Latratus canum. Virg.5. Aeneid.52.
– sequitque canum latratus in auras.
Ora proterua canum. Ouid.14. Metam.113.
Rabies sæua canum. Propert. lib.3. eleg.16.4.
Vis fida canum. Lucret. lib.6.1246.
– cum primis fida canum vis
Strata vijs animam ponebat in omnibus ægram.
Vis odora canum. Virgil.4. Aeneid.217.
¶ Acer canis. Horat. Epod.12.1. Cic. pro Rosc. Amer.34.
Arguti canes. Senec. in Hipp.1.14. Signum arguti misere canes. Id est sonantes.
Armillati canes. Propert.4. eleg.8.5.
Atque armillatos colla Molossa canes.

Scindent

Scindent auidi perfida corda canes. Ouid. in Ibin.35.
Blandi canes. Virg.3. Georg.98. Hinc canibus blandis rabies venit.
Cærulei canes à Virgilio dicuntur canes Scyllæ.3. Aeneid.56.
– & cæruleis canibus resonantia saxa.
Celeres canes. Ouid. epist.4.8.
Citi canes, Celeres. Ouid. epist.5.8.
Emeriti canes. Stat.3. Sylu.1.12. – ipsa coronat
Emeritos Diana canes, & spicula tergit.
Ieiuna canis. Horat. Epod.5.5. Et ossa abore rapta ieiunæ canis.
Melitæi canes. Vide MELITÆ.
Molossi canes. Horat.1. Serm.6. Saty.25. – simul domus alta Molossis
Personuit canibus. i. canib⁹ Cretęis è Molossia ciuitate Cretę. Acron.
Obesus lacte canis. Claud.1. in Eutrop.27.
Obstrepi canes. Virg.1. Georg.43.
Odori canes. Claud.2. de Raptu Proserp.30.
Pernix canis pecuarius. Vide PERNIX
Peruigil canis. Seneca in Hero. fur.9.39.
Custos opaci peruigil regni canis.
Rabidi canes. Seneca in Oedipo.11.4.
Rabiosa canis. Horat.2. Epist.2.1.5.
Rapidi canes. Lucret. lib.5.178. Aut rapidis canibus succinctas semimarinis Coi poribus Scyllas.
Soliciti canes. Ouid.11. Metam.120. Solicitos vocat quòd rem domini diligenter custodiant.
Vigiles canes. Horat.3. Carm. ode.16.1.
¶ Addicere aliquem canibus Horat. Epod.17.3.
Luxère matres Ilię addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem.
Agere canes. Ouid. epist.5.8.
Sæpe citos egi per iuga summa canes.
Circundare canibus saltus. Virg.10. eclog.12.
Diripere canes ictu dicitur aper. Ouid.8. Met.69. Vide spargere canes.
Hortari canes. Ouid. epist.4.8. Idem.10. Metam.108.
Immittere canes. Virg.3. Georg.74.
Hos non immissis canibus, non cassibus vllis,
Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ.
Intonuit ingenti latratu canis. Vide INTONO.
Latrat canis. Horat.1. Serm.2. Saty.26. Cic. pro Roscio Amerino.33.
Maritantur canes. Vide MARITVS.
Pascere canem sero. Vide PASCO.
Spargere canes. Ouid.8. Metam.69. de apro Calydonio.
Illæ ruit, spargitque canes, vt quisque furenti
Obstat, & obliquo latrantes dispatet ictu.
Cursu superare canem. Horat.1. Epist.19.11. Vel cursu superare canē, vel viribus aprum. Poterit vtrūque pari prouerbii vice de admodum celeri.
Venari canibus leporem. Virg.3. Georg.82.
Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros,
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
¶ Vlulare dicuntur canes, quum lamentantibus similes lugubrem quandam & querulam edunt vocem. Hoc proprio magis vocabulo baubari vocauit Lucretius, sed nescio an æquè receepto. Ouid.15. Met.160.
Inque foro, circumque domos, & templa deorum
Nocturnos vlulasse canes.
¶ Canes, pro furiis. Virg.6. Aeneid.52.
– visæque canes vlulare per vmbram Aduentante dea. Vbi Servius, Canes furias dicit. Lucanus.
– Stygiasque canes in luce superna Destituam. Vlulare autem & canum & furiarum est.
Infernæ canes. Horat.1. Serm.8. Saty.7. – atque videres
Infernas errare canes, lunamque rubentem.
Semidei canes. Lucan. lib.8.164.
Nos in templa tuam Romana accepimus Isin
Semideosque canes. Videlicet Mercurium quem Anubim vocant. Virg.8. Aeneid.138. Omnigenūq; deūm monstra, & latrator Anubis.
Nam colitur apud Aegyptios in forma canis: & lingua Aegyptia Anubis canis dicitur. Canum, vt inquit Strabo lib.17. ciuitas est in qua Anubis colitur: & honor & sacer quidam cibus canibus est constitutus.
Tergeminus canis, de Cerbero dicitur. Ouid.3. de Arte.65.
Tartareosque lacus, tergeminumque canem.
Triformis canis. Seneca in Herc. Oeth.9.15.
Non me triformis sole conspecto canis Ad styga reduxit.
Tartareus canis. Seneca in Herc. fur.9.7.
Vipereus canis. Ouid.3. Amorum.11. eleg.6.
Et tria vipereo fecimus ora cani.
¶ Canis, Signum cœleste. Plin. lib.18. cap.28.10. Dein postridie, ferè vbique confessum inter omnes sydus indicans, quod Canis ortum vocamus, sole primam partem leonis ingresso.
Aestiuus canis. Tibul. lib.3. eleg.5.1. Vnda sub æstiuū non adeunda canē. Id est ea parte æstatis qua ad Canem sydus illud cœleste Sol peruenit.
Acer Autumni canis. Valer. Flac. Argonaut. lib.6.122. Id est in Autumno feruentissimus.
Aestifer canis. Virgil.1. Georg.71.
Hoc, vbi hiulca siti findit canis æstifer arua.
Erigonius canis, Canicula sydus. Ouid.5. Fast.146.
Icarius canis, Canicula. Ouid. de Nuce.24.
Canis sydus inuisum agricolis. Horat.1. Serm.7. Saty.6. – canem illum
Inuisum agricolis sydus venisse.
Occidit canis. Virgil.1. Georg.44.
– & aduersa cedens Canis occidit Austro.
¶ Canis, Verbum est, quo impudentibus inimicis conuitium fieri solet. nam militare dictum est in hostem, canis: & apud Homerum pro grauicontumelia in aduersarium dicitur. Teren. Eunu.4.7.33. Diminuam ego caput tum hodie nisi abis. c. ain' verò canis? Donatus.
¶ Cane pejus & angue. Dictum ab Horatio, prouerbiali figura, vt refert in Adagijs Erasmus. Horat.1. Epist.18.6. Alter Milesi textam cane pejus & angue Vitabit chlamydem.
¶ Marini canes. Virgil.6. eclog.16. Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis. De Scylla loquitur.
¶ Canis, Facies vna talorum, quę vnum duntaxat punctum continebat, ideo damnosa. Dicitur & Canicula, & Chius Græcè. Erasmus. in Pronetrio, Chius ad Coum, tradit Chium eundem esse cum cane: Coi præterea iactū fuisse felicem, canis verò infelicem, teste Persio, Saty.3.5.
– quid dexter sciro ferret
Scire erat in votis, damnosa canicula quantum
Raderet. Itidem Propertius, Semper damnosi subsiluere canes. Et Ouidius 2. de Arte amandi.432. Damnosi facito stent tibi sæpe canes. Addit ex Martiale, Senionem videri per se felicem: cæterum infelicem fieri, si accedat canis. Sic enim loquitur lib.13.1. Senio nec nostri cū cane cassat ebur. Iam Veneris iactum esse, vt rarum, ita felicissimum indicat idem Martialis in Apophoretis,
Quum steterit vultu nullus tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi. Tot autem talis ludebatur, quot quisque habet latera. Nam tesseris non plus tribus ludi solet. Sed propius ad ludendi rationē facit, quod scribit Suetonius in Octauio Augusto, cap.71. Recitans ex illius quadam ad Tiberium epistola hæc, Cœnaui, ait, mi Tiberi cum isidem. Accesserunt conuiuæ Vinitius & Syluius pater. Inter cœnam lusimus γεφυρίτικῶ & heri & hodie. Talis enim iactatis, vt quisque canem, aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuersos, qui Venerem fecerat.
Canicula, caniculæ, pen.corr. (σειρίος,) Dimin. Cic.3. de Nat. Deor.35. At illud non modo non arrogantis, sed potius prudēris, intelligere se habere sensum & rationē hæc eadem & canticulam non habere.
¶ Canicula, Stella quæ & Sirius dicitur, in medio centro cœli: ad quam quum Sol peruenerit, duplicatur æstus, & nimio calore languent mortalium corpora: à qua dies Caniculares vocati. Vide Plin. lib.18. cap.28. Et lib.2. cap.37. & 40. Cic.1. de Diuin.210. Vt enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis solere seruare, coniecturāque capere, vt scribit Ponticus Heraclides, salubrisne an pestilens annus futur⁹ sit. Vnde ab Astronomis nostris vocauē dies Caniculares ab ortu ad occasum Caniculæ, quos periculosos esse aiūt. Sūt autē maximè circa triginta dies post solstitiū æstiuū. Ibidē, lib.2.139.
Aestus Caniculæ. Horat.1. Carm. ode.17.4.
Hic in reducta valle, Caniculæ Vitabis æstus.
Flagrans Canicula. Horat.3. Carm. ode.13.2.
Te flagrantis atrox hora Caniculæ
Nescit tangere.
Iusana Canicula. Pers. Saty.3.1.
– siccas insana Canicula messes
Iandudum coquit, & patula pecus omne sub vlmo est.
Rubra Canicula. Horat.2. Serm.5. Saty.8.
– rubra Canicula findet
Infantes statuas.
Sitiens Canicula. Ouid.2. de Arte amandi.47.
Nec graue te tempus, sitiēsve Canicula tardet.
Caninus, pen. prod. (κυνικός,) Adiectiuum.
Canina eloquentia. Quintil. lib.12. cap.9.
Lac caninum. Ouid. in Ibin.47.
Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino.
Verba canina latrare. Ouid. in Ibin.47.
Latrat & in toto verba canina foro.
Caninum prandium, vocatur abstemium, in quo nihil vini potatur: quoniam canis vinum odio habet. Plaut. Casin.25.4. Hâc ibo, caninam cœnam spero meliorem fore.
Caninus appetitus, (κυνικὸς ὄρεξις,) apud Medicos cum more canum, aut nihil omnino, aut malos affectat cibos mulieres.
Canarius, Adiectiuum: vt Canarium sacrificium, quod fiebat pro frugibus deprecandę sæuitiæ causa syderis Caniculæ. Ex Festo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canatim,(πανταχόθεν,)Aduerbium obsoletum apud Nigidium grammaticum.Ex Nonio.

Canistrum, canistri,non autem canister,(κάνναστρον,)Fiscella,ciista viminea.Virgil.1.Aeneid.142.
–Cereremque canistris Expediunt. Cicero ad Atticum, lib.6.111. 23.Lucius & splendidissimis canistris,nó oluscula nos soles pascere.
Canistres dixit Palladius,quú inquit,Saligni canistros fieri debere virgultis,quia genus hoc oleum dicitur adiuuare.
Coronata canistra.Ouid.1.Metam.143.
Pura coronatis portabant sacra canistris.
Cumulata flore canistra.Ouid.4.Fast.191.
At chorus æqualis,cumulatis flore canistris.
Lata canistra.Ouid.2.Fast.130.
Stat puer,& manibus lata canistra tenet.
Patula canistra.Ouid.8.Metam.136.
Plenis canistris apponere pabula.Virg.4.Georg.56.

Canities,Canitudo, Vide CANVS.

CANIVS, Poeta fuit temporibus Martialis,eique familiaris, qui natura erat ita hilaris vt semper rideret,de quo idem Martialis libro.1.epigram.ad Maximum.37.

Canna, cannæ,(κάννα,δ'ένος,)Vide CALAMVS.Columel.lib.7. cap..9.6.Nanque & id feciste maximè per ætatem profuit, & dulces eruisse radiculas aquatilis syluę,tanquam scyrpi, iuncique, & degeneris arundinis,quam vulgus cannam vocant. Idem lib.4.cap. 32.2.de arundineto,Ea est autem senectus, quum vel exaruit situ, & inertia plurium annorum,vel ita densatum est,vt gracilis,& canuę similis arundo prodeat.Ouid.
Et pigram velabat canna paludem.
Arundo cannæ.Ouid.8.Metam.68.
– & longæ parua sub arundine cannæ.
Crassa canna.Ouid.6.Fast.82.
Nil præter salices,crassaque canna fuit.
Longa canna.Ouid.8 Metam.68.
Palustris canna.Ouid.1.de Remed.amor.29.
Tremulæ cannæ. Ouid.6.Metam.66.
Ara vetus stabat tremulis circundata cannis.
¶ Canna fiebat fistula.vnde Arguta canna Sil.lib.7.89.
Arguta reuocans ad rosicida pascua canna.
Septenæ cannæ. Ouid.2.Metam.137.
– dispar septenis fistula cannis.
Percoquere cannas.Stat.lib.1.Syl.6.3.
Et quas præcoquit Ebosita cannas
Largis gratuitum cadit rapinis.Haud dubiè cannas intelligit ex quibus saccharum exprimitur vel coquitur. Et fortasse cannas pro ipsobus saccharum exprimitur vel coquitur. Et fortasse cannas pro ipsobus saccharo posuit.Sed qui sint Ebositæ illę,hactenus apud neminem inuenimus.Populi fortasse sunt Indiæ. In illa enim regione saccharum potissimum nascitur.
Canneus,(καλαμινος,) Adiectiuum.Colum.lib.12.cap.50.7.Cóchæ ferreæ quibus depletur oleum ropercula,quibus vasa olearia conteguntur: spongiæ maiores & minores:vrcei quibus oleum progeritur: cannæ tegetes,quibus olina excipitur.
Cannērum,pen.prod.(τὰ καλαμώδη,)Vbi cānæ cōsitæ sunt. Palladius, Lilieta,canneta ponenda sunt.
Cannitius,Adiectiuum.Titulus est apud Palladiū lib.1.titulo.13.de Cameris cānitiis:de quibus sic ait,Cameras in agrestibus ædificiis, ex ea materia vtilius erit formare,quæ facilè inuenietur in villa. Itaque aut rabulis faciemus,aut cannis, hoc genere.
CANNAE, Cannarum tantū pluraliter.(κάνναι,)Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus.
Succensę Cannæ.Lucan.lib.7.162.
– non illum Pœnus humator
Consulis,& Libyca succensę lampade Cannæ
Compellunt, hominum ritus vt seruet in hostes. Succensas vocat, quia omnia corpora Romanorum cæsa apud Cannas secundum Liuium (quæ quinquaginta millia fuisse dicuntur) iussit comburi, & sepulturæ mandari Annibal.
Cannenses,Populi Cannas inhabitantes,Corinensibus & Collatinis vicini,Romana clade insignes.Plin.lib.3.cap.11.
Pugna Cannensis.Propert.lib.3.eleg.3.2.Et apud Ciceronem de Claris Orat.6. Cannensis calamitas.

Cannabis, huius cannabis,pen.corr.(κάννναβος,) Herba est ex cuius cortice funes intorquentur:& fœ. generis est tam pro ipsa herba,quàm pro ipso semine. Varro.1.de Re rust.cap.23.4. Sic vbi cannabim,linum,iuncū,spartum:vnde nectas bubus paleas,lineas,restes,funes.Plinius lib.19.cap.9. Deinde vtilissima funibus cannabis seritur à Pauonio.Quo densior est,eo tenerior.Semen eius quū est maturum,ab æquinoctio Autumni distringitur,& sole, aut vento, aut fumo siccatur.Ipta cannabis vellitur post vindemiam,ac lucubrationibus decorticata purgatur.
Torta cannabis.Pers.Saty.5.15.
– tibi torta cannabe fulto
Cœna sit in transtro.
Cannabum neutro genere dixit Palladius,quum inquit, Hoc tépore cannabum seris.
Cannabaceus,& cannabinus,pen.prod. (κανναβινος,) Quod est ex cannabe.vt Funis cannabinus.Colum.lib.6.cap.2.2.Cannabinisque funibus cornua iuuencorum ligato.Idem lib.12.cap.57.

Cano, canis,cecini,pen.corr.cantum,(ᾄδω,ψάλλω,μέλπω,) canere, Est voce modulari.Plin.lib.10.cap.19.4. Merula canit æstate,hyeme balburit.Cic.4.Acad.231.Quuin cornix cecinerit.
Ranæ canere dicuntur.Virgil.1.Georg.76.
Et veterem in limo ranę cecinēre querelam.
Canunt tubæ.Plaut.Amphit.4.70.Postquam id astu'st,tubę vtrinque canunt.Cicero.1.de Nat.Deor.32.Si ex oliua modulante canētes tibiæ nascerentur,num dubitares quin inesser in oliua tibicinis quædā scientia? Idem.5.Verr.86.Quum in eis conuiuiis symphonia caneret,maximisque poculis ministraretur,&c.
Canere solent victores galli.Cic.1.de Diuinat.83.Galli victi silere,victores verò canere.
Absurdè canere.Cic.2.Tusc.18.Aut si absurdè canat is qui se haberi musicum velit.
Bene canere.Plin.Epi.63.Ac sicut olim theatra malè musicos canere docuerunt: ita nunc in spem adducor,posse fieri vt eadem theatra bene canere musicos doceant.
Canere emerendi fauoris gratia.Quintil.lib.4.cap.1.2.Citharœdi pœna illa quæ antequam legitimum certamen inchoent,emerendi fauoris gratia canunt.
Ad auras canere.Virgil eclog.1.12.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Canere ad citharam laudes alicuius.Quintil.lib.1.ca.10.11. Apud pœtas clarissimos inter regalia conuiuia laudes heroum ac deorum ad citharam canebantur.
Canere ad tibiam.Cic.4.Tusc.6.Grauissimus author in Originibus elixit Cato,morem apud maiores hunc epularum fuisse, vt deinceps qui accubarent,canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes.Idem.3.de Nat.Deorum.37.Ad harmoniam canere mundum Pythagoras existimat.
Ad certos modos canere.Ouid.3.Fast.78.
– & ad certos verba canenda modos.
Canere fidibus.Cic.1.Tusc.7.Igitur & Epaminondas, Princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicit. Sic.2.de Diuinat.183. Quæro etiam si velim scribere quid,aut legere, aut canere vel voce, vel fidibus,&c.omnisimne expectandū sit,an ars adhibēda,& Quint. lib.1.canere fidibus & tibiis.
Lituo canere.Cic.1.de Diuin.78.Quod ab eius litui quo canitur,similitudine nomen inuenit.
Canere numeros in cantu.Cic.1.de Leg.16. Quemadmodum Roscius familiaris tuus in senectute numeros in cantu cecinerat.
Sacra canere,Id est hymnos dicere.Virg.2.Aeneid.48.
– pueri circum innuptæque puellæ Sacra canunt. Seruius.
Inclinata,vlulantique voce more Asiatico canere.Cic.in Orat.15.
Tibiis canere.Cic.2.de Orat.184.Habet enim multitudo vim quandam talem,vt quenadmodum tibiicen sine tibiis canere,sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit.
Voce magna canere. Tibul.lib.2.eleg.6.16.
Ipse gerens laurus,lauro deuinctus agresti
Miles io magna voce triumphe canet.
Ars canendi.Ouid.14.Metam.67.
Rara quidem facie,sed rarior arte canendi.
Foro medio scripta canenda.Ouid.1.de Ponto.8.eleg.6.
Et dedimus medio scripta canenda foro.
Celebrare festum canendo.Ouid.5.Metam.23.
Iussus eras celebrare dapes,festumque canendo.
Imitari aliquem canendo. Virg.eclog.2.5.
Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo.
Mouere aliquem canendo.Horat.3.Carm.ode.11.1.
Mouit Amphion lapides canendo.
¶ Canere aliquem, aut laudes alicuius, pro celebrare,& laudare. Sallust.in declamatione Porcii Latronis,statim à principio, Nihil enim statuimus animo dignius,nec authoritate maiorum, nec opinione popularis,quàm in eo genere versari forensis exercitationis, quæ canere laudes egregias summorum hominum posset,atque animos inflare ad virtutis ad imitandum.Virg.7.Aeneid.140. Ibant cquati numine Troiæ,regemque canebant.Plin.lib.19.cap.8.10.Cato brassicę miras canit laudes.Ouid.2.Trist.15. – tuasque
Ingenio laudes huberiore canunt.
Laude canendus.Stat.8.Theb.111. – longa iacet ipse canendo Laude

Nomen meum canitur.Ouid.epist.21.6.
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
¶ Canere dicuntur poetæ,quū quid versibus describunt.Virg.1.Aenei. Arma virumque cano. Lucan.lib.1.1. Iusque datum sceleri canimus.
Canuntur hæc apud Homerum.Cic.2.de Orat.191. Nec dubitari debet quin fuerint ante Homerum poetæ: quod ex eis carminibus intelligi potest quæ apud illum & in Phæacum, & in Procorū epulis canuntur.
Canere sibi & Musis, Scribere aut dicere quod docti soli intelligant, aut ipse cantor,non autem vulgus.Cic.de Claris Orat.97. Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sanè frigenti ad populum,Mihi cane,& Musis ego huic Bruto dicenti,vt solet, apud multitudinem, Mihi cane & populo mi Brute dixerim: vt qui audient quid efficiatur, ego etiam cur ita efficiatur,intelligam.
Canere super aliquo,Id est de aliquo.Virg.4.Georg.112.
Hæc super arborum cultu,pecorumqi cauebam, Et super arboribus.
Canere bella.Ouid.2.Trist.72.
Essent pugnaces qui fera bella canunt.
Canere carmen.Cic.2.de Orat.191. Cecinissetque id carmen quod in eum scripserat.
Canere carmina.Virg.eclog.9.6.
Carmina canere per oppida.Virg.2.Georg.36.
Aseræumque cano Romana per oppida carmen.
Melius canere carmina.Virg.9.eclog.14.
Dies totum canenda per æuum.Ouid.ad Pisonem.32.
Dignum sermone canere.Horat.2.Serm.3.Saty.1.
Iratus tibi,quòd vini,somnique benignus,
Nil dignum sermone canas.
Dira canere.Ouid.10.Metam.60.
Canere grandia elatè, iucunda dulciter, & moderata leniter. Quintil. lib.1.cap.10.20.
Maiora canere.Virg.eclog.4.1.
Poemata canere.Horat.in Arte poetica.56.
Dicitur & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent,agerentque peruncti fœcibus ora.
Prælia canere.Virg.eclog.6.1.
Pugnas & viros canere.Stat.lib.8.Thebaid.111.
Reges canere.Virg.eclog.6.1.
Facta regum canere.Horat.1.Serm.saty.10.9.
Syluas canere.Virg.eclog.4.1.
Aspirare canenti dicuntur Musæ.Virg.9.Aeneid.108.
Vos ô Calliope precor aspirate canenti.
¶ Cantilenam eandem canere.De eo dicitur qui molestus est,sepius eadem inculcans.Nihil enim odiosius,quàm quod semper idem est.Terent.Phorm.3.2.10.Cantilenam eandem canis. Vbi Donatus, Ita dicit,vt,Vetus & vulgata cantio.Familiare est poetis,nuntium,cantilenam appellare.Sumptum est autem à cantoribus, qui siquādo diutius eandē occinant cantionē,tędium afferunt auribus.Proinde periti subinde variant carminis genus,quo satietatē demitēt.Ex Chiliad.Erasmi.
¶ Canere,Dicere,prædiuinare.Virg.8.Aeneid.
– Gallos in limine adesse canebat. Seruius.
Canere dii dicuntur,pro vaticinari.Cic.3.in Catil.65.Vt hæc quæ nunc fiunt, canere dii immortales viderentur.
Acerba canere.Valer.3.Argonaut.61.
Ambages canere.Virg.6.Aen.20.Horrēdas canit ambages. De Sibylla.
Fata canere.Virg.3.Aeneid.89. – quæ rupe sub ima Fata canit.
Obscura canere.Horat.2.Serm.5.Saty.12. Num furis tan prudens ludis me,obscura canendo? Id est diuinando.
Oracula canere.Lucan.lib.1.116.
Trifitia Syllani cecinere oracula manes.
Ex ore diuino canere.Virg.3.Aeneid.75.
Atque hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos.
Prodigium canere.Virg.3.Aeneid.73.
¶ Canit fama.Martial.lib.1.5.
Nec se miretur,Cæsar,longæua vetustas:
Quicquid fama canit,donat arena tibi.
¶ Intus canere. Qui priuati commodi impendio studiosi essent, ac ferè quicquid rerum ageretur, id omne ad domesticam referrēt vtilitatem, ii prouerbio intus canere, iidem apud Græcos ἔσωθεν ἡδεῖν προσῳδάν, dicebantur.Cic.3.Verr.36. Atque etiam illum Aspendium citharistā, de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus in prouerbio, quē omnia intus canere dicebant,sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, vt etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. Facetissimè raxauit Cicero Verris rapacitatem, qui intus canentem, in intimis ædibus collocarit,hoc est,plus quàm intus cecinerit. Idem in Rullum aduersus Legem Agrariam.70. Atque hoc carmen hic Tribunus plebis, non vobis,sed sibi intus canit.Nam ostendit Tullius in ea oratione,legem tamen si popularis videretur,haud tamen populi,sed decemuirum vtilitati repertam.Porrò de Aspendio citharœdo Asconius Pædianus ad hanc fermè sententiam enarrat:Vulgares citharœdi quum canunt, vtriusque manus funguntur officio,ita vt dextra plectrum teneant,id quod foris canere appellāt:sinistra digitis chordas carpant, quod qui dem intus canere vocant.Vide Chiliadas Erasmi.
¶ Bellicum canere.Cic.in Orat.22.Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum.
Classicum canere.Cęlar.3.bel.Ciuil.297.Classicūqs apud eū cani,& alterum illi iubet Prætoriū tendi.Deductū à classibus exercitus, quas quū euocabat Princeps,& à pugna distrahebat classicū canere dicebatur.
Receptui canere,dicitur dux exercitus,quum iubet suos milites cessare à persequendo hoste. Liuius.3.ab Vrbe.96. Inde signum obseruare iussit,vt pariter & socii rem inciperent,referentque pedem, si receptui cecinisset.Idem.6.bel.Pun.30.Legionum ardor ingēs ad hostem insequendum fuit: sed Flaccus receptui cani iussit. Sic Cæsar septimo bel.Gal.188.
Receptui canere per translationem,pro finire,vel reuocare animum alicuius à re aliqua gerenda. Cic.3.Tusc.59. Vetat igitur ratio intueri molestias,abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miserias contemplandas: à quibus quū cecinit receptui, impellit rursum, & incitat ad conspicienda.Idem.12.Philipp.324. Quis enim reuocante & receptui canente Senatu,properet dimicare?
Canere recessus,dicitur buccina.Ouid.1.Metam.69.
Tum quoque vt ora dei madida rorantia barba
Contigit,& cecinit iussos inflata recessus,Id est,vt aquæ quæ inundarent,sese intra littora reciperent.
Signa canere dicuntur in bello quum congrediuntur milites: & collatis signis depugnant. Liu.1.ab Vrbe.4. Quum instructæ acies constitissent,prius quàm signa canerent, processisse Latinum inter primores, ducemque aduersarum euocasse ad colloquium.
Cecinit quartæ vigiliæ signum.Liu.4.bel.Pun.108. Eosque vbi quartæ vigiliæ signum cecinisset,ad eum locum scalas iussit ferre.
¶ Surdis auribus canere.Liu.10.bel.Maced.19.Subiturā vobis aliquando germanitatis memoriam,puerilis quondam simplicitatis,consuetudinisque inter vos,meorum denique præceptorum,quæ vereor ne vana surdis auribus cecinerim.

Cantio,cantionis, (μελοποιία,)Verbale.Idem quod cantus. Plaut.Bacchid.1.4.Pol ego quoque metuo,lusciniolæ ne desuat cantio. Idem Sticho.15.19.Lepidam & suauem cantionem aliquam occipio. Non legitur hīc cantio,sed cantatio.
¶ Cātio,pro incātatione.Cic.de Claris Orat.114.Subitò totā causam oblitus est,idque veneficiis & cantionibus Ticiniæ factū esse dicebat.

Cantiúncula,pen.corr. (ᾀσματίον,)Diminutiuum à cantio. Cic.5.de Finib.91.Vidit Homerus probari fabulam non posse si cantiunculis tantus vir irretitus tenetur.

Canor,canōris,pen.prod.m.g. (μελῳδία,λιγυφωνία,) Propriè significat consonantiam. Quintil. Vocis rationem Aristoxenis musicus diuidit in rhythmū,& melos metricum:quorum alterum in modulatione est, alterum canore,ac sonis constat.Ouid.5.Metam.
Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures.
Canor res est blanda.Ouid.de Arte.63.
Res est blanda canor:discant cantare puellę.
Cycni canor.Lucretius lib.4.37.
Paruus vr est cycni melior canor.
Martius canor æris.Virg.4.Georg.15. – nanque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat. Ideo Martius dicitur ꝙ acriores ad pugnam reddit.Id est bellicus.

Canōrus,pe.prod. (λιγυφωνος,ἡδυμελής,λιγυφθόγγος,) Adiectiuum,Quasi sonorus.Plaut.Pœnulo.2.33.Canora hic voce sua tinnire temperent. Cic.de Senect.25.Omnino canorum illud in voce splendescit, eriam nescio quo pacto in senectute.Idem.3.de Orat.17. Profluens quiddā habuit Carbo, & canorum.
Aes canorum. Virg.9.Aeneid.104.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit.
Ales canorus.Horat.1.Carm.20.3.Cycnum intelligit.
Gallus animal canorum.Cic.2.de Diuin.85.Quum igitur hoc animal tā sit canorum sua sponte,quid in mentem venit Callistheni dicere deos gallis signum dedisse cantandi,&c.
Anes canoræ.Virg.2.Georg.66.
Auia tum resonant auibus virgulta canoris.
Chelys canora.Seneca in Troade.4.24.
Leui canoram verberans plectro chelym.
Fides canoræ. Virg.6.Aeneid.24. – Orpheus
Threicia fretus cithara, fidibusque canoris. Id est bene sonantibus chordis. Seruius.
Fluuius canorus.Plin.lib.4.cap.8.
Fila lyræ canora.Claud.in procem.2.de Raptu Proserp.3. Desuetæ repetit fila canora lyrę.
Canori latratus canum.Columella lib.8. de Villatico cane, Vasti latratus, canorique.
Lyra canora.Claud.3. de Raptu Proserp.52.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modulatus canorus. Senec. in Herc. furen. 4.13.
– canoro fixa modulatu trahens.
Nugæ canoræ. Horat. in Arte poe. 65.
Quàm versus inopes rerum, nugæque canoræ.
Canorus orator & volubilis. Cic. de Claris Orat. 54.
Sonitus Cretum canori. Virgil. 4. Georg. 30.
Tuba canora. Ouid. 3. Fast. 170.
Turba canora. Ouid. 6. Fast. 135.
Sic vocat turbam illorum qui tibiis canebant.
Versus canori. Horat. 1. Epist. 2. 16.
Volucres canoræ. Ouid. 3. Fast. 4.
Vox canora. Ouid. 3. de Arte amandi. 63.
Vox suauis & canora. Cic. in Bruto. 116. Sic interuallis, exclamationib⁹, voce suaui & canora, admirando irridebat. Idē. 1. Offic. 186. Sine contentione vox, nec languens, nec canora.
Canorum vocis genus. Cic. 2. de Nat. Deor. 119.
Canticum, pen. corr. (ᾆσμα,) Propriè significat elegantem cātum, atque lasciuum. Quintil. lib. 1. cap. 14. Sit autem in primis lectio poetarum virilis, & cum suauitate quadam grauis, & non quidem prosæ similis, quia carmen est, & se poetæ canere testantur: nec tamen in canticum dissoluta. Plin. Epist. 14. lib. 1. Plausus tantum ac potius sola cymbala & tympana illis canticis desunt. Cic. Pęto, lib. 9. 22. 3. Fortè nosti canticum. Et in Orat. 32. ✻ & Quintil. lib. 1. Lectio in canticum dissoluta, & psalmate effœminata.
Cantica obscœna. Quintil. libro. 1. cap. 2. 7. Omne conuiuium obscœnis canticis strepit.
Cantica excipere notis musicis. Quintil. lib. 1. cap. 12. 10.
Cantilēna, cantilęne, pen. prod. (μολπή,) Cic. 1. de Orat. 51. Gerēdus est tibi mos adolescentibus Crasse, qui non Græci alicuius quotidianā lo quacitatem sine vsu, neque ex scholis cantilenam requirunt.
Cantilenam illam suam crebrò mihi insusurrat Epicharmus. Cic. ad Atticum, lib. 1. 14. 11. Vide INSVSVRRO.
Cantilenam eandem canere. Vide CANO.
Cantilena, pro iactatione verborum, denūtiatione & rumore. Brutus ad Ciceronem lib. 11. 20. 5. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum & denuntiatione periculi, sperare eos te pertimefacto, ado lescente impulso, posse magna consequi præmia & totam istam cantilenam ex hoc pendere, vt quamplurimum lucrificiant.
Cantor, & Cantrix, verbalia. (ᾀδός, μουσουργός, μελοποιός, ψάλτης,) Qui vel quæ cantus exercet. Plautus Trinum. 5. 23. Cantrices, cistellatrices, nuntii, raptores panis & peni.
Cantrices aues Varroni, Lusciniolæ & merulæ.
Cantor formularum, pro Iurisperito. Cic. 1. de Orat. 121. Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.
Cantus, huius cantus, (ᾆσμα, ᾠδή, μέλος, ψάλμος,) Est inflexio vocis, & pro cantione cuiuscunque rei dicitur. Martialis lib. 14. 173.
Iste trochus pueris, at mihi cantus erit.
Cantus & numeri. Cic. 5. Tuscul. 147.
Cantus & symphoniæ. Cic. pro Cælio. 27.
Modi & cantus. Cic. 1. de Orat. 122.
Nerui atque cantus. Cic. de Somnio Scip. 18.
Auium cantus. Horat. 3. Carm. 14.
Buccinarum cantus, & gallorum. Cic. pro Murena. 19. Te gallorum, illū buccinarum cantus exuscitat.
Dulcior cantus. Cic. 2. de Orat. 19. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri potest?
Citharæ cantus. Horat. 3. Carm. ode. 1. 4.
Galli cantus. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 2.
Sub galli cantum consultor vbi hostia pulsat.
Mutare musicorum cantus. Cic. 3. de Legib. 46 Idque haud paulo est verius quàm quod Platoni nostro placet, qui musicorum cātibus ait mutatis, murari ciuitatum status.
Neruorum cantus. Cic. pro Sex. Rosc. 79.
Symphoniæ cantus. Cic. 7. Verr. 26.
Tibiæ cantus. Horat. 3. Carm. 7. 6. Cicero pro Sexto Roscio. 79.
Cantus vocis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 86. Cantus vocis plurimùm iuuat sociata neruorum concordia.
Vocum quotidianus cātus. Cic. pro Rosc. 79. Animi & aurium causa tot homines habet, vt quotidiano cātu vocum, & neruorum, & tibiarum, nocturnisque conuiuiis tota vicinitas personet.
In cantu flexiones & voculæ. Cic. 3. de Orat. 55. Quāto molliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falsæ voculæ, q̄ certæ & seueræ?
Insignis cantu. Valer. 3. Argon. 32.
Aemonii cantus, Magici, ab Aemoniæ, id est Thraciæ mulieribus, quæ his olim artibus insignes erant. Valer. 6. Argon. 90.
– Aemonius agitari cantibus umbras.
Apollinei cantus. Ouid. 11. Metam. 32.
Clarus cantus. Valer. 8. Argon. 31.

Feralis cantus. Sil. lib. 5. 45. – feralique horrida cantu
Buccina, lymphatas agit in certamina mentes.
Festiui cantus. Claud. 1. Paneg. 1. Coniugii necdum festiuos regia cantus Sopierat.
Flebilis cantus. Senec. in Herc. Oeth. 1. 6.
Cantu nostra canet tempora flebili.
Fluens cantus, Metaphoricōs dictum, pro suaui & dulci. Valer. 3. Argonaut. 32. Hinc Alyn: hinc rigido transcurrens demetit ense Protinus insignem cithara, cantuque fluenti Dorcea.
Felices cantus dare. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 8.
Felices cantus ore sonante dedit.
Garrulus cantus. Plin. lib. 10. cap. 29. 5. Luscinijs diebus ac noctibus continuis XV garrulus sine intermissu cantus.
Insoliti cantus. Claud. 1. de Rapt. Proser. 66.
Lugubres cantus. Horat. 1. Carm. ode. 24. 1.
Lustrifici cantus, Expiatorij Valer. 3. Argon. 90. Atque ita lustrifico cantu vocat, Ite perempti.
Obscurior cantus. Cic. in Orat. 32. Est autem in dicendo etiam quidam cantus obscurior, &c.
Pius cantus. Stat. 5. Sylu. 3. 41.
Raucus cantus. Virgil. 8. Aeneid. 1.
Cantus Siculi apud Iuuenalem, dicuntur cantus Sirenum quæ iuxta Siciliam habitarunt, ab Vlysse & eius sociis euitati, idque auribus cera obturatis, Saty. 9. 15. Affigit ceras illa de naue petitas,
Quæ Siculos cantus effugit remige surdo.
Sirenum cantus. Claud. 22. epigram. 5.
Supplex cantus. Claud. 3. Epigram. 10. – Et supplice cantu
Præstatura nouas vires incendia poscit.
Tener cantus. Claud. 1. de Raptu Proserp. 50.
Ipsa domum mulcens tenero Proserpina cantu.
Tremulus cantus. Horat. 3. Carm. 13. 1.
¶ Accendere Martem cantu. Virg. 6. Aeneid. 33.
Accersere cantus lachrymis. Propert. 4. eleg. 1. 15.
Accersis lachrymis cantus, aduersus Apollo,
Poscit ab inuita verba pigenda lyra.
Circunsonare aliquem cantu. Claud. 2. de Raptu Proserp. 66.
– seu te Phrygijs in vallibus Idæ
Mygdonio buxus circunsonat horrida cantu.
Commouere cantu. Virg. 4. Georg. 94.
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, simulachraque luce carentum.
Concelebrare cantu carmine. Lucret. lib. 5. 277.
Dare cantus. Virgil. 1. Aeneid. 31.
Et cœtu cinxere polum, cantusque dedere.
Cantu delinīri. Quintil. lib. 5. cap 8. 2. Nonnulli traduntur à poetis gustu cuiusdam apud Lotophagos grammis, & Sirenum cantu delinīri voluptatem saluti prætulisse.
Euehere cantu ad sydera. Sil. lib. 8. 119.
Mantua Musarum domus, atque ad sydera cantu
Euecta Andino. Id est Virgiliano.
Exercere cantus. Virgil. 1. Georg. 81.
Nequicquam feros exercet noctua cantus.
Flectere cantus. Lucret. lib. 5. 282.
Ducere multimodis voces, & flectere cantus.
Flectunt cantu atq; cōsistunt sępe immanes bestiæ. Cic. pro Archia. 4.
Flere cantu incendia. Stat. 5. Sylu. 3. 41.
Iamque & flere pio Vesuuina incendia cantu Mens erat.
Fundere cantus gutture. Cic. 1. de Diuin. 23. Haud modicos tremulo fundes è gurture cantus.
Cantus hortatur remigem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 15.
Imitari aliquid neruis atque cantibus. Cic. de Somnio Scip. 18.
Incitari sono quodā vocum, & Phrygijs cantibus. Cic. 1. de Diuin. 185.
Leuare malum cantu. Horat. Epod. 13. 4.
Rauci sono minantur cornua cantu. Lucret. lib. 2. 125.
Modulari aliquem cantu. Claud. 1. Paneg. 37.
Te pastorali modulantur Mænala cantu.
Mollire aliquē cantu, Id est placare. Ouidius ad inanimata transtulit. 11. Metam. 3. Cunctaque tela forent cantu mollita.
Mouere cantus. Virgil. 10. Aeneid. 32.
Mulcere domum cantu. Claud. 1. de Raptu Proserp. 50.
Mulcere cantu æthera. Virg. 7. Aeneid. 7. Id est lenire. corporalia. nā sunt elementa: non enim mulcetur, nisi quod corporale est. Seruius.
Pelluntur animi vocum grauitate & cantibus. Cic. 1. de Diuin. 130.
Percrepat lucus cantu symphoniæ. Cic. 7. Verr. 26.
Personabat vicinitas cantu vocum. Cic. pro Sex. Rosc. 79.
Personat tibia cantu. Ouid. 3. Amorum, eleg. 12. 3.
Præbere aures cantibus. Ouid. 5. Metam. 67.
Resonare lucos assiduo cantu. Virgil. 7. Aeneid. 3.
Dixere ina cceſſos vbi Solis filia lucos

Assiduo

Assiduo resonar cantu. Id est resonare facit.
Rumpere cantu arbusta. Virg. 1. Georg. 65. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Id est nimio clamore. Seruius.
Rumpunt cantus silentia. Claud. 2. de Raptu Proserp. 66.
Solari cantu laborem. Virg. 1. Georg. 53.
Interea longum cantu solata laborem.
Solicitare cantu Cupidinem. Horat. 4. Carm. ode. 13. 1.
Sopire cantus. Claud. 1. Paneg. 1.
Stimulare cantus alicuius, Est calcar alicui addere, & excitare ad canendum. Stat. 5. Sylu. 3. 47.
Tu cantus stimulare meos, tu pandere facta
Heroum, bellique modos, positusque locorum Monstrabas.
Strepere cantu rauco. Virg. 8. Aeneid. 1.
– rauco strepuerunt cornua cantu.
Cantu vocat in certamina diuos. Virg. 6. Aeneid. 35.
¶ Cantus, pro carminibus magicis, siue incantatione. Ouid. 7. Meta. 41.
– concussaque sistu,
Stantia concutio cantu freta.
Componere cantus. Tibul. 1. eleg. 2. 11.
Soluere amores cantibus. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 13.
– nempe hæc eadem se dixit amores
Cantibus, aut herbis soluere posse meos.
Taciti cantus, Secreta incantamenta. Valer. 7. Argonaut. 98.
– tacitis nam cantibus illum Flexerat.
Canto, cantas, (ᾄδω, μέλπω, ψάλλω, μελίζω, μέλω δέω,) cantare, Frequentatiuum. Plin. lib. 11. cap. 16. 1. Mares cantant in vtroque genere. Terent. Eunuch. 3. 4. 53. Cantatum pronocemus.
Pares cantare parati. Virg. 7. eclog. 1. Et cantare pares, & respondere parari. Hoc est qui possent continuum carmen dicere. Seruius.
Aues cantantes. Propert. 4. eleg. 10. 6.
Cycni cantantes. Virg. 9. eclog. 6.
– Vare tuum nomen, &c.
Cantantes sublime ferant ad sydera cycni.
Puellæ cantantes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 4.
Non bene cantantes labor est audire puellas.
Inuicem cantare. Horat. 3. Carm. ode. 28. 2.
Non cantabimus inuicem
Neptunum, & virides Nereidum comas.
Auena sterili cantare. Ouid. ad Pisonem. 47.
Auenis structis cantare. Ouid. 1. Metam. 136.
Pede certo cantare. Tibul. 2. eleg. 1. 11.
Amicam cantare. Horat. 1. Serm. saty. 5. 3.
– absentem cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta.
Ad limen amicæ cantare. Ouid. 5. Fast. 68.
Flebile cantare. Ouid. 1. de Remedio amorum. 8.
¶ Cantare alicui aliquid, pro Sæpius dicere, admonere, inculcare. Plautus Trinum. 6. 10. Hæc dies noctesque tibi canto vt caueas. Terent. Qui harum mores cantabat mihi.
Obscœna cantare. Ouid. 5. Fast. 135. Subaudiendū, Verba, aut carmina.
Rustica verba cantare. Tibul. 2. eleg. 1. 11.
Cantare fidibus alicui. Plaut. Epid. 10. 64. Conducta veni vt cantarem fidibus feni. Ibidem. 6. 11. Dum rem diurnam faceret, cantaret sibi.
De fidicina loquitur.
Cantare, cum datiuo rei inanimatæ. Ouid. 6. Fast. 132.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœstis tibia funeribus. Videntur hi datiui per ablatiuos exponi posse addita præpositione EX. Vt, Cantabat in fanis: Cantabat in ludis, Id est eo loco, quo ludi celebrabantur. Idem de aliis intelligendū.
Surdo cantare. Propert. 4. eleg. 9. 4.
Cantabant surdo, nudabant pectora cæco.
Vinci cantando. Virg. 3. eclog. 5.
An mihi cantando victus non redderet ille?
Signum cantandi dare. Cic. 1. de Diuinat. 85. Quid in mentem venit Calstheni dicere, deos gallis signum dedisse cantandi, quum id vel natura, vel casus efficere potuisset?
¶ Cantare, pro celebrare, tollere laudibus. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 2. 11. 1. Nam vt scis, iam pridem istum canto Cæsarem. Id est, summis laudibus celebro.
Amores cantare. Ouid. epist. 15. 52.
Carmina cantare. Horat. 3. Carm. 1. 1.
Conuiuia cantare. Horat. 1. Carm. 6. 4. Nos conuiuia, nos prælia virginū
Cantamus vacui.
Laudes cantare alicuius. Ouid. 2. Fast. 132.
Digous cantari. Virg. 3. eclog. 11. Et puer ipse fuit cantari dignus.
Cantari versu. Ouid. ad Pisonem. 50.
Te mihi Mecœnas teretti cantabere versu.
Cantare litteræ? Plaut. Bacchid. 26. 60. Sed metuo ne idem cantent quod priores. Id est, ne eadem verba contineant.

¶ Cantare, pro incantare & fascinare. Virg. eclo. 8. 15. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius, Cantando, dum ei incantatur: nam gerundiuus modus ab omni verbo similiter procreatur, vnde modo cantando à passiuo ait, quum idem alibi ab actiuo dixerit: vt eclog. 3. 6. Cantando tu illum? Tale est illud in Sallustio, Quum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur. Id est, vt ei imperaretur.
Cantatus, (ᾀδέις, ἐπᾴδεις,) Participium. Stat. 1. Sylu. 2. 40.
Asteris & Varis totam cantata per vrbem.
Aquæ cantatæ. Ouid. epist. 14. 18.
Carmine cantato cælum densatur. Ouid. 14. Metamorpho. 74.
Herbæ cantatæ. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 8.
Cantatæ leges imponere lunæ. Propert. lib. 4. eleg. 3. 3.
Vua cantata. Ouid. 3. Amor. 6. eleg. 7.
Ilicibus glandes, cantataque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.
Cantamen, n.g. (ἐπᾳδή,) pro incantatione dicitur. Propert. 4. eleg. 4. 11.
O vtinam magicæ nostem cantamina Musæ.
Cantator, & cātatrix, alia verbalia, (μουσουργός, ᾀδός, ψάλτης,) Qui vel quæ confuenit canere, & crebrò cantus exercere. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 12. Intra rete sunt aues omne genus maximè cantatrices, vt luscinolæ ac merulæ. Martialis lib. 13. 77.
Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cycnus funeris ipse sui.
Chorææ cantatrices. Claudian. de bel. Gildon. 90.
Imploret citharas, cantatricesque choreas.
Cantito, cantitas, pe. corr. (τερπνίζω,) cantitare, Frequentatiuum à Canto frequentatiuo. Terent. And. 4. 7. 33. Factum credo, vt habeas quo cū cantites. Ci. de Claris Orat. 37. Vtinam extarent illa carmina, quæ multis fecis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis cōuiuis de clarorum virorū laudibus in Originibus scripti reliquit Cato.
CANOBITA, penult. prod. (κανωβίτης,) Nomen gentile ductum, à Canobo, quàm Canopum alii, Stephanus de Vrbibus Canobosam vocat, si non fallunt exemplaria.
Littora Canobita. Catullus epigram. 61. 11.
Ipsa suum Zephyritis eō famulum legarat,
Grata Canobitis incola littoribus.
Canon, canonis, penul. corre. Latinè regula dicitur, κανών, κανόνος, Cicc. ad Tironem 16. 17. 1. Sed heus tu, qui κανον esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἀκύρον, valetudini fideliter inseruiendo? Plin lib. 34. cap. 8. 8. de Polycleto, Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes velut à lege quadam. Asconius in illud 4. in Verrem 4. Quando illa frumentum quod debebat, non ad diem dedit? tria pensitationum genera apud antiquos fuisse dicit: canonem, oblationem & indictionem.
¶ Canon, in re nummaria quid sit, docet Asconius. Tria enim pensitationum genera fuisse dicit apud antiquos: canonem, oblationē, indictionem: vt sit hodie canon, quod domanium dicitur: vt portoria, vectigalia, & huiusmodi. Oblatio, quæ auxilia nunc dicimus: vt octaua vini hominatim diuenditi, & vicesima eius quod cuppatim culeatimque venit, reliquarumque mercium quæ à solidarijs negotiatoribus venduntur, quos grossarios appellant: ἀπό; à minutarijs & venditatoribus, qui & propolæ dicuntur: hoc est non sua vendentes, sed à negotiatoribus empta rata, pluris postea vendentes. Indictio est quam taleam vocamus: antiqui collationem vocabant. Cicero etiam Collectam dicit. Græci ἔρανον, appellant, & συμβολήν. Hodie igitur coactores, id est receptores canonarios, oblationales, indictionales, fiscarios, & ærarios, aliisque nominibus appellare, licet Latinè loquentibus. Budæus.
Canonicus, pen. corr. (κανονικός,) Adiectiuum, Regularis dicitur.
Canonici vocantur à Pythagoreis harmonici, qui primas in iudicando partes, longeque ratas maximè rationi asscribunt.
Canonizo, canonizas, κανονίζω, canonizare, Regulare, Ad regulā redigere.

Canor, Canorus, Vide CANO.

CANOPICVM, penul. correp. Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa & minor Africa Plinio dicitur, oppidum est, eodem authore libro 5. cap. 4. Est & Canopicum Nili fluminis ostium: quod cum cæteris commemoratur Straboni, lib. vltimo, Plinio lib. 5. cap. 10. Ammiano libro 22. & Pomponio lib. 1.
CANOPITANVM, penul. correp. Oppidum liberum Zeugitanæ regionis, siue Africæ minoris Plinio lib. 5. cap. 4.
CANOPVS, penul. prod. (κάνωβος,) Parua insula est mediterranei maris, Nili ostio, quod Canopicum vocār, obuia. Menelai gubernator Canobus ibi fortè moriens nomen insulæ, illa ostio dedit. Hæc Pomponius Mela. Proinde quum à Canobo dicta sit, ideò b litera scriptum aliquando vocabulum, teste Quintiliano lib. 1. cap. 9. Canopi porrò his verbis meminit Tacitus lib. 1. historiarum; Condidere (inquit) id Spartani ob sepultum illic rectorem nauis Canobū, qua tempestate Menelaus Græciā petens, diuersum ad mare terrāq; Libyam delatus. Noti sunt Menelai pòst Helenam raptam, ad Syrium litus errores, ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homero. Iuuenalis Saty.6.9.
Nupta Senatori comitata est Hippia Iudum
Ad Pharon, & Nilum, famosaque mœnia Lagi,
Prodigia & mores vrbis damnante Canopo.
Famosus Canopus. Iuuenal. Saty.15.5.
–sed luxuria quantū ipse notauit
Barbara famoso non cedit turba Canopo.
Pellæi Canopi gens fortunata. Virgil.4.Georg.58.
–qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.
¶ Est item Canopus, syderis nomen, cuius meminit Plinius lib.6.cap.22. in descriptione Taprobanæ insulæ.
Canopitānus, pen.prod. A diectiuum. Solinus cap.44. Quod ab Atlante ad vsque Canopitanum ostium panditur.
CANTABRI, penult. corrept. (Κάντάβροι,) Populi sunt in Hispania Tarraconensi ad Oceanū, vt docet Ptolemæus lib.2.cap.6. Hodie Biscaini, Et Plinius lib.4.cap.20. finitimi his qui tractum trans Durium feruant. Hi ab Augusto fuerunt subacti, vt inquit Strabo lib. 3. Et Suetonius in Vita Augusti.cap.20.& 21.ante Augustum nemo eos subegerat, quod videtur innuere Horatius 2.Carm.ode 1.
Cantabrum indoctum iuga ferre nostra. Efferi sunt, & sine armis nullam esse vitam existimant. De quibus Silius lib.3.
Cantaber ante omnes hyemisque, æstusque, famisque
Inuictus, palmamque ex omni ferre labore. Idem lib.5.
Tum quo non alius venientem in prælia dextram
Ocyor attulerit, conductaque bella probarit
Cantaber, & galeæ contempto tegmine vasto, &c.
Bellicosus Cantaber. Horat.2.Carm.ode 11.1.
Cantaber Stoicus. Iuuenal.Saty.15.11. –sed Cantaber vnde
Stoicus, antiqui præsertim ætate Metelli?
Cantabricus, pen.corr. (Κανταβρικός,) A diectiuum: vt Bellum Cantabricum. Horat.1.epist.19.11. Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti.

Cantator, Cantatrix, Cantatio, Vide CANO.

Cantharis, pen.corr. cantharidis: vel Cantharida, cantharidæ, pe nul. correp. (κανθαρίς,) Vermis viridis, in summitate ramorum fraxini & oliuæ nascens: cuius succus in venas ingressus, vt venenum interimit: & humano corpori applicitus, vesicas plenas humore facit. Ouid.in Ibin 62. Cantharidū succos dante parente bibas. Plin.lib.29.cap.4.33. In cantharidibus magna quæstio: quoniam ipsæ venena sunt potæ vesicæ eum cruciatu præcipuo. Ibidem 35. Vis earū adurere corpus, crustas obducere. Vide item lib.11.cap.35.
Cantharis, pro venenata potione. Cicero. ad Pætum, lib.9.21.9. Caius accusante L.Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. Budæus. Cicero. 5. Tuscul. 105. Theodorus Lysimacho mortem minitanti, magnum verò effecisti, si cantharidis vim consecutus es.

Cantharus, penul. correp. (κάνθαρος,) Poculum, quo vsus est pater Liber. Plin.lib.33.ca.11.11. C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse liberi patris exēplo traditur. Plautus Asin.16.56. Cantharo mulsum date. Virgil. in Bucc. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Valerius lib. 3. Titulo, De his qui culcu corpōris sibi indulserunt, cap.304. C. Marii pene insolens factum. Nā post Ingurthinum, Cymbricumque, & Teutonicum triumphum, cantharo semper potauit: quòd Liber pater inclytum ex Asia deducens triumphum, hoc vsus poculi genere fetebatur.
Paruulus cantharus. Iuuenalis Saty.3.21.
Cantharus, Genus piscis authore Plinio, lib.32.cap.11.5. Columel.lib.8. Nam & alecula modo capta, & cantharus, exiguusque gobio, &c.
Canthari, per quos aquæ saliunt, inquit Africanus Iureconsul.
Cantharus, Scarabeus parus, frumenta erodens. Plin.lib.18.cap.17.3.
Cantharus, Nodus sub lingua Apis bouis, quem Aegyptii colebant numinis vice. Plin.lib.8.cap.46.1.
Cantharus ex generationis ratione nomen inuenit. Canthona Græci asinum vocant, ideſt κάνθωνα: Oron autem semen, & quidem scarabei proprié. Sic verò progigni animal tradunt, quod nec tacuit Aristoteles, Vbi Cantharus animi retrimenta seu stercora, quæ onidas nūcupant, & orbiculari ferè vsuntur figura, offenderit: insilit: ac pedibus prouoluens, interim genitalem vrinam effundit. vnde enascitur vermiculus qui mox sit cantharus. Cælius lib.8.cap.5.
Cantharus pilulam. Adagium est: in eos qui castigati sæpius, nihil proficiunt: sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinacius fouent. Quod enim est animali ingenitum, nulla, prorsum arte viceris. Ductū adagium à pilularum, id est orbicularium stercorum illa volutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cælius lib.8.cap.5.

Cantherius, (κανθήριος,) Gens iugi in vinea. Columel.lib.4.cap.12.1. Itaque aut veteres (ne nouæ radicem agant) arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus annectitur singulæ trāsuersæ perticæ in imam partem ordinis: quod genus iugi, cantherium vocant rustici. Ibidem, cap.14. Is vt dixi, cantherius propius à terrā, quàm vitibus ordinariis submittendus est. Plin.lib.17.cap.21.11. Simplici iugo constat porrecto ordine, quem cantherium appellant. Et apud Columellam lib.11.cap.3.52. Pedamentum Cato vocat.
¶ Cantherius, Equus castratus. Varro 2.de Re rust.cap.7.13. Propter quod discrimen maximè institutum vt castrentur equi. Demptis enim testiculis fiunt quietiores: & ideo quòd semine carent, it cantherii appellati, vt in suibus maiales, in gallis gallinaceis capi. Cicc. ad Pætū, lib.9.18.8. Et lib.5.de Natu.deorum 13. Et apud Senec. lib. epistol. 13. Cantherio vehebatur, hippoperis quidem impositis, vt secum vtilia portaret. Paulo pòst seipsum interpretatur Seneca, O quantum, inquit, erat sæculi decus, Catonem vno caballo esse contentum, & ne toto quidem partem enim sarcinæ ab vtroque latere dependentes occupabant. Plautus Capt.13.46.
Tum piscatores qui præbent populo pisces fœtidos,
Qui adueniuntur quadrupedanti, crucianti cantherio.
¶ Cantherii, Tigna. Vitruuius lib.5. Et cantherii prominentes ad extremam suggrundationem, supra cantherios templa.
Cantheriolus, pen.corr. Diminutiuum, pro paruo pedamento. Colu. lib. 11.cap.3.48. Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quàm cantheriolis interpositis rigorem stylorum conseruato. nam nisi arundines transuersas in modum iugatæ vineæ crebras dispositeris, &c.
Cantherioli apud Columellam sunt in cepinis, id est Ceparum locis munimenta quædam ceparum, ne thalli earum à ventis prosternantur. Sicut in rapinis etiam cantherii, quum operiuntur rapæ, vt à pruinis semina defendantur. Cælius libro 8.cap.4.
Cantherinus, pen.prod. A diectiuum vt Cantherino ritu somniare. Plaut. Mench.9.38. Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat. Solent enim equi stantes somniare, authore Plinio lib.10.cap. vlt.
Cantherinum hordeum. Columel.lib.2.cap.9.12.
Cantheriūstus, pen.prod. A diectiuum, quod cantheriis subnixum est. Columel.lib.5.cap.4.1. Deinde quæ pedaminibus adnixæ singulis iugis imponuntur, eas rustici cantheriatas appellant.

CANTHVS, Abantis filius inter Argonautas ab Apollonio ponitur, itemque ab Orpheo. Apollonius dicit eum in Libya periisse: Flaccus autem noster in Aea.

Canthus, canthi, (κανθός,) Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. Persius Saty.5.8. –quamuis teneræ sub vno
Vertentem sese frustra sectabere canthum.
Canthos oculi vocat Galenus lib. De vsu partium quos angulos dicimus facit autem maiorem & minorem canthum.

Canticum, Cantilena, Cantio, Vide CANO.

CANTIBIS, (Κάντιβις,) Vrbs Germaniæ Ptolemæo hodie Amberga. vulgò Amberg.

Cantito, Cantilenicula, Vide CANO.

CANTIVM, (Κάντιον,) Britanniæ promontorium, Ptolemæo Cantia regio vulgò Kentiu: vbi ciuitas Cantuaria, vulgò Canterburi.

Canto, Cantor, Cantus, Vide CANO.

Canus, (πολιός, λευκὸς,) A diectiuum, Cui candent siue albent capilli præ senectute. Plaut. Asin.16.84. Cano capite te cuculum vxor ex lustris rapit. Idem Bacch.22.15. Cano capite atque alba barba. Martial.lib.1.42. Cana est barba tibi, nigra est coma.
Absynthium canum. Ouid.5.Trist.14.eleg.5.
Cana prius gelido desint absynthia Ponto.
Amator canus. Tibul.lib.1.eleg.8.6. –det munera canus amator
Vt foueat molli frigida membra sinu.
Anilitas cana. Catul.epigram.56.33.
Vsque dum tremulum moueris
Cana tempus anilitas Omnia omnibus annuit.
Capilli cani. Horat.2.Carm.ode 11.3.
Caput canum. Ouid.5.Fasto.12.
Coma cana. Seneca in Troade 3.5.
Crines cani. Catul.epigram.59.70.
December canus. Martial.lib.1.63.
At quum December canus, & bruma impotens.
Fauilla cana. Ouid.8.Metamorpho.106.
Cana fides. Virg.1.Aenetid.60. Cana fides, & Vesta. Vbi Seruius, Canam fidem dixit, vel quòd in canis hominibus inueniatur: vel quòd ea alibi posita non inuoluta manu sacrificatur: per quā ostenditur, fidē debere esse sēcerā tam. Nonius autem, Canam fidem, veterē & antiquam interpretatur.
Fila cana. Ouid.15.Metamorpho.75.
Quæque solent canis frondes intexere filis Agrestes tineæ.
Fluctus cani. Ci. in Arato 8. Nec metuit canos minitāti mūt mare flatū.
Flumina cana. Virgil.4.Georgic.86.
Gelu canum. Virgil.3.Georgic.87. –& horrida cano Bruma gelu.
Laurea cana. Ouid.3.Fasto.29. Lupi

Lupi cani. Ouid.7.Metamorpho.11.
Mala cana. Virg.2.eclog.9.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.
Cani montes, Albi ex niue. Virg.1.Georg.9.
Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur.
Nix cana. Horat.2.Serm.saty.5.9.
Plumæ canæ. Ouid.2.Metam.75. Sic vocat plumas cygni.
Pruina cana. Virg.2.Georg.76.
Frigora nec tantum cana concreta pruina.
Puella cana. Propert.2.eleg.17.5.
Atque vna fieret cana puella domo.
Canus puluis. Claud.1.de Rapt.Proserp.38.
Salicta cana. Ouid.5.Metam.118.
Segetes canæ. Ouid.10.Metam.130.
Senectus cana. Ouid.epist.14.22.
Cano situ obductus color. Plin.lib.12.cap.25.10.
Cana veritas. Varro Eudæmonibus, Et ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas Atticæ philosophiæ alumna.
Vesta cana. Virg.9.Aeneid.53. –& canæ penetralia Vestæ
Obtestor. Id est venerabilis, antiquissimæ. Seruius.
Cani villi arborum. Plin.lib.12.cap.23.1. Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maximè videmus, sed odore præstantes.
Cani, canorū, tantū pluraliter, (κάμπολαι,) Capilli albi in capitibus senū. Cic.de Senect.58. Non cani, nó rugæ repentè authoritatē afferre pñt.
Honorati cani. Ouid.8.Metam.1.
Cani miseri. Persius Saty.5.7. –petite hinc iuuenesque senesque
Finem animo certum, miserisque viatica canis.
Rari cani. Ouid.8.Metam.114. –raris iam sparsos tempora canis.
Venerandi cani piis. Seneca in Hercule furente.13.23.
–perque venerandos piis
Canos, senectæ parce desertæ precor.
Caneo, canes, canui, (πολιόομαι,) canēre, Canum fieri & album: vt canent herbæ, hoc est albescunt matutino rore aspersæ. Virg.3.Georg.65.
Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Idem.2.Georg.3.
–& glauca canentia fronde salicta.
Aetas canet. Claud.de bello Get.7.
Totaque sub galeis Mauortia canuit ætas.
Barba canet gelu. Silius lib.1.41.
Gramina canent. Virg.3.Georg.6.
Herbæ canent. Ouid.3.Fast.176.
Canuerint herbæ rore recente quater.
Lana canent nemora. Virg.2.Georg.24.
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
Senectus canet. Virg.5.Aeneid.83. –æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Canens, (πολιών,) Participium. Valer.lib.6.Argonaut.24.
Neurus, & expertes canentis lazigæ æui.
Geln canens. Ouid.5.Trist.3.eleg.5.
Glebaque canenti semper obusta gelu.
Oliua canens. Ouid 6.Metam.17.
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ. Silius lib.13.14.
Lilia canentia. Ouid.12.Metam.83.
Pruina canens. Silius lib.3.108.
Salicta canentia. Virg.2.Georg.3. –& glauca canentia fronde salicta.
Locum salicum pro ipsis arboribus posuit. bene autem ait glauca & canentia: nam salix ab vna parte alba est, ab altera viridis. Seruius.
Senecta canens. Virg.10.Aeneid.38.
Canentem molli pluma duxisse senectam.
Canesco, canescis, (πολιόω,) canescere, Canum fieri, & senescere ac deflorescere. Ouid.9.Metam.85. –queritur canescere mitis
Iasion a Ceres.
Canescit arbor. Cic.1.de Legibus.2. Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur: eaque (vt ait Scæuola) de fratris mei Mario, canescens feelis innumerabilibus.
Canescit flos. Plin.lib.20.cap.23.10. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos, celeriter canescentem, & abeuntem cum aura.
Canescit oratio. Cic.de Claris Orat.4. Quumque ipsa oratio iam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem & quasi senectutem. Quintil.lib.1. Scribus conuenit pressum genus, & mite, & limatum, & quale vult intelligi Cicero, quum dicit orationem suam coepisse canescere.
Fabula canescunt. Ouid.2.Metam.43.
Pabula canescunt quum frondibus vritur arbor.
Pabula canescunt tecta. Ouid.1.Amorum.8.eleg.11.
Sitn canescunt turpi tecta relicta situ.
Canescunt turpi tecta relicta situ.
Canities, canitiei, (πολιότης, πολιά,) Color ipse hominis cani, vel etiam ipsa senectus. Plinius lib.11.cap.37.10. Canities homini tantum & equis. Et paulo pòst.42. Senectus in equis intelligitur superciliorum

canitie. Idem, Et ipsa iam canitie venerabilis.
Canities inguinis ægri. Iuuenal.Saty.10.11. Anné aliquid sperare potest hæc inguinis ægri Canities?
Alba canities. Ouid.10.Metamorpho.84.
Arida canities. Horat.2.Carm.ode 11.2. –arida
Pellente lasciuos amores
Canitie, facilemque somnum. Ideſt est sicca: hoc est aut nihil in se impendente per nimiam parsimoniam, vt sunt senes. aut arida minus iuuene calens. Acron. Aut quia ea ætate succus exhauritur, & pellis aresceſit, & contrahitur in rugas. Badius.
Festiua canities. Claudian.de Nupt. Honorii 65.
Hirta canities. Ouid.10.Meramorpho.84.
Impexa canities. Stat.lib.3.Thebaid.28.
Canitiem impexam dira tellure volutans.
Inculta canities. Virgil.6.Aeneid.60. –cui plurima mento
Canities inculta iacet.
Morosa canities. Horat.1.Carm.ode 9.4.
Donec virenti canities abest Morosa.
Propexa canities. Stat.lib.2.Thebaid.20.
–maniere comæ, propexaque mento Canities.
Reuerenda canities. Claudian.3.de Raptu Proserp.3.
Seuera canities. Claudian.1.de Raptu Proserp.10.
Deformare canitiem. Virgil.10.Aeneid.167.
Canitiem immundo deformat puluere.
Inficere canitiem. Ouid.3.de Arte Aman.33. Fœmina canitiem germanis inficit herbis. Id est capillos canos tingit.
Ponere canitiem. Ouid.7.Metamorpho.58.
Canitie posita nigrum rapuere colorem. Id est deposita.
Canitudo, pe. prod. (πολιότης,) Idem. Plaut. Stultus est aduersus ætatē & capitis canitudinem. Varro Aboriginum, Sed neqi vetulus cātherius, q̄ nouellus melior, nec canitudini comes virtus. Ex Festo & Nonio.

CANTILENAE sunt Musarum filiæ. Vide Musis etiam rem sacram facere, &c. in MVSA.

CANVSIVM, (κανύσιον,) Vrbs est Appuliæ maxima. quam præterfluit Ausidus amnis, teste Plinio lib. 3. cap. 11. quondam à Diomede condita, vt habet Strabo lib.6. Cui conuenit Horatius 1.Sermo.saty. 5.19. vbi de pane Canusino loquitur,
Nam Canusi lapidosus, aquæ non ditior vrna,
Qui locus à forti Diomede est conditus olim, Canusi, pro Canusii. Sic idem 2.Sermo.saty.3.54.
Seruius Oppidius Canusi duo prædia dues
Antiquo censu natis dimisse duobus Dicitur. In hoc oppido lana laudatissima fit: quæ Canusina dicitur, cuius color est rutilus.
Canusinarum fuscarum, & russarum meminit Martialis lib.14.127.
Hæc tibi turbato Canusina simillima musto
Munus erit: gaude, nam citò fiet anus. Ibidem,
Roma magis fuscis vestitur, Gallia russis.
Et placet hic pueris, militibusque color.
Canusinus, pen.prod. (κανυσινός, κανυσίτης,) A diectiū, Incola Canusii.
Bilingues vocat Canusinos Horatius, quòd vtranque noscent linguam, & Latinam & Græcam. Fuit enim situm Canusium ea parte Italiæ quæ ab antiquis magna Græcia dicta fuit. Horatius 1.Sermo.saty.10.6.
–patriis intermiscere petita
Verba foris malis, Canusini more bilinguis.
Videtur autem non tam significare voluisse duarum linguarū doctos fuisse illos, quàm vnius, sed mistæ ex duabus, Sic vt nec Latinam nec Græcam posses dicere, quod vitio magis, quàm laudi ducendum est.
Canusinātus, pen.prod. (κανυσιώτης,) Canusina veste indutus. Martialis, Vt Canusinatus nostro Syrus assere fudet. Suetonius in Claudio Nerone, ca.30. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus.

CAPANEVS, trium syllabarum, penult. corrept. (Καπανεύς,) Maritus Euadnes, vnus è septem ducibus qui Thebas obsederunt, vt author Statius lib.3. Thebaidos, superbus atque deorum contemptor: qui nó contentus viciſſe homines, medijs Capaneus audtur in astris. Is à Ioue, fulmine percussus in bello Thebano fabulis dicitur, quoniam quū scalis admotis Thebanos muros veller conscendere, iactu lapidum ab inimicis oppressus est. Vegetius lib.4. de Re militari, Qui scalis (inquit) in obsidione vrbium vtuntur, frequenter periculum sustinent exemplo Capanei, à quo primum scalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, vt fulminibus dicatur extinctus. vnde Ouidius 4. Trist.eleg.3.
Quum ceciderit Capaneus subito temerarius ictu,
Non legis Euadnen erubuisse viro.

Capaneus, quatuor syllabarum, penul. prod. A diectiuum, (Καπανήϊος,) vt Capanea pinus, apud Statium 8. Thebaid.129. –Capaneaque pinus
Iam procul Aonijs volet agnoscenda cateruis. Idem lib.12.153.
Capaneique mīsimus vmbris Pectora.

Capaneius, (Καπανήϊος,) aliud adiectiuum, quinque syllabarum, vt Capa

Universidad de Deusto
Biblioteca

neia coniux apud Statium 12. Thebaid. 109.
– ausa ante alias Capaneia coniux, &c.

CAPARA, (κάπαρις,) Ptolemæo, alio nomine Capera, Hispaniæ Lusitaniæ vrbs. Vulgò Caparca.

Capax, Vide CAPIO.

Capēdo, pen. prod. capēdinis, f. g. Vas erat sacrificiis aptum. Cicc. in Parad. 12. Minúsne gratas diis imortalibus capedines, ac fictiles vrnulas fuisse, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur?

Capeduncula, pen. corre. Diminutiuum Cic. 3. de Nat. deor. 57. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio & more maiorum, capeduncules quas Numa nobis reliquit.

Capella, Vide CAPER, pro mare caprarum.

CAPENA, penul. prod. (κάπανα,) Oppidum vicinum Romæ iuxta fontem Aegeriæ. Hinc Capenates, penul. prod. Italiæ populi, Clusinis vicini authore Plinio lib. 3. cap. 5. Est & Capena, porta Romæ, à Capena vrbe, quam Italus rex ædificauit. Hęc etiam porta Appia dicta est, per quam, Capuam itur. Iuuenalis, Subitit it ad veteres arcus, madidamque Capenam. Liuius, Censores viam sternendam à porta Capena ad Martis ædem locauerunt. Ouid. 4. Fast. 69. Ipsa sedens plaustro porta est inuecta Capena. Propert. lib. 4. eleg. 3. 15.

Ad portam Capenam est aqua Mercurio sacra, qua variè fiebant ablutiones ad expianda peccata, ea etiam lauro spargebantur omnia quæ dominos nouos essent habitura. Vide Ouidium lib. 5. Fastorum 135.

CAPENAS, penult. prod. Fluuius qui Feroniam præterlabitur. Silius libro 13. 17.

Caper, capri, (τράγος,) Mas caprarum castratus. Martialis,

– Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.

Caprum, pro hirco impropriè posuit Virgilius, quum ait, ecloga 7. 1. Vir gregis ipse caper.

Albus caper. Horatius 3. Carm. ode 8. 2.
Bicornis caper. Ouidius 15. Metamorpho. 61.
Libidinosus caper. Horatius Epod. 10. 5.
Setigeri capri. Silius lib. 3. 56.
Cæditur caper Baccho. Virgil. 2. Georgic. 76.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus arit Cæditur.

Capra, capræ, (αἴξ.) A carpendis virgultis, authore Nonio. Plin. lib. 8. capi. 50. Captæ pariunt & quaternos. Varro de Lingua Latina, Capra, carpatā quo scriptum, omnia carpæ capræ. Varro 2. de Re rust. cap. 3. 5. Studiose enim de agrestibus fruticibus pascuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt: itaque à carpendo capræ nominatæ. Cicc. 2. de Natura deorum 189. Et de Amicitia 55.

Sufficere capras arbustā. Virgil. 3. Georgic. 59.
Feræ capræ, pro Capreis. Virgil. 4. Aeneid. 31.
Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ.
Olida capra. Horatius 1. Epist. 5. 6. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Intelligitur hoc loco de fœtore qui sub alis excitatur arctè nimis discumbentium. Hunc & Caprum, & Hircum appellare consueuerunt poetæ.

Capra, Signum cœleste. Colum. lib. 11. cap. 2. 72. X. Calend. Ianuarias Capra occidit mane, tempestatem significat. Cic. 2. de Nat. deor. 160.

Capra sydus insanum. Horat. 3. Carm. ode 7. 2.
Post insana Capræ sydera frigidas
Noctes, non sine multis
Insomnis lachrymis agit.

Hœdos videtur significare, quorum ortus & occasus concitat tempestates, de quibus Virgilius 1. Georg. 41. Hœdorumque dies seruandi. Vbi Seruius, Aurige signum est haud longè à Septentrione, cuius pedem cum cornu Tauri vna stella coniungit. Hic in manu sinistra fert Hœdos, in humeris Capram, quæ aliusse dicitur Iouem. Oriūtur cum Scorpio mense Octobri. Et Seruio in illud Virgilii 9. Aeneid. 136.

Quantus ab occasu veniens pluuialibus Hœdis.

Capella, (χίμαιρος,) Diminutiuum. Colu. li. 7. ca. 6. 7. Amnicolæ vel bimæ capellæ (nā vtraque ætas parit edit) subinditi hœdi non oportet. Cic. 4. Verr. 6. Virg. 3. eclog. 18. Tityre pascentes à flumine reice capellas.

Fœtus capellæ. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 7.
Capellæ felix pecus. Virgilius eclog. 1. 6.
Amantes saxa capellæ. Ouid. epist. 15. 11.
Distentæ lacte capellæ. Virgil. 7. eclog. 1.
Graciles gramen carpsere capellæ. Ouid. 1. Metamorpho. 61.
Hirsuta capella. Iuuenalis Satyra 5. 16.
Hirtæ capellæ. Virgil. 3. Georg. 57. Ouid. 13 Metamorpho. 198.
Lasciua capella. Virgil. 2. eclog. 6. Vide LASCIVVS.
Olenia capella. Vide OLENIVS.
Simæ capellæ. Virgil. 10. ecloga 2.
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
Vrentes culta capellæ. Virgil. 2. Georg. 40.
– aut vrentes culta capellas.

Omne enim quod momorderint, vrunt, vt ait Seruius.

Agere capellas Virgil. 1. eclog. 3. – cu ipse capellas
Protenus æger ago. Ste Ouidius 1. Metam. 67.

Agitare capellas. Virgilius. 3. Geor. 57.
Lanigeros agitare greges, hirsuſque capellas.
Attondent virgulta tenera capellæ. Virgil. 10. ecloga 2.
Carpunt gramen capellæ. Ouid. 1. Metam. 29.
Pascere capellas. Virgil. 9. Georg. 5.
Domum referunt vbera distenta lacte capellæ. Virgil. eclog. 4. 1.
Saturantur fronde capellæ. Virgilius 9. eclg. 6.
Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.
Iniussæ veniunt ad mulctra capellæ. Horat. Epod. 16. 10.

Capella, Stella. Plin. lib. 18. cap. 31. 2. Quinto Idus Septembris Cæsari Capella oritur vesperi.

Caprarius, (αἰπόλος,) Custos, exercitorque caprarum. Varro 2. de Re rust. ca. 3. 8. Is enim quum in suburbano haberet agrum iugerum mille & à caprario quòdam qui adduxit capellas ad vrbem, denarios sibi ne dies singulos dare audiret, &c. Colum. lib. 3. cap. 10. 15.

Caprea, capreæ, (ἀίγαγρος, ἀγρεύς,) dicta quòd quandam (vt ait Varro) capræ similitudinem habeat. sunt enim sylucstres capræ: vnde capreo lr dicti Martialis lib. 13. 100.

Pendentem summa capream de rupe videbis:

Casuram speres, decipit illa canes. Caprearum genera vide apud Plinium.
Pascuis intenta caprea. Horat. 4. Carm. ode 4. 3.
Edules capreæ. Horat. 2. Serm. saty. 4. 9.
Fugaces capreæ. Ouid. 1. Metam. 44. & 89.
Imbelles capreæ. Ouid. 5. Fast. 76.
Lasciuæ similem ludere capreæ. Horat. 3. Carm. ode 15. 3.
Sequaces capreæ. Virgil. 2. Georg. 75.
– capreæque sequaces
Illudunt. Id est persecutrices. Seruius.

Capreæ prius iungentur lupis: De re dicitur incredibili. Horatius 1. Carminum, ode 33. 2. –prius Appulis
Iungentur capreæ lupi,
Quàm turpi Pholoe peccet adultero.

Caprea vitis. Vide Caprcolus.

Capreolus, pen. corre. (ἀγρεύς, ἀγρεύω,) Diminutiuum à capreus, Animal syl nestre. Columel. lib. 9. cap. 1. 1. Feræ pecudes, vt capreoli, damæque. Virg. 2. eclog. 7. Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti Capreoli.

Capreolus, Genus ferramenti. Columel. lib. 11. cap. 3. 37. Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti est, terra commoueatur.

Capreolus, dictio tectonica. Cæsar 2. bel. Ciuil. 39. Duæ primò trabes in solo æquè longæ, distantes inter se pedes 1111. colloc anturque: eas columnelle pedum in altitudinem v. defigūtur. has inter se capreoli molli fastigio coniungunt.

Capreoli vitium, veluti cinciani, Varro 1. de Re rust. cap. 31. 3. Et altera parte caprea dicta, quòd parit capreolum. Is est coliculus vitis intortus, vt cincinnus. is enim vites vt teneat, serpit ad locum capiundum. ex quo à capiendo capreolus dictus. Plin. lib. 17. ca. 23. 10. Noua circunciſis vndique capreolis spargantur in tabulatis.

CAPRALIA, appellatur ager qui vulgò Ad capræ paludes dicitur. Festus.

Caprigenus, pen. corre. (αἰγογενής,) Adiectiuum. Quod ex caprarum genere est. Plaut. Epid. 2. 16. Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Capride, caprilis, pen. prod. n. g. (αἰγιαλός,) Locus vbi capræ seruantur. Plin. lib. 28. ca. 10. 3. Atque in totum difficilius se recolligentes à serpentis ictu, in caprilibus optimè conualescunt. Columel. lib. 7. cap. 6. 4.

Cāpripes, pen. corre. capripedis, pen. corr. Qui pedes caprinos habet. Propert. lib. 3. eleg. 17. 7. Capripedes calamo Panes hiante canent.

Satyri capripedes. Lucret. lib. 4. 117.
Hæc loca capripedes Satyros, Nymphasque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos esse loquuntur.

Caprīnus, penul. prod. (αἴγειος,) Adiectiuum. vt Caprinus grex. Liu. 3. bel. Pun. 42. Et Varro lib. 2. de Re rust. cap. 10. 2. Item Caprina pelis, Cicc. 1. de Natu. deorum 111.

Lana caprina. Horat. 1 epistо. 19. 3. Alter tixatur de lana sæpe caprina. Prouerbium, vide apud Erasmum.

Capēro, caperas, penul. correp. (ἐνσκυθόω,) caperāre: vt Caperare frontem, hoc est frontem rugis contrahere, & asperatem vultus ostendere: quod à crispis caprorum frontibus, authore Varrone, libro 3. de Lingua Latina: vel à cornuum caprinorum similitudine, reste Festo, tractum est. Vnde & caperatum, rugosum dicitur. Vsus est in passiua significatione Plautus Epid. 15. 3. Quid illuc est, quòd illi caperat frons seueritudine?

Capesso, Vide CAPIO.

CAPHAREVS, trisyllabum, pen. prod. (καφηρεύς,) Eubœæ mons altissimus

tissimus versus Hellespontum: apud quem plurimum Græcorum classis afflicta est propter Palamedis necem. Vnde & Caphareum mare dictum est. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

Fallax Caphareus. Seneca in Agamem. 6. 34.
Vbi saxa rapidis clausa vorticibus tegit
Fallax Caphareus. de Caphareo promontorio Eubœæ Vide Pomponium Melam lib. 2.

Importunus Caphareus. Ouid. 14. Metam. 96. Quas communis hyems, importunusque Caphareus
Merit aquis. Importunum autem vocat appositè, quasi non bonum portum, quòd ad illius radices Græcorum classis maximum fecerit naufragium.

Caphareus, pen. corr. (καφήρεος,) Adiectiuum quadrisyllabum. vt Saxa Caphærea. Propert. lib. 3. eleg. 7. 8.
Saxa triumphales fregere Caphærea puppes,
Naufragia quum vasto Græcia tracta salo est.

Capidulum, Genus vestimenti quo caput tegebatur. Festus.

CAPILLATI, pen. prod. Populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. cap. 20. Capillatorum plura genera ad confinium Ligustici maris.

Capillus, capilli, (θρίξ, φόβη, πλόκαμος,) Quasi capitis pilus: quanuis & pro omni pilo ponatur. Plin. lib. 7. cap. 2. 3. Ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora vti.

Capillus in hœdis. Gel. lib. 12. cap. 1. In hœdis capillum gigni teneriorem, Capillorum defluuium vel profluuium, appellant medici. Latini eum morbum qui à Græcis alopecia dicitur, quòd eo vulpes ferè quotannis laborare soleant.

Albescens capillus. Horat. 3. Carm. ode. 14. 6.
Lenit albescens animos capillus,
Litium, & rixæ cupidos proteruæ.

Aspери capilli. Horat. 5. Epod. 6.
Horret capillis vt marinus asperis
Echinus, aut currens aper.

Cani capilli. Ouid. 2. de Arte amandi. 27. & 1. Metam. 54.
Capillus compositus. Plaut. Mostel. 4. 96.
Cæruleo capillo Agathyrsi. Plin. lib. 4. cap. 12. 45.
Compti capilli. Cic. in Pisonem. 19. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, &c. Virg. 10. Aeneid. 165. Sanguine turpantem comptos de more capillos.

Coronati capilli, Corona vincti. Ouid. epist. 20. 33.
Demissi capilli. Ouid. epist. 10. 28. Aspice demissos lugentis more capillos: Id est non in nodum collectos.
Erecti capilli. Iuuenal. Saty. 11. 15.
Flaui capilli. Ouid. epist. 12. 3.
Flexi capilli crimen putare. Iuuenal. Saty. 6. 50.
Hirsuti capilli. Ouid. epist. 9. 13. de Hercule, Ausus es hirsutos mitra redimire capillos.

Capillus horreus. Plin. epist. 147. b. lib. 7. a. Suram, Mox apparebat idolum, fœdæ macie & squallore confectus, promissa barba, horrenti capillo. Quem incomptum, & asperum, ac inpexum dicit Cicero.

Horridus capillus. Cic. pro Sestio. 14.
Humens capillus, Madidus. Ouid. 11. Metam. 139.
Immisi per humerum vtrunque capilli. Ouid. 6. Metam. 34.
Impulsos capillos aura dat retro. Ouid. 1. Metam. 52.
Incompti capilli. Ouid. 9. Metam. 158.
Inculti capilli. Ouid. epist. 9. 25.
Non venit incolos captarum more capillis,
Fortunam vultus fassa tegendo suos.

Inciněti capilli Phillyra. Ouid. 5. Fast. 68.
Ebrius incinctis Phillyra conuiua capillis
Saltat, & imprudens vertitur arte meri.

Inflati capilli. Ouid. 3. de Arte. 19. Hanc decet inflatos laxe iacuisse capillos. Inflatos, fubaudi à ventis.

Inornati capilli collo pendent. Ouid. 1. Metam. 49.
Intonsi capilli caput iuuenile. Ouid. 1. Metam. 29.
Intonsis capillis caput iuuenile. Ouid. 1. Metam. 29.
Intorti capilli. Vide INTORQVEO.
Laceratis capillis crimen componere. Iuuenal. Saty. 6. 49.
Madidi capilli. Ouid. 6. Metam. 11.
Molles capilli. Horat. de Arte poet. 7.
– & molles imitabitur ære capillos.

Neglecti capilli. Ouid. 1. Metam. 41.
Vitta coercuerat neglectos alba capillos.

Nigri capilli. Horat. 1. Epist. 7. 6.
Nitentes capilli malobathro. Horat. 2. Carm. ode. 7. 2.
Nitidi capilli decent aliquem. Horat. 1. Epist. 14. 7.
Odorati capilli. Horat. 3. Carm. 20. ode. 3.
Capillus passus. Terent. Phorm. 1. 2. 56. Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida. Ouid. Metamorpho. 107.

Pexi capilli propter conuinia tantùm. Iuuenal. Saty. 11. 15.
Positi sine lege capilli. Ouid. epistо. 21. 15.
Positos capillos sine lege vitta coercebat. Ouid. 1. Metamor. 47.
Præcincti flore capilli. Ouid. epistо. 4. 15.
Promissus capillus. Liuius lib. 4. Decad. 5.
Pulli capilli. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 9.
Purpureus capillus. Virgil. 1. Georgic. 81. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Silius lib. 7. 90.
Capilli rari & cedentes. Plin. epistо. 50. 2.
Rigidi capilli. Ouid. 10. Metamorpho. 84.
Rudibus dare legem capillis. Seneca in Hippoly. 3. 10. Id est incultos & sparsos capillos comere. & concinnare.
Rutili capilli. Ouid. 2. Metamorpho. 64. At Phaeton rutilos flamma pulante capillos, Voluitur in præceps.
Scissi capilli. Ouid. 4. Metamorpho. 110.
Deplanxere domum scissis cum veste capillis.
Secti capilli. Ouid. 3. Metamorpho. 102.
Auro similes capilli. Ouid. 15. Metamorpho. 64. Id est flaui.
Electro similes capilli. Id est flaui. Ouid. 15. Metamorpho. 64.
Sparsi per colla capilli. Ouid. 3. Metamorpho. 14.
– sparsos per colla capillos Colligit in nodum.
Sparsi rore capilli, Conspersi. Ouid. 11. Metamorpho. 12.
Vdi capilli. Ouid. 5. Metamorpho. 88.
– vbi veniens Aurora capillis.
Virides capillos siccant natæ Doridos. Ouid. 2. Metamorpho. 2. & 3.
Vittati capilli. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 4. Id est vitta tecti.
Agitat aura capillos intonios. Horat. Epod. 15. 2.

Comere capillos. Ouid. lib. 2. Amor. eleg. 8. 1. ad Cypassim ancillam Corinnæ loquens,
Comendis in mille modis per secta capillis,
Comere sed solas dignas Cypassi deas. Silius lib. 7. 90.
Comantur capilli. Ouid. 1. Metamorpho. 49.
Capillo conscindere mulierem. Terent. Eunuch. 4. 3. 4.
Coronare capillos. Horat. 2. Carm. ode 7. 2.
Disicere capillos, Id est turbare. Ouid. 11. Metamorpho. 78.
Ducere capillis aliquem. Tibul. 1. eleg. 6. 15.
Et siquid peccasse putat, ducorque capillis
Immeritò, proprias prorripiorque vias.
Germinare capillum. Vide Germino in GERMEN.
In capillum muolare. Terent. Eunuch. 5. 2. 20.
Lacerare capillos. Ouid. 14. Metamorpho. 84.
Laniare capillos. Ouid. 9. Metamorpho. 71.
Medicare capillos. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 1. Id est Inficere seu tingere.
Olet Arabo rore capillus. Ouid. epistо. 21. 16.
Ornandis operosa capillis. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 5. de ancilla Corinnæ.
Pectere capillos matutinos, Id est matutino tempore. poeticum est. Ouidius de Arte 1. 4. Et lib. 13. Metamorpho. 165.
Pendent capilli. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 9.
Petere capillos vagibus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 2.
Resecare capillos. Ouid. 11. Metamorpho. 37.
Resoluta capillos. Ouid. 2 Amorum, eleg. 14. 8. Ipsa perit, ferturque rogo resoluta capillos. Pro resolutis capillis.
Rigent capilli metu. Ouid. 1. Fastorum 20.
Rumpere capillos. Ouid. 10. Metamorpho. 144.
Desiluit, pariterque sinum, pariterque capillos Rupit.
Siccare capillos. Ouid. 2. Metamorpho. 3.
Spargere humerum capillis. Horatius 3. Carm. ode 10. 3.
– & leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis.
Turbare capillos. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2. 15.
Vincire capillos vitta. Seneca in Med. 10. 13. –tibi funereo
De more iacens pallos vincit Vitta capillos.
Vngere capillos. Horat. 1. Carm. ode 29. 2.
Capillorum animalia. Plinius lib. 35. cap. 15. 17. Lendes & alia capillorum animalia.

Capillus, pro cæsarie. Cicc. pro Sext. Rosc. 79.
Compositio ac delibuto capillo passim per forum volitet.

Capillus, pro barba. Cic. 2. Offic. 34. Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.

Capillaceus, Adiectiuum, (τριχοειδής,) Plinius lib. 12. cap. 25. 3. Balsamum tenui & capillacea coma, quod vocant eutheriston.

Capillo, capillas, (τριχόω,) capillare. Plin. lib. 37. cap. 11. 6. de gemmis quæ à membris hominum cognominatur, Polytrix, inquit, in viridi capillatur. Hoc est capillos habere videtur.

Capillātus, penul. prod. (τριχωτός,) Adiectiuum, Qui crines longiores habet. Cicc. de Lege Agrar. 27. Corpore inculto, & horrido, capillatior quàm ante, barbaque maiore. Ibidem 62. Non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Capillata folia sunt pino & cedro. Plinius libro 16. cap. 14. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Capillamentum, (τρίχωμα,) Ipsi capitis capilli. Plin. lib. 21. cap. 6. 6. Herba croci est folio angusto, penè in capillamenti modum.

Capillamentum, quod vulgus falsam perruquam vocat. Sueton. in Calig. cap. 11. Naturam tamen sæuam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animaduertionibus, pœnisque ad supplicium datorum cupidissimè interesset, & ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste longa noctibus ambularet. Galericulum aliàs Latini dicunt, Græcè φενάκιον, vel πιλίδιον appellatur. Ex Budæo.

Capillamenta seminum, vel radicum. Colmel. lib. 4. cap. 11. Qui non solum in eo errabant, quòd primi anni capillamenta seminum intacta patiebantur, sed & post biennium viua radix recidenda erat. Plin. lib. 19. cap. 2. 6. Nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis.

Capillamenta serarum. Plin. lib. 11. cap. 37. 76. In vesica lupi lapillus, qui pyrites appellatur. Sed in hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi, & serarum capillamenta.

¶ Capillamentum in crystallo, rimæ simile, quod eo quod gemmarii fellaturam vocant, accepit. Plinius lib. 37. cap. 2. teste Budæo.

Capillâre, capillâris, pen. prod. n. g. (τριχῶδες,) Reticulum muliebre, quo capillos involunt. Martial. lib. 3. 40.

Non erubescit murice aureo nobis
Dividere mœchæ pauperis capillare.

Capillaris, Arbor appellabatur, in qua tonsum capillum adolescentes suspendebant, quando deponebant comam, deo eam sacrantes. Eadem & capillata dicebatur. Erat & in vrbe Roma arbor antiquissima, quæ supra trecentos & septuaginta annos durasse compertum est, quæ Capillata appellabatur, quòd virginum Vestalium capillos ad eam deferre mos erat. Ex Festo. Meminit & Plinius lib. 16. cap. 44. 2.

Capio, capis, cepi, vel cum diphthongo cæpi, captum, (λαμβάνω, αἱρέω, ἁλίσκω, δέχομαι, χτάομαι,) capere, Notæ significationis est. Terentius Eunuch. 3. 5. 47. Cape hoc flabellum. Ibidem 2. 3. 77. Capias tu illius vestem.

Ab hamis capiuntur pisces. Ouid. 1. de Arte 153. Hîc iaculo pisces, illic capiunt ab hamis. Capiûtur hamis, hîc esset instrumentû capiendi, sed hoc loco capientem significat. Sic recte dixeris Capiuntur ab hoibus.

Capere è. Terent. Heaut. 3. 3. 47. Dicam hanc esse captam è Caria.

Capere ex, aliter accipiam. Teren. Phorm. 1. 3. 15. – tu cõiicito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia.

Ex æstu, frigore, nouitate cibi, labe corporis capi. Lucret. lib. 5. 186.

Nec facile ex æstu, nec frigore quod caperetur,
Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla. Labi pro labe.

Capere manu. Virgil. 2. Aeneid. Cape sacra manu. Addidit manu, ad maiorem expressionem.

Capere in manum. Plaut. Aulul. 4. 9. Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum.

¶ Nihil interest inter has significationes, Capio hostem, capio generum, capio saxum. Duæ autem proprietates in hoc verbo notandæ sunt, Vna quòd habet reciprocum quendam vsum. vt idem sit, Cepi voluptatem, & Cepit me voluptas. Cicer. Magnam cepi ex literis tuis voluptatem. Idem Dolabellæ, lib. 9. 14. 1. Ex ea magnam lætitiam voluptatéq; capiebã. Quint. in Apibus pauperis, Nec me tanta capiebat voluptas, quòd fluentia ceris mella conderem. Plinius ad Caluisium, libro 8. Capio aliquam voluptatem, q̃ vlla voluptate non capiar. Cepi somnum, Captus sum somno, vix dicitur, sed dici posset, vt oppressus: qui enim opprimitur somno, capitur somno. Cepi delectationem: vix vnquam delectatio cepit me, sed in passiuo potius, captus sum delectatione. Et item in cæteris quæ ad delectationem pertinent, Captus sum amœnitate loci, dulcedine vocis, specie mulieris, amore pecuniarum, spe bonorum, magnitudine sublimitatéque materiæ. Ista enim omnia delectant, ideoque subintelligi solet delectatio: quale ipsum illud M. Tullii 3. Offic. 19. Quòd insit in his aliquid probi, qd̃ capiat ignaros, id est delectet. Ergo probitati in est delectatio vt sit ita exponendum, Cuius probi delectatio capiat ignaros, siue ignari capiantur delectatione. Habet (inquit Terentius And. 1. 1. 55.) Captus est. subintelligo amore, siue pulchritudine fœminæ, id est delectatione. Hæc Valla lib. 6. Horat. 2. Sermo. Te coniux aliena capit. Pro caperis amore eius.

Capi ac deliniri re aliqua. Cic. pro Cluentio. 9. Animum adolescẽtis nondum consilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest.

Falli, capi. Cicer. 4 Acad. 120. Sapientis autem hanc censet Arcesilas vim esse maximã, Zenoni assentiens, cauere ne capiatur, ne fallatur videre.

Capi aliquo, Id est amore alicuius capi. Ouid. epist. 4. 13.

Me tua forma capit: capta parente soror.

Capi assentatione, amore. Cicer. de Amicitia 81. Vt animaduertant ne callidi assentatione capiantur. Sic pro Cluentio 9. Plin. lib. 11. cap. 9. 1. Nequis miretur amore apum captos, Aristomachum & Philistum. Qd̃ & duci & teneri dicit Cicero.

Dolis capere aliquem. Virgil. 1. Aeneid. 136. Id est decipere.

Capi dolis, Decipi. Virgil. 2. Aeneid. Captique dolis.

Donis capi. Seneca in Medea 121.

Formidine capi. Virg. 2. Aeneid. 77. – formidine captos Sternimus.

Fraude capi. Seneca in Medea 121.

Insidiis noctis capiere serenæ. Virgil. 1. Georgic. 86. Id est decipieris.

Capi munditiis. Ouid. 3. de Arte Amandi 27.

Munditiis capimurinec sint sine lege capilli,
Admotæ formam dantque, negantque manus.

Muneribus capi. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 3. Muneribus meus est captus puer.

Pretio capiuntur auari. Tibullus lib. 3. eleg. 1. 2.

Spe inani capi. Virgil. 11. Aeneid. 10.

Capi specie. Quintil. lib. 2. cap. 5. 8.

¶ Capere, Delectare, vel allicere. Cicer. 3. Offic. 19. Ob eam, credo causam, quod insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros. Horatius de Arte poetica 73.

Vt pictura, poesis erit: quæ si propius stes,
Te capiet magis, & quædam si longius abstes.

Hunc capit argenti splendor. Horat. 1. Sermo. saty. 4. 6.

Ocellis aliquem capere dicitur puella. Propert. lib. 1. eleg. 11.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis
Contactum nullis ante cupidinibus.

¶ Capere, pro continere. Terent. Heaut. 2. 3. 13. Dii boni, quid turbæ? ædes nostræ vix capient, scio. Cicer. 6. Verr. 7. Tot domus locupletissimas, domus istius vna capiet? Idem 2. de Lege Agraria 62. Vix tam videtur locus esse qui tantos aceruos pecuniæ capiat. Et apud Plinium lib. 18. cap. 7. 17. Capit congium aquæ.

Cælo capi. Cicer. 1. Philipp. 120. Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cælo capi posse videatur.

Amentiam eius capere non poterant ciuitas, Italia, prouincia & regna. Cicer. pro Milone 67.

Vna domo capi. Cic. 1. Offic. 81. Sequuntur fratrum coniunctiones post consobrinorum, sobrinorumque: qui quum vna domo iam capi non possint, in alias domos tanquam in coloniam exeunt.

Iram capere. Ouidius 6. Metamor. 122. – ardet, & iram
Non capit ipsa suam Progne.

Cepit te vacuum villula. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 2.

¶ Capere, Recipere. Plau. Menæch. 24. 101. Vix credo tota auctione capiet quinquagesies. Terent. Phorm. 5. 3. 6.
– nam ex his prædiis talenta argenti bina
Statim capiebat. Idem Eunuch. 1. 1. 35. Cicer. in Parad. 62.
Capit ille ex suis prædiis sexcenta sestertia.

Moram non capit ira. Ouid. de Nuce 1.

Publica quum lentam non capit ira moram.

¶ Capere bello, vel ex insidiis. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 4. Simul verò semissis homo contra me arma tulit, & cum bello cepi. Plaut. Amphit. 4. 260. Legiones Teleboarum vi pugnando cepimus. Cicer. in Offic. Quum COS. iterum in Africa ex insidiis captus esset.

Inuitè capere. Cicer. Attico, lib. 8. 14. 7. 6. Inuitè cepi Capuam, non quo munus illud defugerem, sed sine causa, &c.

Ab hoste capi. Ouid. 2. Trist. 41.

Capi nocte. Ouid. 3. epist. 4.

Arte capi. Ouid. 2. Amorum, eleg. 12. 1.

Quam vir, quam custos, quam iunua firma, tot hostes
Seruabant, nequa posset ab arte capi.

¶ Cepit eum admiratio. Liu. 8. bel. Punic. 185. Ceperat iam antè Numidam ex fama rerum gestarum admiratio viri.

Capere acrimoniam alicuius ad resistendum. Cicer. 2. in Verrem 31. Quæ re si Glabrionis patris vim & acrimoniam ceperis ad resistendum horum ipsorum minibus audacissimis, &c.

Aduersarium. Cic. de Claris Oratorib. 93. Nimis ille quidem lentus in dicendo, & penè frigidus sed & callidus, & in capiendo aduersario vertus. Est autem aduersarium fallere.

Aequitatem rei verbi laqueo capi non oportet. Cic. pro Cecinna, 60. Neque æquitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere.

Aetatem. Colum. lib. 4. ca. 4. 1. 1. Donec vineæ iusti sint roboris, quum aliquot deinde annis quasi iuuenilem ætatem ceperint, quot palmites relinqui debeant incertum est.

Capere alimentum humoris dicitur radix. Colum. lib. 2. cap. 2. 20.

Cepit me amor. Cic. 2. de Finib. 125. Quæ autem esse poterit, nisi re ipsa ceperit.

Angorem pro amico. Cic. de Amicitia 45. Angor iste qui pro amico sapiendus est.

Animum patrium. Cicer. 3. Philipp. 144. Aliquando per deos immortales P. C. patrium animum virtutemque capiamus.

Capere animos alicuius. Vide ANIMVS.

Animo capere aliquid. Lucanus lib. 1. 37. Ingentes animo motus, bellique futurum Ceperat.

Annus alter ab vndecimo ceperat me. Virg. eclog. 8. 8.

Arbitrum. Terentius Heaut. 3. 1. 89.

Vicini nostri hîc ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum.

Arma. Cic. 7. Verr. 75. Arma capiunt, totum forum atque insulam, quæ est vrbis magna pars, complent. Cæsar. 3. bel. Gal. 423.

Arma vti capiant, & ad castra contendant. Virg. 2. Aeneid. 63.

Capere arma, aliter. Cæsar, Hortatur vt communis libertatis causa arma capiant. Hoc est bellum suscipiant.

Capere arma contra patriam. Cic. ad Brutum, epist. 3. 4. Sic sentit Senatus, sic Pop. Romanus, nullos vnquam hostes digniores omni supplicio fuisse, quàm eos ciues qui hoc bello contra patriam arma ceperit.

Augurium. Vide AVGVRIVM. Liuius. 10. ab Vrbe. 30. Augurium ne ex arce capiat?

Aures. Cicero in Orat. 97. Nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur.

Capere bonum cibo, potione, aurium delectatione. Cic. 2. de Finib. 11. Bellum. Sallust. Rursus tamen bellum cepi.

Capere calamitatem. Cic. 1. de Diuinat. 56. Ob eam causam Rom. Pop. calamitatem maximam cepisse.

Causam. Terent. And. 1. 3. 8.

Si senserit, perii. aut si libitum fuerit, causam ceperit:

Quo iure, quaque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.

Cibum. Terent. Eunuch. 2. 3. 76. Cibum nonnunquam capiet cum ea. Libuinus. 4. bel. Pun. 71. Citatosque singulos iureiurando adigam, nisi quibus morbus causa erit, non aliter quam stantes cibum, potumq;, quo ad stipendia facient, capturos esse. Lucret. lib. 4. 176.

Propterea capitur cibus, vt suffulciat artus.

Capere cibum digitis alienis dicitur qui manibus est impotens. Iuuenal. Saty. 10. 23.

Commodum ex re aliqua. Terent. Eunuch. 3. 5. 25. & 5. 6. 1. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.

Coniecturam an. Cic. 1. de Diuinat. 111. Vt enim Ceos accepimus ortum canicule diligẽter quotannis solere seruare ecõiecturamq; capere, vt scribit Proticus Heraclides, salubrisne an pestilés annus futurus sit.

Conditionem. Plaut. Stich. 3. 81. Quia vos capitis conditionem ex pessima primariam?

In conditionem parem. Cæsar. 1. bel. Gal. 111. Eosque postea in parem iuris, libertatisque conditionem atque ipsi erant, ceperunt.

Coniectura capitur ex eo vt inuematur. Plin. lib. 33. cap. 4. 2. Aurum qui quærunt, ante omnia segullum tollunt, ita vocatur indicium: alueus vbi id est, arenæque lauantur, atque ex eo quod resedit coniectura capitur, vt inueniatur aliquãdo in summa tellure protinus rara felicitate.

Coniecturam capere, & signum sumere ex re aliqua. Varro. 3. de Re rust. cap. 16. 25. Eximendorum fauorum figoum sumunt ex ipsis, quum plenas aluos habent, & quum illos germinauerint: ex apibus coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum.

Coniecturam de. Cic. pro Murena. 8. Atque huiusce rei coniecturam de tuo ipsius studio Serui facillimè ceperis.

Coniecturam ex. Cæsar. 7. bel. Gal. 142. Quum iam ex dici tempore coniecturam caperet, in castra peruentum. Terent.

Quantum ex ipsa re coniecturam capimus.

Consilium. Cæsar. 4. bel. Gal. 479. Infirmitatem Gallorum veritus, quòd sunt in consiliis capiendis mobiles.

Capere consilium de sententia alicuius. Cic. 3. ad Atticum. 41. 2. Certum consilium de tua sententia capere possemus.

Consilium pro tempore & pro re. Cæsar. 5. bel. Gal. 31.

Consilium sibi. Cæsar. 2. bel. Ciuil. Si id non feciſſet, sibi consilium capturos. Idem. 1. bel. Ciuil. Sin Cæsarem respiciant, atque eius gratiam sequantur, vt superioribus fecerunt tẽporibus, se sibi consilii capturum.

Consilium agendi, & non agendi. Cic. 4. Acad. 179. Huiusmodi igitur visis consilia capiet & agendi, & non agendi.

Belli renouandi. Cæsar. 3. bel. Gal. 359.

Cor de consilium. Plaut. Merc. 7. 10. – nec quid corde nunc
Consilii capere possim, scio.

Consuetudinem & exercitationem. Cic. 1. Offic. 86. Hæc igitur & talia circumspicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatioque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus.

Consulatum. Cic. in Pisonem. 2. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus Consulatum, quàm quemadmodum ceperimus.

Coronam capere cum laude. Lucret. lib. 6. 20.

– insigni capiam cum laude coronam.

Cepit cura animum. Liuius. 7. bel. Pun. 43. Is vt animum eius cura sacrorum & cæremoniarum cepit, ita repente exuit antiquos mores.

Dementia cepit animum. Virg. lib. 5. Aeneid. 92.

Dementia cepit incautum. Virg. lib. 4. Georg. 97.

Capere desyderium ex aliquo. Cic. de Senect. 50. At Homerus, qui multis (vt mihi videtur) antè seculis fuit, Laertem lenitentem desyderium quod capiebat è filio, colentem agrum & cum stercorantem facit. Terent. Hecy. 1. 2. 12. Aedepol te desyderium Athenarum arbitror Philotion cepisse sæpe.

Detrimentum vel damnum. Cic. in Catil. 2. Nequid Resp. detrimenti caperet. Plaut. Bacchid. 1. 34. Vbi pro disco damnum capiam?

Detrimentum in re aliqua. Columel. lib. 1. cap. 8. 1. Quæ quum in agriculturam transtulit, non tantum in ipso seruo, quantum in vniuersa re detrimenti dominus capit.

Dicta capere alicuius, Audire verba. Virgil. 6. Aeneid. 76.

Disciplinam, vel documentum ex re aliqua. Plinius in Panegy. 74. Ex quo manifestum est principum disciplinam capere. Cicer. 11. Philipp. 291. Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit quid esset victis extimescendum.

Dolorem ex aliquo. Teren. And. 4. 3. 4. Verum ex eo nunc misera quẽ capit Dolorem? Sic Cæsar 1. bel. Gal. 80. Quintil. lib. 6. in proœm. 8.

Dolorem corde vel animo. Plaut. Trucul. 9. 5. Quantum corde capio dolorem. Cicer. de Claris Oratorib. 15. Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem. Idem ad Brutum 16. 2. At dolore, quantum maximum capere animo possum, illa pars epistolæ scriptæ ad Octauium de nobis, affecit. Lucan. lib. 5. 152.

Dona capere. Virgil. 3. Aeneid. 98.

Duces belli capere. Cicer. 3. in Catil. 60. Nunc quoniam, Quirites, sceleratissimi, periculosissimique belli nefarios duces captos iam, & comprehensos tenetis, &c.

Capere exemplum de aliquo. Terent. And. 4. 1. 17. Quid istuc tam mirũ est, si de te exemplum capit? Vbi Donatus, De te exemplum capit. Verum, si te imitatur: an si de te exigit pœnas? vt ipse alibi, Vterque exemplum de te edent. Sed melius, te imitatur, accipimus.

Exemplum capere ex re aliqua. Cicer. de Amicit. 33. Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis. Columel. lib. 5. cap. 5. 2.

Exemplum in re aliqua. Columel. lib. 4. cap. 1. 4. Exemplum eius rei capiamus in arbusto, vbi quum, &c.

Exordium à re aliqua. Cicer. 1. de Legibus 12. A quibus temporibus scribendi capiatur exordium. Idem, Ergo instituto veterum, quo etiam Stoici vtuntur, hinc capiamus exordium.

Experimentum. Plin. lib. 13. cap. 2. 3. Experimentum eorum inuersa manu capitur, ne, &c. De vnguento regio loquitur.

Finem capit discordia. Virgil. 10. Aeneid. 21.

Fluctus irarum capere in corde. Lucret. lib. 3. 60.

Nec capere irarum fluctus in pectore possint.

Capere formam alicuius. Plaut. Amph. 4. 112. Et epimuero quoniam formam cepi huius in me, &c. Cicero eodem modo capere personã dicit.

Fructum. Teren. Eunuc. 3. 1. 59.

– metuet semper, quem ipsa nunc capit
Fructum, nequando iratus tu aliò conferas.

Fructũ alicuius rei. Cic. de Sene. 58. Honeste acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos. Idem Attico, Quo quidem de magnorum meorum laborum, multarumque vigiliarum fructum cepi maximum.

Fructum amoris capere. Lucanus lib. 7. 7.

Extremum tanti fructum caperetis amoris.

Fructum ex re aliqua. Cic. 2. de Diuina. 7. Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui iam prouecti, in nostris libris acquiescunt. Idem Attico lib. 1. 22. Cui quum æqui fuissemus, tamen multo maiorem fructum ex populi existimatione illo damnato cepimus, quàm ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus.

Fugam. Cæsar 7. bel. Gal. 110. Precibus petierunt ne se & communes libe ros hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam natura & virium infirmitas impediret. Ouid. 3. Fasto. 174.

Gaudium. Plinius epistо. 97. lib. 6. Quod gaudium, vt perpetuò capiam, deos oro. Idem epistо. 144. Quia iucundum est mihi, quod ceperam gaudium, scribendo retractare. Ouid. 12. Metamor. 40.

Gaudium ex re aliqua. Liu. 7. bel. Pun. 219. Aut ex ciuibus victis gaudiũ meritum certè, & si non honestum, capiam.

Gaudium animis. Liu. 7. bel. Pun. 275.

Genera. Id est eligere, authore, Donato. Terent. Eunuch. 4. 1. 23.

Quum illum generum cepimus.

Gestum, vultumque nouum. Terent. Phorm. 5. 7. 7.

Nunc gestus mihi vultusque est capiundus nouus.

Gloriam ob amicitiam seruatam. Id est laudari. Cic. de Amicitia 25. Nõ ne facile ei erit, qui ob eam summa fide, constantia, iustitiaque seruatam, maximam ceperit gloriam?

Gratiam capere dicitur animus. Cicer. Curioni, lib. 2. 5. 6. Quũ præsertim considerem, nullam esse gratiam, quam nõ vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando, cumulandoque illustrare posset.

Capere populi suffragio honorem. Plaut. Bacchid. 8. 34.

Non olim populi prius honorem capiebat suffragio,
Quàm magistri desinebat dicto esse obediens. Cicer. 4. Tusculan. 33.

Distinguitur illud etiam, vt libido sit earum rerum quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam, quæ categoremata dialectici appellant: vt Habere diuitias, Capere honores.

Honores primos capere. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 7.

Cepimus & teneræ primos ætatis honores,
Deque viris quondam pars tribus vna fui.

Thesau. Ling. Lat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incommodum.Cice.5.Verr.90.Etenim non modo incommodi nihil ceperunt,sed etiam,&c. Idem in partitionibus 41.
Incrementum.Columel.lib.2.cap.10.9.
Prius quàm luna incrementum capiat.
Inimicos omnes homines.Vulgus,ponere se in mala gratia,dicit.Terentius And.4.2.12.
Per omnes tibi adiuro deos,nunquam eam me deserturum:
Non,dicapiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines.
Inimicitias in se ob aliquem.Terent.Phorm.2.3.23.
Nam ni ita eum existimassem,nunquam tam graues
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam.
Initium à re aliqua.Cæsar,Initium capit à flumine Rhodano. Item apud Quintilianum lib.10. Plin.in paneg.1.Bene ac sapienter P.C. maiores instituerunt,vt rerum agendarum,ita & dicendi initium à precationibus caperetur.
Initium capere ex arte solent,qui priora omiserit. Quintil.li.2.ca.11.1.
Insulam.Cæsar bel.Gal.lib.4. Neque longius prosequi potuerunt, quòd equites cursum tenere,atque insulam capere non potuerunt.
De Britannorum fuga loquitur.
Invidiam apud aliquos,aut iram militum.Liu.5.ab Vrbe 91.Nequam inde aut militum iram ex malignitate prædæ partitæ,aut invidiam apud patres ex prodiga largitione caperet,literas ad Senatum misit.
Iudicem.Liu.3.ab Vrbe 305.Multis inuicem cladibus fessi, iudicem Populum Romanum cepere.
Judicem de re aliqua.Plaut.Merc.5.34.De istac sum iudex captus.
Capere laborem. Terent. Omnes mihi labores fuere quos cepi, leues.
Cice.pro Rosc.Comœdo 29. Non fuit causa cur tantum laborem caperes,& ad me venires. Lucrer.lib.5.238.
Laborem ob.Plaut.Trinum.5.16. Quamquam labores multos ob rem eam ego cepisse censeo. Terent.And.5.2.29. Tantum laborem capere ob talem filium?
Laborem manem.Terent.Hecyra 3.2.9.
Laborem animo.Plaut.Trinum.5.35.
Certum est ad frugem applicare animum:quamquam ibi animo
Labos grandis capitur.
Lætitiam ex re aliqua.Cice.ad Atticum,lib.4.89.5. Ad summam lætitiã meam,quam ex tuo reditu capio,magnus illius aduentu cumulus accedit. Idem 2.de Finibus 154. Compensabatur,inquit,tamen cum his omnibus animi lætitia,quam capiebam memoria rationum, inuentorumque nostrorum.
Lætitiam oculis.Cice.ad Atticum,lib.14.312.5. Præter lætitiam quam oculis cepi iusto interitu tyranni.
Laudem.Terent.Eunuch.5.4.3.
Quantam & quàm veram laudem capiet Parmeno.
Laudem ex re aliqua.Cice.2.Offic.37.Nostri autem magistratus, imperatoresque,ex hac vna re maximam laudem capere studebant.
Legatum capere.Iuuenalis Satyra 9.9.
Oculis locum capere.Virgil.2.Georg.46.Id est eligere.Seruius.
Loca.Cæsar 3.bel.Gal.443.Ii consuetudine Popu.Roma.loca capere,castra munire,commeatibus nostros excludere insistunt. Liuius 4.bel. Maced.93.Quatuor fere millia ab Argis locum castris capiunt. Cæsar,atque ex omni prospectu locum spectaculo caperet. Cice.2.de Orat.162.Non fugiendi hostis,sed capiendi loci causa cessisse videar. Virgil.5.Aeneid.37. & ibidem 62.
Cepit luctus cinitatem. Liuius 5.bel.Pun.117. Ingens quidem & luctus & pauor ciuitatem cepit.
Cepit ea Luxuria præfectos.Liuius 6.bel.Maced.47.
Eadem omnes præfectos regis cepit luxuria.
Tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum. Terẽ.And.1.1.21.
Magistratum,id est adipisci.Cic.pro lege Manilia 44. Quid tam singulare,quàm vt ex senatusconsulto legibus solutus Consul antè fieret, quã vllum alium magistratum per leges capere licuisset? Idem ad Atticũ li.13.287.4.Video enim Curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse. Idem 3.de Legib.11. Eum magistratum, ni interuenerint decem anni,nequis capito.
Magnitudinem mensarum non capit bruscum. Plinius lib.16. cap. 16.1. Et si magnitudinem mẽsarum caperet,haud dubiè præferretur cedro. Id est,si tam magnum esset lignum vt ex eo fieri possent mensæ.
Maturitatem. Columel.lib.4. cap. 23.1. Quum tamen æquinoctiales pluuiæ præcesserint,& sarmenta iustam magnitudinem ceperint.Hoc est matura fuerint.
Mente.Liuius 7.bel. Pun. 270. Et primò magis auribus,quàm animis id acceptum erat,vt maius,lætiusque,quàm quod mente capere, aut satis credere possent.
Metum.Liu.3.bel.Maced.41.Id ægre & in præsentia hi passi, & in futurum etiam metum ceperunt.Id est ceperunt timere in futurum.
Miseriam,cui Capere voluptates opponitur.Plaut.Amph.10.58.Capiũt voluptates,mox rursum miserias. Terent.Adelph.5.4.10.
–miseriam omnem ego capio,hic potitur gaudia.

Misericordiam.Cice.pro Quintio 65. Vt aliquando misericordiam caperet aliquam:si non propinquitatis,at ætatis suæ.
Moderamina capere.Ouidius 3.Metamorpho.129.
Intelligit gubernaculi moderamen hoc loco.
Modum. Plautus Aulul. 15.14. Neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.
Mortem.Cice.Antequam iret in exilium 14. Neque enim mors miseranda est,quę ob Rempub. capitur.
Capere nomen ex re aliqua.Cæsar 1.belli Gal. 52. Ex calamitate Popu. Rom.& internecione exercitus nomen caperet. Idest denominaret.
Noxam.Colum.lib.11.cap.1.16.Sine quis(quod accidit plerumque)fauciatus in opere noxam ceperit,adhibeat fomenta. Idem lib.5.cap.8. 6. Nam si latiores fuerint ipsis seminibus,quæ proculcata erunt noxam capient.
Capere obliuionem.Plinius lib.7.cap.24.2. Ex prælto tecto lapsus,matris & affinium propinquorumque cepit obliuionem.Lucre.li.6.144.
Obliuia nostri te ceperunt. Ouidius 1.Trist.eleg.7.3.in amicum qui illi pollicitam fidem fregerat,
Tantãne te fallax capere obliuia nostri?
Afflictumque fuit tantus adire timor.
Cepit animos eorum,vel pectora obliuio. Liuius 7.bel.Pun.73.Qui pauor hic,qui terror,quæ repente,qui & cum quibus pugnaretis,obliuio animos cepit, Idem 8.bel.Maced.202.obliuio deorum capiat pectora vestra. Cice.3.Philipp.129.Illi regibus parere iam à condita vrbe didicerant, nos post reges exactos seruitutis obliuio ceperat. Idem pro Mil.76.Quæ si vos cepit obliuio.
Capere odium alicuius.Terent.Hecyra 2.1.22.Iampridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam.Ibidem 4.2.3.Vt nunquam sciens commerui merito vt caperet illa odium mei. Idem Eunuch. 3.1.14. Aut negotii siquando odium ceperat. Cice.2.Philipp.94.Tantum se cepisse odium regni videbatur.
Odorem.Plin.lib.13.ca.1.10.Rursus refrigeratum odorem suum capit.
Officium capere alicuius.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.9.
Omen.Cicero 1.de Diuinat.167.Exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa.
Opinionem virtutis.Cæsar 8.bel.Gal.30. Collatione reliquarum nondũ eandem vetustatis & virtutis ceperat opinionem.
Oppida.Vatinius ad Ciceronem,lib.5.10.9.Sex oppida vi oppugnando cepi. Et paulo pòst,Indigneque mi Cicero oppidum captum, & bellum confectum relinquere sum coactus.
Capere pallorem.Columel.lib.12.cap.50.15.Existimauerunt(que satius esse noua dolia liquida gummi perluere, siccatique subfumigare alba cera,ne pallorem capiant.
Cepit,cinitatem pauor.Liu.5.bel.Pun.116.Ingens quidem & luctus & pauor ciuitatem cepit.
Pecuniam:vbi agitur de rapina.Cic.3.Verr.62.His ego iudiciis non probabo C. Verrem contra leges pecunias cepisse.
Pecuniam ob rem iudicandam. Cice.1.de Finib.87. Qui quum Prætor quæstionem inter sicarios exercuisset: ita aperte cepit pecunias ob rem iudicandam,vt,&c.
Pignus.Plaut.Amph.3.68.Vt is in cauea pignus capiatur togæ.
Pignora,vel auferre pignora, Est quod nunc dicimus captionem bonorum. Budæus.
Capere prænam de aliquo.Liu.2.ab Vrbe 20.Direptis bonis regum damnati proditores,sumptumque supplicium conspectius eo,quod pœnæ capiendæ ministerium patri de liberis Consulatus imposuit.
Pœnas crimnis capere.Lucanus lib.2.38.
Portum.Cæsar belli Gal.lib.4.non ita procul à fine,Ex his onerariæ duæ eosdem portus,quos reliquæ,capere non potuerunt.
Prædam de prædonibus.Plaut.Trucul.4.12.
Præmia.Virgilius 5.Aeneid.47.
Et fors æquatis cepissent præmia rostris,
Ni palmas ponto rendens vtrasque Cloanthus,
Fudissetque preces, diuosque in vota vocasset. Ouid.3.Metamor.19.
Præmia ab aliquo.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.9.
Præsagia.Plin.lib.18.cap.35.2.Primumque à sole capiemus præsagia.
Primordia à re aliqua.Cice.3.de Legib.13.Quia nunc itidem ab eodem & à cæteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.
Prouinciam.Terent.Phorm.1.2.23. –ô Geta prouinciam
Cepisti duram.
Pugnas capere.Stat.1.Sylu.6.11. Significat pugnare.
Capere quietem.Plin.lib.11.cap.10.5. Donec vna circumnolet, eadem quo excitauit bõbo,ceu quietem capere imperans. De Apibus loquit. Cic.ad Attic.li.9.182.2.Et tamen omnis spes salutis in illis est, & ego excubo animo,nec partem vllam capio quietis.Ouid.1.Fasto 41.
Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem,
Nec fœnum capiti suppositisse fuit. Idem 6.Fasto.67.
Vesta iacet,placidamque capit secura quietem,
Sicut erat positum cæspite fulta caput. Idem 1.Metamor.126.

Radicem. Plinius.lib.17.cap.17.1. Quum pali defixi radices cepissent Hoc est radicassent. Ibidem, cap.23. In terra non pauciores gemmæ quatuor obruuntur ad radicem capiendam.
Capere rationem,Inuenire modum.Plautus,Rationem cepi vt & amanti obsequerer, & patrem non offenderem. Terent. Heaut.5.2.11. Cepi rationem vt neque egeres,neque,&c.Id est prouidi.
Rationem, aliter. Terent.Heaut.5.2.6. Nec rationem capio, nisi quòd tibi ex animo bene volo.Id est ignoro causam.
Rationem oculis.Plaut.Pseud.9.1.
Hi loci sunt,atque hæ regiones,quæ mihi ab hero sunt meo
Demonstratæ,vt ego oculis rationem capio.
Cepit quosdam religio. Liuius.8.bel.Pun.81.Quosdam etiam religio ceperat,vlterius quicquam eo die conandi.
Rimam non capit cedrus. Plin.lib.16.cap.40.11. Rimam, fissuramque non capit sponte cedrus.
Robur.Plin.lib.17.cap.17.3.Donec robur planta capiat.
Capere satietatem.Plaut.Amphit.5.5.
Adeò vsque satietatem capiet pater – Illius quam amat.
Cepit eum satietas huius rei. Liuius.1.ab Vrbe.151. Et antè inimicos satietas pœnarum suarum cepisset,quam obuii,&c. Terẽt.Eun.3.1.14.
–tam sicubi eum satietas
Hominum,aut negotii siquando odium ceperat.
Capere sedem. Liuius.8.bel. Maced.69. Inter mitissimum genus hominum ferox natio perugata bello propè orbem terrarum sedem cepit.
Rursum ibidem paulo antè.
Socium consilis capere.Virg.5.Aeneid.141.
Somnum.Plaut.Milit.10.114.Rogitant noctu an somnum ceperim. Cic. 4.Tuscul.66.Noctu ambalabat in publico Themistocles, quòd somnum capere non posset.Idem Attico,lib.8.145.6. &.2.de Inuent.131. Catul.epig.58.8.Lucanus lib 5.150.
Somitum non posse capere auribus.Cic.de Somnio Scip.19.Hic verò tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus, vt eum aures hominum capere non possint.
Specimen. Cic.1.Tuscul.50. Num dubitas quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura?
Spem.Liuius.5.bel.Pun.55.Ex his statiuis regressus ad insp iciendũ opus, quod aliquantum opinione eius celerius creuerat,spem cepit etiam arcem expugnari posse. Ibidem,lib.6.39. Spem potiundæ vrbis Romæ cepisse. Colum.lib.3.cap.9.5. Ita feracissimarum amincarum seminibus electis,largæ vindemiæ spem capiamus.
Spem alicuius capere. Ouid.12.Metam.102.
–nec nos Ixione natos
Esse reor,qui tantus erat Iunonis vt altæ
Spem caperet. Sobaudiendum,potiundæ.
Spolia laudis alicuius.Cic.2.Tuscul.39. Nec quisquam è nostris spolia cepit laudibus. Versus ex Sophocle.
Stipendium. Cæsar.1.bel.Gal.187. Sedes habere in Gallia ab ipsis concessas obsides ipsorum voluntate datos:stipendum capere iure belli.
Cepit eum tædium belli.Liuius.8.ab Vrbe.5. Nec contradici quin,quoniam ipsos belli culpa sua contracti tædium ceperit, amicitia deuteregro reconcilietur.Ouid.9.Metamorph.124.
–nec tædia cepti
Vlla mei capiam.
Tædia laudis te capiunt.Virg.4.Georg.67.
Capere tempus,pro obseruare.Cic.ad Brutum, lib.11.16.3.Et commodè tempus ad te cepi adeundi.Terent.Phorm.5.4.9.
–sed vbinam Geram inuenire possum,
Vt togem, quod tempus conueniendi patris me capere iubeat? Virgilius.11.Aeneid.157.
Terram capere,pro eligere terram.Virg.1.Aeneid.80.
Aspice bis senos lætantes agmine cycnos,
Aetheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo:nunc terras ordine longo
Aut capere,aut captas iam despectare videntur. Seruius.
Terror cepit eum.Liuius.1.bel.Maced.135.Ipsum quoque regem terror cepit,nondum iusto prælio cum Romanis congressum.
Timorem pro aliquo.Virg.Aeneid.6.71. –maria aspera iuro
Non vllum pro me tantum cepisse timorem.
Vectigal ex agro aliquo.Liuius.8.bel.Pun.206.Vectigal ex agro eorum capimus,quod,&c.
Verecundia eum cepit. Liuius.4.bel.Pun.193. Quum iam res prosperæ in Hispania essent,verecundia Romanos randem cepit.
Versoriam,Mutare consilium.Plaut.Trinum.14.19.
–quin tu quod perit,
Perisse ducis?cape versoriam,recipe te ad herum. Ita dicuntur facere nautes,quando inspecta versoria,id est pyxidicula magnetis,à sinistro vento vertuntur ad secundum.
Vetustatem. Colum.lib.4.cap.1.6. Quid quod repastinata humus, dum est recens soluta,laxaque,velut fermento quodam intumescit? quum

deinde non longissimam cepit vetustatem,condensata subsidit?
Viam animo.Liu.2.bel.Pun.112.Præcedant(Annibal inquit)nuntii,læta res est,sed via maior quàm vt eam statim capere animo possim.
Vires.Plin.lib.17.cap.21.9.Postea fistula fracta,radix liberè capit vires.
Capere virtutem animo,& corde expellere desidiam. Plaut.Tri.10.24.
Vitium.Colum.lib.3.ca.18.2.Nam fragilis est ea parte materia, qua tota,& recuruata,quum deponeretur ceperat vitium.Idẽ lib.6.ca.14.3. Quòd si ceruix in neutram partem deiecta est, mediaqi intumuit,ex vtraque auricula sanguis emittitur:qui quum intra biduum, quũ bos vitium cepit,emissus non est,intumescit collum.
Voluptatem.Cic.7.Verr.30. Tametsi mihi iucundissimus est honos populi,tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum solicitudinis & laboris.
Voluptatem malis alienis.Cic.4.Tusc.108. Et ad Dolabel.lib.9.14.1.
Voluptatem animo. Cic.pro Plancio.1.
Voluptatem ex abitu alterius.Plaut.Amphit.8.10.
Voluptatem cum aliquo.Plaut.Amph.3.114.
Voluptas mihi capitur,Voluptatem capio. Ouid.4.de Ponto.eleg.9.8.
Quæque mihi sola capitur nunc mente voluptas,
Tunc oculis etiam percipienda foret.
Vsuram corporis alterius vxoris,pro adulterũ esse. Plaut.Amph.3.108.
Vtilitates ex amicitia.Cic.de Amicit.31.
Capere vultum & gestum.Terent.Phorm.5.77. Nunc gestus mihi,vultusque est capiundus nouus.
Capiundus.Virgil.4.Georg.79.
Hic tibi nate prius vinclis capiendus. De Proteo.
Captus,(ἀπὸ τοῦ κάπτω,)Participium.vt Intercluisus & captus. Cic. Attico,libro.10.173.8.
Capti conatus frustra.Liu.3.ab Vrbe.19.
Vi captus & armis.Claud.lib.4.Paneg.77.
Agri de hostibus capti. Cic.pro Domo sua.98.
Arx capta,Expugnata.Ouid.de Nuce.31.
Locus captus.Ouid.1.de Arte amandi.47.
Permanet,& capto stat grauis ille loco.
Mentes captæ.Ouid.4. Metam.13.
Ex æquo capsis ardebant mentibus ambo.
Oppida capta.Propert.lib.3.eleg.4.4.
Pectus captum.Ouid.1.de Rem.amor.22.
Et verus in capto pectore regnat amor.
Captum tempus ad aliquam rem.Liu.3.bel.Maced.41.
Captus est:Subaudi,amore.Terẽt.And.1.1.55.Egomet continuò me eum,certè captus est.Vbi Donatus,Captus est, Tenetur.Ex trãslatione ferarum atque venatus.Idem Eunuch.1.1.29.
–nisi vt teredimas captum quàm queas Minimo.
Captus amore.Cic.pro Cluẽtio.9.Et Liu.10.bel.Pun.55. Ouid.Epist.1. 16.Virgil.6.eclog.11. –hæc quoque siquis Captus amore leget. Seruius interpretatur,Siquis legere ista fuerit dignatus Aut,vt ego interpretor, Si quis amabit legere mea carmina. Sic vtitur tertio quoque Georgic.56.
Auro captus.Horat.1.Carm.ode.18.8.
Carmine captus,Delectatus. Virg.4.Georg.70.
Captus turpi cupidine.Virgil.4.Aeneid.39.
Diuitiis captus,Diuitiarum amore victus.Tibull.lib.1.eleg.9.4.
Diuitiis captus siquis violauit amorem,
Asperaque est illi,difficilisque Venus.
Dolis capti.Virg.2.Aeneid.40.
Captus dulcedine pecuniæ.Matius ad Ciceronem,lib.11.28.6.
Dulcedine vocis captus. Ouid.1.Metam.143.
Forma capta viri.Ouid.10.Metam.105. Forma, ob formam.
Fulgore aulæ captus.Senec.in Octa.2.1.
Fulgore primo captus,& facili bonõ
Fallacis aulæ quisquis attonitus stupet. Id est regni.
Insidiis capta puella.Ouid.epist.19.14.
Somniis captus.Horat.4.Carm.1.ode.8.
Nocturnis ego somniis Iam captum teneo.
Captus splendore nominis.Cic.1.de Finib.66.
Captus quadam superstitione animi.Liu.6.bel.Pun.99.
Verbis capta puella.Ouid.1.de Arte.91.
Capti voluptate imperiti,facilè iis quibus delectant,consentiunt. Quintilian.lib.5.cap.11.15.
Captus & fraudatus.Cic.9.Offic.91.
Animo captus,Insanus.Seneca in Herc.furent.1.22.
Captus auribus & oculis.Cic.5.Tusc.164. Cógeranf in vnum oĩa,vt idẽ oculis & auribꝫ captꝫ sit.Hoc est visu & auditu priuatus. Et talpa oculis capta,hoc est oculis debilis,authore Seruio in primũ Georgicorũ.
Captus corde amans,Id est parum cordatus,vel insanus.Plau.Trinũ.10. 51.Proinde vt corde amantes sunt capti.Nisi potius exanguem & penè demortuum intelligamus,q̃ qui amant,cibum & potũ fastidiant.vitalem autem facultatem in corde residere certum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errore Captus. Cic. 21. Philipp. 322. Quod subitò suscepit eodem captus errore quo nos. Id est deceptus.
Fraude capti. Senec. in Agamemn. 7. 9. – vt si
Fraude sua capti caderent Pelasgi. Liuius. 7. bel. Punici. 160. Captus sua fraude Annibal.
Captus furore. Est qui furit. Lin. 4. bel. Pun. 120.
Captus membris dicitur qui officio membrorum priuatus est. Cicer. pro Rabirio. 15. Confectus senectute, prepeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis. Sic Plinius lib. 33. cap. 4. 16. Et captus oculis, qui lumine oculorum priuatus est, Ibidem: & apud Ciceronem lib. 5. de Finib. 97.
Captus mente, Qui non est sanæ mentis. Cic. 1. Offic. 154. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse. Idē. 3. in Catil. 65. Hic quis potest esse Quirites, tam auersus à vero, tam præceps, tā mente captus qui, &c. Sic idem. 4. Acad. 98. Lucret. lib. 4. 206.
– & ex somno, quasi mentibus capti,
Vix ad se redeunt permoti corporis æstu.
Captus oculis à Cicerone dicitur. 6. Verr. 90. de eo qui visam rem concupiscit, Tametsi (inquit) ne oculis quidem captus in hanc fraudem, tam scelestatam ac tam nefariam decidisti. Nam id concupisti quod nunquam videras, &c. auribus tu tantam cupiditatem concepisti, vt eam non metus &c.
Talpe capti oculis. Virgil. 1. Georg. 37. Aut oculis capti fodère cubilia talpæ. Hoc est oculis debiles. Quum enim talpe cæci nascant, quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderūt. & mutant genus. Nam hęc talpa dicitur. sicut etiā de damis fecit. 8. eclo. 6.
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Seruius.
Captus, huius captus, m g. (κατάληπτος,) Terent. Adelph. 3. 4. 34. Prætereà vt captus est seruulorum, non malus. Vbi Donatus, An quantum capit animus seruilis, tantum non malus, neque iners? Acta? Au, vt captus est seruulorum, quemadmodum sæpe aucupium in seruis habendis bonum euenit vt in captu auium, vel piscium, vel ferarum plurimum fortuna dominatur. Et hoc ideo, quia seruū euenire bonum, non ratio est, aut natura, sed casus est: vt pote in re rarissima. Vt sit, vt captus est seruulorum, id est euentus est in seruis. VT CAPTVS, &c. Id est, Vt se habet conditio seruorum. Africanus in Simulāte, Is, vt seruorum captus est, facillimè domo atque nostra familia prouenditur. Ergo CAPTVS, sortem intelligo. Hactenus Donatus. Cic. 2. Tusc. 110. Græci autem homines non satis animosi, sed prudentes, vt est captus hominum, satis liostem aspicere non possunt.
¶ Captus aliter. Plin. lib. 24. cap. 10. 6. Flos cuiuscunque generis trium digitorum captu, dysentericos & aluum citam emendat, in vino austero, bis die potus. Trium digitorum captum vocat, quantum tribus digitis capi potest.
Capturus, pen. prod. (λαβόμενος,) Partic. futuri. Cic. de Amicit. 67. Eos portissimū diligunt, ex quibus sperant se maximū fructū esse capturos.
Captūra, capture, pe. prod. (ἄγρα.) Idē quod captio. Plin. lib. 19. ca. 1. 4. ad pisciū & alitū capturā. Sic Capturæ sterelle. vide INTERSVM.
Captura, pro re capta. Plin. lib. 10. cap. 40. 1. Platea capita caprarū mortui corripiens, donec capturam extorqueat.
Captura, pro quæsticulo, inquit Budæus. Suetonius in Caligola, cap. 40. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octana, ex capturis prostitutarum quantum quęque vino concubitu mereret.
Captura, pro Præda. Plin. lib. 11. cap. 24. 5. Quum verò captura incidit, quàm vigilans & paratus ad cursum? De aranea venante.
Captio, (λῆψις, λῆμμα,) Aliud verbale, Ipse actus capiendi vt Honorum captio, quæ & captatio dicitur.
Captio, (ὑπαγωγή, ἀπάτη. σόφισμα,) Deceptio. Plaut. Epid. 5. 109. Verùm si plus dederis, referā nulla in ea re captio est. Idem Asin. 13. 45. Scio, captiones metuis.
Captiones dialecticæ. Cic. 2. de Finib. 28.
Præstigiæ & captiones. Cic. 4. Acad. 84. Maiore quadam opus est vel arte vel diligētia, ne ab iis quæ clara sint ipsa per se, quasi præstigiis qui busdam & captionibus depellamur.
Captio in verbis. Cic. de Claris Orat. 101. Quanta esset in verbis captio, cum in cæteris rebus, tum in testamentis, si negligerentur voluntates?
Explicare captiones. Cic. 2. de Diuinat 60.
Captiones habet hæc sententia. Cic. in Partitionibus. 73. Eamq; sententiā quam significari posse dicet, nihil habere aut captionis, aut vitii.
Inducere se in captiones. Cic. 2. de Diuin. 60. Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis?
Refellere captiones. Cic. de Fato. 46. Omnes igitur huius generis captiones eodem modo refelluntur.
Captiúncula, pen. corr. (ἀπάτιον,) Dimnutiū. Cic. ad Atticum, lib. 15. 15. 4. Seruius verò pacificato cum liberiolo suo videntur obiisse legationem, & omnes captiunculas pertimescere.
Captiōsus, penult. prod. (ἀπατηλός, σοφιστικός,) Adiectiuum, Captionibus siue deceptionibus plenus. Cic. pro Q. Rosc. 30. Quo nihil captiosius, neque indignius dici potest.

C A P C A P

O societatem captiosum & indignam, vbi alter HS I D D D, alter C C C I D D D quod sit in societatem affert? Cic. pro Roscio Comœdo. 17.
Captiosa probabilitas te fallit. Cic. 3. de Finib. 109.
Captiosissimum genus interrogationis. Cic. 4. Acad. 90.
Fallax & captiosa interrogatio. Cic. 4. Acad. 86.
Captiosa soluere. Cic. 1. de Finib. 33. Non quomodo efficiatur, concludaturque ratio tradit, non qua via captiosa soluantur, ambigua distinguantur, ostendit. Sic. 4. Acad. 86.
¶ Captiosum pro damnoso. Cic. de Claris Orat. 101. Captiosum esse populo, quod scriptum esset, negligi, & opinione quæri voluntates. Idem pro Cecinna. 30. Captiosum est omnibus, rem vllam constitui eiusmodi, quæ cum armis gesta sit, rescindi iura non possit. Vlpianus in L. Si cū. ff. Quod met° causa, Ne metus qué passus sū, mihi captiosus sit.
Captiosè, Aduerbium, (ἀπατηλῶς,) Cic. 4. Acad. 167. Sic me, inquit, antè sustineo, nec diutius captiosè interroganti respondeo.
Captiuus, pen. prod (αἰχμάλωτος, ἀνδράποδος,) Adiectiuū, dicitur victus: quòd non sui iuris sit, sed in potestatem alterius redactus. Cic. 5. Tuscul. 91. Nec fi aliquot annis post idem ille liber captiuis missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus.
Captiuus, absolute. Virgil. 9. Aeneid. 557.
– captiuosque dabit, suaque omnibus arma.
Captiui & deditiii. Cic. ad Brutum. 3. 5.
Frugi & diligentes captiui. Cic. 8. Philipp. 254. Diutius seruitutem pertulerunt, quàm captiui frugi & diligentes solent.
Reddere captiuos. Cic. 1. Offic. 59. Pyrrhi quidem de captiuis reddendis illa præclara, &c.
Tristis captiuus. Iuuenal. Saty. 10. 14.
Armenta captiua. Claud. 1. in Eutrop. 80.
Dare captiua brachia vinculis. Senec. in Herc. Oeth. 2. 2. Non captiua dabit brachia vinculis.
Mens captiua. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2. 6.
Et noua captiua vincula mente feram.
Miles captiuus. Claud. 2. in Eutrop. 117.
Pisces captiui. Ouid. 13. Meram. 198. – ego primus in illo
Cæspite consedi, dum lina madentia ficco.
Vt que recenserem captiuos ordine pisces, &c.
Res captiuæ, Ab hostibus captæ dicuntur. Plin. Nat. Histor. lib. 33. ca. 1.
Res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Troianis temporibus factitatum Homero credi conuenit. Ira enim (vt opinor) commercia victus gratia inuenta, alios coriis boum, alios ferro, captiuisque rebus emptitasse tradit.
Captiuus sanguis, pro captiuorum. Virgil. 10. Aeneid. Captiuoque rogi perfundat sanguine flammas. Idem. 7. Aeneid. Captiui pendent currus. Et ciuitatem captiuam dicit Cicero, quæ nefariorum & sceleratorum coniurationibus subdita est.
Vestis captiua. Virg. 2. Aeneid. 152. – captiuaque vestis Congeritur. Pro captiuorum, captiua ponitur: & est nota locutio. Seruius.
¶ Captiuum, aut captiuam ducere alicui. Claud. 2. de Rapt. Proser. 93.
Infelix Stygio ducor captiua Tyranno.
Ducere aliquem captiuum in triumpho. Cicero Vatinio, lib. 5. 11. 5.
Redimere captiuos ab hostibus. Author ad Herēnium, lib. 3. 32. Vt si deliberet Senatus, captiuos ab hostibus redimat, an non.
Captiuos necare. Cic. 3. de Nat. Deor. 117.
Captiuitas, pen. corr. captiuitātis, (αἰχμαλωσία,) Ipsa vendicatio. Tacitus. Quocunq; oculos Romanus intenderet, captiuitatem clademque, & dira ofa obuersari. Pli. lib. 3. ca. 37. Vt fermè antè captiuitas occuper.
Capto, captas, (μέρπτω, ὑπερέω, περιπέτομαι, ἁρπάζομαι,) captare, Frequentatiuum. Ouid. 8. Metam. 40.
– modò quas vaga mouerat aura,
Captabat plumas, flauam modò pollice ceram Mollibat.
Colla captare lacertis. Ouid. Epist. 8. 19.
Fontem captare manu nuda, Haurire. Seneca in Hippol. 4. 33.
Aduentum alicuius captare. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 5. Lepidus desperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, secum Antonio coniunxit ad IIII Cal. Iun.
Aera auribus captare. Virgil. 3. Aeneid. Explorat ventos, atque auribus aera captat. Naturale enim est, vt à qua parte flaturus est ventus, ad eam auris admota frigidior fiat. Seruius.
Assensionem. Cic. 1. de Inuent. 66. Inductio, oratio est quæ rebus non dubiis captat assensionem eius qui &c.
Captare auram libertatis. Liu. 3. ab Vrbe. 151. Circumspectare tum Patriciorum vultus plebei, & inde libertatis captare auram, vnde seruitutem timendo, in eum statum Remp. adduxerant.
Auras captare naribus. Virgil. 1. Georg. 76.
Auras captare dicuntur venatici canes, quum odorando vestigia sequantur ferarum. Seneca in Hippol. 1. 8.
Nunc dimissi nare sagaci Captent auras.
Basia. Martialis lib. 1. 32.
Beneuolentiam. Cic. 1. de Inuent. 31.

Cœnam

Cœnam captare. Martial. lib. 7. 28.
Compendium captare. Tranquillus, Ex senio mortem, ex morte compēdium captantes.
Consilium. Plaut. Asin. 7. 102. Quid nunc cōsilii captādū censes? dic. Terēt. And. 2. 4. 1. Reuiso quid agāt, aut qd captēt cōsilii. Ibidē. 1. 1. 143.
* Captare dominationem. Tacit lib. 4. Quo facinore dominationem captauerit expediam.
Fauorem captare ex præstantia animi. Quintil. lib. 6. cap. 1. 19.
Feras captare laqueis. Virg. 1. Georg. 28.
Frigus captare inter flumina & fontes. Virg. 1. eclog. 11.
– hìc inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
Captatur gloria. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 15.
Gratiam. Plin. in Paneg. Beneficiis suis gratiā ex difficultate captantes.
Misericordiam. Cic. de Inuent. 156. Et. 2. Philipp. 90. At etiam misericordiam captabas, supplex te ad pedes abiiciebas.
Mores nouos. Plaut. Trinum. 4. 29.
Muscas, pro venari, insidiari. Tranquil. in Domit. Quotidie secretum sibi horarium sumere solebat: nec quicquam amplius quàm muscas captare, ac stylo præacuto configere.
Nomen. Cic. ad Brutū, lib. 11. 4. 1. Progressus sum in Alpinos cū exercitu, non tam nomen imperatoriū capturus, q̄ cupiens militibus satisfacere.
Nubes & inania captare. Horat. in Arte, Aut dū vitat humū, nubes & inania capter. 1. ad cœlū euolet, Hoc est, nimis ardua & sublimia moliatur.
Obsonia captare. Horat. 2. Serm. saty. 7. ode. 22.
Quæ paruo sumi nequeunt, obsonia captat.
Occasionem. Cic. de Arusp. resp. 51. Dissident principes, captatur occasio: qui non tantum opibus valent, nescio quam fortunam tamen ac tempus expectant.
Occasiones maiorum operum captare dicuntur phrenetici quidam qui & si desipiunt, summam tamen speciem sanitatis præbent, dum ea moliuntur, quæ à sanæ mentis homine aliena non sint. Celsus lib. 3. ca. 18. Eius autem plura genera sunt: siquidem ex phreneticis alii hilares: alii tristes sunt, alii facilius continentur, & intra verba desipiunt, alii consurgunt, & violenter quædam manu faciunt: atque ex his ipsis alii nihil nisi impetu peccant, alii etiam artes adhibent, summaque speciem sanitatis in captandis maiorum operum occasionibus præbent, sed exitu deprehenduntur.
Pisces arundine captare. Ouid. 8. Meram. 44.
Plausus. Cic. in Pisonē. 47. Inania sunt ista, mihi crede, delectamēta penè puerorū: captare plausus, vehi p vrbē, cōspici velle. Idē. 1. Tusc. 107.
Puellas captare. Ouid. 1. de Arte. 81.
Nec teneras tutum est semper captare puellas.
Risus. Cic. 2. Tuscul. 25. Epicurus verò ea dicit, vt mihi quidem risus captare videatur.
Sermonem alicuius. Plaut. Casina. 10. 8. Captanda'st} horum clanculum sermo mihi. Terent. Phorm. 5. 6. 29.
– aurem admouisita animum cœpi attendere,
Hoc modo sermonem captans.
Solitudines. Cic. 3. Tuscul. 106. Ex hoc euenit, vt in animi doloribus alii solitudines captent, vt ait Homerus de Bellerophonte, &c.
Somnos, Dormire. Colum. lib. 7. ca. 12. 3. Producūmq; in pascua medio cāpo procūbat, & quodā veterno pressum, somnos æstiuo sole capter.
Somtum auré admota. Liuius. 8. bel. Maced. 28. Silentio facto pluribus locis aure admota sonitum fodientium captabant.
Suffragia captare populi. Horat. 2. Epist. 1. 11.
Tempestates. Liuius. 5. ab Vrbe. 24. Adeone effœminata corpora militū nostrorum esse putamus, adeò molles animos, vt hyemem vnam durare in castris, abesse ab domo non possint, vt tanquam nauale bellum tempestatibus captandis, & obseruando tempore anni gerant?
Tempus. Liuius. 4. ab Vrbe. 157. Captatum deinde tempus ab Tribunis militum, quo, &c. Idem. 6. bel. Pun. 61. Vt inde tempore captato abirent. Quintil. Nec diu captauit eius rei tempus, sed & occasione, & absentia custodum corruptus, &c.
Temporum momenta captare. Tranquil. Nec vllo tempore facilior, aut indulgentior traditur eaque momenta domestici ad aliquid petendū magnopere captabant. Martial. Omnes rerum captabat articulos.
Captare vmbras arborum, fonticulorum amœnitatem, vel auræ refrigerationem. Colu. lib. 1. ca. 11. 14. Et apud Virg. Frigus captabis opacū.
Voces captare auribus. Curtius lib. 10. Et quia oculorum cessabat vsus, fremitus voces que auribus captabant.
Volantares hominum. Cic. 1. de Orat. 18. Legitur & Excipere.
Voluptatem. Cic. 1. de Finib. 37. Vt non modo nullam capiet, sed etiam prætereat omnes voluptates.
Captare voluptatem ex aliqua re. Plin. epist. 161. In summa nihil erit ex quo non capies voluptatem.
¶ Captare aliquem, id est tentare & conari vt aliquem vel deciptamus, vel illectamentis pertrahamus ad nos: Insidiari. Plautus Amph. 4. 368.
Quid me captas carnufex? Terent. Hecy. 1. 1. 16. Inimicum est autem vlcisci aduersarios?
Aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi? Id est, conantur te decipere. Plaut. Pœnul. 11. 20. Malus es: captatum me aduenis cū testibus.
Idem Pseud. 22. 4. Magnum hoc vitium vino est, pedes captat primū. Cic. 4. Acad. 167. Quid enim ad illum qui tē captare vult, vtrum tacentem irretiat te, an loquentem? Martial. lib. 9. 93.
Dum me captares, mittebas munera nobis:
Postquā cepisti, das mihi Rufe nihil. Id est, alliceres vt pertraheres ad te.
Doctè atque astutè captare aliquem. Plaut. Mostel. 15. 1.
Captare aliquem emolumento aliquo. Cic. 2. de Inuēt. 238. Nā est quidam quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumēto captans aliquo, sed trahens sua dignitate: quod genus, virtus, scientia veritas est.
Captans, captantis, (μάχητος,) Participium. vt
Collum captantia brachia. Ouid. 3. Metam. 86.
Tempus captatum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 25.
Eligito tempus captatum sæpe roganti.
Captatio, Verbale, (θήρευσις,) Est venatio, & veluti honorum captio, quā prehensionem Cicero vocat. Plin. lib. 20. cap. 14. 14. Et paulo antè, Iulium Vindicem assertorem illum à Nerone libertatis, captatione testamenti sic lenocinatum. Idem in proœ. lib. 14. 5. Postquam cœpit ef se captatio in quęstu fer ulissimo.
Captatio verborum. Cic. in Partitionibus. 43. Et leniratem mollitia animi, & verecundiam timiditas, & illam disputandi prudentiam concertatio, captatioque verborum imitatur.
Captatio geminata. Quintil. lib. 5. cap. 13. 42.
Captātor, pen. prod. (ἐπήρεσος,) Qui venatur & ambit aliquid quouis modo. vt Captator auræ popularis. Liu. 3. ab Vrbe. 157. Adeoque nouum sibi ingenium induerat, vt plebicola repentè, omnisque auræ popularis captator, &c.
Captator, pro hęredipera & inescatore senum orborum, quibus blanditur vt sibi hæreditas aut quiduis aliud relinquatur. Iuue. Saty. 10. 21.
Vsque adeò grauis vxori, natisque, sibique,
Vt captatori moueat fastidia Cosso.
Captatorius, (ἐπήρεστος,) Adiectiuum, vt Captatoriæ scripturæ, & captatoriæ institutiones, id est adulatoriæ, vt interpretantur Papinianus & Caius Iurisconsulti.
Capesso, capessis, capessi, capessum, secundum Diomedem, vel capessiui, capessitum, pen. prod. secundum Priscianum, (ἁρπτομαι, ἐπιβάλλομαι,) verbum est actiuum. nam dicimus capesso, capessor. Significat autem capere. vt, Capessere fugam. Plaut. Aulul. 17. 4. In herum matura, in se sera condecet capessere.
Capessere cibum hiatu oris & dentibus ipsis. Cic. 2. de Nat. deor. 182.
Capessere de itinere dictum. Plaut. Rud. 4. 89. Si ad fanum quod capessit, ea deorsum cadit, &c. Sallust. lib. 2. Hist. Diuersa vti solet rebus perditis, capessiuit.
Quò nunc capessis tu tē hinc adoorsa via? Plaut. Bacchid. 1. 5.
Capessere se domum. Plaut. Amphit. 4. 102. Id est, conferre siue recipere se domum.
Montem capessere, Ascendere montem. Valer. lib. 4. Argonaut. 64.
Capessere se in alta maris, Pro immittere. Plaut. Asin. Quanto magis in altum te capessis, tam æstus te in portum referet.
¶ Capessere se præcipitem ad malos mores. Plaut. Baech. 21. 1.
– quam se ad vitam, & quos ad mores præcipitem inscitiis.
Capessi at magis curæ est, magisque, &c.
Capessere arma vel bellum. Liu. 4. ab Vrbe. 128. Volscis quanquam non publico consilio capessentibus arma, voluntariis mercede secutis milītiam. Idem. 9. belli Pun. 37. Illos armare iuuentutem, & capessere pro parte bellum æquum esse. Virg. 3. Aeneid. 47.
– socii, tunc arma capessant Edico.
Consilium. Plaut. Rud. 5. 14.
Curas imperii, & inuigilare publicis vtilitatibus. Plin. in Paneg. 111.
Capessere cursum ad aliquem. Plaut. Capt. 13. 9.
Capessere fugam, Fugere. Liu. 1. ab Vrbe. 104. & lib. 9. 207.
Capessere imperia vel iussa alicuius, id est perficere. Virg. 1. Aeneid. 17.
Mihi iussa capessere fas est. Plautus Trinum. 6. 19.
– si mea Imperia capesses.
Capessere honorem. Tacit. lib. 13. 182. 12. Iulius quidem Montanus Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus forte per tenebras cum principe, quia vim tentantem arcere repulerat, deinde agnitum orauerat, quasi exprobraret, mori adactus est.
Capessere libertatem. Cic. 10. Philipp. 283. Omnis est miseria seruitus: sed fuerit quędam necessaria, ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ?
Locum capessere, pro affectare, & vergere. Cic. 2. de Nat. Deor. 173. de Sphæra, Omnes enim partes eius vndiq; medium locum capessentes nituntur æqualiter. Budæus.
Capessere munia. Colum. lib. 12. cap. 1. 3. Cæterum munia quæ domi capessenda sunt, non in totum muliebri officio relinquenda sunt, &c.
Capessere obsidiā. Tacit. lib. 12. 154. 9. Igit pepigere equestribus preliis

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Eunones certaret, obsidia vrbium Romani capesserent.
Capessere aliquid oculis, Contẽplari, intueri. Liu. 7 bel. Maced. 99. Exurgite, inquit, & egregium spectaculum capessite oculis.
Capessere partem curarum. Tacit. lib. 12. 56. 19.
Pastum capessere. Cic. 1. de Nat. Deor. 180. & 181. Dedit eadem natura belua sensum & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos.
Capessere facinoris principium. Tacit. lib. 15. 237. 37. At Flauius Sceuinus & Afranius Quintilianus, vterque Senatorii ordinis, contra famã sui, principium tanti facinoris capessiuere.
Capessere pugnam. Liu. 6. bel. Pun. 27. Iacturum in medios hostes eos minitans, ni se propere sequatur miles, & partem capessant pugnæ. Idẽ 2. ab Vrbe. 27. Decorum erat tũ ipsis capessere pugnam ducibus. Tacitus lib. 19. 346. 35. Hortatus suos vt magno animo capesserent pugnam, diductis in latera turmis, vacuũ in medio reliquit iter, quo Varum equites que eius reciperet. Idem lib. 12. Igitur digressus castellis Vannius, fundítur præcho, quanquam rebus aduersis laudatus, quòd & pugnam manu capessiit, & corpore aduerso vulnera excepit. Lucanus libro. 3. 110.
Recta capessere. Rectam viam ingredi, id est honestum sequi. Horatius 1. Serm. Saty. 7. 2.
Pars hominum vitiis gaudet constanter, & vrget
Propositum: parsmulta natat, modò recta capessens,
Interdum prauis obnoxia.
Capessere Rempublicam. Id est, administrare, gubernare, defendere. Sallust. Exper gi ciminialiquando, & capessite Rempublicam, Id est, defendite. Idem, Quamobrem vos quibus militaris est ætas, admitimini mecum, & capessite Rempublicam. Idem, Sed mihi studium fuit adolescentulo Rempublicam capessere, atque in ea cognoscenda multã magnamque curam habere. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 8. 8. Dignitas in sententiis dicendis, libertas in Republica capessenda. Idem ad Atticum, Scribã aliàs ad te de meis consiliis capessendæ Reipublicæ plura. Idẽ lib. 2. de Orat. 59. Et lib. 3. 62. Item Attico, lib. 16. 334. 9.
Capessere solemnia regni. Tacit. lib. 5.
Superiora capessere. Cic. 1. Tusc. 67. Is autem animus, qui si est horũ quatuor generum, &c superiora capessat necesse est.
Capessere vrbem aliquam, pro conferre se ad eam. Cic. ad Atticũ lib. 10. 200. 2. Meliùs igitur opinor capessamus. Id est, proficiscamur.
Ad capessendas cæremonias promptior animus. Tacit. lib. 4. 83. 9.
Capessendis inimicitiis facilis. Tacitus lib. 5.
Capax, capãcis, penult. prod. om. gen. (δεκτικός, χωρητικός, ἱκανός, χαρος,)
Quod capit seu continet, aut continere potest. Plin. lib. 10. cap. 33. 2. Hirundines vtero capaci. Plinius libro. 11. cap. 37. 68. A quibus capaciora intestina ad aluum.
Capax calix ad sextarios tres. Plin. lib. 37. cap. 1. 6.
Circus capax populi. Ouid. 1. de Arte amand. 28.
Multa capax populi commoda circus habet.
Domus capax. Ouidius ad Liuiam. 53.
Regnum capax. Seneca in Herc. furent. 9. 9.
Capacibus ripis effusus amnis. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 4.
Scyphi capaciores. Horat. Epod. 9. 7.
Vrna capax. Horatius. 3. Carm. 1. ode. 4.
Omne capax mouet vrna nomen.
¶ Capaces aures. Cic. in Orat. 56. Tamẽ non semper implet aures meas: ita sunt auidæ & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desyderant. De Demosthene loquitur.
Ad præcepta capax animus. Ouid. 2. Metam. 49.
Animo capaci concipere. Ouid. 15. Metam. 1.
–animo maiora capaci
Concipit, & quæ sit rerum natura requirit.
Ingenium capax. Ouid. 2. Metam. 107.
Capax amicitiæ. Plin. Epist. 37. c. Nam licet tribuas ei quantum amplissimum potes, nihil tamen amplius potes amicitia tua: cuius esse eum vsque ad intimam familiaritatem capacem quo magis scires, breuiter tibi studia, mores, omnem denique vitam eius expressi. ❧ & ep. 12. lib. 1. Vxor omnis secreti capacissima.
Animæ capax pulmo. Senec. in Oedip. 4. 16.
–non animæ capax
In parte dextra pulmo sanguineus iacet. Id est flatus.
Inuidiæ capax. Senec. in Troad. 6. 15.
Arx illa potens opibus, & muris decùm.
Gentes per omnes clara, & inuidiæ capax, Id est, quæ inuidias sustinere poterat.
Scelerum capax iuuenis. Seneca in Octau. 4. 11.
Officii capax. Claud. 1. in Eutropium. 16. –acutum
Aggreditur leonis opus nec segnis ad artem
Mens erat, officijque capax.
Capacissima omnis secreti vxor. Plin. epist. 12. c.
Capacitas, pen. corr. capacitãtis, (χωρητικότης, ἱκανότης, χωρότης,) Amplitudo loci, quæ capere & continere potest. Plin. lib. 10. cap. 47. 2. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira vt sit capacitas. Colum. lib. 12. ca. 43. 10. Et quum paulum sub vmbra refrixerint, ternæ aut etiam quaternę pro capacitate vasorum in ollas demittuntur. Cic. 1. Tusc. 94. Vtri capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tãquam in aliquod vas, ea quæ meminimus, infundant? Ibidẽ, Quæ tanta oĩno capacitas?

Capis, capidis, pen. corr. f. g. (κάπις,) Genus poculi à capiẽdo dictũ. Festus. Plin. lib. 37. cap. 2. 8. Liu. 10. ab Vrbe. 30. Cum capide ac lituo, capite velato victimam cędat.

Capisterium, capisterii, (κάκκαβος,) Genus instrumenti expurgandis seminibus apti. Colum. lib. 2. cap. 9. 9. Quicquid exteretur, capisterio expurgandũ erit: & semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reseruandum. Quidam hoc loco legunt caphisterium.

Capistrum, Capistro, capistras. Vide CAPVT.

Capitatus, Capitellum, Capitium, Capito,
Vide CAPVT.

CAPITO, pen. corr. Cognomen eius qui magno capite fuit: à quo postea tota familia eodem nomine vsa est. Sipontinus.
Capito Lycius composuit historiam Hauricam libris octo. Epitoma Liuii & Eutropii in Græcum vertit sermonem. Scriptit & res Lyciæ & Pamphiliæ. Author Volaterranus lib. 14.
Fonteius Capito. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 7.
–interea Mecœnas aduenit, atque
Cocceius, Capitoque simul Fonteius ad vnguem
Factus homo, Antoni, non vt magis alter, amicus.

CAPITOLIVM, (καπετώλιον,) Prægrandis arx Romæ, in monte Saturnio, ex præda Apiolarum, Latinorum vrbis, à Tarquinio Superbo extructa. Author Plinius. lib. 3. cap. 5. 34. Varro de Ling. Lat. Capitolium dictum, quòd hîc quum fundamenta foderentur ædis Iouis, caput hominis inuentum dicitur. Liu. 1. Decad. lib. 5. ad finem, Hîc Capitolium est, vbi quòdam capite humano inuento responsum est eo loco caput rerum summamque imperii fore. Hic mõs ante Tarpeius dictus à virgine Vestali Tarpeia, ibi à Sabinis necata armis, vel (vt alii) armillis, & sepulta. eius nominis monimentum relictum, quòd etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur saxum. Vide historiã apud Liuium. 1. Decad. lib. 1. 45. Cicero, Antequam iret in exilium. 16.
Alta Capitolia. Virgil. 6. Aeneid. 167.
Ille triumphara Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum cæsis insignis Achiuis. Claud. 7. Paneg. 64.
Celsa Capitolia. Virgil. 8. Aeneid. 128.
–& Capitolia celsa renebat.
Fulgens Capitolium. Horat. 3. Carm. ode. 3. 9.
¶ In Capitolium peruigere. Tacit. lib. 2.
Capitolinus, pen. prod. Adiectiuum, (καπετωλῖνος,) vt Capitolinus Iuppiter. Cicero pro Domosua. 111.
Ionis Capitolini laudes vel perpetua sacri certaminis materia nõ dubiæ sunt, vel oratorio genere tractantur. Quint. lib. 3. cap. 7. 3.
Cluius Capitolinus. Cicero pro Rabirio. 14. Idẽ, Antequã iret in exilium.
Scales Capitolinæ. Statius lib. 5. Syl. 1. 38.
Da Capitolinis æternum sedibus aurum.
Capitolinus fuit cognomẽ eius qui caput inuenit quũ Capitolium extrueretur. Quo nolẽ dictus fuit author quidam qui de Cæsaribus scripsit.

Capitulatum, Capitulatim, Capitulum,
Vide CAPVT.

CAPNOBATAE, pen. corr. Populi, qui Mysi dicuntur Strabo lib. 7. Scribit autem Posidonius Mysos religioni indulgentes, ab animantibus abstinere, & eã ob causam pecus omne vitare, melle verò & lacte & caseo vesci. Quumq; tranquillam exagitent vitam, ob decorum cultum, deicolæ & Capnobatæ, id est fumi conscensores nominantur.

Capnos, capni, Herba, cuius meminit Plinius lib. 13. cap. 13. 11. & lib. 16. cap. 7. Capnon herbam qui edere, bilem per vrinã reddunt. Ruellius lib. 3. cap. 124. Capnos, Romanis fumaria, herba est Plinio fruticosa, coriandro similis, prætenera, folio albiore, cineracei coloris, vndiq; numeroso, flore purpureo. Succus claritatẽ facit iocundis oculis, delachrymationemque ceu fumus, inde nomẽ accepit. Gallinaceos vocant, nascens in parietinis & sepibus, ramis tenuissimis, sparsisque, flore purpureo, viridis, succo caliginem discutit: atque ea medicamenta oculorum additur. Similis & nomine & effectu alia, quã paulò antè diximus.
Capo, onis. Vide CAPVS.
Capnos herba. Vide FVMARIA.

Cappa, (κάππα,) Nomen literæ Græcæ: pro qua Latini vtuntur c. Quo nomine Græci (vt Suidas docet) quum hominem malum volunt prouerbio signare, vnum cappa: quum peiorem, duo cappa: quum pessimum, tria habere cappa dixerunt: volentes eum intelligi esse Cretensem, Cilica, Cappadocã: qui singularis fuisse improbitatis existimantur. Vide Erasmi Chiliadas.

CAPPADOCIA, (καππαδοκία,) Regio est in Asia, Euxinum versus, quam Macedones in duas Satrapias à Persis diuisam accipientes, ex Satrapiis in regna redegerunt, atque maiorẽ Cappadociam quæ Taurum versus est, proprie Cappadociã vocauere: alteram Pontum. Eius autem latitudo est à Ponto Taurum versus, mille ferè & octingentorum stadiorum: longitudo verò à Lycaonia atque Phrygia vsque ad Euphratem, ad Auroram & Armeniam ad tria millia stadiorũ. Ea frugibus abundat, præsertim frumento & pecore omnis generis, tota ferè lignis carens, quæ quum Ponto sit Australior, frigidior tamen est. Hæc Strabo libro suæ Geographiæ. 12. in principio. Cappadociam Ptolemæus tabula Asiæ prima describit. & Plin. lib. 6. cap. 2. & 3.
Cappadociæ regio. Cic. Catoni, lib. 15. 4. 9. Itaque exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem putaui.
Cappadox, pen. corr. (καππαδόξ,) Cappadocis, pen. corr. & Cappadocus. Qui est ex Cappadocia. Cic. post Reditum in Senatu. 12. Cappadocem modò abreptum de grege vænalium diceres.
Cappadocum montana cohors. Lucan. lib. 7. 45.
Cappadocum nobilitas. Tacitus lib. 14.
Mancipiis locuples, eget æris Cappadocum rex. Horat. 1. Epist. 6. 8.
Feroces Cappadoces. Lucan. lib. 3. 49.
Pingues Cappadocas pascere, Persius Saty. 6. 9. De seruis intelligit, qui ex Cappadocia multi aduehebantur.

Capparis, huius capparis, pen. corr. f. g. (κάππαρις,) Fruticis genus frutex, seminisque & cibi vulgati, caule quoque vnà plerunque decerpto. Colum. lib. 11. in fine, Capparis plurimis prouinciis sua sponte nalibus nascitur. Sed quibus locis eius inopia est, si serenda fuerit, ficum locum desyderabit. Isque debebit antè circũdari fossula, quæ repleatur lapidibus, & calce, vel punico luto, vt sit quasi quędam lorica, ne possint eam perrumpere prædicti seminis fruticesi qui ferè per totum agrum vagantur, nisi munimento aliquo prohibiti sint. quod tamen non tantum incommodum est (subinde enim possunt extirpari) quantum quòd noxium virus habent. succoque suo sterile solum reddunt. Cultu aut nullo, aut leuissimo contenta est: quippe quæ res etiã in desertis agris citra rustici operam connalescit. Colum. lib. 10. 24. Capparis, & tristes Inulæ, ferulæque minaces.
Cappar etiam dicitur. Palladius, Hoc mense menta & pastinaca, thymum & origanum & cappar.

Capra, Vide CAPER.

Caprea, Vide CAPER.

CAPREAE, (καπρέαι,) Insulæ proximæ Neapoli, Tiberii principis arce nobiles. Plin. lib. 3. ca. 6. Huius arcis meminit in Tiberio Suetonius.
Dites Capreæ. Stat. lib. 3. Syl. 1. 26.
–dites Capreæ, viridesque resultant
Taurubulæ, & terris ingens redit æquoris Echo.
Aquæ Capreæ. Ouid. 5. Fast. 33. Candidaque à Capreis vela dabuntur aquis. Id est à mari quod Capreas alluit.
Capreæ palus. Ouid. 2. Fast. 99.
Est locus, antiqui Capreæ dixere paludem,
Fortè tuis illic Romule iura dabas.

Capricornus, (αἰγόκερως,) Cœleste signum, quod Pana fuisse existimant, quòd posteriorem partem in effigie piscis, priorem verò in formam hirci commutauit cuius ingenium admiratum Iouem, ferunt hanc figuram in cœlum transtulisse. Stellam habet in naso, in pectore duas, in pede duas, inter scapulas septem, in ventre sex, in cauda duas. Cic. 2. de Natura deorum. 165.
Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans
Corpore semifero magno Capricornus in orbe. Eadem lege in Arato. 7.
Lotus Hesperia Capricornus aqua. Propert. lib. 4. eleg. 1. 18.
Tyrannus Hesperiæ Capricornus vndæ. Horat. 2. Carm. ode. 17. 4.

Caprificus, caprifici, pen. pd. f. g. (ἐρινεός,) Ficus syluestris. Plin. lib. 15. ca. 19. Caprificus vocatur è syluestribus genere ficus nunquam matures cens: sed quod ipsa non habet, aliis tribuens: quoniam est naturalis caprificum transitus, atque è putrescentibus idẽtidem generatur aliquid. Terent. in Adelph. 4. 2. 39. Illic vbi etiam caprificus magna est. Martialis lib. 10. 2. Marmora Mesallæ findit caprificus. Persius Saty. 1. 3.
Auriculis, quibus & dicas cute perditus, ohe
Quid didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ semel intus
Innata est rupto iecore exierit caprificus?
Caprifici, plurali numero. Horat. Epod. 5. 4.
Subter sepulcris caprificos erutas Flammis aduri Colchicis.
Caprificare, (ἐρινεάζω,) caprificari. Palladius, Mense Iunio circa solstitium caprificandæ sunt arbores fici, id est, suspendi grossi ex caprificato, lino velut ferro pertusi. si hoc desit, abroteni virga suspendi tur, aut callum quod in vlmeis solitus inuenitur, aut arietina cornua eir ca radices arboris obruuntur, vel truncus arboris, quo loco turget, scarificandus est, vt possit humor effluere. Plin. lib. 16. cap. 27. 1. Sunt & biferæ in eisdem. In Cea insula caprifici triferæ sunt. Primo fœtu sequens enocatur, sequenti tertius. hoc fici caprificantur. Vide plura lib. 15. cap. 19.
Caprificari (inquit Sipontinus) est adhibita caprifico, ne fructus propinquæ ficus ante maturitatem decidant. prouidere.
Caprificatio, (ἐρινεασμός,) Verbale. Vide Plin. li. 15. ca. 19. & li. 16. ca. 27.
Caprificilis, pen. prod. Adiectiuum: vt Caprificiales dies, id est, caniculares: quòd eo ferè tempore mulieres Romanæ liberæ simul, atque ancillæ sub arbore caprifico sacra faciebant. Erat autem initium caprificorum post exortum Canis, qui dies Vulcano sacer erat. Plinius li. 11. cap. 15. 7. Huic vindemię Attici signum dedere initium caprificalem diem Vulcano sacrum.

CAPRIA, Lacus est apud Strabonem in descriptione Paphlagoniæ lib. 14.

Caprigenus, Caprile, Vide CAPER.

Caprimulgus, (αἰγοθήλης,) epigram. 19. 2. dicitur qui capras emulget. Catul.
Hæc quum legas, tum bellus ille, & vrbanus.
Suffenus vnus caprimulgus, aut fossor Rursus videtur.
Est & Caprimulgus, genus auis de qua sic ait Plin. lib. 10. cap. 40. Caprimulgi appellantur grandioris merulæ aspectu fures nocturni: interdiu enim visu carent. Intrant pastorum stabula, caprarumque uberibus adsolant suctum propter lactis: qua iniuria uber emoritur, caprisque cæcitas, quare ita mulsere, oboritur.

Caprinus, Vide CAPER.

CAPRIVS, Viri nomen de quo Horat. 1. Serm. 4. Saty. 14. Sulcius acer
Ambulat, & Caprius raucus: malè, cumque libellis
Magnus vterque timor latronibus. Vbi Acron, Sulcius & Caprius nomina fuerunt delatorum. Alii actores volũt fuisse causarum: inde etiã rauci traduntur assiduitate agendi.

Capronae, capronarum, (κάπρωναι,) Nonius, Comæ quę ante frontem sunt, quasi à capite proiectæ. Festus, Caprone, equorum iubæ in frontem deuexæ: dictæ quasi à capite pronæ. Nonius. Lucilius Saty. lib. 7. Aptari caput atque comas finitare capronas
Alteas frontibus immissas, vt mos fuit illis.

CAPROTINA, penult. prod. (καπροτίνη,) dicta est Iuno, quòd liberæ pariter, ancillæque sacrificabãt illi sub arbore caprifico, in memoriam virtutis, quæ in ancillarum animis pro conseruatione publicæ dignitatis olim apparuit. Macrobius libro. 1. Satur. cap. 11. vbi & de Nonis caprotinis.

Capsa, capsæ, (κάψα, κάβαρδος, θύλαξ,) dicta est quòd res in ea conditas capiat. Plinius lib. 15. cap. 17. 5. Necnon aliqui in fiocis, capsisque quas luto paleato illinunt. Idem lib. 8. cap. 30. 3. Capsarum modo includitur.
Capsa. Cic. 1. Verr. 27. Custodem inquit, Tullio me apponite. quid? mihi quàm multis custodijs opus erit, si te semel ad meas capsas admisero?
Angusta capsa. Iuuen. Saty. 10. 12.
Operta capsa. Horat. 2. Epist. 1. 54. –& vnà
Cum scriptore meo capsa porrectus operta
Deferar in vicum vendentem thus & odores.
Capsæ à Græco appellantur thus illi ἀβάρδικα dicunt. Festus.
Capsula, pen. corr. (κάψελλα, κάψιον,) Diminutiuum. Plin. lib. 30. cap. 11. 8. Stellionem inclusum capsulis subiiciunt capiti. Catull. Epigram. 63. 8.
Huc vna è multis capsula me sequitur.
Capsarius, Qui portat libros, inquit Vlpianus.
Capsarii sunt qui nobiliorum ciuium filios ad scholas euntibus libros deferunt in capsula. Iuuen. Saty. 10. Quem sequitur, custos angustæ vernula capsæ. Id est seruus capsarius. Sueton. in Nerone cap. 36. Constat quoldam cum pædagogis & capsariis vno prandio pariter necatos.
Capsis, (κάμβακες, ἱκανὸν βάδισμα,) Cicero dicit compositũ esse ex cape si vis. Quintilianus lib. 1. cap. 5. 41.

Captatio, Captator, Captatorius, Vide CAPIO.

Captio, Captiuncula, Captiosus, Vide CAPIO.

Captiuus, Captiuitas, Vide CAPIO.

Capto, Captura, Captus, Vide CAPIO.

CAPVA, (κάπυα Steph. κάπυη Prol.) Clarissima Campaniæ vrbs, quæ Annibalem vlcharijs fatigatum, luxu atq; otio perdidit. Eam Sernius grammaticus à Tuscis, qui omnem pene Italiam subiugarint, conditã scribit, apud Virgilium lib. Aeneidos. 8. quum hunc versum exponit,
Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur vrbi. Sueton. in Dictatore,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap 81. Capys conditoris sepulchrum Capuæ fuisse indicat, in quo à colonis deductis tabula repertа fuit, quæ Cæsari mortem denuntiarit. Ad id & Lucanus accedit lib. 2. Mœnia Dardanii tenuit Campana coloni. Plin. cap. 5. lib. 3. Capua (inquit) ab vndecimo cãpo dicta. Quod quomodo intelligendum sit, inibi Hermolaus adnotauit. De laudibus vbis Capuę multa apud Ciceronem in Oratione contra Rullum.

Capua altera Roma. Cic. 12. Philipp. 323. Consilium hoc capua probabit, quæ temporibus his Roma altera est.

Dives Capua. Virgil. 1. Georg. 45. Talem dives arat Capua.

Capuanus, (κατ' ἐνεργείας,) Stephanus.

Capula, capulæ, (ὀλκάριον,) Vas vinarium, quo veteres vtebantur, quòd facilè capi posset. Varro de Lingua Latina, Capis, & minores capulæ, à capiendo nominantur, quòd ansatæ sint, & prehendi possint, id est capi.

Capulator, pen. prod. Qui capulis oleum deplet. Colum. lib. 12. ca. 50. 9. Quod deinde primum defluxerit in rotundum labrum (nam id melius est quàm plumbeum quadratum, vel structibile gemellar) protinus capulator depleat, & fictilia labra huic vsui præparata defundat. Cato cap. 66. capulatoris officia describit.

Capulo, cãpulas, pen. corr. capulare. Cato cap. 67. Ligna in torcularione cædat. Oleum frequenter capulet.

Capulus, vel cãpulum, capuli, pen. corr. (λαβή, κώπη,) A capiendo dictum. Est manubrium gladii. Virgil. 1. Aeneid. 111. Capulo tenus abdidit ensem. Cic. de Fato. 9. Philipp. hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur, quasi verò capillo sit occisus. Colu. lib. 4. cap. 25. 1. Et Plaut. Casina. 23. 9. Dum gladium quæro ne habeat, arripio capulum.

Eburnus capulus gladii. Ouid. 7. Metam. 85. Apud Calepinũ citatur locus Columellæ ex libro. 4. cap. 14. 1. vbi pro (pãpini capulis suis prolixius illigent) legimus nunc, pampini se capreolis illigent suis.

Capulum dicitur quicquid intra se aliquid capit. nam sarcophagum, id est sepulchrũ, capulũ veteres dici volunt, quòd corpora capiat. Plaut. Capulo proximus. Hæc Nonius. Plau. Asi. 16. 42. Perii misera, vt osculatur carnufex, capuli decus.

Capulāris, pen. prod. (συμβογεῖον,) A diectinum. Capularem dici volue runt feretrum morti contiguum. Sed & reos dicebant capulares, qui capulo digni fuerant. Hęc Sipontinus. Plaut. Mil. 10. 34. Tam capulari stamine tibi diu videor viuere?

Capus, capi. Sipontinus, Galli quibus testes auelluntur, libidinis abolendæ causa, vt magis pinguescant, capi vocantur: quũ meritò galli à similitudine sacerdotum Matris deum dici posse videantur: itaque à contrario sensu gallos appellatos quidam existimant. Varro. 3. de Re rustica, capite. 9. 2. Gallinæ, mares galli, capi fœminares, quod sunt castrati. Gallos castrant, vt sint capi, candenti ferro, inurentes ad infima crura, vsque dum rumpatur. at quod extat vlcus, oblinũt figlina creta.

Capo, caponis, Idem. Martialis lib. 13. 63.

Caput, cipitis, pen. corr. (κεφαλή, κεφάλαιον, κάρα, κόρυνον,) dicitur (vt Varro inquit) quòd inde initium capiant sensus & nervi. Terent. Adelph. 1. 2. 37. Colaphis tuber est totum caput. Festus, Caput, ex Græco dictum, quod illi interdum κάρηα dicunt.

Cæsaries capitis. Ouid. 1. Metam. 37.

Dolor capitis. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 6.

Exuuiæ capitis. Seneca in Hippol. 12. 6.

Labore animi & capitis deuitare mala. Horat. 1. Epist. 1. 9.
– vides quæ maxima credis
Esse mala, exiguum censum, turpemque repulsam,
Quãto deuites animi, capitisq; labore. Videt caput p corpore accipi.

Motu capitis furens. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.

Nites capitis, Capilli cani. Horat. 4. Carm. ode. 13. 3.

Obductio capitis. Vide OBDVCO.

Tegmina caputum. Ouid. 3. Metam. 22.

Vertex capitis. Ouid. 3 Fast. 169.

Volubilitas capitis, Id est rotunditas. Ouid. 12. Metam. 87.
Fracta volubilitas capitis latissima.

Hærens capiti corona. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 10.

Altum caput. Virgil. 5. Aeneid 74.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit.

Anile caput. Ouid. Epist. 18. 10.
Sed mouet obrepens somnus anile caput.

Ardua capita. Virgil. 5. Aeneid. 85. Id est alta & procera.

Argutum caput. Virgil. 3. Georg. 16. Id est breue. Seruius.

Breue caput. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 18. de equis, Quòd pulchrę clunes, breue quòd caput, ardua ceruix.

Candidum caput. Vide CANDIDVS.

Caput canum. Plaut. Merc. 6. 36. Tũ'capite cano amas senex nequissume? Ouid. 6. Fastorum. 12.
Magna fuit capitis quondam reuerentia cani.
Inque suo pretio ruga senilis erat.

Celsum caput. Seneca in Hippol. 5. 14.

Collo caput confine. Ouid. 1. Metam. 71.

Cornigerum caput Fauni. Ouid. Epist. 5. 28.

Decorum caput. Horat. Epod. 2. 4.

Densum cæsarie caput. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 7.

Dirum caput. Seneca in Octauia. 5. 2.
Vtinam nefandi principis dirum caput
Obruere flammis cœlitum rector paret.

Dulce caput. Virgil. 4. Aeneid. 99.
Testor chara deos, & te germana, tuumque Dulce caput.

Fessum caput. Lucanus lib. 6. 20.

Flauum caput efferre. Virgil. 4. Georg. 71.
– summa flauum caput extulit vnda.

Fultum caput. Virgil. 11. Aeneid. 8.
Ipse caput niuei fultum Palantis, & ora Vt vidit.

Furiale caput. Horat. lib. 3. Carm. ode. 11. 4.

Crauatum demittere caput. Ouid. 10. Metam. 39.

Honestum caput. Virgil. 2. Georg. 79. Et quocunque deus circum caput egit honestum. Id est pulchrum. Seruius.

Humanum caput. Horat. in Arte. 1.

Iguauum caput. Propert. lib. 3. eleg. 11. 1.
Crimináque ignaui capitis mihi turpia fingis.

Illisum caput scopulis. Seneca in Hippol. 10. 21.

Illustre caput. Ouid. 2. Metam. 10.
Pœnituit iurasse patrem, qui terque, quaterque
Concutiens illustre caput, temeraria, dixit,
Vox mea facta tua est.

Incomptum caput. Horat. Epod. 5. 4.

Indutum caput. Pers. Saty. 3. 11.

Infirmum caput. Horat. 1. Epist. 17. 3.

Insanabile caput. Horat. in Arte. 61.
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Lycino commiserit.

Intactum caput. Iuuenal. Saty. 14. 10.

Intonsis capillis caput. Ouid. 1. Metam. 114.

Lacerum caput. Seneca in Oedipo. 11. 13. Sic caput vocat Oedipi cui effossi erant oculi.

Iuuenile caput. Ouid. 1. Metam. 114.

Lanigerum caput. Silius lib. 3. 139.

Lassum caput. Seneca in Herc. furent. 12. 7.

Laxum caput. Pers. Saty. 3. 6.
– laxumque caput compage soluta
Oscitat hesternum dissutis vndique malis?

Leue caput. Iuuenal. Saty. 10. 20.

Magnum caput. Vide MAGNVS.

Mite caput, Id est molle. Ouid. 1. Amorum. 4. 8.
Mite nec in rigido pectore pone caput.

Caput obstipum. Vide OBSTIPVS.

Piniferum caput Atlantis. Virgil. 4. Aeneid. 50.

Pinigerum caput Fauni. Ouid. 3. Fast. 17.

Purpureum caput, Regium, & quod purpura tegi soleat. Seneca in Thyeste. 8. 13. Et mœsta vitta capita purpurea ligat.

Semifernum caput. Lucret. lib. 4. 119. – quum Pars
Pinea semiferi capitis velamina quassans.

Sordidum caput. Senec. in Herc. fur. 9. 34.
– sordidum rabo caput Lambunt colubri.

Sublime caput. Claud. 4. Paneg. 34.

Suffixum caput. Lucan. lib. 8. 133. – dum lumina nuda rigescunt
Suffixum caput est.

Summissum caput. Seneca in Herc. furent. 11. 31.

Summum caput. Lucret. lib. 2. 123. Muralique caput summum cinxere corona. De Cybele Deorum matre loquitur, quæ cum corona ex muro in turris modum pingebatur.

Timidum caput fuga abdere dicitur serpens. Virgil. 3. Georg. 83.

Turpe caput. Virgil. 3. Georg. 10.
– optima torue
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Id est magnum. Vt idem. 4. Georg. 97.
– turpes pascit sub gurgite phocas. Seruius.

Vacuum caput, Caluariam intelligit. Silius lib. 13. 98.
At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent
Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruant.

Velatum ex parte caput. Quintil. lib. 6. cap. 1. 36.

Venerandum caput. Seneca in Thyeste. 6. 11.

Vile caput asselli coronati. Iuuenal. Saty. 11. 10.

Virgineum caput. Ouid. 4. Metam. 4.

¶ Abdere caput callidè, Induere callidem seu galeã capiti. Ouid. 8. Metam. 5. Seu caput abdiderat cristata cassidè pennis,
In galea formosus erat.

Abducere

Abducere caput ab ictu. Vide ABDVCO.

Abscindere caput ceruicibus. Cic. 11. Philipp. 192. Post autè ceruicibus caput abscidit, idq; fixũ gestari iussit in pilo. Hora. 2. Serm. saty. 3. 61.

Agitare caput. Ouid. 1. Metam. 114. Vide AGITO.

Alligare caput. Vide ALLIGO.

Amputatum caput. Seneca in Agamem. 10. 8. – pendet exigua male
Caput amputatum parte. Stat. lib. 10. Thebaid. 62.

Aperire caput. Vide APERIO.

Attollere caput. Ouid. 5. Metam. 101.

Auertere caput. Seneca in Oedipo. 14. 3. – quò auertis caput
Vacuosque vultus?

Auferre caput alicui. Seneca in Oedipo. 14. 2.
– qualis attonita & furens
Cadmea mater abstulit nati caput. Vide AVFERO.

Aulusum humeris caput. Virg. 2. Aeneid. 112.

Cinctum caput centum luminibus. Ouid. 1. Metam. 62.
Argi centum oculos habentis caput intelligit.

Caput committigare. Vide COMMITIGO.

Comptum caput. Vide COMO.

Concutere caput. Ouid. 1. Metam. 5. & 2. 10.

Concutere caput sono. Seneca in Herc. fur. 9. 34.

Contegere caput amictu. Virg. 12. Aeneid. 176.
– caput glauco contexit amictu.

Decutere caput alicui. Ouid. 5. Metam. 21.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit ense caput.

Deducere de capite. Vide DEDVCO.

Demetere caput ferro. Seneca in Agamem. 13. 7.
Aegiste cessas impium ferro caput
Demetere? Id est, amputare.

Demittere caput. Virg. 9. Aeneid. 91. – lassoue papauera collo
Demisere caput, pluuia quum fortè grauantur.

Demulcere caput alicui. Vide DEMVLCEO.

Deponere caput strato. Ouid. 11. Metam. 130.

Caput diminuere. Vide DIMINVO.

Dissutere caput. Silius lib. 6. 56. – magnoque fragore
Discussit pars acta caput.

Distinguere caput acu. Claudian. de Nup. Hono. & Mariæ. 57. Id est cæsariem aut capillos.

Efferre caput inter. Virg. 1. eclog. 5. Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes, Quantum &c. De Roma loquitur.

Effundere caput. Celsus lib. 7. cap. 7. de pterygio. Post abstinentiam verò vnus dici, vel aduersus in sedili contra medicum is homo collocãdus est: vel sic auersus, vt in gremium eius, caput resupinus effundat.

Erigere caput. Stat. 6. Thebaid. 103.

Euincire caput foliis. Virg. 1. Aeneid. 154.
Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ.

Exornare caput. Ouid. 2. Amorum, eleg. 7. 4.

Expedire caput laqueis. Horat. 3. Carm. ode. 24. 2.
Non mortis laqueis expedies caput.

Expergefactum erigere caput. Lucret. lib. 5. 243.

Extollere caput, Cicero pro Planco, Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa ciuibus, extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debebat?

Iactare caput vtroque. Virg. 5. Aeneid. 93.
Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem
Iactantemque vtroque caput, &c. Ducunt ad naues. Vtroque. Id est, in vtranque partem. Seruius.

Ictum caput. Horat. 2. Serm. saty. 1. 5. – saltat Milonius, vt semel icto
Accesit feruor capiti. Icto autem intelligitur à vino. Vide ICO.

Imminuere caput alteri. Vide IMMINVO.

Impedire caput myrto, Cingere corona myrtea. Hora. 1. Carm. ode. 4. 2.

Impingere caput pariet. Vide IMPINGO.

Inuolutum caput. Vide INVOLVO.

Lædi tur in nobis caput. Lucret. lib. 3. 30.
Et quasi quum caput, aut oculus tentante dolore Lædi tur in nobis.

Ligare caput vitta. Seneca in Thyeste. 8. 13.

Limare caput cum altero. Vide LIMA.

Obiectare caput fretis dicuntur aues, quæ his gestibus pluuiam mox futuram prælagiunt. Virg. 1. Georg. 78.

Obnubere caput, Velare & tegere. Stat. 11. Thebaid. 117. – & durus
Obnubere caput, Velare & tegere. Stat. 11. Thebaid. 117. – & durus
sanguine crinis Obnubit furiale caput.

Obterere caput saxo. Lucan. lib. 6. 36. – caput obterit ossaque saxo.

Occulere caput. Ouid. 2. Metam. 51. De Nilo.

Occuluitque caput, quod adhuc latet.

Offendit caput ad fornicem Fabii Mummius. Quintil. lib. 6. cap. 3. 46.

O pertum caput. Horat. 2. Serm. saty. 3. 8.

O pertо capite esse. Cic. de Senect. 30.

O rare caput foliis oliuę. Virgil. 3. Georg. 5.

Caput fulmen percussit. Lucan. lib. 1. 107.

Permulcere caput alicui. Silius lib. 1. 21. Olli permulcens genitor caput, oscula libat.

Præcinctus caput pinu Pan. Ouid. 1. Metam. 143.

Præfigere capita in hastis. Virg. 9. Aeneid. 96.
Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita.

Protegere caput ramo. Seneca, in Agamemn. 12. 4.

Pulsare caput dextera. Senec. in Troad. 2. 11.

Quassare caput. Senec. in Oedip. 11. 7. Lucret. lib. 3. 119.

Recidere caput. Lucan. lib. 2. 36.
– cum qua ceruice recisum
Conueniat quæsisse caput.

Redimire caput coronis. Lucret. lib. 5. 281.
Tum caput, atque humeros plexis redimire coronis.

Reflectere caput. Catullus, epig. 42. 2.
At Acme leuiter caput reflectens.

Retorquere caput. Ouid. 3. Meta. 14. Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit. De serpente Cadmeo.

Reuulsum caput à ceruice. Virgil. 4. Georg. 105.

Rotare caput ense. Lucan. lib. 8. 131. – nondum artis erat caput ense rotare. Id est rotato ense amputare vno ictu.

Ruptum caput. Seneca in Troad. 12. 13.
– silicis incursu caput

Ruptum cerebro penitus expresso.

Scabere caput in faciendo versu. Horat. 1. Serm. 10. Saty. 15. – in versu faciendo Sæpe caput scaberet, vinos & roderet vngues.
Prouerbialis locutio ducta ab his gestibus: hominis enim sunt cogitabundi, & de mutando, cuius pœniteat, secum agitantis, moramque stylo, & iudicium adhibentis. in hoc enim Horatius taxat poetarum in scribendo negligentiam: & sequenti versu ascribit adolescentem de mutanda vitæ ratione cogitantem, quum inquit, Sæpe stylum vertas, iterum, quæ digna legi sint, Scripturus. Eam ipsam locutionem imitatus est Persius. 1. Saty. 11.
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.

Summittere caput. Seneca in Herc. fur. 9. 38.

Superare aliquem capite. Virgil. 2. Aeneid. 44.
Post ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt: superant capite, & cernicibus altis.

Supponere aliquid capiti. Quintil. lib. 1. cap. 10. 16. Sophronem Mimorum scriptorem adeò probauit Plato, vt suppositos capiti libros eius, quum moreretur, habuisse tradatur.

Tegere caput. Ouid. 9. Metam. 72.
– frondes caput omne tegebant.

Testor vtrumque caput. Virgil. 4. Aeneid. 72.

Velare caput. Ouid. 1. Metam. 39.

Velare capita amictu. Virgil. 3. Aeneid. 109. Et capita ante aras
Phrygio velamus amictu.

Vnctum caput. Catullus epig. 10. 3.
Cur quisquam caput vnctius referret.

¶ Caput, pro ipso homine. Plaut. Mostell. 4. 143. Triginta minas pro capite tuo dedi. Idem Pseud. 3. 130. Atque ipse egreditur, penitus perium caput. Sic & lepidum caput dixit Terentius, pro homine bellulo per ironiam.

Agreste caput. Virgil. 10. Eclog. 4.
Venit & agresti capitis Syluanus honore.

Audax caput, Homo audax. Senec. in Agamemn. 13. 1.

Charum caput, pro chara (vt ita dicam) persona. Virgil. 4. Aeneid. 71.
Capitisque iniuria chari. Id est Ascanii.

Dilectum caput. Valer. lib. 4. Argonaut. 8. Sic appellare solemus illos quos plurimum amamus.

Impii caput, Homo impius. Senec. in Agamemn. 13. 1. & Hippol. 12. 25.

Infestum caput. Seneca in Oedip. 10. 6.
Congerite ciues saxa in infestum caput.

Ingratum caput, Homo ingratus. Seneca in Medea. 7. 7. Sic Medea Iasonem appellat.

Insuperabile bello caput. Ouid. 12. Metam. 123. de Achille.

Noxium caput. Seneca in Medea. 12. 26. Me dede morti, noxium macta caput.

Periurum caput. Iuuenalis Saty. 10. 18.
Nullane periuri capitis, fraudisque nefandæ
Pœna erit?

Quot capitum viuunt, totidem studiorũ Millia. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 6.

Exercere caput altius vitiis. Ouid. 1. Fastorum. 60.
Credibile est illos pariter vitiisque iocisque
Altius humanis exeruisse caput. Id est fuisse illos supra humanã naturã, quæ vitiis & voluptatibus gaudet. Sic idem in carmine ad Liuiã. 10.
Quid tibi nunc mores prosunt, actumque pudicè
Omne ævum? & tanto iam placuisse viro?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid tenuisse animum contra sua fæcula rectum?
Altus & vnius exeruisse caput?
Insultare capiti. Virgil. 8. Aeneid. 112.
– neque finitimo Mezentius vnquam
Hunc capiti insultans.
Obligare oris caput. Horat. 2. Carm. ode. 8. 2. Significat diis semet voto obstringere, ita vt nisi quod pollicitus sis præstiteris, liceat illis quo cunque velint modo in te sæuire.
Siquidem hoc vtuet caput pro Si vixero. Plaut. Pseud. 1. 1. 33.
Caput fluminis, Quo flumen exoneratur in mare. Cæsar lib. 4. bel. Gall. Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolũt, &c. Paulò pòst. Multisque capitibus in Oceanum influit.
¶ Capite censi, A censione capitum appellati sunt, q̃ solis capitibus censerentur, non bonis siue pecunia quibus carebant. Sallust. Ipse interea milites scribere, non more maiorum, neque ex classibus, sed vti cuique libido erat capite censos plerosque. Gell. lib. 15. Qui vero nullo aut paruo ære censebantur, capite censi dicebantur.
¶ Capitis diminutio (inquit Caius Iurisc.) est status mutatio. Paulus Iurisc. Capitis diminutionis tria sunt genera: maxima, media, minima. Tria. n. sunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur quũ hæc omnia amittimus, hoc est libertatem, & ciuitatem, & familiam: maximam capitis diminutionem. Quum vero amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis diminutionem: Quum autem & libertas & cuitas retinetur, familia tum mutatur: minimam esse capitis diminutionem constat.
Detrahere de capite ciuis. Cic. pro Domo sua. 27. Vt nihil de capite ciuis, aut de bonis, siue iudicio Senatus, aut populi, aut eorũ, qui de quaque re constituti Iudices sint, detrahi possit.
¶ Caput, Sors. Liu. 6. ab Vrbe, Creati Tribuni C. Licinius, & L. Sextius promulgauere leges omnes aduersus opes patritiorum, & pro commodis plebis, vnam de ære alieno vt deducto eo de capite, quod vsuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio æquis portionibus persoluueretur. Liuius eodem libro paulò pòst, Sortem creditam soluere dicit.
¶ Caput, pro vita. vt, Capitis res est: Id est, De vita periculum est. Plaut. Trinum. 1. 3. 117.
– ei nimirum crederem,
Quoi si capitis res fieret, nummum nunquam credam plumbeum.
Causam capitis orare. Cic. in Bruto. 25. Huic Antiphontem Rhamnusiũ simibꝰ quædam habuisse conscripta, quo neminem vnquam melius vllam orauisse capitis causam, quum se ipse defenderet, se audiente locuples author scripsit Thucydides.
Capitis & famæ certamen habere cũ altero. Cic. 1. Offic. 58.
Dimicatio capitis. Cic. de Prouin. Consul. 18. Qui me amor, & subuenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis, & rursùm quum omnia, &c. subire coegit.
Capitis iudicium. Cic. 1. Tuscul. 112. His & talibus rationibus adductus Socrates, nec patronum quæsiuit ad iudiciũ capitis, nec iudicibus supplex fuit. Idem pro Roscio Comœdo. 9.
Pericula capitis. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 13.
Vtque nec insidias, capitisque pericula narrem, &c.
In ipsa capitis pericula aut fortunarum irrupit voluptas. Quintilianus lib. 4. cap. 2. 86.
Pœnas capitis pendere. Ouid. 3. Fast. 169.
An quòd habet legem, capitis quæ pendere pœnas
Ex illo iubeat furta recepta loco.
Accusare capitis. Vide ACCVSO.
Agitur de capite. Vide AGO. Cic. in Lælio, In quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum est de via.
Acquirere capite. Vide ANQ VIRO.
Condemnare capitis. Cic. 1. de Orat. 119. Cuius respõso sic Iudices exarserunt, vt capitis hominem innocentissimum condemnarent.
Dabitur caput vnum pro multis. Virgil. 5. Aeneid. 162.
Capite damnatus. Cic. 1. Tuscul. 79.
Damnatos capite morte multare. Cic. 1. Tuscul. 79. Sed plurimi contra nituntur, animosque quasi capite damnatos morte mulctant.
Caput & famam alterius defendere. Cic. pro Quintio. 4.
Dependere caput. Lucan. lib. 8. 21.
– mallem felicibus armis
Dependisse caput. Id est morti dedisse. à dependo enim, non dependeo infinitiuus est, quod soluere significat.
Deuouere caput alicuius. Ouid. 13. Metam. 66.
Capite pœnas expendere. Tacit. lib. 12. Pro Mithridate quando grauius mereretur, non potentiam, neque regnum precari, sed ne triumphare tur, nèue pœnas capite expenderet.
Caput misdis lacessere. Catul. epig. 15. 4.
Capite luere. Vide LVO.
Obiectare periclis caput. Virgil. 2. Aeneid. 144.
Caput leto offerre. Lucret. lib. 3. 212.

Pacisci pro capite. Cic. 3. Offic. 145. Vt si prædonibus pactum pro capite pretiũ nõ attuleris, nulla fraus est, ne si iuratus quidẽ id nõ feceris.
Persoluere pœnas capitei Seneca in Agamemn. 13. 10.
Petere caput alicuius. Quintil. lib. 6. cap. 3. 19. Accusare enim palàm, & caput alicuius petere, concessum.
In caput noxiorum vertere. Tacit. lib. 5.
Capita sua vouere pro patria. Cic. 5. de Finib. 114.
Capitis centuriata habere comitia, Animare populum in mortẽ alterius. Plaut. Pseud. 10. 122. Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia, Idem Aulul. Ibo intrò, vbi de capite meo sunt comitia.
Caput suum offerre vilitati pro capite alterius. Plaut. Capt. 5. 37.
¶ Caput, pro periculo. Liu. 2. ab Vrbe, Vt in singulas horas capite dimices tuo. Id est, periculo decertes.
Capite suo decernere aliquid. Cic. ad Atticum, lib. 10. 200. 2. Vtinã meo solum capite decernerem.
¶ Caput legis aut alicuius rei huiusmodi. Cic. ad Atticum, lib. 3. 15. 10. Aft tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodiũ in curiæ poste fixisse, ne referri, néve dici liceret. Idem pro Lege Agra. 29. Atq; ego à primo capite legis, vsque ad extremum reperio Quirites, &c.
Caput Epicuri hoc est. Cic. 4. Acad. 182. Ita nobis tacitibus, ex vno Epicuri capite, altero vestro, perceptio & comprehensio tollitur. Quod est caput Epicuri? &c.
¶ Caput, pro summa. Cic. 2. Philipp. 84. Caput autem literarum, sibi cõ illa mima post hac nihil futurum. Idem ad Seruium, lib. 3. 20. 7. Caput illud est, vt, &c. Idem ad Cornificium, lib. 12.
Caput autem meæ disputationis, ne patiare, &c.
Rerum caput, pro summa rerum. Horat. 1. Epist. 18. 9.
– atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
¶ Capita in libris dicuntur, quibus distinguuntur res variæ. Gellius, Quod in capite superiore à Critolao scriptum esse diximus. Dicitur & capitolum à Cicerone.
Generale caput. Quintil. lib. 3. cap. 6. 3.
Prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodam modo relinquenda sunt. Cicero Appio, lib. 3. 2. 3. Et secundo pro Lege Agraria. 38. Qui quid secundo capite scriptum est non meminit in tertio. Ibidem. 20. Atque ego à primo capite legis vsque ad extremum reperio Quirites, nihil aliud cogitatum, &c. Idem Appio, libro. 3. 8. 10. Caput est quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum. quo in capite sunt quædam noua &c.
Expolita & explicata capita. Cic. in Bruto. 85. Quod ex quibusdam capitibus expolitis, nec explicatis intelligi potest.
Capita rerum, Quæ vulgò principalia puncta alicuius materiæ dicunt. Plaut. Trucul. 17. 14. Capita rerum expedite. Idem. 21. 14.
Odiosa næ oratio est, quum rem agas, longinquum loqui
Equidem ad capita rerum perueniaz. Cic. in Bruto. 85. Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius.
Contraria capita conferre. Cic. 2. de Orat. 123. Quũ contraria inter sese de Republica capita acutulisset, noster hic facetissimꝰ tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit. Vide CONFERO.
¶ Caput, pro Existimatione, fama, vel salute. Cicero. 1. de Oratore. 69. Omitto tam plura exempla causarum amplissimarum, quæ sunt innumerabilia: capitis nostri sæpe potest accidere, vt causæ veréntur in iure. Ibidem, paulò pòst, Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam contentionemque maiorem quàm de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis Consularis, præsertim, quum & cętera. Idem. 4. Verr. 68. Quum verò abs te tui capitis causa, peteret, hominesque certos domo misisset, &c. ne tum quidem te potuit si non pietatis, at salutis tuæ ratio ad officiũ sanitatémq; reducere?
Caput & existimatio. Cic. 4. Verr. 125. Dat amico suo cuidam negotia, qui tum magister erat eius societatis, vt diligenter cauere et nequid efferet in literis sociorum quod cõtra suum caput, atque existimationem valere posset. Ibidem. 40. Quain re ipsius Prætoris caput, existimatioque ageretur, &c.
¶ A capite arcessere. Vide ARCESSO.
A capite ducere disputationem. Cic. 5. de Finib. Fons reperiendus est, in quo sint prima muitamenta naturæ: quo inuento, omnis ab eo quam capite de summo bono & malo disputatio ducitur. Id est, tanquam ab origine eruitur.
A capite ordiri. Vide ORDIOR.
In capita. Vide 581.
¶ Caput, pro fonte & scaturigine, vt Caput Rheni, apud Horatium. 1. Serm. Saty. 10. 8.
Indomitum caput Rheni. Lucan. lib. 2. 11.
Fundat ab extremo flauos aquilone Suenos
Albis & indomitum Rheni caput. Qua bellicosissimi sunt populi gentes ad Rhenum sunt.
Sacrum caput. Virgil. 4. Georg. 64.
Tristis ad extrem sacrum caput astitit umbra Mulcta querens

Caput scelerum. Id est author. Plautus Curcul. 5. 19. Liuius. 6. bel. Pun. 83. Ibi quóque in eos qui capita rerum erant, animaduersum. Cicero pro Flacco. 33. Caput est omnium Græcorum concitandorum Heraclides ille Temnites, &c.
Summa & caput belli. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 10.
Caput proscriptionis. Cic. post Reditum in Senatu. 3. Caput meæ proscriptionis recitaretur, &c. Id est summa proscriptionis.
Fons & caput Socrates. Cic. 1. de Orat. 12. Vrgerent præterea philosophorum greges, iam ab illo fonte & capite Socrate, nihil te de bonis rebus in vita, nihil de malis, &c.
Expugnare ipsum caput. Horat. 2. Serm. saty. 5. 15.
– sed vincit longe prius ipsum
Expugnare caput. Id est longè melius est ipsum dominum ædium beneuolum sibi reddere.
Caput esse alicui rei. Plautus Asin. 12. 138. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo. Terent. Adelph. 4. 2. 30. Idem fecisti quod ego, te esse huic rei caput. Idem, And. 2. 6. 27. Si hîc mali est quicquam, hem illic est huic rei caput.
¶ Caput est. Cic. 2. de Orat. 183. Ad consilium autem de Repub. dandum, caput est, nosse Rempub. ad dicendum verò probabiliter, nosse mores ciuitatis.
Quod caput est. Cic. ad Appium, lib. 3. 7. 11. Deinde imperatorii? deinde mos maiorum? deinde, quod caput est, amicos? Idem Attico, lib. 1. 12. 6. Nam si ita esse statueris, &c. & id quod caput est, nobis inter nostra siue incõmoda, siue vitia, siue iniurias esse tolerandas, &c. Eidem lib. 2. 21. 1. Et, quod caput est, mihi quęuis satis iusta causa cessandi est. Eidem lib. 13. 279. 2. Ea quæ noui valde probo: hominem, domum, facultates: quod caput est, ipsum non noui, &c.
Caput illud est si, vel vt. Cic. 2. de Inuent. 137. In hoc autem loco caput illud erit accusatori, si demonstrare potetit, &c. Ibidem. 251. Atque in hoc loco mihi caput illud videtur esse, vt quæramus quid sit illud, &c. Idem. 1. de Orat. 43. Caput enim esse arbitrabatur oratoris, vt & ipsis apud quos agerer, talis, qualem se ipse optaret, videretur.
Caput est ad bene viuendum securitas. Cic. de Amicitia. 42.
Nec caput, nec pes sermonis apparet: Id est, nec principium, nec finis est verbis tuis. Plautus Asin. 12. 139.
– nec caput, nec pes sermonis apparet,
Nec quid dicatis, nec me cur laudatis, scire possum.
Nec caput, nec pedes. Cic. Curio, lib. 7. 32. 3. Sulpitii tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuisse, propter tuas res ita contractas, vt, quem admodum scribis, nec caput, nec pedes. Equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires.
Sine capite manare dicitur res, & sine authore. Cice. pro Plancio. 47. Siquid sine capite manabit, aut siquid huiusmodi vt non extet author qui audierit, &c.
Sine capite aliquid audire, & sine authore. Cic. ad Cassium, lib. 12. 10. 3. Nos de Dolabella quotidie quæ volumus, audimus: sed adhuc sine capite, sine authore, rumore nuntio.
¶ Caput Bithyniæ, &c. Plin. epist. 198. Sunt enim in capite Bithyniæ: plurimisque per eam commeantibus transitum præbent.
Caput regni. Plin. lib. 12. cap. 14. 1. In medio Arabiæ sunt ferè Atramitæ pago Sabæorum, capite regni Sabota. Terra principale.
¶ Caput frumenti, vectigalium, &c. Cic. 3. Verr. 7. Aliquot nominibus de capite, quantum commodum fuerit, frumenti decimam detraxerit. In eundem. 70. In illo reprehenditur quòd ex ea pecunia remiserit, quam ipse quæsierat, tibi concederetur, qui de capite vectigalium Populi Romani remisisti? Vulgò dicimus L'article.
¶ Caput facere dicitur apostema vel furunculus aut abscessus, dum humor vel biliosus vel melancholicus totus in aliquam partem congressus est, & cutem distendit, atque extuberantiam facit. Plinius libro 26. capit. 12. 3. de Furunculis, Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum caput fecerint. Idem libro. 22. capit. 25. 39. Per se illitum ex aqua, folia ex aceto imposita, panos per se vel cum melle discutiunt: item furunculos, prius quàm capita faciant, omnesque actimonias.
¶ Capita, pro summitatibus arborum. Seneca in Troade. 3. 3.
Mouere syluæ capita.
Inuiolata capita cupressi. Claudianus. 3. de Raptu Proserp. 74.
Tollebant geminæ capita inuiolata cupressus. Inuiolata, id est florentia, & non antè cæsa.
Capita tigurum. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 30. Vbi turris altitudo perducta est ad contabulationem, eam in parietes instruxerunt ita, vt capita tignorum extrema parietum structura tegerentur, nequid emineret vbi ignis hostium adhærescseret.
Caput vitis. Colum. lib. 3. cap. 10. 1. Feracissima autem semina sunt, non vt veteres authores tradiderunt, extrema pars eius quod caput vitis appellant, id est vltimum & productissimum flagellum.
Capita habenæ. Cellius lib. 8. cap. 7. Deinde aut fascia, aut mollis habena gnadia in longitudinem incisa, vt vtrinque mentum complectatur: & inde capita eius supra caput adducta ibi deligantur.

Capital, penult. correp. capitâlis, penult. prod. Quod sacerdotulæ etiam nunc in capite solent habere. Hæc Varro de Lin. Lat. Festus autem Capital, inquit, linteum quoddam quo in sacrificiis vtebantur.
Capital, Adiect. (ἀκατηγορικὸς,) vt Capital facinus, quæ pœna luitur. Festus.
¶ Capital. Substantiuũ, dictum est capitis periculum. Plau. Menæ. 5. 16. Nunquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerit. Idem Merc. 12. 26. Eutyche capital facis. Lucil. lib. 26. Scimus capital esse irasci eꝛ.
Capitâlis, & hoc capitâle, penul. prod. (φονικὸς, θανατικὸς,) Quod capitis supplicium meretur, vel ciuitatis amissionem. Cic. 4. Verr. 123. Hoc erat etiam capitalior, quòd idem pecuniam iis, qui ab isto aliquid mercabantur, frenori dabat. Hoc, id est ob id. Idem 1. Offic. 64. Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm, &c. Idem 5. Philip. 188. Ad quendam Septimium capitalem hominem collegam suum miserat.
Capitale crimen, vel facinus dicitur, non quod petat alterius caput, sed propter quod committentis caput peti debeat ad pœnam. Cice. 1. de Natura deorum 21. Non leuissima de re, vt queritur ille, in ciuitate fieri facinora capitalia. Idem 7. Verr. 18. Primum insimulario est repentina, capitalis atque inuidiosi criminis. Terentius Adelph. 4. 7. 5. Sic Capitalis res, Capitalis noxa, Cice. pro Cecinna 18. Idem 4. Verr. 65. Stenium rei capitalis reum facere veller. Liuius, Néve ea cædes capitali noxæ haberetur. Et Liuius 1. ab Vrbe 216. & libro 3. 231. Cice. 1. de Natura deorum 21.
Capitalis locus, Vbi liquid violatũ est, caput violatoris expiatur. Festus.
Capitalis ædis, In qua capitale crimen commissum est. Plautus Mostel. 7. 44. Capitalis ædis facta est. Et paulò pòst Hospes necauit hospitem captum manu.
Capitalis aduersarius, Qui caput & mortem alterius petit. Cic. 4. de Finib. 51. Et Capitalis hostis, Idem in Catil. 26.
Capitalem fraudẽ admittere. Est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit. Vlpianus de Aedilitio edicto.
Capitalis iniustitia. Cice. 1. Offic. 64. Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm, &c.
Capitalis inscitia. Plin. lib. 29. cap. 1. 17. Id est per quam periclitatur hominum caput, hoc est vita: loquitur enim de medicorum inscitia.
Ira capitalis. Horatius 1. Sermo. Saty. 7. 3. – inter
Hectora Priamiden, animosumque inter Achillem
Ira fuit capitalis. Id est vsque ad capitis & vitæ ablationem.
Capitalia iudicia. Quintilianus lib. 4. cap. 1. 40. In quibusdam iudiciis, maximéque capitalibus, vt apud Centumuiros, ipsi iudices exigunt solicitas & accuratas actiones.
Capitalis morbus, Id est grauissimus: in quo scilicet quis de capite, hoc est de vita, periclitatur. Gellius lib. 16. cap. 13.
Nefas capitale, Quod capite puniri meretur. Ouid. ad Pisonem 9.
Odium capitale. Cice. de Amicitia 2. Quum is Trib. pleb. capitali odio à Quin. Pompeio, qui tum erat Consul, dissideret.
Capitalis oratio. Cice. 2. Offic. 108. Capitalis oratio est, ad æquationem bonorum pertinens qua peste quæ potest esse maior?
Capitale periculum. Plaut. Trinum. 14. 77. Periculis tum per maria maxima vectus capitali periculo. Idem Rud. 10. 18.
Capitalis pestis voluptas corporis. Cice. de Senect. 56.
Reditus capitalis & pestifer. Cice. 4. Philip. 154. Capitale & pestiferum à Brundisio M. Antonii reditum timeremus.
Rei capitalis quæstiones. Cic. 4. Verr. 47. Rei capitalis accusare, Cic. 4. Verr. 47. Rei capitalis damnare, siue condemnare, Cic. pro Cluentio 24. & pro Domo sua 21. Liu. 3. ab Vrbe 57. T. Quintius clamitat, Cui rei capitalis dies dicta sit, & de quo futurum propediem iudicium, &c.
Capitales Treuiri. Cic. ad Trebatiũ, lib. 7. 13. 6. Sed vt ego quoque te aliquid admoneam de vestris cautionibus Treuiros vites censeo: audio capitales esse, mallem auro, ære, argento, essentried aliàs iocabimur.
Capitales Triumuiri, Ad quos capitalium causarum animaduersio spectabat. Cæterum animaduertendi in facinorosos ea erat ratio, vt primum ad Triumuiros capitales crimina deferrẽtur, hi ad Prætorem de lata referrent, Prætor iudicium confessumque cogeret, iudicesque in consilium mitteret: Triumuiri capitales rursus decretum consilii exequerentur. Liuius Triumuiris capitalibus mandatum, vt vigilias disponerent per vrbem. Hæc Budæus.
Capitale est. Plin. lib. 18. cap. 3. 4. Frugem secuisse, puberi XII. tabulis capitale erat. Id est pœna capitis adscripta erat. Cic. 2. de Legib. 35. Qui que non paruerit, capitale esto. Idem 2. de Inuent. 193.
Capitale ingenium, Ingenium solers exponit Ouid. lib. 3. Fastorum 168. vbi de templo loquitur Captæ Minervæ,
Nominis in dubio causa est, capitale vocamus
Ingenium solers, ingeniosa dea est.
Cansam inuestigat eur Capta vocata sit Minerua, videturque & caput & Capta ab eodem fonte defluxisse, significare.
Capitaliter, penul. corr. (φονικῶς,) Aduerbium. Plinius epist. 5. b. Præterea reminiscebatur, quàm capitaliter meipsum apud Centumuiros lacessisset.

Universidad de Deusto Biblioteca

Capistrum, (κημὸς, φορβειά,) Capitis vinculum, quod mulis, iumentis, bobus, & cuicunque animali adhibetur ne fugiant. Varro 2. de Re rustica, ca pi. 6. 4. Proximo anno noctibus patiuntur esse cum his, & leuiter capistris, aliâve qua re habent vinctos. Martialis libro 1. 175. Paret puniceis aper capistris.

Ferratis capistris ora præfigere. Virgil. 3. Georg. 80. Primaque ferratis præfigunt ora capistris. Id est duris. Seruius.

Maritale capistrum. Iuuenalis Saty. 6. 5. Id est coniugale vinculum.

Mollia capistra. Virgil. 3. Georgic. 38.
– inque vicem det mollibus ora capistris Inualidus.

¶ Frænare ora capistris. Ouid. 10. Metamorpho. 25.

¶ Capistrum, vinculum quo ligantur vites, & similia. Columel. lib. 4. capi. 20. 2. Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est capistro constringitur. Cato cap. 12. In torcularium hæc opus sunt, vasis quinis. Et paulò pòst, trochleas quinque, capistra quinque.

Capistro, capistras, (κημόω,) capistrare, Capistro ligare, siue vincire. Plin. lib. 18. cap. 19. 3. Si inter arbores, vitesque aretur, fiscellis capistrari boues oportet, ne germinum tenera præcerpant. Colum. lib. 11. cap. 2. 74. Vt iuga vineis imponantur, & capistrentur.

Capistratus, (κημωτός,) Ouid. episto. 2. 26.
Inque capistratis Tygribus alta sedet.

Capitatio, Tributum quod in capita ita constitutum erat, vt iugatio in iuga boum. In L. Immunitates. & in Leg. sequenti, De agricol. & censo. libro XI. C. Idem Capitatio pro annona, in Titul. de Annonis & capitatione. Cod. Budæus.

Capitâtus, ta, tum, penul. prod. (κεφαλωτός,) Adiectiuum, Dicitur quod caput habet: vt Capitatum porrum dicimus, quod in caput latius crescit. Martialis libro 13. 19. Item Plinius lib. 20. cap. 6. Capitato porro maior est ad eadem effectus.

Capitatus clauus. Varro 2. de Re rust. cap. 9. 12.

Capitata vinea. Columel. lib. 5. cap. 5. 8. Nam duæ species huius quoque culturæ sunt: alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probât. Id est quæ crescunt in caput, & robur crassitudinis accipiunt in stirpe.

Capitellum, capitelli, (κεφάλιον,) Diminutiuum ab alio diminutiuo Capitulû, Paruû caput: hoc est crassiorem summitatem cuiuscunque rei significat. Pli. li. 14. ca. 19. 4. Inde alii ramuli assurgût sua capitella gerêtes.

Capitellum, significat etiam caput columnarum. Quinetiam recentiores medici capitellû sumût pro illo vase duplici in quo reponitur herbæ, aromata, vel quiddã simile, vt igni supposito ex eis aqua exprimatur.

Capitium, capitii, Capitis tegmen. Varro de Vita Popu. Roma. lib. 4. Tunicas, neque capitia, neque strophia, neque zonas. Idem in eodem, Neque id ad orbita matrumfamiliâs institutum, quòd eæ pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant. Nonius.

Capito, capitonis, masc. gen. Qui magnum habet caput. Cice. 1. de Natu. deorum 107. Redeo ad deos, ecquos strabones, at petulos esse arbitramur, ecquos næuum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis an omnia emendata in illis?

Duri capitones dicuntur, qui nunquam de sua sententia immutantur. Plautus Persa 3. 6.

Capito, Piscis genus, apud Catonem, cap. 158. 1.

Capitulatus, Adiec. (κεφαλωτός,) vt Capitulatæ costæ. Celsus li. 8. ca. 1. Hæq; primis partibus rotundæ, ac leuiter quasi capitulatæ, vertebrarû transuersis processibus ibi quoque paulum insinuatis inhærent.

Capitulata folia. Quæ veluti capitulum quoddam in summo habent. Plinius, Folia bonis linguæ similia, minora, sub candida, & in cacumine capitulata. Ita Calepinus habet. At nunc apud Plinium lib. 27. cap. 8. 6. pro capitulata, legimus capitula purpurea.

Capitulatim, Aduerbium, (κατὰ κεφάλαιον,) Plin. epist. 22. lib. 6. Per capita. Plinius libr. 2. cap. 124. Nunc confessa de iisdem breuiter atque capitulatim attingam.

Capitulum, penul. correpț. (κεφαλίδιον,) Diminutiuum, Paruum caput. Plaut. Curcul. 7. 14. Vbi quid surripuêre, operto capitulo caldum bibunt. Plin. lib. 25. cap. 9. 3. Capitula viperæ similia.

Capitulum pro initiis rerum diuersarum, quibus libri solent distingui. Cicero 1. de Legib. 31. Nec verò ferent, si audierint te primum capitulû optimum prodidisse, in quo scripsit nihil curare deum nec sui nec alieni. Nisi capitulum accipiat pro particula, quam quidam propositioné & propositum in oratione appellant. In emendatioribus codicibus legitur, primum caput libri optimi prodidisse.

Capitulum, Vox blandientis. Teré. Eun. 3. 3. 25. O capitulû lepidissimû.

Capitulum, in columnis & similibus etiam dicitur: nempe summitas & culmen. Plinius lib. 36. cap. 23. 6. In Ephesiæ Dianæ æde primum columnis spiræ subditæ, & capitella addita. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 9. Inter quas locus qui est ornithonis, patet in latitudinem pedum XLVIII. deformatus ad tabulæ literariæ speciem cum capitulo. Cato ca. 18. 3. Inter quas arbores quod loci supererit, robore expleto, eo plumbum fundito, superiorem partem arborum digitos sex altam facito fiet, eo capitulum robustum indito. Vitruuius lib. 3. cap. 3. Scapis columnarum statutis, capitulorum ratio, si puluinata erunt, his symmetriis confirmabuntur.

CAPYS, Capyos, (κάπυς,) Filius Assaraci, & pater Anchisæ à quo dicit Virgilius conditam Capuam. Vide CAPVA. Virg. 10. Aeneid. 26.
Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni
Aggere murorum sublimem gloria tollit:
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi. Seruius ait Liuium malle à locis campestribus sic denominatam esse.

CARABI, Scythiæ flumen est apud Plinium lib. 6. cap. 17.

CARAMBIS, (κάραμβις,) Promontorium magnum ad Septentrioné porrectum, arietinæ frontis habens formam: quod longo spatio pelago incumbens, Scythicæ obiectum peninsulæ, Euxinum pontum bimarem videtur efficere. Vide Plinium lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 2. Strabonem item lib. 7.

Carambis alta. Valer. 5. Argonaut. 12.

Nubifera Carambis. Valer. 8. Argonaut. 43.

CARAMBVCIS, Scythiæ fluuius, ad montes Riphæos, Author Plinius libro. 6. cap. 13.

CARANA, Póti oppidû, à quo Caranêsia regio dr, vt scribit Strab. li. 12.

CARANITIS, Præfectura est Armeniæ maioris, apud Pli. li. 5. ca. 14.

CARANVS, penult. correpț. Macedoniæ rex, cuius historiam pluribus persequitur Iustinus libro 7. Eius etiam meminit Solinus cap. 13. Est item Caranus Aradiorum portus in Phœnicia prope Paltum vrbem. Vide Strabonem lib. 16.

CARASENI, Populi Tauriæ regionis, de quibus Plinius lib. 4. ca. 12.

CARASTASCI, Plinio lib. 6. cap. 7. Populi sunt circa Mæotin.

CARAXVS, Frater fuit Sapphus, & amauit meretricis quam Sappho Doricam appellat, alii Rhodopen. Perottus.

CARBANIA, Pomponio Melæ. libro 2. commemoratur inter paruas insulas Italiæ adiacentes.

CARBAS, (κάρβας,) Ventus Africus dicitur à Vitruuio: nautæ Carbanum nominant, quem Libycum hodie vel rurâ vocant.

Cárbasus,

carbasi, penult. correp. fœm. generis, (ἄρπασον,) secundum Priscianum: & gen. masc. secundum Phocam: Probus verò & Caper dicunt esse masculini & fœminini in singulari, in plurali verò neutri. Est autem genus lini miræ tenuitatis, in Hispania primùm repertum, teste Plinio lib. 19. cap. 1.

Carbasus, Velum ex carbaso factum. Virgil. 3. Aeneid. 72. – & auræ Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus Austro. Vbi Seruius, Carbasus genus lini est quod abusiue pro velo ponitur. Sanè in numero singulari hæc carbasus dicimus: in plurali hæc carbasa. Lucre. li. 6. 23.
Carbasus vt quondam magnis intenta theatris
Dat crepitum malos inter iactata, trabesque,
Interdum per scissa furit petulantibus auris.

Deducere carbasa. Ouid. 11. Metamorpho. 96.
– totaque malo
Carbasa deducit. Idem lib. 6. 47.

Mota secundo flatu sonant carbasa. Ouid. 13. Metamorpho. 14.

Præbere ventis carbasa. Ouid. episto. 7. 34.

Torto subducere carbasa lino. Ouid. 3. Fasto. 118.

Aura ventilantur carbasa. Stat. 4. Sylu. 3. 22.
Prima carbasa ventilentur aura.

Vocat iam carbasus auras. Virgilius 4. Aeneid. 84.
Locutio poetica, tempus abeundi esse significans.

¶ Carbasus, Pallium quo quis amicitur, opulentiæ causa, vt ex serico aut tenui lino. Virg. lib. 8. Aeneid. 7. – cum tenuis glauco velabat amictu Carbasus. Idem li. 11. 155. – tum croceâ chlamydemq; sinusq; crepantes Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro. Ex Nonio. Valeri. Maxi. lib. 1. de Aemylia virgine Vestali, Qua adorante, quum carbasum quã optimam habebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit. Curtius de Indis loquens, Corpora vsque pedes carbasa velant. Idem, distincta sunt auro & argento carbasa, quæ indutus est.

¶ Carbasa, pro ea tunicæ parte quæ sinus fluentes habet in modum carbasi veli. Lucanus li. 3. 48. Fluxa coloratis astringunt carbasa gemmis.

Carbaseus, Adiectiuum, (καρπάσινος,) Ex carbaso factus. Cice. 7. Verr. 26.
Tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. Et paulo pòst 64.

Sinus carbasei crepantes. Virgil. 11. Aeneid. 155.

Carbasei venti. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 5.
Post hæc carbaseis humorem tollere ventis,
Atque in marmorea ponere sicca domo.

Carbasinus, pe. cor. (καρπάσινος,) Idé: vt Carbasina vela. Pli. li. 19. ca. 1. 14.

Carbasineus, Idem. Varro de Vita Popu. Rom. lib. 4. Eadem pollea carbasineo magis, vt pellibus tegerentur togæ. Ex Nonio.

Carbatína,

(καρβατίνη,) Calceamenti genus est rustici, vt habet Pollux lib. 7. Onomast. ca. 22. vocatum sic à Caris populis. Catul. in epigrãmatis vocat crepidas carbatinas 39. ad Victium.

CARBO, (κάρβων,) Orator Romæ, cuius meminit Cicero in Bruto 53. his verbis, Vtinam in Tyberio Graccho Caioq; Carbone talis mês ad Rempublicam bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit: profecto nemo his viris gloria præstitisset. Sed eorum alter propter turbulentissimum Tribunatum, ad quem ex inuidia fœderis Numantini bonis iratus accesserat, ab ipsa Rep. est interfectus. Alter propter perpetuam in populari ratione leuitatem, morte voluntaria se à seueritate iudicum vindicauit. Sed fuit vterque summus orator, atque hoc memoria patrum teste dicimus. Ibidem. 117. In eodem igitur numero eiusdem ætatis C. Carbo fuit, illius eloquentissimi viri filius, non satis acutus orator, sed tamen orator numeratus est. Erat in verbis grauitas, & facilè dicebat, & authoritatem naturalem quãdam habebat oratio. Hactenus Cicero. Hunc postremò ab exercitu suo interfectum fuisse, quem bellis ciuilibus lapsum adstringere, & ad disciplinam reducere cupiebat, author est Valerius lib. 9. cap. 7. Cn. Carbo preterea, huius frater summa fuit authoritate in Rep. partes Marianas secutus. In tertio Consulatu suo in Sicilia, iussu Pompeii dum ventrem apud latrinã exoneraret, trucidatus est. Author idẽ Valer. lib. 9. ca. 13.

Carbo,

carbonis, m. g. (ἄνθραξ,) Pruna extincta. Terent. Adel. 5. 3. 63. Tam excoctam reddam, atque atram, quàm carbo est.

Carbo etiam dicitur quum est ignitus. Plin. lib. 18. Et quum cinis in foco concrescit, & quum carbo vehementer perlucet.

Candens carbo. Cic. 2. Offic. 33. Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.

Lentis vrere carbonibus. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 10.

Vis carbonum grauis. Lucret. lib. 6. 161.
Carbonumque grauis vis, atque odor insinuatur
Quàm facilè in cerebrum, nisi aquam præcepimus antè?

¶ Carbone notare, Id est damnare: cui cõtrarium est, Creta notare. Propterea quòd Pythagoras aiebat, id quod esset colore candido, ad bonam naturam pertinere: quod atro, mali. Persius in quinta Satyra. 11.
Quæque sequenda forent, & quæ vitanda vicissim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti. Horat. 2. Serm. 3. saty. 49.
– creta an carbone notandi?

Picta carbone prælia. Horat. 2. Serm. saty. 7. 20.

Carbúnculus, pen. corr. (ἄνθραξ,) Diminutiuum. Plaut. Mostel. 13. 48.
– ita Amburetur misero ei corculû, vt carbunculus. Author ad Heréniû lib. 4. 148. Ipse à vicinis cû testa ambulans carbûculos corrogaret.

¶ Carbunculus, Genus terræ, vt ait Varro de Agricultura lib. 1. cap. 9. 2. quæ sole perferuet, ita vt radices satorum comburat. Plin. lib. 17. cap. 4. 5. Et carbunculus, terra quæ ita vocatur, emendari vite macra putatur. Palladius, In Ianuario mense carbunculus nisi stercoretur, macras vineas reddit.

¶ Carbunculus, in arboribus ea est corruptio quæ flores adurit. Vide Carbunculatio.

¶ Carbunculus, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 7. 1. Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes: ob id à quibusdam apyroti vocati.

¶ Carbunculus, etiam furunculum ignitum & ex bile adusta inflammatum significat apud medicos. Plin. lib. 23. cap. 4. 3. Nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

Carbunculôsus, pen. prod. (ἀνθρακώδης,) Adiectiuum: vt Carbunculosus ager. Colum. lib. 3. cap. 11. 8. Nam carbunculosum agrum, nisi stercore iuues, macras vineas efficere dixerunt.

Carbunculosa arena, Hoc est rubra & lapillis quibusdam rubris ceu carbunculis plena. Plin. lib. 31. cap. 3. 17. Sabulum masculum & arena carbunculosa certas promittit venas, stabilesque & salubres.

Carbúnculo, carbunculas, pen. corr. (ἀνθρακόομαι,) carbunculâre, verbum ex eorum numero quæ sub actiua voce passiuè significant: vel Carbunculor, carbuncularis, carbunculari, Deponens, Inflammatum esse velut carbo. Plin. lib. 23. cap. 3. 1. Succus eorum carbunculantibus circa oculos vlceribus, & pustulis, procidentique pupillæ efficax.

Carbunculantur semina. Plin. lib. 12. ca. 7. 2. Verùm & his sua iniuria est, atque cœli intemperie carbunculantur, fiuntque semina cassa & inania. Id est contrahunt vitium illud quod dicitur carbunculus.

Carbunculare etiam dicuntur vites. Plin. lib. 18. cap. 28. 12. Vnde carbunculare dicuntur vites, vt quodam vredinis carbone exustæ.

Carbunculatio, (ἀνθράκωσις,) & carbunculus, in arboribus est eiusmodi corruptio, quam vulgari sermone pruinam appellamus, quæ verno tempore adurit lactescentes germinum oculos: & quum flores adusserit, carbunculus tum vocatur. Plin. lib. 17. ca. 24. 6. Syderatio tota cœlo constat: quapropter & grando in his causis intelligi debet, & carbunculatio, & quod pruinarum iniuria euenit. Hęc enim verno tepôre innitaris & erumpere audentibus satis mollibus insidens adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculû vocant. Budæus.

Carbunculatio in vitibus, quę circa Idus Augusti in Italia accidit, vitium est quum vuæ non satis foliis tectæ, præferuidis solibus interdum retorridæ fiunt & exustæ, ex quo tandem acescunt, vt quodam vredinis carbone exustæ, acinisq; tunc præcoquuntur in callum, vt Plinius ait, lib. 18. cap. 29. 7. quod fit ad Canis ortum interlunio accidente. Hæc Budæus. cui non conuenit cum Plinio in hac dictionis significatione. Vide prolixam eius disputationem in Annotationibus in Pandectas. Plin. lib. 18. cap. 28. 12. In hoc temporis interuallo res summa vitium agitur, decretorio vuis sydere illo quod Caniculam appellauimus. vnde, carbunculare dicuntur, vt quodam vredinis carbone exustæ.

Carbonarius, ἀνθρακεύς,) Qui carbones conficit. Plaut. Casina 10. 2.
Sine modò rus eueniat, remittam ad te virum
Cum furca in vrbem tanquam carbonarium.

Carbonarius, (ἀνθράκινος,) Adiectiuum. vt Fornax carbonaria.

Carbonarium negotium exercere. Plin. de Viris illustrib. 72. M. Aemylius Scaurus nobilis pauperrimam pater eius quanuis Patritius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.

CARCASVM, (κάρκασον,) Narbonensis Galliæ vrbs. Author Pli. lib. 3. ca. 4. in descriptione Narbonẽsis prouinciæ. Hodie vulgò Carcasona.

Carcer,

carceris, pen. corre. m. g. (δεσμωτήριον, φυλακή, εἱρκτή,) Locus inquit Seruius, in quo seruantur noxii: vel vnde quis exire prohibetur: à coercêdo dictus, vt ait Varro de Lingua Latina lib. 4. quod exire prohibentur. Liuius 1. ab Vrbe 150. Quum in tanta multitudine hominum, discrimine recte an perperam facti confuso, facinora clandestina fierent, carcer ad terrorem increscentis audaciæ media vrbe imminens foro ædificatur. Idem lib. 3. ab Vrbe 287. Et carcerem impleueritis principibus. Cic. 7. Verr. 18. Cur carcer ædificatus? cur tot supplicia sint in improbos more maiorum constituta?

Scelerum vindex carcer. Cice. 2. in Catil. 46.

Ianitor carceris. Cice. 7. Verr. 92.

Inferorum carcer. Seneca in Hercule furente 13. 17.
– dira furiarum loca Et inferorum carcer.

Vincula carceris rumpere. Cice. 1. Tuscul. 116.

Aedificatus ad illius pœnam carcer. Cice. pro Sylla 51.

Aeolius carcer, Id est ventorum carcer, quibus Rex præest Aeolus. Ouidius 2. Fasto. 92.
Flamina non constant, & sex reserata diebus
Carceris Aeolii ianua clausa patet.

Ater carcer. Seneca in Hercule Oetheo 9. 3.

Cæcus carcer. Virgilius 6. Aeneid. 147. – neque auras
Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco. Id est tenebroso.

Dirus carcer. Seneca in Thyeste 1. 4.
Quod ipse custos carceris diri horreat.

Carcerem in aliquem effundere. Cice. in Pisonem 12. Nihil inter vos & Catilinam interfuisse, quàm quòd eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis: quòd omnes vndique perditos collegistis: q in me carcerem effudistis: quòd coniuratos armastis: &c.

Mœstus carcer, ab effectu, quia mœstos facit. Ouid. ad Liuiam 56.
Carnifici mœsto carcere dandus erit.

Niger carcer. Iuuenalis Satyra 13. 26.

Reuulsus carcer, Apertus. Claudian. 1. de Raptu Proserp. 9.

Rusticus carcer, id est carcer ruri seruos ad glebam astrictos continens. Iuuenalis Saty. 14. 3.
Quid suadet iuueni lætus stridore catenæ,
Quem mirè afficiunt inscripta ergastula, carcer Rusticus?

Sollicitus carcer. Ouid. 1. Amorum, elegia 6. 13. Sollicitum dicit quòd sollicitos & anxios reddat inclusos.

Squallidus carcer. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 9.

Tenebrosus carcer. Lucan. lib. 2. 16.

Vno carcere contenta Roma. Iuuenalis satyra 3. 31.

Asseruare in carcere. Vide ASSERVO.

Carcere attineri. Tacit. lib. 5. 111. 10. Sextus Marius Hispaniarum ditissimus defertur incestasse filiam, & saxo Tarpeio deiicitur. ac ne dubiû haberetur, magnitudiné pecuniæ malo vertisse, aurariasq; eius (quanq publicarentur) sibimet Tiberius seposuit, irritatusq; suppliciis, cûctos qui carcere attinebantur accusati societatis cum Seiano necari iubet.

Condi in carcerem. Cice. 7. Verr. 61. Qui postulante me, produci atque in carcerem condi imperauit.

Coniici in carcerem. Cice. 1. Tuscul. 153. Vide CONIICIO.

Cubare in carcere. Vide CVBO.

Deducere aliquem in carcerem. Vide DEDVCO.

Duci in carcerem illos iubet. Cice. 7. Verr. 62.

Emissos è carcere rogatu hominis optimi. Cice. pro Plancio 25.

Carcere frænare. Virgil. 1. Aeneid. 12.

Includere in carcerem. Vide INCLVDO.

Laxari carcere, Liberari. Claudianus 2. de Raptu Proserp. 35. Carceribus laxantur aquæ.

Mittere in carcerem. Cice. 4. in Catil. 85.

¶ Carcer, homo, per metaphoram. Terent. Phorm. 2. 3. 26. Ain tandem carcer? Vbi Donatus, Non carcerarium, sed carcerem asperius appellauit. Sic Lucilius, Carcer, vir carcere dignus.

¶ Carceres, tantum pluraliter, (ἀφετήρια,) Locus in circo, vnde emittuntur equi in spectaculis. Seruius in 1. Aeneidos 14. Carcer est vndecunque prohibemur exire. Dictus quasi arcer, ab arcendo. Locum autem in quo seruantur noxii, carcerem dicimus numero tantùm singulari: vnde verò erumpunt quadrigæ, carceres dicimus numero tantùm plurali. licet plerunq; vsurpet poeta, vt est 3. Aeneid. 10. Ruuntq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

effusi carcere currus. Et rursum libro 5. 29. Quem quidem in locum sic ait Seruius, Carcer est numero tantùm singulari, custodia noxiorum. Carceres verò tantùm pluraliter ostia quibus equi arcentur. Vnde & carceres, quasi arceres secundum Varronem. Cice. de Claris Oratorib. 90. Nec enim in quadrigis eum secundum numerauerim, aut tertium, qui vix è carceribus exierit, quum palmam iam primus accepetit: nec in Orationibus, qui tantum abfit à primo, vix vt in eodem curriculo esse videatur. In illa tamen significatione nonnunquam etiam apud idoneos authores, frequenter apud poetas singulariter profertur. Author ad Herennium, lib. 4. 141. Impudentesque illos dicit esse qui currere cœperint, ipse intra carcerem ster, &c. Ouid. 10. Meta. 130.

Signa tubæ dederant, quum carcere pronus vterque
Emicat, & summam celeri pede libat arenam. Idem 3. Amo. eleg. 2. 2.

–fuero de carcere missis Insistam forti mente vehendus equis.

Soluti carceres. Stat. 6. Thebaid. 105.

Ceu modo carceribus dimissus in arua solutis,

Dimitti carceribus. Statius 6. Thebaid. 105.

Effundere sese carceribus. Virgil. 1. Georgic. 102.

Vt quum carceribus sese effudere quadrigæ.

Exire è carceribus. Cice. de Claris Oratorib. 90.

¶ A carceribus ad calcem, Id est à principio ad finem. Cice. de Amicitia 84. Maximè quidem optandum est vt cum æqualibus possis viuere: quibuscum tanquam è carceribus emissus sis, cum illidem ad calcem, vt dicitur, peruenire possis.

A carceribus ad metas. Varro 1. de Re rust. cap. 3. An sit agricultura, an quid aliud & à quibus carceribus decurrat ad metas.

Carcerarius, (φρουρικός,) Adiectiuum. vt Carcerarius quæstus. Qui ad carcerem pertinet. Plautus Capt. 4. 26. Aegre est mihi hunc facere quæstum carcerarium.

CARCHEDON, penult. prod. (καρχηδών,) Carchedonis, Carthago dicitur. Inde Carthaginenses Carchedonii dicti. Plaut. Carchedonius vocatur hæc comœdia, Latinè Pœnulus. Et carbunculus authore Plinio lib. 37, ca. 7. vocauere Carchedonios propter opulentiam Carthaginis magnæ. Vide sequentem dictionem.

Carchedonius, Carbunculi genus, inter metalla æris repertũ, vilissimum, minimumque: idem fragile, & colore incertum: ac virentium in caudis pauonum, columbarumque collo plumis simile. Vide Plinium lib. 37. cap. 7. & cap. 5. 10.

Carchesium, (καρχήσιον.) Poculi genus. Virgil. 5. Aeneid. 16.

Hic duo rite mero libant carchesia Bacchi. Idem 4. Georg. 76. Et mater, cape Mœonii carchesia Bacchi. Marti. li. 8. 50.

Libare carchesia. Stat. 2. Achill. 2. –cella libant carchesia puppe.

Inuergere, vel Superinuergere carchesia. Ouid. 7. Metamorpho. 50.

Sacra facit, cultrosque in guttura velleris atri
Conicit, & patulas perfundit sanguine fossas.
Tum superinuergens tepidi carchesia lactis,
Alteraque inuergens liquidi carchesia mellis,
Verba simul fundit, terrenaque numina poscit.

¶ Carchesia, Summa pars mali, id est foramina quæ à summo mali funes recipiunt. Lucilius, Tertius hic mali superat carchesia summa. Hæc Nonius. Catullus, Lucida qua splendent summi carchesia mali.

Carchesium, poculi genus. Est autem carchesium, ait Macrob. libro quinto. Saturnal. capit. 21. poculum Græcis tantummodo notum. Meminit eius Pherecydes in libris Historiarum. aitque Iouem Alcumenæ pretium concubitus carchesium aureum dono dedisse. Sed Plautus insuetum nomen reliquit, aitque in fabula Amphitryone, pateram datam, quum longè vtriusque poculi figura diuersa sit. Patera enim, vt & ipsum nomen indicio est, vas planum ac patens est: carchesium verò procerum, & circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter ansis à summo ad infimum pertingentibus. Asclepiades autem vir inter græcos apprimè doctus ac diligens, carchesia, à nauali re existimat dicta. Ait enim naualis mali (sunt qui legant, veli) partem inferiorem, pteroam vocari: at circa mediam fermè partem πτερύλιον dici: summam verò partem carchesium nominari: & inde diffundi in vtrumque veli latus ea quæ cornua vocantur.

Carcinetron, Herbæ genus, Græci Polygonon vocant: cuius succus naribus infusus, supprimit sanguinem: & cum vino potus, cuiuslibet partis profluuium, excreationesque cruentas inhibet. Plinius lib. 27. cap. 12. 8. Ruellius lib. 3. cap. 79. dicit à Latinis appellari sanguinariam: Officinis autem nostris & herbariis corigiolam & centinodiam marem.

Carcinias, Gemma marini cancri colore. Plinius libro 37. capite 11. 1.

CARCINITES, penul. prodnct. Sinus est Scythiæ Europeæ apud Plinium lib. 4. cap. 12. & Pomponium lib. 2. In eodem sinu vrbs est, nomine Carcine, eodem Pomponio authore. Est & Carcinitus fluuius oppidum præterfluens, Ptolemæo.

Carcinôdes, Vide CARCINVS.

Carcinôma, penul. prod. Carcinómatis, penul. correp. n. g. (καρκίνωμα,) Cancer morbus. Plin. lib. 20. ca. 9. 3. Aqua quoque eius decocta, neruos, articulosque mirè iuuari: si foueantur vulnera & recentia & vetera, etiam carcinomata, quæ nullis aliis medicamentis sanari possint. Cato cap. 157. 4. Et siquid in mammis vlceris natum, & carcinoma, brassicam tritam apponito, sanum faciet.

Carcinus, penul. corrept. Id est cancer animal, καρκίνος, à Græcis dicitur. Lucanus libro 9. 108. Carcinus ardens. Hîc pro Cancro sydere accipitur.

Carcinodes, penul. prod. carcinódeos, n. g. (καρκινώδης,) Ad carcino dicitur, hoc est cancro, quando vitium seu morbus cancri naturam imitatur, & serpit quasi cancer. Plin. lib. 20. ca. 17. 11. Narium quoque carci nodes, consumit illitum ex aqua.

Cardamon, penul. corrept. n. g. (καρδάμωμον,) Herba quæ sylue stre nasturtium dicitur Dioscoridi & Galeno, vnde pronerbium Græcum ὄξει καρδάμωμον, Ede nasturtium. Vide Chiliad. Erasm. Vulgo appellatur Agretto.

Cardamómum, penul. produ. (καρδάμωμον,) Genus herbæ odoriferæ: de qua sic Plinius lib. 12. cap. 13. de azaro, amomo, amomide loquens, Simile his (inquit) & nomine & frutice cardamomũ, semine oblongo. metitur eodem modo & in Arabia. Quatuor eius genera. Viridissimum ac pingue, acutis angulis, contumax fricanti, quod maximè laudatur. Proximum è rufo candicante. Tertium breuius atque nigrius. Peius tamen varium, & facile tritu, odorisque paruisqui verius, cosso vicinus esse debet. Verum Cardamomum hodie non affertur ad nos.

Cardiacus morbus, (καρδιακὸς,) oris ventriculi affectus. cor enim proventriculi ore sumebant veteres: de quo sic Celsus lib. 3. cap. 19. Huic morbo præcipuè contrarium est id genus, quod καρδιακὸν, à Græcis nominatur: quanuis sæpe ad eum phrenetici transeũt. siquidem mens in illis labat, in hoc constat. Id autem nihil aliud est, quàm minus imbecillitas corporis: quod stomacho languente, immodico sudore digeritur. Licetque protinus scire ad esse, vbi venarum exigui, imbecillique pulsus sunt. Sudor autem supra consuetudinem, & modo, & tempore, ex toto thorace & ceruicibus, atque etiam capite prorumpit: pedibus tantummodo & cruribus siccioribus atque frigentibus.

Cardiæus, penul. corre. pro illo qui Cardiaco morbo tentatur. Horatius 2. Sermo. saty. 3. 33.

Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,
Hic æger. Restè est igitur, surgetque? Negabit.
Quòd latus, aut renes morbo tententur acuto. Iuuenal. Sat. 6. 4. Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. Cic. 1. de Diuin. 139. Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit nec phreneticis.

CARDINEA dea, quæ cardinibus præerat. Vide CARNA.

Cardo, cardinis, penul. correp. m. g. (σφόγγος, σφοφένς, γίγγλυμος,) Dicitur quasi cor ianuæ, quo scilicet illa mouetur: vt ait Seruius. Virgil. 1. Aeneid. 91. –foribus cardo stridebat ahenis. Plaut. Amphit. 14. 5. Penè effregisti fatue foribus cardines. Idem Curcul. 5. 94. Non mutit cardo? est lepidus.

Celer cardo. Seneca in Hippoly. 9. 1. Celerique polos cardine versat. Verba sunt ad Iouem.

Facilis cardo. Iuenal. Saty. 4. 7.

Horrisonus cardo. Virgil. 6. Aeneid. 115.

Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ Panduntur portæ.

Emouere à cardine. Virgil. 2 Aeneid. 99.

–& emoti procumbunt cardine postes.

Emotus cardo. Stat. 1. Thebaid. 69. –venti transuersa frementes
Confligunt, axemque emoto à cardine vellunt.

Stridet cardo. Virgil. 1. Aeneid. 91.

–foribus cardo stridebat ahenis.

Vellere à cardine postes. Virgil. 2. Aeneid. 96.

Versare cardinem. Ouid. 4. Metamorpho. 19.

Callida per tenebras versato cardine Thisbe Egreditur.

Versus cardo. Virg. 3. Aeneid. 90. Verum eadem, verso tenuis cum cardine ventus Impulit. Id est aperta ianua, per Periphrasin. Seruius.

¶ Cardines appellantur à Vitruuio, lib. 6. ca. 1. & lib. 9. cap. 4. duo cæli vertices, alter Septentrionalis, alter Meridionalis, Græcè πόλοι, dicuntur. Lucanus lib. 4. 15.

–& summus olympi Cardo tenet Tethyn.

Mundi cardo qui semper liquidis altior extat aquis. Periphrasis eiusdem. Septentrionalis, plagæ apud Ouidium lib. 2. de Ponto, eleg. 10.

Eous cardo, Vnus è quatuor mundi cardinibus, Orientalis. Stat. 1. Thebaid. 32. –quid si peteretur crimine tanto
Limes vterque poli, quem Sol emissus Eoo
Cardine, quem portu vergens prospectat Ibero?

¶ Cardo, pro opportunitate. Virgil. 1. Aeneid. Haud tanto cessabit cardine rerum. Vbi Seruius, Aut σφοντυλος, dixit, ne in tantum quidem hoc est breui occasione cessabit. Aut simpliciter intelligẽdum est, Nõ poterit in tanta rerum opportunitate cessare: vt sit de prouerbio tractum, de quo dicitur, Res in cardine est, hoc est in articulo.

In eo cardo rei vertitur, dixit Cicero, pro eo quod est, ex hoc tota res pendet. Egregia translatio.

Cardinem causæ in aliquo ponere dicebant antiqui, quod nunc dicimus, Accipere ius per hoc vel illud. Quintil. lib. 5. cap. 12. 3. Cædes à te facta est: neruentam enim vestem habuisti. Non est iam graue argumentum si fatetur, quàm si conuincitur. Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse vestis: si negat, hic cause cardinem ponit. in quo si vicstus fuerit, etiam in sequentibus ruit. Budæus.

Cardo litium, Idem quod cardo causæ, siue summa totius litis. Quintil. lib. 12. cap. 8. 1. Negligentium oratorum nihil refert vbi litium cardo vertatur, dum sint quæ extra causam ex personis ac communi tractatu locorum occasionem clamandi largiantur. Budæus.

¶ Cardo, summa pars est tugamenti, quod in caulum inditur. Budæus de Assamentis loquens.

¶ Cardines temporum à Plinio dicuntur Ver, Aestas, Autumnus, & Hyems, lib. 18. cap. 25. Cardo temporum quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur &c. Ibidem, cap. 28. Solstitium magnus anni cardo.

Extremus æui cardo. Seneca in Troade. 1. 11. Mortalis æui cardinem extremum prepetis. Id est exitum.

Cardo, est forma agri: quam exponit Plinius lib. 18. his verbis, Solis ortu, quocunque libeat die stantibus hora diei sexta, sic vt ortum cum à sinistro humero habeant, contra mediam faciem meridies, à vertice septentrio erit. qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur. Limus. 7. bel. Maced. 253. Terminus est nunc imperii vestri mons Taurus. quicquid intra eum cardinem est, nihil longinquum vobis videri debet: quo arma vestra peruenerant, eodem ius hic profectum peruenit. Verba sunt legatorum Græciæ. Taurum montem à mari Euxino ad Cyprium excurrentem Liuius cardinem à forma vocauit quasi diceat, limitem imperii Romani à Septentrione ad Meridiem. Budæus.

Cardinitus, penult. prod. A diectiuum, (κανονικὸς,) vt Tignum cardinatum: vulgus enclauatum vocat. Vitruuius lib. 10. cap. 21. Coniuncta capitibus transuersario cardinato tigno, & altero mediano interiquos scapos cardinato.

Carduelis, huius carduelis, (ἀκανθίς,) Auis dicta, quòd carduorum semine pascatur. Plin. lib. 10. cap. 42. 1. Minimæ auium cardueles, imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus & ore pro manibus. Dicitur carduelas à Seruio.

Carduus, cardui, masc. gen. (σκόλυμος,) Herba est vulgo nota.

Mox & frumentis labor additus: vt mala culmos
Esset rubigo, segnisque horreret in aruis Carduus. Item. 5. eclog. 8.

Colum. lib. 7. cap. 8. 1. Vide & Plinium de hoc abunde tractantem.

Care, Vide CARVI.

Carectum, Vide CAREX.

Careo, carens, carui, caritum, penult. corr. & contra regulam cassum, cassus, nomen esse potius, q̃ participium, vt vacuus. Virg. 2. Aenei. 17.

–nunc cassum lumine lugent. Id est priuatum, vacuum. Seruius.

Carere quid significet, declarat Cicero 1. Tusc. 137. his verbis, Triste enim est nomen ipsum carendi: quia subijcitur hæc vis, Habuit, non habet, desyderat, requirit, indiget. Et paulo pôst. 139. Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere velis. Ibidem, Dicitur enim alio modo etiam carere, quum aliquid non habeas, & non habere te sentias, etiam si id facile patiare. Plura ibidem.

Careo, cum genitiuo. Terent. Heaut. 2. 4. 19.

Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere quos cepi, leues:
Præterquàm tui carendum quòd erat.

Cum accusatiuo. Plaut. Cure. 3. 43. Quia id quod amo careo. Idem Pœn. 134. Præsertim qui quod amat caret. Hic posset subaudiri R O ablatiuum, sic, Qui caret eo quod amat.

Cum ablatiuo. Plaut. Pœn. 18. 16. Et quibus annos plurimos carui. Terent. Eunuch. 2. 3. 17. Ego non illa caream, si sit opus vel totum triduum? Quintil. lib. 1. cap. 6. Et nostrarum vltima X qua tamen carere possumus. De literis loquitur.

Carere febri. Plautus Curcul. 2. 17.

Caruitne febris te heri vel nudiustertius?

Aditu carentia fana. Ouid. 3. Metam. 46.

Ambitione caret pectus. Horat. 2. Epist. 2. 42.

Ἀφροσύνης οὐκ ἔστιν ὅτου οὐκ ἐπιδεὴς ἐστί. Quintil. lib. 3. cap. 7. 6.

Bono carere. Cic. 1. Tusc. 140. Dicitur illud bono carere quod est magnum: sed ne vnus quidem bono caret, si eo non indiget.

Bonis morum carere. Id est carere bonis moribus. Stat. 5. Syl. 1. 11.

Commodis carere. Cice. pro Roscio Amerino. 25. An amandarat hunc sic, vt esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam? vt commodis omnibus careret?

Crimine carere. Cic. pro Ligario, Ergo hęc duo tempora carent crimine.

Culpa carere. Plaut. Trinum. 17. 5. Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. Terent. Hecyra 4. 4. 40.

Ceusen te posse reperire vllam mulierem
Quæ careat culpam quia non delinquunt viri? hîc videtur Terentius ponere Carere culpa, pro eo quod est, non delinquere. Cic. A. Torquato lib. 6. 1. 11. Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præscribit: vt nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus, eaque quum careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus.

Cura carens opera. Horat. de Arte Poetica 53.

Dolore carere, Carere febri, molestia. Cice. de Amicitia 11. Valetudo exper itur vt dolore careas. Idem ad Tironem lib. 16. cap. 13. 1. Mihi nuntiauit te planè febri carere, & belle habere. Idem 1. de Finib. 59.

Quum omni dolore careat.

Carere sensu doloris. Cice. ad Brutum, Ne idipsum carere omni sensu doloris, sit miserius quàm dolere.

Dolis carere. Virgil. 2. Aeneid. 9. –aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaûm?

Carere domo, patria, publico, Senatu, & similibus. Cice. 7. Verr. 31. Annum tibi illum vnum domo carendum esse meretricis? Idem 6. Verrin 37. Dio Iouis interea Prætore isto propè triennium prouincia, domoque caruit. Terentius Heauton. 1. 1. 85. Carens patria ob meas iniurias. Cicero ad Atticum lib. 9. 191. 1. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi. Idest Roma absumus. Idem pro Milone 19. Caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico. Id est in forum non venit, in Senatu non fuit, in publico non versatus est.

Exemplo carere nefas dicitur, quod ab alio nemine commissum est. Seneca in Hippoly. 4. 4.

Tum scelera dempto fine per cunctas domos
Iere: nullum caruit exemplo nefas.

Fide carere dicitur res. Plinius lib. 16. cap. 2. 1. Vt alia omittantur fide caritura. Idem lib. 7. cap. 1. 2. Naturæ verò rerum vis atque maiestas, in omnibus momentis fide caret.

Fide carent verba. Ouid. epist. 2. 6.

Fine carere. Ouid. 14. Metamorpho. 27.

Frigoribus carere. Horat. 3. Carm. ode 19. 2.

Grauitate carens, Non ponderosus. Ouid. 1. Metamorpho. 14.

Honore carere. Ouid. 3. de Arte Amandi 96.

Honore mortis carere. Virgil. 6. Aeneid. 67. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes. Id est sepultura. Seruius.

Inuidia carere. Ouid. 13. Metamorpho. 28.

Labe vita carens. Ouid. 1. Triff. eleg. 8. 9.

Lachrymis caruere genæ. Virgilius 5. Aeneid. 35.

Tum verò exarsit iuueni dolor ossibus ingens,
Nec lachrymis caruere genæ. Nimis irascentum est. Cicero de Vere, Quum irasceretur, lachrymas interdum vix tenere. Seruius.

Laude sua carere. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9. Tormenta feret sine gemitu malus seruus: tolerantia tamen doloris laude sua non carebit.

Libertate carere, Non liberum esse. Horat. 1. Epist. 10. 8.

Carere hac luce. Cice. 1. Tusc. 20. Miserum Cn. Pompeium qui tanta gloria, dignitate tanta sit orbatus: omnes denique miseros qui hac luce careant. Hoc est his honoribus priuentur.

Carere forensi luce. Cl. de Claris Orato. 16. Quanquam forensi luce caruit, intraque parietes alunt eam gloriam. Id est causas non egit.

Luce carere. Id est mortuum esse. Ouid. 14. Metamorpho. 45.

Luxu carentes delitiæ. Stat. 1. Sylu. 3. 19.

Malis carere. Lucretius lib. 2. 1.

Sed quibus ipse malis careas, quia cernere suaue est,

Malo caret mors. Cice. 1. Tusc. 42.

Mente carere bona. Ouid. 2. Amorum, eleg. 8. 2.

Metu alicuius carere. Seneca in Hippoly. 2. 12.

Morte carentes diui. Horat. 2. Carm. ode 8. 3.

Munere carere. Virgil. 5. Aeneid. 130.

–indignantem tali quòd sola careret Munere.

Nimbus caritura Rhodope. Ouid. 2. Metamorpho. 45.

Caret Cressa nota. Horat. 3. Carm. ode 30. 2.

Oculis carere. Ouid. in Ibin 54.

Perturbatione animi carere. Cice. 1. Offic. 142. Sintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant.

Peste carere. Virgil. 9. Aeneid. 111. –retroque residunt
In partem quæ peste caret. Id est incendio. Seruius.

Iura carentia pompa. Lucan. lib. 1. 71.

–vanaque carentia pompa Iura placent.

Rebus vrbanis carere. Cice. 4. Acad. 1. Quibus temporibus florere in foro maximè potuit, caruit omnino rebus vrbanis.

Reditu vela carent. Id est non redeunt. Ouid. epist. 2. 6.

Rubigine dentes carent, Ouid. 1. de Arte Amandi 104.

Sensu caret mors. Ouid. 11. Metamorpho. 65.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sensu & vita carere. Cic. pro Caio Rabirio 21. Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniam sensu & vita caret? Idem 1. Tusc. 42.
Sensu carentia semina. Lucret. lib. 2. 197.
Carere sepulchro patrio. Horatius 2. Sermo. saty. 3. 89.
Per quem tot iuuenes patrio caruere sepulchro.
Sole carens domus. Ouid. 2. Metamorpho. 153.
Stultitia carere. Horat. 1. Epist. 1. 9.
Virtus est vitium fugere: & sapientia prima, Stultitia caruisse.
Successu carent doli. Ouid. epist. 1. 4.
Suspicione carere. Cic. pro Ros. Amer. 53. Veruntamen quanquam abest à culpa, suspitione tamen non caret. Id est non purus est, ait Budæus.
Terrore mortis carere. Iuuenalis Satyra 10. 36.
Fortem posce animum, & mortis terrore carentem,
Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoscunque labores.
Venia carere. Horat. in Arte 72.
Vino carere, Non bibere vinum. Plautus Trucul. 17. 55. Qui improbus est, siue subbibit, siue adeò caret temeto. Idem Asin. 13. 57.
Hæc multa ei esto, vino viginti dies vt careat.
Virginitate carent. Ouid. 9. Metamorphos. 67.
Virtute carentia verba. Horat. 2. Epistol. 2. 25.
Vitiis carens. Horat. 3. Carm. ode 17. 8.
Voluptatibus carere. Cic. de Senect. 7. Tum quòd voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullam putarent.
Non caret qui non desiderat. Cicc. de Senect. 44. Cupidis enim talium rerum, odiosum fortasse, & molestum carere. Satiatis verò & expletis iucundius est carere, quanquam non caret is qui non desyderat. Ergo non desyderare dico esse iucundius, quàm frui.
Carendo, Gerundium. Cic. post Reditum in Senatu 2. Amicitiæ, cõsuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique, & dies festi quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quàm fruendo. Sic in Orato. 88.
Cares, (Κᾶρες,) populi cariæ. Vide Caria. Virgil. lib. 8.
Hic lelegas, Carasque sagittiferosque Gelonos.

Carex, caricis, penul. correp. fœm. gen. Herba acuta & durissima, similis spartho. Virgil. 3. Georgic. 46. Et carice pastus acuta.
Hæc Seruius. Columel. lib. 11. cap. 2. 46. Filix quoque aut carex vbicunque nascitur, Augusto mense rectè extirpatur: melius tamen circa Idus Iulias ante Caniculæ exortum.
Carectum, carecti, Locus caricibus plenus. Virgil. 3. eclog. 4. Tu post carecta latebas. Columel. lib. 6. cap. 22. 2. Melius nemoribus herbidis, & frutectis, & carectis, quam lapidosis locis durantur vuguläe.
CARIA, (Καρία,) Eius Asiæ quæ minor dicitur, prima regio est. Minorem autem Asiam Plinius lib. 3. cap. 27. ab ortu Lycaoniæ, & Phrygia illa quæ Galatiam, & Pisidas attingit, ab occasu toto Aegæi maris cursu, à meridie Aegyptio pelago, à septentrione Paphlagonia terminat. Huius Cariæ meminit Cicero in Oratione pro Flacco 51. Quid de tota Caria? nonne hoc vestra voce vulgatum est, Siquid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendũ. Idem in Oratore 13. Itaque Caria & Phrygia & Mysia, quòd minimè politæ, minimeque elegantes sunt, asciuerunt aptum suis auribus, &c.
Caricus, penul. correp. (Καρικός,) Adiectiuum. vt Charta Carica. Stat. 4. Sylu. 9. 6. Chartæ Thebaicæque, Caricæque.
Carius, (Κάριος,) aliud adiectiuum. vt Diana Caria. Stat. 4. Thebaid. 45.
Plaudentique habiles Cariæ resonare Dianæ.
Caryatis, Caryatidis, (Καρυάτις,) Quæ est ex Caria, vnde Caryatides, mulieres quæ antiquitus ab architectis columnis insculpebantur. de quibus sic Vitruuius lib. 1. cap. 1. Carya ciuitas Peloponnesi, cum Persis hostibus contra Græciam consensit. Postea Græci per victoriam glorioseque bello liberati, communi consilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto, viris interfectis, ciuitate delcta, matronis eorum in seruitutem abductis, nec sunt passi stolas, neque ornatus matronales deponere, vti non vno triumpho ducerentur, sed æterno seruitutis exemplo grauiori contumelia pressæ, pœnas pendere viderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc architecti fuerunt, ædificiis publicis de signauerunt earum imagines oneri ferundo collocatas, vt etiam poste ris nota pœna peccati Caryatium, memoriæ traderetur.

Carica, caricæ, pen. corr. (Σῦκα,) Genus fici, à loco sic dictum. Plin. lib. 15. ca. 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores. In ficorum genere caricæ: & minores eius generis quæ coctana vocant. Cic. 2. de Diuin. 126. Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidã i portu caricas Cauno aduectas vẽdẽs, Cauneas clamitabat.
Carica propriè est ficus sicca. Ouid. 1. Fastorum 37.
Quid vult palma fibi, rugosaque carica? dixi.

Caries, ei, fœm. gen. (Σαῆρ,) Est vetustas vel putrilago: authore Nonio. Lucilius Satyr. lib. 7.
Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculique.
Tenera caries, Mollis. Ouid. 5. Trist. 6.
Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit,
Siqua diu solitis cymba vacabit aquis.

Infestari carie. Columella, lib. 11. cap. 2. 10. Omnis materia in ædificia succidi debet luna decrescente ab vicesima vsque in tricesimam: quia sic cæsa iudicatur carie non infestari.
Sentire cariem. Plinius lib. 16. cap. 39. 9. Cedri oleo peruncta materies, nec tineam nec cariem sentit. Ibidem cap. 40. 10. Cariem, vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, &c.
Trahere cariem. Plin. lib. 23. cap. 1. 26. Iam & patresfamiliãs ætatem ademere his quæ per se cariem traxere, quo certe vocabulo satis consilii dedere prisci, quoniam & in materiis cariem fumus erodit. At nos ẽ diuersa fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus.
Cariem vetustatis recipere. Columel. lib. 3. cap. 2. 10.
Carie pruna rugosa. Martialis lib. 13. 29.
Caries vini. Plin. lib. 15. cap. 2. 1. de vino, Quinimmo inuitat ad seruandum blanda inueterati caries.
Cariosus, penul. prod. (ἐνεῳδὴς,) Adiectiuum, Quod carie infestatum est. Columel. lib. 4. cap. 26. 2. Hæc, eorumque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesque eorum putres dedolandæ atque alia conuertenda, quæ synceritatem habentialia sumnouẽda, quæ vel cariosa, vel iusto breuiora sunt.
Cariosa ossa Celso dicuntur, teste Budæo.
Senectus cariosa. Ouid. 1. Amorum, eleg. 12. 6. in tabellas,
Quid precer iratus? tuis vos cariosa senectus
Rodat, & immundo cera sit alba situ.
Cariosa terra. Colu. lib. 2. cap. 4. 4. Obseruabimus ne lutosus ager trasteturneue exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosamque appellant. Vide Catonem, ca. 34. Et Plinium, li. 17. ca. 7. 2.
CARILLAE, (καρίλλαι,) Carillarum Picentum, quod Annibal deleuit. Silius lib. 8. 116. –& exhaustæ mox Pœno Mãrte Carillæ.

Carina carinæ, pen. prod. (τρόπις, τρίβις,) Infima pars nauis, autho re Festo Pompeioue ea trabes qua nauis fundatur. Cæsar 1. bel. Ciuil. 106. Carinæ primùm, ac statumina ex leui materia fiebãt reliquum corpus nauium viminibus contextum coriis integebatur. Liuius 2. bel. Punic. 87. Insecuti trepidam hostium classem, naues omnes, quæ non aut perfregerant proras littore illisas, aut carinas fixerãt vadis, religatas puppibus in altum extraxere. Ouid. 14. Metamor. 111.
–Mediisque carina Subdita nauigiis. Idem lib. 4. de Ponto.
Dum mea puppis erat valida fundata carina. Plaut. Nunc hic carina fundata bene & statuta est nauis fundamenta facta. Cic. 3. de Orato. 99. Quid tam in nauigio necessarium quàm latera, quàm carinæ, quid prora, quàm puppis, &c.
Fida carinis statio. Virgil. 1. Aeneid. 5.
Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.
Audaces carinæ. Iuuenalis Satyra 10. 27.
Celeri carina metiri aquas. Ouid. 9. Metamorpho. 90.
Sponte fugis Miletе tua, celerique carina Aegeas meritis aquas. Sic 16. epistо. 21. Tunc ego te vellem celeri venisse carina.
Curuæ carinæ. Virgil. 1. Georgic. 72. Ouid. lib. 1. Metamorpho. 29. Et Valerius lib. 6. Argonaut. 133.
Festa carina. Ouid. 1. de Remed. Amor. 83.
Hoc opus exegit: festæ date serta carinæ:
Contiguus portum, quò mihi cursus erat.
Firma carina. Ouid. epistо. 2. 10.
Impulsæ tonsis carinæ. Lucan. lib. 3. 106.
–Impulsæ tonsis tremuere carinæ.
Incurua carina. Ouid. 15. Metamorpho. 129.
Longæ carinæ. Virgil. 5. Aeneid. 32.
Mersa carina. Lucan. lib. 3. 126.
Aequora discedunt mersa diducta carina.
Panda carina. Virgil. 1. Georgi. 89. –& pandas ratibus posuere carinas.
Id est curuas. Seruius. Ouid. 15. epistо. 22.
Pictæ carinæ imant fluuio. Virgil. 8. Aeneid. 19.
Pressæ carinæ. pro onerariis vt ait Seruius. Virgil. 1. Georgic. 61.
Cèu pressæ quum iam portum tetigere carinæ.
Sicca carina. Horat. 1. Carm. ode 4.
Soluitur acris hyems grata vice veris, & fauoni:
Trahuntque siccas machinæ carinas. Siccas dicit, id est in litus propter intermissam, ob temporis iniuriam, nauigationem, subductas.
Turrigera carina. Lucan. lib. 3. 103.
Velifera carina. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 14.
Facilis carina. Silius lib. 17. 8.
Difiectare carinas. Lucretius lib. 2. 112.
Difiectare solet magnum mare, transtra, carinas.
Carinæ sine funibus vix durare possunt æquor. Horat. 1. Carm. ode 14. 2.
Emittere carinas. Lucan. lib. 3. 10.
–vt emissas venti rapuere carinas.
Ferre carinas. Lucan. lib. 1. 81.
Iactare carinas dicitur Neptunus. Ouid. 18. epistо. 23.
Te decet aut magnas magnum iactare carinas,
Aut etiam totis classibus esse trucem.

Insultant

Insultant carinæ fluctibus. Ouid. lib. 1. Metam. 27.
Metiri aquas carina. Ouid. 9. Metam. 90.
Rapiunt carinas venti. Lucan. lib. 3. 10.
Rapi fugiente carina. Lucan. lib. 8. 129.
Rumpere carinam. Horat. Epod. 10. 4.
Iouius vdo quum remugiens sinus Noto carinam ruperit.
Sulcant vada carinæ. Virg. 5. Aeneid. 32.
–& longæ sulcant vada salsa carinæ.
Tetigere portum carinæ. Virg. 1. Georg. 61.
Texitur carina suis costis. Ouid. epist. 15. 22.
Fundatura citas flectuntur robora naues,
Texitur & costis panda carina suis.
Carinæ putaminum bifidæ. Plin. li. 15. ca. 22. 3. Solum hoc pomũ natura cõpactili operimento clausit. nanque sunt bifidæ putaminũ carinæ.
Carinæ, Aedificia facta in carinarum modum, quæ erant intra terminis. Seruius. Cic. de Aruisp. Respon. 46. Quum in concionibus diceret vellet se in carinis ædificare alteram porticum, quæ palatio respon deret. Idem in Parad. 64. Habuit enim ædiculas in carinis, & fundum in Lablcano. Idem ad Qu. Fratrem, lib. 2. 7. 12.
Carino, carinas, pen. prod. (τρυπλίω) carinare. Plin. lib. 9. cap. 33. 3. Saliunt pectines, & extrà volitant, seque & ipsi carinant. Id est Sua sibi concha instrumentum porrigunt ad nauigandũ, & ceu carinam quandam ex testa effingunt.
Carinare, Probra obicere. Festus. Obsoletum.
Carinatus, penul. prod. Participium, (τετροκλισμένος,) Concauus, & in modum carinæ formatus. Plinius lib. 11. cap. 37. 75. Pectus homini tantùm latum, reliquis carinatum. Idem lib. 9. cap. 30. 6. Concham esse acuti modo carinatam.

Cariota, Vide CARYOTA.

Caritas, Vide CARVS.

CARIVS, (Κάριος,) Iouis filius & Danaes, qui diuinos honores in Lydia affectus est.
CARMANIA, (Καρμανία,) vt Stephanus & Strabo tradunt, Regio Indiæ. Carmania autem duplex est, culta vna, deserta altera habitantes, vt docet Plinius lib. 7. cap. 34. Ii Ichthyophagi cognominati sunt, quòd solis piscibus vescantur, de quibus Pomponius lib. 3. scribit, Carmani fine veste ac fruge, sine pecore, ac sedibus: piscium cute se velant, carne vescuntur, præter capita toto corpore hirsuta. Hæc Pomponius, vnde Carmani Populi. Lucan. lib. 3. 50.
Carmanosque duces, quorum deflexus in Austrum
Aether, non totam mergi tamen aspicit Arcton.
CARMELVM, vel Carmelus, penult. prod. (Καρμήλιον ὄρος,) Promontorium est Phœnices, & oppidum in monte situm. Author Pli. li. 5. ca. 19.

Carmen, carminis, pen. corr. n. g. (ἀπὸ τοῦ, κάρω, κάρηνον,) A cano appellatum, quasi canimen. Dicitur autem quicquid certa lege & mensuris, sine dimensionibus compositum est: cuiusmodi sunt opera Virgilii: quæ magis cantui accommoda sunt, quàm quæ prosa oratione scribuntur. Virg. 1. Aeneid. 57. –& rem carmine signo. Idem 5. eclog. 8. –tumulo superaddite carmen. Idem 8. eclog. 2. Sola Sophoclea tua carmina digna cothurno. Cic. 2. de Diuinat. 166. Non autem esse carmen illud furentis, ipsum poema declarat.
Arma carminis. Id est instrumenta & adminicula ad scribẽdum carmen. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 12.
At puto si demens studium fatale retentem,
Hic mihi præbebit carminis arma locus.
Ars carminis. Horat. 1. Epist. 20. 6.
Quod timui mutare modos, & carminis artem.
Scriptores carminum. Quintil. lib. 1. cap. 5. 8.
Carmen & cantus. Cic. 3. de Orat. 109. Quorum illa summa vis carminibus est aptior & caaribus.
Carmen virtutis. Id est concentus. Cic. 5. de Finib. 77. Sunt enim prima elementa naturæ, quibus auctis, virtutis quasi carmen efficitur. Idem pro Rabirio 8. Lictor, colliga manus, &c. Tarquinii superbissimi atque crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina.
Absurdum carmen. Cic. pro Murena 23.
Aeolium carmen. Horat. 3. Carm. ode 30. 3. –Aeolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. Aeolide dialecto Alcæus lyricus poeta vsus est.
Porrò Alcæum imitatus est Horatius. Testatur ergo se Græci carminis modulationem primum in Latinam linguam contulisse. Porphyrius.
Alterna carmina, duo sunt versuum genera quæ inuicem & alternis sibi succedunt. Sic vocantur elegi. Ouid. epist. 21. 1. Forsitan & quare mea
Sint alterna requiris Carmina.
Amabile carmen. Horat. 1. Epist. 3. 5.
Aptum carmen artificiosa verborum conclusione. Cic. 1. de Orat. 19.
Blandissima carmina. Ouid. epist. 21. 6.
At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.

Connubiale carmen, Carmen nuptiale. Claud. 7. Paneg. 130.
Carmina iam moriens canit exequialia cicnus. Ouid. 14. Metamor. 86.
Exorabile carmen. Quo aliquid exoramus. Valer. 1. Argonaut. 157.
Famosum carmen. Horat. 1. Epistо. 20. 7.
Festum carmen. Claudianus 3. Panegy. 5.
Ipse albis veheretur equis: currumque secutus
Lauriger um festo fremuisset carmine miles.
Festo carmine tenere aliquem. Virgilius 2. Georgic. 9.
–non hîc te carmine ficto
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo. Id est simpliciter vniuersa describamneque, vt in Aeneide, aliquibus figmentis, aut vllis vtar ambagibus. Seruius.
Flebile carmen. Ouid. Epistо. 21. 2.
Fœdum carmen. Horat. 2. Epistо. 1. 48. –fert scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.
Felicia carmina, felici profecta ingenio & vena. Ouid. 2. Amorũ, eleg. 17. 6. Sunt mihi pro magno felicia carmina censu.
Grata fœminis carmina. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.
Graue plenumque carmen. Cic. 1. Tuscul. 98.
Honorum carmen, quod honorem meretur & famam. Valer. 4. Argo. 69.
–nunc laude virum, nunc vatis honoro Carmine.
Ignobile carmen. Virgil. 9. eclog. 8. –neque est ignobile carmen.
Illaudabile carmen. Stat. 5. Sylu. 5. 7.
Imbelle carmen. Statius 10. Thebaid. 174.
–carmenque imbelle secuti.
Incondita carmina. Vide INCONDITVS.
Inerme carmen. Ouidius in Ibin 1.
Tempus ad hoc lustris bis iam mihi quinque peractis,
Omne fuit Musæ carmen inerme meæ.
Lacrymosum carmen. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 7.
Læta carmina. Virgil. 2. Georgic. 78.
Et te Bacche vocant per carmina læta.
Lamentabile carmen. Statius 5. Sylu. 3. 1.
Laudabile carmen. Horat. in Arte 83.
Lucida carmina. Lucretius lib. 4. 2.
–quòd obscura de re tam lucida pango Carmina.
Malefida carmina. Ouidius in Ibin 17.
Carmina dum capiti diro malefida canuntur,
Et peragunt partes ira, dolorque suas.
Mansurum carmen. Stat. 4. Sylu. 2. 1.
Medicabile carmen. Id est dolores & curas auferens. Valer. 4. Argon. 18.
Miserum carmen. Vide MISER.
Molle carmen. Seneca in Agamemn. 5. 8. –tibi fila mouent
Docta puellæ carmine molli.
Mordax carmen. Ouid. 2. Trist. 115.
Mortale carmen, Non perpetuò duraturum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 7.
Crede mihi, nostrum si non mortale futurum est
Carmen, in ore frequens posteritatis erit.
Nuptiale carmen. Catullus in epithalamio Iuliæ,
Nuptialia concinens Voce carmina tinnula.
Obliquum carmen. Id est obliquè detortum in aliquem. Stat. 1. Syl. 2. 6.
Cessent mendaces obliqui carminis astus.
Operosa carmina, Id est multa opera & labore composita, non poetica quadam & diuina ingenii facultate. Horat. 4. Carm. ode 2. 7.
–operosa parauus Carmina fingo.
Oppressa carmina. Lucretius lib. 2. 102.
Carmina consimili ratione oppressa silerent.
Pangere carmina. Lucretius lib. 4. 2.
Parum carmen. Horatius 2. Epistо. 1. 52. –sed neque parum
Carmen maiestas recipit tua.
Perpetuum carmen dicitur quod vbique cohæret, argumento non interrupto. Ouid. 1. Metamorpho. 1. –primàque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Pierium carmen. Lucret. lib. 1. 190.
Plenum carmen. Cicero 1. Tuscul. 98.
Carmina probrosa factitare. Tacit. lib. 16.
Puerilia carmina. Stat. 1. Achill. 48. –quærunt puerilia carmina
Fauni. Id est carmina quæ Achilles adhuc puer ludere solebat.
Resonantia carmina chordis. Ouid. ad Pisonem 49.
Robustum carmen. Persius Saty. 5. 1.
Socialia carmina. Ouid. epistо. 12. 18. Tibiaque effudit socialia carmina vobis. Id est Hymenæum cecinit.
Solenne carmen. Stat. 4. Sylu. 6. 20.
Sublimia carmina. Iuuenalis Saty. 7. 3.
Tragicum carmen. Horat. in Arte poetica 45.
Triuiale carmen ferire. Iuuenalis Saty. 7. 6.
Vocale carmen, Sonorum. Ouid. 11. Metamorpho. 64.
Carmina incerris authoribus vulgata. Tacit. lib. 1.
Assignare carmen allectationi. Quintil. lib. 1. cap. 10. 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canere carmen. Cice. de Claris Oratoribus 35. Et libro 2. de Orato. 191. Virgilius 1.eclog.16.
Sibi intus canere carmen.Cic.pro Lege Agrar.70.Atque hoc carmen hic Trib.pleb. non vobis,sed sibi intus canit.
Cantare carmina virginibus & pueris.Horat.3.Carm.ode 11.
Cantitare carmina.Cic.de Claris Oratorib.37.Vtinam extarent illa carmina,quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, de clarorum virorum laudibus,in Originibus scriptum reliquit Cato.
Capi carmine,pro delectari.Virgilius 4.Georgic.70.
Carmina quo captæ,dum fusis mollia pensa Deuoluunt.
Celebrare carminibus laudes alicuius.Cic.pro Rab.Posthu.26.
Certare carminibus.Ouid.ad Pisonem 45.
–cumque tuis virtutibus omne per ævum
Carminibus certare meis,sublimior ibo.
Componere carmen alicui.Cice.pro Murena 23.Prætor interea, ne pulchrum se ac beatum putaret,atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est cum cæteris rebus absurdum, tum verò nullo vsu,vtrisque superstitibus præsentibus,istam viam dico.inte viam. Horat.2.Epistо.2.19.
Componere carmina ad lyram.Quintil.lib.1.cap.10.23.
Concordant carmina nerus.Ouid lib.1.Metamorpho.51.
Condere carmen.Cic.4. Tuscul. 7. Condi iam tum solitum esse carmen quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, lege sanxerunt. Horatius 1. epistо. 3. 5.Virgil.10.eclog.10.
Contexere carmen. Cice.pro Cælio 13. Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret.
Contingere carmina Musæo lepore.Lucret.lib.1.191.
Dare carmina pleno ore.Ouid.1.Fastorum 95.
Quæ simul æthereos animo conceperat ignes,
Ore dabat pleno carmina vera dei.
Deducere carmen.Ouid.lib.1.Metamorpho. 1.
Deductum carmen.Virgil.6.eclog.1.
–deductum dicere carmen.
Id est tenue.Translatio à lana,quæ deducitur in tenuitatem. Seruius.
Delenda carmina. Horat.2.epistо.1.14.
Delinire aliquem carmine.Ouid.11.Metamorpho.33.
Describere carmina in foliis.Virgil.3.Aeneid.89.
Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo
Digerit in numerum.
Describere carmina in cortice fagi. Virgil.5.eclog.3.
Immo hæc in viridi nuper quæ cortice fagi Carmina descripsi.
Dicere carmina.Virgil.6.Aeneid.129. Parq pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Id est cantiones. Idem 1.Georgic.70.
Det motus incompositos,& carmina dicat.
Dicere aliquem carmine.Virgil.2.Georgic.19.
–& quo te carmine dicam Rhetica?
Dictare carmina.Horat.2.Epistо.1.22. –pueri,patresque seueri
Fronde comas vincti cœnant,& carmina dictant.
Disponere carmina.Lucret.lib.2.86.
Conquisita diu,dulcique reperta labore,
Digna tua pergam disponere carmina vita.
Distringere aliquem carmine.Ouid.2.Trist.113.
Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam.
Exornare carminibus.Cice.pro Archia poeta 10.Decius quidem Brutus summus vir & imperator,Accii amicissimi tui carminibus,templorum ac monimentorum aditus exornauit suorum.
Explicare carmina.Catul.epigram.50.78.
Facere carmen.Cic,4.Tuscul.7.
Facere noua carmina.Virgil.eclog.3.15.
Fingere carmina,Componere.Horat.4.Carm.ode 2.7.
–operosa parnus Carmina fingo.
Fingere carmina lineâ cedro,& seruâda cupresso.Hora.de Art.poe.67.
Flectere carmen.Seneca in Agamemn.5.4.
Sed quale soles leuiore lyra Flectere carmen.
Fundere carmina.Silius lib.13.109. Lucan.lib.1.89.Cice.1.Tuscul.98.
Vt ego aut poetam graue plenumque carmen sine cælesti aliquo mentis instinctu putem fundere.
Gaudere carminibus.Horat.4.Carm.ode 10.3. Et 2.Epistо.2.122.
Habent carmen versus Saliorum. Quintil.lib.1.cap.10.18.
Inserere carminibus.Quintil.lib.1.cap.7.10.
Intendere carmen alicui.Id est carmen in aliquem scribere. Claudianus 7.panegy.130.
O mihi si liceat thalamis intendere carmen!
Connubiale tuis!Hoc est carmen in nuptias tuas componere.
Ludere carmina.Virgil.4.Georgic.113.
Carmina qui lusi pastorum. Statius 1.Sylu.2.54.
Mandare carmina foliis. Hoc est In foliis describere velut in charta. Virgil.6.Aeneid.15.
Modulari carmen.Virg.1.Aeneid.10.Vide MODVLOR.
Mulcere aliquem carmine.Ouid.2.Fastorum 24.
Grato carmine mulcere aliquem.Horat.3.Carm.ode 11.5.
Nectere carmina.Stat.2.Sylu.2.23.
Seu nostram quatit ille chelyn,seu dissona nectit
Carmina,siue minax vltorem stringit iambon. Videtur per dissona carmina elegiam intelligere.
Sancire alicui carmina.Stat.3.Sylu.3.43.
Scribere carmen in aliquem.Cic.2.de Orato.191.
Scribere mala carmina.Horat.2.Sermo.saty.6.15.
Sonare carmina dicuntur ripæ.Virgil.5.eclog.13.
–ipsæ iam carmina rupes
Ipsa sonant arbusta,deus deus ille Menalcas.
Modum carminis statuere.Ouid.1.Trist.eleg.10.9.
Tradere carminibus res gestas.Lucretius lib.5.190.
Carminibus quum res gestas cœpere poetæ Tradere.
Tradita carmine & fabulosa.Quintil.lib.2.cap.4.14.
Vaticinari carminibus.Cice.de Amicitia 23. Empedoclem quidem carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ, &c.
Vincere aliquem carminibus.Virgil.4.eclog.11.
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus.
¶ Carmen, Oratio conceptis verbis factas cuiusmodi ea quæ ad Deum fit.Plin.lib.28.cap.2.3.Duratque immenso exemplo, Deciorum, patris filiique,quo se deuouêre,carmen.Extat Tuceiæ Vestalis incestæ, precatio,qua vsa,aquam in cribro tulit. Ibidem 11. Cæsarem Dictatorem post vnum ancipitem vehiculi casum,ferunt semper vt primum concedisset (id quod plerosque nunc facere scimus) carmine ter repetito,securitatem itinerum aucupari solitum.Liui.1.ab Vrbe 142.Hęc forum ingressus,paucis verbis carminis,suscipiendi iurisiurandi mutatis,peragit. Idem,Deinde iurare cogebantur diro quodam carmine in execrationem capitis ac stirpis compositо.
Carmine longo aliquid effari.Liu.1.ab Vrbe 99.Multisq; id verbis,quæ longo effata carmine,non operæ est referre,peragit.
Carmen meditatum.Plinius in Panegy.6.Animaduerto enim etiam deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus,quàm innocentia & castitate lætari:gratioremque existimari,qui delubris eorum puram, castamque mentem,quàm qui meditatum carmen intulerit.
Purgans nefas carmen.Id est expiatorium. Ouid.14.Metamorpho.202.
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto.
Placantur carmine dei superi.Horat.2.Epistо.1.28.
¶ Carmen,pro cantu bubonis auis.Virgil.4.Aeneid.93.
Solaque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri.
Lethale carmen.Ouid.10.Metamorpho.90. –ter omen
Funereus bubo lethali carmine fecit.
Miserabile carmen.Virgil.4.Georgic.103.
–ramoque sedens miserabile carmen Integrat.
Mœstum carmen.Ouid.epistо.2.24.
Et cecinit mœstum deuia carmen auis.
¶ Carmen,pro vaticinio.Virgil.eclog.4.1.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.
Fatidicum carmen.Claudian.de bello Getico 47.
Immota carmina Sibyllæ,Id est rata.Claudian.de bello Gildon.6.
Diuino carmine dicere.Virgil.6.eclog.14.Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor Dixerit. Diuino carmine,Vaticinans.Seruius.
Mouere carmen ore.Ouid.14.Metamorpho.5.
At tu sine aliquod regnum est in carmine,carmen
Ore moue sacro.
¶ Carmen,pro incantatione, (ἐπῳδὴ,) Virgil.eclog.8.14.
Carmina vel cælo possunt deducere Lunam,
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssei.
Incantamenta carminum.Plin.lib.28.cap.2.1. Ex homine remediorum primum maximæ quæstionis,& semper incertæ est,valeantne aliquid verba & incantamenta carminum.
Magorum carmina.Quintil.lib.7.cap.4.5.
Auxiliare carmen.Ouid.7.Metamorpho.28.
Néue parum valeant à se data gramina,carmen.
Auxiliare canit,secretasque aduocat artes.
Magicum carmen.Vide MAGVS. Ouid.2.Fasto.86.
Obscurum carmen.Ouid.14.Metam.12.Sic vocat carmen magicum.
Sacrum carmen.Ouid.1.de Remed.Amoris 51.
Ista veneficii vetus est vtamoster Apollo
Innocuam sacro carmine monstrat opem.
Mouere carmine fila.Seneca in Agamemn.5.8.
Mutare carminibus,Id est incantatione.Virgil.8.eclog.14.
Soluere mentes carminibus.Virgil.4.Aeneid.98.
Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit:ast alias duras immittere curas,
Sistere aquam fluuiis,& vertere sydera retrò.
CARMENTA, & carmentis, (κάρμενται,) Euandri mater: à carminibus quibus dabat responsa,quum proprie Nicostrata vocaretur. Author Seruius in.8.Aeneid.13.Erat hæc rerum futurarum admonitrix: quæ Phœbo dedicata, carminibus oracula dabat. Hinc Carmentalis porta.Virg.8.Aeneid.68.Et Carmentalem Romano nomine portam. Postea verò Scelerata dicta est, quòd per eam sex & trecenti Fabii cū clientum quinque millibus egressi,aduersus Hetruscos ad amnem Cremeram omnes interfecti sunt.Ouid.2.Fast.41.
Carmenti portæ dextra est via proxima Iano,
Ire per hanc noli quisquis es,omen habet.
Illa fama refert Fabios exisse trecentos:
Porta vacat culpa,sed tamen omen habet. De hac Strabo lib.5.multis verbis.& Solinus in descriptione Romæ.

Cármino, carminas, pen.corr. (διακάθαιρω, στρίβω,) carminare, Est quasi pectinare. Varro de Lingua Latina,Carminari lana tum dicitur,quum caret eo quod in ea hæret.Plin.lib.19.cap.1.11. Iussum est è quinquagenis fascium libris quinasdenas carminari.Idem lib.9.cap.38.2. Quinis lana potat horis,rursusque mergitur carminata,donec omnem ebibat saniem.

Carminatio, Verbale, (διακάθαρσις,) Plin.lib.11.cap.23.1. Hanc ab his cogi,subigitque vaginum carminatione,mox trahi inter ramos,tenuariq; pectine.

CARNA, (κάρνα,) siue Cardinea, Dea quæ vitalibus humanis præesse existimabatur:ab eademque petebatur vt iecinora & corda & cætera quæ sunt intrinsecus viscera,salua conseruaret. Huic pulte fabacia & larido sacrificabatur,quòd vires maximè his rebus corporis roborentur.Ex Macrobio lib.1.Saturn.cap.12.Vnde Ouid.lib.6.Fast.21.
Prima dies tibi Carna datur:idea cardinis hæc est:
Numine clausa aperit,claudit aperta suo. Hæc striges nocturnas puerorum,vt dicebant,cunas infestantes,à limine summouebat.

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex Carnificium, Carniuora, Carnosus, Videe A

CARNEADES, pen. corr. (κερνεάδης,) Cyreneus, nouæ Academiæ princeps,Chrysippi maximè studiosus,de quo Gellius, itemq; Plinius ait,q; scripturus aduersus Zenonis Stoici libros,superiora capitis helleboro candido purgauit, nequid ex corruptis in stomacho humoribus,ad domicilium vitæ animi redundaret, & constantiam vigoremq; mentis labefactaret:tanta cura,tantoq; apparatu,vir ingenio præstās ad confutanda ea quæ scripsisset Zeno, aggressus est. Hunc præterea memoriæ arte vsum fuisse Cicero de Oratore scribit.Gellius verò lib. 16. & Quintil.lib.12.cap.1. de eo referunt, q; missus Romam legatus ab Athenensibus, vnà cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico,suspectam fecit Romanis legationem, dicente M. Catone in Senatu, ab hoc viro cauendum esse, qui ob eloquentiam & differendi facultatem facile quæcunque velit impetrare posset.

CARNI, (κάρνοι,) Populi Plinio ponuntur in decima regione Italiæ, noti nomine adhuc durante. Hodie tractum à se cognominatum inhabitant Carnithiam & in Meridiem supra Tergestum regionem,quę vulgò Carniola dicitur.

CARNVTES, pen.prod. (κερνοῦτες,) Populi inter Celtas, Andegauenses Turonibusq; finitimi,ac Oceano proximi. vulgò Chartres. Horum meminit Cæsar in sua Commentatiis.

Caro, carnis,f.g. (σάρξ,κρέας,) Propriè mortuorum dicitur:dicta q; careat anima,authore Donato.Plin.lib.6.ca.30. Agriophagi, pantherarum & leonum carnibus maximè viuentes: Pamphagi,omnia mandentes:Anthropophagi,humana carne vescentes.

Artus carne spoliati.Quintil.lib.5.cap.12.5.
Emortua caro & nigra.Celsus lib.7.cap.16.
Exedere carnem supereresecentem.Celsus lib.5.22.
Humana caro.Iuuenal.Saty.14.10.
Inanima caro.Vide INANIMVS.
Iners caro.Id est insipida.Horat.2.Serm.saty.4.8.
Vmber,& iligna nutritus glande,rotundas
Curuat aper lances carnem vitantis inertem.
Mutua carne inter se vescuntur.Vide MVTVVM.
Putida caro.Cic.in Pisonem.14. Ego istius pecudis ac putidæ carnis consilio sulcicet,aut præsidio uti volebam?
Caro subrancida. Cic.in Pisonem.54. Extructa mensa non conchyliis, aut piscibus,sed multa carne subrancida.
Tosta caro.Ouid.12.Meram.32.
Viperææ carnes.Ouid.2.Metam.154.Id est carnes viperarum.
Edere carnes.Ouid.2.Metam.154.
Nidor carus,qui magno constat:vt ex carne assa leporum aut phasianorum.Horat.2.Serm.saty.2.4. –non in caro nidore voluptas
Summa,sed in te ipso est.
Mensa cara,Quæ res continet pretiosas.Horat.2.Serm.saty.4.8.
Nec satis est cara pisces auertere mensa.
Emere aliquid caré.Horat.2.epistо.1.48. –idem Rex ille,poema

Qui tam ridiculum,tam care prodigus emit: Edicto vetuit,&c.
Replere corpora carne.Ouid.12.Metam.32.
Velici carnibus.Iuuenal. Saty.15.2.
Viua caro.Ouid.15.Metam.77.
Nec catulus partu quem reddidit vrsa recenti,
Sed male viua caro est.
Caro piscium. Plin.lib.9.cap.17.de mulis piscibus,& aliorū piscium carne.
Caro arborum quæ sit,docet Plinius lib.16.cap.38.Atque in toto corpore arborum,vt reliquorum animaliū,cutis,linguis,caro, nerui, venæ, ossa,medullæ.Et paulo pòst.Proximi plerisque adipes.Ii vocant à colore alburnum:mollis ac pessima pars ligni,etiam in robore facile putescens,tereduli obnoxia,quare semper amputabitur. Subest huic caro: cui ossa:id est materiæ optimum.

Carnarius, (κρεοπώλης,) Qui carnem vendit.

Carnarius,qui in edenda carne delectatur.Martial.lib.11.101.ad Flaccum,Carnarius sum,pinguiarius non sum.

Carnarium,carnarii (κρεοφυλάκιον,) Propriè dicitur locus, vbi salitæ carnes domi reponuntur.Colum.lib.12.cap.53.3. A duodecima die ad Iacum salsuram deferri oportebit,& salem prius exeuti, deinde aqua dulci diligenter perlui,necubi sal inhæreat & paululum siccatam in carnario suspendi.Plaut.Capt.15.6.Aduentus modò deturbauit totum cum carne carnarium.Plin.lib.19.cap.4.8. Quippe è carnario, aut macello viuendum esse.

Carnarium, (κρεωπώλιον,) Locus vbi carnes tantummodo venduntur. Plautus Cænam è carnario emit, iam factus satur. Varro tabernam carnariam vocat.

Carnarium accipitur etiam pro ipsa carne,sicut cibarium pro cibo.Plautus,Qui mihi carnarium parauit,ridiculus,ad tentandum.

Carneus, (σαρκικός,) A dies tinum, Quod ex carne est.

Cárnifex,pen.corr.huius carnificis,pen.corr.m.g. (δήμιος,βδελυκτός,) Qui iussu magistratus hominem occidit:ideo dictus, vt ait Donatus, quòd carnes ex hominibus faciat.Cic.7 Verr.12.&.93. Aderat lanista carceris,carnifex Prætoris,mors terrorq; sociorū,& ciuū lictor. Idē in Pisonē.7.Et de Arusi.resp.33,Mart.li.1.60.Plaut. Capt.11.66.
Inter Carnifices inuentus.Iuuen.Saty.8.18.
Carnifex atrocior erat lictore.Cic.pro Rabirio.7.Portia lex libertatem ciuium lictori eripuit, Labienus homo popularis carnifici tradidit.
Carnificis loco habetur is qui se vulneraslet,vt moreretur. Fest.
Carnifex,authore Donato,ex carnificans dominum:aut ipse dignus carnifice,vt caro fiat,id est,vt lanietur. Terent.And.4.1.27. Quantasq; hic suis consiliis mihi confecit solicitudines!
Meus carnifex.Vide MEVS. Plautus Amphit.4.1.22. Etiā clamat carnifex!eloquere,quid venisti?Conuitii vocabulum.
¶ Carnifex,per metaphoram.Liu.2.ab Vrbe.150.Nisi Co.Martio victi dedantur Tribuni,nisi de tergo plebis Rom. satisfiat, eum sibi carnificem nouum exortum, qui aut mori aut seruire iubeat. Cic.3. Verr. 5.Non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium. Idem pro Quintio.29.Sed bonorum emptores, vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas.
Carnifex & tortor.Cic.11.Philipp.293. Ponite ante oculos P.C. miseram quidem illam,&c.carnificem,tortoremque Samarion.
Epulæ carnifices,aut quę comestæ aliquem affligunt,vtpote veneno cōditæ:aut à carnifice minutratæ & appositæ.Claud.in bel.Gild.36. Fixus quisque thoro tacita formidine libat Carnifices epulas.
Manus carnifices. Silius lib.1.35.
Carnifices pedes,apud Martialem,lib.12.44.
Carnifices ad reliquias vitæ lacerandas ac distrahēdas.Cic.pro Qu.29.
Carnificium cribrum legitur apud Plautum.Mostell.2.52.
O carnificium cribrum quod credo fore,
Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.
Carnificina,pen.prod. (κολαστήριον,βασανιστήριον,) Locus publicus, in quo iussu magistratus homines occidantur.Plaut. Quid si desperatis rebus carnificinam petat? Suet.de Tiberio, Carnificinæ ostenditur locus.Liu.1.ab Vrbe.97.Duēum se ab creditore,nō in seruitium,sed in ergastulum & carnificinam esse.
Carnificinam facere,Pro carnificis officio fungi.Plaut. Capt.4.28. Vel carnificinam hunc facere possum perpeti.
Carnificinam subire.Cic.5.Tuscul.113. Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus,quamus carnificinam prius subierint,quàm ibim aut aspidem,aut selem,aut canem,aut crocodilum violent.
¶ Carnificinas dixit Cato plurali numero pro tormentis & crudelitatibus.Vbi societas,inquit,vbi fides maiorū. insignitas iniurias, plagas, verbera,vibices,eos dolores,atq; carnificinas per dedecus atq; ignominiā te facere ausum esse!Plaut.in Cistellaria,singulari est vsus,Credo ego amoré primum apud hoses carnificinam commentum.
Carnificina & crudelitas.Cic.pro Sestio.119.Non ea est medicina quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur,atque integræ: carnificina est ista,& crudelitas.
Carnificina egritudo.Cic.3.Tusc.47.Nam quum omnis perturbatio mi

Universidad de Deusto
Biblioteca

seria est, tum carnificina est ægritudo, quia instar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum, excarnificatumque conficit.

Carnificor, pen. corr. carnificaris (κατουργῶμαι,) carnificari, Patrea que carnifices facere solent. Liu. 4. bel. Pun. 65. Quod vbi Tribunt militū Graccho nuntiauerunt, neminem stantem iam vulnerari hostem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladiis humana capita esse, signum dari propere iussit. Passiuè hîc accipitur, teste Budæo.

Carnivorus, penult. corr. (σαρκοφάγος,) Adiectiuum, Quod carne vescitur vt Animalia carnivora. Plin. lib. 10. cap. 75. 1. Serratorum dentiū carnivora sunt omnia.

Carnōsus, pen. prod. (σαρκώδης, πολύσαρκος,) Pinguis: vt Carnosus venter. Plin. lib. 11. cap. 37. 71. Carnosum palatū, Ibidem, cap. 37. 44. Sed in gustatu, linguæ vice carnosum aquatilibus palatum.

Carnosum vestigium. Plin. lib. 11. cap. 45. 7. Camelo tali similes bubulis, sed minores paulò. Est enim bisulcus discrimine exiguo pes imus, vestigio carnoso, vt vrsi. Ibidem, cap. 51. 4. Qui carnosos à naribus angulos habent, malitiæ notam præbent.

Carnosus candor. Plin. lib. 11. cap. 37. 10. Claudio Cæsari ab angulis carnoso candore, sanguineisque venis subinde suffusi oculi.

Carnosum folium. Plin. lib. 16. cap. 24. 2. Carnosa cupresso folia.

Carnosissimis oliuis, exiguum olei. Plin. lib. 15. cap. 3. 7.

Carnosa radix. Plin. lib. 21. cap. 6. Ex iis verò quæ sponte apricis & macris locis proueniunt purpureæ, latiore folio statim ab radice carnosa exeunt. De violis loquitur. Ibidem. 7. de croco loquens. Carnosa & illi radix, viuaciorque quàm cæteris.

Carnulentus, Adiectiuū, Idem quod carnosus. Solinus cap. 61. Sunt enim illis reciprocis quibusdā pulmunculis vestigia carnuleta. De camelis.

Carūncula, pen. cor. (σάρκιον, σαρκίδιον, κρεάδιον,) Diminutiuū. Cic. 2. de Diuinat. 78. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ manis quàm Imperatori veteri credere, &c. Celsus, Si vrina crassa caruncular quasi exiguas quasi capillos habet. Idem lib. 5. Polypus caruncula est, modò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret. Ibidem. Si caruncula intus est quę sanari vlcus prohibeat, ea quoque excidenda est.

CARODVNVM, penult. prod. (καροδοῦνον,) Ptolemæo Germaniæ vrbs, hodie Cracouia. Vulgò Cracaun, Poloniæ regia.

CARONIVM, (καρώνιον,) Hispanię Tarraconensis vrbs Ptolemæo. Vulgò Cheroga.

CARPATHOS, siue Carpatus, penult. corr. (κάρπαθος,) Insula est inter Aegyptum & Rhodum sita, ducentorum stadiorum circuitum habens: quatuor olim insignis vrbibus à qua mare ipsum Carpathium dictum. Colum. lib. 8. cap. 16. 8. Sola ex pretiosis piscibus muræna, quāuis Tarsensis. Carpathiúque pelagi. Horat. 1. Carm. ode. 35. 2. Pelagus Carpathium. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

CARPATVS, (κάρπατος,) Mōs Sarmatiæ in Europa Ptolemæo. Vulgo Crapalz.

CARPENTORACTE, Galliæ Narbonensis ciuitas, apud Plinium lib. 3. cap. 4. Vulgò Carpentras.

Carpentum, carpenti, (ἅρμα,) Genus vehiculi, dictum quasi carmentum, à Carmenta Euandri matre. Ouidius. 1. Fast. 124.

Nam prius Ausoniæ matres carpenta vehebant,

Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor. Plin. de Vitis Illust. 7. b. A qua iussa turba recedere, quum domū rediret, viso patris corpore, mulionem euitātem super ipsum corpus carpentū agere præcepit. Liu. 1. ab Vrbe. 213. Carpentis vtebantur in bello. Idem. 1. bel. Maced. 130. Signa militaria CXXX & carpenta supra CC. Sic. 1. ab Vrbe. 154.

Serica carpenta, Sērico panno ornata. Propert. lib. 4. eleg. 8. 5.

Serica nam taceo Volsi carpenta nepotis.

Voluere carpentum. Iuuenal. Saty 8. 15.

Carpentarius, (ἁρματοπηγός,) Adiectiuū. vt Carpentarius equus, qui carpentum ducit. & Carpentarius faber, qui carpenta facit. Sipontinus.

Carphos, Herbæ genus, quæ alio nomine buceras à similitudine cornuum bouis, nonnulli ægoceras, quòd semen eius caprarum cornibus simile sit, Græci τέλυ nominant. Plin. lib. 24. ca. 19. 12. Nec fœno Græco minor authoritas, quod telia vocāt, alii carphos Galli (inquit Ruellius) senegrenem vocant.

CARPI, Populi sunt Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa dicitur. Author Plinius lib. 5.

Carpinus, carpini penut. prod. f. g. Genus arboris notæ de acerū genere, ex quo fiunt faces. Columel. libro. 5. cap. 7. 1. Quinetiam cornus & carpinus & ornus, nonnunquam & salix, & plerisque in hoc ipsum disponitur. Plin. libro. 16. cap. 18. Descendunt etiam in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Idem lib. 18. cap. 12. 8.

Carpineus. Ex carpino factus. Plinius lib. 16. cap. 43. 4. Hyginus manubria rusticis carpinea fieri iubet. Columel. lib. 11. cap. 2. 71. Vel facta manubria aptare, quorum optima sunt ilignea, deinde carpinea.

Carpio, carpiōnis, pen. prod. m. g. κάρπιον, Piscis notus, qui capitur in Benaco lacu. Sipontinus.

CARPIS, Fluuius est Scytharum, vt scribit Herodotus lib. 4.

Carpo, carpis, carpsi, carptum, δρέπομαι, carpere. Propriè est molliter decerpere, & leniter auferre nulla violentia adhibita. Virg. 9. eclo. 10. Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes. Plin. lib. 12. cap. 13. 2. Amomi vua carpitur cum radice. Colu. lib. 5. ca. 6. 6. Vbi deinde prorepserint plantæ, stramenta colligemus, & manibus herbas carpemus. Plin. Herbásque cū semine & radicibus carpunt.

Flosculos orationis carpere. Cic. pro Sest io. 103. Tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam ac delibem.

Flores ab arbore carpere. Ouid. 9. Metam. 78.

Frumenta sata carpere manu. Virg. 3. Georg. 35.

Poma carpere autumno. Virg. 4. Georg. 27. Primus vere rosam, atque autumno carpere poma.

Pomaria carpere. Ouidius epist. 4. 6. Est aliquid plenis pomaria carpere ramis.

Rosam vere carpere. Virg. 4. Georg.

Vindemiam carpere de palmite. Virgi. 2. Georg. 18.

¶ Carpere, Accipere. vt Carpere quietem. Virg. Et placidam carpebant membra quietem.

Carpere & Colligere. Cic. 1. de Orat. 94. Vel passim licet carpentem & colligentem vndique, repleri iusta iuris ciuilis scientia.

Aera carpere. Virgilius. 4. Georg. 62. –tenuémque magis, magis aera carpunt.

Aera carpere alis. Ouid. 4. Metam. 124. de Mercurio, Aera carpebat tenerum stridentibus alis.

Aetas carpitur. Catul. epig. 63. 7.

Illa mihi sedes, illic mihi carpitur ætas.

Huc vina ex multis capsula me sequitur. Id est, illic vitam ago.

Aquam de mari carpere. Ouid. in Ibin. 40.

–frondes vt si quis ab Ida,

Et summam Libyco de mare carpat aquam. Prouerbii significationem habet, pro eo quod Horatius ait, Ex magno tollere aceruo. Aut inde vnde semper magna suffectura sit copia.

Carpere auras vitales, Id est viuere. Poeticum. Virgilius. 1. Aeneid. 79. Quisquis es, haud, credo, inuisus cœlestibus auras Vitales carpis.

Cibum carpere. Varro. 3. de Re rust. cap. 16. 39. Simplex minusterium, quòd è malo punico & asparago cibum carpant solum.

Cibos digitis carpere. Ouid. 3. de Arte. 150.

Cœnam carpere è rogo. Catul. Epig. 55. 1.

–sæpe quam in sepulchretis

Vidistis, ipso carpere è rogo cœnam.

Dente carpere viscera alicuius. Ouid. in Ibin. 93.

Et tua dente fero viscera carpat equus.

Carpere herbam oues dicuntur, Id est pascere. Virgil. 3. Georg. 59.

–stabulis edico in mollibus herbam

Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas. Idem in Bucolicis

Florentem cytisum, & salices carpetis amaras. Id est pascetis.

Ignauius carpere herbas. Virgil. 3. Georg. 91. –aut summas carpēt ignauius herbas. Id est, negligentius, sine auiditate. Seruius.

Gramina carpunt armenta. Virg. 2. Georg. 41.

–non gramina desunt

Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

Gramen carpsere capellæ. Ouid. 1. Metam. 61.

Pabula carpsit ouis. Ouid. 4. Fast. 151. Et. 4. Metam. 44.

Thyma carpens apis. Horat. 4. Carm. ode. 2. 6.

¶ Carpere, Celeriter præterire. Virgil. 3. Georg. 38.

Carpere mox gyrum incipiat. Valla lib. 6.

Aethera carpere equis, In æthere obequitare. Ouid. 3. Fast. 84.

Sextus vbi è terra cliuosum scandet Olympum

Phœbus, & alatis æthera carpet equis.

Pede carpere campos. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 5.

Fugam carpere. Sil lib. 10. 13.

Carpere prata fuga. Virgil. 3. Geor. 28.

Non saltu superare viam sit passus, & acri

Carpere prata fuga. Hîc celeritas intelligitur, inquit Valla lib. 6. per hoc quod dixit Fuga, qui est celer cursus.

Iter, Ambulare. Martial. lib. 2. 14.

Si quis ibi ferum carpat amicus iter.

Iter pede carpere. Ouid. 3. Fast. 121.

Iter longum carpentes. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 19.

Iter supremum carpere. Horat. 2. Carm. ode. 17. 3.

Vtcunque præcedes, supremum

Carpere iter comites parati. Id est seu ętate seu sorte præcedet, in supremo mortis die comitari se asserit Mecœnatem. Acron.

Viam, Ambulare. Virgil. 6. Aeneid. 136.

Volatum carpere, Volare. Stat. 1. Theb. 62.

Nec mora, sublimes, raptus per inane, volatus

Carpit, & ingenti designat nubila gyro.

Lanam, linum, &c. Plaur. Menæch. 17. 58. Inter ancillas sedere iubeas, lanam carpere. Virg. 1. Georg. 78. Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ. Valla lib. 6. Vt carpimus linum virens ex humo, quum vellimus: ita puellæ sinistra manu de colo pensum trahentes, sensimque vellentes, carpunt. Et vt decerpimus rosam primis digitis, sic puellæ primis & ipsæ digitis decerpunt particulatim linum lanamue. Celsus lib. 6. cap. 6. Vbi facta vnitas est, demitti debet lana mollis bene carpta.

Noctes carpere securas. Valer. 5. Argonaut. 10.

Oscula carpere. Ouid. epist. 11. 24. Non oscula frigida carpsi.

Pecus carpere. Propert. lib. 2. eleg. 17. 2.

Et stolidam pleno vellere carpe pecus.

Pensum carpere. Horat. 3. Carm. ode. 27. 13.

–nisi herile mauis Carpere pensum.

Rura frigida. Virg. 3. Georg. 64.

Lucifer i primo cum sydere frigida rura

Carpamus, dum mane nouum, dum gramina cānent. Vbi Seruius, Rura carpamus, Id est carpere cogamus animalia. Donatus autem in Terentium, fruamur agris, interpretatur. Neuter verò satis propriè hîc enim Virgilius significat, Agamus oues in pascua: vt satis ostendit Columella hunc locum interpretatus lib. 7. cap. 3. 10.

Somnos, Carpere sopores, dormire. Virg. 4. Aeneid. 105.

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem

Corpora per terras. Ibidem. 111.

Aeneas celsa in poppi iam certus eundi

Carpebat somnos. Poetica sunt.

¶ Carpere agmen, & similia. Hoc est aliquos ab agmine segregatos intercipere & occidere, & velut agminis particulas decerpere. Liuius. 7. bel. Pun. 253. Quę quum fessum agmen carperent ab omni parte, incursarentque: & iam omisso itinere, quod fugæ simile erat, castra metari Pœnus in tumulo sup. fluminis ripam vellet, aduenit Liuius, &c. Idem, Carpentes agmen, palantesque excipientes: in casum vniuersæ dimicationis non veniebant. Cæsar, Equitatu præmisso, qui nouissimum agmen carperet.

¶ Carpere exercitum in multas partes, Id est separare. Liuius. 6. bel. Pun. 189. Multorum Annibal Italiæ populorū animos auerterat, quos neque omnes tenere præsidiis, nisi veller in multas, paruasque partes carpere exercitum, quod minimè tum expediebat, poterat.

Carpere orationem membris minutioribus. Cic. 3. de Orat. 105. Neque semper vtendum est perpetuitate, & quasi conuersione verborum: sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est. Legitur & capienda.

¶ Carpere, Eligere. Terent. Adelph. 4. 2. 53.

Nam iam adhibo atque vnum quicquid, quod quidem erit bellissimum. Carpam: & cyathos sorbillans, paulatim hinc producā diē. Donatus.

¶ Carpere, Lædere. Virg. 1. Georg. 42. Carpit enim vires paulatim, vritque videndo Fœmina. Donatus in Terentium, Alii, attenuat, & dimmuit interpretantur. Colum. lib. 6. cap. 7. 1. Aluus, corpus, ac vires carpit, operisque inutilem reddit.

Forma carpitur sine spatio, Id est quòd longius durat, hoc magis corrumpitur. Ouid. 2. de Arte. 23.

¶ Carpere faciem, Laniare, lacerare. Seruius in illud. 12. Aeneid. 122. Et roseas laniata genas, Moris (inquit) fuerat, vt aute rogos humanus sanguis effunderetur vel captiuorum vel gladiatorum. quorum si forte copia non fuisset, laniantes genas suum effundebant cruorem, vt rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum, cautum Lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem, his verbis, Mulier faciem ne carpito.

¶ Carpere aliquem, pro Despoliare aliquem, & vt vocat Terentius, Emungere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 19.

Et soror, & mater, nutrix quoque carpat amantem.

Pīc citò per multas prædā petita manus.

Opes alicuius carpere, Auferre. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 7.

–carpsit opes illa ruina meas.

Vitam carpere. Seneca in Hercule furente. 9.

Prima quæ vitam dedit hora, carpsit.

¶ Aestu mens carpitur. Valer. lib. 3. Argonaut. 73. –fiducia mœstis

Nulla viris, ægro assiduè mens carpitur æstu. Aestu scilicet curarum.

Auro pectus carpitur, Id est auaritia vexatur. Propert. 3. eleg. 5. 1.

Cura alicuius carpi, Affici, consumi. Ouid. 3. de Arte. 136.

–cura carpitur ipsa mei.

Igni cæco carpi. Virg. 4. Aeneid. 1. –& cæco carpitur igni. Alludit ad Cupidinis tela, nam sagittarum vulnus est facis incendium. Seruius.

¶ Carpere atque Reprehendere, accusare, & quasi dentibus lacerare, (δικαζειν,) Martialis, Carpere vel noli nostra, vel ede tua. Cic. ad Q. Fratrem, lib. 2. 7. 6. Aut in Pompeio defendendo nam is carpebatur à Bibulo, Curione, &c. Cæsar, Sed etiam nostrorum militum vocibus nonnihil carperetur. Cice. pro Cluentio. 101. Sed carpes vt velis. Ibidem. 103. Certè in multorum peccato carpi paucos ad ignominiā & turpitudinem non oportet. Sic Matius ad Ciceroné, lib. 11. 18. 18.

Carpere maledico dente. Cic. pro Cor. Balbo. 47. More hominum inuident, in conuiuiis rodūt, in circulis vellicant, nō illo mimico, sed hoc maledico dente carpunt.

Facta alicuius carpere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 13.

Libellos alicuius carpere. Ouid. 1. de Remed. amor. 75.

Nuper enim nostros quidam carpsere libellos,

Quorum censura Musa proterua mea est.

Impune carpere. Horat. 4. Carm. ode. 9. 7.

Tótve tuos patiar labores Impunè Lolli carpere.

¶ Carpere, Frui. Pers. Saty. 5. 16. Indulge genio, carpamus dulcia. Id est, fruamur rebus dulcibus. Ita interpretatur Donatus in Terentium.

Gaudia carpere. Ouid. 3. de Arte. 132.

Honores virtutis carpere. Valer. lib. 1. Argonaut. 36.

Iuuenta perpetua carpi. Virgil. 4. Aeneid. 7.

Sobine perpetua mœrens carpère iuuenta,

Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris,

Carptim, Aduerbium, (διεσταλμένως,) Hinc atque illinc fine aliquo ordine decerpendo. Sall. in Catil. Statui res gestas Pop. Romani carptim, vt quæque memoria digna videbantur, perscribere.

Carptim, breuiterque perstringere aliquid. Plin. in Paneg. 40.

Carptim dicere. Plin. Epist. 167. h. Quæque tunc carptim, multis obstrepentibus dixi, nunc per otium iungere.

¶ Carptim & κατὰ περίπλουν, agere. Plin. lib. 6. Ep. 16.

Carptim, & Vniuersi, opposita. Liu. 8. bel. Pun. 133. Edictum deinde propositum, vt ad stipendium petendum conuenirent Carthaginem, seu carptim partes, seu vniuersi mallent.

Carptim & singuli. Tacit. Dimissi nonulli ob culpam, seu carptim ac singuli, quo rutilissimo remedio consensus multitudinis extenuatur.

Carptūra, pen. prod. (διεξοδος,) Ipse carpendi actus. Varro. 3. de Re rust. cap. 16. 10. Necnon etiam aliud discrimen sequantur in carptura, aut eas sequatur, vt in melle, quod ex alia re faciunt liquidum mel, &c. De apibus flores carpentibus loquitur.

Carptus, Participium, (διεξοδευμένος,) vt Carpta lana.

Flos carptus. Ouid. 3. de Arte. 116.

Carptus, huius carptus, (διέξοδος,) Idem quod carptura. Plin. lib. 24. cap. 10. 6. Flos cuiusque generis trium digitorum carptu, dysentericos, & aluum etiam emendat, in vino austero bis die potus. Hoc est, quantum tres digiti decerpere possunt.

Carptor, Verbale, (διακοπεύς,) Qui reprehēdit. Gellius lib. 19. cap. 7. Quale illud est, quòd vituperones suos subducti supercilii carptores appellauit.

Est & chamædaphne syluestris frutex, est & Alexandrina, quam aliqui Idæam, alii hippoglottion, alii daphnitin, alii carpophyllon, alii hypelaten vocant. Ruellius lib. 3. ca. 136. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti. Nec nisi in mōtosis vidimus hac effigie, folio paulo rusci maiore, molli, nec rigido, semine inter folia rubro, ramulis in terrā sparsis, dodrantalibus, radice myrto syluestri proxima, molli.

CARRAE, carrarum, (κάρραι,) Mesopotamiæ vrbs, Crassi clade nobilis. Author Plin. lib. 5. cap. 24. & Caracallæ Imperatoris etiā nece. Hic enim vt Rufus Cōsularis scribit, intra Euphratē apud ciuitatē Edessā periit, qui leuādæ vesicæ grā ex equo descendisset. Lucan. lib. 1. 21.

Arma ducum dirimens miserando funere Crassus,

Assyrias Latio maculauit sanguine Carras. Dicitur autem Carræ, vt inquit Stephanus, à Carra fluuio Syriæ. Huius incolæ Carreni aut Carræi vocantur. Est & vrbs eodem nomine ad mare Erythræum.

CARRACA, (κάρρακα,) Italiæ vrbs sub Venetia Ptolemæo. Vulgò dicitur Carauaggio.

Carrago, (σκευοφόρον,) apud Pollionem in Claudium, pro impedimento accipi videtur, vt vulgò nostri Carriagium vocant. Budæus.

CARSEOLI, pen. corr. (καρσέολοι,) Oppidum est in via Valeria non longè à Pelignis, cuius meminit Strabo lib. 5. Vide Plinium lib. 3. cap. 12. Ouid. 4. Fast. 137. Frigida Carseolis, uec oliuosa ferendis.

Terra, sed ad segetes ingeniosus ager. Videt hîc Carseolos populos intelligere, non oppidum. Nisi quis putet ablatiuum esse loci, positū pro In Carseolis, vt Venetiis, Parisiis, & similia. Pōt etiā dativus casus esse.

Carseolānus, penult. prod. Adiectiuum, (καρσεολεύς,) vt Carseolana lex apud Ouidium. 4. Fast. 143.

Factum abiit, monimenta manent: nam dicere certam

Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.

Carrus, & Carrum, vtroque modo dicitur, (ἅρμα, ἅμαξα,) A cardine quatuor rotarum: vel quòd currendo sonet. Hirtius lib. 6. 13. Ea die per viarum angustias, carra complura, multosque lanistas retraxit. Cæsar bel. Gall. lib. 1. Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt. Ibidem. Pro vallo carros obiecerant. Idem, Vix qua singuli carri ducerent. Liu. 10. ab Vrbe. 137.

Carrūca, pen. prod. (ἅμαξις,) videtur diminutiuum à carrus. Plin. lib. 33. cap. 11. 2. At nos carrucas ex argento cælare inuenimus. Martial. lib. 5. 104. Nec feriatus ibat ante carrucam. Paulus Iurisconsultus in l. In

Universidad de Deusto
Biblioteca

commodato.ff. duobus.ff. Commodati, Nam eum qui carrucam, puta vel lectica commodauit, &c.

Carrucarius, (κεμελλάριος,) Qui carrucam legit. Vlpianus Iurisc. in l. Ité quæritur in principio. ff. Locati, Si cisiarius, id est carrucarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit.

Carrucarius, Adiectiuum, (ἁμαξήσιος,) vt Mula carrucaria. Vlpianus in l. Aediles ajunt. ff. Iumentorum. ff. de Aedilitio edicto, vbi de mulis loquitur, Plerasq; deniq; carrucarias tales esse, vt nō possint trāsiungi.

CARTEIA, (καρτεία Steph.) Ciuitas Hispaniæ ad Calpen. Author Plinius lib. 3. cap. 1. Carteia à Græcis Tartessos appellata, codē authore.

CARTHAEA, (καρθαία,) Vrbs est in insula Ceo, vt vult Strab. lib. 10.

Carthæus (καρθαῖος,) Adiectiuum. vt Arua Carthæa. Ouid. 10. Meta. 22.
Nanque sacer Nymphis Carthæa tenentibus arua
Ingens cerua erat.

Carthæius, aliud Adiectiuum, (καρθαίιος,) vt Carthæia mœnia. Ouid. 7. Metam. 74. Transit & antiquæ Carthæia mœnia Cæræ.

CARTHAGO, pen. prod. huius Carthaginis, (καρχηδών,) Vrbs Aphricę celebris, quæ post Troianum bellum à Didone cōdita fuit. de qua recēt. Sallustius ait, satius esse silere quàm pauca dicere. tāta n. eius potentia fuit, vt Authore Polybio, & Strabone, tota Africa cultiore potiretur. in Hispania verò ab Herculis colūnis adusque Pyrenæos montes maximis ciuitatibus imperauerit. Variante tandem fortuna, adeò defecit, vt ea diruta, circumiacens regio prouincia facta fuerit, & Massiniſſæ, qui ob virtutem & amicitiam plurimùm Romanis curę fuit, commissa à Pop. Romano. Græci eā Carthedonē nominarunt. Adrianus autem Imperator Adrianopolin, & ridiculè perditissimus Imperator Commodus, quemadmodum scribit Lampridius, Alexandriā Cōmodianam Togatam. Meminit huius vrbis multis Iustinus lib. 18. & in Floridis Apuleius. Est & Carthago noua, quam dux Pœnorum Hasdrubal condidit in Hispania Bætica. Author Pomponius Mela lib. 2. Hæc à Scipione expugnata est, Hannone, non sine suorum clade se defendente. Liu. lib. 6. Decad. 3. Ad Carthaginem (inquit) nouā expugnandam, totis viribus, & bono animo trāseamus. Hæc ille. Fuit & alia Carthago, vetus cognominata, eodem in littore. Cic. de Lege Agraria. 56. Post autem agros (inquit) in Hispania apud Carthaginem nouā, duorum Scipionum eximia virtute possessos, tum ipsam veterem Carthaginem venduont. Meminit & 2. de Lege Agraria. 85. & 3. Tusc. 91. Sita fuit haud procul Tarracone, & à Teucris condita. de qua Silius lib. 3. Dat Carthago viros, Teucro fundata vetusto.

Carthago filia Herculis. Cic. 3. de Natura Deorum. 56. Quartus Herculis fodis est, Asteriæ Latonę sororis, qui Tyri maximè colitur, cuius Carthaginem filiam ferunt.

Terror imperii Carthago. Cicero pro Murena. 53. Bis Consul fuerat P. Africanus: & duos terrores huius imperii, Carthaginem, Numantiamq; deleuerat &c.

Alma Carthago. Sil. lib. 13. 3.
– si nunc existeret alma
Carthago ante oculos turrita celsa figura.

Alta Carthago. Virgil. 4. Aeneid. 10.
Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.

Antiqua Carthago. Claud. de bel. Gildon. 104.

Dines opum Carthago. Virg. 1 Aeneid. 4.

Vrbs antiqua fuit: Tyrii tenuere coloni. *.*

Carthago, Italiam contra. Tybrimaque longè
Ostia, diues opum, studiisque asperrima belli.

Impia Carthago. Horat. 4. Carm. 8. ode. 4.
Non incendia Carthaginis impiæ.

Inuida Carthago. Horat. Epod. 7. 1.
Non vt superbas inuidæ Carthaginis
Romanus arces vreret.

Magna Carthago. Horat. 3. Carm. 5. ode. 8. *.*
O magna Carthago probrosis
Altior Italiæ ruinis.

Noua Carthago. Virgil. 1. Aeneid. 74. – cernes
Mœnia, surgentemque nouæ Carthaginis arcem.

Perfida Carthago. Sil. lib. 13. 19.
– cur perfida & vrbi
Altera Carthago nostræ, post fœdera rupta.

Tyria Carthago. Virgil. 4. Aeneid. 45.
– Tyria Carthagine qui nunc Expectat.

Carthaginiensis, & hoc Carthaginiense, (καρχηδόνιος,) dictio sex syllabarum, vt docet Priscianus lib. 4. Dicitur qui est ex Carthagine.

Carthaginienses multi Romæ seruierunt. Cic. 3. Tusc. 89.

Carthaginienses fraudulenti & mēdaces. Cic. pro Lege Agraria. 92. Carthaginienses fraudulenti & mēdaces, non genere, sed natura loci, quòd propter portus suos, multis & variis mercatorum sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur.

Cartilâgo, pe. pro. f. g. (χόνδρος,) Pars similaris corporis ex sperm̄ate genita, quæ tamen neque os est, neque caro, sed quoddam inter medium, qualis est tota auris, & extremę partes ossium posteriorum. Plin. lib. 11 cap. 4. 1. Insecta non videntur habere cartilaginem. Idem lib. 9. cap. 24. 1. Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet.

Cartilago meri. Plin. lib. 15. cap. 28. 7. Callo placent pyra & mala, corpore melimela, mora cartilagine, nucles grano.

Cartilaginæus, (χονδρώτινος,) Adiectiuum. Plin. lib. 11. cap. 37. 14. Sed auriculę omnibus exceptis quæ cartilagineæ appellauimus. Hoc est, ex cartilagine compositæ: & neque ossea, neq; carnea dici possint. Idē lib. 19. Cartilagineī generis extraque terram est cucumis.

Cartilaginōsus, pen. prod. Adiectiuum, (χονδρώδης,) hoc est, mediō consistentiam habens inter durum & molle vt

Cartilaginosum galbanum. Plin. lib. 12. cap. 25. 11. Dat & galbanum Syria in eodem Amano monte è ferula, quam eiusdē nominis refinæ modo stagonitim appellant. Quod maximè laudant, cartilaginosum, quorum ad similitudinem ammoniaci, mutuimque lignosum.

Caruncula, Vide CARO.

Carus, (τιμιώτερος, τίμιος, πολύτιμος,) Adiectiuum, proprièdicitur quod vili contrarium est vt Cara annona. Plaut. Capt. 8. 36. Et Terent. And. 4. 5. 7. Cic. 2. de Diuinat. 88. Putarem annonā in macello cariorem fore. Idem pro Domo sua. 12. Subitò illo ipso die caritissimam annonam, nec opinata vilitas consequuta est.

Carius facere aurum celando. Plinius in procœmio. 33. libri, Heu prodigiosa ingenia, quot modis auxiliis pretia rerum? Accessit ars picturæ, & aurum argentumque cælādo carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare.

Non est trecentis minis cara. Plaut. Persa. 16. 197.
Abi, argentum effer huc mihi ædepol tricentis minis.
Cara' ſt, fecisti lucri.

Carè, Aduerbium, (τιμίως,) vt Carè æstimare, carè vænire. Cic. ad Brutū 16. 12. Valdè carè æstimas tot annos, quot ista ætas recipit. Idē p Domo sua. 89. Varro. 3. de Re rust. cap. 5. 1. Quæ pingues veneunt carè.

Caritas, penultima correp. (ὑπερβολὴ τιμῆς ἢ ἀξίας,) caritâtis, fœ. g. Penuria. Deriuatur autem à Careō, quod significat non habeo, deficio. Valla lib. 4. Caritatem pro penuria accipimus. Sed frumenti quidem, & annonę caritatem dicimus: Penuriam verò, vini, aquæ, pabulæ, pecorum, pecunię, virorum, cæterarumque huiusmodi rerum. Vel penuria est, vt sic dicam, carentia omnium rerum. Caritas verò quæ contraria est vilitati. Ideoque Plinius Iunior ait accessisse agris suburbanis caritatem. Et Quintilianus quum ait, Itaque caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum. Idem est ac si dixisset, caritas annonæ, penuria frumenti. Hactenus Valla. Cicero. 5. Verr. 186. Caritas enim annonæ faciebat, vt illud quod re parum videbatur, cēpore magnum videretur. Sic ibidem. 58. *. Plinius Epist. 19. lib. 6. Scis accessisse pretium agris causa subitę caritatis, &c.

Vilitas & Caritas, contraria. Cic. 5. Verr. 186. Biennio prouinciam obtinuit, quum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. Et p Lege Manilia. 51. Repentè vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ est consecuta.

In caritate, asse modium populo dedit M. Scius. Cic. 5. Offic. 85.

In Rhodiorum inopia & fame, summaque annonæ caritate, magnum frumenti numerum adiuexit Alexandria Rhodū. Cic. 3. Offic. 66.

Præsens caritas erat, & futura fames. Cic. pro Domo sua. 9.

Diuturna caritas. Cic. pro Domo sua. 10. Atqui vtrumque fuisse perspicuum est, difficultatem annonæ, summamque inopiam rei frumentariæ: vt homines non iam diuturnam caritatem, sed vt famem planè timerent, nemo rogat.

Huberiora cibaria facta sunt caritate. Cic. 5. Verr. 186.

Inferre caritatem annonæ. Vide INFERO.

Caritas nummorum. Cic. ad Atticum, lib. 9. 18a. 12. Nunc omnia ista iacere puto propter nummorum caritatem.

Caryca, Vide CARICA.

Caryîtis, huius caryîtis, pen. prod. f. g. Plin. lib. 26. cap. 8. 13. Alterum genus tithymalli, myſiniten vocant, alii caryiten, foliis myrti acutis, & pungentibus, sed mollioribus, & ipsum etiā in asperis nascens. Vide Ruellium lib. 1. cap. 11.

Caryon, caryi, n. g. (κάρυον,) Nucis inglandis genus: de qua sic Plinius lib. 15. ca. 22. 2. Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum.

Carynus, pen. corr. (κάρυνος,) Adiectiuum. vt Carinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 11. E nuce inglande quod carynum appellauimus, alopecijs vtile est, & tarditati aurium infusum.

Caryopon, caryopi, penultima correpta. Genus cinnami quod in Syria gignitur. Plinius libro duodecimo, capite 28. 3. In Syria gignitur & cinnamon, quod caryopon appellant. Hic est succus nuci expressus, multùm à furculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia.

Caryōta,

Caryōta, caryótæ, pen. prod. (καρυωτός.) Palmæ fructus. Plin. lib. 13. cap. 4. 14. de palmis, Ab his caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem sed & succo vberrimo. Ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti, vnde poma nomen. Varro. 2. de Re rust. cap. 1. Non scitis palmulas, caryotas in Syria parere in Iudæa, in Italia non posse? Martial. lib. 13. 27. Aurea porrigitur Iani caryota calendis.

* Caryotæ optimæ quæ nunc cum ficis & boletis certamen habent. Plin. epist. 8. lib. 1.

Caryōtis, pen. prod. huius caryótidis, pen. corr. f. g. Stat. 1. Sylu. 1. 64.
– & latente palma Præguantes caryotides cadebant. Martial. lib. 11. 32. de cucurbitis Cæciliani,
Hinc pistor fatuas facit placentas,
Hinc & multiplices struit tabellas,
Et notas caryotidas theatris.

CARYSTE, Carystes, vel Carystos, Carysti, (κάρυστος,) Insula vna ex Cycladibus sita in Euboico maris varii marmoris ferax. Strabo lib. 10. Lucanus lib. 5. de insula Eubœa loquens, Qua maris angustat fauces saxosa Carystos. In hac teste Solino cap. 17. Titanes regnauerunt. Briareo enim (inquit) Carystii rem diuinam faciunt, sicut Aegæoni Chalcidenses. Nam omnis ferè Eubœa Titanum fuit regnum.

Ferax lapidis varii Carystos. Seneca in Troade. 9. 5. An ferax varii lapidis Carystos? Id est maculosi, & velut picturati marmoris.

Vndosa Carystos. Stat. 1. Sylu. 5. 7.
Non huc admissa Thasos, aut vndosa Carystos.

Carystæus, Adiectiuum, (καρύστιος,)
Vada Carystæa. Ouid. 4. Fast. 57.
Quaque Carystæis frangitur vnda vadis.

Carystius, (καρύστιος,) Aliud adiectiuum. vt Vinum Carystium apud Strabonem lib. 10. Plin. epist. 101. lib. 5. ad Apollinarem, Vitem quatuor columellæ Carystiæ subeunt.

Casa, casæ, (καλύβη, σκηνή, οἴκημα,) à cauatione dicta, authore Festo: quòd antiqui cauatas rupes inhabitarent. Alii à facilè cadendo dictam volunt: quòd à Cado fiat Caso casas frequentatiuum. Hirtius lib. 6. 60. Et harpagones ad casas, quæ stramentis abnostris hyberno rum causa ædificatæ erant, diruendas. Varro. 1. de Re rust. cap. 10. 5. Qui autem sunt in saltibus, & syluestribus locis pascunt, & qui vilia, sed casis repentinis imbres vitant. Virg. in Buc. humiles casas appellat tuguria. Cic. ad Tironem. 16. 18. 4. Helico neq; nisi mus H-S CC dabat nullo aprico horto, nullo emisſario, nulla macelli, nulla casa. Sic. 5. Tusc. 138. Nec esuriens Ptolemæus ederat: cui quum peragranti Aegyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.

Tectum pastorale casæ. Stat. 12. Thebaid. 54.
– tectumque aggrestia propinquæ Pastorale casæ:

Angusta casa. Claud. 1. in Ruffin. 41.

Candida casa. Iuuenal. Saty. 6. 16.

Exigua casa. Ouid. 4. Fast. 106.
Surge, nec exiguæ despice tecta casæ.

Frondea casa. Ouid. 3. Fast. 106.
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.

Humiles casas habitare. Virg. 2. eclog. 6.

Spartæ casæ. Ouid. 1. Fast. 100.
Aspicit & sparsas per loca sola casas.

Stramineæ casæ. Ouid. 2. Amor. 9. eleg. 4. Et Propert. lib. 2. eleg. 17. 4.
Straminea posset dux habitare casa.

Aedificare casas. Horat. 2. Serm. 3. saty. 50.

Contecta stramine casa. Ouid. 5. Metam. 90.

Delitere in parua casa. Ouid. 2. de Arte amandi. 48.
– & in parua delituisse casa.

Facere casas sine arte. Quintil. lib. 2. cap. 17. 7.

Iacere casa. Lucret. lib. 6. 252. Id est in casa.

Integere habitabiles casas. Vide INTEGO.

Parare casas. Lucret. lib. 5. 202.
Inde casas postquam, ac pelles ignemque pararunt.

Ita fugias, ne præter casam. Venustum adagium quo admonemur, ne sic aliquod vitium fugiamus, vt in aliud maius incauti deuoluamur. Terent. Phor. 5. 2. 3. Ita fugias, ne præter casam, quod aiūt. Vbi Donatus, Prouerbium, Ita fugito, ne præter casam: hoc est, ne prætereas casam tuam, quæ tibi sit tutissimum receptaculum. Aut ita fugias, ne præter casam: vbi custoditi magis, & prehēdi fur, & mulctari verberibus pōt.

Casabundus, (κατολισθαίνων,) Adiectiuum, Crebrò cadens. Festus. A verbo antiquo Caso, casas, deducitur.

Casula, pen. corr. (καλυβίδιον,) Diminutiuum. Plin. lib. 35. cap. 10. 59. Rusticus infans cum casulis. Iuuenal. Saty. 9. 7.

Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo.

Contentus casulis. Iuuenal. Saty. 14. 18.

Desyderare casulam. Iuuenal. Saty. 11. 16.

CASSA, Viri proprium. is fuit Bruti armiger. de quo Silius lib. 7. 131.
Nec damnata manus, medio sed (flebile) mento
Armigeri Cassæ penetrabilis hęsit arundo. Quædam exemplaria legunt Casæ.

Cascum, (κρόνιον,) Antiquitus dicebatur, quod nos vetus appellamus: idque vt author est Varro, lingua Sabinorū, quæ in Oscam vsque linguam radices egerit, qua Casnar senex dicitur: eoq; Ennium, vt Osce linguæ peritum, scripsisse, Quam primum Casci populi genuere Latini. Cascos Latinos priscos appellat M. Tull. Tusc. quæst. lib. 1. 43. Itaque vnum illud insitum erat priscis illis, quos appellat Cascos Ennius. Circat autem Varro adagium, Casceus cascam ducit, tanquam à Manilio quodam profectum, qui dixerit non esse mirū, si cascum casca duxisset, quoniam is canoras faciebat nuptias. Videtur esse iocus in anum vetulo nuptam, allusumque ad vocem Casci, perin de quasi deducatur à canendo. Refertur ibidem epigramma Papinii cuiusdam, quod scripsit in adolescentem nomine Calcam, Ridiculum est quum te cascam tua casca dicit. Opinor adolescentem duxisse vetulam, proinde absurdum videri quoties casca, id est vetula, maritum iuuenem veluti suo ipsius nomine cascā vocaret. Dicitur hoc prouerbiū quoties similis similē delectat, vetulus vetulam, deformis deformem, barbarus barbarum, improbus improbum. Hæc Erasmus in Chiliad.

Caseale. Vide CASVS.

CASELLIVS Vindex, (κασελλάριος,) optimus habitus consultus iuris. De cuius erroribus dicitur scripsisse Terentius Scaurus Adriani temporibus. Hæc Ianus Parrhasius in illud Horatii de Arte poet. 75.
– nescit quantum Casellius Aulus,
Sed tamen in pretio est.

Caseus, casei, (τυρός,) à coeundo dictus est, vt ait Festus. Virgilius in Bucolicis, Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi. Cicero de Senect. 52. Villa quæ tota locuples est: abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Caseus Gallicus, Colu. li. 12. ca. 57. 2. Caseus Lunensis, &c. Martl. lib. 13. epig. 30. 31. 32. 33. Vide LVNA.

Caseum, neutro genere. Nœuius Macro, Pecunia quid bonum, quid bonum respondi Sardis: veneiens caseum. Plaut. Medico, Parasito cū virgis caseum radi potest. Nonius.

Caseus mustеus. Plin. lib. 11. cap. 42. Sed breuis ac musteo tantum commendatio. Vide MVSTVM.

Caseus recens aut mollis. Plin. lib. 28. cap. 9. 8. De generib⁹ caseorum diximus, quum de huberibus singulisque animalium mēbris diceremus. Sextius eosdem effectus, equino quos bubulo tradit. Hunc vocant hippacem. Stomacho vtiles qui non sunt salsi, id est recentes. Veteres aluum sistunt, corpusque minuunt: stomacho vtiliores: & in totum salsa minuunt corpus, alunt mollia. Caseus recens cum melle, fugillata emēdat, mollis aluum sistit, &c.

Candidus caseus. Ouid. 4. Fast. 54.
Candidus elixæ miscetur caseus herbæ.

Ingrati saporis caseus. Vide INGRATVS.

Figurare caseum. Plin. lib. 16. cap. 38. Ficis humor lactescit: huic ad caseos figurandos coaguli vis.

Caseāle, caseālis, penul. prod. n. g. (τυροφυλάκιον,) Locus in quo & fiunt & reconduntur casei. Colum. lib. 2. cap. 15. de generibus stercoris, Hæc vbi viduus pecudibus ager. nam vbi greges quadrupedum versantur, quædam quotidie, vt culina, & caseale: quædam pluuiis diebus, vt bubilia & ouilia debent emundari.

Caseārius, caseāria, caseārium, (τυροφυλακικός,) Adiectiuū à caseus: vt Taberna caseāria. Vlpianus Iurisconsultus in L. Sicuti §. Arist. ff. Si seruitutes vendicetur, Aristo Cerelio Vitali respondit non putare se ex taberna casearia fumū in superiora ædificia iure immitti posse: nisi eius rei seruitutem talem admittat.

Casia, casiæ, (κασσία, κασία,) Frutex est, vt scribit Plinius lib. 12. cap. 19. 9. Iuxtaque Cinnami campos nascitur, sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute veriis quàm cortice. Virg. 2. eclog. 10. Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis. Colum. lib. 3. cap. 8. 4. Plautus Curcul. 3. 6.

Humiles casias ministrare apibus. Virgil. 2. Georg. 43.
Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.

Recentes casiæ. Virg. 4. Georg. 30. Id est statim carptas.

Virides casiæ. Virg. 4. Georg. 6.

Intexere casia. Virg. 2. eclog. 10. Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis. Casia, inquit Seruius, herba est suauissimi odoris: vt sequentia indicant: quam Græci casiam dicunt.

Pasci casiam. Virg. 4. Georg. 37.
– pascuntur & arbuta passim
Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem.

CASILINVM, pen. prod. (κασίλινον,) Italiæ oppidum in Campania, authore Plinio lib. 3. cap. 5. In Campano agro (inquit) Strabiæ oppidum fuēre: intercidit ibi, & Taurania: sunt & morientis Casilini reliquiæ. Hæc ille, de euersis & intercidentibus vrbibus intelligens. Cic. 2. Philipp. 103. Casilino salutatum venientibus, Aquino, Interamna, admissus est nemo.

CASINA, Casinæ, penultima correpta, (κασίνα,) Fabula Plauti. Vide

Universidad de Deusto
Biblioteca

CASSINA, Scribendū tamen est Casina, quia primā corripit. Plau. in argumento eius comœdiæ, Adolescens ducit ciuem Casinam cognitam. Versus est Iambicus trimeter.

CASINVM, (κασῖνον,) Campaniæ oppidum in Italia. Plin. lib. 5. ca. 5. Casinum nebulosum. Silius lib. 4. 46.

Mittebant saxa & nebulosi rura Casini.

Casito, casitas, pen. corr. (κιττόμαι,) Frequentatiuum à Caso frequentatiuo verbi Cado. Vide CADO.

CASIVS, (κάσιος,) Arabiæ mons est, iuxta quem delubrum est Casii Iouis, quod Romanorū ambitio illustre fecit, & Pompeii tumulus multis post annis ab Hadriano instauratus, vt Capitolinus tradit. Nostri, Sinai montem esse asserunt, ob illic à Deo datas per Moysen populo Israelitico decalogi tabulas nobilem, & etiamnum diuæ Catharinæ sepulchro clarum. Plin. lib. 5. cap. 11. Arabiam hanc sterilem, & præter Casium montem nihil insigne habentem indicat. At notādum obiter, alium supra Seleuciam Casium esse Plinio, lib. 5. cap. 22. cuius altitudo in directum quattuor millium passuum est. Cuius (inquit) excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem aspicit: breui circumactu corporis, diem noctemque pariter ostendens. Hæc ille. Huius meminit Ammianus de Iulio Cæsare lib. 22.

Casinas, Senex oscorum lingua. Fest. & Quintil. lib. 1.

CASINVM, Oppidi nomen vnum ex illis in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam Resp. neque tamen magistratus suos habebant, in quæ legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent. Festus.

Caso, casas, casare, Frequentatiuum à Cado. Vide CADO.

CASOS, Insula iuxta mare Carpathium, ambitu. 80. stadiorum, in qua est oppidum eiusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, colonis eò deductis. Huius nominis prima breuis est, ab hac & Casius mons in Syria. Sunt autem multæ Casorum insulę per ambitum, à quibus vestimenti nomen Casiaca, quod & nunc quoque durat, vulgare Græcis mi litibus. Eustathius Casianam appellat à monte Caso.

Casos, Insula vna ex Cycladibus, quæ & Astrabe dicitur, Plinio libro quarto, capit. 12.

CASPERIA, (κασπερία,) nomen vrbis in Italia. Virgil. lib. 7. 143. Casperiamque colunt, Forulosque, & flumen Himellæ.

CASPERVLA, pen. corr. (κασπερύλα,) Oppidum est Sabinorū, quod Silius Italicos à Caspiis portis quæ in Oriente sunt, vbi Bactriana est regio, accepisse nomen fingit, lib. 8. 83. Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens Casperula.

Caspius, Adiectiuum, (κάσπιος,)

Caspium mare dicitur, quod inter Caspios & Hyrcanos mōtes est, à quibus nomen accepit, & immensum occupat spatium. De hoc inter scriptores parum conuenit, vt diligētissimè admotauit doctissimus Vadianus apud Pomponium Melam. Horat. 2. Car. 9. 1.

Regna Caspia. Virgil 6. Aeneid. 160.

Huius in aduentu, iam nunc & Caspia regna
Responsis horrent diuūm. Id est, fines Assyriorū, in quibus sunt πύλαι Caspiæ. Seruius.

Rupes Caspiæ. Seneca in Here. fur. 13. 14.

Rupes ligarum Caspiæ corpus trahant.

Tigris caspia. Stat. lib. 10. Thebaid. 4.

Caspia non aliter magnorum in strage iuuencum
Tigris, &c.

Vada Caspia. Claud. 6. Paneg. 15.

Caspiacus, pen. corr. (κασπιακός,) Aliud adiectiuum, vt Porta Caspiaca. Statius. 4. Syluarum. 4. 13.

Aut Isthmum seruare latus, metuendaque portæ.
Limina Caspiacę.

Cassabundus, Vide CASSVS.

CASSANDRA, (κασσάνδρα,) Filia fuit Priami regis, quam ab Agamemnone in Græciam abductā Clytemnestra interemit. Author Homerus in Odyssea.

Vates Cassandra. Virgil. 3. Aeneid. 38.

– aut quem tunc vates
Cassandra moueret?

Virgo Priameia Cassandra. Virgil. 2. Aeneid. 81.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra.

Aperit ora fatis futuris Cassandra. Virgil. 2. Aeneid. 50.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei iussu, non vnquam credita Teucris. Hoc est præcepto Apollinis quasi spe promissi coitus, concessa diuinitate, frustratus, sustulit fidem vera dicenti. Seruius.

CASSIA Via, (κασσία ὁδός,) à Cassio strata. Fest. Vide CASSIVS.

Cassida, cassidæ, pen. corr. (κάσσις,) Galea. Propert. Aurea cui post quam mutauit cassida frontem.

Aurea cassida Virg. 11. Aenei. 155. Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati Cassida. Cassida pro cassis. nam accusatiuū ponit pro nostrāmo. Seruius. Hoc est ex accusatiuo Græco facit nominatiuū Latinū.

CASSIODORVS. penult. product. Rauennas, præceptor Theodorici Gothorum regis, primūm Senator, deinde Monachus factus, nonnullos scripsit psalmorum locos apertius. Extant & eius ad Theodoricum epistolæ. Volaterranus lib. 13.

CASSIOPE, pen. corr. siue Cassiopēa, pen. prod (κασσιόπη,) Cephei Regis Aethiopum vxor, & Andromedes mater, quæ cum Nereidibus de pulchritudine certauit. Vnde & inter sydera constituta fertur. Colum. lib. 11. cap. 2. 59. Dicitur & Cassiopea. Cic. 2. de Nat. Deor. 162. Obscura specie stellarum Cassiopea. Idem in Arato. 48.

Labitur illa simul gnatam lachrymosa requirens
Cassiopea, neque ex cœlo depulsa decore Fertur. Proper. 1. ele. 16. 1.

Nec mihi Cassiope solito vilsura carinam,
Omniaque ingrato littore vota cadunt. Est autem sydus ita figuratum, vt in sella sedeat. Constat stellis tredecim, occidens cū Scorpione, capite cum sedili resupina ferri prospicitur, exoriri autem cum Sagittario. Perottus.

Cassis, huius cassis, m. g. (κάρυς) Rete: quod vacuas habeat maculas: vnde & à raritate, rete dictum est. Ouid. 2. de Arte. 1. Decidit in casses præda petita meos. Plin. lib. 19. cap. 1. 4. Cumulæ plagæ concidunt apros, & hæ casses ve ferri aciem vincunt. Mart. lib. 5. 14.

Hand impeditam cassibus refert damam.

Laxi casses. Virg. 4. Georg. 50. – aut inuisa Mineruæ
In foribus laxos suspendit aranea casses. Virg. quidem confundit: tamen scientiū maiores asal ipsum masculino genere appellasse, hic araneus: retia verò quę faciunt, fœmnino. Seruius. Ouid. 1. de Arte. 79.

Cassibus impositis venari. Vertumnus de seipso loquens apud Propertiū lib. 4. eleg. 2. 7.

Cassibus impositis venor, sed arundine sumpta
Fauus plumoso sum deus aucupio.

Cassis, huius cassidis, penult. corr. fœ. g. (κόρυς, κόρυθος, κυβερνήτης,) Galea: dicta quòd vacua sit ad caput recipiendum. Plaut. Trinum. 10. 98 Mihi & pharetrā & sagittas sumpsero, cassidem in caput. Cæsar. 7. bel. Gal. 180. Mulionesque cum cassidibus equitum, specie ac simulatione collibus circumuehi iubet.

Apex toruæ cassidis. Stat. 8. Theb. 138.

Ahena cassis. Stat. 6. Theb. 78.

Aurata cassis. Stat. 7. Thebaid. 184.

– atque ambos aurata casside donat.

Celata cassis. Iuuenal. Satyr. 14. 11.

Cristata pennis cassis. Ouid. 8. Metam. 5.

Seu caput abdiderat cristata casside pennis.

De casside fracta buccula pendet. Iuuenalis Satyra. 10. 14. Buccula, Lauuiere.

Fulminea cassis. Claud. 6. Paneg. 39.

Languida cassis. Vide LANGOR.

Laxata cassis, Aperta. Claud. de bel. Gildon. 5.

– laxata casside prodit Canitiem.

Minax cassis. Stat. 4. Thebaid. 41.

Torua cassis. Stat. 8. Theb. 138.

Abdere caput casside. Ouid. 8. Metam. 5.

Claudi casside. Stat. 4. Thebaid. 41.

– quum tu cludare minaci
Casside, ferratusque sones, ego diuitis aurum
Harmoniæ dotale geram?

Crinitur classis frondenti oliua. Stat. 4. Thebaid. 44.

Cassita, cassitæ, pen. prod. (κόρυδαλος,) Auis, quæ & galerita, & alauda dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 1. At quæ ab illo galerita appellata quōdam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Docet Plinius, galeritam ab apice, quem velut galeri habet in capite, nomen sortitam. Quemadmodum igitur à galero galerita, sic à casside cassita nūcupatur. De cassita, vide apologum festiuissimum apud gellium lib. 2. cap. 29.

CASSITERIDES, penult. corr. (κασσιτερίδες,) Insulæ maris Atlantici, de quibus Plin. lib. 4. cap. penult. sic scribit, Ex aduerso (inquit) Celtiberię complures sunt insulæ Cassiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi. Vide CATTITERIDES.

CASSIVS, (κάσσιος,) Viri proprium qui magister equitum fuit. Spe Cassius regni affectati crimine damnatus, cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, q̄ tres magnifici Consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim Populusque Rom. non cōtentus capitali eum supplicio affecere, interempto domum superiecit. Iunius solo autem ædem Telluris fecit. Author Valerius lib. 6. cap. 3. Cassius COS. à Tigurinis Gallis pago Heluetiorū, qui à ciuitate secesserāt, in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus est: milites qui ex ea clade superauerant, obsidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, vt indemnitatem præstarent, sub hostibus pacti sunt, tēpore quo lugurtha potius

pulsus est à Mario. Liuius lib. 25. Cæsar bel. Gal. lib. 1. Tigurinus Pagus quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, & eius exercitum sub iugum miserat. L. item Cassius Trib. pl. C. Mario, L. Flacco COS. plures leges ad diminuendā nobilitatis potentiam tulit in quibus, vt quem Pop. Rom. damnasset, eiusve imperium abrogasset, in Senatu non esset. Fuit & inter competitores Ciceronis in Cōsulatu. Author Pædianus. Cic. pro Roscio Amerino, L. Cassius ille, quem Pop. Rom. verissimum & sapientissimum iudicem putabat, &c. L. Cassius, dux Pompeianus, cum decem nauibus ardente bello ciuili, transiit ad Cæsarem. Cassius item Longinus iurisconsultus, quòd C. Cassii percussoris Cæsaris nomen ac stemmata haberet, iussus est à Nerone mori: pronepos fuit Seruii Sulpitii, ac Eques Romanus, vt scribunt Tranquillus & Pomponius. Fuit & Cassius Seuerus, de quo Quintilianus sic scribit lib. 10. cap. 1. Cassius Seuerus, si ceteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum in eo, & acerbitas in ira, & vrbanitas, & vis summa: sed plus stomacho, q̄ consilio dedit. Hæc ille. Huius Cassii scripta ex Senatusconsulto abolita sunt, vt author est Tranquillus. M. Auidius Cassius, præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum imperator ipse res in Germania gerit contra Marcomannos, defecit. Itaque relicto bello, imperator eum cum exercito petit: ac superat. Caput ei ablatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. Cassius præsul Narniensis tempore Totilæ regis Gothorum, cui occurreras, animum placauit, ne ciuitati noceret. Meminit huius Gregorius. 3. Dialogorum. Cassius poeta Parmensis, Hic aliquot generibus stylum exercuit. inter quæ opera elegiaca & epigrammata eius laudantur. Hic est qui in partibus Cassii & Bruti Tribunus militum militauit. quibus victis Athenas se contulit. Quintus Varrus ab Augusto missus, vt eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit, vnde multi crediderūt Thyestem Cassii Parmensis fuisse. Scripserat enim multas alias tragœdias. Acron in illud Horatii. 1. Epistō. 4. 1. Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat. de Cassio Horat. 1. Serm. Saty. 10.

Cassiānus, pen. prod. (κασσιανός,) Adiectiuum. Cic. pro Mil. 15. Itaque illud Cassianum, Cui bono fuerit in his personis valeat, & si boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sæpe paruo. Idem. 2. Philipp. 54. Quòd si te in iudicium quis adducat, vlurpetque illud Cassianum, Cui bono fuerit, vide quæso ne hæreas.

Iudex Cassianus. Cic. 5. Verr. 117. Aut etiam illum ipsum quem tu in cohorte tua Cassianum iudicē habebas, &c. Idem. 2. in Verrem. 122. Non quæro iudices Cassianos, veterem iudicturū seueritatem non requiro.

Cassius, (κάσσιος,) Adiectiuum, vt

Cassia via. Cic. 12. Philipp. 354. Tres ergo, vt dixi, viæ: à supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia. Ibidem, Hetruriam discriminat Cassia. Item. 135. Possum Cassiam vitare, tenere Flaminiam.

Cassus, (κένος δ' ὄν,) Adiectiuum, dicitur inane, vacuum, quasi omni re careus. Nonius, Cassum veteres inane posuerunt. Virgil. lib. 11. Aeneid. Nullū cum victis certamen & æthere cassis. Cassus pro vacuo, inquit Seruius. Arbitrādum est eius verbi proprietatem magis ab aranearum cassibus dictam, quòd fiat leuis ac nullius ponderis.

Anima cassum corpus. Lucret. lib. 3. 113.

Nec sine corpore enim vitalem cōcere motus
Sola potest animi per se natura: nec autem
Cassum anima corpus durare & sensibus vti.

Augur cassa futuri. Id est mendax. Stat. 9. Thebaid. 126.

Cassa dote virgo. Plaut. Aulul. 7. 14. Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem.

Cassus lumine, Vacuus, priuatus. Virg. 2. Aeneid.

Nunc cassum lumine lugent. Seruius.

Lumine cassus aer. Lucret. lib. 4. 75.

Nam nihil esse potest aliud nisi lumine cassus
Aer, id quod nos vmbram perhibere suemus.

Cassa sanguine cochlea. Cic. 2. de Diuinat. 197. Sanguine cassam potius, quàm hominum more cochleam dicere.

Senilis cassa simulachra. Lucret. lib. 4. 26.

Consilia cassa, pro vanis. Seneca in Troade. 33. – cassa consilia amoue.

Verborum cassa copia. Lucret. lib. 4. 104.

Formido cassa. Lucret. lib. 5. 215.

Sollicitamque geris cassa formidine mentem.

Cassa fraus. Lucanus, Cassa fraude parat. Id est irrita. Budæus.

Ira cassa. Valer. 6. Argonaut. 111.

– & cassa frendens sublabitur ira. Silius lib. 7. 15.

Cassus labor. Frustra sumptus. Plin. epist. 176. b. Obuersantur oculis cassi labores, & infructuosæ preces, & honor quem non meruit.

Manus nunquam cassa. Stat. 9. Thebaid. 154.

Nunquam cassa manus, nullum sine vulnere fugit Missile.

Nunquam cassa, id est nunquam aberrans.

Nox cassa. Valer. 4. Argonaut. 85.

Postera non cassæ Minyis aurora retexit Noctis iter.

Cassa nux. Plaut. Pseud. 5. 136. Te amatorem iuuentum esse inanem quàsi cassam nucem. Sic apud eundem, Rud. 30. 36. Cassa glans.

Nuce cassa pauperare. Horat. 2. Serm. 5. Saty. 8.

Etiam quiuis oculos citius mihi, quàm te
Contemptum cassa nuce pauperet. Id est fracta. Acron.

Omen cassum. Stat. 5. Theb. 64.

– ne forte premant, cassumque parenti Omen.

Præsidia cassa. Seneca in Troad. 812. Manusq; matris cassa præsidia occupas? Id est vana & inania.

Via cassa, Id est frustra ingressa. Stat. 11. Theb. 90.

Bis cassæ periere viæ, bis cominus actos
Auertit bonus error equos.

Virtus cassa. Stat. 5. Thebaid. 113.

Vota cassa. Virg. 12. Aeneid. 156.

Dixit, opemque dei non cassa in vota vocauit. Nō ad inania vota poposcit auxilium. Seruius.

Cassum & inane. Plin. lib. 12. cap. 7. 2. Fiuntq; semina cassa & inania. Cic. 5. Tusc. 167. Omne quod honestum nos & laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, & inane vocis sono decoratum esse dicant.

Cassum granum & inane. Plin. lib. 18. cap. 17. Retonsarum verò etiam semel, omnino certum est, granum longius fieri, sed inane cassumque, ac fātum non nasci.

In cassum it virtus. Lucan. lib. 2. 53.

– nec pila lacertis
Missa tuis cæca telorum in nube ferantur,
Nec tanta in cassum virtus ear.

Cassum, cassi, n. g. Fragmentum. Solinus cap. 65. Aut Palearum cassa, aut chartarum fila ad se rapit. De lychnite gemma.

CASTALIVS, (κασταλίη,) Fons Caballinus & Libethris dicitur. Est autē in radicibus Parnassi, Musis sacer, à virgine Castalia: quæ Apollinem fugitans, præcipitata, & in fontem versa est. cuius aquam dicuntur bibere poetæ. Hunc fontem dicit Acron fuisse in Lycia, vbi armēta Apollo fertur pauisse. Virgil. Castaliam vocat, lib. 3. Georg. 58.

– iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Aqua Castalia. Ouid. 2. Amorum, eleg. 15. 8.

– mihi flauus Apollo
Pocula Castalia plena ministret aqua.

Arbor Castalia, Quæ est ad Castalium fontem. Propert. lib. 3. eleg. 3. 3.

Quum me Castalia speculans ex arbore Phœbus.

Castalia gutta, apud Columellam, lib. 10. 25.

Gurges Castalius. Claud. epig. 51. 2.

Vmbra Castalia. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 4.

Per vos authores huius mihi carminis oro,
Castaliamque vmbram, picrosque lacus.

Vndæ vocales Castaliæ. Statius. 5. Sylu. 5. 1. Vocales vocat propter Musarum illic habitantium perpetuos cantus.

CASTALIVS. Castalides Musæ nominatæ sunt à Parnassi fonte Castalio, cuius aqua potu dulcis fuisse traditur: quanquam apud Stephanum Castalia est ciuitas Ciliciæ. Nicephorus in interpretatione Synesii, fontem esse prope Antiochiam Syriæ, vbi oracula redderentur, testatum reliquit. Idem scribit multò ante Nicephorum clemens, & alii. Mythologi tradūt Castaliam virginem quampiam fuisse, quam quum ardentius Apollo deperiret, eique vim inferre studeret, sese in fontem ipsum præcipitasse: à cuius nomine Castalius fons cognominatus est. Idem scribit Lactantius grammaticus. At verò Probus, Castalius, inquit, fons est Delphis in Apollinis oraculo, qui abluit ipsam aræ deindē ētus à Castalio Delphici Apollinis filio. Alii à Castalio patre Thyiez vnde Thyiades Bacchæ. Nymphæ vocatæ sunt. Panyasis poeta Castaliā hoc versu Acheloidā vocat. Castaliæ aduenit diuinā Acheloidos vndā. quo fit vt nonnulli Castaliam Achelois filiam existimarint.

Castanea, castaneæ, (δένδρος βαλανος καρύα,) è nucum genere: & tam fructum quàm ipsam arborem significat. Plin. lib. 17. cap. 20. Castaneæ pedamentis omnibus præferunt: facilitate tractus, perdurandi pertinacia. Varr. 3. de Re rust. ca. 16. Intra macerian iacere oportet glandem & castaneam, vnde saturi fiant.

Nuces castaneæ. Virgil. 2. eclog. 11. Ipse ego cana legam tenera lanugine mala, Castaneasque nuces. Bene speciem addidit: dicens Castaneas. Nam, nuces generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore: vt auellanæ, amygdalæ, iuglandes, castaneæ. sicut cōtra dicuntur poma, omnia molliora. Seruius.

Hirsutę castaneæ. Virg. 7. eclog. 11. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. Hirsutæ, adiue intra suos echinos locatæ. Seruius.

Molles castaneæ. Virgil. 8. eclog. 16.

– sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles. Id est maturæ. Seruius.

Gerunt castaneæ fagos. Virg. 2. Georg. 15.

Et steriles platani malos gessere valentes,
Castaneæ fagos. Dicit quid in quam arborem debeamus inserere. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

fago castaneam,non enim in castanea fertili in fœcunda fagus inseritur. Vnde aut hypallage est, vt castaneæ fagos sit, pro fagi castaneas gessere.aut mutanda distinctio, vt sit,
Et steriles platani malos gessere valentes Castaneæ.Hoc est, Infœcundæ arbores platani fortes ramos castaneę portanerunt. Seruius.
Legere castaneas.Virgil.2.eclog.11.
Castanetum,pen.prod.(κασταναία,) Locus castaneis consitus.Colum.lib. 4.cap.33.Propter quæ sæpe nouella castaneta caluescunt.

Castè, vide CASTVS.

Castellum,Castellanus,Castellatim. Vide CASTRVM.

Casteria, casteriæ,(καστηρία,) Locus est,inquit Nonius, vbi quum nauigatio cóquiescit,remi & gubernacula conquiescũt.
Plaut.Asin.10.16.
Quin pol si reposui remum,sola ego in casteria
Vbi quiesco,omnis familię causa consistit tibi.

Castigo, castigas,pen.prod.(κατανύσσω,κολάζω,κατανορθόω,) castigãre,Increpare,vel reprehendere, authoribus Nonio & Valla in Pogium.Plaut.Bacchid.2.94. – cura,& castiga hominẽ probẽ.Idem Asin.10.10.Ego te volui castigare, tu mihi accusatrix ades.
Terent.Heauton.3.3.31.Nisi eum,quantum dii dant tibi opis,seruas, castigas,mones? Cæsar.1.bel.Ciuil.9.Laudat Pompeius, atque in posterum confirmat,segniores castigat,atque incitat.
Ad vnguem castigare carmen.Horat.in Arte.60. – vosò Pompilius sanguis carmen reprehendite,quod non
Multa dies,& multa litura coercuit,atque
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.
Castigare literis.Cæsar.3.bel.Ciuil.99.
Et crebris Pompeii literis castigabantur.
Castigare dictis.Plaut.Bacchid.1967. – vt eum dictis plurimis Castigem. Virgil.5.Aeneid.Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes.Id est increpat,obiurgat,inquit Seruius.
Punire,aut verbis castigare aliquem. Cic.1.Offic.125.
Castigare segnitiem alicuius. Cicero.1.de Oratore.91. Et quoniam de impudentia dixi,castigemus etiam segnitiem hominum,atque inertiam.Sic Liuius,Castigaretque segnitiem populi, Id est in concione reprehenderet.
Dolorem immodicum castigare.Lucan.lib.8.11.
Castigatus animi dolor.Cic.2.Tusc.87. Videsne vt obmutuerit non sedatus corporis,sed castigatus animi dolor? Id est leuior factus.
Frons castigata.Statius.2.Sylu.1.9.
O vbi purpureo suffusus sanguine candor,
Sydereique orbes,radiataque lumina cœlo,
Et castigatæ collecta modestia frontis?
Libertas iubarum castigata.Id est nubę non luxuriantes. Statius.9.Thebaid.139.De equo quodam.
Pectus castigatum.Ouid.1.Amorum,eleg.5.5.
Quàm castigato planus sub pectore venter?
Metus castigare.Valerius.6.Argonaut.132.
Castigare moras,Virgil.4.Aeneid. – pars agmina cogunt,
Castigantque moras:opere omnis semita feruet. Martial lib.10.104.
– iam tumidus vocat magister,
Castigatque moras.Id est obiurgat quòd nimis moretur.
Castigare se in aliqua re.Cic.5.Tusc.5.Sed in hoc me ipse castigo,quòd ex aliorum,& ex nostra forsitte mollitia,non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo.
Rarius castigare. Quintil.lib.2.cap.2.4.
Castigandi genus.Cicero.1.Offic.190.Ad hoc genus castigandi raro inutilisque ventemus.
¶ Castigare,Punire,vẽdicare,authore Nonio.Plaut.Mostel.11.11.Mane castigabit eos exuuiis bubulis.Virgilius.6.Aeneid. Castigatque auditque dolos,subigitque fateri.Cæsar.3.belli Ciuilis.22. Cæsar neque tempus illud animaduertionis esse existimans, & multa virtuti eorum concedens,rem distulit totam,illos secreto castigaut.
Castigare verberibus.Cicero.3.Tuscul.108.Pueros vero matres & magistri castigare etiam solent,nec verbis solum, sed etiam verberibus. Liuius.6 belli Pun.141.Pridie cum verberibus castigatum ab domus discessisse.
Castigare dolos. Virgil.6. Aeneid.114.
Castigare improbos.Cic.2.de Legibus.93.

Castigator,(κατάληπτος,κωφεσιγλώσσος,) Verbale,Qui reprehendit & obiurgat.Plaut.Trinum.9.10.ibo ad meum castigatorem.
Castigator lachrymarum,atq; inertium querelarũ.Liu.1.ab Vrbe.259.
Mimorum castigator.Horat.in Arte.36.de senibus,
Difficilis,querulus,laudator temporis acti
Se puerosensor,castigatorque minorum.
Castigator seruus.Columel.lib.8.cap.16.5.Nos quoque,ne videamur tot iam seculorum seri castigatores,hunc etiam quæstum villaticum patrisfamiliãs demonstrabimus.

Castigatio,(κωφεσιγλωσσία,) Verbale, Actus ipse castigandi: Cicero quarto Tuscul.68.Vt omnes castigationibus,reprehensionibus, ignominiis affici se in delicto dolerent.
Castigatio verborum,ob errorem præteritum.Liu.7.bel.Pun.84.
Animaduersio & castigatio omnis contumelia vacare debet. Cicero pro officiorum.135.

Castigabilis,& hoc castigabile,pe.corr.(κωφεσιγλωσσάβιλος,) Quod castigari debet.Plaut.Trin.4.5. – quid admisit In se culpam castigabilem.

Castitas,Castimonia, Vide CASTVS.

Castor, castoris,pen.corr.masc.ge.(κάστωρ,) Animal ex eorum genere, quę Græci amphibia vocãt,quòd tam in terra, quàm in aquis viuant.Plin.lib.32.cap.3.1.Spectabilis naturæ potẽtia in his quoque quibus & in terris & in aqua victus est,sicut & fibris,quos castores vocant,& castorea,testes eorum.

Castoreus,(καστόρειος,) Adiectiuum.vt Castoreus odor. Plin.lib.12.cap. 14.2. Aspalathi probatio est in colore raffo,vel igneo,tactuq; spissi, & odore castoreo.Hoc est fœtido,& putri,vel acuto.

Castoreum,(κάστορος ὄρχις,) Substãtiuum. Castorea,authore Plinio,lib. 32.cap.3.1.vocantur testes castoris Idẽ lib.26.ca.11.2. Clauos pedũ extrahit ladanũ cũ castoreo,verbenaca ex vino.Idẽ lib.20.ca.17.15. Cũ castorei obolis duobus.Pharmacopolæ illud quoq; vocant castoreum,quod vnguentum compositum est ex castoris testibus aualis.
Graue castoreum.Lucret.lib.6.160.
Castoreoque graui mulier sopita recumbit.
Virosa castorea.Virgil.1. Georg.12.
India mittit ebur,molles sua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum,virosaque Pontus
Castorea.Seruius,Fibri,canes sunt Ponticiquorũ testes apti sunt medicaminibus,propter quos vbi se requiri senserunt, eos secant: debita Cicero,Redimunt se ea parte corporis,propter quã maximè expetuntur.Iuuenalis Satyra.12.4.Eunuchum ipse facit cupiens euadere damno Testiculi. Castores autem a castrando dicti sunt. Virosa autem, venenatamam licet sint multis remedio,tamen prægnantes eorũ odore abiciunt & egerunt partum, & virosa dicta ab eo quod est virus. Alii fortia accipiunt,à viribus.Hactenus Seruius.

CASTOR,(κάστωρ,) Praeter Pollucisqui ambo post mortem inter sydera relati sunt,quorum signum Gemini dicitur: & à gentibus pro diis habiti,atque in prouerbium semper adducti pro constantissima & inuiolabili amicitiæ nota.
Arbitri & testes legum & iudiciorum Castor & Pollux.Cic.7.Verr.146.
Vosque omnium rerum forensium,consiliorum maximorum,legum, iudiciorumque arbitri & testes,celeberrimo in loco Prætorii locati, Castor,& Pollux,&c.
Gemellus castor.Catull.epig.4.6.
Magnus Castor.Horat.Epod.17.9.
Castor in templa deorum receptus. Horat.2.Epist.1.1.
– & cum Castore Pollux,
Post ingentia facta,deorum in templa recepti.
Currere ad Castoris.Cic.pro Milone.70.Nisi verò sustinuistis eos,qui ei facibus ad curtam cucurrerunt,cum falcibus ad Castoris,cum gladiis toto foro volitarunt.Id est ad ædem seu templum Castoris.
Castor gaudet equis,ouo prognatus eodem Pugnis. Horatius.2.Serm. Satyra.1.6. Fabulantur Iouem in specie cygni cum Læda Tyndari vxore concubuisse. Vnde illa ouum concepit, sicut ex viro alterum ouum. Secundum tamen hunc Horatii locum ex ouo eodem geniti sunt & Castor & Pollux:secundum alios,ex ouo Iouis, Helena & Pollux immortales: & ex ouo Tyndari, Castor & Hermione mortales. Sed Pollux mortuo Castore impetrauit,vt diuinitatem suam illi communicaret,& vicissim morerentur.Vnde Virgil.6. Aeneid.25. Sitratrem Pollux alterna morte redemit,Itque reditque viã toties. Quod ideo fingitur(ait in hunc locum Seruius) quia horum stellæ ita se habent,vt occidente vna oriatur altera.Fuit autẽ Castor egregius equorum domitor,Pollux verò pugil.
Castor,Medicus antiquissimus,docuit piperitim herbam, quam alio nomine siliquastrum nominant,bibi contra morbos comitiales. Author Plinius lib.20.cap.17.

Castoreus,(κάστορος,) Adiectiuum,à nomine proprio Castor, vt Manne Castorea,Seneca in Hippol.6.15.Frænis Castorea mobilior manu.Id est ipsius Castoris qui optimus domitor equorum erat.

CASTRITIVS,quum tempore Syllanæ dissensionis placentiæ gereret magistratum,& Cn.Carbo COS. Marianarũ partium peteret obsides Placentinos,ne Placentia ad Syllam deficeret,negantibus Castritio dixit multos se habere gladios.At ego annos,inquit Castritius.Author Valerius. T.Castritius alter,Rhetoricæ doctor Romę, de quo Gell. lib.13.cap.20.sic scribit. T.Castritius (inquit) rhetoricæ disciplinæ doctor,qui habuit Romæ locum principem declamandi & docendi, summa vir authoritate,grauitateque,& à D.Hadriano ob mores,atq; literas spectatus,&c. Hactenus ille.

Castro,

Castro, castras,castrare,(ἐκτέμνω, διυνωχίζω, ἀφεκτομέω,) Proprie est virilia amputare.Iuuenalis,Deformem seua castrauit in arce tyrannus.Plin.lib.18.cap.32.Verres iuuẽcos,arietes,hœdos,decrescente luna castrato. Vlpianus in L.Aediles aiunt,§.Iumentorũ.ff. de Aedilitio edicto. Idem in L.Si seruus,§.Si spadoni.ff.de iure dotiũ.
Castrare arborem,In imo perforare. Plin.lib.24.cap.8.6. Humor quoq; è medulla,vti dixim⁹,castrate arboris effluẽs,capillũ reddit capiti illi⁹
Castrare vites. Cato cap.33.1. Vites teneras quamprimum propagato, veteres quamminimum castrato: potius si opus erit deficto,biennioque post præcidito.
Castrare vina facere.Plin.lib.19.ca.4.4. Inueterari vina,faeciq; castrari.
Castrare in sterilitatem.Plin.lib.18.cap.14.4. Vermiculi vimbilicum lupini in sterilitatem castrant.
Auaritiam castrare,id est auferre vel coercere.Claud.1.in Eutrop.39.
– vis nulla cruentam Castrat auaritiam.

Castratus,(ἐκτομίας,) Partic.pass. vt castratus hæres. Claud.1.in Eutrop.110. – castratus prosilit hæres.
Castrata Respub. Cic.3.de Orat.89. Nolo morte dici Apiricani castratam esse Rempub.
Castratæ vites.Plin.lib.11.cap.18.Sed fucos postea esse,nec mella facere,velut castratis viribus.

Castrandus,(ἐκτμητέος,) Aliud participium.Claud.1.in Eutrop.9.
– raptur castrandus ab ipso Vbere.

Castratio,(ἐκτομή,) Verbale,Virilium amputatio.Colum.lib.6.cap.26. 1.Id optimum genus castrationum,quod adhibetur teneræ ætati.

Castratio arborum.Plin.lib.16.cap.40.6. Ramis sæpe deputatis:castratio illa est.Colum lib.4.cap.32.1.de Arundinetis,Sed illud de integro resodi debet,hoc potest intercidi,& distrarari: quod opus rustici castrationem vocant.

Castratura,castraturæ,penult.prod.(ἐκτομή,) Idem quod castratio. Plin.lib.18.ca.9.1.de pistoris & molitura, & farina loquens, E siligine lautissimus panis,pistrinarumque opera laudatissima. Præcellit in Italia,si Campana Pisis natæ misceatur. Rufior illa,at Pisana candidior, ponderosior verò cretacea. Iustum est è grano Campanæ,quam vocant castrariam,è modio redire sextarios quatuor siliginis,vel è grano sili sine castratura sextarios quinque.

Castrum, castri,(πρόμαχος,) Locus muris munitus,castello maius, & minus oppido. Cic.ad Catonem,lib.15.4.15. Vallo & fossa circumdedi sex castellis,castrisq; maximis sepsi. Idem ad Atticum,lib.8.16.2.2. Cn.Magnus ad Domitium lib.8.Epist.ad Atticũ. 16.2.2. Te propterea moratum esse,quòd audieris Cæsarem Firmo progressum in castrum Truentinum venisse, Calistratus Iurisconsultus in L. Non tantum inquilini.ff.de Excusation. tutorum, Inquilini castrorum à tutelis excusari soleut nisi eorum qui & ipsi inquilini sunt, & in eodem castro,eademque conditione sunt.

Castra,castrorum,plu. aliter tantum, (στρατόπεδον, παρεμβολή,) Locus est vbi milites tentoria figunt,à castri similitudine:quòd fossa vallo; quasi muro,circundari solent. Græce τὰ στρατόπεδον, tam pro exercitu,quàm pro castris.Cic.7.Verr.Iste nouo quodam ex genere imperator, pulcherrimo Syracusarũ loco statuas sibi castra faciebat. Idem ad M. Catonem.15.4.6. Annęio legato imperauit vt eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret, coactoque in vnum locum exercitu,castra in Lycaonia faceret.

Metator castrorum. Cic.11.Philipp.207. Accedit Saxa nescio quis, quẽ nobis Cæsar ex victima Celtiberia Tribunum pleb. dedit castrorum antea metatorem,nunc vt sperat vrbis.

Castrorum obsidium.Tacit.lib.20.384.36.Flaccus interim cognito castrorum obsidio, & missis per Gallias qui auxilia concitent, lectos legionibus Dillio Vocule duodecimę legionis legato tradit, vt ij maximis per ripam itineribus celeraret.
Castris promptus.Tacitus lib.1.
Consulta fremunt castra.Lucan.lib.7.16.
Domestica castra.Iuuenal.Saty.10.10.
Fulgentia signis castra.Horat.1.Carm.ode.7.4.
Horrida castra.Virg.10.eclog.5. – tua cura Lycoris
Perque nines alium,perque horrida castra secuta est.
Iniqua castra.Horat.1.Carm.ode.10.4.
Martia castra.Tibul.lib.1.eleg.2.14.
Mollia castra,castra Cupidinis vocat Ouidius lib.1. de Arte amãdi.48.
Castra nanalia.Cæsar.5.bel.Gal.30.Atque iis imperat, vt coactis omnibus copiis,castra nanalia de improuiso adoriantur,atq; expugnent.
Profuga castra.Claud.de bello Get.60.
Prospera castra.Iuuenal.Saty.16.1.
Stativa castra.Cic.7.Verr.24. Iste nouo quodam ex genere Imperator, pulcherrimo Syracusarum loco statiua sibi castra faciebat.
Surda castra.Silius lib.8.69.Sed si surda mihi pugnabunt castra monẽti.
¶ Trepidantia castra inuadere.Virg.9.Aeneid.31.
– & mecum inuadit trepidantia castra.
Turbata castra arripere.Virg.9.Aeneid.3.
Rumpe moras omnes,& turbata arripe castra.
Victricia castra.Claud.5.Paneg.28.
Vigilata castra.Stat.10.Thebaid.77.
– noctem vigilataque castra Explorare datus.
Castris adequitare. Tacit.lib.5.116.17.Interim Orodem sociorum inopem auctus auxilio Pharasmenes vocare ad pugnã & detrectantem in cessere,adequitare castris,infensare pabula,ac sæpe modũ obsidii stationibus cingebat.Obsidii,Id est obsidionis.
Adpugnare castra. Tacit.lib.4.93.30.Igitur hostes incuria eorum comperta,duo agmina parant,quorum altero populatores inuaderentur, alii castra Romana adpugnarent,nõ spe capiendi,sed vt clamore, telis, suo quisque periculo intentus,honorem alterius prælii nõ acciperet.
Adsultare castris.Tacit.lib 2.31.36.Tertia fermè vigilia adsultatum est castris sine coniectu teli, postquam crebras pro munimentis cohortes, & nihil remissum sensere.
In castris stationem agere. Tacit.lib.17.175.3.
Craftra cingere vallo.Vide CINGO.
In morem castrorum cingere.Virgil.7.Aeneid.32.
Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.
Collocare inter castra.Cic.13.Philip.338.Cn.Pompeius Sexti filius Cõsul me præsente,quum essem tyro in eius exercitu,cum P.Vectio Scatone duce Marsorum inter bina castra collocatus est.
Conferre castra castris.Vide CONFERO.
Conferre castra collata castra.Silius lib.4.12.
Conlicere in castra.Cice.Pæto.9.10.4. In Epicuri nos aduersarii nostri castra coniecimus.
Contrahere castra.Vide CONTRAHO.
Castra castris conuertere.Vide CONVERTO.
Dedita castra.Silius lib.10.75.
Differre castra.Tacit.lib.21.Castraque in plano sita, vi fluminis differebantur.Hoc est lactabantur. Sic enim illic legendum pro deferebantur.Hæc beatus Rhenanus in Tacitum.
Extructa castra.Tacit.lib.4.80.3.
Euellere castra obsessa.Silius lib.7.68.
Exutus castris dux dicitur,cuius castra direpta sunt.Sil.lib.16.6.
Iam Mago exutus castris,agitante pastore
In Lybiam propero transmisit cærula remo. Liuius,Trinis castris intra paucos dies exuti.
Facere castra.Cn.Magnus ad Domitium PROCOS.libro Epistolo.ad Atticum 8.163.4.Nam neque castra propter anni tempus & militum animos,facere possum. Tacit.lib.21.
Firmare robore castra.Silius lib.8.89.Robore,idest milite forti & robusto.Sic enim hoc loco accipiendum est.
Habere castra.Cic.ad Catonem 15.4.17.His rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum. Idem ad Attic.9.187.1.Pompeius se oppido tenet,nos ad portas castra habemus.Idem ad Cn.Magnum lib.ad Atticum 8.159.4.Quò mihi quæ Cæsar ad oppidum castra haberet,tutum iter esse non arbitrabar.
In castris & procinctu habiti.Tacit.lib.19.
Imponere castra.Silius lib.5.33.
Insistere castris,pro esse,& versari in castris.Ouid.8.Metamor.11.
O ego ter felix,si pennis lapsa per auras
Gnoßaci possem castris insistere regis.
Locare castra aliquo.Lucan.lib.4.14.
Illic exiguo paulum distantia vallo Castra locant.
Mouere castra.Virgil.3.Aeneid.104.Vide MOVEO.
Mouere castra in hostem.Silius lib.7.1.
Munire castra.Vide MVNIO.
Nudare castra.Vide NVDVS.
Pellere castra.Ouid.epistolo.6.11.
Certa sui primò (sed me mea fata trahebant)
Hospita fœminea pellere castra manu.
Perrumpere castra.Vide PERRVMPO.
Ponere castra.Cn.Magnus ad Domitium Proconsl. libro 8. ad Atticum; 164.1.Literæ mihi à te redditæ sunt ad XIII.Calend.Mart.in quibus scribis Cæsarem apud Corfinium castra posuisse. Balbus Ciceroni.libro 9.ad Attic.186.1.Brundisium veni,ad murum castra posui. Virgil.3.Georgic.70. – & hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.
Campo castra præiacere. Tacit.lib.11.
Relinquere castra.Silius libro 7.82.
Castris residere.Silius lib.15.100.
Seducere castra.Ouid.13.Metamorpho.134.
Subire castra.Stat.4.Thebaid.2.Mox & castra subit.
In vsum castrorum tondere setas hirci.Virgil.3,Georgic.62.
Nec minus interea barbas,incanaque menta
Cinyphii tondent hirci,setaque comantes,
Vsum in castrorum,& miseris velamina nautis. In vsum castrorum dixit,& quia de ciliciis poliuntur loricæ, & teguntur tabulata turrium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne tactis facibus ignis possit adhærere. Seruius.
Vallare aliquem monitis. Silius lib. 7. 82.
– sic castra relinquens Vallarat monstis.
Vellere castris signa. Virg. 4. Geor. 22. – aut castris audebit vellere signa.
Castellum, castelli, (ἕρυμα, ἐπιτείχισμα, φρούριον, πάλμη,) Diminutiuum, Paruum castrum, vel parum oppidum significat. Cicero pro Cecina 15. Ecce ipse Ebutius in castellum venit. Idem pro Deiotaro 10. Quum, inquit, in castellum Luceium venisses. Idem Attico, lib. 3. 47. 2. Et Cæsar 6. bel. Gal. 139. Et libro 2. 333. Cunctis oppidis, castellisque desertis. Cicero de Claris Oratoribus 138. Qui Ligurum castella expugnauerunt. Idem Philipp. 17. Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur.
Castellorum ardua. Tacitus lib. 11.
Castellum forensis Iatrocinii. Cicero in Pisonem 7. Cui templum illud fuit, te Consule. arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum castellum forensis Iatrocinii.
Castella philosophiæ. Cicero 2. de Diuinat. 55. Vrbem philosophiæ, mihi crede, proditis, quum castella defenditis.
Montana castella. Virgil. 5. Aeneid. 87.
Aut montana sedet circum castella sub armis.
Turrita castella. Lucanus libro 6. 8. – turritaque summis
Disponit castella iugis.
¶ Castellum adsidere. Tacit. li. 5. 119. 19. Adsidendo castellum, in quod pecuniam & pellices Artabanus cótulerat, dedit spatiũ exuédi pacta.
Capere, & vastare castellum. Brutus Ciceroni 11. 4. 3.
Multa castella cepi multa vastaui.
Disponere castella ingis. Lucanus lib. 6. 8.
Euertere castellum. Horat. 2. Episto. 2. 7. Forte sub hoc tempus castellum euertere Prætor Nescio quod cupiens.
Expugnare omnia castella. Cice. Attico, lib. 1. 11. 20.
Immunita castella. Vide IMMVNITVS.
Munitum castellum. Cicce. Celio 29. 7. Castella munita, improuiso aduentu capta & incensa. Idem Attico, lib. 3. 47. 2. Nam castellum munitũ habitanti mihi prodesset, traseunti non est necessarium.
¶ Castella, etiam sunt deriuacula quædam laxiora certis spatiis emodulata, ex quibus aqua per fistulas in varia loca distribuitur, id est in villas & prætoria nobilium, indultu principali: vt docet Frontinus in libro de Aquæductibus. Paulus Iurisconsultus in L. Fistulam. ff. de Seruitutibus vrbanorum prædiorum, Fistulam iniunctam parieti communi, quæ aut ex castello, aut ex cælo aquam capit, non iure habeo, Proculus ait. Et Celsus in L. Si venditor. § Firmius. ff. de Actionibus empti, Firmius à Proculo quæsiuit, si de plumbeo castello fistulæ sub terram missæ, aquam ducerent in specum constructum: an ædium essent. Vitruuius lib. 8. ca. 7. Ductus aquæ fiunt generibus tribus, riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus, quorum hæ rationes sunt. Si canalibus, vt structura fiat quam solidissima, solumq; riui libraméta habeat fastigiata ne minus in centenos pedes semipede cæque structuræ conformicentur, vt minimè sol aquam tangat. quúsq; venerit ad mœnia, efficiatur castellum, & castello coniunctum ad recipiendum aquam triplex immissarium, collocenturque in castello tres fistulæ æqualiter diuisæ intra receptacula coniunctaiuti quum abundauerit, ab extremis inmedium receptaculum redundet. Budæus.
Castellãus, penul. prod. (φρουρίτης,) Qui castellum habitat. Liuius 4. bel. Macedon. 102. Decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit. Ibidem, libro 8. 197. Stipem à tyrrannis, castellanisque deuiis colligens.
Castellanus triumphus, Id est de castello capto actus. Cicero de Claris Oratorib. 138. Malim mihi L. Crassi vnam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos.
Castellãtim, pe. pro. (κατὰ φρούρια,) Aduerbium, quasi turmatim per castella. Liu. 7. ab Vrbe 174. Perpulit Consulem, vt hostes & nocturno pauore attonitos, & circa collem castellatim dilapsos aggrederetur.
Castellatim ferere. Plin. lib. 19. cap. 6. 13. Quidam vulpicum & alium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi, distantibus inter se pedes ternos.
Castrametor, penul. prod. castrametaris, (στρατοπεδεύω, κατασκήπτομαι, στρατοπεδεύτης,) castrametari, Castra locare siue ponere. Liu. 4. bel. Maced. 106. Vbi castrametantes Romanos, Quintiumque ipsum cum equitibus atque expeditis, prægressum auxiliares tyranni adorti.
Castrametator. Vitruuius lib. 8. cap. 5. & lib. 10. cap. 7.
Castrensis, & hoc castrense, (στρατιωτικός,) Quod ad castra pertinet. vt Castrensis labor. Castrense latrocinium, Cice. 3. in Catil. 61. Castrensia stipendia, Plin. epist. 167. b.
Arma castrensia Propertius lib. 3. eleg. 9. 4.
Hic satus ad pacem, hic castrensibus vtilis armis.
Castrensis corona, qua donabatur is qui primus hostium castra pugnando introisset: cui insigne erat ex auro vallum. Festus.
Castrense peculium. Est quod à parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est vel quod ipse filiusfamilias in militia acquisiuit: quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset. Nam quod erat, & sine militia acquisiturus, id peculium eius castrense non est. Pomponius Iurisconsul.
Pensa castrensia. Propert. lib. 4. eleg. 3. 7. Noctibus hybernis castrensia pensa laboro. Verba sunt Aretusæ, quæ vestes conficiebat & nebat marito suo vt illis vteretur in castris noctibus hybernis.
Castrensis ratio, & militaris. Cicc. pro Cælio 7.
Castrensis triumphus. Liuius 7. ab Vrbe 173. Hic Decii castrensis triumphus fuit, incedentis per media castra cum armato præsidio.
Castrense verbum. Plin. in Præfat. libri primi, Nanque tu solebas meas esse aliquid putare nugas, vt obiter emolliam Catullum conterraneum meum agnoscis & hoc castrense verbum.

Castula, castulæ, (περιζώνιον,) Palliolum quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro, Castulam mulier sumpsit pro succula. Ex Nonio. Hæc & perizoniũ, & præcinctoriũ dicitur.

CASTVLONENSES, (κασσιλωνῆται,) Populi sunt Hispaniæ Bæticæ apud Plinium lib. 3. cap. 3. Ex colonia (inquit) Salariense oppidani Latii veteris Castulonenses, qui Cæsari venales appellantur. Hæc ille in descriptione Hispaniæ. Castulon, Vulgò Castlona.

Castus, (ἁγνός, σωφρων,) Adiectiuum, dicitur sine libidinis & turpitudinis nota, vt ait Nonius. Virgil. 2. Georg. Casta pudicitiam seruat domus. Cice. pro Roscio Comœdo 11. Considera Pilo, quis, quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium? quid est hoc? Probus improbum, pudens impudentem, periurum castus, callidum imperitus, liberalis auidum? Ibidem 28. Quum enim forsitan improbis minus cupidus videretur, cui qua de re iudex fuisset, testis esset. nũc omnibus inimicis necesse est, castissimus & constantissimus esse videatur, qui id quod scit, familiaribus suis dicit.
Castus à rebus venetiis sit, néve temulentus. Colum. lib. 9. cap. 14. 2.
Castus moribus, integer pudore. Martialis lib. 10. 28.
Castus à culpa. Plaut. Pœnulo 18. 13.
– eo sumus gnatæ genere, vt deceat à culpa esse nos Castas.
Parum castus. Horatius 1. Carm. ode 12. 12.
Tu parum castis inimica mittes Fulmina lucis.
Adolescens castus. Cicero 3. Philipp. 133.
Aduersarius castus & integer. Author ad Herennium 2. 35. Si vehementer castus & integer existimabitur aduersarius, dicet facta nõ famã spectari.
Agmen castum. Claudian. 2. de Raptu Proserp. 65.
Amnis bibendus castior. Stat. 4. Syl. 7. 3.
Amor castus. Ouid. epist. 1. 5. Intelligit amorem coniugalem.
Animus castus & purus. Cicc. 1. de Diuin. 198. Castus animus purusque vigilantis, & ad astrorum, & ad auium, reliquorumque signorum, & ad extorum veritatem est paratior.
Ardor castissimus. Stat. 5. Syl. 1. 9. – quòd diligis vmbram,
Et colis exequias, hic est, castissimus ardor.
Aures castæ. Claudian. 2. Paneg. 62. Castas vocat quæ obscœnis sermonibus offenduntur.
Concio casta. Cice. pro C. Rabirio 7. Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium Ciuium Romanorum, integrũ ius libertatis defendo seruari oportere!
Coniux casta. Seneca in Octauia 4. 19.
Corpus castum. Author ad Heren. 4. 168. Cuius animus mulieris esset corruptus, cius corpus castum esse non putarint. Seneca in Hippoly. 5. 23. Procul impudicos corpore à casto amoue Tactus.
Cruor castus. Ouid. 12. Metamorpho. 6.
Cubile castum. Claudian. 3. de Raptu Proserp. 56.
Domus casta. Cic. pro Cælio 6. Nemo hunc M. Cælium in illo ætatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo, quum artibus honestissimis eruditur.
Domus casta seruat pudicitiam. Virgil. 2. Georg. 105.
Donum castum. Cic. 2. de Leg. 71. Tum ebur ex inanimo corpore extractum, haud satis castum donum deo.
Ferrum castum. Claudian. 1. in Eutrop. 90.
Viscera frustra castum Lucretia ferrum Mersit.
Festa casta. Ouid. 3. Amorum, eleg. 12. 1.
Casta facerdotes Iunoni festa parabant.
Fide casta thorum seruare. Seneca in Hercule furente 5. 1. O socia nostri
sanguinis casta fide Seruans thorum.
Fidem castam seruare. Silius lib. 13. 57.
Flamen castum. Claudian. 3. Paneg. 52. Castum vocat propter Nymphas quæ fluuium incolunt.
Fœmina castissima. Cic. de Aruisp. Respon. 14. Fœmina autem quæ matronarum castissima putabatur.
Fræna casta iuuentuti dare, Id est ludos illos iuuenibus concedere, qui bonis moribus & pudicitiæ non obsint. Claud. 3. Paneg. 25.
Sic docuit regnare socer: sic casta iuuentæ
Fræna dedit: teneros his moribus imbuit annos.
Homo castissimus. Cic. 2. de Inuent. 146. Castissimum quoque hominem ad peccandum potuisse impellere. Hoc est innocentissimum.
Iura casta thori legitimi. Ouid. epist. 15. 58. Iuuenis

Iuuenis castus. Seneca in Hippoly. 12. 8.
Laurus casta. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 5.
Lectulus castus. Catul. in Argonaut. 18.
Luci casti. Horat. 1. Carm. ode. 12. 12.
Ludus castus. Claud. 3. de Raptu Proser. 42. Cic. de Aruisp. Respon. 14.
Quominus castissimos ludos omni flagitio polluerent.
Manus castæ. Ouid. epist. 19. 2.
Maritæ castæ, Castæ coniuges. Ouid. 2. Fast. 28.
Matres castæ. Virg. 8. Aeneid. 131.
Mens casta & integra. Cic. pro Fonteio. 18. Hoc vestræ mentes tam castæ, tam integræ sibi suscipient!
Minerua casta. Horat. 1. Carm. ode. 12. 12.
Mores casti Claud. in lib. Epigram. 22. 6.
Pectus castũ. Seneca Hipp. 2. 10. Nefanda casto pectore exturba ocyus.
Preces castæ. Claud. de Nup. Hon. & Mar. 5.
Præmia casta. Cic. 2. de Inuent. 207. Præmia virtutis & officii sancta & casta esse oportere.
Pudor castus. Ouid. 1. de Arte amandi. 20. Idem. 13. Metam. 97.
Puellæ castæ. Ouid. 2. Metam. 143.
Sacris castis accedere. Stat. 1. Achil. 74.
Signa casta, Id est signa castitatis. Ouid. 7. Metam. 147.
Castis tædis adolere altaria. Virg. 7. Aeneid. 14.
Tempora casta sacerdotum. Ouid. 2. Fast. 6.
Thorus castus. Claud. 1. Paneg. 7.
Turtur castus. Author carminis de Philomela. 4.
Venus nõ casta. Seneca in Hipp. 2. 31. Castos ritus Venere nõ casta exuet.
Verbenis castis vincta ara. Horat. 4. Carm. ode. 11. 2.
Vestes castæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 2.
Vir integer & castus. Cic. ad Atticũ, lib. 11. 214. 6. Non possum eius causam non dolere: hominẽ enim integrum & castum & grauem cognoui.
Vita casta. Cic. pro Roscio Com. 9. Referens falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum statim concidit & extinguitur!
Vultus castus. Ouid. 4. Metam. 160.
¶ Castum & integellum aliquid expetere. Catul. epig. 15. 1.
Vt si quicquam animo tuo cupisti
Quod castum expeteres & integellum.
Seruare se castum. Cic. 1. Tuscul. 114. Qui autem se integros castosque seruauissent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, sese que ab his semper seuocassent, essentque in corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos, &c.
¶ Castus, Religiosus, pius. Virg. 6. Aeneid. 133. Quique sacerdotes casti, dum vita maneret. Vbi Seruius, Casti dum vita maneret, Id est qui fuerunt casti dum in communione vitæ versarentur. Nam hi qui sacra maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec vlla in his nisi numinum cura remanebat. Herbis etiam quibusdam emasculabantur: vnde iam coire non poterant. Hactenus Seruius. Idem Virgilius lib. 3. Aeneid. Hæc casti maneant in religione nepotes. Et lib. 6. Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
Sacer, religiosus, castus. Varro, Ergo tum sacræ, religiosæ, castæque fuerunt res omnes. Nonius.
¶ Castus, Suauis, iucundus. Varro Parmenone, Demittis acreis pectore luctus, cantu, castaque poesi. Nonius.
Castus, huius castus, (ἁγνότης,) Idem quod castitas. Varro, Et religiones, & castus id possunt, vt ex periculo eripiant nostro.
Castitudo, (ἁγνότης,) Idem similiter quod castitas. Accius, Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem. Nonius.
Castè, (ἁγνῶς,) Aduerbium, Pudicè, honestè. Cic. 1. de Nat. deorum. 5. Hæc enim omnia purè atque castè tribuenda deorum numini ita sunt.
Castè, & integrè viuere. Cice. 4. de Finibus. 104. Nihilo miseriores esse, quàm eos qui quum castè & integre viuerent, nondum perfectam illam sapientiam ellent consequuti.
Castè integreque versatus est labor meus in priuatorum periculis. Cice. pro Lege Manilia. 1.
Radix castè pureque collecta, discutit strumas. Plin. lib. 22. cap. 10. 2.
Adire castè. Cic. 2. de Leg. 30. Ad duos adeunto castè. & ibidem 40.
Castè perficere. Cic. pro Domo sua. 103. Certè nihil rite, nihil castè, nihil more institutoque perfecit.
Tueri castè. Cic. de Claris Orat. 185. Nos autem Brute, quoniã post Hortensii clarissimi oratoris mortẽ orbæ eloquentiæ, quasi tutores relicti sumus, doceri teneamur, &c. tueamurque vt adultam virginẽ castè, & ab armatorum imperu quantum possumus prohibeamus. Idem, de Aruisp. Resp. 25. Quod quũ Deiotarus religione sua castissimè tuererur, &c.
Castitas, pen. corr. castitãtis, (ἁγνότης, σωφροσύνη,) Sipontinus, Castitas & pudicitia paria putantur: quum sit pudicitia ab iniuria turpium libidinum liberata. Castitas & ab his continens & remota præterea & religiosa mundities & puritas. Cic. 2. de Leg. 49. Et colendæ virgines præsint, vt adiungi letur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura fœminarum omnem castitatem pati.
Metuens alterius viri certo fœdere castitas. Horat. 3. Carm. ode. 24. 5.

Castimonia, (ἁγνότης,) Idem quod castitas. Cicero 2. de Legib. 40. Castè iubet adire ad deos, animo videlicet in quo sunt omnia: nec tollit castimoniam corporis: sed hoc oportet intelligi, quum multum animus corporis præstet, obseruetúrque vt casta corpora adhibeantur, multo esse in animis id seruandum magis. Idem 6. Verrinarum 91. Per summam castimoniam virorum atque mulierum. Liuius 9. bel. Macedon. 33. Damnatam voti deũm benignitate exoluere id velle, decem dierũ castimonia opus esse. Cicc. pro Cælio 7. Qua in ætate nisi qui se ipse sua grauitate & castimonia & cum disciplina domestica, tum etiam naturali quodam bono defenderet.
Superstitio castimonarum. Plinius lib. 31. cap. 8. 3. Aliud vero ad castimoniarum superstitionem, etiam sacris Iudæis dicatum: quod fit è piscibus squama carentibus.
Casti: sicut, pe. corr. Adiectiuum: vt Mens castifica. Sene. in Hippol. 2. 17. Expelle facinus mẽte castifica horridum. Id est, quæ te castum faciat.
CASVENTVM, Fluuius est in sinu Tarẽtino, apud Plinii li. 3. ca. 11.
CASVENTILLANI, Italiæ populi in sexta regione apud Plinium libro 3. cap. 14.
CASVRGIS, (κασαυργίς,) Ptolemæo dicitur Praga regio Boemiæ.

Casula, Vide CASA.

Casurus, Casus, Vide CADO.

CATABATHMVS, (κατωβαθμός,) Oppidum & Vallis repente connexa ad finem Cyrenaicæ regionis, vt ait Plinius libro 5. cap. 5. Sallust. in Iugurtha. In diuisione orbis terrarum, plerique in parte tertia Africam posuere: pauci tantúmodo Asiam, & Europam esse, sed Africam in Europa. Ea fines habet ab Occidente, fretum nostri maris, & Oceanitab ortu Solis decliuem latitudinem quem locum Catabathmon incolæ appellant. Et paulò pòst, Nam de Carthagine silere melius puto, quàm parum dicere, quoniam alio properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptiũ ab Africa diuidit, secũdo mari prima Cyrene est, Colonia Thereon, ac deinceps duæ Syrtes, interque eas Leptis, deinde Aræ Philenon, quem locum Aegyptum versus, finem imperii habuere Carthaginienses. Hactenus Sallustius. Tortellius docet scribendum esse catabathynon, sed falsò.
CATACETI, Asiæ populi circa Mæotim, vt docet Plin. lib. 6. ca. 7. 2.

Catachresis, penul. prod. (κατάχρησις,) Est vsurpatio nominis alieni: vt cum patricidam dicimus, qui occidit fratrem & piscinam, quæ pisces non habet. Hæc enim nisi extrinsecus sumerent, suum vocabulum non haberent. Hæc Donatus. Virgil. 7. Aeneid. Aut acres tendunt arcus. Vbi Seruius, Acres, fortes, & est Catachresis: nam acrimonia mentis est. Festus, Catachresis, tropus est, nos abusionem dicimus: quum alienis abutimur perinde ac propriis, quũ propria deficiunt. Cice. in Orato. 50. Aristoteles autem translationi hæc ipsa subiungit, & abusionem, quam catachresin vocauit: vt quum minutum dicimus animum pro paruo.

Cataclysmos, siue cataclysmus, (κατακλυσμός,) dicitur diluuium, siue inundatio. Varro 3. de Re rust. cap. 1. 2. Thebæ quæ ante cataclysmon Ogygi conditæ dicuntur: eæ tamen circiter duo millia annorum & centum sunt.

Catadromus, penul. correp. κατάδρομος, ad verbum transferri potest. dromos enim cursum significat. Tranquillus in Nerone, Nobilissimus eques Romanus elephanto supersedens, per catadromum decurrit. Id est per stadium in quo equites decurrere solebant imaginario prælio, vt sit sepe in Gallia, principe spectante, licias vocant. Hæc Budæus. Labeo in L. Si seruus tuus & c. ff. de Actionibus empti. &c. venditi, Nam etsi periculo rem ante venditionem facere solitus est, culpa id tua factum esse videbitur. Puta enim eum fuisse seruum qui per κατάδρομον, ὑπόγαιον, descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. ✻ Hic descensum significat per gruem Machinam ex alto in imum.
CATADVPA, Nomen loci. Cice. in Somn. Scip. 19. Nec est vllus heberior sensus in vobis, sicut, vbi Nilus ad illa quæ catadupa nominantur præcipitat ex altissimis montibus.
CATADVPI, Plinio lib. 5. cap. 9. locus est Aethiopum, & gens Arabiæ eodem authore lib. 6. cap. 29.

Catagrapha, penul. corre. catagraphorum, (κατάγραφα,) quid significent declarat Plinius lib. 35. ca. 8. 4. his verbis, Hic Cimon Clioneus catagrapha inuenit, hoc est obliquas imagines, & varie formare vultus, respicientes, suspicientesve, & despicientes. Catul. epigram. 22. 2.
Remitte pallium mihi meum quod inuolasti,
Sudariumque Serabum, catagraphosque thynos
Inepte, quæ palàm soles habere tanquam auita.

Catalecticum, (κατακλητικόν,) Metrum dicitur cui vna tantum de est syllaba, vt apud Horatium 2. Carm. ode 18. Me arenidet in domo lacunar. Est enim senarium iambicum perfectum vna syllaba minus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Catalepsis, huius catalepsis, (κατάληψις,) Cognitio, perceptio, comprehensio. Cicero 4. Acad. 160. Et lib. 3. de Finibus 27. Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, κατάληψις, appellemus licet.

Cataleptum, Idem. Cic. 1. Acad. 58. Visis non omnibus adiungebat fidē, sed his solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earū rerum quæ viderentur. Id autem visum quum ipsum per sē cerneretur, comprehensibile. Feretis hæc? Nos verò, inquit. Quonam enim modo κατάληπτον diceres? sed quum acceptum iam, & approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus quæ manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat.

Catalogus, catalogi, penul. correp. (κατάλογος,) Oratio siue sermo alicuius rei ordinē ac dispositionē cōtinens. Plau. Milite 10. 7. Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum fuerit.

Catalysis, Latine dissolutio dicitur.

Catamidiare, (κατα μισθιᾶν,) Græca dictio, quæ deridere significat. Spartianus de constitutionibus Hadriani loquens, Decoctores bonorum suorum, si suæ authoritatis esset, catamidiari in Amphiteatro, & dimitti iussit. Id est deridendos omnibus per theatrum præberi. A verbo Græco Catamidio, quod deridere, & ludibrio habere significat: vt id propemodum ludibrii genus esse suspicer, quo polygami afficiuntur, id est qui multis vxoribus abutuntur, quum mithellati in scalario suggestu lasciuientis plebeculæ scurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas cogantur. mithridare id appellant. Cui non dissimile est illud quod Traducere Latinē dicitur. Budæus.

Catamîtus, penul. prod. (πόρνος,) Puer meritorius, quo quis abutitur. Cic. 7. Philipp. 84. O hominem nequam! quid enim aliud dicam magis proprie nihil possum dicere. Ergo vt te catamitum neque opinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, ideirco, &c. Ausonius in Epigram. de Glaucia immatura morte præuento, Aut Iouis Elysii tu catamitus eris.

Catamitum dixerunt pro Ganymede qui fuit Iouis concubinus. Festus.

CATANA, penult. corrept. (κατάνη,) Siciliæ oppidum est apud Plinium lib. 3. cap. 5. Est & Catina in Sicilia. ab hac Catinenses ab illa Catanæi & Catanenses dicti. Hermolaus apud Plinium vnam intelligit, quę Græcis quidem frequentius Catana, Latinis ferè Catina dicitur. Catinæ, simulachrum fuit Cereris, vt Cicero in actione contra Verrem septima scribit, quod à viro non modò tangi, sed nec aspici quidem fas fuit. Vide infra in dictione CATINA. Vulgo Catania dicitur.

Cataphractus, (κατάφρακτος,) Circūquaque munitus. φράττειν enim munire est. Vnde cataphracti equites (authore Seruio) dicuntur qui ferro circumquaque muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Sallustius, Et sequebantur milites cataphracti. Idem, Qui prægrediebantur milites cataphracti, ferrea omni specie. Liuius 5. bel. Maced. 181. Equitum innumerabilem vim trahici Hellespontio in Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant: partim sagittis ex equo vtentes. Sic ibidem, lib. 7. 161.

Cataphractus, huius cataphractus, Substantiuum legitur apud Propertium, lib. 3. eleg. 12. 3. Nisi locus mendosus sit his verbis.

Neve tua Medæ linientur cædе sagittæ,
Perreus aurato neu cataphractus equo. Nisi fortè adiectiuum esse malis, & subaudias miles.

Cataphracta, lorica, siue thorax militaris. Vnde Vegetius scribit Romanum exercitum pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum.

Cataphractarii, (κατάφρακτοι,) Cataphracta muniti. Lampridius de Alexandro, Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.

Cataplasma, cataplasmatis, penult. corrept. neut. gene. (κατάπλασμα,) Emplastrum, siue malagma dicitur variis rebus compositum in vsum medicinæ. Plin. lib. 20. cap. 17. 14. Dalion herbarius partū ientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Catapotia, catapotiorū, n. g. plu. nu. (κατάποτια,) Sunt quæ vulgò dicūtur pilulæ, quòd sint veluti exiguæ pileolæ τοῦ καταπίνειν, quod est deuorare: quoniam neque esitur, neque lingitur id genus, sed deuoratur. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 26. cap. 8. 20. Est & semen in vsu cum melle decoctū ad catapotia, soluendæ aluī gratia.

Catapulta, (κατάπελτης, κατάπελτις,) A depellendo, Genus bellicæ machinæ, qua iaculum longius torquebatur. Hirtius lib. 5. 110. Scorpiorum, catapultarum, cæterorumque telorū, quæ ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Plautus Cure. 15. 11. Atque ita te neruo torquebo itidem, vt catapultæ solent. Liuius 4. bel. Punici 185. Castris direptis, Apolloniatæ catapultas, ballistas, tormentaque alia, quæ oppugnande vrbi comparata erāt, ad tuenda mœnia, siquando similis fortuna veniisset, Apollōiam deuexere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 33. Centones insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent.

Catapultarium pilum, (κατα πελτικός, πίλος,) hoc est, sagitta siue iaculum quod catapulta emittitur. Plaut. Curcul. 15. 11. Ex te hodie faciā pilum catapultarium.

Cataracta, cataractæ, fœ. ge. & hic Cataractes masculino genere, (κατάρακτης,) Cataractæ autē dicuntur fores pendulæ ex ligno ferroue, quæ demitti ac tolli pro voluntate custodum possunt. Luius 7. bel. Pun. 159. Porta cataracta deiecta clausa erat. Eam partim vectibus leuant: partim fumbus subducunt in tantum altitudinis, vt subire recti possint. Dictæ cataractæ, quòd ex alto defluere videantur. Græci enim καταρρεῖν defluere dicunt. Vnde cataractæ etiam appellantur è terra exeuntes aquæ, & ita ex alto defluentes, vt ruere potius, quàm defluere videantur, qualem Tyburi cernimus Anienem, & quales esse in Aegypto Nili cataractas legimus, apud Plinium lib. 5. cap. 9. 10. Item loca ipsa è quibus exeunt, cataractæ dicuntur. Vnde in maximis imbribus apertas esse cæli cataractas dicere solemus. Hæc Sipontinus. Verba Plinii hęc sunt. Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremò inclusus montibus, nec alibi torrentior, vectus aquis propè antibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, nouissimo cataracte inter occurrantes scopulos non fluere immenso frigore creditur, sed ruere. De Nilo loquitur.

Cataractæ Nili. Strabo libro vltimo.

Cataractæ etiam vocātur obices, qb⁹ aquæ cursus tēperaī, vt ait Budęus.

Cataractæ aues quæ Diomedeæ vocantur. Plin. lib. 10. cap. 44. Nec Diomedeas præteribo aues: Iuba cataractas vocat, & eis esse dentes, oculosque igneo colore, cætero candidis tradens.

CATARACTES, Pamphiliæ fluuius, sic ab impetu dictus, quia se precipitat. Author Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Pamphiliæ.

CATARI, Pannoniæ populi sunt apud Plinium lib. 4. cap. 25.

CATARNIA, Asiæ regio est, cuius meminit Plinius lib. 6. cap. 2. & 3. in descriptione Cappadociæ.

Catarrhus, Distillatio. nam ῥέω fluo significat.

Cataſcopium, (κατασκόπιον,) Nauiculæ genus exploratoriæ, quòd circūquaque speculetur σκοπεῖν enim speculari est. Cicero Attico lib. 5. 98. 3. ἄφρακτα Rhodiorum & dicrota, & Mytilenęorum habebam, & aliud cataſcopium. Emendatiores cōdices hābent & aliquid ἐπίκωπον. Et re vera ità legēdum esse arbitror. Cataſcopium) Verba Ciceronis sic legito, ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mytileneorum, &c.

Cataſcopus, penul correp. Hirtius de bello Africano, Literisque celeriter in Siciliam ad Allienum & Rabirium Posthumium conscripsit, & per cataſcopum missis, vt sine mora, &c. Hoc est per exploratorem.

Cataſta, cataſtæ, Locus vbi venales serui exponebant. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 13. Nota loquor, regnū ipse tenet, quē sępe coegit
Barbara gypsatos ferre cataſta pedes. Plin. lib. 35. cap. 18. 1. Talem in cataſta videre Chrysogonum Syllæ.

Rigida cataſta. Persius Saty. 6. 9.
– ne sit præstantior alter.
Cappadocas rigida pingues pauisse cataſta.

Auara cataſta. Martialis lib. 6. 29.
Non de plebe domus, nec auaræ verna cataſtæ,
Sed domini sancto dignus amore puer.

Barbarica cataſta. Statius 2. Syl. 1. 15.
Non te barbaricæ versabat verna cataſtæ.

Cappadocæ cataſtæ. Martialis lib. 10. 76.
Cuius non Syriæue, Parthiæue
Nec de Cappadocis eques cataſtis,
Sed de plebe Remi, Numæque verna.

Cataſtroma, penul. prod. huius cataſtromatis, penult. correpta, gen. Locus in nauī è quo homines armati propugnare solent & certare. Sic enim interpretatur ex Polybio Baybius hoc amplius addens, in locum cataſtromatum succeſsisse deſ balistrię res: sic enim vocant Venetinon quòd hæ sint ea quæ καταστρώματα dicuntur, sed eorum vsum præstant. Et fortasse, ait, non ineptè dicemus cataſtromata, quæ vulgò dicuntur garides. Cælius libro 5. cap. 11. In nauibus quæ cataphractæ vocantur, & cataſtromata habent, id est pauimenta superiora vel tabulata, ligna quibus tabulæ incumbunt, canonia nuncupantur, & ſtathmides.

Cataſtrophe, cataſtrophes, penul. corr. (κατάστροφή,) Latinè dicitur subuersio, deuastatio. Cataſtrophen autē cuiuslibet rei exitum, prouerbiali figura vocamus, quinetiam fabula omnis, vt ostendit Donatus, in tres partes distribuitur, in protaſin, epitaſin, & cataſtrophen. Protasis, est primus ille tumultus iam quasi glisceus. Epitasis, turba feruidissima. Cataſtrophe, subita rerum commutatio. Vnde Lucianus eleganter exitum cuentumque negotii cataſtrophen appellat, cum aliis, tum in cōmentario de Mercede seruientibus. Ex Eralmo. Cataſtrophe (inquit Budæus) Est tertia pars Comœdiæ. Id est conuersio rerum ad incundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum.

Catechesis,

Catechêsis, huius catechēsis, pen. prod. (κατήχησις,) Latinè inerudio, instruo, eaque doceo voce, quæ scriptis tradere nolim. Siquidem olim qui baptismatis essent candidati, iis tradebantur fidei Christianæ mysteria, sed viua voce, citraque scripta. Quemadmodum priscis theologis mos erat apud Aegyptios, vt mysteria voce duntaxat, ac veluti per manus posteris relinquerent, non etiam scriptis. Id erat initiari mysteriis: quod S. Paulus, & S. Lucas vocant κατηχεῖν, quasi dicas sono atque voce instruere. ἠχεῖν enim sonare est.

Catechizare, (κατηχίζειν,) Est docere quocunqi modo, vt ait Erasmus.

Catechúmenus, pen. corr. (κατηχούμενος,) Hoc est nondum initiatus, sed qui adhuc imbuitur elemētis religionis, nondū ad sacra spectāda intro ductus: cui mysteria fidei, viuę vocis ministerio cōredebātur. Budęus.

Categoria, (κατηγορία,) Latine prædicamentum dicitur. Significat etiam accusationem & crimen.

Categoremata, pen. corr. (κατηγορήματα,) Prædicamenta. Cic. 4. Tuscul. 33. Distinguitur illud etiam, vt libido sit earum rerum quæ dicuntur de quodam aut de quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: vt habere duitias, capere honores.

Catella, Diminutiuum à Catena. Vide CATENA.

Catellus, Vide CATULUS.

Catēna, catēnæ, penult. prod. (σειρά, κάνσις,) Vinculum ferreum, quo vel seruos vel captiuos vel animalia irretimus ne effugiant. Virg. 6. Aeneid. 112.
– tum stridor ferri, tractæque catenæ.

Arcta seruari catena. Silius lib. 7. 15.

Auratæ catenæ. Silius lib. 17. 128.

Ferratæ catenæ. Claud. 2. Paneg. 76.

Graciles ex ære catenæ. Ouid. 4. Metam. 36.

Graues catenæ. Ouid. 15. Metam. 121.

Multisonæ catenæ. Stat. 8. Thebaid. 5.
Sęuaque multisonas exercet pœna catenas.

Teretes catenæ. Lucan. lib. 3. 112.

Plena catenarum quæstio. Cic. pro Murena. 39. Quid tua sors? tristis, atrox, quæstio peculatus, ex altera patte lachrymarum & squalloris, ex altera plena catenarum atque indicum.

¶ Compescere catena aliquem. Horat. 1. Epist. 2. 13.
– hunc tu compesce catena.

Constrictus catenis. Cic. pro Sestio. 12. Hanc tetram immanemque beluam vinctam auspiciis, alligatam more maiorum, constrictam legum sacratarum catenis, soluit subito legum Consul, &c.

Domitus catena Cantaber. Horat. 3. Carm. ode. 8. 5.

Excussæ catenæ. Seneca in Thyeste. 8. 10.
– catenis lucus excussis sonat.

Indere catenas captiuis. Vide INDO.

Inlicere catenas alicui. Liuius. 1. ab Vrbe. 236. Turnum ex somno excidomini vim parabant, quum gladii abditi ex omnibus locis diuerticulis protraherentur. enimuero manifesta res visa, iniectæque Turno catenæ. Cic. 7. Verr. 83. Iste hominibus miseris innocentibusque inlici catenas imperat.

Insertare colla vel manus catenis. Stat. 12. Thebaid. 92.
– deposcere sæua
Supplicia, & dextras iuuat insertare catenis.

Inabrupta iungi catena. Stat. 5. Syl. 1. 9.
Nec mirum si vos collato pectore mistos
Iunxit inabrupta Concordia longa catena.

Laxare catenas, Dissoluere. Lucan. lib. 10. 12.

Nectere catenas alicui. Horat. 1. Carm. ode. 29. 1.

Significat aliquem catenis annectere.

Nexæ per colla catenæ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 9.

Perferre catenas. Silius lib. 17. 75.
Nēue finas captum Ausonias perferre catenas.

Vastas catenas quassare. Seneca in Hercule furente. 9. 40.
– & vastans furens Quassat catenas.

Religari catena. Ouid. epist. 10. 18.

Ruptæ catenæ. Horat. 2. Serm. saty. 7. 15.

Soluere ex catenis. Author ad Herennium lib. 4. 10. Quòd si istum Iudices, vestris sententiis liberaueritis, statim, sicut è cauea leo missus, aut aliqua terrima bellua soluta ex catenis, volitabit.

Valida teneri catena. Tibul. lib. 4. eleg. 5. 3.

Vincire aliquem catenis. Ouid. 15. Metam. 121.

Catēno, catenas, penult. prod. (κάνσιδῶ,) catenāre, Catenis vincire. Collius ad Ciceronem, lib. 8. 15. 7. Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit.

Catenatus ianitor, Portæ adiacens canis. Columel. in præfat. lib. 1. 9.
Catenata lagena. Martia. li. 7. 60. Nulla catenatis pisa est pœincta lagenis.

¶ Catenati labores per translationem. Martialis lib. 1. 99.
Expectant curæque, catenatique labores. Hoc est sese mutuò & vicissim subsequentes, quasi verò concatenati essent.

Catenatus hamus. In modum catenæ factus. Plin. lib. 9. cap. 15. 1.

Versus catenati. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27.

Britannus catenatus. Horat. Epod. 7. 1.

Catenatio, (κάνσιδωσις,) pro coniunctione & arctatione stricta trabiū vel aliarum rerū inter se. Vitruuius lib. 2. ca. 9. Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firma recipiunt catenationes.

Catēnula, catēnulæ, penul. correp. (κάνσιον,) Diminutiuum à catena.

Catenarius, Adiectiuum, (κάνσειος,) vt Canis Catenarius, qui ad fores domus alligatur custodiæ causa. Seneca lib. 3. de ira, Irascetis catenario cani, & hic, quum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit.

Catella, vel catellum, aliud diminutium, (κάνσιδιον,) Liuius 9. belli Macedon. 128. Quintius alter Prætor suos equites catellis & fibulis donauit. Plaut. Curcul. 15. 13. Delicatum te hodie faciam, cum catello vt accubes Ferreo. Horat. 1. Epist. 18. 11.

Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe perisse lidem raptam sibi flentis.

Caterua, caterue, (σίφος, ἄλη,) Veget. lib. 2. cap. 2. Macedones, Græci, Dardani phalanges habuerunt, vt in vna phalange armatorum octo millia conferentur. Galli atque Celtiberi, pluresque barbaricæ nationes cateruis vtebantur in prælio: in quibus erant sena millia armatorum.

Quid cateruæ à turmis differant, vno versiculo aperte docet. Horat. 2. Epist. 1. 39. Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque cateruæ.

Æquales cateruæ. Virg. 10. Aen. 38. Filius æquales comitat⁹ classe cateruas. Id est p naueis habens distributas æqualiter cateruas, ait Seruius.

Armata caterua. Cicero pro Domo sua 85.

Armiferæ cateruæ. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 14.
Illa vel armiferas pro coniuge læta cateruas Exciperet.

Fulgentes ære cateruæ. Virgil 8. Aeneid. 117.
– oculisque sequuntur
Puluereā nubem, & fulgentes ære cateruas.

Populatrices cateruæ. Claudian. 3. de Raptu Proserp. 34.

Victrices cateruæ. Horat. lib. 4. Carm. ode 4. 5.

¶ Agere cateruas, Id est impellere, vrgere, & insectari. Sen. in Hipp. 4. 9.

Infernas ciere cateruas. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 10.

Densare cateruas. Virgil. 12. Aeneid. 53.
– vos vnamini densate cateruas
Et regem vobis pugna defendite raptum.

Glomerare cateruas. Claudian. 1. de Raptu Proserp. 35.

Magnas implere cateruas. Horat. 1. Sermo. saty. 10. 7.

Infestare cateruas. Stat. 9. Thebaid. 163.

Per obstantes ire cateruas. Horat. 3. Carm. ode 20. 5.

Proripere in cateruas. Horat. 1. Carm. ode 8. 4.

¶ Caterua, pro multitudine, & maximo numero. vt Cateruæ contradicentium. Cic. 1. Tuscul. 120.

Cateruæ testium, Cic. 7. Verr. 89.

Iuuenum caterua. Virgil. 1. Aeneid. 101.
– magna iuuenum stipante caterua.

Cateruæ, atque conuentus. Cic. 3. de Orato. 108. Quid hoc, non idem fit in vocibus? vt à multitudine & populo, non modò cateruæ atque conuentus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes eiiciantur.

Anguinea caterua. Id est anguium siue serpentium multitudo. Tibul. libro 3. eleg. 4. 18.
Nec canis anguinea redimitus terga caterua,
Cui tres sunt linguæ, tergeminumque caput. Cerberum intelligit.

Comitum caterua. Lucret. lib. 2. 117.

Magna caterua. Cicero pro Sext. Rosc. 79. Ipse verò quemadmodum compositio & delibuto capillo, passim per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis Iudices. Idem pro Murena 63. Posthumius ob viam cum bene magna caterua sua venit. Idem 1. de Orato. 91. Vagari magna cum caterua.

Magna comitante caterua. Virgil. 2. Aeneid. 8. & 74.

Cateruatim, pe. prod. (ἰλαδόν,) Aduerbium, Per diuersas cateruas. Virg. 3. Georg. 110. Iamque cateruatim dat stragem. Liu. 3. bel. Pun. 124.
Iam primi conseruerant manus, quum alii cateruatim currerent.

Cateruatim volare dicuntur sturni. Plin. lib. 10. cap. 24. 3. Sturnorum generi proprium, cateruatim volare.

Confusæ, & mistæ cateruatim. Colomel. lib. 3. ca. 19. 3. Et lib. 7. ca. 9. 7.

Cateruarius, Adiectiuum, (ἰλικός,) Tranquil. in Augusto, Spectauit studiosissimè pugiles, non ordinarios modò & legitimos: sed cateruarios uppidanos inter Angustias vicorum temerè ac sine arte pugnantes. Cateruarios appellat vulgares & non dispositos.

Catharmata, pen. corre. (καθάρματα,) Erant homines, qui pro peste, aliòue morbo expiando immolabātur: diuq; qui ritus expiationis à Romanis vsurpabatur. Budæus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Catharticus, penul.correp. (καθαρτικός,) Adiectiuum. vt Catharticum medicamentum, quod purgat. Celsus libro 2o. Sed medicamenta stomachum ferè lædunt: ideoque omnibus catharticis aloe miscenda est.

Cathedra, cathedræ, penul.correp. (καθέδρα,) Id est sedes. Græca enim vox est, ἀπὸ τοῦ κατὰ, καὶ πῆσθαι. ἕδρα. ἕδρα autem sedes est. Martial. lib. 11. 93. De cathedra quoties surgis, &c. Idē lib. 12. 19. Et apud eundem, Cathedræ fœmineæ, lib. 5. 119. Horat. 1. Sermo. saty. 10. 19. Discipularum inter iubeo plorare cathedras.

Strata & longa cathedra. Iuuenalis Saty. 9. 6.
– & strata positus longaque cathedra
Munera fuminei tractas secreta caleudis.

Molles cathedræ. Iuuenalis Saty. 6. 10. Cuius apud molles minima est iactura cathedras.

Cathedralitius, Adiectiuum, (καθεδρώδης,) vt Cathedralitius seruus, qui cathedra hetum defert. Martialis lib. 10. 13.
Quum cathedralitios portet tibi rheda ministros,
Et Libys in longo puluere sudet eques, &c. Hîc promollibus & desidibus accipitur, teste Budæo.

Cathedrarios Philosophos vocat Seneca umbratiles illos quibus satis est de virtute in cathedris garrire, Fabianus, inquit non ex his cathedralis philosophis, sed ex veris & antiquis. De breuitate vitæ.

Catholicus, pe. corr. (καθολικός,) Vniuersalis, quasi circa omnia versetur. Inde etiam catholica medicamentū, quod omnibus humoribus simul vacuandis vtile est. Item Præcepta vniuersalia vel perpetualia, catholica vocant, ait Quintil. lib. 2. cap. 13. 9.

CATHON, Insula à Pomponio inter Cyclades numerata, à Plinio tamen præterita: nisi quis Cathon, quam Plinius in Laconico sinu esse ait, intelligere velit. Ex Vadiano.

CATI, Fons, ex quo aqua Petronia in Tyberim fluit, dictus quòd in agro cuiusdam fuerit Cati. Festus.

CATILINA, penul.prod. (κατιλίνος,) Ciuis Romanus nobilis & seditiosus, ingenio malo prauoque, cui eloquentiæ satis sapientiæ parū fuit. Ex Sallustio notissimus est. Iuuenalis Saty. 10. 289.
– & iacuit Catilina cadauere toto.

Catilinianus, pen. prod. Adiectiuum. Plinius lib. 2. capit. 51. In Catilinianis prodigiis, &c.

Catillus, Vide CATINVS.

CATILLVS, (κατίλλος,) Filius fuit Amphiarai, frater Coracis & Tyburti. Hic Tybur condidit, & à fratris nomine sic appellauit. Silius libro 8. 73. Et Tybur Catille tuum. Horatius li. 1. Carm. ode 18. 1. ablata consonante Catillum mediâ breui extolit,
Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem
Circa mite solum Tyburis, & mœnia Catili.

CATINA, citinæ, vel Citine, citines, penul. correp. (κάτινα,) Vrbs Siciliæ. Silius lib. 13. Tum Catine nimium ardenti vicina Typhœo. Strabo tamen, Diodorus, & Ptolemæus, non Catinam, sed Catanam scribunt: vnde Catanæus Charundas.

Catinus, & catinum, neutro gen. penul. prod. (τρυβλίον,) Vas imensum escarium, vbi pultem, aut iurulenti quid ponebant: à capiendo nominauerunt antiqui, nisi quòd Siculi dicunt κατινον, vbi asla ponebant. Hæc Varro de Ling. Lat. lib. 4. Plin. lib. 33. capi. 4. 4. Quæ è catino iactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria. Varro 1. de Re rust. cap. 63. Tuendi causa promendum id frumentum quod circuliones esse incipiunt. Id enim quum promptum est in sole, ponere oportet aquæ catinos.

Magnus catinus. Horat. 2. Sermo. saty. 2. 10.
Algens catinus. Persius Saty. 3. 12. – positum est algente catino
Durum olus, & populi cribro decussa farina.
Anguito pisces vrgere catino. Horat. 2. Sermo. saty. 4. 16.
Niger catinus. Iuuenalis Saty. 6. 35.
Et quis tunc hominum contemptor numinis, aut quis
Simpuuium ridere Numæ, nigrumque catinum?
Ruber catinus. Persius Saty. 5. 19.
– rubrumque amplexa catinum
Cauda natat thynni.

Catillus, siue Catillum, (τρυβλίδιον,) Diminutiuū, Paruum vas escariū. Colu. lib. 12. ca. 57. 1. Hanc misturam quū in catillo composueris, oleū superfundito. Plinius lib. 30. ca. 6. 10. Verum terrenum catillo ligneo aut cribro & ferro vincto impositum aqua excepta perfundere, & defodere vnde effoderis magi iubent: mox aquam bibere catillo, mirè id prodesse ilebdiadicis affirmantes. Vide Bayfium in libello de Vasculis.

Catillus, Est superior pars molæ molendinariæ, vt inquit Paulus in L. Quum de taionis §. Idem consultus. ff. de Fundo instructo & instrumento legato. Est autem meta inferior pars molæ: catillus superior.

Catillones, penul. prod. (λιχνοί,) Gulosos dicebant antiqui, authore Festo, A catinis, diminutiua forma. Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 16. ad finem Propriè Catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis vltimi quum venirent, catillos liguribant.

Catillo, catillas, (λιχμάω,) catillare, Catinos lingere. Plau. Casina 11. 22.
– operam vxoris polliceor foras,
Quasi catillatum.

Carillatio, (λιχνεία,) Graue opprobrium obiiciebatur hominibus generosis, siqui prouinciis amicas Populi Romani expoliassent, quòd eorum bona liguriisse viderentur. Festus.

CATIZI, Pygmæorum gens à Barbaris dicuntur, quos credunt à gruibus fugatos. Plinus lib. 4. cap. 11.

CATONES, (κάτωνες,) ex oppido Tusculo originem habuere, vnde primum profectus M. Porcius Cato senex, persuasione atque amicitia Valerii Flacci solicitatus. Hic Trib. mil. in Sicilia fuit. Prætor Sardiniam subegit, vbi ab Ennio fuit Græcis literis institutus ætate iam gradis. Consul deinde cum eodem Flacco creatus citeriorem Hispaniam sortitus est, vbi rebus feliciter gestis, omnium vrbium muros quæ intra Bætim sunt, vno die solo æquari iussit. Author Polybius. Plin. lib. 7. capi. 27. tribus eum laudibus cumulat, perfectum & Imperatorem, & Senatorem, & Oratorem nominando. Cuius ingenii etiam meminit Cicero de Claris Oratoribus 163. his verbis, Orationes eius vt illis temporibus, valde laudo. significant enim formam quandam ingenii, sed admodum impolitam & planè rudem, &c. Scripsit Origines, & parum de Agricultura librum, de quo plura apud Ciceronem, Gellium, Plinium, Plutarchum. Catones item duo fuerunt superioris filii, quorum alter in bello contrà Perseū sub Aemilio Paulo magna cum laude militauit. Alter Saloninus ex matre cognominatus, patre suppresso ac Prætore designato extinctus est, & egregios in iuris disciplina libros cōposuit. Author Gellius cap. 14. lib. 2. Præterea, M. Cato Semonis nepos, cognomine Vticensis, leuiritate ac doctrina Stoica suum referebat: nudis interdum pedibus breuique toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens nihilo, nisi obscœnis rebus ac detestabilibus erubescere. Cū salutum frustrà petiit. Martiam coniugem rogauit Hortensio amico concessit, eandemque postea Hortensii hæredem recepit. Id quod et Cæsar auaritiæ causa factum obiicit. Dimisit (inquit) vt locupletem reciperet. Toto ciuilis belli tempore intonsus fuit. Post pugnam Pharsalicam, Vticam cum Scipione se recepit: vbi quum mori statuisset, nocte de Stoica philosophia differuit, ac Phædone Platonis de animi immortalitate perlecto libro, gladio incubuit. Ex Plutarcho. Fuit & Valerius Cato grammaticus Romæ, qui multos & nobiles docuit tempore Syllæ: cuius famam hi versus indicant,
Cato Grammaticus Latina Siren,
Qui solus legit, & facit poetas. Hunc meminit Tranquillus. Cicero de Amicitia 6. Cato, quia multarum rerū vsum habebat, multa erat & in Senatu & in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè ferebantur, propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. Hæc Cicero de Catone Vticensi.

In Catone perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desyderat Cicero de Claris Oratoribus 61.

Annos quinq; & LXXX. natus Cato excessit è vita. Cl. de Claris Ora. 39.

Marcus Cato nullam adulteram non eandem esse veneficam dixit. Quintilianus lib. 5. cap. 11. 30.

Dactura pijs Cato apud inferos. Virgilius 8. Aeneidos 132. Secretosque pios his dantem iura Catonem. Vbi Seruius, Censorium (inquit) significat, non Vticensem, qui contra Cæsarem bella suscepit. Et supergressus est hoc loco Homerū: dispositionem quidem illic Minoem, Rhadamantum, Aeacum de impijs iudicare dicit, hic Romanum ducem innocentibus dare iura commemorat.

Durus Cato. Iuuenalis Satyra 11. 9.

Grandia Catonis morituri verba. Persius Satyra 3. 5.

Intonsus Cato. Horatius 2. Carm. ode 15. 3.

Prisci Catones. Horatius 2. Epistо. 2. 24.
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,
Quæ priscis memorata Catonibus, atque Cethegis.

Rigidi catones. Claudian. 2. Paneg. 78.

Tertius Cato è cælo cecidit. Iuuenalis Saty. 2. 4.

Catonis virtus narratur sæpe mero calusse. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.

Virtutem moresque Catonis repræsentare. Horat. 1. Epistо. 20. 3.

Catonīnus, pe. pro. (κατώνειος,) Adiectiuum. vt Catoniana familia. Cicero ad Quin. fratrem, lib. 2. 10. 5. Racilius qui vnus est hoc tempore Tribunus pleb. rem patefecit, eosq; hostes sibi emptos esse dixit (sic enim placuerat) & tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum.

Catóblepas, catoblepæ, penul. corre. (κατώβλεψ, ψος,) Genus ferræ est modicæ: cuius qui oculos vidēre, statim exspirant: vt scribit Plinius lib. 8. cap. 21. κατώβλεψ. Sanè dicitur, qui capite est in terram demisso, ἀπὸ τοῦ κάτω καὶ βλέπω.

Catórthoma, pen. prod. catorthomatis, pen. correp. (κατόρθωμα,) Rectè factum interpretatur. Cic. 3. de Finib. 20. Quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν,) non fit maior productione temporis (habent enim suum modum quæque opportuna dicuntur) sic recta effectio: κατόρθωσις enim ita appellosquoniam rectum factum κατόρθωμα. recta igitur effectio, item conuenientia, denique ipsum bonum quod in eo positum est vt naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet. Ibidem 32. Quæ nos aut recta, aut rectè facta dicamus si placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent. Item lib. Offic. 1. 14. Vbi de recto & æquo disputat, Perfectum officium, rectum opinor vocemus, quod Græci κατόρθωμα.

Catorthosis, penult. prod. Vide in Catorthoma.

Catti, (κάτται,) Germaniæ populi. Vide CHATTI.

CATTITERIDES, (κασσιτερίδες,) Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Decem sunt insulæ in occidentali Oceano. Cassiterides cæteri vocant à plumbi stanniique copia, quod κασσιτέρου dicitur. Plin. lib. 7. cap. 22. Ex aduerso Celtiberiæ complures sunt insulæ, Cassiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi. Herodotus lib. 3. Ne Cassiteridas quidem noui insulas, hoc est stannarias, vnde ad nos venit stannum.

CATVLARIA, Porta dicta Romæ est, quia non longe ab ea ad placandum Caniculæ sydus frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, vt fruges maturescentes, ad maturitatem perducerentur. Festus.

CATVLLVS, (κάτυλλος,) Poeta Veronensis, natus anno ante Sallustium, Syllæ, Mariique temporibus in poematis cum lasciuus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minimè pepercit, Iamque adhibitus est, teste Tranquillo.

Doctus Catullus. Ouid. 3. Amorum, eleg. 8. 13.

Lasciuus Catullus. Ouid. 2. Trist. 85.
Sic sua lasciuo cantata est sæpe Catullo
Fœmina, cui falsum Lesbia nomen erat.

Vrbanus Catullus. Iuuenalis Saty. 13. 12.

Vesanus Catullus. Catul. epig. 7. 11.

Cantare Catullum. Id est opera Catulli. Horat. 1. Serm. saty. 10. 4.
– neque simius iste
Nil præter Caluum, & doctus cantare Catullum.

CATVLVS, (κάτυλος,) Simplici L. etiam scribitur, corripitque penultimam. Fuit autem hoc nomen multis. Q. Luctatius Catulus primo bello Punico, CCC nauibus aduersus Pœnos profectus, sexcentas eorum naues commeatibus impeditas duce Amilcare apud Aegades insulas, inter Siciliam & Africam depressit, finemque bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, vt Sicilia, Sardinia, cæterisque insulis inter Italiam, Africamque decederent, & Hispania citra Iberum abstinerent. Liuius.

Catulus item orator Consul cum C. Mario quarto eius consulatu Cimbros fudit: ab eodem postea vrbe occupata per dissensionem mori iussus est, frustrà precantibus pro eo ciuibus. Itaque in cubiculo inclusus, candentium carbonum vapore suffocatus est, teste Valerio lib. 9. Cuius manes vltus est postea Sylla interfecto Mario Iuniore. Lucanus lib. 2. 35. – quid sanguine manes
Placatos Catuli referam? De hoc Catulo Cicero de Claris Orat. 68. & 69. multa scribit. Catulus, altus sororius Catilinæ, vir eques Romanus, partium nullarum, tantumque quieti studens, à Catilina iussu Syllæ interfectus est. Author Pædianus.

Cátulus, penult. corr. (σκύλαξ.) Propriè significat canis filiolum: dictus (vt ait Varro lib. 4. de Lingua Latina) à fagaci sensu & acuto. Virg. 1. eclog. 5. Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos, &c. Cic. 3. de Finib. 74. & 2. de Nat. deorum. 64. Bene igitur idem Chrysippus qui similitudines adiungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, vt in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo, in viro quàm in puero.

Acer catulus Molossus. Virg. 3. Georg. 81.

Fideles catuli. Horat. 1. Carm. ode. 1. 6. Seu visa est catulis cerua fidelibus.
Id est sagacibus, vel silentium inuestigando seruantibus, vt ait Acron.

Militat in syluis catulus. Horat. 1. Epist. 2. 14.

Sagax catulus. Ouid. 1. de Remedio amoris. 41.
Nunc leporem promim catulo sectare sagaci.

Veloces catuli. Virg. 3. Georg. 81.

Pascere catulos fero. Virg. 3. Georg. 81. – sed vnà
Veloces Spartæ catulos acremque Molossum

Pasce fero pingui. Id est aqua lactis, quæ pingues efficit canes. Seruius.

Catuli, (σκύμνοι,) non solum canum fœtus diminutiuè, verùm omnium animalium appellantur. Nonius.

Catuli aspidis. Plin. lib. 11. cap. 74. ad finem capitis semel & iterum.

Catuli canum. Plin. lib. 29. cap. 4. Catulos lactantes adeò puros existimant ad cibum, vt, &c.

Catuli murium. Plin. Murium quoque catuli ostentum faciunt.

Catuli serpentis. Virg. 3. Georg. 80.
– catulos rectis, aut oua relinquens.

Catuli delphinorum. Plin. lib. 9. cap. 8. 2. Delphini agunt ferè coniugia, pariunt catulos decimo mense æstuo tempore.

Catuli draconum. Plin. lib. 10. cap. 72. 1.

Catuli lacertarum. Plinius lib. 10. cap. 47. 3. Quoniam huic animali nulla memoria: itaque catuli per se erumpunt.

Leonis catuli Claudian. de bello Get. 65.

Læna catulorum oblita. Virgil. 3. Georgic. 48.

Catuli simiæ. Plinius lib. 8. cap. 54. 1. Simiæ gestant catulos: quos mansuefactæ intra domos peperere.

Catuli tigridis. Plinius lib. 18. cap. 18. 1. Raptor appropinquante tigridis fremitu, abiicit vnum ex catulis.

Catuli viperarū. Pli. li. 10. c. 62. 1. Tertia die ſtra vterū catulos excludit.

Catuli vulpium. Plinius lib. 10. cap. 74. 3.

Catellus, (σκυλάκιον,) Plautus Sticho 10. 40. Tantillum loci, vbi catellas cubet, id mihi sat est loci. Varro, Meliusculæ curæ consuetudinis puerilis illorum qui suis catellis ministrant quod edant. Martial. lib. 1. 79. Os & labra tibi lingit Manuella catellus. Cicc. 1. de Diuinat. 167. Tum ille arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia. erat autem mortuus catellus eo nomine.

Rimari exta catelli. Iuuenal. Saty. 6. 55.

Catullinus, penul. prod. Adiectiuum, (σκυλακινός,) Quod est ex catulo. vt Catulina caro. Plin. lib. 29. cap. 4. 1. Genito mane catulo res diuina fit: & in cœnis deûm etiamnum ponitur catulina.

Catulio, catulis, (σκυλάω,) catulire, Dicitur de canibus, quando venerem appetunt. Varro 2. de Re rustic. capit. 9. 9. de canibus loquens, De fœtura, præcipium admittendi faciunt veris principio: tunc enim dicuntur catulire, id est offendere se velle maritari. Plau. Quum meam vxorem vidi catulientem. Laberius scripsit catulientem lupam, id est coitus appetentem.

Catulitio, (σκυλακεύσις,) Verbale. Plinius lib. 16. cap. 25. 1. Catulitionem rustici vocant, gestiente natura fœmina accipere, eoque animam inferente omnibus satis.

CATVRACTONIVM, (καταρράκτονιον,) Britanniæ insulæ oppidum, Ptolemæo. Vulgò Caerleril, Caerdulia.

Catus, pro hominē cauto. Vide Cautus in CAVEO.

Cauaedium, cauædii, (κοιλόδομον,) Erat intra parietes locus rectus ac patulus ad communem omnium vsum, maximè salutantium relictus, nam & non inuitati illuc commeare poterant. Hæc Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina. Plinius epistо. 41. c. A tergo cauædium, porticum, aream &c. Caua ædium, distinctum protulere Vitruuius & Varro de Ling. Lat.

CAVARES, (καύαροι,) Narbonensis Galliæ populi, in quorum agro Auenio ciuitas sita est. Author Pomponius Mela lib. 2. Cauares autem Strabo Cataros nominat, Ptolemæus Cauaros, iuxta Druentium, & Isaram amnes sitos.

Cauaticus, Cauator, Cauatus, Vide CAVVS.

CAVCA, (καύκα,) Ptolemæo vrbs Hispaniæ, alio nomine Conca, vulgò Quenca.

Caucalis, huius caucalis, vel caucalidis, f. g. (καύκαλις,) Genus herbæ fœniculo similis, breui caule, flore candido. Plinius lib. 21. cap. 22. 16. Vulgò il pitorsello saluatico.

CAVCASVS, penult. correp. (καύκασος,) A siue mons supra Iberiam ac Albaniam in Septentriones, Ptolemæo. Estque pars Tauri montis & totus Taurus Caucasi nomine intelligi potest, vt perspexe partis vocabulum roti figuratè tribuimus. Philostratus lib. 2. Caucasus (inquit) Mediam atque Indiam terminans, in mare rubrū altero cubito descendit, &c. Vbi multa de Prometheo ad Caucasum ligato. Caucali mōtes, etiam multitudinis numero dicuntur, authore Pompeio lib. 1. Idem aliubi (inquit) Taurici, Moschi, Amazonici, Caspii, Coraxinci, Cauca si, vt alis aliisue appositis gentibus, ita aliis aliisque dicti nominibus. Vrgetur arboribus Caucasus. Proper. lib. 1. eleg. 13.

Horrens cautibus Caucasus. Virgil. 4. Aeneid. 74.
– sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.

Ingens caucasus. Seneca in Hippol. 11. 3.

Inhospitalis Caucasus. Horat. 1. Carm. 22. ode 2.
Siue per Syrtes iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem Caucasum.

Caucaseus, Adiec. (καυκάσιος,) vt Caucasea rupes, Prop. li. 2. eleg. 1. 14.

Antra Caucasea. Ouid. 4. Metamorpho. 67.

Pruinæ Caucaseæ. Claudian. 1. in Eutrop. 50.

Iuga Caucasea. Claudian. de bello Get. 12.

Rupes Caucasea. Ouid. lib. 3. de Arte Amandi 39.

Vertex Caucaseus. Virgil. 2. Georgic. 88.

Cauda, caudæ, (οὐρά, κέρκος,) Pendens posterior pars, quæ omnibus animalibus est præterquam hominibus & simiis. Plinius lib. 11. cap. 50. Caudæ præter hominem ac simias, omnibus ferè animalibus, & oua gignentibus, pro defyderio corporū, nudæ hirtis, vt aprisi: paruæ villosis, vt vrsis: prælongis setosæ, vt equis. Cic. 3. de Orat. 123. Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. Idem 3. de Finib. 29.

Acumen caudæ scorpii. Ouid. 4. Fasto. 33.

Universidad de Deusto Biblioteca

Acuta cauda. Plin. lib. 9. cap. 19.
Bisulca cauda. Plinius lib. 9. cap. 29.
Pauonis cauda. Lucretius lib. 2. 16.
Serpentis cauda. Ouid. 9. Metamorpho. 130.
Equina cauda. Horat. 2. Episto. 1. 9.
Extrema cauda. Virgil. 3. Georgic. 84.
– extremæque agmina caudæ Soluuntur. De serpente.
Falcata cauda. Ouid. 3. Metamorpho. 137.
Ima cauda. Virgil. 3. Georgic. 11.
Intorta cauda suum. Vide INTORQVEO.
Lunata cauda delphini. Seneca in Oedipo 5. 13. Lunata scindit cauda mare. Id est, in cornua fissa.
Nouissima cauda. Ouid. 3. Metamor. 137. Falcata nouissima cauda est. Id est extrema pars caudæ inflexa est.
Picta cauda pauonis. Horat. 2. Sermo. saty. 2. 6.
Salax cauda. Horat. 1. Sermo. saty. 2. 9.
Summa cauda. Cice. in Arato 42. Atque auis ad summam caudam.
Torta cauda. Seneca in Hercul. furen. 9. 35.
Turgens cauda. Horat. 2. Sermo. saty. 7. 10.
Vnca cauda scorpionis. Ouid. 15. Metamorpho. 75.
¶ Demetere caudam ferro. Horat. 1. Sermo. saty. 2. 9.
Iactare caudam, pro Adulari, seu se ostentare blandiendo, quod à canibus tractum videtur. Pers. Saty. 4. 2.
Quin tu igitur summa nequicquam pelle decorus,
Ante diem blando caudam iactare popello Desinis?
Blandas mouere per aera caudas. Ouid. 14. Metamorpho. 52. De lupis, vrsis, & leænis, qui aduenientibus blandiebantur.
Retorquere caudam. Claudian. 3. Panegy. 72.
– caudamque à puppe retorquens
In proram, iacet vsque leo.
¶ Cauda, pro membro virili. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 9.
– quum etiam illud
Accidit, vt quidam testes caudamque salacem
Demeteret ferro. Hoc est Virgam virilis membri libidinosam abscinderet. Acron.
Caudam trahere prouerbium inquit esse Acron, de illis dici solitum qui pro deridiculo habentur. Solent enim (vt addit Porphyrio) pueri deridentes nescientibus à tergo caudam suspendere, vt velut pecus caudam trahat. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 11. – hoc te
Crede modo insanum, nihilo vt sapientior ille
Qui te deridet, caudam trahat.
Equinæ caudæ pilos vellere, prouerbium de illo dicitur, qui quod viribus atque impetu fieri nequit, id tempore atque assiduitate conficit. Vsus est Horatius 2. Episto. 1. 9. his verbis,
Vtor permisso, caudæque pilos vt æquinæ
Paulatim vello, & demo vnum, demo etiam vnum,
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui
Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis.
Verrunt æquora caudis Delphines. Virgil. 8. Aeneid.
Verrere vestigia cauda. Virg. 3. Georg. 11.
Et gradiens ima verrit vestigia cauda. De vacca.
¶ Caudam Verris dixit Cicero, per translationem ab animalibus 4. Verr. 138. Videtis extremam partem nominis caudam illam Verris, tanquam in luto demersam esse in litura.

Caudex, caudicis, penul. correp. masc. gen. (κορμός, στέλεχος) Ex quo cortex extrahitur. Virgil. 2. Georgicorum 6.
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno. Vbi Seruius, Caudicibus posuit pro codicibus: sicut caulem pro colem: sauricem pro soricem dicimus. Plin. lib. 12. ca. 14. 5. Iuba tradit arborem thuris, contorti esse caudicis. Gel. li. 5. ca. 3. Is de proximo rure in Abdera oppidū, cuius popularis fuit, caudices ligni plurimos funiculo breui circūdatos portabat.
¶ Caudex, Stirps arboris. Plin. lib. 16. Quædam arbores simplices, quibus à radice caudex vnus, vt oliuæ, fico, viti. Quædam fruticosi generis: vt nux auellana, myrtus, &c. Budæus.
Intortus caudex. Vide INTORQVEO.
¶ Caudex, Plurium tabularum contextus. Vnde tabulæ caudices dicuntur: & naues quibus commeatus subuehuntur, caudicariæ siue codicariæ appellantur. Vnde Appius Claudius, Caudex cognominatus est, quoniam primus persuasit Romanis nauē cōscēdere. Seneca de breuitate vitæ, Claudius is Caudex fuit ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularū contextus, caudex apud antiquos vocabatur. Vnde tabulæ codices dicuntur: & naues nunc quoque quæ ex antiqua consuetudine commeatum subuehunt, caudicæ vocantur. Sic legit Bayfius.
¶ Caudex, per metaphoram pro homine stulto. Terent. Heaut. 5. 1. 4.
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.
Caudeus, Adiectiuum, (στελέχινος) Quod est ex caudice. Plaut. Rud. 14. 65. Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.
Caudicalis, & caudicale, penul. prod. (στελεχιαῖος) Quod pertinet ad caudicem. Plaut. Pseud. 4. 25. Te cū securi, caudicali præficio prouinciæ. Idest, tua erit prouincia, vt caudices securi findas.
Caudicarum nauium mentio est apud Gellium lib. 10. cap. 25. Loquitur autem Seneca de Quin. Appio Claudio, Caudex cognomento, qui cū Quin. Fuluio Flacco Consul fuit. Hermolaus & Cælius non caudicæ legunt apud Senecam, sed caudicariæ.
Caudicarius, Adiectiuum, (κορμικός) vt.
Caudicariæ naues, ex tabulis crassioribus factæ. Festus.
Caudicātus, penul. produc. aliud adiectiuum, (κορματός) vt Caudicatæ naues. Seneca de Breuitate vitæ, Nunc quoque naues, quæ ex antiqua consuetudine commeatus subuehunt, caudicatæ vocantur.
CAVDIS, (καυδίον) siue Caudium, Oppidum Samnii. Vnde Caudinæ furcæ, & Caudinæ fauces nobilitatæ insigni clade & ignominia, quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio à Samnitibus acceperunt.
Caudinus, penu. prod. Adiectiuum, (καυδῖνος) vt Caudinæ furcæ, Lucanus lib. 2. 28. Vltra Caudinas sperauit vulnera furcas.
Fauces caudinæ. Sil. lib. 8. 113. – aut caudinis faucibus hærent.

Cauea, Vide CAVVS.

Caueo, caues, caui cautum (εὐλαβοῦμαι, ἐξευλαβοῦμαι) cauere, significat vitare & sibi prouidere ne aliquid prēter spē accidat. Caue in modo imperandi posteriorem habet productam. Ouid. 2. Metamorph. 18. Nate cauendum resque finit, tua corrige vota. Horatius verò præter naturam corripuit lib. 2. Serm. saty. 3. 8. dexter stetit, & caue faxis Te quicquam indignum.
Cauere cū datiuo: vt Cauere malo, Plau. Bacch. 2. 39. Omitte Lyde, ac caue malo. i. qd caue malo, Idē Persa, 10. 41. Malo cauere melius est te.
Cauere alicui, Cauere sibi: Id est prouidere. Cic. ad Appium, lib. 3. 1. 8. Melius enim ei cauere volo, quàm ipse aliis solet.
¶ Cauere aliquid. Plaut. Capt. 6. 5. Qui cauet ne decipiatur, vix cauet quem etiam cauet. Suetonius in Galba, Caueret periculum. Terent. Eunu. 4. 6. 23. Quod cauere possis, stultum est admittere. Cic. ad Brutum, lib. 11. 21. 7. Quamobrem nec metuam quicquam, & cauebo omnia. Idem Attico, lib. 2. 30. 3. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, vt caueret insidias. Idē 1. Offi. 172. Caueant intēperantiā, meminerint verecundiæ. Idem Attico, lib. 16. 336. 2. Caleni interuentū cauebis.
Frigora cauere. Ouid. 2. de Arte, 61.
Iurgia cauero. Ouid. 1. de Arte, 119.
Malum cauere. Cic. 1. de Oratore, 128. Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris, quam sit bellum cauere malū, scire possumus.
Cauere omnia. Cic. ad Brutum, 11. 21. 7. Quamobrem nec metuam quicquam, & cauebo omnia.
Cauere pietatem, pro fugere. Cic. 2. de Finib. 113. Nosti credo illud, Nemo pius est, qui pietatem cauet. Caue quicquam putes esse verius. nec enim dum metuit, iustus est: & certè si metuere destiterit, non erit.
Tela cauere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 12.
Ventos cauere. Ouid. 1. de Arte, 13.
Acriter cauere aliquid. Horat. 2. Serm. 3. 19.
– Quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium, & cauit nihil acrius.
Cura cauere aliquid dicitur. Ouid. 2. Fast. 12.
Cætera ne simili caderent labefacta ruina.
Cauit sacrati prouida cura ducis.
¶ Cauere aliquem. Cic. ad Lentulum lib. 1. 7. 32. Illa me ratio mouit, vt te ex nostris euentis communibus admonendum putarem, vt considerares in omni reliqua vita quibus crederes, quos caueres.
Cauere aliquem facere aliquid. Plaut. Epid. 8. 23.
– nunc cautorem mihi dedit
Ad hanc rem Apœcidem: is apud forum manet me, quasi qui Amare te caueat.
¶ Cauere aliquid alteri. Plaut. Bacchid. 1. 8.
Hæc ita me orat, sibi qui caueat, aliquem vt reperiam hominem:
Istoc milite vt vbi emeritum sibi sit, se reuehat domum.
Id (amabo te) huic caueas. P. quid isti caueam? Cato cap. 5. 5.
Scabiem pecori & iumentis caueto: id ex fame, & si impluit, fieri solet. Id est, prouideto ne scabie corripiantur. Plinius lib. 18. cap. 33. 3. de ventorum ratione loquens, Hunc oliueti metator vergiliarum quatriduo, hunc caueat insitor calamis, gemmisque inoculator.
¶ Cauere sibi ab aliquo. Plaut. Asinaria 3. 107. Nec magis versutus, nec quo ab caueas ægrius. Idem Pseud. 3. 127. In hunc diem à me vt caueant, ne credant mihi. Subauditur 5181. Ibidem 7. 50. Cauendum est mihi abs te irato. Terent. Heaut. 5. 2. 44. Tum pol tibi ab isto hera cauendum intellego. Cic. 5. de Finib. 114. Monuerunt, à veneno vt caueret. Idem 2. Philipp. 122. A quibus caueret. Idem 12. Philipp. 336. Quòd ab homine impuro non cauerit.
¶ Cauere in iure. Cice. 2. Offic. 95. & 96. Nam in iure cauere, consilio iuuare, atque hoc scientiæ genere prodesse quamplurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet, &c.
Cauere alicui, Iurisprudentis hominis est, qui consultori suo rationem præscribit,

præscribit, formulamque dictat paciscendi aut contrahendi: & monitis consilioque instruit, ne conditionem suam deteriorem faciat: vt apud Ciceronem in præfatione Topic. 3. qui ad Trebatium scribit Iurisconsultum, Etenim quum tu mihi meisque multa sæpe cauisses, veritus sum ne si ego grauarer, aut ingratum id, aut superbum videretur. Budæus.
Cauere & sancire. Cic. 2. de Finib. 101. Quæro autem quid sit, quod qui, &c. tam accuratè, tamque diligenter caueat & sanciat vt Amynomachus & Timocrates hæredes sui de Hermachi sententia dent, &c.
Cauere consultè. Vide CONSVLO.
Melius cauere alicui. Cice. Appio, lib. 3. 1. 8. Melius enim ei cauere volo, quàm ipse aliis.
Cauere ædificiis. Cic. 2. de Legibus. 96. Altera lex, priuatorum ædificiis, altera ipsis sepulchris cauet.
Hæredi cauere. Cic. 2. de Inuēt. 212. Amētiæ igit fuisse, quū hæredi vellet cauere, id adscribere, quo nō ascripto nihilominus hæredi caueretur.
Cauere sibi. Cic. pro Roscio Comœdo. 21. Quid ita? Flauio sibi cauere non venit in mentem?
¶ Cauere sibi ab aliquo, Est satis accipere. Cic. in Bruto. 9. At verò inquam tibi ego Brute non solum, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum. Id est, nisi à te spondente satis accepero. Idem. 4. Verr. 39. Rogat eum vt id quod ab ipsis abisset pecuniæ, curet: ab iese caueat quemadmodum velit, fo illa hæreditate eum si pierate neminem esse acturum. Id est, arbitrio suo ab se cautionem exigat. Budæus.
Cauere obsidibus de pecunia. Cæsar. 6. bel. Gal. Obsidibusque de pecunia cauent. Id est, dant obsides, quoad pecuniam dissoluant. Budæus. Obsidibus, casus est ablatiuus.
Cauere sibi obsidibus ab aliquo, pro obsides exigere: & Cauere alicui obsidibus, pro obsides dare. Cæsar. 7. bel. Gal. 6. Et quoniam in præsentia obsidibus cauere inter se non possent, ne res efferretur, vt iureiurando ac fide sanciatur, petunt. Budæus.
Per aliquem sibi cauere. Cecinna ad Ciceronem, lib. 67. 11. Auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris.
Pecuniam alicui cauere. Scæuola in L. Si ex pluribus. ff. de Solutionibus; Si ex pluribus causis & chirographis creditor ita cauit, T. Meuius dico me accepisse, & habere, & accepto tulisse C. Titio reliquum omne post rationem eius pecuniæ quam mihi Stichus C. Titii seruus cauetat. Quæsitum, &c.
Summam cauere. Scæuola in L. Quæ neptis. ff. de Acquirenda hæreditate, Condemnatique pro portionibus hæreditariis singuli hæredes Sempronio cauerunt summā qua quisque condēnatus erat, cum vsuris, &c.
¶ Cauere capite, Est capitis periculo se obstringere, & alium sibi eodem vinculo obligare. Plin. lib. 34. ca. 7. 5. Aetas nostra vidit in Capitolio, priusquam id nouissimè conflagrauit à Vitellianis incensum, in cella Iunonis, canem ex ære, vulnus suum lambentem, cuius eximium miraculum, & indiscreta veri similitudo, non eo solum intelligitur, quòd ibi dicata fuerat: verùm ex noua satisdatione: nam summa nulla par videbatur, capite tutelarios cauere pro ea instituti publici fuit. Budæus.
Scriptis aut tacitis exceptionibus cauere. Cic. 2. de Inuēt. 226. Non ergo oīa scriptis, sed quędā, quæ pspicua sunt, tacitis exceptionibus caueri.
¶ Cauere testamento. Cic. 2. de Finib. 103. Sed vt sit, etiamne post mortem coletur, idque testamento cauebit is, qui nobis quasi oraculum ediderit, nihil ad nos post mortem pertinere? Ibidem. 105. Tantum dico magis fuisse verum agere Epicuri diem natalem, quàm illum testamento cauere vt ageretur.
De euictione cauere. Vlpianus in L. Si duo §. Siquis iurauerit. ff. de Iureiurando, Si quis iurauerit me ei vendidisse rem centum: ex empto agere poterit, vt ei cætera præstentur, id est vt ei res tradatur, & de euictione caueatur.
Defensum iri aduersus alium cauere. Vlpianus in L. Siquis à multis. ff. de Noxalibus actionibus, Si quidem vnus occupauerit, an melior sit eius conditio, vt ipsi soli dedatur, an verò vel omnibus dedi debeat, vel cauere debeat defensum iri aduersus cæteros?
¶ Cauere, pro cautionem exigere. Vlpianus in L. Quod ad heredem. ff. de Magistratibus conueniendis, Nam magistratus si tanta fuit negligentia vt omnem cautionem omitteret, æquum est haberi eum loco fideiussoris, vt & hæres eius teneatur. Si verò cauit: & tunc idonei fuerunt, & postea desierunt, sicut ipse magistratus probè recusaret hanc actionem, ita & hæres multo iustius.
¶ Caue facias, faxis, responderis, & similia, pro caue ne feceris siue facias aut respondeas. Plaut. Amph. 7. 50. Caue quicquam, nisi quod rogabo te, mihi responderis. Idem Aulul. 18. 11. Caue tu illi fidelis quæso potius fueris, quàm mihi. Idem Casina. 23. 2. Cauebunt qui audierunt, faciant. Horat. 2. Serm. saty. 3. 8. Caue faxis. Terent. Heaut. 1. 2. 13. Caue faxis. Ibidem. 5. 4. 8. Caue posthac, si me amas, vnquam istuc verbum ex te audiam. Cic. ad Atticum, lib. 5. 110. 3. Caue putes quicquam homines, &c. Idē de Amic. 8. Caue Catoni anteponas, &c. Idē ad Atticum, lib. 13. 268. 3. Caue facias, inquit: nā ista lex perferetur. Idē Pæto, lib. 9. 14. 10. Sed caue, si me amas, existimes me, quòd, &c.
Cauere ne. Plaut. Capt. 6. 5. Qui cauet ne decipiatur, &c. Terē. Heaut. 2. 2. 6. Etiam caues ne videat fortè. Idem And. 2. 6. 13. Cic. 4. Acad. 141. Non ne caueam ne scelus faciam? Idem ad Atticū, lib. 3. 12. 12. Vt cauerem necui suspicionem fictæ reconciliatæ gratiæ darem. Plaut. Aulul. 5. 25. Pol ea ipsa credo, ne intromittatur, cauet.
Cauere, ne fortè. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 16.
Sed tamen vt monitus caueas, ne fortè negoti
Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum.
Cauere vt. Plaut. Bacch. 1. 10. Quid isti caueā? & vt reuehat domum.
Nunquam caui quid facerem: vix viuus sum miser. Plautus. Merc. 23. 14.
Quod Barbari dicunt respicere. & Cicero præcauere & considerare dicit. Virgil. 9. eclog. 3.
– & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.
Commisisse cauet, quod mox mutare laboret. Horat. de Arte. 34.
¶ Caueri passiuè. Cic. ad Atticum, lib. 10. 207. 3. Cætera quæ quidē cōsilio prouideri poterunt, cauebuntur. Idem pro Cecinna. 59. Nec vllam rem esse quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit.
¶ Cauetur Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis, ne, &c. Plin. li. 28. ca. 2. 18. Cic. de Lege Agra. 9. Cauetur ne Ianiculo coloniā constituatis.
Caueri etiam vult iis qui secum sunt, quicquid cōtra legem commiserūt. Cic. 8. Philipp. 151.
¶ Cautum est. Plautus Capt. 6. 3. Pol tibi ne quęstioni essemus, cautum intellego.
Prædibus & prædiis populo cautum est. Cic. 3. Verr. 101. Idem. 4. Acad. 16?. At vitiosi sunt Soritæ. Frangite igitur eos si potestis, ne molesti sint: erunt enim, nisi caueatis. Cautum est, inquit.
Vt cautum sit mihi. Cic. Sallustio. 2. 16. 7. Laodiceæ me prædes acceptu rum arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi & populo cautum sit sine vecturę periculo.
Cautum est de. Cic. pro Lege Agraria. 6. Excipit in vectigali imponēdo agrum & Recentoricum Siciliensem: in vendendis agris eos agros, de quibus cautum sit fœdere. Idē. 2. de Inuent. 222. Ita lex diligenter perscripta esse demonstrabitur, ita cautum vnaquaque de re & ita quod oportuit, exceptum est, &c.
Cautum est lege XII Tabularum. Plin. lib. 16. cap. 5. 1. Cic. 2. de Inuēt. 211. Dare operam oportebit, vt de eo quod aduersarius intelligat, alia lege cautum esse doceatur.
Verbis satis hoc cautum erat? minimè. Cic. pro Cecinna. 39.
Cautum est illi. Cic. Attico, lib. 5. 95. 2. Deinde vt Faustæ, cui cautum ille esse voluisset, ratum esset. Idem. 3. Verr. 62. Semper enim existimasti, & maximè in Sicilia, satis cautum tibi ad defensionem fore. Vlpianus de Verb. signif. Cautū intelligitur, siue personis, siue rebus cautum sit.
Cauto est opus, vt sobriè, sineque arbitris accuratè hoc agatur. Id est cautè cauendum & prouidendum. Plaut. Capt. 5. 13.
Cauendus (εὐλαβητέος) Participium. Cic. ad Sulpitium lib. 4. 3. 4.
Quæ esset nta in hoc pestifero bello cauēdo & prædicēdo sententia.
Pœna cauenda. Propert. lib. 3. eleg. 14. 5.
Nec grauis austeri pœnā cauenda viri.
Vitare malum cauendo. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 4.
Cauendum & prouidendum. Cic. 2. de Orat. 162. Quod ego oratori maximè cauendum & prouidendum puto.
Cautio, cautionis, (εὐλάβεια, ...) Verbale. Præcautio, siue prouidentia quædam qua auersamur & vitamus aliquid ne nobis accidat. Cic. 4. Tusc. 12. Quoniamque vt bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus: quæ declinatio, si cum ratione fiet, cautio appelletur, eaque intelligatur in solo esse sapiente. Idem. 2. de Oratore. 166. Neque illa mea cautio & timiditas in causis, propter præstantem prudentiam Crassi, negligenda est.
Cautio & prouisio. Cic. de Amic. 67. Omnino omnium horum vitiorum, atque incommodorum vna cautio est, atque vna prouisio, vt ne nimis citò diligere incipiamus, néve non dignos.
Cautionem & diligentiam adhibere. Cic. ad Atticum lib. 1. 14. 11. Priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorū, iniquitatem maleuolorū odium in me improborum, adhibeā quandam cautionē & diligentiā.
Adiungere cautionem. Cic. 2. de Diuinat. 81. Omnis enim prædictio mali tum probatur, quum ad prædictionem cautio adiungitur.
Habere cautionem. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 5. Ego enim quæ prouideri poterunt, non fallar in his: quæ cautionem non habebunt, de his non ita valde laboro.
Defendendi cautio facilis. Cic. pro Flacco. 24.
Cautio est, id est cautione est opus, authore Donato. Terentius And. 2. 3. 16. Puerum autem ne resciscat mihi esse ab illa, cautio est. Idē Adel. 3. 3. 67. Hi mihi ne corrumpantur, cautio est. Plautus Pseud. 4. 37. Ne quisquam pertundat crumenam, cautio est. Id est, cauendum est, danda est opera ne, &c.
Mea cautio est. Cicero ad Atticum, libro. 5. 91. 5. Chartam tibi deesse, mea cautio est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tua enim cautio, nostra cautio est. Cic. pro Marcello. 12.
Cautio chirographi. Cic. ad Trebatium. 7. 18. 4. Itaque quum vestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. Id est, vt existimo, commendauit te Cæsari literis Græcè scriptis.
Pecuniarum cautiones. Cic. pro Domo sua. 99. Sed vno tempore cautiones hebant pecuniarum, &c.
Infirmæ cautiones. Cic. ad Trebatium lib. 7. 18. 3. Itaque quum vestræ cautiones infirmæ sunt, &c.
¶ Cautio, pro formula testamentorum, aut aliarum rerum, & conceptionibus verborũ. Vlpianus in L. Ita autem. § Iulianus. ff. de Administratione tutorum. Nemo enim tus publicum remittere potest huiusmodi cautionibus. Cic. pro Sestio. 13. Hunc vir clarissimus, mihique multis repugnantibus amicissimus Cn Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat, mihil in Tribunatu contra me esse facturũ. Idem pro Fonteio. 1. Videte quo descendam iudices, quàm longè videar à consuetudine mea, & cautione ac diligentia discedere.
¶ Cautio, pro instrumento obligationis. Seneca de Benef. 7. Video illic diplomata & tyngraphas, & cautiones, vacua habendi simulachra.
¶ Proferre cautiones. Seneca de Benef. lib. 3. ca. 7. De quibusdam etiam imperitus iudex demittere tabellam potest, vbi fecisse, aut non fecisse pronuntiandum est, vbi prolatis cautionibus cõtrouersia tollitur, vbi inter disputantes ratio ius dicit.
Cautionalis, & hoc cautionale, pe ult. prod. (ἰυλαβητικος,) vt Cautionales stipulationes Prætoriæ, apud Vlpianum in l. prima, de Prætoriis stipulationibus, lib. 46. digestorum, Prætoriarum stipulationum tres videntur esse species, Iudiciales, Cautionales, Cõmunes. Et paulo pòst, Cautionales autem sunt quæ instar actionis habent, & vt fiat nouatio, intercedunt.
Cautus, Adiectiuum, (ἰυλαβὴς, ἀπροκαλήπτος,) Prudens & qui sibi probè & negotiis suis cauet. Plaut. Pœnul. 5. 5. 7. Egon' patri subripere possim quicquam cauto seni? Terent. Phorm. 4. 5. 3. Vt cautus est, vbi nihil opus est.
Cautus & Tardus, contraria. Cic. 4. Acad. 173. Vide quàm sit cautus is, quem ille tardum putant.
Diligens & cautus. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 25. Id qui in eiusmodi rebus, in quibus vereor etiámne durior sim, cautus esse velim ac diligens.
Cauti ac diligentes prohibent. Quintil. lib. 4. cap. 1. 48.
Cautus & prouidus. Cic. pro Roscio Amer. 69. Itaq; nunc illi hoses honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti, prouidique fuisse. Idem. 12. Philip. 336. Possumne igitur satis videri cautus, satis prouidus, si me huic itineri tam infesto, tamque periculoso committere?
Verbis serendis cautus Horatius de Arte poet. 10.
In verbis etiam tenuis, cautusque serendis
Dixeris egregiè, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouum.
Cautus in credendo. Cic. Attico, lib. 10. 209. 4. Ero tamen in credendo, vt mones, cautus.
In scribendo cautus. Cic. 3. ad Qu. frat. 14. 10. Quàm autè te velim cautum esse in scribendo, ex hoc coniicito.
In periculis cautus. Cic. 1. de Lege Agraria. 17. Sequentur authoritatem Consulis soluti à cupiditatibus, liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus.
Intra spem veniæ cautus. Horat. in Arte poet. 54.
Idcircone vager, scribamque licenter? an omnes
Visuros peccata putem mea, tutus, & intra
Spem veniæ cautus? vitaui denique culpam, Non laudem merui.
Ars cauta. Ouid. 2. de Arte amandi. 40.
Bellum cautum. Sil. lib. 8. 65.
– & cauti medicamina belli Lentus ama.
Parum cauta dextra. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 1.
Dolus cautus. Seneca in Herc. Oeth. 5.
Intrant fraudes cautique doli.
Formido cauta. Sil. lib. 16. 170.
Magnosque horrebant cauta formidine casus.
Manus cautas præferre. Ouid. 2. Fastorũ. 68. de Fauno qui noctu ad Hercilis cubiculum accedebat.
Intrat, & hoc illuc temerarius errat adulter,
Et præfert cautas, subsequiturque manus.
Nauita cautus Ouid. 2. de Remed. amoris. 69.
Nummos cautos exponere, Id est nummos cautè exponere. Horatius secundo, Epist. 1. 21.
Pectus parum cautum. Propert. lib. 3. eleg. 5. 2.
Ille parum cauti pectoris egit opus.
Timor cautus. Ouid. 3. Trist. 4. eleg. 13.
Viator cautus. Ouid. 2. Trist. 54.
Vlpes cauta. Horat. 1. Epist. 15.
Cautior & moderatior liberalitas. Cic. ad Brutum. 4. 6. Vnum hoc grato animo, liberalique profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem desyderat.

Nemo cautior. Cic. 12. Philipp. 336.
Nemo minus timidus, nemo cautior res declarat.
Consiliis cautioribus vti. Cic. 13. Philip. 346. Quid sapientia? cautioribus vtitur consiliis, in posterũ prouider, est omni ratione protectior.
Iudices cautiores facere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 15.
Cautior labor. Claud. epigram. 42. 4.
Cautior in sexu debiliore labor.
Pars cautior. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 33. Tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautior.
Cautior res. Cic. pro Cecinna. 8. Quo muliori esset res cautior, curauit vt in eo fundo dos collocaretur.
Ad laqueos cautior. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 10.
Non poteram ad laqueos cautior esse tuos.
Cautè, (ἰυλαβῶς,) Aduerbium, Prudenter, callidè. Plautus Curcul. 2. 32.
Cautè vt incedas via.
Cautè & cogitatè suum rem tractare. Plaut. Trinum. 6. 45.
Diligenter & cautè excogitare quid dicamus. Cic. 6. Verr. 129.
Cautè & diligenter facere iter. Cæsar. 5. bel. Gal. 182.
Occultatè conari, & cautius efficere aliquid. Cic. p Deiotaro. 13. Quod igitur & occultius conari, & efficere cautius potuit?
Cautissimè aliquid tractare. Cic. 2. de Oratore. 134. Et apud Plinii lib. 15 cap. 3. 3. Cautissimè agere.
Cautè & pedetentim dicere. Cic. pro Cluentio. 93. A me tamen vt æquũ est, omnia cautè, pedetentimque dicentur.
Abducere cautè. Cic. 2. de Diuinatione. 19. Sed animaduerti Quinte, te cautè, & abiis coniecturis quę haberẽt aręs atq; prudentiã, & ab iis rebus quæ sensibus aut artificiis perciperent, abducere diuinationem.
Amare cautè. Ouid. 2. de Arte. 34.
Pugnare cautè. Ouid. Epist. 13. 30.
Transire limen cautius. Ouid. 1. Amorum, eleg. 12.
Scriptum cautè, vt centum nummi deducerentur. Cic. 2. de Legib. 83.
Cautim, (ἀπροκαλήπτως,) Id est cautè. Terent. Heaut. 4. 2. 30.
Sed hæc ita vt sunt, cautim & paulatim dabis,
Si sapies. Actius Alphesibœa, Sed tibi cautim est adeũdum ad virum.
Idem Philoctete, Contrà est eundũ cautim, & captandum mihi.
Catus, (ἔμφρων, νουνεχὴς,) Antiquum vocabulum, Idé quod cautus. Plautus Mostell. 4. 29. Equidem pol mitor tam catam, tam doctam re, & bene doctam. Cic. 2. Tuscul. 78. Sed homo catus nunquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum. Legitur & cautus. Plaut. Di istam perdant, ita cata est & callida.
Catus Mercurius. Horat. 1. Carm. ode. 10. 1.
Mercuri facunde nepos Atlantis
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus.
Catum consilium. Plaut. Epid. 5. 74. Dederim vobis consilium catũ. Hoc est prouidum & sanum.
Prudens & catus. Cic. 1. de Legib. 67. Quis igitur prudentem, & (vt ita dicam) eatum, non ex ipsius habitum, sed ex aliqua re externa iudicet?
Iaculari catus. Horat. 3. Carm. ode. 12. 2.
Catus idem per apertum fugientes
Agitato grege ceruos iaculari.
Catè, (νουνεχῶς,) Idé significat qđ cautè. Plaut. Menæ. 4. 20. Sic decet dari facere verba, custodi catè. Ibidem. 9. 55. Quæ te nouit tam cate. Catum enim veteres, acutum dicebant, teste Varrone de Ling. Latina.
Cautor, (ἐυλαβητὴς, ἐγγυητὴς,) Verbale. Qui cauet & prouidet. Plautus Capt. 6. 6.
Qui cauet ne decipiatur, vix cauet, quem etiam cauet?
Etiam quũ cauisse ratus est, sæpè is cautor captus est. Idé, Epid. 3. 21.
– iam cautor ipse captus'st.
Cautor alieni periculi, Qui solicitus est & prouidet ne quis incidat in periculum. Cicero pro Sestio. 12. At ille nefarius ex omnium scelerum colluuione natus, parum se fœdus violaturum arbitratus, misi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset, &c.
Cautor formularum, Iurisperitus dicitur apud Ciceronem in tertio de Oratore. Budæus.
Cautèla, cautelæ, pen. prod. (ἐυλάβεια, ἐυγγύη,) pro cautione. Paulus in l. Si defunctus. § Qui ad communi. ff. de Procuratoribus, Qui ad communi diuidundo iudicium datus est, ad agendum idem, & defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda. Pomponius in l. Quibus conuenerit. ff. de Pignorat. actione, Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda.

Cauerna, Vide CAVVS.

Cauilla, caullæ, & caullum, caulli, (σκωμμάτιον,) Caullatio est, & irrisio, Authore festo, siue iocus. Plaut. Aulul. 20. 10. Pone hoc sis: aufer caullam, non ego nunc nugas ago.
Caullatio, caullationis, (σκῶμμα, σόφισμα, παιγνιογιμός,) Iocosa eriminatio, inquit Festus, siue vt Cicero ait, genus facetiæ quod sit mentiendo. Plautus Truc. 14. 12.
– quid id est, amabo? istæc ridicularia, caullationes vis
Opinor dicere, ita vt pauxillum differat à caullis. Cic. 2. de Orat. 120.
Etenim quum duo genera sint facetiarum: alterum æqualiter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breuetilla à veteribus superior, caullatio: hæc altera, dicacitas nominata est.
Per caullationem perduci. Liuius. 8. bel. Maced. 57. Nũc p caullationẽ, nunc precibus, & similatis lachrymis ad centũ talenta est perductus.
Caullatio, est (inquit Valla lib. 6.) subdola ratio, quam conscii nobis mendacii, vincendi tamen causa proferimus. Vlpianus in L. Natura. ff. de Verborum & rerum significũ. Natura caullationis, quam Græci σοφίσματα appellauerunt, hęc est vt ab euidenter veris, per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt perducatur.
Verborum caullationes. Quintil. lib. 2. cap. 17. 5.
Ineptæ caullationes. Quintil. lib. 1. cap. 7. 16.
Effugere omnem caullationem. Quintil. lib. 1. cap. 5. 14.
Caullor, caullaris, (σκώπτω, σοφίζομαι, παιγνιογίζω,) caullari, Iocari, inquit Nonius, siue etiam irridere. Cic. 3. de Orat. 67. Vt ille in Gorgia Socrates caullatur. Idem ad Qu. Fratrem, lib. 2. 14. 2. Præterea togam sum eius prætextam, quam erat adeptus Cæsare COS. magno hominum risu caullatus. Liuius. 2. ab Vrbe. 254. A Centurionibus corruptum exercitum dicere, Tribunos plebeios caullans, interdum & Volerones vocare. Idem, Hæc siue vllius assensu caullante Appio.
Caullari cum aliquo & iocari. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 10. Itaque iam familiariter cum ipso caullor, ac iocor.
Caullari in aliquo aliquid. Cic. 3. de Nat. deorum. 120. Atqui in eo etiam caullatus est, æstate grauem esse autumni amicum, hyeme frigidum.
Verba patrum caullari. Tacitus lib. 1. * Quintil. lib. 1. Qui hanc artem vt ridiculam & tenuem caullantur.
* Caullatio, onis, (σκώμμα,) Quintil. lib. 1. Atque vt omnem effugiam caullationem, sit aliquando, &c. & alibi ter vel quater.
Caullator, Verbale, (σκώπτης,) Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 4. COS. autẽ ipse paruo animo, & prauo, tamẽ caullator genere illo morosо, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quàm facetiis ridiculus. Plautus, Caullator facetus, vel conuiua commodus item ero.
Caullatus, huius caullatus, Aliud verbale. Apuleius in Asino, lib. 8. Sed ille cognito caullatu, similis indignanti, At te inquit, &c.

Caula, caulæ, (αὐλιον,) à cauum dicta, Stabulum in quo pecudes recondũtur: quòd antiquitus ante vsum tectorum, oues antris teneri solebant. Virg. 9. Aeneid. 12.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Quum fremit ad caulas. Vbi Seruius, Caulas, Munimenta & septa ouium. est enim Græcum nomen, e detracto. nam Græci aulas vocant animalium receptacula.
Caulas constat pro quocunque receptaculo siue conceptaculo à veteribus dictas fuisse. vt apud Lucretium lib. 2. 190.
Donec materies omnis concussa per artus
Vitales animæ nodos à corpore soluit,
Dispersamque foras per caulas eiicit omnes. Idem lib. 3. 52.
Vique adeò vitæ dehit locus, atque animãti
Diffugiunt partes per caulas corporis omnes. Idem lib. 4. 133.
Palati caulas dixit,
Illi, cui suaue'st, leuissima corpora debent
Contrectabiliter caulas intrare palati. Id est meatus & foramina.
Rursum lib. 6. 169. Dispergunt animas per caulas corporis omnes.

Caulis, huius caulis, masc. g. (καυλὸς,) In herbis dicitur ipsum robur, siue stipes id sit, ea herbæ pars, vnde se producunt folia aut ramusculi. Plin. lib. 19. cap. 8. 1. Et latius autem differentiæ in folio, denso, crispo, aut rariore, & leuiore. Item caule tenuiore aut crassiore. Et caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius. Idem lib. 18. ca. 7. 8. Fabę in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodiis. Et paulo pòst, Quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, vt pisorum.
Caules brasilici. Cic. 1. de Nat. deorum. 179. Iam verò vites sic clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt, atque se ita erigunt vt animantes: quinetiam à canibus brasilicis, si propter fati sint, vt à pestiferis & nocẽtibus refugere dicũtur, nec eos vlla ex parte cõtingere. Teneri caules. Horat. 1. Serm. saty. 3. 23.
Caulis palmeus. Colum. lib. 16. cap. 10. 2. Vide ORCHIS.
Caulis vitis. Virg. lib. 12. Puberibus caulẽ foliis. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 31. 1. Pampinare est ex sarmento caules qui nati sunt, de iis qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere.
¶ Caulis, pro brasilica. Plin. lib. 17. cap. 24. circa finem, Odit & caulem vitis & omne olus.
Vngere caules oleo. Horat. 2. Serm. saty. 3. 16. Persius Saty. 6. 8.
– nunc impensius vnge Vnge puer caules.
Frangere caules. Hora. 1. Serm. saty. 3. 23.
Qui teneros caules alieni fregerit horti.
Caulis subur banus. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 3.

¶ Caules pennarum auium. Plin. lib. 11. cap. 39. 3. Pennarum caules omnium auium præcisi nonrescunt, vulsi autem renascuntur. Quidam hîc legũt præcisæ & aullæ, fœminino genere: & vt opinor, corrupte: quum aliis locis legatur in masculino genere apud eundem.
Caulis caudæ. Plin. lib. 11. cap. 50. Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus.
Cauliculus, pen. cor. (καυλίσκος,) Diminutiuum. Plin. Ipsorum caulium delicatior, teneriorque cauliculus. Idem lib. 12. cap. 12. 5. Distat, q̃ sine cauliculo est. Et lib. 24. cap. 6. paruulus cauliculus.
Caulesco, caules cis (καυλόομαι,) caulescere, Folia producere. A quo Decaulesco. Vide suo loco.
CAVLVM, siue Caulon, (καυλωνία,) Oppidum quod à Plinio libro. 3. cap. 10. collocatur in prima regione Italiæ. Virgil. 3. Aeneid. Caulonisque arces & nauifragum Scyllaceum. Hãc Strabo lib. 6. vocat Caulonam, dicens, Post Sagram Caulonia extat, prius Aulonia, quasi Valonia, à vicina conualle nominata, ab Achiuis ædificata, nunc autem vacua est. Horat. 2. Carm. ode. 6. 4. – & amicus
Caulon fertilis Baccho.
CAVNVS, (κανὸς,) Cariæ oppidum ad Calbin fluuium. Meminit Calbis. Strabo lib. 14. Et adiuncti oppidi Cauni æstate & autumno, vt ipse ait, ad inhabitandum grauis, ob calorem & pomorum copiam. Ob id Caunii pestilenti cœlo esse dicuntur. Hos quum intuitus esset Strato icus citharœdus, homo fabulis plenus, illam ex. 6. Iliados verficulum in eos protulit.
Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Liuorem videlicet, quo omnes pallebant, fugillans. Caunii verò quum hominem interfissent acrius, quòd vrbem vt morbidam carperet, Ego (inquit) eam morbidã dicere audim, vbi mortui ambulãt? Vrbanius multo acriusq; quàm prius illudens. Hactenus Strabo.
Caunea fici, à loco sic dictæ. Cic. 2. de Diuinat. Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidã in portu caricas Cauno aduectas vẽdens, Cauneas clamitabat. Plin. lib. 15. cap. 19. Ex hoc genere sunt, vt diximus, coctana, & cariçæ, quæ ijs consecendenti nauim aduersus Parthos omen fecere M. Crasso, vænales prædicantis voce Caunęę.

Cauo, cauas, **Cauatus,** Vide CAVVS.

Caupo, caupõnis, pen. prod. (κάπηλος, οἰνοπώλης,) Dicitur ipse tabernarius. Vlpianus in l. prima. § Caupones autem. ff. Nautæ, caupones, stabularii, vt recepta restituant. Caupones autem & stabularios æquè eos accipiemus qui cauponam vel stabulum exercent, institoresve eorum. Cic. 1. de Diuinat. 101. Quum duo quidam Arcades admodum familiares iter vnà facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponem diuertisse, ad hospitem alterum, &c. Martial. lib. 1. 52. Non pores, vt cuperes, vendere caupo merũ. Iuuenal. Saty. 6. 59.
Consulit ante Phalas, delphinorumque columnas,
An saga vendenti nubat caupone relicto, &c.
Perfidus caupo. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 6.
Maligni caupones. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 1.
¶ Reperitur & Copo scriptum apud antiquos: vt apud Ciceronem pro Cluentio. 131. ex antiquis codicibus. Atque etiam, vt nobis renuntiatur, hominem multorum hospitum, A. Biennium quendam coponem de via Latina, qui sibi à Cluentio, seruisque eius in taberna sua manus allatas esse diceat.
Caupõna, pen. prod. (κάπηλεῖον,) Ipsa taberna vinaria. Cic. in Pisonẽ. 41. Nonne tibi nox erat pro diet non solitudo pro frequentia? caupona p oppido? Plin. lib. 16. cap. 36. 2. de aquaticis calamis & fruticibus, Aut enim pro pluma strata cauponarum repleri, &c.
Viuere in caupona. Horat. 1. Epist. 11. 3.
Caupõnula, pen. corr. (καπηλείδιον,) Diminutiuum. Cicero. 2. Philipp. 84. Delituit in quadam cauponula: atque ibi se occultans, perpotauit ad vesperum.
Cauponius, (καπηλικὸς,) Adiectiuum. Plan. Pœnulo. 19. 19. Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer cauponius? Iustinus lib. 1. Iustitiæ cauponas & ludicras artes & lenocinia exercere. Martianus de Fundo instructo, & instrumento legato. L. Pictoris, Et instrumẽto cauponio institorem.
Caupõnor, pen. prod. cauponãris, (καπηλεύω,) cauponari, Est lucri causa, cen caupones solent, aliquid venditare.
Cauponari bellum, per metaphoram, Lucri causa bellum gerere. Ennius apud Ciceronem, lib. 1. Offic. 59.
Nec mi aurum polco, nec mi prerium dederitis,
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes.

Caurio, cauris, Verbum pantheribus proprium, vt latrare canibus. vt vult is qui conscripsit librum Philomelæ, qui vulgò Ouidio tribuitur. 10. Panther caurit amans, pardus hiando felit.
CAVRIVM, (κάυριον,) Lusitaniæ oppidum Ptolemæo talio nosse Cauria. Vulgò Corra.

Caurus, (ἀργέστης,) Ventus ab occasu flans, qui & Corus dicitur & Euronothus. Virgil. 3. Georg. 71.

Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

Causa, (αἰτία, αἴτιον, ὁ ἐπὶ, λόγῳ,) siue causa (vt scripserunt Virgilius & Cicero, teste Quintiliano) Dicitur id ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit. Differt que causa à ratione: quòd causa est impulsus ipse ad aliquid agendum: Ratio verò ordo gerendorum ex causa venientium. Quidá causam à chaos detracta aspiratione dictam esse existimant: quòd confusa illa materia prima omnium rerum causa fuerit. Alii à Græco κίνησις, quod ardorem, siue incendium significat: quòd causa sit quæ nos accendit atque inflammat ad aliquid agendum. Nonnulli à cauendo: quòd ea sit quæ cauet vt aliquid agatur, aut non agatur. Quidam à casu: quòd initia & origines rerum quæ causæ sunt, casu eueniant.

Causa ea est, quæ id efficit cuius est causa: vt vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. Cic. de Fato. 10. Et paulò pòst. 5. Nulla igitur earum est causa, nulla earum rerum sua vi efficit id cuius dicitur causa.

Nihil fieri sine causa potest. Cic. 2. de Diuinat. 39.

Causa & ratio. Cic. 1. Offic. 96. Causa autem, & ratio efficiens magnos viros, in priore est.

Semen & causa bellorum. Cic. 1. Offic. 40. Nec verò vnquam bellorũ ciuilium semen & causa deerit.

Principium & causa philosophiæ est scientia. Cic. 1. de Nat. Deor. 2.

Ad eam causam scripta interpretari. Cic. 1. de Inuent. 83. Quamobrẽ igitur leges seruari oportet, ad eam causam scripta interpretari conuenit, &c. Hoc est quoniam Reipub. seruimus: sex Reipub. commodo atque vtilitate leges interpretamur.

Causa est faciendi. Cic. 1. de Arusp. resp. 40. Nulla enim potest cuiquam malè de Repub. merendi iusta esse causa.

Causa est cur. Cic. 4. de Finib. 35. Qua exposita, fcire cupio quæ causa sit cur Zeno ab antiqua institutione desciuerit.

Erit causa qua, pro cur, vel quamobrem. Cic. pro Domo sua. 1. Si mautem vestra authoritate, sapientiaque Pontifices, eaque furore improborũ in Repub. ab aliis oppressa, ab aliis deserta, ab aliis prodita, gesta sunt, restituentur: erit causa, qua cõsilium maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis iure ac merito laudare possimus.

Causa est quo. Plantus Aulul. 5. 14.
Ne cauſæ quid ſit, quo te quiſquam quæritet.

Hæc causa est, quòd. Cic. de Arusp. resp. 32. Quare autem de his dici suspicer, hæc causa est, quòd sic statuo, &c.

Id erit causæ quòd. Cic. ad Lẽtulum, lib. 1. 7. 2. Quod si rarius fiet, quàm tu expectabis, id erit causæ, quòd non eius generis meæ literę sunt, vt eas audeam temerè committere.

Ea causa. Terentius Hecyra. 3. 2. 13. Iam ea te causa maximè huc nunc introire nolo.

Ea causa est vt. Cicero Attico, lib. 8. 160. 1. Huius autem epistolę non solum ea causa est, vt &c.

His de causis credere. Cic. Attico, lib. 6. 1. 3. 4. 27.

In causa damnationis fuisti multos offenderas, &c. Quint. lib. 7. c. 2. 37.

Non est causa cur. Cic. 4. de Finib. 5. Vt non esset causa Zenoni quũ Polemonem audiisset, cur & ab eo ipso, & à superioribus dissideret. Idem pro Roscio Amer. 86. Quòd si tibi causa nulla est, cur hunc miserũ tanta calamitate affici velis, &c.

Non sine causa exquirere. Cic. Attico, lib. 13. 280. 1. De Varrone non sine causa quid tibi placeat, tam diligenter exquiro.

Nulla causa, vel Nunquid causæ quin, &c. Plautus Rud. 4. 3. 6. Ni istum cepi, nulla causa est quin me condones cruci. Idem Capt. 6. 103. Num quæ causa'st, quin si ille huc non redeat, &c. Sic in Casin. 2. 5. 14. Idem Milit. Nunquid causæ est ilico quin te in pistrinum dedam? Id est, recusisne, aut renuis ne? Cicero. 2. de Oratore. 102. De me autem causa nulla est cur apud homines prudentissimos, atq; amicissimos mentiar. Idem. 3. de Lege Agraria. 3. Si doceo illa quæ dixi, Nũquid causæ est Quirites, quin illa crimination e, qua in me absentem vius est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam, prudẽtiamque desperexerit? Id est num inficiari ille potest? Idé pro Cælio, Causa nulla est quin ad diem decedam sublato metu Parthico. Idem p. Quintio. 17. Nũquid est causæ C. Aquili, quin si longè, &c. Sic. 2. de Lege Agraria. 49.

Ob eam ipsam causam. Cic. de Claris Orat. 14. Grandes erãt verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eã ipsam causam subobscuri. Idem ad Lentulum, lib. 1. 8. 8. Hæc ego ad te ob eam causam maximè scribo, vt iam de tua quoque ratione meditere.

Per causam, Id est prętextu. Suetonius in Othone, cap. 3. Quare diducto matrimonio, fepositus est per causam legationis in Lusitaniã, &c. Cæsar, Repetita Bithynia per causam exigendæ pecuniæ.

Per causam inopum atq; imperitorum. Cicero pro Domo sua. 11. Quũ tu in annonæ caritate, in Consules, in Senatum, in bona fortunasq; locupletum, per causam inopum atque imperitorum repentinos impetus comparares.

Pro causa. Cæsar, At Cæsar beduũ in iis locis commoratus, pro causa supplementi, ab exercitu discedit.

Pro magnis causis. Cic. pro Sylla. 17. Sed tamen te à me pro magnis causis nostræ necessitudinis monendum esse etiam, atque etiam puto.

Qua de causa quis quid sentiat. Cic. 1. Offic. 205.

Quidnam causæ cur. Cic. 3. Tusc. 1. Quidnam esse Brute, causæ putẽ, cur quum constemus, &c.

Quid causæ est, quin. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 5.

Quid causæ est, meritò quin illis Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet?

Satis causæ. Cic. 2. de Inuen. 165. Iudicatio, Atrocitas iniuriarum satisne causæ sit, quare dum, &c.

Sine causa. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. 41. Qui intelligũt neminem ne minimum quidem maleficii sine causa admittere. Idẽ. 1. de Diuina. 130. Ipse & equus eius ante signũ Iouis Statoris sine causa repentè cõcidit.

Sine multis causis. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 23. Verisimile non est odio fuisse parenti filium sine causis multis & magnis & necessariis.

¶ Causa arborũ est in seminibus. Cic. 2. Philip. 69. Vt igitur in seminibus causa est arborũ & stirpiũm: huius luctuosissimi belli semẽ tu fuisti.

Libertatis causa fuit ciuitati. Cic. 1. de Finib. 106. Hic dolor Pop. Rom. duce & authore Bruto, causa ciuitati & libertatis fuit.

Malorum causa fuit adolescenti. Cic. pro Cælio. 13. Et Attico, lib. 1. 8. 7.

Mortis causa fuit. Cic. 9. Philipp. 161. Is enim profectò mortem attulit, qui causa mortis fuit. Idem. 2. Philipp. 69. Causa belli, causa pestis atque exitii fuit.

Ruinæ causa nota. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 20. de seipso loquens,
Causa meæ cunctis nimium quoque nota ruinæ,
Indicio non est testificanda meo.

¶ Adipiscendarum voluptatum causa. Cic. 1. de Finib. 55. Voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendarum causa.

Breuitatis causa. Cic. Attico, lib. 8. 165. 1. Lippitudinis meę signum tibi fit librarii manus, & eadem causa breuitatis.

Contumeliæ causa. Terent. in Eunuch. 5. 2. 38.
– vnum hoc scito: contumelię
Non me fecisse causa, sed amoris. Cic. in Pisonem. 53. Non me hercule contumeliæ causa deserebam quenquam, præsertim ingeniosum hominem atque eruditum, &c.

Decoris causa. Quintil. lib. 3. cap. 8. 24. Sed personã sæpius decoris causa intuemur, quæ & in nobis, & in iis qui deliberant spectanda est.

Honoris causa facere. Cic. de Claris Orat. 43. Se, quæ fecisset honoris eorum causa, studiosè accurateque fecisse.

Causa mea. Quod ad me attinet. Plaut. Rud. 4. 5. 1. Mea quidẽ hercle causa saluos sis licet. Idem Trinummo. 3. 3. 135. – sis mea Causa quod iubet: prius non is eras qui eras. Idem Menæch. 16. 27.
Mea quidem hercle causa vidua víctita,
Vel vsquedum regnum obtinebit Iuppiter.
Causa mea, causa tua, causa vestra, Quod vulg⁹ dicit, Amore mei, tui, vestri. Plaut. Amphit. 6. 41. Noli (amabo) Amphitruo iraſci Soſiæ causa mea. Idem Menæch. 14. 88. Et Terent. Heaut. 5. 5. 23. Quæ mea causa fecit. Idem in Prologo Hecyræ. 28. – mea causa æquo animo attendite. Idem Eunuch. 5. 9. 40. Me huius quicquid facio, id facere maximè causa mea. Cic. in Verrem, Cui orbem terrarum circuire non erit longum mea causa. Idem ad Atticum, Sin vellent nostra causa, nihil posse illis inuitis. Id est si commodare nobis vellent. Idem ad Titium. 13. 76. 1. Cuius causa omnia tum cupio, tum me hercule etiã debeo. Et pro Sex. Rosc. 88. Quoniam ad dicendum impedimento est ætas, & pudor, qui ornat ætatem, causam mihi tradidit, quem sua causa cupere ac debere intelligebar. Idem de Amicitia. 51. Quàm multa enim quæ nostra causa nũquam faceremus, facimus causa amicorum. Plautus Aulul. 5. 7. Sic causa maris hoc ego oculo minimè vtor. Plautus Milite. 19. 25. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 10.

Abesse te mea causa molestè fero, tua gaudeo. Cic. ad Cassiũ, lib. 15. 18. 3.

Mei causa dare. Papinianus in L. Si remi. Secundum hęc. ff. de Præscriptverb. Si verò mei duntaxat causa datum est, dolum solum quia propè depositum hoc accedit.

Sui causa accipere. Vlpianus in L. Eum qui. Sed & si. ff. Commodati. Si verò ipse cui voluit commisit, æquè mihi culpam præstabit, si sui causa accepit.

Alicuius causa cupere. Cicero Attico, lib. 15. 321. 3. Scripsi iampridem ad Dolabellam accuratissimè: modò redditæ literæ sunt, eius causa & cupio & debeo.

Tua causa velim. Cic. ad Appium Pulchrũ. 3. 6. 18. Si natura es φιλάδελφος illud non perficies quo minus tua causa velim.

Sua aut Reipub. causa. Cic. Attico, lib. 8. 145. 3. Si me vellet sua aut Reipub. causa Lucerĩam venire.

Causa nummorum, causa temporis. Plautus Mostel. 6. 10. – quitrium nummorum causa subeunt sub hasta. Cicero de Amicitia. 26. Nam vti nummorum causa subeunt sub hasta. Cicero de Amicitia. 26. Nam vti amicitiates quidem etiam ab iis percipiuntur sæpe qui simulatione amicitiæ coluntur, & obseruantur causa temporis. Pro hoc alibi idem dicit, Vt vt tempus est.

Salutis omnium causa decedere. Cic. Antequam iret in exilium. 12.

Inter causas timoris dicitur esse quippiam. Vide INTER.

Verbi

Verbi causa. Cic. de Fato. 18. Si quis, verbi causa, oriente Canicula natus est, is in mari non morietur. Id est exempli gratia. Lucretius lib. 3. 86. Vide VERBVM.

Viæ causa. Ouid. lib. 1. Metam. 150.

Videndi causa. Virg. eclog. 1. 6.
Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? Plin. lib. 11. cap. 37. 56. Causa videndi discuere.

Vtendi causa. Lucret. lib. 4. 170.
Haud igitur potuêre vtendi crescere causa. Et paulo inferius,
Hæc igitur possunt vtendi cognita causa
Credier: ex vsu quæ sunt, vitaque reperta.

Vtilitatis causa. Lucr. li. 5. 174. Quę damus vtilitatis eorũ prę mia causa.

¶ Abdita causa. Vide ABDITVM.

Apparentes causæ. Ouid. epist. 20. 20.
Languor enim causis non apparentibus hæret.

Certis de causis aliter existimare. Cic. 1. de Orat. 91. Quod quidem certis de causis à plerisque aliter existimatur.

Consimili causa moueri. Lucret. lib. 4. 47.

Dubiæ causæ. Ouid. 6. Fast. 1.
Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas.

Fallaces causæ. Claud. 1. in Ruffin. 48.

Fortuita causa. Vlpianus in Lege. 18. Meritò. ff. Depositi, Meritò has causas deponendi separauit Prætor, quæ continent fortuitam causam depositionis ex necessitate descendẽtẽ, non ex voluntate proficiscentẽ.

Graui de causa. Cic. Attico, lib. 7. 127. 2. Quod scribis in vrbem introisse, vereor quid sit. nam id nisi graui de causa non feciſſet.

Honesta causa. Cic. 2. Offic. 38. Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta victoria.

Inepta causa. Vide INEPTVS.

Inualida causa. Lucan. lib. 7. 14.
Abdidit inualidæ robur facundia causæ.

Iusta causa nulla cuiquam esse potest contra patriam arma capiendi. Cic. 2. Philipp. 68. Vide IVSTVS.

Iustis de causis rationes deferre. Cic. ad Rufum, lib. 5. 20. 8.

Latens causa, Ignota. Ouid. epist. 20. 39.
Nam lachrymæ causa sæpe latente cadunt.

Leuis causa. Vide LEVIS.

Leuissimæ & infirmissimæ causæ. Vide INFIRMVS.

Causa leuis impulit me. Terent. Hecy. 3. 4. 17.

In ea causa res est, Id est talis & huiusmodi. Vlpianus in L. 2. ff. de Except. rei iudicatæ, At si non in ea causa sint tabulæ testamenti, vt contra eas bonorum possessio dari possit.

Memorabili causa, sed euentu misero. Vide MEMOR.

Mutabilibus causis hostis non est, sed natura. Vide MVTO.

Nocens causa. Ouid. 2. Metam. 107.

Occultæ rerum causæ. Stat. lib. 6. Thebaid. 187.
Quis fluere occultis rerum negat omnia causis?

Optima causa. Ouid. epist. 20. 5.

Paruula causa. Lucret. lib. 4. 39.

Peracuta causa. Vide PERACVTVS.

Pia causa coegit. Ouid. 6. Metam. 100.

Plurimis iustissimisque de causis. Cic. 4. Verr. 2.

Pudendã causa, Non honesta. Ouid. epist. 5. 20.

Recens accedit causa. Ouid. 3. Metam. 15.
Tum verò postquam solitas accesit ad iras
Causa recens, plenis tumuerunt guttura venis.

Repens causa, pro repentina. Tacitus lib. 15. 244. 27. Accesserat repens causa, quòd Vestinus Statiliam Messalinam matrimonio sibi iunxerat, haud nescius inter adulteros eius & Cæsarem esse.

Speciosas causas habere. Cic. Attico, lib. 16. 334. 8. Reuertionis has speciosas causas habes, iustas illas quidem & magnas, sed nulla instior q̃ quòd tu idem aliis literis.

Tenuis, inops, nec scriptione digna causa. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 12. 2. Quam velim sic legas, vt causam tenuem & inopem, nec scriptione magno opere dignam.

Terrima belli causa. Horat. 1. Serm. saty. 3. 22.

Valentes causæ. Ouid. lib. 1. Trist. eleg. 7. 6.
Quid, nisi coniunctus, causisque valentibus esſem?

Victrix, & victa causa. Lucan. lib. 1. 26.
Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni.

¶ Accipere causam quæsiti. Ouid. 4. Metam. 159.
– quoniam scitaris digna relatu
Accipe quæsiti causam.

Accumulare causas. Ouid. 13. epist. 13. – licet vndique fata
Accumulent causas: tempora parua peto. Vide ACCVMVLO.

Adiicere causam. Ouid. 1. Fast. 38.
Dulcia cur dentur video. stipis adiice causam:
Pars mihi de festo ne labet illa tuo.

Probabilem causam afferre. Cic. 1. Academic. quæst. 14. Causam autem probabilem tu quidem affers. aut enim Græca legere mallent, qui erũt eruditi, aut, &c.

Afferre causam consilii. Cic. 2. Philipp. 68. Quam causam dementissimi sui consilii & facti afferebat.

Afferre causam faciendi aliquid dicitur res aliqua. Cic. 2. de Diuinat. 8.
Ac mihi quidem explicandæ philosophiæ causam attulit casus grauis ciuitatis.

Aperire causas. Propert. lib. 4. eleg. 11. 1.

Attribuere causam calamitatis. Vide ATTRIBVO.

Valetudinis causas sæpe attulerunt cibi. Quintil. lib. 2. cap. 16. 4.

Augere causas lachrymarum. Quintil. in procem. lib. 6. 6.

* Causa cadere. Quintil. lib. 5.

Cognoscere causas. Pers. Saty. 3. 7.
Discite ę o miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quàm mollis flexus, & vnde.

Cognoscere causas rerum. Virgil. 2. Georg. 98.

Conferre causas. Cic. 2. de Diuinat. 223. Quum autem proprium sit Academiæ, iudicium suum nullum interponere, ea probare quæ similima veri videantur, conferre causas, & quid, &c.

Congerere causas in aliquem. Vide CONGERO.

Conficere causam in aliquem. Vide CONICIO.

Constat causa belli huius in tua persona. Cic. 2. Philipp. 68. Tibi certè cõstitendum est, causam pernicioſissimi belli in persona tua constitisse.

Contrahere sibi causam mortis. Vide CONTRAHO.

Dare causas ad culpam. Virgil. lib. 2. Georg. 91.

Causa data, causa non secuta, Id est propolita, non effectum sortita. Vnde titulus est lib. 12. Digest. De condictione causa data, causa nõ secuta.

Deficiunt causæ. Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 8.
Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentes
Centaures letho domuit, Rhœtumque, Pholumque.

Dicere causas alicui⁹ rei, id est rationes adferre, cur ita se res habeat. Lucret. lib. 6. 142.

Dicere cum causa aliquid. Cic. 2. de Orat. 136.

Luctus causam esse alicui. Ouid. 3. Metam. 28.
Prima nepos inter res tot tibi Cadme secundas
Causa fuit luctus. Sic. 1. Metam. 146.

Exigere causam rei alicuius. Seneca in Thyeste. 5. 7.
Causam timoris, ipse quam ignoro, exigis.

Hortandi causas eximere. Tacit. lib. 3.

Expedire causam morbi. Virgil. 4. Georg. 80.

Explicandæ causæ. Cic. ad Lucceium, lib. 5. 12. 13. In quo & illa poteris vti ciuilium commutationum scientia, vel in explicandis causis rerũ nouarum, vel in remediis incommodorum. Idem Attico, lib. 7. 123. 5.

Explorare causas, Inquirere. Stat. 12. Thebaid. 109.

Exponere causam. Horat. 1. Serm. Saty. 7. 5.

Cæcas causas exponere, Est causas occultas, obscurasq; explicare. Lucr. lib. 3. 64. Quorum ego nunc nequeo cæcas exponere causas.

Expromere veras causas. Lucan. lib. 1. 73.

Cum causa facere. Cicero ad Qu. fratrem, libro. 1. 2. 9. Certè scio te enim feciſſe cum causa. Hoc est, quemadmodum res ipsa expostulare videbatur. Vide CVM.

Fieri causam dolendi alicui. Ouid. 11. Meram. 70.
Et nunc accipiter nulli satis æquus, in omnes
Sæuit aues, aliisque dolens fit causa dolendi.

Fluunt causæ. Quintil. lib. 5. cap. 10. 17. Nam similes parentibus, ac maioribus suis filii plerunque creduntur: & nonnunquam ad honestè turpiterque viuendum inde causæ fluunt.

Celebritatis, aut nominis causam habere. Cic. 2. Offic. 63. Nam siquis ab ineunte ætate habet causam celebritatis aut nominis à patre acceptã, quam tibi mi Cicero arbitror contigisse.

Iudicii corrupendi causas habere. Cic. pro Cluentio. 66. Age quũ eorum pendi iudicii causas ille multas & graues habuit, huic nullam, &c.

Veram & bonam causam habere. Cic. 9. ad Atticum. 188. 7.

Naturales causas habere. Cic. 2. de Diuinat. 212.

Habere causam à natura. Cic. 2. de Diuinat. 88. Quicquid enim orĩ, quacunque est, causam habeat à natura necesse est.

Non habent causam. Lentulus Ciceroni. lib. 12. 14. 11. Nã q̃ huc properent in magistratu venire, aut exercitũ mittere causam non habent.

Impellit causa aliquẽ vt, &c. Cic. 1. de Na. Deor. 12. Sinautẽ quis requirit quæ causa nos impulerit, vt hæc tã serò literis mandaremus, &c.

Incidunt causæ. Vide INCIDO.

Inire causam alicuius rei. Vide INEO.

Intelligere causam. Lucret. lib. 6. 4.

Inuenire causas. Cicero. 1. de Oratore. 61. Has causas inueniebam duas, Vnam quòd, &c.

Quicquam aliud causæ inuenire. Cicero pro Sex. Rosc. Amer. 5. Posteremò si præter eam prædam, quam dixi, quicquam aliud causæ inuenieritis, non recusamus, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laret causa. Virgil. lib. 5. Aeneid. 1. Vide LATEO.
Retrò causas legere. Quintil. lib. 5. cap. 10. 60.
Manent causæ. Vide MANEO.
Memorare causas alicui. Virgil. lib. 1. Aeneid. 3.
Nactus causam moriendi. Cic. 1. Tuscu. 116. Cato autem sic abiit è vita, vt causam moriendi nactum se esse gauderet.
Obtutior causa obstat. Cic. 2. de Diuinat. 6. Ad reliqua alacri tendebamus animo, sic parati, vt nisi quæ causa grauior obstitisset, nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret.
Patent causæ. Ouid. 4. Fastorum. 4.
Percipere causam. Ouid. 1. Fast. 34. & lib. 4. 189.
Perstare in causam damni. Ouid. lib. 2. de Arte amandi. 113.
Crescit amor pressis, vbi par fortuna duorum est:
In causam damni perstat vterque sui.
Probare causam. Ouid. 11. Metam. 90.
Quærere causam. Cic. 1. de Orat. 61. Cuius quidem rei quâ causam quærerem, quidnam esset, &c.
Reddere causas alicui. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 4. 24.
Remota causa. Cicero de Vniuersitate. 4. Nullius enim rei, causa remota reperiri origo potest.
Requirere causas. Virgil. lib. 6. Aeneid. 141.
Causas sequi. Lucanus lib. 3. 61.
Phocais in dubiis ausa est seruare iuuentus
Non Graia leuitate fidem, signataque iura,
Et causas, non fata sequi.
Sterere causæ cur, &c. Horat. lib. 1. Carm 16. ode. 4.
Iræ Thyestem exitio graui
Strauere, & altis vrbibus
Sterêre causæ cur perirent Funditus.
Subijcere causam. Cic. 7. Verr. 114. At quæ causa tum subiiciebatur ab ipso Iudices, huius tam nefariæ crudelitatis?
Subesse nullam grauem causam video. Cic. Attico, lib. 1. 6. 4.
Hoc causę sumpsi. Cic. 1. ad Atticum. 3 27. 8. Sed tamen ne mirêl cur idê iterum facerem, hoc causæ sumpsi, quòd ex te ipso coràm antea nihil potuissem cognoscere.
Sustollere causas rerum efficientium. Cic. 1. Acad. 9. Quid est enim magnum, quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos) concursione fortuita loqui?
Tegere causam alicuius rei. Ouid. lib. 13. Metam. 161.
Tentare causas, Hoc est perquirere. Virgil. lib. 3. Aeneid. 7.
Ex qualitate cœli causas trahere. Quintil. lib. 5. cap. 10. 9.
Videre causas, Id est cognoscere. Lucret. lib. 1. 31.
Quorum operum causas nulla ratione videre
Possunt ac fieri diuino numine rentur.

¶ Causa, translatiuè dicitur omnis actio quam in Senatu, siue in foro, & apud Iudices, populúmve habemus. Vnde tria esse causarum genera dicimus, Demonstratiuum, Deliberatiuum, quod & Concionale à quibusdam vocitatur, & Iudiciale. Ex iis tamen propriè Causa dicitur, quæ iudicialis est. vnde causam pro lite & controuersia ponimus; quanuis nonnulli ita distinguant, vt Controuersiam seu litem dici velint postquam contestatum est. Causam autem, & ante, & post cõtestationem. Hæc Sipontinus. Cic. M. Catoni, lib. 15. 4. 35. Cuius etiam interitum, vt facilè intelligerem mihi quantum tribueres, Milonis causa in Senatu defendenda, approbaris.
Causa & contentio. Cicero. 1. de Oratore. 89. Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam cõtentionemque maiorem, quàm de ordine, &c.
Causæ & disceptationes. Cicero. 2. de Orat. 24. Atque in ciuium causis, disceptationibusque versantur.
Defensio & causa. Cic. 2. de Orat. 110. Sic in illa omni defensione atque causa, quod esse &c.
Actor causæ. Quint. lib. 4. cap. 2. 4. Ibidé ca. 1. 4. Horat. de Arte poet. 74.
Cardo causæ. Quintil. lib. 5. cap. 11. 3.
Confirmatio, & inclinatio totius causæ. Quint. lib. 5. cap. 13. 45.
Prima conflictio causarum. Quintil. lib. 3. cap. 6. 8.
Congressus causæ. Quintil lib. 3. cap. 6. 3.
Fides causarum. Quintil. lib. 1. cap. 8. 7. Denique credamus summis Oratoribus, qui veterum poemata, vel ad fidem causarũ, vel ad ornamentum eloquentiæ assumunt.
Frons causæ. Quintil. lib. 4. cap. 1. 29. Insinuatio surrepat animis, maximè vbi frons causæ non satis honesta est, vel quia res sit improba, vel quia ab hominib⁹ parum probetur: aut si facie ipsa quoque premitur, vel inuidia consistentis ex diuerso patroni, aut patris, vel miserabilis senis, cæci, infantis.
Pars causæ. Quintil. lib 3. cap. 5. 4. Infinitas quæstiones partem causiæ appellat Athenæus.
Status causæ. Quintil. lib. 3. cap. 6. 7.
Varietas causarum, & multitudo litium. Cic. 1. de Orat. 5.
Varia ac noua causarum semper est facies. Quintil. lib. 2. cap. 4. 21.

¶ Absoluta & perfecta causa. Cic. in Partitionib. 50. Conficiens autem causa alia est absoluta, & perfecta per se: alia aliquid adiuuans & efficiendi socia quædam. Vlpianus absolutam causam vocat, nihil difficultatis habentem in L. Carbonianum. ff. de Carbon. edicto. Cui opponitur ambigua causa. Et si quidem, inquit, absolutam causam inueniret, euidenterque probetur filium non esse, negare ei debet bonorum possessionem Carbonianam: si verò ambiguam, &c. Idem in L. prima ff. Vti possidetis. Quoties inter litigatores est proprietatis controuersia: aut conuenit vter possessor sit, vter peritor: aut non conuenit. Si conuenit, absolutum est, &c.
Anceps causa & grauis. Cic. 2. de Oratore. 100. Sic equidem quum aggredior ancipitem causam & grauem ad animos iudicum pertractandos, omni mente, &c.
Assumptiua causa. Quintil. lib. 7. cap. 5. 6.
Causa bona. Vide BONVS.
Coniecturales causæ. Quintil. lib. 3. cap. 6. 11. Et lib. 2. cap. 4. 19.
Dubia causa. Cic. pro Ligario. 12. Causa tum dubia, quòd erat aliquid in vtraque parte, quod probari posset.
Faciles causæ ad diluendum. Quintil. lib. 4. cap. 2. 19.
Forenses causæ. Quintil. lib. 2. cap. 10 5. Totum autè declamandi opus, qui diuersum omnino à causis forensibus existimant, it profectò nec ratione quidem, qua ista exercitatio inuenta sit, peruident.
Grauis causa. Quintil. lib. 1. cap. 1. 3.
Interuenientes causæ extrinsecus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 13.
Inuidiosa causa. Ouid. epist. 2. 29.
Causæ iudiciales. Vide IVDICO.
Lepida causa. Vide LEPIDVS.
Liberali causa manu asserere. Vide LIBER.
Lucrativa causa. Triphonius in L. In bello. § Si natum ex Pamphila. ff. de Captiuis & post liminio reuersis, Non videtur te partum ex causa lucrativa habere.
Mala causa. Iuuenal. Saty. 13. 11.
Nam quum magna malæ superest audacia causæ,
Creditur à melioris fiducia.
Naturales causæ. Quintil. in procem. primi lib. 13. Quis enim modò de iusto, æquo ac bono, non & vir pessimus loquitur? quis non etiam rudi eorum aliqua de causis naturalibus quærit?
Obscuræ causæ ac multiplices. Quintil. lib. 4. cap. 4. 3.
Par causa. Cic. pro Sylla. 38. Cur in pari causa non paria signa reperiantur criminis?
Positos in affectibus causas propriis personis debet induere declamaturus. Quintil. lib. 4. cap. 1. 52.
Simplices, perplexæ, suspectæ, & infames causæ. Quintil. lib. 4. cap. 1. 43. Modus autem principii pro causa. Nam breuius simplices, longius perplexæ, suspectæque & infames desyderant.
Parum verecunda causa. Quintil. lib. 4. cap. 5. 14.
Prior causa, Qui inter duos meliorem causam obtinet. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 6. – fama ciuem, causaque priorem Sperne.

¶ Accedere ad causam. Vide ACCEDO.
Causam accipere dicitur patronus. Vide ACCIPIO.
Causam aliquam accipere. Terent. in prol. Hecy. 55. metaphoricè: vsus est, Mea causa causam hanc accipite, & date silentium.
Acuere linguâ causis, Id est agêdis causis se exercere. Horat. 1. Epist. 3. 5.
Ad causam adductus. Cic. in Pisonê. 62. Non sum ego propter nimiã fortasse constantiæ cupiditatê adductus ad causam. Pro, in candê sententiam, idemque studium rei defendendæ perlectus. Budæus.
Probationes causæ adhibere. Quintil. lib. 2. cap. 10. 6.
Admissus ad causam. Vide ADMITTO.
Adesse causæ. Quintil. lib. 4. cap. 1. 3. 1.
Agere causam. Quintil. lib. 1. cap. 10. 2. & lib. 4. ca. 48. & lib 6. cap. 1. 40. Cic. 1. de Orat. 109. Vide AGO.
Amittere causam. Vide AMITTO.
Cadere causa. Cic. 1. de Finib. 84. Itaque concedo quod modo dicebas, cadere causa, si qui è nostris aliter existiment, quos quidem video esse multos, sed imperitos. Idem. 2. de Inuent. 163. Ita ius ciuile habemus constitutum, vt causa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit. Idem Trebatio, lib. 7. 14. 2. & pro Murena. 8.
Capere causam. Vide CAPIO.
Cognoscere causam alicuius ab altero. Cicero ad Brutum. 3. 5. Quòd ita statueram, à te cognoscere causam eius Senatum oportere.
Cognoscere causam. Cic. 1. Verr. 1. Is si mei consilii causam, rationemque cognouerit, &c. Vide COGNOSCO.
Communita causa. Vide COMMVNIO.
Complecti causam. Cic. 5. Philipp. 196. Cæsar autem annis multis minor veteranos cupientes iam requiescere armauitream complexus est causam quæ esset Senatui, quæ populo, quæ cũctæ Italiæ, quę diis omnibus gratissima.
Componere causam cum causa. Quintil. lib. 7. cap. 3. 17.
Conferre causam. Vide CONFERO.

Causæ

Causæ confidere. Vide CONFIDO.
Conflictio causarum. Quintil. lib. 3. cap. 6. 9.
Coniungere eum causa. Cic. pro Cluent. 82. Nullo modo illam multam quæ à Iunio petita sit, cum Cluentii causa posse coniungi.
Consistit causa. Vide CONSISTO.
Causa cum causa contendit. Vide CONTENDO.
Contendere causam contra aliquem. Lucret. lib. 4. 96.
Hunc igitur contra mittam contendere causam.
Causa pecuniæ publicæ contempta & abiecta. Cic. pro Cluentio. 75.
Contineri causis. Quintil. lib. 3. cap. 5. 8.
Ad causam animos iudicum cõuertere. Cic. 2. de Orat. 110. Iudicum animos totos, vel calamitate ciuitatis, vel luctu ac desyderio propinquorum, vel odio proprio in Cæpionem ad causam nostrã conuerteram.
Credere causam alicui. Lucan. lib. 7. 16.
De superis ingrate times? causamque Senatus
Credere dis dubitas? Id est Committere.
Damnare causam. Lucan. lib. 5. 50.
In causam deducere. Vide DEDVCO.
Defendere causas. Horat. 1. Serm. saty. 5. 7.
Causas defensitare. Vide DEFENSITO.
Deferre causam ad. Cic. de Claris Orat. 43. Itaque authoritate C. Lælii publicanos causam detulisse ad Galbam. Vide DEFERO.
Demittere se in causam. Cic. ad Atticum, lib. 7. 131. 3. Acquiesco enim, & tuas volo elicere literas, maximeque consilium, quid agam, aut quo me pacto geram, demittámne me penitus in causam.
Descendere in causam. Cic. Attico, lib. 8. 145. 4. Si inuitus in eam causam descendo, in qua, &c. Vide DESCENDO.
Deferre causam amici. Ouid. lib. 1. Trist. eleg. 8. 13.
Causam dicere, Est defendere vel per se vel per patronum. Curtius lib. 6. Amyntas vinculis exemptus vt defensionem ordiretur, ita inquit, Sine prætudicio causam dicimus. Id est, liberati tantùm per vinculis, respondemus criminibus obiectis. Hæc Budæus. Plautus Amph. 4. 5. Nec causam liceat dicere mihi. Idé Rud. 10. 28. In iure causam dicito, hic verbũ sat est. Cic. in Vatinium, Nemo appellare poterat ne causam diceret.
Causam dixisse quis dicitur, qui inter reos receptus est. Plin. lib. 7. cap. 27. Itaque sit proprium Catonis, quater & quadragies causam dixisse: nec quenquam sæpius postulatum, & semper absolutum. Cic. pro A. Cluent. 79. Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus obesse huic causæ debet, quàm illa quæ commemorata sunt ab accusatore, duo iudicia, P. Popilii, & T. Guttæ, qui causam de ambitu dixerant. Budæus.
Publicam causam dicere. Cic. pro Roscio Amer. 35. Quòd antea causam publicam nullam dixerim.
Veneficii causam dicere. Quintil. lib. 5. cap. 11. 30.
Dicere causam accuratè & elegãter. Cic. de Claris Orat. 43. Causam pro publicanis accuratè, vt semper solitus esset, eleganterque dixisse.
Dicere causam apud aliquem. Quintil. lib. 4. cap. 1. 13.
De capite suo causam dicere. Cic. pro Quintio. 16. Se (id quod nunc euenit) de capite suo priore loco causam esse dicturum.
De ambitu causam dicere. Cic. pro Sestio. 14.
Causam dicere ex vinculis. Luius Decad. 3. lib. 9. 98. Sententiam deinde trucem orationi adiecit, Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere, & ex vinculis causam dicere. Id est, interim dum quæstio criminis peragitur, in carcere vinctum esse. Ex Budeo. Papinianus in Lege. 2. de Custodia & exhibitione reorum, Quòd si non defendatur, in vincula publica coniici iubetur, vt ex vinculis causam dicat. Cains in Lege Cornelia. ff. de Senatusconsulto Syllaniano, Præterea cauetur, vt de iis qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inueniantur, lege de siccariis iudicium fiat, ita vt ex vinculis causam dicant.
Causæ dictio, Apologia Græcè dicitur. Cæsar. 1. bel. Gal. 16. Die constituta causæ dictionis, Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam ad hominum millia decem vndique coegit: per eos ne causam diceret, se eripuit. Budæus.
Causam nullâ dicere, pro renuere, recusare, repugnare. Plaut. Mil. 22. 53. Si posthac te prehendero hîc, arcebo testibus.
P. T. Causam haud dico. Idem Capt. 11. 94. Hoc si secus reperies, nullam causam dico quin, &c. Cic. pro Quintio. 40. Nonis Febr. Romæ fuit: causæ nihil dicimus quin tibi vadimonium promiserit. Terentius Phorm. 2. 1. 42. Non causam dico quin quod meritus est, ferat.
Disidere cum causa. Cic. 11. Philipp. 300. Ex quo iudicare debetis, me non cum homine solere, sed cum causa disidere.
In meliore causa esse. Vide melior in BONVS.
Excutere causas. Quintil. lib. 5. cap. 10. 25. Causæ porrò non ad conuincendum modò quod obiicitur, sed ad defendendum quoque excuti solent, quum quis se rectè fecisse, id est honesta causa contendit.
Exordirí causam. Quintil. lib. 4. cap. 1. 2.
Expendere causam meritis. Ouid. 13. Metam. 30. – meritis expendite causam. Hoc est secundum merita causam iudicate.
Explicare totam causam. Quintil. lib. 4.

Exponere causas. Quintil. lib. 5. cap. 7. 16. Idem lib. 2. cap. 5. 5.
Exudare causas, ridiculè dictum ab Horatio de causidicis, qui nimia verborum contentione, & inquieta gesticulatione sudorem sibi prouocantita vt causas suas non orare, sed sudare videantur. Horatii hæc sunt verba lib. 1. Serm. Saty. 10. 6. Quum Pedius causas exudet Publicola, atque Coruinus, &c.
Partum causam peiorem facere. Quintil. lib. 3. cap. 8. 39.
Peiorem causam meliorem facere. Quintil. lib. 2. cap. 16. 2.
Suspectam causam facere. Quintil. lib. 5. cap. 13. 40.
Fidere causæ. Cic. pro Ligario. 8. Quod nos domi petimus, precibus, & lachrymis prostrati ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quàm huius humanitati.
Habere causam. Quintil. lib. 7. cap. 3. 29. Idem lib. 5. cap. 13. 12.
Causa impugnans meritum & fidem, Id est suscepta causa cõtra fidem & meritum. Ouid. 5. Metam. 31. – coniurata vndique pugnant
Agmina pro causa meritum impugnante, fidemque.
Incumbere in causam. Cic. 3. ad Atticum. 15. 5. Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam: quod profectò cum sua sponte, tum te instante faciet. Vide INCVMBO.
Indicta causa damnari. Vide INDICO, & DAMNO.
Indicta causa profugere. Cic. pro Sylla. 15.
In tegra causa qui ipsi ê esse dicit, cui dubia opponit. Vide INTEGER.
Indormire causæ. Vide INDORMIO.
Inedita causa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 8.
Essent & iuuenes, quorum, quòd inedita causa est,
Appellandorũ nil mihi iuris adest. Id est sunt & alii iuuenes qui præclara poemata cõscripserunt: sed quia edita nondum sunt, nihil est cur vobis illa magnopere commendem. Quę admodũ incudex nisi cognita causa, frustra huius vel illius sententiam tueri conatur: ita nec vos antequam ipsi legeritis iudicare potestis, & iudicio meo subscribere.
Ingredi in causam, Idem quod in causam descendere, & ad partes transire. Cic. ad Torquatum, lib. 5. Epist. 1. 11. Si id euenit quod ingrediẽtibus nobis in causam propositũ fuit accidere posse, nõ debemus ita ea dere animis, quasi aliquid euenerit, quod fieri posse nunquã putarim⁹.
Insinuare se in causam. Vide INSINVO.
Inuoluta obscuritate causa. Vide INVOLVO.
Iuuat facundia causam. Ouid. 7. Metam. 102.
Causa laborare. Quintil. lib. 4. cap. 1. 30.
Ex causa causa nascitur. Quinti. lib. 3. cap. 11. 5. Causa quoque ex causa, Id est αἰτίου ἐξ αἰτίου nasci videtur, quale est, Occidit Agamemnonẽ Clytemnestra, quia ille filiam communem immolauerat, & captiuam pellicem adducebat.
Obtinere causam, Viuere in causa. Cicero ad Lentulum lib. 1. 4. 2. Causam enim frequenti Senatu, in magna varietate, magnaque inuidia eorum, qui à te causam regiam transferebant, obtinebamus. Idem ad Qu. fratrem, libro. 2. Epist. 2. 4. Quum esset in Senatu contentio, Lentulúne, an Pompeius reduceret, obtinere causam Lętulus videbatur. Vide OBTINEO.
Orare causas. Virg. 6. Aeneid. 170. Cic. de Claris Orat. 23. Quo neminẽ vnquã melius villa orauisse capitis causam, &c. Teren. Phorm. 2. 1. 62. Serum hominem causam orare leges non sinunt.
Adire ad causas orandas. Vide ADEO.
Ostendere causam luciditsimè. Quintil. lib. 4. cap. 5. 10.
Peragere causam rei. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 6.
Perdere causam. Vide PERDO.
Periclitari causa. Quintil. lib. 7. cap. 3. 10. Si vnũ aliquid affirmaris, probandum est, aut causa periclitandum.
Perorare causam. Vide PERORO.
Pertinet ad causam. Quintil. lib. 4. cap. 1. 8.
Totam causam ponere ante oculos. Quintil. lib. 6. cap. 1. 1.
Officium causæ ponendæ. Quintil. lib. 4. cap. 2. 62.
Postulat causa. Cic. pro Qu. 39. Vereor me hercule ne aut grauioribus vtar verbis quàm natura fert, aut leuioribus quàm causa postulet.
Pugnare pro causa. Ouid. 5. Metam. 31. Et. 15. Epist. 33.
Recipere causam. Cic. pro Sylla. 15. Nisi tu, Iquit, causam recepisses, nunquam mihi restitisset, sed indicta causa profugisset.
Remittere causam ad Senatum. Tacitus lib. 3. 56. 40. Igitur paucis familiaribus adhibitis, minas accusantium, & hinc preces audit, integrãq; causam ad Senatum remittit.
Remouere à causa aliquem. Cic. pro Murena. 8. Etenim si me tua familiaritas ab hac causa remouisset.
Ab vltimo causas repetere. Quintil. lib. 5. 10. 59. Rectè autem monemur causas non vtique ab vltimo esse repetendas: vt Medea, Vtinam ne in nemore Pelio. Quasi verò id eam fecerit miseram aut nocentẽ, quòd illic ecciderit abiegna ad terram trabes.
Plurimas lites causæ subiacere. Quintil. lib. 3. cap. 6. 20.
Separare causas. Vlpianus in L. 14. Merito. ff. Depositi, Meritò has causas deponendi separauit Prætor.
In eadem causa fi Rere. Vlpianus in L. 1. ff. Si ex noxali causa agatur, In

Universidad de Deusto
Biblioteca

eadem causa sistere quid sit videamus,& puto verius esse,in eadē causa eum videri sistere,qui ad experiendū non facit ius actoris deterius. Idem in L. Si quis quenquam ff. Siquis cautionibus, Siquis quenquam in iudicio sisti promiserit,in eadem causa eum debet sistere:hoc est ita sistere,vt actori persecutio loco deteriori non sit.

Superior causa & inferior. Budæus, Superiorem causam dicebāt pro eo quod nunc dicimus causam iure communi fundatam, vel ius apparens,cuius contrarium inferiorem causam vocabant. Cic. pro Quintio 40. At si in causa pari Quintius discedere inferior videretur, tamē esset non mediocriter conquerendum si in causa superiore, ne vt par quidem sit, postulat inferiorem esse patitur, dumtaxat vsque eò, ne cui bonis, fama, fortunisque omnibus Neuii cupiditati crudelitatique detur. Idem in Bruto, de Leontino Gorgia, Protagora, Hippia, aliisq; sophistis loquens, His(inquit)aliisque multi temporibus eisdem docere se profitebantur arrogantibus sanè verbis, quemadmodum causa inferior(ita enim loquebantur)dicendo heri superior posset.

Suscepta causa contra aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 1. 9.

Suscipere causam, Cic. pro Domo sua. 9. Certè Consules causam suscipere, certè Senatus aliquid consilii capere potuit.

Sustinere causa, Græcè κρίνειν ὑπέχειν, ad verbū Cicero expressit à Græcis, Suspectū esse, crimine premi. Cic. ad Att. lib. 13. 268. 3. Misit enim Brutus ad me, per literas purgat Cæsarē de interitu Marcelli, in quem ne si insidiis quidē ille interfectus esset, caderet vlla suspicio. Nūc verò quū de Magio constet, nonne furor eius oēm causam sustinet?

Tenere causam, Vincere iudicio. Tranquillus in Domitiano, Eaque conditione permisit, vt accusatori qui causam non tenerer, exilium pœna esset. Liu. lib. 9. Decad. 4. Magno certamine cum Prætore habito, tenuerūt causam. Cic. pro Cecinna. 49. Et hoc loco Scevolā dixisti causam apud Centumuiros non tenuisse. Horat. 1. Epist. 17. 9.

Quo multæ, magnæque secantur iudice lites:
Quo respondere, & quo causæ reste tenentur. Secantur, Id est diriməntur. Tenentur, Hoc est obtinentur, ratæ habentur.

Tractata causa. Cic. 2. de Orat. 111. Omnis est à me illa causa tractata, vt & acerrimus in Cæpionis inuidia renouanda, & in mens moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer.

Tradere causam aduersariis. Terent. Phorm. 2. 1. 7.

Inuitus feci, lex coegit audio & fateor. 6. places.
9. Verùm scientem, tacitum, causam tradere aduersariis,
Etiámne id lex coegit?

Valere causa. Quid. 8. Metam. 13.

Iusta gerit certè pro nato bella perempto:
Et causa que valet causamque tuentibus armis:
Vt puto vincemur. Id est superior est causa.

Versare causas in iudiciis. Cicero in Orat. 17. At laudat' est ab omnibus fateor: sed ita vt rerum explicator prudens, seuerus, grauis: non vt in iudiciis versaret causas, sed vt in historiis bella narraret.

Vincere causam. Ouid. 15. epist. 16.

Vincere erant omnes dignæ, iudexque verebar
Non omnes causam vincere posse suam.

¶ Causa, Negotium, onis, prouincia. Plautus Asin. 10. 17:

–sola ego in casteria
Vbi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi.

Mandata alicui causa. Id est commissa. Ouid. 7. Metam. 102.

Sic vbi mandatam iuuit facundia causam.

Publica causa, Id est negotium publicū. Ouid. 12. Metam. 6.

Ex causa exire. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 6. Sed expectes quemadmodū exeat ex hac causa.

Integra causa. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5. 11. Vide INTEGER.

Deposita causa. Cic. ad Lentulū lib. 1. 5. 11. Itaqi Alexandrina causa quę nobis adhuc integra est, &c. Videtur ab illo plaæ esse deposita.

¶ Si tibi eadem causa est. Cic. Attico, lib. 8. 145. 6. Ego si somnum capere possiem, tam longis te epistolis non obtunderem. Tu si tibi eadē causa est, me remunerere sanè velim.

Agere eandem causam. Id est rem eandem tractare. Cic. 2. de Nat. Deor. 140. Tu autem Cotta, si me audias, eandem causam agas.

¶ Causa, pro excusatione. vt Accipere causam, quod vulgus dicit Habere pro excusato. Cic. ad Titonem, lib. 16. 19. Si ob eam rem moraris, accipio causam.

Afferre causam. Vide AFFERO.

Causas colligere. Vide COLLIGO.

Causas fingere. Terent. Eunuch. 1. 2. 58. –fingit causas ne det sedulo.
Ouid. 2. Metam. 24. Et lib. 2. Amor. eleg. 2. 7.

Inferre causam. Vide INFERO.

Causas nectere. Idem, Virg. lib. 9. Aeneid. Vide NECTO.

Moranti causas innectere. Virg. 4. Aeneid. 11.

Meditari causam. Vide MEDITOR.

Causa est tibi de hac re. Terent. Hecy. 4. 4. 3.

–nam hercle abs te factum est turpiter:
Etsi tibi causa est de hac re, mater te impulit. Id est quanquam habes quo te excuses. In hunc locum Donatus dicit, Causam more suo pro defensione posuit.

Fugæ causas obtendere. Tacit. lib. 15. 227. 2. Primum è perculsis Pactiū primipili centurionem obuium habuit, dein plerosque militum: quos diuersas fugæ causas obtendentes, redire ad signa, & clementiam Pœti experiri monebat.

¶ Causa, Occasio. vt Causa adempta. Terent. And. 5. 1. 18. Vbi ea causa, quamobrem hæc faciunt erit adempta his, desinent.

Arripere causam ad. Vide ARRIPIO.

Arripere causam & tempus. Cic. ad Luceium, lib. 5. 12. 8. Sed ad propera tionem meam quiddam interest, non te expectare dum ad locum venias, ac statim causam illam totam & tempus arripere.

Capere causam. Terent. And. 1. 3. 8.

Si senserit, periit: aut si libitum fuerit, causam ceperit,
Quo iure, quaque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.

Dare causam. Author ad Herennium, libro. 2. 63. Si ergo pollicitus sum me daturum causam qua inductus Vlysses accesserit ad maleficium. Cic. 1. Tusc. 116. Quum verò causam iustam deus ipse dederit, vt huic Socrati, &c. Idem. 2. de Orat. 129. Vt si defugerim, tibi causam dem recusandi. Idem de Amic. 74.

Dare causas. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 7.

Nec, nisi tu, nostris cantabitur vlla libellis:
Ingenio causas tu dabis vna meo.

Auaritię causas dare. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 6.

Hic dat auaritiæ causas, & Cōa puellis
Vestis, & è Rubro lucida concha mari.

Causa fit. Plaut. Merc. 20. 6.

Vxor viro si clàm domo egressa est foras,
Viro fit causa, exigitur matrimonio.

Inuenire causam. Terent. Heaut. 5. 2. 37. Postquam est inuenta vera, inuenta est causa qua te expellerent. Idem And. 4. 1. 19. –tandem inuenta est causa. soluisti fidem. Ouid. 3. Metam. 51.
–pars inuenit vtraque causas. Vide INVENIO.

Quærere causam. Terent. Eunuch. 5. 6. 30.

Nam iam diu aliquam causam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret. Hoc est, quod vulgus dicit Quærere occasionem.

Quærere causam incendiorum & cædis. Cic. 3. Philipp. 143.

Quærere causas nouarum perturbationum. Cic. de Fato. 3.

Struere causas, pro instruere. Tacit. lib. 2.

¶ Causa, Status & conditio. Cic. pro Marcello. 1. Vehementer angebar quum viderem virum talem, qui in eadem causa, in qua ego, fuisset, nō in eadem esset fortuna. Idem. 7. Verr. 91. Quia pertimuerat adolescēs, quòd eandem suam causam videbat esse, quam illorum qui innocentes peribant. Idem de Finib. Morte qui affecti sunt, in eadem causa sunt, qua antè quàm nati. Idem alibi, Negatque Platonem, si sapiens nō sit, eadem esse in causa qua Dionysium tyrannum. Idem tertio Offic. 136. Itaque tum quum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quàm si domi senex captiuus periurus Consularis remansisset. Paulus in L. In executione. ff. de Verb. obligationibus, In executione obligationis sciendum est quatuor causas esse, id est quadrifariam esse verborum obligationem. Idem in L. Græcè ff. Illud commune. ff. de Fideiussoribus, Illud commune est in vniuersis qui pro aliis obligantur, quod si fuerint in duriorem causam adhibiti, placuit eos non obligari. in leniorem planè causam accipere possunt.

In causam suam recidere. Pomponius in L. Mulier. ff. de Captiuis & postliminio reuersis, Mulier in opus salinarum ob maleficium data, & deinde à latrunculis exteræ gentis capta, & iure commercii vendita ac redempta, in causam suam recidit. Id est statum, & conditionem in qua prius erat.

In eam causam venire. Triphonius in L. In bello ff. Si deportatum. ff. de Captiuis & postliminio reuersis, Si deportatum ab insula hostes ceperunt: redemptus is, quibus cæsibus redit, in eam causam venit, in qua futurus esset si captus non fuisset. deportabitur igitur.

¶ Causa, pro partibus. Cic. ad Caristium, Hūc ego à Cæsare liberaliter frequens enim fuerat nobiscum: atque etiam diutius in causa est, quàm nos, commoratus. Id est diutius sequutus est partes Pompeii. Idē, Vnà est profectus cum iis, quorū erat vna causa. Id est vnū studiū, vel eiusdem patris studium, & eadem conditio. Budæus.

Inimicus huic causæ, pro huic parti. Cic. pro Ligario. 15. Venicbatis igitur in Africam prouinciam vnam ex omnibus huic victoriæ, maximè infestam, in qua erat rex potentissimus, inimicus huic causæ, aliena voluntas. Budæus.

¶ Causa, p accessione. Vlpianus in L. Sed & partus. ff. Quod metus causa, Sed & partus ancillarū & fœtus pecorum & fructus restitui, & omnem causam oportet. Idem in L. prima ff. Hanc actionem. ff. Depositi, Hanc actionem bonæ fidei esse dubitari non oportet: & ideo & fœtus in hanc actionem venire, & omnem causam & partum dicendum est, ne nuda res veniat.

Causārius,

Causārius, (ἀπὸ μιᾶς ἕξεως,) Adiectiuum. vt Causarii milites, morbo aut debilitate affecti, ob idque cessare coacti. Liuius. 6. ab Vrbe. 29. Tertius exercitus ex causariis senioribusque à L. Quintio scribatur, qui vrbi mœnibusque præsidio sit. Ex Budæo.

Causaria missio. Vlpianus in L. secunda ff. Ignominiæ causa. ff. de His qui infamia notantur. Est enim honesta missio, quæ emeritis stipendiis, vel ante ab imperatore indulgetur. Est causaria, quæ propter valetudines à laboribus militiæ soluit. Martianus in L. Milites agrum ff. Missionem. ff. De re militari. Causaria missio, quum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renuntiatur.

¶ Causarii, metaphoricūs, pro valetudinariis. Plin. lib. 25. cap. 5. 22. Datur sanguinem excreantibus, causariis vel latere, vel faucibus. Seneca epist. 69. Causariæ sunt in ajo nō partes, quibus adhibēda curatio est.

Causariè, Aduerbium, (ἀκροαμένως,) Martianus in L. Milites agrum. ff. Is etiam. ff. de Re militari, Ideo & ad eum qui causariè missus est, potest dici pertinere, quum huic quoque præmium præstetur.

Ciusula, penul. corr. Diminutiuum, (ἀπὸ διὰ θέσεως,) pro parua causa. Cic. in Orat. 145. Sed quia & priuatas ille pleraque, & eas ipsas aliis, & parauarum rerum causulas scripsit, videtur esse ieiunior.

Causula parula. Cæsar. 5. bel. Ciuil. 107. Parulā mō causulā nactꝰ Cæsar.

Causor, causaris, (προφασίζομαι, προσκαλοῦμαι,) causari, Deponēs. Causam dicere vel defendere, authore Nonio. Valla lib. 5. Causari est causā rei gestæ afferre. Sueto. Syllanum item socerum ad necem, secandasq; nouacula fauces compulit: causatus in vtroque, quòd hic fe ingressum turbatius mare non esset secutus. Gellius, Negotium sibi esse causabatur. Papinianus, Si hæres causabitur accipere rationes, nihilominus liberū fore. Id est si impedimenta prætendet. Virg. eclog. 9. 12. Causando nostros in longum ducis amores. Id est impedimenti causas afferendo. Vlpia. in L. Sed & si pupillus ff. Proscribere palam. ff. de Institor. actione, Ne quis causari possit ignorantiam literarum. Et in L. secunda ff. Quod diximus. ff. Siquis cautionibus, Causari tempestatē & vim fluminum. Vbi liceat dicere, excusare ignorantiam literarum, & excusare tempestatem ac vim fluminum. Hæc Valla lib. 5. Martial. lib. 4. 7. Sed iam causaris barbamque, annosq;, pilosq;. Horat. 1. Epist. 14. 3.

Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.
Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.

Stultus vterque locum immeritum causatur iniquē.

¶ Causari, Accusationem intendere. Quintil. lib. 11. cap. 1. Nec causanti pupillo sic tutor irascatur vnquam, vt non remaneant amoris vestigia. Id est excusanti acerbitatem tutoris.

¶ Causari, Renuere, detrectare. Cic. pro Roscio Amerino. 24. Si planum facio post hanc recentem stipulationem Roscii Sext. trecenta quinquaginta à Flauio te abstulisse, nūquid causare, quin ab iudicio abeas turpissimè victus? Id est nunquid causam dicis.

Causificor, pen. corr. causificaris, (πρόφασίν ποιοῦμαι) causificari, Idem quod causari. Hoc est in excusationem & defensionem afferre, causam dicere, recusare. Plaut. Aulul. 26. 15.

Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor, quin eam
Ego habeam potissimùm. Hoc est non obsto.

Causidicus, penul. corr. (ἀπὸ τοῦ, σκώπτω ἢ ἐρέθω,) Substantiuum, Qui causas agit, vel patronus: quòd in causis iudicialisque versetur. Colum. in præfar. primi, li. Nam sine iudicris artibus, atq; etiam sine causidicis, olim satis felices fuere, futuræque sunt vrbes: at sine agricultoribus nec consistere mortales, nec ali posse manifestum est. Cic. 1. de Orat. 100. Nō enim causidicum nescio quem, neq; proclamatorem, &c. Martial. lib. 4. 8. Rancus causidicus. Et lib. 14. 215. Pauper causidicus.

Amplus, grandis, subtilis, elegans causidicus. Cicc. in Orat. 16. Qui Lysiam sequuntur, causidicum sequuntur: non illum quidem amplum atque grandem, subtilem & elegantem tamen, & qui in forensibus causis posset præclarè consistere.

Pusillus causidicus. Iuuenal. Saty. 10. 13. –nec vnquam
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.

Causia, (κωφότης,) causiæ, Est pileus expassos margines habens, ad arcendū æstū, quo messores vtuntur. Plaut. Milite. 16. 40.

Facito vt venias ornatu huc naueleriaco, causiam
Habeas fer ruginean. Idem Persa. 4. 73. Tunicam atque zonam, & ehlamydem affero, & causiam. Fuit etiam regum Macedonum insigne. Valerius Maximus lib. 5. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit causia, qua velatum caput more Macedonum habebat.

Causon, (καῦσων,) Æstus seu ardor. Vnde ab Hippocrate causon febris appellata: quā ardētē & tertianā exquisitā vocamus. Causones, Febris ardens. Cellius lib. 2. cap. 8. Febrem autem ardentē, quā Græci καῦσον ἢ καῦσον vocant, subitus horror exoluit.

Caustum, causti, (καυστόν,) Latinè dicitur vstile, quod exuri potest.

Caustica, pen. corr. Adiectiuum, (καυστικός,) vt Caustica medicamenta, quæ causticam vim habent, id est vstionem. Plin. lib. 20. cap. 9. 11. Stirpium bea sicæ aridorum cinis, inter causticā intelligitur. Idem lib. 25. cap. 11. 6. Perungunt & radice eius sudoris causa eliciendi, quoniam caustica vis ei est. Martialis lib. 14. 26.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos:

Captiuis poteri cultior esse coma. Plin. lib. 20. cap. 22. 3. Veteres dolores, thoracis, lumborum, coxendicum, humerorū, & in quacūque parte corporis ex alto viria extrahenda sunt, illitum caustica vi emendat pustulas faciendo. De sinapi loquitur. Idem lib. 14. cap. 19. 12. Tertium genus dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis, aut tegulis, huic caustica vis est. Et lib. 25. cap. 11. 6.

Curari causticis. Plinius lib. 26. cap. 1. 4. Causticis nanque curabatur: nisi vsque in ossa corpus exustum esset, rebellante tædio.

Cautela, Vide CAVEO.

Cauterium, cauterii, (καυτήριον,) Instrumentum quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui insanabiles inuri solent.

Plinius lib. 12. cap. 23. 7. Tempestiuè enim datum, cauterii vim obtinet: assuetis etiam vtilius, quàm expertibus.

Cauterium in pictorum instrumentis continetur: vt colligere est ex Martiano Iurisconsulto in tractatu de Fundo instructo, lib. 33. digest. L. Pictoris, Pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiaque horum legato cedunt. Item penicilli, & cauteria, & conchæ.

Cautes, cautis, f. g. siue cotes, aut cos, (φαγέδαινα, πέτρα,) propriè saxū dicitur asperum atque abruptum. Plin. lib. 2. cap. 96. Iuxta Harpasa oppidum Asiæ, cautes stat horrenda, vno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens. Cæsar 3. bel. Gal. 403. Et ab æstu derelictæ, nihil laxa & cautes timerent. Virgi. 6. Aeneid. Quàm si dura silex aut stet Marpesia cautes. Qui versus in prouerbium assumitur de homine pertinacis sententiæ. Vide Chiliadas Erasmi.

Abrupta cautes. Seneca in Hercule Oetheo 7. 25.

Altæ cautes Virgilius 3. Aeneid. 139.

Ardua cautes. Valerius lib. 4. Argonaut. 134.

Dura cautes. Seneca in Hippol. 4. 45. Virgil. 4. Aeneid. 74.

Intractabilis cautes. Seneca in Hippol. 4. 45.

Vt dura cautes vndique intractabilis Resistit vndis.

Niuosæ cautes. Silius lib. 4. 14. Hostem miles habes fractum, ambustúmque niuosis Cautibus.

Obiectæ cautes. Silius lib. 7. 85. –ac spumea latè
Cautibus obiectis reiectat cærula vates.

Sæua cautes. Seneca in Troade 12. 5.

Strictæ cautes. Valerius lib. 2. Argonaut. 91.

–citum strictis alius de cautibus ignem
Ostendit; foliis & sulphure pascit amico. Ignem intelligit percussu elicitum è silicibus.

Terribiles cautes. Lucanus lib. 6. 6.

Concurrere cautes dicuntur, quum inter duos eminentes scopulos angusta relinquitur via quæ nauigantes transmittit. Ouid. 2. Amorū, eleg. 11. 1. Quæ concurrentes inter temeraria cautes.

¶ Cautes, Vide COS, cotis.

Cautio, Cautim, Cautor, Cautus, Vide CAVEO.

Cauus, (κοῖλος,) Adiectiuum, Propriè concauum & vacuum significat, à chao, & eius inanitate dictum, authore Festo: quòd quasi vorago quædam erat inanis & vacua.

Aedes cauæ. Virgil. 2. Aeneid. 98. Seruius exponit tecta camerata.

Aes cauum, pro tuba. Virgil. 3. Aeneid. 48. –dat signum specula Misenus ab alta Aere cauo.

Aes cauum, pro æreo lebete. Ouid. 4. Metamorpho. 111.

–quæ sanguine mista recenti Coxerat ære cauo.

Ahena caua. Ouidius 6. Metamorpho. 129.

Alueus cauus. Ouidius 2. Fastorum 82.

Antrum cauum. Virgilius 3. Aeneid. 126.

Aures cauæ. Ouidius 12. Metamorpho. 9.

Buccina caua. Ouidius 1. Metamorpho. 68.

Busta cava. Ouidius 3. Amorum, eleg. 8. 8.

Cauernæ cauæ. Virgil. 2. Aeneid. 11. Cauas per pleonasmum addidit. In de enim cauernæ dictæ sunt, quòd cauæ essent. Seruius ait Græcam esse figuram, vt Vitam viuere, mortem mori.

Cistæ cauæ. Catullus in Argonaut. 52.

Colles cani. Virgil. 8. Aeneid. 117. –vndique colles Inclusere cani.

Concha caua. Virgil. 6. Aeneid. 34.

Conuallis caua. Virgilius 2. Georgic. 38.

Cortices cani. Virgilius 2. Georgic. 41.

Dolia caua. Tibullus lib. 1. eleg. 3. 16.

Fenestræ cauæ, id est patulæ. Virgilius 9. Aeneid. 110.

Perque cauas denti tela intorquere fenestras. Seruius.

Flumina caua. Virgilius 1. Georgic. 66. Seruius interpretatur Profunda & alta.

Fornaces cauæ. Lucretius lib. 6. 41.

Ilex cauа. Horatius Epod. 16. 10.

Mella cauа manant ex ilice. Virgilius ecloga 9. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imago caua. Virgilius 6. Aeneidos 59.
Et, ait, docta comes tenues sine corpore vitas
Admoneat, volitare caua sub imagine formæ:
Irruat, & frustra ferro diuerberet vmbras. Caua dixit, quasi inani & corpore vacua.
Lacunæ cauæ. Virgilius 1. Georgic. 24.
Lacus caui. Ouidius 3. Fastorum 112.
Inque cauos ierant tertia musta lacus.
Latebræ cauæ. Virgilius 2. Aeneid. 8.
Latus cauum. Virgilius 5. Aeneid. 86.
Multa viri nequeunt inter se vulnera iactant,
Multa cauo lateri ingeminant, & pectore vastos Dant sonitus:
Lintea caua. Valerius 4. Argonauticon 17. Fluctibus intulerant placido caua lintea cursu. Lintea id est vela. Caua autem propter ventum, qui quum velis incumbit, sinum quendam efficit concauum.
Lumina caua. Id est oculi propter maciem concaui. Ouid. 8. Metamor. 162. in descriptione Famis, Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore.
Luna caua. Plin. lib. 8. cap. 54.
Machina caua. Ouid. 6. Fastorum 77. Quodcunque est solidæ Cereris caua machina frangat.
Manibus cauis plaudere. Virgilius 12. Aeneid. 18.
Mare cauum. Ouidius 3. de Arte 19.
Mons cauus. Ouid. 11. Metamorpho. 119. Virgil. 1. Aeneid. 17.
Naris caua. Ouidius 1. de Arte Amandi 105.
Et nihil emineat, & sint sine sordibus vngues,
Inque caua nullus stet tibi nare pilus. Sic 12. Metamorpho. 87.
Nubes caua. Virgilius 5. Aeneid. 161.
Nubila caua. Ouidius 5. Metamorpho. 125.
Orbes caui. Seneca in Oedipo 12. 12. Orbes vocat sinum illum in quo oculi latent: cauos verò inquit, quoniam euulsi erant oculi.
Palmæ cauæ. Virgilius 5. Aeneid. 14.
– rite cauis vndam de flumine palmis Substulit. Id est manibus.
Palus caua. Ouidius 6. Metamorpho. 75.
Parma caua. Ouidius 12. Metamorpho. 18.
Pinus caua. Virgilius 5. Aeneidos 89.
– vt quondam caua concidit, aut Erimantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Pinus caua, pro naui. Valerius 1. Argonaut. 128.
– volat immissis caua pinus habenis
Pumices caui. Virgilius 4. Georgic. 9.
Rates cauæ. Ouidius epist. 17. 2. Per rates autem naues intelligit, alio qui epitheton non quadrabit.
Recessus luminum caui. Seneca in Oedipo 12. 11.
– vnguibus lacerat cauos Altè recessus luminum, & inanes sinus. Id est concauitates oculorum.
Robur concauum. Ouidius in Ibin 98.
Rupes cauæ. Virgilius 3. Georgic. 50.
Saxum cauum. Virgilius 3. Aeneid. 30.
Caua specos, caua rupes. Plin. lib. 12. cap. 1. 6. Caua LXXX. atque vnius pedum specu. Liuius 9. ab Vrbe 7. In eum campum via alia per cauam rupem Romani demisso agmine, &c.
Tempora caua. Virgilius 11. Aeneidos 176. – & inter
Bellatoris equi caua tempora conicit hastam. Ouid. 7. Metam. 63.
Terra caua aliquem condere. Virgil. 12. Aeneid. 177.
Terra caua, id est sepulchro.
Testudo caua. Virgil. 4. Georgic. 93.
Periphrasis est citharæ, secundum Seruium.
Tibia caua. Lucret. lib. 2. 125.
Trabs caua. Virgil. 3. Aeneid. 39. Vela damus, vastumque caua trabe currimus æquor. Periphrasis optima nauium. Seruius.
Trunci caui. Horat. 2. Carm. ode 19. 3.
Turres cauæ. Virgil. 9. Aeneid. 10.
Armatúque cauis expectant turribus hostem.
Valles cauæ. Virgil. 2. Georgic. 79.
Caua vena. Cic. 2. de Nat. deor. 207. Lapsus cibus ex hoc ipso loco in eã venam quæ caua appellatur, confunditur, perque eam ad cor cõfectus iam coctusque perlabitur. Ibidem 208. In quem sanguis à iecore per venam illam cauam influit. A practicis concaua & chilis appellatur.
Vndæ cauæ. Catul. epigram. 90. 1.
Smyrna cauas Arracis penitus mittetur ad vndas.
Caues, Substantiuum, siue Cauum, (κοίλωμα, σπέος, τρώγλη,) pro loco cauato. Horat. 1. Epistо. 7. 7. Macra cauum reperies arctum, quem macra subsuli. Plinius lib. 10. cap. 18. 1. Pullos in cauis educant aunum soli. De pico Martio loquitur. Idem li. 20. ca. 6. 8. Addaturque ipsum in caua dentiũ. Varro, Facere his cauos oportet laxiores, vbi pullos parere possint. Colu. lib. 12. Deinde, cauum quem feceris, furculo obturato. Inuentus cauis bubo. Virgil. 1. Georgic. 37.
Abscondere cauis aliquid, Id est locis concauis. Horat. 2. Serm. saty. 3. 35.
Cauáticus, penul. correp. (ὑπόκωφος,) Adiectiuum: vt Cauaticæ cochleæ.

Plinius lib. 30. cap. 6. 2. Sunt balearicæ, quas cauaticas vocant: quoniam in speluncis nascuntur.
Cauo, cauas, (κοιλαίνω, κοιλαντέω,) cauare, Fodere, enacuare. Plin. lib. 36. ca pi. 22. 3. In Sipluo lapis est qui cauatur, tornaturque in vasa coquendis cibis vtilia. Idem lib. 16. cap. 6. 5. Breuior & in orbem comoda, talisque ramorum crebro cauata. Liu. 1. bel. Pun. 96. Itaque ingens coacta vis nauium est, intriumque temere ad vicinalem vsum paratarum. no uasq; alias primùm Galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus.
Ferro acuto cauare. Virgil. 2. Georgic. 90.
Alni cauatæ. Virgil. 1. Georgic. 28.
Tunc alnos primum fluuii sensere cauatas.
Corticos cauati. Virgil. 2. Georgic. 78.
Lapidem gutta cauat. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 1.
Oculi cauati. Lucret. lib. 6. 140.
Parmam gladio cauare, id est transfodere. Ouid. 12. Metamorpho. 26. Stat. 9. Thebaid. 26.
Rupes cauata. Virgil. 1. Aeneid. 63.
Saxa cauantur aqua. Ouid. 1. de Arte 96.
Tellurem cauare. Virgil. 3. Georgic. 17. – cauatque
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu. De equis loquitur.
Cauare Luna dicitur cornua, quando decrescit. Plin. lib. 8. ca. 17. 4. Sunt qui tradunt in armo iis similem lunæ esse maculam, crescentem in orbes, & cauantem pari modo cornua.
Cauamen, nis. Vide CONFLIGIVM.
Cauãtor, penul. prod. cauatõris, (κοιλωτήρ,) Verbale: vt Cauator arborum picus Martius. Plin. lib. 10. cap. 18. 1.
Cauea, cauæ, (κύστη,) propriè significat locum sub terra vacuum atque obscurum.
¶ Caueam, pro ferarum receptaculo frequenter vsurpamus, quod in huiusmodi locis esse consueuerunt ferarum cubilia. Apul. Bestiam immittimus cauæ. Sueto. Bestiarum more quadrupedes cauea coercuit.
¶ Cauea, (οἰκίσκος,) Septum ex ligno, siue ex ebore, aut aliquo metallo factum, in quo aniculas tenemus. Martialis de cauea eburnea, lib. 14. 82. Cic. 2. de Natu. deor. 11. Qui etiam per iocum irridens, quum cauea liberati pulli non pascerentur, &c. Idem 2. de Diuinat. 120. & 111. Plaut. Curcul. 8. 78.
– quia enim in cauea si forent
Concluſi itidem vt pulli gallinacei. Varro 3. de Re rusti. cap. 5.
In hoc tecto, caueaque, &c.
Inclusus cauea. Ouid. in Ibin. 104.
Emittere caueis. Virgil. 4. Georgic. 12. Hinc vbi iam emissum caueis ad sydera cæli. Id est, aluearibus. de apibus enim loquitur.
Clatri caueæ. Horat. de Arte Poetica 96. – ac velut vrsus
Obiectos caueæ valuit si frangere clatros.
¶ Cauea, (θεωρητήριον,) Area in medio theatri, è qua populus ludos spectare solebat. Plaut. Amphit. 3. 68.
Vt conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caueam spectatoribus,
Si quos fauitores delegatos viderint,
Vt his in cauea pignus capiatur togæ. Plinius ad Traianum. Huic theatro multa debentur ex priuatorum collationibus, vt basilicæ circa, vt porticus supra caueam. Cicero de Amic. 24. Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei Pacuii fuerunt nouæ fabulæ, quum ignorante rege vter eorum &c.
Consessum caueæ implere clamoribus. Virgil. 4. Aeneid. 68.
Hìc totum caueæ consessum ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet. Per caueam, plebem significat. nam cauea, consessus est populi, vt ait Seruius.
Subire per caueas. Stat. lib. 1. Sylu. 6. 6.
Ecce autem caueas subit per omnis
Insignis specie, decora cultu.
Plebes altera non minor sedente.
Prima & vltima cauea. Ci. de Sen. 44. Vt Turpione Ambiuio magis delectatur qui in prima cauea spectat: delectat tamen etiam qui in vltima.
¶ Cauea, pro quocunque loco interdum accipitur ab accessu vndique munito. Status circum sic appellauit, & campum in quo equorum cursu certabatur. Carmina eius sunt lib. 1. Thebaid. 85.
Non aliter quàm Pisæo sua lustra tonanti
Quum redeunt, crudisque virûm sudoribus ardet
Puluis: at hinc teneros caueæ dissensus ephœbos
Concitat, ex clusæque expectant præmia matres.
¶ Caueai legitur, pro caueæ apud Lucretium, lib. 4. 16.
Nanque ibi consessum caueai subter.
Cauerna, cauernæ, (κεῦπτα, ἄντρον,) Cõcauitas quædam terræ, vacua at que obscura. Cic. 2. de Natu. deorum 37. Quòd magna vis terræ caue obscura. Cic. 2. de Natu. deorum 37. Quòd magna vis terræ cauernis contineatur caloris, eaque hyeme sit densior.
Cauernæ, pro auribus. Plin. lib. 11. cap. 37. 14. de vitulo marino & delphino, Hæc cauernas tantum habent aurium loco.
Caua cauerna, Græca figura dictum à Virgilio, vt vitam viuere, mortem mori,

mori, secundo Aeneid. 11. Insonnere cauæ, gemitumque dedere cauernæ. Nisi quis canas pro caueis dictum putet.
Aetheriæ cauernæ. Lucret. lib. 4. 79.
Sydera cessare aetheriis affixa cauernis Cuncta videntur.
Cæcæ cauernæ. Lucan. lib. 5. 18.
Dignatur cæcas iuclusum habitare cauernas? Id est obscuras.
Cœli cauernæ. Lucret. lib. 4. 35. – & magnas cœli compleſſe cauernas.
Curuæ cauernæ. Virg. 3. Aeneid. 134.
– curuisque immugiit Aetna cauernis.
Ingentes cauernæ. Virg. 2. Aeneid. 4.
Eliçere ex cauernis terræ ferrum. Cic. 2. de Nat. deorum. 336. Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam.
Cauernõsus, penult. prod. (σπηριώδης,) Adiectiuum, Locus multis cauis plenus, aut vacuus.
Cauernosa radix. Plin. lib. 16. cap. 8. 15. Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa ceu pyporum cirri, subduleis, & in petris nascens.
Cauernula, pen. corr. Diminutiuum, (κρυπτάλειον,) Plin. lib. 17. ca. 11. 5. Ipsi quà pediculis adhæreant, cauernulas habent & intus semen.
Caycus, fluuius Phrygiæ. Vide Caicus. per I enim scribi debet.
CAYSTER, siue Caystrus, (κάυστρος,) Asiæ fluuius. Ouid. 2. Meta. 51. Flaminææ volucres medio caluere Caystro. Virg. 1. Georg. 77.
Luxuariæ Pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.
Caystrius, (καυστρινός,) Adiectiuum: vt Ales Caystrius, id est cycnus. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 3.

C E

Ce, Syllabica adiectio est, sed cum iis ferè iungitur, quæ in c, vel s, desinunt: vt Hicce, siue hiccine, ficce siue iccine: Hisce, hosce, hæccine & similia.
CEA, Vide CAEA.
CEBES, huius Cebẽtis, pen. prod. (Κέβης,) Thebanus fuit philosophus, scripsit dialogos tres, qui inscribuntur Pinax (id est tabula) Septima, Phrynichus. Author Diogenes Laertius lib. 2.
CEBRENIA, Locus est Troadis regionis, cuius meminit Plinius lib. 5. cap. 30. Strabo lib. 13. Cebreniam scribit pro regione & vrbe. Et Cebrenii populi, regionis & vrbis incolæ. Sunt Cebrenii & in Thracia, di cente eodem Strabone. Est fluuius quidam Arisbis in Thracia, propè quem Cebrenii Thraces habitãt. Multa enim apud Troes & Thraces eisdem nominibus appellantur: vt Scæi Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus, & Scææ Troianæ portæ. Item Xanthi Thraces, & Xanthus Troiæ fluuius. Item Rhesus apud Troiam fluit. Rhesus etiam Thracum rex fuit. Hæc ille lib. 13. Cebrena vel à Cebreno amne, vel à Cebrenio Priami filio nuncupata est. Hermolaus in Plinij, Herodianum citans & Didymum.
Cebrenia, (κεβρηνίς,) Regio Troadis. Steph.
Cebrẽnis, pen. prod. huius Cebrẽnidis, pen. corr. (κεβρηνίς,) Fœmininum patronymicum. Ouid. lib. 11. Metam. 154.
Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa. Statius in Syluis,
– viduæ Cebrenidos arida luctu Flumina.
Cebrẽnus, penul. prod. (κεβρήνιος,) Ausonius. 5. Sectione, Ad amicum vt quamprimum ad se veniat, Sic qui vænalis tam longa ætate Cebrenus Non habet emptorem, sit tibi pro pretio. Est & nomen fluuii. Vide Cebrenia.
CEBRIONES, penult. corr. Troianus Priami regis filius nothus, apud Homerum Iliad. π, κεβριόνην τὸ δεύτερον υἱὸν ἀγακλυτὸν περὶ μοῦνον. Id est Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natum.
CECINA, Fluuius est ad Volaterras, authore Pomponio lib. 2. & Plinio lib. 3. cap. 5.
A. CECINA, (Α. κεκίνας,) Volaterranus equestris ordinis, Quadrigariorum magister, Pompeianarum partium tempore belli ciuilis, hirundines paruas è nidis Romæ comprehensas nutriebat, quas postea nuntias belli mittebat amicis, vti Plinius refert lib. 10. cap. 24. 1. Scripsit librum contra Cæsarem. Fuit Ciceroni familiaris, & cliens defensus ab eo in quadam hæreditatis causa. Extant & inter eos epistolæ conscriptæ. Scripsit & librum de Procurandis fulguribus, quem Seneca se fatetur imitari, dicitque eum virum facundum, nisi à Ciceronis rebus primò recessisset. Cecina alius, Octauiani Cæsaris scriba legitur in epistolis ad Atticum. Cecinna alius vir Consularis, ob coniurationis suspitionem à Tito ad cœnam vocatus, ac per proditionem interfectus. Apud Tranquillum in Tito cap. 6. Cecinna, dux Vitellianus cum exercitu è Gallia profectus, ad Bebriacum cum Othonianis conGressus feliciter dimicauit. Tacitus lib. 8.
CECROPIA, Oppidum à Cecrope conditore: nunc est arx Athenis. Plin. lib. 7. cap. 56. Oppidum Cecrops à se appellauit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.
CECROPS, huius cecropis, penult. corr. (Κέκροψ.) Conditor Athenarum qui omne eius regionis multitudinẽ in duodecim vrbes digessit. A quo Cecropidæ, Athenienses; & Cecropiũ mel. Ouid. 2. Meta. 557.

Infice tabe tua natarum Cecropis vnam.
Cecrops Atheniensis. Tacit. lib. 11. 138. 8. Quidam Cecropem Athenien sem, vel Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorant, sexdecim literarum formas, mox alios ac præcipuũ Simonidem cæteras reperisse.
Cecropius, Adiect. (κεκροπικός,) vt Thymus Cecropius. Virg. 4. Georg. 54.
Arx Cecropia. Ouid. 6. Metamorpho. 14.
Minerua Cecropia. Lucanus, lib. 3. 62.
Cecropis, Cecropidis, pen. corr. (κεκροπίς,) Fœmininum patronymicum.
Cedo, cedis, cessi, cessum, (ὑπεικω, ὑπείκω, ὑποχωρέω, ἀναχαίτω,) cedere, Propriè significat abire, & locũ dare. Cæsar 2. bel. Ciu. 173.
Sabura copias equitum peditumque instruit, atque iis imperat vt sima latione timoris paulatim cedãt, ac pedè referãt. Hora. 1. Ser. sat. 1. 24.
Inde fit, vt rarò, qui se vixisse beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat vti conuiua satur, reperire queamus.
Introrsum cedere. Lucret. lib. 4. 191.
Cedere locum. Statius, Hortantur, ceduntque locum. Cicero de Claris Oratoribus 160. Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco.
Locum dare & cedere. Cic. 2. de Natura deorum 119. Quacunque enim imus, quacunque mouemur, videtur quasi locum dare & cedere.
Cedam, atque abibo. Cic. pro Milone 72.
Cedere loco, patria, vrbe, domo. Cæsar 3. bel. Ciuil. 201. Primis deiectis, reliqui se verterunt, & loco cesserunt. Cice. ad Atticum, lib. 7. 131. 4. Si Pompeius Italia cedit, quid nobis agẽdum putas? Iuuenalis, Cedamus patriã. Id est migremus Roma. Cic. ad Octauium 3. Cedam vrbe, quã per me conseruatam, vt esset libera, in seruitute videre non potero. Idem ad Atticum, lib. 13. 290. 2. Et se ob eam causam domo cessurum filio diceret. Tranquillus in Augusto cap. 24. Cohortes siquæ cessissent loco, decimatas ordeo pauit. Horat. 2. Carm. ode 3. 4.
Cedes coemptis saltibus, & domo,
Villaque, flauus quam Tyberis lauit,
Cedesi & extructis in altum Diuitiis potietur hæres.
Campis cedere. Horatius 3. Carm. ode 8. 5.
Tellure cedere. Horatius 2. Carm. ode 1. 6.
Cedere à coniuge. Ouid. 2. de Remedio Amoris 132.
A gladiatore cedere. Cic. pro Sext. Roscio Amerino 70. Num aut ille lanista omnino iam à gladiatore cessisse videtur?
Ab oppido cedere. Cice. Attico, lib. 5. 108. 5. Itaque eos cedentes ab oppido Cassius in secutus est.
Ab ordine cedere. Virgilius 3. Aeneid. 89.
Illa manent immota locis, nec ab ordine cedunt.
Cedendum de oppidis iis. Cic. ad Atticum, lib. 7. 140. 2.
Cedere de Republica. Cic. Ante quàm iret in exilium 4. Cedo inuitus de Repub. cedo oppressus de fortuna, de dignitate, discedo à Repub. victus audacia malorum.
De sede cedere. Horatius in Arte Poetica 52.
E corpore cessit anima. Lucretius lib. 3. 44.
Ex ciuitate cedere. Cice. pro Milone 62.
Cedere retro. Liuius 5. bel. Pun. 185. Retrò, quantum posset, cedere statuit: in id omni cura intentus, necubi hosti æquo se committeret loco.
Quod aliàs vno verbo retrocedere dicitur. Sil. lib. 4. 55. Vt iussæ cessere retro, spatiumque dederunt
Hinc atque hinc alæ, medio stetit æquore pugna.
Ad locum aliquem cedere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 15.
Exul ab Aemonia, Pirenida cessit ad vndam.
Quoquam cedere. Lucretius lib. 5. 169.
Nec facere vt possent quicquam, nec cedere quoquam,
Nec vitare malum, nec fumere.
Cæsar ab humana cessit in astra via. Propert. lib. 3. eleg. 18. 7.
In auras cedere. Ouid. 14. Metamorpho. 170. – à cuius lumine flagrãs Hersilias crinis cum sydere cessit in auras.
In nubila cessit simul lachrum. Silius lib. 17. 111. Tum fallax subitò simulachrum in nubila cessit. Id est euanuit, in nubila conuersum est.
¶ Cedere vita. Cic. ad Octauium 3. Cedam vitæque quanquam solicita est, tñ si profutura est Reipu. bona spe posteritatis me consolatur: qua sublata, non dubitanter occidam. Cedam vita, honestè dictum pro eo quod est, vltrò ad mortem accedam, mortem mihi cõscisam. Budeus.
Cedere è vita. Cice. de Claris Oratorib. 3. Perpetua quadam felicitate vsus ille cessit è vita. Id est mortuus est. Idem 1. Tuscul. 54. Quod ad eos pertineat, qui è vita cesserint.
Cedere fato, Idem significat quod mori. Liu. 6. bel. Pun. 71. Itaque quibus vestrum antè fato cedere, quàm hæc tot & tam acerba videant, in animo est, &c. Quod & fato concedere dicitur.
¶ Cedere alicui, Nõ repugnare, & ei obedire. Virg. 5. Aen. 93. Cede deo.
Idem 3. Aeneid. 38. Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.
Tibi ætas nostra tam cederet, fatisque submitteret, &c. Cicero de Claris Oratoribus 11.
Minori cedere. Cice. de Claris Oratoribus 121. Interiectus inter duas

Universidad de Deusto
Biblioteca

ætates, Hortensii & Sulpitii, nec maiorem consequi poterat, & minori necesse erat cedere.

Cedere aliqui, Inferiorem eo, neque tanti esse. Virgil. 4. eclog. 5.
Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

Cedere alicui in aliqua re, vel in agendo aliquid. Cice. pro Cecinna 1. Si quantum in agro, locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in iudiciis impudentia valeret non minus in causa cederet A. Cecinna Sexti Ebutii impudentriæ, quàm tũ in vi facienda cessit audaciæ.

Vltrò alicui cedere. Statius 3. Sylu. 4. 8.

Cedo tibi in laude. Gellius libro 20. cap. vltimo. Tantum cæteris omnibus in ipsius quoque scriptionis laude cedentes, quantum cessimus in cura & elegantia scriptionis.

Cedere alicui, Est victum abire. Cic. 2. Offi. 157. Cui quidem etiam exercitus nostri, imperatoresque cesserunt. Idem 1. de Finib. 77.

Nihil cedere alicui. Cic. 1. de Legib. 7. Sic enim putant, te illam tractante effici posse, vt in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus.

Actionibus cedere alicui. Paulus in L. Si à bonæ fidei. ff. de Rei vendicatione, Vt tamen si interim vsu ceperit, actionibus suis cedat petitori.

Actionibus cedere alicui aduersus debitorem. Papinianus in L. Stichum §. Si mandato meo. ff. de Solutionibus, & liberationibus. Quinetiam dici solet, tutelæ contraria actione agendum esse, vt ei pupillus aduersus debitorem actionibus cedat.

Actiones cedere. Vlpianus in L. Quòd si seruus §. Idem Labeo ait. ff. de In rem verso, Si non putet tibi expedire nomen debitoris habere, cedat creditori actiones procuratoremque eum faciat.

Hæreditas alicui cedit. Virgil. 3. Aeneid. 67.
Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit Pars Heleno.

Ius cedere. Scævola in L. Mulier. ff. Qui potiores in pignore habeantur, Quæro an si ei iustus possessor offerat, compellendus sit ius nominis cedere.

Ius suum cedere alteri, id est dare. Virgil. 11. Aeneid. 71.
Cedat ius proprium regi.

De iure cedere. Cic. 2. Offic. 93. Conuenit autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbumin omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis æquum & facilem, multa multis de iure suo cedentem.

Litem cedere aduersario. Marcellus in L. Si de communi. ff. Si Seruitus vendicetur, Sed si per collusionem cessit litem aduersario, cæteris quo que dandam esse actionem de dolo Celsus scribit.

Marito vxorem cedere. Virgil. 3. Aeneid. 59. Et patrio Andromachen iterum cessisse marito. Secundum ius locutus est (ait Seruius) quia vxor viri domicilium sequitur. Nam & cessisse de iure est. Cedi enim hæreditas dicitur.

Aquæductum & viam per locum cedere. Pomponius in L. Per quem locum. ff. de Seruitutibus rusticorũ prædiorum, Per quem locũ viam alii cessero, per eundem alii aquæductum cedere non potero.

Amori turpi cedere, Fœdæ libidini inseruire. Valer. lib. 7. 64.
Proclamat neque opem ignoto, viresque daturam,
At neque tam turpi cessuram semper amori.

Authoritati cedere. Plinius lib. 15. cap. 22. de sorbis loquens & nuce iuglande, Ab his locum amplitudine vindicauerunt, quæ cessere authoritati, nuces inglandes: quanquam & ipsæ nuptialium Fescenniorum comites, multum pineis minores. Id est quum amplitudine præstant, gratia tamen inferiores sunt. Budæus.

Cælestibus, nisi immortalitate, non cedens. Cic. 2. de Natura deorum 130. Reliquæ virtutes à quibus beata vita existit, par & similis deorum, nulla alia re, nisi immortalitate, quæ nihil ad bene viuendum pertinet, cedens cælestibus.

Consiliis cedere. Ouid. 13. Metamorpho. 73.

Famæ cedere. Cic. ad Marium, lib. 7. 34. Pudori tamen malui, famæque cedere, quàm salutis meæ rationem ducere. Id est obsistere nolui, passus sum me vinci. Veritus enim sum, si ad Pompeium non transissem, ne existimationem mei læderem & minuerem. Budæus.

Fortunæ cedere. Cice. 3. Tuscul. 63. Quid iaces, aut quid mœres, aut cur succumbis, cedisque fortunæ?

Non cedere gratiæ alicuius rei. Plin. Iunior, Non cedit gratiæ marmoris ramos, insidentesque ramis aues imitata pictura. Id est non minor est gratia picturæ. Budæus.

Non cedere honori. Virgil. 3. Aeneid. 97.
Fert picturatas auri subtegmine vestes
Et Phrygiam Ascanio chlamydem, nec cedit honori. Vbi Seruius, Tanta dat munera, quanta merebatur Ascanius: hoc est enim honori non cedere, parem esse meritis accipientis.

Cedere honore & nomine suo alteri. Plinius in panegy. 152. Tu clara iudicii tui signa misisti, quum proficiscenti ad exercitum, tuo nomine, tuo honore cessisti.

Hosti cedere. Sil. lib. 15. 147.

– cohibete fugamue cui cedimus hosti?

Insolentiæ alicuius cedere. Horat. Epod. 17. 17.
Meæque terra cede insolentiæ.

Intercessioni cedere, id est non vltra procedere: & quod vulgari lingua dicitur, desistere ab oppositione. Sicut Cedere prouocationi, id est relinquere appellationẽ. Item Sublata intercessione, quod nunc dicimus, Non obstante oppositione. Ex Budæo.

Cedere legibus. Cice. pro Milone 46. Siue etiam illius morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fortem virum, quin quum suo periculo salutem Reipub. attulisset, cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam. Cederet legibus, id est quamuis commendabili facinore edito, exilium tamen sibi conscisceret, ne leges violare velle videretur si in vrbe maneret. Budæus.

Malis cedere, Vinci malis, frangi rebus aduersis. Virg. 6. Aeneid. 19.
Tu ne cede malis: sed contra audentior ito.

Malis alterius cedere. Alemena miseriarum suarum comparatione beatas esse alias miseras matres ostendit apud Senecam in Hercule Oetheo 14. 20. his verbis.
Cessate matres pertinax iuquas dolor
Adhuc iubet lugere, quas luctus grauis
In saxa vertit: Cedite his cunctæ malis. His malis, id est meis.

Oneri, vel ponderi cedere. Id est succumbere, non perferre. Plin. lib. 16. cap. 42. 1. Robur, olea incurnantur cedunturque ponderi. Quintil. lib. 10. cap. 1. Labant alii & oneri cedunt.

Operæ cedere. Quintil. lib. 2. ca. 1. Quæ dum operæ cedit, iam pene posSessione depulsa est. Idest dũ munus suũ & officium detrectat. Budæus.

Periculo cedere. Plin. epist. 139. b. Postremò nullam vocem cedentem periculo emisit. Id est qua videretur velle periculum vitare.

Precibus cedere alicuius. Cic. ad Brutum 12. 2. Quum multa propter eam curam, quam pro Rep. suscepi, grauiter ferrem: tum nihil mihi grauius, quàm me non posse matris tuæ precibus cedere, non sororis. Hoc est obtemperare.

Religioni cedere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 7.

Remediis cedere morbus dicitur à Celso, quando vincitur & perarcetur. Budæus.

Repugnanti cedere. Ouid. 2. de Arte amandi 40.

Spatiis cedere, significat locum alicui dare iuxta te vel eunti vel accumbenti, quod honoris gratia fieri solet. Claud. 1. Panegy. 10.
– quacunque ultò gradereris in vrbe,
Cedentes spatiis, assurgentesque videbas.

Tempori cedere. Cic. 3. de Legib. 37. Neq; nobis cum illa tum pestis certamen fuit, sed cum grauissimo Reip. tempore: cui si non cessissem, non diuturnum beneficii mei patria fructum tulisset. Quod barbari dicunt, Facere secundum tempus. Silius lib. 8. 1.

Timori cedere, Timidum esse affici metu. Valer. Flac. lib. 8. 85.
– quin tu mea respice saltem
Consilia, nimio comitum ne cede timori.

Cedo tibi conductione, significat, per me licet, Vt quod faciendum suscepi, tu faciendum suscipias: quia iam conductionem locatori operis renuntiaui. Ex Budæo.

Bonis cedere, Discedere à bonis, & quicquid nostrum erat, tradere creditori. Sipontinus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 15.

Cedere villa creditoribus. Sueto. de Claris grammat. Vixit ad extremum senectã, sed in summa pauperie, & penè inopia, abditus modico gregistio postq̃ Tusculana villa creditorib⁹ cessit, vt author est Bibaculus.

Cedere alicui foro & curia. Cic. ad Octauium. 2. Cedam tibi in præsentia foro, curia, & sanctissimis deorum immortalium templis.

Cedere foro, Vulgus fallire ouer serrar il banco. quod & solum vertere dicitur. Iuuenalis Satyra 11. 5.
Hi plerunque gradus, conducta pecunia Romæ,
Et coram dominis consumitur. inde vbi paulum
Nescio quid supersit, & paller fœnoris author,
Qui vertere solum, Baias & ad ostia currunt.
Cedere nunquæ foro iam non tibi deterius, quàm
Esquilias à feruenti migrare Suburra. Vlpianus in L. Si hominem §. Quoties. ff. Depositi, Quoties foro cedunt nũmulari, solet primo loco rõ haberi depositariorũ. Iulianus in L. finali. ff. de Curatore bonis, dando, Si debitor foro cesserit, & creditores priuato cõsilio cũuenerit, &c.

Possessione cedere. Liu. 3. ab Vrbe 186. In his enim quæ asserantur in libertatem quia quiuis lege agere possit, id inris esse in ea quæ in patria manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat. Idem 4. bel. Pun. 100. Facile esse momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ. Cicero pro Milone 56. Quorum vtraque mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessisset.

Nescit amor priscis cedere imagimbus. Propert. libro. 1. eleg. 5. 5. Id est amor omnes superat, sine vlla exceptione nobilitatis.

Consilium cessit malis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 10.
Sed pauor attonito rationis ademerat vsum:
Cesserat omne meis consiliumque malis. Id est maiora erat mala quàm vt consilio

vt consilio meo euitari potuissent.

Cedere dicitur dies quando incipit deberi pecunia, authore Vlpiano.

Cedunt dies. Cic. de Senect. 63. Horæ quidem cedunt & dies, menses, & anni: nec præteritum tempus vnquam reuertitur: nec quid sequatur sciri potest. Id est Licet mors non venerit, tamen dies mortis cedit, etiam quacunque hóra & mense homo mori potest, & tempus fati semper procedit & instat. Ex Budæo.

Curæ cedunt. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 6. – cedant curæque metusque.

Non cessit illi fiducia. Virg. 9. Aeneid. 27.
At non audaci cessit fiducia Turno.

Cedit fortuna sapienti. Cic. in Parad. 43. Cui quidem etiam (quæ vim habere maximam dicitur) fortuna ipsa cedit. De sapiente loquitur.

Animo fiducia cessit. Stat. lib. 8. Thebaid. 107.

Furor cessit & quieunt. Virg. 6. Aeneid. 21.
Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt.

Furor non cedat ex animo. Seneca Hercule furente. 6. 6. Nec cœptus vnquam cedat ex animis furor.

Imperfectus deorum honos cessit. Silius lib. 15. 87.

Lumina cedunt somno, id est à somno oculi vincuntur. Claudianus epigramm. 22. 19.

Lux candida cessit nubibus. Stat. lib. 3. Sylu. 1. 15.

Mens duro nunquam cessura labori. Claud. 1. in Ruffi. 66.

Mores rebus cessere secundis. Id est eum fortuna boni mores immutati sunt. Lucan. lib. 1. 33.
Nunque vt opes nimias mundo fortuna subacto
Intulit: & rebus mores cessere secundis:
Prædaque, & hostiles luxum suasere rapinæ, &c.

Natura cessit, Mutata est. Seneca Here. Oetheo. 1. 10.
Intraque nostras substitit metas dies:
Natura cessit, terra defecit gradum.

Potestas alicui cedere dicitur, quum est sorte aut hæreditate data. Ouid. 4. Meram. 7. – ô numen aquarum
Proxima cui cœlo cessit Neptune potestas.

Potestas cedebat victa. Id est superabantur vires & conatus illorum magnitudine operis. Lucret. lib. 5. 256.
– cedebat victa potestas:
Nec poterant durum pariter perferre laborem.

Præda alicui cedit. Horat. 3. Carm. ode. 20. 2. Grande certamen, tibi præda cedat Maior, an illi.

Pudor ab ore cessit. Id est impudens factus est, caret verecundia. Valer. Flaccus lib. 7. 93. Inde vbi facta nocens, & non reuocabilis vnquam
Cessit ab ore pudor.

Quæstus alicui cedit. Cic. 4. in Verrem. 113. Ea autem fœneratio erat huiusmodi Iudices, vt etiam hic quæstus huic cederet.

Rex alicui cedere dicitur. Id est feliciter procedere. Virg. 12. Aeneid. 30.
Quã visa est fortuna pati, Parcæque sinebant
Cedere res Latio, Turnum & tua mœnia texi. Seruius.

Sylvæ cedunt. Ouid. 5. Fast. 75.
Non sibi respondit sylvas cessisse, sed hortos,
Aruaque pugnaci non adeunda feræ.

Tempus cedit. Vlpianus in L. Si maritus. ff. Ad legẽ Iuliam de adulteriis, Si maritus præuenerit, accusareq; instituerit tempora non cedunt patri.

Vsumfructum cedere alicui. Vlpianus in L. Si mulier §. Sed si habenti. ff. de Legatis tertio, Sed si habenti tibi proprietatem, vsumfructum mortis causa cessero, potest dici fideicommittere me posse.

Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ. Ouid. 1. Metam. 16.

Feliciter cedit. Ouid. in Ibin. 113.
Nec tibi si quid amas, felicius Hæmone cedat.

Male cedere res dicitur, quæ infelicem exitum sortitur, & voto nostro non respondentem. Horat. 2. Serm. saty. 1. 7. de Lucilio,
Ille velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris, neque si male cesserat vnquam
Decurrens aliò, neque si bene.

Male cedere alicui. Ouid. 10. Metam. 16.
Voto res cedere dicitur, quę voto respõdet. Ouid. 2. de Remed. amo. 34.
Durus cui pater est (vt voto cætera cedant)
Huic pater ante oculos durus habendus erit.

Lucro ei cedit ea res. Pomponius in L. Vel inutilium. ff. de Vsufructu, & quemadmodum quis vtatur & fruatur, Vt post fubituta fiant propria vsufructuarii, ne lucro ea res cedat domino.

E pectore cedere dicitur res aliqua, quando illius obliuiscimur. Valer. Flaccus, lib. 4. 13. Et labor & dulces cedunt è pectore nati.
Sensus cesserant pectore. Lucan. lib. 5. 152.

Cedere loco dicitur mutata sententia. Virg. 9. Aeneid. 46.
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.

Cessit illi victoria. Virg. 12. Aeneid.
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno.

Aunus cedere dicuntur vina, quæ ætatem ferre non possunt, id est fugientia. Budæus.

Vultus cessere. Id est perierũt, perdita forma est. Senec. Here. Oet. 4. 32.
Vides vt altum famula non perdat decus,
Cessere vultus penitus, & pedor sedet.

Cessit in prouerbium. Plin. lib. 23. cap. 1. 8. Sic quoque in prouerbium cessit, sapientiam vino obumbrari. Id est Pro prouerbio dici cœpit, vel Prouerbii vice & loco vsurpari cœptum est. In prouerbium abiit.

Cedere ad factum res dicitur. Plaut. Capt. 6. 102. Quàm citissimè potest, tam hoc cedere ad factum volo. Id est volo rem statim fieri.

In locum exemplorum cedere. Quintil. lib. 5. cap. 11. 28.

In partem cedere. Quintil. lib. 3. cap. 8. 37.

Pœna cedit in vicem fidei. Liu. 6. ab Vrbe 135. Itaque quum ex re iam nihil dari posset, fame & corpore iudicati atque addicti creditoribus satisfaciebant, pœnaq; in vicem fidei cesserat. Id est pro fide habebatur.

In vsum alicui cedere res dicitur, quæ conceditur nobis nõ tanquam propria, sed vtenda solummodo. Horat. 2. Sermo. Saty. 2. 27.
Nunc ager Vmbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius: sed cedet in vsum
Nunc mihi, nunc alii.

In vulgus spolia cedere. Tacit. lib. 19.

Cedere pro. Columel. lib. 12. Nam pro pulmentario cedit. Id est vice pulmentarii habetur.

Cedere in ture. Boetius in Top. Ciceronis.

Cessit parum gratus. Plin. in Panegy. 69. Donauit pater tuus multa & ipse donasti, cesserit parum gratus: manent tamen ii qui bonis eius fruantur. Id est fac parum fuisse gratum quod dederit.

Cedere, pro incedere. Plan. Pseud. 14. 50. Non prorsus verum ex transuersõ cedit, quasi cancer solet. Horat. 2. Sermo. saty. 1. 13.
– quid? quum est Lucilius ausus
Primus in hunc operis componere carmina morem?
Detrahere & pellem, nitidus quà quisque per ora
Cederet, introrsum turpis?

Cedere, pro censeri. Paulus in L. penultima. ff. de Flumi. Secundum ripam fluminum loca non omnia publica sunt, quum ripæ cedunt, ex quo primùm à plano vergere incipiunt vsque ad aquam. Id est pertinent ad ripam, & eius conditionis sunt.

Legato cedere, pro comprehendi. Paulus in L. Nam quod §. Item siquis. ff. de Penu legata, Quod si promiscuè vti solebat, tunc quantum ad annum vsum ei sufficeret, familiæque eius, cæterorumque qui circa eum sunt, legato cedet.

Cessitur, Impersonale. Cice. 1. Tuscul. 9. Post verò Lepidum, Carbonẽ Gracchos: deinde ita magnos nostram ad ætatem, vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur.

Cedetur tibi ab omnibus. Id est omnes tibi locum dabunt. Luca. lib. 1. 11.
– tibi numine ab omni
Cedetur iurique tuo natura relinquet
Quis deus esse velis.

Cedendum est bellis. Lucanus lib. 5. 149. Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra Lesbos erit.

Cedendum est malis. Seneca in Troade 6. 20.

Cedendo victor abibis. Ouid. 2. de Arte 40.

Cedens, (ὑπείκων,) Participium. vt Causa non cedens priori, Id est similis æque efficax, eque bona ac probanda. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 12.
Altera lætitia est, nec cedens causa priori,
Successor tanti frater honoris erit.

Cedentes capilli. Plinius epist. 10. 2. Effingit senem stantem, ossa, musculi, nerui, venæ, rugæ, etiam vt spirantis apparent, rari & cedentes capilli. Hoc est cadentes & abeuntes ac defluentes.

Cedentes in arcem Romani, pro eo quod est se recipientes. Liuius 5. bel. Pun. Vide Adire omnem fortunam in ADEO.

Vela cedentia, Discedentia. Lucanus lib. 3. 1.
Propulit vt classem velis cedentibus Auster.

Arua cedentia retro, Id est quæ videntur recedere nobis abeuntibus. Virgilius 3. Aeneidos 99.
Arua neque Ausoniæ semper cedentia retro Quærenda.

Cessurus, (ὑπεξίων,) Participium. Ouidius ad Pisonem 31.
Ver fugit æstates, æstatum terga lacessit
Pomifer autumnus, nimbis cessurus & vndis.

Cessio, cessionis, (ὑποχώρησις,) Verbale. Cicero in Topicis 13. Abalienatio, est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Cessim, Aduerbium, significat regrediendo, & retrocedendo. Iustinus libro 2. Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite. Interim superius plaustrum cessim ire cœpit.

Redire cessim. Alphenus in L. Si ex plagis §. Quod si neque mulæ. ff. Ad legem Aquilian. Quod si neque mulæ, neque homines in ea causa essent, sed mulæ retinere onus nequissent: aut cũ conarentur, lapsæ cõcidissent, & ideo plaustrum cessim redisset, atq; id conuersum fuisset, &c.

Cesso, cessas, (πάνομαι, ἀναπαύομαι, διαλείπω, καταλύω, λοφίω,) cessare, Frequentatiuum, Ab opere vacare. Virg. 7. eclog. Et siquid cessare po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes, requiescę sub vmbra. Id est (inquit Seruius) si potes breue otium tibi persuadere. Cicero 1. de Natura deorum 142. At ipsi tamen pueri, etiam quum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur.
Dies cessauit. Lucanus lib. 4. 5. Prima dies belli cessauit Marte cruento.
Officium cessat. Ouid. epist. 6. 4.
Quid queror officium lenti cessasse mariti?
Opus cessat, Id est labores intermittuntur. Ouid. 6. Fasto. 70.
Cessat opus, vacuæ conticuere molæ.
Pietas cessat. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 1. Cur tua cessauit pietas scribentibus illis? Pietas, Officium pietatis.
Voluntas cessat. Horatius 1. Carm. ode 17. 3.
Nunquam cessauit hodie dicere. Terent. Phorm. 2. 3. 30.
Hoc est toto die nihil aliud quàm locutus est.
Non cessare apud. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 3. 17. 20. Cicero noster dum ego adsum, non cessauit apud rhetorem.
Non cessare in opere & studio. Cic. de Senectute 13. Leontinus Gorgias centum & septem compleuit annos, neque vnquam in suo studio atque opere cessauit.
In pœnas furor cessat, Id est desinit pœnas amplius inferre. Seneca Medea 6. 6. Nunquam meus cessabit in pœnas furor,
Crescetque semper.
Cessare in. Cic. de Senect. 12. Nunquam in suo studio atque opere cessauit. Hoc est nunquam studium intermisit.
Cessare à prælis. Liu. 4. ab Vrbe 116. Nec ex quo castris castra collata sunt, cessatum à lenibus prælijs est.
Cessare cum alterius verbi infinitiuo. vt Cessare certare. Horat. 1. Epistol. 20. 2. –non cessauere poetæ,
Nocturno certare mero, putere diurno.
Non cessat de nobis detrahere. Cic. Attico, lib. 11. 219. 3. Ille in Achaia non cessat de nobis detrahere. Idem Quin. fratri, lib. 2. 6. 3. De ædificatione tua Cyrum vrgere non cesso.
Cessare & nihil agere. Cic. 3. de Natu. deorum 135. Audit igitur mens diuina & etiam de singulis, &c. Fac esse distentam, cælum versantem, terram tuentem, maria moderantem, cur tam multos deos nihil agere & cessare patitur?
Cessando. Lucretius lib. 2. 17.
Si cessare putas rerum primordia posse,
Cessandoque nouos rerum progignere motus.
¶ Cessare, Consistere in loco. Plaut. Merc. 19. 2.
Syra non redit, quam accersitu patrem iam diu est quòd miseram. Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut augue demorsa cessauit turgida.
¶ Cessare, (βραδύνειν,) Tardare. Plaut. Epid. 8. 8. Sed ego hinc migrare cesso? Terẽt. And. 3. 2. 6. & 5. 2. 4. Cessas alloqui? Idem Eun. 4. 4. 5.
– paululum si cessassem Pythia, Domi non offendissem.
Cessare in vota. Virgil. 6. Aeneid. –cessas in vota precesque
Tros, ait, Aenea? Hoc est tardus es in vota facienda! Seruius.
Nunquid in principio cessauit verbum doctè dicere? Plaut. Persa 16. 85.
¶ Cessare, Diutius morari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere. Terẽt. Adel. 4. 2. 50. Aeschinus odiosè cessat, prandium corrũpitur.
Multum cessare. Horatius in Arte 71.
¶ Cessare, (ἀργεῖν,) Otiosum esse. Terent. Quid cessas? Cic. de Senect. 16. Nisi fortè ego vobis qui, &c. cessare nunc videor, quum bella non gero. Id est otiosus & inutilis esse, nihil agere. Ouid. 5. Metam. 69.
Illam non vdis veniens Aurora capillis,
Cessantem vidit, non Hesperus. Id est nunquam quieuit. De Cerere loquitur filiam amissam quærente. Virgil. 2. Aeneid. 94.
– nec saxa, nec vllum Telorum interea cessat genus.
Cessare, & Strenuum esse, contraria sunt. Horat. 1. Epistol. 2. 14.
– quod si cessas, aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.
Cessare & laborem fugere. Cic. 1. de Nat. deor. 32. Isto igitur tam immenso spatio ęro Balbe, cur Pronœa vestra cessauerit laboremne fugiebat.
Plane cessare. Cicero Attico, lib. 2. 22. 1. Denique aliquid extabit, ne tibi plane cessasse videamur.
¶ Hoc cessat ex reditu. Plin. epist. 28. 6. Sunt quidem omnino nobis modicæ facultates, dignitas sumptuosa, reditus propter cõditionem agellorum, nescio minor an incertior, sed quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur. Id est quod minus est, quod deest mihi ex annuis reditibus.
¶ Cessatum est, Impersonaliter. Terent. Adelph. 4. 4. 22. Cessatum vsque adhuc est nunc iam Aeschine expergiscere. Id est negligens & otiosus fuisti. Virgil. 11. Aeneid. Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ. Id est tardatum est, inquit Seruius.
Cessans, Participium, (πανόμενος,) pro eo quod est immorans. Virgil. 5. Aeneid. 86. Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni
Cessantem, longos & circumflectere cursus.
Vento cessante, id est non flante. Seneca Hercul. Oetheo 4. 45.
Amphora cessans, qua nemo vtitur. Horatius 3. Carm. ode 28. 2.
Inclinare meridiem
Sentis, ac veluti stet volucris dies,

Parcis diripere horreo
Cessantem Bibuli Consulis amphoram.
Austri cessantes, id est non spirantes. Lucan. lib. 3. 14.
Cessantia fata. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 6. Extimulate precor cessantia fata. Id est cessantem mortem.
Morbus cessans is dicitur qui medicis communi vocabulo chronicus vocatur. Horat. 1. Epist. 15. 2.
Dictaque cessantem neruis elidere morbum Sulfura contemni, &c.
Solum cessans, (ἀργὸς, γῆ,) dicitur aruum aut ager qui non exercetur aut colitur. Lucan. lib. 3. 91.
– curuoque soli cessantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis.
Concitare cessantes. Horat. 1. Carm. ode 35. 3.
– neu populus frequens
Ad arma cessantes ad arma Concitet.
Cessaturus, Participium. vt Cessatura casa apud Ouidium 4. Fasto. 181.
Mutantesque domum, tectis aggrestibus ignem,
Et cessaturæ supposuisse casæ.
Cessator, (ἀργός, ὀκνηρός,) Aliud verbale, Otiosus, qui cessat, & nihil agit. Gellius, Amici isti magnam in partem cessatores sunt. Columel. lib. 11. cap. 1. 15. In agresti negotio vix dici potest quid gnauus operarius ignauo & cessatore præstet. Horat. 2. Sermo. saty. 7. 20.
Nequam, & cessator Dauus.
Cessator in. Cic. Pæto lib. 9. 17. 7. Hæc tibi antea non rescripsi, non quo cessator esse solerem, præsertim in literis, sed quum, &c.
Cessatio, (ἀργία, πάυσις, ἀκεκάνυσις,) Verbale. Plaut. Pœnulo 14. 104.
Id negotium institutum: non datur cessatio.
Fœnus cessationis. Columella libro 2. cap. 1. At è contrario seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet.
Furtum cessationis. Cic. Tironi, lib. 16. 26. 3. Si quod scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsiuisse videaris.
Cessatio, Otium. Cicero 1. de Natu. deorum 142. Profecto Epicurus quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat.
Cessatio pugnæ pactitia. Vide PACISCOR.
Cessatio aut legatio. Cic. 1. de Legib. 14.
Libera & otiosa cessatio. Cicero 1. de Legib. 14. Legationem aliquam mirum historia postulat, aut eiusmodi quampiam cessationem liberam atque otiosam.
Cessatus. Adiectiuum, (ὀκνηλεμμένος,) vt Cessata arua, id est negligẽta & non culta. Ouidius 4. Fastorum 124.
Largaque prouenit cessatis messis in aruis.

Cedo, (εἶπε,) Verbum defectiuum, prima breui, accentum in vltima habens: tm imperatiuo tantum legitur, Cedo, id est dic vel da. Cicero 5. Verrin. 23. Cedo mihi vnum ex triennio Præturæ, qui octauus damnatus sit. Terent. Eunucho 5. 5. 8. Aut quid factum est? cedo. Ibidem 1. 2. 8. Cicero Attico, lib. 16. 337. 1. Cedo, inquam, si quid ab Attico. Eidem, libro 10. 190. 6. Reliqua cedo. Et 2. de diuinat. 216. Cedo tandem qui sit ordo, aut quæ concursatio somniorum. Et 6. Verrin. 33. Tabulas cedo. Sic de Claris Oratorib. 163. Cedo quæso orationes (sunt enim) & dic hunc, quem, &c.
Cedo plurali etiam numero iunctum. Cicero de Senec. 18. Cedo quæ vestram Rempub. tantam amisistis tam citò?
Cedo aquam manibus. Plaut. Most. 4. 150.
Cedo mihi pateram. Plaut. Amphit. 8. 144.
Cedo manum, vel dexteram. Plaut. Capt. 13. 90. Et Amphit. 17. 24. & Pœnulo 4. 93.
Cedo, dic mihi. Terent. And. 4. 4. 24. Cedo cuium puerum hic apposuisti? dic mihi. Cic. ad Atticum, lib. 9. 190. 6. Ingenuisti certè, cedo reliqua. Id est ascribe. Idem 7. Verr. 54. Vnum cedo authorem tui facti.
¶ Cedo alios, vbi centurio est Sanga, & manipulus furum? Terentius Eunucho 4. 7. 6.
¶ Cedo quenuis arbitrum. Id est de hac re cuiuscunque iudicio acquiescam. Terent. Adel. 1. 2. 43. Postremò, aut desine, aut cedo quẽuis arbitrum. Id est dic, Ac si diceret, Vincam quocunque iudice eorum qui harum rerum consultissimi fuerunt. Budæus.
Cedo coram ipso. Terent. Adelph. 3. 4. 38.
Postremò non negabit, coram ipso cedo.
¶ Cedo, pro date in plurali, vel quæro & expostulo à vobis. Ciceronis Sestio 93. Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem die verum populum in Campo Martio concionem quis, &c.

Cedratus, Vide CEDRVS.

Cedrelate, cedrelates, f. ge. (κεδρέλατη,) Genus cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. 3. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem quæ cedria vocatur dentium doloribus vtilissimam.
Cedria, (κεδρία,) Pix est quæ ex cedrelate defluit. vt vides in CEDRELATE. Plin. lib. 29. ca. 3. 8. Scabiẽ corporũ ac pruritũ oleo, & cedria mistis tollunt. Ruellius lib. 1. ca. 62. Cedria modò cedri pix, modò cedri

dri resina nominatur, è cedro magna quæ cedrelate dicitur emanans: ita vt si propriè sit loquendum, nihil aliud sit q̃ cruda cedri lachryma.

Cedris, Vide CEDRVS.

Cedrostis, huius cedrostis, fœm. gen. Vitis alba dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1. 11. Vitis alba est quam Græci ampeloleucen, alii ophiostaphylon, alii melothron, alii psilothron, alii archezostin, alii cedrostin, alii madon appellant. Hæc & bryonia à Dioscoride appellatur.

Cedrus, cedri, fœm. gen. (κέδρος,) arbor notissima. Vide Plinium copiosè de ea tractantem lib. 13. cap. 5. & aliis locis.
Ardua cedrus Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 3.
Enodes cedri. Claud. de Raptu Proserp. 3. 72.
Odorata cedrus. Virg. 3. Georg. 82.
Dilce & odoratam stabulis accendere cedrum. Idem. 7. Aeneid. 3.
–cestisque superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.
Cedrum incendere. Cic. 3. Tusc. 79. Collocemus in cuicitra plumea, psaltriam adducamus, cedrum incendamus, &c. In emendationibus codicibus legitur Hedycrum incendamus. Vide HEDYCHRVM.
Cedro digna dicuntur, quæ promereãtur immortalitatẽ, & eiusmodi indigna locutus. Sumptũ à cedri natura, cuius succo illita, nũ sentiũt carie.
Carmina cedro linenda. Horat. in Arte. 67.
Liber flauus cedro. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 3.
Ex antiqua cedro effigies: Quæ eatiem non sentiunt. Virg. 7. Aeneid. 37.
Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum Antiqua ex cedro.
Cedratus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 13. cap. 13. 2. Et libros cedratos fuisse, propterea arbitrarier tineas non tetigisse. Id est cedri succo, vel cedrino vnguento illitos.
Cedrinus, pen. corr. (κέδρινος,) Aliud adiectiuum, Quod est ex cedro. Plin. lib. 13. cap. 5. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucta adiectus. Idem lib. 32. cap. 7. 9. Cum oleo cedrino punctis pilis.
Cedris, cedridis, pen. corr. (κεδρίς,) Fructus cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. 6.
Cedrides, hoc est, fructus cedri tusim sanant, vrinam ciunt, &c.
CELADON, pen. corr. Proprium viri ex illis qui in Persei & Andromedes nuptiis penempti fuerunt. Dictus Celadon quasi multum clamans, à verbo κελαδέω quod resono interpretatur. Ouid. 5. Metamor. 29.
Occidit & Celadon Mindesius.
Celadon, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens: apud Strabonẽ lib. 8.
CELADVSA, Parua maris Adriatici insula: authoribus Pomponio Mela lib. 2. & Plinio lib. 3. cap. 26.
CELAENA, Vide CELENA.
CELAENO, cum diphthongo in secunda, (κελαινώ,) Vna ex Harpyis. Sipontinus, Celæno vna fuit è septẽ filiabus Lycurgi ex Naxo insulæ: quæ quoniã Liberum educauerũt, à Ioue inter sydera fuerunt relatæ.
Dira Celæno. Virg. 3. Aeneid. 43.
Celæno infelix vates, Id est nuntia infelicitatis. Virg. 3. Aeneid. 40.
Vna in præcelsa consedit rupe Celæno Infelix vates.

Celatim, Celatus, Vide CELO.

Célebris, & hoc célebre, vel celeber, celebris, célebre, penult. corr. (ϑαμὰς, ϑαλάμη, ἀολδήμων, πανδήμιος, περίβοητος, πολύφημος,) semper pasiue positum, tam ad rem, quàm ad personam relatum. Locus celebris, quòd celebratur. Homo celebris, quòd cum honore celebratur & colitur. Hæc Valla lib. 4. Plin. epist. 19. 5. Delectus est celeberrimus locus, in quo legẽda præsentibus, legẽda futuris proderẽtur. Cic. Attico, lib. 12. 244. 1. In Ostiẽsi Cotta celeberrimo loco.
Certamen celebre. Ouid. 1. Metam. 90.
Circus pompa celebris. Ouid. 4. Fast. 79.
Conciones celeberrimæ. Cic. in Pisonem. 27. Cæterorum principum celeberrimæ & gratissimæ conciones fuerunt.
Conuentus celeberrimus. Cic. 6. Verr. 96. Vbi vsque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniuersarios agunt, celeberrimo virorum mulierumque conuentu. Hoc est maxima frequentia populi.
Forum celeberrimum. Cic. 5. Verr. 114.
Fori celeberrimum. Tacit. lib. 4.
Ludi celebres. Ouid. 1. de Arte. 10.
Partes vrbis celeberrimæ. Cic. pro Domo sua. 113.
Portus celeberrimus. Cic. pro Lege Manilia. 23. An verò ignoratis portum Caietæ celeberrimum atque plenissimum nauium, &c.
Via celebris. Cato cap. 1. 2. Si poteris sub radice montis fieri, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, bonumque aquarium, oppidum validum prope fiet, aut mare, aut amnis, qua naues ambulant, aut via bona, celebrisque. Quam frequentatam barbari dicunt.
Vrbs celebris & copiosa. Cic. pro Arch. poeta. 3.
Oraculum celebre & clarum. Cic. 1. de Diuinat. 69.
¶ Celeberrimus arte grãmatica, & sarte grãmatica, (πολυφημότατος,) quod à barbaris diceretur, bene renominatus. Plinius libro 24. cap.

17. 11. Et lib. 8. cap. 5. 4.
Nomine quàm pretio celebratior. Ouid. 6. Fasto. 70.
Deus celebris, Id est quem omnes colunt. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 17.
Vos celebrem cantate Deum.
Dies celeberrimus, Id est honoratissimus. Cicero de Amicitia 11. Hoc tamen vere licet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimosque viderit, illum diem clarissimum fuisse, quum Senatu dimisso, domum reductus ad vesperam est à Patribus Conscriptis, à Populi Roma. sociis & Latinis, pridie quàm excessit è vita.
Fide celeberrim⁹, Cuius fides & integritas osb⁹ in ore est. Sta. 2. Achil. 13.
Gratulatio populi celeberrima. Cicero 14. Philipp. 396.
Lux alicui celeberrima. Ouid. 3. Fasto. 143.
Tertia post idus lux est celeberrima Baccho.
Monimentum illius celeberrimum in foro. Cic. pro Sestio 123.
Nomina celeberrima bello, Id est quorum ingens est fama ob res in bello præclarè gestas. Silius lib. 4. 38.
Vox celeberrima. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 5.
Celeberrimus vir: pro Multorum sermone comprobato. Hermogenianus in L. Si res pupillaris. ff. de Administratione tutorum, Si res pupillaris incursu latronum pereat: vel argentarius cui tutor pecuniam dederit quum fuisset celeberrimus, solidum reddere non possit: nihil eo nomine tutor præstare cogitur.
Ciuitas celebris est, quæ vulgò frequentata dicitur. Vlpianus in L. Si in aliquam. ff. de Officio Proconsulis & legati, Si in aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput aduenerit, pati debet commendari sibi ciuitatem, laudesque suas non grauatè audire quum honori suo prouinciales id vendicent.
Frons tumoli celebris dicitur, quæ viam spectat. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 6.
Sed tristem mortis demonstret litera causam,
Atque hæc in celebri carmina fronte noter.
Rumor celebris. Liuius 7. bel. Maced. 196. Valerius Antias author est, Romæ fuisse celebrem rumorem. Hoc est constantem famam, & multorum sermone comprobatam.
Celebre nomen laudibus. Liu. 4. ab Vrbe 232. Menenii celebre nomẽ laudibus fuit hoc est, Laudabatur Menenius ab omnibus.
Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate. Plin.

Celebritas, penul. correp. celebritãtis, (ἑορτὴ, πανήγυρις,) tum hominum cœtum honoratiorum declarat, tum dignationem ipsam atque honorem. Cic. 3. Offic. 4. Ita qui in maxima celebritate, in oculis ciuium quondam viximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos quantum licet, & sæpe soli sumus. Plinius lib. 33. cap. 12. 2. Vidimus & ipsi Arellium Fuscum motum equestri ordine ob insignem cum celebritate assectationem adolescentium scholæ, ex argento amplos habere.
Solitudo & celebritas. Cic. ad Atticum, lib. 12. 240. 1. Me hæc solitudo minus stimulat, quàm ista celebritas.
Audientium celebritate instinctus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 20.
Loci celebritas. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 13. Sed si offendet me loci celebritas, aliò me conferam. Hoc est, populi frequentia, vel nominis dignitate celebris.
Ludorum celebritas. Cic. 3. de Orato. 69.
Viæ celebritas. Cicero Attico, lib. 3. 54. 2. Ego propter viæ celebritatem & quotidianam expectationem rerum nouarum, non commoui me ad hunc Thessalonica.
Referentissimum celebritate theatrum. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 1. 1. 62.
Habere maximam celebritatem dicitur locus aliquis. Cic. Attico, lib. 13. 284. 2. Nihil aptius videtur quàm lucus, quem ego noram, sed celebritatem nullam tum habebat, nunc audio maximam.
Odi celebritatem, Fugio homines. Cicero ad Atticum, lib. 3. 47. 1. & 60. 1.
Celebritas & nomen. Cic. 2. Offic. 62. Nam siquis ab ineunte ætate habet causam celebritatis & nominis aut à patre acceptam, quam tibi mi Cicero arbitror contigisse, aut aliquo casu atque fortuna.
Dici supremi celebritas. Cicero pro Milone 66. Spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, amburetur abiectus. Id est exequiis.
Iudicioꝝ multitudo & celebritas. Ci. ad Marii, li. 7. 1. 8. Nos hîc in multitudine & celebritate iudiciorũ, & nouis legibus ità distinemur, &c.
Sermonis hominum celebritatem consequi. Cic. in Somnio Scipionis 20.
Tu enim quam celebritatem sermons hominum, aut quam expetendam gloriam consequi potes?
Celebritas virorum ac mulierum. Cicero 1. de Leg. 102. Sublata etiam erat celebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur. Plin. epist. 67. a. Conuenitur ad eum mira celebritate.
Domestica celebritas. Cic. in L. Pisonem 50. Nunc etiam in hac quotidiana affidua, vrbanaq; vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, &c.
Floret hominum celebritate locus ille. Cicero pro Domo sua 58. Constat enim nullis vnquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum, floruisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Honestare sua celebritate aliquem dicitur populus. Cicero, pro Domo sua 59. Itaque ille vnus dies, quo die me Populus Romanus à porta in Capitolium, atque inde domum sua celebritate lætitiaque comitatum honestauit, tantæ mihi, &c.
In maxima celebritate viuere. Cice. 3. Offic. 4. Ita qui in maxima celebritate, in oculis ciuium quondam viximus, &c.
Limina celebrare. Propert lib. 1. eleg. 15. 1.
Cuius maurati celebrarunt limina currus.
Famæ celebritas. Cic. 1. Tuscul. 45. Eademque famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui, &c. Idem pro Archia 3. Hac tanta celebritate famæ quum esset tam absentibus notis, Romam venit.
Celebritas sententiarum pristina manebat. Cic. de Claris Orato. 182.
Celebritatem addere ludis. Liu. 10. bel. Pun. 182. Ludis celebritatem addidit sedes sua solēni spectaculo reddita. Hoc est, Celebriores & honoratiores ludi visi sunt pp propriā sedem ludis Apollinaribus redditā.
Celebro, celebras, penul. corrept. (ἐπφοιτάω, ἐορτάζω, πανηγύρίζω, ἐμφοιτάω,) celebrare. Est frequentare. Varro, Cui non tam cura erat vt templa deorum, quàm vt popinas celebraret.
Celebrare locum conuentu. Cic. pro Flacco 73. Cuius damnatione sepulchrum L. Catilinę floribus ornatum, hominum audacissimorum, ac domesticorum hostium conuentu, epulisque celebratum est.
Cœtus celebrare hominum. Cic. 1. Offic. 20. Impellitque vt hominum cœtus, & celebrari inter se, & sibi obedire velit. Virgil. 1. Aeneid. 148.
Conuentus celebrantur. Cic. Attico, lib. 1. 14. 12. Itaque conuentus, qui inutio celebrantur, iandiu fieri desierunt.
Domum alicuius celebrare. Cice. pro Murena 64.
Fretum celebrant Naiades æquoreæ, Id est in æquore viuunt. Ouidius 14. Metamorpho. 112.
Frequentia maxima ciuium, & splendore hominum summorum celebrare locum aliquem. Cic. 1. de Orato. 99. Testis est huiusce Quint. Mutii tanua & vestibulum, quod in eius infirmissima valetudine, affectāque iam ætate, maxima quotidie frequentia ciuium, ac summorum hominum splendore celebratur.
Locum aliquem ludis celebrare. Virgil. 3. Aeneid. 56.
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.
Missile celebratum, Idest frequenter coniectum in hostes. Silius lib. 3. 65.
– cui tragula semper
Fulmineam armabat celebratum missile dextram.
Syluas celebrare, In syluis versari. Ouid. 10. Metamor. 140.
Templa celebrare. Plinius ad Traianum lib. 10. epist. 100.
Celebrantur viæ multitudine legatorum. Cic. pro Sestio 114. Viæ multitudine legatorum undiq; missorum celebrabantur. Sic pro Cælio 26.
¶ Celebrare conuiuium. Cic. 3. Verr. 45. Celebratur omnium sermone lętitiaque conuiuium. Liu. 5. bel. Pun. 128. Et quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari. Sil. lib. 11. 55.
Certamina celebrare, Ludos & ficta prælia solenniter obseruare. Virgil. 5. Aeneid. 120. Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
Connubium celebrare. Claud. epigram. 46.
Dapes celebrare canendo. Ouid. 5. Metamor. 23.
Celebrare dies, ferias, ludos, &c. quod vulgus dicit, Facere festum ferias & ludos. Cicero in Catilinam 67. Quirites quoniam ad omnia pulunaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis vestris. Idem in Pisonem 40. Quid eos dies, qui quasi deorum immortalium festi, atq; solēnes sunt aduentu meo redituq; celebrati? Li. 1. ab Vrbe 17. Cresceńte in dies grege iuuenū, ferias ac locos celebrare Plin. li. 18. ca. 3. 3. Ludos boum caula celebrantes Bubetios vocabant.
Diem mero celebrare. Ouid. 3. Fasto. 132.
Et celebrant largo sęque diemque mero.
Religione debita diem celebrare. Plinius ad Traianum lib. 10. epistо. 123. Diem quo in te tutela generis humani felicissima successione trāslata est, debita religione celebremus.
Epulas celebrare vino. Liuius 5. bel. Pun. 128. Nuntians diem festum Dianæ per triduum agi: & quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari.
Exequias & funera celebrare. Liuius 5. bel. Pun. 97. Annibale omni rerum verborumque honore exequias celebrante. Ennius apud Ciceronem, lib. 1. Tuscul. 192.
Mors mea ne careat lachrymis, linquamus amicis
Mœroremvt celebrent funera cum gemitu.
Honorem lætum celebrare. Virgil. 5. Aeneid. 12.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem.
Limina celebrare. Propert. lib. 1. eleg. 15.
Cuius inaurati celebrarunt limina currus.
Ludos celebrare. Ouid. 5. Fasto. 70.
Memoriam nominis alicuius celebrare. Cic. 1. de Finib. 164. Velle post mortem epula celebrari memoriam sui nominis.
Mortem alicui celebrare. Cic. pro Murena 69.
Natalem alicuius celebrare. Plin. epistо. 134. Non possum tamen de mora queri, quum mihi contigerit, quod erat auspicatissimum, natalem tuum in prouincia celebrare. Horat. 2. Sermo. saty. 2. 13.
Ille repota, natales, aliosque dierum
Festos albatus celebret.
Ludis natalem celebrare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 24.
Natalis per multos annos celebrandus. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 13.
At tu natalis multas celebrande per annos
Candidior semper, candidiorque veni.
Nuptias celebrare, pro facere. Liu. 6. bel. Maced. 46. Tandem impetrata re, tanquam in media pace, nuptias celebrat.
Solennia nuptiarum celebrare. Tacit. lib. 12.
Sacra celebrare. Ouid. 6. Metamorpho. 118.
¶ Maledictis & vocibus celebrare. Cic. pro Cælio 4. Nam quod obiectū est de pudicitia, quodque omnium acculatorum nō criminibus, sed vocibus maledictisq; celebratum est, id nunquam &c. Id est vulgatum.
¶ Celebrare, (ἐπαμείρειν,) Summo honore prosequi, laudare, habere in pretio. Plinius libro. 12. cap. 4. 1. Vnam è peculiaribus Indiæ Virgilius celebrauit ebenum. Ibidem, cap. 12. 2. Gemina dote nardi spicas ac folia celebrant.
Iudicium eius innocentis celebratur & ornatur studio & dignitate summorum virorum, & clarissimorum ciuium. Cic. pro Sylla 3.
Publicè priuatimque celebrare aliquid. Cic. 1. de Diuin. 5. Nec vnum genus est diumationis, publicè priuatimque celebratum.
Celebrari & ornari. Cice. pro Sylla 3.
Egressum alicuius frequentia ornare & celebrare. Cic. in Pisonem 24.
Senectutem celebrare & ornare. Cic. 1. de Orato. 98.
Carminibus aliquem celebrare. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 4.
Fama per orbem celebratus. Ouid. 2. de Arte 100.
Frequentia & plausus me vsq; ad Capitoliū celebrauit. Ci. Att. li. 4. 70. 7.
Honoribus celebrari. Ouid. 1. Fasto. 121.
Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes.
Honore aliquem celebrare, & donis. Virgil. 8. Aeneid. 15.
Lyra vel tibia celebrare virū aut heroem aliquē. Hora. 1. Carm. od. 12. 1.
Seipsum celebrare mero. Ouid. 3. Fasto. 132.
Protinus erratis lęti vescuntur in agris,
Et celebrant largo sęque diemque mero.
Carminibus & annalium monimentis celebrator laus alicuius, & extenditur. Cice. pro C. Rab. Posth. 26. Hæc mira laus est, quæ non poetarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur.
Celebrare carmine ripas. Ouid. 1. Metamorpho. 25.
Et quæ Mæonias celebrabant carmine ripas.
Ingenio alicuius poetæ celebrari. Cice. pro Arch. poeta. 15. Itaque ille Marius item eximiè L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea quæ gesserat, posse celebrari.
Laudibus celebrare. Plinius lib. 14. cap. 6. 2. Hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus pyctanon appellauerunt. Idem lib. 5. ca. 1. 16. Miris laudibus celebrat. Hoc est, suo sermone celebrē facit.
Vir celebratus, (ἀνὴρ περιβόητος,) laude illustri. Cice. pro Murena 14. Pater enim fuit equestri loco, auus nulla illustri laude celebratus.
Laudes alicuius celebrare. Cic. pro M. Marcello 5. Itaque C. Cæsar bellicæ tuæ laudes celebrantur illæ quidem.
Iudiciis amplissimis laudes celebratæ. Cic. pro Plácio 76. Ego C. Cęlerii laudibus desim, quas primum Popu. Rom. nunc etiam Senatus, cui me semper addixi, plurimis atq; amplissimis iudiciis videā esse celebratas?
Celebrata Latinis literis. Hoc est, commemorata, & honorificè descripta. Cice. 4. Acad. 8. Sed quæ populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea ferè sunt & Græcis literis celebrata, & Latinis.
Literis & memoria celebrare aliquem. Cicero pro Sestio 125. Nos etiam hostem literis nostris & memoria videmus esse celebratum.
Nomine alterius celebrari. Quintil. lib. 5. cap. 11. 15.
In prouerbium celebrari. Quintil. lib. 1. cap. 10. 18.
Scriptis celebrari. Cice. ad Lucceium lib. 5. 12. 2.
Sermone celebrari. Cic. pro Milone 75. Et omni sermone celebramur.
¶ Celebrata res omnium sermone. Cic. pro Cluentio 16. Quid illa cędes Asinii Larinatis adulescentis pecunioſi, quàm clara tum recēti re fuit omnium sermone celebrata? Hoc est Ita omnibus cognita, vt omnes de ea colloquerentur. Liuius 4. bel. Maced. 220. Et primò in circolis, conuiuiisque, sermonibus celebrata res est. Plin. epist. 153. b. Quo vox & statim excepta, & postea multo sermone celebrata est.
Vt primùm Asiam attigisti, constante fama, atque omnium sermone celebratum est. Cice. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 35.
Nuntii, literæque celebrant eum factum Consulem. Cic. pro Murena 31. Quibus in locis paucis antè diebus factum esse Consulem Murenam nuntii literæque celebrassent.
Tritum atque celebratum sermone. Ci. pro Flac. 51. Quid porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est? &c.
Titulis celebrari. Silius lib. 3. 30.
Artes celebrare & inter se recolere. Cic. 1. de Orato. 2. Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus est ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus, celebrandas, interque nos recolendas.
Famam celebrare. Cic. pro Arch. poeta. 16. Quare quorum ingenijs hæc feruntur, ab his Populi Romani fama celebratur.
Famam alicuius celebrare omnibus in locis. Catul. epig. 61. 10.
Constantiam, fidem, grauitatem, præstantiam, curam alicuius omnium fama celebrare. Cic. 9. Philipp. 263.
Gloriam laudemque alicuius celebrare. Cic. pro Archia poeta. 15. Præsertim quum omne olim studium, atque ingenium contulerit Archias ad Populi Rom. gloriam laudemque celebrandam.
Gloriam celebrari in longo æuo. Sil. lib. 3. 30.
Et nobis est lucis honos, gaudetque senecta
Gloria, quum longo titulis celebratur in æuo.
Nomen alicuius celebrari scriptis. Cic. ad Lucceium lib. 5. 12. 2.
Nomen celebratum in foro. Cic. de Claris Orat. 174.
Celebrare se & Rempub. Sallust. in Iugurtha, Hæc atque alia maiores nostri faciendo, seque & Rempub. celebrauere. Id est laudem sibi & Reipub. comparauerunt.
Studium agriculturæ celebrare. Colum. lib. 8. cap. 16. 1. Nam & harum studia rerum maiores nostri celebrauerunt. Hoc est probarunt, laudarunt, exercuerunt.
Vatem celebrare. Ouid. lib. 2. de Arte amandi. 148.
Celebratio, verbale, (ἑορτασμός,) Actus ipse celebrādi. vt Celebratio ludorū. Cic. ad Att. li. 15. 330. 5. De celebratiōe ludorū Bruti tibi ausētior.
Celebrationem habere. Plin. lib. 34. cap. 5. 2. Equestres vtique statuæ Romanam celebrationem habent, orto fine dubio à Græcis exemplo. Hoc est sunt modò in honore & pretio.
¶ Celebratio, pro frequētia hominum, vt ait Budæus. Cic. pro Sylla. 54. Quæ domus, quæ celebratio quotidiana, quæ familiaris dignitas, quæ studia amicorum, quæ ex quoque ordine multitudo?
Celebrātus, pen. prod. Nomen ex participio. vnde superlatiuus Celebratissimus, (περιβόητος,) Cic. 2. Philipp. 76. Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari.
Celebrandus, (πανηγυρτός,) Participium. Claud. de bel. Get. 128.
O celebranda mihi cunctis Pollentia sęclis.
Celebranda virtus. Cic. 2. de Inuent. 173.
CELEIA, (Κέλεια,) Noricorum oppidum: author Plinius lib. 4. ca. 24. in Noricorum descriptione. Vulgò Cilia.
CELENA, Celenæ, pen. prod. (Κελαιναί, Strabo.) Locus Campaniæ Iunoni sacer. Virg. lib. 7. – atque arua Celenæ. Celenæ Celenarum (inquit Liuius lib. 3. bel. Maced.) vrbs caput quondam Phrygiæ fuit. Lucan. lib. 3. 41. Lugent damnatæ Phœbo victore Celenæ.
Celenæ altæ. Ouid. 4. Fast. 73.
Inter, aut, viridem Cybelen, altasque Celenas
Amnis it insana nomine Gallus aqua.
CELENDRIS, Samiorum colonia, in Cilicia, authore Pomponio Mela lib. 1. in descriptione Ciliciæ. Celendræ etiam multitudinis numero dicimus, vt est apud Lucanum lib. 8. 52. Ad profugum collecta ducem, parulsque Celendris.

Celer, celeris, & hoc celere. pen. corr. (ταχύς, ἀλύς,) ab alis quidam dictum existimant, & significat velocem. vt Celeri gradu ire. Plautus Trinum. 9. 21.
Celerem sedato opponit Horatius lib. 1. Epist. 19. 19.
Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauumque remissi.
Celer Hebrus, Hoc est magno impetu fluens & rapidus. Virg. 1. Aene. 65.
– celeremque fuga prævertitur Hebrum.
Alia exemplaria habent Volucrem.
Multum celer. Horat. 2. Serm. saty. 3. 30.
– hunc medicus multum celer, atque fidelis
Excitat hoc pacto.
Adpulsu celerrimum. Tacit. lib. 3. 54. 10.
Iaculo celer, Id est optimus iaculator. Virg. 9. Aeneid. 37. de Niso loquēs,
Nisus erat portæ custos, acerrimus armis
Hyrtacides, comitem Aeneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem, leuibusque sagittis.
Metu celer. Ouid. 11. Metam. 155.
Insequitur, celeremque metu, celer vrget amore.
Pedibus celeres. Claud. 3. Paneg. 60. de canibus. Virg. 4. Aeneid. 36.
Agmen remorum celere. Virg. 5. Aeneid. 43.
Alas celeres commouere. Virg. 5. Aeneid. 44.
Animus celer. Virg. 4. Aeneid. 58.
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.
Aurę celeres. Virg. 4. Aeneid. 40.
Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
Brachio celeri contendere. Author ad Heren. lib. 3. 120. Sin contēdemus per continuationē, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu vtemur.
Canes celeres. Ouid. epist. 4. 8. Hortari celeres per iuga summa canes.
Cardo cœli celer. Seneca Hippoly. 9. 1. Celeri polos cardine versas.
Catena celeris. Ouid. 12. Metam. 90.

Commutatio Reipublicæ celeris & varia. Cic. ad Octauiū. 11. O miserā & in breui tam celerem & tam variam Reipublicæ commutationem.
Consilium celere. Terent. Phorm. 1. 4. 1. Nisi aliquod iam tibi consilium celere repereris.
Copia celeris. Plaut. Merc. 22. 9. Date di quæso conueniendi mihi eius celerem copiam. Id est vt citò eum conueniam.
Currus celeres, dicti quòd celeriter mouentur. Senec. Agamemn. 11. 1.
Quid iste celeres concitus currus agit?
Cursus celer. Seneca Hippol. 10. 3.
Deæ celeres vocantur Horæ ab Ouid. 2. Metam. 24.
Iungere equos Titan velocibus imperat Horis. Iussa Deæ celeres paragunt. Potest etiam exponi Celeres per 3gunt, pro Celeriter.
Fata celerrima, Mors quæ celerius obitur. Virg. 12. Aeneid. 102.
– & qua fata celerrima, crudum
Transadigit costas, & crates pectoris ensem.
Fide celeri probare aliquid. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 23.
Flamma celeris. Lucret. lib. 2. 39.
Nec quum subsiliunt ignes ad tecta domorum:
Et celeri flamma degustant tigna: &c.
Flammæ celeres. Tibul. lib. 4. eleg. 6. 4.
Fuga celeris. Virgil. 3. Aeneid. 49.
Gressus celeres. Senec. Medea. 10. 22.
– vadite, & celeres domum Referte gressus.
Ictu celeri præcidere aliquid. Lucret. lib. 3. 128.
Ignis celer. Horat. 3. Carm. ode. 4. 16.
Lapsus celer. Valer. lib. 1. Argonaut. 19.
Accepere deæ, celerique per æthera lapsu
Diuersas petiere vias. Ouid. 6. Metam. 44.
Letho celeri aliquem mittere. Claud. 1. in Ruff. 47.
Nec celeri mittit lethoscrudelibus antè
Supplicis fruitur.
Lingua celeri vti ad negandum. Plaut. Trucul. 2. 6.
Lunæ celeres. Horat. 4. Carm. ode. 7. 3.
Manu celeri aliquid agere. Ouid. 3. de Arte. 115. Quæ fugiunt, celeri carpite poma manu. Valer. lib. 4. Argonaut. 58.
Mente celeri circunspicere. Ouid. 1. de Remed. amor. 18.
Mergi celeres. Virgil. 1. Georg. 73.
Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi.
Ministri celeres. Claud. 1. in Ruff. 69.
Mors celeris, Præmatura. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 3.
Opere nimium celeris, & curæ carentis versus. Id est carmen nulla cura, & opera compositum. Horat. in Arte. 53.
Oratio celeris & concitata. Cic. 2. de Orat. 49.
Penna celer. Ouid. 8. Metam. 138.
Pennæ celeres. Horat. 3. Carm. ode. 29. 11.
Pes celer. Seneca in Medea. 6. 1.
Alumna celerem quo rapis tectis pedem?
Pede celeri. Senec. Hippol. 8. 8. – hi trepidum fuga videre famuli
Celeri concitum pede. Ibidem. 66. Vt celeri velox pede laberis. Id est breui momento.
Plantæ celeres. Virgil. 7. Aeneid. 162.
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas. Senec. Hippol. 1. 1.
Puppe celeri auferre aliquem. Ouid. epist. 18. 36.
Facilis & celeris ratio, Id est prompta. Lucret. lib. 4. 29.
Ratione celeri res geritur, Id est repentè, sine difficultate aut magno negotio. Lucret. lib. 4. 29.
Recursus celer. Ouid. 6. Metam. 90.
Reditus celer. Cic. pro Domo sua. 50.
Rioi celeres. Horat. 3. Carm. ode. 11. 3.
Rotæ celeres. Senec. Hippol. 10. 22.
Sagittæ celeres. Virgil. 1. Aeneid. 39.
Constitit hic, arcumque manu, celeresque sagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
Sagitta celeri certare. Virgil. 5. Aeneid. 96.
Protinus Aeneas celeri certare sagitta
Inuitat, qui fortè velioti & præmia ponit.
Sensu celeri dolis occurrere. Claud. 4. Paneg. 48.
Somnus celer, Leuis, breuis. Senec. Hippol. 4. 33.
Telum celere. Valer. lib. 3. Argonaut. 37.
Prostrauitque virum celeri per pectora telo.
Turbo celer. Virgil. 12. Aeneid. 170.
Illa volat, celerique ad terram turbine fertur.
Venti celeres. Horat. 1. Carm. ode. 12. 2.
Viæ celeres, Id est cursus veloces. Senec. Hippol. 6. 12.
Virtus celeris. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 16. Hic raptam Trœzen celeri virtute recepit. Id est virtute sua celeriter recepit.
Volumine celeri sydera torquentur. Ouid. 2. Metam. 15. Id est præcipiti motu circumaguntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nihil celerius mente.Cic.in Orat.116.Ante enim circunscribitur mente sententia,confestimque verba concurrunt,quæ mens eadem,qua ni hil est celerius,statim dimittit,vt suo quodque loco respondeat.

Facere celer,Id est celer ad faciendum.Et Celer excipere aprũ apud Horatium,3.Carm.ode.12.3. Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprum.Forma loquendi hæc Græcorum est. Idem.4.Carm.ode.6.8.
–celeremque pronos Voluere menses.

Iratus celer.Horat.1.Epist.21.5.

Tollunt se celeres.Virgil.6.Aeneid.441.
Tollunt se celeres,liquidumque per aera lapsæ
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt. De auibus.

Venire celer dicitur aliquis,pro venire celeriter. Ouid.9.Metam.154.
–vtque celer venias Hymenæe precatur.

¶ Celeres antiqui dixerunt,quos nunc equites dicimus,à Celere interfectore Remi,qui initio à Romulo iis præpositus fuit,qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis deni.ideoque omnino trecẽti fuere. Hæc Festus.Plin.hb.33.cap.2.Quin etiam ipsum equitũ nomen sæpe varia tum est,in his quoque qui ad equitatum traiiebantur. Celeres sub Romulo,regibusque appellati sunt,deinde flexumines,postea trossuli.

Latini celeres.Virgi.11.Aenei.121. Necnon Messapus contrà celeresq; Latini.Vbi Seruius,Alludit ad militiam Romanam:nãque & equites habuit Romulus,vt illo diximus loco,Tercentum scutati omnes Volscẽte magistro:quos celeres appellauit vel à celeritate,vel à duce Celere, qui dicitur Remum occidisse, in cuius gratiæ vicem à Romulo fieri Tribunus equitum meruit.

Célero,celeras,pen.corr.(ταχυνω,)celerare,Celeriter aliquid facere.Cicero de Vniuersitate.45.Dedit autem diuinis duo genera motus:vnũ genus motus,quod semper esset in eodem æquè,& idem in omnibus, atque vno modo celeraret.De natura loquitur.Catullus de Berecynthia,Quò nos decet citatis celerare tripudiis.

Aliquid celerare,Id est vt celeriter fiat meditari. Virgil.1.Aeneid.133. Hæc celerans',itet ad naues tendebat Achates. Id est celeriter facere cupiens.Seruius.

Casum celerare,Id est celeriter cadere. Lucret.lib.2.47.
Nam per aquas quæcunque cadunt,atque aera deorsum:
Hæc pro ponderibus casus celerare necesse'st.

Fugam celerare.Virgil.9.Aeneid.73.Tum celerare fugam, patriaq; excedere suader.Sic lib.3.Aeneid.133.
–fugam trepidi celerare recepto Supplice.

Gradum celerare.Sil.lib.16.16. Et Virgil.4.Aeneid.129.

Iter inceptum celerare.Virgil.8.Aeneid.18.
Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.

Quàm maximis itineribus celerare.Tacit.hb.20.384.38.

Opem celerare,pro celeriter auxilium ferre. Valer.lib.3.50.

Viam celerans.Virgil.5.Aeneid.121.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum
Nulli visa citò decurrit tramite virgo.

Celeritas,pe.cor.(ταχος,ταχωτης,)Velocitas.Cic.7.Verr.70.Hæc Cẽturipina nauis erat incredibili celeritate velis.Idem.1.Acad.29.In pedibus celeritatẽ,vim in manibus.Subauditi ponebant. Ibidẽ,lib.4.221. Quæ cum circũaxem se summa celeritate conuertat & torqueat.

Celeritas ad.Cic.1.Acad.30.Naturæ celeritatem ad discendum & memoriam dabantiquorum vtrumque mentis esset proprium & ingenii.

Celeritas in.Cæsar.7.bel.Gal.187.
Ac tanta furt in capiendis castris celeritas.

Velocitas corporis celeritas appellatur. Cic.4.Tusc.47.

Breuitas & celeritas syllabarum. Cicero Orat.111.

Celeritas & festinatio.Cic.pro Rosc.Amerino.59. Quid hæc tanta celeritas,festinatioque significat.

Actionũ coniungendarũ celeritas.Vlpian.in L.Hæc ratio§. Sed si debitorem.ff.de Donationibus inter virum & vxorem, Celeritate coniungendarum inter se actionum vnam actionem occultari.

Percipiendi celeritas.Quintil.lib.1.cap.10.26.

Belli celeritatem morari.Cic.5.Philipp.182. Legatorum nomen ipsum & animos mollier,& belli celeritatem morabitur.

Verborum celeritas.Cic.1.de Orat.63.

Admirabilis celeritas.Cic.1.de Nat.Deor.72.

Celeritas Cæsariana,in prouerbium abiit, quòd quum semel de expeditione quadam triumpharet,pro insignibus haberet dictum illud, Veni,vidi,vici.Cic.16.ad Atticum.330.7. Aiũt enim eum Cæsariana vti celeritate. De Antonio.

Expedita & profluens celeritas verborum.Cic.de Claris Orat.116.

Incredibilis celeritas. Vide INCREDIBILIS.

Maxima celeritas.Cic.2.de Nat.Deor.114.

Præceps celeritas dicendi. Cic.pro Flacco.38.

¶ Adhibere celeritatem. Plancus ad Ciceronem,lib.10.21.4.

Desyderat celeritatem res. Vlpianus in L.prima.ff. de Damno infecto, Quum res damni infecti celeritatem desyderat,& periculosa dilatio Prætori videtur ex hac causa sibi iurisdictionem reseruare,&c.

Incitare celeritatem eloquendi dicitur consuetudo,exercitatioque.Cic. 1.de Orat.45.

Incitatus celeritate & studio. Vide INCITO.

Indigere celeritatis. Vide INDIGEO.

Opus est celeritate:qua si essemus vsi,bellum,vt sæpe dixi,nullum haberemus.Cic.5.Philipp.103.

Suscipere nimias celeritates.Cic.1.Offic.182.Cauendũ est autem ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus,vt pomparum ferculis similes esse videamur:aut in festinationib' suscipiamus nimias celeritates.

Certitũdo,pen.prod.(ταχυτης,)Idem quod celeritas.Varro.3.de Re rustica,cap.12.5.Lucius Aelius putabat ab eo dictum lẽporem,à celeritudine,quòd leuipes esset.

Celeripes,pen.corr.huius celeripedis,pen.corr.(ταχυπους,) Qui leuis est pedibus.Cic.ad Atticũ,lib.9.175.1. Venit autem eo ipso die ille Celeripes,quem Saluius dixerat. Hoc loco proprium nomen est.

Celeriter,celerius,celerrime,pen.corr.(ταχεως,ωτερον,) Aduerbium,Velociter.Cæsar.5.bel.Gal.76.Illi imperata celeriter fecerunt.Cic.2.de Finib.75.Celerrimeque multa simul agitantem.

Facere aliquid celeriter.Cic.ad Appium.3.17.Phaniam valde sim desyderaturus:quem quum Romam remittes (quod vt putabamus,celeriter eras facturus)omnibus el de rebus quas agi,quas curari à me voles,mandata des velim.

Celeriter & sine causa agere aliquid.Paulus in L.Nequis.ff.de Custodia & exhibitione reorum,Si quos ex iis qui in carceribus sunt, celeriter & sine causa solutos à magistratibus cognoueris,eos vinciri iubebis& iis qui soluerint,multam dices.

Futuri sumus celeriter vnà.Cic.Dolabellæ,lib.9.115.Ignoscatque breuitati literarũ mearũ.nam & celeriter vnà futuros nos arbitror.

Mittam celeriter tibi librum.Cic.Attico,libro.15.330.2.Librum tibi celeriter mittam.

Nuntiare celeriter.Cic.1.de Diuinat.106.

Proficisci celeriter.Cic.Attico,lib.15.330.2. Sciebat enim me celeriter velle proficisci.

Succurrere celeriter.Plancus ad Ciceronem,lib.10.21.6. Si durius aliquid esset,succurrere celeriter posse.

Celerius transigere.Cic.5.Verr.49.An id agédum, vt eo celerius de illo trasigamus,quo maturius ad Apronium possimus venire?

¶ Celeriter,pro breui,siue intra breue tempus. Cicero ad Appium pulchrum,lib.3.11.10. Lætor virtute & officio cum tuorum necessariorum,meorum amicissimorum:tum alterius omnium seelorum,& gentium principis:alterius,iampridem inuentutis,celeriter,vt spero,ciuitatis.De Pompeio & Bruto loquitur.

Celerius intelligere.Plin.Epist.88.b.lib.6. Nos apertius dicimus, celerius intelligimus,religiosius iudicamus,quia,&c.

Celeranter,(κατα ταχος,)Aduerb.pro celeriter.Accius,Sed quis hic est qui matutinũ cursum huc celeranter rapit? Nonius. Antiquum est.

Celeritim,pe.prod.pro celeriter:Aduerbium similiter antiquũ. Sisenna hist.lib.5.Quo magis celeratim poterant,in insidiis suos disponit.

CELER,(κελης,)Romuli præfectus.Ouid.4.Fast.169.
Hoc Celer vrget opus,quem Romulus ipse vocarat.
Sintque Celer curæ dixerat ista tuæ. Budæus.

Celetes, Dicti sunt à Græcis equites non bigis aut quadrigis in certamine vtentes,sed equo vno insidentes, eiusmodi certamen hodie quoque nonnullis in locis celebratur. Hæc Budæus. Plinlib.34.cap.5.2.Græci celetas tantũ dicabant in sacris victores.Apud Homerũ verò celes equus dicit,qui solus agitat,quasi monampix: quãtam de agitatore,quàm de equo ipso fortasse non inepte dici possit.

Celes,celetis,pen.prod.(κελης,) Equus celer,qui ab vno sessore agitatur & regitur.Lexicon Græcũ.Gellius lib.10.cap.25.Celoces,vel vt Greci dicunt,κελητες.Dictum celetem putant per metaphoram equi celetis,quòd vnico tantùm per transtra remo agatur. κελης enim equus dicitur qui ab vno sessore agitatur & regitur.Palæphatus de Centauris,Iuuenes quidam è radice montis profecti à vico quodam vocato Nebula,excogitant equos celetas condocefacere,in iisque sedere.Nã ante id tempus nesciebant in equis sedere,sed solùm curribus vebantur.Quibus verbis fit planum,quid sit κελης equus:ex quo κελης dictus,quòd vno remo,& non binis,aut ternis per sedilia ageretur:quãtamen plures remiges haberet.Ex Bayfio.

Celetizontes,(κελητιζοντες,)Participium Græcum, iuuenes dicebantur qui frequenti equorum singularium certamine delectarentur. Plinius libro.34.cap.8.18.Hegiæ Minerua,Pyrrhusque rex laudatur,& celetizontes pueri.

CELEVS,duarum syllabarum,(κελευς,)Viri propriũ.Virgil.1.Georg. 33.Virgea præterea Celei,vilisque supellex.Vbi Seruius, Virgea Celei,supellex,Id est vasa de vimine facta,qualia Cerea Celeo aliquando monstrauit,vt qualos,corbes,&c.

Celeusma, celeusmatis, penul.prod.(κελευσμα,) vel celeuma,celeumatis,n.g.Clamor est nautarum,quum vno aliquid iubente,omnes vniformiter respondent,quasi sibi inuicem iubentes. ἀπὸ τοῦ κελεύειν, quod est iubere.Hæc Sipontinus.Hoc verò celeusma, in nauibus clasiariis assa voce interdum, interdum tibia canebatur, ita vt remiges pro modulorum atque harmoniæ ratione vel concitarent vel iuberent remos. Pædianus author est, cani remigibus celeusma per symphoniacos seruos solitum olim esse, & per assam vocem, Id est ore prolatam, & (vt in Argo naui) interdum per citharam. Ex Budæo. Martialis lib.3.25.
Quorum per vada tarda nauigantes
Lentos fijitis ad celeuma remos.

Celeustes,celeustæ,masc.gen. (κελευστης,) Qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator:qui à Plauto Latinè hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ verbo Græco celeusmata dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

Cella, cellæ,(ταμιον, ἀποθηκη,) dicta à celando, authore Seruio: quòd in ea celentur quæ esse volumus occulta.Græci apothecam dicunt, in qua res esculentæ & poculentæ reponuntur. quanuis propriè apotheca, cella vinaria sit. Capit autem cella significationem vt illi adiectiua iunguntur:vt cella vinaria,penaria,&c.Cic.de Senect. 52.Semper enim boni,assiduique domini referta cella vinaria,olearia, mellaria,& penaria.Terent.Adel.4.2.14.Nam me in cellam aliquam cum illa concludam.Vbi Donatus, Et cella & cellarium, à reponẽdis, celandisque rebus esculentis & poculentis dicitur. Martial.lib.5.87. Vnde tibi togula est, & fulcæ pensio cellæ? Cic.in Pisonem.53. Pistor domi nullus,nulla cella:panis & vinum à propola,atque decupa.

Cellam atque horreum Campani agri, Cicero Capuam appellauit pro Lege Agraria.87.

Cella vini & olei.Paulus in L.Nam quod§.Item si quis.ff.de Penu legata, Quod ferè (inquit Sabinus) euenit in personis mercatorum,aut quoties cella est olei & vini,quæ venire solebant in hæreditate relicta.

Cella olearia.Vide OLEARIVS.

Cella vinaria.Plaut.Mili.11.42. Vos in cella vinaria Bacchanal facitis. Cic.in Topic.8. Cellis vinariis,& olearijs plenis relictis. Varro.3.de Re rust.cap.2.5.Nec vindemiam in cella,neque in granario messem.

Cella penaria,In qua penus reponitur. Cic.4.Verr.4.Itaque ille M.Cato sapiens cellam penariam Reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ,Siciliam nominauit. Nos verò experti sumus Italico maximo difficillimoque bello Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario illo maiorum vetere ac referto fuisse.

Cellam promptuariam vocauit Plautus Carcerem, ex qua promerentur vincti.In Amph.4.4.Inde erat è promptuaria cella depromar ad flagrũ.

Cellæ angustæ.Horat.1.Serm.saty.8.2.

In cellam dare. Cic.5.Verr.175. Magistratibus tantundem detur in cellam,quantum semper datum est.

In cellam emere frumentum.Cic.5.Verr.175. Data tibi pecunia est Verres vna,qua frumentum tibi emeres in cellam: altera,qua frumentum emeres à ciuitatibus quod Romam mitteres.

In cellam imperare frumentum.Cic.1.Verr.17.Quæritur Sicilia tota C. Verrem ab aratoribus quum frumentũ sibi in cellam imperauisset,&c.

In cellam sumere frumentum. Cic.5.Verr.163. Non est in hoc crimen Hortensi,ne fortè ad hoc meditere,multos sæpe viros bonos,& fortes, & innocentes cum aratoribus, & cum ciuitatibus frumentum in cellam quod sumi oporteret,æstimasse,& pecuniam pro frumento abstulisse.Idem paulo antè, Nam quum ex Sicilia,& ex legibus frumentum ei in cellam sumere liceret,&c.

¶ Cella, pro cubiculo aliquo secreto. Cicero ad Atticum, lib.14.317.6. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo:cui quidem ego totam villam,cellamque tradidi.

Strati in cellis lecti. Cic.2.Philipp.77. Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

¶ Cella, (ἀδυτον,) Pars templi erat sacratior, in quam ingredi fas non erat.Vnde apud Gellium legitur Scipionem in Capitolium venisse:quæque cellam Iouis aperiri, ibiq; solum demoratum fuisse. Liuius.5. bel.Maced.161. De multa damnatorum quadrigæ inauratæ in Capitolio positæ in cella Iouis supra fastigium ædiculæ. Idem, In cella Iouis optimi maximi habitaret exul.Cic.2.Philipp.42. In hac cella Concordiæ Item.3.Philipp.145.

¶ Cellas,Abusiuè fauorum cauernas vocauit Virgilius lib.1.Aeneid.88.
Diffundunt nectare cellas. Seruius.

Cellula,cellulæ,pen.corr.Diminutiuum. Terent.Eunuch.2.3.18.Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Cellulæ columbarum cauatæ. Columel.lib.8.cap.9.2. Receptacula non tanquã columbis loculamenta,vel cellulæ cauatæ efficiuntur,sed,&c.

Cellaria,(ταμιαι,) Quæ præest cellæ.Plaut.Mil.10.101.Iampridẽ,quia nihil abstulerit, succenset cellaria. * Plaut. in Mil. Ego eiiciar cellaria. Id est cella.

Cellarius,cellarii,(ταμιας,) Qui præest cellæ.Plaut.Mil.11.11.Dimisit nardini vnam amphoram cellarius. Idem Capt.13.126. Sume, posce, promque quid vis,te facio cellarium.Colum.lib.11.ca.1.17. Non minor habenda erit ratio,vt cibus & potio sine fraude à cellariis præbeatur.

Cellarius,cellarii,&c.Vlpianus in L.Quæsitum§.Cellarium ff. De fundo instructo & instrumento legato,Cellarium quoque,id est qui ideo præpositus est,vt res saluæ sint:item ostiarii,mulionemque, instrumenti esse constat.

Cellarium,cellarii,(ταμιειον,)Idem quod cella.Seruius,Inter penum,& cellarium hoc interest:quòd cellarium est paucorum dierum:vnde & in cellam dicitur imperatum frumẽtum.Penus verò est temporis longi.Plin.lib.56.cap.15.12.Quorum agri quoque minorem modũ obtinuere,quàm cellaria istorum.Sic idem lib.19.cap.12.5.

Cellãris,& hoc cellãre,pen.prod.(οινομετριαιος,) Adiectiuum.vt Columbi cellares.Columella lib.8.cap.8.1. Hac eadem ratione palũbos,columbosque cellares pinguissimos facere contingit.

Cello, cellis,quo veteres vtebantur pro cedo:nunc compositis tantum vtimur,Excello, Præcello.

CELMVS,(κελμος,)Nutritius fuit Iouis,quem & paruulus adhuc Iupiter plurimum amauit. Cæterum quum aliquando mortalem esse Iouẽ dixisset,Iupiter iniuriæ memor,quum expulso Saturno rerum iam potiretur,in adamantem lapidem commutauit illum. Fabulam breuiter innuit Ouid.4.Metam.57.
Te quoque nunc adamas,quondam fidissime paruo Celme Iouis.

Celo, celas,(κρυπτω,)celare Abscondere,tegere. Ouidius secundo de Arte.82.
Quæ bene celaris,siqua tamen acta patebunt,
Illa licet pateant,tu tamen vsque nega.'
Secreti calles celant. Virgil.lib.6.Aeneid.89.
Hìc quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti celant calles,& myrtea circum Sylua tegit.

Celare & occultare.Cic.3.Offic.48.Atque etiam ex omni deliberatione celandi & occultandi spes opinioque remouenda est.

Celare,cum accusatiuo personæ vel rei.Cic.1.de Na.Deor.100. Neque tu me celas,vt Pythagoras solebat alienos. Plau.Truc.3.26. Atq; hęc celamus nos damna industria. Idem Pœnulo.3.52. Celabit hominem & aurum.Terent.Heaut.4.3.27. –vt celet Senem.Cic.1.Acad.4. Nec tamẽ istũ cessare,sed celare quę scribat existimo.Idẽ.3.Offic.48. Si omnes deos hominesque celare possimus.

Celare,cũ duobus accusatiuis,personæ & rei.Plaut.Trinũ.11.51.Vxorem quoque ipsam hanc rem vt celes,face. Idem Bacchi.2.61. Quum isthæc flagitia me celauisti,& patrem. Terent.Adelph.1.1.29. Ea ne me celet,consuefeci filium.Idem And.Idque adeò metuens vos celaui,quod nunc dicam.Cic.ad Cælium,lib.2.15.9. Non enim te celaui sermonem.Idem in Orat.135.Qui nos nihil celat.

Celare aliquẽ de re aliqua.Cic.6.Ver.25.Dixit Philarchus p testimoniõ se quòd nosset tuum istũ morbum vt amici rui appellant,studium cupisse te celare de phaleris.Idem pro Deiotaro, De armis,de ferro, de insidiis celare te voluit.Idem ad Metellum lib.5.2.24. Debes existimare te maximis de rebus à fratre esse celatum. Idem ad Trebarium, lib.7.21.6.Sed Bassus noster me de hoc libro celauit, te quidem non videtur.Idem Attico libro.10.105.8.

Celare aliquid alicui.Terẽt.Phor.Si hoc celeẽ patri,in metu sum.Aemil. Prob.Id Alcibiadi celari diutius non potuit.Hirtius de bel. Alex.lib. 4.23.Quòd neque celari Alexandrinis possent in apparanda fuga.

Celare ne. Plautus Aulul.5.35.Nam nunc,quum celo sedulo, omnes ne sciant,&c.

Celare se tenebris,Id est omnino se occultare,nec in medium proferre se se.Virg.9.Aeneid.89.
–tum verò exterritus amens
Conclamat Nisus,nec se celare tenebris
Amplius aut tantum potuit perferre dolorem.

Amorem celare.Ouid.12.Epist.8.vbi Medea Iasonẽ sic alloquitur,Perfidesensisti:quis enim bene celat amorem?
Eminet inditio prodita flamma suo.

Authorem celare,Tacere nomen authoris.Horat.1.Serm.Saty.4.3.

Culpam celare sub imagine falsa.Ouid.2.Meta.8.Idem.2.de Arte amandi.78.Ludite,sed furto celeror culpa modesto.

Damnum celare. Ouid.9.Metam.20.

Crimina sua celare.Ouid.2.de Arte.86.

Diem celare Sol dicitur,quum occidit:cui Promere diẽ,opponitur.Horatius in Carmine seculari.2.
Alme Sol,curru nitido diem qui Promis,& celas.

Fugitiuum celare.Vlpianus in L.prima.ff.de Seruis fugitiuis,Is qui fugitiuum celauerit,fur est.

Furorem celare.Ouid.15.Epist.48.

Granum sub cortice celant mala punica.Ouid.10.Metam.146.

Hamos celare cibis,Id est hamum in esca abscõdere. Ouid.15.Meta.96.
Nec celate cibis vncos fallacibus hamos.

Ignem celare.Onid.6.Fast.60.

Inane celare.Lucret.lib.1.107.Corpore inane suo celare,&c.

Ingenium celare,& Nudare,contraria. Horat.2.Serm.Saty.8.15.
–ingenium res Aduersæ nudare solent,celare secundæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Numen Iouis celare non potest. Cic. pro Deiotaro. 12. Si palàm te interemisset, omnium in se gentium non solùm odia, sed etiam arma conuertisset: veneno Iouis illius quidem hospitalis numen nunquam celare potuisset, homines fortasse celasset.
Celare oratia alicuius. Terent. Hecy. 4.1.61. Vide Oratum in ORO.
Celare pudorem. Ouid. 2. Metam. 59.
Sententiam celare. Cic. 4. Acad. 109. Aut cur celatis, quasi turpe aliquid, sententiam vestram?
Vlcera incurata celare. Horat. 1. Epist. 17. 5.
Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.
Turpia celare. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 17.
Vultus timorem celant. Lucan. lib. 10. 3.
Vluam celare. Ouid. 5. Fast. 104.
Flumineam limo celauerat vluam.
Vultum celare manibus. Ouid. 4. Metam. 137.
Vultum prodentem gaudia celare. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 21.
¶ Venditorem celare accipiemus (inquit Vlpianus in L. prima §. Venditor. ff. de Actionibus empti & venditi) non solùm si non admonuit, sed etiam si negauit seruitutem istam deberi, quum esset ab eo quæsitum. Et paulo pòst, Et si id egit, ne agnosceret emptor aliquam seruitutem deberi. Et iterum, Hæc ita vera sunt, si emptor ignorauerit seruitutes: quia non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debuit qui non ignorauit.
¶ Celor, Passiuum. Terent. Eunuc. 2. 3. 3. Vbi vbi est, diu celari non potest. Idem Heaut. 4. 3. 20. Si abduxeris, celabitur itidè vt celata adhuc est. Cæsar. 7. bel. Gal. 3 16. Neque rectè aut turpiter factum celari poterat. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 14. Sed heus tu celari videor à te.
Celari & excludi. Cic. de Lege Agr. 26. Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar.
Foribus opertis celari. Ouid. 2. Fast. 133. Di quoque templorum foribus celantur opertis. Id est absconduntur clausis foribus.
Foliæ celantur arundine, Id est operiuntur. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 8.
Celatus, penult. prod. (κεκαλυμμένος,) Participium. Cic. pro Cluentio 150. Nõ est profectò de illo veneno celata mater, nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum. Idem. 7. Verr. 54. Quamobrem ita iste pirata celatus est, quasi eum aspicere nefas esset.
De aliquo celatus. Cic. pro Sylla. 29. Credo Iudices, celatum Cassium de Syllâ vnoquam de cæteris certè sciebat.
Non gratam inuito seruat celata salutem. Silius lib. 17. 118. Vbi loquitur de Iunone, quæ in pastoris formam conuersa, Hannibalem ab exercitu abduxerat, ne hostes illum interficerent.
Anni celati. Propert. lib. 3. eleg. 24. 7.
At te celatis ætas grauis vrgeat annis,
Et veniat formæ ruga finistra tuæ.
Fores celatæ. Ouid. 2. Metam. 164.
Ignes celati, Ignoti amores. Ouid. 9. Metam. 104.
Litera celatos arcana fatebitur ignes.
Peccata celata. Lucret. lib. 5. 1134.
Virtus celata. Horat. 4. Carm. 9. ode. 6.
Celatim, (ἀποκεκρυμμένως,) Aduerbium, pro occultè. Sisenna libro sexto Historiarum, Quammaximè celatim poterat, in insidiis duo disponit. Ex Gellio, lib. 12. cap. 15.

Celox, celòcis, pen. prod. fœ. ge. (κέλης,) Nauigium breue: dictum à celeritate, authore Nonio. Plaut. Capt. 13. 105. Vidi in publica celoce. Idem Asin. 6. 10. Quò hanc celocem conferam? Liu. 1. bel. Pun. 59. Naues ducentæ viginti, quinqueremes, celoces viginti deductæ. Varro in Marco apud Marcellum, Nautæ remiuagam mouent celocem. Phaleucius est versus.

CELSVS, Plagiarius carmine Horatii notissimus. 1 Epist. 3. 3.
Quid mihi Celsus agit monitus, multumque monendus,
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo?
Ne si fortè suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus. Alter fuit Cornelius Celsus, cuius medicinam habemus. Huius meminit Quintilianus.

Celsus, (ὑψηλός,) Adiectiuũ, Altus, sublimis, excellens: à Cello antiquo verbo: vnde compositũ Excello. Festus, Celsus ex Graco (κέλης dictus. Plin. lib. 13. cap. 24. 3. Firmiores, celsioresque infantes fore. Cic. 2. de Nat. Deorum. 110. Quæ primùm eos humo excitatos, celsos & rectos constituit.
Celsus & erectus. Cic. 5. Tuscul. 60. Quî autem poterit esse celsus, & erectus, & ea quæ homini accidere possunt, ota parua ducens, qualem sapientem esse volumus, nisi omnia sibi in se posita censebit?
Status celsus & erectus. Cicero in Oratore. 33. Status erectus & celsus, rarus incessus, nec ita longus, excursio moderata &c. De gestibus oratoris loquitur.
Celsior armis, Superior & potentior. Valerius lib. 2. 110.
– qualis per pascua victor
Ingreditur, tum colla tumens, tum celsior armis
Taurus, vbi adsueti pecoris stabula alta reuisit.
Cunctis celsior. Claud. de bel. Get. 87.
Celsus corpore. Liu. 10. bel. Pun. 153.
Celsa cristis auis. Plin. lib. 10. cap. 21. 2.
Honore celsus. Quid. epist. 10. 26.
Vertice celsior. Claud. de bello Get. 16.
Arx celsa. Virg. 1. Aeneid. 12.
Caput celsum, Altissima pars corporis. Senec. Hippol. 514.
Colles celsi. Seneca Agamemnone. 2. 8.
Feriunt celsos fulmina colles.
Collum celsum. Ouid. 11. Metam. 73.
Nant alii, celsoque extant super æquora collo.
Corpus celsum, Id est magnum. Silius lib. 3. 47.
Eques celsus. Statius lib. 1. Sylu. 4. 9.
Os celsum dicitur respectu totius corporis, quasi in alto positum. Claud. de raptu Proserpinæ. 1. 17.
– tum talia celso Ore tonat. Id est clara voce: quod irato maximè conuenit. vel ex alto loco. Parrhasius. Idem. 1. Paneg. 9.
Puppis celsa. Virg. 3. Aeneid. 105. – stãs celsa in puppi. Idem lib. 3. 75.
– vos celsis nunc primùm à nauibus itis. Idem lib. 4. 80.
– littore celsas Deducunt scopulo naues.
Regia celsa. Ouid. epist. 1. 7.
Celsissima sedes honoris & dignitatis. Cic. pro Sylla. 3.
Sonipes celsus. Seneca Hippol. 10. 3.
Sylua celsa. Valer. lib. 6. 16.
Densior haud vsquam, nec celsior extulit vllas
Sylua trabes.
Turres celsæ. Horat. 2. Carm. ode. 10. 2.
Vertex montis celsus. Cic. 1. de Diuinat. 21.
– celso à vertice montis. Virgil. 3. Aeneid. 135.
Vrbs celsa. Virgil. 3. Aeneid. 59.
Celsum Buthroti ascendimus vrbem. Item lib. 8. 13.
Gradi celsa. Seneca Agamemn. 7. 26.
Nunc leuat in auras altior solito caput,
Graditurque celsa. Hoc est incedit erecta.

CELTAE, (κελτοί,) Populi sunt Galliæ inter Sequanam & Garumnæ amnes, sic à Celto Polyphemi filio dicti, vt scribit Appianus. Celtæ autem clarissimi sunt Hedui, vt Aquitanorum Ausci, & Belgarum Treueri. Pomponius lib. 2. Vide Commentaria Cæsaris.

CELTIBERI, (κελτίβηρες,) Populi Hispaniæ, qui à Celtis originem ducunt. Nam Celtæ Gallorum populi, relictâ quondam prouincia, Iberiâ Hispaniæ regionem habitauere. Vnde composito ex vtraque gente nomine, Celtiberi appellati sunt. Horum meminit Strabo lib. 3. & Plin. lib. 3. cap. 3. Lucan. lib. 4. 2. – prosugique à gente vetusta Gallorum
Celtæ miscentes nomen Iberis. Silius lib. 3. Venêre & Celtæ sociati nomen Iberis. Martial. lib. 1. 17. ad Licinium de Hispaniæ locis, Vir Celtiberis non tacende gentibus. Iambicus est trimeter.

Celtiberia, (κελτιβηρία,) Regio Celtiberorũ: & est propriè ea pars quæ intra Iberum continetur. Plin. lib. 4. cap. 22.
Celtiberia cuniculosa. Catul. epig. 37. 3.
Tu præter omnes vne decapillatis
Cuniculosæ Celtiberiæ fili Egnati, &c.

Celtibericus, pen. corr. (κελτιβηρικός,) Adiectiuum à Celtiberia deductum. vnde Celtibericum bellũ, & Celtibericam cladem dicimus. Vide Plinium, lib. 33. cap. 3. 2.
Celtiberius, aliud Adiectiuum. vt Celtiberia terra. Catul. epig. 37. 5.

CELTICA, pen. corr. (κελτική,) Tertia Galliæ pars. Plin. li. 4. c. 17. Gallia (inquit) Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta. A Scalde, ad Sequanã, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunẽsis: inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica antè dicta.
Celticus, (κελτικός,) Adiectiuum. vt Celticus error. Silius lib. 5. 29. Et libro. 1. 10. Rura Celtica. Et lib. 4. 38. Furor Celticus.

CEMENELEVM, (κεμενέλειον,) Vrbs in Alpibus littoreis, authore Ptolemæo. Vulgò Cemellio.

CENCHREAE, (κεγχρέαι,) Pelopõnesi oppidum est prope Corinthũ in Isthmo ipso, iuxta fanum Neptuni, quem Strabo ob id Isthmium appellat. Author Pomponius lib. 2. & Plin. lib. 4. cap. 4. & 5.
Cenchreus, pen. prod. (κεγχρεύς,) Adiectiuum. vt Cãchreæ manus apud Statium. 4. Thebaid. 12.
It comes Inoas Ephyre solata querelas,
Cenchreæque manus, vatum quâ conscius annis
Gorgoneo percussus equo.

CENCHRIAS. Vide AMMODITES.

Cenchris, huius cenchris, Genus serpentis venenosi. Plin. lib. 10. cap. 12. 10. Aduersus serpentes efficax, maximè cẽchris & scolopendras terrestres ac marinas.
Cenchris, huius cenchridis, fœ. g. Genus accipitris. Plin. lib. 29. cap. 6. 20.

Turturis simum albugines extenuat: item cochlearum cinis, simum cenchridis: accipitrum generis hanc Græci faciunt.

Cenchrites, penult. prod. cenchritæ, masc. gen. Gemmæ species, quæ veluti sparsa milii grana habere videtur. Vide Plinium lib. 37. cap. 11. 5.

CENCHRIVS, (κεγχρεύς,) Ioniæ amnis est ad Ephesum, Caystro proximus. Tacitus lib. 3.

Cenchron, Adamantis genus est, quod fit milii magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plin. lib. 37. cap. 4. 3.

CENAEVM, (κήναιον,) Eubœæ promontorium, authore Strabone lib. 10. Vbi Hercules à deuicta Oechalia reuertens, Ioui aram extruxit. Hinc Cenæus Iuppiter. Ouid. 9. Metam. 28. de Hercule, Victor ab Oechalia
Cenæo sacra parabat Vota Ioui. Seneca Hercule Oetheo. 7. 9.

CENEIA, (κήνεια,) Filia Ceneï, quæ & Atalanta dicitur. Ouidius,
Talia dicentem molli Ceneia vultu Aspicit.

CENEVS, Vide CAENEVS.

CENINA, Vrbs quæ fuit vicina Romæ, à Cenite conditore. Festus.

CENIS, Vide CAENIS.

CENITES, Viri proprium, qui Ceninam vrbem condidit. Festus.

CENOMANNI, (κενομανοί,) Galliæ Celticæ siue Lugdunensis populi vulgò notissimi. Horum meminit Plinius lib. 4. cap. 18. Fuerunt & Cenomanni Italiæ populi, in quorum agro Cremona fuit & Brixia, eodem Plinio authore lib. 3. ca. 19. Cenomanni Galliæ, vulgò Le Maine.

Cenotaphium, cenotaphii, (κενοτάφιον,) Imaginarium sepulchrũ: quale Virgilius describit lib. 3. Aeneid.
Solennes tum fortè dapes & tristia dona
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum viridi quem cæspite inanem
Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras. Quo loco Seruius tumulum inanem, cenotaphium esse dicit. Græcè κενὸν inanis dicitur: & τάφος sepulchrum: vnde nomen compositum. Suetonius honorarium tumulum appellat in Claud. Cæterum (inquit) exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumque ciuitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Drusi in Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum esset. Sic vocari possunt hodie, quas repræsentationes in anniuersariis exequiis vocamus. Hæc ex Budæo. Florentinus Turisconsultus in L. Monumentum. ff. de Religiosis & sumptibus funerum, Monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum. si verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum: quod Græci cenotaphium appellant. Vlpianus eodem titulo. L. Vel quæ, idem videtur innuere. Si adhuc monumentum putarem est, poterit quis hoc & vendere & donare: si cenotaphium sit, possit hoc vænire dicendum est. nec enim hoc esse religiosum Diui fratres rescripserunt.

Censeo, censes, censui, censum, (δοκιμάζω, νομίζω, κρίνω,) censere, Putare significat, authore Festo: sua arbitrari, vt vult Donatus. Plaut. Amph. 4. 1. 15. Neque ego hæc nocte longiorẽ me vidisse censeo. Ibidem 3. 60. Quid enim censes, te vt deladam contra Iosorẽ meũ
Qui nunc primum te aduenisse dicas, modo qui hinc abieris? Terent. Eunuch. 2. 1. 11. Censẽ' posse me obtrimare, &c. Idem Adel. 4. 2. 41.
Censẽ' hominem me esse? Ibidem. 4. 5. 23. Quid stas censes?
¶ Censere, (ἀποφαίνεσθαι,) Est quod vulgò opinari vocant. Id est sententiam suam explicata ratione approbare audientibus. Plinius in epistolis, Iam censendi tempus dixit Domitius Consul designatus. Hæc Budæus. Iabolenus de Verb. signifi. Censere, est constituere & præcipere. Vnde etiam dicere solemus, Censeo vt hoc faciat. Et Senatum aliquid censuisse. vnde Censoris nomen videtur esse tractum. Hactenus Iabolenus. Plaut. Pœn. 10. 17. Quid si recenti re adeis pultem? AD. censeo. Ibidem. 19. Si exierit leno, censetis hominem interrogem? Terent. Eunuch. 5. 9. 42. Militem ritualem ego recipiendum censeo. Cic. 7. Verr. 137. Mognopere censeo desistas. Idem Lælio, lib. 1. 18. Crassus tres legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex iis qui cũ imperio sunt: Bibulus tres legatos ex iis qui priuati sunt. Magnopere censeo. Vide MAGNVS.
Sentire & censere. Cic. ad Brutum. 15. 17. De cæteris rebus quid sentirem, quidue censuerim, audisse te arbitror.
Censeo vt Cæsar. 1. bel. Ciuil. 5. M. Calidius celebat vt Pompeius in suas prouincias proficisceretur. Cic. 4. Acad. 114. Illud verò nõ censuerim, vt eius authoritate moueare. Idem. 3. Philipp. 150. De ea re ita censeo, vt C. Pansa, A. Hirtius Consules designati, dent operã vt Senatus Calũ. tutò haberi possit. Idem Attico lib. 8. 16. 1. 5. Arma quæ ad me misisti eratis, iis censeo armetis milites, quos vobiscum habetis. Pro, vt armetis. Sic Att. lib. 10. 203. 5. Et de Claris Orat. 174. Et 3. Philipp. 150.
narus eam pacem seruandam censuit: & paucos post dies populus iussit. Cic. in Catil. 58. Quid Senatus censuerit exponam.
¶ Censere dicitur Senatus, & populus iubere. Liuius. 7. bel. Maced. Sesit. Cic. in Catil. 58. Quid Senatus censuerit exponam.
¶ Censere, Decernere, inquit Festus: & est iudicum in consessu sententiam dicentium.
Pellẽdum censuerunt. Cic. pro Flacco. 46. Cuius patrem armis pellendũ à suis mœnibus censuissent.
Censere est constituere, & præcipere. vnde etiam dicere solemus, Cẽseo vt hoc facias. & Senatum aliquid censuisse. Inde Censoris nomen videtur esse tractum. Modestinus in L. Censere. ff. de Verborum & rerum significatione.
Censere, pro Sententiam dicere, & opinari, inquit Budæus. In L. vltima. ff. de Senatoribus.
Territorium censere, pro Imperare territorio censum. L. prima. C. In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.
¶ Censere, Dicere. Plaut. Stich. 8. 22. Non ædepol possum. G. quid grauare? censeas.
¶ Censeri, (τιμᾶσθαι,) In censum ascribi à Censoribus. Cic. 4. Verr. 67. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. erat censa Prætore Peducæo quintus annus quum te Prætore incidisset, censa denuo est.
Ne absens censeare, curabo edicendum & proponẽdum locis omnibus. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 11.
Sub lustrum censeri. Cic. 1. ad Atticum. 13. 11. Sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est.
Prædia censeri. Cicero pro Flacco. 61. In qua tribu denique ita prædia censuisti?
Modum agri censeri. Cic. pro Flacco. 62.
¶ Censeor, censeris, census sum, censeri, Verbum deponens, Idem quod Censere, profiteri, siue deferre in censum apud Censores. Cic. pro Flacco. 62. Subsignari apud ærarium, apud Censorem possint. In qua tribu denique ista prædia censuisti? Commisisti, si tempus aliquod graue accidisset, vt ex iisdem prædiis & Apollonidæ & Romæ imperatum esset tributum. Verùm esto, gloriosus fuisti, volauisti magnum agri modum censeri, & illius agri qui diuidi plebi Romanæ non potest. Cæsus es præterea numeratæ pecuniæ CXXX. eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Census est mancipia Amyntæ: neque hunc villã in eo fecisti iniuriam possidet enim ea mancipia Amyntas. ac primò quidem pertimuit, quum te audisset seruos suos esse censum.
Censendi causæ. Cic. 2. Ver. 32. Non cõmittã vt tum res iudicetur, quum hæc frequẽtia totius Italiæ Roma discesserit: quæ conuenit vno tempore vndique, comitiorum, iudiciorum censendique causa. Idem pro Flacco. 61. Illud quæro, suntne ista prædia censui censendo?
¶ Censere, pro non assentiri. Suetonius in Augusto, cap. 35. Sententias de maiore negotio non more, neque ordine, sed prout libuisset, prorogabat, vt perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quã assentiendum esset. Budæus.
¶ Censeri, (ποσυδαιζεσθαι,) Aestimationem, authoritatemque assequi, in pretio haberi. Cic. pro Archia poeta. 10. Atque hoc ideo mihi concedendum est magis, quòd ex his studiis hæc quoque censetur oratio & facultas, quæ quantacunque in me, nunquam amicorum periculis defuit. Id est pretium & æstimationem meretur, & in primis laudatur. A Græcis δοκεῖν dicitur. Hæc Budæus. Legitur in emendatioribus codicibus, crescit oratio. Plinius lib. 8. Animalia igitur quædã bruta naturali quadam intelligentia prædita propter ea censentur.
Censere atque æstimare. Cic. in Paradoxo vltimo. 51. Si censenda nobis atque æstimãda res, vtrũ pluris æstimabimus, pecuniã Pyrrhi, quã Fabritio dabat, an continentiam Fabritii, qui illã pecuniã repudiabat?
Laude alicuius censeri. Id est laude alicuius probari. Claud. epig. 22. 14.
– nec laude virorum
Censeri contenta fuit, nisi matribus æquè
Vinceret. De Serena regina.
¶ Aetatem in cẽsendo significare necesse est. Vlpianus in L. Aetatem. ff. de Censibus.
¶ Censere, Irasci. Varro, Ne vobis censeam, si ad me referetis.
Census, Adiect. vt Censui agri, à censendo propriè dicti, qui emi & vænire iure ciuili poterant. Ex Festo.

Censio, Verbale, (τίμησις,) Aestimatio: vnde Censores. Festus, Censionẽ facere dicebatur censor, quum multam equiti irrogabat. Plaut. Rud. 28. 9. Assume quidem, ne censionem semper facias.
Censio hastaria dicebatur, dum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, quòd hastas daret. Festus.

Censor, censoris, pen. prod. cẽsitõris, (τιμητής,) Verbale ab antiquo verbo Censio quarti ordinis, Idem quod censor. Vlpianus in L. Forma §. Illam æquitatem. ff. de Censibus, illam æquitatem debet admittere Censitor, vt officio eius congruat. Et paulò pòst, Quare & si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem releuari. Pomponius in Lege. Ergo §. Alluuio. ff. de Acquir. rerum domi. Flumina enim censitorum vice funguntur: vt ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum.

Censor, censoris, (τιμητής,) à censendo dictus est. Festus, Censores dicti, quòd rem suam quisque tanti æstimare solitus sit, quãtum illi censuerint. Varro de Lingua Latina, Censor, ad cuius censionem, id est arbitrium censeretur populus. Asconius in Diuinatione Ciceronis de

Universidad de Deusto
Biblioteca

notis censoriis loquens,ita inquit,Regendis moribus ciuitatis censores quinto quoque anno creari solebant. Hi prorsus ciues ne notabat, vt qui Senator esset,eiiceretur Senatu:qui equo Romanus,equum publicum perderet,qui plebeius in Censu tabulas referretur, & ærarius fieret. Hactenus Asconius.Cic.3.de Legibus.10.Censores, populi æui tates,stirpes,familias,pecuniasque censento.Vrbis tepla,vias,aquas, æraritum vectigalia tuento. Populique partes in tribus describunto. Ex in pecuhias,ætatis ordines partiunto Equitum,peditumque pro lem describunto.Cœlibes esse prohibento,Mores populi regito. Probrum in Senatu ne relinquunto Bini sunto.Magistratum quinquennio habento.Idem eodem li.67.Græci hoc diligentius apud quos νομοφυλακες creantur,nec in solum literas (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat)sed etiam facta hominum obseruabant,ad legesq; renocabant.Hæc detur cota Censoribus:quandoquidem eos in Repub. semper volumus esse. Apud eosdem,qui magistratu abierint, edant & exponat quid in magistratu gesserint:deque iis Censores præiudicet. Vide Liuium.1.Decad.lib.4. vbi docet Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos.

Censor & castigator.Horat.in Arte.36.

Minorum censor. Horat.in Arte.36.

Magister disciplinæ,& seueritatis Censor.Cic.pro Cluentio.102.

Magister morum Censor.Cic.ad Appium Pulchrum,lib.3.13.7.

Præfectus moribus Censor.Cic.pro Cluentio.102.

Rigidus Censor.Iuuenal. Saty.11.10.

Sanctissimus Censor. Quintil.lib.4.in prooemio.3.

Censoribus vectigalia locare nisi in conspectu Populi Rom. nõ licet:his vendere vel in vltimis terris licebit: Cic.1.Verr.4.

Animum censoris sumere.Horat.2. Epist.2.22.

At qui legitimum cupiet fecisse poema,

Cum tabulis animum censoris sumet honesti.

Censorius,(τιμητικος,)Adiectiuum,Quod ad Censorem pertinet.

Censoria animaduersio & castigario.Cic.pro Cluentio.92. Maiores autem nostri nunquam neque iudicium nominauerunt, neque perinde, vt rem iudicatam obseruauerunt animaduersionem atque authoritatem censoriam.Plin.lib.18.cap.6.1.Et paulò pòst.94.

Authoritas censoria.Cic.pro Cluentio.92.&.102.

Grauitas censoria.Cic.pro Cælio.26.Sed quid ego Iudices, ita grauem personam induxi,vt & verear ne is idem Appius repente conuertat, & Cælium incipiat accusare illa sua grauitate censoria?

Homo censorius,Qui censuram gessit.Valla lib.4.cap.84.Cic.2. de Oratore.198.Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem & Censorium? Idem ibidem,ad finem,Id autem committere,vide quàm sit homini turpe Censorio.

Iudicium rationemque censoriam tenere.Cic.in Pisonem.7.

Nota censoria.Quintil.lib.5.cap.11.11.

Lex censoria.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.5.

Ratio censoria.Cic.in Pisonem.7.

Seueritas censoria.Cic.in Pisonem.6.Et pro Cluentio.102.

Subscriptio censoria.Quintil.lib.5.cap.13.26.

Censoriæ tabulæ.Cic.pro Cluentio.31.

Virgula censoria. Quintil.lib.1.cap.2. Veteres grammatici non versus modò censoria quadam virgula notare,& libros qui viderentur falso inscripti,taquam subditiios summouere familia permiserint sibi:sed authores alios in ordinè redegerint,alios olno exemerint numero.

Censorium nõ est.Cic.pro Cluentio.102.Hominum delictum,fortunæ iudicio committere,minimè censorium est.

Censura,ræ,pen.prod.(τιμητης,)Censoris officium,ad quem iura morũ spectant.Plin.li.14.c.4.1.Catonũ ille primus, triũpho & censura super cætera insignis.

Annua & semestris censura.Liu.lib.4.ab Vrbe.102.Se legem laturum,ne plus quàm annua ac semestris censura esset.

Quinquennalis censura.Liuius lib.4.ab Vrbe.101.Alios magistratus annuos esse,quinquennalem censuram grauem esse.

Agere censuram.Ouid.6.Fast.130.

Sic agitur censura,& sic exempla parantur,

Quum iudex alios quod monet,ipse facit.

Peragere censuram.Vide PERAGO.

Censuræ lex.Propert.lib.4.eleg.12.9.

Me neque censuræ legem mollisse,nec vlla

Labe mea nostros erubuisse focos.

Censuram vini facere.Plin.lib.14.cap.6.11.Diui Augusti iudiciorum ac palati pertinissimum,& libertis censuram vini in epulas eius facientem, dixisse hospiti, &c.

¶ Censura,Reprehensio,correctio.Plin.Paneg.73.Nam vita principis, censura est,eaque perpetua:ad hanc dirigimur,ad hanc conuertimur. Cachinni censura.Iuuenal.Saty.10.4.

Vexat censura columbas.Iuuenal.Saty.2.7.

Census,(τιμαθεντος,)Participium,siue Nomen ex participio, pro diuite, vt ait Asconius.Cic.3.Ver.73.Is quum haberet vnicam filiam,neque census esset,quod eum natura hortabatur,lex vna prohibebat,fecit vt filiam bonis suis hæredem instituret.Ibidem.78.In his nuper Amita ea de multorum propinquorum sententia,pecuniosa mulier,quòd census non erat,testamento fecit hæredem filiam.Id est neque centum millia sestertium possideret.nam more veterum Censi dicebantur, qui cẽtum millia in professione detulissent.huiusmodi adeò facultates Census vocabantur. Asconius.

Census,huius census,(τιμημα,δυσις,ἐπιγραφη,)dicebatur æstimatio rerum ac bonorum factaſecundum quam tributa pendebantur.vnde Censum agere est recensere hominum facultates. Liu.lib.1.ab Vrbe. 184.Census instituit,rem saluberrimam tanto futuro imperio.Valla in Raudensem,Census,est id quod principi per capita soluit, siue per focos.vnde quis dicitur solusse aut non soluisse censum.

Censui censendo esse.Cic.pro Flacco.61.Illud quæro,suntne ista prædia censui censendo?

Vitia censuum.Vlpianus in L. Vitia.ff.de Cẽsibus,Vitia priorum censuũ nouis professionibus euanescunt.

Impudens locupletum census.Cic.ad Brutum.18.6. Obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi,quod ex centesima collatum,impudenti censu locupletum in duarum legionum præmiis omne consumitur.Idem pro Cluentio.112.

Habere censum.Cic.4.Verr.91.In censu habẽdo potestas omnis æstimationis habendæ,summæque faciundæ Censori permittitur.

Impendere censum.Cic.ad Att.lib.4.79.1.Sanè velim scire num censum impendant Tribuni diebus vitiandis.

Liberari censu.Cic.pro Cecinna.71.Qui autem in cẽsum vendidit, hoc iudicat,quum ii qui in seruitute iusta fuerunt,censu liberentur.

Seruare census.Cic.Verr.44.Census,qui isto Prætore sunt habiti, nõ seruaturum se Metellus ostenderat.

¶ Census,Quicquid fortunarum quis habet.Quintil.Abiere vires,census,meus.Iuuenalis,Protinus ad censum,de moribus vltima fiet Quæstio. Cic.2.de Lege.106.A quo iterum funerum sumptus præfiniunt ex censibus,à minis quinque vsque ad minam.

Census & fortunæ.Vlpianus in L.Cogi.ff.ad Trebellianum, Si patrimonium fuerit rogatus, & si facultates, & si quicquid habeo, & si census meum,& si fortunas meas,& si substantiam meam, & si peculium meum testator dixerit, &c.

Aestimatio census.Cic.in Parad.64.Non æstimatione census, verum victu atque cultu terminatur pecuniæ modus.

Brevis census,Id est tenuis.Horat.2.Carm.ode.15.3.

Exiguus census.Horat.1.Epist.1.9.

Exuperans census cuncta patrimonia.Iuuenal. Saty.10.2.

Indomitus census.Iuuenal. Saty.14.18.

Intactus census.Lucan.lib.3.32 Eruitur templo multis intactus ab annis Romani census populi.

Magnus census.Iuuenal.Saty.14.23.

Misera est magni custodia census.Iuuenal.Saty.14.31.

Primatus census. Horat.1.Carm.ode.15.3.

Tenuis census,& Homo tenui censu.Horat.1.Epist.7.11. Præconem tenui censu,sine crimine notum Iuuenal.Saty.13.1.

¶ Dives antiquo censu.Horat.2. Serm.Saty.3.34.

Sine censu homo.Cicero pro Flacco.41.Nũc verò quid putem,Trallianos Meandrio causam commisisse,homini egenti,sordido, sine honore,sine existimatione,sine censu?

Germanicus agendo Galliarum censui intentus.Tacit.lib.1.

Nobilitate census non maior.Ouid.9.Metam.135.

—nec census in illo

Nobilitate sua maior.Id est tam erat nobilis,quàm dives.

Cultus maior censu.Horat.2.Serm.Saty.3.65.

¶ Augere census reditu quodam.Ouid.1.Amorum,eleg.10.9.

Turpe thori reditu census augere paternos.

Omni censu maiorum curare.Iuuenalis Saty.1.7.

Ex censu tributa conferre.Cic.4.Verr.91.Siculi ex censu quotannis tributa conferunt.

Honores dat census.Ouid.3.Amorum,eleg.7.11.

Ianua pauperibus clausa est,dat census honores.Idem.1.Fast.44.

In pretio pretium nunc est,dat census honores

Census amicitias:pauper vbique iacet.

In censu dedicauit prædia.Cic.pro Flacco.61. Adhæc, prædia etiam in censu dedicauisti.

In censum deferre.Vlpianus in L.Forma.§.Lacus.ff. de Censibus, Lacus quoque piscarios,& portus in censum dominus debet deferre.

Demittere census in viscera.Est abligurire bona. Ouid.8.Metam.171.

Eruitur census.Lucanus lib.3.32.

In censum irrepsisse.Cic.pro Cor. Balbo.3.Non enim furatus esse claritatem,non genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio deliquisse,non irrepsisse in censum dicitur.

Partus per vulnera census.Ouidius tertio Amorum,eleg.7.2.Id est diuitiæ bello partæ.

Requirere

Requirere cẽsus.Cic.pro Archia poeta.7. Cẽsus nostros requiris scilicet.

Censualis,& censuale,pen.prod.(τιμητικος,)Vlpianus in L.Forma.ff.de Censibus,Forma censuali cauetur,vt agri sic in censum referantur.

Lex censualis. Alcatus in librum primum Taciti, Quæ regiones iuris ciuitatis Romanæ non habebant,grauioribus tributis vexabantur. censuali enim lege profiteri cogebantur quot capita essent in qualibet familia,quot iugera terræ,quot seruos quis haberet.sed & de lacubus piscatoris census soluendus erat Vlpiano Pauloque Iureconsulto.

Vincula cẽsualia.Vlpianus in L.Forma.§.Siquis inquilinũ.ff.de Censib⁹, Siquis inquilinũ vel colonũ nõ fuerit ꝓfessus,vinculis cẽsualib⁹ tenet.

CENTAVRI,qui & Hippocentauri, (κενταυροι,) Thessaliæ populi, habitantes secundum Pelium montem. Author Plinius lib.7.cap.56. Fabulæ aiunt Centauros esse semiferos, hoc est, superiore parte homines,inferiore autem equos,ita vt Centaurus nihil aliud sit quàm homo sine pedibus, & equus sine capite, Quidam ioco dixit in natura Centauri equum eructare hominem, & hominem cacare equum. Veritas historiæ hoc habet,Centauri,populi sunt Thessaliæ, secũdam Pelium montem habitantes, dura sanè & agrestis natio. Hi primi ex equis pugnare inuenerunt:quum antè equis vehi Bellerophon,frænis & ephippiis vti Pelertronius inuenissent.Hinc igitur datus fabulæ locus, & à stimulando calcaribus equo,Centaurus appellatus est:propter quod & Hippocentaurus,hoc est equi stimulator est dictus.Centaurorum nomina qui magis insignes fuerunt,hæc sunt, Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medon, Pisenor, Caumas, Merme ros, Pholus,qui suscepisse Herculem hospitio dicitur.Lucan.lib.6.78. Hospes & Alcidæ magni Phole.

Bimembres Centauri.Gellius lib.5.9.

—genus deforme bimembres Centauri.

Feri Centauri.Lucret.lib.2.81.

Furentes Centauri.Virg.2.Georg.92.

Nobigenæ,& Bimembres Centauri.Virg.8.Aeneid.59.

Ixionidæ Centauri, Hoc est Ixionis filii. Ixion enim amatam Iunonem de stupro interpellauit. Illa confessa Ioui est:& ex eius voluntate nubem in suam formam conuersam Ixioni obtulit. Vnde feruntur nati esse Centauri.Seruius in illud.6.Aeneid.Centauri in foribus stabulãt. Lucanus lib.6.78.

Illic semiferos Ixionidas Centauros

Fœta Peletronis nubes effudit in antris.

Sæuus Centaurus.Ouid.12.Metam.44.

Semiferi Centauri,Id est semiequi.Lucan.lib.6.78.

Semihomines Centauri.Ouid.12.Metam.109.

Truces Centauri.Seneca Hercule furente.9.33.

¶ Centaurus,Nomen nauis,apud Virgilium lib.5.Aeneid.25.

Centaureus, (κενταυρειος,) Adiectiuum. vt Centaurea rixa. Horat.1. Carm.ode.18.1.

At nequis modici transiliat munera Liberi,

Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero Debellata.

Centauricus, (κενταυρικος,) aliud adiectiuũ.vt Lustra Centaurica apud Statium.1.Achil.54.Mox iterum campos,iterum Centaurica reddam lustra tibi.

Centaurium, Medicamentum à Chirone Centauro inuentum, vt ait Festus.Vide CENTAVRIA.

Centauria, siue Centaurion, (κενταυριον τὸ μέγα, κενταυριον τὸ μικρον,) Genus herbæ. Est autem centaurion minus & manus.Plin.lib.25.cap.6.3.Centauria dicitur curatus Chiron, quũ Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pedem:quare aliqui chironion vocant. Centauria maior est illa radix quæ à Pharmacopolis appellatur Reuponticum,Centaurea autem minor à Senensibus vocatur Biondella,Matthiolus Senensis.Ruell.lib.3. cap.6.&.7. dicit Centaurium malus, esse eam herbam quæ ab officinis (quanquam falsò) renponticum nominatur. Centaurium autẽ minus (inquit) cognomine, quod aliqui Libadion vocant, quoniam secundum fontes nascitur:alii Limnelion,quòd propter lacus in riguis vber tim prosiliat:officinis hodie Centauria minor, Latinis fel terræ propter amaritudinem summam,nonnullis febrifragia vocitatur,&c. Vide illis locis plura.

Centaurea,per secundam vocalem e, in penultima legitur apud Virgiliũ lib.4.Georg.54. Cecropiumque thymum,& graueolentia centaurea. Lucret.lib.4.25.Abrotanique graues,& tristia centaurea.

Centenarius, Centenus, Centesimus, Centies, Vide CENTVM.

Centifolia, (ἑκατόφυλλον,) Rosa, de qua sic Plinius libro.21. cap.4.3.

Centigrãnum, penult.produ. Genus tritici. Plinius libro.18. cap.10.5.

Centimanus, (ἑκατόγχειρ,) pen. corr. Qui centum manus habet:cuiusmodi fuisse Briareum gigantem refert Virgilius.6.Aeneid.Ouid.3. Metam.30.

Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa.

Centimanus Gyges.Horat.3.Carm ode.4.14.

Testis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

CENTINVM, (κέντιον,) Vrbs Vmbrorũ:Italia,Ptol. hodie Sẽtinũ.

Centipeda, pen.corr. Vermis:de quo sic Plinius lib.29.ca.6.27. Millepeda,ab aliis centipeda, aut multripeda dicta, Animal est è vermiculis terræ pilosum,multis pedib⁹ arcuatim repẽs, tactuque contrahens se. Quidam eum vermem esse autumant, quem nos vulgò Clauiportam appellamus.Sed falluntur:pilosus enim non est.Rectius igitur Campen intellexeris:vulgò Chenille.

Centipellio, centipellionis.Plin.lib.28.cap.9.25.de hircis, Testes quoque eius inueterati,vel genitale maris saluariter dantur in vino:item ventres qui centipelliones vocantur.

Cento, centonis,masc.g.(κέντρων,)Sipontinus, Centones à villorũ multitudine:quoniam finitus numerus pro infinito ponitur. Sunt enim stragula crassiora villis passim pendentibus,quibus,& lecti vilissimarum personarum sternuntur,& tabernacula,omnisq; castrensis supellex pluuioso tempore velatur.Sisenna lib.3.histor. Acceto ma defactis centonibus integuntur,quos supra perpetua classi suspensa ei licia obreguntur.Cæsar.2.bel.Ciuil.33.Centonesque insuper iniecerunt,ne aut tela tormentis missa contabulationem perfringerent, aut saxa in catapultis lateritium discuterent. Idem, Corna autem,ne rursus igni,ac lapidibus corrumpantur,centonibus conteguntur.

¶ Cento,Genus vestimenti rustici.Columel.lib.1.cap.8.6. Cultam, vestitamque familiam magis vtiliter,quàm delicatè habeat, munitamq; diligenter à vento,frigore,pluuiaque:quæ cuncta prohibentur pellibus mantcatis,centonibus confectis,vel sagis cucullis. Cato cap.1.2. Funes veteres sarciri,nouosque fieri:centones, cuculliones familiam oportuisse sibi sarcire.

¶ Centones,Vestes è variis panniculis,ac diuersis etiam interdum coloribus consarcinatæ.Iuuenalis Saty.6.13.Intrauit calidum vereri cẽto ne lupanar.Ad harum similitudinem centonem vocant carminis genus,ex diuersis carminibus,& carminum fragmentis,hinc atque illinc accersitis,contextum,quasique consutum:Græci κέντρωνας appellant addita litera,quam abiiciunt Latini.Extant adhuc Homerocentones & Virgiliocentones Probæ mulieris.Ex Erasmi Chiliadibus.

Centones farcire alicui,Prouerbiũ. Periphanes in Epidico Plautina.10. 19.militi iam pugnas suas militari more paranti narrare: Quin tu,inquit,alium quæras,cui centones farcias.Id est quem tu gloriosis mendaciis & consarcinatis fabulamẽtis expleas.Solent enim homines gloriosi mendacium aliud ex alio connectere:nullum facientes,neque finem,neque modum.Erasmus in Chiliadibus.

Centunculus,pen.corr.Diminutiuum, (κεντρωνιον,) Liu.7.ab Vrbe.62. Mulis strata detrahi iubet:binisque tantum centunculis relictis,&c.

¶ Centunculus,Herba,de qua Plin.lib.24.cap.15.8. Itali centunculum vocant rostratis foliis ad similitudinem capitis penularum iacentem in armis.Græci autem clematidem.

Centrines genus culicum.Plin.lib.17.cap.17.

Centrum, centri,(κέντρον,)Punctus in medio circuli:à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ,sunt inter se æquales.ἀπὸ τοῦ κεντεῖν.Cic.1.Tuscul.62.Persuadent enim Mathematici terram in medio mundo sitam ad vniuersi cœli complexũ, quasi puncti instar obtinere,quod κέντρον illi vocant.

Centrum solis.Plin.lib.18.cap.29.2.Solis centro bis æquinoctialem circulum secans.

Centura,in arboribus & in marmore quæ dicantur,declarat Plin.lib.16. cap.39.10.Inueniuntur(inquit)in quibusdam,sicut in marmore,centra,id est duritia clauo similis,inimica serris.

Centrãlis,& hoc centrãle,pe.pro.(κέντρος,)vt Terra cẽtralis,quæ,est in medio mũdi.Plin.lib.2.cap.23.3. Quoniã terra cẽtralis interueniat.

Centrosus,pen.prod.Adiectiuum,(κεντρώδης,)vt Centrosa scobs,id est limatura admodum dura,veluti centrum quod in marmore vel iunipero inuenitur.Plin.lib.37.cap.7.6.Adulterãtur vitro simillimæ, sed cote deprehenduntur,sicut aliæ gemmæ factitiæ.mollior enim materia & fragilis,& centrosa scobe deprehenduntur:& pondere,quod minus est vitreis,& aliquando pustulis argenti modo relucentibus.

Centum,(ἑκατὸν,) Nomen numerale indeclinabile.

Centum dies.Cic.pro Milone.45.Hi centum dies penes accusatorẽ quũ fuissent,ab eo ipso accusatore producti sunt.

Centum,indefinitè pro pluribus nõnunquam à poetis accipitur.Sic centum greges apud Horatiũ.2.Carm.ode.16.7.& centũ iuuẽci apud eundem lib.Epod.17.8.& Centum puer artium.4.Carm.ode.1.3.

Centies,(ἑκατοντακις,)Aduerb.vt Cẽties circũspicere prius, quàm,&c. Plaut.Rudente.24.124.

Centies dicere.Plaut.Pseud.20.117.Terent.Heaut.5.1.8.

Centies facta syngrapha.Cic.2.Philipp.96.

Centies HS. reliquit.Cic.ad Atticum,lib.2.35.5.lib.29.cap.1.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Centies vicies prælatus. Plin.lib.7. cap.18.1.
Centies & octogies, vel Céties & tricies. Cic. in Pisoné. 68. & 5. Ver. 140.
Centenarius, (ἑκατοντάδος,) & similia in arius, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum, quæ non nominant. vt Lapis centenarius, non quòd centum lus sit, sed centum librarum. Homo centenarius, non quòd sit centum geminus, sed quòd habeat centum annos. Sipontinus. Centenaria pondera. Plin.lib.7 cap.20.2.
Centenarius numerus gregum. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 5. 17.
Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus præter terræ nata impendebantur, id est centum assibus: qui erát brebes unumi ex ære. Festus.
Centênus, pen prod. A dictiuum, (ἑκατόν,) Plin. libro. 11. cap. 37. 65. Ie cur maximi vetustatis patiens centenis durare annis, obsidionũ exépla prodidere. Id est centum. Centena sestertia pendere, vel capere ex prædiis, Cic. ad Atticum, lib. 6. 112. 5. & in Parad. 62.
Centena pondo dicebant antiqui referentes ad libram. Festus.
Centeni vicen quini homines. Plin. lib. 7. cap. 4. 5.
Centena vicies LXXXIII. M. hominum. Plin. lib. 7. cap. 26. 3. In deditionem acceptis hominum vicies semel centenis LXXXIII. M.
Decies centena. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 3.
Decies centena milia. Plin. lib. 33. cap. 10. 1. Non erat apud antiquos numerus vltra centum milia, itaque & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena milia aut sepius dicantur.
Centenos annos excedere. Plin. lib. 7. cap. 2. 10.
Arbore centena fluctus verberare Virgil. 10. Aeneid. 41. Ir grauis Anlates, centenáq; arbore fluctũ Verberat assurgens. Id est centum ingentibus remis. Est auté auxesis ad amplificandam exprimendamq; nauis magnitudinem quæ plures habuit remorũ ordines, vt ait Seruius.
Asses centenos dimidere. Liu. 6. bel. Maced. 156. Militibus, qui currũ secuti sunt, centenos vicenos quinos asses diuisit.
Eques centenus. Stat. 6. Thebaid. 43.
Iudex centenus. Ouid. ad Pisoné. 9. Et firmare iubet centeno iudice causas. Id est iudicio centum virorum.
Centenæ manus, pro centum manus apud Statium lib. 10. Theb. 58.
– optet nunc brachia centum,
Centenasq́ue in bella manus.
Sestertia centena. Cic. in Parad. 62. Capit ille ex suis prædiis sexcenta sestertia, ego centena ex meis.
Centesimus, pen. corr. (ἑκατοστός,) A dictiuum. vt Centesimum fructum ager arruluthoe est centies tantum, quantum sementis acceperat. Centesima fruges, idem. Plinius libro. 5. cap. 4. Ita appellatur regio CCL. M. passuum fertilitatis eximiæ, cum centesima froge, agricolis fœnus reddente terra.
Centesima pars. Plaut. Capt. 7. 64. – Pol istic me haud centesimam
Partem laudat, quam ipse meritus est, &c. Idem Mil. 10. 167.
– haud centesimam
Partem dixi, atque otium rei si sit, possum expromere.
Centesimus dies Plin. lib. 5 cap. 9. 14.
Cẽtesima, (ἑκατοστή, ἑκατοστὴ τόκος,) Genus vsuræ: de qua sic Budæus. Atqui quum hæc ratio eeuresimæ duodenos nummos annuos, in singulos centenarios pariat, & menstruos singulos: facilè patet ideo centesimam dictam, quòd centesimo mẽse sortem æquet. Vsurarum enim dies olim in singulos menses cedere existimabantur, vt hodie moribus huius vrbis tertio quoque mense cedunt earum pensitationũ dies quę pretio legitimo accepto præduis imponuntur, & mancipio dantur, & citra vitium, fœnoris instar habent. Dicitur etiã centesima vsura, ideo (ni fallor) quia centesimus nummus pro fœnore statuitur. Centum. n. nummi sortis, pariunt singulos nummos menstruos. Plin. ad Traianũ, Pecuniæ publicæ domus prouidentia tua, & ministerio nostro & iam exactæ sunt, & exiguntur quæ vereor ne otiosæ iaceant: nam & præditorum comparandorum aut nulla, aut rarissima occasio est: nec inueniũtur qui velint debere Reipub. præsertim duodenis assibus, quanti à priuatis inuenantur. Dispice ergo domine nunquid minuendam vsuram, ac per hoc idoneos debitores inuitãdos putes. Duodenos asses appellat plenã cẽtesimã, eo modo loquẽdi quo núc in ea revtimur, duodenum denarium vel decimumquintum dicentes. Cicero in Frumentaria. 5. Verr. 141. obiicit Verri quòd pecuniã sibi attributam ad coemptionem frumenti publici, apud publicanos relictam, vnde erat attributa, duab⁹ centesimis fœnerator. sit: duas centesimas Cicero quatuor & viginti asses in centenarios singulos dixit. Hactenus Budæus. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 5. Nam à Cæcilio, propinqui minore centesimis nummũm mouere non possunt.
Centesimæ vsuræ. Plinius Epist. 205. Proinde prima quaque occasione mitte: appositis quidem vsuris quas ego (num possum parcius?) centesimas computabo.
Obseruare centesimas. Cicero Attico, libro. 5. 110. 12. Interim quum in edicto translatitio centesimas me obseruaturum haberem cum anato cissimi anniuersario.
Ducere centesimas perpetuo fœnore. Cicero Attico, lib. 5. 110. 17. Puto posquam tu es profectus, in creditorum causa vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur.
Cénticeps, pen. corr. huius centicipitis, pe. cor. (ἑκατογκέφαλος,) dicitur qui centum habet capita. Hora. 2. Carm. ode. 13. 7. illis carminibus stupens Demittit atras bellua centiceps Aures.
Centum geminus (ἑκατομπλασίων,) Briareus, id est cẽties duplex: secundum fabulas ipse est Aegæon. Seruius. Virgil. Aeneid. 58.
Centumuiri, pluraliter. Quum essent Romæ XXXV. tribus, quæ & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandũ, qui Centumuiri appellati sunt. & licet quinque amplius quàm centũ fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumuiri sunt dicti. Festus. Cicero pro Cecinna. 49. Et hoc loco Scæuolam dixisti causam apud Centumuiros non tenuisse: quem ego antea non commemoraui.
Ad Centumuiros delata res. Cic. 1. de Orat. 85.
Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumuiri iudicarunt? Cic. 1. de Orat. 86.
Centumuirális, & hoc centumuirále, pen. prod. (τῶν ἑκατὸν,) Quod pertinet ad Centumuiros. vt Centumuirale iudicũ. Cic. pro Cecinna. 39. Et 1. de Ora. 86. Quid qd̃ itẽ in Cẽtũuirali iudicio certatũ accepim⁹.
Centumuirales causæ vel iudicia. Cic. lib 1. de Orat. 84. Nam volitare in foro, hærere in iure, ac Prætorum tribunalibus iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibos sæpe non de facto, sed de æquitate, ac iure certetur: nã stare se in causis Cẽtumuiralibus, in quibus vsu capionum tutelarum, gentilitatum, ágnationum, alluuionum, circunlucionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, cæterarumq; rerum innumerabilium iura versentur: quum omnino quid suum, quid alienum, quare denique ciuis an peregrinus, seruus an liber quispiam sit, ignorer, insignis est impudentiæ. Sueton. in Vespasiano, cap. 10. Litium series vbique maior: in modum excreuerant, manentibus antiquis inter capedine iurisdictionis, accedentibus nouis ex conditione tumultuq; temporum, quote elegit, per quos rapta bello restituerentur, quiq; iudicia centũuiralia quibus peragẽdis vix sufficebat litigatorum ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent: redigerentque ad breuissimũ numerũ. Budæus.
Centumuiralis hasta, dicta quòd Centumuiri, hasta in foro posita iudicarent. Vnde Tranquillus in Augusto, cap. 36. Author & aliarum rerum fuit, in queis ne acta Senatus publicarent, &c. vt à cura ærarii à Quæstoribus vrbanis ad Prætorios Prætorésve transiret, vt Centumuirale hastam quam Quæstura functi consueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Valer lib 7. Notæ insaniæ Tuditanus testamento filium scribit tuit hæredem. Quod T. Longus sanguine ei proximus, hastæ iudicio subuertere frustra conatus est. magis n. Centũuiri quid scripto esset in tabulis, q̃ quis eas scripsisset, considerandũ existimauerunt Budæus.
Centumuiralium partes. Quintil. lib. 5. cap. 2. 2.
Céntuplex, pen. corr. centúplicis, pen. corr. (ἑκατομπλασίων,) vt Mortis centuplex. Plautus Perſa. 16. 8. Hæc nisi vnde aberunt, centuplex mortis rebus seruandis paruu'st.
Centuplicato, pen. prod. Aduerbium, (ἑκατομπλασίως,) vt Centuplicatò vænenunt. Plin. lib. 6. cap. 23. 11. Digna res, nullo anno imperii nostri minus HS. quingenties exhauriente India, & merces remittente, quæ apud nos centuplicatò væneant.
Centussis, huius centussis. Neptuni species ad centum assium valorẽ, qui erant nummi breues ex ære. vt Centusse licetur, Id est centum assibus venditur. Persius Saty. 5. Et centum Græcos curto centusse licetur.
Centussis, inquit Budæus, apud Lucilium, quadraginta sestertii erant, qui legem sumptuariam centussem vocitauit, ob cẽtum assiũ taxationem, vt author est Macrobius in. 3. Saturnaliũ. Idem Budæus alio loco. Centussem dicere possumus pro ea summa quam alternis propè verbis Gotiatores centum solidos appellant, vt decussem pro decem.

Centumcápita, pen. corr. Herba quam Græci hecatoncephalen nominant, ex aculeatarum genere, & alio nomine eryngo alba, siue eryngium dicitur, caule & radice in cibos à Græcis recepta, siue coquere libeat, siue crudam sumere. Vide Plinium abundè de ea tractantem lib. 22. cap. 8. 1.

CENTVMPERANEA Insula, Paruum Italiæ oppidum, ab aquis vndique circunfluentibus sic nominatum. A quo & familia. Peroreterum traxit cognomen. Sipontinus.

Centumpondium, (ἑκατονλιτρον,) pro immani pondere. Igitur, etiã si centũ pondo excedat. Plinius. 7. 37. Ad pedes quãdo alligatus es, æquũ centumpondiũ. Cato cap. 13. Cellas duas, trutinã vnã, cẽtupõdii incertũ. Significare videt præ grande põdus incerti modi à cẽtenario denominatũ. Budæus.

Centunculus, Vide CENTO.

Centuplex, Vide CENTVM.

Centuria, centuriæ, (λόχος,) In agris significat ducenta iugera: in re militari centum hoſes. Hæc Festus. Cic. 2. de Diuin. 113. Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset.

Modica

Modica centuria. Vide MODVS.
Auspicia centuriarum augusta. Cicc. pro Milone. 32. Hunc igitur diem campi speratum atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus & facinus præ se ferens & confitens, ad illa augusta centuriatum auspicia veniebat?
Vox vna centuriarum. Cic. pro Domo sua. 110. Vobis campus, centuriatumque vna vox omnium, &c.
Equitum centuriæ. Cic. 7. Philipp. 117. Patronus centuriarum equitum, quas idem sine suffragio esse voluit.
Seniorum & iuniorum centuriis honore affici. Cic. 7. in Verrem. 31. Sed quum essẽt renũtiatus, vt dixi, non ipsa prœconis voce excitatus es, qui te toties seniorũ, iuniorumq; cẽturiis illo honore affici pronuntiauit.
Ei paucæ centuriæ ad Consulatum defuerunt. Cic. de Claris Orat. 128.
Ornare centuriis. Cicc. pro Lege Agraria. 43. Deinde ornat apparitoribus, scribis, lictoribus, præconibus, architectis: præterea mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili.
Renuntiatus Prætor centuriis cunctis. Cic. pro Lege Manilia. 1. Propter dilationẽ comitiorũ ter Prætor primus cẽturiis cũctis renũtiatus fuerat.
Centurio, centurionis, (ἑκατοντάρχης, λοχαγός, ταξίαρχος,) A numero cui in militia præerat, dicebatur. Ab antiquis dicebatur centuriones, teste festo, qui cẽturiæ præerat: quasi ductor & primipilus. Cæsar. 1. bel. Gal. 158. Horum vocibus ac timore, paulatim etiam in qui magnũ in castris vsum habebant, milites, centuriones que, quique equitatui præerant, perturbabantur. Ibidem, lib. 6. 148. Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum cauta virtutis in superiores erant ordines, &c. Cicero pro Marcello. 4. Nihil sibi ex ista laude Centorio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Idem in Pisoné. 76. Idem pro Corn. Balbo. 27. & 2. in Catilinã. 35.
Hirtosa gens Centuriorum. Persius Saty. 3. 8.
Magni Centuriones. Horat. 1. Serm. saty. 6. 13.
Quo pueri magnis è Centurionibus orti, &c.
Centuriones varicosi. Persius Satyra. 5. 19. Quo in loco varicosos ponit prò duris & laboriosis.
In Centuriones inuadere. Tacitus lib. 1.
Centuriones, vite milites cædebant. Iuuenal. de Mario, Nodosam post hæc frangebat vertice vitem. Plin. lib. 14. ca. 1. 9. Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat.
Centorio, centuriat, (κατατάξομαι, κατατέμνω,) centuriare. In centurias distribuere. Cic. ad Quirites post reditũ. 10. Ego quum hominũ in tribunali Aurelio palãm conscribi, centuriarijq; vidissem. Liuius. 5. bel. Pun. 82. Eam iuuentutem ex industria centuriauerat, ar mauerat̃q; ad tales casus. Idem. 6. ab Vrbe. 8. Is Dictator C. Seruilium Halam magistrum equitum dixit: insistioque indicto delectum iuniorum habuit, ita vt seniores quoque, quibus aliquid roboris superesset, in verba sua iuratos centuriaret. Idem, Scipio postquã in Siciliam trajecit, voluntarios milites ordinauit, centuriauitque.
Centuriãtus, pen. prod. (κατάταξις,) Participium, In centuriam distributus. Cic. in Pisonem. 69. Quid centuriatos palãm venditos? Plaut. Curcul. 12. 29. Miles pulchrè centuriatus ex expuncto in manipulo. Liuius. 2. bel. Punici. 159. Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenissent, sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites coniurabant.
¶ Centuriata comitia dicebantur, quum populus per centurias ex censu & ætate diuisus, suffragia ferebat. per centenos enim ordines diuisus erat Populus Romanus in comitiis. Cic. 3. de Legib. 64. Quum legi hæc vis sit, scitum est iussum in omnes ferri de singulis nisi centuriatis comitiis noluerunt. Idem Post reditum. 14. Quo die nos comitiis centuriatis quæ maximè iusta dici, haberique voluerunt maiores, accersiit in patriam, vt eædem centuriæ quæ me Consulem fecerant, Consulatum meum comprobarent. Festus, Centuriata comitia dicebantur, quia Populus Romanus per centenas turmas diuisus erat.
Centuriata capitis comitia. Vide CAPVT.
Centuriatæ Leges, à centuriatis comitiis, id est centuriatim ex censu & ætate distributis dicebantur. Erant autem centuriatæ Leges maioris authoritatis, quasi plenis, iustisque comitiis perlatæ. Ideoq; gloriatur Cicero centuriata se lege ab exilio renocatum esse. Ex Budæo.
Lex centuriata, & curiata. Cic. de Lege Agraria. 30. Nam centuriata lex Censoribus ferebatur, quum curiata cæteris patritiis magistratibus.
Centuriatus ager in ducenta iugera definitus: quia Romulus centenis cuiusque centena iugera tribuit. Festus.
Centuriati manipulares. Plautus Milite. 113. Si centuriati bene sunt manipulares mei.
Centuriatus, huius centuriãtus, pen. prod. masc. g. (λοχαγία,) Dignitas & officium centurionis. Cic. pro Lege Manilia. 16. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu vigeant centuriatus atque vexerint? Liuius. 2. bel. Pun. 159. Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenissent.
Venditi centuriatus. Cic. in Pisoné. 69. Quid Cẽturiatus palãm vẽditos?

Centuriãtim, penul. prod. (κατὰ λόχους,) Aduerbium, Per centurias. Cicero pro Flacco 17. Distributis partibus tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, &c. Liu. 6. ab Vrbe 73. In campo Martio quum centuriatim populus citaretur. Cæsar 1. bel. Ciuil. 281. Subsequuntur Tribuni militum, Centurionesque centuriatim.
Centuriatim dictum est abundanter & copiosè, à centuriis quæ suffragiũ in comitiis ferebant. Pomponius Prosttibulo, Continuo ad te centuriatim curreut, qui panem petent. Nonius.
Centurionatus, huius centurionatus, (ἑκατοντάρχία,) idem quod Centuriatus. vt Agere centurionarum. Tacitus lib. 1. 16. 17.
CENTVRIPE, penul. correp. (κεντουρπή,) Dicitur Sicilia. Sil. li. 13. – necnon è vertice largo Centuripe. Nonnulli scribunt Centurype.
CENTVRIPINI, penult. producta. Siciliæ populi, Latinæ conditionis apud Plinium lib. 3. cap. 8. Et Centuripinum, eorum oppidum apud Pomponium lib. 2.

Centussis, Vide CENTVM.

Cepe, n. g. (κρόμμυον,) Indeclinabile: q. capitis similitudiné habeat, vel q. in caput crescat. Plin. li. 19. ca. 6. 3. Ergo omnibus annis separatim semen cepe causa seritur, separatim cepe seminis.
Tunicatum cepe. Pers. Saty. 4. 37.
– hoc bene sit, tunicatum cum sale mordens
Cepe, & farraceum pueris plaudentibus ollam, &c.
Cepa, cepæ, (κρόμμυον,) Idem. Plin. lib. 19. cap. 6. 8. Cætero cepas ter fossos solo seri iubent. Ouid. Cædenda est hortis eruta cepa meis. Martial. lib. 3. 35. – putri cepas alece natantes. Colum. lib. 10. 13. Atque oleris pulli radix, lachrymosáque cepa Ponitur.
Cepas edere dicebantur ioco prouerbiali, qui lachrymari videbantur. natum à Biantis apophthegmate. Is enim Alyattæ sibi per nuntium missum denuntiauit, vt quamprimum ad se veniret, respondit ad hunc modum, τῷ δ' ἀνιέτι κλαίουσι κρόμμυα ἐδόντες, Ego iubeo Alyattæ cepas edere, hoc est flere & eiulare, quibus verbis extremum regis contemptum indicabat. Ductum est hinc prouerbium, quòd ceparum odor, vt est acris, consueuerit lachrymas oculis excutere. Simili figura neque diuersa sententia dicti sunt cepas odorari vel olfacere, qui flerent. Erasmus in Chiliadibus.
Cepetum, penul. prod. (κρομμυών,) Gellius lib. 20. cap. 7. Cepetum reuiuiscit & congerminat decedente Luna. Quo loco legitur & cepitium, id est, teste Prisciano, cepe.
CEPINA, penul. prod. Est locus cepis consitus, vel ipsarum ceparum vno in loco consitarum multitudo. Columella, Sed cepina vel sæpius, certè non minus debet quàm quater sarriri. Paulo post, Thalli ceparũ ventis prosternentur.
CEPHALATOMI, penul correp. Colchicæ regionis populi. Author Plinius lib. 6. cap. 5. in descriptione regionis Colchicæ.

Cephale, siue cephalis, penul. correp. significat Caput.
Cephalea, (κεφαλαία,) Morbi quibus totum caput infestatur. Plin. li. 20. ca. 13. 10. Lenit autem capitis dolores pota cũ vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò sit cephalea, cum farina hordeacea vel aceto.
CEPHALENIA, (κεφαλληνία,) Insula est Ionii maris apud Pomponiũ lib. 2. Plinius tradit eam quondam dictam fuisse Melænam, lib. 4. cap. 12. Dicta Cephalenia, à Cephalo Amphitryonis socio: vel à Cephalo Deionei filio. De hac sic Strabo lib. 10. Non dubitauere plerique Cephalẽiam eandem & Dulychium appellare & Taphiũ. Alii Taphios & Cephalenios cosdẽ dixêre Telebœos, & aduersus illos Amphitryonẽ exercitum ductasse, assumpto socio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphitryonem potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eoque nomen habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, pen. prod. vt apud Homerum in Catalogo. Silius li. 15. Saxa Cephalenum, & scopulosa Neritó aruis. Vulgus adhuc hodie vocat, la Cephalonia.
CEPHALOEDIS, (κεφαλοίδις,) Siciliæ fluuius, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 8. in descriptione Siciliæ. Hodie Cephalodum.
CEPHALVS, penul. correp. (κέφαλος,) Aeoli filius, Auroræ dilectus. Ouidius de Arte,
Latmius Endymion non est tibi Luna pudori,
Nec Cephalus roseæ præda pudenda deæ. Idem 7. Metamorpho. 99.

Cephalus, (κέφαλος,) Pisces à Græcis dicitur, quem Latini mugilem vocant: eo quòd caput in metu occulter, existimans totum se absconditum. A quo
Cephaleus, A dictiuum, (κεφάλειος,) vt Cephalea caro. Lucilius libro 1. Satyrarum.
Abdomina thymnia venientibus prius
Dabo, cephaleamique carnem. Ex Gellio lib. 10. cap. 20.

Cephenes, pe. pro. m. g. (κηφῆνες,) Imperfectæ apes sunt, & inutiles operi, nisi quòd multitudine, quæ ad calorem multum confert, fœtus adiuuant. Hæc Sipontinus. Harũ meminit Plinius lib. 11. cap. 16. & cap. 11. Sunt enim qui & Fuci dicuntur.
CEPHEVS, (κηφεύς) duarum syllabarum, teste Euripide: rex Aethio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pum Phœnicis filius,& Andromedæ pater,socerúsque Persei. Vide Ouidium lib.4.Metamorpho.
–conanti immittere Cepheus
Quid facit,exclamat. Abeo autem Cepheni Aethiopes populi dicti sunt,vt idem testatur lib.4.Metamorpho.134.
Dumque ea Cephenùm medio Danaeius heros
Agmine commemorat,&c.

Cepheius, (κηφήϊος,) Adiectiuum.vt Arua Cepheia,apud eundem 4.Metamorpho.134.
Gentibus innumeris circumque infaque relictis
Aethiopum populos,Cepheia conspicit arua.

CEPHIS,Statuarius nobilis,cuius meminit Plinius lib.34.cap.8.

CEPHISIA,Atticæ regionis fons,dicente Plinio lib.6.cap.7.In Attica fontes,Cephisia,Larine,Callirhoe enneacrunos.

CEPHISIS, penul.prod.Lacus est iuxta Atlanticum mare,quem Mauri electrum vocant, quòd sole calefactum, electrum è limo dare videatur. Plinius lib.37.cap.2.

CEPHISODORVS,penult.product. Atheniensis tragicus antiquæ tragœdiæ scriptor,cuius fabulas enumerat Suidas.Cephisodorus item statuarius,Praxitelis filius. Alius præterea inter præcipuos pictores Plinio numeratur lib.35.cap.9.

CEPHISODOTVS, pen.corr.Statuarius apud Plinium lib.34.Fuit item Cephisodotus Atheniensium dux,qui rei male gestæ damnatus,in obsidione Alopeconnesi quinque talentis multatus est.Author Suidas.

CEPHISVS,penul.prod. (κηφισσός,) Fluuius Bœotiæ.ortum habet in radicibus Parnassi montis.In eius ripa fuit olim templum Themidis,ad quod accesserunt Deucalion'& Pyrrha deam consulturi super humani generis reparatione:vnde ab oraculo vocatur fluuius ille Fatidicus.Lucanus lib.3.35.

Bœoti colere duces,quos impiger ambit
Fatidica Cephisus aqua. Huius etiam meminit Plinius lib.4.cap.3.Ouid.3.Metamorph.4. Iam vada Cephisi,Panopesque euaserat aruæ.
Hinc patronymicum fœmininum finxit idem poeta 1.Meta.75.Nulla mora est,adeunt pariter Cephisidas vndas. Singulare est Cephisis.

Cephisias,Cephisiadis,penul.correp.Patronymicum fœm.Ouid.7.Metamorpho.88. Vidit & immitem Cephisias ora Procusten.

Cephus, (κῆφος,) Animal est,quod apud Aethiopes reperitur.Plinius lib.8.cap.19.

CEPIO,Consul Romanus,Hispaniam duce Viriato rebellantem pacauit.Proconsul capta Tolosa in terra Gallia,e templo aurum sustulit. Vnde & ipse,& quicunque ex ea direptione aurum attigissent, miserocruciabilique exitu perierunt.Nam postea consul cum Cn.Manlio cõtra Cimbros in Italiam ruentes missus,apud Rhodanum victus, profligatusque est.Iustus igitur Popn.Romani,Cepionis, cuius temeritate id acciderat, bona publicata, eique imperium primo post Tarquinium abrogatum:ipse in publicis vinculis extinctus,inde tractus discerptúsque est ad scalas Gemonias.Ex Liuio.

Fuerunt plures Cepiones.Nam fuit Cepio Frater Catonis Vticensis.Fuit & alius Cepio,qui cõ Druso mimicitias habuit:vnde origo socialis belli,& exitia rerum,vt Plinius inquit lib.33.ca.1.17.& lib.18.ca.9.23.
Meminit & Cepionis scriptoris tẽpore Tiberii Cæsaris,lib.21.ca.4.4.

Cepionides, cepionidæ,Gemma crystallini nitoris, quæ imagines reddit vt speculum.Plin.lib.37.cap.10.17.

Cepites, fiue cepocapites,Gemma candida, venarum nodis coeuntibus candore imaginem regerens.Plin.lib.37.cap.10.13.

CEPOE,Oppidum est Bosphori Cimmerici,dicente Plinio lib.6.ca.6. Oppida in aditu Bosphori primò Hermonassa, dein Cepæ Milesiorũ. Mox Stratoclia & Phanagoria.Meminit & iisdẽ penè verbis Pop.li.1.

Cepos, Latinè hortus dicitur.Est & vrbs iuxta Bosphorum, authore Suida.

Cepurica, Græci appellant olera, quæ in hortis seruntur. Vnde Sabinus Tyrus, librum Cepuricõ inscripsit, hoc est hortensium.

Cera, ceræ, (κηρός,κήρωσις,) Est quæ fit expressis fauis.Plin.lib.21.cap.14.4.Cera fit expressis fauis, sed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis,quarto die liquatis igni in nouo fictili.

Cera nomen à Græco habet.κηρὸν enim Græci fauum vocant,κήϊνον cereum.Tamen Apuleio teste consuetudo conuertit ῆ,in æ, diphthõgũ.

Ceræ etiam vocantur tabellæ pictæ. Ouid. Perlege dispositas generosa per atria ceras.Sipontinus.Sed nimis seiunè.Intelligit enim poeta cereas imagines in atriis nobilium cuiusque per armaria dispositas:quales ferè sunt picturæ illæ,in quibus per varios velut ramorum ductus & orbiculos multiplices,vtcunque nobis exprimitur regum nostrorũ & eorum qui ab ipsis propagnati sunt series & genealogia,si pro orbiculis illis tibi fingas armaria in atrii parietibus excauata. Vnde est illud Iuuenalis Satyra 8.

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria,nobilitas sola est atque vnica virtus. Et paulo antè,
Stemmata quid faciunt?quid prodest Pontice longo

Ordine censeri,pictosque ostendere vultus
Maiorum?&c. Vide Suetonium in Galba cap.2.Plinium quoque fuisse hæc de re differentem lib.35.cap.2.3.

E cera etiam illinebantur & obducebantur pugillares in quibus scribebamos erat.Vnde ceras aliqñ pro libellis siue epistolis capimus.Iuuenal.
Nónne liber medio ceras implere capaces
Quadriuio? Plinius Iunior lib.1.Epistо. Erat in proximo, non venabulum aut lancea,sed stylus & pugillares. meditabar aliqua, enotabamque:vt,si manus vacuas,plenas tamen ceras reportarem. Plaut. Asin.13.22. Et Curcul.8.39.

Primæ & secundæ ceræ testamenti,pro primis & secundis tabellis siue foliis testamenti.Suetonius in Nerone,Cautum vt in testamentis primæ duæ ceræ testamentorum modò nomine inscripto vacuæ signaturis ostenderentur.Hæc Budæus. Sueton.in Cæsare,Pedum ex quadrante hæredem instituit,reliquos in ima cera.Id est in vltima parte tabulæ testamentariæ. Horatius 2.Sermo.satyra 5.11.
–tabulas à te remouere memento:
Sic tamen,vt limis rapias quid prima secundo
Cera velit versu solus,multisne cohæres
Veloci percurre oculo.

Parieti quoque depicto, & armis,cera Punica cum oleo liquefacta,candens setis inducebatur, iterumq; admotis gallæ carbonibus adurebat ad sudorem vsque:postea candelis subigebatur,deinde linteis puris.vt sicut marmora nitescerent. Hæc Sipontinus ex Vitruuio lib.7.cap.9.
De minii temperatura.Plin.lib.11.cap.14.7. Nigrescit cera additio chartarum cinere,sicut anchusa admixta rubet. Variosque in colores pigmentis trahitur,ad reddendas similitudines, & innumeros mortalium vsus,parietumque etiam,& marmorum tutelam.

Codicis cera extrema.Cice.3.Verr.65. Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit.

Cera & creta. Cicero pro Flacco 29. Nostra igitur laudatio, & cuiusdatam quidem confitetur, consignata creta est:in illo autem testimonio,quod accusatori dicitur datum, ceram esse videmus. Et paulò pòst, Vestram etiam conscientiam implorare micera deprehensa,considerem totius testimonii fictam audaciam manifesto comprehendam, atque oppressam teneri.

¶ Cærite cera dignus,Homo nullius pretii.Horat.1.Epistо.6.13.
–crudi tumidique lauemur:
Quid deceat,quid non,obliti.Cærite cera
Digni remigium vitiosum Itacensis Vlyssei.Vnde natum sit prouerbiũ docebunt te interpretes poetæ,& in Chiliadibus suis Erasmus.

Alba cera.Plinius lib.22.cap.24.10. Si inguen tumeat,albam ceram in pube fixisse remedio est.

Commutabilis cera.Cice.3.de Natu.deorum 39.

Flaua cera.Ouid.8.Metamorpho.40.

Flauens cera.Ouid.8.Metamorpho.135.

Fragilis cera.Iuuenalis Saty.12.9.

Impatiens caloris cera.Ouid.2.de Arte 12.

Infamis ac nefaria cera.Vide INFAMIS.

Laboratæ ceræ.Stat.10.Thebaid.115.de apibus,
Hostis in ora volant.mox deficientibus alis
Amplexæ,flauamque domum,captiuaque plangunt,
Mella,laboratasque premunt ad pectora ceras.

Legitima cera.Cice.1.in Verrem 13.

Cera miniatula.Vide MINIVM.

Odoratæ ceræ.Ouid.8.Metamorpho.46.
Soluit odoratas pennarum vincula ceras.

Pusilla cera.Iuuenalis Saty.14.13.

Ceræ sexangulæ dicuntur alueoli apium ab Ouidio 15.Metamor.37.
Nónne vides,quos cera tegit sexangula fœtus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci?

Solutæ igne ceræ.Ouid.2.de Arte 10.

Tenax cera,Quæ mel retinet. Virgil.4.Georgic.33.
–deinde tenaces
Suspendunt ceras.Seruius.

Tenues ceræ.Valerius lib.1.Argonaut.26.

Circunlinire cera.Cicero 1.Tusculanarum 174.Cõdiunt Aegyptii mortuos,& eos domi seruant.Persæ etiam cera circunlitos cõdiunt,vt quàm maximè permaneant diuturna corpora.

Ceræ credere.Vide CREDO.

Calamos cera coniungere plures.Virgil.eclog.2.3.

Nomen alicuius cera defigere,Id est in ceram figere,in cera scribere.Ouidius 3.Amorum,elegia 6.6. Sagaue Phœnicia defixit nomina cera.

Fingere in ceris. Cicero 1.de Natura deorum 96.Hoc intelligerem quia esse posset si in ceris fingeretur, aut fictilibus figuris. Quædam excepta legunt cereis.

Mollissimã ceram ad arbitrium formare & fingere.Cicero 3.de Oratore 97.Non enim sunt alia sermonis, alia contentionis verba:neque ex alio genere ad vsum quotidianum,alio ad scenam pompamque fumi-

tur:sed ea nos quum iacentia sustulimus è medio, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus & fingimus.

Illita ceris pocula.Ouid.2.Metam.135.

Liquescit cera.Virg.8.eclog.16.
Limus vt hic durescit,& hæc vt cera liquescit.

Mollire ceram digitis.Ouid.8.Metam.40.
–flauam modò pollice ceram Mollibat.

Tabescere ceræ dicuntur,quum liquefiunt.Ouid.8.Metam.46.
–rapidi victima Solis,
Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
Tabuerant ceræ,nodos quatit ille lacertos.

Cerula,cerulæ,pen.corr. (κηρίδιον,) Diminutiuum.Cic.ad Atticum,lib.16.336.1.Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Miniata cerula notare.Cic.ad Dolabellam lib.15.in Epistolis,ad Atticum.318.4.His literis scriptis me ad συντάξεις dedisque quidem vehementer ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint.

Cero,ceras, (κηρόω,) cerare, Cera tegere.Colum.lib.12.cap.50.14. Nã ferè sexta quaque oliuitate dolia cerari oportere antiqui dixerunt, quod fieri posse non intelligo.

Cerãtus,penult.prod.Participium, (κηρωτός,) vt Tabella cerata.Cic.1.Verr.13. Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima,non illa infami ac nefaria.Plaut. Asinaria.13.18. Nec cerata adeò tabula.

Puppes ceratæ,Cera illitæ.Ouid.2.de Remedio amoris.11.

Ratis,Idem epist.5.9.

Tedæ ceratæ.Ouid.epist.7.5.
Vror,vt inducto ceratæ sulfure tedæ.

Cerifico,cerificas, (κηροπλαθῶ,) cerificare, Ceram facere:& de apibus dicitur. Plin.lib.9.cap.38.1. Quum cerificauere, fluxos habent succos.
Quædam exemplaria hoc loco legunt fœtificauere.

Ceratũra,ceratũræ,penult.prod. (κήρωσις,) Ipsa ceratio.Colum.lib.12.cap.50.15. Nam quemadmodum noua vasa si calefiant, liquidam ceram facilè recipiant:sic vetera non crediderim propter olei succum, ceraturam pati.

Ceratum,siue cerotum, (κήρωτόν,) nec emplastrum est proprie, nec pastillus,sed plerunq; ex pastillis fit.constat ex rebus siccioribus:& igni appositum mollescit:postea applicatum corpori durescit,ac pertinatius hæret. dictum à cera, quæ ferè ceratis omnibus adhiberi solet.
Quidam hoc non ceratum,sed cerotum appellant à Græco quod est κήρωτόν. Plin.lib.13.cap.22.6.Faciemque inuadunt ignes facti,ob id cerato prius illinunt.Colum.lib.7.cap.7.3. Quum effectæ loca genitalia tumebunt,aut secundæ non respondebunt:defruti sextarius:vel quum id defuerit,boni vini tantundem faucibus infundatur, & naturalia cerato liquido repleantur. Plin.lib.22.cap.8.2. Recedentes ab ostibus carnes sanat cum axungia fassa, & cerato. Martial.lib.11.93.
Labra pingui delibuta cerato. Celsus lib.4.cap.4.de difficultate spirandi,Thorax fomentis,cataplasmatisque calidis aut siccis aut humidis adiuuandus est:& postea,vel malagma superimponendum,vel cerotum ex cyprino vel irino vnguento.

Factum ex rosa ceratum. Celsus lib.4.cap.14. Si maior est dolor,papaueris cortices in vino coquendi, miscendique cum cerato sunt,quod ex rosa factum sit.

Cerata,malagmata,emplastra,collyria,antidota,non fecit parens diuina illa ac artifex rerum.Plin.lib.22.cap.24.10.

Cerarius, (κηρουργός,) Qui ceras tractat,& ex cera aliquid conficit.Cic.5.Verr.135. Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti,certis nominibus deductiones fieri solebant:primùm pro spectatione & collybo,deinde pro nescio quo ceratio. Colum.lib.12.cap.44.1.Matius libros tres edidit,quos inscripsit nominibus coci,& cerarii, & falgamarii. Quædam exemplaria legunt cetarii.

Cereus, (κηρινός,) Adiectiuum,Quod ex cera factum est.vt Candela cerea ad differentiam eius quæ ex sebo fit.Cic.3.de Nat.deorum.39.Vt enim si cannis cera comunitabilis esset, nihil esse cereum quod commutari non posset.

Brachia cerea,Mollia.Horat.1.Carm.ode.13.1.

Castra cerea.Claud.2.de Raptu Proserp.15.Alueraria intelligit.

Cereus color.Plin.lib.37.cap.2.20.Candidum atque cerei coloris,quod vocaretur electrũm alio loco,fuluum,quod appellaretur sualternicũ.

Effigies cerea.Horat.1.Serm.saty.8.6.

Imago cerea.Horat.1.Serm.saty.8.9.

Perlona cerea.Lucret.lib.4.60.Intelligit imagunculam hominis ceream.

Cerea pruna.Virg.eclog.2. Addam cerea pruna,& honos erit huic quoque pomo.Vbi Seruius,Cerea pruna,aut cerei coloris,aut mollia.

Regna cerea,Alueolos & cellulas apum vocat Virgilius.4.Georg.41.
–ipsæ regem,paruosque quirites
Sufficiunt,aulasque & cerea regna refigunt.

¶ Cereus,Mollem aliquando significat,ac facilem & tanquam cera tractabilem. Horatius,
Cerea Telephi laudat brachia.

¶ Cereus ille dicitur,qui parum animo constat,& cui nũc hæc,nunc illa

sententia potior videtur.item ille qui aliorum cõsiliis instigatus,quos antè laudabat nunc vituperat,quos amore summo prosequebatur nũc pessimè odit.Horat.in Arte 33.Cereus in vitium flecti. Idem Cereũ vocat illum de quo varius est rumor,& quem nunc bonum, nunc malum fama fingit.sic enim ait libro 2.Epistо.1.53.
Nil moror officium,quod me grauat:ac neque ficto
In pejus vultu proponi cereus vsquam,
Nec prauè factis decorari versibus opto.Sumpta est metaphora à cera quæ manibus tractata, quancunque formam facillimè recipit.

Cereus in vitium flecti.Horat.in Arte poetica 33.

¶ Cereus, Pinguis. Accius, Pinguem turturem, cereamque ficedulam. Nonius.

¶ Cereus,Vnctus.Martialis lib.1.88.
Cerea si pendet lumbis,& trita lacerna.

Cereus,Subltantiuum, (κηρινός,) Festus,Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus:quia candelis pauperes, locupletes cereis vtebantur.Martialis lib.14.42. Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.Cic.3.Offic.106.Et ea res(si quæris)ei magno honori fuit: omnibus vicis statuæ ad eas thus & cerei.

Cerinus,penul.correp.Adiectiuum, (κηρόεις,) Quod ceræ simile est. vt Cerinus color.Plinius,Sunt& nigra ac laudatiora,cerina atque purpurea.Plaut.Epid.5.50.Cumatile aut plumatile,aut cerinum:Sob.vtinentum:quod & melinum ab eodem dicitur,à mellis colore.

Cerõsus,penult.corrept. Adiectiuum, (κηρώδης.) Ceram habens admistam.vnde Mel cerosum,nondum despumatum & adhuc cera commistum. Sipontinus.

CERAMICVS,penul.correp.(κεραμεικός,) Cariæ sinus est non longè ab Halicarnasso nobilissima vrbe.Authores Pomponius lib.1.in Cariæ descriptione.& Plinius lib.5.cap.29.Ceramici item duo fuerunt Athenis,de quibus Suidas scribit his verbis, Athenis Ceramici, loci duo erant:vnius in ciuitate,alter extra ciuitatem:in quo qui in bello cecidissent,publico sumpto tepeliebantur, funebrique oratione ornabantur.Superior fuit locus & certa constituteque sedes meretricibus Cicero 1.de Finib.60. At etiam Athenis, vt è patre audiebam, facete & vrbane Stoicos arridente, statua est in Ceramico Chrysippi sedentis,porrecta manu,&c.

CERAMIVM, (κεράμιον,) Locus Romæ,in quo Cicero & Milo domum habebant.Cicero ad Atticum,lib.4.72.5.

Cerarius, Vide CERA.

Ceras, araltheas, (κέρας, ἀμαλθείας,) Id est copiæ cornu.Festus.Vide Copiæ cornu,in COPIA.

Cerastes, ceraſtæ,vel ceraſtis, huius ceraſtis, m.g. (κεράστης,) Genus serpentis. Plinius lib.8.cap.23. Stat.1.Thebaid.21. Centum illi astantes vmbrabant ora ceraſtæ. De Tisiphone loquitur,cuius capillos serpentes esse poetæ fingunt. Vnde lib.11.13. crinalem vocat ceraſten, vbi de Megæra loquitur, Crinalem attollit magno stridore ceraſten.

CERASTIS,Dicta est Cyprus insula in Carpathio mari,ab ortu,occasuque Ciliciæ ac Syriæ obiecta, quondam nouem regnorum sedes. Sipontinus. Plinius lib.5.cap.31.

CERASVS,penul.correp.huius Ceraſuntis,(κερασοῦς,)Oppidum est Themiscyræ regionis in Cappadocia. Plinio lib.16.& Cerasus vulgò Zefano.

Cérasus, fœm.gen.penul.correp. (κέρασος,) Arbor satis nota,à ceraſuntę Ponti ciuitate sic dicta:quam quum Lucullus deleuisset,inde illam transtulit,& à ciuitate cerarum appellauit. Plinius lib.15.ca.25.Cerasi ante victoriam Mithridaticam L.Luculli non fuere in Italia.Ouid.de Nuce 7.Virg.lib.2.Georg.Vt cerasis vlmisque.
Quæque sibi vario distingunt coma colore
Audiat hæc cerasus,stipes inanis eram.

Dulces cerasi.Propert.lib.4.eleg.2.3.
Hîc dulces cerasos,hîc Autumnalia prunа
Cernis,& æstiuo mora rubere die.

Cerasum,neut.gen. (κέρασος,) Fructus cerasi.Plin.lib.15.cap.25.Cerasorum Aproniana maximè rubent,nigerrima sunt vt Aëtia, Cecilianа verò & rotunda. Cerasum à Seruio dicitur, & Galeno libro.2.de Alimentis.

Cerasa peccant casiæ.Persius Saty.6.4.

Ceratia stella dicitur,ἀπὸ τοῦ κέρατος:hoc est,à cornu,quæ speciem cornu habet.Sipontinus.Apud Plinium lib.2.cap.26.sic legitur, Ceratias cornus speciem habet, qualis fuit quum Græcia apud Salamina depugnauit.De Cometis loquitur.

Ceratinae, penul.prod.(κερατῖναι,) Ceratinarum, species est ratiocinationis implicitæ:dicta à cornibus, id est à materia ipsa qua vtuntur qui hoc genere argumenti delectantur. Nihil enim quàm cornua aut crocodilos loquuntur,vnde ceratinæ & crocodilinæ dictæ eorum argumentationes. Quintil.lib.1.ca.10.4. Sed per ejdã parua fanè si ipsa demũ existimes, ducũt, sicut exquisitas interim

Universidad de Deusto
Biblioteca

ambiguitate:nō quia ceratinæ aut crocodilinæ possint facere sapientē:sed quia illā nec in minimis quidē oporteat falli. Vbi Raphael eiusdē interpres, Ambiguitates, inquit, quædam ideo Ceratinę vocantur, quia in illis multa de cornibus mentio habetur, κέρατα, nanque cornua dicuntur. Seneca lib. 5. Epistо. Sederem otiosus, & eiusmodi quæstiunculas ponerem, Quod non perdidisti habes: cornua non perdidisti: cornua ergo habes. Vide Politianum lib. Miscellaneorum, cap. 54.

Ceratitis, penul. prod. Herba sylvestris. Plin. lib. 20. cap. 19. 1. Sylvestrium vnum genus, ceratitin vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa, calyculo inflexo vt cornicula. Folia minora & tenuiora quàm cæteris sylvestribus, &c.

Ceratium, Græce κεράτιον, Siliqua est Græca. Columel. in libro de Arboribus, cap. 25. Siliquam Græcam, quam quidam κεράτιον vocant, deinde persicum ante brumam per Autumnum serito. Est etiam pondus minimum, vt ait Politianus ad Franciotum Vrsinum lib. 10. Epistо. 13. Minimum pondus est, qui Latinè Scripulus, & idem Græcè dictus Obolus: pendere is putatur Siliquas omnino sex, quæ Ceratia Græcè nominantur, hoc est quantum lentis octo semina.

Ceratum, Vide CERA.

Ceraunia, Gemma est candida. Plin. lib. 37. ca. 9. 14. Est inter candidas & quæ ceraunia vocatur, fulgorem syderum rapiens. Ibidem cap. 10. 34. Ombria, quam aliqui notiam vocant, sicut ceraunia & brontia, cadere cum imbribus & fulminibus dicitur.

¶ Ceraunia, etiam siliqua est. Plinius lib. 13. cap. 8. 1. Similis his siliqua, quam Iones Ceraunia vocant: trunco & ipsa fertilis, sed pomo siliquę.

CERAVNII, qui & Ceraunia, (κεραύνια,) Epiri montes ad Ambraciā clarissimam vrbem ideo sic dicti: quòd fulminibus infestentur Seruio. Lucanus lib. 5. 131. — non littora curuæ
Thessaliæ saxosa pauent, oræque malignos
Ambraciæ portus: scopulosa Ceraunia nautæ
Summa timent. Virgilius, Prouehimur pelago, vicina Ceraunia iuxta. Horum rursus meminit Plinius lib. 6. cap. 9. & 10. Alio nomine dicuntur Acroceraunia Horatio.
Alta Ceraunia. Virgil. 1. Georgic. 67.
Scopulosa Ceraunia. Lucanus lib. 5. 131.
Summa Ceraunia. Valerius lib. 3. 93.
Violenta Ceraunia. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11. 4.

Ceraunium, Genus est tuberis. Plin. lib. 19. ca. 3. 1. Simile est quæ in Cyrenaica prouincia vocant misy, præcipuū sua uitate, odore ac sapore, sed carnosius & quod in Thracia ceraunium.

Ceraunóbolos, penul. corr. Tabula Apellis, in qua tonitrua pinxerat. Plinius lib. 35. cap. 10. 30. Pinxit & quæ pingi non possunt tonitrua, fulgetra, fulguraque: Brouten, Astrapen, Ceraunobolon appellant. De Appelle.

CERAVNVS, Cognomen cuiusdam Ptolemæi. Quo nomine significatur etiam fulmen, Græcis dictum κεραυνός. Est & Ceraunus amnis clarus Cappadociæ. Plinius lib. 6. in descriptione Cappadociæ.

CERBALVS, Apuliæ amnis Plinio lib. 3. cap. 11.

CERBERVS, penul. correp. (κέρβερος,) Canis triceps apud inferos fingitur, stupendæ immanitatis. Dictus Cerberus, quasi κρεοβόρος, hoc est carnem vorans. Vide eius descriptionem lib. 6. Aeneid. 84.
Ater Cerberus. Seneca Hercul. Oetheo 1. 5.
Custos, & limen obsidens Cerberus. Seneca Troade 5. 8.
Ianitor Orci Cerberus. Virgil. 8. Aeneid. 60.
Immanis ianitor aulæ Cerberus. Horat. 3. Carm. ode 11. 4.
Immanem aulam, infernum vocat.
Ingens Cerberus. Virgil. 6. Aeneid. 84.
Inhians Cerberus. Virgil. 4. Georgic. 97.
– tenuitque inhians tria Cerberus ora.
Latitans antro Cerberus. Senec. Hercul. furente 11. 11.
Immo latitans Cerberus antro.
Triceps cerberus. Cic. 1. Tuscul. 16. Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transuectio Acherontis, mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus?
Cerbereus, adiectiuū, (κερβέρειος,) vt Cerbereus latratus apud Statium 5. Sylu. 1. 50. Nempe times ne Cerbereos Priscilla tremiscat Latratus.
Os Cerbereum. Ouid. 4. Metamorpho. 100.
Portæ Cerbereæ. Stat. 8. Thebaid. 12.
Rictus Cerbereus. Ouid. 14. Meramorpho. 13.

CERCAPHVS, Viri proprium, de quo Strabo lib. 14. Post Telchinas, inquit, dicunt Helladas insulam hanc habitasse, ex quorum vno Cercapho scilicet ac Cydippe filii procreati sunt, qui vrbes de suis nominibus condidēre. De Rhodo insula loquitur.

CERCASORVM, Oppidum in Aegypto, iuxta quod scinditur Nilus in Pelusium fluens & Canobum. Author Herodotus lib. 2.

CERCEIS, Proprium nymphæ nomen, à texendo sic dictæ: Oceani & Tethyos filiæ.

CERCETAE, Populi sunt minoris Armeniæ Plinio. Pomponio vocantur Cereetici libro primo.

CERCETI, Montes Thessaliæ, dicente Plinio lib. 4. cap. 8. In Thessalia sunt quatuor atque triginta montes, quorum nobilissimi Cercети, Olympus, Pierus, Ossa: cuius ex aduerso Pindus & Othrys, Lapithārum sedes, ad occasum vergentes, &c.

CERCINA, Insula est maris Mediterranei, cum vrbe eiusdem nominis ex aduerso Africę ad promontorium minoris Syrtis sita. Author Pomponius. & Plinius lib. 5. cap. 7.

CERCINITIS, Perparua insula, Cercinæ superiori Carthaginem versus ponte iungitur. Hæc Plinius lib. 5. in descriptione insularum quæ sunt ex aduerso Africæ.

CERCION, Rex fuit Thessaliæ, qui filiam habuit Alopen, à qua ciuitatem cognominauit.

Cercius, (ἰάπυξ,) Ventus. Gellius lib. 2. cap. 22. Sed quod Phaurinus ait ventum qui ex terra Gallia flaret, Circium appellari, M. Cato in libro Originum eum ventum Cercium dicit, non Circium. nam quum de Hispanis Alpinis scriberet, qui citra Hiberum colunt, verba hæc posuit, Ventus Cercius, quum loquare, buccam implet. Hactenus Gellius. Ventus est autem in Narbonensi prouincia frequenter sæuiens, nulli violentia inferior: & ob id à turbine ac vertigine ita appellatus. ✻ Plin. hunc uentum appellat circum lib. 17. cap. 2.

Cercopithēcus, penul. prod. (κερκοπίθηκος,) Compositum nomen ex κέρκος, quæ dicitur cauda: & πίθηκος, simia: quasi simia caudata, quam Cattum Maimonem vulgò dicimus. Plinius libro 8. cap. 21. Cercopithecos nigris capitibus, pilo alsinino, & dissimiles cæteris voce. Martialis lib. 14. 107.
Callidus emissas eludere simius hastas:
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram. Idem lib. 7. 86.
Cercopitheci sacri effigies. Iuuenalis Satyra 15. 1.

Cercurus, siue cercuron, (κέρκουρος,) Nauis Asiana prægrandis, authore Nonio, Plautus, & Plinius huius meminerunt.

CERCYON, (κερκύων,) Areas fuit quidam, latro insignis, qui omnem Atticam regionem latrociniis infestabat immani ferocia, & membrorum robore curuans trabes, & altissimas pinus ad terram trahens. Sed à Theseo iuxta Eleusinem Cererem interemptus. Ouid. 7. Metam. 22.
Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis. Hinc
Cercyonēus, penu. prod. (κερκυόνεος,) Adiectiuum. vt Corpora Cercyonea. Ouidius in Ibin 83.
Quæque Ceres vidit læto pereuntia vultu
Corpora Thesea Cercyonea manu.

Cerdo, cerdonis, m. g. (ϰύνκυρος,) Quicunque lucrum quærit ex re aliqua, & artes illiberales exercet, quæstus gratia, qui Gręcè κερδῶος, dicitur. Nonnulli cerdonem vocant sutorem veterum calceorum, qui à Suetonio veteramentarius appellatur. Martia. li. 3. 16.
Ebrius es: nec enim faceres id sobrius vnquam,
Vt velles corio ludere cerdo tuo. Cic. 1. de Natura deorum 49. Orpheū poetam docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse cerdonis.
Cerdoni turpia, Brutos decent. Iuuenalis Satyra 8. 19.
Cerdonibus timendus. Iuuenalis Saty. 4. 16.
Sed periit postquam cerdonibus esse timendus
Cœperat. Domitianum intelligit.

Cerealis, Vide CERES.

CERREALIS, Oppidum in Hispania non longè ab Oceani ora in Mediterraneo, Plinio lib. 3. ca. 1. 7. Celeberrima inter hunc & Oceani ora in Mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Iulia quæ Fidentia, Virgao quæ Alba, Ebura quæ Cerealis, &c.

Cérebrum, cérebri, penul. corrept. (ἐγκέφαλος,) Plinius lib. 11. cap. 37. 11. Cerebrum omnia habent animalia quæ sanguinem: etiam in mari quæ mollia appellauimus, quamuis carentia sanguine, vt polypi, Sed homo portione maximum & humidissimum, omniumque viscerum frigidissimum, duabus supra subterque meninbranis velatum, quarum alterutram rumpi mortiferum est. Cerebro viriquàm fœminæ maius. Hominibus hoc sine sanguine, sine venis, & reliquis sine pingui. Alind esse quàm medullam, eruditi docent, quoniam coquendo durescat. Plura ibidem. Quod autem dicit Plinius cerebrum sine venis & sanguine esse, id manifestè falsum est ex anatome, nequis putet: nam & venas & arterias numerosissimas habet in plexu quem retiformem practici vocant. Cicero 1. Tuscul. 30. Aliis placet quædam cerebri visa esse animi principatum tenere. Aliis nec corpus placet, nec cerebri quandam partem esse animum, sed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum.
Felix cerebri. Horatius 1. Sermonum, satyra 9. 3. — ô te Balane cerebri
Felicem, aiebam tacitus. Interpretes hoc loco Felicem cerebri illum intelligi volunt, quem cerebrosum alibi appellat, id est iracundum ali quantulum, & qui quod de vnoquoque sentiat liberè pronuntiet.
Sanies nigri cerebri. Statius 5. Thebaid. 115.
Cerebrum arboris. Plinius lib. 13. cap. 4. 8. A cerebro ipso arboris viridi fissuris diuiso atque defosso.
Est actum cerebrum. Stat. 6. Thebaid. 162.
Putridum cerebrum, pro infando dictum est ab Horatio. 2. Serm. saty. 3. 15.
Si malè rem gerere insani: contrà, bene sani:
Putidius multo cerebrum est (mihi crede) Pecilli
Dictantis quod tu nunquam referibere possis.
Cerebrum palpitat. Vide PALPITO.
Cerebro laborare. Vide LABOR.

Cerebellum, (ἐγκεφάλιον,) Diminutiuum. Plin. lib. 29. cap. 5. 3. Cerebello gallinaceo occurritur.

Cerebrosus, pen. prod. (ϰυπαρός,) Adiectiuum, Capitosus, & qui habet durum & pertinax cerebrum. Plaut. Mostel. 1. 3. 14. Senex hic cerebrosus est certe. Hor. 1. Serm. saty. 5. 6. – donec cerebrosus prosilit vous.
Ac mulæ, nautæque caput, lumbosque saligno
Fuste dolat.
Cerebrosus bos. Colum. lib. 2. cap. 11. 9. Eruum pecori noxium, & præcipue bobus, quòd pabulo suo cerebrosos reddit. Id est ad insaniam factos, & vade ipsis crebrò cerebrum moueatur.

CERES, Cereris, pen. corr. (δημήτηρ, δήμητρα, δηώ, κυρέβια,) Saturni atque Opis filia, quæ ipsemet ex Ioue Proserpinam. Hæc, dea frugum putabatur. Cic. 2. de Nat. deor. 27. Mater autē est à gerendis frugibus, Ceres tanquam geres, eaque prima literā itidem immutata, vt à Greois. nam ab illis quoque δήμητρα quasi γαιήτρη nominata est. Plaut. Rud. 4. 87. Cererem te melius, quàm Venerem sectarier:
Amorem hæc curat, triticum curat Ceres. Cererem Virgilius pro Luna posuit, sicut Liberum pro Sole in primo Georgicorum,
– vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. De Cereris τέλοις Sicilia, ità dicitur ἐξ ὑπονοίας. NNA.
Terra Ceres. Cic. 1. de Nat. deorum. 8. Idemq; disputat æthera esse eum, quem homines Iouem appellarent: quique aer per maria manaret, eum esse Neptunum: terramque eam esse quæ Ceres diceretur.
Accola Cereris. Vide ACCOLA.
Ceres Amæa. Vide AMAEA. Azesiam reperit, In Chiliadibus Erasmi.
Antiqua Ceres. Virg. 2. Aeneid. 147.
Ennæa Ceres, quæ colebatur in Enna vrbe Atticæ. Silius lib. 13. 43.
Nec Cerere Ennæa, Pharios nec victa colono.
Frugifera Ceres. Seneca. 1. Thebaid. 44.
Legifera Ceres. Leges enim ipsa dicitur inuenisse. Nā & sacra ipsius Thesmophoria vocantur. Sed ideo hoc fingitur, quia ante inuentum frumentum à Cerere, passim homines sine lege vagabantur: quæ feritas interrupta est, inuento vsu frumentorum, postquàm ex agrorum diuisione nata sunt iura. Hæc Seruius. Virg. 4. Aeneid. 12.
Legiferæ Ceres, Phœboque, patrique Lyæo.
Magna Ceres. Virg. 1. Georg. 68.
Secreta Ceres, dicebatur Eleusina, cuius sacrā nemini fas erat publicare, nec iis interesse, qui non essent initiati. Seneca Hercule furente. 10. 4.
Turba secretam Cererem frequentat.
Annua sacra referre Cereri, Ambarualia sacrificia facere. Vir. 1. Geor. 68
In primis venerare deos, atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

¶ Cereri, pro ipso pane aliquando ponitur. Terent. Eunuch. 4. 5. 6. Sine Cerere & Libero friget Venus. Virg. 1. Aeneid. 142.
Dant manibus fanali Lymphas, Cereremque canistris
Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis. Idem lib. 7.
Consumptis hic forte aliis, vt vertere morsus
Exiguam in Cererem, penuria adegit edendi. Exiguam in Cererem morsus vertere, est ob penuriam aliorum ciborum, cogi modicum panem manducare.

Cereri nuptias facere, vel sacrificare. Plaut. Aulul. 11. 5.
Cererin' Strobile has facturi nuptias?
STR. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Quæ mos dum Græci dicunt ἐπὶ θυσίᾳ, id est tart sacrificaturita Plautus pro more dum indicat apud Latinos dici solere, Cereri sacrificant, siquando in conuiuio vinum deesset: propterea quòd in huius sacris nefas esset inferre vinum, sicut apud Græcos in quarūdam dearum sacrificiis.

¶ Ceres, pro frumento. Virg. 1. Aeneid. 37.
Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiaque arma
Expediunt fessi rerum, frugesque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
Larga Ceres, Magna frumenti copia. Lucan. lib. 3. 70.
Vocare clamore Cererem in tecta, est inuocare dari copiam frumenti, vt inquit Seruius. Virg. 1. Georg. 70. Et Cererem clamore vocent in tecta.

¶ Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. Cic. 2. de Natura deorum. 86.
Rubicunda Ceres. Virg. 1. Georg. 60.
At rubicunda Ceres medio succiditur æstu.
Flava Ceres. Virg. 1. Georg. 70.
Læta Ceres sterilem vanescit in herbam. Ouid. 3. Amorum. eleg. 6. 7.

¶ Cererem celebrare. Iuuenalis Saty. 9. 3.
Nutrit rura Ceres. Horat. 4. Carm. ode 5. 4.
Facere vota Cereri. Virgi. eclog. 5. 16.
Cererem coquere dicitur æstiuus Leo. Senec. Hippol. 9. 3.
Nunc æstiui colla Leonis
Cererem magno feruore coquant.
Terram densam magis Cereri fauere dicit Virgilius 2. Georgi. 46. in qua frumentum felicius & melius nascitur. Sic enim inquit,
Rara sit an supra morem si densa, requiras,
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:
Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo.
Iugera Cererem ferunt. Horat. 3. Carm. ode 24. 3.
Intercipere Cererem in spicis, id est iam maturam. Ouid. 8. Metam. 59.
Tellus Cererem reddit. Horat. Epod. 16. 9.
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis.
Cereālis, & Cereāle, pe. pro. (δημήτριος,) Quod ad Cererem pertinet.
Arma Cerealia, Instrumenta ad molendum frumentum conficiendosque panes. Virgil. 1. Aeneid. 37.
Aurae Cerealis. Plin. lib. 15. cap. 19. 1.
Cœna Cerealis. Plaut. Menæch. 3. 26.
– nullus melius medicinam facit:
Ita est adolescens ipsius escæ maximæ.
Cerealis cœnas dat, ita mensas extruit,
Tantas struices concinnat patinarias. Prouerbialis loquutio de qua Erasmus in Chiliadibus.
Culmi Cerealis mergites, manipulos spicarum vocamus. Virgilius 2. Georgicorum 104.
Dona Cerealia, Panes dicuntur. Silius libro 7. 37. – tum lacte, fauisque
Distinxit dulceis epulas, nulloque cruore
Pollura castus mensa, cerealia dona Attulit.
Herbæ Cereales. Ouid. 4. Fastorum 183.
Aspera rubigo parcās Cerealibus herbis.
Cereales ludi, In honorem Cereris facti. Liu. 10. bel. Pun. 185.
Munera Cerealia. Ouid. 11. Metamorpho. 15.
Cereale papauer. Virgil. 1. Georgicorum. Necnon & ligni segerem, & Cereale papauer. Vbi Seruius, Cereale papauer, vel quòd est elixi, sicut frumentum: vel quia eo Ceres vsa est ad obliuionem doloris. Columel. libro 10. 30. Allia cum cepis, cereale papauer anetho Iungite.
Sacrum Cereale. Ouid. 3. Amorum, eleg. 9. 1.
Annua venerant Cerealis tempora sacri,
Secubat in vacuo sola puella toro.
Cerealis sapor. Plin. lib. 19. cap. 8. 35. Papaueris satiui tria genera: candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. hoc & panis rustici crustæ inspergitur effuso ooo inhærens, vbi inferiorem crustam apium, githeque Cereali sapore condiunt.
Semina Cerealia. Ouid. 1. Metamorpho. 25.
Semina tum primùm longis Cerealia sulcis Obruta.
Solum Cereale vocat Virgilius Aeneid. 7. 23.
Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Sulci Cereales. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.
Herbaque quæ latuit Cerealibus obruta sulcis,
Exerit è tepida molle cacumen humo.
Cerealia, cerealiorum, plur. num. n. gen. (δημήτρια,) Dicuntur sacra Cereris à Triptolemo instituta, quæ Plinius etiam lib. 24. Thesmophoria vocat à Cerere Thesmophora, hoc est legum latrice. Plutarch. quo que adonia vocat. Cic. ad Atticū, li. 2. 27. 2. Emersam cōmodè ex Antio in Appiam ad Tres tabernas, ipsis Cerealibus, quū in me incurrit Roma veniens Curio meus, ibidem illico puer abs te cum epistolis.

CERETANI, penul. prod. (κέρητες τανοί, Ptol.) Populi Hispaniæ, apud quos generosa vina nascebantur, quæ Ceretana dicebantur. Mattialis, Ceretana Nepos ponat, Setina putabis.

Ceria, huius ceriæ, (ϰηρία,) Genus potionis quo vtuntur Hispani. Plinius lib. 22. ca. 25. 42. Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Aegypto, celia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera cum melle.

Cerinthe, cerinthes, fœm. generis, (κηρύνθη,) Genus herbæ. Plinius libro 21. cap. 12. 1. Est autem cerinthe folio candido, incurno, cubitali, capite concauo, mellis succum habente. Ea autem apes maxime delectantur, vt idem author docet eodem loco. Virgil. & cerynthæ ignobile gramen.

Cerinus, Vide CERA.

Cerion, quasi suaue & iucundum. Græci enim κήριον, vocant fauum. Plinius lib. 20. cap. 2. 3.

CERITES, penul. correp. Populi sunt quos quum vicissent Romani, statuerunt vt nunquam leges ederent, nec leges haberent, quod multum ignominiosum fuit. Hæc Acron in illud Horatii 1. epistо. 6. 13.
– Cerite cera Digni. Prouerbialis sententia. Id est sine lege, & suffragio nullo, inquit Budæus. De iis sic scribit Aulus Gellius libro 16. capit. 13. Primos autem municipes sine suffragii

Universidad de Deusto
Biblioteca

iure, Cerites esse factos accepimus, concessumque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hinc tabulæ Cerites appellatæ versa vice in quas Censores referri iubebant, quos nota causa suffragiis priuabant.

Ceritus, huius ceriti, penul. prod. m.g. (νυμφόληπτος,) Cereris ira & indignatione vexatus. Nam in Cereris sacris furore corripiebantur. Plaut. Rud. 23.66. Elleborosus sum. 6. at ego ceritus. Idem Menæch. 19.2. Num laruatus erat, aut ceritus? Horat. 2. Serm. sat. 3.56. Ceritus fuit? an commotæ crimine mentis, &c.

Cerium, huius cerii, (κηρίον,) Genus vlceris. Plinius libro 20. cap. 2.3.

CERMALVS, Locus in vrbe sic nominatus, Festus.

CERMORVM, Oppidum Macedoniæ apud Plinium lib. 4. cap. 10. in descriptione Macedoniæ.

CERNA, vel Cerne, Insula est Aethiopici maris, de qua sic Plinius scribit ca. 31. lib. 6. Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula aduersa Aethiopiæ, cuius neque magnitudo, neque interuallum à continente constat. Aethiopas tantum populos habere traditur. Hæc Plinius.

Cernetur oppidum Cernetanorum in Italia. Plinius libro. 3. cap. 5. Vulgo Corneto.

Cerno, cernis, creui, cretum, (διάκρω, ὁράω,) cernere, Videre. Virgil. Cernimus astantes nequicquam lumine toruo. Idem 4. Aeneid. 82. Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus? Et 2. Aeneid. 146. Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.

Cernere ad. Ouid. 1. Trist. eleg. 30.6.
Hanc ego suspiciens, & ad hæc Capitolia cernens, &c.

E loco aliquo procul cernere. Virgil. Aeneid. 3.111.
Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna.

Cerno, cum infinitiuo. Virgil. 5. Aeneid. 6.
– frustrà cerno te tendere contra.

Cernere & videre. Cicero 3. de Orato. 88. Illa verò oculorum multo acriora, quæ ponunt pene in conspectu animi, quæ cernere & videre non possimus.

Cernis & vides. Lucretius lib. 2. 108.
Nam quod rara vides magis esse animalia quædam,
Fœcundamque magis naturam cernis in illis.

Ante oculos cernere. Lucret. lib. 2. 147.

Acutè cernere. Lucret. lib. 4. 163.

Acutum cernere, Idem quod acuté. Horat. 1. Sermo. saty. 3.6.
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Clarissimè cernere. Plinius lib. 11. cap. 37. 18. Conditos oculos clarissimè cernere putant.

Singillatim cernere aliquid. Lucret. lib. 4. 21.

Oculis cernere. Plaut. Pœnu. 19.20. Satin' ego oculis cerno? estne illæc, &c. Cicero pro Cluentio 52. Quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Idem pro Roscio Amerino 63. Si eum qui iudicii partem acceperit, oculis cernetis, poteritisne dubitare Iudices, qui iudicarit? Lucretius lib. 1. 54. Quintil. lib. 6. cap. 11. 4.

Oculis cernere ea quæ videmus. Cicero. 1. Tuscul. 73. Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quæ videmus.

Cernere obliquis oculis. Plin. lib. 11. ca. 37. 17. Non conniuere diximus, quæ non obliquis oculis, sed circumacto capita cernerent.

Nati coràm me cernere letum Fecisti. Virgil. 2. Aeneid. 108.

Causa cernendi in imaginibus est. Lucret. lib. 4. 48.

¶ Cernere, Animaduertere, intelligere. Plaut. Cistel. 2. 1. Tum ante hac te amaui, & mihi amicam esse creui mea Gymnasium. Cicero. 4. Academ. 29. Nihil eos sentire, nihil cernere, nihil omnino quale sit, posse reperire. Idem de Oratore, Neque tanta tamen in rebus obscuritas, vt eas nõ penitus acri vir ingenio cernat, si modò aspexerit.

Cernitur magnus animus duabus rebus. Cicero. 1. Offic. 95. Et apud eundem 3. de Finib. 44. Cernitur honestate beata vita.

Cernere verum. Cicero. 4. Acad. 134. Quorum omne bonum in mente posi tum, & mentis acie, qua verum cerneretur.

Vltima cernere, Intelligere se versari in extremo periculo. Virg. 1. Aenei. 89. – his se, quando vltima cernunt,
Extrema iam in morte parant defendere telis.

Cerneres, pro quiuis posset cernere. Teren. And. 1. 1. 108. Tum illa, vt eõ suetum facile amorem cerneres. Sallustius in Catil. Sed, confecto prælio tum verò cerneres quanta audacia, quantaque vis animi fuisset in exercitu Catilinæ. Virgil. 4. Aeneid. Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes. Id est quiuis cernere potuisset.

Cernere est, Licet videre. Virgil. 6. Aeneid. 119.
Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat.

Iam cernam, mène, an illum potiorem putes. Cicero. 2. Tusculan. 34.
Hoc est nunc experiar & videbo. Vulgus barbarorum dicit, Ego bene videbo nunc.

Quis est quin cernat quanta vis est in sensibus? Cic. 4. Acad. 41. Hoc est cui hominum non est apertissima sensuum vis?

¶ Cernit animus, Id est præuidet. Cic. de Senect. 77. Animus verò non me deserens, sed respectans, in ea profectò loca discessit, quò mihi ipse cernebat esse veniendum. Ibidem 75. Nonne vobis videtur animus is qui plura cernat & longius, videre se ad meliora proficisci: Ille autem cuius obtusior sit acies, non videre?

Cernere animo. Cic. in Catil. 83. Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos aceruos ciuium: versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi. Idem 1. de Finib. 97. Quicquid porrò animo cernimus, id omne oritur à sensibus. Idem 4. Academ. 46. Et ad Lucium lib. 5. 12. 8.

Cernere animo atque intelligere. Cicero in Topic. 12. Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrative non possunt, cerni tamen animo atque intelligi possunt.

Animo videre, Cernere mente. Cic. 1. de Natu. deorum 69. Epicurus autem qui res occultas non modò viderit animo, sed etiam sic tractet vt manu doceat, eam esse vim & naturam deorum, vt primum non sensu, sed mente cernatur.

¶ Cernere de variis rebus, pro colloqui. Plautus Trinum. 8.61.
– verecundari neminem
Apud mensam decet nam ibi de diuinis atque humanis cernitur.

¶ Cernere, Decernere, constituere, deliberare. Ci. 3. de Legib. 11. Quotcunque Senatus creuerit, populusve iusserit, tot sunto. Regio imperio duo sunto. Lucilius, Postquam præsidium castris educere creuit.

Diuis cernere. Cicero 2. de Legib. 35. Bella, discepatio, prodigia, portenta, ad Hetruscos aruspices, si Senatus iusserit, deferunto. Quibus diuis creuerint, procuranto.

¶ Cernere, pro dirimere, separare, & secernere, vt ait Budæus. Cicero. 2. de Diuinat. 54. Quod autem habet extremum, id cernitur ex alio extrinsecus. Idem Topic. 42. Causa certis personis, locis temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Et 5. Tuscul. 14. Deinde ex maiore parte pleraque res nominari etiam, si qua pars abesset, vt vires, vt valetudinem, vt diuitias, vt honorem, vt gloriam, quæ genere, non numero cernerentur.

¶ Cernere, Pugnare. Plaut. Amphit. 2. 3. Propatria Amphitruo dum cernit cum hostibus.

Cernere armis cum altero. Accius Epinausimache, Primores procerum reuocarint nomina, nisi esse quis, qui armis secum vellet cernere. Ex Nonio.

Cernere ferro, Idem. Virgil. 12. Aeneid. 142.
Inter se coisse viros, & cernere ferro.

Cernere vitam, De vita certare. Ennius, Exule nam te sub armis malim vitam cernere. Idem apud Ciceronem 1. Offic. 59. Ferro, non auro vitam cernamus vtrique.

Cernere falsùm hæreditatem alienæ gloriæ. Id est vsurpare sibi gloriam alterius. Cicero ad Dolabellam lib. 9. 14. 9. A te autem peto vt ne hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ finas cernere. Budæus.

¶ Cernere hæreditatem, pro adire, authore Festo. Cic. ad Atticum, lib. 11. 210. 1. Literas tuas accepi pridie Non. Feb. eoq; ipso die ex testamento creui hæreditatem. Id est adiui. Ibidem 210. 6. Galeonis hæreditatem creui. Vtitur & Liuius 3. bel. Pun. Cicero ad Atticum, lib. 11. 20. eleganti metaphora est vsus, Quare adiunges Auium nostri hominem semper amantem mei, nunc credo eo magis q. debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate creuisse. Budæus. Vide ad Atticum, libro 13. 394. 2.

Iussu alicuius cernere. Cicero. ad Atticum, lib. 13. 394. 2. Nunc mitrendum est, vt meo iussu cernat. subaudi hæreditatem.

¶ Cernere, Secernere, cribrare, quod & incernere dicitur. Plin. li. 18. ca. 11. Posteaquam gypsi pars inspargitur, atque vt cohæserit, farinario cribro subcernunt: quæ in eo remansit exceptitia appellatur, & grandissima est. Rursus quæ transit, arctiore cernitur, & secundaria vocatissima est. Rursus quæ transit, arctiore cernitur, & secundaria vocatissima est.

Cerni, Passiuum Ci. in Topic. 12. Definitioni autem duo sunt genera subiecta. Vnum earum rerum quæ sunt, alterum earum quæ intelliguntur. Ea esse dico, quæ cerni tangiue possunt, vt fundum, ædes, parietem, &c.

In turba cerni. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 9.
Me miserum, turba quòd non ego cernor in illa.

Nulli cernendus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 10.

Cretio, Verbale, Solennitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Cicero ad Atticum, lib. 11. 220. 6. Galeonis hæreditatem creui. Duo enim cretionem fuisse simplicem, quoniam ad me nulla missa est. Et eodem lib. 13. 204. 1. Ex eo cognoui cretionem Cluuio, Vestorium negligentem, liberam cretionem testibus præsentibus sexaginta diebus metuebam ne ille accessendus esset. Varro 5. de Ling. Lat. Facito vt deant te hæredemitaque in cretione adhibere iubent testes. Theodosius Imperator lib. 6. Cod. Tit. de Iure deliberandi, Cretionum seruandam solennitatem hac lege penitus amputare decreuimus.

Cernuus, (κεφαλής,) Adiectiuum, dicitur propriè inclinatus, quasi quòd terram cernat, authore Nonio. Lucilius Saty. lib. 3. Cernuus exemplo plantas conuestit honestas. Virgil. 10. Aeneid. 177. – ciectoque

– ciectoque incumbit cernuus armo. Vbi Seruius, Cernuat equus dicitur, qui cadit in faciem: quasi in eam partem quam cernimus. Vnde & pueri quos in ludis videmus, ea parte qua cernunt stantes, cernui vocantur: vt etiam Varro in ludis theatralibus docet.

¶ Cernuus, Calceamenti genus. Festus.

Cernuatus, pen. prod. Adiectiuum. Inclinatus. Sollnus cap. 57. Vide LVPATVS. codice sequenti proximum. Aliqui tamen legit Curuatus.

Cerôma, pen. prod. cerómatis, pen. corr. neu. g. (κήρωμα,) Dicebatur quo athletæ vngebantur dum certaturi erant. Hoc verò ex oleo terraque constabat: nec ex omni quidem terra, sed ex quibusdam eius generibus, quibus robustiora fieri corpora, & ad tolerandos æstus atque algores firmiora arbitrabantur: vt erat albida quædã terra pertenuis ex Albano agro, & rubrica, vt Baianas pulois, & qui iuxta montem Vesuuium colligebatur, alæque huiusmodi terræ complures. Martial. lib. 14. 19. Seu lentum ceroma teris, tepidumue trigonа. Plin. lib. 28. cap. 4. 17. Nam illa quæ sunt è ceromate permisto cæno, articulos tantum molliunt, calefaciunt, &c.

Ceroma, Locus vbi palæstritæ vngebantur. Plinius, Iidem palæstras athletarum imaginibus & ceromata sua exornant.

Fœmineum ceroma. Iuuenal. Saty. 6. 25. Dicitur autem fœmineum, quòd & mulieres eo, sicut viri, vngerentur palæstram inirent.

Collum ceromaticum. Iuuenal. Saty. 3. 7. Id est ceromate perunctum.

Ceroſtrôtum, pen. prod. (κηρόγρωτον,) Compositum ex duobus Græcis nominibus κήρου id est cerae, & γρωτὸς stratus. & est picturæ genus, quum ex cornibus ramenta tinguntur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inferuntur. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum: sed non satis hoc fuit, cœpêre pingi animalium cornua, dentes elephantorum secari, ligumque ebore distingui, mox totum operiri. Plin. lib. 11. cap. 37. 6. de cornibus verorum. Apud nos in laminas secta transluent, atq; etiam lumen inclusum latiùs fundunt, multasq; alias ad delitias conferuntur, nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ ceroſtrota picturæ genere dicuntur.

Cerotum, Vide CERATVM.

Cerrus, cerri, fœm. gen. (ἄκαρπος,) Arboris species ex glandium genere. Plin. lib. 24. cap. 4. 5.

Cerrinus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀκαρπινός,) vt Cerrinus calix. Plin. lib. 30. ca. 10. 10. Quidã pectus eius bibendi censent, & in cerrino calice.

Cerreus, aliud Adiectiuum, (ἀκαρεός,) vt Cerrea glans. Legitur autem sine suo substantiuo. Plin. lib. 16. cap. 6. 8. de glande fagina loquens, Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram. Colum. lib. 9. ca. 1. 5. Nam vt gramineis, ita frugibus roburneis opus habent, maximeque laudantur qui sunt feracissimi, quorum cerreæ glandis, & iligneæ, nec minus cerreæ. Alia exemplaria pro cerreæ, habent acernæ.

Certe, Vide CERTVS.

Certo, certas, (ἀγωνίζομαι, ἅμιλλῶμαι, ἀθλίζω,) certare, Altercari, contendere. Varrus nominibus iungitur, construiturque vt plurimum cum præpositionibus Inter & Cum.

Certare clare. Vide CLARE.

Acies certant. Vide ACIES.

Ambigue certare. Tacit. lib. 11. 415. 30. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certauit.

Aequore certare, id est in cursu & spatio currentium. Silius lib. 16. 78.
Tene Astur certante fetet qui quam æquore palmam Ereptos
Verba sunt Iberi ad Panchatem equum, qui venerat ex Asturia.

Certare bello de. Liuius. 3. ab Vrbe. 305. Arienti atque Ardeates de ambiguo agro quum sæpe bello certassent, multis inuicem cladibus fessi.

Sic certare pugnis, calcibus, vngaibus, &c. Cicero. 5. Tuscul. an. 112. Sihus lib. 8. 118.

Plus vno Marte certare. Diuersis præliis hostem aggredi. Sil. lib. 8. 71.
Quippe extrema simul gentique vrbique timebant:
Nec spes certandi plus vno Marte dabatur.

Animis iniquis certare, pro maligne dissidere & aduersari, apud Virgilium. 10. Aeneid. 2. vbi Iuppiter deos alloquitur,
Cœlicolæ magni quianam sententia vobis
Versa retro: tantumque animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucros,
Quæ contra vetitum discordia?

Augendæ dominationi certare, Ad augendam dominationem certare. Tacitus lib. 2.

Benedictis vel maledictis certare. Terent. in prol. Phorm. 11. Benedictis si certasset, audisset bene. Liuius. 5. ab Vrbe. 41. Acta deinde in Senatu res est, certatumq; inter collegas maledictis. Sic certare minaciis cum aliquo. Plaut. Trucul. 19. 54.

Carmine certare. Horat. in Arte. 45.

Damnis certare. Plaut. Trucul. 19. 56. Stultus atque insanus damnis certant, nos saluæ sumus. Sic apud eundem in Persa. 6. 58. Malitiã certare tecum, miseria est.

Dicacitate certare. Cic. de Claris Orat. 89. Ego memini T. Tincam Placentinum facetissimum cum familiari nostro Quint. Granio præcone dicacitate certare.

Dolis certare. Sil. lib. 5. 10. Sit certare dolis, & bellum ducere cordi.

Iocis certare. Horat. 1. Carm. ode 12. 4.

Legibus suis certare domi. Cicero. 4. Verr. 21. Siculi hoc iure sunt, vt quod ciuis cum ciue agat, domi certet suis legibus.

Manu certare. Valer. lib. 6. 63.

Mero certare. Horat. 4. Carm. ode 1. 7.

Multam certare. Vide Multam dicere, in DICO, dicis.

Muneribus certare, Contendere de munerum præstantia, Velle sua munera, quàm aliena plaris æstimare. Virgil. 2. eclog. 12.
Nec si muneribus certes, concedat Iolas. Plaut. Trucul. 19. 52.

Obsequiis certare. Claud. epigram. 20. 3.

Certare officiis inter se. Cicero. Curio, lib. 7. 32. 1. Reliquum est vt officiis certemus inter nos, quibus æquo animo vel vincamur, vel vincamus.

Officio nec te certasse priorem Pœniteat. Vbi Seruius, Nec tibi parũ videatur prima beneficia præstitisse, quum possis maiora recipere.

Pietate certare. Claudian. 4. Panegy. 20.

Pignore certare. Virgil. 3. eclog. 7.
Tu die mecum quo pignore certes.

Sagitta celeri certare. Virgil. 5. Aeneid. 96.
Protinus Aeneas celeri certare sagitta
Imitat qui forte velint: & præmia ponit.

Omni scelere certare. Senec. Thyeste 1. 5.
Certetur omni scelere, & alterna vice
Stringantur enses.

Titulis alicuius certare. Claud. epigram. 22. 7.
Non tamen audebant titulis certare Serenæ. Id est cum titulis.

Vigiliis ac labore cum altero certare. Liu. 5. bel. Maced. 72. Nec in quem quam omnium grauius seueriusque, quàm in semetipsum imperium exercere: parsimonia & vigiliis & labore cum vltimis militi certaret.

Certare Virgiliana virtute. Plin. in præfatione lib. 9.

Vitiis certare. Cicero. 10. Philipp. 276. Erat enim ei spes vna in C. Antonio, qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, vitiis cum vtroque certabat.

Secum certare. Plin. epist. 119. 2. Nam mihi satis est certare mecum.

Certare cum alterius improbitate. Cicero. 7. Verr. 90. Si cum aliorum improbitate certet, longè omnes, multumque superabit.

Certat Aegyptus cum feracissimis terris. Plin. in Panegy. 48. Aegyptus alendis, augendisque seminibus ita gloriata est, vt nihil imbribus cœloque deberet. Et paulò pòst, Tantis segetibus induebatur, vt cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura, certaret.

Cum vsuris & fructibus prædiorum certare. Cicero. 1. in Catil. 38. Neque enim isti qui possessiones habent, alia ratione vlla salui esse possunt, quòd si maturius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare cum vsuris, fructibus prædiorum: & locupletioribus his, & melioribus ciuibus vteremur.

Imparibus certare, Id est contra vel maiores se vel minores. Horatius Epod. 11. 4.

Forma certare deis, pro Cum deis, Id est non minus quàm deos formosum esse. Sil. lib. 5. 4.

Melioribus certare, Id est cum nobilioribus & potentioribus. Horat. 2. Sermo. saty. 5. 4.
– haud ita Troiæ
Me gessi certans semper melioribus.
Verba sunt Vlyssis.

Certare de. Liu. 4. ab Vrbe 160. Ant iis cum quibus de imperio certetur, nec virtute, nec patientia, nec disciplina rei militaris cedendum esse.

De imperio certare. Cicero. 2. de Orato. 42.

Pugnaciter certare de re aliqua. Cicero. 4. Academ. 117. Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calùmnia etiam coercetur: ergo de omni statu consilioque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cum aliis, tum etiam meipsum velim?

In decus & famam lethi cum aliquo certare. Sil. lib. 11. 43. Id est quò mors gloriosior sit.

In omne facinus certare, Id est ruere in omnem turpitudinem, proiectum esse ad omne scelus. Seneca Thebaid. 1. 60.
Ditis scelestis (breuiter vt dicam) meis
Certant in omne facinus.

Foro certare, Id est in foro. Horat. 2. Sermo. saty. 5. 6.
Magna minóre foro si res certabitur olim, &c.

¶ Certare, Inter se summa cura deliberare. Virgil. 6. Aeneid. 36.
Haud mora, festinant flentes, aramque sepulchri
Congerere arboribus, cæloque educere certant. Id est (ait Seruius) vt hoc faciant, mente pertractant. Nam adhuc iturì sunt ad syluas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iure certare inter se. Cic. 4. Verr. 27. Quum id quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, ius esse certum Siculis, inter se quo iure certarent: ile gem esse Rapiliam, &c.
Certare ob. Horatius in Arte 45.
Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.
Sub lege aliqua certare, Id est proposita conditione. Claud. epig. 22. 29.
Antiquos loquitur musarum pagina reges.
Quòd dura sub lege procos certare iuberent.
Empturos thalamum dubii discrimine lecti.
Certare agere quidpiam, Est certatim aliquid conari. Virgi. 2. Aneid. 13.
Vndique visendi studio Troiana iuuentus
Circunfusa ruit, certàntque illudere capto.
Non certare cum aliquo quidpiam facere. Virgil. 2. Georg. 20.
Argitisque minor, cui non certauerit vlla
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Certo superare, Id est studeo & conor. Virgil. 5. eclo. 2. Quid si idem certet Phœbum superare canendo.
Certo vincere. Virgil. 5. Aneid. 39. Nomina prima peto Mnestheus, neque vincere certo.
Honorem certare. Stat. lib. 6. Thebaid. 2. – primus Pisæa per arua
Hunc pius Alcides Pelopi certauit honorem.
Certare aliquid, Id est certando conari. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 63.
An quodcunque facit Mecœnas, te quoque verum est
Tanto dissimilem, & tanto certare minorem?
¶ Certare, cum datiuo vsurpatiué. Virgil. 5. Eclog.
Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas. Vbi Seruius, Vsurpatum est: nam hodie Certo tecum dicimus.
Laudibus alicuius certare. Virgil. 2. Georgicorum 28.
Sed neque Medorum syluæ, ditissima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent.
Donaria alicui certare, Id est alicui dono certatim offerre. Valerius lib. 5. 129. Et tibi magne pater tertis donaria certant.
¶ Certatur, Impersonale. Liu. 1. ab Vrbe 69. Inter ordines certabatur. Idem 8. bel. Pun. 135. Per eosdem dies, quibus hæc in Italia consultabant, consilium de iis Carthagine erat, certabaturque sententiis.
Certatum est. Lucanus lib. 2. 30.
– certatum est cui ceruix cæsa parentis Cederet. Idem lib. 1. 1.
– & rupto fœdere regni Certatum.
Hîc subauditur verbum substantiuum.
Certatum est in iudicio. Cic. 1. de Orato. 86. Quid quod item in Centuriali iudicio certatum esse accepimus?
Certans, (ἀγωνιζόμενος.) Participium. vt Crines auro certantes, Id est auro intorti ac inter se ferientes. Sil. lib. 4. 41.
Cæsariem, crinemque tibi Gradiue vouebat
Auro certantem, & rutilum sub vertice nodum.
Animam suam certantem in hostis dextra ponere, Est ab hostis forti dextra interfici. Silius lib. 10. 61. de Paulo loquens,
– securo cædis Ilerthæ
Non expectatum surgens defixerat ensem,
Sidoniumque ducem circunspectabat, in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra.
Animis certantibus, Id est summa animorũ cõtẽtione. Virg. 12. Aen. 116.
Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur.
Remis certantibus æquora verrere, Vehementer agitatis remis nauem impellere. Virgil. 3. Aeneid. 133.
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Certâmen, penul. prod. huius certaminis. penul. corre. (ἀγών, ἄεθλος, ἅμιλλα, ἁμίλλημα.) Est res ipsa de qua certatur, vter columbam sagitta feriat, vter prior decurrat ad metas. Vnde Virgil. 2. Georg. 106. Velocis iaculis certamina ponit in vlmo. Donatus in Adelphos Terentii.
¶ Certamen etiam ipsa est certatio.
Lex certaminis. Ouid. 10. Metamorpho. 114. de Atalanta,
Præmia veloci coniux, thalamique dabuntur.
Mors pretium tardis. ea lex certaminis esto.
Pretium certaminis ferre. Ouid. 13. Metamorpho. 4.
Ludorum certamina. Ouid. 1. Metamorpho. 90.
Instituit sacros celebri certamine ludos.
Certamen disci. Ouid. 10. Metamorpho. 36.
Corpora veste leuant, & succo pinguis oliuæ
Splendescunt, latique ineunt certamina disci.
Iaculi certamina ponere in vlmo, Est ictus sagittarum ad scopum aut eo lumbam vlmo affixam (quod genus est ludicri certaminis) dirigere. Virgil. 2. Georgic. 106.
Veneris certamina mutua. Ouid. 2. Amorum, eleg. 10. 6.
Vini certamen, Compotatio. Tibul. lib. 3. eleg. 6. 3.
Aut siquis vini certamen mite recuset,
Fallat cum tecto cara puella dolo.

Biiugum certamen, Concursum celeré curruũ significat. Virg. 5. Aen. 29.
Non tam præcipites, biiugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus.
Celebre certamen. Ouid. 1. Metamorpho. 90.
Festa certamina. Stat. lib. 6. Thebaid. 185.
Impar certamen. Ouid. 11. Metamorpho. 32.
Ausus Apollineos præ se contemnere cantus,
Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar. De Mida.
Ludicrum certamen, Ioculare & puerile. Seneca Agam. 12. 4.
Cape hoc decorum ludicri certaminis Insigne frontis.
Perpetua sacri certaminis materia. Quintil. lib. 3. cap. 7. 3.
Quadriiugum certamen. Stat. lib. 6. Thebaid. 74.
Sacra certamina. Plinius lib. 21. cap. 2. 1. Arborum enim ramis coronari in sacris certaminibus mos erat primùm.
Valida certamina. Statius lib. 6. Thebaidos 141.
¶ Celebrare certamina, Id est ludos certaminum. Virgil. 5. Aeneid. 120.
Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
In certamen descendere. Cicc. 2. Tusculan. 105. Videmúsne apud quos eorum ludorum qui Gymnici nominantur, magnus honos sit, nullum ab his qui in id certamen descendant, deuitari dolorem?
Inire certamina prima. Virgil. 5. Aeneid. 23.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis.
Missum certamen, Id est peractum & finitum. Virgil. 5. Aeneid. 108.
At pius Aeneas, nondum certamine misso Epitiden vocat.
Præmia certamen mouent. Ouid. epistol. 15. 75.
Certamina referre. Id est innouare. Virgil. 5. Aeneid. 118.
Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina primus
Ascanius, longam muris quum cingeret Albam
Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos.
Tollere dona certamine. Virgil. 5. Aeneid. 77.
¶ Certamen, pro tumultu siue strepitu. Virgil. 5. Aeneid. 26.
Nauticus exoritur vario certamine clamor.
¶ Certamen, Contentionem, etiam significat. Sallust. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. Cicc. pro Rosc. Amer. 81. Quo in certamine peditum eius erat, non se ad eos iungere, &c.
Summum certamen. Summus conatus. Virgil. 5. Aeneid. 40.
– olli certamine summo
Procumbunt, vastis tremit ictibus ærea puppis.
Contentio & certamen. Cæsar 5. bel. Gal. 168. Sic fortuna in contentione & certamine vtrunque versatur.
Honestum certamen, & disputatio splendida, Cicc. 2. de Finib. 109. Pugnant Stoici cum Peripateticis, &c. Et certamen honestum & disputatio splendida. omnis est enim de virtutis dignitate contentio.
Diuitiarum certamina, Id est labores in cumulandis opibus. Horat. 1. epist. 5. 2. Mitte leues spes, & certamina diuitiarum.
Aequo certamine bellum geritur. Lucret. lib. 2. 116.
Alacre certamen. Sil. lib. 1. 37.
Hannibalem voce, atque alacri certamine poscit.
Graude certamen. Horat. 3. Carm. ode 20. 2.
Magnum certamen. Virgil. 7. eclog. 4.
Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.
Verum fictumque certamen. Quintil. lib. 2. cap. 4. 26.
Certamen cum. Cicero 3. de Legib. 37. Neque nobis cum illa tum pestis certamen fuit, sed cum grauissimo Reip. tempore cui si cessissem, &c.
In certamen venire cum aliquo. Cicc. de Claris Oratoribus 177. Quum igitur essem in plurimis causis, & in principibus patronis quinquennium ferè versatus, tum in patrocinio Siciliensi in certamen veni designatus Aedilis cum designato C O S. Hortensio.
Adducere in certamen rem aliquam. Vide A D D V C O.
Instituere sibi certamen cum aliquo. Cicc. 1. Academ. 63. Tum ego, cum Zenone, inquam, vt accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi (vt mihi videtur) sed earum rerum obscuritate, &c.
Certamen inter. Sallust. Sed gloriæ maximum certamen inter ipsos erat. Plin. li. 15. ca. 2. 2. Reliquũ certamẽ fuit Istriæ terrã & Bæticæ par est.
Inter quosdam certamen de. Cic. pro Flac. 49. Adsunt Athenienses, vnde humanitas, &c. De quorum vrbis positione, propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuisse proditum est.
Pro re aliqua certamen esse. Cicc. 3. de Natu. deorum 137. Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris, proque vrbis muris, &c.
Honoris & dignitatis certamen esse cum aliquo. Cic. 1. Offic. 58. Quum ciuiliter cõtendimus, aliter si competitores cum altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero capitis & famæ.
¶ Certamẽ & discrimẽ salutis. Ci. 1. de Diuin. 155. Neq; solũ in pace, sed in bello multo etiã magis, quo maius erat certamẽ & discrimẽ salutis.
In certamen & discrimen rerum omnium deuenire. Cic. 1. de Orat. 2. Cõsulatu deuenimus in medium rerũ omniũ certamen atque discrimen,

¶ Certamen,

¶ Certamen, Prælium. Virg. 11. Aeneid. Quòd si me solum Teucri in certamina poscunt. Cic. 4. de Finib. 51. Sed vt magnum & difficile certamen iuuans, quum sibi cum capitali aduersario dolore depugnandũ videret, excitaret omnes rationes fortitudinis ac patientiæ.
Belli certamen. Planeus Ciceroni, lib. 10. 18. 6. Siquid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc omne assignatum tri aut pertinacię meę, aut timori videbam, si aut hominem &c. aut ipse à certamine belli tam necessarii me remouissem. Lucretius lib. 1. 97.
Clara accendisset sæui certamina belli.
Conferre belli certamina. Vide C O N F E R O.
Pugnæ certamen. Sil. lib. 17. 111.
Donec longinquo frustratum duxit in arua
Diuersa, spatio procul à certamine pugnæ. Lucret. lib. 4. 170.
Gladiatorium vitæ certamen. Cic. 2. de Orat. 173. Sed si in ipso illo gladiatorio vitæ certamine, quo ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt quæ non ad volnus, sed ad speciem valere videntur: quanto hoc magis in oratione expectandum est, &c.
Aeterno certamine prælia edere. Lucret. lib. 2. 24.
Certamen atrocissimum. Vide A T R O X.
Dispar certamen inire, Est cũ maiore cõtendere. Ouid. 2. Amo. eleg. 2. 13.
Exacto lætus certamine victor. Claud. 5. Paneg. 23.
Graue certamen. Sil. lib. 16. 106.
Lethiferum certamen. Catul. epig. 59. 29.
Longum certamen. Horat. 1. Epist. 10. 7.
Martium certamen. Horat. 4. Carm. ode. 14. 4.
Miserandum certamen. Sil. lib. 5. 104.
Hæc inter miseranda virũm certamina, Consul
Ecce aderat voluens iram, exitiumque Sychæo.
Nauale certamen, Quod è nauibus in mari cõmittitur. Virg. 5. Aene. 98.
Rabidum certamen. Sil. lib. 16. 82.
Quò ruis? aut quinam hic rabidi certaminis est mos?
¶ Sacra certamina fuerunt quatuor apud Græcos: Nemea dicata Archemoro, Pythia Apollini, Isthmia Palæmoni seu Melicertæ, Olympia Ioui. Lactantius tamen in principio sexti libri Thebaidos tradit Olympia in honorem Pelopis fuisse instituta, cui subscribit Solinus cap. 2. his verbis, Certamen Olympicum, quod Hercules in honorem ataui materni Pelopis ediderat, intermissum Iphiclus filius eius instauravit post excidium Troiæ anno quadringentesimooctauo. Statius quoque in principio lib. 6. Thebaid. 2.
Hunc pius Alcides Pelopi certauit honorem,
Pulueremque fera crinem detorsit oliua. In Nemeis victores apio coronabantur. Plin. lib. 19. cap. 8. 28. Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. De apio loquitur. In Pythiis lauro vtpote quæ dicata est Apollini. Testis Plinius lib. 2. cap. 1. 1. Testis & Lactantius loco suprà citato. In Olympiis oleastro. Plin. lib. 15. ca. 4. ad finem, Athenę quoque victores olea coronant, Græci verò oleastro Olympiæ. In Isthmiis pinu. Plin. lib. 15. cap. 10. ad finem, Pinea corona victores apud Isthmum coronantur. Extat super hac re Græcum epigramma Archiæ poetæ.

τίσταμεν ἐσθλὸν ἀγῶνα δ' ἑλλάδα, τίσταμεν ἱερὰ:
οἱ μὲν γὰρ Ἰσθμοῦ, οἱ δὲ Νεμέας ἀπένευσαν.
ἄγλαε δὲ τῶν, κότινε, μᾶλλον, ἐλαιόμορε, σὲ λίνε, πίτυς.

Quos versus sic Latinitate donauit Volaterranus.

Græcia concelebrat duo bis certamina sacra:
Quorum, hominum duo sunt, & duo cœlicolũm:
Sacra Iouis, Phœbique, Palæmonis, Archemorique.
Dona oleaster erunt, mala, selina, pitys. Hoc est oleaster, poma, apium, pinus. Primum (ait Volaterranus) Hercules in Iouis honorem constituit in Olympia: vbi stadium fecit tanto cæteris maius, quanto eius mensura pedis præpolleret: vbi primus Olympionica fuit Coræbus Athenien sis, vt author Eusebius. Vide Plinium lib. 7. cap. 56. 15. & Diodorum Siculum lib. 5. cap. 2. Secundum Phœbo dicatum Delphis, ob pythonem serpentem ab eo interfectum, vbi certamen erat musicę, in quo Chrysothemis primus vicit hymnorum cantu, deinde Thamyras, vt author Pausanias. Coronabantur lauro, quæ Delphis adeo magnas fert baccas, vt mâla videri possint. Tertium Palæmonis Athamâtis filii, ex cæde paterna ab Ino matre liberati, Neptuno apud Isthmum. Quarta Nemea sacra, ob Archemorum puerum Lycurgi filium, ab Hypsipyle nutrice educatum, & in sylua Nemea defunctum. Erat autem consuetudo hieronicarum (sic enim vocabantur qui in sacris certaminibus vicissent) vt domum redeuntes, diruptis de industria mœnibus à patria exciperentur, tanquam viri fortissimi & vi superantes. Coronas præterea donabant patriæ Hæc & multo plura apud Volaterranum, in Philologia lib. 29. Vide Cœlium lib. 13. cap. 17. Ciceronem. 2. Tusc. 70. & pro Flacco. 14. Plin. lib. 34. cap. 4. 2. Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium, primò sacrorum certaminum victoria, maximeque Olympię: vbi omnium qui vicissent, statuas dicari mos erat. Eorum verò qui

ter ibi superauissẽt, ex membris ipsorũ similitudine expressa, quas iconicas vocant. Meminit & horum agonum Alcimus non paucis verbis in tres posteriores libros Codicis. Plin. lib. 16. cap. 4. 3. de coronis loquẽs, Nouissimè & in sacris certaminibus vsurpatę in quibus hodieq; non victori datur, sed patriam ab eo coronari pronuntiatur.
Sæuum certamen. Sil. lib. 1. 29.
Occumbit sæuo Tyrius certamine victor.
Sublime certamen. Claud. in Ruff. 1. 60.
Trepidum certamen. Horat. 1. Epist. 20. 10.
Vastum certamen. Virgil. 12. Aeneid. 111.
Nec mora, nec requies, vasto certamine tendunt.
Minor in certamine, Id est viribus inferior. Horat. 1. Epist. 10. 7.
– minor in certamine longo
Implorauit opes hominis.
¶ Studio certaminis in litem ire. Ouid. 6. Fast. 18.
Accẽdere certamina. Lucret. lib. 1. 97. Significat causam præbere litium.
Certamina impensius accendi. Vide A C C E N D O.
Multam certare. Vide Multam dicere, in D I C O, dicis.
Celebrare certamina sub nomine alicuius, Scæuola in L. Liberto §. L. Titius. ff. de annuis legatis.
Conferre manu certamina. Lucret. lib. 4. 170.
Certamen conferere. Vide C O N S E R O.
Contrahere certamen. Vide C O N T R A H O.
Duro certamine cadere. Claud. 4. Paneg. 63.
Differre certamina. Ouid. 6. Metam. 11.
Dirimere certamina. Ouid. 5. Meram. 63.
Excludere certamina, Remittere prælium, atque interponere quietem bello. Sil. lib. 15. 162.
Tum castris procul amotis, aduersa quiete
Dissimulans dubia exclusit certamina Martis.
Certamen animis imbibere. Vide I M B I B O.
Incessit certamen, pro subiit. Tacitus lib. 1 De Prætore in locum Vipsani Galli quem mors abstulerat, subrogando, certamen incessit.
Increscere dicitur certamen. Vide I N C R E S C O.
Inferre certamen alicui. Vide I N F E R O.
Iniicere certamen aliquibus. Vide I N I I C I O.
Inire certamen. Ouid. 10. Metam. 36.
Inire certamina cum aliquo. Silius lib. 13. 31.
Det sese campo, atque ineat certamina mecum.
Instituere sibi certamen cum aliquo. Vide I N S T I T V O.
Inuadere certamina. Sil. lib. 17. 96. Tum Libys inuadit mistæ certamina turbæ. Id est vadit in certamina.
Miscere certamina. Vide M I S C E O.
Moliri certamen. Sil. lib. 16. 1.
Amisso taurus regno gregis, aula clauso
Molitur saltu certamina.
Mouere certamen. Lucan. lib. 3. 25.
– sed pars vilissima rerum
Certamen mouistis opes.
Occumbere certamine. Sil. lib. 1. 29.
Certamini auidè se offerre. Vide A V I D V S.
Ponere certamen. Id est finire. Virgil. 8. Aeneid. 126.
Pòst iidem inter se posito certamine reges
Armati Iouis ante aram, paterasque tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.
Ponere militibus certamina, Collocare aciẽ, instruere ordines militum. Virgilius. 5. Aeneid. 14.
Prima citæ Teucris ponam certamina classis.
Præparandus certamini. Quintil. lib. 2. cap. 8. 3.
Victus certamine. Ouid. 6. Metam. 19.
Equus primus certamine, Id est victor in certamine curuli. Horatius de Arte Poetica. 17.
Certatio, (ἀγώνισις,) Verbale, Ipse actus, cõtentioque certantiũ. Cic. 3. de Na. Deor. 89. Sed nequaquam istuc ibit: magna est certatio. Liu. 5. bel. Pun. 19. Confestim Carulii Tribuni plebis omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt.
Corporum certatio. Cic. 2. de Legib. 36. Ludis publicis, quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu, & fidibus & tibiis moderanto.
Multæ certatio. Liu. 5. bel. Pun. 19.
Pœnæ certatio. Cic. 3. de Legib. 8. Quum magistratus iudicassit, introgat sitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.
Certatio iniquè comparata. Vide I N I Q V V S.
Iniqua certatio. Cic. pro Quintio. 49. Hæc est iniqua certatio: non illa qua tu contra Alphenum velitabaris.
Certatio cum. Cic. 2. de Finib. 73. Non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate certatio.
Parem certationem cum aliquo esse. Cic. pro Quintio. 46. An verò id quod Hortensium (quia nuper iniecit, & quia Neuius semper id cla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitæ) disturum arbitror, non fuisse Neuio parem certationem cũ Alpheno, illo tempore illis dominantibus?

Certatio inter. Cic. de Amicit. 31. Atq; hæc inter eos sit honesta certatio.

Certátim, per. prod. (ἀγωνιστικῶς,) Aduerbium. Cum contentione: quando alius alium præire conatur in re aliqua. Plinius epist. 33. b. Omnes mẽ certatim, & tamen æqualiter amant. Idem epist. 155. a. Vendiderã vindemias certatim negotiatoribus ementibus. Liu. 6. bel. Pun. 131. Itaque in vulnera ac tela ruunt neque illos muri, neque superstantes armati arcere queunt, quin certatim ascendant.

Certatim alter alteri obstrepere. Liu. 1. ab Vrbe. 178. Primò vterque vociferari, & certatim alter alteri obstrepere.

Cantare certatim. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 3.

Constant inter nos certatim summa studia. Lepidus ad Ciceronem, lib. 10. 34. 6. Etsi omni tempore summa studia officii mutuò inter nos certatim constiterunt pro nostra inter nos familiaritate, & proinde diligenter ab vtroque conseruata sunt, &c.

Certatim credere. Liu. 1. ab Vrbe. 235. Certatim summi, infimiq; Gabinorum Sext. Tarquinium dono deũm sibi missum ducem credere.

Certatim ad opus currere. Cic. 2. Philip. 122. Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur. Hoc est summa cum diligentia.

Certatim de salute alicuius dicere. Cic. pro Sestio. 63. Quum omnes certatim, aliusque alio grauius atq; ornatius de mea salute dixisset, fieret que sine vlla varietate discessio, surrexit. Virgil. 3. Aeneid. 58. Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt. Idem. 7. Aeneid. 30.

Certatim instaurant epulas, atque omine magno
Crateras læti statuunt, & vina coronant. Et. 7. Aeneid. 117. Certatim regis circumstant tecta Latini. Idem. 4. Georg. 8.
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt.
Loqui certatim. Ouid. 13. Metam. 49.
Certatimq; omnes simul vno ore arma loquuntur.

Certatum de his tradant authores. Plin. lib. 32. cap. 5. 7.

Hoc Cicero atque Asinius certatim vti sunt. Quintil. lib. 6. cap. 1. 17.

Certatus, (ἀγωνιστὸς,) Adiectiuum. Tacit. lib. 11. Et huic cõtra itum ad animem Erindem, in cuius transgressu multum certato, pernicit Bardanes. Certato, id est quum certasset. Passiuum pro actiuo.

Certãtus, huius certatus, pe. prod. (ἀγώνισμα,) Idẽ quod certamen. Stat. lib. 3. Sylu. 3. 1. – ridetque benigna
Parthenope Gentile sacrum, nudosque virorum
Certatus, & parua suæ simulachra coronæ.

Certus, (ἀναμφίβολος, ἀναμφισβήτητος, ἀνεξελέγκτος,) Adiectiuũ. à Cerno, vt ait Sipontinus, quando significat video: & est Clarus, indubitatus: quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt.

Certus sim ex hoc meto. Plau. Mer. 4. 19. Quid illud sit negoti, lubet scire me rex hoc vt sim certus meto. Id est ne quid vltra timeã de hac re.

Incertus & Certus, contraria. Terent. Eunuch. 1. 1. 17.
– incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas, &c. Plaut. Pseud. 10. 19.
Certa amittimus, dum incerta petimus.

Amor certus, Id est non simulatus. Ouid. 2. de Arte. 50.
Læta erit, vt causam tibi se sciet esse pericli,
Hoc dominæ certi pignus amoris erit.

Amor certior. Ouid. 3. de Arte. 114.

Animo certo & cõfirmato posse cõsistere in causa. Cic. pro Quintio. 51.
Diffidebam me hercule C. Aquili, satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere.

Arboribus certis grauis vmbra tributa est, Id est peculiariter priuatę cuidam arborum speciei. Lucret. lib. 6. 157.
Arboribus primùm certis grauis vmbra tributa est
Vsque adeò, capitis faciant vt sæpe dolores,
Siquis eas subter iacuit prostratus in herbis.

Author certus. Vide AVTHOR.

Author certissimus, Id est probatissimus & verissimus. Virg. 1. Georg. 87.

Auxilium certum. Cic. pro Quintio. 15. Appellantur Tribuni: à quibus quum esset certum auxilium petitum, ita tamen discedit ur, &c.

Certis de causis aliter existimare. Cic. 1. de Orat. 91. Quod quidem certis de causis à plerisque aliter existimatur.
Consul certissimus, pro Non dubit futuro. Cic. pro Milone. 19. Vbi vidit homo ad omne facinus paratissimus, fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum Consulem, idque intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis Populi Romani, &c.

Crimen certum. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 50.

Certa crux. Cic. pro Milone. 44. Clodius insidias fecit Miloni: fecit: certa crux. nullas fecit: desperata libertas.

Certos & constantes cursus habere. Cic. 3. de Nat. Deorum. 31. Sed non omnia Balbe, quæ cursus certos & constantes habent, ea deo potius tribuenda sunt, quàm naturæ.

Accipere damnum certum. Horat. 1. Epist. 10. 6.

Deus certissimus. Cic. 1. de Nat. Deor. 14. Cleantes autem qui, &c. tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturæ mẽti atque animo tribuit hoc nomen, tum vltimum & altissimum, atque vndique circumfusum & extremum, omnia cingentem, atque complexum ardorẽ, qui æther nominetur, certissimum deum iudicat.

Dextera certa, Certa manus, non aberrans, vt ait Budæus. Martial. lib. 1. 33. de sue quæ ex vulnere peperit, O quàm certa fuit librato dextera telo. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Certa manus vno telo posset esse contenta.

Dies certa. Cic. Att. lib. 6. 1 13. 15. Statim dedi literas, vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. Liu. ab Vrbe condita, Quũ in diem certã vt ad lucũ Ferẽtinæ cõueniãt, edicit. Id est ad rẽpus constitutũ.

Die certa promittere. Vlpianus in L. Stipulatio ista §. Inter certam. ff. de Verborum obligationibus, Inter certam incertamque diem discrimẽ esse ex eo quoque apparet, quòd certa die promissum vel statim dari potest: totum enim medium tempus ad soluendum, liberum promissori relinquitur.

Diebus certis aliquid facere, Id est statutis. Virgil. 2. Georg. 56. Et venerem certis repetunt armenta diebus. Seruius certis exponit statutis, legitimis, à natura arcana quadam ratione dispositis.

Diebus certis sacrificiis certis libare. Cic. 2. de Legib. 32. Certasque fruges, certasq; baccas sacerdotes publicè libãto, certis sacrificiis ac diebus.

Dolor certus, Constans & obdurans. Horat. Epod. 15. 4.
Nec semel offensæ cedet constantia formæ,
Si certus intrarit dolor.

Domus certa, Propria habitatio. Virgil. 6. Aeneid. 135.
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.

Familias certas duas habere. Cic. 1. de Diuin. 150. Itemque Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Ianundarum vnam, alteram Glutidarum aruspicinæ nobilitate præstantes.

Fides animis certa, Id est fiducia constans minimeque anceps. Valer. lib. 4. Argonaut. 149. Certa fides animis, idem quibus incipit hostis.

Facti certa fides est, Id est certũ est hoc sic contigisse. Ouid. 6. Fast. 122.

Fides certa segetis. Horat. 3. Carm. ode. 16. 6.
Significat certum agri prouentum.

Fidei certæ res. Plinius Epist. 286. Quæ ideo tibi non misi, quia & parum emendata, & quædam non certæ fidei videbantur. Id est nõ admodum vera.

Finis certa. Lucret. lib. 2. 103.

Fines certi, conditio certa, exercitus certus. Cic. 10. Philip. 176. Quid ei P. Vatinii imperatoris exercitu: succedebat, vt ipse dicebat, Hortẽsios certi fines Macedoniæ, certa cõditio, certus erat illius exercitus.

Finem voto petere certum. Iubauli, Habendi. Horat. 1. Epist. 2. 12.

Fines certi in rebus. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 21.
Est modus in rebus: sunt certi denique fines:
Quos vltra citraque nequit consistere rectum.

Fines certos constituere. Cic. pro Qu. 19. Certos mihi fines, terminosq; constituam, extra quos egredi non possim, si maximè velim.

Fluitãtia reddere certa, Id est incerta certa reddere. Hor. 2. Ser. sat. 3. 54.

Fœdere certo, Certa lege, certo pacto. Virgil. 1. Aeneid. 14.
– regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.

Fructus certos ac deformatos ostendere. Quint. lib. 6. 8. in proœmio.

Genus quæstionum certum. Cic. 2. de Orat. 240.

Genere aliquo certo, cursuque viuendi implicari. Cic. 1. Offic. 164. Itaque antè implicatur aliquo certo genere, cursuque viuendi, quàm potuit, quid optimum esset, iudicare.

Hæres certus, Legitimus. Senec. Hippol. 10. 25.

Hastam certam quatere, Id est incutabilem. Virg. 11. Aeneid. 153.
Hos aditus, tamque hos aditus, omnemque pererrat
Vndique circuitum, & certam quatit improbus hastam.

Certi hoses, Notissimi, quasi qui possint nominatim referri. Cic. ad Pontifices pro Domo sua. 23. Hanc iucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem, certi homines ficti sermonibus & falsis criminibus diremerunt. Et paulò pòst, Neque tot illæ suspicionibus certorum hominum, & scelere exulceratus. Idem, Is enim cum certis aliis ad Cęsarem missus paulo antè discesserat. Idem. 2. Vert. 14. Et ad Lentulum, lib. 1. 9. 29. In illis autem meis actionibus sententiisque omnibus, quæ Pompeium videbantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me.

Ictus certus. Rectus, non fallax. Virg. 12. Aeneid. 99.
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.

Inimicus certus, Quasi ex professo inimicus. Plaut. Pers. 16. 114.
Tum tu mihi es inimicus certus.

Certa & definita lex in carminibus. Cic. in Orat. 115.

Lege certa aliquid facere. Ouid. 5. Metam. 107.
– repetet Proserpina cœlum,

Legem certam dicere testamento. Paulus in L. Qui in domini testamento. ff. de Testamentis, Nam qui incertus est de statu suo certam legem testamento dicere non potest.

Lege

Lege tamẽ certa, si nullos cõtigit illic Ore cibos. Id est certa cõditione.

Liberi certi. Cic. 1. de Inuent. 3. Nondum duinæ religionis, non humani officii ratio colebatur: nemo legitimas viderat nuptias: nõ certos quisquam inspexerat liberos: nemo iuris æquabile quid vtilitatis haberet, acceperat.

Loca certa, Distincta & determinata. Virg. 1. Georg. 12.
Continuò has leges, æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis.

Certus & definitus locus. Cic. de Somnio Scipionis. 8. Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruentur.

Loco certo cædere silicem. Cic. 2. de Diuinat. 128. Quum iuberetur certo in loco silicem cædere, &c.

Loco certo dicere. Cic. 4. Verr. 9. Atque ea ipsa ciuitas qua ratione illi amica sit, dicetur certo loco. Hoc est suo loco apto & commodo.

Luminibus dicendi certis ornare. Cic. 2. de Orat. 65. Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ: artem quidem dantaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur.

Magistratum certũ præficere procurationi alicui. Cic. 2. de Legib. 104.

Manus certa, Id est non aberrans. Quintil. lib. 4. cap. 5. 11. Vt certa manus vno telo posset esse contenta, incertæ plura spargenda sunt, vt sit & fortunæ locus.

Manu certa telum missum librare, Manu rectè percutiente mittere. Seneca Hercule furente. 12. 15.

Matricida certissimus. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 1. 2. 5. Nunc respondebo ad eas epistolas, &c. quarum altera est de Blaudenio Temxide, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari.

Mente certa aliquid agere, Id est obstinatè. Ouid. epist. 17. 8.
Quid mecum certa prælia mente geris?

Mensis certus. Cic. 4. Verr. 89. Cephalodi mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oporteat.

Certa quadam moderatione. Cic. 1. de Orat. 132. Quòd si ille astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum: tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, &c. de Roscio loquitur.

Matrimonii certa mulier. Tacitus lib. 12. Nam vbi sui matrimonii certa fuit, struere maiora, &c. de Agrippina loquitur.

Motus cœli certi. Cic. 2. de Nat. deorum. 140.

Nebulo certior nullus illo. Cic. Attico, lib. 15. 319. 16. Scribit autem Statius illum cum patre habitare velle: hoc verò mirum, & id gaudet: quem tu illo certiorem nebulonem?

Certo nomine malefícii vocabitur in iudicium. Cic. 2. de Inuent. 176.

Nominibus certis cautos expendere nummos, Id est certa de causa. Horat. 2. Epist. 1. 21.

Habere nomen certius. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 5.

Opes certæ. Plaut. Pœnulo. 17. 44. Restitue certas mihi ex incertis nunc opes. Id est de quibus nihil dubitem.

Oratio certa. Plaut. Pœnulo. 16. 7. Horum profectò certa est hominum oratio. Id est verax.

Ordo certus. Lucret. lib. 2. 51.

Certas in partes diuidere. Cic. pro Quintio. 19.

Patres familiãs certi officia nosse. Cic. pro Quintio. 6. Vna in re paulo minus consideratus, qui societatem cum Sext. Nenio fecerit, viro bono, veruntamen non ita instituto, vt iura societatis, & officia certi patrisfamiliãs nosse posset.

Patre certo nasci. Cic. pro Sexto Roscio Amerino. 16. Si tibi fortuna nõ dedit vt nascerere certo patre. Vnde certi liberi. Cic. 1. de Inuent. 3. Nondum diuinæ religionis, non humani officii ratio colebatur, nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos.
Hoc est nemo certò affirmare poterat qui sui essent liberi.

Passibus non certis errare. Ouid. 3. Metam. 35.

Pectora certa, Fortia & firma. Virg. 9. Aeneid. 51.

Pede certo signare humum. Horat. in Arte. 32.

Penates certi, Propria alicui destinata domus aut habitatio. Virg. 8. Aeneid. 8. Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) penates. Idem lib. 4. Georg. 31. Et patriam solæ, & certos nouère penates.

Certæ destinatæque personæ. Quintil. lib. 3.

Certas personas interpretatur Asconius, eos qui iudices fieri poterant.

Pœnæ certissimæ in impios constitutæ. Cic. in Pisonem. 36. Me tamen fugerat deorum immortalium has esse in impios & sceleratos pœnas certissimas constitutas.

Progenies certa, Id est legitima. Seneca Troad. 6. 11.
O gnate magni certa progenies patris.

Proles certissima. Virg. 6. Aeneid. 65.
Anchisiã generate, deũm certissima proles.

Regio certa loci. Lucret. lib. 2. 59.

Requies certa laborum. Virg. 3. Aeneid. 79.

Res certas nuntiare. Cic. Castio, lib. 12. 4. 3.

Rebus certis signa certa præcurrere. Cic. 1. de Diuinat. 191. Nam non placet Stoicis, &c. sed ita à principio inchoatum esse mundum, vt certis rebus certa signa præcurrerent, &c.

Sagitta certa, Quæ non aberrat à scopo. Horat. 1. Carm. ode. 12. 5.

Signum amoris certissimum. Cic. pro Sestio. 41.

Signis certis aliquid cognoscere. Virgil. 1. Georg. 79. & 88.

Signis certis discere. Virg. 1. Georg. 71.

Spes certa magis. Ouid. 3. de Arte. 95.

Spes certissima. Cic. ad Brutum, epist. 10. 4.

Stipulatio certa quando dicatur constat ex Paulo in L. Stipulationum quædam sunt. ff. de Verborum obligationibus, Stipulationum, inquit, quædam certæ sunt, quædam incertæ. Certum est quod ex ipsa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantumque sit. Et Vlpianus in L. Vbi autem, eodem titulo.

Studiosi certi alicuius. Cic. de Claris Orat. 32. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. habet enim certos sui studiosos &c.

Bona & certa tempestas. Cic. Q. fratri, lib. 2. 6. 5. Tu si ita expedit, velim quàm primũ bona & certa tẽpestate conscendas, ad meque venias.

Certum anni tempus. Plin. lib. 7. cap. 15. 3.

Certum, dimensumque tempus. Plin. epi. 213. Vbi hora quarta vel quinta (neque enim certum, dimensumque tempus, vt dies suasit) in xystũ me, vel cryptoporticum consero.

Tempore cœli certo. Virgil. 4. Georg. 20.

Tempore certo accidere. Cic. de Sõnio Scip. 14. Propter eluuiones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, nõ modò non æternam, &c.

Tempore certo conuenire. Cic. 2. de Inuent. 150.

Testis certissimus. Sil. lib. 7. 91.
– testis certissima vestre
Ecce dies pietatis adest.

De tramite certo pelli. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 10.

Certior transitus. Plin. lib. 3. cap. 11. 6.

Tribu certa, numero certo. Cic. pro Corn. Balbo. 22. Vidi egomet nõnullos imperitos hoses nostros ciues Athenis in numero iudicum atque Areopagitarũ, certa tribu, certo numero, quũ ignorarent, &c.

Vectigalia certissima. Cic. pro Lege Manilia. 3. Aguntur certissima Populi Romani vectigalia & maxima, quibus amissis, &c.

Certis verbis. Cic. 2. de Nat. Deor. 14. At verò apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidam imperatores etiam ipsos diis immortalibus capite velato certis verbis pro Repub. deuouerent.

Verbis quibusdam certis fieri diuortium. Cic. 1. de Orat. 91. Certis quibusdam verbis, non nouis nuptiis, fieri cum superiore diuortium, &c.
De viro loquitur, qui relicta prima vxore, non dato libello repudii, secundam duxit.

Vitia certa vocis. Cic. 3. de Orat. 23. Sunt enim certa vitia, quæ nemo est quin effugere cupiat mollis vox, vt muliebris, aut quasi extra modum absona, atque absurda.

Voluntatem alicuius alteri certam esse, Alteri consentire. Virg. 4. Aene. 25. Vbi Iuno Venerem alloquitur,
– adero: & tua si mihi certa voluntas,
Connubio iungam stabili. Id est si tuum etiam officium subsequatur.

Voluptas certa & pura magis. Lucret. lib. 4. 217.

¶ Certa res est, cui opponitur Opinor. Terent. And. 2. 2. 31.
Non opinor Daue. n. opinor narrasmen rectè accipis:
Certa res est.

Certa res est, pro deliberatum & constitutum est. Plau. Capt. 13. 11. Nũc certa res est, eodem pacto, &c. Idem Amphit. 8. 71. – at pol quin certares Hanc est obiurgare, quæ me, &c.

Itaque eum placani: & quidem c c c o. certa, reliqua in spe. Cicero Attico, lib. 15. 319. 16.

¶ Certus, pro veloci aut fideli. Virgil. 6. Aeneid. 116.
– equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo. Vbi Seruius certos interpretatur, aut veloces, aut fideles. Vtrunque enim, inquit, hoc loco significat. Aliquando & firmos: vt Sallustius, Apud laeva certos loca uerat. Aliquando & deliberati iudicii.

¶ Amici certi. Plaut. Pseud. 5. 155. Pauci ex multis amici sunt homini, qui certi sient. Idem Trinum. 4. 44.
– sed tu ex amicis certis mihi es
Certissimus. Id est fidissimus & cõstantissimus. Ennius apud Ciceronẽ in Lælio. 57. Amicus certus in re incerta cernitur.

Amores certi, Id est fideles. Propert. lib. 1. eleg. 8. 9.
Nec mihi rivalis certos subducet amores.

Homines certi, Id est fidissimi nuntii. Cicero ad Lentulũ, lib. 1. 7. 3. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, nõ prætermittam. Idem. 4. Verr. 67. Confirmat & se homines certos eius rei causa, in Siciliam & terra & mari missurum. Idem Attico, Certos homines ad mulieres miseram.

Homines certos habere. Cic. Attico, lib. 5. 105. 1. Paucis diebus habebam certos hoses quibus darem literas. Idem ad Lentulum, lib. 1. 7. 3.

¶ Certus, cum præpositione In, vel Erga, interdum idem est quod prosper, & de quo melius confidas. Valer. lib. 1. Argonaut. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ille tibi cultusque deûm, delubraque genti
Instituet, quum iam genitor lucebis ab omni
Parte poli, neque enim in Tyrias Cynosura carinas
Certior, aut Graiis Elice seruanda magistris.
Dubium & certum, contraria. Lucret. lib. 4. 97.
Notitiam veri quæ res falsique creârit:
Et dubium certo quæ res differre probarit.
Matris certa. Tacit. lib. 20.
Statos æstiuis flatibus dies & certa maris opperiebatur.
Certũ quiddã & breue exempli causa ponamus. Cic. 1. de Inuent. 80.
Certiora sunt quàm quæ apud Sagram. Prouerbialis locutio, cuius memi nit Cic. 3. de Nat. Deor. 17. Nam de Sagra, Græcorum etiam est vulga re prouerbium: qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quàm illa quæ apud Sagram. Vide Erasmum in Chiliadibus.
¶ Certum est, id est manifestum. Terent. Eunuc. 4. 4. 37. Iam satis certũ est virginem vitiatam esse?
Certum est deliberatumque. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. 18.
Parum certum est mihi de hoc. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 10. Sed tamen de hoc mihi parum certum est.
Certum est de iure. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 106. Mihi non tam de iure certum est (quanquam ne id quidem valde dubium est) quàm illud ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, libertatem pertinere.
Certum est de aliquo. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. 2. 8. Quem. n. im pedimento futurum putas, quũ de nobis certũ sit nos quieturos?
¶ Certum est, (ἀδιάλειπτον, ἀδιάστατον,) non modò accipitur pro manifestum est, vt apud Quintilianum, Nempe legem esse certum est: sed etiã pro deliberatum & constitutum est. In quo secundo plerunque adiungitur datiuus cum infinitiuo: vt Certum est mihi ire in Hispaniã (ἀδιάστατόν μοι,) Nonnũquam datiuus subintelligitur, vt apud Virg. 10. eclog. 11.
Certum est in syluis inter spelæa ferarum
Malle pati. Hæc Valla lib. 5. Virgil. 9 Aeneid. 32. Luce palàm certũ est igni circundare muros. Cic. Attico, lib. 1. 5. 3. Mi autem abiurare certius est, quàm dependere. Eidem lib. 15. 329. 9.
Certum sibi esse ab Brutum & Cassium transire.
Certum est facere. Plaut. Amphit. 4. 111. Certum est hominem eludere. Terent. Eunuc. 2. 3. 96. Si certum est facere, facias. Cicero pro Cecina. 17. Itaque mihi certum est Recuperatores, antè quàm ad meã defensionem, meosque teites venio, illius vti confessione & testimonio. Idem pro Sex. Rosc. Amer. 59. Certum est non facere.
Non certum est mihi quid agam. Terent. And. 1. 3. 4. Nec quid agam certum est, Pamphilúmne adiutem, an auscultem seni.
Mihi certum est ab. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12. 3. 15. Mihi certũ est ab honestissima sententia digitum nusquam.
Certum est tibi vt. Terent. Eunuc. 3. 3. 30.
– si istuc ita certum est tibi,
Amabo, vt illuc transeas, vbi illa est, &c.
Certum est, Pro tutum est. Cic. Attico, li. 13. 46. 1. Venisse à Cæsare narrabat literas. hoc scribere, sibi certum esse Romæ manere, causamque eam ascribere, quæ erat in epistola nostra, ne se absente leges negligerentur, sicut esset neglecta sumptuaria.
Certum atque obstinatum. Liuius. 2. ab Vrbe. 68. Quando id certum atque obstinatum est, inquit, neque ego obtundam sæpius eadem nequicquam agendo.
Certum est istuc? Terentius Hecyra.
Parum certum est. Plancus Ciceroni, libro. 10. 23. 10. In quo casu tamen inter pellatus & adhuc viuit, & dicitur victurus. sed tamen de hoc parum mihi certum est.
Definitum aut certum esse. Cic. Pulchro, lib. 3. 8. 3. Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacitã mihi quodammodo relinquenda sunt. nihil enim habent quod definitum sit, aut certum.
Audire certum, pro certò audire. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 21.
Quum te seruitio longo, curaque leuarit,
Et certum vigilans, quartæ sit partis Vlysses
Audieris hæres. Potest etiam exponi Certum vigilans eadem ratione, pro Certò vigilans.
Clare & certum loqui, Id est apertè & distinctè, vt ab omnibus intelligatur. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 6.
Certum alicui facere. Plaut. Pseud. 9. 4.
– nimis velim qui certum mihi
Faciat, Ballion hic leno vbi habitet.
Certius alicui facere. Plaut. Menæch. 17. 9. – nec quid
Id sit, mihi certius facit, quid velit, quid me accersit.
Certum facere aliquem. Plaut. Pseud. 3. 16. Facme certum quid tibi sit, Virgil. 3. Aeneid. 36.
Ancliscn facio certum, remque ordine promo.
Certum habere aliquid. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 2. Neque tamen id ipsum certum habeo. Eidem, Quod quæris, quãdiu hîc perpancos dies: sed certum non habeo. Colum. in Præf. primi libri. 2. Quas ego caulas Publi Siluine procul à veritate abesse, certum habeo. Liu. 4. ab Vrbe, Id

hoc anno desisse dubitari certum habeo. Cicero Attico, lib. 9. 18. 10. Qui transierint Senatores scribam ad te, quum certum habebo. Lucius Ciceroni, libro. 5. 14. 1. Non habeo certum quæ te res hinc maximè retrahat.
Habere certum de aliquo quid agat. Ci. ad Cassium, lib. 12. 5. 1. Hyemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certũ haberemus quid ageres, maximeque vbi esses.
Quid certi de quaque re habere. Cic. 1. de Nat. Deor. 10. Multum autem fluxisse video de libris nostris, quos plures breui tẽpore edidimus, variumque sermonem partim admiscentium, vnde hoc philosophandi no bis subitò studium extitisset, partim, quid quaque de re certi haberemus, scire cupientium.
Nihil certi de aliquo habere. Cic. Attico, lib. 6. 1 16. 6.
Mittere certa ad aliquem. Cic. Attico, lib. 16. 337. 4. Omnia igitur velim explices, & ad me certa mittas.
Inuenire certum. Vide INVENIO.
Ponere certum in aliquo. Cic. de Fato. 19. Quoniam certum in Fabio ponitur, natum esse eum in Canicula oriente, &c.
Certa, clarà scribere. Cic. Att. lib. 16. 337. 5. In præsentia mihi velim scribas quibus, &c. tu mihi de his rebus quę nouantur, omnia certa, clara.
Nescire certum. Cicero pro Sylla. 28. Sed tamen quid respondit de Sylla Cassius? se nescire certum. Idem Attico, lib. 12. 243. 3. De Oropo opinor, sed certum nescio.
Certum scire. Terent. Phorm. 1. 2. 98. Non certum scio. Idem Eunuc. 5. 12. De cognitione vt certum sciam. Cic. ad Atticum, lib. 7. 132. 8. Quid sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te quũ certum sciam. Idem 1. de Legib. 77. Certum sciri nullo modo potest.
Certũ non scimus. Terent. Eunuc. 1. 2. 31. Cic. Pæto, lib. 5. 23. 1. Sed quũ certum sciam, faciam te paulò antè certiorem.
Certo certius, Pro verissimo, Iurisconsulti vtuntur. Vlpianus in L. Ait Prætor. § Si quum mulier. ff. Quæ in fraudem creditorum, Neque. n. dos in fraudem creditorum constituenda est. & hoc certo certius est, & ipsissime constitutum. Idem in L. Stipulatio ista. § Sicut autẽ. ff. de Verborum obligationibus. Cæterum si alii habere non licuerit certo certius est non committi stipulationem.
Pro certo creditur. Sallust. Pro certo creditur necato filio domum sceleris nuptiis vacue fecisse.
Pro certo dicere. Cic 1. de Nat. Deor. 69. Nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis. Idem de Claris Orat. 6. Quid ridemini? Nihil sanè, inquit Brutus, quod quidem aut tu audire velis, aut ego pro certo dicere audeam.
Pro certo habere. Cic. Bruto. 5. 2. Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus. Idem Attico lib. 10. 196. 1. Cælius Ciceroni lib. 8. 15. Præterea nuntiatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum.
Pro certo habere de re aliqua. Cic. Attico, lib. 9. 188. 8. Quoniam de aduentu Cæsaris pro certo habebamus.
Pro certo negare. Cic. Attico, lib. 5. 110. 3. Sed posthac omnia quæ certa non erunt, pro certo negato.
Pro certo polliceri atque confirmare aliquid. Cic. 2. pro Lege Agr. 100.
Pro certo putare aliquid. Cic. Att. lib. 9. 188. 8. Epistola conscripta nuntiatum est nobis, Cæsarẽ ad VIII. Kal. Capuæ, ad VII. Sinuessæ. hoc pro certo putamus.
Pro certone. Terent. Adelph. 3. 4. 32. Pro certone tu istæc dicis?
Certiorem facere aliquem (προεγγυᾶν, δηλοῦν, πληροφορεῖσθαι,) Cic. 6. Verr. 71. Adsunt Segestani clientes tui, socii Populi Romani, atque amici, certiorem te faciunt, P. Africanum Carthagine deleta, &c. Idem. 2. de Diuin. 69. Cæsar. 1. bel Gal. 84. Ab exploratoribus certior factus. Plautus Curcul. 14. 32. – per tua genua te obsecro.
Vt nos facias certiores. Idem Aulul. 7. 67. Abiitmeque me certiorem fecit. Idem Casina. 2. 1. Face me certiorem quid meus vir me velit. Terent. Phorm. 4. 3. 69. Quantum pores, me certiorem, inquit, face. Africanus in L. Eum qui. § primo. ff. de Acquirenda hæreditate, Filiusfamilias hæres institutus patrem suum certiorem fecerat videri sibi soluendo esse hæreditatem.
Quamdiligentissimè facere aliquem certiorem. Cic. Attico, lib. 1. 9. 11. Tu quid agas, vbi sis, cuiusmodi istæ res sint, fac me quamdiligentissimè certiorem.
Per literas certiorem facere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 103. Tu me de tuis rebus omnibus, & Lentuli tui, nostrisque studiis & exercitationibus velim quamfamiliarissimè certiorem, & quamsæpissimè facias.
Per notas certiorem facere. Cic. 2. de Diuinat. 69. Quàm scitè per notas nos certiores facit Iupiter.
Fieri certiorem aduento alicuius. Cic. 5. Verr. 158.
Certiorem fieri scripto alicuius. Ouid. epist. 6. 1.
Debueram scripto certior esse tuo.
Certiôro, certiôras, pen. prod. certioraui, certiôratum, pen. prod. certiorare. Pro prænonere. Vlpianus in L. prima. § Sed vtrum. ff. De eo qui pro tutore vel curatore negotia gessit, Sed si cognito quòd tutor non sit,

fuit, abstinuit se ab administratione, videamus an teneatur si necessarios pupilli non certiorauerit vt ei tutorem peterent. quod verius est. Idem in L. Si fideiussor. ff. Mandati, Potuit enim, atq; debuit reus promittendi certiorare fideiussorem suum, ne fortè ignarus soluat debitũ. Et paulò pòst, Hoc idem tractari & in fideiussore potest, si quum soluisset non certiorauit reum. Et iterum, Et credo si quum posset eum certiorare non fecit, oportere mandati agentem fideiussorem repelli.
¶ Certus cum genitiuo, & in nonnullis ablatiuo. vt Certus eundi, Indubitabiliter profecturus. Sic exponit Seru. in illud Virgilii. 4. Aen. 111.
Aeneas celsa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos, rebus iam rite paratis.
Certior, Comparat, (ἀδιαμφισβητητότερος,) Peritior. Senec. Hippo. 2. 22. de Cupidine loquens,
Ipsumque Phœbum tela qui neruo regi
Figit sagitta certior missa puer.
Certioror, certioraris, (παραγγυᾶσθαι,) Certiorem fieri. Vlpianus in L. prima. § Venditor. ff. de Actionibus empti & venditi, Hęc ita vera sunt, si emptor ignorauerit seruitutes: quia non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debuit qui non ignorauit.
Vtinam tui consilii certior factus essem. Cic. ad Atticum, lib. 3. 50. 5. Faciam te consilii nostri certiorem. Idem ad Cn. Magnum in Epist. ad Atticum, lib. 8. 159. 1. Certior tui consilii factus. Plin. lib. 2. cap. 1. Deinde omnium rerum certus, & similis iuscerto. Quintil. lib. 4. cap. 2. Iudex quamprimum certus esse sententiæ cupit.
Desciscendi certus. Tacit. lib. 20.
Destinationis certus. Tacit. lib. 12. Iam ventum haud procul mari, quod Hyberniam insulam aspectat, quum ortæ apud Brigantes discordiæ retraxere ducem destinationis certum, ne noua moliretur, nisi prioribus firmatis.
Dissidii certus. Tacit. lib. 20.
Exitii certus. Tacitus lib. 1. de Cn. Lentulo loquens, Iamque lapidis ictu cruentus & exitii certus, ad cursu multitudinis quæ cum Druso aduenerat, protectus est.
Futuri certus. Seneca in Hercule furente. 12. 4.
Matrimonii certa. Tacit. lib. 12. 1'50. 25. Nam vbi sui matrimonii certa fuit, struere maiora, nuptiasque Domitii quem ex Cn. Aenobarbo genuerat, & Octauiæ Cæsaris filiæ moliri. De Agrippina loquitur.
Mori certus. Virg. 4. Aeneid. 113.
Relinquendæ vitæ certus. Tacit. lib. 4.
Spei certus. Tacit. lib. 20. At Romæ Senatus cuncta principibus solita, Vespasiano decernit, lætus & spei certus.
Iaculis certus, Optimus iaculator. Valer. lib. 1. 75. Deducãtque certi iaculis.
Laudis certus, Laudem sperans. Sil. lib. 16. 89.
Necis certus, Certus mori. Sil. lib. 4. 40.
Sceleris certa mulier. Tacit. lib. 12. ad finẽ, Tum Agrippina sceleris olim certa, & oblitę occasionis propera, nec ministrorũ egens, de genere veneni consultauit. Id est, quæ omnino decreuit patrare scelus. Budæus.
¶ Certus cum infinitiuo. vt Certus succurrere, Id est paratus. Valer. Flaccus, lib. 2. 93. Acrius hoc instare viri, succurrere certi.
Certus mori. Statius. 3. Thebaid. 76. Ibo libens certusque mori. Virgil. 4. Aeneid. 113.
At Romana ratis stabilem præbere carinam Certior. Lucan. lib. 3. 111.
Certè, (κατὰ λόγον, καὶ δίκαιον,) Aduerbium confirmantis. Terent. Adelph. 3. 4. 42. Num nam illa quæso parturit? G. certè Hegio. Cic. 3. de Finib. 42. Satisne hoc conclusum videtur? certè. Plaut. Asin. 12. 132. Ain' verò? LE. certè inquam.
¶ Certè, Ironicè dictum. Terent. And. 5. 6. 2. Nescis quid mihi obtigerit. D. certè: sed quid mihi obtigerit scio.
¶ Certè captus est, Id est sine dubio, vt ait Donatus. Terent. And. 1. 1. 55. Egomet continuò mecum, Certè captus est.
¶ Certè is est. Plaut. Trinum. 14. 63. – ẽstne ipsus, an non est? is est, Certè is est, is profectò. Idem Epid. 11. 13. Certè ea est quam, &c. Terent. And. 5. 4. 31.
Suámne esse aiebat? G. non. CH. cuiam igitur? G. fratris filiam. CH. Certè mea est.
Euenietne certè. Cic. 2. de Diuinat. 27. Vt mihi ne in Deum quidem cadere videatur, vt sciat quid casu aut fortunà futurum sit si enim scit, certè illud eueniet: sin certè eueniet, nulla fortuna est.
Nescio certè. Horat. 1. Serm. 9. 14.
Nam certè neque tum peccaui, quum imparatam iam Capuam, non solum ignauæ delectus, sed etiam perfidiæ suspitionem fugiens accipere nolui neque quum, &c. Cic. Attico, lib. 8. 160. 2.
Res fortasse veræ, certè graues. Cic. 4. de Finib. 13. Res enim fortasse verę, certè graues. Cic. 4. de Finib. 13. Regium certè genus. Horat. 2. Carm. ode. 4. 3.
Quanti certè facis. Cic. Attico, lib. 12. 251. 4. Qui quidem tibi inuenientur, si me tanti facis, quanti certè facis.
Profectò certè. Cic. 1. de Nat. deorum. 9. Quorum opiniones quum tam variæ sint, tamque inter se dissidentes: alterum profectò fieri potest,

vt earum nulla: alterum certè non potest, vt plus vna vera sit.
Vel certè. Cic. 1. Tuscul. 191. Homines mortem optare incipiant, vel certè timere desistant.
¶ Certè, Cõcedentis. Græcè ναί, vt vult Budæus. Cic. in Oratore. 80. At dignitatem docere nõ habet. Certè, si quasi in ludo. Idem. 3. Offic. 34. Necesse est secundum eandem naturam omnium vtilitatem esse communem. quod si ita est, vnà continemur omnes, & eadem lege naturæ. idque ipsum si ita est, certè violare alterum naturæ lege prohibemur. Cic. 2. de Finib. 145. Naturales diuitias dixit parabiles esse, quòd paruo esset natura contenta. certè, nisi voluptatem tanti æstimaretis.
Et certè. Cic. pro M. Marcello. 3. Et certè in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorũ, classes commeatus, multum iuuãt.
¶ Certè, pro etiam, vel simili quadam particula, teste Budæo. Cicero. 3. de Finib. 15. Erat enim, si cuiusquam, certè tuum, nihil præter virtutẽ in bonis ducere.
¶ Certè, pro saltem, vel vtcunque. Cic. 4. de Finib. 11. Totum genus hoc & Zeno, & ab eo qui sunt, aut non potuerunt, aut noluerunt, certè reliquerunt. Terent. And. 4. 1. 17.
Ingeram mala multa. atque aliquis dicat, nihil promoueris.
Moltum molestus certè ei fuero. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 5. Victi sumus igiturque si vinci dignitas non potest, certè fractique atque abiecti.
¶ Certè, pro tamè. Cic. Attico, lib. 16. 354. 3. Et si quãuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.
¶ Certè enim. Plaut. Amph. 4. 177. Certè enim hic nescio quis loquitur. Ibidem. 8. 24. Et Terent. And. 13. 2. 23.
Quid? quia te noram. D. quasi tu dicas factum id consilio meo. 5. Certè enim scio. Cic. 1. Acad. 19. Certè enim recentissima quæque sunt correcta & emendata maximè. In hoc genere loquendi abundat ENIM, sed ad ornatum & confirmationem maiorem ponitur: quemadmodũ quidem certè, apud eundem multis in locis. Idem de Claris Orat. 63. Certè enim & boni aliquid attulimus iuuẽtuti. Et Attico, lib. 16. 333. 1. Certè enim, vt scribis, deferemur ocyus à Repub. quàm à re familiari. Eidem lib. 12. 25 1. 5. Drusus enim certè vendere vult.
Certè si. Terentius And. 3. 2. 14. Saltem accurate, vt metui videar. certè si rescierim.
Certè hercle. Plaut. Trucul. 4. 67. Certè hercle quamueterrimus. Terẽt. And. 3. 2. 15. Certè hercle nunc hic seipsus fallit, haud ego.
Tam hercle certè. Plaut. Merc. 4. 72. Certen' vidit? A. tam hercle certè, ẽgo nunc te, ac tu me vides. Hîc ornatiuum quoque est HERCLE. Certè quidem pol. Terent. Eunuc. 4. 5. 5. Certè tu quidem pol multo hilarior. Enim, ædepol, hercle, quidem, & pol, quum post CERTE ponuntur, sunt ornatiuæ tantum particulæ.
Certè equidem. Virgil. eclog. 9. 2.
Quidem certè. Cic. Attico, lib. 16. 333. 10. Scribis enim in cœlum ferri profectionem meam: sed ita, si ante Kal. Ianua. redeam. quod quidem certè enitar. Idem quinto Tuscul. 36. Quàm bene, non quæritur: constanter quidem certè.
Certè igitur. Cic. 2. de Diuinat. 35. Certè igitur ignoratio futurorum malorum vtilior est, quàm scientia.
Certè scio. Plautus Aulul. 4. 21. – sceleſtiorem me hac anu certè scio
Vidisse nunquam. Terent. Adelph. 4. 5. 71. – nam tibi eos certè scio,
Quo vir melior multo es, &c. Ibidẽ. 2. 3. 3. Satis certè scio. Cic. 12. Philipp. 340. Nam Martiam & Quartam nihil præter dignitatem & deus comprobaturas esse certè scio. Idẽ Attico, lib. 1. 7. 8. Quod te molestè ferre certè scio. Idem pro Fonteio. 7. Quod vos, si nulla alia ex re, ex literis quidem vestris quas scripsistis, & missis & allatis, certè scire potuistis. Idem Attico, lib. 3. 59. 1.
Certè ædepol scio. Plaut. Amphit. 4. 117.
Quæ, si bis bina quid essent didicisset Epicurus, certè non diceret. Cic. 2. de Nat. Deor. 69.
Atqui certè. Cic. Attico, li. 7. 127. 1. Atqui certè ille agere debuit: & si effecit factum, quæ tua est humanitas, adscripsisse.
Et certe. Terent. Eunuc. 5. 6. 4. Sed ẽstne ille noster Parmeno? & certè ipsus est. Idem Adel. 1. 1. 53. Sed ẽstne hic ipsus de quo agebam? & certè is est. Cic. Et certè contra Cæsarem est ingressus armatus. Valla lib. 2.
Certè coniuncta cum coniunctione &, semper affirmat
At certè. Balbus & Oppius Ciceroni in Epistolis ad Atticum lib. 9. 179. 1. De eo quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus: quo si non fuerit prudens, at certè ab optima fide & optimo animo proficiscetur.
Certò, Aduerbium confirmantis. Plautus Menæchmis. 23. 9. Liberum ego te iussi abire? MES. certò.
Certò, (ἀναμφιλόγως,) Aduerbium similiter affirmandi, quod etiam pro certo dicimus. Plaut. Amphit. 4. 215. At mentiris etiam, certo pedibus non tunicis venis. Idem Epid. 24. 4. Nam certò prius quàm ad legionem abiit domo. Cic. 5. Tusc. 117. Nihil ita expectare quasi certò futurum: nihil quum acciderit admirari.
Certò hæc mea est. Plaut. Pœn. 18. 50. Vt modestè orationem præbuit? certò hæc mea est.
¶ Certò. n. ego vocẽ hic loquntis modò me audire visus sũ. Pla. Aul. 27. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quidem certò. Plaut. Epid. 8.43. Me quidem certó seruauit cósilijs suis. Q. VIDEM hic ornatiuum est.

Quidem hercle certò. Terent. Phor. 1.3.11. Nam tua quidem hercle certò vita hæc expetenda, optandaque est. Q. VIDEM & HERCLE, hîc sunt ornatiuæ particulæ.

Certò scirè. Terent. And. 5.4.27. Hoc certò scio, Rhamnusium se aiebat esse. Cic. pro Cecinna. 40. Veniunt in mentē mihi permulta, vobis plura certò scio. Idem de Claris Orat. 83. Quā te sæpe legisse certò scio. & Q. fratri, lib. 1.2.9. Certò scio te enim feciſſe cum causa. Terēt. Eunuc. 5.3.50. Tamen si pater. C. quid? ah voler, certò scio.

Et ea est certò. Plaut. Pœn. 19.21. Satin' ego oculis cerno? ēstne illæc mea amica Antheraſtilis? Et ea certò.

Certò perii. Plaut. Pœnu. 11.42.
Nunc pol ego perii certò, haud arbitrario.

Certò comperi. Terent. Eunuch. 5.1.9.
Quid ais venefica? P. atqui certò comperi.

Satin' hoc certò? G. certè huicce oculis egomet vidi. Terēt. Adel. 3.2.31.

Futurum certò. Cic. 5. Tusc. 117. Sapientis est enim proprium, nihil quod pœnitere possit, facere, nihil inuitum: splendide, constanter, grauiter, honestè omniamihil ita expectare, quasi certò futurum.

Scire certò. Cic. ad Torquatum, lib. 6.4.2. Equidem quum hæc scribebā, aliquid iam actum putabam, non quò ego certò sciam, sed quòd haud difficilis erat coniectura. Et ad Q. fratrem, lib. 1.2.9. Idem ad Torquatum, libro. 6.1.7.

Videntur certò hæc erumpere aliquó. Cic. Att. lib. 2.37.6. Nō prouideo satis quē exitū futurū putē: sed certò videntur hæc aliquò eruptura.

Cerua, Ceruarium, Vide CERVVS.

CERVARIA, Locus ad templum Veneris, Galliæ Aquitanicæ finis. Author Pomponius lib. 2.

Cerûchus, pen. prod. (κερουχος,) Latinè dicitur Cornutus: ponitur que pro cornibus nauallbus, id est extremis antennis, quæ in vtrunque veli latus diffunduntur: de quibus Virgilius, Cornua velatarum obuertimus antennarum. Quidam ceruchos accipiūt pro cauea illa quæ in fastigio nauigii sustollit, effigie corniculata. Valer. Flac. lib. 1. Argona. Temperet vt tremulos Zetes, fraterque ceruchos. Lucan. lib. 8.35.

Ille regit nuppes, huc quum mihi semper in altum
Surget, & instabit summis minor Vrla ceruchis. De Polo Arctico loquitur, quo reguntur naues.

Ceruical, Vide CERVIX.

Ceruisia, Genus potus. Plinius libro. 22. capit. 25 42. Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Aegypto, cælia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera in Gallia. Quo loco quidam cereuisiam legunt. Vlpianus in L. Siquis §. 1. ff. de tritico, vino, &c. Certè zythum, quod in quibusdam prouinciis ex tritico, vel hordeo, vel pane cōficit, nō continebit. Simili modo nec curmi, nec ceruisia cōtinebit.

Ceruix, huius ceruīcis, pen. prod. fœ. ge. (αὐχήν,) Est posterior colli pars, vnde origo est omnib⁹ neruis. Iugulus anterior, vnde vox halitusque procedit. Collum omnes partes in solidum complectitur. Hæc Valla, lib. 4. Plin. lib. 11. cap. 37-48. Ceruix nulli, nisi quibus vtraque hæc cæteris collum quibus tantum gula. Sed quibus ceruix, & multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur. Idem lib. 14. cap. 22. 3.

Ac pectorosa ceruicis repandæ ostentatio.

Et quoniam nerui qui corpus erectum, rigidāque faciunt, in ceruice sunt collocati: ideirco dicimus hominem duræ ceruicis, quasi indomabilē more ferocium boum: vel qui ceruice erecta & rigida, contumaciam quandam & rigorem mentis præfefert, tanquam nemini caput inclinare volens. Hæc Valla lib. 4.

Ceruices etiam dicimus pro ceruicetimò singulari numero nemmem ante Horteusium dixisse Quintilianus est Author. Hæc Valla præscripto loco. Cic. 2. Philipp. 66. Ceruicesq; suas ei obiecit securi, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. Idem in Vatinium. 2. inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti. Cato, Si caput aut ceruices dolent, ea lotio calido lauito.

Ceruicum mollitia. Cic. in Orat. 33. Nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum.

Redundare ceruicibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 137. Tuus autem deus non digito vno redundat, sed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus.

Tatis ceruicib⁹ homo, q. Ci. 5. Ver. 115. Recuperatores dicis te daturū. bene agis. tamen si qui erunt tantis ceruicibus Recuperatores, qui audeant in prouincia, quum Prætor adsit, non solùm contra volūtatem eius, sed etiam contra fortunas iudicare.

Altæ ceruices. Virg. 2. Aeneid 44.

Anguina ceruix. Pacuuius apud Ciceronem. 1. de Diuin. 198. Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci. De testudine loquitur.

Candida ceruix. Horat. 1. Carm. ode. 9.1. Iuuenal. Saty. 10.35.

Captiua ceruis, Quæ vinculis coercetur. Ouid. 4. Trist. eleg. 2.5.
Vinclaque captiua reges ceruice ferentes.

Dubia ceruice labare, Vacillanti neque erecta ceruice esse. Seneca Agamemn. 8.2. Cur ista vates corpus effusa ac tremens
Dubia labat ceruice?

Eburnea ceruix. Ouid. epist. 19.12.

Fortissima ceruix, Id est ceruix viri fortissimi. Silius lib. 13.75.
–iusso lictore recisa
Ignauos cadet ante pedes fortissima ceruix?

Riget horrida ceruix. Ouid. 8. Metam. 57.

Intacta ceruix, quæ nondum iugum passa est. Virg. 4. Georg. 110.
Quattuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencas.

Lactea ceruix, Alba. Virgil. 10. Aeneid. 27.

Languida ceruix. Statius. 10. Theb. 69.

Mollis ceruix, pro Defessa & lassa. Lucret. lib. 6. 150.
Præcipitesque cadunt molli ceruice profusæ In terram.

Marmorea ceruix, Id est pulchra. Virgil. 4. Georg. 105.

Niuea ceruices. Claud. epig. 22.24.

Plurima ceruix. Virg. 3. Georg. 10. –optima toruæ
Forma bonis, cui turpe caput, cui plurima ceruix.

Prona ceruix. Seneca Herc. furente. 11.30.

Rebellis ceruix. Claud. de Rapt. Proserp. lib. 1.32.

Rosea cernix. Horat. 1. Carm. ode. 13.1. Virgil. 1. Aeneid. 82.

Teres ceruix. Lucret. lib. 1.7.

Torosa ceruix. Catul. de Berecynthia & Aty. 58.17. Rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.

¶ Abrupta cruor è ceruice profunditur. Ouid. 5. Metam. 155.

Abscindere ceruicibus caput. Cic. 11. Philipp. 292. Pòst autem ceruicibus caput abscidit, idque fixū gestari iussit in pilo, &c. De Trebonio.

Sub iuga ceruices adigere. Claud. epig. 22.24.

Applausæ ceruicis sonitum amare. De equis propriè dicit. Sil. lib. 16.71.
Camphasus ipse asper, nec qui ceruicis amaret
Applausæ blandos sonitus. Virgil. 3. Georg. 36.

Astricta ceruix. Subaud. ad catenam aut funē. Iuuen. Saty. 10.9.
Sed videant serui, nequis neget, & pauidum in ius
Ceruice astricta dominum trahat.

Aulsa ceruix. Lucan. lib. 8.3.

A ceruicibus auertere. Cic. Bruto. 15.9. Præsidiū omne esset in puero: qui à ceruicibus nostris auertisset Antonii. De Octauio Cęsare loquitur.

Ingenio manus est, & cernix cæsa. Iuuenal. Saty. 10.12. De Cicerone loquitur, cui ob ingenium ac summam eloquentiam Popilius Lenas iugulum & collum amputauit iussu M. Antonii.

In ceruicibus populi legiones collocare. Cic. Cornificio, li. 12.23.1. Dubium erat profectus obuiam legionibus Macedonicis 1111. quas scribi conciliare pecunia cogitabat, easque ad vrbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare. De Antonio loquitur.

Contenta ceruice boues plaustra trahere dicuntur, id est constanti & firma ceruice. Virg. 3. Georg. 106.
–montesque per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.

Coronant ceruicem plumæ. Lucret. lib. 2. 161.
Pluma columbarum quo pacto in sole viderut:
Quæ sita ceruices circum, collumque coronat.

Curuata ceruix. Claud. de Nupt. Hono. & Mariæ. 18.59.
–quatiensque decoras Curuata ceruice iubas.

Brachia ceruici dare. Horat. 2. Carm. ode. 9.1.

Dare ceruices alicui. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 18. Hanc cōditionem misero ferunt, vt optet vtrum malit, ceruices Roscio dare, an insutus in culeum, supplicium parricidarum, per summum dedecus vitam amittere. Idem. 5. Philipp. 195. Nullum erat cōsilium publicum, nulla libertas: dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ.

Demittere à ceruicibus corpus. Author ad Herēnium, lib. 3. 120. Sin erit in demōstratione sermo, paululum corpus à ceruicibus demittemus.

A ceruicibus depellere aliquē. Cic. 3. Verr. 128. Virtute. n. admirabili Cęsaris, constantiaq; militum veteranorum, legionūq; earū opitno iuuenio, quæ authoritatē nostrā, libertatemq; Populi Rom. virtutē C. Cæcio, quæ authoritatē nostrā, libertatemq; Populi Rom. virtutē C. Cæsaris secutæ sunt, à ceruicibus nostris depulius Antonius. Idē. 3. in Catil 62. Tacit. lib. 17. Sit ante oculos Nero, quem longa Cæsarum series tumentem, non vindex cum inermi prouincia, aut ego cū vna legione, sed sua immanitas, sua luxuria ceruicibus publicis depulere.

Detorquere ceruicem ad aliquid. Horat. 2. Carm. ode. 12.5.
–Dum fragrantia detorquet ad oscula Ceruicem.

Rebelli ceruice onus detrectare. Claud. de Rapt. Proserp. lib. 1.12.

Fluit ceruix, quæ fessa vacillat & inclinatur deorsum. Virg. 3. Geor. 103.
Ad terramque fluit deuexo pondere cernix.

Frangere ceruicē. Cic. 7. Verr. 87. Prætorem tu accusas? frange ceruicē.

Impendet ceruici gladius. Cic. 5. Tusc. 87. In hoc medio apparatu fidgentem

gentem gladium è lacunari seta equina aptum demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. De Dionysio tyrano & Damocle loquit.

Ceruici imponere, Id est quasi iugum seruitutis iniungere. Curtius lib. 6. Rams eam vrbem quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse ceruicibus. Idem, Defecere Bactriani, in quorum ceruicibus stamus. Budæus.

In ceruicibus imponere dominum. Cic. 1. de Natura deorum. 76. Itaque imposuistis in ceruicibus nostris sempiternum dominum, quem dies & noctes timeremus. De Deo loquitur.

Inclinare ceruicem ad aliquem. Stat. 6. Thebaid. 162.

Inclinata ceruix. Quintil. lib. 11. cap. 11.5.

Inflexam ceruicem ponere. Virg. 5. Aeneid. 126.
Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus
Ceruicem inflexam posuit, iacuitque per antrum.

Intenta ceruix. Seneca in Agamem. 13.5. Sub. ad ictum.

Iuncta est humero cernix. Ouid. 12. Metam. 60.

Locata ceruix. Iuuenal. Saty. 9.15. –& duo fortes
De grege Mœsorum, qui me ceruice locata
Securum iubeant clamoso insistere circo. De seruis Mœsiæ regionis, quæ est Pannoniæ finitima, loquitur, qui vt fortissimi ad lecticam ferendam Romæ locabantur.

Natæ ad iugum boum ceruices. Cic. 2. de Nat. deorum. 137. Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda.

Terram ceruice petere, In terram ceruicem inclinare. Seneca Hercule furente. 7.42.

Portant funus ceruices. Iuuenal. Saty. 10.26.

Præbere ceruices. Cic. Antequam iret in exilium. 13. Sed illud queror, q̄ non iam ad vnius perniciem, &c. ore oppresso ceruices esse præbēdas.

Recessit caput ceruice, Id est aualsum aut abscissum est. Ouid. epi. 15.31.

Reflectere ceruicem. Stat. lib. 1. Achil. 78.

Reflexa ceruix. Virg. 10. Aeneid. 107.

A ceruicibus repellere. Cic. pro Milone. 57. P. Clodium interfeci, eius furores, quos nullis iam legib⁹, nullis iudiciis frænare poteramus, hoc ferro, & hac dextera à ceruicibus vestris repuli.

Reponere ceruicem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 29. At nunc velut campum nacti expositionis, hîc potissimùm & vocem flectunt, & ceruicem reponunt, & brachium in latus iactant.

In capite & ceruicibus alicuius restare. Cic. pro Murena. 72. Nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinæ, quàm isti qui illum exercitum deseruisse dicuntur. non enim deseruerunt, sed ab illo in speculis atq; insidiis relicti, in capite atque in ceruicibus nostris restiterunt.

Rotare ceruicem, rotata ceruix. Ouid. ad Pisonem. 11.
–& nunc cernice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.

Solata ceruix, Ropta. Seneca Hercule furente. 12.12.

Subacta ceruice iugum ferre. Horat. 2. Carm. ode. 5.1.

Sustinere collo & ceruicibus pœnam auaritiæ alicuius. Cic. 7. Verr. 85.

Sustinere ceruicibus Remp. Cic. pro Domo sua. 110. Quæ quum ita sint Pontifices, reuocate in animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad vniuersam Remp. quam autea cum viris fortibus multis, in hac verò causa solis vestris ceruicibus sustinetis. Idem pro Sestio. 121. Qui autem præcipuè sus ceruicibus tanta munia atque Rempub. sustineant, ii semper habiti sunt optimatium principes, authores, & conseruatores ciuitatis.

Securim ceruice tingere dicitur, cui ceruix securi amputatur. Horat. 3. Carm. ode. 23.3. Victima pontificum secures Ceruice tinget.

Tollere ceruicibus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 87. Quæ tamen examinatæ terrore, hostium aduentu percepto excitare Antonium conabantur, nomen ioclamabant, frustra ceruicibus tollebant, blandius alia ad autem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat.

Tutari ceruices. Cic. pro Sestio. 78. An qui sua tecta defendit, &c. monetur vt aliquo præsidio caput, & ceruices, & iugulum, ac latera tutetur: hunc de vi accusandum putas?

In ceruicibus bellum esse, pro Vicinum esse. Liuius, Adeò etsi bellum esset ingens in ceruicibus, nullius vsquam terrarum rei iura Romanos ne longinqua quidem effugiebat.

In ceruicibus aliquos esse, pro In vicino. Iustinus lib. 29. Sed nec Romani, quibus Pœni & Annibal in ceruicibus erant, soluti metu Macedonico videbantur.

Plumæ sitæ circum ceruicem. Lucret. lib. 2. 161.

¶ Ceruix vitis. Colum. lib. 4. cap. 7. Quum ad vnum pampinum iam redegerit, & ipse excesserit pedalem longitudinem, decacuminare conuenit, vt in ceruicem potius confirmetur, & sit robustior.

Ceruicem de arbore dixit Statius, lib. 6. Thebaid. 171.
Ille autem Alpini veluti regina cupressus
Verticis, vrgentes ceruicem inclinat in Austros.

Ceruices lignæ, per metaphoram. Vitruuius lib. 10. cap. 13. E modiolis autem fistulæ sunt continenter coniunctæ ligneis ceruicibus, pertingētesq; ad nares quæ sunt in arcula, in quibus axes sunt ex torno subacti, & ibi collocati.

Ceruical, pen. prod. vel ceruicāle, ceruicālis, pen. prod. n. g. (προσκεφάλαιον.) Denominatiuum à ceruicibus: significat ceruicis sustentamentum. Iuuenal. Saty. 6. 26. Conducit comites, sellam, ceruical, amicas. Martial. lib. 14. 151. Tinge caput nardi folio, ceruical olebit. Plinius lib. 20. cap. 20. 6. Sunt qui ante solis ortum ceruicalibus subiici effica citer putent. Idem lib. 28. cap. 4. 14. Magorum hæc commenta sunt, vt cotem qua ferramenta sæpe exacuta sint, subiectam ignari ceruicalibus, de veneficio deficientis, euocare indicium, &c.

Ceruícula, pen. corr. (αὐχένιον,) Diminutiuum à ceruix. Cic. 5. Verr. 40.
Tamēne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo se ad coronam daturum?

Cerula, Vide CERA.

Ceruſſa, ceruſſæ, (λιμμύριον,) Genus vnguenti ex ramentis plumbi compositi: quod alio nomine psimmythium vocatur. Plin. lib. 34. cap. 18.9. Psimmythium, hoc est ceruſſam plumbariæ dāt officinę. Laudatissimum in Rhodo. fit autem ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ista distillātibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactū molitur & eribratur, iterūq; acetо misto in pastillos diuidit, & in sole siccat æstate. Et paulo pòst, Vis eius eadē quæ superdictis, læuissima tantum ex omnibus: præterquę ad candorē fœminarū. Est autem lethalis potus, sicut spuma argētipostea ceruſſa ipsa si coquatur, ruffescit. Plaut. Mostel. 4.100.
Cedo ceruſſam. S. Qd ceruſſa opus est? P. HIZE. nā quî malas oblinā?
S. Vna opera ebur atramento candefacere postules. Ea enim vtuntur mulieres ad faciem dealbandam & illiniendam.

Ceruſſātus, pen. prod. A diectiuum, (λιμμυσμένος,) vt Ceruſſatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia ceruſſa vtuntur. Martial. lib. 2. 41. Ceruſſata timet Sabella solem.

Ceruſſata cutis, ceruſſatæ buccæ. Martial. lib. 7. 24. Cic. in Pisonē. 19.

Ceruus, cerui, (ἔλαφος,) Animal notum: dictum quòd κεράσφορος, id est cornua gerat, authore Festo. Varro de Lingua Latina, Cerui quòd magna cornua gerunt, Cerui, mutata g in c, vt in multis, quasi geruli. Plin. lib. 8. cap. 32. Ceruis quoque est sua malignitas, quanquam placidissimo animalium.

Cerua, fœminino. Plin. lib. 25. cap. 8. 11. Simplicius ceruæ mostrauere elaphoboscon de qua diximus. Item seseli cniæ à partu.

Vētosa ceruorū mens, Id est iostabilis, trepida, & timida. Lucre. lib. 3. 61.

Aeripes cerua. Virgil. 6. Aeneid. 161.
Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem ceruam licet.

Alatus ceruus. Ouid. 1. Metam. 62. Id est velociter currens.

Alba cerua Sertorius quidam vir acer, & egregius dux ad barbarorū militum suorum animos continendos conciliandosque vtebatur. Siquidem hanc quæ à Lusitano quodam sibi dono data esset, oblatam diuinitus, & instinctam Dianæ numine, colloqui secum monereque & docere quæ vtilia facta essent, mentiebatur. Ac siquid durius videbatur, quod imperandum militibus foret, à cerua sese monitum prædicabat.
Vide Gellium lib. 15. cap. 22.

Alipedes cerui. Lucret. lib. 6. 154.
Significat celeres, quasi alatos pedes habentes.

Celeres cerui. Stat. lib. 6. Thebaid. 120.

Cornigeri cerui. Lucret. lib. 3. 151.

Cretæa cerua, Cretensis. nam Creta abundat ceruis. Senec. Hippol. 1.11.
–tua Getulos
Dextra leones: tua Cretæas sequitur ceruas.

Errantes cerui. Virg. 5. Aeneid. 38.

Formidantes cerui. Ouid. 15. Metam. 95.

Fugax ceruus. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.3. Virg. 5. Georg. 106.

Imbelles cerui. Virgil. 3. Georg. 52.

Inermes ceruæ. Stat. 6. Thebaid. 114.

Ingentem ceruum ad retia premere clamore. Virgil. 3. Georg. 82.

Iugales cerui. Claud. 3. Paneg. 58.
Sic illos vocat qui Dianæ currum trahunt.

Leues cerui. Virgil. eclog. 1.12. Antè leues ergo pascentur in æthere cerui. Id est auium more antè cerui volabunt. Seruius.

Ocyor ceruis. Horat. 2. Carm. ode. 16.6.

Pauidi formidine cerui. Ouid. 5. Fast. 35.

Syluicultrix cerua. Catull. epig. 58.15.

Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus?

Timidi cerui. Seneca Hipp. 3. 14.
Tragica cerua, quæ in tragœdia Sophoclis dicitur pro Iphigenia suppositа & mactata. Iuuen. Saty. 12.12. –& siqua est nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi
Non sperat Tragicæ furtiua piacula ceruæ.

Veloces cerui. Virgil. 5. Aeneid. 51.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vinax cerum. Virgil. 7. eclog. 6.

Glocitare ceruorum esse vocem ait ille qui Philomelæ carmen compositum inter Ouidij opera reposuit, Et barrus barrit, cerui glocitant, & onagri. Tu vide an fides adhibenda sit authori.

¶ Cerui etiam in ædibus rusticis dicuntur, vbi singula extrema bacilla foræillata, habent figuram literæ v, à similitudine cornuum cerui. Hęc Varro de Lingua Latina. Virgil. 2. eclog. 4. Aut humiles habitare casas & figere cervos. Vbi Seruius, Aut furcas quæ figuntur ad casæ fulcra & figere cervos. Vbi Seruius, Aut similitudinem cornuum cerui imitationemque dictæ sint cervi, ad similitudinem cornuum cerui. Inuenimus (quod melius est) figere cervos, id est venari & iaculari, innorū: Aut (quod melius est) figere cervos, id est venari & iaculari, intelligamus: vt magis ad voluptatē eū, quàm ad laborē inuitare videat.

Cernarius, (ἐλλέβορος,) A diectium. vt Cernarium venenum. Plin. lib. 27. cap. 11. 7. Limeū herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tinguntmedicamento, quod venenum cernarium vocant.

Cernarius lupus, Animal ex cerua & lupo, aut lupa & ceruo genitum ac mistum: de quo sic Plinius lib. 8. cap. 21. de lupis, Sunt in eo genere qui cernarij vocantur, qualem è Gallia in Pompeij Magni arena spectatū diximus. Hinc quamuis in fame mandenti, si respexit, obliuionem cibi fuit repere aiunt, digressumque quærere aliud.

Cernuus, pen. prod. (κάλφους,) A diectium aliud. vt Cernuum cornu, Quod pertinet ad cernum. Varro. 3. de Re rust. cap. 9. 11. Circum caueas eorum incendendum cornu cernuum, ne quà serpens accedat. Plin. lib. 28. cap. 9. Sanguine quoque ceruino, si vnà vrantur, &c.

Cerulaus color, qualis est pellis cerui, vel castaneæ. Palladius lib. 4. cap. 13. Colores li præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, cerinus, gilbus, scrutalus, albus, guttatus, candidissimus niger, pressus.

Pellis cerulna Horat. 1. Epist. 2. 14. –venaticus ex quo
Tempore cernuam pellem latrauit in aula,
Militat in syluis catulus.

Vellera cerulna Ouidius. 6. Metam. 119.

Ceryx, (κήρυξ,) Latinè præco & caduceator. Vnde Eusebius scribit à Neronę cerycas fuisse certamine superatos. Seneca apud Serenum, Non vis nisi Consul, aut prytanis, aut ceryx, aut suffes administrare Rempub.

CESENA, (καισήνα,) Oppidum in Italia Plinio lib. 3. ca. 15. 1. Huius etiam & Cicero meminit ad Tironem, lib. 16. 17. 4. Nam isti vix sunt digni, quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarū tabernarū fundamenta credas. quo loco Manutius in Scholijs putat legendū Cesennia.

CESSERO, (κασσερία,) Narbonēsis Galliæ oppidū ad Carpentoractē Plin. lib. 3. ca. 4. in descriptione Narbonēsis prouinciæ. Vulgò Castres.

Cespes, Vide CAESPES. Cæsar. 6. belli Gallici. 155. Et de bello Ciuili, libro. 3. 370.

CESSA, (κίσσα,) Oppidum in Iberia. Vnde fit

Cessæus, (κασσαῖος,) A diectium. Valer. lib. 6. Argonaut. 26.

Cessim, Cesso, Vide CEDO.

Cestrophendona, (κεστροφενδόνη) Teli genus. Liuius quinto Decad. lib. 2.

Cestron, siue cestros, (κέντρον,) Herba quæ betonica à Gallis dicitur. Plinius lib. 25. ca. 8. 5. Vetones in Hispania eam quæ betonica dicitur inuenus lib. 25. ca. 8. 5. Vetones in Hispania eam quæ betonica dicitur inuenus, Gallia, in Italia autem serratula, à Græcis cestrō, aut psychotrophon, ante cunctas laudatissima.

Cestus, huius cesti, m. g. sine diphthongo, (κεστός,) Cingulum quo vxor à marito cingebatur in fide maritalia variis punctis sic dictum. κεντεῖν enim pūgere est, & picturare. Vnde cingulum illud Veneris quo ipsa Martem, & Iuno Iouem cōcilabant, à poetis cestus dicitur Martialis.

Vt Martis reuocetur amor, summique tonantis,
A te Iuno petō cestum, & ipsa Veneris.

¶ Lorum item, aut opus interpunctum, acuue pictum, & Veneris ité ornamentū, & in cōe fixminarū, cestum Græci vocāt. Martial. li. 14. 211.

Collo nectę puer meros amores,
Cestus de Veneris sinu calentem.

Spirans blando numine cestus. Claud. de Nupt. Hon. & Mariæ. 25.
–blanda spirantem numine cestum Induitur. De Venere loquitur.

Soluere cestum. Statius. 5 Thebaid. 13.

¶ Cestus, pro alio quouis cingulo, & ligamento, vt vinearum. Varr. 1. de Re rust. cap. 8. 5. Sub eā, vbi nascit vua, subiuuiné circiter bipedales è furculis furcillæ, ne vindemia pereat, & vindemia facta deniqs discat pendere in palmā, aut funiculo, aut vinctu, qđ antiqui vocabāt cestū.

Cetarii, Cete, Vide CETVS.

CETHEGVS, pen. prod. (κήθηγος,) Consul fuit, Cicerone teste, cum P. Tudritano bello Punico secundo, de quo sic scribit ipse in Bruto, M. Cornelius Cethegus (inquit) cuius eloquentiæ est author, & ideoneus quidem, mea sententia Q. Ennius, præsertim quum & ipse eum audierit, & scribat de mortuo ex quo nulla suspicio est, amicitiæ causa esse mentitum. Est igitur sic apud illum in nono (vt opinor) annali,
Additur Orator Cornelius suauiloquente

Ore Cethegus. Fuit & Cethegus, qui in Catilinæ coniuratione Sallustio commemoratur. Cuius etiā Cicero sæpe meminit orationē in Catilinam tertia. Atque interea (inquit) statim admonitu Allobrogū C. Sulpirium fortem virum misi, qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret ex quibus ille maximum fiearum numerum, & gladiorū extulit. Hæc ille. Iuuenalis.

Clodius accusat mœchos: Catilina Cethegum.

Ennius M. Cethegum Suadai medullam vocat. Quintil. lib. 2. cap. 15. 4. Cinctuti Cethegi. Horat. in Arte. 19.

Cethegus audax. Silius lib. 8. 115.

Integer Cethegus cecidit. Iuue. Saty. 10. 29. De Caio Cethego Romano ciue meminit qui cum Lentolo Prætore & Catilina coniurauerat, dictus integer q. corpore integro & non mutilato in bello mortuus est.

Prisci Cethegi. Horat. 2. Epist. 2. 24.

CETII, Populi sunt inter Cilices & Pelasgos, authore Strab. lib. 13. Horū meminit Homerus in Odyssea. Sic dictos putat Strabo à Cetio fluuiolo quodam in eorū agro. Cuius etiā meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

CETIVS, (κήτιος,) Norici mons Ptol. hodie Calemberg vulgò dicit.

Cetra, huius cetræ, (πέλτη.) Scutum breue lorum, quo, authore Seruio, vtuntur Afri & Hispani. Virgilius, Læuas cetra tegit. Liu. 8. bel. Pun. 23. Pelta cetræ haud dissimilis est. Ibidem, lib. 1. 98. Hispani sine vlla mole in vtres vestimentu cōiectis, ipsi cetris superpositis incubantes, flumen transnatauere.

Cetræ crepitantes. Sil. lib. 16. 6.

Resona cetra. Silius lib. 3. 70.
Nunc pedis alterno percussa verbere terra,
Ad numerum resonas gaudentem plaudere cetras.

Versicolor cetra. Sil. lib. 3. 56.

Cetræ reddere speciem. Curtius non procul ab initio libri tertii, Barcanorum equitum duo millia fuēre, armati bipennibus, leuibusque scutis cetræ maximè speciem reddentibus.

Cetratus, pen. prod. A diectium, (πελτάστης.) Qui cetra vtitur. Liu. 1. bel. Maced. 140. Nōcte cetratos (quos peltastas vocant) loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat. Cæsar. 1. bel. Ciuil. Erant, vt suprà demonstratū est, legiones Afranii tres, Petreii duæ, præterea scutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ vlterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta.

Cetus, ceti, mas. ge. (κῆτος,) Belua marina. Festus, Balænam beluam marinam ipsam dicent esse pistricem, ipsam esse & cetū. Plin. lib. 32. cap. 1. 9. Cetos fiex centorum pedum longitudinis & trecentorum sexagenta iuxtudinis, in flumen Arabiæ intrasse tradit Iobas: pinguique eius negotiatores, & omnium piscium adipe camelos perungi, meo fere vt alij loco ab his fugent odore. Plaut. Aulul. 13. 5. Et Capt. 13. 82. RR. –putnam atque ophtalmiam
Horæum, scombrum, & trygona, & cetum, & mollem caseum?

Celsus cetos in recto dixit. Budæus.

Cete immania apud Virgilium. 5. Aeneid. 163. Tum variæ comitum facies, immania cete. Vbi Seruius, Græca declinatio τὸ κῆτος, κήτη, vt βῆλος, βήλη. nam Latinè sic declinari non potest.

Scopulosa cete. Statius. 2. Achill. 11.

Coeunt cete. Plin. lib. 9. ca. 40. 1. Pisces attritu vētrium coeunt, tāta celeritate, vt visū fallāt: Delphini & reliqua cete simili mō, & paulo diuti.

Cetarius, A diectium. vt Cetarii fines, vbi capiunt cete. Plin. lib. 31. cap. 8. 1. Nunc è scombro pisce laudatissimum in Carthaginis spartarię cetariis: sociorum id appellatur.

Cetariæ, cetariarum, (κητευτηρία,) Loca iuxta mare, stagnante lacu, in quibus thynni, & alij huiusmodi pisces capiuntur & iuxta salsimtur. Plin. lib. 37. cap. 5. 5. Ferunt & in ea insula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis. Idem lib. 9 cap 30. 3. Carteiæ in cetariis assuetos exire è mari in lacus eorū apertos, atque ibi fallamēta populari. De Polypo loquitur. Ibidē, cap. 15. 6. Et primi ostia scombri, quibus est in aquis sulfureus color, extra qui cæteris. Hispaniæ cetarias his replent, thynnis non cōmeantibus.

Cetaria in neutro. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 9.
Plures annabunt thunni & cetaria crescent.

Cetarius, cetarij, (κητευτής,) Qui cete, id est magnos pisces venditat, & bonas exercet, authore Donato. Terent. Eunuc. 2. 2. 25. Cetarij, Lanij, coqui, fartores. Cic. 1. Offic. 209. Nec enim quicquā ingenuū habere potest opificina, minimeq; artes eæ probādæ, quæ ministræ sunt voluptatum, cetarij, Lanij, coqui, &c. Colum. lib. 8. ca. 17. 11. Et ne per singula enumerem salsamentorum omnium purgamenta, quæ cetarium officinis euerruntur. Et apud Varronem, lib. 3. cap. 17. 6.

Cette, (ἄττε ἢ ἆττε,) significat dicite vel dateab eo qđ est cedo. Næuius Lycurgo, Pro industria ne te regē prognati patre Lycurgū cette. Ennius Medea, Saluete optima corpora, cette manus vestras, measque accipite. Nonius. Antiquum est.

Ceu, (ὥσπερ, ὡσανεί, ὥσπες,) Aduerbium similitudinis, magis est poetarum, quàm oratorum: sed quo multi, & præsertim Plinius, vtuntur. Virgilij 8. 2. Aeneid.

Aduersi

Aduersi rupto ceu quondam turbine venti Confligunt.

¶ Ceu, pro velut. Plin. lib. 3. cap. 7. 2. Argumento animalium quæ semper defossa viuunt, ceu talpæ.

Ceu, pro quasi. Plin. lib. 8. cap. 16. Incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur.

¶ Ceu verò, pro quasi verò, frequentissimè vsus est Plinius. vt lib. 12. ca. 18. Est Gortynæ in insula Creta iuxta fontem, platanus vna insignis vtriusque linguæ monumentis, nunquam folia dimittens: statimque ei Græciæ fabulositas superfuit, Iouem sub ea cum Europa concubuisse ceu verò non alia eius generis esset in Cypro. Idem in Præfatione sui operis. 12. Quoniam audio & Stoicos & Dialecticos, Epicureos quoque (nam de Grammaticis semper expectaui) parturire aduersus libellos, quos de grammatica ædidi, & subitò abortas facere iam decem annis, quum etiam celerius elephanti pariant: ceu verò nesciam aduersus Theophrastū scripsisse etiam fœminam. Idem lib. 27. cap. 55. 2. Ceu verò vllo modo spirandi ratio homini à cæteris animalibus differt.

Ceua, ceuæ, (κίβη,) Genus vaccæ. Colum lib. 6. cap. 24. 4.

Ceueo, ceues, (σκαμμονίζω,) ceuere, Clunes mouere quod proprie est marium obscœne se motantium.

¶ Ceuere, (σκαμμονισματίζειν,) per translationem pro adulari accipitur: quòd quum adulantur canes, clunes mouent & caudā. Persius Saty. 1. An Romule ceues: Hoc est obscœno, turpi & indecoro corporis motu blandiris, dum hunc laudas, tanquam si veneri indulgeres?

Ceueus, Participium, (σκαμμονίζων,) Iuuenal. Saty. 2. 3.
–ego te ceuentem Sexte verebor
Infamis Varillus ait, quo deterior tę!

C H

CHAA, inquit Strabo lib. 8. Peloponnesi vrbs Lepræo vicina, vbi Ephasius campus iacet. Huius Chaæ causa, bellum inter Arcades & Pylios conflatum plerique aiunt.

CHALA, vicus est Aegypti apud Strabonem lib. 16.

CHABRIA, vicus est Aegypti propè Arabiam. Author Strabo lib. 17.

CHABRIAS, Athenienſium philosophus, dux clarissimus. Author Suidas. Huius Demosthenes cum sæpe in orationibus memnit, tum in oratione ad Leptinem, pluribus res gestas persequitur, & in eius laudes digreditur. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum ceruorum duce leone, quàm leonum duce ceruo.

Chaere, (χαῖρε,) id est salue. Martial. lib. 5. 52.

Exprimere Ruffe, fidiculæ licet cogant,
Aue Latinum, χαῖρε non potest Græcum. Persius in Proœmio,
Quis expedunt psittaco suum χαῖρε?
Picas quis docuit nostra verba conari?
Magister artis, ingeniúsque largitor Venter.

CHAEREMON, Comicus poeta Græcus. Fuit item alter, qui scripsit ἱερογλυφικά. Author vtrique Suidas.

CHAEREPHON, Atheniensis philosophus, Socratis auditor. Huius mira traditur scriptum. Ab hoc natum prouerbium, οὐδὲν διαφέρει χαιρεφῶντος, Id est nihil à Chærephonte differes. In maledicos paldus, vt qui magno studio philosophiæ operam daret, & in literas incumberet. Author Suidas.

Chaerephyllon, (χαιρέφυλλον,) Herbe genus. Colum. lib. 11. cap. 3. Vulgo Cerfoglio.

CHAERIS, citharœdus ineptus fuit, cuius meminit Aristophanes in Comœdia quæ inscribitur ἀγαφέρις. Author Suidas.

CHAERONEA, (χαιρώνεια,) Bœotię vicus, Plutarchi Cheronei patria, clade Atheniensiū memorabilis. Cheronæ meminit Plinius lib. 4. ca. 7.

CHALAEON, Locrorum portus, à quo VII. M. passuum introrsus liberum oppidum Delphi, sub monte Parnasso clarissimum in terris oraculi Apollinis. Hæc Plinius lib. 4. cap. 3.

CHALAME, Ciuitas Persidis, quæ nunc appellatur Aetisiphon.

Chalaſſis, Tunicæ genus erat, vt quidam putant, quod Græci χάλασιν vocant, à laxitate. Alij dicunt nodum esse muliebris tunicæ, quo cōnexa circa cervicē tunica submittitur. Sipōtin.

CHALASTRA, Vrbs ad Termeum sinum, vt ait Strabo: à Chalastra proximo portu dicta. Hinc
Chalastricus, A diectium.

Chalaſtricum nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10. 2. Optimum copiosumque in Letis Macedoniæ, quod vocant chalastricum, candidum, purumque, proximum sali.

Chalazias, chalaziæ, Gemma quæ grandinum colorem habet & figuram adamantinæ duritiæ. Plin. lib. 37. cap. 11. 3.

Chalcanthum, (χαλκάνθου,) Atramenti genus à similitudine æris sic dictum: quippe Græci æs χαλκὸν. Vulgo hoc à vitri similitudine vitriolum nominant. Fit multis in locis, præcipueque in Hispania: è poteis stagnis ibi habentibus id genus aquæ. Decoquitur ea admista pari mensura dulcis aquæ, & in piscinas ligneas funditur. Immobilibus super has transtris dependent restes, In pillis extentæ, quibus adhærescens limus vitreis acinis, imaginem quādam vnæ reddit, exemptum ita triginta diebus siccatur. Color est cæruleus, spectabili nitore, vitrumque esse creditur. Diluendo fit atramentum tingendis aptum coriis, & hoc factitium vocant. Hæc Siponti nus ex Plinio, lib. 34. ca. 11. 9. Idem Plin. eodem lib. ca. 11. 8. Atramenti sutorii quod chalcanthū vocant. Celsus lib. 5. ca. 1. Sanguinē suppriment, inquit, atramētum sutorium, quod Græci χαλκάνθου appellant.

CHALCE, Insula est cū oppido, circa Rhodū. Author Plin. lib. 5. ca. 31.

CHALCEDON, penul. prod. (χαλκηδών,) Oppidum est Thraciæ ad Bosphorum Thracium. non procul à Byzantio. Author Plinius lib. 5. cap. vltimo Chalcedonis meminit Pomponius 1. 1. Europam (inquit) ab Asia stadiis quinque disterminat Thracius (vt dictum est) Bosphorus. Ipsis in faucibus oppidum in ore templum est. oppidi nomen Chalcedoni author Argias Megarensium princeps: templi numen, Iuppiter, conditore Iasone. Hæc Mela.

Chalceos, Genus herbæ. Plinius lib. 21. cap. 16. 1. Cardaus & folio & caule spinosas sanguines habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cuidos, &c.

CHALCERITIS, penul. prod. Insula est in Ponto, alio nomine Aria appellata, Martis sacra. Ex Plinio lib. 6. cap. 12.

Chalcetum, Herbæ genus. Plin. lib. 26. cap. 7. 21. Item herba chalcetum è vinois contrita imponitur.

Chalceutice, penul. correp. (χαλκευτική,) Aeraria fabrica dicitur.

Chalceus, (χάλκεος,) A diectium, id est æreus. Martialis libro 13. 99.

Tam stupidus nunquam nec tu puto, Glauce fuisti,
Chalcea donauti chrysea qui dederas. Id est quum dares aurea ei qui tibi ærea dedisset.

CHALCIA, Insula quam inter Cycladas Plinius enumerat lib. 4. ca. 12.

CHALCIDENE, Fertilissima regio, vt scribit Plinius in descriptione Cœles Syriæ, lib. 5.

Chalcidica, huius chalcidicæ. pe. corr. Genus terræ esse videtur, quę affricata triticum conseruat. Varro 1. de Re rust. cap. 57. 1. de tritico condendo. Quidam ipsum triticum conspergunt, cui addāt in circiter mille modium quadratal amurcę. Ité alius aliud affriat, aut aspergit, vt chalcidicam, aut caricam cretam, aut absynthiū.

Chalcidica, Serpentis genus. Plinius lib. 32. ca. 3. 4. Aduersus chalcidicas cum myrrhe.

Chalcidium, Genus ædificii ab vrbe Chalcidica dictum. Festus.

Chalcidix, huius chalcidicis, vel chalcides, chalcidæ, Genus lacertæ. Plin. lib. 29. cap. 5. 6. Lacerta quam hi sepa, alii chalcidicen vocant, in vino pota, morsus suos sanat.

CHALCIOPE, penul. correp. (χαλκιόπη,) Phryxi vxor, soror Medeæ Valer. lib. 6. Argonaut. 96. Cingitur arcanis Saturnia læta venenis.
Atque hinc virgineæ venit ad penetralia sedis,
Chalciopen mitrata sono formaque sororem.

CHALCIS, huius Chalcidis, pen. corr. (χαλκίς,) Euboeæ insulæ vrbs.

Chalcidicus, penul. correp. (χαλκιδικός,) A diectium, qui est ex Chalcide vrbe, vel chalcidica regione. vt Arx Chalcidica. Virgil. Aeneid. 6. Chalcidicaque leuis tandem superastitit arce. Idem in Bucolicis, Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu Carmina, &c. Hoc est, vt interpretatur Seruius, Theocritio stylo.

Littora Chalcidica. Stat. 4. Sylu. 4. 16.

Turres Chalcidicæ. Stat. 2. Sylu. 2. 19.

Chalcis, Piscis genus. Plin. lib. 32 cap. 11. 4. Chromborum genera, cyprinus, chalcis, cobio.

Chalcites, penult. product. Gemma æreī coloris. Plinius libro 37. cap. 11. 6.

Chalcitis, huius chalcitis, penul. prod. fœm. ge. (χαλκῖτις,) Lapis ex quo ipsum æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 11. 2.

CHALCITIS, Insula est contra fauces Rhindaci fluuii in Asia, Author Plinius lib. 5. cap. vltimo.

Chalcophonos, Gemma nigra, quæ illisa, æris tinnitum reddit. Plin. lib. 37. cap. 10. 15.

Chalcosmaragdos, Gemma è Cypro, turbida æneis venis. Plin. lib. 37. cap. 5. 12.

Chalcus, (χαλκός,) Genus numismatis, quod denariolum valebat. Plinius lib. 21. cap. 14. 1. Eadem sex obolos pondere effi citrobolus decem chalcos.

CHALDAEA, regio ad Orientem Iudææ, Arabiæ contermina, plana, fontium mdiga, in qua est Babylon ciuitas magna. Vide Interpretationes nominum Hebraicorum.

CHALDAEI, (χαλδαῖοι,) (inquit Plinius lib. 6. ca. 28.) intra confluētem Euphratis & Tigris habitant. de quibus Strabo lib. 17. sic scribit, Constituta est habitatio quædam in Babylonia philosophis indigenis plurimum circa philosophiam versantibus, qui Chaldæi appellantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Horum magna in sacris literis memoria est. Cõstat autem nullam diligẽtius seruatam; Mathematica studia exculta fuisse & apud Chaldæos.

Chaldæi, Assyriorum Magi ex gentis vocabulo dicuntur, qui diuturna obseruatione syderum scientiam putantur effecisse, vt prædici posset quid cuiq; euenturũ, & ex quo quisque fato natus esset. Vnde Chaldæum pro astronomo vel ariolo accepit Cato, quum inquit cap. 5. 3. Augorem, auspicem, ariolum, Chaldæum nequem consuluisse velit.

Vnde dicti sint Chaldæi, & quam scientiam profiteantur scribit Cic. 1. de Diuin. 3. quum de Assyriis loquitur, Qua in natione, inquit, Chaldæi non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obseruatione syderum, scientiam putantur effecisse, vt prædici posset quid cui que euenturũ, & quo quisque fato natus esset. Ibidẽ 150. in Syria Chaldæi cognitione astrorum solertia quæ ingeniorum antecellunt. Idem pro Murena 22. A quibus etiam die. tanquam à Chaldæis petebantur.

Carmina Chaldæa. Claud. 4. Panegy. 70.

Gens Chaldæa. Claudian. 1. in Ruff. 30.

Monstra Chaldæorum. Cic. 2. de Diuinat. 111.

Promissa Chaldæorum. Cic. 1. Tuscul. 152. Nam nunc quidem cogitationibus molestissimis effœminamur: vt si antè mors aduẽret, quàm Chaldæorum promissa consecuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis, illusi destitutique videamur.

Ritus Chaldæus. Claud. 1. Panegy. 13.

Multos promissis suis vt fefellerit Chaldæi, Cic. ostẽdit 2. de Diuin. 148.

Quid polliceantur Chaldæi, Columella, lib. 11. cap. 1. aperit.

Chaldaicos, penul. correp. (χαλδαϊκὸς,) Adiectiuum. vt Genus Chaldaicum. Cic. 1. de Diuinat. 132. Scylax Halycarnasseus familiaris Panætii, excellens in astrologia, ideoque in regenda sua ciuitate princeps, Totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiauit.

Ratio Chaldaica. Cic. 2. de Diuin. 147. L. quidem Tarutius Firmanus familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, &c.

CHALYBES, pen. corr. (χάλυβες,) Populi in Ponto iuxta Thermodoontem fluuium, testibus Strabone & Plinio: qui ferro cæteris præstare dicuntur. Virgilius 1. Georgic. 12.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum.

Chalybs, chalybis, penul. correp. m. g. (χάλυψ,) Genus ferri durissimi, à Chalybibus populis, vt ante dictum est.

Candens chalybs. Silius lib. 1. 36. Non ignes, candensque chalybs, non verbera passim, &c.

¶ Chalybs, aliquando accipitur pro ipso opere ex huiusmodi ferro facto. Lucanus, Chalybem, frænoque momordit. Virgilius Vulnificúsque chalybs. Vbi chalybem, pro chalybeo ense posuit.

Lethifer chalybs, Ensis. Valerius lib. 6. Argonaut. 67.

—it medium per pectus, & horrida nexu Lethifer æra chalybs.

Strictus chalybs, id est ensis. Seneca Thyeste 4. 6.

Chamaeacte, chamæactes, (χαμαίακτη,) Ruellius lib. 1. cap. 139. Chamæacte sambucus pumila est, Latinis ebulum dicitur. Læto gaudet solo, vt testatur suo carmine Columella, Atque habilis natura soli, quæ gramine læto
Parturit, & rutilas ebuli creat vuida baccas. Vulgo Eboło.

Chamaecerasus, pen. corr. Frutex est Plinio lib. 15. cap. 25. 2. Sunt & Macedonica, paruæ arboris raroque tria cubita excedentis, & minore etiamnum frutice chamæcerasi. Ruellius lib. 1. cap. 64. Chamæcerasus vt apud Athenæum Asclepiades Myrleanus depinxit, pumila est Bityuorum agro frequens, radice paruaneque arbos est, nec arbusculis ceraforum impar, baccis cætera omnia consimilibus. Copiosè vescentibus caput vini modo grauant: & dolores cient. Hactenus Ruellius.

Chamaecissos, Genus hederæ nõ attollẽtis se à terra, teste Plinio lib. 24. ca. 10. 9. Vũ vulgò hedera terrestris dici. Matthiol. Senẽsis aut hoc hederæ genꝰ hodie i Italia nõ cognosci.

Chamaecyparissos, Herba, quæ ex vino pota, contra venena serpentium omnium, scorpionumque pollet. Plin. lib. 24. cap. 15. 6. Nonnulli cum esse putant qui vulgò dicitur, cypres de iardins: quod quidam abrotonum mas esse credunt. Ruellius lib. 3. cap. 33. Qui chamæcyparissum existimant esse, quẽ vulgus ab odore formaque foliorum eiusdem nomenclaturæ arboris cypressum appellat, falluntur nam etsi coalescit breuitatis, & velut arboris cuiusdam abortus, non tamen in genere pumilionum sedem inuenit, nec in arborum, sed fruticum censu constat haberi. Huc facit quod nihil apud classicum authorem de chamæcypresso leges.

Chamaedaphne, chamædaphnes, χαμαιδάφνη, Genꝰ herbæ vinca puinca dicit Plinio li. 21. ca. 11. 8.

Chamaedrys, (χαμαιδρυς,) Herba quæ Latine Trifago dicitur Plin. lib. 24. ca. 15. 1. Dicitur autem chamædrys quasi humilis & terrestris quercus. Vulgo appellatur Querciola ouer Calamandrina.

Chamaelaea, pen. prod. (χαμαιλαία,) Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Plin. lib. 24. cap. 15. 3. Vulgus vocat, peuer montano. Matth. Senen.

Chamaeleon, penul. correp. (χαμαιλέων,) Chamæleonis, masc. gen. Cardui species. Plin. 22. cap. 18. Chamæleonem aliqui Ixiam vocant. duo eius genera, &c. Idem libro 21. cap. 16. & lib. 28. cap. 8. Carlinam vulgus vocat.

Chamæleon, pe. corr. (χαμαιλέων,) Chamæleontis, m. g. quasi paruus leo. Animal est in India nascens, figura & magnitudine lacertæ: coloris natura mirabilis: mutat nanque eum subinde & oculis, & cauda, & toto corpore: redditque semper quem proxime attingit præter rubrum candidumque. Vide naturam huius animalis apud Plinium lib. 8. cap. 33.

Chamaeleuce, chamæleuces, (χαμαιλεύκη,) Herba quæ tussilago dicitur. nascitur secus fluuios, folio populi, sed ampliore. Plin. lib. 24. cap. 15. 5. Matth. Senen. ait hanc herbam hodie esse ignotam.

Chamaemelon, penul. prod. (χαμαιμῆλον,) Herba vulgò nota, ab odore mali sic dicta, Leucanthemũ alii vocant. Vide Plinium lib. 22. cap. 21. 3. Camomilla barbarè vocatur.

Chamaemyrsine, (χαμαιμυρσινὴ,) siue Oximyrsine, Frutex ex quo scopæ fiunt apũ Italos: aliàs tus: nonnulli sylueſtrem myrtum vocant. Vide Plinũ lib. 23. ca. 9. 6.

Chamaepitys, penul. corr. huius chamæpityos, (χαμαιπίτυος,) Herba quæ Latinè ajuga dicitur. Vide Plinium lib. 24. cap. 6. 7. Iuam pharmacopolæ vocant.

Chamaerops, Herba est de qua Plinius lib. 26. cap. 7. 10. Eosdem effectus literis doloribus habet chamærops myrteis circa caulem geminis foliis, capitibus Græculæ rosæ, ex vino pota. Ibidem, cap. 13. 6. Erisithales est flore luteo, folius acanthi: bibitur è vino: item chamærops.

Chamaezelon, Herba quæ Latinè quinquefolium dicitur. Plinius lib. 25. cap. 9. 7.

Chametaere, chametære, (χαμαιτάιρη,) parua socia. Plin. li. 36. ca. 5. 14. Is fecit Venerem & Pothon & Phaethontem, qui Samothraciæ sanctissimis cæremoniis coluntur. Item Apollinem Palatinum, Vestam sedẽtem laudatam in Seruilianis hortis, duasque chametæras circa eam, quarũ pares in Aſinii monumẽtis sunt, vbi & Canephorus einsdẽ de Cephisodoro Praxitelis filio loquit. Budæꝰ.

Chamus, chami, (χάμος,) Genus frœni. 4. Reg. 19. Ponam itaque circulum in naribus tuis & chamum in labiis tuis, & reducam te in via per quam venisti.

CHAONES, penul. correp. (χάονες,) Populi Epiri, à quibus Chaonia Regio dicta. Author Plinius lib. 4. Virg. lib. 3. Aeneid. 69.

Protinus aerias Phæacum abscondimus arces,
Littoraque Epiri legimus, portuque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem.

CHAONIA, (χαονία,) Pars alpestris Epiri, licet quandoque sumatur pro tota Epiro. Plinius in prooemio libri 4. Epiros in vniuersum appellata, Acroceraunis incipit montibus. In ea primi Chaones, à quibus Chaonia.

Chaonius, (χάονιος,) Adiectiuum.

Campi Chaonii. Virgil. 3. Aeneid. 67.

Columbæ Chaoniæ dictæ ab Epiri parte, in qua (vt poetæ fabulantur) columbæ olim reddebant oracula in Dodona sylua. Propert. lib. 1. elegia 9. 1. Non me Chaoniæ vincant in amore columbæ. Virg. eclog. 9. 3.

—carmina tantum
Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas. Quod autem in Epiri illo nemore columbæ dare responsa dicuntur, Seruius ideo fingi putat, quia lingua Thessala Peliades & Columbæ vaticinatrices vocantur.

Frondes Chaoniæ. Stat. 3. Thebaid. 95.

Glans Chaonia. Virgilius 1. Georgic. 2.

Iuppiter Chaonius. Valer. lib. 1. Argonaut. 62.

Nemus Chaonium. Stat. 6. Thebaid. 20.

Patris Chaonij glandes, id est Iouis Epirotici, vt ait Seruius. Virgilius 2. Georgic. 14.

Sinus Chaonii. Ouid. 15. Metamorpho. 155.

Victus Chaonius, id est glandium cibus. Claud. de Raptu Proser. li. 3. 10.

Chaonio statui gentes auertere victu.

Chaonis, (χάονις,) chaonidis, Fœmininum à Chao, id est Iupo cornuto. Vide CHAVS.

Chaos, neu. gen. Indeclinabile, (χάος,) Festus, Chaos appellat. Hesiodus confusam quandam ab initio vnitatem, hiantem, patentemque in profundum. Ex eo & χάσκειν Græci, id nos hiare dicimus. Ouidius 1. Metamorpho.

Ante mare & terras, & quod regit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigestaque moles. Virgil. 4. Aeneid. 102.
Tercentum tonat ore deos, Herebumque, chaosque. Idem 4. Georg.
70. Atque chao densos diuum numerabat amores. Vbi Seruius. Id est à chao narrabat crebros amores deorum.

Aeternæ

Aeternæ noctis chaos. Seneca Medea 1. 1.

Fas est precari noctis æternæ chaos,
Aduersa superis regna, manesque impios.

Atrum chaos rebus induci, significat summam confusionem & perturbationem rerum. Seneca Agamem. 6. 20.

Auidum chaos. Seneca Hercule furente. 9. 12.

Cæcum chaos. Seneca Octauia. 7. 3. & Medea. 10. 1.

Cimmerium chaos. Stat. 3. Syln. 2. 18.

Deforme chaos. Seneca Thyeste. 9. 9.

Densum chaos. Id est profundum. Seneca Hercule furente. 10. 7.

Horrendum chaos. Valer. lib. 2. Argonaut. 18.

Imum chaos. Silius lib. 13. 88.

Extimuit natura chaos. Lucan. lib. 5. 127.

Extimuit natura chaos, rupisse videntur
Concordes elementa moras.

¶ Chaos, pro inferno. Virg. 6. Aeneid. 53.

Dii quibus imperium est animarum, vmbræque silentes,
Et chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia late.

Durum chaos. Claud. 1. de Raptu Proserp. 3. Iam durum flexura chaos.

Tartareum chaos. Stat. 12. Thebaid. 5. & 5. Syln. 1. 47.

Chara, (χάρα,) charæ, Genus radicis. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 193.

Characâtus, pen. prod. (χαρακωτὸς,) Adiectiuum, deriuatum seu formatum à χάραξ, χάρακος, vallum, pedamentum. vt Characatæ vineæ. Colum. lib. 5. cap. 5. 1.

Characias, huius characiæ, Genus tithymali. Plin. lib. 26. cap. 8. 19. enarrans tithymali genera, Primus cognominatur characias, qui & masculus existimatur, ramis digitali crassitudine, rubris, rugosis. Ruellius li. 3. 145. Characias Gallis nunc magna ex parte expurgia nominatur, Rusticis euigilium matutinũ, aut quia repurget, aut anteluceano moliens deiectionem, expergiscere fumentem cogat.

Character, huius characteris, penult. prod. masc. gen. (χαρακτὴρ,) Latinè dicitur signum, insigne, siue figura & forma. Columel. lib. 11. cap. 1. Nec minus maiora quadrupedia characterе signari debent.

¶ Character, Genus & figura dicendi. Gellius lib. 7. cap. 14. Et in carmine & in soluta oratione, genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant. Cic. in Orat. 73. Sed iam ipsa forma restat, & character ille qui dicitur: quæ, qualis esse debeat ex ipsis quæ supradicta sunt intelligi potest. Idem ad Qu. Fratrem, lib. 2. 16. 15. Die mihi verum, num aut res eum, aut χαρακτὴρ non delectat. Idem in Orat. 19. Sed in omni re difficillimum est formam (quod χαρακτὴρ Græcè dicitur) exponere optimum: quòd aliud alius videtur optimum.

Character alicuius. Varro. 3. de Re rust. cap. 2. 13. Nonne item L. Albutius, homo, vt sentis, apprimè doctus, cuius Luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundo suum pastionibus semper vinci à villa? Vlpianus in L. Ad testium §. Signum autem. ff. de Testamentis, Et magis est, vt tantum annulo quis possit signare: dum tamen habeat characteres.

Character sinos, (χαρακτὴρ σινός,) Latinè designatio: vt est apud Iunenalem, Et caluo seruiret Roma Neroni. Id est Domitiano. Figura qua orator vitas eorum de quibus loquitur, deformat.

CHARADRVS, (χαράδρυς,) Locus est, & natium statio propè Cilicium, contermina Asiæ, iuxta quam Charadrus est fluuius. Hęc Stephanus de Vrbibus. Charadrii fluuii meminit Statius lib. 4. 10.

Quæque pauet longa spumantem valle Charadron Neris.

CHARAX, (χάραξ,) Straboni lib. 17. Locus est quo Carthaginenses emporio vtebantur, aduehentes vinum, & inde lucrum & silphium reportantes ab iis qui id ex Cyrene eiam exportabant. Hactenus ille. Deceo & meminit lib. 12. ad finem. Plin. lib. 6. cap. 27. Charax oppidum Perſici sinus intimum, à quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluentes: dextra Tigrin, læua Eulæum trium millium passuum laxitate. Conditum est primum ab Alexandro Magno: qui colonis ex vrbe regia Durine (quæ tum interiit) deductis, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari iusserat: pagumque Pellæum, à patria sua, quem proprie Macedonum fecerat. Flumina id oppidum expugnauere. Postea Antiochus restituit, quintus regum, & suo nomine appellauit. Iterumque infestatum Parthes Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quem Iuba satrapem Antiochi fuisse falsò tradit, oppositis molibus restituit, nomenque suum dedit, emunito situ iuxtà in longitudinem trium millium passuum, in latitudinem paulo minus. Hactenus Plinius.

Charax, huius characis, pen. prod. Latinè dicitur vallum. Significat & pedamentum vitis, siue tridicam. vnde apud Columellam vites characatæ. Meminit Cœlius.

CHARAXES, (χαράξης,) Fuit teste Herodoto li. 2. Mitylenæos patria, & frater Sapphus. De quo sic ipsa in epistola ad Phaonem apud Ouidium, Gaudet, & è nostro surgit mœrore Charaxes
Frater, & ante oculos itque reditque meos.

CHARES, Charetis, pen. prod. χάρης, Atheniensium dux, ad promittẽdum facilis & promptus. Vnde prouerbium natum, χάριτος ὑπογύστερος, id est Charetis pollicitationes. Author Suidas.

CHARIDEMVS, pen. prod. Dux Cersobleptæ Thraciæ regis militũ, cuius multam mentionem facit Demosthenes in oratione contra Timocratem.

Charientismos, (χαριεντισμός,) Vrbanitas, lepos & venustas sermonis. Figura est, qua dura dictu, gratius proferuntur, vt si interrogantibus nobis nunquis nos quæsierit, respõsum detur, bona fortuna. exinde intelligitur. neminem nos quæsisse. Hæc Donatus in libello de Barbarismo.

CHARILLVS, Dux Lacedæmoniorum, Tegeates superauit. Author Pausanias apud Volaterranum. Arbitror scribendum Charilaus, cuius meminit Strabo lib. 12. & Plutarchus in vita Lycurgi.

Charis, huius charitos, pen. corr. Latinè dicitur festiuitas, beneficiũ, munus, gratia, remuneratio, voluptas.

Charisma, huius charismatis, pen. corr. n. g. Gratia, munus.

CHARISIVS, Atticus orator, cuius meminit Cicero in Bruto 157. Et quidem, inquit, duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamen: quorum Charisius multarum orationum, quas scribebat aliis, quum cupere videretur imitari Lysiam: Demochares autem, qui fuit Demosthenis sororis filius, & orationes scripsit aliquot: & earum rerum historiam, quæ erant Athenis ipsius ætate gestæ, non tam historico, quàm oratorio genere perscripsit. At Charisii vult Hegesias esse similis, &c. Hæc Cicero. Fuit & grammaticus quidam eo nomine, vt vult Priscianus.

Charistia, (χαρίστια,) apud veteres festa erant, ad quæ simul conueniebant omnes qui vel sanguine, vel cognationis quo cũque gradu, inuicem iunctiores erant, & defunctis iam amicis, vt auis auauis, abauis, sacra faciebant, eosque thure & honoribus diuinis venerabantur, qui & ipsi quoque egressi sepulchris, sacris interesse credebantur. Meminit horum Ouidius 2. Fastorum 124.

Proxima cognati dixere Charistia chari,
Et venit ad socios turba propinqua deos.

CHARITES, (χάριτες,) seu Gratias, quidam ex & Verene Ioue genitas scripserunt, alii ex Venere & Libero. Cicero ex Erebo & Nocte or tas existimat. Lactantius in primum Thebai. Iouis & Autonoes filias putat. Hesiodus Iouis & Eurymones Oceani filiæ, filias scribit. Tres sunt, Aglaia, quæ alio nomine Pasythea dicitur. Thalia, Euphrosyne. Tot autem ideo esse prodiderunt, quia & benefici esse in alios debemus, & aliorum beneficia suscipere: & iis qui in nos fuerunt liberaliter retribuere. Dare autem, & accipere, & referre, tres actus sunt inter se distincti. Alii ideo dicunt tres Gratias esse, quia acceptum beneficium cum fenore reddi debet. Quapropter solebant veteres ita Gratias pingere, vt vna earum auersam faciem teneret, quasi à nobis profectã: duæ verò nos aspicerent, vt duplex nobis beneficium reponendi debere ostẽderent, Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo velamine obtegi. Item connexæ, quia insolubiles esse Gratias decet: & beneficium, aliud semper beneficium parere, perpetuumque esse amicitiæ fœdus. Qui Veneris & Liberi filias esse arbitrantur (è quibus est Seruius) hac mouentur ratione: quòd horum præcipuè decorũ muneribus, gratiæ concilientur. Tradunt etiam eas in Acidalio fonte, qui est Orchomeni Bœotiæ vrbe, lauari, quoniam pura esse beneficia oportet: & nihil sordidum, nullam spem retributionis habere.

Charitas, Vide CHARVS.

Charitonius, (χαριτώνιος,) Adiectiuum. Lucret. lib. 4. 1134. Parton est mulieris. Qua voce significatur gratia vænalis: quòd hæc puella se vendat gratia verborum, quibus velut pedicis animos amatorum illigat. χάρις gratia dicitur, ὤνιος vænalis. Charitonia tota, quæ nihil festiuitatis, aut gratiæ non habet vænale.

CHARMIONE, Cleopatræ ancilla, spontaneam dominæ mortem imitata. Author Plutarchus.

CHARMONIA, Hispaniæ vrbs Ptolemæo, Carmo Straboni dicta.

CHARON, huius Charontis, (χάρων,) Charontem posthumea fingunt poetæ triente animas defunctorum per Stygem & Acherontem transuehentem ad inferos. Author Suidas. Huius descriptionem vide apud Virgilium 6. Aeneid. 60.

Dicitur per antiphrasim Acheron. Plærique Charontem, aiunt significare aerem infernum, quòd (vt volunt) animæ sunt aeriæ, ideo confictũ ipsum à poetis portitorem animarum.

Dirus Charon. Seneca Hercule furente 9. 31.

Portitor Charon. Virgil. 6. Aeneid. 60. & 65.

CHARONIA, Regio est, vt scribit Strabo lib. 12. ad finẽ, Eiusmodi, inquit, habitus regionis à cãpis incipiẽs vsq; in Charoniã ptendit. Ea est regio circa Hierapolim & Characa Nelaidis & Magnesiam & Myũtẽ.

CHARONIVM, Antium, (Χάρωνιον ἄντρον,) natura mirabile est. de eo sic scriptũ reliquit Strabo lib. 14. In via inter Tralles atq; Nyſſam

Universidad de Deusto
Biblioteca

vicus est Nyssaensium non procul ab vrbe nomine Acharaca, vbi Plutonium est, loco sumptuoso circundatum. Item Plutonis ac Iunonis delubrum, & antrum Charonium natura admirabile, quod luco imminet. Traduntæ ægrotos, qui horum deorũ curis vacant, eo proficisci, atque in vico specu vicino, apud sacerdotes peritos immorari, qui precibus indormientes curas ex insomniis captant. Hi deorum remedia innocantes, sæpe illos in antrum ducunt, vbi tanquam in cauerna manentes, multos dies, & ieiuni & quieti exudant: nonnunquam ægrotant ipsi propriis insomniis intendunt, ductu & consilio sacerdotum. Locus hic æteer is pestifer est, & inaccessibilis. Acharacis solennia quotannis fiunt, & tunc maximè hæc talia ex iis intelligi & audiri possunt, qui eò proficiscuntur. Tũc enim iuuenes & ephœbi ex gymnasio, nudi & vincti, taurum quendam festinanter in antrum ducunt, qui dimissus paulum progreditur, postea mortuus ad terram cadit.

CHARONDAS, (Χαρώνδας,) Thurius legem tulit nequis cum ferro in concionem veniret, alioqui cõtinuò interficeretur. Quumque post ea ipse è rure veniens, ex improuiso, vt erat gladio accinctus, in concionem venisset, admonitus legis ab eo qui proximè sedebat, eidem gladio incubuit, quum liceret culpam dissimulare, vel defendere. Ex libro 6. cap. 5. Valerii. Aristoteles autem lib. 2. Politicõ, hunc Charondam dicit patria Catinensem, qui ciuibus suis leges conscripsit. Cicero 3. de Legibus 7. Nec verò solum (inquit) vt obtemperent obediantque magistratibus, sed etiam vt eos colant diligantque, præscribimus: vt Charondas in suis facit legibus.

CHARONES, Homero libro Iliad. 11. Vir Troianus, Hippasi filius, & Socî frater, quos ambos vno die Vlysses interemit. Est & nomen cuiusdam inter Epirotas primarii, qui Tito Quintio Flaminio Consuli Romano contra Philippum bellum gerenti fauit. Author Plutarchus in vita eiusdem Flaminii.

Charta, huius chartæ, (χάρτου,) Papyrus est appellata, quòd scilicet ex papyro fieret. Postea verò id genus chartæ inuentũ est, quò nunc passim vtimur, fitque ex linteolis contritis. Martial. lib. 6. 64. Miseras & perdere chartas. Plin. lib. 13. c. 11. 1. Chartæ vsu maximè humanitas vitæ constat & memoria. Et hanc Alexandri Magni victoria repertam, author est M. Varro, condita in Aegypto Alexãdriæ: antè non fuisse chartarum vsum, in palmarum foliis primò scriptitatũ: deinde quarundam arborum libris. Postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut certe. De variis chartarũ generibus & nominibus vide eundẽ Plinũ li. 13. ca. 12.

Chartas codicis explicare. Qui. Qui aperto codice chartas explicaret.

Inopia chartæ minus scribitur. Cicc. Attico, lib. 5. ep. 5.

Fragilis sonitus chartarum. Lucret. lib. 6. 23.
Interdum perscissa furit petulantibus auris,
Et fragiles sonitus chartarum commeditatur.

Anus charta, Non victura diu, breui peritura. Catul. epigram. 63. 10.

Charta bibula. Vide BIBO.

Dentata charta rem agere. Cic. ad Qu. fratrem. li. 2. 16. 6. Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Dentata dicuntur mordacia, vt ait Erasmus in Chiliadibus. Seneca etiam dentatos sales esse non vult rursus edentula, quæ morsu careant.

Doctæ & laboriosæ chartæ. Catul. epigram. 1. 2.

Chartæ epistolares. Martial. lib. 14. 11.

Chartis ineptis amicire aliquid. Horat. 2. Epist. 1.
Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis.

Charta plumbea. Sueton. in Nerone, Plumbeam chartam supino pectore sustinuit.

Puræ chartæ. Vlpianus in L. Librorum appellatione §. Quod tamen. ff. De legatis tertio, Nam nec chartæ puræ debentur libris legatis, nec chartis legatis libri debebuntur. Et paulò pòst, Quid ergo si quis chartas legauerit puras? membranæ non continebuntur, &c.

Ad chartas parare papyrum. Vlpianus in L. Librorum appellatione §. Chartis legatis. ff. de Legatis tertio, Chartis legatis, neque papyrũ ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur.

Chartæ quoque quæ illam pristinam seueritatem continebant, obsoleuerunt. Cicero pro Cælio 21.

Delatæ chartis merces. Cice. pro C. Rab. Posth. 24. Auditæ visæque merces fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis, & vitro delatæ.

Explicare chartis. Catul. epigram. 1. 2.

Illinere chartis aliquid. Horat. 1. Sermo. saty. 4. 8. Et quodcunque semel chartis illeueris, omnes Gestiet à furno redeuntes scire. Est autè per contemptum dictum Illinere, quasi eos dicat non scribere, sed chartas commaculare tantummodo.

Impallescere nocturnis chartis. Persius Saty. 5. 7.

Notata charta digitis, id est scripta. Ouidius epist. 1. 13.
Traditur huic digitis charta notata meis.

Ne nos prodat charta. Cice. Attico lib. 2. 25. 2. De Repub. breuiter ad te scribam. tam enim charta ipsa ne nos prodat pertimesco: itaq; post hac, si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίαις, obscurabo.

Promere chartis. Cice. 1. de Diuinatio. 39. Voces tristificas chartis promebat Hetruscis.

Silere chartæ dicuntur, quum nemo scribit. Horat. 4. Carm. ode 8. 5.
– neque Si chartæ sileant quod bene fecerit.

Sileri chartis. Id est nullius scriptis celebrari. Horat. 4. Carm. ode 9. 7.
– non ego te meis Chartis inornatum sileri,
Totue tuos patiar labores.

In charta auersa scribere. Vide AVERSVS. Martialis lib. 8. 56.

Ponere thura charta soluta. Iuuenalis Saty. 13. 12.

Charta, pro libro. Ouid. 3. de Tristibus,
Nullus in hac charta versus amare docet.

Chartula, chartulæ, penul. correp. (χαρτίον,) Diminutiuum. Cicero ad Trebatium, lib. 7. 18. 5. Mirot quid in illa chartula fuerit quod delere malueris, quàm hæc scribere. Alibi chartula, pro scheda vel commentariolo ponitur, Inter chartulas confiscati inuentus est breuis debitorum nomina continens. Budæus.

Charrularius, Officii nomen erat, cuius fit mentio in L. 3. de Cano. Largit. lib. 10. Cod. Budæus.

Charta ceus, Adiectiuum, (χάρτινον,) vt Codices chartacei. Vlpianus. ff. de Legatis tertio. Quòd si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel riam eboreis, vel alterius materiæ.

Chartarius, similiter adiectiuum. vt Chartariæ officinæ. Plin. lib. 18. cap. 10. 1. Hoc ærariæ officinæ, chartariæque vtuntur.

Chartophylacium, (χαρτοφυλάκιον,) Græci vocant scrinium in quo libri & scripturæ reponuntur.

Charus, (ἀγαπητός, προσφιλὴς, χαρίεις, εὐμενὴς,) Adiectiuum, Gratus & amore deuinctus. Plaut. Bacchid. 5. 75. Næ ille hercle mihi sit multo tanto charior. Cice. Cælio, lib. 2. 15. 14. Quem tibi charum esse gaudeo.

Amicis charus. Horat. 1. Sermo. saty. 6. 14.

Charior, (προσφιλέστερος,) Comparatiuum. Valer. lib. 8. Argonaut. 5.
Amplexus Aeeta dares, fletusque videres
Ecce meos. ne crede patrem non charior ille est Quem sequimur.

Charus animo meo. Terent. And. 1. 5. 38. Quam ego animo egregiè charam pro vxore habuerim. Idem Eunuc. 1. 2. 121.
Neque me finxisse falsi quicquam neque meo
Cordi esse quenquam chariorem hoc Phædria.

Charissimus, (προσφιλέστατος,) Superlatiuum. vt Pignorum suorum charissima. Tacitus lib. 13.

Dis charus ipsis. Horat. 1. Carm. ode 31. 3. Sic vocamus illum quem felicem maximè intelligi volumus.

Mihi me charior. Ouid. 5. Trist. eleg. 15. 1.

Nec te mihi charior alter. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 1.

Vita charior. Cic. ad Quirites, Post reditũ 1. Mihi verò & pp indulgẽtiã meam, & propter excellens eorum ingenium vita sunt mea chariores.

Aequè charus. Horat. 2. Carm. ode 17. 2.

Auro charior inuenis. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 7.

Luce charior. Claudian. de bello Get. 62. Hîc coniux, hîc progenies, hîc charior omni Luce gener.

Oculis charius. Catul. epigram. 77. 1.

Charissimus & amãtissimus. Ci. 4. in Cati. 7 5. Nec tñ ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atq; amantissimi præsentis mœrore non moueat.

Charissimus & amicissimus. Cice. 1. de Orato. 9. Tum crassus, Equidem quæcunque causa vos huc attulisset, lætarer: quum apud me viderem homines mihi charissimos & amicissimos, &c.

Charus comes atque iucundus. Cice. 4. in Catil. 8 3.

Charus & iucundus vir. Cice. pro Cluent. 160. Rectè hoc repetitur à vobis, vt virum optimum atque innocentissimum, plurimisque mortalibus charum atque iucundissimum, his aliquando calamitatibus liberetis. Cice. de Claris Oratorib. 50.

Amici chari. Horat. 4. Carm. ode 9. 11. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 5.

Amplexus charus. Ouid. 9. Metamorph. 151. – non te custodia charo
Arcet ab amplexu.

Caput charum. Virgil. 4. Aeneid. 71.

Coniux charissima. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 11.

Corpus charum. Senec. Hippol. 12. 19.

Corpora charissima. Ouid. in Ibin 63.
Inque pyram tecum charissima corpora mittas.

Dignitas & gloria liberorũ nobis chara. Ci. 1. de Ora. 11. Hortemurq; potius liberos nostros, cæterosq;, quorum gloria nobis & dignitas chara est, &c.

Fratres chari. Senec. Hippol. 5. 9.

Genitor charus. Virgil. 10. Aeneid. 156.

Genitrix chara. Virgil. 10. Aeneid. 139.

Iuuenis charus. Tibul. lib. 2. eleg. 2. 1.

Labores vteriq; chari. Claud. 1. de Raptu Proser. 40. – tibi gaudia nostri
Sanguinis, & charos vteri commendo labores. Id est filiam meam.
Verba sunt Cereris.

Lux hæc charissima venit. Ouid. ad Liuiam 29.

Mater charissima. Ouid. 4. Fastorum 90.

Natus charus magis. Virgil. 5. Aeneid. 144.
Nate, mihi vita, quondam dum vita manebat,
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis.

Nepotes chari. Virg. 6. Aeneid. 137.

Nutrix chara. Virg. 4. Aeneid. 127.

Parens chara. Silius lib. 13. 126.

Parentes chari. Lucret. lib. 3. 17.

Parentes charissimos habere. Cic. Post reditum in Senatu. 1.

Pater charus. Silius lib. 13. 332. Ouid. 2. Metam. 130. Virg. 2. Aenei. 140.

Pignora chara. Ouid. 3. Fast. 44.
Quum raptæ vemunt inter patresque virosque,
Inque sinu natos pignora chara tenent.

Propinqui chari. Horat. 1. Serm. saty. 1. 17.

Res chara. Ouid. 2. Trist. 97.
Quisque alii lusus (neque enim nunc persequar omnes)
Perdere rem charam, tempora nostra solent.

Societatum charior nulla, quàm. Cic. 1. Offic. 82. Sed quum omnia ratione animoque lustraueris, omnium societatum nulla est gratior, nulla charior, quàm ea quæ cum Repub. est vnicuique nostrum.

Sodales chari. Horat. 1. Carm. ode. 36. 1.

Patrii lares chara terra. Seneca Agamem. 8. 1.

Thoras charus. Ouid. epist. 8. 6.

Vbera chara. Seneca Hippoly. 2. 33.

Vita chara. Ouid. 10. Metam. 122.

Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum: quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda quem diligimus: non erit ista amicitia, sed mercatura quædam vtilitatis suarum. Cic. 1. de Natura deorum. 167.

Charum habere. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 132. Quem sibi charissimum habuit. Balbus Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 9. 178. 4. Te tanti facio, vt paucos æquè ac te charos habeam.

Habere charioré aliquẽ seipso. Cic. Atti. lib. 10. 203. 2. Oês suos etiã quibus itafcitur crebrius, tamen charos habet, me quidẽ seipso charioré.

Amare, & charum habere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 37. Quem nos, &c. in primis amamus, charumque habemus. Idem Attico, lib. 2. 35. 1.

Diligere & charum habere. Cic. pro Cornelio Balbo. 48. Speroque, Iudices, vt eos, qui principes fuerunt conseruandæ salutis aut dignitatis meæ, diligitis & charos haberitis, &c.

Charum esse & diligi. Cic. 3. de Finib. 101. Postulare à diis immortalibus vt chari simus, & ab illis diligamur. Idem. 2. Offic. 41.

Sibi charum esse, seseq; diligere. Cic. 5. de Finib. 50. Eorum enim est hæc querela, qui sibi chari sint, seseque diligunt.

Solum id est charum mihi. Terent. Adelph. 1. 1. 24.

Nobis viuere chari volumus. Horat. 1. Epist. 3. 6.

Charitas, pen. corr. huius charitatis, (ἀγάπη,) Dicitur amor, sed tantum hominum in homines, & quidem secundum personarum dignitatem. Cic. de Amicitia. 27. Primum ex ea charitate quæ est inter natos & parentes: quæ diuina, nisi detestabili scelere non potest. Idem. 4. Acad. 25 3. Liuius. 1. ab Vrbe. 226. Comprehensisque seruis, qui charitate dominus vim parabant.

Charitas beneuolentiæ. Cic. de Amicitia. 31. Ipsi autem intelligamus à natura gigni sensum diligendi, & beneuolentiæ charitatem, facta signi ficatione probitatis.

Parcendum charitati hominum. Cic. 2. de Orat. 132. Parcendum est autem maximè charitati hominũ, ne temerè in eos dicas qui diliguntur.

Liberorum charitas. Cic. Bruto. 123. Sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorũ amicitiores parẽtes Reipublicæ redderet.

Patriæ charitas. Cic. pro Sestio. 44. Patriamque, quæ mihi erat charissima, propter ipsius patriæ charitatem, reliquissem, &c.

Reipublicæ charitate facere. Cic. 12. Philipp. 333. Non possum animo æquo videre tot, tam importunos, tam sceleratos hostes. nec id fit fastidio meo, sed charitate Reipublicæ.

Aptissima ad quietè viuendum charitas. Cic. 1. de Finibus. 81. Opes, vel fortunæ, vel ingenii liberalitati magis conueniunt: qua qui vtantur, beneuolentiam sibi conciliant, & (quod aptissimum est ad quietè viuendum) charitatem.

Mercedem charitatis exigere. Cic. de Amicitia. 68. Ipse enim se quisque diligit, non vt aliquam à seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quòd per se sibi quisque charus est.

Mutuæ charitatis pignus. Quintil. lib. 1. an procem. 6.

Charitas & amicitia. Cic. 1. de Nat. deorum. 167. Pratã, & arua, & pecudum greges diliguntur isto modo, quòd fructus ex his capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita est.

Charitas & amor. Cic. in Partitionibus. 30. Nam aut charitate mouentur homines, vt deorum, vt patriæ, vt parentum: aut amore, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum, vt familiarum.

Charitatem & beneuolentiam adimere. Cic. pro Sestio. 4. Ademit Albino socero nomen mors filiæ, sed charitatem illius necessitudinis & beneuolentiam non ademit.

Promptior filiæ, charitate. Tacit. lib. 12.
Charitate complecti. Vide COMPLECTOR.

Complectitur charitates omnes omnium patria. Cice. 1. Offic. 83. Omnium societatum nulla est gratior, nulla charior, quàm ea quæ cum Repub. est vnicuique nostrum. chari parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus?

Conciliare charitatem. Cice. 2. de Orato. 114.

Ciuium charitatem concupere. Cice. 1. Philip. 21. Credo enim vos omnes nobiles, magna quidem spectantes, nõ pecuniam, vt quidam nimis crebuli suspicantur, quæ semper ab amplissimo quoque, clarissimoque cõtempta est, non opes violentas, & Populo Romano minimè ferendam potentiam: sed charitatem ciuium & gloriam concupisse.

Exuere charitatem. Tacit. lib. 16.

Charitas iuncta inter paucos. Vide IVNGO.

Præstare charitate officium alicui. Trebonius Ciceroni, lib. 12. 16. 6. Cui nos & charitate & amore tuum officiũ præstaturos nõ debes dubitare.

Retinere charitatem in aliquos. Cice. de Amic. 61.

CHARYBDIS, (Χάρυβδις,) Locus maris periculosus nautis inter Calabriam & Siciliam, quòd contrarios fluctuũ cursus facit, & rapta quæque absorbet, & reticit. aqua enim nunc absorbetur & tendit in profundum, nunc eleuatur in altum. Ouidius, Et vomit epotas sæua Charybdis aquas. Fuit autem Charybdis, fœmina vor aciissimaque quia boues Herculis rapuit, à Ioue fulminata est, & in mare præcipitata. Vnde naturam pristinam seruatnam sorbet vniuersa. Author Seruius. Cicero in Antonium 2. Philip. 76. Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico quæ si fuit, fuit animal vnũ. Oceanus medius fidius vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse. Hæc ille. De Charybdi sic scribit Plinius lib. 3. & 8. In eo freto (inquit) est scopulus Scylla, item Charybdis, mare vorticosum, ambo clara, sæuitia. Inde inter Scyllam & Charybdin nauigare dictum est, pro In periculo esse. Virgil. 3. Aeneid. 111.
Et pater Anchises, nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat.

Auida Charybdis. Id est rapax. Ouid. 14. Metamorpho. 15.

Bonorum Charybdis. Cice. 3. de Orato. 89. Deinde videndum est, ne longè simile sit ductum, Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim: Charybdin bonorum, voraginem potiusfacilius enim ad ea, quæ visa, quàm ad illa quæ audita sunt, mentis oculi feruntur.

Immanis Charybdis. Cice. de Arusp. respon. 55. Quem denique tam immanem Charybdin poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites posset, &c.

Infesta nautis Charybdis. Cice. 7. Verr. 114. Non enim Charybdin tam infestam, neque Scyllam nautis, quàm istum in eodem freto fuisse arbitror. Hoc etiam iste infestior, quòd multo se pluribus & maioribus cauibus succinxerat.

Irrequieta Charybdis. Ouid. 13. Metamorpho. 158.

Panchæa Charybdis. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 6.

Rapax Charybdis. Senec. Thyest. 7. 8.

Sæua Charybdis. Iuuenal. Saty. 15. 2.

Vasta Charybdis. Catul. Argonaut. 51.
Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vasta Charybdis?

Vorax Charybdis. Cice. 2. Philip. 76. Quæ Charybdis tam vorax?

Zanclæa Charybdis. Ouid. 4. Fasto. 100.

Deuoret me Charybdis. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 6.

Euitare Charybdi, in Scyllam incidi, Id est dum vitro grauius malum, in aliud rursus incidi. Vide Erasmi Chiliadas.

Scissa alternas Charybdis aquas. Propert. lib. 3. eleg. 12. 6.

Charybdis, Pro malorum & curarum congerie, apud Horatium 1. Carmi. ode 27. 4. – ab miser
Quanta laboras in Charybdi.

Chasma, chasmatis, penul. correp. neu. gen. (χάσμα,) Latinè hiatus dicitur, fissura, rictus, vasta vorago. Vlpian. Titulo De censibus. L. Forma §. Quare si, si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem releuari.

Chasma, Est etiam subita aeris diruptio, & quidam recessus cæli ipsius. Plin. lib. 2. cap. 26. 3. Fit & cæli ipsius hiatus, quod vocant Chasma. Seneca, Sunt & Chasmata, quum aliquod cæli spatium descendit, & flãmam velut dehiscens in abdito ostentat.

Chasmata & vasti hiatus. Senec. lib. 6. Natur. quæst. cap. 9. Siquando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium, quæ subiectis administ culis destitutæ labant, donec corruere nullo ocurrente, quod onus exciperet. tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur.
De terræ motibus loquitur.

Perire chasmate. Vlpianus in L. Quum res §. Item si fundus. ff. de Legatis primo, Item si fundus chasmate perierit, Labeo ait vtique æstimationem non deberi.

Chasmaticus, (χασματικός,) terræ motus dictus, quum mouente se terra huiusmodi hiatus existunt. Apud Ammianum.

CHATTI, (Χάττοι,) Germaniæ populi, ait Strabo li. 7. ferè à principio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hos iuxta Rhenum collocat Plinius lib.4.cap.14.2.Catti aliis dicuntur.Hos amplissimè describit Tacitus in lib. de moribus Germanorũ.

Chaus, chai, (χαῦς,) Cernarius lupus.Plin.lib.8.ca.19. 1. Pompeii Magni primum ludi ostenderunt chaum,quem Galli raphiũ vocant,effigie lupi,pardorum maculis. Paulo pòst cap. 22.4. vbi de lupis loquitur,subiungit.Sunt in eo genere qui ceruarii vocantur,qualem è Gallia in Pompeii Magni arena spectatum diximus.Ita interpretatur Hermolaus.

Chaonis, chaonidis,fœminini generis.Hermolaus in Plinium lib. 8.cap.19.Ex hoc luporum genere conceptas canes fortasse quis intelligat,quæ chaonides,quasi à chao nominantur: etiam si Iulius Pollux altior em fabulam recensuit.

Chelae, chelarum,(χηλαί,) Scorpii brachia sunt:deest,anterior pars Scorpii signi cælestis.Virgil.1.Georg.3. Quã locus Erigonem inter,Chelasque sequentes Panditur Cice.in Arato 37.Ex in profectæ claro cum lumine Chelæ. Ibidem 33.Et paucæ Chelis stellæ simul anguitenentis Sunt genuã. Idem 2.de Natu.deorum 170.

Scorpii Chelæ. Lucan. lib.1. 131. Scorpion incendis cauda,Chelasque pruris. Intelligit sydus Scorpii.

Præcedere Chelas. Lucan.lib.2.137.
– iam cœperat vltima Virgo
Phœbum latueras ortu præcedere Chelas. Quibus verbis dicit Autumnale fuisse æquinoctium: quod fit octauo calendas Octobris, Sole in Libra posito. Et ideo per Chelas Libram intelligit, quia occidente Virgine,oritur Libra.

Chelidon, penul.prod.huius chelidonis,penul. corre. (χελιδών,) Latinè dicitur hirundo.

Chelidonia, (χελιδώνια,)inter ficorum genera recensetur Plinio lib.15.ca.18.3. A Chelidonijs populis in Britannia. Meminit & Columella lib.10.versu 32.à fine.
– purpureæque chelidoniæ,pinguesque marisceæ.

Chelidonia, (χελιδώνιος,) Herbæ genus.Plin.lib.8.cap.27.Chelidoniam visui salubertinam hirundines monstrauere, vexatis pullorum oculis illa medentes.Vide item librum 25.cap.8.9.Serenus, Sæpe chelidoniam cum succo lapathis addes.

CHELIDONIAE,Insulæ contra Tauri promontorium pestiferæ nauigantibus,duæ sunt:quarum vna Corydela,altera Menalipea dicitur Stephano.Dionysius trium meminit,& item Strabo lib.14.

CHELIDONIVM,Est Tauri montis promontorium, dicente Plinio lib.5.cap.27.Taurus mons ab Eoia ventem litoribus, Chelidonio promontorio disterminatur.Priscianus in Periegesi,
Partibus extremis Pamphylia clauditur Istro,
Arque Chelidoniæ rupes clauduntur eodem.

CHELONATES,Promontorium est Achaiæ,quod Ptolemæo Chelonita dicitur.

Chelonium, Tegumentum est testudinis animalis,quam tortuã vulgò vocant.Eius autem integumenti similitudinẽ habent chelonia, id est retinacula quibus intra tigna sucula retinetur. Budæus.

Chelonia, Oculus est Indicæ testudinis, vel portentosissima magorum mendaciis.Plin.lib.37.cap.10.15.

Chelonitides,Gemmæ testudinum similes: ex quibus ad tempestates sedandas multa vaticinantur.Plin.lib.37.cap.10.16.

CHELONOPHAGI,penul.correp. (inquit Plinius lib. 6. cap. 25.) in Carmaniæ angulo sunt,testudinum superficie casas tegentes, carne vescentes.Nam χελώνη Græcè testudinem significat.Hæ(vt inquit idem Plinius lib.9.) adeò in Indico mari magnæ sunt,vt singularum superficies habitabiles casas integant.Strabo lib.16.adeò magnas alio in loco reperiri scribit,vt Chelonophagi in eis nauigent.

Chelydrus, penul.prod.(χέλυδρος,) Serpens non multum aspectu distans à chersydro serpente, fumum qua serpit emittens.Lucanus lib.9.142.
Natus & ambiguæ coleret qui Syttidos arua
Chersydros,tractique via fumante chelydri. Columel.lib.7.cap.4.6.
Galbaneoque agitare graues nidore chelydros.
Chelydri dicti sunt Seruio, quasi chersydri, quia in aquis & in terris morantur.Nam χέρσον,dicimus terram,ὕδωρ autem aquam. sunt autem de genere serpentum. Virgil.3.Georgic. 83.
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneoque agitare graues nidore Chelydros.

Medusæi chelydri,Dicti à Medusa,cuius crines serpẽtes erãt.Sil.li.7.64.
Fama docet,cæsæ rapuit quum Gorgonis ora
Perseus,in Libya dirum fluxisse cruorem,
Inde Medusæis terram exundasse chelydris.

Nigri chelydri.Virgil.2.Georgic.43.
Et tophos scaber,& nigris exesa chelydris
Creta. Nigris (ait Seruius) id est nocentibus.

Chelys, (χέλυς.) Testudo capitur & pro cithara, quòd Mercurius citharam primus ex testudine fecerit:quam Nilo decrescẽte in littore reperierat.

Canora chelys.Senec.Troad.4.24.
Leui canoram verberans plectro chelyn.
Exuere chelyn,Id est deponere.Stat.4.Sylu.6.6.
Fatiscit chelys.Stat.4.Sylu.4.7.
Intendere chelyn.Stat.1.Sylu.5.3.
Laxare chelyn.Stat.4.Sylu. 4.7. Contrarium est illius quod alibi dicit, Intendere chelyn.
Pulsatur manibus Phœbea chelys.Ouid.ad Pisonem 35.
Verberare chelyn plectro.Senec.Troad.4.24.

CHEMNIS, Insula in quodam lacu Aegypti, quæ lucos syluasque, & Apollinis grande sustinens templum natat,& quocunque venti agunt, pellitur. Verba Pomponii Melę ex lib.2.De hac Herodotus lib.2.scribit,quam Echemmin nominat.

Chenobosium, (χηνοβοσκεῖον,) Locus vbi anseres aluntur. Columella lib.8.cap.14.1. Qui verò greges nantium possidere studeat,chenobosciã constituant.

Chenomychon, Herba ad cuius aspectum expauescunt anseres.Plinius lib.21.cap.11.2.

CHEOPS,Aegypti rex,teste Herodoto lib.2.

Cheopina, (quod nomen adhuc manet integrum apud Gallos) mensura est liquidorum,dimidiæ pintæ capax 12x eo dicta,quòd ea tantum funditur vel hauritur vini, quantum homo sitibundus vno haustu absumere possit.Pino enim Græcè bibo significat. vnde & pinta. Quod verũ esse non dubitabis, si de cheopina parisiesi stelligas,vt & nos intelligimus.χέω,fundo,fundis.Budæus lib.De asse.

CHEPHREN,Cheopis frater, Aegypti & ipse rex post fratrem,authore Herodoto lib.2.

Cheramydes, Lapidis genus pretiosi. Plin.lib.37.cap.10. 12. Cheramydes eadem esset quam ostracitem vocant,nisi quòd hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt.

CHERILVS, penul.correp.(χέριλος,) Malus poeta temporibus Alexandri Magni,cuius meminit.Horatius 2.Epistо.1.47.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Cherilus incultis qui versibus,& male natis,
Rettulit acceptos regale numisma, Philippos. Eiusdem meminit in Arte Poetica 72.
Sic mihi qui multum cessat,fit Cherilus ille,
Quem bis,terque bonum cum risu miror,& idem
Indignor. Dicitur enim hic omnem Alexandri historiam conscripsisse septem,nec plures versus in toto poemate qui probari possent, inuentos fuisse. Habuit pro bono versu numisma aureum, colaphum pro malo. Vnde sunt qui eum colaphis excẽtum tradant. Vide CHOERILVS.

CHERINTVS, (χήριτος,) Puer admodum insignis facie & candore, qui seipsum prostituit.Vnde Horat.1.Sermo.saty.2.17.
Nec magis huic inter niueos,viridesque lapillos,
(Sit licet hoc Cherinte tuum) tenerum est femur,aut crus Rectius.

Chernites, Genus lapidis eburi simillimi,in quo condebantur corpora.Plinius lib.36.ca.17.2.Mitior est autem seruandis corporibus nec absumendis chernites,eburi simillimus,in quo Darium conditum ferunt.

CHERRONESVS, siue Chersonesus,penul.prod. (χερρόνησος,) (nihil enim differunt) peninsula est.Græcis enim χέρσος,terra: νῆσος autem insula dicitur.Quatuor insignes passim Chersonesi memorantur: Taurica in Euxino & Mæotide Thraciaaurea tertia, supra Gangem in ortum,iuxta sinum qui Magnus Ptolemæo dicitur:Et Cimbrica Septentrionalis,quæ Daciam habet,quam Daniam Saxo grammaticus vocat. Peloponnesus verò maior celebriorque est, quàm vt Chersonesi nomen admittat,quanquam & ipsam nominis etymo fretus, Chersonesum Strabo nominat:& minoris Asiæ in nostrum mare procursus Cherronesus dictus,bonis authoribus,vt scribit Vadianus.

CHERSIDAMAS,penul.correp.Vir Troianus,quem Vlysses in bello interemit,vt scribit Homerus lib.Iliad.11.

Cherſos, siue cherson,(χέρσος,) Propriè terra inculta dicitur.Martial.lib.14.93.

CHERVSCI,(χηρουσκοι,) Populi Germaniæ circa fluuiũ Albim.Claud.7.Paneg.91.
– venit accola syluæ
Bructerus Hercyniæ,latisque paludibus exit
Cymbrus,& ingentes Albim liquere Cheruſci.

CHIDMAEI, Orpheo teste in Argonauticis,Populi iuxta Pontum.

CHIDORVS,Fluuius est Macedoniæ, qui per Mygdoniam fluens,in Axium Mygdoniæ fluuium intrat,teste Herodoto lib.7.

Chilias, chiliadis,pen.corr.(χιλιάς,) Numerus qui mille continet. Gel.lib.1.cã.16.Mille enim non pro eo ponitur quod Græcè χίλοι dicitur,sed quod chilias:& sicuti vna chilias,& duę chiliades, ita vnum mille,& duo millia,certa atque directa ratione dicitur.

Chiliarchus,Qui præest mille militibus.

CHILO, (χίλων,) Philosophus Lacedæmonius,vnus ex septem sapientibus Græciæ.Eius,Plinio teste lib.7.ca.32.tria dicta fuerũt Delphis in templo Apollinis consecrata: Nosce teipsum. Nihil nimium cupias. Comes æris alieni atque litis,est miseria. Quin & funus eius,quum,vistore Olympiæ filio,gaudio expirasset,tota Græcia prosecuta est.

Chilo, Dicitur cognomento à magnitudine labrorum.Festus.χεῖλος enim labrum significat.

CHIMAERA, (χίμαιρα,) Homero animal est indomabile,inexpugnabile, neque humano, sed diuino genere ortum. Chimæram monstrum triforme describit Hesiodus in Theogonia,his versibus,
Huic tria sunt capita,& fertur primum esse leonis,
Pulchri oculi,capraque simul,fortisque draconis:
Antè leo,terroque draco,medium que capella est:
Pegasus hanc vicit,& magnus Bellerophontes. Inde elegans illa Horatii metaphora ad puerum obsoleti scorti amore captum, libro primo Carminum, Vix alligatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra. Seruius explicans illum Virgilii locum.6.Aeneid. Flammisque armata Chimæra: Reuera (inquit) mons est Lyciæ, cuius hodie ardet cacumen,iuxta quod sunt leones: media autem pascua sunt:ima verò montis,serpentibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem fecit, vnde Chimæram dicitur occidisse. Hactenus Seruius.Plin.lib.2.cap.106.Flagrat,inquit,in Phaselide mons Chimæra,& quidem immortali diebus & noctibus flamma:Ignem eius accensi aqua,extingui verò terra, aut fœnum Gnidius Ctesias tradit. Cic.lib. 1.de Nat.deorum.149 Quid quòd earum rerum quæ nunquam omnino fuerant,neque esse poterant,vt Scyllæ,vt Chimæræ?
Ingens Chimæra.Virg.5.Aeneid.24.
Ingenti mole Chimæra.Virg.5.Aeneid.451.
Flammis armata Chimæra.Virg.6.Aeneid:58.
Flammam spirantes ore Chimæræ.Lucret.lib.2.141.
Tremendæ flamma Chimæræ.Horat.4.Carm.ode.2.4.
Aetnæos effans faucibus ignes Chimæra.Virg.7.Aeneid.157.
Igneæ spiritus Chimæræ.Horat.2.Carm.ode.17.3.
Chimærifera Lycia.Ouid.6.Metam.68.

CHIMAERII, Populi Asiæ Amazonibus proximi. Dicuntur etiam Chimærii,quicunque occupatas frigoribus incolunt terras.

Chimaſtrum, vestis hyberna ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, quod est hyemare.

Chimérinus, pen.corr. (χειμερινός,) non à Chimæra deducitur, sed Græca vox est. χειμερινὸς enim hybernus dicitur. Est autem hyemalis circulus cœli qui Capricornum contingit, in quo quum Sol est,breuissimi sunt dies.Martialis lib.9.13.de Eutino,
Si daret Autumnus mihi nomen, Oporinos esſem:
Horrida si Brumæ sydera,Chimerinos.

CHIONE,Chiones,pen.corr. (χιόνη,) Nobile scortum fuit, nomen habens à candore nius, quæ Græcè χιὼν dicitur: quum tamen fusca esset. Martialis lib.5.80.
Digna tuo cur sis,indignaque nomine,dicam
Frigida es,& nigra es:non es,& es Chione.

CHIOS, (χίος,) Insula est maris Mediterranei,ad oram Ioniæ cum oppido,posita inter Samum & Lesbum,ex aduerso maximè Erythrarũ, būlus Chiam,à Chione nymphaaliqui à niue: & Macrin,& Pityusam. Verba sunt Plinii. cap.31.lib.5. In hac reſplum Apollinis, vnde Chius Apollo, & Chii, in ea habitantes. Et promontorium Arusium, à quo Arusia vina.& penultimam correptam habet. Lucan.lib.8.59. Quas Asiæ cautes, & quas Chios asperat vndas. Sunt qui quadrigeminam Chium esse putant: vt prima sit Chios insula: secunda Cariæ vrbs sub monte Pelleo: tertia in Euboea: quarta in Cherroneso Rhodiorum iuxta Triopiam. Horat.1.Epist.11.5.
Romæ laudetur Samos,& Chios,& Rhodos absens.

Chius, (χίος,χιακός,) Adiect.priorẽ producit.Horat.2.Serm.saty.3.23.
Si positus intus Chii,veterisque Falerni
Mille cadis,&c.

Aristo Chius. Cic.de Senect.3. Omnem autem sermonem tribuimus non Tithono,ve Aristo Chius, ne parum esset authoritatis in fabula: sed M.Catoni seni,quo maiorem authoritatem haberet oratio.

Cadus Chius.Horat.3.Carm.ode.19.1.Tibul.lib.2.eleg.1.5.

Chiragra, huius chiragræ, pen.corr. (χειράγρα,) Dolor manuum ipsos articulos frigido & lento quodã humore afficiẽs. Plin.lib.24.cap.19.16.Item parotidi,podagræ,chiragræ,articulis,&c. Martial.lib.1.93.Sed nil patrono porrigit,hæc chiragra est.
Lapidosa chiragra.Persius Saty.5.6.
– sed quum lapidosa chiragra,
Fregerit articulos veteris ramalia fagi,
Tum eraſos transisse dies,lucemque palustrem,
Et sibi iam seri vitam ingemuere relictam.
Nodosa chiragra.Horat.1.Epist.7.
Contundit articulos chiragra.Horat.2.Serm.saty.7.31.
Scurra Volanerius,postquam illi iusta chiragra
Contudit articulos,&c.

CHIREMBOLON,(χειρέμβολον,) Vox Græca qua vtitur Vlpianus in L.prima§.Qui sunt igitur.ff.Nautæ,caupones,stabularii, Et sunt quidam qui in nauibus custodiæ gratia præponuntur, vt ναυφύλακες. Siquis igitur ex his receperit,puto in exercitorem dandam actionem: quia is qui eos huiusmodi officio præponit, committi eis permittit. quanquam ipse vel nauicularius,vel magister id faciat,quod Græci χειρέμβολον appellant. Significat autem, vt Alciato placet in Paregis, hæc vox manus immissionem. Hîc verò dici signum, quod magister in prora sedens dat, quum nautis imperat vt aliquid faciant, seu alì quem recipiant, vel non.

Chiridôta, penul.prod. (χειριδώτη,) Vestis dicitur quæ manicas habet longiores,& propè vsque ad digitos. Vnde Scipio Gallo homini delicato obiectat,q̃ cum chiridota tunica accubuerit.Has vestes Plautus vocat manuleatas.Vide Gellium li.7.c.12.

CHIROCRATES, penul.correp.Nomen architecti celebris, qui ab quibus Dinocrates dici solet. Plinius lib.34.

Chirógraphus, & chirógraphum,penult. corrept.(χειρόγραφον,) Est cautio manu alicuius subscripta,annulove obsignata,quam ipse inficiari nequit.Iuuenal.Saty.13.14.
Vana superuacui dicunt chirographa ligni.

Officina chirographorum.Vide OFFICINA.

Chirographi appellatione vtinos pro ipsis actionibus palã est,quũ vẽditis chirographis intelligam⁹ nomẽ vænisse. Hæc Iulian⁹ Iurisconsul⁹.

Commentarioli,chirographi,& libelli.Cice.1.Philipp.12. An commentariolis & chirographis & libellis se vno authore prolatis,ac ne prolatis quidem,sed, &c.

Cautio chirographi. Cice. Trebatio,lib.7.18.4.Itaque quum vestræ cautiones infirmæ sint Græculam tibi misi cautionem chirographi mei.

Exemplar chirographi.Planeus Ciceroni,lib.10.21.7.

Tributorum solutorũ chirographa Scæuola in L.Creditor.ff. de Action. empti,Cuius chirographa tributorum à debitore retrosolutorũ apud se deposita habebat.

Inane chirographum factum solutione. Vlpianus in L. Solutione .ff. Ad exhibendum,Solutione chirographo inani facto, & pignoribus liberatis nihilominus creditor vt instrumenta ad eum contractum pertinentia,tam ab alio,quàm à debitore exhibeantur,agere potest.

Ligni superuacui vana chirographa,Tabellæ lignææ manu propria scriptæ nihil vtilitatis afferentes.Iuuenal.Saty.13.14.

Communicere chirographo.Cice.2.Philipp.35.

Credere,& fidem habere chirographis.Planc.Ciceroni,lib.10.21.7.

Defendere chirographa.Cice.Cassio,lib.12.1.8.Cuius æra refigere debemus,eius etiam chirographa defendimus.

Deferre chirographa.Cice.de Claris Oratorib.151.Quinetiam memini quum in accusatione sua Q̃.Gallio crimini dedisset,sibi eum venenũ parauisse,idque à se esse deprehensum,seseque chirographa, testificationes,indicia,quæstiones,manifestam rem deferre diceret, &c.

In tabulis est chirographus.Quintil.lib.6.cap.3.69.

Chirographum imitari.Cice.3.de Natu.deorum 105. Id quoque L.Labienus fecit,quum chirographum sex primorum imitatus est. Suetonius in Tito, Per ludum, iocumque certantem imitari chirographa quæcunque vidisset.

Legare chirographum.Africanus in L.Seruum§.Eum qui.ff.de Legat.1. Eum qui chirographum legat,debitum legare,non solum tabulas, argumento est venditio.

Mittere chirographo suo literas.Plancus Ciceroni,lib.10.21.6. At Laterauensis vir sanctissimus suo chirographo mittit mihi literas,&c.

Pungere chirographo aliquem.Cice.Cælio,lib.2.12.8.Extrema pagella pupugit me tuo chirographo.

Venire chirographa.Africanus in L.Seruum§.Eum qui.ff. De legatis primo,Si chirographa væneunt,nomen siue corpus væniſſe videtur.

Vti chirographo & signo.Cice.Attico,lib.2.35.5.

Chirographarius,adiectiuum:vt Debitor chirographarius. Vlpianus in L.Si vt certo§.Idem denique.ff.Commodati,Si tibi codicem commodauero,& in eo chirographarium debitorem tuũ cauere feceris,&c.

Creditor chirographarius.Paulus in L. Bonis venditis .ff. de Priuileg.lit creditorum.Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur.Dicitur autem chirographarius creditor,ad differentiã hypothecarii creditoris.Vlpianus in L.1§.Sciendum est autem .ff. de Separationibus,Attamen,inquit,si hæreditaria fuerit, iure separationis hypothecario creditore potiorem esse eum qui separationem impetrauerit.etiam si chirohrapharius est,inquit Accursius in L. Inciuile.C.de Bonis authoritate iudicis possidendis,Inciuile est quod postulas vt vnus ex chirographariis creditoribus bona compellatur suscipere.Et L.sequente,ibidem.Est & chirographaria pecunia: & chirographarium debitum.L.Vnica.C. Etiam ob chirographariam pecuniam pignori teneri.Budæus.

CHIROGYLIVM, Insula Plinio lib.5.ca.31.5. Sed contra Chimærã

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dolichiste,Chirogylium,Crambusa, Rhoge, Enagora. De insulis ante Asiam.

Chiromantîa, pen.prod.(χειρομαντία,)Dicitur diuinatio,quę ex lineatum,quæ in manibus sunt,inspectione fieri solet.

Chiromantis,(χειρομάντις,) qui lineis manuum inspectis futura noscere se profitetur.

CHIRON, huius Chirônis, penul. prod. (χείρων,) Saturni & Phillyræ filius. Lactantius tamen dicit eum ex Pelopea conceptum. Dum enim, vt author est Seruius in 3. Georgic. 19. cum amica Phillyra Saturnus coiret, Ops vxor eius aduenit: cuius præsentiam veritus, se in equum cõuertit. exinde natus est Chirõ, dimidia parte homo, dimidia equus. Qui quum excreuisset,in syluas abiit,easq; coluit. Huic autem à Thetide Achilles puer commendatus,quem ipse,simul & Aesculapium nutriuit & docuit. Hic enim,vt author est Plinius lib.7. cap. 56. Herbarum vires atque medicamenta reperit. Postremò quum eum visitasset Hercules,casu factum est,vt vna sagittarum eius Lernæo veneno perlita,super pedem eius caderet. Attamen quum à parentibus fuisset genitus immortalis,vt Ocyroes vaticinium impleretur, quo prædixerat eum optaturum esse mortalem, graui vexatus morbo mori cupiens, orauit superos vt illi mori concederent. Quo concesso, ab eisdem in cælum translatus est,& in Zodiaco locatus, & Sagittarius appellatus. Ex Bocatio.

Geminus Chiron. Ouid.2.Metamorpho.127.
– sed natum flammis vtroque parentis
Eripuit,geminique tulit Chironis in antrum.

Phillyrides Chiron,Phillyræ ex Saturno filius,medicinæ inuentor. Virgil.3.Georgic.109.

Semifer Chiron. Stat.2.Syl.1.18.

Chironeon, vel chironion (vtrunque enim legitur apud Plinium) herba est, tertium genus panaces,vt vult Plinius lib. 25.cap.4.5. Tertium,inquit, panaces,chironeon cognominatur ab inuentore.folium eius lapatho simile,maius tamen & hirsutius. flos aureus,radix parua.nascitur in pinguibus locis.Ibidem,cap.6.5. Centaurea curatus dicitur Chiron quum Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pedem: quare aliqui chironion vocant.Vide Ruellium lib.3.cap.6.

Chironia, Genus vitis, quæ ampelos dicitur: à Chirone inuenta. Plinius lib.25.cap.4.7.

Chirónomus, penul.correp. (χειρονόμος,) Qui manibus gesticulatur,& ludit. Budæus,Chironomi sunt gesticulatores: & Chironomia,saltatio gesticulatrix: qualis est quam Morescam vocamus.Iuuenal.Saty.6.7.

Chironomon Ledam molli saltante Batillo,
Tuscia vesicæ non inperat. Leda autem chironomica erat saltatio. Alioqui Chironomia, lex gestus à Quintiliano dicitur in primo, Ab heroicis ipsa temporibus orta,& à summis Græciæ viris atque ab ipso etiam Socrate probata,à Platone quoquesn numero ciuilium polita virtutum,à Chrysippo in præceptis de Liberorum educatione compositis nõ omissa.Quam artem oratori necessariam esse idem latè in vndecimo docet.Hæc etiam palæstra vocatur:& qui eam docent,palæstrici dicti sunt.Ab his enim præceptoribus motus,gestusque formantur, vt recta sint brachia,ne indoctæ rusticæue manus,ne stat° indecorus,nequa in proferendis pedibus inscitia,ne caput oculique ab alia corporis parte dissideant.Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognito existimauerunt. Nostrate vulgus vno verbo continentiæ hæc omnia significat. Hæc Budæus propè ad verbum ex Quintiliani lib.1.cap. 11. Iuuenal. Saty.5.13. Saltantem spectas, & chironomonta volanti Cultello.

Chirótheca, chirothécæ.penu.prod.(χειροθήκη,) Manuum tegmen,quod & dactylotheeam Græci vocant.

Chirurgus, (χειρουργός,) Medicus vulnerarius,à manuum operatione ita vocatur. Martialis libro 1. 114. Chirurgus fuerat,nunc est vespillo Diaulus.

Chirurgia,(χειρουργία,) ipsa ars,quæ à Græcis chirurgice dicitur. Cicero ad Atticum lib.4.ep.14.Sed ego diæta curari incipio,chirurgiæ tædet.

Chlamys, chlamydis,pen. corr.(χλαμύς,) Propriè vestis militaris quæ & paludamẽtum dicitur,authore Nonio.Plaut. Milit.act.2.sc.19.Magis sapis, de tunica chlamyde & mucrone qui speres. Idem Cure.act.4.sc.11.Quæratis chlamydem & machæram hanc,vnde ad me peruenerit. Virg.8.Aeneid.115.
– ipse agmine Palas
In medio chlamyde & pictis conspectus in armis.

Similis chlamydi terra habitabilis, Macrobius, Vereres, inquit, omnem habitabilem terram extentæ chlamydi similem esse dixerunt. Hoc dicit significans similitudinem eius artẽtam esse Budæus.

Statua Scipionis cum chlamyde.Cic.pro C. Rab. Posth. 16 L. vero Scipionis, qui bellum in Asia gessit, Antiochúmque deuicit, non solum cum chlamyde,sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis.

Aurata chlamys.Virg.5.Aeneid. 50.

Crocea chlamys.Virg.11.Aeneid.155.
– tum croceam chlamydemque,sinúsque crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro.

Purpurea & variis coloribus intexta chlamys.Author ad Herennium,lib. 4.226.Vti citharœdus,quum prodierit optimè vestitus palla inaurata indutus ,cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta ,&c.

Color purpureus chlamydis.Ouid.14.Metam.79.

Phrygia, chlamys dicta q. Phrygiones acu pingendi periti sunt. in Phrygia enim (ait Seruius) ipsa inuenta est ars. Virg.3.Aeneid.97.
Fert picturatas auri subtegmine vestes
Et phrygiam Ascanio chlamydem.

Sidonia chlamys,Purpurea.Virg.4.Aeneid.28.

Spartana chlamys,Vestis militaris ex purpura Laconica tincta.Iuuenal. Satyra 8.10.

Chlamys circundata limbo Virg.4.Aeneid.28.

Collocare chlamydem vt aptè pendeat.Ouid.2.Metamorpho.147.

Diffibulare chlamydem.Id est fibulis suis soluere. Stat.6. Thebaid.114.
Et torto chlamydem diffibulat auro.Tortum aurum vocat fibulas.

Indutus chlamydem Tyriam.Ouid.5.Metamorpho.11.

It tergo demissa chlamys.Statius 1.Sylu.1.9.It,idest recedit ab humeris.

Sinuatam implere chlamydem re aliqua.Stat.10.Thebai.27. dé Somno.
– sinuatam frigore cæli
Implcuit chlamydem.Sinuatam,id est eo modo collectã vt sinũ faceret.

Texere chlamydes.Claud.epigram.20.1.
Ipsa manu chlamydes ostro texebat & auro.

Chlamys,inter puerilia vestimenta numeratur ab Vlpiano in L.Vestis.ff. de Auro & argento legatis,Puerilia sunt quæ ad nullum alium vsum pertinent,nisi ad puerilem:veluti togæ prætextæ,aliculæ,chlamydes, pallia quæ filiis nostris comparamus.

Chlamydatus,pen.prod.(χλαμυδωτός,) Adiectiuum,Chlamydem indutus. Plautus Pseud.Quis hic homo chlamydatus est? Cicc. pro Rab. Posth.16.Sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitrella sæpe videmus chlamydatum L.Syllam imperatorem.

Chlamydula,penul.correp. (χλαμύδιον,) Diminutiuum. Plaut. Tu sume chlamydulam.

Chlorion, Genus auis,de qua sic Plinius lib.10.cap.29. 10. Chlorion quoque qui totus est luteus,hyeme non visus,circa solstitia procedit.

CHLORIS,(χλώρις,) Filia Amphionis,Nelei vxor,cui peperit Nestorem & alios filiosvt in Odyssea testatur Homerus. Altera ab Ouidio dea florum pouitur quæ quum nympha esset non ignobilis, & Zephyro nuberet,quasi dotis loco id muneris à marito accepit, vt floru oim potestatem haberet.vnde inquit ipsa apud Ouidium lib. 5.Fastorum.
Chloris eram,quæ Flora vocor,corrupta Latino
Nomnis est nostri litera Græca sono.

Chlorites, penul.prod.Gemma herbacei coloris,quam dicunt magi inueniri in scyllæ auis ventre.Plin.li.37.ca.10.16.

Choa, (χόα,) Nomen mensuræ est:eadem dicitur & Chus. Vide suo loco.

Choa in triclinio.Quintil.lib.8.cap.6.de Aenigmate loquens,dicit,Aenigma meo quidem iudicio,est vitium: quo tamen oratores nonnunquam vtuntur:vt Cæcilius,Quadratariam Clytemnestram: & in triclinio Choam:& in cubiculo Nolam. Quas quidem allegorias intellectu sanè quàm difficiles tribus diuersis locis pro viribus explicans Ludouicus Cælius libro.29.capit.1. de Choa sic dicit,Aenigma in bibacem concinnatum arbitramur cuius in hauriendo auiditas vel spiritu vno choam persiccaret.De hac re fusius Quintiliani interpres ibidem.

Choaspites, penu.prod.Gemma.Plinius lib.37.ca.10.17.Choaspites à flumine dicta est viridis,fulgoris aurei.

CHOATRAE,(χοάτραι,) Inter gentes quæ circa Mæotim habitant, Plinio numerantur,cap.7.lib.6.

Diri magico terrore Choatræ.Valer.lib.6.Argonaut.30.

Choenicion, Græcè,Modiolus est Latinè, & ferramentum medicinale est.Celsus lib.8.ca.3. Exciditur verò os duobus modis. Si paruulum est,modiolo,quem χοινίκιον Græci vocant:si spatiosum, terebris.

Choenix, chœnícis,penul.prod.f.g.(χοῖνιξ,) Demensum & cibus diurnus.eo pacto Laertius & Suidas interpretãtur. Por tò seruis olim cibus diurnus chœnice distribuebatur, vt illi vicissim operis pensum persoluerent.

Chœnix,vt videri potest apud Budæum de Asse, Semodius erat.modius autem Romanus non dispar erat ei mensuræ quam Bœotium nostrates vocant.

Chœnici ne insideas, Pythagoricum est symbolum, quo significatur non oportere per inertiam,otium & cibũ alienum sectari, sed sua quenque industria sibi parare facultates, quibus mundi tiem vitæ sustineat.Parasitreum enim ac fœdum aliena viuere quadra, nec vllam artem calleat.Chœnici autem ex Chiliadibus Erasmi.

Cholera,

Chòlera, choleræ,pen.corr. (χόλερα,) Cõmune stomachi atq; intestinorũ vitium & morbus videri potest. nam simul & dejectio & vomitus est,præterq; hæc inflatio est:intestina torquenturibi his suprà infraq; erumpit: primùm aquæ similis, deinde vt in ea recens caro lota esse videatur,interdum alba,nonnunquam nigra & varia.Ergo eo nomine morbum hunc χόλερον Græci nominarunt.Præter ea vetò quæ suprà comprehensa sunt, sæpe etiam crura, manusque contrahuntur,vrget sitis, anima deficit: quibus concurrentibus, non mirum est si subitò quis moritur.Hæc Celsus lib.4.cap.11.

Morbus acutus cholera. Celsus lib.2.cap.13. Sed si acutus morbus est,sicut in cholera,si febris est,vt inter horrores, alperioribus medicamentis opus non est.Idem lib.3.11.Sed si post suppressam choleram febricula manet, alium duci necessarium est:tum cibis vinóque vtendum est:sed & hic quidem morbus & acutus est, & inter intestina, stomachumque versatur.

Laborare cholera.Celsus lib.2.ca.13. At vomitus,vt in secũda quoq; valetudine &c. oibus qui cholera laborant,oibus etiã cum quadã hilaritate insanientibus,& comitiali quoq; morbo oppressis,necessarius est.

Sedare choleram clysteribus.Plin.lib.31.cap.6.10. Tormina quoque & choleram calida infusa clysteribus sedat.

Cholèricus,pen.corr. (χολερικός,) Adiectiuum, qui cholera affectus est. Plin.lib.20.cap.14.3. Mentastrũ torminibus,cholericis efficacissimũ.

Choliambus, (χωλίαμβος,) Versus claudicans,aliàs Scazon.

Choma, chómatis, pen.corr.n.g. (χῶμα,) Budæus, Chomata, sunt aggeres,qui terra aggesta facti sunt: quibusque Nili aqua coercetur. Vlpianus.ff.de Extraordinariis criminibus.L. Sacculatii, In Aegypto qui chomata rumpit.

Choragium,Choragus,Choraula, Vide CHORVS.

Choralistria,Choraules, Vide CHORVS.

Chorda, huius chordæ, (χορδή,) alio vocabulo dicitur fides fidis. Cic.3.de Orat.119.Nã voces vt chordæ sunt intẽtæ,quæ ad quęq; tactum respondeant,acuta,grauis,cita,tarda,magna,parua.

Querelæ dulces chordarum.Lucret.lib.4.118.

Sonã chordarum.Lucret.lib.4.111.

Magicæ chordæ.Iuuenal.Saty.15.1. Loquitur ibi de chordis quæ magica arte pulsari credebantur in sepulchro Memnonis, quod in Thebis Aegypti vrbe conspicuum erat.

Querulæ chordæ.Ouid.2.Amorum,eleg.4.6.
Hæc querulas habili prætentat pollice chordas.

Tinnulæ chordæ.Seneca Troad.9.4.

Experiri chordas, Id est tentare sonum chordarum. Statius.1.Achil.38. de Chirone,
Elicit extremo chelyn,& solantia curas
Fila mouet:leuiterque expertas pollice chordas
Dat puero. Id est, Posteaquam Chiron chordas iusto tonorum diastemate disposuisset,feriendas tradidit Achilli.

Impulsæ chordæ.Ouid.10.Metam.29.

Prætentare chordas, Est chordarum consonantiam explorare leui quodam prooemio,priusquam carmen subiicias.Ouid.5.Metam.68.
Surgit,& immensos edera collecta capillos,
Calliope querulas prætentat pollice chordas.

Atque hæc percussis subiungit carmina nernis.

Alio loco tentare vocat eadem ratione,lib.10.Metam.29.
Vt satis impulsas tentauit pollice chordas,
Et sensit varios,quanuis diuersa sonarent,
Concordare modos,hoc vocem carmine mouit.

Oberrare eadem chorda.Horat.in Arte.72.
Vt scriptor si peccat idem librarius vsque,
Quanuis est monitus,venia careti& citharœdus
Ridetur,chorda qui semper oberrat eadem. Accipitur loco prouerbii, pro rem eandem identidem repetere. cui conuenit Terentianum illud,Cantilenam eandem canere. Vide prouerbia Erasmi.

Sonum chorda reddit.Horat.in Arte.71.
Nam neque chorda sonum reddit,quem vult manus & mens,
Poscentique grauem persæpe remittit acutum.

Verba socianda chordis, Id est cantanda ad sonum citharæ. Horatius.4. Carm.9.1.
Non antè vulgatas per artes
Verba loquor socianda chordis. Id est primus ego lyricum carmen compono,de Latinis intelligit.

Tangere chordas,pro Pulsare chordas. Ouid.1.de Remedio amorũ.68.
Non didicit chordas tangere,et poice lyram.

Chordapson, (χορδάψων,) Morbus tenuioris intestini, quem tumores Iliacum nominant.Celsus lib.4.cap.13. Diocles Carystius tenuioris intestini morbum χορδάψων, plenioris δὲ μᾶλλον nominaut.

Chordi, (χόρδωνι,) agni qui dicantur, declarat Varro lib.2.de Re rust.cap.1.19.his verbis,Dicunt agni chordi qui post tempus nascuntur,& remanserunt in voluis intimis:vocant χόρδωνας à quo chordi appellati.

Chorda,n.g.Varr.2.de Re rust.cap.1.19.Quæ nata sunt matura,& chorda,vt purè & molliter stent videndum & ne obterantur.

Choreae,Chorearum, Vide CHORVS.

Choreus, (χορεῖος,)Pes est duabus syllabis constans, prima lõga, breui alteraqui & trocheus, & chori° dicitur. Cicero in Orat.123.Dichoreus est,quum duo extremi chorei sunt, id est è singulis longis & breuibus.Ibidem 112. Trochæum autem qui est eodẽ spatio quo choreus,cordacem appellat:quia contractio & breuitas dignitatem non habeat.

Choriambus, (χοριάμβος,) Pes ex prima & vltima productis, duabus mediis breuibus:vt filiolis. Dictus choriambus, quòd iambicam definentiam habeat,& in choris apud veteres celebratissimus fuerit.

CHORINEVS, pen.prod.Peritus iaculator apud Virgilium lib.9.
Aemathiona Liger,Chorineum sternit Asylas:
Hic iaculo bonus,hic longè fallente sagitta.

Chorobates, chorobate,pen.corr. (χοροβάτης,) Organum libradis aquis accommodatum. Vitruuius,lib.8. cap.6.Libratur autem dioptris aut libris aquariis, aut chorobate, sed diligentius efficitur per chorobatem,quòd dioptræ librarique fallunt. Chorobates autem est regula longa circiter pedum viginti. ea habet ancones in capitibus extremis æquali modo perfectos, inque regulæ capitibus ad normam coagmentatos:& inter regulã & ancones,à cardinibus compacta transuersaria,quæ habet lineas ad perpendiculum rectè descriptas,pendentiaque ex regula perpendicula in singulis partibus singula. Hactenus Vitruuius.

Chorocitharistae, Vide CHORVS.

Chorodidascalus, Vide CHORVS.

CHOROEBVS,(χοροιβός,) Atheniensis,qui figlinam primus inuenit. Author Plinius,lib.7.cap.56. Fuit & adolescens apud Virgilium.2. Aeneid.Iuuenisque choræbus.

Chorographus, pen.prod. (χωρογράφος,) Locorum descriptor.Vitruuius,lib.8.cap.2.Hęc autem possunt esse capita fluminum:quæ orbe terrarũ chorographus picta, itéq; scripta plurima,maximaq; inueniuntur egressa ab Septentrione.

Chorostates, Vide CHORVS.

Chorus, (χορός,)Propriè cõuentus & veluti corona eorum qui ad ludos conueniunt,siue saltantium,siue canentium.nã multorum vocibus & concentu constat,vt Seneca & Macrobius tradunt. Virg.6.Aeneid.Illa chorum simulans,Euantes orgia circum Ducebat Phrygias.Vbi Seruius,Chorum ait multitudinem in sacra collectam. Idem.1.Georg.Omnis quam chorus,& socii comitantur ouantes.Vbi Seruius, Chorus,propriè est cœuorum cantus atque saltatio. Cic.3. Offic.158.Potest igitur quicquam vtile esse,quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Suetonius in Caligula,ca.37.Fabricauit & de cedris liburnicas,&c.quibus discũbens de die inter choros ac symphonias littora Campaniæ peragraret.Colum.lib.12.ca.2.3. Nã vbi chorus canentiũ non ad certos modos,neq; numeris præeuntis magistri consentit,dissonũ quiddã,ac tumultuolum audientibus canere videtur.Vulgò Capellam vel copulam vocant.Budæus.

Senior Glauci chorus,Id est dii marini.Glaucus piscator fuit: qui quum captos pisces supra herbam abiecisset,& eos recepisse vidisset quam amiserant vitam:intellecta herbarum potentia decerptam herbã gustauit,& se præcipitauit in maria,& in deum marinum cõmutatus est. Cuius chorum,senem Virgil.5.Aeneid.164.ideo dixit, aut q. ipse etiã senex fuerat,aut quòd senes penè omnes dii finguntur marini, fortasis propter spumarum colorem.Hæc Seruius.

Iuuentutis choro stipari.Cic.pro Murena.46. Catilinam inter ea alacrẽ atque lætum,stipatum choro iuuenturis,vallatum iudicibus atque sicariis,inflatum cum spe militum,&c.

Philosophorum è choro aliquem tollere.Cic.1.de Finib.40.Tu quidem inquit,totũ Epicurum penè è philosophorum choro sustulisti.

Phœbi chorus,per antonomasiam,Musæ dicuntur.Virgil.6.eclog.14.

Scriptorũ chorus oís amat nemus,& fugit vrbes. Horat.2.Epist.2.16.

Virtutum chorus.Cic.3.Offic.158.

Amicus chorus.Horat.3.Carm.ode.4.5.ad Musas loquens,
Vestris amicum fontibus & choris
Non me Philippis versa acies retrò,
Deuora non extinxit arbor,
Nec Sicula Palinurus vnda.

Aequalis chorus,Aequalium chorus.Virgil.4.Georg.92.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canorus.Iuuenal.Saty.11.17.
Chori circulares dicuntur, qui in orbem saltantes canunt, qui restim ducere dicuntur.huiusmodi choros scenicos fuisse apparet ex Luciano. Budæus.
Fœminei chori.Ouid.3.Fast.153.
Fœmineos thyrso concitat ille choros.
Ingi chori,per antonomasiam vocãtur Galli Cybeles sacerdotes. Vir.9. Aeneid.23.
Chori Nympharum cum Satyris chori.Horat.1.Carm.ode 1.6.
Plaudens chorus.Stat.1.Sylu.2.51.
Plebeius chorus.Ouid.5.Fast.71,
Vult sua plebeio sacra patere choro.
Sacer chorus.Ouid.2.Fast.32.
Inter Hamadryadas, iaculatricémque Dianam,
Calisto sacri pars fuit vna chori.
Semiuiri chori,Dicuntur Galli sacrifici Cybeles,qui omnes sunt castrati.Silius lib.17.4.
Semiuirique chori,gemino qui Dindyma monte Casta colunt.
Virgineus chorus.Ouid.2.de Arte,34.
Votiui chori,Chorus seu numerus illorum qui vota faciunt.
Stat.4.Theb.421. —templa Votiuis implenda choris.
Agitare choros.Virg.4.Georg.107.
Celebrare choros.Senec.Here.Oeth.5.3.
Ducere choros.Horat.4.Carm.ode 7.1,
Gratia cum Nymphis,geminisque sororibus audet
Ducere nuda choros.
Exercere choros.Virg.1.Aeneid.101,
Qualis in Eurotæ ripis,aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros.
Pedem ferre chori,prò Saltare apud Horatium 2.Carm.ode 12.4,
Quam nec ferre pedem dedecuit chori.
Nec certare ioco,nec dare brachia, &c. Potest exponi etiam pro Accedere ad choreas vel choros.
Indicere choros Bacchi.Virg.11.Aeneid.148,Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi.
Inserere aliquem choro alicui.Horat.2.Carm.ode 5.6,
Quem si puellarum insereres choro,
Mixtè fugaces falleret hospites.
Instaurare choros.Virg.4.Aeneid.19.
Lasciuit chorus,Petulanter salit.Senec.Agam.613.
Ludere in speciem chori.Ouid.3.Metam.137.
Vndique dant saltus,multique aspergine rorant,
Emergúntque iterum,redeúntque sub æquora cursus,
Inque chori ludunt speciem.Id est choreas natando imitantur.
De Delphinis loquitur.
Ostentare choros.Stat.2.Achill.30,
Nec minus egressæ thalamis Scyriades ibant
Ostentare choros,promissaque sacra verendis Hospitibus.
Ponere aliquem inter choros quorundam.Horat.4.Carm.ode 3.3,
–Romæ principis vrbium
Dignatur suboles inter amabiles
Vatum ponere me choros.
Chorus,aliter.Cic.Attico lib.14.305.2,Ego, vt postulas, Baiana negotia,chortimque illum, de quo scire vis, quum perspexero,tum scribam,nequid ignores.
Vænit chorus.Africanus in L.Quum eiusdem.ff.de Aedilitio edicto, Quum eiusdem generis plures res simul væneant:veluti comœdi,vel chorus:referre ait,in vniuersos, an in singulos pretium constituatur: vt scilicet interdum vna, interdum plures venditiones contractæ intelligantur.
Chori,pro Aciebus.Virg.5.Aeneid.115.
Olli discurrêre parestatque agmina terni
Diductis soluêre choris.Seruius.
Choragium, (χορήγιον,) Scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatur: cuius præfectus dicitur Choragus. Hæc Festus. Vitruuius lib.5,Post scenam porticus sunt constituendæ, vt quum imbres repentini ludos interpellauerint,habeat populus quò se recipiat ex theatro,choragiáque laxamentum habeant ad comparandum. Choragia,pro instrumento lodorum posuit,simul & pro ipsis choragis:vt sit Choragium locus vnde omnia prominuntur ad ludos necessaria. Ex Budæo. Plin.lib.36.cap.15.15,Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cæteróque choragio fuit. Valerius Max.libro.1.cap.1.
Fragile choragium.Author ad Herennium,lib.4.131,Aut aliquid fragile fallæ choragium gloriæ comparetur.
Chorãgus,pen.prod. (χορηγός,) Ad verbum est dux chori, & suppeditator instrumenti ludieri,& expensarum,inquit Budæus.Plaut.Persa, 4.77,Sed πάντα ornamenta! T.abs chorago sumito.Suetonius in Augusto,cap.70,de cœna Augusti.

Quum primum istorum conduxit mensa choragum,
Sexque deos vidit Mallia,sexque deas,&c.
Choraula,vel choraules,huius choraulæ, vel choraulis, (χοραύλης,) Qui in choro tibia canit.Mart.lib.11.69, Non sit quum citharœdus aut choraules.Plin.lib.37.cap.1.5,Præterquam limeniam choraulę, multis fulgentibúsque vti solitum.Martial.lib.5.57,Fac discat citharœdos aut choraulas. Iuuen.Saty.6.8,
Accipis vxorem,de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater,Ambrosiúsque choraules.
Choralistria (χορεμλίστρια,) Phyllis,Amica Propertii, ab eo sic dicta, ob saltandi in choris,siue canendi peritiam.Propertius lib.4.eleg.9.3,Nile tuus tibicen erat choralistria Phyllis.
Chorea,huius choreæ, (χορεία,) Vsurpatur pro ipsa saltatione. Virg.5. Aeneid. Pars pedibus plaudunt choreas,& carmina dicunt.
Aptus choreis,& iocis.Horat.2.Carm.ode 19.5.
Cantatrices choreæ.Claud.de bello Gildon.90.
Duras choreas rusticorum & plebis, vocat Ouidius, vt opinor, quòd à ciuilitate morum alieni,motus quosdam & saltus impotentes exercẽt, magnóque impetu terram feriunt,illum nimirum vicille existimantes qui quammaximum puluerem excitarit.Ouid.3.Fast.108,
Et ducunt posito duras cratere choreas,
Culeique diffusis saltat amica comis.
Festæ choreæ.Ouid.8.Metam.117.
Nocturnæ choreæ.Propert.lib.3.eleg.10.5.
Pernix chorea.Lucret.lib.2.128.
Quum pueri circum puerum pernice chorea
Armati in numerum staterent.
Ducere choreas. Ouid.8.Metam.117.
Choreis indulgere.Vide INDVLGERO.
Plaudere pedibus choreas.Virg.Aeneid.6.119,
Choreutes, (χορευτής,) Quilibet ex choro vocatur.Budæus.
Chorocitharistæ, (χοροκιθαρίστοι,) Qui in choro citharizãt:sicut psallocitharistæ,qui psallunt:id est canunt ad citharam.Suetonius in Domitiano,Certabatur etiam & prosa oratione,Græci Latinéque:ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & psallocitharistæ.
Chorodidascalus,Magister est chori,Platoni & Aristoteli.Budæus.
Choropstates,Præceptor est chori,& vt Columella ait lib.12.cap.2.3.præsens magister.Budæus.
Chors, chortis,f.ge. (ἕρκος,)Villarum intra macerium spatium, authore Nonio.Varro.1.de Re rust.cap.13,Chortes in fundo magno duæ aptiorestriua vt interius compluuium habeat lacum, vbi aqua saliat. Et paulo pòst,Chors exterior crebrò operita stramentis ac palea, occulcata pedibus pecudum, fit mmistra fundo, ex ea quod coehatur.In emendatis ex vetusto exemplari codicibus legitur vbique cohors.
Dicitur & cohors.Oui.4.Fast.141. Abstulerat multas illa cohortis aues.
De vulpe loquitur.
Chortalis,& hoc chortale,pen.prod. (ἑρκεῖος,) vt Gallina chortalis, in chorte nutrita.Colum.in præfatione, Et vt à pecoribus recedam, quorum in parte auium chortalium & apium cura posita est.
CHOSROES, Persarum rex, maximo in honore habitus, non apud Persas modò,sed etiam Romanis ipsis:vt qui literarum studiosissimus fuerit,& ad summum Græcæ philosophiæ peruenerit, Græcorum libris vsus à quodam in linguam Persicam cõuersis.Atque adeò dicitur Aristotelem ipsum magis imbibisse, exactiúsque tenuisse, quàm Demosthenes Thucydidem. Platonis etiam scriptis animum expleuit atque excoluit.Huius vitam & studia pluribus persequitur Suidas.
CHREMES, (χρέμης,) nomen senis apud Terentium.
Auarus Chremes.Horat.epod.1.7.
Iratus Chremes. Horat.in Arte, 20.
Iratúsque Chremes tumido delitigat ore.
Chremeta,Accusatiuus.Horat.1.Serm.saty.10.8,
Arguta meretrice potes,Dauoque Chremeta
Eludente senem,comis garrire libellos
Vnus viuorum Fundani.
Chreston, cichorium herba ab aliquibus vocatur.Plinius lib.10. cap.8.5,Quod quidem propter singularem salubritatem aliqui creston appellant,alii pancratium. De cichorio.
CHRESTVS Byzantius inter sophistas extitit, auditor Herodis Attici,Hadriani tempore, qui vino quamquam deditus,cæteris in rebus continenter vixit,ac in primis vigilanter. Nam quum ad gallicãtum sæpe bibere solitus esset,non prius tamen somno se, quàm studio dabat.Author Philostratus.Meminit & Columella.
Chria, (χρεία,)est dictum breue,conciunum,& opportunum, ad authorem relatum,hoc est,cum authoris allegatione. Isocrates exdiscipulis ingenio præstantes,deorum filios esse prædicabat.Dioge ne authoris allegatione.Graue quidem est,paupertate premi, grauius autem

autem ditari non bene.Cuiusmodi sunt principes,& subditi ferè tales esse solent.Sententiæ sunt.
CHRYSES, Sacerdos,&c. Pater fuit Antimones), siue Astymones.Vide ASTYMONE.
Chrisis, Latinè vnctio dicitur.vnde CHRISTVS, vnctus.
CHRISTODORVS, pen.prod.è Copto Aegypti vrbe poeta Anastasii Cæsaris tempore,scripsit Isaurica, vbi describit Isauricam ab Anastasio captam. Fuit alter Thebanus scriptor haud ignobilis qui de Cosmo & Damiano scripsit.Author vtrulque Suidas.
Chromáticus, pen. corr. Qui nulla verecundia colorem mutat.ad verbum,coloratus dici potest.
Chrombus, Genus piscis.Plin.lib.32.cap.11.4.
Chromis, Piscis nidificans in aquis, authore Plinio lib.32.capit. 11.11.
CHROMIS, (χρόμις,) Herculis filius, vt Lactantius testatur, dicens, Constat Chromin Herculis fuisse filium, & equos habuisse Thraces, quos Hercules occilo Diomede abduxerat humanis carnibus vescí consueros. Huius meminit & Statius dum ait, Et Chromis Hippodamusque alter fatus Hercule magno. Et paulo infrà,
Mox Chromis Hippodamum metæ interioris ad orbem
Viribus Herculeis & toto robore patris, &c. Est & puer Satyrus apud Virgilium ecloga sexta.
CHROMIVS, Vir Argiuus,cuius meminit Herodotus lib.1.
CHRONIA, pro Cronia,Saturni festa,corruptè legitur. Vide suo loco.
Chronisare, (κρονίζειν,)Lucret.lib.2.65.Et satiati agni ludit, blandéque chronisant. Sunt qui conisant legũt. Vide suo loco.
Chronos, (χρόνος,) Latinè tempus dicitur.Cic.2.de Natura deorum.92. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conuersionem spatiorum ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet. χρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est spatium temporis.
Chronica,chronicorum, (χρονικά,) Dicuntur ea quæ de temporibus scribuntur.Plin.lib.35.cap.9.1. Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet,chronicorum errore non dubio.
Chronicus,pen.corr. (χρονικός,) Adiectiuum. vt Chronici libri. Gellius lib.17.cap.21.Excerpebamus ex libris,qui chronici appellantur,quibus temporibus floruissent Græci simul atque Romani viri.
CHRYSA, Ciuitas Phrygiæ.Est & insula Indiæ,quam aureã solum habere proditum est, & in qua Apollinis Smynthei delubrũ fuit. Author Strabo lib.13.& Plin.li.5.ca.30.Est & Chrysa,fluuius agri Syracusani.
Chrysalis, Vermis, qui ab Aristotele xylotrophos vocatur. Sipontinus.
CHRYSAOR, Neptuni filius,quem ex capite Medusę,vt & Pegasum, natum scribit Hesiodus in Theogonia.
CHRYSAS, Fluuius est Ciceroni.6.Verr.86.Chrysas,inquit,est amnis, qui per Assorinorum agros fluit:is apud illos habetur deus & religione maxima colitur. Fanum eius est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Etnam. in eo Chrysæ est simulachrum præclarè factum è marmore. Et paulo pòst, Neque quicquam ex fano Chrysæ,præter vnum perparuulum signum ex ære desyderatum est.
CHRYSE, (χρύση,) Insula est extra ostia Indi, de qua Plinius sic scribit lib.6.ca.21.Extra ostiũ Indi(inquit)Chryse,& Argyræ,fertiles metallis,vt credo.Nam quod aliqui tradidere,aureum,argenteumque ita solum esse,haud facile crediderim.
Chryse,vrbs est Apollinis propè Lemnum.Ouid.13.Metam.35.
–me credite Lesbon,
Me Tenedon,Chrysenque,& Cillan Apollinis vrbes,
Et Syron cepisse. Verba sunt Vlyssis.
Chryséndeta, (χρυσίνδητα,) Adiectiuum,pen.corr.dici possunt auro ligata.Martial.lib.14.102.
Grandia ne viola paruo chrysendeta mulso:
Vt minimùm libras debet habere duas. Idem lib.6.94.
Ponuntur semper chrysendeta Calpetiano,
Sine foris,seu quum cœnat in vrbe domi. Idem lib.11.30.
Accipe vina,domum,pueros,chrysendeta,mensas.
CHRYSES, (χρύσης,) Sacerdos Apollinis apud Homerũ lib.1.Iliad. Pater fuit Antinomes,à quo etiam Chryseis dicta est, de hac & Briseide apud Homerum,lib.1.Iliad.
CHRYSIPPVS, (χρύσιππος,) Philosophus Asianus, Stoicorum cum Zenone princeps.Hic Zenonis discipulus fuit,acutus sanè,vt qui multis præceptoribus repugnauerit.statuam habuit Athenis in Ceramico positam.In dialectica clarissimus fuit:ita, vt nõ illepidè dicerent quidam: Si apud deos dialectica haberetur, non temerè alia esset, quàm quæ à Chrysippo inuenta fuit. Scripsit librorum volumina supra quinquæ & septuaginta. Ferunt Carneadem philosophum Cyreneum,perlectis Chrysippi libris,ita dixisse, Nisi Chrysippus esset,ego nõ essem.

Apollonidæ filium fuisse,Solensem vel Tharsensem philosophum,discipulum Cleanthis,Stoicæ scholæ principem post Cleanthem. Horat.2.Serm.sat.3 9.
Quem mala stultitia,& quencunque insciția veri
Cæcum agit,insanum Chrysippi porticus & grex Autumat.
Chrysippus fulcire putatur porticum Stoicorum.Cic.4. Acad.134,Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?
Cædi discipulos non improbat Chrysippus.Quintil.lib.1.cap.3.8.
Sapientes nutrices optabat Chrysippus.Quintil.lib.1.cap.1.3.
Nullum tempus vacare cura voluit Chrysippus. Quinti.lib.1.cap.1.12. De tempore instituendorum puerorum intelligit.
Chrysites, pen.prod. Gemma ostreæ Atticæ assimulata. Plinius lib.37.cap.10.37.
Chrisitis, huius chrysitis, pen.prod.Auri spuma. Plin.lib.33.cap. 6.10. Est & herba. Vide CHRYSOCOME.
Chrysoberyllus, Gemma.Plin.lib.37.cap.5.14,Probatissimi sunt ex iis qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi qui vocantur chrysoberylli, & sunt paulo pallidiores,sed in aureum colorem exeunte fulgore.
CHRYSOCERAS,pen.corr.Thraciæ promontorium est ad Byzantium liberæ conditionis oppidum.Ex cap.11.lib.4.Plinii.
Chrysocolla, (χρυσοκόλλα.) quasi auri glutinum, Humor est (vt ait Plinius lib.33.capit.5.) in auraris puteis per venam auri defluens,crassescente limo rigoribus hybernis vsque in duritiam pumicis.Laudatiorem eandem in æraris metallis,& proximam in argentariis fieri compertum est.Inuenitur & in plumbariis, vllior etiam auraria.Ibidem plura.Vulgo appellatur Borace.
Chrysocolla duplex est:fossilitia,& factitia.Est autem auri glutinum.Vulgò Boracem appellant aurifices. Plin.lib.33.cap.5.7.Chrysocollam & aurifices sibi vendicant agglutinando auro, & inde omnes appellam tam similiter vtentes dicunt.
Chrysocome, chrysócomes,pen.corr.Herba,de qua sic Plinius lib.21.cap.8.5.Chrysocome,siue chrysitis,nõ habet Latinam appellationem.Palmi altitudine est, comantibus fulgore auricorymbis, rádice nigra,ex austero dulci in petrosis opacísque nascens.Ruellius lib.3.cap.101, Proximè ad eam accedit quam herbarii nostri Pulegium montanum vocitant.
CHRYSOGONVS,pen.corr.Sylle libertus, sector Roscii Amerini, vt est apud Ciceronẽ in oratione pro Roscio Amerino.Fuit & Chrysogonus martyr,nobili genere ortus Romæ, qui quando nec Consulatus,nec vllius honoris pollicitatione per Diocletianum à fide auerti potuit,iugulatus est ad scalas Gemonias.Volaterranus.
Chrysolampis, Gemma in Aethiopia nascens,quæ pallidi est coloris die,noctu ignei.Plin.lib.37.cap.10.17.
Chrysolectrum, Gemma in colore electri decimàs, cui matutinus aspectus iucundior. Plin.li.37.ca.9.9.
Chrysolithus, pen.corr. (χρυσόλιθος.) Iaspidis genus, de quo Plinius lib.37.cap.9.29.Hyacinthos Aethiopia mittit & chrysolithos aureo colore translucentes. Ouid.2. Metam.22,de curru Solis,
Aureus axis erat,temo aureus,aurea summæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo,
Per iuga chrysolithi,positæque ex ordine gemmæ.
Chrysomallon, (χρυσομάλλον,) Græci appellant arietem illum,qui,vt est in fabulis,lanam aureã habuit.
Chrysomêla, penult.prod. (χρυσομῆλα.) Poma aurea,quæ Armeniaca alio nomine dicuntur.Colum. lib.5.capite.19.3.
Chrysoplysium, est auri lauandi officina.Huius est id artificium,vt vi aquæ medicatæ quam chrysulcã appellant, quantulancunque auri partem argento aut cuiuis metallo illitam aut confusam,nullo dispendio abstrahat,ita vt inauratur is nihil iam depereat,nisi quod vsu interreritur.Chrysoplytes autè est qui huiusmodi artificium exercet. Budæus in libro de Asse.
Chryson, Piscis genus,apud solum Ouidium lectum, teste Plinio lib.32.cap.11.10.Fortassis is est,quem auratam Roma ni nunc appellant.
CHRYSOPOLIS,penul.corr.Bithyniæ vrbs apud Plinium lib.5.capite vltimo.
Chrysoprasus, penult.correpta, Ex auro & porraceo colore significat.Fortassis is est qui vulgò chrysolithos dicitur.Budæus.
CHRYSORRHOAS,Syriæ fluuius est in Decapolitana regione Damascum vrbem præterfluens. Author Plinius lib.5.cap.18. Chrysorrhoas etiam dictus est Pactolus, propter aureas arenas, vt author est idem Plinius lib.5.cap.29.
CHRYSOSTOMVS, pen.corr.(χρυσόστομος,) Vir sanctus, ita dictus propter eximiam doctrinam:quasi os aureum haberet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRYSOTHEMIS, Filia Agamemnonis, vt scribit Homerus libro nono Iliados.

CHRYXVS, Dux Boiorũ fuit, nepos Brenni, quo duce olim Galli Romam ceperunt. Hunc describit Silius lib. 4. 30.

Boiorum ante alias Chryxo duce mobilis ala
Arietat in primos, obiectúque ummania membra,
Ipse tumens, ataui Brenni se stirpe ferebat
Chryxus, & in titulos Capitolia Capta trahebat.
Tarpeioque iugo demens, & vertice sacro
Pensantes aurum Celtas vmbone ferebat.

Chus, siue choa, (χοῦς,) Genus mensuræ humidorum apud Atticos Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, siue cotylas Atticas duodecim. Budæus.

Chus, siue choa ἀπὸ τοῦ χέειν, quod est fundere: Vasis genus quo aqua hausta fundebatur.

Chutra, (χύτρα,) Idem significat quod chytra, y in u conuerso. Cato cap. 157. 10. Vbi in chutra feruefeceris id lotium, sub sellam supponito pertusam.

Chytra, & chytron, (χύτρα,) Latinè olla dicitur. Inde chytrapus, pen. corr. chytrapodis, pen. corr. Instrumentum ferreũ supra quod chytra apud ignem collocatur, vt in ea cibi coquantur.

C I

Cibale, Cibarium, Cibo, Vide CIBVS.

Ciboria, (κιβώρια,) Folia dicuntur colocasiæ. Horat. 2. Carm. 7. 5. pocula quædam ciboria vocat, Obliuioso læuia Massico
Ciboria exple. Quo loco Porphyrio pocula fuisse dicit in foliorum illorum similitudinem facta. Sed latius erit Plinii nos opinionem sequi, apud quem lib. 21. cap. 15. hæc verba leguntur, In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc & Nilo metunt, caute quum coctus est araneoso in mandendo, thyrso autem qui inter folia emicat spectabili, foliis latissimis, etiam si arboreis comparentur ad similitudinem eorum, quæ personata in nostris amnibus vocamus. Adeoque Nili sui dotibus gaudent, vt implexis colocasiæ foliis in varia ni speciem vasorum, potare gratissimum habeant. Secundum igitur hanc opinionem Ciboria non sunt pocula ad foliorum colocasiæ similitudinem factas, sed folia ad poculorum speciem complicata. Legimus tamen apud Athenæum à principio libri 3. Ciborium poculorum genus esse. Dioscorides verò lib. 2. cap. 97. Ciborium longè aliter interpretatur: sic enim inquit quo loco de faba Aegyptia agit, Caulem cubitalem, crassitudine digitali, florem roseo colore dupla ad papaueris florem magnitudine: qui quum defloruit, vesparum fauis similes viticulos profert: in quibus fabę sunt paululum bullarũ modo supra operculum emergentes. Vocatur id ciborium, ab aliquibus autem cibotiũ, quasi scriniolum: propterea quòd seritur faba hæc indito in madente gleba semine eius, sicque in aquam projecto. Meminit & Celsus libro. 3. cap. 12.

Cibus, cibi, (σιτίον, ἔδεσμα, ἐδωδή, βρῶμα, ἐδητύς,) qd significet notum est. Cibum à victu sic separat Donatus, vt Cibus sit qui etiam delicatis præbetur: Victus verò in paruis, aridisque alimonijs sit constitutus. Festus, Cibus appellatur ex Græco, quòd illi peram, in qua cibum recondunt, μάβωτιδα appellant. Terentius Eunuc. 5. 4. 16. Atque auidæ cibi.

Fames vetitorum ciborum. Ouid. 15. Metam. 28.
Vnde fames hominũ vetitorum tanta ciborum est?
Non eadem vini atque cibi gaudia torpente palato. Iuuenal. Satyr. 10. 21.
De senibus loquitur.
Hora cibi, Id est edendi tempus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 2.
Noxitare cibi capi, Id est delectari nouo aliquo ciborum genere. Lucretius libro. 5. 186.
Et genus humanum multò fuit illud in armis
Durius, vt decuit, tellus quod dura creasset:
Nec facilè ex æstu, nec frigore quod caperetur,
Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla.
Penuria cibi. Lucret. lib. 5. 202.
Satias cibi. Lucret. lib. 5. 179.
Hæc animos illis mulcebant, atque iuuabant
Cum satiate cibi nam tum sunt omnia cordi.
Cibi varietas & copia. Cic. 2. de Nat. Deor. 225. Iam verò operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas inuenitur & copia.
Disciplinę cibo satiari. Quint. li. 2. ca. 4. 4. Quin ipsis doctoribus hoc esse curæ velim, vt teneras adhuc mẽtes more nutricũ mollius alant, & satiari veluti quodã iucundioris disciplinæ cibo lacteq; patiantur.
Mali cibus, Id est nutrimenta & fomenta malorum. Ouidius. 1. de Remedio amoris. 18.
Hæc, vt anes, faciunt: hæc, quæ fecêre, tuentur:
Hæc sunt iucundi causa, cibusque mali.
Cibi auidus. Vide AVIDVS.
Contenti cibis nullo cogente creatis. Ouid. 1. Metam. 21.

Expers cibi, Qui non comedit. Ouid. 4. Metam. 53.
Perque nouem luces expers vndæque cibique,
Rore mero, lachrymisque suis ieiunia pauit.
Cibi acres. Vide ACER.
Cibi acuti. Vide ACVO.
Cibus alienus. Terẽ Eun. 2. 2. 34. Vidẽ' otiũ, & cibꝰ quid faciat alienus.
Anceps cibus. Vide ANCEPS.
Aridus cibus. Lucret. lib. 1. 166.
Scilicet & nisi nos cibus aridus, & tener humor
Adiuuet: amisso iam corpore, vita quoque omnis
Omnibus è neruis atque ossibus exoluatur. Per cibum aridũ panẽ intelligi potissimum crediderim. Ponitur autem & panis non rarò p cibo indifferẽter. Cibus aridus, & tener humor, Hoc est cibus & potus.
Cibus conditius. Vide CONDO.
Cibus crudus. Vide CRVDVS.
Diurnos cibos apud Claudianum illos intelligimus, qui in dies singulos apponuntur, & ex quibus in sequentem nihil reseruare liceat. Sic ille de bello Gildon. 15. – gaudetque diurnos
Vt famulæ præbere cibos.
Dulcis cibus. Virg. 2. Georg. 44.
Exiguus cibus sufficit rate mersa. Iuuenalis ostendens dementiam auarorum, qui præuisa pericula non euitarent, sic ait Saty. 14. 30.
Sed cuius votis modò non sufficerat aurum
Quod Tagus, & rutila volut Pactolus arena,
Frigida sufficient velantes inguina panni,
Exiguusque cibus mersa rate, naufragus assem
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.
Faciles cibi. Senec. Hippol. 4. 32.
Fallaces cibi. Ouid. 15. Metam. 96. Sic escam vocat qua pisces capiunt, Nec celare cibis vncos fallacibus hamos.
Frigidi & repositi cibi fastidium mouent. Quintil. lib. 2. cap. 4. 22. Necesse est his quum eadem iudiciis pluribus dicunt, aut fastidium moueãt veluti frigidi & repositi cibi: aut pudorem, deprehensa toties audientium memoria, infelix supellex.
Grauis cibus. Cic. 2. de Nat. Deorum. 35.
Idonei conseruandis viribus cibi. Quintil. lib. 2. cap. 10. 5.
Quadrupedes quum viridi pabulo distentæ sunt, sanguinis detractione curantur, & hi ad cibos viribus conseruandis idoneos.
Cibus illiberalis. Vide ILLIBERALIS.
Inanes cibos vocat Claudianus, qui magis oculos quàm ventrem pascũt
Luxus tantum & nimiæ voluptatis causa comparati, lib. 1. In Ruff. 42.
– tibi quærit inanes Luxuries nocitura cibos.
Indifferens cibus. Vide INDIFFERENS.
Iniustus cibus. Ouidius. 1. de Ponto, eleg. 11. 2.
Os hebes est, positæq; mouent fastidia mensæ:
Et queror, inusti quum venit hora cibi.
Lautus cibus. Vide LAVTVS.
Leues cibi. Vide LENIS.
Lentus cibus. Ouidius epist. 15. 46.
Leues cibi Celsus lib. 3. cap. 7. Is leuibus cibis nutriendus.
Lumina demitto, quum te tenet arctius ille,
Crescit & inuito lentus in ore cibus.
Operosus cibus Plin. lib. 15. cap. 23. 2. Tarentinæ faciles, nec operosi sunt cibo. De castaneis.
Optimus cibus. Plin. lib. 21. cap. 22. 24.
Perpetuus cibus Vide PERPETVVS.
Solitus cibus, Quo quis vti consueuit. Ouid. 1. de Arte. 19.
Vt redit, atque frequens longum formica per agmen,
Granifero solitum dum vehit ore cibum.
Robustus cibꝰ. Celsus lib. 2. cap. 18. Itemq; ex feris, quo maius quodque animal, eo robustior ex eo cibus est.
Summus cibus, Extremus. Plin. lib. 10. ca. 4. 7. Nam vomituris, summo cibo esse, vtilissimum est. Esse, id est, comedere. Ibidem, ca. 5. 7. Multumque in summo cibo concoctionibus confert.
Suauissimus & facillimus ad cõcoquẽdum cibus. Cicero. 2. de Finib. 103. Vtebatur his exercitationibus, vt ad cœnam & esuriens & sitiens ventret eo cibo qui & suauissimus esset, & idem facillimus ad cõcoquẽdũ.
Tetri cibi. Claudianus. 4. Paneg. 49.
Vilis cibus. Qui non magno constat. Horat. 2. Serm. saty. 2. 3. Sperne cibum vilẽ nisi Hymettia mella Falerno Ne biberis diluta.
Vtilis ægro cibus. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 2.
¶ Ad cibos. Vide AD.
¶ Abdicare cibum aliquem. Vide ABDICO.
Abigere à cibo. Vide ABIGO.
Cibo abstinere. Vide ABSTINEO.
A cedit stomacho cibus. Horatius. 2. Serm. saty. 3. 51.
Deficient inopem venæ te, ni cibus, atque
Ingens accedat stomacho fultura ruenti.
Tantum cibi & potionis adhibendum vt reficiantur vires, non opprimantur.

mantur. Cic. de Senect. 32.
Adiicere cibo. Vide ADIICIO.
In cibos admitti. Vide ADMITTO.
Admouere cibum. Vide ADMOVEO.
Cibus aduꝰtus. Vide ADVRO.
Afferre ad os cibum. Vide AFFERO.
Allicere beneuolentiam cibo. Cic. pro Murena. 67.
Cibis aliquid apponere. Vide APPONO.
Aspernari cibos. Quintil. lib. 2. cap. 16. 4. Cibos aspernemur: attulerunt sæpè valetudinis causas.
Capere cibum. Cic. Tironi. 2. Sin autem postea quàm cibum cepisti, videris tibi, posse me consequi, tuum consilium est. Lucretius lib. 4. 175. Vide CAPIO.
Cibum capere cum aliquo. Terent. Eunuc. 2. 3. 76. Cibum nonnunquam capiet cum ea. Sic Plinius lib. 8. cap. 46. 2.
Digitis alienis cibum capere. Iuuenal. Saty. 10. 23.
Cibum capessere. Vide CAPESSO.
Capessere, arripere, fugere, carpere, vorare, & mandere cibum. Cic. 2. de Natura deorum. 182.
Carpere cibos digitis. Ouid. 3. de Arte. 151.
Concoquere cibum. Cic. 2. de Natu. deorum. 35. Cleanthes negat vllum esse cibum tam grauem, quin is nocte, & die concoquatur.
Cibos conficere. Vide CONFICIO.
Coquere cibum. Lucret. lib. 5. 222. Inde cibum coquere ac flammæ mollire vapore Sol ducit. Vide COQVO.
Inter molares difficilis crescit cibus. Iuuenal. Saty. 13. 23. vbi de ægrotantibus loquitur.
Tecta cibumque dare. Ouid. 2. de Arte. 125.
– sed quercus tecta cibumque dabat.
Cibum deducere. Vide DEDVCO.
Deficiente cibo perire, id est fame & inedia. Ouidius in Ibin. 105.
Iniusus petreas deficiente cibo.
Defectus cibo. Quint. li. 5. ca. 8. 16. Vt enim si obsessi & impares, & aqua ciboq; defecti de facẽda ad hostẽ deditione deliberẽt, & dicatur, &c.
Depulsus cibus de pectore. Cic. 2. de Diuinat. 84.
Depulsa fames cibo. Cic. 1. de Finib. 57. Vt enim quũ cibo, potioneq; fames sitisq; depulsa est, ipsa detractio molestiæ cõsequutionẽ affert voluptatis: sic in omni re doloris amotio successionẽ efficit voluptatis.
Diuisus cibus in omne corpus. Cic. 2. de Diuinat. 84. Democritus quidẽ optimis verbis causam explicat, cur ante lucem galli canant: depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso & mitificato cibo, cantus edere, quiete satiatos.
Diditur cibus in venas. Lucr. lib. 2. 225. Didit, pro Diuidit, id est digerit.
Exercere guttur cibo. Ouid. 8. Metam. 167. de dormiente,
– petit ille dapes sub imagine somni:
Oraque vana mouet, dentemque in dente fatigat:
Exercetque cibo delusum guttur inani.
Exprimere cibum mandendo. Lucret. lib. 4. 125.
Principio succum sentimus in ore, cibum quum
Mandendo exprimimus: ceu plenam spongiam aquai
Si quis fortè manu premere, ac ficcare recepit.
Cibũ facere, pro Cibos parare. Plau. Truc. 10. 11. Mane, aliquid cibi fiet.
Ferre cibum liberis suis parentes prohibentur. Cic. 7. Verr. 91.
Fulcire cibis corpora, id est corroborare. Lucret. lib. 2. 230.
Habet magnam inflationem cibus. De faba loquitur. Cic. 1. de Diuinat. 111. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationem magnam in cibus, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam.
Imperfectus cibus. Id est indigestus. Iuuenal. Saty. 3. 23.
Ingerere cibum ægroto. Vide INGERO.
Ingurgitare se cibis. Vide INGVRGITO.
Interminatus cibus. Horat. Epod. 5. 8.
Interminato quum semel hixæ cibo Intabuissent pupulæ.
Inferre cibum alicui. Cic. 7. Verr. 92.
Iuuare cibo. Iuuenal. Saty. 2. 21.
Cibos lambere. Vide LAMBO.
Libare cibum digitis. Ouid. 1. de Arte. 116.
Et quencunque cibum digitis libauerit illa, Tu pete.
Libare cibos ore. Ouid. 1. Amorum, eleg. 4. 7.
Mandere cibum. Celsus lib. 4. cap. 3. Sed diu vitandus cibus, quisquis mandendus est.
Minuere cibum. Celsus lib. 5. cap. 29. Secundum est minuere cibum, abstinere ab omnibus acribus.
Mendicato cibo pasci. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 3.
Ministrare cibos. Seneca Hippoly. 4. 32.
Mitificare cibum. Vide MITIS.
Mitigare cibum. Vide MITIGO.
Odorari cibum. Horat. Epod. 6. 2.
Onustus cibo. Cic. 1. de Diuinat. 107. Nunc onusti cibo, & vino, perturbata & confusa cernimus.

Languorem parit cibus imperfectus. Iuuenal. Saty. 3. 23. Imperfectus, id est indigestus.
Aues teneris infirmisq; fœtibus cibos ore suo collatos partiuntur. Quintil. lib. 1. cap. 6. 5.
Peragere cibum. Vide PERAGO.
Perficere cibum. Vide PERFICIO.
Cibum petere è flamma. Terent. Eunuch. 3. 2. 37. E flamma te petere cibum posse arbitror.
Præbere cibum de. Lucret. lib. 3. 202.
Non tamen æternum poterit perferre dolorem,
Nec præbere cibum proprio de corpore semper.
Prægustare cibos. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 7.
Si tibi fortè dabit quos prægustauerit ipse,
Reitce libatos illius ore cibos.
Proiicere cibum. Horat. Epod. 6. 2.
Quærere cibum. Lucret. lib. 4. 178.
Natura corporis cibum quærit. Lucret. lib. 4. 173.
Illud item non est mirandum, corporis ipsa
Quòd natura cibum quærit cuiusque animantis.
Ad quærendum cibum fames ducit canes. Varro de Re rustica, libro secundo, cap. 9. 8.
Redire ad similem cibum. Celsus lib. 3. cap. 7. Vomitus post febrem eligendus, deinde dandos cibus ex leuissimis: tũ si dormiat postero quoque die, si febris manet, abstineatur. Tertio ad simile cibum redeat.
Recuperatæ cibo somnoque vires. Tacit. lib. 19. At Vitellianus exercitus, qui acquieuere Cremonę, & recuperatis cibo somnoque viribus, confectum algore atque inedia hostem postera die profligare ac proruere ratio fuit, indigus rectoris, vacuus cõsilii, tertia ferme noctis hora, paratis, iamque dispositis Flauianis impingitur.
Cibi repositi. Quintil. lib. 2. Necesse est iis quum eadem pluribus iudiciis dicunt, fastidium vt moueant, vt repositi & frigidi cibi.
Secretus cibo, id est à cibo secretus, quòd est seiunctus & semotus à cibo & qui non edit. Lucret. lib. 1. 39.
Nec porrò secreta cibo natura animantum
Propagare genus posset, vitamq; tueri. Id est sine cibo nemo viueret.
Cibo suo seruire. Plaut. Rud. 7. 18.
Sed hæ pauperes sunt inopesque puellæ: egomet vix colo vitam Veneri cibo meo seruio. Id est quod vulgò dicitur pro Impensis meis.
Simplex cibus. Plin. lib. 11. cap. 53. 5. Homini cibus vtilissimus simplex.
Aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora.
Suffulcit cibus artus. Lucret. lib. 4. 175.
Propterea capitur cibus, vt insulciat artus.
Suggerere cibos alicui. Stat. 9. Theb. 149.
Vt leo, cui paruo mater Getula cruentos
Suggerit ipsa cibos.
Sumere cibum. Plin. epist. 5. lib. 3. Cibum interdiu leuem & facilem vetere rum more sumebat.
Sumere minimum cibum. Ouid. Epist. 11. 6.
Suppeditat cibos terra. Cic. 1. de Legib. 105.
Cibus cibis sustentat, aut fulcit corpus. Lucret lib. 2. 230.
deber enim cibus integrare nouando,
Et fulcire cibis, ac omnia sustentare,
Præcluſæ cibum fauces tenere dicuntur quæ non demittunt in alaum. Seneca Thyest. 8. 11.
Vacare cibo. Celsus lib. 3. cap. 15. Postero die, quo cibo vacat, & ab exercitatione, vnctioneque, aqua tantum contentus conquiescat.
Vincuntur cibi præcipuè peruigilio. Plin. lib. 11. ca. 53. ad finem, Somno concoquere, corpulentiæ quàm firmitati vtilius. Ideo athletas maluit cibos ambulatione perficere. Peruigilio quidẽ præcipuè vincunt cibi.
Vti cibis. Claud. 7. Paneg. 69. Inuentis vtare cibis.
In cibo est homini. Plin. lib. 18. cap. 14. 4. Macerarum calida aqua, homini in cibo est. Id est homo vtitur eo pro cibo.
¶ Cibus humanitatis. Cic. 5. de Fini. 97. Sed animi cultus ille erat ei qua si quidam humanitatis cibus. Per metaphoram.
Cibo, cibas, (σιτίζω,) cibare, Alere, siue nutrire. Colum. lib. 9. Atq; ea genera quæ intra septa villæ cibantur, ferè persequuti sumus.
Cibaria, cibariorum, plu. nu. n. g. Substantiuũ, pro alimentis. Plaut. Truc. 19. 41. Dedi ego aurum. P. mihi dedisti filio cibaria. Cic. ad Atticũ lib. 6. 114. 10. Vnde, inquit, me iubes petere cibaria. Colum. lib. 8. ca. 17. in fine, Nã si piscis domini cibariis saginat, quũ ad piscatoriũ fortũ per latus est, macies indicat eum non esse libero mari captum.
Cibaria menstrua. Cic. 5. Verr. 60. Vide MENSIS.
Inopia cibariorum. Cæsar. 6. bel. Gal. 37.
Boum cibaria. Cato sexto de Re rustica, capite. 60. Bubus cibaria, annua in iuga singula lupini modios CXX, ac gladis modios CCXL, fœni pondo LXXI, ocymi tantundem, fabæ modios XX, viciæ modios XXX. Præterea generatim videto, vti satis viciæ seras. Pabulum quum seres, multas sationes facito.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Congesta cibaria. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 7. –per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aiunt quum sibi sint congesta cibaria.

¶ Dare cibaria alicui. Cic. ad Atticum, lib. 6. 1 14. 11. Profectò respondi lenius, quàm putabât oportuisse qui aderant, me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem vsus.

Facta sunt liberior a cibaria caritate. Cic. 5. Verr. 186.

Militum cibaria detrahere. Quintil. lib. 5. cap. 13. 14.

Cibaria publicè locare. Cic. pro Rosc. Amer. 33. Anseribus cibaria publicè locant, & canes alunt: Capitolium vt significet si fures venerint.

Præbere cibaria alicui. Cic. pro Rosc. Amer. 34.

Quærere ex agris cibaria. Varr. de Re rust. lib. 2. cap. 9. 6. Canes sua sponte quo dierũ multorũ via interesset, libi ex agris cibaria quæsierunt.

Reportare ex cibariis permagnam pecuniam. Cic. 5. Verr. 187.

Tractatus liberaliter ex cibariis alicuius. Cic. 4. Verr. 8. Quæstores liberaliter ex istius cibariis tractati non minus acres contra me fuerunt.

Cibarius, (τὸ σιτικὸν, σιτοβολικὸς, ἐδώδιμος,) Adiectiuũ. Quod pertinet ad cibũ. vt Res cibaria. Plaut. Capt. 14. 1. Mihi rem summam credidit cibariam.

Cibarius alicuius. Varro ὀνειδιστικῶς λέγων, Tu' autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenis. Ex Nonio.

Lex cibaria. Macrob. 3. Satur. ca. 17. Sylla mortuo Lepidus Consul legẽ tulit & ipse cibariã. Caro. n. sumptuarias leges, cibarias appellat.

Cibariũ oleũ. Colum. lib. 12. cap. 50. 17. Cauendum est itaq; ne ex ea fiat oleũ cibariũ. Ibidẽ, Nec ignoro etiã cibariũ oleũ esse faciendum.

Cibarius panis. Cic. 5. Tusc. 138. Vide PANIS.

Cibarium saporem habere. Colum. lib. 12. ca. 11. 3. Hac quidam mella p aqua mulsa vtuntur, nonnulli etiã pro defruto in conduras oliuarũ, quibus quidem magis idoneam cẽseo, quòd cibarium saporem habet.

Cibarium vinum. Varro Modio in cubiculo dormire mallem scilicet potius vinũ meum cibariũ, quàm ego dominus cubarẽ. Ex Nonio.

Vtilitas cibaria. Plin. lib. 14. cap. 2. 15. Horconia in Campania, tantũ vtilitatis cibariæ, sed vbertate præcipua.

Vua cibaria. Plin. lib. 14. cap. 3. 2. Consemina nigra, vino minime durãte vna maximè pòst XV dies, quàm vlla alia metit, fertilis, sed cibaria.

¶ Cibarium, siue secundarium Plinius lib. 18. cap. 9. vocat farinam post pollinem vel florem excussam, quam furfures sequuntur. Iustũ est, inquit, è grano Campaniæ quã vocat castratã, ꝛ modio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali, siue castratura sextarios quinque, præterea floris semodium. & cibarii, quod secundarium vocant, sextarios quatuor, furfuris sextarios totidẽ. Et paulò pòst, Si verò pollioem facere libeat, XVI pondo panis redeunt, & cibarii tria, furfurum semodium. Et ibidem cap. 10. Budæus.

Cibãtus, huius cibãtus, pen. prod. (τροφὸς,) Idem ferè quod cibus vel Cibatus canis. Varr. 2. de Re rust. cap. 9. 7. Cibatus canis propior hominis quàm ouis, pascitur enim è culina & ossibus, non herbis, aut frondibus. Lucretius lib. 1. 217.

Quippe etiam vesci è terra mortalia fecla,
Nec prorsum arboribus summos frondescere ramos
Posse, nisi ĩ terris paulatim cuique cibatum Terra det.

Cibatus & commeatus. Plaut. Milit. 5. 69.
–tibi muni viam
Qua cibatus, commeatusque ad te & legiones tuas, &c.

Cibatus gratissimus. Plin. lib. 8. cap. 10. 1. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. Idem, lib. 10. cap. 61. 1. In cibatu culices gratissimi.

Cibatu longiore sustentare sues. Varr. 2. de Re rust. cap. 4. 14.

Ad vsus cibatus expedire & promere far. Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 63. Far quod in spicis condideris per messem, & ad vsus cibatus expedire velis, promendum hyemes vt in pistrino pisetur, ac torreatur.

Obicere cibatui triticum. Varro. 3. de Re rust, cap. 8. de turturibus, Cibatui quod sit, obiciunt triticum siccum in centenos vicenos turtures ferè semodium.

Cicâda, cicadæ, pen. prod. (τέττιξ.) Plin. lib. 11. cap. 26. Cicadarum duo genera minores quæ primæ proueniunt, & nouissimæ pereunt. Sunt autem multæ. Sequens est volatu rara. Quæ canũt vocantur achetæ: & quæ minores ex eis sunt, tettigonæ: sed illæ magis canoræ. Mares canunt in vtroque genere: fœmina silẽt. Gentes vescuntur iis ad Orientem, etiam Parthi opibus abundãtibus. Vide plura ibidem & capite sequenti.

Cicada auenaria. Vide AVENA.

Querulæ cicadæ. Virgil. 3. Georg. 65.
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.

Rancæ cicadæ. Virgil. 1. eclog. 3.
At mecum raucis (tua dum vestigia lustro)
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

Fritinire dicuntur cicadę cantantes, authore illo cuius de Philomela carmen extat. 7.
Et cuculi cuculant, fritinit rauca cicada.

Rore pascuntur cicadæ. Virg. eclog. 5. 15.

Tunicas ponunt cicadæ. Lucret. lib. 4. 12.
Quum vetures ponunt tunicas æstate cicadæ:
Et vituli quum membranas de corpore summo
Nascentes mittunt, & idem quum lubrica serpens
Exuit in spinis vestem.

Cicadæ prius æstate taceãt. De re quæ fieri nõ solet. Oui. 1. de Arte. 54.
Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ,

Mœnalius lepori det sua terga canis
Fœmina quàm iuueni blandè tentata repugnet.

Cicadas Philostratus in Apollonii Tyanei vita, & Plato ĩ Phædro, à Musis cantum habuisse scribunt, dicente sic Socrate, Fertur autem olim ei cadas homines fuisse ante Musas: natis deinde Musis, cantuque monstrato, illorum nonnullos voluptate cantus vsque adeo delinitos fuisse, vt canentes cibum potumque negligerent, imprudenterque perirent: ex quibus deinceps cicadarũ genus sit natum, cui Musæ hoc munus dederunt, vt alimonia non indigeat, sed absque cibo potuq; quan diu vixeris cantet: postea verò ad Musas proficiscatur, quam quis hominum Musam hîc colat renuntiaturum: illasque gratas reddit mortalibus, prout huius vel illius fuerint studio mancipati. sicut amantes Eratò, saltatores Terpsichoræ, philosophos Vraniæ, & sic deinceps. Meminit Cælius lib. 17. cap. 6.

Cicátrix, pen. prod. cicatricis, pen. etiam prod. f. g. (ἕλκος, ὀυτὴ, μώλωψ,) dicta quasi circa cutem sit: Estq; signum quod ex vulnere siue vlcere remanet. Terẽt. Eunuch. 3. 2. 29. Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas Ostentat. Cic. 7. Philipp. 218. Liculẽtã ipse plagã accepit vt docet cicatrix. Liu. 2. ab Vrbe, 96. Cic. 7. Ver. 5.

Vestigia pugnæ, cicatrices. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. 4. Cerne cicatrices veteris vestigia pugnæ.

Aduersas cicatrices ostendere. Cic. 2. de Oratore. 67.

Cicatrix corporea. Vide CORPVS.

Fœda cicatrix. Horat. 1. Serm. saty. 6. 12. –at illi fœda cicatrix
Setosam læui frontem turpauerat oris.

Non vna cicatrix, id est multiplex. Iuuenal. Saty. 3. 16,
–vel si consuto vulnere crassum
Atque recens linum ostendit non vna cicatrix.

Malè sana cicatrix, ideſt nondum sana, nondum curata probè. Ouid. 2. de Remed. amoris, 46.

Marcidæ cicatrices. Plin. lib. 23. in Procemio, 8.

Numerosa cicatrix. Claud. de bello Get. 96.

¶ Coit cicatrix. Vide COEO.

Cicatrices contrahere. Vide CONTRAHO.

Declarat cicatrix. Cic. 7. Philipp. 18, Loculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix.

Ducitur cicatrix. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 43,
Tempore ducetur longo forsasse cicatrix.

Horrent admotas vulnera cruda manus.

Exceptæ aduerso corpore cicatrices. Cic. 7. Verr. 3. Ipse arripuit M. Aquilium, constituitque in conspectu omnium, tunicamque eius à pectore abscidit, vt cicatrices populus Romanus iudicesque aspicerent aduerso corpore exceptas.

Fallit cicattix, Non apparet. Plin. libro. 26. cap. 12. 6. Ambusta sanantur plantagine, arcio ita vt cicatrix fallat.

Indere cicatrices in scapulas alicuius. Vide INDO.

Mederi cicatricibus. Cic. 3. Tusc. 91, Nec si aliquot annis pòst, idem ille liber captiuus missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus.

Obducta cicatrix. Cic. 3. de Leg. Agrar. 3.

In vulnus rediit cicatrix. Ouid. 2. de Remed. amoris, 46. Vulnus in antiquum rediit malè sana cicatrix.

Recipere cicatricem. Celsus li. 4. cap. 9. Vlcera aut omnino nõ sanescunt aut certè cicatricem vix recipiunt.

Refricare cicatricem. Cic. 3. de Leg. Agrar. 3. Ne refricare obductam iam Reipub. cicatricem viderẽr.

Suscipere cicatrices. Quintil. lib. 2. cap. 15. 5.

Susceptæ bello cicatrices. Quintilianus libro. 6. cap. 1. 16. Periclitantem verò commendat dignitas, & studia fortia, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorum.

Tendere ad cicatricem. Celsus lib. 7. cap. 27. Ergo quum iam ad cicatricem vulnus tendit, extentis iaccre feminibus & cruribus oportet: nisi tamen molles arenosique calculi fuerunt.

¶ Cicatrix in arbores quoque cadit. Virgil. 2. Georgic. 76, –admorso signata in stirpe cicatrix.

Pati cicatricem. Quintil. lib. 2. cap. 4. 8, Rustici frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati posse.

Cicatricula, (ὀυλάθιον,) Diminut. Valens cicatricula. Celsus lib. 2. cap. 10. Ideoque protinus brachium delligandum, habendumque ita est, donec valens cicatricula sit, quæ celerrimè in vena confirmatur.

Cicatrico, cicatricas, pen. prod. (ὀυλόω,) cicatricãre. Cicatricib⁹. Festus.

Cicatricõsus, penult. prod. (ὀυλώδης,) Adiectiuum, Plenus cicatricibus. Plaut. Amphit. 4. 2. 92.

Facies cicatricosa. Quintil. lib. 4. cap. 1. 43. Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate destitui, nusquam turpius: quum vitiosum proœmium posit videri, vt cicatricosa facies.

Cicatricosa vitis. Colum. de Arboribus, cap. 11. Vineã quàm bene purare, tam bene pampinare vtile est. nam & materię quæ fructum habent, melius conualescunt, & potatio sequentis anni expeditius, tum etiam vitis minus cicatricosa fit. Vide eundem lib. 4. cap. 27. 3.

Ciccum, (μυελίγγιον,) dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est vt in malo punico discrimen. Festus.

Cicer, ciceris, penul. corr. neut. gen. (ἐρέβινθος.) Leguminis genus. Plin. lib. 18. cap. 12. 6. de leguminibus, Ciceris natura est gigni cum salsilagine, ideo solum vrit. Nec nisi madefactum pridie, seri debet. Vide ibidem ciceris plura genera.

Cicer maledicum. Martial. lib. 1. 98.

Cicer tepidum. Martial. lib. 1. 98.

Cicer arietinum. Vide ARIES.

Sepositum cicer. Horat. 2. Serm. saty. 6. 17. –neque ille
Sepositi ciceris, nec longæ inuidit auenæ.

Catinus ciceris. Horat. 1. Serm. saty. 6. 24. –inde domum me
Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum.

Grana ciceris. Quintil. lib. 2. cap. 10. 3. μικροστιγίαν quoque est quedã, id est superuacua artis imitatio, quæ nihil sanè nec boni nec mali habeat, sed vanum laborem: qualis illius fuit qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuò & sine frustratione inserebat. Quem quũ spectasset Alexãder, donasse eum dicitur ciuilẽ leguminis modio.

Cicera, pen. corr. (ὠχέρος,) Genus pabuli apud Columellam lib. 2. cap. 7. quam & circerculam appellat ibidem, cap. 13. 4.

Cicercula, penult. corr. Diminutiuum, (λαθύρος,) quasi minutum cicer. Plin. lib. 18. cap. 12. Est & cicercula minuti cicetis, inequalis angulosi, veluti pisum. Colum. lib. 2. cap. 10. 15. Cicercula, quæ piso est similis, mense Ianuario aut Februario seri debet, læto loco, cœloque humido.

Cicerculum, neutro genere, Genus sinopidis. Plin. lib. 35. cap. 6. 3. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras XIII. denarii. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Eius quæ ex Africa venit, octoni asses, cicerculum appellant.

CICERO, pen. corr. (λυκίσκος,) Cuius vitam Tiro Tullius eius libertus tribus voluminibus scripsit, teste Pedãno: præceptores se habuisse fatetur, in philosophia quidem Philonem Academicum tunc Romę cõmorantem, in iure ciuili Scæuolam, in dialectica Diodorum Stoicum, in dicendo Apollonium Molonem. S. Roscium Amerinum parricidii reum, natus annos XXIII, vt tradit Nepos, vt alii XXVII, defendit. Metuens deinde Syllam quẽ in ea causa offenderat, in Græciam abiit, Asiamque simulata valetudinis causa adiit, vbi se, vt ipse ait, recoquendum præceptoribus dicẽdi dedit, Xenoclemque Adramytinum, Dionysium Magnesium, & Menippũ Carem, Rhodum Apollonium Molonem magistrum dicendi habuit: feruntq; Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audiuisse, ac protinus exclamasse, quòd solam Græcis dicẽdi relictam gloriã, videret ad Latinos per eum transferri. Posteaquam multis muneribus in Repub. functus esset, Consul coniurationem Catilinę represit, legem Agrariam repulit, Murenam defendit. Cuius vitam omnem, & vitæ studia vide apud Plutarchum. Eius laudes vide apud Plinium lib. 7. cap. 30. 6. Cicero eius filius inter eos qui à parentibus degener auerunt ponitur Valerio. Binos eum congios haurire solitum scribit lib. 14. cap. 22. 8. Plinius, per temulẽtiamque M. Agrippæ scyphum impegisse. Quintus Cicero, frater Ciceronis, legatus Cæsaris in Gallia primùm, deinde ad regẽdam Asiam Proconsul missus, admonetur à fratre per epistolam totius officii. Duxit vxorem Pomponii Attici sororem. Miserandus demum eius exitus: proscriptus enim vnà cum filio, quando & Cicero frater rogauit percussorem, se ante filium interficiri filius contrà, se ante patrem. Vterque igitur simul interfectus. Author Appianus.

Cicero primo tempore ætatis studuit iuri ciuili, vt recenset Atticus, quẽ ipse introduxit in Dialogo lib. 1. de Legib. 18.

Primus homo suorum & nouus Consul Cicero. 2. de Lege Agraria. 19.

Cicero equestri loco natum se dicit. 1. pro Lege Agraria. 17. Quòd si quis vestrũ spe ducitur, se posse turbata ratione honori velificari suo: primum me Consule id sperare desistat: deinde habeat me ipsum sibi documento, quem equestri ortum loco Consulem videt, &c. Idem pro C. Rab. Posth. 10. Nunc vos equites Romani videte. scitis me ortum è vobis, omnia semper sensisse pro vobis, &c.

Ciceriones à ciceribus optimè serendis nuncupatos putat Plinius libro 18. cap. 3. 2.

A Demosthene desciuit Cicero. Quintil. lib. 9. cap. vlt. in fine.

Ciceronianus, pen. prod. (κικερωνιανός,) Quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronẽ: vt Ciceroniana simplicitas. Plin. in præf. totius opis.

Cichorea, & Cichoreum, neut. gen. (κιχόριον,) Herba satis nota. Horat. 1. Carm. ode. 31. 4. –me pascunt oliuæ

Me cichorea, leuesque maluæ. Quidam scribunt cicoria.

Cichoreum, alio nomine etiam intubus siue intybus dicitur. Plin. lib. 20. cap. 8. 4. Intubi quoque non extra remedia sunt. Et paulo pòst. Errati cum apud nos quidam ambugiã appellauere. In Aegypto cichorium vocant, quod syluestre sit. Virgil. 1. Georg.
–& amaris intyba fibris. Id est cichorea, vt Seruius interpretatus.

Cilindrum, Plauto Pseud. 1 3. 42. Genus herbæ, vel leguminis. Sunt qui legant cici lindum.

Cicindêla, pen. prod. (λαμπυρὶς,) Genus muscarum, quod noctu lucet, videlicet à candela. Hæc Festus. Plin. lib. 18. ca. 26. 18. de mihi satione, Estque signum illius maturitatis, & horũ satio nis cõe, lucentes vespere per aruacicindelæ. Ita appellãt rustici stellãtes volatus: Græci vero lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

Cicinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 6. Ex ricini herbæ baccis factum.

CICONES, pen. corr. (κίκονες.) Populi Thraciæ ad Hebrum fluuium habitantes, de quibus Ouid. 15. Metam.
Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Visceraquod tactis inducit marmora rebus. Illius populi mulieres ab Orpheo spretas eũ discerpsisse per Liberi sacra simulata Virgilius ostendit. 4. Georg. 104.
–spretæ Ciconum quo munere matres
Inter sacra deum nocturnique orgia Bacchi
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros. Tibullus,
Nam Ciconum ille manus aduersi reppulit vndis.

Ciconia, (πελαργὸς,) Auis quæ serpentibus pullos nutrit. Vide Plinium lib. 10. cap. 23. Iuuenalis Satyra 14. –serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta. Vbi Iunenalis Romanos arguens, quorum liberi tales cuadebant quales à parentibus instituebantur, alludit ad naturam ciconiæ eiúsque pullorum. hi enim à teneris assuefacti colubris vescuntur.

Candida pennis ciconia. Ouidius. 6. Metam. 10.
–sumptis quin candida pennis
Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.

Ianum nulla ciconia pinsit à tergo. Id est nemo digitis dextræ manus in vnum collectis ad instar rostri ciconiarum. rident. Persius Satyra 1. 6,
O Iane à tergo quem nulla ciconia pinsit.

¶ Ciconia, Genus mensuræ apud Columellã libro. 3. cap. 13. 9. Sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti maiores nostri regulam fabricauerunt in cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ ciconiam vocant rustici.

Cicur, cicûris, pen. prod. om. g. (τιθασσὸς,) Quod à fero discrepat, cum est, vt ait Varro de Lingua Latina, Proprie dicitur animal ferum, sed mansuefactum. Cicero. 5. Tuscul. 54. Earum ipsarum partim soluuntur, partim congregatas, immanes alias, quasdam esse cicures, nonnullas abditas, terraque tectas. Idem de Amicitia, 68, Quòd si hæc apparent in bestiis, volucribus, agrestibus, natibus, fuisse cicuribus, feris, primùm vt se diligant, &c. Idẽ 2. de Nat. deo. 142, Quæ verò & quàm varia genera bestiarum, vel cicurũ vel ferarum:

Cicur ingenium, Mansuetum. Varro de Lingua Lat. lib. 6.

Cicur sus, ex apro & scropha domestica. Festus.
Cicũro, cicuras, pen. prod (τιθασσεύω,) cicurare, Mansuefacere, vt ait Varro de Lingua Latina.

Cicûta, huius cicũtę, pen. prod. (κώνειον,) Herba venenosa, caule viridi & geniculato. Plin. lib. 25. cap. 13. 7. Cicuta quoque venenũ est, publica Atheniensium pœna inuisa, ad multa tamen vsus nõ omittendi. Semen habet noxium. Caulis autẽ & viridis cstur à plerisque & in patinis. Leuis hic & geniculatus, vt calami nigricans, altior sæpe binis cubitis, in cacuminibus ramosus: folia coriandri tenuiora, graui odoratuisemen anuso crassius: radix concaua, nullius vsus.

Fragilis cicuta. Virgil. eclog. 5. 8.

Gelida cicuta, Venenum ex cicuta factum. Iuuen. Saty. 7. 11, hunc inopem vidistis Atheniæ,
Nil præter gelidas aussæ cõferre cicutas. Huiusmodi autẽ venenum gelidum appellatur, quòd qui eo necantur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis.

Mala cicuta, Id est noxia. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 12.

Tritis cicutis mista aconita. Ouid. 3. de Arte. 92.
Et dare mista viro tristia aconita cicutis.

Viridis cicuta. Ouid. 4. Metam. 101.

Accepta inter vincla cicuta. Iuuen. Saty. 13. 19.
–dulcique senex vicinus Hymetto.
Qui partem acceptæ sæua inter vincla cicutæ

Acculatori nollet dare. De Socrate loquitur, qui hausto cicutæ poculo interiit.

Cicutam Horatius pro helleboro posuit, vt interpretes exponunt, lib. 2. Epist. 2. 11. –sed, quod non desit, habentem
Quæ poterunt vnquam satis expurgare cicutæ,
Ni melius dormire putem, quàm scribere versus?

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Cicuta, etiã dicitur illud spatium quod inter cãnarũ nodos est. Virg. 2. eclog. 7. Est mihi disparibus septẽ cõpacta cicutis Fistula. Seruius.

CICVTA, (κωκυτός,) Nomen proprium fœneratoris cuiusdam maximi, auari. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 14. – adde Cicutæ
Nodosq; tabulas centum, mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.

Cidaris, huius cidaris, vel etiam citaris ex Polluce, f. gen. pen. corr. Tegumentum capitis regum insigne, quod quidam regum Persarum, alii regum Armeniæ esse dicunt. Hæc Bayfius. Budæus, Cidaris non multum differt à Tiara. Curtius lib. 3. Cidarim, inquit, regium capitis vocant insigne. Plutarchus in Antonio. quidam scribunt cum y.

Cieo, cies, ciui, citum, (σείω, κίνημι,) ciere, testibus Diomede & Pho catitem cio, cis, ciui, citum, cire, idem sunt. Sed in hoc differunt tantùm, quòd Citum à Cieo priorem corripit. hinc frequentatiua excito, concito, recito. Citum à cio producit. vnde accitus, & excitus, pen. prod. Composita vtriusque semper sunt quartæ, vt accio, coucio, excio. Diomedes per secundam accieo etiam dicendum credit. Est autem prouocare, & quasi cis, hoc est citrà mouere. Seruius, Ciere proprie est alteri aut dolorem aut lachrymas commouere: interdum tamen significat dare.

Aequora cies Nereus imo fundo. Virgil. 2. Aeneid. 84.
Aura ciet horrorem membris. Lucret. lib. 3. 59.
Est & frigida multa comes formidinis aura:
Quæ ciet horrorem membris, & concitat artus.
Fontes, & stagna ciere dicuntur ranæ. Cic. 1. de Diuinat. 25. de ranis sic ait, Absurdoque sono fontes, & stagna cietis.
Ciere ad coitum fœminas. Plin. lib. 11. cap. 37. 45. Strato id tempore eurũ cientibus ad coitum fœminas. De ranis loquitur.
Ad arma ciere. Silius lib. 7. 9.
Acies stragemque ciere. Virgil. 6. Aeneid. 166.
Ciere bellum, prælium, pugnam. Virgil. 1. Aeneid. 10. Bella cient, primaque verant consistere terra. Liu. 2. ab Vrbe. 33. Latinus dux nihil deterritus vulnere, prælium ciet. Ibidem lib. 1. 49. Principes vtrinque pugnam ciebant. Tacit. lib. 10. Tutor, & classicus, & ciuilis, suis quisque locis pugnam ciebant. Hoc est mouebant, & excitabant. Virgil. lib. 6. Aeneid. Aere ciere viros, Martemque accendere cantu. Sil. lib. 8. 62.
– quantos infanc ciebis
Varre viros. Catul. epigram. 63. 18.
Stragem ciere. Virg. 6. Aeneid. 166.
Vulgus æquoreum ciere. Senec. Hippol. 8. 20.
Effunde pontum vulgus æquorum cie.
Belli simulachra ciere, illum fingere, speciem belli præbere. Virgil. 5. Aeneid. 135.
Ascanius galeam ante pedes proiecit inanem
Qua ludo indutus belli simulachra ciebat.
Ciere cruciatus. Cic. 2. de Finib. 151.
Cui viperino morsu venæ viscerum
Veneno imbutæ terros cruciatus cient. Et apud Plautum in Amphit.
Turbas vxori ciet Amphitruo.
Fletus ciere. Virgil. 1. Aeneid. 69.
Ciere gemitus & lachrymas. Virgil. 3. Georg. 102. Extremosque ciet gemitus. Id est vltimum gemuit, inquit Seruius. De tauro moribundo loquitur. Idem 7. Aeneid. Lachrymasque ciebant. Vbi Seruius, Ciere, proprie est alteri aut doloré aut lachrymas cõmouere. Idé. 6. Aeneid. 91.
Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem
Lenibat dictis animum, lachrymasque ciebat.
Ciere motus. Cic. 1. Tusc. 32. Sic ex corporis totius natura, & figura varios motus cieri tanquam in cantu sonos. Et. 2. de Nat. Deor. 116.
Ciere aliquid moribus, & mutationibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 37. Naturæ ista sunt omnia cientis, & agitantis moribus & mutationibus suis.
Mugitus ciere. Virgil. 12. Aeneid. 21.
Mugitus veluti quum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat.
Vnda murmur ciet. Virgil. 1. Georg. 22.
– illa cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet.
Terrores ciere Seneca Oedip. 4. 12.
Tonitru cœlum ciere dicitur Iuno. Nam est aeris Dea, quæ ad Venerem sic loquitur apud Virgilium. 4. Aeneid. 25.
Desuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.
Ciere aliquem, pro commouere, & irritare. Plaut. Bacch. 8. 11. Quid negotii hoc est, Pistoclerum Lydus ꝙ herum tam ciet?
Ciere alaum, ciere vrinam, Commouere, & prouocare. Colum. lib. 6. cap. 5. 1. Nullo autem tempore, & minimè ætate vtile est boues in cursum concitari. nam ea res aut cit alaum, aut mouet febrem. Plin. lib. 20. ca. 5. 4. Ex aceto lacer pitiato sumptum, aut ex pipere & mulso, vel ex garo vrinam ciet. Idem lib. 21. cap. 20. 3. Tollit & pruritus, vrinam ciet. Idem lib. 21. 19. Alba autem, & lutea extenuant menstrua, vrinã ciẽt. De viola loquitur.

Menses ciere, hoc est menstrua mouere, ac excitare. Plin. lib. 21. cap. 20. Menses quoque ciet bibitur cum vino. De nardo loquitur.
Frigus ciere. Lucret. lib. 5. 164.
At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æstus, nec magnis viribus auras.
Singultus ore ciere. Catul. epigram. 59. 26.
¶ Cietur. Cicero. 1. Tusc. 80. Quod autem est animantiũ, id motu cietur interiore & suo.
Cietur & agitur. Cic. 2. de Nat. Deorum. 34. Nam omne quod est calidũ & igneum, cietur & agitur motu suo.
Modo eodem cieri. Cic. de Vniuer. 32. Eoque motu, cuius orbis semper in eodem erat, eodemque modo ciebatur, vndique est eos cõplexus.
¶ Ciere, pro remouere & repellere. Valer. Flac. lib. 7. 116.
Diuersos postquam ire videt, galeamque minantem
Quassat, & errantem dextra cier obuius ignem.
¶ Ciere, Nominare. Festus.
Numina ciere, Inuocare. Valer. Flacc. lib. 4. 130.
– hic demum vittas, laurumque capessit,
Numina nota ciens.
Verba ciere, Proferre. Valer. lib. 3. Argon. 31.
Ille manu contrà telum tenet, vltima frustra Verba ciens.
¶ Ciere. Vocare. Valer. lib. 1. Argon. 151.
– iam te in lucos pia turba silentum,
Secretisque ciet volitans pater Aeolus aruis. Et lib. 3. 13.
Iade ciere virum, sequitur per mœnia dæmon
Illa deam, & fatis extrema in prælia tendit. Seneca Hippol. 10. 3.
Nomen alicuius ciere, id est vocare aliquem. Ouid. 4. Fast. 97.
Perque vices modò Persephone, modò filia mater
Clamat, & alternis nomen vtrumque ciet.
Ciere nomina singulorum. Tacit. lib. 1. 8. Illi obniti trahentibus, prensare circumstantium genua, ciere modo nomina singulorum. Hoc est singulos nomine proprio vocabant.
Nocturnos manes carminibus ciere. Virgil. 4. Aeneid. 98.
Vox remos ciet. Stat. lib. 6. Thebaid. 160.
Et signo de puppe dato posuere parumper
Brachia, vix requies, iam vox ciet altera remos.
Magna supremum voce ciere, Solemni more extremũ vale dicere, vt Seruius exponit in illud Virgilii. 3. Aeneid. 14.
– animamque sepulchro
Condimus, & magna supremum voce ciemus.
¶ Agmen ciere ab aliqua natione. Virgil. 10. Aeneid. 39.
Ille etiam patriis agmen ciet Oenus ab oris,
Fatidicæ Mantus, & Thusci filius amnis.
Auxilia ciere. Valer. Flac. lib. 3. 113.
– heu fera cientem Auxilia.
Ciens, (σείων,) Participium. Liu. 5. ab Vrbe. 166. Terrarumque vltimis oris belli ciente. Idé lib. 4. 143. Tum Dictator magistro equitũ equibusque, tum ex mõtibus Quintio accito, prælium ciet ipse, &c.
Citus, Participium (σπουδαῖος,) Prouocatus, incitatus, commotus.
Citus, (ταχύς, ὠκύς,) Adiectiuum, Celer. Plaut. Amph. 4. 90. Equites parant citi. Liu. 6. bel. Pun. 79. Eques citus ab Roma venit. Cic. 1. de Diuinat. 118. Iam mari magno classis cita texitur. Virgil. 4. Aeneid. 115.
Soluite vela citi. Et. 9. Aeneid 8. Ferte citi ferrum.
Cita aluus Cornelio Celso lib. 1. cap. 3. Est liquida aluus: cui cõtraria est Coacta aluus apud eundé eodé loco. Plin. lib. 11. cap. 19. 2. Infestat & auditas passus nimia florũ satietate, verno maximè tẽpore aluo cita.
Axis citus. Ouid. 2. Metam. 15. – poterisne rotatis
Obuius ire polis, ne te citus auferat axis?
Bigæ citæ, Celeriter motæ Catul. epig. 51. 6.
Canes citi. Ouid. epist. 5 4.
Classis cita. Horat. 1. Carm. ode. 37. 5. Virg. Aeneid. 7.
Currus citi. Senec. Hippol. 10. 17.
Curribus citis. Senec. Hippol. 4. 8.
Citus incessus. Sallust. in Catil. Modò citus, modò tardus incessus eius. Nonius.
Incessus citus & tardus, cõtraria. Sallustius in Catilina. Citus modò, modò tardus incessus.
Mercurius citus dicitur, quòd quum alia signa tardè ad ortus suos recurrant, Mercurius decimo octauo die in ortu suo inuenitur. Seruius in illud Virgilii. 1. Aeneid. 61.
– volat ille per æra magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris.
Mors cita. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 2.
Mundus citus, Citò motus, volutus, acceleratus. Senec. Hippol. 9. 1.
– qui sparsa cito sydera mundo
Cursuque vagos rapis astrorum.
Nauis cita. Ouid. 15. Metam. 147.
Passu cito aliquem petere. Ouid. 2. Fast. 149.
Inde cito passu petitur Lucretia.

Pede

Pede cito labitur ætas. Ouid. 3. de Arte. 13.
Quadrigæ citæ. Virg. 8. Aeneid. 126.
Ratis cita. Ouid. epist. 5. 14.
Tramite cito decurrere. Virg. 5. Aeneid. 121.
Nulli visa cito decurrit tramite virgo.
Venator citus. Horat. 1. Carm. ode. 37. 4.
Vox acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua. Cic. 1. de Orat. 19.
Citus ad scribendum. Plaut. Bacchid. 15. 88. Atque idem hercle ad perdendum est magis, quàm ad scribendum, citus.
¶ Citior, citissimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, q̃ famam teor. Afranius, Citior abiit ancilla, citissima omnium rediit.
Dies citior brumali tempore. Ouid. 2. de Ponto. 4. 5.
Citissimum factum. Quintil. lib. 6. cap. 4. 11. Nonnunquam tamen solet hoc quoque esse artis genus, vt quædam in actione dissimulata subito in altercando proferantur: & inopinatis eruptionibus, & ex insidiis citissimo facto simillimum.
Citò, (ταχέως,) Aduerbium. Plaut. Asin. 12. 155. Ite intrò citò. Idem Milit. 10. 43. Ite citò, iam ego vos assequar. Terent. And. 1. 5. 20. Abi citò. Idem Eunuch. 3. 3. 32. Citò hunc deduce ad militem.
Citò & cursim aliquid agere. Plaut. Pœnol. 7. 64. Cic. Varroni lib. 9. 3. 1. Quid ergo potissimum scribam? quod velle te puto, citò me ad te esse venturum.
Tam citò? Terentius And. 5. 4. 25. Is ibi mortuus est. CH. eius nomen? CR. nomen tam citò tibi?
Haud citò. Terent. Adelph. 3. 3. 89.
Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè.
Non citò dixerim. Cic. de Claris Orat. 143. Sed neque verbis aptiorem citò aliam dixerim, neque sententiis crebriorem. Ibidem. 144. Quem tu non tam citò Rhetorem dixisses, (etsi non deerat oratio) quàm vt Græci dicunt ποιητικόν. Citó, id est facilè, inquit Budæus.
Citò nimis. Vide NIMIS.
¶ Citius. Plautus Amphit. 6. 7. Citius quod non facto est vsus fit, quàm quod facto est opus. Sic in Persa. 1. 2. 29. Terent. Hecy. 3. 3. 4. Quæ me propter exanimatum citius eduxi foras. Cic. 1. de Orat. 85. Citius hercule is qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit, in Euxino ponto Argonautarum nauem gubernarit. Idem. 2. Philipp. 47. Citius dixerim iactasse se aliquos, vt, &c.
Noto volucrique sagitta citius. Virg. 5. Aeneid. 49.
Citius suprema die, id est ante diem supremam. Horat. 1. Carm. ode. 13. 4.
Citius dicto. Virgilius, Hæc ait, & dicto citius tumida æquora placat.
Citissimè ascias retundit. Plin. lib. 16. cap. 40. 7.
Cito, citas, citare, (καλέω,) Propriè est vocare. Plin. epist. 190. 9. Hæc illi quo quisque ordine citabantur.
Citare per præconem in curiam ad regem. Liuius. 1. ab Vrbe. 108. Inde omnibus perculsis pauore, in regia sede pro curia sedens, patres in curiam per præconem ad regem Tarquinium citari iussit.
Citare Senatum in forum. Liuius. 7. bel. Pun. 137.
Citare aliquos per nomina. Colum. lib. 11. cap. 1. 19. Itaque mancipia vinctà, quæ sunt ergastuli, per nomina quotidie citare debebit: atque explorare vt sint compedibus diligenter innexa.
Citare iudices. Cic. 3. Verr. 12. Quo quidem die primùm Iudices, citati in hunc reum cõsedistis. Nam vt testis est Asconius, & iudices, & reus, & testes per præconé Prætorij citari solebant, id est ad Prætoris tribunal, siue ad iudicij vocari. Budæus. Idé. 4. Verr. 28. Iudices citari iubet.
Citare re aliqua. Plaut. Curcul. 4. 16.
Vbi tu es qui me conuadatus Veneris vadimonio?
Vbi tu es qui me libello Venerio citasti? ecce me sisto, ades contrà.
Citare aliquem testem in aliquam rem, id est in testimonium adducere & aduocare. (προφέρειν, ἐπάγειν, παρέχεσθαι,) Vide Testem citare.
Citare testem in aliqua re. Cic. pro Quintio. 20. In hac re te, te inquam testem Neui citabo.
Citare testes alicuius rei. Liuius. 8. bel. Maced. 205. Quos ego si Tribuni me triumphare prohiberent, testes citaturus fui rerum à me gestarum. Cic. 1. Offic. 106. Citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ. Idem, Tam repente ille testes citari iubet: dicit vnus aut alter breuiter. nihil interrogatur. Prætor dixisse pronuntiat.
Citare reum. Cic. 4. Verr. 68. Citat reum, non respondet: citat accusatorem, &c. citatus accusator M. Pasilius, nescio quo casu non respondit, nõ affuit. Martial. lib. 4. 5. Nec pauidos tristi voce citare reos. Cic. pro Cluentio. 44. Citatur reus, agitur causa. Sic. 1. Verr. 22. Vt quum illius temporis venit mihi in mentem, quo die citato reo mihi dicendum sit non solùm commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco.
Ad suum munus citarier. Catul. epig. 56. 9.
Dicite ô Hymenæe hymen
Hymen ô hymenæe.
Vt lubentius audiens
Se citarier ad suum
Munus, huc aditum ferat.
Citare de tribunali. Cic. 7. Verr. 13. Quẽ is, vti Panormũ venit, ad se vocari, & de tribunali citari iussit, concursu magno, frequẽtiaq; cõuentus.
Citare authores. Liuius 4. ab Vrbe 88. Qui si ea in re sit error, quòd tam veteres annales, quodque magistratuum libri, quos lineos in æde repositos Monetæ Macer Licinius citat identidem authores, &c.
¶ Citare, pro Recitare, aut nominare. Cic. 2. de Finib. 31.
Omnes Danai aut Mycenenses, Attica pubes,
Reliquique Græci qui hoc anapæsto citantur, hoc non dolere solum, voluptatis nomine appellaret, &c.
Ore alicuius citari, id est nominari. Ouid. epistol. 7. 20.
Hinc ego me noto sensi quater ore citari.
Ipse sono tenui dixit, Elisa veni.
¶ Citare, Incitare, prouocare, (παροξύνειν,) vt Citare equum. Cæsar 3. bel. Ciuil. 378. Protinusque equo citato, Larissam contendit. Liuius 2. ab Vrbe 204. In eam partem citato equo aduectus. Idem 1. ab Vrbe 251. Age sanè omnes citatis equis aduolant Romam.
Citare humorem illuc. Celsus lib. 4. cap. 6. Recte etiam sinapi ex aceto super pectus imponitur, donec vlcera pustulasque excitet, & tum medicamentũ quod humorẽ illuc citet. Ideò efficiat vt illuc humor cõfluat.
Citare pus. Celsus lib. 5. ca. 27. Si grauis inflammatio est, neque gluman di spes est, ea, quæ pus moueant, aquæ quoque calidæ necessarius vsus est, vt & materiam digerat, & duritiem mollíat, & pus citet.
Citare vrinam, cui Tardare opponitur. Celsus lib. 2. cap. 19. Itemque aliæ inflant, aliæ ab hoc absunt, aliæ calefaciunt, aliæ refrigerant, aliæ in stomacho facilè acescunt, aliæ nõ facilè intus corrumpuntur, aliæ mouent alaum, aliæ supprimunt, aliæ citant vrinam, aliæ tardant.
Citare aliquem ad aliquid faciendum. Plinius lib. 11. cap. 37. 45. Gradum citare, id est velocius ingredi. Claudianus 4. Paneg. 102.
Ad fræna citauit olores. Statius 1. Syl. 2. 29. de Venere. Id est properè illis fræna induit.
Citare palmitem aut radiculas dicuntur arbores. Columella lib. 4. cap. 24. 10. Propter quod palmes, quem mox in germinatione citauerit, imbecillis ac minus fructuosus erit. Idem lib. 5. ca. 5. 5. Et recisis radiculis, siquas in summo solo citauerint, post paucos dies adorui.
¶ Citare, pro enarrare aliquid. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 2.
– Cæsar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris atque suam non
Quicquam proficerentis collibuisset, ab ouo Vsque ad mala citaret.
Citãtus, pen. prod. (ὁρμητέος,) Participium. vt Citato vadere equo. Liu. 10. bel. Pun. 51. Et lib. 8. 77. Citato gradu in hostem ducebant.
Citatus, (ὠρμημένος,) Nomen ex participio, pro Celer. Liu. 7. bel. Pun. 269. Nero ea nocte quæ sequuta est pugnam, citatiore quàm inde venerat agmine, die sexto ad statiua sua atque ad hostem peruẽnit. Ibidẽ lib. 2. 29. Quàm citatissimo poterant agmine sese abripuerunt. Sic libro 3. ab Vrbe 99. Citatum agmen Tusculum rapit.
Citatus arteriarũ pulsus, aut tardus. Plinius lib. 11. c. 37. 84. Vide PVLSVS.
Rhenus citatus fertur. Cæsar 4. bel. Gal. 493.
Currus citatus, Celeriter tractus. Silius lib. 8. 132.
Cursus citatus. Senec. Hercul. furente 3. 4.
Flumen citarum. Senec. Hercul. furente 4. 10.
Gradu citato. Senec. Hippol. 9. 7.
Sed quid citato nuntius portat gradu? Sic ibidem 10. 15.
Turba mundi citati, Qui incolunt cælum mobile. Sen. Hercul. Oetheo 15. 8. Vos quoque mundi turba citati.
Flete Herculeos numina casus.
Nauis citari. Propert. lib. 1. eleg. 8. 5.
Nec me deficiet nautas rogitare citatos,
Dicite quo portu clausa puella mea est.
Passibus citatis. Senec. Hippol. 10. 5.
Pede citato tangere aliquam regionẽ, id est cursu assequi. Catul. epi. 58. 1.
Rates citatæ. Naues citæ & agitatæ. Senec. Hippol. 10. 19.
Tripudiis citatis celerare vbi tibicen canit. Catul. epigram. 58. 6.
Turmas citatas agere. Senec. Troad. 8. 9. Puer citatas mobilis turmas ages. Id est ad cursum equorum incitatas.
Vultus citatus, ira Commotus ira. Senec. Medea 11. 1.
– quod impotenti
Facinus parat furore?
Vultus citatus ira Riget.
Lapsis citatior astris. Stat. 1. Thebaid. 19.
Ilicet igne Iouis, lapsisque citatior astris, &c.
Euro citatior. Silius lib. 4. 2.
Penna citatior. Silius lib. 10. 3. – velocius inde
Hemonio Boreæ, pennaque citatior ibat.
Citatim, (ὡρμημένως,) Aduerbium. id est celeriter. Hirtius de bello Africano 317. Ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

CILICIA, (πλανία,) Regio est (vt Plin. lib. 5. testatur) in minori Asia, Syriæ proxima, plurima iacens campo, Tauro monti subiecta, quæ à Cilice nomen sortita est, quem pristina ætas penè vltra æuum memoriæ abscondit. Phœnice ortum, qui apud Gentileis antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur. Hæc regio ab Oriente Amano

Universidad de Deusto
Biblioteca

clauditur. A Septentrione Tauri iugis, ab Occidẽte Pamphilia. Huius metropolis est Tarsos, quam intersecat Cydnus amnis. A Cilicia, Cilicię portæ. Pomponius lib. 1. scribit Ciliciam, locum esse magni aliquando discriminis fusorum ab Alexando Persarum, fugientisque Darii spectatorem ac testem. Strabo libro 14. Ciliciam diuidit in Campestrem & Tracheam, id est asperam. Fuit olim opulentissima Popu. Romani prouincia, & Cicerone Proconsule memorabilis.

Cilix, huius Cilicis, pe. corr. (κίλιξ.) Adiectiuum, dicitur homo qui è Cilicia est ortus. Cilices pirate fuerunt quos Cn. Pompeius funditus deleuit.

Crocus Cilix. Lucre. li. 2. 84. Et quæ scena croco Cilici perfusa recens est.

Flores Cilicum. Stat. 2. Sylu. 1. 32.

Messes Cilicum. Stat. 3. Sylu. 3. 7. – tu largus Eoa
Germinat tu messes Cilicumque Arabumque superbis
Merge rogis. Intelligit Spicas nardi, amomi, thus & hoc genus alia.

Pirata Cilix. Lucan. lib. 3. 46. Itaque Cilix iusta iam non pirata carina.

Vagi Cilices. Lucanus lib. 1. 69.

Cilicas, Accusatiuus pluralis. Lucret. lib. 1. 69.
Post Cilicas ne vagos, & lassi Pontica regis
Præliar barbarico vix consummata veneno
Vltima Pompeio dabitur prouincia Cæsar?

Cilicensis, (κιλικήσιος.) Cicero ad Quintum fratrem, libro 1. 2. 12.
Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicensi, & Syriaco anteponis, valde magnum facis.

Cilissa, (κίλισσα,) Adiectiuum. vt Terra Cilissa, Cilicia. Ouid. in Ibin 41. Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla,
Quotve ferat dicam terra Cilissa crocos.

Cilicium, cilicii, (κιλίκιον,) Vestis, quæ ex hircorum, seu capellarum pilis fit, vel etiam pro textura ipsa accipitur: hic dicta quòd vsus eius in Cilicia ortus sit. Varro 2. de Re rust. cap. 11. 9. Tondẽtur, q magnis villis sunt in magna parte Phrygiæ, vnde cilicia, & cætera eius generis ferri solent. Sed q primum ea tonsura in Cilicia fit instituta, nomen id Cilicas adiecisse dicunt. Columel. lib. 12. ca. 46. 1. Vel etiam cilicio detergito quicquid arenæ inhærebit. Cic. 3. Verr. 67. Quum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret.

Cilium, (βλεφαρὶς,) Est folliculus quo oculus tegitur: vnde supercilium, authore Festo. Plinius lib. 11. cap. 37. 30. Extremũ ambitum genæ superioris antiqui cilium vocauere: vnde & supercilia. Genam superiorem vocat Plinius, folliculum superiorem quo tegitur oculus. Duab⁹ enim genis tegitur oculus, vt ibidem docet idẽ Plinius.

CILLA, (κίλλα,) Vrbs propè Thebas, vbi Cillei Apollinis templum est, vt habet Strabo libro 13. Ouid. 13. Metamorpho. 35.
– Cryseníque & Cillan Apollinis vrbes.

Cillere, (κινῆν,) Mouere: vnde Furcillæ dictæ, quibus frumenta cillentur. Seruius in secundum Georgicorum.

Cilo, sine aspiratione, (μετωπίκης,) Cui frons est eminentior, ac dextra, sinistraque velut recisa videtur. Festus.

Cilones, impudici, parricidæ, sacrilegi. Cice. in Sallust. 11. Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis subsederant, nominis perditi ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licentia vitiorũ & cupiditate cerũ nouarũ. Exemplaria quædam legunt cyllenorum. Cælius lib. 21. cap. 22. Cilones, inquit, apud Ciceronem in Sallustium, cinædi sunt, ac turpiter cuentes: quia cillere motitare est.

CIMBRI, (κίμβροι,) Populi Germaniæ, de quibus videto Plinium lib. 4. cap. 13. & 14. & Lucanum in primo. Quidam eos hodie Zelandos appellari putant. Festus asserit eos Lingua Gallica, Latrones vocari.

Cimbribus, (κιμβρικὸς,) Adiectiuum. Claud. de bel. Getico 129.
Illic Oceani stagnis excita supremis
Cimbrica tempestas.

Cimex, cimicis, penul. correp. masc. gen. (κόρις,) Vulgò dictus vermiculus odore fœdus, è ligno nascens, chartisque & paleis. Martial lib. 11. 33. Nec toga, nec focus est, nec tutus cimice lectus. Idè lib. 11. Epigram. 57. Et reges atque cimex & nudi spouda grabati. Plinius lib. 27. cap. 9. 9. Folia cimicem necant.

Cimex animal fœdissimum. Plinius lib. 29. cap. 4. 4. Veluti cimicum animalis fœdissimi, & dictu quoque fastidiendi natura, cõtra serpentium morsus, & præcipuè aspidum valere dicitur.

CIMERII, (κιμμέριοι,) (inquit Festus Pompeius) dicuntur populi, qui occupatas frigoribus terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas in regione in qua conuallis iugo satis eminenti circundata est, quæ neque matutino, neque vespertino sole contegitur. Constat igitur Cimmerios in Italia fuisse ad Baianum & Auernum sinum, qui in subterraneis domicilijs habitantes, & per cuniculos commeare soliti, toto in illis die delituerunt, noctu tantum ad latrocinia egressi, quum victum ex metallorum alioqui effossione, diuinationum mercede, & prouentibus ab rege designatis quærerent, vt ex Ephoro scribit Strabo. Venes hos ingens quondam superstitio increbruit, loci natura erroribus suffragante. Ibi sacra nemora venerata, fluminibus etiam & fontibus suus horror fuit. Specus preterea famosi, & ad inferos crediti adi

tus, quos intrare fas non erat, nisi diis Manibus prius, quò auspicatior descensus foret, sacrificio placatis. Vnde Homero suæ fabulæ œconomia, quam in Odysseæ lib. 2. cõminiscitur, desumpta est, & Virgilii li. 6. Sunt & Cimmerii Bosphorani, quos Herodotus lib. 4. interiora Asię aliquando tenuisse scribit. Verùm à Scythis pulsos magis occidua tandem petisse. Ab his Bosphorus Cimmerius dictus: & Cimmerii mõtes supra Albaniam, apud Ptolemæum tabula Asię secunda. Vide Plinium lib. 6. cap. 6. Cic. 4. Acad. 111. Et Cimmeriis quidem, quibus aspectum solis, siue deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci, quem incolebant situs: ignes tamen aderant, quorum illis vti lumine licebat.

Cimmerię tenebręque biti, p multa obscuritate, & animi caligine. Fest⁹.

Cimmerius, (κιμμέριος,) Adiectiuum.

Cimmerios Lacus, infernos & caliginosos vocat Tibullus lib. 3. eleg. 5. 5.
Elysios olim liceat cognoscere campos,
Letheamque ratem, Cimmeriosque lacus.

Paludes Cimmeriæ. Claud. 1. in Eutrop. 50.

Pontus Cimmerius. Claud. 1. Panegy. 26.

CIMMERIS, Troadis vrbs, Edonis prius vocata, vt tradit Plinius lib. 5. cap. 30. Rursus in littore, inquit, Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris & Assos, eadem appellonia.

CIMOLIS, Vrbs Paphlagoniæ, authoribus Pomponio lib. 1. & Plinio lib. 6. cap. 2. Cimolis item vrbs Galatiæ Ptolemæo. Vulgò Quinoli.

Cimolius, (κιμώλιος,) Adiectiuum, Quod ex Cimolo insula est, Vnde terra cimolia & creta cimolia apud Medicos.

Cimolus, li, (κιμωλὸς,) insula in mari Aegæo. Plinius lib. 4. cap. 12. Ouidius Metamor. lib. 7. Hinc humile Myconem cretosaque rura Cimoli.

CIMON, (κίμων,) Athenienfis, patre Miltiade, matre Egesiphile, liberalitate munificentiaque domi magis, quàm militiæ clarus, quapropter Lucullo ex nostris comparatur. Nam quum hostium spoliis militia partis locuples esset, ea ciuibus suis distribuit. Primùm amoris vndiq; agrorum suorum septis, egenis peregrinisque poma, frugesque fumendas impune dabat. Parabatur quotidie ingens domi conuiuium, quo vndique confluentes pauperes vescebantur. Ex Plutarcho.

Cinaedi, (κίναιδοι, κατὰ πτῶσιν,) Dicti sunt apud veteres, saltatores, vel pantomimi: ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὸ σῶμα. Plaut. Aulul.
Ita fustibus sum mollior magis quàm vllus cinædus. Idem in Milit.
Tum ad saltandum non cinædus magis vsque saltat quàm ego. Hæc Nonius. Capitur etiam in malam partem pro puero meritorio.

Improbi cinædi. Catul. epigram. 57. 1.

Cinædus mollior cuniculi capillo, vel anseris medulla, vel inula mollicella. Catul. epigram. 12. 5.

Cinædior, Comparatiuum. Id est mollior & fœda libidine insignior. Catul. epigram. 10. 5.

Cinara, cinaræ, penul. correp. fœm. gen. (κίναρα,) Carduus est altilis nunc vulgò notus, inter mensarum delicias plurimum expetitus. Articoclum vocant. Columella lib. 10.
Hispida ponatur cinara, quæ duleis lacco
Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti.
Hæc modò purpureo surgit glomerata corymbo:
Myrtiolo modo crine viret: deflexaque collo
Nunc adoperta manet: nunc pinea vertice pungit:
Nunc similis calatho, spinisque minantibus horret:
Pallida nonnunquam tortos imitatur achantos. Cinaræ radix ex aqua decocta, sitim potatoribus facere narratur. Proinde grata Bacchо potanti, ingrata Phœbo canenti. Columella lib. 11. cap. 3. Cinaræ sobolem melius per Autumni æquinoctium disponemus: semen commodius circa calendas Martii seremus: eiusque plantam circa calendas Nouembris deprimemus, & multo cinere stercorabimus. Id enim genus stercoris huic oleri videtur aptissimum. Propter hæc Columellæ verba putauit Pomponius Fortunatus Cinaram à cinere nomẽ sortitam, quòd eo maximè gaudeat. Ruellius tamen lib. 1. cap. 20. huic sententiæ non accedit, hinc dictam tradens, quòd eius nominis puellã in hanc herbam fingant conuersam.

L. CINCIVS, Prætor Siciliam per secundum bellum Punicum administrauit, vt scribit Liuius. Cincius alter Senator Romanus scripsit de re militari. Idem in suasione legis Fannię, obiecit seculo suo, quòd porcum Troianum mensis inferrent iquem illi sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit. Author Macrobius.

CINCIA, Locus Romæ vbi Cinciorum monumentum fuit. Festus.

Cincinnus, cincinni, (κίννος,) Cincinni, authore Festo, sunt crines intorti. Cic. in Pisonem 19. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Qui etiam calamistrati dicuntur. Varro lib. 1. de Re rust. ca. 31. Ex altera parte caprea dicta quòd parit capreolum. Is est coliculus viteus intortus vt cincinnus.

Cincinni oratoris. Cice. 3. de Oratore 56. Atque eo citius in oratoris, aut in poetæ cincinnis à fuco offenditur.

Cincinnãtus, penul. prod. Adiectiuum, (κιννατὸς,) Cui intorti sunt capilli. Plaut. Capt. 11. 117. Subruffus aliquantum, crispus, cincinnatus.

Idem

Idem Trucul. 11. 49. Cic. post Reditum in Senatu 10. Quo vultu cincinnatus ganeo non solum ciuium lachrymas, verumetiam patriæ preces repudiauit? Quintilianus lib. 1. cap. 9. Pelia cincinnatus, hoc est cirratus, cincinnis & contortis capillis ornatus.

CINCINNATVS, (κιγκινάτος,) Viri proprium. Cic. lib. 1. de Finib. 19. Itaque vt maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illũ, vt Dictator esset: sic vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certè non pereruditos. Plin. lib. 18. cap. 3. 10. Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit Dictaturam, & quidem (vt traditur) nudo, plenoque puluris etiamnum ore. Cui viator, Vela corpus, inquit, vt proferam Senatus populique Romani mandata. Valerius Max. lib. 4. cap. 4. Septem iugera agri possedit L. Quintius Cincinnatus. Ex his tria, quæ pro amico ad ærarium obligauerat, multæ nomine amisit. Pœnam quoque pro filio Cæsone, quòd ad causam dicendam non occurrisset, huius agelli reditus soluit. & tamen ei quatuor iugera aranti non solum dignitas patrisfamiliæ constitit, sed etiam Dictatura delata est. Hanc historiam pulchrè narrat Liuius. 1. Decadis lib. 3.

Cinctus, Vide CINGO.

Ciner, Ciniflones, Vide CINIS.

CINESIAS, Thebanus Dithyramborum scriptor composuit Pyrrhichiam, vt est in prouerbio, πυῤῥιχίαν ἄιδειν κίνησιν, id est Pyrrhichiam didicit Cinesiæ. vel quòd in choris multo motu vteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cinesias corpore pigro & fracto crure, vulgoque male audiebat impietatis, & improbitatis nomine, vt scribit Suidas.

CINGA, (κίγγα,) Fluuius in confinio Hispaniarum, ex Pyrenęis montibus in Iberum influens, vbi & nomen amittit. Lucan. lib. 4. 5.
– camposque coercet Cinga rapax.

Cingo, cingis, cinxi, cinctum, (ζωννύω, κυκλόω,) cingere, propriè circuire: dictum quasi circum agere. Sipontinus.

Cingere, Circundare: vt Amne cingi. Virgil. 9. Aeneid. 97. Ouidius. 5. Fast. 25. de Capella Olenia.
Lac dabat illa Deo, sed fregit in arbore cornu,
Truncaque dimidia parte decoris erat.
Sustulit hoc Nymphæ, cinxitque decentibus herbis.

Ab armis cingi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 14.
Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis.

Auxilio cingi. Claudianus in Gigantomach. 9.

Excubiis cingi. Claudian. 4. Paneg. 9.

Milite cingi. Claudian. 1. in Ruffin. 3.
Premor hinc odiis, hinc milite cingor.

Odiis cingi. Claudianus in præfat. secundi libri in Eutrop. 7.
Cingeris hinc odiis, inde necesse amor.

Periculis cingi. Cic. pro Lege Manilia. 20. Testis est Sicilia, quam multis cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii explicauit.

Telis cingi. Virg. 2. Aeneid. 104.
¶ Acies cingere discordibus armis. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 9.
Præda feras acies cinxit discordibus armis.
Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorque venit.

Nymbi æthera cingunt. Virg. 5. Aeneid. 3.

Ara coronis cingitur. Ouid. 3. Trist. eleg. 13. 3.

Caput de flore cingere. Ouid. 3. Fast. 51.
– de tenero cingite flore caput.

Cingere castra vallo. Liuius. 7. ab Vrbe. 190.

Comas cingere diademate. Claudian. 4. Paneg. 14.

Comam lauro cingere. Horat. 3. Carm. ode. 30. 4.

Vitta comas cingit. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 16.

Corpore externo cingi. Cic. 1. de Nat. deorum. 40. Quid, autem interius mente? cingatur igitur corpore externo. De mundo loquens. Budæus.

Tenebræ cingunt diem, quum dies est caliginosus. Seneca Hercule furente. 11. 10. – medium diem Cinxere tenebræ.

Muris cingere domos, Vrbem condere. Valer. lib. 4. Argonaut. 21.

Flumina ripis cingere. Ouid. 1. Metam. 8.

Forum iure cingere. Claud. 3. Paneg. 40.
Seu celebres Iudæa foliis seu foltus eburno
Cingas iure forum, &c.

Fossas munimine cingere. Ouid. 13. Metam. 43.

Iudicium cingere corona. Lucan. lib. 1. 66.
– quis castra timenti
Nescit missa foro gladii quum triste minantes
Iudicium insolita trepidum cinxere corona, &c. Id est gladiis armati circunsteterunt iudicium.

Mare latus terræ cingit. Ouid. epist. 10. 13.
Omne latus terræ cinxit mare.

Turba latus tibi cingit. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 4.
Dumque latus sancti cinget tibi turba Senatus.

Pennæ cingunt vtrunque latus. Ouid. 6. Metam. 144.
Mox pariter pennæ ritu cœpere volucrum
Cingere vtrunque latus, pariter flaueſcere malæ.

Cingere modum obsidii stationibus. Tacit. lib. 13. Ac sæpe modũ obsidii stationibus cingebat. Id est modo, seu per modũ vel in modum obsidii.

Flammis mœnia cingere. Virgil. 10. Aeneid. 23.

Milites rara muros cinxere corona. Id est pauciores ad mœnia. Virgil. 10. Aeneid. 24.

Aggere arenæ cingere nauem. Id est in vado impingere. Virgilius 1. Aeneid. 24. – tris Eurus ab alto
In breula & Syrteis vrget (miserabile visu)
Illiditque vadis atque aggere cingit arenæ.

Fossę cingebant oppida. Ouid. 1. Metamorpho. 10.

Oppida muris cinguntur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 11.

Aues cœtu cingere polum dicuntur, quæ recto ordine & longo ambitu volant. Virgil. 1. Aeneid. 81.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum.

Stellæ cingunt polos. Ouid. 6. Fastorum 144.

Portas aggere cingere. Stat. 2. Thebaid. 140.

Cingitur & concluditur vrbe portus. Cice. 7. Verr. 76.

Rura fluuio cinguntur. Senec. Hercul. Oetheo 569.

Saltus indagine cingere. Virgil. 4. Aeneid. 25.

Saltus venatu cingere. Claud. de bello Gildon. 72.

Seges altis sepibus cingenda. Ouid. 3. de Arte 112.

Sinus mucrone cingere. Claud. 2. in Eutrop. 90.
Turpe gemit, quoties aliquis mucrone coruſco
Armatur, cingitque sinus.

Syluam cingere. Alphenus in L. In lege locationis. ff. Locati, In lege locationis scriptum erat, Redemptor syluam ne cædito, neve cingito, neve deurito, neve quem cedere, cingere, vrere finito. Quærebatur, &c.
Quo in loco Cingere accipitur pro De glabrare, seu cortice detrahere. In eadem significatione vsus est Paulus in L. Cædere. ff. Arbor. furtim cæs. Cingere, inquit, arborem, est illam deglabrare.

Cingere syluas. Senec. Hippol. 11.
Ite, vmbrosas cingite syluas
Summaque montis iuga, &c.

Tempora floribus cingere. Catul. epigram. 56. 1.

Lauro cinguntur tempora. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 11.

Cingere tempora viridanti lauro. Virgil. lib. 5. Aeneid. 170.

Tempora myrto cingere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 7.

Ramis tempora cingere, Componere se ad spectãdos ludos ex more Romano, ait Seruius. Nam festis ludis omnis ætas coronata spectabat. Virgil. 5. Aeneid. 15. Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.

Spicis tempora cingere dicitur Ceres. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 1.
Bacche veni, dulcisque tuis è cornibus vua
Pendeat, & spicis tempora cinge Ceres.

Cingit vrbem Alduabis fluuius. Cæsar 1. bel. Gal. 152.

Cingere vrbem copiis & militibus. Liu. 4. bel. Maced. 149.

Vrbem mœnibus cingere. Cice. 3. de Natu. deorum 137. Diligentiusque vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis.

Vrbem muris cingere. Ouid. 4. Metamorpho. 12. Virgil. 5. Aeneid. 119.
– longum muris quum cingeret Albam.

Vrbem obsidione cingere. Virgil. 3. Aeneid. 11.

Pinnis atque aggere vrbem cingere, id est muro, in quo pinnæ sunt, & fossa vrbem circundare. Virgil. 7. Aeneid. 32.

Vrbem religione cingere. Cice. 3. de Natu. deorum 137.

¶ Cingere insignibus fortunæ principalis aliquem. Tacit. Pilũ Germanicum appellauit, cinxitque omnibus fortunæ principalis insignibus.

¶ Aonium nemus Marte cingere, Literis & militiæ simul operam dare. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 9.
Nil tibi sit rauco Prætoria classica cornu
Flere, nec Aonium cingere Marte nemus.

¶ Cingitur, certè expedit se. Plaut. Amphit. 4. 154.

¶ Armis cingi. Virgil. 2. Aeneid. 144.
Ipse vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.

Ense latus cinxit. Ouid. 2. Fastorum 157.

Ense cingi. Ouid. 2. Fastorum 3.
Nec galea tegimur, nec acuto cinginur ense.

Ferrum cingere, Accingere se ense. Virgil. 2. Aeneid. 102.

Latus ferro cingere. Stat. 4. Thebaid. 9.
Inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus
Contentus ferro cingi latus.

Cingere se gladio. Liu. 7. ab Vrbe 38. Armant iuuenem æquales, pedestre scutum capit. Hispano cingitur gladio.

Cingi venenis, Instrui, muniri. Valer. Flac. lib. 6. Argonaut. 95.
Cingitur arcanis Saturnia læta venenis.

¶ Flamma cingere, Accendere, incendere. Virgil. 1. Aeneid. 136.

¶ Cingere, pro Veste tegere. Silius lib. 3. 48.

Universidad de Deusto Biblioteca

– vestigia nuda, sinusque
Cingere mansuetum, & rubræ velamine vestis.

¶ Cingere, Circum habitare. Valer. lib. 6. Argonaut. 14.
Misit in arma Darabs: acies quem Martia circum
Gangaridum; poraque Gerus quos efferat vnda:
Quique lacum cinxere Biccn.

¶ Cingi cum aliquo, id est coniungi. Claud. 2. Panegy. 22.
– vnoque receptæ
Pectore diuersos tecum cinguntur in vsus.

Cingens, (ζωννύων,) Participium. Catul. epigram. 59. 37.
Nec patet egressus pelagi cingentibus vndis.

Cinctus, (ζωσθείς,) Participium. Cicero pro Flacco 21. Equidem existimo in eiusmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta, portibus distincta, insulis circundata esset.

Altè cinctus puer. Horat. 1. Sermo. saty. 8. 2.

Humus æquore cincta est. Ouid. 2. de Arte 94.

Agminibus comitum cinctus. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 6.

Caterua matrum cincta virgo. Ouid. 12. Metamorpho. 44.

Comis ora cincta. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 3.
– credam prius ora Medusæ
Gorgonis anguineis cincta fuisse comis.

Corona cinctus. Cice. pro Milone 1. Non enim corona consessus vester cinctus est, vt solebat.

Cinctus corona hostium. Liu. 3. bel. Pun. 125.

Latus ense cinctum. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. 3.

Bella cincta ferro. Senec. Hercul. furente 9. 16.
Metus, pauorque, funus, & frendens dolor
Aterque luctus sequitur, & morbus tremens,
Et cincta ferro bella in extremo abdita.

Cinctus freto. Seneca in Thyeste 1. 18. – alueo medius tuo
Phlegethon relinquar igneo cinctus freto.

Cinctus gladio Hispaniensi. Liu. 8. bel. Maced. 94.

Hedera cincta anus. Ouid. 3. Fast. 154.

Caput honore nauali cinctus, Id est nauali corona. Ouid. 3. de Arte 79.

Caput luminibus cinctum, Id est oculis. de Argo Ouid. 1. Metam. 126.

Cincta mari prouincia. Cice. pro Flacco 21.

Montis caput cinctum nubibus. Virgil. 4. Aeneid. 50.

Vitis cinctus. Claud. de bello Gildon. 33.

Locus ab hoste cinctus. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 4.
Vestes ad pectora cinctæ. Ouid. 6. Metamorpho. 12.
Vtraque festinat, cinctæque ad pectora vestes,
Brachia docta mouent, studio fallente laborem. Cinctæ, id est succinctæ, suffarcinatæ.

¶ Cinctus. Marcellus in L. Titius. ff. de Testaméto militari, Titius prius quàm Tribunus legionis factus esset, testamentum fecit, & postea cinctus, manente eodem defunctus est. Quæro, &c.

In alia militia cinctus. Paulus in L. Quod dicitur. ff. de Testamento militari, Miles testamentum fecerat, deinde non ignominiæ causa missus, rursus cinctus est in alia militia. Quærebatur, &c.

Cinctus, (διάζωμα,) Substantiuum, Idem quod cingulum. Plinius lib. 24. cap. 9. 7. Virgam qui in manu habeant, aut cinctu, negantur interriginem sentire. Idem libro 27. cap. 5. 4. Sed ad inguinum medicinam sinistra manu decerpi iubent, & iuxta cinctus alligari. Varro de Lingua Latina, Cinctus & Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum.

Cinctus Gabinus. Virgil. 7. Aeneid.
Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Insignis. Vbi Seruius, Gabinus cinctus, Est toga sic in tergum reiecta, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat. Hoc autem vestimenti genere vtebatur Consul bella indicturus: ideo quia quum Gabii Campaniæ ciuitas sacris operaretur, bellum subitò euenit: tunc ciues cincti togis suis, ab aris ad bella profecti sunt, & adepti victoriam. Vnde hic ortus est mos.

Gemmatus cinctus. Claud. 4. Paneg. 112.

Sonantes cinctus. Stat. 6. Thebaid. 16.

Cinctu cingere, & Cinctu soluere. Plinius lib. 28. cap. 4. 10. Partus accelerat vicinos, ex quo quæque conceperit, si cinctu suo soluto fœminam cinxerit dein soluerit, adiecta precatione, se vinxisse eandem & soluturum, atque abierit.

Cincticulus, penul. correp. (ζώνιον, διαζωμάτιον,) Diminutiuum. Plaut. Bacchid. 8. 18. Cincticulo præcinctus in sella apud magistrũ assideres.

Cinctutus, Adiectiuum, (διαζωσμένος,) vt Cinctutis non exaudita Cethegis, Horatius in Arte 10. antiquè dixit: Id est militaribus viris, & quasi ad militiam accinctis. Contrà, Discinctos Mulciber Afros, dixit Virgilius: Id est ad pugnam imbecilles atque imparatos.

Cingulus, & cingulum, cinguli, penul. correp. (ζώνη,) Quo quis cingitur. Cice. in Somnio Scip. 21. Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis: è quibus duos maximè inter se diuersos vides, &c. De quinque zonis terræ loquitur.

Cingulo noua nupta præcingebatur: quod vir in lecto soluebat, factum ex lana ouis: quòd sicut illa in glomos sublata, coniuncta inter se sit: sic vir suus secum cinctus, vinctusque esset. Festus.

Dignitatis cingulum. in L. Omnes. Vt dignitatum ordo seruetur. lib. 12. C, Tertium verò, inquit, ordinem eorum prospicimus, quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis. Quartũ honoratiorũ qui præsentes a nostro numine sine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti sunt. Quintum eorum quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. Sine cingulo, sine administratione dixit, authore Accursio. Budæus.

Sub cingulo delata illustris dignitas dicitur, quando iusta & plena est, & re vera delata: Citra cingulum verò, quando honoris tantum gratia, hoc est honoraria. L. Omnes. de Metatis & epidemicis, lib. 12. C, Cæteris verò, inquit, quibus illustris dignitas sub cingulo vel citra cingulum pro solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Budæus.

Spoliare cingulo. L. 3. de Domesticis & protectoribus, libro 12. C, Quinquennium autem si fuerit diuagatus, ipse iam cingulo spoliandus est. Id est dignitate & magistratu priuandus & deiiciendus, hoc est, quod alibi legitur, discingere. Budæus.

Cingula, Plurale. Stat. lib. 6. Thebaid. 46.
– seu fræna libet seu cingula flammis Mergere.

Aurea bullis cingula. Virgil. 9. Aeneid. 76.

Fulgent bullis cingula. Virgil. 12. Aeneid. 187.
– humero quum apparuit alto
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis.

Subnectere cingula. Virgil. 1. Aeneid. 100.

Cingula, pro Veneris cæsto ponit Valerius lib. 6. Argonaut. 94.
– fœcundaque monstris
Cingula: non pietas quibus aut custodia famę:
Non pudor: at contra leuis & festina cupido,
Affatusque malus, dulcisque labantibus error.

Cingula, cingulæ, (ζῶμα,) Qua cinguntur equi. Ouid. 1. de Remed. amoris 48. Et noua velocem cingula lædat equum.

Cingulum, et Cingulus, Vide CINGO.

CINGVLVM, (κίγγουλον,) Ciuitas Piceni notissima: vnde hodie muli Cingulani optimi veniunt. De Cingulanis meminit Plinius lib. 3. capi. 5. Cice. Attico, lib. 7. 130. 1.

Cinis, huius cineris, penul. correp. mascul. gen. (τέφρα, σποδιά, σποδός,)

Puluis est in quem materia vsta redigitur. Fœminino genere videtur protulisse Catullus, quum inquit, Troia, virûm & virtutum omnium acerba cinis.

Cineres & flamma extrema. Virgil. 2. Aeneid. 86.
Iliaci cineres & flamma extrema meorum
Testor in occasu vestro, &c.

Cinis ater. Virgil. lib. 4. Aeneid.
Nanque suam patria antiqua cinis ater habebat.

Aridus cinis. Horat. Epod. 17. 7. – donec cinis
Iniuriosis aridus ventis ferat.

Cinis Ausonius. Silius lib. 17. 72.
Videre Eoi monstrum admirabile Seres,
Lanigeros cinere Ausonio canescere lucos.

Compositus cinis. Ouid. 3. Fast. 110.

Dolosum cinerem vocat Horatius, qui prunas contegit: quem qui tangũt, cinerem merum & frigidum iam esse rati, manus comburere solent. Sic enim ille inquit 2. Carm. ode 1. 2.
Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas: & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso. Deterret hac oda Asinium Pollionem à scribenda historia belli ciuilis.

Feruidus cinis. Senec. Troad. 2. 7.

Frigidus cinis. Ouid. episto. 18. 19.
Dum modò sis idem, dum sic, vt scribis, amemur,
Flammaque non fiat frigidus illa cinis.

Fulmineus cinis. Stat. lib. 3. Thebaid. 37.
– veteris quum regia Cadmi
Fulmineum in cinerem monitis Iunonis iniquæ Consedit.

Immundus cinis. Virgil. 1. Georgic. 1. 17.
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.

Miserandus patriæ cinis. Author ad Herenn. lib. 4. 152.

Patrii cineres. Horatius in Arte 95.
Nec satis apparet cur versus factitet, vtrum
Minxerit in patrios cineres, an triste bidental Mouerit incestus.

Supremi cineres. Virgil. 10. Aeneid. 12.
Non satius cineres patriæ insedisse supremos?

Tepentes cineres. Stat. lib. 3. Sylu. 3. 37.

Tepidus cinis. Ouid. 8. Metamorpho. 129.

¶ Aura aufert cineres. Lucan. lib. 8. 153. – tunc ne leuis aura retectos
Auferret cineres, saxo compressit arenam.

Candet in igne cinis. Ouid. 2. de Arte. 88.

Collapsi cineres, Quum subsidunt, & ignis est extinctus. Virg. 6. Aen. 45.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit.

Dimouere cinerem foco. Ouid. 8. Metam. 129.

Diripitur cinis ventis. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 11.

Euerberare cineres. Ouid. 14. Metam. 115. de ardea aue,
Congerie è media tum primùm cognita præpes
Subuolat, & cineres plausis euerberat alis.

Excitare ruinas vrbis in cinerem datas. Seneca Troad. 8. 1.
An has ruinas vrbis in cinerem datas Hic excitabit?

Miscere cineri vrbem aliquam. Stat. lib. 12. Thebaid. 17.
– & impulsas cineri miscere Mycenas.

Obrutus cinere latet ignis. Lucret. lib. 4. 187.

Spargere cinerem. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 10.
Ergo summotum patria proscindere liuor
Desine, neu cineres sparge cruente meos.

Vertere omnia in fumum & cinerem. Horat. 1. Epist. 16. 2.

Ars in cineres versa. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 15.
Sic vtinam, quæ nil metuentem tale magistrum
Perdidit, in cineres ars mea versa foret.

¶ Cinis, pro manibus, & reliquiis funerum, vel memoria. Cic. 3. Verr. 79. Homo importunissime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri eius, atque ossibus inussisti, vt liberis eius bona patria, voluntate patris, iure, legibus tradita eriperes, & cui tibi esset commodum, condonares? Persius Saty. 1. 4.
– nunc non cinis ille poetæ Felix! Budæus.

Manes & cinis, Virg. 10. Aeneid. 164. – teque parentum
Manibus & cineri (si qua est ea cura) remitto. Idem. 4. Aeneid. 86.
Nec patris Anchisæ cineres manesue reuelli. Ibidem. 7.
Id cinerem aut manes credis curare sepultos? Ex Epicureorum opinione qui animam cum corpore simul extingui putant.

Cineres & ossa. Virg. 5. Aeneid. 11.
Nunc vltrò ad cineres ipsius & ossa parentis Adsumus.

Dare pœnas cineri, atque ossibus alicuius. Cic. 13. Philipp. 360. Videte quid Antonius se gauisum dicat: Dedisse pœnas sceleratum Treboniũ cineri, atque ossibus clarissimi viri.

Reportare solatium cineri atque ossibus alicuius. Cic. 7. Verr. 100. Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam, domum, sed ex tua calamitate cineri, atque ossibus filii sui solatium vult reportare.

Cinis extinctus. Ouid. lib. 5. Fast.
Iam tamen extincto cineri sua dona ferebant,
Compositique nepos busta piabat aui.

Ingratus cinis, Id est tristis. Seruius. Virg. 6. Aeneid. 43.

Maternus cinis. Ouid. 13. Metam. 151.

Operti cineres. Horat. 2. Carm. ode. 8. 1.
Expedit matris cineres opertos Fallere.

Sepultus cinis. Ouid. 13. Metam. 135.
Inferiæque cadunt cineri cognata sepulto Corpora.

Tristes cineres. Seneca Troad. 5. 1. – tristes cineres vrna coercuit.

Suprema ferre cineri, Exequias & funus celebrare. Virg. 6. Aeneid. 43.
– cineri ingrato suprema ferebant.

Haurire cinerem pro accipere, & Haustus cinis, pro accepto cinere legitur apud Ouidium lib. 13. Metam. 87.
In mediis Hecube natorum inuenta sepulchris
Prensantem tumulos, atque ossibus oscula dantem
Dulichiæ traxere manus: tamen vnius hausit,
Inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos. Idem. 8. Metam. 108.
– cineres haustos ad pectora pressant.

Insidere cineres alicui loco, Id est cõdi ipsos & sepeliri. Virg. 10. Aen. 12.

Inurere dolorem cineri, atque ossibus alicuius. Cic. 3. Verr. 79. Cur hunc dolorem cineri eius, atque ossibus inussisti?

Libare cineri. Virg. 3. Aeneid. 6. Libabat cineri Andromache, manesque vocabat Hectoreum ad tumulum.

Munera cineri alicuius mittere, Honore prosequi funus illius. In honorem mortui aliquid facere. Virg. 4. Aeneid. 4. 125.

Obsecrare per cinerem. Cicero pro Quint. 65. Obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, &c.

Rigare cineres. Sene. Troa. 4. 18. Tumuloq; donũ detur, & cineres riget.

Suscitare cinerem & sopitos ignes. Virg. 5. Aeneid. 148.

¶ Cineres ideo pro morte ponimus, quia veteribus mortuorum corpora cremare, & in cinerem redigere mos fuit. Martialis lib. 1. 31. Rari pòst cineres habent poetæ.

Cinis metonymicῶs, pro homine mortuo. Virg. 5. Aeneid. 17.
– saluete recepti
Nequicquam cineres, animæque, vmbræque paternæ. Id est salue pater de Troia frustra liberate. vt Seruius exponit.

Fidem seruare cineri, Mortuo vota persoluere quæ viuo exhibita fuerũt. Virg. 4. Aeneid. 111. Non seruata fides cineri promissa Sichæo.

¶ Cinis, pro Cremato corpore defunctorum. Senec. Herc. Oeth. 14. 15.
Quid anime trepidas? Herculis cineres tene,
Complectere ossa, reliquiæ auxilium dabunt. Idem in Medea 12. 1.
Nata atque genitor cinere permisto iacent.

Haud cinerem quæritant isti sermones, Id est debet eorum esse perpetua memoria. Plaut. Milit. 14. 10.

Cineraceus, Adiectiuum, (τεφρός,) Cineris, colorem referens. Plinius lib. 33. Terra est alia russa, alia ciner acea.

Cinereus, aliud Adiectiuum, (τεφροειδής,) Quod cineris est, vt Cinereus color. Plin. de vite, lib. 14. cap. 3. 7. Contrà damnantur etiam visu cinerea & rabuscula, & asinisca, minus tamen caudam vulpium imitata alopecis. Columel. lib. 2. cap. 2. 12. Qui modò pigrum contineat humorem, non eundem vel nigri, vel cinerei coloris.

Cinerarius, pro cinislone. Catul. epigram. 56. 28.
Sordebam tibi villice
Concubine hodie, atque heri.
Nunc tuum cinerarius
Tondet os, miser ah miser
Concubine nuces da.

Cinefacio, (τεφρόω,) veteres vsurparunt pro eo quod est in cinerem redigo. Lucretius lib. 3. 186. At nos horrifico cinefactum te propè busto Insatiabiliter deflebimus.

Cinislónes, penul. prod. à cinere dicti sunt parasiti, ab officio calamistrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos crispabant. Plaut. Aulul. 15. 36. Cinislones, paragiarii. Horat. 1. Serm. saty. 2. 20. Custodes, lectica, cinislones, parasitæ.

Cinna, (κίννας,) Trib. pleb. quum perniciosas leges de reuocandis exulibus ferret, pulsus à Cn. Octauio collega, magistratuque exutus, ex Vrbe profugit, & bellum vrbi intulit accersito C. Mario cum aliis exulibus ex Africa: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et quum victor mortuum spoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extructo, se insuper cremauit. Tandem Cinna, & Marius in vrbem recepti, cædibus omnia compleuere: inter quos Cn. Octauium Consulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæsarem iugularunt, eorumque capita pro Rostris posuerunt. Ex Liuio. Cinna item alius, qui per errorem necatus à Populo Romano fuit, foro medio in funere C. Cæsaris, quum vnus ex interfectoribus fuisse creditur. Præterea L. Cinna, res nouas affectans, quem ex hoste Octauius amicum fecerat, & vsque ad iudicum dignitatem euexerat, aduersus se insidias moliri cognouit, & iratus noua in eum exempla meditabatur. Liuiæ tandem consilio vsus, mitior est factus, eumque separatim in cubiculum vocauit: vbi eius ingratitudinem exprobrando, Vitam (inquit) Cinna tibi iterum do, prius hosti, nunc insidiatori: & pariter contendamus, vtrum ego melius iterum tibi vitam dederim, an tu debeas. Seneca de Clementia. Fuit & Cinna poeta optimus, qui scripsit Smyrnam, quem libellum decem annis elimauit. Author Seruius. Huius meminit & Virgilius in Bucolicis,
Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Smyrna Cinnæ. Catul. epigram. 90. 1.
Smyrna mei Cinnæ nonam post denique messem
Quàm cœpta est, nonamque ædita post hymem.

Cinnabaris, huius cinnabaris, fœm. gen. (κιννάβαρις,)

Color quidam minio accedens. Plin. lib. 33. ca. 7. 9. Milton vocant Greci minium: quidam cinnabarim. Vnde natus error Indico cinnabaris nomine. sic enim appellant illi saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere, permisto vtriusque animalis sanguine, vt diximus. Neque alius est color qui in picturis propriè sanguinem reddat. Dioscorides lib. 5. cap. 63. Falsò existimant quidam minio eandem cinnabarim esse. Minium enim in Hispania ex lapide quodam argentariæ arenæ misto conficitur. In fornace siquidem excoctum minium, floridum & fulgentissimum colorem contrahit. Et paulo pòst, Cinnabaris contrà ex Libya affertur: pretium illi ingens est: tamque exiguũ affertur, vt vix variandis in pictura lineis pictoribus sufficiat. Profundi coloris est: eamque ob causam crediderunt multi draconis sanguinem cinnabarim esse. * Matthiolus Senensis ait verum cinnabari Dioscoridis esse gummi arboris in Africa nascentis, & nostrũ hoc cinnabari nihil aliud esse quàm minium verum.

Cinnamômum, penul. prod. (κιννάμωμον,)

Frutectum est in Aethiopia, quod situ breui nascitur, fistulæ duplo duorum cubitorum altitudine. Vide Plinium lib. 12. ca. 19. Huius autem lignum inter aromata delicatissima annumeratur, vulgus Cannellam vocat. Nestor contendit Cinamomum prima vtique syllaba correpta scribendum, affertque Græcum versum ex Dionysio in Periegesi, vbi producitur tertia, cæteris correptis. Poetæ verò vbi cinamomum dicere non potuerunt, Cinnamomum gemino n dixere.

Cinnamum, penul. correp. (κίνναμον,) Similis est arbuscula, eadem. Plaut. Curc. 3. 6. Tu stacte, tu cinnamum. Ouid. 3. Fast. Cinnama tum pri-

mum captiuaque thura dedisti. Martial.lib.4.15. Tam bene rata suo miscentur cinnama nardo. Plin.lib.10.ca.22.4. Adipem eorum in vase æreo cum cinnamo niue multa obrutum.
Panchæa cinnama. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 19.
Hic casiæ matura seges, Panchæaque surgunt Cinnama.
Quassa cinnama. Ouid. 15. Metamorpho. 80.
Quassaque cum fulua substrauit cinnama myrrha.

Cinnara, cinnaræ, s.g. Nomen herbæ, qua resistit venenatis pabulis ceruus. Plin.lib.8.cap.27.5. Emendati codices sic habent, Ceruus herba cinare venenatis pabulis resistit. Cinare ablatiuus est, scribiturque vnicon. Quidam dicunt eam esse maioris cardui speciem, quam Dioscorides chamelæona appellat, vulgus Articocalou. Sed qui hoc dicunt, toto errant cælo. Vide CINARA.

Cinnus, cinni, mascul. gen. Plurium commistio, authore Nonio. Cic. in Orato. 11. Est autē quidam interiectus inter hos medius & quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine vtens superiorum, vt cinnus amborum neutro excellens, vtriusque particeps vel vtriusque (si verum quærimus) expers. Emendatiora exemplaria habent, vicinus amborum, neutro excellens. & re vera synceriot videtur lectio.
Cinnus, pro capillo. Plaut. Trucul. 6.32. Compositos, crispos, cinnos tuos vnguentatos.

CINNYPHVS, cinnyphi, penul. correp. & aspiratione assumpta, (κίννυφος.) Libyes, fluuius inter duas Syrtes in mare per Macas populos fluit, ait Herodotus. Silius lib. 3. 55.
Tum primùm castris Phœnicum tendere ritu
Cinyphii didicere Macæ, squalentia barba
Ora viris, humerosque tegunt velamina capri.

Cinyphius, Adiectiuum, (κινύφιος.)
Hirci Cinyphii. Virgil. 3. Georgic. 62.
Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cinyphii tondent hirci.
Seges Cinyphia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 5.
Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas,
Altaque quàm multis floreat Hybla comis.

CINYRAS, penul. correp. (κινύρας.) Alius rex Cypri, Cilicis filius Beti filii, qui cum Myrrha filia sua nutricis astutia ignarus concubuit, à quo & Cinyrea dicitur ipsa. Ouid. 10. Metamor. 74. – at virgo Cinyreia pertugit ignc. Carpitur indomito. Fabulam horum omnem fusissimè tractat idem poeta, hoc quem iam indicauimus libro.

Cio, cis, ciui, citum. Vide CIEO.

CIOS, Emporium Phrygiæ, à Cio Herculis comite, & iuxtà fluuius eiusdem nominis. Palæmon ex Dionysio, Qua Cius egregius decurrens murmurat vnda. Plinius lib. 5. cap. 32. 4. Cio (inquit) cum oppido ejusdem nominis, quod fuit emporium nō procul accolentis Phrygiæ, à Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygiæ vocabatur.

Ciperum, Est radix plantæ, similis porro, quod mistum cum croco, abradit pilos, extrahit lapidem, & frangit, & consolidat ea quæ sunt difficilis consolidationis. Ex Calepino. Scribi debet Cyperum. Vide suo loco.

Cippus, (σκάπτω,) quid sit, satis aptè declarat Cæsar 7. bel. Gal. 191. Quini erant ordines cōiuncti inter se atqui implicati, quo qui intrauerāt, se ipsi acutissimis vallis induebāt. hos Cippos appellāt.
Cippus, Terra in tumulum congregata. Horat. 1. Sermo. saty. 8. 3.
Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum Hic dabat.
Cippi, Lapideæ cruces vel huiusmodi monumenta, quæ in militaribus vijs extructa videmus, literis interdum insculptis ad memoriam alicuius rei prodendam. Budæus.
Leuior cippus. Persius Saty. 1. 4.
– nunc non cinis ille poetæ
Felix? nunc leuior cippus non imprimit ossa?

Circa, (περὶ, κύκλῳ.) Præpositio, quæ accusatiuo casui iungitur: ideſt iuxta & propè. Locum & tempus significat. vt Circa forum. Quintil. li. 6. ca. 14. Tabernæ autem erant circa forū. Apuleius de Asino, Aliquantisper vigilo, dein circa tertiam vigiliam comiuco. Plin. lib. 9. cap. 18. Nec amplius quàm circa eum mensem viuuntur.
Sæuit amor circa iecur. Horat. 1. Carm. ode. 25. 3.
Quum tibi flagrans amor, & libido
Sæuiet circa iecur vlcerosum.
Circa latus salire. Horat. 2. Serm. saty. 6. 7.
– aliena negotia centum
Per caput, & circa saliunt latus.
Lucos circa Ἥρας περὶ τέμενος. Virgil. 3. Georgic. 29.
Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans.

Vir circa decem lustra, Id est annorum quinquaginta. Horat. 4. Carm. ode 1. 2. – desine dulcium
Mater sæua Cupidinum
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis. Subauditur, Vir, aut homo, aut senex.
Circa patrem. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Cur non aliquid circa patrem quærimus?
Circa regem. Virgil. 4. Georgic. 15.
Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densæ
Miscentur. De apibus.
* Circa occultandam eloquentiam. Quintil. lib. 4. & lib. 6. plurimus circa simulationem risus.
Circa res aliquas sperare gratiam ingenii. Quintil. in Proœm. libri 1. 4.
* Et lib. 1. Similis circa authoritatem ratio.
¶ Circa, circiter. Suetonius in Claudio Cæsare, cap. 6. Qui tamen moriens, & in tertiis hæredibus cum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertia vicies prosequutus.
Circa singulas heminas. Celsus lib. 7. cap. 15. quo modo aqua hydropicis emittatur, Deinde per insequentes dies circa singulas heminas emittē dum, donec nullum aquæ vestigium appareat.
¶ Circa, Aduersus. Plinius epist. 9. lib. 3. Circa Hispanum & Probum multum fudoris.
¶ Circa, pro Apud. Curtius lib. 3.
Circa regem erat & Phrygum turba & Macedonum.
¶ Circa, pro De. Plinius lib. 8. cap. 16. Varia circa hæc opinio.
¶ Circa, iuxta. Pli. li. 8. ca. 33. Circa caprificos ferus, innoxius alioqui.
¶ Circa, pro In. Liuius 9. ab Vrbe 120. Nam & circa omnia defecerunt, vnde subuehi commeatus poterat: & si homines iuuare velint, iniqua est via. Quintilian. in Proœmio lib. 8. Præcipuè circa partis huius præcepta elaborauit.
Animus est circa campos. Horat. 2. Carm. ode 5. 1.
Circa virentes est animus tuæ
Campos iuuencæ.
Circa ima subsistere. Quintil. in Proœm. lib. 1. 16.
¶ Circa Demetrium, pro circa Demetrii tempora. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Circa Demetrium Phalereum institutum ferè consitat.
¶ Circa, pro Circum. Cice. Attico, lib. 4. 7. 9. 4. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque quæ circa sunt velim, quum poteris, inuisas. Legitur & Cyrea. Idem 6. Verr. 90. Debere eum arebat suam quoque rationem ducere: multa sibi opus esse: multa canibus suis quos circa se haberet. Et 1. de lege Agraria, Quid enim existimatis integrum nobis in repub. fore, quum Rullus Capuam, & vrbes circa Capuam occuparit?

CIRCE (κίρκη,) (inquit Cicero 3. de Nat. deorū 65.) Solis filia, & Perside Oceani filia. Hæc veneficiis dedita, multarum herbarum ac radicū varias vires, mirabilesque inuenit: quamuis à matre prius in iis esset Instructa. Itaque Sarmatarum regi cōmbio iuncta, virū mox veneficio peremit, & ipsa regno potita, sæuè nimium ac crudeliter ad ministrabat imperium: quamobrē regno ab incolis pulsa, in Italiam venit, & in promontorio Latij consedit quod ex eius nomine Circeium vocatur: vbi homines ad se venientes carminibus & veneficiis mutabat in varias bestias, vt testatur Virgilius 7. Aeneid. 4.
Quos hominum ex facie Dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe, in vultus ac terga ferarum. Abundat hoc multis ac variis herbis, quibus ad veneficia abutebatur. Fingitur à poetis socios Vlyssis, quem hospitio exceperat, mutasse in porcos. Virg. 8. eclog. 13. Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis. Cicero lib. 1. Offi. 178. Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, quum & mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret Et lib. 3. de Natu. deorū. 65. Circe autem, pasiphaæ, & Aee è Perside Oceani filia natæ, patre Sole in deorum numero non habebantur? Quanquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiosè colunt. Eodem libro. 75. Quintus qui Colchis fertur Aetam & Circen procreauisse. De Sole loquitur.
Medicamina Circes. Carmen de Pulice inter Ouidii opera repositum 5.
Pocula Circes. Horat. 1. Epist. 2. 5. de Vlysse.
Sirenum voces, & Circes pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus, cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.
Aeæa Circe. Ouid. 4. Metamorpho. 41.
Diligis hanc vnam, nec te Clymenēque. Rhodōsque,
Nec tenet Aeæe genitrix pulcherrima Circes. Genitrix, Id est Persa mater Circes. Aeæam verò vocat ab Aea Colchorum vrbe, non vt Seruius scribit, à vocibus eorum quos in bruta animalia conuertebat.
Hæc Raphael Regius. Virgil. 3 Aeneid. 77.
Infernique lacus, Aeææque insula Circes.
Calida Circe. Claud. 1. in Ruff. 31.
Titania Circe, Titanis aut Solis filia. Valer. lib. 7. Argon. 70.
Vitrea Circe. Horat. 1. Carm. ode. 17. 4. – & fide Teia

Dices

Dicet laborantes in vno
Penelopen, vitreamque Circen.
Circe Picum quem equorum domitorem Maro vocat, mutauit in auem. Virg. 7. Aeneid. 39.
Picus equum domitor, quem capta cupidine coniux
Aurea percussum virga, versumque veneno
Fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas.
Circes, genitiuus. Ouid. 14. Metam. 50. – monco fuge littora Circes.
Circæus, (κιρκαῖος,) Adiectiuum. Virg. 7. Aeneid. 3.
Proxima Circææ raduntur littora terræ.
Agri Circæi. Valer. lib. 6. Argonaut. 85. – inde furentia raptus
In iuga Circæos tetigit non amplius agros. Idem lib. 7. 100.
Campi Circæi. Valer. lib. 6. Argonaut. 66.
Inde viam qua Circæi plaga proxima campi Corripiunt.
Fraudes Circæ, id est Circææ. Propert. lib. 3. eleg. 11. 6.
Et Circæ fraudes, lotosque, herbæque tenaces.
Gramen Circæum, Herba venenata. Propert. lib. 2. eleg. 1. 11.
Ceu mihi Circæo pereundum est gramine, siue
Colchus Colchiacis vrat ahena focis.
Littus Circæum. Ouid. 14. Metam. 50.
Moenia Circææ. Horat. Epod. 1. 6.
Tellus Circæa. Ouid. 15. Metam. 144.

CIRCEIVM, (κιρκαῖον vel κιρκαῖος,) Mons est Campaniæ nomine Circes percelebris, qui (Seruio teste) dicebatur Aeæus ab horrore transeuntium, quo homines mutabantur in feras. In hoc summo oppidum fuit, quod & Circæum dictum & Circæi. Nam vtrumque Liuius dicit. Circa hunc tractum Campaniæ colebatur Iupiter, qui Anxurus dicebatur, & Iuno virgo, quæ Feronia vocabatur. Virg. 7. Aenei. 260. Circæi verò, vt Plinius author est lib. 3. quondam insula immenso quidem mari circundata, si Homero creditur, vbi Latium antiquum terminabatur. Strabo lib. 5. Post Antium Circeium est stadiorum ducentorum & nonaginta, mons mari & paludibus instar insulæ. Habet etiā castellum, & Circes sacellum, & Mineruæ aram. Virg. lib. 4.
Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Dium inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu. Homerus lib. 10. Odyss. copiosius.
Circeienses, (κιρκαιανοί,) Qui Circeium inhabitant. Cic. 3. de Nat. deorum. 65. Circen quoque colunt nostri Circeienses religione colunt.

Circenses, Ludi, (ἱπποδρόμιοι,) dicti sunt, quòd in circo fierent, siue quasi circum enses, propterea quòd rudis vetustas quum nondum loca huiusmodi ludis apta ædificasset, inter enses & flumina eos celebrabant, vt ab vtraque parte esset ignauiæ præsens periculum. Disponebatur autem circus in forma spatii oblongi: & in summitate circi carceres erant, vnde equi curribus iuncti ad cursum mouebantur: & quum ad summum deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorem metam deuenirent. In circuitu verò spectacula ædificabantur, è quibus prospectare patres atqui equites possent. Spectacula ipsa, fori appellabantur. Liuius. Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca Patribus Equitibusque vrbis, vt spectacula sibi quisque faceret. Hæc Sipontinus. Seruius in illud Virgilii. 8. Aeneid. 125.
Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas
Consessu cauea, magnis Circensibus actis
Addiderat, Circenses, inquit, sine ludorum adiectione, dicti vel à circuitu: vel quòd vbi nunc metæ sunt, olim gladii ponebantur quos circumibant. Hi in honorem Consi dei consiliorum celebrantur.
Circensium ludorum septem erant curricula solennia. Gellius lib. 3. cap. 10. Ex Varrone.
Circense tomentum dicitur, quod fit ex summitatibus palustrium arundinum mollibus lanæ similibus. Martial. lib. 14. 159.
Tomentum concisa palus Circense vocatur:
Hæc pro Lingonico stramina pauper emit.
Incurrere Circensibus. Vide INCVRRO.

Circinus, circini, pen. corr. (σφαιρόκυκλος,) Instrumentum quo circuli vertendo designantur. Plin. lib. 7. cap. 15. 6. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata.
Circino, citeinas, pen. corr. (γυρόω,) circinare, Circino circulum facere, vel rotundum facere. vt Circinata rotunditas, pro absoluta & plena. Budæus. Plin. lib. 16. cap. 23. 1. Ibidem, cap. 38. 4. Cætera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam. Idem lib. 11. ca. 14. 1. Araneus texere à medio incipit, circinato subtegmina adnectens.
Circinare in orbem ramos. Plin. lib. 17. cap. 12. 1.
¶ Circinare, Circumire etiam significat. Vt circinare auras apud Ouidium. 2. Metam. 145.
Vt volucris visis rapidissima miluus extis,
Dum timet, & denſi circumstant sacra ministri,
Flectitur in gyrum, nec longius audet abire,
Spemque suam motis auidus circumuolat alis:
Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus, & eadem circinat auras.

Circiter, pen. corr. (περίπου, ἐγγύς,) Præpositio quæ accusatiuo casui iungitur. Et ad tēpus, numerumque refertur: interdum ad locum. Significat autem idem quod ad, non multō secus, propè, ferè.
Ad tempus. Plaut. Mostel. 3. 54. Redito huc circiter meridiem. Cice. ad Atticum, lib. 2. 19. 4. Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Cæsar 1. bel. Gal. 215. Circiter meridiem. Plin. lib. 16. cap. 25. 1. Cice. Appio Pulch. lib. 3. Epist. 5. 11. Deinde iter faciam ad exercitū, vt circiter Id. Sext. putem me ad Iconium fore. Et Attico, lib. 12. 145. 3. Scire enim tam puto, vbi Pansam expectat, si, vt consuetudo est, in prima prouincia circiter Cal. assuturus videtur.
Octauam circiter horam. Horat. 1. Epist. 7. 10.
Ad numerum. Cæsar 1. bel. Gal. Ita dies circiter x v. iter fecerunt. Plaut. Milit. 6. 76. Nam illic noster est fortasse circiter triennium. Liuius 8. bel. Pun 3. Ediderē authoribus compertum est quum decem circiter millia ab hoste abessent, &c. Sallust. in Catil. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa.
Ad locum. Plaut. Cistel. 10. 8. Loca hæc circiter excidit mihi.
¶ Circiter, Aduerbium. Cic. ad Atticum, lib. 2. 32. 1. Verum hæc in Arpinati ad sextum circiter idus Martias non defleamus. Cassius Hemina apud Plinium lib. 13. cap. 13. 1. Lapidem fuisse quadratum circiter in medio arcte vinctum candelis quoquouersus.

Circites, (κυκλάς,) Circuli ex ære facti. Festus.

Circius, (ἀπηλιώτης,) Ventus à turbine ac vertigine dictus. Vide CER CIVS.

CIRCIVS, Insula fuit in Mysia, quingentorum ferè stadiorum ambitu, admodum serax, & duobus pontibus iuncta continenti. Quæ iuxta pontem eiusdem nominis vrbem habuit, & portus duos clausos, & naualia.

Circos, Accipitris quoddam genus, claudum altero pede. Plinius lib. 10. cap. 8. 1.
Circos, Gemma pyris similis. Plin. lib. 37. cap. 10. 14.

Circuitor, Circuitio, Circuitus, Vide CIRCVMEO.

Circulator, Circulo, Circulus, Vide CIRCVS.

Circum, (περί) Præpositio, accusatiuo casui seruiens, tam in appositione, quàm in compositione, περί Græcam præpositionem significat vt Circumfero, περιφέρω. Plau. Milit. 8. 14. Quæ circum vicinos vages. Terent. Heaut. 2. 3. 49.
Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus. Idem Eunuch. 3. 5. 33. Paucæ quæ circum illam essent. Cic. pro Quintio 13. Tum Nenius ipse pueros circum, amicos dimittit.
Pugnare circum aliquem. Virgil. 6. Aeneid. 33. Id est alicui pugnæ socium esse.
Purpura circum chlamydem, Id est in parte extrema, vt inquit. Seruius. Virgilius 5. Aeneid. 50.
Circum claustra. Virgil. 1. Aeneid. 12.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt.
Errare circum littora. Virgil. 3. Aeneid. 15.
Errare maria omnia circum. Virgil. 1. Aeneid. 8.
Circum oras & limina. Virgil. 4. Georgic. 38.
Fit sonitus, mugitque oras & limina circum.
Turba stans circum te, Id est circumstans te. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 27.
Hedera circum tempora serpit. Virgil. 8. eclog. 3.
– atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Allegoricōs dicit, Debet etiam carmen meū floreere inter tuos plures triumphos. Hæc Seruius.
Curiare circum tribus. Cice. 2. Verr. 16. Curiare iste homo potens, cum filio blando & gratioso circum tribus.
¶ Circum, Aduerbium. Virg. Anna vides toto properari littore circum.
Collo dare brachia circum. Virgil. 3. Aeneid. 157.
Nubes circum caligat & hebetat visus tuenti. Virg. 2. Aeneid. 121.
Circum late. Virgil. 7. Aeneid. 21.
Sed circum late volitans iam fama per vrbes
Ausonias tulerat.
Circumque, infraque. Stat. lib. 1. Achil. 11. Cantuque quieto
Armigeri Tritones eunt, scopulosaque cete,
Tyrrhenique greges circumque infraque rotantur.
Circum sub. Virgil. 4. Georgic. 39.
Sed circum tutæ sub mœnibus vrbis aquantur.
Circum supraque. Stat. lib. 9. Thebaid. 23.
Agere circum, Circumagere, iactare, voluere. Virgil. 1. Aeneid. 25.
– ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.
Amplecti circum, Circundare. Virgil. 3. eclog. 9.
Et molli circum est ansas amplexus acantho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clandi circlum Circundari. Virgil. 3. Aeneid. 46.
Rursum in secessu longo sub rupe cauata
Arboribus clausi circlum, atque horrentibus vmbris.
¶ Circlum, pro circa, adnerbialiter. Tacit. lib. 4. Itaque quanquam diuersis super rebus consulerentur, aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigiesque circlum Cæsaris, ac Seiani censuere. Apud Liuium tamen motum significat libro 21. Decadis 5. Inde legatio sub idem tempus in Asiam circum insulas missa. Idem tamen CIRCA frequentius in hunc modum vsurpat. Virgil. 9. eclog. 8.
Vertios hic flumina circlum
Fundit humus flores.
Circumeirea, Compositum ex duabus præpositionibus, quod significat ἀμφὶ, περὶ. Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. Epist. 5. 11. Ex Asia rediès, quum ab Aegina Megaram versus navigarem, cœpi regiones circumcirca prospicere. Id est ab omni parte. Plaut. Aulul. 14. 9.
Occœpit ibi scalpurire vngulis Circumcirca.

Circumaggero, circumaggeras, penul. correp. circumaggera re, (περιχωννύω,) Plin. lib. 19. cap. 5. 4. Terra minuta, limoque circumaggeratas resistere frigori radices.

Circúmago, circumagis, penul. corre. circumegi, circumactum, (περιάγω, περιελαύνω,) circumagere, Circumducere. Liu. 1. ab Vrbe 61. Prius penè quàm Romulus, quique cum eo equites erant, circumagerent frænis equos, terga vertunt. Plin. lib. 14. cap. 3. 4. Mirum vbique cum Sole circumagi vuam. Idem lib. 2. ca. 3. 31. Circumagiq; orbis XX IIII. horarũ spatio. Horat. 1. Sermo. saty. 9. 4.
– nil opus est te
Circumagi; quendam volo visere non tibi notum.
Circumagere se. Liu. 4. ab Vrbe 120. Dictator autem parte, alia subsidia, & secundâ aciem adortus, circumagĕi se ad dissonos tumultus, ac subitos clamores hosti, vndique obiecerat victorem equitẽ, peditemque.
Circumagit se annus. Liu. 9. ab Vrbe 98. Ante tempus, comitiorum causa reuocati sunt in ipso conatu rerum circumegit se annus. Ibidẽ, lib. 6. 2. Neque eum abdicare se dictatura, nisi anno circumacto passi sunt.
Circumagere, Insequi. Curtius, Nec vulneratum & ferè seminecem circumagere destiterunt.
Circumagere aliquando est Liberare, manumittere. Seneca, Philosophiæ seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas. Nam qui se illi subiecit, statim circumagitur. nam philosophiæ seruire libertas est. Circumagebantur autem olim serui, id est, vertebantur à lictore, quum vindicta apud prætorem manumitterentur. Persius Saty. 5. 8.
– heu steriles veri, quibus vna Quiritem
Vertigo facit. &, Verterit hunc dominus, &c.
Circumactus in vulnus. Plin. lib. 28. cap. 4. 14. Fulmine vtique percusso, circumactum in vulnus hominem, loqui protinus constat.
Circumactus, huius circumactus. vt Circumactus rotarum. Plin. li. 28. ca. 9. 28. Ad faciliorem circumactum rotarum. Idem lib. 8. cap. 30. 1. Flexûque, nisi circumactu totius corporis nequit. Idem lib. 5. cap. 22. Breui circumactu corporis, diem noctemque pariter ostendens. Idem libro 8. cap. 50. 2.

Circumambulo, circumambulas, penul. correp. (περίειμι,) Incircuitu ambulare. Paulus in L. Possideri, in principio. ff. de Acquirenda possessione, Vt qui fundum possidere velit, omnes glebas eius circumambulet.

Circumarare, (περιαρόω,) Plinius lib. 18. cap. 3. 1. Quantum quis vno die plurimum circumarauisset.

Circumaspicio, circumaspicis, circumaspexi, circumaspectũ, (περιβλέπω,) circumaspicere. Plin. lib. 8. cap. 33. Nec pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumaspicit.

Circumeo, (περιπορεύομαι, περίειμι,) circumis, vel ablato m, circueo, vel circuo, circuis, circumiui, circumitum, pen. correp. circumĭre, vel circuĭre. Plaut. Curcul. 8. 80. Ita non potuere vno anno circuirier. Cæsar 7. bel. Gal. 348. Equitum se partem sequi, partem circuirier. Vbi nunc legitur, partem circumire exteriores munitiones. Liuius 1. ab Vrbe 40. Sed ipse Romulus circumibat, docebátque, patrum id superbia factum, qui connubium vicinis negassent. Cælius Ciceroni, lib. 8. epist. 11. 4. Nam Furius, & Lentulus vt debuerunt, quasi res eorum esset, vna nobiscum circumierunt. Aliàs Furius.

Circuncîdo, penul. prod. circuncídi, circuncísum, (περικόπτω, περιτέμνω,) circucídere. Hoc est Circũ vel per circuitum incidere & amputare. Columel. lib. 3. Eiusdem spatii corticem circuncidito, & materiam delibrato. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 54. Quum desiit vinum fluere, quidam circuncidunt extrema. Cæsar 5. bel. Gal. 155. Gladiis cæspites circuncidere.
Circuncidere aciem oculi. Lucret. lib. 5. 84.
Dummodo ne totum corrumpas luminis orbem,
Et circuncidas aciem, solamq; relinquas. Aciem vocat pupulã oculi.
Circuncidere arbores. Plin. lib. 16. cap. 40. Circuncisas quoque ad medullam alii non inutiliter reliquunt, vt omnis humor stantibus defluat. Loquitur de arboribus cædendis.
Circuncidere cogitationem. Celsus lib. 4. cap. vlt. Deinde delectationis causa quantum iuuat ambulare circuncisa omni negotiosa cogitatione vel actione. Id est auocato animo à cogitatione negotii.
Circuncidere vinum, pro Abstinere à vino. Celsus lib. 4. cap. 10. Deinde vbi ad se redit, circuncidendum vinum est in totum annum. Budæus.
Circuncidere vinum ex toto. Celsus lib. 6. cap. 9. In dentium autem dolore, qui ipse quoque magnis tormentis annumerari potest, vinum ex toto circuncidendum est. Id est vinum non est omnino bibendum.
¶ Circuncidere, absolutum. Cicc. 5. de Finib. 70. Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat.
Circuncidere atque amputare alicunde. Cicc. 1. de Orato. 34. Sin cuipiam nimis infinitum videtur quòd ita proposui quacunque de re, liceat hinc quantum cuique videbitur, circũcidat atque amputet: tamen illud tenebo, &c.
Circuncidere & amputare multitudinem sententiarum. Ci. 4. Acad. 149. Testatur sæpe Chrysippus tres solas esse sententias quæ defendi possint de finibus bonorum: circuncidit & amputat multitudinem.

Circunclsus, penul. prod. (περικοπὴς,) Participium. Plin. lib. 14. cap. 19. 1. Quod circuncisis vinaceis profluxerit.
Circuncisa inanitate & errore. Cicc. 1. de Finib. 70. Vt sapiens solum amputata, circuncisaque inanitate, & errore, naturæ finibus contentus.
Circuncisæ & breues orationes. Plin. epist. 20. 2.
Circuncisum & breue. Plin. epist. 5 1. c. Quid enim tam circuncisum, tã breue, quàm hominis vita longissima?
Circuncisa atque dirempta aditu planities. Cicc. 6. Vert. 95.

Circuncidaneus, Adiectiuum, (περιτομητικὸς,) vt Circuncidaneum mustum. Cato cap. 23. 2. Tortiuum mustum circuncidaneum suo, cuique dolio diuidito, additoque pariter.

Circuncisitius, Adiectiuum, (περιτμητικὸς,) vt Circuncisitium vinum, Idem. Varro 1. de Re rust. cap. 54. Quum desiit sub prælo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rursus premunti & rursus, quum expressum, circuncisitium appellant: ae seorsum quod expressum est seruant, quod relipit ferrum. Legitur & circuncisitum.

Circuncisè, penul. prod. (ἀποτόμως,) Aduerbium. vt circuncisè agere. Sueton. de Claris Rhet. 5. Tam ne vsquequaque scholasticus existimaretur, circuncisè ac sordide, & tantùmodo triuialibus verbis egit, versũ rarius. Id est abicctis verborũ ornamẽtis, & quasi ãputatis de sermone.

Circuncisio, (περιτομὴ, περικοπὴ,) Verbale. Lactan. lib. 4. cap. 17. Sed iræ, atque inuidiæ suæ alias causas præferebant, quòd circuncisionem vacuefaceret. Frequentissima dictio est in diuinis literis, sacrisque authoribus. Significatque præputii amputationem.

Circuncisûra, penul. prod. (περικοπὴ,) aliud verbale, Incisio circlm facta. Plin. lib. 16. cap. 40. 16. Srantesque à circuncisura siccatæ fideliores. Id est postquam circuncisæ fuerint.

Circuncingo, circuncingis, (περιζωννύω,) circuncingere, Circundare. Silius lib. 10. 1. Ceu fera quæ telis cureũ cingentibus vltrò
Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem.

Circuncirca, (πάντῃ,) Vide Circun.

Circunclaudo, circunclaudis, circunclausi, circunclausum, circlaudere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 120. Cuius aduentu cognito Pompeius, ne duobus circunclauderetur exercitibus, ex eo loco discessit.

Circunclûdo, circunclûdis, pe. prod. circunclúsi, circunclúsum, (περικλείω,) circuncludere, Vndiq; claudere. Plinius lib. 18. cap. 35. 4. Si nubes Solem circuncludent.
Circuncludere vas argento ab labris. Cæsar 6. bel. Gal. 100. Hæc studiosè acquisita ab labris argento circuncludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis vtuntur. De cornibus vrorum loquitur.
Circuncludere aliquem. Cicc. in Catilinam 5. Num inficiari potes, te illo ipso die meis præsidiis, mea diligentia circunclusum, commouere te contra Rempub. non potuisse?

Circunclûsus, penul. prod. (περίκλειστος, περικλεισμὸς,) Cicc. 2. in Catil. 36. Nunc si L. Catilina consilijs, laboribus, periculis meis circũclusus, ac debilitatus, subitò pertimuerit, sententiam mutauerit, &c.

Circúncolo, circúncolis, penul. correp. circuncolui, circuncultum, (περιοικέω,) circuncolere. Liu. lib. 1. bel. Maced. 161. Is timor omnes qui circuncolunt Bœben, paludem, relictis vrbibus montes coegit petere.

Circuncolens, (περιοικῶν,) Participium. Vlpianus in L. prima. ff. de Fluminibus, Flumen à riuo magnitudine discernendum est, aut æstimatione circuncolentium.

Circuncolumnium, (περίστυλον,) dici potest Latinè quod Græci vocant peristylium. Est autem locus, circunquaque porticum habens, vel saltem à tribus lateribus, qua lia fieri in rusticanis domibus solent. Sipontinus.

Circunculcare, (περιπατητέον,) Columel lib. 5. cap. 6. 18. Si minus terra subacta, operiamus, & circunculcemus,

calcemus ipsum seminis codicem. Alia exemplaria habent circuncalcemus. Ibidem. 7. Ac diligenter circunculcari.

Circuncurro, circuncurris, (περιτρέχω,) Vnde Circuncurrens, Participium.
Circuncurrens ars. Quintil. lib. 2. cap. 22. 5. Hanc autem quam nos materiam vocamus, id est res subiectas, quidam modò infinitam, modò non propriam Rhetoricæ esse dixerunt, eamque artem circuncurrentem vocauerunt, quòd in omni materia diceret.

Circuncursare, (περιτρέχω, Plaut. Rud. 6. 4.
Omnia iam circuncursaui, atque in latebris omnibus
Perreptaui quærere conseruam.
Hac illac circuncursi, inueniendum est tamen Argentum. Terentius Heaut. 3. 2. 1. Lucret. lib. 4. 81.
Atria versari, & circuncursare columnæ
Vsqueadeò sit vti pueris videantur: vbi ipsi
Deherint verti, vix vt iam credere possint
Non supra sese ruere omnia tecta videri.

Circundo, circundas, circúndedi, circúndatum, (περιλαμβάνω, περιτίθημι, περιβάλλω,) circúndare, Notæ significationis, ablatiuo post accusatiuum iungitur. Plaut. Asin. 12. 106. Circúndato me brachiis, meumque collum circumplecte. Cic. ad Catonẽ, lib. 15. 4. 28. Vallo & fossa circundedi. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 31. Octauius quinis castris oppidum circundedit.
Hic ablatiuus sæpe in accusatiuum conuertitur, & accusatiuus in datiuũ. vt Circundedit noua mœnia oppido. Colum. lib. 5. cap. 6. 19. Ipsosque coles in modum coronæ contortos arbori circundari. Cic. pro Quintio. 19. Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circũdedi. Martial. Qui recitaturus circũdat vellera collo. Cic. 3. Verr. 48. Ligna & sarmenta circundare, ignem subticere. Subaudi, domui.
Finibus aliquid circundare. Cice. lib. 1. de Orat. 138. Tu autem exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circundedisti.
Fraude insidiarum circundare. Iustinus, Insidiarum fraude circũdedit. Id est obsedit, ambiuit. Budæus.
Insulis circundatus. Cic. pro L. Flacco. 21. Equidem existimo in eiusmodi regione, atque prouincia, quæ mari cincta, portubus distincta, insulis circundata esset, &c.
Nube circundari. Virg. 4. Georg. 99.
Iamque vale, feror ingenti circũdata nube.
Obsidione arctà circúndatus. Lucan. lib. 6. 22.
Sed patitur sæuam veluti circúndatus arctà Obsidione famem.
Ingenti turba circúndatum esse. Propert. lib. 3. eleg. 14. 6.
At nostra ingenti vadit circúndata turba.
Vlnis circúndare aliquem, Amplexari. Stat. 5. Sylu. 3. 54.
Felix ille patrem vacuis circúndedit vlnis.
Agmen fossa circúndare. Lucan. lib. 4. 6.
Animum circúndedit corpore Deus. Cic. de Vniuersit. 26. Animum autem vt in eius medio collocauit, ita per totum tetendit: deinde eum circundedit corpore, & vestiuit extrinsecus, &c.
Roma arces septem muro circundat. Id est septem arces intra mœnia conti-
net. Virg. 6. Aeneid. 157. Septemq; vna sibi muro circũdabit arces
Argentum auro circúndare, Cælare. Virg. 1. Aeneid. 120.
Argento circundatum aurum. Cic. lib. 2. de Diuinat. 199. Foditi inuenit auri aliquantum, idque circundatum argento.
Arma circundare nequicquã humeris, dicit qui nõ aptè sibi cohærere facit, sed potius oneri sumit, vt inqt Seruius in illud Virgilii. 2. Aen. 102.
Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circundat nequicquam humeris, & inutile ferrum Cingitur.
Comitem lateri circundare. Ouid. ad Pisonem. 25.
Custodias circundare. Cic. 4. in Catil. 80. Adiungit grauẽ pœnam, siquis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circundat.
Exercitum circundare castris. Liuius lib. 3. ab Vrbe. 118. Tum quo fuerunt ordine in via, exercitum omnem longo agmine circundat hostium castris. Budæus.
Figuram leuitate circundare. Cic. de Vniuersit. 23. Omni autem totam figuram mundi leuitate circundedit.
Fossam circundare. Cic. lib. 5. Tusc. 83. Quum fossam latam cubiculari lecto circundedissem.
Ignes circundare. Cic. in Pisonem. 73. Milites, quum latere hominem putarent, ignes circundederunt.
Ignes circundati. Cic. 3. in Catil. 49.
Igni muros circundare. Virg. 9. Aeneid. 32.
Luce palàm certum est igni circundare muros.
Ignibus circundare. Ouid. in Ibin. 127.
Saltus canibus circundare. Virg. 1. Georg. 28.
Circundare vallum. Curtius lib. 1. Circundato vallo, quod decem milliũ armatorũ multitudi nẽ caperet, Xerxis exẽplo numerũ copiarũ iniit.
Vincula collo circundare. Ouid. 1. Metam. 63.
Vincula & necessitates circundare aliquibus. Liuius, Ac nescio an maiora vincula maioresque necessitates nobis fortuna, quàm captiuis vestris circundederit.
Infula vitta circúndatur. Virg. 3. Georg. 96.
Flammis vrbem circundare. Virg. 10. Aeneid. 14.
Circundare, pro Ambire. Curtius, Lecto circundederat aulæa purpura auroque fulgentia. Budæus.
Lana sulfurata latus circundare. Celsus lib. 4. cap. 6. Præter hæc circundare primùm oportet latus ipsum lana sulfurata.
Racemiferis frontem circundatus vuis. Ouid. 3. Metam. 134. de Baccho.
¶ Circundare, Implicare. Virg. 8. eclog. 14.
Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore Licia circundo.

Circundatus, (περιβλαθὴς,) Participium. vt
Circundata palla. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 20.
Ad talos stola demissa, & circundata palla
Plurima, quæ inuideant purè apparere tibi rem.

Circundata, Virtus. Sil. lib. 15. 72. – circundata postquàm
Nil restare videt virtus quod debeat vltra. Metonymia, pro Hominibus virtute præditis.
Armis circundatus, Armatus. Virgil. 9. Aeneid. 96.

Circundandus, (περιβλητέος,) aliud participium. vt Ferulæ circundandæ. Celsus lib. 8. cap. 10. Quinto die idem faciendum: ferulæque circundandæ. De ferulis autem chirurgorum vide in dictione ACCOMMODO.

Circúndolo, circúndolas, pen. corr. (περιπελάω,) circundolare, ctum, Plin. lib. 16. ca. 32. 2. Sed maximè mirũ, Antandri platanus etiam circundolatis lateribus restibilis sponte facta.

Circundûco, circundûcis, penul. produ. circunduxi, circunductum, (περιάγω,) circundúcere, Notæ significationis. Plaut. Milit. 5. 66. Aliquos mitte, circũduce exercitũ. Plin. lib. 22. cap. 25. 14. Si fiunculum quis circundaeat. Liu. 8. ab Vrbe. 69. Placuit inde iã maiore conatu, animosq; ab vnius expugnatione vrbis ad perdomandũ Latium victorẽ circunducere exercitum.
Telis circunducere aliquem. Curtius lib. 4. Sed quum vndiq; telis esset circunductus, insolenti gaudio iuuenis elatus alias virtutes etiam in hoste miratur. De Beti Persa loquitur.
Aratrum circunducere. Cicero. 2. Philipp. 101. Casilinum Coloniam deduxisti quo erat paucis annis antè deducta: vt vexillũ videres, & aratrum circunduceres.

Circunducere, cum duobus accusatiuis. Plaut. Mostel. 10. 44.
Eho istum puer circunduce hasce ædes.

¶ Circunducere, per translationem, pro Abolere, delere, & abrogare. Paulus de Re iudicata, in L. Acta, Acta apud se habita si partes cõsentiant, potest iubere iudex ea die circunduci, nisi vel negotium, vel lis terminata est. Vlpianus de Iudiciis in L. Et post edictum, Quòd si is qui edictum peremptorium impetrauit, abstit die cognitionis, tunc circunducendum erit edictum peremptoriũ. Budæus. Iulianus in L. Tribunus. ff. de Testamento militari. Si tabulas inciderit, & legerit testamentum, ac rursus suo signo signauerit. Amplius & si aliquid interleuerit, circunduxerit, perduxerit, adiecerit, emendauerit, &c.
Cognitionem circũducere. Vlpianus in L. Diui fratres. ff. de Liberali causa, Rectè atque ordine iudices puto facturos, si hanc formam fuerint secuti, vt vbi deest is qui in seruitute petit, electionẽ aduersario deferãt, vtrũ malit cognitionẽ circũduci: an audita causa sententiã pferri.
¶ Circunducere aliquem per dolos. Plaut. Pseud. 7. 115.
Per sycophantiam, atque per doctos dolos
Eam circunducam lepidule. Idem Trinummo. 13. 114.
Etenim ego nunc sycophantæ huic sycophantari volo,
Si hunc possum illis mille nummis Philippeis circunducere.
Quos sibi me dedisse dixit, &c.
Circunducere aliquem argento. Plaut. Pseud. 7. 16. Te velle amantẽ argento circunducere. Idem Pœnul. 19. 8. Nactus est hominẽ, mina quẽ argenti circunduceret. Idem Bacch. 23. 63. Quadringentis Philippis filius me & Chrysalus circunduxerunt.

Circunductus, Participium, (περιαγὴς,) Plaut. Pœnul. 16. 15. Numnam it à balincis, circunductus pallio?

Circunductio, (περιαγωγή.) Verbale, Actus ipse circunducendi.

Circunductio, (ἀπάτη,) Deceptio. Plaut. Capt. 10. 3.
Nec pueri suppositio, nec argenti circunductio.
Aliquem circumire. Cic. Attico, lib. 14. epist. 319. 2.
Orbe spatioso circumire aliquid. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2. 14.
Me miserum, meram spatioso circuit orbe.
Rota circumire aliquid. Ouid. 2. de Arte. 80.
Cornu circuire. Galba Ciceroni, lib. 10. epist. 30. 7. Itaque quum equites nostrum cornu circuire vellent, recipere me cœpi. Ibidem. 10. Cornu sinisterius, quod erat infirmius, vbi Martiæ legionis duæ cohortes erant, & cohors Prætoria, pedem referre cœperunt, quòd ab equitatu circuibantur.
Hederæ circumiere caput. De eo dici solet qui est poeta doctus. Propertius lib. 2. eleg. 5. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rusticus fuscè aliquis tam turpia prælia quærat,
Cuius non hederæ circumiere caput.
Prædia circumire. Cic. pro Cecina. 68.
Suous circuit aures. Stat. lib. 4. Sylu. 4. 6.
–inde sonus geminas mihi circuit aures.
Belli fluctibus circumiri. Cic. 13. Philipp. 368. Qui se rotius belli fluctibus circumiri, quàm illum aut egredi, aut progredi maluit.
Circumcunda meta. Ouid. 3. de Arte. 30.
Spectentur sepido maculate sanguine arenæ,
Metaque ferueuti circumcunda rota.
Circumire per. Plau. Asin. 1. 1. 52. Illæc per hortum circumit elàm. Idem Trucul. 2. 39. Hæc vna opera circumit per familias.
Circuitus, penult. corr. (περιγύησις,) Adiectiuum, Circunductus. Seneca Med. 2. 9. Orbem circuitis cornibus alligat. Id est circunductis & totum globum cingentibus.
Circuitus, huius circuitus, pen. cor. (περίοδος, περιδρομή, περιβολή,) Verbale. Cic. 1. de Natura Deorum. 71. Circuitus enim Solis orbisi quinque diebus LX, & CCC, quarta fere diei parte addita, conuertionem conficiunt annuam. Plin. lib. 1. cap. 5. 2. Irrequieto mundi ipsius constricta circuitu. Et cap. 108. 8. Circuitus vniuersus.
Febrium circuitus. Celsus lib. 3. cap. 5. Sed tertianarum quartanarumq; quarũ & certus circuitus est, & finis integer est, & quia liberaliter quieta tempora sunt, expeditior ratio est.
Longiore circuitu redeunt febres. Celsus lib. 3. cap. 2. Interdum etiã longiore circuitu quædam redeunt: sed id rarò euenit. De febribus.
Orationis circuitus. Cic. in Orat. 118. In quo quæsitum est, in totone circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circunscriptionem dicimus: an in principiis sollimnan in extremis, an vtrumque parte numerus tenendus sit.
Orbium Solis circuitus. Cic. 1. de Nat. Deor. 71.
Orbis circuitus sapientissimus & optimus. Cic. de Vniuers. 41. Nox igitur & dies ad hũc modum, & ob has generata causas, vnum circuitum orbis effecit sapientissimum atque optimum.
Verborum circuitus. Cic. lib. 3. de Orat. 106.
Circuitus, conglutinatioq; verborum. Cic. in Orat. 42.
Verborum circuitus breuior aut longior. Cic. 3. de Orat. 106.
Naturalis circuitus. Cic. de Somnio Scip. 7.
Circuitu clauso. Quintil. lib. 1. cap. 10. 33. Ergo etiam id fieri potest vt maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur.
Conficere circuitum verborum. Cic. lib. 3. de Orat. 110. Itaque illi veteres sicut hodie etiam nonnullos videmus, quum circuitum & quasi orbem verborum conficere non possent, &c.
Peterrare circuitum. Virgil. 11. Aeneid. 153.
Circuitu ad aliquid peruenire. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Circuitio, vel circuitio, (περιγραφή,) Verbale. Liu. 3. ab Vrbe. 27. Circuitio ac cura Aedilium plebis erat, ad eos summa rerum ac maiestas consularis imperii venerat.
Circuitio verborum. Terent. And. 1. 2. 31. Ita aperte ipsam rem modò locutus, nihil circuitione vsus es. Cic. 2. de Diuinat. 59. Ergo hic circuitione quadam deos tollens, certè non dubitat diuinationem tollere.
Circuitio in oratione. Author ad Heren. lib. 4. 198. Circuitio est oratio rem simplicem assumpta circunscribens elocutione.
Circúitor, pen. cor. (περίοδος, Aliud verbale. Circuitores (vt ait Vlpianus de Instit. act. L. Quicunque & Sed & eos) vulgò appellati, quibus vestiarii, vel linteatri vestem dant circunferendam, & distrahendam.
Circitores erant, qui à Triumuiris, aut à Præfecto vigilum constituti vrbem noctu circumibant, ad extinguenda incendia, & arcendos fures. Sunt & circitores, de quibus lib. 3. Vegetius Idoneos, inquit, & probatissimos Tribuni eligunt, qui vigilias circumeant, vt renuntient si emerserit culpa, quos circuitores appellant. nũc militiæ factus est gradus, & circitores vocantur. Alciatus.

Circuméquito, circumequitare, pen. corr. (περιϊππεύω,) circũequitare. Liu. 10. ab Vrbe. 164. Nequa occulta in fraudem incautus rueret, duas turmas sociorum Latini nominis circũequitare mœnia, atque explorare omnia iubet. Idem. 9. bel. Pun. 37. Cum equitibus Numidis circumequitabat vrbem.

Circunfero, circunfers, circũntuli, circunlãtum, (περιφέω,) circũferre, Circum portare. Cic. 4. Ver. 72. Quæso cõdicem circunfer, ostende. Plin. lib. 34. cap. 8. 1. Siquis quæ vocant Corinthia, plerique intaarum capiuntur, vt secum circunferant.
Inspiciendi causã circunferre aliquid. Cic. pro Corn. Balbo. 8.
Acies oculorum huc atque huc circunferre. Virg. 12. Aeneid. 113.
Huc atque huc acies circunstulit, aspicit vrbem.
Ars circunferitur. Quintil. lib. 1. cap. 15. 3.
Lumina alicubi circunferre. Sil. lib. 17. 105.
Circunferre oculos. Liu. 1. bel. Pun. 162. Quocunque circuntuli oculos, plena omnia video animorum & roboris. Idem. 5. ab Vrbe. 185. Patere Collina porta in forum peruenium, circunferentes oculos ad tẽpla deũm. Ouid. 6. Metam. 34.
Oculos circuntulit alta superbos. De Niobe. Curtius lib. 10. Neque enim vnum eum assedisse morienti, sed circunferentem oculos, ex turba amicorum delegisse cui traderet. Placere igitur summã imperii ad Perdicam deferri.
Oculos circunferre rebus aliquibus spectandis. Sil. lib. 11. 53.
Oculos circunferre alicui. Valer. lib. 7. Argon. 25.
Paumenta circunferre. Suetonius in Cæsare, cap. 46. In expeditionibus tessellata & sectilia paumenta circuntulisse.
Querelas circunferre. Liuius, Hæ querelæ domos primùm nobilium circulatæ, celebratæque sermonibus.
Circunferre se. Plaut. Merc. 17. 16. Gradus grãdit, emittit oculos, circunfert se, obstipat verticem.
Circunferre vultus. Ouid. 3. Metam. 24.
Circunferre, pro Purgare. Virgil. 6. Aeneid. Idem ter socios pura circũntulit vnda. Vbi Seruius, Circuntulit, purgauit. Antiquum verbum est. Plaut. Pro laruato te circunferam. Id est purgabo. Nam lustratio à circunlatione dicta est, vel tædæ vel sulfuris. Iuuen. Saty. 1. 16.
–siqua darentur
Sultura cum tædis. Hactenus Seruius. Plaut. Amphit. Quin tu istãc ibes procerũ circũferri? Lucilius, Tũ facto, omnia sunt circunlata.
Circunferre prædicatione. Plin iunior lib. 3. epist. 11. Inde etiam meũ meritum, vt vera, ita supra meritum prædicatione circunfert.
Circunfert fama. Plin. lib. 3. epist. 16. Quum interim illud quidem ingens fama, hæc nulla circunfert.
Sol circunfertur. Cic. 3. de Orat. 98. Incolumitatis ac salutis omnũ causa videmus hunc statum esse huius totius mundi atque naturæ, rotundum vt cœlum, terraq; vt media sit, eaque sua vi nutuque teneatur: Sol vt circunferatur, vt accedat ad brumale signũ, & inde sensim ascẽdat in diuersum partem, &c.
Admotum aliquorũ circunferri, pro Nunc huc, nunc illuc inclinare. Curtius lib. 5. Nec mirari hominem mercede cõductum omnia habere vænalia, fine pignore, sine fide, terrarum orbis exulem, ancipitem hostẽ, ad nutum licentium circunferri.
Circunferri cum auorum memoria. Colum. lib. 8. ca. 16. 3. Et iam cũ auorum memoria circunferetur Philippi factum atque dictum.
Circunlãtus, pen. prod. (περιφερής,) Participium. Plin. lib. 29. cap. 4. 23. Quòd si ter sit circunlatos domui vinus, &c.
Circunlata & deducta oratio. Quintil. lib. 4. cap. 1. 42.

Circunfirmare, (περιχαράσσω,) Colum. lib. 4. cap. 17. 6. Nam vbi magna vis & incursus est pluuiarum, procellarumq;, vbi frequentibus aquis vitis labefactatur, vbi præcipitibus cliuis velut pendes plurima præsidia desyderat, ibi quasi quadrato circunfirmanda est agmine.

Circunflecto, (περιγναμπτω,) circunflectis, circunflexi, circũflexum, circunflectere. Virg. lib. 3. Aeneid. 86.
Præstat Trinacrii meras lustrare Pachyni
Cessantem, longos, & circunflectere cursus. Idem lib. 5. 26.
Constituit signum nautis pater, vnde reuerti
Scirent, & longos vbi circunflectere cursus. Vbi Seruius, Bene vno sermone, & profectionem complexus est & reuersionem.
Circunflexus, (περίκαμψις,) Adiectiuum. vt Secula circunflexa. Claud. 4. Paneg. 79.
Circunflexus, huius circunflexus, (περίκαμψις,) Plin. lib. 8. cap. 11. 1. Vt & ipsos circunflexo facili ambiant. Idem lib. 2. cap. 11. Cuius circunflexu teguntur cuncta.

Circunflo, circunflas, (περιπνέω,) circunflare, Vndique flare, & ab omni parte.
Circunflari à ventis inuidiæ. Cic. 5. Verr. 81. Sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiæ circunflari posse videatur.
Circunflantibus Austris. Stat. lib. 11. Thebaid. 9.

Circunfluo, circunflais, circunfluxi, circunfluxum, (περιρέω,) circunfluere, Circum aliquid decurrere. Plin. Id oppidum circunfluit amnis.
Agrum circunfluit amnis. Pomponius in L. Ergo, ff. de Acquirendo rerũ dominio, Tribus modis insula in flumine fit. Vno modo, quum agrũ qui aluei non fuit, amnis circunfluit. Altero modo, quum locum qui aluei esset, siccum reliquit, & circunfluere cœpit, &c.
Ignis frontem circunfluit, Id est rubor, qui pudoris signum est, frontẽ occupat Claud. 2. Paneg. 67.
–quid tardius ore verendo
Annuis? insolitus frontem circunfluit ignis.
Tandem vince tuum, qui vincis cuncta, pudorem.
Robora circunfluunt dracones. Lucan. lib. 3. 86. Roboraque amplexos circunfluxisse dracones. Id est circumeptasse.
Circunfluere, per translationem, pro Accurrere vndiq;. Plin. Postquã variæ vndique gentes circunfluxere.
Circunfluere, Circundare. Varr. 2. de Re rust. ca. 9. 2. Quid dicã de pecore maiore, quũ sciam multorum gregem quum pasceretur eoque venisse lupus, vtrò mulos circunfluxisse, & singulis cædendo eum occidisse? Idem lib. 3. cap. 13. 2. Vbi tanta circũfluxit nos ceruorũ, aprorum, & cæterarum quadrupedum multitudo.
Mare circunfluere aliquid aut aliquem dicitur. Valer. lib. 2. Argon. 130.
Meque fremens tumido circunfluat ore Propontis.
Circunfluere, (ὑπερρέω,) Abundare. Cic. in Parad. 7. Quippe quum viderem homines his rebus circunfluentibus, ea tamen desyderare ea ximè quibus abundarẽt. Curt. lib. 10. Secundis rebus quæ circũfluũt, vos inlanire cœpistis, obliti status eius, quem beneficio exuistis meo.
Circunfluere omnifariam. Vide OMNIFARIAM.
Copiis omnibus circunfluere. Cic. de Amicitia. 38. Quis est, prò deũm fidem atq; hominũ, qui velit vt neq; diligat quẽq;, nec ipse ab vllo diligatur, circunfluere omnibus copiis, atq; in omnũ abundantia viuere?
Circunfluere atque abundare. Cic. 5. Verr. 8. Istum rebus omnibus vndique ereptis impune cludentem circunfluere atque abundare?
Circunfluere, per metaphoram, transfertur ad animum. Curtius lib. 8. Insatiabilis autem auaritiæ est, adhuc implere velle quod iam circũfluit.
Circunfluens, (περιρρέων,) Participium. vt Circunfluens amnis oppidũ.
Circunfluens exercitus. Cic. pro Murena. 46. de Catilina, Circunfluente coloniorum Aretinorum & Fesulanorum exercitu.
Circunfluens gloria. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 3. Itaque ille amicus noster insolens infamiæ, semper in laude versatus, circunfluens gloria, deformitas corpore, fractus animo, quò se conferat nescit.
Circunfluens & redundans oratio. Cic. de Claris Orat. 106. Incitata & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circunfluens oratio.

Circunfluus, (περιρρύτος,) Adiectiuum. Plin. lib. 2. cap. 66. Tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari.
Amnis circunfluus. Ouid. 15. Metam. 148.
Sciditur in geminas partes circunfluus amnis.
Humor circunfluus. Ouid. 1. Metam. 6.
–circunfluus humor
Vltima possedit, solidumque coercuit orbem. Oceanum intelligit, qui terram ambit.
Circunflua insula, significatione passiua, id est quam aqua circunfluit. Ouid. 15. Metam. 125.
Vnde Coronidem circunflua Tybridis alti
Insula Romuleæ sacris arcesserit vrbis.
Mens circunflua luxu. Claud. 5. Paneg. 8.
Vrbs circunflua ponto, Id est circundata mari, vel quam mare circũfluit. Valer. lib. 5. 89. Vrbs erat hìc contrà gemino circunflua ponto.

Circunfodio, circunfodis, pen. corr. circunfódi, pen. prod. circunfossum, (περιορύττω,) circunfodere, Notum est verbum. Plin. lib. 17. cap. 18. 6. Circunfodi autem omnibus annis à fossitio diuũm cubitorum, scrobe bipedali altitudine.
Circunfossor, (περιορύττης,) Verbale. Plin. lib. 17. cap. 24. 11. Aut circunfossor inuriosò ictu verberauit.
Circunfossúra, pen. prod. (περιορυχή,) Verbale. Plin. lib. 17. cap. 26. 2. Cupressus alpernatur circunfossuram.

Circunforaneus, (περιαγορεύτης,) Qui circum forum spatiatur, venditans aliquid, aut emens, aut scisciturans, aut tempus inaniter terens. Ita Sipontinus. Cic pro Cluentio. 30. Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circunforaneum, qui casu tum Latium veniret, aggreditur. Et apud Tranquillum, Circunforaneus lanista, Id est qui in foris versatur & discurrit. Circunforaneus, vt Gellius vertit ἀγοραῖος, Id est vulgaris, vilis, sordidus, vt verba circunforanea.
Circunforaneum æs, pro Fœneratitio. Vide AES, æris.
Homines circunforaneos Græci ἀγοραίους appellant, à Græca dictione ἀγορά, quod forũ significat: vnde Latini huiusmodi leues homines, scurriles, circulatores, & ridiculos, circunforaneos vocant. Mosellanus in Annotationibus quas in cap. 3. lib. 17. Noctiũ Atticarũ Gellii scripsit.

Circúnforo, circunforas, pen. corr. (περιτρήτω,) circunforare, Inde Circunforãtus, penul. prod. Plin. lib. 17. cap. 27. 1. Stipite ab ima parte circunforato.

Circúnfrico, circunfricas, pen. corr. (περιτρίβω,) Cato cap. 26. Prius as scopulas in dolia facito habeas illi rei, quæs labia doliorum circunfrices.

Circunfulgeo, circunfulges, circunfulsi, sine supino, (περιστράπτω,) circunfulgere. Plin. lib. 2. cap. 37. 2. Hominum quoq; capita, vespertinis horis magno præsagio circunfulgent.

Circunfundo, circunfúdi, circunfúsum, (περιχέω,) circũfundere, Circum circa aspergere. Ouid. 5. Fast. 116.
Gens fuit & campis, & equis, & tuta sagittis,
Et circunfusis inuia fluminibus.
Imber circunfusus. Claud. de Nilo. 6.
Nubes circunfusa. Virg. 1. Aeneid. 119.
Pruinis, aut nubibus circunfusa corpora. Virg. 3. Georg. 74.
Tempestas circunfundit terram. Silius lib. 7. 145.
Terra circunfusa mari Atlantico: hoc est, quam circunfluit mare. Cic. in Somnio Scipionis. 22. Et apud Liuium. 8. bel. Punici. 169. Circunfusa Oceano insula.
Super circunfusa. Lucret. lib. 1. 8.
Hanc tu diua tuo recubantem corpore sancto
Circunfusa super, suaues ex ore querelas
Funde petens placidam Romanis inclyta pacem.
Circunfundi dicitur lac. Plin. lib 28. cap. 9. 4. Quum feruet, ne circunfundatur præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita ne quid fundat. ablatum, deinde igni refrigeratione diuiditur, & discedit serum à lacte.
Circunfundere ad aliquid. Cato cap. 93. Olea si fructum non fert, ablaqueato: postea stramenta circumponito: postea amurcam cũ aqua cõmiscero æquas partes desinde ad oleam circunfundito. Plin. lib. 5. ca. 27. 12. Circunfunditur ad mare vtroque latere ambiens.
Circunfundit aer terram. Cic. 1. de Nat. deor. 26. Terrã autẽ esse infimamquam crassissimus circunfundat aer. Id est ambit & circundat. Ibidem. 132. Principio autem terra sita in media parte mundi, circũfusa vndique est hac animabili, spiritalique natura, cui nomen est aer. Ouid. 1. Metamorph. 3.
Nec circunfuso pendebat in aere tellus.
Anima circunfusum aliquid. Cic. de Vniuer. 23. Neque erant anima circunfusa extrema mundi, vt respirationem requirerent. Alias, aere.
Luce circunfusus. Cic. lib. 4. Acad. 85. Aduersantur enim primium quòd parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt, vt quæ luce ea circunfusa suor, possint agnoscere.
Amictu nebulæ circunfundere. Virgil. 1. Aeneid. 84.
At Venus obscuro gradientes aere sepsit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu.
Corona circunfundi, Circundari hominum multitudine. Silius lib. 7. 62.
Cernis vt armata circunfundare corona.
Libris circunfusus. Cic. 3. de Finib. 10. Vide in bibliotheca sedentem multis circunfusum Stoicorum libris,
Circunfunditur exercitus. Cæsar. 1. bel. Ciui. 148. Alii quòd pridie noctu conclamatum esset in Castris Cæsaris, argumenti sumebant loco non posse clàm exiri, circunfundi noctu equitatum Cæsaris, atq; omnia loca atque itinera obsideri, nocturnaque prælia esse vitanda.
Circũfundere hostes, pro Sternere & ad terram ruere, siue occidere. Liu. 4. ab Vrbe. 199. Postero die circunfusis iam magna ex parte hostibus, per auersam portam fuga turpi deferuntur.
Armis densis circunfundi. Virgil. 2. Aeneid. 77.
Circunfusus caligine. Cic. 1. Tusc. 72. Præcipuè verò fruentur ea, qui tum etiam quum has terras incolentes circunfusi erant caligine, tamẽ acie mentis dispicere cupiebant. Idem. 4. Acad. 217. Crassis occultata & circunfusa tenebris.
Circunfusi corona chori. Claud. in procem. lib. 3. de Raptu Pros.
Flore alicuius ordinis vndiq; circunfusus. Plin. in Paneg. 37. Neque enim stipatus satellitum manu, sed circunfusus vndique nunc Senatus, eque stris ordinis flore, &c.
Circunfusi omnis generis hominũ frequentia. Liu. 7. bel. Pun. 273. Et Cic. 3. Tusc. 112. Quòd se classe hostium circunfusos viderent.
Copiis præsidiorum circunfusus. Cic. pro Milone. 53. Quòd vero in illo loco, atque in illis publicorum præsidiorum copiis circunfusus sedet.
Tenebris circunfusus. Stat. lib. 10. Thebaid. 111.
Circunfusa arma. Quintil lib. 2. cap. 20. 7. Nonnunquam vt in iudicio Miloniano, iuter circunfusa militum arma dicendum est.
Circunfusæ vndique molestiæ, circunfusi pauores. Cic. 5. Tusc. 170. Nostris quidem acerbissimis doloribus, variisque, & vndique circunfusis molestiis, alia nulla potuit inueniri leuatio. Liu. 4. bel. Maced. 150. Deinde circunfuso vndique pauore, ita obtorpuit, vt, &c.
Multitudo circunfusa. Virg. 2. Aeneid. 13.
Multitudo alicui circunfunditur. Liu. 2. bel. Pun. 67. Hæc velut concionanti Minutio circunfundebatur Tribunorum, equitumq; Romanorum multitudo, & ad aures quoque militum dicta ferocia voluebantur, &c. Sic idem, Et circunfusa Consuli multitudo, & Consul multitudine circunfusus.
Satelles circunfusus. Ouid. 14. Metam. 71.
–ne posset adire
Cursus equi fecit, circunfususque satelles. Id est circunfusi satellites.
Turba circunfusa Duci. Lucan. lib. 5. 136.
Inclusus & Circunfusus videtur tanquam contraria posuisse Liu. 3. belli Pun. 197. Hinc Romani, &c. etiam aduersus Afros integram pugnam ineunt: non tantum eo iniquam, quòd inclusi aduersus circunfusos, sed etiam quòd fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.
Circunfundere aliquem. Ouid. 3. Metam. 36.
–circunfusæque Dianam
Corporibus texêre suis. De Nymphis, quæ viso Actæone, circunfuderunt Dianam.
Circunfundi alicui. Ouid. 4. Metam. 72.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pugnantemq; tenet, luctantiaque oscula carpit,
Subiectaq; manus, inuitaque pectora tangit,
Et nunc hac iuueni, nunc circunfunditur illac.

Circungelatus, (περιπηχυές,) Participium. Plin. lib. 13. capit. 21.2. Sed qui circungelatus videri possit.

Circúngemo, circúngemis, pen. corr. (περιστενάζομαι,) circúgemui, circungemitum, circúgemere. Horat. Epod. 16.11. Nec vespertinus circungemit vrsus ouile.

Circungestare, (περιβαστάζειν,) Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1.2. 10. Nam eam quoque epistolam T. Catienus circungestabat.

Circúnglobo, circúnglobas, pen. corr. (περισφαιρόω,) circunglobare. Plin. lib. 9. cap. 47. A deoque nihil nõ gignitur in mari, vt cauponatũ etiam æstiua animalia, pernici molestia saltu, aut quæ capillus maxime cælat, existãt: & circũglobata escæ iæ pe extrahunt. Id est collecta circũ esca. Pulices & pediculos intelligit.

Circuniáceo, circuniaces, pen. corr. (περικατάκειμαι,) circunia cui, circuniacere. Liu. 7. bel. Maced. 229. Nam & Lycaonia, & Phrygia vtraque, & Pisidia omnis, & Chersonesus, quęq; circuniacent Europæ, in vestra sunt potestate.

Circuniício, circúniicis, (περιβάλλω,) circunieci, circuniectum, circúniicere. A iacio compositum. Quod & Circun iacio dicitur. Liu. 3. bel. Maced. 9. Postquam læuo latere nudato circuniacere hastas in venientem ex transuerso hostem conati sunt.

¶ Circunjicere, pro circumædificare. vt Circunjicere vallum. Liu. 5. bel. Maced. 12. Totius agminis sarcinas in medium conici iussit, & triarios vallum circuniicere.

Circunjicere, Circundare, & amplecti, authore Budæo.

Extremitatem cœli circunjicere. Cic. de Vniuer. 34, Sic animus à medio profectus extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circunjecit, seseq; versans, diuinitus sempiternæ, sapientisque vitæ induxit exordium.

Circunjectus, Participium, (περικείμενος,) Circum positus. Plin. lib. 23. ca. 1. 25. Hoc quoq; distat orbis medius, & mutior plaga à circũjectis.

Circunjecta muris ædificia. Liu. 9. ab Vrbe. 148. Et circunjecta vrbi loca. Liu. 4. bel. Maced. 110.

Campi circunjecti, pro Circunjacentes. Curtius in principio libri. 3. Inde diffusus circunjectos rigat campos, liquidus & suas dũtaxat vndas trahens. De Marsia fluuio loquitur.

Circunjectus, huius circunjectus, m. g. (περιπλοκή,) Cic. 2. de Nat. Deor. 94. Qui terram tenero circunjectu amplectitur. Alias, circunjectu. Plin. lib. 11. cap. 51. 6. In theatrorum orbe circũ is scobe aut arena superiecta deuoratur, & in rudi parietũ circunjectu, doliis etiam indicibus.

Circunlambo, circunlambis, (περιλείχω,) circunlambere. Plin. lib. 11. cap. 37. 44. Sed supradictis capillamenti tenuitate. Cæteris ad circunlambenda ora.

Circunligo, circunligas, pen. corr. (περιδέω,) circunligare. Plin. lib. 17. cap. 11. 10. Proderit totas cæspite circunligari. Idẽ lib. 11. ca. 20. 4. Infantibus eã circũligari salutare est. Liu. 1. bel. Pun. 31. Id sicut in pilo quadratũ stupa circũligabant, linebãtq; pice.

Circunligare aliquem. Stat. 8. Thebaid. 132.
– nec segnius ardens
Accurit, niueo quàm flammiger ales olori
Imminet, & magna trepidum circunligat vmbra. Magna vmbra, id est corpore quod vmbram magnam præber, & totum obumbrat olorem. Flammiger autem ales Aquila dicitur, quæ fulmen Iouis ferre dicitur.

Vlnis circunligare aliquam. Stat. 1. Achil. 35.
Quos tamen, vt fido genitrix in limine visa est,
Abiicit exceptamq; auidis circunligat vlnis.

Angui circunligatus. Cic. 2. de Diuinat. 101. De ipso Roscio potest illad quidem esse falsum, vt circunligatus fuerit angui.

Circunlinio, circúnlinis, pen. corr. circunliui, circunlinĩtum, circunlinere, Circumcirca leuiter inducere. Colum. lib. 12. cap. 43. 1. Et circunlinito luto paleato. Plin. lib. 21. cap. 14. 1. Circunlini alueos simo bubulo, vtilissimũ. Cic. 1. Tusc. 174. Perlæ ẽt cera circũlitos cõdũt.

Circunlinere oculum. Plin. lib. 6. epist. 88. 6. Quãuis nõ posset dediscere illud ipsum quod oculum modò dextrũ, modò sinistrum circũlinebat.

Circunlitus, pen. corr. à supino circunlitũ, (περιχριδές,) Plin. li. 29. cap. 4. 29. Sed & alios ad hunc seruant vsum in oleo, aut luto circunlitos.

Auro circunlitus. Ouid. 11. Metam. 18. de Mida, Néve malè optato maneat circunlitus auro, &c.

Corpora nullo circunlita fuco. Lucret. lib. 2. 149.

Saxa musco circunlita. Horat. 1. Epist. 10. 2.

Circunlitio, Verbale, (περίχρισις,) Actus ipse circunlinendi. Plin. lib. 35. ca. 11. 11. Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus quæ maximè opera sua probarit in marmoribus, quibus Nicias manum admouisset: tantum circũlitioni eius tribuebat. Idem lib. 24. cap. 7. 4. Ad aurium dolores, claritatem oculorum, oris circunlitiones.

Circunluo, circũluis, circũlui (περιλούω,) circũluere. Liu. 5. bel. Pun. 52. Quo i peninsulę modũ pars maior circũluit.

Circunluuio, Verbale, (περιλυσμός,) Cic. 1. de Orat. 84. Gentilitatum, agnationum, alluuionum, circunluuionum, &c.

Circummittere, (περιπέμπω,) Liu. 4. ab Vrbe. 20. Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationẽ castra Romana aggrederẽtur, post montes circummisit. Sic. 9. bel. Pun. 129. Et lib. 6. 122. Idem. 2. ab Vrbe. 222. Vincebatq; auxilio loci paucitas, ni iugo circummissus Veiens, in verticem collis euasisset.

Circummissus, Participium. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 49. Quod oppidũ Actius cohortibus introductis tenebat, delectumque toto Piceno circummissis Senatoribus habebat.

Circummulcêre, (περιτέλγειν,) Plin. lib. 28. cap. 3. 2. Ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentium coniectus, experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Circummunio, circummunis, pen. prod. (περιφράττω,) circũmunire. Colum. de Arboribus, cap. 18. Prius q̃ pomariũ constituas, q̃ magnũ habere voles, circũmunito materia aut fossa. Plaut. Capt. 6. 4. Ita vinelis custodiisque circũmuniti sumus.

Circummunitus, (περιφραχείς,) Participium. Cæsar libro. 1. belli Ciuil. 320. Nunc verò penè vt fœminas circummunitos prohiberi aqua, pro hiberi ingressu.

Circummunitio, (περιφραξις,) Verbale. Cæsar, Id ne fieri posset, obsidione, oppidique circummunitione fiebat.

Circumnascor, (περιγένομαι,) circũnasci. Plin. li. 2. c. 103. ii. Locus Smũ? Afia, circũnascẽte absynthio ificit.

Circumobruere, Confert alterna folia circumobruere.

Circumpadânus, pen. prod. Adiectium à Padus, Qui habitat in circuitu Padi. Liu. 1. bel. Punic. 131. Consistere iussis militibus Italiam ostenderat, subiectosque Alpinis montibus circumpadanos campos. Plin. lib. 14. cap. 10. 3. Ligurię maximè, circumpadanisque mustis vtilitas.

Circumpango, circũpegi, circũpactũ, (περιπήγνυμι,) circũpãgere. Plin. li. 17. c. 13. 4. ramis terra circũpactis.

Circumpauio, circumpauis, pen. cor. (περιπαίω, περιπαίσω,) circumpaũire. Plin. libro. 12. capit. 14. 6. Alibi area circumpauita.

Circumpedes, pe. cor. (πρὸς τοὺς πόδας,) Iidẽq; & A pedib⁹ diciunt. Cic. 3. Verr. 65. Seruos artifices pupilli quũ hẽt domi, circũpedes ãt hoies formosos & literatos suos esse dicebat.

Circumplector, circumplecteris, pen. cor. circumplexus sum. 32. Vndique est eos circumplexus. Plin. lib. 13. cap. 10. 1. Tam vastis arboribus, vt terni nequirent circumplecti.

Opes circumplexus. Stat. 1. Sylu. 5. 9. – stupet ipse beatas
Circumplexus opes, & parcius imperat ignis.

Circumplecti patrimonium alterius. Cic. 13. Philip. 351. An is non redder, qui domiu patrimoniũ circumplexus, quasi thesaurũ draco, Pompeii seruus, libertus Cæsaris, agri Lucani possessiones occupauit?

Circumplexus, (περιπτυγής,) Participium. Gellius lib. 15. Noct. Attic. cap. 1. In eo igit libro scriptũ inueni, &c. turrim ligneam defendendi gratia structa, quum ex omni latere circũplexa igni foret, ardere non quisse, quòd ab Archelao alumine oblita fuisset.

Circumplexus, huius circumplexus, (περίπτυξις,) Plin. lib. 10. cap. 63. 4. Lacertæ, vt ea quæ sine pedibus sunt, circumplexu Venerẽ nouere.

Clrcumplico, circumplicas, pen. corr. (περιπλέκω,) circumplicare, Circumnectere. Cic. 1. de Diuinat. 134. Experecta nutrix animaduertit puerum dormientẽ circumplicatum serpentis amplexu. Ibidem. 89. Tum visam belluam vastam & immanem circumplicatam serpentibus.

Anguem circumplicare. Cic. 2. de Diuinat. 91. Tum esset, inquit, ostentũ si anguem vectis circumplicauisset.

Circumpôno, circumpônis, penult. prod. (περίτιθημι,) circumponere, notæ significationis. Plin. li. 17. ca. 28. 3. Stramentis antea circumpositis.

Piper circumponere catillis. Horat. 2. Serm. Sary. 4. 15. Primus

Primus & inueni piper album cum sale nigro
Incretum, puris circumposuisse catillis.

Circumpotatio, (περίποσις,) Verbale à Circumpôto, penult. prod. Cic. 2. de Legib. 95. Hæc præterea sunt in legibus de vnctura, quę seruilis vnctura tollitur, oĩsq; circũpotatio.

Circunrâdo, circunrãdis, circunrãsi, circunrãsum, penult. prod. (περιξέω,) circunradere. Plin. lib. 17. cap. 26. 1. Veluti detractio lanuginis circunrasi corticis. Columel. lib. 4. cap. 29. 11. Huius traducis si non est facultas, tum detractum viti quàm recentissimum eligitur sarmentum, & leuiter circunrasum.

Circunrêtio, circunrẽtis, pen. prod. (περιδικτυόω,) circunretire, Impedire & implicare. Lucret. lib. 5. 232.
Circunretit enim ius, atque iniuria quemque
Atque vnde exorta est, ad eum plerunque reuertit.

Circunretitus, penult. prod. (περιδεδικτυωμένος,) Participium. Cic. 7. Verr. 117. Num ego tibi vllam salutẽ, vllum perfugiũ putem, quum re implicatũ seueritate iudicij, circunretitũ frequẽtia Po. Ro. esse videãt?

Circunrôdo, circunrôdis, pen. prod. (περιβρώσκω,) circunrôsi, circunrôsum, circunrodere. Plin. lib. 32. cap. 2. 2. Polypum hamos appetere, brachiisque cõplecti, non morsu, nec prius dimittere, quàm escam circunroserit. Idem lib. 21. cap. 22. 23. Condrilon siue condrille, folia habet intubi circunrosis similia.

¶ Circunrodere, per translationem. Cic. ad Atticum, lib. 4. 74. 1. Quid? etiam (dudum enim circunrodo quod deuorandum est) subeurpicula mihi videbatur esse πολυνοσήματα.

Dente circunrodi. Horat. 1. Epist. 19. 18. Dente Theonino quum circunroditur. Vide THEON.

Circunscalpo, circunscalpsi, circunscalptum, circunscalpere, (περισπαράττω,) Plinius lib. 20. cap. 5. 3. Radice eius circunscalpti dentes dolore liberantur.

Circunscarlfico, circunscarificas, penul. corr. (περιξύω,) circunscarificare. Plin. lib. 22. cap. 23. 6. Pedum clanos circunscarificatos ferro, mistum ceræ extrahit. Idem lib. 30. ca. 3. 5. Canimus dens sinister maximus, circunscarificato eo qui doleat, aut draconis os è spina. item enhydridis. Est autem serpens masculus & albus. Huius maximo dente circunscarificant.

Circunscindo, circunscindis, circunscidi, pen. corr. (περικαίσω,) circunscissum, circunscindere. Liuius. 2. ab Vrbe. 240. Quò ferocius clamitabat, eò infestius circunscindere, & spoliare lictor.

Circunscribo, pen. prod. circunscripsi, circunscriptũ, (περιγράφω,) circunscribere, Verbũ notæ significationis. Orbem circunscribere. Cic. 5. de Finib. 39.

Circunscribere terram surculo, gladio, &c. Plin. lib. 22. cap. 21. 9. Et si terram surculo heliotropii circũscribat aliquis, negant scorpionem egredi. Idem lib. 25. ca. 5. 11. Primùm enim gladio circunscribitur. dein qui successurus est, ortum spectat. Idem lib. 21. cap. 7. 6. Et fossuri tribus antè mensibus multa circunfusa, hoc veluti plagamento terræ blanditur, circunscripta mucrone gladii orbe triplici. Plin. Iunior epist. 173.

¶ Circunscribere, Constituere. vt Circunscribere locum habitãdi alicui. Cic. in Parad. 21. Exilium autẽ illis quibus quasi circũscriptus est habitandi locus: non iis qui omnẽ orbem terrarũ, vnam vrbem esse ducunt.

Curriculum vitæ circunscripsit nobis natura. Cic. pro C. Rab. Perduel.

Circunscribere terminis & definire. Cic. 1. de Orat. 36. In hoc quidẽ certe propè idem, nullis vt terminis circunscribat aut definat ius suum.

Spatium vitæ circunscriptum. Cic. pro Archia poeta. 11.

Circunscribens circuitio. Author ad Heren. 4. 198. Circuitio, est oratio rem simplicem assumpta circunscribens elocutione.

Sententiam mente circunscribi. Cic. in Orat. 116. Antè enim circunscribitur mente sententia, consestimque verba concurrunt, quæ mens eadem, qua nihil est celerius, statim demittit.

Regionibus modicis circunscripta pars. Cic. 2. de Orat. 37. Assumamus eam quoque partem, sed ita vt sit circunscripta modicis regionibus.

Scientia circunscripta cancellis rerum certarum. Cic. 1. de Orat. 28. Nam siquis erit qui hoc dicat esse quasdam oratorum proprias sentẽtias atque causas, & quasi certarum rerum forensibus cancellis circunscriptam scientiam, fatebor equidem, &c.

Definiri & circunscribi genus potest. Cic. pro Sestio. 84.

Circunscribere luxuriam vtilitate. Plin. lib. 22. cap. 3. 2. Nunc propositũ ista consectari non est: nec committemus, vt subiiciendo vtiliora, luxuriam vtilitate circunscribamus.

Demus operam Quirites ne omnino P. C. circunscripti putentur. Ad Herennium lib. 4.

¶ Circunscribere, Decipere, circumuenire. Plin. lib. 7. cap. 40. Vana mortalitas, & ad circunscribendum seipsam ingeniosa, computat mote Thraciæ gentis, quæ &c. Cicero. 14. Philipp. 389. Aut eiciunt vicinos, aut adolescentulos circunscribunt.

Circunscribere atque decipere. Cic. 4. Acad. 86. Fallacibus & captiosis interrogationibus circunscripti atque decepti quidam, &c.

Ab aliquo circunscribi. Cic. pro Qu. Rosc. Com. 14. Dic nunc te ab Roscio HS 15000 circunscriptum esse, qui tantas, & tam infinitas pecuniæ, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit.

¶ Circunscribere, Tollere, & expungere. Cic. 4. Verr. 106. Itaque vno genere opinor circunscribere habetis in animo genus hoc aratorum. Id est Tollere, & reticere eos testes vt vobis iniquos. Idem. 3. de Fin. 49. Circunscriptis igitur his sentẽtiis, quas posui, & his quæ similes earum sunt. Id est sublatis, inductis, obliteratis. Idem. 3. Ver. 29. Quamobrem omni tempore Syllano ex accusatione circunscripto, legationem eius præclaram cognoscite. Id est ablato, exempto.

Aliquem circunscribit Senatus. Cic. pro Mil. 68. Senatus, credo, Prætorẽ cum circunscripsisset.

Circũscribere Senatum, aut aliquem priuatum. Cic. ad Octauium. 9. Cur aut vt ingratum, ingratus, crudeliter, aut immemorẽ beneficii sui scelerataque circunscribis Senatum? Id est aufers ei authoritatem statuendi de summa Reipub. & quasi Senatum è medio Reip. tollis trãslatio est à fabris aut chirurgis, qui ea quæ serra amputaturi sunt, circunscribũt, & præcidunt. Dicitur & Circunducere. Idem. 13. Philipp. 157. Senatus in Capitolium parata de circunscribendo adolescente sententia Consularis. Hoc est de eiictendo magistratu Octauio, & imperio ei abrogando. Budæus.

Virgula circunscribere aliquem. Cic. 2. Philipp. 249. C. Pompilius apud maiores nostros, quum ad Antiochum regem legatus missus esset, & verbis Senatus nuntiasset, vt ab Alexandria discederet, quam obsidebat: quum tempus ille differret, virgula stantem circunscripsit, &c.

Fluuio circũscriptus. Cic. 6. Philip. 208. Ille se fluuio Rubicone c c mil. circunscriptum esse putarit.

Senatusconsulto circũscriptus aliquis Cic. Att. lib. 7. 128. 9. Si fortè Titi bunus plebis Senatum impedicus, aut populum incitans notatus, aut senatusconsulto circunscriptus, aut sublatus, aut expulsus fit, &c.

Circunscriptus, (περίγραπτος,) Adiect. Breuis. Plin. in epist. Nihil circunscriptius. Alibi, Crebri syllogismi circunscripti, & effect. Budæus.

Circunscriptè, (περιγεγραμμένως,) Aduerb. Cic. in Ora. 128. Sed quoniã non modò non frequenter, verumetiam rarò in veris causis aut forensibus non circunscriptè numeroseque dicendum est, sequi videtur &c. Idem. 2. de Nat. Deor. 221. Idque ratione concludimus, singulasque res diffinimus, circunscriptèque complectimur.

Circunscriptor, Verbale, (περιγραφεύς,) Deceptor. Cic. in Catil. 30. Quid enim mali aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis circunscriptor, quis ganeo?

¶ Circunscriptor, Qui fraude priuat aliquem bonis. Iuuenal. Saty. 15.
– pupillum ad iura vocantem
Circunscriptorem.

Circunscriptio, (περιγραφή,) Aliud verbale. vt Circũscriptio terræ. Cic. 1. Tusc. 73. Quum totam terram contueri licebit, eiusque eum situm formam, circunscriptionem, tum & habitabiles regiones.

Circunscriptio orationis, pro Periodo. Cic. in Orat. 118.

Tẽporis circũscriptio. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. 32. Sed fuit quædã ab infinito tempore æternitas, quã nulla circunscriptio tẽporum metiebat.

Verborum circunscriptione quadam comprehendere cõcludereque sententiam. Cic. de Clar. Orat. 16.

¶ Circunscriptio, pro deceptione & fraude. Paulus in L. Hęc actio. ff. Si mẽsor falsum modũ dixerit, hæc actio perpetua est: quia initiũ rei, nõ à circunscriptione, sed à suscepto negotio originem accipit.

Aperta circũscriptione aliquid facere. Cic. pro Flac. 7. Emptiones falsas, prædiorũ proscriptiones ẽsi mulier culpa aperta circũscriptione fecisti.

Circunscriptio adolescentiũ. Cic. 3. Offic. 89. Atque iste dolus malus etiã legibus erat vindicatus, vt tutela XII Tab. & circunscriptio adolescẽtium lege latoria. Idem pro Cluentio. 35. Quũ eis ab his fraus, oĩs insidię circunscriptionesque adolescentium nascerentur.

Excedere circunscriptione. Cic. 8. Philipp. 149. Dixitque se non antea renuntiaturũ Senatui, nisi prius sibi respõdisset quid acturus esset, quàm ex illa circunscriptione excederet.

Circunseco, circunsecas, pen. cort. (περικόπτω,) circunsecui, circunsectum, circunsecare, Est circuncidere. Colum. lib. 7. cap. 5. 11. Tuberculum cui subest vermiculus, ferro quàm cautissimè circunsecari oportet. Sic Cicero pro Cluentio. 143.

Circunsecus, Aduerbium. Apul. lib. 5. Quique circunsecus vemantur.

Circunsedeo, circũsedes, pen. cort. (περικαθέζομαι,) circunsedi, circunsessum, circunsedere. Dicimus etiam Circunsideo, circunsides, pen. cort. significatque Contra sedere, circundare, obsidere. Cælius ad Ciceronem lib. 8. 15. 4. Nisi si maluit Pompeiũ Brundisii circunsidere. Sub. me. Cic. Att. lib. 9. 184. 3. Pop. Rom. exercitus Cn. Pompeium circunsideret, fossa & vallo septum teneret, fuga prohibet. Liu. 9. ab Vrbe. 5. Vt idẽ oibus sermo consitet legiones Samnitiũ

in Apulia esse,Luceriam omnibus copiis circunsidère,nec procul abesse quin vi capiant.
Circunsedere & obsidere.Cic.10.Philip.275. Equidem cupio hæc quàprimum Antonium audire,vt intelligat non D. Brutum, quem vallo circunsedet,sed seipsum obsideri.
Aliquem circunsedere.Cic.3.Verr.59. Qui te circunsedit.
Oppidum circunsedere.Liu.1.bel.Pun.35.Saguntũ vestri circunsedent exercitus,vnde arcentur fœderemox Carthaginem circunsedebunt Romanæ legiones ducib⁹ isdé diis,per quos priore bello rupta fœda ea sunt vlti.Cic.6.Phil.206.Brutũ oppugnet,Mutinã circũsedeat,Idé 7.Philip.230.Quod ii qui Mutinam circunsedent, &c.
Dies paucos circunsessum oppidum.Liuius.1.ab Vrbe.176. Antium & Romanus exercitus ductus paucos circunsessum dies deditur. Idé alibi,Decem æstates hyemes continuas circunsessa plus aliquanto intulit cladium quàm accepit.
Circunsedent,qui assident vtrinque alicui.Cic.4.in Catilinam.75. Nec tamẽ ego sum ille ferreus,qui fratris charissimi atque amantissimi præsentis mœrore non moueat, horumque omnium lachrymis à quibus me circunsessum videtis. Budæus.
Circunsederi,Pasiium.Cic.Att.lib.9.190.5. Quod in his castris fuerũt quibus Pompeius circunsederetur! Eidem lib.15.325.8. Ita circunsedemur copiis omnibus.Idem ad August.11. Cogita enim Antonium hostem iudicatum,ab eo circunsessum, c o 8. dei.Curtius lib.3.Cæterum vt circunsederi arcem,& omnia sibi in dies arctiora viderunt esse,sexaginta dierum inducias pacti,vt nisi intra eos auxilium Darius ipse mitteret,dederent vrbem.
Ab quibusdam circunsederi.Cic.3.Verr.56.
Propter scelus atque flagitium circunsederi ab Aliquo. Cic.3.Verr.57.
In castello circunsederi.Cic.pro Deiotaro.17.Itaq; qui esset ei nuntiatum,Domitii naufragio periisse,te in castello circunsederi,de Domitio dixit versum Græcum eadem sententia qua etiam nos, &c.
Circunsessus,(περιπαθεζόμενος)Participium.Cic.3.Ver.55. Intelligo,in qua ciuitate,non modò legatus Populi Romani circunsessus, non modo igni,ferro,manu,copiis oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit.Ibidem.59.Legatus quum esset circunsessus.
Circunsessio,(περιπαθεζομενος)Verbale.Cic.3.Verr.58. Te huius circunsessionis tuæ causam,& culpam in alios transtulisse?
Iniuria circunsessus.Cic.3.Verr.58.
Viribus hominum circunsessus.Cic.12.Philipp.336. Veruntamen semel circunsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidit sciens,vt honestissimè surgere possem.

Circunsepio, circunsepsi,pen.prod.circunsepsi, circunseptum,(περιφράττω)circunsepire. Liu.1.ab Vrbe. 214. Consicius deinde malè quærẽdi regni ab se ipso aduersus se exẽplũ capi posse,armatis corpus circunsepsit.Cic.ad Augustũ.1.Sed qũ cohortibus armatis circunseptus Senatus.Sic idem de Arusp. resp.42.
Sylvæ circunseptæ.Paulus in L.Possideris.&.Item feras bestias.ff. de Acquirenda possessione,Sed eos pisces qui in stagno sunt, aut feras quæ in sylvis circunseptis euagantur,à nobis possideri.

Circunsero, circũseris,pen.corr.circunseui,circunsatum,(περιφυτεύω)circunserere.Plin.lib.21.ca.12.2. At gratissa circunseri alueariis gratissimum.

Circunsido, pen.prod.(περικαθέζομαι,) Idem quod circũsedeo. Liu.9.ab Vrbe.112.Fusi in castra Samnites extinctis nocte ignibus tacito agmine abeũt:& spe abiecta Satriculæ tuendæ,Plistiam ipsi socios Romanorum,vt parem dolorem hosti redderent,circunsidunt.Budæus.

Circunsignare (περισημειοῦσθαι,)Colum.lib.de Arboribus, cap.26.7.Ex qua arbore inserere voles,in ea quæsito nouellos & nitidos ramos.in his deinde obseruato gemmam, quæ bene apparebit,certamque spem germinis habebit. eam duob⁹ digitis quadratis circunsignato vt medio gemma sit.

Circunsisto, circunsisti,circunstitum, (ἀμφίστημι,ἀμφιβαλνω,) circunsistere,Inuadere,irruere,& quasi terrificatione aggredi,authore Valla lib.5.Cæsar.5.bel.Gall.166. Impeditumq; hostes circunsistunt.Idem lib.4.481.Et mercatores in oppidis vulgus circunsistat,quibusque ex regionibus veniant,quasque res ibi cognouerint,pronuntiare cogant.Cic.7.Verr.111. Hæc quũ maximè loquetur,sex lictores circunsistunt valentissimi,& ad pulsandos verberandosq; homines exercitatissimi.Liu.2.ab Vrbe.10. Dicere deinde incipientem primores ciuitatis circunsistunt,eadẽ multis precibus orãt. Cæsar.1.bel.Ciuil.78.Itaq; vno omnes consilio Domitium produstũ ius publicum circunsistunt & custodiunt.

Circunsono, circunsonas,penul.corr.(περιηχέω,)circunsonare, Vndique sonare.
Circunsonare vndique.Liuius.7.bel.Punici.110.Inde primo turbata est acies,dum ad circunsonantem vndique clamorem flectere cornua,& obuertere ordines volunt.
Circunsonant aures meæ his vocibus.Cic.3.Offic.7. Cõducere arbitror talibus aures tuas vocibus vndiquè circunsonare. Id est frequentissimè tibi hæc inculcare,& te hæc à præceptoribus aliis audire.Budæus.
Vlulatibus cantuque symphoniæ circunsonat locus. Liu.9.belli Maced. 37.Eos deducere in locum qui circunsonet vlulatibus cantuque symphoniæ & cymbalorum & tympanorum pulsu, ne vox quiritãtis quũ per vim stuprum inferatur, exaudiri possit.
Circunsonat hostes clamor. Liu.3.ab Vrbe.119. Edito imperio signum sequutum est:iussa miles exequitur clamor hostes circunsonat.
Orbem circunsonant Nereus,id est æquor.Ouid.1.Metam.38.
Armis circunsonari.Ouid.4.Trist.eleg.9.23.
Ore circunsonari.Ouid.3.Trist.eleg.14.10. Threicio,Geticoque fera circunsonor ore.

Circunspecto, Vide CIRCVNSPICIO.

Circunspergo, circunspersi,circunspersum,(περιπάσσω,) circunspergere.Colum.lib.11.cap.2.66.Et si sunt parum fructuosæ,vel cacuminibus retortidæ frondis,magnus arboribus quaternos modios stercoris captini circunspergere,&c.

Circunspicio, circunspicis,circunspexi,circunspectum, (περιβλέπω,περισκοπέω,περισκέπτομαι,) circunspicere,ex circum & specio antiquo verbo compositum, quod aspicere significat.Est autem Circunspicere,huc atque illuc oculos vertere, & circumferre.Cic.pro Roscio Comœdo.25.Circũspicit,æstuat. Terẽt. And.2.2.20.Circunspicio nusquam.
Nec suspicit,nec circunspicit.Cic.2.de Diuin.109. Illi autem qui in auspicium adhibetur, quum ita imperarunt is qui auspicatur, dicito,silentium esse videbitur,nec suspicit,nec circunspicit:statim respondet silentium esse videri.
Se circunspicere,prudentis est aliquando.Cic.in Parad.37. Nũquãme homo amentissime,te circunspicies?nunquam nec quid facias considerabis,nec quid loquare?
Fragorem circunspicere.Stat.8.Thebaid.3. Illum & secuti circunspexere fragorem Elysii.
Omnes circunspicere.Ouid.5.Trist.4.11. Admonituque mei quum circunspexerit omnes, Dicat,Vbi est nostri pars modò Naso chori?
Circunspicere,pro Animaduertere,& diligenter videre, siue considerare.Cic.4.Acad.69. Deinde quum dicant posse accidere sapienti,vt quum omnia fecerit,diligentissimeque circunspexerit,existat aliquid quod & verisimile videatur.Idem ad Lentulum,lib.1.9.31. Hîc ego, quantum humano consilio efficere potui,circũspectis rebus meis omnibus,rationibusque subductis,summam,&c. Idem pro Cluẽtio.117. Circunspicite omnes Reip.partes.
Omnia circunspicere.Cic.pro Quintio.64.Omnia circunspexit Quintius,omnia periclitatus est.Hoc est,in omnes partes se versault, & omnem(quod aiũt)lapidem mouit.Idem.1.de Lege Agraria.14. Etenim vt circunspiciamus oia,quæ populo grata,atque iucũda sunt, nihil tã populare,quàm pacem,quàm concordiã,quàm otiũ reperiemus.
Auxilia externa circunspicere.Liuius.1 ab Vrbe.132.Sabini haud patũ memores,& suarum virtum partem Romæ à Tatio locatam, & Romanam rem nuper etiam adiectione populi Albani auctam, circũspicere & ipsi externa auxilia.
Casus alicuius circunspicere.Ouid.1.Trist.eleg.1.10. Da mihi Mæoniden,& tot circunspice casus,
Ingenium tantis excidet omne malis. Id est Considera quod vndique periculis & calamitatibus premar.
Membra Reip.circunspicere.Cic.Luceio,lib.5.13.2.
Procellas circunspicere.Cic.4.in Catil.76.Quare P. C. incumbite ad salutem Reip.circunspicite omnes procellas quæ impendent.
Circunspicere animo vel mẽtibus.Cæsar.6.bel.Gal.15.Reliqua eius cõsilia animo circunspiciebat.Cic.pro Sylla.51.Circunspicere paulisper mentibus vestris,vt alia omittamus.Idem.2.de Lege Agraria.52. Atque illud circunspicite vestris mentibus. Id est diligenter, accurateque considerate,& attendite.
Circũspicitur.Cic.in Orat.43.Sermo purus erit,& Latinus,dilucidè,plane quæ dicetur:quid deceat circunspicietur.
Diligenter circunspiciendum.Cic.Qu.fratri.lib.1.1.14.
Circunspicienda hæc in omni officio.Cic.1.Offic.75.Hæc igitur & talia circunspicienda sunt in omni officio,& consuetudo exercitatiõi capienda,vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus,&c.
Circunspicere & prospicere.Terent.Adelph.4.5.55.Nunquid circũspexti,aut nunquid tute prospexti tibi Quid fieret?
Permulta sunt in omni oratione circũspicienda.Cic.lib.2. de Orat.166.
Circunspicere se,pro Gloriari.Cicero,Vsque eone te diligis,& magnificè circunspicis,vt,&c.

Circunspectus,(περιβλεπτος,)Participiũ,seu potius Nomen ex participio,Est non qui circunspicitur,quem solemus appellare conspicuum: sed qui circunspicit,& in omnem partẽ,more Iani spectat, hoc est prudens & fugax.Hæc Valla lib.1.Colum.lib.1.cap.8.Nam illa solemnia sunt omnibus circunspectis,vt ergastuli mancipia recognoscant.
Circunspecti canes.Colum.lib.7.cap.12.5.Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, & circunspecti magis quàm temerarii.Hoc est prudentes.
Circunspectum iudicium. Quintil.lib.10.cap.1. Modestè & circunspecto iudicio,de tantis viris pronuntiandum.
Circunspectissimus & prudentissimus princeps.Sueton.in Tiberio ca.21.
Circunspectare,(περισκοπέω,) Frequentatiuum. Liuius.4.bel. Maced. 153. Quanam ipse euaderet, circunspectabat. Plautus Bacchid.5.45. Dum circunspecto,atque ego tum lembum conspicor. Terent.Eunu. 3.5.54.Et simul alia circunspecto.
In pastu circunspectant bestiæ.Cic.2.de Nat.deorum.188. Iam verò illa etiam notiora, quanto se opere custodiant bestiæ, vt in pastu circunspectent,vt in cubilibus delitescant.
Alius alium circũspectat.Liuius.1.ab Vrbe.45. Cunctati aliquãdiu sunt, dum alius alium,vt prælium incipiant,circunspectant.
Vultus circunspectare aliquorum.Liuius.3.ab Vrbe.151. Circunspectare tum Patritiorum vultus plebeii: & inde libertatis captare auram, vnde seruitutem timendo in eum statum Rempublicam adduxerant.
Circunspectare rem aliquam, pro Diligenter considerare, & magna animi intentione.Cic.in Pisonem.79. Circunspectãtem omnia, quicquid increpuisset pertimescentem. Idem.1.Tuscul.116. Itaque dubitans, circunspectans,hæsitans,multa aduersa reuertens,tanquã ratis in mari immenso nostra vehitur oratio.
Circunspectans,(περισκοπῶν,) Participium. vt Huc & illuc circunspectans.Author ad Heren.lib.4.229.Ille quotidie per forum meditũ tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, aspectu rabido, spiritu venenato,circunspectans huc & illuc,siquem rapiat.
Circunspectus,(περισκεμμένος,) Qui circunspicitur, vtique in pasiua significatione. vt Verba non circunspecta, id est non considerata & perpensa.Ouid.5.Fast.108.Verba mouẽt iras non circũspecta deorũ.
Vires non circunspectæ.Ouid.5.Metam.35.
Sed furit,& cupiens alto dare vulnera collo,
Non circunspectis exactum viribus ensem
Fregit in extrema percussæ parte columnæ. Id est non circunspiciens aut animaduertens,quò vires & feriendi impetum rectè dirigeret.
Circunspectus, huius circunspectus, (περίσκεψις,) Actus ipse circunspiciẽdi.Cic.12.Philip.337.Hæc ego in vrbe præuideo:facilis est circũspectus,vnde exeã,quò pgrediar:quid ad dexterã,quid ad sinistrã sit.
Mali circũspectus,Cõsideratio malorũ & timit⁹.Ouid.4.Trist.eleg.5.16. Corpore sed mens est ægro magis ægra,siquæ
In circunspectu stat sine fine mali.
Ad circunspectum.Plin.lib.11.cap.37.49. Ceruix flexilis ad circunspectum,articulorum nodis iungitur.
Circunspicientia,(περίσκεψις,) Idem.Gellius lib.14.cap.2. Multa & anxia cura,& circunspicientia indigens.
Circunspectio,(περίσκεψις,) Verbale,Idem.
Circunspectio & accurata consyderatio. Cic.4.Acad.69. Sin ex circunspectione aliqua & accurata consideratione, quod visum sit, id se dicent sequi,tamen exitum non habebunt.
Circunspectè,(περίσκεπτως μένως,) Aduerbium. Quintil.lib.9.cap.2.Hoc parcius & circunspectius faciendũ. Id est consideratius & diligentius.
Circunspectatrix,pen.prod. (περισκεπτάτης,) Quinis fœminibus circunspectatrix.Author ad Heren.lib.4.229.Ille quotidie per forum meditũ tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, aspectu rabido, spiritu venenato,circunspectans huc & illuc,siquem rapiat.
Circunspectatòr, pen.prod. (περισκεπτάτης,) Qui circunspectat.Plautus Aulul.4.2.
Exi inquam,age exi,exeundum hercle tibi hinc est foras
Circunspectatrix cum oculis emissitiis.

Circunstipor, penult.prod. (περιπυκνοῦμαι,) circunstipari. vt Amores nurũ circũstipãtur. Claud.2.Paneg.73.

Circunsto, circunstas,circunstiti,circunstitum, (ἀμφίστημι,περίστημι,) circunstare,Circundare.Cic.ad Atticum,lib. 1.11.7.Vt me circunsteterint, vt apertè iugula pro meo capite P.Clodio ostẽtarint.Idé in Catil.16.Fortissimi ciues,qui circũstant Senatũ. Tribunal Prætoris circunstare. Cicc.1.in Catilinam.23. Desinant insidiari domi suæ Consuli: circunstare tribunal Prætoris vrbani obsidere cum gladiis curiam.
Omnia nos circunstant. Cic.10.Philipp.284. Quum verò dies,& noctes omnia nos circunstent,non est nostrum, nominisque Romani dubitare,cum spiritum,quem naturæ quis debeat,patriæ reddere.
Authoritates aliquem circunstant.Cic.2.Verr.3. Circunstant te summæ authoritates:quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant.

Circunstans, (περιεστώς,) Participium.Liuius, Tamen in tot circunstantibus malis manſit aliquandiu immota acies.
Homines circunstantes.Quintil.lib.4.
Res circunstantes.Author ad Herennium lib.4.240. A rebus consequentibus,aut circunstantibus non recedemus.
Sylvæ circunstantes.Ouid.3.Metam.89.
Ad circunstantes verrit sua brachia sylvas.

Circunstantia, circunstantiæ, (περίστασις,) Actus ipse circunstandi.Gellius lib.3.cap.7.De loci importunitate,& loci circunstantia.
Circunstantiæ dictæ quæ in vnaquaq; controuersia quæri solent,& quasi quæstionem circunstant.Sipontinus.
Ex circunstantia dicere argumentum.Quintil.lib.5.cap.10.72.

Circunstatio, Verbale,(ἀμφίστασις,)Gellius lib.7.cap.4. Ea circunstatio militum,corona appellata sit.

Circunstrepo, circunstrepis,pen.cor.(περιστυπέω,) circunstrepui,circunstrepitum,circunstrepere,In circuitu strepitum facere.Seneca,libro de Vita beata ad Gallionem, capit.11. Non voco autem sapientem,supra quem quicquam est, nedum voluptas. Atqui ab hac occupatus, quomodo resistet labori, ac periculo, egestati,& tot humanam vitam circunstrepẽtibus minis? Tacitus,Tũ ceratim cæteri circunstrepunt.Budæus.

Circunstruo, circunstruxi,circunstructũ, (περικατασκευάζω,) circunstruere.Plin.lib.11.cap.6.3.His deinde fores quoque latiores circunstruunt.
Circunstruere vndique lapidibus.Plin.lib.19.cap.8.31.Ripisque vndiq; circunstructis lapide.

Circúnsúdo, pen.prod.(περιϊδρόω,)circũsudare. Plin.lib.14. cap.1.7.Stipatæ vinaceis circunsudantibus.

Circunsuo, circunsuis,circunsui,circunsũtum, (περιράπτω,) circũsuere.Plin.lib.34.cap.16.1.Vitilibusque nauigiis circunsutis corio aduehi.Sic idem lib.4.cap.16.4.

Circuntego, pen.corr.circuntexi,circuntectũ, (περισκεπάζω,) circuntegere,Circũ circa operire. Plaut.Mil.5.20. Meus herus elephanti corio circuntectus,non suo est.
Cœlum circuntegit omnia. Lucret.lib.1.217.

Circuntexo, circuntexui,circuntextum,(περιυφαίνω,) circuntexere.Virgil.1.Aeneid.144.
Et circuntextum croceo velamen achanto.
Circuntextum,Amictus genus,quòd purpuram circũ habeat.Festus.

Circuntondeo, circuntondes,circuntondi,circuntõsum, (περικείρω,) circuntondere,à circum & tondeo. Sueton.in Augusto,cap.45.Stephanionem togatarium,cum in puerilem habitum circuntonsam matronam ministrasse cõperat,per trina theatra virgis cæsum relegauerit.

Circuntono, penul.corr.(περιβροντάω,)circũtonas,circuntõnui,circuntonitum,circuntonare.Horat.2.Serm.satyr.3.45. —quem cepit vitrea fama,
Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis.
Strepitu circuntonare aliquem locum.Silius lib.6.44.
Ianque vbi feralem strepitu circuntonat aulam
Cornea,gramineum persultans vngula campum.

Circuntremo, pen.corr.circuntremui,(περιτρέμω,) circuntremere.Lucret,lib.1.216.
Atque ideo totum circuntremere æthera signis.

Circunuado, circunuãdis,pen. prod. circunuãsi, circunuasum, (περιεσβάλλω,)circunuadere,Inuadendo circũdare.Liu.9.ab Vrbe.212. Is nouus additus terror quũ ex vtraq; parte circunuasisset aciem,&c.Plin.lib.9.cap.30. Hi redeuntem circunuasere noctu. De polypo.
Circunuasit vrbem terror.Liu.4.bel.Maced.150. Quum tãtus vndique terror vrbem circunuasisset,primo tyrannus,&c.Ibidem,Repentè anceps terror hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta,barbaros circunuasit.

Circunuagus, pen.corr. (περιπλάνης,) vt Oceanus circunuagus.Horat.Epod.16.4.
Aethereæ moles circunuaga flãmæ.Ouid.ad Pis.4. Periphrasis est Solis.

Circunuallare, (περιβάλλεσθαι,)compositum ex Vallo vallare, quod firmare significat:hoc est quasi vallo munire.Cæsar.7.bel.Gal.36.Oppidũ oppugnare instituit, idq; biduo circunuallauit.Liu.10.ab Vrbe.171.Nec dubiũ esse quin castra circũuallaturi sint.Cic.ad Att.li.9.184.1.Legebã tuas literas xiii. Cal. quũ mihi epistola affertur à Lepta,circunuallatum esse Pompeium.
Aciem denso orbe circunuallare. Sil.lib.7.118.
Circunuallant me res.Terẽt.Adel.3.2.4. Tot res repentè circunuallãt, vnde emergi non potest.Vbi Donatus,Circunuallant se circa nos, & stipant se inuicẽ.nã circunuallamus nos & alios.tamẽ rara locutio est. Et circunuallant dixit,velut inimica acies contra nos.& ideo addidit, Vnde emergi non potest.Quum impressio est hostiũ,sic dicitur.

Circunuallatus,(περιβεβλημένος,)Participium.Liu.3.ab Vrbe.120. Luce prima iam circunuallati ab Dictatore erant, & vix aduersus vnum exercitum pugnam sustinebant.
Bellona circunuallata Senatu.Claud.7.Paneg.3.

Circunueho, circunuehis,circunuexi,circũuectum, (περιάγω,) circunuehere,Circũportare.Liu.3.ab Vrbe. 118. Ibi Dictator quantum nocte prospici poterat,equo circunuectus,cõtemplatusque qui tractus castrorum,quæque forma esset.
Circunuehi classe.Liu.8.ab Vrbe,132.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circunuectio, Verbale, (περιαγωγή,) Cic. ad Att. lib. 2. 31. 7. Illud tamen quod scribit, animaduertas velim, de portorio circunuectionis.
Solis circũuectio. Cic. de Vniuer. 37. Vt terra Lunæ cursus proximè ambiret, eíque supra terram proxima Solis circunuectio esset.
Circunuectare, Frequẽtatiuũ, (περιαγεῖσθαι,) Plaut. Rud. 2. 2. 25. Oppida circunuectabor. Subaudi, Per. Sic apud Virg. 3. Georg. Singula dũ capti circũuectamur amore. Vbi Sera. Dũ speciatim singula describũ⁹.
Circunuénio, circũuenis, pen. corr. circunueni, circunuentum (κυκλόω,) circũuenire, Circũdare, sepire Sallust. Vallo, fossáque mœnia circunuenit.
¶ Circũuenire hostẽ. Cæsar. 5. bel. Gal. 134. Qu. Lucanius eiusdem ordinis fortissimè pugnans, dũ circunuento filio subuenit, interficitur. Ibidẽ lib. 3. 453. Hostes undiq; circunuenti, desperatis oibus rebus, se per munitiones deicere, & fuga salutẽ petere intenderunt. Sallust. Pro loco & tempore paratis rebus cuncta munia exercitu circunuenit. Idem de Coniurat. Catil. in Oratione Catilinæ ad milites, Nã multitudo hostium ne nos circũuenire queat, prohibent angustiæ. Liuius, Romanus prius quàm satis cerneret se circunuentum esse, sensit.
Incommoda multa circunueniunt senem. Horat. in Arte. 36.
¶ Circunuenire, Opprimere decipere. Cic. 2. Offic. 73. Eoque maior si quando accidit, vt ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circunueniri vrgerique videtur. Ibidem. 125. Neq; tenuiores propter humilitatem circunueniantur. Terent. Phorm. 4. 3. 9. –tũne dixeras huic? facinus indignum Chreme Sic circunueniri.
Aliquem circunuenire. Cic. 6. Verr. 14. Tua te altera patria, quemadmodum dicere solebas, Messana circunuenit. Idem. 3. Verr. 66. Iam tenõ Siculi, non oratores (vt dictitas) circunueniuntnõ hi qui decretis edictisque tuis in te concitati, infestíque sunt.
Ignorantiam circũuenire. Vlpianus in L. Si fideiussor ff. Si quum debitor. ff. Mandati, Debuit enim debitor notum facere fideiussori iam se soluisseme forte creditor obrepat, & ignorantiam eius circũueniat, & excutiat ei summam in quam fideiussit.
Per arbitrum aliquem circunuenire. Cic. pro Qu. Roscio Comœdo. 15. Itáne verò, quem per arbitrũ circunuenire non posses, cuius de ea re proprium non erat iudicium, nunc per iudicem condemnabis.
Circunuenire & opprimere. Cic. 6. Verr. 14. Quid te à Centuripina ciuitate, à Catinensi, ab Halesina, Tyndaritana, Aetnensi, Agyrinensi, cæterisque Italiæ ciuitatibus circunueniri atque opprimi dicis?
Ab aliquo circunueniri. Metellus Celer Ciceroni, lib. 5. 1. 2. Nunc video illum circunuentum, me desertum, à quibus minimè conueniebat.
Acerbũ est ab aliquo circunueniri acerbius à propinquo. Cic. p Qu. 64.
Circunueniri nisi subueniatur. Cic. de Claris Ora. 141. Tum C. Rutcius, Circunuenior, inquit, Iudices, nisi subuenitis.
Circunuentus & spoliatus à latronibus. Sallust. in Iugurtha.
Iudicio circũueniri. Ci. de Cla. Orat. 24. Scribere aute aliis solitũ ofones ijbus in iudiciis vterentsed quũ ex eo (quia quasi cõmitteret cõtra legem, quo quis iudicio circunueniretur) sæpe ipse in iudicium vocarẽ, ofones aliis destitisse scribere, &c. de Isocrate loquit. Idẽ p Cluẽ. 116. Si Senator iudicio quenquã circunuenerit, legibus eũ teneri. Idem. 1. Tusc. 157. Quãta delectatione autem afficeret, quũ Palamedẽ, quum Aiacem, quum alios iudicio iniquorum circunuentos conuenitẽ. Hoc est (inquit Budæus) inuidia conflata & factione oppressos.
Iudicio capitis circunuenire & opprimere. Cic. Mulierem quandam Larino Romam proficisci cum magno comitatu & pecunia, quo facilius circunuenire iudicio capitis atque opprimere filium posset.
Periculo circũueniri. Cicero Antequam iret in exilium. 6. Subitò ipsi simili periculo circunuenti, in nostro euentu aliorum reminiscentes casus, iure id nobis accidere nequicquam quereremur.
Circũueniri à collogo. Cæsar. 1. bel. Gall. 101. Tũ cõmittendũ nõ putabat, vt pulsis hostib⁹ dici posset eos, à se p fidẽ i colloquio circũuẽtos.
Circunueniri per insidias. Cæsar. 1. be. Gal. 178. Vereri se, ne per insidias ab eo circunueniretur. Liu. 1. ab Vrbe. 122.
His difficultatibus circunuentus. Sallust.
¶ Circũuenire, pro Circunfluere. Virgil. 6. Aeneid. 27.
Cocytusque sinu labens circunuenit atro.
¶ Circunuemo. Circunuoluo. Valer. lib. 1. 81.
–vacua nam lapsus ab arbore paruum
Ter quater ardenti tergo circunuenit anguis.
Circunuentus, Particip. vt Cerua lupis circunuenta. Stat. 6. Theb. 34.
Circumuentus pecunia innocens. Cic. pro Cluent. 5.
¶ Circũuẽtus necessitudinibus. Sallust. in Catil. Petere Cõsulatũ C. Antonũ, quẽ sibi collegã fore sperabat, hoiem familiarẽ, & oibus necessitudinibus circunuentũ, cũ eo se Consule initiis agendi belli facturum.
Circunuentus morbo, exilio, atque inopia. Cic. 4 de Finib. 103.
Circunuertere (περιστρέφειν,) Notæ significationis. Plaut. Persa. 1. 2. 36. Iam à foro argentarii abeunt, quàm in cursu rotula circunuertitur.
Circunuertere aliquem argento. Plaut. Pseud. 7. 126.
Aut de pacto facium consutis dolis,
Qui me argento circunuertant? Id est dolis auferant à me argentum.
Rota circunuertitur axem. Ouid. 15. Metam. 105.
Nec vires tamen has rabies superasset equorum,
Nirota perpetuum quæ circunuertitur axem,
Stipitis occursu fracta & dissecta fuisset.
Circunuersari, (περιστρέφεσθαι,) Lucret. lib. 6. 41.
– de ventis
Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt
Quærentesque viam, circunuersantur, & ignis
Semina connoluunt è nubibus.
Circunuestire, (ἀμφικαλύπτειν,) Plin. lib. 17. cap. 23. 10. Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circunuestit arborem.
Circunuestire dictis. Cic. 3. de Orat. 87. Vt ille qui occultantem consultò, ne id quod ageretur, intelligi posset, duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat, Quãdoquidẽ iste circũuestit dictis, sepit sedulò.
Circunuincio, circunuincis, circunuinxi, circunuinctum, (περιπέδαω) circũuincire. Plau. Rud. 18. 25. Quasi murteta iuncis, item ego vos virgis circunuinciam.
Circunuiso, circunuĩsis, pen. prod. (περισκέπτομαι,) Frequẽtatiuum à Circunuideo. Plautus, Sed angues oculis omnibus circunuisere. Budæus.
Circúnuolo, pen. corr. (περιπτῆμι,) circunuolare, Ex Volo, vo las compositum, notæ significationis.
Iaculo circunuolat alite campum. Silius lib. 17. 84.
Locus circunuolat Venerem. Horat. 1. Carm. ode. 2. 7.
Mors atris circunuolat alis. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 12.
Nox atra caua circunuolat vmbra. Virgil. 2. Aeneid. 72.
Circũuolatus (περιπτάσθαι,) Partic. à passiuo circũuolor. Plin. li. 10. ca. 32. 1. Halcyonẽ videre rarissimũ é, nec nisi Vergiliarũ occasu, & circa solstitia brumáve, naue aliquã do circũuolata, statim in latebras abeũtẽ.
Circunuolito, pen. corr. (περιπτᾶσθαι,) circunuolitare, Frequẽtatiuum. Virgil. 1. Georg. Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo.
Circunuolitare limina potentiorum. Colum. in præfat. totius operis, An honestius duxerim mercenarii salutatoris mẽdacissimum aucupium, circunuolitantis limina potentiorum? Alii legunt saltatoris.
Circunuoluere, (περιστρέφειν,) Plin. lib. 10. cap. 62. 1. Serpentes coeunt complexu, adeò circunuolutæ sibi, vt vna existimari biceps possit.
Circunuoluere sese spinis, arboribus & herba. Plin. lib. 16. ca. 44. 9.
Magnum sol circunuoluitur annum, Annus labitur, incidit in hyemem. Virgil. 3. Aeneid. 57.
Interea magnum sol circunuoluitur annum,
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.
Circunuolũtor, pen. prod. circũuolutaris, (περιχυλίσθαι,) Plin. lib. 8. cap. 17. 1. Feram verò circunuolitari non dubiũ blandientem, sese conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi posset. De panthera.
Circuo, circuis, circuire. Vide CIRCVMEO.
Circus, circi, m ge. (κίρκος ἱππικὸν εἶδος,) Dicit (inquit Nonius) ois ambit⁹ vel gyrus. Hoc autẽ interest inter circũ & globũ quòd Circus planities est rotunda vt circuitus. Globus, soliditas undique versum rotunda, vt est sphæra, & flaminum glomera.
Circus, Locus erat muris septus, in quo equi pugilesque exercebant. Virgil. 5. Aeneid. 57. –mediáque in valle theatri
Circus erat. Plin. lib. 16. cap. 40. 2. Obeliscũ i Vaticano circo statutũ.
Circus & cauea, ludorum publicorum partes. Cic. lib. 2. de Legib. 61. Iam ludi publici, quoniam sunt causa, circoque diuisi, sint corporum certationes cursu, & pugilatione, luctatione, curriculisque equorum vsq; ad certam victoriam circo constitutis.
Theatri circus. Virg. 5. Aeneid. 57. –mediáque in valle theatri Circus erat. Vbi Seru. Media i valle erat circ⁹ theatri, id est spatiũ spectaculi.
Campus circi patens. Virg. 5. Aeneid. 110. –ipse omnem longo decedere circo Iussum populum, & campos iubet esse patentes. Id est (vt ait Seruius) discessu populi iubet fieri circi campos patentes.
Ludi solennes circi. Ouid. 5. Fast. 119.
Ludi in circo. Cic. 3. Philip. 107. Nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse?
Apertus circus, id est spatiosus. Ouid. 12. Metam. 21.
Capax populi circus. Ouid. 1. de Arte. 18.
Fallax circus. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 23. Fallacem circum, vespertinúsq; pererro Sæpe forum. Videtur Suburram dicere, quòd ferè hora sera furtiuas res solent vænum deferre. Porphyr.
Circus Flaminius. Cic. Att. lib. 1. 9. 2. Res agebantur in circo Flaminio. Idem, Post reditum in Senatu. 15. Tu es ausus in circo Flaminio ꝓductus cum tuo illo pari dicere, te semper misericordem fuisse?
Longo decedit circo infusus populus. Virgil. 5. Aeneid. 110.
Rapidus circus. Statius. 3. Syl. 5. 3. –lasciua cordi
Nulla,

Nulla, nec aut rapidi mulcent te prælia circi,
Aut intrat seosus clamosi turba theatri. Rapidum vocat propter equorum cursus.
Locum dare alicui in circo & in foro. Cic. pro Murena. 66. Vt locus & in circo, & in foro daretur amicis & tribulibus?
Comparare rabernas in circo. Cic. pro Murena. 66. Quid statuent in viros primarios qui in circo toras rabernas tribulium causa cõparauerunt?
Duci per circum. Cic. lib. 1. de Diuinat. 97.
¶ Candens circus, Id est orbis lacteus. Cic. in Arato. 28.
Vidisti magnum candentem sæpere circum:
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. Ibidem. 34.
Ille autem claro quarrus cum lumine circus
Partibus extremis extremos continet orbes.
Elucens circus candore. Cic. de Somnio Scipio. 12. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt à Græcis accepistis) orbem Lacteum nuncupatis. Quo loco Macrobius lib. 1. cap. 15. Orbis hic, inquit, Idem quod circus in Lactei appellatione significat. Est autem Lacteus vnus è circulis qui ambiunt cœlum.
Circulus, pen. corr. (κύκλος,) Diminut. Cic. 2. de Nat. deo. 68. Quumq; duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, κύκλος Græcè dicitur.
Circulis vasa cingere. Plinius lib. 14. cap. 21. 1. Circa Alpes ligneis vasis condunt, circulisque cingunt.
Circulus, inquit Sipontinus, Est figura plana, vna tantum linea contenta: in cuius medio punctus est, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, sunt æquales.
Flexilis circulus auri. Virg. 5. Aeneid. 111.
–it pectore summo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
Lacteus circulus. Vide LAC.
Circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili stellæ. Cicero de Somnio Scipionis. 11.
Subiectere circulum alicui rei. Virg. 5. Georg. 33.
¶ Circulus, per translationem. Cic. 5. de Finib. 100. Quinetiam inertissimos homines videmus, quum nõ habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, aut semicirculos confectari. Circulos appellat cœtus hominum in orbem collectorum, & inter se fabulantium. Semicirculos, sessiones colloquentium, capitaque conferentium. Hæc Budæus. Quintil. lib. 2. cap. 13. Mitè ad circulum pullatum facit. Id est coronam & multitudinem pullatorum circunfusam. Idem lib. 6. cap. 4. In sermonibus, circulis, conuiuiis. Tacitus lib. 3. Nec ignoro in conuiuiis, & circulis incusari ista, & modum poscì. Idem in vita Agricolæ, Vulgus quoque, & hic aliud agens populus, & ventitauere ad domum, & per fora, & circulos locuti sunt. Hoc est per coronas hominum colloquentium. In hanc item sententiam Liuius lib. 4. Decad. 5. dicit. In omnibus circulis, atque etiam (si dis placet) in conuiuiis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.
In circulis sermo liberior. Cic. Attico, lib. 2. 33. 3. Attamen in oppressione, sermo in circulis duntaxat, & in conuiuiis est liberior q̃ fuit: vincere incipit timorẽ dolor, sed ita vt omnia sint plenissima desperationis.
Arripere aliquem ex circulo. Cic. lib. 1. de Orat. 77. Effudi vobis omnia quæ sentiebam: quæ forsasse, si quencunque patrem familiãs arripuissetis, ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondissem.
Decipi in circulo. Cic. lib. 1. de Orat. 85. Tu mihi quum in circulo decipiare aduersarii stipulatiuncula, & quum, &c.
De circulo se subducere. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 3. 20. 2. Cato is diruptis tabellis de circulo se subduxit.
¶ Circlus per syncopen, pro circulo. Virg. 3. Georg. 33.
Ac primùm laxos tenui de vimine circlos Cereuici subnecte.
Circulo, circulãs, pen. corr. (κυκλόω,) circulare, Circundare. Colum. lib. 12. Iliq; debebit antè circulari fossula, quę repleatur lapidibus & calce.
¶ Circulare, per translationem Cic. de Claris Orat. 104. Videt oscitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, mittentem ad horas quæsitorem vt dimittat rogantem: intelligit oratorem in ea causa non adesse. Circulantem dixit, pro in circulo caput conferentem, quod indicium est auditoris oratori non auscultantis, nec animum orationi aduertentis. Budæus.
Circulante, pro circulatore vtitur Seneca. Budæus.
Circulatores, (κυκλωτερεῖς,) magistratus Demosthenes vocat, qui in orbem deferuntur. Budæus.
Circulator, pen. prod. (ἀγύρτης,) Verbale, (inquit Paulus Iurisc.) qui sertentes circũfert ac proponit. Celsus lib. 5. cap. 27. de curationibus aduersus morsus serpentiũ. Idcoq; colubra ipsa tutò estur, ictus eius occidit: & si stupẽte ea (quod per quædã medicamẽta circulatores faciũt) is os digitũ quis indidit, negi percussus est, nulla in ea saliua noxa est.
Actionem circulator. Asinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 32. 8. Bestiis verò ciues Romanos, in his circulatorem quendam actionum notissimum hominem Hispali, quæ deformis erat, obiecit.
Equestris circulator. Apuleius de Asino aureo, lib. 1. in principio, Circulatorem aspexi equestrẽ spatam præacutã mucrone infesto deuorasse.
¶ Circulator, Circunforaneus, qui sua carmina coronæ recitat. Is ab Horatio Cyclicus dicitur.
Circulatrix, penul. prod. (ἀγυρτρίς,) Fœminium. Martial. lib. 10. 3. Et fœda linguæ probra circulatricis.
Circulatorius, (ἀγυρτικός,) Adiectiuum, Quod ad circulatorem spectat. vt Sermo circulatorius. Vnde Quintilianus præcipit nobis paranda vim orandi, non circulatoriam voluptatem spectantibus. Hoc dam vim orandi, non circulatoriam voluptatem spectantibus. Hoc est iis qui garrula quadam circulatorum festiuitate gaudent.
Circulatoria factatio. Quintil. li. 2. ca. 4. Extẽporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & vix surgendi mora, circulatorię verè iactationis est.
Circulatim, pe. pro. (κυκλαδόν,) Sueto. In summo publico luctu externarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est.
CIRIS, (κίρις,) Dicitur Scylla, Nisi regis filia, mutata in auem cirim, id est alaudam. Vide SCYLLA.
Cirnea, cirneæ, Vas vinarium, patens ac rotundum, quo vinum è cado hauritur, vt feratur ad mensam. Plaut. Amphit. 4. 275.
Cadus erat vini, inde implcui cirneam.
CIRRHA, (κίρρα,) Vrbs Phocidis: & Cirrhæi campi, quorum meminit Demosthenes in oratione pro Cthesiphonte. Vide Plinii lib. 4. cap. 3.
Cirrhæus, (κιρρᾶιος,) cognominatus est Apollo à Cirrha oppido.
Templa Cirrhęa. Aedes Apollinis. Senec. Hercul. Oeth. 1. 19.
Cirrus, cirri, (βόστρυχος,) Capitis crinis. Varro Cato, vel de Liberis educandis, Itaque Ambracię primum capillum puerilem dẽptum, item cirros ad Apollinem ponere soleut. Nonius.
Cirri, (πλοκάνες,) ostreorum, siue polyporum capillamenta. Plinius, Græci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis cum semine inter se implexis, veluti in polyporum cirris. Martial. lib. 7. Et ostreorum rapere liuidos cirros.
¶ Cirri in capite quorundam animalium à quibusdam appellantur capilli contorti ac perinde crispati, quales picus Martius & alauda & galeritæ in capitibus gerunt. Plin. lib. 11. cap. 37. 2. Et fulicarum generi dedit cirros: picos quoque Martio, & grui Balearicæ.
Cirratus, Adiectiuum, (βοστρυχώτος,) Capillatus. Persius Saty. 1. 3.
Tẽ' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas? Martial. lib. 9. 31.
Nec matutini cirrata caterua magistri.
CIRTA, Numidię vrbs, ex Sallustio not. 1. Strabo libro vltimo munitissimam fuisse ait, & optimè structam, Micipsæ potissimum opera, qui Græcos in eam habitatum deduxit, & tantum effecit vt decem equitũ millia, & peditum viginti emitteret. Ex Straboois lib. vltimo.
CIRTISCVS, Flauius est memorandus in Scythia, teste Herodoto.
Cis, (ἐπίταδες, ἐντός,) Præpositio, quæ idem quod Citra significat: sed ferè montium & fluminum nomimbus iũgitur. Liu. 4. ab Vrbe 76.
Hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium secundo prælio conflixit. Cic. ad Atticũ, li. 7. 12. 7. Quoad hostis cis Euphraten fuit.
Cis paucos dies. Plaut. Trucul. 7. 18.
–itaque parce victitem, vt nulla faxim cis dies
Paucos fiet. Id est intra paucos dies. Idem Mostel. 2. 17.
Cis hercle paucas tempestates Tranio
Augebis ruri numerum.
¶ Cis, pro Vltra. Sallust. Cis Rhenum atque intra mare nostrum & Oceanum, nisi qua in paludibus via fuit perdomita. Varro lib. 20. Rhetor. Eo die cis Tyberim redeundum est. Nonius.
Cis Taurum. Cicc. Appio, lib. 3. cap. 8. 16. Quum ego Laodicea vsque ad Iconium iter ita fecerim, vt me omnium illarum diœcesium quæ cis Taurum sunt, omniumque ciuitatum magistratus, legationesque conuenirent. Paulo ante, trans Taurum dixerat.
¶ Cis vndique. Plaut. Merc. 3. 73. Atque ea sese cis vectatum vndique.
¶ Cis, citra, citimus facit, inquit Festus. De quibus vide infra suo ordine.
CISALPINA Gallia, (γαλλία ἡ τογάτα,) quæ ab vsu togæ, Togata Gallia dicit. Ci. pro lege Manilia 24. Inde quũ se in Italiam recepissent, duabus Hispaniis & Gallia Cisalpina ꝓfidiis ac nanibus cõfirmata, &c.
Cisalpini Galli. Liu. 5. ab Vrbe 158. Et lib. 7. bel. Pun. 208. Gallos Cisalpinos, Liguresque.
CISAMVS, (κίσαμος,) Vrbs Cretæ apud Ptolemæum, hodie Ephitisa.
CISAPENNINA, Italia & Transapennina dicitur in Antiquitatibus Catonis & Sempronii. Ex Budæo.
Cisium, cisii, (δίτροχος,) Genus vehiculi biroti, inquit Nonius. Cicc. 2. Philip. 84. Inde cisio celeriter ad vibem vectus, domũ venit capite inuoluto. Idem pro Sex. Roscio 11. Decem horis noctu nis sex & quinquaginta millia passuum cisiis peruolauit.
Cisiarius, Qui cisium agit. Vlpianus Iureconsultus libro 19. digest. titulo Mandati. L. Item quæritur, in principio. Si cisiarius, id est carrucarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit, & seruum quassauit, vel occidit, puta ex locato in eum esse actionem. Exemplaria alia legunt & Cisium & Cisiarius duplici ss.
Cispello, cispellis, cispuli, cispolsum, cispellere. Citra pellere. Plaut. Amphit. 1. 2. 17. Inde optimè cispellam virum. An-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiquum vocabulum.

CISPIVS, (κίσπιος,) Mons est in Vrbe, Exquiliæ regionis, de nomine cuiusdam hominis dictus. Hæc Festus. Huius montis meminit Gellius libro 15. cap. 1.

CISSA, (κίσσα,) Fluuius ponti Cappadocii, authore Ptolemæo, vulgò Quisa.

Cissanthemos, penul. correp. Herba quæ & cyclaminos dicitur: de qua vide Plinium lib. 25. ca. 9. 12. Ruellius lib. 2. cap. 95. Hanc herbam medicis incognitam esse ait, eamque esse quam nunc herbarii Sigillum Mariæ vocant.

CISSEVS, (κισσεύς,) Rex Thraciæ, pater Hecubæ vxoris Priami: à quo Cisseis Patronymicum fœminum.

Cissites cissitæ, penult. prod. Gemma candore insignis. Plin. lib. 37 cap. 10. 14. & cap. 11. 3.

Cissybium, Ligneum poculum ex hedera, quam Græci κισσόν, appellant, inquit Sipontinus. Pollux autem dictum ait, quòd id poculum pastorale hedera circundatum sit. Meminerunt Theocritus & Homerus.

Cista, cistæ, (κίστη, κιστίς,) Genus vasis viminei. Colum. lib. 12. ca. 44. Si multum liquoris fuerit, muriam duram aducito, & ita eluito, & postea in quadratam cistam vimineam, quæ neque spissè, solidè tamen, & crassis viminibus contexta sit, rapa componito. Plinius libro 9. cap 17. 2. Singula mala connolai, cistis vitilibus condi.

Cista texta de vimine. Ouid. lib. 2. Metamorpho. 111.
Clauserat Actæo texta de vimine cista.
Effracta cista. Horat. 1. Epist. 18. 11.
Cauacista. Catul. epigram. 59. 12.

¶ Cistas deiicere. Author ad Herennium, lib. 1. 22. Pontes disturbati cistas deiicit.

¶ Cista etiam ex asseribus construitur, in qua pecuniæ, libri, & alia reponuntur: estque ceu capsa quædam. Cic. 5. Verr. 170. Quaternos HS. quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Iuuenal. saty. 3. 21.
Nanque vetus Græcos seruabat cista libellos.

Cista in iudiciis erat, intra quam tabulæ ceratæ ponebantur inferendis suffragiis, vt inquit Asconius in illud Ciceronis in Diuinatione, In Diuinatione, & in aliis causis maioribus vniuersi iudices in cistam tabulas simul conijciebant suas, easque insculptas literas habentes absolutionis, siue condemnationis.

Cistæ suffragiorum in comitiis erant. Plin. lib. 33. ca. 1. Præter hos etiamnum nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis.

Cistula, penult. correp. (κίστιον,) Diminutiuum. Plautus Amphit. 4. 266. Vbi patera nunc est? M. in cistula. Martial. lib. 1. 152. Parcæ cistula non capax oliuæ. Vulgò bulgeta dicitur. Bulga viatoria. Budæus.

Cistella, (κιστίδιον,) Diminutiuum à Cistula, diminutiuo. Plaut. Cistel. 8. 7. Accipe hanc cistellam Halisca. Terent. Eunuch. 4. 6. 15. Cistellam Pythia domo effer cum monumentis.

Cistella suffragiorum. Author ad Herennium lib. 1. 22. Saturninus ferè cœpit: Collegæ inter cedere ille nihilominus cistellam detulit. Cistellam posuit pro vase quo suffragia populi in creandis magistratibus legibusque ferendis colligebantur.

Cistellatrix, cistellatricis, pen. prod. (κιστοφόρος,) Plaut. Trinúmo, 5. 23.
– nox datur ducitur familia tota. Cantrices, cistellatrices, nuntii re nuntii, raptores panis & peni. Significare videtur ancillam cistophoron, quæ canistrum fert heræ. Budæus,

Cistellula, pen. corr. (κιστίδιον,) Diminutiuum ex cistella. Plaut. Rud. 10. 59. Vbi nam ea fuit cistellula?

Cistifer, penul. correp. cistifera, cistiferum, penul. correp. (κιστοφόρος,) Qui fert cistam. Martial. lib. 5. 17. – Nupsisti Gellia cistifero.

CISTENA, Vrbs est Aeolidis, de qua Pomponius libro primo sic scribit, Isthmus ille qui inter Elaticum & Idæum sinum prominet, paruis viribus aspersus est: quarum clarissima est Cistena. Apud Plinium lib. 5. cap. 30. Cisthene scribitur.

Cisterna, (δεξαμένη, ὑδροχεῖον,) Locus in quo colligitur aqua pluuia. Festus, Cisterna dicta est quòd est cis, id est infra terram. Vlpianus in L. 1. ff. De riuis, Cisternæ autem imbribus concipiuntur. Plinius lib. 15. cap. 17. 6. Columella author in puteos cisternásve in fictilibus vasis pice diligenti cura illitis mergi.

Vini cisterna. Vlpianus in L. Vulgaris §. Sed & si de naui. ff. de Furtis, Et quid si cisterna vini sit, quid dices? aut aquæ cisterna?

Cisternínus, pen. prod. Adiectiuum, (δεξαμενικός,) vt Cisternina aqua. Colum. lib. 12. cap. 43. 6. Tota deinde vasa in aqua fontana vel cisternina ponderibus impositis mergi.

Cisthum, (κίσθος,) Genus fruticis. Plinius libro 24. cap. 10. 7. Græci vicino vocabulo cisthon appellant fruticem maiorem thymo, foliis ocimi.

Cisthus, arbuscula in Cypro insula. Plin. lib. 24. cap. 10. 7. Græci vicino vocabulo cysthon appellant fruticem maiorem thymo foliis ocimi. Duo eius genera, Flos masculo rosaceus, fœminæ albet. Vide Ruellium lib. 1. cap. 66.

Cisrhenanus, pe. pro. Adiectiuũ, Qui citra Rhenũ habitat. Cæsar lib. 6. bel. Gal. 6. Neruios, Aduaticos, ac Menapios, adiunctis Cisrhenanis omnibus Germanis, esse in armis.

Cistophorus, penul. correp. (κιστοφόρος,) Nummi species à Canephoris Palladis Atticæ virginibus ministris dicti. Cic. Attico, lib. 11. 209. 2. Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & vicies. Huius pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere. Eidem lib. 2. 21. 4. Scripsi ad Quæstores vrbanos de Quæ fratris negotio. Vide quid narrent, & quæ spes sit denarii, an cistophoro Pompeiano iaceamus. Idem pro Domo sua 41. Vtm Asia cistophorum flagitaret. Liuius 7. bel. Maced. 190. Cistophori ducenti quadraginta octo. Bap. Pius.

Cistula, Vide CISTA.

CITARISTA, vel Citaristes, Promontorium est Narbonensis prouinciæ, non procul à Massilia, vt est author Plinius capit. 4. libro 3. & Pomponius libro 2.

Citatus, Vide CITO, citas.

Citeria, (κιτηρία,) appellatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa vehi solita sit. Cato in M. Cælium, Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum ire ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum? Festus.

Citerior, Citerius, Vide CITRA.

CITHAERON, (κιθαιρών,) Mons Libero sacer. De quo Seruius Aeneid. 10. Parnassus, mons est Thessaliæ iuxta Bœotiam, qui in duo finditur iuga. Cithæronem Liberi, & Heliconem Apollinis & Musarum. Hunc Lactantius lib. 1. cap. 22. Diuinarum institutionum, quia super ipso frequenter Orpheus citharæ cantu personaret, Cithæronem appellatum scribit. Huius meminit & Ouidius lib. 2. Metamorpho. 46. Dindymaque, & Mycala, natusque ad sacra Cithæron. Ibi enim sanctè colebatur Bacchus. Seruius alibi censet esse partem montis Parnassi refertam animalibus, ex illo Virgilii 3. Georgic. 8.
– vocat ingenti clamore Cithæron, &c.
Scelerum capax Cithæron. Seneca Oedip. 12. 4.
Festus Cithæron. Ouid. 3. Metamorpho. 141. – sed ipse
Vadit, vbi festus facienda ad sacra Cithæron
Cantibus, & clara bacchantum voce sonabat.
Nocturnus Cithæron, Nocte celebratus. Virgil. 4. Aeneid. 61.
– nocturnusque vocat clamore Cithæron. Cithæron mõs est ex quo clamor veluti numinis Bacchas vocabat. Seruius.
Noxius Cithæron dictus à Seneca in Thebaid. 1. 55. Aut propter turpitudinem celebrantium illic orgia Baccharum, aut propter Penthea & Orpheum ibidem dilaniatos. aut enim ille,
Et in alta nemora pabulum misit feris
Auidis: auibusque, quas Cithæron noxius
Cruore sæpe regio tractas alit.

Cithara, penul. correp. (κιθάρα,) Instrumentum musicum, quod lyra alio nomine dicitur. Plinius lib. 7. cap. 56. 14. Citharã Amphion, vt alii Orpheus, vt alii Linus inuenit.

¶ Cithara, pro Ipsa musica & harmonia. Virgil. 12. Aeneid.
Augurium, citharamque dabat, celeresque sagittas.
Citharæ sonus. Quintil. lib. 1. cap. 10. 3.
Strepitus citharæ. Horat. 1. Epist. 2. 7.
Imbellis cithara. Horatius 1. Carm. ode 15. 3.
Cithara perfecta. Quintil lib. 2. ca. 8. 10. Nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summũ omnibus intenta neruis cõsentiat.

¶ Pectere citharam. Vide PECTO.

Laqueata citharis reboant. Lucretius lib. 2. 6.
Tacentem cithara suscitare Musam. Horat. 2. Carm. ode 10. 4.

Citharœdus, (κιθαῳδός,) Qui cithara ladit, & peritus est eius generis instrumenti. Varro 2. de Re rust. cap. 1. Sed non omnes qui habent citharam sunt citharœdi. Cicero 5. Tusculan. 163. At vocem citharœdi non audiunt. Et pro Murena 36. Quintilianus lib. 1. cap. 11. 2. An verò citharœdi non simul & memoriæ, & sono vocis, & pluribus flexibus seruiunt? Horatius in Arte 72.
– & citharœdus
Ridetur chorda qui semper oberrat eadem. Cicero lib. 2. de Oratore 177. Connexum autem ita sit principium consequentis orationi, vt non tanquam citharœdi procemium affictum aliquod, sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur.

Citharœdicus, penul. correp. (κιθαῳδικός,) Adiectiuum. vt Citharœdicus habitus. Suetonius in Nero. Item statuas suas citharœdico habitu. Apud Plinium lib. 9. cap. 8. 9. Citharœdica ars.

Citharista, (κιθαριστής,) Qui citharam tantùm pulsat, non etiam accinit, inquit Budæus. Cice. 3. Verr. 36. At etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit. Et 2. de Diuinatione 198. Idem 5. Philipp 174. Saltatores, citharistas, totum denique comessationis Antonianæ chorum, in tertiam decuriam iudicum scitote esse collectum.

Citharistria, (κιθαριστρία,) Quæ citharam canit. Terent. Phorm. 1. 2. 31.
Continuò quandam nactus est puellulam
Citharistriam. Ibidem. 59. eandem Terentius vocat fidicinam, Ille quidillam amabat fidicinam. Ergo indifferenter, inquit Donatus.

Cithæron, onis, (κιθαιρών,) mons Bœotiæ. Vide Cythæron. Sed per i scribi debet.

Citimus, Vide CITRA.

Cito, citas, Citatim, Citatus, Cito, Aduerbium. Vide CIEO.

Citra, (κίτρα,) Præpositio, accusatiuo casui seruiens: cui opponitur Vltra, à cis deriuatur. Cæsar. 6. bel. Gal. Qui sunt citra Rhenũ.

Citra flumen educere exercitum. Cic. 6. Philipp. 108.
Citra Leucadem. Cic. Tironi, lib. 16. 4. 1. Tertio die abstrae ad Alyziam accesseramus. is locus est citra Leucadem stadia CXX. Idem Attico, lib. 16. 11. 6. Quum venissem in Veliam, Brutus audiuit. erat enim cum suis nauibus apud Haletem fluuium citra Veliam millia passuum III. pedibus ad me statim.
Natus citra mare. Horat. 1. Serm. saty. 10. 7.
Vltra citraque. Horat. 1. Serm. saty. 1. 22.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra citraque nequit consistere rectum.

¶ Citra, pro Sine. Colum. lib. 2. cap. 2. 16. Sed citra hoc experimentum multa sunt quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent, vt iuncus & calamus. Plin. lib. 35. cap. 11. 18. Citra puluerem iactum.
Citra accusationẽ crimen in aduersarii vertere. Quintil. lib. 7. ca. 3. 18.
Citra Senatus populique authoritatem. Sueton. in Cæsare.
Citra codicillos, pro Sine codicillis. Hermogenianus in L. Administrantes. ff. de Excusationibus tutorum, Administrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, à tutela itemque à cura tempore administrationis delata excusantur. Budæus.
Citra commoda emeritorum præmiarum exauthorate legiones. Sueton. in Augusto, cap. 24.
Citra complexum causæ laudabilis. Quintil. lib. 8. cap. 5. 3. Est autẽ hæc vox vniuersalis, quæ etiam citra cõplexũ causæ possit esse laudabilis.
Citra denuntiationem. Quintil. lib. 3. cap. 8. 14. Nam & illic causã deliberandi est, quòd bellum Galli minitentur: esse tamen quæstio potest, dedendine fuerint etiam citra hanc denuntiationem, quia contra fas, quum Legati missi essent, prælium inierint: Regemque, ad quem mandata acceperant, truciderint.
Citra æmulam aliquid facere. Quintil. lib. 12. cap. 10. 7.
Citra fastidium nominatur. Plin. lib. 3.
Citra honorem verborum prosequi aliquem. Sueton. in Augusto, cap. 66.
Nam quanuis minime appeteret hæreditates, vt qui nunquam ex ignoti testamento capere quicquam sustinuerit: amicorum tamen suprema iudicia morosissimè pensitauit: neque dolore dissimulato, si parcius aut citra honorem verborum: neque gaudio, si grate pieque quis se prosecutus fuisset.
Citra inuidiam. Plin. lib. 7. cap. 29. 1. Et apud eundem, lib. 11. cap. 49. Citra perniciem.
Citra musicem. Quintil. lib. 1. cap. 4. 3. Tum nec citra Musicen Grãmatice potest esse perfecta, quum ei de metris, rhythmisque dicendũ sit.
Citra morsum examinat. Plin. lib. 8. cap. 38. 1.
Citra personam argumenta ducere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 11. Interim autem ex re quæritur, veneficium fuerit, an cruditas: quum ex ipsa aliqua citra personam quoque argumenta ducuntur.
Citra satietatem data glans. Colum. lib. 7. cap. 6. 5.
Peccare citra scelus. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 5. Vel quia peccaui citra scelus. Peccatum suum imprudentiam aut errorem vocat, non scelus.
Citra scientiam. Colum. In agricultura voluntas, facultasque citra scientiam sæpe magnam dominis afferunt iacturam.
A postrema syllaba citra tertiã non potuit natura vocem acutam. Cic. in Orat. 32. Ipsa enim natura quasi modularetur hominũ orationẽ, in omni verbo posuit acutã vocẽ, nec vna plus, nec à postrema syllaba citra tertiã, quo magis naturã ducẽ ad auriũ voluptatẽ sequatur industria.

¶ Citrà, pro Ante. Sueton. in August. Solebat etiam citra spectaculorum dies siquando, &c.

Citrà, Aduerbium, in eadem significatione, sed sine casu. Liuius. 10. ab Vrbe. 118. Paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt.

¶ Citrà, aliter. Plin. lib. 17. cap. 22. 12. Quoniam & sic coercetur impetus materiæ, densioresque citrà pampini exultant.

Citerior, Cõparatiuus: quòd à Citer vocabulo obsoleto quidã deducũt. Cic. Att. lib. 12. 25. 2. 6. Hirtius ad me scripsit Sex. Pompeium Cordubã exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem. Idem lib. 10. epist. 4. 8. Sum in expectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, &c.

Aetas citerior. Valerius libro 8. titul. de Studio & industria, Citerioris ætatis metas, sed non parui tamen spatii Chrysippi vinacitas flexit. Hoc est ad vlteriorem ætatem peruenit.

Dies citerior. Caius in L. Si seruus §. Quum mihi aut Titio. ff. de verborum obligationibus, Tẽpora verò diuersa designari posse, veluti, mihi Calend. Febr. immo etiam citeriorem diem in Titii personam conferri posse. Citeriorem dixit, pro Breuiore & proximiore. Paulus in L. Sed & si. ff. de Constituta pecunia, Sed & si citeriore die constituat se soluturum, similiter tenetur. Budæus.

Citeriora nondum audiebamus. Cice. ad Cælium, lib. 2. 11. 1.
Considerare humana ac citeriora, Hoc est terrena ac terrenis proxima. Cice. 5. Tusculan. 101. Quanta rursus animi tranquillitate humana, & citeriora considerat?

Citimus, penul. correp. Superlatiuum. Citima nobis secula sunt recentissima, quæ enim nobis proxima sunt, citima appellantur. Cice. de Vniuersit. 33. Eamque quæ erat eiusdem, detorsit à latere in dextram partem: hanc autem citimam, à mediana hnea direxit ad læuam, sed principatum dedit superiori.

Citima terris. Cice. in Som. Scip. 13. Ex quibus erat ea minima quæ vltima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

CITORVS. Vide CYTORVS.

Citro, Non simplex reperitur. Vide VLTRO.

Citreus, Vide CITRVS.

Citrium, trii. Pomum citri arboris, Dioscoride in capite Mali Medici.

Citrus, citri, (κίτρος,) Arbor quæ medica fert mala, de qua sic Dioscorides lib. 1. cap. 130. Postremò quæ medica, Perficæve, aut citromela, à Romanis verò citria vocantur, omnibus nota, arborem habent toto anno fœcundam & superfœtantem. Pomum oblongũ est, rugosum, colore ad aurum inclinato, cum grauitate, odoratum. Semẽ habet pyrorum seminibus simile. Plinius lib. 13. cap. 1. 1. Cedri tantum & citri suorum fruticum in sacris fumo connolutum nidorem verius quàm odorem nouerant. * Idem cap. tertio toto. Vulgo appellatur cedro ouer citrone.

De citro sic scribit Calepinus ex variis authoribus, Citrus arbor nobilissima, quæ sola apud Atlantem montem in Mauritania nascitur, Romanis quondam gratissima. nam afferebatur ad ornamenta mensarum & lectulorum. Non multum crescit, & folia maiora habet quàm laurus. Hinc Citreus, adiectiuum. vt Citreæ mensæ. Apud Dionem, cedron, & poma cedria, pro citro & citriis appellata inueniuntur. Alterius tamẽ generis sunt citri Atlanticæ, ex quibus mensæ fierent, quàm nostrates citri, vnde mala medica nascuntur. Hæ folio spectantur arbuti fere aut lauri: Atlanticæ, cupresso fœminæ syluestri, folio, odore, caudice.

Citrum, neu. gen. pro Ligno. Varro 3. de Re rust. cap. 2. 3. Nuncubi hîc videsne citrum aut aurum? Martial. lib. 9. 62.
Et testudineum mensis quater hexaclinon,
Plorat Eros, quoties maculosæ pocula myrrhi
Inspicit, aut pueros, nobilióresve citrum. Ibidem 27. Et citrum vetus, & indicosque dentes.

Citreus, Adiectiuum, (κίτρεος, κίτρινος,) vt Citrea mala. Plinius lib. 15. cap. 28. 2. Citrei odor acerrimus, sapor asperrimus. Idem lib. 17. cap. 10. 6. Citrea grano & propagine: sorba, semine, & à radice planta, & aunilione proueniunt. Et lib. 23. ca. 6. Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa vel semen. faciunt oris suauitatem, decocto eorum colluto, aut succo expresso. Idem lib. 15. cap. 14.

Mensa citrea. Cic. 6. Verr. 31. Tu Maximam, & pulcherrimam mensam citream à Q. Lutadio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis Roma. factus est, omnibus scientibus Lilybæi abiudicasti.

Citreum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 11.

Citrinus, penul. correp. (κιτρεοειδής,) aliud Adiectiuum. vt Color citrinus. Plin. lib. 19. ca. 5. 12. de cucumere loquens, Crescunt qua cogontur forma. In Italia virides, & quam minimi, in prouinciis quammaximi & citrini aut nigri. Id est citri sine auri colorem habentes.

Citrosa vestis, (κιτρωδής,) à similitudine citri appellata est. Hæc Festus. Meminit & Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 19.

Citta, (κίττα,) Auis quasi pica: quoniam vt Galenus ait, terram mandit, aut quia colores habet, vt pica, dispares.

Ciuis, huius ciuis, com. gen. (πολίτης, ἀστός, πολίτις,) Ciues dicti (inquit Cicero) à cocundo: quòd vinculo quodam societatis inuum coeant cœtum, & sub legibus viuant. Plaut. Rud. 18. 34. Obsecro defende ciues tuas senex. Ibidẽ 2. 2. Eius sum ciuis, ciuitate cælitũ. Cic. li. 3. Offic. 61. Nã esse pro ciue, qui ciuis nõ sit, rectũ est nõ licere.

Ciuis meus, ciuis tuus dicitur, pro Conciui, quem barbari vocant compatriotam. Cic. 1. de Fmib. 17. Debeo profectò, quantuncunque possum, eo quoq; elaborare, vt sint opera, studio, labore meo, doctiores ciues

Universidad de Deusto
Biblioteca

mei, Idem ad Lentulum, lib. 1. 9. 45. Quòd meos ciues, & à me cõseruatos, &c. Idem in Catil. oratione prima 12. Serui me hercle mei si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui: domum meam relinquendam putarem. Idem lib. 2. de Diuinat. 9. Dabunt igitur mihi ventum mei ciues, vel gratiam potius habebunt, quòd, &c.

Nostri ciues. Cicc. 2. de Diuinat. 10.

¶ Cuius est, qui eisdem est patriæ. Curtius lib. 9. in fine, Simplicius tamen fama æstimabat in hoste, quàm in ciue.

Ciuis & Peregrinus opponuntur. Cic. 6. Verr. 68. Apud Segestanos repertum esse Iudices, scitote neminem, neque liberum, neque seruũ, neque eundem, neque peregrinum, qui illud signum audereat attingere.

Ciuis & aduena. Cicc. 6. Verr. 66. Colebatur à ciuibus, ab omnibus aduenis visebatur.

Mundi ciuis. Cicc. lib. 2. de Legib. 91. Quid diuinum, æternumque sit, viderit: & ipsumque ea moderantem, & regentem penè preheuderit, seseque non vnis circundatum mœnibus popularem alicuius definiti loci, sed citem totius mundi quasi vnius vrbis agnouerit. Loquitur autè de animo huius corporis vinculis iam absoluto.

Solus liber, solus ciuis. Cicc. 4. Academ. 147. Postremò solum ciuem, solũ liberum insipientes omnes peregrinos, exules, seruos, furiosos.

Libertas ciuium. Cic. pro Rab. Posth. 10. Neque ego, cui omnium ciuium libertas charissima fuisset, meam proiecissem.

Parricida ciuium. Cicc. 1. in Catil. 31. Certe verendum mihi non erat, nequid hoc parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret.

Ciues clari. Quintilian. lib. 5. cap. 11. 28.

Summi viri & clarissimi ciues. Cicc. 1. in Catil. 11. Etenim si summi viri & clarissimi ciues, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & superiorum cõplurium sanguine non modò si contaminarunt, &c.

Serui, & egentes ciues. Cic. pro Milone 28. Seruorum & egentium ciuũ, & facinorosorum armis meos ciues meis consiliis, periculisque seruatos, pro me obiici nolui.

Infimus ciuis. Vide INFERVS.

Insitus vrbi ciuis. Vide INSERO.

Perditus ciuis. Cicc. 2. in Catil. 34. & Attico, lib. 7. 132. 2.

Potentiorum ciuium superba limina. Horat. Epod. 2. 2.

Romanus ciuis. Cic. 7. Verr. 115. Ceruices in carcere frangebantur indignissimè ciuium Romanorum, vt etiam illa vox & illa imploratio. Ciuis Romanus sum, quæ sæpe multis in vltimis terris opẽ inter barbaros & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorẽ & supplicii maturius ferret.

Romana ciuis. Cicc. pro Cornel. Balbo 45. Sic apud Terentium, And. 1. 3. 16. Ciuis Attica.

Trepidi ciues. Virgil. 13. Aeneid. 118.

¶ Afficere ciuem. Cicc. pro Cornel. Balbo 23.

Romana suos egit discordia ciues, Bellum Romæ intestinum fuit. Properr. lib. 1. eleg. 21. 1.

A vita fortunisque ciuium arcere aliquem. Cic. 1. in Catil. 24. Tum tu Iuppiter &c. hunc & huius socios à tuis aris, cæterisque templis, à tectis vrbis ac mœnibus, à vita, fortunisque ciuium omnium arcebis.

Clamare se ciuem Romanum. Cicc. 7. Verr. 130. Quum is qui se ciuem Romanum esse clamaret, in crucem ageretur.

Ciues eadem æquitate continere. Vide CONTINEO.

Dare ciuem populis. Silius lib. 8. 83.

Indole prohquanta inuenis, quantumque daturus
Ausoniæ populis ventura in secula ciuem.

Dare ciuibus vrbem, Ciuitatem condere. Virgil. 5. Aeneid. 125.

Quis prohibet muros iacere, & dare ciuibus vrbem?

Ciuem à periculo defendere. Vide DEFENDO.

Inferre famem ciuibus. Cicc. Attico, lib. 9. epistol. 181. 5.

Salutem ciuium negligere. Cicc. 1. in Catil. 10.

Relinquere incolumes ciues. Cicc. 2. in Catil. 26. Quòd verò non cruentum mucronem, vt voluit, extulit quòd viuis nobis egressus est: quòd ei ferrum de manibus extorsimus: quòd incolumes ciues, quòd stantem vrbem reliquit, &c.

Tenere iura ciuium. Cicc. 1. in Catil. 20.

Tradere vias optimarum artium ciuibus. Cicc. lib. 2. de Diuinat. 1.

Ciuis hinc est. Terent. And. 5. 1. 14. Illam hinc ciuem esse aiunt. Idem Eunuch. 5. 5. 10. Scis eam hinc ciuem esse?

Ciuitas, pen. corr. (πόλις,) A ciuibus appellata est, quasi ciuium multitudo. Cicc. 5. Verr. Huic homini Iudices, honestissimæ ciuitatis honestissimo, &c. Inter Ciuitatem & Vrbem hoc interest. Ciuitas, dicuntur incolæ: Vrbs autem complectitur ipsa ædificia. Nonius.

¶ Quid sit ciuitas, succinctè & eleganter describit Cicero de Somnio Scipionis 8. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm consilia, cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Idem pro Sestio 79. Tũ conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominatæ sunt.

Ciuitas, pro Vrbe, aut oppido. Liuius 9. bel. Pun. 2. Eadem æstate in Brutiis iam Petitia à Consule deuicta, Consentia, & Pandosia, & ignobiles aliæ ciuitates voluntate in deditionem venerunt.

Vrbs & ciuitas. Cic. 4. Acad. 147. Denique scripta Lycurgi, Solonis XII. tabulas nostras non esse leges, ne vrbes denique aut ciuitates, nisi quæ essent sapientum. Ibidem 148. Ego tibi Carneade Prætor esse non videor, quia sapiens non sum: nec hæc vrbs, nec in ea ciuitas. Et 149. Aristoteles, aut Xenocrates, quos Antiochus sequi volebat, non dubitauisset, quin & Prætor ille esset, & Roma vrbs, & eam ciuitas incoleret. Idem pro P. Sylla 20. Etenim in qua ciuitate res tantas gesserim, meminisse & in qua vrbe intelligo.

Ciuitates, & municipia. Cic. pro Murena 45. Grauiter homines honesti, atque in suis ciuitatibus, & municipiis gratiosi tulerunt.

Patria ciuitatis. Cicc. 2. de Leg. 8. Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: vnam naturæ, alteram ciuitatis.

Clades ciuitatis importuna. Cic. de Claris Oratorib. 186. Etsi cursum ingenii tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.

Commemoratione ciuitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumque à corpore deiecturum arbitrabatur. Cicc. 7. Verr. 126.

Desyderium ciuitatis. Cicc. pro Domo sua 68. Non decretis Italiæ, non desyderio ciuitatis, inimicorum iniuria probro non fuit.

Dissimilitudo enim ciuitatum varietatem iuris habeat necesse est. Cicc. pro Cornel. Balb. 23.

Homo multarum ciuitatum. Cicc. pro Cornel. Balbo 22. Itaque in Græcis ciuitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedæmonios, cæteros vndique ascribi, multarumque esse eosdem homines ciuitatum.

Ius ciuitatis honore dignissimo. Cicc. pro Cornel. Balb. 33.

Largitio & communicatio ciuitatis. Cic. pro Corn. Balbo 24. Nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis.

Nomen ciuitatis nobile & illustre apud omnes. Cicc. 7. Verr. 130. Si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis atque vltimis gentibus positos, nobile & illustre apud omnes nomen tuæ ciuitatis profuisset: &c.

Nomen ciuitatis apud aliquem valere. Ci. 7. Ver. 130. Apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem valuisse, vt dilationem aliquam crucis, &c.

Nomen ciuitatis implorare & vsurpare. Cicc. 7. Verr. 127.

Salus ciuitatis nititur in aliquo. Cicc. de Somnio Scip. 7.

Ciuitatum status. Quintil. lib. 2. cap. 16. 3.

Ciuitatis vires, & mores. Quintil. lib. 3. cap. 8. 10.

Vsurpatione & mentione ciuitatis assequi aliquid. Cic. 7. Verr. 131. Apud te Prætorem si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque vsurpatione ciuitatis assequi potuit?

Ex ciuitate aliqua amplissimus aliquis. Cicc. pro Corn. Bal. 39.

Honestissimus ciuitatis honestæ. Cic. 5. Verr. 46. Huic homini Iudices, honestæ ciuitatis honestissimo, non modo frumenti scitote, &c.

Beata ciuitas. Cicc. lib. 1. de Finib. 89. Neque enim ciuitas in seditione potest esse beata.

Ciuitas bellicosa. Vide BELLVM.

Ciuitates clarissimæ. Quintil. lib. 1. cap. 2. 2.

Commendatior ciuitas studio, cura & diligentia alicuius. Cicc. pro Cornel. Balbo 34.

Fœderata ciuitas. Cicc. 7. Verr. 104. Hoc Netinorum fœderata ciuitas publicè dicit.

Graues ciuitates. Cicc. 7. Verr. 105.

Honestior ciuitas, quàm &c. Cicc. pro Flacco 58. Num honestior est ciuitas Pergamena, quàm Smyrnæ?

Humilis ciuitas, Vrbs in imo sita. Seneca Thyest. 5. 11.

Non vertice alti montis impositam domum
Et eminentem ciuitas humilis tremit.

Ciuitates immunes & liberæ. Vide IMMVNIS.

Lauta ciuitas. Vide LAVTVS.

Locuples copiis ciuitas. Vide LOCVPLES.

Maledica ciuitas. Vide MALVS.

Optimè merita ciuitas. Cicc. pro Cornel. Balbo 26. Neque enim est meũ, contra ius optimè meritę ciuitatis, contra opinionem verustatis, contra authoritatem Senatus dicere.

Bene morata & bene constituta ciuitas. Vide MOS.

Bene moratæ ciuitates. Cicc. 1. de Orato. 42. Cæteraque sine quibus ciuitates aut esse, aut bene moratæ esse non possent, vtquam in eorum libris inuenti.

Ciuitas prudentissima. Quintil. lib. 5. cap. 11. 29.

Sine lege ciuitas. Quintilian. lib. 5. cap. 11. 20. Vt corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus, vt neruis ac sanguine, & membris vti non potest.

Abstrahere ciuitatem. Vide ABSTRAHO.

Ciuitatem administrare. Vide ADMINISTRO.

Administrari ciuitas sine seueritate non potest. Cicc. 1. Offic. 125. Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clemẽtia, vt adhibeatur Reipublicę causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest.

Ciuitatem adoriri. Vide ADORIOR.

Ciuitatem augere. Vide AVGEO.

Augere ciuitatem hostibus recipiendis. Cicc. pro Cornel. Balbo 24. Romulus sydere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere.

Conciliare ciuitatem. Vide CONCILIO.

In ciuitatem studia & beneficia conferre. Cic. pro Corn. Bal. 34.

Ciuitas officiis coniuncta. Vide CONIVNGO.

In ciuitate constituere legibus aliquem. Cic. pro Archia poeta. 17. Hunc Heraclienſem multis ciuitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra ciuitate eiiciemus?

Ciuitatem in officio continere. Vide CONTINEO.

Ciuitas legibus contiactur. Vide CONTINEO.

Ciuitas rabie contacta. Vide CONTINGO.

Conuerter se ciuitas in aliquem. Cic. in Somnio Scip. 7. In te vnum atque in tuum nomen se tota conuerret ciuitas. pro Homines ciuitatis.

De ciuitate eiicere. Cic. pro Archia poeta. 17.

Eiicere aliquem è ciuitate. Cic. pro Domo sua. 68.

Euertere funditus ciuitatem. Cic. 6. Verr. 67. Vniuersam se funditus illã euersurum esse ciuitatem minabatur.

Execrata Phocæorum ciuitas Horat. Epod. 16. 4.

Expertus multis ciuitatibus homo. Cic. pro Archia poeta. 17.

In oculis ciuitatis aliquid esse extructũ, ac positũ. Cic. pro Domo sua. 77. In ea posita intueri domũ meam euersam non ab inimico meo, sed ab hoste cõmuni, & ab eodem extructam, & positam in oculis ciuitatis.

Suffragium ferre non de ciuis, sed ciuitatis salute. Cic. pro Domo sua. 70.

In ciuitatem rem perniciosissimam inducere. Cic. 1. Offic. 121.

Instituere ciuitates. Cic. 1. de Orat. 43.

Ciuitatem inuadere. Quintil. lib. 1. cap. 6. 39.

In largienda ciuitate parcus. Cic. pro Corn. Bal. 40.

Munita iure ciuitas, & libertas. Cic. pro Domo sua. 65.

Persequi ciuitatem bello. Cæsar lib. 5. bel. Gal. 5. Nisi id fecerint, sese bello ciuitatem persecuturum demonstrat.

Sancire iura de ciuitate, & libertate. Cic. pro Domo sua. 65. Tum igitur maiores nostri populares non fuerunt: qui de ciuitate & libertate ea iura sanxerunt.

Suspensa ac solicita ciuitas. Cic. pro Domo sua. 73.

¶ Ciuitas dicitur etiam ius ciuium. vade

Ciuitatem adimere alicui. Vide ADIMO. Cic. pro Domo sua. 62.

Ademptio ciuitatis. Cic. pro Domo sua. 61. Id autem vt esset faciẽdũ, non ademptione ciuitatis, sed testu, & aquę, & ignis interdictione faciebãt.

Adipisci & perdere ciuitatem. Cic. pro Corn. Bal. 23. Vidi egomet nõnullos imperitos homines nostros ciues Athenis in numero iudicum atq; Areopagitarũ, certa tribu, certo numero, quum ignorarẽt si illam ciuitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent.

Ciuitatem amittere. Cic. pro Cecinna. 73. Tum amittitur hæc ciuitas denique, quum is qui profugit, receptus est in exilium, hoc est in aliam ciuitatem. & paulo ante. 72. Qui sibi in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem quàm vitam amitterent. Idem. 1. de Oratore. 90. Vide AMITTO.

Asciscere in ciuitatem. Vide ASCISCO.

Ascribere ciuitati & in ciuitatem. Vide ASCRIBO.

Ascribi ciuitatibus. Cic. pro Archia poeta. 7. Quid est quòd de eius ciuitate dubitetis, præsertim quũ aliis quoq; ciuitatibus fuerit ascriptus?

Consequi ciuitatem beneficio aliquorum. Cic. pro Corn. Bal. 24.

Dare ciuitatem. Cic. pro Corn. Bal. 45. Ante ciuitatẽ Velienſibus datam, de Senatus sententia, &c. Ibidem. 30.

Dare se in ciuitatem. Cic. pro Cornelio Balbo. 23. Peritus verò nostri moris ac iuris nemo vnquam qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam se ciuitatem dicauit.

Donare ciuitate aliquem. Cic. pro Corn. Bal. 23. Ex qua nobis interdictũ sit, vt neque ascisci ciuem, aut ciuitate donare possimus.

Eripere alicui ciuitatem. Cic. pro Domo sua. 62. L. Sylla victor Rep. recuperata comitris centuriatis ciuitatem eripere non potuit.

Ereptor ciuitatis. Cic. pro Domo sua. 63. At tu etiam ereptor ciuitatis, legem de iniuriis publicis tulisti.

Habere ciuitatem. Cic. 3. de Leg. 8. Ita quum ortu Tusculanus esset, ciuitatem Romam habuit. De Catone.

Impertiri ciuitatem gratuito alicui. Cic. pro Archia poeta. 7.

Largiri ciuitatem. Vide LARGIOR.

Mutari ciuitate. Vide MVTO.

Recipere ciuitate. Cic. pro Cornelio Balbo. 25.

Ciuitatem recipere. Cic. pro Archia poeta. 17. Idem pro Corn. Bal. 22.

In ciuitatem recipere. Cic. pro Cornelio Balbo. 23.

Retinere ciuitatem. Cic. pro Cornelio Balbo. 23.

Retinere in ciuitate, & Exterminare ex ciuitate aliquem: contraria. Cic. pro Ligario. 10. Aut tres Ligarii in ciuitate retinendi sunt, aut tres ex ciuitate exterminandi.

Libera ciuitas. Cic. 1. Philipp. 2.

Princeps ciuitas. Cic. 1. Philipp. 1. Ad deliberationes eas, quas habebat domi de Rep. principes ciuitates adhibebat.

In ciuitatem suscipere. Cic. 2. de Leg. 8.

Tribuere ciuitatem. Cic. pro Corn. Bal. 30.

Ciuilis, & hoc ciuile, penul. prod. (πολιτικός,) Quod ad ciues pertinet. vt Ciuile odium: ciuile bellum, Cicero 1. Tusculan. 144. Ciuile ius, Idem 3. de Finib. 103.

Actio ciuilis. Cicc. 1. Verr. 10. Nam ciuibus quum sunt ereptæ pecuniæ, ciuili ferè actione, & priuato iure repetuntur.

Amor ciuilis. Gellius lib. 12. cap. 1. ad finem, Ac propterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam ferè partem non naturalis ille amor est, sed ciuilis & opinabilis.

Arma ciuilia. Claudian. 2. Panegy. 18.

Bellum ciuile. Cicc. Attic. lib. 7. 13 2. 1. Genus belli quod sit videsita ciuile est, vt non ex ciuium dissensione, sed ex vnius perditi ciuis audacia natum sit. Seneca Thyest. 5. 4.

Bella plusquam ciuilia. Lucan. lib. 1. 1.

Bella per Aemathios plus quàm ciuilia campos,
Iusque datum sceleri canimus.

Belli ciuilis æstus. Horat. 2. Epist. 2. 10.

Busta ciuilia. Propert. lib. 2. eleg. 1. 6.

Nam quoties Mutinam, aut ciuilia busta Philippos,
Aut canerem Siculæ classica bella fugæ. Id est campos Philippicos, in quibus & occisa sunt, & sepulta Romanorum multa millia bello Ciuili inter Cæsarem & pompeium.

Curæ ciuiles, Id est cura de ciuibus, aut quæ ciuem decent. Horat. 3. Carmi. ode 8. 4. Mitte ciuiles super vrbe curas

Ciuilis dies. Plin. lib. 2. cap. 77. Qui diem diffiniere ciuilem.

Dissidium ciuile. Claud. de bel. Gild. 49.

Furor ciuilis. Horat. 4. Carm. 15. 4.

Custode rerum Cæsare, non furor

Ciuilis, aut vis eximet otium. Ciuilem furorem vocat seditiones ciuiũ.

Ciuilis, & humanus ingressus orationis. Quintil. lib. 3. cap. 8. 41.

Iura ciuilia. Horat. 1. Sermo. Saty. 9. 8.

Lex ciuilis ac publica. Cicc. pro Cecinna 54.

Mars ciuilis, Bellum inter ciues. Ouid. epist. 6. 7.

Vipereos dentes in humum pro semine iactos,
Et subitò natos arma tulisse viros,
Terrigenas populos ciuili Marte peremptos
Implesse ætatis fata diurna suæ. Ciuilem Martem vocat illorum qui ex eadem terra geniti erant.

Mos consuetudoque ciuilis. Cicc. 1. Offic. 205. Nec quenquam hoc errore duci oportet, vt siquid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemq; ciuilem fecerint, locutive sint, id sibi arbitretur licere.

Nefas ciuile, Nefas ciuium. Stat. 1. Syl. 1. 16. Intelligit bellum ciuile.

Odia ciuilia. Claudian. de bello Get. 114. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 9.

Atquoniam semel est odio ciuiliter vsus. Ad Cæsarem loquitur.

Ciuilia officia. Quintil. lib. 2. cap. 15. 24.

Pax ciuilis. Cicc. 7. Philipp. 211. Itaque ego ille qui semper author pacis fuitcunque pax, præsertim ciuilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis.

Quercus ciuilis, Quercea corona ciuica, quam (vt refert Seruius) qui in bello ciuem liberassent, accipiebant, ideò quia antè causa vitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. Virgil. 6. Aeneid. 155. Atque vmbrata gerunt ciuili tempora quercu.

Sanguis ciuilis. Lucter. lib. 3. 14.

Sanguine ciuili rem conflant, diuitiasque
Conduplicant auidi, cædem cæde accumulantes. Hoc est bellis ciuilibus, siue ciuium inter fectionibus.

Ciuilis scientia. Quintilian. lib. 2. cap. 15. 23.

Strages ciuilis. Claudian. 4. Panegy. 24.

Studia ciuilia. Cicc. pro Fonteio 14. Si inimico testi credi non oportuit, inimicitior Marcello Crassus, & Fimbriæ Scaurus ex ciuilibus studiis, atque obtrectatione domestica, quàm huic Gallis?

Ciuilis vir. Quintil. in Procem. lib. 1. 8.

Vndæ ciuiles, id est curæ & solicitudines omnium quæ ad Rempub. pertinent. Horat. 1. Epistol. 1. 4. Nunc agilis fio, & versor ciuilibus vndis.

¶ Agere se ciuilem. Suetonius in Tiberio ca. 26. Verum liberatus metu, ciuilem se admodum inter initia, ac paulominus quàm priuatum egit.

Ciuilitas, penul. correp. ciuilitatis, (πολιτεία,) Quasi ciuilis mos: qui & vrbanitas dicitur.

Clementia & ciuilitas. Sueton. in Augusto, cap. 51. Clementiæ & ciuilitatis eius multa & magna documenta sunt.

Iactator ciuilitatis. Sueto. in Claudio, ca. 35. Primis imperii diebus, quã (vt diximus) iactator ciuilitatis, neque cõiuuia iure ausus est, nisi, &c.

Ciuilitatis partes. Quintilian. lib. 2. cap. 15. 17.

Ciuilitatis particulæ. Quintilian. lib. 2. cap. 15. 17.

Ciuiliter, penul. correp. (πολιτικῶς,) Aduerbium.

Ciuiliter, Id est ex instituto iuris ciuilis. Iabolenus in L. Quum hæredes §. Item quæro. ff. de Acquirenda possessione: Si vinxeris liberum hominem, eum à te possideri non puto, quod quum ita se habeat, multo

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus à te per illum res eius possidebuntur. neque enim rerum natura recipit, vt per eum aliquid possidere possim, quem ciuiliter in mea potestate non habeo. Idem in L. Quod seruus, eodem titulo, Per seruum dominus quoque possidere dicitur, summa scilicet cum ratione: quia quod ex iusta causa corporaliter tenetur, id in peculio serui est: & peculium quod seruus ciuiliter possidere non potest, sed naturaliter tenet, dominus creditur possidere. Alioquin Ciuiliter, ex ciuilitatis præscripto. Id est nõ tyrannicè significat, vel monarchicè. Iuue. Saty. 5. 12.

–Solum Poscimus, vt cœnes ciuiliter. Id est non tibi sit panis lautus, & cæteris conuiuiis vulgaris, vt non sit inter nos delectus ferculorum. Budæus.

Contendere ciuiliter. Cic. 1. Offic. 58. Vt enim quum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si competitor: cum altero certamen honoris ac dignitatis est: cum altero capitis & famæ.

Plus quàm ciuiliter. Ouid. 12. Metamorpho. 117.

–sæuumque perosis Achillem.

Exercet memores plus quàm ciuiliter iras. Id est non ciuiliter, nõ vt ciuem decuit. De Neptuno loquitur. Est autem ciuis Achillis, quoniam & ipse in mari æditus fuit.

Ciuilior, & Ciuilius, (πολιτικώτερος,) Cõparatiua. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. 3. Ipſe pater patriæ, quid enim ciuilius illo? &c.

Cincus, penul. correp. Adiectiuum, (ἀσύνετος,) Cice. pro Plancio 59. At id etiam gregarii milites faciunt inuiti, vt coronam dent ciuicam, & se ab aliquo seruatos esse fateantur. Sueton. in Tiberio, cap. 26. Prænomen quoque Imperatoris, cognomenque patris patriæ, & ciuicam in vestibulo coronam recusauit. Cice. in Pisonem 4. Mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet, L. Gellius his audientibus ciuicam coronam deberi à Repub. dixit.

De ciuica corona. Plinius lib. 16. cap. 4. 1. Hinc ciuicæ coronæ, militum virtutis insigne clarissimum. Iampridem verò & clementiæ imperatorum, postquàm ciuilium bellorum profano meritum cœpit videri ciuem non occidere. Cedunt iis murales vallaresque, & aureæ, quanquã pretio antecedentes. Cedunt & rostratæ, quanuis in duobus maximè ad hoc æui celebres: M. Varrone è piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itemque M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis, quæ & ipsa pirata fuere. Ibidem 2. Dedit hanc Augustus coronam Agrippæ, sed ciuicam à genere humano accepit ipse. Et iterum 5. Ciuica insigna primò fuit, postea magis placuit ex esculo Iouis sacra. Variatumque & cũ quercu est, ac data vbique quæ fuerat, custodito tantũ honore glandis.

Ciuica donare aliquem. Quintilian. lib. 6. cap. 4. 5. Augustus quum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, & Dolabella per iocum, tentans tamen ioci fut euentum, dixisset, Imperator torque me dona: Malo te, inquit, ciuica donare.

Ciuicam coronam ciuis, salutis suæ causa, seruatos in prælio dabat, quæ erat ilignea, frondem habens perennem. Hæc Festus. Gel. li. 5. ca. 6. Ciuica crona appellatur, quã ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem vitæ salutisque perceptæ dat. Ea fit è fronde quernа: quoniam ciuibus victusque antiquissimus quercus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice: quod genus superiori proximum est.

Arma ciuica apud Ouidium lib. 1. Fast. 5. intelliguntur Peritia dicendi in iudicio, qua vel accusamus vel defendimus reos. sic enim inquit,

Quæ sit enim culti facundia sensimus oris,
Ciuica pro trepidis quum tulit arma reis.

Bella ciuica. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 12. Clausit & æterna ciuica bella sera. Hoc est ciuilia, siue intestina.

Ciuica iura. Horat. lib. 1. Epistо. 3. 6.

Seu linguam causis acuis, seu ciuica iura
Respondere paras, seu condis amabile carmen.

Motus ciuicus, Id est tumultus & bellum ciuicũ. Horat. 2. Carm. ode 1. 1.

Rabiem ciuicam, Tumultus & seditiones ciuium vocat. Horatius 3. Carm. ode 24. 6.

CIVS, Fluuius Traciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens. Est & vrbis nomen, quam, vt testatur Strabo lib. 12. Demetrius euertit, de ditque Prusiæ Zelæ, qui hanc euertit, & Myrleam Prusiæ vicinam. Is à ruinis eas excitans, Cium, à se Prusiadam Myrleam verò, ab vxore Apamiam nominauit.

C L

Clabula, vel vt quædam habent exemplaria, Clauola, scissio ligorum vel præsegmina, authore Nonio. Varro 1. de Re rustic. cap. 40. 4. Demum in oleagineis seminibus arbores videndum, vt sit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisum, quas alii clauolas, alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.

Clades, cladis, f. g. (κλάσις, κλάω, κλῶμι, κλᾶμα,) Conflictus & mutua profligatio: à κλαδεύω, quod est Amputo, frango. Plin. lib. 16. ca. 32. 1. A quo deinde tempore maiestas Populi Rom. resurrexit, quę antè vastata cladibus fuerat.

Contagia cladis. Ouid. 5. Triſt. eleg. 5. 7.

Quumque alii fugerent subitæ contagia cladis, &c.

Cladis origo. Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 3. 13.

Turbo sæuus venientum cladum. Sil. lib. 1. 9. –in regna Latini
Turbine mox sæuo venientum haud inscia cladum.

Clades dexteræ manus. Liu. 2. ab Vrbe 57. Mutium dimissum, cui postea Scæuolæ à clade dextræ manus cognomentum inditum, &c.

Libyæ clades, Scipiones vocantur Virgilio 6. Aeneid. 169.
–duo fulmina belli Scipiadas cladem Libyæ.

Asper cladibus. Ouid. 14. Metamorpho. 97. –at Agmon
Feruidus ingenio, tum verò & cladibus asper.

Clades aspera. Senec. in Hippol. 10. 1.

Funesta clades. Seneca Thyest. 3. 3.

Importuna clades ciuitatis. Cice. de Claris Oratorib. 186. Cursum ingenii tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.

Miseranda clades. Seneca Medea 4. 6.

Recens clades exiit à. Claud. 1. in Eutrop. 10. Ecce recens iisdem clades à partibus exit.

Sæua clades. Seneca Hercul. furen. 13. 6.

Subita clades. Ouid. 5. Triſt. eleg. 5. 7.

Tristis clades. Horat. 3. Carm. ode 3. 13.

¶ Cladem accipere. Vide ACCIPIO.

Accipere clades. Liu. 3. ab Vrbe 111. Nam quũ haud procul ab hoste castra posuisset, nulla magna clade accepta castris se pauidus tenebat.

Afferre magnam cladem populo. Cice. de Natu. deor. lib. 2. 11.

Contrahere cladem. Vide CONTRAHO.

Dare cladem. Claud. 3. de Raptu Proserp. 40.
–acies vtinam vesana gigantum Hanc dederit cladem.

Opprobria veterum cladum delere, Gloriam cladibus superioribus amissam recuperare. Sil. lib. 16. 135.
Ne verò fabricate moras, sed currere sortem
Hanc sinite, ad veterum deleuda opprobria cladum
Quam mihi seruauere dei.

Deriuata clades fonte aliquo. Horat. 3. Carm. ode 6. 4.

Diuidere cladem in orbem, Id est spargere in totum orbem. Claudian. 2. in Ruffin. 5.
Laxauitque viam bellis, & nequa maneret
Immunis regio, cladem diuisit in orbem.

Efficere cladem aliquam. Lucret. lib. 5. 10.
Quidve superbia, spurcitia, ac petulantia, quantas
Efficiunt clades?

Erumpit clades in aliquem. Ouid. 7. Metamorpho. 115.
–inque ipsos sæua nedentes
Erumpit clades, obluntque authoribus artes. Cladem hoc loco pestem & contagia vocat.

Clades exigere. Lucanus lib. 8. 138.
–cladesque omnes exegit in vno Sæua die.

Inferre cladem. Vide INFERO.

Importat clades discordia ciuilis. Vide IMPORTO.

Importare cladem periculi. Lucretius libro 3. 166.
Aut aliam quamuis cladem importare pericli.

Leuare cladem. Ouid. 2. Metamorpho. 57.

Metuere cladem. Ouid. 5. Metamorpho. 72.

Metuenda clades. Claudian. 2. in Eutrop. 61.

Minari cladem. Lucanus lib. 3. 8.

Obrui clade. Seneca Medea 4. 6. Quanuis enim sint clade miseranda obruta. Et Hercul. furen. 13. 9. –nunquid infestum Lyci
Pereuntis agmen clade vos tanta obruit?

Obsessus cladibus. Seneca Troad. 10. 26.
Nunc victa, nunc captiua, nunc cunctis mihi
Obsessa video cladibus.

Pasci cladibus alicuius. Ouid. 9. Metamorpho. 36.
Cladibus, exclamat, Saturnia pascere nostris,
Pascere, & hanc pestem spectа crudelis ab alto. Clades vocat ingentem dolorem & tormentum ex peste.

Piare clades, De cladibus sese purgare, & placare deos. Propert. libro 3. eleg. 4. 2.

Reperta clades. Claudian. de bel. Get. 57.

Turbare hostes subita clade. Virgil. 12. Aeneid. 115.
Iret vt ad muros, vtbique aduerteret agmen
Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.

CLAEON, Fons in Phrygia, dicente Plinio lib. 31. cap. 2. Theophrastus ait: Marsiæ fontem in Phrygia ad Celenarum oppidum faxa egerere. Non procul ab eo duo sunt fontes, Claeon & Gelon ab effectu Græcorum nominum dicti. παρὰ τὸ κλαίειν καὶ γελᾶν, quæ verba lugere & ridere significant.

Clam, (κρύφα, κλέπτω,) Præpositio ablatiuo casui seruiens, & nonnun quam accusatiuo, significat occultè. Plaut. Amphit. 3. 107.

Is amare occœpit Alcumenam clam viro.

Clam, A clauibus dicta, quòd his quæ celare volumus, claudimus. Festus.

Clam me, clam te est: Non clam me non clam te est. Plaut. Rud. 4. 45.

–neque potest

Clam me esse, siqui sacrificaret. Terent. Heaut. 1. 1. 46. Hæc clam me omnia. Id est mihi scitebam de his omnibus. Idem Hecy. 4. 1. 54. Non ædepol clam me est. Id est scio, &c. Idem And. 1. 5. 53. Nec clam te est quàm illi vtræque res inutiles, &c. sient.

Paulò clam iis eam vidi. Cic. Attic. lib. 15. 321. 7.

¶ Clam, accusatiuo iunctum. Plautus Casin. 10. 15. Erit tecum hodie quod amas clam vxorem. Ibidem 32. Bona multa faciam clam meam hanc vxorem. Sic Aulul. 3. 7.

Clam alter alterum. Plaut. Casin. 2. 50.
Nunc sibi vterque contra legiones parat,
Pater, filiosque clam alter alterum.

Clam aliquem aliquid habere. Terent. Hecy. 4. 4. 35. –satis certo scio,
Non me clam haberet quæ celasse intellego. Vbi Donatus, Non clam me haberet, Id est non tacuisset, partumque celasset.

Clam vos sunt facinora eius. Cic. in Sallustium, Timens ne facinora eius clam vos essent.

¶ De Clam sic docet Priscianus lib. 14. Clam, magis aduerbiũ est, quum nec localem habeat significationem, quam plerunque præpositiones possident: & qualitatem demonstret, quæ in aduerbiis inueniri solet: & diminuatur, quod nulla præpositio habet, vt Clanculum: & possit etiam absque casu proferri, vt ilona apertè facit, mala autem clam: & quod apud Græcos absque vlla dubitatione aduerbium est. nihil mirum tamen quòd præponatur casui, quum multa aduerbia, & maximè localia, & apud Græcos, & apud nos soleant casibus præponi.

Clàm, (λάθρᾳ,) Aduerbium. Plaut. Asin. 12. 152. Illàc per ortum circuit clàm, neqvis se videret. Terent. Eunuch. Et cum eo clàm subduxti te mihi? Cæsar. 4. bel. Gal. 575. Paulatim ex castris decedere, ac suos clàm ex agris deducere cœperunt.

Clàm furtim alicubi esse. Plaut. Pœnul. 3. 49.
At enim clàm furtim hic esse valt, nequi sciant.

Clàm & occultè. Cic. 6. Verr. 19. Per istos quæ volebat, in nauem clàm imponenda, occultè exportanda curabat.

Clàm, Ex insidiis. Virg. 1. Aeneid. 71. Clàm ferro incautos superat.

Clàm & palàm, contraria. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 118. Pompeius clàm & nocu. Cæsar palàm atque interdiu. Cic. pro Sex. Roscio. 14. Multa palàm domum suam auferebat: plura clàm de medio remouebat. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 17.
Vos celebrem cantate Deum pecorique vocate
Voce palàm, pecori clàm sibi quisque vocet,

Aut eriam sibi quisque palàm.

Clàm erit. Terent. Adelph. 1. 1. 46. Si sperat fore, clàm rursum ad ingenium redit. Id est si sperat non rescitum iri.

Non clàm. Vide NON.

Clanculum, pen. corr. (κρυφῇ,) Diminutiuũ. Plaut. Curcul. 2. 22. Quum illa noctu clanculum ad me exit. Idem Cistel. 1. 82. Et in Trinum. 11. 55. Terent. Eunuch. 3. 5. 41. Venisse clanculum per impluuium.

Clanculum dicta. Plaut. Pœn. 14. 92. Vale, & hæc cura, clanculum vt sint dicta. Id est nequis resciscat.

Clanculum, accusatiuo iunxit Terentius Adelph. 1. 1. 28.
–postremò alii clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia.
Ea ne me celet, consuefeci filium.

Clancularius, (κρυφίως,) Adiectiuum: vt Poeta clancularius: qui suppresso nomine suo, dicta quædam & fœda probra scribit: quæ mauult alterius videri. Martialis lib. 10. Epigram. 3.
Vernaculorum dicta, sordidum dentem,
Et fœdа linguæ probra circulatricis,
Quæ sulfurato nolit empta ramento,
Vatiniorum proxeneta fractorum,
Poeta quidam clancularius spargit:
Et vult videri nostra. credis hoc Prisce,
Voce vt loquatur pisticus cothurnicis,
Et concupiscat esse canus Afcules?

Clandestinus, penult. corr. (κρυφαῖος,) Occultus. Plaut. Amphitr. 5. 28.
Et clandestina vt celetur suspicio.

Colloquia clandestina cum hostibus. Cic. de Senect. 36.

Clandestina consilia. Cæsar. 7. bel. Gal. 4. Cic. in Orat. 130. Cur clandestinis consiliis nos oppugnant?

Denuntiatio clandestina. Liuius 4. ab Vrbe. 157. Quum patres clandestina denuntiatione reuocati ad diem certam essent.

Clandestinum fœdus. Liuius 3. ab Vrbe. 150. Sil. lib. 7. 54.
Suspectamque loco pacem dedit arte maligna,

Ceu clandestino trahoretur fœdere bellum.

Clandestinus introitus. Cic. 2. Offic. 118.

Motus clandestini. Lucret. lib. 2. 2.

Clandestinum scelus. Cic. pro Sylla. 24.

Clandestinò, (κρυφίως,) Aduerbium. Id est Absconditè, vt ait Nonius. Plautus Milit. 13. 10. Nam hoc negotii clandestinò vt agerem, mandatur mihi. Lucil. lib. 26. At enim dicis clandestinò tibi quod commissum foret, neu mittere quicquam, neu mysterii hæc ferret foras.

Clamor, clamoris, (κεκραγμός,) Propriè est calamorum sonus, quasi calamor. etenim vento agitatæ arundines, non parùm vocem emittunt. Plinius epistо. 190. b. Ac primis quidem diebus redditæ libertatis pro se quisque inimicos suos duntaxat minores incondito, turbidoque clamore postulauerat simul & oppresserat.

Clamos veteres dicebant pro Clamor.

Gruum clamor. Lucret. lib. 4. 184.

Montium clamor. Horat. 3. Carm. 29. 8. Montes illos intelligit per quos torrens aliquis decurrit, aut impotentior fluuius aliquis præter labitur.

Clamores & admirationes. Cice. 1. de Orato. 73. Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt, &c.

Clamor absonus. Vide ABSONVS.

Acutissimus clamor. Cic. 3. de Orato. 126. Deinde est quiddã contentionis extremum, quod tamen inferius est quàm acutissimus clamor, quò te fistula progredi non finet, & tamen ab ipsa contentione reuocabit.

Blandus clamor. Ouid. 3. Fast. 45. Sic vocat vagitum puerorum.

Cæcus clamor, De re incerta nec satis explorata. Valer. lib. 2. Argon. 94.
–coit è sparso concita mapali.
Agrestum manus, & cæco clamore coloni

Clarus clamor. Vide CLARVS.

Concionalis clamor. Vide CONCIONOR.

Dirus clamor. Sil. lib. 7. 66.

Dissonus clamor. Stat. 6. Thebaid. 125.

Ferus clamor. Stat. 6. Thebaid. 26.

Flebilis clamor, Eiulatus. Senec. Troad. 6. 54.
Cessatis? & vos flebilis clamor mouet,
Furorque cassus fœminæ?

Fœmineus clamor. Sil. lib. 15. 93.

Horrendus clamor. Virgil. 2. Aeneid. 45.

Horrido clamore complere cælum. Senec. Hercu. Oeth. 7. 12.

Immensum clamorem tollere. Virgil. 3. Aeneid. 134.
Clamorem immensum tollit, quo pontus & omnes
Intremuere vndæ.

Immodicus insolitusque clamor. Plin. Maximo, lib. 1. epist. 38. Audiit ex proximo immodicum, insolitumque clamorem.

Impius clamor. Horat. 1. Carm. ode 17. 2. Impium vocat clamorem eorum qui inter pocula litigant & tumultuantur.

Infestus clamor, Minitans cædem & exitium. Valer. lib. 8. Argonaut. 66.
–inque imum pariter mare protinus omnes
Infesto clamore ruunt.

Ingens clamor. Senec. Octau. 6. 10. Virgil. 9. Aeneid. 8.

Inimicus clamor. Vide INIMICVS.

Insolitus clamor. Stat. 1. Thebaid. 86.

Iuuenilis clamor. Ouid. 4. Metamorpho. 6.
Quæcunque ingrederis, clamor iuuenilis, & vnà
Fœmineæ voces, impulsaque tympana palmis,
Concauaque æra sonant.

Lætus clamor. Virgil. 3. Aeneid. 105.

Longus clamor. Stat. 5. Thebaid. 111.

Magno clamore. Sil. lib. 16. 13.
Barbaricam assiliens magno clamore bipennem Incutit. & Virgil. 1. Georgic. 75. –magnò læti clamore reportant.

Vndæ malis clamoribus plenæ. Valer. lib. 1. Argonaut. 130.
–quoties mox rapta videbo
Vela Notis, plenasque malis clamoribus vndas.

Merus clamor. Vide MERVS.

Clamores mœsti. Ouid. lib 8. Metamorpho. 90.

Nauticus clamor. Virgil. 3. Aeneid. 26.

Nefandus clamor. Valer. lib. 4. 103.

Nouus clamor accidit. Liuius 4. ab Vrbe 146.

Propinquus clamor. Sil. lib. 13. 30.
Imperitans violenter equo, postquam auribus hostis
Vicinum sese videt ac clamore propinquo.

Rapidis clamoribus vrbem exagitat. Stat. 5. Thebaid. 10.

Repens clamor quatit castra. Sil. lib. 3. 45.

Secundo clamore exit. Id est excitatur vocibus multorum, sublatis in spem felicis successus. Virgil. 5. Aeneid. 98.

Supremus clamor. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 9.
Nec mandata dabo, nec cum clamore supremo
Labentes oculos condet amica manus? Valer. lib. 8. 35.

Teneri clamores. Plin. Maximo, lib. 2. Epistо. 38.

Varius clamor, Id est cõfusus. Clau. in Epithalamio Palladii & Serenę 5.

Magnis clamoribus actus aliquis. Virgil. 2. Aeneid. 26.

Adiicere clamorem. Vide ADIICIO.

Affligi clamore. Vide AFFLIGO.

Circũsonat hostes clamor. Liu. 3. ab Vrbe 119. Vide CIRCVNSONO.

Consonat clamor. Vide CONSONO.

Dare clamorem. Virgil. 3. Aeneid. 113.

Ter ico pulſi clamorem inter caua ſaxa dedere. Sil.lib.7.66.
Datus ad aſtra clamor.Sil.lib.6.51.
Edere clamorem maiorem cum admiratione.Cic.2.de Diuinat.75.
Clamorem efficere.Cice.ad Qu.fratrem lib.3.17.10.Clamores efficiam, ſi cum mecum habuero otioſum.
It clamor cælo,Ad cælum. Virgil.5.Aeneid.90.
Erumpere ſubito clamore.Virgil.11.Aeneid.122.
Sublatus ad æthera clamor,Ingens clamor.Virgil.2.Aeneid.68.
Excipere clamore aliquē.Ci.7.Verr.74. Excipitur ab omnibus eiuſmodi clamore,vt ei Lāpſacem piculi ſimilitudo verſaretur ante oculos.
Excipere teneris clamoribus aliquid.Plinius Maximo,lib.2.Epiſto.38. Pudet referre,quæ,quàm fracta pronunciatione dicantur,quibus,quā teneris clamoribus excipiantur.
Excipere clamorem alicuius.Virgil.9.Aeneid.11.
Clamorem excipiunt ſocii,fremitúſque ſequuntur.
Exoritur clamorque virûm,clangorque tubarum.Virg.2.Aeneid.63.
Fatiſcere clamore.Stat.5.Sylu.5.5.
Adſit,& alterno mecum clamore fatiſcat.
Ferit aurea ſydera clamor.Virgil.2.Aeneid.98.
Ferre clamorem ad littora.Virgil.1.Georgi.73.
Fieri concurſum ad clamorem alicuius. Liuius lib.3.ab Vrbe 183. Panida puella ſtupente, ad clamorem nutricis fidem Quiritium implorantis fit concurſus.
Cum clamore fit ad aliquem locum concurſus atque impetus. Cice.7. Verr.74.Quum Prætor quæreretur,& conſtaret ei neminem nuntiaſſe,fit ad domum eius cum clamore concurſus atque impetus.
Magno clamore fremere.Virgil.6.Aeneid.35.
Ergo omnes magno circūm clamore fremebant.
Fremendus clamor.Stat.12.Thebaid.151.
Furit vndique clamor.Stat.6.Thebaid.125.
Clamore,conuitoque iactari.Vide IACIO.
Cum clamore inuolare.Vide CVM præpoſitionem.
Implere clamore locum aliquem.Virgil.4.Georgic.91.
At chorus æqualis Dryadum clamore ſupremos
Implerunt montes. Idem 3.Aeneid.63.
Magnis clamoribus implere aliquem hominū conceſſum.Virg.5.Aen.68.
Inceptus clamor fruſtratur hiantes,Decipit clamare cupientes. Virgil. 6.Aeneid.99.Seruius.
Incendere cælum clamore,Id eſt implere,quanquam abuſiuè. Virgil.10. Aeneid.177. Clamore incendunt cælum,Troesque Latiníque.
Incendit clamore nemus.Stat.5.Thebaid.111.
Ingeminat clamor.Virgil.5.Aeneid.46.
Inſequi clamore ac minis.Vide INSEQVOR.
Inſequitur clamor.Virgil.1.Aeneid.195.
– vaſtos voluunt ad littora fluctus,
Inſequitur clamorque virûm,ſtridorque rudentum.
Integratus clamor.Stat.6.Thebaid.9.
It clamor ad.Virgil.4.Aeneid.133. – it clamor ad alta
Atria,concuſſam baccharum fama per vrbem.
Laceſſere clamore ſydera.Sil.lib.17.79.
Inuadunt acies pugnam,& clamore laceſſunt Sydera.
Leuire clamorem.Horat.1.Carm.17.1.
Miſcetur æquor clamoribus.Virgil.4.Aeneid.83.
Proſpiceres aree ex ſumma,totumque videres
Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor.
Miſſus ad ſydera clamor vulgi.Stat.12.Thebaid.105.
Clamore obſtrepi.Vide OBSTREPO.
Clamor oritur.Vide ORIOR.
Percrebruit fama ex clamore.Cice.6.Verr.85.Interea ex clamore fama tota vrbe percrebruit,expugnari Deos patrios.
Perfertur clamor.Vide PERFERO.
Peruenit clamor ad aures.Virgil.9.Aeneid.82.
Petere locum aliquem clamore,Cum clamore.Virgil.1.Aeneid.105.
– cunctis nam lecti nauibus ibant
Orantes veniam,& templum clamore petebant.
Premere clamorem.Ouid.1.Metamorpho.42.
Subſtitit,ac preſſus clamor grauitate regentis,
Iuppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit.
Premere clamore ad retia ceruum. Virgil.3.Georgic.82.
Premere curſum animalis clamore.Virg.1.Aeneid.66.
Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.
Profari aliquem magno clamore,Increpare.Sil.lib.11.43.
Profundere clamorem multitudinis concitatæ.Cic.pro Flacco 11.
Sermo profuſus cum clamore.Lucret.lib.4.110.
Feroci clamore prouocare hoſtem,& noua prælia poſcere.Sil.li.17.106.
Redintegratus clamor.Liu.lib.4.ab Vrbe 147.
Reſonare clamore.Senec.Hercu.furē.12.11.
Reſonat clamoribus æther.Virg.5.Aeneid.46.
Accenſæ reſultant clamore fores.Stat.6.Thebaid.9.

Reſultant clamore pulſati colles.Virgil.5.Aeneid.30.
Conſonat omne nemus,vocemque ineluſa volutant
Littora,pulſati colles clamore reſultant.
Cum clamore reuocare aliquem.Virgil.5.Aeneid.34.
Ruit ad aliquem clamor,Quum eſt turbulentus & præfeſtinus.Valer.libro 3.Argonaut.12.Illicet ad regem clamor ruit,&c.
Læto clamore ſalutare aliquam regionem,Gratulari alicui regioni & gaudere nouo ad illam aduentu.Virgil.3.Aeneid.105.
Quum procul obſcuros colles,humilemque videmus
Italiam:Italiam primus conclamat Achates,
Italiam læto ſocii clamore ſalutant.
Significari aliquid clamore.Liu.lib.3.ab Vrbe 119.
Sonant clamore viri.Ouid.11.Metamorpho.100.
Sopor clamore ſolutus.Ouid.3.Metamorpho.126.
Sublatus clamor.Liu.lib.3.ab Vrbe 119.Clamore ſublato, ante ſe quenque ducere foſſam,& iacere vallum iubet.
Subſiſtit clamor.Ouid.1.Metamorpho.42.
Tollere clamorem.Liuius libro 3.ab Vrbe 119. Clamorem omnes tollere iubet. Virgil.11.Aeneid.124.
Tollit clamor.Ci.6.Verr.84.Clamor à vigilibus, faniq; cuſtodib⁹ tollit.
Tollitur in cælum clamor.Virgil.11.Aeneid.149.
Tonuēre feris clamoribus aſtra.Silius lib.16.20.
Magno clamore trahere aliquem.Virgil.2.Aeneid.12.
Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum
Paſtores magno ad regem clamore trahebant.
Vocare clamore.Virgil.4.Aeneid.61.
Orgia,nocturnusque vocat clamore Cithæron.
Vocare clamoribus hoſtem,Prouocare.Virgil.4.Georgic.16.
Vocari clamore ad locum aliquem.Virg.1.Aeneid.88. Protinus ad ſedes Priami,clamore vocati:Clamore,bellico ſcilicet.Seruius.
Clamo,clamas,(κεκλάγω,βοάω,βοάσκω,) clamare,A nomine clamor deductum:& eſt vociferari.Plaut.Merc.18.17.Nec tolerant,vt æquum eſt patres,ſed clamant,indecenter obſtrepunt. Terent.Adelph.1.2.11. – clamant omnes indignißimè Factum eſſe. Ibidem 3.3.53. Cœpit clamare,Aeſchine,&c.Cic.ad Atticum,lib.5.110.16. Id clamare omnes qui aderant nihil impudentius,&c.
Clamare,ferè pro dicere accipitur.Cic.3.Verr.103.Quū tutores H S. LXXX. millibus id opus,ad illius hominis iniquiſſimi arbitrium ſe eſſe ſturos eſſe clamarent.
Aliquid clamare,Alta voce proferre.Silius lib.6.50.
– clamans hæc,atque interritus hoſtem
Fulmineo volucrem torquet.
Multum clamare.Ouid.epiſto.23.6.
Clamare,Contendere.Cice.de Finib.lib.1.89. Clamat Epicurus,in quem vos nimis voluptatibus eſſe deditum dicitis, non poſſe iucundè viui,niſi ſapienter,honeſtè,iuſteque viuatur,nec ſapienter, honeſtè,iuſte, niſi iucundè.
Clamabat porrò,ipſe Quintius ſeſe idcirco nolle ſatisdare, ne videretur iudicaſſe bona ſua ex edicto poſſeſſa eſſe.Cicero pro Quintio 16.
Clamare aquas,Clamore poſcere.Propert.lib.4.eleg.9.6.
Phyllidos iratos in vultum coniicit ignes,
Territa victimas Theia clamat aquas.
Clamo atque obteſtor. Cice. pro Murena 71. Ego quod facio Iudices, cum amicitiæ, dignitatiſque L. Murenæ gratia facio, tum meę pacis, otii,concordiæ,libertatis,ſalutis,vitę denique omnium veſtrum cauſa facere clamo atque obteſtor.
Clamare alicui de via.Terent.And.3.1.11. Sed poſtquam egreſſa eſt,illis quæ ſunt intus,clamat de via.
Lingua clamat.Ouid.2.Amorum,eleg.6.10.
Clamauit moriens lingua,Corinna vale.
Veritas clamat.Cice.4.de Finib.89.Senſus enim cuiuſque & natura rerū atque ipſa veritas clamabat quodammodo non poſſe adduci,vt,&c.
Virtus clamat.Cic.de Finib.lib.2.105.de M.Regulo, Clamat virtus beatiorem fuiſſe quàm potantem in roſa Thorium.
Clamare,tranſlatum ad inanimata.Catul.Epigram.6.1.
Nam te non viduas iacēre noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat.
Clamare,pro Conqueri.Terent.Adelph.3.3.46. – mihi quidem non placent Et clamo ſæpe. Liuius lib.3.ab Vrbe 101. Clamant, fraude fieri,quòd foris teneatur exercitus.
Conteſtans deos hominesque clamare cœpit.Cice.6.Verr.58.
De re aliqua clamare.Ci.7.Verr.14.Quum maxime,vt dico de pecunia clamaret,in vincula coniectus eſt.Idē pro Cluen.13. Poſtea fratrē aggreſſus eſt,qui ferò iam exhauſto illo poculo mortis,quum & de ſuo,& de vxoris interitu clamaret,teſtamentumque mutare cuperet,&c.
Ciuem ſe clamare Romanum. Cice.7.Verr.130. Quum is qui ſe ciuem Romanum eſſe clamaret,in crucem ageretur.
Clamare ad.Catul.Epigram.61.3.
Qui quacunque aliquid reperitur non benefactum

Ad me

Ad me omnes clamant,ianua culpa tua eſt.
Ad vndas clamare.Ouid.2.de Remed.41.
Clamare aliquem, pro Vocare. Vnde Clamatus conuiua apud Martialem,lib.1.46.
Vocabitur venator,& veniet tibi
Conuiua clamatus propē. Id eſt voce accitus,quādo cœnæ tēpus erit.
Ouid.2.Metam.44. Aſpicit hanc,viſamque vocat,clamata refugit.
Clamare aliquem. Virg.6.eclog.9. Per vices clamare modò hoc,modò illud nomen. Ouid.4.Faſt.97.
Clamare nomine.Virg.4.Aeneid.
Per medios ruit,ac morientem nomine clamat.
Nomen alicuius extremo puluere clamare, Eſt conclamare, & mortuo extremum vale dicere.Propert.lib.1.eleg.16.5.
Illa meum extremo clamaſſet puluere nomen,
Vt mihi non vllo pondere terra foret.
Clamare, ſine verbo, hiſtoricorum more apud Ciceronem ad Atticū, lib.5.110.15.Refero ad Scaptiumnhomo clamare.Et.16.Clamare omnes qui aderant.nihil impudentius Scaptio,qui,&c.
Clamans, (κεκλάγων,) Participium.vt Os clamans.Ouid.2.Metam.46.
Clāmito, pen.corr. Frequentatiuum, (κεκλάγομαι,) Terent.And.4.6.19 – clamitent Me ſycophantam hæreditatem perſequi. Cic.2.Tuſcul. 101.Nam quum ex reuibus laboraret,ipſo in ciulatu clamitabat falſa eſſe quæ antea de dolore ſenſiſſet ipſe. Idem.7.Verr.129. Et pro Sylla.36.Et Liuius.1.ab Vrbe.39.
Clamitare,Conqueri. Terent.And.4.4.28. O facinus animaduertendū? M.quid clamitas? Ibidem.1.1.117.
Venit Chremes poſtridie ad me clamitans,
Indignum facinus comperiſſe ſe.
Caricas Cauneas clamitare.Cic.lib.2.de Diuinat.126.Quidam in porta caricas Cauno aduectas vendens,Cauneas clamitabat.
Sæpe clamitare. Terent. Adelph.1.1.35. Venit ad me ſæpe clamitans, Quid agis Mitio?
Clamitare, pro Præ ſe ferre. Cice.pro Roſcio Comœdo.11. Nónne ipſum caput,& ſupercilia illa penitus abraſa,olere malitiam & clamitare calliditatem videntur? Budæus.
Clamitans, Participium, (κεκλάμενος,) Liuius lib.3.ab Vrbe.57. Hæc Volſcio clamitante,adeò concitati homines ſunt,vt haud multum abfuerit quin imperu populi Cæſo interiret.
Clamātor,pen.prod.Verbale,(κεκλήτης,)Qui clamat.Cic.3.de Orat.46. Quare coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido,qui euolent clamatores odioſi ac moleſti.Idem de Claris Orat.94. Ego ramen ita de vnoquoque dicam, vt intelligi poſſit quem exiſtimem clamatorem,quem oratorem fuiſſe.
Clamator,Qui vocat.Martial.lib.12.25.
Non venit ablatis clamator verna lacernis.
Accedit gelidam feruus ad auriculam.
Et rogat vt cœnes ſecum,Lætor iuſ inquit.
Clamātus,pen.prod.aliud participiū, (κεκλημένος,) Ouid.2.Meta.89. Aſpicit hanc,viſamque vocat,clamata refugit.
Vlulatibus clamatus.Stat.9.Thebaid.87.
Ille ego clamatus ſacris vlulatibus amnis.
Clamatorius,Adiectiuum,(κεκλητικός,)vt Clamatoria auis,quæ à Labeone prohibitoria dicitur.Plin.lib.10.cap.14.
Clamatorium genus.Cic.ad Qu.Fratrem,lib.3.19.5.
Clamōſus, pen.prod. (κεκλητικός,) Adiectiuum, à nominatiuo clamos, Clamore obſtrepens,vociferator. Martial.lib.5.135. Clamoſo reuocatur à magiſtro.
Clamoſi ferè ſunt qui literas neſciunt.Quintil.lib.4.cap.5.12.
Acceleratio clamoſa.Author ad Herennium,lib.3.110.Continuatio,eſt orationis enuntiandæ acceleratio clamoſa.
Clamoſa actio. Quintil.lib.5.cap.13. Indirecta ferè, atque vt ſic dixerim, clamoſa actio.
Altercator clamoſus & turbidus.Quintil.lib.5.cap.5.12.
Clamoſus circus.Iuuenal. Securum iubeant clamoſo inſiſtere circo.
Forum clamoſum.Seneca Hercule furente.3.3.
Theatrum clamoſum.Stat.3.Syl.5.4.

Clanculum, Clandeſtinus, Vide CLAM.

Clango, clangis, clanxi, (κλαγγάω,) clangere, Tuba ſonare, vel canere.

Clangere dicuntur aquilæ, vt inquit author Philomelæ apud Ouidium, Dum clangunt aquilæ.
Tuba clangens.Valer.lib.3.70. – ter inhorruit æther
Luctificum clangente tuba.
Clangor,clangoris,maſc.gen. (κλαγγή,) Sonus tubæ.Virg.2.Aeneid.63. Exoritur clamorque virûm,clangorque tubarum.
Clangor aquilæ.Cice.2.Tuſcul.141.Iouis ſatelles paſtu dilaniat fero: Tum lecore opimo farta & ſatiata affatim,
Clāgoré fundit vaſtū.Liu.1.ab Vrb.154.Aqla magno clāgore volitās.

Clangor anſerum.Colum.lib.8.cap.13.1.Anſer præcipuè ruſticis gratus eſt.Et paulò pòſt,Nam clangore prodit inſidiantem.
Clangor fulicæ.Plin.lib.18.cap.35.19.Et fulice matutino clangore.
Blandus clangor. Claud.de Phœnice.9.
Hic ſedet,& ſolem blando clangore ſalutat.
Fugax clangor gruum. Stat.5.Thebaid.3.
Fugacem vocat,quia volando clangunt.
Hilari clangore ſonant grues.Stat.12.Theb.104.
Luctifici clangores tubæ.Stat.10.Thebaid.110.
Raucus clangor.Sil.lib.16.20.
Sæuus clangor.Valer.lib.4.Argonaut.116.
Tremulus clangor.Cic.2.de Diuinat.96. Nona ſuper tremulo genitrix clangore vocabat.
Dare clangorem.Sil.lib.4.24.de Aquila.
Clangorem bis terque dedit.
Increpuit clangor murmure.Sil.lib.16.20.
Dixerat,& raucus ſtridenti murmure clangor
Increpuit,tonuere feris clamoribus aſtra.
Mugire per æthera tubę clangor dicitur,qui eſt vehemens & altè ſonans. Virgil.8.Aeneid.103.
Nanque improuiſo vibratus ab æthere fulgor,
Cum ſonitu venit,& ruere omnia viſa repente,
Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.
Quatere magnis clangoribus alas:de auibus dictum. Virg.3.Aeneid.45.
At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyiæ:& magnis quatiunt clangoribus alas.

Clangularius, Adiectiuum.vt Clangularius poeta. Martial. lib.10.13.Vide de Clancularius in CLAM. Sic enim ſcribunt & legunt alii.

CLANIVS, (κλάνης,) Fluuius Campaniæ iuxta Acerras vrbem.Virg.2.Georg.45. – & vacuis Clanius non æquus Acerris. Seruius, Acerræ ciuitas eſt Campaniæ,haud longe à Neapoli:quam Clanius præterfluit fluuius,cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait vacuis, id eſt infrequentibus.

Clareo, Clarifico, Clarigo, Claritas, Vide CLARVS.

CLARIVM, (κλάριον,) Colophoniorū oppidum,à quo Clarius Apollo dictus eſt,vt inquit Seruius in illud Virgilii lib.1. Aeneid.72. Quis tripodas,Clarii lauros,qui ſydera ſentis.Ibi enim ſpec⁹ fuit & lacuna, cuius potu mira oracula reddita ſunt,breuiore tamen vita bibentium. Huius Plinius lib.2.& Macrobius lib.1.Satur.cap.18. meminerunt.
Clarius deus,Apollo.Valer.lib.3.Argon.30. Nec Clarii nunc antra dei, quercuſque tonantis Argaeiem. Ouid.1.Faſt.4.
CLAROS, (κλάρος,) Ioniæ ciuitas,Apollinis oraculo nobilis,ſuxta Colophonem,eam Manto Tireſiæ filia condidit, fugiens Thebanorum victores Epigonos.Quæ quum patriæ clade lugeret & ſuam,manantibus vbertim lachrymis fontē fecit:vnde Claros ἀπὸ τοῦ δάκρυου locus appellatus.Nearchus dicit id nomē datū, q⁹ Apollini per ſortem Claros obtigit, quam κλῆρον Græci nominant. Hinc κλάριος dictus eſt,& illic fanum habuit,quo reſponſa,epota aqua, edebantur.

Clarus, (λαμπρός,φαιδρός,φανός,ἔνδοξος,περίφανος,) Adiectiuum, propriè dicitur lucidus:vt Clara dies.

Aquilo clarus.Virg.1.Georg.91.Et claro ſyluas cernes Aquilone moueri.Claro,id eſt ſereno.na eſt & nubilus,ſicut ferè oēs venti. Seruī.
Colore claro ſplendere.Lucret.lib.5.253.
Dea clara mundi obſcuri,Luna præfecta nocti. Senec.Hipp.3.8.
Clarus dies.Horat.in Carm.ſecul.5.
Dies clara.Virgil.5.Aeneid.9.
Incendia clara dant lucem.Virgil.2.Aeneid.114.
Lacerna clara.Horat.2.Serm.Saty.7.10.
Lapides clari.Horat.4.Carm.13.3. Intelligit gemmas.
Illuſtris,& clarus locus.Cic.in Somnio Scip.5.Oſtendebat autē Carthaginem de excelſo,& pleno ſtellarum,illuſtri,& claro quodam loco.
Lumina oculorum clara.Lucret.lib.4.106.
Lumen clariſſimū præferre menti.Cic.pro Sylla.30.Vos deniq; in tantis tenebris erroris & inſcientiæ clariſſimū lumē prætuliſtis menti meæ.
Lumina mundi clariſſima.Virg.1.Geor.1.
– vos ô clariſſima mundi
Lumina,labentem cœlo quæ ducitis annum
Liber & alma Ceres.
Refulgere in luce clara homo dicitur,qui eſt nimiæ pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogat,qualē dicit Aeneā Virgil.1.Aeneid.119.
Reſtitit Aeneas,claraque in luce refulſit,
Os humerosque deo ſimilis. Hæc ferè Seruius.
Olympus clarus.Virgil.4.Aeneid.54.
Pater omnipotēs clarus intonuit ab alto cœlo.Id eſt in ſerenitate.Virg.7.Aeneid.19. Seruius.
Pectus clarum.Cic.in Arato.1.
Et propè conſpicies parnum ſub pectore claro
Andromedæ ſignum. Clarum pectus,quòd in eo ſtellæ ſitæ ſint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Piscis rutilis clarus squamis. Virg. 4. Georg. 19.
Sol clarissimus. Quintil lib. 5. cap. 11. 7. In rebus verò apertis argumẽtari tã sit stultum, quàm in clarissimum Solẽ mortale lumen inferre.
Stellæ lumine claræ. Cic. in Arato. 21.
Et tenues stellæ perhibentur nomine Aquari.
Hiculiæ volitant paruo cum lumine claræ.
Sydus clarum, Lucidum. Senec. Hipp. 4. 110.
Tedæ claræ coruscis fulgoribus. Lucret. lib 5. 60.
Virum clarum, Id est pellucidum. Ouid. 3. Metam. 71.
Clariora luce consilia. Cic. in Catil. 4.
Clariora sole. Cic. 1. de Finib. 107. Si ea quæ dixi, sole ipso illustriora & clariora sunt.
Quod est luce clarius. Cic. 1. Tuscul. 143.
Sydere clarior. Horat. 3. Carm. ode. 1. 9.
Clarus, Clarè sonans, vt Clara lamenta. Senec. Hipp. 12. 25.
Mopsopia claris tora lamentis sonet.
Clarus clamor. Plaut. Pœnul. 17. 26. Id est qui facilè exauditur.
Latratus clari. Ouid. 13. Metam. 173.
Compositissimæ, & clarissimæ literulæ. Cic. Att. lib. 7. epist. 20. 1.
Plangor clarus. Ouid. 4. Metam. 28.
Percutit indignos claro plangore lacertos.
Clar⁹ plausus. Plau. Asi. 17. 6. Remur impetrari posse, si plausum sic clarũ datis. Idẽ Rud. 31. 65. Verũ si voletis plausum fabulæ huic clarũ dare.
Clarũ signũ dare. Plaut. Casin. 2. 3. Si verũ dixi, signũ clarũ date mihi. Id est plaudite vt in comœdiis solitum est fieri. Virg. 3. Aenei. 104. Dat clarũ è puppi signũmos castra mouemus. Vbi Serui⁹, Dat clarũ signũ, Faculã eleuauit vt ve – flammas quum regia puppis Extulerat.
Claræ syllabæ. Quintil. lib. 8. cap. 3. Vt syllabæ è literis melius sonantib⁹ clariores sunt: ita verba è syllabis magis vocalia.
Sonus, vel antiquè Sonor clarus. Lucret. lib. 4. 116.
Obsignans formam verbis, clarumque sonorem.
Tuba clara, Altè sonans. Virg. 5. Aeneid. 28.
Clara voce. Cic. p Cecinna. 16. Seruumq; suũ noſe Antiochũ ad se vocauit, & clarâ voce imperauit, vt eũ, &c. Idẽ pro Sylla. 25. Atque vt idem omnes exaudiant, clarissima voce dicã. Sic. 5. Tusc. 45.
Voce clarissima dicere. Cic. pro Sylla. 25.
Voce clarissima profiteri. Cic. 5. Tusc. 45.
¶ Res clara, (σαφὴς,) Cic. 7. Verr. 79. Res erat clara, neque solum argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebat. Idem. 4. Verr. 71. Vt in re tam clara, tam testata.
Res clara, celeberrima & notissima. Cic. 5. Verr. 40. Clara res est, quã dicturus sum: tota Sicilia celeberrima, atque notissima.
Consuetudine clarum aliquid. Cic. pro Qu. Rosc. Comœdo. 4. Ego quæ clara consuetudine, diutius dicere non debeo.
¶ Clarus, (ἐπίσημος, γνώριμος,) figuratè pro Insigni atq; excellenti accipitur, & eo qui veluti fulgore quodã famæ resplendent. Cic. 1. de Fin. 56. Claris & fortibus viris commemorandis. Plaut. Trinum. 10. 38. In occulto iacebis quum te maxime clarum voles.
Amplissimus & clarissimus vir. Cic. 1. de Orat. 98.
Clarissimorum & fortissimorum virorũ authoritates. Cic. pro L. Manil. 35. Sed in hac causa, tametsi cognoscitis authoritates cõtrarias fortissimorũ virorũ & clarissimorũ: tamen omissis authoritatibus, &c.
Viri clari & honorati. Cic. de Senect. 20. Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & industria: nec ea solùm in claris, & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta.
Clara & illustria. Cic. 7. Verr. 19.
Exempla clara & illustria. Cic. lib. 2. de Diuinat. 12. Plurimis nostris exẽplis vsus es, & iis quidem claris & illustribus.
Parentes ingenui clariq; Horat. 1. Serm. Saty. 6. 19.
Virtus clara, & insignis. Cic. de Senect. 85. Virtutẽ enim amaui illius viri, quæ extincta non est, nec mihi soli versãt ante oculos, qui illã semper in manibus habui: sed etiam posteris erit clara & insignis.
Clarus & nobilis vir. Cic. pro Rabirio Posth. 14.
Clari & præpotentes viri. Cic. pro Rab. Posth. 17.
Causis agendis clarus. Horat. 1. epist. 7. 10. Strenuus & fortis, causisque Philippus agendis Clarus.
Decore clarus. Ouid. 12. Metam. 38.
Ex doctrina clarus & nobilis vir. Cic. pro C. Rab. Posth. 14.
Forma clarissimus. id est clarissimus ob formam. Ouid. 4. Metam. 159.
Clarus genere & factis. Liu. 9. ab Vrbe. 31.
Gloria clarus, authoritate grauis, humanitate politus. Cic. 2. de Ora. 84. Certè non tulit vllos hæc ciuitas aut gloria clariores, aut authoritate grauiores, aut humanitate politiores P. Aphricano, C. Lælio, L. Furio.
In gradu equestri clarus. Plin. Prisco, Epi. li. 2. 37. Is erit Voconius Rom. pater Plinij in equestri gradu clarus, clarior vitricus, immò pater ali⁹.
Hoc vno magnus & clarus. Plinius Attio Clementi, lib. 1. 10. Socer Pompeius Iulianus, cum cætera vita, tum vel hoc magnus, quòd ipse prouinciæ princeps.
Nobilitate sua clara domus. Ouid. epist. 16. 11.

Origine clarus. Ouid. epist. 18. 30.
Ab aliquo sanguine clarus, Genere nõ obscuro natus. Virg. 1. Aene. 111. – Troianoque à sanguine clarus Aceſtes.
Clarus Socrates sapientia. Plin. lib. 7. cap. 19. 1.
Clarissimi in ea scientia. Plin. lib. 36. cap. 5. 1.
Clarissimus medicinæ scientia Hippocrates. Plin. lib. 18. cap. 7. 24.
¶ Achilles clarus. Vide ACHILLES.
Adolescens clarissimus. Cic. 4. Verr. 71.
Author generis clarissimus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 5.
Multæ, & claræ lugubres domus. Liu. lib. 3. ab Vrbe. 133.
Dux clarus. Horat. 3. Carm. ode. 14. 2.
Facta clara. Claud. 4. Paneg. 87.
Genere claro tumens. Senec. Octauia. 8. 13.
Gloria clara. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 8.
Honor clarus. Lucret. lib. 3. 16.
Lucifer albo clarus equo. Ouid. 15. Metam. 38.
Lumen clarum extollere è tenebris. Lucret. lib. 3. 1.
Claræ mortes pro patria oppetitæ. Cic. 1. Tusc. 189.
Clara nobilitas. Plaut. Rud. 2. 2. 25. Vbi nobilitas mea erit clara.
Nomen clarum. Ouid. 11. Metam. 58.
Magnum & clarum nomen. Cic. in Arat. 4.
At magnum nomen signi, clarumque vocatur.
Opus clarius nullum extat. Ouid. 3. de Arte. 68. De Aeneide Virgilii.
Patre claro natus. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 11.
Clarissimo patre natus, auis, maioribus. Cic. in Catil. 2.
Pietas in hoc clara, & omnibus grata. Cic. pro Sestio. 4. Duxit vxorẽ patre viuo optimi, & calamitosissimi viri filiam, L. Scipionis. clara in hoc Pob. Sestii pietas extitit, & omnibus grata, quòd, &c.
Progenies clara. Virgil. 5. Aeneid. 112.
Proles clarissima. Lucan. lib. 10. 18.
Propago clara. Lucret. lib. 1. 9.
Clara pugna. Plaut. Pseud. 7. 111.
Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.
Rumore claro apud vulgũ esse. Tacit. li. 15. Is Calphurnio genere ortus: ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgi rumore erat, per virtutẽ aut species virtutibus similes.
Sanguine claro genitus. Senec. Octauia. 3. 6.
Senatus clarus. Claud. 5. Paneg. 4.
Splendor clarus vestis purpureæ. Lucret. lib. 2. 11.
Viri clari. Horat. 2. Epist. 1. 51.
Vir clarissimus. Cic. pro Lege Manilia. 35.
Vrbs clari cognominis. Virgil. 8. Aeneid. 10.
Ascanius clari conder cognominis Albam.
Clarior, (λαμπρώτερος,) Senec. Hippol. 6. 2.
Pulchrior tanto tua forma lucet
Clarior, quanto micat orbe plena.
Clarissimus, (λαμπρώτατος,) Hæc vox honorificentior fuit apud antiquos, quàm apud recentiores, qui illustres, spectabiles & clarissimos dicunt. Lampridius Præfectos Prætorio clarissimos fuisse sub Alexandro dixit. Vide L. primam. C. de sententiã pallis. Clarissimos ciues Scipiones, maximos appellauit Cic. pro Sestio. 125. Quare imitemur nostros Brutos, Camillos, Halas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, &c. Et paulo pòst. 126. Sed me repentè ludices, de fortissimorũ & clarissimorũ ciuiũ dignitate, & gloria dicentẽ & plura dicere patrantẽ, horum aspectus in ipso cursu orationis repressit. Budæus.
Clarisonus, pe. cor. (λαμπρόφωνος,) vt Voces clarisonæ. Catu. epi. 59. 25.
Clarisonas imo fudisse è pectore voces.
Auræ clarisonæ. Cic. in Arat. 32. Hûc à clarisonis auris Aquilonis ad Austrum, Condens.
Claritas, pen. corr. (λαμπρότης, σαφήνεια,) claritatis, Luciditas. vt Claritas solis. Plin. lib. 2. cap. 8. 8. Claritatis tantæ est Vesper.
Claritas oculorum. Plin. lib. 18. cap. 11. 11. Emicantq; fontes Oraxi oculorum claritati. Et apud eundem, lib. 5. cap. 1. 16. Claritas visus.
Claritas vocis. Cic. 1. Acad. 29.
¶ Claritas, (ὑπεροχὴ,) Excellentia & splendor. Cic. ad Seruilium, lib. 13. 69. 2. Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamẽ libentissimè ex tuis literis cognoscam. Quintil. lib. 3. cap. 9. Quæ responsis vel auguriis futuram claritatem promiserunt.
Claritas & amplitudo. Cic. 1. Offic. 101. Facilior & tutior & minus aliis grauis aut molesta vita est obſcurorum: fructuosior autem hominum genere, & ad claritatem amplitudinemque aptior, eorum qui se ad Rep. & ad res magnas gerendas accommodauerunt.
Nascendi claritas. Quintil. lib. 5. cap. 11. 4.
Esse in claritate. Plin. lib. 14. cap. 14. 1. Nondum tamen ista genera in claritate erant. De vinis.
Excellere claritate nascendi. Quintil. lib. 5. cap. 11. 4. Ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui virtute maximè excellet.
Personarum claritate insignis. Plin. Maximo, li. 2. epist. 38. Rarò incidit, vel personarum claritate, vel negotii magnitudine insignis.

Ostendunt

Ostendunt claritatẽ hoibus dii. Cic. 2. de Diuin. 101. Miror deos immortales histrioni futuro claritatẽ ostendisse, nullã ostendisse Aphricano.
Claritudo, claritudinis, (λαμπρότης,) Idem, testibus Festo & Nonio.
Claritudo, Nobilitas, fama. Sallust. Quum præsertim tam multæ, variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.
Adiumentum claritudinis grande. Tacit. lib. 16. Idem Annæum Lucanũ genuerat, grande adiumentum claritudinis.
Familiæ claritudo. Tacitus lib. 15. Isdem quippe illis diebus Torquatus Syllanus mori adigitur, quia super Iuniæ familiæ claritudinem diuum Augustum atauum ferebat.
Virtutum claritudine ad summum fastigium deligere aliquem. Tacitus lib. 15. Tradereturque imperium Senecæ, quasi insonti, claritudine virtutum ad summum fastigium delecto.
Vocis claritudine cæteris antestare. Gel. lib. 7. cap. 5. Histrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestu & vocis claritudine & venustate cæteris antestabatur.
Ad omnẽ claritudinẽ sublatus aliquis Tacit. lib 15. Cæterũ timore occulto ne L. Syllanus eximia nobilitate disciplinaq; C. Cassii apud quẽ educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus, imperium inuaderet.
Plus claritudinis in fine sit. Tacit. lib. 15. Sit huius tam fortis exitus constantia: penes vtrosque par, claritudinis plus in tuo fine.
Claro, claras, (σαφηνίζω,) clarare, Clarum ostendere. Cic. 1. de Diuin. 42. ex antiquo poeta, Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna. Hoc est clara & conspicua faciebat. sed antiquum est.
Iter longæ clarauit limite flammæ, Id est fulsit. Stat. 5. Thebaid. 58.
Labor clarat pugilem. Horat. 4. Carm. ode. 3. 1.
Quem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris,
Illum non labor Isthmius
Clarabit pugilem, &c. Id est notum omnibus faciet. Acron.
Multa nobis clarandum est. Lucret. lib. 4. 157.
Multaque in his rebus quærendum, multaque nobis
Clarãdũ est, planè si res exponere auem⁹. Id est aperiẽda & declarãda.
Clarco, clares, clarui, (δηλόω, φαίνομαι,) clarere, Nobilem & insignẽ atque illustrem esse. Ennius apud Ciceronem, lib. 1. Offic. 120. Ergo postque magisque viri nunc gloria claret. Idem de Senect. 10. Turpilius Pædio, cuius aduentu insula hodie claret Cypros.
Familiæ clarent. Sueton. in Nerone, cap. 1.
Claret lumen. Ennius Telamone, Nã ita mihi Telamonis pfis, atq; facies proaui Iouis gratia ea est, atq; hoc lumen cãdidũ claret mihi. Nonius.
Ad primordia ætatis clarere. Cic. in Arato. 4. Propterea quòd ad ætatis primordia clarent. Id est initio ætatis apparent.
Figura nota clarere. Cic. 1 Arat. 19. Nõ potuit nobis nota clarere figura.
Forma simili clarere. Cic. in Arato. 1.
Andromedæ signum, Deltoton dicere Graii
Quod soliti, simili quia forma littera claret.
¶ Claret, pro clarum est. Lucret. lib. 6. 188.
Nunc omnes repetam quàm raro corpore sint res,
Commemorare, quod in primo quoque carmine claret.
Claret, cum datiuo. vt Claret mihi, id est intelligo. Claud. 7. Paneg. 39.
– ventura potestas
Claruit Alcanio, subita quum luce comarum
Innocuus flagraret apex.
Clarefco, clarescis, (περιφαίνομαι,) Quintil. lib. 6. cap. 4. 7. Neque tantum hoc ipsis monitoribus clarescit, quidã faciunt apertè & prædicunt.
Aliud ex alio clarescit. Lucret. lib. 1. 220. Idem lib. 5. 292.
Nanque alid ex alio clarescere corde videbant
Artibus, ad summum donec venere cacumen.
Dies clarescit. Seneca Hercule fur. 1. 18.
Obscurum clarescit. Stat. 3. Sylu. 3. 14.
Obscuramque latus clarescere vidit.
Sonitus clarescunt. Virg. 2. Aeneid. 61.
Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.
Luminibus clarescere. Tacit. lib. 15. Postq; tenebræ incedebãt, quãtũ iuxta nemoris, & circũflecta tecta cõsonare cãtu, & luminib⁹ clarescere.
Plausu clarescere vulgi. Claud. 8. Paneg. 1. Id est vulgi laudib⁹ celebrari.
Clarifico, pen. corr. (λαμπρύνω,) clarificare, Clarum reddere. Plin. lib. 20. cap. 13. 3. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat, visum clarificat. De nasturtio loquitur.
Clarè, (λαμπρῶς,) Aduerbium. vt Clarè lucere.
Clarè crepitare dẽtib⁹. Plaut. Rud. 13. 51. Quia pol clarè crepito dẽtib⁹.
Genere claré. Cic. Att. lib. 2. epist. 25. 3. Varietas in re nulla fit: aperteque loquantur, & iam clarè gemant.
Clarè & certum loqui. Horat. 2. Serm. saty. 6. 6.
Clarè oculis videre. Plautus Milite. 10. 36. Plin. lib. 10. cap. 69. 1. Aquilæ clarius cernunt.
Clarè dicere. Terent. And. 4. 5. 15. Vnde est? dic claré. M. à nobis. Sic Clarè certare, apud Plautum in Persa. 15. 33.
Nihil clarius, nihil nobilius illo. Cic. 2. de Diuinat. 101.
Nil indole clarius illa. Stat. 2. Thebaid. 127.
Apparere clarius. Cælius Ciceroni, lib. 8. 14. 4. Et quo propius ea contetio quàm fieri necesse est, accedit, eo clarius id periculũ apparet.
Audire clarius. Lucret. lib. 1. 188.
Nunc age quod superest, cognosce, & clarius audi.
Indicare clarius aliquid. Horat. 4. Carm. ode. 8. 4.
Nitere clarius astris. Stat. 4. Sylu. 1. 1.
Clarissimè audire. Plin. lib. 10. cap. 70. 1.
Clãrigo, clãrigas, pen. corr. (ἐπαγγέλλομαι,) clarigare, Bellum indicere. Verbum est ad Romanum morem pertinens. Seruius in illud Virgilii ex. 9. Aeneid. – & iaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ. Hoc de Romana solenitate tractum est. Quum enim volebant bellum indicere, Paterpatratus, hoc est princeps fecialium proficiscebatur ad hostium fines: & præfatus quædam solennia, clara voce dicebat se bellum indicere propter certas causas, Aut quia socios læserant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc clarigatio dicebatur à claritate vocis. Post quam clarigationem hasta in eorũ fines immissa, indicabatur iam pugnæ principium. Idem in principium. 10. Aeneid. Clarigatio, inquit, dicta est à clara voce qua vrebatur Paterpatratus. Plin. lib. 22. cap. 2. 3. Ac semper & legati, quum ad hostes, clarigatumq; mitterent, id est res raptas clare repetitum, vnus vtique Verbenarius vocabatur. De verbena loquitur.
Clarigatio, (ἐπαγγελτικὸς,) Verbale, Ipsa belli denuntiatio. Quintilianus libro 7. capit. 4. 10.
¶ Clarigatio, (ἀνδροληψία,) præter dictam significationem accipit pro exactione nummaria, maximè quæ principis aut Reipub. edicto conceditur. Liuius. 8. ab Vrbe. 75. In Veliternos veteres ciues Romanos, q̃ toties rebellassent, grauiter sæuitum, & muri deiecti, & Senatus inde abductus, iussique trans Tyberim habitare: vt eius qui ciuis Tyberim deprehensus esset, vsque ad mille passuum pondo clarigatio esset, nec prius quàm ære persoluto, is qui cepisset, extra vincula captũ haberet.
Classis, huius classis, (γόλος, ναυτικὸν, ἐπώλιον,) Nauium multitudo. Cic. 3. Verr. 33. Et mille numero nauium classem ad Delum appulissent. Liu. 1. bel. Maced. 180. Quũ ad ipsa mœnia vrbis classem circumagere vellent, &c. Cic. 2. de Finib. 177. Cum tantis classib⁹ tantisque equestribus & pedestribus copiis, Hellesponto iuncto, Athone perfosso, maria ambulauisset.
¶ Classis, pro Naui, aut nauali exercitu. Cicer. pro Lege Manilia. 5. Qui posteaquàm maximas ædificasset, ornassetque classes. Virg. 6. Aeneid. 67. – Lyciæ ductorem classis Orontem. Vbi Seruius, Apertũ est exẽplum, classem dici etiam vnam nauem. Legimus enim, Vnam quæ Lycios fidumque vehebat Orontem. Cæsar. 3. bel. Gal. 404. Neque satis Bruto, qui classi præerat, &c. Virgil. 6. Aeneid. 1. Sic fatur lachrymans, classique immittit habenas. Classi, vt inquit Seruius, Nauibus suis, siue naui quæ classis dicitur: vel quòd fiat de fustibus. Calas enim dicebãt maiores nostri, fustes quos portabant serui sequentes dominos ad prælium: vnde etiam calones dicebantur. Nam cõsuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autem dicebant calas: sic Lucilius, Scinde calam vt caleas. Id est ô puer, frange fustes, & fac focum. Inde ergo classem dictam dicunt. Alii hinc classem dictam volunt: apud maiores nostros stipendium terrestri prælio miles pedester dabat: equites verò dabant in nauali certamine. nam adhuc pauper fuerat populus. Exinde iam quod ab equitibus dabatur stipendiũ tractum est vt diceretur classis. Propriè enim classes equitum dicim⁹. Classique, aut fuæ nauisque classis dicta est ἀπὸ τῶν κάλων, id est à lignis. Hactenus Seruius. Immittere habenas classi, est funes nauium extendere & apparare ad nauigandum.
Etymon classis ponitur à Quintiliano lib. 1. cap. 6. 21. Iam sic & classis à calandos & lepus, leuipes, &c.
Imperator classis. Lucret. lib. 5. 247. Sed ob legem carminis, Induperatorem ponit.
Mora classis, Pro eo qui facit moram classis. Seneca Troade. 8. 16.
Arripite properè classis Argolicæ moram. Astyanactem intelligit.
Retinacula classis soluere. Ouid. 8. Metam. 21.
Potens classe virisque. Ouid. epist. 13. 12.
Cætera classis. Liu. lib. 4. bel. Pun. 182. Is expositis in terram militibus, nauibusque Oricũ retrò, vnde venerat ad cæteram classem remissis, &c.
Funesta classis. Stat. 1. Achil. 7.
Sic classem Græcorum vocat contra Troiam euntium.
Glorioſissimæ Carthaginiensium classes. Cic. 7. Verr. 76.
Inops & infirma classis. Vide INFIRMVS.
Lunata classis, id est inflexa in modum lunæ. Lucan. lib. 3. 107.
– lunata classe recedunt.
Modica classis. Vide MODVS.
Profuga classis. Ouid. 13. Metam. 137. – profugaque per æquora classe
Fertur. De Aenea loquitur.
Romana classis. Liu. lib. 4. bel. Pun. 186.
Socia classis, id est sociorum classis. Ouid. 13. Metam. 71.
Nec tu quum socia clypeum pro classe tenebas, Solus eras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Volucri fœta classe pererrat. Ouid. 7. Metam. 91.
¶ Aduectus classe. Virgil. 8. Aeneid. 3.
Aedificare & ornare classes. Vide ORNO.
Agere classes. Seneca Hercul. furent. 1. 2.
Agere classem fluuis rapidis. Silius lib. 8. 23.
Huc illuc agitata classis. Seneca Troade. 11. 7.
– lachrymisque nostras
Sparger huc illuc agitata classis.
Amittere classem. Virgil. 5. Aeneid. 158.
Appellere classem. Cicero. 7. Verr. 69.
Aptare classem. Virgil. 4. Aeneid. 60.
Velis aptare classem. Virgil. 3. Aeneid. 94.
Neptunus classes Aquilonibus arcet. Horat. in Arte. 13.
Armare classem, Instruere. Virgil. 4. Aeneid. 60.
In classem cadit omne nemus, id est ad parandam classem omnes cædun tur arbores. Lucan. lib. 1. 63.
Capta nauis ex classe. Cicero. 7. Verr. 51. Hæc vna nauis ex classe nostra non capta est.
Capta & incensa classis. Cic. 7. Verr. 107.
Nomine classis pecunias cogere. Cic. 7. Verr. 106. Tu à ciuitatibus pecu nias classis nomine coegisti.
Comparare classem. Cic. pro Flac. 25.
Conflendere classem. Virgil. 10. Aeneid. 51.
Currit iter tutum æquore classis. Virgil. 5. Aeneid. 171. Id est tutò & sine periculo nauigatur.
Dare classibus Austros, Hypallage est, pro Dare classes Austris. Virgi lius. 5. Aeneid. 13.
Deducere classem. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 38.
Di tibi dent apta classem deducere Troia.
Armatas classes deducere. Virgil. 1. Georg. 51.
Deuincere classe aliquos. Cic. in Oratore. 85. Duellium eum qui Pœnos classe deuicit, Bellum nominauerunt.
Disiecta toto æquore classis. Virgil. 1. Aeneid. 27.
Disponere classem in ora maritima. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 18. Eiusq; rei cau sa omni in ora maritima classem disposuerat.
Distribuere classem. Cic. pro L. Flacco. 24.
Ducere classem. Quintil. lib. 1. cap. 2. 16. de declamationibus loquès, Du cere verò classem multo pulcherrimum. Id est principè esse classis. Bu dæus. Sil. lib. 17. 11.
Aequor eas monstrare vias, ac ducere classem.
Ducere in saxa classem. Seneca Agamem. 6. 36.
Expellere & effecere classem in littus. Cic. 7. Verr. 72. Classem pulcherri mam Pop. Romani in littus expulsam & iectam, quum primum adue sperasceret, instammari incendique iussit.
Explere classem quinquagiota nauium. Liu. lib. 1. bel. Pun. 202.
Fermè ipsa æquora classem. Virgil. 5. Aeneid. 168.
Ferunt sua flamina classem. Prospera scilicet, & à puppi venientia, vt in quit Seruius. Virgil. 5. Aeneid. 165.
Fertur cita gurgite classis. Virgil. 5. Aeneid. 7.
Formidatus classe. Horat. 3. Carm. ode. 6. 3.
Penè occupatam seditionibus
Deleuit vrbem Dacus, & Aethiops:
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis.
Habere classem. Cic. pro Flac. 33. Eo ipso tempore, quo tu ipse negas class sem habendam fuisse, complures à prædonibus esse captos. Idem pro eodem. 21. Quid si etiam præsidii causa classem habuit?
Impellere remige classem. Ouid. epist. 3. 31.
Incestare funere classem. Virgil. 6. Aeneid. 30.
Inferre classes Oceano. Lucan. lib. 10. 8.
Classis innat mare. Seneca Thyeste. 3. 2.
– Argos fremere iam totum tuis
Debebat armis omnis & geminum mare Innare classis.
Instruere atque ornare classem. Cic. 7. Verr. 105. Quapropter si mihi re spõdere voles, hæc dicito, classem instructam atque ornatam fuisse.
Instruere & parare classem. Liu. lib. 3. de bello Pun. 119. Classemq; & ip se instrui, parariq; iubet. Idem lib. 4. bel. Pun. 181.
Classis laniata, Id est dissoluta. Ouid. epist. 7. 33.
– laniataque classis Postulat exiguas semirefecta moras.
Latet sub classibus æquor. Virgil. 4. Aeneid. 117.
Littora deseruere, latet sub classibus æquor. Later, inquit, ob ingẽtem na nium numerum, qui æquor totum contegit.
Anchoras classis legere, Soluere è portu. Seneca Troade. 8. 5.
Linquere classem in aliquo littore. Virgil. 1. Aeneid. 105.
Quæ fortuna viris, classem quo littore linquunt.
Mergere classem. Statius. 1. Achil. 16.
Moliri classem, Apparare naues. Virgil. 4. Aeneid. 62. Quin etiam hyber no moliris sydere classem. Vide MOLIOR.
Nauigat classis. Cic. pro L. Flacco. 24. Reliquum est, vt quæratur vtrum

nostra ista classis cursu & remis, an sumptu tãtum & literis nauigarit.
Nauigare classe & nauibus. Cicero pro Flacco. 14. Hac classe M. Crassus vir amplissimus, ab Hemo in Asiam, his nauib⁹ Flaccus ex Asia in Ma cedoniam nauigauit.
Ornare classem. Cic. 7. Verr. 64.
Permetiri classibus æquor. Virgil. 3. Aeneid. 32.
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor.
Petere classibus vrbem vel regionem aliquam. Virgil. 4. Aeneid. 63.
Troia per vndosum peteretur classibus æquor.
Piscari classib⁹, dicũt præpotẽtes & maximè diuites. Senec. Thye. 5. 11.
Non classibus piscamur, & retrò mare
Facta fugamus mole.
Præsse classi. Cic. 7. Verr. 102.
Procedit classis æqualis velis. Virgil. 4. Aeneid. 118.
Procinctu classis, Exercitus instructus. Festus, Vt quũ exercitus cinctus erat Gabino cinctu (id indumenti genus est) confestim pugnaturus: Nam vetustius fuit, multitudinẽ hominum, quàm nauiũ, classe appellari.
Prodere classem prædonibus. Cic. 7. Verr. 83.
Auster classem propellit cedentibus velis. Lucan. lib. 3. 1.
Prouehi dicitur & appelli classis. Cic. 7. Verr. 69. Postea quàm paullùm prouecta classis est, & Pachynum quinto die denique appulsa est, &c.
Quassatam ventis classem subducere. Virgil. 1. Aeneid. 111.
Receptа classis. Virgil. 1. Aeneid. 118.
Omnia tuta vides, classem, sociosque receptos.
Amissam classem reducere, Renouare. Virg. 4. Aeneid. 76.
Amissam classem, sociosque à morte reduci. Seruius.
Relata classis, Reducta. Virgil. 1. Aeneid. 79.
Nanque tibi reduces socios, classemque relatam
Nuntio, & in tutum versis Aquilonibus actam:
Religare classem ab aggere ipse. Virgil. 7. Aeneid. 21.
Sequi aliquem ferro & classe. Stat. lib. 2. Achil. 73.
Sistere classem. Virgil. 3. Aeneid. 14.
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Soluere classem de littore. Stat. lib. 1. Achil. 4.
Stare classes in mari dicuntur, quæ cessãt in portu. Virgilius. 6. Aeneid. 140. Stant sale Tyrrheno classes.
Subducere classem, hi terram rrahere: Deducere autẽ, In mare mittere. Virgil. 1. Aeneid. 111. Seruius.
Tegere classibus freta. Seneca Octau. 2. 2.
Ignota tantis classibus texit freta.
Tenere iam medium iter classe. Virg. 5. Aeneid. 1. Interea medium Ae neas iam classe tenebat Certus iter Vbi Seruius, Aut mediũ est quic quid à principio recedit, & necdum finem fortitus aut medium, sic al tum vt medium putares: vt Graditurque per æquor iam medium. Nã verè medium sequenti indicat loco: Vt Pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla Occurrit tellus.
Transmissæ trans æquora classes. Virg. 3. Aeneid. 81.
Vehere classe aliquos. Virgil. 1. Aeneid. 77.
Veniens classis ad littora. Virgil. 3. Aeneid. 130.
¶ In quinque classes (εἰς πέντε τιμήματα,) distribuit Pop. Romanũ Ser uius Tullus, vt docet Liuius lib. 1. ab Vrbe. 185. pro modo census: ita vt prima classis primùm octoginta centuriarum fuerit: ex iis constãs qui in censu centum M. æris aut eo amplius habebant, permixtim ex senioribus & iuniorib⁹ reliquę ex minoribus deinceps censibus vs que ad quintam classem. Quemadmodum Solon Athenienses in qua tuor τιμήματα distribuisse dicitur, vt author est Aristoteles. Vide Bu dæum in Pand.
Tributim & centuriatim, descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, &c. Cicero pro Flacco.
Prima classis, secunda classis, &c. Cic. 2. Philip. 87. Eece Dolabellæ comi tiorum dies. sortitio prærogatiuæ quiescit. renuntiatur. tacet. prima classis vocatur, renuntiatur. deinde vt assolet, suffragia. tum secun da classis vocatur, & cætera.
Primę classis homines. Gellius lib. 7. cap. 13. Classici dicebantur nõ omnes qui in classibus erant, sed primæ tantum classis homines qui c & xxv millibus æris, amplius ve censi erant.
Infra classem autem appellatos inquit Gellius, lib. 7. cap. 13. qui in secun da & sequentibus classibus erãtid est qui minore summa censi erant.
Quintæ classis homines dicebantur infimi & pauperiores homines, nul lius authoritatis. Cic. 4. Acad. 130. de Democrito loquens, Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferio ris ætatis? qui mihi cum illo collati, quintæ classis videntur.
Denum hominum classes, Decurias appellauerunt antiqui. Columella, libro. 1. capit. 9. 10.
Deducere classes in regiones. Colomel. lib. 1. cap. 2. 6. Itaque si latior est ager, in regiones deducendæ sunt classes, &c. De vinitorum & agrico larum classibus loquitur.
¶ In classes distribuere pueros. Quint. li. 2. ca. 2. 16. Non inutilẽ scio ser uatum esse à præceptoribus meis morem, qui quum pueros in classes distribuerant,

distribuerant, ordinem dicendi secundum vires ingenii dabant.
¶ Classis dicitur etiam multitudo equitum. Virg. 3. Aeneid. 120.
Scio me Danais è classibus vnum. Seruius.
Classes clypeatas antiqui dixerũt, quos nunc exercitus vocamus. Festus.
Classicula, Diminutiuum, (γαλκοῦς,) Cic. ad Atticum, lib. 16. 332. 5. Cas sius eum classicula sua venerat.
Clasicum, clásici, pen. corr. (σάλπιγξ,) Substantiuum, Sonus tubarum & ipsa tuba. Virg. 7. Aeneid. Classica nanque sonant. Vbi Seruius, Clas sicum dicimus & ipsam tubam & sonum. Classicum autem est flexibi lis tuba. Liuius. 5. ab Vrbe. 210. Vocatis classico ad consilium militi bus. Et alibi, Concionem classico aduocari iussit.
Clasicum (inquit Valla in Raudensem) proprie est sonus tubæ quod Pri scianus etiam ait, & Vegetius, aliique testantur. Vnde Quintilianus, Ad primum obscenæ libidinis sermonẽ non aliter quàm si in hostem classicum cecinisset, gladium illum, quem à te pro pudicitia nostrarũ coniugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit. Vegetii verba hæc sunt, Classicum item appellatur quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc insigne videtur imperii: quia quum classicum canit, imperator est præsens: vel quum in militem capitaliter animaduerti tur. quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est.
Ciuilia classica. Claudian. 2. in Ruffin. 24.
Martia classica pulsare. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 1.
Martia cui somnos classica pulsa fugent.
Matura classica dicuntur, quum in tempore & omnibus quibus opus est apparatis ad conflictum connocantur milites. Lucan. lib. 2. 119.
Verba ducis nullo partes clamore sequuntur,
Nec matura petunt promissæ classica pugnæ.
Aduocare classico ad concionem. Liuius, Haud multo pòst dictator ad uenit: classicoque extemplò ad concionem aduocauit.
Canere classicum. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 297. Pompeius paucis post diebus in Thessaliam peruenit, &c. suum cum Scipione honorem partitur, classicumque apud eum cani, & alterum illi iubet prætorium tendi.
Concinere classicum. Lucan. lib. 1. 48.
– strídor lituũm, clangorque tubarum
Non pia conginuit cum rauco classica cornu.
Exordiri classicum. Sueton. in Cæsare, cap. 32. Et ingenti spiritu classicũ exortus pertendit ad alteram ripam.
Classico facere silẽtiũ. Liu. 2. ab Vrbe. 197. Deinde ad crescentẽ tumultũ iã motu seditionis collega cõcedẽte, quũ silentiũ classico fecisset, &c.
Flere classica. Propert. lib. 3. eleg. 3. 9.
Nil tibi sit rauco Prætoria classica cornu Flere.
Inflare classica. Virg. 2. Georg. 105.
Nec dum etiam audierant inflari classica nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses.
Murmur grane classicorum silet. Seneca Thyeste. 7. 6.
Classicus, Adiectiuum, (γαλκοῦς,) Quod est classis, vel quod ad classem pertinet. vt Classica bella. Propert. lib. 2. eleg. 1. 6. Et canerem Siculæ classica bella fugæ. Id est bella naualia.
Horror classicus nocte diequè gemit. Ouid. ad Pisonem. 29.
¶ Classici, qui in nauibus remis incumbebant apud Curtium lib. 4. Tan dem remis pertinacius euerberatum mare, veluti eripientibus naufgia classicis, cessit, appulsaque sunt littori lacerata pleraque.
¶ Classici dicebantur non omnes qui in classibus erant, sed primæ tan tum classis homines, qui centum & viginti quinque millibus æris, am plius ve censi erant. Græci πρῶτον τίμημα vocant. Liuius. 6. bel. Pun. 246. Sociis C. Lælius classicis, Legionariis M. Sempronius Tuditanus aderat. Ex Budæo.
Classici authores. Vide AVTHOR.
Classicus scriptor. Gel. lib. 19. cap. 8. Classicus assiduusq; aliquis scriptor, non proletarius. De cohorte illa antiquorum loquitur. Budæus.
Classici testes dicebant, qui signãdis testamẽtis adhibebãtur. hoc est pri mæ classis hoies quasi primę authoritatis & idonei veritatis spõsores.
¶ Classiarius, Qui in classe pugnat. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 391. Itemque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sed Lælius tem pore anni commodiore vsus ad nauigandum onerariis nauibus Corcy ra, Dyrrachioque aquam suis supportabat. Suetonius in Galba, cap. 12. Nam quum classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fece rat, redire ad pristinum statum cogeret, &c.
Primores classiariorum. Tacit. lib. 15. Primores classiariorum Misenen sium labefacere, & conscientia illigare connixa est tali initio.
¶ Classiarius, pro Diligenti. Apulcius, Et laudum eius classiarius atque assiduus præco. Ita dicti sunt autem, quòd omnium classium ciues sem per parati erant ad omnem Reipublicæ necessitatem.

Clathrum, clathri, (κλῆθρον,) in plurali, hi clathri & hęc clathra, clathrorũ: vel hic clathrus, hi clathri: & hoc clathrũ, hæc clathra, cuius ramen nullum extat exemplum. Dicuntur autem li gna quibus transuersis aliquid munimus, sepimusue, vt fenestras: quæ ob hoc clathratæ, nunc vulgò ferratæ dicuntur. A Græcis dicitur κλῆθρον, quod dictum est quasi clausura, ab eo quod est κλείω quod signi

ficat Claudo, per syllabæ mutationem ει in diphthongum abusuam Horat. in Arte. 69. Obiectos caueæ valuit si frãgere clathros. Colum. lib. 8. cap. 17. Spissi deinde clathri margimib⁹ infigunt, qui super aquã semper emineant, etiã quum maris æstus intumuerit. Ibidem cap. 3. 3. Fenestræ clathris muniantur, ne possint noxia irrepere animalia.
Clathrare, (κλειθρόω,) Clathris claudere. Colum lib. 9. cap. 1. 4. Satis est autem vacerras inter pedes octonos defigere, serisque transuersis ita clathrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. Plaut. Milit. 7. 26.
Nam certò neque solarium apud nos est, neque ortus vllus, neque Fe nestra nisi clathrata. Budæus sine alpiratione scribit.

Claua, (κορυνη, ῥόπαλον,) Proprie est fustis teres ex vna parte capi tatus ad claui similitudinẽ. Festus, Clana, teli genus qua Her cules vtebatur. Plaut. Rud. 1. 9. 19. Affer duas clauas. L A. clauas? D. sed probas. Plin. lib. 25. cap. 7. 5. A radice clauæ simili. Colum. lib. 6. ca. 2. 3. Et vnus cum claua saliginea procedens. Cic. 6. Verr. 84. Qui pri mò quum obsistere ac defendere conarẽtur, malè multati clauis ac fu stibus repelluntur. Idem de Senect. 53. Sibi igitur habeant alia arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, &c.
Pondus clauæ, pro Clana ponderosa. Seneca in Herc. Oeth. 7. 10.
Positæque clauæ pondus, & pharetra graui
Laxauit humeros, vestę tunc fulgens tua.
Domitrix ferarum clana Herculis. Ouid. epist. 9. 24.
Grauis clana. Seneca Herc. furente. 12. 7.
Irrasa clana, Rudis, Impolita. Silius lib. 8. 117.
Aptabat dextris irrasæ robora clauæ.
Trimodis clana. Ouid. 1. Fast. 115.
¶ Confectari aliquem magno pondere clauæ. Lucret. lib. 5. 194.
Confectabantur syluestria secla ferarum
Missilibus saxis, & magno pondere clauæ.
Domare hostem clana. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 16.
Instruere manum clana. Ouid. epist. 9. 24.
Clauator, (κορυνήτης,) Qui clauã vtitur, inquit Festus. Plaut. Merc. 22. 11. Egomet mihi comes, clauator, eques, agaso, armiger. Idẽ Rud. 19. 24. Aedepol eccum clauator aduenit.
Clauiger, clauigera, clauigerum, (κορυνοφόρος,) Qui clauã fert. Hinc Clauiger Hercules. Ouid. 15. Metam. 57.
– illic lauère Bimembres
Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.
Proles clauigera Vulcani. Ouid. 7. Metam. 88. Geryonen intelligit.

Clauarius, Vide CLAVIS.

Clauatus, Vide CLAVVS.

Claudia, (κλαυδία,) Nomen virginis Vestalis, quæ quum in suspicionem stupri venisset, & simulachrum matris Ideæ in vado Tyberis hærerer, ad comprobandam puditiam suam, fertur cingulo duxisse nauẽ, quã multa hominum millia trahere nequiuerant.
Claudia gens, Romæ Patricia è Sabinis venit, cognomina sibi Neronis, & Drusi vsurpauit, quòd Nero lingua Sabina, vir strenuus & fortis di catur: Drusi verò, à Claudio Druso qui hostium duce Gallorum Drau so cominus trucidato, sibi ac posteris nomen indidit. Hæc Tranquil lus in Tyberio. De Claudia gente sic ait Seruius, Clausus Sabinorum dux, post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit, & susceptus habitandam partem vrbis suscepit: ex quo Claudia & tribus, & familia nominata est. Virgil. 7. Aeneid. 142.
Agmen agens Clausus, magnique erat agminis instar:
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens. Claud. 1. in Eutro. 92.
– gens Claudia surgat, Et Curii veteres.
Proles Claudia. Seneca Octau. 6. 2. – teneatque suos
Nupta penates Claudia proles. Intelligit Octauiã filiã Claudii Cæsaris.
Huius meminit Silius lib. 17. 6.
Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen
Claudia, non æqua populi malè credita fama, &c. Et Propertius li bro. 4. eleg. 12. 11.
Vel tu quæ tardam mouisti fune Cybellen
Claudia turritæ rara ministra deæ.

Claudico, Vide CLAVDVS.

CLAVDIVIVM, (κλαυδίειον,) Prolemæo: Claudia Plinio, vrbs in Norico, Vulgò Closterneuburg.
AP. CLAVDIVS Cęcus, (ἀππιος κλαύδιος,) Orator Romę, cuius ora tio volubilis, sed paulo feruidior erat. Is Senatum iamiam inclinatum, à Pyrrhi pace reuocauit, nec dubitauit illa dicere quæ versibus perse cutus est Ennius; Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Ante hac, dementi sese flexêre ruinat Ab hoc Appia via dicta est, quã Brundusiũ vsque lapidibus strauit, vt est scriptũ apud Liu. lib. 9. Clau dius Nero, & Claudius pulcher fratres Cæci filii, quorũ meminit Trã quillus, & Liuius lib. 19. Præter hos Claudius cognomento Caudex, à

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

nauium candicibus sic dictus. Is Carthaginiēses Messana expulit, Hieronem præterea ad Syracusas in dedutionem accepit. Author Cæcilius.
Ap. Claudius Regillianus Decemuir legibus scribendis summa inter collegas authoritate, postremò ob Virginii iudicium in carcerem coniectus, sibi manus attulit. Ex Liuio.
Claudius Centimanus, quem nonulli Centimalum, alii Centimanum minus recte scribunt. Is librum in iure ciuili tertium à P. Papyrio scripsit & R literā introduxit, quē prius Fusii, deinde Furii dicerent. Valeri⁹.
Claudius Nero Consul Liuii salinatoris collega, qui aduenientem ex Hispania cum auxilio Asdrubalem interfecit. Claudius Nero præterea, Tyberii principis pater, Quæstor C. Cæsaris in bello Alexandrino, & deinde Pontifex Max. in P. Scipionis locum suffectus.
Claudius Nero, Latiæ telluris imago & Clausorum decus à Silio vocatē lib. 15. 108. quod originem à Clauso Sabino duxit, vnde Clausii prius Claudii postea dicti sunt.
Claudi virtute Neronis Armenius cecidit. Horat. 1. Epist. 12. 6.
Claudius Augusti priuignus. Horat. 1. Epist. 3. 1.
CLAVDIANVS, Poeta insignis Arcadii & Theodosii temporib⁹ floruit: patria fuit Alexandrinus nobilissima vrbe Aegypti. Quidam Florentinum faciunt, sed falsò. Authores Græci qui de poeta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant: & author ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellenti fuit, maximeque apto ad carmen componendum. Nam & assurgit feliciter, variisque figuris, ac sententiis mirifice delectat. Hi eius versus præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosii contra Eugenium Gallorum regē scripsit. Constat enim Theodosium ipsum parua manu contra ingentes Barbarorum copias dimicasse,
Te propter gelidit Aquilō de monte procellis
Obrunt aduersas acies: reuoluitaque tela
Vertit in Authores, & turbine repulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti. Claudiani poetæ Alexandrini meminit Suidas. Fuit & Claudianus Cæsar, qui interfecto Caligulæ successit in imperio, vir inauditæ crudelitatis, vt scribit Suetonius.
Claudiana tonitrua, appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, vt ludis post scenam factis lapidum coniectus ita fieret, vt veri tonitrui similitudinem imitaretur. Festus.

Claudo claudis, clausi, clausum (κλαν́ω, κλεῖστος, κλείω,) claudere, significat includere, inquit Nonius. Virg. 3. Georg.
Aut intos clausos satura ad præsepia seruant.
Claudere & Referare, contraria. Plin. lib. 10. cap. 22. 3. Hi magistratus nostros quotidie regunt, domosque ipsi suas claudunt aut referant.
Externis ab oris claudi. Lucan. lib. 1. 102. – quum pressus ab hoste
Clauditur externis miles Romanus ab oris.
Ad exitus aliquid clausum esse. Cic. 7. Verr. 55. Nihil tā clausum ad exitus, nihil tam septum vndique, nihil tam turtum ad custodias, nec fieri nec cogitari potest, &c.
Clausus ex omni aditu. Cic. pro Lege Manilia. 14. Patefactumq; nostris legionib⁹ esse Pōtū, q ante Pop. Romano ex omni aditu clausus esset.
In angustum claudi. Ouid. 13. Metam. 81.
Longus in angustum quā clauditur Hellespontus.
In antra claudi. Ouid. 14. Metam. 58.
In arca clausus. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 12.
In tectis claudi. Ouid. 3. Metam. 140.
Carcere claudi. Ouid. 4. Metam. 133.
Vinculis & carcere clausus. Valer. lib. 1. Argon. 121.
Carcere ventorum clausus. Virgil. 1. Aeneid. 29.
Muris clausa iuuentus. Lucan. lib. 3. 90.
Pelago clausus, Id est mari impeditus, ne possit vlterius progredi. Ouidius. 8. Metam. 37.
Clausus terra mariq́ue. Virgil. Hirtius lib. 5. 373.
¶ Aditus claudere. Cic. 1. Philipp. 19.
Forum spectatur omnes claudentur aditus.
Aditus ad vulnera claudere. Stat. 6. Thebaid. 150.
Claudere aditus omnes. Vide ADITVS.
Dolor animā clausit. Lucan. lib. 8. 12. Id est præ dolore exanimis cecidit.
Animæ clausæ tenebris, & carcere cæco. Id est inclusæ corporibus. Virgil. 6. Aeneid. 147.
Tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perferetur de oppresso Dolabella. Cic. Catilic, lib. 12. 9. 1.
Campus clausus. Catullus epig. 63. 14.
Is clausum lato patefecit limite campum.
Ceræ clausere domum. Ouid. 8. Metam. 127.
Domus clausa. Virgil. 3. Aeneid. 43.
Phineia postquam Clausa domus.
Clausa domus pudori & sanctimoniæ. Cicero pro Quintio. 63. Non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ, patentem atq; adeo expositam cupiditati, & voluptatibus.
Domus clausa contra cupiditatem & audaciam alicuius. Cic. 7. Vert. 32.
Ensis clausus, Reconditus. Lucan. lib. 5. 49.
¶ Claudere exitum, transitum, viam, aditum. Cic. Att. lib. 9. 18. 8. 1. Claudere mihi videtur maritimos exitus. Liu. 7. bel. Pun. 245. Quī modò insideret angustos saltus, vt transitum claudaret. Ibidem, lib. 9. 14. Simul equitibus Hispanorum viam immittendi equos clauserunt.
Fenestræ pars adaperta, pars clausa. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. 1.
Flamma clausa, Quæ est in clibano. Valer. lib. 2. Argon. 68.
Nox dabit ipsa fidem clausæ quum murmura flammæ
Hospes, & incussæ sonitum mirabere massæ.
Fores cubiculi claudere. Cic. 5. Tuscul. 83.
Hœdos claudere. Ouid. 4. Fast. 176.
Ianua sera claditur. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 2.
Clauditur & dura ianua firmā sera.
Ianua belli claudenda. Silius lib. 17. 73.
– tempus componere gentem,
Ad finem ventum, & claudenda est ianua belli.
Iter alicui claudere. Ouid. 8. Metam. 110.
Claudere lumina alicui, Superuiuere. Martial. lib. 10. 63. Clauserunt omnes lumina nostra manus. Nisi forte legendum manu. Hoc est Mortui dum essemus, nobis clauserunt oculos, & superuixerunt.
In æternam claduntur lumina noctem, Dictum vbi quis moritur. Virg. 10. Aeneid. 148.
Dextra clausura oculos morti. Lucan. lib. 5. 56.
Atque oculos morti clausuram quærere dextram.
Mare clausum. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 10. 9. Tuas mirificè literas expecto, atq; adhuc clausi mare fuisse scio: sed quosdā venisse tū dicebant, &c.
Non iam regere aliquos mœnia clausa dicuntur, quum adempta est ara misericordiæ, nec est vllum perfugium in castris, siquidem intra muros hostis insultat. Ex Seruio. Virgil. 10. Aeneid. 4.
Cernis vt insultent Rutuli, Turnusque feratur
Per medios insignis equis: tumidusque secundo
Marte ruat: non clausa tegunt iam mœnia Teucros.
Olympus clausus dicitur quum est nox. Nam dicunt poetæ cœlum per noctem claudi, & aperiri per diem. Virgil. 1. Aeneid. 76. Antè diē clausō componet Vesper Olympo. Seruius.
Aquæ clauserunt ora loquentis. Ouid. 2. de Arte. 19.
Orbis terrarum claudi iis dicitur, qui toto pellūtur orbe, hospitiisque omnibus prohibentur. Virgil. 1. Aeneid. 48.
Quid Troes potuere, quibus tot funera passis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
In clauso ore tenere linguam, Silere. Catull. epig. 51. 4.
Ostia claudere. Catul. epig. 56. 47.
Claudite hostia virgines, Lusimus satis.
Patria clausa est misero. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 17.
Pecus claudere textis cratibus. Horat. Epod. 2. 9.
Claudere in aliquo loco pecudes. Virgil. 3. Aeneid. 128.
Nam qualis quantusque cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes.
¶ Innumeras claudere pecudes, apes greges dicitur, qui harū rerū multitudine est adprimè dives. Valer. lib. 1. Argon. 80.
Proximus huic Bates Attæis dives ab oris:
Innumeras nam claudit apes, longaq́ue superbus
Fuscat nube diem, dum plenas nectare cellas
Paudit, & in dulcem reges dimittit Hymetton.
Penates clausi, Id est ædes clausæ. Sil. lib. 11. 46.
Non illum fuga, non clausi occuluere penates.
Portæ clausæ. Ouid. 3. Metam. 90.
Dire ferro & cō pagib⁹ arctis. Claudent belli portæ. Virg. 1. Aeneid. 60.
ℰ Id est quī idē paulo antè dixit, Aspera tū positis mitescēt sæcula bellis.
Ad claudendas pupolas aptissimè factæ palpebræ. Cic. 2. de Nat. Deor. 214. Palpebræque, quæ sunt tegmenta oculorum, mollissimę tactu ne læderent aciem, aptissimè factæ & ad claudendas pupulas ne quid incideret, & ad aperiendas.
Ramum aut arborem vmbrę conuallibus obscuris claudunt. Virgil. 6. Aeneid. 28. – hunc tegit omnis
Lucus: & obscuris claudunt conuallibus vmbræ.
Riuos claudere. Virgil. 3. eclog. 22.
Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.
Rura gelu claudit hyems. Virgil. 2 Georg. 64.
Sepulchrum clausum. Ouid. 15. Metam. 78.
Taberna clausa. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 16.
Tecta claudere. Ouid. 5. Metam. 58.
Thalamos clausit nox atra. Silius lib. 15. 107.
Incendia vias claudunt. Stat. 2. Thebaid. 2.

Vteri

Vteri clausi soluere moras, Edere partum. Seneca Thebaid. 1. 50.
¶ Tenere se clausum loco aliquo. Silius lib. 5. 25. An Coruine sedet, clausum se Consul inerti Vt teneat vallo?
Clausa tenere armenta. Virg. 3. Georg. 71.
Illic clausa tenent stabulis armenta.
Clausus aduersum. Tacitus lib. 15. Allatumq; hausit frustra, frigidis iam artubus & clauso corpore aduersum vim veneni. De morte Senecæ.
¶ Claudere cœnam dicitur cibus, qui sumitur in fine cœnæ. Martialis lib. 13. 14.
Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Die mihi cur nostras inchoat illa dapes?
¶ Opus aliquod claudere, Id est finire. Ouid. 3. Fast. 77.
Bella claudere, Id est perficere. Stat. 11. Thebaid. 12.
Aetas claudit octauum lustrum, id est iam annum quadragesimum ferè egit. Horat. 2. Carm. ode. 4. 5.
Animam laqueo claudere. Ouid. 7. Metam. 123.
Via animæ laqueo clausa. Ouid. in Ibin. 111.
Epistolam claudere paruo mandato, Id est exiguum aliquid mandare in fine literarum. Ouid. epist. 13. 33.
Ius nostrum exhausto clauditur anno. Lucan. lib. 5. 9. Id est potestas nostra & magistratus anno absoluto iam finitur.
Labores claudere, Quiescere, vt Labores claudere ingentis belli, pro Finem belli facere. Silius lib. 15. 129.
Numeris sententias claudere. Cic. in Orat. 134.
Pedibus senis claudere aliquid. Id est hexametris aliquid describere. Horat. 1. Serm. saty. 10. 12.
Species orationis clausa & terminata. Cic. in Orat. 115.
Verba claudere pedibus, significat versus facere. Hora. 2. Serm. saty. 1. 6.
¶ Claudere sanguinem, Comprimere & cohibere, ne effluat. Plin lib 26. cap. 13. 4. Sideritis tantam vim habet, vt quauis recenti gladiatoris vulneri illigata, sanguinem claudat.
Aquas claudere. Propert. lib. 4. eleg. 10. 9.
Quòd si Iunoni sacrum faceretis amaræ,
Non clausisset aquas ipsa nouerca suas.
Flatus claudere alicui, significat lactātiā alicuius coercere. Sil. lib. 17. 24.
Sed iam claudebat flatus, nec plura sinebat
Atropos, & tumidæ properantur stamina linguæ. Vide etiam quæ sequuntur. ibidem
Hiatus claudere. Propert. lib. 3. eleg. 11. 3.
Custodisque feros clausit serpentis hiatus,
Iret vt Aesonias aurea lana domos.
Lethalis hyems clausit illi respiramina. Ouid. 2. Metam. 166. Hyemē vocat ingētē horrorē quo corpora ol subducto calore in saxa mutabant.
¶ Claudit aqua locum illum. Id est cingit. Varro. 3. de Re rust. cap. 14. 1. Nam & sub dio idoneus est sumendus locus coclearijs, quem totum circum aqua claudas.
Aquæ clausæ riparum margine. Ouid. 2. Fast. 45.
Speluncis lacus clausi. Virg. 4. Georg. 73.
Orbis fluctibus clausus. Seneca Oedipo. 5. 21.
Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem.
Claudere rem familiarem, benignitatem siue liberalitatem. Cic. 2. Offic. 78. Quāmobrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit. Terent. Eunuch. 1. 1. 82.
– nuncubi meam Benignitatem sensisti in te claudier? Hoc est, an fuisse aliqua in re me cognouisti parcum & illiberalem erga te?
Claudere oppidum portu, vel mari. Cic. 7. Verr. 76. Non enim portu illud oppidum clauditur sed vrbe portus ipse cingitur, & concluditur. Hic Cicero CLAVDERE per CINGERE exponit. Idem 4. Verr. 3. Vrbem pulcherrimam Syracusas, quæ quum manu munitissima esset, tum loci natura terra ac mari claudebatur.
Valles insidiis claudere, In vallib⁹ retia circū ponere. Tibul. li. 1. eleg. 4. 10
Nec velit insidiis altas si claudere valles,
Dum placeas, humeri retia ferre negent.
Muros obsidione claudere. Lucan. lib. 3. 69.
Arboribus atque vmbris clausi circum. Virg. 3. Aeneid. 46.
Rursum in secessu longo sub rupe cauata
Arboribus clausi circum atque horrentibus vmbris
Instruimus mensas. Idem. 1. Aeneid. 63.
¶ Aciem claudere. Silius lib. 7. 119.
Et modò claudentes aciem, nunc extima cingens
Clausos ipse tenet. Vide ACIES.
¶ Clausa habere sua consilia. Cic. 5. Verr. 52. Re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eo sit occisus, quòd habere clausa non potuerit sua consilia. De Verre.
Pauor clausus, Dissimulatus. Silius lib. 10. 76.
¶ Clausit pudor meus mihi consuetudinem illius. Cic. ad Figulum, lib. 4. 4. 13. 17. Nam & amplectar eius familiarissimos qui me admodum diligunt, multumque mecum sunt: & in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo. Id est qua consuetudine non sum ausus vti hactenus præ pudore.
Claudere aures ad voces doctissimas. Cic. 4. Tuscul. 4. Quis est enim qui putet, quum floreret in Italia Græcia potentissimis & maximis vrbibus ea quæ magna dicta est, in hisque primū ipsius Pythagoræ, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse?
¶ Claudere, Circumuenire. Virgilius. 6. eclog. 12. – claudite nymphæ
Dictææ, Nymphæ nemorum iam claudite saltus. Nonius.
¶ Claudere, Obsistere. Virgil. in. 10.
Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Nonius.
¶ Clauditur tibi in me commodum. Terent. And. 3. 3. 42.
– si istuc animum induxti esse vtile,
Nolo tibi vllum commodum in me claudier. Id est nolo obsistere, aut obesse quominus tuum commodum fiat. Idem Eunuch. 1. 2. 84.
– nuncubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier? Vbi Donatus, Claudier, claudi, aut claudicare. Sallust. Neque enim ignorantia claudit res. Et, Nihil socordia claudebat.
Claudere & reserare, contraria. Cic. 2. Offic. 78. Nec ita claudēda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, vt pateat omnibus.
Clausus, (κλαν́στος,) Participium. vt Clausum hostium.
Clausus à Pœnis in angustiis. Plin. de Viris illust. 39.
Clausum & reconditum, cui opponitur Apertissimum promptissimumq;. Cic. 7. Verr. 37. Statuerunt se nihil tā clausum, neq; tā reconditū posse hre, quod non istius cupiditati apertissimū, promptissimumq; esset.
¶ Clausus, Vinctus. Vlpian⁹ Clausos pro vinctis accipit, si modo ita vincti sint vt omni modo erumpere non possint. L. Si quis graui §. Subuenitur autem. ff. de Senatusconsulto Syllaniano.
Clausurus, (κλαύσων,) aliud participium. Ouid. 14. Metam. 157.
Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit,
Et clausura fuit, nisi quod, &c.
Clausum (κλαῦστρον,) Substantiuum, pro Tecto. Columella lib. 7. cap. 6. 6.
Sed numerum generis huius maiorem, quàm centum capitum sub vno clauso non expedit habere, quum lanigeræ mille pariter commodè stabulentur. Idem lib. 9. cap. 8. 4. Nam diebus requles danda est, & infundendi grati apibus liquores, quibus intra clausum alantur. Virgil. 4. Georg. 61. Sic positum in clauso linquunt.
Domorum clausa. Lucret. lib. 1. 72. Inter sepia meant voces, & clausa domorum Transsoliuant.
Claustrum, claustri (κλαῦστρον,) id est Clausura, siue quo aliquid clauditur. Plaut. Curcu. 4. 48. Nam sonitum & crepitū claustrorum audio. Virg. Portarum ingentia claustra. Martial. lib. 10. 18. Ferrea perpetua claustra tuere sera. Plin. lib. 8. cap. 7. 4.
Ianuæ claustra pandere. Catul. epigram. 56. 16.
Claustrum loci. Cic. 7. Verr. 68. Qui nostros exercitus sæpe excluserant, iis claustra loci committenda non existimauit.
Claustra locorum. Cic. de Lege Agrar. 86. Corinthi vestigium vix relictū est. erat enim posita in angustiis atque in faucibus Græciæ, sic vt terra claustra locorum teneret.
Montium claustra, Curuaturæ montium quæ clausæ videntur angustiæ, vt ait Seruius. Virgil. 3. Aeneid. 82.
Aſt vbi digressum Siculæ te admouerit oræ
Ventus, & angusti rarescent claustra Pelori.
Portarum ingentia claustra. Virg. 7. Aeneid. 38.
Pudoris & reuerentiæ claustra. Plin. Maximo, lib. 2. epist. 38. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ claustris, omnia patent omnibus.
Regni alicuius claustra. Liu. 9. ab Vrbe. 165. Iam omnes Hetruriæ populi, præter Aretinos, ad arma ierant, ab oppugnando Sutrio, quæ vrbs socia Romanis velut claustra Hetruriæ erat, ingens ofi bellum. Vulgò clauem regni dicimus.
Viarum claustra. Lucret. lib. 4. 124.
¶ Arcta claustra. Lucret. lib. 1. 14.
Cohibentia claustra. Horat. 1. epist. 1. 52.
Claustraque custodem pacis cohibentia Ianum.
Dædalea claustra, Labyrinthus à Dædalo extructus. Senec. Hipp. 12. 4.
– quis Cressius Dædalea vasto claustra mugitu replens
Taurus biformis ore cornigero ferox Diuulsit?
Durissima claustra congestis scopulis. Claud. Paneg. 22.
Ferrea claustra, Vectes & repagula ferrea. Seneca Thyest. 7. 5.
Ferreis portas cohibere claustris,
Ille certabat. Stat. 10. Thebaid. 105.
Nocturna claustra, Antra. Valer. lib. 3. Argon. 11.
Pinea claustra, Ostia quæ sunt facta ex pino. Virgil. 2. Aeneid. 52.
Inclusos vtero Danaos, & pinea furtim
Laxat claustra Sinonillos patefactus ad auras
Reddit equus.
¶ Naturæ claustra cōfringere apud Lucretium, lib. 1. 14. significat naturæ secreta reuelare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primum Gaius homo mortales tollere contra
Est oculos ausus, primusque obsistere contra:
Quem nec fama deum, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compressit cœlum, sed eò magis acrem
Incitat virtutem animi, confringere vt arcta
Naturæ primus portarum claustra cupiret.

Claustris imperii contineri. Cic. pro L. Flacco, Omnes sinus, promõtoria littora, insulas, vrbes maritimas claustris imperii nostri contineri.

Sub signo claustrisque Reip. positum vectigal. Cic. de Lege Agraria contra Rullum. 1 3. Nos caput matrimonii publici, pulcherrimam Populi Rom. possessionem, subsidium annonæ, horreum belli, sub signo, claustrisque Reip. positum vectigal, seruare non potuisse.

Refringere claustra nobilitatis. Cic. pro Murena. 15. Quum verò ego tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem, vt aditus ad Cõsulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quàm virtuti pateret non arbitrabar, &c.

Relaxare claustra. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. 4.

Referare claustra. Silius lib. 7. 67.

Aera claustris restantia, Id est obices & pessuli. Lucret. lib. 2. 91.
–& duri robora ferri,

Aeraque quæ claustris restantia vociferantur.

Reuellere claustra. Ci. 6. Ver. 46. Effringi multorũ fores, reuelli claustra,

Obstantia rumpere claustra. Horat. 1. Epist. 14. 2.

Intra claustra tenere aliquem. Horat. 3. Carm. ode. 11. 9.

Claustrarius, (κλειδοῦχος,) dicitur is qui claues & cætera quæ ad claudenda ostia pertinent, facit. Sipontinus.

Clausula dicit ad quod claudit, (πέρας, κατάπαυσις,) Plin. lib. 11. ca. 45. 1. Vngues clausulæ neruorũ summæ existimant ossibus his qb⁹ & digiti.

Imponere clausulam vitę. Seneca Epist. lib. 9. 67. ad finem, Nõ potest dici hoc non esse par maximis bonum, quod beatæ vitæ clausulam impo sunt, cui Epicurus extrema voce gratias egit, &c. Clausulam vitæ, mortem vocat. Budæus.

Clausula, quę Græce ἔκλειψις dicitur, proprie est vltima pars membri in oratione, sed pro extrema cuiusq; rei parte metaphoricõs accipit.

Claudæ atque pendentes clausulæ. Quintil. lib. 9. cap. 4. 50. Quædam etiam clausulæ sunt claudæ atque pendentes, si reliquantur. Quint. lib. 8. cap. 5. 9. Vocatur aliquid & clausula, quæ si est quod concludi tionem dicimus, & recte, & quibusdam in partibus necessaria est.

Firmissima clausula. Quintil. lib. 9. cap. 4. 65. Clausula quoque ex longis firmissima est.

Addere clausulam. Cic. 2. de Orat. 133. Quum esset cum eo Tarracinæ de amicula rixatus: salsa, attamen à reipso ficta tota narratio: addidisti clausulam, tota Tarracina, &c.

Clausula numerosè & incundè cadens. Cic. in Orat. 124. Sed sunt clausulæ plures, quę numerosè & incundè cadant.

Interpunctæ clausulæ in orationib⁹. Cic. 3. de Orat. 95. Inter spirationis enim, nõ defatigationis nostræ, neque librariorũ notis, sed verborũ & sententiarũ modo interpunctas clausulas in oõnibus esse voluerunt.

Clausulas atque interpuncta verborum, animæ intercluso atque angustiæ spiritus attulerunt. Cic. 3. de Orat. 100.

Clausula epistolæ, Ciceroni est conclusio epistolæ, hoc est extrema verba quibus epistolam claudimus Nam. 13. Philipp. 382. postquam singula epistolæ. quam Antonius ad Hircium & Cæsarem miserat, coram Patribus Conscriptis explicasset, & sola conclusio supereesset, subdidit, Veniamus aliquando ad clausulam, &c. Idem ad Curionem, lib. 2. 3. 5. Quoniam mihi nullum scribendi argumẽtum relictum est, vtar ea clausula qua soleo.

Loci clausula, pro Cõclusione sermonis. Quintil. in Peroratione lib. 11. Huius quoque loci clausula sit eadem necesse est quæ cæterorum est, regnare maximè modum. Budæus.

Operis peracti clausula. Colum. in Peroratione librorũ de Re rust. Clausulam peracti operis mei P. Siluine, non alienum puto indicem lectu ris, si modo fuerint, &c.

Imponere clausulam disputationi. Vide IMPONO.

Clausula edicti. Cic. 5. Verr. 27. Illa vero præclara est clausula edicti, ꝙ omnium controuersiarum, quæ essent inter Aratorem & Decumanũ, si vter volet, edicit se Recuperatores daturum.

¶ Clausula, pro parte edicti. Vlpian. in L. Sed & si §. Hæc clausula. ff. Ex quibus causis maiores, Hæc clausula ad eos pertinet, quos more maiorum sine fraude in ius vocare non licet, &c.

Generalis clausula. Vlpian. in L. Sed & si. ff. Ex quibus causis maiores, Ad uersus relegatũ restitutionẽ faciendã ex generali clausula Põpon. ait.

Clausula fabulæ, pro Exitu. Cic. pro Cælio. 62. Mimi ergo est iam exitus non fabulæ in quo quum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

Difficilis clausula. Cic. Att. lib. 6. 1 14. 5. Clausula est difficilis in tradẽda prouincia sed hæc deus aliquis gubernabit.

Claudus, (χωλός, κυλλός) Qui altero pede infirmus ac debilis est. Plau. Aulul. 4. 34. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Cic. in Pisonem. 55. Iste claudus (quomodo aiunt) pilã retinere.

Carmina clauda elegias suas vocat Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 1. 3.
Clauda quòd alterno subsidant carmina versu,
Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.

Deus claudus Vulcanus. Cic. 1. de Nat. Deor. 113. Claudum igitur habemus deum, quoniam de Vulcano sic accepimus.

Fides clauda. Id est non recta, non firma, sed veluti qui claudi sunt, modò in has, modo in illas inclinans partes. Sil. lib. 13. 7.
Oetolidas inter sunt haud ignobile nomen:
Lætus opum, sed clauda fides.

Pars corporis vulnere clauda, Membrũ mancũ ac debile. Virg. 5. Aene. 55.

Pes claudus. Horat. 3. Carm. ode. 2. 7.

Claudico, claudicas, penult. corr. (σκαζω, χωλαινω, μετρικῶς.) claudicare, Altero tantum pede incedere, vel alterum pedem infirmum & instabilem aut curtum habere ac vacillare. Cic. lib. 2. de Orat. 138. Num claudicat? at hic clodicat.

Genu percusso claudicat. Ouid. 3. Fastorum. 152.

Ex vulnere accepto claudicare. Cic. lib. 2. de Orat. 138. Nam quod Sp. Caruilio grauiter claudicanti ex vulnere ob Remp. accepto, & ob eã causam verecundanti in publicum prodire, &c.

Nisus pennarum claudicat. Lucret. lib. 6. 168. de Auerno,
Cuius vbi è regione loci venere volantes,
Claudicat extemplo pennarum nisus inanis:
Et conamen vtrinque alarum perditur omne.

¶ Claudicare, per metaphoram. vt Claudicat Resp. Liuius. 2. bel. Pun. 163. Si altera parte claudicet Resp. malis consiliis idem ac bonis iuris & potestatis erit.

Ex aliqua parte claudicare. Cic. 5. Tuscul. 34. Item beatam vitam etiam si ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum.

In re aliqua claudicare. Cic. de Claris Orat. 113. In quacunque enim vna plane claudicaret, orator esse non posset.

Actio claudicat. Cic. de Claris Orat. 120. Actio paullum conuitio vocis, tum etiam ineptiis claudicabat. Id est tenorem non seruabat æquabilem. Budæus.

Claudicat amicitia. Cic. 1. de Finib. 105. Qui verentur ne si amicitiam propter nostram voluptatem experenda putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur.

Claudicat fructus. Columel. lib. 4. cap. 21. Sed in pluribus pedamentis fructus claudicat.

Ingenium claudicat. Lucret. lib. 3. 92. de ætate confectis, Claudicat ingenium, delirat linguaque, mensque.

Claudicat oratio. Cic. 3. de Orat. 109. Verũ vt in versu vulgus, si est peccatum, videtis si quid in nostra oratione quod claudicat, sentit.

Oratio claudicat, & insistit. Cicero in Orat. 97. Sin probæ res, lecta verba, quid est cur claudicare, aut insistere orationem malint, quàm cum sententia pariter excurrere?

Vacillat & claudicat res. Cic. 1. de Nat. Deor. 148. Sed & ille reprehẽsus à multis est, nec vos exitũ reperitis totaq; res vacillat & claudicat.

Claudicare in aliquo officio. Cic. 1. Offic. 167. Tũ in tota vita constitue da multo est maior rei cura adhibenda, vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vllo officio claudicare.

Claudicans, (σκαζων,) Participium Oratio claudicans, & fluctuans; cui opponitur Oratio æqualiter cõstanterq; ingrediẽs. Cic. in Orat. 115.

Claudicatio, (χωλότης,) Verbale. Colum. lib. 6. cap. 12. 1. Sanguis demissus in pedes, claudicationẽ affert. Cic. 1. de Nat. Deor. 113. In quo statẽ atq; vestito, leuiter apparet claudicatio nõ deformis. Idẽ. 2. de Orat. 138. Præclarum & graue est, quod Caluino Glaucia claudicanti, & vtrunq; ex eo quod in claudicatione animaduerti potuit, est ductũ.

Claudicus, (χωλός τις,) Idem Plin. lib. 28. ca. 4. 1. Claudicates, oculorumve orbitatem, ac similes casus de extris affignare partibus.

Claudicatem affert hæc res. Plin. lib. 8. cap. 43. 4. Repulsu durioris materiæ, claudicatem illico affert.

Clauicula, et Clauiculus, Vide CLAVUS.

Clauis, huius clauis, fœminini generis, (κλεὶς) Qua ostia, arculæ, & id genus multa clauduntur & aperiuntur. Festus, Clauis ex Græco κλεὶς descendit. Acculatiuum facit clauem & clauim. Plautus Mostel. 6. 56.
Clauim mihi harunce ædium nunc iam
Iube efferri intus: huisce ego ædes occludam hinc foris. Cato de Re rust. cap. 13. Seriam vinariam vnam, clauem torculario vnam.

Trochi clauis adunca. Propert. lib. 3. eleg. 14. 2.
Quum pila veloces fallit per brachia iactus,
Increpat & versi clauis aduncа trochi.

Adultera clauis. Ouid. 3. de Arte. 128.

Aptare fores clauibus. Vide APTO.

Imponere claues portis. Vide IMPONO.

Magistratus

Magistratus poscit claues portarum. Liuius. 7. bel. Pun. 2. C. Terentius, vt Aretium cum legione veni, claues portarum quum magistratus posciisset, negantibus iis comparere, fraude amotas magis ratus, quàm negligentia intercidisse, ipse alias claues omnibus portis imposuit, caueitque cum cura, vt omnia in potestate sua essent.

Sensit clauem sanua. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 7.

Seruari centum clauibus. Horat. 2. Carm. ode. 14. 5.
Absumet hæres Cæcuba dignior
Seruata centum clauibus.

Sub claui esse, pro Occludi. Varro. 1. de Re rust. cap. 22. 5. Quæ non possunt esse sub clau, quamuis ximè facere vt sint in conspectu oportet.

Horreorum claues tradere. Cicero pro Domo sua. 21. Scilicet tu helluoni spurcissimo, &c. Sex. Clodio, &c. omne frumentum priuatum & publicum, omnes prouincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claues lege tua tradidisti.

Clauiger, (κλειδοῦχος,) Qui clauem fert. Sic vocatur Ianus ab Ouidio, lib. 1. Fast. 46. quia clauem gerebat, vt paulo antè dixerat,
Ille tenens dextra baculum, clauemque sinistra,
Edidit hos nobis ore prior sonos.

Clauarius, Nomen est officii quo appellatus est Suetonii pater, ab eo quòd præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites dispertiendo. Cornelius Tacitus, Seditiose militum voces terrebant clauarium: donatiui nomen est.

Clauola, clauolæ, quid significet, declarat Varro lib. 1. de Re rust. cap. 40. 4. his verbis, Demum in oleagineis seminibus arbores videndũ, vt sit de tenero ramo ex vtraq; parte æquabiliter præcisum, quas alii clauolas, alii taleas appellãt, ac faciũt circiter pedales.

Clauſtrarius, Clauſtrum, Clauſula, VIDE CLAVSTRARIVS, &c.

Clauus, clau, (ἧλος, γόμφος,) A claudendo dicitur. ob id enim figitur vt claudat, siue contineat aliquid. Plin. lib. 16. ca. 10. 12. Si in ipsam arborẽ clauus æreus adigatur. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 141. & lib. 3. bel. Gal. 399. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine.

Claui adamantini. Vide ADAMAS.

Clauus capitatus. Vide CAPITATVS.

Cupidinis clauus. Plautus Asin. 5. 4. Fixus hic apud nos est animus tuus clauo Cupidinis.

Figere clauum. Horat. 3. Carm. ode. 24. 2.

¶ Claui, Annales appellabantur, qui figebantur in pariete templi per annos singulos, vt per eos numerus annorum colligeretur. Erat enim lex priscis literis ac verbis scripta, vt qui Prætor maximus esset, Idibus Septembris clauum pangeret. Nam quia raræ per ea tempora literæ erant notæ, numeri annorum, claui fuere. Festus.

Pangere clauum. Vide PANGO.

¶ Clani caligares. A caligis militaribus quibus suffigebantur. Plin. lib. 9. cap. 12. 2. In quibus pisces omnibus annis Virgiliarum ortu existunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie: nec amplius quàm circa eum mensem visuntur.

Clauus trabalis. Cic. 7. Verr. 43. Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret. Id est vt perpetua & indelebilis beneficii memoria esset. Horat. 1. Carm. ode. 35. 4.

¶ Clauus, (πηδάλιον,) Gubernaculum nauis. Plaut. Amphit. 16. 38. Parata naui, clauo hæreres sedulo. Cic. de Senect. 16. Ille autem clauum tenens, quietus sedeat in puppi. Hic per metaphorã. Lucan. lib. 3. 110.
Et tentare fugam, nec longo frangere gyro
Cursum, nec tardè flectenti cedere clauo. Virg. 5. Aeneid. 36.
–clauumque ad littora torquet.

Moderamen claui. Stat. 10. Thebaid. 36.

Viddus clauis, id est relictus à gubernatore. Stat. 10. Thebaid. 36.
Non secus amisso medium quum præside puppis
Fregit iter, subit ad vidui moderamina claui.

Puppis clauo paret. Claud. 1. in Eutrop. 12.

Regere clauum & ministrare velis. Virg. 10. Aeneid. 43.

Vendicare sibi regendum clauum. Claud. in Laude Serenæ. 41.
–ceu flumine molli,
Tranquillisque fretis clauum sibi quisque regendum Vendicat.

¶ Clauus, Fustis gubernaculi. Virg. 5. Aeneid. 36.
Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister,
Hortaturque viros, clauumque ad littora torquet. Seruius.

¶ Clauum pro ratione viuendi posuit Horatius. 2. Serm. saty. 7. 2. de Prisco quodam ita loquens,
–sæpe notatus
Cum tribus anellis, modo læua Priscus inani,
Vixit inæqualis, clauum vt mutaret in horas.

Clauum imperii tenere, pro Gubernare. Cic. pro Sestio. 15. Quis enim clauum tanti imperii teneret, & gubernacula Reip. tractare in maximo cursu ac fluctibus posse arbitraretur hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorũ, &c. Idem ad Papyrium Pætum, lib. 9. 15. 9. Sedebamus in puppi, clauumque tenebamus, nunc autem vix est in sentina locus.

¶ Dum clauum rectum teneam. Id est dum meo fungar officio. Significat non imputandum euentum parum prosperum artifici, modo is præstiterit quod artis est. Quintil. lib. 2. prouerbiale fuisse demonstrat, Nã & gubernator, inquiens, vult salua naue in portum peruenire si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud, Dum clauum rectũ teneam. Vide Erasmũ in Chiliadibus.

¶ Clauus, Genus tuberculi, quod furunculum quidam vocant. Græci phygethla phymata & bubones vocant. Plinius epistо. 5 1. 2, Erat illi natus insanabilis clauus: cuius tædio ad mortẽ irreuocabili constantia decucurrit. Plinius lib. 11. cap. 20. 6. Cum vino ad clauos vel verucas, triduoque non soluitur.

Clauum etiam patiuntur arbores. Plin. lib. 17. cap. 14. 7. Olea præter verminculationem, quam æque ac ficus sentit, clauũ etiam patitur, siue fumgum placet dici, vel patellam. Hæc est solis exustio.

¶ Claui, dicebantur in tunicis Senatorum purpurei quidam nodi, capitis clauorum instar, quibus tunica vniuersa distinguebatur. Varro de Analogia, lib. 2. Siquis tunicam in vsu ita consuit, vt altera plagula sit angustis clauis, altera latis: vtraque pars in suo genere caret analogia. Suetonius in Augusto, cap. 73. Velte non temere alia quàm domestica vsus est, ab vxore & sorore & filia neptibusque confecta: togis neque restrictis neque fusis: clauo nec lato, nec angusto. Ex quo factum est vt tunica Senatoria vno verbo Latusclauus diceretur à clauis illis purpureis latè, non angustè intertextis. Cæpitque postremo & pro dignitate Senatoria accipi. Ouidius 4. Trist. eleg. 9. 7.
Cepimus & teneræ primos ætatis honores,
Deque viri quondam pars tribus vna fui.
Curia restabat, claui mensura coacta est:
Maius erat nostris viribus illud onus. Quibus verbis ostendit se Latum clauum, hoc est Senatorium dignitatem non assecutum esse.

Latusclauus, quod & Laticlauius dicitur, (πλατύσημος,) Tunica pura prætexta, latior tunica vulgari, longiorque ac discincta, cui toga superinduebatur vt tunicæ. Herodianus de Plautiano, lib. 3. Siquidem Latum clauum perpetuo habebat, atque in secundis Consularibus numerabatur: ensem præterea gestabat, cæteraque omnia supremæ dignitatis insignia. Budæus.

Hæc autem insignia in luctu publico deponebantur. Liu. lib. 9. 33. de Caudina pace loquens, Exemplo sine vlla publica authoritate concessum in omnem formam luctus est: tabernæ circa forum clausæ: sustitium q; in foro sua sponte cœptum prius quàm indictum. Laticlaui, annuli aurei positi, penè mœstior exercitu ipso ciuitas esse. Budæus.

Tunica laticlaui. Sueton. in Augusto, cap. 94. Sumenti vi idem togam, tunica laticlaui resuta ex vtraque parte, ad pedes decidit.

Tunica laticlaui in modum gausapæ texi nunc primum incœpit, inquit Plinius lib. 8. cap. 48. 3.

Purpura cum latoclauo. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 6.

Prætexta & latusclauus. Horat. 1. Sermo. saty. 5. 8.

Demittere pectore latum clauum. Horat. 1. Serm. saty. 6. 6.
–nigris medium impedit crus
Pallibus, & latum demisit pectore clauum.

Latior clauus. Plinius lib. 9. cap. 39. 1. Toga prætexta & latiore clauo Tullum Hostilium è regibus primum vsum Hetruscis deuictis fatis constat. Id est latoclauo.

¶ Latusclauus, Senatoria dignitas. Plin. in epistо. Ego Latum clauum à Cæsare nostro, ego Quæsturam impetraui.

¶ Laticlauus, pro Senatore ipso. Sueton. in Nerone, cap. 26. A laticlauo, cuius vxorem attrectauerat, penè ad necem cæsus.

Laticlani, pro latoclauo insignibus. Sueton. in Augusto, ca. 38. Binos plerunque laticlauios præposuit singulis alis.

Claui maioris munere. Stat. lib. 3. Sylu. 2. 25.

Clauicula, clauiculæ, dicitur capreolus siue pampinus in vite, vt ait Hermolaus. Cicero de Senect. 48. Vitis quidem quæ natura caduca est: & nisi fulta sit: fertur ad terram eadem vt se erigat, clauiculis suis, quasi manibus quicquid est nacta, complectitur. Columella lib. 5. Ac ne quæ relictæ sunt, procellis ventorum decutiãtur, molli & laxo vinculo assurgentis sublequi conueniet, dum clauiculis suis, quasi quibusdam manibus adminicula comprehendantur. Plin. lib. 23. in prœmio 6. Clauiculæ ipsæ quibus repunt vites, tritæ & ex aqua potæ sistunt vomitionum consuetudinem. Cicero. 2. de Natura deorum 79.

Clauulus, Diminutiuum. Varro 2. de Re rustica, cap. 9. 12. Ne vulnerentur à bestiis imponuntur iis collaria, id est cingulum circum collum ex corio firmo, cum clauulis capitatis. Cato cap. 21. 2. Imbrices medias clauulis figito.

Clauatus, adiectiuum. Clauata dicuntur vel vestimẽta clauis intexta vel calceamenta clauis confixa. Hæc Festus. Idem sentit Nonius.

Clauata sunt vestimenta etiam si non ex auro, sed aut ex cocco, aut aliis coloribus verrucas habeant. Lampridius in Alexandro, conuiuium neque opimum, neque nimis parcũ, sed nitoris summi fuit: ita tũ vt pura

Universidad de Deusto
Biblioteca

mantilia mitterentur sæpius cocco claua, aurata vero nunquam.
CLAZOMENAE, penul. correp. (Κλαζόμεναι) Vrbs Ioniæ Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Gryneia nominabatur, vicina Colophoni vnde & Apollo Grynæus dictus est. Pomponius in Ioniæ descriptione lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 29. Horat. 1. Sermo. saty. 7. 1.
Perfius hic permagna negotia dides habebat Clazomenis. Hoc loco ablatiuus est aduerbialiter positus, vt Athenis.
CLEANTHES, (Κλεάνθης,) Philosophus, Stoicus, Cratetis primum discipulus, deinde Zenonis, cuius etiam successor fuit, præceptor Chrysippi philosophi Solensis, & Antigoni regis. Suidas.
CLEARCHVS Solensis senior, scripsit de varia historia. Clearchus ité iunior, Ponticus, Athenas profectus vt operam daret Platoni, in somnis admonitus, à studiis literarum recessit. Author vtriusque Suidas.
Clearchus dux Lacedæmoniorum, qui dictitabat imperatorem plus q̃ hostem metui oportere: significans eos qui in prælio morté expauescerent, certũ sibi, si defecissent, manere supplicii. Author Frontinus li. 4.
Tradunt illũ quæ à Zenone audierat, ostibus boum & testis fictilibus perscribere solitum: quũ pecunia non suppeteret ad chartas emendas.

Clematis, huius clematidis, f. g. Herba cuius duæ species ponunt à Dioscoride, earũ prima vulgo appellatur puerca, altera Vitalba. Sic. n. dicit Mattiolus Senensis in cõmentariis suis in Dioscoridẽ.

Clemens, huius clementis, om. gen. (ἐπιεικὴς, συγγνωμονικὸς, ἡμερος,) Dicitur authore Donato, qui nõ irascitur, qui colit mentem suam, nec eam vexat irascendo. Teren. Adelph. 5. 4. 10.
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.
Aditu clemens dicitur quem omnibus familiariter conuenire licet. Claudian. 4. Panegy. 110.
Clemens in disputando. Cicc. 1. de Finib. 18. Et si satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci.
In cæde clementior. Cicc. Attico, lib. 7. 117. 9. Nec in cæde principum clementiorem hunc fore, quàm Cinna fuerit.
Clementissimus ab innocentia. Id est erga innocentes. Cic. pro Ros. Ame. 52. Ego, quanquam præest huic quæstioni vir & contra audaciam fortissimus, & ab innocentia clementissimus: tamen facile me paterer, &c.
Alueus clementior. Curtius lib. 5. Phasim, Tigrim incolæ vocant. oritur in mõtibus Vxiorũ, & per 10. stadia fluuialibus ripis pceps inter saxa deuoluitur. accipiunt deinde eũ campi, quos clemẽtiore alueo pterit.
Amnis clementissimus ea parte dicitur vbi minimùm impetuosus est. Ouidius 9. Metamorpho. 24.
Quandoquidem cœpi, superentur flumina dixit.
Nec dubitat, nec qua sit clementissimus amnis,
Quærit. De Hercule.
Clementi animo ignoscere. Plaut. Milit. 18. 38.
Aures clementes. Claudian. 6. Panegy. 33.
Auster clementior vela vocat. Stat. 5. Thebaid. 94.
Castigatio clemens Cicc. 1. Offic. 191. Magna autem parte clementi castigatione licet vti, grauitate tamen adiuncta.
Crudelitas & Clementia, contraria. Cicero pro Deiotaro 30. Quorũ alterum optare, illorũ crudelitatis est: alterũ conseruare, clementiæ tuæ.
Monimentũ clementiæ. Cic. pro Deiotaro 28. Multa sunt tuæ clementiæ monimenta, (sed maximè eorum incolumitates quibus salutem dedisti.
Admirabilis clementia. Ci. pro Ligario 4. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis, monimentisque decorandam.
Confugere ad clementiam alicuius. Cicero pro Ligario 19. Erraui temerè fateor: pœnitet: ad clementiam tuam confugio: delicti veniam petor: vt ignoscas, oro.
Impedire clementiam alicuius. Cicc. pro Ligario 9.
Acceptũ referre aliquid clemẽtiæ alterius. Ci. pro Deiotaro 27. Omnem tranquillitatem, & quietem senectutis acceptam refert clementiæ tuę.
Vndæ pulsæ flamine clementi, Miti aura. Catul. epigram. 59. 55.
Ratibus clemens insula. Id est quæ portum habet applicandis nauibus commodum. Claudian. de bello Gildon. 3.
Clementes iudices & misericordes. Cicc. pro Plancio 26.
Clemens rumor. Salluſt. in Iugurtha, Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis quòd Romæ dum proficisci parant, de prælio facto & oppugnatione Cirtæ audiebantur: sed is rumor clemens erat.
Clemens seruitus. Terent. And. 1. 1. 9. — vt semper tibi
Apud me iusta & clemens fuerit seruitus Scis.
Sydus clemens. Claudian. in epithal. Palladii 24.
— quibus ipse pepercit. Sirius, & teneras clementi sydere fouit.
Clemens vita vrbana. Terent. Adelph. 1. 1. 17.
Ego hanc clementem vitam vrbanam, atque otium Secutus sum.
Primo clementior æuo. Claudian. 2. de Raptu Proserp. 11.
Clementia, (ἐπιείκεια, ἡμερότης,) est illius qui nunquam irascitur. Cicc. 2. de Inuentione 243. Clementia, est, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. Terẽ. Adel. 5. 4. 7. Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia. Cæsar 8. bel. Gal. 79. Cæteri euestigiò mittunt ad Cęsarem legatos, petuntq; vt ea pœna sit contentus hostium, quam si sine dimicatione inferre integris posset,

pro sua clementia atque humanitate nunq̃ profecto esset illaturus
Lenitas & clementia. Ci. Att. lib. 14. 317. 3. M. Antonius ad me rantũ de Clodio rescripsit, meam lenitatem & clementiam, & sibi esse gratã, &c.
Clementia & mansuetudo. Cic. 7. Verr. 9. Illã clementiã, mansuetudinẽq; nostri imperii in tantam crudelitatẽ, inhumanitatẽq; esse conuersam?
Clementia in crudelitatem conuersa. Vide CONVERTO.
Magnum timoris remedium clementia est. Senec. Octauia 8. 2.
Ducis clementia. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5. 8.
Clementia ætatis. Plin. epist. 101. b. li. 5. Aestatis mira clementia: semper aer spiritu aliquo mouetur: frequentius tamen auras q̃ ventos habet.
Clementia hyemis. Columel. lib. 2. cap. 9. 15.
Clementia in supplices. Plin. lib. 8. cap. 16. 7.
Plena omnia clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. Cicc. ad Quintum fratrem, lib. 1. 1. 38.
Fœcunda placidi clementia Nili. Stat. 3. Thebaid. 105.
Mitis clementia. Stat. 12. Thebaid. 97.
Vrbe fuit media nulli concessa potentum
Ara deũm, mitis posuit Clementia sedem.
Popularis clementia. Cicc. Attico, lib. 10. 195. 11: Ipsum autem non voluntate, aut natura non esse crudelem, sed quòd popularem esse clemẽtiam: quod si populi studium amisisset, crudelem fore.
Iudicis clementiam expectare. Tacit. lib. 15. Quum damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus intercidit, secutaque Neronis oratio ex more quanuis fontem & defensioni merito diffisum, victurum tamẽ si clementiam iudicis expectasset.
Magna est in illo clementia. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. 15.
Vti clementia. Cic. Attico, lib. 14. 320. 2. Clementiam illi malo fuisse, quã si vsus non esset, nihil ei tale accidisse potuisse.
Clementer, (ἐπιεικῶς,) Aduerbium, Sine ira. Hoc est modestè, vel moderatè. Cic. 6. Verr. 78. Leuiter hominem, clementerque accepit. Idem 7. Verr. 15. Siquid factum clementer, vt dissolutè factum criminer.
Clementer admouere consolationes. Plin. epist. 111. c. lib. 5.
Clementer ambulare. Plaut. Merc. 22. 111. Sequere sis. c. sequor. 8. clementer quæso, calces deteris.
Clementer audire. Cicc. Antequam iret in exilium 17. Sed quoniam neque mihi liberè loquendi, neque vobis clementer audiendi, neque omnino iudicandi, paucorum furore & audacia facta est potestas.
Clementer & moderatè ius dicere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 80.
Clementer tractare liberos. Plin. epistо. 177. 2.
Clementer volo. Plaut. Sticho 9. 26. Hodiéne exoneramus nauem frater? P. clemẽter volo. Quẽ vulgus barbarorũ dicit, Ego sum bene cõtentus.

CLEOBIS, Argiæ sacerdotis filius, de quo sic Cicero in Tusculanis quæstionibus scribit, Primũ Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton fili prædicantur. Nota fabula est. Quum enim illam ad solẽne & statutum sacrificium curru vehi ius esset, satis longè ab oppido ad fanum, morarẽtúr que itumeutantunc iuuenes ii quos modo nominaui, veste posita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aduecta in fanum, quũ currus esset ductus à filiis, precata à Dea dicitur, vt illis prẽmium daret pro pietate, quod maximum homini dari possit à Deo. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, mane inuentos esse mortuos. Hæc Cicero.

CLEOBVLVS, (Κλεόβουλος,) Euagoræ filius Lyndius, vnus è septem Græciæ sapientibus, robore, & pulchritudine corporis eximius, & Lyndo Aegyptum philosophandi gratia, petisse fertur, extat eius brevis ad Solonem epistola. Filiam habuit Cleobulinam, virginem doctam: quæ hexametris ænigmata quędam perscripsit. Decessit Cleobulus annos natus LXX. Hic dixit amicos atque inimicos beneficiis prosequi oportere: hos vt amicos, illos vt amiciores reddamus. Authores, Diogenes Laertius, & Suidas. Dicitur & Cleobolos.

CLEOCRITVS, apud Comicos taxatur vt mulierosus, & cinædus, & obscurus, & vt Cybeles filius. Nam in mysteriis Rheæ molles tantum intersunt. Hæc Suidas.

CLEODAMAS, Achnæus (Achne autem ciuitas est Thessaliæ) scripsit de cura equorum. Author Stephanus. Alius Cleodamas Thasius philosophus, qui Platonis tempore in Geometria floruit.

CLEOMACHVS, Magnesius pugil, qui in Cinædi ciuisdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inuentor fuit Sotades, postea Alexander Aetolus, sed in pura oratione Lysis etiam adhibito cantu. Author Strabo.

CLEOMBROTVS, (Κλεόμβροτος,) Fuit adolescens Ambraciota, cui quum nihil accidisset aduersi, è muro se in mare abiecit, lecto Platonis libro de Animorum immortalitate. Hæc Cicero in Tusculanis.

CLEMEDES, Astypalæensis, cuius portenta quædam memorantur. Hic robore ac magnitudine eximia, quum Ciceum Epidaurium pugil interfecisset, victoriæ præmiis fraudatus, præ dolore insanus effectus, ex Olympia Astypalæam reuersus, quumque ibi multa temerè ac violenter fecisset, postremò ludum puerorũ ingressus, apprehensam manu columnam, quæ tectum sustentabat, cõcutiẽs, media fregisse, ac tectũ deiecisse

deiecisse dicitur. Interfectis autem pueris, quum quæreretur ad supplicium, in sepulchrum magnum se coniecisse, & clausum intus, adiectum desuper operculum adeo tenuisse, vt ne à multis quidem simul admitentibus, vi vlla euelli posset. Conciso igitur circà loco, neque vllum hominem, neq; mortuũ esse compertum. Quare missis Delphos legatis respondisse Pythiam, Vltimus heroũm Cleomedes Astypalęus. Hæc partim è Suida, partim è Plutarcho. Funt & Cleomedes, Græcus author, qui scripsit de Circulis cœlestibus, quod opus elegans admodum adhuc extat. Suidas.

CLEOMENES, Lacedæmoniorum dux qui ab Antigone rege in prælio victus, ad Ptolemæum se recepit, benigneque primum exceptus mox Nicagoræ cuiusdam calumnia apud regem suspectus, custodiæ cum aliis quibusdam traditus, qui omnes se mutuis vulneribus necauere. Rex Ptolemæus Cleomenem mortuum pelle nudauit, crucique adfixit. Ex Plutarcho. Fuit & Cleomenes Siculus, qui luxuria, nequitiaq; Verrẽ referebat, de quo Cicero actione decima in Verrẽ lib. 7. sic ait, Cleomenes ait qui alterũ se Verrẽ luxuria atq; neqtia, tũ etiã impario puraret, similiter totos dies Hlittore tabernaculo posito portabat.

CLEON, Dux Athenienſium in Reipublicæ administratione aduersari solitus Niciæ Niceratí filio, missus denique in Thraciam cum exercitu, multas vrbes cepit. Eum insectatur Aristophanes in Comœdia quæ inscribitur Ἱππῆς, id est equites. Fuit & Cleon poeta, qui Argonautica scripsit, à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus est, vt eius enarrator scribit. Fuit item Cleon Halicarnasseus orator, qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit. Author Suidas.

CLEONAE, pen. prod. (Κλεωναί,) Cleonarũ, & Cleone singulari numero, Mediocre oppidũ in via situ, quæ ex Argo Corinthũ ducit: distatq; ab Argo stadiis CXX. à Corintho vero LXXX. Ibi Hercules leonem occidit propè Nemæã syluã, vt ait Suidas. Senec. in Here. Oeth. 15. 6.

Flete Argolicæ, flete Cleonæ,
Hic terrentem mœnia quondam
Vestra leonem fregit nostri Dextera nati.

Humiles Cleonæ. Ouid. 6. Metam. 84.
Orchomenosque ferax, & nobilis ære Corinthos,
Messeneque ferox, Patræque, humilesque Cleonæ.

Cleonæus, (Κλεωναῖος,) Adiectiuum. vt Leo Cleonæus. Silius lib. 3. 7.
In foribus labor Alcidæ Lernæa recisis
Anguibus hydra iacet, nexuque elisa leonis
Ora Cleonæi patulo celantur hiatu. Huius meminit Seneca etiam in Hercule furente. 9. 37.
Exterret vmbras: solus à læna feros
Tunc ipse rictus, & Cleonæum caput
Opposuit, ac se regmine ingenti clepit.

Hiatu Cleonæo tempora eluſus Alcides. Valer. lib. 1. Argon. 7. Leonis autem caput aut pellem synecdochicè designat, quã pellem corpori regimentũ ad futura pericula Hercules circũdedit, vt ait Diodorus lib. 5.

Sydus Cleonæum, Id est sydus Leonis. Stat. lib. 4. Syl. 4. 6.
Sed tu dum nimio possessa Hyperione flagrat
Torua Cleonæi iuba syderis, exue curis Pectus.

CLEONYMVS, (Κλεώνυμος, Id est desertor ordinis, & qui abiecto clypeo fugit, dictus est. Vnde prouerbium Cleonymo timidior. Hunc insectatur vt timidum & fugacẽ Aristophanes in Nubibus. Fuit & Cleonymus vnus ex imperatoribus externis quos sibi accersierunt Tarentini. De quibus Strabo lib. 6. Inde posterioribus annis, inquit, illecebrosæ inualuere delitiæ propter fortunas nimium secundas, adeo vt plures totius populi ludos, festasque celebritates quotannis agerent, quàm reliquos anni dies. Eam ob rem in deterius vrbanum regimen ferebatur. cuius flagitiorum vnum illud documentum est, quòd exteris vti imperatoribus coacti sunt, contra Messapios enim & Lucanos, Alexandrum Molossorum regem accersierunt, antea quoque Archidamum Agesilai filium, & postea Cleonymum & Agatoclem, dein Pyrrhum, quo tempore aduersus Romanos bellum constauere.

CLEOPATRA, pen. cort. (Κλεοπάτρα,) Aegypti regina, quæ Antonio persuasit, vt se vxorem sortiretur, derelicta sorore Augusti. quo facto Augustus vehementer accensus, contra eum cœpit bella moliri. Antonius re cõperta collectis Oriẽtis viribus prior cum vxore Cleopatra venit ad bellum. Conflictum est nauali certamine circa Actium Epiri promontorii, vbi victi sunt Antonius & Cleopatra, & in fugam coacti. Postea occiso Antonio, illa sibi serpẽtes adhibuit. Hæc Seruius. Hanc pugnam Actiacã pulchrè depinxit Virgilius libro Aeneidos. 8.

Cleopatra, casu vocandi. Lucan. lib. 9. 216.
— fratrique tuum pro munere tali
Misissem Cleopatra caput.

CLEOPATRVS, Præfecti nomen apud Corinthios, cuius Plutarchus in Arato mentionem facit.

CLEOPHANES, Orator ex Myrlea, Straboni lib. 12.

CLEOPHANTVS, Medicus, cuius meminit Plinius lib. 24. cap. 16.
Fuit & Cleophantus pictor Corinthius, vt scribit idẽ Plin. lib. 35. ca. 3.

CLEOPHON, Poeta Tragicus Athenienſis, cuius nonnullæ fabulæ

à Suida commemorantur.

CLEOSTRATVS, Antiquissimus philosophus. Primus scripsit de signis cælestibus, atque in primis de signis Arietis & Sagittarii. Author Plinius lib. 2. cap. 8. de natura syderum errantium, & eorum ambitu.

CLEOMENVS & Democritus historiam de rebus Persicis scribere aggressi, quam inchoatam se in historiis fatetur absoluisse Polybius Megalopolitanus. Ex Suida.

Clepo, clepis, clepsi, cleptum, (κλέπτω,) clepere. Est furari, authore Nonio. à κλέπτω verbo Græco. Plaut. Pseud. 4. 6. — vbi data occasio est, rape, clepe, tene, harpaga. Senec. Herc. Furen. 9. 37. — & Cleonæum caput Opponit, ac se tegmine ingenti clepit. Cic. 3. de Nadeo. Quem clam Thyestem clepere ausum esse è regia. Liu. Siquis clepsit, ne populo scelus esto, néve cui eleptum, erit. Ex Nonio. Varro de Ling. Lat. Clepere, id est corripere: cuius origo à clam. potest & à Greco dictum videri κλέπτειν. Cicero 2. Tusc. 40. Enim prometheus doctus clepsisse dolo, pœnasque Ioui fato expendisse supremo.
Aliquid ab aliquo clepere. Cicc. 3. de Natura deorum, Agnum inter pecudes aurea clarum coma
Quendam Thyestem clepere ausum esse è regia. Ex poeta.
Rapere & clepere sacrum. Cic. 2. de Leg. 36. Sacrum, Sacroque commendatum qui clepserit, rapseritque, parricida esto.
Rapere, & clepere. Cicc. 4. de Rep. 27. Non modò vt Spartæ, rapere vbi pueri, & clepere discunt.

Clepsydra, (κλεψύδρα,) fontem significat, & horologium aquarium, horas aqua dimetiens. Erat præterea vas quoddam vitreum graciliter fistulatum, quod æqualibus dimensionibus signatas horas ostenderet. ad cuius etiam fundum erat foramen quod aquam gottatim emitteret. & ita horæ per aquæ diminutionem, quot essent, videri poterant. Consimilia sunt hoc tempore clepsydris vasculæ illa vsitatissima, quę in medio instar duorum turbinũ, coarctantur ex quibus puluisculum per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum horæ tempus metitur. Apud veteres oratoribus acturis causas forenses præscribebatur tempus dicendi, datis clepsydris: quibus exhaustis amplius dicere vetabãtur. Cicc. 3. de Orato. 76. At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat? sed &c. Martialis lib. 6. 31.
Septem clepsydras magna tibi voce petenti
Arbiter inuitus Cecilianę dedit. Plinius in epistо. Dixeram horis pene quinque, nam tribus clepsydris, quas spatiosissimè acceperam, sunt additæ quatuor. Clepsydra autẽ dicta est à κλέπτω, Furor, & ὕδωρ, Aqua: quòd aquam celet, aut furetur.

Clerus, cleri, cum circunflexo in prima κλῆρος, sortem significat.

¶ Clerus, est etiam vermiculus aluearibus noxius. Aristoteles de Animalibus, li. 9. c. 40. Morbo examina valẽtiora potissimũ infestantur clero (sic. n. vocant vermiculos qui in pauimẽto nascuntur) è quibus crescẽtibus velut aranea alueo toti obducit, & faui carie peunt. Pli. li. 11. ca. 19. 1. Sunt & operis morbi, quum fauos nop implent: cleron vocant.

Clibanus, clibani. masc. gen. (κλίβανος,) Est instrumentum quo alii quid coquitur sub textu, quod ex ferro fieri solet, sæpe etiam opere figlino. Plinius lib. 19. cap. 1. 10. Cortices quoque decussi clibanis & furnis præbent vsum. Columel. lib. 5. cap. 10. 2. Sed scrobis clibano simílis fiat: cuius imum summo patentius est: vt laxius radices vagentur. Clibanus (inquit Sipontinus) mobilis est, & quasi paruus furnus: extuque aliquando tegitur, & fere è metallo fit: interdum tamen & lapide constat, non tam pani, quàm aliis dapibus coquendis seruiens. Huius opinioni facile assenserim. nam & κλίβανος Græcis furnus est: atque hinc Clibanitæ panes, in mobili quodam furno cocti dicuntur, Galeno in libris de Alimentis.

Cliens, clientis, com. gen. (πελάτης, θεραπευτής,) Moris fuit apud antiquos vt prouinciales & socii Populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patroni sibi adoptabant, non modo publicè, sed etiam priuatim: itaque vt clientes eorum dicerentur, inter se vero hospites. Ferebat autem id huiusmodi necessitudo, vt clientes perpetuo patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur, vicissimque ipsi patronos suos omni obseruantia atque obsequio colerent & venerarentur. Cic. in Diuina. Clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus clientibusque suis, ab exteris nationibus quæ in amicitiam Popu. Romani ditionemque essent, iniurias propulsare, eorumque fortunas defendere. M. Catonem illum sapientem, clarissimum virum & prudentissimum, cum multis graues inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum apud quos Consul fuerat, iniurias. Idẽ 2. de Leg. 25. Cõmemorant verò ipsius ciues nostri clientes Locri. Ex Budæo. Quos itaque vassallos (inquit Budæus) vocant, Clientes Latinè appellare soleo: & Cliẽtelã obseruantiã ipsam, & obsequiũ, quod homagiũ dicunt clientelaris officii sponsionem, agnitionemq;.
Honestæ clientes. Horat. 2. Carm. ode 18. 2.
Nec Laconicas mihi Trahunt honestæ purpuras clientes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuuenum nobilium cliens. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.
Negotia longa clientum. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.
¶ Cliens, ponitur etiam pro sectatore, & qui sub tutela alterius, & quasi famulus est. Plaut. Menech. 1. 3.
Clientes sibi omnes volunt esse multos bonine an mali sint
Id haud quæritant tres quæritur magis, quàm clientum fides.
Cæsar. bel. Gal. 16. Et omnes clientes, obæratosque suos, quorum magnam numerum habebat, eodem conduxit. Cic. lib. 4. de Finib. 90. Post ea tuus ille Pœnulus. Scis enim citius clientes tuos à poetica profectos.
Cliens & familiaris. Cic. pro Sext. Roscio, Mallius Glaucia, quem iam antea nominauí tuus cliens & familiaris.
¶ Cliens, per translationem pro Litigatore ponitur, cuius causam defendit patronus.
Cliens & Patronus, contraria. Ouid. 1. de Arte 17.
Qui modò patronus, tam cupit esse cliens.
Innexa fraus clienti. Virgil. 6. Aeneid. 122. Id Seruius exponens, Ex lege (inquit) duodecim Tabularũ venit, in quibus scriptum est, Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Si enim Clientes, quasi colentes sunt, Patroni, quasi patres, tantundem eis clientem, quantum filium fallere.
Delectus cliens, id est contemptus. Claud. 6. Pan. 69. 14.
Querculi clientes. Stat. lib. 4. Syl. 4. 9.
Deuotus alicui cliens. Iuuenalis Saty. 9. 8.
– quòd ni tibi deditus essem,
Deuotusque cliens, vxor tua virgo maneret.
Clienta, huius clientæ, (πελάτις,) Fœmininum. Plaut. Mil. 10. 193. Habeo eccillam clientam meam meretricem adolescentulam. Idem Rud. 21. 2. Iam clientas repperi. Idem Pœnulo 18. 8. Festus, Clientam, pro cliente dixit Plautus.
Clientela, (πελατεία,) Clientum multitudo. Cic. ad Atticum, lib. 14. 308. 1. Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam iudicem. Idem 4. in Catil. 94. Quæ sunt à me propter vrbis vestræque salutis custodiam repudiata, pro clientelis, hospitiisque prouincialibus. Idem Catoni lib. 15. 4. 46. Tum duæ maximæ clientelæ tuæ, Cyprus insula & Cappadociæ regnum, tecum de me loquentur. Idem 6. Verr. 81. Itaque nunc Siculorum Marcelli non sunt patroni. Verres in eorum locum substitutus est. quam in re tantam virtutem esse aut dignitatem arbitratus es, vt conarere clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ transducere ad te, auferre à certissimis, antiquissimisque patronis? Tu ista stultitia, nequitia, inertia non modo totius Siciliæ, sed vnius tenuissimi Siculi clientelam tueri potes? Valla in Raudensem, Clientela, Est eorum multitudo, qui porentem aliquem ciuem principémve fauore prosequuntur, & cuius dignitatem, factionemque tutantur, ducti aliqua mercede vel beneficio.
Esse in fide & clientela alicuius. Cic. pro Sext. Roscio.
¶ Clientela, est etiam quam Saluagardiam dicimus. vnde Committere, vel conferre se in clientelam alterius à quibusdam dicitur. Teren. Eunuch. 5. 9. 9. Thais patri se commendauit in clientelam & fidem. Cic. pro Roscio Amer. 63. Nam quum multos veteres à maioribus Roscii patronos hospitesque haberent, omnes eos colere atque obseruare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem ac clientelam contulerunt.
Confirmare amplissimas clientelas acceptas à maioribus. Cic. Silio, libro 13. 65. 7. Quare si te fautore vsus erit, ficuti profectò & vtetur, & vsus est, amplissimas clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit, & beneficiis suis obligare.
Commendare se in clientelam alicuius. Vide COMMENDO.

Clima, huius climatis, n. g. (κλίμα,) Græca dictio, quæ spatium amplum vel cæli vel terræ significat: quod etiã tractus dicitur. Vitruuius lib. 1. cap. 1. Disciplinam vero medicinæ nouisse oportet propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt. Columella libro 5. cap. 1. 5. Clima quoquouersus pedum LX. est.
¶ Clima, Spatium apud astronomos inter duos paralellos, à cuius principio vsque ad finem dimidiatæ horæ variatio est. Budæus.
CLIMAX, Mons est Straboni li. 14. Est etiam, inquit, mons nomine Climax, Pamphilo pelago adiacens: is transitum arctum in littore relinquit, qui mari tranquillo nudatur adeò, vt iter facientibus peruius sit, pelago aũt affluente vndis cõtegitur. Transitus per montẽ tũ arduus est, tum etiam prolixus, quapropter in tranquillitatibus littore vtuntur.

Climax, huius climacis, f. g. (κλῖμαξ,) Latinè dicitur Scala. Est & figura quæ dicitur gradatio, vt apud Ouidium, Viderat hanc, visamque cupit, potiturque cupita.
¶ Climacteras, Chaldæi vocant pericula vitæ, fortunarumque hominũ quæ Marcus Varro grauissima fieri affirmat septenariis, teste Gellio, lib. 5. cap. 10. Alii autem LXIII. anno. D. Augustus in epistola ad C. nepotem suum. Aue mi Cai meus ocellus iucundissimus, quem semper mediusfidius desydero, quum à me abes. Sed præcipuè diebus talibus qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium: quem, vbicunque & hoc die fuisti, spero lætum, & bene valentem celebrasse quartũ & sexagesimum natalem meum: nam vt vides, κλιμακτῆρα communem seniorum omnium, tertium & sexagesimum annum euasimus. Ex

Gellio libro 15. cap. 7.
Climacteras appellat Plinius Legem scansilem, lib. 7. cap. 49. 2. Rara autem esse dicunt longiora tempora, quandoquidem momentis horarum insignibus lunæ dierúmve septem atque IX. (quæ nocte ac die obseruantur) ingens turba nascatur, scansili annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non ferè ita genitis LXIII. annum excedentibus.
Climactericus, (κλιμακτηρικός,) Adiectiuum. vt Climactericus annus. Gellius lib. 15. cap. 7. Obseruatum in multa hominum memoria, expertumque est, in senioribus plærisque omnibus sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis, morbi quegrauioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis. Propterea qui rerum verborúmque istiusmodi studio tenentur, eum ætatis annum appellant κλιμακτηρικόν.
¶ Climactericũ tempus, pro arduo, difficili, cõtrario, authore Suida Plinio. epist. 44. 2. Habes climactericum tempus, sed cuades.

Clinamen, Vide CLINO.

Cline, κλίνη, Latinè lectus, lectica vel mensa dicitur. vnde Hexaclinos, thorus discubitorius, qui sex capiebat. apud Martialem. Vide loco suo Hinc etiam triclinium dicitur.
CLINIAS, Musicus & philosophus sectæ Pythagoreæ, siquando ad irã prouocaretur, sumpta statim cithara, motus animi lenibat haud aliter quàm Achilles, qui iratus stare ad lyrtus solebat, eodem fermè modo dolorem lenies. Author Aelianus de Varia historia.

Clinice, clinices, fœ. g. (κλινική,) Medicina quæ victu & pharmacis corporibus medetur. Plin. lib. 29. cap. 1. 4. Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius dei quid auxiliatum esset, vt postea similitudo proficeret excripsisse ea traditur: atque (vt Varro apud nos credit) iam templo cremato, instituisse medicinam hanc quæ clinice vocatur.
Clinici, (κλινικοί,) Medicos, ab inuisendis ægrotorum lectis, quasi lecticularius. Martialis, Sore filia clinici.
¶ Clinicus, etiam dicitur qui ita affectus est vt surgere è lecto non possit, & de cuius salute nulla amplius spes est. Plin. lib. 25. cap. 5. 21 Medetur ita morbis comitialibus, vt diximus, vertigini, melancholicis. Et paulo post, Stomachicis spasticis, clinicis, &c.

Clinopodion, (κλινοπόδιον,) Herba quæ speciem lecti pedum habet, serpillo similis, surculosa, palmi altitudine. de qua Plinius lib. 24. cap. 15. 7. Ruellius lib. 3. cap. 56. Potius ad eam clinopodii accedere videtur, quã officinæ vocant Montanũ pulegium.

Clino, clinas, (κλίνω,) Verbum Græcum quod inclino significat, non est in vsu, sed tantum eius composita, Acclino, declino, inclino, reclino.
Clinãmen, penul. prod. clináminis, neu. gen. (κλισμός,) Lucretius lib. 2. 59. De inclinatione elementorum & primorum corporum.
– sed ne res ipsa necessum
Intestinum habeat cunctis in rebus agendis,
Et deuicta quasi cogatur ferre, patique:
Id facit exiguum clinamen principiorum,
Nec regione loci certa, nec tempore certo.
CLIO, (κλειώ,) Vna ex musis, à gloria & celebritate rerum gestarum quas canit, nomẽ habet à verbo Græco κλείω, quod est laudo. Vel à nomine Græco κλέος, quod est gloria, fama: propter gloriam quam habent poetæ erga doctos, vt ait Cornutus. Vel propter gloriam quæ ex poetarum laudibus oritur, vt ait Diodorus lib. 5. cap. 1. Fulgentius tamen, Clio, inquit, prima Musarum appellata est. id est cogitatio quærẽdæ scientiæ. Quidam hanc historiis præesse existimant, quod Apollinii expositores in tertio Argonauticõn affirmant. Idemi quoq; mater Clio fuisse perhibetur, & Hymenæi. In Adonidis historia legitur, & ex Magnete Clio genuisse Linum, quem alii Vraniæ filium prodiderunt.
Cliũs, Genitiu⁹. Oui. 1. de Arte 6. Nõ mihi sunt visæ Clio, Cliusq; sorores.
CLITARCHVS, historicus, qui & Alexandri comes fuit in expeditionibus, & eius res gestas scripsit: cuius in historia ingenium probatur, fides infamatur, vt scribit Quintil. Huius meminit & Plin. lib. 3. cap. 5.

Clitellae, clitellarum, (ἐπίσαγμα,) Dicuntur authore Festo, quibus sarcinæ colligatæ mulis portantur. Plaut. Mostel. 9. 82. Vehit clitellas. Horatius 1. Sermo. saty. 5. 10. Hinc muli clitellas tempore ponunt. Cic. in Topic. 18. Mules clitellarius. Liu. 10. ab Vrbe 201. Mulos detractis clitellis cum cohortibus alaribus in tumulum conspectum propere circumducere iubet.
Perferre clitellas aliquo. Horat. 1. Epistol. 13. 2.
Impingere clitellas, pro Impingẽdo illidere, apud Horatiũ li. 1. epist. 13. 2.
Ablicito potius, quàm quò perferre iuberis
Clitellas ferus impingas,
Clitellæ bouí sunt ſpontæ. Cic. Att. li. 5. 103. 3. Id est prouincia hæc mihi non conuenit, non magis quàm bouí clitellæ. Vide Erasmi Chiliadas.
¶ Clitellæ, Locus Romæ, propter similitudinem clitellarum. & in via Flaminia loca quædam deuexa subinde & accliuia. Est etiam tormenti genus

genus eodem nomine appellatum. Festus.
Clitellarius, (σαγματοφόρος,) Qui clitellatus fert onera. vt Mulus clitellarius. Colum. lib. 1. cap. 22. 3. Collo vel mulo clitellario afferre. Cato cap. 10. 1. Asinos instratos, clitellarios, qui tercus vectent, tres. Plaut. Mostel. 9. 84.
Nam mulliones mulos clitellarios
Habentiego homines habeo clitellarios:
Magni sunt oneris, quicquid imponas vehunt. Hinc asinum clitellarium dicere possumus, clitellis oneratum.
CLITERNIA, (κλίτερνον,) Italiæ oppidum est ad montem Garganum Pomponio Melæ lib. 2. in descriptione Italiæ. Ptolemæo dicitur Cliternum. Vulgò Celano.
CLITORIS, (κλειτόριον, κλείτωρ,) Ptolem. siue Clitorium, Ciuitas est Arcadiæ apud quam spelunca est, ex qua profluit aqua, quam siquis biberit, protinus fit abstemius, teste Ouidio lib. 15. Metam. 65.
Clitorio quicunque sitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudetque meris abstemius vndis. Vide Plinium lib. 32. cap. 2. de lacu Clitorio tractantem.
CLITVMNVS, (κλίτυμνος,) Fluuius est in Meuania, quæ pars est Vmbriæ partis Tusciæ: de quo fluuio, animalia quæ potauerint, albos fœtus creant. Hæc ex Plinio. Seruius ait in illud Virgilii. 2. Georg. 30.
Hinc albi Clitumne greges, & maxima Taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deũm duxere triumphos. Huius meminit & Propertius lib. 3. eleg. 22. 5.
Hic Anio Tyburte fluis, Clitumnus ab Vmbro
Tramite, & æternum Martius humor opus.
Noualia Clitumna, quæ sunt ioxta amnem Clitumnũ. Stat. 1. Syl. 5. 26.
– nec si vacuet Meuania valles,
Aut præstent niueos Clitumni noualia tauros. Clitumnum verò amnem potatum candidos boues facere (vt dictum est) apud Plinium legitur lib. 2. cap. 103. quæ tamẽ verba quasi ab imperito quodam deprauata correxit alius quidam, & pro illo quod legebatur, In Phalisco Clitumni amnis aqua potata candidos boues facit: Clitumnum videlicet in Vmbria, Faliscum verò in Hetruria esse dicens. Hæc tamen siquis diligentius consyderabit, nihil opinor absurdũ deprehendet: præsertim quum tota Vmbria Hetruriæ finibus circunscribatur.
Clius & cliuum, (γεώλοφος,) Est procliuitas illa & pronitas à vertice collis. Valla, Collis est (vt ita dicam) monticulus, siue per se, & à monte separatus, siue pars montis. Jugum (vt etiam ita dicam) ipsa arduitas montis, & procliuis ac prona supinitas: cui similis est in colle cliuus: tamen mollis magis est & clemens: vt Cliuus Capitolinus, cliuus qui ducit ad Ianiculum. Hactenus Valla, lib. 4. Cicero ad Atticum, lib. 2. 16. 13. Quem ego in cliuo Capitolino te signifero ac principe collocaram. Nonius, Cliuum neutro genere. Cato in Tribunis militum, Loca ardua & cliua depressa.
Aquæ cliuus. Ouid. epist. 17. 11.
Hoc quoque si credis, ad te via prona videtur:
A te quum redeo, cliuus inertis aquæ.
Mensæ cliuum sustollere. Ouid. 8 Metam. 133.
– mensæ sed erat pes tertius impar:
Testa parem fecit, quæ postquam subdita cliuum
Sustulit, æquatum menta, exterere virenti.
Tabulæ cliuus. Ouid. de Nuce. 16.
Æquatus cliuus. Ouid. 8. Metam. 133.
Arduus cliuus in valles. Ouid. 1. Fast. 53.
Mollis cliuus. Virg. 9. eclog. 2.
– quà se subducere colles
Incipiunt, molliquе iugum demittere cliuo. Et 3. Georg. 58.
– iuuat ire iugis, quam nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo. Molli cliuo, id est facili itinere & descensione.
Descendere per cliuum. Ouid. 1. Fast. 53.
Facere cliuos. Paulus in L. Seruitutes §. Si domo mea ff. de Seruit. vrban. prædior. Vel gradus, vel cliuos propius tanuã meã iure facere possum.
Sudamus in vno cliuo, pro In vno negotio laboramus, prouerbii speciem habet apud Ouidium epist. 19. 9. Mille modi restant, cliuo sudamus in vno.
Cliuulus, (γεωλοφίς,) Diminutiuum. Colum. lib. 6. cap. 37. Duos parietes aduerso cliuulo inædificatos habet.
Cliuosus, Adiectiuum, (λοφώδης,) vt Cliuosus locus. Colum. de Arboribus, cap. 4. 3. Curandum autem est, vt locis aridis & cliuosis altius vitis deponantur, quàm si humidis & planis. Idem lib. 2. cap. 10. 1. Virgilius. 2. Georg. 43.
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.
Trames cliuosus. Virg. 1. Georg. 22.
Et ce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit.
Cliuosa Ida. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 3.
Olympum cliuosum scandit Phœbus. Ouid. 5. Fast. 85.

Cloâca, cloacæ, penul. produ. (ὑποχώνιον, ὑπεξαμένη,) Locus cauus per quem colluuies quædam fluit. Cicero pro Cecina 26.
Qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerumque controuersiis interdicit. Idem pro Plancio 77. Me arcem facere ex cloaca, lapidemque è sepulchro venerari pro deo. Plin. lib. 36. cap. 15. Sed tunc senex aggeris vastum spatium & substructiones insanas Capitolii mirabantur, præterea cloacas operum omnium dictu maximum, suffossis mõtib⁹, atqi (vt paulo ante retulimus) vrbe pẽsili, subterq; nauigata.
Cloacæ, à cluendo, id est purgando dictæ, inquit Festus.
¶ Cloacam transfluit, pro ventre anus edacis & bibacis dixit Plautus in Curcul. 3. 27.
Age, effunde hoc cito in barathrum,
Propere prolue cloacam.
Refercire cloacas corporibus ciuium. Cicero pro Sestio 65.
Cloacale flumen, dixit Cato, pro cloacarum omnium colluuie. Festus.
Cloacare, Inquinare. Vnde cloacæ. Festus.
CLODIA, Romana (à qua Cicero prædium emere volebat) copiosa & locuples fœmina fuit, de qua sic ipse Cicero ad Atticum, lib. 12. 18. 3. Sed quando (inquit) Clodia Romæ futura est, & quanti rem æstimas, eo prorsus expecto: non quin illud malim, sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.
Clodia, Mulier Romana, q̃ CXV. annos excessit, enixa etiã quindecies.

Clodicare, (κλωδίσειν,) Veteres dixerunt pro Claudicare. Cicero. 2. de Oratore 128. Præclarum & graue est quod Caluino Glaucia claudicanti, Vbi est vetus illud? Nũ claudicat? at hic clodicat. Hoc ridiculum est: & vtrunque ex eo quod in claudicatione animaduerti potuit, est ductum.
CLODIVS, (κλόδιος,) Inimicus Ciceronis, quem vt expellere ab vrbe posset, plebeio se homini adoptandum dedit. mœchus fuit notissimus, deprehensus in sacris Bonæ deæ muliebri vestitu indutus, vnde Iuuenalis, Clodius accusat mœchos Catilina Gethegum.

Clodo, (κλάω,) pro Claudo. Plinius lib. 18. cap. 33. 4. Clodunt ira, lippiuntque. Inde fortasis Clodii dicti.
CLOELIA, (κλοιλία,) Virgo, obses Romanis Porsenæ Hetruscorum regi data. Hæc, quum castra Hetruscorum fortè haud procul ripa Tyberis locata essent, frustrata custodes, dux agminis virginũ inter tela hostium Tyberim tranauit, sospitesque omnes Romam ad propinquos restituit. Quod vbi regi nuntiatum est, primò incensus ira, oratores Romam misit ad Cloeliam obsidem deposcendam, alias haud magni facere. Si non dedatur obses, pro rupto se fœdus habiturum. Si verò dabatur, intactam inuiolatamque ad suos remissurum. Itaque reddita, apud Hetruscorum regem, non tuta solum, sed honorata etiam virtus fuit, eamque partem obsidum quos vellet donare se dixit. Pace sic redintegrata, Romani nouam in fœmina virtutem nouo genere honoris, statua equestri donauere: in summa sacra via fuit posita virgo insidens equo. Author Liuius lib. 2. Decadis primæ. Huius & meminit Vale. Max. li. 3. ca. 2. de Fortitudine. Virg. quoq; circa finẽ libri. 8.
Et fluuium vinclis imitatet Cloëlia ruptis. Iuuenalis,
Quod miraretur cum Coclite Mutius, & quæ
Imperii fines Tyberinum virgo natauit.
CLONIVS, Vnus è quinque ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta nauibus ad Troiam nauigauerunt, vt scribit Homerus lib. Iliad. 2.

Clostrum, (κλοιστρον,) Idem quod clausstrum. Cato cap. 13. Trullas ligneas duas, claues cum clostris.
Clostrum est contignatio trabium in ligneis ædificiis, qua nonnunquam in parietibus domorum vtimur, nonnunquam aliàs dum locum aliquẽ sepimus. Seneca de lutoria taberna loquens libro de Beneficiis 7. Dein de per clostrum, inquit, quà se commissura laxauerat, quatuor denarios in tabernam iniecit. Et ludi Romani primùm clostris circunda bantur ad tempus prætentis, quæ amoueri possent: quorum loco fossæ postea factæ sunt, quas euripos vocant. Plin. lib. 10. cap. 33. de hirundinibus verba faciens, In Aegypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadii ferè vnius spatio, quod humano opere perfici non posset. In eadem Aegypto iuxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam nelaceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus diebus, palea & stramento (clostrum est) firmantes, continuatis per triduum nocthibus tanto labore, vt multas in opere emori constet. Sic enim reposuit Beatus Rhenanus ad exemplaris Murbacensis recognitionem. Quo in loco per clostrũ significatur septum transuersum ex compactilibus postibus constans, extructum ad arcendum frangendumque fluuii impetum. Id hirundines palea stramentoque firmant, alioquin opera earum vana & inutilia, si non adesset materia solidior, quæ lutum ab eis confectum contineret. Alii tamen rostrum legunt apud Plinium.
CLOTHO, (κλωθώ,) Vna est trium Parcarum. Vide PARCAE. Ferrea Clotho. Stat. lib. 3. Thebaid. 111. Altera est Clotho Nerei filia, dea maris, & à Virgilio Nerea Clotho dicitur 9. Aeneid. 22.

Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Aequoris esse deas: qualis Nereia Clotho
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.

Cludidatum, Antiquis dulce & suaue dicebatur. Festus.

Cludo, cludis, clusi, clusum, (κλεί̃ω,) cludere, indifferenter sumptũ pro Claudere. Cice. 2. de Natu. deorum 145. Ipsum autẽ mare sic terram appetens littoribus cludit. Martialis lib. 11. 85. Sed tuos vocis iter properauit cludere blandę. Plinius lib. 33. cap. 1. 20. Alii sub gemmis venena cludunt. Varro 3. de Re rust. cap. 3. 4. Quæ maceriæ ad villam venationis causa cluduntur. Valer. Flac. lib. 7. Argonaut. 47. —nec nos, ô nata, malignis
Cluserit hoc vno semper sub frigore mensis.

Viam alicui cludere. Senec. 1. Thebaid. 30. —noxias lapso vias
Cludes? & arctis colla laqueis inseri Prohibebis?

Cludere arborem restibus. Columel. lib. 12. cap. 44. 2. Deinde sparteis restibus arborem cludunt, ne aut coruis aut cornicibus aliisve auibus pomum laceretur.

Axem cludere nox dicitur, quemadmodum eundem aperire dies. Seneca Hercul. Oeth. 11. 5.
Cubile video noctis hinc tenebras vocat,
Quid hoc? quis axem cludit?

Cludere auro. Plinius lib. 33. cap. 1. 17. Quasdam verò nec ab ea parte quæ digito occultatur, auro clusit, aurumque millibus lapillorum vilius fecit. Idem eodem loco cludere venena in annulis, sub gemmis ab antiquis solere dixit.

Cludi minaci cassidę. Stat. lib. 4. Thebaid. 41.
—quum ru cludare minaci
Cassidę, ferratusque soues, ego dignitis aurum
Harmoniæ dotale geram?

Libellos cludere. Iouenal. Saty. 7. 3.

Clusus, (κλεισθείς,) Participium, Circundatus. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. 7. Cleonæo iam tempora clusus hiatu Alcides. Id est habens tempora circundata pelle huantis leonis Cleonæi.

Clusilis, & hoc clusile, (κλειστικός,) Quod facile clauditur. Plin. lib. 9. ca. 17. 2. Inest iis esca, clusiles mordacesque conchæ, ceu mitulos videmus. Et paulo pòst, At illæ aculeo extimulato claudant sese.

CLVENTIVS, (κλουέντιος,) Ex municipio Latino accusatus à matre Sassia, quòd Oppianicum vitricum interfecisset: defensus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio.

Cluentiorum familiam à Cloantho dictam affirmat Virgi. 5. Aeneid. 25.
Sergestusque (domus tenet à quo Sergia nomen)
Centauro inuehitur magna, Scyllaque Cloanthus
Cærulea, genus vnde tibi Romane Cluenti.

Clueo, clues, (κλυέω,) cluere, Nominari, perhiberi, putari. Plautus Trinum. 8. 73. Ita sis vt nomen cluet. Idem Epid. 5. 6. Senati qui columen cluent. Id est habentur & reputantur columnæ Senatus. Idem Pœnulo 18. 20. Vt volupe est homini mea soror, si quod agit cluet victoria. Id est victoriæ tribuatur.

¶ Cluere, Purgare. Pli. li. 15. ca. 29. 2. Depositis armis in eo loco qui nũc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.

¶ Cluere, Apparere etiam significat. Lucret. lib. 1. 91.
Ergo præter inane, & corpora tertia per se
Nulla potest rerum in numero natura relinqui:
Nec quæ sub sensus cadat vllo tempore nostros
Nec ratione animi, quam quisquam possit apisci.
Nam quæcunque cluent, aut his coniuncta duabus
Rebus ea inuenies: aut horum euenta videbis. Idem li. 2. 106. & 159.
Principiis rerum, nonnunquam causa coloris
Occidit: rex albis quoniam non alba creantur:
Nec quæ nigra cluent, de...gris: sed variantur. Idem lib. 3. 42.
Quæ tibi cognita res, in multis ó bone rebus
Vtilis inuenietur, & opportuna cluebit. Rursum lib. 4. 10.

CLVNIA, Oppidum Hispaniæ, Celtiberiæ finis. Plinius lib. 3. cap. 3.

CLVNIENSIS, Hispaniæ conuentus. Sunt enim septem (inquit Plinius lib. 3.) Carthaginiensis, Tarraconensis, Cæsaraugustanus, Cluniensis, Asturum, Lucensis, Bracarum.

Clunis, huius clunis, (πυγή,) sæpius in plurali clunes, clunium. masc. & fœ. g. Nates, siue natium tumor. Iuuen. saty. 11. 17. Ad terram tremulo descendunt clune puellæ. Plaut. Quasi lupus ab armis vastos clunes infractos fero. Horat. 1. Ser. saty. 2. 18. Qui pulchrę clunes, breue ꝙ caput arduaque ceruix. Varro 2. de Re rust. ca. 5. 3. de grege armentorũ emendo loquens, Sint clunibus crassis ac lõgis. Celsus li. 7. ca. 29. In clunes extremas desiliunt. Plinius lib. 8. cap. 8. 2.

Cluniculus, Diminutiuum, (πυγίον,) Gellius, Cæterarum autem atque aliarum, nisi tantum apponatur, vt à cluniculis inferiore parte laturi fiant, conuiuium putant inopia sordere.

CLVPEA quæ & Clypea dicitur, oppidum Africæ minoris, quæ alio nomine Zeugitana prouincia dicitur. Hermolaus, Clypeam & Aspidẽ

idem oppidum esse annotauit: cui & Solinus accedit, & Silii versus suffragatur lib. 3. In clypei speciem curuatis turribus Aspis.

Clupea, Piscticulus qui venam quandam thynni in faucibus mira cupidine appetens, ipsum thynnũ exanimat. Pli. li. 9. ca. 15. 1.

Clusios, Galli nominant dæmones quosdam: quos nonnulli existimant spiritus esse elemento aerio compositos. Sipontinus.

CLVSIVM, (κλουσίον,) Oppidum est mediterranean in Tuscia, sub quo sepultus est Porsena. Plin. lib. 36. cap. 13.

Clusinus, A dilectiuum, (κλουσίνος,) vt Clusinum vulgus. Silius lib. 8. 95.

Fontes Clusini. Horat. 1. Epistо. 15. 3.
Qui caput, & stomachum supponere fontibus audent
Clusinis, Gabiosque petunt, & frigida rura.

CLYMENE, (κλυμένη,) Oceani & Thetyos filia, teste Hesiodo in Theogonia, de qua Virgilius libro. Georgico. 4. Inter quas Clymene curam narrabat inanem. Fuitque mater Phaethontis, vt scribit Ouidius lib. 2. Metamorph. 66. Altera fuit ministra Helenæ, decoris ocu lis prædita, vt est apud Homerum, lib. Iliad. 3.

Clymeneis, Clymeneidis, (κλυμενίς,) Patronymicum.

Clymeneides, vocantur sorores Phaetontis, à matre Clymene sic dictæ. Ouidius ad Liuiam 23.
Sic fleuit Clymene, sic & Clymeneides altæ,
Quum iuuenis patriis excidit ictus equis. Altas vocat, quia in populos arbores mutatæ fuerunt.

Clymenęus, penul. prod. A dilectiuum, (κλυμένειος,) vt Germina Clymenea, id est populorum germina. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 25.
—queritur iam Seras auaros
Augustum spoliare nemus, Clymeneaque deesse
Germina, nec virides satis illachrymare sorores.

Clymeneius, (κλυμένειος,) quinque syllabarum, adiectiuũ aliud. vt Proles Clymeneia, id est Phaethon. Ouid. 2. Metamorpho. 5.

Clypeus, vel clypeum, (ἀσπίς,) Dicitur id quo milites tegunt corpus, ab aduersus ictus. Virgil. 7. Aeneid. Nec clypei, currúsve sonant. Vbi Seruius, Clypei, scuta maiora: dicti ab eo quòd celent corpus, id est ἀπὸ τοῦ καλύπτειν. Idem Seruius alio loco, Clypei, pedum tum sunt: Scuta, equitum. Liu. 6. ab Vrbe, Clypeis antè Romani vsi sunt: deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Virgil. 2. Aeneid. 146. Ardentes clypeos atque ora micantia cerno. Idem 9. Aeneid. 144. Et clypeum superintonat ingens.

Clypeum, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc est sculpendo, cælandoque deducit Plinius lib. 35. cap. 3. 12. Scutis enim (inquit) qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, vnde & nomen habuere clypeorum: (vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit) à cluendo. Liuius, Duo clypea inaurata.

Aeratus clypeus. Silius lib. 15. 148.

Aereus clypeus. Virgil. 12. Aeneid. 109.

Aere cauo clypeus, Id est æris cauo. Virgil. 3. Aeneid. 5. Seruius.

Ardentes clypei, Micantes, fulgentes. Virgil. 2. Aeneid. 146.

Argolicus clypeus, Ingens clypeꝰ, quales sunt Argiuorũ. Virg. 3. Ae. 127.

Detritus clypeus. Silius lib. 10. 80. —nudæ plerisque sinistræ
Detrito clypeo, desunt pugnacibus enses.

Fulgens ære clypeus. Ouid. 8. Metamorpho. 6.

Passus prælia clypeus. Ouid. 13. Metamorpho. 24.

Saluus clypeus. Cice. 2. de Finib. 155. Simul atque ipse graui vulnere exanimari videret se, vt primum dispexit, quæsiuit saluusne esset clypeus, &c. De Epaminonda.

Septemplex clypeus, Aiacis Telamonii clypeus erat septem coriis boum tectus. Virgilius similem Turno tribuit 12. Aeneid. 184.
—volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orasque recludit.
Loricæ & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridens transit femur.

¶ Curuamen clypei. Ouid. 12. Metamorpho. 19.

Insigne clypei decõrum. Virgil. 2. Aeneid. 79.

Vmbo clypei summus, Media clypei pars extans. Virgil. 2. Aeneid. 109.

¶ Auro clypeum accendere, Id est tegere auro splendidissimo instar ignis ardentis. Silius libro 15. 134.
Et gemmis galeam, clypeumque accenderat auro.

Cauare clypeum alicuius, id est perforare. Stat. 9. Thebaid. 26.

Efferre clypeum sinistra. Virgil. 10. Aeneid. 52.

Excipere ictus clypeo. Ouid. 12. Metamorpho. 75.

Ferendo clypeo manus apta. Ouid. 1. de Arte 139.

Flagrare sydereo clypeo, Fulgentem clypeum gestare. Virg. 12. Aen. 34.

Fixos submittere clypeos. Silius lib. 5. 44. —fixosque repulsi
Submittunt clypeos curuati pondere teli. Id est tegunt humeros & caput clypeis.

Insertare sinistram clypeo. Virgil. 2. Aeneid. 134.

Obiicere clypeos ad tela, Aduersus tela clypeis sese protegere. Virgilius 2. Aeneid. 89.

Opponere clypeum. Ouid. 13. Metamorpho. 15.

Oppositi

Oppositi molem clypei, texique iacentem.

Resoluere clypeum. Ouid. epist. 15. 30.
Exuet & reduci galeam, clypeumque resoluet.

Subligare clypeum humeris. Virg. 11. Aeneid. 2.

Sumere clypeum. Ouid. 8. Meram. 6.

Vestire clypeos cæsis iuuencis, Id est corijs iuuencorum contegere. Stat. lib. 1. Achil. 84.

¶ Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bonis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. Festus.

Clypeatus, (ἀσπιδωτός,) Clypeo munitus. Plautus Curcul. 2. 53. Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Sic Agmina clypeata, Silius lib. 8. 87. & Virgilius. 7. Aeneid. 159.
Insequitur nimbus peditum, clypeataque totis
Agmina densantur campis.

Clypeatum incedere. Claud. 7. Paneg. 105.
Quis decor, incedis quoties clypeatus & auro
Squameus, & rutilus cristis, & casside malor?

Clyster, huius clysteris, pen. prod. m. g. (κλυστήρ,) Medicamentum quod per inferiorẽ partem, purgandi gratia, in ventrẽ immittitur. ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod est abluere. Plin. lib. 20. ca. 2. 3. Vrinã mouet & vino dulci, & in renũ dolore clysteribꝰ simul cũ cumino infundi tur. Idẽ, Cucurbita ifusa clysteribꝰ, intestinorũ omniũ vitijs medet.

Oricularius clyster. Celsus lib. 7. cap. 26. Non alienum etiam est, oriculario clystere acetum nitro mistum, per plagam in vesicam compellere.

Purgare clystere & vomitu. Sueton. in Nerone, cap. 20.

Oricularius clyster. Celsus lib. 6. cap. 18. de fistulis, Neque alienum est vbi quis resoluerit, antequam rursus alia medicamenta coniciat, per oricularium clysterem fistulam eluere, si plus puris fertur, vino: si callus durior est, aceto. Idem lib. 7. cap. 27. Idem humor rosa mistus in ipsum vulnus oriculario clystere agendus est.

CLYTEMNESTRA, (κλυταιμνήστρα,) Tyndari filia ex Leda, vxorque Agamemnonis, & mater Orestis: quæ quum Agamemnonem ab Aegistho adultero interfici curasset, interfecta est & ipsa ab Oreste filio. Ouidius in Elegijs,
Et vindex in matre, patris malus vltor Orestes,
Aususque arcanas polcere tela deas. Vide AGAMEMNON. Propert. lib. 3. eleg. 19. 4.
Nam quid Medeæ referam, quo tempore matris
Iram natorum cædes plauit amor?
Quidue Clytemnestræ, propter quam tota Mycenis
Intamis stupro stat Pelopea domus?

CLYTIA, vel Clytie, (κλυτίη,) Puella fuit ab Apolline adamata quondam: sed quia concubitum Apollinis cum Leucothoe, Orchamo patri Leucothoes prodidisset, paterque iratus viuam defodi natam iussisset: iratus Apollo à conuersatione Clyties in posterum se continuit. Illa verò dolore ob id nimio consumpta, dum cibo potuq; sibi temperat, & perpetuo respicit ad Orientem & Occidentem Apollinẽ, in heliotropium herbã mutata fuit. Fabula est apud Ouidiũ lib. 4. Metam. 42.

CLYTIVS, Iouenis qdã à Cydone adamatꝰ. Author Virg. Aen. 10. 65.
Tu quoque flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon. Est & Homero lib. Iliad. 20. filius Laomedontis, & frater Priami.

C N

CNEMIDES (inquit Strabo lib. 9.) in Thracia sunt secundum Daphnuntem, locus munitissimus, in quem ex Euboea Caeneum è regione consistit promontorium, in Occidentem spectans, finumque Maliacum, &c. Vide tabulam decimam Europæ apud Ptolemæum.

CNEVS, (γναῖος,) Cognomen apud Romanos: quod quidam à næuo deducunt, præposita c litera. Quum autem id proferebant antiqui, inquit Priscianus, g pro c efferebant.

Cnicos, vel Cnicus, (κνῆκος,) herba, quam nonnulli cartamum vocant. Dioscorides lib. 4. cap. 182. Folia habet cnicos oblonga, incisuris diuisa, aspera, aculeataque, &c. Vulgo appellatur Zafarano Sarracinesco, & dalli Speciali Cartamo. Syluestrem cnecon, cuius caule pro colo priscæ mulieres vtebantur, cartamum syluestrem ostendimus appellari, qui hirsutior, torosiore caule serpit humi, Carduus benedictus nunc nominatur. Satiuus, de quo nunc agitur, Cartamus vocatur. Omnes diuulsis ramulis cruentum fundunt liquorẽ, præsertim messibus. Semine cneci satiur psittaci nunc aluntur. Cnecon melius q̃ nicon dicitur. nam cnacon, à feminis colore, Theocritus pro cãdido, vel flauo vsurpat: Democritus & omnino clymici, floreq; cneci echuneq; flauo appellant. Cneci officinæ norunt cartami, aut croci hortẽsis noxę.

Cnidos, Herba est Plinio, lib. 21. cap. 16. 1. Vnde Cnidium oleum, quod fit è grano cnidi.

CNIDOS, vel Gnidos, Vrbs Cariæ, vbi Venus colebatur, & promontorium ibidem. C O

Coaccêdo, coaccêdis, pen. prod. coaccessi, coaccessum, (συνπροσέρχομαι,) coaccedere, Simul accedere, addi. Plautus Curcul. 7. 65.

—quia de illo emi virginem
Triginta minis, vestem, aurum, & decem pro his coaccedunt minæ. Id est simul dedi.

Coaceruo, coaceruas, (συμφορέω, συναθροίζω,) coaceruare, cumulare, congerere, addere. Cic. pro Lege Agraria 68. Habes tantum pecuniam, qua hosce omnes agros, & ceteros horum similes non modò emere, verumetiam coaceruare possis. Liu. 5. ab Vrbe 174. Armorumque cumulos, vt mos eis est, coaceruare. Cæsar 2. bel. Gal. 328. His deiectis & coaceruatis cadaueribus. Liuius 2. bel. Puni. 32. Segregata ex hostium coaceruatorum cumulis corpora. Plinius libro 18. cap. 35. 16. Cice. 6. Verr. 48.

Coguntur & coaceruantur pecuniæ. Cice. 2. pro Lege Agrar. 71. Antè pecuniæ coguntur & coaceruantur, quàm gleba vna ematur.

Construere & coaceruare omnibus modis pecuniam. Cic. pro L. Agra. 8.

Summas maiores & minores coaceruare. Laboleus in L. Ita vt. ff. Mandati, Ita vt omnes summas, maiores, & minores coaceruet, &c.

Coacernatus, (συμφορώδης,) Participium. Cice. in Partition. 13. Verisimilia aũt partim singula mouẽt suo põdere, partim etiã si vident esse exigua p se multitudinẽ quã sunt coaceruata, pficiũt. Catul. epigr. 59. 73.

Multitudo ciuium indignissimo loco coaceruata. Cice. 7. Verr. 116.

Coaceruatio, (συμφόρησις,) Verbale. Cic. in Partitionibus 67. Atque hæc quidem vtrique maximè in peroratione faciendæ alteri si equentatione argumentorum, & coaceruatione vniuersa alteri si planè causam reddarguendo explicarit.

Actionum omnium coaceruatio. Caius in L. Si idem cum eodem. ff. de Iurisdictione omnium iudicum. Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coaceruatio verò omnium excedat modum indictionis eius: apud eũ agi posse Sabino, & Cassio, & Proculo placuit.

Coacesco, coacescis, coacui, (ἐξαλοῦμαι,) coacescere, Acidum fieri. Cice. de Senectute 60. Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 65. Si verò est ex eo genere vuæ, quæ maturè coacescat, ante vindemiam consumi, aut venire oportet. Celsus lib. 4. cap. 5. Sed si coacuit iutus eibus, aut computruit, &c.

Coacto, Coactura, Coactor, Coactus, Vide COGO

Coaddere, (συμπροστιθέναι,) Simul addere. Cato cap. 40. 2. Sumito tibi furculum durum, eum peracuito, falicem Græcam discindito, argillam vel cretam coaddito.

Coadunare, (συναγείρω,) In vnum cogere. Plin. de Viris illustrib. 1. Ipsi coadunatis pastoribus, ciuitatem cõdiderit. Brachium statuæ coadunare. Iulianus in L. Tigni appellatione §. Idem est. ff. ad Exhibendum.

Coaedificare, (συναποδομέω,) Arctè ædificare. vt Coædificatus locus, cui opponitur Vastus. Cicero in Partitionibus 21. Cultri an ineultri: celebres an desertic: cædificati an vasti.

Coaequus, (συνισόσιος,) A dilectiuum, pro Aequus. vt Coæqua pars. Plin. lib. 6. cap. 28. 20. Alijs & hæc intonsa: mirũque dicto, ex innumeris populis pars coæqua in commercijs aut latrocinijs degit. Legitur in emendationibus codicibus æqua.

Coæquare, (συνισάζω,) Idẽ qd æquare. Colu. li. 3. ca. 13. 2. Duabusq; gemmis supra terram eminere passi, reposita humo cætera coæquant.

Coæquare gratiam omnium. Sallust. Sed quoniam coæquare gratiam omnium difficile est.

Coæquare omnia ad suas iniurias & libidines. Cice. 5. Vert. 79.

Coæquare leges, Id est ius æquabile omnibus statuere. Liuius 3. ab Vrbe 138. Maiorum merita in Rempub. domi militiæque commemorabatis: suum infelix erga plebem Romanam studium coæquandarum legum causa cum maxima offensione Patrum Consulatu abisse, &c. Legitur & quòd æquandarum.

Coæqualis, (πρόμικος,) Idem quod æqualis. Columella lib. 8. cap. 14. 8. Milium quoque, aut etiam triticum mistum cum aqua, rectè præbetur: atque vbi se paulum confirmauit, in gregem coæqualium compellitur, & hordeo alitur. De anseribus.

Coaetaneus, (ἥλιξ, ὁμήλιξ, ἡλικιώτης,) Eiusdem ætatis. Portius Latro in declamatione in Catilinam, Marco siquidem Catoni, aut Scipioni coætaneo suo.

Coaeuus, (ὁμήλιξ,) Eiusdem æui. Cice. in Vatinium 24. Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer aut adolescens inter coæuos fueras?

Coagito, coagitas, penul. correp. (συνακόνημι,) coagitare. Simul agitare. A quo verbale.

Coagitatio, (συνάκησις,) Ipse coagitandi actus. Cice. 2. de Natu. deorũ 107. Nam quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primum ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum. Ita legit Budæus. Quædam exemplaria legunt contagione.

Coagmento, coagmentas, (συναρμόζω, συναφάπτω,) coagmentare, Coniungere. Cic. de Senect. 66. Sed viuendi est

Universidad de Deusto
Biblioteca

finis optimus, cum integra mente, cæterisque sensibus, opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit. Idem 3. de Orato. 94. Collocationis est componere & struere verba sic, vt neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & læuis.

Compositum, Compactum & coagmentatum. Cic. 3. de Finib. 112. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositum tamque compactum & coagmentatum inueniri potest?

Coagmentare pacem. Cice. 7. Philipp. 230. Docebo ne coagmentari quidem posse pacem.

Componere & Coagmentare verba. Cice. de Claris Oratoribus 34. Ipsa verba compone & quasi coagmenta.

Verba verbis quasi coagmentare. Cice. in Orato. 42.

Coagmentatus, (συωκφῶνς,) Participium. Quintil. lib. 8. cap. 6. Nó. n. recidere ea, nec polire possumus, quæ coagmentata se magis iungant.

Concretum, coagmentatum, copulatum, admistum, duplex. Cic. li. 1. Tusculan. 111. In animi autem cognitione dubitare (nisi planè in physicis plumbei sumus) quin nihil sit admistum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.

Coagmentum, (συωκφή,) Coniunctio. Plaut. Mostel. 10. 58. Vidén' coagmenta in foribus?

Coagmentum syllabarum. Gellius lib. 17. cap. 9. Literæ singulariæ, sine coagmentis syllabarum.

Coagmentatio, (συωκφεια,) Verbale, Idem. Cice. de Vniuersitate 21. Omnis enim coagmentatio corporis vel caloris, vel frigoris, vel alicuius impulsione vehementi labefactatur & frangitur. Idem 1. de Natu. deorum 30. Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis? Plinius lib. 36. cap. 22. 13. Alternas coagmentationes fieri, vt commissuras antecedentium medii lapides obtineant, necessarium est.

Copulatio rerum, & quasi coagmentatio naturæ. Cice. lib. 1. de Natu. deorum 178. Quæ copulatio rerum, & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ.

Coágulum, coáguli, penult. correp. (πητύα,) Ea pars viscerum qua ad densandum lac vtimur. Plinius lib. 8. ca. 32. 8. de hinnulo, Contra morsus verò præcipuum remedium ex coagulo hinnuli in vtero occisi.

Miscere coagula nouo lacte. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 4.
Et miscere nouo docuisse coagula lacte.

Liquefacta coagula. Ouid. 13. Metamorpho. 178.
Lac mihi semper adest niueum: pars inde bibenda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.

¶ Coagulum, etiam metaphoricè vocatur quicquid coniungit. Gel. lib. 12. cap. 1. Vinculum illud, coagulumque animi atque amoris.

Coagulo, coágulas, penul. correp. (πήσσω, πηγνύω,) coagulare, Constringere, densare: cuius passiuum est Coagulor. Plinius lib. 11. cap. 25. 9. Summa probatio est, vt lac coagulet. Gellius. Semen in vtero mulieris primis septem diebus conglobatur, coagulatur, fitque ad capiendam figuram idoneum.

Coagulare aquam. Plin. lib. 10. cap. 23. 7. Tantaque vis ei est, vt aquæ infusa, coagulare eam dicatur. De cannabe.

Coagulatio, (πῆξις,) Verbale. Plin. lib. 28. cap. 10. 7. Nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione. Idem lib. 23. cap. 118. Contra meconium, lactis coagulationem, &c.

Coaleo, coáles, penul. correp. coálui, (σωκύεομαι,) coalêre, Cohærere, concrescere. Plinius lib. 14. cap. 2. 5. Vt nisi pinguissimo solo coalere non possit. Liu. 3. bel. Pun. 168. Concordia coaluerant omnium animi. Id est auctierant.

Coalitus, (σωκυεῆσις,) Participium. Gellius lib. 12. cap. 1. Cuius in corpore, cuiusque ex sanguine concretu, homo & coalitus sit.

Irreuerentia coalita. Tacitus lib. 15. Coalitam libertate irreuerentiam eo prorupisse frementibus. Idem, Vetustate imperii coalita audacia. Ex Budæo.

Coalesco, coalescis, coalui, coalitum, (συμφύομαι,) coalescere, Idem. Columel. de Arboribus, cap. 27. 3. de surculo oliuæ fissuræ fici aptato, Sic interposito triennio coalescet ficus oliuæ: & tum demù quarto anno, quù bene coierint, velut propagines ramulos oliuæ à matre resecabis.

Coalescere diuersi populi in vnum corpus dicuntur. Liu. 1. ab Vrbe, Vocata ad consilium multitudine, quæ coalescere in populi vnius corpus, nulla re præter quàm legibus potuit, iura dedit. Idem lib. 4. 25. Si coalescere, si iungi, miscerique vobis priuatis necessitudinibus possunt. & libro 1. 8. Pretusque his animis coalescentium in dies magis duorum populorum Æneas, &c.

In vnum sonum coalescere & confundi dicuntur vocales. Quintil. lib. 1. cap. 7. 13. Nostri præceptores ceruom seruomque v & o literis scripserunt, quia subiecta sibi vocalis in vnum coalescere & confundi nequiret. Id est diphthongum efficere, vt seruos.

Coalescit vulnus. Plin. lib. 9. cap. 51. ad finem.

Authoritas coalescit. Tacit. lib. 17. Occidi Othonem posse, proin agendum audendúque dù Galbæ authoritas fluxa, Pisonis nódù coaluisset.

Libertas coalita. Tacit. lib. 20. Nec tulere moras consultandis certatim proclamant, furere discordiis Popu. Roma. cæsas legiones, vastatam Italiam, capi quum maximè vrbem, omnes exercitus suis quenque bellis distineri: si Alpes præsidiis firmentur, coalita libertate dispecturas Gallias, quem virium suarum terminum velint.

Coamicus, (ὁμόφιλος,) coamici, penul. prod. Cicero de Amicitia 82.

Hodie me ante omnes coamicos stultos senes
Versaris, atque luseris lautissimè. Ex quadam comœdia.

Coangusto, coangustas, (συστενόω,) coangustare. Varro 3. de Re rustica, cap. 16. 13. de alueis apum, Sed ita vti quum parum sit qua compleant, eas coangustent: ne in vasto loco & inani despondeant animum.

Coangustare legem. Ci. 3. de Leg. 47. Atque hæc lex dilatata in ordinem cunctum coangustari etiam potest.

Aditum ædium coangustare. Vlpianus in L. Sed addes §. Si inquilinus. ff. Locati, Si inquilinus arcam cameratam in ædes contulerit, & ædificia adiecta coangustauerit dominus: verius est ex conducto teneri, & ad exhibendum actione, siue fecit, siue ignorauerit.

Coangustor, coangustaris, (συστενοῦμαι,) Passiuum. Celsus lib. 7. cap. 27. ad finem, Quòd si fistulæ metus ex his causis quas proposui, subesse vi debitur, quo facilius claudatur ea, vel certè coangustetur, in anum quo que danda plumbea fistula est.

Coarcto coarctas, (στενοχωρέω, συστενοχωρέω,) coarctare, Astringere, coniungere. Scribitur & Coartare sine c.

Coarctare iter. Liu. 8. bel. Pun. 22. Angustæ fauces coarctant iter.

Coarctare & Dilatare, contraria. Cice. 1. de Orato. 77. Sed tu hoc nobis da Scæuola & perfice, vt Crassus hæc quæ coarctauit & perangustè refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet. Id est quod paucis verbis perstrinxit.

Nox coarctat iter. Ouid. 5. Fast. 109.
Quid, quòd & Orion, & cætera sydera mundo
Cedere festinant, noxque coarctat iter?

Coarctatus in oppido. Cic. ad Attic. lib. 7. 129. 1. Co. noster quid consilii ceperit, capiatue nescio: adhuc in oppidis coarctatus.

Coarctatio, (στενοχώρησις,) Verbale. Liu. 7. bel. Pun. 244. Coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat.

Coarguo, coarguis, coargui, coargutum, (κατελέγχω,) coarguere, Redarguere, reprehendere, peccatum alicuius ostendere & prodere. Cice. 2. de Inuent. 214. Aut aliis quoque constitutionibus factum coarguetur. Liu. 2. ab Vrbe 17. Sed eam occasionem, vt literæ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, expectabat. Plin. lib. 11. cap. 16. 6. Quam probabilem alias sententiam, fu corum euentus coarguit. Ouid. 11. Metamorpho. 39. de arundinibus quæ ventis agitatæ, sonabant Midæ auriculas asininas esse,

Creber arundinibus tremulis ibi surgere lucus
Cœpit, & vt primum pleno maturuit anno
Prodidit agricolam. nam leni motus ab Austro
Obruta verba refert, dominique coarguit aures.

Desidiam, superbiam, improbitatem alicuius coarguere. Cice. pro Murena. Fuga laboris, desidiam: repudiatio supplicum, superbiam: amicorum neglectio, improbitatem coarguit. Cice. pro Flacco 15.

Coarguere, & conuincere. Cice. 6. Verr. 94. Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus. Idem pro Sylu. 35. Tu quum tua vox nusquam sit audita, cum iudicio lecto, descripto, diuulgato, quieueris, tacueris, repentè tantam rem enuntiare audeas: & in eum locum te ducas, vt antequam me commutati indicii coargueris, te summæ negligentiæ tuo iudicio conuictum esse fateare.

Refellere & coarguere mendacium. Cice. pro Ligario 9. Hominis non est, in tanto discrimine & periculo ciuis, refellere & coarguere nostrù mendacium, &c.

Coarguere reum testibus. Cice. 7. Verr. 60. Reus quum tot testibus coarguare, potes de damnatione dubitare?

Coarguere suam culpam, aut errorem alterius. Cice. ad Atticum, lib. 9. 173. 8. Quiescamus, ne nostram culpam coarguamus. Idem 1. Acad. 20. Errorem eorum qui ita putarunt coarguit.

Coargui criminibus. Cice. 6. Verr. 93.

Coarguere auaritiæ, sceleris, &c. Cice. 7. Verr. 119. Meum crimen auaritiæ nimiæ te coarguit. Plin. lib. 11. cap. 37. 57. Certè extat oratio Vitellii, qua reum Pisonem eius sceleris coarguit.

Coarguere aliquid coniectura. Cice. de lege Agraria 10. Atque hæc à me suspicionibus & coniectura coarguuntur.

Lituris coargui. Cice. pro Cluent. 30. Digito legata deleuit: & quum id multis locis feciſſet, post mortem eius, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit.

Turpitudine vitæ coarguitur improbitas. Cice. Antequam iret in exilium 10. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos scelerate loquar factis? quorum cognita improbitas, me tacente coarguitur turpitudine vitæ, &c.

Vinci,

Vinci, refelli, coargui putant esse turpissimum. Cice. pro Flac. 8.

Coarguit eum res. Cice. pro Milone 27. Reliquum est vt iam illum natura ipsius, consuetudoque defendat, hunc autem hæc eadem coarguant. Sic pro Sylla. 12. Et. 1. Philipp. 49.

¶ Coaspernor, coaspernâris, coaspernâtus sum, coaspernari, Deponens. Tacit. lib. 17. Laudata olim & militari fama celebrata scueritas eius, angebat coaspernantes veterem disciplinam.

COASPIS, Fluuius Medorum, qui apud Persas in Tigrim decurrit: cuius aqua tam dulcis est, vt Pertici reges quandiu intra ripas Persidis fluit, solis sibi ex ea aqua pocula vendicauerint.

Coasso, coassas, (σκαριδόω, σκανδώμαι,) coassare, Contabulare significat.

Coassatio, (σκαρίδωσις,) Verbale, Contabulatio. Plin. lib. 36. cap. 25. 3. Necessarium binas per diuersum coassationes substerni.

COASTRAE, (κοάστραι,) Populi sunt Indiæ, apud quos arbores vsque adeo proceræ nascuntur, vt ne sagittæ quidem iactu superari possint. Lucan. lib. 3. 50. Aethera tangentes syluas liquêre Coastræ.

Coaugmentare, Inde Coaugmẽtatio verbale. Cic. 1. de Nat. deorum. 178. Quæ copulatio rerum, & qua si consentiens ad mundi incolumitatem, coaugmentatio naturæ, quem non cõmouet, hunc hortù nihil vnquã reputauisse certo scio. In eméda tioribus codicibus legitur coagmentatio. Vide in COAGMENTO.

Coaxo, coaxas, coaxare, Idem quod Coassare.

Coaxare, (κοάξειν,) etiam dicuntur ranæ quum vocem emittunt, quam probè effingit Aristophanes in ea comœdia quæ inscribitur Ranæ.

COCALVS, (κώκαλος,) Siciliæ rex: ad quem Dædalus ex Creta aufugit: insequente Minoe Cretensium rege, quem tandem à Cocali filiabus interfectum esse refert Aristoteles. Ouid. 8. Metam. 53.

Iamque fatigatum tellus Actæa tenebat
Dædalon, & sumptis pro supplice Cocalus armis Mitis habebatur.

COCANICVS, Siciliæ lacus: ex quo salem Cocanicum nominamus. Plin. lib. 31. cap. 7. 6. Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellauimus, necnon & Cyprio maximè simili.

Coccetum, Genus edulii ex melle & papaueris factum: quòd ad ignem coquatur. Festus.

Coccinatus, Coccinus, Vide COCCVM.

Coccum, cocci, (κόκκος, βαφικά,) Est veluti granum quod ex fructice, qui coccus dicitur, ilici simili, vel ex rubenti gramine nascitur: vulgò granum dicitur. Plin. lib. 21. cap. 8. 1. & lib. 9. cap. 41. 2. Coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Lusitaniæ in maxima laude est. Coccum autem à Dioscoride κόκκος βαφικὴ dicitur. Hoc est granum tinctorium. Frutex est fullonius cui adhærent grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus, cuius copia summa in ea parte Hispaniæ quæ Tudertania appellatur, vt est author Strabo in decimo. Quædam id esse putant quod nos cramesinũ dicimus. Bayfius. Madidus cocco. Vide COCCVS.

¶ Coccus, pro Panno coccineo. Plin. lib. 9. cap. 38. 2. de purpuris, Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiæque eius nigritiæ dat auferitatem illam nitoremque qui quæritur cocci.

Ardenti cocco radiare, Splendida veste indutum esse. Silius lib. 17. 8.
At contrà ardenti radiabat Scipio cocco.

Coccineus, (κόκκινος,) Adiectiuum. vt Coccinei acini. Plin. lib. 21. cap. 31. 1. Quos inuitat hederæ florũ similitudo, in duob⁹ eius generibus quorũ alterũ, cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabũ vocant.

Coccinus, (κόκκινος,) aliud adiectiuum. vt Coccinus color, qui exuberantiam quandam ac splendorem ruboris ostendit. vnde Coccina vestis, cocco infecta.

Coccinum, (κόκκινον,) Substantiuum, pro Coccina veste. Martialis lib. 2. 16. Si fuerit sæuus, coccina quid facient? Idem, Coccina famosæ donas, & ianthina mœchæ.

Coccinatus, (κοκκινωτός,) Coccina veste indutus. Martialis lib. 5. 36. Clamat coccinatus Euclides.

Coccyx, coccygis, pen. corr. (κόκκυξ,) Auis quam Latini cuculum vocant. Plin. lib. 10. cap. 9.

Cochlea, (κοχλίας, κόχλος, φιλέλικος,) Proprie testa limacis: licet quandoq; pro ipso limace, qui testam habet, accipiatur. Est autem proprie limax, qui sine testa est: Cochlea verò quæ testam habet. Plaut. Pœn. 7. 29. Vicistis cochleam tarditudine. Idem Capt. 3. 13. Quasi quum caletur, cochleæ in occulto latent. Vide Plinium. Cice. 2. de Diuinat. 197.

De cochleis quomodo ali debeant in villa, Vide Varronem libro. 3. de Re rust. cap. 14.

Serpere in cochlea. Cels. lib. 8. ca. 10. Prima breuissima adhibẽda, quæ circa fracturã ter voluta sursum versum feratur, & quasi i cochlea serpat. Calla sanguine cochlea. Vide CASSVS.

Altiles cochleæ. Vide Altilis in ALO.

Cauaticæ cochleæ. Vide CAVVS.

Carouarum domus cochlearum. Stat. 4. Sylu. 9. 7.

¶ Cochlea, in torculari lignum est erectum clauiculatim, id est spiratim & capreolatim striatum, quod per medium prælum striatum & ipsum, transactum, vertigine sua tollendo, demittendoque prælo inuentum est. Vulgò visa torcularis dicitur. Vnde & cochlea in ædificiis dicta, quæ scalæ cochlides etiam dicuntur, ob id sic dictæ quòd anfractuosæ sint in modum cochlearis testæ, & quòd clauiculata & tortili structura à trichiniis in cœnacula euadant. cuiusmodi ferè sunt in ædificiis Gallicis scalæ. Budæus.

¶ Cochlea, Hausstorium organum quod vulgus pompam appellat. In medio rota est quæ dum à calcantibus vertatur machina introrsus clauiculatim detorta, inter strias & strigles aquas exorbet ex aquario septo & retrorsus emittit. Huius autem machinæ conficiendæ ratio, à Vitruuio, decimo lib. cap. 11. describitur. Est autem, inquit, etiam cochleæ ratio, quæ magnam vim haurit aquæ, sed tam alitè tollit quàm rota. Ibi dem, paulò à fine cap. Et ita cochlea hominibus calcantibus facit vertiones. Vide & lib. 5. cap. vltimo.

¶ Cochlea, etiam est genus ostii. Varr. 2. de Re rust. cap. 5. Ostium habere humile, & angustum, & potissimum eius generis quod cochleam appellant, vt solet esse in cauea in qua tauri pugnare solent.

Cochlearium, cochlearii, (κοχλιαρεῖον,) Locus quo reponuntur cochleæ. Varro. 3. de Re rustica, cap. 14. 1. Nam & idoneus sub dio sumendus locus cochlearijs, quem circùm totum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partũ, non liberos earum, sed ipsas quæras.

Cochleâre, pen. prod. vel cochlear, pen. corr. neu. g. (κοχλιάριον, ἀβολίσκος,) Instrumentum oorum. Martialis libro. 14. 126. de cochlearijs.

Sum cochleis habilis, sed nec minus vtilis ouis.

Nunquid scis potius cur cochleare vocer? Colum. lib. 12. cap. 21. 3. Idque quum est aridum factum, molitur, & ex eo molito post falituram mufti cochlear cumulatũ, vel simile genus poculi eius qui est quarta pars cyathi, adiicitur in binas vrnas.

Cochlearis, & hoc cochleâre, pen. produ. Plin. lib. 21. cap. 27. 1. Tusa hydropicis datur in aqua, cochlearii mẽsura, celerrimeque reddunt aquam.

Cochlidium, (κοχλίδιον,) Scala rotunda. Strabo lib. vltimo, Altitudo quædam manu facta, turbinea, petroſæ ripæ persimilis, in quam per cochlidium ascenditur.

COCINTHVM, Longissimum Italiæ promontorium, vt est apud Plinium lib. 3. cap. decimo.

Cocles, huius cóclitis, pen. corr. (μονοφθαλμός,) Luscus ab antiquis dicebatur, hoc est qui vnum tãtum oculum habebat. Plaut. Curcul. 8. 23. Vnc ocule salue. c. quæso deridẽsne me?

LY. De coclitum prosapia te esse arbitror. Nam hi sunt monoculi.

COCLES, (κώκλης,) Vir Romanus, qui Porsenæ regi, vt docet Liuius lib. 2. Decad. 1. per sublicium pontem transire conanti, solus hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à sociis frangeretur: quo facto, se cũ armis præcipitauit in Tyberim. Et licet lætus in coxa fuerit, Tyberim, tũ tranado ad suos peruenit. Vnde est illud ab eo dictum, quũ ei in comitijs coxæ vitiũ obiceret, Per singulos gradus admoneor triũ phi mei. Huius meminit Valer. Max. lib. 3. ca. 2. Virg. quoq; Aeneid. 8. illum indignanti similem, similemque minanti.

Aspiceres pontem auderet quòd vellere Cocles. Ci. 2. de Legibus. 17. Nec quia nusquam erat scriptum, vt contra omnes hostium copias in ponte vnus assisteret, à tergoque pontem interscindi subiret, idcirco minus Coclitem illam rem gessisse tantam, fortitudinis lege atque imperio putabimus.

Coctibilis, Coctilis, Coctiuus, Vide COQVO.

COCTIAE, Dictæ sunt Alpes à Coctio rege Gallorum domitore, qui in amicitiam Octauii receptus est.

Alpes, de quibus meminit Alciatus in lib. 15. Corn. Taciti: vbi varia genera Alpium attingit, in hunc modum, Coctias autẽ existimauerim, qua à Segusio oppido per Centrones iturtametsi recentiores, vt Paulus Diaconus & Georgius Merula Coctias esse existiment in quibus Bobium vrbs est quod antiquis authoribus non est probabile. Sed & Coctias appellatas, quandoque etiam Iulias non falso fortasse aliqui tradunt, quòd in eas per Tricaspinos eatur.

Coctona, aut Coctana, Vide COTONA. Martialis libro. 13. 28. Si maiora forent coctona, ficus erat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coctus, et Cocus, Vide COQVO.

Cócula, pen. corr. Vasa ænea coctionibus apta. Festus.

COCYTVS (inquit Seruius) Fluuius inferorum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id est lugere. Nam Homerus sic posuit Est autem locus vicinus Acheronti, Virgilius lib. 6. Aeneid.

– tenent media omnia syluæ,
Cocytusque sinu labens circumuenit atro.

Hemitus Cocyti. Cic. 1. Tusc. 16. Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transuectio Acherontis, mento summam aquam attingens siti eneclus Tantalus?

Ater Cocytus errans lanquido flumine. Horat. 2. Carm. ode. 14. 4.

Inamœnus Cocytus. Stat. lib. 1. Thebaid. 18.

Iners Cocytus. Senec. Here. furen. 9. 14. Palus inertis fœda Cocyti iacet. Ibidem. 10. 9. Ibit ad manes facietque inerti Vela Cocyto.

Rigens Cocytus. Senec. Here. Oeth. 16. 5.

Non me rigentis stagna Cocyti tenent.

Cocyti amnis seueros. Virg. 3. Georg. 7.

Acheron omnem Cocyto eructat arenam. Virgil. 6. Aeneid. 60. Ad physiologiam hoc figmentum pertinere Seruius ait, quòd qui caret gaudio, sine dubio tristis est. tristitia autem vicina luctui est, qui ex morte procreatur. restè ergo in Cocytum per stygem arenas eructare suas Acherontem fingit Maro.

Cocyti stagna alta. Virgil. 6. Aeneid. 65.

Cocyti limus niger & deformis arundo. Virgil. 4. Georg. 96.

Fluere dicit apud inferos Cocytus. Cic. 3. de Nat. Deor. 58. Ergo etiã Orcus frater eorum deus, & illi qui fluere apud inferos dicunt, Acheró, Cocytus, Pyriphlegeton, tum Charon, tum Cerberus dii putandi.

COCYTIA, (κωκύτια,) Sacra erant, quæ fiebant in honorem Proserpinæ, quam Plato rapuit.

Codam, (δῶμα,) Veteres dicebant pro Cauda. Varro, Sed vt canis sine coda. Nonius.

CODANONIA, insula vna est ex Hemodibus in Germania. de qua sic Pomponius Mela lib. 3. scribit, Septem Hemodes contra Germaniã proiectæ in illo sinu, quê Codanũ diximus. Ex iis Codanonia, quã adhuc Theutoni tenent, vt magnitudine alias, ita fœcunditate antestat.

CODANVS, (κόδανος,) Super Albim fluuiũ ingens sinus, magnis, paruisq; insulis refertus in Germania, de quo Plin. lib. 4. cap. 13.

Codex, huius códicis, pen. corr. (κόδιξ,) Id est caudex ex quo cortex extrahitur. Vide CAVDEX. Columel. lib. 4. cap. 8. 4.

Nec tam celeriter radiculæ inueterato iam codice enascuntur. Ouid. 12. Metam. 87. Codice qui misso, quem vix iuga bina mouerent.

Iunctа, Phœnoleniden à summo vertice fregit.

¶ Codex robustus, pro Supplicii genere apud Plautum in Pœn. 17. 33.

– ego iam detrudam ad molas,
Inde porro ad puteum, atque robustum codicem. Locus dicitur Festo Pompeio, quo præcipitabatur malefactorum genus.

¶ Codex, (βιβλος,) etiam dicitur liber. Cic. 3. Ver. 84. Itaqi L. Piso multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercessit, quòd iste aliter atque vt edixerat, decreuisset. Seneca de Breuitate vitæ, Caudex apud antiquos plurium tabularum contextus vocatur: vnde & tabulæ Codices appellantur.

Extrema cera codicis. Cic. 3. Verr. 65. Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosã litura fecit. in extrema cera est. Perinde ac in vltima tabula, vltima parte tabulæ. Asconius.

Lituta codicis. Cic. 5. Verr. 33.

Accepti & expensi codex. Cic. pro Rosc. Comœ. 2.

Chartaceus codex. Vide CHARTA.

Fallius codex. Cic. 3. Verr. 112.

Interlitus codex. Cic. pro Cluent. 73.

Habere nomina digesta in codicẽ accepti & expensi. Cic. p Rosc. Com. 5.

Habere nomen relatũ in codicẽ accepti & expẽsi. Cic. pro Rosc. Com. 3.

Habere subsortitionem in codice. Cic. pro Cluent. 73. Quòd C. Verres Prætor vrbanus, homo sanctus & diligens, subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

Instituere codicem. Cic. pro Rosc. Comœ. 3.

Legere codicem. Cic. in Vatin. 3.

Obsignare codicem. Cic. 3. Verr. 106.

Proferre codicem. Cic. pro Rosc. Comœ. 4.

Recitare codicem. Cic. in Vatin. 3.

Recitare suum codicem testis loco arrogãtiæ est. Cic. pro Rosc. Com. 3.

Recognoscere codicem. Cic. in Vatin. 3.

Referre in codicem. Cic. pro Sylla. 35.

Acceptum, & expensum in codicẽ referri debuit. Cic. pro Rosc. Com. 4.

Referre falsum in codicẽ. Cic. pro Rosc. Comœd. 1.

Referre nomina in codices. Cic. pro Rosc. Comœ. 2.

Scribere codicem. Cic. pro Rosc. Com. 3.

Codicillus, (βιβλαρίδιον,) Diminutiuum, Paruum codicem significat: Codicilli verò numero plurali proprie epistolas significant. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 2. 13. 1. Epistolam hanc comitio efflagitarũt codicilli tui. Idem Leptæ, li. 6. Epist. 18. 1. Simul vt accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui è Balbo per codicillos quid esset i lege. Catul. epig. 39. 4.

Moecha putida redde codicillos.

In codicillis exarare exemplum. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 1.

Cum codicillis obuiam venire alicui. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12. 6.

Perferre codicillos ad aliquem. Sueton. in Caligula, cap. 55.

¶ Codicilli, sunt etiam diplomata, id est chartulæ complicatæ, & lino traiectæ, obsignataeq;. Sueton. in Claud. cap. 29. Suppositos, aut etiam palàm immutatos datorũ officiorum codicillos. Hermogenianus i. L. Administrantes. ff. de Excusationibus tutorũ, Administrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, à tutela itemque à cura tempore administrationis delata excusantur.

Fasta codicillorum. Cic. Att. lib. 4. 77. 4. Vt non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum Cõsulum paginulas habeat, q̃ factorum.

Insignia codicillorum auferre, pro Munere publico, honore, & dignitate priuare. Costantinus & Iulianus Imperator in L. Iudices, de Dignitatibus, libro. 12. C.

Codicilli, sunt libelli, in quibus quum quis impeditur necessitate aliqua, ne faciat testamentum, de rebus suis disponit in vltima voluntate. quo autem tempore, & qua ratione ius eorũ introductum sit, declarat titulo de Codicillis, in Institutionibus ciuilibus, Ante Augusti tempora, inquit, constat codicillorum ius in vsu nõ fuisse: sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fidei commissa esse cœperunt, codicillos introduxit, &c.

Legare codicillis. Marcellus in L. Diui §. Si post testamentum. ff. de Iure codicillorum.

Codicillaris, & hoc codicillare, Adiectiuum, (διβλαρίσιος,) vt Potestas codicillaris Lampridio, Id est quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur. vel quo mandatur munus publicum. in L. Iudices, de Dignitatibus, lib. 12. C. Budæus.

Codicariæ, (κόδμιοι,) Naues dictæ sunt, quæ & caudicariæ, quòd è caudicibus, id est ligni crassioribus factæ sint. Varro de Vita Populi Romani. Quòd antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tyberi naues codicarias appellamus. Sallust. Hist. li. 4. Et quãquam ad id naues codicariæ occultò per hyemem fabricatæ aderant. Sipontinus ex Nonio.

Codones, penul. prod. (κώδωνες,) sunt tintinabula, & quos sonalios vocant.

Codonophori, pen. corr. (κωδωνοφόροι,) interpretantur tintinnabula gestantes: quos Ante ambulones atratos, & Ferales præcones Latine appellare possumus. Sunt autem funerum iudictores, & qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt. Budæus.

Codion, Genus lactucæ, à corii similitudine, in petris nascens: cochliis mollissimum inter omnes Sipont. Est & Ruellio Codion bulbi, sylueſtrium bulborũ flos. ait enim lib. 2. cap. 100. Sylueſtrii bulborum florem coronis inseruêre veteres, ancmonem vocantes, post narcissum, vt Theophrastus inquit, exeunte vere, sed aliam quàm quę dicetur in phœnii mentione. Græci florem hunc codion bulbi vocãt.

CODRVS, (κόδρος) Dux Athenienſium fuit, qui orto bello inter Laconas & Athenienſes, quum respondisset oraculum, illos posse vincere quorum dux perisset habitu humili profectos est ad hostium vicina tentoria, & illic iurgio eos in suam cædem instigauit, & à nullo cognitus fecit locũ oraculo. Hæc Seruius explicãs illud Virgilii, eclog. 5.

Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alcons habes laudes, aut iurgia Codri.

Incipe: pascentes seruabit Tityrus hœdos. Idẽ testatur Cic. lib. 1. Tusc. 89. Horat. 3. Carm. ode. 19. 1. Codrus prò patria non timidus mori.

Conseruator ciuitatis Codrus. Cic. 5. de Finib. 111.

Codrus, fuit etiam vir quidam pauperrimus: cuius paupertas prouerbio locum fecit, vt dicamus, Codro pauperior. Iuuen. Saty. 3. 21. Tota domus Codri rheda componitur vna. Vide Erasmum.

COECINVM, Oppidum in sinu Scyllaceo Pomponio Melæ lib. 2. in descriptione Italiæ, Secũdus, inquit, Scyllaceus inter promõtoria Lacinij & Zephirij, in quo est Petilia, Cœcinũ, Scyllaceũ, Mistræ.

Cœle Syria, (κοίλη συρία,) Strabo lib. 16. Tota regio vltra Seleucidem in Aegyptum & Arabiam recedens, Cœle Syria appellatur, sed proprie quæ Libano terminatur, & Antilibano. Hactenus Strabo. Nomẽ sortita est à concauitate, quàm Græci κοίλα τὰ τραχέα nominant. Nam & κοῖλος, omnis locus cauus dicitur. Populi autem appellantur Græcè κοιλοσύριοι, Strab.

Coeliacus, (κοιλιακός,) Morbus intestinorum, vel portæ inferioris, & extremi ventriculi stomachi qui pylorus Græcis dicitur: de quo sic Celsus libro. 4. capit. 12. In ipsius verò ventriculi porta consistit is, qui & longus esse consueuit: κοιλιακὸς à Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, doloréque eius est. Aliquo nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit. Extremæ partes frigescũt. Difficulter spiritus redditur.

Cœliacus,

Cœliacus, etiam dicitur is qui cœliaco morbo laborat, cuius exempla crebrima sunt apud Plinium, vt lib. 23. cap. 1. 5. Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos iuuat. De nucleis acinorum.

COELOS, Thraciæ portus est, Athenienſibus & Lacedæmoniis (inquit Mela lib. 2.) nauali acie decernentibus Laconicæ classis signatus excidio. Thucydides lib. 8. pugnam naualem iuxta Abydum Athenienſibus cum Syracusanis, & Lacedæmoniis fuisse scribit, Thrasyllo videlicet & Thrasibulo ducibus, insigni parta victoria. Sunt qui ad Elbiadem referre malint, quem Lacedæmonios vicisse, octoginta nauibus amissis, & propè omnibus eorum ducibus cæsis, Plutarchus, & Iustinus scribunt. Ad hunc quoque portum, Milciadis, & Thucydidis historici monstrari tumulos Ammianus scribit.

Coemeterium, (κοιμητήριον,) Latinè dicitur Dormitorium: Locus vbi mortuorum corpora conduntur. Sic dictum quòd hæc mors corporis temporaria sit, simusque omnes resurrecturi. Non tacitè à quibusdam recentioribus dictum est sepulcretum: quo & Catullus vtitur.

Cóemo, cóemis, pen. corr. coémi, pen. prod. coemptum, (συναγόρασμαι,) coemere, Idem quod emere significat, vel simul emere. Terent. Adelph. 2. 2. 17. Coemisse, hinc quæ illac veheres multa. Cic. lib. 14. Epist. 19. 6. Omnia bona coemit. Idem. 5. Verr. 151. Deinde ipsos sibi frumentum coemisse. Et Gallo, lib. 7. 14. 4. Cæsar. 7. belli Gal. 216. Huc magnum numerum equorum huius belli causa in Italia atque in Hispania coemptorum miserat.

Merces coemptas supprimere. Vlpian. in L. Annonã. ff. de Extraordinariis criminibus, Præterea debebis custodire ne Dardanarii vllius mercis sint: ne aut ab iis q̃ coẽptas merces supprimũt, &c. annona oneret.

Rerum coemptarum pretiis fraudare aliquẽ. Sueton. in Nerone, cap. 5.

Coemere & vendere aliquid, contraria. Cic. 6. Verr. 117. Nisi fortè existimatis postea quàm iudicia seuera Romæ fieri desierint, Græcos homines hæc vendere cœpisse: quæ tum non modò non vendebant, verùm etiam coemebant.

Coemptio, (συναύνησις,) Verbale. Cic. 1. de Orat. 122. Nam neque illud est mirandum, qui quibus verbis coemptio fiat, nesciat, eundem eius mulieris quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere.

Vsus, Coemptio. Cicero pro Placco. 65. Nunc audio: sed quæro vtrum vsu, an coemptione? vsu non potuit: nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum authoritate diminui. Coemptione? omnibus ergo authoribus.

Facere coemptionem. Cicero pro Murena. 24. Putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari.

COENEVM, Promontorium Euboeæ Pomponio Melæ lib. 2. in descriptione insularũ maris Mediterranei, Euboea ad Meridiẽ promontoriũ Geresto & Caphareũ, ad Septentrionẽ Cœneũ extrudit, & nusq̃ lata.

Coena, cœnæ, (δεῖπνον, ὀψοφαγία,) & in plurali cœnæ, cœnarum, notũ est. Festus, Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandiũ. Vesperna, quam nunc cœnã dicimus. Plaut. Casina. 16. 17. Martialis. Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum.

Deũm cœnæ, pro Dulcibus & gratis dicuntur, quòd illi ambrosia victitare ereditì sint. Horat. 2. Serm. saty. 6. 13.

O noctes, cœnæque deũm, quibus ipse, meique
Ante larem proprium vescor.

Lautiores cœnæ. Vide LAVTVS.

Pontificum cœnæ, Sumptuosæ dicuntur & opiparæ. Horat. 2. Carm. ode. 14. 6.

Absumet hæres Cæcuba dignior
Seruata centum clauibus: & mero
Tinguet pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis. Prouerbium est apud Erasmum, Pontificalis cœna.

Caput cœnæ. Id est principium. Cicero. 5. Tusc. 137. Vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum.

Fundus & fundamentum cœnæ. Id est totus apparatus. Gel. lib. 17. cap. 8.

Eius cœnæ fundus, & fundamentũ omne erat in olla vna lentis Aegyptiæ, & cucurbitæ inibi minutim cæsæ.

Impensis cœnarum suffragia plebis venari. Horat. 1. Epist. 20. 8.

Pater cœnæ, Conuiuator, hospes. Horat. 2. Serm. saty. 8. 2.

Cœnarum magister. Martial. lib. 12. 44.

Conuiuas alios cœnarum quærere magister.

Tempus cœnandi. Gel. lib. 17. cap. 8.

¶ Abundantissima cœna. Sueton. in Nerone, cap. 42.

Ambulans cœna. Vide AMBVLO.

Antelucanæ cœnæ. Vide ANTELVCANVS.

Aspera cœna. Vide ASPER.

Brevis cœna. Horat. 1. Epist. 14. 7.

Centenariæ cœnæ. Vide CENTENARIVS.

Cœna dubia. Vide DVBIVS.

Magna cœna. Horat. 2. Serm. saty. 6. 21.

Mundæ cœnæ paruo sub lare pauperum. Horat. 3. Carm. ode. 29. 3.

Cœna nitida & frugi. Plin. epist. 45. c. Apponitur cœna non minus nitida quàm frugi, in argento puro & antiquo.

Cœna opima. Vide OPIMVS.

Prior cœna me detiner, id est Apud illũ cœno qui prior me vocauit. Horatius. 1. Epist. 5. 6.

Et nisi cœna prior, potiorque puella Sabinum
Detinet, assumam. Potest & prior exponi, quasi melior & lautior.

Subita cœna. Seneca Thyeste. 9. 3.

¶ Ad cœnam aliquem adducere. Cic. 5. Tusc. 131.

Irare ad cœnas. Cicero Pæto, lib. 10. 24. 6.

Te ad cœnas itare desisse, molestè fero.

Inuitare ad cœnam. Vide INVITARE.

Ad cœnam mittere. Vide MITTO.

Redire à cœna. Cic. pro Cælio. 14.

Reuocare aliquem ad cœnas. Cic. Pæto, lib. 10. 24. 10. Vides, vt te philosophando reuocare coner ad cœnas?

Venire ad cœnam. Cic. ad Quintum fratrem lib. 3. 17. 24.

Vocare aliquem ad cœnam. Cic. ad Atticum, lib. 6. 14. 15.

Dare cœnam alicui. Cicero Pæto, lib. 9. 20. 6. Sed vide audaciam: etiam Hirtio cœnã dedi sine pauone. Et. 6. Ver. 43. Is cœnam isti dedit apud villam in Tindaritano.

In cœnam. Vide IN.

In cœnas singulas. Vide IN.

In cœna imitari aliquid. Cic. Pæto, lib. 9. 20. 7. Tamen in ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari.

Inter cœnam. Vide INTER.

Inter cœnam ludere. Sueton. in Augusto, cap. 71.

Post cœnam vomere. Cic. pro Dejotaro. 13.

Super cœnam cantare. Sueton. in Nerone, cap. 22.

Super cœnam sumere cibum. Sueton. in Domitiano, ca. 21. Prandebat ad satietatem, vt non temerè super cœnam præter Martianum malũ & modicam in ampulla potiunculã sumeret.

Super cœnam transigere multa. Sueton. in Vespasiano, cap. 22. Et super cœnam autem, & semper aliàs comissimus, multa ioco transigebat.

¶ Accipere aliquẽ cœna. Gell. lib. 17. ca. 8. Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cœna plerũq; ad 12 dei, vbi iam vesperauerat.

Adhibere cœnam. Vide ADHIBEO.

Adhibere cœnæ aliquem. Suetonius in Claudio, cap. 32. Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris puellulisque nobilibus. Idem in Augusto, capite. 74.

Apparare cœnam. Vide APPARO.

Apponere cœnam. Vide APPONO.

Carpere cœnam è rogo. Catul. de Rufa. 55. 1.

Bonomensis Rufa Rufulum fallit
Vxor Meneni, sæpe quam in sepulchretis
Vidistis ipso carpere è rogo cœnam.

Claudere cœnas dicitur cibus, qui in cœna postremus apponitur, vt lactuca solebat apud veteres, teste Martiale. Vide CLAVDO.

Condicere cœnam, & ad cœnam. Vide CONDICO.

Cœnam dare. Plaut. Capt. 8. 34.

– vt mihi cœnas decem
Meo arbitratu dent, quum cara annona sit.

Comitatis exquisitissimè cœnam dare alicui. Sueton. in Othone, cap. 3.

Ducere cœnam. Id est deducere, perficere, transigere. Horat. in Arte. 76.

Cœnam imperare. Vide IMPERO.

Indicere cœnam. Vide INDICO.

Largiri cœnam. Vide LARGIOR.

Oleribus cœnam instruere. Vide INSTRVO.

Ministratur cœna pueris. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 24.

Obire cœnas. Vide OBEO.

Parare cœnam. Vide PARO.

Præbere cœnam aliquot ferculis. Sueton. in Augusto, cap. 74. Cœnã ternis ferculis, aut, quum abundantissimè, senis præbebat, vt non nimio sumpto, ita summa comitate.

Producere cœnam iucundè. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 14.

Quærere cœnas, id est appetere. Cic. Pæto, li. 9. 16. 22. Nec tamẽ eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiãt quod erit, magnificũ sit & lautum.

¶ Cœna, pro loco in quo cœnatur. Plin. lib. 12. cap. 1. 8. Aliud exemplũ Caii principis in Veliterno rure mirati vnius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, quum ipse pars esset umbræ, quindecim conuiuarum ac ministerii capace triclinio, quam cœnam appellauit ille nidum.

¶ Recta cœna sportulæ opposita erat. Liberaliores enim diuites ciuilio resque salutatoribus suis legitimum conuiuium exhibebant, quæ Recta cœna dicebatur. Sordidi autem & maligniores, rectæ cœnæ loco sportulam tantum præbebant. Suet. in Domit. cap. 7. Multa etiam in communi rerum vsu nouauit, sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Idem in Augusto, cap. 74. Conuiuabatur assidue, nec vnquam nisi recta. Idem in Vespasiano, cap. 19. Sed &

Universidad de Deusto Biblioteca

conuiuabatur assiduè ac sæpius rectè ac dapsile, vt macellarios adiuuaret. Interdum nummi sportulæ loco cedebant. Iuuenal. Saty. 1. 12.
Sed quum summus honor finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat?
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est, Et panis fususque domi? Budæus.

Cœnula, (δειπνίδιον,) Diminutiuum. Cic. 5. Tuscul. 131. Quid vos hesterna, inquit, cœnula, non intellexistis me pecunia non egere? Mart. lib. 10. 48. —vna ponetur cœnula mensa.

Parua cœnula. Martialis lib. 5. 129.
Parua est cœnula, quis potest negare?

Ad cœnulam inuitare aliquem. Sueton. in Claud. cap. 21.

Facere cœnulas. Cic. Pæto, lib. 10. Epist. 14. 6. Deinde etiam vereor (licet enim verum dicere) ne, nescio quid illud quod solebas, dediscas, & obliuiscare cœnulas facere.

Cœno, cœnas, cœnaui, & cœnatus sum, cœnatũ, (δειπνέω,) cœnare. Plautus Mostel. 16. 8. Hic apud nos hodie cœnes. Cic. ad Qu. fratrẽ lib. 2. Epist. 8. 5. Eo die cœnaui apud Crassipedem. Ibidem, epist. 9. 2. Cœnabis quum veneris.

Apud aliquem cœnare. Cic. Lent. epist. 2. 8.

Bene cœnare. Horat. 1. Epist. 6. 12. & Catul. epig. 13. 1.

Melius cœnare. Cic. 5. Tusc. 137. Socratem ferunt, quũ vsq; ad vesperũ contentius ambularet, quæsitũque esset ex eo quare id faceret, respondisse se, quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem.

Ciuiliter cœnare. Vide CIVILITER.

Libenter cœnare. Vide LIBET.

Simul cœnare. Cic. lib. 2. de Inuent. 131.

Atratũ cœnare. Cic. in Vatiniũ. 23. Cedo, quis vnquã cœnauit atratus.

Cœnare cum aliquo. Horat. 1. Epist. 7. 14.

Cum toga pulla cœnare. Cic. in Vatin. 24. Quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla?

In triclinio cœnare Cic. Attico, lib. 13. 298. 2.

Cœnare in odorem culinæ. Plaut. Pseud. 13. 53. Eum in odorem cœnat Iuppiter quotidie.

Cœnare alienum. Plaut. Persa. 15. 4.
Argento vicit iam hodie, alienum cœnabit, nihil Gustabit de meo.

Aprum cœnare. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 47. Sic apud Senecam, de Prouidentia, Cœnare herbas.

Olus cœnare. Horat. 2. Epist. 2. 54.

Patinas cœnabat omasi Vilis, & agnini. Horat. 1. Epist. 16. 2.

Pulmenta cœnare. Horat. 1. Epist. 19. 10.

¶ Cœnare malum, per metaphoram. Plaut. Asin. 16. 86. Ecastor cœnabis hodie, vt dignum est, magnum malum.

Cœnans, (δειπνῶν,) Partic. Cic. Att. lib. 15. Epist. 330. 3. Aduētabat autẽ βουλκόει cœnantibus nobis. Idẽ F. Tironi, lib. 16. Epist. 21. 7. Hac introducta cõsuetudine sæpe inscientibus nobis, & cœnantibus obrepit.

Cœnatus, (δεδειπνηκώς,) vt pransus, vt potus, vt lotus, id est confecta cœna, inquit Nonius. Cicero ad Atticum, lib. 2. 31. 1. Cœnato mihi, & iam dormitanti prid. Cal. Maias epistola est illa reddita. Idem. 1. de Diuin. 101. Qui quum cœnati quiescerent. Idem pro Deiotaro. 30. Quum illa munera inspexisset cœnatus. Ibidem. 13. Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere? Horat. 1. Serm. Saty. 10. 13. —amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus: totidem cœnatus.

Cœnatum est apud. Liu. 2. ab Vrbe. 17. Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficiscerentur, & cœnatum fortè apud Vitellios esset, coniuratique, &c.

Cœnaturire, Cupere cœnare. Martial. lib. 11. in Vacerrã, Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cœnito, cœnitas, cœnitare, Frequenter cœnare. Varro. 3. de Re rust. ca. 4. 2. Ex his tertii generis voluit esse Lucullus coniunctũ auiariũ, quod fecit in Tusculano, vt in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, vbi delicatè cœnitaret. Cic. Varroni, lib. 9. 7. 3. Itaque nõ desino apud istos qui nunc dominantur, cœnitare.

In publico cœnitare. Sueton. in Nerone, cap. 27.

Eodem argento cœnitare. Plin. lib. 33. cap. 11. 4. Inuenimus legatos Carthaginiensium dixisse, nullos hominum benignius inter sese viuere q̃ Romanos. Eodem enim argento apud omnes cœnitauisse ipsos.

Cœnitare foris. Cic. Trebatio, lib. 7. 16. 2. Ego si foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo non defuissem.

Sedentem cœnitare cum aliquibus. Valer. Max. lib. 2. titulo de Institutis antiquis, Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant.

Cœnaculum, (ἀνώγεων,) Locus ad cœnandum in superiori domus parte, vt ait Valla lib. 4.

Cœnaculum, inquit ibidem Valla, non tam pro loco cœnandi, quàm pro parte domus superiore accipitur, quæ frequenter hospitibus ad habitandum locari solet, qui totam domum conducere non possunt: & parte inferiore, siue illa taberna, siue officina sit, non habent opus. Varro, Vbi cœnabant, cœnaculum vocitabant. Postquam in superiore parte cœnitare cœperunt, superioris domus vniuersa, cœnacula dicta. postquam vbi cœnabant, plura facere cœperunt. Vitruuius lib. 2. Quum enim aucto mirum in modum Pop. Romano necesse fuisset in cœnaculis habitare (nam antea quum per vrbis laxitatem licebat, vnius tantum contignationis erant ædificia) ad ædificiorum altitudines deuentum, & ædium frequentiam. Cic. de Lege Agraria. 93. Romam in montibus positam, & cœnaculis sublatam atque suspensam, &c. Budæus, Cœnacula sunt loca altiora domus, ad quæ scalis aut cochleis ascenditur. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini, vt Iuuenalis Satyra decima docuit.
—Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles. Id est ad inquilinos & pauperes qui in conducto habitant. Plaut. Amphit. 9. 3.

Medianum cœnaculum. Vlpianus in Lege Si verò §. Sed & siquis cœnaculariam exercẽs. ff. De his qui deiecer. vel effuder. Quòd si ex medio cœnaculo quid deiectum sit, verius est omnes teneri.

Meritorium cœnaculum. Vide MEREO.

In aliena cœnacula se dirigere. Vlpianus in L. Saccularii. ff. de Extraordinariis criminibus, Item qui diætarii appellantur, hoc est ii qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plusquàm fures puniẽdi sunt.

Per cœnacula domum diuidere. Vlpianus in L. Aequissimũ §. Item si domus. ff. De vsufructu & quemadmodum quis vtatur & fruatur.

Diuiso cœnaculo habitare. Vlpianus in L. Si verò. ff. De his qui deiecer. vel effuder.

Mutare cœnacula. Horat. 1. Epist. 1. 19.

Cœnatio, (δειπνητήριον,) Locus (inquit Valla lib. 4.) ad cœnandum, sed in imo potius. Erat autem potentiorum, authore Budæo. Iuuenalis, Et algentẽ rapiat cœnatio solem. Colum. lib. 1. cap. 6. Vrbana rursus in hyberna & æstiua sic digeratur, vt spectent hyemalis temporis cubicula brumalem orientem: cœnationes, æquinoctialem occidentem. Rursus æstiua cubicula spectent meridiem æquinoctialem: sed cœnationes eiusdem temporis prospectent hybernum orientem. Sueton. in Nerone, cap. 31. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mũdi circumageretur. Martialis lib. 2. 56. Quid sim cernis! cœnatio parua.

Laqueatæ cœnationes. Sueton. in Nerone, cap. 31. In cæteris partibus cũcta auro lita, distincta gemmis vnionumque conchis erant. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, vt flores ex fistulis, & vnguenta desuper spargerentur.

Cœnatiuncula, Diminutiuum, (δειπνητηρίδιον,) Plin. epist. 95. a. Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta ubi paulum retentus in Larium lacum decidit.

Cœnacularius, (ἀνωγαιώνης,) Vlpianus de Pignorat. act. in L. Solutum §. Plane, Videtur autem tacitè & cum domino ædium hoc conuenisse, vt non pactio cœnacularii proficiat domino, sed sua propria.

Cœnacularia, huius cœnaculariæ, (ἀνωγεωνία,) Vnde cœnaculariam facere siue exercere dicebatur, qui domus totas conductas per singula cœnacula inquilinis locabant, vt inde quæstum facerent pluris in summam locando Vlpianus in L. Si verò §. Sed & siquis. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt, Siquis cœnaculariam exercens, modicũ sibi hospitium retinuerit, residuum locauerit pluribus, omnes tenebunt quasi in hoc cœnaculo habitantes, vnde eiectum effusumve est.

Cœnatorium (δειπνῆον,) pro Veste cœnatoria, cum qua discumbere in conuiuiis solebãt, quæ & alio nomine triclinaris toga dicebatur. Martialis lib. 10. 87. —ebriæque noctis
Cœnatoria mittat aduocato.

Cœnaticus, (δειπνητικός,) Ad cœnam pertinens, vt Spes cœnatica Plaut. Capt. 8. 37. Nũc ibo ad portum hinc, est illic mihi vna spes cœnatica.

Coenobium, (κοινόβιον,) Locus vbi communis vita ducitur.

Coenum, cœni, (βόρβορος,) Lutum dicitur. Plin. lib. 14. cap. 23. 3. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno. Ci. 4. Tus. 84. Sic se dicere omnes stultos insanire, vt malè olere omne cœnum. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 6. —& hæres
Nequicquam cœno cupiens euellere plantam.

Odor cœni grauis. Virgil. 4. Georg. 10.

Ineluctabile cœnum. Statius. 9. Thebaid. 101.
Huc vndæ coeunt, & ineluctabile cœnum.

Tenax cœnum. Claud. 2. in Eutrop. 89.
Per vada reptabat cœno subnixa tenaci.

¶ In tenebris & cœno volui, pro Vitam degere humilem & sordidam, vsus est Lucretius lib. 3. 16.
Consimili ratione ab eodem sæpe timore
Macerat inuidia ante oculos, illum esse potentem,
Illum aspectari, claro qui incedit honore.
Ipsi se in tenebris volui, cœnoque queruntur.

¶ Cœnum per metaphoram. Cic. ad Atticum, lib. 2. 36. 4. Si Protogenes Hialysum illum suum cœno oblitum videret, magnũ credo acciperet dolorem. Idem pro Domo sua. 38. O cœnum, ô portentũ, ô scelus.

Labes

Labes atque cœnum. Cicero pro Sestio. 15. Habeo quem opponam labi illi, atque cœno.

Cœnosus, (βορβορώδης,) Adiect. Plenus cœno. vt Lacus cœnosus. Colu. li. 7. c. 105. Nec vlla re magis gaudet, q̃ riuis, atq; cœnoso lacu volutari.

COENOSVS, Portus est Straboni lib. 7. Post Orchinium, inquit, extat Posidoniũ ac Buthrotũ in portus ore cõditũ, quẽ Cœnosum appellãt.

COENONNVM, (κοινόνιον,) Germaniæ vrbs Ptolemæo. vulgò Loubemburg.

Coeo, (σύνειμι, συνέρχομαι, συναθροίζομαι, συνέρχομαι,) cois, coiui, coitũ, coire, Simul ire, conuenire. Terent. Eunuch. 3. 4. 1. Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo.

Coire & dissultare. Lucr. li. 3. 81. Cõcursare, coire, & dissultare vicissim.

In aliquem locum coire. Cic. ad Attic. lib. 7. Epist. 113. 14.

In idem coire. Seneca lib. 2. de Benef. cap. 29. Et quum quædam nec coire quidem in idem natura patiatur.

Coire in vnum. Virg. 10. Aeneid. Non aliter socium virtus coit omnis in vnum. Vbi Seruius, Vnanimiter oẽs fortiter faciũt. Liu. 6. ab Vrbe. 14. Neq; se conglobãdi, coeundiq; in vnũ, aut arma capiẽdi datur spatiũ.

Gratia non coit. Horat. 1. Epist. 3. 7. —an malè sarta
Gratia nequicquam coit, & rescinditur?

Millia crabronum coeunt. Ouid. 3. Fast. 151. de Sileno,
Millia crabronum coeunt, & vertice nudo
Spicula defigunt, oraque prima notant.

Par pari coeat, iungaturque. Horat. 1. Epist. 5. 5.

Coit pus. Celsus lib. 2. ca. 8. Sine in magno abscessu multũ puris coiit, &c.

Regna bina cum populis coisse. Id est ex regnis duobus vnum esse factũ. Ouid. 6. Fast. 19.

Coit gelidus formidine sanguis. Virg. 3. Aeneid. 6.

Terra coit frigore. Lucret. lib. 6. 170.

Vndæ coeunt. Stat. 9. Thebaid. 101.

Coeunt verba, Mutuis verbis inter aliquos cõuenitur. Propert. lib. 3. eleg. 15. 2. Vix, memini, nobis verba coire decem.

Coeunt inter se. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 178. Reliqui coeunt inter se, & repentino periculo exterriti, sinistras sagis inuoluunt, gladiosque distringunt. Virg. 12. Aeneid. 142. Idem. 4. Georg. 51.

Pectinatim coire. Vide PECTINATIM.

Cornu curuata capita inter se coeunt, Arcus tẽditur. Virg. 11. Aen. 172.
Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit,
Et duxit longè, donec curuata coirent Inter se capita.

Cornua Lunæ coeunt, Plenilunium fit. Ouid. 7. Metam. 36.

Coire ad. Plin. lib. 11. cap. 28. 2. Cornua prælonga bisulcis dentata forcipibus, in cacumine quum libuit ad morsum coeuntibus.

Coire in porticum. Plin. epist. 5. d.

¶ Coire, pro Glutinari, apud Celsum lib. 2. cap. 10. At arteria incisa, neque coit, neque sanescit.

Cicatrix coit. Plaut. Amphit. 16. 64. Signo eodem apparet probè, vt primum coiit cicatrix rufula.

Vulnera coeunt. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 18.

Vulnera coeuntia rumpere. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 9.

Coire in densitatem. Plin. lib. 35. cap. 15. 5. Spissantur hæc vtraque, & in densitatem coeunt.

Coire in membra. Propert. lib. 3. eleg. 2. 2.
Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem,
Sponte sua in muri membra coisse ferunt.

Facies in monstrũ coit, In monstri speciẽ cõponitur. Senec. Hipp. 10. 12.

¶ Coire cum aliquo & coniungi, Concordare. Cic. ad Att. lib. 1. 12. 15. Duo enim soli dicuntur petituri. Cæsar cum eo coire per Arrium cogitat: & Bibulus cum hoc se putat per C. Pisonem posse coniungi.

Cum hoc coire ausus es? Cic. Post reditum in Senatu. 14.

Ius coeundi lege permissum. Callistratus in L. Semp §. Diuus quoq; Pius: ff. de Iure immunitatis, Quibusdã collegiis vel corporibus quibus artificii sui causa ius coeundi lege pmissum est, immunitas tribuitur, &c.

Coire in fœdera. Virg. 11. Aeneid.
—coeant in fœdera dextræ Quà datur.

Societatem cum aliquo coire. Cic. pro Sexto Roscio. 58. Nullamque societatem, neque sceleris, neque præmii cum homine vllo coieras.

Societatem coire & dirimere. Cic. 2. Philipp. 46. Vtinam Cn. Pompei cũ C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses.

Societatem voluntariam cum aliquo coire. Cic. pro Quint. 51.

Societatem ad emendum coire. Papinianus in L. Si fratres §. Siquis societatem. ff. pro Socio, Siquis societatem ad emendum coierit, deinde res alterius dolo, vel culpa empta non sit: pro socio esse actionẽ constat.

Coire societatem ad obligationem. Martianus in principio legis Corneliæ, Qui societatem coierit ad obligationem innocentium.

Coire societatem de, &c. Cic. pro Roscio Amer. 52. Auaritiam præfers, qui societatem coieris de municipis cognatique fortunis cum alienissimo. Vlpianus in L. Actione §. Item si alicuius. ff. pro Socio.

Ex partibus societatem coire. Celsus in L. Si ita. ff. pro Socio, Si ita coita sit societas, ex iis partibus quas Titius arbitratus fuerit, si Titius antequam arbitraretur decesserit, nihil agetur.

In rem certam emendam, aut conducendam coire societatem. Vlpianus in L. Actione §. Si in rem. ff. pro Socio.

In tempus societatem coire. Vlpianus in L. Actione §. Item qui societatem. ff. pro Socio.

Ea conditione coire societatem. Pomponius in Lege Si societatem. ff. p Socio, Si societatem mecum coieris ea conditione, vt partes societatis constitueres: ad boni viri arbitratum ea res redigẽda est. Proculus in L. Societatem mecum. ff. pro Socio, Societatem mecum coisti ea cõditione, vt Nerua amicus communis partes societatis constitueret.

Societatem alicuius rei coire. Vlpianus in L. Actione §. Item si alicuius ff. pro Socio, Item si alicuius rei societas coita sit, & finis negotio sit impositus, finitur societas. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo. 16. An cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scæuola, cum bonis denique omnibꝰ coire non modo salutis, verumetiam periculi societatem? Idem. 2. de Natura Deorum. 183. Cum parua squilla quasi societatem coit cõparandi cibi. De ea concha loquitur, quam pinnam vocant.

Societatẽ oĩum bonorũ coire. Paulus in L. Ea vero. ff. pro Socio, Quum specialiter oĩum bonorum societas coita est, tunc & hæreditas, &c.

Lucri quæstus, & compendii societatem coire. Paulus in L. Duo societatem §. Duo colliberti. ff. Pro Socio.

Vniuersarum fortunarum societatem coire. Vlpianus in L. Si societatem ff. pro Socio, Si societatem vniuersarum fortunarum coierunt, id est earum quoque rerum quæ postea cuique acquirentur, hæreditatẽ cuiuis eorum delatam in commune redigendam.

Societatem periculi vel laboris coire. Cic. Ruffo, li. 5. 19. 6. Quia cõmunicatio consilii tali tempore, quasi quædã admonitio videtur esse officii, vel potiꝰ efflagitatio ad coeũdã societatẽ vel periculi vel laboris.

Re, verbis, & per nuntium coitur societas. Modestinus in L. Societatem ff. Pro socio, Societatem coire & re, & verbis, & per nũtium posse nos dubium non est.

Res coeuntium societatem communicantur. Paulus in L. prima. ff. p Socio, In societate omnium bonorum omnes res quæ coeuntium sunt, continuò communicantur.

¶ Coire & cõgredi dicunt milites, auth. Donato, quũ veniũt ad manus.

Ad arma coire. Ouid. 11. Metam. 76.

Sine more, & arte coire. Stat. 11. Thebaid. 105. Hæc pugnæ facies: coeũt sine more, sine arte.

Agmina coeunt. Valer. lib. 8. Argonaut. 86.

Immitia placidis coeunt. Horat. in Arte poet. 3.

Rates coeunt. Valer. lib. 1. Argon. 137.

Coeunt in prælia. Valer. lib. 5. Argon. 127.

¶ Coitur, Passiuum. Lucanus in. 2.
—multumque coitur
Humani generis maiore in prælia damno.

Societas coitur. Cic. pro Sex. Rosc. 12.

Societas coita. Vlpianus in L. Vt in conductionibus. ff. Pro socio.

Societas maleficii coita. Vlpian. in L. Nec prætermittendũ. ff. Pro socio.

Contracto habito coita societas. Vlpianus in L. Nã quũ. ff. Pro socio.

¶ Coire, de re Venerea, (βαίνειν ἀλλήλοις,) Plin. lib. 10. cap. 53. 1. Quædã omni tempore coeunt, vt gallinæ. De Auium coitu.

Aues coeunt. Ouid. 9. Metam. 147.
Vrit oues aries: sequitur sua fœmina ceruum.
Sic & aues coeunt.

Cum pare suo coire. Ouid. 3. Fast. 39.
Cum pare quæque suo coeunt volucresque feræque.

Toro coire. Ouid. 1. de Arte. 114.
Sic coeunt sacro nupta Deusque toro.
Subauditur præpositio.

Furtim coire. Ouid. 1. de Remed. 7.

¶ Coire, (συνίστασθαι,) apud Priscos verbum criminosum erat. Legẽ n. Cornelia constituta erat accusatio aduersus eos qui in accusationes condemnationesque coierant. quo capite legis Corneliæ à Sylla sic appellatæ nec plebs nec equester ordo tenebatur: sed Senatores tantum, & qui magistratus gesserant. Verba legis in Oratione Ciceronis pro Cluentio. 118. hæc extant, Qui Tribunus militum legionibꝰ quatuor primis: quiue Quæstor, Trib. Plebis (& deinceps omnes magistratus enumerant) quiue in Senatu sententiã dixit, dixerit: qui eorũ coit, coierit: cõuenit, conuenerit: quo quis iudicio publico cõdẽnaret, &c.

Coire in accusationem alicuius: quod etiam subscribere alicuius accusationi dicitur Iurisconsulti. Pœna legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coierint.

Coire in lites. Plin. epist. 109. b. Recitauit libellum disertum & grauem, quo questus est vænire aduocationes, vænire etiã præuaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni & spoliis ciuiũ magnos & statos reditꝰ.

Coire de. Cic. pro Domo sua. 37. Collegia mediusfidius Tribunus plebis tota reperientur hoc iure firmato, quæ coeant de hominum locupletissimorũ bonis, præda præsertim populari & spe largitionis oblata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Id est q̃ abdito cõsilia agitẽt de evertẽdis locupletũ fortunis. Budæ⁹.
In coeundo. Lucret. lib. 6. 170.
Coiens, coeuntis, Participium, (συνεκόμενος,) vt Ripę vadi coeuntes, id est vadum angustum. Silius lib. 1. 11.
Teque vadi dubium coeuntibus Aufide ripis.
Specum coeunte terra iungere. Senec. Troad. 3. 8.
Repetensque ditem inersus ingentem specum
Coeunte terra iunxit. Id est hiatum coniungente se terra clausit.
Coibilis, & hoc coibile. Gellius lib. 17. cap. 19. Celeri admodum & coibili oratione, vocumque filo tereti, & candido fabulam scripsit Herodotus super fidicine illo Arione. Legitur & cohibili.
Coitus, coitu, coitum, Particip. Vide supra Cotum passiuum.
Coitio, (συνέλευσις,) Verbale. Cic. de Arusp. responsis. 12. Veruntamen nocturnis vigiliis & coitione hominum iustitium illud cõceptum ac meditatum est. Cic. ad Atticum, lib. 4. 8. 4. 7. Messala languet: non quo animus desit, aut amici, sed coitio c o s. & Pomp. obsunt. Liu. 3. ab Vrbe 277. Quum & per coitiones potentiorum iniuria fieret. Puto significare hîc coniurationem & conspirationem. Cic. pro Plancio. 43. Dubitatis quin coitio facta sit?
Societatis coitio. Paulus i L. Nulla. ff. Pro socio, Nulla societatis in æternum coitio est.
¶ Coitio, pro pactione arcana & factiosa. vnde Coitiones candidatorum. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 21. Quod scribis te audisse in candidatorum Consulariũ coitione me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim pactiones in ea coitione factæ, quas postea Memmius patefecit, vt nemo bonus interesse debuerit: & simul mihi committendum non fuit, vt his coitionibus interessem quibus Messala excluderetur.
¶ Coitio militum & congressio pro ipsa pugna. Terent. Phorm. 2. 2. 32. Senex adest, vide quid agas: prima coitio est acerrima. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 9. Id Quint. fœnus fuit {2 ex 22 coitione Memmii est quo cum Domitio. hanc Scaurus vnum vincere.
Coitus, huius coitus, (συνουσία, συναφρία, μίξις, ὀχεία,) Plin. lib. 10. cap. 52. 1. Coitus auibus duobus modis, &c.
Monstruosi coitus. Stat. lib. 10. Thebaid. 158.
Nefandi coitus. Senec. Hippol. 2. 16.
Venerius coitus. Gel. lib. 19. cap. 2. Hippocrates autem diuina vir sciẽtia de coitu Venerio ita existimabat: partem esse quandam morbi terrimi, quem nostri comitialem dixere. nanque ipsius verba hæc traduntur, τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὸν ὑπαπόπληξιν.
Coitus humoris. Celsus lib. 5. cap. 18. Potest verò ea cõpositio etiã ad parotidas, phymata, strumã, omnemq; coitum humoris emolliendum.
Coitus Lunæ, p eclypsi, qã scilicet Soli opponit. Plin. lib. 2. cap. 13. 1.
Coiturus, (συνουσιάσων,) Participium. Ouid. epist. 4. 26.
Nec quia priuigno videar coitura nouerca.

COIOS. Vide CAEA.

Coepio, (ἄρχομαι, ἐπιβάλλομαι, ἐπίσταμαι,) Verbũ, quo veteres vtebantur pro Incipio. Plaut. Menæch. Neque pugnas velitis cœpio. Cato, Cœpram seditiosa verba loqui. Plaut. Trucul. 5. 23.
–vbi nihil habeat,
Alium quæstum cœpiat.
Nunc præteritum eius verbi tantum est in vsu, cœpi, cum suis derivatis, cœperam, cœpissem, cœpero, cœpisse, cœptum ire. Terent. Adel. 5. 3. 43. Prius olfecissem quàm ille quicquã cœperit. Ibidem. 2. 1. 36. Illuc quæso redi quo cœpisti. Ibidẽ. 3. 3. 53. Cœpit clamare. Sallust. in Catil. Sed ea tempestate cœpere se quisque magis extollere.
Melius cœpisti quàm desinis. Ouid. epist. 9. 5.
Cœpit esse primus dies mœnibus. Propert. lib. 4. eleg. 4. 15.
Vrbi festus erat, dixere Palilia Patres:
Hic primus cœpit mœnibus esse dies. Id est eo die primum cœperunt ædificari mœnia.
Arma cœptare. Tacit. lib. 1. 2. Et Brigantes quidem paucis qui arma cœptabant, interfectis, in reliquos data venia refedere.
Exordium cœpit. Ennius apud Ciceronem de Fato. 52. Néve inde nauis inchoandæ exordium Cœpisset.
Expugnatio cœpta patratáque. Tacit. lib. 12.
Libertas cœpta. Tacit. lib. 20.
Lingua cœpit esse in quæstu. Quintil. in Procem. lib. 1. 10.
Morbus cœpit erudescere, Validior fieri. Virgil. 3. Georg. 99.
Sin in processu cœpit erudescere morbus.
Cœpit odium glandis. Lucret. lib. 5. 284.
Nam quod adest præsto (nisi quid cognoumus antè
Suauius) in primis placet, & pollere videtur.
Posteriorque ferè melior restitit reperta
Perdit, & immutat sensus ad prisma quæquet
Sic odium cœpit glandis.
Obsidium cœpit. Tacit. lib. 4.
Cœpta est oratio fieri, pro Cœpit. Cic. de Claris Orat. 13. Quã in vrbe primum se orator extulit, primumque etiam monimẽtis, & literis oratio est cœpta mandari.

Rebellionem cœptare. Tacit. lib. 3. Eodem anno Galliarum ciuitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptauere: cuius exstimulator acerrimus inter Teucros Iulius Florus.
Cœpere vrbem nouam mapalibus Tyrii. Id est incœperunt vrbem nouã condere mapalibus. Sil. lib. 15. 83.
Fortè dies priscum Tyrijs solennis honorem
Rettulerat, quo primum orsi Carthaginis altæ
Fundamenta, nouam cœpêre mapalibus vrbem.
Abundare cœpit. Cic. Attico, lib. 1. 2. 3.
Deficere cœpit aliquos fides & res. Cic. 2. in Catil. 32. Res eos iampridẽ, fides deficere nuper cœpit.
Pœniter cœpisse. Cic. pro C. Rab. Posth. 3. Nihil autẽ erat illo blãdius, nihil hoc benignius: vt magis pœniteret cœpisse, quàm licere desistere.
Recipere se cœpit in aliquem locum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 15. 9.
Respondere impudenter cœpit. Cic. 3. in Catil. 57.
Ruere cœpit. Cic. Attico, lib. 7. 18. 4.
Sentire cœpi me nocentem esse. Ouid. 1. Amorum, eleg. 7. 12.
Tractare atque agere causas cœpit. Cic. 1. de Orat. 83.
Cœpi cum verbo inchoatiuo. vt Cœpit albescere. Virg. 3. Georg. 47.
Fluctus vt in medio cœpit quum albescere ponto.
Cœpit, pro Incœpit loqui. Virgil. 1. Aeneid. 105. Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit. Et. 6. Aeneid. 75. Talia fatus erat, cœpit quum talia vates.
Cœptus sum, pro Cœpi. Liu. lib. 2. ab Vrbe. 3. Quid enim futurum fuit, si illa pastorum conuenarumque plebs transfuga ex suis populis, sub tutela inuiolati templi, aut libertatem, aut certè impunitatem adepta, soluta regio metu agitari cœpta esset tribunitiis præcellis? Cicero de Claris Orat. 166. Hortensius igitur quum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est. Ibidem. 127. de eodem Hortensio, Is quum satis floruisset adolescens, minor haberi cœptus est postea. Budæus.
Cœptus, Participium, (κατάρχειος,) vt Bellum cœptum. Virg. 2. Aen. 33.
–cœpti fiducia belli Palladis auxiliis semper stetit.
Amicitiæ cœptæ perenne fœdus. Stat. 4. Sylu. 6. 19.
Cœpta carmina tuis iussis. Virg. eclog. 8. 3.
Iter cœptum peragere. Ouid. 1. Fast. 38.
Limite cœpto tendere. Stat. 5. Sylu. 1. 38.
Opus cœptum perficere. Ouid. 4. Fast. 4.
Op⁹ cœpti reuocare, id est iterare & rursus incipere. Ouid. epist. 12. 11.
Et cœptum reuocas pallida semper opus.
Ora cœptis transitum verbis negant. Senec. Hippol. 5. 3.
¶ Cœptus, Actiuè: quam. Virgil. 6. Aeneid. 51. Sub pedibus mugire solum, & inga cœpta moueri Syluarum.
Pecunia cœpta deberi. Cic. 1. de Orat. 82. Vt si ille inficiator probasset iudici ante petitam esse pecuniam, quàm esset cœpta deberi.
His cœptis, Participialiter, id est quũ hęc incœpta erunt. Virg. 8. Aen. 3.
Quid struat his cœptis. Id est quum hæc iam cœperit. Seruius.
Cœpturus, (ἀρξόμενος,) Quintil. lib. 10. cap. 1.
Nos rite cœpturi ab Homero videmur.
Cœptum, cœpti, (κατάρχειν,) pro Principio. Ouid. 1. Metam. 1.
–Di cœptis (nam vos mutastis & illas) Aspirate meis.
Audax cœptum. Virgil. 1. Georg. 8.
Ferox cœptum. Silius lib. 11. 41.
Audita asperitate viri, cœptoque feroci.
Immanibus cœptis efferus, Furiatus sæuis cogitationibus. Virgil. 4. Aen. 129. At trepida, & cœptis immanibus effera Dido. Seruius.
Ingentia cœpta. Virgil. 9. Aeneid. 62.
Inuida nox cœptis. Ouid. 9. Metam. 98.
Fremitus vanique insania cœpti. Valer. lib. 2. Argonaut. 105.
Adesse cœptis alicuius dicitur Deus. Ouid. 6. Fast. 131.
Nunc ades ô cœptis flaua Minerua meis.
Annuere cœptis alicuius. Virgil. 1. Georg. 8.
Aspirare cœptis alicuius. Ouid. 1. Metam. 1.
In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Di cœptis (nam vos mutastis & illas) Aspirate meis.
Tædia cœpti capere. Ouid. 9. Metam. 124.
Vincetur, reperendus erit nec tædia cœpti
Vlla mei capiam, dum spiritus iste manebit.
Deesse cœptis dicitur qui incœptum non perficit. Stat. 10. Thebaid. 45.
Nec deest cœptis.
Manus vltima cœpto defuit. Ouid. 2. Trist. 111.
Deficere cœptis. Valer. lib. 2. Argon. 120.
Desistere cœpto. Senec. Theb. 1. 21.
Differre cœpta. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 27.
Siquid aget maius, differt tua cœpta.
Exequi cœpta. Senec. Hippol. 5. 2.
Expugnare cœpta, id est perficere. Ouid. 9. Metam. 124.
Nam primum (si facta mihi reuocare liceret)
Non cœpisse fuit: cœpta expugnare, secundum est.

Fauere

Fauere cœptis. Seneca Hippoly. 4. 11.
Manus vltima cœpto impolita est. Ouid. 8. Metam. 40.
Haud sęguem cœptis ire, Diligenter cœpta peragere. Silius lib. 7. 70.
Mentem cœptis insumere, Est diligenter ad id respicere quod præ manibus habes. Stat. 12. Thebaid. 129.
Terrarum leges, & mundi fœdera mecum
Defensura manus, dignas insumite mentes Cœptis.
Maturare cœpta. Vide MATVRVS.
Occulere cœpta, Celare deliberationem. Seneca Thyest. 3. 32.
Exitum cœptorum opperiri. Sueton. in Nerone. 34. Reliquum temporis cum magna trepidatione vigilauit, opperiens cœptorum exitum.
Peragere cœptum facinus. Seneca Medea. 12. 28.
Pertexere dictis cœptũ, Id est institutã orationẽ absoluere. Lucr. li. 1. 85.
Prohibere cœpta. Silius lib. 16. 127.
–angustæ prohibent nunc talia cœpta Res Italæ.
Referre cœpta, Differre. Valer. lib. 3. Argonaut. 101.
Cœpta refert: paulumque nefas & fœdera nectę.
Tenere cœpta, Est ab incœpto nõ desistere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 17.
Cœpta tene quæso, nec in æquore desere nauem.
Cœptus, huius cœptus, (κατάρχειν,) Idem. Gellius lib. 2. cap. vltimo, Nos verò, vt cœptus noster est.
Appetendi cœptus. Cic. 4. de Finib. 67. Atque ipsa institutio hominis, si loqueretur, hæc diceret, primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, vt se conseruaret in ea natura in qua ortus esset. Solinus cap. 45. Hyeme nullum cibum capiunt: quinetiam quatuor menses à cœptu brumæ, inedia exigunt.
Cœpto, cœptas, (ἄρχομαι,) cœptare, Idem quod incipere. Plaut. Merc. 12. 63. Cur istuc cœptas consilium: Terent. Eunuch. 5. 8. 1. Quid cœptas Thraso? Silius lib. 10. 51. Collapsoque super nequicquam incumbere cœptat. Lucret. lib. 4. 82. Iamque rubrum tremulis iubar ignibus erigere altè Quum cœptat natura.
Constringere portus cœptant nautæ. Cic. in Arato. 15.
Sicut quum cœptant rutos constringere portus,
Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ.
Cœptare sub. Plin. lib. 36. cap. 25. 5. Lithostrota cœptauere iam sub Sylla parunlis certè crustis, &c.
Cœptans, Participium, (ἀρχόμενος,) Silius lib. 15. 137.
Hasdrubal & cœptantem Atabum raptare perempto
Gemmiferi spolium cultus, auroque rigentes
Exuuias, iaculum à tergo perlibrat ad ossa.
Coequitare, (συναππάνω,) Simul equitare. Liuius. 7. bel. Macedo. 76. Coequitauerant autem sex millia equitum.
Coerceo, coerces, coercui, coercitum, (ἄρχω, συνείργω, ἀναχαίτίζω, περιστέφω,) coercere, Ex con, & arceo cõpositum, Obstare, impedire ne quid fiat. Cic. de Senect. 48. Quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne sylueſcat sarmentis. Colum. lib. 5. cap. 6. 20. Materiam ferro coercendam censeo vsque in alteram aut tertiam gemmam: quo robustiores palmites agat.
Aquam coercere. Vlpianus in L. Vnica §. Deinde. ff. de Fonte.
Aquam pluuiam coercere. Cic. in Topic. 20. Genus est, aqua pluuia nocens: eius generis formæ, loci vitio, & manu nocens: quarum altera iubetur ab arbitro coerceri, altera non iubetur.
Coercere carnem supercrescentem. Celsus lib. 5. cap. 19. Est etiam vehementer corpus, atque ossa quoque resoluit & supercrescentem carnem coercet. Id quod habet, &c.
Coercere inflammationem. Celsus lib. 7. cap. 7. Post hæc educenda acus recta est: imponendumque est lana molli exceptum oui album, & supra quod inflammationem coerceat atque ita deuinciendum.
Nauseam coercere. Horat. Epod. 9. 7.
Vel quod fluentem nauseam coerceat
Metire nobis Cæcubum.
Nimis redundantes, & superfluentes, & quasi extra ripas diffluentes coercere. Cic. de Claris Orat. 175.
¶ Coercere, Refrænare, reprimere. Liuius. 2. ab Vrbe. 100. Iam propè erat, vt ne Consulum quidem maiestas coerceret iras hominum.
Coercere & resecare. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. 5. In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum resecandæ libidinis & coercendæ iuuentutis.
Coercere & refrænare. Cic. 11. Philipp. 291. Alteri se Brutus obiecit, impetumque furentis, atque omnia diuexare & dirripere cupientis vitæ suæ periculo colligauit, à progressu coercuit, à reditu refrænauit, &c.
Quædam exemplaria legunt arcuit.
Coercere & reprimere. Cic. 1. de Finib. 4. Qui autem, si maximè hoc placeat, moderatius id volunt fieri, difficilem quandã temperantiam postulant in eo, quod semel iam missum, coerceri reprimique non potest.
Animos coercere, Moderari impetus animi. Seneca Hippoly. 2. 35.
Animus coercens vitæ claustra. Lucret. lib. 3. 81.
Cupiditates coercere. Cic. lib. 1. de Orat. 96.
Improbitatem coercere. Cic. 5. Verr. 179.

Interpellatorem coercere. Cic. in Orat. 77.
Iram promptam coercere. Stat. 11. Thebaid. 134.
Vi oppressos imperio coercere. Cic. 2. Offic. 32.
Ora coercere frænis. Ouid. 5. Metam. 129.
¶ Dicitur etiam de inanimatis, vt Pudorem, modestiã, pudicitiam, & tẽperantiam pœnæ aut infamiæ metu coercere. Cic. 2. de Finib. 117.
Terras coerceat omnes Cæsar. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 13.
Temeritatem coercere. Cic. 2. Tuscul. 83.
Edicto coercere aliquem. Sueron. in Nerone, cap. 4. Vt necesse fuerit Augusto clàm frustra monitum, edicto coercere.
Pignoribus ablatis coercere aliquem. Cic. 3. de Orat. 3. Hic quum hominis & vehementi & diserto, & in primis forti ad resistendum Philippo quasi quasdam verborum faces admouisset, non tulit ille, & grauiter exarsit, pignoribusque ablatis Crassum instituit coercere. Id est hominem reprimere vel corrigere captis eius bonis.
Aliquos coercere per. Cic. Attico, lib. 5. 110. 11. Appius noster turmas aliquot equitũ dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret.
Animaduertere seuerè, & coercere multa. Sueron. in Nerone, ca. 16. Multa sub eo & animaduersa seuerè, & coercita.
Coercere rapidã orationem. Cic. 2. de Finib. 5. Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas.
Dextra coercet fures. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 1.
Hostem coercere armis. Ouid. 1. Fast. 143.
Coercere aliquem suppliciis & verberibus, pro Punire, & castigare. Cic. 1. in Catil. 2. Vt viri fortes acrioribus suppliciis ciuẽ pernicioſum, quàm acerbissimũ hostẽ coercerent. Idẽ. 3. de Legib. 8. Magistratus nec obedientẽ & nocuum ciuem multa, vinculis, verberibúsve coercento.
Delicta coercere suppliciis. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 16.
Fuste coercere aliquem. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 27.
–vellunt tibi barbam Lasciui pueri, quos tu nisi fuste coerces,
Vrgeris turba circum te stante.
Morte, exilio, vinculis, damno coercere aliquos. Cic. 3. Offic. 29.
Terga equorũ verbere torto coercere. Senec. Hip. 10. 18. Virg. 9. Aen. 6.
Messapus primas acies, postrema coercent Tirrhidæ iuuenes.
¶ Coercere, Cogere. Author ad Herennium, Quum alterum sequi, alterum vitare coercemur.
Non solum supplicem, sed & postulantes coercere. Brutus Ciceroni, 16.
15. Ego verò (vt istuc reuertar) is sum qui non modo non supplicem, sed etiam coerceam postulantes, vt sibi supplicetur.
Coercere, cum verbo addito, vt Coercere aliquem finire iras. Ouid. 14. Metamorph. 116.
Ianque deos omnes ipsamque Aeneia virtus
Iunonem veteres finire coercuit iras.
¶ Coercere, pro Imperio agere. Pomponius in L. 2 §. Exactis deinde regibus. ff. de Origine iuris, Solum relictum est eis, vt coercere possent: & in vincula publica duci iuberent. De Consulibus loquitur.
¶ Reprehendere & coercere. Cic. 4. Acad. 117. Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur.
Litura coercuit carmen. Horat. in Arte. 60. –vos ô
Pompilius sanguis carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coercuit.
¶ Coercere, Colligare, stringere. Ouid. 1. Meta. 47. Vitta coercebat positos sine lege capillos. Liu. 1. ab Vrbe. 178. Vterque vociferari, & certatim alter alteri obstrepere: coerciti ab lictore, & iussi inuicem dicere, tandem obloqui desistunt.
Spatio arcto coercere aliquem. Ouid. 2. Trist. 106.
Inuida me spatio natura coercuit arcto,
Ingenio vires exiguasque dedit.
Coercere & continere complexu. Cic. 2. de Nat. Deorum. 82. Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coercet, & continet, natura non artificiosa solum, &c.
Cõplexus cœli coercens oſa. Cic. 2. de Nat. Deor. 146. Restat vltimus, & à domicilijs nostris altissimus, oſa cingens & coercens cœli cõplexus, qui idem Aether vocatur, extrema ora & determinatio mundi.
Vitta coercuit capillos. Ouid. 1. Metam. 83.
¶ Bella numeris coercere. Id est belli historiã carmine cõponere. Ouid. 4. de Pó. ele. 8. 15. Nã modò bella geris, numeris modò bella coerces.
Crines coercere nodo. Horat. 2. Carm. ode. 19. 4.
Modico se coercere, Modica re contentum esse. Senec. Hippol. 2. 26.
Et se coercet modico: contrà diuites
Regnoque fulti, plura quàm fas est, petunt.
¶ Coercere, pro Conseruare, custodire. vt Coercere aues carcere. Plin. lib. 10. cap. 50. 3. Ex eo cœpimus carcere coercere animalia quib⁹ natura cœlum assignauerat.
Coercitus, Particip. (συνειργμένος,) Plin. lib. 12. cap. 1. Produnt Alpibus coercitas, & tũ inexuperabili munimento Gallias hanc primum, &c.
Vinclis coercita. Ouid. 14. Epist. 1.
Clausa domo teneor, granibusque coercita vinclis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coercitio, & Coertio, Verbale, f.g. (συνεχείρε,) Imperium & authoritas qua quis in subditos vtitur. Paulus in L. finali. ff. de Officio eius cui mandata est iurisdictio, Mandata iurisdictione priuato, etiam imperium quod non est merum videtur mandari: quia iurisdictio sine modica coercitione nulla est.

Interpellantis coertio. Quintil. lib. 9. cap. 2. 2.

Onerare coertionibus superioribus. Celsus lib. 3. cap. 18. Ex his autē, eos qui intra verba desipiunt, aut leuiter etiā manu peccant, onerare aspe rioribus coertionibus superuacuum est.

Coercitio, aliud verbale, (ανακράτησις,) Liu. 4. ab Vrbe. 229. Pronūtiaue runtque ex collegii sententia, C. Valerio C O S. se damnum, aliamque coercitionem, aduersus intercessionem collegæ delectus causa detre ctantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse.

Cupidinis coercitio. Tacit. Sed Tiberius sæpe apud se pēsitato an coerceri tam profusæ cupidines possent, num coercitio plus dāni in Rempub. ferret, quām indecorum adtrectare quod non obtineretur.

Coetus, huius cœtus, m. g. (χορός, χορόστασία, χορογραφία, ὅμιλος,) Id est conuentus & congregatio. A cœo quidā deduci volūt.

Cœtus scholarum. Quintil. lib. 2. cap. 9. 2.

Concilium cœtusque animorum. Cic. de Senect. 76. O præclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium cœtumque profiscar, quumque ex hac turba & colluuie discedam.

Dulces comitum cœtus. Catul. epig. 43. 2.

Deorum cœtus. Stat. 11. Thebaid. 92.

Vitiorū cœtus. Cic. in Sallust. 11. Eius enim partis erat exēplar Sallustij quo tanquam in imam voraginem, cœtus omnium vitiorū excellerat.

Fœmineis cœtib⁹ exta. Id est inter fœminas eminet. Claud. 5. Paneg. 40.

Cœtus functi. Stat. lib. 8. Thebaid. 3.
Necdum illum aut truncа lustrauerat obuia raxo
Eumenis, aut furuo Proserpina poste notarat
Cœtibus ad sumptum functis. Hoc est in multitudine, & mortuorū hominum numero adscriptum.

Læto cœtu complere aliquem locum. Virgil. 5. Aeneid. 22. Læto complerant littora cœtu.

Monstrifer cœtus. Claud. in Gigant. 1.
Omnia monstrifero complebat tartara cœtu.

Sanctus cœtus. Claud. 2. Paneg. 61.

Solennis cœtus. Cic. 7. Verr. 146.

Supplex cœtus. Stat. 10. Thebaid. 117.
Tirrhenas alij lachrymis & supplice cœtu Orant.

Virginei cœtus. Stat. 1. Achilleid. 42.

Viriles cœtus. Ouid. 3. Metam. 81.

Vulgares cœtus, id est turba vulgi. Horat. 3. Carm. ode. 2. 5.

¶ In cœtum matronarum meretricē adducere. Cic. 1. de Finib. 18. Quid enim necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere?

Agitare cœtus. Vide AGITO.

Hominum cœtus celebrare. Vide CELEBRO.

Aues cœtu cingunt polum. Virgil. 1. Aeneid. 81.

Colere cœtus ciuium. Senec. Hippol. 4. 25.
Vrbem frequentat, ciuium cœtus cole.

Cōmittere cœtum alicui. Cic. lib. 3. de Ora. 38. Valde autē est absurdum ei concionem, aut Senatum, aut vllū cœtum hominum cōmittere, cui nemo illorum, qui adsint, sanus, nemo ciuis, nemo liber esse videatur.

Dimittere cœtum. Cic. 1. in Catil. 7. Hęc ego omnia, vixdum etiam cœtu vestro dimisso, competi, domum meam maioribus præsidiis munitā, atque firmauī.

Inire cœtus. Cic. 7. Verr. 146.

Obscurare cœtus tenebris. Cic. 1. in Catil. 4. Si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus continere vocē cōiurationis tuæ potest, &c.

In cœtu concilioque proferre aliquid. Cic. 2. de Finib. 124.

Concilia, cœtusque hominum iure sociati. Cic. de Somnio Scipionis. 8. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mūdum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quām concilia, cœtusque hominū iure sociati, quæ ciuitates appellantur.

Soluto cœtu discedunt. Ouid. 13. Metam. 190.

Dicendo tenere hominum cœtus. Cic. 1. de Ora. 16. & 2. 128. Nequa forte dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali cœtu, atque in tā accurato sermone præterita esse videatur.

¶ Cœtum vocat Lucretius connexionem & copulam membrorum, cum humoribus, & spiritibus, omnibusque ex quibus humanum corpus cōpactum & constitutum est vt lib. 2. 199.
Cedit item retrò, de terra quod fuit antè,
In terras, & quod missum est ex ætheris oris,
Id rursus cœli rellatum templa receptant.
Nec sic interimit mors, vt materiai
Corpora conficiat, sed cœtum dissipat ollis. Idem aliquanto superius 89. Cœtum conciliumque vocat. & lib. 1. 208. elemētorum quoq; cōiunctionem, cœtum vocat;
Omne genus motus, & cœtus experiundo,
Tandem deueniunt in tales disposituras.

COEVS, (κοῖος,) Nomen Gigātis, quem pariter & Iapetum & Typhœū quinta luna natos esse dicit Virgilius, quo tempore vetat sumere vllū operis initium. 1. Georg. 56.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenidesque satæ tum partu terra nefando
Cœumque, Iapetumque creat, sæuumque Typhoea,
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.

Coexercitatus, (συναδιατετριμένος,) à con & exercitatus. Quint. lib. 2. cap. 17. Arte constare ex præceptionibus consentientibus & coexercitatis ad finem vtilem vitæ.

Cógito, cogitas, pen. cor. (ἐνοεῖν, διανοεῖσθαι, ἐνθυμεῖσθαι, ὑπονοεῖν,) cogitare, Est mente agitare, & veluti in mora esse cōsilia explicandi. Cic. 5. Tusc. 156. Viuere docto viro, est cogitare.

Inter cogitare & deliberare hoc interest: Cogitare, est dubitare: Deliberare, confirmare. Hæc Nonius. Non est perpetua hæc Nonii differentia, neque in vno, neque in altero. nam deliberatum sæpe dicitur p de creto. Et cogitat de profectione, qui proficisci iam ante constituit.

Labor cogitandi. Cic. de Claris Orat. 146.

Animus cogitat. Lucret. lib. 4. 159.

Mens cogitat. Lucret. lib. 4. 157.

Aliquid cogitare. Cic. pro Milone. 41.

Acutissimè cogitare. Cic. 1. Offic. 219.

Commodè cogitare. Vide COMMODVS.

Dies & noctes aliquid reputare & cogitare. Cic. pro Deiot. 27.

Multum & diu cogitare. Vide MVLTVS.

Mecum cogitare. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 12. Cœpi egomet mecū sic cogitare, Hem, nos homunculi indignamur si quis nostrum interiit, &c. Cic. 2. de Legib. 1. Nam illo loco libentissimè soleo vti, siue quid mecum ipse cogito, siue aut scribo, aut lego.

Cogites hæc tecum, Tu illos, &c. Terent Adel. 5. 3. 22. Idem Eun. 4. 2. 8.

Cogitare in animo. Terent. Adelph. 1. 1. 5.

Cogites hoc tu mecum animo. Terent. Adelph. 3. 4. 55.

Toto animo cogitare de aliquo. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 11.

Cogitare cū aio. Plaut. Mostel. 9. 10. Quū magis ac magis ego cogito cū meo animo. Cic. 2. de Lege Agraria. 66. Sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendū, vos tū id potestis cum animis vestris cogitare.

Cogitare ad verbum. Plin. epist. 7. 5. a. Cogito fiquid in manibus, cogito ad verbum, scribenti emendantique similis.

Instituere animum ad cogitandum. Terent. Phorm. 2. 1. 10. Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.

Grauiores partes ad cogitandū. Cic. p Fonteio. 10. Næ multo vestræ maiores, grauioresque partes sunt ad cogitandū, quām ad dicendū meæ.

Sumere spatium vel tempus ad cogitandum. Cic. lib. 1. de Orat. 71. Et libro. 2. de Oratore. 58.

Cogitare an. Plautus Amphit. 4. 11.
Nec æquum, anne iniquum imperet cogitabit.

Cogita etiam atque etiam. Terent. Eunuch. 1. 1. 11.

Quanto magis, magisque cogito. Terent. Eunuc. 3. 5. 1.

Cernunt, cogitant, sentiunt omnia certiora animi. Cic. 1. de Diuin. 206.

Cogitare aliam rem ex alia. Terent. Eunuc. 4. 2. 3.
Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita vt fit, vbi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare.

Nulla species cogitari potest, nisi impulsu imaginum. Cicero. 2. de Diuinatione. 104. De repræsentatione defunctorum loquitur, quæ nobis dormientibus sese offert.

Cogitare, sentire, opinari, expectare aliquid. Cic. 1. de Orat. 113.

¶ Cogitare de aliquo, Eum in memoria habere. Terentius Eunucho. 1. 2. 114. Me expectes, de me cogites. Tibul. libro. 4. eleg. 5. 2. Si modo quum de me cogitat, ille valet.

Cogitare de re aliqua. Cic. de Amicitia. 25. Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitanti, &c.

Vigilantem cogitare de re aliqua. Cic. 2. de Diuin. 206. Maximæque reliquæ rerum earum mouentur in animis & agitantur, de quibus vigilantes aut cogitauimus aut egimus.

Aliquid de re sua cogitare. Cic. lib. 2. de Orat. 57.

Toto pectore cogitare de re aliqua. Cic. Attico, lib. 13. 170. 1.

Nullum tempus agendi & cogitandi de re aliqua prætermittitur. Cicero Lentulo, lib. 1. 5. 9.

De aliquo & ornamētis eius & cōmodis cogitare. Cic. Lent. lib. 1. 7. 11.

Spe, atq; aio de se, & gloria sua cogitare. Cic. p Rabirio perduel. reo. 11.

Cū solicitudine cogitare de aliquo. Ci. 2. de Diuin. 207. Tibi autē de me cum solicitudine cogitanti subito sum visus emersus è flumine.

De cōscisceda morte cogitare. Suet. in Claud. cap. 31. Excepto stomachi dolore, quo se correptum etiam de cōsciscenda morte cogitasse dixit.

De pernicie

De pernicie alicuius cogitare. Cic. pro Placco. 1.

Cogitare de exeundo. Cic. ad Atticum, lib. 7. 132. 4. Tu ipse cum Sexto scire velim quid cogites de exeundo, de totaque re quid existimes.

Cæsar. 1. belli Ciuilis. 17.

¶ Humaniter, & sapienter, & amabiliter cogitare in aliquo. Antonius Ciceroni, in Epist. ad Attici, li. 14. 310. 2. Sed mehercule si humaniter, & sapiēter, & amabiliter in me cogitare vis, facilē te, p fecto, prębebis, &c.

Britanniam cogitare. Cic. Cassio, lib. 15. 16. 5. Sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius ἄθλον mihi aduolabit ad pectus.

Saxa & montes cogitare. Cic. 2. de Legib. 3. Nihil enim his in locis nisi saxa & montes cogitabam.

Quid cogitet humidus Auster Sol tibi signa dabit. Id est in quam partem se flectat, vtrum ad pluuiam, an ad serenitatem. Virgilius. 1. Georgic. 92. Seruius.

Fraudem cogitare alicui. Horat. 2. Epist. 1. 25. Non fraudem socio, puero non cogitat vllam Pupillo.

Prascriptiones & dictaturas cogitare. Cic. 2. in Catil. 40.

Cogitare suspendium. Martial. lib. 1. 186. Iam supendia sæua cogitabas.

Cogito in Tusculanum: Hoc est quod barbari dicunt, Existimo & delibero ire in. Cicero ad Atticū, lib. 2. 23. 3. Ludi Antii futuri sunt à IIII. Kalend. ad Prid. Non. Mai. eos Tullia spectare vult: inde cogito in Tusculanum: deinde Arpinum. Idem ad Tironem, lib. 16. 17. 3. Ego hinc perendie mane cogito.

Cras cogitare, Subaudi, ire aut discedere. Cic. Attico, lib. 9. 170. 3. Hinc verò vulgò vadunt, etiam M. Lepidus, quo cum diem conterere solebam, cras cogitabat: nos autem in Formiano morabamur, quo citius audiremus inde Arpinum volebamus.

Tu de tuo itinere quid & quando cogites, velim me certiorem facias. Cic. Attico, lib. 10. 195. 19.

Curare aliquid aut cogitare. Cic. 1. de Orat. 50. Quando enim me ista curasse aut cogitasse arbitrarmini, non semper irritisse potius, &c.

¶ Cogitare male. Plin. lib. 18. cap. 5. 1. Fortissimi viri & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur, minimeque mali cogitantes.

Malè cogitare, Id est inuidere, & propè minitari. Cicero de Senectu. 17. Vide MALVS.

Inconditè aliquid cogitare. Vide INCONDITVS.

Libidinosè cogitare. Cic. 1. Offic. 23.

¶ Cogitare curas. Plaut. Milite. 5. 46. - vide
Quemadmodum astitit seuera fronte curas cogitans.

In cogitando mœrore angor. Plaut. Stich. 1. 39.

Cogitatum est mihi quid loquar. Plaut. Merc. 7. 8.

Acer & acutus homo in cogitando. Cic. lib. 7. de Orat. 71.

Alicuius vultum, obrutumque oculorum in cogitando nosse. Cic. lib. 3. de Orat. 10.

¶ Cogito pugnare, &c. Terent. Eunuch. 4. 7. 7. Peniculone pugnare, qui istuc huc portes, cogitas? Cic. 1. Offic. 36. Qui alteri nocere cogitat, timet ne nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. Hoc est dat operam vt alteri noceat. Propertius lib. 2. eleg. 27. 6.
Hanc sequar, & fidos vna aget aura rudes. Horat. in Arte. 30.
Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem Cogitat.

Cogitans, (ἐννοῶν,) Participiū. vt Cogitāti assistere. Quint. lib. 1. ca. 2. 9.

Cogitatus, (ἐννοημάτ.) Participium.

Parricidium cogitatum, non perfectum. Suetonius in Caligula, cap. 12. Quum sint quidam authores, ipsum postea, & si non de perfecto, at certè de cogitato quondam parricidio professum.

Meditatum & cogitatum scelus. Cic. 2. Philipp. 89.

Multum & diu cogitatas res afferre. Cic. de Senect. 35 Adsum amicis, venio in Senatum frequens, vltroque affero res multum & diu cogitatas, easque tueor animi non corporis viribus.

Bene cogitata respiciat Deus, meditata atque deliberata secundet. Seneca Thyeste. 5. 18.

Cogitatum, Substantiuum, (διανενοημένον,) Cic. 1. de Lege Agraria. 1. Vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur.

Ex cæteris dictis, factis, cogitatisque Sex. Neuii, quiuis potest intelligere. Cic. pro Quintio. 61.

Perficere cogitata. Cic. pro Deiotaro. 13.

Cogitatio, (ἔννοια, ἐνθύμησις, ἐπιλογισμός,) Verbale. Festus, Cogitatio dicta velut coagitatio, id est longa ciuilē rei agitatio in eadē mora cōsilii explicandi. Plin. lib. 11. cap. 37. 21. Sic magna cogitatio obæratur.

Cogitatione nulla homo. Cicero. 4. Verr. 93. Nam ipsum Verrem tantum semper auaritia hiante atque imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla, &c.

Sapientis cogitatio. Cic. 5. Tuscul. 156. Sapientis enim cogitatio non fert me ad inuerecundum adhibet oculos aduocatos.

Cogitatio motusq; animi. Cic. 1. Offic. 31. Omnis autem cogitatio motusq; animi, aut in cōsiliis capiendis de rebus honestis, & pertinētibus ad bene beateq; viuēdū, aut in studiis scientię cognitionisq; versabitur.

Transuolans subitò animum cogitatio. Plin. lib. 7. cap. 12.

Motus cogitationis celeriter agitatus, p se ipse delectat. Cic. in Orat. 74.

Species & cogitatio. Cic. Attico, libro 14. 320. 3. Hæc me species cogitatioque perturbat.

Acerrima, atque attentissima cogitatio. Cic. 3. de Orato. 10.

Percutere aliquem inani cogitatione. Cic. pro Milone 60.

Petere veniam errato ex intimis cogitationib⁹ alicuius. Ci. pro Sylla 48.

Liberæ cogitationes. Cic. pro Milone 59.

Mollissimæ cogitationes. Vide MOLLIS.

Proponere sibi exercitationem in quotidianis cogitationibus. Cicero 1. de Orato. 74.

Tacita cogitatio. Cic. 3. Offic. 6.

Cogitationes tacitæ iudicum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 33.

Tacitas cogitationes extimescit. Cic. pro Ligario 4.

Vigilantes cogitationes insunt in animis. Cic. 2. de Diuinat. 107.

Manifestus cogitationis magnæ. Tacit. lib. 15. Atque ipse mœstus, & magnæ cogitationis manifestus erat: quanuis lætitiam vagis sermonibus simularet.

¶ Abiicere cogitationes suas in rem humilem & contēptā. Ci. de Amic. 31. Nihil. n. alrum nihil magnificum, ac diuinum suspicere possunt, qui suas oēs cogitationes abiecerunt in rem tam humilē tamq; cōtēptam.

Abiicere cogitationem in rem vilem. Vide ABIICIO.

Abstrahi cogitatione à solitudine ad. Cic. 3. Offic. 6. Nos autem qui non tātū roboris habemus, vt cogitatione tacita à solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curamque conuertimus.

Accipere cogitationes alicuius. Participem fieri cogitationum aut cōsiliorum ipsius. Catul. Epigram. 33. 2.
Nam quasdam volo cogitationes
Amici accipiat sui, meique.

Res ad sensum cogitationemque acerba. Id est si probè perpendas & consideres. Cic. 3. Verr. 39. Vidi simul cum populo Romano forum, comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu ad sensum cogitationemque acerbo & lugubri.

Cogitatio afficit sensus. Quintil. lib. 2. cap. 17. 9. Porrò vt frequenter experti sumus, minus afficit sensus fatigatio, quām cogitatio.

Attingere aliquem cogitatione. Vide ATTINGO.

Auertere cogitationem à miseriis. Vide AVERTO.

In cogitationem belli regem auertere. Vide AVERTO.

Ad cogitationem aliquam ab aliqua re animum auocare. Seruius Ciceronī, li. 4. 5. 15. Etiā tu ab hisce rebus animū ad cogitationem tuā auoca.

In cogitationem cadere. Vide CADO.

Colligere cogitatione & cogitationem. Vide COLLIGO.

Complecti cogitatione absentem. Cice. Pulchro, lib. 3. 11. 4.

Comprehendere cogitatione. Vide COMPREHENDO.

Complecti cogitatione. Vide COMPLECTOR.

Comprehendere aliquid animis, & cogitatione. Cice. pro Flac. 52.

Comprehendere rationem sensu, aut cogitatione. Cice. lib. 3. de Orat. 12.

Intelligere, & cogitatione comprehendere. Cice. 1. Tuscul. 79.

Omnes curas cogitationesque in rem aliquam conferre. Cic. 2. Offic. 3.

Conquirere aliquid cogitatione. Cice. lib. 2. de Orato. 71.

Nihil consequi cogitatione. Cice. de Senect. 37.

In studiis cogitationis continere aliquem. Cic. 1. Offic. 31. Agitatio mentis, quæ nunquam acquiescit, potest nos in studiis cogitationis etiam sine opera nostra continere.

Conuertere se animo, & cogitatione aliquo. Cice. lib. 1. de Orato. 4.

Deducere ad cogitationem. Vide DEDVCO.

Ad aliquam cogitationem spe deduci. Cice. Cæsari, in Epist. ad Atticum, libro 9. 183. 1. De gratia & de ope quid significares, mecum ipse quærebam: spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili & singulari sapientia, &c.

Aliquem defixum esse in cogitatione. Cice. lib. 3. de Orato. 10.

Depingere cogitatione. Cic. 4. Academ. 88. Deinde quum mens moneatur ipsa per sese, vt & ea declarant quæ cogitatione depingimus, &c.

Depingit cogitatione quiduis mens nostra. Cice. 1. de Natu. deor. 57.

Tacitis cogitationibus volutare animum. Liuius 9. ab Vrbe 86. Tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus sæpe tacitis cogitationibus voluta uit animum, eas euocat in medium.

Excitare memoriam ad timoris præsenti cogitationem. Cic. pro Sestio 8.

Exigere cogitationem. Quintilian. lib. 5. cap. 10. 88. Et vt literæ syllabæque scribentium cogitationem non exigunt, sic ratione sponte quadam sequantur.

Cogitatio expectata. Qui. li. 1. c. 4. 12. Extēporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & vix iurgēdi mora, circulatoriæ verè iactationis est.

Explicare cogitationes. Cice. Attico, lib. 10. 196. 1.

Fallere spem cogitationum & consiliorum. Cice. lib. 1. de Orato. 2.

Cogitatione suscepti muneris fatigari. Quint. in procem. lib. 4. 6.

Fingere aliquid cogitatione. Cice. pro Milone 59.

Fingere sibi aliquid cogitatione. Cicero 3. de Natu. deorum 63. Et si dea est, dii omnes illi qui commemorabantur à te, Honos, Fides, Mens, Cōcordia: ergo etiam spes, moneta, omniaque quæ cogitatione nobis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

metipsis possumus fingere.
Habere cogitationem alicuius rei ad. Cice. in Parad. 10. Quæro enim à vobis, num vllam cogitationem habuisse videantur hi qui hanc Rempub. tam præclarè fundatam nobis reliquerunt, aut auri, aut argenti ad auaritiam aut, & cæt.
Immorari honestis cogitationibus. Vide IMMOROR.
Impertiri aliquid temporis alicui cogitationi. Cice. Cæsari, in Epist. ad Atticum, lib. 9. 183. 4.
Inducere animum in spem, cogitationemque meliorem. Ci. de Amic. 52.
Initiare cogitationem alicui. Vide INITIO.
Iniecta cogitatio de re aliqua. Cice. Attico, lib. 7. 123. 3. Quòd si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quá tu quoq; approbas, &c.
Cogitationem luctibus inserere. Quintil. in procemio lib. 6. 12.
Insidet alicui cogitatio. Vide INSIDEO.
Intendere cogitationes. Vide INTENDO.
Interuenit maiori minor cogitatio. Vide INTERVENIO.
Labefactata & conuulsa cogitatio. Vide CONVELLO.
Morari cogitationem. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21. Tardior stylus cogitationem moratur. Et libro 5. cap. 10. 88. Sic Oratoris cogitationem nihil moretur hæc varietas argumentorum.
Cogitationis pœnâ nemo patitur. Vlpian. in L. Cogitationis. ff. de Pœnis.
Percipere cogitatione aliquid. Cice. 1. de Natu. deorum 145.
Percurrere multa animo, & cogitatione. Cice. lib. 1. de Orato. 110.
Ponere tempus in cogitatione. Cice. lib. 3. de Orato. 10.
Seiungere cogitatione aliud ab alio. Cic. 4. Tuscul. 44. Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione seiungere.
Curam & cogitationem suscipere. Balbus Ciceroni, in Epistolo. ad Atticum, libro 8. 168.
Suscipere cogitationem. Cice. Attico, lib. 14. 318. 6. Quæris vt suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem. Cæsar Cornelio, in Epistolo. ad Atticum, lib. 9. 177. 2.
Sustentare mentes cogitationesque. Cice. pro Flac. 2. De spe bonorum omnium (si qua reliqua est etiam nunc) quæ fortium ciuium mentes, cogitationesque sustentet.
Ad cogitationem valere. Cice. 1. de Natu. deorum 145. Nam si tantùmodo ad cogitationem valent, nec vllam habent soliditatem, nec eminentiam, quid interest vtrum de Hippocentauro, an de deo cogitemus?
Vt aspectus, ita cogitatio minus valet, siue nimis procul amoueris, siue vehementer prope admoueris id quod oportet videri. Author ad Heren. libro 3. 126.
In cogitationem aliquam venire & incidere. Seruius Ciceroni lib. 4. 5. 6. An illius vicem credo doles, quoties in eam cogitationem necesse est & tu veneris, & nos sæpe incidimus, &c.
In aliqua cogitatione, ac cura versari. Cice. 2. de Orato. 100.
Versari in auditione & cogitatione. Cic. lib. 2. de Orato. 71.
Cogitatio in vero exquirendo maximè versatur. Cice. 1. Offic. 183.
Versantur in animo meo multæ & graues cogitationes. Cice. 2. de Lege Agrar. 11.
Cogitatio in se ipsa vertitur. Cice. 1. Offic. 219.
Commentationem & cogitationem vincere subitam, & fortuitam orationem. Cice. lib. 1. de Orato. 73.
Vti cogitatione ad res quam optimas. Cic. 1. Offic. 184.
Cogitabilis, & cogitabile, (ἐννοητός,) Seneca epist. 59.
Cogitabile est, quod est generale.
Cogitatè, Aduerbium, (ἐννοημένως,) vt Cogitatè verba facere. Hoc est præmeditatè. Plaut. Pœnul. 18. 49. Vt pudicè verba fecit, cogitatè & commodè.
Cogitatè rem suam tractare. Plaut. Trinum. 6. 45. Minus qui cautè & cogitatè suam rem tractauit pater.
Accurate & cogitatè scribere. Cice. pro Archia 13. Quæ vero accuratè, cogitatéque scripsisset, ea sic vidi probari, vt ad veterum scriptorum laudem peruenirent.
Cogitatò, Aduerbiũ, (βουλευμένως,) Idem. Cic. 1. Offic. 40. Sed in omni iustitia permultum interest vtrũ perturbatione aliqua animi, quę plerũque breuis est & ad tempus, an consultò & cogitatò fiat iniuria.

Cognâtus, pe. pro. (συγγενής, συγγενικος, συμφυής,) Adiectiuũ, quasi vnà natus. Plin. lib. 11. ca. 37. 24. Ea causa est vt pleræque alituum è manibus hominum oculos potissimum appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata sua desyderia tẽdunt. Hoc est sibi proxima, & suæ naturæ quodam modo similia.
Cognatum cælum telluri. Ouid. 1. Metamorpho. 17.
¶ Acies cognatas vocat Lucanus à principio libri primi acies Cæsaris & Pompeii. Id est soceri & generi, quasi cognatorum acies.
Caput cognatum. Ouid. 3. Fast. 86.
Cineres cognati. Catul. Epigram. 63. 20.
Quem nunc tam longè non inter nota sepulchra,
Nec prope cognatos compositum cineres. Id est in eadem vrna cum cineribus cognatorum.
Freta cognata. Stat. 1. Achil. 19.

Cognatis vtêre fretis, Neptuni verba ad Thetim.
Mœnia cognata. Ouid. 15. Metamorpho. 91.
Pectora cognata. Ouid. 2. Metamorpho. 133.
Cognata calci res, gypsum est. Id est similis, & eiusdem ferè naturæ. Plinius lib. 36. cap. 24. 2.
Sanguis cognatus. Virgil. 12. Aeneid. 6.
Victus amore tui, cognato sanguine victus.
Terræ cognatæ. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 30. Sic Italiam & Siciliam vocat, vt quæ olim coniunctæ fuerint.
Vires cognatæ. Claud. 4. Panegy. 45. Debilitat sæuum cognatis viribus Istrum. Id est viribus & auxilio cognatorum.
Vocabula cognata rebus. Horat. 2. Sermo. Saty. 3. 56.
Vrbes cognatæ, Quæ incoluntur à ciuibus eiusdem nationis. Virgil. 3. Aeneid. 100.
Mentibus nostris aliquid esse cognatum. Cic. lib. 3. de Orato. 109.
Maximè cognata. Vide MAGIS.
¶ Cognati appellantur, quasi vnà communiterve nati, vel ab eodem orti progenitore. Terent. Eunuch. 2. 3. 35. Patris cognatum, atque æqualem Archidemidem. Plaut. Pœnulo 18. 84.
Vos meæ estis filiæ ambæ?
Et hic cognatus vester huiusce fratris filius. Donatus in Terentium, Vxoris cognati sunt: Affines, mariti. Terent. And. 5. 4. 23.
Affines atque cognati alicuius. Cic. Post red. 4.
Amici, & cognati alicuius. Cice. pro Cecinna 11.
Cognati qui sint, describit Vlpianus in L. prima. ff. Vnde cognati. Cognati autem, inquit, appellati sunt quasi ex vno nati: vt Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint.
Voluntarius cognatus. Cic. 4. Verr. 98. Fecit amicus recens, & cognatus voluntarius.
¶ Inter agnatos & cognatos hoc interest, q; in agnatis & cognati continentur: incognatis non vtique agnati, verbi gratia, Frater patris, id est patruus, & agnatus & cognatus est. matris autem frater, id est auunculus cognatus est, agnatus non est. Modestinus in L. Inter agnatos. ff. Vnde legitimi.
Propinqui, cognatique optimè conuenientes. Cic. pro Sex. Rosc. 59.
Gradatim admittuntur cognati ad bonorum possessionem. Vlpianus in L. 1 §. Gradatim. ff. Vnde cognati.
¶ Cognatus, Qui eiusdem est generis, etiam si diuersæ sint ætates interiectæ. Sil. lib. 11. 36. —ille
Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
A Ioue ductа Capys, magno cognatus Iulo.
Cognatio, huius cognationis. (συγγένεια,) Cic. 7. Verr. 138. Nulla tibi Quinte cum isto cognatio est. Ibidem, 97. Quid verò illa Segestanorum cognatio, &c.
Dedecus familiæ, cognationis, nominis. Cic. pro Cluent. 11.
Officium cognationis. Quintil. lib. 4. cap. 1. 5. Quare in primis existimetur venisse ad agendum ductus officio, vel cognationis, vel amicitię.
Amplissima cognatio. Cic. 4. Verr. 73.
Amplissima cognatione, & plurimis amicitiis vir. Cic. 4. Ver. 73.
Multis officiis aliquorũ viurpata & cõprobata cognatio. Ci. 7. Verr. 97.
Materna cognatio Transalpini generis. Cic. Post red. in Senat.
Naturalis cognatio rerum Distantium. Cic. 2. de. Diuin. 50.
Patruelis cognatione, amore germanus. Cic. 5. de Fin. 1.
Propinqua cognatio. Cic. pro Ligario. 5.
Propinqua cognatione coniunctus. Sueton. in Nerone, cap. 3.
Cognationé facit etiá adoptio. Vlp. in L. 1 §. Cognationè. ff. Vñ cognati.
Capitis diminutione perimũtur cognationes, quæ per adoptionem acquisitæ sunt. Iulianus in L. Capitis. ff. Vnde cognati.
¶ Per cognationem verbis agere cum aliquo. Cice. Att. lib. 12. 259. 1. Eum multis verbis agere mecum per cognationem quæ mihi secum esset, &c. perscripsit.
Continuata cognatione oratio. Cic. 5. de. Nat. deor. 37. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia consensúque naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas.
Gratam, amicitiam, cognationemque commemorare. Cic. 4. Verr. 45.
Coniunctum esse cognatione cum aliquo. Cic. 6. Verr. 63.
Habere cognationem cum Quintil. lib. 1. cap. 10. 28. Sed habet maiorem quandam aliam eũ arte Oratoria cognationem. Cic. 2. de Diuinat. 4.
Habere aliquam necessitudinem, aut cognationem cum aliquo. Cice. in Orat. 108.
Cum prędiis alicui esse cognationem. Cic. pro Sylla 44.
Iunctus alicui cognatione. Vide IVNGO.
Iungi cognatione naturali cum re aliqua. Cic. 2. de Diuinatione, 211.
Cognatio & affinitas. Cic. 4. Ver. 16. Quoquisq; te maximè cognatione, affinitate necessitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. Idem 2. de Orat. 56.
Serpit foras cognationibus domus & affinitatibus. Cic. 5. de Finib. 116. Tota domus coniugio & stirpe cõiungitur: serpit sensim foras cognationibus primũ, tum affinitatibus, deinde amicitiis pòst vicinitatibus cum

cum ciuibus, & iis qui publicè socii atque amici sunt, deinde totius complexu gentis humanæ.
Iura cognationis retinere. Vlpianus in L. prima §. Cognationem. ff. Vnde cognati.
Deorum cognationem agnoscere. Cic. 1. de Nat. deorum. 124.
Deorum cognatione tenetur animus. Cic. 1. de Diuinat. 113.
Literarum cognatio. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Cognatio studiorum. Cic. 6 Verr. 73. Quæ cognatio studiorum & artiũ propemodum non minus est coniuncta, quàm ista qua vos delectamini, generis & nominis.
Cognatio Peripateticis cum oratoribus. Cic. 4. Acad. 104. Age, restitero Peripateticis, qui sibi cum oratoribus cognationem esse, qui claros viros à se instructos dicant Remp. sæpe rexisse?

Cognitor, Vide COGNOSCO.

Cognômen, pen. prod. huius cognóminis, pen. corr. (ἐπίκλησις, ἐπωνυμία, ἀφώνυμον,) Dicitur quod ab euentu aliquo imponitur alicui. Cic. 1. de Finib. 34. Neque quum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, &c. Idem. 7. Verr. 13. Quid de Apollonio Diocles filio Panormitano, cui Gemino cognomen est, præteriri potest? Liuius. 1. ab Vrbe. 12. Mausit Sylusius posteà omnibus cognomen qui Albæ regnarunt.
Gradus cognominis. Ouid. 1. Fast. 211.
Nec gradus est Fabios supra cognominis vllus.
Illa domus meritis Maxima dicta suis.
Hæres cognominis. Ouid. 1. Fast. 123.
Paternum cognomen. Horat. 1. Epist. 13. 2.
Extraneo cognomine aliquid demonstrare. Author ad Heren. lib. 4. 196.
Optimum cognomen, pro adoptiuo per aphæresin dixit Horatius lib. 2. Epist. 2. 21.
Discedo Alcæus puncto illius ille meo quis?
Quis, nisi Callimachus? Si plus adposcere visus,
Fit Minermus, & optiuo cognomine crescit.
Priscum cognomen, id est vetus. Claud. 2. in Eutrop. 49.
Prisca cognomina locorum. Propert. lib. 4. eleg. 1. 14.
Clari cognominis vrbs. Virg. 8. Aeneid. 10.
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Accipere cognomen. Plin. lib. 33. cap 10. 1.
Cognomen addere alicui. Liuius. 1. ab Vrbe. 44. Ibique ea quum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designauit templo Iouis fines, cognomenque addidit deo, Iappiter Feretri, inquit, hæc tibi, &c. Virg. 1. Aeneid. 55.
Ascisscere cognomen alicuius rei. Sil. lib. 1. 31.
Auriferi Tagus ascito cognomine fontis.
Collocare cognomen pro certo nomine. Author ad Herẽniũ, lib. 4. 196.
Consenescit cum huius cognomine cognomen Crassi. Cicero Attico, lib. 2. 28. 1.
Dare cognomen. Plin. lib. 12. cap. 13. 4. Cinnamomo proxima gentilitas erat, ni prius Arabiæ diuitias indicari conuenirent, causasque quæ cognomen illi felicis ac beatæ dedere.
Tardo cognomen pingui damus, Id est pinguem vocamus tardum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 11.
Deligere cognomen ex imaginibus. Cic. pro Cluentio. 57.
Dicere cognomine. Virg. 3. Aeneid. 35.
Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt.
Dicere cognomine à. Virg. 3. Aeneid. 67.
— Chaonios cognomine campos
Chaoniamque omnem Troiano à Chaone dixit.
Alicuius cognomine dici. Virg. 3. Aeneid. 140.
Immanisque Gela fluui cognomine dicta.
Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligitur oportet. Cic. lib. 2. de Inuent. 140.
Sapientis cognomen habere. Cic. de Amicitia. 6.
Imponere cognomen alicui. Horat. 2. Serm. saty. 3. 6.
— vnde frequentia Mercuriale
Impositere mihi cognomen compita. Vide IMPONO.
Inuenit cognomen torque detracta Manlius. Cic. 3. Offic. 154. Idem. 1. de Finib. 34.
Manet cognomen alicui. Vide MANEO.
Partum cognomen hæreditarium erit. Cicero de Somnio Scipionis. 6. De Aphricano.
Præ se ferre laudem ipso cognomine. Cic. pro Murena. 19.
Alteri Capitoni cognomen est. Cic. pro Sex. Roscio. 10.
Sumere cognomen ex aliqua re. Cic. 6. Philipp. 111.
Trahere cognomen ex contumelia. Cic. 3. Philipp. 135.
Vti cognomine generis. Cic. pro Cluentio. 57.
¶ Cognomen, Pro epitheto. Suetonius in Caligula, cap. 22. Compluribus cognominibus assumptis nam & Pius, & Castrorum filius, & Pater exercituum, & Optimus maximus Cæsar vocabatur. Budæus.

¶ Cognomen etiam herbæ additum. Plin. lib. 25. cap. 9. 12. Est & altera cyclaminos cognomine cissanthemos, geniculatis caulibus, &c.
Cognominis, huius cognominis. com. gen. (ὁμώνυμος,) Festus, Cognomines, qui eiusdem sunt cognominis. Plautus Bacch. 1. 5. Quid agunt germanę duę meretrices cognomines? Id est quæ ambæ Bacchides cognominantur. Idem alio loco, Illa mea cognominis fuit. Plinius lib. 6. ca. 2. 1. Quo loco Henetos adiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat. Suetonius in Vitellio, cap. 2. Cæterum P. Vitellius domo Nuceria, &c. quatuor filios amplissimæ dignitatis cognomines, ac tantum prænominibus distinctos reliquit. Virgil. 6. Aened. 77.
Cognomentum, huius cognomenti, (ἐπώνυμον,) Plautus Persa 3. 7. Nanque his cognomentum. Duris capitonibus. Idem Milite 14. 46. Pulcher salue P. Y. meum cognomentum commemorauit. Idem Pseud. 15. 20. Cice. 2. de Finib. 24. Si aut deinduſtria facias, vt Heraclitus cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, &c.
Accipere cognomentum alicuius. Tacit. lib. 15.
Mensisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet.
Augeri cognomento. Tacit. lib. 12.
Augetur & Agrippina cognomento Augustæ.
Cognomino, cognominas, (ὀνομαζέω,) cognominare. Plin. lib. 21. cap. 3. 4. Suario cognominabatur, propter similitudinem Suarii cuiusdam negotiatoris. Idem lib. 29. cap. 1. 5. Alia factio ab experimentis se cognominans, empiricen cœpit in Sicilia. Idem lib. 12. cap. 20. 1. His addidere mangones, quã daphnoiden vocãt, ilocinamõ cognominatã.
Cognominatus, (ὀνομασθείς,) Participium. Cice. in Particip. 29. Verba ponenda sunt, quæ vim habeant illustrandi, nec ab vsu sint abhorrentia, grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata, superlata, in primisque translata.
Diuites cognominati. Plin. lib. 33. cap. 10. 1. Postea diuites cognominati, dummodo notum sit, eum, qui primus acceperit hoc cognomen, decoxisse creditoribus suis.

Cognosco, cognoscis, cognoui, cognitum, (γινώσκω, γνωρίζω, ἐπιγινώσκω, ἐπιγινώσκω,) cognoscere, Est (inquit Donatus) diligenter & attentè considerare. Terent. Hecyra 1. 2. 87.
— postquam & ipse sese
Et illam, & hanc quæ domi erat, cognouit satis. Idem Eunuch. 5. 4. 11. Maturè vt quum cognouerit, perpetuò oderit. Plaut. Amphit. 17. 22. Ibo & cognoscam quisquis est. Terent. And. 3. 4. 7. Tandem cognosti qui siem. Cæsar 5. bel. Gal. 17. Nihilo tamen secius omnia eius consilia cognosceret.
Cognoscere rectè bonitatem atque prudentiam alicuius. Cicero pro Quintio 31.
Promptum est cognoscere, Id est facile est. Et contrarium, Non est promptum cognoscere, id est difficile est. Ouid. 3. Metamorpho. 20.
Vox subitò audita est, neque erat cognoscere promptum
Vnde, sed audita est, &c.
Facilè cognoscere. Lucret. lib. 2. 93.
Memoriter cognoscere. Vide MEMOR.
Penitus cognoscere. Vide PENITVS.
Corde cognoscere. Lucret. lib. 4. 11. Id licet hinc quanuis hebeti cognoscere corde. Idem lib. 5. 176.
Animus cognoscit hæc. Lucret. lib. 2. 168.
¶ Perdisco, cognosco. Cice. 1. de Orato. 76. Perdiscendum ius ciuile, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, &c.
Scire, cognoscere, & percipere aliquid. Cice. 1. de Orato. 113.
Studium cognoscendæ, percipiendæque virtutis. Cic. lib. 1. de Orat. 102.
Experiendo magis quàm discendo cognoscere. Cic. Lentulo lib. 1. 7. 35.
Perspicere & cognoscere rerum naturam. Cice. 1. Offic. 214.
¶ Cognoscere, pro Iurisdictionem exercere. Sueton. in Claudio, Cognoscens in Augusti foro, tactus nidore prandii, quod in maxima Martis æde Saliis apparabatur, deserto tribunali, cõscendit ad sacerdotes, &c. Idem in Nerone, In cognoscendo eum morem tenuit, vt cõtinuis actionibus omissis, singulatim quæque per vices ageret.
¶ Cognoscere de actis alicuius, Quod vulgus Informare se dicit. Cice. ad Attic. lib. 16. 343. 1. Lege & Senatusconsulto permissum erat, vt de actis Cæsaris cognoscerent, statuerent, iudicarent. Cæsar 7. bel. Gal. 1. Italiam ad conuentus agendos proficiscitur. Ibi cognoscit de Clodii cæde. Traianus Plinio 247. Secundum mandata mea fecit Sempronius Cælianus, mittendo ad te eos, de quibus cognosci oportebit, an capitale supplicium meruisse videantur.
Cognoscere de re aliqua. Cic. 4. Verr. 13. Se de hereditate velle cognoscere quæ eius filio à propinquo homine Apollodoro Laphirõe veniisset.
De aliquo cognoscere, Id est de rebus alicuius. Cice. Attic. lib. 5. 110. 9. Habes consilia nostra, nunc cognosce de Bruto.
De salute alicuius cognoscere. Cice. Sulpitio, lib. 4. 4. 7. De Marcelli collegæ tui salute paulò antè, quàm, tu cognouimus.
Ex aliquo cognóscere aliquid. Cic. Cælio, lib. 2. 10. 6. Certissima putabo, quæ ex te cognouero. Idem 1. de Leg. 84. Et 1. Acad. 67.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De toto statu rerum communium ex aliquo cognoscere, Cice. Lentulo, lib. 1. 8. 2.
Optimè cognoscere ex aliquo aliquid. Cice. Lentulo, lib. 1. 8. 1.
Cognoscere causas. Virgil. 2. Georgic. 98.
Felix qui potuit rerum cognoscere causas.
Causas diligenter, penitusque cognoscere. Cice. lib. 2. de Orato. 56.
Idem de Claris Oratorib. 133.
Cognoscere causas alicuius. Cic. ad Attic. li. 11. 21. 2. Prohiberíque omnes Italia, nisi quorum ipse causam cognouisset. Sic ad Brutú, epist. 3. 5.
Cognoscere causas cum aliquo. Cice. 2. Offic. 121. Adnibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognouit, & eorum qui aliena tenebant. & eorum qui sua amiserant.
Conditionem societatis diligenter cognoscere. Cic. pro Rosc. Comœ. 18.
Tenues curas cognoscere, Discere res minutas & leues. Vir. 1. Geor. 36.
Possum multa tibi veterum præcepta referre,
Et ipsa nostræ fata cognosco domus.
Ni refugis, tenuesque piget cognoscere curas.
Domi ius ciuile cognouerat. Cicero de Claris Orato. 50. Idest didicerat.
Rationem cognoscere. Cice. Attic. lib. 5. 91. 5.
Ritum sacri cognoscere. Ouid. 6. Fasto. 103.
¶ Cognoscere, Verbum pertinens ad iudicem, vt dictum est. Senec. Medea 4. 4. Si iudicas, cognoscerisi regnas, iube.
Cognoscere instrumenta, Est relegere & recognoscere. Vlpianus in L. Cognoscere. ff. de Verborum & rerum significatione.
De causa cognoscere. Vlpian. in L. Et post edictum. ff. de Iudiciis.
Non vtique iudex qui de iudicato cognoscit, debet de prætoris sententia cognoscere. Iulian. in L. Si Prætor. ff. de Iudiciis.
De vi & proprietate rei cognoscere. Callistratus in L. Si de vi. ff. de Iudiciis.
Cognoscere & pronuntiare. Vlpian. in L. In peremptorio. ff. de Iudiciis,
In peremptorio autem comminatur is qui edictum edit, etiam absente diuersa parte cognituram se & pronuntiaturum.
¶ Cognoscere qualis natura sit montis. Cæsar 1. bel. Gall. 84. Qualis natura montis, & qualis in circuitu ascensus, qui cognoscerent milit.
¶ Cognoscere ex literis, nuntiis, & similibus, pro Intelligere & certiorè fieri. Cice. ad Terent. lib. 14. 5. 4. Cognoui enim ex multorum amicorum literis, quas, &c. Idem ad Lentulum, lib. 1. 5. 10. Hic quæ agantur, quæque acta sint, ea te & literis multorum & nuntiis cognoscere arbitror. Sic Cæsar 8. bel. Gal. 95.
Cognoscere ex annalibus. Cice. in Hortensio, Vnde autem facilius, quá ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reipub. disciplina cognoscitur?
Ex libris alicuius aliquos cognoscere. Cice. Luceio, lib. 5. 12. 34.
Aliquid ex re, ex factis alicuius, decretisque cognoscere. Cic. 7. Verr. 7.
Cognoscere casus. Virg. 2. Aeneid. 2.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiæ suprenum audire laborem.
Clamore aliquid cognoscere. Tacit. li. 21. Q& vbi clamore cognitũ, &c.
¶ Cognosci in optimam partem. Cice. 2. Offic. 66. Facillimè autem & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes viros bene consulentes Reipub. contulerunt.
¶ Cognoscere, pro Agnoscere. Plaut. Pœnulo 18. 93.
–nam vestra nutrix primulum
Me cognouit. Terent. Eunuch. 5. 2. 8.
– ita miserrimus
Fui fugitando nequis me cognosceret. Donatus. Seneca Hippol. 5. 22.
Et ipsa nostræ fata cognosco domus.
Amores suos cognoscere, Id est amicum suum, vel amicam. Ouid. 4. Metamorph. 28. de Tisbe quæ Pyramum inueniebat gladio peremptum,
Sed postquam remorata suos cognouit amores,
Percutit indignos claro plangore lacertos.
Humanitatem alicuius, quòd gratulatus sit, cognoscere. Ci. Lent. 1. 7. 36.
Vice sermonis cognoscere aliquem. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 16.
Quum vice sermonis fratrem cognouit. Hoc est dum alteri colloquetur, ex verbis fratrem esse cognouit.
Tellus cognoscit alumnos. Stat. 4. Thebaid. 30.
Os non cognoscendum. Ouid. 12. Metamor. 51. – & ossa
Non cognoscendo confusa reliquit in ore.
Virum cognouisse dicitur illa quæ cum viro rem habuit. Ouid. episto. 6. 37. Turpiter illa virum cognouit adultera virgo.
¶ Cognoscere. Experiri. Cice. ad Seruium, lib. 13. 21. 2. Hominem prudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur.
Virum optimum gratissimumque cognoscere aliquem. Cice. Seruio, libro 13. 20. 7.
Diuos præsentes cognoscere, Auxilium diuorum sentire. Virg. 1. eclog. 9.
– neque seruitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.
Res humanas contemnentem, & optimè contra fortunam paratum armaque cognoscere aliquem. Cice. Luceio, lib. 5. 13. 2.
In cognoscendo. Vide IN.
Peranguste freto diuisa, seruitutis, ac libertatis iura cognoscere. Cice. 7. Verr. 133.
Signum cognoscere. Cice. 3. in Catil. 55. Ibidem introductus Statilius, cognouit & signum & manum suam.
De re aliqua cognoscere & statuere. Cice. de Claris Oratorib. 43. Decreuisse Senatum, vt de ea re cognoscerent & statuerent CONSS.
Cognoscere, Inspicere & æstimare. Cice. pro Quintio 2. Temporis quidem certè vix satis habui, vt rem tantam, tot controuersiis implicatã, possem cognoscere. Budæus.
Cognoscite, pro Attentè audite. Cice. 4. Verr. 21. Verùm vt totum genus amplectamini iudicium, prius iura Siculorum, deinde istius institutа cognoscite. Et paulo post 23. Quantam potestatem habuerit, videtis: quas res gesserit, cognoscite.
In cognoscendo. Vide IN præpositionem.
Ad cognoscendum venire. Cice. 1. de Orato. 39.
Virtute cognita, & spectata fide homo amplissimus. Cic. pro Cecinna 75.
In vtraque fortuna homo cognitus multis signis, & virtutis, & humanitatis. Cice. pro Cecinna 75.
Habere cognitum aliquid. Cic. in Orat. 66. Sic igitur instructus veniet ad causas, quarum habebit genera primum ipsa cognita.
In perfacili cognitione versari. Cice. in Orato. 66. Nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione versantur.
Fieri cognitoré pro aliquo. Cic. 4. Verr. 73. & 74. & pro Rosc. Comœ. 31.
Dare cognitorem. Cice. 4. Verr. 74.
Cum cognitoribus esse. Cice. 7. Verr. 131.
Cognitus, Participium. (ἔγνωσ μένος,) vt Cognitus alicui. Pli. li. 33. c. 4. 2.
Cognitus nomine tantum. Plin. lib. 12. cap. 21. 1.
Armis cognitus, Bello exploratus. Valer. lib. 5. 71.
In multis iudiciis causisque cognitus. Cic. de Claris Oratorib. 54.
In promptu cognita. Lucret. lib. 2. 174.
Acta coniugis cognita Vulcano, Id est adulterium Veneris. Ouidius 2. de Arte 115.
Vsu non longo cognitus. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 2.
Idque recens præstas, nec longo cognitus vsu.
Causa liquidò cognita. Ouid. 5. Fast. 1.
Causa cognita excusationẽ accipere. Vlpianus in L. Licet. ff. de Arbitris.
Causa cognita iudicium dare. Paulus in L. Sed & si ff. Sed & si dies. ff. de Iudiciis.
Causa cognita æstimare. Scævola in L. Tutor. ff. de Minoribus.
Causa cognita probare. Marcel. in L. De ætate. ff. de Minoribus.
Causa cognita statuere. Vlpianus in L. 1 ff. Sed & si agant. ff. de Iudiciis.
Bene cognitus ensis. Sil. lib. 17. 80.
Formina vni viro bene cognita, cui cum solo viro firmum cõiugium fuit. Catul. epigram. 56. 38.
Vos vnis sensibus bonæ
Cognitæ bene fœminæ
Collocate puellulam.
Homo per se cognitus. Cic. de Clar. Orat. 49. Qui summos honores homo per se cognitus sine vlla commendatione maiorum est adeptus.
Puer puero mihi cognitus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12. 4.
Teque canam quacumque nota, tibi carmina mittam
Penè mihi puero cognite penè puer.
Indicio alicuius cognita res. Ouid. 2. de Arte 115.
Perspecta & cognita res. Cice. Lentulo, lib. 1. 7. 4.
Penitus perspectæ planeque cognitæ res. Cice. 1. de Orato. 54.
Virtus cognita. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 1.
¶ Cognitus, Auditione perceptus, vt apud Virgilium 2. Aeneid. 126.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus vrbis
Troianæ, nomenque tuum, regesque Pelasgi. Propert. lib. 1. eleg. 7. 2.
Me legat assiduè post hæc neglectus amator,
Et prosint illi cognita nostra mala.
Error cognitus. Propert. lib. 3. eleg. 15. 7.
Cognitus, Adiectiuum, (γνωστός,) vt Incognita pro cognitis ne habeamus, vitandum. Cice. 1. Offic. 29.
Cognitior, (γνωστότερος,) Id est magis notus. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 13.
Nec tam nota mihi, quàm sunt mala nostra fuerunt:
Sed magis hæc, quò sunt cognitiora, grauant. Idem 14. Metamor. 3.
Quarita sit herbarum Titani potentia, nulli
Quàm mihi cognitius.
Cognitissimus, Superlatiuum, (γνωστότατος,) Catul. epigram. 4. 3.
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima Ait Phasellus.
Cognitio, (γνῶσις, γνῶμα, γνῶστις, ἐπίγνωσις,) Verbale. Cice. 1. Acad. 22. Cœlestia autem vel procul esse à naturæ cognitione censeret. Terentius Eunuch. 5. 3. 12. Ibo intrò, de cognitione vt certum sciam. Cice. 7. Verr. 109. Cognitio formarum.
In causæ cognitione versari. Vlpianus in L. Hæredibus. ff. de Dolo. Idem in L. In causæ 1. & 2. ff. de Minoribus.
Deorum cognitionem capere. Cice. 2. de Natu. deor. 209. Quæ primùm eos humo excitatos, celsos & erecto constituit, vt deorum cognitionem cælum intuentes capere possent.

Manca

Manca cognitio naturæ. Vide MANCVS.
Cognitio contemplatioque naturæ manca quodammodo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. Cic. 1. Offic. 215.
Gratior cognitio poetarum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 16.
Necessaria cognitio rerum occultarum, aut admirabilium ad beatè viuendum. Cic. 1. Offic. 11.
Attingere cognitionem rerum. Cic. 1. Offic. 220.
Multa cognitio rerum inde venit. Quintil. lib. 2. cap. 4. 16.
In rerum cognitione versari. Cic. 1. Offic. 217.
Cognitio & iudicium. Cic. Capitoni, in Epist. ad Atticum, lib. 16. 343. 4.
Planeas ipse pro ingenio & prudentia tua non sit dubitaturus quin decretam Consulum quorum lege & Senatusconsulto cognitio & iudicium fuit, conseruet.
¶ Genus cognitionum labefactatum. Cic. Capitoni, in Epist. ad Atticum, lib. 16. 343. 5. Præsertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsaris in dubium ventura videantur.
¶ Imago cognitionis. Tacit. lib. 3. Id est species.
Studium cognitionis vincit consociatio hominum atque societas. Cic. 1. Offic. 210.
Vis mirabilis rationis, & cognitionis, & scientiæ, virtutumque omnium est in mente. Cic. 5. de Finib. 60.
¶ Prætoria cognitio. Quintil. lib. 3. cap. 6. 51.
Soluuaga cognitio & ieiuna. Cic. 1. Offic. 220. Nisi ea virtus quæ constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum, soluuaga cognitio & ieiuna videatur.
¶ Adducere in cognitionem. Vide ADDVCO.
Accipere cognitionem. Vide ACCIPIO.
Cognitionem amplexari. Vide AMPLEXOR.
Capere cognitionem. Cic. 2. de Nat. deorum. 209.
Cognitione & scientia continetur officium aliquod. Cic. 1. Offic. 221.
Dare cognitionem aliquarum rerum aliquibus. Cic. Capitoni, in Epist. ad Atticum, lib. 16. 343. 3.
Ex cognitione ducuntur officia naturæ. Cic. 1. Offic. 113.
Habere cognitionem facilior em. Cic. 5. de Finib. 60.
Inferre causæ cognitionẽ. Vlpianus in L. Si oleũ §. Marito. ff. De dolo.
Dignum cognitione. Cic. 1. Offic. 213. & 214. & lib. 1. 6.
Cognitionem prudentiam ẽs sequitur considerata actio. Cic. 1. Offi. 322.
¶ Dies cognitionis, quo iudex aliquos in ius vocat, vulgò assignationis dicitur: quandoquidem eo ipso debet de causa cognosci. Vlpianus in L. Et post edictum. ff. de Iudiciis, Quod si is qui edictum peremptorium impetratit, abfit die cognitionis, &c. Cic. de Clar. Orato. 44. Et quum dies cognitionis esset, & ipse Rutilius rogatu sociorum domum ad Galbam mane venisset, vt eum admoueret, & addicendi tempus adduceret, &c.
Sustinere cognitionem. pro Dilationem accipere. Callistratus in L. Interdum. ff. de Iudiciis, Interdum ex iustis causis & ex certis personis sustinendæ sunt cognitiones: veluti si instrumenta litis, apud eos esse dicantur, qui Reipublicæ causa absunt. Ideoque Diui fratres in hæc verba rescripserunt, Humanum est propter fortuitos casus dilationes accipi: veluti quòd pater litigator filium vel filiam, vel vxor virum, vel quando filii parentes amiserint: & in similibus causis cognitionem ad aliquem modum sustineri.
Cognitor, (γνωτὴρ, γνάμων, ἀντιγνάτος,) olim dicebatur, qui nunc procurator iudicialis. Cic. 1. Verr. 7. Me defensorem calamitatum suarũ, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causæ totius esse voluerunt. Idem 4. Verr. 71. Quum esset Schenius ciuitatis nobilissimus, amplissima cognatione, plurimis amicitiis, inuenire neminẽ Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret? Et rursus, Cedo cui Siculo, quam is reus fieret, ciuis Romanus cognitor vnquam factus sit? Asconius in Diuinationem, Qui defendit (inquit) alterum in iudicio, aut Patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aurium suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotium suscipit aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur vt suam. Ergo cognitorem Cicero appellauit familiarissimum defensorem. Hactenus Asconius. Cicero pro Roscio Comœdo. 31. Quid interest inter eum qui per se litigat, & qui cognitorem dat? qui per se litem constatur, sibi soli petitum aferi nemo potest, nisi qui cognitor est factus. Irá ne vero? cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum. suo nomine petiit, quod abstulit, sibi, non tibi exegit. Ibidem. 33. Quòd si ad Roscium nihil peruenisset quod tu à Flauio abstulisses, nisi re in suã litem dedisset cognitor: nihil ad te peruenire nihil debet, quod Roscius pro sua parte exegit: quoniam tuus cognitor non est factus. Budæus.
Ascribere cognitorem alicui. Cic. 4. Verr. 73.
Qui per se litigat, & qui cognitorem dat, diuersa. Ci. pro Rosc. Comœ. 31.
Cognitorem esse. Horat. 2. Serm. saty. 5. 8. – sis cognitor ipse.
Cum cognitore sponsionem fieri. Cic. 5. Verr. 117.
Fieri cognitorem pro aliquo. Cic. 4. Verr. 73. Quum propterea tota Sicilia multum authoritate & gratia posset, inuenire neminem Siculum potuit qui pro se cognitor fieret.

In aliquam rem cognitorem dare. Cice. pro Roscio Comœdo 19.
Cogo, cogis, coegi, coactum, (συναγω,) cogere, A con & ago compositum, significat in vnum colligere. Terent. Heaut. 1. 1. 94.
Quasi talenta ad quindecim Coegi.
In vnum aliquid cogere. Quintil. lib. 1. cap. 5. 15.
Nodo comas coegit. Senec. Hippol. 4. 9.
Diductos cogere. Horat. 3. Carm. ode 9. 4.
Quid si prisca redit Venus,
Diductosque iugo cogit aheneo? Id est discordes reducit in gratiam, & coniungit separatos.
Dispersa cogere. Cice. 1. de Oratore 94.
Ius ciuile in certa genera cogere. Cicero 2. de Oratore 78. de Crasso loquens. Pollicitus se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum.
Nubes coguntur ad montes. Lucret. lib. 6. 148.
– ad altos denique montes
Contrusæ nubes coguntur, vique premuntur.
Cogere oues intrò. Plaut. Bacch. 23. 11. Virg. 3. eclog. Cogite oues pueri.
Pecus cogere. Virgil. 3. eclog. 4.
Pecudes cogere stabulis. Virgil. 6. eclog. 17.
Voces in nodum cogere, significat orationem syllogismo vel enthymemate includere. Ouid. ad Pisonem 12.
Seu iuuat astrictas in nodum cogere voces,
Et dare subtili vinacia verba catenæ, &c.
¶ Cogere agmen. Cice. ad Atticum lib. 11. 327. 1. Plaut. Mil. 3. 77.
Vt tibi latrones cogerem & conscriberem.
Acies in prælia cogere. Virgil. 9. Aeneid. 95.
Cogere agmina. Virgil. 4. Aeneid. 82. – pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt. De formicis.
Vndique auxilia cogere. Virgil. 8. Aeneid. 2.
Cohortes Luceriam coegi. Cice. Mag. Domitio, in Epistо. ad Atticum, libro 8. 163. 5.
Coegerat viginti cohortes ex finitimis regionibus. Cæsar 1. bel. Ciuil. 62. Item lib. 3. 9. & 415.
Cogere copias in vnum locum. Cæsar 2. bel. Gal. 251.
In vnum locum cogere exercitum. Cice. Catoni, lib. 15. 4. 6. Cæsar 7. bel li Gall. 306.
Consilium cogi de aliquo. Quintil. lib. 7. cap. 3. 15. De vno enim reo consilium cogitur.
Milites cogere. Cæsar 5. bel. Gall. 173.
Copias parare, multitudinem hominum cogere, armare, instruere. Cice. pro Cecinna 23.
Socios ad locum aliquem cogere. Virgil. 4. Aeneid. 58.
Cogere ad verba, Conuocare ad colloquium. Propert. lib. 4. eleg. 1. 3.
Buccina cogebat priscos ad verba Quirites.
Cogere Senatum. Cic. 3. de Finib. 11. Dum Senatus cogeretur nihil operę Reipub. derahens. Idem ad Quin. fratrem, libro 2. 14. 1.
Quum Appius Senatum infrequentem coegisset.
¶ Cogere pecuniam à ciuitatibus statuarum nomine. Cice. 4. Verr. 98.
Idem 5. Verr. 188. Improbi sunt qui pecunias contra leges cogunt.
Pecuniam cogere ex. Ci. pro R. Posth. 19. Ait enim, dũ Gabinio pecuniã Posthumus cogeret ex decumis imperatorum, pecuniam sibi coegisse.
Aurum cogere in vsus humanos. Horat. 3. Carm. ode 3. 11.
Cogere stipem. Cice. 2. de Leg. 36.
Cogere stipendium. Cice. 3. Verr. 48. Non enim potest dicere, quum sedi tionem sedare vellem, quum frumẽtum imperarem, quum stipendium cogerem, quum aliquid denique Reipub. causa gererem, &c.
Cogere aliquid ad. Seneca lib. 1. de Ira. Quod exundat, ad salutarem modum cogere.
Tumultus cogere. Ouid. 14. episto. 15.
Et magnos, video, cogit mihi rapta tumultus,
Armatæque petunt Pergama mille rates.
Vites cogendæ in sulcum, Id est in ordinem componendæ, aut certè arandæ. Virgil. 2. Georgic. 13. Seruius.
¶ Cogere in ordinem. Budæus, Antiqui quum significare volebant hominem inter suæ conditionis homines retinendum continedumque, id est (vt vulgò loquimur) suo statu contentum esse cogendum: in ordinem eum redigendum, vel etiam cogendum dictitabant, hoc est inter vulgares, & gregarios annumerandum. Plin. ad Falconem, episto. 23. a, Cõsulis an existimem te in tribunatu causas agere decere. Plurimum refert quid esse Tribunum putes. Inanem vmbram, & sine honore nomẽ? an potestatem sacrosanctam, & quã in ordinem cogi vt à nullo, ita nec à se quidem deceat? Idem lib. 2. epist. Frugalitatem enim suam ostendere volens, & in victu parsimoniam, eleganter hoc verbo vsus est. Liberti (inquit) mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti. & mehercule si gulæ temperes, non est onerosum quo vtaris, cõmutare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est si sumptibus parcas. Id est de rango aliorum ponenda est, vt vulgus loquitur, hoc sensu, Si parsimoniam consectari velis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

satius est te iisdem cibis potuque eodem cum quolibet conuiua vesci vtique, quàm tibi primarium panem vinumque cú reliquorú contumelia stomachatione que seponi, quos non iisdem cibis digneris. Bibendum igitur eum quolibet conuiua tuo, id est populari vino vtendum. Huic autem opponitur, Eximere numero. Hactenus Budæus. Liu. 5. bel. Pan. 15. Nunquid videtis, inquit, vos in ordinem coactos esse, & rem ad sestionem spectare? Idem 3. ab Vrbe 144. Nimium in ordinem seipsum cogere. Idem Decad. 5. lib. 3. 60. Eo facto auocatam à se concionem Tribunus questus & in ordinem se coactum, ex Capitolio vbi erat concilium, abiit.

¶ Cogere, (ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι, ἐγγυᾶσθαι,) Compellere. Plaut. Amphit. 4. 10. Hæc heri immodestia coegit me. Terent. Adelph. 3. 4. 44.
Quod vos ius cogit, id volantate impetret. Virg. 7. Aeneid. 25.
Quum te nate fames ignota ad littora vectum,
Accisis coget dapibus consumere mensas.
Mori me denique cogis. Virg. 1. ecloga. 2.
Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames! Virgil. 3. Aeneid. 12. Et 4. Aeneid. 83.
Audaces cogimur esse metu. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 22.
Si res coget Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. 5. 5.
Acerbè cogi. Cic. 1. Philipp. 8.
Conuitio aliquorum cogi. Cic. Quin. fratri, lib. 1. 1. 4. 1.
Fame cogi. Cic. 7. Verr. 69.
Prece cogere. aliquem. Horat. 1. Epist. 9. 1.
– nam me rogat, & prece cogit,
Scilicet vt tibi se laudare, & tradere coner.
Ratione aliquem cogere. Cic. de Amic. 25.
Cogere arua vt pareant colono. Virg. 1. Aeneid. 17.
In semihoræ curriculum cogere. Ci. pro Rabirio 3. Núc quoniá T. Labiene diligentiæ meæ, téporis angustiis obstitúti, mégi ex cõparato & cõstituto spatio defensionis, in semihoræ curriculú coegisti, parebiẽ, &c.
Aliud quàm cogebatur illatum est. Cic. 1. de Inuent. 100.
Cogere vi & minis. Cic. 2. de Leg. 23. Non omnia vi ac minis cogere. Plautus Mil. 8. 42. Vi me cogis. Idem Manech. 18. 2. Qui me vi cogis vt va lidos insanias? Terent. Hecyra, Vi cõpi cogere vt rediret.
Ad arma cogere aliquem. Ouid. 3. Amorum, eleg. 13. 2.
Ad munera cogi. Ouid. 2. de Arte 84.
Ad prælia cogi. Virg. 12. Aeneid. 117.
Cogere ad lachrymas. Plaut. Bacch. 20. 46.
Cogere in cruciatum. Plaut. Persa 13. 10. Quem pol ego vt non in cruciatum atque in compedes Cogam.
In lachrymas cogi. Ouid. in in Ibin 42.
Vis ventorum in portum nauim coegit. Cic. 2. de Inuent. 104.
In Senatum cogi. Cic. 1. Philipp. 8. Quid tandem erat causæ cur in Senatum hesterno die tam acerbè solus cogeret?
Cogitur mulier in thalamos alicuius, cui inuita nubit. Valerius lib. 7. Argonaut. 48. Cernis vt infelix thalamos ego cogar in illos.

¶ Cogi aliquò, Id est necessitate adigi, aut compelli ad locum aliquem. Horat. 2. Carm. ode 3. 5.
Diuésne prisco natus ab Inacho
Nil interest, an pauper, & infima
De gente sub dio moreris
Victima nil miserantis Orci:
Omnes eodem cogimur.
In tenues cogi lares, Angustam habere domum, non abundare diuitiis. Propert. lib. 4. eleg. 1. 26.
Hortari & cogere, diuersa. Cic. 3. Offic. 71. Num te emere coegit qui ne hortatus quidem est?
Cogere in mollitiem lanæ. Plin. lib. 19. in procœmio 5. de lini natura, Denique tam paruo semine nasci, quod orbem terrarum, vitro citroque portet, tam gracili auena, tam non altè à terra tolli: neque id viribus suis necti, sed passum tusumque & in mollitiem lanæ coactum.
Apes bis grauidos cogunt fœtus, Apibus gemina est fœcunditas mellis. Virgil. 4. Georgic. 47. Seruius.
Verba cogere in pedes, Componere versus. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 4.
Cogitur in cursum verberibus. Plin. lib. 8. cap. 43. 2.
Coguntur carnes, Conglutinantur, cohærescunt. Plin. lib. 27. cap. 10. 8. de holostera herba, Vulnera quoque conglutinat. Nam & carnes coguntur additâ.
Agminis coactor. Tacit. lib. 18. Sed erant agminis coactores, agniti dempsere solicitudinem.

¶ Cogere, (σφιγγεῖν,) Spissum facere. Vig. 4. Georgic.
– namfrigore mella
Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit.
In nubem cogitur aer. Virgil. 5. Aeneid. 4.
In nubes cogitur aer concretus. Cic. 2. de Natu. deor. 145.

¶ Cogere, Est quod Gallicè dicitur, faire prendre, & faire tenir, & quod vulgus pharmacopolarum dicit, dare corpus medicamento. Celsus lib. 5. cap. 18. Quibus adiicitur vnguenti itini quantum satis est ad ea mollienda atque cogenda.

Cogere lac in duritiam. Plin. lib. 23. cap. 7. 12. Exceptum id, coactumque in duritiam, suauitatem carnibus affert.

¶ Cogere cuneos, Impellere. Virgil. 7. Aeneid. 111.
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis Scindebant.
Equum cogere verbere. Claudian. 4. Panegy. 45.
Coguntur violenter assiduo verbere fumantes equi. Silius lib. 16. 77.
Vnda plurima cogitur vento in aliquem locum. Virgil. 4. Georgic. 9.

¶ Cogere, pro Concludere & conuincere. Cic. 3. de Natu. deor. 44. Innumerabilia sunt ex quibus effici cogique possit, nihil esse quod sensum habeat, quin id intereat. Idem 2. de Leg. 53.
Cogi in angustum. Terent. Heaut. 4. 2. 2.
Nisi me animus fallit, haud multú à me aberit infortuniú, Ita hac re in angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ. Liu. 8. bel. Punic. 28. Ex patenti vtrinque coactum in angustias mare.
Cogi in magnitudinem milii. Plin. lib. 11. cap. 32. Multa autem insecta & aliter nascuntur, atque in primis ex rore. Insidet hic raphani folio, primo vere, & spissatus sole in magnitudinem milii cogitur. Inde porrigitur vermiculus paruus, & triduo mox eruca.
Cogens, (ἀναγκάζων,) Participium. vt
Arbores aliæ nullis hominum cogentibus sponte sua veniunt. Virgilius 2. Georgic. 2.
Cogens & vetans deus. Cic. 2. de Leg. 14.
Re cogente profectus est, Id est vrgente negotio. Ouid. epist. 16. 51.
Coactus, (συναχθείς,) Participium. vt Coactæ naues, apud Cæsarem 1. bel. Ciuil. 115.
Coacta pecunia ad agros emendos. Cic. pro Leg. Agra. 9.
Coactus, (ἀναγκαστός,) & Sponte contraria. Seneca Troad. 6. 33.
Coacta dices, sponte quod fari abouis.
Coactum & expressum auspicium. Cic. 2. de Diuin. 111. Ergo hoc auspicium diuini quicquam habere potest, quod tam sit coactú & expressum?
Lachrymis oculi maduere coactis. Ouid. 6. Metamorpho. 126.
Lachrymæ coactæ, Vi expressæ. Virgil. 2. Aeneid. 40.
Discunt oculi lachrymare coacti. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.
Scelus coactum, Impulsu alterius commissum. Seneca Troad. 10. 3.
– ad authorem redit Sceleris coacti culpa.
Thalamus coactus, Id est Venus violenta, & vitium per vim oblatum virgini. Stat. 5. Thebaid. 93.
Nec non ipsa tamen, thalami monimenta coacti,
Enitor geminos. Verba sunt Hypsipyles.
Coacto vertice humum attingere, Id est inflexo. Sen. Hippol. 12. 14.

¶ Coacti, qui dicantur. Cic. pro Cecinna 43. Certè cogit is qui congregat homines & conuocat. Coacti sunt ii qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati.
Multa arte coactum ebur. Valer. lib. 2. Argonaut. 93.
Fabris publicè coactis, operisque imperatis exædificare aliquid. Cic. 7. Verr. 138.
Operis publicè coactis ædificare nauem. Cic. 4. Verr. 8.
Coacti & armati homines. Cic. pro Cecinna 23. Cecinnam, quú, &c. pulsum prohibitumque esse vi, coactis hominibus & armatis.
In vnum locum coactæ copiæ. Cn. Magnus Domitio, in epistol. ad Atticum, lib. 8. 16. 1. 3.
Gladii coacti. Lucan. lib. 3. 65.
Nec sic horret iners scelerum contagia mundus,
Vt gladiis egeant ciuilia bella coactis.

¶ Coacta alui, excrementa apud Celsum sunt, quæ Hippocrates lib. 2. Prognost. συνεστῶτα dicit. Id est, vt enarrat Galenus μὴ ὑγρὰ τελέως, ὡς φύσασθαι διαῤῥεῖν, ἀλλὰ μίγει τοῦ μέσου συνεστῶτα, Id est non multum liquida, vt diffluere possint, sed quatenus ceu colligata manent. Celsus lib. 2. cap. 8. Aluus in hac valetudine ea tuta est, quæ quotidie coacta, eaque conuenientia his quæ assumuntur, reddit. Vulgus dicit quorum partes colligantiam quandam habent.
Lactis massa coacti. Ouid. 8. Metamorpho. 134. periphrasis est caseî.
Ferro coactus. Propert. lib. 3. eleg. 14. 3.
Hæc ego non ferro, non igne coactus, & ipsa
Naufragus Aegæa verba fatebor aqua.
Ira coactus. Seneca Octau. 2. 3.
Coactus legibus. Terent. Aud. 4. 5. 41.
Coactus necessitate. Cæsar 8. bel. Gall. 153.
Coactus pudore. Cæsar 8. bel. Gal. 51. Vide NECESSE.
Terrore coactus. Lucret. lib. 3. 14.
– dum fallo terrore coacti
Effugisse volunt longè, longeque remosse.
Tempore atque officio coactus ad aliquid agendum. Cic. 1. Verr. 3.
Coactus vi. Terent. Phorm. 1. 4. 38. Cæsar 1. bel. Gal. 124.
Vi & necessario sumus in portum coacti. Cic. 2. de Inuent. 104.
Coactum ac necessario dicere. Cic. pro Domo sua 72. Et quoniam hoc reprehendis, quod solere me dicas de me ipso gloriosius prædicare: quis vnquam audiuit, quum ego de me nisi coactus ac necessario dicerem?

Vi morbi coactus incidit. Lucret. lib. 3. 79.
Regio sub arma coacta. Virg. 7. Aeneid. 9.
Coactus, huius coactus, (ἀναγκασμένος,) Ipse cogendi actus & compellendi. Cic. 4. Verr. Eum quoque ostendam, siquidò sit datus, coactu istius, quod non senserit iudicasse. Idem. 7. Verr. 60. Coactu atque efflagitatu meo. Idem ad Brutum. 17. 1. Coactu tuo scribá quæ sentio. Lucret. lib. 2. 55. – vt quum impulsi procedimus ictu,
Vtribus alterius magnis, magnoque coactu.
Coactùra, coactúræ, pen. prod. (συναγωγή,) Colum. lib. 12. cap. 50. 3. Vt separetur, & seorsum reponatur vnusquisque dies coactura. Id est congregatio siue collectio. Hoc est, quantum oliuarum vno quoque die collegeris, siue congregaueris.
Coactio, Verbale, (ἀγγυρία, συναγωγή,) vt Coactio argentaria, Munus ipsum cogendi pecunias. Sueton. in Vesp. August. cap. 1. Vbi deinde venia & missione impetrata, coactiones argentarias factitauit.
Coactor, Verbale, (πραχτικός,) Coactores (inquit Budæus) dicebantur qui nunc Receptores particulares. Cic. pro Cluentio. 143. Ne mulcta, perquiritur à coactoribus 2 inuenitur ea ferrula ad Stratonem peruenisse. Idem pro Rabirio Posth. 19. At ex hoc ipso crimen exoritur. ait enim, Dum Gabinio pecuniam Posthumus cogeret ex decumis imperatorum, pecuniam sibi coegisse. non intelligo hoc quale sit: vtrum accessionem decumæ, vt nostri facere coactores solent, centesimã, an decessionem de summa fecerit. Horat. 1. Serm saty. 6. 18.
Si præco paruus, aut vt fuit ipse, coactor Mercedes sequerer.
Coactor, aliter. Cat. c. 150. Méles. x. ab coactor releget porcos sectarios.

¶ Coactor, pro Impulsore. Seneca epist. 53. Quibus non duce tantum opus est, sed adiutore, & (vt ita dicam) coactore.
Coacto, coactas, coactare, (ἀναγκαζόμενος,) Frequentatiuum. vt
Singultus membra coactans. Lucret. lib. 6. 253.
Singultusque frequens noctem perstepe, diemque
Corripere assidue neruos, & membra coactans,
Dissolsabat eos defessos ante fatigans. Ibidem. 216.

Cohaereo, cohæres, cohæsi, cohæsum, (συναπτομαι, συμφύομαι, συνέχομαι,) cohærere, eiusdem fere significationis cuius est Adhæreo. Cic. 1. Acad. 36. Neque enim materiam ipsam cohærere posuisse, si nulla vi continereturneque vim sine aliqua materia. Plin. epist. 101. 9. lib. 5. Cohæret hypocaustú. Ouid. 11. Meta. 16.
– solo defixa cohæsit.
Cohærere alicui rei. Cic. 1. de Legib. 35.
Ad cohærendum omnia duo aliquid tertium anquirunt. Cic. de Vniuersit. 17. Deus terram primum ignemque iungebat. Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid anquirunt.
Cohærens & continuata natura cum, &c. Cic. 1. Acad. 42. E quibus in oi natura cohærente & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundú. Idem. 1. de Inuent. 95. Cum eo quod ante cesit cohærere.
Aptæ res inter se & cohærentes. Cic. 3. de Nat. deorum. 4.
Aptè cohæret mundus. Cic. de Vniuersit. 20.
Implicita cum illis ratio, & cohærens. Cic. pro Lege Manilia. 12.
¶ Cohærere res aliqua dicitur, quando negotio conuenit & concordat. Terent. And. 2. 1. 24. – hem,
Panlulum obsoni, ipsius tristis. de impromiso nuptiæ. Non cohærent.
hærebat oratio.
Vix cohæret oratio. Cic. pro Cœlio. 11. Sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio.
Congruunt & cohærent cum causa. Cic. 1. de Inuent. 28.
Cohærent dicta inter se. Cic. 5. de Finib. 138. Non quæro iam, verúmne sit illud: dico, ea quæ dicat, præclarè inter se cohærere.
Non cohæret sermo. Cic. pro Cecinna. 38. Sermo hercle & familiaris & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur.
Aptissimè cohærent inter se. Cic. in Orat. 83.
Præclarè inter se cohærere. Cic. 5. de Finib. 138.
Cohærentia inter se dicere. Cic. 1. Philipp. 42. Tam autem eras excors, vt tota in oratione tecum ipse pugnares, vt non modò non cohærentia inter se diceres, sed maximè disiuncta atque contraria. Vulgus vocat Loqui ad propositum.

¶ Cohærere dicuntur aliqui. Plin. epist. 127. a. lib. 7. Est enim mihi pernecessarium, quòd viri optimi, mihique amicissimi adeò cohæsistis, vt inuicem vos obligari puteris. Hoc est cõiuncti & confœderati estis inuicé.
Cohærere in alia significatione & ius cohærendi. Vide Cohærarius.
Cohæresco, cohærescis, (συναίχμαι,) cohærescere. Cic. 1. de Nat. deorum. 75. Quæ interfecto inani cohærescunt tamen inter se: & alie alias apprehendentes coutinuantur. De atomis loquitur. Idem. 1. de Finib. 27. Et Plin. lib. 24. cap. 15. 1.
Cohærentia, cohærentiæ, (συναφή,) Cic. 2. Nat. deo. 232. Iam verò circuitus Solis & Lunæ, reliquorumqi syderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent.
Cohærentia mortis & vitæ. Gellius lib. 6. cap. 13. Et lib. 15. cap. 3.
Cohærentia vocis. Gellius lib. 15. cap. 3.
Cohæres, huius cohærẽdis, pen. pro. d. com. gen. (συνληρονόμος,) Qui iumal hæres institutus est. Plin. epist. 116. b. Libertos eius, cosdemque

cohæredes suos falsi, vt veneficii reos detulerat ad principem. Idem in Panegy. 62. Quid si cohæredem non à filio accipiat?
Multis cohæres. Horat. 2. Sermo. saty. 5. 11.
Cohærarius, cohærarii, (συναπτικός,) videtur pro eo accipi posse quem lingua Francica appellat adioinct. Cic. 3. de Legib. 14. At siquid erit quod extra magistratus, cohærario æsuit, qui cohæret, populus creato eique ius cohærendi dato.

Cohibeo, cohibes, penul. correp. cohibui, cohibitum, (ἐπέχω, κατέχω, συνέχω, ἀναστέλλω,) cohibere, Ex con & habeo, Quasi secum habere significat, & retinere apud se. Cic. de Senect. 47. de terra loquens, Primum id occatum semen cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est.
Auro cohibere lacertos. Ouid. epist. 9. 12.
Auro, id est armillis aureis.
Cohibere in se. Cic. de Fato 30. Sed interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem.
Sydera in se cohibent nitorem. Lucret. lib. 2. 207.
Cohibere latebris aliquid, Continere, claudere. Virgil. 3. Aeneid. 85.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris.
Ventos carere cohibens Aeolus. Ouid. 14. Metamorpho. 45.
Venti cohibentur in antris. Ouid. 15. Metamorpho. 20.

¶ Cohibere se intra locum aliquem, pro Secedere. Plaut. Milit. 10. 1. Cohibere intra limen etiam vos parumper Pleusides.

¶ Cohibere se, pro Reprimere, & refrænare animum. Terent. Heaut. 5. 1. 46. Non te cohibes? non te respicis?
Cohibere iracundiam, Idem. Cicero pro Marcello 4. Verùm animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, &c. Idem 3. Philipp. 126. Nisi vnus adolescens illius furentis impetus, crudelissimósque conatus cohibuisset.
Affensionem cohibere à rebus incertis. Cic. 1. de Natu. deorum 2. Et 4. Acad. 123. & 168.
Crinem cohibere nodo. Horat. 3. Carm. ode 14. 5.
Fugam cohibere. Sil. lib. 15. 147.
Furorem alicuius cohibere. Cic. 5. Philipp. 191.
Gaudia cohibere. Propert. lib. 2. eleg. 26. 6.
Iras cohibere. Virgil. 12. Aeneid. 63.
Libidines effrænatas à coniugibus cohibere. Cic. pro Milone 57.
Manum alicui cohibere. Stat. 6. Thebaid. 163.
Motus animi turbatos cohibere. Cic. 2. Offic. 14.
Cohibere & continere ab omni lapsu temeritatem. Cicero 1. Acad. 65.
Cohibere animum, manus, oculos ab alieno, Non concupiscere, non furari alena. Plaut. Trinum. 14. 12. – qui ab alieno
Facile cohiberent manus? Cic. pro Lege Manil. 46. Quare etiam siquem habetis qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur, tamen nisi erit idem qui se à pecuniis sociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab auro, gaza que regia, manus, oculos, animum cohibere possit, non erit idoneus.

¶ Cohibere pari seueritate fiscum atque ærarium. Plin. in Panegy. 57. At fortasse non eadem seueritate fiscum qua ærarium cohibes. Id est Caues ne præter ius & rationem crescat priuatorum dispendio. Laudat enim Plinius Traiani continentiam, quòd non exhauriret ciues improbis confiscationibus.
Cruentas epistolas armis cohibere. Tacit. lib. 3.

¶ Cohibere filium. Plaut. Merc. 3. 64. – neque desidiæ in otio
Operam dedisse, neque potestatem sibi
Fuisse, adeò arctè cohibitum se esse à patre.
Cohibent pugnare leges. Id est prohibent. Cicc. pro Rosc. Amer. 54. In emendatioribus codicibus legitur Prohibebant.
Ceruos cohibens arcu. Horat. 4. Carm. ode 6. 7.
Claustra cohibentia custodem pacis. Horat. 2. epist. 1. 52.
Cohibere aliquem in vinculis. Curtius lib. 6. Oxidates erat nobilis Persæ, qui à Dario capitali supplicio destinatus cohibebatur in vinculis.
Cohibitio, (ἐποχή,) Verbale, Ipse cohibendi actus. Cic. 5. Verr. 29. Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex area: cohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni, non voluntatem.

Cohonesto, cohonestas, (σεμνύνω, καλλύνω, τιμάω,) cohonestare, Idem quod Honestare. nisi aliquid ornatus adferre dicamus ipsam compositionem. Plinius lib. 22. cap. 13. 4. Defluuia capitis semine illito cohonestari.
Cohonestare, Honoribus afficere. Cic. Antequàm iret in exilium 20. Tantum à vobis illud Equites Romani peto & rogo, vt quem sæpenumero vestra laude cohonestastis, eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis.
Statuas alicuius cohonestare. Cic. 4. Verr. 122. An quorum authoritate statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero?
Quem vestra laude cohonestastis. Cice. Antequam iret 20.
Exequias alicuius cohonestare. Cice. pro Quintio 29.
Cohonestare victoriam. Liu. 8. bel. Maced. 204. Sed referre etiam, si opus

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset, videretur parati esse. ex decem Legatis, si dijs placet, quod consilium dispensandæ honestandæque victoriæ Imperatoribus maiores dederunt nostri, aduersarios habeo.

Cohorreo, cohorres, cohorrui, (σωφρέω.) Cohorrere vel Cohorresco, cohorrescis, cohorrescere, Magno horrore affici. Sueton. in Tiberio, cap. 21. Attenuatum te esse continuatione laborum, quum audio & lego, dii me perdant, nisi cohorrescit corpus meum. Hoc est, nisi totus horreo. Cicc. in Somn. Scip. 5. Quem vt agno vt equidem cohorrui. Idem ad Atticum, lib. 5. ep. 10. 13. Cohorrui primo: erat enim interitus ciuitatis.

Aliquem cohorruisse, quòd. Cic. Attico, lib. 7. ep. 11. 2.

Cohorrere ex re aliqua. Cicc. 3. de Orato. 4. Nanque tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremque multum consequutum esse audiebamus: ex quo quum cohorruisset, cum febri domum rediit, dieque septimo est lateris dolore consumptus. Posset hæc particula, Ex quo, etiam ad tempus referri quasi diceret, post sudorem quum refrixisset.

Cohors, huius cohortis, fœ. gen. (χώρα, τάγμα,) Idem significat quod chors chortis locum nempe in villa, tectis circundatum, in quo pascuntur gallinæ & huiusmodi. Varro lib. 3. de Re rust. capi. 3. 5. Primus enim ille gradus antiquus maiorũ nostrorũ erat, in quo essent auiaria, duo duntaxat, in plano cohors, in qua pascebantur gallinæ, & earum fructus erant ova & pulli. Vide CHORS.

¶ Cohors, Congregatio militum erat. Sipontinus, Cohors milliaria, quæ & prima cohors dicebatur, constabat mille centum & quinque peditibus, & equitibus loricatis centũ quadraginta duobus: tenebatq; aquilam, quod præcipuum signum erat in Romano exercitu, habebat præterea Imperatorum imagines. Varro de Ling. Lat. Cohors quòd vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit vnum: sic his ex manipulis pluribus copulatur cohors: quæ in villa dicta, quòd circa eũ locum coercetur pecus. Cæsar 3. belli Gall. 45 1. Illi eductis quatuor cohortibus, quæ præsidio castris relictæ, integræ ab labore erant. Cicc. ad Brutum 2. 1. Et 5. Verr. 45. Cæsar 4. bel. Gall. 580. Cohortes quæ in stationibus erant, &c.

Acies cohortium. Tacitus lib. 21.
Pellebatur sociarum cohortium acies.

Castra cohortium, alarumque inuadere. Tacit. lib. 21.
Præsidia cohortium, alarum, legionum inuadere. Tacit. lib. 21.
Robora classium, alarum, cohortium. Tacit. lib. 18.
Cohors & turma. Cicc. pro Marcello 4. Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.
¶ Armigera cohors. Sil. lib. 10. 20.
Cohors auxiliaria. Vide AVXILIOR.
Bellatrix cohors. Stat. 6. Thebaid. 53.
Densæ cohortes. Claudian. 7. Panegy. 18.
Impia Gigantum cohors. Horat. 2. Carm. ode 19. 5.
Impura cohors. Cicc. in Orato. 95.
Inhonora cohors. Stat. 10. Thebaid. 2.
Innumeræ cohortes. Stat. 5. Thebaid. 5.
Legionariæ cohortes. Vide LEGIO.
Montana cohors Cappadocum. Lucan. lib. 7. 45.
Sociæ cohortes. Tacit. lib. 21.
Cæsa cohors. Tacit. lib. 19.
Expedire cohortes. Tacit. lib. 1.
Corrumpere cohortem. Cicc. 5. Verr. 135.
Cohortes ex præsidiis deducere. Vide DEDVCO.
Exarmare cohortes. Tacit. lib. 18.
Explicare cohortes. Virgil. 2. Georgic. 56.
Vt sæpe ingenti bello quum longa cohortes
Explicuit legiones campo stetit agmen aperto.
Firmare cohortes. Tacit. lib. 11.
Cohortes inducere in prælium. Vide INDVCO.

¶ Cohors, Congregatio quoruncunque hominum. Suetonius in Nerone, Quòd quantum potare iubebatur, recusaret, dimissus è cohorte amicorum nihilo modestius vixit. Idem in Galba, Per hæc gratissimus Claudio, receptusque in cohortem amicorum, magnæ dignationis est habitus. Horat. 1. Epistol. 3. 2.
Quid studiosa cohors operum struit?

Famula cohors, Id est famularum cohors. Stat. 11. Thebaid. 59.
Innuptæ cohortes, Id est cohortes virginum. Stat. 12. Thebaid. 37.

¶ Cohors, pro Comitatu & satellitio, & familia magistratus qui ibat in prouinciam. Vnde cohors Prætoria, quæ Consuli aut Prætori in prouincia præsto semper erat, quasique latus eius cingebat. Cic. in Verre. Quæ cohors & qui comitatus fuerit, meministis. Ibidem, Cohortem autem Metelli quam vocat, quid erat quod corrumperet? Ibidem, Recuperatores dicit se de cohorte sua datorum. Horat. Laudat Brutum, laudatque cohortem. Idem, Vt iuueni placeat per contare, vtque cohorti. Catullus, Pisonis comites cohors inanis. Cicc. ad Quint. fratrem Asiæ Proconsulem. lib. 1. 1. 15. Quos verò aut ex domesticis coniunctionibus, aut ex necessariis apparitionibus tecũ esse voluisti, qui quasi ex cohorte Prætoris appellari solent: horum non modò facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. Itaque quod Cicero cohortem Prætoriam in prætura vrbana dixit, Asconius Consulares comites interpretatur. Budæus.

Prætoria cohors scortatorum. Cicc. 2. in Catil. 43. O bellum magnopere pertimescendum, quum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriam.

Prætoriæ cohortes. Tacit. lib. 11. & lib. 3.
Laboriosa cohors Vlyssei. Horat. Epod. 16. 13.
Cohors vaga. Catullus de Berecynthia, Vbi sueuit illa diuæ volitare vaga cohors.
Dare cohortem in præsidium. Tacit. lib. 15.
Vallatum cohortibus ire. Stat. 12. Thebaid. 37. —nec alumna nivosi
Phasidis innuptis vallata cohortibus iret.

¶ Cohors ad res inanimatas etiam transfertur. vt Febrium cohors. Horatius 1. Carm. ode 3. 7.

Cohortãlis, pe. prod. (ταγματικός,) Adiectiuũ à cohorte villæ: vt Cohortalia aua. Colu. lib. 1. in prooem. 22. Et vt à pecoribus recedam, quorũ in parte, auium cohortalium, & apium cura posita est, quis, &c.

Cohortor, cohortaris, (παρεγγυάω,) cohortari, Simul aut vehementer hortari. Cicc. ad Terent. lib. 14. 1. 3. Eum vt porui, per literas cohortatus sum. Idem 2. de Natu. deorum 222. De inde hac cohortamur, hac persuademus.

¶ Deterrere & Cohortari opponuntur. Cic. 1. de Orato. 135. Illud verò fuit horribile, quod mehercule vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quàm ad cohortandum.

Cohortari ad pacem. Cicc. ad Atticum, lib. 15. 321. 4.
Ad studium summæ laudis aliquem cohortari. Cicc. Curioni, lib. 2. 3. 6.
Cohortari ad virtutem ardentius. Cicc. 2. de Orato. 20.
Cohortari inuicem. Sueton. in Sergio Galba, cap. 10. Nisi cohortantibus inuicem, ne occasionem omitterent.

Cohortandus, Participium, (παρεγγυητέος,) Cicc. 1. de Orato. 16. Non sibi cohortandum Sulpitium & Cottam, sed magis vtrunque collaudandum videri. Cohorto veteres etiam dixerunt. Quadrig. libro 5. Annal. Atque hos cohortarent.

Cohortatio, (παρεγγύη,) Verbale. Cicc. ad Brutum 10. 2. Erectior Senatus erat, nõ sententiis solum nostris, sed etiã cohortationibus exitatus.
Iudicum cohortatio ad honestè iudicandum. Cicc. pro Cluent. 109.
Inanis & sine causa suscepta cohortatio. Cicc. Lentulo, lib. 1. 7. 31.
Incredibiliter me commouet tua cohortatio. Cic. Attico, lib. 16. 537. 5.
Concitatum esse cohortatione alicuius ad studium cognoscendæ percipiendæque virtutis. Cicc. 1. de Orato. 102.
Excitari cohortationibus. Cicc. Bruto 10. 2.

Cohum, cohi, Lorum quo temo buris cum iugo colligatur, à cohibendo dictum. Hæc Festus.

Coinquino, coinquinas, penult. correp. (μολύνω,) coinquinãre, Idem quod simplex Inquinare. Columella libro. 8. Totam progeniem coinquinat: siquidem celeriter tum alia pecora, tum præcipuè oues contagione vexantur. Martialis,
—merdisque coinquiner albis.

¶ Coinquinare, per metaphoram. Cicc. 3. de Natu. deorum 94. Periculò matres coinquinari regias.

Cois, (κῶος,) Vestis genus, à Coo insula nominatum. Plinius lib. 11. cap. 22. 2. Telas araneorum modo prima redordiri, turbasque texere inuenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia. Horat. 1. Sermo. saty. 2. 21. Altera nil obstat cois tibi: penè videre est Vt nudam.

Coitus, Vide COEO.

Coix, coicis, Genus stirpis, cuius folia ad textum sunt vtilia. Strabo.

COLAICVM, Taprobanæ insulæ promontorium, vt est apud Plinium in ipsius insulæ descriptione, lib. 6. cap. 22.

Cólaphus, huius colaphi, penul. correp. (κόλαφος,) Latinè dicitur alapa. Plaut. Persa 8. 23. Nisi hodie, si prehendero, dehgam in terram colaphis. Idem Capt. 3. 20. Nisi qui colaphos perpeti potest. Terent. Adelph. 2. 2. 37. Colaphis tuber est totum caput.
Ducere colaphum alicui. Quintil. lib. 6. cap. 3. 57. Colaphum, inquit, tibi ducam, id est infringam.
Incutere colaphum. Vide INCVTIO.
Colaphum infligere. Vide INFLIGO.
Infringere colaphum. Vide INFRINGO.
Infringere colaphos. Terent. Adelph. 2. 1. 46.
Homini misero plus quingentos colaphos Infregit mihi.

Colax, huius colacis, penul. correp. (κόλαξ,) Latinè assentator dicitur. Est autem nomen parasiti, ab assentando. De hoc apud Terentium.

COLAXES, (κολάξης,) Iouis & Oræ filius: cuius pariter & matris meminit Valerius Flac. lib. 6. Argonaut. 10.
Proxima Bisaltæ regio, ductorque Colaxes

Sanguis

Sanguis & ipse deũm & alibi.
At genitus Ioue compleratsua fata Colaxes. De Ora matre eius fabulantur eam fuisse ancipiti forma, humana & serpentina.

COLCHI, siue Colchis, Colchidis, & Colchos, (κολχίς, κόλχος,) Regio iuxta Pontum, regnum Aeetæ regis. In qua fuerunt veneficii maximi authores, Habet in se iuga Caucasi, atque hinc Caspium, & Hircanam habet mare, hinc Mœotim. Ferunt Iasonem Thessalum cum Argonautis eò nauigasse, vt vellus aureum raperet. In ea Sibaris Colchorum regia est. Hæc (vt Ptolemæus ait) monte Corace à Septentrione clausa est, qui est Caucasi pars, & Nomades excludit: ab Oriente, Hyberiaq; Meridie Phasíde, & Armeniæ montibus: ab Occidente, Euxino ponto. Ammianus lib. 22. Colchos antiquam Aegyptiorum sobolem esse refert. Nam linificium adeò apud eos vulgatum est, vt in peregrina quoque loca exportetur. vnde quidam cognationem Colchorũ cum Aegyptijs ostendere volentes, fidem ex his capiunt, inquit Strabo. Horat. Epod. 5. 5. —plumamque nocturnæ strigis,
Herbasque, quas & Colchos, atque Iberia
Mittit venenorum ferax.

Colchis, (κολχίς,) Horatio dicitur illa quæ in Colcho nata est, quo nomine Medeam significat in Epodis. 16. 12.
Non hic Argoo contendit remige pinus,
Neque impudica Colchis intulit pedem. Valer. lib. 8. Argonaut. 1.
Attrepidam in thalamis etiam sua facta pauentem
Colchida circa omnes pariter Furiæque minæque Patris habent.

Colchis torua, Medea. Iuuenal. Saty. 6.
Credamus tragicis quicquid de Colchide torua Dicitur.

Turbida Colchis. Valer. lib. 7. Argonaut. 120.
Gens Colchis, Gens Colchorum. Valer. lib. 5. Argonaut. 84.
Ad geminas fert ora fores, cunabula gentis
Colchidos hìc, ortusque tuens.

¶ Colchi, populi Phasim fluuium incolunt, dictique sunt à Colcho Phasidis filio.

Phryxæi Colchi, à Phryxo filio Athamantis, qui insidias nouercæ fugiẽs, nauigauit Colchos, ibique vellus aureum monimentum periculorum Martis, aut (vt alii dixerũt) Ioui Phryxio dicauit. Valer. lib. 1. Arg. 80.
Tu quoque Phryxæos remo Pæantie Colchos
Bis Lemnum visure petis.

Scui Colchi. Valer. lib. 3. Argonaut. 141.
—sæui capient quæ gaudia Colchi?

Truces Colchi. Valer. lib. 1. Argonaut. 149.
Auratus aries Colchorum. Cic. in Orat. 93. & ad Herennium. 69.
Argò qua vecti Argiui delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis Colchis.

Colchus, (κόλχος,) Adiectiuum, Qui ex Colcho est. Horat. in Arte. 24.
Colchus an Assyrius: Thebis nutritus, an Argis.

Domus Colcha. Ouid. 3. Fast. 170.
Peruenit in Colchas aurea lana domos.

Colchus Phasis. Seneca Hippoly. 2. 9.
Vnde ista venit generis infandi lues?
Hunc Graia tellus aluit? an taurus Scythes
Colchusque Phasis? Valer. lib. 5. Argonaut. 88.
Apparent trepidi iam Phasidis ostia Colchi.

Colchicus, pen. corr. (κολχικός,) Adiectiuum. vt Venena Colchica. Horat. 2. Carm. ode. 13. 2.

Colchiacus, pen. corr. (κολχιακός,) aliud Adiect. Propert. li. 2. eleg. 1. 11.
Seu mihi Circæo pereundum est gramine, siue
Colchis Colchiacis vrat ahena focis.

* Coles, colis, vel colis, colis, (κοινλές,) penis, siue membri virilis quasi hasta vsque ad glandem. Celsus lib. 7. cap. 25. Ab his ad ea transeundum, quæ in cole ipso fiunt.

Coleus, (ὄσχης,) Testis aliàs dicitur, siue testiculus, per diminutionem. Sipontinus. Cic. Peto, lib. 9. 22. 14. Testes, verbum honestissimum in iudicio: alio loco non nimis: at honesti, colei Lanuini: Clitemini, non honesti.

Coliculus, Vide COLIS.

Colicus, Vide COLON.

COLIDOS, pen. corr. Insula in Oceano Indico, Veneri sacra, quæ tantæ altitudinis esse fertur, vt illuc aues non aduolent.

Colina, pen. prod. à colendo, quæ postea Culina dicta est, deinde à coquendo Coquina: quòd ibi colebant ignem locupletiorem. Sipontinus.

Coliphium, coliphii, (κολίφιον,) Panis quo vtebantur athletæ, ἀπὸ τοῦ κόλου καὶ τοῦ ἴφι, hoc est robore membrorum. Iuuenal. Saty. 2. Luctantur paucæ, comedunt coliphia pancæ. Hæc Budæus. Plaut. Persa. 4. 12. —coliphia mihi Ne incocta detis.

Colis, huius colis, m. g. (κῶλον,) significat Pampinum. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 31. 1. Pampinare est ex sarmento coles, qui nati sunt, de iis qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertiũ relinquere, reliquos decerpere: ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum.

Colis, etiam est exiguus ac tener brassicæ, fabæ, & similium caulis.

Coliculus, pen. corr. (κολάμκιον,) Dimin. Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 31. 4. Ex altera parte caprea dicta, q̃ parit capreolũ. Is est coliculus vitis tortus vt cinciunus. Colum. lib. 11. ca. 2. 7. Sed & faba eandẽ cultur. exigit, si iã coliculus eius in quatuor digitos altitudinis creuerit.

Colla, huius collæ, (κόλλα,) à Græcis dicitur quam nos glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur. Sipont. Vtimur autem tãtum eius compositis: vt Sarcocolla, Ichthiocolla, Chrysocolla.

Collábor, penul. prod. collaberis, collapsus sum, (συστολὴ διάλυσις,) collãbi, Labi, vel simul cum aliquo labi. Plaut. Trucul. 14. 2. Clanculum collapsus est hic in corrupte lam suam. Martial. lib. 1. 42. Nam subitò collapsa ruit cum mole sub illa. Ouid. 6. Meta. 59.
Hæc frustrà fugiens collabitur.

Fastigium domus collabi. Suet. in Cæsare, cap. 81.
Collabi ruina. Liu. 9. bel. Pun. 95. Ad aliquantũ iam altitudinis excitata erant mœnia, quũ subitò collapsa ruina sunt. Idé. 5. bel. Mace. 28. Circa portam frumentariam etiam collapsa quædam ruinis sunt.
Collapsus, (σφαλὰς διαμένος,) Participiũ. vt Iter vrina collapsum. Celsus lib. 7. cap. 26. 1. Res verò interdum cogit emollire manu vrinam, quũ illa non redditur, aut quia senectute iter eius collapsum est.
¶ Collapsus is dicit, cui præ dolore cõcidit animus. Virg. 8. Aeneid. 15.
—hæc genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant.

Dolore subito collapsa. Ouid. 7. Metam. 168.
Ferro collapsus. Virgil. 4. Aeneid. 133.
—illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensesque cruore
Spumantem, sparsasque manus.

Saxo collabitur ingens Centaurus. Stat. 1. Achill. 40.
Aedes vetustate collapsæ. Sueton. in Augusto, cap. 30.
Collapsos excipit artus. Ouid. 10. Metam. 38.
Ceruix collapsa. Virgil. 9. Aeneid. 91.
Cineres collapsi dicuntur, quum est oino extinctus ignis. Virg. 6. Aen. 45.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit.
Membra collapsa. Virgil. 4. Aeneid. 79.
—suscipiunt famulæ, collapsaque membra
Marmoreo referunt thalamo, stratisque reponunt.

Ossa morbo collapsa minutatim, Per hyperbolen totum hominem significat. Virgil. 3. Georg. 95.
Rursus abundabat fluidus liquor omniaque in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Seruius.

Ruina collapsa. Sil. lib. 7. 146.
Collabasco, collabascis, (κατασφέομαι, ὑποσφέομαι,) collabascere, Ruinam minitari. Plaut. Stich. 9. 17. —si labant
Res lassæ, itidem amici collabascunt. Per translationem.
Collabefio, collabefis, (κατακλύομαι,) collãbefieri. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 23.
Illæ adeò grauiter incitatæ conflixerunt, vt vehementissimè vtræque ex cõcursu laborarẽt: altera verò perfracto rostro tota collabefieret.
Collabefacto, collabefactas, (λυμαίνομαι,) collabefactare, Idẽ quod simplex Labefactare. Ouid. 1. Fast. 113.
Et vastum motu collabefactat onus.

Colláchrymo, collachrymas, pen. cor. (ἐπιδακρύω,) collachrymare, Idem quod simplex Lachrymare. Cic. in Somnio Scip. 1. Ad quẽ, vt veni, cõplexus me senex collachrymauit.
Collachrymare casum. Cic. pro Sestio. 106. Et quoniam me hæc prouexit oratio, histrio casum meum toties collachrymauit.
Collachrymatio, (ἐπιδάκρυσις,) Verbale. Ci. 2. de Orat. 102. Signa doloris tui verbis, sententiis, voce, vultu, collachrymatione deniq; ostendes.

Collactaneus, (ὁμογάλακτος,) Qui eisdẽ mãmis est nutritus.

Collacteus, (συγγάλακτος,) Idem Iuuen. Saty. 6. —quid dicat notæ collactea mammæ. Alia exemplaria habent, Collocia Mauræ. Martialis,
Sed q̃ sororis eius amica indiscreto fœdere collactea videretur.

Collâre, huius collãris, pen. prod. n. g. (περιδέσμιον,) Vinculi genus quo collum astringitur. Lucilius lib. 9. Cum manicis Carulo, collareque vt fugitiuum Deportem. Hæc Nonius. Vel vt ait Budæus, Cingulum ex corio firmo cum clauis capitatis. Varro. 2. de Re rust. cap. 9. 12. Ne vulnerentur à bestijs, imponuntur his collaria.
Collaria, huius collariæ, Ferrum rotundum quo constringuntur colla malefactorum. Plaut. Capt. 6. 107. Hoc quidẽ haud molestu'st iam, quòd collus collaria caret.

COLLATIA, (κολλατία,) Oppidum iuxta Romam, eo quòd ibi opes aliarum ciuitatum fuerint collatæ: à qua porta Romæ Collatina dicta est. Hæc Festus.

Collatiuum, Sacrificium dicitur quod ex collatione offertur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Collatiuum ventrem, magnum & turgidam dicit Plautus, Curcul. 5.16. quia in eum omnia edulia congeruntur. Festus.

Collâto, collâras, pen. prod. collatauit, collatatum (συμπλεκτικῶς,) collatare, Idem quod ampliare. Cic. in Orat 103. Quòd si & angusta quædam atque cõcisa, & alia est collatata & diffusa oratio, necesse est id non literarum accidere natura, sed interuallorum longorum & brevium varietate.

Collatio, Collatus, Vide CONFERO.

Collaudare, (συνεπαινῶν,) Eiusdem significationis cũ suo simplici. Plau. Capt. 7.62. – quãtis laudibus suũ herũ Servus collaudauit. Terent. Eunuch. 5.9.60. Et collaudauit secũdum facta & virtutes tuas. Idẽ Adel. 3.3.15. Cic. ad Qu. frat. lib. 1.5.5. Oratione meam collaudauit satis multis verbis. Cæsar. 5. bel. Gall. Collaudatis militibus, atque iis qui negotio præerant. Ibidem. 194. Et. 1. bel. Ciuil. 21. Horat. 1. Serm. Saty. 6.14. Vt me collaudem. Ouid. 10. Metam. 73. Non intellectam vocem collaudat.

Beneuolentiam diligentiamque aliquorum collaudare. Cic. vltima actione in Verrem, Agit hominibus gratias, & eorum erga se beneuolentiã diligentiamque collaudauit. Budæus.

Clementiam alicuius per literas collaudare. Cic. Att. lib. 9.18.1. Factum alicuius collaudare. Cic. 5. Philipp. 185.

Memoriam collaudare. Cic. Antequam iret in exilium. 1.

Ab omnibus collaudari. Cic. Lentulo, lib. 1.7.18.

Non cohortandus, sed magis collaudandus aliquis. Cic. 1. de Orat. 16.

Collaudatus, (συνεπαινούμενος,) Stat. 6. Thebaid. 98.
– victorque & collaudatus abiret.

Collaudatio, Verbale, (συνεπαίνεσις,) Liu. 2. bel. Pun. 164. Cuius collaudationem quum Tribuni plebis impedire conarẽtur. Cic. 2. de Inuẽt. 215. Primum scriptoris collaudatione, & loco cõmuni, nihil eos qui iudicent, nisi id quod scriptum sit spectare oportere.

Collecta, huius collectæ. Vide COLLIGO.

Collectanea, collectaneorum, neu. gen. plu. nu. (συλλογή,) Scripta, quæ ex pluribus excerpta locis, in vnum lecta sunt. Si pontinus. Vide COLLIGO.

* In Capitonis Attei collectaneis apud Gellium.

Collẽga, collegæ, pen. prod. masc. gen. (συνάρχων, σύνδικος,) Collegæ (inquit Varro de Lingua Latina) dicuntur qui vnà lecti sunt. Vlpianus, Collegarum appellatione hi cõtinentur qui sunt eiusdem potestatis. Si pontinus, Collegæ sunt in legatione aut magistratu socii. Plaut. Asin. 11.10. Id virtute huius collegæ, meaque comitate factum est. Plin. lib. 19. cap. 8.20. Inuenio mustum rutatum populo datum à Cornelio Cethego, in Consulatu collega Q. Flamminii. Cicero ad Brutum, lib. 11.15.1. Planco collegæ mandasti, vt te mihi per literas excusaret. Horatius. 1. Serm. Saty. 6.8. At Nouius collega gradu post me sedet vno. Ouid. 6. Fast. 138.
– ne fortè notentur Contra collegæ iussa rediisse sui.

Collega & socius. Cic. 4. Verr. 76. Qui le nõ Timarchidis, sed ipsius Veris collegam & socium esse dicebat.

Regni collega. Cic. 2. Philipp. 89.

In censura collegæ. Cic. de Amicitia. 37.

Potestatem collegæ abrogare. Cic. 3. de Legib. 35.

Inter collegas discrepare iudicia. Cic. pro Cluent. 96.

Facere collegã in quodam munere. Cic. de Claris Orat. 56.

Habere collegam in quodam munere. Cic. 1. Offic. 199.

Libidiné leuitatemque collegæ vultu frangere. Cic. pro Sestio. 15.

Numerare alicui collegam. Cic. 4. Ver. 75. Is est C. Clodius, qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum, propè collega Timarchidi numerabatur.

Censoris mores etiam collega timeret. Iuuenal. Saty. 11.10. Cui simul eũ alio legatum relictum est. Digest. De vsufructu accrescendo.

Collegium, (σωμάτιον, σύλλογος,) Propriè significat societatem ipsam collegarum. Tres numero collegium facere existimauit Horatius Priscus: quod magis sequẽdum affirmat Marcellus, quàm quod plerique scripserunt, maiorem ad id numerum necessarium esse. Plaut. Menæch. 4.5.2. – captum sit collegium augurum. Cic. 6. Verr. 97. Tum ex amplissimo collegio Decemuirali, &c. Idem ad Cælium Aedilem, libro. 2. 12.5. Collegam meum præfertim, & in ipsa collegii laude, & scientia studioso mei? Gellius lib. 11. cap. 3.1. Aliter enim dici videbam, Pontifices pro collegio decreuisse. Id est ex authoritate & sententia collegii pontificum, inquit Volaterranus.

¶ Collegium, Congregatio & societas quorumcunque hominum. Plinius epist. 250. Tu domine dispice an mstituẽdũ putes collegium fabrorũ duntaxat hominum 60. ego attendam nequis nisi faber recipiatur.

Ambubaiarum collegia. Horat. 1. Serm Saty. 2.1.

¶ Collegium naturæ. Plin. lib. 10. cap. 17. Noctuarum cõtra aues solers dimicatio. Maiores circũdatæ multitudine, resupinæ pedib⁹ repugnãt collectæque in arctum, rostro & vnguibus totæ teguntur. Auxiliatur accipiter, collegio quodam naturæ, bellumque partitur.

Pontificum collegium docere. Cic. pro Domo sua. 26.

Prætorum collegium. Cic. 3. Offic. 105.

Sacerdotum collegium. Cic. de Claris Orat. 65.

Amplissimi sacerdotii collegii. Cic. Appio Pulchro, lib. 3.10.31. Amplissimi sacerdotii collegium, in quo non modo amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat, sed ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus.

Tribunorum plebis collegium. Cic. pro Domo sua. 37. Idem. 4. Verr. 69.

Apud collegiũ Tribunorũ plebis causam alicuius agere. Cic. 4. Ver. 69.

Sodales eiusdem collegii. Caius in Lege vltima. ff. de Collegiis & illicitis corporibus.

Desperatum collegium. Cic. 3. de Legib. 34. Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit?

Illicita collegia coercentur Senatusconsulto. Martianus in L. prima. ff. de Collegiis & illicitis corporibus.

Sodalia collegia. Martianus in L. prima. ff. de Collegiis & illicitis corporibus, Mandatis principalibus præcipitur Præsidibus prouinciarum, ne patiantur esse collegia sodalitia.

¶ Adhibere collegium. Vide ADHIBEO.

Celebrare collegium. Martianus in L. Collegia. ff. de Collegiis & illicitis corporibus.

Coire collegiũ. Martian. in L. Collegia. ff. de Collegiis & illicitis corpib⁹.

In collegium cooptare. Vide COOPTO.

Deferre ad collegium. Cic. 1. Philipp. 88.

Dissoluere collegia. Suetonius in Augusto, cap. 32. Collegia præter antiqua & legitima dissoluit. Martianus in L. Cellegia. ff. de Collegiis & illicitis corporibus.

Vsurpare collegium. Vlpianus in L. Qui illicitum. ff. de Collegiis & illicitis corporibus.

¶ Collegium, pro Consortio officii, siue societatis. Tacitus lib. 3. Consulatus paris, atque filii collegio insignis.

¶ Collegium, de Consulibus dixit Liuius lib. 10. ab Vrbe, Scire se nihil concordi collegio firmius ad Remp. tuendam esse. Idem tria collegia vocat tres Consulum duorum vices. Ex Budæo.

Cólleuo, cólleuas, pen. corr. (ἐπιευφίζω,) colleuare, videtur id significare quod vulgus alleuiare dicit. Plinius lib. 23. cap. 1.17. Prodest ictibus, iocineri, & interaneis vesicæ: collenat enim ea. De musto loquitur.

Collibertus, (συνεπελεύθερος,) Qui ab eodem patrono libertatem donatus est. Plaut. Pœnu. 14.89. Quin hercle collibertus meus faxo etis, si di volent.

Inter collibertos matrem & filium, pietatis ratio secundum naturam esse salua debet. Vlpian⁹ in L. prima. ff. de Obsequiis à liberis & libertis parentibus & patronis præstandis. Paulus in L. Duo §. Duo. ff. Pro socio, Duo colliberti societatem coierunt, &c.

Cóllibet, vel cóllubet, pen. corr. collibuit, collibitum est, (συνευδοκῶ,) Collibere, Idem quod Libère, & placere. Terent. Eunuch. 5.9.16. – si quid collibuit, noui re. Sallustius in Ciceronẽ. 1. Annõ ita à pueritia vixisti, vt nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? Colum. lib. 11. cap. 1.2. Facturus mox, si collibuisset quod nunc aggredior. Horat. 1. Serm. Saty. 3.2.
– si collibuisser, ab ouo Vsque ad mala citaret.

Nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisset. Cic. in Sallustium. 10.

Collibitum est mihi. Plaut. Amphit. 4.189. – vtcunque animo collubitum est meo. Idem Mostell. 4.138. – potare tecum collubitum est mihi. Idẽ Cistel. 3.9. Magis libera vti lingua collubitu'st mihi. Cicero ad Cassium, lib. 15.16.4. Vt simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat. Idẽ. 1. de Nat. Deor. 149. Quid quod simul ac mihi collibitum est, præsto est imago?

Colliciae, colliciarum, Maiores fulci, in quibus aqua si redundat, excolatur. Dicitur & elices. Colum. lib. 2. colliquias vocat. Festus, Colliciæ, tegulæ per quas aqua in vas defluere potest. Plin. lib. 18. cap. 19. ad finem, In vsu est & collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam deducant.

Colliculus, Vide COLLIS.

Cóllido, collídis, pen. pro. collísi, collísum, (συμπιέζω, συμπλάττω,) collidere, Simul percutere, conterere, & frangere. Columella libro. 12. capit. 16.1. Ne inter se põdere suo pressę collidantur. Cicero. 3. de Natura Deorum. 14. Humor ita mollis est vt facile premi collidique possit. Idem. 2. Philipp. 81. Eiusdem quædã argentea vasa collisa.

Aurum colliditur, vt fiat anulus. Ouid. 5. de Arte. 45.

Confligunt & colliduntur leges. Quintil. lib. 7. cap. 3.9. Confligunt leges inter se & colliduntur. Id est contrariæ sunt. Budæus.

Acer concursus viros collíserat. Silius lib. 7.114.
– famque intermixta sonabant Classica,

Classica, concursusque viros collíserat acer.

Gloria collidit fratres. Stat. lib. 6.87. – nec vnquam Ambitiosa pios collidit gloria fratres.

Collidere manus, pro Complodere. Quintil. lib. 2. cap. 13. Iam collidere manus, terræ pedem incutere, pectus, femur, frontem cædere, multum ad pullatum circulum facit.

Collísus, (συγκρουσθείς,) Adiect. pen. prod. Sil. lib. 3.141. – alta sonoro Collísis trabibus voluuntur murmura luco.

Græcia collísa bello. Horat. 1. Epist. 2.1.
Græcia Barbariæ lento collísa duello.

Collísus, huius collísus, pen. prod. m. g. (συγκρουσμός,) Idem quod collisio. Plin. lib. 9. cap. 35. Ceu sono quoque & collísu ipso margaritarum.

Collísio, (συγκρουσις,) Verbale, Est duorum aut plurium corporũ mutua (vt ita dicam) confricatio.

Cólligo, colligas, pen. corr. colligare, (συναθροίζω, συναθροπολῶ,) Simul ligare. Plaut. Amphit. 1.7.52. Neque eum quisquam colligare quiuit in cunabulis. Terent. Eunuch. 5.6.13. Colligauit primum eum miseris modis. Cic. de Vniuersit. 19. Et pro Rab. perduel. reo. 8. I lictor, colliga manus. Colum. lib. 7. cap. 5.15.

Sententias verbis colligare. Cic. in Orat. 96.

Vnum interiectum medium, & reipsum, & ea quibus est interpositum colligat. Cic. de Vniuersit. 18.

Colligare in fasciculos manuales. Plin. lib. 19. cap. 1.8.

¶ Colligare se cum aliis, per translationem. Cic. ad Pætum, lib. 9.17.6. Quid faciat tamen non habet, ita se cum multis colligauit. Id est impediuit & irretiuit.

In Græciam colligare aliquem. Cic. 11. Philipp. 309.

¶ Colligare vno libro omnia. Cic. in Orat. 65. Annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit. Id est complexus est.

Colligata, & implicata inter se. Cic. 1. Offic. 25. Quæ quatuor quanquam inter se colligata atque implicata sunt: tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur.

Apta & colligata inter se. Cic. 1. de Nat. deor. 15. Est enim admirabilis quædam continuatio, seriesque rerum, vt alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ, colligatæque videantur.

¶ Colligare impetum furentis. Cic. 11. Philipp. 190. Impetumque furentis, atque omnia dioxare & dirigere cupientis, vitæ suæ periculo colligauit, à progressu arcuit, à redita refrænauit.

Colligare vulnera. Plin. lib. 35. cap. 15.9. Sanguinem sistit: vulnera colligat: glutinat nervos.

Colligatio, Verbale, (συνδεσμός,) Cic. 1. de Diuinat. 205. Quin colligationem causarum omnium perspiciat animo, &c. Idem de Fato. 47.

Colligatio societatis. Cic. 1. Offic. 79. Arctior verò colligatio est societatis propinquorum.

Ex colligationibus sumere internalla. Cic. de Vniuersit. 31.

Colligatus, (συμπλεκόμενος,) Participium. vt Vinculis colligati sumus, quum gignimur. Cic. de Vniuersit. 17.

Colligatum, Substantiuum, (συνδεδεμένον,) vt Omne colligatum solui potest. Cic. de Vniuersit. 57.

Cólligo, colligis, pen. corr. collégi, collectum, (συλλέγω, συναθροπολῶ, δεσμοῦμαι, δεσμεύω, συμπλέκω,) colligere, In vnum redigere, vt ait Nonius. Virgilius, Colligе virgo rosas. Plin. lib. 12. cap. 16.3. Adulteratur Indica myrrha, quæ ibidem quadam è spina colligitur. Idem lib. 11. cap. 37.33.

Carpere & colligere vndique. Cic. 1. de Orat. 94.

In vnum locum colligere. Cic. de Pétit. Consul. 37.

Colligere in vas. Varro. 3. de Re rust. cap. 16.19. Colligendum eas in vas aliquod, & reponendum in tecto loco, ac tepido. Plin. lib. 12. ca. 25.4. Tenui gutta, ploratu lanis parua colligitur in cornua.

Arma nauis colligere, id est Vela contrahere, non penitus deponere, vt inquit Seruius. Virgil. 5. Aeneid. 3. Colligere arma iubet, validisque incumbere remis.

Capillos colligere in nodum. Ouid. 3. Metam. 34.

Equos colligere. Ouid. 2. Metam. 80.
Colligit ammentes, & adhuc terrore pauentes Phœbus equos.

Exercitum colligere ex senibus desperatis. Cic. 2. in Catil. 28.

Fontes colliguntur angustis fistulis. Quintil. lib. 5. cap. 14.24.

Fructus colligere. Horat. 1. Epist. 12.1.

Gradum colligere. Silius lib. 7.140. Quanquam tardatos turbata fronte Latinos Collegisse gradum videt.

Hostem colligere, In angustum cogere. Sil. lib. 10.1.

Librum aut aliud aliquid colligere, pro Subleuare. Plin. epist. 25.b. Liber quem fortè acceperat grandiorem, & seni & stanti ipso pondere elapsus est. hanc dum sequitur, colligitque, &c. cecidit.

Milites, vel exercitum colligere. Cic. 7. Verr. 104. Hospes Cleomenes hoc dicit, sese in terram esse proiectum: vti Pachyno, è terrestri præsidio milites colligeret.

Miles in mœnia colligit sese, Milites sese recipiunt in vrbẽ. Sil. lib. 10.78.

Ingentem numerum perditorum hominum colligere. Cic. 2. in Catil. 30.

Stipem colligere à. Liuius. 8. bel. Maced. 197. Stipem à tyrannis, castellanisque deuits colligens?

Vasa colligere. Cicero. 6. Verr. 36. Ille ex Sicilia castra iam mouerat, & vasa collegerat.

Vestigia Pythagoreorum colligere. Cic. 4. Tusc. 5.

Vestem colligere, pallium, &c. Plaut. Capt. 13.10. Collecto quidẽ est pallio, quidnam acturus est? Martial. lib. 7.32. Collige Cinna togam, cáleeus ecce perit. Ouid. 1. de Arte. 31.
Pallia si terræ nimium demissa iacebunt,
Collige, & immunda sedulus esse humo.

¶ Colligere annos. Plin. lib. 13. cap. 13.1. Ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV.

¶ Colligere, Enumerare. Cic. de Cla. Orat. 146. Putarem te (inquit) ambitiosum esse si (vt dixisti) iis quos tandiu colligis, viuerent.

Colligere peccata & vitia alterius. Cic. 3. de Legib. 33. Nam isto quidem modo Consulatus vituperabilis est, si Consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris. Idem. 1. de Finib. 94. Ab his vitiis quæ paulo ante collegi, abest plurimum. Id est recensui, & enumerauí.

Colligere naufragia fortunæ. Cic. 7. Ver. 102. Nihil est quod cæterorum res minus commodè gestas proferas: nihil est quod multorum naufragia fortunæ colligas.

Naufragium Reipublicæ colligere ac salutem communem reficere. Cic. pro Sestio. 11.

Dolor rabiem collegerat omnem. Ouid. 9. Metam. 43.

Colligere omnium laudes. Cic. ad Qu. frat. lib. 1.1.61.

Nullam memoriam antiquitatis collegerat. Cic. de Claris Orat. 112.

Colligere breuiter quæ acta sunt. Cic. ad Att. lib. 1.13.4.

Argumenta causarum colligere. Cic. 2. de Orat. 170.

Aliquorum facetè dicta colligere. Cic. 1. Offic. 146.

Colligere rationes. Cic. ad Brutum. 9.1. Me quidem cum rationes, quas collegeras, tum authoritas tua à nimio mœrore deterruit.

Colligere rationes, aliter. Plaut. Amphit. 15.26.
Nescio quid secum solus: puto
Rationes colligit: quid memoret, hinc excipiam.

Quid singula confector & colligo? Plinius in Paneg. 125. Sed quid singula confector & colligo? quasi verò, aut oratione complecti, aut memoria consequi possim.

Colligere causas. Plaut. Trinum. 11.45. – secentæ ad eam
Rem causæ possunt colligi: illum quem habuit, perdidit &c.

Colligere testes. Cic. 2. de Orat. 48. Tertium verò illud, clamare contrà quàm deceat, & quàm possit, hominis est, vt tu Catule de quodam declamatore dixisti, stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico præconio colligentis.

Colligere vitia in aliquem. Cic. 4. Tusc. 131. Quum multa in conuentu vitia collegisset in eum Zopyrus, &c. derisus est à ceteris.

Vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonũ recipere, & quasi quodam modo colligere. Cic. 1. de Orat. 131.

¶ Colligere LX pedes orbe, pro Complecti. Plin. lib. 12. cap. 5.2. Superiores rami in excelsum emicãt, sylvosa multitudine vasto matris corpore, vt LX pedes pleræque orbe colligant. Idem lib. 36. cap. 12.13. Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit.

¶ Colligere, tanquã subducta ratione aliquid ita esse asserere, & cõprobare. Plin. lib. 11. cap. 37.49. Eandem esse & naturam quam cerebro colligunt, qui prætenui eius membrana modo incisa statim expirẽt. De cervice. Idem, Trigiota tribus stadiis paulo amplius patère colligit.

¶ Acutè colligere. Vide ACVTO.

Apertissimè colligit Cic. Quintil. in proœm. lib. 1.10.

Bene colligit hæc pueris & mulierculis esse grata. Cicero. 2. Offic. 83.

Memoriter colligere. Vide MEMOR.

Mendosè colligis. Vide MENDA.

Colligere exemplo. Plin. lib. 11. cap. 39.4. Pili equis in iuba largi, in armis leonindasypodi & in buccis intus, & in pedibus: quæ vtraque Troglus & in lepore tradit, hoc exemplo libidinosiores hominum quoque hirtos colligens.

Colligere oia, Id est oĩum simul collectorum summã facere. Cic. ad Metellũ, lib. 5.2.12. Postea verò quàm profectus es, velim recordère quæ ego de te in Senatu egerim: quæ in conciombus dixerim, quas ad te literas miserim: quæ quum omnia collegeris, tu ipse velim iudices.

¶ Colligere animo. Cic. 1. de Inuent. 59. Quare hoc in genere, vt commodius quid euenturum sit, antè animo colligi possit, quid quaque ex re soleat euenire considerandum est hoc modo, &c.

Considerare, & animo colligere. Cic. 1. de Inuent. 1. Qui & nostræ Reipublicæ detrimenta considero, & maximarum ciuitatum veteres animo colligo calamitates.

Ex animo suo colligere. Ouid. epist. 11.18.
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse?
Nam potes ex animo colligere ipse tuo.

Ex re aliqua colligere. Cic. Attico, lib. 1.18.1.

Colligere cogitatione. Cicero. 3. de Finib. 33. Ita cogitatione & ratione

Universidad de Deusto
Biblioteca

collegit,vt statueret in eo cocollatum summum illud hominis per se laudandum & expetendum bonum.

¶ Aliquem erga nos amicè & benevolè colligere Cicero.1.de Finib.53. Quos tu paulo ante cum memoriter,tum etiam erga nos amicè & benevolè collegisti.

Colligere benevolentiam alicuius.Cic.in Partit.67. Modicè benevolentia iudicum colligetur.Idem de Amicitia.55. Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium, quam blanditiis & assentationibus colligere turpe est.

Ab auditorum persona benevolètiá colligere. Author ad Heren.lib.1.8.

Benevolentiæ colligendæ artificio vincere.Cic.Qu.fratri,lib.1.2.12.

Benevolentiá aliquorũ conciliare & colligere.Cic.Papy.lib.9.16.4.

Colligere existimationem & famam vigiliis & sudoribus. Cic.1. Ver.39. & 40.Et apud eúdem,Colligere bonum rumorem. Idem.1.de Legib. 24.Liu.1.bel.Pun.191.

Colligere gratiam ex æquo labore.Vide GRATIA.

Gaudia colligere.Propertius lib.2.eleg.15.2. Quanta ego præterita colegi gaudia nocte.

Aer humorem colligens terram auget imbribus.Cic 2.de Nat.Deo.145.
Ignes blandos colligere,Amore incalescere.Valer.Flac.lib.2.71.
– vnius hæret Alloquio:& blandos paulatim colligit ignes,
Iam non dura thoris,Veneris nec miqua reuersæ.

Luna reuertentes ignes colligit,renascit ac fit noua. Virg.1.Georg.86.

Colligere inimicos.Cic.ad Atticum,lib.10.197.4.

Iniurias alicuius colligere.Cic.6.Verr.33.

Colligere crudelitatis inuidiam.Cic.7.Verr.15.Siquid vindicatum seueritè est,vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam.

Iram colligere,& ponere contraria.Horat.in Arte 33.
Reddere qui voces iam scit puer,& pede certo
Signat humum,gestit paribus colludere,& iram
Colligit,ac ponit temerè,& mutatur in horas.

Iras colligere.Valer.lib.7.Argon.67.

Nox plauiam colligit.Virgil.9.eclog.13.

Os rabiem collegit.Ouid.1.Metam.48.De Lycaone in lupum mutato.

Vitiosum sanguinem colligere.Cic.de Claris Orat.155.

Colligere situm.Virg.3.Georg.65.
Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Hos versus citat Colum. lib.7.cap.3.20.

Colligere ventos rumorum & concionum. Vide VENTVS.

Colligere vires ad aliquid agendũ.Liu.9.bel.Pun.149.Ratus agendo ac moliendo vires quoque ad agendum aliquid collecturum. Cic.ad Brutum,lib.11.18.5.Sin aliquid virium forte collegerit,sentiat,&c.

Vires sibi colligere vsu.Ouid.2.de Arte.8. Dum nouus errat amor vires sibi colligit vsu. Id est acquirit,quale est illud Virgilii de Fama lib.4. Aeneid.35. – viresque acquirit eundo.

Vsum colligere patiendi.Ouid.1.Amorum,eleg.8.15.

¶ Colligere animos.Liu.3.ab Vrbe.256.Retulere primò pedem hostes: deinde quum animos collegissent,& vndique duces victis ne cessuri essent,increparent,restituitur pugna.

Colligit,& recreat se animus.Cic.1.Tuscul.91.

Colligere animum & cogitationem.Plin.epist.35.e.Erat igitur perquàm onerosum accusare damnatum:quem vt premebat atrocitas criminis, ita quasi peractæ damnationis miseratio tuebatur. Vtcúque tamè animum cogitationemque collegi.

Mentem colligere cum vultu,Id est mentem & vultum ad hilaritatẽ componere.Ouid.1.Amorum,eleg.14.11.

Mentem colligere ab æstu.Ouid.14.Metam.70.
Aestus hoc loco amorem significat.

Colligere se,Vulgus dicit Resumere animum.Cic.1.de Diuin.101. Eum primo perterritum somnio surrexisse:dein quum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset,recubuisse. Idem.4.Ver.34. Vbi se collegit,vocat ad se Syracusanos.Idem ad Fabium,lib.5.18.2. Te colligas,virumque præbeas.

Colligere se & confirmare.Cæsar.1.bel.Ciuil.55.

Colligendi sui causa se in locum aliquem conferre.Cic.1.de Orat.13.

Seipsum colligere.Cic.4.Tuscul.127.Quid est autem seipsum colligere. nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere?

Colligere se ad aciem.Hirtius lib.5.276.Rursus ad aciem passim conuersis equis se colligebant.

Ex somno se colligere.Lucret.lib.3.189.Id est à dormiẽdo se retrahere.

Colligere se ex timore.Cæsar.3.bel.Ciuil.274.Nostros firmauit, vt se ex maximo timore colligerent.Id est nihil amplius timerent.

¶ Colligere se,Contrahere se.Virgil.2.Georg.31. – neque tanto
Squamea in spiram tractu se colligit anguis.

Colligere se in arma.Virgil.12.Aeneid.99.
Substitit Aeneas,& se collegit in arma,
Poplite subsidens.Id est ita se texit,vt nulla parte posset feriri. Seruius.

Se colligere in tenues vmbras,Tenui sua fortuna contentum esse, intra suam fortunam se continere.Propert.lib.3.eleg.9.6.
Parcis.& in tenues humilem te colligis vmbras.

Me ipse collegi,id veritus.Cic.Bruto.9.2.Idem Lentulo,lib.1.9.27.

Me collegi,veritus nequid mihi ille iratus, tibi noceret. Cicero Attico, libro.15.13.16.

Ipsi se collegerit admiratione vitæ integritatis meæ. Ci.Att.li.7.123.11.

Ex aliculus regno se colligere. Cicero pro Lege Manil.16. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat:& eorum qui se ex eius regno collegerant,& magnis aduentitiis multorum regum & nationũ copiis iuuabatur.

¶ Colligere bonos de omni loco.Cic.2.de Finibus.19.Itaque ut maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset: sic vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certè non semper eruditos.

¶ Colligor,pro Iudicor & habeor.vt Colligor huic placere dominæ,id est Sunt qui hanc ob causam gratiã me esse putant heræ meæ. Ouid.2. Amorum,eleg.6.13, Colligor ex ipso dominæ placuisse sepulchro.

Collectus,Participium,(συλλεγμένος,)Cic.ad Atticum,lib.8.155.5,Ab vtriusque mancipiis ex omni genere collectis.

Agmina militum collecta in alitis paruæ figuram.Virg.12.Aene.171.

Aquis collectis multiplicantur flumina.Ouid.1.de Rem.am.20.

Exercitus collectus ex senibus desperatis, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus.Cic.2.in Catilinam,28.

Famam collectam conseruare.Cic.1.Verr.39.

Flamma collecta.Ouid.3.Amorum,eleg.5.9.Flamma pro amore.

Flores collecti. Ouid.5.Metam.80.

Ignes collecti.Silius lib.17.19.

Equus collectum premens voluit sub naribus ignem. Virgil.3. Aeneid. 17.Id est flatu indicat magnanimitatem suam.Seruius.

Imbres collecti.Horat.1.Epist.15.4,Collectosne bibant imbres, puteosne perennes Iugis aquæ.

Miles collectus, Milites collecti.Silius lib.7.61,

Cernis vt armata circunfundare corona,
Et vallet clausos collectus miles in orbe.

Nubes ex alto collectæ,Ab Aquilone,qui de alto, id est à Septentrione flat.Virgil.1.Georg.65,Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. Seruius.

Obligia collecta damnis,id est coniuncta damnis.Ouid.5.Fast.63.

Pecunia collecta.Horatius.1.Epist.19 10.

Collecta exilio pubes miserabile vulgus,Virgil.1.Aeneid.158.

Polais collectos turbine.Horatius. 1. Serm.laty.4.7.

Collecta fatigat edendi Ex longo rabies.Virg.9.Aeneid.13.

Collectæ,arcessitæ,& comportatæ res.Cic.3.de Orat.52.

Robur collectum.Virgil.3.Georg.47.
Post vbi collectum robur, virisque receptæ.

Sanguis collectus.Id est collectæ vires & robur.Stat.6.Theb.136,
Ergo operum fidens,non protinus horrida campi
Iugera,sed cælum dextra metitur:humique
Pressus vtroque genu,collecto sanguine discum
Ipse super sese rotat,atque in nubila condit.

Collecta nodo sinus fluentes,Virgil.1.Aeneid 65,Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.

Sorde collecta dolentes auriculæ.Horat.1.Epist.2.11.

Viatica collecta multis ærumnis.Horat.2.Epist.2.6.

Vires collectæ. Claudianus.7.Paneg.16.

Collectum,collecti,n.g.vt Viuere collecto.Plin.lib.11.cap.37.33.Cornea & acuta volucribus rostra.Eadem rapto viuentibus adunca:collecto,recta.

Collectio(συλλογή,)Verbale.Cic.de Claris Orat.167.

¶ Collectiones aliter,videntur esse humores in membris ex pituita collecta:quas catarrhos dicere solent.Plin.lib.20.cap.8.4.In cibo sumptum,& illitũ,collectiones,succúsque decocti ventrem soluit.
Idẽ lib.27.cap.8.2,Præcipua siccandi ei spiritandique vis,& collectiones omnes inflammationesque cohibendi. De bryo herba.Et lib.22. cap.22.2,Illinitur & sedis collectionibus.Id est apostematibus. Bud.

Dispersa collectio. Cic.pro Lege Manilia, 15.

¶ Collectio,pro Congerie noxiæ materiæ. Senec.epist.69. In pectore tuo collectio & vomica est.

Collectio detractioni opposita.Senec.epist.75.Non facit collectio amici sapientiorem,nec detractio stultiorem.

¶ Collectio,pro Illatione in argumenta.Senec.epist.86.Huic collectioni Peripateticorum quidam respondent.Idem epist.48. Quod tu illi subtili collectione persuaseris.

Collecta,collectæ(σύμβολον,)Quę ex pluribus locis in vnum lecta est, inquit Varro de Lingua Latina.

¶ Collecta,Symbolum. Cic.2.de Orat.129, Ego verò,inquit ille,quoniam collectam à conuiua Crasse exigis,non commitam, vt si defugitum,tibi causam aliquam dem recusandi.

Collectaneus.Adiectiuum (συλλεκτίκος,)vt Aes collectaneum: hoc est mistum,

mistum,& ex diuerso vsu conflatum. Plin.lib.34.cap.9.1. Massa profiatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei,hoc est ex vsu ecompti.

Collectitius,Adiectiuum,(συλλεκτικός,) Cic.Mario,lib.7.37.Signa tyrone & collectitio exercitu cum robustissimis legionibus contulit.

Collectiuus,pen.prod.Adiectiuum, (συλλέγων,) Quod colligit.Quintilianus lib.7.cap.2. Ratiocinatiua atque collectiua quæstio orietur.

Collimitor, penult.corr.collimitaris,collimitari.Solinus cap.25. Gelonis Agathyrsi collimitantur.

Collimitãtus,pen.prod.Adiectiuum. Solinus cap.53.Ipsa Phrygia Troadi superiecta est, Aquilonia parte Galatiæ collimitata,à Meridiana Lycaoniæ,Pisidiæ,Mygdoniéque contermina.

Colliminium,colliminii,n.g.Cottio liniturn.Solinus cap.62.Hoc est colliminium,in quo limes Persicus Scythis iungitur.

Collimo, collimas,pen.prod. (σκοπεύομαι,) collimare,A limis oculis deductum est:& ignitheat id quod nunc Figere album dicunt.Cic.2.de Diuin.181. Quis est enim qui totũ diem iaculans,nõ aliquando collimet? Solent enim intendentes in scopũ limis aspicere, alterogi oculo nictare.In emẽdationibus exẽplaribus legitur cõlineet.

Collimare manum,& oculos.Gellius lib.9.cap.1.At si in editiora mittas, & ad percutiendum superne aliquid, manum & oculos collimes: quo motus à te datus fuerit,eò telum ibit quod receris.

COLLINA,pen. prod. (κολλίνη,) Porta Romæ,à colle Quirinali sic appellata.Eadem nunc Salaria dicitur.Cic.2.de Legib.92.

Turris Collina.Claudian.de bello Gildon.18.

Collineo, collineas,(σκοπεύομαι,κατευθύνω,)collineare,Idem significat quod collimare. Cic.3.de Finib.35. Vt enim sicut propositum sit collineare hastam aliquò, aut sagittam, sicut, &c. Hic etiam legi potest collimare.

Cóllino, collinis,pen.corr.collini,collíui,colléui, collitum, (κατευθύνω,σκοπεύω,) collinere, Idem quod linere. Columel. lib.6.cap.17.6 Pastinacæque agrestis semina,& succus armoraceæ cũ melle collinita, oculorum sedant dolorem. Quo in loco legitur conlinita,quæ vox est à Conlino, cõlinis, pen.corr.conliniui, conlinitum,conlinire.Siquidem à Collino,collitum esset.

¶ Collinere,Colinquinare.Plaut.Mostel.4.133.Pulchrum ornatum turpes mores cœno collinunt.

Crines puluere collinere.Horat.1.Carm.ode.15.4.

Collinus, Vide COLLIS.

Colliquesco, colliquescis, (σιωπτάνομαι,) colliquescere, Idem quod Liquescere.Colum.lib.12.ca.22.2. Vsque eo dum ea quæ addideris,in pice colliquescant.

Colliquefacere, (σιωπτάνειν,) Cicero pro Cluentio.138. In pane datum venenum facilitine potuit,quàm in pocolo:latentius potuit additum in aliqua parte panis, quàm si totum colliquefactum in potione esset;

Colliquiae, colliquiarum,ab eliquãdo,sunt sulci maiores amplio resque,& quasi loculamenta, quibus humor agrorum noxius ex minoribus sulcis deriuatur extra segetes. Vitruuius appellat colluuiaria, omnis colluuiei & purgamentorum receptacula. Diquanuis tempestiue sementis confecta erit:cauebitur tamen vt patentes lyras,crebrosq; sulcos aquarios,quos nõnulli elices vocant, faciamus,& oẽm humorẽ in colliquias, atqi inde extra segetes deriuemus.

Collis, huius collis,m.g. (βουνός,λόφος,) Est exiguus & leuiter assurgens monticulus, siue per se sit à monte separatus, siue pars montis sita vocatus,quia colles post campos cœperũt colere,vt ait Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina. Cic.pro Cluent.130. Quum quædam in collibus(vt solet)controuersia pastorũ esset orta. Idem.5. Verr.37. Quos ego campos antea, collesque nitidissimos, viridissimosque vidissem.Plin.lib.12.cap.14.2.Attolluntur colles alti.

Angustus.Claudian.in epist.ad Hadrian.8.

Aperti.Virgil.2.Georg.23.

Aprici.Virgil.9.eclog.10.

Arduus.Tacitus lib.2.

Cani niue.Seneca Hippoly.1.2.

Cani.Virgil.8.Aeneid.117.

Celsus.Virg.8.Aeneid.119.& Seneca Agamem.2.8.

Curui.Virgil.6.Aeneid.58.

Deruptus.Tacitus lib.2.

Fœcundi.Ouid.14.Metam.69.

Frondosus.Silius lib.15.93.

Herbiferi.Ouid.14.Metam.2.

Incurui.Stat.6.Thebaid.51.

Latebrosi.Silius lib.5.39.

Maligni colles,Infœcundi.Virg.2.Georg.36.
Difficiles primum terræ,collesque maligni. Seruius.

Nitidi & virides colles. Vide NITRO.

Obscuri.Virgil.3.Aeneid.104.

Pulsati.Virgil.5.Aeneid.20.

Rupti.Seneca Hippol.10.14.

Scopulosi.Silius libro.7.55.

Spatiosi.Lucanus libro.6.22.

Supini.Virgilius.3.Georg.110.&.2.56.

Vitidis.Lucretius lib.2.65.

Vmbrosus.Ouidius.2.de Arte.84.

Heliconii collis cultor à Catullo dicitur Hymen Vraniæ Heliconis deę filius,epigram.56.1. Collis ô Heliconii
Cultor,Vranię genus.

Montani colles.Plinius libro sexto,cap.20.4.Multis vrbibus montanos obtinent colles.

¶ Ascendere collem.Virgil.1.Aeneid.85.

Aer dissepit colles.id est Cingit & circundat. Lucret.lib.1.203.

Exercere vomere colles,Arare.Virg.7.Aeneid.160. Littus arant, Rutulosque exercent vomere colles.

Ingredi colles.Ouid.14.Metam. 170.
Nec mora,Romuleos cum virgine Thaumantæa
Ingreditur colles.

Summa collium insidere.Tacit.lib.11.

Collibus prohiberi.Quintil.lib.2.cap.13.3.

Scandere colles.Senec.Hippol.1.2.

Subducunt se colles,Ex alto in campos dissoluuntur.Virg.9.eclog.2. Certè equidem audieram,qua se subducere colles
Incipiunt,mollique iugum demittere clivo. Seruius.

Collinus,pen.prod.(βουνώδης,) Adiect vt Collina vinea, quæ in colle plantata est.Colum.lib.12.cap.21.1.Eius defruti sextarius in duas vrnas musti adiicit,si mustũ ex vineis collinis est:si ex cãpestribus,&c.

Collina vina.Colum.lib.12.cap.21.4.& lib.3.cap.2.3.

Collina aqua.Colum.lib.1.cap.5.2.Tertia putealis vel collina, vel quæ non infima valle reperitur.

Herbæ collinæ.Propert.lib.4.eleg.5.3.

Colloco, collocas,penult.corr. (τίθημι,κατίζω,τοποθετῶ,) collocare,Ponere.Cicero.7.Verr.75.Vbi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat. Cæsar.3. belli Ciuilis.119. Ibi copias collocauit.

Chlamy demque,vt pendeat aptè, Collocat.Ouid.2.Metam.14.

Suo quidque loco collocare.Cic.1.de Orat.79.

In animis aliquid condi & collocari. Cic.4.in Catil.70.

Acutarum grauiumque vocum iudicium, ipsa natura in auribus nostris collocauit.Cic.in Orat.100.

Collocauit in campo Martio tabernaculum.Cic.in Pisonem.48.

Collocare in collo,pro Applicare humeris ad portãdum. Catullus de Iulis lecticæ,epigram.10.5.
At mi nullus erat nec hîc neque illic,
Fractum qui veteris pedem grabati
In collo sibi collocare posset.

In cubili collocare.Cic.2.Tuscul.67.

In hac custodia tanquam in specula collocati sumus.Cic.7.Philipp.219.

Collocare aliquem in lecto.Terent.Eunuch.3.5.45.

Manibus alicuius in naui tuta collocatum esse.Cic.pro Plácio.79.Huius ego & parentis eius prudentissimi atque optimi senis & vtriusque fidelissimi manibus in naui tuta ac fideli collocatus.

Collocare multa in pectore,pro Varia cogitare. Plaut.Persa.2.8.

Collocaui me in arborem.Plaut.Aulul.24.6.

Collocare in mediam aciem auxilia. Cæsar.3.bel.Gal.445.

Collocare aliquẽ in soporẽ,loco dixit Plaut.Amph.4.150. p Occidere.

Collocare in solitudine.Cic.de Amic.73.

Collocauit in tabernam vasa.Plaut.Menæh.11.11.

In thalamo collocare.Ouid.2. Metam.52.

In toto collocare.Cic.de Arusp.Respon.49.

¶ Collocare beneficium.Cic.2.Offic.100.Itaque vulgò loquuntur,se in beneficiis collocandis mores hominum,non fortunam sequi. Sic pro Murena.25.

Collocare beneficium apud aliquem.Cic.2.Offic.104.Quamobrem melius apud bonos,q̃ apud fortunatos beneficiũ collocari puto. Plautus Trinum.4.8.dixit Collocare conditionem in aliquem.

Aedilitas rectè collocata,& iudicio populi digno in loco posita. Cicero septimo Verr.30.

Gloria & quærenda & collocanda ratione est.Cic.2.Offic.60.

Male collocare horas.Martialis lib.1.184.
Malè collocare si bonas voles horas,
Et inuidebis otio tuo lector.

Collocare insidias.Cæs.3.bel.Ciuil.147. Noctu insidias equitũ collocauit.

Collocare insidias alicui.Cicero pro Milone.20. Roma subitò ipse profectus prídie est,vt ante suum fundum (quod re intellectum est) Miloni insidias collocaret.

Legiones in populi ceruicibus collocare.Cicer. Cornificio,lib.12.23.5. Erat profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor,quas sibi cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciliare pecunia cogitabat,easque ad vrbem adducere, & in ceruicib⁹ nostris collocare.
Ad aliquem interimendum collocatum esse.Cic.in Pisonem.12.Deprehensus denique cum ferro ad Senatum is,quem ad Cn.Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat.
Bene collocare,Cic.Seruio,lib.13.7.
Collocare bene pecuniam.Cicero pro Cecinna.11.Præsertim quum pecunia ex partitione deberetur, nusquam eam posse melius collocari. Idem.2.Offic.60.&.131.
Pecuniam in prædiis collocare.Cic.pro Cecinna.12.
Dotem in aliquo fundo collocare.Cic.pro Cecinna.8.
Patrimonium in salutem Reipub.collocare.Cic.3.Philipp.125.
Præsidium collocare.Cæsar 1.bel.Gal.154.Occupatoq; oppido,ibi præsidium collocat.Brutus ad Ciceronem,lib.11.9.5.Constitui præsidiũ in Alpibus collocare.
In præsidiis Reipub.aliquem collocare.Cic.de Claris Orat.118.
Suum præsidium in capite atque ceruicibus populi collocare. Cicero de Lege Agraria 74.
Bene apud aliquẽ multa pretia ac munera collocare.Cic.7.Verr.45.
Militarem rem collocare.Cic.Cælio,lib.2.12.10.
Spem in aliquo collocare.Hirtius lib.4.120. Quorũ impetũ adeò pertimuerũt hostes,vt in fuga spẽ salutis collocarẽt. Sic Plaut.Epid.11.5.
Dignitatis suæ spem in aliquibus collocare.Cic.1.de Orat.14.
Spem alicuius rei præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocare.Cic.pro Quintio.56.
In alicuius eloquentia aut gratia spẽ aliquã collocare.Cic.2.Verr.6.
Statum aliquem ciuitatis collocare. Cic.Bruto.15.18.
Studiũ suũ in doctrina collocare.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.1.43. Aut qui regerent,omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent.
¶ Collocare se palàm in meretricia vita.Cic.pro Cælio.38. Si qua non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati,palamq́ue se in meretricia vita collocarit, &c.
Propositum aliquid & propalàm collocatum:cui opponitur Constructũ ac reconditum.Cic.1.de Orat.78.Neque proposito argento,neq; tabulis & signis propalàm collocatis,sed his omnib⁹ multis magnificisq́ue rebus constructis ac reconditis.
Totum se in cognitione & scientia collocare.Cic.1.Offic.121.
Collocare se totum in exquirendo vitæ statu.Cic.5.Tusc.3.Totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent.Idem.2.Offic.121.Negotiis omnibus omissis totum se in cogoitione & scientia collocaret.
Collocare se in otium.Plaut.Merc.10.10.
Collocare filiam suam alicui.Cic.de Claris Ora.50.Cuius Caii filio filiã suã collocauerat,affinitate sese deuinxerat.Idem lib.3.de Orat.73.
Collocare nuptum,pro Dare nuptui.Cæsar.1.bel.Gall.72. Atque huius potentiæ causa,matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo collocasse,ipsum ex Heluetiis vxorem habere, sororem ex matre,& propinquas suas nuptum in alias ciuitates collocasse.
Nuptui collocare.Vide NVBO.
Collocare filiam nuptui in parte agri.Colum.lib.4.ca.3.5. Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri.
Collocare in matrimonium filiam.Cic.1.de Diuin.167. Quum vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare.
¶ Collocare familiam suam in possessione prædiorum alicuius. Cicero pro Flacco.56.
In suis agris & sedibus collocare aliquid.Cic.5.Verr.109.
Sedes & domicilium collocare.Cic.4.Verr.5.
In conspectu aliquid collocare.Quintil.lib.7.cap.2.3.
Collocare in luce benefacta.Cic.2.Tusc.108. Omnia enim bene facta in luce se collocari volant.
Tabulas bene pictas collocare in bono lumine.Cic.de Claris Orat.141. Itaque quum ad hanc elegãtiam verborum Latinorum(quæ,&c.) adiungit illa oratoria ornamenta dicẽdi, tum videtur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine.
Collocare in sedili.Celsus lib.7.cap.7.Post hæc in aduerso sedili collocãdus est,loco lucido,lumine aduerso,&c.
Collocata in vsu quotidiano.Cic.1.de Oratore.95.Omnia enim sunt posita ante oculos,collocata in vsu quotidiano, in congressione hominum atque in foro.
¶ Collocata bene est res nostra isthoc matrimonio.Plau.Mostel.11.12.
¶ Collocare aliquem in aliquo gradu. Cic.4. Acad.12. Neque quicquã aliud videndum est nobis,quos Pop.Rom.hoc in gradu collocauit,nisi,&c.Idem ad Brutum.3.3.Maximo clamore atque plausu in Rostris collocatus sum.
In amplissimo consilio,& in altissimo gradu dignitatis collocari. Cicero Post reditum.1.
Fortuna te collocauit in amplissimo statu. Author ad Heren. lib.4.169.
Aliquẽ in ædibus suis collocare.Id est restituere. Cic.pro Domo sua.76.
¶ Collocare in deorum numero. Cicero ad Quintum fratrem, lib.1.1.
.6.In quibus virtutes consecratas,& in deorum numero collocatas vi
der.Id est pro deo habitas.
Herculem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocauit.Cic.3.Offic.31.
Idoneis in locis & contra suspicionem periculi aliquos collocare. Cicero.2.de Lege Agra.74.
In eo loco esse in quo honores populi collocauerũt.Cic.p Dom.sua.64.
In regno maiorum suorum aliquem collocare.Cic.3.de Orat.69.
In Rep.collocare.Cic.Parad.30.Violatur is qui procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, is qui in fede ac domo atque in Rep.collocauit.
Subsellio secundo super se collocare aliquẽ.Sueton.in Augusto.43.Parthorum obsides tunc primùm missos per arenam mediam ad spectaculum induxit,superq́ue se subsellio secundo collocauit.Quædam exẽplaria legunt supra se.
¶ Collocare sextantes in capita.Liu.2.ab Vrbe.144.Extulit eum plebs sextantibus collocatis in capita.Galli dicunt,imposez par teste.
Diligentia collocare aliquid.Cic.in Orat.28. Iam verò ea quæ inuenerit,qua diligentia collocabit?
Collocare vsuris.Suet.in Augusto,cap.39. Quòd pecuniam leuioribus vsuris,grauiore mutuati fœnore,collocassent.
¶ Coxa parum aptè collocata.Plin.epist.16.b. Cecidit,coxamq́ue fregit,quæ parum aptè collocata,reluctante ætate,male coiit. Male repositam vulgus vocat.
Collocatio,(συνθεσις,συνθεσις,)Verbale.vt Collocatio syderum. Cicde Vniuersitate.38.
Collocatio verborum.Cic.3.de Orat.93. Sequitur continuatio verborum,quæ duas res maximè, collocationem primùm, deinde modum quendam formamq́ue deiyderat. Quintil.lib.1.cap.10.19.
Collocationis est componere & struere verba sic, vt neve aiper eorum concursus,neve hiulcus sit,sed quodammodo coagmentatus & læuis. Cicero.3.de Orat.94.
Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione verborum.Cic.in Orat.136.
Collocatio filiæ.Cic.pro Cluent.150.Et.1.Offic.80.

Collocuplêto, collocupletas,penult.producta.(πλουτίζω,) collocupletare. Idem quod simplex Locupletare. Terent.Heaut.2.3.17.
Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te Antiphila.
Honestare & collocupletare rem exornatione. Author ad Herennium, lib.2.61.Exornatio est,qua vtimur rei honestandæ & collocupletandæ causa,confirmata argumentatione.

Cõlloquor, pen.corr.colloqueris,collocũtus sim,(συνομιλέω, συντυγχάνω,)colloqui,simul loqui. Terent.Eunuch.2.3.75.Videbit,colloquef,aderit vnà in vnis ædib⁹. Idẽ And.5.6.10.
– saluus sum,si hæc vera sunt, Colloquar.Ci.1.de Orat.17. Hoc vno præstamus vel maximè feris,quòd colloquimur inter nos,& quòd exprimere dicendo sensa possumus.Idem.1.de Diuin.149. Congregant in fano commentandi causa,atque inter se colloquendi.
Colloqui alicui.Plaut.Merc.19.30. Nulli colloquor libentius.
Colloqui aliquem.Plaut.Milite.14.17. Quid ergo hanc dubitas colloqui?Idem Amphit.4.185.Certũ est considenter hominem contra colloqui.Ibidem.10.17.Te volo vxor colloqui.
Colloqui cum aliquo.Cic.1.Tusc.157. Vt verò colloqui cum Orpheo, Musæo,Homero liceat,quanti tandem æstimatis?
Dii cum dormientibus colloquuntur. Cic.1.de Diuin.113.
Cum ipsa Repub.colloqui.Cic.Lent.lib.1.9.27.
Colloqui cum aliquo per literas.Cic.ad Atticum,lib.6.112.3. Quamsæpissimè mecum per literas colloquare.Idem ad Lent.lib.1.7.2.Per literas tecum quamsæpissimè colloquar.
Colloqui simul.Plaut.Amphit.4.70.
Extra turbam ordinum colloquuntur simul.
Colloquuntur inter se.Cæsar.4.bel Gal.573.Inter se collocuti.
Inter se multum colloqui de Rep.Cic.1.de Orat.14.
Collocutio,(συνομιλία,)Verbale.Cic.1.Tusc.48.Nec verò id collocutio hosum aut consensus efficit.Plin.lib.11.cap.30.2. Quàm diligens cum obuiis quædã collocutio atque percontatio?De formicis.
Sermones & collocutiones.Cic.Lent.1.9.13.
Familiarissimæ collocutiones cum aliquo.Cic.11.Philipp.230.
Venire cum aliquo in collocutionem.Author ad Heren.lib.2.27.
Colloquium colloquii,Idẽ,(ὁμιλία,ξυνουσία,)Liu.1.ab Vrbe.93.Prius q̃ dimicent,opus esse colloquio.Plin.lib.6.cap.1.3. Vocis etiam humanæ commercia inter duos orbes manente colloquio, nisi quum idipsum auferunt venti.Varro de Lingua Latina,Colloquium,quum conueniunt in vnum locum loquendi gratia.
Amicorum absentium colloquia,epistolæ. Cic.2.Philipp.34.
Colloquium auium.Plin.lib.10.cap.49.3. Sãguinem quilquis ederit,intellecturus sit alitum colloquia.
Colloquia personarum.Cic.in Partit.19.
Personarum colloquia habeat narratio.Quintil.lib.4.cap.2.77.

Rerum

Rerum colloquia leuiorum.Cic.4.Acad.11.
Tempus colloquii,id est Occasio & opportunitas.Ouid.1.de Arte.
Vices colloquii.Ouid.epist.20.4.
Non timor accedit,nequis nisi conscia nutrix,
Colloquii nobis sentiat esse vices.
Colloquium cum aliquo pro re natà non incommodum. Cicero Attico, lib.14.304.2.
Clandestina colloquia cum hostibus.Cic.de Senect.36.
Solantia colloquia.Stat.5.Thebaid.17.
¶ Abigere aliquem colloquio alicuius.Ouid.3.Fast.69.
O vir colloquio non abigende desim.
En quibus adsum colloquiis?Valer.lib.3.Argonaut.59.
In solitudine carere omnium colloquio.Cic.Attico,lib.12.24.5.
Amputare longa colloquia.Seneca Medea.7.10.
Contrahere ad colloquium linguas discordes & feras.Plin.lib.3.cap.5.2.
Vide CONTRAHO.
Facere colloquium.Plancus Ciceroni,lib.10.23.10.
Fugere colloquium.Ouid.2.de Remed.amoris.39.
Frui colloquio aliquorum.Virg.7.Aeneid.18.
Sperato colloquio frui.Ouid.1.de Ponto,eleg.5.11.
Immiscere colloquiis.Vide IMMISCEO.
Colloquia interrumpere.Vide INTERRVMPO.
Petere colloquium.Ouid.13.Metam.112.
Serere colloquia cum aliquo.Vide SERO,sui.
In alicuius congressum colloquiumque venire.Cic.12.Philipp.337.
Colloquium cum aliquibus. Cic.12. Philipp.338. Meminì colloquia & cum acerrimis hostibus,& cum grauissimè dissentientibus ciuibus.

Collúceo, collúces,pen.prod.(συναυγάζω,) collucere,Simul lucere. Plin.lib.10.cap.47.2. Quarum plumæ ignium modò collucent noctibus.Virg.6.Aeneid.1.
– quæ iam infelicis Elyssæ Collucent flammis.
Faces collucent.Virg.4.Aeneid.114.
Collucet flammis tota acies.Liuius.8.bel.Maced.22.
Ager collucent floribus.Ouid.5.Fast.73.
Ignes collucent.Virg.9.Aeneid.54.
Polus collucet ignibus.Stat.1.Sylu.6.18.
Lampades vndique collucent.Ouid.epist.14.5.
Collucet sol mundo. Cic.2. de Natura Deorum.56. Nam solis calor & candor illustrior est quàm vllius ignis, quippe qui immenso mundo tam longè,lateq́ue colluceat.Idem de Vniuersit.40.Vt quàmmaximè cœlum omnibus colluceret.
Collucent omnia luminibus.Liuius.4.bel.Pun.96.
Collucet mare à sole.Cic.4.Acad.189.
Collucet atq; illustratur candelabri fulgore Iouis tẽpli. Cic.6.Verr.61.
Vrbs collucere flammis alicuius dicitur, quæ longo ordine flammarum in funere alicuius magni viri lucet vndique.In honorem enim potentissimorum hominum, præsertim regum cum facibus per vrbem à populo procedebatur,quemadmodũ vult Seruius in illud Virg.5.Aen.1. Mœnia respiciens,quæ iam infelicis Elissæ Collucent flammis.
Faces collucentes.Tacit.lib.3.
Furtis alicuius omnia collucere. Cic.3.Verr.39. Vidi collucere omnia furtis tuis,præda prouinciarum,spoliis sociorum atque amicorum.

Collûco, collúcas,pen.prod.(κλωστομέω,) collucare,Ramos lumini officientes amputare. Colum.lib.2. cap.22.3. Neq; arborem collucare.Cato de Re rust.cap.139.1.Lucum collucare Romano more sic oportet.

Colluctor, colluctaris,(συμπαλαίω,) colluctari,Simul luctari. Plin.lib.27. cap.2.2. Cum eo solo colluctatur, velut pari intus inuento.
Colluctatio,Verbale,(συμπάλαισμα,) Colum.lib.6.cap.2.3.Ne in colluctatione alter alteri noceat.
In colluctatione occidere aliquem. Vlpianus in L. Qua actione. ff. Ad Legem Aquiliam.

Collûdo, collûdis,pen.prod.collúsi,collûsum,(συμπαίζω,) colludere,Simul ludere, Moueri ,& veluti quodammodo inter se colluctari.Virgil,1.Georgic.74.
Sæpe leuem paleam,& frondes volitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Seruius.
Colludere cum aliquo.Cic.4.Verr.41. Nisi tecum collusissẽt, & tuæ potius existimationi seruisset,quàm suæ.
¶ Colludere,(συνυποκρίνεσθαι,) apud Iurisconsultos dicuntur inter se litigatores, quum actor & reus litem simulant, & ab altero causa proditur.Vlpianus in L.Et eleganter §. Si dolo malo procurator.ff.de Dolo malo, Si dolo malo procurator passus est vincere aduersarium, vt absolueretur: an de dolo mihi actio aduersus eum qui vincit, competat, potest quæri. Et puto non competere, si paratus sit reus iudicium transferre in se,sub exceptione hac,si collusum sit.Idem in L.Si libertinus.ff.de Collusione detegenda, Si libertinus per collusionem fuerit pronuntiatus ingenuus. Et Hermogenianus eodem titulo L. Vltima, Sententiam de ingenuitate latam, collusionis prætextu semel rectractare permittitur.
Colludium,colludii,n.g.Solinus,ca.22. Apud Iassum Vrbem Babyloniæ puerum delphinus adamauit,quem dum post assueta colludia recedẽtem impatientius sequitur,arenis inuectus hæsit. Idem cap.14. Nam quum nuptias ageret,acciti tibicines carmen Cyclopeũ quasi de colludio concinuisse traduntur.
Collusio,Verbale,(συμπαίγνισις,)Cic.5.Ver.16. Quum verò verbo iudicium sit in edicto,re quidem vera tuorum comitum hominũ nequissimorum collusio cum Decumanis sociis tum,atque adeò procuratoribus tamen audes illius iudicii mentionem facere?
Detegere collusionem. Vlpian.in L.Adoptium §. Patronum.ff.de In ius vocando.Caius in L.1.ff.de Collusione detegenda.
Per collusionẽ quicquã facere.Caius in L.1.ff.de Collusione detegenda.
Retractare collusionem alicuius. Vlpianus in Lege,Collusionem.ff.de Collusione detegenda.
Prætextu collusionis sententiam retractare permittitur. Hermogenianus in L.Sententiam.ff.de Collusione detegenda.
Collusor,pen.prod.aliud verbale,(συμπαίκτωρ,) Plinius epistola.210. Delphinum gestatorem collusoremq́ue puerorum in terram quoque extrahi solitum,&c.
Compransores & collusores alicuius.Cic.2.Philipp.100. Hunc tu compransoribus tuis & collusoribus diuidebas.
Consessor & collusor.Cic.5.Philipp.171.Homo præterea festiuus, vt ei cum M.Curio cõsessore eodem & collusore facillimè possit cõuenire.
Si rapinã fecerint inter se collusores,vi bonorum raptorum non denegabitur actio.Vlpian.in L.14.§.Si rapinã.ff.de Aleæ lusu & aleatoribus.
¶ Collusor(συμπαίκτης,)etiã aliter apud Iurisperitos.Cic.2.Phil.69. Licinii Lenticulã de alea coudẽnatũ collusorẽ fuisse testimini.
Collusorie,(συμπαικτικῶς,)Aduerbium qualitatis. Vlpianus in Lege.Si seruus plurium.ff.de Legatis primo, Si hæreditatis iudex contra hæredem pronuntiauerit non agentem causam, vel collusorie agentem, nihil hoc nocebit legatariis.
Litigare collusorie.Vlpianus in Leg.Si seruus plurium §. Siquis.ff.de Legatis primo.

Collum, huius colli,(τράχηλος,�αὐχήν,δείρη,)à colo,colis,inquit Sipontinus:quia hæc præcipuè pars corporis torquibus, ac monilibus coli,id est ornari consueuit.Cic.5.Verr.64.Hęc ciuitas multieri redimiculũ præbeat,hæc in collũ,hæc in crines. Plin.lib.11.cap.37.49.Cæteris collũ,quibus tantũ gula.Vide CERVIX.
Collum gallinaceorum.Colum.lib.8.cap.2.8.Iubæ deinde variæ, vel ex auro flauæ per colla ceruices q́ue in humeros diffusæ.
Collus,ma.g.apud Plaut.Capt.6.107.Collus collaria caret. Ibidẽ.14.2. Vt ego collos detruncabo tergoribus.Sed antiquum est.
Spatium colli.Ouid.2.Metam.135.
– crescit & oris, Et colli spatium.
Aureolum collum.Vide AVRVM.
Cærula serpentis colla.Virgil.2.Aeneid.76.
Cærulea tauri colla.Senec.Hippol.10.10.
Cærulea taurus colla sublimis gerens
Erexit altam fronte viridanti iubam.
Candida colla.Ouid.2.de Arte.93. Virgil.4.Georg.8.
Crinita colla.Stat.6.Thebaid.84.de equis.
Eburnea colla.Ouid.3.Metam.85.
Ferocia colla serpentis resecare. Senec.Herc.furent.7.2.
Iugulum colla frænis.Ouid.4.Metam.5.
Iucundum collum.Catull.epig.9.2.
Lactea colla.Silius lib.16.104.
Lactea colla auro innectuntur.Virgil.8.Aeneid.130.
Lãguido collo trahere vomerem,dicunt defatigati boues. Horat.Epod. 2.13. Vidêre fessos vomerem inuersum boues.
Collo trahentes languido.
Lasso papauera collo Demittunt capri.Virg.9.Aeneid.90.
Libera colla iugo.Claud.epig.10.2.
Et pateant duro libera colla iugo.
Libera colla seruitio assuescere.Virg.3.Georg.33.De iuuencis dictum.
Liuida colla.Ouid.1.Amorum,eleg.8.20.
Factáque lasciuis liuida colla notis.
Lubrica colla draconis.Ouid.4.Metam.120.
Molle collum.Vide MOLLIS.
Molli collo esseda ferre dicitur equus domitus.Virg.3.Georg.40.
Iugum famulare subit nobili collo,dicitur de viro nobili redacto in seruitutem.Senec.Troad.8.3.
Pendulum ab arbore collum.Horat.3.Carm.ode.27.11.
Quid mori cessas?potes hac ab orno
Pendulum zona bene te secura
Lædere collum.Id est potes te suspendere.
Procerum & tenue collum.Cic.de Claris Orat.173.
Sibila serpentis colla.Virg.3.Georg.83.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Splendida colla.Senec.Hippol.6.13.
Superba colla excussis iubis.Claud.epig.18.2. De equo Honorii.
Teres collum.Ouid.10.Metam.23.
Pendebant teretigemmata monilia collo.
Terra monstri colla.Senec.Herc.fur 1.13.
Trepidum collum.Senec.Herc.Oetheo.1208.
Trigemina colla Cerberi.Senec.Agamem.1.3.
¶ Accliuare collum,id est admouere collum.Ouid.10.Metam.54.
Collocat hanc ritratis concha Sidonide tinctis,
Appellatáque thori sociam,acclinataque colla
Mollibus in plumis tanquam sensura reponit.
Adducere colla lacertis,id est attrahere ad se. Ouid.6.Metam.125.
Vt tamen accessit natus,matrisque salutem
Attulit,& paruis adduxit colla lacertis.
Amplecti colla alicuius. Silius lib.15.71.
Angere colla alicuius, Id est ita constringere vt spiritus intercludatur.
Stat.lib.4.Thebaid.186. – non Herculis actus
Dura magistrabidi quum colla minantia monstri
Angeret,& tumidos animam angustaret in artus.
Aptare vincula collo.Ouid.10.Metam.77.
Auersum collum.Vide AVERTO.
Captare colla lacertis.Ouid.epist.8.19.
Cingere colla lacertis.Ouid.1.de Arte.92.
Circundare brachia collo, Amplecti collum.Virg.6.Aeneid.140.
Comere colla genasque.Stat.lib.1.Sylu.2.25.
Committere alicui collum ferum.Vide COMMITTO.
Complecti colla lacertis.Ouid.1.Metam.148.
Conicere in collum. Vide CONICIO.
Conecta vincula collo.Ouid.4.Trist.17.
Contrahere collum.Vide CONTRAHO.
Pluma collum coronat.Lucret.lib.2.161.
Dare colla lacertis.Stat.lib.2.Achil.54.
Dare colla triumpho alicuius imperatoris,Bello victum esse.Prop.lib.2.eleg.11.3.India quin Auguste tuo dat colla triumpho.
Demergere colla humeris,significare videtur humeros contrahere apud Statium, lib.6.170.
Collaque demersere humeris,& brachia late Curua tenent.
Ducere iuga collo.Ouid.3.de Arte.161.
Ducta per vias colla regum.Horat.1.Carm.ode.12.3.
Eripe colla iugo,prouerbialiter dictum,significat libertati se vendicare.
Horat.2.Serm.Saty.7.19. – eripe turpi
Colla iugo. Id est relinque seruitutem. Ouid.2.Metam.3.
Per.colla mœsta fluunt capilli.Senec.Troad.2.4. Id est mœstæ mulieres passis capillis incedunt.
Fouere colla.Virgil.12.Aeneid.166. – ipse æger anhelans
Colla fouet,fusus propexam in pectore barbã. Sustinens scilicet, vt inquit Seruius,se arboris trunco.
Frænata colla. Ouid.7.Metam.44.
Fumantia colla equorum soluere.Virgil.1.Georg.109.
Gerere colla vincta catenis.Senec.Herc.fur.11.11.
Horrent Cerbero colla colubris.Virgil.6.Aeneid.84.
Iactare colla,Significat collum repente huc illuc vertere & circumagere.Ouid.3.Metam.146. – vilis vlulauit Agaue,
Collaque iactauit,crinemque per aera mouit.Senec.Agamem.1.3.
Implicare colla laqueis.Ouid.epist.2.29.
Infixa collo mariti.Id est tenacissimè inhærens.Ouid.11.Metam.78.De Halcyone & Ceyce.
Inflata colla tumescunt.Ouid.6.Metam.76.de Lyciis in ranas mutatis.
Iniicere collo brachia.Ouid.3.Metam.78.
Iniectæ collo facent comæ.Ouid.2.Fast.155.
Innectere colla lacertis.Ouid.11.Metam.49.
Inserere collum in laqueum.Vide INSERO.
Inferere colla laqueis,Strangulare.Senec. Thebaid.1.30.
Intendere vincula stupea collo,Alligare collo funem. Virg.2.Aenei.48.
Labans collum.Senec. Hippol.4.3.
Nunc vt soluto labitur moriens gradu:
Et vix labente sustinet collo caput.
Lædere collum.Horat.3.Carm.ode.27.12.
Languentia colla leuare.Lucan.lib.3.147.
Liuentia colla catenis. Ouid.ad Liuiam, 55.
Luctantia colla equi.Ouid.epist.4.16.
Marcentia colla.Stat.2.Thebaid.127. – læua marcentia colla
Sustentans,dextraque latus, &c.
Mœsta colla.Senec.Troad.2.4.
Mulcenda colla præbere.Ouid.10.Metam.23.De ceruo quodam.
Nodatus collum laqueo.Ouid.1.de Remed.amo.4.
Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
A trabe sublimi triste pependit onus?
Collum obstrictum,seu collum obtortum,verbum est iuris.nã in ius colIo obstricto rei trahebantur.Plaut.Curcul.Collum obstringe, abduce,illum in malam crucem.
Obtortum collum.Cic.pro Cluent.45.
Pendere collo complexuque alicuius.Virgil.1.Aeneid.144.
Pendentia colla,dicuntur quasi ebriorum.Virgil.9.Aeneid.70.
Tres iuxta famulos,temerè inter tela iacentes,
Armigerumque Rhemi premit,aurigamque sub ipsis
Nactus equis, ferroque secat pendentia colla. Seruius.
Percutere colla securi.Ouid.15.Metam.26.
Perfundunt colla iactæ comæ.Senec.Hippol.4.8.
Permulcere manu collum.Senec.Herc.fur.9.39.
Amplexu collum petere.Quintil.lib.4.cap.2.88.Sil.lib.13.131.
Plausa colla,id est palma leuiter percussa.Ouid.1.de Arte.127.
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,
Depexæque iubæ,plausaque colla iuuant.
Porrigere collum longe à pectore. Ouid.2.Metam.37.
Præbere colla iugo.Stat.1.Achill.56.
Præbere colla nectenda lacertis.Ouid.epist.2.29.
In collum præbere.Cic.5.Verr.64.Solere aiunt barbaros reges Persarũ ac Syrorum,plures vxores habere:his autem vxoribus ciuitates attribuere hoc modo, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum,hæc in crines.Hoc est pecuniam vnde sibi ornat colli monilia.
Reflectere mollia colla,id est domita,domitorum scilicet equorũ.Virg.11.Aeneid.124. Seruius.
Resoluta colla,id est languida.Stat.10.Thebaid.29.
Retorquere colla equi.Id est fræno reflectere.Ouid.epist.4.16.
Rumpere colla securi.Ouid.12.Metam.10. – velati qui candida tauri
Rumpere sacrifica molitur colla securi.
Medius collo Herculeo polus sedit.Senec.Herc.fur.1.15. Id est cœruix Herculis tulit cœlum.
Secare colla.Cicero pro Roscio Amer.49.Eosdem fuisse sectores collorum & bonorum.
Nullo iugo signatum iuuenæ collum.Senec.Agamem.5.9.
Stridentia colla dicuntur serpentis.Claud.2.de Raptu Proserp.5.de Gorgone dixit, – tantum stridentia colla
Gorgonis obtectu pallæ fulgentis obumbrat.
Subdere colla iugo.Stat.1.Thebaid.35.
Subdere colla vinculis Veneris,Libidini seruire. Tibul.lib.1.eleg.2.10.
Subiecta colla trophæis ferre.Senec.Troad.3.17.
Non Argolici præda triumphi
Subiecta feret colla trophæis.Id est non ducetur catenatus in triũphum.
Subiecta colla nobilium,id est in seruitutem redacta.Claud.1.in Eutrop.35.Vidit sub pedibus leges,subiectaque colla Nobilium. Hoc est vidit sibi subiectos,& in potestatem suam redactos esse nobiles.
Summittere colla,Permittere ferienti.Senec.Hippol.4.29.
Summittere colla iugis.Claud.1.in Eutrop.9.
Supponere colla iugis Ouid.3.Amorum,eleg.9.3. De Cerere,
Prima iugis tauros supponere colla coegit.
Suspendere aliquid collo.Virgil.11.Aeneid.3.
Auaritiæ panam collo & cernicibus sustinere.Cic.7.Verr.85.
Tenere colla lacertis.Ouid.2.Metam.20.
Timent boues aratrum collo.Virgil.6.eclog.10.
Tritum collum,dicitur quod circundatur aspera copula. Senec.Hippol.1.7.Et pugnaces tendant Cretæ
Fortia trito vincula collo. De canibus Cretensibus loquitur.
Turgentia colla alicuius diripere ense.Sil.lib.15.143.
Tubæ velant colla.Ouid.10.Metam.139.
¶ Colla,abusiuè de montibus dicuntur partes illę quæ infra summum verticem, & supra medium montis apparent. vt colla Parnasi apud Statium lib.9.Thebaid.129.
Iamque ferè medium Parnasi frondea præter Colla tenebat iter.

Colluo, colluis,collui,collûtũ,pen.prod.(συμπλύω,κατακλύω) colluere,Lauare:sed hoc ferè ad os,& ea quæ fore sunt pertinet.Plin.lib.20.cap.6.3.Dentiũ dolore tribus capitibus in aceto tritis imminuit,vel si decocta aqua colluantur,addaturq; ipsum in causa dentium.Ibidem,cap.13.11.Sic & collutis dentibus prodest.
Colluere amphoram.Cato,cap.88. Amphoram defricato, colluitoque, puram impleto aqua pura.

Colluſtrare, (περιφαίνειν,) Circunspicere. Vir.3.Aen.130.
Omnia colluſtrans,hanc primùm in littore classem
Conspexi venientem.
Colluſtrare oculis.Cic.5.Tuscul.92.Ego autem quum omnia colluſtrarem oculis,animaduerti columellam non multum,&c.
¶ Colluſtrare lumine,(κατακλύειν,λαμπρύνειν,)pro Illustrare & clarum lumine reddere.Cic.1.de Diuin.30.ex antiquo poeta:
Principio æthereo flammatus Iuppiter igni
Vertitur,& totum colluſtrat lumine mundum. Idé.2.de Nat.Deor.134.Ex æthere igitur innumerabiles flammæ syderum exiitintquorum est princeps Sol,omnia clarissima luce colluſtrans.

Luna

Luna solis lumine colluſtrari putatur.Cic.2.de Diuinat.137.
Vias colluſtrare.Ouid.5.Fast.21.
Colluſtratus,Participium, (λαμπρυνθείς,) Illustratus.
Colluſtrata pictura.Cic.in Orat.20.In picturis alios horrida,inculta,abdita,& opaca:contra alios nitida,læta,colluſtrata delectat.

Collutulo, collutulas, (παλύω,) collutulare,Verbum quod veteres pro Dedecorare vsurpãrũt. Plaut.Trinum.10.66.
Hæc famigeratio te honestet,me collutulet.

Collutus, Vide COLLVO.

Colluuies, huius colluuiei, fœ.ge. (χλίδων,) Labes aut immunditia quæ ex concursu alicuius rei contrahitur. Plin.lib.34.cap.19.6.Medetur & linibus hæc effossa sine ferro,& addita in colluuiem poturis,vel ex lacte & vino.
Colluuies turbida nigro limo. Lucan lib.4.63.
Ab omni colluuie peregrint ac seruilis sanguinis incorruptum seruare populum.Sueton.in Augusto,cap.40.
¶ Colluuies,per translationem. Cic.ad Atticum, lib.9.18.1.3. Et re in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ perspicitur,futura colluuie regnare.
Colluuio,colluuonis,Idem. (χλίδων.)
¶ Colluuio, per translationem. Cic.de Senect.76. O præclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium, cœtumque profiscar, quumque ex hac turba & colluuione discedam? Idem de Aruisp.resp.21.Nisi fortè existimatis hanc tantã colluuionem illi,tantamq; euersionem ciuitatis in mente subitò in Rostris nec cogitanti venire potuisse
Ferocitas,audacia,colluuio alicuius.Cic.in Vatinium.17.Deinde sanctissimas leges Heluam & Fusiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluuione Drusi, & in contentione Sulpitii,& in cruore Cinnano,& inter Syllana arma vixerunt.
Ille nefarius ex omnium scelerum colluuione natus.Cic.pro Sest.12.
Colluuio rerum, pro Permistione vel confusione. Liuius lib.3. Necui in colluuione rerum contumeliæ maiestatem suam offerrent.
Collunaria, (χαλιφαφαγός,) porcus dicitur, qui cibo permisto & colluuione nutritur.Festus.

Cóllybus, collybi,pen.corr.masc.gen.(κόλλυβος,) Id detrimentum pecuniæ est quod in rationibus emptionem auri appellant,& vulgò cambium dicitur,quum pecunia ad exteras nationes exportanda est,& apud nummularios alris nummis commutanda. Vel si argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in vsu prouinciæ,alio quo genere permutanda sint,rato,receptoque & promulgato in ea prouincia. Id enim quod ex summa apud nummularium decidit, & veluti deperit,Collybus verbo Greco appellatur.Cic.5.Verr.155.
Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant.Primum prospectatione & collybo. deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia Iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorũ sunt vocabula. Num collybus esse quæpotest, quum vtantur omnes vno genere nummorum? Collybum appellat pecuniæ permutationem,& nummorum quasi interrimentum. Sarnus.in August. Manibus collybo decoloratis, Nerulonensis menstrui liuentes manus habere solent. Collybus, inquit Pollux, ἀργυρίου ἀλλαγή, id est pecuniæ permutatio.Hactenus Budæus.Cic.ad Atticũ, lib.12.36.1. De Cœlio vide quæso nequa lacuna fiat in auro, ego ista non noui,sed certè in collybo est detrimenti satis,huc autũ si accedit.
Collybistes,collybistæ,masc.gen.Nummularius.

Cóllyra, collyræ,pen.prod. (κολλύρα,)Genus panis,Pollucl.Plaut. Persa.4.12.Collyræ facite vt madeant.

Collyrium, collyrii, (κολλύριον,) Medicamentum oculorũ. Cel sius lib.6.Nec ignoro multis placuisse linamentum in modum collyrii cõpositum, tractum melle demitti. Ibidé, Collyrium ex eo emplastro fieri debet, altera parte tenuius,altera plenius, idque ea parte qua tenuius est antecedére demitti in fistulam, donec sanguis purus fœstendat. Idem,Sarnusque est vel papyrum intortam, vel aliquid ex penicillo in modũ collyrii restrictũ eo medicamento illinere.
Nigra collyria.Horat.1.Serm.saty.5.6.
Hic oculis ego,nigra meis collyria lippus Illinere.
¶ Collyrium,Medicamentum etiam quod aluo subiicitur in cura equorum & boum. Columel.lib.7. Salis sextans,cum decem cepis conteritur,& admisto melle decocto,collyria immittuntur aluo,atque ita citatus bos agitur. Idem,Melle decocto & sale, collyrium tenue inditur foramini quo meat vrina.Plin.lib.20.cap.18.5.Ego tamen damnarim collyriis addi.

Colo, colas, prior e prod. (κλύω,) colare, Pauxillatim liquorem aliquem, fusum, stillatimque per aliquod vas vel linteolum exprimere. Plin.lib.13.cap.2.1. Regale vnguentum colato melle constat. Manilius.Et colare vagos inductis retibus amnes. Colum lib.12.cap.11.1. Exgrella deinde aqua coletur, & in vas plumbeũ defusa decoquatur, Apuleius libro Florid.de Gymnosophistis, Non illi norunt aruum colere, vel aurum colare,vel equum domare.

Colo, colis,colui,cultum, (σέβομαι,λατρεύω,θεραπεύω,) colere,Venerari,adorare.Plaut.Cistel.2.17.Quia me colitis & magnificatis. Terent.Adelph.3.1.54. Et nos coluit maximè. Idem Heaut. 2.4.9. Forma impulit nostra, nos amatores colunt. Plinius epistol. 119.c.Vtranque colui,vtranque dilexi. Cæsar 6.bel.Gal.65.Deum maximè Mercurium colunt. Virgil.4.Aeneid.81.
– solam nam perfidus ille Te colere. Id est te colebat.
Mirificè aliquem & colere,& amare.Cicc.ad Atticum,lib.16.14.1.
Colere & diligere. Cicc. 3. de Legibus 7. Vt eos colant, diligantque, præscribimus.
Non solum colere inter se ac diligere,sed etiam vereri. Cic.de Amic.69.
Colere & obseruare aliquem.Cicc.ad Atticum,lib.2.34.3.Hîc Cæcilium colimus & obseruamus diligenter.
Simulatione amicitiæ coli & obseruari.Cicc.de Amicit.26.
Colere,obseruare,& diligere.Cicc.Allieno,lib.11.7.1.
Summa obseruantia aliquem colere.Cicc.Seruio,lib.4.4.15.
Colere & ornare. Cicc.Licinio, lib. 5.8.2. Neque me hercule vnquam mihi rui aut colendi aut ornandi voluntas defuit.
Officiis & probitate colere aliquem.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.15.
Suauissimè,diligentissimèque colere aliquem.Cicc.Attic.lib.10.197.13.
Aliquem sanctissimum colere.Cic.5.de Natu.deorum 61.Achillem Asty palinses insolani sanctissimum colunt.
Doctissimos viros colere.Cicc.Seruio,lib.4.1.6.
Deos colere.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.8.
Venerari,& coli in deorum numero. Cicc.de Leg. Agraria 92. Maiores nostros dico Quirites, non eos in deorum immortalium numero venerandos à nobis & colendos putatis?
Templa coli.Ouid.15.Metamorpho.164.
Vt deus accedat cœlo,templisque colatur.
Colere,precari,venerarique deos.Cicc.1.de Natu.deorum 161.
Ritè coli dicuntur diui.Ouid.13.Metamorpho.158. – Phœbus
Rite colebatur.
Per aras coli.Ouid.6.Metamorpho.35.
Quis furor auditos,inquit,præponere visis
Cœlestes,aut cur colitur Larona per aras?
Colebantur diu aris,puluinaribus,flumine.Plin.in Panegy.20.
Colere principem donis.Liu.10.bel.Maced. 220. Id vt facere posset,regionum principes donis coluerat. Ibidem,lib.1.172.
Lyra coli.Stat.1.Sylu.4.8.Sperne coli tenuiore lyra.
Memoria absentem colere.Cicc. Treboniõ,lib.15.21.13.
Summa religione colere.Cicc.de Aruisp.Resp.25.
Secubitu coli dicitur deus ille vel dea,in cuius honorem vir ab vxore vel amasa ab amica, noctibus aliquot sibi temperat. Ouid.3.Amorum, eleg.9.43. De Cerere,
Hanc quisquam lachrymis lætari credat amantum?
Et bene tormentis secubitaque coli?
Templis & effigie nummum aliquem colere. Tacit.lib. 1. Nihil deorum honoribus relictum,quum se templis,& effigie numinum per flamines & sacerdotes coli vellet. De Liuia loquitur.
Tholo coli dicuntur diui,quorum imagines tholis insculptæ pro ipsis diuis venerantur.Stat.3.Sylu.1.1. – ad Herculem,
Quòd coleris maiore tholo, nec littora pauper
Nuda tenes,tectumque vagis habitabile nautis.
Magna cura cæremonias sepulchrorum colere.Cicc.1.Tuscul.44.
Festa colere cæsiue.Ouid.6.Fastorum 36.
Sanctos focos virginitate colunt. Ouid.4. Fastorum 60.
De virginibus Vestalibus.
Poetarum numen & Musarum delubra colere.Cicero pro Archia 20.
Numina colere.Virgil.1.Georgic.6.
Numina colere pietate.Ouid.4.de ponto,eleg.15.5.
Sacra Musarum colere.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.10.
Templa colere. Ouid.11.Metamorpho.110.
Templum mirò honore colere.Virgil.5.Aeneid.92.
In æde sacra coli.Ouid.14.Metamorpho.63.
Colere loco,vel in loco parentis.Cicc.de Claris Oratorib. 1. Et inauguratum ab eodem,ex quo augurum institutis in parentis eum loco colere debebam. Idem 2.Philipp.98. Omnibus eum contumeliis onerasti,quem patris loco,si vlla pietas in te esset,colere debebas.
¶ Colere, Ornare.Plaut.Quin tu te colis antequam exeas domum? Tibul.lib.1.eleg.8.2.Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos?
Corpus colere, Ouid.3.de Arte 32.
Corpora si vereres non sic coluere puellæ,
Nec veteres cultus sic habuere viri.
¶ Colere agrum, (ἀρκεῖν τὸν ἀγρόν,) terram, &c. Cicc. 2. Tuscul.19. Nam vt agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur. Columel.lib.1.Nam vbi sedulò colitur ager,plerunque,&c. Idem lib.2.capi.2.4.Neq; enim aliud est colere,quàm resoluere & fermẽtare terrã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arare aut colere agrum. Cice.de Lege Agraria 69.
Præcelle agro colendo.Cice.pro S.Roscio 30.
Arua colere.Ouid.1.Amorum,eleg.13.3.
Prima bidente vides oneratos arua colentes.
Fruges colere.Ouid.15.Metamorpho.27.de iuuenco,seu victima,
Stiturne ante aras,audiquè ignara precantem,
Imponique suæ videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges.
Fundum colendum in plures annos locare. Iulianus in L. Qui fundum ff. Locati.
Glebam colere.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.10.
Pro quibus amissis,vtinam contingere posset
Hic saltem profugo gleba colenda mihi. Id est minimus agellus.
Colere hortos. Virgil.4.Georgic.24.
Fortitan & pingues hortos quæ cura colendi Ornaret,canerem.
Rura colere.Valer.lib.5.Argonaut.81.
Colere vitem.Cice.4.de Finib.63. Quæ ad colendam vitem attinebant.
Colendo.Virgil.2.Georgic.8. – fructusque feros mollite colendo.
¶ Colere vrbem,Habitare.Cice.ad Cælium,lib.2.11.4 Vrbem mi Rufe cole. Virgilius in Bucolicis. – Pallas quas condidit arces
Ipsa colat, Sic colere domum,Plautus Aulul.3.4.Cice.7.Verr.147.
Quæ illos Ennenses lacus,lucosque colitis.
Colere regiones Acheronticas.Plaut.Bacchid.4.11.
Colere & habitare. Cice.6.Verr.106. Coliturque ea pars & habitatur frequentissimè.
Arua colere,pro Inhabitare.Oui.1.Meta.136. -nec si rescindere posses
Tunc aderas:Elim,Messeniaque arua colebas.
Elysium colere.Virgil.5.Aeneid.146. – non me impia nanque
Tartara habent,tristesque vmbræ:sed amœna piorum
Concilia,Elysiumque colo.
Helicona colere,Versari in poeticæ studio.Propertius lib.3.eleg.5.5.
Me iuuat in prima coluisse Helicona iuuenta
Musarumque chori implicuisse manus.
Hortos colere.Ouid.14.Metamorpho.124.
Prædia colere studiosè.Cice.pro S.Roscio 29.
Dulces suorum reliquias colere,Habitare in patria in qua maiores occubuerunt. Virgil.4.Aeneid.69.
Vrbem Troianam primùm dulcesque meorum
Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent.
Colere rus. Virgil.2.Georgic.83. – laudato ingentia rura
Exiguum colito.
Sylvas & rura colere.Ouidius 11.Metamorpho.30.
Ille perosus opes,sylvasque & rura colebat. Id est inhabitabat.
Studium colendi rura.Ouid.1.de Remed.34.
Colere Athenas,pro Attica eloquentia vti, videtur accepisse Plautus in Sticho 12.17.Peregrina omnia relinque,Athenas nunc colamus.
¶ Colere æquum & bonum.Plaut.Menæch.14.7 Vide AEQVVM.
Colere & negligere sunt contraria. Cice. 1. Offic. 7. Nulla enim vitæ pars,&c.vacare officio potest: in eoque colendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo.
Colere & efficere. Cic.1.de Legibus 23. Quantam vim rerum optimarum mens humana contineat. Cuius muneris colendi efficiendique causa nati & in lucem editi sumus.
Aeuum colere,Id est ætatem agere. Lucret.lib.5.231.
Nam genus humanum defessum vi colere æuum,
Ex inimicitiis languebat.
Colere amicitias. Plaut.Cistel.2.20.Vt sanctè amicitiam colunt. Cice.2. de Finib.178.At coluit ipse amicitias.
Vtilitatibus amicitias colere.Cice.2.de Finib.133.
Veritate amicitia,fide societas, pietate propinquitas colitur. Cicero pro Quintio 13.
Colendus amor. Tibul.lib.2.eleg.4.11.
Illius est nobis lege colendus amor.
Aurum colere,Pecuniæ studiosum esse.Proper.lib.3.elegia 13.10.
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Colere,tueri,seruare communem conciliationem & consociationem generis humani.Cice.1.Offic.108.
Diligentia præcipuè colenda est nobis.Cice.1.de Orato.80.
Disciplinam colere.Cice.de Claris Oratoribus.60.
Colere fidem.Cice.1.de Inuent.4.Agè verò,verbibus constitutis,vt fidem colere,& iustitiam retinere discerent.
Fidem,rectumque colere.Ouid.1.Metamorpho.19.
Genus orationis æquabile & temperatum colendum.Cice.1.Offic.5.
Hospitia, clientelæ, cognationes,affinitates castè colendæ. Author ad Hereunium lib.3.95.
Iura colere.Tibul.lib.2.eleg.3.16.
Ius religiosè colere.Author ad Heren.lib.3.95.
Ius colere vel iustitiam. Liuius 7.bel. Pun.102. Animum iampridem ibi esse,vbi ius & fas crederet coli: Cice.3.de Finib.111.Atque etiam ad

iustitiam colendam, ad tuendas amicitias.
Iustitiam & liberalitatem colere.Cice.1.Offic.9.
Sequi & colere leges.Cice.in Parad.41.
Martem colere,Studio belli deditum esse.Sil.lib.8.92.
– haud parci Martem coluisse Tudertes.
Memoriam alicuius colere.Cice.2.de Finib.162. Itemque omnibus mensibus XX.die Lunæ dent ad eorum epulas, qui vnà secum philosophati sint,vt sui & Metrodori memoria colatur.
Memoriam vestri beneficii colam benevolentia sempiterna. Cicero post Reditum 19.
Militiam colere. Ouid.2.Fast.102.
Morem colere.Plinius in Panegy.Qui mos cui potius quàm consuli?aut quando magis vsurpandus colendusque est?
Mores populi alicuius colere. Plaut.Catin.25.1. Vbi tu es qui colere mores Massilienses postulas?
Pie sanctèque colere ornatum excellentem atque præstantem. Cice.1.de Natura deorum 77.
Officium suum colere.Plaut.Sticho 2.13. Illi officium suum non colunt.
Pectus colere per artes.Ouid.2.de Arte 25.
Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura fit,& linguas ediciisse duas.
Pietatem colere.Plautus Asin.10.7.Hoccine est pietatem colere, imperium matris minuere? Terent.Hecy.3.4.33.
Quod potero faciam:tamen vt pietatem colam:
Nam me parenti potius quàm amori obsequi Oportet. Hic declarat Terentius,pietatem colere, esse parentibus obsequi.
Pudorem & pudicitiam colere. Cice.5.Verr.5. Pudorem & pudicitiam qui colit,potest animo æquo istius quotidiana adulteria,meretriciam disciplinam,domesticum lenocinium videre;Id est qui pudicus est.
Quæstum suum colere. Plaut. Pœnulo 16.133. Hunc leno iudificatur. P.suum quæstum colit.
Religionem colere.Cicero pro Fonteio 18. Qui etiam siquando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur,humanis hostiis eorum aras ac templa funestant, vt ne religionem quidem colere possint,nisi eam ipsam prius scelere violarint.
Nunquam colunt religionem testimoniorum.Cice.pro Flacco 7. Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit.Id est nunquam fuit verax in testimoniis reddendis.Vide RELIGIO.
Seditiones colere.Plinius de Viris Illustribus 19.Hic Consul graui anno na aduectum è Sicilia frumentum magno pretio dandum populo curauit:vt hac inuria plebs, agros, non seditiones coleret.
Seruitutem apud aliquem colere.Plaut.Pœnulo 14.7.Quàm apud lenonem hunc seruitutem colerè.
Societates atqi amicitias studiosè colere Author ad Herennii lib. 3. 95.
Studia colere.Id est labore atque exercitatione ea consectari. Cic.1.de Finib.93.Atque hoc loco qui propter animi voluptatem dicunt coli ea studia quæ dixi,non intelligunt,&c.Idem in Somnio Scip.Sicut alii,qui præstantibus ingeniis in vita humana diuina studia colunt.
Ad percipiendam colendamque virtutem literis adiuuari. Cicero pro Archia 12.
Vitam colere,(διαγειν τὴν ζωὴν,) Viuere.Plaut.Rud.7.17.Vix colo vitam. Idem Aulul.7.10. Satis habes qui bene vitam colas. Virgil.3. Georgi.Hanc olim veteres vitam coluere Sabini. Idem Pseud.13.33. Cic.ad Atticum,lib.12.246.2.Nunc planè nec ego victum,nec vitam illam colere possum. Author ad Heren.lib.4.164. Qui nihil habet in vita iucundius vita,is cum virtute vitam non potest colere. Colere vitam vino & victu.Plaut.Mostell.9.35.
Inter se colere.Cic.Attico, lib.13.268.1. Posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano.
Victum colere.Cic.Attico,lib.12.246.2.
Colens,om.gen.(σεβόμενος,)Nomen.vt Colens religionum.Cicero pro Planc.Qui sancti,qui religionum colentes,nisi qui meritam diis immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt?
Cultus,(κεκαλλωπισμένος,) Participium.
Cultus veste candida sacerdos,id est ornatus.Plin.libro 16.cap.44.15
Cultus Nomen adiectiuum.(γεωργικός,) Columella libro.8.cap.8.5. Nam quanto est cultior, tanto latior auis conspicitur. Idem libro 1.cap.1.1. Nam is demum cultissimum rus habebit, qui & colere sciet, & poterit, & volet.
Incultus & Cultissimus,contraria.Cic.pro Q.Roscio 20. Tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa.
Ager nulla ex parte cultus.Cic.pro Q.Roscio 19.
Animus cultus.Cic.2.Tusculan.19. & de Clar.Orat.174.
Dea culta virginibus ministris.Ouid.6.Fast.57.
Culta fides.Valer.lib.1.Argon.169.
Arborum confectio omnisque materia & culta & sylvestris.Cic.2.de Natura deorum.127.
Prædia culta.Claud.1.in Ruff.38.
Segetes cultæ.Claud.4.paneg.60.

Vestes

Vestes cultæ.Claudian.2.de Raptu Proserp.65.
Cultus, huius cultus, (ἐργασία,γεωργία,σκαφὴ,κατάστημα,) Cic.1.Offic.20.Ob eamque causas studeat parare ea quæ suppeditent & ad cultum & ad victum. Plin.lib.33.cap.1.7. Fabricarem etiam deûm fibulas,& alia muliebris cultus.
Agricolarum cultus elaborat.Cic.de Lege Agraria.69.Quod est tã aspe rum saxetum,in quo agricolarum cultus non elaboret?
Cultus agrorum.Plin.lib.15.cap.1.
Huius agrorum cultus.Vide BIVIVS.
Aratores cultu agrorum defessi.Cic.de Lege Agraria.87.
Accuratus cultus.Vide ACCVRATVS.
Agrestis cultus.Stat.lib.6.Thebaid.12.
Amœnior cultus.Vide AMOENVS.
Crinalis cultus,id est cultus circa crines & capillos. Claud.5. Paneg.17.
Nam neque Cæsariem crinali stringere cultu,
Colla nec ornatu partitur mollire retorto.
Cultus gemmati.Claudian.6.Paneg.41.
Gemmatosque humidem dispergere Persida cultus.
Læto cultu conuiuia,lautè apparata conuiuia.Valer.lib.5.Argon.114.
Interea læto paritur conuiuia cultu.
Modicus cultu.Vide MODVS.
Luxuriosus cultus.Vide LVXVS.
Mollissimus cultus.Vide MOLLIS.
Mundior iusto cultus.Vide MVNDVS.
Pressus & velut applicitus rei cultus.Quintil.lib.4.cap.2.83.
Purpurei cultus.Stat.lib.6.Thebaid.17.
Cultus regales.Claud.epig.11.2.
Accipe regales cultus,& crine superbus
Erecto virides spumis perfunde smaragdos. Frænsi intelligit donatũ Honorio Imperatori à sorore.nam hic equũ Imperatoris alloquitur.
Simplex cultus Claud.1.in Ruffin.44.
¶ Affectare cultum effusiorem in verbis.Quintil.lib.3.cap.8.40.
Enitescet clarius hic noster cultus.Quintil.lib.2.cap.5.15.
Tribuere diligentem cultum alicui.Cic.2.de Inuent.241. Pietas per quã Gogume cõiũctis, patriæq; benevolis officiũ & diligẽs tribuit cultus.
¶ Cultus hominis. Cic.4. de Finib.58. Quum enim constet inter omnes,omne officium munusque sapientiæ in hominis cultu esse occupatum, alii eas sententias afferunt, vt summum bonum, &c. Id est educatione & disciplina.
Hominum cultus & curatio. Cic.1.de Nat.deorũ.135. Quid enim omes aliud afferunt nisi vt earum villis confectis atque contextis,homines vestiantur?quæ quidem neque ali, neque sustentari, neque vllum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione potuissent.
Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhiberur homini.Cic.1.de Nat.deorum.
Cultus vitæ. Cic.5.de Finib.95. Quos cura liberatos, nullum necessariũ vitæ cultum,aut paratum requirentes.Idem.1.Tusculan.96. Qui vestitum,qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia contra feras inuenerunt.
Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia.Cic.1.Offic.37.
Humanus ciuilisque cultus.Cic.1.de Orat.18.
Desistere à cultu victuque bestiarum.Cic.2.Offic.20.
Cultu humili aliquem educare.Liuius.1.ab Vrbe.175.
Hominum cultus,alia significatione.Tacit.lib.2. Milesque nullo illic hominum cultu,fame absumptus. Subauditur,existente. Significat autẽ insulas illas cultoribus,habitatoribusque vacuas fuisse.Idem lib.5.
¶ Cultu vacantes regiones.Cic.1.Tuscul.73. Quod tandem spectaculum fore putamus, quum totam terram contueri licebit, eiusque cum situm,formam,circumscriptionem,tum & habitabiles regiones, & rursum,omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantes?
Cultus patrius.Virg.1.Georg.12.
– ac patrios cultusque habitusque locorum.
¶ Cultus animi.Cice.5.de Finib.97.Sed animi cultus erat ei quasi quidam humanitatis cibus.
¶ Cultus Deorum, (σέβασμα,) Adoratio.Cic.1.Tuscul.99. Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum erudiuit, & cæt. De philosophia.
Religio Deorum cultu pio continetur.Cic.2.de Nat.deorum.161.
Cultu & honore dignari.Cic.de Inuent.lib.2.241.
Cultio,(γεώργησις,) Verbale,Idem. Cic.5.Verr.194. Quid est enim Sicilia,si ei agri cultionem sustuleris?
Agri cultione se oblectare.Cic.de Senect.52.
Cultum,culti,(γεγεωργημένον,) Subiantiuum. vt Pinguia culta.Claud. in laude Serenæ.14.
Cultor,(γεωργὸς,) Verbale.vt Cultor agrorum & terræ.Liuius.4.ab Vrbe.105.Famem cultoribus agrorum timentes.
Cultor vineæ.Cic.5.de Finib.71.
Cultor terræ,Inhabitator.Cic.2.de Nat.deorum.143. Quid iam de hominum genere dicam,qui quasi cultores terræ constituti non patiun-

tur eam nec immanitate beluarum efferari,&c.
¶ Cultor,(ἀκτεριστὴς,) Mineruæ.Martialis lib.5.5.
Sexte Palatinæ cultor facunde Mineruæ.
¶ Cultor veritatis.Cice.1.Offic.153.Sunt his alii multum dispares,simplices,& aperti,qui nihil ex occulto,nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores,fraudis inimici.
Cultrix,huius cultricis,penul.prod.(θεραπευτὶς,)Verbale fœminium. Cice.5.de Finib.70.Ex quo non est alienum, vt animantibus, sic illis & apta quædam ad naturam aptare,& aliena,earumque augendarum & alendarum quandam cultricem esse,quæ sit scientia,&c.
Cultura,culturæ,penul.prod.(ἐργασία,) Idem quod cultus substantiuũ. vt Cultura agri.Cic.5.Verr.99.Deinde quum audierit eas res, quibus fundi,fructus & cultura continentur,amotas & venditas,&c.
Agri natura perboni,& diligentia culturaque meliores.Cic.pro Flac.56.
Agros desertos à plebe atque à cultura hominum liberorũ esse non oportere. Cice.de Leg.Agrar.85.
Ager,quamuis fertilis sine cultura fructosus esse non potest. Cice.2.Tusculan.19.
Nihil fert ager nisi multa cultura & magno labore quæsitum. Cice.de Leg.Agrar.93.
Fundi cultura. Paulus in L.Si in Lege§.Si domus,ff.Locati.
Vitium cultura.Ci.4.de Finib.62. Vt si cultura vitium,cuius hoc munus est,vt efficiat,&c.Ibidem,si igitur illa cultura vitium in vite insit, &c.
Intempestiua cultura.Caius in Lege Si merces§.Conductor.ff.Locati.
Adhibere culturam.Cice.5.de Finib.70.
Hominum generi vniuersũ cultura agrorum est salutaris.Ci.de Sene.52.
Noua sarmenta cultura excitantur.Cice.2.de Orato.49.
Colonus,coloni,penul.prod.(γεωργὸς,) à Colo, colis, Agrorum cultor dicitur.Cice.pro Cecinna 68.Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum. Idem 5.Verr.196.Siculi coloni Popu. Roma. atque aratores. Virgil.1.Aeneid.
– vt quanuis auido parerent arua colono. Columel.lib.1. Comiter agat dominus cum colonis,facileque se præbeat.
Colonum catenarum, ioco dixit Plautus in Asin.7.32.pro eo qui vinctus detinetur carceribus.
Colonus & Inquilinus.Paulus in L.Si in lege§.Si domus.ff.Locati,Potest dominus,si deseruerit habitationem,vel fundi culturam colonus, vel inquilinus,cum eis statim agere.
Auidus colonus.Virgil.1.Aeneid 1.
Optimus, parcissimus,modestissimus,frugalissimus colonus. Cice.1.de Oratore 159.
Errantes coloni.Senec.Hippol.344.
Fortes coloni.Virgil.3.Georgic.57.
Inopes coloni.Horat.2.Carm.ode 14.3.
Lacertosi coloni.Ouid.11.Metamorpho.7.
Dura lacertosi fodiebant arua coloni.
Latini coloni.Cice.de Claris Oratoribus 88.
Operosus colonus.Ouid.de Nuce 12.
Pauper ruris colonus.Horat.1.Carm.ode 35.12.
Veteres coloni.Virgil.9.eclog.1
¶ A colono rationes accipere.Cice.pro Cecinna 68.
Dare colono remissionem ob sterilitatem. Papinianus in L.Si vno anno .ff.Locati,Si vno anno remissionem quis colono dederit,deinde sequẽtibus annis contigerit vbertas,nihil obesse domino remissionem:sed integram pensionem etiam eius anni quo remiserit,exigendam.
Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus,cui immodicum lucrum non auferetur.Caius in L.Si merces§.Vis maior.ff.Locati.
Habet conductum de aliquo fundum colonus.Cice.pro Cecinna 68.
Dissensionem colonorum deferre ad patronos.Cice.pro Sylla 45.
¶ Colona.Ouid.de Nuce 15.
Et condit lectas parca colona nuces. Idem 4.Fast.139.
– habebat
Rus breue cum duro parca colona viro.
¶ Coloni,(ὀικῆται,ἐπίκτητοι,) etiam dicebantur ciues Romani ad aliquam vrbem habitandam missi qui non propriis,sed Pop.Roma.legibus viuebant.Cic.3.de Natu.deorum 65.Quanquam Circenses quoque coloni nostri Circenses religiosè colunt.
¶ Ascribere colonos nouos.Cice.2.Philipp.101.
Assignare agros colonis.Cice.1.de Lege Agrar.10.
Collocare colonos in aliqua ciuitate.Cice.de Lege Agrar.11.
Dare colonis agrum.Cice.2.de Lege Agrar.75.
Deducere colonos.Cicero de Lege Agrar.10.
In colonias alicuius regionis colonos deducere.Cic.de Lege Agrar.75.
Deligere ad omne facinus colonos.Cice.1.de Lege Agraria 11.
Diuidere agrum colonis.Cice.1.de Lege Agrar.12.
A colonis vrbe occupatæ per Decemuiros.Cic.1.de Lege Agra.12.
Numerum colonorum scribere in aliquam ciuitatem. Cicero de Lege Agraria 77.
Colonus, penul.prod.Adiectiuum,(οἰκεσιμος,) vt Ager colonus.Cic.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philipp.202. Vtique c. Pansa, a. Hircius Consules, alter ambóve cognoscerẽt, q ager colon⁹ esset, quò milites veterani deducti essent, &c.

Colonia, coloniæ, (ἀποικία,) Dicebantur coloniæ minores, vrbes ad quas habitandas ex maioribus vrbibus, quasi quædam examina populorum mittebantur. Cæsar 8. bel. Gal. 91. In togatam Galliam mittit ad colonias ciuium Roma. tuendas. Cicc. 1. Offic. 80. In alias domos tanquam in colonias exeunt. Idem de Lege Agraria contra Rullum 74. Hoc in genere, sicut in cæteris Reipub. partibus, est operæpretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, vt non oppida Italiæ, sed propugnacula imperii esse viderentur. Et pro Fonteio 2. de Gallia prouincia loquens, Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorum ciuium, specula Pop. Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Cæsar 6. bell. Gall. Fuit antea tempus quum Germanos Galli superarent virtute, vt vltrò bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. Cicc. 2. Philippica 101. Consuluisti me per literas de Capua tu quidemised idem de Casilino respondissem, possésne vbi colonia esset, eò coloniam nouam iure deducere. negaui in eam coloniam, quę esset auspicatò deducta, dũ esset incolumis, coloniam nouam iure deduci: colonos nouos ascribi posse rescripsi. Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo Transpadanas colonias traduxerat. non enim nouis colonis eas instituit, sed veteribus incolis manentibus, ius dedit Latii, vt possent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ, id est vt ius petendi magistratus in ciuitate Romana adipiscerentur. Erant præterea coloniæ, quibus ius Italiæ dabatur. Erãt & Latinorum, & quæ Latii veteris appellabantur, quales in Hispania multas fuisse refert Plinius. Quum enim in vrbe Roma multos ex veteribus nouisque incolis paupertate premi, intellectum erat, adeò vt censui soluendo non sufficerent, Triumviri à Senatu creabantur, qui locis primùm consideratis, in quibus Reipub. expediret propugnaculum constitui, noua edicta proponebant danda esse nomina ab illis qui in nouam coloniam deduci vellent. sicque vrbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati ad nouas, quibus indigerent, diuitias gratis datas cum familia accedebãt. accipiebant enim duo quatuor, sex aut septem agri iugera, & quandoque plus. Budæus, Colonia, ciuitas est à matrice ciuitate deducta, id est metropolis quomodo Ionicæ ciuitates deductæ erant & propagatæ.

Ciuium colonia. Cicc. pro Fonteio 2.

Municipia & coloniæ. Cic. de Lege Agra. 96. Vt omnia municipia coloniasque Italiæ nouis coloniis occuparetis.

Quid Colonia à Municipio differat, Gellius lib. 15. ca. 13. tractat, Municipia, inquit, quid & quo iure sint, quantúque à colonia differant, ignoramus, existimamusque meliore cõditione esse colonias q̃ municipia.

Florens colonia. Cicc. 2. Philipp. 101.

Immunes coloniæ. Plinius lib. 3. cap. 1. 11.

¶ Collocare colonias idoneis in locis & contra suspitionem periculi. Cicc. 1. de Lege Agra. 74.

Commutare coloniam. Vide COMMVTO.

Complere coloniis regionem aliquam. Cicc. de Lege Agra. 10.

In aliã coloniã se cõferre. Paulus in L. Si in lege §. Colonus si ei. ff. Locati.

Constituere colonias in aliqua vrbe. Cicc. de Lege Agra. 10.

Deducere colonias. Cicc. de Lege Agrar. 9. Deducentur, inquit, coloniæ. quo? quorum hominum? in quæ loca?

Deducere coloniarnouas, veteres renouare. Cic. de Leg. Agra. 45. & 74.

Imponere coloniam in agro. Vide IMPONO.

Imprimere municipia, præfecturas, & colonias vestigiis flagitiorum. Cicc. 2. Philipp. 171.

Lustrare coloniam. Cicc. 1. de Diuinat. 165. Itemque in lustranda colonia ab eo qui eam deduceret, &c.

Mittere coloniam in aliquam regionem. Cicc. 1. de Diuinat. 5.

Municipia & colonias suis colonis occupare. Cic. de Leg. Agra. 85.

Veteranorum colonias peragrare. Cicc. 2. Philipp. 100.

Primores coloniarum. Sueton. in Claudio, cap. 1.

Libertatem populi præsidiis & coloniis interclusam tenere. Cicero de Lege Agraria 76.

Obire colonias. Vide OBEO.

Occupare coloniis regionem aliquam. Cic. de Lege Agra. 10. Totam Italiam inermem traditurus existimasti, quam præsidiis cõfirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinclis deuinctam & coustrictã teneretis.

In colonias proficisci. Cicc. pro Cecinna 71.

Renouare veteres colonias. Cic. 1. de Lege Agrar. 45.

¶ Colonia, interdum agricolationis locum, aratoríque officinam & domicilium significat. Paulus in L. Quæro §. Paulus respondi. ff. Locati, Seruus, qui coloniæ ascriptus est, ad periculum coloni pertinebit. Idẽ in L. Si in lege §. Colonus. ff. Locati, Nam & qui expulsus à conductione in aliam se coloniam contulit non suffecturus duabus, neque, &c. Sic Cicero 5. Verr. 96. Siculos colonos & aratores Populi Romani vocauit γεωργούς. Budæus.

¶ Colonia, per metaphoram, pro loco vbi quis habitat. Plaut. Epid. 8. 7. Sed ego hinc migrare cesso, vt importem in coloniam hunc, hunc auspicio meo commeatum?

Colonicus, penul. correp. Adiectiuum, (ἀποικιακός,) vt Coloniceæ leges. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 5. Atque etiam leges colonicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro suo culario ne capra natum pascat.

Cohortes coloniceæ. Cæsar 2. bel. Ciuil. 78. Cohortes duas quæ coloniceæ appellabant, quũ eò casu venissẽt, tuẽdi oppidi causa apud se retinuit.

Decuriones colonici, Qui coloniarum sunt. Sueton. in Augusto, cap. 46. Excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus vrbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent, &c.

Colonica ouis. Plinius lib. 26. cap. 10. 3. Superioris radix in lacte ouis coloniceæ data, neruos intendit. Sipontinus, Colonicum genus ouium delicatius, in pascuis pascens, & loca magis culta appetens: vnde habet nomen vt colonicum dicatur. Vide Plinium lib. 8. cap. 47. 3.

Colonarium, vel (vt ab aliis scribitur) columnarium. Cælius lib. 11. cap. 55. In epistolis (inquit) ad Atticum, Colonariũ esse arbitror vectigal, quod pro re penderetur rustica. De aquæductu, inquit Cicero, probè fecisti: colonarium vide ne vllum debeamus. quanquam audio, eam illic commutatam esse legem. In eundem sensum dixit Cæsar lib. 3. bel. Ciuil. Hactenus Cælius enarrans eum quem citat Ciceronis locum in epistolis ad Atticum. Est autem is locus lib. 13. 264. 1. Verba autem Cæsaris ex tertio libro de bello Ciuili, hæc sunt, In capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur: colonaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Secũdum tamen à plerisque scribi columnaria, quod Cælius ipse scribit colonarium: nempe qui videatur à nomine colonus deriuare.

Colobium, Genus tunicæ, quo antiqui Romanorum vtebantur sic dictum, quòd manicis esset mutilatum. Nam Græci κολοβὸν, truncum ac mutilatum dicunt. Sipontinus.

Colocasia, (κυάμου αἴγυπτιος,) Genus herbæ, quæ fabæ Aegyptiæ nomen habet. Plinius lib. 21. cap. 15. 2. In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamum vocant aliqui.

Colocasium, neu. gen. Virgil. in Pollione, Mistaque ridenti colocasia fundet acantho. Ruellius dicit Colocasion esse radicem fabæ Aegyptiacæ.

Colocynthis, colocynthidis, fœmin. gen. (κολοκυνθίς,) Genus cucurbitæ. Plinius libro 20. capit. 3. 1. Colocynthis vocatur alia, ipsa plena, sed minor quàm satiua. De cucurbita syluestri loquitur.

Colon, vel colum, (κῶλον,) Est crassius intestinum tubulatum, ex quo excrementa eam accipiunt formam qua egeruntur, plurimas cellulas atque cauernas habens, ad renemque sinistrum reflectitur. Vnde verbum κωλάζω, pro eo quod est torqueri, cruciarique. Gellius libro 17. capit. 11. Aluum vocat, Ac deinde (inquit) aridiora ex iis recrementa in aluum conuenire, quod Græcè κῶλον dicitur. Celsius libro 1. cap. 8. Latinè sic vertit, Et si, inquit, laxius intestinum dolere consueuit, quod κῶλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, vt concoquat aliquis: vt lectione & aliis generibus exerceatur: vratur baineo calido, cibis quoque & potionibus calidis: denique omnimodo frigus euitet, itemque dulcia omnia, leguminaque, & quicquid inflare consueuit. Hactenus ille. Dicitur & κωλον, ile. Hermolaus in 37. caput Plinii, libro 11. Nam ile, quod infima parte collocatum est in homine, κῶλον Græcè dicitur. Vnde autem ile dicatur, paulo antè declarat. Est autem ila, siue à Græco dicta, vnde gracilioris intestini morbus appellatur ileos, id est ἰλεὸς: siue ab ina, quo verbo (vt est apud Festum) tenuissima pars rei siue pellicula significatur. Hæc ille; Is morbus & chordios, & chordapsos quoque dici solet eidem Hermolao in glossematibus, in verbo COLICI.

Coli vitium efficacissimè sanatur aue galerita assa in cibo sumpta. Plinius libro 20. cap. 7. 7.

¶ Colon, est etiam membrum orationis. Commata Cicero vocat incisa: Sunt enim imperfectæ orationes: cola, membra sunt, & in longa circonductione penè perfectæ orationes. vt colon est, Quum multa posterifices, à maioribus nostris diuinitus inuenta atque instituta sunt. Aliud colon, Tum nihil præclarius, quàm quòd vos eosdem & religionibus deorum immortalium, & summæ Reipub. præesse voluerunt. Sed partes colorum sunt commata: vt, Inuenta atque instituta sunt, & religionibus deorum immortalium.

Κῶλα quid sint, dignosci potest ex Cicerone de Claris Oratoribus 84. Comprehensio, inquit, & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem libentius.

Colicus, penul. corr. (κωλικός, Galen.) A diectium. vt Colicus dolor, qui in colo, hoc est crasso & maximo intestino flatibus opplero, generari solet. Inde etiam colicum hominem dicimus. Plin. lib. 20. cap. 4. 5. Praxagoras & ileosis dandos censet, Philonicus & colicis.

Colici (vt ait Hermolaus in glossematibus in Plinium, super verbo Colici) à colo breui prima, Iulio Polluci, Est autem colon, intestini laxius, vnde

vnde verbum κωλάζω, pro eo quod est torqueri cruciarique.

Colicon medicamentũ ad dolorem intestini plenioris. Celsius lib. 4. ca. 14.

COLONEVS, Locus est cuius incolam fuisse Sophoclem dicit Cicero, vnde & Oedipus Coloneus, teste eodem, cognominatus, qui Tragediæ nomen dedit. 5. de Finib. 4. Tum Quintus, Est plane Piso vt dicis, inquit. Nam meipsum huc modò venientem conuertebat ad sese Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles ob oculos versabatur, quem scis quàm admirer, quámque eo delectẽr. Me quidem ad altiorem memoriam Oedipodis huc venientis, & illo mollissimo carmine, quæ nã essent ipsa hæc loca requirentia, species quædam commouit. Idem de Senect. 10. Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit: quod propter studium, quum eam familiarem negligere videretur, à filiis in iudicium vocatus est, vt quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus, bonis interdici solet: sic illum quasi desipientem, à re familiari remouerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat, & proximè scripserat, Oedipum Coloneum recitasse iudicibus, quæsíssetque num illud carmen desipientis videretur: quo recitato, sententiis iudicum est liberatus.

Colonus, Coloniae, Vide COLO.

COLOPHON, pen. corr. huius colophõis, pen. prod. (κολοφών,) Ionię vrbs clarissima, quæ equestribus tantum excelluit, vt vbicunque dissenserint. Vnde natum prouerbium, κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, id est Colophonem addidit, quum summa operi manus imponitur.

Colophonii, Colophoniorum, (κολοφώνιοι,) Populi sunt Colophonem vrbem habitantes. Cic. pro Archia poeta. 14. Homerum Colophonii ciuem esse dicunt suum.

COLOPS magnus, (κολοβός,) Ptolemæo Zeugitanæ prouinciæ vrbs, hodie Giger, tegia ciuitas.

Color huius coloris, masc. gen. (χρῶμα, χροιά, χρώς,) A colo colis, inquit Sipontinus, deductum: quia coloribus faciem, vestes, domos, ac reliqua omnia ornamus. Terent. Eunuch. 2. 3. 26. Color verus, corpus solidum, & succi plenum. Ibidem. 2. 2. 11. Qui color, nitor, vestitus? Cic. 3. Verr. 99. Isti color immutatus est, vultus, otium, mens. Virg. 8. eclog. 14. Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore Lycia circundo.

Colos ab antiquis dicebatur. Plin. lib. 13. cap. 19. 9. Colos triplex. De casia loquitur. Lucret. lib. 6. 42. Flammeus est plerunque colos & splendidus ollis. De nubibus.

Bonitas coloris. Cic. 1. Offic. 181.

Crebra coloris mutatio. Cic. pro Cluentio 41. Timor eius, perturbatio, suspensus, incertusque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa, hæc aperta & manifesta faciebant.

Aureus color barbæ. Ouid. 12. Metam. 79.

Aureus color ignis. Lucret. lib. 6. 42.

Color croci. Lucret. lib. 6. 139.

Lucis color, Splendor. Seneca Agamemn. 9. 11.

Operum colores. Horat. in Arte. 18.

Descriptas seruare vices, operumque colores
Cur ego si nequeo, ignoroque, poeta salutor?

Superstitionum & Somniorum colores ipsa iam facilitate authoritatem perdiderant. Quintil. lib. 4.

Veritatis color. Cic. de Claris Orat. 84.

Vrbanitatis color. Cic. de Claris Orat. 88.

¶ Albus color præcipuè decorus Deo est. Cic. 2. de Legib. 77.

Amethystinus. Vide AMETHYSTVS.

Ardentissimus. Vide ARDEO.

Aridus. Vide ARIDVS.

Ater. Ouid. 4. Metam. 22.

Aureus. Vide AVRVM.

Austerus. Vide AVSTER.

Blandus. Vide BLANDVS.

Bonus. Vide BONVS.

Buxeus. Vide BVXVS.

Candeus. Vide CANDEO.

Corneus color. Plin. lib. 37. cap. 2. 14.

Candidus. Vide CANDEO.

Cereus. Vide CERA.

Cerumus. Vide CERVVS.

Cinereus. Vide CINIS.

Citrinus. Vide CITRVS.

Coracinus. Vide CORAX.

Croceus. Vide CROCVS.

Cymatilis. Vide CYMA.

Decens. Horat. 4. Carm. ode. 13. 4.

Deterrimus color alicui rei dicitur esse, quæ non ita bonum colorem habet. Virg. 3. Georg. 17. — honesti
Spadices, glaucique color deterrimus albis Et giluo.

Dilutus color. Plin. lib. 37. cap. 5. 6.

Diuersi mille nitent colores. Ouid. 6. Metamorpho. 13. de Iride.

Elegantioris coloris gratia. Plin. lib. 15. cap. 8. 2.

Exanguis. Ouidius 3. Trist. eleg. 1. 11.

Flammeus color. Plin. lib. 35. cap. 6. 10.

Florũ colores. Plin. lib. 35. cap. 6. 1.

Fucatus. Horat. Epod. 12. 3.

Fuscus. Ouidius 2. Amorum elegia 4. 8.

Hyalis. Virgilius 4. Georgicorum 67.

Ignescens, Igneus. Vide IGNIS.

Languescens. Vide LANGOR.

Melleus color. Plin. lib. 36. cap. 8. 2.

Languidus. Vide LANGOR.

Lentus. Vide LENTVS.

Liquidus. Horatius 4. Carm. ode 8. 2.

Luridus. Vide LVRIDVS.

Luteus. Vide LVTEVS.

Marmoreus. Lucretius libro 2. 155.

Melior. Vide BONVS.

Memnonius color, Niger intelligitur apud Ouidium lib. 3. de Ponto, elegia 3. 20.

Si dubitem faueas quin his ô Maxime dictis,
Memnonio cycnos esse colore putem. Referri autem hoc potest vel ad ipsum Memnonem, quem hoc colore fuisse illud Virgilii testatur 2. Aeneid. Et nigri Memnonis arma, vel ad aues Memnoidas.

Mistí colores, Celsius lib. 2. cap. 8. Quinetóque magis mistos, neque inter se diductor colores habet, tanto deterius.

Murrhinus. Vide MVRRHA.

Natiuus. Vide NASCOR.

Niueus. Horat. 2. Carm. ode 4. 1.

Nubilus color. Vide NVBES.

Obsoletus. Vide OBSOLEO.

Olorinus. Vide OLOR.

Omnigenus. Vide OMNIS.

Phœniceus. Lucretius lib. 2. 166.

Pulcher. Lucretius lib. 4. 208.

Puniceus. Lucretius lib. 5. 188.

Purpureus quondam color ora reliquit. Virgil. 11. Aeneid. 164.

Sanguinolentus color. Ouid. 1. Amorum, eleg. 12. 3.

Satur color, Abundans, largus. Virgil. 4. Georgic. 67.

Morti similis color. Senec. Hippol. 4. 46.

Spumeus color. Plin. lib. 37. cap. 2. 14.

Surdus color. Plin. lib. 37. cap. 5. 6. Paulò pòst 14.

Suauis color. Cicc. 5. Tuscul. 66.

Tetri colores festa specie. Lucret. lib. 2. 85.

Thessalicus color. Lucretius lib. 2. 101.

Turpes colores. Lucretius lib. 2. 85.

Tyrius color, id est purpureus. Horat. 1. Epistо. 6. 4.

Validus color. Plinius lib. 20. cap. 5. 11. Ad validum quoque colorem profici hoc cibo.

Varians color. Plinius lib. 14. cap. 2. 8. Insignes iam colore inter purpureas nigrasque medio heluolæ sæpius varianti, & ob id varianæ à quibusdam appellatæ.

Verecundus color. Horat. Epod. 17. 5.

Verni colores. Valer. lib. 6. Argonaut. 99.

Vitidis color. Ouid. 10. Metamorpho. 28.

Colores qui aciem compungunt. Id est qui oculos offendunt, qualis est color albus lucidior. Lucretius lib. 2. 84.

Colores qui lachrymaee cogunt. Lucret. lib. 2. 8: Intelligit colores nitidiores, qui ex se radios veluti quosdam emittentes intuentibus oculis lachrymas eliciunt.

Colores qui oculos pascunt. Lucret. lib. 2. 84.

Mille coloribus arcus, Iris quæ est multorum colorum. Virg. 5. Aen. 121.

Illa viam celerans per mille coloribus arcum
Nulli visa citò decurrit tramite virgo.

Conspicuus colore albo. Vide CONSPICVVS.

Nitidus suo colore. Quintil. lib. 2. cap. 5. 8.

¶ Accipere colorem. Vide ACCIPIO.

Amittere colorem. Ouid. 9. Metamorpho. 65.

Accommodare cuique colori actum suum. Quintilianus lib. 2. cap. 12. 7.

Rebus nox aufert colorem. Virgil. 6. Aeneid. 55.

Commutare colorem. Vide COMMVTO.

Sine colore consistere. Cicc. de Aruſp. Resp. 1. Sed vecors repentè sine suo vultu, sine colore, sine voce consistit.

Constat color & vultus. Vide CONSTO.

Contractus colore aliquo, id est tinctus & depictus. Lucret. lib. 6. 239.

Tenuia sputa minuta, croci contracta colore.

Non credendum colori. Virgil. 2. eclog. 4.

O formose puer nimium ne crede colori. Id est ne confide.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dare colorem rei. Quintil. lib. 6. cap. 2. 23.
Deformibus dandus color. Quintil. lib. 3. cap. 8. 30.
Distincti colores. Catu. Argo. 18. Aut vive distictos educit verna colores.
Colorem ducere. Quintil. lib. 10. Sed dum assequimur firmam, vt dixi facilitatem optimis assuescendum est, & multo magis, quia multorum lectione formanda mens, & ducendus color. Id est phraseos genus comparandum. Budæus. Virgil. 9. eclog. 10.
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem. Senec. Hercu. fur. 6. 3.
– ducet ex genere inclyto
Nouitas colorem nostra.
Eluere colores. Quintil. lib. 1. cap. 1. 4. Nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt.
Errant varii colores in vultu. Virgilius hoc de Sole dicit 1. Georg. 90.
Euanescit color. Lucretius lib. 2. 166.
– vt cernere possis
Euanescere paulatim, stinguique colorem. Stingui, Extingui.
Excidit color alicui. Ouid. 1. Metamorpho. 59.
Eo colore & iis oculis in ædes exisse vt. Cice. de Claris Oratorib. 44. Interim quum esset ei nuntiatum tempus esse, exisse in ædes eo colore & iis oculis, vt egisse causam, non commentatum putares.
Fuscare colorem. Ouid. 2. Trist. 97.
Composita est aliis fuscandi cura coloris.
Imbutus coloré aliquem. Id est tinctus aliquo colore. Lucret. lib. 2. 147.
Incursat color alteri colori. Vide INCVRRO.
Inducere colorem alicui picturæ. Vide INDVCO.
Venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus insidere debet color. Cice. 3. de Orato. 110.
Mentiri colorem fuco. Vide MENS. Virgil. 4. eclog. 9.
Nec varios discet mentiri lana colores. Nam quod tingitur, mentitur alienum colorem, vt inquit Seruius.
Migrare in alium colorem. Id est induere alium colorem. Lucretius libro 2. 155.
Nam quocunque modo perturbes, cærula quæ sunt,
Nunquam in marmoreum possunt transire colorem.
Mutare colorem. Vide MVTO.
Nectere colores. Id est res coloratas. Virgil. 8. eclog. 15.
Percoctum colorem, in homine colorem nigrum vocamus, & à sole adustum. Lucretius lib. 6. 145. Inter nigra virûm percocto fecla colore.
Periphrasis est Aethiopum.
Perdere colorem. Ouid. 3. Metamorpho. 20. Ille diu pauidus pariter cũ voce colorem Perdiderat. Id est expalluerat.
Recipere colorem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 70.
Rubent prata nouis coloribus. Virgil. 4. Georgic. 61.
Spargere coloribus aliquid, Varie tingere. Virgil. 7. Aeneid. 39.
Claro splendere colore. Lucret. lib. 5. 253.
Sumere colorem. Ouid. 13. Metamorpho. 133.
Atra faulla volat, glomeratáque corpus in vnum
Densatur, faciemque capit, fumitque colorem.
Tueri colorem exercitatione corporis. Cice. 1. Offic. 181.
¶ Color, per translationem pro Prætextu & obtentu. Quintil. lib. 11. cap. 1. Quòd si nulla contingit excusatio, sola colorem habet pœnitẽtia. De eo qui alterum accusat, quum de se fateatur. Idem lib. 3. cap. 10. Dandus deformibus color, idq; etiam apud malos. neque enim est quisquã tam malus, vt malus videri velit. Id est, causa facti speciosa exquirenda est. Marcellus de Donationibus inter virum & vxorem. L. Sulpitius. Si color vel titulus, vt sic dixerim, donationi quæritus est. Budæus. Vlpianus in L. sed Iulianus. ff. ad Senatusconsul. Macedonianum, Si color quæritus sit, vt filiusfamilias, qui mutuam pecuniam accepturus erat, fideiuberet, alio reo dato, fraudem s. c. factam esse.
¶ Color, Species. Virgil. 2. Georgic. 36.
Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuique,
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis. Seruius.
Flos & color. Cic. de Clar. Orat. 165. Intelliges nil illius lineamentis, nisi eorũ pigmentorũ, quæ inuenta nondũ erant, florem & colorẽ defuisse.
Color ciuitatis. Cicero Attic. lib. 4. 85. 13. Animus mi Pomponi omnẽ succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis. Lucanus lib. 9.
– non iam regnare pudebit,
Nec color imperii, nec frons erit vlla Senatus. Budæus.
Dicendi color. Quintil. lib. 6. cap. 3. 74.
Somniorum, & superstitionum colores ipsa iam facilitate authoritatem perdiderunt. Quintil. lib. 4. cap. 2. 67.
Vitæ color. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 13.
Dives, inops, Romæ, seu fors ita cesserit, exul,
Quisquis erit vitæ scribam color.
¶ Colores rhetorici, (σχήματα,) apud Ciceronem vocantur ornamenta orationis, hoc est figuræ, quæ à Græcis schemata appellãtur: vt quum de Pompeio loquens ad Atticum, lib. 2. ita inquit, Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, subitò deformatum, non sine magno dolore vidi. Colores autem illos intelligit, quibus vsus est in oratione de imperio Cn. Pompeii. sic enim vocat orationis ornamenta & lumina, quibus detractis, res simpliciter indicata nõ magnopere suapte natura vel conditione placeret. Budæus.
Tragicus color. Horat. in Arte 48.
Nec sic enitar Tragico differre colori
Vt nihil interfit, Dauúsne loquatur an audax Pythias, &c.
Dicere aliquid loco coloris. Quintil. lib. 7. cap. 2. 37.
Ornatur oratio genere primùm, & quasi colore quodam, & succo suo. Cice. 3. de Orato. 53.
Habitum orationis, & quasi aliqué coloré requirere. Cic. 3. de Orat. 110.
Colores, Quæ media defensionum vocantur à forensibus. Quintil. lib. 12. de litigatoribus loquens, qui libellos patronis suis conscribunt, Hi porrò non tantum nocerent, si omnia scriberent vti gesta sunt, nunc consilium & colores adiciunt, & omnia peiora veris, quæ plerique quum acceperunt, mutare nefas habent. Budæus.
Colóro, coloras, penul. prod. (χρωννύω, χρωματίζω, ἐπιχρωματίζω, χρώζω, χρόομαι,) colorare, Colorem inducere. Plin. lib. 35. cap. 6. 2. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Cice. 1. de Natu. deor. 152. Formare, figurare, colorare, animare nõ possent. Catu. epig. 11. 1.
– qua septemgeminus colorat Aequora Nilus.
Colorare & roborare. Cic. in Orato. 25. Sed quod educata eius nutrimentis eloquentia est, ipsa se postea colorat & roborat.
Colorare magis est quàm inficere. Senec. epistо. 72. Hæc nisi altè descenderit, & diu sedit, animum non colorauit, sed infecit.
Colorare, pro Inducere prætextum. Valer. Max. lib. 8. cap. 2. Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando.
Colorari, de homine & oratione. Cic. 2. de Orato. 32. Fatebor aliquid tamen: vt quum in sole ambulem, etiam si ob aliam causam ambulem, sic 11 natura tamen vt colorer: sic quum istos libros ad Milesium (nam Romæ vix licet) studiosius legerim, sentio orationem meam illorum cantu quasi colorari. Budæus.
Coloratus arcus ex nubibus. Cice. 3. de Natu. deorum 69.
Indi colorati, Virgil. 4. Georgic. 59.
Seres colorati. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 2.
Coloratæ vuæ. Columel. lib. 11. cap. 2. 50. Quum coloratas & perlucidas vuas animaduertisset.
Colorata oratio, Coloribus oratoriis decorata & ornata. Cice. de Claris Orat. 88. Quòd non est corũ vrbanitate quadã quasi colorata oratio. non sunt ficta, nec colorata.
¶ Coloratus, pro Fusco. Fusco. Seneca de Vita beata, virtutem reperies pulmentum, coloratam, callosas habentem manus, quasi sole deformatã.
Coloratior, (χρωστικώτερος,) Plinius lib. 16. cap. 12. 3. Quidam arbitrantur in montuosis copia præstantiorem fieri ac coloratiorem.
Colorius, Adiectiuum. vt Coloriæ vestes, quæ ex lana non tincta, hoc est nativo colore factæ sunt. Ex Valla lib. 6. cap. 53.
COLORBASVS, Nomen hæretici qui vitam omnium hominum in septem syderibus consistere affirmabat.
COLOSSE, Straboni lib. 12. Oppidum Phrygiæ propè Laodiceam: quod, teste Orosio, temporibus Neronis cum Laudicea & Hierapoli terræ motu cecidit.

Colostrum, colostri, vel Colostra, colostræ, (πρόφαλος,) Dicitur lac primum post partum in omnibus animalibus, quæ in pumicis modum coit: ideo infantibus, nutricis, non matris lac exhibere conuenit: quia matris pernicioſum est. Martialis lib. 13. 38. De primo matrum lacte colostra damus. Plinius lib. 28. ca. 9. 1. Sicuti de lactis vsu. Vtilissimum cuique maternum. Concipere nutrices exitiosum est. Hi sunt eum infantes, qui colostrati appellantur, densato lacte in casei speciem. Est autem colostra prima à partu spongiosa densitas lactis. Plautus Pœnulo 4. 145. Meum cor, mea colostra, meus mollículus caseus. Columella lib. 7. cap. 3. 15.
Colostrãtus, penul. prod. Adiectiuum, (πρόφαλος,) vt Colostrati infantes, qui colostrum biberunt. Plin. lib. 28. cap. 9. 1.
Colostratio, (πρόφαλισμός,) Malũ illud quod infantibus atque adeò animalibus ex nimia colostri poratione euenire solet. Plin. lib. 11. ca. 45. 2. Pullis earum, vbi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac gustasse lethale est. Genus mali vocatur colostratio. De pullis asinorum.

Colossus, colossi, (κολοσσός,) quid significet, declarat Plinius libro 34. cap. 7. 6. his verbis, Moles quippe excogitatas videmus statuarum, quas colossos vocant, turribus pares. Festus, Colossus à Colosso artifice, à quo deformatus est, dictus. Martialis lib. 8. 28. Ademéque Martis, & colosson Augusti. Erant autem colossi, grandes & corpulentæ statuæ, quæ antiquitus diis erigebantur. Præcipuæ autem magnitudinis fuerunt apud Rhodios, apud quos maxime celebratus est is qui Soli sacer habitus est. Quintianus, Clara Rhodos proprium non omissura colossion.
Enormes colossi. Statius libro 1. Sylu. 3. 11. Enormes vocat propter nimiam magnitudinem.

Colossus, Adiectiuum, (κολοσσικός,) In modum siue formam colossi. Plinius lib. 34. cap. 8. 18. Fecit & quadrigas, bigasque, & Cliduchon eximia forma & Virtutem & Græciam, vtrasque colosseas.
Colosseum se pingi iussit. Plin. lib. 35. cap. 7. 3. Nero princeps iusserat eo loco se pingi c x x. pedum in linteo, incognitum ad hoc tempus.
Colóssicus, pen. corr. (κολοσσικός,) Adiectiuum, Idem. Plin. lib. 34. cap. 8. 7. Fecit & Cliduchum, & aliam Mineruam, quam Romæ Aemylius Paulus ad ædem Fortunæ dedicauit. Item duo signa quæ Catulus in eadem æde posuit, palliata & alterum colossicon nudum.
Colossica onera, magnæ molis, quales sunt colossorum. Est & comparatius Græcus colossicotera, pen. corr. pro grandiora, vastiora, colossi instar habentia. Vitruuius lib. 10. cap. 4. Sinautem colossicotera amplitudinibus & ponderibus onera in operibus fuerint, non erit succurrendum.
COLOTES, penult. prod. Vir Telus, pictor, cuius meminit Quintilianus lib. 1. cap. 14.
COLPE, Ciuitas est Ioniæ regionis, vt est apud Plinium lib. 5. cap. 29.
COLVBAE, Populi Plinio inter gentes Indicas numerantur, capite. 19. libri. 6.

Cóluber, colubri, masculeu. penult. corr. (ὄφις,) Serpens qui vmbras nemorum incolit. Plin. lib. 32. cap. 5. 9. Coluber est in aqua viuens, huius adipem & fel habentes, &c.
Tecto assuetus succedere coluber. Virgilius. 3. Georg. 83. & Colum. lib. 8. cap. 5. 6.
Breues colubri. Ouid. epist. 1. 24.
Longi colubri. Virg. 2. Georg. 64.
Nigri colubri. Ouid. 15. Metam. 143.
– niueisque frequens Sinuella colubris.
Sinuella, Campaniæ vrbs est.
Venenati colubri. Lucret. lib. 5. 6.
Virides colubri. Horat. 1. Carm. ode. 17. 1.
Pastus mala gramina coluber. Virg. 2. Aeneid. 94.
Crinita colubris Medusa. Ouid. 6. Metam. 24.
Torquata colubris Alecto. Id est torquem habens ex colubris. Ouidius epist. 2. 14.
Vallata colubris hydra. Lucret. lib. 5. 6.
Villosa colubris guttura. Ouid. 10. Metam. 5. De Medusa.
Colubram in femminino probat Nonius ex Lucilio, lib. 20. Satyra.
– vt Marsus colubras Disrumpit cantu. Celsus lib. 5. cap. 27.
Colubra tutò æstor cuius ictus occidit. Ouidius in Ibin,
Pectoraque vnxerunt Erebeæ felle colubræ.
Mutilatæ caudã colubræ. Ouid. 6. Metam. 112.
Colubrifer, penul. corr. Adiectiuum, (ὀφιφόρος,) vt Colubriferum monstrum. Ouid. 5. Metam. 49.
COLVERARIA, Insula maris Mediterranei, quæ Græcè Ophiusa dicitur, à multitudine serpentium quibus abundat, cognominata. Plin. lib. 3. cap. 5. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus.

Colum, coli, (λοπάς, λοπάδιον,) Vas ad colãdi aptũ. Virg. 2. Geor. 49. Colaque prælorum fumosis deripe tectis. De colo epigramma est apud Martialem lib. 14. 108.
Colum nitiarium, Vas quo aqua ex nitibus colari solebat. Martial. lib. 14. 104. Frigidior colo non salit vnda tuo. Póponius in L. In argento. ff. de Auro & argento legato. In argento potorio vtrum id duntaxat sit in quo bibi possit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum est, veluti colum nitiarium & vrceoli, dubitari potest. Sed propius est, vt hæc quoque insint.
¶ Colum, est etiam genus morbi, quem primus in Italia sensisse Tiberius princeps dicitur, quum antea esset ignotus. Plin. lib. 26. cap. 1. 8. Idipsum mirabile, alios desinere in nobis, alios durare, sicuti, colum. De nouis morbis.
¶ Colum, pro Membro orationis. Vide COLON.

Columbus, columbi, m. g. & columba, columbæ, f. g. (περιστερά,) Auis omnibus nota. In plurali magis fœminino genere vtuntur authores. Virg. 2. Aeneid. 104. Præcipites atra ceu tempestate columbæ. Martialis, Nec violas teneras præduro dente columbas. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 7. Duo genera earum in περιστερεῶνα esse solent: vnum agreste, vt alii dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac columnibus villæ, à quo appellatę columbæ: quæ propter timorem naturalem, summa loca in tectis captant. Quo fit, vt agrestes maximè sequantur turres, in quas ex agro euolant suapte sponte, ac remeant. Alterum genus illud columbarum est clementius, quod cibo domestico contentum, intra limina iamque solet pasci. Hoc genus maximè est colore albo. Illud alterum agreste sine albo, vario.
Pascere columbarum. Ouid. 13. Metam. 120.
Blanda columbi. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 12.
Cellares columbi. Columella. 8. cap. 8. Columbos cellares pinguissimos facere contingit.
Chaoniæ columbæ. Vide CHAONIA.
Cithereiades columbæ. Ouid. 15. Metamorpho. 78.
Sic vocantur, quòd in tutela Veneris esse creditæ sunt.
Dionææ columbæ, id est Dionæ vel Veneri sacræ. Stat. lib. 3. Sylu. 5. 16.
Imbellis columba. Horat. 4. Carm. ode 4. 7.
Molles columbæ. Horat. 1. Carm. ode 37. 4.
Pauidæ columbæ. Valer. lib. 8. Argonaut. 7.
Placida columba. Ouid. 7. Metamorpho. 74.
Plaudens alis columba. Virgil. 5. Aeneid. 103.
Præcipites columbæ, Festinæ. Virgil. 2. Aeneid. 103.
Sedens columba, prouerbialis locutio dicti solita de supra modum mansuetis. Suidas. Potest etiam dici & in eos qui simplicitatem simulant, quo magis imponant. solent enim aucupes exoculatam columbam in reti ponere, quæ subsultans cæteras columbas alliciat. Vide Erasmum in Chiliadibus.
Sine labe columbæ. Ouid. 2. Metamorpho. 108.
– vt æquaret totas sine labe columbas.
Sublimis in nube columba, Alte volans. Virgil. 11. Aeneid. 145.
Volucris columba. Virgil. 5. Aeneid. 97.
¶ Plumæ versicolores columbis à natura ad ornatum datæ. Cicero 3. de Finib. 29.
Farcire columbos. Columel. lib. 8. cap. 8. 1.
Columbarius, columbarii, (περιστερεών,) Qui columbas curat. Varro 3. de Re rust. ca. 7. 5. Ipsæ enim propter pullos, quos habent, vtique redeunt, nisi à coruo occisæ, aut ab accipitre interceptæ. Quos columbari interficere solent duabus virgis viscatis, defixis in terram inter se cruratis, quum inter eas posuerit obligatum animal, quod item petere soleant accipitres, qui ita decipiuntur, quum se obleuerunt visco.
Columbarium, columbarii, n. g. & columbaria, columbariæ, f. g. (περιστερεών,) Locus est propriè vbi habitant columbæ agrestes. nam domesticarum Peristereones vocamus. Colum. lib. 9. Qualia columbariæ tectis superponuntur. Varro de Re rust. lib. 3. ca. 7 Axius, Si possem emere, inquit, περὶ περιστερεῶνα factum, quemadmodum in ædibus quum habere vellem, emi fictilia columbaria. iam istsem emptum & misissem ad villam. Quasi verò inquit Pica, non in vrbe quoque sint multi. An tibi columbaria qui in tegulis habent, non videntur habere περιστερεῶνας? Ibidem 3. Nemus, aut lacerta qua adrepere ad columbaria possit.
¶ Columbarium, est etiam loculamentum in peristerotrophio singulis columbarium paribus præparatum. Varro 3. de Re rust. cap. 7. 4. Singulis paribus columbaria fiunt rotunda, in ordinem crebra. Ordines quã plurimi possunt à terra vsque ad cameram. Columbaria singula esse oportet, vt os habeant quò introire & exire possint.
E columbariis egerere stercus. Columel. lib. 2. cap. 15. 1.
Columbãris, & hoc columbãre, penul. prod. (περιστερικός,) Quod est columbi. Columella lib. 9. Cæterum cibos iuxta parietem conuenit spargi quoniam ferè partes hæ columbari carent stercore.
Colũbar apud Plautũ in Rudẽte 20. 50. Genus vinculi est, teste Prisciano. Illic in columbam credo leno vortitur:
Nam in columbari collum haud multo pòst erit.
Columbĩnus, Adiectiuum, penul. prod. (περιστερεῶνος,) Idem quod Columbaris. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 7. 8. Qui solent saginare pullos columbinos, quo pluris vendant, fecludunt eos, quum iam pluma sunt tecti. Plinius lib. 17. cap. 7. 1. Est enim alba, tuffa, columbina. De Megarica terra loquitur.
Ouum columbinum. Horat. 1. Sermo. saty. 4. 12.
Pulli columbini. Cice. Papirio Pæto, lib. 9. 18. 6.
Stercus columbinum maximè probatur. Columel. lib. 2. cap. 15. 1.
Columbina terra. Plinius lib. 17. cap. 7. 1.
Columbatim, (περιστερηδόν,) id est, ad similitudinem columbi, Catul.
Columbulus, columbuli, penul. correp. masc. g. (περιστερίδιον,) Diminutiuum. Plinius epistо. 20. 2. Tu passereulis & columbulis mollitis inter aquilas veltras dabis pœnas. Catul. epigram. 27. 2.
Et ille nunc superbus & superfluens
Perambulabit omnium cubilia?
Vealbulus columbulus Dionæus. De Cæsare cuius mollitiem notat.
COLVMELLA, (κολυμβήθρα,) Nomen authoris qui de agricultura, tãm versu, quàm prosa elegantissimè & doctissimè scripsit.

Columella, Vide COLVMENA.

Columellares, (γόμφιοι,) Dentes vocantur, qui caninis proximi sunt. Plinius lib. 11. cap. 37. 41. Amittit tricesimo mense primores vtrinque binos: sequenti anno totidem proximos, quum subeunt dicti columellares. De equorum dentibus. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 2. Aetas cognoscitur equorum, & ferè omnium, qui vngulas indiuisas habent, & etiam cornutarum, quòd equus trigintamensium primùm dentes medios dicitur amittere, duos superiores, & totidem inferiores. Incipientes quartum agere annum, vtidem eiciunt, & totidem proximos eorum quos amiserunt, & incipiunt nasci quos vocant columellares.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COLVMEN, Nomen loci, ad quem Cornelius Consul victoria de Thyculanis habita castra locauit. Liu. 3. ab Vrbe 100. Victor ad Columen (id loco nomē est) exercitu relicto castra locat. De Cornelio Cōsule.

Columen, penul. corrept. huius columinis, à columus, Id est culmus, (κέφαμα,) Significat culmen vel columnam, idque quo aliquid fulcitur in ædificiis. Varro 3. de Re rust. ca. 7. 1. Quod habetur inturribus ac columinibus villæ. Catul. de Berecynthia, ego vitam agam sub altis Phrygiæ columinibus.

Columen in summo fastidio culminis ponitur. Vitruuius lib. 4. cap. 2. Ea est trabs quæ tecti fastigium sustinet. Budæus.

Alta columina, Vertices montium. Catul. Epigram. 58. 15.

Amicorum alienius columen. Cicc. 13. Philipp. 364.

Columen familiæ. Terent. Phorm. 2. 1. 57. Bone custos salue, columen nostræ familiæ. Vbi Donatus, Columen, culmen, an columen, columna? vnde Columellæ apud veteres, dicti serui maiores domus. Lucil. 22. Seruus neque insidus domino, neque inutilis cuiquam, Lucili columella, hic situs est Tabero. Hinc in millesimum annum eorum columine ciuitas continebitur. Horatius contrà pro columine columen, Iniurioso ne pede proruas stantem columinum. Ennius decimo, Regni vertatum summam verò columinam. Columen verò familiæ, Sustentatio, vel decus. Vnde columnæ dictæ. Hactenus Donatus. Cicc. 5. Verr. 151. Timarchides autem columen familiæ vestræ, premit fauces defensionis tuæ.

Columen Asiæ, Troia. Senec. Troad. 1. 2.

Columen Thessaliæ Peleum vocat Catullus epigram. 59. 6. & 65.

Columen nauis. Valer. lib. 1. Argonaut. 25.

Columen Reipublicæ. Cicc. pro Sestio 14.

Rerum mearum columen. Horat. 2. Carm. ode 17. 1. ad Mecœnatem.

Columen actionis. Cic. pro Flacco 31. At illud columen actionis tuæ Mithridates, posteaquam biduum retentus testis à nobis, &c.

Columen impensarum. Columel. lib. 3. cap. 4. 3. Id enim quasi caput & columen impensarum, quoniam in eo consistit, melius an negligas terræ mandauerit pater familiæ pecuniam.

Partium columen. 3. 2. 1. Tacit. lib. 5.

Columen Senati. Plaut. Casina, Sed eccum egreditur Senati columen, pregfidium populi. Idem Epid. 5. 6. Senati qui columen cluent.

Excisum columen. Cicc. 1. de Diuinat. 40.

Ad magnum columen volare. Cic. 1. de Diuinat. 34.

Columis, & hoc columne, penul. correp. (κίονος,) Sanus. Plaut. Trinum. Neque ita vt sit data, columen te fistere illi, & detraxisse autument. Inde incolumis pro eodem: quod est vsitatus.

COLVMNA, Regia ciuitas in Brutio. Pomp. Mela, lib. 2. In Brutio sunt Columna regia, Rhegyum, Scylla, Taurianum & Metaurum. Hanc locum Græci συλλάβας vocant id est columnellam. Ea turricolæ modo erecta, ex aduerso turren in Peloro sitam respicit. Hodie à multis appellatur Stylarion.

Columna, huius columnæ, (κίων, στύλος). i. quod à nīs pilare dicitur. Est autem hæc differentia inter columnas quæ à Græcis κίονες, & pilas quæ κίονα, dicuntur: quòd Columnæ vno tantum lapide constant, id est lapide oblongo perpetuos. Pilæ autem structura constant aut lapideæ, aut cæmentitiæ, aut lateritiæ. Budæus.

Columnæ partes sunt, Scapus quasi columnæ corpus. Supra scapum capitulum infra scapum, spira, quæ basis sæpe appellari solet infraque spiram, stylobates. Budæus.

Albanæ columnæ. Quintil. lib. 5. cap. 13. 33.

Excelsa columna. Cicc. 1. de Diuinat. 42.

Columnæ Herculis duæ esse perhibentur in Occidente: quia ex Oceano, mare nostrum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterū in Africa Abylam vocant, alterum in Europa Calpen. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuisse finxerunt, sed Herculem diremisse colles. Aliqui tamen hos montes procul spectantibus geminas columnas videri dicunt. Alii dicunt Columnas Herculis in Gaditana insula fuisse ex ære octo cubitorum, ad quas profecisse solebant qui nauigationem absoluissent, tanquam Herculi sacra facientes.

Immanes columnas rupibus excidere. Virgil. 1. Aeneid. 87.

Marmoreæ columnæ. Cicc. pro Domo sua 49.

Menia columna. Cicc. 1. Verr. 17. Vobis autem tanta inopia rerum est, vt mihi causam præripere conemini potius, quàm aliquos à columna Menia vestri ordinis reos reperiatis? Menius (vt tibi ait Asconius Pædianus) quum domum suam venderet Catoni, & Flacco Censoribus, vt ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi vnius columnæ, superquam tectum proiceret ex prouolantibus rabulatis: vnde ipse, & posteri eius spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro dabatur ex illo igitur columna Menia vocitata est, causis eiusmodi. Et paulo antè dixerat, Vestri ordinis reos, Reos vestra defensione cō dignos vel fures, & ferocs nequam, qui apud Triumuiros Capitales, apud columnam Meniam puniri solent.

Nobiles variis maculis columnæ. Senec. Thyest. 8. 5.

Purpureæ columnæ. Claudian. 2. in Ruff. 27.

Rigidæ columnæ. Ouid. 3. Fast. 106.

Iouis simulachra truncæ columnæ. Valer. Flac. lib. 6. Argonaut. 19.

Vastis iunixa columnis templa. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 10.

Columnis tectum sublime. Virgil. 7. Aeneid. 35.

Ad columnam adhærescere. Cicc. pro Sestio.

Rectas columnas è regione collocare. Cicc. Quin. fratri, lib. 3. 17. 4.

Commotæ columnæ. Vide COMMOVEO.

Dealbatæ columnæ. Vide DEALBO.

Dealbare tanta pecunia columnas. Cic. 3. Verr. 103.

Deiectæ, eisdemque lapidibus repositæ columnæ. Cicc. 3. Verr. 103.

Aedificare columnas. Cicc. 3. in Verr. 109.

Efficere columnam ab integro nouam. Cicc. 3. Verr. 104.

Effulta columnis atria. Claudian. in Ruff. 2. 27.

Ad perpendiculum columnas exigere. Vide AD præpositionem.

Euersio execratæ columnæ. Cicc. 1. Philipp. 3.

Extrinsecus inaurata columna. Vide INAVRO.

In columnas incurrere. Cicc. in Orato. 130.

Insculptum in columna. Vide INSCVLPO.

Locare columnas. Cicc. 3. Verr. 105.

Ad columnam peruenire. Cicc. pro Cluentio 29.

Politæ columnæ. Cicc. Quinc. fratri, lib. 3. 17. 2.

Recisæ columnæ. Horat. 2. Carm. ode 18. 1.

Sublimes columnæ. Ouid. 2. Metamorpho. 1.

Tollere columnam de saxo in crucem. Cicc. Attico, lib. 14. 3. 5. 2.

Columnella, columnellæ, (συλλίδιον,) Diminutiuum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 39. Duæ primum trabes in solo æquè longæ, distantes inter se pedes quatuor collocantur, inque eis columnellæ pedū in altitudinem quinque defiguntur, &c. Plinius epist. 10. 1. Alia tūm Cæsaris tum Plinii exemplaria habent columellæ, non columnellæ.

Columella, (κίων,) Diminutiuum aliud. Cicc. 2. de Legib. 103. Nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus digitis. Cato capite 20. Trapeti columellam ferream, quæ in milliario stat, &c. Et Cæsar 2. bel. Ciuil. 39.

Eminens columella. Cicc. 5. de Natu. deor. 92.

¶ Columella, etiam significat maiorem seruum in familia. Mart. lib. 11. 84. Et tibi Mœonio quod carmine maius habetur:

Lucili columella hic situs Metrophanes. Vide COLVMEN.

¶ Columella est etiam oris particula. Budæus.

Columnatus, (ἰσυλωμένος,) Adiectiuum, Columna sustentatus. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 10. Inter eas piscinas, tantummodo accessus semita in tholum, qui est vitrea rotundus columnarus, vt est in æde Catuli, si pro parietibus feceris columnas.

Columnaria, Cæsar li. 3. de bello Ciuil. 169. In capita singula seruorū ac liberorum tributum imponebatur, columnaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturę imperabantur, & Cic. in epistol. ad Attic. 105. 2.

Colurnus, Adiectiuum, (κερκίνος, vel λεπτοκαρύινος,) ex corno factum, vt fcitus docet his verbis, Colurna hastilia, ex corno arbore facta, potius quàm ex corylo. Seruius autem à corylo dicere videtur, quum sic ait in hunc locum Virgilii 2. Georg. 80. Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Nam vt etiam caper vitibus est inimicus, ita eis nocet & corylus. Vnde & ait supra, Neve inter vites corylum sere.

Colus, coli, f. g. vel Colus, huius colus, quartæ declinationis, (ἠλακάτη.) Instrumentum muliebre quod pensa continet: à quo fuso fila ducuntur habetque primam correp. Ouid. 4. Metamorpho. Et colus & fusus digitis cecidere remissis. Cicc. 2. de Orato. 153.

– quin tu Egilia mea,
Quando ad me venis cum tua colu & lana. Plin. lib. 21. cap. 15. 5.

Itaque & colu antiquæ mulieres vrebantur ex illis. Plaut. Cas. 4. 4.

– Iulsine Ferri mihi colum?

Colus, masculino genere legitur apud Catullum in Argonaut. 52.

Læua colum molli lana retinebat amictum. Idem apud Propertium lib. 4. eleg. 10. 10. – verba sunt Herculis,
Idem ego Sidonia feci seruilia palla
Officia, & Lydo pensa diurna colo.

Decreta colus Parcarum. Senec. Oedip. 13. 2.

Parcarum coli irreuocabiles. Senec. Herc. fur. 7. 8.

Seuera colus Parcarum. Claudian. epigram. 5. 18.

Ambitiosa colus. Claudian. 7. Panegy. 119. Quæ tantum digitis potuit mollire rigorem Ambitiosa colus?

Rumpit Atropos supremas colus, Vitam soluit. Valer. lib. 6. Argona. 129.

Plenas exonerare colos. Ouid. 3. Fast. 164.

Extendere colum. Stat. lib. 3. Sylu. 1. 35. – Parcarum fila teneo,
Extendamque colos.

Colum pro lana posuit. Lana enim extenditur quum deducitur filum. Idē 1. Sylu. 4. 13. Alloquitur fila Parcarum, Tendatis iam fila colos, &c.

Colutea, (κολουτέα,) Arbor syluestris apud Theophrastum in 3. de Plantis, fructum ferens in siliqua magnitudine lentis. Vnde

Vide Coluteum, fructus coluteæ. Plaut. Persa. 4. 7. Commisce mulsum, struthea, coluteaque appara.

Colycae, colycarum, Specus quædam in quibus aphronitrum inuenitur teste Plinio lib. 31. cap. 18. 7.

Colymbades, penult. corr. (κολυμβάδες.) Dicebantur oliuæ quæ frangebantur, & herbarum viridium condiebantur sapore, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod est innatare. nam propter leuitatem vti nabant. Plin. lib. 15. cap. 3.

Coma, comæ, (κόμη, ἀπὸ τοῦ κείρω,) Cæsaries est, & à Græco deducitur. Nam quemadmodum nos Cæsariem à cædendo, ita Græci comam appellant ἀπὸ τοῦ κομᾶν, quod cædere est. Festus, Comæ dicuntur capilli cum aliqua cura compositi. Cic. 3. Tuscul. 105. Scindens dolore ideirdem intonsam comam.

Eumenidum comæ, Serpentes. Valer. lib. 7. Argonaut. 11.

Ambrosiæ comæ diuinam odorem spirant. Virg. 1. Aeneid. 87.

Anguineæ comæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 3.

Aureæ comæ. Catul. epig. 56. 10.

Breuior coma. Seneca Hippoly. 6. 14.

Calamistrata coma. Vide CALAMISTRVM.

Cana coma Neptunii iuuenis, id est Cygni filii Neptuni, cuius coma versa est in plumas. Seneca Troad. 3. 5.

Crispa coma. Silius lib. 16. 25.

Diuidua coma, id est discreta, & ab vtraque parte dependens. Ouid. 1. Amorum, eleg. 5. 2. Candida diuidua colla tegente coma.

Fera coma Orionis. Seneca Hercule furen. 1. 3. Fera coma hinc exterret Orion deos. Id est crinibus minantibus tempestatem. Nam Orion tres stellas habet in capite, horribili nitentes fulgore.

Flaua coma. Horat. 1. Carm. ode 5. 1. Valer. lib. 8. Argonaut. 48.

Flauentes comæ, id est flauæ. Ouid. epist. 5. 25. Virg. 4. Aeneid. 118.

Flexilis coma. Valer. lib. 5. Argonaut. 118.

Formosæ pereunt comæ. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 7.

Hirsutæ comæ. Ouid. 1. de Arte. 22.

Hirtæ comæ. Seneca in Herc. furen. 9. 35.

Horrentes comæ. Seneca in Herc. furen. 6. 17.

Nulla lege iacens coma, id est incompta. Seneca Hippoly. 6. 14.
Te frons hirta decet, te breuior coma Nulla lege iacens.

Crinis tractus & laceræ comæ. Seneca Hippoly. 5. 29.

Læuis coma pectine. Ouid. 12. Metam. 82.

Lanea coma. Stat. 5. Syln. 3. 37. Lanea cui Phrygii est coma flaminis.

Libera nodo coma, Resoluta. Seneca Troad. 2. 7.

Longæ comæ. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 5.

Madens coma. Cic. Post red. in Senatu. 11.

Mœstæ squalore comæ. Claud. de bel. Gild. 82.

Mollis coma. Seneca Agamemn. 7. 25.

Natiua coma, id est non fucata, aut non aliunde comparata. Ouidius. 1. Amorum, eleg. 14. 12.

Odoratæ comæ. Ouid. 2. de Arte. 145.

Populeæ comæ, Comæ popali arboris. Ouid. 1. Amorum, eleg. 7. 11.
Vt quum populeas ventilat aura comas.

Promissæ, & rutilatæ comæ. Liuius lib. 8. Decad. 4. De Gallis.

Recta coma, Erecta. Seneca Hippoly. 6. 20.

Resupinæ comæ. Stat. 1. Thebaid. 109.

Rigidæ comæ. Seneca Hippoly. 6. 5.

Sibila coma, Sibilans, spirans, agitata vento. Valer. lib. 3. Argonaut. 11.

Sparsa coma. Silius lib. 8. 28.

Spissa nitidus coma. Horat. 3. Carm. ode. 19. 5.

Splendidæ comæ senectæ, id est candentes. Nutrix Phędræ apud Senecam Hippoly. 2. 13. Per has senectæ splendidas supplex comas, &c.

Squalens coma. Stat. lib. 3. Thebaid. 27.

Squalida coma. Seneca Troad. 6. 9.

¶ Abscissæ comæ. Virg. 4. Aeneid. 118.

Arrectæ horrore comæ. Virg. 12. Aeneid. 172.

Astrictæ comæ. Ouid. 3. de Arte. 30.
Hanc decet inflatos laxè iecisse capillos:
Illa sit astrictis impedienda comis.

Attollere comas, Attrigere comas. Seneca Herc. furen. 9. 35.

Cinctum esse comis. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 3.

Cogere nodo comas, Cōprimere & conistringere. Seneca Hippoly. 4. 9.

Compositæ comæ. Ouid. epist. 12. 33.

Comas comere. Ouid. epist. 20. 18.

Comptæ comæ. Virg. 6. Aeneid. 10.

Culta coma. Valer. lib. 5. Argonaut. 119.

Decidunt comæ. Horat. 4. Carm. ode. 10. 1.

Defluxere comæ tactæ medicamine. Ouid. 6. Metam. 29.

Deprimere comas horrētes, inculcatos crines pectere. Seneca Troad. 10. 5.

Diffundere comas. Virg. 1. Aeneid. 65.

Inornatas comas diuisiata. Ouid. 3. Amorum, eleg. 8. 11.

Dirigere comæ. Ouid. epist. 5. 25.

Disiecta comas femina. Id est disiectis comis. Ouid. epist. 12. 13.

Effusæ comæ. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 8.

Horror comas erexit. Ouid. epist. 15. 14.

Expedire comas, id est resoluere, explicare. Stat. lib. 3. Sylu. 4. 18.

Exornare comas. Senec. Herc. furent. 11. 4.

Exuere comam vittis. Stat. lib. 11. Thebaid. 92.

Fingere comas. Vide paulo post, Soluere comas.

Frangere comam in gradus. Quintil. lib. 1. cap. 6. 29.

Iactæ temere comæ colla perfundunt, Id est sine ordine sparsæ. Seneca Hippoly. 4. 8.

Implicare comam manu, id est quod Barbari dicunt capere ad crines. Virgil. 7. Aeneid. 111.

Implicare comas sertis, Circundare. Tibul. lib. 4. eleg. 7. 7.

Intonsa perpetuum coma iuuenis Bacchus. Senec. Hippol. 6. 4.

Inuolitant humeris comæ. Horat. 4. Carm. ode. 10. 1.

Inuoluere comam. Sil. lib. 15. 25.

Honor comæ nunquam labentis. Stat. lib. 3. Sylu. 4. 2.

Lacerare comas. Senec. Octau. 6. 11.

Flamma innoxia lambit comas. Virg. 2. Aeneid. 136.

Laniare comas. Lucan. lib. 2. 8.

Laniata comas. Ouid. 4. Metam. 28.

In partulas luxuriare comas. Ouid. de Nuce. 4.

Nectere comam myrto. Ouidius primo Amorum, elegia. 2. 5. Myrto, Corona myrtea.

Nexæ comæ. Id est connexæ. Ouid. epist. 18. 27.

Neglecta coma. Ouid. 3. de Arte. 31.

Nigrantes comæ. Senec. Herc. fur. 9. 15.

Nodare comas. Claud. 1. in Ruff. 24.

Nutrire comas. Valer lib. 6. Argon. 142.

Ornare comas fuco. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 3.

Obnubere comas, id est velare comas. Stat. lib. 1. Thebaid. 61. Virgilius 11. Aeneidos. 16.

Pectere comas. Ouid. epist. 13. 8.

Permulcere comas. Ouid. 2. Metam. 147. Permulcetque comas, chlamydemque vt pendeat aptè Collocat.

Ponere comas in statione. Id est cōponere & adornare. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 14. Pone recōpositas in statione comas. Idē. 3. de Arte. 87.
Sed vitare viros, cultum formasque professos,
Quique suas ponunt in statione comas.

Ephebi nondum positis comis. Senec. Herc. furen. 10. 51.

Premunt vittæ comam. Senec. Hippol. 5. 13. 1.

Pressare comas. Stat. lib. 3. Thebaid. 26.
Hæ pressant in tabe comas.

Prominet coma in vultus. Ouid. 13. Metam. 180. De Polyphemo,
– coma plurima tornos
Prominet in vultus, humerosque vt lucus obumbrat.

Radiante coma surgit Titan. Senec. Octau. 1. 1.

Raptari comis. Ouid. 11. Metam. 45.

Recidere comam, Reuocare comam, contraria. Sene. Here. Oeth. 12. 12.

Recomposite comæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 14.

Reddita comis sua cura. Valer. libro. 8. Argon. 48. Tam nouus impleuit vultus honor tuac sua flauis Reddita cura comis.

Religare comam. Horat. 1. Carm. ode. 5. 1.

Renodare comam. Id est in nodum colligere. Horat. Epod. 11. 6.

Rigent comæ terrore. Ouid. 3. Metam. 10. Terrore, Ob terrorem.

Ruptæ comæ. Ouid. epist. 21. 23.

Scilla coma, significat habitum fœminæ mœrentis. Virg. 9. Aeneid. 99.

Soluere comas. Fingere comas, id est componere, contraria. Seneca Hippolyt. 4. 3. – attolli iubet
Iterumque poni corpus: & solui comas, Rursusque fingi.

Sparguntur comæ per caput. Ouid. 3. de Arte. 16.

Sterterunt comæ. Virgil. 2. Aeneid. 154.
Obstupui, steterunt que comæ, & vox faucibus hæsit.

Stringere comas vitis. Virgil. 2. Georg. 74.

Ligatas comas auro substringere. Lucan. li. 3. 57. 1. aureo nodo colligare.

Succincta comas, hirsutaque vertice pinus. Ouid. 10. Metam. 21.

Tonsa coma. Virg. 5. Aeneid. 111. Tonsa coma, Id est composita, vt inquit Seruius. Nā proprie comæ sunt non cæsi capilli. Idē. 4. Geor. 28.

Trahere alicui comam. Virgil. 1. Aeneid. 97.

Variare comas positu. Ouid. 1. Meta. 83. Positu, id est variè disponēdo.

Velare comas. Virgil. 3. Aeneid. 81.

Velatæ comæ. Virg. 3. Aeneid. 25. Vbi Seruius comas virtutes exponit.

Vincti comas fronde. Horat. 2. Epist. 1. 22.

¶ Coma, per Metaphoram etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. Plinius lib. 12. cap. 25. 2. Folium balsami proximum rutæ perpetua coma. Virgil. 4. Georg. 28.
Ille comam mollis iam tum tondebat achanti.

Arborum comę. Horat. 4. Carm. ode. 7. 1.

Arboreæ comæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 8.
Frigidaque arboreas mulceat aura comas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nemorum comæ.Horat.1.Carm ode.21.1.
Papauereæ comæ.Id est comæ papauerum.Ouid.4.Fast.88. Illa papaue reas subiecat vrgue comas.Videtur intelligere per comas capita ipsa seu scapos.neque enim habent comas papauera.
Sacra lauri coma.Virg.7.Aeneid.12.
Damnare comam cupresso.Stat.lib.5.Sylu.1.28.
Hactenus alma chelys.tempus nunc ponere frondes
Phœbe tuas,mystaque comam damnare cupresso.
Decutere comas,vt Bruma decussit comas arborũ. Sen. Her.Oeth.4.30.
Polire arbor comas,Nudata est foliis.Virg.12.Aeneid.42.
Tonsa comas arbos.Ouid.11.Metam.10.
Tremefacta coma arboris concussæ.Virg.2.Aeneid.126.
Comans,Comantis,(κομων,)Participium sine verbo,Qui longiorem coma habet.Plin.lib.10.cap.63.9.Equæ comantes gloria superbiunt. Gellius,Equum fuisse dicunt flaua & comanti iuba.
Equorum colla comantia.Id est iubæ.Virg.12.Aeneid.18.
Crines comantes.Silius lib.16.12.
Cristæ galeæ comantes.Virgil.3.Aeneid.34.
Comans galea.Virgil.2.Aeneid. –sic fatus,deinde comantem Androgei galeam,clypeique insigne decorum Induitur. Vbi Seruius, Comantem,aut cristatam:quia de candis animalium habebant cristas.vt Cristaque hirsutus equina.Aut comas habentem:vt Statius, Non ego in terga comantes Abantiadas.
Comans humus,Id est gramínea,siue herbosa.Stat.5.Thebaid.101.
Ille graues oculos,languentiaque ora comanti Mergit humo.
Iugum syluæ comans,Frondes & folia arborum dicitur. Valerius lib.3. Argon.81.Stant tacitæ frondes,immotaque sylua comanti
Horret verna iugo.
Narcissus fera comans.Id est fero flores habens. Virgil.4.Georg.125. –hæc fera comantem
Narcissum,aut flexi tacuissem vimen achanti. Seruius.
Ore comanti ruere supra quidpiam,Id est ore comis tecto dum inclinat. Valer.lib.3. Argonaut.28.
Pectora comantia,Pilosa.Valer.lib.5. Argon.119.
Pellis villis comans.Valer. lib.8.Argon.25.
Setæ hircorum comantes.Virgil.3.Georg.63.
Comans stella.Ouid.15.Metam.150.
In sydus vertère nouum,stellamque comantem.
Syluæ comantes.Valer.lib.1. Argon.87.
Tori cerniculi leonis comantes.Virgil.12. Aeneid.2.
Astro comantes,dicti sunt Castor & Pollux,ex quorum fronte plurimus manat fulgor,& fit allusio ad astra.Valer.lib.5.Argon.74. –astroque comantes Tyndaridas,ipse egregio supereminet ore.
Comãtus,pen.prod.(τριχωδης,)Participip.sine verbo,Qui longiorẽ & comam habet. Vnde Comata Gallia (inquit Plinius lib.4.cap.17.) omnis Gallia vno nomine appellata,in tria populorum genera diuiditur amnibus maximè distincta.A Scalde ad Sequanam Belgica:ab eo ad Garumnam Celtica,eademque Lugdunensis.Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania,Armorica antè dicta. Videtur igitur Comatæ nomen reliquæ Galliæ conuenire seclusa Prouincia. Ptolemæus eam totam Celtogalliam vocat.Cic.8. Philip.252. Galliam,inquit, Toga tam remoto,Comatam postulo.Plin.lib.11.cap.37.9. In capite cunctorum animalium hominis plurimus pilus,tam quidem promiscuè maribus ac fœminis apud intonsas vtique gentes:atque etiam nomina ex eo capillatis Alpium incolis,Galliæ comatæ. Marti.lib.1.68.Caluus quum fueris,eris comatus.Hîc contraria sunt caluus & comatus.
Sylua comata.Catul.epig.4.3.
Comõsus,pen.prod.Adiectiuum(τριχωδης,) Plin.lib.16.cap.6.5.Hemeris vocatur,brevior & in orbem comosa.Idẽ lib.26.cap.8.26. Comosissimum ex omnibus maximè cauliculis.
Como,comis,compsi,comptum,(κοσμεω,)comere,tam apud Græcos,q̃ apud Latinos significat Componere,ornare:quoniam in capillo præcipuus hominum ornatus est.Terent.Heaut.2.2.11. Dum moliuntur, dum comuntur,annus est.Ouid.2.Amorum, eleg.8.1.
Comere sed solas digna Cypassi deas.
Pectine aurato comere aliquem.Silius lib.13.25.
Capillos comere.Silius lib.7.90.
Ast alius niuea comebat fronte capillos.
Capillis comendis perfecta.Ouid.2.Amor.eleg.8.1.
Caput comere.Tibul.lib.1.eleg.8.4.
Nec nitidum tarda compserit arte caput.
Comptum caput.Plaut.Milite.10.195.
Capite compto,crines,vittasque habeat.
Colla genasque comere.Stat.1.Sylu.2.23.
Comere comas.Ouid.1.Fast.112.
Comas inustas acu comere.Quintil.lib.2.cap.5.8.
Cristas comere.Stat.3. Thebaid.85.
–comunt furor,itaque cristas.
Equos comit auriga.Stat.4.Thebaid.9.

Opus comptum.Tibul.lib.3.eleg.1.3.
Viri compti.Ouid.de Medicamine faciei.5.
Vultum comere.Stat.6.Thebaid.47. Claud.2.in Eutrop.68.
Comere se.Tibul.lib.4.eleg.6.1.
Tota tibi est hodie,tibi se lætissima compsit,
Staret vt ante tuos conspicienda focos.
Cõptus,(κεκοσμημένος,)Particip.Ornatus,cõpositus.Vir.10.Aen.165. Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Dolorem simulatum compta Cleopatra.Id est comptum habens dolorẽ, siue dolorem simulans. Lucan.lib.10.17.
Quem formæ confisa suæ Cleopatra,siue vllis
Tristis adit lachrymis,simulatum compta dolorem,
Quàm decuit,veluti laceros dispersa capillos.
Comptus,huius comptus,(κόσμημα,)Nomen.vt Virginei comptus.Lucrer.li.1.18.Id est cultus puellares,quib⁹ virgũculæ comi cõsueuerũt.
Comagenum,Medicamentum, vel vnguentum quod κομμαγηνὸν vocat Galenus in tertio de Sanitate tuenda:à Comagene Syriæ parte dicti Authore Plinio de Anseribus,lib.10.cap.22.5.
COMANI,pen.prod.(κομανοί,)Valer.lib.7. Argon.128. –exectos lacerat Bellona Comanos.Sacri serui sunt Bellonæ,dicti ab ipsius deo fano,quod illi Comana vocant,aut ab eiusdẽ nomine ciuitate, in qua illud fanum est situm.De his scribit Strabo lib.12. In Antitauro (qui mons est Cattiorum in Cappadocia maiore)conualles sunt profundę & angustæ,in quib⁹ sita sunt Comana ciuitas memoratu digna,& Bellonæ fanum,quod illi Comana vocant.Ea ciuitas clarissima est,maximaque numine afflatorum,& sacrorum seruorum multitudinem habet.Eam Cataones incolunt,qui quanquam regi subditi sint,parent tamen sacerdoti,qui fani,& sacrorum seruorum magna ex parte dominus est,qui tempore quo nos peregrinati sumus(ait Strabo) supra sex millia erant,viri simul ac mulieres.Fano,regio adiacet non parua,cuius fructum ac prouentum sacerdos accipit.In honore secundus est in Cappadocia post regem.Reges ac sacerdotes frequentius ex eadẽ esse progenie solebant.Hoc sacrorum genus Orestes cum sorore Iphigenia è Scythia Taurica huc videntur attulisse,quæ Dianæ Tauropolæ erant,lugubrem comam hîc deposuisse, ex qua vrbi nomen datum est.Idem de sacerdotio Comanorum eodem lib.paulo pòst,Intra loci sacri ambitum vtriusque sacerdotis maris scilicet ac fœminæ habitatio est.Fanum quoq; præter cæteram religionem expresse vetat suillarum carnium esum:vnde nec in totam vrbem sus infertur.Idẽ paulo antè,Alia sunt Comana Pontica eodem nomine quo maioris Cappadocæ Comana,& eidem deæ consecrata:& inde ædificii exemplum sumptum est:& ferè simili ritu vtuntur & sacrorum, & diuinationum, & cultus erga sacerdotes,& iis maximè,quæ antè reges fiebant, quando bis in anno diebus festis (quæ Deæ exitus appellantur) sacerdos diadema gestabat,& secundus erat in honore post regem.
Execti Comani dicuntur à Valerio lib.7.Argon.128.quòd se gladiis petant mutuis,sanguinem in honorem Deæ fundentes.
COMARI,Asiæ populi super Scythas,Scytharumque deserta,ac super Caspium sinum.Ex Pomponio Mela lib.1.
Comarus, Pomi genus,quòd Latinè Vnedo dicitur,& arbutum alio nomine.Sipontinus ex Plinio lib.15.cap.24.3.
Comatus, Vide COMA.
Combennones, dicti sunt in eadem benna sedentes.Benna autem lingua Gallica est vehiculi genus.Sipont.
Cõbibo, combibis,pen.cor.(συμπίνω,) combibi,combibitum, combibere.Simul bibere,compotare,vel totum bibere.Plinius lib.17.capit.11.4. Vt solem pluuiasque combibant. Columella lib.12.cap.10.2.Quæ quum ius combiberit,simili mistura vas suppleatur.Sic Cato cap.91.
Ara cruorem combiberat.Ouid.13.Metam.83.
Lachrymas combibere.Ouid.epist.11.11.
Contineo gemitus,elapsaque verba rependo,
Et cogor lachrymas combibere ipsa meas.Idem epist.21.31.
Luxus combibere. Silius lib.11.81.
Combibat illapsos ductor per viscera luxus.
Venenum combibere.Horat.1.Carm.ode.37.6.
Combibere artes,per translationem.Cic.3.de Finib.14. Video equidem,inquam,sed tamen infici debet his artibus, quas si dum est tener, combiberit,ad maiora veniet paratior.
Os combibit maculas.Ouid.5.Metam.91. –loquentem
Cum liquido mista perfudit diua polenta
Combibit os maculas.
Combibor,Passiuum.Ouid.15.Metam.55.
Sic modò combibitur,tecto modò gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.
Combibo,combibonis,m.g.(συμπότης,)Compotor.Lucil.lib.26. Quòdoquidem reperi magis cõbibonũ ex copiis.Cic.Pæto,lib.9.ca.25.4. In his controuersijs quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Combinare, Est multos ita diuidere vt bini sint,id est duo simul coniuncti.Sipontinus.
Combinatio,Verbale,Duorum coniunctio dicitur. Hinc cõbinatio etiã figura appellãt,quã Græci Epizeuxin vocant,quũ in oratione eadem dictio sine medio duplicatur.Virgilius,Meme adsum qui feci. Sipont.
Combretum, Genus herbæ Plin.lib.21.cap.6.3.Simillimum ei combretum appellatur,foliorum exilitate vsque in fila extenuata,& procerius quàm baccar.
Combûro, combûris,pen.prod.combussi,combustum,(συγκαίω, πυρπολέω,) comburere,ab Vro compositum,idem significat.Sulpitius ad Ciceronem,lib.4.ep.12.10.Ibiq̃ eum combusimus. Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.2.9. Te curaturum fumo vt comburereturr, plaudente tota prouincia.Idem.2.Tuscul.89.Viuus combustus est.
Annales comburere.Cic.1.de Diuinat.65.
In foro combustus,laudatusque miserabiliter. Cic.Attico, lib.14.306.2. De Cæsare.
Iudicio comburere aliquos.Cic.Qu.fratri,lib.1.2.10. Deinde rogas Fabium vt & patrem & filium viuos comburat,si possit:sin minus,ad te mittat,vti iudicio comburantur.
Impetu magno comburere aliquid.Lucret.lib.6.31.
Subsellia comburere.Cic.pro Roscio Amer.55.
Viuos aliquos comburere.Cic Qu.fratri,lib.1.2.10.
Comburere,per translationem.Plaut.Milite.11.12. –nam mihi nimius calor
Comburebat gutturem.Id est vehementer exiccabat.
Come, Herba est quam Barbam hircinam vocant,à comæ similitudine:folia habet instar croci in rotundum sparsa,radicem dulcissimam.Vulgo Barba petræ appellatur.Plinius lib.21.cap.15.4. & lib.27.cap.13.9.
Cómedo, penult.corr.comes,comesti:vel cómedis,comédi,comêsum, vel comestum,(ἐδέω, φάγω, βρώσκω,) comedere vel comesse, Eiusdẽ cum suo simplici est significationis. Plaut.Mostel. 8.21.Tam facilè vinces quàm pyrum vulpes comest.Martial.Scæuola tu comedis apud omnes,nullus apud te.
Lacertum comedere.Cic.2.de Orat.133.
Comedere aliquem,bona alicuius,nummos,rem suam, Per translationem dictum,pro Consumere. Plaut.Mostel.2.11. Sine modo venire falsum,quem absentem comes. Terent.Eunuch.5.9.57.Hunc comedendum & deridendum vobis propino. Cic.ad Atticum,lib.6.112.4. Putat enim suos nummos vos comedisse. Idem ad Brutum,lib.11.cap. 21.4. Quocirca Segulium negligamus,qui res nouas quærit: non quò veterem comederit (nullam enim habuit) sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. Cic.pro Sestio.95. Vsque eo non fuit popularis,vt bona solus comesset.
Patrimonium comedere.Cic.pro Sestio.96.
Comedere beneficia alicuius.Cic.13.Philip.316.Comites verò Antonii, qui postquam beneficia Cæsaris comederunt, Consulem desiignatum obsederunt.Hoc est obliti sunt beneficiorũ Cæsaris, vel neglexerunt.
Comesse, pro Comedere. Plaut.Mostel.2.13. Comesse quenquam vt quisquam absentem possiet. Cic.pro Placco.70. Quasi bona comesse Romæ non liceret.Idem.1.de Nat.deorum.92.
Comessem,pro Comedissem.Catul.epig.27.3.
Comest,pro Cómedit.Varro Margopoli,Pisces vt sepe minutos magnus comest. Nonius.
Comedim, pro comedam veteres dixerunt. Plaut. Bacchid. Quod dem sortis,quodque in lustris comedim,congræcer pater. Cic.ad Pætum, lib.19.20.7.Cura,si me amas,vt valeasme ego te iacente,bona tua comedim.Pomponius in Prostibulo,Ego quæro quod edim.Nonius.
Comẽsus,pen.prod. (βεβρωσκώς,) Participium.vt Comesum patrimonium.Cic.in Sallustium.12.Et pro Cluentio.138.
Comedendus, (βρωστός,) Horat.1. Epist.74. Vt libet,hæc porcis hodie comedenda relinques.
Comestûra,pen.prod.huius comesturæ,(ἔδωδή,) Cato cap.157.1. Sed quæ vocatur σεμνοδόδης,hæc septem habet bona in comestura. De brassica loquitur.
Cómedo,huius comedõnis,(φάγος,) Qui bona sua consumit,inquit Festus.Varro Modio,Putat fore hoc quod hinc comedonibus conuenit, vsu quibus nota voluntate comedunt,duntaxat gula gaudet.
Comessor,comessaris, (κωμάζω,) comessari. Quod Græci dicunt κωμάζειν, Post cœnam epulari. Sueton. in Domitiano, Conuiuabatur frequenter & large,sed penè raptim,certe nõ vltra Solis occasum, nec vt postea comessaretur. Liuius.10.bel.Maced.13. refert Demetriũ post cœnam qua sodales acceperat,dixisse, Quin comessatum ad fratrem imus?Pro eo conuiuio accipit,quod ad multam noctem agitatur post cœnam.Plaut Rud.31.66.Comessatum omnes venitote ad me.
Intromittere comessatum. Cic. Lentulo lib.9.73. ex Eunucho Terentii.3.1.52. –siquando illa dicet,Phædriam
Intromittamus comessatum:tu Pamphilam Cantatum prouocemus.
Comessatio, Verbale, (κῶμος,) Cibus qui post cœnam sumitur. Festus. Comessatio à vicis,quos Græci κῶμας dicunt,appellatur.In his enim habitabant prius quàm oppida condercntur: quibus in locis alii alios conuictus causa inuitabant.Sueton.in Vitellio,Epulas trifariam semper,interdum quadrifariam dispertiebat,in lentacula,prandia,cœnas, & comessationes.Cic.in Catil.32.Quòd si in vino & alea comessationes solũm & scorta quærerent:essent illi quidem desperandi,sed tamen essent ferendi.Legitur hîc & comessatores.
Libidines,amores,adulteria,conuiua,comessationes,cætus,symphonię Cicero pro Cælio.27.
Turpe conuiuium,amor,comessatio,libido,sumptus Cic.pro Mur.12.
Tempestas comessationis,aut comessatio tẽpestatis. Cic.3.de Orat.90.
Comessator,Verbale,(κωμαστής,) Qui nocturnis atque intempestiuis cõuiuiis indulget. Terent.Adelph.5.2.8. Cic.ad Atticum,lib.1.11.19. Hercule multa & iucũda cõsuetudine coniuncti inter nos sumus vsq; eo,vt nostri isti comessatores coniurationis barbaruli iuuenes illum in sermonibus Cn.Ciceronem appellẽt.Caius in L.Siquid.ff.de Aedilitio edicto,Et is ex diuerso lenis,protera⁹,desidiosus,somniculosus, piger,tardus,comessator inueniatur.
Alia subsellium ratio,alia lectorum:nunc idem iudicum comessatorũq; conspectus.Cic.pro Cælio.54.
Comessabundus,(κωμαστικὸς,)Liu.9.ab Vrbe.32. Temulento agmine comessabundus incessit.Plin.lib.12.Athenis comessabundi iuuenes ante meridiem conuentus sapientum frequentabant. Id est comessatum euntes,hoc est perportũ,vel madidi & vinolẽti.Curtius lib.9.ad finẽ, Ibat vehiculis pro copia cuiusq; adornatis,comessabũdus exercitus, armis quæ maximè decora erant,circũpendentibus.Idẽ lib.5.Pudebat Macedones tam clarã vrbem à comessabundo rege deletam esse.
Comessans,comessantis,(κωμάζων,)Idem quod comessator. Curtius lib. 9.ad finem,Siquid victis saltem aduersus comessantes animi fuisset mille hercle viri modo,& sobrii septem dierũ crapula graues in suo triũpho capere potuerunt.
Modo comessantium aliquid agere.Liu.3.ab Vrbe.124.
Comedum,(φάγος,)bona sua consumentem,antiqui dixerunt. Festus.
Comes, huius comitis,com.g. (ἑταῖρος,συνοπαδός,συνωδός,πομπός,) Qui cum aliquo it,& tanquã ducem sequitur.Vlpianus in L.Item apud Labeonem ff. Siquis virginis ff.De iniurijs & famosis libellis, Comitem accipere debemus eum qui comitetur eam,& sequatur:& vt Labeo ait,siue liberum, siue servum,siue masculum,siue fœminam.Et ita comitem Labeo definit,qui frequentandi cuiusque causa vt sequeretur destinatus in publico priuatóve abductus fuerit.Inter comites,vtiq; & pædagogi erunt.Plaut. Merc.763.Neq; matrẽ illa satis honeste tuã sequi poterit comes.Idẽ Amphit.10.48.Iubẽ'ire mihi comites?1.Ianane es?A.Si non iubes. Ibo egomet:comitem mihi pudicitiam duxero.Terent.Eunu.2.3.54. Comites secuti scilicet sunt virginẽ?Idem Heaut.3.1.46. Nam ei vnã cœnam,atque eius comitibus Dedi. Lucanus,
Scire Senatus auet,miles te Magne sequatur,
An comes.Plin.epist.176.Quem legatum Tribunus ita dilexit & excepit,vt ex Germania in Pannoniam transeuntem,non vt commilito,sed vt comes assectatorque sequeretur.
Belli comes.Stat.lib.6.Thebaid.163.
Multarum deliciarum comes est extrema saltatio.Cic.pro Mur.11.
Fatorum comites.sic finos penates vocat Aeneas alloquens patrem apud Virgilium.2.Aeneid.59.
Frigida aura comes formidinis.Lucret.lib.3.59.
Fortunæ comes.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.3.
Comes fugæ paternæ.Liuius.1.ab Vrbe.10. Haud nihil ambigam hiccine fuerit Ascanius,an maior quàm hic,Creusa matre Ilio incolumi natus,comesque inde paternæ fugæ,&c.
Vsquequaq; fugæ parentũ comes Tiberius.Suet.in Tiberio, cap.6.
Fugæ comitem aliquem habere.Senec.Medea.723.
Heliconiadum comites dicuntur poetæ.Lucret.lib.3.211.Adde Heliconiadum comites,quorum vnus Homerus Sceptra potitus.
Socius atq; comes tum honoris,tum etiã calamitatis. Cic.pro Sylla.48.
Imperii alicuius comes.Senec. Hipp.10.24.
Qui modo paterni clarus imperii comes,
Et certus heres syderum fulsit modo.
Comes itineris.Plaut.Epid.13.26.Age age absolue,atque argentum numera,ne comites morer.Comes generaliter dicitur de iis omnibus qui nobiscum iter faciunt.
Itinerum,nauigationum,laborum,& periculorum omnium alicuius tempore miserrimo comes & socius.Cic.Seruilio,lib.13.72.2.
Comes largitionis.Plin.Epist.
Laborum comites.Ouid.lib.8.Metam.114.
Patriæ laudis comites.Similes virtuti paternæ,imitatores gloriæ maiorum.Senec.Herc.furen.12.14.
Mortis comites & funeris atri.Lucre.lib.2.117. Sic vocat ploratus & fletus.Virgil.4.Aeneid.136.
Operis comiter.Ouid.3.Metam.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes artes, comites ac ministras oratoris esse. Cic. 1. de Orat. 38.
Pauoris comes. Cic. 4. Tusc. 291.
Sedendi comes. Cic. Attico, lib. 5. 98. 2.
Veris comites, animæ Thraciæ, Id est Etesiæ vēti. Horat. 4. Car. ode. 12. 1.
Iam veris comites, quæ mare temperant.
Impellunt animæ lintea Thraciæ.
Vitæ comes. Seneca Oedipo. 116.
Virginitatis comites, Qui castitatem custodiunt. Ouid. 6. Fast. 59.
Angor assidue comes malis. Lucret. lib. 6. 233.
Discordia comes regnis socius. Stat. 1. Thebaid. 26. – & summo dulcius vnum Stare loco, sociisque comes discordia regnis.
Genius comes. Horat. 2. Epist. 2. 38.
Scit genius, natale comes qui temperat astrum.
Dira fortunæ comes, libido. Senec. Hippol. 1. 25.
Pœna comes premit culpam, Id est pœna culpam tam stricte sequitur, vt etiam premat præcedentem. Horat. 4. Carm. ode. 5. 5.
Cateruæ comitum. Lucret. lib. 2. 117.
Manus comitum Id est cohors comitum. Stat. 5. Sylu. 3. 54.
Pars vna comitum. Ouid. 2. Metam. 86.
Princeps comitum. Ouid. 2. Metam. 32.
Strepitus comitum. Virg. 6. Aeneid. 173.
Turba comitum. Seneca Here. Oeth. 5. 1.
Assiduus comes. Senec. Hippol. 10. 18.
Atra comes cuta. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 23.
Exterior comes. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 4. – nec tamen illi
Tu comes exterior, si postules, ire recuses.
Fidus comes. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 13. Seneca Thebaid. 1. 21.
Impiger comes. Stat. 3. Sylu. 2. 19.
Gratissimus comitum. Ouid. 14. Metam. 45.
Noui comites. Virgil. 2. Aeneid. 158.
Atque hîc ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio, admiranis numerum
Officiosa comes. Ouid. epist. 17. 12.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,
Vt comes in nostras officiosa vias.
¶ Abnegare aliquem comitem. Horat. 1. Carm. ode. 35. 5.
Te ipse, & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat. Id est nō aduersatur te comitari
Addere sese comitem alicui. Virgil. 6. Aeneid. 156.
Adiungere se comitem fugæ. Vide ADIVNGO.
Circundare lateri comitem. Ouid. ad Pisonem. 15.
Complecti aliquem comitem in casus omnes. Virg. 9. Aeneid. 58.
Destituere comitem. Ouid. 8. Meram. 35.
Ducere comites. Horat. 1. Carm. ode. 11. 3. Tu potes tigres, comitesque syluas Ducere. Mercurium alloquitur.
Educere comites aliquo. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 3.
Gradi comes alteri. Virg. 9. Aeneid. 46. Ipse comes Niso graditur.
Ire comitem alicui. Virgil. 6. Aeneid. 90. His Laodomia It comes. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 7.
Mittere aliquo quempiam comitem alii. Virg. 2. Aeneid. 18.
Negare comitem, Id est nolle comitatum ire. Ouid. 1. de Arte. 26.
Mirificum se comitem præbere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 7.
Comitem se præbere furoris alterius. Cic. de Amicitia. 35. Nec se comitē illius furoris, sed ducem præbuit.
Terga sequentes comites. Ouid. 3. Metam. 5.
Spernere aliquem comitem, Refugere consortium alicuius. Virgilius. 4. Aeneid. 136.
Venire alicui comitem. Ouid. epist. 13. 32.
Per reditus, corpusque tuum, mea numina iuro,
Perque pares animi, coniugiique faces,
Me tibi venturam comitem quocunque vocaris.
¶ Comes, vsurpatum itonice. Catul. in Cauerum, epig. 51. 4.
Tanto te in fastu negas amice?
Dic nobis vbi sis futurus, ede
Audaster, comiti licenter ede.
Comes relatum ad Ducem. Cic. pro Marcello. 6. vbi de rebus gestis Cæsaris, Huius autem rei idem es dux & comes. Idem de Amic. 35. Non enim paruit ille Tiberii Gracchi temeritati, sed præsumpsit se comitē illius furoris, sed ducem præbuit. Est ergo comes qui sequitur, & ducē habet, inquit Valla.
Ipse casus, euentusque rerum, non duces, sed comites consiliorum alicuius. Cic. pro Corn. Balbo. 6. De Pompeio loquens.
Ducem nō comitem aliquorum dicere. Cic. de Amic. 78. Facilè ducē Populi Romani non comitem diceres. De Scipione.
Comes relatum ad principem. Cicero, Neque enim princeps tunc ad salutem esse potuisset, si esse alii comites noluissent.
Comitem Platonis se profitetur. Id est sectatorem. Plin. in Præfat. 9.
Comes cum genitiuis mei, tui, sui. Senec. Thebaid. 1. 11.
Nemo me comitem tui Eripiet vnquam.

¶ Comes consiliis alicuius. Plaut. Pseud. 3. 15.
Licet me id scire quid sit? nam tu me ante hac
Supremum habuisti comitem consiliis tuis.
Dulcis secretorum comes. Quintil. lib. 1. cap. 4. 5.
¶ Comites iudicum, erant legati, præfecti, quæstores, scribæ, qui cum magistratibus in prouincias mittebantur. Cic. 4. Verr. 16. Nego tibi ipsi vllum nummum esse numeratum, sed quum ob tua decreta, ob imperata ob iudicata pecuniæ dabantur, non erat quærendum cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur. Comites illi tui dilecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accēsi, aruspices, præcones, manus tuæ erant. Ex Budæo.
Comites iudicum etiā erant adiutores & ministri imperii. Cic. ad Q. fra. Atq; inter hos, eos quos tibi comites & adiutores negotiorū publicorū dedit ipsa Resp. dūtaxat similibus his præstabis, quos antè præscripsi.
Comitor, pen. corr. comitaris, (συνακολουθέω, παρακέλευομαι, παρομαρτέω, περιακολουθέω,) comitari, Proprie est minorū erga maiores. Suet. de Claris grāmm. 23. Rhemnius Palæmon Vicetinus mulieris verna, primò, vt ferunt, textrinū, deinde herilē filiū dū comitatur in scholas, literas didicit. Plinius, Quicunque eum comitati fuerant.
Fuga aliquem comitari. Virgil. 4. Aeneid. 109.
Ferre gressus cum aliquo & eum comitari. Sil. lib. 3. 37.
Per gressus agiles mecum & comitare vocantem.
Comitari currum. Sueton. in Tiberio cap. 6.
Comitari exequias. Plin. lib. 11. cap. 18. 4. Funerantiumque more comitantur exequias. De apibus.
Mortuum honore comitari, Facere ei funus. Virg. 11. Aeneid. 11.
Superbia comitatur honores. Claud. 8. Paneg. 49.
Iter alicuius comitari. Virgil. 6. Aeneid. 23.
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum.
Oues comitantur pastorem. Virgil. 3. Aeneid. 132.
Comitari cum dativo. Cic. 5. Tusc. 142. Cæteraque quæ comitantur huic vitæ, in qua sapiens nemo efficitur vnquam.
Comito, cōmitas, (κωμάζω,) comitare, Actiuum: vnde Comitor passiuum. Idem. Ouid. de Ponto lib. 2. Quem pia nobiscum proles comitauit euntem. Plinius lib. 9. cap. 35. 7. de margaritis & earum cōchis, Sed in alto quoque comitantur marinis canibus. Propert. lib. 2. eleg. 8. 1.
Quid si vera meæ comitarem castra puellæ,
Non mihi sat magnus Castoris iret equus.
Gradus alicuius comitare. Ouid. 8. Metam. 139.
Ac nostros comitate gradus.
Vestigia alicuius comitare. Ouid. 14. Metam. 52.
Quinetiam blandas mouere per aera caudas,
Nostraque adulantes comitant vestigia.
Comitare aliquem ad. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 9.
Pirithoum Theseus stygias comitauit ad vndas.
Non æquo ordine comitantes. Sil. lib. 4. 7.
Turba comitantum. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 8.
Nimbi comitantes. Ouid. 3. Fast. 173.
Inque draconigenam nimbis comitantibus vrbem Desilit.
Armis comitantibus, Id est auxilio belli. Virg. 4. Aeneid. 10.
– Teucrūm comitantibus armis
Punica se quantis attollet gloria rebus? Id est quantam Teucri gloriam reportabūt ex rebus in bello aduersus Carthaginem præclarè gestis?
Comitans, (παρομαρτῶν,) Participium. vt Nollo fatus comitante. Seneca Hippolyt. 4. 14.
Comitatus, (παρηκολουθηκώς,) Participium. Cic. 2. in Catil. 18. Illud etiā molestè fero, quòd ex vrbe parum comitatus exierit. Virg. 1. Aen. 64.
– ipse vno graditur comitatus Achate. Apud Martialem, libro 6. 9.
Comitatus centum discipulis.
Dolore comitatus. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 3.
Bellum comitata fœmina. Stat. 8. Thebaid. 118.
Pecudes fœtæ comitatæ paruis gregibus. Senec. Hippol. 1. 4.
Lachrymis comitata sororum. Id est lachrymantibus comitata sororib⁹. Statius. 2. Achill. 62. De Thetide.
Militibus & armis comitatus. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 7.
Comitatus, pen. prod. (παρεκλεύσεις,) Nomen. vnde Comitatior. Cic. 5. Tusc. 119. Respondisse, puero vt vno esset comitatior. Plin. li. 10. cap. 37. 2. Est n. ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtoq; comitatiores reuerti. De colūbis loquit. Secundū hoc comitatissimum hoiem dicemus Latinè, quē vulgò bene assōciatū dicunt. Budæus.
Comitatus, huius comitatus, (σωμοσία,) dicitur Clientela sequens dominum. Cic. ad Lepidū, lib. 6. 19. 1. Eius Falernū mihi semper idoneū visum est diuersorio: si modò tecti satis est ad comitatū nostrū recipiendum. Plin. Vidit hoc Licinius Syllanus Procōsul cū comitatu suo. Comitatus, pro Curia principū in iure subinde legitur, teste Budæo.
Socieras atque comitatus alicuius. Cic. 7. Verr. 44.
Assiduus comitatus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 5.
Hecates comitatus, Proserpinæ famuli. Valer. lib. 6. Argon. 23.
Muliebris & delicatus ancillarū puerorūq; comitatus. Cic. pro Mil. 21.

Semiuir comitatus, Id est virorum effœminatorum. Iarbas de Aenea loquitur ironicè apud Virgilium. 4. Aeneid. 43.
Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu
Mœonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus, rapto potitur. Seruius.
Comitatus optimorum ciuium. Cic. ad Atticum, lib. 8. 147. 2. Accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorū ciuium defero: cadendum est in vnius potestatem.
Comitatus virtutum. Cic. 2. de Finib. 177. Quid tanto concursu honestissimorum studiorum, tanto virtutum comitatu, si ea nullā ad aliam rem, nisi ad voluptatem conquirunturr? Idem in Parad. 18.
Abstrahere se ex comitatu amplissimorū virorū. Vide ABSTRAHO.
Recipere comitatum aliquorum. Cic. Leptæ, lib. 6. 19. 1. Si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum.
Comitatus ad alia translatum. Plin. lib. 17. cap. 23. 12. de traducibus loquens, Inter se obuii miscentur, alliganturque vnà conciliati virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiunt.

Comessor, comessaris, Comessatio, Comessator, Comessabundus, Comessans, Vide COMEDO.

COMETES, pen. prod. Pater Asterionis qui vnus ex Argonautis fuit. eum autem genuit (vt author est Apollonius) ad Apidani ripam, in quem fluuium delabitur Enipeus. Valer. lib. 1. Argonaut. 73.
– celer Asterion quem matre carentem
Clenæus gemino fouit pater amne Cometes:
Segnior Apidani vires vbi sentit Enipeus. Clenæus autem Cometes à Valerio dicitur, quòd Clenæum promontorium sit Thessaliæ, in qua regione sunt Apidanus & Enipeus.

Cométes, vel comēta, cometæ, m. g. pen. prod. (κομήτης,) Est stel

la crinita, quę æstate non sine magno portento apparere soler. Lucanus lib. 1. 105.
Ignota obscuræ viderunt sydera noctes:
Ardentemque polum flammis, cœloque volantes
Obliquas per inane faces, crinemque timendi
Syderis, & terris mutantem regna cometen. Cic. 2. de Nat. deorum. 21. Tum facibus visis cœlestibus, tum stellis his, quas Græci cometas, nostri cincinnatas vocant quæ nuper bello Octauiano magnarū fuerunt calamitatum prænuntiæ. Plin. lib. 2. cap. 25. 1. Cometas Græci vocant, nostri crinitas, horrentes, crine sanguineo, & comarum modo in vertice hispidas. Ibidem, Fit & candidus cometes, argenteo crine ita refulgens, vt vix contueri liceat. Virg. 1. Georg.
– nec diri toties arsere cometæ.
Belli mala signa cometes. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 7.
Diri cometæ, Criniti & pessimi. Virg. 1. Georg. 97.
Fatales cometæ. Valer. 6. Argonaut. 122.
Mutans regna cometes. Lucan. lib. 1. 105.
Rubescentes cometæ. Claudian. epig. 4. 1.
Tremuli claro ardore cometæ. Cic. 1. de Diuinat. 32.
Vidisti & claro tremulos ardore cometas.
Tristis cometa. Claudian. 8. Paneg. 23.

Comicus, Vide COMOEDIA.

Cóminus, pen. corr. (ἐγγύθεν, συγγενῶς,) Aduerbium, scribitur

& duplici mm. non est idem quod prope: sed (vt sic dicam) à prope: vt Cominus te incessabant lapidibus: hoc est è propinquo loco, sicut è contrario, eminus è longinquo: sed ita tamen longinquo, propinquoque, vt propè intra iactum teli esse possit, aut quod sit id genus. non enim rectè dicas, cominus venit eminus redeo. Hæc Valla in Raudensem. Cic. 2. de Diuinat. 38. Nunc cominus agamus: experiamurque, &c. Idem pro Cecinna. 32. Neque conflictu corporum, neque ictu cominus, neque coniectione telorum. Liuius. 1. ab Vrbe. 148. Aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa cōtulerat. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 218. Itaque dum locus cominus pugnandi daretur. Cic. de Senect. 17. Nec enim excussione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladiis veteretur.
Cominus iudicari. Plin. lib. 11. cap. 42. 1. Laus caseo Romæ, vbi omnium gentium bona cominus iudicantur, è prouinciis, &c.
Pugnare cominus cum hoste. Cic. pro Cornel. Balbo. 17.
Tendere cominus. Sueton. in Cæsare, cap. 67. L. Casium partis aduersæ cum decem rostratis nauibus obuium sibi neque refugit, & cominus tendens, vltrò ad deditionem hortatus, supplicem ad se recepit.
Accedere cominus ad aliquem. Cic. Attico, lib. 2. 17. 2.
Recipere cominus pecuniam. Pomponius in L. Si quasi. ff. de Pignoratitia actione, Si quasi recepturus à debitore tuo cominus pecuniam, reddidisti ei pignus.
¶ Cominus, Statim, sine intermissione. Virg. 1. Georg. 11.
Quid dicam iacto qui semine cominus arua Insequitur? Seruius. Aer cominus æstuat. Stat. 12. Thebaid. 50.

Cominus & eminus. Ouid. 3. Metam. 12.
– rigido de fratribus vnum
Cominus ense ferit, iaculo cadit eminus ipse. Liuius, Eques corpore liber, equo vel p medios gurgites stabili, cominus, eminusq; rē gerere.
Lateque & cominus. Catul. epig. 59. 22.

Comis, & hoc come, (φιλόφρων, ἐυπροσήγορος, ἐυτράπελος,) Benignus homo, & facilis, qui alii nō grauatè inseruit, inquit Valla lib. 4. Cic. 1. de Finib. 129. Quasi quis illum neget & bonum virum & comem, & humanum fuisse.

Amica comis & blanda. Ouid. 2. de Arte. 36.
Comis & humanus erga aliquem. Cic. de Senect. 55.
Comis, vrbanus, & liber. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 19.
Anus comis. Ouid. 3. Fast. 137.
Conueniunt partes hæ tibi comis anus.
Ingenium come. Tacit. lib. 5.
Oculi comes. Ouid. 3. de Arte. 101.
Comibus est oculis alliciendus amor.
Sermo & congressus comis. Tacit. lib. 15.
¶ Comis, pro Indulgenti. Liuius, Nunc patres comes, & senes facilè de alieno imperio spreto gratiam facere. Budæus.
In vxorem comis. Horat. 2. Epist. 2. 27.

Comior, (φιλοφρονέστερος,) Comparatiuum. Cic. pro Muren. 60. Quis verò C. Lælio comior? quis iucundior eodem ex studio isto?

Comitas, pen. corr. (φιλοφροσύνη, ἐυπροσηγορία,) Denominatiuū. Id est benignitas, facilitas. Cic. 5. de Finib. 117. Quæ animi affectio suū cuique tribuens, atq; hanc quam dico societatem coniunctionis humanæ munificè & æquè tuens, iustitia dicitur, cui sunt adiunctæ pietas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque sunt generis eiusdem.
Comitas & affabilitas sermonis. Cic. 2. Offic. 68.
Comitas & beneficentia. Cic. 2. de Orat. 187. Sūt n. aliæ virtutes, quæ videnſ in moribus hoium & quadā comitate ac beneficentia positæ.
Comitas coniunctioq; humana. Cic. 1. Offic. 120.
Comitas & facilitas. Ci. de Amic. 59. Sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad oēm comitatem facilitatemque procliuior.
Obsequium & comitas. Cic. Att. lib. 6. 117. 1. Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis.
Comitas & seueritas, contraria. Cic. in Orat. 18. Quid enim tam distās, quàm à seueritate comitas?
Verborum comitas. Cic. 1. de Orat. 97.
Exquisitissimæ comitatis cœnam dare. Suet. in Othone, cap. 3. Omnium autem consiliorum secretorumque particeps, die quam Nero necandæ matri destinauerat, ad auertendas suspiciones cœnam vtrique exquisitissimę comitatis dedit.
Summa comitate cœnam præbere. Sueton. in Augusto, capit. 74. Cœnā ternis ferculis, aut quum abundè, senis præbebat, vt non nimio sumptu, ita summa comitate.
Erat in illo viro comitate grauitas condita. Cic. de Senect. 9.
Summa alicuius grauitas cum singulari comitate cōiuncta. Cicero Qu. fratri lib. 1. 1. 33.
Aspergere grauitati comitatem. Vide ASPERGO.
Comitate inuitandi conciliare sibi aliquem. Liu. 1. ab Vrbe.
Conciliat animos comitas affabilitasque sermonis. Cic. 2. Offic. 67.
Dissoluta comitas. Quintil. lib. 2. cap. 2. 3.
Nullam comitatem habere sermonis. Cic. 1. Offic. 154.
Comitas ingenii illucet. Vide ILLVCEO.

Comiter, (φιλοφρόνως,) Aduerbium. Hilarè ac libenter, inquit Varro de Lingua Latina.

Comiter ac benignè appellare aliquem. Liu. 1. ab Vrbe. 189.
Comiter accipere aliquem. Plaut. Amphit. 16. 18.
Factum à vobis comiter. Plaut. Pœnul. 12. 9.
Comiter adiuuare. Terent. Phorm. 3. 3. 4.
Administrata comiter prouincia. Tacit. lib. 17.
Salutare benignè, comiter appellare vnusquenque. Cic. 13. Philipp. 346.
Comiter conseruare maiestatem Pop. Romani. Cic. pro Corn. Balbo. 38. Sic pro Cælio. 9.
Excipi comiter. Ouid. 2. Fast. 158.
Comiter excipitur, sanguine iunctus erat.
Comiter habitare. Plin. libro. 17. cap. 1. de Crasso Domitium alloquente, Vtrúmne igitur ego sum, inquit, quæso Domiti, exemplo grauis & ab ipsa mea censura notādus, qui in domo, quæ mihi hæreditate obuenit, comiter habiteman tu, qui sex arbores æstimes?
Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui errāti comiter monstrant viam, benignè non grauatè. comiter quidem certe, nō communiter conuenit. Cic. pro Corn. Balbo. 19.
Solari comiter aliquem. Cic. Attico, lib. 3. 55. 13.

Comitia, comitiorum, (ἀγοραὶ ἐκκλησίαι,) Erant conuentus Populi Romæ, à simul itando ita appellata, vbi creabātur magistratus & eligebantur per suffragia: vbi etiam leges approbabantur. Cic. Venio ad comitia, siue magistratuum, siue legum. Plaut. Aulul. 23. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibo strò, vbi de capite meo sunt comitia. Id est vbi de capite meo agit.
Comitia calata. Vide CALO, calas.
Centuriata comitia. Liu. 3. ab vrb. 152. Nec quicquã iã supererat, si hę quo que leges centuriatis comitiis perlatæ essent. Vide CENTVRIA.
Consulum comitia. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 6. 3.
Consularia comitia. Cicero pro Murena. 36. Imperatores enim comitiis Consularibus, non verborum interpretes deliguntur. Ibidem. 49. Et Attico libro. 9. 180. 8.
Curiata comitia. Vide CVRIA.
Curiæ comitia quæ per lictorem curiatim solebant calari, id est conuocari. Gellius libro. 15. cap. 27.
Gratuita comitia. Cic. Attico, lib. 4. 84. 8.
Quæstoria comitia. Cic. Curio, lib. 7. 31. 2.
Recentibus comitiis in Senatũ introducere aliquẽ. Cic. 1. de Diuin. 62.
Tribunitia comitia. Cic. Attico, lib. 1. 1. 3.
Tributa, curiata, centuriata comitia. Cic. 1. de Leg. Agra. 39.
Tributa capitis comitia. Cic. 3. de Leg. 65. Præterea neque tributa capitis comitia rata esse possent.
Verã comitia & adumbrata. Cic. 2. de Lege Agra. 42. Sint igitur Decemuiri neque veris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis ad speciẽ atque ad vsurpationem vetustatis per XXX lictores auspicioru causa adumbratis constituti.
¶ Abstinere comitiis. Vide ABSTINEO.
Nullis comitiis magistratus alicui datus. Cic. 1. de Leg. Agra. 38.
Edicere comitia. Liu. 3. ab Vrbe. 152. Expectabant quàm mox Consulibus creandis comitia ediderentur. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 6. 3. Comitia sine mora futura videntur. Edicta sunt ad XI Kal. Febr.
Facere comitia. Cic. Attico, lib. 4. 84. 8.
Gerere comitia. Cicero. 3. de Legib°. 64. Quòd comitia illa essent armis gesta seruilibus.
Habere comitia. Cic. pro Mur. 48. Et. 4. Verr. 89.
Ioue tonãte, fulgurãte, comitia populi habere nefas. Cic. 2. de Diuin. 62.
Comitia indicere plus est quàm concilium. Gellius lib. 15. cap. 27. Is qui non vniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium indicere iubet.
Inquinata largitione comitia. Cic. de Petit. Cõsulatus. 37. Video esse nũlla comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquæ centuriæ renuntient suos maxime necessarios.
Obire comitia. Vide ORRO.
Obnuntiare comitiis. Cic. Post reditum in Senatu. 9. Legem Tribunus plebis tulit ne auspicijs obtemperaretur: ne obnuntiare concilio aut comitijs, ne legi intercedere liceret.
Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnũtiationibus, magna voluntate bonorum omnium. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 19. 3.
Peragere comitia. Vide PERAGO.
Tota comitia perscribere. Cic. Attico, lib. 4. 84. 8.
Iustus rogator comitiorum. Cic. 1. de Diuin. 62.
¶ Comitia etiam de reis habebantur. Liu°. 3. ab Vrbe, In mora Tribuni erant, qui comitia Quæstores de reo habere, nisi prius de lege habita essent, passuros se negabant. Budæus.
¶ Comitium, Locus vbi coitur ad litium & suffragiorum causas. dictum vt ait Festus, à coeundo, quòd in eum locum populus conueniebat ad suffragium ferendum. Liuius, Perfuge virgis in comitijs cæsi omnes, ac de saxo deiecti. Et alibi, Virgis in comitijs cæsus, inter verbera expirasse dicitur. Plaut. Curcul. 9. 9. Qui periurum hominem vult conuenire, mitto in comitium. Cic. pro Sestio. 64. Quum forum, comitium curiã, multa de nocte armatis hominibus ac seruis plerisque occupauissent. Gellius lib. 11. cap. 1. Quum in castris & in exercitu multa fierent, non in comitio nec ad populum diceretur. Idem lib. 4. cap. 5. Statua Romæ in comitio posita Horatii Coclitis fortissimi viri de cœlo tacta est. Asconius in. 3. Cõtra Verrem, Comitium, inquit, locus propter Senatum, quò coire equitibus & Populo Rom. licet.
Incomitium afferre aliquid. Cicero. 1. de Diuinatione. 60, Ita cotem in comitiũ allatã, inspectãte & rege & populo, nouacula esse discisã.
In comitio defossa nouacula. Cic. 1. de diuinat. 61.
Comitiãlis, & hoc comitiãle, pen. pro, ἐκκλησιαστικός, & à comitijs, & à comitio dicitur, ut inquit Budæus. Quod ad comitium pertinet. Dies comitiales, qui comitijs habendis dicati erant: in quibus cum populo agi licebat, ut ait Macrobius: & quibus Pop. Romanus conuenire solebat ad suffragium ferendum. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 6. 4. Consequenti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. Liuius. 3 ab Vrbe, 48, Sic patres in lege quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impediendã gerebant.
Dies comitiales. Cic. Q. fratri, lib. 2. 6. 4.
Comitiales homines, Litigiosi dicuntur. Plaut. Pœnulo. 8. 7.
Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos:
Nam istorum nullus nefastus est, comitiales sunt meri.
Ibi habitant: ibi eos conspicias, quàm Prætorem sæpius.
Hodie doctiores non sunt, qui lites creant, quàm hi sunt

Quæ si nihil est litium, lites serunt.
Mensis comitialis. Cic. 4. Verr. 90, Dies is erat legitimus comitijs habendis, &c. Herodotus, quum Roma reuertitur, dies, ut ipse putabat, quin decim ante comitia, offendit eum mensem comitialem, comitijs iam ab hinc triginta diebus habitis.
Comitialis morbus, vulgò Caducus dicitur, aliàs Sacer: & morbus Herculeus, quòd Hercules eum morbum passus sit. Dictus comitialis, quòd comitia uitiare diceretur. interrumpebantur enim comitia quo die aliquis concidisset. Cato, Quòd comitia prohibere soler, nec id quidem mihi uitium fuit. Plin. lib. 10. cap. 23. Coturnicibus ueratri semen gratissimus cibus: quam ob causam eas damnauere mensæ, simul que comitialem propter morbum despui suetum, quem solæ animalia sentiunt præter hominem. Idem lib. 28. cap. 9. 4.
Comitialis homo, Qui eo morbo laborat. Plin. lib. 20. cap. 5. 2, Ex aqua hydropicis, similiter & opisthotonicis, & pleuriticis, & comitialibus. Plaut. Bacch. 20. 5 1, comitialem senem Vendam ego uænalem.
Comitiarius, (ἐκκλησιαστικός,) Adiectiuum ut Comitiaria statio: quæ in modum comitiorum celebratur. Liuius. 3. bel. Pun. 71, In hac comitiaria iam duorum exercituum statione, principes Nolanorum nuntiant Marcello, nocturna colloquia inter plebem & Pœnos fieri.
Comitiatus, Adiectiuum, (ἐκκλησιαστικός,) Suffragio populi in comitijs electus. Cicero ad Atticum, lib. 4. 84. 7, Ex comitiatis puto fore ut ducantur Tribunitii. In emẽdationibus tamen codicibus sic legitur, Sed comitia puto fore ut ducantur. Tribunitii candidati iurarunt. Primæ tamen lectioni suffragari uidetur Asconius, quum dicat Tribunitios fuisse alterum genus comitiatorum.
Comitiati Tribuni militares, (ἐκκλησιάσαντες,) Asconius Pæd. in 2. contra Ver. Tribunorum militarium duo genera, Primum eorum qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari solent. Alii sunt Comitiati, qui Romæ comitijs designantur.
Comitiatus, (ἐκκλησιαστής,) Substantiuũ. Cic. 3. de Legib. 65, Tum leges prælatissimæ de 12. Tabulis tralatæ duæ, quarum altera priuilegia tollit: altera de capite ciuis rogari, nisi maximo comitiatu uerat.
Per maximum comitiatum. Cic. 3. de Legib. 16, De capite ciuis, nisi per maximum comitiatum, ollosque, quos Censores in partibus Populi locassint, ne ferunto. Ibidem, 63, dixit maximo comitiatu.
Comitialiter, Aduerbium, (ἐκκλησιαστικῶς,) Plin. libro. 22. cap. 21. 8, Folia heliotropii infantium distillationibus, quod uitiasin uocant, illita medeotur. Item contractionibus, etiam si id comitialiter accidat: Id est etiam si contractiones fiant ex morbo comitiali.

Comito, et Comitor, Vide COMMEO.

Comma, commatis, ne. g. (κόμμα,) Latiuè incisio dicitur, Est autẽ incisum, quæ pars est periodi. Vide COLON.

Comma, Cæsura. Priscianus de duodecim carminibus, Commata autem sunt tria, trochaica, semiquinaria, & semiseptenaria. Budæus.
Commata etiam sunt aquarum emissaria, & incilia, ad hoc inuenta structaque, vt pro arbitratu Aegyptiorum Nilus vicissim admittatur in cãpos aruales, aut intrà alueum contineatur. Vlpianus de Extraord. inariis criminibus, Lege Sacculatii, Commata etiam & diacopi qui in agentibus fiunt. Budæus. Est & monetæ species.

Commáculo, cõmáculas, pen. cor. (κατασπιλόω, καταγυπόω,) commaculare, Idem significat quod maculare.

Commaculare se ambitu, per metaphoram. Cic pro Cælio. 11. Nequam enim tam Cælius amens fuisset, vt si se isto infimo ambitu commaculasset ambitus, alterum accusaret.
Manus maculare sanguine alicuius. Virgilius de Medea. 8. eclog. 10.
Sæuus amor docuit natorum sanguine mãtrem
Commaculare manus. Id est polluere internecione filiorum suorum.

Commadeo, commades, pen. cor. (διαπίνω,) commadere. Idẽ quod simplex madere. Cato cap. 156. 4. Coquito vsque dum ea commadebit bene, aquam defundito.

Commagene, (κομμαγηνή,) Asiæ regio supra Ciliciam in ortum sita trãs Amanum montem, excurrit ad vsque Mesopotamiam Euphrate inter medio. Ptolem. Tab. Asiæ. 4. Vnde Commageni dicti. Iuu. Vel Cõmagenus Aruspex.

Commandûco, cõmãdûcas, pe. prod. (διαμασσάομαι,) commãducare. Id est dẽtibus molere & in ore tenere.

Cic. mandere dicit. Plin. lib. 10. cap. 3. 1. Huius commãducatæ succus stomacho admodum prodest. Idem lib. 19. ca. 8. 4. Quum priores obreligionem eam minimè commanducarent. Valerius, Protinusque dẽtibus abscissam, & commanducatam linguam in eum expoit.
Commanducatur, Deponens apud Lucilium lib. 4. legitur, pro Comedit vel deuorat. Aslequitur (inquit) nec opinantem, in caput insilit, ipsum commanducatur totum complexum. Idem lib. 25.
Villicum Aristocratem mediastinum, atque bubulcum
Commanducatur, corrupit, ad incita adegit. Nonius.
Commanducatum, ta, tum, (διαμασσάομαι,) Plin. lib. 22. ca. 22. Soncho oris graueolentia commanducato corrigitur.

Commanducatus,

Cõmanducatus, huius commanducatus, (κραμβάσσωσις,) Plin. lib. 24. ca. 4. 5. Vlcera commanducatu impositoque efficacissimè sanari. In emendatioribus codicibus legitur commandacato, impositoque.

Commanípulo, pen. corr. cõmanipulonis, (ὁμολόγος,) Miles eiusdẽ manipuli, apud Spartianũ. Ex Budæo.

Commaritus, commariti, pen. prod. (συνοικέτης,) Vicemariti. Plautus Casina. 18. 18. Meus socer, compar, commaritus villicus.

Commeatus, Vide COMMEO.

Comméditor, pen. corr. commeditaris, (φροντίζω, μελετάω,) commeditari. Author ad Herennium, lib. 3. 125.

Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos assumpserimus, egregiè cõmeditari oportebit: vt perpetuò nobis hærere possint. Id est meditari, & cogitatione memoriaque complecti. Lucr. lib. 6. 23.
Carbasus vt quondam magnis intenta theatris
Dat crepitum muros inter iactata, trabesque,
Interdum perscilla furit petulantibus auris.
Et fragiles sonitus chartarũ cõmeditat. Hoc est exercet, facit, reddit.

Commémini, pen. corr. (μέμνημαι,) Simul memini, vel idẽ quod memini simplex. Cic. 1. Tuscul. 11. Ego autẽ non commemini, ante quàm sum natus, me miserum. Idem. 1. de Orat. 122.

Idem Qu. Seruium Galbam, quem hominem probe nosse & commemi nisse se aiebat, pergrauiter reprehendere solebat.

Commémoro, commemoras, pen. corr. (ἀπομνημονεύω,) cõmemorare, Commonefacere, in memoriam reducere. Plaut. Pseud. 20. 79. Calamydem hanc commemores quanti conducta est. Terent. Phorm. 4. 5. 3. Et quamobrem dem commemorabo. Cic. 4. Acad. 24. Tum & illa dixit Antiochus, quæ heri Catulus commemorauit à patre suo dicta Philoni. Cæsar. 1. bel. Gal. 182. & 1. bel. Ciuil. 27. Cic. 5. de Finibus. 13. Studet enim meus audire Cicero, quæ nam sit, istius veteris, quam commemoras, Academiæ de finibus bonorum, Peripateticorumque sententia.
Moniméta clemẽtiæ cõmemoratur in regibus. Cic. pro Rege Deiota. 29.
Commemorare de. Cic. pro Fonteio. 25. Non meliore fortuna ad probranc audienda Fonteius, quàm illi, de quibus antea commemorati, fuissent. Idem. 4. Verr. 71. De cuius virtute antea commemorauí. Id est mentionem feci.
De memoria alicuius commemorare. Cic. 3. de Orat. 45.
Commemorare, Aliter. Cic. de Senect. 34. Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi.
¶ Commemorare, pro Admonere. Pomponius in L. In vendendo. ff. de Contrahenda emptione & venditione, Siquum seruitus venditis prædiis deberetur, nec commemorauerit venditor, sed scienter reticuerit.
Damna commemorare. Stat. 9. Thebaid. 39.
Commemorare officia quæ contulimus in alterum. Cic. de Amicitia. 62.
Pericula exhausta commemorare. Ouid. 12. Metam. 33.
Præclia sua commemorare. Ouid. 9. Metam. 1.
Commemorare verbis. Cic. 7. Verr. 97. Quid verò illa Segestanorum nõ sollum literis tradita, neque commemorata verbis: sed multis officiis illorum vsurpata & comprobata cogitatio?
Repetam commemorare. Id est denuo commemorabo, & iterum dicam. Lucret. lib. 6. 188.
Nunc omnes repetam quàm raro corpore sint res
Commemorare: quod in primo quoque carmine claret.
Sed quid ego plura commemorem? Oratio transitioni ad narrationis finem apta. Catul. epig. 59. 24.
Dici aut commemorari. Cic. pro Quintio. 4. Nam quid hoc iniquius aut indignius C. Aquili dici aut commemorari potest?
Commemorando. Lucret. lib. 1. 81.
Multaque præterea tibi possum commemorando
Argumenta fidem dictis contradere nostris.
Commemorandus. Cic. 2. Verr. 16. O commemoranda iudicia, præclaramque existimationem nostri ordinis!
Cõmemorãda & diuina liberalitas. Cic. Lent. lib. 1. 9. 66. Huc accessit cõmemorãda quædã & diuina Cæsaris in me fratremq; meũ liberalitas.
Commemoratio, (ἀπομνημόνευμα,) Verbale. Terent. And. 1. 1. 16.
– nam isthæc commemoratio,
Quasi exprobratio est immemoris beneficii. Cicero ad Lentulum, lib. 12. 2. Vtì sumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commouere.
Obliuio & Commemoratio, contraria. Cic. 3. Verr. 71. Absens non in oblmione iacuisset, sed in assidua cõmemoratione omnibus omnium flagitiorum fuisset.
Antiquitatis commemoratio. Cic. in Orat. 66.
Popularis commemoratio. Quintil. lib. 4. cap. 3. 9.
Non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri. Cic. pro Archia. 21.

In assidua commemoratione omnibus esse. Cic. 3. Verr. 71. Opponitur autem ei quod dicitur, in obliuione iacere.
Commemorabilis, & hoc commemorabile, pen. cor. (ἀπομνημονευτός,) Dignus qui commemoretur. Plau. Pseud. 2. 111. Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem. Cic. 2. de Nat. Deor. 197. Multaque alia in aliis locis commemorabilia proferre possum.
Vir optimus & commemorabili pietate ac virtute præditus. Cicero pro Marcello. 6.

Commendo, commendas, (συνίστημι, συνιστάω,) commendare, Compositum à Mãdo: quòd si cum datiuo iungatur, significat Committo. vt Commendo te regi. Si verò accusatiuo cum APVD, vel ablatiuo cum IN, significat laudo: vt Commendo te apud regem. Ex Vallæ lib. 3. Vlpianus de Verb. signif. Commendare nihil aliud est quam deponere.

Committere & commendare. Cic. 11. Philipp. 305. Harum rerum omniũ decertatio Consulibus optimis & fortissimis commissa & commẽdata.
Commendare plus est quàm committere. Cic. pro Domo sua. 110. Omne vobis erga meam dignitatem, studium, & iudicium non modò commissum, verumetiam commendatum esse arbitrabãtur. Terẽt. Eunuc. 5. 2. 46. Ego me tuæ commendo & committo fidei.
Commendare & concredere. Cic. pro S. Roscio. 66.
Rem & famã suã cõmendare & concredere alicui. Cic. pro Quintio. 42.
Se totũ cõmendare atque tradere alicui. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 15.
Quàm diligentissimè commendare. Cic. Caninio, lib. 2. 16. 10. Idem Sallustio, libro. 2. 16. 10.
Intimè commendare aliquem. Cic Qu. fratri. lib. 2. 5.
Commendare aliquid alicui, aut aliquem alteri. Plaut. Trinũ. 15. 2. Quã tibi amico meo commendani bona? Idem Capt. 7. 86. Tibi commẽdo spes opesque meas. Idem Trin. 4. 56. – mihi commendauit virginẽ Gnatã suam, & rem suam omnem, & illum corruptũ filium. Cic. ad Lẽtulum, lib. 1. 3. 3. Commendo tibi eius omnia negotia, liberos, procuratores, &c. Idẽ ad Brutũ. 6. 2. Tibi Gheona medicũ Paulæ diligẽtissimè cõmẽdo. Idẽ, Petis à me vt te quàm diligentissimè Bibulo cõmendem.
Commendo tibi me ac meos amores. Catul. epig. 15. 1.
Habenas rerum commendare alicui. Claud. 6. Paneg. 17.
Commendare alteri suam iustitiam humanitate. Plin. epist. 182. Egregiè facis (inquiro enim & perseuero) quòd iustitiam tuam Prouincialibus multa humanitate commendas. Id est gratiorẽ commendabiliorẽq; facis eis iustitiam tuam per tuam humanitatem.
Commendare alteri liberos suos testamento. Cic. 3. de Finib. 13. Quorũ vterque tibi testamento liberos suos commendauit.
Omnia negotia, libertos, procuratores, familiam alicui commẽdare. Cic. Lentulo, lib. 1. 3. 3.
Ita commendare negotia, vt maiore studio, magisve ex animo commendare non possit. Cic. Cornificio, lib. 12. 26. 2.
Omnes opes fortunasque suas alicui commendare. Cic. pro Quintio. 65.
Omnem rem atque causam meque totum commendo, atque trado. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 15.
Salutem alicuius alicui commendare. Cic. in Parad. 36.
Curæ alicuius commendare aliquem. Ouid. 3. Fast. 156.
Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos
Commendant curæ, numinibusque tuis.
Pontificum authoritati, fidei, prudentiæ, sacra religionesque & priuatas & publicas, maiores commendabant. Cic. de Arusp. resp. 12.
Commendare aliquem fidei alterius. Cic. ad Procons. lib. 15. 2. 22.
Fidei aliquorum commendare quem antea diis commendauit. Cicero pro Murena. 1.
Fidei, virtuti, felicitati alicuius Galliam commendare. Cicero de Prouinc. Consul. 22.
Totum me tuo amori fideique commendo. Cic. Attico, lib. 3. 61. 3.
Tutelæ aliquorum filios suos commendare. Cic. 1. de Orat. 116.
Adolescentiam alicuius ad opinionem aliquam commendat domus alicuius. Cic. 2. Offic. 60.
Commendare se alicui in clientelam. Terent. Eunuc. 1. 9. 9. Thais patris se commendauit in clientelam & fidem, Nobis dedit se.
Commendare de meliore nota. Curius ad Ciceronem, lib. 7. 30. 1. Quare Cicero mi, perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitii succellori nos de meliore nota commenda.
¶ Commẽdare aliquid sempiternæ gloriæ, aut immortalitati. Cic. ad Luceium, lib. 5. 12. 2. Neque autem ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me cõmendando propriã ingenii gloriã consequatur. Idẽ ad Planciũ, li. 10. 12. 13. Pergeigitur, vt agis, nomenque tuum cõmenda immortalitati.
Immortalitati cõmendatur historia voce oratoris. Cic. 1. de Orat. 20.
Iudicio omnium commendari ab aliquo. Cassius Ciceroni, lib. 12. 13.
Monumentis alicuius cupere res suas quamcelerrimè commendari. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 3.
Multis monimentis ad oẽm memoriã cõmendari. Cic. 9. Philip. 163.
Commendare memoriæ. Cic. 3. de Finib. 62. Quare attendo te studiosè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quæcunque rebus his, de quibus hic sermo est, nomina imponis, memoriæ commendo. Emendatiores codices legunt mando.
Commendare se fugæ. Hirtius de bello Africano, lib. c. 132. Paruulam nauigium nactus conscendit, ac se fugæ commendat.
¶ Commendare, (ἐπαινεῖν,) pro Laudare. Plin. lib. 9. cap. 15. 4. Ceruice atque abdomine commendantur. Cic. 7. Verr. 141. Qui quum se virtute, non genere, Pop. Rom. commendari putaret.
Commendare literis Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 4. Satis me multa scripsisse, quæ literis commendari possint, arbitror.
Nulli rei vina magis orator commendatur quàm verborum splendore & copia. Cic. de Claris Orat. 115.
Memoria vinorũ & præsentiũ teste cõmẽdare aliquos. Cic. 2. de Orat. 6.
Commendare halitum suum re aliqua. Plin. lib. 12. cap. 3. 3. Hæc est autẽ cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis, commendandi halitus grãtia. Hoc est ad optimum & odoratum halitum conciliandum & faciendum.
Commendat res illa virum. Ouid. de Tristibus,
Nullos (crede mihi) commendat imago parentum;
Non vigor in primis irreprehensus auis.
Quin tu maiorum contendere laudibus aude:
Commendat virtus, & benefacta bonos.
Commendat hæc res vina suo succo. Plin. lib. 13. cap. 19. 1. de loto arbore loquens, Fructosior hæc fructuque magis rubens, cuius nucleus nõ simul manditur, iucundus per se, at, qui suauior è vinos quin & vina succo suo commendans. Id est faciens vt vina pluris fierent.
Eloquentiam vox maxime commendat. Cic. 1. de Orat. 131.
Cura commendat faciem. Ouid. de Medicamine faciei. 1.
Iuuenem commendare amicæ dicitur vinum. Horat. 1. Epist. 15. 5.
– generosum & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe diuite manet
In venas animumque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ. Inter omnia quæ vino accidunt, & illud est maximum, quòd vires præstat in Venerẽ. Hoc est ergo quod dixit, Quod iuuenem commendet amicæ. Id est fortem & amabilem amicæ reddat, vt iuuenem. Porphyr.
Nitorem commendare oleum amygdalinum dicitur. Plin. lib. 23. ca. 4. 8.
Reos maxime commẽdat placida, summissa, & lenis oratio. Cicero secundo de Oratore. 98.
Commendatus, Participium. Ci. pro Rosc. Amer. 67. Cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ sunt, atque concreditæ.
Sacrum sacróve commendatum qui clepserit rapuerítque, parricida esto. Cic. 2. de Leg. 56.
Non modò commissum, verùm etiam commendatum iudicium aliquibus erga dignitatem alicuius. Cic pro Domo sua. 110.
Spes à viro in aluo commendata. Cic. pro Cluentio. 26. Spem illam, quã in aluo commendatam à viro continebat, victa agritia sceleri Oppianici vendidit.
Dono aliquo deorum & munere commendati nobis poetæ videtur. Cic. pro Archia. 114.
Ex vtilitate sua commendatæ nobis res, Id est quas amamus ob vtilitatẽ quam ex eis percipimus. Lucret. lib. 5. 171.
Multaque sunt, nobis ex vtilitate sua quæ
Commendata manent tutelæ tradita nostræ.
Fauore alicuius commendatum esse. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 15.
Sint igitur vestro mea commendata fauore Carmina.
Commendatus literarum honore. Plin. lib. 35. cap. 18. 1.
Sibi commendatus. Cic. 4. de Finib. 31. Omne animal ipsum sibi cõmendatum, vt se & suum in suo genere incolumemque vellet.
Commendatum habere aliquid. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 15. Meã dignitatem commendatam habeas rogo.
Habere aliquos commendatos. Trebonius Ciceroni, lib. 12. 16. 2.
Dignitatem alicuius commẽdatã habere. Cassius Ciceroni, lib. 12. 12. 5.
Commendatus, Nomen, (συγκατος,) Cicero pro Corn. Balbo. 34. Quis est enim nostrum, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia, commendatior?
Memoriæ hominum sempiternæ commendatiores. Cic. 2. Philipp. 53.
Commendationis esse famæ. Plin. lib. 25. cap. 10. 9. Similiter eam quã eupleam vocantitradunt, ea perunctos cõmendationis esse famæ.
Commendatissimus. Cicero ad Brutum. 7. 2. Quum ipsi per se tibi commendatissimi sunt?
Omnibus rebus commendatissimos aliquos habere ab aliquo. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 19.
Commendatio, (συγκατις,) Verbale. Cic. ad Lent. lib. 1. 3. 1. Nostra, cæterorumque amicorum commẽdatione gratissimus in prouincia fuit. Idem, 2. de Finib. 158. Nam ista commendatio puerorum, &c.
Caput commendationis alicuius. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 19.
Ad cæteros contẽpti hois cõmendatio non defuit. Cic. Attli. 8. 148. 2.
Exequi ambitione quadam commendationes alicuius. Cicero Acilio, libro. 13. 33. 1.

Intelligere commendationem maximo vsui esse sibi. Cicero Cornificio, libro. 12. 28. 7.
¶ Commendatio, (ἔπαινος,) Laus. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 9. 29. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Consulatus tui. Cæsar. 8. bel. Gall. 184.
Commendatio ac iudicium. Cic. pro Cælio. 4.
Honoris petitio & commendatio. Cic. Bruto. 6. 1.
Ingenii commendationem euertere. Cic. de Claris Orat. 128.
Liberalitatis commendatio. Cic. Lent. lib. 1. 7. 29.
Oculorũ cõmendatione aliquid animis tradi. Cic. 2. de Orat. 194.
¶ Accurata commendatio. Vide ACCVRO.
Breuis commendatio. Vide BREVIS.
Vulgaris commendatio. Cic. Lent. lib. 1. 3. 4.
In vulgus commendatio. Cic. 5. Tusc. 145. Vide ne plus cõmendatio in vulgus, & hæc quæ expetit gloria, molestiæ habeat, quàm voluptatis.
Oratio probitatis commendatione, boni viri speciem debet tueri. Cic. 2. de Oratore. 117.
Homo per se cognitus nulla cõmendatione maiorũ. Cic. 1. in Catil. 29.
Ad gloriam commendatio prima est adolescenti. Cic. 2. Offic. 64.
Prima commendatio quæ à natura nostri facta est, nobis incerta & obscura est. Cic. 5. de Diuin. 74.
Prima commendatio proficiscitur à modestia, cum pietate in parentes, tum in suos benevolentia. Cic. 2. Offic. 65.
In prima commendatione dicere aliquid vel ponere. Cic. 2. de Finib. 61. Epicurus autem quum in prima commendatione voluptatem dixisset, &c. Ibidem 62. Vt voluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret. Id est in primis laudaret.
A prima cõmendatione naturæ ratione ducere. Cic. 5. de Finib. 82.
Commendatio accersita. Vide ACCERSO.
Commendationem meuntis ætatis ab impietate & scelere ducere. Cicero pro Deiotaro. 1.
Gratiarum actione magis quàm commendatione egere. Cicero Cornificio, lib. 12. 15. 18.
Valere communi sensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ. Cic pro Plancio. 16.
Obrepere ad honores errore hominum, commendatione fumosarũ imaginum. Cic. in Pisonem. 1.
Commendator, pen. prod. Verbale, (συγκατις,) Qui commendat aliquẽ alteri, vel laudat.
Commendatrix, pen. prod. Verbale fem. (συγκατις,) Cic. 1. de Leg. 87. Sed profectò ira fe res habet, vt quoniam virtutũ emendatrice lege est se oporter, cõmendatricemq; virtutũ, ab ea vitiorũ doctrina ducatur.
Cõmendatrix regio. Plin. epist. 173. 2. Quæ si tulisset Achaia, Aegyptus, Asia, aliaque quelibet miraculorum ferax, commendatrix quæ terras audita, perlecta, lustrataque haberemus.
Commendatitius, (συγκατικος,) Adiectiuum. vt Commendatitiæ literæ, tã iustibus alicui commendantur. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 1. Etsi tam est nullas ad te literas mittere, nisi cõmendatitias. Idem. 6. Ver. 130. Quod vbi intellexi, multum apud illũ recentes nuntios, multũ tabulas nõ cõmendatitias, sed tributarias valuisse ad monitu, &c.
Commendabilis & hoc commendabile, penulti corr. (αἰνετος,) Dignum quod laudetur. Plin. lib. 13. cap. 9. 2. Commendabilis succo ex austero dulci. Colum. lib. 5. cap. 6 30. Sed vt densum arbustum commendabile fructu & decore est, sic vbi, &c.

Commensus, Vide COMMETIOR.

Commentitius, Commentum, Vide COMMINISCOR.

Commeo, commeas, commeare, (μεταβαίνω,) Ex eõ & meo, as, compositum. Est alio redeundi abire. Colu. li. 11. ca. 3. 5.

Multum conferre agris iter commodum primùm, quod est maximũ, ipsum præsentium domini qui libentius commeaturus sit, si vexationẽ viæ non reformidet. Plaut. Rud. 9. 17. Eum ad carnificẽ eit æquum, si ad Venerem commeare. Terent. Hecyra. 1. 2. 100. Rus abdidit se huc, tarò in vrbem commeat. Vbi Donatus, Commeare, est abesse inde vbi te esse oporteat. Plin. lib. 30. cap. 1. 8. Obiter infecto quacunque commearat mundo. Stat. 4. Sylu. 3. 22.
Ergo omnes, age, quæ sub axe primo
Romani colitis fidem parentis,
Prono limite commeate gentes.
Commeare dicuntur aues, anniuersario, adeuntu discessuque notæ. Plin. lib. 10. cap. 23. 5. Simili anseres quoque & olores ratione commeant.
Aliquò commeare. Tacit. lib. 1.
Commeare ab. Cæsar. 7. bel. Gall. 147. Vt tutò ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent.
Ab ortu ad occasum commeat sol. Cic. 2. de Nat. deorum. 70.
Commeare ad. Cic. 7. Verr. 37. Te illam nauem parare, quæ præda ex Sicilia deportaret, & quæ ad ea furta quæ reliquisses, commearet? Cæsar. 1. bel. Gall. 3. Minimeque ad eos mercatores sæpe commeant.

In via

In via commeare. Vlpianus in L. 1 §. Summa. ff. de His qui deiecerunt vel effuderunt, Cæterum siquando vulgus in illa via non commeabat.
Vndiq; cum mercibus & oneribus in locum aliquem commeant omnes. Cic. pro Lege Manilia. 18.
Per itinera commeari. Vlpianus in L. 1 §. Summa. ff. de His qui deiecerunt vel effuderunt, Publicè enim vtile est, siue metu & periculo per itinera commeari.
Commeare præter statuam. Plinius epist. 11. Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere, præterhanc commeare.
Commeare viam scrupulosam. Plaur. Capt. 4. 81. Nam meus scrupulosam victus commeat viam. Id est asperrimus est victus meus. Iocus Plautinus per metaphoram.
Commeare vltrò citroque. Liuius. 5. bel. Pun. 170. Negat sibi placere legatos commeare vltrò citroque. Varro. 3. de Re cult. cap. 5. 14. Pisciculi vltrò ac citrò commeant.
Vicissim retrò commeant omnia. Cic. 3. de Nat. deorum. 41.
Commeant literæ. Cic. ad Atticum, lib. 8. 15 3. 5. Crebrò enim illius literæ ab aliis ad nos commeant.
Commeant libidines. Cic. pro Cælio. 30. Quæ haberet palàm decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias, iure suo libidines omnium commearent.
Sermones commeant. Tacit. lib. 1. Cæsar iudicium haud aspernatus, congressus abnuit. posse enim eodẽ Placco interuitro sermones cõmeare.
Commeare, absolute. Scæuola in L. Seie §. Item quæsit. ff. de Fundo instr. & instru. legato, Respondi non legatos eos fore qui veluti cõmeantes transissent. De seruis loquitur qui animo redeundi transissent.
Intentus & commeans animus. Cic. 1. de Natu. deorum. 40. Pythagoras qui censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo nostri animi carperentur, &c.

Commeatus, huius commeatus, pen. prod. (ἐφοδιον,) Est (inquit Donatus) ex aliqua commemoratione temporalis abscessus. Vulla autem, Commeatus (inquit) in singulari tantum pro facultate, ad tempus, à militia, ab aliquo ministerio recedendi, quam præbet militi imperator, præpositusue superiori, eundique quò velit ad perscriptum dicm reuersuro. Licet Liuius lib. 33. ait, Magna pars sine commeatibus dilabebatur. Hactenus Valla lib. 3. Festus, Commeatus dari dicitur, id est tempus quo ire & redire quis possit.

Argentarius commeatus. Vide ARGENTVM.
Commeatum accipere. Vide ACCIPIO.
Commeatum liberum impetrare. Vlpianus in L. Filum. ff. ad Municipal. Senatores, inquit, qui liberum commeatum, id est vbicunq; velint morandi arbitrium, impetrauerunt, domicilium in vrbe retinent. Idem in L. Secunda. ff. Nequid in loco publico. Si publicè exemptus commeatus sit, vel via coartata, vel ius commeandi per viam aliquam.
Commeatum petere. Traianus Plinio. 126. Et multas & omnes publicas causas petendi commeatus reddidisti.
¶ Commeatus in vtroque numero, (τροφή,) pro Cibariis ad alimoniam Reip. aut exercitus, aut alicuius multitudinis sumitur. Interdum etiã priuati hominis. Cic. pro Lege Manilia. 37. Commeatu & priuato & publico prohibebamur. Hæc Valla lib. 3. Cic. 7. Verr. 42. Te igitur autem thore & interprete, ne foro quidem & commeatu Mamertini Pop. Ro manum iuuare debuerunt. Idem ad Atticum, lib. 7. 128. 9. Ille à commeatu & reliquis copiis intercludendus. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 145. Reliquas merces commeatusque ad obsidionem vrbis, si accidat, seruant Plaurus Epid. 8. 7.
Intercludere hostes commeatibus. Vide INTERCLVDO.
Intercludere inimicis commeatum. Vide INTERCLVDO.
Prohiberi commeatu & priuato & publico. Cic. pro Lege Manilia. 37.
Remanere in commeatu. Cic. 7. Verr. 87. Hunc scitote fuisse Heraclium in ea causa, qui propter grauem morbum oculorum tum non nauigarit, & iussu eius qui potestatẽ habuit, in cõmeatu Syracusis remanserit.
Ad diem commeatus venire. Author ad Herennium, lib. 1. 25.

Commercor, commercaris, commercatus sum, (ἐμπορεύομαι,) commercari. Idem quod mercari, vel multas res simul mercari. Plaut. Capt. 1. 3. Pater captiuos commercatur alios, tantum studens vt natum recuperet.

Commercium, commercii, (συναλλαγμα, ἀλλαγή,) Quasi cõmercestatio quædam mercium, inquit Sipontinus. Plin. in Paneg. 47. Diuersasque gentes ita commercio miscuit, vt, &c. Vide MISCEO. Plinius lib. 12. cap. 14. 2. Commercium thuris primi Mineæ fecere.

Honorum commercia. Claud. Paneg. 2. 23.
Commercia belli. Virg. 10. Aeneid. 10. – belli commercia Turnus
Sustulit ista prior. Id est vicissitudines, inquit Seruius. Tacitus,
Sabini cædem, dirempta belli commercia.
Commercio sermonis feras linguas contrahere ad colloquia. Plinius libro. 3. cap. 5. 2.
Terræ gemino commercio. Id est concertatio duarum inter se regionum.

Stat. 1. Achill. 81. Hoc fœdus Phrygium, hæc geminæ commercia terræ. Id est Græciæ & Asiæ.
Facere commercia. Claud. 1. de Raptu Proserp. 18.
Atlantis Tegeæe nepos, commune profundis
Et superis numen: qui fas per limen vtrunque
Solus habes, geminoque facis commercia mundo.
Hoc est mutuam consuetudinem. Est autem commercium, libera commeandi contrahendique facultas, ab iis qui merces vltrò citroque conuehunt appellata. Hactenus Parthasius.
Commercium rei habere quid sit, apparet ex verbis Vlpiani in L. Multũ interest. ff. de Verborum obligationibus, Res enim in commercio hominum dicuntur, & homines rerum habere commercium, quum vulgò emi vendique possunt: cuiusmodi sunt res profanæ: nam sacræ non sunt in commercio hominum. Interdum singuli non habent commercium, vt Iudæus Christiani mancipii.
Locum esse commercio. Brutus Ciceroni, in Epistolis ad Brutum 68.
In agro Segestano Panormitanus commercium est. Cic. 5. Verr. 77.
Alicui ne commercium quidem esse oportet. Cic. 4. Verr. 86.
Miscere commercio diuersas gentes. Vide MISCEO.
¶ Commercium. Vsus & consuetudo. Et tunc præpositioni CVM iungitur. Plautus Bacchid. 2. 9. Quid tibi commercii est cum dis damnosissimis? Cicero de Senect. 38. Nec habet vllum cum virtute commercium. Idem 5. Tusc. 93. Qui modò cum musis, id est cum humanitate, & cum doctrina habeat aliquod commercium. Et 6. Verr. 117. Plaut. Trucul. 2. 57. Cum ea quoque etiam mihi fuit commercium. Idem Aulul. 20. 4. – quid tibi mecum est commerci senex?
Idem Rud. 18. 18.
Non habet commercium cum virtute voluptas. Cic. de Senect. 38.
Exercere commercia linguæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 7.
Perdere linguæ commercia, id est vsum. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 13.

Commẽreo, commereris, penul. correp. commerui, & commeritus sum, (ἄξιον μισθοῦ ποιῶ,) commerẽre, neutrum vel commereri deponens. Idem significat quod mereri. Cicero 1. de Oratore 119. Interrogabatur reus, quam quasi æstimationem cõmeruisse se maximè confiteretur. Plautus Mostel. 16. 56. Quid grauaris, quasi gratiam non commeream?

Commerui vt. Terent. Hecyra 4. 2. 4. Vt nunquam sciem commerui meritò vt caperet illa odium mei.
¶ Commerere, Aliquid malè agere, delinquere, peccare, vt aiunt Donatus & Seruius. Tametsi, authore Donato, Commereri, maioris culpæ sit: peccare, multo minoris vel lenioris.
Commereri & peccare. Terent. And. 1. 1. 112. Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
Commereri aliquid erga alterum. Terent. Hecyra 3. 5. 36. Quæ nunquã quicquam erga me commerita est.
Commereri culpam aut noxiam. Terent. Phorm. 1. 4. 30. – arbitrabitur Commeruisse culpam. Vbi Donatus. Commeruisse, commisisse. Plaur. Aulul. 16. 8. Fateor me peccauisse, & me culpam commeritum scio. Idem Capt. 7. 43. Neque te commeruisse culpam, neque me aduersum tibi. Author ad Herennium, libro 2. 71. ex Plauto,
Nam ego amicum hodie meum
Non castigabo pro commerita noxia.
Commerere culpam in se. Plaut. Mere. 10. 12.
Vt illæ exigantur, quæ in se culpam commerent.
Commerere culpam de aliqua re. Terent. Hecyra 4. 4. 9. – ab
Nullam de his rebus culpam commeruit tua.
Pœnam commeruisse. Ouid. 2. Trist. 1.
An semel est pœnam commeruisse parum?

Commetior, commetiris, commensus sum, (μετρέω,) commetiri, Idem quod Metiri. Plaut. Mostel. 11. 7.

– omnes porticus
Commensi sumus. Colum. lib. 5. cap. 1. 3. Quum de commetiendis agris rationem M. Trebellius noster à me requireret.
Commetiri numero. Cic. de Vniuersitate 41. Cæterorum autem syderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur.
Commetiri cum tempore negotium. Cic. 1. de Inuent. 59. Nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium, & videre potuerítne aut magnitudo negotii, aut multitudo rerum in eo transigi tempore.

Commensus, huius commensus, (συμμετρία,) Symmetriam significat, Vitruuio lib. 3. cap. 1. Reliqua quoque membra suos habent commensus proportionis, quibus etiam antiqui pictores & statuarii nobiles vsi, magnas & infinitas laudes sunt assecuti: similiter verò sacrarum ædium membra ad vniuersam totius magnitudinis summam ex partibus singulis conuenientissimum debent habere commensum responsum.

Commetare, Verbum obsoletum, pro Commeare. Nouius Buluco cerdone, Quum ad lupam nostram tam multi crebrò commetant lupi. Afranius Virgine, Quò tu commetas? vbi confixus desides? Nonius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Commictilis, Compositus. Pomponius Præcone posteriore,Si sciá qd velis,quasi serui comici cõmictilis. Non.

Commigro, commigras,penul. corre.(μετοικίζω,μεταβάλλω,) commigrare,Idem significat quod migrare. Teren. Adelph.4.5.15.Neque enim diu huc commigrarunt. Idem And.1.1.43.Ex Andro commigrauit huc viciniæ. Liuius 5.ab Vrbe 240.Quid si non Gallí hoc,sed veteres hostes vestri Aequi Volscive faciant, vt commigrent Romam? Plinius libro 35.cap.11.12. Captoque rege Perseo Athenas commigrauit.Plaut.Persa 4.56.

–nondum sex menses Megaribus
Huc est quom commigrauit.

Commigrauit habitatum. Plaut.Trinum.4.74.
Is habitatum huc commigrauit.

Commigrare in domum suam.Cicc.ad Quin.fratrem,lib.2.7.11. Sed vt spero paucis mensibus post Calend. Quintiles in tuam commigrabis.

Commiles, penul.prod.huius commilitis,penul.correp. masc.g.(συνστρατιώτης,) Cæsar bel.Ciuil.lib.1. Commilites que nonnulli grauiores sermones militum vulgò durius accipiebant'. Plinius lib.37.cap.2.4.Reipublicæ datum mille talentùm. Legatis & Quæstoribus,qui oras maris defendissent,H–S bina millia i commilitibus singulis quinquaginta.

Commilito, penul. correp. commilitõnis,(συνστρατιώτης,) Qui simul militat hoc est socius in bello. Dux autem in bello,non commilitones,sed milites suos appellabit. Licet Cæsar,& quidam alii appellauerint milites,suos commilitones,comparandę benuolentiæ gratia.Sueton.in Cæsare,ca.67.Nec milites suos pro concione,sed blandiore nomine commilitones appellabat,tanquam & ipse vnus esset ex numero militum. Liu.3.ab Vrbe 206.Supinas deinde tendens manus,commilitones appellans orabat.

Miles & commilito.Cic.pro Deiotaro 19.Hic verò adolescens,qui meus in Cilicia miles,in Græcia commilito fuit.

Commilitium,(συνστρατία,) Ipsa belli societas.Plinius epist.2.13.Parcio rem me in laudando facit,quòd spero tibi & integritatem eius,& probitatem,& industriam,non solum ex eius honoribus,quos in vrbe sub oculis tuis gessit,verumetiam ex commilitio esse notissimam.Id est ex militia eius,vel ex tempore diuturno quo militauit.Iustinus lib.5.Deinde cogitatione legum sacrarum, tum vetustì per tot bella commilitii, orat miserentur ciuium exulum.Cornel.Tacit.lib.1.Chanci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt.

Vti commilitio alicuius.Quintil.lib.5.cap.10.77.

Comminiscor, comminisceris,penul.correp.(συμπλάττω,προσβάλλομαι,) commentus sum,comminisci,dictum à con,& mente,quum finguntur in mente quæ non sunt:inquit Varro de Lingua Latina. Plautus Capt.10.15. Quid machiner? quid comminiscar miser? Idem Pseud.1.9.23. Meum mendacium hic modo quod subitò commentus fui. Terent.Heaut.4.6.8.Huiusmodi mihi res semper comminiscere. Idem Adelph.4.5.23. Commenta mater est esse ex alio viro. Cicc.4.de Finib.71. Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur.

Comminisci,Excogitare,inuenire.Liu.7.bel.Maced.21.Nihil aduersus tale machinationis genus parare aut comminisci oppidani conabantur. Columel.lib.8.cap.17.6.Et quantum comminisci valet hominis ingenium,representare,&c. Plaut.Aulul.4.30.

–quid hero ego dicam meo
Malæ rei euenisse,quámve insaniam
Quęo comminisci,ita me,&c.

Confingere & comminisci.Author ad Herennium,lib.2.43.

Comminisci aliquid de sua sententia.Plaut.Capt.2.48.

Itaque hi commenti de sua sententia,
Vt in seruitute hic ad suum maneat patrem.

Ad comminiscendum ingeniosus.Author ad Herennium,lib.2.42.

Commentus,(προσεφευρεθείς,) Participium actiuæ significationis.

Monogrammos deos & nihil agentes commentus est Epicurus.Cic.1.de Natu.deorum 85. Quintil.lib.5.cap.13.24. At enim non verisimile est tantum scelus M.Cottam esse commentum.Id est finxisse.

Commentus,(συμπλασθείς,) Participium passiuæ significationis.

Sacra commenta.Ouid.1.de Arte 64.Id est ficta.

Funera commenta.Ouid.6.Metamorpho.113.

Dat genitus fictos,commentaque funera narrat.

Commentum,commenti,(πλάσμα,) Fictio.Teren.And.1.3.20.Mihi quidem fieri non fit verisimile:atque ipsis commentum placet.

Retegere commenta alicuius.Ouid.13.Metam.8.

Opinionum commenta delet dies.Cic.2.de Natu.deor.8.

Commentitius,(πλασματώδης,πλαστός,) Adiectiuum,Idem quod fictitius Cic.1.de Orato.117. Vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. Idem pro Cælio 55.Hic etiam miramur,si illam commentitiam pyxidem obscenissima fit fabula consecuta. Idem 4.Acad. 226.Neve fueris commentitijs rebus allensus.

De commentitijs rebus inaudita ac noua,quæ aliquis obiicit,diluere.Cice.pro Rosc.Amer.50.

Crimen commentitium confirmare.Cic.pro Rosc.Amer.24.

Commentitij & ficti dij.Cicc.2.de Natu.deorum 101.

Ficta & commentitia fabula.Cicc.3.Offic.50.

Futiles commentitiæque sententiæ.Cic.1.de Natu.deorum 27.

Commentitium significat etiam nouum & recens excogitatum, Hoc est non translatitium,non aliunde sumptum.Sueton.in Claud.ca.21. Spectacula quoque complura magnificaque edidit,non vsitata modò, ac solitis locis,sed etiam commentitia,& ex antiquitate repetita.Budęus.

Noua & commentitia.Cicc.5.de Finibus 155. Hæc igitur quum ego tot nominibus à Stoicis appellata, partim nouis & commentitijs, vt ista producta & reducta,partim idem significantibus,&c.

Ius commentitium.Paulus in L.Si pœna.ff.de Pœnis,Si pœna alicui irrogatur,receptum est commentitio iure ne ad hæredem transeat.

Commentor,commentoris,(πομφός,) Verbale.vt

Vuæ commentor dicitur Bacchus ab Ouidio 3.Fast.157.

Luce sua ludos vuæ commentor habebat. Id est inuentor.

Commentor,commentaris,commentatus sum,(παυσυργέω,συμπλάττω, μελετάω,πραγματεύομαι,) commentari,Frequentatiuum à Comminiscor,significat confingere fallaciam,authore Donato. Plaut. Casin.5.27.Vt citò commentatus est:ecquid te pudet?

¶ Commentari aliquem. Plaut.Pœnulo 2.1.Achillem Aristarchi mihi commentari lubet.

¶ Commentari,Cogitare,agitare,tractare,mentionem facere,Cicero ad Atticum,lib.4.15.3. Veruntamen idipsum mecum in his locis cõmentor,vt ista improbem. Plaut.Trucul.16.23.

Discunt,dum mihi commentari id liceat,ni oblitus siem
Quod dedi. Cicc.5.Verr.76. Cupiunt commentari aliquid & discere. Idem 3.Tusculi.51. Futuras mecum commentabar miserias.

¶ Commentari,Disputare.Ci.5.de Finib.130.Satisne vobis videor pro meo iure in vestris auribus commentatus?Idem de Amicitia 7.Quum in hortos D.Bruti Auguris commentandi causa,vt assolet,veniremus.

Commentari & meditari de aliqua re.Cic.3.Philip.149.

Plures dies in villa commentari.Cicc.Cassio,lib.12.15.

Commentandi causa atque inter se colloquendi congregantur in templo magi.Cicc.1.de Diuinat.149.

Multos annos aliquid commentari.Cicc.Mario,lib.7.1.18.

Inter se commentari qua ratione traducendum sit eis tempus. Cicc.Sulpitio,lib.4.6.12.

Quotidie commentari.Cic.3.de Orato.49.Magister hic Samnitum sum ma iam senectute est,quotidie commentatur.

Cum aliquo quotidie declamitantem cõmentari.Cic.de Clar.Orat.171.

Cum literatis,omnibus exclusis,commentari. Cic.de Claris Orator.44.

¶ Commentari,(περιλέξεσθαι,) pro inuenire.Cicc.11.Philipp.298.Quorum alter commentatus est Mimos,alter egit Tragœdiam.

Agere causam & commentari. Cicc.de Claris Oratorib.44. Quum esset ei nuntiatum tempus esse,exisse in ædes eo colore & iis oculis,vt egisse causam,non commentatum putares. Hoc est in Senatu orasse, non domi meditatum.

Orationem in aliquem commentari.Cic.pro Rosc.Amer.50.

¶ Commentari,Quicquam scribendo componere.Plin.lib.18.cap.25.3.Id eo ipso anno quum commentaremur hæc, notatum est, prouentum eorum ter repetito frigore extinctum. Idem in præfatione totius operis 12.Censorii Catonis verba ponam,vt inde appareat, etiam Catoni de militari disciplina commentanti,qui sub Africano,immo verò sub Annibale didicisset militare,&c.

Ἰόνης,meas commentari non desino.Cicc.Attico,lib.9.180.2.

Commentatus,(μεμελετημένος,) Participium: vt Commentata oratio. Cic.ad Tironem,lib.16.26.1.Isque diu,& multis lucubrationibus cõmentata oratione,vide vt probare possit te non peccasse.

Satisne vobis videor pro meo iure in vestris auribus commentatus? Cicc.5.de Finib.130.

Commentata & scripta.Cicc. in Bruto 16.Vt sua commentata & scripta & nullo referente omnia aduersariorum dicta meminisset.Id est cogitata.Legitur & commerita.

Commentatio,(μελέτη,πραγματεία,) Verbale.Id est meditatio atque contemplatio.Plin.lib.18.cap.25.4.Et Sosigenes ipse trinis commentationibus non cessauit addubitare ipse semet corrigendo.

Meditatio & commentatio.Cicc.3.Tusculi.60.Nihil est enim quod tam obtundat elcuetque ægritudinem, quàm &c. meditatio conditionis humanæ,quàm vitæ lex,commentatioque parendi.

Multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos locos habere. Cicc.2.de Orato.65.

Cogitatio & commentatio.Cicc.ad Pœtum,lib.9.10.4.Nam omnem nostram de Repub.curam,cogitationem de dicenda in Senatu sententia, commentationem causarum abiecimus. Idem 1.de Orato.71. Nam si subitam & fortuitam orationem cõmentatio & cogitatio facile vincit,hanc ipsam profectò assidua ac diligens scriptura superabit.

Causarum commentatio.Cicc.Pæto,lib.9.10.4.

Mortis

Mortis commentatio.Cicc.1.Tuscul.116.Tota enim philosophorum vita,vt ait idem,commentatio mortis est.

Inclusa cõmentatio in veritatis lucem proferenda est.Cic.1.de Orat.76.

¶ Commentatio, pro descriptione. Plin.lib.6.cap.17.12.Seneca etiam apud nos,tentata Indiæ cõmentatione,sexaginta amnes eius prodidit.

Accuratæ & meditatæ commentationes.Cicc.1.de Orat.135.

Quotidianis commentationibus sese exercere. Cicc.de Claris Orat.134.

In exercitationibus & commentationibus multum operæ ponere. Cicc. de Claris Orat.54.

In lustris & in vino commentatio.Cicc.Cassio,lib.12.1.5.

Commentarius,in.g. vel commentarium,cõmentarij,n.g.(πραγματεία, ὑπόμνημα,ἀπομνημόνευμα,) Liber est quem sibi quisque nostrum priuatim facere consuevit,quasi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus,Id est diarium & ephemeris actionum nostrarum.Registrum vulgò vocatur.Quod Latinè regestì dici potest, quum Quintilianus regerendi verbo vtatur. Huiusmodi autem librum facitasse sibi principes Romanos multis authoritatibus probari potest. Suetonius in Tiberio, Commentario quem de vita sua summatim breuiterque compoluit, iussus est scribere Seianum se puniisse. Tacitus, Petit à Cæsare Iunius Mauricus, vt commentariorum principalium potestatẽ Senatui faceret, per quos nosceretur quem quisque accusandum proposuisset.De commentarijs Claudii & Neronis loquitur Plin.epist.108. Corrupto enim scribæ seruo, intercepérat commentarios, intercideratque, ac per summum nefas vtebatur aduersus amicum crimine suo. Hæc Budæus.Vide Vallam,lib.3.cap.21.

Commentarius igitur & commentarium dicitur quicquid ita conficimus, vt memoriæ tantum gratia, non plenæ narrationis facere videamur, in quo scilicet capita tantum & summas rerum annotare solemus. Inde commentarii Cæsaris dicti, in quibus res eius in Gallia & bello Ciuili gestæ,non latè & plenè enarrantur,sed velutì perstringuntur.Cæsius Ciceroni,lib.8.11.12.Quam quisque sententiam dixerit,in commentario est rerum vrbanarum:quo tu quæ digna sunt,selige.Budæus.

Commentarij authorum.Plin.lib.37.cap.12.5.

Diurni commentarij.Sueton.in Augusto,cap.64.Filiam & neptes ita instituit,vt etiam lanificio assuefaceret,vetaretque loqui aut agere quicquam nisi propalam,& quod in diurnos commentarios referretur.

Grammaticorum commentarij.Quintil.lib.1.cap.8.13.

Pontificum commentarij.Cicc.de Claris Orat.17.

Prætoris commentarium.Cicc7.Verr.43. Audite decretum mercenarii Prætoris ex ipsius commentario.

Puerorum commentarij.Quintil.lib.2.cap.11.5.

Rerum vrbanarum commentarium.Cælius Ciceroni,lib.8.2.7.

In Rhetorum commentariis consenescere.Quintil.lib.3.cap.9.46.

Commentarium paulo plenius.Id est quod vulgò dicunt memoratas bene amplas, quales aduocatis dari solent quum causas acturi sunt, aut iis qui rescripta regia conficiunt. Cicc.de Claris Orat.85. Ipsa illa censoria contra Cn.Domitium collegam non est oratio,sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius. Budæus in L.Abesse .ff.Ex quibus causis maiores.

A commentarijs.Vide A.

Summatim breuiterqi de vita alicuius commentarium componere. Sueton.in Tiberio,cap.61.Quintil.lib.1.cap.8.13.

Conficere commentarios dixit Cicero ad Lucceium,lib.5.12.3.Si enim (inquit) suscipis causam,conficiam commentarios rerum omnium. Sin autem differs me in tempus aliud, coràm tecum loquar. Hoc vulgò memorias & memoriale vocant.

Publicis commentarijs consignati fundi. Cicc.2.de Orat.123.Vbi sunt ii fundi Brute,quos tibi pater publicis cõmentarijs cõsignatos reliquit?

Breuiores commentarios facere.Quintil.lib.3.cap.8.40.

Ex commentario dictaturam gerere.Cicc.Augusto.6.Antonius vir animi maximi &c. publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat ciuitates, ex commentario dictaturam gerebat,leges imponebat,&c.

In commentarijs antiquis inuenire aliquid.Cicc.de Claris Orat.36.

Legere commentarios Aristotelicos.Cicc.3.de Finib.15.

Ex commentarijs quærere aliquid.Cicc.pro Sylla.32.

Recitare commentarium.Cicc7.Verr.44.

Referre in commentarios. Traianus ad Plinium, Dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua assueui, referri in commentarios meos iussi.Budæus.

Manu sua referre in commentarium aliquid. Cicc.Attico,lib.7.123.10.

In commentarium referre scripta alicuius. Cicc.3. Tuscul.91. Idem 1.de Orat.104.

In commentarium principis referre aliquem. Modestinus in L.Abesse.ff. Ex quibus causis maiores, Abesse Reipublicæ causa dicitur & is qui ab vrbe profectus est,&c. pertinet & ad Tribunos militum, & præfectos, & comites Legatorum, qui ad ærarium delati,aut in commentarium principis relati sunt.Sensus est,vt vult ibi Budęus,Tribunos,Præfectosque militum,eorumque omnium comitatum,non aliter Reipublicæ causa abesse censeri, quàm si in acta ærarii quæ publica sunt, aut priuatum commentarium principis referendos se curarint:id est registrandos vt vulgo dicimus.

Regerere aliquid in cõmentarios.Quintil.li.2.ca.11.5. Et lib.3.ca.6.43.

Rerum suarum commentarios relinquere.Suetonius in Cæsare,cap.56.

In commentarijs alicuius reperire aliquid.Cicc.1.Philipp.2.

Scribere commentarios,Idem quod conficere. Plin.epist.139.b.Quærente minaciter Mattio Caro an rogasset:respondit,Rogaui. An commentarios scripturo dedisset,Dedi.

Scribere commentarios rerum suarum.Cic.de Claris Orat.142.

Superare memoriam aliquorum commentario.Cicc.pro Sylla 34.

In commentarijs breuiter tangere locum aliquem.Cicc.3.Offic.11.

Voluere commentarios alicuius.Liuius 3.ab Vrbe 37.

Commentarius,pro eo quod instructiones vocamus.Liuius, Senatus qui simul & tyrocinio & perturbatione inuenis moueretur:quæri iussit ab eo equem de iis rebus à patre commentarium accepisset.Budæus.

¶ Commentarius, Pro compendiosa historia, quales sunt Commentarij Cæsaris.Cic.Attico,lib.1.14.13.Commentarium Cõsulatus mei Græcè compositum misi ad te,&c. Budæus.

Ex annalium monumentis,atque ex regum commentarijs conquirere aliquid.Cicc.pro Rab.perduel.reo 10.

Commentarium,rij,(ὑπόμνημα,) Pro actorum perscriptione. Antonius Ciceroni, in Epistola ad Atticum, lib.14.310.2. Quòd si duriorem eius miseræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduersus tesquanquam videor debere tueri cõmentarium Cæsaris. Budæus.

Commentariolum,commentarioli,penul. correp.(ὑπομνημάτιον,) Diminutiuum. Cicc.1.Philipp.12. An in commentariolis & chirographis & libellis se vno authore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Cæsaris firma erunt? quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa,perpetuasque leges esse voluit,pro nihilo habebuntur? His verbis Cicero significat Commentarios priuatam esse memoriam: Acta autem debere esse memoria publica testata,quæ in ærario esse solebat.Hæc Budæus. Cicc.4.de Finib.17. Quæ quidem res effecit,ne necesse sit illidem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à commentariolis suis discedere.

Perfectum omni ratione commentariolum.Cicc.de Pet. Consul.37.

Profitentium cõmentariolis aliquid vulgatum esse. Quintil.li.1.ca.5.5.

Commentariensis,Qui in commentarium custodias refert, & velutì diarium custodiarum conficit. Budæus. Asconius in eum locum Ciceronis 3.Verr.Accensus Neronis, Accensus (inquit) nomen est ordinis, & promotionis in militia, vt nunc dicitur Princeps vel Commentariensis aut Cornicularius. Hæc enim nomina de Legionaria militia sumpta sunt. Paulus in L.In fraudem §.A debitore.ff.de Iure fisci, Quoties apud fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, vt meritò his vti liceat:eaque,manu commentariensis adnotanda sunt. Secundum hoc commentarienses sunt quibus commentarii Imperatoris commissi sunt, vt est hodie thesaurus chartarum. In L.Ad commentariensem.C.de Custodia reorum, pro eo accipitur qui custodiam & periculum reorum præstat, ita vt reo elapso ratione ipse puniatur. Et in L.Finali, Commentariensis singulis mensibus,de personis reorum & numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus,ad id dicem referre debet.

Commeo, &c.Ex con & eo,is compositum)Scribe ex con & meo meas compositum.

Comministro, comministras,(ὑπουργέω,ὑπηρετῶ,) comminis-trare,Idem quod ministrare.Plin.lib.28.cap.8.18.Super omnia est,quòd extremam fistulam intestini contra ducom ac potestatum inquirates cõministrant,& ad successus petitionũ,iudiciorumq; ac litiũ euentus.Emendatiores codices legunt cõmõstrant.

Comminor, penul.correp.(ἀπειλέω,) comminaris,comminari, Idem quod minari,vel valde minari.Sueton.in Cæsare,cap.62.Vt aquilifero moranti cuspide sit comminatus.

Comminatio,(ἀπείλησις,) Verbale. Plinius lib.8.cap.45.6. Tauris in aspectu generositas,torua fronte,auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus. sed tota comminatio prioribus in pedibus stat,ira glisciente alternos replicans, spargensque in altum arenam,& solius animalium eo stimulo ardescens.

Orationis comminatio tanquam armorum ad vsum est.Cic.3. de Orato. 114.Orationis autem ipsius tanquam armorum est,vel ad vsum comminatio & quasi petitio,vel ad venustatem ipsa tractatio.

Comminuo, comminuis,comminui,comminutum, penul.prod.(συντρίβω,μειόω,) cõminuere,Idem quod minuere significat.Plaut.Bacch.22.30.Nisi maoultis fores & postes comminui fecuribus.Plinius lib.20.ca.4.2.Satini verò decocti mane poti ad ternos cyathos,comminuunt & eiciunt calculos.

Deturbare,affligere, comminuere,dissipare.Cicc.in Pisonem 74. Illi autem statuam istius persimilem,quam stare celeberrimo in loco voluerat,ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt,dissipant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Frangere & comminuere aliquem. Cic. 1. Offic. 17. Opes habuit & multo maiores Viriatus Lusitanus, &c. quem C. Lælius, is qui sapiens vsurpatur, Prætor fregit & comminuit, ferocitatemque eius ita repressit, vt facili bellum reliquis traderet.

Auaritia, comminuit atque violat officium. Cicе. pro Quintio 13.

Pondus argenti comminuere. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 9.

Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
Quod si comminuas, vilem redigatur ad assem.

Vires ingenii comminuere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 7.

Lachrymis comminui, Id est frangi, flecti, mitigari. Ouid. epist. 3. 27.

Sit licet immitis, matri isque ferocior vndis,
Vt taceam, lachrymis comminuere meis.

Comminuti re familiari. Cicе. ad Atticum, lib. 4. 7. 2. 10.

Comminutæ opes & depressæ. Cicе. 7. Verr. 77.

Comminuendus, (σωτριπτέος,) Participium. Ouid. de Medicamine faciei 15. Vtraque sex habeat æquo discrimine libras,
Vtraque da nigris comminuenda molis.

Comminus, Vide COMINVS.

Commissus, Commissurae, Vide COMMITTO.

Commisceo, commiscui, commistum, (συγχεράννυμι, συμμίγνυμι,) commiscere. Idem quod Permiscere. Plaut.

Persa 4. 7. Commisce mulsum, struthea, colluteaque appara. Cicе. 2. de Natu. deorum 192. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptissimæ, & in mare, & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines.

Commiscere aliquid cum altero. Plaut. Rud. 13. 3.

Nam siquis eum illos quid rei commiscuit,
Ad hoc exemplo amittit ornatu. Id est siquid negotii est alteri cũ eo.

Commiscere consilium cum aliquo. Plaut. Mil. 8. 66. Ego abeo, nequid te cum consilii commisceam.

Ius accusatoris cum iure testimonii commiscere. Author ad Herennium, lib. 4. 204.

Commistus, (συμμαχάδης,) Participium. vt Commista gemitu querela. Lucretius lib. 6. 233.

Commistus alieno sanguine. Virgil. 6. Aeneid. 153.

– primus ad auras
Aetherias Italo commistus sanguine surget Syluius.

Fumus in auras commistus tenues fugit diuersa. Id est per diuersa. Virgil. 4. Georgic. 100. Seruius.

Commistus cum ablatiuo loco datiui. Virgil. 2. Georgic. 66.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus. Pro corpori. Seruius.

Commiscendo. Lucretius lib. 4. 143.

Et commiscendo quum semen forte virile
Fœmineum mollit subita vi. Id est dum commiscentur.

Commiserescо, commiserescis, re, (κατοικτίρω,) cõmiserescere. Terent. Hecy. 1. 2. 54.

Ibi demum ita ægrè tulit, vt ipsam Bacchidem
Si adesset, credo ibi eius commiseresceret. Ennius Hectoris Lytris, Seruos & vestrũ imperiũ, & fidem Myrmidonũ vigiles cõmiserescite.

Commiseror, penul. correp. commiseraris, (κατοικτίζω,) commiserari. Idem significat quod simplex Miseror. Cicе.

1. Verr. 24. Quid quum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traicere cœperit? Idem Antequam iret in exilium 13. Conqueri, commiserari dicere, expurgare, suspicionem dimouere, crimen diluere non licere. Gel. lib. 7. c. 2. 5. Electra comploret, cõmiseretúrque interitum eius qui per vim extinctus existimabatur.

Commiserans, (κατοικτίζων,) Participium. Gel. lib. 5. cap. 14. Ad eandem specum venit hic leo debili vno & cruento pede, gemitus edens, & murmura dolorem cruciatumque vulneris commiserantia.

Commiseratio, (κατοίκτισις,) Verbale. Cicе. 2. de Orato. 68. Quid de Quin. Regis commiseratione dicam?

Commiserationem breuem esse oportet: nihil enim lachryma citius aresciat. Author ad Herennium lib. 2. 89.

Commissum, Commissio, Commissura, Commissus, Vide COMMITTO.

Commitigo, commitigas, penul. correp. (κατημίλιος, κατημερόω,) commitigare. Idem quod mitigare.

Commitigare sandalio caput alicuius. Terent. Eunuch. 5. 8. 4. Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput. Vbi Donatus, Commitigari, est tundendo deprimi atque deponi.

Committo, committis, commisi, commissum, (συναπτω, γομφόω, ἐπιτρέπω, πιτύω, πλημμελέω,) committere, Propriè

(inquit Festus) est insimul mittere. nunc eo vtimur & pro facere, aut pro delinquere, aut pro incipere. Plinius epist. 2. 8. Sed incertum vtrum ad colligendum humorem circumiacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum. Id est coniungendum.

Animos committere, Coniungere. Catul. epigram. 67. 4. Quare nunc animos saltem committite vestros.

Cõmittitur ceruix per vitalia vincula primo artu. Valer. li. 4. Argon. 63.

Noctes duas committere, Id est coniungere, excluso die. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 10. De Iouis trinoctio quo Herculem genuit.

Furta committere latebris, id est Abscondere. Stat. 2. Achil. 65.

Gemmas committere mero, pro Merum committere gemmis, id est gemmatis poculis. Hypallage est apud Statium 1. Thebaid. 30.

– nec cura mero committere gemmas,
Atque aurum violare cibis.

Committere alicuius plagæ oras futuris, vulgus chirurgorum dicit coniungere labra futuris. Eo facto, testiculus intus reponendus est, oræq; sereti futuris inter se committendæ, &c. Celsus lib. 7. cap. 19.

Committere semen solo. Columel. lib. 2. cap. 8. 4. Sed si seri sunt imbres, quamuis sitienti solo, recte semen committitur.

Sulcis committere semina. Virgil. 1. Georgic. 45.

Terræ semina committere. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 7.

Stirpes committere ramis. Lucret. lib. 5. 274.

Vinum committere venis. Horat. 2. Sermo. saty. 4. 5.

– quoniam vacuis committere venis
Non nisi lene decet. Subauditur vinum.

Vitem tenui cõmittere sulco, Id est fossa, vt ait Seruius. Virg. 2. Georg. 58.

Committere se in conclaue. Cicе. pro Rosc. Amer. 39. Quod poterat? sanè esse suspicionem. neutrum sensisse? ausum autem esse quenquam se in id conclaue committere eo potissimum tempore, &c.

Tecto se committere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 8.

Vbi se committere. Cicе. Attico, libro 15. 326. 3. Sed author non sum, vt te verbi committas.

Committere, (ἐπιτρέπειν, πιθύνειν,) Tradere. Donatus, Committimus quæ cum magno periculo volumus esse seruata. Terent. And. 1. 5. 61. Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Ibidem 1. 4. 3. Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem. Ibidem 3. 5. 3. Seruõ' fortunas meas me commisisse stulti? Cicе. 1. Offic. 47. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos rectissimè committi arbitramur. Cæsar 1. bel. Gal. 178. Neque salutem suam Gallorum equitatui committere audebat.

Committere & commendare. Vide COMMENDO.

Committere & communicare. Cicе, Appio, lib. 3. 10. 34. Quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicauit?

Committere & credere. Cic. pro Domo sua 1. Vt omnis Reipub. dignitas omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dii penates, bona, fortunæ, domicilia: vestræ sapientiæ, fidei, potestatique commissa creditaque esse videantur.

Committere & credere honorem alicui. Cicе. 7. Verr. 29.

Restè committere aliquid alicui. Cicе. Lentulo, lib. 1. 9. 99.

Alendum aliquem committere alicui. Ouid. 13. Metam. 87.

Regendum aliquem committere alicui. Ouid. de Arte 3. 105.

Arbitrio alicuius aliquid committere. Horat. 2. Sermo. saty. 5. 22.

Committere se in fidem, vel tutelam alicuius. Terent. in prolog. Hecyræ 53. Studium suum, & se in vestram commisit fidem. Ibidem 1. 2. 34. Plaut. Rud. 16. 11. More antiquo in tutelam, suum cõmiserunt caput.

Commendare & committere se fidei alicuius. Terent. Eunuch. 5. 2. 46?

Ego me tuæ commendo & committo fidei.

Ingeniis coniecturæque aliquorũ aliquid cõmittere. Cicе. pro S. Rosc. 73.

Populo se committere. Cicе. pro Domo sua 39.

Potestati alicuius Rempublicam & arma populi committere. Cicero pro Milone 46.

Publicis præsidiis & armis se committere. Cicе. pro Milone 45.

Causam committere alicui. Cicе. 1. de Orato. 85.

Consilia sua alicui committere. Cicе. 5. Verr. 5.

Curas suas committere auribus alterius. Senec. Hippol. 5. 4.

Delictum hominum fortunæ iudicio committere. Cicе. pro Cluent. 102.

Epistolam alicui committere. Cic. Attico, lib. 1. 8. 8.

Existimationem ac spem reliquæ vitæ alicui committere. Cicero pro Quintio 65.

Habenas cõmittere, Permittere regendi potestatem. Seneca Medea 1. 7.

Honores committere alicui, Id est officia honorata. Claudian. in laudibus Serenæ 30.

Incommoda sua legibus committere. Cicе. 3. Verr. 57. Lampsacenos in istum nunquam vlla res mitigasset, nisi eum pœnas Romæ daturum credidissent. Etsi talem acceperant iniuriam, quam nulla lege satis dignè persequi poterant: tamen incommoda sua vestris committere legibus & iudiciis, quàm dolori suo permittere maluerunt. Id est noluerunt se vlcisci, sed vltionem vobis permiserunt vlciscendam secundum leges vestras.

Literas

Literas alicui committere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 3. Ita neque Achaicis hominibus, neq; Eporeticis paulò liberiores literas cõmittere audeo.

Magistratus aliquibus committere. Cic. pro Plancio. 50.

Oscula committere linguæ. Ouid. epist. 21. 26.

Oscula cognosco, quæ tu committere linguæ,
Aptaque consueras accipere, apta dare.

Rem magnam difficilemque alicui committere. Cic. Valerio, lib. 13. 5. 1.

Rem & vitam committere alicui. Horat. 1. Serm. saty. 7. 13.

Suffragium & iurisdictionẽ alicui cõmittere. Seneca de Benefi. 1. ca. 35.

His ipsis quos vocamus insanos, suffragiũ & iurisdictionẽ cõmittimus.

Vices suas alicui committere, Id est partes suas cum alio commutare. Seneca Hercule Oetheo. 2. 10.

Commistique vices Lucifer Hespero,
Et soles vetuit Delia tardior.

Caput committere tonsori. Horat. in Arte. 61.

Committere collum suum alicui. Cic. 5. Tuscul. 82. Quinetiam ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit.

Crus commisit laqueo volucris. Ouid. 11. Metam. 15.

Literis committere aliquid. Cicе. Att. lib. 4. 7. 11.

Amores suos committere tabellis. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 5.

Committere gnatam suam vxorem alicui. Terent. And. 1. 5. 6.

Quid Chremes, qui denegarat te commissurum mihi
Gnatam suam vxorem? id mutat, quia me immunitum videt.

Committere in discrimen. Liuius. 8. ab Vrbe 159. Quum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, vtrum mihi turbatis religionibus Resp. in discrimen committenda fuerit?

Committere se in præcipitem locum. Hoc est exponere & committere se periculo. Cic. 4. Acad. 125. Ita enim suntima sunt falsa veris, eaque quæ percipi possunt (si modò ea sunt quæ damiam enim videbimus) vt tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committere.

Ausis magnis se committere. Claud. 2. in Eutrop. 110.

Fortunæ se committere. Cic. ad Att. lib. 9. 173. 10. Et 7. Verr. 103.

Frigori committere. Celsus lib. 6. cap. 18. Præcipueque vleus multa aqua calida fouendum est, velandumque, neque frigori committendum.

Se hyemi, & fluctibus committere. Cic. 4. Verr. 63. Hyemi fluctibusque sese committere maluit, quàm non istam communem Siculorum tempestatem, calamitatemque vitare. Colum. lib. 6. cap. 27. 10. Neque frigori committantur.

Se labori committere. Celsus lib. 1. ca. 2. Siquis interdiu se implebit: post cibum neque frigori, neque æstui, neque labori se debet committere.

Mari aliquem committere. Lucan. lib. 5. 139.

Nauigationi se committere. Cic. Tironi, lib. 16. 6. 2.

Nocti se committere. Ouid. 13. Metam. 69.

– cur audet Vlysses
Ire per excubias, & se committere nocti?

Periculo se committere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 3. Sed non committendæ eiusmodi periculo, vt aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. De literis.

Committere se periculo mortis, aut seruitutis. Cic. pro Lege Manilia. 21.

Ponti sese committere. Per pontem transire. Virg. 3. Georg. 16.

Ponto se committere, Id est mari. Cic. in Arato. 7.

Pugnæ se committere. Ouid. 14. Metam. 92.

Ratem committere pelago. Horat. 1. Carm. ode. 3. 3.

Ratem committere vento. Ouid. 3. Fast. 116.

Rixæ se committere. Ouid. ad Pisonem. 50.

Longius portibus committere se non audebant. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 100.

Soli se committere. Celsus lib. 1. ca. 2. Habitare verò ædificio lucido perflatum æstiuum hibernum solem habente, cauere meridianum solem, matutinum & vespertinum frigus, itemque auras fluminum atque stagnorum, minimeque nubilo cœlo soli aperienti se committere.

Vitam committere ventis. Virg. 10. Aeneid. 13. – non linquere castra
Hortati sumus? aut vitam committere ventis? Id est incertis & inauibus rebus. Seruius.

Vnda se commisit ventis. Ouid. 11. Metam. 103.

Hisce viis non se committere, quibus ire non ausus sis. Cic. 13. Philip. 335. Ibidem, paulo pòst, Possimne igitur satis videri cautus, satis prouidus, si me huic stineri tam infesto, tamque periculoso commisero?

Committere, (κατάρχεσθαι, συμβάλλειν,) Est ad pugnam & ad concertationem exhibere. Vnde committi gladiatorum paria dicebantur in spectaculis & Athletarum certaminibus, id est ad digladiandum copulari, compararique. Sueton. de Claris Gram. 17. Ad exercitanda discentium ingenia æquales inter se committere solebat. Budæus.

Committere, Mutuo irritare, & ad disidium impellere. Sueton. in Calig. Nõ cessauit ex eo criminari alterũ alteri, & inter se omnes cõmittere.

Fratres committere odiis. Claud. in Eutrop. 57.

Committere bellum, Suscitare bellum inter duos populos. Inde bellum commissum apud Liuium, id est (vt vulgò dicunt) guerra aperta: quum aliqua iniuria lacessente bellum inter duos populos irritatur, quasi ij re ipsa inducitur. Liuius lib. 1. secundi bel. Pun. Sed ita fortitan decuit cum fœderum ruptore duce, deos ipsos sine humana ope cõmittere, ac profligatum bellum nos secũdum deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere. Ex Budæo.

Committere certamen. Liu. 3. bel. Pun. 191.

Iudicium committitur. Cic. pro Sexto Rosc. 7. Longo interuallo iudicia inter Sicarios hoc primum committitur.

Committere manum alicui. Virgil. lib. 12. Aeneid. Desiste manum committere Teucris. Id est bellum inferre.

Multam committere. Cicе. pro Cluentio 83.

Prælium committere, pro Incipere. Cæsar 1. bel. Gal. 197. Equites nostri cum funditoribus sagittariisque flumen transgressi, cum hostium equitatu prælium commiserunt. Idem lib. 1. bel. Ciuil. 162. Cum equitatu Heluetiorum prælium commiserunt. Liuius 3. bel. Maced. 73. Legiones in ipso itinere prælium committunt.

Prælia committere. Valer. lib. 6. Argonaut. 7.

Prælia committere versu. Ouid. in Ibin 9.

Pugnam committere. Silius lib. 8. 113. & Virgil. 5. Aeneid. 14.

Ludos committere. Plaut. Persa 12. 24. Puere à summo septenis eyathis committe hos ludos. Cicero ad Quin. Fratrem, lib. 3. 10. 7. Hæc scripsi ad v III. Calend. Nouemb. quo die ludi committebantur. Suetonius in Claudio, Circenses etiam frequenter in Vaticano commisit. nõ nunquam interiecta per quinos missus venatione.

Spectaculum committere. Liu. 1. ab Vrbe 113. Mane seruum quidam paterfamiliæ nondum commisso spectaculo sub furia cæsum, medio egerat circo: cœpti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuisset.

Verba committere cæcis modis, Aenigma proponere, obscurè loqui. Seneca Thebaid. 1. 27.

Committere aliquid, (πλημμελέω,) Peccare, Male agere. Cicе. 1. Verr. 19. Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum. Virgil. 1. Aeneid. Quid meus Aeneas in te cõmittere tantũ,
Quid Troes potuere?

Non timent qui nihil commiserunt. Cicе. pro Milone 46.

Non impulsione, verùm ratiocinatione aliquid committere. Cicero 2. de Inuentione 135.

Committere contra legem. Cicе. pro Cluent. 73. Sed ille ideirco his legibus condemnatus est, quòd contra aliam legem commiserat. Idem de Claris Oratorib. 13.

Committere multa in deos, & homines. Cicе. 3. Verr. 4.

Adulterium committere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 9.

Cædem committere. Ouid. epistо. 14. 12.

Committere multam, Aliquid facere, quod multæ solueudæ sit obnoxii. Varr. lib. 2. de Re rust. Vide MVLTA multæ.

Culpam committere. Cicе. ad Tironem, lib. 16. 12. 2. Graues solent offensiones esse ex grauibus moribus, siquæ culpa commissa est.

Delictum committere. Cæsar 7. bel. Gal. 15. Facinus, Cæsar 3. bel. Ciuil. 231. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 4.

Flagitium. Cicе. de Claris Oratorib. 115.

Fraudem committere. Horat. 1. Carm. ode 28. 7.

Iurgia committere, Rixam. Plaut. Menæch. 17. 15.

– nisi quid commissi adiurgii est causa.

Maleficium committere. Cicе. pro Sexto Roscio 37.

Nephandum aliquid committere. Ouid. 9. Metam. 126.

Multas nefarias res committere. Cic. 6. Philipp. 205.

Rixam committere. Liu. 5. ab Vrbe 113. Hæc quam fœdis certaminibus agerentur, nulla res alia manibus temperare plebem cogebat, quàm quòd vbi rixæ committendæ causa clamor ortus esset, principes, &c.

Magnum scelus committere. Cicе. pro Sylla 4. Senec. Thebaid. 2. 2.

Ego ille sum qui scelera commisi vetem,
Et abstinueri sanguine à chato manus Doceam?

Impulsu suadi aliquid committere. Cicе. 2. de Inuent. 135.

Non committere vt, vel quamobrem. Plaut. Aulul. 3. 2. Neque id in tantis periculis vnquam committam, vt siet. Cicе. 1. Offic. 114. Nec cõmittere vt aliquando dicendum sit Non putaram. Idem 2 Tusc. 104. Nec committam vt dolor corporis efficiat, vt frustra tantus vir ad me venerit. Idem 3. Offic. 29. Qui secundum naturam viuere volet, nunquam committet vt alienum appetat. Ac si dixisset, Qui secundum naturam viuere volet, nunquam alienum appetet. Idem, Consyderare debes nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum quos laudas, te non simillimum præbeas. Brutus Ciceroni, lib. 11. 20. 2.

Non committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis. Cicе. Attico, lib. 14. 1.

Quia commisi vt me defrudes, ad eam rem affectas viam. Plautus Menæch. 15. 12.

Non committam, vt si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. Cicero 2. de Orato. 129.

Nolle quenquam ciuem committere, vt morte multandus sit. Cicе. 8. Philipp. 244.

Non est meum committere vt &c. Cicе. Appio, lib. 3. 9. 10.

Non placet nobis committere vt. Cicе. Attico, lib. 8. 15. 5. Quod quum

ita esset, nec sibi, nec fratri meo, nec cuiquam amicorũ placuit cõmittere, vt temeritas nostra nõ solũ nobis, sed etiam Reipublicæ noceret.
Non putaui eum commissurum vt. Cice. Attico, lib. 8. 14. 7. 12. Id est sordidum ad famam, committere vt accusator nominẽre. Cic. 2. Offic. 71.
Committendum nondum putaui vt &c. Brutus Ciceroni, lib. 11. 20. 4. Vereor committere vt &c. Cice. 1. de Leg. 64.
Alicuius consilio commissum esse vt &c. Cice. Attico, lib. 1. 11. 4.
¶ Cõmittere se in aciem. Liu. 3. bel. Pun. 47. Dictatorem, quia se in aciem nunquam commiserit: vnicum haberi imperatorem. Idem 7. ab Vrbe 19. ibi quia res trahi segnitia Græcorum non committentium se in aciem videbantur, Dictatorem, &c.
Committere se in conspectum populi. Cice. 6. Verr. 22. In populi Romani quidem conspectum quo ore vos commisistis? Idem ad Atticum, lib. 8. 16. 3. 4. Ne duæ legiones sine Picentinis cohortibus in conspectum Cæsaris committerentur.
Committere se in Senatum. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 3. 18. 2. Quum Gabinius quacunque veniebat, triumphum se postulare dixisset, subitoque bonus Imperator noctu in vrbem hostium planè inuasisset, in Senatum se non committebat.
¶ Committere de existimatione sua alicui. Cice. 5. Verr. 117. Tum iste negat se de existimatione sua cuiquam, nisi suis commissurum.
¶ Committere, Vulgò confiscare. Cice. 3. Verr. 18. Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. Idem 4. Verr. 25. Faciemus vt palæstritæ negent ex testamento esse positas. petant hæreditatem, quòd eam palæstræ commisisse dicant. Subaudi statuam.
Committere, Confiscare, Fisco attribuere. Paulus in L. Debitor meus. ff. Negot. gest. Veluti si periculum erat, ne prædia in publicum committerentur, ne pœna traiectitiæ pecuniæ augeretur, aut ex compromisso committeretur.
Committi, (πεῖνιδαι,) Passiuum. vt Mucronibus strictis committi. Ouidius 3. Fasto. 47.
Infirmo iudicio Committi. Cice. Attico, lib. 1. 11. 4. Id est coram infirmis iudicibus habere litem.
Commissus, Participium, (πεπεισμένος,) Cice. pro Fonteio 25. Atque ita vt commissus sit fidei, permissus potestati.
Bella commissa alicui. Cice. pro Domo sua 15.
Deuotio capitis conuicta & commissa. Cice. pro Domo sua 112. Hanc ego deuotionem capitis mei, quum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse & commissam putabo.
Lætitia commissa. Propert. lib. 1. eleg. 10. 3.
Sed quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe commissæ munera lætitiæ.
Ludi commissi. Virgil. 5. Aeneid. 23.
Et ruba cõmissos medio canit aggere ludos.
Piacula commissa. Virgil. 6. Aeneid. 114.
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Pugna non mediocri certamine nec parua dimicatione commissa. Cicero pro Murena 32.
Res inter se commissæ. Quintil. lib. 7. cap. 1. 1.
Stipulatio commissa. In Titul. Iudicatum solui, per totum titulum.
Vt tutela, sic procuratio Reipub. ad eorum vtilitatem qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Cic. 1. Offic. 121.
Commissus, Fidei traditus. Catul. epigram. 97.
Si quicquam tacito commissum est fido ab amico,
Cuius sit penitus nota fides animi.
¶ Commissus, Coniunctus & coagmentatus. Virgi. 3. Aeneid. 86. pistrix Delphinum caudas vtero commissa luporum. Seruius.
Dextra commissa dexteræ. Ouid. epist. 2. 7.
Nocte commissa, Gemina. Senec. Hercul. Oeth. 13. 19.
Dispositio digestas res atque inter se commissas deuincit. Quint. li. 7. ca. 1.
Soluere commissas acies, Dirimere bellum. Propert. lib. 4. eleg. 4. 12.
Committendus, participium. Cice. Attico, lib. 10. 19. 3. 2. Fortunæ sunt cõmittenda omnia, sine spe conamur vlla.
Commissum, (πλημμέλεια,) Substantiuum. Cice. pro Sylla 53. Ecquod huius factum aut commissum, non dicam audacius, sed quod cuiquam paulo minus consideratum videretur factum, quæro.
Sacrum commissum, quod neque expiari poterit, impiè commissum est. Cice. 2. de Leg. 36.
Turpe commissum. Horat. 3. Carm. ode 27. 8.
Enunciare commissa. Cice. 2. Tusc. 55. An coli iustitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, prodente conscios, multa officia relinquente?
Fateri commissa. Stat. 5. Syl. 5. 1.
Luere commissa. Virgil. 1. Aeneid. 28. Pòst mihi non simili pœna commissa luetis. Id est persoluetis. Et hic sermo (ait Seruius) à pecunia descendit: antiquorum enim omnes pœnæ, pecuniariæ fuerunt. Claudian. de bel. Gild. 55.
Negare commissa. Claudian. 2. Panegy. 13.
Plorare commissum. Horat. 3. Carm. ode 27. 8.
Prodere commissa. Horat. 1. Sermo. Saty. 3. 19.
Punire commissa. Sil. lib. 13. 74.
– iusta punit commissa securi.
Tacere commissa. Horat. 1. Sermo. saty. 4. 17.
Tegere commissa, Id est tacere sibi credita. Horat. in Arte 41.
Commissa dicuntur, inquit Asconius, quæ contra voluntatem testatoris facta aut non facta ab hærede, multa aliqua pœnaque plectuntur. Cice. 4. Verr. Si commissum quid esset. Idem pro Sylla 53.
Commissum, commissi, Confiscatio, quæ fit ob illicitas merces nauigio aut alio modo aduectas, aut propter vectigal non solutum, multasque alias eiusmodi ob causas. Hinc Commisso tollere, vendicare, in commissum cadere, incidere, & in causam commissi incidere, vsitatæ apud Iurisconsultos loquendi formulæ.
Cõmissio, (συμβολὴ,) Verbale. Ea significat quæ verbum à quo deriuatur.
Commissio, Exhibitio erat binorum poetarum vel oratorum ad ingenii ostentationem. Has cõmissiones, scenicas scilicet & poeticas & etiam ludicras, Prætores ludis præsidentes faciebant. Suetonius in Augusto, Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & à præstantissimis offendebatur: admonebatque Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. Plinius epistol. 144. b. Proximis sacerdotalibus ludis productis in commissione pantomimis, quum simul theatro ego & Quadratus egrederemur, &c.
Commissio Græcorum. Cic. Attico, lib. 16. 333. 12. Rumoris nescio quid afflauerat, commissione Græcorum frequentiam non fuisse.
Commissio ludorum, &c. Cicero ad Atticum, lib. 15. 329. 23. Equidem celebrari, & esse quam gratissimos mirabiliter cupio, idque ita futurum esse confido, & tecum ago, vt iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum accipiantur lui ludi: deinde omnia, reliquorum ludorum dies singulos prosequare. Id est ab ipso principio ludorum.
Commissorius, Adiectiuum, (πλημμελητικὸς,) vt Lex commissoria. Hoc est exceptio adiecta actioni: contra quam si quid commissum fuerit, cõuetio rescinditur. Paulus Aemylius, De minoribus XXV. annis, Aemylius Largianus ab Ouinio fundum Puteolanum lege commissoria emerat, data parte pecuniæ, ita vt si intra duos menses ab emptione eius reliqui pretii partem dimidiam non soluisset, inemptus esset: item si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus. Vide Vlpianum in L. Si fundus. ff. De lege commissoria.
Lege commissoria emere. Paulus in L. Aemilius. ff. de Minorib.
Lege commissoria fundum vænire quid sit, apparet ex verbis Vlpiani in L. Si fundus. ff. de Lege commissoria, Si fundus, inquit, lege commissoria vænierit, hoc est, vt nisi intra certum diem pretium sit exolutum, inemptus fieret, &c. Et paulo pòst &. eleganter, Papinianus lib. 3. Responsorum scribit, statim atque commissa lex est, statuere venditorẽ debere, vtrum commissoriam velit exercere, an potius pretium petere: nec posse, si commissoriam elegerit, postea variare.
Commissura, commissuræ, penul. prod. (συμφορὰ, γόμφωσις,) Iunctura tabularum, & aliorum huiusmodi. Cice. de Vniuersitate 32. Deinde in orbem torsit, vt & ipsæ secum, & inter se ex commissura quæ è regione essent, iungerentur. Idem 2. de Natu. deor. 209. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem? Columel. lib. 4. cap. 11. 3.
Molles digitorum commissuræ. Cice. 2. de Natu. deor. 223.
Commissura verborum. Quintil. lib. 9. cap. 4. Cæterum consonantes quoque, cæsi: præcipuè quæ sunt asperiores, in cõmissura verborũ rixant.

Commoditas, Commodo, commodas. Vide COMMODVM.

Cõmodum, cõmodi, penul. corre. (ὠφέλεια, ἐυχρήσια,)

fit à modo, & significat vtilitatem, & emolumentum. Terent. And. 3. 3. 42. Nolo tibi vllum commodum in me claudier. Cice. 4. Verr. 107. Vtrum tibi commodum est elige.
Valetudinis commodum, cui opponitur Incommodum morbi. Cicero pro Murena 44.
Vitæ commoda. Lucret. lib. 3. 1.
De communibus commodis. Id est ob communia commoda. Tacitus libro 1. Quem missum ad vos à Germanico exercitu de communibus commodis.
Publica commoda. Horat. 2. Epistol. 2. 1.
– in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora Cæsar.
Vtile & commodis meis aptum. Cice. Appio, lib. 3. 10. 28. Quid mihi tandem erat vtilius, quid commodis meis aptius? quàm, &c.
Accedit illud incommodum. Vide ACCEDO.
Capere commodum de re aliqua. Vide CAPIO.
Carere commodis. Vide CAREO.
Consequi commodum. Vide CONSEQVOR.
Creare alicui commoditatem. Vide CREO.
Nil commodi capere. Catul. epigram. 56. 13.

Comparare

Comparare sua commoda ex incommodis alterius. Terent. And. 4. 1. 4.
Vt malis gaudeant atque ex incommodis
Alterius sua comparent vt commoda?
Demere commoda aliqua alicui, Id est priuare aliquem commodis quibusdam. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2. 8.
His tu militibus superas hominesque deosque,
Hæc tibi si demas commoda, nudus eris.
Expectare commodum alicuius. Cicero Attico, lib. 12. 15. 2. 7. Homo nequam, qui tuum commodum non expectarit, quum ob eam vnam causam missus esset.
Multa ferunt anni venientes commoda secum. Horat. in Arte. 36.
Habent paruæ commoda magnæ moræ. Ouid. 3. Fast. 79.
Inhibere commoda alicuius. Ouid. 3. Amorum, eleg. 9. 1.
Inseruire suis commodis. Vide INSERVIO.
Labefactare atque oppugnare commoda alicuius. Vide LABES.
Limare commoda alicuius, Id est detrahere commodis alicuius, aut inuidere. Horat. 1. Epist. 14. 8.
Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. Id est attenuat, imminuit, atterit. Porphyrius.
Commodis metiri. Vide METIOR.
Natus suis commodis. Vide NASCOR.
Non licet sui commodi causã nocere alteri. Cic. 3. Offic. 28.
Officere commodis alicuius. Vide OFFICIO.
Amicitiam referre ad illius commoda quem diligimus. Cice. 2. de Natura deorum. 167.
Seruire commodis vtilitatique alicuius. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 35.
¶ Commoda, pro Stipendiis. Frontinus de aquæductibus. Vnde commoda militiæ, Iuuenalis & veteranorum commoda.
¶ Quum, vel quando commodum est. Plaut. Amphit. 9. 2. Idem Mercatus qui sit, quando commodum est. Cic. 3. de Orat. 49. Quum est commodum, cantat. Asconius in eum locum Ciceronis. 4. Verr. Aut eum iudicem quem commodum erat, &c. Vetuisse posuit, inquit, pro eo quẽ volebat. Sic Terent. Adelph. 1. 2. 38. Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum. Nam meretrici dare, quando est commodum? sed est positum pro eo, quamdiu libuerit.
Quantum commodum est. Cic. 5. Verr. 141. Postremò sicui ciuitati solui, tantum detraxit quantum commodum fuit. Idem 3. Verr. 79. Iure, legibus tradita eriperes, & eum tibi esset commodum, condonares.
Si commodum est. Terent. Eunuch. 3. 2. 47.
Vt oces, primùm vt moneat: si id non commodum est, Vt redeat. Cic. 1. de Diuinat. 182. Ostenderet etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse.
Commodum est alli. Terent. Phorm. 5. 9. 42. Quibus est commodum ire, iam tempus est. Idem Heaut. 1. 1. 109. – nunc si commodum est,
Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo. Sub. Vobis.
Commodius esse, & commodissimum esse aliquid agere. Cic. Attico, lib. 12. 148. 2.
Quod erit mihi bonum atque commodum. Terent. Phorm. 1. 2. 81.
Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum. Vbi Donatus, εὔφημα. Quod mihi, inquit, faustum ac felix erit: hoc est confingere atque mentiri. Sic enim veteres, Quod faustum felixque sit, dicebant aliquid aggressuri.
Commodo quæ cupio, eueniunt. Plaut. Trinum. 15. 18.
Dicere suo commodo. Cic. 2. Verr. 54. Etiam si spatium ad dicendum nostro commodo, vacuosque dies habuissemus.
Quod commodo Reip. facere possis: Id est Commodo tuo, facilè, & sine molestia. quæ clausula fere semper veluti per parenthesin profertur & includitur. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 8. Sed ex illo S. C. quod te referente factum est, tibi decernit vt regem reducas, quod cõmodo Reipub. facere possis. Idem Sulpitio, lib. 4. 2. 10. Tu, quod commodo tuo fiat, quamprimum velim venias. Et apud eundem, lib. 13. 2. 7. Quare velim, quicquid habent negotii, des operam (quod cõmodo tuo fiat) vt te obtinente Achaiam conficiant. Idem ad Atticum, lib. 14. 314. 4. Et ipse, quod cõmodo fiat, cum eo colloquere. Eidem, lib. 13. 236. 4. Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum diceres in Tusculanum venturum, quod vtinam, iterum vtinam, tuo tamen commodo. Ibidem, epist. 168. 5. Pisonem si poteris conuenias. vides quàm maturum sit: sed tamen quod commodo tuo fiat.
Commodus, penult. corr. (πρόσφορος, ἐπιτήδειος, δεξιὸς, λυσιτελὴς,) Adiectiuum, Vtilis, siue aptus.
Sodalibus commodus. Horatius. 4. Carm. ode. 8. 1. pro Benigno & humano. Acron.
Commodus capillus. Plaut. Mostel. 4. 97. Vbi tu commodes, capillum commodum esse credito.
Commodus conuiua, Facilis & tractabilis. Plaut. Mil. 10. 47. Cauillator facetus, vel commodus conuiua item ero. Idem Pœnulo. 9. 2.
Exilium commodius. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 15.
Commodus homo, vt Commodus conuiua. Plaut. Pseud. 7. 28.
Commodus homo: apud Terentium in And. 5. 2. 3. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi.
Literæ commodæ. Cice. Quin. fratri, lib. 3. 17. 30.
Locus commodior. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 8.
Commoda & faceta est hæc meretrix. Terent. Heaut. 3. 2. 10.
Commoda Baccho seges. Virgil. lib. 4. Georgic. 26.
Stella homini commoda. Propert. lib. 2. eleg. 28. 1.
Quæ sit stella homini commoda, quæque mala.
Non commoda terra Baccho, Non opportuna vitibus serendis. Virgilius 4. Georgic. 26.
Commoda valetudo. Celsus lib. 8. cap. 1.
Vestis commoda ad cursum. Ouid. 2. Fasto. 58.
Commodior, Comparat. Plin. epistol. 69. 2. Huic illa ita funus paraui, ita duxit exequias, vt ignoraret maritus. quinimo & quoties cubiculum eius intraret, viuere filium, atque etiam cõmodiorem esse simulabat.
Commodior mitiorque. Cice. Quin. Fratri, lib. 1. 1. 59. Atque in hoc genere multò te esse iam commodiorem mitioremque nuntiant.
Commodior valetudo. Quintil. lib. 6. Vatinius pedibus æger, quum vellet videri commodioris valetudinis factus, & diceret se iam bina millia passuum ambulare.
Inhumano commodus, Barbaro disertus opponitur. Cic. 5. Verr. 18. Qui alius inhumanus ac barbarus isti vni cõmodus ac disertus videretur.
Commodis moribus homo. Cicero de Amicitia 40. Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari. Idem 4. Verr. 139. At mores commodi: quis couturnacior? &c.
Commoda statura homo. Plaut. Asin. 8. 10. Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.
Commodius est, vel Commodius visum est, siue commodissimum. Terent. Phorm. 4. 2. 13. Commodius esse opinor, duplici spe vtier. Ibidem 5. 3. 31. Sic pol commodius esse in omnes arbitror, quàm vt cæperas. Cice. ad Atticum, lib. 5. 98. 6. Cõmodius visum est & Zenoni, & pòst ipsi Patroni, me ad Memmium scribere. Cæsar 1. bel. Gal. 20. 4. Commodissimum visum est, M. Valerium Procillum ad eum mittere.
Commodum & aptum. Cice. Attico, lib. 13. 289. 1. Nihil potest fieri nec commodius nec aptius, quàm vt scribis.
Commodum, Aduerbium, (ἐυκαίρως,) Opportunè. Plaut. Mero. 4. 101.
– si isthac ibis,
Commodum obuiam venies patri. Idem Mil. Hem teipsum quæro: commodum vir lepidissimè. Idem Casina 14. 3.
Adi te hercle iam. S. commodum.
Commodum, Aliter. Plaut. Rud. 30. 31. Talentum argenti commodum magnum merat in crumena.
Commodum, Ipso eodemque tempore, Eodem tempore quo hoc agebatur, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 2. 3. 51.
Quum huc respicio ad virginem,
Illa sese interea commodum huc aduerterat. Cic. Attic. lib. 13. 267. 1.
Commodum discesseras heri.
Commodum obsonare. Plaut. Milit. 10. 154. – si certum est tibi,
Commodum obsona, nec magno sumptu nihil quod vis sat est.
Commodum, sequente. QVVM, significat vix, vel tantum. Cice. Attico, lib. 13. 285. 2. Commodum ad te miseram Demeam, quum Eros ad me venit. Eidem, lib. 10. 207. 1. Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, quum ad me bene mane Dionysius fuit. Eidem, libro 13. 267. 1. Commodum discesseras heri, quum Trebatius venit.
Commodum, Tantum quod. Terent. in Phorm. 4. 3. 9.
G. Tùne dixeras hunc facinus indignum Chremi,
Sic circumiri? D. quum id agebam commodum. Donatus.
Commodè, (ἐυκαίρως,) Idem quod Commodum. Plaut. Epid. 11. 15.
Inique iniurius es. P. quid iam? M. quia tuæ memoriæ
Interpretari æquum censes. P. commodè. M. mira memoras. Per ironiam dictum. Idem Bacch. 2. 22.
Magis vnum in mente est mihi nunc, satis vt commodè
Pro dignitate obsonii hæc concuret coquus.
Commodè, (ὀρθῶς, πεπροσφόρως,) in exemplis sequentibus significat Bene, vel potius Optimè, vel Aptè.
Commodè administrare Rempub. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 3.
Commodè agere. Cice. 2. de Finib. 4. Nos commodius agimus? non enim solum Torquatus dixit quod sentiret, sed etiam cur.
Commodissimè per eum agi potest. Cice. Attic. lib. 12. 248. 5.
Minus commodè audire. Vide AVDIO.
Commodè cadit. Id est opportunè succedit. Cice. 2. Verr. 4. Verùm hoc adhuc per commodè cadit, quòd cum incredibili eius audacia singularis stultitia coniuncta est.
Scitè & commodè capere tempus. Cic. Bruto, lib. 11. 13. 6. Et ille cui mandaui, satis scitè & commodè tempus ad te capit adeundi.
Commodè cogitare. Terent. in prolog. Heaut. 14.
Quantum ille potuit cogitare commodè.
Commodè dicere. Terent. Hecy. 1. 2. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunquam dicet iam commodè, vt tergum meum
Tuam in fidem committam. Id est tam blandè & aptè.
Commodè dicere Latinè. Cice. 1. Acad. 21. Quid est enim quod malim quàm ex Antiocho iampridem audita recordari, & simul videre, satisne ea commodè dici possent Latinè?
Commodè dissererе. Cice. 1. de Finib. 95. In Dialectica autem vestra nullam vim existimat esse nec ad melius viuendum, nec ad commodius disserendum.
Facit commodè. Cice. Attico, lib. 11. 21. 5.
Commodè gerere. Cice. 7. Verr. 102. Nullam tibi obiicio fortunam mihi est quod cæterorum res minus commodè gestas proferas.
Commodè loqui. Terent. Heaut. 3. 2. 48. Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui.
Commodè scribere. Plin. epist. 9. b. Neminem ipse reprehendo, nisi vnus me, quum parum commodè scribo.
Oratio commodè scripta. Cice. 1. de Orato. 128.
Commodè tractare. Plinius epist. 39. Me prædia materna parum commodè tractant, delectant tamen vt materna. Id est Parum fructus & commodi reddunt.
Cogitatè & commodè verba facere. Plaut. Pœnul. 18. 49. Vt pudicè verba fecit, cogitatè, & commodè.
Commodius, (πρόσφορώτερον,) Comparat. aduerb. Cic. Att. lib. 13. 268. 5. Posthac enim poterimus cómodius colere inter nos in Tusculano.
Elimare aliquid commodius. Quintil. lib. 1. cap. 7. 4.
Commodule, penúl. correp. Aduerbium diminutiuum à commodè. Plaut. Rud. 1. 2. 11. Commodulè melius, tandem verò serio. Idem Stycho 141. Satis commodulè nucibus, fabulis, &c.
Commoditas, penult. corrept. (ἐπιτηδειότης,) Interdum aptitudinem quandam conuenientiamque significat. Plaut. Pœnul. 14. 95. Potin' vt taceas? 5. taceo, atque abeo. M. mihi commoditates creas. Cice. 4. de Finib. 48. Sed non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ.
Orationis commoditas. Author ad Heren. lib. 1. 1. Non enim parum habet in se fructus copia dicendi & commoditas orationis.
Vitæ commoditas iucunditasque. Cice. 1. Offic. 16.
Commoditas prosperitasque vitæ. Cice. 5. de Natu. deorum 125.
In occasione commoditas ad faciendum idonea. Cic. 2. de Inuent. 148.
¶ Commoditas, (ὠφέλεια,) Vtilitas. Terent. And. 3. 3. 38.
Nempe incommoditas denique huc omnis redit:
Si cueniat, quod di prohibeant, discessio?
At si corrigitur, quot commoditates vide. Id est Quot commoda, quot bona.
Externæ commoditates, vineta, segetes, oliueta, vbertas frugum, &c. Cice. 3. de Natu. deorum 175. Vocantur bona fortunæ.
Commoditas hominis. Terent. Adel. 4. 5. 77. Itaque adeò magnam mihi iniecit sua cómoditate curam. Id est Sua facilitate erga me, & mansuetudine. Verba sunt Aeschini de Mitione legitimo parce indulgétiore.
Frui commoditate alicuius. Ouid. 15. epistо. 63.
Vt te nec mea vox, nec te meus moueat ardor,
Cogimur ipsius commoditate frui.
Vti commoditate alicuius. Ouid. epistо. 16. 38.
Commodo, commodas, penul. correp. (συμφωλῶ,) commodare, Beneficium alicui impertire. Cicero ad Rufum, lib. 13. 49. 1. Omnes tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quæcunque commodaris, erunt mihi gratissima. Idem ad Cæsarem, lib. 13. 17. 9. Quicquid ei commodaueris, erit id maiorem in modum gratum. Id est Qua cunque in re profueris ei. Idem ad Appium, lib. 3. 3. 4. Velim tibi curæ sit, vt quæ successori coniunctissimo & amicissimo commodare possit is qui, &c.
Publicè commodare. Cice. 6. Verr. 17.
Omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, his commodes. Cice. Acilio, lib. 13. 36. 2. Idem Crassipedi, lib. 13. 10. 1.
Quantum tua fides dignitasque patietur, iis commodes omnibus in rebus. Cice. Acilio, lib. 13. 33. 2.
Ob suam causam alicui commodare. Cice. 2. de Finib. 185. Nec enim si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed fœnerationi nec gratia deberi videt ei, q suâ ob cãm cõmodauerit.
Studium commodandi alicui. Cice. 1. de Orato. 114. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum, studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur.
Commodare alicui in re aliqua. Cic. ad Caninium, lib. 12. 16. 8. Quòd scribis ad me de drachmis CCCLDDD, nihil est quod in isto genere cui quam possim cõmodare. Hoc est prodesse & gratũ facere, vel obsequi.
Commodatus stomacho succus. Plinius lib. 12. cap. 22. 16. Succus quoque eius bibitur, stomacho per quàm commodatus & vrinæ. Id est admodum vtilis & sanus.
¶ Commodare se, (ἐφαρμόζειν,) pro Accommodare. Colum. lib. 4. cap. 22. 4. Quoniam ferè plurimarum stirpium natura sic se commodat, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulascant.

Omnibus in rebus se alicui commodare, quoad fides nostra dignitasque patitur. Cice. Thermo lib. 13. 54. 1.
¶ Commodare, (ὑποσμᾶν.) capillum, pro Componere. Plaut. Mostel. 4. 97. Suo cuique loco vide an capillus compositus est commodè. 5. Vbi tu commodes, capillum commodùm esse credito.
¶ Commodare, (μοιχεύειν,) Est alicuius rei vsum ad tempus concedere. Cice. 6. Verr. 5. Vt illis benignis vsus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. Plaut. Asin. 9. 39.
Scyphos quos vtendos dedi Philodamo, retulitne?
L I. Non etiam. L E. hem nunc, si velis da, commoda homini amico.
Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto. Cice. 1. Offic. 78.
Commodare argentum & triticum, impropriè dictũ est pro eo qđ est, mutuò dare vel mutuum dare. Nam propriè commodamus vestes, libros, vasa, equos, & similia, quæ eadem reddunturmutuò autem damus ea, pro quibus alia reddunturejusdem generis vt nummos, frumentum, vinum, oleum, & ferè cætera quæ pondere, numero vel mensura dari solent. Hæc est Iurisconsultorũ sententia. At Plau. dixit in Asin. 12. 134.
Quid ego aliud exoptem amplius, nisi cuius inopia est,
Viginti argenti commodes minas, huius quidem matri? Idem Rud. 11. 21. Cur tu aquam grauare amabo, quam hostis hosti commodat? Impropriè tamen.
Aurum alicui commodare. Cice. pro Cælio 23.
Inter commodatum & Vtendum datum, Labeo quidem ait tantum interesse, quantum interest inter genus & speciem. Commodati enim rem mobilem, non etiam soli; Vtendum dari, etiam soli. sed (vt apparet) propriè cómodata res dicitur & quę soli est, idq; Cassius existimat. Vlpianus etiam habitationem commodari posse ait. Hæc Vlpianus titulo Commodati, vel contra. Idem titulo de Precario, Commodat & qui rem sic commodat, vt non faciat rem facientis, sed vt ei vti re commodata permittat.
Commodare possumus & alienam rem quam possidemus, tametsi scientes alienam possideamus. Paulus in L. Commodare. ff. Commodati.
¶ Aurem cómodare alicui. Ouid. Trist. ele. 13. 12. Id est audire aliquẽ.
Aurem patientem commodare culturæ. Horat. 1. Epist. 18.
Iras commodare alicui. Stat. 4. Thebaid. 15.
Proxima longæuo profert Dircæus Adrasto
Signa gener, cui bella fauent, cui commodat iras
Cuncta cohors, & cui patria de sede volentes Aduenêre viri.
Commodare loquelam, ioco dixit Plautus in Cistel. 10. 54. pro Loqui.
Commoda (inquit) loquelam tam tuam,
Tibi nos prodimus, ac cõfitemur cistellã habere. Id est loquere nobis.
Commodare operam suam alicui, pro tuare opera. Plautus Rud. 11. 22.
Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat? Plin. epist. 35. 1. Nam & rationibus Martiani, & sermone, quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam suam Prisco ad turpissimum ministerium commodasse, stipulatúsque de Martiano quinquaginta millia denariorum probabatur.
Scelera commodare, Alicuius causa scelus admittere. Sene. Medea 12. 6.
Seueritatem peccatis magnis commodare. Tacitus in vita Agricolæ.
Veniam paruis peccatis commodare. Tacitus in vita Agricolæ.
Commodatarius, Cui aliquid commodatum est.
Commódito, commoditas, penul. correp. commoditare, Frequentatiuũ. Catul. de Varro & sua amica 10. 6.
Quæso, inquit, mihi mi Catulle paulùm Istos commodita.

Commoereo, commœres, commœrui, (συγκλαύσομαι,) commœrere, pro mœrere probat Calepinus ex corrupto Plauti loco, in Epidico 1. 50. vbi sic nunc legimus,
– nescio ædepol
Quid tu timidus es? trepidas Epidice, ita voltum tuum
Videor videre commeruisse hic me absente aliquid mali.

Commoliор, commolitus sum, (μηχανῶμαι,) commoliri, Idem quod moliri, vt Commoliri dolum. Cic. 3. de Natu. deorum 104.
Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar,
Scio quicquam.

Cómmolo, commolis, penul. correp. commolui, commolitum, penúl. corrept. (σωκαλῶ,) commolere. Colum. lib. 12. cap. 50. 17. Cauendum est itaque, ne ex ea fiat oleum cibarium, quod vno modo vitari poterit, si protinus illara de agro bacca, commolita & expressa erit. Hoc est mola conculcata & subacta.

Commóneo, commones, penul. correp. commonui, commonitum, (ὑπομμνήσκω,) commonere, Notæ significationis. Terent. And. 4. 6. 17. Aliorum exempla commonent. Plaut. Trinũ. 14. 41. Hoc quĩ in mentẽ venerit mihi, reipsa modò cómonitus sũ.
Amicè aliquid commonere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 37.
Commoneri aliquem suarum miseriarum. Plaut. Rud. 18. 35. Quum ego hanc video, mearum absens miseriarum commones.
Commonere aliquem officium suum. Plaut. Pseud. 4. 17.

Verùm

Verùm ita vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo,
Officium vestrum vt vos malo cogatis commonerier. Id est de officio vestro commoneri.
Commonere aliquem de re aliqua. Cic. 3. Verr. 110. Quis à signo Vertumni in circum maximum venit, quin is in vnoquoque gradu de auaritia tua commoneretur?
Commonere aliquem vt seruet fidem. Terent. And. 1. 5. 45.
Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor
Commouerat, neque commoneat vt seruem fidem?
Commone tamen nequis quotidianum hoc habeat. Celsus.
¶ Commonere translatum ad inanimata. Cic. 6. Verr. 50. Hoc modo me commonuit Psonis annulus. Author ad Herennium, lib. 4. 199. Non illæ te nuptiales tibiæ, eius matrimonii commonebant? Nam hîc omnis sanctimonia nuptiarum, vno signo tibiarum intelligitur.
Commonitus, pœnul. corr. (ὑπομνηθείς,) Participium. Liuius. 4. bel. Maced. 189. Commonitosque in quo statu rerum accepisset eos, & in quo relinqueret dimisit.
Manes commoniti. Seneca in Hercule Oetheo. 8. 7.
Qui per Taenaras fores
Manes commonitos adit
Mœrentem ferient chelym. De Orpheo loquitur, qui manes inferni, dulcédine citharæ mouisse à poetis traditur.
Commonitio, (ὑπόμνησις,) Verbale. Quintil. lib. 4. cap. 2. 37. Non inutilis erit in extrema parte commonitio.
Commonefacio, commonefacis, commonefeci, commonefactum, (ἀναμιμνήσκω,) commonefacere, Idem quod admonere. Sallust. in Ciceronem. 1. Videlicet vt nos commonefactas, quàm conuersa sit Respub. quum in ea domo habitares, &c. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 3. 3. Vt isvos doceret & commonefaceret. Cic. 4. Verr. 28. Illi eum commonefaciunt, vt si ei videatur, vtatur instituto suo.
Cómonefacere alicuius rei. Gellius, Nũc vtilitatis publicę cómonefacit.
Amicitiæ veteris aliquem cómonefacere. Author ad Heren. lib. 4. 183.
Commonefacere rem aliquam, pro Commemorare. Cic. 8. Verr. 127. Vt omnes intelligere possent, nõ laudationẽ, sed potius irrisionẽ esse illã, quæ cómonefaceret iſtius turpem calamitosamq; Prætoram. Budæus.
Commonefio, pen. prod. (ἀναμιμνήσκομαι,) commoneheri, Neutro passiuum. Cic. 7. Verr. 88. Quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Commonstrare, (δηλοῦν,) Idem quod simplex monstrare. Terent. Heaut. 5. 4. 4. Parentes meos vt commonstres mihi. Idem Phorm. 2. 1. 75. Et Plaut. Aulul. 3. 12. Quàm eum thesaurum commonstraret filio. Cic. 2. de Orat. 89. Et illi sedes & tanquam domicilia omnium argumentorum commonstrent. Emendatiores codices legunt qui monstret.
Aurum defossum commonstrare. Cic. 2. de Orat. 95. Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem.
Leges fatales ac necessarias commonstrare. Cic. de Vniuersit. 60.
Viam commonstrare. Cic. 1. de Orat. 102.

Commordere, (δάκνειν,) Idem quod simplex mordere. Plin. lib. 24. cap. 11. 9. Nomen accepit, quòd à cane commorsos rabiem sentire non patitur.

Commorior, commoreris, commortuus sum, (συναποθνήσκω,) commori, Simul mori. Plin. lib. 27. 62. 2. 3. Mirum mori untur, vt homo superfit. Idem lib. 8. cap. 12. Vlpianus in L. Quum hic status §. Si ambo. ff. de Donat. inter virum & vxorẽ. Rectissimè (inquit) dicetur vtrasque donationes valere, si forte inuicem donationibus factis simul decesserint: quia neuter alteri superuixerit: licet de commorientibus oratio non senserit.
Commorientes, (συναποθνήσκοντες,) Nomen fabulæ Plauti. Terent. in prolog. Adelph 7.
Synapothnescontes Diphili Comœdia est,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Commoro, cómoras, pen. corr. commorãre, Tardare. Plin. lib. 19. cap. 6. ad finem, Statimque quæ deuorauere aues, stupentes manu capiuntur: & si paulum commoranere, sopitæ.

Cómmoror, pen. corr. commoraris, (διατρίβω, σωδιατρίβω, ἐγκαθίζω,) cómorari. Simul morari, vel morari solum. Plaut. Persa. 6. 22. Nunc cõmorandũ est mihi apud hanc obicem. Cic. ad Appiũ, lib. 3. 5. 15. Fuitque mecum familiariter triduum illud quod ego Ephesi commoratus sum. Idem de Senect. 76. Et ex hac vita ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ì domo. cómorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit.
Tardare & commorari. Cic. ad Brutum. 18. 2. At illa retulit, quæsiuitque quidnam mihi videretur, accerseremúne te, atque id tibi conducere putaremus, an tardare & commorari te melius ellet.
Commorari paulisper dum. Cic. pro Milone. 20 Paulisper, dum se vxor (vt fit) comparat, commoratus est.
Cumplures dies ibi commoratus. Cic. 1. de Orat. 40. Idem pro Cluentio. 27. Quum esset adolescens apud mulierculam quandam, atq; ibi pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur.
Commorari ad aliquem locum. Cic. 7. Verr. 75.
Commorari apud aliquem. Cic. pro Lege Manil. 8.
Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi literas antè dederamus, commorati sumus. Cic. Tironi, lib. 16. 5. 1.
Circum aliquem locum commorari. Cic. Att. lib. 8. 163. 1.
Consistere & commorari. Cic. pro Qu. Rosc. 28. Ipsa mihi veritas manũ iniecit, & pauliper consistere & commorari cogit.
Commorari verbis pluribus in re aliqua. Cic. pro Cluent. 40. Quum ego pluribus verbis in eo commoratus ellem, Scamandro factas iniurias esse per Diogenem. Id est, Quum diutius de hac re disputarem, & multis verbis contenderem. Plin. lib. 4. in præf. 1.
In armis ciuilibus commorari. Cicero Trebatio lib. 6. 10. 2. Nam & consilium tuum, vel casus potius in armis ciuilibus commorandi, semper mihi magno dolori fuit.
¶ Commorari, Habitare, & hærere in re aliqua. Cic. 2. de Orat. 161.
Hærere & commorari in eadem sententia. Cic. in Orat. 75. Vt versetsæpe multis modis eandem, & vnam rem, & hæreat in eadem commoreturque sententia.
In vita misera commorari. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 9.
Commorari aliquem, Detinere & in mora tenere. Plaut. Pseu. 20. 14. Me nunc commoror, quum has, &c. Idem Merc. 22. 3. 2. Malefacis, propertantem qui me commorare, fol abit. Idem Amph. 8. 16. Ante auspicii commoratum est? an tempestas continet?
Commoratio (διατριβή,) Verbale. Cic. ad Lepium, lib. 6. 19. 2. Nã & villa & amœnitas illa, commorationis est, non diuersorii.
¶ Commoratio, Mora, tarditas. Cicero Quin. fratri, lib. 3. 17. 27. Quòd multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum, ideo &c.
Commoratio vna in re. Cic. 3. de Orat. 111.
¶ Commoratio, Figura est Rhetorum. eam sic definit Author ad Herẽ. lib. 4. 222. Commoratio est, inquit, quum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eo dẽ sæpius redetur.

Commortâlis, pen. prod. (συναποθνήσκων,) Adiect. vt Commortalis natura. Colum. lib. 3. cap. 10. 4. Sed interdum quod ait diuinus author Plato rei non pulchritudo trahit, vel ea cõsẽtiãdi, quæ pp infirmitatẽ cõmortalis naturę consequi nequeamus.

Commoueo, commoues, pen. corr. commoui, commotum, (σείω) commouere, Simul mouere. Cic. 7. Ver. 75.
Posteaquàm inanem locum offenderunt, & Prætorem commouisse ex eo loco castra senserunt. Cicero ad Trebatium, libro. 7. 16. 2. Itaque te commouere non curas.
Corpus commouere. Lucret. lib. 3. 30.
Oculos commouere. Cic. 4. Verr. 68.
Theatrum commouere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 59.
Auis commouet alas. Virgil. 5. Aeneid. 44.
Commouere sedibus. Colum. lib. 9. cap. 12. 10. Nam hoc quoque refert, ne admodum hebes ferramentum (quia nõ facilè penetret) vehementius impressum fauos sedibus suis commoueat.
Cómouere ab. Cic. ad Att. lib. 2. 25. 2. Si quies dabitur, ab Amalthea te nõ commouebo. Id est nolim te recedere ab ea vrbe, & venire ad me. Idem ad Torquatum, lib. 6. 20. 6. Et te istinc ne temere commoueas.
Nec me Thessalonica commoui. Cic. ad Atticum, lib. 3. 53. 1.
¶ Aes alienum commouere. Tacit. lib. 5. Hinc inopia rei nummariæ, cõmoto simul omnium ære alieno.
¶ Commouere, (μετακινεῖν,) cornua disputationis alicuius, per metaphoram. Cic. 1. de Diuin. 39 Nunc cominus agamus, experiamurq; si possimus cornua commouere disputationis tuæ.
Commouere se contra Rempub. Cic. in Catil. 5. Num insolari potes te illo ipse die meis præsidiis, mea diligentia circumclusum, commouere te contra Rempub. non potuisse?
¶ Commouere aliquem, Excitare aliquem ad aliquid agendum. Cic. ad Tironem lib. 16. 18. 4. Parhedrum excita, vt hortum ipse cõducat; sic olitorem ipsum commouebis. Idem ad Lælium, lib. 1. 2. 2. Eo dre nos quoque multa verba fecimus, maximeque vos fumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commouere. Terentius Andria. 2. 6. 25.
Tu quoque perparce nimiuminon laudo. 5. tace.
D. Commoui. 5. ego isthæc rectè vt fiant videro. Liuius. 10. bel. Pun. 83. Posteaquàm nihil commouebant. Id est nihil proficiebant suis verbis. Cic. ad Sextium, lib. 5. 6. 8.
Aliquem percunctantem commouere. Tacit. lib. 5.
Languentem commouere. Cic. 2. de Orat. 100. Facilius est enim currentem (vt aiunt) incitare, quàm commouere languentem.
Commouere expectationem sui. Cic. ad Atticum, lib. 1. 2. 1. Crebras expectationes nobis tui commoues.
Iudices commouere. Cic. 2. de Orat. 102.
Discendi aut scribendi studium commouere. Cic. 1. de Nat. deor. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Commouere, Rapere in stuporem. Terent. Phorm. 1.2.51.
Virgo ipsa facie egregia quid verbis opus est?
Commorat omnes nos. Pro commouerat.
¶ Commouere (σωκλονεῖν,) Cõturbare, irritare. Teré. And. 1.1 66.
Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi:
Neque commouetur animus in ea re tamen, &c. Id est non conturbatur, non deiicitur de suo statu, & perpetua constantia. Cic. Appio, lib. 3.10.1. Etsi graviter primo nuntio commotus sum.
Commouere, & Consolari, opposita Cic. pro Rab. 12. Nihil me clamor iste commouet, sed consolatur.
Animus vehementer commouetur. Cic. 1. de Inuent. 119.
Animus se commouet. Lucret. lib. 4. 179.
Commoueri per leuiter. Vide PERLEVIS.
Accendi aut commoueri re aliqua. Cic. 1. de Orat. 56.
Commoueri animo, Corpore perhorrescere. Cic. 6. Verr. 99. Idem Qu. fratri, lib. 3. 11. 5.
Conquestione commoueri. Cic. 1. de Inuent. 117.
Desyderio suorum commoueri. Cic. pro Lege Manil. 16.
Magno alicuius honore commoueri. Valer. lib. 4. Argon. 16.
Miseriis ac periculis alicuius commoueri. Cic. pro Fonteio. 30.
Commoueri misericordia. Cic. 4. Tuscul. 28. Nemo enim parricidæ aut proditoris supplicio misericordia commouetur.
Ad turpe compendium aliquem commouere. Author ad Herénium lib. 4. 31. Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe compendiũ commouere, inopia, atque auaritia.
Prora fretum commouet. Hoc dicitur quum linquitur portus. Valer. lib. 5. Argonautic. 15.
¶ Commouere dolorem, (ὀχυροῦν,) Cic. 6. Ver. 42. Sed magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim.
Bilem. Cic. ad Att. lib. 1. 22. 3. Acueram me ad exagitandam hanc eius legationem, quam ille contemnitetsi (vt scribis) bilem id commouet, & latoribus & auspicibus legis Curiatæ spectaculum egregium.
Æstus belli commouere. Lucret. lib. 5. 288.
Arma commouere. Sil. lib. 8. 80.
Bellum. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 13. 2. Quod bellum commotum à Scapula, ita postea confirmatum est à Pompeio, vt nulla, &c.
Indignationem coinmouere. Author ad Heren. lib. 4. 31.
Inuidiam. Cic. 3. Verr. 107. Hic etiam priore actione Qu. Hortensius pupillum Iunium vestille prætextatum in vestrum conspectum, & testes secum, patruo testimonium dicente, quesitus est: & me populariter agere, atque inuidiam commouere, quod puerum producerem, clamitauit. Id est ciere, vt vult Budæus.
Memoriam alicuius rei commouere. Cic. 2. de Orat. 12.
Miserationem commouere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 34.
Misericordiã, inuidiam, iracundiam commouere. Cic. 2. de Orat. 118.
Odium in aliquem commouere. Cic. 1. de Inuent. 115.
Suspicionem in aliquem commouere. Cicero pro Cluentio. 143. Furto postridie cognito, omnis suspicio in eos seruos qui non comparebant, commouebatur.
Tumultum aut bellum commouere. Cic. 7. Verr. 16.
¶ Commossem, pro Commouissem & commorat, pro commouerat. Cic. pro Plancio. 74. An si vnquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei Consulatus omnium parricidarũ tela commossem? Idé 5. Verr. 36. Glebã commosset in agro Decumano Siciliæ nemo, si Metellus hanc epistolam non misisset. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 15. 1. Ecquando tu hominem inconstantiorem quàm tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit?
Commorunt æquora venti. Lucret. lib. 2. 154. Id est commouerunt.
Commõtus, penult. prod. (διαταραχθείς,) Participium. vt Commotæ columnæ. Cic. 3. Verr. 103.
Litera commota ex vocabulis. Cic. 4. de Finib. 86.
Commota acies. Vide ACIES.
Puluere commoto. Silius lib. 4. 19. Verum vbi commoto docuerunt puluere nubes Hostem ferre gradum.
Sacris commotis. Virgil. 4. Aeneid. 61.
Tripodes commoti dicuntur, propterea quòd Phœbades in tripo Apollinis supra tripodem recepturæ spiritum, strepitus sentiebãt aduentis dei. Seneca Medea. 10. 10.
– tripodas agnosco meos Fauente commotos deo.
¶ Cõmotus, Perturbatus. Ter. Phor. 1.4.6. Quidnã ille cõmotus venit?
Grauiter commotus, Iratus. Virg. 1. Aeneid. 26.
Commotus mente. Plin. lib. 13. cap. 1. 11.
Precibus commotus. Stat. lib. 9. Thebaid. 102.
Premissis ditibus commotus. Silius lib. 3. 104.
Vultu commotus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 29.
Ira commota. Ouid. 6. Metam. 110.
Mens commota metu. Lucret. lib. 3. 31. Cic. in Partit. 61.
Pectoris commoti ignis. Claud. 1. in Ruff. 37. Ignis, pro ira.
Commotum reddere. Vide REDDO.

Commotus, A dilectium, (κίνητος,) vt Animus commotior. Cicero. 1. de Diuinatione. 137.
Feruidior atque commotior. Cic. de Claris Orat. 67. C. Fimbria temporibus iisdem ferè, sed longius ætate prouectus, habitus est sanè (vt ita dicam) luculentus patronus, asper, maledicus, genere toto paulo feruidior atque commotior.
Cõmotio, (κίνησις, σάλος,) Verbale. vt Cõmotio animi. Cic. 3. Tusc. 13.
Alicui rei commotionem adhibere. Quintil. lib. 5. cap. 10. 20.
Commotiuncula, Diminutiuum. Cic. ad Atticum, lib. 12. 23. 3.
Commulceo, commulces, (κατακηλῶ,) commulcère, pe. pro. Tiro libertus Ciceronis i quadã epistola ad Axiũ familiarem patroni sui, apud Gellium, lib. 7. cap. 3. In principiis autem inquit, patrõni qui pro reis dicunt, conciliare sibi & complacare iudices debent: sensusque eorum expectatione causæ suspensos rigentesque honorificis verecundisq; sententiis commulcere, nõ iniuriis atq; imperiosis comminationibus confricare.
Communico, Communio, cõmunionis. Vide COMMVNIS.
Communio, cõmũnis, pen. prod. communiui, communĩtum, (ὀχυρόω,) communire. Circum munire. Plau. Rud. 2. 76. Oppidum magnum communibo. Cæsar, Præsidia disponit, castella communit, quo facilius, si se iusto tranire conarentur, prohibere possit. Liu. 3. ab Vrbe. 176.
Communire aulæ authoritatem, per translationem. Cicero ad Catonem, libro. 15. 4. 17. Perfecit vt è regno ille discederet, rexque sine tumultu ac sine armis, omni authoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret.
Communĩtus, pen prod. (ὠχυρωμένος,) Participium. vt Ius parum communitum. Cic. pro Cecinna. 54. Quæ quum omnia tuitione mancipi sint, ea possisne retinere, si parum sit cõmunitum iis, si ciuili ac publica lege contra alicuius gratiam teneri non potest?
Communita causa Roscii firmissimis & sanctissimis testimoniis virorum. Cic. pro Roscio Comœdo. 16.
Communis, & hoc commũne, pen. prod. (κοινός, ξυμβέβηκος, ξυνός, πανδήμιος,) Quod omnium est, quale omnibus cum sentiens. vt Communis hostis gentium & nationum. Cicero septimo Verr. 61. Plaut. Aulul. 2. 23.
Tribus dominis communis. Lucan. lib. 1. 17.
Facta tribus dominis communis Roma.
Vulgare, & commune. Cic. 3. de Finib. 5. Cuius vsus vulgaris, communisque non sit.
Commune & vulgare. Cic. 1. de Orat. 129. Aliud est enim esse artificẽ cuiusdam generis atque artis: aliud in communi vita & vulgari hominũ consuetudine, non hebetem nec rudem.
Æquabilitas communis iuris. Cic. 2. de Orat. 115.
Amicitiæ communes. Id est vulgares. Cic. 1. Offic. 58.
Amicus simplex & communis, & consentiens, & qui rebus isdem mouetur. Cic. de Amicit. 58.
Amicus communis. Proculus in L. Societatem mecum. ff. Pro socio.
Animo ac voluntate cõi aliquid defendere. Cic. de Prouin. Cõsul. 17. Vt cõe officium Censuræ communi animo ac voluntate defenderent.
Aura communis dicitur, quòd omnes illa ex æquo fruamur. Ouidius. 7. Metamorph. 16.
Auram communem haurire. Quintil. in procem. lib. 6. 11.
Bonum commune. Lucret. lib. 5. 192.
Communis vtriusque nostrum calamitas. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 3. 1.
Ciuitas communis deorum atque hominum, Mundus vniuersus. Cicero de Legibus. 34.
Conditio communis. Horat. 2. Epist. 1. 31.
Crimen commune. Cic. in Orat. 19. Volo enim mihi tecum commune esse crimen, vt si sustinere tantam quæstionem non potuero, iniusti onеris impositi tua culpa sit, mea recepti.
Dolor communis. Cic. de Prouinc. Consul. 1.
Emolumentum & damnum commune Papinianus in Lege, Si fratres. ff. Pro socio.
Fama atque sermo communis. Cic. 4. Verr. 12.
Filia communis. Quintil. lib. 3. cap. 11. 5.
Fortuna nobis cũ propinquis cõmunis plerunq; est. Cic. 1. Offic. 84.
Fuga communis. Seneca Med. 12. 25.
Gaudia communia. Ouid. epist. 15. 64.
Hæreditas communis. Paul⁹ in L. Ea vero §. De illo quærit. ff. Pro socio.
Hostis & prædo communis omnium. Cic. 4. Verr. 11.
Humanitas communis. Cic. pro Flacco. 18. Idem pro Qu. 29.
Intellectus communis. Quintilianus lib. 2. cap. 10. 11. Nonne pulchrum vel hoc ipsum est ex communi intellectu, verbisque, quibus vtuntur omnes, & cætera.
Intelligentia communis. Cic. 1. de Orat. 129.
Iudicatum commune est, quod omnes vulgò probarũt & secuti sunt. Cic. 1. de Inuentione. 64.

Iudicium

Iudicium commune, intelligentiaque popularis. Cic. in Orat. 63.
Ius commune. Cic. 1. de Orat. 115.
Iura communia regni. Lucan. lib. 10. 19.
Laus communis cum aliquo. Cic. 3. Verr. 12.
Lecti communes. Cato cap. 10. 4.
Legem omnium communem leuiter adornabit. Quintil. lib. 7. cap. 2. 33.
Literæ communes. Cic. 2. de Orat. 40. Ludus est hominũ non hebeti, neq; inexercitato, neq; cõmuniũ literarũ & politioris humanitatis experti.
Locos communes dicere. Quintil. lib. 2. cap. 1. 7.
Loca communia, id est publica. Cic. 4. Verr. 77.
Lucrum & cõpendium cõmune. Vlpianus in L. Si socieraté. ff. Pro socio.
Lux communis. Cic. pro Quint. 49. Vt per se afflictum atq; euersum propinquum suum non modò honestè partis bonis, verùm etiam communi luce priuaret. Idem. 7. Verr. 19.
Mare commune omnibus. Plaut. Rud. 13. 35.
Communis belli Mars. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 4. 3. Nam quum omnis belli Mars communis, & quum semper incerti exitus præliorum sint.
Mens communis. Cic. 3. de Orat. 63.
A communi more verborum discedere. Cic. in Orat. 19.
Omni ætati mortem esse communem. Cic. de Senect. 62.
Mundus communis. Cic. 3. de Finib. 104.
Natus communis, Id est vtriusque coniugis. Virg. 2. Aeneid. 157.
Nati apum communes. Virg. 4. Georg. 31. Solæ communes natos, consortia tecta Vrbis habent. De Apibus loquitur: vbi Seruius, Plato in libris (inquit) quos περὶ πολιτείας scripsit, dicit amori Reipublicæ esse nihil præponendum. Omnes præterea & vxores & liberos ita nos tanquam communes habere debere, vt charitas sit non libido confusa. Quod præceptum dicit nullum præter apes seruare potuisse.
Nomine communi comparare aliquid. Vlpianus in L. Quum duobus §. Quidam fagariam. ff. Pro socio.
Odium alicui cum populo commune. Seneca Hercule fur. 6. 10.
Opinio communis. Cic. 2. Offic. 49.
Opinio imbecilla & cum falso incognitoque communis. Cic. 1. Acad. 59.
Pactum commune. Paulus L. Si socius. ff. Pro socio.
Periculum commune. Vlpianus in L. Plane. ff. Pro socio.
Periculum commune propulsare. Tacit. in vita Agric.
Vnum & commune periculum ambobus. Virg. 2. Aeneid. 141.
Communis pernicies adolescentium leno. Terent. Adelph. 2. 1. 34.
Pestis communis. Cic. 1. de Orat. 2.
Pignus commune. Ouid. 5. Metam. 105. Sic vocat Proserpinam Iuppiter ad Cererem loquens, quoniam amborum erat filia.
Populus communis, Qui principum coniunctione in vnum coit. Virgil. 4. Aeneid. 21.
Omnium communia & contrita præcepta. Cic. 1. de Orat. 68.
Prudentia communis. Cic. 5. de Finib. 124. Omnibus enim artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia.
Res communis, Id est negotium commune. Horat. 2. Serm. saty. 6. 8.
Dare communi scribæ magna, atque noua, te
Orabant hodie meminisses Quinte reuerti.
Salus communis. Cic. Post red. ad Quir. 13.
Saluti communi deesse. Lucret. lib. 1. 9.
Coniuncta atque cõmunia scelera alicui cum aliquo. Cic. pro Sestio. 13.
Sensus communes. Cic. 5. de Orat. 107.
Sensu communi carere. Horat. 1. Serm. saty. 3. 14. Vide SENTIO.
Sepulchrum commune plebi. Horat. 1. Serm. saty. 8. 2.
De communi sententia aliquid constituere. Cic. 3. Offic. 105.
Sermo communis. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.
Spiritus communis viuis. Cic. in Orat. 57.
Communi statione locum aliquem tenere. Virg. 9. Aeneid. 38.
Studia communia. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 3. Claud. epig. 45. 1.
Superos communes vocare. Valer. Flac. lib. 4. 151.
Improbis & probis cõmune supplicium legis ac iudicii. Cic. in Pisonẽ. 79.
Graues casus communiter temporum. Cic. 1. de Orat. 1.
Tempus commune, est quod accidit omnibus eodem ferè tempore, vt messis, vindemia, &c. Cic. 1. de Inuent. 57.
Terror communis. Seneca Troad. 6. 6.
Thorus communis. Seneca Medea. 12. 25.
Communia vincla vocat Lucretius complexus amantium, lib. 4. 142.
Communis & remissus vir, pro Non singulari & exquisito. Suet. in Claudio, cap. 21. Nec vllo spectaculi genere cõmunior aut remissior erat, adeò vt oblatos victoribus aureos, prolataque siniſtra pariter cum vulgo, voce, digitisque numeraret.
Vita communis. Cic. 1. Offic. 14. Quia magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur.
Vita, victusque communis. Cic. 1. Offic. 85.
Amici quos nouit vita communis, Id est qui vitæ consuetudine noti sunt. Cic. de Amicitia. 36.
In communi vita & vulgari hominum consuetudine nec hebetem nec rudem esse. Cic. 1. de Orat. 129.

In vsu vitaque communi. Cic. de Amicitia. 17.
Vitium commune. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 5.
Vitium commune & peruagatum. Cic. 2. de Orat. 116.
Imbecillitas non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. Cic. de Senect. 31.
Voluptas cõmunis Lucretio, dicitur voluptas ex re venerea, lib. 4. 243.
Vsus communis aquarum. Ouid. 6. Metam. 70.
Vsus rerum aliquibus communis. Senec. Octau. 7. 6.
Vsus omnium artiũ vulgaris communisq; non est. Cic. 3. de Finib. 5.
Omnes res ad cõem hoĩum vsum natura genuit. Cic. 1. Offic. 77.
Vtilitas communis. Cic. 3. Offic. 68. Vt vtilitas tua, communis vtilitas sit.
Semper aliquid ad cõem vtilitatem adferendum. Cic. 1. Offic. 77.
Publicum, commune, singulare. Cic. 1. de Inuent. 57.
Amicorum esse communia omnia. Cic. 1. Offic. 77.
Vtendum communibus pro communib⁹ priuatis vt suis. Cic. 1. Offic. 32.
Commune est cum supradictis. Plin. lib. 2. cap. 8. 9.
Vtrique parti commune. Quintil. lib. 4. cap. 1. 11.
Occupare communia. Ouid. 13. Metam. 55.
– modò ne communia solus
Occupet, atque aliquem vobis quoque reddat honorem.
¶ Communis meus & tuus beneuolens antiquum, pro Cõis amicus noster. Plaut. Trinum. 17. 14. Et in Pseud. 8. 11. Amicum ego hunc communem meum atque nostrorum omnium, &c.
Communi animo esse & leui. Terent. Heaut. 5. 1. 39.
Quenquam animo tam communi esse aut leui putas,
Qui se videntem amicam patiatur suam?
¶ Communis, pro Vniuerso. Cic. 4. Verr. 78. Cui statuæ Romæ stãt inauratæ à communi Sicilia, quẽadmodum inscriptum videmus, datæ.
Commune omnium vitium, quòd nimium ad rem attenti sunt senes. Terent. Adelph. 5. 8. 31. Et Cic. 1. Acad. 38. Et id quidem commune omnium fere est artium. Et 5. Verr. 130. Volo ego hoc esse commune accensorum, lictorum, viatorum.
Communis omnium inimicus. Cic. 3. Verr. 26.
In communibus prouerbiis versari. Cic. 3. Verr. 85. Quæ ego non cõmemorarem (neq; enim perfacete dicta, neq; porro hæc feueritate digna sunt) nisi vos illud vellem recordari, iustius nequitiam & iniquitatẽ, tum in ore vulgi, tum in communibus prouerbiis esse versatam.
Commune mihi est cum illo. Cic. de Amicit. 14. Quorũ domus fuit & militia communis. Idem ad Pætum, lib. 9. cap. 15. 3. Sed tibi cũ multis cõmune. Idem ad Atticum, lib. 7. 121. 4. Age, hoc malum mihi commune est cum omnibus. Sic. 4. Acad. 242. Quintil. lib. 3. cap. 6. 45.
Communia inter nos. Terent. Adel. 5. 3. 18. Communia esse amicorũ inter se omnia. Eadem verba citat Cicero lib. 1. Offic. Idé. 4. Acad. 126. Etenim de cæteris sunt inter illos nonnulla communia.
¶ In commune meruere. Plaut. Asin. 7. 20.
– metuo in commune nequam fraudem fraus fiet.
In commune conferre. Cic. pro Qu. 7. Idem. 1. de Inuent. 127.
In commune congredi. Tacit. lib. 18.
In commune consulere. Tacit. lib. 12. Et in vita Agricolæ.
In commune agrum colendum dare. Vlpianus in L. Quum duobus §. Si in coeunda. ff. Pro socio.
In commune aliquid derogare. Tacit. lib. 13.
In commune dicere de pluribus rebus. Plin. lib. 17. cap. 1. 9. In commune de cælo, terraque dicemus.
In commune emere. Vlpian. in L. Et in condictionibus. ff. Pro socio.
In commune aliquid profuturum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 6.
In cõe redigere aliquid. Vlpian. in L. Si societatem. ff. Pro socio.
In commune vocare honores. Vide IN.
Nomen imperii in commune odium orbis terræ vocabatur. Cicero. 1. de Lege Agraria. 1.
Cætera in communi sita sunt. Tacit. lib. 20.
¶ Communia principis vestigia & confusa. Plin. in Paneg. 39. Te fama, te gloria, te ciuium pietas super ipsos principes vehunt, te ad sydera tollit humus, ita communia & confusa principis vestigia. Id est adeò incedis more plebeio & omnibus communi nempe non equo, sed pedibus, idque sine vllo fastu.
¶ Commune, Substãtiuum, pro Communi Repub. inquit Asconius. Cic. 3. Verr. 67. Pro Quæstore verò quomodo iste commune Meliadũ vexarit, quomodo, &c. Idem. 4. Verr. 121. Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, quum videret statuas ab negotiatorib⁹, ab aratoribus, à communi Siciliæ?
Communiter, pen. corr. (κοινῶς,) Aduerb. Cic. de Senect. 2. Quo vterq; nostrum communiter vteretur. Liuius. 1. ab Vrbe. 42. Centenses Crustumiique & Antemnates erãt, ad quos eius iniuriæ pars pertinebat. Ante agere iis Tatius Sabinique visi sunt. Ipsi inter se tres populi cõmuniter bellum parant.
Communiter & Separatim, opposita. Cicero Bruto, lib. 13. 13. 1. Idem. 2. de Inuent. 129. Et. 1. Offic. 50.
Admirari cõiter. Cic. 2. Offic. 50. Admirãtur igitur communiter illi qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem ofa quæ magna & præter opinionem ſuam animaduertunt.
Apti communiter ad virtutes.Cic.4.de Finib.6.
Promiſcuè & communiter ſtultis ac ſapientibus ab natura datum aurium iudicium. Cic.pro Ponteio.11.
Communiter commendare.Cic.ad Brutú lib.13.13.1. Alia epiſtola cõmuniter tibi commendaui legatos Arpinatium.
Cõſcripſerunt cõiter edictũ cũ pœna atque iudicio.Cic.3.Offic.105.
Conſolari communiter.Cic.Attico,lib.3.15.130.
Deberi communiter.Papinianus in L.Militis.ff.de Teſtamẽto militari, Legata autem teſtamento data communiter debebuntur.
Literas communiter cum aliis ſcribere.Cic.Attico lib.11.23.3.Equidẽ ex tuis literis intellexi,& iis quas communiter cum aliis ſcripſiſti,& iis quas tuo nomine,quod, &c.
Vendere communiter cum aliquo aliquid. Pomponius in Lege. Si Titius.ff.Pro ſocio.
Ira vtrunque communiter vrit.Horat.1.Epiſt.23.
Communitas,pen.corr.communitátis,(κοινότης,) Denominatiuũ.vt Cõmunitas vitæ & victus.Cic.ad Pætum,lib.9.24.9.
Conſociatio hominum atque communitas.Cic.1.Offic.121.
Communitas & ſocieras hominis.Cic.3.de Finib.103.
Communitas & ſocietas cum hominibus eſt.Cic.1.Offic.122.
Societas hominum inter ipſos, & vitæ quaſi communitas continetur ratione.Cic.1.Offic.31.
Communitas & ſocietas vitæ.Cic.1.Offic.69.
Communitas ciuilis.Cic.3.de Finib.102.
Communitas conditionis illi cum gladiatore.Cic.6. Philipp.106. Quæ vobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis,æquitatis,legationis eſſe communitas?
Communitas homini cum deo.Cic.1.de Nat. Deor.160.
In eo ſi erit communitas cum falſo.Cic.4.Acad.66.
Communitas cum improbis.Matius Ciceroni,lib.11.18.13.Nullã communitatem cum improbis eſſe poſſe.
Magna eſt etiam illa communitas,quæ conficitur ex beneficiis vltro citroque datis,acceptisque.Cic.1.Offic.81.
Maximè apta naturę communitas.Cic.1.Offic.122.
Ex communitate ducuntur officia aptiora naturæ.Cic.1.Off.213.
Ad naturalem communitatem nati ſumus. Cic.3.de Finib.100.
Seruanda communitas omnium rerum.Cic.1.Offic.77.
Communio,communiõnis, (κοινωνία,) Aliad denominatiuum. Cic. pro Corn.Balbo.22.Ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum,ciuitatis continere videtur.
Legis & iuris communio.Cic.1.de Legib.33.Inter quos porrò eſt communio legis,inter eos communio iuris eſt.
Literarum & vocum communione homines inter ſe iunxit philoſophia. Cic.5.Tuſcul.17.
Sanguinis communio.Cic.pro Roſc.Amer.38. Magna enim vis humanitatis,multùm valet communio ſanguinis.
Sermonis communio,pro Communi confabulatione. Sueton. in Auguſto,cap.74.Ad communionem ſermonis tacentes,vel ſubmiſſim fabulantes prouocabat.
In communionem tuorum temporum bona ac fortunas meas contuli.Cicero pro Milone.76.
Acquirere communioni.Paulus in L.Ea verò.ff.Pro ſocio,Quum ſpecialiter omnium bonorum ſocietas coita eſt,&c.quacunque ratione acquiſitum,communioni acquiritur.
Impediri communione viſorum.Cic.4.Acad.81.
In communionem incidere.Vlpianus in L.Vt ſit.ff.Pro ſocio,Communiter autem res agi poteſt etiam citra ſocietatem,vt puta quum non affectione ſocietatis incidimus in communionem.
In priſtina communione manere.Cic.3.de Orat.41.
Commúnico,commúnicas, pen.corr.(κοινῶ,ἀνακοινόομαι,)communicare.Plaut.Perſa.10.6. Communicaui tecum conſilia mea. Cicero pro Roſcio Amerino.68.Propterea quòd auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe qui cum altero rem communicauit.
Partiri & communicare.Cic.de Amic.22.
Acta ſua communicare cum aliquo.Ouid.13.Metam.482.
At ſua Tydides mecum communicat acta.
Cauſam cum aliquo communicare.Cic.pro Roſc.Amer.84.
Communicare ciuitatem.Luius,Ciuitatem noſtram vobis dedimus cõmunicauimusque vobiſcum.
Commodum cõicare.Paulus in L.Act.§.Diximus.ff. Pro ſocio.
Curam doloris ſui cum aliquo communicare.Cic.Titio,lib.5.16.11.
Furtum communicare cum aliquo,Partiri.Cic.1.Verr.18.
Gloriam victoriæ cum aliquo communicare.Cic.7.Verr.4.
Gloriã facti alterius eum laude ſua cõmunicare.Cic.Caſſio,lib.12.2.31.
Honores ſiue magiſtratus communicare cum plebeiis. Plin.de Viris Illuſtribus.14.Ne conſulatus cum plebeiis communicaretur, acerrimè reſtitit.Id eſt ne ex plebe crearentur Conſules.
Inimicitias communicare cum altero. Cic.ad Trebonium, lib.15.21.3.
Nam vt illa omittam quæ ciuitate teſte feciſti, quum mecum inimicitias communicauiſti,quum me concionibus tuis defendiſti.
Laborem communicare.Plinius lib.11.cap.30.1.Et formicę,vt apes cõmunicantes laborem.
Laudem cum altero communicare.Cic.7.Verr.97.Vobiſcum Africanus hoſtium ſpolia & præmia laudis communicauit.
Non partiendæ inuidiæ, ſed communicandæ laudis cauſa loqui. Cicero pro Sylla.6.
Communicare aliquid cum ſua laude.Cic.4.Acad.8.Ita priuabo potius illum debito teſtimonio,quàm id cum mea laude communicem. Id eſt quàm id admiſceam laudi meæ.
Lucrum communicare,pro Commune facere. Suetonius in Auguſto,capite.75.Per ſingulos lectos licitatio fieret,& ſeu iactura, ſeu lucrum communicaretur.
Menſa ſua communicare aliquem.Plaut. Milite.3.52. Communicabo te ſemper menſa mea.
Pericula communicare.Cic.de Amicit.24.Itaque ſiquando aliquod officium extitit amici in periculis aut adeundis,aut communicãdis,quis eſt qui id non maximis afferat laudibus?
Communica mecum hanc prouinciam,pro Adiuua me.Plau.Trinum.4.112. –nunc ego te quæſo,
Vt mea opera & conſilio iuues, communicesque hanc mecum meam Prouinciam.M. polliceor operam.Cic.in Piſonem.3.
Impertire alicui & communicare cum eo aliquid.Ci.de Amic.61.Quod faciendum imitandumque eſt omnibus,vt ſiquam præſtantiam virtutis,ingenii,fortunæ conſecuti ſunt,impertiant cum ſuis,communicẽtque cum proximis.
Ad participandum alium ab alio,communicandumque inter omnes iuſti natura facti ſunt.Cic.1.de Legib.48.
¶ Communicare cum altero,pro Loqui. Cæſ.5.bel. Gall.136. Ille cum Cotta ſaucio communicat,ſi videatur,pugna vt excedant.Cic.ad Atticum,lib.11.229.1.Quod ad te ſcripſeram vt cum Camillo communicares:de eo Camillus mihi ſcripſit,te cum eo locutum.
Vnà cum aliquo communicare omnia quæ cura aliqua afficiunt. Cicero Attico,libro.1.13.1.
Beniginſſime communicare aliquid cum aliquo.Cic.1.Verr.18.
Iudicia alicui communicare.Cic.pro Cluent.103.
Communicare de re aliqua. Cicero ad Lentulum, libro.1.7.8. Etenim Pompeium, qui mecum ſæpiſſimè non ſolum à me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet, ſcis temporibus illis non ſæpe in Senatu fuiſſe.
De officio vtriuſque noſtrum communicare.Cic.Sulpitio lib.4.1.2.
Communicare inter ſe aliquid.Cic.ad Caſſium,lib.15.14.4.Tum vt quibus de rebus vellémus,tu tuis,ego meis inter nos communicaremus. Ibidem.7.Vt id quod de noſtris rebus coràm communicaſſemus inter nos,conficiamus literis.Idem ad Matium lib.11.27.5. Multa præterea,quæ temporibus illis inter nos familariſſimè dicta,ſcripta,communicata ſunt.
Multa de re aliqua inter ſe communicare.Cic.pro Quo.8.
Communicare & peruulgare.Cic.1.de Inuent.207.
¶ Communicari,in actiua ſignificatione.Liui.4.ab Vrbe, Nec aduerſarum rerum quærere ſocios,cum quib⁹ ſpem integram cõicatti nõ ſint.
Præmia virtutis & officii non oportere cum improbis cõmunicari,aut in mediocribus hoibus peruulgari.Cic.1.de Inuen.207. Sed hîc paſſiuè.
Communicato inter ſe conſilio.Liu.8.ab Vrbe.129.
Res aduerſas cõicans amicitia leuiores facit.Cic.de Amic.22.
Communicatio,(κοινωνία,ἀνακοίνωσις,) Verbale. Cicero ad Atticũ, lib.1.12.8.Quin mihi nunc te abſente non ſolùm conſilium,quo tu excellis,ſed etiam ſermonis communicatio,quæ mihi ſuauiſſima tecum ſolet eſſe,maximè deeſt.
Communicatio ciuitatis.Cic.pro Corn.Balbo.24. Cuius authoritate & exemplo nunquam eſt intermiſſa à maioribus noſtris largitio & communicatio ciuitatis.
Societas & communicatio vtilitatum.Cic.5.de Finib.116.
Communicatio nominum.Plin.lib.14.ca.14.8. His ſubtexemus ea quę Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum eſſent.Id eſt quòd illidem nominibus vocabantur.
Suauiſſima ſermonis communicatio.Cic.Att.lib.1.12.8.
Communicatio, eſt figura, Græcè ἀνακοίνωσις dicta:qua Oratores inter orandum vtuntur.eam ſic definit Cicero tertio de Oratore.115. Communicatio,inquit,eſt quaſi cum iis ipſis apud quos dicas, deliberatio.Vt ſunt hæc,Quid ſuadetis?&,Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit? &, Communem rem agi putatote, ac vos huic præpoſitos eſſe, & ſimilia.

Commúrmuro, penult.corr. (μορμύρω,) commurmurare,Idẽ quod murmurare.Plinius lib.10. capit.23.4. Pythonos comen vocant in Aſia patentibus campis, vbi congregatæ inter ſe commurmurant.
Clauſo commurmurat ore.Silius lib.15.162.

Commurmuror,

Commurmuror, (μορμύρω,) Deponens, Idem. Cic.in Piſonem.49. Ita enim ſunt perſcriptæ ſcitè & literatè, vt ſcriba ad ærarium qui eas retulit,perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus ſit.

Commûto, commútas,pen.prod. (συμμετραβάλλω,) commutare,Id eſt mutare,vel ſimul mutare. Cic.5.Verr.12.Vt non modò eorum agris vectigal nouum nullum imponerent,ſed ne legem quidem venditionis decumarum,neue vendundis aut tempus aut locum commutarent.
Commutare & corrigere.Cic.1.de Inuent.114.
Ex veris in falſa commutare.Cic.de Fato.26.
Scriptis, aſſiduitate orationis, & præceptis commutare aliquem, vt tali animo ſit futurus,quali volumus.Cic.Attico,lib.16.333.13.
Animum commutare.Lucret.lib.3.104.
Animos commutare & omni ratione flectere.Cic.2.de Orat.117.
Captiuos commutare.Cic.1.Offic.61.
Commutare coloniam, per tranſlationem dixit Plautus Aulul.16.40
Vt me deponat vino,eam affectat viam:
Poſt hoc quod habeo vt commutet coloniam. Id eſt ea mihi auferat, & deportet in domum ſuam.
Commutauit colorem hoc caput.Plaut.Moſtel.4.44.
Compendiũ leue maxima fraude cõmutarũt. Author ad Herẽ.lib.2.63.
Commutare conſilium.Cæſar.1.bel.Gal.92.Et.5.bel.Ciuil.142.
Commutare fidem & religionem pecunia.Cic.pro Cluentio.101. Ciuem ſine ignominia quenquam,qui ad perniciem innocentis fidem ſuam & religionem pecunia commutarit.Id eſt vendiderit.
Frons,vultus, & ſermo petitoris ad eorum,quoſcunque conuenerit,ſenſum & voluntatem commutandus eſt.Cic.de Petit.Conſul.28.
Gloriam conſtantiæ cum patriæ charitate cõmutare. Cic.pro Seſtio.29. Denique videbatur ea conditione tam fortis fuiſſe, vt cum patriæ charitate,conſtantiæ gloriam commutaret.Id eſt vt pro patria relicta gloriam aſſequeretur.Budæus.
Inuidiam poſſeſſionis pecunia commutare.Cic.1.de Lege Agraria.8.
Iura omnia, & omnium conſuetudinem cum vituperatione ſine quæſtu commutare.Cic.5.Verr.41.
Locum commutare.Lucret.lib.3.215.
Naturam commutare. Varro.2.de Reruſt.cap.40.2. Semen vetus tantum valet in quibuſdam rebus,vt naturam commutet.
Nomen commutare.Plaut.Amphit.4.151.
Rempublicam commutare.Cic.3.in Catil.68.
Sententiam commutare. Cic.ad Atticum,lib.16.334.3. Lectis verò tuis literis,admiratus equidẽ ſum,te tam vehementer ſententiã cõmutaſſe.
Signa earum rerum quas ceperunt, cõmutant fures. Cic.5.de Finib.129.
Veſtem commutant inter ſe & nomina. Plaut.Capt.2.37.Itaque inter ſe commutant veſtem & nomina.
Viam commutare.Lucret.lib.2.26.
Vitam commutare cum morte. Sulpitius ad Ciceronem,lib.4.5.7. Hiſce temporibus non peſſime cum iis eſſe actum,quibus ſine dolore licitum eſſet mortem cum vita commutare.
Vitam priorem commutare nouis rebus.Lucret.lib.5.223.
Vxores commutare.Plaut.Trinum.4.16.
Vin' commutemus,tuam ego ducam,
Et tu meam? Iocus Plautinus.
¶ Commutare in horas.Cic.ad Atticum,lib.14.318.6. Conſilia temporum ſunt, quæ in horas commutari vides.Sic Commutari tempore. Cic.1.Offic.46.
Commutare quædam in libris. Plin.epiſt.140.2. Librum tuum legi, & quamdiligentiſſimè potui,annotaui quæ commutanda, quæ emenda arbitrarer.Cic.1.de Nat.deorum.99. Quid eſt in Phyſicis Epicuri non à Democrito? Nam etſi quædam commutauit, vt quod paulo ante de inclinatione atomorum dixi,tamen pleraque dixit eadem.
Verbum proprium proprio ornandi cauſa cõmutare. Cic.3.de Orat.91.
Commutare alicuius contumeliam vita ſua.Salluſt.in oratione ad Cæſarem,de Repub.ordinanda,Nam quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignauiſſimi vita ſua commutare volunt? ſcilicet neque illis tantæ voluptati eſt (tametſi inſperantibus accidit) dominatio, quanto mœrore tua dignitas.
Commutare verba cum aliquo, Litigare & iurgare. Terent.And.1.4.7.
– crede mihi hoc inquam Pamphile,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum eſſe verbum, ſi te dices ducere. Vbi Donatus, Commutaturum verbum,Alter eaturum:ſicut in Phorm.4.3.33.
Vt eſt ille bonus vir,tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. Id eſt dabis atque accipies,id eſt non iurgabis. Ego puto commutare verba hoc eſſe, pro bonis dictis mala ingereret hoc eſt iracundia in maledicta compelli.
Commutari & contrarium fieri.Cic.1.Offic.45.
Animo commutari.Cic.4.de Finib.13.
Iudicio cõmutari non poteſt res q̃ ſemel ſit iudicata.Cic.1.de Inuẽ.114.
Commutatus,Participium.vt Commutata ſententia. Cic.4.Acad.128.
Commutato genere vitæ.Cic.1.Offic.169.
Commutato tempore.Cæſar.3.bel. Ciuil.106.
Ratio commutata.Cic.Pulchro,lib.3.5.10.
Commutãtus,huius commutatus,pen.prod.Verbale. Id eſt commutatio ſeu alteratio.Lucret.lib.1.163.
Quapropter quoniam quæ paulo diximus antè,
In commutatum veniunt,conſtare neceſſe eſt
Ex aliis ea,quę nequeant conuertier vniquam. In commutatum veniunt,id eſt commutantur. Loquitur de elementis.
Commutatio,aliud verbale, (μεταβολή,) Cæſar.5.bel. Gall.2. Propter crebras commutationes æſtuum.
Annuæ commutationes,non modò quadam ex neceſſitate ſemper eodẽ modo fiunt:verùm ad vtilitates quoque rerum omnium ſunt accommodatæ.Cic.1.de Diuin.74.
Commutationes ciuiles.Cic.ad Lucilium,lib.5.12.13.
Commutatio dominorum reformidanda.Cic.ad Atticum,lib.2.52.1.
Morum aut ſtudiorum commutatio.Cic.de Amic.66.
Conuerſiones commutationesque tempeſtatum cœli fiunt acceſſu ſtellarum & receſſu.Cic.2.de Diuin.134.
Commutationes temporum quadripartitæ.Cic.1.Tuſc.106.Viciſſitudines dierũ atq; noctiũ,commutationesque temporum quadripartitas ad maturitatem frugum & temperationem corporum aptas,&c.
Commutatio vitæ.Cic.1.Tuſcul.44.
Voluntatis commutatio.Cic.Att.lib.1.12.2.
Commutatio voluntatum & animorum.Cæſar.1.bel.Gall.105.
Ex vero in falſum fit commutatio.Cic.de Fato.27.
¶ Commutatio,eſt Rhetorum figura,quam author ad Heren.lib.14.19. ſic definit,Cõmutatio eſt,quum duæ ſententiæ inter ſe diſcrepãtes ex tranſiectione ita efferuntur,vt à priore poſterior cõtraria prioti pro ficiſcatur,hoc modo:Eſſe oportet vt viuas,non viuere vt edas.
Commutabilis,& hoc commutabile,pen.corr.(μεταβλητικός,) Quod facile mutatur.Cicero de Amicitia.77.Nam quum amicitiæ vis ſit ea,vt vnus quaſi animus fiat ex pluribus:quî fieri poterit, ſi ne in vno quidem quoque vnus animus erit,idemque ſemper,ſed varius, commutabilis, multiplex?
Cera commutabilis.Cic.3.de Nat.Deor.39.
Exordium commutabile eſt,quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatum ex contraria parte dici.Cic.1.de Inuent.38.
Imbecilla & commutabilia pecuniæ mẽbra.Cic.in Parad.8.In quo equidem continentiſſimorum hominum maiorum noſtrorum ſæpe requiro prudentiam, qui hæc imbecilla & commutabilia pecuniæ membra,verbo bona putauerint appellanda,quum re ac factis lõge aliter iudicauiſſent. De opibus.
Si commutabilis eſſet natura argenti & æris.Cic.3.de Nat.Deor.39.
Varia & commutabilis vitæ ratio.Cic.pro Milone.51.
Infirma,miſera,& commutabilis Reſp.Cic.ad Att.lib.1.12.11.

Como, Comoſus, Vide COMA.

Comoedia, huius comœdiæ,(κωμῳδία,) Poema in quo humiles ferè perſonæ inducũtur,& amores,virginumque raptus deſcribuntur.Feſtus,Comœdias conſtat appellari ex eo quî initio in vicis iuuenes cantare ſoliti eſſent crebrò conuenientes. De comœdiis vide præfationem Donati in Terentii comœdias.
Comœdia dicta eſt ἀπὸ τῆς κώμης,id eſt à vicis& ᾠδή,cantilena.
Actores comœdiarum.Quintil.lib.3.cap.8.56.
Priſca comœdia.Horat.1.Serm.Saty.4.1.
Iocorum referta comœdia.Cic.1.Offic.146.Duplex omnino eſt iocandi genus,&c. Alterum,elegans,vrbanum,ingenioſum,facetum.quo genere non modò Plautus noſter,& Atticorũ antiqua comœdia,ſed etiã philoſophorum Socraticorum libri referti ſunt.
Agere comœdiam. Vide AGO.
Vetus comœdia.Horat.in Arte.57.
Eius improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. De Seruilio Glaucia.Cic.de Claris Orat.119.
In comœdiis placere.Cic.in Orat.59.
Comœdus(κωμῳδός,)Qui repræſentat comœd.ſiue comœdiarũ actor.
Facere comœdum in pronuntiando.Quintil.lib.2.cap.12.10.
Fieri comœdum ex peſſimo hiſtrione.Cic.pro Roſc.Comœdo.
Cómicus,pen.corr. (κωμικός,) Adiectiuum.vt Comicus verſus. Plinius libro.14.cap.14.1.
Actores comici.Quintil.lib.2.cap.10.9.
Artificiũ comicũ.Cic.pro Roſc.Comœ.16. Nemo enim illũ ex trunco corporis ſpectabat,ſed ex artificio comico æſtimabat. De Roſcio.
Dauus comicus. Id eſt qui à comicis poetis deſcribitur. Horat.2.Serm. Saty.5.19. –Dauus ſis comicus, atque
Stes capite obſtipo,multum ſimilis metuenti.
Comicus poeta,Comœdiarum author.Plin.lib.13.cap.1.10.Hoc erat celeberrimum Menandri poetę comici ætate.Cic.in Orat.35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Res comica. Id est res quæ in comœdiis tractatur. Horat. in Arte. 19.
Versibus exponi Tragicis res comica non vult.
Comœdice, pen. corr. (κωμῳδικῶς,) Aduerbium à comœdo, inquit Fest⁹. Plaut. Euge, euge, astutisti & dulce & comœdicè.

Comósis, pen. prod. Primum fundamentum operis apum dicitur, teste Plin. li. 11. ca. 7. 1. Id est excremẽtũ ceræ in alueo.

Compactus, Compactio, Compactilis,

Vide COMPINGO.

Compâgo, (ἁλλαλευχία,) & Compáges, pen. prod. in genitiuo compagis, non compaginis, authore Seruio. Hoc est coniunctio, compositio, confixio. Seruius, Ambages, & compages anti qui tantum dicebant. Posteritas admisit vt eam compago dicatur: sed non quia varius esse potest nominatiuus, debet etiam declinatio muta ri. quemadmodum nec in istis nominibus arbor arbos, vomer vomis: nam & arboris & vomeris tantum facit. Ergo compages cõpagis: quo niam compago vsurpatum est. cõpaginis enim nemo penitus dicit. Ha ctenus Seruius in illud. 1. Aeneid. 60. – compagibus arctis
Claudentur belli portæ. Ouidius tamen ita ait,
Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se iunctis, nomen tenuisse puellæ. Liu. 7. bel. Pun. 159.
Magister inter aures positum ipsa in compage qua iungitur capiti cer uix, quanto maximo poterat ictu adigebat. Cic. de Senect. 70. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessi tatis & graui opere perfungimur. Virgil. 1. Aeneid. 26.
– laxis laterum compagibus, omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. Vbi Seruius, Compagibus id est commissuris. De nauibus loquitur.
Compages lapidum. Ouid. 3. Metam. 3.
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum.
Arctæ compages. Virgil. 1. Aeneid. 60.
Discussa compages. Lucan. lib. 2. 98.
Humana compages. Lucan. lib. 5. 24.
Laxæ compages. Virgil. 1. Aeneid. 26.
Aluus curua compagibus. Virgil. 2. Aeneid. 11.
Validis hærere compagibus. Lucret. lib. 4. 243.
Hærere cõpagibus Veneris, Id est in amplexu amicæ. Lucret. lib. 4. 214.
Reuulsæ compages. Seneca Thyeste. 1. 9.
Compagibus ruptis. Senec. Herc. Oeth. 9. 1.
Muri compagem soluere. Lucan. lib. 3. 99.

Compar, comparis, pen. corr. om. g. (πάρισος, σύζυγος,) Idé signi. ficat quod par. Liu. 1. ab Vrbe. 36. Id enim demũ cõpar connubium fore. Idem, Quod quia nimis compar Latinorum quondã postulationi erat, pro certo ponere veritus sum.
Compar consilium. Liu. 8. bel. Pun. 230. Quàm compar consilium tuum parentis tui consilio fit, reputa.
Funus cõpar morti. Liu. 8. ab Vrbe. 53. Decii corpus nec eo die inneniret, nox quærentes oppressit: postero die inuẽtum inter maximam hostiũ stragẽ, coopertum telis: funusq; par morti celebrãte collega, factum.
Compar, exornatio Rhetorica. Author ad Heren. lib. 4. 135. sic definit, Compar appellatur, quod habet in se membra orationis, quæ constat ex pari numero syllabarum.
Compar modus. Id est par & æqualis mensura. Celsus lib. 4. cap. 5.
Viri natura compar vxori. Lucret. lib. 4. 253. Compar, id est conuenies.
Compar, cum genitiuo. Gellius lib. 6. cap. 11. Quia tantũ per similis & cõ par eorum fias.
¶ Compar, pro Socio seu coniuge. Plaut. Casin. 18. 18. Meus socer, com par, commarit⁹ villicus. Id est socius vel æqualis. Plin. lib. 8. cap. 25. 2. Coniuga fermè vaganturnec nisi cum compare, vita est.
Aequare munia comparis. Horat. 2. Carm. ode. 5. 1.
Nondum subacta ferre iugum valet
Ceruice, nondum munia comparis
Aequare nec tauri ruentis
In venerem tolerare pondus.

Comparatiuus, Vide COMPARO.

Comparco, comparsi, comparsum (φειδομαι,) comparcere, Idé quod parcere. Terent. Phorm. 1. 1. 10.
Quod ille vnciatim vix de demenso suo
Suum defrudans genium, comparsit miser,
Id illa vniuersum abripiet.

Compáreo, compáres, pen. prod. comparui, (φαίνομαι,) compa rère, Idem quod Apparere. Plaut. Aulul. 20. 2. Qui modo nusquam cõparebas, nunc quum compares, peris. Idem Capt. 1183. Cic. 7. Verr. 116. Quærite nunc vestigia prius quibus exitus il lorum, ex illo loco compareant. Plin. lib. 2. cap. 17. 8. Non comparere in cœlo Saturni sydus. Liuius, Prima luce nec author, nec causa terro ris comparuit. Ouid. ad Liuiam. 82.
Lucifer in toto nulli comparuit orbe.

In multitudine bonorum comparere, Cic. pro Rab. perduel. reo. 17.
Aliquem non cõparere. Cic. Attico, lib. 12. 32. 4. L. nauis de lata in Vti cam zefiaru. hoc Pompeium non comparere, nec in Balearibus omni no fuisse, vt Patietus affirmat.
Omnis suspicio in eos seruos qui non comparebant, mouebatur. Cic. pro Cluentio. 143.
Inchoata à natura comparent. Cic. pro Sylla. 54.
Comparent leges. Liu. 6. ab Vrbe. 4. In primis fœdera ac leges (erant au tem eæ duodecim Tabulæ, & quædam regiæ leges) conquiri quæ cõ parerent, iusserunt.
Comparent officia. Cic. 3. Offi. 18. Quum autẽ aliquid actum est in quo media officia compareant, id cumulate videtur esse perfectum.
In turba neuorum voluminũ vix cõparet hæc oõ. Cic. de Cla. Orat. 63.
Orationis ornamenta comparent. Cic. in Orat. 138.
Nulla scintilla comparet incendii. Cic. Antequam iret in exil. 9.
Signa & dona comparere omnia Cic. 3. Verr. 94.
Comparebunt quæ imperas. Plaut. Amphit. 7. 72. Et memor sum, & diligens, vt quæ imperes compareant. Id est fiant ea quæ tu imperaueris.
Non comparet argenti ratio. Plaut. Trinum. 8. 13. – postquam
Comẽdit rem, pòst rationem putat. L. nequaquam argenti
Ratio comparet tamen. Idem Milite. 10. 67.
¶ Comparere, pro Extare. Liuius, Vsebantur enim excellentia eius generis ornamenta à Marcello cõsecrata, quorũ exigua pars cõparet.

Cómparo, comparas, pen. cor. (συντιθέναι, παρασκευάζω,) comparare, Proprie est parare. vt Comparare conuiuium. Cic. 3. Verr. 45. Magnifice & ornate (vt erat in primis inter suos copiosus) comparat conuiuium. Plin. lib. 11. cap. 10. 2. Aliæ cibũ comparant ex eo quod allatum est.
Accusatorem alicui comparare. Cic. pro Cluent. 151.
Cõparare accusatores in aliquẽ. Cic. pro Rosc. Amer. 18. Crimen incredi bile confingit testes in hunc & accusatores huiusce pecunia cõparãt.
Aditum comparare. Vide ADITVS.
Comparare sibi aditũ ad aliquã rem. Cic. ad Atticũ, lib. 2. 32. 1. Nunquã huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi cõpararent.
Bellum non comparare, sed iam gerere. Cic. 3. Philipp. 123. Quum bellũ nefariũ contra aras, & foces, contra vitã fortunasq; nostras ab homine profligato ac perdito non comparari, sed geri iam videremus.
Comparare canem ad rixã, ad pugnã, ad cursum. Colu. lib. 7. cap. 12. 8.
Copias contra aliquem comparare. Cic. in Orat. 130.
Comparare copiam hoium. Cic. ad Att. lib. 8. 16. 3. Alter in Siciliã cum ea copia quam Capuæ & circum Capuam comparastis, &c.
Comitium comparare. Cic. 3. Verr. 45.
Domicilium comparare. Liu. 1. ab Vrbe. 155.
Dolum comparare, per trãslationem. Liu. 3. bel. Pun. 163. Vbi id parum processit, dolum ad capiendos eos comparant.
Comparare & confingere dolum alicui. Plaut. Capt. 2. 47.
Exercitum comparare. Cic. 3. Philipp. 133.
Ferrum comparare in tutelam sui. Quintil. lib. 3. cap. 2. 2. Nisi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo petius, qui ferrũ in tutelam sui, quàm qui in perniciem alterius compararit.
Annus hybernus Iouis imbres niuesque comparat. Horat. Epod. 2. 6.
Insidias alicui comparare. Cic. pro Cluen. 55. Itaque tum sic statuit, per C. Fabritium insidias Habito comparare.
Laudationes & vim & metũ ab aliquib⁹ alicui cõparare. Cic. 6. Ver. 130.
Laudes artibus cõparare. Cic. Curioni, lib. 2. 3. 6.
Ludos magna pecunia comparare. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 24. 10.
Malum alicui comparare. Plaut. Casina. 10. 69. Quin ego illis hodie cõ parem magnum malum.
Periculum alicui comparare. Cic. pro Flacco. 74.
Cõparare & constituere spatiũ defensionis. Cic. pro Rab. perduel. reo.
Sortitio comparata ne, &c. Id est constituta. Cic. pro Cluent. 101.
Tumultus domesticos & intestinos cõparare. Auth. ad Her. lib. 4. 190.
Comparare, cum infinitiuo. Comparare tecta vrere. Ouid. 2. Trist. 54.
Igne quid vtilius? siquis tamen vrere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Ad arburium suum aliquid comparare. Cic. Mario, lib. 7. 1. 4.
Ad delectationem comparatum aliquid. Cic. in Orat. 120.
Delectationis causa comparatum aliquid. Cic. in Orat. 21.
In ostentationẽ cõparare declamationẽ. Quintil. lib. 2. cap. 10. 7.
Grauissimus author ad instituendã, fidelissimus socius ad cõparandã, fos tissimus adiutor ad rẽ perficiendam fuit. Cic. pro Domo sua. 25.
Maiores nostri hoc comparauerunt vt, &c. Cic. ad Herẽnium, lib. 4. 168.
Et pro Murena. 71.
Comparare se. Terent. Eunuc. 1. 1. 2.
– an potius ita me comparem
Non perpeti meretricum coortumelias! Cicero de Natura deorum.
Ego me ita comparaui.
Alicui se ita comparare. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14.
Comparare se, pro Se disponere & cauere. Cic. ad Qu. fratrem, libro. 1. epist. 1.

epist. 1. Sed te illud admoneo, vt te antè cõpares quotidieq; meditere resistendum esse iracundiæ. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 7. 7. Itaque se comparat, homines ex agris acceresit.
Dum se vxor, vt fit, cõparat, paulisper cõmoratus est. Cic. p. Milone. 20.
Comparare se ad respondendum. Cic. 3. de Nat. deorum. 25.
Comparare se ad iter. Liuius. 8. bel. Pun. 171.
Comparare sibi remedium ad vim tempestatum. Vide REMEDIVM.
Sic Comparare subsidia ad omnes casus. Cæsar. 4. bel. Gallici. 576.
Comparare vultum suum è vultu alterius. Plaut. Amphit. 11. 5.
¶ Cõparare, (πορίζειν,) Acquirere. Ter. And. 4. 1. 3. – atq; ex scõmodis Alterius sua comparent vt commoda? Vbi Donatus, Comparent, id est acquirant, vel æstiment. Id est non intelligunt commoda sua, nisi ex alterius incommodis ea æstimauerint. Idem Heaut. 2. 4. 17. Ex il lius commodo, meum compararem commodum.
Amicitias comparare ratio monet. Cic. 1. de Finib. 102.
Amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officiis guber netur. Cic. pro Roscio Amerino. 66.
Comparare argentum. Plaut. Asin. 6. 2.
Optimas artes comparare. Cic. 2. de Finib. 177.
Comparare sibi authoritatem re aliqua bene gesta. Cæsar. 5. bel. Gal. 209.
Comparare sibi populorum liberorum, regumque auxilia volantaria. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 7. Quum interea superioribus diebus ex Senatusconsulto, & euocatorum firmam manum, & equitatum sanè idoneum, & populorum liberorum, regumque & sociorum auxilia vo luntaria comparauissem. Voluntaria, id est Quæ sponte dantur.
Cõparare sibi delectationes ad arbitrii suũ. Cic. ad M. Marii, lib. 7. 1. 4.
Discipulum comparare. Cic. in Pisonem. 56.
Gloriam ex bellicis rebus comparare. Cic. 2. Offic. 64.
Ius à maioribus nostris ita comparatum est. Cic. pro Domo sua. 61.
Comparare diligentiam. Cic. pro Quintio. 2. Nam quo minus ingenio possum subsidio mihi diligentiam comparaui.
Aere comparare homines ad aliquid. Catul. epig. 10. 4.
Improbissimè prædam comparare. Vide IMPROBVS.
Optimam viuendi rationem comparare. Cic. 5. Tuscul. 52.
Subsidium aliquod ab adolescentia sibi comparare. Cic. 1. de Orat. 98.
Syluam rerum ac sententiarum comparare. Cic. 3. de Orat. 58.
Conquirere & comparare voluptates. Cic. 1. de Finib. 67. Sapientia nunc expetitur, q. est ranquã artifex conquirẽdæ & cõparandæ voluptatis.
Ad beatè viuendum res nobis comparat sapientia. Cic. 1. de Finib. 100.
Virtutem industria comparat alicui. Author ad Herennium, lib. 4. 175.
¶ Comparare, Coniungere. vt Comparare labella cum labellis. Plautus Asin. 12. 78. Prehende auriculas, compara labella cum labellis. Blan dimentum amantis.
¶ Comparare, Emere, (ἀντικαταλλάττεσθαι,) Terent. Eunuch. 2. 3. 63. Si scias quod donum huic dono contra comparet. Vbi Donatus, com paret pro emat, aut comparandum putet. Cato de Re rust. Prædium cum comparare cogitabis. Liuius. 2. ab Vrbe. 40. Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandum missi.
Animosissimè comparare aliquid. Sueton. in Cæsare, cap. 47. Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semp animosissimè cõparasse.
Carius comparare aliquid. Sueton. in Calig. cap. 27. Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, &c.
Magisteria sacerdotii comparare. Sueton. in Calig. cap. 22. Magisteria sacerdotii ditissimus quisque & ambitione & licitatione maxima vitiis comparabant.
¶ Comparare, (συγκρίνειν, παραβάλλειν,) Assimilare. Plin. lib. 12. ca. 14. 8. Rusum thus exit, nec comparandum priori. Idem lib. 7. cap. 36. 1. Sed Romæ vnum, cui comparari cuncta non possint.
Conferre pugnantia, comparare contraria. Cic. in Orat. 21.
Similitudines comparare. Cic. 1. Offic. 19. Idem in Orat. 76.
Dicendi ratio cum imperatoris laude, aut cum boni senatoris prudentia comparanda. Cic. 1. de Orat. 5.
Comparare aliquorum ætatem. Liuius. 1. ab Vrbe. 20. Forte & Numito ri, quum in custodia Remum haberet, audisseque geminos esse fra tres, comparando eorum ætatem, &c.
Alterum alteri comparare. Cic. de Amicitia. 8.
Comparare alterum cum altero & conferre. Cic. 6. Verr. 107. Conferte Verrem, non vt hominem cum homine cõparetis, neque tali viro mor tuo fiat iniuriasse vt pacem bello, leges cum vi. Idem de Senectu. 59. Quæ sunt igitur voluptates corporum cum authoritatis præmiis cõ parandæ? Idem. 1. de Finib. 94.
Hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re compa rare. Cic. pro Domo sua. 100.
Comparare se gratia cum aliquo. Cic. pro Quintio. 62.
Comparare aliquem ad alium. Terent. Eunuch. 4. 4. 14. Ne comparan dus hic quidem ad illum est.
Factum vnius cum alterius facto comparare. Cic. Pulchro, lib. 3. 6. 1.
Longior oratio cum magnitudine vtilitatis comparetur. Cic. 2. Offi. 28. Id est quasi compensetur.

Personam cum persona comparare. Quintil. lib. 7. cap. 3. 18.
Solitudinem cum solitudine comparare. Cic. 3. Offic. 3.
Comparare se alicui. Ouid. 13. Metam. 68. – & se mihi comparat Aiax!
Nullo modo cum cæteris comparandus vir. Cic. 2. Philipp. 121.
Aequalitate comparantur multa. Cic. Topic. 37.
Numero comparare. Cic. Topic. 35.
Specie comparare. Cic. Topic. 36.
Comparari cum aliquo. Catul. epig. 40. 2.
Quis huic deo cõparierit ausit! Catul. epig. 56. 13. de Hymeneo loquit.
Diuinis ausis aliquod factum comparare. Silius lib. 15. 100.
Aliqua inter se comparare. Quintil. lib. 3. cap. 6. 62. Cic. 1. Offic. 213.
Argumẽta vtriusq; partis inter se cõparare. Quintil. lib. 7. cap. 3. 11.
¶ Comparatum est ita, (δύτω πέφυκε,) Id est constitutum. Terẽt. Phor. 1. 1. 7. Quàm iniquè comparatum est, hi qui minus habent, Vt semper aliquid addant diuitioribus!
Iniquè comparatum quippiam. Vide INIQVVS.
Iniquissime comparatum est quòd, &c. Cic. pro Cluent. 44.
Comparatum est præclarè legibus, vel more maiorũ. Cic. ad Brutũ. 12. 3. Sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum ami ciores parentes Reip. redderet. Idem pro Rosc. Amer. 62. Itaque mo re maiorum comparatum est, vt in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent.
Natura ita comparatum, vt, &c. Liu. 3. ab Vrbe. 191. Et Colum. libro 12. in præfat. 1.
Comparata est ita hominum natura, vt, &c. Terent. Heaut. 3. 1. 93.
Ratio ita comparata est vitæ naturæque nostræ, vt alia ætas oriatur ex alia. Cic. de Amicit. 84.
¶ Comparare inter se, pro Cõstituere. Liuius, Cum Tribunis pleb. actũ, vt compararent inter se, qui duo cum legatis irent.
Sortiri & comparare inter se. Liuius lib. 4. secundi belli Punici. 44. Decre tumque omnium primum, vt Consules sortirentur comparatẽque in ter se, vter Censoribus creandis comitia haberet, priusquam ad exer citum proficisceretur.
Comparatio, (συγκρισις, παραβολή,) Verbale, Idem quod apparatus. vt Comparatio noui belli. Cic. pro Lege Manil. 5.
Nihil sua comparatione diminuere. Cicero Qu. fratri, lib. 1. 1. 26. Pom peius omnia pollicetur, & Cæsar: quibus ita credo, vt nihil mea com paratione diminuam.
Comparatione disciplinaque dicendi in patronorum numerum perueni re. Cic. de Claris Orat. 143. paulo ante apparatum dixit.
¶ Comparatio, Acquisitio. vt Comparatio voluptatis. Cicero. 2. de Fini bus. 146. Idem pro Murena. 42. Non placet mihi inquisitio canditati prænuntia repulsæ non testium potius, quàm suffragatorum compara tio. Id est acquisitio. Budæus.
¶ Comparatio criminis quid sit, declarat Cic. 1. de Inuent. 23. Cõpara tio est, inquit, quũ aliud aliquod factum rectũ, aut vtile contenditur, quod vt fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum.
Comparatio Latinè, analogia Græcè dicitur. Cic. de Vniuers. 17.
Criminis cõparatio inuenta & adornata ab aliquo. Cic. pro Cluent. 152.
¶ Constringi comparatione. Cic. de Vniuersit. 20. Ob eam causam & ab iis rebus numero quatuor, mundi est corpus effectum, ea constrictus comparatione qua dixi. Id est constrictione, vel proportione. Sic enim ipse Cicero docet paucis antè versibus.
¶ Comparatio, Assimilatio. Plin. epist. 150. Sed quum lego, ex compara tione sentio quàm malè scribam.
Contentio & comparatio. Cic. 1. Offic. 83. Ibidem. 212. Potest incidere sæpe contentio & comparatio de duobus honestis vtrum honestius.
Partium comparatio nec elationẽ habet, nec submissionẽ: est enim æqua lis. Cic. Topic. 37.
Similium comparatio. Quintil. lib. 1. cap. 6. 3.
Vtilitatum comparationes. Cic. 2. Offic. 130.
Cum scriptis alienis comparatio orationis alicuius. Cic. 1. de Orat. 135.
Difficiles ad iudicandum comparatione res. Cic. Planco, lib. 10. 5. 1.
In comparatione vis rerum cernitur. Cic. Topic. 56.
Ducere comparationem vna via. Quintil. lib. 7. cap. 3. 17.
De comparatione aliquarum rerum disserere. Cic. 1. Offic. 18.
Ad eandem inter se comparationem conficiunt spatia stellæ. Cicer. 2. de Nat. Deorum. 74.
¶ Comparatio, Constitutio. Liuius, His Volscis sine sorte, sine compara tione prouincia data est.

Comparatè, Aduerb. (συγκριτικῶς,) Cic. in Topic. 45. Qui autẽ quærit quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparatè. simpliciter, Ex petendane sit gloria. comparatè, Præponendane sit diuitiis gloria.

Comparábilis, & hoc cõparábile, pen. cor. (συγκριτικός,) Cic. 1. de Inuẽ. 65. Cõparabile autẽ est, quòd in reb⁹ diuersis similẽ aliquã rõnẽ cõtinet.
Simile & Comparabile. Cicero. 1. de Inuentione. 58. Simile autem ex spe cie comparabili, comparabile autem ex conferenda atque assimilan da natura iudicatur.
Species comparabilis. Cic. 1. de Inuent. 58.

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Comparatiuus,pe.prod.(συγκριτικὸς,)Adiectiuum, Dicitur qđ ęquar. Vnde & Gręcis Comparatiuum gradum, cuius proprium est superare positiuum in ea qualitate quam obtinet. licet quandoque pro positiuo ponat nonnunquã etiã superlatiuũ excedit, vt apud Liuium.4.ab Vrbe,Rem vtilem pessimo exemplo,petore consilio est aggressus.De hoc consule Grammaticos,maximè autẽ Priscianum & Vallam.

Iudicatio comparatiua,Vox rhetorum.Cic.1.de Inuent.176.

Compasco, compaui,compastum,(συννέμομαι,)cõpascere,Pro pris dicitur de gregibus,aut armentis, dum simul pascunt.Varro primo de Re rust.cap.2.4.Colonus in agro suo curatio ne caprãs compascat.In emendationibus codicibus legitur,Ne capra natum pascat.Plin.lib.9.cap.54.2.Nondum Britannica seruiebant littora,quũ orata Lucrina nobilitabat:postea visum tãti in extrema Italia petere Brũdusiũ ostreas:ac ne his esset inter duos sapores, nuper excogitatũ famen longæ aduectionis à Brundusio,cõpascere in Lucrino.

Compascor,(συννέμομαι,)Passiuum.Varro.1.de Re rust.cap.53. Messe facta,spicilegium venire oportet,aut domi legere stipulam:aut si sunt spicæ rarę,& operæ caræ, compasci.

Ius compascendi habere.Scæuola in L.Testatrix§.Plures.ff. Si seruitus vendicetur,Plures ex Municipibus, qui diuersa prædia possidebant, saltum communem,vt ius compascendi haberent,mercati sunt.

Compascuus,(συννόμιος,)Adiect.vt Compascuus ager,Relictus ad pascẽdum communiter vicinis,inquit Festus.Cic.in Topic.7. Si cõpascuus ager est,ius est compascere.

Ius compascuum,pro Compascendi. Scæuola in L. Testatrix§.finali.ff. Si seruitus vendicetur,Item quæro,an quum pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem transmissa sit,aliquid iuris secum huiusmodi compascui traxerit.

Compello, compellas,(κωτολογῆσαι,ὀττυγόλια,)cõpellare,Alloqui.Plaut.Amphi.15.38.Compellemus iis hominẽ, Idem Epid.11.19.Compellabo.Cicero post redũ in Senatu.10. Neque solum id dixit,sed quos ei commodum fuit,compellauit.

Compellare & loqui.Cic.ad Atticum,lib.13.51.3. Quare da te in sermonem,& perfeca,& confice,excita,compella,loquere, vt te cùm illo Scæuola loqui putes.

Blandè compellare virum. Plaut.Pœnul.9.72.

Magnificè compellare aliquem.Vide MAGNVS.

Nominatim compellare.Cic.pro Domo sua.29.Nominatim alii cõpellabantur,alii citabantur,alii relegabantur.

Vltrò verbis amicis compellare.Virgil.2.Aeneid.75.

Carmine compellare.Catul.epig.59.5.

Heroes saluete,deũm genus,ô bona mater,
Vos ego sæpe meo vos carmine compellabo.

Dictis compellare aliquem.Ouid.2.Meta.159.Valer.lib.2.Argon.119.

Multo honore compellare aliquem. Id est honorificè. Virgil.3.Aen.45.

Lege compellare aliquem.Cælius Ciceroni,lib.8.6. Quibus quum parum procederet,vt vlla lege mihi poneret accusatorem, cõpellaro ea lege me voluerunt,qua dicere non poterant.

Compellari nomine.Liu.10.ab Vrbe.139.Patrem P.Decium nomine cõpellans, Quid vltra moror? Idem.3.bel.Pun.216.Tauream nomine compellauit,congrediq; vbi vellet,iussit.Curtius,Tunc demum Parmenio tabernaculum ingreditur,sæpiusq; nomine compellatũ, quũ voce non posset,fastu exitauit.

Questu aliquem cæmpellare.Valer.lib.2.Argon.81. Claud.Pane.2.31. Voce compellare.Virgil.5.Aeneid.33.

Notis vocibus aliquem compellare.Id est(ait Seruius) amicabilibus.Virgil.6.Aeneid.100.

Compellare in concione,Obiurgare & accusare apud populum. Cic.ad Atticum,lib.2.17.2.Nigidium minari,in concione se iudicem qui nõ adfuerit,compellaturum.

¶ Compellare,(περοσκαλέσαι,)pro Probrosè appellare,incessere,euocare.Cic.3.Philip.136.Idem etiam Qu. Ciceronem fratris mei filium compellat edicto:nec sentit amens commendationem esse compellationẽ suam.Compellat edicto,id est infamando causam appellat.Trãquillus,In carcerem conijcit Nonium Quæstorem eo quòd compellati apud se maiorem potestatem passus esset.

Compellari iniuriis.Cic.Lent.lib.1.9.8. Quum verò in hunc sensum & alliciar beneficiis hominum,& compellar iniuriis,facilè patior,&c.

Non satis dignè ab aliquo compellari.Gellius lib.19.cap.1.

Compellatio,Verbale.Cic.ad Cornificium,lib.12.25.5. Itaque crebras vel potius quotidianas compellationes meas non tulit,seque in vrbẽ recepit inuitus.Id est obiurgationes & conuitia.

Compello compellis,compuli,pen.corr.compulsum,(σωελαύνω, κατεύχομαι,βιάζομαι,συνελαύνω,σωαθλέω,)compellere,Propriè est in vnum locum,vel diuersa,vel diuersorum animalia cogere,inquit Seruius.

Compellere in vnum.Virgil.7.eclog.

Compulerantq; greges Corydon,& Thyrsis in vnum.

Dispellere,& Compellere,contraria.Plaut.Asin.12.148.

–qui hosce amores Nostros dispulsos compulit.

Compellere & Expellere,contraria.Cic.in Pisonem.11. Me domo mea expulistis,Cn.Pompeium domum suam compulistis.

Domum aliquem vi & armis compellere.Cic.pro Milone.54.Qui pluribus cædibus in foro factis,singulari virtute & gloria ciuem domũ vi & armis compulit.

Compellere in lethargum.Id est causam esse lethargi.Celsus lib.3.ca.18. Asclepiades ea super uacua esse dixit,quoniã in lethargum sæpe compellerent.Intelligit autẽ Celsus decoctos papaueris cortices creare lethargum,si ex ea aqua subinde spongia os & caput foueantur.

Compellere in plagas.Plaut.Pœnul.9.55. –hic hodie incidit venator domum, Canes compellunt in plagas lepidi Lycum.

Compellere ossa in suam sedem.Cellus lib.8.cap.1. Id est quod vulgus chirurgorum dicit reponere in suum locum.

Compellere & congregare in vnum loci.Cic.1.de Inuent.4. Qui dispersos homines in agris,& in tectis syluestribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum,& congregauit.

Compellere lanam in aurem.Celsus lib.6.cap.7.Solet etiam interdum in aurem aliquid incidere,vt calculus,aliquodq; animal. Si pulex intrat est,compellendum eò lanæ paulum est.

¶ Compellere,Cogere,vim facere.Plaut.Bacch.15.5. Compuli, & perpuli,mihi omnia vt crederet.Plin.epist.159.6.Vt eum compelleret ad cedendum Senatui.

Gregem compellere viridi hibisco.Virgil.2.eclog.5.

Ad bellum nos compulit regni cupido.Ouid.5.Metam.44.

Compellere aliquem ad laqueum.Plin.lib.36.cap.5.2.

Ad mortem tyrannum compellere.Quintil.lib.7.cap.4.6.&.8.

Ad rapinas aguina compulimus.Lucan.lib.7.20.

Compellere in angustias.Cic.4.Academ.100.Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio,cur eam tantas in angustias, & Stoicorum dumeta compellimus?

Compellere in oppida,vel intra mœnia. Liu.3.ab Vrbe.13. Compulsi deinde in oppida Aequis,ea multitudo,&c.Idẽ.4. ab Vrbe.247. Vno atque eo facili prælio cesi ad Antium hostes. Et paulo pòst, Cæteris Volscis intra mœnia compulsis.

Compellere in eundem metum.Liu.5.bel.Pun.167.Mercenarios quoque militum auxilia in eundem compulere metum.

In mortem aliquem compellere.Quintil.lib.7.cap.4.5.

Compellere in socordiam.Colum lib.11.cap.1.10. Etenim quæ probabilis ratio est obmutescendi,quia nequeas orator esse perfectus:aut in socordiam compelli,quia despondeas sapientiam?

Compulsus,Participium,(σωαθροισμένος,)vt ad Arma compulsus.Cic.pro Marcel.8.Omnes enim qui ad illa arma fato sumus necicio quo Reipublicæ misero funestoque compulsi.

Ventis compulsus.Virgil.1.Aeneid.116.

Compulso,compulsas, Frequẽtatiuũ probat Calepinus ex Columnellæ loco,lib.1.cap.5.4.de aqua,Eandemque semper mare conspicit,cõpulsatur,ac fluctu cõspergitur.Vbi nunc sic legimus, Eademque semper mare restè conspicit quum pulsatur,ac fluctu respergitur.

Compelluceo, pellucidus,pemul.corr.Plaut.Persa.3.40.Nihil est macrum,nihil è nigro compellucidum.

Compendium, huius compendii,(ἐπιτομή,σωαίρεσις, σωατομίλη,)appellamus quod parsimonia quadã sertia,vel immoderatione dispendimus.Budeus.

¶ Compendium,(ὄφελος,)Lucrum est temporis, pecuniæ, & operæ. Plin.lib.17.cap.22.5.Subtilitas parsimoniæ compẽdia inuenit,quum vinea in pastinato seritur,obiter seminarium faciendi. Cic.pro Placo.5.Is est reus asaritiæ,qui in vberrima re turpe compendium effugit.Liu.8.ab Vrbe.186.Nec ira magis publica,quàm priuatum compendium in hostem acuebat.Cic.3.Offic.83. Etenim omnino tantum se negat facturum compendii sui causa,quod non liceat.

Quæstus & compendium.Cic.4.Verr.4.Illa partim mercibus suppeditandis cum quæstu,compendioque dimittit.Idem.5.Verr.90.In quæstu sunt,compendioque versari.

¶ Compendium pro Itinere abbreuiato.Quintil.lib.4.ca.1. Vt amœnũ ac molle iter etiam si est spatii amplioris,minus fatigat,quàm durũ arduumque compendium.Plin.lib.5.cap.5.8.Compendium viæ quatridui deprehensum est.

Compendium operæ. Plin. Sine damno serere,compendium operæ est. Idem lib.17.cap.23.15.Pampinari eam non est moristè hoc compendium operæ est.

Syllabis nullum compendium est.Quintil.lib.1.cap.1.21.

Timidæ compendia vitæ.Stat.lib.2.132.

Durum,arduumque compendium.Quintil.lib.4.cap.2.34.

Addere vel ponere aliquid ad compendium.Vide ADDO.

Conferre verba ad compendium,Idem.Plaut.Mil.

Quàm potes,tam verba confer ad compendium.

Ductus

Consultum ac prouisum est.Cic.1.In Cati.35.Mihi,vt vrbi sine vestro metu ac sine vllo tumultu satis esset præsidii,consultum ac prouisum est.

Consultum & exquisitum.Cic.1.de Orat.150.Quanquã ipsi omnia,quorum negotium est,consulta ad nos & exquisita deferunt.

Cõsultus,(ἐυβουλεύτικος,ἐυβουλόμενος,)Nomẽ adiectiuũ,significat scientẽ & peritũ,à quo iure consiliũ petas.Horatius primo Sermonũ,satyr.1.4.

–eris tu qui modò miles, Mercatorius consultus,modò rusticus.

Consultus eloquentiæ,Eloquens.Liuius lib.10.Gallidos,solertesq; iuris,atque eloquentiæ consultos. Plin.de Viris illust.72. Idem primò dubitauit,honores peteret,an argentariam faceret:sed eloquentię consultus.ex ea gloriam peperit.

Consultus iuris & iustitiæ.Cic.9.Philip.264.Neque enim ille magis iuris consultus,quàm iustitiæ fuit.

Natura aut disciplina consultus.Cic.pro.Cecinna.67.Ita iustus & bonus vir est,vt natura non disciplina consultus esse videatur.

Consultus iuris,& actor causarum mediocris.Horat.in Arte.75.

Consultus vniuersæ disciplinæ.Colum.lib.11.cap.1.11. Veruntamen vt vniuersæ disciplinæ vix aliquem consultum, sic plurimos partiũ eius inuenias magistros,per quos efficere queas perfectũ villicum.

Consultissimus iuris Liuius.1.ab Vrbe.73. Curibus Sabinis habitabat consultissimus vir,vt in illa quisquam ætate esse poterat, omnis diuini atque humani iuris. De Numa Pópilio loquitur.Plin.de Viris illust.44.Eloquentia primus,iuris scientia consultissimus,ingenio sapientissimus fuit.Cic.de Claris Orat.75. Nam vt paulo antè dixi, consultorum alterũ disertissimum,disertorũ alterum consultissimũ fuisse.

Consulta verba.Prudenter & consultè dicta. Ouid.1.de Arte amandi, Sit tibi credibilis sermo consultaque verba.

Consultum,cõsulti,(ψήφισμα,)Decretum,statutum.Horat.in Epist.Qui consulta patrum,qui leges iuraq; seruat.Curtius,Sine arbitris singula animi consulta pensando nocte vigilis extraxit. Cic.2.de Legi.93.Factaque & consulta fortium ac sapientium sempiternis monumẽtis prodere. Sallustius,Oportere quinquennii consulta & decreta rescindi.Sic Consulta Senatus,Cic.14.Philip.407.

In manibus consulta alicuius esse.Silius lib.7.7. Non cum Flaminio tibi res,nec feruida Gracchi In manibus consulta.Verba Cilni captiui ad Hannibalem.

Petere consulta.Virg.6.Aeneid.30.

Belli consulta non stant.Silius lib.4.9.At non & rerum curas,consultaq; belli Stare probat.

Cõsultor,(μητιήτης,)Verbale à verbo Consulo,Qui consilium capit.Cicero pro Coru.Balbo.16.Etenim si Q.Scæuola ille Augur,quum de iure prætorio cõsuleretur homo iurisperitissimus,consultores suos nõnunquam ad Furium & Casellium prædiatores reiiciebat. Idem pro Murena.19.Vigilas tu de nocte,vt consultoribus tuis respondeas.

¶ Consultor etiam ille dicitur qui dat consilium.Sallustius in Iugurtha, Simul ab eo petit,vt fautor,consultorq; sibi adsit. Varro.3.de Re rust.cap.2.1.Opinor inquam non sollum quod dicitur, Malum consilium & qui consulitur,bonum habendum. Gellius lib.4.cap.5.Malum consilium consultori pessimum. Horatius.1.Serm.Iary.1.2.

Agricolam laudat iuris,legumque peritus.

Sub galli cantum consultor vbi hostia pulsat.

Consultrix,(προμηθὴς,)Verbale fœminum.vt

Consultrix & prouida natura.Cic.2.de Nat.deorum.82.Ipsius verò mũdi,qui omnia complexu suo coercet & continet,natura non artificiosa solũ,sed planè artifex ab eodem Zenone dicitur consultrix & prouida vtilitatum,opportunitatumque omnium.

Consulto,Aduerbium,(βεβουλευμένως,)Prudenter. Plaut.Rud.27.14. Ille qui consultò,doctè,atque astutè cauet.

Consultò,(ἑξεπίτηδες,)Aliud aduerbium,hoc est cum consilio,& non temerè. Plautus Poculo.11.43.Consultò hoc factum est,mihi vt insidiæ fierent. Pro eodem Gellius dixit,Consulta opera,lib.6.cap.17.Non ipóte,neque consulta opera.

Consultò,& Fortuitò,contraria.Cicero.1.de Legib. 37.Itaque ad hominum cõmoditates & vsus tãtã rerũ vbertatem natura largita est, vt ea quæ gignuntur,donata cõsultò nobis,non fortuitò nata videantur.

Consulto,Ablatiuus qui vice infinitiui vsurpatur.vt,Opus est consulto, id est consulere.Sallustius,Nam & priusquã incipias,consulto:& postquam consulueris,maturè facto opus est.

Consimilis, &hoc consimile,pen.corr.(ὅμοιος,)cui cõtraria sunt Dissimilis atque absimilis,quæ sunt eiusdem significationis.Plautus Amphit.4.2.89.Tam cõsimilis est atque ego. Ibidem.4.6.Aio'tu alterum te repperisse domi consimilem Sosiam domi?

Carmen consimile.Ouid.3.de Ponto,eleg.7.1.

Causa consimilis.Lucret.lib.4.47.

Color consimilis.Lucret.lib.148.

Consimilis ludus.Terent.Eunu.3.5.38. –& quia consimilem luserat Iam olim illi ludum.

Ratio consimilis.Lucret.lib.1.163.

Consimilis,genitiuo iunctum.Plaut.Capt.4.7.

Liber captiuus,auis ferè consimilis est,
Semel fugiendi si data est occasio,&c. Terentius Heaut.2.4.13.

Cuius mos maximè est consimilis vestrũm. Cicero 1.de Orato.72.

Causa aliqua posita consimile causarum earum quę in forũ deferũtur.

Consimilis,datiuo.Terent.Heaut.2.4.2.Isti formæ,mores vt consimiles forent. Cic.2.Philipp.49.Quòd quum rem gessissiet,consimilem rebus iis,quas ipse gesseram,me potissimum, &c.

Consimilis moribus.Terent.Heaut.5.3.16.

Non,sed quod magis credendum siet,
Id quòd est consimilis moribus,
Conuinces facilè ex te natum.nam tui similis est probè.

Consisto, consistis,cõstiti,constitum,(ἵστημι,στατίζω,στήσομαι,) consistere,A con,& sisto compositum,significat stare. Plaut. Aulul.14.15.Iam nunc non ausim præterire quin consistãm & colloquar. Ibidem lib.5.38.Adeunt,consistunt.Terentius Adelph.2.1.2. Otiosè nunc iam illico hìc consiste. Vbi Donatus,consistere, est audaciter & constanter stare.

Consistere & commorari. Cic.pro Rosc.Comœdo 28.Ipsa mihi veritas manum iniecit,& paulisper consistere & commorari iussit. Vide COMMOROR.

Consistere & Cadere,sunt pugnantia.Cic.in Orat.53. Minimeque in lubrico versabitur,& si semel consisterit,nunquam cadet.

Vires prohibent consistere me,Id est ob virtũ imbecillitatem erectum tenere me non possum,aut subsistere non possum. Ouid.7.Metam.117.

Obuia duci constitit.Lucret.lib.3.17.

¶ Constitit nusquam.Brutus ad Ciceronem,lib.11.13.4.

Constitit cum altero hoc loco. Plautus Cistel.10.31. Iam hoc loco cum altero constitit.

Constitit triduum Romæ.Cic.3.Verr.71.

Ante oculos constitit.Ouid.epist.15.13.

Ante pedes alicuius consistere.Lucan.lib.2.102.

Ante vultus alicuius consistere.Ouid.epist.19.14.

Propius consistere.Ouid.3.de Arte Amandi 93.

Contrà consistere.Virgil.12.Aeneid.55.

Ex diuerso consistere.Quintil.lib.4.cap.1.19.

Consistere in aliquo loco.Cæsar 4.bel.Gal.62.Nostri simul in arido cõstiterunt. Ibidem,lib.3.373.Ac ne in locis quidem superioribus consistere patiuntur. Brutus ad Ciceronem,lib.11.9.2.Ne consistere possit in Italia Antonius,dabo operam.

In acie consistere. Tacit.lib.2.

Consistere in choro aliquo.Senec.Medea 2.8. Hæc quum virgineo constitit in choro Vnius facies præminet omnibus.Phaleucii sunt.

In medio conspectu consistere.Virgil.2.Aeneid.14.

In humo quadam consistere.Ouid.1.Fast.98.

–in Aonia constitit exul humo.

Oris placidis consistere.Propert.lib.1.eleg.19.5.

Pontibus crebris consistere.Virgil.4.Georgic.6.

Tectis consistere.Stat.lib.1.Thebaid.56.

Terra aliqua consistere.Vergil.1.Aeneid.6.127.& 6.162.& 8.2. Latio consistere Teucros. Vbi Seruius,Consistere,significat iam conditos esse,Id est fundasse ciuitatem.

Prima consistere terra. Virgil.1.Aeneid.109.Id est littore. Seruius.

Patria consistere terra.Virgil.10.Aeneid.15.

In thalamo consistere.Propert.lib.1.eleg.14.4.

Super ripam consistere.Ouid.6.Metamor.75.

Consistere ad anchoram,vel in anchoris.Cæsar 3.bel. Ciuil.401. Ipse ad anchoram vna nocte constitit. Idem libro eodem. Contra Lissum in anchoris constiterunt.

Ad terga alicuius consistere.Ouid.5.Fast.106.

In suo consistere.Cic.3.de Orato.68.In hoc igitur tanto,tamque immenso campo,quum liceat oratori vagari liberè,atque vbicunque constiterit,consistere in suo,&c.

In possessione iudicii ac defensionis suæ consistere.Cic.2.de Orat.109.

Intra ea quę professionem commentariolis vulgata sunt consistere.Quintilian.lib.1.cap.5.5.

Inter se consistere dissimili summa.Lucret.lib.2.140.

Acies consistit in agmen quadratum.Tibul.lib.4.eleg.1.11.

Vertice cello aeriæ quercus consistunt.Virgil.3.Aeneid.135.

¶ Consistere,Quiescere. Brutus ad Cassium,Quia vbi consistamus, non habemus.

Consistere ad aliquam rem dicitur,qui eius inspiciendæ causa moratur. Seneca de Vita beata,Ita quæ spectantur,ad quæ consistitur,quæ alter alteri stupens monstrat,foris nitent,intus miseræ sunt.

Consistere ad sonitum.Seneca Here.furen.7.11.Ad cuius sonitum consisterant ferę. De Orpheo.

Bestiæ sępe immanes cantu flectuntur atque cõsistũt.Cic.pro Archia 14.

Consistere,aliter.Cic.Gallo,lib.7.17.6.In eas quum incidissem in cœna augurali apud Lentulum tãta me ἀπάτη,arripuit,vt hodie primùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

videar cœpisse consistere.
Alius consistit. Cato c2.1 25. Et si alium non cõsistet. Hoc est cõpressa sit.
Morbus consistit, cui opponitur Increscit. Celsus lib. 3. Videndus est etiã morbus an increscat, an consistat, an minuatur.
Cursus pituitæ consistit. Celsus, lib. 6. ca. 6. Vbi vero aliquis releuatus est, famque cursus pituitæ consistit, reliquias fortasse, &c.
Stomachus consistit. Celsus lib. 4. ca. 5. Si ne id quidem tenuit, singuli cyathi vini singulis interpositis horis, donec stomachus cõsistat. Id est donec teneat, nec amplius euomat.
Consistit aqua Varro 1. de Re rust. ca. 51. 1. Vt si pluerit, aqua nõ cõsistat.
Frigore consistere dicuntur fluuii. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 1. Vt sumus in Põto, ter frigore constitit ister. Id est glacie astrictus est & congelatus.
Mare cõsistit vndis. Tibul. lib. 4. eleg. 16.
Pontus consistit glacie. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 8.
Vento consistere. Virgil. 4. Georg. 97.
Causa consistit in crimine. Cic. 1. de Orato. 89. Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam contentionemque maiorem, quàm de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis Consularis: præsertim quum hæc non in crimine aliquo, quod ille possit inficiari, sed in ciuili iure consisteret?
In hoc summa iudicii causaque tota consistit. Cic. pro Quintio 17.
Causam belli in persona alicuius consistere. Cic. 2. Philipp. 68. Tibi certè consistendum est, causam pernitiosissimi belli in persona tua cõstitisse.
Fides constitit vtrinque. Liu. 2. ab Vrbe 61. Vtrinque cõstitit fides: & Romani pignus pacis ex fœdere restituerunt, & apud regem Hetruscum non tuta solum, sed etiam honorata virtus fuit.
Rempub. in vnius anima consistere. Cic. pro Marcello 13. Doleoq; , quũ Respub. mortalis esse debeat, eam in vnius mortalis anima cõsistere.
Consistit spes eorum in ea re. Cæsar 3. bel. Gal. 307. Quum omnis Gallicis nauibus spes in velis armamentisque consisteret.
Salus constitit. Cæsar 3. bel. Ciuil. 55. Ita exiguo tempore magno casu totius exercitus salus constitit. Id est vicerunt.
Suspicio in aliquo consistit. Cic pro Cluen. 63. Similis in bulbo, in gutta, in alijs nonnullis suspicio consistebat. Idem pro Rosc. Amer. 90. In quo non modò culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere.
Victoria consistit in hoc. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 8. Sane quàm sum gaudsus in hoc enim victoriam puto consistere.
Rhetorica in actu consistit. Quintil. lib. 2. cap. 18. 2.
Consistere cum aliquo. Cic. 2. Verr. 12. Cum hoc consistit, hũc amplexatur, hunc iubet sine cura esse.
Verbis cum aliquo consistere, & re dissidere. Cic. 4. de Fin. 116. Vidésne igitur Zenonem tuum cum Aristone verbis consistere, re dissidere?
In sententia consistere. Cice. Trebatio, lib. 7. 17. 1. Quòd iam videris certa aliqua in sententia constitisse.
Ira infracta constitit. Ouid 6. Metamorpho. 136.
Mente cõsistere, Id est mente esse composita, non furere. Cic. 2. Philipp. 78. Nec verò te vnquam neque vigilantem neque in somnis credo mẽte posse consistere. Budæus.
Mens consistit. Ci. pro Domo sua 108. Præsertim quum iste impurus, &c. ageret illam rem ita raptim & turbulentè, vt neque mens, neque vox, neq; lingua consisteret. Celsus Protinusque si mens homini cõsistit, si febris nulla accessit, scire licet matorè sanũ vlc̃ fore. Virg. 1. Aen. 130.
– neque enim patrius consistere mentem Passus amor.
Non consistere mente, lingua, oratione. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 5. Et tantus clamor à nostris (placuerat enim referre gratiam) vt neque mẽte, neque lingua, neque oratione consisteret.
Consistere tranquillo animo. Cic. de Senect. 67. Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis tranquillo possit animo consistere?
Consistere pectore nequit consilium, pro In pectore. Teren. Adel. 4. 4. 4. Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit: Pectore consiste re nihil consilii quit. Vulgus dicit, Nescio quid debeo facere.
Consistit authoritas Ceretano vino. Plin. lib. 14. cap. 6. 8. Ceretano intra Gallias consistit authoritas. De vinorum generibus loquitur. Id est vinum Ceretanum apud Gallos magis in pretio est.
Consistit tibi omnis causa familiæ. Plaut. Asin. 10. 16. Vbi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi.
Causidicus subtilis & elegans, & qui in forensibus causis possit præclarè consistere. Cic. in Oratore 16.
¶ Legatum consistere, pro Valere. Africanus in L. Seruum filii. ff. de Legatis primo, Seruum filii sui castrensis peculii legare pater potest. Et si viuo patre mortuus sit filius, & apud patrem peculium remanst, consistit legatum. Et paulo post in §. Si pocula, Iulianus libro 22. Digestorum scribit legatum in omnibus suprascriptis consistere, & deberi quod extat.
Sine re aliqua non cõsistere. Papinianus in L. Denique. ff. Ex quibus causis maiores, Placet interruptam possessionem post liminio non restituis quia sine possessione non consistit. Id est non procedit.
Vsura consistit, quum non procedit. Cic. Attico. lib. 6. 111. 14. Consistere vsura debuit quæ erat in edicto meo, deponere volebant. Budæus.

¶ Consistere cum aliquo in iudicio. Martianus in L. Nullo modo. ff. Ad L. Corn. de falsi. Nullo modo serui cum dominis consistere possunt. Plautus Curcul. 10. 16. Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet. Papinianus in L. Si bonæ fidei possessor. ff. De petitione hæreditatis, Si bonæ fidei possessor hæreditatis velit cum debitoribus hæreditariis, aut iis qui res hæreditarias occupauerint consistere, audietur vtique.
Aduersus aliquem consistere ex re aliqua. Hermogenianus iurisconsultus in L. Vix certis ex causis. ff. De Iudiciis, Vix certis ex causis aduersus dominos seruis consistere permissum est.
Legitimè consistere aduersus aliquem. Martianus in L. Grege. §. Et in superficiariis. ff. De pignoribus, Et in superficiariis legitimè cõsistere creditor potest aduersus quemlibet possessorem.
Ex vtraque parte cõsistere. Vlpianus in L. Athletas §. Item præuaricator. ff. De his qui notan. infam. Nam qui præuaricatur, ex vtraque parte consistit, quinimmo ex aduersa.
Consistere in hasta, Id est niti ac sustentare se hasta. Valer. li. 8. Argon. 17.
– mox attonita cum virgine puppem
Insilit, ac rapta victor consistit in hasta.
Consistere, Actiuè positum. vt Consistere vitam tutam, Id est parare & cõstituere vitam tutam, Lucret. lib. 6. 3.
Nam quum vidit hic ad victum quæ flagitat vsus
Omnia iam fermè mortalibus esse parata,
Et per quæ possent tutam consistere vitam, &c. Id est ducere.

Consobrini, penul. prod. (ἀνεψιοί,) Dicuntur qui ex duabus sororibus editi sunt, quasi consorortini, de quibus exempla multa sunt in antiquis authoribus, & maximè in Afranio, & iuris vetustissimis scriptoribus. Hæc Nonius. Cic. ad Cælium, lib. 2. 18. 5. Nam quòd ad me Curius consobrinus tuus, vt scis, mihi maximè necessarius. Terent. Hecyra 3. 5. 9.
– cedo quid reliquit Phania
Consobrinus noster? Vbi Donatus, Consobrinos, quasi sororinus. Sobrini enim sunt ex duabus sororibus. Consobrini ex fratre & sorore, ac propinquitatis frequentatæ Terentius monet. Idem statim pòst, Quũ de fratre natus est alter, & alter ex sorore, consobrini quum ex fratribus, patrueles dicuntur. Cice. 1. Offic. 80. Et pro Cluent. 8. Item pro Ligario 7. Et 2. de Orato. 2.
Sobrinorum consobrinorumque coniunctiones. Cic. 1. Offic. 79. Sequuntur fratrum coniunctiones, pòst consobrinorum, sobrinorumque, quibus vna domo iam capi non possunt, in alienas domos tanquam in colonias exeunt.
Consobrina, consobrinæ, (ἀνεψιαί,) Cice. pro Quintio 9. Quintii consobrinam habet in matrimonio. Nævius.

Consocer, penul. correp. huius consoceri, (ὁμοπενθερός,) Vlpianus, Donec socer nurui, vel cõtra, vel gener socero, vel socer genero, vel consocer consocero, qui copulatos in matrimonio in potestate habent.
Consoceri dicuntur, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Suet. on. in Claud. Appium Syllanum consocerum suum crimine incesti nec data defensione, occidit.

Consocio, consociat, (συναγελάζω,) consociare, Simul sociare.
Vel consociare mihi quidem tecum licet:
Aequas habemus partes. Lucret. lib. 2. 23. Consociare etiam mortis potuere. Horat. 2. Carm. ode 3. 2.
Consociare arma cum populo aliquo. Liu. 8. ab Vrbe 76. Sed quòd tædio imperii Romani cum Gallis gente efferata arma quõdã consociassent.
Consociare cõsilia cũ aliquo. Ci. Pòst reditum in Senatu 14. L. Piso, tũne ausus es isto oculo, non dicam isto animo, ista fronte, non vita, tanto supercilio (non enim possum dicere tantis gestis) cũ Gabinio cõsociare cõsilia pestis meæ? Liu. 5. bel. Pun. 145. Patria quid de vobis mereuerat quam cum Mandonio & Indibili consociando consilia prodebatis?
Consociare, aut coniungere cum amicis iniuriam. Cice. 3. de Finib. 108. Alienumque esse à sapiente non modò iniuriam cui facere, verum etiã nocere. Nec verò rectum est, cum amicis aut benemeritis consociare, aut coniungere iniuriam.
Consociare imperium. Liuius 8. ab Vrbe 16. Atqui siquando vnquam cõsociandi imperii, vsurpandæ libertatis tempus optatis, en hoc tempus adest, & virtute vestra, & deũm benignitate vobis datum.
Rem inter se consociarent, hoc est Societatem rei contraherent, & communicarent. Apud Liuium, teste Budæo.
Consociatus, penul. prod. Participium. Cic. in Parad. 58. Qui videt domi tuæ pariter acculatorum atque iudicum consociatos greges, qui nocentes & pecuniosos reos, &c. Ouid. ad Liuiam 6.
Nata quòd es alterè, quòd fœtibus aucta duobus,
Quodque etiam magno consociata Ioui.
Consociatus vehementer cum Senatu. Cic. 4. Philip. 160.
Inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. Cice. 3. de Finib. 102.

Lege

Lege consociati homines cũ diis putandi sumus. Cic. 1. de Legib. 33.
Consociatio, Verbale. Cic. 1. Offic. 141. Sequenturque & id quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominum consociationem accõmodatum est.
Conciliatio & consociatio. Cic. 1. Offic. 208. Communé totius generis hominum conciliationem & cõsociationẽ colere, tueri, seruare debemus.
Consociatio hominum & communitas. Cic. 1. Offic. 120.
Dissoluere consociationem humanam. Cic. 3. Offic. 33. Aliqua exemplatia legunt consortionem.

Consólido, consolidas, pe. corr. consolidaui, (ὁλοκληρόω,) consolidare, Redintegrare, & in vnũ congerere, quod prius ruptũ aut diuisum fuerat. Cic. ad Ruffum, lib. 5. 20. 8. Illud quidem certè factũ est quod lex iubebat, vt apud duas ciuitates &c. rationes cõsolidas & cõsolidatas deponeremus. In emẽdatoribus ex vetusto exẽplari codicibus legitur consolutas. Vlpianus, De vsufruct. accresc. L. Idẽ Neratius, Nã amittente vsumfructum altero, cui erat legatus, magis iure accrescendi ad alterum pertinet, quã redeat ad proprietarem. Nec nouum. nã etsi duobus vsufructus legetur, & apud alterũ sit cõsolidatus, ius accrescendi nõ peritnec ei apud quẽ cõsolidatus est, nec ab eo & ipse quibus modis amittere ante consolidationem, iisdem & nunc amittit. Vsufructus consolidatur, id est confirmatur.
Consolidatio, Verbale, (ὁλοκλήρωσις,) Cuius propria significatio dignoscitur ex §. Item finitur, de Vsufructu, in Institutionibus similibus. Item finitur vsufructus, si domino proprietatis absufructuario cedatur (nã cedendo extraneo nihil agitur) vel ex contrario, si vsufructuarius proprietatem rei acquisierit, quæ res consolidatio appellatur. In alia autẽ significatione vsus est Vlpianus in L. Idem Neranus §. Non solum. ff. de Vsufruc. accresc. Et ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem & nunc amittit.

Consôlor, pen. prod. consolãris, consolãtus sum, (παρηγορέω, παραμυθέομαι, ἀνακουφίζω, παρακαλέω,) consolari, Verbũ deponens notæ significationis. oratione ferè fit, vt ait Valla lib. 4. Platti Bacchid. 14. 11. Consolandus mihi est, ibo ad eum. Cic. 2. de Natura deorum. 122. Hac consolamur afflictos.
Consolari aliquem, & omnem abstergere dolorem. Cic. Qu. fratri libro. 2. 12. 5.
Amore fido alicuius sese consolari. Catul. Argonaut. 37.
Conscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ in malo se consolari. Cic. de Clar. Orat. 135.
Eloquentia consolamur afflictos. Cic. 2. de Nat. deo. 122.
Exemplo alicuius se consolari. Cic. de Prouinc. Consul. 13.
Scipium consolari solatio aliquo. Cic. de Amicit. 9
Malo solatio consolari. Cic. Attico, lib. 4. 75. 1.
Bona spe posteritatis consolari aliquem. Cic. Octauio. 3.
Consolari aliquem spe. Cic. pro Rosc. Comœdo. 25. Inani & tenui spe te consolaris.
Per literas se consolari. Cic. Attico, lib. 12. 24. 1.
Verbis alterius consolari aliquem. Cic. Attico, lib. 5. 98. 7.
De re aliqua consolari. Cic. Attico, lib. 1. 11. 13.
De morte alicuius aliquem consolari. Cic. 3. Tusc. 119.
Consolatur me hæc res. Plautus Trinũ. 7. 3. Sed hoc consolatur me, atque animum meum. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 3. 7. Dices, Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi parietinis Reip?
Spes animos consolatur. Cic. 1. Verr. 10. Idẽ Attic. lib. 15. 330. 2.
Memoria posteritatis breuitatẽ vitę cõsolat gloria. Cic. pro Milone. 74.
Desyderiũ alicuius spe commodorum consolari. Cic. Treb. lib. 7. 11. 3.
Gratulari magis virtuti debeo, quàm consolari dolorem meum. Cic. Marcello, lib. 48. 1.
Nec eum dolorem quem à Repub. capio, domus iam cõsolari potest, nec domestica Respublica. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 10.
In miseriis sola spes homines consolari solet. Cic. 4. in Catil. 8.
Luctum consolari. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 6.
Humilitatem consolari. Cic. pro Quint. 3.
Iacentem consolari. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 16.
Incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum. Cic Qu. fratri, lib. 2. 10. 8.
Consolari miseriam & calamitatem, pro Solatiũ afferre in miseria. Senec. 3. de Ira, Non consolabimur tam tristem ergastulum.
Inquirendo, scribendoque talia, consolemur otium nostrum. Quintil. lib. 1. cap. 12. 8.
Consolando lenare dolorem. Cic. Torquato, lib. 6. 4. 5.
In cõsolando detrahere mali opinionem mœrẽti. Cicero. 3. Tusc. 1. 129.
Genera consolandi omnia in vnam consolationem conijcere. Cic. 3. Tusc. 130.
Ad consolandum vir minimè accõmodatus. Cic. Titio, lib. 5. 16. 1.

Consõlo, Actiuum, (παραμυθέω,) Varro Oedipo Thyeste, Per idem tempus Oedipus Athenas exul venire dicebatur, qui consolaret. Nonius. Consolans, pen. prod. consolantis, Participium, (παραμυθούμενος,) Cice. 3. Tusculan. 118. Hæc igitur officia sunt consolantium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimum, aut supprimere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere.
Verba consolantia. Ouid. 15. Metamorpho. 99.

Consolor, (παρηγορῶμαι,) passiuè. Afinius, Sed quum ob ea quæ speraueram, dolebam, consolãbar ob ea quæ timui.

Consolãbilis, & hoc consolãbile, penul. correp. (παρηγορητός,) Cice. ad Sulpitium, lib. 4. 3. 7. Est omnino vix consolabilis dolor, tanta est omnium rerum amissio.

Consolatorius, Adiectiuum, (παρηγορικός,) Quod consolatur. vt Consolatoriæ literæ. Cicero ad Atticam, libro 13. 277. 1. A Cæsare literas accepi consolatorias.

Consolatio, (παρηγορία, παραμυθία, παράκλησις,) Verbale, verbis fit. Cice. ad Appium, lib. 3. 2. 2. In multis & variis molestiis, cogitationibusque meis hæc vna consolatio occurrebat, quòd neque tibi amicior, q̃ ego sum, quisquam posset succedere. Idem 1. Tusc. 102. Hanc nos sententiam secuti, his ipsis verbis in consolatione hæc expressimus.
Ad hæc omnia vna consolatio est. Cic. Attico, lib. 15. 321. 2.
Cõsolatio miserorũ est habere pares, vulgus dicit. At Portius Latro apud Sallustiũ, sic, Voluptatẽ capiunt miseri ex mœrore sociæ calamitatis.
Grata consolatio. Cic. Attico, lib. 1. 12. 8.
Peruulgata consolatio est, vt homines nos esse meminerimus: ea lege natos, vt omnibus rebus fortunæ proposita sit vita nostra: neque esse recusandum, quominus ea, qua nati sumus, conditione viuamus: neue tã grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possimus, euentusque aliorum memoria reperendis, nihil accidisse noui nobis cogitemus. Cic. Titio, lib. 5. 16. 3. & 4.
Adhibere alicui literis consolationem. Cice. de Claris Oratorib. 185. Idem Titio, lib. 5. 16. 2.
Egere consolatione. Cice. Titio, lib. 5. 16. 1.
Non eget consolatione sapiens. 3. Tusc. 131.
Habent nonnullam in se consolationem pœnæ quæ virtute suscipiuntur. Cic. Antequam iret in exil. 14.
Malorum consolationem nullam inuenire. Cic. Torquato, lib. 6. 4. 6.
Lenire se consolatione. Cic. Quin. fratri, lib. 3. 31. 7.
Leuat dolorem consolatio. Cic Titio, lib. 15. 16. 2.
Mederur consolatio. Cic. 2. de Diuinat. 5.
Nulla consolatione permulcere posse stultam senectutẽ. Ci. de Senect. 5.
Sustentat me consolatio vna. Cic. pro Mil. 76.
Sustentari consolatione. Cic. de Claris Oratorib. 185.
Conscientia rectæ voluntatis maxima est consolatio rerum incommodarum. Cic. Torquato, lib. 6. 4. 7.
Vincit omnem consolationem dolor. Cic. Attico, lib. 12. 24. 1. 2.
Vti consolatione aliqua. Cic. de Prouinc. Consul. 12.

Consolãtor, penul. prod. (παραμυθητής, παρήγορος,) consolatoris, Verbale. Cic. 3. Tusc. 124. Consolatores ipsos conniteri se miseros, quum ad eos impetum suum fortuna conuerterit. Idem Torquato, lib. 6. 4. 11.

Consomnio, ĩstel. 9. 61. Quid is consõniauit? τ R. Ego dicã tibi.

Cónsono, cónsonas, penul. correp. (συμφωνέω, σύνηχ(έω,)) consonare, Resonare significat. Plaut. Amphit. 4. 74.
Postquam id actum est, tubæ vtrinque canunt: contrà
Consonat terra, clamorem vtrinque efferunt.
Consonat clamor. Liu. 6. bel. Maced. 132. Itaque concursu facto vndiquẽ in muros, manus pro se quisque tendentes cõsonante clamore nominatim Quintium orare, vt opem ferret ac seruaret. Id est concordante.
Nemus consonat. Virgil. 5. Aeneid. 30.
Tum plausu, fremituque virũm, studiisque fauentum
Consonat omne nemus. Ideo (inquit Seruius) consonat, propter Echo. Nostræ enim vocis est æmula.
¶ Consonare sibi, pro Conitare. Senec. epist. 31. Vt perfecta virtus sit æqualitas ac tenor vitæ per omnia consonans sibi.
Sibi consonare in faciendis, ac non faciendis. Quintil. lib. 2. cap. 20. 4.
Consonat moribus oratio, Id est concordat, contentit. Cic. in Sallustiũ 1. Rescripto consonare. Vlpianus in L. Si peculium legetur §. vltimo. ff. de Peculio legato, Attilicinus existimat legato non cedere: quod verum est: quia consonat rescripto.
Consonans, Adiectiuum, (σύνηχος,) Cice. in Partitionibus 10. Atque etiã est hæc distinctio in verbis, altera natura, tractatione altera. Natura: vt sint alia consonantiora, grauiora, &c.
Esse consonans. Vlpianus in L. Iusiurandum & ad pecunias §. Non semper. ff. de Iureiurando, Non semper autem consonans est, per omnia referri iusiurandum tale, quale defertur.
Consonantes literæ à Grammaticis dictæ, quòd non per se, sed simul cũ vocalibus sonent. Prisicianus.
Aspitari consonantibus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 14. Diu deinde obseruatũ, ne consonantibus aspiraretur, vt in Graccis & triumpis.
Frangere consonantem. Quintil. lib. 1. cap. 4. 9. Quæret etiam, quomodo duabus demum vocalibus in seipsas coeundi natura sit, quum consonãtium coeat nulla, nisi alteram frangat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consonus, penul. correp. (σύμφωνος, ἤχος.) Aliud adiectiuum. vt
Plangor consonus. Ouid. 13. Metamorpho. 134.
Vox consona. Silius libro 5. 40. Hinc pariter rupes, laeus hinc, hinc arma, simulque Consona vox vrget. Idem lib. 17. 90. Armorumque habitus noti, & vox consona linguæ.
Consonum, huius consoni, substantiuum. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 5. Credo Platonem, vix putasse satis consonum fore si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.

Consopio, consopis, penul. prod. consopiui, consopîtum, (κατακοιμίζω,) consopire, Est somnum inducere. Cic. 1. Tusc. 147. Num igitur eum curare censes, quum Luna laboret, à qua cõsopitus putatur, vt eum dormientem oscularetur? Ibidem 191. Quid melius, quàm in medijs vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno? Idem 2. de Diuinat. 101. Alexander assidens somno est consopitus. Lucret. lib. 6. 159.
Nocturnumque recens extinctum lumen, vbi acres
Nidore offendit nares, consopit ibidem.

Consors, huius consortis, omn. gen. (κοινωνός, ὁ μέτιμος,) Consortes dicuntur, quorum fines contigui sunt. Cic. 5. Verr. 46. Sostratus & Numenius, & Nymphodorus eiusdem ciuitatis, quum ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, & cæt.
¶ Consors, per metaphoram, Idest particeps. vt Consors consilii publici, Plinius epist. 167. b. Inde honores petituri, assistebant curiæ foribus, & consilii publici spectatores ante quàm consortes erant.
Generis consortes, Id est consanguinei & propinqui. Ouid. epist. 3. 10.
Imperii consors. Claud. in Nupt. Honorii 56.
O digno nectenda viro, tantique per orbem
Consors imperii, iam te venerabitur Ister.
Socius & consors laboris. Cicero de Claris Oratoribus 2. Dolebamque quòd non, vt plerique putabant, aduersarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius & consortem gloriosi laboris amiseram. Horat. 3. Carm. ode 24. 12.
Consortes mendicitatis. Cic. pro Flacco 27. Nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis.
Operum consortes. Ouid. 1. Fast. 135.
Consortes periculorum. Plinius in Panegy. 101. Bellorum istud sociis olim periculorum consortibus, parcè tamen tribuebatur, quod tu singularibus viris, ac de te quidem bene ac fortiter præstitisti. Senec. Agamemn. 13. 6. Consors pericli pariter ac regni mei Aegisthe gaudes? Verba Clytemnestræ.
Temporũ cum aliquo consors. Cic. pro Mil. 78. Quid tibi Qu. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum?
Thalami consors. Ouid. 10. Metamorpho. 50.
–thalami consorte carebat. Id est vxore. Silius lib. 3. 13.
In lucris atque furtis consors. Cic. 5. Verr. 131.
Accire consortem. Silius lib. 8. 67.
Cõsors casus, pro Simili. Propertius lib. 1. eleg. 20. 1.
Tu qui consortem properas euadere casum.
Fratres consortes. Cic. 5. Verr. 40.
Consortium, consortii, neu. gen. (κοινωνία,) Societas. Celsi. lib. 7. Cum eo ne ignoremus orto in vesica cancro, affici stomachum, cui quum vesica quoddam consortium est.
Initum consortium. Papinianus in L. Si fratres §. Idem Papinianus. ff. Pro socio. Si inter fratres voluntatium consortium initum fuerit, &c.
Sarcire consortio collationis, damnum nauis amissæ. Hermog. in L. Amissæ nauis. ff. Ad legem Rhodiam de Iactu, Amissæ nauis damnum collationis consortio non sarcitur per eos, qui merces suas ex naufragio liberauerunt.
Consortio, consortionis, Verbale, Idem. Liu. lib. 6. Quænam ista societas? quænam consortio est? Cic. 3. Offic. 33. Dissoluetur omnis humana consortio. Lucil. lib. 18. Saty. Deierat enim scripsisse, & pòst non scripturum reddi in consortionem. Plin. lib. 9. cap. 1. Hominum quadam consortione degentia.
Consortio sociabilis. Liu. 10. bel. Maced. Meliora quoque exempla parte altera posui, sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum reges salutatem per multa sæcula ipsis, patriisque.

Conspergo, conspergis, conspersi, conspersum. (κατασπείρω,) conspergere, Idem quod Spargere. Plau. Cur. 2. 80.
–vbi vino has cõsperſi fores.
Cõspergere ante ædes, subaudi iuncum, aut herbã viridẽ. Pla. Stich. 6. 30.
–age tu ocyus pinge humum,
Conspergeante ædes.
Tempora conspergunt viridantes floribus herbas. Lucret. lib. 2. 7.
Conspergere aliquem lachrymis. Cic. pro Plancio 80. O acerbam mihi Iudices, memoriam temporis illius, & loci: quum hic in me incidit, complexus est, conspersitque lachrymis, nec loqui præ mœrore potuit.
Conspergere hilaritate. Cic. 1. Academ. 13. Et tamen in illis veteribus nostris, quæ Menippum quidem imitati non interpretati, quadam hilaritate conspersimus.
Aras conspergere sanguine. Lucret. lib. 4. 249.
Conspersus, Participium, (κατασπαρμένος,) Cic. 3. de Orato. 54. Vt porrò conspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus, id non debet esse fusum æqualiter, &c. De oratione.
Conspersum stellis caput. Cic. 2. de Natu. deorum 161.

Conspicio, conspicis, penul. correp. conspexi, conspectum, (προσβλέπω, προσοράω, κατοράω,) conspicere, Ex con & specio verbo antiquo compositum, significat Cernere. Plaut. Amphit. 5. 121. Qui ipsus equidem nunc primum istanc tecum conspicio simul. Idem Menæch. 9. 62.
–si in via conspexerit.
Lumine cupido aliquem conspicere. Catul. Argonaut. 17.
Imaginem parentis laureatam in sua gratulatione conspicere. Cicero pro Murena 79.
Conspicere ex monte. Cic. 2. de Natu. deorum 127.
Conspicere aliquem mente. Cic. pro Corn. Bal. 37. Existat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest, vt conspiciatis eum mentibus, quem oculis non potestis.
Conspicere corde. Plaut. Pseud. 12. 3.
Næ illi, quantum ego nunc corde conspicio meo,
Malam rem magnam multasque ærumnas danunt.
In iure te cõspicio. Cic. pro Cecinna 40. Actio est in actorem præsentem his verbis, Quandoquidem te in iure conspicio. Idem pro Murena 33.
¶ Conspicere, pro Attendere. Cicero pro Murena 11. Non debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio: neque temerè Consulem Populi Romani saltatorem vocare: sed conspicere quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit cum, cui vrè illud obiici possit.
¶ Conspicere sibi quæ sint in rem suam. Plaut. Trinum. 10. 11.
Locum insidijs conspicere, Obseruare locum ad collocandum insidias. Virgil. 9. Aeneid. 49.
Conspicere etiam res inanimatæ dicuntur. Cic. in Catil. 64. Ac se sperare dixerunt, si illud signum quod videtis, Solis ortum & forum curiamque conspiceret, fore vt ea consilia quæ clàm essent insita, &c.
De simulachro Iouis.
Conspicere, cum infinitiuo. Catul. Argonaut. 78.
Conspexit terra centum procurrere currus.
Conspiciens, (προσβλέπων,) Participium. Cic. Attico, lib. 5. 106. 4. Ciliciã propè conspiciente, expedito ad mutandum loci, paruo exercitu, &c.
Conspicior, conspiceris, penul. correp. (προσοράομαι,) conspici. Plautus Pseud. 7. 130.
–si sumus Conspecti.
Bonis animi conspici. Id est virtute & scientia illustrem esse. Ouidius 1. Trist. eleg. 5. 7.
Prima locum sanctas heroidas inter haberes,
Prima bonis animi conspicerere tui.
Conspici infestis oculis omnium. Cic. in Catil. 12. Carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici, mallem.
Velle conspici. Cic. in Pison. 47. Inanta sunt ista mihi crede, delectamenta penè puerorum: captare plausus, vehi per vrbem, conspici velle.
Chlamyde & pictis conspectus in armis. Virgil. 8. Aeneid. 116.
In ostro Tyrio conspectus. Virgil. 3. Georgic. 4.
Conspiciendus, (περιβλεπτός,) Participium. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 15. Insideat celeri conspiciendus equo.
Aurato conspicienda sinu. Ouid. 2. Fasto. 62.
Signa veteri conspicienda metallo. Valer. lib. 1. Argonaut. 54.
Illum nec valido spumantia pocula Baccho
Solicitant, veteri nec conspicienda metallo Signa tenent.
Conspectus, (περίβλεπτος,) Nomen ex participio. Liuius 6. ab Vrbe 70. Sed quid ego vos de vestro impendatis hortor? sortem aliquam ferte, de capite deducite quod vsuris pernumeratum est: iam nihilo mea turba, quàm vllius conspectior erit. Ibidem, lib. 2. 20. Direptis bonis regum, damnati proditores, susceptumque suppliciũ conspectius eo, quòd pœnæ suscipiendæ ministerium patri de liberis Consulatus imposuit. Id est fuit magis solenne. Eo maior populi turba ad supplicium spectandum confluxit quòd, &c.
Mors conspectior. Tacit. lib. 20. Iussu Mutiani custodia militari cinctus, ne in ipsa vrbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab Vrbe lapidem via Appia fuso per venas sanguine extinguitur.
Pars nulla conspectior capillis. Ouid. 4. Metam. 59. 1.
Turba, quàm dignitate conspectior plebs. Liuius libro 2. belli Punici 172. Plebeium Consulem sua plebs prosecuta turba, quàm dignitate conspectior.
Platano conspectior. Ouid. 13. Metam. 170.
Conspectus, huius conspectus, (πρόσοψις,) Verbale, Significat aspectum. Virgilius 1. Aeneidos 8.
Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

In conspectu. Virgil. 1. Aeneid. 38. Nauim in conspectu nullam.
In conspectum aspicere. Vide 2 N.
In conspectu alicuius astare. Cic. 4. in Catil. 75.
In conspectum animus cadit. Cic. 1. Tuscul. 80. Casurúsne in conspectum videatur animus.
In conspectu consedimus omnes. Cic. 1. Acad. 11.
In medio conspectu consistere. Virg. 1. Aeneid. 14.
In conspectum se dare. Cic. 7. Verr. 69. Ennius apud Ciceronem. 1. de Diuinat. 75.
E conspectu euolare. Cic. 7. Verr. 70.
Conspectus sit, sub. ab hominibus. Cic. Attico, lib. 7. 129. 1. Subitò consiliũ cepi, vt antequàm luceret, exirem, ne qui conspectus fierem, aut sermo, lictoribus præsertim laureatis.
Frui conspectu alicuius rei tranquillo animo & quieto. Cic. pro Sylla. 14.
Fugatus ex hominum conspectu. Lucret. lib. 3. 10.
Fugere conspectum aliquorum. Cic. 2. de Lege Agra. 22.
Ingredi in conspectum populi. Vide INGREDIOR.
Ire ad conspectum chari genitoris & ora
Coatingat. Virg. 6. Aeneid. 22.
In conspectu aliquorum aliquid locare. Cic. 1. de Lege Agra. 4.
In conspectu legum, liberrimè quemcumque mori. Cic. 7. Verr. 134.
In conspectu alicuius aliquid ponere. Cic. 5. de Finib.
In conspectu fundi villæque posita religio. Cic. 1. de Legib. 44.
Suorum consuetudine, conspectuque aliquẽ priuare. Cic. pro Murena. 80.
Prodire in conspectum alicuius. Plaut. Mostel. 16. 33. Is me adiutnam illum prodire pudet in conspectum tuum.
Reddere conspectum alicuius, Reuocare ac reducere in conspectum. Virg. 9. Aeneid. 55.
In conspectu relinquere. Cic. 5. de Finib. 160.
Sequi conspectum aliquorum. Cic. 2. de Lege Agra. 22.
Stare cum gladiis in conspectu Senatus. Cic. 2. Philipp. 34.
Quæ est in oppidi conspecta. Varro. 1. de Re rust. cap. 7. 4.
Procul à conspectu alicuius rei esse. Cic. de Lege Agra. 5.
In conspectum alicuius venire. Cic. 1. de Finib. 36. Vide VENIO.
Conspectum alicuius vereri. Terent. Phorm. 2. 2. 1. Itane patris conspectum veritum hinc abisse?
Venire in conspectum. Celsus lib. 7. cap. 26. Quum verò patefacta est, in conspectum calculus venit, in cuius corpore nullum discrimen est.
Vno in conspectu omnia videre. Cic. de Claris Orat. 8.
Vitare alicuius conspectum. Quintil. lib. 6. cap. 3 64.
Conspectum tumulum, pro Conspicuo, nisi mendum sit, posuit Liuius. 2. belli Macedonici.
Conspicuus, (περιφανής,) Adiectiuum, Quod ab omnibus conspiciatur vel, vt ait Valla, lib. 1. quod circumspicitur. Martial. lib. 1. 2.
Hic vbi conspicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles.
Occultus & Conspicuus, contraria. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 22.
Torpet tale pœnas terra pelagoque, quot inter
Occultum stellæ conspicuumque polum.
Præsens & Conspicuus. Ouid. 1. Trist. 11.
Per te præsentem, conspicuumque deum.
Decus conspicuum. Ouid. ad Liuiam. 68.
Loci conspicui. Ouid. 3. de Arte amandi. 79.
Visite conspicuis terna theatra locis.
Opus conspicuum. Ouid. 5. Trist. eleg. 15. 5.
Venustas conspicua. Author ad Herennium lib. 3. 119. In gestu nec venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse: vt aut histriones, aut operarii videamur esse.
Vertex latè conspicuus. Horat. 3. Carm. ode. 16. 4. –iure perhorrui
Latè conspicuum tollere verticem. Versus est Asclepiadæus.
Conspicuus alicui. Plin. lib. 36. cap. 12. 2. Reliquæ tres quæ orbem terrarum impleuere fama, fanè conspicuę vndiqui adnauigantibus, sitę sunt in parte Aphricæ, monte saxeo. De Pyramidibus Aegyptijs loquitur.
Conspicuus albo colore. Colum. lib. 7. cap. 12. 3. Ne si non sit albo colore conspicuus, pro lupo canem feriat.
Conspicuus longè fulgentibus armis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 7.
Insignis clara conspicuusque domo. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 1.
Manu conspicuus. Tacit. lib. 19.
Toris conspicuus, Lacertosus & torosus: qualem fuisse Herculem dicit Valerius lib. 1. Argonaut. 51.
Conspicuus fons in planicie. Plin. lib. 6. cap. 27. 1.
¶ Conspicuus forma. Plin. epist. 144. 2. Ac primum conspicuus forma, omnes sermones malignorum & puer & iuuenis euasit.
¶ Conspicuus homo, Quem oẽs admirantur & reuerentur. Liuius. 1. ab Vrbe. 156. Iam & Romanis cõspicuũ eum nouitas diuitiæq; faciebãt.
Fide conspicuus. Ouid. epist. 5. 28.
Conspicuus laude. Plin. epist. 37. 2. Pater quoque & patruus illustri laude conspicui.
Conspicuus magnitudine Lunensis calceus. Plin. lib. 11. cap. 41. 2.
Conspicor, penul. corr. conspicâri, (περισκοπέω,) conspicari, Deponens, Idem quod Conspicio. Plautus Epidic. 2. 3. –oh: Epidicúmne ego nunc conspicor? Idem Pseud. 15. 24. Credo in tenebris conspicatus sis me, abstineas manum. Idem Epid. 2. 68. Terentius Eunuch. 5. 9. 32. Cur ergo in his ego te conspicor regionibus? Idem Heaut. 1. 1. 16. Quin ego te in fundo conspicer, &c. Cæs. 2. bel. Ciuil. 93. Hunc conspicatæ naues, quæ missa Bruti consuetudine quotidiana ad portum excubabant, sublatis anchoris sequi cœperunt. Ibidem, lib. 3. 247. Quæ ex castris fugientes conspicatæ, &c.
Conspicillum, (περισκοπή,) authore Nonio, est vnde cõspicere possis. Plautus Medico, In conspicillio obseruabam.
¶ Conspicillum, etiam dicitur quod adhibemus oculis, vt res maiores videantur. Plaut. Vitrum eedò, necesse est conspicillo vti.
Conspicillum, conspicilli, Idem. Plaut. Cistel. 2. 82.
–dum redeo domum
Conspicillo consecutus est clanculum me vsque ad fores.

Conspîro, conspiras, penultima prod. (συμφωνέω, συνίστημι,) conspirare, Simul spirare, vel flare.
Conspirare omnibus partibus ad aliquid faciendum. Columel. lib. 3. cap. 13. 6. de pastinato, Neque enim parum refert suspensissimum esse pastinatum, & si fieri possit, vestigio quoque inuiolatum, vt mota æquali ter humus nouelli seminis radicibus quamcunque in partem prorepserint, molliter cedat, ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cœlestes admittat imbres: eosque alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conspiret.
¶ Conspirare pugnam concento, per translationem, pro Commouere. Gellius lib. 1. cap. 11. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, nõ fidicularũ, tibiarumque cõcentu conspiratam. Id est accensam & inflammatam. In castigatoribus codicibus legitur non fidicularũ tibiarumque concentu, verùm conspiratu tacito nitibundos.
¶ Conspirare item, pro Coniurare & consentire, & ferè in malum accipitur. Plautus Merc. 18. 28. Mirum ni senes vicini in vnum nidum conspirauerint.
Conspirare in commune. Columella lib. 12. in præfat. 7. Nihil quod aut maritus, aut femina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ab vtroque in malum, vt cum forensibus negotiis, matronalis se. dulitas industriæ rationem parem faceret.
Conspirare & consentire cum aliquo vbique in bonum. Cic. 2. de Lege Agraria 16. Quamobrem per deos immortales colligite vos Tribuni plebis: deserite eos, à quibus nisi prospicitis, breui tempore deserẽmini: conspirate nobiscum: consentite cum bonis, communem Rempub. communi studio atque amore defendite. Idem 12. Philip. 280. Necdum Senatum cum Popu. Rom. conspirasse sensistis.
Conspirare ad Cic. Planco lib. 10. 12. 12. Mirabiliter enim Pop. Ro. vniuersus, & omnium generum, ordinumque consensus ad liberandam Rempub. conspirauit.
Ad maiestatem aliquorum defendendam conspirare. Cic. 3. Philip. 137.
Conspirare dicitur oratio. Cic. 3. de Natura deorum 37. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia consensusque naturæ, quam quasi cõtinuatam conspirare dicebas.
Conspiratum est in. Suetonius in Cæsare, cap. 80. Conspiratum est in eũ à LX. amplius, &c.
Conspiratus, penult. prod. (συμπνοῶν,) Participium. Cic. 2. de Natura deorum 29. Quid verò, tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio, &c.
Ardor mutuus conspirans. Lucret. lib. 4. 145.
Conspirans & pene conflatus consensus. Cic. pro Ligario 21.
Conspiratio, (συνωμοσία, συμφωνία,) Verbale, tam in bonum, quàm in malum accipitur.
In malum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 11. Vt quam paratissimi ab exercitu, reliquisque rebus pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus.
Certorum hominum contra dignitatem alicuius conspiratio. Cicero pro Deiotaro.
Conflata conspiratio. Cic. Antequam iret in exil. 9.
Incessere conspirationem. Quintilianus lib. 5. ca. 7. 15. Et si deficietur numero pars diuersa, paucitatem: si abundabit, conspirationem: si humiles producet, vilitatem: si potentes, gratiam oportebit incessere.
Conspiratio in bonum, pro Vnanimitate. Cicero pro Domo sua 23. Hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in Repub. bene gerenda, hanc iucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt.
Bonorum virorum conspiratio. Cic. 4. in Catil. 94.
Concordia & cõspiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem. Lentulus Senatui, lib. 12. 25. 12.
Conspiratio & consensus. Cic. 2. Offic. 22. Magnas vtilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu. Idem 5. de Finib. 118. Quas is est igitur omnis quam dico cõspiratio, consensusque virtutum, tale est illud ipsum honestum.
Amoris conspiratione consentire. Cic. 1. de Finib. 101.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conspirati, conspiratorum, (συωμοτάι,) Qui conspirauerunt & coniurarunt. Suetonius in Cæsare, cap. 81. Assidentem conspirati specie officii circunsteterunt.

Conspiratæ res, quæ velut conflatæ sunt in vnum corpus. Seneca epist. 85. Talem esse animum nostrũ volo, vt multæ in illo artes sint, multa præcepta, multarum ætatum exempla, sed omnia in vnum conspirata.

Conspiratus, huius conspirátus, penul. prod. masc. gen. (σύμπνοια,) Id est concentus. Gellius lib. 1. cap. 11. Sed enim Achæos Homerus pugnam iudicisci ait, non fidicularum, tibiarumque concentu, verum conspiratu tacito nitibundos.

Conspiro, conspiras, (συωυτέω,) conspirare, à spira spiræ: Cóspirare se dicuntur serpentes, ideſt conuoluere. Plin. de Viris illust. 12. Anguis è sedibus eius elapsus, venerabilis, non horribilis, per mediam vrbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorũ perrexit, & se in Volumnii tabernaculo conspirauit.

Conspissare, creta cimolia, decocta, conspissataque. Colum. lib. 2. cap. 18. 5. Prius quàm conspissatum, & herbis colligatum sit solum.

Conspondeo, conspondes, conspondi, cõsponsum, (σωεγγυάω μαι,) conspondère. Cõsponsos veteres dicebant, fide mutua colligatos, inquit Festus.

Consponsor, (σωεγγυητής,) Verbale, Consponsores, qui simul pro aliquo spoponderunt. Cic. Leptæ, lib. 6. 18. 5. De tuo negotio quòd spósor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Idem ad Atticum, lib. 12. 24. 1. 8. Tamen velim des operam, vt inuestiges ex consponsorum tabulis sitne ita.

Conspuo, conspuis, conspui, conspùtum, pen. prod. (κατακτύω,) cõspuere, sputo aliquem fœdare: cuius passiuum est Cóspuor. Plaut. Ab omnibus derisus, atque conspùtus.

Conspûto, conspútas, penul. prod. (κατακτύω,) conputare, Frequentatiuum. Plaut. Curcul. 10. 17. Qui constitit, culpant eum, conspûtatur, vituperatur. Cicero ad Quin. fratrem, lib. 2. 7. 4. Hora ferè nona, quasi signo dato, Clodiani nostros conspûtare cœperunt.

Conspurco, conspurcas, conspurcare, (κατακυπόω,) Commaculare. Colum. lib. 8. ca. 3. 8. Nam superiliens auis pro luuie ventris cibos & aquam conspurcat.

Sapore tetro conspurcare omnia. Lucret. lib. 6. 5.

Constabilio, constabilis, penultima correpta, constabiliui, constabilîtum, (βεβαιόω, τηρέω, ἀσφαλίζομαι,) cõstabilîre, Stabile & firmum facere. Plautus Capt. 7. 94.

– ædepol rem meam
Constabiliui, quum illos emi de præda à Quæstoribus. Terent. Adel. 5. 1. 9. – dis quidem esses Demea,
Ac tuam rem constabilisses.

Subsidiis alicuius constabilîtus. Lucret. lib. 2. 9.
Feruere quum videas belli simulachra cientes,
Subsidiis magnis Epicuri constabilitas.

Consterno, consternas, (ἐκπλήττω, κατακόπτω, συγχύννω,) cõsternare. Consternere, inquit Valla lib. 5. est corporis: Consternari autem, animi: quum mens turbata est, & de statu mota, & quasi humi strata: ideoque sæpe coniungi animum videmus. vt Consternatus animo. Sallustius tamen primo histor. inquit, Equi sine rectoribus exterriti, aut saucii consternantur. Liuius 6. ab Vrbe 10. Itaque non aperuit soltum incendio viam, sed flammis in castra tendentibus, vapore etiam ac fumo, crepitúque viridis materiæ flagrantis ita consternauit hostes, vt minor moles superantibus vallum in castra Volsco rum Romanis fuerit, quàm transcendentibus sepem incendio absumptam fuerat.

Consternare animos. Liu. 8. ab Vrbe 138. Tumultuque etiam sanos animos consternante, decernitur vt societas cũ Samnitibus renouaretur.

Pauida & consternata multitudo. Liu. 3. ab Vrbe 65.

Consternari animo. Sallust. Qua victoria elati hostes nostri territi, atque animis consternati discessere. Cæs. 7. bel. Gal. 124. Et sic sunt animo consternati homines insueti laboris, vt omnia quæ imperarentur, sibi patienda & perferenda existimarent.

Consternati etiam dicuntur, non qui deiecti sunt animis, sed commoti & perturbati atque tumultuantes. Liuius lib. 4. Decad. 4. in Catonis oratione, Volo tamen audire quid sit, propter quod matronæ consternatæ procurrant in publicum. Tumultuabantur enim matronæ prorogandæ Legi Oppiæ.

Equi consternantur. Ouidius 2. Metamorpho. 63. Et Equi consternati, Idem 5. Fasto. 61.

Mœnia consternata. Silius lib. 13. 27.

Timores consternati. Ouid. 12. Metamorpho. 12.

Consternatio, (ὕστληξις,) Verbale. Liu. 7. bel. Maced. 172. Auxilia enim subsidiaria quæ proximè locata erãt, pauore & cõsternatione quadrigarum territa, &c. Idem 9. bel. Pun. 33. Quorum gemitus primo morientium exauditus deinde subita consternatio.

Consternatio dicitur à Valerio lib. 9. cap. 7. pro Seditione vel tumultu, Creditorum quoque consternatio aduersus Sempronii Asselliones Prætoris Vrbani caput exarsit. Sic & Cato apud Liuium Decad. 4. lib. 4. non procul ab initio, Cõsternationem mulierum vocat, factionem quæ conspirauerant ad abrogationem Legis Oppiæ.

Consterno, consternis, consträui, constrãtum, penul. prod. (στρώννυμι,) consternere, Idem quod Sternere. vt Virgil. 4. Aeneid. 89. – it stridor, & alte
Consternunt terram concusso stipite frondes.

Terram corpore consternere. Cic. in Arato 47. Ille graui moriens consträuit corpore terram.

Terram consternere tergo, Supinum iacere. Virgil. 12. Aeneid. 110.

Campi consternuntur milite. Lucan. lib. 1. 25. Silius lib. 1. 25.

Consternere contabulationem lapidibus lutoque. Cæs. 2. bel. Ciuil. 33.

Consternere cubilia gallinarum. Colum. lib. 8. cap. 5. 9.

Consternere scrobes perticis sálignis & lapide. Plin. lib. 17. cap. 11. 6. Eas lapide consterni: aut si non sit, perticis sálignis viridibus. Colum. lib. 1. cap. 6. 16. Area si competit, ita constituenda est, vt vel à domino, vel certè à procuratore despici possit, eaque optima est silice constrata, quòd & celeriter frumenta deteruntur, &c. Idem lib. 7. ca. 6. 5. Ipsum verò caprile vel naturali saxo, vel manu constratum eligi debet.

Consternit vias frumentum. Cic. 1. de Diuinat. 120. Nam & ex horreis direptũ, effusumque frumentum, vias omnes, angiportusq; cõsträuerat.

Consternere cubicula viatoria vniombus. Plin. lib. 37. cap. 2. 5. In emendationibus codicibus legitur construere.

In fugam consternere. Vide FVGA.

Constrãtus, penul. prod. (ἐστρωμένος,) Participium. Cic. pro Sestio 73. Forum corporibus ciuium Romanorum constratum cæde nocturna.

Constratæ naues, quæ catastromata habebant, quas Cæsar tectas sæpe vocat. Cicero 7. Verr. 71. Quòd si Cleomenes non tanto antè fugisset, aliqua tamen ad resistendum ratio fuisset. erat enim sola illa nauis constrata, & ita magna, vt propugnaculo cæteris posset esse. Ibidem 81. Poteróne in eos esse vehemens, qui naues inanes non modò habuerunt, sed etiam apertas? in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam? His opponuntur Apertæ, vt hinc intelligas constratarum nomine non alias intelligi, quàm tectas. Hirtius de bello Alexandrino, Magnoque impetu quatuor ad eam constratæ naues & complures apertæ contenderunt.

Constratæ naues tempestatibus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 106. Hîc subitam cõmutationem fortunæ videre licuit: qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat: qui nostris nauibus periculum intulerant, de suo timere cogebantur. Itaque tempore commutato, tempestas & nostros texit, & naues Rhodias afflixit: ita vt ad vnam constratæ omnes numero XVI. eliderentur, & naufragio interirent.

Constrata pontium. Liuius lib. 10. bel. Pun. Speculatoriæ naues ac minoræ nauigia, quæ sub constratis pontium excurrebant, &c.

Constipo, constipas, penul. prod. (στύφω,) constipare, significat Condensare. Cæsar 5. bel. Gal. 160. Hic dies nostris longè grauissimus fuit: sed tamen hunc habuit euentum, vt eo die magnus numerus hostium vulneraretur atque interficeretur, vt se sub ipso vallo constipauerant, recessumque primis vltimi non dabant. Cicero 2. de Lege Agraria 79. Sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis.

Constituo, constituis, constitui, constitûtum, penul. prod. (σωιστάω, κτίζω, διατίθημι, τάττομαι, τίθεμαι, βουλεύομαι,) constituere, Collocare. Cæsar 2. bel. Gal. 299. Intra syluam aciem ordinesque constituerant. Idem 1. bel. Ciuil. 303. Vbi Cæsaris castra posita, tabernaculaque constituta.

Constituitote vobis ante oculos huius etiam miseri senectutem. Cicero pro Cælio 62.

Taurum ante aras constituere. Virgil. 5. Aeneid. 48.

Constituere coràm. Vlpianus in L. prima §. 1. ff. De procuratoribus, Constituitur autem vel coràm, vel per nuntium, vel per epistolam.

Constituit in ordinem elephantes. Hirtius lib. 5. 102.

Constituit horrea certis locis, vecturasque frumenti finitimis ciuitatibus descripsit. Cæsar 3. bel. Ciuil. 168.

In locum alicuius aliquem constituere. Cic. 3. Verr. 53.

In aliquo munere constituere aliquem. Cic. de Petit. Conf. 25.

¶ Constituere, Statuere, proponere, decernere. Terent. Phorm. 4. 3. 71. Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare. Virgil. 1. Aeneid. Qui teneant (nam inculta videt) hominésne, ferãne, Quærere constituit.

Constituere & designare. Cic. 1. de Diuina. 140. Dii non ignorant ea quæ ab ipsis constituta & designata sunt.

Constituere sibi aliquod genus ætatis degendæ. Cic. 1. Offic. 164.

Nec satis constituere possum quid, &c. 4. Acad. 62.

Serius quàm constituerat. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 12.

Futura præcipere cogitatione, & antè constituere quid accidere possit. Cicero 1. Offic. 114. Illud etiam ingenii magni est, præcipere cogitatione futura, & aliquanto antè constituere, quid accidere possit, in vtramque partem, & quid agendum sit, quum quid euenerit.

Exre

Ex re & ex tempore constituere aliquid. Cic. Cornificio, lib. 12. 19. 4.

De re aliqua aliquid constituere. Balbus Ciceroni, in Epist. ad Atticum, lib. 9. 178. 5.

Communiter constituere de reditu alicuius. Brutus Ciceroni, lib. 6. 2.

Constitutum ex omnium sententia. Cic. pro Cluentio. 141. Hoc postquã cæteri comprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quæsitum.

Habere constitutum de re aliqua. Cælius Ciceroni, lib. 8. 5. 4. Tametsi hæc de re puto te constiturum quid facturus esses, habere.

Omnia quæ sibi cõstituta sunt exponere. Cic 3. Verr. 29. Mihi enim properandum necessariò est, vt omnia vobis quæ mihi constituta sunt, possim exponere.

Constitutum est mihi, Deliberatum est mihi, decretum est mihi, statutum est mihi, Id est apud me cogitando firmatũ est. Cic. Attico, lib. 7. 127. 4. Et lib. 8. 163. 6.

¶ Constitutum, pro Certo, stabilito, non controuerso. Cic. 5. de Finib. 25. Hoc enim constituto in philosophia, omnia sunt constituta. Ibidem, lib. 2. 74. Itaque eo quale sit, breuiter vt tempus postulat, constituto, accedam ad omnia tua.

Optimè constituere. Cic. Cælio, lib. 2. 7. 7. Quod quando, & quomodo & per quos agendum sit, tu optimè constitues.

¶ Constituere alicui se venturum. Cic. 1. de Orat. 139. Sanè (inquit) vellem non constituisse in Tusculanum me hodie venturũ esse Lælio. Terent. Hecy. 3. 4. 23. Quòd constitui me hodie conuenturum eum. Idem Eunuc. 1. 2. 125. Et is hodie venturum ad me constituit domum.

Dixit, & constituit se venturum. Terent. Heaut. 4. 4. 4.

Constitueram vt irem rus. Plaut. Pseud. 7. 137.

Constituere inter se vt. Cic. 5. de Finib. 1. Constituimus inter nos vt ambulationẽ pomeridianã conficeremus in Academia. Sic pro Cluen. 40.

Constituere cum. Terent. Hecy. 1. 2. 120. – nam constitui cum quodã hospite Me esse illum conuenturam. Hîc promissi significat, nempe dum præpositionem coniunctam habet. Cic. ad Marium, lib. 7. 4. 2. Quare siquod constitutum cum podagra habes, fac vt in alium differas diem. Idem 4. Verr. 46. Constitui cum hominibus, quo die mihi Messanæ præsto essent.

¶ Constituere, quod Assignare vulgus dicit. Terent. Eunuc. 3. 4. 3. Dati annuli: locus, tempus constitutum est.

Pactam & constitutam esse cum aliquo diem. Cic. 1. in Catil. 17.

Ad constitutum venire. Sub. diem. Varro. 2. de Re rust. Quum alius salutasset, alius consciatus esset quòd tam serò venisset ad constitutum, Sub. diem. Cic. pro Cecinna. 24. Homines inermes qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent.

Constituere in diem. Sallust. in Iugurtha, Deinde compositis inter se rebus, in diem constituunt quòd is festus, celebratusq; per omnem Africam, ludum & lasciuiam magis quàm formidinem ostentabat.

¶ Constituere, Sistere. Cic. pro Cluent. 28. Et hominem ante pedes Quinti, qui tum erat Trium vir, constituunt.

¶ Constituere, pro In vnum conciliare, & consociare. Cic. 1. de Orat. 18. Vt verò iam ad illa summa veniamus, quæ vis alia potuit aut dispersos homines vnum in locum congregare, aut à fera agrestique vita ad hunc humanum cultum ciuilemque deducere, aut iam constitutis ciuitatibus leges, iudicia, iura describere? Idem alibi, Ab oratoribus ciuitates vt ab initio constitutas, & sæpe conseruatas esse dixisti. Budæus.

¶ Constituere aliquem magna gratia apud regem. Cic. ad Catonem. 15. 4. 15. Metram, & eum quem tu diligenter mihi cõmendaras, Athenæi, importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud regem authoritate, gratiaque constitui. Videtur subaudiendum EN.

¶ Constituere in vel cum re præsenti dicebant veteres, quum quid statui, transigi; non posse, nisi in loco ipso significabant. Quintil. lib. 7. Quare plurima petamus à nobis, & cum causis deliberemus, cogitemusque homines antè inuenisse artem, quàm docuisse. Illa enim potentissima est, quæque verè dicitur totius causæ dispositio, quæ constitui, nisi velut in re præsenti non potest. Idem lib. 9. Occasionibus vtendũ, & cum re præsenti deliberandum. Traianus ad Plinium, epist. 257. Quid oporteat fieri circa theatrum, quod inchoatum apud Nicenses est, in re præsenti optimè deliberabis & constitues. Budæus.

Accusatorem constituere. Cic. 1. Verr. 6. Vt in constituendo accusatore quod sequi possitis habeatis.

¶ Actionem constituere, Quòd Vulgò Euacuare finem non procedendi dicunt. Cic. in Partit. 54. Quare de constituendis actionibus, accipiendis subeundisque iudiciis, de excipienda iniquitate actionis, &c. Budæus. Vide paulo pòst, Constituere iudicium.

Inire & constituere consilium. Cic. 1. Verr. 16. Reperio Iudices, hæc ab istis consilia inita & constituta, vt quacunque opus esset ratione, res ita duceretur, vt, &c.

¶ Constituere æra militantibus. Liuius 5. ab Vrbe. 10. An est quisquam qui dubiter nullis iniuriis vestris, si quæ forte aliquando fuerunt, vnquam æquè quàm munere patrum in plebem, quum æra militantibus constituta sunt, Tribunos plebis offensos ac concitatos esse.

Constituere vectigal. Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 4.

Amicitiam cum aliquo constituere. Qu. Cic. de Petit. Consulatus. 18.

Constituit vtilitas amicitiam. Cic. 1. de Finib. 126. Manebit ergo amicitia tandiu, quandiu sequetur vtilitas: & si vtilitas amicitiam constituet, tollet eadem.

Aequitatem constituere. Cic. 1. Offic. 58. Qui, quum prohiberet iniuriam tenuioris, æquitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat.

Aestimationem constituere. Cic. 5. Verr. 175. Deinde cur in vno genere solo frumenti ista æstimatio constituitur?

Bene morata & bene constituta ciuitas. Cic. de Claris Oratorib. 4.

Controuersiam constituere. Cic. 1. de Orato. 68.

Crucem sibi constituere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 9.

Delectum rerum constituere. Cic. 1. de Finib. 56.

Constituere diem alicui. Cic. ad Atticum, lib. 12. 232. 5. Liuius 7. bel. Puni. 96. Et 4. bel. Maced. 74.

Constituere diem colloquio, nuptiis, aut alicui alii rei. Plautus Trinum. 8. 139. Cæsar 1. bel. Gal. 203.

Titan medium constituit diem, Meridies est. Seneca Hippol. 6. 9.

Disceptationem constituere, id est quod Accordare scripturas dicunt. Cicero in Partitionibus 56. Ex rationis autem & ex firmamenti constitutione, & quasi concursu quæstio exoritur quædam quam Disceptationem vocant: qua quid veniat in iudicium, & de quo disceptetur, quæri solet. Hæc verba, quid sit Disceptatio, ostendunt. Deinde subiecit 60. Disceptatio autem, quum est constitura, propositum esse debet oratori quo omnes argumentationes repetitæ ex inueniendis locis conficiantur. Budæus.

Documentum constituere. Cæsar, Egomet ipse documentum more militari constituam.

Domos constituere, Id est ædificare. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 1.

Finem rei cõstituere, pro Imponere finẽ. Cic. 3. Verr. 3. Postremò vt esset hoc iudicatũ, vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueret.

Fines in amicitia constituere. Cic. de Amicitia 50. Constituendi autem sunt in amicitia fines, & quasi termini diligendi.

Firmamenta Reipub. constituere. Cic. Attico, lib. 1. 13. 6. Sic ille annus duo firmamenta Reipub. per me vnum constituta euertit.

Honores constituere. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 45. Et quidem de isto genere honorum, quid sentirem scripsi ad te antè. Semper eos putaui, si vulgares essent, vilesciss temporis causa constituerentur, leuis.

Iudices de quaque re constituere. Cic pro Domo sua 27.

Constituere iudicium in sensibus & in rerum notitiis. Cic. 4. Acad. 156.

Iudicium constituere dicebant, & constituere quæstionem, pro eo quod est Constituere actionem. Cicero in Partitionibus 53. Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse cõtentio, quum aut sitne actio illi q agit, aut iamne sit, aut nũ iam esse desierit, aut illine lege, hisne verbis sit actio, quæritur: quæ etiam si antequam res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non sunt; tamen ipsis iudiciis, permagnum sæpe habent pondus. Concertata dixit, pro eo quod debatuta depugnataque dicimus: Diiudicata, pro appunctata: Confecta pro euacuata. Quintilianus quæstionem pro iudicio dicere solet. Budæus.

Iudicium constituere. Est etiam id quod nunc Recipere in processum dicimus. Quintilianus lib. 3. ca. 12. Diuersum his tertium genus, quod dicitur Comparatiuum: cuius rei tractatus in parte caulæ frequens est: vt quum apud Centumviros post alia quæritur & hoc, vter dignior hæreditate sit. Rarum est autem vt in foro iudicia propter id solum constituantur: sicut diuinationes, quæ fiunt de accusatore cõstituẽdo: & nõnunquam inter delatores, vter præmium meruerit. Forum appellat Quintilianus, in quo publica iudicia exercebantur. Cicero in Verrẽ, act. 4. 42. Amici recusare nequod nouum iudicium, nequa ipsius cognitio illo absente, de existimatione eius constitueretur. Budæus.

Iudicium de pecunis repetundis constitutum. Cic. 1. Verr. 6.

Constituta & Dissoluta iudicia, contraria. Cic. pro Cecinna 5. Cuius rei eã maximè iudicia cõstituta sunt, id iã mala cõsuetudine dissolutũ est.

Iudicium capitis in aliquem constituere. Cic. 7. Verr. 110. Seruilius & recusare & deprecari, ne iniquis iudicibus, nullo aduersario, iudicium capitis in se constitueretur.

Iura constituere. Lucretius lib. 5. 230.
Inde magistratum partim docuere creare,
Iuraque constituêre, vt vellent legibus vti.

Ius constituere, hoc est Statuere & exemplum prodere iuris dicendi, vt alt Budæus. Cic. pro Cecinna, Vt enim Aquilius talis vir, iuratus, hoc ius in ciuitate constituat, cuius procurator nõ omnia iudicia acceperit quæ quisq; in verba postulauit, eũ nõ defendit, eius verba rectè possideri. Ibidem 29. Videte per deos immortales quod ius nobis, quã cõditionem vobis ipsis, quam denique ciuitati legem cõstituere velitis.

Ius constituere in verbis. Cic. pro Cecinna 40. Hoc ipsum interdictum de quo agitur, consyderemus. intelligetis enim in eo ipso, si in verbis ius constituamus, omnem vtilitatem nos huius interdicti, dum vetusti

Universidad de Deusto
Biblioteca

& callidi volumus esse amissuros. Ibidem 59. Quid est Piso? placet tibi pugnare verbis? placet causam iuris & æquitatis, & non nostræ possessionis, sed omnino possessionem omnium constituere in verbo?
Ius quidpiam agendi alicui cõstituere. Cic. pro Cecin. 29. Huiusce rei vos statuetis nullam esse actionem, nulli experiundi ius constitutum?
Causam iuris & æquitatis in verbo constituere. Cic. pro Cecin. 59.
Constituere legem ciuitati. Cic. pro Cecinna 29. Et 2. Offic. 59.
Locum reo constituere. Cic. pro Cluent. 43. Reum statim fecit, vtque ei locus primus constitueretur, propter causæ coniunctionem, impetrauit. Ibidem 74.
Maiestatem constituere. Vide MAIESTAS.
Malum alicui constituere. Cice. 3. Verr. 44. Quod vbi est Philodamo nuntiatum, tametsi non erat ignarus quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur, &c.
Mercedulas prædiorum constituere. Cic. ad Atticum, lib. 13. 268. 4. Est aliud, posteaquam sum à te disunctior, sed fuit faciendum, vt & constituerem mercedulas prædiorum, & ne magnum onus obseruantiæ Bruto nostro imponerem.
Mercedem funeris ac sepulturæ constituere. Cic. 7. Verr. 105.
Metam constituere, Virgil. 5. Aeneid. 26.
Constituere modum rebus infinitis. Cic. 1. de Finib. 5.
Constituere sibi aliquem vitæ modum. Cic. pro Sylla 34.
Mœnia constituere, Aedificare vrbem. Virgil. 12. Aeneid. 39.
Nummariam rem constituere. Cic. 3. Offic. 105. Ne noster quidem Gratidianus officio boni viri functus est, tum quũ Prætor esset, collegisq; Prætorum Trib. pleb. adhibuissent, vt res nummaria de communi sententia constitueretur. Iactabatur enim temporibus illis nummus, sic vt nemo posset scire quid haberet.
Necessitudinem constituere cum aliquo. Cice. ad Plancum, lib. 10. 3. 3. Ego Plance necessitudinem constitutam habui cum domo vestra, antè aliquanto, quàm tu natus es.
Constitutæ nuptiæ in hunc diem. Terent. And. 1. 5. 34.
Constituere oppidum, & exædificare. Cæsar 1. bel. Ciui. 57. Etiam ex Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat, suaque pecunia exædificauerat, ad eum legati veniunt. Idem 1. bel. Gal. 337. Vbi vineis actis, aggere extructo, turrim cõstitui procul viderũt. Cic. de Arus. resp. 13.
Patronum alicui causæ constituere. Cic. pro Murena 3.
Pax tota prouincia constituta. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 36.
Pœnam aut supplicium in aliquem constituere. Id est animaduertere. Cæsar 5. bel. Gal. 6. Iis ad diem adductis, vt imperauerat, arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstiment, pœnamque constituant. Cice. 7. Verr. 91. Includuntur in carcerem condemnati, supplicium constituitur in illos. Sic pro Cecinna 34.
Constituere præsidia defensionis suæ in arce legis. Cic. pro Cluẽtio 126.
Pretium frumento constituere. Cice. 5. Verr. 147. Et Attico, li. 12. 148. 3.
Prouinciam alicui constituere. Cic. 3. Verr. 30. Posteaquam Cn. Dolabellæ prouincia Cilicia constituta est.
Quæstionem nouam constituere, Est decernere vt vindicetur, vt ait Budæus. Cic. pro Milone 9. Hanc verò quæstionẽ, etsi nõ est iniqua, nunq; tamen Senatus constituendam putauerant. enim leges, erant quæstiones vel de cede vel de vi: nec tantum mœrorem Senatui mors P. Clodii afferebat, vt noua quæstio cõstitueretur. Idem pro Cluentio 143.
Quæstus magnos atque huberes sibi constituere ex quibusdam causis. Cice. 4. Verr. 20.
Reditum ex mari constituere, piscinas faciendo. Colum. lib. 8. cap. 16. 6.
Constituere regem populis. Cæsar 4. bel. Gal. 541. Et cum his vna Comium, quem ipse Atrebatibus superatis regem ibi constituerat, cuius & virtutem & consilium probabat.
Rem familiarem constituere. Cic. 11. Philipp. 191.
Sacra constituere. Cic. de Arusp. respon. 11.
Patriam mihi sanctitatem in illo colendo constitui. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 4. 3. Quare mi Cicero, quod mea tuaque patitur ætas, persuade tibi te vnum esse in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem.
Seminaria constituere. Colum. de Arboribus, cap. 1. 3.
In foro spectaculum constituere. Cic. 3. Verr. 53.
Spem in aliquo constituere. Cic. pro Lege Manil. 43. Tanta in eo Reipub. bene gerendæ spes constituebatur, vt duorum Consulum munus, vnius adolescentis virtuti committeretur.
Spes in eo constituebatur. Cic. pro Lege Manil. 43.
Statum causæ constituere Iudex dicitur, quum aut iuris disceptationem esse pronuntiat, aut facti. Quum igitur significare volumus nos appugnatos esse contrarios, Latinè dicere debemus, Statum causæ coniectu ralem aut iuricialem esse, causamque inficialiter aut coniecturaliter cõstitutam esse. Hæc Budæus. Appunctare contrarios quod vulgò dicitur, non est concordes facere per transactionem, sed potius declarare rem controuersam esse, & de iure non posse statim definiri.
Stipendium militi constituere. Quintil. lib. 3. cap. 8. 13.
Summam totius litis in re aliqua constituere, Idem quod Cardinem causæ ponere. Quintil. lib. 7. cap. 5. Sed nonnunquam etiam reus hîc totius summam constituit, si exhæredatum à se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricem amauerit. nam omnis hûc quæstio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, & Centumuiri tribuere debeant veniam. Budæus.
Supplicium in aliquem constituere. Cic. 7. Verr. 91.
Templum constituere. Ouid. 1. Fast. 130.
Tempus alicui rei constituere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 76.
Testem aliquem in alium constituere. Cic. pro Cluent. 134. Pater inquã illius adolescentis, quem propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere, is hunc suo testimonio subleuat.
Testes constituere. Cic. 2. Verr. 33. Illud à me nouum Iudices, cognoscetis, quòd ita testes constituam, vt crimen totum explicem, vbi id interrogando, &c.
Tumulum constituere. Virgil. 6. Aeneid. 101.
Vadimonium constituere. Vide VADIMONIVM.
Vectigal constituere. Cic. Attico, lib. 2. 31. 4. Vectigal te nobis in monte Antilibano constituisse.
Victoriam constituere. Cic. pro Rosc. Amer. 9. Posteaquam victoria constitura est, ab armisque recessimus, quum, &c.
Vrbem constituere. Ouid. epistо. 7. 24.
¶ Per exordium animus auditoris aut iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. Author ad Herennium, lib. 1. 4.
¶ Constituere & regere inscitiam iuuenum. Cic. 1. Offic. 172. Ineuntis enim ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est.
¶ Constituere in digitis singulas causæ partes. Cic. 1. Verr. 24. Quid, quum accusationis tuæ membra diuidere cœperit, & in digitis suis singulas partes causæ constituere?
¶ Constituere, Erigere. Virgil. lib. 6. 44.
– & ferales antè cupressos Constituunt.
Constitũtus, penul. prod. (διατεταγμένος,) Participium. vt Constituta in mensem Ianuarium auctio. Cic. de Lege Agrar. 2.
Constitutus locus à iudicibus. Cic. pro Cluent. 74.
Constituta præclarissimè Resp. dilabitur. Cic. 1. Offic. 118.
Constitutus rerum omnium delectus. Cic. 1. de Finib. 56.
Constitutus adcædem. Cic. in Catil. 12. Quid, quòd omnes Consulares, qui tibi persæpe ad cædem constituti fuerunt, simul atque assediti, partem istam subbellionum nudam atque inanem reliquerunt?
Publicè constitutum esse ad rem aliquam. Cic. 2. de Legib. 102.
Constitura pax. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 36.
Constituta diuinitus res militaris. Cic. 4. Tusc. 2.
Constitutum patrimonium. Cice. ad Lentulum lib. 1. 9. 102. Id scito esse eiusmodi, vt frater meus verè existimet, adiuncto isto fundo, patrimonium fore suum per te constitutum.
¶ Constitutum bene corpus, (ἔυεκτον,) quod medici recentiores Bene complexionatum dicunt. Cic. 2. Tusc. 25. Metrodorus quidem eum perfectè putat beatum, cui corpus bene constitutum sit & exploratum ita semper fore. Eadem sententia est 2. de Finib. 147.
¶ Constitutus bene de rebus domesticis. Cice. pro P. Sestio 84. Estoigitur vt ii sint, quam tu nationem appellasti: & qui integri sunt & sanè bene de rebus domesticis constituti.
Constituta, constitutorum, Substantiuum, (διατάγματα,) pro Actis vel statutis. vt
Constituta & acta alicuius tollere, Cic. Attico lib. 6. 111. 5.
Constitutio, Verbale. (κρᾶσις, διάκρασις,) Cice. 4. de Finib. 25. Itaque ab iis constitutio illa prima natura. Vulgus Complexionem vocat.
Firma constitutio corporis. Cic. 3. Offic. 159.
Religionum constitutio. Cic. 2. de Leg. 38.
Constitutio in oratione. Cic. 1. de Inuent. 15. Constitutio, est prima confictio causarum, ex depulsione intentionis profecta, hoc modo: Feci, non feci, aut iure feci.
Constitutor, pen. prod. constitutoris, (διατακτής,) Verbale Qui statuit aliquid. vt Legis constitutor, apud Quintilianum lib. 3. cap. 6. 32.
Constitutorius, Adiectiuum, (διατακτικός,) vt Actio constitutoria, Leque enim. ff. de constituta pecunia, Neque enim quod crescit pecunia, aut decrescit, pertinet ad constitutoriam actionem.
Consto, nas lib. 2. 4. Ergo vbi concipiunt quantis sit cladibus vrbi. constas, constiti constitum & constãtum. (τιμῶμαι.) Luca
Constatura fides superûm. Martialis libro 12. 41. Constatura fuit Megalensis purpura centum.
¶ Constare, Simul stare. Plaut. Capt. 7. 11. Constant, conferunt sermones inter se Sallust. Multitudinem procul hostium constare viderunt.
Per seipsum constare. Cic. 3. de Orat. 12.
Non constat ei color neque vultus. Liu. 9. bel. Maced. 140. Primò adeo perturbauit ea vox regem, vt non color, non vultus ei constaret. Hoc est vt subinde mutaretur & color & vultus.
Non constare auribus & oculis. Liu. 5. ab Vrbe 188. Romani ex arce plenam hostium vrbem cernentes, vagósque per vias omnes cursus, quum alia

alia atque alia parte noua aliqua clades oriretur, non mentibus solum concipere, sed ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant. Sequentibus mox verbis seipsum exponit, quum ait, Quocunque clamor, fonitus hostium, mulierum, puerorumque ploratus, fonitos flammæ, & fragor ruentium tectorum auertisset, pauentes ad omnia animos oraque & oculos flectebantes.
Constat mens, cui opponitur Mens labat. Celsus lib. 3. cap. 19. Huic morbo præcipue contrarium est id genus quod κεφάλαιον à Græcis nominatur, quanuis sæpe ad eum phrenetici transeunt: siquidem mens in illis labat, in hoc constat.
Mente vix constat. Cic. 4. Tusc. 59.
¶ Constare sibi, (ὁμολογεῖν,) Constantem esse & perseuerantem. Cic. 1. Tusc. 15. Et quidem si tibi constare vis, omnes quicunque nati sunt eruntúe, non solum miseri, sed etiam semper miseri. Plin. lib. 35. cap. 8. 1. Non constat sibi in hac parte Græcorum diligentia.
Ille sibi constat, Id est constans permanet, ac sui semper est similis. Horat. lib. 1. Epist. 13.
Me constare mihi scis, & discedere tristem,
Quandocunque trahunt inuisa negotia Romam. Hoc est semper eundem esse me nosti, & nunquam de opere ruris mutare sententiam. Loquitur de ruris amore. Idem de Arte poet. 26.
Sibi constare, & superioribus consentire iudiciis. Cic. pro Cluentio. 46. Qui si innocentes Fabritios condemnassent, tamen in Oppianico sibi constare, & superioribus consentire iudiciis debuerunt.
In vitæ perpetuitate constare sibi. Cic. 1. Offic. 167. In tota vita constituenda multo est maior rei cura adhibenda, vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vllo officio claudicare.
Constare in sententia. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 46. Qua in sententia si constare voluissent, suam authoritatẽ simul cum salute mea recuperassent.
Vt tota oratio sibi constet, & vt ex omni parte secum ipsa consentiat. Cicero de Vniuersit. 10.
Reliqui sibi constiterunt, vt extrema cum initiis conuenirent. Cic. 2. de Finibus. 61.
Constant sententiæ. Plin. lib. 23. cap. 1. 20. Quin vt constarent sententiæ; quota portio tamen mortalium iis generibus posset vti?
Constare suæ humanitati. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 3. Si modò tanti putaris idquòd si me audies, & si humanitati tuæ constare voles, certè putabis. &c. Id est si non voles discedere ab humanitate.
Constitit fides. Vide FIDES. Liuius, Fides constitit Prætoris. Id est constantis stetit, ait Budæus.
Constant officia tua in me. Cic. ad Atticum, lib. 11. 220. 3. Nequid existimes ab illo factum esse, quominus mea in te officia constarent. Idem ad Appium, lib. 3. 5. 13. Mea tamen in te omnia officia constabũt, non secus ac si te vidissem. Idem pro Plancio. Quia huius ipsius in illum ordinem summa officia Quæsturæ Tribunatusque constiterunt. Id est vt ait Budæus accurate extiterunt, vel intercesserunt.
Militibus etiam pietatis ratio in parentes constare debet. Vlpian. in L. 1. ff. De obsequiis à liberis & libertis parentibus & patronis præstandis.
¶ Constare, (τιμᾶσθαι,) Valere. Plin. lib. 33. Et omnibus penè annis mutari, prout nauigationes constiterint, aut vt quisque mercatus sit, aut &c. Varro. 2. de Re rust. cap. 1. 14. Constat quadringentis milibus.
Constat auro. Plaut. Trucul. 10. 57. Iam auro contra constat filius.
Carè constat. Cicero, Quod mihi constat carius, quàm si in foro emissem.
Gratis constat. Cic. 7. Verr. 39. Sit argumento, tibi gratis cõstare nauem.
Minoris constat dimidio. Cic. ad Atticum, lib. 13. 284. 2. Quam vt tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, propè dimidio minoris constabit isto loco.
Vilissimè constat. Columel. lib. 9. cap. 1. 6. Et quicquid denique vilissimè constiterit dare.
Tanto nobis delitiæ & fœminæ constant. Plin. lib. 12. cap. 18.
Constatũrus, Participium. vt Constaturus minimo impẽdio fructus. Plin. lib. 18. cap. 5. 4. & Lucan. lib. 2. 4.
¶ Constare, (συγκεῖσθαι, συνεστᾶναι,) Compositum esse & factum. Cic. 4. Acad. 210. Tantum de principiis rerum, è quibus omnia constant, videamus quem probet. Plaut. Amphit. 4. 80.
– ex spiritu atque anhelitu Nebula constat. Cic. 1. Tusc. 66. Animus qui si est horum quatuor generum, ex quibus omnia constare dicentur, Id est composita sunt & permanent. Et de Amicitia. 78. Concio quæ ex imperitissimis constat.
Ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur. Cicero pro Roscio Comœdo. 11.
Constat experimentis medicina. Quintil. lib. 2. cap. 17. 7.
Constat prouincia Galliæ ex his generibus hominum & ciuitatum. Cic. pro Fonteio. 2.
¶ Constare, (ἔνναι,) Esse. Cic. de Amicitia. 24. Agrigentinum quidam doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totoque mundo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.
Agri constant campis, vineis, syluis. Plinius in Epistolis. Id est sunt in agris campi, &c.
Constare ex multis & magnis rebus. Cic. 1. de Inuent. 9.
Constant è principiis omnia. Cic. 4. Acad. 210.
Constat temporis modus. Plin. epist. 56. Nostræ tamen cœnæ vt apparatus & impendii, sic temporis modus constet.
Ratio constat. Plin. epist. 5. g. Mihi & tentandi aliquid, & quiescendi illo authore ratio constabit. Idem epist. 220. Cui obsequio meo opto, vt existimes constare rationem: quum omnia facta, dictaque mea probare sanctissimis moribus tuis cupiam. Idem ad Minutium, Mirum est q̃ singulis diebus in vrbe ratio aut constet, aut constare videatur. Id est mirum est quàm officio quisque in vrbe præclarè fungi videmur, beneque operas collocare, singulisque horis ciuiliter seruire, id est nihil temporis hominibus deperire: eo modo quo dicitur, Rationem alicui constare, quando acceptorum ratio non superat impensorum rationẽ & reliquorum. Paulus Iurisconsultus in L. Ex causa. ff. de Re militari, Quòd si ratio constiterit, neque desertorem fuisse apparuerit, omnia stipendia cirea temporis finem redduntur. Id est, Quod si ille qui desertionis suspectus est, rationem aliquam causamque iustam fuisse docuerit, quamobrem abesse sibi contigerit. hoc enim significat rationẽ constare. Ex Budæo. Vide Vallam, lib. 5. cap. 18.
Si constat principibus gratia, manet pax incruenta. Colum. lib. 9. 9. 6.
Constat magistratibus reuerentia. Plin. in Paneg. 101. Vis constare reuerentiam magistratibus, legibus authoritatem, modestiam petulantibus? adi. Id est permanere.
Constat tibi fructus otii tui. Cic. Mario, lib. 7. 12. Modo vt tibi constiterit fructus otii tui, quo quidem tibi perfrui mirificè licuit, quum esses in ista amœnitate penè solus relictus.
Quæ animo sententia constet. Virgil. 5. Aeneid. 149.
Vita constat sine crimine. Ouid. ad Pisonem. 24.
¶ Constant omnia. Virgil. 3. Aeneid. 104. Postquam cuncta videt cœlo constare sereno. Id est suppetere (ait Seruius) vt Iuuenalis Saty. 6. 17.
Quis ferat vxorem, cui constent omnia?
¶ Constat, sub. Inter omnes, Manifestum est. Cic. ad Cæsarem Iuniorem, Quam constet Lupercis id vectigal dedisse, quì antè poterat id constare? Idem. 6. Verr. 127. Cuius omnes vigilias in stupris constat, adulteriisque esse consumptas. Idem de Amicitia. 36. Cõstat, vt opinor, bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam esse. Idem. 4. Acad. 123. Et 1. de Inuent. 115. Quæ constant esse peccata.
Non satis certum constat apud animum. Liu. 10 bel. Pun. 124. Inter hæc simul spes, simul cura in dies crescebat nec satis certum cõstare apud animos poterat, vtrum gaudio dignius esset, &c.
Non satis constat animis. Liu. 7. bel. Pun. 236. Neque satis constabat animis, tam audax iter esse. Ibidem.
Constat planè. Cic. 5. Verr. 44. Nympho anteq̃ planè constitit cõdenat.
Constat de hac re. Plin. lib. 11. cap. 5. 2. Non sit de anima quæstio, cõstet & de sanguine quantulũ tamen esse in tantulis potest? Quintil. lib. 7. cap. 3. 1. De facto constat.
Id de quo quæritur & Res de qua cõstat, opposita sunt. Cic. 2. de Inuẽt. 233.
Constat de eius innocentia. Id est manifesta est. Quintil. lib. 7. Deinde quo plus habebimus in accusatione authoritatis, si prius de innocentia nostra constiterit. Hoc est si prius comperta vobis fuerit nostra innocentia. Cic. pro Cluen. 99. Dum hæc de Oppianico constabunt.
Constat inter omnes, Loquendi modus apud Iurisconsultos frequentissimus, quo significant rem non fuisse opinionibus agitatam. Cicero pro Rosc. Amer. 19. Hominem longè audacissimum nuper habuimus in ciuitate C. Fimbriã, & (quod inter oẽs cõstat, nisi inter eos qui ipsi quoque insaniunt) insanissimum. Idem. 2. Verr. 30. Constat inter oẽs, post hæc constituta iudicia, quibus nunc vtimur, nullum, &c. Idẽ. 5. de Fin. 28. Et. 1. Acad. 21. Cæsar. 7. bel. Gall. 177.
Perspicuum est, constatque inter omnes. Cic. 3. de Nat. Deor. 13.
Hæc res non perspicua est, neqi constat inter oẽs. Cic. 1. de Inuent. 80.
Constat hoc mihi tecũ. Author ad Heren. lib. 1. 16. Adhuc quæ dicta sunt arbitror mihi constare cum cæteris scriptoribus.
Constans, (ἐυστᾶθής, ἐμμανής,) A dictiuum, Tenax propositi; ac firmus. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 13. Tantam vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quàm constantis Senatus consilium esse videatur.
Leuis & Constans, contraria. Cicero de Amicitia, 78. Quid intersit inter popularem, id est assentatorem & leuem ciuem; & inter constantem, seuerum & grauem.
Mobilis & Constans, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 28. Quem hoiem? le uem? imò grauissimam, mobilem? imò constantissimum.
Aequabilis, constans, & moderata ratio vitæ. Cic. pro Cluen. 34.
Certos & constantes cursus stellæ habent. Cic. 3. de Nat. Deor. 31.
Firma & constans assensio. Cic. 1. Acad. 61.
Fortis animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis. Cicero primo Officiorum. 113.
Grauem, constantem, stabilem se in amicitia præstare. Cic. 1. de Amic. 57.
Perpetua & constans voluntas in Remp. Cic. 13. Philip. 352.
Constans, perpetua, fortis, inuicta defensio salutis alicuius. Cicero Pro

reditum in Senatu.16.
Stabiles & constantes amici eligendi.Cic.de Amicitia.55.
In leuitate constans,Id est perpetuo leuis,& nunquam constans. Oui.5. Trist.eleg.9.4. de Fortuna,
Sed modo læta manet,vultus modo sumit acerbos,
Et tantum constans in leuitate sua est.
Cuis in rebus optimis constantissimus.Cic.de Claris Orat.48.
Inuitis constantior.Horat.2.Serm.Saty.7.4.
Fidei constans.Tacit.lib.19.
Animus constans.Ouid.1.de Remed.amoris.65.
Animus constantior annis,Id est animus constantior & maturior atque adeò prudentior quàm pro ætate.Ouid.ad Pisonem.53.
Fama vel rumor constans.Cic.ad Qu.frat.lib.1.1.35. Constante fama, atque omnium sermone celebratum est.Idem ad Cassium, lib.12.9.2.
Præter rumores de oppresso Dolabella satis illos quidem constantes, sed adhuc sine authore.
Fastus constans.Propert.lib.1.eleg.1.1.
Tum mihi constantis deiecit lumina fastus.
Fides constans.Ouid.2.de Ponto,eleg.4.7.
Manere constantem in amore.Ouid.epist.16.40. Adde quod, vt cupias constans in amore manere, Non potes.
Mente constanti tenere aliquid.Catul.Argon.42.
Motus Lunæ constantissimus.Cic.1.de Diuin.25.
Pectore constanti corpus.Sil.lib.11.49.
Pietate constanti tueri aliquem.Ouid.4.de Ponto,eleg.12.9.
Voce constanti negare aliquid.Ouid.1.Amor.eleg.4.14.
Constantia,(ἐυσταθεια,)Animi firmitudo.Plin.epist.178. Nam quòd omnibus virtutibus abúdet,tum hæc præcipuè, quòd habet maximam in amore constantiam.Cic.2.Verr.31.Si Socrates Scauri constantiá,vt nequis te de vera & certa possit sententia dimouere.
Admirabili incredibiliq; constantia sunt cursus stellarum.Cicero.3.de Natura Deorum.31.
Amicitiæ constantia.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.14.
Animi constantia.Ouid.11.Metam.59.
Auguri constantia.Cic.1.de Diuin.121.
Promissi constantia & fides mira.Cic.Att.lib.4.86.1.
Constantia & æquabilitas.Brutus Ciceroni.16.18.Fortè & liberum animum,&c.sine constantia & æquabilitate nullum esse putaris.
Conueniens & coniuncta constantia inter aliquos.Cic.1.de Diuin.123.
Constantia & firmitas animi.Cic.Att.lib.12.25.2.
Ex perpetuitate atque constantia spectandi philosophi.Cic.5.Tusc.47.
Notabilis constantia.Hoc est insignis.Tacit.lib.19.
Perpetua constantia roborare grauitatem.Cic.1.Offic.157.
Summa grauitate,summaq; constantia homo.Cic.pro Sestio.76.
Constantia & veritas dictorum conuentorumq;,fides.Cic.1.Offic.35.
Robusti animi est,magnæque constantiæ,acerba ita ferre, vt nihil à statu naturæ discedas,nihil à dignitate sapientis.Cic.1.Offic.97.
Stabilitate & constantia,non ardore amoris,more adulescentulorum,benuolentiam iudicemus.Cic.1.Offic.71.
Stabilitatis cõstantiæq; firmamentũ in amicitia,fides.Cic.de Amic.58.
¶ Eximere constantiam,pro Adimere.Tacit.lib.1.Quippe plurium vecordia constantiam exemerat.
Perseuerare in constantia.Vide PERSEVERO.
Constantia,grauitas,& perseuerantia retinenda.Cic.7.Philip.125.
Seruare constantiá in oi re gerẽda cõsilioq; capiendo.Cic.1.Offic.175.
Satis animi constantiæque esse in aliquo.Cic.pro Lege Manil.49.
Rationi & constantiæ nihil est tam contrarium,quàm fortuna. Cicero.2.de Diuinatione.17.
Constanter,Aduerbium,(ἐυσταθῶς,)Cic.de Amicitia.6. Multaq; eius & in Senatu,& in foro,vel prouisa prudenter,vel acta constanter, vel responsa acutè ferebantur. Idem Lent.lib.1.9.20.
Constanter iniquus.Ouid.3.Trist.eleg.2.6.
Aequaliter constanterq; ingrediens oratio.Cic.in Orat.115.
Iudicio consyderatè constanterq; deferre beneficia.Cic.1.Offic.74.
Constanter conuenienterq; dicere.Cic.5.Tusc.39.
Constantissimè exquirere quod dicatur.Cic.4.Acad.18.
Facere constanter aliquid.Cic.Attico,lib.16.333.15.
Constanter & sedatè ferre.Cic.2.Tusc.80.
Firmius & constantius in perspicuis manere.Cic.4.Acad.84.
Gerere se constanter & liberè.Cic.Attico,lib.4.83.12.
Constanter laudari ab aliquo.Ouid.epist.16.34. –nam quo constantius ore Laudamur vestro,iustius ille timet.
Manere constanter in statu suo.Cic.de Vniuersit.53.
Constanter & perpetuò placebit hoc consilium.Brutus Ciceroni.16.16.
Studium aliquod constanter seruare.Ouid.de Ponto,eleg.6.9.

Cónstrepo, constrepis,penult.correp.constrépui, cõstrépitum, (ψοφέω,)constrépere, Idem quod Strepere. Gellius libro.4.capit.1. Atque omnium horum & testimoniis & exemplis constrepebat.

Constringo, constringis,constrinxi,constrictum, (ἀποφίγγω,) constringere,significat Arctare.vt, Cõstringere sat cinam,Plaut.Trinum.10.92.
Dissoluere,& Constringere,contraria.Cic.1.de Orat.93.Quæ rem dissolutam diuulsamq; conglutinaret,& ratione quadam cõstringeret.
Galeam constringere,Capiti aptare.Valer.lib.3.Argon.16.
Constringere manus.Plaut.Milit.10.11.
Constringere quadrupedem.Terent.And.5.2.14.
Constringere catenis.Cic.pro Sest.12.Sic cõstringere laqueis, Ibidẽ.77.
Vinciri & cõstringi amicorũ propinquorũq; custodiis.Cic.2.Tusc.84.
Mentem cõstringere,Est coercere affectus,& comprimere cupiditates. Lucan.lib.5.52.
Pectora constringere.Stat.2.Sylu.1.26. –quæ non gestamina mitis
Festinabat herus? breuibus constringere lenis
Pectora? & angusta telas arctare lacerna?
Zona expeditos constringit sinus.Senec.Hippol.4.7.
Supplicio constringere.Cic.1.de Orat.100. Tum qui scelus fraudéque nocentis possit dicẽdo subiicere odio ciuiũ,supplicioq; constringere et idemq; ingenii præsidio innocentiam,iudiciorum pœna liberare.
Necessitate constringi.Cic.2.Tuscul.8.
Constringendũ se tradere libidinibus.Cic.1.de Fin.72.Victi & debilitati obiecta facie voluptatis,tradunt se libidinibus constringendos.
Voluptas se constringendam virtuti tradat.Cic.2.de Finib.100.
Scelus & fraudem nocentis supplicio constringere. Cic.1.de Orat.101.
Constrictus,(σωτερφιγμένος,)Participium.vt Ora constricta frenis, Seneca Hippol.10.18.
Habere aliquem constrictum in suis vinculis.Quintil.lib.7.cap.4.11.de Dialectica loquitur.
Pedes constrictos aluta cogit.Tibul.lib.1.eleg.8.3.
Ira cæca constricti.Valer.lib.6.Argon.85.
Apertis verbis constricta oratio.Cic.de Clar.Orat.16.

Construo, construis,construxi,constructum, (σκευάζω,συσκευολογέω,) construere,Simul struere, congerare,accumulare,coacernare.Cic.1.de Orat.78 Similiter nunc petes à Crasso,vt eam copiam ornamentorum suorum, quam cõstructa vno in loco quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat.
Construere & recondere res magnificas.Cic.1.de Orat.78.
Acerui nummorum construuntur apud eum.Cic.2.Philip.97.Itaqi tanti acerui nummorum apud istum construuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ.
¶ Construere,(κατασκευάζειν,)pro Aedificare,vt Construi à deo atq; ędificari mundum facit Plato.Cic.1.de Nat.Deor.19.
Aggerem construere.Lucan.lib.2.50.
Cubilia sibi,nidosq; aues construunt.Cic.2.de Nat. Deo.195.Colum. lib.8.cap.15.6. Plin.lib.10.cap.33.1.
Delubra.Cic.2.de Legib.31.
Fauos.Plin.lib.11.cap.6.2.
Nauem & ædificium.Cic.de Senect.66.
Fingere & construere nidos.Cic.2.de Orat.14. Volucres videmus procreationis atque vtilitatis suę causa fingere & construere nidos.
Nidum sibi construit ore.Ouid.15.Metam.60. de Phœnice.
Vias construere.Lucan.lib.2.133.De ponte loquitur, quo Xerxes vrbi Sesto iunxit Abydon.
Vocabula rerum construere.Cic.3.de Finib.5.
Constructus,(κατασκευάσθες,)Participium,siue Nomen ex participio. vt Arces constructæ.Sil.lib.8.29.
Aceruus confrectus.Horat.1.Serm.Saty.1.9.
Dentes in ore constructi.Cic.2.de Nat.Deor.101 Dentibus autẽ in ore constructis manditur,atque ad his extenuatur & molitur cibus.
Constructior & apparatior domus.Cic.1.de Inuent.74. Domus ea quæ ratione regitur,omnibus constructior est rebus & apparatior, quàm ea quæ temerè & nullo consilio administratur.Quædam exemplaria legunt Instructior.
Mensæ constructæ dape multiplici.Catul.Argon.61.
Pecunia constructa & coaceruata.Cic.1.de Lege Agr.8.
Constructio,Verbale,(σκεύασις,σύστασις,) Plin.epist.257. Constructionem eius aggressi sunt.
Constructio hominis.Cic.4.Acad.152.Et totam constructionem hominis fabricata est natura.
Constructio verborum.Cic.1.de Orat.9.Et ipsa oratio confirmãda, nõ solum electione,sed etiam constructione verborum.
Apta & quasi rotunda verborũ cõstructio.Cic.de Clar.Orat.148.
Magna & ornata constructio verborum. Author ad Heren.lib.4.

Cónstupro, cónstupras,pen.corr.(μοιχεύω,)constuprare. Idem quod Stuprare significat.vt Cõstuprare matronas. Liu.9.bel.Pun.86.
Liberos constuprare.Cic.de Petit.Consul.7.Qui tãtum habet audaciæ, tantum nequitiæ,tantum denique in libidine artis & efficacitatis, vt propè

propè in parentum gremiis prætextatos liberos constuprarit.
Matrem familiãs constuprare.Author ad Heren.lib.4.151.
Constupratũ iudiciũ.Cic.ad Atticũ,lib.1.13.5. Afflicta Resp.est,empto constupratoque iudicio.In emẽdatioribus codicibus legitur stuprato.
Constuprator,pen.prod.(μοιχεύτης,)Verbale.Liuius.9.bel.Maced.56.

Consuadeo, consuádes,penul.prod.consuási,consuásum,(ἐγκελεύω,) consuadére,Idem quod Suadere. Plautus Merc.4.32. Sin ego saluti quod tibi esse censeo,id consuadeo. Hoc est vehementer suadeo.
Consultor,pen.prod.consualtôris,Verbale,(ἐγκελεύτης,)Cic.pro Quintio.9.Hæc omnia Quintius agebat authore & consultore Nemio.

Consualia, consuliorum,n.g.pluu. (κονσουάλια,) Ludi dicebantur,inquit Festus,quos in honorem Consi, quem deum consilii existimabant,faciebant antiqui.Plin.de Viris Illust.2.2. Quibus negatis,Iudos Consualia simulauit:ad quos quum vtriusque sexus multitudo venisset,dato suis signo,virgines raptæ sunt. Varro de Lingua Latina, Consualia dicta à Conso, quòd tum feriæ publicæ ei deo, & in circo ad aram eius ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ.

Consúdo, consúdas,penul.prod. (ἱδρόω,) consudare,Idem quod Sudare. Plaut.Pseud.9.73. Iube iis te operiri: beatus sibra,dum consudant,reponuntur.Cato cap.96. Sinito biduum aut triduum consudent.
Consudasco,consudascis,(ἱδρόω,) consudascere,Idem. Columel.lib.12. cap.48.2.Sicque triginta dies pati consudascere.

Consuefacio, consuefacis,penul.corr. consuefeci,(σωνηθίζω,) consuefacere, Vsu docere. cnius contrarium est Dissuefacere.Terent.Adelph.3.3.60. Nihil prætermitto,cõsuefacio. Ibidem.1.1.29. Eane me celet,cõsuefeci filiũ. Varro.2.de Re ruſt.ca. 9.10. Cõsuefaciũt quoq; vt possint alligari primùm leuibus numellis.

Consuesco, consuescis, consuéui, & consuẽtus sum, consuetum, (σωνηθίζομαι,) consuescere, Quasi applicari ad aliquid, & tam frequenti vsu aliquid agere, vt consuetudinem faciamus. Plaut.Asin.5.69.Bene salutando,consuescunt.Cic.1.de Orat.49.Potest id facere quod requiris,& consuenit.
Consuescere pronũtiare:hoc est Frequentẽ operã dare, vt pronũtiemus. Cic.1.Orat.137. Versus multos vno spiritu pronũtiare cõsuescebat.
Consuescere mori. Cic.1.Tuscul.118. Quare hoc commentemur,mihi crede,disiungamusq; nos à corporibus,id est consuescamus mori.
Consuescere parère aliis.Cic.1.de Inuent.4.
Consuescunt libero victu aues. Colum.lib.8.cap.15.6. Nam si modò captas aues,quæ consuenere libero victu, custodiæ tradere velis,parere cunctantur in seruitute.
Consuescere alicui.Terent.Adelph.4.5.37.
–quid illi tandem ereditis
Fore animi misero,qui illi consueuit prius? Id est qui cum illa consuetudinem habuit.
Adeò in teneris consuescere multum est? Virg.2.Georg.55.
Consuescere dolori.Plin.epist.176.b.
Consuescere stagno.Colum.lib.2.Nec magis humo q̃ stagno cõsueuerãt.
Consuescere cum aliqua muliere dicitur vir, vel mulier cum viro. Plaut. Cistel.1.78.
–sed tu en vnquam cum quiquam viro
Consueuisti? Terent.Hecyra.4.1.41.
Nam si is posset ab ea sese de repente auellere
Qui cum tot consuesset annos,non eum hominẽ ducerẽ.Idem Phorm. 5.6.33. –cum eius consuesset olim matre in Lemno clanculum. Donatus,Consuesset,propriè in stupro.Cic.7.Verr.25.In eum autẽ ipsum locum aditus erat nemini,nisi qui aut socius, aut minister libidinis esse posset,huc omnes mulieres,quibuscum ipse consueuerat,conueniebãt. Id est concubuerat.
Consuescere iuuencum aratro. Colum.lib.6.cap.2.7. Nam vbi plaustro aut aratro iuuencum consuescimus,ex domitis bubus valentissimum, eundemque placidissimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat,& cunctantem producat. Consuescimus actiùs dixit, pro consuefacimus.
Consuemus, pro Consueuimus. Propert.lib.1.eleg.7.1. Nos vt consuemus,nostros agitamus honores.
Consuẽtus,pen.prod.(σωνηθης,)Participium siue Nomen ex participio. vt Consuetus puer.Plant.Capt.13.98.
Consueta petens è fluctibus antra.Virg.4.Georg.87.
Consuetus amor.Terent.And.1.1.108.
Tum illa,vt consuetum faciẽt amorem cerneres,
Reiecit se in eum flens,quam familiariter.Propert.lib.1.eleg.11.7.
Fata consueta.Valer.lib.4.Argonaut.89.
Lectus consuetus.Ouid.3.Trist.eleg.3.8. Et 11.Metamorph.52.
Cubile consuetum.
Vigor consuetus.Silius lib.6.55.

Consuetissimus(σωνηθέστατος,)Ouid.11.Metam.128.
Exprimit incessus,vultumque,sonumque loquendi.
Adiicit,& vestes,& consuetissima quæque Verba.
Consuetũdo,pen.prod.consuetúdinis,(σωνήθεια,) Plaut.Milit.19.12. Hoc adeò fieri credo consuetudine.Idem Merc.14.41. Consuetudine animus tursus te huc inducet.
Consuetudo & institutũ.Cic.Atti.lib.4.87.1.Puto te existimare me nũo oblitum consuetudinis & instituti mei,ratius ad te scribere quàm solebam.Idem.1.Verr.37.Cuius consuetudinis atqi instituti patres maioresque nostros non pœnitebat.
Disciplina,consuetudoque. Cic.pro Rab.perd.reo.11. Adeone ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ,vt hæc nescias?
Consuetudo exercitatioque,& intelligendi prudentiam acuit, & eloquẽdi celeritatem incitat.Cic.1.de Orat.45.
Vetustatis & consuetudinis vis maxima.Cic.de Amic.60.
Consuetudine & exercitatione adiuuari.Cic.2.de Orat.194.
Ad Græcorũ cõsuetudinẽ disputare.Cic.2.de Orat.8.Idẽ.5.Tusc.17.
Ad exercitationem consuetudinemque patiendi remedia comparare. Cic.5.Tuscul.207.
Contra morem consuetudinemque ciuilem facere.Cic.1.Offic.106.
Si præter consuetudinem extiterit quod oritur, præter naturam tamen non potest existere.Cic.2.de Diuin.88.
Pro mea consuetudine.Cic.pro Archia.23. Quæ de causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterque dixi Iudices,ea consido,&c.
Secundum consuetudinem præcedentium temporum.Plin.epist.299.
Supra consuetudinem.Celsus lib.2.cap.2.Præter hęc protinus timeri debet,si grauiora membra sunt,si crebra vlcera oriuntur,si corpus supra consuetudinem incalluit,si somnus grauior pressit,si tumultuosa somnia fuerint,si sæpius expergiscitur aliquis quàm assuecuit, deinde iterum soporatur,&c.
Consuetudo epistolarum.Cic.Nigidio, lib.4.13.1. Vnam enim partem & consuetudinem earum epistolarum,quibus secundis rebus vti solebamus,tempus eripuerat.
Consuetudine vitæ sermonisque interpretari virtutẽ. Cic.de Amic.20.
Studiorum similitudo,suauitas consuetudinis,delectatio vitæ atque victus,sermonis societas,literæ interiores,vincula sunt quibus libentissimè astringimur.Cic.Appio Pulchro,lib.3.10.11.
Victus alicuius consuetudo.Cic.Att.lib.12.14.6.
Cognoscendi & ignoscendi consuetudo.Cic.pro Rosc.Amer.2.
Consuetudo est ista doctorum,vt iis id ponatur,&c.Cic.de Amic.16.
Consuetudo peccandi. Cic.4.Verr.37.
Consuetudine aliquid facere.Cic.pro Rosc.Amer.
Consuetudo morbi.Celsus lib.4.cap.vlt. Quòd si iam consuetudo eius facta est,potest quidem aliquis esse securior his tẽporibus quibus dolor se remisit.Id est si statis temporibus is morbus reuertitur.
Consuetudine quasi altera natura efficitur.Cic.5.de Finib.179.
Officiis,vsu,consuetudine coniunctissimus homo.Cic.pro Sylla.43.
¶ Assidua consuetudo.Quintil.lib.1.cap.1.10.
Communi consuetudine sermonis abutimur,quum ita dicimus,velle aliquid quempiam,aut nolle sine causa.Cic.de Fato.37.
Incondita consuetudo dicendi.Vide INCONDITVS.
Indocta cõsuetudo.Cic.in Ora.92.Quòd si indocta cõsuetudo tã est artifex suauitatis,quid ab ipsa tãdẽ arte & doctrina postulari putamus?
Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. Cicero pro Fonteio.18.
Interrupta consuetudo.Vide INTERRVMPO.
Inuersa consuetudo.Vide INVERTO.
Lapsa consuetudo.Vide LABOR.
Libera peccandi consuetudo.Vide LIBER.
Longa consuetudo.Quintil.lib.2.cap.5.2.
Mala consuetudo.Horat.1.Serm.Saty.3.8.Et Cic.1.de Leg.48.Tantam esse corruptelam malæ consuetudinis,vt ab ea tãquam ingenuili extinguantur a natura dati,exoriantur; & confirmentur vitia cõtraria.
Mirifica alicuius consuetudo.Cic.1.de Orat.137.
Parua consuetudo.Vide PARVVS.
Vitæ perpetua consuetudo.Cic.pro Rab.perduel.reo.1.
Quotidiana cõsuetudine augetur familiaritas.Cic. Seruio,lib.13.20.1.
Vetus consuetudo fori & pristinus mos iudiciorũ.Cic.pro Mil.1.
Vulgaris consuetudo.Quintil.lib.2.cap.15.7.
Communis vita & vulgaris horum consuetudo.Cic.1.de Orat.119.
¶ Abhorrere à consuetudine communis sensus.Cic.1.de Orat.7.

Abstrahere à consuetudine.Vide ABSTRAHO.
Accedere consuetudinem ad necessitudinem,magni videbatur interesse. Cic.Cælio,lib.1.15.1.
Adducere ad,vel in consuetudinem.Vide AD.
Adhibere consuetudinem.Vide ADHIBEO.
Adimere consuetudinem.Vide ADIMO.
Afferre consuetudinem.Vide AFFERO.
Alere consuetudinem.Vide ALO.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arcisere consuetudinem. Vide ARCISCO.
Cadit in consuetudinem. Vide CADO.
Consuetudinem exercitationemque capere, vt boni ratiocinatores esse possimus. Cic. 1. Offic. 86. Vide CAPIO.
A consuetudine subitò cruentis hostes sapientia dicédi. Cic. 1. de Inuent. 4.
Consuetudo maiorum deflexit de curriculo. Cicero de Amicitia. 38. Id est mos maiorum.
Non est mea consuetudinis, initio dicendi rationem reddere qua de causa quemque defendam. Cic. pro Rab. perd. reo. 1.
Ex exercitatione consuetudo gignitur. Cic. 2. de Orat. 195.
Imitari aliquorum consuetudinem. Cic. 1. Offic. 116.
Increbruit consuetudo. Vide INCREBRESCO.
Instituere consuetudinem. Vide INSTITVO.
Intermittere consuetudinem. Vide INTERMITTO.
Introducere consuetudinem. Cic. 5. Verr. 164. Vide INTRODVCO.
Inualescit quotidie magis consuetudo. Quintilianus, libro. 2. capit. 1. 1. Vide INVALEO.
Inueterauit consuetudo. Vide INVETERO.
Consuetudinem alicuius rei nácisci. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 2. 15. 6. Inspiciam quid discat quam æpissime: & nisi ille contemnet, etiá magistrum me ei profitebor cuius rei nonnullá consuetudinẽ nactus sum in hoc horũ dierũ otio, Cicerone nostro minore perdocendo.
Patitur consuetudo. Vide PATIOR.
Veterem consuetudinem longo interuallo referre. Cic. 3. Verr. 10. Ego meum studium in Rempub. iam illo tempore ostendi, quum longo interuallo veterem consuetudinem retuli.
Maiorum cõsuetudo lõgo interuallo repetita atq; relata. Cic. 1. Ver. 37.
Retinere consuetudinem. Lepidus S. P. Q. Romano, lib. 10. 35. 3. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in ciuibus obseruandis, communique pace, seditione facta retinuit.
Serpit ac prodit consuetudo. Cic. 1. Verr. 37.
Seruare consuetudinem. Varinius Ciceroni, lib. 5. 9. 1.
Orthographia cõsuetudini seruit. Quint. lib. 1. cap. 7. 6. & cap. 6. 17. 19.
Tenere consuetudinem. Cic. 1. Philip. 20. Quominus mihi inimicissimus sit, non recusabo, si consuetudinem meam, quam semper in Repub. habui, tenuero. Idem. 2. de Diuin. 123.
Tenuit consuetudo. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.
Consuetudini Latinæ tradidit Cicero Oeconomicum Xenophontis. Colum. in præf. lib. 12. 6.
A consuetudine scribendi ad dicendum venire. Cic. 1. de Orat. 73.
Vsurpari ab aliquibus, & in prouerbii consuetudinem aliquid venire. Cicero. 2. Offic. 79.
In consuetudinem ex vtilitatis ratione venire. Cic. 3. de Inuent. 169. Idẽ pro Cecinna. 4. Et in Pisonem. 35.
In consuetudinem vertere. Tacit. in Dialogo de Orat. Nisi frequens ac assidua nobis contentio iam propè in consuetudinem vertisset.
Consuetudo (συνουσία,) Cõuersatio, familiaritas. Terẽ. And. 3. 3. 29. —spero consuetudine & Contagio liberali deuictum Chremẽ. Ibidem 1. 5. 44. Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor, &c. Cic. ad Curionem, lib. 2. 1. 1. Ego te abfuisse tandiu à nobis & doluí, quòd caruí fructu iucundissimæ consuetudinis & lætor, quòd, &c.
Amicitiæ, consuetudines, vicinitates. Cic. Post reditum. 2.
Inductus cõsuetudine & familiaritate. Vide INDVCO. Cic. pro Qu. 5.
Consuetudo quotidianę vitę. Terent. Heaut. 2. 3. 42.
Nam ea res dedit tum existimandi copiam,
Quotidianæ vitæ consuetudinem.
Consuetudo & familiaritas. Cic. Planco, lib. 10. 3. 2.
Hospitium non modò, verùm etiam domesticum vsum & cõsuetudinem cum aliquo esse. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. 9.
Clausit mihi consuetudinẽ pudor. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 17. Et in eius cõsuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo.
Cõgredi quotidiana cõsuetudine cum aliquo. Vide CONGREDIOR.
Deuincire domum aliqaorum consuetudine. Cic. pro Archia poet. 4.
In consuetudinem se dare. Cic. in Pis. 54. Dedit se in consuetudinem, sic prorsus vt vnà viueret, nec ferè ab illo vnquam discederet.
Consuetudinem facere alicui cum altero. Cic. ad Sulpit. lib. 13. 14. 1. Atticus noster maiorem etiam mihi cum Collinio consuetudinem fecit.
In consuetudinem alicuius, blãditiis & assentationibus se penitus immergere. Cic. pro Cluentio. 26.
In alicuius consuetudinem se insinuare. Cic Figulo, lib. 4. 13. 17.
Consuetudines, amicitias, res, rationesque cum aliquibus iungere. Cicer. pro Deiot. 18.

Consul, Consulo, consulis. Vide CONSILIVM.

Consummo, consummas, primę cõiug. & gemino mm scriptum,

(συντελέω, ἀποτελέω, περάινω,) significat Perficere. Plin. epist. 256. Cogor petere à te, non solùm ob theatrum, verum etiam ob hæc balinea mittas architectum dispecturum, vtrum sit vtilius, post sumptum qui factus est, quoquo modo consummare operavt

inchoata sunt an quæ videntur, &c.
Munus consummare, Exequi. Senec. Hippol. 8. 18.
Sacrum consummare, Peragere sacrum. Senec. Here. fur. 11. 19.
Consummatus, pen. pro. (τετελεσμένος,) Partic. Perfectus, absolutus, vt
Consummata ars. Plin. lib. 14. cap. 4. 3. In nostra ætate pauca exempla cõsummatæ huius artis fuere.
Gesta & consumata bella. Cic. 11. Philipp. 301.
* Consummata eloquentia. Quint. lib. 1. & alibi. Consumatus vndiq;.
Consummatus homo. Mart. Quod magni Thraseę, cõsúmatiq; Catonis.
Prælia consummata. Lucan. lib. 1. 69.
Consummata sapientia. Colum. Nullus est consummatæ sapientiæ.
Consummatio (συντέλεια, τελείωσις,) Verbale, Perfectio. Colum. lib. 2. Hac cõsummatione operũ, collígitur posse agrũ, &c. Plin. lib. 16. cap. 8. 3. Et nemo vilitatem eius æstimat consummationis fœditate.
Consummatio professionis. Colum. lib. 9. cap. 2. 1. Nisi quòd consummatio susceptæ professionis hanc quoque sui partem desyderabat.
¶ Consummationem. Singulorum pretiorum collectam summam vocat Pomponius in L. Si plura. ff. de Acdil. edicto, Quòd si singulorũ mancipiorum, inquit, constituto pretio, vniuersa tanti vænierunt, quanti ex consummatione singulorum fiebat, tunc cuiuscunque mancipii pretium (seu pluris, seu minoris id est) consequi debebit.

Consũmo, consũmis, pen. prod. consumpsi, consumptum, (δαπανάω, καταναλίσκω,) consumere, In nihilum redigere.

vt Consumere patrimonium. Cic. 2. de Finib. 40.
Effundere & cõsumere p luxuriã bona oía. Cic. pro Rosc. Amer. 4.
Interficiũt & cõsumunt serpẽtes, ibes aues. Cic. 1. de Nat. Deor. 141.
Hostem consumere plagis. Horat. 2. Epist. 2. 20.
Consumere aliquid vetustas dicitur, hoc est In nihilum redigere, & eius rei memoriam abolere. Cic. 1. de Legib. 4. Sed quum ea tempestas vetustatisve consumpserit, &c.
Vetustas consumit ferrum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 10.
Aestatem consumere in loco aliquo. Cęsar. 5. bel. Gall. 15. Tamẽ ne æstatem in Treueris consumere cogeretur. Hoc est æstiuare.
Aetatem consumere in studio. Cic. 1. Offic. 4.
Aeuum in curis consumere. Lucret. lib. 5. 287.
Aeuum bellis consumere. Lucan. lib. 5. 56.
Aurum omne consumere in ludos. Liu. 9. bel. Maced. 17.
Consilium consumere. Terent. And. 1. 1. 133.
Simul sceleratus Dauus, siquid consili
Habet, vt consumat nunc, quum mihi obsint doli.
Curas consumere in aliquo. Cic. ad Brutum. 18. 1. Rogatus sum à prudẽtissima & diligentissima fœmina matre tua, cuius omnes curæ ad te referuntur, & in te consumuntur, vt venirem ad se.
Curam consumere in re vna. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 10.
Curam omnem in dialecticis consumere. Cic. de Clar. Orat. 61. Propterea quòd istorum in dialecticis omnis cura consumitur.
Diẽ consumere. Sulpit. ad Ciceronẽ, lib. 4. 12. 2. Ibi Marcellum collegam nostrum conueniremusque diem ibi consumpsi, vt cum eo essem.
Diem in apparando. Terent. Adelph. 5. 7. 2.
Consumere omnem nostram diligentiam in re aliqua. Cic. 7. Verr. 78.
Famem tenera consumere in agna. Stat. 8. Theb. 116.
Fidem. Sallust. Ego non rẽ familiarẽ modò, verũetiam fidẽ consumpsi.
Horas multas suauissimo sermone. Cic. ad Matiũ, lib. 11. 27. 11.
Duas horas in silentio consumere. Cic. lib. 3. de Orat. 11.
Ingenium in musicis. Cic. 5. de Finib. 92.
Iter in rebus gestis legendis cõsumere. Cic. 4. Acad. 4. Itaq; quò totũ iter & nauigationem consumpsisset, partim in percontando à peritis, partim in rebus gestis legendis, in Asiam factus imperator venit.
Manus in laudando cõsumere. Cic. Att. lib. 16. 332. 4. Mihi autem quo lætiora sunt, eo plus stomachi & molestiæ est, Populum Romanũ manus suas non in defendenda Rep. sed in laudando consumere.
Mensas consumere. Virg. 7. Aeneid. 14. &. 15.
Nocte consumpta, Mane. Virg. 5. Aeneid. 158.
Nox tota exinanienda naui consumitur. Cic. 7. Verr. 52.
Operam in re aliqua consumere. Terent. Heaut. 1. 1. 21. Quod in opere faciundo operę consumis tuæ. Cic. Qu. Ligario, lib. 6. 14. 1. Me scito omnem meum laborem, omnem operam, curam, studium in tua salute consumere.
Operam in Græcis legendis. Cic. 1. de Finib. 3.
Operam curamque in aliquo studio consumere. Cic. 1. de Nat. Deor. 11.
In prædiis colendis operę plurimum studiique consumere. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 25.
Otium suum in historia scribenda. Cic. 2. de Orat. 31.
Pecuniam consumere in agrorum coemptionibus. Cic. 1. de L. Agr. 8.
Preces consumere. Est fruſtrà diu precari. Ouid. 7. Metam. 21.
Ita sum ab hominibus destitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore & filiola, & Mellito Cicerone consumitur. Cicero ad Atticum, lib. 1. 13. 2.
Risum. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 7. Quinetiã antequàm ad me veniatur, risus

risus omnis penè consumitur.
Studium suum consumere in virorum fortium factis memoriæ prodẽdis. Cic. Amplo, lib 6. 12. 14.
Tempus salutationibus. Cic. de Vniuersitate. 41.
Tempus in poetis euoluendis. Cic. 1. de Finib. 108.
Multũ temporis in ista vna disputatione cõsumpsimus. Cic. 4. Acade. 15.
Longa tempora consumere. Propert. lib. 1. eleg. 3. 8.
Vbera consumere in dulces natos. Virg. 3. Georg. 35.
Verba in dissuadenda rogatione. Liuius. 4. bel. Macedo. 11. Qui tamẽ plura verba in castigandis matronis, quàm in rogatione nostra dissuadenda consumpsit.
Cõsumor, (λυμαίνομαι,) Passiuum hoc est Areo & exsiccor vel absumor. vt Consumor siti, Cæsar. 8. bel. Gall. 147.
Consumi incendio. Liu. 7. bel. Pun. 65.
Consumi senio & mœrore. Liu. 10. bel. Maced. 209.
Ab annis longis consumi. Ouid. in Ibin. 30.
Hic ipso tecum consumerer æuo. Virg. 10. eclo. 9.
Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, &c. Author ad Herennium, lib. 3. 93.
Consumptus, Particip. (λυμαντός, δαπανητός,) vt Consumptus à peste, Plin. lib. 11. cap. 18. 4.
Morte consumptus. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 11.
Confectus & consumptus cibus. Cic. de Vniuer. 24. Nec verò desyderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi.
Dolore lateris consumptus Crassus. Cic. 3. de Orat. 4.
Consumpti iniuria, fame, morbo, vastitate. Cic. de Prouinciis Consul. 4. Idem ad Tironem, lib. 16. 12. 1.
Viuus & Consumptus, contraria. Cic. de Vniuer. 59. Ita orientur animantes quos & viuos alatis, & consumptos sinu recipiatis.
Annus consumptus. Silius lib. 15. 81.
Consumpta oratio. Sallust. in Iugurt. Ac tametsi Senatus verbis graues minæ nuntiabantur, quòd ab oppugnatione non desisteret: multa tamen oratione consumpta, fruſtrà legati discessere.
Consumpta & exhausta actio. Cic. de Orat. 57. In quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumpta superiore motu & exhausta.
Consumptio, Verbale, (κτανάλωσις,) Cic. de Vniuersitate. 24. Itaque se ipse consumptione & senio alebat sui.
Elaboratio & consumptio operæ. Author ad Herennium, libro. 4. 180. Propterea quòd non hæc videntur reperiri posse sine elaboratione & consumptione operæ.
Consumptor, (λυμαντής,) Verbale. Cic. 1. de Nat. deo. 57. Atque noster ignis, qui vsus vitæ requirit, confector est, & consumptor omnium.

Cõsuo, consuis, pen. cor. consui, consũtũ, pen. pro, (συρράπτω,)

eis consutis hunc aduenio non dolis. Idẽ Pseud. 4. 14, Consutaque tapetia. Plin. lib. 10. ca. 9. 16. Consutũ suspenditur Imo modicis interuallis.
Consuere dolos. Plaut. Amphit. 4. 212. Huc aduenisti audaciæ columen, consutis dolis.
Consutura, consutúræ, pen. prod. (συρράφη,) Tranquil. in Vitellio, cap. 2
Cuius filius sectionibus & consuturis luberius cõpendium nactus, &c.

Consurgo, consurrexi, consurrectum, (ἀνίστημι, ἐγείρομαι,) consurgere, Simul surgere.

mùlque in eum impetum fecerunt.
Consurgit Senatus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 18. 3. Consurrexit Senatus cum clamore ad vnum, sic vt ad corpus eius accederet.
Consurgunt geminæ querelæ, infonsaque cuelo
Attollunt capita. Virgi. 9. Aeneid.
Charybdis fluctu imo sublimis consurgit. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 15.
Stratis consurgere. Silius lib. 13. 84.
Languida consurgit. Ouid. 3. Fast. 5. De Syluia Vestali loquitur.
Consurgere ex insidiis. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 148.
Consurgere in altitudinem. Colum. lib. 7. cap. 9. 10. Vt limen earum in tantam altitudinem consurgat, quantam, &c.
Consurgere ad bellum. Liu. 3. bel. Maced. 13. Hispania quoque ad idem tẽpus magno tumultu ad bellum consurrexit.
In arma consurgere. Virg. 10. Aeneid. 18.
—quæ causa fuit consurgere in arma
Europamque, Asiamque?
In iras, & Troes consurgere. Valer. lib. 1. Argonaut. 135.
Consurgere in veneration em. Plin. in Paneg. 89. Quinetiam tanto maiore consensu in venerationem tui theatra ipsa consurgent, quanto magis scenæ de te silebunt.
Consurgere carmine Mæonio. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 7.
Bellum consurgit. Vir. 8. Aeneid. 115. —subitoque nouum consurgere bellum Romulidis, Tatioque seni, Curibusque seueris.
Fama alicuius operis magni consurgit in aliqua regione. Valerius libro. 1 Argon. 15.
Consurgit ingens pontus in vastum aggerem. Id est cumulatione aquarũ turget. Senec. Hippol. 10. 5.
Terno consurgunt ordine remi. Virg. 5. Aeneid. 14.
Venti consurgunt. Virg. 5. Aeneid. 4. —Vespere ab atro
Consurgunt venti.
Consurgitur. Impersonale, (συμποίησται,) Cic. 6. Verr. 121. Itaque in curiam venimus, honorifice sanè consurgitur. Idem pro Cluẽtio. 59. Cõsurgitur in consilium.
Consurrectio, Verbale, (συμπαράστασις,) Cic. de Arusp. Resp. 1. Cepi equidem fructum maximum & ex consurrectione omnium vestrum, &c. Idem Attico, lib. 1. 11. 7.
CONSVS, Deus consilii putabatur: cui ludi fiebant, qui Consualia dicta sunt. Festus.

Consydero, consyderas, pen. cort. (σκέπτομαι, σκοπέω, ἐπισκοπέω, κατανοέω, λογίζομαι,) consyderare, A syderum

contemplatione videtur appellari, inquit Festus. Plaut. Trin. 8. 2. —quòs consydero, Meminisse videor fieri. Cic. ad Planc. lib. 10. 16. 3. Ille ait consyderare se velle. Idem Terentiæ, lib. 14. 14. 1. Reliquum est, quã ipse optimè cõsyderabitis, vestri similes fœminę sintne Romę.
Contemplari vnumquodque otiosè, & cõsyderare. Cic. 6. Verr. 29.
Circunspicere se, & quid fiat aut loquatur cõsyderare. Cic. in Parad. 37.
Videre etiam atque etiam, & consyderare quid agendũ. Cic. 7. Ver. 137.
Consyderandum est vt solum pingue sit. Colum. lib. 2. cap. 2.
Coràm consyderare aliquid quale sit. Cic. Atti. lib. 7. 12. 5. 4.
De aliquo & de se consyderare aliqua. Cic. Att. lib. 7. 132. 6.
De aliquibus rebus cum aliquo consyderare. Cic. Terẽtiæ, lib. 14. 14. 4.
Factũ aliquorũ ex iudicio alicuius cõsyderare. Cic. pro Rosc. Amer. 64.
Ex se, & ex sua natura simpliciter cõsyderare aliquid. Cic. 1. de Inuẽ. 20.
Casus suos secum consyderare. Cic. 5. Tusc. 4.
Consyderare secum in animo. Terẽ. Heaut. 2. 4. 5. Et quum egomet nũc mecum in animo vitam tuam consydero.
Consyderate cum animis vestris vosmetipsi. Cic. 5. Verr. 23.
Suum quisque opus à vulgo consyderari vult. Cic. 1. Offic. 105.

Consyderãtus, pen. prod. (πεπισκεμμένος,) Partic. siue Nomen ex participio. vt Factum paulo minus consyderatum. Cic. pro Sylla. 54.

Ratio bene consyderata. Cic. lib. 2. de Inuent. 242.
Consyderatũ & meditatũ. Cic. de Arusp. Resp. 2. Nihil feci iratus, nihil impotenti ánimo, nihil non diu consyderatum ac multò antè meditatum.
Ratiocinatio autem, est diligens & consyderata faciendi aliquid, aut nõ faciendi excogitatio. Cic. 2. de Inuent. 133.
Tarditas consyderata. Cic. de Clar. Orat. 79. Balbi docti & eruditi hominis in vtraque re consyderatam tarditatem vicit.
Viuendi via consyderata & prouisa. Cic. in Parad. 42.
Consyderatus homo, Qui agenda consyderat, non qui consyderatur, inquit Valla libro. 1. Cicero pro Cecinna. 1. Verum & illud consyderati hominis esse putauit.
Minus consyderatus in re aliqua. Cic. pro Quint. 6. C. Quintius fuit. P. Quintii huius frater, sanè cæterarum rerũ pater familiãs & prudens, & attentus, vna in re paulo minus consyderatus, qui, &c.
Dare consyderatius consilium. Cic. Att. lib. 9. 171. 6.
Consyderatissimum verbum. Cic. pro Font. 16. Credo hæc eadem Indaciomarum in testimonio timuisse aut cogitasse, qui primũ illud verbũ consyderatissimũ nostræ cõsuetudinis, Arbitror (quo nos etiã tũc vti mur, quum ea dicimus iurati quæ cõperta habemus, quæ ipsi vidimus) ex toto testimonio suo sustulit, atq; ossa se scire dixit.
Consyderatio, (συνέλευσις, ἐπιστάθμησις, λογισμός,) Verbale, Ipse cõsyderandi actus. Cic. 4. Acad. 129. Consyderatio contemplatioq; naturæ, est animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum.
Circunspectio & accurata consyderatio. Cic. 4. Acad. 69.
Intendere consyderationem. Vide INTENDO.
Consyderantia, consyderantiæ, Idẽ, (περίσκεψις,) Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 24. 10, Cuius in hoc vno consyderantiã & ego sustinebo, vt potero.
Consyderatè, cõsyderatius, cõsyderatissimè, (περισκεπτικμένως,) Cic. pro Qu. 19. Prætores, vt cõsyderatè fieret, cõsyderauerunt. Ibidem, epist. 181. 3. Quid feci non consyderatissimè? Et. 1. Offic. 133. & 190.
Consyderatè agere. Cic. ad Cæsium, lib. 12. Hirtius mihi nisi consyderatè, vt mihi crebris literis significat, acturus videbatur.
Iudicio, consyderatè, constanterque delata beneficia. Cic. 1. Offic. 74.

Contabesco, contabescis, contabui, (μαραίνομαι,) contabescere, Idem quod Tabescere. Plaut. Merc. 4. 89. Cor

ædepol miserum meum, quod guttatim contabescit. Hoc est in rabem & marcorem conuerti videtur. Author ad Heren. lib. 4. 166. O perfidiosæ Fregellæ, quamfacilè scelere vestro contabuistis. Cic. 3. Tusc. 128. Vt Artemisia illa Mausoli Cariæ Regis vxor, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum, quanditu vixit, vixit in luctu, eodemq; etiam confecta contabuit.

Contábulo, contabulas, pen. corr. (συνεδάφω,) contabulare, à

Tabula ductum verbum. Plin. li. 36. ca. 25. 4. Quernisque axibꝰ cõtabulare. Idẽ, li. 15. ca. 16. 1. Pomaria siloco frigido aeficco cõtabulari præcipitur. Suet. in Cal. c. 19. Aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquãto angustiorẽ Hellespõtũ cõtabulauerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contabulare murum turribus. Cæsar. 7. bel. Gall. 84. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerunt.
Contabulare turres. Cæsar. 5. bel. Gall. 149. Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex crassis attexuntur. Liu. 4. bel. Pun. 154. Turres cõtabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant. Id est factas & compactas ex tabulis.
Cõtabulatio, Verbale, (συνθεσις,) Cæsar. 2. bel. Ciuil. 29. Vbi turris altitudo perducta est ad cõtabulationẽ, cã in parietes instruxerũt, ita vt, &c. Et paulo pòst. 32. apertè declarat qd significet Cõtabulare.

Contagium, Vide CONTINGO.

Mala contagia. Virg. 1. eclog. 10.
Ignaua contagia. Claud. 1. in Eutroplum. 98.

Contãmino, contãminas, pen. corr. (κωλύω, βεβηλόω,) contaminare, Proprie (inquit Donatus) est manib⁹ luto pleuis aliquid attingere & polluere.

¶ Contaminare se vitiis, per translationem. Cic. 1. Tusc. 113.
Manus contaminare, Manu scelus aliquod perpetrare. Senec. Oed. 4. 20.
Contaminare se stupro. Senec. Hippol. 5. 21.
Non modò non contaminare, sed etiam honestare, contraria. Cic. 1. in Catil. 21. Saturnini & Gracchorum & Placci & superiorũ complurium sanguine non modò se non contaminarunt, sed etiam honestarunt.
Veritatem mendacio. Cic. pro Sylla. 33.
Contaminatur multis flagitiis homo. Cic. pro Cluent. 78.
Contaminare fabulas. Terent. in prologo And. 16.
Id isti vituperant factum, atque in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas. Id est ex multis Græcis vnam Latinam facere. Idem in prologo Heaut. 17.
Nam quòd rumores dissiluerint maleuoli,
Multas contaminasse Græcas, dum facit Paucas Latinas.
Culpa contaminari. Author ad Heren. lib. 2. 57.
Torum alicuius contaminare. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 4.
Contaminatus, (βεβηλωτὸς,) Partic. siue Nomen ex participio. Cic. 12. Philipp. 329. Quos nondũ tantis parricidiis cõtaminatos vix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabiles cẽses ciuitati fore?
Grex morbo contaminatus. Horat. 1. Carm. ode. 37. 2.
Integra contaminatis opponuntur. Cic. in Top. 36.
Iudicia corrupta ac contaminata. Cic. 1. Verr. 38.
Homo turpissimus, sceleratissimus, cõtaminatissimus. Cic. 3. Dom. sua. 18.

Contechnor, contechnaris, (τεχνάζω,) cõtechnari, Commachinari, & fallaciam aliquam componere. Plau. Pseud. 19. 34. Vide modò ne illic sit contechnatus quidpiam.

Cõtego, cõtegis, pen. corr. contexi, contectum, (σκεπάζω,) cõtegere, ferè à simplicis significatione non differt. Plinius lib. 15. cap. 18. 5. Paruarum genus arborũ post Autumnum imo contegunt. Idem lib. 16. ca. 10. 1. Cic. pro Sestio. 70. Messoria se corbe cõtexit. Idem. 1. Offic. 177.
Contegere tumulo. Liu. 6. bel. Pun. 132.
Tumulus contegit corpus. Cic. pro Arch. 18.
Humo contegi, id est sepultum esse. Ouid. epist. 15. 58.
Membra sepulchro contegere. Valer. lib. 1. Argon. 164.
Ossaque nec tumulo, nec lepare contegat vrna. Valer. lib. 5. Argon. 12. Separe, id est separata.
Amictu contegere caput. Virg. 12. Aeneid. 176.
Iniuriam factam contegere. Terent. Hecy. 3. 3. 41. Et illi miseræ indignè factam iniuriam contexeris.
Libidines tenebricosas pudore & temperantia cõtegere. Cicero de Prouinciis Consul. 7.

Contectus, Participium, (ὑπεσκιασμένος,) vt Casa contecta stramine. Ouid. 5. Metam. 90.

Cõtẽmero, contẽmeras, pen. cor. (καταμαίνω,) contemerare, Polluere. Martial. lib. 1. 10.

Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum:
Ausus tam notas contemerare manus.

Contemno, contemnis, contempsi, contemptum, (ἐξουθενίω, ὑπερφρονέω, καταφρονέω, ἀπιτυχόμαι,) contemnere, Despicere, spernere. Plaut. Asin. 9. 10. Tu verbero imperium meum contempsisti? Idem Sticho. 5. 31.
– contemnamque omnes nuntios.
Contemnere, & Admirari, contraria. Cic. in Orat. 72.
Contemnere & Efferre, contraria. Cic. pro Murena. 13. Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuum.
Contemnere & Despicere, eò distant, quòd despicere est grauius, quàm contemnere. Cic. ad Cæsarem, lib. 3. Amici nonnulli te cõtemni ac despici, ac pro nihilo haberi Senatus voluit. Idem de Senect. Contemni se putant, despici, illudi. Hæc Nonius. Cic. 5. Verr. 116. Qui tantũ præ ceteris lucrum nulla opera insumpta contempserit, atqi despexerit:
Contemnere & pro nihilo putare. Cic. 1. Offic. 42. Idem. 1. Verr. 13. Idẽ pro Milone. 47.
Contemnere & abiicere. Cic. pro Murena. 21. Id enuntiatis vestris mysteriis totum est contemptum & abiectum.
Conterere atque contemnere. Cic. 5. Tusc. 123. Faciũt, vt grauitatem dignitatemque virtutis exaggerent, quam quum ad cœlum extulerint quos facere eloquentes homines copiosè solent reliqua ex collatione, facile est conterere atque contemnere.
Voluptatem contemni & reiici oportere. Cic. 1. Offic. 148.
Non curare, atque contemnere. Cic. 3. de Finib. 45.
Irridere & contemnere. Cic. 2. de L. Agr. 94.
Per risum ac per iocum contẽnere aliquid. Cic. 2. de L. Agr. 94.
Contemnere aliquem præ se. Terent. Eunuc. 2. 2. 8. Hic ego illum contẽpsi præ me, Quid homo, inquam ignauissime? &c.
Honores contemnere. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 17.
Laborem bene dicendi contemnere. Quintil. in procem. lib. 1. 11.
Famam contemnere. Senec. Hippol. 2. 58.
Murmura famæ contemnere. Propert. lib. 2. eleg. 5. 6.
Ventos contemnere. Virg. 2. Georg. 72. Et. 3. Aeneid. 16. Hîc autẽ de insula Delo terræ motu carente, illic de vitibus dicit.
Vitam contempsit, mori Qui concupiscit. Senec Theb. 1. 40.
Apes contemnunt fauos, quæ facere mel cessant. Virg. 4. Geor. 21.
Pinus vndas contemnit. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 8. Nondũ cæruleas pinus cõtemperat vndas. Id est nondum erãt nãues. De Saturni tẽporibus.

Contemptus, (ὑπερφρονημένος,) Participium. vt Dolor contemptus. Propert. lib. 1. eleg. 12. 2.

Contritum & contemptum præmium. Cic. pro Sest. 74. Quinullo præmio proposito, præter hoc quòd iam contritum & contemptum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, &c. suscepit.

Contemptus, (ἄτιμος, ἀπότιμος,) Nomẽ ex participio. Plaut. Pœn. 6. 15.

Contemptiores magè erunt, atque auidi minus.
Contemptissimi philosophi. Cic. 2. de Diuin. 122.
Tenuissimus victus, atque contemptissimę escæ. Cic. 2. de Finib. 144.
Contemptus & abiectus. Cic. 2. de L. Agr. 91.
Despicatissimus & contemptissimus. Cic. pro Sest. 29.
Homo vita contempta ac sordida. Cic. pro Plancio. 10.
Contempta relinquor. Ouid. epist. 3. 17. Ad Achillẽ Briseis loquitur.

Contemptus, huius contemptus, (ὀλιγωρία, ἀξιουθένημα,) Liu. 6. ab Vr. 7.

Appareretque omnibus non odio solum apud hostes, sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborare.
Corporis & formæ turpitudinem, quibusdam contemptũ adferre. Quintil. lib. 3. cap. 7. 14.
Turpis famæ contemptus. Lucret. lib. 3. 13.
Armat mentem contemptu necis. Sil. lib. 4. 50.
Exire è contemptibus. Est paulatim in pretio haberi. Lucret. lib. 5. 257.
Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore:
Porrò aliud succedit, & è contemptibus exit,
Inque dies magis expetitur.

Conteinnendus, Aliud participium, (ὀλιγωριτέος,) vt Defensiones non contemnendæ, saneque tolerabiles. Cic. de Cla. Orat. 149.

Ne Titus quidem Posthumius contemnendus in dicendo. Cic. de Claris Oratoribus. 146.
Orator non contemnendus. Cic. de Cla. Orat. 25.

Contemptor, Verbale, (ὑπερόπτης,) vt Contemptor gratiæ, diuitiarum. Liu. 9. bel. Maced. 170.

Aequi contemptor. Ouid. 3. Fast. 10.
Animus lucis contemptor. Id est vitæ. Virg. 9. Aeneid. 42.
Deũm contemptor Mezentius. Virg. 8. Aeneid. 2.
Famæ contemptor. Claud. in Eutrop. 87.

Contẽptrix, (ὑπερόπτης,) Verb. fœ. Plin. lib. 19. ca. 8. 25. Eruca præcipuè frigoris contẽptrix. Idẽ lib. 37. cap. 4. 5. Ferri ignisque contemptrix.

Pericli contemptrix turba. Sil. lib. 17. 83.

Contemptio, Verbale, (ἐξουδένησις, καταφρόνησις,) vt Cõtemptio mortis. Cic. de Finib. 179.

Fortunæ contemptio. Cic. in Parad. 33.
Contemptio voluptatum. Cic. 1. Acad. 34.
Adducere aduersarios in contemptionem. Cic. 1. de Inuẽt. 32.
Animi magnitudo humanarumq; rerum contẽptio. Cic. 1. Offic. 21.

Contemptio ac despicientia. Cic. 1. Tusc. 152. Totamque vim bene viuendi in animi robore ac magnitudine, vt in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia, & in omni virtute ponamus.

Contemptim, Aduerbium, (ὑπερόπτως,) Plaut. Pœn. 7. 32. – ne nos tam contemptim conteras. Idem Persa. 15. 81. Liu. 2. ab Vrbe. 150. Cõtemptim primò Martius audiebat minas.

Contemptim deiicere aliquem. Lucret. lib. 5. 227.
Vagari contemptius. Tacit. lib. 19.

Contemplor, contemplaris, (θεωρέω, κατανοέω,) contemplari, Deponens, dictum (vt ait Festus) à tẽplo, id est loco qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quam antiqui templum nominabant. Est autem contemplari, Conspicere, & diligenter intueri. Non desunt qui contemplari dictum putent à templis,

plis, quæ Aruspices in cœlo constituebant, & suis virgis designabant per varias cœli regiones, ac secundum ea quæ in his templis, hoc est interuallis inter vnam, & alteram cœli regionem ab iis designatam apparebant, futura prædicebant. Plaut. Persa. 15. 81. Taciti contemplemur formam. Terent. Phorm. 1. 4. 14. – voltum contemplamini. Ibidem. 3. 3. 17. Contemplamini me.
Contemplari animo. Cic. pro Deiotaro. 28. Et id animo contemplare, qđ oculis non potes.
Contemplari literas codicis. Cic. 5. Verr. 35.
Secum consyderare & contemplari aliquid. Cic. 2. Offic. 213.
Omni actæ ingenii contemplari. Cic. 1. de Orat. 73.
Cælestia contemplari. Cic. 2. de Nat. deorũ. 1. Quum cælum suspeximus, cælestiaque contemplati sumus.
¶ Contemplor, pro Circunspicio, perspicio. Cic. pro Flac. 10. Totã causam quam maximè intẽtis oculis (vt aiunt) acerrimè contemplemini.
Intueri & contemplari. Cic. pro plancio. 1.
Nummos contemplari. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 14.

Contemplo contemplas, (θεωρέω,) Actiuum, ab antiquis dicebatur, & sæpius apud Plautũ legitur. vt in Amph. 4. 287. – quum illum cõtemplo, & formam agnosco meã. Idem in Persa. 16. 97. Qui quũ hanc magis contẽplo, magis placet. Idem Mostel. 4. 10. Et in Epid. 13. 17. & 9. 2.

Contemplans, Participium. (θεωρῶν,) Cic. de Senectute. 51. Cuius quidẽ ego villam contemplans (abest n. nam longè à me) admirari satis non possum. Idem ad Cælium, lib. 7. 8. 3. Te autem contemplans absentem & quasi tecum coràm loquerer.

Contemplator, penult. prod. (θεωρατὴς,) Verbale. vt Contemplator cæli, Cicero. 1. Tusc. 109.

Contemplatio, (θεώρημα,) Aliud verbale. vt Contemplatio rerum occultarum, Cic. 4. de Finib. 109.

Contemplatus, penul. prod. (θεωρία,) Aliud verbale. Ouid. 5. Trist. A contemplatu summouęoque mali.

Consyderatio contemplatioque naturæ. Cic. 4. Acad. 229.
Frui sui contemplatione. Quintil. lib. 1. cap. 18. 3.
Dare pecuniam, alicuius contemplatione. Iulianus in L. Si pupilli §. Item si procuratori. ff. de negotiis gestis, Item si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero, tui contemplatione, vt creditorem tuum vel pignus tuum liberet, &c.
Gerere negotia alicuius non contemplatione eius, sed sui lucri causa. Iulianus in L. Si pupilli §. Sed & si quis. ff. de. Negotiis gestis.
Arborum contemplatione fundum comparare. Papinianus in L. Arboribus. ff. de Contrahen. empt. & vendit. Arboribus quoque vento deiectis vel absumptis igne, dictũ est emptionem fundi non videri esse contractam, si contemplatione illarum arborum veluti oliueti, fundus cõparabatur.
¶ Contemplatio, pro Intenta cogitatione. Plinius epist. 25. Volui tibi multa alia scribere, sed totus animus in hac vna contemplatione defixus est.

Contemplatiuus, pen. prod. (θεωρητικὸς,) Adiectiuum. Seneca epist. 96. Ars nulla contemplatiua sine decretis suis est, philosophia autem contemplatiua simul est & actiua.

Contemporaneus, (σύγχρονος) Adiectiuũ, à Temporario dicimus eiusdem temporis: quem nõnulli Græca voce Synchronum vocant. Sipontinus.

Contendo, cõtẽdis, cõtẽdi, contensum & cõtentũ, (σπουδάζω, βιαιόνομαι, cõtẽdere. Idem qđ Intẽdere significat.

Contendere poplitem, id est Intendere, vehementer extendere. Horat. 2. Serm. saty. 7.
Contendere vincla. Virgil. 4. Geor. 83.
Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto nate magis contende tenacia vincla.
Contendere tormenta. Cic. 2. Tusc. 97. Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementius.
Illa risu contendere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 3. Non libet in tales animum contendere curas.

Cõtendere, (πορεύεσθαι,) Proficisci, & ferè cum AD cõstruitur. Cæsar lib. 1. Ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes terãt, ad eos cõtendit. Cic. 3. Verr. 46. Hæc vbi filio nũtiata sunt, statim exanimatus, ad ædes cõtendit, vt & vitæ patris, & pudicitiæ sororis succurreret.

Contendere cursum aliquo. Plaut. Cistel. 5. 3. Sed quis hic est qui recta platea cursum huc contendit suum?
Contendere cursum ad aliquem. Virg. 5. Aeneid. 166.
Contendere iter constitutum. Cæsar, Cæsar iter constitutum contendit, Cic. pro. Rosc. Amer. 59.
Contendit Romam. Sallust. in Iugurt. Ex prælio fugit in prouinciam, ac deinde Romam contendit.
Contendere in Aegyptũ. Cic. 4. de Rep. 4. Sed audisse te credo, tum verò Platonem Socrate mortuo primùm in Aegyptum discendi causa, pòst in Italiam contendisse. Liu. 6. bel. Pun. 22.
Contendere magnis itineribus in Italiam. Cæsar. 1. bel. Gall. 37.
Magnis itineribus ad exercitũ Afranii cõtendit. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 146. Et Liu. 7. bel. Pun. 3. Magnis itineribus ad Herdoneam contendit.
¶ Contendere agmen, pro Festinanter ducere. Curt. lib. 3. At Darius, nũtio, de aduersa eius valetudine accepto, celeritate quãta poterat, tam graue agmen ad Euphratem contendit.
¶ Contendere, Vehementer niti. Virg. 1. Aeneid. 33. – quæ proxima littora cursu Contendunt petere. Cæsar. 1. bel. Gall. Per Alpes in vltiorem Galliam cum iis legionibus ire contendit.
Animo contendere, Est ad vim animi adhibẽdam se comparare. Cic. pro Murenâ. 59. Vt quum ad vltimum animo contendissemus, ibi tamen, vbi oporteret, consisteremus.
Eniti & Contendere. Cic. 3. Offi. 55. Qui stadium (inquit) currit, eniti & contendere debet quammaxime possit, vt vincat.
Labore cõtẽdere. Cic. 3. Offic. 8. Quare quãtũ cõniti alo potes, quãtũ labore cõtendere &c. tantũ fac vt efficias &c. Sic ad Qu. frat. li. 1. 1. 63.
Dyrrhachium petere contendit. Cic. pro Plancio. 79.
Contra vim grauitatemque morbi contendere. Cic. 9. Philip. 267.
Contendere vt. Cic. pro Sest. 3. Contendamque (si modo id consequi potero) vt in hac causa atque vniuersa defensione nihil à me quod, &c. prætermissum esse videatur.
Contendit vt ad castra perueniat. Cic. 9. Philip. 267.
Viribus contendere. Lucret. lib. 3.
In orbem diuersum fama contendere, Id est nomẽ suum apud exteras nationes propagare. Ouid. de Ponto, lib. 1. eleg. 6. 14.
Maximis laboribus & periculis ad summam laudem gloriamque contendere. Cic. 14. Philipp. 406.
Contendere omnibus neruis. Cic. 5. Verr. 110. Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc elaborandum, vt omnes intelligãt, &c. Hoc est totis viribus connitendum.
Contẽdere neruos in re aliqua. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14. 10. De me autem idem tecum his ago literis, quod superioribus: vt omnes tuos neruos in eo contendas, nequid mihi ad hãc prouinciam, quam, &c. Id est omnes tuas vires impendas.
Contendere neruos ætatis industriæque suæ in re aliqua. Cic. 1. Ver. 22.
Contendere rectis studiis ad magna. Cic. 2. Offic. 63. Magna spectare, & ad ea rectis studiis debent contendere.
Frustrà contendere. Virg. 7. eclog. 14.
¶ Contendere aliquid ab aliquo, Vehementer petere. Cic. Cluuio, libro 13. 8. 6. Non erat causa cur à te hoc tempore aliquid contenderem. Idem L. Paulo, lib. 15. 13. 5. Non audeo vehementer à te contendere, ne aut, &c. Idem. 3. Offic. 77.
Contendere ab aliquo de. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 29. 11. Sed à magistris quum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi, &c.
Contendere omni studio. Cic. ad Brutũ. 14. 3. Quare omni studio à te mi Brute contendo, vt Ciceronem meum ne dimittas.
Contendere ab altero vt. Cic. 2. Verr. 29. Ita manifestas proferam, vt nemo à vobis, vt illum absoluatis per gratiam, conetur contendere.
Valde contendere ab aliquo. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 20. Pompeius à me valde contendit de reditu in gratiam.
Plurimis verbis aliquid ab aliquo contendere. Cic. 1. de Orat. 81.
Verecundè aliquid ab aliquo contendere. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 3.
Contendere voce. Cic. pro Ligario. 4. Quantum potero, voce contẽdam vt hoc Pop. Rom. exaudiat.
¶ Contendere, pro Defendere, & affirmare. Celsus in præf. lib. 1. Si manantia corpuscula per imisibilia foramina subsistendo iter claudunt, vt Asclepiades contendit. Idem paulo pòst, Sed ne ad hæc quidem adiutum fieri potuisse, nisi ab aliqua ratione contendunt.

Cõtendere, (ἐρίζειν, ἀμφισβητεῖν, φιλονικεῖν,) Certare. vt Cõtendere aduersus aliquẽ, Cic. ad Att. lib. 14. 10. 2. Quòd si durior te eius miseræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduersus te.

Certare ingenio, contendere nobilitate. Lucret. lib. 1. 3.
Pugnare & cõtẽdere. Cic. p Cluẽ. 39. Itaqi feci, sic pugnaui, sic ostẽdi, sic ad oĩa confugi, quantũ ego assequi potui, remedia, &c.
Contendere aliquid contra æquitatem. Cic. 2. Offic. 105. Extremum autem præceptum in beneficiis, operaque danda est, nequid cõtra æquitatem contendas, nequid pro iniuria.
Contendunt verbis inter se, non pugnis. Cic. in Parad. 27.
Contendit causa cum causa. Cic. pro Quintio. 62. Si causa enim causa cõtenderet, nos nostram per facile cuiuis probaturos statuebamus, quòd vitæ ratio cum vitæ ratione decerneret.
Causam contendere contra aliquem. Lucret. lib. 4. 96.
Contendere ciuiliter. Cic. 1. Offic. 58. Vt enim quum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor: cum altero certamẽ honoris & dignitatis est, cum altero capitis & famæ.
Contendere de honore. Cic. 3. Tusc. 85. Ita credo, de honore aut de dignitate contendimus. Cæsar. 5. bel. Gall. 163. Omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Palam vehementerq́ de re aliqua contendere. Cic. 1. Verr. 12. Equis vnquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua couten dit, quàm ille aut illius amici?
Humilitas cũ dignitate de amplitudine cõtendit. Cic. pro Rosc. Amer. 81.
Contendere armis. Sallust. in Iugurtha, Pretus multitudine militum, sperabat armis contendere. Cic. pro Cecinna. 1. Qua de re decertari oportereret non contendere armis.
Armis cum aliquo contendere. Cic. Att. lib. 7. 128. 8.
Contendere bello cum aliquo. Virg. 4. Aeneid.
– aut tecum malit contendere bello?
Cursu contendere. Ouid. 4. Metam. 61.
Immicissimè atque infestissimè contendere. Cic. pro Quintio. 45.
Contendere summe iure. Cic. ad Atticum, lib. 16. 330. 1. Ego si me nõ impro bissimè Dolabella tractasset dubitassem fortasse vtrum remissior essem, an summo iure contenderem.
Iure contendere cum aliquo. Cic. pro Quintio. 64.
Contendere iurgio cum aliquo. Cic. de Clar. Orat. 133.
Lite de re aliqua contendere. Quintil. lib. 7. cap. 4. 5.
Ludo contendere cum aliquo, Id est ludendo certare. Virg. 6. Aen. 119.
Marte contendere. Virg. 9. Aeneid. 109.
Contendere muneribus cum aliquo. Martial. lib. 7. 41.
Pedibus contendere cum aliquo. Ouid. 10. Metam. 114. Hoc est cursu certare. de Atalanta.
Pignore aliquo contendere. Catul. epig. 41. 1.
Sacramento contendere. Cic. Volumnio, lib. 7. 33. 5. Vt sacramento contendas mea non esse.
Verbis contendere. Ouid. 13. Metam. 2.
Versibus alternis contendere. Virg. eclog. 7. 4.
Summa vi impetuq́ contendere contra aliquem. Cic. 3. de Finib. 101.
¶ Contendere omnia. Cic. 4. Verr. 37. Iam in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cũ dolore agere videamur.
¶ Amori alicuius contendere. Græca locutio, pro Cum amore contendere. Propert. lib. 1. eleg. 13. 2. Non tamen ista meo valeant cõtendere amori. Id est non possint præferri amori meo.
Hirundo contendit cycnis, Id est indoctus cum docto. Prouerbialis est locutio. Lucret. lib. 3. 2.
¶ Contendere duos, pro Componere ad certamen. Tacit. lib. 4. Nemo nostros Annales cum scriptura eorum contenderit, qui veteres Pop. Romani res composuere.
¶ Magistratus à populo summa ambitione contenditur. Cic. 4. Ver. 91.
Contentus, Partic. (συντεταμένος,) Intẽtus: cuius cõtrarij Remissus. vt Contenti nerui, per conuulsionem, vel ex conuulsione.
Contentum corpus & Remissum, contraria. Cic. 2. Tusc. 93. Sunt quædã animi similitudines cum corpore: vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt.
Arcus contentus. Ouid. 6. Metam. 59. – sonuit contento neruus ab arcu. Idem. 2. de Arte. 39.
Tela contenta arcu parato. Virg. lib. 5. Aeneid. 102.
Contentus & laxus, contraria. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 4. Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
Cerui x contenta. Virg. 3. Georg. 106. – montesq́ue per altos
Contenta cernice trahunt strudentia plaustra. Legitur & extenta.
Contentus, à contineo. Vide CONTINEO.
Contentio, (σύντασις,) Verbale, Conatus ad aliquid agendum. Cic. 1. Offic. 123. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio.
Impetus dicendi contentioque. Cic. pro Deiotaro. 3.
Labor & contentio. Cic. de Senect. 74. Otiosam & quietam ætatem sine vllo aut labore, aut contentione traducere.
Vehementissima contentio animi, ingenii, virium. Cic. 3. de Orat. 3. Permulta tum vehementissima contentione animi, ingenii, virium ab eo dicta esse constabat.
Animi magna, vocis parua contentio. Cic. de Clar. Orat. 125.
Animi contentio, cui opponit Relaxatio. Cic. 2. de Orat. 13. Verùm otii fructus est non contentio animi, sed relaxatio.
Animorum contentione discrepare, non opinionum dissensione. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 7. Ex eo quidem suspicati fortasse sunt, animorum cõtentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare.
Contentionem animi adhibere. Cic. in Hortensio, Magna etiam animi cõtentio adhibenda est explicando Aristotelem, si leges. Hoc est intendendæ sunt ingenii vires.
¶ Contentio, Continuatio, intentio, perseuerantia. vt Contentio vocis. Cic. 3. de Orat. 114. Nihil pernicios ius, quàm effusa sine intermissione vocis cõtentio. Ibidem, lib. 1. 136. Deinde quam spiritus eius esset an gustior, tantum continenda asa in dicendo est assequutus, vt vna continuatione verborũ (id quod eius scripta declarãt) binæ ei contẽtiones vocis & remissiones contmerentur. De Demosthene loquitur.
Contentio orationis plurimum valet, & maiorem vim habet ad gloriam. Cicero. 2. Offic. 67.

Vocis cõtẽtio, & vocis Remissio pugnãt. Ci. 2. de Or. 136. Et. 1. Off. 203
Ad populum summa contentione dicere. Cic. de Clar. Orat. 39.
Oratio non magnæ in dicendo contentionis. Cic. pro Cluent. 1.
Pugna summa contentione pugnata. Cic. pro Murena. 32.
Summa vis & cõtentio sermonis, cui opponitur Lenitas sermonis. Cic. 1. de Orat. 133. Neque minus hæc tamẽ tua grauissimi sermonis lenitas, quàm illa summa vis & contentio probatur.
¶ Contentio, (ἀμφισβήτησις, ἔρις,) Concertatio. Cic. 4. Acad. 138. Hæc autem est vna contentio, quæ adhuc permanserit. Idem Senatui, libro 15. 2. 21. Præsidio exercitus mei ad eorum qui in culpa essent, timore potius, quàm ad contentionem vteretur.
Belli contentio. Cic. pro Sestio. 49. Antiochum illum magnum maiores nostri magna belli contentione terra marisque superatum intra montẽ Taurum regnare iusserunt.
Grauitatis & ponderum contentio. Cic. 2. de Nat. Deor. 104. Contingere idem terræ necesse est, vt omnibus eius partibus in medium vergẽtib⁹ (id autem medium, infimum in sphæra est) nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta contentio grauitatis & ponderum.
Decertare cum aliquo contentione dicendi. Cic. 2. Philipp. 30.
Honoris contentio. Cic. pro Murena. 7.
Meritorum in Remp. contentio. Cic. de Opt. gen. Orat. 152. Causa ipsa abhorret illa quidem formula cõsuetudinis nostræ, sed est magna. Habet enim & legum interpretationem satis acutam in vtranque partẽ, & meritorum in Rempub. contentionem sanè grauem.
Accurata & inimicitiis incensa contentio. Cic. de Opt. genere Orat. 152.
Acerrima contentio. Cic. in Orat. 58.
Contentio inter aliquos de possessione. Cic. 4. Acad. 139. Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio.
Impendet summa inter eos contentio. Cic. Att. lib. 7. 121. 5.
Non mediocris contentio. Quintil. lib. 5. cap. 13. 45.
¶ Fortunarum contentionem facere. Cic. in Pisonem. 40.
Manet contentio. Vide MANEO.
Venire in contentionem. Id est contẽdere de accusando. Cic. 1. Verr. 34. Neque ferè vnquam venit in contentionem de accusando, qui Quæstor fuisset, quin repudiaretur.
Res etiam dicitur venire in contentionem. Cic. pro Quintio. 11. Quod nisi ex Publicio narratum Neuio esset, non tam citò res in contentionem venisset.
¶ Contentio, (σύγκρισις,) pro Cõparatione & æstimatione. Cic. pro Lege Manil. 26. Summa enim ofa sunt Quirites, sed ea magis ex aliorũ cõtentione, quã ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. Ex Budæo.
Victorum contentio. Plin. in Paneg. 136. An non plerique principes, &c. quum feriarum laxamenta curarum, vitiorum cõtentione supplerẽt? id est, in hac re solùm molestum, contra illum diceres: sed multo id magis, quòd in ea causa contra dicendum est, in qua quædam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio.
¶ Contentio, apud Rhetores, vt diffinit Cicero, Est quum ex contrariis rebus oratio conficitur, hoc pacto, Habet assentatio iucunda principia: eadem exitus amarissimos affert. De Oratore & in Topicis. Idem Author ad Heren. lib. 4. 165.
Asperitas cõtentionis Oratoris ipsi⁹ humanitate cõdîẽ. Ci. 2. de Or. 147.
Contentè (συντεταμένως,) contentius, & contentissimè, Aduerb. Cic. 5. Tusc. 138. Socratem ferunt, quum vsque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo quare id faceret, respondisse, se, quo melius cœnaret, obsonate ambulando famem.
Contentè pro se dicere. Cic. 2. Tusc. 97. Genu me hercule M. Antonium vidi quum contentè ipse pro se lege Varia diceret, terram tangere. Ibidem, Plaga hoc grauior, quo est missa contentius.
Contentè, Aduerbium. Plaut. Asin. 3. 60. Quanquam illum mater arctè, contentèque habet.
Contentiosus, pen. pro. (ἐριστικός,) Adiect. vt Contentiosa oratio. Plin. Iunior lib. 2. epist. 19. Oratio de qua loquor, pugnax & contentiosa est.
¶ Contentiosus, Qui lites & iurgia seminat.
Contentiosus passiuè, Quod fit pertinaciter. Quint. 5. Declamat. nõ pro cul ab initio, Anidissimâ morbidi cupiditatẽ cõtentiosa mẽdicitate fallebã. Hac forma poterimus dicere, Contentiosum studiũ, pro Intento.
Contentiosè, Aduerbium, (ἐριστικῶς,) vt Contentiosè agere, id est pertinaciter.

Contenebrare, (σκοτίζεσθαι,) Neutrum verbum. Varro. 2. de Re rust. cap. 2. 9. Ab occasu parùo intervallo interposito ad bibendum appellunt, & rursus pascunt, quoad contenebrauit. Id est vsque ad vesperum.

Contérminus, penult. correp. (ὅμορος,) Finitimus & vicinus: quasi eundem terminum inhabitans. Colu. lib. 1. cap. 3. 6. Nisi Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola, Palatinis vllum gaudium finitimus suis Cacus attulit.
Pellere conterminos. Plin. lib. 2. cap. 68.

Contermina

In negotio se coniungere. Cic. pro Q. Roscio Comœd. 9. Socium fallere, qui se in negotio coniunxit.
Conciliare & coniungere. Cic. Pompeio, lib. 5. 7. 4. Illud nõ dubito, quin, si tempus arga te studia parum mihi adiunxerint, Respub. nos inter nos conciliatura, coniunctura q́ue sit.
Amicitias coniungere. Cic. pro Cluent. 34. Quantam vim habeat ad coniungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo.
Amor fœdere coniungit amantes. Catul. Argonaut. 67.
Amantes diuisos coniungere. Propert. lib. 1. eleg. 10. 3.
Amor princeps est ad benevolentiam coniungendã. Cic. de Amicitia. 26.
Coniungere domum coniugio & stirpe. Cic. 5. de Finib. 116.
Coniungere sibi fœminam matrimonio. Liuius. 9. bel. Pun. 148.
Coniungere connubia, pro Matrimonio iungere. Cic. 1. de Orat. 19.
Fœdere aliquibus coniungi. Virg. 10. Aeneid. 10.
Coniungi hospitio & amicitia. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 24.
Honorem aliquorum coniungere. Cic. 14. Philip. 403. Aequum est enim militum, talium præsertim, honorem coniungi.
Coniungere datiuo iungitur. Cassius ad Ciceronẽ, lib. 12. 13. 12. Castra habet antè oppidũ Laodiceæ posita: & partẽ muri demolitus est, & castra oppido coniunxit. Cic. ad Marcellũ, lib. 15. 11. 3. Cui me cũ studia cõmunia, beneficia paterna, tuaq́ue iam antè coniunxerant tum, &c.
Castris se coniungere. Claud. 1. in Ruffin. 65.
Aetas hunc mihi coniungit studiis communibus. Claudian. in præfatione epithal. Palladii. 1.
Homo alicui fidissima gratia coniunctus. Cic. pro Milone. 66.
Propinquitate atque natura alicui coniunctum esse. Cic. de Amicitia. 46.
Eiusdem linguæ societate coniunctum alicui esse. Cic. 3. de Orat. 123.
Non solum perpetua societate atque amicitia, verumetiam cognatione alicui coniunctum esse. Cic. 6. Verr. 63.
Coniuncta virtuti fortuna. Cic. de Senect. 56.
Philosophia oratori coniuncta maximè. Cic. 3. de Orat. 37.
Coniuncta atque cõmunia scelera alicui cum aliquo. Cic. pro Sestio. 23.
Coniungere cum. Cic. pro Fonteio. 18. Cum his vos testibus vestram religionem coniungetis? Cæsar. 1. bel. Ciuil. 233. Et cum duabus legionibus, quas superioribus diebus traduxerant, castra coniungant.
Somnos cum aliquo coniungere. Catul. in Argonaut. 66.
Conisugere se cũ aliquo dicitur spõsa, Hoc est nubere. Ouid. epist. 20. 50.
Causa tua coniuncta cũ clarissimis viris. Cic. in Vatinii, In quo certè tibi tam dicere non licebit, cum clarissimis viris causam tuã esse cõiunctã.
Coniungere imperii dedecus cum probro priuato. Cic. de Senect. 39.
Coniuncta & sociata cum altera. Cic. de Amicitia. 70. Sic Coniunctus societate cum altero. Cic. 1. Acad. 32.
Hominem esse coniunctum cum hominibus humana quadam societate. Cic. 1. Acad. 32.
Coniunctum consilium. Cicero, In quo non sit coniunctum consilium cum tuo. Id est si in aliquo dissentimus.
Coniuncta mihi cura de Repub. cum illo. Cic. de Amicitia. 14.
Vita rustica maximè disiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. Cic. pro Roscio Amer. 23.
Salutem alicuius cum communi salute coniungere. Cic. Post reditum. 4. Nunquam dubitastis meam salutem cum communi salute coniungere.
Coniungere aliquem cum alterius laude. Cic. in Pisonem. 15. Quem ego ciuem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo.
Aetate coniunctus. Cic. 1. de Legib. 9. Fanni ætate coniunctus Antipater. Idem de Claris Orat. 143. Qui fuit cum aliquo Sicinio ætate coniunctus. Ibidem. 176. Itaque cum Hortensio mihi magis arbitrabar cum esse, quòd & dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior.
Vsu cum aliquo coniungi. Catul. epig. 86. 2. Et quanuis tecum multo coniungerer vsu, &c. Cic. de Amicitia. 38.
Coniuncta officiis cum Pop. Romano ciuitas. Cic. 4. Verr. 118.
¶ Coniungere, pro Committere inter se, vt
Bellum coniungere. Cic. pro Lege Manilia. 18. Quantum illud bellum futurum putetis, quod coniungant Reges potentissimi.
Martem coniungere & duplicare acies. Silius lib. 15. 102.
Coniungere nationes. Cæsar. 3. bel. Gal. 395. Ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur, ac tantæ nationes coniungantur.
Vires coniungere. Valer. Flac. lib. 6. 148.
– nobis Argoa parabas
Scilicet auxilia, & tantas coniungere vires.
Coniunctus, Participium, (συνειλημμένος,) vt Homines benevolentia coniuncti. Cic. de Amicitia. 69.
Summa miseria, summo dedecore coniuncta. Cic. 3. Philipp. 140.
Puella digno coniuncta viro. Virg. 8. eclog. 7.
Coniunctis sententiis decernere. Cic. 6. Verr. 128. Postea decernitur, ac non variè, sed propè coniunctis sententiis, vt laudatio quæ C. Verri decreta esset, tolleretur. Id est propè omnibus sententiis.
Tempus coniunctum, hoc est insequens. Quintil. lib. 7. cap. 3. 36.
Dicendi vis egregia, summa festiuitate & venustate coniuncta. Cic. 1. de Orat. 126.

Coniuncta multis vitiis vita. Cic. in Verrem, Quæ est enim tanta facultas & dicendi copia, quæ istius vitam tot vitiis, flagitiisq́ue cõiunctam aliqua ex parte defendere possit?
Vitis vlmo coniuncta marito. Catul. in Carmine nuptiali. 11.
Coniunctus, (συνεσταλμένος,) Nomen ex participio. Plancus ad Ciceronẽ, lib. 10. 24. 5. Sed primũ q́ ita meritos iudicabam: deinde q́ ad omnes casus coniunctiores Reipub. esse volebam. Id est magis amicos Reipu.
Coniunctior illo nemo mihi est. Ouid. 15. Metam. 120.
Vir coniunctissimus atque amantissimus. Cic. de Amic. 86.
Coniunctissimi inter se. Cic. de Amic. 37. Tum etiam cum iis & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium & T. Coruncanium memoriæ proditum est. Hoc est amicissimos fuisse inter se.
Par amicitiæ coniunctissimum. Cic. pro Domo sua 22. Quod enim par amicitiæ. Consularis fuit vnquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius?
Concordia coniunctissimum alicui esse. Cic. pro Cluent. 122. Equites ordini Senatorio dignitate proximos, concordia cõiunctissimos esse cupiũt.
Coniunctio, Verbale, (σύλληψις, σύμπτωσις, σύμβασις, σύνοδος, σύμπτωμα, ἕνωσις,) Plinius libro 15. cap. 19. 3. Ideo tum electa, quoniam coniunctioni & huicarbori Venus præest.
Coniunctio, confusioque virtutum, tamen à philosophis ratione quadam distinguitur. Cic. 5. de Finib. 118.
Coniunctio & Disiunctio, contraria. Cic. 4. Acad. 163.
Negationes coniunctionum. Id est negatiuæ propositiones hypotheticæ. Cicero de Fato 13. Si Chaldæi ita loquentur, vt negationes infinitarum coniunctionum potius, quàm infinita connexa ponant, &c. Ibidem 14. Quid est quod non possit isto modo ex connexo transferri ad coniunctionum negationem?
¶ Coniunctio, pro mutua amicitia & concordia. Cic. ad Brutum, lib. 11. 15. 2. Coniunctio tua cum collega, concordiaq́ue vestra quæ literis cõmunibus declarata est. Idem ad Lentulum, lib. 1. 7. 36. Speroque & opto nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Idem ad Brutum, lib. 13. 11. 9. Sed tamen in omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua cõmendatione quasi amicitiæ fores aperiantur.
Amicitiæ coniunctionisque necessitudo. Cic. de Amic. 62.
Societas coniunctionis humanæ. Cic. 5. de Finib. 117.
Affinitatis coniunctio. Cic. pro Cluent. 151.
Benevolentiæ coniunctio. Cic. de Amic. 22.
Sanguinis coniunctio & benevolentia deuincit charitate homines. Cicc. 1. Offic. 80.
Coniunctio & familiaritas. Cic. 14. Philipp. 395.
Conciliare coniunctionem. Vide CONCILIO.
Coniunctio & conspiratio. Cic. pro Domo sua 23. Hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in Repub. bene gerenda, hanc iucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem. certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt.
Conuenientia & coniunctio naturæ quam vocant συμπάθειαν, quòd cuique rei conuenit. Cic. 2. de Diuinat. 185.
Necessitudo & coniunctio. Cic. 13. Philip. 350. Hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco.
Hominum inter homines coniunctio & quasi quædam societas & communicatio vtilitatum. Cic. 5. de Finib. 115.
Inoffensa, atq; indubitata literarũ inter se cõiunctio. Quin. li. 1. ca. 1. 23.
Coniunctè, Aduerbium, (συνημμένως,) Cicc. 2. de Orato. 86. Et si coniũctè sit elatum, & adiuncta sint alia, iudicent rectène adiuncta sint, & verãne summa sit vtriusque rationis.
Coniunctè amare. Plin. epist. 24. a, lib. 6. Huius est hæres maximus noster, quem & ipse amo, sed coniunctius tu.
Coniunctissimè versati sumus. Cic. de Clar. Orato. 180.
¶ Coniunctissimè & amantissimè cum aliquo viuere. Cic. de Amicit. 2.
Coniunctim, Similiter aduerbium, (συμπεπλεγμένως,) Liu. 6. ab Vrbe 165. Si cõiunctim ferre ab se promulgatas rationes vellẽt. Cæsar 6. bel. Gal. 71. Huius omnis pecuniæ cõiunctim ratio habetur, fructusq́ seruant.

Coniunx, Coniugus, Vide CONIVGO.

Coniũro, coniũras, pen. prod. (συωμόσαι, συωμόσαμαι,) cõiurare, Simul iurare, & alterũ alteri promittere fidẽ. Vir. 8. Aen.
– simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium. Vbi Seruius, Nota de re bona coniurationem dici posse. Nam coniuratio τῶν μισῶν est.
Coniurat amicæ dixit Horatius.
Coniurant inter se. Plaut. Merc. 9. 38. Inter nos coniurauimus, ego cum illo, & ille mecum.
¶ Coniurare, pro Iurare. Gellius, Age malitiam saltem defende, tu verbis conceptis coniurasti sciens, scienti animo tuo.
¶ Coniurare, etiam conspirare est, id est in alicuius perniciem iurare. Cicc. ad Atticum, lib. 2. 17. 2. Coniurasse mallem, quàm restitisse coniurationi. Sallust. Sed antè coniurauere pauci, in quibus Catilina fuerat. Acron in Horatium, lib. 1. Carm. ode 15. 2. Inter Cõiurare & Cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

spirare hoc interest, quòd Conspirare interdum bonorum est, Coniurare malorum. Vide Vallam lib.5.cap. 21.
Coniurare de interficiendo aliquo. Cic. pro Milone 48.
In arma coniurare. Lucan. lib. 2. 10. – coniuret in arma Mundus.
In ruinas nostras coniurauere sorores. Claud. 3. de Rapt. Pros. 40.
Coniurare contra Cæsar 2. bel. Gal. 240. Neque se cum reliquis. Belgis consensisse neque contra populum Roman. coniurasse. Cicero pro Sylla 52. Catilina contra Rempub. coniurauit.
Contra Tonantem coniurant furiæ. Claud. 1. de Rapt. Proser. 8.
Coniuratus, Participii, (συωμοτὸς,) vt Agmina cõiurata. Ou. 5. Met. 30.
Arma coniurata mouentur. Ouid. 15. Metamorpho. 153.
Coniuratus cum infinitiuo. vt
Fratres coniurati cœlum rescindere. Virg. 1. Georg. 56. Othum & Ephialtem dicit (vt ait Seruius) qui fuerunt filii Neptuni, & nouem digitis singulis crescebant membris, qua freti altitudine cœlum voluerunt euertere: sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ.
Græcia coniurata rumpere nuptias Paridis. Horat. 1. Carm. ode 15. 2.
Socii coniurati. Claud. 2. in Eutrop. in præf. 2.
Venti coniurati. Claud. 6. Panegy. 20.
Coniurati, coniuratorum, (συωμόται,) Qui inter se coniurauerunt. Cic. in Catil. 1. 2. Ego quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me in inimicorũ multitudinem suscepisse video. Idem pro Murena 49. Quòd homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci à Catilina sciebam. Sic pro Fonteio 10. Claud. 1. in Ruff. 64. – tunc proditor ille
Impius imperii, coniuratusque Getarum
Distulit instantes cluso principe pugnas.
Coniuratio, Verbale, (συωμοσία,) Terent. Hecy. 2. 1. 1. Prò deum atque hominũ fidẽ, quod hoc genus est? quæ hæc cõiuratio? Vt omnes mulieres eadem æquè studeant, nolintque omnia! Cic. 1. de Diuinat. 66. Mirabile autem illud, quòd eo ipso tempore quo fieret iudicium coniurationis in Senatu, signum Iouis biennio postquam erat locatum, in Capitolio collocabatur.
Adulta coniuratio. Vide ADOLEO.
Manifestus coniurationis. Tacit. lib. 15.
Cœpta simul, & aucta coniuratio. Tacit. lib. 15.
Cœpta, adulta, & reuicta coniuratio. Tacit. lib. 15.
Missa inter patrem, filiũque cõiurationis scientia fingitur. Tacit. lib. 16.
Facere coniurationẽ. Cic. in Catil. 19. Vos omnes factum esse apertè coniurationem contra Rempub. videritis.
Integrum esse à coniuratione. Rhenanus in castigat. in Tacitum, lib. 15.
Prodere coniurationem alicui. Tacit. lib. 16.

Conlátro, conlatras, penul. corre. (συωλακτέω,) conlatrare. Sec. de Vita beata. Siquis ex his qui philosophiam conlatrant, quod solent dixerit. Cur ergo melius loqueris quàm viuis? Id est qui philosophiæ detrahunt & obtrectant.

Cónnato, cónnatas, penult. correp. (συωνήχεμαι,) connatare, Simul natare.
Connatat nobiscum, dixit Plautus per translationem, pro Riualis est.

Connecto, connectis, connexui, connexum, (συναλίσκω, συωνέω,) connectere, Simul nectere. Plin. li. 16. ca. 40. 3. Rates verò connecti quadraginta sestertiis pleraſque. Idẽ lib. 17. ca. 2. 9.
Aliquid mexplicabili serie connectere. Quintil. lib. 5. cap. 14. 26.
Palcas, scalasque connectere. Tacit. lib. 19.
Tempora lauro connectere. Valer. lib. 4. Argonaut. 67.
Vestem connectere, Id est cingere. Claud. 1. in Ruff. 24.
Illa vbi cæruleo vestes connexuit angue
Nodauitque adamante comas, &c.
Connectere cum. Cic. 1. de Fin. 103. Amicitia cum voluptate cõnectitur.
Connectere alicui rei aliquid. Cic. in Pisonem 7. Persequere connexos his funeribus dies. Plin. lib. 2. cap. 16. 3. Huic connexa latitudinum significri, obliquitatisque causa est.
Connectere aliam insaniam. Plin. lib. 36. cap. 15. 16. Aufert Animum, & à destinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigæ mentis, aliamque connecti maiorem insaniam.
Connectuntur Adiabenis Cadurci, præfluente Tigri. Plinius lib. 6. cap. 16. 1. Adiabenis connectuntur Cadurci quondam dicti, nunc Corduæni, præfluente Tigri.
Connexo visu. Plinius lib. 2. cap. 18. 2. His causis connexo visu & earum quæ cœlo continentur.
Connectere, pro Orationem perpetuam concatenare dixit Quintil. lib. 2. Nõnulli certa sibi initia, prius q̃ sensum inuenerint, destinantes quæ clarè secum diuque meditati, desperata cõnectendi facultate deserunt. Idem alibi, Continuare verba vocat, Turbari memoria, vel cõtinuandi verba facilitate destitui, nusquam turpius.
Connexus, Participium, (συμπεπλεγμένος,) Cic. 2. de Natu. deor. 164
Inde fides leuiter posita, connexaque videtur.
A more magno connexus alicui. Stat. 1. Achill. 35.
Pedibus connexæ apes. Virgil. 4. Georg. 52. Aut illæ pedibus cõnexæ ad limina pendent. Vbi Seruius, Hinc multi dictas apes volunt, quòd se pedibus inuicem tenent: licet crebrior sit illa opinio, quòd sine pedibus primò esse dicuntur. vt Truncæ pedum primo.
Crines connexi. Propert. lib. 2. eleg. 5. 5.
Nodi connexi. Ouid. 12. Metamorpho. 86.
Rami connexi. Lucan. lib. 3. 80.
Subtiliter connexæ res. Lucret. lib. 3. 149.
Connexum & aptum. Cic. in Partit. 76. Sic inter se sunt pleraque connexa & apta. Idem 2. de Natu. deorum 140.
Connexus, huius connexus, (συμπλοκή,) Lucret. lib. 2. 146.
– differre necesse est Interualla, vias, connexus, pondera, plagæ.
Connexu corpus adhæret. Lucret. lib. 3. 113.
Connexũ, cõnexi, (σύμπλεκτον,) pro cõclusione. Cic. 4. Acad. 171. Ipsa enim ratio cõnexi qui concesseris superius, cogit inferius concedere.
Connexio, Verbale, (σύμπλεξις, σύναφή,) Ipse connectendi actus.
¶ Connexio, pro Conclusione, apud Quintilianum lib. 5. cap. 14.
Connexiuus, penul. prod. (συμπλεκτικός,) Adiectiuum. vt Connexiua coniunctio, pro copulatiua, apud Gellium lib. 10. cap. 29.

Connîtor, pen. prod. conniteris, connixus, vel connîsus sum, (πείθομαι,) conniti, Simul vel vehemẽter niti, & dare operam. Cic. 5. de Finib. 76. Quum autem paulum firmitatis accesserit, & animo vtuntur, & sensibus, connituntur quæ vt sese erigant.
Ad aliquem conuincendum conniti. Tacit. lib. 15.
Cornibus conniti. Cic. 1. de Diuin. 80. De ariete.
Connixus omnibus copiis Ancus aciem primã vicit. Liu. 1. ab Vrbe 148. & lib. 3. 166. Vndique omnes connixi hostem auertunt.
Conniti virtute in aliquem locum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 181. Etsi deiectis atque inferioribus locis cõsiterat, tamen in summum iugum virtute cõnititur. Id est ascendit. Liu. 1. bel. Maced. 77. Primò Galli omni multitudine in vnum locum connixi obruere, &c.
Conniti animo, & labore contendere. Cicero 3. Offic. 8. Quare quantum cõniti animo potes, quantum labore contendere, si discendi labor est, potius quàm voluptas: tantum fac, vt efficias, &c.
Vno animo conniti. Liu. 9. ab Vrbe 162.
¶ Cõniti, (ἀποστῆναι, ὀκνεῖν δαι,) p Eniti & párere. Virg. eclo. 1. 3. Hîc inter densas corylos modò nanque gemellos
Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.
Dextra sublata connixus. Virg. 5. Aeneid. 127. Vbi de Cassandra loquit. Vix humeris connixi ferebant, &c. Virg. 5. Aeneid. 53.
Toto corpore connixus. Virgil. 9. Aeneid. 86.
In hastam connixus. Sil. lib. 10. 511.
Aduersis hastis connixi incurrunt. Virgil. 11. Aeneid. 123.
Manibus connixis agere aut mouere aliquid. Claud. de bel. Gig. 14.
Hic inga connixis manibus Panchæa coruscat.

Conniueo, conniues, penol. prod. vel conniuo, conniuis, conniui, & connixi, connictum, (μύω, καταμύω, νύσταζω,) connivere, Dicuntur oculi quando clauduntur vel aperiuntur, authore Valla lib. 4. Nam Conniuere, est palpebras oculorum alternatim mouere. Plinius lib. 10. cap. 3. 5. Haliætos tantum implumes etiam matres pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri solis radios: et conniuentem, humectantemque animaduertit, præcipitat è nido velut adulterinum atque degenerem. Cic. 1. Tuscul. 191. Quid melius, quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consepiri sempiterno? Martial. lib. 1. 82.
Conniuere cana ventris & stomachi dixit Gellius lib. 15. pro Stipari, claudi & contrahi.
¶ Conniuere in re aliqua, per translationem, Est quasi non videre quod videas, seu visum dissimulare, oculos claudere, patienter ferre. Cic. 1. Philip. 13. Quibusdam in rebus etiam cõniueo. Idẽ pro Cœlio 46. Prò dii immortales cur interdum in hominum sceleribus maximis aut conuetis, &c. Idem de Arusp. respon. 48. Ob eamq; causam in tot tantisq; sceleribus cõniuebant, & nõnunquam, &c. Suet. in Cæsare, Desertorũ ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, cõniuebat in cæteris.
Virtus conniuet sopita blandimentis. Cic. pro Cœlio 32.
Pacem conniuere oculis serenis. Sil. lib. 7. 93. – iam bellica virgo
Aegide deposita, atque assuetum casside crinem
Inuoluit, tum compta comam, pacemque serenis
Cõniues oculis, ibat &c. Videt significare, pacẽ simulás gestu oculorũ.
Conniuens, pe. pd. Participii, (νυστάζων,) Cic. pro Milone 24. Quibus si non ãduuantibus, at conniuentibus certè sperasset se posse Rempu. eludere. Conniuentibus, id est patientiam adhibentibus. Budæus.
Oculi somno conniuentes. Cic. 2. de Natu. deorum 213.
Conniuentia, conniuentiæ, (νυσταγμός,) Est patientiam accommodantium, ac videre se dissimulantium. vt Conniuentia procuratorum principis, In L. 1. de Fũdis & saltibus rei domesticæ, li. 11. C, Quòd si conniuentia procuratorum conniuentia vt id deinceps tentetur admiserit, eos grauissimo iubemus supplicio subiacere.
Conniuentia & dissimulatio. in L. Vsus aquæ, de Fundis rei priuatæ, & saltibus diuinæ domus, lib. 11. C, Vsus aquæ quæ fundorum vtilitatibus seruiebat,

seruiebat, plurimorum dicitur vsurpatione sublatus, idque procuratorum conniuentia vel dissimulatione perfectum, vt agrorum fertilitas destituta, nullos fructus cultoribus præstet.

Conno, connas, (συωνήχομαι,) connare, Simul nare, Proprie est piscium.
Connatio, Verbale. Plaut. Connationis nostræ conscius. Id est quòd eandem adiremus mulierem. Sipontinus.

Connûbo, connûbis, pen. prod. connupsi, cõnuptum, (συωικέω,) connubere, Matrimonio iungi. Apul. Nescientibusque parentibus, puellari ætate connupseramus.
Connubium, (συωνοίκιον, ἐπιγαμία,) Ius legitimi matrimonii, inquit Seruius. Virg. 1. Aeneid. Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Cicero 1. Offic. 80. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Idem in Topic. 9. Et Liuius. 4. ab Vrbe. 1.
Connubia Hymenæi. Virg. 4. Aeneid. 64. Per connubia nostra, per incœptos Hymenæos.
Fulsere ignes & conscius æther Connubii. Virg 4. Aeneid. 34. Vbi Seruius, Varro dicit, Aqua & igni mariti vxores accipiebant. Vnde & hodie & faces prælucent, & aqua petita per felicissimum puerum vel aliquam puellam de puro fonte, interest nuptiis, de qua nubentibus solent pedes lauari.
Particeps connubii Regina Iuno. Cic. Antequam iret in exil. 15.
Connubia patrum & plebis. Liuius. 4. ab Vrbe. 1.
Læta connubia. Catul. Argonaut. 18.
Par connubium. Catul. in Carmine nuptiali. 12.
Stabile connubium. Virg. 4. Aeneid. 20.
Connubia cum finitimis. Liuius. 1. ab Vrbe. 35.
¶ Connubium adipiscitur virgo. Catul. in Carmine nuptiali. 12.
Quum par connubium maturo tempore adepta est
Cara viro magis. De virgine loquitur.
Celebrare connubium. Claud. epig. 4. 6.
Consungere connubia. Vide CONIVNGO.
Desponsa connubia. Catul. in Carmine nuptiali. 6. Hesperum alloquens,
Qui desponsa tua firmes connubia flamma.
Fugere connubia. Ouid. 14. Metam. 14.
Inire connubium. Ouid. 2. Amorum, eleg. 7. 5.
Iungere connubio. Virg. 1. Aeneid. 16. – Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.
Morari in connubio natæ thalamo que. Virg. 7. Aeneid. 51.
Connubiis, armisque nouis operata iuuentus. Virgil. 3. Aeneid. 28. Id est (ait Seruius) præcit sacrificia, propter cõnubia & nouas sedes, quia apud veteres neq; vxor duci, neq; ager arari sine sacrificiis peractis poterat.
Petere connubia alicuius. Virg. 4. Aeneid. 107.
Connubio permixta Troglodytis Aethiopia. Plin. lib. 12. cap. 19. 2. Cinnamum nascitur in Aethiopia Troglodytis connubio permixta.
Repellere connubia alicuius. Virg. 4. Aeneid. 43.
Sancire connubia. Claud. epig. 46. 26.
Seruare connubia alicuius. Virgil. 3. Aeneid. 64. Hectoris Andromache
Pyrrhin' connubia seruas? Id est tenes, ait Seruius, vt, Et nunc seruat
honos sedem tuus, ossaque nomen.
Sociare connubiis. Virg. 7. Aeneid. 30.
Ne pete connubiis natam sociare Latinis.
Subire connubia. Claud. de bello Gildon. 39.
Vitare connubia. Seneca Hippoly. 2. 30. Id est cælibem vitam agere.
Connubium, N v syllabam natura longam habet ab eo quod est nubere: vt Virg. 4. Aeneid. 43. – connubia nostra
Reppulit. Sed alio loco metri causa corripuit Virgilius, lib. 4.
Connubio iungam stabili. Ex Seruio.
Connubialis, & hoc connubiale, (ἐπιγαμικός,) Adiectiuum. vt
Carmen connubiale, Epithalamium. Claud. 7. Paneg. 130.
Vincla connubialia. Stat. 5. Thebaid. 13.

Connûdo, connûdas, pen. prod. (ἀπογυμνῶ,) connudare. Plin. lib. 18. cap. 7. 7. Iam primũ abigi grandines turbinesq;, contra fulgura ipsa in mense connudata, sic auerti violentiam cœli.

Conoides, (κωνοειδής,) dicitur quicquid est tali forma qualis est illa curuatura in summitate galeæ, super qua cristæ ponuntur: vt ait Sipontinus. Est etiam (eodem authore) cupressus feminea, quæ in fastigium conuoluitur.

CONON, huius Cononis, penul. prod. (κόνων,) Dux Athenienſis, accepræ cladis à Lysandro Lacedemonio dolore, sponte abiit in exilium ad Artaxerxem Persarum regem, in Cyprum. cuius auxilio libertati patriam restituit, cui prius seruitutem attulerat. Author Plutarchus & Demosthenes in oratione ad Leptinem. Propert. lib. 4.
– & à proauo ducta Cononе domus. De hoc intellexit Virgilium author est Seruius eclog. 3. In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter? Fuit & alter eiusdem nominis Mathematicus, quem Catullus in elegia quadam introduxit.

Conopêum, huius conopêi, pennl. prod. (κωνωπεῖον,) Tentorium seu velum, & papilio ille lineus vel laneus seu bombycinus, qui thoro circumdatur ad arcendos culices, vt ait Valla in Raudensem: quo maximè vtuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos Græci κώνωπας dicunt. Iuuenal. Saty. 6. 8. Vtte studineo tibi Lentule conopeo. Versus est spondaicus. Dicitur & Conopeum, pen. cor. Horat. Epod. 9. 3. Interque signa turpe militaria Sol aspicit conopeũ. Proper. lib. 3. Fœdaq; Tarpeio conopia rédere saxo.

Conor, conaris, conatus sum, (πειρῶμαι, ἐπιχειρέω,) conari, Leuius est quàm facere, authore Donato. Est enim niti & dare operam vt aliquid fiat. Terent. And. 1. 5. 35. – tum autem hoc timet,
Ne deseras se. p. hem, egóne istuc conari queam?
Scio quid conẽre. Terent. And. 4. 2. 10.
Conari manibus pedibus. Terent. And. 4. 1. 50.
Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus pedibus, noctesque & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Occultè aliquid conari. Cic. pro Deiotaro 11.
Perditè aliquid conari. Quintil. lib. 2. cap. 12. 4.
Aliquid per se conari, & quærere. Quintil. lib. 2. cap. 6. 4.
Frustra conari. Virgil. 9. Aeneid. 81.
Conari aliquid fallaciæ in re aliqua, quo fiat minus. Terent. And. 1. 2. 15.
Magnum opus & arduum conari. Cic. in Orat. 18.
Spem aliquorum quam habent in aliqua re positam vi extorquere conari. Cic. 1. Verr. 11.
Conari alicui obuiam. Terent. Phorm. 1. 2. 2.
At ego obuiam conabar tibi Daue.
¶ Conari cum infinitiuo. Cic. 1. de Orato. 33. Poetas omnino quasi alienа quadam lingua locutos non conor attingere.

Conâtus, huius conatus, penul. prod. (πεῖρα, ὁρμή, ἐπιχείρησις,) Cic. 2. de Natu. deorum 181. Dedit autem eadem natura beluis & sensum & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera à salutaribus.
Primus cuiusque operis conatus. Quintil. lib. 2. cap. 10. 5.
Conatus & apparatus alicuius gratus. Cic. Planco, lib. 10. 10. 3.
Generosi conatus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 4.
Impetus & conatus. Cic. pro Sylla 56.
Capti conatus frustra. Vide CAPIO.
Comprimere conatus. Vide COMPRIMO.
Conatum longius petere. Quintil. lib. 10. cap. 3. Quod in certamine saliendi fieri videmus, vt conatum longius petant, & ad illud, quò contenditur, spatium cursu ferantur.
Conatus contra aliquem. Cic. 2. in Catil. 46. Cuius ego non modò factũ sed incœptum vllum conatumve contra patriam deprehendero.
Magno conatu studioque agere aliquid. Cic. pro Quintio 27.
Nudis conatibus hastam vibrabat. Sil. lib. 13. 52.
Infringere conatus aduersariorum. Vide INFRINGO.
Obstare conatibus alicuius. Ouid. 1. de Remedio Amor. 58.
Omnes alicuius mores, conatusque prohibere. Cic. 2. in Catil. 45.
Sedare conatũ suũ. Cic. de Clar. Ora. 20. Populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes cõtulit, conatũq; iracũdiæ suæ morte sedauit. De Coriolão.

Conâmen, huius conâminis, penul. correp. (πεῖρα,) Ouid. 2. Metamor. 6.
– dextraque molarem
Sustulit, & magnum magno conamine misit. Idem 4. Fast.
Dixit, & exiguo funem conamine traxit.
Alarum conamen perditur. Lucret. lib. 6. 168.
Conamen sumere ab aliquo. Ouid. 8. Metamor. 74.
Magno conamine aliquid agere. Ouid. 3. Metamorpho. 12.
Primæ pugnæ conamine contuso, fractisque cœptis. Sil. lib. 1. 7.

Conamentum, conamenti, (ἐπιχείρημα,) Plin. lib. 19. cap. 2. 2. de Sparto loquens, Ad reliquos vsus laboriose euellitur, ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, conuolutum ossis ligneisve conamentis. Hoc est, vt opinor adiumentis & fulcimentis ligneis.

Conquadrare, (τετραγωνίζειν,) Columel. lib. 8. ca. 3. 6. Ea per inicies vt equitetur, pperuũ dolãtur in quadrum, ne teres læuitas earum supersilientem volucrem non recipiat: conquadratæ deinde foratis duobus aduersis parietibus induuntur, ita, &c.

Conquassare, (κατασείειν,) Cato cap. 52. Qualum incidito ex vna parte perpetuum. Si verò calix erit, conquassato: cum eo qualo, aut calice in scrobem ponito.
Corpus conquassatum. Lucret. lib. 3. 90.
¶ Conquassare nationes, per translationem, pro Vastare, & conterere. Cicero pro Sestio 47. Etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus.
Conquassata terræ motibus Apulia. Cic. 1. de Diuinat. 158. Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, qui ad infinitam altitudinem terra desedisset, Apuliaque maximis terræ motibus conquassata esset.
Mons conquassatur. Lucret. lib. 3. 111.

Conquassatio, Verbale, (κατάσεισμα,) Cic. 4. Tusculan. 43. Itaque illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

duo,morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.

Cónqueror, penul.correp.conquéreris,conquestus sum,(μέμφομαι,) cónqueri,Compositum à Queror,eiusdem est cum simplici suo significationis.

Deplorare & cõqueri de re aliqua.Cic.5.Verr.37.Tanta vis erat iniuriarum,vt homines quidois perpeti,quàm non de istius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent.

Cõqueri fortunam aduersam,non lamentari decet.Cic.2. Tusc.88.

Nequicquam conqueri auris ignaris Catul.Argonaut.33.

Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris Externata malo?

Conqueritur tibi.Silius lib.3.19.

Cõqueri aliquid.Liu.1.ab Vrbe 232.Sextus filius eius qui minimus ex tribus erat,transfugit ex cõposito Gabios,patris in se iniustitiã cõquerens.

Libidines,vim,contumelias alicuius conqueri.Cic.6.Verr.99.

Fallacia verba alicuius conqueri.Tibul.lib.1.eleg.7.4.

Conqueritur mecum mulier fortunas suas.Plaut.Mil.4.46.

Multa conquestus &c.Ouid.4 Metamor.51.

Conqueri de.Sueton.in Augusto, Tiberio quoque de eadem re sedulo violentius apud se per epistolam conquerenti,ita rescripsit.

De iniuria alicuius cum aliquo conqueri.Cic.Metel.lib.5.2.14.Satis habeas nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri.

Conqueri pro.Cic.pro Sestio 2. Nihil ab eo prætermissum est, quod aut pro Rep.conquerendum fuit,aut pro reo disputandum.

Conquestus,huius conquestus,(μεμψιμοιρία,) Verbale. Liu.8. ab Vrbe 35.Tum libero conquestu coortæ voces sunt.

Conquestio,(μέμψις,) Aliud Verbale.Cic.ad Qu. fratrem, lib.1.1.33. Vbi nullum auxilium,nulla conquestio. Sic pro Murena 5.

Conquestionem exprimere.Plin.lib.10.ca.23.8.Hinc volantium illa cõquestio labore expressa.Id est,velut extorta.

Conquiesco, conquiescis,conquieui,conquietũ,(ἡσυχάζω,) cõquiescere,idẽ qđ Quiescere significat.Cic.5. de Finib.99.Videmus igitur vt conquiescere nc infantes quidem possint.

Ab armis conquiescere.Cic.pro Milone 51. Si denique Italia à delectu, vrbs ab armis sine Milonis clade nunquam esset conquietura.

Conquiescere ab execrationibus.Plinius in Panegy.88.Quare ego te Cesar muneribus omnibus tuis,omnibus cõparo,multis antepono, quòd licet nobis & in præteritum de malis Imperatoribus quotidie vindicari,& futuros sub exemplo præmonere,nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manes à posterorum execrationibus conquiescant. Id est perpetuò posteri eos execrabuntur.

Conquiescere à re aliqua.Cic.pro Corn.Balbo 2.Maior esse hubertas,varietas,copia,quàm fuit in eo,qui tantum potuit impertire huic studio temporis,quantum ipse à pueritia vsque ad hanc ætatem à continuis bellis & victoriis conquieuit.

Conquiescere ad.Cic.pro Rosc.Amer.43.Ita postremò eiiciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conquiescant.

Conquiescere de aliquo.Cic.ad Lentulum,lib.1.1.2.Tanta enim est magnitudo tuorum erga me meritorum,vt quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti.Id est propter me solicitus esse non desisti, donec confectum fuerit negotium meum.

Conquiescere in loco.Cic.ad Atticum,lib.1.3.6.Vno in loco conquiescimus,quo fratrem quotidie expectamus.

Conquiescere in eadem mensura honorum.Senec.de Benef.lib.2.cap.2. Aeque ambitio non patitur quenquam in ea mensura honorũ conquiescere,qua quondam eius fuit impudens votum.

Conquiescere in studiis,pro Oblectari.Cic.ad Atticum,lib.1.15.9.Ego autem quotidie magis quod mihi de forensi labore tempori datur, in his studiis conquiesco.Idem de Amic.20.Principio cui potest esse vita vitalis,vt ait Ennius,qui non amici mutua beneuolentia conquiescat?

Aetas nostra iam ingraueſcens in amore atque in adoleſcentia tua conquiesset.Cic.Curioni,lib.2.1.7.

Hyeme omnia bella iure gentiũ conquiescunt.Cic.pro C.Rab.Posth.36.

Calor conquiescit.Celsus lib.6. cap.6. Ad caligationem oculorum quæ propter senectutem &c. velandumque postea, nec detegendum antè quàm sudor & calor domi conquieuerint.

Febris conquiescit .Celsus lib.2. cap. 8. Pus quacunque parte erumpit,si est lene,album,& vnius coloris,sine vllo metu est, & quo effuso febris protinus conquieuit, &c.

Inflammatio conquiescit.Celsus lib.7.cap.19.Si sub his inflammatio nõ conquieuerit, &c.

Conquiescent literæ,nisi quid noui extiterit.Cic.ad Atticũ,li.12.15.2.

Conquiescit mercatorum nauigatio.Cic.pro Lege Manil.10.

Conquiescit sanguis,Id est sistitur hemorrhagia.Celsus lib.5.cap.26.Si parum sic sanguis conquiescit,sæpius linamenta mutanda sunt.

Conquiniſco, conquiniſcis,conquexi, (ὑπακούπτω,) conquiniſcere,Inclinare se significat,authore Nonio. Plautus Ciſtel.5.5.Faciundum'st puerile officium,conquiniſcam ad ciſtellam. Idem,Conquiniſce ſi iſtic te veto ſimul.

Conquîro, conquîris,penul.prod.conquisiui,conquisîtum,(συζητέω,) conquirere, Simul vel diligenter quærere & inuestigare.Cæsar 3.bel.Ciuil.168.Item Lysso,Parthinisque, & omnibus castellis,quod esset frumenti,conquiri iussit.

Studiosè omnia conquirere.Cic.4.Acad.154.

Conquirere vndique.Cic.ad Cornificium,li.12.29.9.Et incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ quæ conquiritur vndique, vt optimè meritis militibus promissa soluantur. Idem 5. Verr. 17. Quum vndique nequissimos homines conquisisset. & 3.Offic.160.

Terra mariq̃e conquirere aliquem.Vatinius Ciceroni,lib.5.9.5.

Ad voluptatem aliquid conquirere.Cic.2.de Finib.177.

Conquirere & comparare voluptates.Cic.1.de Finib.67.

Conquirere atque eligere colonos.Cic.pro Leg.Agra.94.Nedum isti ab Rullo & Rulli similibus conquisiti atque electi coloni,Capuæ, in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ collocati.

Amantes conquirere.Proper.lib.1.eleg.2.5.

Non illis studium vulgo conquirere amantes,
Illis ampla satis forma,pudicitia.

Conquirere historiam regionum.Cic.2.de Fin.172.Hæc leuiora ponam, poema,orationem,quum aut scribis,aut legis,quum omnium factorum,quum regionum conquiris historiam.

Conquirere opes meretricio quæstu.Plin.lib.36.cap.12.8.

Conquisitis rationibus disputare.Cic.1.de Finib.49.

¶ Conquirere,Coercere,siue constringere,authore Festo.Vnde Carmina conquisita & dulci reperta labore.Lucret.lib.3.86.

Fictis conquisitisque vitiis deformatum esse.Cic.de Aruſp.resp.55.

Conquisitores,(συλήτορες,) Satellites, vel lictores & vt vulgo dicuntur Cõmissarii,authore Budæo.Cic.pro Milone.50.Si Italiæ delectus vt nonnulli conquisitores cui dictitant, contra Milonis impetum armatus est. Eos intelligit quibus mandauerat Pompeius curam colligendi ac describendi exercitus. Plaut.Amphit.3.65.

Vt conquisitores singuli in subsellia
Eant per totã caueam spectatoribus,&c. Significare videtur eos,quos Inquisitores dicimus, & in ludis literariis obseruatores vel notatores. Ibidem 3.81.Vt conquisitores fierent histriombus, qui sibi mandassent delegati vt plauderent. Idem Merc.12.80. Liuius.1.bel.Puni.44.Qui duo populi delectus acerbitate consternati, retentis conquisitoribus,metum defectionis quum præbuissent oppressi celeritate Annibalis,omiserunt,mota arma.Eos hic vocat Liuius qui delectui habendo erant præfecti. Cic.ad Atticum,lib.7.13.2.

Conquisitus,penult.prod.uc.(ἐρευνώμενος,) Nomen ex participio. vt Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur.Cic.5.Tusc.87.

Conquisite,pen.prod.(ἀκριβόμενος,) Aduerbium,pro Doctè & diligenter Gellius lib.3.ca.10.Hæc Varro de numero septenario scripsit admodum conquisitè.

Conquisitio,Verbale.(συλλῆτρις) Cic.de Vniuers.8.Difficilimum autem est in omni conquisitione rationis exordium. Plin.libro 35.cap. 12.13.Propter hanc Mutianus altero Consulatu suo in conquisitione exprobrauit patinarum paludes Vitellii memoriæ.

Conquisitio piaculorum Liu.7.ab Vrbe.10. Quum piaculorum magis conquisitio animos,quàm corpora morbi afficerent.

Exercitus conquisitione collectus. Cicc.de Prouinc.Cons.3. Iam vero exercitus noster ille superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus omnis interiit.

Conreus, (συνέργος,) Qui cum alio in ius vocatus est. Vlpianus in L.Liberationem §.Nunc effectu.ff.de Libera legata, Si cum alio sim debitor,pura duo rei fuimus promittendi,& mihi soli testator consultum voluit:agendo consequar,non vt accepto liberet, ne etiam conreus meus liberetur contra testatoris voluntatem:sed pacto liberabor.

Consalûto, consalutas,penul. produ. (ἀσπάζομαι,) consalutare, Idem significat quod Salutare, inquit Festus. Liuius 3. ab Vrbe 115. Dictatorem eum legati gratulantes consalutant. Sic lib.1.24. & 6.bel. Maced. 57.

Consalutare inter se.Cic.1.de Orat.8. Qui quũ inter se,vt ipsorum vsus ferebat,amicissimè consalutassent,Quid vos tandem,&c.

Consalutare,Salutem precari.Vide Salutare,salutẽ precari,in SALVS.

Consalutatio,Verbale,(ἀσπασμός,) Cic.ad Atticũ,li.2.33.2. Hinc plausus maximi,consalutatio forensis perhonorifica.

Consanguineus, (ὁμογενής,ὁμόαιμον,συγγενής,) Qui sanguine coniunctus est cum altero. Plau.Pœn.1074.Meis consanguineis nolo te inuisũ loqui. Cic. ad Atticum,lib.2, 38.3.Sed φοαιδῶς, noster consanguineus non mediocres terrores iacit atque denuntiat.Cæsar.7.bel.Gall.311. Columella in præfatione lib.1.5.Liuius 5.ab Vrbe 15.

Parentes,liberi, coniuges,consanguinei.Cic.1. de Inuent.115.

Cõsanguinei arietes,apud Ciceronẽ li.1.de Diuin.79.ex antiquo poeta.

¶ Consanguinei dicuntur fratres ex eodem patre nati,li.3. Instit. titulo De legitima agnatorũ successione §.1.Itaque ex eodem patre nati fratres,

tres,agnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur:nec requiritur,an eriam eandem matrem habuerint.

Arma consanguinea.Claud.in bello Gildon.58.

Sopor consanguineus lethi.Virg.6.Aeneid.56.

Thalami consanguinei.Claud.6.Paneg.31.

Turba consanguinea.Ouid.epist.14.35.

Consanguinitas,pen.corr. (συγγένεια,) Ipsa conũnctio.Liuius.7.ab Vrbe.85.Ceritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat.

Propinquus consanguinitate alicui.Virg.2.Aeneid.18.

Consâno, consanas,pen.prod. (ἰασομαι,ὑγιόω,) consanare.Colum. lib.4.cap.24.10. Quo plerunq; fit,vt quod præcidi debeat,parfringatur, & sic vitis laniata, scabrataque putrescat humoribus,nec plagæ consanentur.

Consanare,pro Consanescere. Vlpian. in L.Idem.ff.de Aedilitio edicto, Idem Ofilius ait,si homini digitus sit abscissus,membriue quid laceratum, quamuis consanauerit, si tamen ob eam rem eo minus vti possit, non videri sanum esse.

Consanesco,consanescis,consanui, (ὑγιάομαι,) consanescere: vel Consa nasco,consanascere, Sanum fieri. Cic.Sulpitio,lib.4.6.9. Nunc autem hoc tam graui vulnere, etiam illa quæ consanuisse videbantur,recrudescunt.Colum.lib.4.ca.27.3. Tum etiam vitem minus cicatricosam reddit,quoniam id ex quo viride & tenerum decerptum est, celeriter consanescit.Idem lib.8.cap.2.2.Celsus lib.7.cap.12.de lingua,Et plerique quidem vbi consanuerunt,loquuntur.

Consarcino, consarcinas,penult.corr. (συναρμόζω,συνάπτω,) consarcinare. Gellius lib.13.cap.23.In quo versu non oportet alterum videri verbum,idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum & consarcinatum. Est enim hoc inane admodum & futile.

Consarrio, consarris, (συναλείφω,) consarrire, Idem quod Sarrire. Colum.lib.11.cap.3.37.Deinde sulci oẽs cõsarriendi.

Consaucio, consaucias, (τραυματίζω,) Actium,à quo Consaucior,consauciaris,Pastium. Author ad Heren.lib.4. 124.In hoc autem crebro & celeri vulnere corpus cõsauciari videtur.

Conscélero, conscéleras, pen.corr. (κατατρώσκω,) conscelerare, Scelere implere.Liuius.10.bel.Maced.32.Agite,cõscelerate auras paternas,decernite crimiribus,mox ferro decreturi.

Domum conscelerare Catul.epig.62.5.

Oculos conscelerare dicitur,qui nefarium facinus aliquod perpetrari videt,quod vel auertere poterat & inhibere,vel à quo ipse auerti, & sub ducere se.Ouid.7.Metam.7.

Cur non & specto peruentem,oculosque videndo
Conscelerotetur non tauros exhortor in illum?

Conscelerãtus,pen.prod.(μιαρός,) Participium.

Consceleratus & contaminatus. Liuius.1.ab Vrbe.Proficiscentibus deinde indignatio oborta,se vt conscelerator,contaminatosque,&c.

Conscelerata mens. Cic.in Catil.29. Et pro Cluentio.151. Conscelerata exercitio linguæ.

Nomen nobile conscelerarum impudicitiæ dare.Cic.Octau.15.

Pirata conscelerarus.Cic.3.Verr.64.

Conscelerator vultus.Cic.pro Cluent.21. De eo cuius præsentis nefarium & conscelerarum vultum intuebantur.

Conscelerator,(μιαρός,) Nomen ex participio.vt

A filiis conscelerarissimis furiæ domesticæ & assiduè pœnas parentum dies noctesque repetunt.Cic.pro Sex.Roscio Amer.40.

Conscendo, conscendis,conscendi,conscensum, (ἐμβαίνω,ἀναβαίνω,) conscẽdere, De nauigatibus propriè dicit.

Classem conscendere.Virg.10.Aeneid.31.

Nauem conscendere.Cic.4.Acad.179. Quid enim conscendens nauem sapiens,num,&c.Idem Appio,lib.5.10.9. Cæsar de bel.Ciuil.Non minore animo ac fiducia,quàm antè dimicauerant,naues conscendunt.

In nauem conscendere. Lentulus ad Cic.lib.12.14.2. Vt si Syriæ spes eũ frustrata esset,cõsciderer in naues.Cic.ad Terẽtiã,lib.14.7.3. Nauim spero nos valde bonã habere:in eam simul atq; conscendi,hæc scripsi.

Puppim conscendere.Ouid.2.Fast.19.

Aequor nauibus conscendere.Virg.1.Aeneid.77.

Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor. Poeticum.

Conscendere,absolutè aliquãdo ponitur.Cic.Attico,lib.9.187.4.Idibus Martiis Pompeium à Brundisio conscendisse. Idem Qu.fratri,lib.2.6. 5.Tu,si ita expedit,velim bona & certa tẽpestate conscẽdas, ad meq; venias.Cæsar,Erat completis litoribus contentio,qui potissimum ex magno numero conscenderent. Liuius, Conscendunt alacres copiæ. Sub.naum.Cic.ad Atticum,lib.14.314.1.Eidem lib.9.171.2.

Aethera conscendere.Stat.3.Syl.1.2.

Sol æthere as medius conscenderat arces.Valer.lib.2.Argonaut.89.

Culmen summum conscendere,& Mœnia conscendere.Sil.lib.3.103.

Curruum conscendere. Liuius.8.bel.Maced.204. Ouid.3.Trist.eleg.8.1.

Equum conscendere.Liuius.5.bel.Pun.160.Conscendamus equos.

In equum conscendere.Ouid.6.Metamorpho.45.

Montes conscendere.Catul.Argonaut.25.

Scopulum conscendere.Virgil.1.Aeneid.37.

Tecta conscendere. Seneca Medea 13.19.

Tribunal conscendere.Tranquil.Manumissioni vacaturus, conscendisset tribunal. Claud.2.Panegy.54.

Conscensio,Verbale,(ἐπίβασις,) Cicc.1.de Diuin.119.Eumque dixisse remigem quendam exquinqueremi Rhodiorum vaticinatum,madefactum iri minus xxx.diebus Græciam sanguine, rapinas Dyrrhachii, & conscensionem in naues cum fuga.

Conscientia, Vide CONSCIVS.

Conscindo, conscindis,cõscidi,penul.correp.conscissum, (διαπρήθω,διασχίζω,) conscindere, In multas partes scindere. Terentius Eunuch.4.3.4. Vestem omnem miserè discidit, tum ipsam capillo conscidit.

Curæ conscindunt hominem solicitum.Lucret.lib.5.10.

Epistolam innocentem conscindere.Cic.Trebatio,lib.7.18.9.

¶ Conscindere sibilis,per translationem,pro Exibilare & explodere.Cicc.ad Atticum,lib.2.14.4.Nam gladiatoribus qua dominus,qua aduocati,sibilis conscissi.

Conscindere aliquem,pro Criminari,& alicui conuitiari. Cic. ad Atticũ lib.8.169.2.Is enim me ab optimatibus ait conscindi.

Cõscissus,Participiũ,(ὀνειδιστός,) vt Cõscissa pallula,Plau.Tru.3.22.

Epistola conscissa.Cic.Gallo,lib.7.26.1.

Nubibus conscissis orbem Luna protulit.Stat.12.Thebaid.12.62.

Pugnis & calcibus conscissus aliquis.Cic.5.Verr.46. Quædam exempla reiegunt Concilus.

Conscissura,humus conscissuræ,pen.prod.(διακρήγνυμι,) Ipsa ruptio. Plin. lib.34.cap.8.16.Dein quum pretio periisset gratia artis,detractum est aurum,pretiosiorque talis existimatur,etiam cicatricibus operis atque conscissuris,in quibus aurum hæserat,remanentibus.

Conscio, conscis,conscíui,conscítum,(συνοίδα,) conscíre, Nullius rei se conscium suspicari.Horatius 1.Epist.1.12.

–hic murus aheneus esto
Nil conscire sibi,nulla pallescere culpa.

Conscítus,pen.prod.Participium à Conscíscor verbo passiuo. Plin. lib. 36.cap 15.8.Passim conscita nece Quiritibus tædium fugientibus.

Conscísco,conscíscis, conscíui, conscítum, (ἀναιρέομαι,προσαγόμαι,ἐπαγόμαι,) conscíscere,Statuere apud se,& decernere,vt Scíscere, vnde Scitum dictum. Liuius, Quod Senatus Populi Romani Quiritium censuit,consensit, conscíuit, vt bellum cum priscis Latinis fieret, &c. Alibi,Itaque consentio,conscísco,que.Budæus.

Exilium sibi conscíscere.Liu.3.bel.Pun.184. Postea conscientia sibimetipsi exilium conscíscentes,quum absentes damnati essent corporibus subtractis,&c. Sic 10.ab Vrbe 74. Et 4.bel.Pun.116.

Facinus conscíscere.Liuius, Oppidani,cõscientia scelerum, facinus in se, suosque fœdum ac ferum cõscíscunt.Brutus ad Ciceronem 16.11. Neque incolumis Cæsare viuo fui,nisi postquam illud conscíui facinus.

Fugam sibi conscíscere ex aliquo loco.Liuius 5.ab Vrbe 259. Deseremus penates nostros,exiliumque ac fugam nobis ex eo loco conscíscemus. Idem 3.bel.Maced.115. Tacit.lib.19.

¶ Conscíscere (inquit Valla) ferè ad mortẽ pertinet.Plerunque enim sic legimus,Mortem sibi ipse conscíuit, Mortem tibi ipse conscíscis,Mortem mihiipsi conscíscam,Cogam te ad mortem tibi per teipsum conscíscendam.Hactenus Valla,lib.5.Nunc cum datio,nunc sine datio.Liuius lib.4.bel.Pun.Legatus ab Hieronymo ad Ptolemæum missus,voluntarium exilium conscíuerat.Plaut.Mil.18.26.Conscíscam lethum, sine illo scio viuere me non posse.Lucretius lib.3.17. Cic.ad Marium, lib.7.39.Aut capiendos tanquam exilio locus,aut conscíscenda mors voluntaria. Idem 2.de Natura deorum 12. Iunius necem sibi ipsa conscíuit. Idem de Amicitia 40. Itaque mortem sibi vterque conscíuit. & 5.Verr.109.

Veneno mortem sibi conscíscere.Cic.de Claris Oratorib.21.

Conscius, (συνειδώς,συνειδητικός,μέτοχος,) Adiectiuum,modo is dicitur qui cum aliis aliquam rem cognitam habet, modo idem quod scius.

Conscius & scius in hoc differunt, quòd Scius secum, Conscius cum alio scius est:licet conscium indifferenter positum legerimus. Nonius.

Conscius,instar participii vsurpatum. Ouid.5.Trist.eleg.5.3.

Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
Conscius in culpa non scelus esse sua.

¶ Conscius,translatum ad inanimata.Senec.Hippol.2.

Iactare tacitis conscias sacris faces.

Conscius,translatum ad locum. Valerius lib.3.Argonaut.118.

–tali se concitat ardent In iuga senta fugit,pauet omnis conscia latè
Sylua,pauent montes.

Amor conscius.Ouid.epist.4.11.

Sydera conscia.Virgil.9.Aeneid.89. –nil iste nec ausus,

Nec potuit cœlum hoc & sydera conscia testor.
Virtus conscia. Virgil. 10. Aeneid. 173. & 5. 90.
Tum pudor incendit vires & conscia virtus.
Occultè fuit teste, sine vllo conscio fallere. Cic. 2. de Finib. 86.
Testem & conscium esse rei alicuius. Author ad Heren. lib. 3. 128.
Conscius genitivo aliquando iungitur, frequentius dativo.
Genitivo. Plaut. Merc. 23. 11. Quum amico homini, tuique conscio, ita suæ conceas misereat. Cic. 14. Philipp. 395. Itaque P. Apuleius Trib. plebis, meorum omnium consiliorum periculorumque iam inde à consulatu meo testis, conscius, & adiutor.
Aether conscius connubii. Virgil. 4. Aeneid. 34. — fulsère ignes, & conscius æther Connubii. De connubio Aeneæ & Didonis.
Curarum coniugalium interpres & conscia luno. Virgil. 4. Aeneid. 122.
Fibra conscia deorum, Extipicium, diuinatio quæ fit inspectis animalium exterorum intestinis. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 1.
Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra deorum
Præcinit euentus, nec mihi cantus auis.
Futuri conscius. Lucan. lib. 5. 18.
Religio alicui conscia sacri pacti. Valer. lib. 8. Argon. 8 &
Quanquam iura deûm, sacri sibi conscia pacti
Religio, dulcisque mouent præcordia tædæ.
Signa conscia alicuius rei. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 2.
Mutatarum rerum conscii ferut. Cic. pro Cælio 55.
Homo omnium meorum studiorum & officiorum maximè conscius. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 2.
Numina conscia veri. Virgil. 2. Aeneid. 20.
Dat iuo. Virgil. 1. Aeneid. 122. — & mens sibi conscia recti. Plaut. Rud. 22. 17. Thesaurum hic ego ineste reor, nec mihi conscius est vllus homo. Terent. Phor. 1. 3. 4. Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi cõscius sis? Idem Heaut. 1. 1. 89. Vbi comperi ex his qui ei fuere cõscii.
Mihi cõscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ. Cic. 2. Tus. 14.
Conscius autem mihi eram, nihil à me commissum esse. Matius ad Cicero nem, lib. 11. 28. 2. Terent. Adelph. 3. 2. 50. Postremò quando ego cõscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul. Idem Eunuch. 1. 2. 119.
Temeritati & mendacio alicuius conscium esse. Cic. 6. Verr. 110.
Verbis conscius. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 9.
Mens bene conscia. Horatius in Odis,
It ad extremos orbis colonos Mens bene conscia.
Conscium facere aliquem. Plaut. Trucul. 3. 28.
Quos quum celamus, hic facimus conscios.
Conscium facere rem aliquam. Plaut. Cistel. 7. 47. — me indicauit, & suas Ac meas miserias alias faciam conscias.
¶ Conscius, Contagione criminis astrictus. Tacitus, Accensis iudicibus ad prodendum senem Rufum, quem eundem conscium conquisitoremque non tolerabant.
Animus conscius. Plaut. Mostel. 8. 12. Nihil est miserius, quàm animus hominis conscius. Iuuenal. Saty. 3.
Quis nunc diligitur, nisi conscius? & cui feruens
Aestuat occultis animus, semperque tacendis?
Animus conscius remordet. Lucret. lib. 4. 729.
Mentis conscię pauor, animusque culpa plenus & semel timens. Seneca Hippoly. 2. 16.
Vultus conscius. Senec. Herc. furen. 9. 15.
Pudorque seruus conscios vultus tegit.
Commissi alicuius conscius. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 6.
Conscius sibi culpæ maleficii, aut noxæ. Cic. 3. Offic. 96. Sibi autem nullus esset conscii culpæ. Idem pro Cluent. 46. Liu. 3. ab Vrbe 282. Senec. Thebaid. 1. 2. Ouid. epistol. 7. 38.
Mens alicui facinori conscia. Cic. pro Cælio 40.
Facinori alicui conscium esse. Cic. pro Cluent. 41.
Audacis facti conscius. Virg. 11. Aeneid. 162. Lucret. lib. 3. 207.
Manus conscia facti. Ouid. 8. Metamorpho. 107.
Peccati conscius. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 2. Horat. 2. Sermo. saty. 7. 12.
Pectus conscium scelerum omnium. Senec. Thebaid. 1. 44.
Conscius alicui, in priuatis rebus. Cic. ad Att. li. 1. 13. 2. Tu autem qui sæpissimè curam & angorem animi mei sermone & consilio leuasti tuo, qui mihi & in publica re socius, & in priuatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum & consiliorum particeps.
Conscientia, huius conscientiæ, à nomine Conscius, (συνειδησις.) Est certissima scientia, & (vt sic dicam) certitudo eius rei q̃ animo nostro inest siue bonum sit, siue malum. Cic. pro Milone 45. Magna vis est cõscientiæ Iudices, & magna in vtranque partem: vt neque timeant qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccarint. Idem ad Appium, lib. 3. 7. 19. Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officii mei, beneuolentiæque, &c.
Conscientia bene actæ vitæ, & recordatio benefactorum. Cic. de Senect. 8. conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est.
Animi conscientiam non curat callidè improbus. Cic. 2. de Finib. 88.

Animi conscientia suspicari de aliquo. Cic. Attico, lib. 13. 296. 4.
¶ Conscientia animi, pro Animo religione obstricto. Cic. pro Rosc. Amer. 40. Soum quenque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent.
Optimæ mentis conscientia consolari se. Cic. de Clar. Orat. 135. Laudandus est, qui hoc tempore ipso quum liceat, in hoc communi nostro, & quasi fatali malo consoletur se, cum conscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ.
Consiliorum meorum conscientia me consolatur. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 3.
Consilia, conscientiæque facinorum. Cic. pro Cluentio 43. An etiam consilia conscientiasque eiusmodi facinorum supplicio dignas iudicaret.
Ascitus in conscientiam facinoris. Tacit. lib. 17.
Maleficiorum conscientiæ stimulant. Cic. in Parad. 21.
Officii sui conscientia frui. Cic. Appio, lib. 3. 7. 19.
Ex conscientia peccatorum timor exoritur. Cic. Parad. 51.
Conscientia sceleris, auaritiæque suæ. Cic. 5. Verr. 111.
Sceleris conscientiam ferre non posse. Suetonius in Nerone, cap. 34.
Opprimi conscientia scelerum suorum. Cic. in Pisonem 30.
Angore conscientiæ, fraudisque cruciatu agitant & infectantur furiæ scelerum homines. Cic. 1. de Leg. 58.
Contagio conscientiæ. Cic. 7. Verr. 143. Deliberatum est, &c. non modò eos persequi, ad quos maximè culpa corrumpendi iudicii, sed etiam ipsos, ad quos conscientiæ contagio pertinebit.
Conscientiæ fide non commoueri. Cic. pro Qu. Rosc. Com. 27.
Labes conscientiæ in animo habere. Cic. 3. Offic. 113.
Pondus conscientiæ grane esset sine vlla virtutis & vitiorum diuina ratione. Cic. 1. de Natu. deorum 123.
Signa conscientiæ describit Author ad Herennium, lib. 2. 40. Accusator dicet, si poterit, adnersarium, quum ad eum ventum sit erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter loquutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid: quæ signa conscientiæ sunt.
Abesse à conscientiæ suspicione. Cic. pro Cælio 17.
Suspicionem conscientiæ alicui præbere. Tacit. lib. 17.
Conscientia bona. Plin. epistо. 229. Quæ bonam conscientiam ciuium tuorum ad vsum indulgentiæ tuæ prouocat & attollit. Tacit. in vita Agricolæ. Quintil. lib. 6. cap. 1. 26.
Infelix conscientia. Quintil. in Proœmio, lib. 6. 8.
¶ Abolere conscientiam humani generis. Vide ABOLEO.
Adhibere conscientiam. Vide ADHIBEO.
Adiuuare conscientiam omnium. Vide ADIVVO.
Afferre conscientiam. Vide AFFERO.
Arguere conscientiam. Tacit. lib. 19. & 20.
Comprimere conscientiam animi. Cicero 2. de Finib. 88.
Debilitatus atque abiectus conscientia, repentè conticuit. Cic. 3. in Catil. 55. Idem 2. in eundem 34. Quum ille homo audacissimus conscientia conuictus primò reticuisset.
A recta conscientia transuersum vngiem non oportet quenque in omni vita sua discedere. Cic. Attico, lib. 13. 277. 2.
Conscientia eminet in vultu. Senec. de Beneficiis, lib. 2. cap. 25. Verba esse licet, si quemadmodum debemus affecti sumus, conscientia eminebit in vultu.
Conscientiam habere conditionis suæ. Plinius epistо. 247. Lecti si sint, inquisitor peccauit: si vicarii dati, penes eos culpa est qui dederunt: si ipsi, quum haberent conditionis suę conscientiam, veneruntne animaduertendum in illos erit.
Exonerare conscientiam suam. Curtius lib. 6. Nicomachũ religione quaque deûm astrictum conscientiam suam exonerare properasse.
Ex conscientia infirmitatis suæ hærere. Quintil. lib. 1. cap. 2. 8.
Impeditur & opprimitur mens conscientia. Cic. in Pisonem 22.
Ad fatendum conscientia impelli. Quintil. lib. 5. cap. 13. 37.
Implorare conscientiam aliquorũ. Cic. pro Flacco 29. & 30. Vociferarer, & quantum maximè possem, cõtenderem, testarer publicanos, excitarem negotiatores, veitram etiam cõscientiã implorarem, &c. Id est obtestarer vt sua vestra, & ex eo qd̃ existimatis, de re ipsa iudicaretis.
Hominum conscientia remota. Cic. 2. de Fin. 49. Vt hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod voluptatis causa nõ videatur esse facturus. Id est si existimaret, rem ab omnibus sciri non posse. Budæus.
Simulata conscientia adeant. id est simulato, siue postquam simulauerint se cõscios eius rei esse. Tacit. lib. 2.
Spreta conscientia. Tacit. lib. 15.
Mea mihi conscientia pluris est q̃ omnium sermo. Cic. Art. lib. 12. 246. 1.
Teneri constrictum conscientia alicuius facti. Cicero 1. in Catil. 2. Constrictam iam horum omnium conscientia teneri coniurationem tuam non vides?
Contra conscientiam opibus hominum sepți & muniti, deorum numen horrent tamen. Cic. 1. de Finib. 79.
In conscientiam assumere aliquem. Tacit. lib. 13. Assumptis in conscientiam Othone & Claudio Senecione, adolescẽtulis decoris. Id est quos participes esse voluit consiliorum, & conscios. Budæus. Dicitur & Sumere

Sumere ab eodem, lib. 4.
Ob conscientiam stupri accipere aliquid. Marcellus in L. Mariti lenocinium §. Quod ait. ff. Ad legem Iuliam de adulteriis, Plectitur & qui pretium pro comperto stupro acceperit: nec interest vtrum maritus sit qui acceperit, an alius quilibet. quicunque enim ob conscientiam stupri acceperit aliquid, pœna erit plectendus.

Conscribillare, (συγγεγράφειν,) pro Conscribere veteres dixerunt. Varro Columnas, Itaque eas in ceram cõscribillauit Herculis ad litem. Idem Marcipore, Astrologi non sunt, qui conscribillarunt pingentes cœlum. Nonius. Quo loco quidam legendum putant Conscribillare. Catullus epig. 22. 3. Inusta turpiter tibi flagella conscribillent.

Conscribo, (συγγράφω,) conscribere, Multa simul scribere, inquit Sipontinus, aut scribere solum significat. hoc est componere: vt Conscribere literas. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 20. Literas ad te parum fraternè conscripseram. Legitur in vetusto exemplari scripseram.
De aliquo ad aliquem conscribere. Cic. Attico, lib. 12. 241. 17. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit.
De aliquibus viris conscribere, audire, legere. Cic. de Senect. 75.
De Lingua Latina aliqua conscribere. Cic. Attico, lib. 13. 260. 6.
Epistolam de aliqua re alicui conscribere. Cic. Attico, lib. 13. 197. 1.
De ratione dicendi conscribere. Author ad Herennium, lib. 1. 1.
Legem conscribere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 76. 9. Legem CO SS. conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Plaut. Asin. Videlicet Solon est, leges vt conscribat, quibus se populus teneat.
Librum conscribere. Cic. de Claris Orat. 68. Sic. 4. Tuscul. 102.
Parietes conscribere. Plin. lib. 18. cap. 2. 10. Etiam parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur.
Fictam quæstionem conscribere. Cic. pro Cluen. 147.
Syngraphum. Plautus Asin. 13. 1. Agedum istum ostende quem conscripsisti syngraphum.
Mortuorum testamenta conscribere. Cic. de Aruſp. resp. 39.
Volumen conscribere. Cic. pro Roscio Amer. 61.
Milites, vel legiones. hoc est Cogere, & in certum numerum ac scriptum redigere. Plaut. Milit. 3. 77.
Nam rex Seleucus me opere orauit maximo
Vt sibi latrones cogerem & conscriberem. Lentulus Senatui, lib. 13. 15. 25. His literis scriptis milites circiter XXX. quos Dolabella ex Asia conscripserat, è Syria fugientes, in Pamphiliam venerunt. Cæsar, Non oportere antè de Repub. ad Senatum referri, quàm delectus tota Italia habiti, & exercitus conscripti essent. Idem 2. bel. Gal. 136.
Veteranos celeriter conscribere, pro Cogere. Cic. Trebonio, lib. 10. 28. 8.
Palàm conscribere & centuriare aliquos. Cic. Post reditũ. 10. Ego quum homines in Tribunali Aurelio palàm conscribi centuriarique vidissem, &c. Idem pro Domo sua. 43. Quum in Tribunali Aurelio conscribebas palàm non modò liberos, sed etiam seruos ex omnibus vicis concitaros, vim tuam videlicet non parabas? Id est In rotulum referebas, vt lingua vernacula vtar. Budæus.
Vicatim conscribere, Decuriare aliquos. Cic. pro Sestio. 17. Seruorum delectus habebatur pro Tribunali Aurelio nomine collegiorũ. Quasi vicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur.
Conscribere, absolutè. Cic. pro Plancio. 36. Hæc doce, hæc profer, huc incumbe Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronuntiasse, diuisisse.
Conscriptus, Participium, (συγγεγραμμένος,) vt Conscriptæ literæ. Plautus Pseud. 3. 16.
Epistolium conscriptum lachrymis. Catul. epig. 63. 1.
Fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferre. Cic. pro Cluen. 147. Tu periculum capitis, tu iudicium sceleris, tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferas?
Mensa conscripta vino. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 4.
Tela conscripta imagine quadam. Stat. 3. Sylu. 1. 24.
Conscripti milites. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 235.
Conscripti, (πεσυγγεγεγραμμένοι, γεγραπτοι,) inquit Festus, dicebantur qui ex equestri ordine patribus ascribebantur, vt numerus Senatorum expleretur. Liuius. 2. ab Vrbe. 5. Deinde quo plus virium in Senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis, ad trecentorum summam expleuit. Traditumque inde fertur, vt in Senatum vocarentur qui patres, quique conscripti essent: conscriptos videlicet in nouum Senatum appellabant lectos.
Officium conscripti, Id est Senatoris officium. Horat. in Arte. 64.
Virorum veterum conscripta. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 11.
Conscriptio, (συγγραφή,) Verbale. Cic. pro Cluentio. 151. Eiusdem amentiæ fallæ conscriptiones quæstionum, ex eodem furore etiam illa conscele rata exactio linguæ.

Cónseco, cónsecas, penul. corre. consecui, consectum, (διαπρίω,) consecare, Idem quod secare. Plin. lib. 17. ca. 10. 1. Consecto arboris trunco, Idem lib. 16. ca. 26. 4. Acies tanta quacunque, vt citra vllum sensum ad ossa consecet quicquid afflauerit corporis.
Membra consecare. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 7.
Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.
Consecare minutatim. Varro. 3. de Re rust. cap. 10. 5.
Consecare in tenues membranas. Plin. lib. 30. cap. 4. 2.
Consectio, Verbale, (διαπρισις,) vt Consectio arborum, Cic. 2. de Nat. deor. 127. Arborum autem consectione, omnique materia & culta, & syluestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum vtimur, &c. Idem 1. de Diuin. 189.

Cónsecro, cónsecras, penult. correp. (καθιερόω, ἐκθεσιάζω,) consecrare, eiusdem significationis cum sacro, quod est deo, dico, & sacrum facio. Plinius de Viris illustrib. 1. b, Spolia opima Ioui Pheretrio in Capitolio consecrauit. Cic. 2. Tuscul. Quasi addicti & cõsecrati. Horat. 4. Carm. ode 8. 6.
Ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
Virtus, & fauor, & lingua potentium
Vatum diuitibus consecrat insulis.
Consecrare & publicè dedicare. Cic. 1. de Natu. deor. 113.
Dare, donare, dicare, consecrare Ioui Opt. Max. Cic. 6. Verr. 59.
Nomine alicuius dei aut deæ aliquid consecrare. Cic. 1. de Nat. deor. 96.
Aedes, terram, aram, consecrare. Cic. de Aruſp. resp. 97. Ibidem 5.
Consecrabantur ædes, nõ priuatorum domicilia, sed quæ sacræ nominarentur: consecrabantur agri, non ita vt nostra prædia, siquis vellet vt, sed Imperator agros de hostibus captos cõsecraret. statuebantur aræ quę religionem afferrent, ipso si loco essent consecratæ.
Ars curandi tuendique corporis, atque eius vtilitas, deorum immortalitũ inuentioni consecrata. Cic. 3. Tuscul. 1. De Medicina. Id est adscripta.
Belluam nullam nisi ob aliquam vtilitatem quam ex ea caperent, consecrasse irridentur Aegyptii. Cic. 1. de Natu. deorum 140. Hoc est in numerum deorum retulisse, & pro numinibus coluisse.
Propter beneficiũ consecrarunt belluas barbari. Cic. 1. de Nat. deo. 141.
Bona alicuius consecrare, foculo posito in rostris, adhibitoque tibicine. Cicc. pro Domo sua.
Verbis solemnibus bona cuiuspiam consecrare. Idem ibidem.
Consecrare delubra alicui deo, aut deæ. Cic. 3. de Natu. deor. 127.
Domum Celeri consecrare. Cic. de Aruſp. resp. 96.
Martis manubias Musis consecrare. Cic. pro Archia 20. Iam verò ille qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Puluius, non dubitauit Martis manubias Musis consecrare.
Simulachra consecrare. Cic. 3. de Nat. deor. 83. Ibidem lib. 1. 83.
Consecrare statuam alicui. Cæsar 3. bel. Ciui. 416. Item Trallibus in templo Victoriæ, vbi Cæsari statuam consecrauerant.
¶ Cõsecrare, Deo dedicare, atque ob id inuiolatum manere, durareque perpetuum. Cicc. ad Atticum, lib. 12. 24. 16. Sed iucunda nobis ratio est quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate (si modo exstabunt) illud quasi consecratum remanere possit.
Augustè sanctèque aliquem consecrare. Cic. 1. de Natu. deor. 89.
Ex hominum genere aliquos consecrare. Cic. 2. de Legib. 44.
Consecrare aliquem, omnium genere monimentorum. Ci. ad Atticum, li. 12. 241. 10. de Tullia loquens, Ego quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profectò illam consecrabo omni genere monimento tum ab omnium ingeniis scriptorum & Græcorum & Latinorum.
Ad immortalitatem, & religionem, & memoriam carmina consecrare. Cicc. pro Milone 61.
Consecrare memoriam nominis, pro Immortalem reddere. Cicc. ad Qu. fratrem, lib. 1. 165. Quem amplissimis monimentis consecrare voluisses memoriam nominis tui. Idem 6. Verr. 61. Tuus est enim honos in illo templo Senatus, Populique Romani beneficio, tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecratur.
Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecrare. Cicc. 3. de Natu. deorum 67.
Pro patria mori, ei nos totos dedere, & in ea nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Cic. 2. de Legib. 9.
Origines suas consecrare. Liuius in præfatione, Et sicut populo licere oportet consecrare origines suas, & ad deos referre authores: ea est gloria Popu. Roma.
Virtutes alicuius consecrare, & in numero deorum collocare. Cicero Quin. fratri, lib. 1. 1. 46.
Vocabula consecrare. Cic. 2. de Natu. deorum 88.
Memoria & literis magnitudinẽ ingenii alicuius cõsecrare. Ci. 5. Tus. 16.
Addictus & consecratus certis & constitutis sententiis. Cicc. 2. Tuscul. 8. Certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti & consecrati sunt, eaque necessitate cõstricti, vt etiam quæ non probare soleant, ea cogantur constantiæ causa defendere. De Græcis Philosophis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alicui consecratum esse, Id est deuotum esse. Cic. de Aruſp. reſpon. 6. Atque hoc ſi moderetur & cogitet, ſi contentus ſit his ſceleribus quæ cõmiſit, iam ſe eſſe conſecratum Miloni. Budæus.
Campus Conſulatibus auſpiciis conſecratus. Cic. 4. in Catil. 75.
Delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata. Cic. 2. Verr. 9.
Honorem hominis deorum religione conſecratum non violare. Cicc. 4. Verr. 36. Ibidem 114.
Locus conſecratus cui opponitur Locus profanus. Cic. in Part. 21.
Inſtituto maiorum mens, fides, virtus, concordia conſecratæ. Cic. 2. de Natu. deorum 113.
Opinio in aliquo conſecrata. Cicc. pro Seſtio 126. Cogitemus denique corpus virorum fortium magnorumque hominum eſſe mortale: animi verò motus & virtutis gloriam ſempiternam, neque hanc opinionem, ſi in illo ſanctiſſimo Hercule conſecratam videmus, &c.
Solennis comitiorum precatio Conſulatibus auſpiciis conſecrata. Cicc. pro Murena 1.
Conſecrata omnium religione. Cic. 1. Tuſcul. 51. Vetera iam iſta, & religione omnium conſecrata.
Tempeſtates ritibus Populi Romani conſecratæ. Cic. 3. de Nat. deor. 70.
Conſecratio, Verbale, (κατάθεσις,) Cicc. pro Domo ſua 82. Quæ tua fuit conſecratio?
Legitima bonorum conſecratio. Cic. de Aruſp. reſp. 95. Sin iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt quod profanũ in tuis bonis eſſe poſſet? An cõſecratio nullũ habet ius, dedicatio eſt religioſa? Quid ergo illa tua tũ obteſtatio tibicinis, quid foculus, quid ſpes, qd priſca verba voluerũt.
Conſecraneum, (σωμάθυτον,) idem quod conſecratum, Vocabulum in caſtris repertum, qualia ſunt conterraneum, commilitaneum, militaneum, ſuffarancum, limitaneum. Iulius Capitolinus in concione quadã Maximini Cæſaris, Commilitones, inquit, ſacrati, imo vero conſecranei. Alio loco, Nullam ciuitatem æquè militaneam eſſe dixit.

Conſectarium, Conſector, Vide CONSEQVOR.

Conſemineus, Adiectiuum, (ὁμόσπορος,) vt Conſemineæ vineæ, in quibus aceruatim multa ſemina vitium confuſa ſunt, nec propriis generibus diſtincta. Columel. lib. 3. cap. 21. Idque in vineis non conſemineis obſeruari difficile eſt. Idem lib. 11. capi. 2. 63. Syluam ſiquis barbaricam, id eſt conſemineam velit facere. Hoc eſt variis arborum generibus conſitam.
Conſeminalis & hoc conſeminale, penul. prod. (ὁμόσπορος,) Idem. Columel. lib. 12. cap. 45. 5. Propter quod etiam conſeminalium vinearum non tam eſt firmum vinum, quàm ſi per ſe ſyncerum amineum, vel apianum, aut etiam fecinum condideris. Conſeminales vineas appellat, quæ ex variis ſurculorum & plantarum generibus conſitæ ſunt, nempe acidas, acerbas, dulces vuas ferentibus.

Conſeneſco, conſeneſcis, conſenui, (γηράσκω,) conſeneſcere, Senem fieri Plaut. Capt. 4. 31. Maceſco, cõſeneſco, & tabeſco miſer. Idem Rud. 30. 15. Cic. 2. Tuſcul. 8. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, vt iam (quod natura fert in omnibus ferè rebus) conſeneſcat, breuiq; ad nihilum ventura videatur.
Cum cognomine conſeneſcere. Cicero Attico, lib. 2. 28. 2.
Carina conſenuit. Propert. lib. 3. eleg. 7. 8.
Ventorum eſt quodcunque paras, haud vlla carina
Conſenuit, fallit portus & ipſe fidem.
Nemus conſenuit. Claud. epigram. 2. 4.
In armis conſeneſcere. Horat. 3. Carm. ode 5. 2.
In commentariis Rhetorum conſeneſcere. Quintil. lib. 3. cap. 8. 46.
Conſeneſcere in exilio. Liu. 5. bel. Maced. 133. Sic apud Plinium, lib. 33. cap. 1. 15. Vtpote quum memoria auorum multi prætura quoque functi, in ferreo conſenuerint. Subaudi, annulo.
In patria conſenuiſſe placuit. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 3.
Conſeneſcere ſub armis. Liuius 2. bel. Maced. 9.
Conſeneſcere mœrore & lachrymis. Cic. pro Cluentio. 10.
Conſenuerunt vires atque defecerunt. Cic. de Senect. 26.
Nullo aduerſario conſeneſcere. Cic. Attico, lib. 3. 38. 2.

Conſentio, conſentis, conſenſi, conſenſum, (ὁμονοέω, συμφωνέω,) conſentire, Conuenire. Plin. lib. 17. ca. 11. 5. Eadem menſura Græci authores conſentiunt, non altiores quino ſemipede eſſe debere. Cic. 7. Verr. 15. Seruos, quos ipſe cum conſilio belli faciendi cauſa conſenſiſſe iudicauit, eos ſine conſilii ſententia, ſua ſponte, omni ſupplicio liberauit.
Conſentire & Pugnare, contraria. Cic. 5. de Finib. 15. Ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat.
Omnes honeſtates ciuitatis, omnes ætates, omnes ordines vnà conſentiunt. Cic. pro Seſtio. 94.
Vna & mente & voce conſentire. Cic. 1. Phili. 16. Omnes enim iam ciues de Reipub. ſalute vna & mente & voce conſentiunt. Ibidem 4. 156.
Vno ore omnes de vtilitate amicitiæ conſentiunt. Cic. de Amicitia, 71. Idem 2. de Finibus 184.

Conſentio tibi. Cic. 4. Acad. 96. Sed mihi neutiquam cor conſentit.
Conſentire ſibi ipſi. Cic. 1. Offic. 9. Hic ſi ſibi ipſe conſentiat & non interdum naturæ bonitate vincatur, neque amicitiam colere poſſit.
Superioribus iudiciis conſentire. Cic. pro Cluent. 46. Tamen in Oppiani co ſibi conſtare, & ſuperioribus conſentire iudiciis debuerunt.
Naturæ conſentire, finis bonorum eſt Stoicis. Cl. 2. de Fin. 60. Quid autẽ vocent Stoici cõſentire naturæ, Ibidem Cicero luculẽtiſſimè docet.
Perſonis, temporibus, locis quæ narrantur, conſentiunt. Cic. in Part. 19.
Principiis conſentiant exitus. Cic. Bruto lib. 11. 5. 6.
Conſenſit Senatus bellum, pro Sciuit. Liuius.
Studiis alicuius conſentire. Horat. 1. Epiſt. 19. 13.
Conſentire ad. Cic. de Natu. deor. Ita feruntur, moderantúrque curſus, vt ad omnia conſeruanda & tuenda conſenſiſſe videantur. Idem ad Atticum, lib. 5. 106. 4. Expedito ad mutandum locum paruo exercitu, ſed vt ſpero, ad beneuolentiam erga nos conſentiente.
Conſentire cum. Cic. in Academ. Apparet enim iam cor cum oculis conſentire. Idem Attico, Quoniam cum conſiliis tuis mea & facta & cõſilia conſentiunt. Idem ad Plancum, lib. 10. 6. 1. Quæ autem recitatæ ſunt literæ in Senatu, nequaq; conſentire cũ Furnii oratione viſæ ſunt.
Mentes atque ſententiæ aliquorum cum voluntate alicuius conſentiunt. Cic. pro Murena 1.
Conſentit vultus cum oratione. Cæſar, Quum vultus Domitii cum oratione non conſentiret.
Conſentire cum aliquo de re aliqua. Cic. 4. Acad. 236. Pòſt Epicurus, cuius eſt diſciplina nunc notior, nec tamen cum Cyrenaicis de ipſa voluptate conſentiens.
Secum conſentire & ſibi conſtare, Idem. Cic. de Vniuerſit. 10. Tota diluci dè & planè exornata oratio ſibi conſtet, & ex omni parte ſecum ipſa conſentiat, &c.
Conſentire de. Cic. de Amic. 71. Vna eſt enim amicitia in rebus humanis, de cuius vtilitate omnes vno ore conſentiunt. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2. 6. Sed de hoc non conſentiunt omnes, quod, &c.
De laudibus alicuius omnium fama conſentit. Cic. de Senect. 57.
De aliquo aliquid conſentire. Cic. 2. de Finib. 184.
Eis quæ de Fabio Caniniòque acta ſcribis, valde conſentiunt. Ci. Attico, lib. 7. 12. 5.
In eum omnes illud conſentiunt elogium. Cic. de Senect. 57. Quanta in Attilio Calatino in quem illud elogium vnicum plurimæ conſentiũt gentes, Populi primarium eſſe virum.
Conſentire inter ſe. Cic. 1. Offic. 130. Et delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt.
Conſentire magna conſpiratione amoris. Cicero 1. de Finib. 100. At vero Epicurus vna in domo, & ea quidem anguſta, quammagnos, quanta que amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges.
Aſtrum noſtrum conſentit incredibili modo. Horat. 2. Carm. ode 17. 5. Horoſcopos ſuos ſimiles eſſe, & inter ſe aſſerit conuenire. Acron.
Conſentio, cum infinitiuo. Cic. 1. de Lege Agraria 9. Si conſenſerint poſſeſſores non vendere, quid futurum eſt?
Conſenti, in imperatiuo Cic. Attico, lib. 16. 339. 10. Conſenti in hac cura, vbi ſum, vt me expediam.
Conſenſum eſt. Quintil. lib. 9. cap. 1. Inter plurimos, quod ſciam conſenſum eſt duas eſſe eius partes.
Conſentiens, Participium. (ὁμογνώων,) Cic. 2. de Diuin. 178. Animorum conſentientium multitudine completum eſſe mundum.
Hominum conſentiente authoritate contenti ſimus. Ci. 1. de Diuin. 142.
In retinenda libertate conſentiens ciuitas Cic. Bruto 156.
Ad incolumitatem mundi conſentiens coagmentatio naturæ. Cic. 2. de Natura deorum, 178.
Conſentiens, conſpirans, continuata tanta rerum cognatio. Cicero 2. de Natura deorum 29.
Conſilium vitæ conſentiens & penè conſpirans. Cic. 5. Tuſc. 103.
Connectum aliquid & conſentiens habent ſtellæ. Cic. 2. de Diui. 133.
Conſentiens fama de aliquo. Cic. de Senect. 57. Iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium eſſet fama conſentiens.
Motus cum verbis ſententiiſque conſentiens. Cic. de Claris Orat. 73.
Tam cõſentiẽtibus mihi ſenſibus nemo eſt in terris. Cic. Atti. li. 4. 85. 15.
Conſentiens virtutibuſque reſpondens vita. Cic. 5. de Finib. 115.
Conſenſus, Participium, (ὁμολογηθείς,) Gellius lib. 15. cap. 26. Syllogiſmus eſt oratio in qua conſenſis quibuſdam & confeſſis, aliud quid, quã quæ conceſſa ſunt, per ea quæ conceſſa ſunt, neceſſariò conficitur.
Conſenſus, huius conſenſus, (ὁμόνοια,) Cic. 3. de Natu. deorum 37. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſuque naturæ.
Conſenſus æui. Plinius lib. 14. cap. 6. 11. Sed de quibus conſenſus æui iudicauerint, hæc ſunt.
Conſenſus & diſſenſus. Claud. de bello Gildon. 61.
– diſſenſus acerbus, Et grauior conſenſus erat.
Concentus atque conſenſus. Cic. 2. de Diuinat. 50. Qua ex coniunctione naturæ. & quaſi concentu, atque conſenſu, quam συμπάθειαν Græci appellant, &c.

Mirus

Mirus quidam omnium quaſi conſenſus doctrinarum concentuſq;. Cic. 3. de Orat. 13.
Conſenſus in eo mortalium. Plin. lib. 7. cap. 2.
Omnium conſenſus, naturæ vox eſt. Cic. 1 Tuſcul. 54.
Diuulſus ordinum conſenſus. Cic. de Aruſp. reſp. 56.
Omnium ordinum cõſenſus, gratiarũ actio, gratulatioq;. Cic. Bruto. 3. 3.
Se tueri conſenſu ſignantium. Quintil. lib. 5. cap. 7. 23.
Conſpiratio conſenſuſque virtutum. Cic. 5. de Finib. 118.
Magnus inter aliquos conſenſus. Cic. 4. Philipp. 160.
Pius conſenſus. Seneca Oct. 2. 10.
Omnium conſenſu ad eum defertur imperium. Cæſar. 7. bel. Gal. 14. Liuius. 1. ab Vrbe. 145.
Vno conſenſu iuncta & continens natura. Cic. 2. de Diuinat. 48.
¶ Defendere aliquid conſenſu. Quintil. lib. 1. cap. 5. 10.
Complecti alterius conſenſum. Vide COMPLECTOR.
Merere omnium conſenſum. Quintil. lib 5. cap. 1. 4.
In conſenſum vertere. Tacit. in lib. de Germau. moribus.
Conſenſio, (συμφορασις, συμφωνία, ὁμολογία,) Verbale. Cic. de Reditu ſuo, Tanta conſenſione Italiæ. Idem ad Caſſium, lib. 12. 5. 3. Populi verò Romani totiuſque Italiæ mira conſenſio. Idem pro Fonteio. 5. Tamenne plus Galloru conſenſio valebit, q̃ ſumma authoritas omnium?
Aperta conſenſio ciuitatum. Tacit. lib. 3.
Omnium gentium conſenſio in omni re lex naturæ putanda eſt. Cic. 1. Tuſcul. 48.
Conſenſio Magiſtratus de aliquibus. Cic. Poſt reditum. 14.
Omnia hæc quæ ſuprà & ſubter, vnum eſſe, & vna vi atque vna conſenſione naturæ conſtricta eſſe veteres dixerunt. Cic. 3. de Orat. 12.
Vniuerſorum nec voluntatis nec ſermonis conſenſionem maiorem vnquam fuiſſe. Cic. Attico, lib. 1. 38. 2.
Voluntatum, ſtudiorum, ſententiarũ ſumma cõſenſio. Cic. de Amicitia. 4.
Conſenſiones factæ. Cic. 7. Verr. 7. Quid igitur? nulline motus in Sicilia ſeruorum Verre Prætore? nullæne conſenſiones factæ eſſe dicentur?
Conſenſio firma. Cic. 1. de Nat. deorũ. 63. Quum enim non inſtituto aliquo, aut more, aut lege ſit opinio conſtituta, maneatque ad vnum omnium firma conſenſio, intelligi neceſſe eſt eſſe deos.
Societatis & ſceleratæ conſenſionis aliquorum fides quò eruperit vides. Cic. Attico, lib. 10. 195. 2.
Conſentaneus, Adiectiuum, (συλλογιστικός,) Conueniens. Cic. 5. de Finib. 108. Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne ſtudium ad virtutem, & ad eas actiones, quæ virtuti ſunt conſentaneæ refertur.
Actiones conſentaneas motibus voluntatis, conatibus, & appetitionibus mundi adhibet natura. Cic. 2. de Nat. deorum. 83.
Argumenta conſentanea & diſſentanea. Cic. in Partit. 5.
Diuiſio conſentanea. Quintil. lib. 6. 3. 73.
Conſentaneum his tẽporibus literarũ genus. Cic. ad Nigidiũ, lib. 4. 13. 2.
Leges dare conſentaneas. Cic. 2. de Legib. 36.
Conſentaneus ſibi. Cic. 1. Offic. 10. Hæ diſciplinæ igitur ſi ſibi conſentaneæ velint eſſe, de officio nihil queant dicere.
Excellentiæ hominis conſentaneum, in eo, quo natura eius à reliquis animantibus differt, id decorum eſt. Cic. 1. Offic. 135. Definitio Decori. Diuinat. 100.
Obſcura ſomnia minimè conſentanea ſunt maieſtati deorum. Cicc. 2. de
Naturæ conſentaneum. Cic. 1. Offic. 136.
Aptum eſſe conſentaneumque tempori & perſonæ. Cic. in Orat. 40. Definitio eſt verbi Decere.
Conſentanea mors vitæ ſanctiſſimè actæ. Cic. 9. Philipp. 267.
Cum re aliqua conſentaneum. Cic. Appio, lib. 3. 6. 6.
Conſentaneum cuiq; & conſequens quid ſit, perſpicere. Cic. 1. Offic. 14.
Conſentanea & conſequentia. Cic. 3. de Finib. 100. Sed quum certè ſuperiora firma ac vera ſint, his autem ea conſentanea: ne de eorum quidem eſt veritate dubitandum.
Ex conſentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus argumenta ducuntur. Cic. 2. de Orat. 92.
Conſentaneum eſt, abſoluté. Cic. 2. de Nat. deo. 59. Quare quũ in æthere aſtra gignantur, conſentaneũ eſt in his ſenſum ineſſe & intelligentiã.
Non id ſpectandum eſt quid dicat, ſed quid conſentaneum ſit ei dicere. Cic. 3. Offic. 161.
Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, vinci à voluptate. Cicero. 1. Offic. 97.

Conſepio, conſẽpis. pen. prod. conſepſi, cõſeptum, (συμφράττω,) conſepire. Idem quod ſepire. Cic. 2. de Senect. 54. Cæteris in rebus comem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe, & ei quendam conſeptum agrum & diligenter conſitum oſtendiſſe.
Conſeptum, huius conſepti, (φραγμα, περίφραγμα,) Colum. lib. 1. ca. 4. Difficiliora enim conſepta, non ſolum pleris ædificabimus, ſed etiam impenſis maioribus, tuebimur. Idem lib. 1. cap. 6. 1. Modus autem membrorumque numerus apteturr vniuerſo conſepto. Varro 3. de Re ruſt. ca. 12. 2. Conſeptũ etiã fori dixit Quintil. lib. 8. 12. pro ipſis cancellis.

Conſequor, pen. cor. conſequeris, cõſequũtus ſum, (συνέπομαι, συνακολουθέω,) conſequi, Cominus ſequi, qd Barbari dicunt à prope. Plaut. Amphit. 17. 3. Ita mihi videntur omnia, ma re, terram, cœlum conſequi. Cæſar. 8. bel. Gall. 101. Conſequunt equites noſtri, vt erat præceptum. Terent. Heaut. 2. 3. 36.
Maiores conſequi non poſſe. Cic. de Clar. Orat. 121.
Rem res conſequitur. Cic. de Fato. 14.
Cauſam plerunque conſequitur res. Cic. 1. de Diuin. 205.
Continuò conſequi. Plaut. Amphit. 9. 20.
Mercurium iuſſi me continuò conſequi.
Conſequi propè. Plaut. Rud. 23. 11. Eloquere, quid id eſt? T. vide nuſpiam conſequitur propè.
Conſequi, datiuo iunctum. Plaut. Pœnulo. 16. 19. – viden' homini ſarcinatos conſequi? Idem Amphit. 8. 4. Ita dis placitum, voluptati vt mœror comes conſequatur.
Ætate aliquem conſequi. Cic. de Clar. Orat. 30. Hunc igitur Cethegum conſequutus eſt ætate Cato: qui annis 1x poſt eum fuit C05.
Conſequi gradu vocem. Plaut. Rud. 6. 18. Conſequamur gradu vocẽ, vbi es! P. ecce me, ádi contrà.
¶ Conſequi aliquem, pro eo quod eſt Inſequendo ad eũ peruenire. Plau. Trucul. 10. 33. Cõſequer eiatque illam ſaluta, & gratulare illi. Cic. ad Atticum, Quamobrẽ te oro de des operã, vt me ſtatim cõſequãre. Idẽ. 2. in Catil. 29. Aurelia profectus eſt: ſi accelerare volẽt, ad veſperũ conſequentur. Cæſar in Cõment. Hoc prælio facto, reliquas copias Heluetiorum vt conſequi poſſet, pontem in Arare faciendum curauit.
Curſu feras conſequi. Senec. Hippol. 2. 6.
Conſequi aliquem itinere. Cic. ad Atticum, lib. 8. 16. 4. Nõ eſt nobis cõmittendum, vt ad has x1111 cohortes, quas dubio animo habeo, hoſtis accedere, aut in itinere me conſequi poſſit.
In itinere aliquem conſequi. Cn. Magnus Marcello & Lentulo, in Epiſt. ad Atticum, lib. 8. 16. 4.
Ad veſperam aliquem conſequi. Cic. 2. in Catil. 29.
Pedibus aliquem conſequi. Ouid. 9. Metam. 16.
Aliquem certamine conſequi, Vincere. Virg. 5. Aeneid. 98.
¶ Conſequi, (διώκειν,) Sequi, id eſt euenire & procedere. Terent. Heaut. 1. 2. 34. Verùm vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala, Neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia.
Animus qui conſequitur. Cic. pro Murena. 77. Si hæc elapſa de manib' noſtris in eum annum, qui conſequitur, redundarint.
Conſequi videtur vt doceamus, &c. Author ad Heren. lib. 2. 60.
Proximo, altero, tertio, deniq; reliquis cõſequutis diebus. Cic. 1. Phil. 23.
Conſequũtur magni dolores eos, qui ratione voluptatem ſequi neſciũt. Cic. 1. de Finib. 49.
Libertatem pax conſequebatur. Cic. 1. Philipp. 23.
Conſequuta eſt mors matrem ex ægritudine. Terẽt. Phorm. 5. 1. 25.
Silentium conſequutum orationem alicuius. Ci. 1. de Orat. 77. Hæc quũ Craſſus dixiſſet, ſilentium eſt conſequutum.
Conſequuta tempora. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 1. Tamen afficior ſummo dolore eiuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſequuta eſſe.
In tabulam magni riſus conſequebantur. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 10. 6. Idem lib. 5. 2. 6. Mediocris quidem eſt riſus conſequutus, non in te, ſed magis in errorem mihi.
¶ Conſequi, (τυγχάνειν, ἐπιτυγχάνειν,) per tranſlationẽ, Adipiſci, & cõficere. Cic. 1. Verr. Quod ego meo labore & vigiliis cõſequutus ſum. Plin in Paneg. 31. Conſequuti ſunt, vt abſens quoque de abſentibus ne mini magis quàm tibi crederes. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2. 11. Quod ad populares rationem attinet, hoc videmur eſſe conſequuti, vt neque quid agi cum populo, aut ſaluis auſpiciis, aut ſaluis legibus, aut deniq; ſine vi poſſit. Cic. ad Brutum, lib. 13. 15. 4.
Inueſtigare & conſequi. Cic. 2. Verr. 29. Habeo autem certã viam atq; rationem, qua oẽs illorum conatus inueſtigare & conſequi poſſim.
Natura conſequitur vt communem vtilitatem noſtræ anteponamus. Cicero. 3. de Finib. 98.
Cum aliquo & ſine aliquo conſequuti aliquid. Cic. 1. Offic. 85.
Per aliquem aliquid conſequi. Cic. Lent. lib. 1. 7. 34.
Animo aliquid conſequi. Cic. de Vniuerſit. 9.
Conjectura. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 14. 4. Quantum autem coniectura conſequebar, id erat huiuſmodi, vt magis optandum, quàm ſperandum putarem. Vide CONIICIO.
Conſequi dicendo. Cic. pro Lege Manil. 1. Certè & ſiquid etiam dicẽdo conſequi poſſum, iis oſtendam potiſſimum, qui ei quoque rei fructum ſuo iudicio tribuendum eſſe cenſuerunt.
Dictis omnia conſequi. Ouid. 15. Metam. 84.
Conſequi aliquid diligentia. Cic. 1. Verr. 21.
Intellectu conſequi. Vide INTELLIGO.
Memoria conſequi aliquid. Cic. 6. Verr. 50. Nullo modo poſſum omnia iſtius facta, aut memoria conſequi, aut oratione complecti.
Conſequi aliquid nutu ab aliquo. Cic. Memmio, lib. 13. 1. 14. Nec dubitat quin ego à te nutu hoc conſequi poſſem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Studio aliquid consequi. Quintil. lib. 1. cap. 1. 3.
Aliquid verbis, Exprimere Cic. Cæsari iuniori, Extra verò quàm & quæ lia sint, verbis consequi non possunt.
Commodum. Quintil. lib. 7. cap. 3. Ex pœna minus incommodi cõsequeturus, quàm ex, &c.
Commodum exercitatione corporis laboriosa. Cic. 1. de Finib. 50.
Dignitatem & gloriam consequi. Cic. Lent. lib. 1. 5. 16.
Famam consequi. Cic. Cælio, lib. 2. 10. 2.
Famam malignitatis consequi. Plin. epist. 181. Plerique autem dum verẽtur ne gratiæ potentium nimium impertire videantur, finisteritatis atque etiam malignitatis famam consequuntur.
Amplissimum fructum. Cic. pro Lege Manil. 1.
Omni cura & industria gloriam consequi. Cicero Lentulo, libro. 1. 7. 18. Plinius epist. 129. 7.
Gratiam. Cic. 2. Offic. 116. Atque in hac pernicie Reip. ne illam quidem consequuntur, quam putant, gratiam.
Laudem. Plin. epist. 82. c. Cic. 1. Offic. 64. Consequebare magnam laudẽ à summo viro. Et ad Plancum, lib. 10. 10. 2.
Neminem sapientiæ laudem & eloquentiæ sine summo studio, & labore & doctrina consequi posse. Cic. 2. de Orat. 197. Idem. 1. de Finib. 55.
Magistratum aliquẽ cõsequi. Cic. pro Plácio. 49. Honorũ populi finis est Consulatus, quem magistratum iam octingenti ferè consecuti sunt.
Magnitudinem, multitudinemque beneficiorum alicuius enumerare, aut consequi non posse. Cic. Post reditum. 3.
Opes quammaximas consequi. Cic. 1. Offic. 93.
Gratia non modò referenda, sed ne cogitãda quidem, nullam partẽ tuorum meritorum consequi possum. Cic. Lent. lib. 1. 8. 13.
Potentiam consequi. Cic. 3. Offic. 109.
Præmium aliquod studio consequi. Ouid. 5 Trist. eleg. 8. 14.
Præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consequi. Cic. de Amic. 61.
Quæstum. Cic. pro Lege Manil 24. Quis enim vnquam aut obeundi negotii, aut consequendi quæstus studio, tam breui tempore, &c.
Scientiam consequutum esse. Cic. pro Domo sua. 90.
Erga se studium alicuius, alterius commendatione consequi. Cicero Bruto, libro. 13. 13. 5.
Gloriosam victoriam ex Reip. causa consequutus. Cicero pro Cæl. 13.
Vitium. Quintil. lib. 8. cap. 2. Quidã emutatis in peruersum dictis, de figuris idem vitium consequuntur.
Voluptates consequi. Cic. 1. de Finib. 52.
¶ Consequi aliquem in Prætura. Plin. epist. 136. Ille me in tribunatu liberorum iure præcessit ego illum in Prætura sum consequutus.
In libro suo aliquem consequi. Cic. 1. de Nat. Deor. 60.
Institutũ suũ cõsequi. Cic. 1. Offic. 163. Fit autẽ interdũ, vt nõnulli omissa imitatione maiorũ, suum quoddam institutum consequantur.
Morem aliquem. Cic. 2. de Legib. 30. Eum morem igitur, cum breuitate (si potuero) consequar.
Consequens, pen. corr. (συωκολουθῶν,) Particip. Cic. de Senect. 17. Sed memoriã illius viri excipiẽtes, anni cõsequẽtes Idẽ. 3. de Fin. 46. Certè & confidere sibi debet, & suæ vitæ & actæ, & consequenti.
Spe erigantur consequentis ac posteri temporis. Cic. 1. de Finib. 102. & 2. de Orat. 167. Connexum sit principium consequenti orationi.
Rerum consequentium significationem quærere. Cic. 2. de Diuin. 65.
¶ Consequens apud Ciceronẽ in Partit. Rhetor. 11. pro eo quod bene cohæret, Vt in simplicibus verbis, quod non est Latinum nisi in cõiunctis, quod non est consequens, vituperandum est.
Est consequens. Vlpian. in L. Huic scripturę. ff. Ad Legem Aquiliã, Huic scripturę consequens est dicere, vt si ante, &c. Africanus in Lege, Qui vsumfructum. ff. De vsufructu, & quemadmodum quis vtatur, & fruatur, Cui illud quoque consequens est, vt si iple, &c.
Hoc probato consequens est, &c. Cic. 5. Tusc. 29.
Quoniam scriptum est à te de optimo Reipub. statu consequens esse videtur, vt scribas tu idem de legibus. Cic. 1. de Legib. 11.
Consequens, absolutum. Cic. 1. Offic. 19. Homo autem qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit.
Consequentia & consentanea. Cic. 3. de Finib. 100. Quum certè superiora firma ac vera sint, his autem ea consentanea & consequentia, ne de eorum quidem est veritate dubitandum.
Cõsequẽtia & repugnãtia vident philosophi acuti. Cic. 2. de Diuin. 122.
Contrariorum contraria sunt consequẽtia. Cic. 5. Tusc. 72.
Argumenta ex consequentibus. Cic. in Partit. 4.
Declarantibus consequentia signis futura præsentit homo. Cicero. 1. de Diuinatione. 106.
Reprehendere consequentia, quum prima concesseris, placere nõ solet. Cic. 5. Tusc. 36.
Consequens, Nomen, (ὑπόμενον,) Cic. 4. de Finib. 111. Quum cõsequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse verum.
Consequẽtia, consequẽtiæ (συωάφεια,) Cic. 1. de Diuin. 108. Qui cursum rerũ euẽtorũq; cõsequentia diuturnitate pertractata notauerũt, &c.
Per consequentiam significatio fit, quum res quæ sequuntur aliquã rem,

dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione. Author ad Herennium, lib. 4. 239.
Per consequentias aliquid facere. Vlpia. in L. Quod dicimus. ff. de auth. & consul. Et L. Moris, post principium. ff. De pœnis.
Consequenter, Aduerbium, (συωακολούθως,) Vlpian. in L. Sed & siquid §. vltimo. ff. De vsufructu & quemadmodũ quis vtatur & fruat, Quibus consequenter fructuarius quidẽ acquirere fundo seruitutẽ nõ potest, retinere autẽ põt. Paulus in L. Vt tantum §. His consequenter, ff. de Seruo corrupto, His consequenter & illud probatur.
Consector, consectaris, (διώκω, πρὸσ διακτέω,) consectari, Frequentatiuum. Plaut. Pseud. 20. 129. Angiporto hoc certum est consectarier. Pro cõsectari. Idẽ Bacch. 22. 7. Oĩa me mala cõsectant. Cæsar. 6. bell. Gal. 224. Redeũtes equites, quos possunt, cõsectant, atq; occidunt.
Conuitiis consectari aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 2. 33. 2. Fusium clamoribus & conuitiis & sibilis consectantur.
Debita consectari. Cic. Attico, lib. 13. 181. 3. Ne existimes, eos qui nõ debita consectari soleant, quod debetur remissuros.
Amare, consectari & adipisci qui velit dolorem, neque quisquam est. Cicero. 1. de Finib. 50.
Hostes consectari & conficere. Cic. 1. de Inuent. 204.
Opes cõsectari. Cic. 1. Offic. 122. Traderq; se totũ Reip. neque opes aut potentiam consectabitur. Id est nõ studebit opibus quærendis.
Riuulos consectari. Vide RIVVLVS.
Consectari syluestria secla ferarum. Lucret. lib. 5. 194.
¶ Consectari alicuius beneuolentiam largitione. Cic. 2. Offic. 76. Præclarè in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quòd largitione beneuolentiam Macedonum consectetur.
¶ Consectari etiã minutissima. Plin. lib. 5. epist. 101. Vides vt Aratos minutissima etiã sydera consectetur, & colligat: modum tamen seruat.
Consectari singula & colligere. Plinius in Panegyr. 125. Sed quid singula consector, & colligo quasi verò aut oratione complecti, aut memoria consequi possim.
Ac ne plura, quæ sunt penè innumerabilia, consecter, comprehendã breui. Cic. 1. de Orat. 18.
¶ Consectari aliquid. Plin. in Paneg. 71. Eadem ista, quibus alios artib' assequutos vident, consectantur: qualesque sunt illi, tales esse, & videri volunt, & dum volunt, fiunt.
Imitando consectari aliquid. Cic. 1. de Orat. 51.
Puerile quiddam in historia consectari. Cic. 1. de Legib. 11.
Vbertatem orationis consectari. Cic. 3. de Finib. 29.
Tam verè verba consectari, quàm rem. Cic. pro Cecinna. 4.
Vitium aliquod de industria consectari. Cic. 3. de Orat. 24.
Vmbras falsæ gloriæ consectari. Cic. in Pisonem. 44.
Consectari aliquem. Terent. Eunuch. 2. 2. 18.
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, Nec sunt his consector, hisce ego, &c.
¶ Consectari. Passiue. Laberius. Vxorem tuam, & meam nouercam à populo lapidibus consectari video. Ex Prisciano, lib. 8.
Consectatio, Verbale, (διώξις,) Plin. lib. 14. cap. 16. 10. Manifestum est supernacuam generum consectationem in numerum.
Concinnitatis consectatio. Cic. in Orat. 94. In huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus.
Consectãtor, à quo consectãtrix, pen. prod. (διωκτής,) Cic. 3. Offi. 161. Est. n. tẽpãtia libidinũ inimica: libidines autẽ cõsectatrices voluptatis.
Consectarius, Adiectiuum, (συωακόμενος,) Cic. 4. de Finib. 81. Illud verò minimè cõsectariũ, sed in primis hebes, illorũ scilicet nosum gloriatione dignam esse beatam vitam, quæ non possit sine honestate cõtingere, vt iure quisquam glorietur.
Consectarium, consectarii, (συωακόμενον,) Est argumẽtum breuiter astrictum, vt ait Budæus. Cic. 4. de Finib. 79. Nunc venio ad illa tua breuia, quæ consectaria esse dicebas: & primum illud quo nihil potest esse breuius. Sic paulò pòst. 82.
Stoicorum consectaria breuia & acuta. Cic. 3. de Finib. 41.
Consecutio, (συωϊήκα,) Verbale à consequor. Cic. 1. de Finib. 58. Vt, quum cibo & potione fames, sitisq; depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionẽ affert voluptatis: sic in omni re doloris amotio, successionem efficit voluptatis. Idem in Partit. 11. Cõsecutionem verborum, pro bene ordinato contextu, & collocatione posuit, Numeri, inquit, sunt quidam in coniunctione seruandi, cõsecutioque verborum. Deinde exponit quibus constet. Ne generibus, numeris, temporibus, personis, calibus perturbetur oratio.
Simplex conclusio ex necessaria consecutione conficitur. Cicero primo de Inuentione. 61.
Afferre consecutionem. Vide AFFERO.
Consequuta, pro Impetrata, passiue. Varro, Vestales incesti cõpertas ansa peruntur incognita, consequuta negliguntur. Ex Prisciano, lib. 8.
Cónsero, ere, Plantare siue seminare. Virgil. 1. eclog. 15.
– en quas consecimus agros. Cic. de Senect. 54. Et ei quendam cõseptum

septum agrum & diligenter consitum ostendisse. Cato cap. 3. 1. Prima adolescentia patrem familiæ agrum statim conserere studere.
Conserit agros Indus fluuius. Cic. 2. de Nat. deorum. 197. Indus verò, qui est omnium fluuiorum maximus, non aqua solùm agros lætificat & mitigat, sed eos etiam conserit.
Conserere agrum generibus pomorum, aut oleis. Colum. lib. 2. cap. 2. 20. & lib. 7. cap. 96.
Conserere agrum lupino aut faba. Colum. lib. 2. cap. 1. Celerius etiam si eodem tempore stercores, & lupino vel faba conseras.
Sol lumine conserit arua. Lucret. lib. 2. 43. Id est perfundit.
Baccho aliquem locum conserere. Virg. 2. Georg. 7.
¶ Conserere leges, per translationem. Cic. 1. Tusc. 50. Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquã. Vir magnus leges, instituta, Remp. conseret.
Consirus, pen. corr. Participium, (πεφυτευμένος,) vt Cæca mentis caligine consitus. Catul. Argonaut. 42.
Consitus senectute, per metaphoram pro Sene. Plaut. Menæch. 17. 3. Nam pernicitas deserit, consitus sum senectute.
Consitio, Verbale, (φύτευσις, φυτοσύγημα,) Ipse conserendi actus. Colum. lib. 5. cap. 3. 8. Quòd si inter quinos pedes consitio fuerit, per longitudinem ordinis habebit semina XLIX. Idem lib. 4. cap. 3. de Vitibus, A primo statim die consitionis formanda.
Nec consitionem modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricola solertius. Cic. de Senect. 60.
Cónsitor, pen. corr. Verbale, (φυτεύτης,) Ouid. 4. Metam. Et cum Lenæo genialis consitor vuæ. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 14.
Consitura, consitũræ, pen. prod. (φυτεία,) Idem Cic. de Repub. Quæ videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ indicijs interpretabatur. Ex Nonio.
Cónsero, conseris, penol. corr. conserui, consertum, (συμπλέκω,) conserere, Miscere. vt Conserere prælia, Id est præliari & exercitus committere. Virg. 2. Aeneid. Multaque per cæcam congressi prælia noctem Conserimus. Liuius. 5. ab Vrbe. 102. Accensis vtrinque animis, ad arma discurritur, & prælium conseritur.
Bella conserere. Valer. lib. 3. Argonaut. 7.
Vt socias in nocte manus, vtque impia bella,
Conserat, & fœuis erroribus implicet vrbem. Lucan. lib. 3. 111.
Artes belli inter se conserere. Liuius, Et haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conserebant bello.
Conserere certamen, pro Certare. Liuius. 5. bel. Maced. 11. Boii diripi sua impune, quàm tuendo ea, conserere certamen malebant.
Dextras conserere. Stat. lib. 1. Sylu. 6. 12. Valer. lib. 6. Argonaut. 108.
Diem nocti conserere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. 2.
Femur femori conserere. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 6.
Latus lateri conserere. Ouid. epist. 18. 28.
Manum conserere, Pugnare. Cic. pro Murena. 17. Qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit. Idem Antequam iret in exilium. 12. Neque eò deducam aut progredi patiar, vt opera mea manum inter vos conseratis, cædesque ciuium inter se fiat. Ouid. 5. Fast. 57.
Manum vel manus (vt nonnullis placet) cum hostibus conserere, quasi manui manum admouere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 138. 2. At illum tuete nuntiant, & iam iamq; adesse, non vt manum cõserat (qui cum enim?) sed vt fugam interludat. Plin. de Viris Illust. 31. Edixit Fabio Rutiliano, quem exercitui præponebat, ne manum cum hoste consereret.
Socias manus conserere. Valer. lib. 3. Argonaut. 7.
Pugna conseritur. Valer. lib. 6. Argonaut. 71.
Conserere pugnam inter se. Liuius. 2. bel. Macod. 38. Et temperatũ ægre est, quin missilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter se consererent. Plin. lib. 8. cap. 27. 2.
Conserere pugnam seni, per translationem. Plaut. Bacchid. 20. 43. Conflixi, atque hominem repuli, deio pugnam conserui seni.
Puppes consertæ. Lucan. lib. 5 142. – latumque per æquor
Vt terrestre coit consertis puppibus agmen.
Tela conserere. Valer. lib. 3. Argonaut. 25.
– nec tela modis nec casibus iisdem
Conseruere manus, longè & iacuere peremptæ.
Telis consertis agmina iungere. Valer. lib. 6. Argonaut. 37.
Illi vbi consertis iunxere tremendia telis
Agmina, virque virum galeis adflauit adactis.
Verba conserere. Stat. lib. 2. Sylu. 1. 2.
Consertus, Participium, (συμπλεκόμενος,) Fab. lib. 5. ca. 10. Vt sunt tria tẽpora, ita ordo rerum tribus momentis cõsertus est. Id est contextus.
Consertus & intextus alicui rei. Liuius. 1. Decad. lib. 7. non ita procul ab initio, Ridicula intexta versibus, & fabulis Atellanis conserta.
Ex iure manu consertus. Cic. 1. de Orat. 22. Multisque præsellem, qui aut interdicto, tecum contenderent, aut te ex iure manu consertum vocarent: quòd in alienas possessiones tam temerè irruisses.
Aræ conserta gentibus, Culta & habitata. Valer. lib. 2. Argon. 125.
Bella conserta bellis. Lucan. lib. 2. 89.
Hostes conserti. Claud. 8. Paneg. 39.
Tegmen consertum spinis. Virg. 3. Aeneid. Id est illigatum. Seruius.
Conserte, Aduerbium, (συμπεπλεγμένως,) Cicero de Fato. 47. Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt.
Consertor, Verbale, (συμπλεκτής,) Plin. lib. 33. cap. 1. 8. Quòd si impedimentũ potuit in ea aliquod intelligi, etiam consertoris vsu argumẽtum est, maius in Iæua fuisse, qua scutum rapitur.
Conserrâtus, pen. prod. (πριονωτός,) Adiectiuum à serra deductum. Plin. lib. 11. cap. 37. 2. Sed spectatissimũ insigne gallinaceis, corpore conserratum: nec carnem id esse, nec cartilaginem, nec callum iure dixeris, sed peculiare. Id est in modũ serræ factum. In emendationibus codicibus legitur corporeum serratum.
Conseruo, conseruas, (διασώζω, σωτηρέω,) conseruare, Notæ significationis verbum. Plin. lib. 15. cap. 30. 9. Conseruari alitem & sobolem iussere Aruspices.
Cõseruare & retinere Reipub. causa ius Augurum. Cic. 2. de Diuin. 114.
Tueri & conseruare. Cic. 6. Verr. 124. Vt quisque eis rebus tuendis cõseruandisq; præfuerat, ita perscriptũ erat. Idem pro L. Manilia. 7.
Conseruare incolumem. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 13. 6.
Conseruare fidem. Cic. 5. de Finib. 113. Sed contra vtilitatem etiã conseruatur fides.
Ordinem conseruare. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 1. Iis literis respondebo: sic enim postulat nec οἰκονομία instituam, sed ordinem conseruabo tuum. Idem. 4. de Finib. 86. & pro Qu. Rosc. Comœdo. 3.
Conseruare iusiurandum, apud eundem de Offic. lib. 3. 136.
Erga aliquẽ voluntatẽ priuatim cõseruare. Metellus Ciceroni, lib. 5. 3. 3.
Mortui voluntatem conseruare. Cic. 3. Verr. 87.
Conseruare & notare tempora. Cic. in Orat. 65.
¶ Conseruare aliquem quod vulgus Præseruare dicit. Cic. ad Brutũ, lib. 11. 22. 2. Peto à te maiorẽ in modũ, vel humanitatis tuæ, vel meæ causa, vt eũ authoritate tua quæ plurimum valet, conseruatũ velis. Cæsar 2. bel. Gal. 178. Et petentibus Rhemis, vt conseruarentur, impetrant.
Ab omni periculo conseruare. Cic. Antequã iret in exilium. 8. Qui numini deorum conseruatũ sartum tectũ ab omni periculo conseruaui.
Beneuolentiam conseruare. Cic. Appio, lib. 3. 7. 19.
Genus conseruare. Lucret. lib. 1. 142. – omnia quando
Seminibus certis certa genitrice creata
Conseruare genus crescentia posse videmus.
Libertatem populi conseruare. Cic. ad Brutum, lib. 11. 7. 2. Caput autem est hoc, qd̃ te diligẽtissimè percipere & meminisse velim, vt ne in libertate & salute Pop. Romani cõseruãda authoritatẽ Senatus expectes.
Maiestatem Pop. Romani comiter conseruare. Vide COMIS.
Patriam conseruare, Defendere & tueri. Cic. in Somnio Scip. 8. Sic habeto, Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum.
Pudicè conseruare puerum alicui. Catul. epig. 15. 1.
Conseruare se. Terent. Heaut. 4. 1. 45. Istuc rectè cõseruasti te atq; illã.
Memoriam alicuius rei conseruare. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 2. Tuorũq; tristissimo meo tẽpore meritorũ erga me memoriam conseruabo.
Memoriæ testimonio cõseruare aliquid. Cic. 11. Phili. 315. Maximã eius & singularẽ laudẽ prætermitto. cuius. n. prædicatio nondũ oibus grata est, hanc memoriæ potius, quàm vocis testimonio conseruemus.
Vires conseruare. Plin. lib. 11. cap. 54. 1. Quædam exiguo gustu famem ac sitim sedant, conseruantq; vires. Hoc est integras seruant.
Voluntatem alicuius conseruare. Cic. 3. Verr. 87. An quòd alterius patroni mortui voluntatem conseruabat?
¶ Conseruare rem suam. Terent. Adelph. 5. 3. 27.
Eandem illam rationem antiquam obtinet
Conserua, quære, parce. Cic. 2. Offic. 127. Res autem familiaris queri debet iis rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri.
Saluum conseruari. Cic. 3. in Catil. 69. Ita me gessi Quirites, vt salui omnes conseruarer unus.
Conseruãtus, pen. prod. Partícipium, (διασωθείς,) Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 45. Illud quidem certè nostrum consilium iure laudãdum est, quòd meos ciues, & à me conseruatos, & me seruare cupientes, spoliatos diuitiis, seruis armatis obiici noluerim.
Salus populi conseruata per aliquem. Cic. Post reditum. 25.
Nomen aliquod retentum atque conseruatum. Cic. pro Rege Deiot. 16.
Conseruãtor, pen. prod. (σωτὴς,) Verbale. vt Conseruator vrbis. Cic. 5. de Finib. 111. & ad Atticũ, lib. 8. 153. 5. & pro Sestio, Optimatũ principes, authores & conseruatores ciuitatis.
Conseruator & Oppugnator, cõtraria. Cic. Antequã iret in exil. 6. Vtrũ vt custos accipiar, an vt proditor excludar? si vt conseruator, vestra erit ignominia: si vt oppugnator, præsida erunt omnia.
Custos & conseruator. Cic. pro Sestio. 45. Prò dii immortales custodes atque conseruatores, huius vrbis atque imperii?

Conseruatorem & parentem vrbis Ciceronem nonnulli dixerunt. Cic. Attico, lib. 9. 18 15.
Patriæ conseruator. Cic. de Aruſp. Reſp. 54.
Reip. conſeruator. Cic. pro Domo ſua, 21.
Conſeruatrix pen. prod. (σωτειρα,) Verbale. Cic. 4. de Fini. 25. Omnis natura nulli eſſe cõſeruatrix ſui, vt & ſalua ſit, & in gñe cõſeruet ſuo.
Conſeruatio (σωτηριον,) Aliud verbale. Cic. 1. Offic. 183. Et ſi attentos animos ad decori conſeruationem tenebimus.
Aequalitatis conſeruatio. Cic. 1. de Orat. 93.
Senorum conſeruatio. Quintil. lib. 5. cap. 10. 24.
Perceptio & conſeruatio fructuum ſine hominum opera nulla eſſe potuiſſet. Cic. 2. Offic. 15.
Conuenientia conſeruatioque naturæ. Cic. 1. Offic. 140.
Conſeruatio officiorum. Cic. 2. de Finib. 159.

Conſeruus, conſeruī (σωδουλος,) Qui cum alio eidē domino ſeruit. Plaut. Amphit. 3. 129. Nunc quom eſſe credēt ſeruom, & conſeruom ſuum. Idem Capt. 5. 49. Vt qui herum me tibi fuiſſe, atque eſſe nunc conſeruom velint. Terēt. Adel. 3. 3. 70. Cõſeruis ad eundē illis præcipio modū. Cic. ad Caſſium, lib. 12. 3. 6. O rem miſerā: dominum ferre nõ potuimus, conſeruo ſeruimus? Vlpianus in L. Quam Tuberonis ff. finali. ff. de peculio, Sed & ſi quid ei conſeruus debet, erit peculii. Idem in L. Sedſi damnum, eodem titulo, Planè ſi conſeruus dederit damnum, uel ſurripuerit, in peculium videbitur haberi.
Princeps conſeruorum Cic. in Parad. 46.
Conſerui & diſcipuli. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 7.
Conſeruæ, huius conſeruæ. (σωσδουλη,) Terent. Eunu. 2. 3. 74. –ſumma forma ſemper cõſeruā domi Videbit. Varro 2. de Re ruſt. cap. 10. 5. Quod ad fœturam humanam pertinet paſtorum, qui in fundo perpetuò manent, facile eſt, quòd habeant conſeruam in uilla.
Conſeruabus. Scæuola in L. prædia ff. 1. ff. de inſtr.
Conſeruitiũ, huius conſeruitu. (σωδουλειαν,) Plaut. Capt. 5. 52. Pérque conſeruitium commune, quod hoſtica euēnit manu.

Conſeſſus, Vide CONSIDEO.

Conſideo, cõſides, pen. corr. conſedi, cõſeſſum, (συγκαθιζομαι,) cõſidere, à con & ſedeo compoſitum, Significat ſimul ſedere. ſine motu eſt. Cic. At poſtquā cõſedimus omnes. Virg. eclog. 9. 37. Dicite, quādoquidem in molli cõſedimus herba. Cic. de Senect. 59. Qui legati quum eſſent, certo in loco conſederant.
Turò conſidere. Cic. Atti. lib. 5. 106. 4. In Amano turò conſedimus &c.
Iudices conſederunt. Cic. Attico, lib. 1. 11. 5.
Conſidere apud aliquem locum. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 4.
Quum quinque cohortes ſine legato, ſine Tribuno militū, denique etiā ſine Centurione vllo apud Philomelum conſediſſent, reliquus exercitus eſſet in Lycaonia.
In pratulo conſidere. Cic. de Claris Orat. 12.
Eodem in ſpatio conſidere. Cic. 4. Academic. 19.
Cõſidere in ſolitudinibus. Cic. M. Cælio, lib. 2. 15. 18. Siquando erit ciuitas, erit profecto nobis locus. Sin autē non erit, in eāſdē ſolitudines tu ipſe (ut opinor) venies, in quibus nos conſediſſe audies.
Conſidere inter vlmos. Virgil. eclog. 5. 1.
Hīc corylis miſtas inter conſedimus vlmos.
Conſidere ſub ilice. Virg. 7. eclog. 1.
Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis.
Conſedit in mente iuſtitia. Cic. 1. de Finib. 78.
In mediocritate conſidere. Cic. in Oratore. 51. Vbi de mediocri genere quodam orationis loquitur.
Conſidere in otio. Cic. ad Atti. lib. 2. 19. 2. Accommodatius enim nobis eſt ad liberam legationem tempus illud, quum & Quintius noſter, vt ſperamus, in otio conſederit.
Conſedit vtriuſq; in quæſtura nomen. Cic. pro Murena. 16. Sed Quæſtura vtriuſque propemodum pari momento ſortis fuit. habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam tu illam, cui quum Quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſoler, Hoſtienſem, non tam gratioſam & illuſtrem, quàm negotioſam & moleſtam. Conſedit vtriuſque nomen in Quæſtura. Nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoſciq; poſſet.
Conſedit terra. Liuius de bello Maced. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis conſedit, arboreſque in profundum exhauſtæ. Conſedit dixit, pro Deſedit.
Conſeſſor, Verbale, (συνεδρος,) Qui vnà cum alio ſedet. Liu. 4. bel. Maced. 198. Cur diues pauperē conſeſſorē faſtidiret: Martial. lib. 1. 110. Nec conſeſſorum vicina numiſmata tantum.
Aera, ſed à cuneis ulteriora petis. Cic. 2. ad Atticum, lib. 2. 30. 2. Præclarum ſpectaculum mihi propono, modò te conſeſſore ſpectare liceat. Idem. 1. de Finib. 100. A. Varus, qui eſt habitus iudex durior, dicere conſeſſori ſolebat, &c.
Conſeſſor, conuiua, cõtubernalis alicuius. Cic. pro Flacco. 19. Ne accuſatoris conſeſſoribus, conuiuis, contubernalibus, &c. ciuem ac ſuppliem veſtrum dederitis.
Conſeſſor & colluſor. Vide COLLVSOR.
Conſeſſus, huius conſeſſus, (συνεδριον, συνεδρειον,) Non eſt cõſeſſio, ſed homines vno in loco conſidentes, inquit Valla lib. 4. cap. 2. Cic. de Senect. 59. Quibus quū à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex eis quēdam, Athenienſes ſcire quæ recta eſſent, facere nolle. Idē ad Atticum lib. 1. 11. 5. Non enim vnquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit. Idem. 1. Tuſc. 56. Frequens enim conſeſſus theatri, in quo ſunt mulierculæ & pueri.
Frequentia & conſeſſus aliquot ū. Cic. pro Flac. 31. Idem pro Quin. 48.
Caueæ conſeſſus. Virgil. 5. Aeneid. 67.
Implere conſeſſum clamoribus. Virgil. 5. Aeneid. 67.
Luſtrare conſeſſum in equis. Virgil. 5. Aeneid. 115.
Conſpectu conſeſſuque iudicum commoueri. Cic. 3. Verr. 12.
Corona conſeſſus iudicū cinctus. Cic. pro milone. 1. Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, vt ſolebat.
Populus vinctus ipſo conſeſſu, conſtrictus ſpectaculis, impeditus turba & anguſtiis. Cic. de Aruſp. reſpon. 20.

Conſidero, Vide CONSIDERO.

Conſido, conſīdis, pen. prod. (ὑποκαθιζομαι, συνιζανω,) præterito ſedeo mutuatur, conſēdi, conſeſſum, conſidere, Cùm motu eſt, de loco ad locum. Columel. lib. 8. Neque aut recumbat, aut conſidat. Plin. lib. 34. cap. 10. 6. Vſtum teritur mortario Thebaico, aqua pluuia lauatur, minore effectu iteratūque adiecta largiore teritur, & dum conſidat, relinquitur. Cic. ad Atticum, lib. 5. 101. 1. Antequàm alio loco conſedero, neque longas à me, neque ſemper meā manu literas expectabis. Liuius. 1. ab Vrbe. 76. Deductus in arcem, in lapide ad meridiem verſus conſedit. Cic. de Aruſp. reſp. 22. De matre deūm loquens, ſta ludos eos, quorū religio tanta eſt vt ex vltimis terris accerſita in hac vrbe conſederit, &c.
Alpes conſidunt. Cic. de Prouin. Conſ. 27. Alpibus Italiā munierat antè natura, non ſine aliquo diuino numine, &c. quæ iam licet conſidant, nihil eſt enim vltra illam altitudinem montium vſque ad Oceanum, quod ſit Italiæ pertimeſcendum.
Conſidere & regnare in aliqua regione. Sil. lib. 15. 104. –Saturnum noſtris conſidere in oris Et regnare dedi. Valer. lib. 7. Argon. 25.
Aruis aliquorum conſidere. Virg. 4. Aeneid. 8.
Non venit in mentem quorum conſederis aruis?
Ignis conſedit. Ouid. 13. Metam. 81.
Ilion ardebat, neque adhuc conſederat ignis.
Aliquo loco conſidere. Cic. Attico, lib. 5. 101. 1.
Ardor animi conſedit. Cic. de Claris Orat. 47. Id eſt ſedatus eſt.
Conſedit cura. Cic. de Claris Orat. 5. Homines quum inter ſe coniunctū cum mihi ita chari itaque iucūdi, vt eorum aſpectu, omnis quę me angebat de Repub. cura, conſederit. Id eſt quieuerit, & ſedata ſit.
Furor alicuius conſedit. Cic. 4. Academ. 155.
Vbi ira conſedit. Liuius. 8. bel. Maced. 71.
Conſidere aula, pro In aula. Valer. lib. 8. Argon. 34.
–cur tanta mihi non prodita peſtis
Vt genet Aeſonides noſtra conſideret aula?
Conſidere Cretæ, pro In Creta. Virg. 3. Aeneid. 33.
In labellis Platonis cõſederūt apes. Cic. 1. de Diuin. 133. Idē ibidē. 100
Perpetuis menſis conſidere. Virg. 7. Aeneid. 36. Id eſt (inquit Seruius) lõgis menſis ad ordinem æquatis ſedentium.
Portu conſidere. Virg. 3. Aeneid. 75.
Regno conſidere. Stat. 11. Thebaid. 31.
Regnis cum aliquo conſidere. Virg. 1. Aeneid.
Saxo conſidere. Ouid. 1. Metamorph. 137.
Scamnis conſidere. Ouid. 6. Faſtorum. 61.
Sedibus conſidere. Virg. 4. Georg. 13. Valer. lib. 5. Argon. 47.
In ſedibus conſidere. Cic. 1. de Orat. 15.
Solio medius conſedit auito. Virg. 7 Aene. 35. Ouid. 3. faſt. 72.
Diui conſidunt tectis bipatentibus. Virg. 10. Aeneid. 1. Vbi Seruius, Bipatentibus, phyſicè dictum, Nam cœlum patet ab ortu & occaſu.
Terra, Id eſt in regione aliqua conſidere. Virg. 4. Aeneid. 70.
In theatro conſidere. Cic. pro Flacco. 12.
Conſidere tranſtris. Valer. lib. 2. Argon. 89.
Illi ſole nouo læti, plenique deorum
Conſidunt tranſtris. Virg. 4. Aeneid. 115. & 5. 28. & 3. 58.
Conſidere in aliam partem dixit Seneca epiſ. 118. pro Deſcendere in diuerſam opinionem.
Regia tota cõſedit in cinerem. Id eſt conflagrauit. Stat. 3. Theb. 37.
In ignes conſidere. Virg. 2. Aeneid. 125. –omne mihi viſum eſt conſidere in ignes Ilium. Idem. 9. Aene. 31. – an non viderunt mœnia Troiæ Neptuni fabricata manu conſidere in ignes?
Omnia autem talia ſenſum mouent, ſenſuſque mouentia quæ ſunt, eadem in opinatione conſidunt, quæ ortum habere gignique diximus. Cic. de

Cic. de Vniuerſit. 6.
In vmbra conſidere. Ouid. 5. Metam. 68. Cic. 2. de Legib. 12.
Verborum coniunctio variè diſtincteque conſidat. Cic. 3. de Orat. 106
Conſiditur, Imperſonale, (ὑποκαθιζεται,) Cic. 3. de Orat. 11. Quum placuiſſet idem cæteris, in ſyluam venitur, & ibi magna cum audiendi expectatione conſiditur.

Conſignifico, pen. corr. conſignificas, (συσσημαινω,) conſignificare, A ſignifico compoſitum, ſignificat exprimere, vel idem quod aliud ſignificare.
Conſignificatio, Verbale, (σημασια,) Apuleius, Ea furoris conſignificatione perterriti omnes.

Conſigno, conſignas, (σφραγιζω, ἀποσημαινομαι,) conſignare, Eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici & ſignificat aliquē rem ſigno notare, quod barbari Sigillare dicunt. Plaut. Curcul. 7. 86. Eamus intrò, vt tabulas conſignemus. Idem Trinum. 11. 32. Epiſtolas duas, eas nos conſignemus, quaſi ſint à patre. Idem Perſa. 13. 12.
Conſignatæ in animis notiones. Cic. 1. Tuſcul. 90.
Legem conſignare. Vlpianus in L. Iulianus & Idem Iulianus. ff. de Actionibus empti, Si quum venditor ſciret fundum pluribus municipiis legata debere, in tabula quidem conſcripſerit vni municipio deberi: verūm poſtea legem conſignauerit, &c.
Conſignare pecuniam inter aliquos. Sueton. in Claud. Quam quum comperiſſet ſuper probra & flagitia. C. etiam Silio nupſiſſe, date inter aruſpices conſignata, ſupplicio affecit.
Tabulæ maximę ſignis hominū nobiliū cõſignantur. Cic. pro Quint. 13.
Conſignare literis. Cic. in quadam epiſtola, Hanc cõmendationem, quam his literis conſignare volui, ſcito omnium eſſe gratiſſimam. Idem. 4. Acad. 5. Itaque vt literis conſignamus, quæ monumentis mandare volumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat.
Vim priuilegii authoritate honeſtiſſimorum hominum, & publicis literis conſignare. Cic. Poſt reditum. 26.
Senatus iudicia de aliquo publicis literis monimentiſque conſignata. Cic. pro Deiotaro. 26.
Conſignata publicis literis memoria. Cic. 3. de Legib. 66. A librariis petimus, publicis literis conſignatam memoriam.
Conſignata literis Quæſtura. Cic. 1. Verr. 16.
Ratio aliquorū & publicis & priuatis literis conſignata. Cic. 5. Verr. 89.
Motus temporis conſignandus. Cic. de Vniuerſit 39. De motu ſyderum.
Conſignatus, pen. prod. Participium, (ἐσφραγισμενος,) vt Teſtata & cõſignata monumentis antiquitas. Cic. 1. de Diuinat. 145.
Authoritates conſignatæ. Cic. pro Cluentio. 110. Sed errat vehementer ſiquis in orationibus noſtris, quas in iudiciis habuimus, authoritates noſtras conſignatas ſe habere arbitratur.
Fundi publicis commentariis conſignati. Cic. 2. de Orat. 114.
Laudatio alicuius conſignata creta. Cic. pro Flacco. 29.
Conſignatio, (σφραγισις,) Verbale.
Conſignationes, quas vocamus documenta, vel chirographa. Quintil. lib. 12. cap. 8. Promittit enim litigator omnia, teſtem, populum, paratiſſimas conſignationes.

Conſileo, cõſiles, pen. corr. conſilui, (κατασιγαω,) conſilère, pro Conticere poſuit Ennius, teſte Feſto Pompeio.
Conſileſco, conſileſcis, (κατασιωπαω,) conſileſcere. Gel. lib. 12. cap. 1. Nam vbi infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, vigor illæ maternæ flagrantiæ ſenſim ac paulatim reſtinguitur, omniſque impatientiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus conſileſcit.

Conſiligo, pen. prod. conſiliginis, ſ. g. (κονσιλαγω,) Herbæ genus. Colum. lib. 6. cap. 5. 3. Plin. lib. 22. ca. 8. 7. Noſtra ætas meminit herbam in Marſis repertam. Naſcitur & Aequiculis circum vicum Nemeſiæ, vocatur conſiligo. De hac herba abundè Ruellius lib. 2. cap. 134. Vbi dicit eam quæ pulmonaria apud nos demonſtratur, à vulgo Gallico Pomeleam vocari, quaſi pulmoneā: ab herba iis quibuſdam Leonis patam, paſtoribus, bubulcis, equiſonibus, totique ruri præclarè cognitam, quam ad eoſdem quos veteres conſiliginem, vſurpāt effectus. Conſiliginem autē ruſtici veteres (inquit idem) olim vocarunt, quòd in campis inter ſiliginem triticumque ſæpius emicet.

CONSILINVM, Italiæ oppidum, Tarento vicinum, vt ſcribit Pomponius Mela lib. 2. in deſcriptione Italiæ.

Conſilio, conſilis, pen. corr. conſilui, (ὑποκαθαλλω,) conſilīre, Idem ferè quod Inſilire, & inſultare. Iungitur autem datiuo & accuſatiuo. Tacit. lib. 3. Paucæ huius ipſius exercitus turmæ profligauere Sequanos quanto pecunia dites, & voluptatibus opuleotos, tanto magis imbelles. Aeduos, euincite, & fugientibus conſilite. Idem lib. 5. non ita procul à fine, Igitur Simaces, quem antea infenſum memorauī, patrem Abdagaſem, aliosque occultos conſilit, & tunc continuis cladibus promptiores ad defectionem trahit.

Conſilium, (βουλημα, βουλη, συμβουλιον,) à con & ſalio, quòd in vnam ſententiam plures rationes conſiliant, inquit Sipontinus. Eſt autem Conſilium (vt ait Cicero lib. 2. de Intient. 142.) aliquid faciendi, non faciendiue excogitata ratio. Feſtus, Conſilium vel à conſulendo dicitur, vel quòd in vnam ſententiam plurium mentes in vnum conſiliant & conueniant. Sed à ſilentio credibilius dictū putatur, quo maximè inuenitur.
Conſilium, quod quis propoſuit animo ſuo faciendum. Plaut. Aulul. 15. 1. Narraui amicis multis conſilium meum
De conditione hac. Cic. 12. Philip. 322. Quòd ſi eſt erratum. P. C. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilii.
Conſilium, Animus, Mens, eadem ſunt. Lucret. lib. 3. 28.
Iudicium & conſilium. Cic. Appio, lib. 11. 29. 1. Magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, iudicium & conſilium tuum.
Tuum conſilium, meum conſilium. Cic. ad Tironem, lib. 16. 3. 3. Si autē poſteaquam cibum cepiſti, videris tibi me poſſe conſequi, tuum conſilium eſt. Idem Terentiæ lib. 14. 14. 1. Veſtrum iam conſilium eſt, nõ ſolum meum, quid ſit vobis faciendum.
Caſus & Conſilii, oppoſita. Cic. Metello, lib. 5. 2. 12. Quis eſſet qui me in Conſulatu non caſu potius exiſtimaret q̄ conſilio fortem fuiſſe?
Conſilium & Fortuna, opponūtur. Virg. 2. Aeneid. 131, Nam quod conſilium, aut quæ iam fortuna dabatur.
Voluntas & conſilium. Cic. Planco, lib. 10. 10. 1.
Conſcientia conſiliorum meorum me conſolatur. Cic. Sulp. lib. 4. 3. 3.
Gubernatio conſilii. Cic. 2. de Inuent. 143.
Mutatio conſilii. Cic. Attico, lib. 16. 334. 5. Nemo doctus vnquam (multa autem de hoc genere ſcripta ſunt) mutationem conſilii, inconſtantiam dixit eſſe.
Penuria conſilii. Vide PENVRIA.
Ambiguus conſilii. Tacitus lib. 20.
Vis conſilii expers mole ruit ſua. Horat. 3. Carm. ode 4. 13.
Fortis conſilio. Cicero Metello, lib. 5. 2. 2.
Improuidus conſilii. Tacit. lib. 19.
Inopes conſilii. Ouid. 9. Metam. 150.
Opportunus conſiliis, & Aduerſus, ſunt contraria. Quintilianus lib. 5. cap. 10. 27.
Viridis conſilio. Sil. lib. 3. 52. Cõſilio viridis, ſed bello ſerus Iertes.
Intelligendi conſilium. Cic. 7. Philip. 229. Turpe eſt ſummo conſilio orbis terræ, præſertim in re tā perſpicua, conſiliū intelligendi defuiſſe.
Conſilia temporum ſunt, quæ in horas commutari vides. Cic. Attico, li. 14. 318. 6.
Acre conſilium. Vide ACER.
Amens. Vide AMENS.
Arcanum Horat. 2. Car. ode 11. 3.
Bonum. Vide BONVS.
Calidum. Vide CALIDVS.
Callidum. Vide CALLIDVS.
Celere. Vide CELER.
Clandeſtinum. Vide CLANDESTINVS.
Clariora luce. Vide CLARVS
Compar. Vide COMPAR.
Fidele. Cic. 2. de Lege Agr. 21.
Grandæuũ. Valer. Flac. li. 7. 70.
Immaturum. Vide IMMATVRVS
Incertum. Vide INCERTVS.
Inconſultum. Vide INCONSVLTVS.
Intimum conſiliorum pro Intimum conſilium. Tacit. lib. 15. Quod erat ſæuienti principi intimum conſiliorum.
Lene conſilium dare alicui. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.
Libera conſilia dicūtur, quibus ſine adulatione, ſyncere, & audacter monemus aliquem. Horat. Epod. 11. 6. Vnde expedire non amicorum queant Libera conſilia.
Melius conſilium. Vide Melior in BONVS.
Ordinaria conſilia. Vide ORDINARIVS.
Prudētiæ & fidelitatis plena cõſilia. Planeus Ciceroni, lib. 10. 4. 3.
Præſentiſſimum conſilium. Quintil. lib. 3. cap. 13. 10.
Prima conſiliorum, id eſt prima conſilia. Tacit. lib. 18. Quoniam prima conſiliorum fruſtrà ceciderant.
Prudens conſilium. Balbus & Oppius Ciceroni, in Epiſtolis ad Atticum lib. 9. 179. 1.
Sana conſilia expetere. Senec. Hippol. 2. 20.
Sapiens conſilium. Ouid. 13. Metamorph. 87.
Turbidum conſilium. Curtius lib. 7. Natura mortalium hoc quoque nomine praua & ſiniſtra dici poteſt, quòd in ſuo quiſque negotio hebetior eſt quàm in alieno. Turbida facta ſunt conſilia eorum qui ſibi ſuadent.
Conſilium ad facinus. Cic. 3. in Catil. 61. Erat ei conſilium ad facinus aptum: conſilio autem neq; lingua, neq; manus deerat.
De conſilii ſententia aliquid facere. Cic. Atti. lib. 2. 31. 7. Ait ſe de cõſilii ſententia rem ad Senatum relecciſſe. Vide DE.
Ex conſilio alicuius aliquid facere. Cic. Lentulo, li. 1. 7. 19. Initio ſcripſi totius facti tui iudicium, non tam ex conſilio tuo, quàm ex euētu ho

Universidad de Deusto
Biblioteca

mines esse facturos.
Abdita consilia. Vide ABDITVM.
Abiicere consilium, Respuere, reiicere, repudiare. Cic. ad Att. li. 5. 98. 6. Fannius autem ædificandi consilium abiecerat. Idem in Catil. 39. Dimisso atque ablegato consilio. Sic 4. Verr. 52.
Accipere. Vide ACCIPIO.
Accommodare. Vide ACCOMMODO.
Adhibere consilium, vel ad, vel in consilium. Vide ADHIBEO.
Adiuuare. Vide ADIVVO.
Administrare. Quintilianus lib. 5. cap. 14. 8.
Admisceri ad. Vide ADMISCEO.
Admittere in. Vide ADMITTO.
Admitti ad. Vide ADMITTO.
Afferre consilium alicui. Cic. Atti. lib. 15. 321. 6. Quid enim illi afferre consilii possum, quum ipse egeam consilio?
Afferre in templum consilium furti. Quintil. lib. 4. cap. 2. 50.
Agere. Vide AGO.
Amittere. Vide AMITTO.
Amouere consilia cassa. Senec. Troad. 6. 33.
Amplecti. Vide AMPLECTOR.
Assumere. Vide ASSVMO.
Capere. Vide CAPIO.
Capere consilium de sententia alicuius. Vide CAPIO.
Capere consilium ex tempore. Cic. 1 Offic. 47.
Capere consilium, cum infinitiuo. Cic. 4. Verr. 18. Capit consiliũ de amicorum & propinquorum sententia non adesse ad iudicium. Idem Attico, li. 14. 309. 2. Nec alia causa profectionis mihi vlla fuit tum, quum consilium cepi legari ab Cæsare.
Pernicioſa alicuius rei consilia capere. Cic. pro Domo sua. 87.
Capeſcere. Vide CAPESSO.
Captare. Vide CAPTO.
Clausa habere consilia. Vide CLAVDO.
Cogere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 15.
Commiscere cum. Vide COMMISCEO.
Communicatum. Vide COMMVNICO.
Commutare. Vide COMMVTO.
Conferre. Vide CONFERO.
Confringere. Vide CONFRINGO.
Coniunctum. Vide CONIVNGO.
Consilium vnius cum alterius consilio coniungere. Cic. Sulpit. lib. 4. 2. 9.
Consociare. Vide CONSOCIO.
Inire & constituere. Vide CONSTITVO.
Consultare. Vide CONSVLTO.
Consumere. Vide CONSVMO.
Conuocare in animum consilia. Vide CONVOCO.
Coquere consilia. Vide COQVO.
Corrumpere. Vide CORRVMPO.
Credere alicui sua consilia. Vide CREDO.
Minus fidele consilium alicui dare. Cic. pro Cluen. 68.
Dare consilium secundum mores. Quintil. lib. 3. cap. 8. 9.
Aliquid loci rationi & consilio dare. Cic. pro Quin. 31.
Dictare consilia. Senec. Agamem. 4. 13. –Quid voce blandiloqua mala. Consilia dictas? Id est profers & exponis.
Consilium dominatur in toto corpore. Lucret. lib. 3. 28.
Egere consilio & Abũdare consilio, contraria. Cic. Planco, li. 10. 16. 4.
A consilio publico spẽ pacis excludere. Cic. de Claris Orat. 184.
Eximere consiliũ, hoc est adimere, & veluti differre. Rhen. in Castig. in Tacitum, lib. 11.
In rebus magnis, memoriaque dignis consilia primùm, deinde acta, postea euentus expectantur. Cic. 2. de Orat. 34.
Expeditum consilium. Tacit. lib. 18.
Animus consilia experit. Senec. Agamemn. 3. 1.
Tuta consilia expetere. Senec. Agamemn. 3. 1.
Explicare consilium. Cic. Teren. lib. 14. 12. 1. Metuo ne id consilii cepe rimus, quod non facilè explicare possimus.
Exquirere consilium. Cic. Sulpitio, lib. 4. 2. 3. Quod meum consiliũ exquiris, id est tale, vt capere facilius ipse possim, quàm alteri dare. Idẽ de Fato. 3. Multum vna eramus, maximè nos quidem exquirentes ea consilia quæ ad pacem & ad concordiam ciuium pertinerent.
Facere aliquem certum sui consilii. Ouid. 11. Metamorph. 84.
Fracta, & impulsa fatis consilia. Stat. 4. Theb. 1.
Gerere aliquid consilio. Quintil. lib. 1. cap. 14. 8.
Habere consilium de. Virgil. 9. Aeneid. 46.
Consilium summis regni de rebus habebant. Id est consultabant.
Habere satis consilium de re aliqua Cic. Atti. lib. 12. 260. 2. Ipse Romã venirem, vt vnà essemus, si satis consilium quadam de re haberem.
Scelera non habere consilium vulgò dicitur. Quintil. lib. 7. ca. 3. 34.
Inclinare. Vide INCLINO.
Inire. Vide INEO.

Insperatũ consilium. Vide INSPERANS.
Instruere. Vide INSTRVO.
Intendere. Vide INTENDO.
Interponere. Vide INTERPONO.
Ire in consilium. Cice. pro Quintio. 18. Tibi instat Hortensius vt eas in consilium.
Iuncta consilia. Senec. Agamem. 4. 17. Secede mecum potius, vt rerũ statum, dubium ac minacem iuncta consilia explicent.
Iuuare aliquem consilio. Vide IVVO.
Labare consilium dicitur, cui opponitur Fixum esse. Cic. Atti. li. 8. 166. 4. Scito labare meum consilium illud, quod satis iam fixum videbat.
Labi consilio. Cic. 7. Philip. 219. Ego verò metuo, si hoc tempore consilio lapsi erimus, ne, &c.
Manant consilia. Vide MANO.
Minuere. Vide MINVO.
Miscere cum aliquo. Tacit. lib. 15.
Miscere se consiliis. Stat. 12. The. 95.
Mittere in consi. Vide MITTO.
Mouere. Valer. lib. 6. Argon. 5.
Mussare. Stat. 3. Thebaid. 19.
Mutare consilium itineris. Cic. Atti. lib. 15. 330. 2.
Mutuari. Vide MVTVVM.
Occultare. Vide OCCVLTO.
Occupare. Vide OCCVPO.
Omittere. Vide OMITTO.
Parere consiliis. Virg. 5. Aeneid. 145. Cic. Curioni, lib. 2. 1. 7.
Perferre. Vide PERFERO.
Petere. Cic. Planco, lib. 10. 16. 4.
Quærere. Catul. Argon. 35.
Referre consilia in melios. Virg. 1. Aeneid. 57.
Regere consilia. Quintil. lib. 1. cap. 10. 3.
Senescunt consilia. Liuius lib. 5. Decad. 4. Agitandũ aliquid, miscendúmq; ratio ne conẽtando senescerent consilia.
Tegere vultu consilium. Virg. 4. Aeneid. 96.
Tenere obstinatum consilium alicuius rei. Seneca Hippol. 7. 4.
Valet consilium. Cic. Cn. Magno Proconsuli, in Epistolis ad Attic. lib. 8. 150. 9. Sed mihi non sumo vt meũ consilium valere debuerit.
Venire in consilium alicuius. Cic. Atti. lib. 10. 191. 5. Veniendumne sit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit.
Versare pectore consilia. Virgil. 1. Aeneid. 133.
At Cytherea nouas artes, noua pectore versat Consilia.
Regnum viget consiliis. Virgil. 2. Aeneid. 18.
Consilium est ita facere, expectare, &c. Plaut. Milite. 6. 70. Id est proposui & decreui. Terent. Hecyra. 3. 5. 44. Si sanus sies, iube illam redire. P. non est consilium pater, matris seruibo commodis. Cic. ad Atticum, libro. 5. 93. 2. Ibi enim Pomptinum ad eam diem, q̃ tu scripsisti, expectare cõsiliũ est. Quod alio loco dicit deliberatum est apud me.
Est nostri cõsilii, in posterũ q̃ longissimè prouidere. Cic. 7. Philip. 210.
Magni consilii est quid faciendũ sit. Cic. Atti. li. 15. 327. 9. Sed quid agenti credendum sit, quid nomini, quid hæreditati, magni consilii est. Eidem, li. 10. 191. 6. Nihil n. mihi adhuc accidit qd̃ maioris cõsilii esset.
Eo consilio vt. Cic. 1. de Finib. 109. Explicaui, inquit, sententiam meam & eo quidem consilio, tuum iudicium vt cognoscerem.
Cõsilio, in ablatiuo, pro Arte, vel De industria. Liuius lib. 4. bel. Maced. Sequutum tamen sua sponte est, velut consilio petitum esset, vt vilior ob ea regi Annibal suspectiorque esset.
Consilio & astu. Virgil. 11. Aeneid. 141.
Consilio versare dolos ingressus & astu.
Consilio, animisq; volentibus. Virg. 7. Aeneid. 43.
Consilio hãc omnes animisq; volentibus vrbem Afferrimus.
¶ Consilium, pro Iudicibus designatis. Cice. pro Rosc. Amer. 5. Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc consilium delecti estis propter securitatem. Ibidem. 90. Dii prohibeant Iudices vt hoc quod maiores consiliũ publicum vocari voluerunt, præsidiũ sectorum existimetur. Idẽ. 2. ver. 30. Constat inter omnes post hæc cõstituta iudicia. quibus nunc vtimur nullum hoc splendore atque hac dignitate consilium fuisse.
Sapiens consilium. Cic. 2. de Orat. Atq; hęc in Senatu minore apparatu agenda sunt. Sapiens enim est consilium, multisque aliis dicendi relinquendus locus.
Consilio, consilias, (βουλεύω,) consiliare. Cõsilium dare vel petere. Hirtius Ciceroni, in Epist. ad Atti. lib. 15. 325. 8. Tu quid egeris tua cum tristi tum etiam difficili ad consiliandum legatione vehementer expecto. Est enim inexplicabilis. Tacit. lib. 18. Et rediere Bononiam omnes rursus consiliaturi. Horat. 3. Carm. ode. 3. 4. –hac Quirinus Martis equis Acheronta fugit
Gratum elocuta consiliantibus Iunone diuis.
Consiliator, Verbale. (βουλευτής,) Plin. epist. 81. Ille in gerendis meis honoribus consiliator & rector.

Consiliarius

Cõsiliarius, (σύμβουλος) Qui dat cõsiliũ. Cic. Lent. li. 1. 2. 7. Perspicio id quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iampridem à certis hominibus non inuito rege ipso, consiliariisque eius esse corruptam.
Consiliarius atque administer. Cic. 3. de Legib. 62. Est autem boni Augu ris, meminisse maximis Reip. temporibus præsto esse debere, Iouique Optimo Maximo se consiliarium atque administrum datum.
Amici & consiliarii alicuius. Cic. 4. Verr. 28. Interea sanè perturbatus & ipse, & eius amici & consiliarii molestè ferre cœperunt.
Consiliarius & author. Cic. Att. lib. 14. 6. 4. Sed tamen ea ratio ædificandi iuitur, consiliario quidẽ & authore Vestorio. Idẽ Lentulo, lib. 1. 9. 4. Sed certè & ego te authore amicissimo ac sapientissimo, & tu me cõsilio fortasse nõ imperitissimo, fideli quidẽ & beneuolo certè vsus esses.
Consiliarium in corde conuocare. Vide CONVOCO.
Consiliarius, Adiectiuum, (βουλευτικός,) vt Consiliarius amicus, Consiliarius Senatus. Plaut. Trucul. 5. 6. –magisque
Adeò ei consiliarius hic amicus est, quàm auxiliarius. Idem Epid. 3. 5. 56. Iam Senatum conuocabo in corde consiliarium.
Consiliosus, pen. prod. à Catone dictum, teste Gellio, lib. 4. cap. 9.
Consulo, consulis, pen. corr. consului, consultum, (βουλεύομαι, συμβουλεύω, συμμετακομαι, συμπροσκαλοῦμαι,) consulere, Dare aut petere consilium, pro varia constructione.
Consulere, sine adiecto, idem quod Consultare. Cæsar. 7. bel. Gal. 335. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant consulunt. Plaut. Casina. 10. 64. In re præsenti, ex copia pilcaria Consulere licebit quid emam. Terent. Adelph. 5. 9. 25. Age pater. M. pòst consulam.
In longitudinem consulere. Terent. Heaut. 5. 2. 10.
Vbi te vidi animo esse omisso, & suauia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem:
Cœpi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere. Id est non prouidere in posterum.
In commune consulere. Id est in publicam vtilitatem & aduocato publico consilio, deque publicis negotiis. Terent. And. 3. 3. 16. Oro te in commune vt consulas.
In publicum consulere, Idem Plin. epist. 190. 9. Quòd intermissum iã diu morem in publicum consulendi, susceptis, &c. Tacitus lib. 12. Idem in vita Agricolæ.
In medium consulere. Lucan. lib. 5. 10.
Consulitur in medium. Liuius. 6. bel. Pun. 58. Cæterum, quemadmodum nemo priuato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in mediũ consulebatur. Id est in commune.
In vnum consulere. Tacit. lib. 20.
Consulere de. Propert. lib. 4. eleg. 5. 4.
Consuluitque striges nostro de sanguine.
Consulere de aliquo bene vel malè, Est bene vel secus eum accipere & tractare, & cum eo agere commodè aut incommodè. Liuius, De persuasis grauius quàm de fugitiuis consultum. Idem, De nullis enim, quàm de vobis, acerbius consuluerunt. Id est malos acerbius acceperunt & tractarunt, vel cogitauerunt, & tractare statuerunt. Budæus.
Acerbè de aliquo consulere. Liuius, De nullis enim quàm de vobis acerbius consuluerunt.
Consulere de salute suorum, & Relinquere communem, contraria. Cic. pro Sylla. 47. Neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror, vt quisquam de salute suorum consulat, communem relinquat.
Consulere de se grauius. Cic. ad Atticum, Quintum fratrem ames, neue quid eum patiare grauius consulere de se, quàm expediet sororis tuæ filio. Id est noxium & exitiosum sibi consilium capere. Cœlius Ciceroni, lib. 8. 16. 2. Per fortunas tuas Cicero, per liberos oro, obsecro, nequid grauius de salute & incolumitate tua consules. Liuius, Vt quicquam de se grauius consulerent, conscientia impulerat. Idem, Quod vbi nuntiatum est Scipioni, ne quid æger fero animo iuuenis grauius consuleret, accitum eum solatur. Subaudiendum, de se. Id est ne sibi mortem consciscret.
Consulere sibi de seipso. Cic. Attico, lib. 7. 132. 5. Aliter enim mihi de illis ac de me ipso consulendum est.
Ex re consulere. Hoc est prout occasio tulerit. Tacitus lib. 1. Nullis satis certis mandatis, ex re consulturum.
Consulere in aliquẽ, Idem quod malè eum accipere & tractare. Liu. In humiliores crudeliter, libidinoseq; consulebat. Hoc est animaduertebat.
Consulere aliquid in se & in alterum. Terent. Heaut. 5. 1. 28.
–quamobrem Chreme?
C. Quia pessimè istuc in te atque in illum consulis,
Si te tam leni & victo esse animo ostenderis.
Malè consulere in aliquem. Vide MALVS.
Boni consulere. Vide BONVS. Plin. in prœmio lib. 33. 4. Id est bonum iudicare, vt exponit Quintilianus lib. 1. cap. 10.
Boni consulere aliquid. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 21.
Laborem alicuius boni consulere. Quintil. in prœm. lib. 6. 14.
¶ Consulere aliquid mali quod facias alteri. Plaut. Persa, 23. 65. Certo illi homines mihi nescio quid mali consulunt Quod faciant.

¶ Cõsulere, (προορᾶν,) alicui, Prouidere & significat. Ter. Heau. 4. 3. 37. Tu fortasse quid me fiat paruipẽdis, dũ illi consulas. Plau. Cist. 2. 88. Melius illi multo, quem ames, cõsulas, quàm rei tuæ. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 10. Magnopere vos & hortor, & moneo, vt his prouinciis serius vos quidem quàm decuit, sed aliquando tamen consulatis.
Consulere & prouidere. Cice. 2. Verr. 27. Cui loco per deos immortales Iudices, consulite, ac prouidete.
Consulere, & Negligere, pugnantia. Cic. 1. Offic. 121. Qui aũt partícium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatẽ inducunt, seditionem atq; discordiam. Cælius Ciceroni. lib. 9. 17. 3.
Prospicere & consulere aliquid. Cic. Attico. lib. 11. 222. 3. Sed tamẽ aliquid consuli & prospici poterit.
Longè consulere. Virg. 9. Aeneid. 68. –tu nequa manus se attollere nobis A tergo possit custodi, & consule longè.
Omnibus consulere, mederi incommodis hominũ, prouidere saluti. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 46.
Consulere alicui optime. Cic. de Amic. 46. Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quę etiam populos vniuersos tueri, eisque optimè consulere soleat.
Consulere malè alicui. Plaut. Asin. 16. 88. Dicebam pater ne matri consuleres malè.
Optimè illi consultum vult esse. Terent. Phorm. 1. 3. 1.
Adeon' rem redisse, vt qui mihi consuleret optimè velit esse
Phædria, patrem extimescam, vbi in mentem eius aduentiuenit? Cic. pro Sylla. 147.
Commodis & vtilitati aliquorum consulere, salutique seruire. Cice. Q. fratri, lib. 1. 1. 41.
Concordiæ cõsulere. Liu. 4. bel Maced. 185. Cõcordię in ciuitatibus prícipes & ordines inter se, & in commune omnes ciuitates cõsulerent.
Coniectorem consulere. Vide CONIICIO.
Dignitati alicuius consulere. Cic. Appio. lib. 11. 29. 4.
Existimationi consulere. Cic. 5. Verr. 111. Hoc quum palàm Decumani tota puincia loquerentur, traumq; nomen in re tã turpi nefariaq; interponerent, nihilne tibi venit in mẽtem existimationi tuæ cõsulere?
Famæ consulere. Cic. 3. de Finib. 87. Sic futuræ post mortẽ famæ, tũ esse propter rem etiam detracto vsu consulendum. Idem. 2. Philip. 31.
Latè consulere famæ alicuius. Vide LATVS.
Consulere fidei. Cic. pro Cælio. 15. Sed vestræ sapientiæ tamen est Iudices, non si causa iusta est vtis fortibus opugnãdi M. Cælium, ideo vobis quoque vos causam putare esse iustã alieno dolori potius, quàm vestræ fidei consulendi.
Fortunis consulere. Cic. ad Marcel. lib. 4. 9. 15. Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis.
Consulere infirmitati. Plin. epist. 141. Pareo collega charissime, & infirmitati oculorum, vt iubes, consulo.
Consulere ius, pro Petere consilium de iure. Liu. 9. bel. Maced. Idem in pace, si ius cõsuleres, peritissimus iuris causa oranda, eloquentissimus.
Labori alicuius consulere. Quintil. lib. 3. cap. 1. 15.
Natis consulere, & thalamis consulere. Seneca. Medea. 7. 3. Consulere natis malle quàm thalamis reor.
Vitare inimicitias, & posteritatis otio cõsulere. Cic. Thermo. li. 2. 17. 7.
Paci semper est consulendum. Cic. 1. Offic. 5.
Pudori cõsulere. Cic. 2. de Finib. 97. Satisne ergo pudori consulat si quis sine teste libidini pareat?
Prospicere & consulere rationibus alicuius. Cic. Appio. lib. 7. 2. 4. Vt quibuscunque rebus poteris (poteris aũt plurimis) prospicias, & cõsulas rũnib⁹ meis. Idẽ. 3. Ver. 108. Quib⁹ viui cõsulere ac prospicere debem⁹.
Saluti consulere suæ. Cæsar. 5. bel. Gal. 104. Vt suæ ac militum saluti cõsulat magnam manum Germanorum conductam Rhenum transisse. Cic. Attico. lib. 2. 34. 2. Saluti, si me amas, consule.
Supremis suis consulere, hoc est Ad finem vitæ respicere. Tacitus libro 15. Ita codicillis præscripserat, quum etiam tum diues, & præpotẽs supremis suis consuleret.
Consulere tempori, id est Habere rationem temporis. Cicero ad Marcellum, lib. 4. 9. 15.
¶ Consulere, accusatiuo personæ iunctum, significat petere consilium. Plaut. Persa, 8. 7. Neque te consulit. Idẽ Menæch. 2. 36. Si me consulas, &c. Cic. pro Quint. 30. Sed ne ipse quidem te cõsuluisti.
Iam vos consulo Iudices, quid mihi faciendum putetis. Cic. 2. Ver. 20.
Ego pro te hoc consulo quod tu consulere oblitus es. Cic. pro Quin. 31.
Coniectorem consulere. Plaut. Amphit. 7. 76.
Nec te id consulo. Cic. Attico, lib. 7. 138. 2.
Consulere aliquid alterum. Plaut. Menæch. 15. 16. Ibo, & consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant.
Per literas consulere aliquem. Cic. Appio. lib. 11. 29. 4.
Consuluit Apollinem de bello. Id est interrogauit an deberet bellare. Plin. De viris illust. 35.
Deos consulere. Ouid. 2. Fast. 48.
Consulere deum auguriis. Liuius. 1. ab Vrbe. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spirantia exta consulere. Videre quid ipsa portendant. Nã ex victimarum quoq; extis augures futura diuinabant. Virg. 4. Aeneid. 13.
Lucos consulere. Virg. 7. Aeneid. 17. de Latino rege,
At rex sollicitus monstris oracula Fauni
Patidici genitoris adit, lucosque sub alta Consulit Albunea, &c.
Id est consulit Faunum in lucis.
Oracula Phœbi consulere. Ouid. 3. Metam. 2.
Speculum consulere. Ouid. 3. de Arte. 28.
Quod quanque decebit
Eligat, & speculum consulat autè suum.
Viam consulere, Inire rationem viæ. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 5.
Troia quidem nunc se mirabitur, & sibi dicet
Vos bene tam longam consuluisse viam.
¶ Consultum non est. Plaut. Rud. 6. 7.
Neque eam vsquam inuenio, neque quo eam,
Neque qua quæram, consultum est.
Consulens, pen. corr. Participium (μητιόμενος,) Cic. in Orat. 79. Eodem tempore & discentibus satisfacerent, & consulentibus. Idem de Clar. Orat. 169. Quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat.
Cónsulor, consuleris (μητιόμαι,) consuli. vt Cõsulor de hac re. Id est cõsilium à me petitur. Cic. 3. Verr. 84. Quàm inanes domus eorum omnium qui de iure ciuili consuli solent. Idem pro Murena. 8.
Senatus nihil consulitur. Cic. Oct. au. in Epist. ad Qu. frat. lib. 3. 25. 1.
Consul, cónsulis, pen. corr. masc. gen. (ὕπατος,) Maior magistratus erat Romæ, inquit Festus.
Consules quare dicerent, ostendit Varro de Vita Po. Rom. lib. 2. Quòd iidem dicebantur Consules, & Prætores: quòd præirent populo, Prætores: quòd consulerent Senatui, Cõsules. Cic. in Pisonem. 17. Animo Consulem esse oporter, consilio, fide, grauitate, vigilantia, cura, toto denique munere Consulatus, omni officio. Quintil. lib. 1. cap. 10. Dubitari posse dicit, à consulendo an à iudicando dicantur, qui veteres hoc quoque consulere vocabant.
Aequus Consul. Sil. lib. 13. 14.
Imperiosus Consul. Cic. Post red. in Sen. 10.
Maior Consul. Vide MAGNVS.
Popularis Consul. Cic. 2. de Lege Agr. 11.
Accipere de plebe Consulem. Vide ACCIPIO.
Agere Consulem. Vide AGO.
Declarare aliquem Consulem. Cic. 2. de Lege Agrar. 11.
Designatus in ciuitate Consul. Cic. pro Murena. 8.
Iunoni Sospitæ Consules oés facere necesse erat. Cic. pro Murena. 81.
Sine repulsa facti Consules. Cic. 2. de Lege Agra. 19.
Imponere Consulem populo. Vide IMPONO.
Renuntiare aliquem Consulem. Cic. pro Murena. 1. Illo die, quo auspicato comitiis centuriatis L. Murenam Consulem renuntiaui, &c.
Relatio Consulum. Tacit. lib. 1.
Syluæ sint Consule dignæ. Virg. 4. eclog. 1.
Quinquies Consul. Cic. 2. de Diuin. 116.
Sextùm Consul Marius. Cic. in Pisonem. 15.
Septimum Consul Marius. Cic. 3. de Nat. Deor. 116.
¶ Consulem, pro anno poetæ dicebant, quoniam singulis quibusque annis noui Consules creabantur. Mart. lib. 1. 99.
Bis iam penè tibi Consul trigesimus instat,
Et numerat paucos vix tua vita dies.
Consule primùm, facto Consule iterum. Catul. epig. 108.
Te Consule, Temporibus Consulatus tui. Virg. 4 eclog. 3.
Consulãtus, huius consulãtus, pen. prod. (ὑπατεία,) Officium vel dignitas, siue tempus quo Consul in officio est. Plin. lib. 14. cap. 15. 1. Epulo verò in tertio Consulatu suo Falernum.
Honorum populi finis est Consulatus. Cic. pro Planco. 49.
Abdicare se Consulatu. Vide ABDICO.
Abire Consulatu. Vide ABEO.
Adipisci Consulatum. Cic. pro Mur. 19.
Capere Consulatum. Vide CAPIO.
Comprobare Consulatum. Cic. post red. in Sen. 14.
Communicare Consulatum. Vide COMMVNICO.
Conferre Consulatum. Vide CONFERO.
Consequi Consulatum. Cic. pro Murena. 21.
Exploratus & domi conditus Consulatus. Cic. pro Mur. 47. Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, fermo arrogantiæ: sic vt ei iam exploratus & domi conditus Consulatus videretur. De Catilina.
Grandiorem ætatem ad Consulatum constituebant, adolescentiç temeritatem verebantur. Cic. 5. Philipp. 108.
Gerere Consulatum. Cic. 2. de Lege Agra. 22.
Ingredi Consulatum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 27.
Inire Consulatum. Vide INEO.
Inuadere Consulatum. Vide INVADO.
Obtinere Consulatum. Cic. pro Murena. 1.

Aditum ad Consulatum non magis nobilitati quàm virtuti patère. Cic. pro Murena. 15.
Perfunctus Consulatu. Vide PERFVNGOR.
Petere Consulatum. Cic. 1. de Lege Agra. 20.
Suscipere Consulatum cum Tribunatu. Cic. 2. de Lege Agr. 29.
Titulum Consulatus sustinere. Cic. in Pisonem. 14.
Consulãris, & hoc Consulãre, pen. prod. (ὑπατικός,) vt
Consularis vir, Qui Consul fuit. Cic. 8. Philipp. 255. Non ita gerimus nos hoc bello Consulares, vt æquo animo Pop. Rom. visurus sit nostri honoris insignia. Idem Lentulo, Qu. Maximo, qui filium Consulare amisit. Plin. lib. 7. cap. 44. 1.
Consularis ætas, In qua Consulem esse licebat. Cic. 5. Philipp. 198. Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne in tertio & tricesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor quàm Consularis.
Auspicia Consularia. Cic. pro Murena. 1.
Cõsularis cognitio, summa cognitio vocabatur, apud Quint. lib. 3, Bud.
Consularia comitia. Cic. ad Atticum lib. 9. 180. 8.
Familia Consularis. Cic. pro Planc. 48.
Fœmina Consularis. Tranquillus in Augusto, Obiecit ei Consularem fœminam è triclinio viri coràm in cubiculum abductam.
Imperium Consulare. Cic. pro Rab. 20.
Lictor Consularis, Lictor Consulis. Horat. 2. Carm. ode. 16. 2.
Libidini Consularis restitit vis Tribunitia nonnunquam. Cic. 2. de Lege Agraria. 29.
Loco Consulari sententiam dicere. Cic. 1. Philip. 11.
Numerus Consularis. Cic. 2. Phili. 38. Qui duo è Cõsulari numero sunt.
Officium Consulare. Cic. pro Rab. perd. reo. 1.
Prouinciæ Consulares. Cic. pro Domo sua. 19.
Consulariter, Aduerbium, (ὑπατικῶς,) Vide Honorabilis in HONOR.
Consulto, consultas, (βουλεύομαι,) cõsultare, Est quum aut plures de re vel rebus deliberant, aut vnus secũ de duabus aut pluribus deliberat rebus, vt Senatores cõsultant Cæsar. 5. bel. Gal. 199. Omnes ferè Galliæ ciuitates de bello consultabant. Cic. Att. hb. 16. 336. 3.
Consultare aliquid & procurare. Liu. Ad hæc consultanda procurãdaq; multitudine omni à vi & armis conuersa.
Deliberare & consultare de re aliqua. Cic. 3. Offic. 10.
De tempore futuro consultare. Quintil. lib. 3. cap. 8. 4.
Consultare Reip. Sallust. Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, Reip. consultabant. Id est Beneficium in Rempub. conferebant.
Consultare ex re sua. Plaut. Asin. 10. 55. Meum caput contemples, si quidem ex re consultas tua.
Consultare consilio. Plaut. Trucul. 4. 7. Cõsultassunt consilio, quãdo intrò adueniunt. Consultassunt, pro consultant dixit.
Male corde consultare. Plaut. Trucul. 5. 15. – blandè alloqui, malè cor de Consultare, bene loqui lingua.
¶ Consultare aliquem. Plaut. Milit. 15. 4. Quid me consultas quid agas? Id est cur à me consilium petis?
Consultare aues. Plin. in Paneg. 128. Vna erat in limine mora, consulere aues, reuerique numinum monitus: nemo perturbabatur, nemo submouebatur.
Deliberationes consultare. Author ad Herẽ. lib. 3. 92. Ité deliberationes partim ipsę propter se consultandæ sunt vt si deliberet Senatus, &c.
Consultare cũ infinitiuo. Sil. lib. 6. 70. Consultant mandare duci.
Consultatio, Verbale, (συμβουλή, συμβουλία,) Terent. Hecy. 4. 4. 18. Nulla tibi Pamphile hic iam consultatio est. Plin epist. 176. b. Redeũt illa prima, illa postrema suffragia mea, illi sermones, ille consultationes. Cic. 1. de Legib. 24. Non enim id quæris hoc sermone, Pomponi, quemadmodum caueamus in iure, aut quid de quaque consultatione respondeamus. Idem ad Atticum, lib. 8. 148. 4. Ego nauem paraui: tuas litteras tamen expecto, vt sciam quid respondeant consultationi meæ. Idem. 3. Offic. 41. Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa præcepta sunt.
Deliberatio & consultatio. Cic. 3. Offic. 66. Sapientem & bonum virum fingimus: de eius deliberatione & consultatione quærimus.
Quæstionem infinitam, quæ Græcè ἄπειρος dicitur, Cicero vocat consultationem & à controuersia diffinguit in Partit. Rhetor.
Apud C. Cæsarem consultatio de pœna Theodori ponitur. Quintilianus lib. 3. cap. 8. 38.
Proposita consultatio. Quintil. lib. 3. cap. 8. 40.
Consultus, (βουλεύσας,) Participium, à Consulor, Interrogatus, à quo consilium petitum est vt, Consulti medici responderunt nihil periculi esse. Cic. pro Domo sua. 56. Senatus quidem cuius grauissimum est iudicium de iure legum, quotiscunque de me consultus, &c. Idem pro Milone. 12. Nihil de eius morte populus consultus.
Re consulta atque explorata. Cic. Attico, lib. 2. 31. 7. Nondum videlicet literas meas legerat, quibus ad eum re consulta & explorata perscripseram non deberi.

Consultum

Pacem conferre. Vide PAX.
Permulta in aliquem, quæ ab eo nunquam dicta sunt, conferre. Cic. pro Plancio. 28.
Pecuniam in opus. Plinius epist. 140. Deinde quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in opus balinei conferre. Sub. pecuniam. Cicero. 4. Verr. 101.
In usus suos pecuniam ab aliquo collatam habere. Cic. pro Flacco. 44.
Pecuniam, aliter. Cic. 3. Offic. 116. Nisi fortè eam pecuniam in Reipub. magnum aliquod tempus contulerit. Id id reseruarit.
Pedem, pro Accedere. Plaut. Mero. 22. 41. O Charine, contrà pariter sequi gradum, & confer pedem.
Pedem conferre cum singulis. Quintil. lib. 5. cap. 13. 10.
Collato pede præliari. Liuius. 6. bel. Pun. 198.
Conferre pedem antiqui dicunt, quod nos ad punctum venire dicimus & iungere. Cic. pro Plancio. 38. Non possum magis pedem conferre (vt aiunt) aut propius accedere. quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? Budæus.
Conferre pedem dicuntur Oratores, quum argumenta aduersariorum confutare aggrediuntur. Quintil. lib. 5. cap. 13. Tam molesta sunt, vt pedem conferre cum singulis non expediat.
Pestem hominibus hæc conferunt. Colum. lib. 1. cap. 4. Quæ nisi vimatore inspirantium ventorum submouentur, pecudibus hominibusque conferunt pestem. Id est afferunt.
Pietatem studio conferre. Quintil. lib. 2. cap. 9. 1.
Rationem belli alicuius. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 342. Ibi aduentum expectare Pompeii, eoque omnem rationem belli conferre instituit.
Rationes conferre. Cic. 2. Atticum, lib. 1. 10. 5. Quid opus est iaquam, potius quàm rationes conferatis?
Rem in pauca, pro Rem accelerare. Plaut. Pœnulo. 18. 52. Perge etiam, tentatrem in pauca confer, sitiunt qui sedent.
Conferre se dicuntur, qui se conglomerant, vel in cumulum colligunt. Plin epist. 159.
Seria conferre cum aliquo. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 2.
Seditionem in tranquillum. Plaut. Amphit. 5. 16. Eam seditionem illi in tranquillum conferet.
Sermonem, pro Colloqui. Plaut. Amphit. 10. 35. Conferat sermonem nec loco nec ferio. Idem Pœn. 1. 34. Domum sermones fabulasdi cõferat.
Conferre sermonem cum aliquo. Cic. 2. de Inuent. 121. Cum hoc vt ferè fit, in via sermonem contulit. Idem, In primis vt habeas quibuscum possis familiares conferre sermones.
Conferunt sermones inter se. Plautus Curcul. 7. 11. Constant, conferunt sermones inter se tanquam drapetæ.
Signa. Liuius. 1. ab Vrbe. 148. Aliquoties Latinos exercitus comminus cum Romanis signa contulerat. Id est congressi fuerant Latini cum Romanis. Cic. pro Lege Manil. 46. Si quem habetis qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur. Sic in Pisonem. 39.
¶ Conferre signa, per translationem. Cic. ad Atticum, lib. 7. 125. 4. Reliquum est iocari si hic signa conferri, id est litigare.
Studia sua omnia in aliquem. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 3. Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris, sed me hercule currentem nunc quidem, vt omnia mea studia in istum voum conferam.
Omne studium atque omne ingenium conferre ad alicuius gloriam laudemque celebrandam. Cic. pro Archia. 15.
Studium in rem aliquam. Cic. 1. Offic. 41. Deserunt enim viæ societatẽ, & nihil conferunt in eam studii, nihil operæ, nihil facultatum.
Inter se studia conferre. Quintil. in procem. lib. 4. 1.
Suspicionem in aliquem. Cic. pro Roscio Amer. 60. Audio præterea non hanc suspicionẽ nunc primùm in Capitonẽ conferri. Idem pro Cluentio. 42. Quæ porrò tenuissima suspicio collata in Scamandrum est, aut conferri potuit.
Stipendium studio alterius. Colomel. lib. 1. cap. 1. 8. Et alii tamen obscuriores, quorum patrias non accepimus, aliquod stipendium nostro studio contulerunt.
Tempus ad vel in rem aliquam. Plin. in Paneg. 136. An non plerique principes, hoc idem tempus in aleam, stupra, luxum conferebant, quum seriarum laxamenta curarum, vitiorum contentione supplerẽt? Cic. pro Lege Manil. 5. Mithridates autem omne reliquum tẽpus non ad oblionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit.
Tributum in militare stipendium. Liuius. 4. ab Vrbe. 261. Postremo indicto iam tributo, edixerunt etiam Tribuni auxilio se futuros, siquis in militare stipendium tributum non contulisset.
Ex censu quotannis tributa conferre. Cic. 4. Vert. 91.
Verba ad rem conferre, est, vt ait Donatus, Aggredi agere quod dicebamus. Terent. Eunuch. 4. 6. 4.
Vsquæadeo ego illius ferre possim ineptias, & magnifica verba,
Verba dum sint: verum enim si ad rem conferentur, vapulabit.
Barbari, Ponere in effectum dicunt.
Verbum in aliquem. Cice. C. Antonio, lib. 5. 5. 4. Nam comperisse me non audeo dicere ne forte idipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falsò in me solere conferri.
Vires in vnũ. Liu. 7. bel. Pun. 211. Vt vterque Cõsulum hostem in sua provincia cõtineret, neq; coniungi, aut conferre in vnũ vires pateretur.
Vitam inter se vtriusque conferre. Id est comparare. Cicero pro Quinct. Roscio. Comœdo 11.
Vitia sua in senectutem. Cice. de Senect. 13. Sua enim vitia insipientes, & suam culpam in senectutem conferunt. Plaut. Trucul. 17. 82.
– non placet
In motum quippiam conferri, quòd loqui non potest.
Voluntatem conferre in aliquem. Cic. Sulpitio, lib. 13. 8. 4.
¶ Conferre nouissima primis. Id est coniungere. Cice. ad Octauium, Nam vt ordiar à principio, & perducam ad extremum, & nouissima conferam primis.
¶ Conferre se totum ad amicitiam alicuius. Cic. ad M. Appium, li. 11. 29. 7. Gratissimum verò iudicium de mea fide & de constantia fecisti, quũ post mortem Cæsaris, totum te ad amicitiam meam cõtulisti. Idem de Claris Orat. 154. Quum initio ętatis ad amicitiam se meam cõtulisset.
Ad aliquẽ. Cic. de Amic. 1. Quo mortuo me ad Põtifice Scæuolã contuli.
Ad authoritatem alicuius. Cic. 4. Acad. 18. Sed vt potuerunt, omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum sententiis iudicauerunt, aut re semel audita, ad vnius se authoritatem contulerunt.
Ad coram aliquam se conferre. Cic. Attico, lib. 7. 1. 21. Nostrum exemplar legit Conuertere.
Ad inuestigationem naturæ. Cice. 1. Acad. 49.
Ad Remp. Cic. de Amicitia 71. De amicitia, omnes ad vnũ idem sentiũt, & hi qui ad Rempublicam se contulerunt, & hi qui rerum cognitione doctrinaque delectantur. Id est Reip. administrationem susceperunt.
Ad Senatus authoritatem, ad libertatem ciuium, ad Rempub. se conferre. Cice. 4 Philipp. 155.
Ad studia. Suet. de Claris Grã. 14. M. Valerius Probus Berytius, diu Centumuiratũ petiit, donec tædio ad studia se cõulit. Cic. 2. de Fin. 85. Præstantissimis ingeniis homines se ad philosophiæ studium contulerunt.
Ad virtutum studium se conferre. Cic. pro Archia. 12.
Conferre se ad vmbram arboris, pro Ire. Ouid. 4. Metam. 24.
In amicitiam & fidem alicuius se conferre. Cic. Trebatio, lib. 7. 17. 4.
In fidem & clientelam alterius. Cice. pro Rosc. Amer. 63. Omnes eos colere atque obseruare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem & clientelam contulerunt.
In societatem aliquorum. Cice. Deinde quòd maturè se contulit in societatem publicanorum.
In alicuius infamiam aliquid conferre. Cic in Pisonem 51.
Ad hostes. Cic. de Amicitia 36. Itaque hac amentia quæstione noua perterritus, in Asiam profugit, ad hostes se contulit, pœnas Reipu. graues, iustasque persoluit. Id est profectus est, iuit.
In pedes se conferre. Plaut. Bacch. 6. 7. Quæ vt aspexi, me continuo contuli protinus in pedes.
Conferre se in fugam. Cice. pro Cecinna 16. Eodem tempore se in fugam contulerunt vnà amici.
¶ Conferre, (συμβάλλειν,) Comparare. Dicimus autem, Confero te isti, & cum isto. Cic. 6. Verr. 39. Tu dignior Verres quàm Callidius? qui, vt non coferam vitam atque æstimationem tuam cum illius (neque enim est conferenda) hoc ipsum conferam, quo tu te superiorem fingis. Idem 4. Academ. 130. Quid loquar de Democrito, quem conferre cum eo possumus non modò ingenii magnitudine, sed etiam animi? Plin. epist. 49. 8. Quis ex istis, qui tota vita literis assident, collatus illi, non quasi somno & inertiæ deditus erubescat?
Illa quæ natura non literis assecuti sunt Romani, neque cum Græcia, neque vlla cum gente sunt conferenda. Cice. 1. Tuscul. 4.
Præsentia conferre præteritis. Lucret. lib. 2. 234.
Vitam alicuius cum alterius vita conferre. Cic. pro Sylla 53.
Nominibus magnis se conferre, Id est cum viris magnis se conferre. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 1. 5.
Nec me nominibus furiosus confero tanti.
Non illi quisquam bello se conferet heros. Catul. Argonaut. 69. Et Silius lib. 3. 26. Nec quenquam horreseo qui se tibi conferat vnus.
Ne minima quidem ex parte conferendi alii aliis. Cic. 1. Offic. 108.
¶ Conferre, (ἀναβάλλειν,) Pro Differre. Cæsar, Itaque se quòd in longiorem diem collaturus esset. Cice. ad Atticum, Quæ omnia in Martium mensem sunt collata.
¶ Conferre timorem suum, aut rem aliam in aliquid. Cæs. Qui suum timorem in rei frumentariæ simulationem angustiasque itineris conferrent. Id est causam timoris eam afferrent.
¶ Confero me in campum, vel ad campũ in vrbem, vel ad vrbem, id est, vado. Quæ locutio eleganter etiam potest poni sine particula IN & AD. Si autem personam dicas, non locum, necessario particula AD, vtendum est vt Contuli me ad patrem, non in patrem. Quoties autem significatur donatio, IN vtendum est vt Multa in Ioannem contuli beneficia. Quicquid in ingratos confertur, planè perditur. Non autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad in gratos tam eleganter dixeris.
Romam se contulit. Cic. pro Flac. 39.
Retro se conferre. Claud. 7. Panegy. 80.
Confert se pituita in stomachum. Cels. lib. 2. ca. 12. Si in stomachum quæ dam biliosa concutrunt, vel etiam pituita eò se humóre ve aliquis aquę similis confert.

¶ Confert, (συμφέρει,) in tertiis personis, pro Conducit, vel prodest, & vtile est. Columel. lib. 1. Cæterum ad æstiuos temperandos calores plu rimum cõferunt salientes riui. Cic. 1. Academ. 22. Cœlestia autem vel procul esse à naturæ cognitione cẽsent: vel si maximè cognita essent, nihil tamen ad bene viuendum conferre. Legitur & deferre.

Comœdia plurimum ad eloquentiam confert. Quintil. lib. 1. cap. 8. 5.
Collãtus, penul. prod. Participium, (μετηγμένος,) vt Collata omnium vo ta in vnius salutem. Plin. in Panegy.
Castris collatis. Silius lib. 4. 12.
Cursibus collatis, Commissa acie. Valerius lib. 6. Argonaut. 55.
Tum simul aduersas collatis cursibus hastas Comiciunt.
Collata dextra mouere prælia. Ouid. 1. Fast. 114.
Marte collato interimere aliquem, aut letho dare, Id est cominus interfi cere aliquem. Ouid. 12. Metamorpho. 76.
Antè tamen letho dederat Phlegræon, & hylen
Eminus: Hiphinoum collato Marte, Daninque.
Collatis viribus. Plin. epist. 6. 7. h. Vtrúmne sententiæ duæ collatis viri bus, nouissimam prement, an separatim vnaquæque tantundem, quan tum altera valebit? Sic Collato pede præliari, Liu. 6. bel. Pun. 198.
Arma vndique collata. Lucan. lib. 5. 145.
Color roseo collatus Eoo. Propert. lib. 3. eleg. 14. 2.
Pecunia ad alicuius honores collata. Cic. pro Flac. 46.
Puella leuibus collata figuris. Id est aliarum comparatione non egregia forma. Propert. lib. 1. eleg. 4. 2.
Non similis aliis collatus. Propert. lib. 1. eleg. 5. 2.
Non est illa vagis similis collata puellis.
Cum Democrito Cleanthes & Chrysippus collati, quintæ classis viden tur. Cic. 4. Academ. 131.
Dolere aliquem sibi collãtum. Propert. lib. 2. eleg. 29. 2.
Collãtus, huius collatus, penul. prod. (συμβολὰς,) Hirtius de bel. Hispan. lib. 6. 129. In collato pari erant conditione.
Collatio, Verbale, (σύνφορὰ,) Budæus, Collationem antiqui vocabant, quæ indictio aliis Latinè dicitur: vulgus taleam vocat. Plin. in Panegy. 66. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donatium reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Liu. 4. ab Vrbe 161. Patres bene cœptam rem perseuerantes tueri: conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam etiam collationem faciebant.
Exercitus, castra, agmina, signorum collationes, &c. Cic. 1. de Orat. 105.

¶ Collatio, Comparatio. Plaut. Milit. 12. 67.
Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum,
Haud vereor ne nos subdola perfidia peruincamur.

In collatione. Plin. lib. 37. cap. 99. Optimæ verò sunt quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt.

¶ Collatio, oratio est apud Rhetores, quam Cicero 1. de Inuent. 65. sic definit, Collatio, inquit, est oratio rem ei re ex similitudine cõferens.
Collãtor, penul. prod. (σύμφορος, ὑπόφορος,) Verbale. Plaut. Curcul. 9. 3. Symbolorum collatores apud forum piscarium.
Collatitius, Adiectiuum, (συμφορικὸς,) vt
Collatitia instrumenta. Seneca in consolatione ad Martiam, vocat ea quę à pluribus commodantur. Collatitiis & ad dominum redituris instru mentis scena adornata est. Sic Quintil. decla. 6. Collatitiam vocat se pulturam, quæ à pluribus confertur.

Confectus, Vide CONFICIO.

Confessio, Confessor, Confessus, Vide CONFITEOR.

Conferrúmino, conferrúminas, pen. corr. (συμπάττω,) conferruminare, Idem quod ferruminare significat.

Confertus, Vide CONFERCIO.

Conferueo, conferues, conferbui, (θερέσσω,) conferuere, Idem quod Feruere, vel simul feruere.
Conferuere ira Celso libro 8. pro Ossa fracta consolidari, Et si ossa con ferbuerint. Budæus.
Conferuent ossa, id est quod vulgus Chirurgorum dicit, glutinantur per porum. Celsus lib. 8. ca. 10. Siquando verò ossa nõ conferbuerunt, quæ læpe soluta, sæpe mota sunt, &c. Hoc ab Hippocrate dĩ κρατύνεσθαι.
Ira conferbuit. Horat. 1. Sermo. saty. 2. 15.
Conferuesco, conferuescis, (ἐπιζέω,) conferuescere. Colum. lib. 12. cap. 13. 1. Et tunc demum prædictæ picis sextans, & semuncia in sextarios quinque & sexaginta adicitur, & rutabulo ligneo permiscetur, nec postea tangitur dum conferuescat. Plinius lib. 18. cap. 30. 6. Arbi-

trantur si regulis subiaceat, conferuescere. Sub. granum. De frumento seruando loquitur.

Confestim, (παραχρῆμα,) Aduerbium, id est Euestigio, subitò, mox, continuò. Cicero ad Atticum, lib. 4. 302. 2. Hęc ego ad te: vt siquid noui (nam quotidie aliquid expecto) confestim ad me. Cæsar 5. bel. Gal. 69. Cæsar præmisso equitatu, confestim legiones subsequi iussit. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 9. 2. Cicero Appio, lib. 3. 7. 10. Virgil. 9. Aeneid. 48.
Confestim aut ex interuallo. Cic. 1. de Inuent. 60. Quæ factum aliquod simulter confestim aut ex interuallo solent consequi. Idem libro. 2. 149. In ea quæruntur ea, quæ gestum negotium confestim aut ex interuallo consequuntur.
Sine vlla mora & confestim. Cic. 5. Philipp. 187. Rem administrandam ar bitror sine vlla mora, & confestim gerendam censeo.

Confibula, penul. correp. (πέρόνη,) Cato cap. 12. Fibulas quadra ginta, vectes quadraginta, confibulas ligneas, quæ ac bores comprimat, si dehiscent, & cuneos sex.

Conficio, conficis, penult. corrept. confeci, confectum, (συμπέθομαι, διαπεφόρθομαι, περαίνω,) conficere. Ex con & facio, idem significat quod facere vel perficere. Cic. Confeci quæ iussisti omnia. Idem ad Vatinium, lib. 5. 11. 5. De Dionysio, si me amas, confice quamcunque ei fidem dederis, præstabo. Terent. Heaut. 4. 5. 55. Et si mul conficiam facilius ego quod volo. Idem Adelph. 4. 5. 59. Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?
Conficere exercitatione. Cic. 1. de Inuẽ. 8. Hoc si fortè nõ natura modò, sed exercitatione cõficitur, verumetiam artificio quodam cõparatur.
Magna cura, multa opera, & labore conficere aliquid. Cic. Planco, in Epi sto. ad Atticum, lib. 16. 342. 2.
Vi manúque conficere aliquid. Cic. 1. Offic. 109.
Amanter diligenterque conficere aliquid. Cic. Attico, lib. 2. 19. 2.

¶ Conficere nucem. Plin. Nucem dentibus conficere, ac plagæ imponere. Hoc est masticando conterere, & comminuere.

¶ Conficere hominem, Est fauciando vulnerare, vt ait Valla. Et Donatus in Eunuchum Terentii, Proprie (inquit) hoc verbum conuenit gla diatoribus iis qui grauissimis vulneribus occubuerunt. Sic Cicero in Catil. 4. 3. Gladiatori illi confecto & saucio. Plautus Trucul. 11. 65.
—iam ego te
Affatim conficiam. Cic. 7. Verr. 110. Plagis confectum dico à lictoribus tuis ciuem Romanum ante oculos tuos concidisse. Sueton. in Tito, cap. 5. Notissima Hierosolymorum oppugnatione, duodecim propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus. Liuius 1. ab Vrbe 105. Prius itaque quàm alter, qui nec procul aberat, consequi posset, & alte rum Curiatium confecit.
Ignes conficiunt sylvas, Id est consumunt. Lucret. lib. 1. 185.
Pauor attonitos confecerat hostes. Lucan. lib. 6. 27.
Sica conficere aliquem. Cic. pro Milone 28.

¶ Conficere, per translationem, pro Grauare, opprimere, & vehementer afficere. vt Infirmitas, mœror me conficit. Plin. epist. 139. 2. Reliqua la buntur, neque non metu tantùm, verumetiam dolore consciunt. Idem epist. 169. Confecerunt me infirmitates meorum. Cic. ad Atticum, lib. 3. 48. 2. Itaque quum meus me mœror quotidianus lacerat, & conficit, tum verò hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit.
Quos in foro, quos in ambitione, quos in Rep. quos in amicorum negotiis res ipsa antè confecit, quàm possemus, &c. Cic. 1. de Orat. 39.
Confectatus est & confecit. Cic. 2. de Inuent. 204. Quòd tamen excursio nibus & latrociniis infesti, quinetiã redderẽt, cõfectatus est & cõfecit.

¶ Conficere aliquam virginem. Terent. in Eunuch. 5. 4. 6. —virginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia. Vbi Donatus, Si dixisset, Amorem confeci, posset intelligi, cõfeci, expediui, perfeci. At verò vir ginem confeci quid intelligemus, nisi hoc vnum quod insultat Parme no, confectam virginem, quasi dicat superatam, atque deuictam?
Angore confici. Vide ANGOR.
Confici curis. Cic. 1. de Finib. 89.
Dolore & pudore confici. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. 3.
Summis doloribus confici. Cic. 5. de Finib. 138.
Fame confici. Cic. 3. Offic. 36. Quid. in Ibin 80.
Frigore confici. Cic. 3. Offic. 36.
Se valetudine conficere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 17. 4. Ego eum nõ so lum horratus sum: verùm etiam coegi istò proficisci, quòd & illa vale tudine magis conficere se, quàm me iuuare posset in castris.
Me conficit solicitudo. Cic. Attico, lib. 11. 21. 2.
Ipsum corpus tenuissima de causa sæpe cõficitur. Cic. de Arusp. Resp. 36.

¶ Conficere variis nominibus iungitur, vt cõficere ambulationẽ pomeri diana in aliquo loco. Cic. 5. de Fin. 1. Cõstituimus iter nos, vt ambulatio nẽ, pomeridianã conficeremus in Academia. Hoc est deambulare mus.
Absolutionem, Absoluere. Cic. pro Cluentio 58. In consiliũ erant iturí iu dices triginta & duo, sententiis decem & sex absolutio cõfici potera.
Aequor spatiis immensum conficere. Virg. 2. Georg. 109.
Annos aliquot conficere. Cic. 1. Tusc. 146.

Propè

Propè centum confecit annos. Cic. in Orat. 103.
Annulum, pallium, soccos conficere. Cic. 3. de Orat. 70.
Argentum alicuius. Terent. Phorm. 5. 5. 11. Ne quum hãc non videant mẽ, conficere credant argentum suum.
Bellum, Pugnare. Plin. lib. 16. cap. 36. 3. Calamis, orientis populi, bella conficiunt. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 191. Cic. pro Cornelio Balbo. 37.

¶ Conficere bellum, pro Finire pugnam & absoluere. Vatinius Cicero ni, lib. 5. 10. 7. Nam si hoc expectandum est, dum totum bellum confi ciam. Cic. ad Plancum, lib. 10. 19. 4. Qui enim Antonium oppresserit, is hoc teterrimum bellum, periculosissimumque confecerit. Claud. 7. Paneg. 127. Tacit. lib. 2. Silius lib. 11. 64.
Bibliothecam. Cic. ad Atticum, lib. 1. 4. 3. Et velim cogites (id quod mihi pollicitus es) quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis.
Cibos. Id est concoquere, & quod vulgò dicunt Digerere. Plin lib. 11. cap. 37. 51. Postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos. Idem lib. 26. cap. 8. 1. Aliàs enim cibos nõ transmittit, aliàs non continet, aliàs non capit, aliàs non conficit.
Conficere etiam cibos, pro Commanducare, vel subigere. Liuius lib. 2. Nec os acciperet datum, nec dentes conficerent.
Cursum. Cic. ad Atticum, lib. 5. 99. 1. Hinc Scyrum, deinde Delum, vtro que citius quàm vellemus, cursum confecimus.
Cursum vitę, & curriculum viuendi. Cic. 3. Tuscul. 1. Et de Vniuersit. 50.
Cursus annuos Sol conficit. Cic. 1. de Nat. deorum. 118.

¶ Cum aliquo conficere, pro Transigere. Cic. ad M. Marium, lib. 7. 2. 2. Quod si permisisses, qui meus amor in te est, confecissem cum hæredibus. Idem Qu. fratri, lib. 2. 8. 3.
Conficere de re aliqua cum aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 12. 241. 16. Tu tamen cum Apella Chio confice de columnis.
Diem. Plaut. Trinum. 1. 1. 57. Longo sermone vtimur, diem conficimus.
Diem extremum morte. Cic. 3. de Finib. 114. Quum extremũ vitæ diem morte confecerit.
Escas, dicuntur dentes intimi. Cic. 2. de Nat. deorum. 102.
Exercitum. Cic. ad Atticum, lib. 8. 15. 3. Reges barbaros incitare, gentes feras armatas in Italiam adducere, exercitus conficere maximos.
Exercitum difficili Reip. tempore conficere. Cic. pro Lege Manil. 42.
Facinus conficere. Cic. pro Sex. Roscio Amer. 35.
Famam. Cic. de Claris Orat. 140. Sed tamen suauitas vocis, & lenis appellatio literarum bene loquendi famam confecerat.
Flagitium. Terent. Phorm. 5. 2. 5. Dum aliquid aliud flagitii conficiat.
Funera iusta. Cæsar. 6. bel. Gal. 74. Ac paulo supra hanc memoriam serui & clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis cremabantur.
Iter. Cæsar. 4. bel. Gal. 477. Atque omni hoc itinere vna nocte equitatu confecto, insolos, &c. Cic. ad Atticum, lib. 5. 101. 1. Nunc iter conficiebam æstuosa & pulueulenta via.
Iurisdictionem. Cic. M. Cælio, lib. 2. 12. 19. Quoniam iurisdictionem con feceram, ciuitates locupletaram.
Legationem & mandata conficere. Cic. Plancio. 23.
Librum, pro Scribere & componere. Cic. in proœm. de Senect. 2.
Mihi quidem ita iucunda fuit huius libri confectio.
Ligna ad fornacem. Cato cap. 16. Calcarius perficit & coquit, & ex fornace calcem eximit, & ligna conficit ad fornacem.
Mandata. Cic. 9 Philipp. 260. At ille properans, festinansque, mandata nostra conficere cupiens, &c.
Digerere, persequi, conficere mãdata alicuius. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 15. 7.
Malum alicui. Terent. Heaut. 5. 3. 1. Profectò nisi caues tu homo, aliquid grato conficies mali.
Motus animorum conficere. Cic. 2. de Orat. 176.
Munus annuum conficere. Cic. Cœlio, lib. 2. 11. 2.
Munus susceptum conficere. Cic. 2. de Orat. 7.
Negotium. Plaut. Cistel. 12. 2. Nemo exibit: omnes intus conficient negotium. Cæsar. 3. bel. Gal. 411. Quæ quidem res ad negotium conficiendum maximè fuit opportuna. Cic. Attico, lib. 7. 125. 4.
Per aliquem negotium conficere. Cic. Attico, lib. 1. 11. 9.
Ex sententia negotium conficere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 17. 2.
Nuptias. Terent. Phorm. 2. 1. 18. Bonas inde absente hic confecistis nuptias. Idem Heaut. 5. 1. 22. Magis vnum etiam instare, vt hodie confi cerentur nuptiæ. Idem And. 4. 1. 50.
Officium legationis. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 408. Sed qui ab eo missi erant, cõfecto legationis officio, liberius cum militibus regi colloqui cœperũt.
Vetustas omnia conficit & consumit. Cic. pro Marcello. 7.
Ornamenta conficere. Cic. pro Sestio. 95. Cuius ille ordinis nomen re tinet, ornamenta confecit.
Perpolire atque conficere partem aliquam orationis. Cic. 2. de Orat. 66.
Patrimonium. Cic. pro Flacco. 70. Quam non amicus suis ciuibus, qui pa trimonium satis lautum, quod hic nobiscum conficere potuit, Græcorum conuiuiis maluit dissipare?
Pacem. Cic. pro Flacco 21. Pacem maritimam summa virtute atque incredibili celeritate confecit.

Pacem alicuius in leges suas. Terent. Heaut. 5. 2. 45.
Nanque adolescens quàm minima in spe situs erit,
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.
Peculium grande. Plaut. Merc. 3. 96.
Lucrum ingens facio, præter: quam mihi meus pater
Dedit, æstimatas merces. ita peculium
Conficio grande.
Pecuniam ex re aliqua, pro Curare & parare. Cicero 3. Verr. 97. Negat illa posse hominem exorari: permagnam eum dicere ex illa re pecu niam confici posse. Ibidem 19.
Pensum. Plaut. Merc. 7. 75. Ea molet, conficiet pensum, pinsetur flagro.
Pensum, aliter. Plaut. Persa 8. 1. Pensum meum quod datum est, confeci nunc propero domum. Sic Conficere opus, Idem Capt. 12. 67.
Passus vel stadia vario sermone. Cic. 5. de Finib. 2. Itaque ad tempus ad Pi sonem oëstinde vario sermone sex illa à Dypilo stadia confecimus.
Pactiones. Cic. ad Atticum, lib. 5. 100. 2. Et eo facilius: quòd in nostra prouincia confectæ sunt pactiones. Eidem, libro 5. 101. 2. Deinde confectæ pactiones publicanorum.
Porticum mille passuum conficere. Cic. Attico, li. 4. 86. 6. In campo Martio septa tributis comitiis marmorea fumus & tecta facturi, eaque cin gemus excelsa porticu, vt mille passuum conficiatur.
Prandiũ. Plaut. Menech. 1. 4. Pallam ad phrygionẽ fert cõfecto prandio.
Rationes conficere. Cic. Attico, lib. 6. 118. 2.
Reditum alicui, pro Impetrare & efficere vt redeat aliquis. Cic. Dolabel læ, lib. 9. 13. 8. Reditum si me tantum amas, quantum certè amas, homi nibus confice. Idem Attico, lib. 4. 70. 2.
Rem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 164. Cæsar in eam spem venerat, se sine pugna & sine vulnere suorum rem conficere posse.
Rem conficere, Id est patrimonium consumere. Cic. post Reditum 9. Qui quum suam rem non minus strenuè quàm post ea publicam confeciſ set, egestatem & luxuriam domestico ineconinio sustentauit.
Sacra. Cic. ad Brut. lib. 13. 11. 2. Quibus & sacra conficere, & sarta tecta ædium sacrarum locorumque communium tueri possint.
Sermonem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 33. Is reliquo sermone confecto, cuius rei causa venerat, habere se à Pompeio ad eum priuati officii mandata de monstrat. Cic. 1. de Orato. 14.
Exclamatio, est quæ conficit significationem doloris. Author ad Heren. lib. 4. 166.
Solicitudines alicui. Terent. And. 4. 1. 26. Quantasque hic suis consiliis mihi confecit solicitudines.
Spatia eadem conficere. Cic. 1. de Natu. deorum 119.
Varios sermone stadia aliquot conficere. Cic. 5. de Finib. 1.
Tabulas. Cic. 3. Verr. 40. Audimus aliquem tabulas nunquam confeciſſe quæ est opinio hominum de Antonio falsa. Idem pro Roscio Comœ do, Quid est quod diligenter conficiamus tabulas? Plin. epist. 10. 6. An vt magis angar, quod non licet? Et paulo pòst, Sedeo pro tribu nali, subnoto libellos, conficio tabulas, scribo literas plurimas, sed illiteratissimas.
Tempus annuum conficere. Cicero Dolabellæ, in Epistо. ad Atticum, libro 15. 318. 7.
Vestem, aut tunicas hybernas. Plaut. Milit. 10. 93. Conficiantur tunicæ mihi hybernæ bonæ. Colum. lib. 12. cap. 3. Nihil enim nocebit, si sibi atque actoribus, & aliis in honore seruilis vestis domi confecta fuerit, quo minus patris familiãs rationes onerentur. Cic. 6. Verr. 51.
Longam viam. Cic. de Senect. 6.
Celeritate incredibili longissimas vias conficere. Sueto. in Cæsare, ca. 57.
Vim diuinam conficere. Cic. 2. de. Diuinat. 176. Quæ vetustas est, quæ vim diuinam conficere possit? Hoc est omnino perdere, & in nihilum redigere, atque consumere. De oraculo Delphico loquitur, vbi iam desierant responsa dari.
Vulnus acerbum conficere. Virgil. 11. Aeneid. 165.
Ex quo conficitur, vt si leges duæ, aut si plures, &c. Cic. 2. de Inuent. 229. Id est ex quo concluditur.

¶ Confectum est. Cic. in Top. 14. Nondum est satis: adde, nec ea aut lega ta testamento, aut possessione retenta, confectum est.
Confectus, Participium, (κατεργασμένος, κατασκευασμένος,) vt Cõfectus angore. Cic. 2. Offi. 3. Nec me angorib' dedi, quib' essem cõfectus.
Confectus cæde, Interfectus. Seneca Hercul. furen. 13. 5. Nati cruenta cę de confecti iacent.
Confectus ac trucidatus. Cic. de Arusp. Resp. 1. Haud potest grauioribus à me verbis vulnerari, quàm est statim in facto ipso, à grauissimo viro P. Seruilio confectus ac trucidatus.
Confectis æstinis. Cic. Appio, lib. 3. 9. 14.
Aeuo confectus. Virgil. 11. Aeneid. 17.
Confectus cibo. Cic. in Catil. 32.
Calore & spiritu cocta & confecta quæ in aluo sunt, in reliquum corpus diuiduntur. Cic. 2. de Natu. deorum. 105.
Corpore & animo confecta malier. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4. 6.
Confectus cruciatu maximorum dolorum. Cic. ad Atticum, li. 11. 219. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iucendi & confici desyderio aliculus. Cic. in Oratore 18.
Dolore assiduo confectus. Catul. epigram. 60.
Animi dolore confectus. Cic. pro Murena 78.
Fame, frigore, inopia rerum omnium confectus. Cice. 1. in Catil. 19. Idem 7. Verr. 104.
Flammis confecta. Valer. lib. 6. Argonaut. 77.
Assiduis laboribus, concursationibusque confectum grauiter se habere. Plancius Ciceroni, lib. 10. 17. 3.
Senecta confectus. Ouid. 6. Metamorpho. 8.
Summa senectute confectus. Cic. in Pisonem 66.
Senio confectus. Claud. de bel. Gild. 90.
Squallore sordidus, confectus morbo, lachrymis ac mœrore perditus. Cice. pro Murena 78.
Vino, lustrisque confectus. Cic. 2. Philipp. 33. Quum omnes impuritates pudica in domo susciperes, vino lustrisque confectus.
Vino, ganeis, lenociniis, adulteriisque confectus. Cic. pro Sest. 15.
Vulneribus confectus. Cic. post Reditum 12. Idem Octauio 15.
¶ Confecta annis æras. Columel. lib. 1. ca. 8. 15. Et apud Cæsarem 6. bel. Gal. 111. Confectus ætate.
Artus confecti languent. Lucret. lib. 3. 193.
Bellum affectum, & penè confectum. Cic. de Prouinc. Consul. 16.
Consilio togatorum suscepta sæpe & confecta bella. Cic. 1. Offic. 113.
Cibus confectus coactusque in iecore per venam cauam ad cor perlabitur. Cic. 2. de Natu deorum 207.
Ciuitas ab aliquo confecta. Id est euersa. Cic. de Aruſp. Resp. 38.
Tota ciuitas confecta senio est. Cic. pro Milone 15.
Cursus confecti. Virgil. 5. Aeneid. 71.
Fata confecta. Stat. lib. 9. Thebaid. 28.
Forma confecta macie. Virg. 3. Aeneid. 118.
Eadem ratio, quum est in hominis mente, confirmata & confecta lex est. Cic. 1. de Legib. 27.
Munus confectum carmine. Catul. epigram. 63. 30.
Hoc tibi quod potui confectum carmine munus,
Pro multis aliis reddatur officiis.
Magno confecta labore pectora. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 84
Confecta res est. Cic. Attico, lib. 6. 148. 4.
Stipendia confecta. Cic. pro Lege Manil. 17. Partem militum, qui iam stipendiis confectis erant dimiss.
Victoria confecta. Cice. 14. Philipp. 1. Paulo antè dixit, victoriam quæ parta est.
Conficiens, (δύτεγαζόμενος, δυκπονούμενος,) Nomen ex participio, Qui conficit. Vide apud Ciceronem in oratione pro L. Flacco 34. Cõficientissima literarum ciuitas, Quæ omnia scribit quæ agit. Dicunt (in quit) se Flacco & iis qui simul essent, drachmarum xv. millia dedisse. Cum ciuitate mihi res est acerrima, conficientissima literarum, in qua numinus moueri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor mensariis, qui apud illos à populo creantur.
Conficientes causæ & efficientes pro iisdem. Cic. in Partit. 50.
Bonorum conficientia, pro iis quæ bona conficiunt. Cic. 5. de Finib. 139. Sed hæc quum corporis bona sint, eorum cõficientia certè in bonis numerabis amicos, liberos, propinquos, diuitias, honores, opes.
Confectio, Verbale, (δύναρξις, δύνπραξις,) vt Confectio tributi, Cice. pro Flacco 13. Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio vlla recitatur.
Annalium confectio. Cic. 1. de Oratore 28.
Belli confectio. Cic. 14. Philipp. 1.
Eſcarum confectio à lingua adiuuari videtur. Cice. 2. de Natura deorum 202. Id est ciborum comminutio.
Confector, (δυμπεπής, δυπεπράκτωρ,) aliud Verbale. Cice. 2. de Nat. deorum 57. Atque hic noster ignis, quem vsus vitæ requirit, confector est & consumptor omnium: idemque quodcunque inualit, cuncta disturbat ac dissipat.
Belli confector. Cic. Planco, lib. 10. 20. 5.
Negotiorum confector. Cic. 2. Verr. 75.
Confectura, confectūræ, penul. prod. (σύνταξις,) Plin. lib. 13. cap. 12. 1. Proximum amphitheatricæ datum fuerat à confecturæ loco. Idem lib. 33. cap. 13. 2. Reliqua confectura eadem quæ & chrysocollæ. Columella lib. 9. cap. 14. 5. Confectura mellis.

Confido, confīdis, penul. prod. confisus sum, (πείθομαι, ταρρέω,) confidere, significat Credere & existimare, tum in præterito, tum in præsenti, tum in futuro: authore Valla lib. 5. Habet etiam præterium actiuæ terminationis confidi. Liuius libro 4. Decad. 5. Nec tum mœnia modo, sed agros etiam considerunt sè à populationibus tueri posse.
De præterito. Cice. 7. Verr. 139. Ego mei iam rationem officii confido esse omnibus iniquissimis meis persolutam.
De præsenti. Ci. 3. Offi. 7. Quanq; à Cratippo nostro, principe huius memoriæ philosophorum, hæc te assidue audire atque accipere confido.
De futuro. Cic. Ita fore confidimus. Idem ad Bratum, lib. 11. 8. 3. Ita enim

sperant atque confidunt, vt antea rege, sic hoc tempore regno te Rem pub. liberaturum. Idem 2. de Finib. 128. Quis enim confidit semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit? Plaut. Amph. 10. 54. Ah propitius sit potius. I. confido fore. Idem Pœnulo 17. 45. Ego quidem amores meos mecum confido fore. Idem Capt. 4. 68. Et Terent. Adelph. 5. 3. 40. Vt confidam fore ita, &c.
Confidere & Metuere, contraria. Ouid. epist. 16. 35.
De facie metuit, vitæ confidit, & illum
Scœrum probitas, forma timere facit.
Num confidit? Plaut. Pseud. 20. 98.
Meo tu dedisti epistolam seruo? quo seruo? H. Syro.
B. Num confidit? Sycophanta hic nequam est, nugis meditatur malè.
Nihil nimis oportet confidere. Cic. 1. Tusc. 122. Et 1. Offic. 105.
Confidere alicui. Cic. 3. de Finib. 46. Atque iste vir altus & excellens magno animo vere fortis confidere sibi debet, & suæ vitæ & actæ & consequenti. Idem de Amicitia 15. Ego verò non grauarer, si mihi ipse confiderem.
Timidè confidere alicui, Id est non tutò. Ouid. de Arte Amandi 29.
Ergo age fallaci timidè confide figuræ Quisquis es.
Mihi ipse confido. Cic. de Amicitia 15.
Sibi confidere. Cic. pro Flacco 4.
Arcæ alicuius confidere. Cic. Attico, lib. 1. 6. 2.
Bono fragili confidere. Senec. Hippol. 6. 8.
Bonis suis confidere. Cic. 5. Tuscul. 57.
Confidere causæ. Cic. 1. de Finib. 48.
Ferocius causæ suæ confidere. Cic. Attico, lib. 8. 15. 3.
Parum constantiæ alicuius confidere. Cice. Planco, in Epistо. ad Atticum, lib. 16. 14. 3.
Figuræ suæ confidere, Id est pulchritudini. Ouid. 10. Metam. 14.
Formæ suæ confidere. Lucan. lib. 10. 17.
Optimanibus nihil confidere. Cic. Attico, lib. 9. 17. 5.
Rebus afflictis confidere. Virg. 1. Aene. 92. – hic primũ Aeneas sperare salutẽ Ausus, & afflictis melius cõfidere rebus. Id est de afflictis rebus.
Suis regnis confidere. Iuppiter de Colare mortuo apud Valerium lib. 6. 126. Hei mihi si duræ natum subducere sorti
Melior atque meis ausim confidere regnis. Idem lib. 1. 36.
Confidere virtuti. Cæsar 3. bel. Ciuil. 93.
Virtuti constantiæque alicuius confidere. Cic. 5. Philipp. 164.
Confidere cum ablatiuo posuit. Cicero 5. Tuscul. 12. Cuius ingenium & eloquentiam quum admiratus esset Leon, quæsiuisse ex eo qua maxime arte confideret.
Corporis firmitate & fortunæ stabilitate confidere. Cicero 5. Tuscul. 57.
Voluntate aliquorum confidere. Cu. Magnus in Epistо. ad Atticum, libro 8. 164. 2.
Confidere animo. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 1. 2. 25. Sperent superiores fore nos, confidant animo, vt in hac Repub. ne casum quidem vllum pertimescat.
Confidere animo & spe. Cæsar, Tamen non deterrebantur, animo & spe confidebant.
Confidere de. Cæsar 1. bel. Ciuil. 18. Si superauissent, vel domesticis opibus, vel externis auxiliis de salute vrbis confiderent.
Confidere in. Hirtius de bello Africano, lib. 5. 65. Quippe qui in nullo illorum sibi confideret.
Confidens, penul. prod. (θάρσων, ταρρέκλεος,) Nomen ex participio Audax, nihil timens: tam in bonum, quàm in malum accipitur.
In bonum. Plaut. Merc. 22. 15. – Cupido quantus es?
Nam quenuis confidentem facilè tuis factis facis?
Eundem ex cõfidente actũtum diffidentem denuo. Idem Capt. 128.
Decet innocentem seruum atque innoxium
Confidentem esse, suum apud herum potiſſimum.
In malum. Terent. Phorm. 1. 2. 72.
Homo cofidens, qui (illum dii omnes perdiunt)
D. Quid is fecit? G. hoc consilium, quod dicam, dedit. Vbi Donatus, Hîc confidens pro improbo, audace, & temerario posuit: vt, O ingentem confidentiam? Plaut. Amph. 4. 1. Qui me alter est audacior homo? aut qui confidentior? Idem Menæch. 14. 41. Nihil hoc confidentius, qui quæ vides, ea pernegat. Cice. 3. Tuscul. an. 23. Qui fortis est, idem est confidens: quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur.
Homo durus, confidens, tumidus, amari sermonis. Horat. 1. Serm. sat. 7. 2.
Nequam est homo ille atque confidens. Cic. 7. Philipp. 219.
¶ Confidens, Constans, inquit Donatus. Terent. And. 5. 2. 14. Nescio quis senex modò venit. ellum confidens, catus.
Confidentissimus. Virgil. 4. Georgic.
Nam quis te iuuenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos? Hoc est audacissime.
Confidentia, (θάρρος, θάρσος,) Plaut. Mil. 5. 74.
Tutè vnus si hoc recipere ad te dicis, confidentia est
Nos inimicos profligare posse. Idem Pseud. 11. 73. Confidentia est inimicos

inimicos meos me posse perdere.
Afferre confidentiam. Vide AFFERO.
Amittere confidentiam. Vide AMITTO.
Confidentiam habere in ventre. Plaut. Capt. 13. 43.
¶ Confidentia sæpius in malam, Fiducia in bonam partem accipitur, authore Donato. Terent. Eunuch. 5. 1. 22.
Vide amãbo, si non quum aspicias, os impudens
Videtur. T. non est. P. tum quæ eius confidentia est?
Improbitas & confidentia. Cic. pro Cecinna. 1. Quasi verò aut in iudicio possit idem improbitas, quod in vi confidentia.
Confidentia & temeritas. Cic. 2. Philipp. 102. Iam intelliges aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confidentiæ & temeritatis tuæ.
Ingens confidentia. Vide INGENS.
Videte quo vultu, qua confidentia dicat. Cic. pro Flacco. 7.
Confidentia scapularum, id est duritia. Plaut. Asin. Scapularum confidentia, virtute vlmorum freti. Nonius.
¶ Confidentia, Constantia. Cic. 3. de Rep. Duas sibi res quominus in vulgus & in foro diceret, confidentiam & vocem defuisse. Nonius.
Confidentiloquus, (θρασυλογίας,) Dictio à Plauto conficta in Trinum. 4. 121. – nihil est profectò stultius,
Neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque periurius, quàm, &c.
Confidenter, Aduerb. (θαρραλέως,) vt Confidenter alicui astare. Plaut. Capt. 12. 6. At vt confidenter mihi contrà astitit. Idem Pseud. 7. 44.
Spurcè, superbè, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitiosè factum. Author ad Herennium, lib. 1. 7.
Confidenter facere. Plaut. Milit. 8. 53.
Confidenter colloqui. Plaut. Amphit. 4. 185. Cic. 2. de Orat. 16.
Confidenter restare in aliqua re. Terentius Heaut. 5. 3. 6. In qua re nunc tam confidenter restas stulta?
Dicere confidentius. Cic. pro Cœlio. 34. Dicam enim iam confidentius de studiis eius honestis, quoniam audeo quædam fretus vestra sapientia liberè confiteri.
Loqui confidentius. Cic. 2. de Orat. 16.
Resistere confidentissimè. Author ad Herennium, lib. 2. 40.
Confisus, pen. prod. (πεποιθώς,) Participium, vt Rusticus confisus plenis agris. Tibul. 2. eleg. 1. 5.
Nimium cœlo sereno confisus, Cœli deceptus fraude sereni. Virgilius. 5. Aeneid. 173.
Copia & facultate causæ confisus. Cic. pro Roscio Comœd. 2.
Flore primæuæ iuuentæ confisus. Silius lib. 16. 82.
Pelago sereno confisus. Virg. 5. Aeneid. 173.
Cymba confisa remis minutis. Propert. lib. 1. eleg. 11. 2.
Vrbe confisus. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 12.
Confisus amari, Credens se amari. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 9.
Tum mihi interii stultè confisus amari.
Confisio, confisionis, (θάρρη,) Verbale. Cic. 4. Tuscul. 130. Est si fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est, & opinio grauis, non temerè assentiens.
Confideiussor. Vlpianus in L. videlicet. ff. De pactis.

Configo, configis, pen. prod. confixi, confixum, (συμπάγνυμι, προσκαλίζω,) configere, Idem quod figere significat. vt Configere tabulam aculeis. Columel. lib. 7. cap. 3. 5. Liuius. 4. bel. Punici. 191.
Configere sagittis. Cice. 4 Acad. 157. Quid apud Euripidem Hercules, quum vt Euristhei filios ita suos configebat sagittis, quum &c. Idem. 5. de Finib. 56. Et. 2. de Nat. deorum. 189.
Configere tabulas inter sese. Cato cap. 21. 2.
Configere cornicum oculos. Cic. pro Murena. 22. Vide CORNIX.
¶ Configere suas curas in Reip. salute. Cic. 7. Philipp. 220. Hunc ipsum mihi hominem familiarissimũ, nisi talis Consul esset, vt omnes vigilias, curas, cogitationes in Reip. salute configeret, Consulè non putarem.
Confixus, (συμπαγής,) Particip. vt Cõfixus cuspide. Lucan. lib. 3. 123.
Pereunt confixi à sociis. Virg. 1. Aeneid. 86.
Sagittis confixus. Seneca Herc. Oeth. 7. 33.
Telis confixus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 3. Virg. 9. Aeneid. 112.
Ferrea seges telorum confixum regit. Virg. 3. Aeneid. 9.
Nam Polydorus ego. hîc confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
Confixus sententiis. Cic. 12. Philip. 331. Meminerãt eius sententiis cõfixũ Antonium, L. Cæsarem fortem quidẽ illum, & constantem Senatorem.
Senatusconsultis confixus. Cic. de Aruſp. respon. 73.
Confixus, huius confixus, (συμπαγής, καθάλωτος,) Verbale, vt
Facere confixum. Id est configere. Cic. 1. de Orat. 140. Quid Decius Nu culam, an confixum vis facere? inquit. Hic autem est vsus ambiguo. Nam sermone confixum facimus, quemadmodum mucrone aut alia re. Significat autem verbis aliquem exagitare.

Configũro, configũras, penul. prod. (χαμαιτοιοῦμαι,) configurare. Columel. lib. 4. cap. 20. 1. Ne prauitas statumi num ad similitudinem sui vitem configuret.

Confingo, confingis, confinxi, confictum, (συμπλάττω,) confingere, Nihil amplius ferè quàm simplex Fingo significat, præterquàm quòd compositio nonnihil addit vehementiæ, quemadmodum in plerisque aliis. Plin. lib. 10. cap. 33. 2. Hirundines eadem materia nidos confingunt. Idem lib. 11. cap. 5. 1. Apes fauos, confingunt & ceras. Id est formant vel componunt.
¶ Confingere, significat etiam Comminisci & commentari. vt Confingere rationes. Columel. lib. 1. cap. 8. 3. Plaut. Mere. 1. 14. Confingit seruus emptam matri pedisequam. Terent. Phorm. Omnia hæc confingam quod erit mihi bonum atque commodum.
Confingere & comminisci aliquid. Author ad Heren. lib. 2. 43.
Crimen in aliquem. Cice. 5. Verr. 134. Concedes non hoc crimen nos in te confingere.
Dolum inter sese. Plaut. Capt. 2. 35.
Hîce autem inter sese confinxerunt dolum,
Quo pacto hîc seruos suum herum hinc amittat domum.
Insidias alicui paratas confingere. Iustinus lib. 32. De Perseo.
Rumorem. Author ad Heren. lib. 1. 44.
Cõfingere aliquid ab alio cogitatum esse. Cic. pro Rege Deiotaro 10. Id vos & à viro optimo, & ab hoste minimè stulto cogitatũ esse cõfingitis.
Confictus, Participium, (συμπεπλασμένος,) vt Confictæ lachrymæ, Terentius And. 3. 3. 27.
Confictio, confictionis, Verbale, (σύμπλασμα,) vt Confictio criminis, Cic. pro Roscio Amer. 21. Criminis confictionem Erucius suscepit.

Confinis, & hoc confine, pe. prod. (ὅμορος, σύνορος,) Qui eodem loco finit. vt Confinis ager, Liu. 4. ab Vrbe 111. Excursiones inde in confinem agrum Labicanum factæ erunt. Plin. lib. 11. cap. 20. 2. Tarum inuehitur per Nabathæos, Troglodytasque confines.
Caput confine collo. Ouid. 1. Metam. 145.
Confinibus oris. Valer. lib. 2. Argon. 128.
Confinis meus. Martialis lib. 2. 32.
Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum.
Confinis, genitiuo iungitur. Author ad Heren. lib. 4. 157. Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si peruenire eò non potuerunt, errantes perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans & dissolutum.
Confinis, datiuo iungitur. vt Confinis Aethiopię est. Plin. lib. 8. cap. 10. 5. & lib. 6. cap. 5. 3. Confines sunt iis.
¶ Confinis, per translationem, Quod propè idem est & simile. Quintil. lib. 6. cap. 4. Et confine est quod dicitur per suspicionem.
Confine, huius cõfinis, (μεθόριον,) vt Ad confine papillæ, Valer. lib. 6. Argon. 75. Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillę, Inde Thoen.
In confinibus hostis arcendus est. Sen. lib. 1. de Ira.
Confinium, huius confinii, (μεθόριον,) Terminus agrorum. Colu. li. 3. ca. 5. Mediocritas in lectione loci maximè probatur: quoniam in confinio boni malique posita est. Plin. lib. 6. cap. 9. 3. Confinium Caspii maris.
Vicinitates & confinia. Cic. 2. Offic. 93. Conuenit autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum in omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis æquum & facilem, multa multis de iure suo cedentem.
Confinium artis & falsi apud Tacitũ, li. 4. pro similitudine vel affinitate.
Terræ alicuius cõfinia, Id est loca vel oppida adiacentia. Luca. lib. 3. 55.
Ad confinia alicuius loci. Valer. lib 8. Argonaut. 38.
Ponere in confini arbores. Vlpianus in L. 2. ff. De iudicio finium regundorum, Neque enim multum interest, arbores quis in confinio, an ædificium ponat.

Confio, penul. prod. confis, (διακρέπομαι,) confieri, passinam habet significationé. Colu. lib. 5. ca. 15. Tria igitur stercoris genera sunt præcipua, quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Idem lib. 1. cap. 8. 8. Sic enim curabit vt & panis diligẽter confiat. Cæsar 7. bel. Gal. 227. Postquam id difficilius confieri animaduertit. Balbus & Oppius Ciceroni, in Epistо. ad Atticũ, lib. 9. 179. 2. Te hortari desineremus, vt velles his rebus interesse: quo facilius, & maiore cum dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota conficeret. Terent. Adelph. 5. 8. 24. Hoc confit quod volo.
Res confit vtroque modo. Lucret. lib. 4. 69.
Cõfore, penul. correp. (συντελεσθήσεται,) Futurum tempus infinitini modi. Terent. And.
– restat Chremes
Qui mihi exorandus est: & spero confore. Vbi Donatus, Confore, ab eo quod est confit, id est perficitur: futurum tempus infinitiui modi cõfore facit, id est perfectum iri. Sic in Adelph. Verum quid ego dicam? hoc confit quod volo. Confieri, id est perfici. Vnde Confectum negotium dicitur, vel confecta res, quæ ad plenum perficitur. Virgil. 4. Aeneid. 24. – nunc qua ratione quod instat
Confieri possit, paucis (aduerte) docebo. Hactenus Donatus.

Confirmo, confirmas, (βεβαιόω, κατασκευάζω, σταθερόω, ἀνυσιμόω, κραταιόω,) confirmare, Firmum facere. Pollio ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ciceronem,lib.10.35.16.Nam in delectu non multum spei puto esse, præsertim quum nihil sit periculosius,quàm spatium confirmandi sese Antonio dari. Cicero pro Lege Manil.16. Mithridates autem & suâ manum iam confirmarat,&c.

Erigere te & confirmare.Cicero Qui.fratri,lib.1.3.7. Erige te & confirma,siquæ subeunda dimicatio erit.

Confirmare & excitare aliquem.Cic.Attico,lib.1.11.13.Ego recreaui animos bonorum,vnumquemque confirmans & excitans.

Ad voluntatem alterius se confirmare. Cicer. Lentulo,lib.1.8.4.Verumtamen ipse me confirmo ad eius voluntatem, à quo honestè dissentire non possum.

Sensum rectum & confirmatum in Republica deponere, difficile. Cicer. Lentolo,lib.1.8.4.

¶ Confirmatur cicatricula.Celsus lib.7.cap.10. Ideoque protinus brachium deligandum,habendumque ita est,donec valens cicatricula sit, quæ celerrimè in vena confirmatur. Admonet hoc loco chirurgum deligandi brachii post missionem sanguinis.

Confirmare corpus. Celsus lib.4. cap.4. Neque vomitum huius afferre periculum etiam quum repetit, si antè confirmare & implere corpus licuit. De sanguinis vomitu loquitur.

Educare & confirmare,Cic.2.de Orato.193.

Intestina confirmare. Celsus lib.4.cap.19.Neque enim vlla res magis intestina confirmat.

Membrum confirmare. Celsus lib.8.cap.10. Tum paxillos remouendus,vulnus sanandum est, cicatrix inducta fouenda frigida aqua est, in qua myrtus,hedera,aliæve similes verbenæ sint,illinendumque medicamentum quod siccet, & magis etiam hîc quiescendum donec membrum confirmetur.

¶ Confirmare se dicuntur qui ex morbo cõualuerunt.Cic.ad Tironem, lib.16.2.1.Cura igitur te,& confirma& quum commodè poteris, &c. ad nos veni. Idem, Quum te confirmaris ad nos venias.

Planè se confirmare alicubi. Cicer. Tironi, lib.16.1.1. Mihi placebat si firmior esses, vt te Leucadem deportares, vt ibi te planè confirmares. Ibidem 6.1.

Confirmata valetudo à morbo. Cicer. ad Atticum,lib.10.208.2. Valetudinem tuam iam confirmatam esse & à vetere morbo,& à nouis tentationibus gaudeo.

Confirmata ætas.Cic.Planco,lib.10.3.4. & 5.de Finib.110. In his verò ætatibus quæ iam confirmatæ sunt,quis est,&c.

Corroborata & confirmata ingenia. Cicero de Amicit.63. Omnino amicitia corroboratis iam confirmatisque & ingeniis & ætatibus iudicandæ sunt.

Nondum satis confirmatus ad scribendum.Cic.ad Dolab.lib.9.11.5.

¶ Confirmant se,qui animum sumunt excusso timore.Cic.7.Ver.75.Cõfirmant ipsi se,quum is etiam tum semisomnis stuperet.

Confirmare se ad omnia.Cic.in quadam oratione.

Confirmare aliquem.Brutus ad Ciceronem,lib.11.9.4.Plancum quoque confirmetis oro,quem spero pulso Antonio,Reipub. non defuturum. Idem eidem,lib.11.11.3.Ego tamen non habui ambigunm & statim ad Plancum misi:& biduo ab Allobrogibus & totius Galliæ legatos expecto,quos confirmatos domum remittam. Cæsar 5.bel.Gal.195. Milites consolatus & confirmat. Cic.pro Quintio 21.

Alterum confirmare,non est ex causa atq; fortuna eius cui omnia desunt. Cicer.Torquato,lib.6.3.1.

Dictis confirmare aliquem. Claud.de bello Gildon.85.

Confirmare animum.Plaut.Aulul.13.1.
Volui animum tandem confirmare meum.

Sapientissimi & amicissimi hominis authoritate confirmare animum alicuius.Cic.Cecinnæ,lib 6.6.3.

Confirmare animos verbis.Cæsar 1.bel. Gal. 133. Cæsar Gallorum animos verbis confirmauit.

Mores confirmare.Cic.4.de Finib.7.

¶ Confirmare amicitiam vel pacem cum aliquo.Cæsar 1.bel.Gal.11.

Cum proximis ciuitatibus pacem & amicitiam confirmare. Cicer. 1.Philipp. 1. Pax denique per eum & per liberos eius cum præstantissimis ciuibus confirmata est.

Confirmata amicitia,& perspecta fide,commemoratio officiorum superuacanea est. Cicer. Appio,lib.3.5.3.

Confirmare opinionem.Plin.lib.37.ca.1.5.Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri Magni,quo vetuit,&c.

¶ Cõfirmare,Asseuerare,corroborare.Cic.ad Cassium,li.12.7.4. Promisi enim,& propè confirmaui te non expectasse. Idem 4.Academ.47. Maximè verò virtutum cognitio confirmat percipi & comprehendi multa posse. Idem ad Lentulum,lib.1.4.8.At ea excepta,possum cõfirmare te,& Senatus,& p.R. summo studio authoritatem tuam retenturum. Idem de Amicitia 9. Nemo vnquam erit, &, vt confirmare possum, nemo certe fuit.

Plus est persuadere, quàm confirmare. Cicer. Attico, lib. 16. 333. 13. Hoc quum mihi non modò cõfirmasset,sed etiam persuasisset,egit mecum accuratè,&c.

Confirmare & comprobare. Cicer.Cupiennio, in Epist. ad Atticum, libro 16. 344. 2.

Confirmare & Infirmare,contraria.Cicer. 2.de Diuinat. 57. Tu quidem non hostiarum casum confirmat sortium similitudine,sed infirmas sortes collatione hostiarum. Idem 1. de Inuent.65.

Promittere atque confirmare. Cic.Appio,lib.3.10.4.

Confirmare & refellere. Cic.1. de Orato.45. Et id quod intenderemus confirmare,& id quod contrà diceretur,refellere.

Confirmare & refutare. Cic.2.de Oratore 45. Nostra confirmare argumentis ac rationibus,deinde contraria refutare.

Confirmare & sancire. Cic.10.Philipp.282.

Ausum confirmare.Id est affirmare.Lucret.lib.2.36.

Otii causa aliquid confirmare. Cic.Capitoni,in Epist.ad Atticum, lib. 16.343.5.De actis Cæsaris, Quæ non modò ii quorum interest, sed etiam ii qui illa non probantiotii causa confirmare vellint.

Authoritatibus causam aliquam confirmare.Cic.pro L.Manil.48.

Exquisitis rationibus confirmare aliquid.Cic.1.de Finib.46.

Aliquid confirmare de re aliqua.Cice.pro Archia 11.Difficile est hoc de omnibus confirmare.

De reditu alicuius confirmare.Cic. Cecinnæ,lib.6.6.5.

Ex rationibus confirmare aliquid.Lucret.lib.5.40.

Sine vlla dubitatione confirmare aliquid.Cic.de Clar.Orat.11.

Omni ratione confirmare.Cic.de Lege Agrar.28.

Confirmari omnium sermone.Cic.7.Verr.79.Hæc autem istius vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone.

Suffragiis aliquid confirmare.Cic.pro Domo sua 38. Quod factum non est vt, sit factum,ferri ad populum aut verbis vllis sanciri, aut suffragiis confirmari potest.

Confirmare commentitium crimen.Cic.pro Rosc.Amer.24. Ille quomodo commentitium crimen confirmaret,non inueniebat.

Diuinationem confirmare.Cic.1.de Diuinat.123.

Facinus obiectum confirmare.Iustinus lib.32.De Perseo.

Confirmare periurium.Cic.6.Verr.17.Vt quàm minimum dem illis temporis ad meditandum confirmandumque periurium.

Pœnæ metu confirmare religionem.Cic.2.de Legib.41.

Confirmare spem temporis reliqui.Cic.1.Verr.39. Et pro Cluent.10.

Confirmare aliquem libertati. Cæsar,Gladiatoresque quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit.

Confirmatum est,Cic.4.Verr.15.

Confirmatus,penul.prod.Participium,(πεπραιωμένος,) vt Confirmata acies.Vide ACIES.

Aetas confirmata.Cic.5.de Finib.110.

Corpus confirmatum.Cic.Tironi,lib.16.3.2.

Certus & confirmatus animus. Cicero pro Quintio 51. Diffidebam me Hercule C. Aquili, satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere.

Nondum confirmato consilio,sed ineunte ætate curam aliquam suscipere.Cice.5.Verr.2.

Incommodum in aliquo confirmatum.Cic.Antequam iret in exil.10.

Ingenia confirmata.Cic.de Amicitia 63.

Ratio confirmata.Cic.4.Academ.51.

Valetudo confirmata.Cic.ad Atticum,lib.10.208.2.

Confirmator,penul.prod.Verbale,(βεβαιωτής,) Cice.pro Cluentio 57. Vnus & alter dies intercesserat,quî res parum certa videbatur:sequester & confirmator pecuniæ desyderabatur.

Confirmatio,Verbale,(πιστοποίησις,βεβαίωσις,) Cic.5.de Finib.26. Inuenta vitæ via est confirmatioque omnium officiorum. Idem ad Cassium,lib.12.8.1.Sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis.

Testimonium & grauior confirmatio.Cic.1.de Inuent.64.

Animi confirmatio.Cic.Cecinnæ,lib.6.6.2.

Non eget confirmatione virtus.Cic.Torquato,lib.6.3.1.

¶ Confirmatio,Pars orationis Rhetoricæ.Cic.1.de Inuent. 50. Confirmatio est,per quam argumentando nostræ causæ fidem & authoritatem & firmamentum adiungit oratio.

Confirmitas,pen.corr.confirmitatis,(πραότης,) Plaut.Milite 5.34.
Os habet,linguam,perfidiam,malitiam atque audaciam,
Confidentiam,confirmitatem,fraudulentiam.

Confiſco, confiscas,(δημοσιόω,) confiscare,A fiscus derivatur. Asconius,Quia maior summa est pecuniæ publicæ,quàm priuatæ,factum est vt Fiscus pro pecunia,& inde Confiscare dicatur. Sueton.in Augusto,Deuictis his & confiscatis,promissa veteranis præmia soluerentur. Idem in Cæsare Caligula,cap.16. Multis incendiorum damna suppleuit, ac si quibus regna restituit, adiecit & fructum omnem vectigalium & reditumm medii temporis, vt Antiocho Comageno 11-5.millies confiscatum. Erasmus.

Hæreditates confiscare.Sueton.in Domitiano, cap.12. Confiscabantur alienissimæ hæreditates, vel existente vno qui diceret audisse se ex defuncto

de functo quam vineret,hæredem sibi Cæsarem esse.

Confiscare,etiam ad homines relatum,non solum ad rem.Sueton.in Cæsare Caligula,cap.41. Et quondam proximo collusori,demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum præterirent duos equites Rom.locupletes sine mora corripi,confiscarique iussisset,exultans reddit,gloriansque,nunquam se prosperiore alea vsum. Idem in Tib.Cæsare,cap.49.Præterea Galliarum & Hispaniarum,Syriæque & Græciæ principes confiscatos ob tam leue ac tam impudens calumniarum genus, vt quibusdam non aliud sit obiectum, quàm quòd partem rei familiaris in pecunia haberent. Erasmus.

Pecunia confiscata.Sueton.in Octau.Augusto,cap.101.Legionariis trecenos nummos: quam summam repræsentari iussit. Nam & confiscatam semper,repositamque habuerat.

Confiteor, confiteris,confessus sum,(ὁμολογέω,ἀμολογέομαι,ἐξομολογέομαι,σὺνομολογέομαι,σὺνμαρτυρῶ,) confiteri, Idem quod fateri significat: nisi quòd compositio aliquid augere videtur: vt sit confiteri, sponte quodammodo fateri,vel alio suadente aut cum alio fateri. Donatus, Indicat is qui de se volens aliquid, & de aliis etiam prodit: sed confitetur,qui de se tantum,& inuitos. Plaut.Capt.6.46. Hæc tu eadé si confiteri vis, ex tua re feceris. Terent.Heaut.5.3.13. Egone confitear meum non esse filium qui sit meus? Idem Phorm.5.9.45. Ignoscat, oret,confitetur,purgat, quid vis amplius? Cic.3.Verr.66. Si non quæ abstuluit, at quæ confessus es.

Confiteri & profiteri. Vide PROFITEOR.

¶ Confiteri,interdum profiteri significat. Sueton.in August. Decedente prouincia,priusquam confiteri se Consulatus candidatum posset,mortem obiit repentina.

Apertè atque ingenuè confiteri aliquid.Cic.Metello,lib.5.2.6.

Quæstione adhibita confiteri.Cic.1.de Diuinat.96.

Tacendo loqui,non inficiando confiteri videri.Cic.pro Sestio.35.

Deos esse confitendum est.Cic.1.de Nat.deorum.63.

Deuinctum se esse officiis alicuius,confiteri non solùm, sed etiam gaudere.Cic.Lentulo,lib.1.9.67.

Confiteri aliquod crimen. Cic.in Sallust.9. Confessus est vobis audientibus adulterium.

Iram vultu confiteri.Ouid.6.Metam.7.

Motum animi sui lachrymis confiteri.Quintil.lib.6.cap.1.18.

Peccatum suum, quod celari posset, vir sapiens confiteri maiuit. Cic.2. de Nat.deorum.17.

Religiones confiteri.Cic.2.de Legib.48.

Timorem confiteri pallore.Ouid.1.Trist.eleg.3.23.

Verum confiteri. Ouid.1.de Remedio amoris.54.

Confiteri de maleficio.Cic.pro Roscio Amer.71.Res porrò abs te eiusmodi postulabatur,vt nihil interesset, vtrum eam rem recusares,an de maleficio confiterere.Idem.2.Philipp.41.

De obiectis non confiteri.Cic.pro Domo sua.72.

De re confiteri.Cic.in Pattit.70. Minimè esse concedendum, vt is qui de re confiteatur,verbis se interpretatione defendat.

Vt de me confitear. Cic.3.Verr.3. Equidem, vt de me confiteár Iudices, quum multæ mihi à C.Verre insidiæ terra marique factæ sint,&c.

Summam videbantur metu infirmitatem de se confiteri. Quintil.lib.2. cap.4.21.

Confitens, pen.corr.(ὁμολογῶν,) Participium, vt Audire confitentem.

Confessus, Participium, (ὁμολογούμενος,) Qui (vt ait Varro) fassus est quod ab eo quæritum est.

Amorem confessus Ouid.14.Metam.141.

Manus confessas alicui rendere.Ouid.5.Met.m.43. – atq; ita supplex Confessasque manus,obliquaque brachia tendens. Id est quæ suo gesta velut confitebantur Plinium à Perseo victum.

Propositio confessa.Quintil.lib.5.cap.14.11.

¶ Confessa res, Clara, manifesta, & de qua nulla est controuersia. Plin. lib.10.ca.49.4.De confessis dilerunisse præsiterit. Idem lib.10.ca.11. 4.Sed in confessa dãnatione est venenatum in Sardinia. De apiastro.

* Et Quintil.lib.1.Et confessis quoque Græcis vtimur verbis.

Confessa res & manifesta.Cic.5.Verr.110.

Rens confessus.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.11.
Non est confessi causa tuenda rei.

Rubor confessus secreta.Claud in Nuptiis Honorii.2.

Confessa de iisdem breuiter atque capitulatim attingam. Plinius lib.2. cap.12.4.

Probare confessa.Quintil.lib.5.cap.14.26.

Confessa & non dubia signa.Colum.lib.2.cap.2.11.

Ex confesso.Quintil.lib.3.cap.5 Quibus contineatur omnis ratio dicendi:si fortè laudare quæ constet esse honesta,& vituperare quæ ex cõfesso sint turpia,non est oratoris officium.Id est quæ cõstet esse turpia. In confesso est.Plin.lib.17.cap.22.10. Pampinatio verna in confesso est, ab Idibus Maiis, &c. fieri nitra dies x. Sic lib.2.cap.32.8. Seneca de Benef.lib.3.cap.11.Horum in confesso merita sunt.

In confessum venire.Plin.epist.301.Quum alioqui magna sit expectatio: vt necesse sit in ea re quæ & in confessum venit, & exemplis defenditur,deliberare.Id est quam omnes fatentur sic se habere.

Confessio,Verbale,(ὁμολογία,ἐξομολόγησις,) Cicero 7.Verr.81. Vbi hoc videt illorum cõfessionem,testificationem suam,tabellas sibi nullo adiumento futuras,sibi consilium.Liuius 1.ab Vrbe 196.Ea erat cõfessio,caput rerum Romam esse.

Vultus ac vocis confessio.Quintil.lib.6.cap.3.6.

Periculosa confessio.Vide PERICVLOSVS.

Verecundior est confessio,quàm expositio.Quintil.lib.4.cap.2.6.

Sit errauti medicina,confessio.Cic.Octauio 12.

Confessione illius æui, optimus & sine æmulo agricola Cato. Plinius libro 14.cap.4.1.

¶ Ad ignorationis confessionem adducere aliquem. Cic.1.Acad.63.

Arguere aliquem sua confessione.Tacit lib.1.

Indubitatas confessiones habere.Plin.lib.22.cap.25.7.Ad extera corporum indubitatas confessiones habet.De lasere.

Nefarias confessiones audire.Cælius Ciceroni lib.8.8.8.

Errati sui confessione comprobare authoritatem alicuius rei. Cicero 1. de Diuinat.62.

Coniectum esse confessione aliquorum.Cic.post Reditum 1.

Deferre confessiones alicuius rei ad iudices.Cic.pro Sestio 128.

Ex confessione insciitiæ suæ elabi.Quintil.lib.2.cap.11.2.

Culpæ confessionem exigere.Quintil.lib.4.cap.2.42.

Taciturnitas imitatur confessionem.Cic.1.de Inuent.70.

Indaî sua confessione.Vide INDVO.

Solet nonnunquam mouere lachrymas ipsa confessio. Quintilian. lib. 4. cap. 2. 55.

Indiciis & confessionibus suis patefactum esse.Cic.3.in Catil.60.

Premere confessionẽ,& partiẽdo multiplicare.Quintil.lib.7.cap.2.20.

In confessione facti,iuris tamẽ defensionẽ suscipi posse.Cic.pro Milo.11.

Vrgeri confessione sua.Cic.6.Verr.94. Omnibus in rebus coarguitur à me,conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur.

Conflágito, conflagitas, penult.correp. conflagitare,Simul flagitare. Plinius lib.34.cap.8.15. Quum quidem tanta Popa Roma contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi apoxinomenon conflagitauerit. In emendatioribus codicibus legitur flagitauerit.

Cónflagro, conflagras,penult.correp.(φλέγομαι,) conflagrare, Ardere.Plin.de Viris Illustrib.4.a, Fulmine ictus cũ regia conflagrauit.Plinius lib.18.cap.28.5.Mox Sole acceodi, & con flagrare certum est. Idem lib.34.cap.5.4.Cuius basis conflagrauit curia incensa P.Clodii funere.

Conflagrare flammis.Liu.10.bel.Pun.18.

Inuidiæ incendio conflagrare.Cic.1.in Catil.11.

Ardore flammæ conflagrare.Cic. Antequam iret in exil.1.

Terræ conflagrant.Cic.2.de Natu deor.134.

Conflagrare amoris flamma.Cic.7.Verr.72.

Conflagrare inuidia.Cic.5.Verr.112.Nam qua inuidia C.Iunius conflagrarit,ea,nisi prouidisses,tibi ipsi tũ pereundum fuisset. Idem pro Milone 56.Plin.epistо.53.1, Tanta conflagrauit inuidia, homo alioqui flagitiosus,&c. Liu.10.bel.Maced.65.Si innocens sum,ne inuidia cõflagrem,quum crimine non possim, deprecor.Idem,Ne incendio alieni iudicii,quo L.Scipio damnatus erat,conflagraret.

Conflagrare incendio inuidiæ.Cic.in Catil.21.An quum bello vastabitur Italia,vexabuntur vrbes,tecta ardebunt, tum te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum?

Conflagrãtus,penul.prod.(πεφλεγμένος,) Participium.Author ad Heren.lib.4.152. Vbi acerbissimè conceidat incendio conflagrata.

Conflecto, conflectis,conflexi,conflexum,(συγκάμπτω,) à quo Participium Conflexus. Plinius lib.2.cap.44. Monetum verò flexus,crebrique vertices, & conflexa cubito, aut conflicta in humeros iuga.

Confligo, confligis,penul.prod.conflixi, conflictum,(συμβάλλω,συμπίπτω,συμπίπτω,συμβάλλω,) confligere, Dimicare,simul pugnare,prælio congredi.Sallustius,Optimum factu ratus,in tali re fortunam belli tentare,statuit cum Antonio quamprimũ confligere. Cæsar 7.bel.Gal. 132. Fore vti pars cum ciuitatis parte [*] confligat. Cic.4.Tuscul.77.

Confligere manu cum hoste.Cic.1.Offic.114.& 119. & 1.de Finib.35.

Cum Erymanthio apro conflixit Hercules.Cic.4.Tuscul.77.

Confligere acie.Liuius 6.bel.Pun.93.

Armis confligere.Cic.in Pisonem 15.

Pro salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligere. Brutus Ciceroni,lib.11.13.12.

Agmina confligunt collatis signis.Claud.epigram.37.6.

Venti confligunt.Virgil.1.Aeneid.83.
Aduersi rapto ceu quondam turbine venti Confligunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Confligunt leges & colliduntur. Vide COLLIDO.
Causæ inter se confligunt. Cic. 2. in Cati. 44. Si his rebus omissis, causas ip sis quæ inter se confligant, contendere velimus. Quintil. li. 3. ca. 6. 9.
Ad confligendum veniunt Pœni. Id est Afri, siue Carthaginienses. Lucret. lib. 3. 171.
¶ Confligere, pro Committere & coniungere. Lucret. lib. 4. 245.
Semina quum Veneris stimulis excita per artus
Obuia conflixit conspirans motuus ardor. Id est commiscuit.
¶ Confligere, per translationem. Cic. pro Cecinna 6. Potuisti enim leviori actione confligere.
Confligere ratione. Cice. 4. de Finib. 6. Vniuersa enim illorum ratione cũ tota vestra confligendum puto.
Confligere de. Author ad Heren. lib. 1. 16. De iis rebus caute confligendum est, quibus in rebus fabulæ aut alicuius firma authoritas videbitur interfuisse.
Confligitur magna ira, Impersonale. Claud. 2. in Eutrop. 72.
Conflicto, conflictas, (συμπλέκομαι, συγχέομαι,) conflictare & Conflictor, conflictaris, conflictari, commune, Frequentatiuũ. Terent. Phor. 3. 2. 20. Nec cum huiusmodi vnquam visus venit vt conflictares malo.
Remp. conflictare. Tacit. lib. 5. Plura per scelera Remp. conflictauisse.
Conflictari & dimicare cum aliquo. Cicero de Aruſp. reſpõ. 37. Cum his conflictari, & pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis qui tum Rempub. gubernabant, molestum.
Homines magnis & multis incommodis conflictantur, propter immensam pecuniæ cupiditatem. Author ad Heren. lib. 2. 73.
Conflictari honestiore iudicio. Ci. pro Quintio 24. Hoc quò ptinet? &c. vt honestiore iudicio conflictere?
Conflictari turpibus iudiciis. Cic. ad Papirium Pætum, lib. 25. 7. Noli pati litigare fratres, & iudiciis turpibus conflictari.
Conflictari superstitione. Ci. 1. de Legib. 46. Qui canem & felem vt deos colunt, non eadem superstitione, qua cæteræ gentes conflictantur.
Conflictari iniquissimis verbis. Cic. 5. Verr. 57. Iniquissimis verbis, impro bissimis recuperatoribus conflictari malebant, quàm quicquam cum isto sua voluntate decidere.
¶ Conflictari, pro Atteri, interprete Donato. Terent. And. 1. 1. 66. Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi.
Conflictari iniqua valetudine. Plin. epist. 12. b. Et apud eundem, epist. 44. b. Nouissima valetudine conflictabatur.
Doloribus conflictari. Cels. lib. 3. cap. 7. Quibus diu color sine morbo regio malus est, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt.
Molestiis diuturnioribus conflictari. Cic. Ligario, lib. 6. 16.
Conflictari morbo. Plin. lib. 29. cap. 1. 17. Nanque anser coruusque ab æstate in Autumnum morbo conflictari dicuntur.
Conflictari graui annona. Cæsar.
Siti conflictari. Cels. lib. 3. cap. 7. Siquis autem in huiusmodi febre leuiter tussit, is neque vehementi siti conflictatur, &c.
Conflictatus, penul. prod. (συγκεκρουμένος,) Participium. vt Conflictatus graui morbo, Plin. lib. 23. cap. 1. 44. M. Agrippa supremis suis annis conflictatus graui morbo pedum. Sueton. in Claud. Cæsare, ca. 2. Variis & tenacibus morbis conflictatus est.
Conflictatæ sequissima hyeme volucres. Plin. lib. 18. cap. 25. 3.
Difficultatibus conflictatus. Liuius lib. 10. Decad. 4.
Fortuna florentissima illi, nos duriore conflictari videmur. Cicero Attico, lib. 10. 19. 5. 4.
Tempestatibus conflictatus. Tacit. in vita Agricolæ, Quãquam conflictatum sæuis tempestatibus exercitum, lacessere non ausi.
Conflictatio, (συγκρουσις,) Verbale, Est (vt ait Donatus) tactus corporum inuicem, & collisio.
Totius exercitus conflictatione oppugnatus serpens inusitatæ immanitatis. Gellius lib. 6. cap. 3.
Conflictio, (σύγκλεισις,) Aliud verbale, sed à Conflĩgo, non à Conflicto. vt Sonus est duorum inter se corporum cõflictio. Quintil li. 3. ca. 6. 5.
Conflictio & quasi concursus. Cic. in Partit. 56. Ex rationis autem & ex firmamenti conflictione & quasi concursu, quæstio exoritur quędam, quam disceptationem voco.
Primus ille status & quasi conflictio cum aduersario. Cic. in Parti. 55.
Conflictio causarum. Cic. 1. de Inuent. 15. Constitutio est prima conflictio causarum, ex depulsione intentionis profecta: hoc modò, Fecisti, non feci, aut iure feci.
Contrariarum & dissimilium & inter se pugnantium rerum conflictio. Cic. in Partit. 30.
Conflictus, huius conflictus, (σύγκρουσις,) Idem quod collisio. vt conflictus corporum, Cic. pro Cecinna 32.
Lapidũ conflictu atque tritu elici ignem videmus. Cic. 2. de Nat. deo. 36.
Conflictus nubium. Cic. 2. de Diuinat. 64. Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.
Confligium, confligii, neu. gen. Solinus ca. 14. Nam in latebrosis rupium cauaminibus, quæ fluctuum confligiis tunc adesa sunt, reduuiæ conchyliorum resederunt, & alia multa.

Conflo, conflas, (χωνεύω,) conflare, Simul flare, quod à ventis fieri videmus, quum maximo impetu perflant.
Tempestas conflata ventis. Stat. 9. Thebaid. 105.
¶ Conflare, Sufflare. Plin. lib. 35. cap. 11. 21. Philiscus officinam pinxit pictoris, iguem conflante puero.
¶ Conflare propriè dicimus metallum liquefacere. Seneca Thebai. 2. 6.
Deiicite passim mœnia, in planum date,
Templis deos obruite, maculatos Lares
Conflate, &c. Id est statuas deorum fundite & igni consumite.
Lancem conflare. Marcellus in L. Si duo. ff. Depositi, Quòd si lancem cõflauerint, aut conflari ab aliquo passi fuerint, &c.
Statuas argenteas conflare. Suetonius in Augusto, cap. 52. Argenteas statuas olim sibi positas cõflauit omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit.
Vasa aurea assiduissimi vsus conflare. Suetoo. in August. cap. 71.
¶ Conflari, Fabricari. Virgil. 1. Georgic. 101.
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
¶ Conflare, per translationem. vt Conflare æs alienum, id est contrahere debitum, & facere se debitorem alienæ pecuniæ. Sallust. Quæque alienum æs grande conflauerat, quo flagitium aut facinus redimeret.
Bellum conflare. Cic. ad Metell. lib. 5. 2. 21. Qui vrbem incendere, magistratus ac Senatum trucidare, bellum maximum conflare voluissent.
Bellum natum, conflatum, susceptum opera alicuius. Cic. 2. Philip. 7.
Crimen conflatum. Cic. in Partit. 67. A reo autem querela conflati criminis, collectarumque suspicionum, & accusatoris insidiæ, & item cõmune periculum proferetur.
Exercitum. Cic. pro Sylla 24. Quum exercitus perditorum ciuium clandestino scelere conflatus, crudelissimum ac luctuosissimum exitium patriæ comparasset.
Familiaritas conflata. Terent. Eunuch. 5. 2. 36.
– sæpe ex huiusmodi re quapiam
Et ex malo principio, magna familiaritas
Conflata est.
Iniuria conflata. Cic. pro Roscio Amer. 1. Omnes enim hi quos videtis adesse in hac causa, iniuriam nouo scelere conflatam putant oportere defendi defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent.
Inuidiam alicui conflare. Cic. in Catil. oratione prima 17. Quamobrem, vt sæpe iam dixi, proficisce: ac si mihi inimico, vt prædicas, tuo conflare vis inuidiam, rectà perge in exilium. Sallustius, Magnam illi inuidiam conflauerant, vsque adeò vt nonnulli equites Popu. Roman. qui, &c. Cic. pro Cluent. 63. Summam illi iudicio inuidiam, infamiam que esse conflatam.
Inuidia aliquid conflare dicitur. Cic. pro Cluent. 6. Faciamque, vt intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affixerit, quid inuidia conflarit.
Accusationem & iudicium conflare. Cic. 4. Verr. 80. Itaque ex illa ipsa re, quam accusante Agathino gesserat, Veneri potissimum deberi præmium statuit, quæ illam totam accusationem iudiciumque conflarat.
Liuius 3. ab Vrbe 150. de Decemuiris, Iudicia domi conflabant, pronunciabant in foro.
Conflari & effici. Cic. 1. Offic. 23. Quibus ex rebus conflatur & efficitur id, quod quærimus honestum.
Malum ab aliquo conflatum & perfectum. Cic. pro Cluen. 12. Nihil malũ timuit quod non totum à matre esset conflatum & perfectum.
Manum improborum conflare. Cic. 1. in Catilin. 18. Nactus es ex perditis, atque ab omni non modò fortuna, verumetiam spe derelictis conflatam improborum manum.
Mendacium, Coitione & consensu multorum adornare mendaciũ. Cicero pro Q. Rosc. 28. Vnde hoc totũ doctum & conflatum mẽdacium est.
Negotium alicui, Id est aliquem molestia laboreque afficere, vt interpretatur Valla. Cicero 4. Verr. 94. Quod cuique negotii conflari volebat, nullo labore faciebat.
Nouitatem conflare. Lucretius lib. 4. 188. Sed quibus hæc rebus nouitas conflatur, &c. Expedior.
Pecuniam conflare. Cic. pro Sestio 55. Quæ ratio aut auferendæ, aut cõflandæ pecuniæ non reperiebatur?
Periculum alicui. Cic. pro P. Sylla 9. Qui vobiscum in consilio fuerunt, qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum conflari putabatur, qui Antronio non affuerunt, &c.
Rem & diuitias conflare. Lucret. lib. 3. 14. Sanguine ciuili rem conflant, diuitiasque Conduplicant auidi.
Seditionem. Cic. pro Cluentio 80. Maxime eius opera quum Quæstor esset, in exercitu seditionem esse conflatam.
Societatem cum aliquo. Cic. de Aruſp. reſpõ. 39. Nefarias cum multis scelerum pactiones, societatesque conflauit.
Suspicionem conflare. Author ad Herennium lib. 2. 39.
Tumultus gladiatorum conflatus. Cic. pro Sylla 10. Ille ambitus iudiciũ tollere, ac disturbare primum conflato voluit gladiatorum ac fugitiuorum tumultu.

Conflatus

Conflatus ex. Cic. pro Cœlio. 8. Neque ego fuisse vnquam tale monstrum in terris vllum puto, ex contrariis diuersisque inter se pugnantibus naturæ studiis, cupiditatibusque conflatum. De Catilina loquitur.
Conflatus ex duabus naturis. Cic. 2. de Natura deorum. 145. Ipsum autem mare sic terrãm appeteus litoribus eludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur.
Consensus aliquorum conspirans & penè conflatus. Cic. pro Ligario. 21.
Conflati testes, Id est subornati. Quintil. lib. 5. cap. 7. 15. Sine odio conflatos testes, sine inuidia, sine gratia, sine pecunia videri volumus.
Ignis conflatus amore alicuius. Lucret. lib. 1. 96. Id est incensus.
Conflatio, (χώνευσις,) Verbale, pro Conflatura. Seneca. 3. Natur. quæst. Et illa quæ in conflatione nostris placet, huc transferenda puto.
Conflatura, huius conflaturæ, pen. prod. (χώνευσις,) Plin. lib. 7. cap. 56. 7. Argentum inuenit Erichthonius Atheniensis: vt alii, Aeacus: Auri metalla & conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.

Confluo, confluis, pen. corr. confluxi, confluxum, (συρρέω, συμπίπλαμαι,) confluere, Simul fluere. Plin. lib. 13. cap. 22. 6.
Et in ipsa excauant radice, quò succus confluat.
Coniungi & confluere. Cic. 6. Verr. 104. Portus habet propè in ædificatione aspectuque vrbis inclusos, qui quum diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur & confluunt.
Portus confluit in orbem earum. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 4.
Vndæ confluunt. Lucret. lib. 1. 76.
¶ Confluere, per translationẽ, pro Conuenire. Cic. de Claris Orat. 140.
Confluxerunt enim & Athenas & in hanc vrbem multi inquinatè loquentes ex diuersis locis.
Confluebat ad eum magnus numerus. Cæsar. 7. bel. Gal. 177.
Confluere ad aliqua studia. Cic. 2. Tuscul. 9. Quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint.
Confluere in vnum locum. Cic. 2. de Legib. 11.
Ad nos pleræque causæ confluunt. Cic. pro Plancio. 68.
Confluere cruciatus dixit Plautus Asin. 7. 48. – vt nos dicamur duo
Omnium dignissimi esse, quò cruciatus confluant.
Laus, honor, dignitas confluit ad aliquem. Cic. 1. de Inuentione. 8. de Eloquentia loquens, Hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus honor, dignitas confluit.
Sentina Reip. confluit aliquò. Cic. in Sallust. 10. Nisi forte in ea te castra coniecisti, quò omnis sentina Reip. confluxerat.
Solertia confluit ex toto orbe. Ouid. 9. Metam. 149.
Confluens, Participium, (συρρέων,) Lepidus Ciceroni, lib. 10. 34. 1. Cum exercitu meo ab confluente Rhodano castra moui.
Confluens, (ὁμόῤῥιπος, συῤῥέων,) Substantiuum, m. g. Est alueus in quem duo flumina conueniunt. Plin. lib. 6. cap. 16. 8. Cætero citra cuitu in solitudinem redit, exhausta vicinitate Seleuciæ ob id conditæ à Nicatore intra nonagesimum lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti atque Tigris. Liuius. 1. ab Vrbe, Vbi Anienem transit, ad confluentes collocat castra.
Conflictuari, (συμπλέκω,) Impersonale. Seneca Medea. 12. 13.
– haud aliter meru
Conflictuatur ira pietatem fugat, Iramque pietas.

Confódio, confodis, pen. corr. confodi, confossum, (διορύττω,) confodere, Idem ferè quod Fodere significat. Plin. lib. 17. cap. 20. 2. Confodi iubent meuse Aprili. Cato cap. 129. Confodiatur minutè terra, & amurca bene conspergatur.
Hortum confodere. Plaut. Aulul. Hîc apud me confodere hortum iussi.
Confodere atque comprehendere aliquem. Cic. pro P. Sylla. 24.
Confodere & lacerare. Sueton. in Augusto, cap. 91. Lecticaq; eius, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est.
Tela confodiunt hostes. Valer. lib. 6. Argonaut. 84.
Vineam confodere. Plin. lib. 17. cap. 22. 19. Plerique æstate tota post singulos rores confodi iubent vineam. Paulo post, Satisque esse vineam ter anno confodi.
Iugulum alicuius confodere. Lucan. lib. 3. 148.
– iugulumque senilem Confodiam.
Confodere aliquem vulneribus. Liuius. 4. bel. Pun. 29. Vt quum in prætereuntem sine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus, quàm succurri posset. Idem. 3. ab Vrbe. 301. Et Plin. lib. 32. cap. 1. 3. Et Liuius. 1. bel. Maced. 147.
Confossus, (διαπεπαμένος,) Adiectiuum, Vulneratus. Virg. 9. Aen. 92.
Tum super exanimem sese proiecit amicum Confossus, &c.

Confoeta, sus, (σύντοκος,) dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium. Festus.

Confore, Vide CONFIO.

Conforio, cõforis, pen. corr. (μυδάω,) conforire, Est stercore liquido fœdare, quod Plautus conecacare dicit. Pompon.
Conforisti me Diomedes.

Conformo, conformas, (διαγραμματίζω, διαμορφόω,) conformare, Notæ significationis verbum. Gellius lib. 2. Hippocrates in eo libro, de quo supra scripsi, Cum & numero dierum, quibus conceptum in vtero coagulum conformatur. Colum. lib. 9. Diebꝰ quibus animantur ona, in speciem voluerum conformantur.
Genuit & conformauit nos natura ad maiora. Cic. 1. de Finib. 34.
Sibi & posteris filios conformare. Tacit. lib. 4.
Conformare se ad alicuius voluntatem. Cic. ad Lent. lib. 1. 8. 4. Veruntamen ipse me conformo ad eius voluntatẽ: à quo honestè dissentire nõ possum. Quidam hîc legunt Confirmare. Lectorum sit iudicium.
Animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellẽtium conformabam. Cic. pro Arch. 11.
Consilium alicuius nonnulla in re conformare & leuiter emendare posse. Cicero pro Murena. 55.
Imaginem rei totius primo loco conformare. Author ad Herennĩ, lib. 3. 128. De arte memoriæ.
Mores conformare. Cic. 4. de Finib. 7. Quarũ quũ vna sit, qua mores conformari putantur. Legitur & confirmari.
Orationem conformare. Cic. de Orat. 9. Et ipsa oratio conformanda est non solum electione, sed etiam constructione verborum.
Vocem conformare hortatu & præceptis alicuius. Cicero pro Archia. 1.
Quòd si hæc vox huius hortatu, præceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit, &c.
Conformatio, Verbale. Cic. 1. Tuscul. 80. Quasi verò intelligant qualis sit in ipso corpore quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus.
Conformatio, imago, & figura. Cic. 2. de Orat. 194.
Conformatio quædã & figura totius oris & corporis. Cic. 1. de Orat. 57.
Animantis figura, conformatioque membrorum tantam naturæ solertiã significat. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.
Animi conformatio. Cic. 1. de Nat. Deor. 146.
Conformatio & moderatio continentiæ & tẽperantiæ. Cic. 3. Offi. 130.
Compositio membrorum, & conformatio lineamentorum. Cicero. 1. de Natura Deorum. 67.
Ornamenta & conformationes sententiarũ. Cic. de Claris Orat. 73.
Verborum & sententiarum conformatio. Cic. 3. de Orat. 111.
¶ Conformatio, Color rhetoricus, de quo sic Priscianus in præexercitamentis Rhetoricis, Conformatio, quam Græci περσωποποιίαν nominant, est quando alicui rei contrà naturam datur persona loquendi, vt Cicero patriæ & Reipu. in Inuectiuis dat verba. Est præterea fimbriachi fictio, quam Græci τὸ θαυμασιώτατον: quando mortuis verba dantur, quod facit Cicero pro Cælio, verba dans Appio cæco contra Clodiam. Author ad Herennium, lib. 4. 237. Cõformatio, est quum aliqua quæ non adest, persona cõfingitur, quasi adsit, aut quum res muta, aut informis sit eloquens & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatẽ accommodata, aut actio quædam.
Conformatus, (διαγραμματισμένος,) Participium. vt Effigies conformata caminis Siculis, Statius lib. 1. Sylu. 1. 1.
Mundus à natura conformatus. Cic. 3. de Nat. Deor. 36.

Confórnico, confornicas, pen. corr. (καμαρόω, ὀροφόω,) cõforniare, In fornicẽ formare, apud Vitruuiũ, li. 4. ca. 5.

Confoueo, cõfoues, pen. corr. cõfoui, cõfotum, (περιπάω,) cõfouere, Simul fouere. Cato, capit. 5. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato, & stercore addito confoueto. Alii legunt Stercus addito.

Confragosus, Vide CONFRINGO.

Confremo, cõfremis, pen. corr. confremui, confremitum, (φρίνα confremunt. Stat. lib. 1. Sylu. 6. 15.
Cælum confremit. Silius lib. 16. 80.
Omnes confremuere. Ouid. 1. Metam. 41.

Confrico, confricas, pen. corr. confricui, confrictum, (λαΐχω,) cõfricare, Valde fricare. Plaut. Asin. 12. 80. Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. Columel. lib. 2. cap. 3. 1. Boues quum ab opere dissunxerit, subtrictos confricet, manibusque compri mat dorsum, & pellem reuellat. Plin. lib. 32. cap. 10. in fine, Pulmone marino si confricetur lignum, &c.

Confringo, confringis, confrẽgi, confractum, (συγκάγγνυμι,) cõfringere, A Frango compositum, idem ferè significat quod Effringo vel infringo. Plautus Capt. 15. 8. Aulas, calicesque omnes confregit. Idem Bacchid. 4. 24. Scis tu vt confringi vas cito Samium solet.
Claustra confringere. Lucret. lib. 1. 14.
Dens sub forfice confringitur. Celsus, lib. 7. cap. 12. Ac si exesus est antè, id foramen vel lineamento vel bene accõmodato plumbo replendũ est, ne sub forfice confringatur. De dentis euulsione loquitur.
Digitos confringere. Cic. pro Flacco. 57.
Sceptra confringere. Seneca Herc. furent. 4. 14. Ac sæua iusta sceptra cõfregit manu. Id est vi vsurpauit regnum. De Lyco.
Confringere tesseram hospitalem apud aliquem. Vide TESSERA.
Turres confringere. Lucan. lib. 6. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Confringere rem, pro Dissipare & consumere. Plaut. Sticho. 10.49.
Dum parasitus mihi fratrique fuisti, rem confregimus. Idē Trin. 6.54.
– nunquam per virtutem rem confregit, atque eget.
Confringere consilia. Cic. 3. Verr. 8. Confringat ille sanè vi sua consilia Senatoria, quæstiones omnium perrumpat.
Confringere iura. Cic. 2. de Legib. 87.
Præturam confringere. Cic. pro Milone. 26.
Confractus, (συναξέηγμένος,) Participium. vt Cōfracta nauis est illis, Id est naufragium fecerunt. Plaut. Rud. 2. 73. & 4. 64. Terent. And. Nauem confregit apud Andrum.
Confragōsus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀπότομος,) Quod disruptū & rude atque incultum est. Columel. lib. 1. cap. 2. 6. Incultum igitur locum deformatumque, siccus an humidus, nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus. Liu. 8. bel. Pun. 5. Confragosa loca, & obsita virgultis tenebant colles. Idem. 5. ab Vrbe. 120.
Argumenta velut horrida & confragosa. Quintil. lib. 5. cap. 8. 1.
Versus confragosi. Quintil lib. 1. cap. 1. 27.
Euecti confragosis, atque asperis, tota pandere possumus vela. Quintilianus lib. 6. cap. 1. 39.
¶ Confragosum, per translationē, Rude, quod vix potest intelligi. Plau. Cistel. 7. 71. – teneo istuc satis?
Sed ego illud quæro confragosum, quomodo
Prior posterior sit: posterior sit prior.
Cónfragus, pen. corr. (ἀδιόδευτος,) aliud Adiect. Lucan. lib. 6. 26. – & confraga densis Arboribus dumeta tegunt. Id est aspera & inaccessa.

Confugio, cónfugis, confúgi, pen. prod. confugitum, (καταφύγω,) confugere. Idem quod Fugere. Cic. 4. Verr. 110.
Quid te futurum est? quò confugies? vbi nitere? Sic pro Sex. Roscio, Romam confugere.
In agros confugere. Cic. Attico, lib. 3. 15. 11.
Quò confugere habebam, vbi conquiescerem. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 8.
Confugere in arcem. Cic. 2. Tusc. 98.
Confugere in naues. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 34.
Confugere ad aliquem auxilii gratia. Liu. 1. Decad. lib. 1. Inde Turnus Rutulique diffisi rebus suis ad florentes Hetruscorum opes, Mezentiumque regem eorum confugiunt. Terentius Heeyra. 3. 3. 24. Nunc huc confugit, te atque alios partum vt celaret suum. Cicero. 4. Verr. 15. Ad quem Dio confugit.
Ad te confugio, & supplex tua numina posco. Virg. 1. Aeneid. 135.
Supplicem confugere ad aliquem. Ouid. 7. Metam. 60.
Ad aliquem virtute præstantem confugere. Cic. 2. Offic. 18.
Ad opem iudicum afflicti inuris supplices inferioresque confugiunt. Cicero pro Fonteio. 19.
Ad aram vel in aram confugere. Cicero pro Cecinna. 7 1. Vide ARA. Cicero. 1. Tusc. 133. Priamum tanta progenie orbatum, quum in aram confugisset, hostilis manus interemit.
Ad aras confugere. Ouid. 1. Fast. 114.
Ad rem publicam confugere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 10.
Ad vota precesque confugere. Plin. epist. 168.
Ad fidem alicuius confugere. Cic. 1. Ver. 7. Ad meam fidem, quam habēt spectatam iam, & diu cognitam, confugiunt: auxilium sibi per me à vobis atque à Populo Romano legibus petunt.
Aeger confugit ad opem medicam. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 2.
In misericordiam alicuius confugere. Cic. pro Quint. 5. Quum tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam C. Aquili fidem, veritatem, misericordiamque P. Quintius confugerit.
Confugere ad aliquid, se excusandi gratia. Terent. Heaut. 4. 5. 44.
Id nunc reddendum est illi: neque tu scilicet
Eò nunc confugies, quid meā tum mihi datum est? Id est nō erit quod excusationis causa hæc dicas, quid mea? Cic. 5. Verr. 166 An quoniam hoc non audes dicere, illuc confugies, vecturæ difficultate adductos, ternos denarios dare maluisse?
Confugium, (καταφυγή,) Ouid. 4. Trist.
Qui veritus non es portus aperire fideles
Fulmine percussæ confugiumque rati.
Confugium & portus. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 1.
Commune confugium ægris animantibus. Stat. 12. Thebaid. 101.

Confulcio, confulcis, confulsi, confultum, (ἐμπάσσω,) confulcire, Idem quod Fulcire, vnde Participium Confultus, vt
Corpora confulta exiguis interuallis. Lucret. lib. 2. 20. Nonnulli confligēta legunt, cuius eadem ferè significatio est apud hunc poetam. Vtrum quæ enim connexum significat, & compactum vel commissum. Si conflicta legis, recte expolueris colliso.

Confulgeo, confulges, confulsi, (στεκγίζω,) confulgere, Notum verbum. Plaut. Amphit. 17. 44. Totæ ædes confulgebant tuæ, quasi essent aureæ. Id est undique fulgebant.

Confundo, confundis, confudi, confusum, (συγχέω, συγχωνεύω, συωτακτέω,) confundere, Perturbare, commiscere.
Plinius, Et si noscantur, facilè confundant colorem. Plau. Most. 4. 12.
Quasi quum vnā multa iura confundit coquus.
Cum igne se confundit ignis. Cic. de Vniuersit. 55.
Confundere aliquem dolore. Plinius. epist. 100.
Confundere in vnū corpus. Liu. 4. bel. Maced. 41. Nūc in corpus vnū cōfusi oēs, Hispanis pri⁹, posteremò & Græcis ciuitate Romanā ascitis.
In vnum sonum coalescere, & confundi. Quintil. lib. 1. cap. 7. 13.
Confundere sermones in vnum. Liu. 7. ab Vrbe. 53.
Fœdus confundere. Virgil. 12. Aeneid. 59.
Iter confundere. Silius lib. 3. 134. Nanque dies confundit iter, &c.
Ius omne confundere. Lucan. lib. 1. 133.
Lachrymas confundere. Ouid. 2. epist. 19.
Particulas similes inter se confundere. Cic. 4. Acad. 111.
Prælia confundere cum Marte. Horat. 1. Carm. ode. 17. 5.
Sacra confundere prophanis. Claud. 7. Paneg. 48.
Sensus animi confundere. Lucret. lib. 2. 190. Id est turbare.
Venerem confundere cum multo vino. Id est libidinem cū ebrietate confundere. Ouid. 2. Trist. 73.
Confundere vera falsis. Cic. 4. Academ. 111.
Verba confunduntur. Lucret. lib. 4. 114.
Arethusa Siculis confunditur vndis. Virgil. 3. Aeneid. 134.
¶ Confundi, pro Erubescere vsus est Cyprianus in tractatu De lapsis, CHRISTVS in Præceptis suis dicit, Qui confusus me fuerit, cōfundet illum Filius hois. Et Christianum se putat, qui Christianus esse aut confunditur, aut veretur? Quomodo potest esse cum CHRISTO, quid ad CHRISTVM pertinere, aut erubescit, aut metuit?
Confusus, penul. prod. (αἰχμωτός, συγχυτός,) Participium. Perturbatus. Liu. 6. ab Vrbe. 138. Confusam eam ex recenti mortu animi, quum pater forte vidisset, percontatus, Satin saluæ? Idem. 5. bel. Maced. 141. Colligit & ipse Alexamenus animum confusum tātæ cogitatione rei. Idem. 6. ab Vrbe. 17. Confusus animo.
Confusus gaudia fletu. Stat. 5. Sylu. 3. 44.
Pudore confusus. Ouid. epist. 20. 23.
Turba querelarum confusus adolescens repentè obticuit. Iustinus libro 32 de Demetrio.
Castra confusa tumultu. Lucan. lib. 7. 16.
Licentia confusa. Claud. 1. in Eutrop. 100.
Olympus confusus, Cœlum nubilum. Stat. 5. Thebaid. 85.
Pectora confusa. Valer. lib. 1. Argon. 16.
Ptolem confusam vtero capere, Ex adulterio neque ex vno viro concipere. Seneca Hippol. 1. 18.
Miscere thalamos patris & gnati apparat,
Vteroque prolem capere confusam impio?
Rebus confusis opem tribuere. Claud. de bel. Getico. 87.
Confusa rubore rosa. Colum. lib. 10. 24.
Strages confusa. Virgil. 6. Aeneid. 101.
Turba confusa. Ouid. 12. Metam. 43.
Verba confusa. Ouid. 2. Metam. 43.
Voluptas iam confusa. Id est turbata & iam cessans. Ouid. epist. 21. 10.
Vox confusa. Lucret. lib. 4. 114.
Vultus confusus. Id est perturbatus. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 3.
Perturbata & confusa cernere. Cic. 1. de Diuinat. 107.
Confusum suffragium. Liu. 6. belli Pun. Iussi deinde inire cōfusum suffragium, ad vnum omnes non centuriæ modò, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispaniam inferunt.
Confusus, (ὄχωτος,) Nomē ex participio. vt Cōfusior pauor. Plin. li. 7.
Cōfusurus, pe. pro. (συγχύσων,) Partic. Ouid. 6. Meta. 117. – sed fasq; nefasque Confusura ruit, pœnæque in imagine tota est.
Confusio, (σύγχυσις,) Verbale. Vt Confusio omnium rerum, Brutus ad Cassium, lib. 11. 2. 8. Cic. 2. de Finib. 185.
Religionum confusio. Cic. 2. de Legib. 42.
Temporum confusio. Cic. 2. Offic. 96.
Coniunctio confusioque virtutum à philosophis ratione quadam distinguitur. Cic. 5. de Finib. 119.
Perturbatio vitæ & magna confusio. Cic. 1. de Nat. Deor. 7.
¶ Confusio, pro Animi perturbatione. Plin. epist. 21. in fine.
Confuse, pen. prod. (συγκεχυμένως,) Aduerb. Plin. lib. 34. cap. 2. 3. Quondam æs confuse auro argentoque miscebatur.
Confusè & permistè, cui contrarium Descriptè & electè. Cic. 1. de Inuēt. 66. In præsentia tantum modo numeros & modos & partes argumentandi confusè & permistè disperimus, post descriptè & electe.
Agere confusè. Cic. 3. de Nat. Deor. 15.
Confuse loqui. Cic. 3. de Finib. 47.
Confusim, (χυδην,) Aliud aduerbium, Idem. Plin. lib. 18. cap. 16. 4. Vnū de ea & cytiso volumen Amphilochus fecit confusim.

Confūto, confūtas, penult. product. (ἐλεγκτικῶς,) confutare, Notum verbum. Plautus Trucul. 7. 19. Ego istos, qui nunc me culpant, confutauero.
Verbis confutare iratum. Terent. Phorm. 3. 1. 13. Quid is fecit? confutauit verbis admodum iratum patrem.

Dictis confutare. Terent. Heaut. 5. 1. 76. Hic, ita vt liberos est æquum, dictis confutabitur.
Affectus inuentorum suorum memoria & recordatione confutare. Cic. 4. Tusc. 127.
Argumenta confutare. Cicc. 1. de Diuinat. 14. Etenim ipse Cotta sic disputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem.
Audaciam alicuius confutare. Cic. in Partit.
¶ Confutare, Confundere, commiscere, commouere. Varro Manio, Harum ædium summe atria confutabant architecti omnes. Titinnius Setina, Coquus magnū ahenū, quādo fervit, paula confutat trua. Nonius.
Confutatio, (ἔλεγκτικὴ,) in oratione, est contrariorum locorum dissolutio. Author ad Herenn. Confutatio est contrariorū locorū dissolutio.

Congélidus, pen. corr. Adiectiuū, (ψυχρός,) vt Congelida aqua apud Celsum, lib. 4. cap. 24. Congelidā verò putāt, esse, quę ab ipso Cello capite eodē egelida manceupatur, hoc est tepida.

Congelo, cōgelas, pen. corr. (συμπήγνυμι, πήγνυμαι,) congelare, Idem quod gelare & concrescere. Et rarò præterquam in tertiis personis reperitur. Columel. lib. 1. Oleum quod minus progenit, si congelatur, flaccescet. Plin. lib. 18. ca. 28. 17. Infuitū quātum illo tēpore cadentes pruinas congelat. Colum. lib. 7. ca. 8. 5. Ipsos quidā virides contērūt nucleos, & lacti permixcent, atq; ita congelant.
In lapidem congelare. Ouid. 11. Metam. 13.
Lachrymas congelare. Ouid. ad Liuiam. 25.
Fluuius congelat latices suos. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 6.
Pectora nautis congelat hyberni vultus Iouis. Valer. lib. 3. Argon. 116.
Congelat vxor anus virum. Martial. lib. 14. 152.
Quid prodest, si te congelat vxor anus?
Congelauit otio. Cic. Cœlio, lib. 2. 12. 8. Gaudebam sanè, & congelasse nostrum amicum lætabar otio. Hoc est velut congelatum esse.
Congelatio, Verbale, (συμπηξις,) Plin. lib. 31. cap. 3. 3. Minui certe liquorem omnem congelatione deprehenditur.

Congémino, congéminas, (διπλασιάζω,) congeminare, Idem quod Geminare. Virg. 11. Aeneid.
Tum validam perque arma viro, perque ossa securim,
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat. Id est bis eum secuit percutit.
Congeminuanimus omnes. Plaut. Amphit. 8. 152.
Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam:
Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminauimus.
Crebros enibus ictus congeminant. Virg. 12. Aeneid. 143.
Sonitus congeminare. Silius lib. 3. 40.
Vocem per aures congeminare. Valer. lib. 2. Argonaut. 40.
Congeminans, Participium, (διπλασιάζων,) Valer. Flac. lib. 6. 76.
Congeminatio, Verbale, (διπλωμάτης,) Plaut. Pœnul. 19. 18. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

Cóngemo, congemis, pen. corr. congémui, congemitū, (γοάζω,) congemere, Vnà & simul gemere, & condolere. Cicero pro Murena. 48. Congemuit Senatus frequens, neque tamen satis seuerè pro rei indignitate decreuit.
Congemere ac flere mortem. Lucret. lib. 3. 190.
Quid tibi tantopere est mortalis, quòd nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem congemis, & fles?
Positum ferro congemuere. Valer. lib. 4. Argonaut. 3. Id est luxerunt.
Congemere, ad arbores translatum. Virg. 2. Aeneid. 126. De orno arbore loquens, Vulneribus donec paulatim euicta, supremum Congemuit.

Congénero, Adiungere, associare. Accius Fidicinis. Quam vehat grato tibi congenerat gentium, aut generum affinitas. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. Nonius. Obloletum.

Cóngener, pen. corr. huius congéneris, Adiectiuum, (ὁμόγονος,) vt Degener. Plin. lib. 15. ca. 24. 2. Aliud corpus est terrestribus fragris, aliud congeneri eorum vnedoni.

Congénitus, penul. corr. (ὁμογενής,) Participium à Congigno. Plin. lib. 11. cap. 39. 4. Pili congeniti non deiiciuntur. Idem lib. 16. cap. 2. 1.
Congenita mundo vastitas roborum.

Congénulo, congénulas, penul. corr. (γονατίζω,) congenulare, Flecti genibus. Sisenna lib. 3. hist. Multi plagis aduersis ictū & congenulati Romani præcipitatis, ipsi supra volui in capur. Cæcil. Annal. lib. 6. Ipse regis ferit pectus, aduersum congenulat, percussu deiicit dominum. Nonius.

Conger, pisc. Vide CONGRVS.

Congérmino, congérminas, pen. corr. (συμφλλω,) germinare, Coalescere, coniungi vel consociari. Varro Rerum humanarum lib. 3. Postea cum his vnam Rempub. coniunxit & congerminati tenuere. Nonius.
Congerminalcere, (βλαστάνειν,) Vide GERMEN.

Cóngero, cóngeris, pen. corr. congessi, cōgestū, (συμφορέω, συνάγω, ἐφίημι,) cogerere. Cōgregare, coadunare, accumulare.
Simul omnia congerere. Cic. Bruto. 16. 14.
Congerere in. Plaut. Pseud. 13. 34. Quum hasce herbas huiusmodi in sus aliquem congerunt. Ouid. 6. Metam. 130. Cl. pro Lege Manil. 15. Quas & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in summum regnum congesserat. Sic apud eundem. 4. Tusc. 127. Congerere in suum locum.
Cuncta monumenta in pyram congerere. Silius lib. 8. 21.
In caput alicuius saxa congerere. Seneca Oedip. 10. 6.
Congerere in cellulam ad aliquem. Terent. Eunuc. 2. 3. 7. Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam.
Turbam congerere in sermonem. Cic. de Claris Orat. 187. Vt te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum.
In vnum omnia congerere. Cic. 5. Tusc. 164.
Congerere causas in aliquem. Liu. lib. 3. Haud ignari quanta inuidiæ immineret tempestas: omnes vastati agri, periculorumque imminentium causas in se congestūros. Id est culpam reiecturos.
Crimen in aliquem congerere. Cic. pro Milone. 47.
Maledicta in aliquem congerere. Cic. 3. Philipp. 132.
Ornamenta in aliquem congerere. Cicc. pro Rege Deiotaro. 7. In quem quam dii, atque homines omnia ornamenta congessissent, tum tu ipse plurima & maxima.
Congerere alicui, pro In aliquem. Seneca. 1. de Clement. Ambitiosæ maiestati quicquid potuimus titulorum congessimus.
Ictus crebros alicui congerere. Valer. lib. 4. Argon. 62.
Congerere, De auibus quum nidos construunt. Virg. in Palæmone. 14.
– aeriæ quò congessere palumbes.
Amnes congerere. Valer. lib. 4. Argon. 143.
Congerere aram arboribus. Virgil. 6. Aeneid. 36. – aramq; sepulchri
Congerere arboribus, cæloque educere certant. Hoc est pyram. Seruius.
Diuitias auro congerere. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 1.
Funus alicui congerere, ac tumulum struere. Seneca Medea. 12. 24.
Honores supremos alicui congerere, Alicuius obitum honestare. Valer. lib. 6. Argonaut. 136.
Laticem congerere in vas pertusum. Lucret. lib. 3. 205.
Oscula congerere. Ouid. epist. 17. 22.
Syluas cōgerere. Id est magnā vim lignorū. Senec. Here. fur. 6. 34.
Congerere tela. Cic. ad Brutum. 16. 14.
Terrā congerere in. Iabolenus in L. Qui domi. ff. Locati, Terrā in eam aream amplius, quàm fundaméta cæmētitia locatoris erāt, congessit.
Viaticum alicui congerere. Cic. pro Plancio. 11.
Ne plus equo quid in amicitia congeras, nō verēdū est. Cic. de Amic. 52.
Congestio, in L. Qui demum. ff. Locati.

Congestus, Participium, (συμπεφορημένος,) vt Pindo congestus Athos. Seneca Herc. Oeth. 9. 5.
Artus temerè congesti, Sine ordine dissecta mēbra. Senec. Hip. 12. 19.
Cibaria congesta. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 7.
Culmen tugurii congestum cæspite. Virgil. 1. eclog. 14.
Congestis vndique donis crescunt opes. Silius lib. 13. 18.
Congesta acernatim funera honori cadauerum. Plin. lib. 12. cap. 18. 1.
Grana tritici in os pueri Midæ congesta. Cic. 2. de Diuinat. 100.
Congesti honores. Liu. 9. bel. Maced. 705.
Montes congesti, Id est comportati. Ouid. 1. Metam. 31.
Monumenta opibus alicuius congesta. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 12.
Nemore cōgesto ictus aggerē aceruare. Senec. Here. fur. 13. 16.
Opes congestæ. Ouid. 4. Fast. 124.
Oppida congesta manu præruptis saxis. Virg. 2. Georg. 32.
Dissolura atque ex diuersis congesta oratio. Quintil. lib. 2. cap. 11. 5.
Pondus auri congestum. Ouid. epist. 10. 44.
Puluis congestus. Propert. lib. 4. eleg. 10. 7.
Spes congesta in aliquem. Ouid. 8. Metam. 23. – nec te
Noster amor mouit, nec quòd spes omnis in vnum
Te mea congesta est.
Turba congesta. Senec. Thyest. 9. 11.

Congeries, huius congerici, (σωρεία, σωωτρεσμός,) Coadunatio, agger, cumulus. Plin. lib. 10. cap. 43. 5. Vbi de corno loquitur, qui cōgesserat lapides in situlā, vt biberet cōmodius. Ita, inquit, defecēdere paucēt ex pressisset tali cōgerie quantū potuno sufficeret. Idē lib. 8. cap. 36. 2.
Bonorum congeries. Claud. 2. Paneg. 27.
Puluēris congeries. Lucan. lib. 8. 170.
Syluæ congeries. Ouid. 9. Metam. 48.
Rudis congeries. Claud. 2. Paneg. 2.
Sæua congeries, Strages. Valer. lib. 6. Argon. 103. Inter equos sæuā mistero lustramine versant Congeriem.

Congestus, huius congestus, (συωάθροισις,) Verbale. Cicero. 2. de Diuinat. 103. Herbam autem asperam credo auium congestu, non humano satu. Id est quam aues congesserunt. Columel. lib. 9. cap. 14. Congestu culmorum & frondium supertegemus. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In maiorum opum congestu collocata. Tacit. Rerũ ex orbe toto accureotium congestus disponendus. Quintil lib.7.cap.1. Sic in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum,nisi illas eadem dispositio in ordinem digestas,atque inter se commistas deuinxerit.

Congestus arenæ. Lucret.lib.6.146. Tacit.lib.15.

Copiarum congestus. Tacit.lib.18.

Congestitius, Adiectiuum,(συγκόμιστος,) Quod congestum est.Colum. lib.2.cap.10.14.Non deterius tamen etiam pinguibus arenis,vel congestitia humo proueniunt.

Locus congestitius,Non solidus ad iacienda fundamenta.Vitruuius li.3. ca.3.Si autẽ solidus nõ inueniet,sed locꝰ erit cõgestitius,&c. Budæus.

Congerro, huius congerrõnis,m.g.(συμπαίκτης,)Cũ quo familiariter versamur,& facetè confabulamur,inquit Erasmus.Plaut.Mostel.11.27.Nunc ego me illac per posticum ad cõgerrones conferam.Idẽ Trucul.4.6.Nequã veniunt ad scorta congerrones.Hoc est,Quã simul cum scortis garrientes.

Congiarium, huius congiarii,(ἐπίδοσις,)Munus quod à principe exhibet populo.Senec.lib.4.de Benef. Hoc donabatur populus,sicut donatiuo milites donabãtur. Sic Plin.in Paneg.laudat Traianum,q congiarium populo dedisset, quo locupletæ sunt tribus,quum donatiuũ milites accepissent. Cic.ad Atticũ, lib. 10.196.5.Vehemẽter auaritiã video fuisse,& spẽ magni cõgiarii. Eidẽ lib.16.335.3.Hæ cõgiarium ab Antonio accipere noluerũt. Martial. lib.3.7.Huius congiarii diuersæ fuerunt summæ. Tiberius enim congiarium populo trecentos nummos viritim dedit.Caligula congiariũ populo bis dedit tricenis sestertiis.Nero quadragenos nummos populo diuisit.Suetonius in Caligula cap.17.

Exiguitas congiariorũ. Quint.lib.6.ca.3.36. In Metalepsim quoque cadit ratio dictorum,vt Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum,quæ amicis dabantur,exiguitatem,heminaria esse dixit.

Dare populo congiaria.Sueton.in Aug.cap.41. Congiaria populo frequenter dedit,sed diuersæ ferè summæ,modò quadringenos,modò tricenos,nonnunquam ducenos,quinquagenosque nummos.

Multitudinem imperitam congiariis lenire.Cic.3. Philipp.111.

¶ Congiarium,est etiam donũ quod princeps priuatim dat alicui. Suet. de Clar.Rhet.4.Nec eo minus,imò vel magis ob hoc Antonio gratus: à quo mox Consule ingens etiam congiarium accepit. Idẽ pro priuato dono,dixit vberrimum congiarium,teste Budæo.

Congius, congii,(χοῦς,)Mensuræ liquidorum genus est, sex sexta rios continens.Plin.lib.14.ca.9.c. Distat à mullo quod fit è musto,cum quinque congiis austeri musti.Idem lib.14.cap.16.3. Libram & quadrantem in congios duos musti macerãt. Colum.lib.5. cap.9.17.Vide Budæum de Asse.

Congiãlis,& hoc congiãle,pen.pro.(χοϊκός,)Fidelia cõgialis, quæ cõgiũ capit.Plaut.Aulul.18.15.Mulsi congialẽ plenũ faciã tibi fideliam.

Congiarius,Adiectiuũ.(χοϊκός,)vt Congiarius cadus,qui congium continet.Plin.Ipse quũ rediit ex Asia, millia cadũ cõgiariũ diuisit amplius centũ.Ita legit Budæus.Sunt autẽ(inquit idẽ)congiarii cadi, qui congium tantum capiant:id est senos sextarios Italicos.

Conglaeio, conglacias,(συμπήγνυμι,)cõglaciare, In glaciẽ cõuerti.Cic.2.de Nat.Deor.38.Atque aquæ etiã admistũ esse caloré,primùm ipse liquor aquæ declarat effusæ, quæ neq; cõglaciaret frigoribus,neq; niue pruinaque concresceret. In quibusdam exemplaribus legitur neque conglaciaretur.

Conglaciat tribunatus Curioni.Cæl.ad Ciceronem, lib.8.6.8. Consules autem habemus summa diligentia:adhuc Senatusconsultum,nisi de feriis Latinis,nullum facere potuerunt.Curioni nostro Tribunatus conglaciat.Id est prorsus nihil agit Curio.

Conglaciãtus,pen.prod.Participium.Plin.lib.2.cap.6.Grandinem conglaciato imbre gigni.

Cónglobo, cónglobas,pen.corr.(συναθροίζω,)cõglobare,A globo deductũ significat Coadunare.Liu.8.ab Vrb.56.

Qui latinorũ pugnæ superfuerant multis itineribus dispersi,quum se in vnum conglobassent,Vescia vrbs eis receptaculum fuit. Idem.10. bel.Pun.86.Hastati legionis vndecimæ conglobant sese.

Sors conglobat.Liu.2.bel.Pun.25.Sors conglobabat,& animus suus cuique antè aut pòst pugnandi ordinem dabat.Subaudi, milites.

Conglobatur vndique mare.Cic.2.de Nat. Deor.174.

Conglobãtus,pen.prod.(συναθροισθείς,)Participiũ. vt Conglobatũ corpus in pilæ modum.Plin.lib.9.cap.46.3.

Conglobata corpuscula.Lucret.lib.2.31.

Nec singillatim corpuscula quæque vapores,
Sed complexa meant inter se conque globata.Id est conglobata.
De atomis loquitur.

Definitiones conglobatæ. Cic.in Partit.29.

Figura conglobata neq; natum vsquam quicquam & sempiternum. Cic. 4.Academ.211.

Extrema,& conglobata inter se pars concionis.Tacit.lib.1.

Conglobatum sanguinem discutere.Plin.lib.23.cap.1.42.

Terra vndiq; in sese nutibus suis cõglobata.Cic.2.de Nat.Deor.142.

Conglobatio,Verbale,(συναθρισις,)Senec.Nat.quæst.1. Multa cõglobatione ignium indigens,quum ingens eorũ orbis matutini amplitudine Solis interdum exuberet.

Conglobãtim,pen.prod.Aduerb.apud Liu.5.bel.Pun.

Conglomero, conglómeras,pe.cor.(συναλίσκομαι,συναθρίζω,) conglomerare,A glomus,glomeris.Inuoluere,superaddere.Ennius Thyestę,Heus mea fortuna,vt omnia in me cõgloméras mala? Vide GLOMERO.

Conglomerari,Passiuum.Lucret.lib.3.42.

Quàm tenui constet textura quámque loco se
Contineat paruo,si possit conglomerari.

Conglútino, conglútinas,pen.corr.(συγκολλάω,) conglutinare,Ex glutino componitur,& significat Comisgo & ferrumino.Cic.1.de Oratore.91.Quæ rem dissolutam diuulsámq; conglutinaret,& ratione quadam coniungeret. Plin.lib.23.in proœ. 5.Cortex vitium,& folia arida,vulnerum sanguinem sistunt, ipsumq; vulnus conglutinant.

Conglutinare,Dissoluere,contraria.Cic.de Senect.66.Sic hominem eadem optimè quæ conglutinauit,natura dissoluit.Idẽ de Amic.31. Nã si vtilitas amicitia conglutinaret,eadẽ commutata dissolueret.

Conglutinantur consuetudine voluntates.Cic.ad Matiũ,lib.11.27.4.

Conglutinare amicitias testimonijs.Cic.ad Atticum,lib.7.128.1. Et ad eundem,lib.1.12.14.Conglutinata concordia.

Meretricios amores nuptiis conglutinare.Terent.And.5.4.10.

Vulnus conglutinant folia vitium.Plin.lib.23.in proœ.5.Ibidẽ,ca.2.18.

Ex libidine,crudelitate,petulantia conglutinatus.Cicer.3.Philipp.143. Quid est in Antonio præter libidinem,crudelitatem, petulantiam,audaciam? ex his tot conglutinatus est.

Conglutinatio,Verbale,(συγκόλλησις,) vt Conglutinatio verborum. Cicero in Oratore.43.

Congraeco, (οἰνοφλυγῶ,μεμαλῶ,)Actium,vel Congræcor de ponens,'congræcari, Compotationibus indulgere.Plaut.Bacchid.15.93. Quodque in lustris comedam & congræcẽ pater.Tractum est ex more Græcorum,,qui compotationibus ac deliciis plus æquo indulgent.Vnde congræcari & pergræcari, id est genialem vitam agere.

Congrátulor, pen.cor.congratularis,(συγχαίρω,συνηδέομαι,) congratulari,Gaudere.Cic.pro Sestio.15. Mihi denique homines præcipuè congratulabantur. Emendati codices legunt gratulabantur.Idem pro Plan. 53.

Congratulatio,Verbale,(συνευφραισία,)Cicero ad Brutum.3.3.Sed tamen omnium ordinum consensus,gratiarum actio, congratulatioque me commouet.Liu.4.ab Vrbe.102.

Congrèdior, congréderis,pen.corr.congressus sum,(συνίημι,συλλέγω,μαι,συλλεσθαι,) cõgredi,Simul iungi & conuenire.

Varro.Omnesque in vnam domum congressi,simul discubuere.

Acie congredi. Vide ACIES.

Congredere actùtum.Terent.Phorm.5.6.12.

Congredi coram.Cic.in Pisonem.46.Mitte ad eum libellum: sed iã ipse coràm congredi poteris,meditare quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas.

In aliquo loco congredi.Cic.Bruto.61.

Congredi aliquem,pro Accedere ad aliquem colloquendi gratia. Plaut. Amphit.15.35.Hominem ne congrediamur quæso, priùs quàm stomachum detexerit.Idem Epid.11.18.Sin ea est quam incerto animo, hanc congrediar ástu.

Congredi alicui quotidiana consuetudine.Cæsar.1.bel.Ciuil.

Luctari & congredi cum aliquo.Cic.pro Sylla.35.Nondum statuo te virium satis habere,vt ego tecum luctari & congredi debeam.

Crimimbus cum aliquo congredi.Cic.pro Murena.61.

¶ Congredi,Inire certamen cum hoste.Virg.12.Aeneid.47.

Vix hostem alterni si congrediamur,habemus.

Congredi cum hoste. Plaut. Pseud. 8.8. – vt vbicunque cum hostibus
Congrediar. Gellius,Qui ter cum hoste congressus,victor rediit.

Congredi cum rhetore.Cic.2.de Nat. Deor.1. Quæ quum Cotta dixisset,tum Velleius,Næ ego,inquit,incautus,qui cum Academico,& eodem rhetore congredi conatus sim.

Congredi contra aliquem.Cic.pro Ligario.

Congrediens,(συναγόμενος,)Partic.cui Digrediens opponit. Cic.2.de Nat.Deor.147.Sed tũ cõgrediẽs cũ sole,tũ digrediens. De Luna.

Congressus,(συναλλαγείς,)Participium.vt Defensio congressa ad repugnandum.Cic.in Topicis.50.

Pede congressus,& equo congressus.Virg.12.Aeneid.94. Nec pede congressos,nec equo,nec tela ferentes Insequitur. Id est nec fugientes, nec contra stantes dignatur occidere. Seruius.

Cõgressus,cũ datiuo.Virg.1.Aen.96.Infelix puer,atq; impar cõgressus Achilli.Vbi Seruius.Congredior tibi antiqui dicebãt,sicut pugno tibi dimico tibi.Hodie dicimꝰ cõgredior tecũ,dimico tecũ. Idem.5.161.

– Pelidæ tunc ego forti
Congressum Aeneam nec dis nec viribus æquis
Nube caua eripui. Hoc est diis aduersis. Seruius.

In commune congressi quisque sibi consuluere.Tacit.lib.18.

In prælia congressi.Virg.11.Aeneid.126.

Congressus,huius congressus,(συναλλαγή,) Cic.de Amicit.73.Vt congressus hominum fugiat atque oderit.Idem.2.de Orat.173.Ante congressum multa fiunt,quæ nõ ad vulnus,sed ad speciẽ valere videantur.

Materiæ congressus.Id est coniunctio.Lucret.lib.2.213.

Clatorum virorum tacitos congressus esse oportet.Cic.4.Acad.12.

Iniquo congressu aliquem subire, Hoste superiorem esse. Valerius lib.6. Argonaut.65.

Congressus quotidianus.Cic.ad Torquatum,lib.6.4.16.Non enim dubito quin mihi tibi lenationi sit solitus iste quotidianus congressus.

Tres vno congressu mittere neci.Virg.12.Aeneid.104.

Optare congressum.Cic.Attico,lib.8.167.

Aspectu,cõgressuq; aliquorũ inter se omnia placari. Cic.Att.lib.1.12.3.

Petere congressus alicuius,Conuenire aliquem.Virg.5.Aeneid.146.

Congressu fœminarum pollui.Plin.lib.11.cap.14.3.In malam partem.

Reseruare aliquid in cõgressum.Cic.Att.lib.1.15.6.Mihi verò vt suidesit piscinarii nũi,aut scribã ad te aliã,aut in cõgressum nostrũ reseruabo.

In congressum & colloquium alicuius venire.Cic.13.Philip.337.

¶ Congressus,Conflictus seu prælium. Sallustius,Multi in eo congressu perierunt. Cæsar.1.bel. Ciuil.182. Nostri in primo congressu circiter LXX. cecidernnt.

Congressio,Verbale,(συμβολή,) Idem. Cic.2.Philip 63.Eumque à tua non modo familiaritate,sed etiam congressione patrio iure & potestate prohiberet. Idem.1. Offic.184. Sermo in circulis,disputationibus,congressionibus familiarium versetur.

Cóngrego, cóngregas,penul.corr.(ἀγείρω,συναγείρω,ἀθροίζω, συναγω,ἀλλίζω,ἀλλάζω,) congregare, Verbum notæ significationis,A grege derivatum.

Ab ortu naturæ congregari.Cic.2.de Nat.deorum.184.

Congregare ad. Plin.lib.10.cap.70. Cum plausu congregari feros ad cibum in quibusdam viuariis consuetudine spectetur. Liuius.1.ab Vrbe.41. Nec domi tantum indignationes continebant, sed congregabantur vndique ad T.Tatium.

Congregare se ad alterum,& coniungere.Cic pro Quintio.30.Quicum te ant voluntas congregasset,aut fortuna coniunxisset.

Libenter se cum æqualibus congregant homines.Cic.5.de Finib.76.

Se cum aliquo & cæteris alicubi congregare.Cic pro Rabirio.16.

Congregare vnum in locum.Cic.1.in Catil.23.

Ciues vnum se in locum ad curiam congregabant.Cic.14.Philipp.394.

In eundem numerum congregare aliquem. Cic. in Vatinium.20. Hominem ad conseruandam Reimp. natum, in idem Vectii iudicium, atque in eundem hunc numerum congregasti.

Dissipatos homines congregare,& ad vitæ societatem connocare. Cic.1. Tuscul.96.

Multitudinem fugitiuorum ac latronum in vnum locum congregare. Cic.in Parad.33.

Turbam ignotorum deorum congregare.Cic.1.de Nat.deorum.56.

Virus congregare.Seneca Herc. Oetheo.467.

Congregãtus,pen.prod.(συναθροισθείς,) Participium. vt Multitudo hominum ex seruis conductis congregata.Cic.pro Domo sua.70.

Nix ex aqua congregata.Cic.4.Acad.179.

Homines natura congregati adhibent agendi congregandique solertiã. Cic.1.Offic.219.

Vis oriens & congregata, cui opponitur Vis distracta & extincta. Cicero Domo sua.53.Ex quo iudicare potestis quãta vis illa fuerit oriẽs & cõgregata, quũ hæc Ca.Pompeiũ terruerit iã distracta & extincta.

Congregatio,(συναθροισις,)Verbale,Ipse congregandi actus.Cic.4.de Finib.7.Natosque esse ad congregationem hominum.Sic.lib.1.100.

Congregãbilis,& hoc congregãbile,penult.corr.(συναθροιστός,) Quod facilè congregari potest. Cicc.1.Offic.219. Atque vt apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur, sed quum congregabilia natura sint,fingunt fauos.

Cóngruo, cóngruis,penul corr.congrui,(ἁρμόω,ἁρμόττω,ἁρμόζω, ἁλαρμόζω,συμπίπτω,ἐπαλλάω,ἐφαρμόττω,) congruere, Conuenire:dictum (vt ait Festus) à gruibus,quæ non se segregant, siue quum volant, siue quum pascuntur. Sueton.de Claris Gramm.7. Quod equidem non temerè crediderim,quum temporũ ratio vix congruat.Colum.lib.6.cap.24.1.Naturalia congruunt desyderia.

Congruere & Differre, contraria. Cic.1.de Leg.55. Siue Aristotelem & Theophrastum cum illis congruentes te,genere docendi paulum differentes,secuti sint.

Disidere & Congruere,contraria.Cic.1.de Legib.60.

Congruere & conuenire decretis alicuius.Cic.2.de Finib.158.

Congruit mulier mulieri magis.Terent.Phorm.4.5.14.

Congruunt extrema primis.Plin.in Paneg.111.

Congruunt literæ literis aliorum. Cicc.ad Papirium Pætum, lib.9.24.3. Volo enim te scire mi Pæte,initium mihi suspicionis & cautionis & diligentiæ fuisse literas tuas:quibus literis congruentes fuerunt aliæ postea multorum.

Nostri sensus cõgruunt.Cic.pro Marcello.9. Nostri.n.sensus, vt in pace semper,sic tum etiam in bello congruebant.Id est nõ discordabant.

Aptum & congruens nostris studiis.Cic.ad Gallum,lib.7.14.6.

Congruere ad.Plin.lib.11.cap.37.64.Murium iecusculis,fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur.

Congruit tempus ad illud.Liu.1.ab Vrb.19.de Faustulo, Expositos iussu regis infantes sciebat,& tempus quo ipse eos suis tulisset, ad ipsum congruere.Id est competere. Budæus.

Congruit dies cum solis & lunæ ratione.Cic.4.Verr.90.Quòd suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunæque ratione.

Congruit eius sermo cum tuis literis. Cic.Attico,lib.2.23.2.

Vehementer congruere & cohærere cum causa.Cic.1.de Inuent.28.

Lex quæ congruit cum iudicio Senatus. Cic.de Arusp.Resp.26. Quòd eam partem legis tuæ, quæ congruebat cum iudicio Senatus, vt ipse rex esset,non repudiauit.

Congruere cum moribus alterius.Cic.de Amicitia.27. Deinde quum similis sensus extitit amoris,si aliquem nacti sumus,cuius cum moribus, & natura congruamus,quòd,&c.

Sydera cœlo inhærentia cum ipsius motu congruunt.Cic.5.Tusc.97.

Congruunt dicta cum scriptis.Liu.3.bel.Pun.178.

Cum virtute congruere semper.Cic.3.Offic.16.

Congruit sermo tibi cum illa.Plaut.Milit.15.23.

Tecum illa verba facere de ista re volo?
– nam cum illa sanè congruit sermo tibi.

Congruunt illi commoda multa.Terent.Eunuc.5.9.3.

– nam in me planè di potestatem suam
Omnem ostendere,cui tam subitò tot congruerint commoda.

Congruere cum aliquo natura & sermone. Cic.2.de Finib.76. Eademq; ratio facit hominem hominum appetentem, cumque his natura & sermone & vsu congruentem.

Re congruere cum aliquo.Cic.1.de Legib.55.

Congruunt in eum morem.Liu.9.bel.Pun.30. Principio ab Numidis facto,& Brutiis non societate magis Punica,quàm suopte ingenio congruentibus in eum morem.

Congruunt in vnum sententiæ.Liu.5.bel.Pun.179. &. 3.ab Vrbe.103.

Congruunt inter se. Terent.Heaut.3.1.66.

– concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere sentiant.

Multæ causæ conuenisse vnum in locum,atque inter se congruere videntur.Cic.pro Rosc.Amer.37.

Ea inter se congruunt à quibus constamus.Cic.4.de Legib.46.

Congruunt concorditer inter se.Plaut.Curcul.6.14. De diis loquitur.

Hæc inter se congruere non possent,vt,&c.Cic.3.de Finib.95.

Solinus in proprio significatu vius est cap.15.de gruibus, Concors cura omnium pro fatigatis,adeò vt siquæ defecerint,congruant vniuersæ, lassasque sustollant,vsquedum vires otio recuperentur.

Congruẽs,huius cõgruentis,(ἐναρμόζων,)Partic.Plin.in Paneg.148. Ita charitas mutua,ita cõgruens tenor vitæ.Idẽ epist.8.9. Vereor ergo vt sit satis congruens,quũ in dicendo assentationem vulgi, acclamationemque defugerim,nunc,&c.Cic.4.Acad.83. &.1.Acad.34.

Aptum & congruens. Cic.3.de Orat.30.

Actio vocis,vultus,& gestus,congruens & apta.Cic.in Partit.29.

Actiones virtutibus congruentes.Cic.5. de Finib.104.

Congruens homo bonis natura,sermone & vsu.Cic.2.de Finib.76.

Oratio verbis discrepans,sententijs congruens.Cic.1.de Legib.45.

Pro congruentibus sumere tam vehementer repugnãtia. Cic.4. Acad.83.

Congruentia,congruentiæ,(ἁρμογή,ὁμολογία,) Conuenientia,similitudo.Morũ congruentia apud Suetonium,in Othone,cap.2. Neroni insinuatus,facilè primũ inter amicos locũ tenuit cõgruentia morũ. Plin. epist.29.Etenim si auulsum ilarũ caput inspiceres: nõ tu quidem ex illo posses congruentiam æqualitatemque deprehendere,&c.

Congruenter,Aduerb.(ὁμολογουμένως,ἁρμοδίως,) Ci.3.de Orat.22.Quæ igitur dicendi modus est melior(nam de actione pòst videro)quàm vt Latinè,vt planè,vt ornatè,vt ad id quodcunque agetur,aptè congruenterque dicamus?Sic.3.de Finib.40.& lib.4.44.

Congruentius,in L. Congruentius C.de part.pot.

Congruus,Adiect.(ἁρμόδιος,)vt Cõgrua tẽpora.Claud.1.in Ruff.64.

Congrus, vel conger,congri(κόγγρος,)Genus piscis,de quo Plin. lib.9.cap.62.Mugil & lupus mutuo odio flagrant:conger & murena,caudas inter se prærodentes.Ibidẽ,cap.20.1. Alii lõgi, vt murena,conger.Terent.Adelph.5.3.23.Plaut.Aulul.14.2.

Cóngylis, huius congylis,pen.corr.f.g. Græcè γογγύλις, Latinè raptum dicitur.Colum.lib.10.40.

Quin & tardipedi sacris iam rite solutis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nube noua ferítur,cœli pendentibus vndis
Congylis,illustri mittit quàm Nursia campo.

Coniecto,Coniector,Coniectura, Vide CONIICIO.

Conifera, (κωνοφόρος) Arbor quę conos,hoc est nuces pineas fert. Ouid. –& corniferæ cyparissi.

Coniicio, coniicis,pen,corr.coniecí,coniectum, (βιάζομαι,ἐμβάλλω,κατεμβάλλω,)conicere,A iacio compositum, Simul iacere significat.

Domum coniicere aliquem.Cic.pro Domo sua.53.Cn. Pompeium foro curiaque priuarit,domumque coniecerit,vidistis.
Flabra coniiciunt nubila in alias partes.Lucret.lib.6.147.
Flammam coniicere in aliquem.Cic.de Aruſp.resp.42. Hæc enim certè petebantur,quum in me cognitorem harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum coniiciebatur.
In collum palliolum coniicere.Plaut.Epid. Orna te Epidice, & palliolũ tuum in collum conice.
Pila viribus contorta coniicere in aliquem.Cic.5.bel.Ciuil.275.
In medium coniicere sarcinas.Liu.1.bel.Maced.105. Et.3.ab Vrb.118. Coniicere sarcinas in vnum.
In medium coniicere laxa.Virg.4.Georg.5.
Coniicere succum in vasa Plin.lib.19.3.
Tela coniicere.Liu.2.ab Vrb.Clamore subito vndique in vnum hostem tela coniiciunt.Cæsar lib.1.Pro vallo,carros obiecerant, & è loco superiore in nostros venientes tela coniiciebant. Cicero pro Cluen.38. & pro Quintio.30.Idem in Vatinium.10.Virg.10.Aeneid.158. Telaque coniiciunt,proturbantque emnus hostem Missilibus. Sic cõii cere ferrum.apud eundem lib.9.
Telum sine ictu coniecit.Virg.2.Aeneid.109.
¶ Coniicere aliquem in amorem.Plaut.Merc.23.5.
–quoniam hæc tibi
Non abstulit modò,sed in amorem coniecit sortius.
In arcas coniici.Cic.pro Milone.45.Subitò arrepti,in quæstionẽ tũ separatim à cæteris & in arcas coniiciant,ne quis cũ his colloqui possit.
Coniicere se in ignem.Plaut.Rud.18.61.Coniicere calculos in os,Cic.2. de Orat.137. Et Cæsar.5.bel.Ciuil.345.
In catenas,in carcerẽ,in vincula Liu.9.bel.Pun.107.& Cice.1.de Natura Deorum.9. Idem.7.Verr.14. &.1.Tusc.152. Cæsar.4.belli Gall.545. &lib.1.107.
In castra.Cic.Pæto,lib.9.2004.
In fugam se coniicere.Cic.pro M.Cælio.50.Atque illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse.Cæsar.2.bel.Ciuil.111. Tota auxilia regis impedita atque perturbata,quòd nullo ordine,& sine timore iter fecerant,in fugam se coniecerunt.
Hostes in fugam coniicere.Cæsar.2.bel.Gal.Ac resistentes hostes, redintegrato prælio in fugam coniecerunt. Idem.5.bel.Ciuil. Quod spatii breuitas, etiam in fugam coniectis aduersariis, non multum ad summam victoriæ iuuare poterat.
In intimum domus.Cic pro Cælio.49.
Intro.Teren.Heaut.2.3.36.Cõtinuò hic se cõiecit intrò.ego cõsequor.
In lætitiam coniicere aliquem.Terent.Heaut.2.3.51. Syre mi, obtecro ne me in lætitiam frustrà coniicias.
In latebram.Cic.2.de Diuinat.67.Sed te mirificè in latebrã cõiecisti.
Coniicere aliquẽ ex insidiis in apertũ latrocinii Cic.i Catil.25. Sine dubio perditum hominem,magnificèque vicimus, quum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus.
In malum.Plaut.Merc.23.8. –me quoque
In magnum coniecisti malum:nec quid faciam scio.Terẽt.Hecy.1.2.57. Perii,quid ego egi:in quod me coniecí malum?
In metum.Liu.9.bel.Maced.96.Itaque ergo in tantum metum oẽs Thessalos coniectos,vt,&c.
In morbum.Plaut.Pœnulo.1.69.Cõiicitur ipse in morbũ ex ægritudine.
In nuptias.Terent.And.3.5.14.Qui me hodie ex tranquillissima re conieci in nuptias. Ibidem.3.4.23. Herum fefelli, in nuptias conieci herilem filium.
In ordinem.Cicer.in Pisonem.74. Nulli coniicientur in illum ordinem, nulli eximentur.
In pedes se coniicere.Teren.Phorm.1.4.13.Aliquid conuasassem, atque hinc me coniicerem protinus in pedes.
In perturbationes.Cic.Cassio,lib.12.1.5.
In plagas.Plaut.Trinum.5.12. –in plagas
Coniicere eos cupit,eos consectatur. De amore loquitur.In plagas,Id est in retia,translatione sumpta à venatoribus.Cic.ad Cornificii, lib. 12.25.10.Quem ego ruĉtátem & nauseanté conieci in Cæsaris Octauiani plagas. De Antonio loquitur.
In plaustrum.Cicero.1.de Diuinat.101.
In saginam se coniicere.Plaut.Trinum.10.95. –in saginam
Herus se conficit meus.
In tricas aliquẽ coniicere. Plaut.Persa.13.21. Quomodo me hodie ver

sauistiꝰvt me in tricas coniecisti!
In tumultum.Liu.4.bel.Maced.106.In terrorem ac tumultum coniecerunt,nihil tale expectantes.
In vincula.Cic.7.Verr.14.15.
Coniicere se in familiam.Cic.pro Sest.6.Idemq; C.Marcellum, quum is non solum Capuam venisset,verũ etiam se quasi armorũ studio in maximam familiam coniecisset,exterminandum ex illa vrbe curauit.
In vltimã prouinciã se cõiecit,vt audiuit nos venire. Ci.Att.li.5.104.4.
In turbam se coniicere.Cic.6.Philipp.111.
Maledicta in alicuius vitam.Cic pro Plãcio.25.Atque hæc,nec vlla alia sunt coniecta maledicta in eius vitam.
Oculos coniicere in aliquem. Cicero pro Cluẽt.41.Virg.2.Aeneid.97.
Coniicebant ofum oculi in eum.Cic.2.Offic.63.Et ad Brutum.9.5.
Omen coniicere in aliquam prouinciam.Cicero.4.Verr.12.O præclarè coniectum à vulgo in illam prouinciam omen communis famę atque sermonis,quum ex nomine illius,quid in prouincia facturus esset,ridiculi homines augurabantur.
Pecuniam in ædificium.Cic.2.Offic.88.Et Phaleræus Demetrius,qui Periclem principem Græciæ vituperat, quòd tantam pecuniam in præclara illa Propylæa coniecerit.
Querelas absenti coniicere. Tibul.lib.1.eleg.8.11.
Sortes in hydriam.Cicero.4.Ver.88.Iubet ille sibi legem legi.recitatur in qua scriptum erat, vt quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes coniicerentur.
Verba in interdictum coniicere. Cicero pro Cecinna.46. Verum in his causis,non verba veniũt in iudicium,sed ea res,cuius causa verba hæc interdictum coniecta sunt.
Vocem illam in disputando coniecit Cn. Pompeius,Omnes oportere Senatui dicto audientes esse.Cælius Ciceroni,lib.8.4.13.
In vultum alicuius coniicere quidpiam.Propert.4.eleg.9.6.
¶ Coniicere causam in aliquem.Cæsar,In gregem locupletum simultatem causæ tenues coniiciebantur.
Causam in locos coniicere.Cic.pro Plancio.67.
Culpam in aliquem.Cæsar.4.bel.Gall.45.Tunc facto prælio remiserunt & in petenda pace eius rei culpam in multitudinem coniecerunt.
In fasciculum suas literas coniicere.Cic.Attico,lib.2.18.1.
In tempora coniicere crimen. Liu.3.ab Vrbe.103. Nec his temporibus in quæ testis crimen coniecisset.
In versum se mente ac voluntate coniicere. Cic.3.de Orat.107. Hoc est ad versus faciendos animum intendere.
Coniicere in librum.Cic.ad Atticum,lib.16.333.25. Itaque iam in Tusculano,qui non meminissem me abusum isto proœmio, conieci id in eum librum quem tibi misi.
Libellum in epistolam coniicere.Cic.Attico,lib.9.185.7.
In eandem epistolam plura præterea conieci.Cic.Attico,lib.7.135.1.
In locos cõmones.Cic.in Parad. 4.Ego autẽ illa ipsa quę vix in gymnasiis,& in otio Stoici probant,ludens conieci in communes locos.
Proœmium in librum coniicere.Cic.Att.lib.16.333.25.
Sub scalas taberne librariæ se coniicere.Cic.2.Philipp.44.
Coniicere super.Virg.6.Aeneid.44.
–membra thoro defleta reponunt
Purpureasque super vestes,velamina nota, Coniiciunt.
¶ Coniicere, (συμβάλλειν, συλλέγειν,) Habere opinionẽ de re aliqua. Terent.Heaut.1.1.11. –annos sexaginta natus es,
Aut plus eo,vt coniicio.Idem Phorm.1.3.14.Tu cõiicito cætera.Idẽ Eunuch.3.4.9.Quod illud mali estnequeo satis mirari,neque coniicere.Cic.ad Att.lib.14.319.1.Sed citò conieci Lanuuii te fuisse.
Acutè argutèque coniicere. Vide ACVO.
Aliud alio tempore coniicere.Cic.Qu.fratri,lib.3.17.18.
De se coniicere.Cic.3.de Orat.29.
Ex oraculo acutè argutèque coniicere.Cic.de Claris, Orat.16.
Coniiciendus, (ἐμβλητέος,) Particip.Ouid.3.Trist.eleg.11.10.
Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri?
Hæc tibi quem perdis coniiciendus erit.
Coniicio,cum i simplici.Virgilius.9.Aeneid.86. Dixerat, & toto conixus corpore ferrum Conicit. Vbi Seruius,Conicit,pro coicit, Nam Coicit antiquum est.
Coniecto,coniectas,(συλλέγομαι,ἐπιλέγω,ὑποτοπάζω,τεκμαίρομαι, συμβάλλω,) coniectare,Frequentatiuum.Terent.Eunuch.3.4.5. Nequeo scio quid dicam,aut quid coniectem. Apud Plinium,lib.8.cap.28.2. Coniectare crassitudinem gelu.
Vtrum sit in re,coniectat.Quintil.lib.7.cap.4.4.
Coniectare aliquid argumento.Plin.lib.2.cap.42. Densitas earum,corpusque haud dubio coniectatur argumento.
Coniectare aliquid euentu. Liuius quinto ab Vrbe.101. Postea euentu rem coniectantibus visum ad damnationem ipsius Camilli, captæ deinde vrbis,&c.
Vultu offensionem coniectare.Tacit.lib.1.
Coniectare opiniones.Liu.lib.9.bel.Pun.

Coniectatio,

Coniectatio,Verbale, (ὑποτοπάσις,) Plin.lib.10.cap.75.1.Somni quæstio non obscuram coniectationem habet. Idem lib.28.cap.2.4. Quum semel recipiatur ea ratio,& deos preces aliquas exaudire,aut vllis moueri verbis,confitendũ sit de tota coniectatione. Idem lib.6.cap.19.4.
Coniectio,Verbale, (βολή,) à Coniicio,coniicis,Ipse iaciendi actus.Cic. pro Cecinna.32.Neque ictu cominus,neque coniectione telorum.
Coniectus, (ἐμβεβλημένος,) Participium,à Coniicio. vt Coniecti ignes. Cic.ad Atticum,lib.4.72.2.
Ferrum in guttura coniectum.Ouid.3.Metam.18.
Coniecta cerua sagitta vagatur.Virg.4.Aeneid.14.
Coniecti omnium in te oculi.Cic.de Amicitia.5.Sed existimare debes omnium oculos in te esse coniectos: vnum te sapientem & existimant & appellant.Idem Bruto.93.Et pro Cluentio.42.
Improbè in clarissimos viros coniecta oratio.Cic.pro Sest.32.
Vincula coniecta collo.Ouid.4.Trist.eleg.1.17.
Non tam mirabilia q̃ coniecta bellè.Cic.2.de Diuin.100.Id est diuinata.
Malè cõiecta,maleq; interpretata falsa sunt, nõ rerũ vitio, sed interpretũ inscitia.Cic.1.de Diuin.192.Hoc est malè diuinata seu cõiectata.
Coniector,huius coniectoris, (ὀνειροκρίτης) Verbale, dicitur(vt ait Festus)interpres somniorum. Est etiam is quem vulgus Diuinatorem vocat. Quintil.lib.3.cap.7.ad finem, Somniorum atque ominum interpretes,coniectores vocamus.Cic.2.de Diuinat.199.Defert ad coniectorem quidam somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.Plaut.Curcul.5.34. Quin coniectores à me consiliũ petunt. Idem Pœn.5.34. Nam isti quidem hercle orationi Oedipo opus Est coniectore,qui Sphingi interpres fuit.
Aruspex,augur,coniector in genere diuinandi numerantur. Cic.1.de Diuinat.124.
Vaticinationes & responsa sacerdotũ,aruspicũ,coniectorũ.Cic.Partit.4.
Coniector & interpres portentorum.Cic.2.de Diuinat.90.
Coniectura,coniecturæ,pen.prod.(τοκασμός,σύμβολή,)Coniectio siue coniectatio, dicta à coniectu, Id est directione quadam ad veritatẽ,vt ait Quintil.lib.3.cap.7.ad finẽ.Plin.lib.2.ca.11.Mũdi extera indagare,nec interest hominũ,nec capit humanę cõiectura mẽtis.
Coniectura & cogitatio.Cic.pro Fonteio.11. In quo ea quæ dicuntur à testibus,coniectura & cogitatione traduntur.
Futuri coniectura.Ouid.1.Trist.eleg.8.11.
Interpretum coniecturæ magis ingenia eorum quàm vim consensumque naturæ declarant.Cic.2.de Diuinat.212.
Constant ex Iouissimo & indoctissimo genere coniecturæ somniorum. Cic.2.de Diuinat.194.
Bona coniectura.Cic.7.Verr.52.
Vera coniectura.Cic.2.de Diuinat.194.
Aberrare coniectura. Cic.Attico, lib 14.320.1.Cupio enim antè quàm Romam venio, odorari diligentius quid futurum sit:quanquam vereor ne nihil coniectura aberrem.Idem.1.de Nat.deorum.139.
Accipere coniecturam.Quintil.lib.3.cap.6.32.
Adhibere coniecturam.Cic.2.de Diuinat.219.
Afferre coniecturam. Vide AFFERO.
Assequi coniectura aliquid.Cic.4.Verr.120.&.133.Idẽ.2.de Inuẽt.141.
Coniectura augurari,Idem quod Coniicere siue coniectari. Cic.ad Attic. lib.2.24.2.Etenim quantum coniectura auguramur,si erit nebulo iste cum iis dynastis in gratia.
Capere coniecturam. Cic.2.de Inuent.133.Idem pro Roscio Amer.60. & pro Murena.8.
Coargui coniectura Vide COARGVO.
Suspitionibus & coniectura coargui.Cic.1.de Lege Agrar.10.
Quantum animi mei cõiectura colligere possum. Quintil.lib.1.ca.2.17.
Coniectura consequi.Cic.ad Cornifi lib.12.19.3.Quantũ copiarũ haberes, cum ipse coniectura consequi potẽrã, tum ex tuis literis cognoui.
Ducit coniectura aliquem. Cic.Varroni,lib.9.2.10. Magni autem intererit qui fuerit victoris animus, quis exitus rerum: quanquam quo me ducat coniectura,habeo.
Ducere coniecturam in varias partes, & nonnunquam etiam in contrarias.Cic.2.de Diuinat.219.Ibidem.215.
Explicare coniectura aliquid.Cic.1.de Diuinat.124.
Coniecturam facere.Terent.And.3.2.32.
–multa concurrunt simul,
Qui coniecturam hanc nunc facio.
Coniecturam facere de.Plin.in Paneg.33. Præterea futuri principes velint nolint,sciant, tantum constat, propositisq; duobus exemplis meminerint,perinde coniecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint.Cic.2.de Diuinat.99.
De se coniecturam facere.Cic.2.de Orat.164.
De suo stomacho coniecturam facere. Cic. Mario, lib.7.1.5. Nobis autem erant perpetienda,quæ scilicet P.Mæcius probauisset. Omnino,si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi. coniecturam enim facio de meo.
Coniecturam facere ex.Terent.Heaut.2.3.25.
Nam & vita est eadem,& animus te erga idem ac fuit,
Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus.
Ex vultu coniecturam facere.Cic.pro Murena.42.
Inductus coniectura. Vide INDVCO.
Informare coniectura aliquid.Cic.1.de Nat.Deor.56.
Iudicare coniectura aliquid.Cic.pro Flacco.5.
Mouere coniecturam.Quintil.lib.3.cap.6.
In coniectura niti. Vide NITOR.
Leui coniectura res non penditur.Cic.pro Rosc.Amer.37.
Percipere coniectura aliqua.Cic.pro Lege Manil.18.
In coniectura posita.Cic.Lentulo,lib.1.5.10.
Profiteri coniecturam somniorum.Cic.2.de Diuinat.194.
Prospicere coniectura.Cic.pro Domo sua.9.
Coniectura prouidere.Cic.ad Atticum,lib.1.1.1.Petitionis nostræ,quã tibi summæ curæ esse scio,huiusmodi ratio est, quòd adhuc coniectura prouideri possit.
Quærere coniectura aliquid.Cic.in Orat.69.
Coniectura reperire.Plaut. Trinum.13.74.
–quod ad exemplum est,
Coniectura si reperire possumus?
Ad coniecturã aliqua interpretatione renocare.Cic.2.de Diuin.100.
Ad coniecturam alieni sensus,non ad iudiciũ suũ scribere. Vide AD.
Trahere coniectura.Cic.2.de Diuinat.181. Ita ex insanorũ aut ebriorũ visis innumerabilia cõiectura trahi possunt,quæ futura videantur.
¶ Coniectoram Rhetores accipiunt,pro eo statu quum factũ est controuersia: quoniam coniecturis causa confirmatur:& constitutionem coniecturalem.
Ab argumentis,à coniectura,à signis causa traducitur.Cic.pro Cælio.53.
Coniecturãlis,& hoc coniecturãle,pen.prod.(τοκαστικός,) Quod coniectura colligitur.Quintil.lib.7.cap.2.
Causæ coniecturales:Quintil lib.3.cap.6.11.
Causę coniecturales versantur in iudiciis. Cic.Topic.25.
Constitutio coniecturalis.Cic.2.de Inuent.130.
Coniecturalis status.Author ad Herennium,lib.1.19. Coniecturalis est, quum de facto controuersia est,hoc modo,Aiax in sylua,postquam resciuit quæ fecisset per insaniam,gladio incubuit.Vlysses interuenit,occisum conspicatur,è corpore telum cruentum educit:Teucer interuenit occisum vbi fratrem & inimicum fratris cũ gladio cruento videt, capitis arcessit.His quoniam cõiectura verum quæritur, de facto erit controuersia:& ex eo constitutio causæ,Cõiecturalis nominatur.Porrò constitutionem & statum idem esse testatur Quintilianus lib.3.ca. 6.Cic.2.de Diuin.40.Omneque genus coniecturale in hoc ferè genere ponebas.Idem lib.1.de Inuent.21.
Coniecturo,Verbum,pen.prod.(τοκαζομαι,)Senec.lib.9. Natur.quæst. Nobis cõiecturare tantũ illa in occulto licet,nec cum certa inueniendi fiducia,nec sine spe.
Coniectus,huius coniectus(βολή,ῆτος,)Verbale à Coniicio.Plin.lib.36. cap.4.1.Aethiopide herba amnes ac stagna siccari cõiectu, tactu clausa omnia aperiri.Idẽ lib.2.cap.39.5.Coniectus radiorum.
Lapidum & spiculorum coniectus.Lucret.lib.3.40.
Lapidum coniectu fracta domus.Cic.Attico,lib.4.72.2.
Coniectus oculorum.Cic.pro Plancio.17. Non enim tribum Tarentinã de qua dicam alio loco,sed dignitatem,sed oculorum coniectum, sed solidam & robustam & assiduam frequentiam præbuerunt.
Coniecta oculorum aliquem vt furem destinare.Curtius lib.9.
Oculorũ coniectu motus animorũ significamus.Cic.3.de Orat.123.
¶ Coniectus,pro Directione.Quintil.lib.3.cap.7.ad finem.

Conifcare, Vide CONVS.

Cóniugo, cóniugas,pe.cor.(συζεύγνυω,)coniugare, Quasi ad vnũ iugum alligare.Cic.1.Offic.25.Estque ea iucundissima amicitia,quam similitudo morum coniungit.
Coniugata apud Rhetores quæ dicãtur,sic docet Cicero in Topicis.7. Coniugata,inquit,dicuntur quæ sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis verba sunt,quæ orta ab vno varie commutantur: vt sapiens,sapienter,sapientia. Hæc verborum coniugatio,(συζυγία,) dicitur,ex qua huiusce modi est argumentum,Si compascuus ager est, ius est compascere. Idem in Partit.4.
Coniugator,pen.prod.(συζευκτής,)Verbale.vt Boni amoris cõiugator de Hymene dictum à Catullo in epithalamio.9.
Coniugatio,Verbale,(συζυγία,)Cic.de Senect.49.Cuius quidem nõ vtilitas me solum,vt antè dixi,sed etiã cultura & natura ipsa delectat ad miniculorum ordines,capitũ coniugatio,religatio,propagatio,vitiũ.
Coniugatio verborum apud Rhetores.Vide in Topicis.7.
Coniugatio apud Grammaticos, est consequens verborum declinatio. Coniugatio autem nominatur, vel propter coniugatas consonantes: hoc est cognatas,ex quibus pleræque apud Græcos cõiugationes regulam sumunt, vel quòd vna eademq; ratione declinationis plurima cõiugantur verba,quod ad Latinorum nominationem aptius est.

Universidad de Deusto
BibliotecaCC

Cóiugus,pen.corr.Adiectiuum,(συζυγος.)Quod cõiugatum est.Plin. lib.8.cap.13.de aspidibus,Coniuga terrè vagantur,nec nisi cum compare vita est.Id est coniugata & iuncta quasi matrimonio.

Contúgulus,pen. corr.Adiectiuum.vt Coniugula myrtus apud Catonẽ, cap.133.1.Picum(inquit)oleam,malum punicum,mala struthea,cotonea,aliásque mala omnia,laurum cypriam,delphicam,prunum, myrtum cõiugalam,& myrtum albam & nigram,nuces auellanas.Plin.lib. 15.cap.29.his verbis,Cato tria genera myrti prodiditcandidá,nigram,coniugulam,fortassis à coniugiis ex illo Cluacinæ genere.

Coniugium,(συζυγία,)Matrimonium Cic.4.de Finib.28. Primúque ex omnibus philosophis à natura tributum esse docuerunt,vt hi qui procreati essent,à procreatoribus amarentur,& id quod temporum ordine antiquius,vt coniugia virorum & vxorum à natura coniuncta esse dicerent,qua ex stirpe oriantur amicitiæ cognationum. Idẽ.1.Offic. 79.Prima societas in ipso coniugio est,proxima in liberis.

Dos coniugii.Ouid.14.Metam.60.

Fides sacrata coniugii.Senec.Agamem.2.5. –iura pudorque
Et coniugii sacrata fides Fugunt aulas.

Sponsor & obses coniugii.Ouid.epist.2.7. Idem epist.15.23.

Tempus coniugii.Id est dies nuptiarum.Ouid.epist.20.9.

Felix cõiugio.Ouid.4 de Ponto,eleg.11.5.

Rudis coniugii.Ouid.4.Fast.68.

Coniugium filiæ.Cic.Attico,lib.6.119.1,Lætatus sum etiam sermone Piliæ de coniugio Tulliæ meæ.

Antiquum coniugium.Virg.4.Aeneid.87.

Dira coniugia.Valer.lib.2.Argonaut.35.

Fortunatum coniugium.Ouid.2.Metam.161.

Liberale coniugium.Vide LIBER.

Maritale coniugium.Vide NARITVS.

Solennia coniugia.Tacit.lib.15.

Superbum coniugium.Virg.3. Aeneid.95.

Abruptum coniugium.Vide ABRVMPO.

Adepta coniugium regium.Vide ADIPISCOR.

¶ Despondere sibi coniugia alterius.Senec.Troad.1.12.

Differre coniugium.Propert.lib.2.eleg.10.1.

Fraudata coniugio sponsa. Ouid.6.Epist.53.

Fui coniugio.Ouid.1.Fast.106.

Petere coniugium Ouid.10.Metam.122.

Potiri coniugio alterius,Alterius vxorem ducere.Virg.3.Aeneid.59.
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi,sceptrisque potitum.

Prodere coniugium.Virg.4.Aeneid.87. Non tam coniugium antiquum quod prodidit,oro.Id est quod decepit.Seruius.

Promittere coniugium Ouid.epist.20.28.

Solutum coniugium.Iuuenal.Saty.9.8. –iam penè solutum
Coniugium in multis domibus seruauit adulter.

Tenere suo coniugio.Senec.Hippol.3.14.

¶ Coniugium pro Coniugatis.Plin.lib.10.cap.12.2. Pellunt nidis pullos,ac volare cogunt,sicut & coruiqui & ipsi non carne tantum alunt,sed robustos quoque fœtus suos fugant longius. Itaq; paruis in vicis non plus bina coniugia simul circa cranonẽ quidem Thessaliæ singula perpetuò;genitores soboli loco cedunt.Bina coniugia vocat Bina paria,duos mares,ac totidem fœminas.

¶ Coniugium,pro Coitu.Virg.3.Georg.54.
–sæpe sine vllis Coniugiis vento grauidæ. De equabus.

Coniugalis,& hoc coniugile,pen.prod.(συζυγος,) Quod ad coniugiũ pertinet vt Coniugalis torus.

Dii coniugales dicuntur,qui coniugiis præsunt,Iuno,Venus,Hymen. Seneca in Medea.1.1.

Di coniugales,tuque genialis tori Lucina custos.

Coiugialis,& hoc cõiugiale,pe.pro.(συζυγος)Quod ad cõiugiũ ptinet.

Festa coniugialia.Ouid.5.Metam.1.
–fremitu regalia turbæ
Atria complentur,nec coniugialia festa
Qui canat,est clamor,sed qui fera nuntiet arma.

Fœdus coniugiale. Ouid.11.Metam.149.
Tunc quoque mansit amor,nec coniugiale solutum est
Fœdus in alitibus.

Iura coniugialia.Ouid.6.Metam.107.
Nec mea virginitas,nec coniugialia iura.

Coniux,cõiugis,pen.cor.cõ.g.(ὁμόζυγος,)A coniugo,coniugas, vt ait Phocas grãmaticus.Cõiuges(inquit Festus)eiusdẽ iugi pares. Priscianus per n ante x scribit:Veteres modò coniux,modò coniunx scripserũt,detracto vel addito n.Cic.ad Qu.frat.li.3.3.6.Fidelissima cõiux. Ouid.1.Metam.42.Hoc certè factum coniunx mea nesciet,inquit.

Coniux interdũ dicitur,non quæ est,sed quæ fore speratur.Virg.8,eclo.4. Coniugis indignæ Nisæ deceptus amore.Seruius.

Coniux.pro sponsa.Virg.9.Aeneid.29.
–ferro sceleratam excindere gentem Cõiuge præcepta. Verba Turni.Inuidiosè autem sponsam coniugem vocat,ait Seruius.

Amor perennis coniugis castæ manet.Senec. Octau.4.19.

Obsequium coniugis.Senec.Octau.4.23.

Conciliat animos coniugum partus fere.Senec.Med.4.35.

Felix coniuge.Ouid.9.Metam.67.

Adultera coniux.Ouid.3.Amor.eleg.4.8.

Antiquus coniux.Virg.4.Aeneid.92.Id est aut prior aut charus. Seruius.

Aurea Prci coniux.Virgil.7.Aeneid.39.

Boni coniuges.Catul.1.epithalamio.47.

Charissimus coniux.Ouid.11.Metam.146.

Charissima coniux.Stat.3.Sylu.5.23.

Debita coniux,Id est promissa & sponsa.Ouid.epist.7.21.
–quondam sibi debita coniux.

Rege coniux digna.Senec.Herc.fur.6.16.

Dulcis coniux.Virgil.1.Aeneid.164.

Effræna coniux.Senec.Medea.2.10.

Egregia coniux.Virgil.6.Aeneid.105.

Fida coniux.Horat.1.Epist.1.29. Senec.Herc. Oeth.7.4.

Fidelis coniux.Ouid.in Ibin.72.

Fidissimus coniux.Valer.lib.8.Argonaut.84.

Fœcunda coniux.Horat.2.Serm.Saty.5.7.

Imperiosa coniux.Ouid.in Ibin.108.

Infamis coniux.Seneca Medea.7.15.

Irrequieta coniux.Sil.lib.3.72.

Iusta coniux,Legitima.Senec. Octau.4.7.

Legitima coniux.Ouid.10.Metam.88.

Lepidissima cõiux.Catul.epig.23.1.

Leuis coniux.Senec.Herc Oeth.4.69.

Lignea coniux,dicitur à Catullo epig.10.2.quæ corpore est arido & sic eo ob famem.sic enim ad Furium scribit,
Est pulchre tibi cum tuo parente,
Et cum coniuge lignea parentis,&c.

Noua coniux.Senec.Octau.6.1. & Agam.7.32.

Domina cupida coniugis noui.Catul.epith.7.

Optata coniux.Stat.1.Sylu.2.4.

Orbatus coniux dicitur,cui mortua est vxor.Stat.5.Sylu.1.4.

Pe fida coniux,atque impos sui amore cæco.Senec.Agam.3.2.

Pia coniux.Senec.Troad.6.19.

Priscinus cõiux.Virg.6.Aeneid.95.Id est prior,quod difficile inuenitur, inquit Seruius.Nam de hoc fermone quærit & Probus,& alii.

Pudica coniux.Horat.3.Carm.ode.5.9.

Rarissima coniux.Stat.5.Sylu.1.3.

Regia coniux,Regina.Virg.7.Aeneid.12.&2.155.

Rustica coniux.Ouid.epist.1.16.

Sanctæ coniugis torus Senec.Troad.6.59.

Scelestus coniux.Senec. Octau.5.1.

Tenera coniux.Horat.1.Carm.ode.1.6.

Auertere sensus sanos coniugis.Virg.8.eclõg.14.Coniugis vt magicis sanos auertere sacris Experiar sensus. Sanos sensus Seruius exponit nisi amantes,vtidé cõtrà amantes insanos vocamus.

Captus alia coniuge Ouid.epist.23.1.

Deiectam cõiuge esse,Maritũ amisisse.Virg.3.Aeneid.63.Heu quis re ca sus deiectã coniuge tanto Excipit?Verba Aeneæ ad Andromachen.

In coniugis gremium descendere.Virg.2.Georg.66.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit,& omnes
Magnos alit magno cõmistus corpore fœtus. Dicit verno tẽpore esse pluuias,quibus fœcundat terra ac oĩa nascuntur, vt exponit Seruius.

Amata coniux.Iuuenalis Saty.10.15.

Dotata coniux.Ouid.2.de Remed.amor.34.

Furens festinaque coniux.Valer.lib.2.Argon.39.

Inuisa coniux.Senec.Octau.8.7.

Prætendere tædas coniugis,Animum ad coniugium applicare.Virgil.4. Aeneidos.68.

Viduata tædis coniux ardet.Seneca Medea.8.1.

Coniungo, coniungis,coniunxi,coniunctũ, (συζευγνυμι,συναπτω,συνοχεω)cõiungere,Copulare: A iugo deductũ verbum.vt Coniungere boues feriis,apud Catonem,cap.138.

Calamos cæra coniungere.Virg.2.eclog.7.Pan primus calamos cera cõiungere plures Instituit.

Dextras coniungere.Virg.1.Aeneid.104.Lætitiaque metuque auidi cõiungere dextras Ardebant. Valer.lib.7.Argon.69.

Dextram coniungere dextræ.Ouid.8.Metam.85.

Manus alicuius coniungere.Tibul.lib.1.eleg.6.11.

Aliquot prouinciæ vno imperio coniunctæ.Cic.de Prouin.Cons.3.Galliæ duæ quas hoc tempore vno imperio videmus esse coniunctas.

Coniuncti inter se atque implicati.Vide IMPLICO.

Capere socium & coniungere.Virgil.5.Aeneid.141.
Hunc cape consilii socium & coniunge volentem.

In negotio

Amœna piorum concilia.Virg.5.Aeneid.146.

Infaustum concilium.Stat.3.Thebaid.36.Sic illas vocat quæ interfectos bello maritos & propinquos ad rogum astantes flebant.

Inuisibile concilium.Claud.3.Paneg.49.

Coire in concilium Lucret.lib.2.114.

Coactum concilium.Vide COGO.

Concilia colere.Virg.5.Aeneid.146.

Conuocare concilium.Vide CONVOCO.

Concilia vel institutа dimittere,vel habita rescindere.Cic.2.de Leg.51.

Indicere concilium.Vide INDICO.

Habere concilium.Cic.2.de Inuent.157. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit.

Habere aliquem deorum concilia dicuntur, qui inter deos est relatus. Virg.1.Georg.5.
Inque adeò,quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia,incertum est &c.Adulatur augusto.Exponit autem Seruius, Nondum scimus quis Deus esse velis.

Peragere concilium.Vide PERAGO.

In diuinum animorum consilio certamque proficisci. Cic.de Senect.76.

Vocare concilium.Ouid.1.Metam.14.
Ingentes animo,dignas Ioue concipit iras
Conciliumque vocat.tenuit mora nulla vocatos.

In concilium deorum vocari.Cic.1.de Diuinat.88.

¶ Concilium,pro Coagmento,vt notat Badæus.Lucret.lib.1.97.
Corpora sunt parrò partim primordia rerum,
Partim cõcilio quæ cõstãt principiorũ.i.copulatione, cõgregatione.

Concilium genitale.Lucret.lib.1.37.
Quippe vbi nulla forent primordia,quæ genitali
Concilio possent arceri tempore iniquo. Id est generationi aptæ conciliatione,coadunatione.

Conciliabulum,pen.corr. (συναθροισμα,) Diminutiuum. Plaut.Bacchid.1.47. Vt soleat in illis fieri conciliabulis. Idem Trinum.6.33. Ne penetrarem me vsquam,vbi esset damni conciliabulum.Liuius,Qui nundinas &conciliabula obire solent.

Concilio,concilias, (συναλλαττω, διαλλαττω,προξενεω, διακονω,) conciliare,Amore coniungere.Plaut.Epid.10.36.
–istis legibus habeas licet. M. Conciliauisti pulchre.

Conciliare & commendare.Cic.3.de Finib.15.Quorum ratio mihi probatur,simul atque natum sit animal(hinc enim est ordiendum) ipsum sibi conciliari & cõmendari ad se conseruandum,& ad suum statum.

Conciliat & coniungit inter se homines ratio & oratio. Cic.1.Offic.76. Idem Pompeio lib.5.7.4.

Conciliare & conseruare.Cic.de Amicitia.83.

Animos hominum conciliare,& ad vsus suos adiungere,proprium virtutis est.Cic.1.Offic.33.

Conciliare aliquem ad alterum.Plaut.Mil.10.105.
–tua mihi vxore dicam delatum & datum,
Vt sic ad eum conciliarem.

Conciliare aliquem alteri.Plin.de Viris Illust.74. Mox per Murenam in Asia classem Mithridatis & Ptolemæum regem Alexandriæ Consuli Syllæ conciliauit. Cæsar.5.bel.Gal.17. Eos singulatim Cingentorigi conciliaut. Cic.ad Trebatium,lib.7.18.8. Ex quo iam audieram fremitum clientum meorum,quos quidem tu mihi conciliasti.

Parentibus & diis immortalibus,& patriæ nos primùm natura conciliat. Cic.de Arusp.respon.53.

¶ Conciliare, Est contrahere,vel comparare: vt Conciliare amicitiam. Cic.de Amicitia.82. Virtus inquam, C.Fanni,& tu Q.Muti,& conciliat amicitias,& conseruat.

Auro conciliatur amor.Propert.lib.3.eleg.13.10.

Pecunia conciliare sibi legiones.Cic.ad Cornificium,lib.12.23.5. Profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor, quas sibi conciliare pecunia cogitabat.

Conciliauit has rei homini natura. Cic.4.Acad.237. Honestè autem viuere fruentem rebus his quas primas homini natura conciliet,& vetus Academia censuit,&c.

Conciliat eos hæc res inter sese.Cic.pro Roscio Amer.38. Quum etiam feras inter sese partus atque educatio & natura ipsa conciliet.

Amorem sibi conciliare ab aliquibus.Cic.pro Archia poeta.15.

Amor conciliandus.Ouid.epist.6.19.

Animum alicuius conciliare sibi.Liuius.1.ab Vrbe.

Animos coniugum conciliat partus.Seneca Herc.Oetheo.4.35.

Iudicum animos sibi conciliare.Quintil.lib.4.cap.1.2.

Affinitatem inter aliquos conciliare. Plaut.Trinum. Meus gnatus me ad te misit,inter se atque tuos affinitatem vt conciliarem.

Arma conciliare alicui.Virg.10.Aeneid.30.

Artes suas conciliare dictis, Est verbis alicui commendare artem suam, aut opus aliquod artis suæ.Ouid.3.Trist.eleg.11.9.
Quique bouem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dictis artes conciliasse suas.

Authoritatem conciliare rei alicui.Plin.lib.33.cap.1.5.

Conciliare alicui beneuolentiam alterius.Cic.ad Nig.Figulum,lib.4.13.6.Tum omnibus amicis careo,quorum beneuolentiam nobis conciliarat per me quòdam te socio defensa Respublica.Idem 1.de Finib.80.

Ad beneuolentiam animos aliquorum erga alios conciliare. Cicero 2. de Orato.197.

Charitatem sibi conciliare.Cic.1.de Finib.81.

Ciuitatem aliquã prouinciæ alicui cõciliare.Cæsar 7.bel.Gal.11.Interim Lucterius Cadurcus in Rutenos missus eam ciuitatẽ Aruernis cõciliat.

Conciliare ciuitatem aliquam amicitia.Cæsar 3.bel.Ciuil.215. Nonnullas vrbes per vim expugnauit,reliquas ciuitates circummissis legationibus amicitia Cæsaris conciliare studebat.

Conciliare coniunctionem cum aliquo: cui Dirimere coniunctionem, opponitur. Cic. ad Appium,lib.3.10.16. Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem diremissem,quàm nouam conciliassem.

Fidem in dicendo conciliat amplificatio.Cic.in Partit.28.

Fidem alicuius conciliare famæ.Ouid.4.Trist.eleg.6.3.
Certè ego,si fineres,titulum tibi reddere vellem,
Et raram famæ conciliare fidem.

Gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam æquitatis largitio. Cicero pro Murena 39.

Conciliare sibi gratiam per rem aliquam.Cic.pro Leg.Mani.49.

Incommoda alicui conciliare.Lucret.lib.3.177.

Laudem maiorem conciliare.Quintil.lib.2.cap.7.4.

Miseros magis fortuna conciliat suis.Senec.Thebaid.2.14.

Conciliare nugas.Plaut.Trinum.13.12.Eo conductor melius de me nugas conciliauerit. Id est (vt ait interpres) ob ista nugatoria suam rem melius egerit.

Odium re aliqua conciliare.Plinius li.28.ca.8.29. Intestina & fimum eorum,quum id animal nullo cibo viuat,cum fimiarum vrina,illita iamque inimicorum,odium omnium hominum his conciliare.

Opem potentium conciliare.Cic.Octauio 15.

Pacem conciliare.Terent.Heaut.5.5.2.Exeo ergo vt pacem conciliem. Cæsar 1.bel.Ciuil.105.Mandat vt Liboncm de conciliandapace hortetur.Cice.12.Philipp.330.

Conciliare pacem ab aliquo,pro Cum aliquo.Plaut.Mostel.16.6.
Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus,
Qui à patre eius conciliarem pacem.

Pacem inter ciues conciliare.Cic.Lepido,lib.10.27.1.

Pecuniam conciliare vel cogere. Cicc.4.Verr. Non mihi prætermittendum videtur,ne illud quidem genus pecuniæ conciliatæ,quam tu à ciuitatibus statuarum nomine coegisti. Idem 5.Verr.168. Vtrum tibi pecuniæ conciliatæ videntur aduersum leges,aduersum Rempub.cum maxima sociorum iniuria? Sic 4.Verr.95.

Somnum conciliare,cui opponitur Fugare somnum. Plinius lib.14.cap. 18.1.Thasios duo genera vini facere proditur, vnum quo somnus cõcilietur,alterum verò quo fugetur. Idem lib.21.cap.20.6. Somnum conciliat. De Iri herba loquitur.

Toros conciliare.Stat.3.Sylu.5.14.

Vires cõciliare alicui.Stat.9.The.90.Significat adiuuare vires alicuius.

Voluntatem alicuius conciliare sibi.Cic.ad Atticum,lib.1.1.12.Ad eorũ voluntatem mihi conciliandam,maximo te mihi vsui fore video.

Voluptas eorum,quibus probari volumus,conciliandа.Cic.in Orat.92.

Conciliare superiorem inferiori,per Hysteron proteron,apud Virgilium 1.Aeneid.17. Tu mihi quodcunque hoc regni,tu sceptra Iouemque Concilias. Verba Aeoli ad Iunonem. Vbi Seruius, Hysteron proteron in sensu est. Non enim Iuppiter conciliatur Aeolo,sed Aeolus Ioui,quasi superiori conciliatur. Conciliantur autem noui,Reconciliantur antiqui.

Amicè conciliari alicui. Horatius in Arte,
Ille bonis faueatque,& concilietur amicè.

Concilia eũ huc.Plaut.Capt.4.18.Sed si vllo pacto ille huc conciliari potest.Id est Si vllo modo põt induci vt huc veniat, & nobiscũ moretur.

Sursum aliquid conciliare,apud Lucretium lib.6.179. significat in altum eleuare aliquid,ac si diceres,altitudini conciliare,
Præterea dispersa foras erumpere cogit
Vis per aquam subitò,surgunque ea conciliare. Id est congregare in maris superficie.

Agere partes conciliantis.Ouid.de Remed.Amor.2.26.

Conciliatus,penul.prod. (συναλλαγμενος,) Participium. Plinius lib.17. cap.23.12.de ratione arbustorum loquens, Inter se obuii miscentur, alliganturque vnà conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorat quà deficiant.Id est coniuncti.

Fœmina conciliata viro.Catul.epigram.63.26.

Conciliatum mancipium.Id est emptum.nam omnis conuentio,conciliatio nominatur.Terent.Eunuch.4.4.2.Fugitiue prodi, malè conciliate.Id est magno empte.Donatus.Vide MALVS.

Conciliatus, (συναλλαχτος,διαλλακτος,) Nomen adiectiuum. Quintil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib.4.cap.2.17. Ad rem accipiendam iudicem fieri conciliatiorem, do ciliorem & intentiorem.

Conciliatus, huius conciliatus, (συμφωνίς,) Verbale. Lucret, lib. 2. 188.
Non fieri partum, nisi concilio antè coactos
Nec quicquam commutari sine conciliatu. Id est sine congregatione & coagmento seminis.

Densus, vel (vt legunt alii) condensus conciliatus. Lucret. lib. 2. 20. Id est mistio, compositio.

Parus conciliatus. Lucret. lib. 2. 27. Id est modica mistura.

Cōciliātor, verbale, pe. p. σωκαλέκτης, διακλέκτης, interpres cōciliatiōis.

Conciliator fuillæ carnis datus est populo lanius. Varro 2. de Re rust. capit. 4. 8. Verris octo mensium incipit salire, permanet, vt id rectè facere possit, ad primum. deinde it retrò quoad perueniat ad lanium. hic enim conciliator fuillæ carnis datus populo. Hoc Varro dicit, quòd caro fuilla cibus sit populi & vulgi, non etiam nobilium.

Conciliatrix, penul. prod. (συνκλητρίς,) Verbale fœmininum, Ea dicitur (inquit Festus) quæ viris conciliat vxores, & vxoribus viros. Plautus Milit. 22. 17. Itaque esse ancilla conciliatrix dicebat mihi. Cicero 1. de Natu. deorum 104. Non vides quàm blanda conciliatrix, & quàm sui sit lena ipsa natura?

Conciliatrix amicitiæ, virtutis opinio. Cice. de Amic. 36.

Oratio conciliatrix est humanæ maximè societatis. Cice. 1. de Legib.

Conciliatricula, penult. correp. Diminutiuum, (σωκλακτρίδιον,) Cice. pro Sestio 15. Erat enim hominum opinioni nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

Conciliatio, Verbale, (σωκλακτή, διακλακτή, κεκταλλακτή,) Ipse cōciliādi actus. Ci. 4. Acad. 138. Honestū asit qđ ducatur à cōciliatiōe naturę.

Conciliatio & Consociatio, siue societas. Cic. 1. Offic. 208. Communem totius generis hominum conciliationem & cōsociationem colere, tueri, seruare debemus. Idem 2. de Natu. deorum 112. Interseque quasi cimli conciliatione & societate coniunctos.

Conciliatio gratiæ. Cic. pro Cluē. 67. At enim pecuniā Staleno dedit Oppianicus, nō ad corrumpendum iudicū sed ad cōciliationem gratiæ.

Conciliatio ad. Cic. 3. de Finib. 32. Prima est enim cōciliatio hominis ad ea quæ sunt secundum naturam. Id est coniunctio.

Conciliatūra, penul. prod. (σωκλάκτις,) pro Conciliatione. Seneca epist. 98. Quum Clodius isdem vitiis gratiosus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipsa causæ dictione.

Concinnus, Adiectiuum, (ξυστός, ἐμμελές, ἐυσωμάτος, ἔυγενές, ἔυμορος,) Compositus & ornatus. Ex con, & cinnus compositum, quod est genus potionis ex multis liquoribus confectum, authore Nonio. Plaut. Perſa 15. 81. Sat ædepol concinna facie. Plin. lib. 16. cap. 34. 4. Parua sunt & angulosa, concinnioraque.

Amicis concinnus. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 10.

Concionæ acutæque sententiæ. Cic. de Claris Oratorib. 148.

Aptus & concinnus ad rem reditus. Cic. 3. de Orato. 112.

Concinnus & elegans. Cic. 5. de Fin. 23. Cōcinnus, deinde & elegās huius Aristo. Plin. lib. 35. ca. 10. 43. Annumeratur his & Nicophanes elegās & concinnus, ita vt vetusta opera pingeret propter æternitatem rerū.

Concinna & lepida citò facietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum. Author ad Heren. lib. 4. 181.

Concinnæ & vēnustæ sententiæ. Cic. de Claris Oratoribus. 181.

Helluo concinnus. Cic. in Pisonem 16. Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam muscus iacebat in suo Græcorum fœtore, atque vino.

Concinna, distincta, ornata, festiua oratio. Cic. 3. de Orato. 56.

Sermo concinnus vtraque lingua. Horat. 1. Sermo. saty. 10. 5.

Tectorium concinnum. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 3. 17. 2.

Versus concinnus. Horat. 2. Epist. 1. 15.

Ad persuadendū concinnus, perfectus & politus homo. Ci. in Pisonē 47.

Concinnior, Cōparatiū, (ἐμμελέστερος,) Cic. in Orato. 11. Alii in eadem iciunitate concinniores, id est faceti, florentes etiam & leuiter ornati.

Venus concinnior. Lucret. lib. 4. 1257.

Concinno, concinnas, (ἐυστέω, σωτίθημι, συσκευάζω,) concinnare, Aptè componere, inquit Festus. Plaut. Asin. 5. 64. Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum.

Vides vt hæc concinnant? Cic. 5. de Finib. 143.

Lutum concinnare. Plaut. Rud. 4. 8.

Concinnare structures patinarias. Plaut. Menæch. 5. 16.

Vestem concinnare. Plaut. Menæch. 16. 33. Et 11. 2.

Viam concinnare. Plaut. Stich. 5. 13.

Vinum concinnare. Plin. lib. 14. cap. 20. 7. Cato iubet vina concinnari (hoc enim vtitur verbo) cineris lixiuii cum defruto cocti parte quadragesima, polegii vel salis sesquilibra.

Concinnare etiam pelles dixit Plinius. hoc est perpolire.

¶ Concinnare, Facere, authore Nonio. Plaut. Capt. 11. 71.
– qui me infamum verbis concinnat suis. Idem Amphit. 8. 94. Nulla res tam delirantes homines concinnat citò.

Concinnare se leuem suis. Plaut. Trinum. 10. 58. Nunquam erit alienis grauis, qui suis se concinnat leuem.

Concinnare vxorem lachrymantem. Plaut. Amph. 6. 31. Lachrymantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem.

Munusculum alicui concinnare. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 8. Ego tamen nactus in nauigationē nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum ex instituto meo.

Concinnātor, penul. prod. (συσκευαστής,) Verbale. vt Concinnator carum, Vlpianus in L. Nec quicquam. ff. de Officio Proconsulis, Circa aduocatos patientem esse Proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis esse videatur: nec adeò dissimulare, siquos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat.

Concinnatorem capillorum dixit Columella lib. 1. in præf. 5.

Concinnātorius, Adiectiuum, (συσκευαστικός,) vt Vasa concinnatoria. Paulus in L. Instrumentum. ff. de Penu legata, Instrumentum pistrini, item vniuersa vasa concinnatoria penu non continentur.

Concinnitas, pen. corr. huius concinnitatis, (ἐμμέλεια, ἐυχυμία,) Ornatus, elegantia. Cic. de Clar. Orat. 18. Et tantum vt memoriam concinnitatis suæ, non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis) cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, à quibus esset auditus. Ibidem 158. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile?

Ornata sententiarum concinnitas. Cic. de Clar. Orat. 182.

Verborum concinnitas. Cic. in Orat. 83. Ibidem 45.

Consequi concinnitatem. Cic. de Clar. Orat. 158.

Aliquid concinnitatis efficere. Cic. in Orato. 44.

Concinnè, Aduerbium, (ἐμμελῶς,) Compositè, eleganter. vt Concinnè vestitus. Plaut. Epid. 5. 39.

Concinnè dicere vel scribere. Cic. 2. de Orat. 100.

Concinnè distribuere rem aliquam. Cic. 2. de Orat. 45.

Concinnè & blandè rogare. Ci. pro Rosc. Comœdo 28. Hunc postea quā salutauit, rogare cœpit, blandè & concinnè scilicet, Mentire, &c.

Concinnitūdo, penul. prod. huius concinnitudinis, (ἐμμέλεια,) Idem. Cicero 1. de Inuent. 37. Splendoris & festiuitatis concinnitudinis minimum in se continere debet.

Concinnatio, (συσκευασία,) Verbale, Ipse concinnandi actus. Cato capi. 106. Aquæ marinæ concinnatio.

Concino, concinis, penul. correp. concinni, concentum, (συνᾴδω, ὑμνολογέω,) concinere. Ex con, & cano compositum, Simul canere. Cic. 1. Tuscul. 170. Hæc quum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, concinuntur, &c. Liu. 6. ab Vrbe 143. Faxo ne iauet vox ista, veto, qua nunc concinentes collegas nostros tam læti auditis.

Ad fores alicuius concinere. Ouid. 3. Fast. 22.

Olor concinit. Ouid. Epist. 7. 1.

Concinunt signa & tubæ. Cæsar 3. bel. Ciuil. 361. Neque frustra antiquitus institutum est, vt signa vndique cōcinerent, clamoremque vniuersi tollerent: quibus rebus & hostes terreri, & suos excitari existimauerūt. Liuius 9. ab Vrbe 167. Concinuntque tubæ, & signa inferuntur.

Lyra concinere. Ouid. lib. 3. eleg. 8. Dicitur inuicta concinuisse lyra.

Modis quibusdam concini. Ouid. lib. 1. de Arte 102.
Ista iube faciant, quorum Cybeleia mater
Concinitur Phrygiis exululata modis.

Ore pio concinere. Stat. lib. 5. Sylu. 3. 41.

In modum concinere. Catul. epigram. 56. 25.
Ite, concinite in modum O Hymen, &c.

Voce tinnula carmina concinere. Catul. epigram. 56. 3.

Classica concinere rauco cornu Lucan. lib. 1. 48.

Dies lætos concinere. Id est laudibus extollere. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.
Concines lætosque dies, & vrbis Publicum ladum.

Festa concinere. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 10.
At madidos Baccho sua festa Parilia pastor Concinet.

Laudes alicui cōcinere. Tibu. li. 2. cle. 5. 2. Victori laudes cōcinuisse Iouī.

Omnia tristia concinuerunt aues. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 1.

Plectro aliquem concinere. Hora. 4. Carm. ode 2. 7. Concines maiore poeta plectro Cæsarem. Id est laudabis & celebrabis.

Lætis fauoribus omni concinitur vulgo. Stat. 10. Thebaid. 157.

¶ Cōcinere, inquit Festus, Cōuenire est. Cic. 1. de Nat. deo. 25. Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere videtur, verbis discrepare.

Concentus, huius concentus, (συμφωνία, συμφωνία,) Virgil. 1. Georgic.
– hinc ille auium concentus in agris. Cice. in in Somnio Scip. 17. Qui acuta cum grauibus temperans, æquabiliter concentus efficit. Idem 2. de Natu. deorum 177. Quarum tantus est concentus ex dissimillimis motibus, vt, &c. De stellis.

Rauci concentus. Stat. 6. Thebaid. 46.

Vehementior concentus. Quintil. lib. 1. cap. 10. 13.

Seruare concentum. Cic. 4. de Finib. 121.

Concentus & consensus. Cic. 2. de Diuin. 50.

Volucres aera naulcent concentibus Ouid. 1. Fasto. 31.

¶ Concentus in sermonibus etiam & colloquiis dicitur, quū duo vel plures inter se consentiunt, & idem pronuntiant. Horat. 1. epist. 14. 7. Nūc age

age quid nostrum concentum diuidat, audi. Id est nūc dicam tibi quid obstet quo minus mecum tibi conueniat.

Concentus, Cōcordia. Plin. in Paneg. 74. Neq; enim à te minore concētu, vt tolleres pantonimos, quàm à patre tuo, vt restitueret, exactum est.

Concentio, concentionis, (συμφώνησις,) Verbale. Cic. pro Sestio. 102. Nam quum ageretur Togata, simulans, vt opinor, caterua tota, clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.

Concio, concis. Vide CONCIEO.

Concio, concionis, f. g. à concio, conciis, (ἐκκλησία, ἀγορά, δημηγορία, λόγος,) Est (inquit Valla) populi multitudo congregata vel ex magistratus iussu, vel ex publici sacerdotis, vel interdum sua authoritate & sponte propria ad audiendam oratorem concionantē in bonum publicum: cuius etiam oratio vocatur concio. In priore significato est Græcè ἐκκλησία, quam nos pro Latina voce habemus: Festus, Concio, Conuentus, dicta quasi conuentio. Cic. de Amicit. 78. Concio quæ ex imperitissimis constat, tamen, &c. Liui. 2. ab Vrbe. 96. Quum circumfusa turba esset propè in concionis modum.

Concio, & consentus ciuium. Cic. 6. Verr. 93.

Principum concipere. Cic. in Pisonem. 17.

Celeberrimæ conciones. Cic. in Pisonem. 17. Idem ibidem.

Orba ab optimatibus concio. Vide ORBVS.

¶ Aduocare concionem. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 130. Dimisso consilio concionem aduocat militum. Vide ADVOCO.

Ascendere in concionem. Liuius. 1. ab Vrbe. 31. Vocato ad concilium populo, summissis fasibus in concionē ascendit. Hoc est in locum suggestum qui vsde verba fierent ad populū vt exponit Gellius lib. 18 ca. 7.

Auocare concionem. Vide AVOCO.

Conuocare ad vel in concionem. Vide CONVOCO.

Proconcione populi deterare. Sueton. in Caligula, cap. 14. Nec vnquam postea (quantiscunque de rebus) ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per nomen Drusillæ deierauit.

Produci in concionem. Cic. Post reditum. 11.

Summouere concionem. Cic. pro Flacco. 11.

Vocare in concionem. Cic. 4. Acad. 158. Quid me igitur Lucullo in inuidiam, & tanquam in concionem vocas? Idem pro Ponteio 14. Quem quum in concionē Gracchus vocari iuberet, & Viator quæreret, &c.

Vocata concione virtutem militum laudibus cumulat. Tacit. lib. 18.

Clamor concionis. Cic. 1. de Finib. 11.

Concio legitima, dicitur quum populus legitimè conuocatus est, id est ab eo qui vocādi potestatem habet. Cic. de Oper. gen. Orat. Eadē donatio fieret in theatro populo cōuocatorum: qui locus nō est cōcionis legitimæ.

¶ Concio, (δημηγορία,) Ipsa oratio. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 146. Legi concionem tuam nihil illa sapientius.

Intermortuæ conciones. Vide INTERMORIOR.

Turbulentæ conciones. Quintil. lib. 5. cap. 13. 32. Præsertim enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius.

Argumentum sententiarumque concionis audire. Cic. de Aruſp. resp. 7.

Concionem habere. Est (inquit Gellius lib. 13. cap. 14.) verba facere ad populum sine vlla rogatione. Plaut. Menæch. 10. 7.
populum fine vlla rogatione. Plaut. Menæch. 10. 7.
Vt illum di omnes perdant, qui primus commentus est
Concionem habere, quæ homines occupatos occupat. Gellius lib. 18. cap. 7. satis multis verbis probat concionem tria significare: locum, suggestumque vnde verba fierent: item significare coetum populi assistentis: item orationem ipsam quæ ad populum diceretur. Sicut M. Tullius in oratione quæ conscripta est contra concionē Q. Metelli, Abeedi (inquit) in cōcionē, cōcursus est populi factus. Vide HARVO.

Potestate concionis habendæ priuare aliquem. Cic. Metello, lib. 5. 21. 3.

Concūncula, penult. corr. Diminutiuum, (δημηγορίδιον,) Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 3. Quæ mihi videtur vna concioncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.

Concionor, pen. prod. concionaris, (ἐκκλησιάζω, δημηγορέω, ἀγορεύομαι,) concionari, Idem significat quod concionem habere. Cic. 1. Tuscul. 191. Quæ quum ira sint, magna tamen eloquentia est vrendum, atque ita velut superiore è loco concionandum.

Concionari apud populum. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 16. Quibus rebus cognitis Cæsar apud populum concionatur.

Concionari de aliquo, aut de re aliqua. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 22. 1.
At etiam de re concionaturnec mpone: nam sentiet quos lacessierit.

De religionib⁹ sacris, & ceremoniis est cōcionatus. Cic. de Aruſp. resp. 6.

Ex tarri alta concionari. Cic. 5. Tuscul. 84.

Concionans, (δημηγορῶν,) Participium. Plin. lib. 34. cap. 8. 36. Fecit & concionantem manu elata.

Concionator, pen. prod. Verbale, (ἐκκλησιαστής, δημηγορός,) Qui concionatur. Cic. 4. in Catil. 81. Intellectum est quid interſit inter leuitatē concionatorum & animum verè popularem.

Concionabundus, Qui concionatur. Liuius. 5. ab Vrbe. 138. Hæc propalam concionabundus in dies magis augebat iras hominum. Idem 3. ab Vrbe. 194. Hæc propè concionabundus circumibat homines. Idem 1. bel. Pun. 209.

Concionālis, penul. prod. (δημηγορικός,) Adiectiuum. vt Concionalis senex. Qui concionatur & docet, siue concionari consueuit. Liuius 3. ab Vrbe 309. Scaptione hoc concionali seni assignaturos putarent finitimos populos?

Concionalis clamor, Qualis in concionibus esse solet. Cice. ad Quint. fratrem, lib. 2. 11. 1. Sed eodem die vehementer actum de agro Campano clamore Senatus propè concionali.

Concionalis hirudo. Vide HIRVDO.

Concionale genus causarum, quod & deliberatiuum dicitur. Quintil lib. 9. cap. 4. Iudicitale & concionale, vt materia varium est, sic etiam ipsa collocatione verborum.

Cōcionārius, Adiectiuū, (ἀγορασικός,) Cic. ad Qu fratrē, li. 2. 7. 7. Vehementer esse prouidendum ne opprimatur cōcionario illo populo à sē ppē alienato, nobilitate inimica, nō æquo Senatu, iuuentute spropa.

Concionatorius, Adiectiuum, (ἐκκλησιαστικός,) vt Concionatoria tibia. Gellius, Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoque illa concionatoria in mentem venit, quam C. Graccho sub populo agente, præisse ac præmonstrasse modulos ferunt.

Concipilare, (συναρπάζω,) Dictum à, Næuio, pro corripere, & immolare inquit Festus. Plaut. Trucul. 11. 61.
– quem ego Affatim iam iam concipilabo?

Concipio, concipis, pen. corr. concēpi, conceptum, συλλαμβάνω, ληπτω,) concipere, Simul capere, apprehendere.

¶ Concipere mulieres dicuntur, quum vtrumque genitale semen in earū vtero coit ad fœtum faciendū. Aues etiam cōcipere dicuntur. Plin. lib. 10. cap. 33. 9. Perdices concipiunt superuolantium afflatu.

Concipere ex aliquo. Cic. pro Cluent. 13. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 1.

Ova concipere dicuntur pisces. Plin. lib. 9. cap. 51. 7. Ita fit vt sola piscis & animal pariant, & ova concipiant.

Animo seruili aliquid cōcipere. Tacit. li. 2. Fraude aut vi raptum Agrippā ferre ad exercitus Germanicos, non seruili animo concepit.

Alicuius rei imaginem animo concipere. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4.

Auribus cupiditatem concipere. Cic. 6. Verr. 90. Id est ex auditu.

Ingenio concipere aliquid. Ouid. 1. de Remed. Amor. 72.

Mente concipere. Ouid. 1. Metamorpho. 63. Ergo vbi vaticinos concepit mente furores. Quintil. lib. 2. cap. 16. 9.

Verbis concipere aliquid. Cic. 3. Offic. 145.

Bucena aerem concipit. Ouid. 1. Metamorpho. 68.

Aethera concipere meate, Cogitare de cœlo. Ouid. 1. Metamorpho. 156.

Amorem concipere rei alicuius. Ouid. 10. Metamorpho. 50.
Sculpsit ebur, formamque dedit, qua fœmina nasci
Nulla potest, operisque sui concepit amorem.

Aquas concipit Iris. Ouid. 1. Metamorpho. 55.

Bella concipere cum aliquibus. Silius lib. 13. 150.

Concipere calorem. Celſ. lib 5. cap. 6.
Donec omnis calor qui conceptus est, finiatur.

Curam concipere. Virgil. 11. Aeneid. – ducis & tu concipe curam.

Dedecus concipere. Cic. 1. Offic. 173.

Dolorem concipere à seipso. Cic. 3. de Natu. deor. 131.

Flagitia animo concipere. Cic. 1. de Nat. deor. 90.

Flagitium cum aliquo concipere. Cic. pro Sylla 11.

Flammam concipere dicontur tormenta. Cæsar 2. bel. Ciuil. 54. Hunc sic distulit ventus, vti, vno tempore agger, plutei, testudo, turris, tormentaque flammam concperent. Id est inflammarentur. Catul. epigram. 59. 19. Ouid. 1. Metamorpho. 51.
Sed timuit ne fortè facer tor ab ignibus æther
Conciperet flammas, totusque ardesceret axis.

Fœdus concipere. Virgil. 12. Aeneid.
Aut tu bella cie, conceptumque exeute fœdus.

Fraudes concipere in. Cic. 1. Tuscul. 114. Nam qui se humanis vitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedidissent, quibus cæcati velut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinassent, vel in Repub. violanda fraudes inexplicabiles concepissent, iis demum quoddam iter esse seclusum à concilio deorum.

Furias concipere. Virgil. 4. Aeneid. 95.
Ergo vbi concepit furias euicta dolore, &c.

Furorem concipere. Sil. lib. 5. 37.

Furores mente concipere, Furiis agi. Ouid. 2. Metamorpho. 129.

Habitus in pronunciando concipere. Quintil. lib. 3. cap. 8. 36.

Ignem concipere. Lucret. lib. 6. 177. Stupa iacit flammas concepto protinus igne. Cice. 2. de Orato. 103.

Iratum sæuos ignes concipere. Valer. lib. 1. 150.

Ignem concipere. Ouid. 9. Metam. 105. Ignem, id est amorem.

Imperium concipere, Est ex destinato suscipere. Rhenanus in Cæsigat. in Tacitum lib. 18.

Cōcipere inimicitias cum aliquo ex re aliqua. Cæsar 3. bel. Ciuil. 63. Proditi Libo, atq; excusat Bibuli, & is iracundia summa erat, inimicitiasq; habebat etiam priuatas cum Cæsare ex ædilitate & prætura cōceptas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intelligentias adumbratas animo menteque concipere. Cic. 1. de Leg. 89.
Iras ingentes animo concipere. Ouid. 1. Metam. 34.
Iram acerbiorem intimo odio & corde concipere. Cic. 4. Tusc. 32.
Iusiurandū concipere, quid sit, ex verbis Taciti intelligere possumus, lib. 2. Sic enim inquit de delatoribus loquens, Signo vltionis in accusatores dato, petit à Cæsare Iunius, vt commentariorum principalium potestatem Senatui faceret, per quos nosceret quem quisque accusandum proposuisset. Consulendum tali super re princeps respondit. Senatus inchoantibus primoribus iusiurandum concepit, quo certatim omnes magistratus cæteri, vt sententiam rogabantur, deos testes aduocabant, nihil ope sua factum, quo euiusquam salus læderetur neq; se præmium aut honorem ex calamitate ciuiū cepisse ut repidis & verba iusiurandi per varias artes mutantibus quis flagitii conscientia inerat. Id est iis qui delationum conscientia vrgebantur, conceptionem, hoc est formulam iuramenti mutantibus, vt solent qui fallaciter iurant. Idem alibi, Auxilia è Gallia hortantibus præfectis statim à Vitellio defciscunt, vetus miles cunctabatur, sed adigente Flacco dixit sacramentum, non vultu neque animo satis Affirmans. Et quum cætera iusiurandi verba conciperent, Vespasiani nomen hæsitantes aut leui murmure, & plerunque silentio transmittebant. Conciperent (inquit) id est exprimerent, & integram sacramenti formulam pronūtiarent: vt illi qui asseuerantes, & præsidenter iurant conscientiæ fiducia. Est ergo concipere, ad certam formulam exprimere. Hæc Budæus. Liuius primo ab Vrbe 143. Hæc forum ingressus, paucis verbis carminis, concipiendique iusiurandi mutatis, peragit.
Cōcipere lucē dici dicit locus quicunq; à Sole illuminatur. Lucret. li. 17.
Maculam concipere. Cic. pro Rosc. Amer. 40. Ex quo siqua macula concepta est, non modò elui non potest, verūm vsque eo permanat ad animum, vt summus furor atque amentia consequatur.
Metum in se concipere. Plaut. Amph. 4. 147. Igitur magis maiorem in modum in sese concipiet metum. Stat. lib. 3. Theb. id. 61.
Morbum concipere. Columel. lib. 7. cap. 5. 12. Sed is morbus ætate plerunque concipitur.
Mortem concipere. Cic. 1. Tusc. 154.
Nefas aliquod mente concipere. Ouid. 10. Metam. 81.
Noxam concipere. Columel. lib. 12. cap. 3. 6. Præstat enim opere fatigatum sub custodia requiescere vnum aut alterum diem, quàm pretium nimio labore veram noxam concipere.
Olium in bonos concipere. Cic. ad Quirites post reditum 1.
Opinionem concipere. Columel. lib. 9. cap. 14. 10. Notior est ista vetus agricolis concepta opinio.
Periculum conceptum parturire. Cic. pro Murena 76. Hoc quod conceptum Resp. periculum parturit, consilio discutiam & comprimam.
Preces concipere. Senec. Herc. fur. 11. 7.
Concipere radices dicitur arbor, quum agit radices. Vlpian. in L. Vitem Parag. 1. ff. Arborum furtim cæsarum.
Conceptio verborum. Pomponius lib. 5. Parag. 1. ff. de verb. oblig.
Scelus magnum concipere. Cic. pro C. Rabirio, quodnā concepi tantum scelus? aut quod in me tantū facinus admisi Iudices? Sic 2. in Catil. 30.
Concipere in se scelus. Cic. 3. Verr. 6. Ac non sic statuerit, nō istum maius in sese scelus concepisse, &c. Id est grauius peccasse.
Scelus concipi dicit, qd̄ susceptum. Rhenanus in Cassig. in Tacitū, li. 18.
Semina concipit terra. Cic. 2. de Natu. deorum 37.
Sitim concipere. Ouid. 5. Metamorpho. 90.
Spem concipere. Ouid. 6. Metamorpho. 111.
Spem alicuius regni concipere. Colum. lib. 3. cap. 9. 4. Spem futurarum victoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti. Liu. 4. ab Vrbe 69. In ea Sp. Melius spem regni conceperat.
Spem de aliquo cōcipere. Plin. epist. 10. Atq; vtinā sic spem ipse quā tūc ille de me concepit, impleuerim, vt ille multum virtutibus suis addidit.
Summas concipere. Liu. 3. ab Vrbe 22. Difficile ad fidem est, in tam antiquā re quot pugnauerint eciderintve, exacto affirmare numero. Audet tamen Antias Valerius concipere summas, Romanos cecidisse in Hernico agro v. M. ac c c c. Ex prædatoribus Aequorum, qui populabundi in finibus Romanis vagabantur, ab A. Posthumio c o s. duo millia & c c c c. cæsos.
Summa de aliquo concipere. Quintil. in proœm. lib. 6.
Superstitiosa concipunt animi imbecilli. Cic. 2. de Diuin. 123.
Triste aliquid concipere pectore. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 4.
Pectore concipio nil nisi triste meo.
Vadimonium concipere. Cic. ad Quin. Fratrem, lib. 2. 16. 4. Trebatium quòd ad se miserim, perfalsè & humaniter etiam gratias mihi agit. negat enim in tanta multitudine eorum qui vnā essent, quenquam fuisse qui vadimonii concipere posset. Id est q̄ vadimonii formulam dictare posset. Erat autem Trebatius Iurisconsul. cui Cicero Topica sua dicauit. Inde conceptis verbis iurare, & conceptum iusiurandum, quod certa formula delatum est. Budæus.
Ventum concipere. Plin. lib. 16. cap. 31. 5. Platani plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ramorum.

Cōcipere verba. Liu. 7. ab Vrbe 18. Procul ire omnibus inde iussis, cultrū stringit: & super lectum stans ferro intento, nisi in quæ ipse cōcepisset, verba iuraret, se patris eius accusandi causa cōciliū plebis nunquā habiturum, se eum extemplo transfixurum minatur. Ouid. 10. Meta. 58.
Conceptis verbis iurare, Id est, dictatis à deferente iuramentum, & ex arbitrio adiurantis: hoc est adigentis ad iusiurandum pernotatis. Plautus Pseud. 5. 118.
Iurastin' te illam nulli venditurum, nisi mihi?
B A L. Fateor. C A L. nempe conceptis verbis. B A L. etiā cōsultis quoque. Id est non modò dictatis à te verbis sed etiam cogitatis, animaduersis, præmeditatis. Hæc Budæus. Plaut. Cistel. 2. 89. At ille conceptis iurauit verbis apud matrem, &c. Et in Merc. 16. 50. Et Asin. 1. 16.
Conceptis verbis peierare. Cic. pro Cluent. 105. Dixit se scire illum verbis conceptis peieraſſe. Id est inexpiabili periurio sese contaminasse, inquit Budæus.
Vires concipere. Plin. lib. 17. cap. 21. 6.
Siue inde occultas vires & pabula terræ
Pinguia concipiunt. Virgil. 1. Georgic. 18. De agris.
Vitium concipere. Cic. 3. de Leg. 47. Quo perniciosius de Reipublicæ rentur vitiosi principes, quòd non solum vitia concipiunt, sed ea infundunt in ciuitatem.
Voces alicuius mente concipere. Ouid. 1. Fast. 21.
Concipere & comprehendere animo voluptatem. Cic. 2. de Finib. 9.
Vota concipere. Ouid. 7. Metamorpho. 121.
Pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant. Cic. 2. de Nat. deor. 208.
Concipiens, (συλλαμβάνων,) Participium. vt Concipiens & comprehendens natura. Cic. 2. de Nat. deor. 116.
Spiritus plura iusto concipiens. Quintil. lib. 2. cap. 4. 4.
Conceptus, (συνειλημμένος, κυηθείς,) Participium. vt Concepta æstu pestis. Columel. lib. 7. cap. 5. 2.
Conceptum aliquid ac meditatum. Cic. de Aruſp. resp. 52.
Concepta à leone. Plin. lib. 8. cap. 16.
Ex virginis furtiuo stupro conceptus. Senec. Troad. 4. 19.
Furto conceptus dicitur, qui non legitimo matrimonio natus est. Ouid. 2. Fast. 37. Iam tria lustra puer furto conceptus agebat.
Crimen conceptum. Id est conceptus fœtus ex impio quodam & nefario concubitu. Ouid. 10. Metam. 93. de Cinyra,
Plena patris thalamis excedit, & impia diro
Semina fert vtero, conceptaque crimina portat.
Infans malè conceptus, Id est quem mater non ex legitimo viro concepit. Ouid. 10. Meram. 100.
In bonum & æquū concepta actio. Papinianus in L. Quæsitum est. ff. de Sepulchro violato, Dixi eū rectè ea actione experiri i quæ bonū & æquū cōcepta est. 1. qua actione q experiē, ita intēdere petitioné pōt, vt nō vltra petat, quā quod præstari & æquum & bonum est. Budæus.
Dulcedinem alicuius conceptam animo inclusam continere. Cic. Antequam irer in exilium 1.
Conceptum fœdus excutere. Virg. 12 Aeneid. 31. Id est placitum animo fœdus prædestinatúmque vt fiat, vt exponit Seruius.
Furor conceptus. Senec. Hippol. 3. 14.
Furor ex maleficiis conceptus. Cic. 7. Verr. 59.
Conceptum ferens Mænas Lyæum. Senec. Herc. Oeth. 4.
Numen conceptum virgineo pectore. Lucan. li. 5. 10. Id est diuinus & fatidicus spiritus ingressus pythiæ virginis pectus.
Semen conceptum. Cic. 2. de Diuin. 103.
Turpitudo atq; infamia aliquot iā p annos alicui cōcepta. Ci. 2. Ver. 39.
Conceptus, huius conceptus, (κύημα.) pro Ipso fœtu. Plin. lib. 30. cap. 22. 12. Non edendum grauidis, nisi mortuo conceptu. Senec. Oedip. 4. 17.
– conceptus infaustæ bouis
Implet parentem membra quum gemitu mouet.
Cōceptus, (κύησις.) Actus ipse cōcipiendi. Cic. 1. de Diuin. 153. Quæ dā etiam ex hominū pecudumve cōceptu & satu, ostētor ū exercitatissimi interpretes extiterunt. Idem 4. de Finib. 67. Atque ipsa institutio hominis, si loqueretur, hæc diceret, primos suos quasi conceptus appetendi fuisse, vt se conseruaret in ea natura in qua ortus esset. In hoc tamen posteriore exemplo castigatiora exempla habent cœptus.
Terræ conceptu generati & edi. Cic. de Vniuers. 56. Oceanū Salaciamq; cœli satu terræque conceptu generatos editosque memoremus.
Conceptio, (συλλαβή,) Verbale, Idē. Plin. li. 22. ca. 22. 16. Chrysippus & conceptionibus eam putat conferre multum. De caucalide herba.
Contra naturam conceptio. Cic. 2. de Diuin. 74.
Formularum conceptio. Paulus in L. Actio negotiorum. ff. de Negotiis gestis, In extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum nō obseruatur, hæc subtilitas superuacua est.
Concepticulū, conceptáculi, penul. corr. (συλλαπτήριον,) Vbi quid concipitur. Plin. lib. 11. ca. 37. 16. Superbia aliubi conceptaculū, sed hic sedem habet. Id est in supercilliis. Idem lib. 2. ca. 45. 2. & lib. 4. ca. 12. 45.
Conceptiuæ feriæ Festa dicuntur, quæ certis diebus quotannis obseruabantur, habentur, vt Sementiuæ & Compitalitiæ.

Concito, concitas, concitare, Vide C O N C I O, concis.

Conclāmo, conclamas, pen. prod. (κατακράζω,) conclamare, Simul clamare. Cic. 6. Philipp. 105. Quum vos vniuersi vna mente atq; voce iterū à me conseruata esse Remp. conclamastis. Conclamant socii lætum Pæana secuti. Virg. 10. Aeneid. 147. Id est præsagio efferuntur clamore.
Conclamare cum gemitu. Virg. 2. Aeneid. 47. Ducendum ad sedes simulachrum, orandaque diuæ Naminæ conclamant. Tacit. lib. 1. Conclamant patres, corpus ad rogum humeris Senatorum ferendum.
Cum indecora exultatione conclamant. Quintil. lib. 2. cap. 2. 7.
Conclamare iterum altiore voce. Catul. epig. 39. 6.
Conclamare ad arma. Liuius. 3. ab Vrbe. 109.
Socios conclamare. Ouid. 13. Metam. 15.
Conclamare victoriam. Cæsar. 1. bel. Gal. 133.
¶ Conclamare, pro Clamare. Cæsar. 1. bel. Gal. 106. Quos quum apud se in castris Arioustus conspexisset, exercitu suo præsente, conclamauit, quid ad se venirent? Plaut. Milit. 5. 22.
– vbi abiit, conclamo, Heus quid agis tu in tegulis? Virg. 6. Aen. 52.
– procul ō procul este profani Conclamat vates. Idem. 9. Aeneid. 7.
Prim ab aduersa conclamat mole Cucus. Rutium. 1. Aeneid. 105.
– Italiam primus conclamat Achates.
Planctu conclamat vterque Istimos. Stat. 6. Thebaid. 1.
Conclamari, Impersonale. Plaut. Menæch. 14. 96. Vis conclamat auctionem fore quidem.
Conclamatum est. Terent. Eunuc. 2. 3. 56. Desine, iam conclamatum est. Vbi Donatus, Conclamatum est, transactum ac finitum. vt Conclamata corpora, quæ nihil reliqui iam habent ad vitæ officia. Lucanus.
– corpora nondum Conclamata iacent. Aut Conclamatum, satis deploratum, satisque vociferatum est quia dixerat, O infortunatum senem, si & hic amare cœperit. Tanquam dicat, Iam occisum parrem, tandem scimus, iamque deflemus. Hæc Donatus. Sipontinus autem, Conclamatum est (inquit) inde dici consuevit, quia quum spiritus vitalis aliquādo inter clausa fallere homines soleret, mortui aqua calida ablui consuerant, & per interualla conclamari. In quo quum liberari nequirent, post vltimam conclamationem quasi rebus desperatis vrebantur, & cineres eorum condebantur sepulchris.
Conclamare vasa, Exercitu castra moturo, conclamari solet vt vasa colligant. Cæsar, Vasis militari more conclamatis, progressus millia, &c. Idem. 1. bel. Ciuil. 244. Quo cognito signum dari iubet, & vasa militari more conclamari. Idem. 3. bel. Ciuil. 244. Scipio nostrorum studium alacritatemque pugnandi quum cognouisset, suspicatus fore vt postero die aut inuitus dimicare cogeretur, aut magna cum infamia in castris se continere, noctu neq; conclamatis quidē vasis, flumen transiit.
Corpora conclamata. Lucan. lib. 2. 5. – sic funere primo
Attonitæ tacuere domus, quum corpora nondum
Conclamata iacentnec mater crine soluto
Exigit ad sæuos famularum brachia planctus.
Conclamatio, (κατακόκομαι,) Verbale, Multorum clamor. Seneca. 17. rit. Idem. 1. de Clementia, Et quum ille in vicino ad ædem Bellonæ sedens exaudisset conclamationē tot millium sub gladio pereuntiū, &c. Lamenta, conclamationes. Tacitus lib. 20.
Conclāmito, conclāmitas, pen. corr. (κατακόκομαι,) conclamitare, Frequentatiuū. Plaut. Merc. 3. 51. Conclamitare tota vrbe, & prædicare.

Conclaudo, conclaudis, conclausi, conclausum, (συγκλείω,) cōclaudere, Simul claudere, concludere. Vnde Conclausa semina apud Columellam, lib. 3. cap. 12. 3. Eademque velut cōclausa & coarctata semine comprimere atque strangulare.

Conclāue, conclāuis, neu. gen. vel hæc conclānis, huius conclāuis, pen. prod. (μυχός, τρικλίνιον, θάλαμος,) Est (inquit Donatus) separatior locus in interioribus tectis vel quòd intra eum loca multa & cubicula clausa sint adhærentia triclinio. Terent. Eunuch. 3. 5. 35. Dum apparatur, virgo in conclaui sedet. Idem Heaut. 5. 1. 29. Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retrō. Sic Cicero. 1. de Diuinat. 51. Conclaue illud vbi erat mansurus, si ire perrexillet, proxima nocte corruit. Martial. lib. 5. 45.
Committere se in conclaue. Vide C O M M I T T O.
Conclaue Cicero pro Triclinio vsus est, licet Triclinii vocabulo vtatur. 6. Verr. 51. Nam vt in singula conclauia, quę iste nō modò Romæ, sed omnibus in villis habet, tricenos lectos optimè stratos cū cæteris ornamentis conniuti quærereat, nimium multa cōparare videretur. Budæus.
Conuertere conclaue in vsum ædium. Neratius in L. Quod conclaue. ff. de Damno infecto, Quod conclaue binarum ædium dominus ex aliis ædibus in aliarum ædium vsum conuertit, &c. Vbi conclaue cubiculū vel quancunque ædificii partem vocare videtur, ad quod duabus clavibus accēditur, Id est duobus hostiis. Budæus.
Currere per totum conclaue. Horat. 2. Serm. saty. 6. 23.
Inferior porticus & eius conclauia fiunt rectè. Cic. Quintratri. li. 3. 14. 13.
Conclauia, dicuntur loca quæ vna claue clauduntur, inquit Festus.
Conclauium, conclaui, (μυχός,) Idem. Plaut. Aulul. 12. 85. Et conclauiōm mihi peruium facitis?

Conclūdo, conclūdis, conclūsi, conclūsum, penul. produc. (συμπλείω, συμπεράινω, συνυπτασσεία, κατακλείω, συμφράττω, συνείργω,) concludere, Simul claudere.
Auras concludere follibus. Horat. 1. Sermo. saty. 4. 4.
Concludere so. Plaut. Curcul. 8. 79. – quia enim in cauea si forent
Concluſi. Idem Rud. 10. 59. – ibidem in naui concluſit ipse.
Intelligentiā in aſo, animū cōclusit in corpore deus. Cic. de Vniuers. 12.
Concludere se in cellam. Terent. Adelph. 4. 2. 14. Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludamid rutissimum est. Plautus Casina 2. 43.
Concludere in fenestram firmiter.
In paruum quendam & angustum locum concludere ius ciuile. Cic. 1. de Leg. 25.
Concludere aliquō. Terent. Eunuch. 4. 3. 25.
Concludar huc. Terent. And. 2. 3. 12. Vt ab illa excludar, huc concludar.
¶ Concludere res multas in vnum diem. Terent. Eunuch. 5. 9. 17.
An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit,
Quæ tot res, tantas, tam opportunè in vnum conclusit diem?
Concludere aliquem in angustissimam formulam sponsionis. Cice. pro Rosc. Comœdo 7.
Orator concluditur in ea quæ sunt in vsu ciuitatum vulgari ac forensi. Cice. 1. de Orato. 116.
¶ Cingitur atque concluditur ipse portus vrbe. Cic. 7. Verr. 76.
Sulco concludere locum tecto. Virg. 1. Aeneid. 86. Id est ad rectū. Seruius.
Domo aliquem concludere. Senec. Hippol. 2. 8.
¶ Concludere, pro Obturare. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. 98.
¶ Concludere, Finire. Cic. de Amic. 82. Quamobrem ad illam primam redeamus, eamque ipsam concludamus aliquando. Idem 4. de Finib. 115. & pro Scstio 119. Vt ego ante dicendi finem faciam, quàm vos me tam attentè audiendi, concludam illud de optimatibus, &c. Item ad Lucceium, lib. 5. 12. 20. Si verò in exitu notabili cōcluduntur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate. Budæus.
Verborū descriptura ordo aliàs alia terminatiōe cōcludit. Ci. in Ora. 116.
Concludere atque perorare. Cic. 2. de Orato. 169.
Concludere ac definire. Cic. 6. Verr. 103. Vt aliquando totam huius generis orationem concludam ac definiam.
Concludere multa vno fine. Cice. 4. de Finib. 65. Et duo nobis opera pro vno relinquunt, vt alia summamus, alia appetamus, potius quam vno fine omnia concludant.
Argumentationem concludere. Cic. in Orato. 67. & 4. Acad. 53.
Argumentum ratione concludere. Cic. in Orato. 76.
Conclusurum me esse crimen decumarum dixeram. Cice. 5. Verr. 139.
Concludere epistolam. Cice. Attico, lib. 9. 18. 1. 0. Concludis epistolam quandam hoc modo.
Concluditur extremum. Cic. ad Atticum, lib. 11. 22. 4.
Perorationem concludere. Cic. in Orato. 67.
Circunscriptione quadam comprehendere ac concludere sententiam. Cice. de Claris Oratorib. 16.
Explere atque concludere sententias. Cic. in Orato. 135.
Versum concludere. Est versum perficere suis numeris & pedibus, nulla etiam adhibita elegantia. Horat. 1. sermo saty. 4. 8.
– neque enim concludere versum
Dixeris esse satis.
¶ Concluditur verbis interdicti, pro comprehenditur. Cic. pro Cecin. 47. Ea, tametsi verbis interdicti non concluditur: tamen sententia iuris atque authoritate retinetur.
Laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. Cice. pro Murena 39.
Conclūsus, penult. prod. (συγκεκλεισμένος,) Participium, vt Conclusa aqua. Cice. 2. de Natu. deorum 30.
Cotio conclusæ res. Lucret. lib. 4. 189.
Propterea quæ ferè res omnes, aut corio sunt,
Aut cute conclusæ, aut callo, aut cortice tectæ.
Locus conclusus. Lucret. lib. 4. 94. Horat. 1. Sermo. saty. 4. 16.
Circunscriptio conclusa. Cic. in Partit. 11.
Conclusum & comprehensum. Vide C O M P R E H E N S V M.
Conclusum opponitur ei quod dicitur Dispersum aut dissipatum. Cice. 1. de Orato. 93. Omnia ferè, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt.
Perfectum atque conclusum. Cice. 4. Verr. 58. Inuenietis id facinus natum à cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atque conclusum. Idem 2. de Finib. 136.
Conclusè, Aduerbiū, (συγκεκλεισμένως,) vt Cōclusè aliquid dicere. Cic. in Ora. 102. Quū, vt fit, fortuitò sæpe aliquid cōclusè, aptèq; dicerēt.
Conclusio, Verbale, (συμπέρασμα, ἐπίλογος,) Finis & perfectio.
Vocis moderatio & verborum conclusio. Cic. 3. de Orato. 96.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conclusio dicitur, quam Græci ἐπίλογον, nostri modò perorationem, modo cumulum vocant. Nam cumulus propriè aceruus est: & in conclusione omnia quasi in vnum aceruum colliguntur. Sipont.
Extrema pars & conclusio muneris & negotii. Cic. ad Quint. Fratrem, lib. 1. 1. 67. Vt tandē poetæ boni, & actores industrii solent, sic tu in extrema parte, & conclusione muneris ac negotii diligentissimus sis.
Acutæ conclusiones. Quintil. lib. 7. cap. 10. 4.
Certæ & crebræ conclusiones. Quintil. lib. 5. cap. 14. 23.
Subtilis, & ad morem Dialecticorum formata conclusio. Quintilian. libro 7. cap. 4. 10.
Nulla conclusio est assumptione non concessa. Cic. 2. de Finib. 163.
Vna conclusione finiri. Quintil. lib. 3. cap. 3. 2.
¶ Conclusio, pro Argumentatione & ratione. Cic. 4. Acad. 121.
Conclusiúncula, penul. correp. Diminutiuum. Cic. 4. Acad. 134.

Concoenatio, Vide COMPOTATIO.

Concolor, pen. corr. concolôris, om. g. (ὁμόχροος,) Eiusdem coloris vt Concolor cicatrix. Plin. lib. 28. cap. 9. 16. Et lib. 10. ca. 29. 5. Turdis color æstate circa collum varius, hyeme cōcolor. Concolor vestis, Idem lib. 9. cap. 59. 1. Virg. 8. Aeneid. 17. Candida per syluā cū fœtu cōcolor albo Procubuit viridiq; in littore cōspicit sus.
Flos de sanguine concolor ortus. Ouid. 11. Metam. 146. de Adonide.
Concolor est ei. Colu. li. 7. ca. 3. 1. Itaq; nō ea ratio est probandi arietis, si vellere cādido vestitur, sed etiā si palatū atq; lingua cōcolor lanæ est.

Concoquo, concoquis, penul. correp. concoxi, concoctum, (συμπέπτω, πέπτω,) concoquere. Plaut. Pseud. 13. 80. Item vt Medea Peliam concoxit senem. Varr. 2. de Re rust. cap. 10. 6. Vel ad focum afferre ligna, ac cibum concoquere.
¶ Concoquere cibos. Martial. lib. 1. 75. Bene concoquit Charinus, & tamen pallet. Cic. 2. de Nat. deor. 186. Eademque hæc auis scribitur conchis se solere complere, easque quum stomachi calore concoxerit, euomere. Ibidem 35. Negat enim vllum esse cibum tam grauem, quin is nocte & die concoquatur. Catul. epigram. 20. 2.
–bene nam valetis omnes Pulchrè concoquitis. Plin. lib. 11. cap. 53. 5.
Ad concoquendum facillimus cibus. Cic. 2. de Finib. 103.
Mutari & concoqui vt possit quod aluus recipit, arcet id & continet. Cic. 2. de Natu. deorum 203.
Κρίνειν, concoquere. Cic. Varroni, lib. 9. 4. 1. Nunc vide vtra τεκμήρια, magis delectet, χρυσιππεία ne, an hæc quā nē Diodorus nō cōcoquebat.
¶ Concoquere, per translationem, pro Ferre & pati. Liu. 4. ab Vrbe 70. Vt quem Senatorem concoquere ciuitas vix posset, regem ferret.
Diu deliberare & concoquere vtrum, &c. Cic. pro Qu. Rosc. Com. 16.
Concoquere odium. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 3. 24. 12. De epistola Vatinii risi. sed me ab eo ita obseruari scio, vt eius ista odia non forbeam solum, sed etiam concoquam.

Concoctus, (πεπεμμένος,) Participium. vt
Odores concocti. Lucret. lib. 2. 171. –mistos in corpore odores,
Cōcoctosq; suo cōtactus ædere viro. Id est virulentia & malo odore.
¶ Concoctus, pro Cocto. Celsus lib. 3. cap. 22. De tabe.

Concoctio, Verbale, (πέψις, πέπανσις,) Plinius lib. 11. cap. 37. 69. Aues quoque geminos sinus habent, quædam vnum quo merguntur recentia: vt gutturi alterum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata. Idem lib. 10. cap. 5. 7. Multumque in summo cibo concoctionibus confert vel folio, vel semine.

CONCORDIA, Italiæ vrbs Carnorum, Plinio lib. 3. ca. 1. & item Melæ & Ptolemæo nomine adhuc durante. Est & Concordia, Hispaniæ ciuitas Ptolemæo: & Concordienses, Bæticæ populi. Idem lib. 4. cap. 22.
Concordia, dea apud Romanos: cuius ædem C. Flauius, Cn. filius dedicauit in area Vulcani, summa inuidia nobilium. Liuius lib. 9. ab Vrbe 548. Cice. pro Domo sua 100. Si sedem ipsam ac templum publicè cōsilii religione Concordiæ deuinxisset.
Cella Concordiæ. Cic. 1. Philip. 42. Quum in hac cella Concordiæ (ô dii immortales) in qua me Consule salutares sententiæ dictæ sunt, &c.

Concórporo, concórporas, penul. corre. (συνσωματόω,) concorporare, Simul corporare, & ex pluribus mistis vnum facere. Plinius lib. 22. cap. 24. 7. Semper mulsum ex vetere vino vtilissimum, facillimeque cum melle concorporatur. Idem lib. 27. ca. 12. 7. Eademque vitiligines concorporat.

Concors, concordis, om. g. (ἐμογνώμων, ὁμόφρων, ὁμόνους, ὁμονοητικός,) Qui vnius mentis, siue vnius animi est. Plaut. Aulul. 15. 7. Et multo fiat ciuitas concordior. Cic. 1. Tusc. Alis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur.
Amicitia & charitate concordi se complecti. Cic. de Vniuers. 20.
Animæ concordes. Virgil. 6. Aeneid. 166.
Concordes aquæ. Plinius lib. 5. cap. 9. 10. Nec antè Nilus, quàm se totum aquis concordibus rursus iunxit.
Vnanimo nisu & concordibus austs. Silius lib. 5. 43.
Concors figura. Plin. lib. 7. cap. 12. 7. Diuersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem.

Æquata fronte & concordi currere fræno. Silius lib. 16. 77.
Fræna iugo concordia ferre. De equis dictum. Virgil. 3. Aeneid. 108.
Concordissimi fratres. Cic. pro Ligario 3.
Fuga concors. Silius lib. 16. 14.
Insania concors. Sil. lib. 4. 20. Ambobus velox virtus geminisque cupido
Laudis, & ad pugnas Martemque insania concors.
Mensæ concordes. Lucan. lib. 4. 41.
Miles concors. Id est milites concordes. Sil. lib. 8. 2.
Parcæ concordes. Virgil. 4. eclog. 10. Talia fecla suis dixerunt currite fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ. Nam & quod vna dixerit, duæ sequuntur: & fixa sunt statuta fatorum. Horatius, Quod semel dictum, stabilisque rerum terminus seruet. Seruius.
Pars concors & sine lite. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 18.
Pax concors. Ouid. 1. Metamorpho. 5.
Præsidiis concordibus cingere aliquem. Claud. 2. Panegy. 42.
Simulachra cōcordia. Sil. li. 13. 131. Succedūt simulachra virū cōcordia, patris
Vnanimiq; simul patrui. i. æqualia. De Scipionibus loquitur.
Concors sibi dicitur, qui bene sibi constat. Senec. 1. de vita beata, Hoc modo vna efficietur vis ac potestas concors sibi, &c.
Sonus concors. Ouid. 5. Metamorpho. 133.
Moderatus & concors ciuitatis status. Cic. 3. de Leg. 41.
Torus concors. Propert. lib. 4. eleg. 5. 1.

Cōcordia, (ὁμόνοια, ὁμοφροσυνη, ἀγχίνοια,) A corde cōgruēte dī. Sal. Cōcordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabūtur. Ci. 7. Verr. 7.
Coniunctio & concordia. Cic. 5. Verr. 18. Tantamque habebat morum similitudo coniunctionem atque concordiam, vt, &c.
Concordia & conspiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem facta. Lentulus Consulibus & Senatui, lib. 12. 15. 12.
Pax & concordia extraneis gignetur, quum iam domesticis non insideat, sed publicè prouidenti eripiatur. Cic. Antequam iret in exil. 5.
Reconciliatio concordiæ. Cic. 3. in Catil. 69.
Flendi concordia. Ouid. ad Liuiam 41.
Veneris concordia. Ouid. 13. Metamorpho. 187.
Discors concordia dicitur rerum quæ quum inter se diuersæ sint, tamen commistæ vnum quoddam corpus conficiunt, dum vna alterius vires temperat & coercet. Ouid. lib. 1. Metam. 88.
Et discors concordia fœtibus apta est. Horat. 1. Epistо. 12. 4.
Quid premat obscurum, Lunæ quid proferat orbem
Quid velit, & possit rerum concordia discors.
Discordem concordiam vocat Lucanus simulatam amicitiam, vt qui illum amplecti & colere videmur, quem tamen tacito odio prosequimur. Verba eius sunt lib. 1. 20. de Cæsare & Pompeio,
Temporis exigui mansit concordia discors,
Paxque fuit, non sponte ducum. nam sola futuri
Crassus erat belli medius mora.
Mitis concordia. Ouid. 3. Fast. 177.
Sociata neruorum concordia. Quintil. lib. 5. cap. 10. 87.
Sociata tradentis, accipientisque concordia. Quintil. lib. 2. cap. 9. 2.
Nummariu interpretes pacis & concordiæ. Cic. pro Cluent. 81.
Alicui concordia coniunctissimum esse. Cic. pro Cluent. 122.
Confirmare concordiam cum aliquo. Cic. 13. Philip. 343.
Ad concordiam rem addecere. Cic. Attico, lib. 7. 123. 2.
In pristinam cōcordiam reducere aliquos perfidia hominum distractos. Balbus Ciceroni, in Epistо. ad Atticum, lib. 8. 168. 1.

Cōcorditas, pe. corr. (ἀρέμεια,) pro Cōcordia, apud Pacuuiū, aliosq; veteres, Cōcorditatē, inquit, hospitio adiūctā, ppetē probitatē cōseruēte.

Concórditer, pen. corr. (ὁμονοητικῶς,) concordius, concordissimè, Adueršbium. Cic. pro Rab. 9. Et tibi acerbior patrui mors est, quem nūquam vidisti, quàm illi eius fratris, qui cum concordissimè vixerat.
Congruere concorditer inter se. Plaut. Curcul. 6.

Concordo, concordas, (συμφωνέω, ὁμογνωμονέω, ἀρέμιζω,) concordari, Conuenire. Terent. Phorm. 2. 3. 86.
Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet. Plin. lib. 16. cap. 36. 14. Simul & corrudam, vnde asparagi fiant: concordare enim amicitiam. Ouid. 10. Metam. 30.
Et sensit varios, quamuis diuersa sonarent, Concordare modos.
Sanitas animi dī, quī eius iudicia opinionesq; cōcordant. Cic. 4. Tus. 46.

Concratitius, (ταξέοσθ'ος,) ries concratitius, qui cratibus insertis fit. Papinianus in L. Si fratres & Item Mela. ff. Pro socio, Item Mela scribit, si vicini semipedes inter se contulerint, vt ibi concratitium parietem inter se ædificarent, ad onera vtriusque sustinenda, &c.

Concrêdo, concrēdis, pe. prod. concrēdidi, cōcrēditū, pen. corr. (παμακατατίθεμαι,) cōcredere, Idem quod credere. Id est seruandū dare, & fidei alicuius tradere. Plaut. Aul. 3. 6. Sed nihil anus huius obsecrans cōcrediit thesaurū auri. Idē Capt. 6. 98. Neque adeò quoi tuū cōcredat filiū hodie audacius. Propert. lib. 1. eleg. 10. 3.
Sed quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe commissæ munera lætitiæ.

Concreduo,

Concreduo, per u inter d & o, dixere veteres. Plaut. Aulul. 16. 59. Ne tu in me mutatis nomen, si hoc concreduo. Idem Casin. 10. 42.
–ei ego amorem omnem meum Concredui.
Concredere mari nauigia. Vide CONCEDO.
Concredere aliquid taciturnitati alterius. Plaut. Trinum. 4. 76.
Venris aliquid concredere. Catul. epig. 59. 43.
Nugas alicui suas concredere. Horat. 1. Serm. saty. 6. 9.
Concredere vites teneriores calido solo. Colum. lib. 3. cap. 1. 6.
Concredere aliquem in custodiam alterius. Plaut. Merc. 5. 9.
Commendare & concredere fortunas suas alicui, famam, &c. Cic. pro Roscio Amer. 57. Cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ sunt atque concreditæ. Sic idem pro Quintio. 43.

Cóncremo, cōcremas, pen. corr. (συγκαίω,) concremāre, Idem quod cremare. Plin. lib. 12. cap. 18. 1. Periti rerum asseuerant, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantum Nero princeps nouissimo pompæ suæ die concremauit. Idem lib. 7. cap. 15. 3. Concremasse ea optima fide. Liuius. 5. ab Vrbe. 187.
Concremare igni. Liuius. 6. ab Vrbe. 130.
Vrbi concremetur. Seneca Thebaid. 2. 6.

Cóncrepo, cōcrepas, pen. corr. concrepui, concrepitum, (ἰσχνόω,) concrepare, à Crepo deducitur, eiusdem cum eo significationis, nisi quòd con auget, teste Donato. Terent. Heautontim. 4. 1. 6. Sed ostium concrepuit. Idem And. 4. 1. 59. Plaut. Bacchid. 1. 2. 28. Sed hue concrepitantium concrepuerunt fores.
¶ Concrepant arma, per translationem. Liuius. 6. ab Vrbe. 90.
Cymbala Thebano concrepuere deo. Propert. lib. 3. eleg. 18. 2.
Scabella concrepant. Cic. pro Cœlio. 67.
Concrepare, aliter. Cic. pro Lege Agra. 81. Qui simul ac Decemuiri concrepuerint, armati in cūcs, & expediti ad cædem esse posint.
Concrepare digitis. Plaut. Milit. 5. 51. Concrepuit digitis, laborat cerebro, commutat status.
Concrepare digitis, aliter. Cic. 3. Offic. 98. Itaque si vir bonus habeat hāc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta irrepere, hac vt non vtatur, &c.
Concrepare gladiis ad scuta. Liuius. 8 bel. Pun. Exercitus, qui corona Cononem circumdederat, gladiis ad scuta concrepuit.
Manus concrepuere. Ouid. 3. Fast. 148.
¶ Concrepare actum positum. Ouid. 5. Fast. 88.
Rursus aquam tangit. Tum scæuque concrepat æra.

Concrésco, concrescis, concrēui, concrētum, pen. prod. (ἐπισωρεύομαι, πήγνυμαι, συμπήγνυμαι,) concrescere, à Cresco componitur, sim. l crescere significat: aliquando etiam coniungi & conglutinari. Cic. 1. de Nat. deorum. 38. Quæ neque congliciaret frigoribus, neque niue, pruinaque concresceret.
Induratus & concretus alta glacie. Liuius. 1. bel. Pun. 136. Vt pleraque vel ut concrescendi & liquendi, contraria. Cic. de Vniuers. 63. Has ipsas esse omnium causas, quæ vim habeant refrigerandi, calefaciendi, concrescendi, liquendi. Sub. plerique existimāt: quod paulo ante præcessit.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Virg. 3. Georg. 71. Id est aquæ congelascunt fluentes. Seruius. De frigida Scythiæ regione.
Patres fungi concrescunt. Virg. 1. Georg. 79. –tesla quum ardente viderent. Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. Nam (vt dicit Plinius) quum aer humidus esse coperit, fauilla quæ cum fumo soler egredi, prohibita aeris crassitate in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines. Seruius.
Mare concrescit glacie. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 6.
Nubes concrescunt in alto. Lucret. lib. 4. 27.
Mundi orbis concreuit primis seminibus. Id est quatuor elementis. Virg. eclog. 6. 7. –vt his exordia primis Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis. Id est collectus & informatus sit. Seruius.
Radice concreta tenacius hærere. Claud. Paneg. 4. 16.
Hic tibi concreta radice tenacius hæsit,
Et penitus totis insoleuit Roma medullis.
Dilectæque urbis teneris conceptus ab annis
Tecum creuit amor. Sic Virg. 2. Georg. 64.
¶ Illud funestū animal ex nefariis stupris, ex ciuili cruore, ex omnibus scelerū importunitate & flagitiorū impunitate cōcretū. Cic. 1 Pisone. 16.
Sanguis cōcreuit frigore. Virg. 12. Aen. 180. Genua labāt, gelidus cōcreuit frigore sanguis. De Turno loquit. Id est coagulatus est & cōgelat.
Terra concrescit frigore. Lucret. lib. 6. 170.
Frigore quum premitur, porrò omnis terra, coitque,
Et quasi concrescit.
Concresse, pro Concreuisse. Ouid. 7. Metam. 84.

Concrētus, pen. prod. (συμπαγώς, συμπεπαγμένος,) Participium. vt
Concretus aer. Cic. 1. Tusc. 67. Crassus hic & concretus aer.
Aer concretus in nubem cogitur. Cic. 2. de Nat. deorum. 145.
Cœlum crassum atq; concretū, & Aer purus & tenuis velut oppositā ponit. Cic. 1. de Nat. deor. 60. Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aer sit purus ac tenuis, quàm illorum qui vtantur crasso cœlo atque cōcreto.
Pingue & concretum cœlum. Cic. 1. de Diuinat. 111.
Terrena concretaque corpora. Cic. 1. Tusc. 76.
Concretum corpus ex elementis. Cic. 3. de Nat. deor. 40. Id est cōpositū.
Dolor concretus vocatur ab Ouidio, quo ita obstupescimus, vt nec gemitum edere, nec lachrymas emittere queamus, tanquam horrore animio congelatas & concretas. Sic enim ille lib. 1. de Ponto, eleg. 11. 2.
Grande voco meritum lachrymas, quibus ora rigabas,
Quum mea concreto ficta dolore forent.
Lumen concretum. Cic. 1. de Diuinat. 33. ex quodam poeta,
Quum claram speciem concreto lumine luna Abdidit, &c.
Minus breuiter concretus in artus suos. Propert. lib. 4. eleg. 9. 3.
Mimus & ipse suos breuiter concretus in artus,
Iactabat truncas ad caua buxa manus.
Ex terrena mortalique natura & caduca concreta vis. Cic. 1. Tusc. 96.

Concretus, Coniunctus, conglutinatus. Virgil. 6. Aeneid. 148.
Multa diu concreta modis mollescere miris Plin. lib. 17. cap. 21. 1.
Quum concreti ademere transitum.

Concretus, & coalitus. Gel. lib. 12. cap. 1. Cuius in corpore, cuiusque ex sanguine concretus homo & coalitus sit?
Aqua frigore cōcreta. Mart. lib. 4. 3. Cōcretas pigro frigore rider aquas.
Barba concreta sanguine. Ouid. 14. Metam. 41.
Crines sanguine concreti. Virg. 2. Aeneid. 56. Valer. Flac. lib. 3. 67.
Frigora concreta. Virgil. 2. Georg. 76.
Imbres concrescunt ventis. Ouid. 3. Metamorpho. 45.
Concreta labes, Affixa & inhærens. Virgil. 6. Aeneid.
Concretam exemit labem. Seruius.
Lac concretum. Virgil. 3. Georgic. 91.
Nix concreta. Lucret. lib. 3. 4.
Concretius semen. Lucan. lib. 4. 150.
Zonæ glacie concretæ. Virgil. 1. Georg. 48.
De Septentrionali & Brumali parallelis loquitur.

Concretum, & Resolutum, contraria. Claud. epigram. 24. 2.
Gemma quibus claustris arcano nobil æstu
Vel concreta fuit, vel resoluta gelu?

Concrētum, concrēti, penul. prod (συμπεπηγός, συμπαγής,) coniunctum & conglutinatum. Cice. 1. de Natu. deorum 100. Quę nil concreti habeat, nil solidi, nil expressi.
Concretum & corporeum. Cic. de Vniuers. 34.
Satum & concretum. Cic. 1. Tusc. 94.
Orta, generata, concreta. Cic. 5. Tusc. 98.
Nihil est animis admistum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Cic. 1. Tusc. 111.

Concrētus, huius concrētus, penul. prod. (σύμπηξις,) Idem. Plinius lib. 12. cap. 16. 2. In plenum autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis succi.

Concretio, (σύμπηξις,) Verbale. Cic. 1. de Nat. deorum 95. Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit. Gel. lib. 12. ca. 1. Quæ iam à principio imbuta paterni seminis concretione ex matris etiam &c.
Mortalis concretio. Cice. 1. Tusc. 104.

Concriminor, pen. corr. concriminaris, (διαβάλλω,) concrimināri, Idē quē criminari significat. Plau. Mil. 5. 87. Vt si illic concriminatus fiet aduersus militem meus Conseruus.

Concrúcior, concruciaris, (τιμωρέομαι,) concruciari. vt Cōcruciari omni corpore. Lucre. lib. 3. 30. Et quasi quum caput, aut oculus tentante dolore Lædit ur in nobis non omni cōcruciamur Corpore. Id est non omnibus simul affligimur membris.

Cóncubo, cōcubas, penul. corre. & Concumbo, concumbis, concūbui, concūbitum, (συγκλίνω,) concumbere, Simul cubare, Coire. Terent. Hecy. 3. 3. 33. Nam aiunt tecum pōsse duobus concubuisse eam mensibus.
Concumbere cum. Cice. de Fato 45. Quia ita fatum sit & concubiturum cum vxore Laium. Idem 1. de Inuent. 57. Si peperit, cum viro concubuit. Ouid. 3. de Arte 104.
Credere vix possum, nisi cogat credere partus,
Vos ego cum vestris concubuisse viris.
Concumbere, dat iuo iunctum. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 8. At Venus inuenit puero concumbere furtim.

Concúbitus, huius concúbitus, mas. ge. penul. correp. (συνουσία, μίξις,) Coitus. Plinius lib. 10. cap. 63. 1. Cæteris animalibus ſtati per tempora anni concubitus, homini omnibus Horis dierum noctumque. Cice. 1. de Natu. deorum 61.
Nefandi concubitus. Senec. Agamem. 1. 6.
Noui concubitus. Horrendi & inusitati. Senec. Hippol. 2. 118.
Vagus concubitus. Horat. in Arte 81.
Vetitus concubitus. Ouid. 10. Metamorpho. 71.
Concubitus neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Celsus lib.1.cap.1.
Fugere concubitus.Ouid.14.Metamorpho.134.
Indulgere concubitu,pro Concubitu.Virgil.4.Georgic.40.
Quod nec concubitu indulgent,nec corpora segnes
In Venerem soluunt. De apibus.
Pari concubitus.Ouid.3.de Arte 153.
Petere concubitus.Ouid.4.Metamorpho.42.
Turpes pecudum concubicus sequi.Virgil.6.eclog.10.
Voluptas solicitat concubitus.Virgil.3.Georg.25.
Concubinus,concubini, (ὁμευνέτης,) Hirtius lib.6.143. Ita nouissimo tempore seruum iussit & libertum, qui fuisset eius concubinus, alterum se ingulare, alterum pyram incendere. Quintilian.lib.1.cap.3. Nostras amicas,nostros concubinos vident. Plin.lib.8.cap.45.5.Catul.epigram.56.26. Neu nuces pueris neget
Desertum domini audiens Concubinus amorem.
Iners concubinus.Catul.epigram.56.27.
Miser concubinus.Catul.epigram.56.18.
Concubina,concubinæ, (ὁμόλεκτος,) Cice.1.de Orato.90. In concubinæ locum duceretur.
Cõcubinãtus,huius cõcubinatus,pe.p.(συνουσιασμός,) Pla.Pœ.2.102. Illa minorem in concubinatum sibi
Volt emere miles quidam. Suet.in Nerone, cap.28. Super ingenuorũ proagogia, & nuptarũ cõcubinatus,Vestali virgini Rubrię vim irulit.
In concubinatum dare sororem.Vide IN.
Concubium, (μεσονύκτιον,) Quum tempus agendi est nullum,dixerunt veteres,quòd omnes ferè tunc cubarent. Alii intempestam noctem vocant:alii à silere,silentium.Plaut.Trinum.1.3.41.
Si ante lucem ire occipias à meo primo nomine,concubium
Sit noctis,prius quàm ad postremum perueneris.
Concubia nox,Sæpius apud Valerium noctem profundam significat.Si-senna lib.4.hist.Ipsi legati concubia nocte oppido digressi, iam supra hostium munitionem succedunt.Plin.li.29.ca.6.5.Alii excoquunt ipsum,& nocte concubia in plumbeum vas condunt.Liuius,Annibal cõcubia nocte mouet. Cic.1.de Diuin.101.Qui vt cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somniis ei qui erat in hospitio,&c.

Conculco, conculcas,(σπατάλιω,) conculcare, Idem quod calcare,nisi CON augeat. Cic.ad Atticum,lib.8.15.1.
Conculcari inquam miseram Italiam videbis proxima ætate ab vtriusque municipiis ex omni genere collectis.Id est Vastari,destrui.
Pedibus conculcare aliquem.Ouid.12.Metamorpho.71.
Proterere & conculcare aliquẽ.Ci.pro Flac.43.Idem pro Domo sua 85.
Conculcatio, (πάτημα,) Verbale.Plin.lib.8.cap.18.Obturbata conculcatione prius aqua,aliter potu non gaudent.
Concupisco,concupiscis,concupiui,cõcupitũ, (ἐπιθυμέω,) cõcupiscere. Valde cupere.Cic.4.de Fin.11.Vt siquis obmutescere cõcupierit,nihil aliud legere debeat.Idem 1.Acad.54.Et 1.de Fin.81.Nihil enim desyderabile cõcupiscant.Et 4.Verr.60. Hæc iste ad insaniã concupierat.
Concupiscere & Appetere,Idem.Plin.lib.3.epistо.2. Quanuis enim ista non appetat:tam gratè tamen excipit,quàm si concupiscat.
Mortem concupiscere.Cice.1.de Diuinat.92. Cice.pro Quint.46. Sicut tu semper summe concupisti.
Quid concupiscas,tu videris:quod concupieris,certè habebis. Cice.5.Philipp.188.
Res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. Cic. in Orato.1.
Non pecuniam,non opes violentas,sed charitatem ciuium & gloriam cõcupisse.Cice.1.Philipp.21.
Nihil tam efficere concupiscebat,quàm quod posse effici negaretur.Sueton.in Caligula,cap.37.
In matrimonium ducere illam concupiuit.Cic.pro Cluent.18.
Concupiui,præteritum.Horat.Epod.3.4.
At siquid vnquam tale concupieris Iocose Mecœnas,&c.
Honos non nimis concupiscendus.Cic.Catoni lib.15.6.5.
Concupiscor,Passiuum. (ἐπιθυμέωμαι,) Plin.lib.11.cap.6.3. Id se facturas confidebat,quod concupisci posset.
Pecunia concupita.Cice.4.Tuscul.37.
Concupitum adipisci.Cic.4.Tuscul.10. Lætitia, vt adepta iam aliquid concupitum,efferatur,& gestiat.
Concupiscentia, (ἐπιθυμία,) Est ram bonarũ quã malarũ rerũ appetitus.

Concûro, concûras.penul.prod. (ἐπιμελέομαι,) concurare, Simul curare.Plaut.Bacchid.2.23.Pro dignitate obsonii hæc concuret coquus.

Concurro, concurris,concurri, concursum, (συντρέχω,) concurrere,Simul currere,confluere.Cic.4.Verr.33. Tantus in curia clamor factus est,vt populus concurreret.
Vndique concurrere.Lucan.lib.3.65.
Tota Italia concurrit.Cic.Qu.fratri,lib.1.2.25.
Concurrere alicui obuiam.Terent.Eunuch.2.2.25.
Concurrunt læti in obuiam cupediniarii.
Concurrere domum.Cice.3.Verr.55.

Concurrere ad aliquem. Cic.pro Quintio 30. Aut ad eorum aliquem qui consuluntur,concurrisse?
Ad aliquem meritò concurrere.Quintil.lib.1.cap.2.13.
Concurrere ad arma.Cæsar 5.bel.Gal.145. & lib.7.11.Cognito eius cõsilio,ad arma concurritur.
Aequore,id est mari concurrere.Valer.lib.1.Argonaut.127.
¶ Cõcurrere dicuntur milites,quum irruunt in hostem.Cic.ad Appium, lib.10.29.6.Antonius in aciem suam copias de vico produxit, & sine metu concurrit. Liuius 6.bel.Pun.197.
Concurrunt inter se equites.Cæsar,Concurrunt equites inter se,neque vero primum impetum nostrorum Numidæ ferre potuerunt.
Concurrere alicui.Virg.1.Aeneid. —audetque viris concurrere virgo.
Concurrere animis quantis confligere par est.Silius lib.16.108.
Frontibus aduersis concurrere.Lucret.lib.6.24. De nubibus.
Forti cõcurrere cãpo,Fortiter in cãpo pugnare.Proper.lib.4.eleg.11.7.
Bello concurrere alicui. Virgil.10.Aeneid.2. Abnueram bello Italiam concurrere Teucris. Id est prohibueram Italiam contra Troianos bella suscipere. Seruius.
Concurrere dicitur quis alteri, quum ambo idem ius prætendunt. Hinc concursus in eadem significatione,in L.1.Parag.Interdum, in duobus locis.& L.2.ff.de Vsufruct.accre.& it quoque concurrere dicuntur in L.2.Parag.vlt.ff.Qui mo.vsuf.amitt.&c.
Ferro concurrere.Statius 6.Thebaid.182. Ouid.epistо.13.17.
Furtis concurrere.Valerius lib.2.133.
Hosti concurrere.Ouidius 12.Metamorpho.119.
Monstris concurrere.Id est inire certamen cũ monstris.Valer.lib.3.103:
Imparibus concurrere fatis.Virgil.12.Aeneid.30.
Nunc iuuenem imparibus video concurrere fatis:
Parcarumque dies,& vis inimica propinquat. Iuno de Turno.
Aduersis signis concurrere.Tibul.lib.4.eleg.1.20.
Aduersisque parant acies concurrere signis.
Paribus telis inter sese concurrere.Virgi.1.Georg.97.
Prælia concurrunt.Lucanus lib.1.8.
Concurrere cum.Sallust.Maximo clamore cũ infestis signis concurrunt.
Silius lib.15.123.Sternite ductorẽ cũ quo cõcurrere fratri Sit pudor.
Nudos concurrere armatis.Ouid.3.de Arte 1.
In sua funera concurrere,cum fortissimis & crudelissimis hostibus congredi. Valer.Flac.lib.6.83.
Sydera concurrunt syderibus. Lucanus lib.1.15.
Concurrunt venti in messem.Plinius lib.18.cap.35.1.
Ventorum prælia concurrunt.Virgil.1.Georg.64.
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent.
¶ Concurrere,ad inanimata translatum. Terent.Adelph.4.4.18.Ipsam id metuo vt credant, tot concurrunt verisimilia. Idem Heaut.2.2.3. Concurrunt multæ opiniones,quæ mihi animum exaugeant. Id est cõueniunt & congruunt.Cic.ad Atticum,lib.14.302.1. Sed omnia licet concurrant,Idus Martiæ consolantur.
Cyaneæ insulæ ponto concurrere dicuntur. Valer.lib.2.Argonaut.133.
Credas montes concurrere montibus altos.Virg.8.Aeneid.136.
Nomina concurrunt.Cic.Attico,lib.16.333.6. Non mihi videor errasse quòd ad Balbum scripsi apertius, vt siquid tale accidisset, vt non concurrerent nomina,subueniret.
Orbis Europę atq; Asię cõcurrit.Virg.7.Aen.45. —quibus actus vterq; Europæ atque Asiæ fatis concurrerit orbis.
Concurrit os ad rogandum.Seneca de Benef.lib.2.cap.1.Quia quum homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubor: qui hoc tormentum remittit,multiplicat munus suum.
Concurrere ad.Lucan.lib.3.132.Puppis ad auxilium sociæ concurrit.
Obscœnè literæ concurrunt.Cic.in Orat.86.Cum nobis non dicitur sed nobiscum:quia si ita diceretur,obscœnius concurrerent literæ.
Res contrariæ concurrunt.Cic.5.de Finib.48.
Verba extrema cum consequentibus primis ita iungere, vt neue asperè concurrant,neue vastius diducantur.Cic.3.de Orat.95.
Concurrere in sententiam aliquam. Cic.ad Atticum, lib.4.15.6. Et raptim in eam sententiam pedarii concurrerunt.
Concurrunt plebei philosophi,pro Consentiunt & conueniunt. Cic.1. Tuscul.86. Licet concurrant plebei omnes philosophi, &c. non modò nihil inquam tam eleganter explicabunt,&c.
Statim concurrere de iure. Cice. pro Quintio.54. Deiicitur de saltu C. Aquila pridie Cal.intercalares biduo pòst,aut vt statim de iure aliquis concurrerit,non toto triduo DCC millia passuum conficiantur.
Concurrere cum summa, cui opponitur Excedere. Vlpianus in L. Quid ergo si maiorem.ff.de Legatis primo, Quid ergo si maiorem quantitatem à substituto reliquit? quod excedit, hoc erit quod à substituto relictum est: quod verò concurrit cum summa superioribus inscripta, inde debebitur.
In hæreditatem legitimã fratri concurrere.Papinianus in L.Filio qui.ff. de inofficioso testamento, Filia quæ non egit, aut quæ egit,& non obtinuit,in hæreditatem legitimam fratri non concurrit.
In pignore concurrere.Vlpianus in L.Idemque.§.Si tibi.ff. Qui potiores in pignore habeantur,Si tibi quæ habiturus sum obligauerim,& Titio specialiter fundum, si in dominum meum peruenerit,mox dominium eius acquisiero:putat Marcell⁹ cõcurrere vtriũq; creditorẽ in pignore.
Per plures emptores mancipium concurreret. Paulus in L.Si quis.ff.de contrah.empt.
¶ Concurrere,Confluere.Celsus lib.2.cap.12.
Si in stomachum quædam biliosa concurrunt.
Concurrit materia.Celsus lib.3.cap.10.At si in præcordiis inflammatio & dolor est, primò superimponenda sunt cataplasmata reprimentia, ne si calidiora fuerint,plus eò materiæ concurrat.
Concurrens materia,Id est influens sanguis.Celsus lib.7.ca.2. Et vt alias scripsi,vel auertenda,concurrens eò materia,vel digerenda,&c.
¶ Concurrere,Euenire,contingere,consequi. Propert. lib.3.eleg.9.4. Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ. Id est qui palmam consequuntur in Elidensium certamine curuli.
Somnia concurrunt. Cice.2.de Diuinat.208. An tu censes vllam animam tam deliram futuram fuisse,vt somnia crederet,nisi ista casu nonnunquam forte temerè concurrerent?
Concurritur, Impersonale.vt Concurritur vndique ad commune incendium restinguendum.Cice.10.Philipp.284.
Concurritur,pro Committitur prælium.Horat.1.Sermo.saty.1.2. Militia est potior.quid enim? concurritur,horæ
Momento aut cita mors venit,aut victoria læta. Virgil.4.Georg.16.
Erumpunt portis,concurritur.
Concurrens, (συμπεφυκώς,) Participium.vt Concurrentes cautes. Vide CAVTES.Ouidius 2.Amorum,eleg.11.1.
Concursus,huius concursus,m.g.(συμβρομή,) Plaut. Epid.5.18.Fit concursus per vias. Cic.ad Brutum 3.3.Concursus est ad me factus.
Non posse sustinere concursum aliquorum.Cic.4.Acad.126.
Conflictio & concursus.Cic.in Partit.56.
Ingens concursus.Virgil.9.Aeneid.94. & 5.121.
Ex agris concursus fiunt.Cic.Attico,lib.5.104.3.
Quinque artium concursus maximarum.Cic.de Claris Orat.13.
Calamitatum concursu labefactata cogitatio.Cic.Lucceio,lib.5.13.3.
Gratantum concursus.Tacitus lib.5.
Municipiorum concursus. Cic.pro Domo sua.110.Italiæ magnificentissimus ille motus municipiorumque concursus.
Occupationum concursus.Cic.ad Volum.lib.7.14.4.Quanquam venis, vt ipse intelligis,in maximarum,quasi concursum occupationum.
Honestissimorum studiorum concursus.Cic.2.de Finib.177.
Asperi,disiunẽti & hiantes concursus verborum.Cic.in Partit.12.
Asper & hiulcus concursus verborum.Cic.3.de Orat.94. Huic opponitur Coagmentatus & læuis.
Ne extremorum verborum cum insequentibus primis cõcursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas.Cic.in Orat.83.
Subiti concursus.Ouid.14.Metam.109.
Facere concursum.Cic.6.Verr.46. Quum concursum factum in oppido putatis.Idem.2.de Diuinat.75.
Clamor,concursus,gemitus,ira cũ laude alicuius fiunt.Cic.Att.lib.1.11.1.
Concursio, concursionis, fœm.gen. (συμβρόμη,) Verbale. Cic.1.de Finibus.36. Ille atomos quas appellat, id est corpora individua, propter se cohærescant.
Fortuitarum rerum concursio.Cic.in Topicis.39.
Fortuita concursio corpusculorum.Cic.1.Acad.9.
Vocum crebra concursio.Cic.in Orat.84.
In eadem verba impetus & concursio,& adiunctio, & progressio. Cic.3. de Orat.114.
Concursio,concursas,concursare,Frequentatiuum.vt Concursare villas, prouinciam.Cic.ad Marium,lib.7.1.19.Et.7.Verr.64.
Huc illuc casu & temerè concursare.Cic.1.de Nat.deorum 172.
Concursare nunc hinc,nunc illinc.Lucret.lib.2.44.
Nunc hinc,nunc illinc abrupti nubibus ignes Concursant.
Concursare circum tabernas.Cic.in Catil.89.
Omnes omnium domos concursare.Cic.pro Murena.42.
Lectica villas cum aliquo concursare.Cic.Mario,lib.7.1.19.
Lectos mortalium,& grabatos, deos concursare vtrum probabilius. Cic.2.de Diuinat.193.
Concursare & Dissultare,contraria. Lucret.lib.3.81. Concursare,coire, & dissultare vicissim.Alia exemplaria habent Concussare. quod exponit interpres, Frequẽter se cõcutere. Sed puto rectius legi Cõcursare.
Concursare vltrò citroque. Hirtius lib.5.322.
Concursans,concursantis,Participium.Plin.lib.37.cap.9.15.Habere iras concursantem stellam.De ceraunia gemma loquitur.
Concursator, Verbale. Liuius.1.bel.Maced.139. Ita nec eques regius equiti par erat,insuetus ad stabilem pugnam,nec pedes concursator.

Concursator hostis.Liu.7.bel.Pun.109.
Concursatio,Verbale.Cic.pro Leg.Agra 4.Quàm acerba, q̃ formidolosa,quàm quæstuosa cõcursatio? Plancus ad Ciceronẽ,lib.10.17.3.
Perturbationum concursatio.Cic.11.Philipp.310.
Concursatio somniorum. Cic.2.de Diuin.218.
Concursatio & contentio.Cic.ad Lent.lib.1.Libonis & Hipsæi, non obscura concursatio,& cõtentio,omniumque Pompeii familiarium studium,in eam opinionem rem ad duxerunt,&c.

Concussus, Vide CONCVTIO.

Concutio, concutis,pen.corr.concussi,cõcussum(συσσείω,διασείω,ἀνασείω,καταισσείω,συγχλονέω,) conquetere, Cõmouere.Terent.Eunucho.5.5.42. At quem deum? qui templa cœli summo sonitu concutit.
Arcu aliquem concutere.Propert.lib.1.eleg.7.3.
Ballista concutit arces.Ouid.11.Metam.102.
Arma concutere.Ouid.12.Metam.44.
Sonitus ruinæ,& fragor concussit aures Cæsaris. Lucan.lib.6.33.
Cæsariem concutere.Ouid.1.Metam.37. de Ioue,
Terrificam capitis concussit terque quaterque Cæsariem.
Caput concutere.Ouid.2.Metam.10.
Concutere corpus multa gestatione. Celsus lib.3.cap.21. de aqua intercutem,Concutiendumque multa gestatione corpus est, atque vbi inductæ vulneribus cicatrices sunt,&c.
Acres equos concutere. Virgil.8.Aeneid.1. Hoc ad equites pertinet, inquit Seruius.
Fræna concutere furenti.Virgil.6.Aeneid.20. —Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages:antroque remugit,
Obscuris vera inuoluens.ea fræna furenti
Concutit,& stimulos sub pectore vertit Apollo. Metaphora est
Boreas freta concutit.Ouid.6.Metam.138.
Hastam concutere. Sil.lib.10.22.
Aurigæ lora concuriunt.Virgil.5.Aeneid.30.
Nec sic immissis aurigæ vndantia lora Concussere iugis.
Mentes concutere.Venus Iunoni apud Valer.Flac.lib.6.96.
Omne ait imperium,natorumque arma meorum
Cuncta dedi,quascunque liber nunc concute mentes.
Monstrum belli concutere,Belli signum efferre.Valer.Flac.lib.6.2.
Orbem nutu concutit Iuppiter.Ouid.2.Metam.170.
Metus ossa concutit.Ouid.epistо.3.17.
Pectora planctu concutere.Stat.lib.5.Sylu.1.36.
Hyems concutit plebem grandine.Stat.lib.1.Sylu.6.5.
Rempub.concutere.Cic.2.Philip.105.Is Leges Cæsaris, easque præclaras,vt Rempub.concutere posset,euertit.
Tumultu bellorum ingenti concutitur Roma.Lucan.lib.1.62.
Serena cœli concutere sonitu dicitur deus.Lucret.lib.2.221.
Tela concutere.Ouid.12.Metam.16.
Fortuna luctu concutit orbem.Virgil.12.Aeneid.110.
Concutiens, (διασείων,) Participium.vt Concutientes se eorui. Plinius lib.18.cap.35.19.
Sceptra concutiens,Obtinens regnum.Senec.Herc.fur.5.5.
Singultu concutiente ora sonant. Ouid.lib.3.eleg.8.3.
Concussus, (διάσεισμός,) Participium.vt
—furit mugitibus æther
Concussus.Virgil.3.Georg.30.
Animus concussus casu amici.Virgil.5.Aeneid.173.Id est propter ruinã amici.Seruius. Ibidem.139. —casu concussus acerbo.
Animi concussi fletu.Virg.9.Aeneid.103.
Carina concussa.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.12.
Cautes concussæ.Virgil.5.Aeneid.41. vbi de naui cautibus illisa loquit.
Coma concussa. Ouid.2.Fast.169.
Corpus concussum vulnere.Stat.lib.3.Sylu.4.14.
Fides concussa,Id est labefacta aut inuersa.Lucan.lib.1.37.
Hinc vsura vorax,auidumque in tempore fœnus:
Et concussa fides,& multis vtile bellum.
Fores concussæ patuere. Ouid.2.Metam.154.
Inhorruit concussus vndarum globus. Senec.Hipp.10.9.
Humo concussa saxum moliri.Valer.lib.6.Argon.131.
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.Virgil.4.Georg.17.
Licentia hominum concussa.Cic.pro Milone.58.Concussa hominum licentia & cupiditatibus fractis,&c.
Mens concussa metu. Virg.12.Aeneid.94.
Mons concussus spargit niues.Propert.lib.3.eleg.13.11.
Ora concussa risu.Lucret.lib.1.188.
Pectus concussa crebris verberibus.Lucan.lib.1.68.
Concussaque famem in syluis solabere quercu.Virgil.1.Georg.32.Id est glandibus. Est autem Metalepsis.
Remo concusso ratem tollere.Valer.lib.1.Argon.69.
Tonitru concussa tremunt omnia.Lucret.lib.6.25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Agmine virorum concussa tellus. Silius lib. 8.70.
Concussa motu terra. Liu. 5. ab Vrbe. 43.
Vndas concussas exasperare. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 6.
Vrbs concussa. Virgil. 4. Aeneid. 154.
– concussam bacchatur fama per vrbem.
Concussus, huius concussus, (σεισμός,) Commotio. Plin. lib. 35. cap. 16. 2. Coquitur in calicibus crebro concussu.

Condalium, Annuli genus, teste Festo: dictum ab eo quòd digitum concludat. Plaut. Trinum. 14. 6.
– sat in thermopolio condalium Es oblitus.

CONDATE, (κονδάτη,) Rhedonum vrbs in Gallia, Ptolemæo, Vulgò Rhenes en Bretaigne.

Condecet, pen. corr. condecebat, condecuit (πρέπει) condecêre, A decet componitur. Plaut. Pseud. 14. 28.
– sed vide an ornatus hic
Me satis condecet? Idem Amphit. 8. 88. Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.

Condecentia, condecentiæ, (τὸ πρέπον, ἡ πρέπεια,) Cic. 3. de Ora. 111. Sic verbis quidem ad aptã compositionem & condecentiam: sententiis verò ad grauitatem orationis vtatur.

Condecenter, (πρεπόντως,) Aduerbium. Gellius lib. 6. cap. 12. Commodè hæc quidem omnia, & condecenter.

Condécoro, condécoras, pe. corr. (ἐπισκευάζω,) cõdecorare, Idé quod exornare, & expolire. vt Condecorare picturis. Plin. lib. 35. cap. 10. 47. Dignis digna loca picturis condecorauit.

Condecorare ludos. Tercut. in prol. Hecyræ. 45. – vobis datur Potestas condecorandi ludos scenicos.

Condecorè, (κατὰ πρέπον,) Aduerbium. Gellius lib. 14. cap. 4. Condignè mehercule, & condecorè Chrysippus, &c. depinxit.

Condemno, condemnas, (κατακρινάσκω, κατακρίνω, κατάδικάζω, κατακρίνω,) condemnare, Verbã notæ significationis: quod nunc genitiuo, nunc ablatiuo sine præpositione, nunc cum præpositione iungitur. aliquando etiam sine iis ponitur. Ci. 2. de Nat. Deor. 105. Cæteris causa incognita condemnatis.

Genitiuo: & ferè subauditur ablatiuus crimine, scelere, & similia. Plautus Mostel 15. 49. Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius. Idem Trucul. 10. 5. Qui & conuicti & cõdemnati falli de pugna sient. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 7. Tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ coarguas. Cicero Terentiæ, lib. 14. 14. 5. Et sceleris condemnat generum suum. Idem in Catil. 3. Sed iam ipsum inertiæ nequitiæque condemno. & pro Cluent. 94. & lib. 1. de Diuinat. 67.

Iniuriarum condemnatus. Cic. 4. Verr. 14.

Spõsionis cõdenari. Cic. p Cecin. 67. Huic opponit Vincere sponsione.

Ablatiuo. Ci. Curioni, lib. 2. 1. 3. Quare si iniquus es in me iudex, cõdemnabo eodem ego te crimine

Ablatiuo cum præpositione DE. Cic. 2. Philipp. 69. Licinium Lenticulã de alea condemnatum, collusorem suum restituit. Ibidem. 32. Cuius etiam familiares de vi condemnati sunt.

Aliter cum de. Cic. 7. Ver. 90 Sed de latronum, hoc est de comitum suorum sententia condemnat omnes. Ibidem. 89. Condemnat oés de consilii sententia.

¶ Condemnare dicitur accusator reum, pro Vincere, siue cõdemnari facere, inquit Erasmus. Sueton. in Tib. Cæsare, cap. 8. Faunum Cepionẽ qui cum Varrone Murena in Augustum conspirauerat, reum maiestatis apud iudices fecit, & condemnauit. Vlpianus in L. 2. ff. de Administratione tutorum. Si tutor condemnauerit, siue ipse condemnatus est pupillo & in pupillum potius actio iudicati datur.

Sibi condemnare aliquem. Cic. 4. Verr. 14 Hunc hominem Veneri absoluit, sibi condemnat.

Condemnare ex reliqua pecunia, Id est in reliquam pecuniam. Paulus in L. 1. ff. Arborum furtim cæsarum. Vbi in quibusdam exemplaribus legitur, & sine præpositione.

Arbitrium pro socio condemnari. Cic. pro Quint. 7.

¶ Condemnare, pro Liberare. Titinnius Veliterna, Fortasse notũ fuisse quo die liber foret, nunc eius voti cõdemnatus est, immolauit hostiã. Sic Nonius, Potius dicitur condemnatus voti, qui obligatus est ad soluendum quod sub conditione vouerat.

Condemnatus, pen. prod. (κατακριτός,) Participium. vt Furti condemnatus. Vlpianus in L. Furti. ff. De his qui notantur infamia.

Mandati condemnatus. Vlpianus in L. Furti § Mandati. ff. De his qui notantur infamia, Mandati condemnatus verbis edicti notatur.

Pecuniæ publicæ est condemnatus. Cic. pro Flacco. 34.

Nomine alieno cõdẽnatur. Vlpia. in L. Furti § Si quis. ff. De his q notant infamia, Siquis alieno nõie condẽnatus fuerit, nõ laborat infamia.

Sũmi condemnatus alicui. Scæuola in Leg. Titius Seiæ. ff. Qui potiores in pignore habeantur. Titius Seiæ ob summam qua ex tutela ei condemnatus erat, &c.

Condemnãtor, pen. prod. (κατακριτής,) etiam pro accusatore, qui reum peregit apud Tacitum lib. 4. Vbi Domitiũ Afrum vocat condẽnatorẽ Claudiæ pulchræ: quum antè retulisset, fuisse ab eo accusatam.

Condenso, condensas, (πυκνόω,) cõdensare, Cogere, spissare. Colum. lib. 7. Torrido sale contingitur, rursusque ponderibus condensatur. Cato, cap. 40. 2. Hæc vna bene condensato, quãmaximè vti lutum fiat.

Condensant se in vnum locum oues. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 3. 7.

Condenseo, condenses, (πυκνόομαι,) condensere, significat Densum facere. Lucretius libro. 1. 80.
Quòd si fortè aliquis, quum corpora dissiluere,
Tum putat id fieri, quia se condenseat aer, Errat, &c.

Condensus, (πυκνός.) A dictiuum, ex con & densus compositum. vt Cõdensa arbor. Plinius lib. 10. cap. 73. 3. Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore.

Condensa acies, Condensa turma. Liu. 6. bel. Pun. 16. Et Hirtius lib. 5. 48.

Condensæ columbæ. Virgil. 2. Aeneid. 103.

Corpus condensum. Lucret. lib. 2. 20.

Condensa arboribus vallis. Liu. 5. bel. Pun. 218.

Condepso, condepsis, condepsere, Commiscere, à Græco tractũ πέσσω. Pomponius Nuptiis, Partem insipui, concluси, condepsui. Hæc Nonius, Cato, capit. 76. 2. Postea farinæ L. II. conspergito, condepsitoque.

Condico, condicis, pen. prod. condixi, condictum, (ταλέω, συνθέσθαι, ἐπαγγέλλομαι,) condicere, Est duorum aut plurium inuicem denuntiantium aliquid. Iustinus, Hi per epistolas inuicem se confirmantes, locum, tempusque coeundi condicunt, bellum commanibus viribus instruunt.

Condicere ad cœnam, Idem. Plautus Sticho. 7. 38. Potare, amare, atque ad cœnam condicere.

Condicere cœnam, est conuinatoris. Sueton. in Tib. cap. 42. Cœnam ea lege condixit, nequid ex consuetudine immutaret. Idem in Claudio, cap. 21. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 82.

Condicere symbolum ad cœnam. Plaut. Sticho. 7. 28 – eo condictum symbolum Ad cœnam, ac eius conferum Sangarinum Syrum.

Condicere alicui, absolutè. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 82. Nam quum mihi condixisset, cœnauit apud me.

¶ Condicere operam. Plin. in præfat. 3 Quũ hanc operã condicerẽ, non eras in hoc albo. Id est quũ hanc causam agendã recepi, quũ hoc opus suscepi non prouidebã te futurũ eius iudicẽ, non n. erat in albo nomẽ tuum, cum aliorum qui sortitione exierunt ex Decuriis. Budæus.

¶ Condicere, Verbum est Iurisconsultorum. vnde Condictio, vocabulum apud eos frequentissimum, pro denuntiatione quæ fiebat ab actore qui intẽdebat reum sibi dare, facere, præstare aliquid oportere. Cœpit eius ipsius conditionis appellatio ad eas actiones quas in personã vocaut, porrigi. Iustin. lib. 4. Institut § Appellamus titulo de Actionibus. Appellamus autem, inquit, in rem quidem actiones, vendicationes: In personam verò actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur. Condictiones. Condicere enim est denuntiare prisca lingua. Nũc verò abusiuè dicimus condictionem actionem in personã esse, qua actor intendit dari sibi oportere: nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit. Iulian° in L. Si alienum ff. De mortis causa donat. Si alienam rem mortis causa donauero, eaque vsu capta sit, verus dominus eã cõdicere non potest. Paulus in L. Si is cui. ff. de Mortis causa donat. Scit posse sibi condici, si conualuerit donator. Vlpianus in L. Si non sortẽ § Siquis falsò. ff. de Condictione indebiti, Siquis falsò se sortem debere credens, vsuras soluerit: potest condicere: nec videtur scienti debitum soluisse. Budæus. Gellius lib. 6. cap. 2. Peccata quoque hominum & delicta non subsistenda neque condicenda sunt ipsis voluntatibusque eorum, sed necessitati cuidam & instantiæ quæ oritur ex fato. Id est non repetenda delictorum ratio vel pœna. Ex Iurisconsult. mutuatus est significationem.

Nummos tibi condicere, pro Repetere abs te. Vlpianus in L. Rogasti § Si fugitiuus. ff. Si certum petatur, Si fugitiuus seruus nummos tibi crediderit, an cõdicere tibi dominº possit, quæritur. Et paulo pòst, Quòd si sine dolo malo consumpsisti, condicere tibi potero.

Condicere aliquarum rerum, litium, aut causarum alicui, Est ei denũtiare eas res, lites, aut causas. Liu. 1. ab Vrbe. 144. Cõfestim rex ex his fermè verbis Patres cõsulebat, Quarũ rerũ, litiũ causarũ condixit Pater patratus Pop. Rom. Quiritiũ Patripatrato priscorum Latinorum.

Condictus, Participium, (ἐπηγγελμένος,) vt Condicta Cœnula. Suet. Velut ad subitam, condictamque cœnulam inuitaret populum.

Status condictus dies cum hoste. Plaut. Curcul. 2. 5. Si status cõdictus cũ hoste intercedit dies, tamen, &c. Gellius lib. 16. cap. 4.

Condictio, Verbale, (ἐπαγγελία,) Est eius rei qua de agitur, in diem tertium denuntiatio, authore Festo. Vide in Condico.

Actio in personã, condictio appellat. Vlpian. in L. Actionũ genera. ff. de Actionibus, & obligationibus, Actionũ genera duo sunt. In rẽ quæ dicitur Vendicatio: & in personam quæ Condictio appellatur.

Condictitius, A dictiuum, (ἐπαγγελτικός,) vt Actio condictitia, qua aliquid quid condicimus & repetimus. in iure ciuili condictio vocatur. Vlpianus in L. Si duo. § Idem Iulianus. ff. de Iureiurando, Idem Iulianus scribit eum qui iurauit furtum se non fecisse, videri de toto iurasse, atque ideo neque furti, neque condictitia tenetur: quia condictitia, inquit, solus fur tenetur. De condictione furtiua intelligit.

Condignus, (ἄξιος,) A dictiuum, pro Dignus accipitur. Plaut. Amphitr. 6. 39.
Ecastor condignum donum, qualis est qui donum dedit.
M. Imò sic condignum donum, qualis est cui dono datum est.

Pulchrum facimus, Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum. Gellius lib. 3. cap. 7.

Condignè, (ἀξίως,) Aduerbium. Plaut. Casin. 17. 14. Condignè autem nimis lepidè huc conducti coqui. Ibidem. 2. 42. Noctu vt condignè recubes curabitur. Idẽ Capt. 4. 22. Cõdignè pater est eius moratus morib°.

Condignè & condecorè. Gellius lib. 14. cap. 4.

Condio, condis, condiui vel condii, conditum, pen. prod. (ἀρτύω, μυρίζω, ταριχεύω,) condire, ex Do compositum esse quidam volunt, significatque sapidum facere, componere. Plaut. Pseud. 2. 3. 21. Nam ego item cœnam condio, vt alii coqui. Idem Asin. 5. 2. 7. Is habet succum, is suauitatem, eum quouis pacto condias. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 5. Herbas omnes ita condiunt.

Labore in venatu, sudore, cursu, fame, siti condiebant epulas Lacedemonii. Cic. 5. Tuscul. 139.

Condire mortuos. Cic. 1. Tuscul. 174. Condiunt Aegyptii mortuos, & domi seruant.

Mortuos cera circunlitos condiunt Persæ. Cic. 1. Tuscul. 174.

¶ Condire per translationem. vt Condire tristitiam hilaritate. Cic. ad Atticum, lib. 12. 15. 2. Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi.

Ambiguitate condire vrbanitatem. Quintil. lib. 6. cap. 3. 66.

Asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur. Cicero. 2. de Oratore. 117.

Voluptatibus aliquid condire. Quintil. lib. 5. cap. 14. 27.

Condire vitia naturæ, studio malitiæ atque artificio. Cic. pro Cluent. 57. Quique ea vitia, quæ à natura habebat, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condiuisset.

Conditus, pen. prod. (ἥδυντός,) Nomen ex participio. vt Condita oratio, per metaphoram, Salibus quibusdam aspersa. Cic. 2. de Orat. 125. Nec enim concio maior vnquam fuit, nec apud populum grauior oratio, quàm huius contra collegam in Censura nuper, neque lepõre & festiuitate conditior. Idem de Claris Orat. 57. Neqi enim refert videre quid dicendum sit, nisi id queas solutè & suauiter dicere: ne id quidem satis est, nisi id quod dicitur, sit voce, vultu, motuque conditius.

Ius male conditum Horat. 2. Serm. saty. 8. 14.

Bene coctus & conditus sermo. Cic. Attico, lib. 13. 29. 4.

Nemo vnquam verbanitate, nemo lepõre, nemo suauitate conditior. Cic. de Claris Orat. 92.

Faciunt conditiora cibaria aucupium & venatio. Cic. de Senect. 53.

Conditio, (ἄρτυσις,) Verbale. vt Conditio ciborum. Cic. 2. de Nat. deorum. 120. Perspicuum est enim quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Conditus, huius conditus, pen. prod. (ἄρτυσις,) Aliud verbale. Colum. lib. 2. cap. 22. Vuas itemque olivas conditui legere licet.

Conditor, pen. prod. (ἡδυντής, ἡδύσματοθήκη, ἀρτυτής,) Verbale. Cic. Post reditũ. 13. Hi sunt conditores institutoresque conuiuii, iidem expendunt atque æstimant voluptates. Idem pro Cluentio. 56. Atqi etiam ipse conditor totius negotii, Guttam aspergit huic Bolbo. Itaque minimè amarus is visus est, qui aliquid ex eius sermone speculæ degustaret.

Condimentum, (ἄρτυμα, περιδόμημα,) Quod ad condienda obsonia fit. Plaut. Casin. 5. 4. – coquos equidem nimis
Dèmiror, qui tot vtuntur condimentis: eos eo
Condimento vno non vtier quod præstat omnibus. Idem Mil. 5. 39. Cic. 2. de Finib. 144. Audio dicentem, Cibi condimentum esse famem: potionis sitim.

Condimentum voluptatis. Cic. 3. Offic. 165. Nam vt tribunus aliquid voluptati, condimenti fortasse nonnihil, vtilitatis certè nihil habebit.

Condimentum humanitatis mitigare seueritate. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 32. Hæc illius seueritas acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur.

Condimentum amicitiæ, suauitas morum & sermonum. Cic. de Amic. 59.

Sapientiæ ætas condimenti est, sapiens ætati cibus est. Plaut. Trin. 6. 80.

Facetiæ omnium sermonum condimenta. Cic. 2. de Orat. 150.

Interponere condimentis quidpiam. Vide INTERPONO.

Condimentarius, (ἀρτυματικός,) A diectiuum. vt Condimentarium genus. Plin. lib. 19. cap. 8. 33. Hæc apud nos habet vocabulum & aliud, sagureia dicta, in condimentario genere. Ibidem, cap. 6. 6.

Conditaneus, (ἀρτυσιμός,) Aliud adiectiuum, authore Nonio, est quod condi, vel condiri rectè potest. Varro. 1. de Re rust. cap. 24. 1. In agro crassio & calido oleam conditaneam, radium maiorem, &c.

* Conditicius, a, um, (ἀρτυτός,) Colum. lib. 8. cap. 8. Conditicia cibaria.

Conditûra, conditúræ, pen. prod. (σκεύωσία,) Idem quod condimentũ. Columel. lib. 12. cap. 4. 4. Vasa autem fictilia vel vitrea plura potius, quàm ampla, & eorum alia rectè picata, nonnulla tamen pura, prout conditio condituræ exegerit. Seneca lib. 3. de Ira, Liberos illi epulandos apposuit, & subinde interrogauit, an placeret conditura. Et epist. 96. Inuentæ sunt mille condituræ, quibus auiditas excitaretur.

Condisco, condiscis, condidici, pen. corr. (συμμανθάνω,) condiscere, Idem quod discere significat. Plaut. Pseu. 14. 40.
Ego istuc aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes Palpum. Idẽ Curcul. 1. 2. Qui excidionem facere condidici oppidis. Plin. epist. 141. Paulatim lucẽ ferre condisco. Idem in Paneg. 46. Verùm vt altricem amare condiscunt. Cic. Pro Plancio. 11. Condiscar censeo, mihi paulo diligentius supplicare. Idem pro Quintio. 6.

Crimen condiscere. Quid. epist. 4. 5.
Ars fit vbi à teneris crimen condiscitur annis.

Condiscẽs, (συμμαθήσων,) Participium. Plin. lib. 11. cap. 5. 2. Ac veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis.

Condiscípulus, pen. corr. (συμμαθητής,) Qui cum alio discit. Cic. 1. Tuscul. 64. Dicæarchum verò cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo doctos sanè homines omittamus. Idem pro Sylla. 12. Et se meum condiscipulum in pueritia, familiarem in adolescentia, collegã in quæstura commemorabat fuisse.

Condiscípula, (συμμαθήτρια,) Fœmininum, apud Martialẽ, lib. 10. 35. Hac condiscipula, vel hac magistra
Esses doctior, & pudica Sappho.

Condiscipulátus, huius condiscipulatus, pen. prod. (συμμαθητία,) Iustinus lib. 12. Multùm profuere & Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi. De Alexandro.

Conditio, Conditiuus, Conditor, Conditura, Vide CONDO.

Condo, condis, condidi, cõditum, pen. corr. (κατακρύπτω, ταμιεύω, ἀποτίθεμαι,) condere, Abscondere, quasi in interiorẽ locum dare, & ferè cũ præpositione in, vel sub, construitur. Plaut. Truc. 13. 7. Condo in crumenam. Idem Casin. 7. 1. Vna ædepol opera in furnum calidum condito. Virg. 2. Aeneid. Et nota condunt in aluo. Plin.
Si libeat credere, vt sub vna ficu turmæ condantur equitum.

Seponere & condere. Cic. 2. de Diuinat 167.

Arca condere aliquid. Cic. 2. de Diuinat. 119.

Condere humo. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 7.

In humo condi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 2.

Cõdere Acherõtis plagis. Imprecatio est & execratio qua Phædra Thesea deuouet apud Senecam in Hippolyto. 12. 5. Condẽre, futurum est Indicatiui.

In sepulchro condere aliquem. Cic. 2. de Legib. 87.

Tonantis sinu condi. Senec. Herc. furent. 11. 14.
Licet tonantis profuga condaris sinu,
Petet vndecunque temet hæc dextra & feret.

Quàm multa in syluis auium sẽ millia condunt. Virgil. 4. Georg. 95.

Rupta condi tellure premique. Valer. lib. 7. Argon. 60.

Terra cõdere. Plin. lib. 7. cap. 54. Ipsum cremare, apud Romanos nõ fuit veteris instituti: terra condebantur. Virg. 12. Aeneid. 177.
– opta ardua pennis
Astra sequi, clausumque cava te condere terra.

Ossa terræ condere. Virgil. 5. Aeneid. 10.

Condere aliquem in pistrinum. Plaut. Pseud. 7. 120.

Condere captiuos in custodiam. Liu. 1. bel. Maced. 86. Item In carcerem vel carcere. Liu. 6. bel. Pun. 84. & lib. 9. 113.

In aliquam materiam aliqua condere. Quintil. lib. 5. cap. 12. 13.

In visceribus & medullis cõdidit bonũ oẽ Metrodorus. Cic. 5. Tusc. 41.

Furto aliquid condere. Horat. 1. Carm. ode. 10. 2.

¶ Cœlum conditur vmbra. Virgil. 6. Aeneid. 55.
Est iter in syluis vbi cœlum condidit vmbra
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

Fama caput inter nubila condit. Virg. 4. Aeneid. 36. Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit. Hoc (inquit Seruius) vult ostendere, nec humili eam fortunæ parcere, nec superiori.

Orion caput inter nubila condit. Virgil. 10. Aeneid. 152.

Cibos condunt formicæ. Plin. lib. 11. cap. 30. 1.

Condere corpora. Plin. lib. 26. cap. 17. 1. Corpora defunctorum condita in eo, absumi constat intra quadragesimum diem, exceptis dentibus.
De sarcophago lapide loquitur.

Corpus condere sepulchro. Ouid. 8. Metam. 47.

Stymphalides pennis condunt obductis diem. Senec. Herc. fur. 4. 8.

Vota diem condiderant, Id est cõsumpserant diem votis & precibus. Statius. 10. Thebaid. 11.

Referre diem, & condere relatum, Sol dicitur. Virg. 1. Georg. 91.

Universidad de Deusto
BibliotecA

– at ſi quam referetq́ue diem, condetq́ue relarum, Lucidus orbis erit.
Id eſt in ortu & occaſu. Hoc ad futuræ ſerenitatis ptinet ſignũ. Seruiꝰ.
Digitos condere in lumina alicuius, Eſt oculos eruere alicui. Ouidius 13. Metam. 114.
Enſem in alicuius ore aduerſo condere. Virg. 9. Aeneid. 92.
Ferrum condere ſub aduerſo pectore, Aduerſarium interficere. Virgiliꝰ 12. Aeneid. 189.
Condere fructus, & Promere, contraria. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 62.
Quid nemo fructus condit, niſi vt promat. Ibidem, cap. 66. Oleas albas, quas condideris nouas, ſi celeriter promas, &c.
Triticum condere. Cic. de Senect. 21. Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 57. At triticum condi oportet in granaria ſublimia.
Condere fructus in cados. Plin. lib. 13. cap. 4. 17.
Condere & reponere fructus, hominum non pecudum eſt. Cicero. 2. de Natura Deorum. 134.
Frumentũ conditũ dicitur, quod in horreis repoſitũ eſt. Hor. 2. epiſt. 1. 1.
Vuæ ſuccos condere. Id eſt vinum. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 10.
Pax aluit vites, & ſuccos condidit vuæ,
Funderet vt nato teſta paterna merum.
Semina arroſa conduntformicæ. Plin. lib. 11. cap. 30. 1.
Nox condit lucem. Seneca Medea. 116.
Scuta latentia condere. Virgil. 3. Aeneid. 48. – tectoſq́ue per herbam
Diſponunt enſes, & ſcuta latentia condunt. Id eſt diſponunt & tectos faciunt. Sic & ſcuta condendo latere faciunt. Seruius.
Longos ſoles condere. Virgil. 9. eclog. 11. – ſæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere ſoles. Id eſt æſtiuos dies finire & vſque ad occaſum ducere. Seruius.
Vocem condere auribus. Ouid. epiſt. 19. 20.
Vultus condere Sol dicitur. Ouid. 2. Faſt. 157.
Luna condit vultus. Valer. lib. 7. Argonaut. 79.
Seſe condere in aliquid. Virgil. 4. Georg. 14. Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent. De apibus.
Imis aquis ſe condere. Valer. Flac. lib. 2. 62.
Lacu fluuius ſe condidit alto. Virgil. 8. Aeneid. 13.
Ferro & ære ſe condere, Armis ſe circũdare. Propert. lib. 3. eleg. 18. 5.
Ille licet ferro cautus ſe condat & ære,
Mors tamen inclusum protrahit inde caput.
Portu ſe condidit alto. Virg. 5. Aeneid. 49. – illa Noto citius volucriq́ fagitta Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto. Id eſt vſque ad interiora peruenit. Seruius.
Vmbris noctis ſe condere. Virg. 2. Aeneid. 124.
Sol cõdit ſe in vndas. Virg. 1. Geor. 87. Sol quoq; & exoriẽs & quũ ſe cõdet in vndas. Dicit enim occidẽs Sol ſe in mare tingere. Seruius.
Condere in animum aliquid. Senec. epiſt. 7. pro Memoriæ mandare.
Iram condere. Tacit. lib. 2. Non vultu alienatus, non verbis commotior adeò iram condiderat.
Stimulos alicui cõdere ſ pectore. Id eſt iſtigare aliquẽ. Oui. 1. Met. 146.
Mente aliquid conditum tenere. Virgil. 3. Aeneid. 78.
Mentem condunt obliuia. Claud. 5. Paneg. 34.
¶ Condere monumento corpus, apud Plinium.
¶ Condere, (κτίζειν, δημιουργεῖν,) Aedificare, cõſtruere, quaſi ſimul dare. Salluſt. in Catil. nõ ita procul ab initio, Vrbem Romam (ſicuti ego accepi) cõdidere atq; habuere initio Troiani. Ci. 1. de Diuin. 58. Nẽ pe eõ Romulus regiones direxit tũ, quũ vrbẽ cõdidit. Idẽ. 1. Tuſc. 5.
Pallas condidit arces. Virgil. 2. eclog. 12. – Pallas quas condidit arces,
Ipſa colat. Vbi Seruius, Ideo dea artium Minerua dicitur, quia de capite Iouis nata eſt ſed quia dea eſt artium & ingenii, ideo iſta fingũtur. Nihil enim eſt eccellentius ingenio quippe quo reguntur vniuerſa. Idem. 7. Aeneid. 13.
Apes examina condunt. Virgil. 2. Georg. 91.
Mauortia mœnia condere, Ciuitatem fortium virorum. Virg. 1. Aen. 56.
Muros condere. Ouid. ad Piſonem. 19.
Nouam vrbem condere. Virg. 1. Aeneid. 106.
¶ Noua fata condere. Virg. 10. Aeneid. 7.
– ſin tot reſponſa ſecuti
Quæ ſuperi manesq́ue dabant, cur nunc tua quiſquã
Flectere iuſſa poteſt aut cur noua condere fata? Id eſt peruertere ordinem fatorum. Verba Veneris ad Iouem de Iunone & Troianis.
Gentem condere, Propagare. Virgil. 1. Aeneid. 8.
Iura condere. Ouid. 1. de Remedio. 14.
Luſtrum condere. Cic. 1. de Orat. 149.
Nomen memorandum condere. Silius lib. 4. 8. – iuuat ire periclis Ad decus, & dextra memorandũ condere nomen. Id eſt gloriã cõparare.
Rempublicã condere, cui opponitur Occidere. Cic. pro Domo ſua. 74.
Remq́ publicã condere vnius diſceſſu, quã interitu occidere malui.
Aurea ſecula condere, Orbi felicitatẽ afferre. Virg. 6. Aeneid. 159.
Auguſtus Cæſar diuũm genus aurea condet Secula.
Secula multa cõdere viuendo, Eſt viuere multa ſecula. Lucre. lib. 3. 221.
¶ Condere, (συντάττειν,) Componere. vt Condere carmen. Liu. 7. bel. Pun. 102. Horat. in Arte. 90.
Numeris aliquid cõdere, Eſt carmine aliquid cõſcribere. Ouid. 6. Faſt. 1.
Condere bella. Virgil. 6. eclog. 2.
– nanque ſuper tibi erunt qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & triſtia condere bella.
Carmen condere. Cic. 4. Tuſcul. 7. Hiſtoriam, Plin. lib. 12. cap. 4. 1.
Laudes alicuius, Plin. lib. 22. cap. 13. 4.
Omen condere. Propert. lib. 2. eleg. 29. 8.
Poema. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 24.
Præcepta medendi. Plin. lib. 26. cap. 2. 1.
Prælia condere, Deſcribere. Stat. 1. Thebaid. 2.
¶ Condere iuſiurandum. Plaut. Rud. 3. 1. 18. Iuſiurandum ſeruandæ rei, non perdundæ conditum eſt. Hoc eſt inſtitutum.
Condens, (ἀποκεύπτων,) Participium. vt Nubila condentia cœlum tenebris. Claud. epig. 6. 1.
Conditus, (ἀποκεκρυμμένος, ἀπόκρυπτος,) Adiectiuum, penult. correp. Abſconditus. Plaut. Pſeud. 14. 35.
– teneo, omnia in pectore condita ſunt.
In alta caligine conditus. Senec. Herc. furent. 1. 19.
Antro conditus. Ouid. 3. Meram. 7.
Memori tibi condita corde Hæc vigeant mandata, nec vlla obliteret ætas. Catul. Argonaut. 47.
Domi conditus Conſulatus. Cic. pro Murena. 47. Vultus erat ipſius pleni furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiæ: ſic vt ei iam exploratus & domi conditus Conſulatus videretur.
Tumulo conditus. Valer. lib. 5. Argon. 40.
Enſis conditus. Horat. Epod. 7. 1. Subaudiendum, vagina.
Iurgia ſub tacita condita lætitia. Propert. lib. 2. eleg. 6. 7.
Conditæ in ærario ſanctiore literæ. Cic. 6. Verr. 123.
Meſſis condita. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 9.
Non ego diuitias patrum, fructuſq́ue requiro,
Quos tulit antiquo condita meſſis auo.
Præcordia condita apetit Liber. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 18. Liber, vinum.
Telum patenti iugulo conditum imprimere. Senec. Oedip. 148.
Carmina condita, Compoſita. Virg. 10. eclog. 10.
– Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu Carmina.
Fila condita à dextro colo. Propert. lib. 4. eleg. 1. 15.
Quũ ruis imprudens vage dicere facta Properti?
Non ſunt à dextro condita fila colo. Id eſt res eſt difficilis contextu.
Aliquid conditum mandare vetuſtati. Cic. 2. de Nat. Deor. 125.
Conditum aliquid ſeruare. Virg. 3. eclog. 8.
Cõditor, pen. cor. (κτίστης, δημιουργός, ἄρχηγός) Verbale, Qui aliquid cõponit, vel rei alicuius author. vt Cõditor legum, Plaut. Epid. 10. 86.
Aeui reducntis conditor CHRISTVS. Claud. epig. 9. 1.
Argumenti alicuius conditor. Ouid. 2. Triſt. eleg. 1. 2.
Artis alicuius conditor. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11. 1.
Conditor diſciplinæ militaris. Plin. epiſt. 246. Liu. 9. bel. Maced. 66.
Hiſtoriæ alicuius conditor. Ouid. 2. Triſt. 83.
Conditor Peripateticæ ſectæ Ariſtoteles. Colum lib. 9. cap. 3. 1.
Conditor totius negotii, In malam partem. Cic. pro Cluen. 56. Atq; etiã ipſe cõditor totius negotii guttã aſpergit huic bulbo. Per metaphoram.
Conditorius, Adiectiuum, (ἀποθεμφορεύς,) Quintil. declam. 8. Nõ quidem licuit mihi in illud cubiculum cõditorium tuæ mortis irrumpere. Niſi accipias per appoſitionem, vt ſit Subſtãtiuum, ſignificetq́ue arcanum receptaculum, quod magis placet.
Conditorĩ, (τάφοι,) Subſt. id eſt ſepulchrũ. Plin. epiſt. 96. Tã rara in amicitiis fides, tã parata obliuio mortuorũ, vt ipſi nobis debeamus cõditoria extruere, omniaq; hæredũ officia præſumere. Plin. lib. 7. cap. 16. 7. Quorũ corpora, eius miraculi gratia in cõditorio Salluſtianorũ aſſeruabantur hortorũ. Senecæ etiã conditiuum dicitur epiſt. 8. 3. Multum intereſt inter orium & conditiuum. Item epiſt. 61. Qui verò latitant & torpent, ſic in domo ſunt, quomodo in conditiuo.
Condititius, Adiectiuum, (ἀποθετικός,) Quod abſconditur & ſeruatur in aliquo loco. Columel. lib. 8. cap. 8. 2. de columbis. Duobus tamẽ aut tribus menſibus acceptant condititia cibaria, cæteris ſe ipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus.
Conditiuus, Adiectiuum, (ἀποθετός,) Quod ſeruari poteſt ſine læſura. Cato de Re ruſt. cap. 9. 2. Poma mala ſtruthea, cotonea, ſcantiana, quiriniana, item alia conditiua mala muſtea, & punica, eo lotium fuillum aut ſtercus ad radicem addere oportet, vti ſtabilia mala fiant. Sic Varro Re ruſtica, lib. 1. cap. 59. 1.
Conditiuus cibus. Colum. lib. 8. Iraq; mane, prius quàm procedãt in paſcua, conditiuis cibis ſuſtinendæ ſunt, ne immaturis cibis citeẽ alaus.
Conditiuum, Subſtantiuũ, pro Sepulchro. Vide CONDITORIVM.
Conditio, Verbale, Ipſe condendi actus.
Conditio, (κατάστασις, τύχη,) Eſt diſpoſitio quædã ac veluti ſors fortunarũ, tẽporũ, rerũ. Cic. 3. Tuſc. 60. Nihil eſt enim quod tam obtundat, eleuetq́ue ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio: nihil eſſe quod accidere non poſſit, q̃ meditatio conditionis humanæ.

Fortuna

Fortuna atque conditio. Cic. 4. in Catil. 70.
Communitas conditionis cum aliquo. Cic. 6. Philipp. 206.
Imago conditionis. Cic. pro Milone. 60.
Multi laquei legum & conditionum propoſiti. Cic. pro Cluentio. 121.
Frugum conditiones. Cic. 1. de Diuinat. 189. Nec fruges terræ baccasúe arborum cum vtilitate vlla generi humano deduſſet, niſi earum cultus & conditiones tradidiſſet.
Infimi generis hominum conditio atque fortuna. Cic. pro Milite. 71.
Iuris conditio. Cic. 1. de Lege Agra. 31. Paucas tribus non certa cõditione iuris, ſed ſortis beneficio fortuitò ad vſurpandã libertatẽ vocare.
Legum, iudiciorum, temporũ conditio impendet. Cic. Fabio, lib. 5. 18. 3.
Loci alicuius conditio. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 4.
Metri conditio. Quintil. lib. 1. cap. 5. 18. Euenit, vt metri quoque conditio muret accentum.
Adempta mortis conditio. Vide ADIMO.
Naſcendi incerta conditio. Cic. 3. in Catil. 1.
Perſonarum conditio. Quintil. lib. 3. cap. 10. 3.
Conditio regionis, hoc eſt temperatura & diſpoſitio ſeu habitus aut conſtitutio. Colum. lib. 11. cap. 12. 34. Pro conditione regionis & cœli, terra vel proſciditur vel iteratur.
Seruiendi conditio. Cic. Bruto. 16. 7.
Tolerabilis conditio ſeruitutis. Cic. 4. in Catil. 89. Seruus eſt nemo, qui modò tolerabili conditione ſit ſeruitutis, qui non, &c.
Non communi conditione ſeruitutis vti. Cic. pro Cœlio. 45.
Sortis conditio. Ouid. 3. Triſt. eleg. 14. 11.
Temporum conditione aliquid mutari. Quintil. lib. 4. cap. 1. 40.
Victoriæ conditio. Cic. pro Marcel. 7. Nam quũ ipſius victoriæ cõditione iure oẽs victi occidiſſemus, clemẽtiæ tuæ iudicio conſeruati ſumus.
Conditio vitæ. Cic. 3. Offic. 114.
Mortalis conditio vitæ. Cic. 14. Philipp. 407.
Eaſdem vitæ conditiones non perferre. Cic. pro Cluentio. 121.
Sequi aliquam vitæ conditionem. Cic. pro Rab. Poſthumo. 10. Idem pro Plancio. 4.
Viuendi conditio. Horat. 2. Serm. ſaty. 8. 13.
¶ Attalicæ conditiones. Vide ATTALVS.
Bona conditio. Vide BONVS.
Communis conditio. Horat. 2. Epiſt. 1. 31.
Dulcis conditio. Horat. 1. Epiſt. 1. 11.
Fœda conditio. Horat. 2. Carm. ode. 5. 3.
Humana conditio. Cic. 1. Tuſcul. 14.
Infima conditio & fortuna ſeruorum. Cic. 1. Offic. 63.
Vis & fortunæ conditio infima aliquorum. Cic. pro Corn. Balbo. 18.
Iniqua conditio. Vide INIQVVS.
Inſidioſiſſima conditio. Vide INSIDEO.
Triſtis conditio. Claud. Paneg. 7. 123.
¶ Aequa vel iniqua conditione cauſam dicere. Cic. pro Cluent. 75. Tamen illi iudices ſtatuerũt, iniqua conditione reum cauſam dicere, quũ aduerſarius eẽ, ad ius accuſationis, ſumma vis poteſtatis accederet. Ibidẽ, Accuſante Trib. pl. cõditione æqua diſceptari poſſe nõ putauerũt.
Meliore iure, meliore in cauſa, commodiore conditione eſſe. Cic. 2. de Lege Agraria. 6. 7.
Meliore conditione eſt ſenex quàm adoleſcens, quum id quod ille ſperarat, hic conſecutus eſt. Cic. de Senect. 6.
Longè alia conditione eſſe ac cæteri. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 11.
In ſuperiori conditione cauſaq́ue poſitum eſſe. Cic. pro Corn. Balbo. 19.
Conuellere conditionem amicitiæ. Vide CONVELLO.
Excutere conditionem alicuius. Id eſt expendere & conſyderare penitus. Ouid. 3. Triſt. 14. 11.
Facere diſparem conditionem. Cic. de Prouinciis Conſul. 13.
Mortali conditione generari. Cic. de Vniuerſit. 58.
Habere naturam & conditionem vt. Cic. pro Marcello. 4. Sed ea tamen viciſſi, quæ & naturam, & conditionem, vt vinci poſſent, habebant. Quintil. lib. 1. cap. 2. 10.
Inſtituere legem iniquam & miſeram conditionem periculis hominum. Cic. pro Murena. 55.
Eadem conditione naſci. Cic. 2. de Diuinat. 140.
Ea conditione nati ſumus, vt nihil quod homini accidere poſſit, recuſare debeamus. Cic. ad Atticum, lib. 15. 321. 2.
Qua nati ſumus conditione viuamus. Cic. Titio, lib. 5. 16. 4.
Immortalium conditionem poſtulare. Cic. 3. Offic. 65.
Prouidere conditioni ciuium contra periculoſiſſimas hominum potentias. Cic. pro Cœlio. 16.
¶ Conditio, (αἵρεσις,) Eſt oblata poteſtas aliquid eligendi. Plautus Bacchid. 10. 126. Duæ conditiones ſunt, vtram tu accipias vide:
Vel vt aurum perdas, vel vt amator periuret. Terent. Heaut. 2. 3. 85.
Harum duarum conditionum nunc vtram malis, vide.
Ea conditione dare aliquid. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 13.
Sub ea conditione. Cic. pro Archia. 19. Iubere ei præmium tribui ſub ea conditione, nequid poſtea ſcriberet.
Optima conditione prædia. Vide IVS.
Valde bona conditio ſi fuerit, fortaſſe nõ omittã. Cic. Qu. fratri, li. 2. 6. 3.
Controuerſiæ conditio. Quintil. lib. 4. cap. 1. 18.
Pacis conditio cum aliquo. Cic. 4. Philipp. 160.
Præſentis diſcriminis conditio. Quintil. lib. 2. cap. 13. 3.
Petitionum conditio. Quintil. lib. 3. cap. 10. 5.
Nulla conditione. Id eſt nullo pacto. Cic. pro Corn. Balbo. 17.
Accedere ad cõditionem & pactionẽ, pro Cõſentire. Vide ACCEDO.
Accipere conditionem. Vide ACCIPIO.
Ea conditione accipere. Cic. 1. Tuſcul. 148.
Ad aliquam conditionem adducere aliquem. Balbus Ciceroni, in Epiſt. ad Atticum, lib. 8. 168. 2.
Aſtringere aliquem ſuis conditionibus. Cic. pro Quintio. 10.
Audire conditionem & Audita conditio. Ouid. epiſt. 20. 27.
Gogere cur potius quàm perſuadere volebas.
Si poteram audita conditione capi?
Capere conditionem, & In conditionem. Vide CAPIO.
Dare alicuius rei conditionem alicui. Ci. 4. in Catil. 1. Mihi quidẽ, ſi hæc conditio Conſulatus data eſt, vt, &c.
Defendere ſe alicuius rei conditione. Cic. 1. de Lege Agra. 61.
Alterã vtrã ad conditionẽ deſcendere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 30.
Ferre conditionem, Id eſt offerre. Plaut. Milit. 13. 6. – tibi
Conditio noua & luculẽta fertur per me interpretem. Terẽt. Phorm. 4. 1. 13. Nam hanc conditionem ſicui tulero extrario. Ci. pro S. Roſc. Amer. 18. Hanc conditionem miſero ferunt, vt optet vtrum malit. Cælius Ciceroni, lib. 8. 14. 6.
Ferre conditiones, eſt victoris & ſuperioris: Accipere conditiones, victi. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 11. 4. Ferunt oino conditiones ab illo, vt Pompeius eat in Hiſpaniã. Et paulo pòſt. 6. Accepimus cõditiones: ſed ita vt remoueat præſidia ex his locis quæ occupauit. Vide FERO.
Conditiones ferre, leges imponere. Cic. 7. Philipp. 210.
Manere in conditione. Vide MANEO.
Manet conditio. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 11.
Mutare conditionem. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Offerre conditionem pacis, apud Liuium.
Perducere aliquem ad ſuas conditiones. Cic. pro Qu. 14.
Perducere aliquem conditionibus. Cic. pro Quintio. 15.
Proponere conditionem ſupplicii alicui. Cic. pro Cluẽt. 102.
Iniquam conditionum recipere. Quintil. lib. 5. cap. 6. 2.
Conditionibus accipere populos in ſocietatẽ. Liu. Aliquot expeditione vna populos aut vi ſubegit, aut conditionibus in ſocietatem accepit.
Repudiare æquiſſimam conditionem. Cic. pro Quintio. 16.
Reipuere conditionem aliquam. Cic. pro Cœlio. 10.
Stare conditionibus, Eſt tenere pacta. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 11. 8. Sin illeſuis conditionibus ſtare noluerit, bellum paratum eſt.
Fugere à conditionibus, Superiori contrarium. Cic. ad Tironem, lib. 16. 11. 8. Bellum paratum eſt, eiuſmodi tamen quod ſuſtinere ille non poſſit, præſertim quum à ſuis conditionibus ipſe fugerit.
Statuere conditionem ſibi. Cic. pro Rabirio Poſthu. 10. Prouidete ne deteriorem vobis conditionem ſtatuatis, ordiniq; veſtro, quam ferre poſſit. Idem pro Corn. Balbo. 18.
Conditio eſt poſſe, &c. Cic. pro Plãcio. 8. Eſt. n. conditio liberorũ populorũ, præcipuèq; huius principis populi & omnium gentium domini, atq; victoris, poſſe ſuffragiis vel dare vel detrahere quod velit cuiq;.
Eſt conditio, vt. Cic. pro Rab. Poſthu. Iſta conditio eſt teſtium, vt quibus creditum non ſit negantibus, iiſdem credatur dicentibus?
In conditionem vocari. Cælius Ciceroni, lib. 8. 9. 5. Galliæ quæ habẽt interceſſorẽ, in eandẽ conditionem quã ceteræ prouinciæ vocantur.
Vti conditione alicuius. Cic. Att. lib. 9. 188. 1. Si mihi veniã quũ peto, dederit, vtar illius conditione: ſin minus, impetrabo aliquid à me ipſo.
Conditione tua non vtar: Verba ſunt repudium mittentis. Caius in L. 7. ff. de Diuortiis & repudiis. In ſponſalibus quoque diſcutiẽdis placuit renuntiationẽ interuenire oportere: in qua re hæc verba probata ſunt Conditione tua non vtar.
Conditionem pro creatura ſæpe vſurpauit Tertullianus de Corona militis. ea eſt quam κτίσιν appellant.
Conditionãlis, & hoc conditionãle, pen. prod. (ὑποτακτικός,) Adiectiuum à Conditio. vt Pars conditionalis, Martianus in L. Quum hæres. ff. de Acquirẽda hæreditate, Solus hæres futurus eſt omnino, niſi habeat in conditionalem partem ſubſtitutum.
Conditionaliter, pen. corr. (ὑποτακτικῶς,) Aduerbium. In Inſtitutionibus, titulo de Legatis. § Longè magis, Sed ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa, aliud iuris eſt, &c.
Conditionaliter. Paul. in L. Qui res. § Qui ſtipulator. ff. Dever. obl.
Condus, condi, m. g. Qui condit, & ſeruat bona domini ſuiſicut Promus qui promit. Plaut. Pſeud. 9. 16. Condus, promus, procurator peni.

Condóceo, δίδαμαι, condocere, pen. corr. condocui, condoctum, (συνδιδάσκειν,) condocere. Hirtius lib. 5. 67. Equoq́ue frænato, vti condocuerat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Condocefacio, condocefeci, condocefactum, (δι δάσκω,) condocefacere, Instruere, docere. Cic. 5. Tusc. 126. Nemo est enim qui eorum bonorum, a sum putet esse iudicem, eumq; condocefaciat, vt ea quæ bona malaue videantur, possit contemnere. Idem 2. de Nat. Deor. 140. Et vtamur domitis, & condocefactis, vt elephantis, &c.

Condoleo, condoles, pe. cor. cõdolui, (σωκάτεμαι, σωκλγία,) condolere. Plaut. Trucul. 10. 2. Nã mihi de vento miserè condoluit caput. Cic. 3. de Orat. 4. Nanque tũ latus ei dicenti condoluisse, fudoremque multum consequutum esse audiebamus.
Caput condolet. Tibul lib. 1. eleg. 6. 8.
Et simulat subitò condoluisse caput.
Condoluit caput de vento. Plaut. Trucul. 10. 3.
Corpus condoluit tentatum frigore. Horat. 1. Serm Saty. 1. 16.
Si pes condoluit, si dens, ferre non possumus. Cic. 2. Tusc. 90.
Condolesco, condolescis, (κατακλγνομαι,) cõdolescere. Cic. 1. Academ. 54. Quumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque & condolescere & concupiscere, & extimescere, & efferri lætitia dicerent.

Condôno, condónas, pen. prod. (δωρέομαι, χαρίζομαι,) condonare, Idem quod donare significat. Plaut. Menæch. 14. 83.
Ego illam non condonaui, sed sic vtendam dedi.
Dare & condonare. Cic. pro Plancio. 62.
Condonare alicui munusculum. Cicero. 5. Verr. 73. Et ad Philippum Pro consulem, libro. 13. 74. 3. Vt eius filios qui in tua potestate sint, mihi potissimum condones. Plautus Amphit. 6. 38. Nũc tibi hanc pateram Alcmena condono.
Condono te. Plaut. Persa. 13. 37. – ne tibi hoc
Scipione malum magnum dem. 9. te condono.
¶ Condonare aliquem pecuniam, debitum, &c. Plaut. Bacch. 13. 10. Siquam debez, te condono, tibi habe. Idem Rud. 31. 12. Terent. Phorm. 5. 8. 54. Argentum, quod habes? condonamus te.
Condonare pecunias debitoribus. Cic. 2. Offic. 115. Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant.
¶ Condonare peccatum, (συγγινώσκειν,) Sallust. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam. Hirtius lib. 4. 287. Neque pronunciarum publicas iniurias ils condonare posse, qui non fuissent in se officio si. Cæsar, Monet vt in reliquum tempus omnes suspiciones vitet, præterita Diuitaco fratri condonare dicit.
Remittere alicui & condonare animaduersionẽ & supplicium, quo vsurus erat in ipsum. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 4.
¶ Condonatus est hæc. Terent. in prol. Eunuc. 17.
Habeo alia multa quæ nunc condonabitur.
Quæ proferentur pòst, si perget lædere, &c. Quidam hîc legũt Condonabuntur, plurali numero.
Condonãtus, pen. prod. (σωσεγνωσμένος,) Participium à Condonor.
Condonatum iudicium alicui, quo reus absolutus, aut condemnatus est in gratiam alicuius. Cicero Attico, lib. 2. 18. 1. Id iudicium Attilio cõdonatum putabatur.
¶ Condonatus, pro eo cui parcitũ est. Plin. de Viris Illust. 4. b. Qui apud Duum viros condẽnatus, ad populũ prouocauit: vbi patris lachrymis condonatus, ab eo expiandi gratia sub Tigillum missus, Id est patri lachrymanti. De Horatio loquitur, qui sororem occiderat.
Condonatio, Verbale, (συγγνώμη,) Cic. 1. Verr. 7. Cuius prætura vrbana ædium sacrarum fuit, publicorumque operum depopulatio: simul iniure dicendo bonorum, possessionumque contra omnium instituta adictio, & condonatio.

Condormio condormis, condormiui, condormîtum, (συγκαθεύδω,) condormire, Simul dormire. Plaut. Most. 7. 55. Abumus omnes cubitum: condormiuimus.
Condormisco, condormiscis (συγκαθεύδω,) condormiscere. Plau Rud. 14. 13. Obsecro hospes, da mihi aliquid loci vbi condormiscam parũm. Istuc vbi vbi vis, condormiscememo prohibet, publicum est. Idem Milit. 11. 13. Quî libitum est illi condormiscere?

Condryllon, siue condrylle, (κονδύλλη.) Herba de qua sic Plinius lib. 22. cap. 22. 23. Condryllon, siue condrylle folia habet intubi circumrosis similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro, radice fabæ simili, aliquando numerosa. De ea loquitur & Theophrastus lib. 7. cap. 7. Et Dioscorides lib. 2. ca. 148. Genus autem est intubi agrestis.

Condûco, condûcis, pen. prod. conduxi, cõductũ, (ἐπάγω,) cõducere, Simul ducere. Plau Menæ. 4. 13. Hodie ducã scortum ad cenã, atq; aliò conducã foras. Idem Epid. Mane me iussit senex conducere aliquam fidicinam sibi huc domum.
¶ Conducere, (συναγειν,) Cogere, congregare. Cic. 2. de Inuent. 123. Tunc Crotoniatæ, publico de consilio virgines in vnum locum cõduxerunt & pictori quas vellet, eligendi potestatem dederunt. Ibidé, Ae veteres quidem scriptores huius artis, vsque à principe illo atque inuentore Tysia repetitos, vnum in locum cõduxit Aristoteles. Varro, Manè suscitat rostra, populum in foro conducit.
Dispersas cohortes in vna castra conducere, pro Cogere, siue congregare. Tacit. lib. 4. & lib. 20.
Exercitus in vnum conducere. Tacit. lib. 4.
Partes cõducere in vnũ, Id est cõtrahere in vnũ corpus. Lucret. lib. 1. 81.
¶ Conducere, pro Emere. Plaut. Amphit. 14. 53. Credo iã quæ volebat sacrificia ad epulũ conduxit. Idẽ. Cædendũ conduxi ego illum.
Nimium magno conducere. Cic. Attico, lib. 1. 12. 12.
¶ Conducere aliquem, (μισθοῦσθαι,) Pretio accipere. Plaut. Aulul. 9. 1. Postquam obsonauit herus, & conduxit coquos. Idem Pseud. Quantulo argenti te conduxit Pseudolus? Cæsar. 3. bel. Ciuil. 53.
Aliquem ad cædem faciendam conducere. Cic. de Prouin. Cosul. 8.
Conducere nauem. Plaut. Rud. 2. 57. Nauis elanculum conducitur.
Conductus mercede diurna, Periphrasis pro mercenario. Hora. 2. Serm. Saty. 7. 4. – mercede diurna Conductum pauit.
Hortum conducere. Cic. Tironi, lib. 16. 18. 3. Paredrum excita, vt hortũ ipse conducat: sic olitorem ipsum commouebis.
Domum conducere. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 7. 1. Idem ad Atticum, lib. 11. 249. 3. Si Romæ esset, domumque conduceret.
Alicui locum in proximo conducere. Cic. Tironi, lib. 16. 21. 10.
Nauigium conducere. Horat. 1. Epist. 1. 19.
Cõducere mercede. Ci. 2. Offic. 30. Aut spe largitionis, promissionisque capti, aut postremò (vt sæpe i nostra Rep. videmus) mercede cõducti.
¶ Conducere, (ἐργολαβεῖν, χειρώνεσθαι,) etiã dicit is qui pretiũ accipit pro aliqua faciẽda: quod & Redimere etiã dicitur. Iulianus Iureconsultus, Siquis vitulos pascendos, vel farciendum quid, poliendúmve conduxit, culpam eum præstare debere. Vlpianus, Siquis seruum docendum conduxerit, eumque peregrè duxerit, &c.
Ad pecuniam numeratam conducere. Caius in L. Si merces. § Vis maior ff. Locati, Appáret autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniã numeratam conduxit. Alioquin partiarius colonus, quasi societatis iure, & damnum, & lucrum cum domino fundi partiatur.
Conducere de. Cic. 2. de Diuinat. 70. Et redemptor qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam, non inertia, aut impia tardior fuit, sed, &c.
Multitudo conducta. Cic. 1. Philipp. 16. Quis enim aut accusator tam amens reperiretur, qui reo condemnato obiicit se multitudini conductæ velit? aut iudex, qui reum damnare audeat, vt ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?
¶ Conducit (συμφέρει, συμβάλλεται,) in tertiis personis, pro Vtile est. Plaut. Bacchid. 1. 12. Nam huic ætati non conducit mulier latebrosus locus. Columella, lib. 1. Nam id minimè conducit agricolæ. Cic. 1. de Rep. Facillimam autem in ea Rep. esse posse concordiam, in qua idem conducat omnibus.
Ea maximè conducunt, quæ sunt rectissima. Cic. Rufo, lib. 5. 19. 8.
Neque homini infanti aut impotenti iniustè facta conducunt. Cicero primo de Finibus. 81.
Conducit hoc tuę laudi. Cic. ad Rufum, lib. 13. 49. 1.
Proposito conducere res dicitur, quę conueunt cum proposito. Horatius in Arte. 40.
Rationibus nostris conducit id fieri. Cic. Attico, lib. 1. 1. 4.
Conducit hoc Reip. rationibus. Cic. ad Lent. lib. 1. 9. 89.
Saluti tuæ cõducere, & non aliena esse à dignitate. Cic. Marcel. li. 4. 7. 2.
Conducunt hæc ad ventris victum. Plaut. Capt. 14. 6.
Conducit in. Plautus Capt. 7. 76. Vt potissimum in rem quod restè conducat tuum. Idem Cistel. 8. 4. Vt illud, quod tuam in rem bene conducat, consulam.
¶ Conduci non possum, &c. Plaut. Asina. 16. 36. Non ædepol conduci possum vita vxoris annua. Id est non possum adduci, vt credam vxorẽ meam posse viuere intra annum.
Conductus, Participium Plau. Aulul. Nummo sum conductus. Idẽ Epid. 8. 36. – parabo Dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit.
Conductus sum coctum Plaut. Aulul. 13. 8.
Auxilia Regum in vnum conducta. Tacit. lib. 15.
In vnum conducti, Id est coacti & congregati. Tacit. lib. 2. Quum Furius Camillus Proconsul Africæ legionem, & quod sub signis sociorum, in vnum conductos ad hostem duxit.
Bella conducta, dicuntur bella militum mercenariorum. Sil. lib. 5. 39.
Conducta nauis. Terent. Adelph. 2. 2. 17.
Nummi conducti. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 2.
Conducta opera alicuius. Plaut. Aulul. 13. 6. Abi: opera huc cõducta est vestra, non oratio.
Operę conductæ. Cic. pro Sestio. 30. Erat autem mihi contentio non cũ victore exercitu, sed cum operis conductis.
Telæ conductæ. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 16.
Pirnaque conductis adnectit licia telis.
Serere rellure conducta. De paupere dictum. Virgil. 12. Aeneid. 105.
Testes conducti. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 8.
Torus conductus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 9.
Conducta dicta ad fallaciam. Plaut. Pœnulo. 3. 3.

Conductum,

Conductũ, Substantiuũ. vt Habere aliquid cõducti. Cic. pro Cluent. 139.
Conductor, Verbale, Qui pecuniam alicui dat, vt aliquid fiat.
¶ Conductor, etiam is dicitur qui pecuniam accipit. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 3. 17. 8. Nicephorum villicum tuum sanè probaui: quæsiuíque ex eo quid ei de illa ædificatiuncula Laterii, de qua mecum locutus es, mandauissēs. Tum is mihi respondit, seipsum eius operis H-S XVI conductorem fuisse: sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad pretium: itaq; id se omisisse. Cato cap. 14. 2. Herus materiem, & quæ opus sunt domui præstabit, & ad opus dabit. Conductor verò lapidem, calcem, arenam, aquam, palea sque parabit. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 9. Omnia conductor soluit.

Conductio, (μίσθωσις,) Verbale. Cicero pro Cecinna. 68. Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum: quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo.
Conductio, Aliter. Cic. 1. de Inuent. 88. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet: in breuibus id solum quod conficitur, exponere.
Conducibilis, & hoc conducibile, penult. corr. (συμφέρων,) Id est vtile. Plautus Epid.
Reperiamus aliquid callidi, conducibilis consili. Idem Bacchid.
Non ego istuc facinus mihi conducibile esse arbitror.
Vtile & conducibile. Author ad Herennium, lib. 2. 70.
Conductitius, (μισθωτός,) Adiectiuum, Quod conductum est. vt Fidicina conductitia. Plaut. Epid. 6. 8.
Conductitiæ operæ. Varro. 1. de Re rust. cap. 17. 2. Omnes agri coluntur hominibus seruis, aut liberis, aut vtrisque. Liberis: aut quum ipsi colunt, vt plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercenariis & conductitiis liberorum operis, res maiores, &c.

Condúplico, condúplicas, pen. cort. (ἐπδιπλασιάζω,) conduplicare, Quasi simul duplicare, & duplicem facere. Cic. 1. de Diuinat. 49. Tenebræ conduplicantur. Et. 3. de Orat. 86.
Conduplicare beneficium. Terent. Phorm. 3. 2. 31. Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Vbi Donatus, Coniunctiuũ pro indicatiuo, id est conduplicabit. Hoc est aliter, Fœneratum istuc beneficium pulchre tibi dices.
Diuitias conduplicare. Lucret. lib. 3. 15.
Conduplicatio, (ἐπδιπλασιασμός,) Verbale. Plaut. Pœnul. 19. 18. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?
¶ Conduplicatio, Figura Rhetorem. Author ad Herennium, lib. 4. 190. Conduplicatio est, cum ratione amplificationis, aut commiserationis, eiusdem vnius, aut plurium verborum iteratio.

Condus, Vide CONDO.

Condylôma, pen. prod. condylómatis, neu. ge. (κονδύλωμα,) Tuberculum (inquit Pollux) quod ex inflammatione præsertim circum sedem, anumque consistit. Latini resolutionẽ anus vocant, qua resoluitur ille musculus assurrectorius, quem sphinquum de violarum medicinis loquitur: quemadmodum alio loco vtero procidentiam in mulieribus appellat. Condylomata autem vulgus vocat Morbum Sancti Fiacrii. Plin. lib. 21. ca. 20. 6. Sedis rimas & condylomata, omniaque in corpore exerescentia sanat.

Cóndylus, condyli, pen. corr. (κονδύλος,) Iunctura & nodus articulorum in digitis, & eminens ac strícta in pugnum palma. Nam quatuor digiti (vt scribit Aristoteles) ternos habent condylos & tuberculum. Martial. lib. 5. 129. Parui tibia condyli sonabit.

Confábulo, confabulas, pen. corr. (συμμυθολογέω,) confabulari, & Confabulor, confabularis, cõfabulari. Plaut. Most. 7. 77. Hisce hodie hãc cõfabulabũt fabulã. Vsitatũ est Fabulor.
Confabulari, Colloqui. Plautus Cistel. 10. 88.
Sãluam eccam: sed ego rem meam magnam tecum
Confabulari volo, sociam te mihi opto ad meam salutem.

Confarcio, confarcis, Vide CONFERCIO.

Confarreo, confarreas, confarreare. A quo Confarreatus, & Confarreatio, Genus sacrificii quod fiebat inter virum & vxorem, in signum coniunctionis: sicut Diffarreatio in signum dissolutionis. Plin. lib. 18. cap. 3. 2. Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: nouæque nuptæ farreum præferebant. Corn. Tacitus lib. 4. Nam Patritios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex queis vnus legeretur vetusto more, neqi adesse vt olim, eam copiã, omissa cõfarreãdi assuetudine, aut inter paucos retẽta. Affluetudo confarreandi. Tacitus lib. 4.

Confatâlis, & hoc confatâle, pen. prod. (συνεμαρμένος,) Quod eadem fati necessitate tenetur. Cic. de Fato. 45. At si ita fatum sit, nascetur Oedipus Laio, non poterit dici, siue fuerit Laius cum muliere, siue non fuerit: copulata enim res est, & confatalis. Sic enim appellat, quia ita fatum sit, & concubiturum cum vxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum.

Confercio, confercis, confersi, confertum, (συνωθεῖλω, συνεφέω,) confercire, Ex con & farcio compositum, significat eat Densare. Varro de Re rust. Quo facto non modò desistũt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes. Plin. lib. 12. cap. 15. 3. Myrrhã passum à vulgò coemptam in soles conferciunt. Lucret. lib. 6. 32.
Ventus enim quum confercit, franguntur in vnum
Concreti montes nimborum, & grandine misti. Legunt quidam cõuertit.
Confertus, (ἀθρόος,) Partic. Cæsar, Neq; à tãta multitudine iniecta tela conferti vitare poterant. Liu. de bel. Pun. A lii ad exitus theatri cõferti obsistunt. Ibidé, Cæteros cõfertos in media valle recepit. Virg. 2. Aeneid. 70. Quos vbi confertos audere in prælia vidi, &c.
Conferti & Rari, contraria. Cæsar, Vt nunquã cõferti, sed rari, magnisq; interuallis præliarẽtur. Liu. de bel. Pun. Deinde rari in cõfertos elati.
Acies conferta. Vide ACIES.
Agmen confertum. Virgil. 3. Georg. 74. – confertoque agmine cerui
Torpent, &c. Id est agmine coniuncto: Cerui enim congregatione gratulantur. Seruius.
Arma conferta. Silius lib. 4. 52.
– spissæque ruunt conferta per arma Vnde Boiorum.
Legio conferta manipliis. Silius lib. 7. 79.
Liber confertus voluptatibus. Cic. 3. Tusc. 74. Id est refertus, plenus.
Conferta vita voluptatum omnium varietate. Ci. 2. de Finib. 104. Color egregius, integra valetudo, summa gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate.
Otiosa vita plena & conferta voluptatibus. Cic. pro Sestio. 17.
Confertus cibo. Cic. in Catil. 32. Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, vnguentis obliti. Emendatiora exẽplaria legunt confecti.
Confertior, cõfertissimus. Liu. 9. ab Vrbe. 144. Præterquàm q cõfertiores steterãt. Ibidé, lib. 2. 53. In cõfertissima turba prope regiũ tribunal constitit. Ibidem, Eò se in confertissimam turbam recipit.
Confertim, (ἀθρόως,) Aduerb. Liu. Quîs cõfertim Romani, vt solẽt, densatis excepissent scutis. Idẽ de bel. Pun. Quo acrius & cõfertim magis vtrinq; pugnabaẽ. Idem de bel. Maced. Cõfertim pugnant & cædunt.

Cónfero, pen. corr. confers, cõntuli, collãtum, (συμφέρω, προσχτίθημι, ἀκτίνω,) conferre, Ex con & fero compositum, significat Simul ferre. Plautus Capt. 13. 26. Neu quis in hac platea negotii conferat quicquam sui. Columella, lib. 1. Sitque vtrique proximum horreum, quò conferatur rusticum instrumentum. Plin. de Viris Illustrib. 70. In domum suam nihil contulit.
¶ Conferre, Dare. Plaut. Mostel. 16. 39. Nos dabimus, nos conferemus nostro sumptu, non tuo. Plin. lib. 6. epist. 118. Et tanquam parẽs alter, puellæ nostræ confero quinquaginta millia nummũm. Hîc quiddam expressius significat conferre, nempe portionem suam cum altero dare. Cæsar. 2. bel. Gall. 185. His traditis omnibusque armis ab eo collatis, ab eo loco in fines Ambianorum peruenit.
Conferre ad aliquem. Cic. pro Lege Manil. 34. Hoc breuissimum dicam, neminem vnquam tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quãtas dii immortales ad Cn. Pompeium contulerunt.
¶ Conferre, Colloqui. Plaut. Rud. 10. 7. Melius ominare: verùm ómnes sapientes decet conferre, Et fabulari.
¶ Conferre studia ad arbitriũ alterius. Cic. ad Lent. lib. 1. 9. 100. Quantum literis, quantũ studiis, veteribus nostris delectationibus cõsequi poterimus, id omne ad arbitriũ tuum, qui hæc semper amasti, libentissimè conferemus. Quod quidam dicũt, Referre & remittere negotium ad alterius censuram. Brutus Ciceroni, lib. 11. 20. 4.
Conferre ad aliquẽ sinistrã diligentiam. Plin. epist. 148. Vt enim non sint tales, quales à me prædicantur, ego tamen beatus, q̃ mihi videtur. Igitur ad alios hanc sinistrã diligentiam conferant. Diligentiam accepit hîc quo modo Terentius, Quorũ negligentiã æmulari exoptat potius, q̃ istorum obscuram diligẽtiam: hoc est curiosam indagationem. Ita Diligens etiam in malam partem à Cicerone vsurpatur, pro Lege Manilia, In hoc vno, inquit, sunt tam diligentes.
¶ Conferre cum aliquo, pro Certare. Id est vires suas cum alterius conferre viribus. Ouid. 10. Metam. 120. Quid facilem titulum superãdo quæris inertes? Mecum confer, ait.
¶ Conferre, pro Mutare. Ouid. 4. Metam. 56.
Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphę pellicis ira Contulit in saxum.
Aes conferre. Ouid. 4. Fast. 71.
Contulit æs populus, de quo delubra Metellus Fecit, ait.
Falsò conferre aliquid in aliquem. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 4.
Amorem conferre. Plaut. Curcul. 2. 28.
Ita tuum conferto amorem semper si sapis,
Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.
Conferre se in fugam. Cicero pro Cecinna, Eodem tempore se in fugam conferunt etiam amici.
Amorem conferre alicui. Propert. lib. 2. eleg. 25. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animum alio. Terent.Heaut.1.4.10. Hæc vbi immutata est, illi suum animum alio conferunt. Id est alias amant.
Animum ad fodiendos puteos. Hirtius de bel. Alex.lib.4.30.
Beneuolentiam erga aliquem conferre.Cic.Planco,lib.10.5.3.
Benignitatem in aliquem.Cic.1.Offic.75. Ita in eum benignitatis plurimum conferetur.
¶ Capita,pro Congregari & consultare de re aliqua, (συναγειν,) Liu. lib.11.Consules velut deliberabundi,capita conferunt, colloquuntur. Cic.5.Verr.24.Conferrent viri boni capita i de comessatione loqueretur inter se,ac de mulierculis.
Castra castris,pro E regione castrametari. Cæsar,Castra castris cõfert. Cic.2.de Diuinat.170.
Causam in aliquem.Cic.ad Atticum,lib.12.248.2. Equidem magis miror,quòd quum in filium causam conferret, quæ mihi non iniusta videtur,&c.Id est reiiceret.
Causas conferre,& quid in quamque sententiam dici possit, expromere. Cic.2.de Diuinat.123.
Certamina belli inter sese conferre.Virg.10.Aeneid.29.
Illi inter sese duri certamina belli Contulerant.
Certamina pugnæ manu conferre. Id est manu certare. Lucr.lib.4.170.
At contrà conferre manu certamina pugnæ,
Antè fuit multo,quàm lucida tela volarent, Id est prior fuit consuetudo manibus nudis concertare,quàm ense aut telis.
Ore suo cibos conferre.Quintil.lib.1.cap.6.5. Aues cernimus,quæ tenes,infirmisque fœtibus cibos ore suo collatos partiuntur.
Consilia.Terent.Heaut.3.1.64.
Syrus cum illo vestro consuurrat, conferunt
Consilia adolescentes.Idem Adelph.3.2.1.Nùc illud est, quòd si omnes omnia sua consilia conferant,&c.Cic.2.Philipp. An ille quenquà plus dilexit?cum vllo aut sermones,aut consilia contulit sæpius?
Omne consilium,studium,officium,operam,laborem,diligentiam,ad amplitudinem alicuius conferre.(μετάγειν,)Cic.Planco,lib.10.1.7.
Consilium viuendi omne ad naturam suam. Cic.1.Offic.168. Qui ergo ad naturæ suæ non vitiosæ genus,consilium viuendi omne cõtulerit, is constantiam tenebit?
Consolationes in rem aliquam.Cic.ad Atticum,lib.12.256.2. Oés tuas consolationes vnam hanc in rem velim conferas.
Consulatum in eundem annum.Plin.in Paneg.149. Quid quòd eundem in annum Consulatum nostrum contulisti?
Copiam verborum conferre.Quintil lib.1.cap.8.6. Multum autem veteres etiam Latini conferunt,quanquam plerique plus ingenio quàm arte valuerunt,in primis copiam verborum.
Crimen conferre in aliquem. Cic.2.de Orat.98.
In purissimam & castissimam vitam alicuius falsum crimen conferre. Cic.pro Qu.Rosc.Com.9.
Culpam in aliquem conferre. Terent.Eunuch.3.3.96.
Si certum est facere,faciasverùm ne post conferas
Culpam in me.Cic.ad Atticum,lib.9.171.3. Solet,quum se purgat,in me conferre omnem illorum temporum culpam.
Curas suas, & quicquid nobis est à Deo datum,in Rempub. conferre.Cicero.2.Offic.5.Ego autem quando Resp. per eos gerebatur quibus seipsa commiserat,omnes meas curas,cogitationesque in eam conferebam.Id est omnis mea cura pro Repub.erat. Idè pro Lege Manilia 35.Dubitabitis Quirites,quin hoc tantum boni,quòd à diis immortalibus oblatum & datum est,in Rempub. conferuandam atque amplisi eandam conferatis?
Curas ad dignitatem alicuius conferre.Cic.Planco,lib.10.12.16.
In medium singulos denarios in singulos talos conferre. Suetonius in Augusto,capit.71.
Omnia omnium dicta in aliquem conferre. Cic.Volumnio,lib.7.33.2.
Diem soluendæ pecuniæ pacto conferre.Papinianus in L. Quum soluendæ.ff.de Distractione pignorum, Quum soluendæ pecuniæ dies pacto confertur: conuenisse videtur, ne prius vendendi pignoris potestas exerceatur.
Diligentiam in valetudinem alicuius conferre. Cic.Tironi,lib.16.6.8.
Disputationem conferre in aliquos,pro Inducere eos loquentes. Cic.ad Atticum,lib.4.8.3.Hanc ego de Repub. quã institui disputationẽ,in Africani personam & Phili & Pæti & Manlii contuli.
Dona conferre alicui.Plautus Menæch.4.18.
– quid dona cessant mihi
Conferre omnes gratulantes,quia pugnaui fortiter?
Exempla aliorum conferre.Plaut. Pœnul.4.75.
Satis nunc lepidè ornatam sororem credo te tibi videtier.
Sed vbi exempla conferuntur meretricum aliarum,ibi tibi erit
Cordolium,siquam ornatam melius forte aspexeris. Terent.Adelph. 1.1.14. – denique
Si conferendum exemplum est,non fratrem videt
Rei dare operam,ruri esse parcum ac sobrium?
Faciem & mores conferre duarum, Id est inuicem comparare.Ouidius

7.Metamorph.142.
Fructum alió.Terent.Eunuch.Metuet semper quem ipsa nunc capit fructum,nequando iratus tu alio conferas.
Gradum conferre,Conuenire.Virgil.6.Aeneid.98.
Gradum.Plaut.Menæch.12.30.Propera Menæhme fer pedem,cõfer gradum.Virgil.3.Georg.Iunge pares,& coge gradum cõferre iuuencos. Idem.6.Aeneid. – iuuat vsque morari,
Et conferre gradum,& veniendi discere causas.
Gradum conferre cũ hoste,Hostiliter inuadere, & pedem conferre infestis armis.Liu.7.ab Vrbe,Primus omnium Consul inuadit hostẽ, & cũ quo fortè contulit gradum obtruncat. Budæus.
In carmen rem aliquam,pro Carmine componere.Colum.lib.9.ca.16.1. Sed iam consumata disputatione de villaticis pecudibus atq; pastionibus,quæ reliqua nobis rusticarum rerum pars supererit,de cultu horum Publi Siluine,deinceps vt ita & tibi & Gallioni nostro cõplacuerat in carmen conferemus.
In commune.Cicero pro Quintio septimo.Posteaquam nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat. Idem.4. Verr.102. Vt iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent.
In educationem aliquid conferre.Quintil.lib.1.cap.10.17.
In pauca verba.Plaut.Asin.5.76.Nunc verba in pauca conferam,quid te velim.Hoc est paucis dicã.Idem Persa.16.191.Tum tu pauca in verba confer,quid datur tanti indica. Idem Menæh.1.6. Quàm potero in verba conferam paucissima.
In pauca,pro Concludere dixit Cicero lib.3.Offic.
In quæstu vocem.Cic.pro Quintio.6. Quasi ei natura nihil melius quàm vocem dedisset,pater nihil præter libertatem reliquisset, vocẽ in quæstũ contulit.Id est voce quæstũ fecit,Præco enim fuerat sex. Neuius.
In tempus ambulationis aliquid.Cic.ad Qu.frat.li.3.19.1. Ita quicquid conficio,aut cogito,in ambulationis fere tempus confero.
In vnum conferre plurium inuenta.Quintil.lib.3.cap.1.16.
Inter se.Cic.2.de Finib.7.Quærimus enim finem bonorum, possumúsne scire hoc quale sit,nisi contulerimus inter nos? Idem ad Torann.lib. 6.21.6.Atque vtinam liceat aliquando aliquo Reipub.statu nos frui, interque nos conferre solicitudines nostras. Idem ad Atticum, lib.1. 15.5.Coràm inter nos cõferemus.
Quotidie inter nos ea,quæ audiebamus,cõferebamus. Cic.1.de Fin.16.
Ingenium ad rem aliquam.Cic.ad Tironẽ,lib.16.ca.13.3. Ingeniũ tuũ quod ego maximi facio,confer ad te mihi, tibique conseruandum.
Iter.Cic.ad Atticum,lib.3.44.1.Illò quum peruenire non liceret, statim iter Brundusium versus contuli ante diem rogationis. Brutus Ciceroni,lib.11.13.8.Hac re mihi nuntiata,statim quinq; cohortes Pollentiã præmisi,meumque iter eò contuli.
Lites conferre,Rixari cum aliquo.Horat.1.Serm.Saty.5.11.
Maledicta in aliquem.Cic.ad Atticum,lib.11.216.3.
Manum cum aliquo conferre.Virgil.12.Aeneid.97.
Fusis manus conferre. Silius lib.7.121.
Dat letho,fusúmque manus conferre Maleon.
Manum,vel manus.Cicero pro Fonteio.2.Partim qui cum ipso M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt.Virgil.lib.9.9. – etsi conferre manum pudor,iraque monstrat.Idem,lib.11.57. – stetimus tela aspera contra, Contulimusque manus. Vbi Seruius, Cominus & è lõgin quo inter nos bella tractauimus.
Munera conferre.Propert.lib.2.eleg.3.5.
Hæc tibi contulerant cœlestia munera diui.
Munera alicui conferre Claud.epig.20.3.
Nutus conferre.Tibul lib.1.eleg.1.5.De Venere loquens, Illa viro cordi nutus conferre loquaces.subaudi, docet.
Officia in aliquem.Cic.de Amicitia.62. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium;quæ meminisse debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Idem ad Atticum,lib.1.1.9. Quum is omnia sua studia & officia in me contulisset.
Officia conferre in eos,quos speramus nobis profuturos, nõ dubitamus. Cic.1.Offic.173.
Quicquid in eum iudicii officiique cõtuleris,id ita me accipere,vt in me ipsum putem contulisse.Cic.Planco, lib.10.1.9.
Operam ad aliquid.Cic.Sulpitio,lib.4.3.14. Omnem meam curam atq; operam ad philosophiam contulisse.
Plurimum operæ,studii,diligentiæ,laboris,ad conficiendum reditum alicuius conferre.Cic.Attico,lib.4.1.2.
Orationem ad rẽ aliquã.Plaut.Capt.6.20.Vt facetè orationem ad seruitutem contulit.Id est omissis iis quæ incœperat dicere, nunc de seruitute sua loquitur.Cic.pro Ligario.1.Omilla coutrouersia,omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est.
Conferre magnam partem.Celsus lib.6.ca.6.Sed hæc mediocria sunt.Ingentibus verò & variis casibus oculi nostri patent,qui quum magnam partem ad vitæ simul & vsum & dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt.

Pacem

Ductis compendio iter deserit.Quintil.lib.1.cap.13.11.
Compendium dictis facere,Idem. Plaut.Capt.17.12. Satis facundus:sed fieri dictis compendium volo.
Compendio verbà multa iam faciam tibi.Plaut.Bacchid.4.6.
Compendium erationis facere.Plaut.Rud.4.89.
Si ad saxum quod capesit,ea deorsum cadit,
Errationis fecerit compendium.
Compendium pultandi facere. Plaut.Pseud.9.12. Quisquis es,compendium ego te facere pultandi volo.
Subilitas parsimoniæ compendia inuenit.Plin.lib.17.cap.11.4.
Breuia docendi compendia monstrare.Quintil.lib.1.cap.1.18.
Morari aliquem compendio.Quintil.lib.1.cap.4.17.Dum ostentare discipulos circa speciosiora malunt,compendio morantur.
Esse cũpendio pro Esse lucro.Africanus in L. Videlicet.ff.Ex quibus causis maiores. Videlicet ne cui officiũ publicũ vel damno vel cõpẽdio sit.
Compendii facere,pro Breuiter dicere, vno verbo absoluere, vel tacere. Ausonius Symmacho,nõ procul à fine sectionis tertiæ,Hæc ad literas tuas responsa sunt, cætera quæ noscere habes, cõpendii facit.Budæus.
Compendifacio, (πρὸς ὀλεθρον,) Verbum apud Plautum Persa.1.1.2. Nam ego hodie compendifect duos panes in dies. Idem Mostel.2.57. Orationis operam compendifacito.
Compendiosus,pen.prod.(ἀνυτικὸς,) Vtilis.Colum.lib.1.Quod & per partes nonnunquã damnosum est, in summa tamen sit compendiosum.
Compendiosum iter,id est breuis via.
Compendiarius, (συντόμως,) Adiectiuum, Breuis, quòd ea quæ simul paudantur,celerius expediantur.Cic.2.Offic.60. Quanquam præclarè Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, siquis ita ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset. Sic apud Plinium,lib.35.cap.10.43.
Compendiario, (συντόμως,) Aduerbium,vel subintellecto substantiuo ITINERE. Seneca,epist.120. Ad maximas diuitias te compendiario ducam Item.74. Te in cœlum compendiario voco.
Compenso, compensas,compensare, (ἀντιπαρίσωμι,ἀντιλογίσωμαι,) Quasi simul ponderare,retribuere. Cic.pro Murena.65.Atque hæc à nobis petunt ornatiùs neque vlla re alia,quæ à nobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant esse. Id est quasi remunerari. Sic idem.2.de Finib.154.Quid.epist.3.11. Tot tamen amissis te compensauimus vnum.
Dissoluere & compensare damna. Cic.7.Verr.27.Multa eius in stipẽdiis dãna proferentur,quæ ab ipso ærariis fructu dissoluta & cõpẽsata sunt.
Compensare grauitatem supplicii.Valer.Max.lib.1.cit.22.De Dionysio tyranno. Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira,tarditatemque supplicii grauitate compensat.
Paucitatem pedum grauitatis suæ tarditate cõpensat. Cic. in Orat.225.
Otio compensare Resp.turpitudinem.Cic.Attico,lib.7.136 3.O perditum latronem, vix vllo otio compensandam hanc Resp. turpitudinẽ.
Vitium compensare vel facultate,vel copia.Cic.in Orat.136.
Compensare cum.Cic.in Pisonem.28. Sed sit offensus primo,nonne compensabit cum vno versiculo tot mea volumina laudum suarum?
Rationes suas compensare cum re aliqua. Cic.2.de Finib.158. Rationes tuas te video compensare cum istis doloribus,non memoriam corporis perceptarum voluptatum.
Voluptatem cũ maximis curis & laboribus cõpẽsare. Cic.5.de Finib.87.
Compensabatur cum summis doloribus lætitia.Cic.1.de Finib.156.
Pedibus compensari pecuniam.Cic.pro Flacco.56.
In causam iudicati compensari. Vlpianus in L. Eleganter. ℣ Si post rem.ff.de Condictione indebiti,Retineri tamen atque compensari in causam iudicati,quod ob talem transactionem solutum est,potest.
Dolus compensandus ab vtraque parte. Vlpianus in L. Ex hoc edicto.℣. Sed tesi stipulator.ff.De eo per quem factum erit,quominus in iudicio sistat,Si stipulator dolo promissoris,& promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quominus ad iudicium veniet;utri eorum Prætor succurrere debebit ab vtraque parte dolo compensando.
Labores compensati gloria.Cic.3.de Orat.8.
Vitia senectutis diligentia compensanda sunt.Cic.de Senect.32.
¶ Compensare,Contrahere,abbreuiare,vt annotant interpretes in Senecæ illud Hippol.1.14. Hac hac pergam,quà via longum cõpẽsat iter.
Compensatio, (ἀντιλλαγὴ,) Verbale. Est (inquit Modestinus) in L. prima.ff.de Compensationibus,debiti & crediti inter se contributio.Cic. 5.Tuscul.135. Itaque hac vsurum compensatione sapientem, vt voluptatem fugiat.
Fœtus dolo est contemptio laboris & periculi cum ratione vtilitatis & cõpensatione commodorum.Author ad Herennium,lib.4.185.
Comperéndino, comperendinas, pen.corr. (ἀναβάλλομαι,) cõperendinare, Procrastinare,differre in lõgũ,& die de die ducere. Cic.2.Verr.21. Tua ratio est, vt secũdũ binos ludos per mihi respõdere incipiatis mea,vt ante primos ludos cõperẽdinẽ. Comperendinare reum, id est differre sententiam rei. Budæus, Comperendinati rei dici possunt in causis criminalibus, quos cutia dimissos

fide sua esse voluit,hoc est quos suæ ipsorum custodiæ commisit,vt aut vrbem carceris loco iusti habeant,aut priuatam aliquam domum: vt sit interdum ex personarum dignitate, & genere causarum. Comperendinati autem ideo dici possunt,quia non plane absoluti sunt, sed voluti vadimonio quodam obstricti,vel quia nondum comperta satis crimina,vel quia nondum se innocentes approbauerunt. Cic. 6. Verr. 29.Videte hominis amentiam.Postea quàm est comperendinatus,qui iam pro damnato,mortuoque esset,ludis Circensibus mane apud Sisennam virum primarium quum essent triclinia strata,argentumq; expositum,& contemplari vnumquodque otiosè, & considerare cœpit. Mirari stultitiam alii, &c. alii amentiam. Cui comperendinato quum tam multi cesses dixissent,quicquam illorum venire in mentem? Comperendinatum Verrem,id est qui in secundam actionem impetrauerat iudicium differri,Cicero damnatum inuidiosè appellat,propter ingentia crimina testimoniaque prementia,& præiudicia ab ipso multis rebus de se facta: vtpote qui accusatus Reperundarum, quòd Siciliam prouinciam argenteis vasis cælatisque spoliasset,tamen temperare sibi apud Sisennam nequiisset,quin cupiditatem illam præmimiam cælatæ supellectilis ingenitam sibi proderet.Hactenus Budæus. Cic.3. Verr.57.Verùm vt opinor Glaucia primus tulit,vt comperendinaretur reus. Ibidem13.
Comperendinatio, (ἀναβολὴ,ὑπερθεσις.) Verbale, Est mutua denuntiatio (inquit Asconius in 3.contra Verrem) in perendinum diem: vt deliceat ne alter litigatorum fugitator fortasse causari possit, quum in rem præsentem venturus est, se imparatum venisse. Cuiusmodi est illa denuntiatio,qua litigatores in parlamento nostro vtuntur, quum audientiam à præsidibus impetrauerunt ne alter ignorantiam excusare possit,si ex tempore respondendum sit. Hæc Budæus. Appellatur etiam apud iureconsultos Condictio. Plin.epistlo.116.lib.1. Descenderam in basilicam Iuliam,auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam. Idem lib.6.28.b.Nos legibus ipsis iustiores,quæ tot horas quæ tot dies, tot comperendinationes largiuntur? Gellius lib.14.cap. 2.1.atque in rerum quidem diffusionibus comperendinationibusque,& aliis quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia, & ex Sabini Massurii, & ex quorundam aliorum Iurisperitorum commentatiis comuoniti & adminiculati sumus.
Comperendinatus,huius comperendinatus, (ἀναβεβλημένος,) Cic.3.Verrin.17. Adimo enim comperendinatum, quod habet lex molestissimum,bis vt causa dicatur. Vbi Asconius,Comperendinatum,inquit, pro comperẽdinatione posuit. Et est sensus,Adsero vobis molestiam bis dicendi,&c. Cicer.de Claris Oratorib.43.Vium, quasi comperendinatos,medium diem fuisse,quem &c.
Compério, (κατὰ συλλαβὴν,παραφυλάττω μὴ,ἀγνοῶ,) comperis,comperi,penul.correp.compertum, (κατὰ compositum,significat inuenire. Terent.And.1.1.64.
– item alio die Quærebam:comperiebam nihil ad Pamphilũ,&c. Idem Heeyra 5.2.56. Quum ego te esse præter nostram opinionem comperi. Idem And.1.1.18. – comperisse Pamphilum Pro vxore habere hanc peregrinam. Idem Phorm.5.3.18.Cognatam comperisse nobis. Idem And.5.3.31.Quiduis cupio,dum ne ab hoc me falli:comperiar Chreme. Ouid.epistlo.5.26.
Vnde hæc compererim tam bene quæris: amo.
Horam suam genitalem comperire.Tacit.lib.5.
Comperi certò.Terent.Eunuch.5.1.9.
Quid ais venefica? atqui certò comperi.
Reperire aliquid certi & comperire.Cic.4.Academ.115.
Manifestò comperire & manu tenere.Cic.de Claris Orato.152. Quum indicia mortis se comperire manifestò & manu tenere diceret.
Ex multis audiui nam comperisse me non audeo dicere. Cic. Antonio, libro 5.5.4.
Certis authoribus aliquid comperire.Cic.Attico,lib.14.305.2.
Comperire de re aliqua. Terent.And.1.3.6.Primum iam de amore hoc cõperit. Id est certum habet Chremes Pamphilum amare Glycerium. Cicer.pro Sylla 65.Nihil de hoc comperi.
De eo tibi compertum erat.Sallustius in Ciceronem 2.
Comperire ex.Terent.Heaut.1.1.69.Vbi comperi ex iis qui ei fuere cognati. Cæsar 5.bel.Gal.34.Vt postea Cæsar ex captiuis comperit.
Comperire per.Cæsar.4.bel.Gal.531.Postquam per exploratores pontem fieri comperissent.
Comperire certis indiciis rem non esse vanam.Liu.4.bel.Pun.110.
Comperire testibus. Cicero pro Cluentio 99. Nihil se testibus,nihil tabulis,nihil graui aliquo argumento comperisse,nihil denique causa cognita statuisse dicent.
Dispicere & comperire dicitur,qui primus obseruauit. Catul.epig.61.2.
Omnia qui magni dispexit lumina mundi,
Qui stellarum ortus comperit atque obitus.
Compertum est mihi,& exploratum est mihi,idem est quod Scio per inuestigationem.Similiter Comperi,& exploraui.Hæc Valla lib.5.
Afferre compertum. Vide AFFERO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non bene compertum est. Lucan. lib. 2. 65.
Habere compertum. Cic. pro Cluent. 100. Nam vt illud afferant, nihil est quod de his duobus habuerint compertum, de cæteris comperisse.
Compertum aliquid habere. Cic. pro Fonteio 16. Quum ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus.
Compertum oculis. Liu. 9. bel. Pun. 111. Solutaque militiæ disciplina, eò perta oculis perferrent Romam. Id est quæ ipsi vidissent.
Compertum, id maxime radicibus prodesse. Plin. lib. 12. cap. 1. 5.
Compertus, (φανερὸς,) Participium, siue Nomen ex participio. vt Compertus in stupro. Suetonius in Tib. Cæsare, cap. 35. Equiti Romano iurisiurandi gratiam fecit, vt vxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante iurauerat. Id est deprehensam.
Manifesto cõpertũ atq; deprehensum facinus. Vide MANIFESTVS.
Cognitum & compertum. Cice. pro Cluent. 103. Nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti.
Fine cõperto Augusti, id est pspecta & cognita morte Augusti. Tac. li. 2.
Iniuria comperta. Stat. lib. 2. Achill. 48.
Vtilitas comperta. Ouid. 1. Fast. 55.
Compertus stupri. Liuius 2. bel. Punic. 233. Tum quòd duæ Vestales eo anno Opimia atque Floronia stupri compertæ. Idem, Quum sacrilegii compertos in vinculis Romam misisset. Idem, Iuuenem nullius probri compertum.
Flagitii compertus homo. Tacit. lib. 1. Nam senem Augustum deuinxerat adeò, vti nepotem vnicum Agrippam Posthumum in insulam Pandateriam proiiceret, rudem sanè bonarum artium, & robore corporis stolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum. Id est quem tamen aliquod flagitium admisisse non constabat, nec compertum erat. Idem libro 4. Et mora aduersum vnicum, & nullius antè flagitii compertum vteretur.
Compertus, cum infinitiuo apud Suetonium in August. Proculum ex acceptissimis liberti mori coegit, compertum adulterare matronas.
Comperto, absolutè, id est quum compertum esset. Tacit. lib. 20. Et aduentu Quintanorum, Quintadecimanorumque auctæ legiones donatiuum exposcunt, comperto pecuniam à Vitellio missam. Et lib. 3. Neque dum comperto, quos illa vis perculisset. Item, Comperto quoque Græcam literaturam non simul cœptam, absolutamque. Liu. lib. 1. Dec. 4. Satis comperto Herduæam petituros Romanos. Iabolenus in Leg. Pantonius §. Pro hærede. ff. De acquirenda hæreditate, Pro hærede gessisse filium placuit, qui moriens, comperto matrem suam intestatam decessisse, &c.
Comperior, comperiris, (ἐυρίσκω,) comperiri, Deponens authore Diomede, Est ex opinione colligere, & pro explorato cõpertum habere. Sallustius in Iugurtha, Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spe pacis detinuisse. Quæ lectio hodie quoque manet integra.

Compernis, huius compernis, m. & f. gen. dicitur, authore Pompeio, homo qui longis est pedibus, & genubus plus iusto coniunctis. Nonius, Compernes, dicuntur longis pedibus. Lucilius lib. 17. Saty. Compernem aut varam fuisse Amphitryonis coniugem Alcmenam. Plautus Milit. 10. 127. Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut Petum.

Compes, compedis, penul. correp. fœm. gen. (πέδη, ποδοκάκη,) Instrumentum quo pedes vinciri ac irretiri solent. Plautus Capt. 1. 2. 64. Vbi ponderosas, crassas capiat compedes. Ibidem 19. 28. Terent. Phorm. 2. 1. 19. Molendum vsque in pistrino, vapulandũ, habendæ compedes. Columella lib. 8. cap. 2. in fine. Eaque quasi compede cohibentur ferimores. Martial. lib. 5. 75. in Zoilum, Has cum gemina compede dedicat catenas. Cice. pro Rabirio 14.
Compedes corporis. Cic. 1. Tuscul. 118. Nam qui in compedibus corporis semper fuerint, etiam quum soluti sunt, tardius ingrediuntur.
Crassæ compedes. Vide CRASSVS.
Dura compede perustus crura. Horat. Epod. 4. 1.
Grata vinctus compede. Horat. 4. Carm. ode 11. 5.
Per compedem amplexus intelligit, & amoris vincula.
Niuali cõpede vinctus Hebrus. Id est astrictus glacie. Horat. 1. epist. 3. 1.
Exoluta compede Saturnus, id est liber & vacuus omnibus curis. Stat. 1. Sylu. 6. 1. Per Saturnum, intelligit festa Saturnalia.
¶ Impingere compedes alicui. Vide IMPINGO.
Tenere aliquem in compedibus. Horat. 1. Epist. 17. 16. —in manicis, & Compedibus sæuo te sub custode tenebo.
Ex compedibus atque ergastulo. Cic. pro Rabirio 14.
Compedes, fasces laureati. Cic. Attico. lib. 8. 147. 9. Age iam has compedes, fasces inquam hos laureatos ecferre ex Italia, quàm molestum est? Ecferre, vetusta est orthographia, pro efferre.
¶ Compedes, etiã gestamina muliebria. Plin. li. 33. c. 12. 1. Argentum succedit ex re aliquando & auro, luxu fœminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tristior vetat. Budæus.
Compeda, compedæ, (πέδη,) Antiquè. Varro Pharmenone, Lepusculi timentes hoc quadrangulum dedit Diana rete, nexile, aut viscum fugæ, lineamque compedam.
Compedio, compedis, penul. correp. compediui, compeditum, (πεδάω,) compedire, Pedes ligare, & vincire. Varro Flexabulis, Domo eo intro, & pedes corrigiis compedio.
Compeditus, (πεδάτης,) Participium, penul. prod. Plaut. Capt. 16. 22. In lapidicinas compeditum condidi. Cato cap. 56. Compeditis per hyemem panis pondo 1111.

Compesco, compescis, compescui, (συσχέλω, σωνέχω,) compescere, Est, inquit Festus, vnà pascere, & in vno loco ac velut in eodem pascuo continere.

Compescere, Coercere, quasi intra pascua continere, nec vagari permittere. Cui opponitur Dispesco, pro Gregem diduco. Plin. lib. 14. ca. 20. 3. Ediuerso crapula cõpesci feritatem nimiam. Idẽ li. 20. ca. 7. 9. Semine tristo ex vino poto & libidinum imaginationes in somno compesci.
Ira leonum compescitur. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 8.
Auro aliquem compescere, Prohibere muneribus ab instituto. Valer. lib. 1. Argonaut. 69.
Catenis compescere aliquem. Ouid. epist. 19. 17.
Animum compescere catena. Horat. 1. Epist. 2. 13.
Compescere aliquem compedibus. Ouid. epist. 14. 17.
Pœnis compescere aliquem. Horat. 1. Sermo. saty. 8. 7.
Culpam ferro compescere. Virgilius de ouibus loquens 3. Georg. 92.
Continuò culpam ferro compescet: priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus. Id est (ait Seruius) occidendo ouem contagiosam, tuam culpam compesce, Id est vitæ crimen in quod potes incidere, si, dum vni parcis, fuerit totus grex eius contagione corruptus.
Curas compescere. Ouid. 1. de Remed. Amo. 14.
Damna compescere cantu. Stat. lib. 3. Sylu. 3. 9.
Impiam dextram compescere. Senec. Herc. fur. 6. 37.
Dolores compescere. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 1.
Adde merum, vinoque nouos compesce dolores.
Equum celerem arcto fræno compescere. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 19.
Famem compescere. Senec. Hippol. 4. 32.
Excussa syluis poma compescunt famem.
Veneris fastus compescere. Propert. lib. 3. eleg. 17. 1.
Flammam mero compescere, Id est ebrietate venerem extinguere. Ouidius epist. 15. 47.
Flammas amoris, nefasque compescere. Senec. Hippol. 2. 17.
Fluctus compescere dicitur Neptunus, & Dii Marini. Ouidius 1. Tristium eleg. 2. 18.
Ripis compescere Fluuium. Silius lib. 3. 121.
Frõdes vere nouo cõpescere, Remorari, retardare. Vale. li. 6. Argon. 51.
Fugam alicuius compescere. Claud. de bello Get. 64.
Furores compescere. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 9.
Gaudia compescere lachrymis. Claud. 2. in Eutrop. 29.
Gemitus compescere. Stat. lib. 12. Thebaid. 73.
Ignes compescuit igne Iuppiter, Id est Incendium fulmine sedauit. Ouidius 2. Metamorpho. 63.
Compescere incendia. Plin. epist. 250. Nullum denique instrumentum ad incendia compescenda.
Digito compesce labellum, Prouerbium apud Iuuenalem. saty. 1. 17.
Luxuriantia compescere. Horat. 2. Epist. 2. 25.
Mentem cõpescere, Idest coercere cupiditatẽ. Horat. 1. Carm. ode 16. 5.
Minas compescere. Silius lib. 4. 36. Valer. lib. 1. Argonaut. 22.
Mores rabidos compescere. Ouid. 3. de Arte 100.
Timor compescit officium, Id est Timor in causa est quo minus liberè fungar meo officio. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 13.
Pennas alicuius compescere, Id est volatũ inhibere. Ouid. 2. de Arte 20.
Non potuit Mineos hominis compescere pennas. Dædalum intelligit.
Compescere tumentes populos. Plinius in Panegy. 133. O verè principis atque etiam Consulis, reconciliare æmulas ciuitates, tumentesque populos non imperio magis quàm ratione compescere.
Querelas compescere. Lucret. lib. 3. 194.
Ramos fluentes compescere. Virg. 2. Georg. 74.
Risum compescere. Horat. 2. Sermo. saty. 8. 13. Ouid. epist. 16. 33.
Sitim compescere vnda. Ouid. 4. Metamorpho. 11.
Tristitiam compescere. Ouid. 9. Metamorpho. 80.
Verba compescere. Senec. Medea 3. 11.
Compescere vitem. Columella lib. 4. ca. 17. 4. Sed putatoris officium est, pedali ferè spatio circa iugum, vitem compescere. Idem lib. 5. ca. 5. 16. Eáque primo anno compescitur in duas gemmas.
Vndas compescere remo. Lucan. lib. 1. 75.
Hæc manus, vt victum post terga relinqueret orbem:
Oceani tumidas remo compescuit vndas.
Voces compescere. Senec. Herc. Oeth. 11. 2. & Propert. lib. 1. eleg. 5. 1.
Inuide tu tandem voces compesce molestas.
Compesce in illum iniustè dicere. Plaut. Bacchid. 8. 59.

Competo,

Competo, competis, pen. corr. competiui, cõpetitum, pen. prod. (μετέχω,) competere, Est simul petere: vel, vt author est Nonius, honorem vel contagium, vel quidquis aliud aduersos alios petere. Plin. de Viris Illust. 19. Et vnam speciosam duobus competentibus pater puellæ conditionem tulit.
Si vllæ situs ita competit, non est dubitandum. Columel. lib. 9. cap. 5. 1. Hoc est si ita positulare & requirere videtur.
Aliquid cum exitu alienius competere. Tacit. lib. 18.
¶ Competere, (συμβάτειν,) pro Concurrere. Sueton. in Cæsare, cap. 40. Passos correxit, Iampridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, vt neque mensium feriæ æstate, neque vindemiarum autumno competerent. Budæus.
¶ Competere, pro Simul contingere seu accidere. Seneca epist. 76. Non quæritæger medicum eloquentem, sed sanantem. si tamen ita competit, vt idem ille qui sanare potest, compti de iis quæ facienda sunt disserat, boni consulet.
¶ Competere, Conuenire, & par esse. Colum. lib. 4. cap. 10. 1. Arsi cuncta competunt voto, iusta est altitudo vineæ pedum quinque. Idem lib. 2. cap. 19. Nec omnino cuncta abrumpuntur, quo minus sub tectum congeratur: vel si non competet, vt aut in villam fœnum portetur, aut in manipulos colligatur. Certè quicquid ad eum modum quo debet, factum erit, in metas externi conuenient. Inde in rerum æstimatione (inquit Nonius) hoc illi competit, dicimus.
Actio competit. Paulus in L. Vsufructuario. ff. de Vsufructu & quemadmodum quis vtatur & fruatur, Vsufructuario non solùm legis Aquiliæ actio competere potest sed & serui corrupti, &c.
¶ Competo, Conuenio. Plin. lib. 2. cap. 18. Præterquam vbi recti anguli orum competunt ictus; Id est cõeunt. Budæus.
¶ Competere, pro Deberi. Scæuola in L. Qui habebat § Scripti testamento. ff. de Manumissis testamento, Quæro an libertates in testamẽto datæ competierint. Respondi si testator fraudandi consilium non habuisset, competere libertates.
¶ Competo, pro In articulum temporis incurro. Tranquil. in Augusto, Aduranit si cuiusquam æptium futurum competeret ætas, obliturum se fuisse. Budæus. Silius lib. 1. 23. Romanos terra atque vndis, vbi competet ætas: Ferro ignique sequar. Verba Hannibalis iurantis bella contra Romanos.
¶ Competere, Valere & quasi cõpotem esse. Sallust. Si verò quasi formidine attonitus, neq; animo, neq; auribꝰ, aut lingua cõpeterat. Nonius.
Competit in hanc rem. Colum. lib. 2. cap. 2. 7. At vbi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obœsantur: ita vt in patentes ora hiantia cæcarum competant. Hoc est ita vt fossarum cæcarum & velut subterfanearum ora pertingant per uenientque in fossas patentes atque apertas, & ita vligo humorque agri per fossas cæcas in patentes defluat.
Competit in eum actio. Quintil. lib. 3. cap. 6. 2. Vt actionem competere in equitem Romanum neget.
Iudex competens. Vlpianus in L. Quum quæda puella. ff. de Iurisdictione omnium iudicum, Quum quædam puella apud competentem iudicem litem susceperit, &c. Et Tribunal competens, Vlpianus in L. Sed & hæc §. Non solum. ff. de Procuratoribus.
Competitor, pen. prod. (μετέτωρ,) Verbale. Competitores dicuntur, qui sibi magistratibus, officiis, & honoribus petendis concurrũt. Cic. ad Atticum, lib. 1. Epist. 1. Competitores qui certi esse videbantur, Galba & Antonius, & Q. Cornificius. Idem 1. Offic. 12. Vt enim quum cuiuliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero capitis & famæ.
Competitrix, pen. prod. (μετέτωρ,) Verbale fœm. Cic. pro Murena. 38. Nam nos quoque habuimus scenam competitricem.
Competentia, (ἀναλογία,) pro Conuenientia. Gellius lib. 1. Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum debitam membrorum omnium competentiam modificatus est. Idem lib. 14. cap. 1. Ad eandem competentiam nasci non queunt.

Compilo, compilas, pen. prod. (συλάω, περισυλάω,) compilare, fit à pilo, quod est cogo, & in vnum condo, inquit Festus. Compilare hereditatem, hoc est fraudare, diripere. Plaut. Menech. 13. 2. Vbi vir compiler clanculum quicquid domi est. Idem Asin. 7. 8. Illic homo ædes compilauit. Cic. 1. de Nat. deorum. 118. Tot millia latrocinantur morte proposita: alii omnia quæ possunt, fana compilãt. Idem. 3. Verr. 24. Ac non apertissimè Consule, exercitũ, prouinciamq; cõpilarit. Idẽ. 2. de Orat. 149. Et. 3. Verr. 14. Horat. 1. Serm. saty. 1. 16. Formidare malos fures, incendia, seruos,
Ne te compilent fugientes.
Ostiatim compilare. Vide OSTIVM.
Aerarium exhaurire, Rempub. compilare. Cic. in Vatinium. 3.
¶ Compilare sapientiam alicuius, per translationem. Cic. pro Murena. 22. Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus edicendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum sapientiam compilarit.
Scrinia alicuius compilare. Horat. 1. Serm. saty. 1. 24.
Compilatus, (συλλαμβάνω,) Qui furtum passus est, inquit Nonius.
Compilatio, (σύλλησις,) Verbale. Cic. Cælio, lib. 2. 7. 1. Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorum compositiones, vt vadimonia dilata & Chresti compilationem mitteres?

Compingo, compingis, compegi, compactum, (συνδέτω, συμπήγνυμι,) compingere, Cõponere. Cic. de Vniuers. 35. Alteraq; natura adiecta materia reperiatur trium partium proportione cõpacta se ipse conuersans, quum materiam mutabilem arripuisset.
Componere & cõpingere. Cic. 3. de Finib. 112. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descripius, aut in operibus manufactis tam compositum, tamque coactum & coagmentatum inueniri potest?
Compingere solum axibus. Columel. lib. 6. cap. 19. 1. Roboreis axibus compingitur solum.
¶ Compingere, (συνωθέω,) Compellere, detrudere. vt Compingere aliquem in carcerem. Plautus Amphit. 4. 3. Et in Menæch. 10. 38. Et ob eam rem te in carcerem esse compactum scio. Plinius de Viris illustrib. Amulius ipsam in vincula compegit. Sic Compingere in nauem, Plautus Milit. 4 33.
Detrudere & compingere in pistrinum. Cic. 1. de Orato. 15. Tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam.
Compegerat Io in Apuliam. Cicero ad Atticum, lib. 8. 15. 1. Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compegerat, sbat in Græciam. Quasi in angustias compulerat.
Compingere in oculos. Plautus Menech. 15. 17. Vtere vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos compingite.

Compactus, (συμπαγὴς,) Participium. vt Compactum corpus. Plinius epist. 144. a. Vsque ad nouissimam ætatem viridis, atque etiam vltra matronalem modum compacto corpore & robusto. Vulgus, Bene formatum vocat.
Crura compacta. Varro 2. de Re rust. 5. 7. Compactis cruribus, potius brevioribus, quam longis.
Fistula compacta septem cicuris. Virgil. 2. eclog. 8. Id est coniuncta, vt, Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse. Seruius.
Membra cõpacta. Lucret. lib. 5. 184. Hoc est cõiuncta, cõnexa, cõposita.
¶ Compactum, pro Conuento vel compromisso. Suetonius in Iulio, Pro ductusque pro Rostris authores ex compacto nominare.

Compacto, vel de compacto aliquid agere, Id est ex composito. Plaut. Capti. 8. 15. Nemo rideriscivi extemplo rem de compacto geri. Et paulò pòst. Omnes compacto rem agunt. Liu. 2. ab Vrbe 52. Vt multo verisimilius sit, compacto eam rem & communi fraude Patricios actam.
Ex compacto. Vide EX.

Compactio, (συμπαγὴς,) Verbale. vt Compactio membrorum. Cice. 5. de Finib. 58. Videamus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus valida seruarit: quod contingit animalibus seniũm distributione, & quadam compactione membrorum.

Compactilis, & hoc compactile, penul. corre. (συμπαγὴς,) Quod compactum est. Plinius lib. 8. cap. 16. 4. Leonum duo genera, compactile & breue, crispioribus iubis. Plinius lib. 11. cap. 18. 1. Optimæ apes breues, variæque, & in rotunditatem compactiles.
Trabes compactiles Virruuius lib. 4. cap. 7. appellat subscudibus compactas. Et lib. 10. cap. 17. Compactiles postes. Budæus.

Compitum, compiti, penul. correp. (σταδιοδρόμος,) Idem quod quadriuium. Virgil. 2. Georg. Præmiaque ingentes pagos, & compita circum. Vbi Seruius, Compita, ideò per quadriuia, quæ compita appellantur, ab eo quòd multæ viæ in vnam confluunt. Liuius 7. bel. Pun. 18. Et 4. bel. Macced. 9.
Compites, masculino genere, apud Varronem de Scenicis originibus lib. 3. Vbi compitus erat aliquis. Cæcilius Tyche, Vbi adiicientem compitum. Nonius.
Frequentia cõpita, Id est referta frequenti populo. Horat. 2. Ser. sat. 3. 5.
Secta compita in ternas vias. Ouid. 1. Fast. 29. Idem 3. Amorũ, eleg. 1. 4. —in multas compita secta vias.
In compitis auctionari. Cice. 1. de Lege Agraria 4. At hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimoniis faciunt, vt in actiua auctionariis potius quàm in triuiis aut in compitis auctionentur.
Verbenis compita velare. Propert. lib. 4. eleg. 3. 11.
Circum compita currere. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 56.
Circum pagos & compita. Virgil. 2. Georg. 77.

Compitalis, Adiectiuum. Sueton. in August. cap. 31. Compitales lares ornare bis anno instituit vernis floribus & æstiuis.

Compitalia, compitaliorum, Substantiuum. Festa quæ in compitis celebrabantur, inquit Festus: quæque Consules vel Prætores pro arbitrio indicebant. Hinc Compitalitius dies, in quo huiusmodi festa celebrabantur. Varro de Lingua Latina author est, Compitalia esse dies attributos laribus. Cato capit. 5. 1. Rem diuinam suis compitalibus in compito aut in foco ne faciat. Cice. ad Atticum, lib. 2. 18. 5. Tu pridie compitalia memento.
Compitalitius, aliud adiectiuum. vt Compitalitius dies. Cice. ad Atti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum,lib.7.137.3.Ego quoniam IIII.Non.Ianuar. compitalitius dies est,nolo eo die in Albanum venire molestus familiæ.
Compitalitiæ ambulationes.Cice.ad Atticum,lib.2.18.5. Sed hoc ambulationibus compitalitiis reseruemus.
Ludi compitalitii.Cic.in Pis.5.Cuius fuit initium ludi compitalitii,&c.
Compitalitia,compitalitiorum,Substantiuum.Cic.in Piso.5. Tu quum in Calendas Ianuarias cõpitalitiorum dies incidissent,Sext.Claudiũ,&c.

Compláceo, complaces,penul.corre.complacui, complácitum, (ἀρέσκω,ἐνδοκέω,) complacere , Idem quod bene vel vehementer placere. Terent.And.4.1.21. Postquam me amare dixi,complacita est tibi. Idem Heaut. 4.5.25. Eius sibi complacitam formam postquam aspexerit.

Complacitum est.Plaut.Amphit.3.104. Quantusque amator quom quid complacitu'st semel. Idem Rudẽ.5.2.Hoc deo complacitum est.
Consilium complacitum & acceptum. Gellius lib.18. cap. 3. Consilium quod dabat, quodque oportere fieri suadebat, acceptum ab vniuersis & complacitum est.

Complâco, complácas, penult. prod. (ἱλάσκω,) complacare, Idem quod placare.Cato apud Gellium lib. 7. ca.3. In principiis autem,inquit,patroni,qui pro reis dicunt,conciliare sibi & complacare iudices debent.

Complaudo, complaudis, complausi , complausum , (ἐπιφοβέω,) complaudere , Plausu certatim comprobare.Cic.de Amicitia 14.Stantes complaudebant in re ficta. Hoc est faciebant , vt spectatores in theatro solebant . Quædam verò exempla ria legunt plaudebant.

Complâno, complánas, penult. prod.(ὁμαλόω,) complanare, Idem significat quod planare.Cato cap.151.2.Id bene tabula , aut manibus , aut pedibus complanato . Idem apud Gellium leges , libro 2.
Complanare domum alicuius,pro destruere & solo æquare.Cic.pro domo sua 77.Sp.Melii regnum appetentis domus est complanata.
Complanare opus,Perficere.Extremam manum operi imponere. Cæsar, Sed propè tam quum constituta opera complanarent.

Complector, complécteris,cõplexus sum, (συμπλέκομαι,ἀμφιπεπλέκω,περιέχω,) complecti , Simul vel totum bracchiis vel alia quauis re includere. Teren.And.1.1.102.Accurrit mediam mulierem complectitur.Plaut.Asin.2.2.15.
– certè tu vita mihi Complectere. Liuius 1.ab Vrbe 155. Excelsa & alta,sperare complexa virum iubet.
Floribus & vmbra dulci eum complectitur amaracus.Virg.1.Aene.140.
Dextram complecti alicuius.Claud.3.Paneg.2.Virg.8.Aeneid.100.
Gremio aliquid complecti.Virgil.5.Aeneid.7.
Hostis hostem complectitur.Lucan.li.3.138.Id est complexu forti tenet.
Iustum,pium , religiosum , cæteraque his similia honesto complectimur. Quintil.lib.2.cap.4. 27.
Lacertis complecti membra alicuius.Ouid.10.Metam.82.
Manibus complecti aliquem.Ouid.1.Amorum,eleg.13.8.
Mediam mulierem complecti.Vide MEDIVS.
Omnes omnium charitates patria vna complexa est.Cic.1.Offic.83.
Nexu complecti omnia.Lucan.lib.4.39.
Pedes alicuius complecti.Lucan.lib.10.18.
Arctius puellam complecti.Cic.1.de Diuinat.167.
Complectitur vitis suis clauiculis quicquid est nacta. Cic.de Senect.48.
Se concordi quadam amicitia & charitate complectitur mundus. Cicero de Vniuers.20.
Complexus est me somnus. Vide SOMNVS.
Stellas vi sua complectitur natura ætheris.Cic.2.de Natu.deorum 79.
Complecti sinu.Columel.lib.8.ca.17.9.Mox præiacuntur in gyrum moles,ita vt complectantur sinu suo,nec tamen excedant stagni modum.
¶ Nos inter nos sumus complexi.Cice.1.de Diuin.103.
¶ Complecti animo, (περιβάλλειν τῷ νῷ,περιέχειν τῷ νοΐ,) Cic. de Senectu.14.Etenim quum complector animo,quatuor causas reperio, &c.
Animo rei magnitudinem complecti.Cice.1.de Orato.11.
Aliquid carmine complecti.Quintil.lib.3.cap.1.4.
Cogitatione complecti.Cice.1.Tusc.81.Certe & deum ipsum & diuinum animum corpore liberatum cogitatione complecti non possumus. Idem in Oratore 1.
Cogitatione complecti absentem. Cic.ad Appium Pulchrum lib.3.11.4.Complexus igitur sum cogitatione te abtentem.
Memoria complecti.Cice.2.de Diuinat.116.Quomodo igitur hæc infinita & semper noua, aut memoria complecti , aut obseruando notare possumus? Liu.9.bel.Maced.192.
Mente complecti aliquid.Cice.2.de Finib.177.
Sententiam numero quodam complecti.Cic.3.de Orato.96.12.
Oratione complecti non possum magnitudinem animi tui.Cice.ad Quirites,post reditum 4.Nam quum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est,vt eam complecti oratione non possim.
Vno crimine omnia complecti.Cice.4.Verr.87.

Vno verbo omnia complecti.Cice.5.de Finib.104.
Complectitur verbis quod vult.Id est,facundus est , quod vult enuntiat. Cice.1.de Finib.14.
Sententiam aliquam verbis complecti.Quintil.lib.3.cap.6.10.
Complecti preces,id est preces concipere.Ouid.10.Metam.96.
Complecti consensum alterius & tenere.Plin.in Paneg.153. Vos proximè destinationé Cõsulatus mei his acclamationibus approbauistis, vt intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, vt hunc consensum vestrum cõplectar,& teneam,& in dies augeam.Id est vt vobis assentiar.
Effigiem alicuius in auro complecti.Ouid.1.Trist.eleg.6.2.
Astra complexus est,Versatur in cœlis.Senec.Octau.8.9.
Sic ille patriæ primus Augustus parens
Complexus astra est,colitur & templis deus.
Amplissimos viros ad suum scelus complecti.Cic.in Pisonem 59.
¶ Complecti aliquid,pro Tractare,& describere paucis.Cic.1.Tusc.ul. 8.At contrà oratorem celeriter complexi sumus,nec eum,&c.
Omnem rerum memoriam breuiter & perdiligenter complecti . Cice. de Claris Oratorib.7.
¶ Complecti aliquem,pro Amare, tueri,defendere,& officiorum exhibitione demereri.Cicero pro Rab.Posth.10.Alios alios homines & ordines:ego vos semper complexus sum . Cic.Curioni,lib.2.5.13.De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi , grauitatis, constantiæ,beneuolentiæque erga te,si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem.Id est vt vulgus loquitur, Si inter tenere volueris , & ei te adiungere vt amico.Et sic sæpe.Budæus.
Complecti & osculari aliquem. Cice.Attico,libro 16.333.14. Idem de Somn. Scip. 10.
Amore complecti aliquem.Claud.in laudibus Serenæ 27.
Æquo iure aliquem complecti.Tacit.lib.1.
Beneficio complecti aliquem.Cic.pro Plancio 66.
Comitate complecti aliquem.Cice.Cæsari,lib.7.ep.7.
Omnibus studiis , laboribus , vitæ periculis complecti aliquem . Cice. in Pisonem 62.
Ex literis alicuius complecti aliquem . Cic.Bruto 12.5.
Cum sua salute complecti aliquem.Cice.pro Planc.82.
Complecti aliquem beneuolentia.Cic.ad Ligarium,lib.6.14.2.Idem pro Marcello 6.Item charitate.Liu.7.ab Vrbe 194.Coruinus omnes charitate ciues,præcipue milites,& ante alios suum exercitum complexus. Idem,Quibus studiis prosequemur? qua beneuolẽtia complectemur?
Complecti arcta familiaritate.Plin.epist.5.5.b.Et Artemidorũ ipsum,id tũ quũ in Syria Tribunus militaret, arcta familiaritate cõplexus sum.
Da te homini,complectetur,crede mihi.Cic.Cælio.lib.2.7.6.
Aliquem comitem in omnes casus complecti.Virgil.9.Aeneid.58.
Complecti & augere bonitatem inusitatam.Cic.pro Rab.Posth.27.
Bona fide complecti artes ingenuas.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.2.
Philosophiam complecti.Cic.de Claris Oratorib.179.
Vitam beatam complecti.Cic.3.de Finib.65.
¶ Complecti intra se.Plin.lib.18.ca.29.1.Intra se messes, vindemiasque & omnium maturitatem complexæ.
Complector,Passiuè etiã legitur.Scæuola in L.Si sic stipulatus sim.ff. de Verb.obligationibus,Nam sicut & ipsius & hæredis caput,ita & ipsius vis & hæreditas vel sæpius facta cõplectitur,vt cõdẽnet quanti interest.
Complectens,(περιβαλλων,) Participium.Cic.4.Acad.104.Perficies,vt ego ista innumerabilia complectens,nusquam labar,nihil opiner?
Complexus, (περιβεβλημένος,) Participii passiuæ significationis.Cice. pro Rosc.Amer.21.Scelestum dii immortales ac nefarii facinus! atque eiusmodi,quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur.
Complexus cum Alcmena cubat.Plaut.Amphit.4.136.
Res altera alteri complexa dicitur,apud Senec.1.Natural.quæst.pro Implicita,Videbimus an certus rerum ordo ducatur,& alia aliis ita complexa sint,vt quod antecedit,sequentium sit vel causa vel signum.
Complexus, (περιεχόμενος,) Participium actiuæ significationis.vt Maritum complexa,telo incubuit.Ouid.12.Metam.86.
Gremio puerum complexa fouebat.Stat.lib.2.Sylu.1.25.
Centum complexa nepotes,dicitur magni generis procreatrix.de Cybele matre deorum.Virgil.6.Aeneid.157.
Læta deũm partu centum complexa nepotes.
Ocenus vagis complexus vndis.Senec.Hippol.12.2.
Inter se complexi.Virgil.5.Aeneid.152.
Complexus,huius complexus, (περίβολή,) Nomen verbale. Plaut. Amphit.14.48.Mens Amphitruo vno cubiculo Alcmenam complexa tenet.Cicero pro Fonteio 30. Num etiam de matris hunc complexu letissimæ miserrimæque fœminæ vobis inspectantibus auellet atque abstrahet? Quintilian.Argumenta à complexu causarum,id est à circunstantia & ab adiunctis. Budæus.
Complexus & osculatio.Cice.pro Cælio 38.
Complexus ac finus.Cic.1.in Catil.42
Arcti complexus.Lucan.lib.8.14.
Auidus complexus.Lucret.lib.2.214.

Tenax

Tenax complexus.Ouid.4.Metam.76.
Villosi complexus vrsi.Stat.lib.6.Thebaid.174.
¶ Abripere à complexu,vel ex complexu.Vide ABRIPIO.
Abstrahere de complexu.Vide ABSTRAHO.
Accipere complexum.Vide ACCIPIO.
Ambire aliquem complexibus.Ouid.12.Metam.66.
Arcere hominem complexibus alicuius.Virg.5.Aeneid.147.
A complexu matris auellere & abstrahere filium.Cic.pro Fonteio.30.
Auulsum esse complexu alicuius.Virg.4.Aeneid.174.
A complexu suorum distrahere aliquem.Cic.pro Domo sua.75.
Coercet & continet omnia cõplexu suo mundus.Cic.2.de Nat.deor.82.
Ad complexum & osculum alicuius currere.Cic.Attico,lib.12.32.1.
Dare complexus alicui.Ouid.10.Metam.78.Et.3.58.
E complexu dimittere aliquem.Cic.Qu.fratri,lib.1.3.5.
Artus alicuius complexu fouere.Claud.de bello Gildon.46.
Lætis complexibus implere aliquem.Stat.10.Thebaid.92.
– lætisque suos complexibus implent.
Implicari in complexum alicuius.Catul.epig.56.22.
Venereo complexu iungi.Cic.2.de Diuinat.211.
Complexu luctari.Plin.lib.9.cap.30.
Alicuius complexu colloque pendere.Virg.1.Aeneid.144.
Sinu complexuque recipere aliquem.Cic.13.Philipp.349.
Expetitos complexus reddere . Seneca Thyeste.6.4. Complexus mihi Redde expetitos quicquid trarum fuit Transierit.
Vi & complexu retinere aliquem.Cic.pro Plancio.81.
Tenere complexu aliquem.Virg.8.Aeneid.114.
Tepefacere vapore & complexu aliquid.Cic.de Senect.47.
In complexu liberorũ & coniugũ trucidare aliquos. Cic.pro Flacco.73.
In sinum & complexum alicuius venire.Cic.2.Philipp.72.
¶ Complexus sæpe apud Fabium , pro comprehensione & circunstantia,vt lib.4.cap.4.26. Sunt hæ citra complexum personarum, temporum,causarum.
Cõplexu totius gentis humanæ , Id est cum toto genere humano, cum vniuersis hominibus. Cic.5.de Finib.116. Serpit lensim foras cogitationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis, pòst vicinitatibus cum ciuibus,& iis qui publicè socii atque amici sunt,deinde totius complexu gentis humanæ.
Collocationes familiarissimæ , complexusque summæ beneuolentiæ. Cic.11.Philipp.191.
Complexio, (συμπλεξις,συμπλοκή,) Verbale, Idem quod Complexus, pro Ambitu sententiæ & periodo. Budæus. Cicero in Orat.47. Nec acerbatim multa frequentans,vna complexione deuinciet.
Complexiones,copulationes,& adiunctiones.Cic.1.de Finib.19.
Breuis complexio totius negotii.Cic.1.de Inuent.54.
Longissima est igitur complexio verborum , quæ volui vno spiritu potest.Cic.3.de Orat.190.
Vna complexione,deuincere multa.Cic.in Orat.47.
Complexionem oratoriam Cicero sic definit, lib.1.de Inuent.58. Complexio est,in qua vtrum concesseris, reprehenditur,ad hanc modum Si improbus est,cur vteris?sin probus,cur accusas?
In complexionem inferre aliquid.Cic.1.de Inuent.87.
Supersedere complexione posse nonnunquam.Cic.1.de Inuent.86.
¶ Complexionem vocat Quintilianus conclusionem in argumẽto, lib.5.cap.vlt.Epichirematum quatuor & quinq; sex etiam factæ sunt partes à quibusdam. Cicero quinque maximè defendit, Vt sit propositio, deinde ratio eius: tum assumptio & eius probatio, quinta complexio.
Conficitur cõplexio ex propositione & assumptione. Cic.1.de Inuẽt.99.
Infirmare complexionem. Cic.1.de Inuent.100. Hîc quum concesseris propositionem & assumptionem,complexio est infirmanda. Pro conclusione dixit complexionem.

Compleo, comples,compleui,complẽtum, (ἀναπλήρόω,συμπληρόω , συνεκπλήθω,) complere , Notæ significationis verbum.Cæsar.5.bel.Gal.148.Castra oppugnant,fossam complent.
Orbem complet gloria.Ouid.12.Metam.184.
Complere vsque ad summum.Colum.de Arbor.cap.4.5.
Complet aures sonus. Cic.in Somnio Scip.16. Quis hic inquam, quis est qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus?Sic Complere cuncta sono.Liuius.5.ab Vrbe.169.
Æquora fremitu complere.Propert.lib.1.eleg.17.8.
Atria complere vlulatibus.Ouid.5.Metam.31.
Auras complere vlulatibus.Ouid.6.Fast.103.
Aures complere sermonibus.Claud.1.Paneg.7.
Cœlum complere clamore.Seneca Here.Oetheo.7.12.
Lunæ se cornua lumine complent. Virgil.3. Aeneid.129. Vbi Seruius, Ideo se cornua Lunæ complent (inquit) quia suum non habet lumen, sed accipit à Sole.
Plangore & lamentatione complere forum.Cic.in Orat.72.
Horrea complere mestibus.Lucan.lib.3.14.
Littora complentur bello , Ad littora committitur prælium. Valerius libro 8.Argonaut.18.
Læto complerant littora cœtu.Virgil.5.Aeneid.22.
Locum aliquem complere dicitur , quæ locum occupat ingens multitudo.Virgil.3.Aeneid.135.
Magno agmine complere locum aliquem.Virg.6.Aeneid.143.
Latè loca milite complent.Id est militibus.Virgil.2.Aeneid.99.
Querelis complere locum.Lucret.lib.2.72.
Vagitu complere loca.Lucret.lib.5.46.
Ingenti clamore mœnia complere.Virg.9.Aeneid.8.
Nemus voce complere.Horat.Epod.6.2.
Sedilia complere.Claudian.1.in Eutrop.94.
– falsi complete sedilia patres.
Flatu cõplere sedilia.Horat.in Arte 42.Flatu,id est inflatione tibiarum.
Vox complet spatium antri.Lucan.lib.5.31.
Sydera & manes & vndas scelere compleui meo.Senec.Hippol.12.
Terras larga luce Sol complet.Cice.2.de Natu.deorum 70.
Lustrat & complet sua luce cuncta Sol.Cic.de Somnio Scip.15.
Renouatione iterum complentur terræ. Cice.2.de Natu. deorum 191. De baccis.
Complere aliquem coronis & floribus.Cic.6.Verr.69.
Clamoribus omnia complere.Lucret.lib.4.205.
Complere omnia fletu.Cæsar 5.bel.Gal.127.
Complere omnia corporis odore,vini atque vnguenti.Cic.5.Verr.25.
Vitam beatam corporis commodis complere.Cic.3.de Finib.67.
Completur animus voluptate.Cic.4.Acad.130.
¶ Compleuit annos centum,Id est vixit.Cic.de Senect.12.
Complere atque ad exitum perducere aliquid.Cic.2.de Inuent.147.
Compleuisse fata sua dicitur,qui moritur,vel mortuus est.Ouid.4.Trist. eleg.9.16.Et iam complerat genitor sua fata.
Orbem Sol compleuit.Tibul.lib.1.eleg.4.4.
Seculum complere vitæ,Id est centũ annos ætatis suæ peragere. Ouid.15. Metam.79.de Phœnice aue,Hic vbi quinque suæ cõpleuit secula vitæ.
Complere tempus.Ouid.3.Metam.31. – maternaque tempora cõplet.
Venter maturus sua compleuit tempora.Ouid.11.Metam.63.
Vt sua maturus compleuit tempora venter,
Alipedis de stirpe dei versuta propago Nascitur Autolycus.
Tempora sua compleuisse.Id est mortuum esse.Ouid.15.Metam.164.
Parcæ debita tempora complerant.Virg.9.Aeneid.23.
Iuluſtrationẽ Solis mẽstruo spatio Luna cõplet.Cic.1.de Nat. deo.120.
Annuus exactis completur mensibus orbis.Virg.5.Aeneid.10.
Complere tres , Id est tantum præstare quantum tres alii . Claudian. de bello Getico 19.
Vnus in hoc Stilico diuersis artibus hoste
Tres potuit complere duces,fregitque furentem
Gaudendo;vicitque manu;victumque relegat.
Complere conuiuium vicinorum , hoc est adire ordine cœnas omnium vicinorum.Cic.de Senect.45. Quæ quidem in Sabinis persequi soleo, conuiuiumque vicinorum quotidie compleo.
Complere paginam.Cice.ad Atticum,lib.13.288.6.Etenim hæc decantata erat fabula,sed complere paginam volui.
Complere promissum.Id est præstare quod promiseris.Cice.5.Verr.96. Vt hac ipsa ratione summam mei promissi compleam.
Summam complere.Cice.pro Placco 25.
– neque est adhuc tamen ea summa completa.
Complere hominem bona spe.Cæsar 1.bel.Ciuil.88.Tributis quibusdam publicis,priuatisque præmiis reliquos in posterum bona spe complet.
Complere aliquem terrore vel gaudio. Liuius 9.bel.Pun. 18. Et Cice. 5.de Finib. 123.
Complere cum genitiuo,vt Complere aliquem flagitii.Plau.Menæch.10. 3. Parasitus,qui me compleuit flagitii & formidinis.
Compleuit illos erroris.Plaut.Amphit.5.9.
– erroris ambo ego illos & dementiæ
Complebo,atque omnem Amphitruonis familiam.
Completus, (συμπεπληρωμένος,) Participium.Cice.4.Acad.124.Tũc aut inane quicquam putes esse,quum ita completa & conferta sint omnia,vt & quod mouebitur corporum cedat,&c.
Perfectus,completusque verborum ambitus.Cic.in Orato.96.
Humano genere completum cœlum.Cice.1.Tusc.46.
Domus completa,pro Plena.Cice.Attico,lib.1.13.3.
Legio completa per maniplos.Silius lib.8.93.
Multitudine consentientium completus mundus.Cic.2.de Diuinat.178.

Complementum, (ἀναπλήρωσις,) Tacitus libro 1.3. Addito maiestatis crimine, quod tum omnium accusationum complementum erat. Cice.in Oratore 135. Inculcata reperias inania quædam verba, quasi complementa numerorum.

Complexus, Vide COMPLECTOR.

Cómplico, cómplicas,penul.corrept. (συμπλέκω,) complicare, Notum verbum.Plaut.Rud.23.2. Dum hanc tibi rutheſau.Ling.Lat. Tt iii

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentem quam trahis complico.
Complicare. Euoluere, contrarta. Cic. 3. Offic. 100. At verò si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere, tam se ipse doceat, eum virum, &c. Per metaphoram.
Complicare epistolam. Cic. ad Atticum, lib. 12. 23. 2. Quum complicarem hanc epistolam, noctu abundus, &c. Idem Qu. fratri, lib. 3. 17. 22.
Complodo, complôdis, penul. prod. complôsi, complôsum, (συγκροτῶ,) cõplodere, Aduersas manus inuicem colliderequòd fieri pluribus de causis solet: vel ad testificãdum more fœminarum dolorem: vel præ gaudio, vel per subitam admirationem, vel siquæ sunt aliæ causæ. Hæc Valla. Quintil. lib. 11. cap. 3. Complodere manus, scenicum est, & pectus cædere.
Complosæ sæpius manus. Senec. lib. 1. de Ira.
Comploro, comploras, penult. prod. (κατοικτείρω, ὀλοφύρομαι,) cõplorare, Simul plorare. Liuius. 5. ab Vrbe 175. Complorati omnes pariter viui, mortuique, totam prope vrbem lamentis impleuerunt.
Mortem complorare. Cic. pro Domo sua 75. Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris.
Complorãtus, huius complorãtus, penul. prod. (ὀλοφυρμός,) Verbale. vt Complorato iusto prosequi mortuos, Liuius 5. bel. Pun. 152.
Complorãtus familiarum coercere. Liuius 2. ab Vrbe 228.
Complorãtio, (ὀλοφυρμός,) aliud verbale. Id est lamentatio. Liui. 6. bel. Pun. 149. Complorãtio eorum, flebilesque voces.
Lamentabilis complorãtio. Vide LAMENTOR.
Complures, penul. prod. & compluria, caret singulari, (πλείονες, πολλοί,) Idem est quod multi: est positiui gradus, non comparatiui vt docet Gellius, lib. 5. cap. 21. vbi etiam scribit dicendum esse compluria, per i, ante a, & complura. Cæsar 8. bel. Gal. 170. Quod vbi accidit, cõplures hostium magno nostrorũ impetu pulsi vulnerantur. Cice. 4. Verr. 33. Dicebant se phorum parta complura, hydrias argenteas. Plau. Aulu. 2. 8. Scio fores esse hîc complures. Terent. Hecyra 1. 2. 110. Vbi illic dies est, complures accersi iubet.
Complures Græcis institutionibus eruditi. Cice. 1. de Natu. deor. 13.
Complures alii Horat. 1. Sermo. saty. 10. 18.
Complures in perturbatione Reipub. Consules. Cic. Planco, lib. 10. 6. 6.
Dies complures cum aliquo versari. Cice. Curioni, lib. 2. 6. 5.
Vulcani complures. Cice. 3. de Natu. deorum 75.
Compluria. Terent. Phorm. 4. 3. 6. Noua hic compluria. Vbi Donatus, Secundum regulam locutus est Terentius. nam hoc complure, & hæc cõpluria dicitur. Sic veteres, quod nostri dempta syllaba complura dicunt. Sic Cato Originum secundo, Fana hoc loco compluria. Cice. in Protagora, Confirmandi genera compluria. Credo, quia veteres hoc plure, non hoc plus dicebant.
Sed tamen ego quidem me sustinui, multa minui, multa sustuli, complura ne posui quidem. Cæcina Ciceroni, lib. 6. 7. 3.
Complúsculi, pen. corr. cõplusculorum, Diminutiuum. Plau. Rud. 4. 43. Non hercle adolescens, tam hos dies complusculos
Quæquam illîc vidi sacrificare. Terent. Hecyra 1. 2. 102.
– dies complusculos Bene conueniebat sanè inter eas.
Complúries, (πολλάκις,) Aduerbium. Plaut. Persa 15. 68. Metuo hercle verò sensi ego iam complúries. Cato, Contumelias mihi dixisti complúries. Idem, Suasionem in legem populi, quod complúries usu venit, omni tempore ante ventum esse, Rempub. reddimus. Idem Originum lib. 4. Complúries eorum milites mercenarii inter sese multi, alteri alteros occidere. Vide Gellium lib. 5. cap. vltimo.
Compluuium, compluuii, (συλλέβδην, συλλέγουσι,) Est (inquit Festus) quò de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Columel. lib. 4. cap. 24. 12. At si longius quàm ritus agricolarum permittit, & à capite vitis emicuerit, & brachiis in alienã iugorum compluuia pertepserit, &c.
In compluuium transferre. Sueton. in Augusto, cap. 92. Qua enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam, in cõpluuium deorum penatium transtulit.
Compluuio, Adiectiuum. vt Compluuius lacus. Varro 1. de Re rust. cap. 13. Vna, vt interius, compluuium habeat lacum, vbi aqua saliat, qui intra sylobatas quum venit, sit sempiscina.
Compluuiatus, adiectiuum. vt Compluuiata vinea. Plin. lib. 17. cap. 21. 12. Compluuiata copiosior vino est, dicta à canis ædium compluuiis. Varro 1. de Re rust. cap. 8. 1. Iugationis species duæ: vna directa, vt in agro Canusino, altera compluuiata in longitudinem, & latitudinem iugata, vt in Italia pleraque.
Complutus, penul. prod. Participium, à Compluo, compluis. Solinus cap. 15. de gruibus, Quum trans mediũ alueũ adueháse se feiunt, scrupulorum farcino pedes liberant: ita nautæ prodiderunt, compluti sæpe ex illo casu imbre saxatili.
Compono, compónis, penul. prod. composui, compósitum, (συντίθημι, συναλλάττω, περιτίθημι,) cõponere, Proprie est disponere, constituere, simul ponere. Teren. Hecy. 4. 3. 51. Ier go introrsùm, & compone quæ simul tecum ferantur. Plautus Milit. 19. 21. Omnia composita sunt, quæ donaui vt ferat.
Diligenter componere aliquid. Cic. de Claris Oratorib. 125.
Aciem componere. Vide ACIES.
Aciem per cuneos componere. Tacitus de Moribus German.
Manipulatim leniter componitur amomum. Vide LENIS.
Antidotum ex variis & inter se contrariis effectibus componere. Quintil. lib. 1. cap. 10. 5.
Singula argumenta cum singulis componere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 17.
Cognoscere & componere causas. Cice. in Orato. 79.
Considerare componereque causam. Cic. de Claris Oratorib. 44.
Componere & delibuere capillos. Cic. pro Rosc. Amer. 79.
Comas componere. Ouid. 2. de Remed. Amor. 57.
Crines componere, Id est ornare rquia ordo & compositio rerum ornatũ facit. Virg. 4. Georg. Dulcis compositis spirauit crinibus aura. Plaut. Tru. 6. 31. Cõpositos, crispos, cinos tuos. Ci. post Reditũ in Senatu 11.
Exercitum pugnæ componere. Tacit. lib. 13.
Labra labellis compono, Id est coniungo. Lucilius Saty. lib. 8.
Larus suum alicui componere, pro Concumbere cum viro. Propertius libro 2. eleg. 23.
Leges componere. Lucretius lib. 4. 295.
Manus manibus componere. Virgil. lib. 8. Aeneid.
Componens manibusque manus, atque oribus ora.
Manus alicui componere, Id est manus cum aliquo conserere & congredi. Silius li. 6. 40. Ibo alacer, solusque manus componere monstro Sufficiam. Verba Reguli increpantis suos terga dantes serpenti.
Membra defessa componere. Virgil. 4. Georg. 88. Id est relicere, recreare.
Mores componere. Ouid. 3. de Arte amand. 74.
Oculos componere, Claudere somno. Valer. lib. 7. Argona. 50.
Puluinar componere. Ouid. 1. de Arte Amand. 32.
Componere res suas. Sallust. in epist. Mithridatis ad Arsacem, Ego nõ vanissimus præbeo exemplum, quo rectius tua componas.
Componere & constituere Rempub. (συνιστάναι, κατασκευάζειν,) Cice. 3. de Legib. 60.
Thalamis se componere apes, allegoricè dicit. Virgilius 4. Georg. 38.
Post vbi iam thalamis se compoluere, siletur In noctem.
Se componere mediumque locare in aliquo loco. Virgil. 1. Aeneid. 141.
– aliaeis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamque locauit.
Cõponi ad Senatus reuerentiã. Id est cogi vel per simulationem accõmodari. Plin. in Paneg. 127. Fortasse Imperator in Senatu ad reuerentiam eius cõponebatur: cæterum egressus, statim se recipiebat in principẽ.
Componere se alicui, Id est cum illo congredi. Silius lib. 17. 111.
Signa componere. Cic. Attico, lib. 4. 7. 2.
Togam componere. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 16.
Componere vitem in brachia. Colum. lib. 5. cap. 5. 8.
Vultus componere. Ouid. 13. Metam. 165. de Polyphemo,
Iam liber hirsutam tibi falce recidere barbam,
Et spectare feros in aqua, & componere vultus.
Componere vultus suos ad alium, Id est obseruare & inspicere alitũ. Ouidius 5. Fasto. 6. de Maiestate dea,
Consedere simul Pudor & Metus, omne videres
Numen ad hanc vultus composuisse suos.
Ad exemplum se componere. Quintil. lib. 2. cap. 6. 4.
Ad eorum, quos probant, mutationem se cõponere. Quintil. li. 3. ca. 8. 2.
Ad imitationem veritatis se componere. Quintil. lib. 5. cap. 12. 16.
Aliquem cõponere, pro Sepelire. Tacit. li. 17. Pisonem Verania vxor, ac frater Scribonianus. T. Iunium Crispina filia composuere.
Lachrymis aliquem componere. Tacit. in vita Agricolæ.
Toro componere mortuum. Ouid. 9. Metamorpho. 102.
Tumulo componi. Ouid. 4. Metamorpho. 32.
Componere, finire, (συναλλάττειν, καταστέλλειν,) vt Componere bellum, contentiones, controuersias. Asinius Pollio ad Ciceronem, li. 10. 33. 9. Cæsar 3. bel. Ciuil. 428. Liu. 5. bel. Pun. 224. Dum hæc in Hispania geruntur, Marcellus, captis Syracusis, quum cætera in Sicilia tanta fide atque integritate composuisset, vt non modò, &c.
Bellum componere. Virg. 12. Aeneid. 22. Oblato gaudens componi fœdere bellum, Id est finiri. Seruius. Valer. lib. 8. Argon. 79.
Componere diem dicitur Vesper. Virg. 1. Aeneid. 76. Antè diem clauso componet Vesper Olympo, Id est finiet. Seruius.
Discordias componere aduersus aliquem. Tacit. lib. 15.
Lites componere inter aliquos. Virg. 3. eclog. 22. Non nostrum inter vos tantas componere lites. Hoc est finire. Seruius. Horat. 1. epistо. 2. 3.
Libra parem diem componit, Id est æqualem facit noctis quando enim Sol est in Libra, fit æquinoctium Autumnale. Senec. Hippol. 7. 1.
Curas componere, Id est sedare. Stat. lib. 3. Thebaid. 83.
Nox subit, & curas hominum, motusque ferarum
Composuit. Silius lib. 12. 137. Virgil. 4. Aeneid. 69.
Me si fatã meis paterentur ducere vitam
Auspiciis,

Auspiciis, & sponte mea componere curas.
Fluctus componere. Virg. 1. Aeneid. 28. Id est sedare.
Rite componere penates. Tacit. lib. 15. Videbarque contra vetera fratrum odia & certamina, familiæ nostræ penates ritè composuisse.
Pugnantia componere. Horat. 1. Serm. saty. 1. 21.
– pergis pugnantia secum
Frontibus aduersis componere. Hoc est ad concordiam reducere.
Ratione componere & finire verba. Cic. in Orat. 93.
Componere & perficere callidè aliquid. Cic. 2. de Diuinat. 166.
Cum bona gratia aliquid cõponere inter aliquos. Terẽt. Phorm. 4. 3. 17.
– cur non inquam, Phormio
Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Amicos auersos componere, Id est iratos ad concordiam redigere. Horat. 1. Serm. saty. 5. 6.
Gentem componere. Sil. lib. 17. 72. – tempus componere gentem,
Ad finem ventum, & claudenda est iam a bella.
Componere pacem alicui cum altero. Plaut. Merc.
– pacem compoui volo Meo patri cum matre.
Tumultum componere. Lucan. lib. 1. 61. Id est sedare.
Componere, & transigere. Plin. epist. 96. c. Cohæredes mei componere & transigere cupiebant, non diffidentia causæ, sed metu temporum.
Sententia componere aliquid inter aliquos. Plaut. Curcul. 15. 23.
Si possum hoc inter vos sententia componere.
Compone hoc de argento, de reliquo videro. Cic. 6. Verr. 31. Id est dic quomodo conueniat illud quod dico de argento.
Componere animos dicitur ratio. Cic. 1. Offic. Cauere debemus ne in perturbationẽ prius incidamus, quàm animos nostros ratio cõponat.
Animum componere ad aliquos casus. Valer. lib. 1. Argonaut. 65.
Componere mentem. Celsus lib. 3. cap. 18. Prodest ad id, atque etiam ad mentem ipsam componendam crocinum vnguentum, cum rino in caput datum. Tradit autem eo loco Celsus, ea quæ valent ad componendam mentem phreneticorum.
Componere dicta cum factis, pro Conferre. Sallust. in Iugurt. Iugurtha vbi Metelli dicta cum factis compositi, ac suis se artibus tentari animaduertit, quippe cui verbis pax nuntiabatur, cæterum re bellum asperrimum erat, &c. statuit armis certare.
Causam suam cum causa aduersarii componere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 17.
Componere, (συμβάλλειν,) pro Comparare. Virg. 1. eclog. 5.
– sic paruis componere magna solebam. Actius, Quid est cur componere ausis mihi te, aut me tibi?
Componi cum altero. Lucilius Saty. lib. 4.
Samnis spurcus homo vita ista dignus, locoque
Cum Pacidiano componier. Vide Ciceronem de Opt. gen. orat. 150.
Aliquos inter se componi. Quintilian. lib. 2. cap. 17. 21. Sæpe gladiatores sub eodem magistro eruditi inter se componuntur. Id est committuntur inuicem pugnaturi.
Componere societatem cum latronibus. Sallust. Suspectusque fuit, incertum vero, an per negligentiam societatem prædare cum latronibus composuisset.
Componere pretio, pro Redimere. Sallust. in bel. Catil. Quin lenones & vinarii laniique, quorum præterea vulgus in dies vsum habet, prepontinus ex Nonio.
Componere, (συναγαγεῖν, συναθροίζειν,) sicut vulgò vsurpatur, pro Scribere. vt Componere historiam. Plin. epist. 137. 2.
Condere & componere. Horat. 1. Epist. 1. 3.
Componere & describere iura & iussa populorum. Cic. 1. de Legib. 25.
Inuenire & componere res. Cic. de Claris Orat. 128.
Aliquid de ratione dicendi componere. Quintil. in prooem. lib. 1. 1.
Actiones componere. Cic. Attico, lib. 6. 1. 11. 18.
Amores cõponere, Est lasciua carmina scribere apud Ouidiũ. 2. Tris. 72.
Denique composui teneros non solus amores.
Arguimentum componere. Cic. Attico, lib. 15. 323. 8.
Artem componere. Quintil. lib. 3. cap. 1. 8.
Artes componere. Cic. de Claris Orat. 14.
Artificium de iure ciuili componere. Cic. 2. de Orat. 46.
Cantus componere, Id est incantationes. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 11.
Carmina componere. Horat. 2. Serm. saty. 1. 13. Cicero pro Murena. 22.
Carmina ad lyram componere. Quintil. lib. 1. cap. 10. 23.
A componendo carmine teneri. Ouid. 4. Trist. eleg. 13. 13.
Nec tamen, vt fatear verum tibi, nostra teneri
A componendo carmine Musa potest. Hoc est cohiberi.
Casus alicuius componere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 2. Composuit casus iste poeta meos.
Commentarium componere. Cic. Attico, lib. 2. 14. 13.
Edictum componere. Cic. Pulchro, lib. 3. 11.
Elegos componere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 14. 1.
Exemplum literarum componere. Cic. 2. de Leg. Agrar. 57.
Exordium nimiũ apparatis verbis cõponere. Author ad Heren. lib. 1. 12.
Componere certam quandam formulam disciplinæ. Cic. 1. Acad. 15.
Libellos conficere, aut formas iudiciorum & stipulationum componere. Cice. 1. de Legib. 21.
Interdictum aliquorum causa componere. Cice. pro Cecinna.
Laudes alicuius componere. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 8.
Librum componere ex alienis orationibus. Cice. 1. Verr. 25.
Libros componere. Cice. ad Tironem, lib. 16. 20. 1.
Sic componere poemata. Cice. ad Quint. Fratrem, lib. 3. 17. 16.
Literas alieno nomine componere. Liu. 7. bel. Pun. 156. Ne quibus literis crederent nomine Marcelli compositis.
Opus componere ad aliquorum vtilitatem. Quintil. lib. 3. cap. 6. 46.
Orationem componere ad aliorum iudicia. Quintil. lib. 5. cap. 14. 23.
Ordinem rei gerendæ componere. Liu. 9. bel. Pun. 31.
Rationes familiares componere. Tacit. lib. 5.
Res gestas componere. Horat. 2. Epist. 1. 51.
Testimonium componere. Cice. Dolabellæ, in Epist. ad Atticum, lib. 15. 328. 4. Testimonium cõposui, quod quum voles obsignabis. Quæ dam exemplaria legunt testamentum.
Verba componere manu. Ouid. 9. Metamorpho. 105.
Et meditata manu componit verba trementi.
Verba ad religionem deorum immortalium componere. Cicero pro Domo sua 94.
Componere & coagmentare verba. Cice. de Claris Oratorib. 34.
Componere & construere verba. Cice. 3. de Orato. 94.
Versus componere. Horat. 1. Sermo. saty. 4. 2. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 4.
Versus in ossa componere, Epitaphium ponere. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 6.
Viam componendi facilè efficiet exercitatus stylus. Cicero in Orat. 83.
Componere pocula de luto. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 8.
Pocula de facili composuitque luto.
Componere itinera. Cicero ad Atticum, lib. 15. 329. 24. Ego itinera sic composueram, vt Non. Quintil. Puteolis essem.
Componere vrbem, Aedificare. Virgil. 3. Aeneid. 78.
Quam tuta possis vrbem componere terra.
Componere fallacias, pro Meditari & comminisci. Plaut. Pœnulo 11. 29. Composita est fallacia. Sic componere mendacia. Plaut. Amphit. 4. 212. Et in Bacch. 15. 90. Liu. 6. bel. Pun. 61. Indicatque imperatori Rom. Numidã fraude cõposita transisse, literasq; ad Hannibalẽ ferre.
Blanditias componere. Tibul. de Sene amatore loquens lib. 1. eleg. 2. 19.
Et sibi blanditias tremula componere voce. subaudiendum, Vidi.
Insidias alicui componere. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 1.
Non bene mendaci risus componitur ore. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 1.
Componere, quod Galli confrontare dicunt. Tacitus lib. 15. Accita quippe Epicharis, & cum indice composita, nullis testibus inuisum facile confutauit.
Compósitus, penult. correp. (συνθετός, συνηρτημένος,) Participium. Propert. lib. 1. eleg. 19. 5. Mollia composita littora fronde tegit.
Compósitus in ostentationem. Liu. 6. bel. Pun. 68. Sed arte quod quoque quadam ab iuuenta in ostentationem compositus.
In rationem annorum compósitus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 38.
In securitatem compósitus. Tacit. lib. 3. Tanto impensius in securitatem cõpositus, neqi loco, neqi vultu mutato, sed, vt solitũ, per illos dies egit.
Compósitum, compactum & coagmentatum. Cice. 3. de Finib. 112.
Compositi acie. Vide ACIES.
Numero compositi in turmas. Virgil. 11. Aeneid. 120. Vbi Seruius. Numero exponit, Rationabiliter. Vnde, iuquit, & fœpenumero dicimus, id est frequenter & rationabiliter. Hinc est, Tum vero in numerũ, id est in rationem & rhythmum.
Somno compósitus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 4. 11.
Acerno composito despicere dites & famem. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 16.
Affectus mites, atque compositi. Quintil. lib. 6. cap. 2. 8.
Agger tumuli compósitus. Virgil. 7. Aeneid. 2.
Compósitum agmen ad pugnam. Liu. 7. bel. Maced. 86.
Compósitum ad omnes casus agmen. Liu. 4. bel. Pun. 162.
Atque agmine ad omnes casus composito ibat.
Aquæ compósitæ, Id est sedatæ, non tumescentes. Ouid. epist. 13. 27.
Blandaque compósitas aura secundet aquas.
Arma compósita. Horat. 4. Carm. ode 14. 11.
Auspicia ad vtilitatem Reipublicæ compósita. Cice. 2. de Leg. 52.
Bustum compósitum. Lucan. lib. 8. 147.
Cinis compósitus. Ouid. 3. Fastorum 110.
Compósitusque cinis, tumulique in marmore carmen.
Comæ compósitæ. Ouid. epist. 12. 32.
Controuersiæ ex historiis compósitæ. Quintil. lib. 3. cap. 8. 36.
Crines compósiti. Virgil. 4. Georgic. 84. Id est compti.
Discrimen compósitum. Ouid. 2. de Arte 61.
Discrimen capillorum intelligit hoc loco.
Gradibus compósitis, Passibus moderatis eundo. Virgil. 3. Georgic. 38.
Compósita hora, pro Condicta apud Horatium 1. Carm. ode 9. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leges compositæ.Virgil.12.Aeneid.64.
Mare compositum.Ouid.8.Metam.73. Id est sedatum,quietum.
Nomen quasi terrori compositum Vertingentorix. Lucius Florus.
Composita, ornata, & artificio quodam & expositione distincta oratio. Cicc.1.de Orato.27.
Poema erasse & illepidè compositum.Horat.2.Epistо.1.16.
Palùm compositus pudor.Tacit.lib.4.
Torus bene compositus.Id est coniugium pacificum.Ouid.3.Fasto.97.
Composita venena.Ouid.1.de Remed.amor.71.
Pũ quoque compositis sua quum linit ora venenis,
Ad dominæ vultus, nec pudor obstet, eas. Inuidiosè dixit venenis, pro Fuco.
Composita verba.Id est culta & ornata.Sallust.in Iugurt. Non sunt compositа mea verba:paruit id factoipsa se virtus satis ostendit.
Vox composita.apud Senecam 2.de Clementia.
Vultus compositus.Tacit.lib.1.
¶ Vt compositum fuerat cum eo,pro Vt conuenerat aliis cum eo. Liu.2.ab Vrbe 157.Prius quàm committerentur ludi,Tullius (vt domi cõpositum cum Martio fuerat) ad Consules venit.
Compositus, (σκευαστός, σωμᾶτος,) Nomen ex participio. Liuius 8.bel.Pun.117.Acrior impetu atque animis,quàm compositior vllo ordine pugna fuit.
Omnia erunt compositiora.Quintil.in prœm.lib.1.7.
Compositus ad. Cicc.2.Verr.20.Et ex accusatione perficiam, vt nemo vnquam posit hominum memoriam paratior,vigilantior,compositior ad iudicium videatur.
Compositissimæ literæ.Cicc.ad Atticum,lib.6.120.1.Admiratus sum,vt vidi obsignatam epistolam,breuitatẽ eius: vt aperui rursus σύγχυσιν literularum,quæ solent tuæ compositissimæ & clarissimæ esse.
Compostus,per sincopen.Virgil.1.Aneid.51.
–nunc placida compostus pace quiescit.
Compositо, (κατὰ σωιθήκην,ἀπὸ σωνθήκατος,) Ablatiuus vice aduerbi.Teren.Phorm.5.1.19.Compositо factum est quomodo hanc amãs habere posset Sine dote.Virgil.2.Aeneid.
Compositо rupit vocem, & me destinat aræ. Veterum locutionem esse Donatus admonet.
Ex compositо, Idem. Plinius, Nihil non ex compositо fecimus, pactum seruauimus.
Compositè, Aduerbium,vt Compositè dicere. Cicc.1.de Orato.26.Sin oratoris nihil vis esse nisi compositè,ornatè,copiosè eloqui: quæro id ipsum qui possit assequi sine ea scita quæ ei nõ cõceditis: Ideſt elegãter.
Compositè ambulare.Colum.lib.6.ca.1.4.Sinautem placidi & quieti boues erunt,vel eodem die quo alligaueris,antè licebit producere, & docere per mille passus compositè & sine pauore ambulare.
Compositè & aptè sine sententiis dicere,insania est.Cic.in Orato.130.
Agere aliquid compositius,quàm festinantius. Tacit.lib.15.
Compositor,penul.correp.Verbale, (συγγραφεύς,) Cicc. in Orato. 33. Non.n. inuentor,aut cõpositor,aut actor, hæc complexus est omnia: sed & Græcè ab eloquendo rhetor,& Latinè eloquens dictus est.Ouidius 2.Trist.71. Plus sibi permisit compositore suo.
Compositio, (σωνθήκης,) Verbale.vt Compositio vnguentorum. Plinius libro 20.cap.24.1.Sed discessuri ab hortentibus rebus,vnam compositionem exius clarissimam subtexemus. Sic Columel.lib.12.cap.38.6.Vulgus confectionem vocat.
Vnguentorum compositiones,conditiones ciborum, corporum lenocinia.Cicc.2.de Natu.deorum 219.
Ordo,compositio rerum aptis & accommodatis locis.Cic.1.Offic.198.
Modestia compositionis.Quintil.lib.4.cap.1.39.
Disciplinæ compositio.Cicc.3.de Finib.111.
Pontificalis compositio iuris.Cic.2.Legib.26.Totaque huius iuris compositio pontificalis magnam religiõnem ceremoniamque declarat.
Magistratuum compositio.Cicc.3.de Legib.18.
Compositio membrorum,conformatio lineamentorum, figura, species humana.Cicc.1.de Natu.deorum 67.
Sermonis compositio.Quintil.lib.1.cap.5.23.
Varia compositio sonorum harmonias efficit plures.Cicc.1.Tusc.64.
Verborum compositio.Cicc.2.de Oratore 32. Et rerum copia & suiarũ varietate abundantissimus,& ipsa cõpositione verborũ nõ impolitus.
Verbis vti ad aptam cõpositionem & condecentiam.Ci.3.de Orat.111.
Dissimulata compositio.Quintil.lib.4.cap.2.83.
Lenis,quadrata,virilis compositio.Quintil.lib.2.cap.5.6.
Oratoria compositio.Quintil.lib.1.cap.8.9.
Peccatur compositione.Quintil.lib.1.cap.5.23.
Compositio tota seruit grauitati vocum aut suauitati.Cic.in Orato.106.
¶ Compositio,Discordiarum pacificatio.Cæsar 1.bel.Ciuil.130.Legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere. Ibidem,lib.3.60. Hinc addunt pauca rei confirmandæ causa, vt de compositione acturi viderentur. Interim postulant vt sint inducie,atque ab his impetrant.
Per compositionem seruare.Cicc.pro Rosc.Amerino 26.Quos quia seruare per compositionem volebat,ipse ab his interemptus est.
Pacis concordiæ,compositionis author esse non destiti.Cic.2.Philip.46.
¶ Compositiones gladiatorũ.Cic.ad Cælium,lib.2.7.1.Quidẽ tu me hoc tibi mandasse existimas,vt mihi gladiatorum compositiones, vt vadimonia dilata,& Chresti compilationem mitteres,&c.
Compositura,pen.prod.vel detractione literæ i,compostura, (σωίθεσις, συγγραφή,) Cato cap.15.2.Trapetus emptus est in Suessano nummis quadringentis,& olei P.L.compostur̃e nũmis sexaginta,vectura boũ.
Oculorum compositurę.Lucret.lib.4.62.
Compositura orationis.Asinius Capito apud Gellium,lib.5.ca.20. Solœcismus est impar & inconueniens compositura partium orationis.
Comporto, comportas, (συμκομίζω,) comportare, Simul portare, re,vel idem tantum quod portare significat: vt Comportare aquam in arcem.Cæsar 3.bel.Ciuil.46. Cicc. in Pisonem 17. Quum seruorum delectus haberetur in foro,arma in templo Castoris Iuce & palam comportarentur.
Comportare frumentum ex agris in loca tuta.Cic.ad Atticũ,li.5.106.5.
Comportare frumentum in aceruum.Hirtius lib.5.269.
In vnum comportare.Horat.2.Sermo.saty.3.21.
Siquis emat citharas, emptas comportet in vnum
Nec studio citharæ,nec musæ deditus vlli.
Rebus comportatis bene vti.Horat.1.Epistо.2.10.
Res exquisitæ,vndiq; & collectæ,arcessitæ,cõportatæ. Ci.3.de Ora.52.
Compos, compotis, penul.correp.com. gen. (ἐπιτυχὴς, ἐγκρατὴς, ἐπίβολος,) Compos mentis,compos animi, compos rationis,compos sanitatis, quòd hæc habeo. At compos voti, compos victorię, compos optati, quòd hæc opera mea & labore obtinui,obtineoque. Hæc Valla lib. 3.
Compos animi. Terent.Adelph.3.2.11.Me miserum, vix sum compos animi,ita ardeo iracundia. Vbi Donatus, Compos animi id est competentis animi, vel animi sani.cui contrarium est impos animi. Alii compotem animi,compositum animo intelligunt.
Compos mentis.Liu.7.bel.Pun.269.Lætitia verò tanta,vix vt compotes mentium præ gaudio essent. Cic.ad Articum,lib.9.173.10. Non sum inquam(mihi crede) mentis compos. Vide MENS.
Mentis vix compos.Ouid.8.Metam.8.
Compotem sui esse.Liu.5.bel.Pun.20. Quo enim tempore, nisi metus mœrorem obstupefaceret vixita compos mei essem, vt aliqua solatia inuenire ægro animo possem: cogor, &c. Celsius lib.5.cap.26.Quædam obmutescunt, quædam mente labuntur, quædam sui compotes neruorum oculorũmque dolore vrgeri se confitentur, &c. De mulieribus,quibus vulua percussa est.
Compos,sine adiecto.Liu.4.ab Vrbe 170.In suos quæque simul corpore atque animo vix præ gaudio compotes, effusæ. Id est vix animi vel mentis compotes. Idem 1.ab Vrbe 44.Ita deinde diis visum,nec irritam conditoris templi vocem esse, qua latturos eò spolia posteros nuncupauit, nec multitudine compotum,eius doni vulgari laudem.
¶ Compos & particeps animus sempiternarum rerum, & iub intelligentiam cadentium.Cic.de Vniuersitate, 35.
Compotem gratulationis facere. Plin.epist.221.Rogo ergo domine, vt me exoptatissimæ mihi gratulationis compotem facias: & honestis,vt spero,affectibus meis prestes,vt,&c.
Laudis compos.Plaut.Amphit.2:2.
Sed hoc me beat, quòd perduelles vicit,& domum
Laudis compos reuenit.
Libertatis compos.Plaut.Capt.2.41.
Compotem patriæ facere aliquem.Plaut.Capt.11.91.At ita me rex dett atque hominum faxit patriæ compotem. Liuius.1.ab Vrbe,141.Mihique exposco, tum patriæ compotem me nunquam sinas esse. Cic. ad Atticum,Si me aliquando vestri &patriæ cõpotem fortuna fecerit.
Regni compos.Silius lib.8.15.
Rationis & consilii compos.Cic.2.de Nat. deorum 51.
Compos scientiæ.Cic.4.Acad.161.Scientiam talem esse dicebat, cuius compotem,nisi sapientem esse neminem:sed qui sapientes aut sint,aut fuerint,ne ipsi quidem solent dicere.
Compos victoriarũ.Valer. Max.lib.1.Imperatores cõpotes victoriarũ.
Compos virtutum.Cic.5.de Finib.124.
Facere aliquem compotem voti.Seneca Hippol.5.25. Liuius 7.ab Vrbe,195.Eius me compotem voti vos facere potestis.
Compotem vrbis facere.Cic.pro Sestio 129.
¶ Compos miseriarum.Plautus.Epid.11.31.
–ærumnosum,& miseriarum compotem Mulierem retines.
Compos culpæ.Plautus Trucul.17.58. –ego tibi
Me obnoxium esse fateor culpæ compotem,mi Callicles.
¶ Compos,ablatiuo iunctum.vt Compos animo.Sallust.Neque animo, aut lingua satis compos. De amente Septimio loquitur.
Compos præda exercitus.Liuius 3.ab Vrbe,303.Prædaque ingenti compotem exercitum reducunt.
Compos earum rerũ animo.Cic.1.de Orat.105. Quarũ qui essent aso & sententia

sentẽtia cõpotes,eos esse imperatores dicerẽ. De rebus bellicis loquit.
¶ Compos,neutro generi iunctum aliquando legitur, vt Voto compote,apud Senecam Agamemn.5.11.
Tibi grandæui,lasciuæ senes Compote voto reddunt grates.
Compositio, Vide COMPONO.
Compôto, compótas, penult.prod. (συμπίνω,) compotare, Simul potare.
Compotatio, compotationis, (συμπόσιον,) Conuiuium. Cic.de Senect. 42.Conuiuium nominarunt melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem,tum concœnationem vocant.
Compõtor,cõpõtoris,pen.prod. (συμπότης,) Verbale.Cic.2.Philip.60. Tum verò adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo, & compotorũ tuorum rhetorẽ.Idem in Pisonẽ.52.Conuiuium publicũ nõ dignitatis causa inibit,nisi fortè,vt eũ P.Clodio,hoc est cõpotoribus suis,cœnet.
Compotrix, (συμπότρια,) Verbale fœmin. Terent. And.1.4.5. Quia compotrix eius est.
Compraes, comprædis,penult.prod. (σωίγγυος,) Eiusdem rei populo sponsor.Festus.
Compransor compransoris, (σωωκριτῶν,) Qui simul prandet.Cic.2.Philip.100.Hunc tu agrum compransoribus tuis & collaboribus diuidebas.
Comprecor, pen.corr. comprecaris, comprecatus sum, (σὺχομαι,) cõprecari,Idem quod precari. Terent.Adel. 4.5.66.Abi domum,ac deos comprecare,vt vxorem accersatabi.
Fidem cœlestum comprecari.Catul.epig.59.38.Cœlestumque fidem postrema comprecer hora.Hoc est deorum auxilium.
Comprecatio, (σὺχὴ,) Verbale. Liuius.9.bel. Maced.53. Nulli vnquam concioni Quirites,tam non solum apta,sed etiam necessaria hæc solẽnis deorum comprecatio fuit,quæ vos admoneret,&c.
Comprecatio, verbum erat sacrorum.Gellius lib.13.cap.21. Comprecationes deorum immortalium,quæ ritu Romano fiunt, expositæ sunt in libris sacerdotum Pop.Romani,&c.Budæus.
Comprehendo, comprehendis,comprehendi, comprehẽsum, (συλλαμβάνω,) comprehendere:siue Comprendo, comprendis, comprendi, comprensum, comprendere, Simul capere.Plaut.Aulul.10.10.Terent.Eunuch.5.1.20.
–comprehendi iube quantum potest.
Manu comprehendere.Cic.in Orat.54.
Comprehendere breui.Cic.1.de Orat.18.
Generaliter aliquid comprehendere.Quintil.lib.4.cap.1.30.
Firmè grauiterque comprehendere.Cic.2.de Finib.108.
Comprendere crinibus ignem.Virg.7.Aeneid.15.Vbi Seruius,Hypallage est(inquit) quum ignis crines comprehendat.
Emittere & comprehendere,contraria.Cic.2.in Catil.16. Quòd tam capitalem hostem non comprehenderim potius quàm emiserim.
Comprehendere aliquem in fuga.Cæsar.5.bel.Gal.79.Et lib.7.352.
Fures comprendere.Catul.epig.57.7.
Comprehendere hostem.Cic.in Catil.16.
Comprehendit forfex dentem.Celsius lib.7.cap.12.
¶ Cõprehendere dicuntur plantæ quæ terræ hærent.Colum.Ante q̃ pomi ponere voles,fcrobes fodito,&c.Ita q̃ posueris,cito cõprehẽdet.
¶ Comprehendere numero aliquid.Colum.lib.11.cap.1.9. Rusticationis autem magna & diffusa materia est: partesque si velimus eius percensere,vix numero comprehendamus.Virg.2.Georg.21.
Numerum virorum comprendere.Ouid.5.Trist.eleg.12.4.
¶ Comprendere,Dicendo consequi.Virg.6.Aeneid.125.
Non mihi si linguæ centum sint,oraque centum,
Ferrea vox,omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Dictis comprendere aliquid.Ouid.13.Meram.32.
Comprehendere verbis.Hoc est coplecti.Cic.ad Atticum,lib.12.24.2.1. Quia verbis luculentioribus & pluribus rem eandem cõprehenderat.
Diuersis verbis idem comprehendere.Quintil.lib.7.cap.4.9.
¶ Comprehendere pro Intelligere vel scire.Cic.4.Acad.159.Nos enim defendimus,etiam insipientem multa comprehendere.
Comprehendere & percipere.Cic.4.Acad.165.
¶ Comprehendere signis aliquem. Colum.lib.6.cap.24.1. Certis signis comprehendere licet quem sexum generauerit.
¶ Animo comprendere intelligentiam alicuius rei. Cic.3.de Nat.deorum.87.&.1.de Orat.9.
Celeriter animo comprehendere.Cic.1.de Orat.74.
Comprehendere contemplationem rerum naturæ.Celsius lib.1. in prœmio.Quòd si contemplationem rerum naturæ,quam temerè sibi medici vendicant,satis comprehendissent, etiam illud scisset. Id est si didicisset quæ ad physicen pertinent.
Memoriam rei alicuius comprehendere.Cic.de Claris Orat.10.
Intelligere & cõprehẽdere cogitatione.Cic.1.Tusc.79.Nisi q̃d nequeat qualis animus sit vacuis corpore, intelligere, & cogitatione cõprehẽdere.
Comprehendere animis & cogitatione.Cic.pro Flacco.52.
Comprehendere memoria.Cic 5.Tusc.169.Sed quoniam mane est eundum,has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus. Idem pro Cluentio.111.
Memoria consequi,aut oratione comprehendere.Cic.6.Verr.50.
Mente comprehendere.Cic.3.de Nat.Deor.27.
Comprehendere mentibus aliquam opinionem.Cic.pro Cluent.3.
Visu comprendere aliquid. Silius lib.3.83.
¶ Adulterii alicuius cõprehẽdere.Id est deprehendere.Cic.p Mil.54.
¶ Officiis aliquem per se & per alios comprehendere. Id est deuincire. Cic.pro Plancio. 37.
Amicitia multos comprehendere,tueri obsequio.Cic.pro Cælio.9.
Comprehendere aliquem humanitate. Cic.ad C. Cæsarem,lib.13.16.6. Sed vt redeam ad id vnde cœpi,vehementer mihi gratũ feceris, si hũc adolescentem humanitate tua,quæ est singularis,comprehenderis.
Agger ignibus comprenditur. Ouid.9.Metam 47.
Elementis aliquid comprehendi. Quintil.lib.3.cap.6.22.
Comprehensus,(σωωεκτμένος,)Participium.vt Comprehensam in animo habere sententiam.Cic.4.Acad.213.
Imago comprensa.Virgil.6.Aeneid.140.Ter frustrà comprensa manus effugit imago. Et.2.Aeneid.157.
Comprehensa ea in terra in nominando.Varr.1.de Re rust.capit.9.1.de terra.In ea enim & lapis,& arena,& cætera eius generis sunt in nominando comprehensa.Id est appellatione terræ ea comprehenduntur.
Captum & comprehensum aliquem tenere. Cic.3.in Catil.60.
Linguam forcipe comprensam abstulit.Ouid.6.Metam.111.
Res penitus perspectæ planeque cognitæ,atque ab opinionis arbitrio se iunctæ,scientiaque comprehensæ. Cic.1.de Orat.54.
In animo & memoria sibi distributum atque comprehensum aliquid habere.Cic.de Petit.Consul.20.
Firmè conceptum animo atque comprehensum.Cic.2.de Finib.94.
Tenere aliquid animo comprehensum.Cic.4.Acad.43. Animo iam hæc tenemus comprehensa,non sensibus.
Sensu comprehensum.Cic.1.Acad.59.Quod autem erat sensu comprehensum,idipsum sensum appellabat:& si ita erat cõprehensum vt conuelli ratione non posset, scientiam.
¶ Cõprehensus,pro Concluso.Cic.1.de Finib.54. Breuiter cõprehẽsis grauissimis sententiis quasi oracula edidisse sapiẽtiæ dicitur. Budæus.
Conclusum & comprehensum.Cic.pro Qu. Rosc.8. Perinde ac si in hãc formulã omnia iudicia legitima,omnia arbitria honoraria,omnia officia domestica conclusa & comprehensa sint.
Comprehensum,Substantiuum,(σωωελημμένον,) vt Comprehensi nihil habere.Cic.4.Acad.48.Quum quãobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi,percepti,cogniti, constituti.
Comprehensè,Aduerbium. vt Comprehensè loqui. Cic.2.de Finib.19. Rhetoricam palmæ,Dialecticam pugno similem esse dicebat,quòd illa tius loquerentur Rhetores,dialectici autem comprehensius. In emendatioribus codicibus legitur compressè.
Comprehensibilis,& hoc comprehensibile,penult. corr. (κατάληπτός,) Cicero.1.Academ.58. Id autem visum quum ipsum per se cerneretur,comprehensibile.
Comprehensio,(κατάληψις,)Verbale.vt Latior comprehensio, Quint. lib.2.cap.5.10.
Comprehensio facta sensibus.Cic.1.Acad.60.
Perceptio & comprehensio.Cic.4.Acad.181.
Certæ sententiæ comprehensio.Quint.lib.5.cap.10.4.
Cogitationes comprehensiones que rerum.Cic.3.de Finib.76.
Verborum comprehensio.Cic.de Clar.Orat.17.
Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet)&c.Cic.de Claris Orat.84.
Aliqua comprehensione distentre.Quintil.lib.7.cap.4.9.
¶ Comprehensio,pro Indicatione vel manifestatione.Cic.1.Philip.42. Nam quum comprehensio sontium, mea animaduersio, Senatus fuerit:homo disertus non intelligit eum,quem contra dicit, laudari à sceleratis apud quos dicat,vituperari.
Comprehensio,aliter.Cic.1.Academ.58. Sed quum acceptum iam & approbatum esset,comprehensionem appellabat:similem iis rebus quæ manu prenderentur,ex quo etiam nomen hoc duxerat. Idem.4.Academ.160.Deinde quum paullùm digitos contraxerat,Assensus huiusmodi.tum quum planè compresserat,pugnumque fecerat,comprehensionem illam esse dicebat.
Deuincire comprehensione.Cic.de Claris Orat.72. Antonius in verbis & eligendis,&c.& collocandis & comprehensione deuinciendis nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat. Legitur compressione in quibusdam codicibus.
Cómprimo, cómprimis,pen.corr.compressi,cõpressum, (συμπίεζω,σωνέχω,ἐφίστημι,κατασύλλω,συσύλλω,)cõprimere,Simul premere.Plaut.Pseud.12.20. Comprimere dentes video posse aliquo modo.Cic.4.Acad.160.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Comprimere aliquem. Plaut. Rud. 14.19. Comprime hunc sis, si tuus est.
Authoritate adulta aliquem comprimere. Tacit. lib. 1.
Alium comprimere. Celsus lib. 6. cap. 18. In hoc autem casu neque acribus cibis vtendum, neque asperis, neque aluum comprimentibus.
Arenam saxo compressit. Lucan. lib. 8. 154.
Gressus comprimere. Virgil. 6. Aeneid. 78. – iam istinc & cõprime gressus. Hoc est, siste gradum.
Comprimere linguam alicui. Plaut. Amphit. 4. 194.
Comprimere animalis dorsum manibus. Colum. lib. 2. cap. 3. 1.
Manu compressum aliquid exprimere. Lucret. lib. 6. 174.
Os comprimere. Ouid. 6. Metam. 59.
Pina morsu comprimit conchas. Cic. 2. de Nat. Deor. 184.
Comprimit rosa florem suum. Plin. lib. 12. cap. 11. 2. Est & alia similis, folliosior tamen, roseique floris, quem noctu comprimens, aperire incipit solis exortu. Hoc est quasi intus premens & recondens.
Stomachũ cõprimere. Est sic contrahere stomachũ, vt ne euomat quicquã. Celsus lib. 4. cap. 5. ad finẽ capitis, Id enim plus quàm vinũ ad cõprimendũ stomachũ potest. Hoc est ad supprimendum vomitum.
Comprimere, per translationem, pro Cohibere, compescere. vt Comprimere audaciam alicuius. Cic. ad Catonem, lib. 15. cap. 4. 28.
Conatus & furores comprimere. Cic. 2. Offic. 86. Et in Catil. 8.
Seditionem comprimere. Liu. 2. ab Vrbe. 98.
Aliquem comprimi, ac sedari. Liu. lib. 2. Decad. 5.
Animam comprimere. Id est anhelitum. Terent. Phorm. 5. 6. 28.
– accessi, astiti: Animam compressi rursum admoui.
Restinguere & comprimere cupiditatem. Cic. in Pisonem. 46. Meditare quibus verbis incensam illius cupiditatem cõprimas atqi restinguas.
Famem comprimere. Liu. 6. bel. Pun. 163. Carthaginensium duces primò ex industria famam captæ Carthaginis compresserant.
Ferocitatem alicuius comprimere. Cic. in Vatin. 1.
Flectus comprimere. Ouid. ad Liuiam. 94.
Fluctus insanos rarum comprimere. Sil. lib. 8. 7.
Iram comprimere. Stat. 6. Thebaid. 80.
Exultantem lætitiam comprimere. Cic. in Topic. 46.
Lachrymas comprimere. Silius lib. 15. 162.
Manus comprimere, pro abstinere à furto, dixit Terent. Heaut. 3. 19. Posthac comprimito manus.
Compressis manibus sedere, Est otiosum esse. Liu. 7. ab Vrbe. 56. Cur veteranus dux fortissimus bello compressis (quod aiunt) manib⁹ sedeas? pro eodem Lucanus lib. 2. 49. Manus compressas tenere dicit. Sydera quis, mundumque velit spectare cadentem Expers ipse metus? Quis quom ruat ardous æther,
Terra lateat misto coeuntis pondere mundi,
Compressas tenuille manus?
Murmura cõprimere voce manuqi. Est silentiũ Idicere. Ouid. 1. Meta. 42.
Oculos comprimere. Ouid. 1. epist. 21.
Plausum comprimere. Cic. pro Deiotaro. 24.
Præsium comprimere. Tacit. lib. 3.
Neptunus comprimit rabiem cœli marisque. Virgil. 5. Aeneid. 159.
Comprime tela manu, Id est noli iaculari. Stat. 11. Thebaid. 73.
Audacia timorem comprimit. Cic. pro Domo sua. 108.
Tumultum comprimere, id est opprimere. Tacit. lib. 10.
Comprimere se. Plaut. Casin. 5. 34. Ohe iam satis vxor est, comprime tetimium tinnis.
Vix comprimor quin involé illi in oculos stimulatrici. Plau. Most. 4. 46.
Comprimere se, aliter. Plaut. Trucul. 6. 6. At volo scire, quid debetur hic nostræ domi. A. Comprime.
Vocem & orationem comprimere. Plaut. Amphit. 5. 34. Orationem cõprimam, crepuit foris. Idem Pseud. 6. 16. &. 12. 22. Sed comprimenda est mihi vox atque oratio. Senec. Octau. 3. 8.
Versus comprimere ordinibus, est versus coniungere angusto ordine, & quàm minimo interiecto spatio. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 5.
Comprimat ordinibus versus, oculosque moretur
Margine in extremo littera rasa meos.
Terra quæ comprimitur fretis, Insula. Senec. Hipp. 10. 7.
¶ Comprimere, pro Supprimere. Ci. Att. lib. 3. 12. 2. Scripsi equidẽ olim et tratus, quod ille prior scripserat: sed ita compresseram, vt nunquam manaturam putarem. Budæus.
¶ Comprimere virginem, Violare. Liu. 1. ab Vrbe. 14. Compressa Vestalis, quum geminum partum edidisset, &c.
Compressus, Participium, (συμπεπλεγμένος,) vt Compressa manus.
Compressus atque illisus. Cic. de Arusp. resp. 11.
Annona cõpressam. Liu. lib. 8. Decad. 4. eleganter vocat, quòd pretiũ per coemptionẽ esset intentũ actumqi. Et duodecim, inquit, clypea ærata ab Aedilibus curulibus P. Claudio, & P. Sulpitio Galba sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt.
Certamina compressa. Virgil. 4. Georg. 18.
Manu compressa cæsaries. Lucan. lib. 8. 132.
Clausum & compressum frumentum possidere. Cic. 5. Verr. 154.

Tenere aliquod frumentum compressum. Cic. pro Domo sua. 11.
Impetus compressus. Virgil. 2. Aeneid. 15.
Labris compressis agitare secum aliquid. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 19.
Compressa in pugnum manus. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Motus animorum compressus. Virg. 4. Georg. 18.
Nares compressæ. Lucret. lib. 6. 140.
Naribus compressis oscula eripere alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 11.
Vitiosam alicuius naturam edomitam & compressam esse doctrina. Cicero de Fato. 15.
Compressi oculi. Colum. lib. 6. cap. 9. 2. Signa febricitantis, manantes lachrymæ, grauatum caput, oculi compressi, fluidum saliuis os.
Compressum atq; tacitũ odiũ. Cic. pro Domo sua. 50. Omnemq; impetũ discordiarum, oẽm diu collectã vim improborum, quæ inueterata cõpresso odio atque tacito iam erumpebat in actum.
Compressa palma aut porrecta ferire. Plaut. Casin. 8. 52.
Seditio compressa. Tacit. lib. 3.
Voluptates inclusæ compressæ & constrictæ. Cic. pro Cælio. 59.
¶ Compressi Celso dicũtur, quib⁹ fluẽtes opponunt, Id est astricti. Bud.
Compressus, (συγκεκλεισμένος,) Nomen ex participio. Plin. lib. 16. cap. 10. 10. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt.
Compressus, huius compressũs, (μίξεως,) Terent. Adelph. 3. 4. – virgo ex eo Compressu grauida facta est.
Compressu suo reliquit eam grauidam. Plaut.
Compressi, Aduerbium, (συνεσφιγμένως,) Cic. 2. de Finib. 29. Rhetorica palmæ, Dialectica pugno similem esse dicebat, quòd latius loqueretur Rhetores, Dialectici autem compressius.
Compressio, Verbale, (συνεσταλκυῖα,) Cic. de Claris Orat. 14. de Alcibiade & Critia loquens, Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.
Compressiũncula, pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Compressiunculæ amãtium dulces.

Cómprobo, cõprobas, pen. corr. (ἐπιδοκιμάζω, συνεπιμαρτυρῶ, συνεπιμαρτυρέω,) cõprobare, Idẽ significat quòd Approbare. Cæsar. 5. bel. Gal. 120. Cõprobat hoīs consilium fortuna. Cic. 5. Ver. 122. Eorũ ego dignitate accusationẽ meã cõprobare non potero?
Laudare & vehementissimè comprobare. Cic. pro L. Manil. 48. Liu. lib. 10. secundi bel. Pun. Ea patres comprobare atq; laudare munera, quæ Legati ferrent regi, decreuerunt.
Studiosè libenterque cõprobare. Cic. Attico, lib. 16. 345. 2. Non dicã cõprobes, sed studiosè libenterque comprobes.
Deus numine suo cõprobare aliquid dicit. Cic. pro Domo sua. 12. Erant qui deos immortales (id quod ego sentio) numine suo reditum meum decerent comprobasse.
Authoritatem decreti alicuius comprobare. Cic. 14. Philipp. 403.
Famã comprobat. Catul. epig. 56. 13.
Factum comprobare alicuius. Liu. 4. bel. Pun. 218.
Legem comprobare. Liu. 4. bel. Maced. 11.
Mores comprobare factis. Plaut. Pœnul. 4. 85. Lepidi mores turpem ornatum facist factis comprobant.
Re aliquid comprobare. Terent. And. 5. 1. 5.
Imò enim quammaximè abs te postulo atque ore Chreme,
Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.
Sententia sua aliquid comprobare. Cic. pro Corn. Balbo. 33.
Comprobare silentio honorem alicuius. Liu. 8 bel. Maced. 104. Tribuni pleb. antea solebant triumphum postulantibus aduersari, p. c. quib⁹ ego gratiam habeo, q. seu mihi, seu magnitudini rerum gestarum hoc dederunt, vt non solum silentio comprobarent honorem meum: sed referre etiam, si opus esse videretur, parati essent, &c.
Testimonio alicuius rem aliquam comprobare. Cic. 4. Verr. 82.
Vita & moribus comprobare. Cic. 1. de Finib. 99. Neqs verò hoc oratione tantùm, sed multo magis vita & moribus comprobauit.
Comprobare, Ratũ facere & verũ esse dicere. Cic. 1. de Diuin. 84. Quod matris somnium immanis filii crudelitas comprobauit. De Phalaridis matre. Ibidem. 90 Ita res somnium comprobauit. Budæus.
Per celeri interitu alicuius comprobatum venenum. Cic. pro Cæl. 46.
Comprobator, (δοκιμαστής,) Verbale. Cic. 1. de Inuent. 59. Deinde eius facti qui sunt principes & inuentores, qui denique authoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli.
Comprobatio, (δοκιμή,) Aliud Verbale. Cic. 5. de Finib. 110. Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?

Compromitto, compromittis, compromisi, compromissum, (ἐπιτρέπω,) compromittere, Litem ad boni viri arbitrium mittere. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 2. 16. 10. Tribaniti caindidati compromiserunt (ii 5 quingenis in singulos apud M. Catonem depositis) petere eius arbitratu, vt qui contrà feciſſet, ab eo condemnaretur.
Compromissum, cõpromissi, (ἐπιτροπή,) Dicitur ipsa facultas arbitro dandi: tractũ ab eo quòd vterque litigans simul promittat se arbitri sententiæ

tentiæ paritum. Cic. 4. Verr. 46. Iste pœnis compromissisque interpositis H-S. CCC extorquenda curauit. Idem ad Cornificium, lib. 12. 29. 11. Sed à magistris quum contenderẽ de proferendo die, probarũt mihi sese, quo minus id facerent, cõpromisso & iureiurando impediri.
Compromissum facere de re aliqua. Cic. pro Rosc. Comœdo. 6. Quæ quũ ita sint, quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipsis H-S. IↃↃↃ de tuarum tabularum fide, compromissum feceris, arbitrum sumpseris.
Ex compromisso ad arbitrum ire. Proculus in L. Societatẽ. ff. Pro socio.
Compromissarius, (ἐπίτροπος,) Adiectiuum. vt Compromissarius iudex. Callistratus in L. Quum ex Lege Iulia. ff. de Receptis arbitris, Nemini licere minorem viginti annis compromissarium iudicem eligere.

Comptus, Vide COMO.

Compugno, compugnas, (ἀντιμάχομαι,) compugnare, Contendere verbis, per metaphoram. Gellius lib. 14. cap. 5. Eaque inter eos contentio quum longius duceretur, non arbitratus ego operæpretium esse eadem hæc ista diutius audire, clamantes cum pugnantesque illos reliqui.
Congredientes, compugnantesqi philosophus & dolor. Gel. lib. 12. ca. 5.

Compulso, compulsas, Vide COMPELLO.

Compungo, compungis, compupugi, compunctũ, (κατακεντέω, κατατίλλω,) compungere, Idem quod pungere. Colum. lib. 8. ca. 14. 7. Cauendumqi ne aut aculeis vticæ cõpungatur. Plin. lib. 30. cap. 3. 2. Si verò vitiligines sint, fel caninũ primũ acu cõpunctas.
Aciem oculorum compungere dicuntur colores clariores, qui velut æs perpolitum, fulgorem quendam remittunt offendentem oculos. Lucr. lib. 2. 85. Et qui compungunt oculos, lachrymæque cogunt.
Sensus compungere dicuntur, quæ sensus offendunt, vt splendor oculos, gustum amaritudo, tactum res vel calidæ nimis, vel frigidæ vel asperæ, &c. Lucret. lib. 2. 88.
Compungere se suis acuminibus. Cic. 2. de Orat. 86. Et ad extremum ipsi se cõpungunt suis acuminibus, & multa quærendo reperiunt nõ modò ea quæ iam non possint ipsi dissoluere, sed etiam, &c. Per metaphoram.
Compunctus notis Teretiis. Cic. 2. Offic. 34. Barbarum, & eum quidẽ, vt scriptum est, cõpunctũ notis Teretiis, districto gladio iubebat anteire.
Compunctio, (συγμός,) Verbale. vt Compunctiones laterum. Plin. lib. 21. cap. 19. 10. Hæc potio, mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, & vesicæ calculos.

Cómputo, computas, pen. corr. (λογίζομαι, συμψηφίζω, ψηφίζω, συλλογίζω,) computare, Simul putare. Quod & ad arbores, & ad mentem referri potest. Quum ad mentem refertur, existimare siue iudicare significat. Plin. epist. 48. c. In summa computabam, si mancre hoc tertio fungerer, faciliorem mihi excusationem fore, si quis incidisset quem non deberem accusare. Plautus Merc. 1. 6. Illum computat vxor domum Obduxisse sibi scortum. Plin. lib. 9. cap. 35. 15. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabricius in triumphis tulerint, imaginetur eorum fercula.
¶ Computare, Connumerare, siue quod vulgò dicitur, Computum facere, siue calculare. Plin. epist. 89. Si computes annos, exiguum tempus. Plin. lib. 18. cap. 6. 7. Si computetur impendium operæ. Quintil. lib. 1. Ar centeni & octogeni in quanque partem pedes, idem spatium exterminant: sed multò magis diuisæ quatuor lineis ærea faciunt. Id si computare quem piget, breuioribus numeris idem discat. Cic. 1. Philip. 95. Compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat.
Articulis computare. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 4.
At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit
Vtile, sollicitis computat articulis.
Delitiares regulæ quæ erũt, pro binis integris cõputabantur. Cat. ca. 14.
Computare digitis. Plin. lib. 34. cap. 8. 37. Et matri interfectæ infante miserabiliter blandienti Eubolidis digitis computans. Plaut. Milit. 5. 49. Dextera digitis rationem computat ferienstemur.
Annos computare. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 16. Nunquid iam vlla repudio erubescit, postquàm illustres quædam ac nobiles fœminæ non Consulum numero, sed maritorum annos suos computant.
Computatio, (λογισμός, συλλογισμός,) Verbale. Plin. lib. 17. cap. 22. 12. Operarum ista computatio est. Idem lib. 12. cap. 18. 2. Minimaq; computatione millies centena millia, &c.
Computationem expostulare. Plin. lib. 9. cap. 35. 17. Magnificam alibi comam, ne dies periret, sed quotidianam Antonio appoliut, irridenti, computationemque expostulanti.
Venire in computationem. Plin. lib. 6. cap. 33. 4. Vniuersam mensuram quæ venit in computationem, &c.
Computatio Romana. Plin. lib. 2. cap. 108. 9.
Computabilis & hoc computabile, pen. corr. (λογιστός,) Quod computari potest & numerari. Plin. lib. 19. cap. 8. 13. Tritianum hoc genus vocatur, bis computabili impendio, tædioque.

Computresco, computrescis, computrui, (κατασήπομαι,) cõputrescere, Idem quod simplex: vel quum vatiæ res mutuo contactu putrescunt simul. Plin. lib. 13. cap. 13. 2. Proterea arbitrarier eos non computruisse. Columella lib. 5. capite. 10. 5. Quoniam mutuo contactu aut computrescent, aut vermibus interibunt. Plinius lib. 32. cap. 7. 1. Capillum denigrant sanguisugæ, quæ in nigro vino diebus LX computruere.

COMVM, Comi, (κώμη,) Ciuitas Galliæ Cisalpinæ, iuxta Larium lacũ. Hæc mediocris erat colonia trans Padum, sed Pompeius post Scipionem, ac postea Cæsar eam auxerunt. Hinc Comẽtes dicti sunt: eius incolæ: atque hinc etiam Comensis lacus dictus. Vide Plin. lib. 3. ca. 17. Dicitur etiã Nouocomum, teste Strab. lib. 5. Postquam inquilinorum tribus millibus Scipio, quinque millibus Cæsar eã colonia auxit, quos ciuitate donatos Nouocomenses vocauit. Catul. epig. 35. 1.
Poetæ tenero meo sodali
Velim Cæcilio papyre dicas
Veronam veniat, Noui relinquens
Comi mœnia, Lariumque littus.
COMVS, (κῶμος,) Deus apud veteres habitus, comessationum noctur narumque saltationum præses, in cuius militia authorabatur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus musicisque instrumẽtis ad amicarum fores saltandi canendique gratia cõcurrebant, procaciterque lasciuiebant, vt fores nonnunquam effringerent, quod optimè describit Philostratus imagine tertia. Hinc Comessari verbum, & comessatio, vt inquit M. Varro, vade etiam Crepalocõmus, pen. prod. vinolẽtorũ hymnus apud Aristophanem in Ranis.

Con, & Cum, idem significant, (σύν,) Sed cum, ferè separata: con verò, semper cõpolita reperiẽ, & significat simul, vt Coniungo. Interdum contrà, vt Contendo. Interdum validi, vt Concrepo.

Conamentum, Conari, Conatus, Vide CONOR.

Cóncaco, concacas, penult. correp. (συγχέω,) concacare. Senec. ca, Puto concacaui me. Quid autem fecerit nescioson nia certè concacauit.

Concaedes, Videtur Tacit⁹ vocare cæsas arbores, lib. 1. Romanus agmine propero (syluam cæsam limitemq; à Tiberio cœptum scindit, castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera cõcædib⁹ munitus. tũ pot intelligi de fragmẽtis cuiusuis materiæ quã excidissent. Ergo cõcædes erũt fragmẽta ex rebus excisis.

Concáleo, cóncales, pen. corr. concalui, (θέρομαι,) concalere, Idẽ quod caleo. Plaut. Perſa. 4. 8. Bene & in strutheis concaleat, & calamum infice. Idẽ Amph. 6. 15. Prius abis, quàm lectus vbi cubuisti, concaluit locus. Plin. lib. 18. ca. 30. 7. Quoniam spissitate sua concalescit. Varro. 3. de Re rust. cap. 16. 29. Concaluit stomachus, vt digerat multo facilius. Cic. ad Atticum, lib. 4. 15. 1.
¶ Concalere, (σωωζέσθαι,) Commotum esse. Terent. Heaut. 2. 3. 108. Verum hercle istuc est, Syre, Syre inquam, heus heus Syre.
3. Concaluit. quid vis CALLET, redi, redi.

Concalefácio, concalefacis, pen. corr. concalefeci, concalefactum, (θερμαίνω, θέρω,) concalefacere, vel expũcto e inter I & f, concalfácio, cõcalfacere. Cic. 2. de Oratore. 173. Et ait idem, quum brachium cõcalfeceret, tum se solere pugnare. Hoc est quum frequenti circunuolutione vel agitatione calorem brachio excitarit.
¶ Cõcalefacere, pro inflammatum & excitatũ esse. Cic. ad Pãsam, lib. 3. Nos Venditanis rumoribus concalfecimus. Ex Nonio.

Concalefío, pen. prod. Neutropassiuum, (θερμαίνομαι,) Varro. 3. de Re rust. cap. 9. 8. Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac vertere ova, vt æquabiliter concalefiant.

Concalefactus, (θερμανθείς,) Participium. Cic. 1. Tusc. 66. Illã verò funditus eiectamus individuorum corporum leuium & rotundorum concursationem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactã & spirabilem, Id est animalem esse voluit.

Concalefactorius, (θερμαντικός.) Adiectiuum. vt Vis concalefactoria. Plinius libro. 11. cap. 20. 5. Vis ei concalfactoria. Hoc est excalfaciẽs, & nata calorem excitare.

Concalesco, concalescis, (θέρομαι,) concalescere, Calidum fieri, vel calidum esse. Cic. 1. Tusc. 68. Calidior est enim, vel potius ardẽtior animus, quàm est hic aer, quem modò dixi craſsum atque concretũ: quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi concalescunt.

Concalleo, concalles, concallui, (τυλόομαι,) cõcallere, Idẽ qđ Callere, obductũ esse callis. Cic. 3. de Nat. Deorũ. 33. Versutos eos appello quorum celeriter mens versatur: Callidos autẽ, quorum tanquam manus opere, sic animus vsu concalluit.

Concámero, concameras, pen. corr. (καμαρόω, ὀροφόω,) concamerare, Idem quod Camerare significat, conformi care. Plin. li. 34. cap. 14. 10. de magnete lapide. Vide CAMERA. Idẽ lib. 11. ca. 14. 4. Specus ipse qua concameraſ architectura, Vitruuius, Interualla aut concameranda, aut solidanda fistucationibus.
Concameratio, Verbale, (καμάρωσις,) Budæus, Concamerationes, sunt quæ arcuato opere constant. Vitruuius, lib. 6. cap. 10. Aedificia quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

plano pede inſtituuntur, ſi fundamenta eorum facta fuerint, ita vt in prioribus libris de muro & theatris à nobis eſt expoſitum, ad vetuſta tem ea erunt ſine dubitatione firma. Sin autem hypogea concamerationesq; inſtituentur, fundationes eorum fieri debẽt craſſiores, quàm quæ in ſuperioribus ædificiis ſtructuræ ſunt futuræ. Sabinus in L. Sicui ædes. ff. de Legatis tertio, Conclaue quod ſupra concamerationẽ alterarum ædium eſſet.

¶ Concameratio, Opus ad ſimilitudinem pergularum hortenſium factũ quæ iumpero conſtlectuntur ad ambulationes opacandas. nomen lingua noſtra à cunabulis infantium habet. Budæus.

CONCANA, (κάγκανα,) Ciuitas eſt mediterranea Cantabrorũ in Tarraconenſi Hiſpania. Ptolemæus lib. 2. Huius incolæ Concani dicũtur. Horat. 3. Carm. ode. 4. 7. Et lætum equino ſanguine Concanum.

Concani, Gens Hiſpaniæ dicebanturvel, vt quidam volũt, Thracię, quibus dum vinum deeſſet, lacte & ſanguine vtebãtur. de quibus ait Virgilius, Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Acron.

Concaſtigo, concaſtigas, pen. prod. (ἐπανορθῶ,) concaſtigare, Idem cum ſimplici. Plaut. Trin. 3. 3. Nam ego amicum hodie meum cõcaſtigabo pro commerita noxia. Idem Bacch. 2. 3. 55. – ihãc mecum intrò atque ibi, Siquid vis, filiũ concaſtigato.

Cóncauus, (κοῖλος,) Adiect. pe. corr. à cauo, Id eſt Vacuus, ſinuoſus. Gic. 2. de Nat. Deor. 143. Adde huc ſpeluncarum concauas altitudines, ſaxorum aſperitates.

Aera concaua. Ouid. 4. Metam. 10.
– impulſaque tympana palmis,
Concauaque æra ſonant. Id eſt tintinnabula.
Aqua concaua. Ouid. 1. Triſtheleg. 10. 4.
Brachia concaua Caneri. Ouid. 15. Metam. 74.
Cymbala concaua. Lucret. lib. 2. 115.
Conceaul dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 35.
Concaua folia buxo. Plin. lib. 16. cap. 24. 4.
Genæ concauæ. Senec. Herc. furent. 9. 31.
Iugula concaua. Cic. de Fato. 16. Stupidum eſſe Socratem dixit & bardũ quòd iugula concaua non haberet.
Concauæ poſitionis campus. Colum. lib. 2. cap. 17. 3.
Concaua puppis. Ouid. 1. de Arte amandi. 81.
Saxa concaua. Virg. 5. Aeneid. 134. Id eſt ſpelunceæ. Et. 4. Georg. 10.
Vela concaua dicuntur, quum vento intẽduntur & ſinũ facũt. Ouid. 6. epiſt. 14. – ventus concaua vela tenet.

¶ Concaua, pro Foſſis dixit Claud. 6. Panẽg. 10.
– aſcenſu vincere montem,
Planitiem curſu, valles, & concaua ſaltu.

Cóncauo, uas, pen. corr. (κοιλόω,) cõcauare, Idẽ quod ſimplex Cauare.

Concauare brachia in duos arcus, Id eſt inflectere & ſinuare brachia, vt formam imitentur duorum arcuum. Ouid. 1. Metam. 39. Eſt locus in geminos vbi brachia concauat arcus Scorpius.

Concêdo, concêdis, pen. prod. conceſſi, conceſſum, (παραχωρέω, ὑφίημαι, παρεῖμαι, ἀνίημι,) concedere, pro Cedere ponitur, Hoc eſt dare locum. Plaut. Amph. Concedite, atque abſcedite omnes, de via decedite. Terent. Hecy. 4. 5. 11. Hîc video me eſſe inuiſam immerito: tempus eſt concedere. Virgil. 10. eclog. 13.
Iam neque Amadryades rurſus nec carmina nobis
Ipſa placent: ipſę rurſus concedite ſyluæ.

Concedamus huc. Plaut. Capt. 5. 11. – abſcedite hinc: nos concedamus huc. Terent. Heaut. 1. 1. 122. Hinc à me quiſnam egreditur? huc concedero. Idem Adelph. 4. 4. 16. Prodit neſcio quis: concedam huc. Et Eunuc. 5. 9. 37. Concede iſtuc.

Concedere à vel ab, ſiue abs. Plaut. Epid. 14. 16. – num ab oculis conceſſi tuis? Idem Perſa. 2. 5. 2. At pol ego abs te conceſſero.

Concedere à vel ab, huc, illuc, aliquò. Plaut. Moſtel. 6. 81. Concedam à foribus huc, hinc ſpeculabor procul. Terent. Heaut. 3. 3. 11. – at certè concedas aliquo ab eorum ore aliquantiſper. Cic. in Catil. 12. Ab eorum oculis aliquò concederes.

Concedere ad. Plaut. Aulul. 2. 1. 6. Tantiſper hic ego ad ianuam conceſſero. Terent. And. 4. 4. 12. Concede ad dexteram.
Vita per auras Conceſſit mœſta ad manes, corpuſque reliquit. Virgil. 10. Aeneid. 162.

Retrò ad aliquem concedere. Tacit. lib. 13. Sola Anſibariorum gẽs retro ad Vſipios, & Tubantes conceſſit.

Cõcedere ex. Terẽ. Hecy. 4. 4. 57. Pollicita eſt ea ſe cõceſſurã ex ędibus.

Cõcede hinc à foribus paululũ iſtorſum ſodes. Terẽt. Phorm. 5. 1. 14.

Concede hinc intrò, vel domum. Terent. Eunuc. 1. 2. 126. Concedã hinc intrò atque expectabo dum venit. Idem Heaut. 3. 1. 86. – concede hinc domum, Ne nos inter nos congruere ſentiant.

Concedere ſolùm biduum. Terent. Eunuc. 1. 2. 102.
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem vt concedas ſolùm?

Concedere in. Plin. de Viris illuſt. 49. Inde in voluntarium exilium conceſſit, vbi reliquam egit ætatem. Liu. 2. bel. Pun. Annibal Sagunto captò, Carthaginem nouam, in hyberna conceſſerat. Ibidem. 101. Quæ Romanos quoque & Carthaginienſes cõcedere in tecta coegit. Idẽ. 4. ab Vrbe, Quæ quum agerentur, hoſtes in loca altiora conceſſere.

In altum contruſus conceſſit. Lucret. lib. 4. 186.

In ius, ditionemque aliquis concedere. Liu. lib. 6. Decad. 4.

In turbam concedere. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 19.

Concedere aliquò. Cic. 2. de Diuinat. 66.

Concedere in ditionem vel deditionem alicuius. Liu. 9. bel. Punici. 147. Gens Maſæſylorum omnis, in ditionem imperiumque Mezetulli conceſſit. Idem lib. 8. 34. Viſo ſtatim hoſte, propè in voluntariam deditionem conceſſiſſent.

Concedere in ſententiam alterius. Liu. 2. bel. Mace. 103. Is quoque vt pœnis portis diſpoſita vidit præſidia regia, nec facilè erumpentiũ impetus ſuſtineri poſſe, in Attalici ſententiam conceſſit. Tacit. lib. 1.

¶ Concedere abſolutè, pro Vita decedere, ſeu mori. Tacit. lib. 4. Vt quã docunq; conceſſero. Id eſt ſupremũ diẽ expleuero, & vita deceſſero.

Concedere fato, pro Mori. Plin. in Paneg. 10. In principe enim qui electo ſucceſſore fato conceſſit, vna itemque certiſſima diuinitatis fides eſt bonus ſucceſſor. Tacit. lib. 2.

Fatis magnis concedere. Valer. lib. 1. Argon. 2. 11.

Superis conceſſit ab oris, Mortem obiit. Virg. 2. Aeneid. 19.

Veneno vita concedere. Tacit. lib. 14. Conceſſitque vita Burrus, incertum valetudine, an veneno.

Vita concedere. Tacit. lib. 5. Fine anni Poppæus Sabinus conceſſit vita. Et lib. 3. Fine anni conceſſere vita inſignes.

¶ Concedit nox diei. Plaut. Amphit. 4. 1 22. Ita ſtatim ſtant ſigna, neque nox quoquam concedit die. Id eſt diei.

Dies concedit cœlo, Nox eſt. Virg. 10. Aeneid. 43.

¶ Concedere (διδόναι, κεντιτιζέναι,) Permittere. Cic. ad Lent. lib. 1. 9. 27. Collegi ipſe me, & cum ipſa quaſi Rep. ſum collocatus, vt mihi tã multa pro ſe perpeſſo atque perfuncto concederet, vt officiũ meum, memóremque in benemeritos animum, fidemque fratris mei præſtare. Idem ad Valerium, lib. 15. 5. 4. Reditus tamen in patriam volũtate omnium concedi videretur.

Concedere in iras. Virgil. 7. Aeneid. 61. – conceſſit in iras
Ipſe deũm antiquam genitor Calydona Dianæ.

Dare & concedere. Cic. 3. Verr. 22. Vos quæſo date hoc & concedite puẽdori meo.

Pati atque concedere. Cic. 5. Verr. 53. Quom videres ſi ſine tuo maximo quæſtu fierent, eũ isto periculo tuo heri paterere atq; concederes?

Tribuere & cõcedere alicui multa. Cic. 1. de Orat. 75. Idẽ pro Archia. 2.
Lucretius lib. 4. 258.
Scelitieque ibi ſe damnet: tribuiſſe quòd illi
Plus videat, quàm mortali concedere par eſt.

Rectè aliquid concedere, Id eſt meritò. Horat. in Arte. 75.

Amores ſuos concedere, Rem amatam donare. Catul. epig. 59. 6.
Theſſaliæ columen Peleu, cui Iuppiter ipſe,
Ipſe ſuos diuũm genitor conceſſit amores.

Animum concedere alicui. Ouid. 5. Metam. 45.

Dolorem atque inimicitias ſuas alicui cõcedere. Cic. de Prouin. Cõſ. 36.

Falſum concedere alicui. Id eſt permittere alicui falſa dicere, contraque illa arguere, ac ſi vera eſſent. Lucret. lib. 3. 109.

Concedere impunitatem, pro Non punire. Cęſar. 1. bel. Gall. 56. Cõſcęſce enim deos immortales, quòd grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum vlciſci velint, his ſecundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere.

Ad laudis alicui concedere, Eo afficere honore. Propert. lib. 3. eleg. 9. 12.
Hoc mihi Mecœnas laudis concedis, & à te eſt,
Quòd ferar in partes ipſe fuiſſe tuas.

Libertatem concedere. Cæſar. 4. bel. Gall. 513.

Libertatem alicui in aliqua re concedere. Cic. pro Plancio. 28.

Ludum pueris concedere. Horat. 2. epiſt. 2. 29.

Materiam alicui concedere ad aliquid faciendum. Tacit. lib. 1.

Concedere nauigia mari. Colum. in præfat. 4. Iamq; qui ædificare veſtat, fabros & architectos aduocent: qui nauigia mari concedere, gubernãdi peritos: qui bella, &c. Id eſt nauigare. Quædam exemplaria hic legũt concredere, & fortaſſe rectius.

Partem octauam pretii concedere. Plin. epiſt. 155. Itaque omnibus quidem, neq; mihi nõ donatus abiret, partem octauam pretii, quo quæſierat, conceſſi.

Peccaſſe ſemel cõcedere. Id eſt ſemel commiſſum peccatum. Ouidius. 2. Amorum, eleg. 14. 9.
Di faciles, peccaſſe ſemel concedite tutò,
Et ſatis eſt pœnam culpa ſecunda ferat.

Rogãti aliquid concedere. Ouid. 2. Faſt. 125.

Tempus ad aliquam rem concedere. Cic. pro Archia. 9.

Veniam concedere alicui. Stat. 5. Sylu. 3. 53. Lucan. lib. 3. 148.

Victoriam concedere. Tacit. lib. 5.

Vitam concedere, & ignoſcere peccata. Hirtius lib. 5. 118.

Concedere

Concedere de iure ſuo. Cic. 2. Offic. 93. Conuenit autem tum in dando munificum eſſe. Et paulo pòſt, Vicinitatibus & confinitis æquum & facilem, multa multis de ſuo concedentem. Alii legunt cedentem. Terent. Adelph. 2. 2. 9. – ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululum.

Concedit Senatus petitioni tuæ. Cic. pro Murena. 44.

¶ Concedere alicui, (ὁμοδοξέω, ὁμολογέω,) pro conſentire. Cic. 4. Verr. 55. Cõcedo, forſitan aliquis aliquãdo eiuſmodi quippiã fecerit. Quintil. lib. 1. Præſtat tamen ingenio alius alium: concedo. Sub. illud.

Remittere atque concedere alicui vt. Cic. pro Plancio. 60. Sic mecum ſemper egiſti, te mihi remittere atque cõcedere, vt omne ſtudium meũ in Cn. Plancii honorem conſumerem.

Concedere aliquid. Cic. 4. Acad. 129. Nos autem ea dicimus nobis videri quæ voſmetipſi nobiliſſimis philoſophis placuiſſe conceditis. Idem. 3. Offic. Si negligent, omnia turpia per ſeipſa fugienda eſſe concedant.

Concedere amicis quicquid velint. Cic. de Amicit. 36. Plaut. Caſin. 5. 49. Terent. Phorm. 4. 4. 19. Et. 5. 3. 21.

Concedere vt. Cic. pro Roſcio Amerino. 32. Verùm concedo tibi vt ea prætereas, quæ quum taces, nulla eſſe concedis.

Concedere alicuius facto vel dicto, pro Ignoſcere. Cic. pro Roſcio Amerino in principio, Deinde quòd cæterorum neque dictum obſcurum poteſt eſſe propter nobilitatem & amplitudinem: neque temerè dicto concedi, propter ætatem & prudentiam.

¶ Concedere alicui, pro Cedere. Terent. Hecy. 2. 1. 27. Rus habitatum abii, concedent vobis, & rei ſeruiens. Ibidem. 3. 5. 18.
Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuiuſque mores toleret ſua modeſtia. Virg. 2. eclog. 11.
Nec ſi munera des certes, concedet Iolas. Nempe ditior vt ait Seruius. Tacitus lib. 2. & lib. 3. Mox Varro inualidus ſenecta ingenti Silio conceſſit. Idem lib. 11.

Ictibus ſaxorum concedere. Tacitus lib. 19.

Magnitudini medicinę dolor is magnitudo concedit. Cic. 4. Tuſcul. 105.

Obſidioni concedere. Tacitus lib. 13.

Solio concedere, pro Aſſurgere, honoris gratia. Silius lib. 3. 127.
– tarda ſenectam Hoſpitia excipient cœliſolioque Quirinus
Concedet, mediamque parens frater que locabunt.

Veris concedere. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 61.

Tempus puerile conceſſit iuuentæ. Id eſt puertitia diſceſſit veniente iuuenta, ſiue iuuenili ætate. Ouid. 6. Metam. 144. Ergo vbi conceſſit tempus puerile iuuentæ, &c.

Voluptas concedit dignitati. Cic. 5. de Finib. 1. Voluptatem quidẽ Brute, ſi ipſa per ſe loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, conceſſuram arbitror conuictam ſuperiore libro dignitati.

Nemini concedere de re aliqua. Cic. pro Roſcio Amer. 70. Quid tandẽ quæſo Iudices, num aut ille laniſta omnino iam à gladiatore ceſſiſſe videtur? aut is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedere? Idem ad Atticum, lib. 12. 28. 4. Etſi de cupiditate nemini concedam, cæteris rebus inferiores ſumus. Idem. 4. Verr. 76. Nunc obtineat locum, vt vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur.

De gloria alicui concedere. Tacitus lib. 19.

Nemini concedere in re aliqua ſtudio & cupiditate. Cic. pro Deiot. 20.
Quos concurſus facere ſolebat? quàm ſe iactare? quàm ſe oſtentare? quàm nemini in illa cauſa ſtudio & cupiditate concedere?

Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peſte Reip. moleſtiam traxerit. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 2. Id eſt maximè omniũ moleſtia afficior.

Audaciæ petulantiæque alicuius nihil concedere. Cic. pro Cecinna. 74.

Non concedo tibi vt. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 3. 17. 10. Non enim concedo tibi, plus vt illum ames, quàm ego ipſe amo.

Non conceſſum, Non licuit. Sil. lib. 11. 51. Nec plura effari conceſſum.

¶ Concedere alicui primas in dicendo partes. Cic. 1. Verr. 27.

Concedere alicui artem aliquam. Cic. pro Quint. 61. Non comparat ſe tecum gratia P. Quintius Sex. Neui, non opibus, non facultate contendit: omnes tuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit.

Concedere cum gerundiuo. Cic. 3. Verr. 27. Bona quædam proſcriptorum in agro Beneuentano diripienda conceſſit.

¶ Conceditur vt. Cic. de Amicitia. 46. Concedatur profectò verum eſſe, vt bonos boni diligant, aſciſcantque ſibi quaſi propinquitate coniunctos atque natura.

Concedit enim ſimiles eſſe, quo contẽtus eſſe potueras. Cic. 4. Acad. 100.

Concędens, (ὑφιέμενος,) Participium, pen. prod. Cic. Planco, lib. 10. 3. 5.
Nunc me amantiſſimum tui nemini concedentem, qui tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audies, &c.

Conceſſus, (ἀνεσις, μέσος,) Participium. Plin. lib. 12. cap. 25. 1. Omnibus odoribus præfertur balſamum, vni terræ Iudææ conceſſum.

Iure conceſſum. Quintil. lib. 3. cap. 6. 60. Sunt enim quædam non laudabilia natura, ſed iure conceſſa.

In accuſatores aliquid conceſſum eſt. Quintil. lib. 5. cap. 13. 32.

Legibus conceſſum. Lucret. lib. 5. 231.

Munere diuũm conceſſum aliquid. Virg. 1. Georg. 48.

Amor conceſſus. Ouid. ad Liuiam. 61.

Furta conceſſa. Quid. 1. de Arte. 7. Furta, pro furtiuo coitu.

Res conceſſæ. Cic. 2. de Diuinat. 155.

Venus conceſſa, Amor licitus. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 24.

Via conceſſa ire, Id eſt facere quod rectum eſt, & omnibus licitũ. Lucan. lib. 2. 90. Conceſſa patet ire via, ciuemque videri.

Conceſſum, (δεδομένον,) Subſit. Cic. pro Cælio. 37. Sed abhorret nõ modo ab huius ſæculi licentia, verumetiam à maiorum cõſuetudine atq; conceſſis. Id eſt permiſſionibus vel conſtitutionibus.

Amare conceſſa. Ouid. 9. Metam. 92.

Petere conceſſa. Id eſt quæ concedi poſſint. Virg. 5. Aeneid. 158.

Conceſſus, huius cõceſſus, (δῶσις,) pro Permiſſu. Cic. pro Cælio. 20. Datur enim conceſſu eſum huic aliquis ludus ætati. Idẽ de Vniuerſit. 66. Neque datũ eſt mortalibus generi deorũ conceſſu atq; munere, neq; datur. Sic. 2. de Legib. 21. Et in Orat. 122. Itẽ Dolabellæ, lib. 9. 14. 13.

Conceſſu & beneficio alicuius. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 14. Magnæ eſt tamẽ deliberationis, quæ ratio ſit iucunda nobis non agendi aliquid, ſed illius conceſſu & beneficio quieſcendi.

¶ Conceſſus, pro Conceſſione. vt Alicuius conceſſu aliquid adipiſci, augere, & eius generis alia permulta. Tacit. lib. 3. & lib. 12.

Conceſſio, Verbale, (δόσις,) Id eſt conceſſus. Cic. ad Att. lib. 3. 66. 2. Nãſi Trib. plebis nobis ſucceſſent, quæ poteſt ſpes eſſe? ac vident iure ſuccenſere, quũ & expertes conſilii fuerint, & qui cauſam noſtram ſuſceperant, & noſtra conceſſione omnem vim ſui iuris amiſerint.

Conceſſo, conceſſas, (πάνομαι,) conceſſare, Frequentatiuum, Idẽ quẽ ceſſare, & ab opere vacare. Plaut. Poſtquam aurora eſt, nunquam conceſſatimus lauari, aut fricari, aut ornari. Idem Aſi. 7. 24. Sed quid ego hic properans conceſſo pedibus lingua largior?

Conceſſatio, (πάνοις,) Verbale. Colum. lib. 11. cap. 1. 14. Nam vt in itinere conficiendo ſæpe dimidio maturius peruenit is, qui gnauiter & ſine vllis conceſſationibus permeabit, quàm is qui, &c.

Conceſſiuus, Adiectiuum. vt Conceſſiuus modus: de quo ſic Seruius in illud Virgilii. 10. Aeneidos, – neque illos Iunonis auxilio. Conceſſiuus eſt (inquit) iſte modus ſecundum Probum: nanque in artibus nõ inuenitur. Fit autem quoties tædio contentionis quaſi videmur concedere, quod tamen nolumus fieri. nam id agit hoc loco Venus, vt Iuppiter magis præſtet auxilium.

Concélebro, concelebras, pen. corr. (συναπαμείβω, συναπαιτέω,) concelebrare, Idem quod ſimplex. vt Concelebrare natalem ſuum apud Plinium in epiſt.

Carmina concelebrare cantu. Lucret. lib. 5. 277.

Conuiuia concelebrare & paſſim & tributim. Ci. de Petit. Conſul. 29. Eſt in conuiuiis quæ facere te oportet & amicis tuis concelebrentur, & paſſim, & tributim.

Dapes concelebrare. Ouid. 4. Faſt. 71.

Funus concelebrare. Liu. 8. ab Vrbe. 36. Quantum militaribus ſtudiis funus vllum concelebrari poteſt.

Loca aquarum concelebrare circum ripas fontesque. Lucret. lib. 2. 70.

Ludos geniumque choreis concelebrare. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 10.

Mercatus cõcelebrare. Plin. lib. 34. cap. 2. 7. Antiquiſſima æris gloria Deliaco fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe.

Spectaculum concelebrare. Liu. 1. ab Vrbe. 37. Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet: quantoque apparatu tum ſciebant, aut poterant, concelebrant.

Studia cõcelebrare. Cic. 1. de Inuẽt. 7. Quare mihi videtur poſtea cætera ſtudia recta atq; honeſta per otium cõcelebrata, ab optimis enituiſſe.

Terras concelebrare. Lucret. lib. 1. 1. ad Venerem, Quæ mare nauigerũ, quæ terras frugiferentes Concelebras.

Victoriam concelebrare. Cæſar. 3. bel. Ciuil. 256. Per orbem terrarum, fama ac literis victoriam eius dici concelebrant.

Plateam Hymenæo concelebrare. Plaut. Caſina. 19. 2. Suaui cantu concelebra omnem hanc plateolam Hymenæo.

Concélo, concêlas, (συγκρύπτω,) concelare, pen. prod. Idẽ quod Celare. Gell. lib. 15. cap. 2. Quos aliquis pudor reuerens concelaret. Idem lib. 11. cap. 9. Non id poſtea concelauit, quin gloriæ quoque hoc ſibi aſſignauit.

Concenturio, concenturias, (συγκατατάττω,) concenturiare, Colligere. Dictũ à centuris q̃ ad ſuffragia conueniebãt. Plaut. Pſeud. Cõcenturio in corde ſycophãtias. Ex Nonio.

Concentus, huius concentus, Vide CONCINO.

Conceptio, Conceptus, Vide CONCIPIO.

Concerno, concernis, concreui, concrétum, (συνεκδύω,) concernere, Idem quod cerno. Cic. de Petit. Conſulatus. 14.
Quòd ſi ſatis grati homines eſſent, hæc tibi omnia parata eſſe debebant, ſicut parata eſſe concerno.

Concerpo, concerpis, concerpſi, concerptum, (διαπαρατίλλω,) concerpere, Ex con & carpo compoſitum, Idẽ quod diſcerpere ſignificat, & dilacerare. Liu. 8. bel. Maced. 145. Librumque

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationis eius quum Lucium fratrem afferre iussisset, inspectante Senatu suis ipsum manibus concerpsisset, indignatum, &c. Plin. lib. 10. cap. 18. 2. Et ille quem protinus concerpsit.

Concerpere epistolas. Cic. ad Atticum, lib. 10. 20 4. Tu autem eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito.

Feruentissimè cõcerpi. Cæli⁹ Ciceroni, lib. 8. 6. 11. Quòd tibi suprà scripsi Curionem valde frigere, iam calet. nam feruentissimè concerpitur.

Concerptus (ἀνακεκραμένος,) Participium. vt Concerpta linteola. Plin. lib. 28. cap. 15. 6. Et lib. 11. cap. 37.

Concerto, concertas, (συναγωνίζομαι,) concertare, Simul certare, & contendere. Cic. Antequã iret in exil. 8. Nuncigitur si lingua est concertandum, innocentiæ virtute fretus supero.

Concertare velocitate nandi. Colum. lib. 8. cap. 15. 43. Vt fine impedimẽto, quum apricitate diei gestiunt aues, nandi velocitate concertent.

Concertare cum inimico. Confligere cum hoste. Cic. pro Leg. Manil. 19.

Concertare cum aliquo de re aliqua. Cic. 3. de Natura Deorum. 55. Ex eo igitur & Lisyro est is Hercules, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.

¶ Concertare cum aliquo, pro Litigare & rixari. Terẽt. Adelph. 2. 2. 3. Quid istuc Sannio est, quod te audio
Nescio quid concertasse cum hero?

¶ Concertare cum aliquo verbis. Cic. ad Attic. lib. 3. 52. 2. Sed quia nũquam accidit vt cum eo verbo vno concertarim.

Concertatus, (συναγωνισταμένος,) Participium, vt Concertata res. Cic. in Partitionibus. 53. Quæ etiam si antè quàm res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta nõ sunt: tamẽ in ipsis iudiciis permagnum sæpe habent pondus.

Concertatio, (ἀγωνισις,) Verbale. Plin. lib. 20. ca. 18. 4. Qua de causa magna concertatio extitit.

Studium concertationis. Cic. 1. de Diuinat. 109. Náque Carneades concertationis studio, modò ait hoc, modò illud.

Concertatio animorum. Cic. pro Sest. 66. Cædẽ verò tantam, tantos acerbos corporum extructos, nisi forte illo Cinnano atq; Octauiano die, quis vnquam in foro vidit? qua ex concertatione animorum?

Concertationes sententiarum, nullo idem censente. Plin. lib. 29. ca. 1. 11.

Concertatio, captatioq́ue verborum. Cic in Partit. 43.

Concertatio in disputando pertinax. Cic. 1. de Finib. 41.

Concertatio, Aliter. Terent. Adelph. 1. 2. 4. –nunquam vidi iniquiorem concertationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit. Ego vapulando, alle verberando vsque, ambo defessi sumus.

Disputationes plenæ concertationum. Cic. 1. de Orat. 96.

Concertatorius, (ἀγωνιστικός,) Adiectiuum. vt Cõcertatorium genus orationis. Cic. de Claris Orat. 158. Thucydides enim rerum gestarũ pronuntiator syncerus & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concertatiuus, pen. prod. Quintil. lib. 7. cap. 3. Mutua accusatio quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, nostri quidam concertatiuam.

Concesso, Vide CONCEDO.

Concha, conchæ, (κόγχη,) Genus piscis testa contectum. Concharum genera enumerat Plin. li. 9. capit. 33. Et earũ naturã explicat cap. 35. In cõchis nascuntur margaritæ, vt ibidẽ docet Plinius.

Conchæ dicuntur, quæ testam læuem habent, ac politam, siue vniformiter rugatam, siue denticulatam: Ostrea verò, quæ asperam scabrãq́ue, quamus generali nomine ostrea quoque, conchæ vocentur. Item quæ ex vno tantum latere testam habent, altero scopulis aut lapidibus, aut alteri materiæ adhærent.

Conchæ genus imbricatum. Vide IMBREX.

Thessalicus concharum color. Lucret lib. 2. 501. –Melibœaq́; fulgẽs Purpura Thessalico concharum tincta colore.

Concharum pectunculi. Vide Pectunculus in PECTVS.

Erycina concha, dicta ab epitheto Veneris, vel quòd ipsa est Veneri Erycinæ sacra, vel quòd dicit Venus è concha marina prodisse. Propert. lib. 3. eleg. 13. 7. Et Venit è rubro concha Erycina solo.

Marinæ conchæ. Ouid. 15. Metam. 53.

Patula concha. Vide PATVLVS.

Tenues conchæ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11. 3.

Viles conchæ. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 6.

Inda concha. Propert. lib. 1. eleg. 8. 8.
Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obsequio. Indis cõchis. Id est margaritis, Nã Oceanus Indicus maxime mittit margaritas, quæ ex rore conceptæ in conchis oriuntur.

Diues concha. Claud. epig. 19. 1.

Pretiosæ conchæ. Claud. 6. Paneg. 42.

¶ Cõplere se conchis. Cic. 2. de Nat. Deor. 186. Hæc auis scribit cõchis se solere cõplere, easque quũ stomachi calore cõcoxerit, reuomere. Legere conchas. Cic. 2. de Orat. 13. Ita solet narrare Scæuola, conchas eos & vmbilicos ad Caietã & ad Laurentũ legere consuesse.

Pisciculi parui in conchã hiantẽ innatãt. Cic. 1. de Nat. deo. 183.

¶ Testæ ipsæ duriores, propriæ conchæ dicuntur, quales sunt cochlearũ. Colum. lib. 10. Implicitus testæ limax, hirsutaque campe. Ouidius: Ostreaque in conchis tuta fuere suis. Cic. 3. de Finib. 97. At illa quæ in concha patula pinna dicitur, isque qui enat è cõcha, qui quòd eam custodiat, pinnoteres vocatur, in eamque quum se recipit, includitur, vt videatur monuisse vt caueret.

Salis concha, Id est concha quæ sal continet. Horat. 1. Serm. Sat. 3. 3.

Capaces conchæ. Horat. 2. Carm. Ode. 7. 5.
–fundẽ capacibus. Vnguenta de conchis.

Squalentes conchæ. Id est sordidæ. Virgilius. 2. Georg. 70. Seruius cochleas intelligit.

Detritis conchis læuior. Ouidius. 13. Metam. 170. Lęuior assiduo detritis æquore conchis.

Pina duabus grandibus paruula conchis. Cic. 2. de Nat. deo. 183.

Infodere conchas. Virg. 2. Georg. 70.
–quæcunque premes virgulta per agros
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulum, aut squalenteis infode conchas. Vbi Seruius Cochleæ propter admittenda spiramina infodiuntur: Lapis verò arenarius, & propter spiraminã, & propter immodicum hauriendum humorem, si fortè nimius fuerit.

¶ Conchæ inter instrumenta pictorum numerantur à Martiano Iurisconsulto in L. Pictoris. ff. De fundo instructo & instrumento legato. Pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiaq́ue horum legato cedunt, item penicilli, & canteria, & conchæ. Sanè pictores hodieque suos colores in conchis macerant.

¶ Concha, Vasis genus concauum, ac superius patulum, ab huius cõchæ similitudine. Cato de Re rust. cap. 13. In cellam olearium hæc opus sunt. Dolia olearia opercula, labra olearia XIIII. conchas maiores duas, & minores duas. Plin. lib. 33. cap. 53. Pulus semper in catinos digeritur, & ex aceto maceratur, vt omnis duritia solubatur. ac rursus tunditur: dein lauatur in conchis siccaturque. Iuuenalis Sat. 6. Quũ bibitur concha, quum iam vertigine tectum Ambulat. Cato cap. 66. Continuo capulator cõcha olcum quam diligentissimè poterit, tollat, nec esset.

Ferrea concha. Plin. lib. 33. cap. 8. 1. Fit autem duobus modis, æreis mortariis, piscilliaque trito minio ex aceto, aut patinis fictilibus impositis ferrea concha, calyce coopertum, argilla super illita. De hydraguro.

¶ Concha, pro Tuba ponitur. Virg. 6. Aeneid. 55. Sed tum forte cauum dum personat æquora concha. Ouid. 1. Metamorph.
Cæruleum Tritona vocat, conchaque sonanti
Inspirare iubet. Seruius hoc nomen à κόγχῃ deducit. Alii Latinum putant, à concauitate deductum, itaque sine aspiratione scribunt.

Conchãtus, pen. prod. Adiectiuum, In morẽ conchę curuatus. Plin. li. 9. cap. 20. 1. de pauone, Gemmantes laudatus expandit colores aduersosmaximè sole, quia sic fulgẽtius radiant. Simul vmbræ quoddã repercussis cæteris qui in opaco clarius micant, cõchata quæ is cauda.

Conchis, huius conchis, f. g. (κόγχις,) Fabæ genus, siue edulium ex ẽtule porrum Sutor, & elixi vermecis labra comedit? Sipontinus dicit esse fabam cum cortice suo elixam, ad differentiam fabæ frescæ, quæ sine cortice coquitur, à similitudine videlicet concharum, quòd confracto cortice velut implicita conchis suis caruncula videatur. Martial. lib. 13. 7. Si sumpuet rubra conchis tibi pallida testa,
Lautorum cœnis sæpe negare potes. Idem lib. 5. 40.
Crœso diuitior licet fuissem,
Iro pauperior forem Carine,
Si conchem toties meam comesset.

Conchylium, (κογχύλιον,) Latinè murex dicitur, Genus piscis ex conchatum genere, vt docet Plin. lib. 9. ca. 35. &. 36. Cic. in Pisonẽ. 53. Extructa mensa no cõchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida. Idem. 2. de Diuinat. 49. Iam nervos in fidibus aliis pulsis resonare alios, ostreasque & conchyliis omnibus cõtingere, vt cum Luna crescant pariter, pariterque decrescant.

Lubrica conchylia. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 6.

Ex conchylii concha incisa colligitur succus tingẽdis vestibus expetitus: ex eo enim inficitur purpura, qui color austerus in glauco est, & irascenti similis mari. Plin. lib. 9. cap. 36.

Reduuiæ conchyliorum. Vide CONFLIGIVM.

¶ Conchylium, Ipse color. Plin. lib. 9. cap. 36. 4. Cõcharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamento.

Poscere conchylium. Quintil. lib. 1. cap. 2. 6. Nondum prima verba exprimit, & iam coccum intelligit: iam conchylium poscit. Loquitur autem de pueris nimis molliter educatis.

Conchyliatus, Adiect. (κογχυλιατός,) vt cõchyliata vestis, quæ murice tincta est. Plin. lib. 9. ca. 39. 2. In cõchylata veste cætera cadẽ sine hac cinoprærerịi ius tẽperaꝛ aqua pro inuso humani potus exercemento.

Conchyliata peristromata, quæ infecta sunt succo conchyliorum. Cic. 2. Philipp.

Philipp. 77. Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

Conchyta, conchytæ, pen. prod. m. g. Qui conchylia conquirit in mari. Plaut. Rud. 3. 5. Saluete fures maritimi, conchytæ atque hamiotæ. Cõchyliarii etiam dicuntur.

¶ Conchylium, nonnunquã est nomen generale ad omnes cõchas. Plin. lib. 9. cap. 36. 3. Lingua purpuræ lõgitudine digitali, qua pascitur, perforando reliqua conchylia: tanta duritia aculeo est.

Concîdo, concîdis, pen. prod. concidi, concîsum (συγκόπτω,) cõcidere, Ex con & cædo compositum, significat minutatim cædere. Plin. Caro eius concisa ac decocta adlubenda est. Colum. lib. 12, cap. 8. 2. Concisis; sectui porri, quantũ videtur adiicito. Varro 3. de Re rust. cap. 10. 6. Herbámve teneram aliquam concisam.

Concidere minutè. Colum. lib. 12. cap. 22. 1. Hæc minutè concidito, & admisceto pici nemeticæ. Cic. 4. Acad. 79. Hæc autem vniuersa concidunt etiam minutius.

Cõcidere vsque ad sanum corpus. Celsus lib. 5. cap. 27. Deinde quicquid aridum est, & intentione quadam proximum quoque locum malè habet, vsque ad sanum corpus concidere.

Decretis aliquem concidere. Cic. 5. Philipp. 184.

Concidere virgis. Cic. 3. Verr. 85. Oblitusne igitur hos putatis esse, quẽadmodum ii ibe solitus virgis plebem Romanam concidere?

Totis voluminibus concidere aliquem. Cic. 1. de Nat. Deor. 129. Metrodori so. latis sui fratrem Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concideꝛit.

Authoritatem Senatus concidere. Cic. Att. lib. 1. 11. 13.

Concidere exercitum. Cæsar. 2. bel. Gal. 273. Magnam multitudinẽ eorũ fugientium conciderunt. Cic. 1. de Diuin. 131. Itaque tribus his horis concisus exercitus, atque ipse interfectus.

Pugnis concisus. Plaut. Amphit. 15. 9.

Magnos scrobibus concidere montes. Virgil. 2. Georg. 52.

Neruos concidere. Cic. pro Flacco. 57. Neruos quos concidit, restituere non potest.

Concidere nucleum dentibus. Plin. Et nucleus dentibus concisus super vulnus imponitur.

Numeros concidere, sententias delumbare. Cic. in Orat. 136.

Rationem dicendi per tam minutas rerum particulas concidere, simplicius instituenti non est necesse. Quintil. lib. 3. cap. 11. 15.

Frangere, atque concidere quicquid est in oratione generosius. Quintil. in prœm. lib. 1. 18. Nam plerunque nudæ illæ artes, nimiæ subtilitatis affectatione franguꝛt, atque cõciduꝛt, quicquid est in oratione generosius, & omnem succum ingenii bibunt, & ossa detegunt.

Concisus, Participium (συγκοπτόμενος,) vt Concisus ignominiis. Cic. 11. Philipp. 326. Nondum erat vestris tam grauissimis, tamque multis iudiciis, ignominiisque concisus.

Angustis & concisis disputationibus illigari. Cic. 1. de Orat. 33.

Concisum & laceratum. Quintil. in. 12. Nihil tam variis affectibus conciscum & laceratum, quàm mala mens.

Distincte concisa breuitas. Cic. 3. de Orat. 112.

Exercitus tribus locis concisus. Cic. 1. de Diuin. 131.

Ligna concisa. Ouid. 2. Fast. 130.
Ligna senex minuit, concisaq́; construit arte.

Oratio concisa dialectices. Quintil. lib. 2. cap. 21. 9.

Sententiæ concisæ. Cic. de Claris Orat. 33.

Concisè, Aduerbium, (συγκεκομμένως,) Quintilianus, Quanquam ea nõ est tam minutè ac concisè in orationibus vtendum, quàm in disputationibus. De arte disserendi loquitur.

Concisura, (διακοπή,) Seneca epist. 101. Desit sanè varietas marmorum & concisura aquarum è cuniculis influentium.

Cóncido, concidis, pen. corr. concidi, concasum, (κατακόπτω,) cõcidere, Ex con & cado compositũ, Simul cadere. Plaut. Amphit. Vt quisq́; insiterat, cõcidit crepitu. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 48. Si omnino turris concidisset. Cic. 1. Tusc. 85. Vel concidat omne cœlum, omnisque natura consistat necesse est.

Grauiter concidere. Lucret. lib. 6. 157.

Grauiter ad terrã concidere. Virgil. 5. Aeneid. 89. Ipse grauis grauiterq́; ad terram pondere vasto Concidit.

Ad aliquem concidere, Ad supplicandum procidere in terram. Tibullus lib. 1. eleg. 2. 13. Concidit ad magicos hostia pulla deos.

Concidere ex animi terrore. Lucret. lib. 3. 32.

Concidere in aliquo loco. Propert. lib. 1. eleg. 3. 2.
Qualis in herboso concidit Appidano.

In humo concidit sanguinolentus. Ouid. 6. Fast. 121.

In ipso solo concidit pronus. Virgil. 5. Aeneid. 66.

Concidere sub onere. Liu. 8. bel. Pun. 38.

Repentè concidere. Stat. 6. Thebaid. 37.

Repentè equus concidit. Cic. 2. de Diuinat. 102.

¶ Concidere, Mori. Colum. lib. 8. Solæ capellæ, quanuis opimæ, atque hilares, subitò concidunt. Seneca Troade. 12. 23.
–concidit virgo ac puer, Bellum peractum est. Verba Hecubæ de Polyxena & Astyanacte.

Arcu concidere. Claud. 1. in Eutrop. 67.

Armis concidere. Valer. lib. 4. 25.

Ictu fulminis concidere. Lucret. lib. 3. 99.

Macie concidere. Ouid. epist. 20. 43. Concidimus macie: color est sine sanguine, &c.

Iuuencæ ictæ concidꝛant. Ouid. 10. Metam. 55.

Concidere vulneribus. Cic. 3. Tusc. 112. Constabat eos qui concidentem vulneribus Cn. Pompeium vidissent, quum, &c. Cic. pro Sest. 68. Claud. in Præfat. libri. 2. in Eutrop. 4. Seneca Hercule Oetheo. 2. 13.

In prælio concidere. Cic. 1. Tusc. 14.

Corpus concidit magna ruina. Lucret. lib. 3. 118.

¶ Animus concidit. Cic. 3. Tusc. 69. Quòd si cui, vt ait idem, simul animus cum re concidit, à graunbus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis.

Mens debilitata metu concidit. Cic. pro Domo sua. 104.

Vita concidit. Id est perit. Lucret. lib. 4. 104.

Animo vel animis concidere. Cæsar. 8. bel. Gal. 73. Hostes concidunt animis, atque itineribus diuersis fugam quærunt nequicquam. Liuius, Victi autem ceciderant animis.

Concidere mente, Idem. Cic. 3. Philipp. 140. Allato nuntio de legione quarta mente concidit.

Exanguis atque mortuus concidit. Cic. in Pisonem. 70. Quid debilitato atque abiecto animi tui. Macedonia prætoria nuntiata quum tu non sollum quòd tibi succederetur, sed quòd Gabinio non succederetur, exanguis & mortuus concidisti?

Concidere in optima causa. Cic. ad Atticum, lib. 7. 143. 1. Rem miseram, malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Eidem lib. 3. 50. 2. Equis vnquã ex tam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiæ, tantis præsidiis bonorũ omnium concidit?

Per se concidere. Cic. Attico, lib. 10. 197. 9.

Motu labefactata concidunt. Cic. pro Lege Manilia. 12.

Lapsi conciderunt. Ouid. 5. Metam. 16.

Artes forenses & actiones publicæ concidunt. Cic. in Orat. 82.

Concidunt artificia, si nihil comprehendi potest. Cic. 4. Acad. 161. Sed quomodo tu, si nihil comprehendi possit artificia concidere dicebas: neque id mihi dabas, &c.

Auxilium concidit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 3.

Bellum concidit morte illius. Tacitus lib. 18.

Cœlum concidere dicitur Ciceroni in Somnio Scipionis. 31.

Concidit & extinguitur crimen. Cic. pro Roscio Comœdo. 9. Nónne vt ignis in aquam coniectus continuò restinguitur & retrigeratur, sic referuens falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum, statim concidit & extinguitur?

Domus concidit, Periit. Seneca Herc. Oetheo. 3. 10. Tibi cuncta domus concidit vni Dum me genitor negat Alcidæ. Verba Ioles formam suam alloquentis.

Fides concidit. Cic. pro Lege Manil. 12. Nam tũ quũ in Asia res magnas permulti amiserũt, scimus Romæ solutione impedita fidẽ concidisse.

Gentes concidunt. Ouid. 15. Meram. 85. –sic tempora verti
Cernimus, atque alias assumere robora gentes: Concidere has.

Concidere opes. Cic. 4. Verr. 3. Neque enim tam facilè opes Carthaginis tantæ concidissent, nisi illud, &c.

Concidit Troia. Ouid. 2. Trist. 64.

Venti concidunt. Id est quiescunt. Horat. 1. Carm. ode. 12. 6.

Concidere venas Celsus dixisse videtur, vt verbum ξυμπιπτειν, & ξυμπτωσιν, vocem Hippocrati familiarem qua (vt enarrat Galenus) τὴν κίνησιν significat, exprimeret. Nam συμπίπτειν vel ξυμπίπτειν est si verbum è verbo exprimas, concidere: & vt annotat Budæus, συν(πίπτειν, id est considere & constringi. Inanitæ enim venæ considunt & astringuntur.

Vrbs acerbissimo conflagrata incendio concidit. Author ad Herẽ. 152.

Concíeo, concies, concîui, pen. prod. concîtum, pen. corr. (συγκαλέω, συγκινέω,) conciere, vel Concio, concis, concîui, concîtum, pen. prod. concire. eiusdem significationis. Conuocare. Liuius. 1. ab Vrbe. Deinde ne vana vrbis magnitudo esset, accidendæ multitudinis causa, vetere consilio condentium vrbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam è terra sibi prolem ementiebantur. Idem lib. 4. 237.

¶ Concire, siue conciere, Commouere. Terent. Hecy. 3. 1. 33. Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. Idem Heaut. 5. 2. 17. Quantas turbas conciui insciens. Accius Medea, Nisi quas terrestris pontus strages conciet. Ennius Duloreste, Extemplo egisti fidem, Nuncupates conciebant populum. Ex Nonio. Liuius. 1. ab Vrbe. 259. Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, concientq́ue miraculo (vt fit) rei nouæ, atq; indignitate hominum. Plaut. Merc. 22. 36. Hic facit tranquillitatẽ, iste oẽs fluctus conciet. Sil. lib. 12. 122. Ipse è Tarpeio sublimis vertice, cuncta,

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Et ventos,simul & nubes,& grandinis iras,
Fulminaque & tonitrus,& nimbos conciet atros.
Magno molimine conciere aliquam regionem aut populum.Valer-Flac. lib.6.7. – quanto Scythiam molimine Perses Concierit.
Aestum conciere.Lucret.lib.6.166.
Quippe etenim primo quasi quendam conciet æstum.
Lites alicui concire.Plautus Asina.14.13.Tu ergo face vt illi turbas,lites conciat.Sic cõcire hostes,aut mãlum alteri. Plautus Merc.16.56. Et in Menæch.10.4.
Seditionem concire.Liu.4.ab Vrbe.209. Quum ex composito relatum ad Senatum esset de seditione,quam Mecilius Menasiusque largitione pessimi exempli concirent,&c.
Turbas vxori concire.Plaut.Amphit.5.14.Actutum vxori turbas conciet,atque insimulabit eam probri.
Concitus,(ὁρμητέος,)Participium,si est à Concieo,penultimam corripitis à Concio producit.Id est comanotus. Quintil.lib.11.cap.1.Vt fraude aliquorum concita credatur.
Concitus ad rixam.Cic.pro Cœcin.10.Quã personã iam ex quotidiana cognoscitis vita Recuperatores,mulierum assentatoris,cognitoris viduarũ,defensoris nimũ litigiosi,cõcitã ad rixã,inepti ac stulti inter viros,inter mulieres periti iuris & callidi,hãc personã imponite Ebutio.
Aestu concitus.Valer.lib.1.60.Quis tibi Phryxe dolor,rapido quũ cõcitus æstu Respiceres,&c.
Curtu concitus.Virgil.12.Aeneid.179.
Ira concitus.Stat.12.Thebaid.118.Senec.Medea.7.16.
Motu diuino concita.Ouid.6.Metam.32.
Multa vt concitus.Virg.11.Aeneid.149.
Aequora concita ventis.Ouid.epist.2.8.
Amuis concitus imbribus.Ouid.3.Metam.16.
Arma concita furoribus.Valer.lib.5.118.
Dolor concitus amore læso.Ouid.2.Trist.78.
Flumina concita.Ouid.7.Metam.31.Propert.lib.3.21.
Frera concita.Virgil.3.Aeneid.16.
Globus concitus.Sil.lib.11.46.Quum iuuenem sçuis horrendum concitus armis Inuadit globus.
Pericula concita toto mundo.Id est ab omnibus mundi partibus conuocata.Lucan.lib.5.110.Inde ruunt toto concita pericula mundo.
Puppis concita rapida aqua.Ouid.2.Amor.eleg.4.2.
Saxa murali tormento concita fremunt.Virgil.12.Aeneid.183.
Tympana concita pulsu.Horat.3.Carm.ode.15.2.
Veterani per largitionem concati.Tacit.lib.1.
Conestum ferri.Id est concitatè & violenter raptum ferri. Lucret.lib.2. 48.Omnia quapropter debent per inane quietum
Aequè ponderibus non æquis concita ferri.
Concitor,(ὁρμᾶτος,)Verbale.vt Belli concitores.Tacit.lib.4.
Concito,cõcitas,penult.correp.(πτερόω,πτερόμαι.) concitare,Frequentatiuum,Valde commouere.Cæsar.5.bel.Gall.96. Inducimaris Treueri nuntiis impulsi suos concitauerunt.Cic.4.Academ.259. Quòd enim spectat illud,quum artificia tolli quereris à nobis,nisi vt opifices concitentur?
Concitari in aliquem,pro Irasci.Cic.5.Verr.6.
Concitare se in hostem.Liu.8.ab Vrbe.201.& lib.7.158.
Fuga se in aliquem locum concitare.Valer.lib.7.Argon.117.
In arma concitare aliquem.Ouid.3.Fast.166.
In iram concitare.Quintil lib.6.cap.2.23.
Clamore concitare aliquem.Ouid.1.Fast.170.
Agmen cõciteare.Id est vrgere & impellere. Ouid.14.Metam.48. – fugientibus instat,& agmen
Concitat Antiphates.
Auis concitat alas.Valer.lib 6.Argon.53.
Eurus aquas concitat.Ouid.epist.7.8.
Venus arma aliquibus concitat.Proper.lib.3.eleg.20.4.
Aura frigida concitat artus. Lucret.lib.3.59.
Aures concitare.Propert.lib.3.eleg.15.9.
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures.
Concitare bellum alicui populo,& gerere. Cæsar.8.bel.Gall.83.Liu.5. bel.Macced.45.Ita per totum simul orbem terrarum Aetoli Romanis concitabant bellum.Cic.Catom,lib.15.4.19.
Discordiam concitare.Cic.pro Murena.73.
Equum contra aliquem concitare.Liu.1.ab Vrbe.82.
Concitare equum in hostes.Liu.1.bel.Macced.91.Virg.11.Aen.149.
Concitare equũ calcaribus.Liu.2.ab Vrbe.37.Cõcitat calcaribus equũ, atque in ipsum infestus Consulem dirigit.
Expectationem sui concitare.Cic.ad Curionem,libro.2.1.6. Sic ad nos confirmatus reuertare,vt quam expectationem tui concitasti,hãc sustinere ac tueri possis.
Feras concitare,Agitare feras,venari.Ouid.2.Fast.57.
Concitare flammas.Seneca Hippol.3.4.
Concitare grauedines & destillationes.Celsus lib.1.cap.2. Quæ res maxime grauedines destillationesque concitat.
Inuidiam in aliquem concitare.Cic.2.Philip.53. Tũta enim res est,vt inuidia istã,quã tu in me vis concitare,cũ laude non cõparem. Idem.7. Verr.16.Nullã inuidiam in te,nec ex illis quidẽ rebus concitabo.
Misericordiam populi concitare.Cic.1.de Orat.115.
Missilibus concitare.Valer.lib.6.Argon.69.
Concitare morbos.Celsus.lib.2.ca.13.At vomitus vt in secunda quoq; valetudine sæpe necessarius est,sic etiã in his morbis,quos bilis cõcitauit.
Motum animis hominum concitare.Cic.1.Offic.104.
Nationes & seruitia concitare.Pollio Ciceroni,lib.11.33.13.
Concitare odium in aliquem.Vide ODIVM.
Grauem offensionem concitare in aliquam rem. Cic.1.de Inuent.112.
Concitare pituitam.Celsus lib.6.cap.6. Medicamenta verò intus quidẽ lenia danda sunt,nequid acrioris pituitæ concitent.
Aether concitat pluuias.Ouid.2.Fast.25.
Risum concitare.Cic.2.de Orat.130.
Somnum concitare herba dicitur.Plin.lib.20.cap.17.13.
Vrinam concitare.Plin.lib.20.cap.4.2.
Vires suas concitare dicuntur regiones & oppida,quum aduersus hostẽ armati conuocantur ciues.Ouid.epist.15.69.
Nec tu rapta time,ne nos fera bella sequantur,
Concitet aut vires Græcia tota suas.
Animi motu concitari.Cic.2.de Orat.103.
Animi perturbantur & concitantur re aliqua.Cic.in Oratore.70.
Diuino instinctu concitatur animus à corpore abstractus.Cicero primo de Diuinatione.115.
Concitãtus,pen prod.(παροξυτέος,)Participium.vt Concitatus ardore animus.Cic.1.de Finib.97.
Admirabili quodã ad philophiã studio cõcitatus.Cic.de Cla.Orat.170.
Cohortatione alicuius concitatum esse ad studium cognoscendæ,percipiendæque virtutis.Cic.1.de Orat.102.
Concitatus calcaribus equus.Liu.8.ab Vrbe.150.
Erroribus concitatis animum hilarare. Catul epig.58.4.
Animi quodam impetu concitatum esse.Cic.pro Murena.59.
Ratis remige & vento concitata.Senec. Thyeste.5.7.
Concitatus terrore & metu. Cic.pro Lege Manilia.16.
Mundus concitatus,Mobiles orbes cœli.Senec.Agamem.9.4.
Concitatus,(παροξυσμός,)Nomen ex participio.vt Concitatior cursus. Liu.4.bel.Maced.108.Id est celerior.
Concitatissimi equi apud Liuium.5.bel.Maced.15.
Motus corporis concitatissimus.Quintil.lib.1.cap.11.4.
Concitator,pen.prod.(παροξυντής,)Verbale,Qui commouet. Cæsar.5. bel.Gall.81.Quod Corbeus author belli concitator multitudinis cõfecit interfectus.Et apud Ciceronem pro Domo sua.9.Cõcitator & stimulator seditionis.
Tabernariorum concitator.Cic.pro Domo sua.11.
Concitatrix,pen.prod.(παροξυντικὴ,)Verbale fœmininum. vt Concitatrix vis.Plin.lib.16.cap.10.2. Et lib.19.cap 8.25.
Concitatio,(παροξυσμός,)Verbale,Commotio.vt Concitatio multitudinis.Cic.pro Cluent.107.Concitatio animi.Cic.1.de Diuinat.63.Et 5.Tuscul.69.Plin.lib.26.cap.10.5.
Vehementiores animi concitationes.Cic.Qu.fratri,lib.1.1.59.
Mentis concitatio.Cic.2.de Diuin.40.
Plebis cõtra patres cõcitatione & seditione nũtiata.Cic.de Cla.Orat.27.
Ad iuuãdã cõcitationẽ docẽdo existimauit Isocrates.Quint.li.2.ca.8.7.
Modulatione collocationis & vocis,concitationẽ iudicũ petere. Quint. lib.1.capit.10.21.

Concilium, concilii,pen.corr.(συνέδριον,συλλογος,συλόδος,) Conuentus populi,& multitudo populorum diuerso rum in vnum locum consulendi gratia congregata. Deriuatur autem non à consilio,sine à consensu,vt Festus existimat:sed à cõcalando, hoc est conuocando:quòd omnes in vnum locum conuocentur. Virg. Conciliumque vocat diuûm pater atque hominum rex. Cæsar.2.bel. Ciuil.121. Quibus de causis concilio conuocato,de summa rerum deliberare incipit.
Concilium Deorum,Concilium Ducum.Cic.1.Tusc.114.Et Plin.li.38. cap.6.2. Sallust.in Ciceronem.2.
Cœtus & cõciliũ.Cic.2.de Finib.18.Quid.n.necesse est tanquã meretricẽ in matronarũ cœtũ,sic voluptatẽ in virtutũ concilium adducere?
Concilia cœtusque hominum iure sociati,ciuitates appellantur. Cic.de Somnio Scip.8.
In cœtu concilioque proferre opiniones.Cic.2.de Finib.124.
Concilia & conuenticula.Cic.pro Domo sua.58.
Animarum concilia.Stat.3.Thebaid.29.
Horrendum Cyclopum concilium.Virgil.3.Aeneid.135.
Ferarum concilium.Ouid.10.Metam.29.
Iouis concilium.Id est deorum qui circa Iouem sunt. Horat.3.Car.25.2.
Nobile concilium Musarum.Stat.6.Thebaid.71.
Sanctum concilium patrum.Horat.4.Carm.ode.5.1.

Contermina Indis gens Ariana.Plin.lib.12.cap.8.1.Et lib.3.ca.26.1.His contermini Rheti. Et lib.8.cap.16.1.
Stabula tipæ contermina.Ouid.8.Metam.111.

Cõtero, cõteris.pe.cor.cõtrui,cõtritum,σωτρίβω) cõtérere, In puluerẽ redigere.Varro.2.de re Rust.cap.7.7.Si fastidium saliendi est Scyllæ modicũ conterunt cum aqua.Plin.lib.10.cap. 64.Contritum ex melle vlcera purgat.
Conterere radicem in puluerem.Plin.lib.26.cap.11.8.
¶Conterere,κατακαλίσκειν)pro Consumere,vt
Aetatem in pistrino.Plaut.Bacch.17.11.
Aetatem in litibus.Cic.1.de Leg.79. Et.5.de Finib.103.
Boues.Id est consumere laboribus.Lucret.lib.2.233.
Diem conterere.Hoc est consumere,& impendere quod dicitur. Plaut. Casina.13.4. – contriti diem.
Dum asto aduocatus cuidam cognato meo. Terent.Hec.5.3.17.Ita eur sando,atque ambulando totum hunc contriui diem. Cice.ad Atticũ, lib.4.77.3.Ludis quidem quoniam dies est additus,eo etiam melius hic cum diem cum Dionysio conteremus.
Diem conterere in arte aliqua.Propert.lib.2.eleg.1.10,
Conterere diem & noctem conuiuiis & stupris.Cic.7.Verr.21.
Ferrum vsũ.Ouid.1.de arte.19.
Conterere iniurias oblitione.Cic.ad Lentulum, Quòd omnes eius grauissimas iniurias,communis concordiæ causa,voluntaria quadam oblitione contriueram.Id est,Sic ex animo deleueram, vt prorsus abolita apud me esset earum memoria.
Maiorem partem æui somno conterere.Lucret.lib.3.213.
Operam. Plaut.Mostel.3.56. Quid ego huc recurrem, aut operam sumam,aut conteram?Id est perdam.
Operam frustra.Teren.Phorm.1.4.33.
Otium & tempus in studiis.Cic.de Amic.85.
Quæstum.Plaut.Mostel.13.46.Is vel Herculi conterere quæstũ posset.
Tempus frustrà.Cic.pro Rosc.Comœ.14.Frustrà tempus contero.
Vitam in quærendo.Teren.Adel.5.4.15. Contriui in quærendo vitam atque ætatem meam.
Apud pauperes ambitiosos pluribus,& diuersis officiis suppellex conteritur.Quintil.lib.2.cap.4.22.
¶Conterere se in musicis.Cic.1.de Finib.108.
Conteri in causis & foro.Cic.1.de Orat.136.Cur ergo non iidem in iure ciuili,præsertim quum in causis,& in negotiis,& in foro conteramur, satis instructi esse possumus ad hoc duntaxat,&c.
Conterere aliquem oratione.Plaut.Cistel.5.58.Conteris tu tua me oratione mulier.
Conterere obliuione voluntaria iniurias,Id est sponte obliuisci. Cice.ad Lentulum.lib.1.9.76.Quòd eius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa,voluntaria quadam obliuione contriueram: ciui repentinam defensionem Gabinii tulissem.
¶Conteri,pro Contriui apud Ouidium de Medicamine faciei.18. Hæc vbi contereris,per denta foramina cerne.Sic legit Aldus. Alii cõtriue ris legunt,sed lectionem illam constitutio syllabarum nõ admittit.Ego libenter Cõtrieris legerem vt Audieris,quam Aldi lectio alienior paulo videatur ab vsu communi.
Contritus,pen.prod.σωτετριμένος.)Participium. Plin.lib.20.cap.13. 13.Datur & dysentericis cum caseo in vino contrita.Hoc est commacerata & comminuta ac pista.
Contrita præcepta.Cic.1.de Orat.68.Non negabo me ista omnium cõmunia & contrita præcepta didicisse.
Contritum vetustate prouerbium.Cic,1.de Finib.85. An verum est hoc vetustate contritum prouerbium. Quicum in tenebris mices. Id est vulgatum apud antiquos.
Contritor,pen.prod.σωτρίπτης.)Verbale.Plaut.Persa.12.15.Contritor compedum.Id est frequenter ob malefacta compedibus detentus.

Conterraneus, πατριώτης.) Qui ex eadem terra est, quapropter Catullum conterraneum suũ.Plin.in præfatione.1.vocat,qui non Veronæ,sed in Benaci insula natus erat.

Conterreo, conterres,conterrui,conterritum,φοβέω)conterrẽre, Notæ significationis.Liuius.10.ab Vrbe.137. Nouã pugnæ conterrnit genus. Ibidem,lib.2.55.Periculo conterritus.
Conterrer latratu canis aduenientem.Colum.lib.7.cap.12.7.
Conterrere vultu,aspectuque loquacitatẽ alicuius. Cic.1.de Orat.115.
Pectora conterrere metu.Lucret.lib.2.136.
Aspectu conterritus hæsit.Virg.3.Aeneid.119.
Conterritus corporis cruciatu.Vlpianus in.l.3.ff.Ex quib.cau.maio.

Contestor, ἐπιμαρτύρομαι)contestaris contestãtus sum, cõtestari,Idem quod Obtestari,implorare, precari. Cice.6. Verr.58.Deos,hominesque contestans,clamare cœpit. Idẽ pro Flac. 79. Quum ego te Flacce,cœlum,terramque contestans flens flentem obtestabar.Sic Cæsar.4.bel,Gal.155.
Contestari litem.Festus,Contestari litem dicuntur duo,aut plures aduersarii,quòd ordinato iudicio,vtraque pars dicere solet,testes estote.Cicero ad Attic.lib.16 319.3.Neque enim illi litem contestabimur. Idem p Qu.Rosc.Comœdo.11.Qui per se litẽ cõtestatur,sibi soli petit,alterinemo potest,nisi qui cognitor est factus. Ibidẽ.19. Litẽ cõtestata iudicio dãni iniuria cõstituto,tu sine me cũ Flauio decidisti, Vide LITIS.
Lis contestata in aliquem Paulus in L.Seruus.ff.De his qui notantur infamia,Non suo nomine condemnatur,quippe quum in initio lis in eum contestata non sit.
Contestatam litem cum aliquo habere.Cic.pro Rosc.Comœdo.21.
Contestãtus,pen.prod.διαμαρτυρόμενος.)Participium.vt Contestata virtus,Cic.pro Flac.19.Quumque ab hac perenni,contestatique virtute maiorum non modo non degenerauit L.Flaccus,sed id &c.
Contestata antiquitas.Cic.lib.1.de Diuinat.145,Clarissimis monumentis cõtestata,consignataque antiquitas.Alia exemplaria habent testata.

Contexo, σωυφαίνω σωμπλέκω)contexis,contexui.contextum, contexere,Simul texere.vt Contexere villos,Cice.2.de Natura deorum.236.Quid enim oues aliud afferunt,nisi vt earum villis confectis,atque contextis,homines vestiantur?
Lilia contexere amaranthis.Tibul.lib.3.eleg.4.7.
¶Contexere,Conijgere.Plin.lib.5.epist.101.b.Sub his per latus omne, vineæ porriguntur,vnamque faciem longè latèque contexunt.
Amores contexere.Catul.in Argon.67.
Puppes contexere cannis.Antequam in nauium vsus arbores ferrumque accessissent,antiqui cymbas papyro cãnisue palustribus construxerunt.Vnde apud Lucanum,Conteritur bibula Memphitis cymba papyro. Valer.lib.2.Argon.2.
Dux Lemni puppes tenui contexere canna
Ausus & induto cratem defendere tergo.
Contexere interrupta.Cic.1.de leg.14.Neque iam facile ioterrupta contexo,quàm absoluo institutа.
Contexere cum.Cic.Luccio,lib.5.12.6.Deesse mihi nolui,quin te admonerem,vt cogitares,coniunctène malles cum reliquis rebus nostra contexere,an vt multi Græci fecerunt,&c. Idem in Orat.66.
Contexere carmen.Cic.pro Cœlio.13.At longius quidem mihi hoc carmen liceret contexere.
Contexere crimen,hoc est Componere,astutè conflare. Cicero pro Deiotaro.12.At quàm festiuè crimen contexitur?
Contextus,σωυφασμένος.)Participium.vt
Argento & auro contextus vir,Id est veste indutus auro & argento contexta.Tibul.lib.1.eleg.2.15.
Contextus equus trabibus acernis.Virg.2.Aeneid.23.
Contextus,huius contextus.σωυφασμός.)Cic.5.de Fin.57.Pennarũque contextu corpori tegumenta faciebat.Ex Accio.
Contextu longiore loqui.Plin.lib.10.cap.42.5.Habebant Cæsares luscinias assiduè noua loquentes,longiore etiam contextu.
Cõtextus rerum. Cic.5.de Fin.145.Et hercule(fatendum est enim quod sentio)mirabilis est apud illos contextus rerum.
Contextus & continuatio sermonis. Quintil.lib.8.cap.2. Plus tamen est obscuritatis in contextu & continuatione sermonis,& plures modi.
Contextum aliquem dissoluere,Lucret.lib.1.50.
Recto contextu scribere.Quintil.libro.1.cap.1.19.& lib.1. Complexus vel Contextus orationis.
Vno contextu,pro Vno temporis articulo,non diuertèdo ad alios actus. Vlpianus in L.Hæredes palam,in fine.ff.De testamentis, Vno contextu actionis testari oporter.Est autem vno contextu,nullum alienum actum testamento interuiscere.
Contextè,σωυφασμένως.)Aduerbium.vt Omnia naturali colligatione conserti contextèque fiunt.Cic.de Fato.47.
Contextim,aliud aduerbiũ.Plin.lib.10.cap.53.2. Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes,penè contextim in secessu generant.

Conticeo, cõtices,pen.corr.conticui,conticitum,κατασιγάω,) cõticiscere.Omnino tacere.Plaut.Asin.9.42. – audio, & quiesco. MET.tandem opinor Conticuit.Virg.2.Aeneid.Conticuere omnes intentique ora tenebant. Cic,5.in Catil.55.Recitatis literis debilitatus atque abiectus conscientia,repentè conticuit. Idem 4. Acad.166.Sequitur eum qui te ex somno excitet & eodem modo interroget.Quo in numero conticuisti,si ad eum numerum vnum addidero,mulcine erunt?
Repentè conticere.Silius lib.1.28.
Hiatu muto conticuit.Lucan.lib.5.27.
Conticuerunt literæ.Cic.2.Offic.5.Illæ scilicet literæ conticuerunt forenses & Senatoriæ.Nihil agere autem quum animus non posset,&c. Id est desiti collocare operam in forensibus causis.
Molæ vacuæ conticuere.Ouid.6.Fast.170.
¶Cõticere,de re inanimata.Cic.de Cla.Ora.181.Paulò antè quàm pterritum armis hoc studiũ Brute nostrum conticuit subitò,& obmutuit. Quũ obmutuisset Senatus,iudicia cõticuissent.Cic.in Pisonẽ.10.

Conticesco, conticescis,κατασιωπάω,)conticescere.Idẽ quod Cõticere, Plin.lib.11.cap.10.6.Tũ repentè oẽs conticescunt. Cic.Post reditum in Senatu.15.Saltè dũ cõticesceret illa lamẽtatio & gemitus vrbis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contices sebatque paulatim tumultus. Liu. 5. bel. Pun. 51.
Aetas nullis de tuis laudibus conticesceret. Cic. pro Marcello. 5.
Ad casus aliquos conticescere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 32. & lib. 1. ca. 15. 19.
Conticescunt artes. Cic. pro Murena. 20. Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt.
Conticinium, (κατακοιτή,) puto (inquit Varro de Lingua Latina) à conticendo dictum: siue vt Opilius scribit, ab eo quod conticuerunt homines. Nonius autē Conticiniū noctis primū tēpus, quo omnia quiescēdi gratia conticescunt. Plaut. Asin. 1. 2. 95. Redito huc conticinio.

Contigno, contignas, σανιδόω,) contignare, Tigna cōiungere. Plin. lib. 9. ca. 3. 1. Gedrosos qui Arbin annē accolunt. Alexādri magni classiū præfecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarū facere, osibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenūm cubitorū lōgitudinis reperta. De bellūs Indici maris loquimur. Cesar. 1. bel. Ciuil. 60. Et quicquid est contignatū, cratibus cōsternitur.

Contignatio, σανιδώσις,) Verbale. Id est textura trabiū ac tignorū. Cōtignationes (inquit Budæus) vulgō estagia dicūtur: quarū supremæ, aut etiā superiores, cœnacula dicitur. στέγαι Græcè dicuntur. Valla asit in Raudensem. Contignatio dicitur solariū domus, siue stratū sit cæmento, lateribūsue: siue non stratū: qualia ferè sunt solaria domorū Apuliæ, eoque apud Liniū miraculo refertur, bouē in tertiā contignationē conscendisse. Id est in tertiū solariū. Colum. lib. 1. cap. 6. 2. At in rustica parte, magna & alta culina ponetur. vt & contignatio careat incendii periculo. Plin. lib. 13. cap. 16. 2. Magnū iam huic arbori honorem tribuit memoratas ex eo referens templorū veterū contignationes.

Tegere vna cōtignatione binas ædes. Papinian. in. l. Binas quis, ff. de Seruitutib. vrbanorū prædiorū. Binas ædes habebat vna cōtignatiōe tectas.

Contineo, continos, pe. corr. continui, contētum, συνέχω, ἐπέχω περιέχω,) cōtinere, Idem quod tenere, & quandā modo arripere. Plaut. Rud. 1. 3. 16. Periit animo male fit, cōtine quæso caput. Idē Casi. 1. 3. 13. Cōtine pectus, face vētuli amabo pallio.
Coercet & continet mundus ossa suo complexu. Cic. 2. de Nat. deo. 82.
Adiungi & contineri. Cic. 5. Verr. 106. Eorum coniunctione, pars oppidi, quæ appellatur Insula, mari diiunctā angusto ponte rursum adiungitur & continetur.
¶ Continere, p Retinere, conseruare, & (quod barbari dicunt) intertenere. Cic. 1. Offic. 14. Nec enim vlla res vehementius Rempub. continet, quàm fides. Idem de Amic. 19. Sed hæc ipsa virtus amicitiam & gignit, & continet. Plin. lib. 13. cap. 1. 6. Resina aut gummi adiiciuntur ad continendum odorem in corpore.
¶ Cōtinere, pro Cohibere. Traianus Plinio. 237. Nihil opus fit mi Secūde charissime ad continendas custodias plures cōmilitones conuerti.
Belluas immanes septis continere. Cic. 13. Philipp. 346.
Continere canes catenis per diem. Colum. lib. 7. cap. 12. 10
Continere ciuitatem in officio. Cæsar 8. bel. Gall. 14. Ad Cæsarem venire noluisse, quo facilius ciuitatem in officio contineret. Id est cōseruaret.
Claustris aliquem continere. Claud. 7. Paneg. 47.
Equos frænis continere. Senec. Hippo. 10. 13.
Continere exercitum vel equitatum castris. Cæsar 1. bel. Gall. 171. Et libro. 1. 209. Ariouistus his omnibus diebus exercitum castris cōtinuit.
Continere oppida mœnibus. Liu. 10. bel. Pun. 95.
Continere suos silentio. Liu. 7. bel. Pun. 89. Consul interim silentio continebat suos.
Continere ciues eadem æquitate. Cic. 2. Offic. 122.
¶ Aluum continere. Plin. lib. 14. cap. 6. 6. Nam quod Signiæ nascitur, austeritate nimia continendæ vrile aluo, inter medicamina numeratur. Hoc est astringendæ & comprimendæ aluo.
Animam. Cic. 1. de Orat. 136. Deinde quum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assequutus, vt &c. Hoc est spiritum comprimendo.
Regere ac continere appetitiones animi. Cic. 4. Tusc. 33.
Audita. Teren. Eun. 1. 1. 23. Quæ vera audiui, raceo, & cōtineo optime.
Corpus profluuio laborans continere. Celsus lib. 1. in procem. Cognitio igitur eo quod ex istis est, si corpus adstrictum est, digerendum, si profluuio laborat, continendum.
Dicta in aliquem. Cic. 1. de Orat. 122. Nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. Sed vt in Scæuolam continuit ea Crassus, atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, causam illam dispūtationemque iusit: sic in Bruto, &c.
Dolorem continere. Cic. 3. de Nat. deo. 131. A deo immissum dolorem, non conceptum à seipso continebat.
Tacitum dolorem. Liu. 10. bel. Maced. 8. Id est dissimulare dolorem.
Gaudium. Liu. lib. 10. bel. Pun. 78. Tacitum cōtinere gaudiū nō poterat.
Gaudium, Id est subsistere. Virg. 3. Aeneid. 119.
Impetum militum. Liu. 7. ab Vrbe. 179.
Iracundiam Brutus ad Antonium, lib. 11. 5. 4. Et te miramur, quum hæc retinueris, non potuisse continere iracūdiam tuam, quin nobis de more Cæsaris obiiceres.
Lachrymas. Plaut. Mostell. 10. 37. Vix videtur continere lachrymas. Ouid. 1. Amorum, Eleg. 14. 11.
Linguam, pro Refrænare. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 58. Quumque ea maxime animum mouerat, tamen tibi esse diligentissime linguam continendam: quæ quidem mihi virtus nō interdum minor videtur, quàm omnino non irasci.
Manus. Terēt. Adel. 4. 7. 27. Næ ille continebit posthac, si sapiet manus.
Manus continere ab aliquo. Ouid. epist. 11. 16.
Continere manus alicuius ab aliquo. Cic. 1. in Catil. 16. Quorum ego vix abs te iandiu manus ac tela contineo.
Odium in aliquem conceptum iandiu continere. Cic. post red. 1.
Risum. Plaut. Asin. 11. 36. Nimis ægrè risum continui, vbi hospitem inclamauit. Cic. 4. de Fin. 114. Risum contine, si potes.
Vocem non potest continere parietibus domus. Cic. in Catil. 4. Nec priuata domus parietibus continere vocem coniurationis tuæ potest. Id est non potest tacere.
Vocem non continere, Plin. lib. 14. cap. 22. 4. Alii rēdituras per loculum voces non continent. De temulentis loquitur.
In ieiunio cōtinere aliquem. Cels. lib. 7. cap. 26. de Curatione calculoso rum, Vbi eius rei fides est, pridie is puer in ieiunio continendus est.
¶ Continere se, Idem quod Abstinere se. Plaut. Menæch. 7. 26. Verumtamen me nequeo continere, quin loquar. Teren. Eunu. 5. 2. 20. Vix me contineo, quin inuolem in capillum. Cælius ad Ciceronem. lib. 8. 6. 7. Quum præsertim is sit, qui si pernicioſum sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret.
Male se continere, Id est vix se continere. Ouid. 4. Metam. 71.
Continere se à supplicio, & reptinere. Cic. 7. Verr. 59.
Continere sese in occulto. Cæsar 2. bel. Gal. 206.
Continere se finibus rerum suarum. Cic. 1. de Fin. 130.
Continere se in aliqua libidine, & in alia se effundere. Cic. in Parad. 25.
Continere se domi aut ruri. Plaut. Cap. 13. 35. Teren. Phorm. 2. 3. 13. Sic Continere se tectis? Plin. lib. 11. cap. 10. 1.
Mœnibus vrbis se continere. Ouid. 13. Metam. 42.
Domi atque intra primaros parietes aliquē cōtinere. Quint. lib. 1. cap. 1. 1.
¶ Continere animo ac memoria fontes omnium rerum quæ ad dicendi perrinent. Cic. 1. de Orat. 37.
Continere aluo dicitur mulier. Cic. 1. de Diuin. 71. Quum prægnans hic ipsum Dionysium aluo contineret, somnauit, &c.
In aluo spem à viro cōmendatam continet mulier. Cic. pro Cluentio. 26.
¶ Continet me tempestas. Plaut. Amphit. 8. 56. - an tempestas continet, Qui &c. Id est detinet, impedit, & remoratur. Cæsar 1. bel. Ciuil. Hos omnes fluuius continebant.
¶ Continet epistola tertia, esse tibi redditam orationem pro Clario. Plinius. epist. 105.
Magnum mendum continere. Cic. Attico, lib. 14. 320. 3. Itaque me Idus Martiæ non tam consolantur, q̄ antea. magnum enim mendū cōtinebat.
¶ Continetur publica salus incolumitate illius. Plin. epist. 52. Solēnia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, & suscipimus domine, pariter & soluimus. Id est retinetur & conseruatur.
Salute alicuius alterius salutem contineri. Cic. pro Marcel. 13.
Continetur honestas ex quatuor virtutibus. Cic. 1. de Fin. 70.
Continētur artes cognatione quadam inter se. Cic. pro Archia. 1. Etenim omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddā cōmune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur.
Contineri nomine familiæ. Cic. pro Cecinna. 43. Tamen & ipsi tuæ familiæ & genere & nomine continebuntur.
Philosophorum libris aliquid continetur. Quint. in procem. lib. 1. 9.
Atque hæc omnia vno verbo continentur. Cic. 3. de Orat. 143.
Cōtinens pen. corr. συνεχής,) Adiectiuū, Idem est quod Contiguus, coniunctusque. Liuius, Continens imperium vsque ad nos habebitis. Id est sine vllo interuallo. Plin. lib. 18. cap. 25. 8. Cōtinētia vsque Athos mōtes.
Continentia fundo alicuius prædia, atque adiuncta mercari. Cicero pro Cecinna. 8.
Continens spiritus, & intermissus, contraria. Cic. 3. de Orat. 120.
Longum agmen, nec continens. Liu. 10. ab Vrbe. 173.
Labore continenti omnia superare. Cæsar 7. bel. Gall. 100. Id est continuo, nec interrupto.
Biduo continenti. Sueton. in Caligula, Per hunc pontem vltrò citroque commeauit, biduo continenti.
Cursu continenti sequi fugientem. Liu. 2. bel. Pun. 70.
Imber continens. Liu. 3. bel. Pun. 206. Imber continens per totam noctem vsque ad horam tertiam diei insequentis tenuit.
Velut continenti incendio omnia ardere visa. Curtius.
Iuga continentia. Liu. 7. bel. Pun. 99.
Continentia ædificia. in L. Eo iure ff. 1. ff. in quib. cau. pig. vel hypo.
Oratio continens. Cic. 1. Tusc. 27. Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. Id est sine interruptione.
Punicum bellum continenti scriptura expositum diuisit in septem libros. Suet. de Claris Gram. 2. De Cratete Mallo re loquitur.
Somnus continens. Celsus lib. 3. cap. 20. de Lethargo. Si vero continens et somnus

somnus est, vtique excitandus est, sed his temporibus quibus febris lenissima est vt & excernar aliquid, & sumat.
¶ Cōtinens, pe. cor ἐγκρατής,) Qui abstinet, maximè à mulieribus. Terent Eunuch. 2. 1. 21. - hoc nemo fuit
Minus ineptus magis seuerus quisquam, nec magis continens. Plaut. Asin. 16. 7. sum rara Siccum frugi. continentem, amantem vxoris maxume. Cic. Attico, lib. 6. 117. 3
Continentissimus, pro Homine minime auaro. Cicero in Parad. 8. In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostrorum sæpe requiro prudentiam.
Parcus & continens. Plin. lib. 5. epist. 114. b. Est enim tam parcus & continens, vt non solum delitias, verumetiam necessitates valetudinis frugalitate restringat. De Zozimo liberto loquitur.
¶ In continenti, Sub. tempore. Vlpianus in L. Quod ait lex. ff. Ad legem Iuliam de Adulteriis. Quod ait lex, In continenti filiam occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero reseruet, & post diem filiā occidat, & contra. debet enim propè vno ictu, & vno impetu vtrunque occidere, æquali ira aduersus vtrunque sumpta. Quòd si non affectabit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis deprehensa est à patre qui persequebatur, in continenti videbitur occidisse. Sunt qui coniunctim legunt, Incontinenti.
¶ Continens, & firmamentum causæ dicitur Latinè, quod Punctum litis deciforium vocant, inquit Budæus. Cic. in Topicis, 11. Quibus autē hoc, qua de re agitur, continetur. hæc Continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis quibus subiaris, defensio nulla sit.
¶ Continentia cum ipso negotio, sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. Cic. 1. de Inuent. 64.
Continens, τὸ συνεχές,) Substantiuum, fœm. gen. Est terra quæ non est insula. Plinius libro 5. cap. 29. 13. Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit.
Continētia, fœm. gen. sin. nu. ἐγκράτεια,) Vide ABSTINENTIA. Cic. 2. Offic. Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruantia earum rerum quæ aut prodesse soleant, aut obesse. Et continentia in omni victu, omni que cultu corporis tuendi causa. & in prætermittendis voluptatibus. Id est 4. Verr. 7.
Continenter, Aduerbium, ἐγκρατῶς, κακοχρῶς,) Id est coniunctè continueque. Plinius, Trium dierum sitim continenter tulit. Cæsar 1. bel. Gall. 3. Belgæ cum Germanis cōtinenter bellum gerunt. Idem 1. bel. Ciuil. 80. Hoc quum esset modo pugnat continenter horas quinque.
Continenter viuere. Cic. 1. Offic. 149. Atque etiam si considerare volemus, quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter viuere: quàque honestum sit parce, continenter, seuere, sobrie. Idem pro Murena 10. In Asia continenter vixisse laudandum.
Contentus, ἀφροδισίων, ἡδονῶν.) Nomen adiectiuum potius quàm participium, dicitur (inquit Valla lib. 1.) qui continet quod animo satisfacit, non qui continetur. Plaut. Merc. 20. 2. Nam vxor contenta est, quæ bona est, vno viro. Horat. 1. Sermonum 1.
Qui fit Mecœnas, vt nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus viuat? Virg. 7. Aenei. 147. - patriis sed nō & filius armis
Contentus. Cic. pro Quinctio 7. Posteaquā nescio quid impedit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat.
Contentus ad. Cic. in Parad. 14. Opinor in eo cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit.
Contentus de. Cic. in Lælio, De his cōmunis vita contenta est.
Cōtērus est paruo, apud Quint. Et Cic. 1. de Ami. 72. Hor. 2. Ser sat. 2. 22.
Honesto paruo contentus. Claud. 1. in Rufinū 41. - cōtēto honesto.
Modico contentus. Iuuenalis Satyra 9. 1.
Paucis contentus. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 4.
Viuit sua sorte contentus. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 1.
Contentus hac iniquitate non fuit. Cic. 4. Verr. 65. Sic Contentus libertate. Liu. 1. ab Vrbe. 96. Cæsar 8. bel. Gall. 79. Cic. 1. de Finib. 70.
Contentus fueram hoc solum scribere tibi. Plin. epist. 123. Quintil. lib. 5. cap. 12. Hæc breuiter demonstrasse contentus.
Contentum abire. Virg. 5. Aeneid. 63.
Continuus, σπυκνός, συνεχής, ἐχόμενος,) Adiectiuum. vt Continuus spiritus. Plin. lib. 10. cap. 29. 5.
Nunc continuo spiritu trahitur in longum. nunc variatur inflexo.
Dentes continui, quibus opponitur Serrati. Plin. lib. 10. cap. 71. 2. In potu quibus serrati dentes, lambunt: quibus continui dentes, sorbent, vt equi, boues.
Continuatum & Interruptum, contraria. Cic. 3. de Orat. 115.
Iunctum, & continuatum. Cic. 2. de Nat. deo. 175.
Continuus & Intermissus, contraria. Plinius epist. 41. b, non procul à fine epistolæ, Littus ornant varietate grauissima, nunc continua, nunc intermissa tecta villarum.
Amor continuus. Propert. lib. 1. eleg. 19. 1.
Continuum triduum, continuus dies: id est sine intermissione. Plaut. Mil. 10. 146. Quin vbi triduum continuum fuerit, iam odiosus fiet. Idem Stic. 4. 6. 1. Quæ inter continuum perdidi triennium? Idem Cistel. 5. 1. - detinuit me hosce sex dies ruri Cōtinuos. Plinius Epist. 114. b. lib. 5. Deinde dum per continuos dies nimis imperat voci, &c. Ouidius 5. Fastorum 147.
Dies continuos complures in littore conuiuisse: iacuisti. Cic. 1. Verr. 107.
Humum continuum diducere. Ouid. 8. Metam. 118.
Ictu continuo vulnerari. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 19.
Labor continuus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 1.
Continuos labores dare desidiæ. Plin. in Paneg. 132. Alios labores si non continuos, desidiæ ac voluptati dedisset.
Montes continui. Horat. Epist. 17. 1.
Continua laus. Plin. epist. 151. 2. Nunquam officiorum varietate continuam laudem humanitatis confregit.
Continui Consulatus, continua Prætura, continuum regnum. Plin. in Paneg. 92. Qui continuis Consularibus fecerat longum quendam & sine discrimine annum. Cic. pro Fonteio. 26. Tum autem continuæ Prætoræ, quæ &c. Liu. 1. ab Vrbe. 206. Si quum Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuisset, vt duo continua regna viro, ac deinceps genero dedisset, &c.
Continuo, continuas, continuare. διαπαλαίω σανιδόω, σανιδόπτω.) Plin. lib. 14. cap. 22. 7. Biduo duabusque noctibus perpetuo continuauit.
Venti continuant. Cælius lib. 1. cap. 1. At si à prima hyeme Austri ad vltimum ver continuantur, laterum dolores, &c.
Continuare agros. Liu. 4. bel. Maced. 16. Qui legem Licinam excitauit de quingentis iugeribus, nisi ingens cupido agros continuandi? Cicero de Leg. Agr. 78. Et 2. de Leg. Agr. 9.
Continuantur anni. Plin. lib. 17. cap. 1. 1. Q uinimò si plures ita cōtinuentur anni, etiam ipsæ moriuntur arbores.
Pleno fauore gaudia continuare. Claud. 1. Pan eg. 1.
¶ Continuare domos mœnibus, pro Coniunctim extruere. Liu. lib. 1. Decad. 1. Magi circa murum locus, quem in condendis vrbibus quondā Herrusci, quā murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant: vt neque intra ire parte ædificia mœnibus cont inuarentur, quæ nunc vulgō etiam coniungantur, &c. Sic apud Ouid. 4. de Pōto, eleg. 15. 4. Domus continuata foro.
Cohærere & continuiri. Cic. 1. de Nat. deo. 75. In hac igitur immensitate latitudinum longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quæ interiectio inani, cohærescunt tamen inter se, & aliæ aliis apprehendentes continuantur.
Continuare nocte & die iter. Cæsar 3. bel. Ciuil. 42.
Continuare diem & noctem opus aliquod. Cæsar 1. bel. Ciuil. 231.
Hyems continuatur. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 6.
Latus lateri continuare. Ouid. 1. de Arte, 100.
Dapes continuare, Ordine continuo apponere. Hor. 2. Ser. Sat. 6. 72.
Somnos continuare. Ouid. 11. epist. 18.
Fletus continuari. Celsus lib. 6. cap. 6.
Singula verba. Continuatis & coniunctis opponuntur apud Ciceronem 3. de Oratore 83.
Continuari pro finitimum esse, Tacit. Sicyonibus Sitonum gēs cōtinuat.
Continuatio, συνέχεια, συνάφεια,) Verbale. Cic. 1. Acad. 43. Intra quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni. Cæsar 3. bel. Gall. 361.
Continuatio & series rerum. Cic. 1. de Nat. deo. 15. Est mirabilis quædam continuatio seriesque rerum, vt alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur.
Continuo, παραχρῆμα,) Aduerbium: Id est cōfestim, vel statim. Plaut. Pers. 2. 28. - quos continuò reponam tibi. Virg. 4. Georg. 110. - cōtinuò matris præcepta facessit. Terentius, And. 1. 1. 65. Egomet continuò mecum, Certè captus est, &c. Ibidem, 1. 3. 18. Continuò ad te properans, &c. Idem Eunuch. 2. 3. 43. Continuò accurrit ad me quàm longe. Cicero Terentiæ 14. 3. 7. Vt ad me continuò initia rerum & rationem totius negotii posses scribere.
Continuò & sine frustratione in acum inferebat. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Continuò exeo. Terent. Eunuch. 3. 1. 40.
- hos prius introducam & quæ volo,
Simul imperabo: postea continuò exeo.
Continuò hîc ero, vel adero. Plautus Epida. 9. 40. Terentius Heaut ont. 3. 1. 91.
Haud mora, continuò perfectis sanguine votis, &c. Virgil. 3. Aeneid. 110.
Pleonasmus est, vt annotat Seruius.
¶ Continuò, aut interrogatiue, aut negatiue ponitur: & idem est quod Non ideo, vel Num ideo: vt Continuone si ille stulte dixit, tu stultius facies? Cic. pro Rosc. Amer. 67. Non continuò si me in gregem sicariorum conuli, fum sicarius. Idem 2. de Orat. 109. Ac si illæ seditiones salutari huic ciuitati fuissent, non continuò si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esse pondum. Citra negationem aut interrogationem non eleganter hoc modo vteremur. Hæc ex Valla lib. 2. Vide NON.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Continue prouisidua. Quintil.lib.2.cap.An virtus sit Rhetorica. Quigrana ciceris ex spatio distante missa in acum continue & sine frustratione inserebat.

Continuitas, συνέχεια σωμάτων,)Idem quod Continuatio. Plin.lib.8.ca.30.1.Collum & iuba continuitate spinæ porrigitur,flectíque nisi circiactu totius corporis nequit.Hinc dicimus viscosum illud esse quod cõtinuitate seruat.Hoc est qđ cõtinuo quodã filo ac ordine cohæret.

Contingo, contingis,cõti gi,pe.corr.cõtactum,ἅπτομαι,ἔχομαι) contingere,Ex tango compositũ.Idem significat quod simplex.Colum.lib.1.Ne manu contingi possint. Virg.2.Aenei.438. - funemque manu contingere gaudent. Colum.lib.5.cap.6.6.

Contingere se inter se,vel Contingere inter sese. Plin.lib.17.cap.10.11. Ne se inter se cõtingant. Colum.lib.5.cap.10.5.Curato ne inter sese contingant. Vide INTER.

Helull.sines Aruernorum contingunt.Cæsar 7.bel.Gall.25.

Infamia réporis cõtingerat nostras aures.Ouid.1.Metam.43.Verba Iouis.

Cibum rostris contingunt animalia quædam.Cic.2.de Nat.deo.182.

Contingere dextras victrices cupiunt.Liuius 8.bel.Pun.46.

Contingere quenqu nm calce.Colu m.lib.6.cap.2.7.

Auem contingere ferro,Id est telo ferreo.Virg.5.Aeneid.101.

Limen contingere alicuius,Id est peruenire vsque ad domum.Ouidius 4. de Ponto,1.4.

Metam contingere.Horat.in Arte,37.

Nox mediam cœli metam contigerat.Virg.5.Aeneid.166.

Pieras contingit finem suum.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.8,

Sed qui,quàm potuit,dat maxima,gratus abunde est,
Et finem pietas contigit illa suum.

Portum contingere.Ouid.5.Metam.127.

Saltu terram contingere.Strat.5.Thebaid.35.

Contingere terram osculo.Liuius 1.ab Vrbe,148.

Visu contingere aliquid.Silius lib.13.102.

¶Contingere alicui rei,pro Contiguum esse. Cæsar lib.1, Ita vt radices montis ex vtraque parte ripæ fluminis contingant.

¶Contingunt corpus amurca,Id est vngunt,tinguntVirg.3.Georg.89.

Sale aliquid contingere,Salire. Virg.1.Georg.80. Colum.lib.7.cap.8.4.

Pocula circum oras contingere melle.Lucret.lib.4.1.

Contingi crimine.Vlpi.in L.1.Paragr.Hoc autem.ff.De ser.fug,quum dicitur,puniantur si crimine contingantur.

Contingere existimationem.Vlpianus in L.Absentem. Parag.Aduersus. ff.De Pœnis.

¶Contingere regiam propinquitate.Liu.4.bel.Pun.103, An quicunque aut propinquitate,aut affinitate,aut aliquibus ministeriis regiam contigissent,alienæ culpæ rei trucidarentur.

Contingere aliquorum familias.Sueton.in Nerone,cap.32, Ante omnia instituit,vt è libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogeretur eis qui sine probabili causa eo nomine essent quo fuissent illæ familiæ,quas ipse contingeret.

Nullo gradu contingere aliquem.Sueton.in Galba,cap.2,Neroni Galba successit nullo gradu contingens Cæsarum domum.

Propius contingere aliquem, pro Cognatione propiore alicui iunctum esse,vel etiam amicitia & familiaritate.Horat.2.Ser.Sat.6.11.

Contingere authoritatem loci alicuius.Cic.pro Leg.Manil.1.Nam quum antea per ætatem nondum huius authoritatem loci contingere auderem,statueróque,&c.

Animum cura contingere,Afficere solicitudine.Valer.lib.7.Argon.35.

¶Contingit aliquid,συμβαίνει,γίνεται,)pro Euenit,accidit.Plaut.Pseu.10.26. Aliud autem quod cupiebã cõtingit. Plin.epist.329.Breuia tamen & infirma sunt,nisi illis tua cõtingat authoritas.Cic.5.Tus.13. Quod nõ modo singulis hoibus,sed potẽtibus populis sæpe contigit.

Connubia contigerant illi tuæ matris. Nestor ad Achillem apud Ouidium,12.Metam.31.

Gaudia contingunt mihi.Ouid.2.de Ponto,eleg.4.2.

Honor contigit tibi ex merito Ouid.4.de Ponto,eleg.7.4.

Abunde contigit illi valetudo,fama,gratia.Horat.1.Epist.4.2.

Si mihi vita contigerit,omnes gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates assiduitate vincam.Planeus Ciceroni,lib.10.24.2.

In magnis animis contingit.Cic.1.Offi.106.Multi enim bella sæpe quæsiuerit,ppter gloriæ cupiditatẽ,atque id in magnis animis ingeniisque plerunque contigit,eóque magis si sint ad rem militarem apti.

Quod vix euenit,Contigisse dicitur, inquit Donatus. Terent.And.4.2.11.Hanc mihi experiri:contigit:conueniunt mores.

Contigit vt.Plaut.Amph.4.33. - id contigit, vt salui potiremur domi Victores. Cic.5.Philip.199.Vtinam C.Cæsari, patri dico, contigisset adolescenti,vt esset Senatui charissimus.Sic de Clar.Orat.160.Et Attico,libro 8.159.7.

¶Nihil contingitur eo facto causa mea.Liu.10.bel.Maced.61.Recte an perperam fecerint,ipsi sui facti rationem reddent. meam causam quæ nihil eo facto contingitur,ne miscueris.

Crimine cõtingi.Vlp.in L.1.Hoc aũt Senatusconsultũ.ff. de Seruis fugitiuis,Et si apud quos delitescant,puniantur,si crimine contingantur.

Cõtingẽs,ἀπτόμενος,)Particip.Cic.1.de Diui.137.Docet enim ratio Mathematicorũ,&c.quãta humilitate Luna feratur,terrã penè cõtingens.

Pars pretii contingẽs alicui.Caius in L.Domino.ff.de Senatusconsulto Sylciano,Pretii aũt partem sibi contingentem socio consequi oportet.

Contingens,συμβεβηκός,)Nomẽ adiectiuũ.Contingẽtia dicũtur,quæ in vtranque partẽ accidere possunt,& quæ accidere æquè ac nõ accidere natura cõparata sunt,hoc est quæ sunt ancipitis euentus.Bud.

Contactus,ἁφὴ,ἁφός)Participium.vt

Colore croci contactum aliquid,Id est tinctum.Lucret.lib.6.1239.

Sale modico cõtactũ.Cels.lib.2.ca.24.Stomacho aũt aptissima sunt,quęcunque austera sunt,etiã q̃ acida sunt,quęque cõtacta sale modico sunt.

Contacta halitu animalis res.Plin.lib.11.cap.53.1,Animæ Ieonis virus grave,vrsi pestilens,contacta halitu eius,nulla fera attingit.

Cupidinibus nullis contactus.Propert.lib.1.eleg.1.1.

Contacta ciuitas rabie.Liu.4.ab Vrbe,44.Nec vlla species cladésque belli abest, velut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum,funestas nuptias ex occasu patriæ petentium.

Contactus societate diu.lib.1.Decad.4.Multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate. Idem lib.8.eiusd. Decad.Vt omnia contacta societate peculatus viderentur. Id est velut contagione infecta.

Contactus religione dies.Liu.6.ab Vrbe.112.Etenim si diẽ contactũ religione,insignémque notæ eius loci timeant Romani,quanto magis Alliensi die Alliam ipsam,monimentum tantæ cladis reformidaturos!

Contactus,huius cõtactus,σωμαφὴ,)Colum.lib.11.cap.3.41.Cõtactu eius langue sunt incremẽta virentiũ. Plin.lib.26.cap.10.6.Cõtactu herbæ cuiusdã. Idẽ lib.10.ca.49.3.Pullis anserũ vrtica cõtactu mortifera.

Vtiles contactus refugere dicuntur fœminæ, Id est virorum contactus. Ouid.7.Metam.50.

Dominationis contactus. Tacit.in Vita Agric.Oculos quoque à contactu dominationis inuiolatos habebamus.

Immundo contactu fœdare aliquid.Virg.2.Aeneid.46.

Infecti quasi valetudine & contactu.Tacit.lib.5.

Contagium,contagii,pro Contactu.Plin.epist.76.c, Quumque et carnifex manum daret,auersata est,& resiluit:fœdumque contagium quasi planè à cæsto,puroque corpore nouissima sanctitate reiecit.

¶Contagium,Genus morbi qui ex contactu contrahitur.Virg.3.Georg.92.Dira per incautum serpant contagia vulgus. Idem 1.Eclo.10,Ne mala vicini pecoris contagia lædant. Id est (vt ait Seruius) ne morbi vel pestilentiæ corrumpant.vnde contingit vt vna aliquo morbo moriente,omnes idem morbus corruptas interimat.

Lucri contagia.Horat.1.Epist.12.3.

Scelerum contagia.Lucan.lib.3.65.

Fugere contagia.Ouid.15.Metam.39.

Vitare contagia.Ouid.2.de Remed.amor.44.

Contagio,contagionis.Idem Plau.Amphi.3.31.Contagione meæ matris metuo malum. Iuuenal.Saty.2.Cretice pelluces: dedit hanc contagio labem. Cice.2.de Diuin.137.

Sõno seuocatus alius à societate & cõtagione corpis.Ci.1.de Diuin.111.

Contagio cum corporibus.Cic.1.Tuscul.114. Qui aũté se integros castosq; seruauissent,quibusq; fuisset minima cũ corpibus contagio,&c.

Contagio aspectus.Cic.pro Cluen.155. Nemo ex tot hospitibus inuenire est,qui nõ contagionẽ aspectus fugeret. Hoc est cõtagiosum aspectũ, tranilatitie,pro venenoso & lubrico ac pernicioso.

Contagio belli dicitur, Quum ex vno bello,vel vno bello confecto,subinde alia belli occasio oritur.Liu.1.ab Vrbe.61.Belli Fidenatis contagione irritati Veientium animi,& consanguinitate,(nã Fidenates quoque Hetrusci fuerunt)& quòd ipsa propinquitas loci, si Romanã arma omnibus infesta finitimis essent,stimulabat. Cic.7.Verr.5.

Contagio conscientiæ.Cic.7.Verr.143.Deliberatum autem est,si res opinionem meã,quam de vobis habeo,fefellerit,non modo eos persequi, ad quos maxime culpa corrumpendi iudicii,sed etiam illos, ad quos conscientiæ contagio pertinebit.Hoc est,qui eius culpæ conscii erunt, & eo crimine quod ammodo infecti.

Malorum contagiones.Cic.2.Offi.118,Nec vero solum ipsa cecidit, sed etiam reliquam Græciam euertir contagionibus malorum, quæ à Lacedæmoniis profectæ manarunt Latius.

Morbi contagia penetrant in aliquem.Lucret.lib.3.96.

Naturæ cõtagio.Cic.de Fato,8.Cõsideramus hîc quorũ in aliis,vt ęgritudinis,vt in vnguibus,vt in reliquis eiusmodi naturæ cõtagio valet.

Sceleriscontagio.Cic.pro Murena,71. Idem pro Sylla,5.

Terrena contagio.Cic.2.de Diuin.86,Sed & decoloratio quædã ex aliqua contagione terrena,maxime potest sanguinis similis esse.

Turpitudinis.Cic.Att.li.1.11.6,Mœsti inter sui dissimiles & mœrẽtes se debant,& contagione turpitudinis permouebantur.

Contaminare se contagione alicuius rei,Cic.pro Domo sua,53.Qui aliqua se contagione prædæ,societatis, emptionis cõtaminauerunt,nullius neque priuati,neque publici iudicii pœnam effugere potuerunt.

Importare contagionem.Vide IMPORTO.

Contiges,

Cõtiges.cõtigis,pe.p.fœ ge.p Cõtagio dixerũt vetereS.Lucr. lib.4.64.

Multaque sunt oculis in eorum denique mista.

Quæ contage sua pallorẽs omnia pingunt. Idem lib.6.150,

Qui fuerant autem præsto,contagibus ibant.

Contagiosus,Adiect.vt Cõtagiosa febris,cõtagiosus morbus, & pestis cõtagiosa.Celsus dicitur,quibus qui laborat,solo cõtactu alios inficit.

Contiguus.Adiectiuum,ὁμοῦ,ὁμοῦ,) Quod contingit.Gellius lib.9.cap.1. Vsu venit,vt cõtigui magis,directioresque ictus fiant si vel sagitta vel lapidem sursum versus iacias,quàm deorsum. Plin.lib.2.cap.9.2,Sed aliàs admota cœlo,aliàs contigua montibus.

Contiguæ domus.Ouid.4.Metam.12.Contiguas habuere domos.

Cõtiguus loco mihi erat,Id est iuxta me erat vel sẽbat.Ouid.4.Fast.76.

Continuo, continuas,& contines.

Continuus, Vide CONTINEO.

Contollo, contollis,contollere.Plaut.Aulul.17.6.Ipsus'st.2.haud alius est. 5.congrediar. 2.contollam gradum. Id est conferam gradum.

Contor, conaris,ἐφικνέομαι,)contari.Verbũ à Contus,cõti deriuatũ, significat Interrogare.Cic.ad Atti.li.11.218.1. Quúmque ex eo de me conaretur,enim sibi ita dixisse narrabat,se mihi esse inimicissimum.Huius compositio Percontor,frequentior est vsus.

Contorqueo, contorques,contorsi,contortum,στρέφω,)contorquere.Idẽ quod circum torquere,vel in ambitu contorta. Idem lib.12.cap.1.4.Pomũ intus simile,contortis nucleis. Ibidẽ,cap.14.1.Iuba tradit arborẽ thurit,contorti esse caudicis.

Arbores contorquet Eridanus.Virg.1.Georg.97.

Prõluit insano contorquens vertice syluas

Fluuiorum rex Eridanus.Hoc est tantum excreuit,vt etiã syluas moueret,& erueret arbores.Cic.2.de Nat.deo.77.Non est enim ætheris ea natura,vt vi sua stellas complexa contorqueat.

Currum contorquere.Cic.2.de Nat.deo.166. De Capricorno,Brumali flexũ flectens contorquet tempore currum.

Frena contorquere.Valer.lib.1.Argon.2.

Freta contorquet Nereus.Sil.lib.3.10.

Gubernaculum contorquere aliquo.Lucret.lib.4.183.

Hastam contorquere.Virg. .Aeneid.11.

Sic Etrus,validis ingentem viribus hastam
In latus,inque feri curuam compagibus aluum Contorsit.

Ea celeritate cõtorquetur,cui par nulla ne cogitari quidem possit. Cic. 1.d: Nat.deor.35. De mundo.

Proram contorsit ad leuas vndas.Virg.5.Aeneid.112.

Spicula lucentis contorquent.Virg.7.Aeneid.33.

Verba contorquere.Cicero 3.de Natura deorum 105. At quàm Rhetorice,quàm copiose,quas sententias colligit?quæ verba contorquet?vt licere cuiuis rhetori insilligas.

Contorquere in alium cursum amnes,& deflectere.Cic.1.de Diu.70.

Contortus,συστροφικός,)Participium.vt Contorta cornua, Cic.2.de Nat.deo.163.

Crinis cõtortus.Senec.Hipp.5.74.En impudici crine contorto caput.

Cuspis contorta lacerto.Ouid.8.Metam.70.

Contortæ res.Dicuntur perplexæ & perturbatæ, & sibiipsis minimè cohærẽtes.Cic.1.de Oratore 130,An verò si de reipsa,si de finibus quũ in rem præsentem non venimus,si de tabulis & præscriptionibus controuersia est,cæteras res,& sæpe difficiles necesse est eo perdiscimus?

Cõtorta & aculeata sophismata.Cic.4.Acad.134.Vide SOPHISMA.

Contortulus,pe.cor.Diminutiuũ.Cic.2.Tusc.73,Sitne igitur malũ dolere,nẽne,Stoici viderint,qui cõtortulis quibusdã ac minutis cõclusiunculis,nec ad sensus pmanẽtibus,effici volũt,nõ esse malũ dolorem.

Contortio,συστροφή,)Verbale.Cice.de Fato.25.Malus est enim has contorsiones orationis,quàm signorum ortus,obitúsque perdiscere.

Contorte,στραγγεγομμένως,)Aduerbium.vt Contorte aliquid dicere. Cicero 1.de Inuen.30.

Hîc considerandum erit nequid perturbate,nequid contorte dicatur.

Contortius concludere.Cic.3.Tusc.37. Hæc hîc dicuntur à Stoicis, concludunturque contortius.

Contorqueridus,στυφελιττόμενος,)Participiũ.Cic.2.de Orat.40. Qui tãquã machinatione aliqua tum ad seueritatem,tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam,tum ad lætitiam est contorquendus.

Contortuplicare, σπιτλεύω,)Plaut.Persa.18.25.

Ita sunt Persarum mores,longa nomina.

Contortuplicata habemus.Hoc est adeò dura,& quasi confragosa,vt vix effetri possint.Verbum est decompositum ex contorqueo & plico.

Contra, ἐναντίον,κατὰ,πρὸς,) Præpositio accusatiuo casui seruiens. Virg.8.Aeneid.138.Contra Neptunum & Venerem contraque Mineruam.

Contra disciplinam meam te gessisti. Id est aliter quàm te docuissem. Apud Plautum.

Pacere contra aliquẽ.Cælius Ciceroni in Epistolis ad Attic. lib.10.201. 1.Nunc te contra victorem Cæsarem facere,&c.summæ stultitiæ est.

Contra me est hæc res,Cic.pro Cluentio,82.Potest esse dubium quin illa damnatio Staleni,non modo non sit contra Cluentiũ,sed maxime nostram causam defensionemque confirmet?

Contra expectationem omnium.Cæsar 8.bel Gall.138 Quum contra omnium expectationem Cæsar Vxellodunum venisset.

Contra opinionẽ omnium.Cæsar 6.bel.Gall.105.Celeriter, cõtráque omnium opinionẽ cõfecto itinere,multos in agris,inopinantes deprehendit.

Contra spem.Liu.4.bel.Pun.107.Tum postea quàm res Romana cõtra spem votaque eius velut resurgeret,&c.

Contra legem aliquid accipere.Cic.7.Verr.47.

Secundum naturam & Contra naturã,pugnant.Cice.4.de Fi.17.Omnia quæ secundum naturam sint,bona appellare:quæ aũté contra,mala.

Contra officium.Cic.1.Offi.10.Quæ omnes artes in veri inuestigatione versantur:cuius studio à rebus gerendis abduci,contra officium est.

Obniti contra aliquid,Virg.1.Aeneid.5.

Contra aliquem stare,Id est è regione.Plaut.Persa,6.27. Quid agis? o. fœminam sceleſta? te altaos contra contueor. Ibidem,2.13.Quis illic est,qui contra me altat?

Aspice contra me.Plaut.Mostell.15.55.

Contendere contra aliquem.Virg.1.Aeneid.73.

Stare contra aliquem.Virg.5.Aeneid.82.

Tollere oculos contra aliquem.Lucret.lib.1.14.

Munire se contra pudorem.Tacit.in Vita Agric.

Contrà,ἐναντίως,)Aduerbium,id est Vicissim,authore Donato,& graui accentu notatur in fine. Terent.Adelph.1.1.25. Ille vt item contrà me habeat,facio sedulò. Idem Eunuch.1.1.54. - si laudabit hæc Illius formam,tu huius contrà. Hæc verba adducit Cicero in Epi.ad Lentulum lib.1.9.7. Plaut. Aulul.3.19.Item à me contrà factũ est. Idẽ Mercatore,12.41.Sapis ó Charine:contrà pariter fieri gradum.

¶Contrà,Ex aduerso. Terent.Eunuch.2.3.63.Imò enim si scias quod donum huic donẽ contrà comparet.&c. Idem Phorm.1.3.20. At tu mihi contrà nunc videre furtunatus Phædria. Cice.4.Acad.184. Vt aliæ probabiles videantur,aliæ contrà.

Contrà tibi tu nit.Horat.1.Serm.Saty.3.6.

¶Contrà,E regione Iuuenalis Stat contrà,stat quæ iubet. Virgil.6.Aeneid.7.Contrà elata mari respondet Circeia tellus. Plaut.Amph.Hostes crebri cadunt,nostri contrà ingruunt.

¶Contrà ac,pro Aliter quàm.Cic.1.de Diuin.79.Vides tamen omnia fere contrà,ac dicta sint,euenisse. Idem in Orat.76. Vt contrà ac dicat, accipi & sentiri velit. Idem pro Cornelio Balbo,5. Si denique aliquid non contra ac liceret factum diceretur,sed contra atque oporteret.

Contra atque.Cic.pro Sylla,11.Iam enim faciam criminibus omnibus ferè dilapsis cõtra atque in cæteris causis fieri solet. Idẽ 1.in Catil.64. Et in excelsum collocare & contra atque antea fuerat,ad Orientẽ cõuertere. Cæsar,Qui contra atque esset dictum prælium cõmisissent,

Contra quàm Cic.pro Cluentio.9.Generi sui,contra quàm ipse censuisset,ad vestitum rediret. Idem pro Cecinna,Et contra quàm ista causa postulasset defendisse.

Contractus, Vide CONTRAHO.

Contradico, cõtradicis,pe.p.cõtradixi,cõtradictũ, ἀντιλέγω,) cõtradicere.Cic.1.Tusc.13.Vt quim is qui audire veller,dixisset quid sibi videretur,tum ego contradicerem. Idẽ 7. Verr.33.Quàm pauci principes contradixerint. Legi pót separatim, contradixerint.& lib.5.& denique cuicũq; aduersarius nõ cõtradixit.

Contradicere aliquid.Cic.pro Rosc.Amer.56. Et quicquid tu contradixeris,id cum defensione nostra contendito.

Contradicuntur hæc.Cic.3.Tusc.119.Ex quo intelligitur non in natura, sed in opinione esse ægritudinem.Contradicuntur hæc.Quis tam demens vt sua voluntate mœreat?

Contradictum contradicti,ἀντιλεγόμενον,) vt apud Quintilianũ,in prooem.lib.4.1.Dissolucre contradicta.

Contradictio,Verbale ἀντιλογία,) Quintil.lib.2.cap.15. Ponuntur hæ quandoque in secundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones. Id est quod dicunt,Instantiæ & obiectiones.& Quintil.lib.3.Nam vbi contradictioni locus non est,quæ potest esse causa dubitandi?

Contrâdo, contrãdis,pe.pro.contradidi,contraditũ, παραδίδωμι, cõtradere,Idẽ qđ simplex Tradere.Lucr.li.1.82.

Multaque præterea tibi possum commemorando
Argumenta,fidem dictis contradere nostris.

Cõtraho, contrahis,pen.cor,contraxi, contractum, συναλίσω, Aeneid.1. -contrahimúsque viros. Pompeius Marcello & Lentu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Is in Epistolis ad Atticum, libro 8. 161. 5. Vos hortor vt quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Sic apud Liuium 8. bel. Punic. 66. Contrahere auxilia. Et apud Plinium epist. 3 11. Contrahere pecuniam.

Contrahere personas ad aliquod negotium. Plin. Epist. 305.

In vnum locum contrahere. Cic. Artico, lib. 8. 157. 4. Sin omnia in vnum locum contrahendi sint, non dubito quin, &c.

In vnum omnes contrahere. Liu. 6. bel. Pun. 120. Periculum esse ratus, ne ea res (si vtrum omnes contraheret. Sic 7. ab Vrbe. 112.

Iracundiam contrahere. Plin. lib. 10. cap. 20. 1.

Crura contrahere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2. 5.

Flectit, contorquet, porrigit, contrahit quocunque vult membra sua, omne animal. Cic. 1. de Diuinat. 136.

Dilatare & Contrahere, contraria. Cic. 2. de Nat. deo. 103.

Contrahere & Dissipare, contraria. Cic. de Amic. 23, Quæ in rerum natura, totoque mundo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.

Contrahere colli. Cic. 3. Tusc. 71. Et Virg. 1. Geor. 7. Brachia cõtrahere.

Contrahere se. Cic. 2. de Nat. deo. 105. de pulmonibus. Tum se cõtrahit aspirantes, tum in respiratu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis. Ibidem, 103. Partes quæ sunt infra, quàm id quod deuoratur, dilatantur: quæ autem supra contrahuntur. Hoc est coarctantur.

Contrahere ad colloquium. Liu. 8. bel. Pun. 94. Contrahere ad colloquii, dirimendarum simultatum causa, est conatus.

Contrahere ad colloquia gentes feras. Plin. lib. 3. cap. 5. 1, Et tot populorum discordes, ferásque linguas sermonis commercio contraheret ad colloquia. Vide COLLOQVOR.

¶ Contrahi incommodis amici, pro Contristari. Cic. in Læl. 45. Vt ex bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur.

Contractum est illud eius culpa, pro Peccauit in hoc. Cice. ad Q. fratrẽ, lib. 1. 14. Ea molestissime ferre homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sint. Idem Attico, lib. 11. 217. 2. Et 3. Tusc. 89.

¶ Contrahere, (πιμπράναι,) æs alienum. Plin. epist. 55. 2. Vt æs alienum exolueret, contractum ex pulcherrimis causis. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 35, Constare inter omnes video, absente summa adhibita diligentia, nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus, vetere autẽ magno & gravi multas abesse liberalitas vrbis. Idẽ in Catil. 17. Vide AES.

Aruginem Plin. lib. 34. cap. 11. 5. Ocyssime vero contrahit coronarium æruginem. Sic contrahere mucorem, Columel. lib. 12. cap. 4. 3. Et ibidem, cap. 17. 1. Contrahere situm.

Amicitiam virtus contrahit. Cic. de Amic. 45.

Animum contrahit musica cui opponitur Remittit. Cic. 1. de Legib. 61. Namque & incitat languentes, & languere facit excitatos: & tum remittit animos, tum contrahit.

Animũ demittere & contrahere. Cic. 4. Tusc. 23. Stulti est autem ægritudo ea qua afficiuntur in malis opinatis, animósque demittunt & contrahunt. Idem Qu. fratri, lib. 1. 1. 6. Quapropter hoc te primùm rogo, ne contrahas aut demittas animum.

Animus contrahitur formidine. Lucret. lib. 5. 145.

Bellum temeritate. Liuius 5. ab Vrbe, 166. Tribuni quorum temeritate bellum contractum erat, summæ rerum præerant. Idem 4. bel. Punic. 194. Et Tudertanos qui contraxerant eis cum Carthaginensibus bellum, in potestatem redactos sub corona vendiderunt.

Benevolentiam à persona nostra contrahere. Author ad Her. lib. 1. 7.

Causam mortis sibi contrahere. Plin. lib. 11. cap. 19. 2.

Certamen. Liuius 7. ab Vrbe, 116. Ibi circa tacentis Galli corpus contracto certamine pugna atrox concitatur. Idem 3. bel. Pun. 121, In hoc alterno pauore certamina aliquot fuit contracta, nec Numida Hispanó equo par fuit.

Cicatrices vulnerum. Plin. lib. 12. cap. 17. 6, In Arabia & olea dotatur lachryma, qua medicamentum conficitur singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. Cicatricem inducere dicit Celsus.

Cladem Liuius 5. bel. Pun. 103, Metu futuri dedecoris si sua temeritate contractæ cladi superesset. Id est factæ.

Culpam Pomponius in L. Liberto §. Primo. ff. de Negot. gest.

Contrahere culpam. Pap. in L. Liberto. Parag. Lite. ff. De negot. gest.

Culpam contraxisse non videtur, quòd à sententia contra absentem dicta ipse non prouocauit. Cicero Attico, lib. 11. 230. 1, Ea enim est à nobis contracta culpa, vt omni statu, &c.

Damnum Cic. 5. de Finibus, 156. Nec mercatura quæstuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 1. 16, Non hæc inmodico contraxi damna Lyæo.

Frontem. Quod solent facere subirati, & quibus aliquid non placet. Plautus Amphit. 5. 1, Quid contraxistis frontem? Plinius epist. 15. b, Gaudes quòd me venturum esse pollicetur, sed contrahes frontem quam dicero. ad paucos dies. Tunc enim frons corrugatur, id est in rugas contrahitur. Cic. pro Cluen. 57.

Inimicitias. Quintil. lib. 7. cap. 2. 37, Inimicitias domui contraxeras.

Inuidiam in vita. Author ad Heren. lib. 4. 109.

Iram alicuius sibi contrahere. Ouid. 1. Meram. 152.

Iter cõtrahere, Id est breuius facere, aut properare. Prop. li. 3. eleg. 20. 3.

Iura cõtrahere, Significat austeritatẽ legũ temperare, & minus quàm pro imperio agere, ne summum ius summa sit iniuria. Stat. 11. Theb. 137.

Lites. Cic. 3. de Leg. 9, Lites contractas iudicanto.

Litigium inter aliquos. Plaut. Casin. 3. 3. 31, Nam ego aliquid contrahere cupio litigi inter eos duos.

Mali cõtrahit. Celsus lib. 2. cap. 1, Hyems autẽ capitis dolores tussim, & quicquid in faucibus, in lateribus, in visceribus mali cõtrahitur, irritat.

Molestias liberalitate sua contrahere. Cic. Cæcilio, lib. 2. 15. 16.

Morbum. Plin. lib. 30. cap. 8. 1, Quòd si vrina in se reddiderit, eos qui carnem ederint, stranguriæ morbum contrahere traditur. Sic Contrahere aduersam valetudinem ex re aliqua. Plin. epist. 139. a. & 154.

Nefas. Liuius 5. ab Vrbe, 73. Et tacendo forsitan quæ dii immortales vulgari velint, aut minus quàm celanda effando nefas contrahi. Sic Contrahere piaculum sibi & Reipublicæ, Liuius 5. ab Vrbe, 235.

Noxam. Colum. lib. 6. cap. 27. 8, Aut si id facere prohibeantur, cupidine solicitati, noxam contrahant. Id est incidant in morbum. De equis.

Odium contrahere. Author ad Heren. lib. 2. 109.

Offensionẽ. Cic. 1. de Inuen. 34. Si turpitudo causæ cõtrahet offensionẽ.

Opus ingens contrahere in minores gyros, Stat. 4. Syl. 7. 1.

Orationem contrahere, & Dilatare, contraria. Cic. in Partit. 14, Quæ simplicibus verbis ita tractatur, vt aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contraharur oratio.

Periculum. Liuius 2. ab Vrbe, 100. Morando an veniendo plus periculi contraherent.

Pituitam contrahere. Celsus lib. 4. cap. 5, Nihil edendum bibendúmque nisi calidum, vitatis tantùm his, quæ pituitam contrahere consueuerunt. Id est gignere vel augere.

Pœnam sibi. Cæsar 8. bel. Gall. 83, Sed tamen se contentum fore ea pœna, quam sibi ipsi constituissent.

Præcepta in vnum contrahere. Ouid. 2. de Remed. amor. 6.

Rationem contrahere cum aliquo. Cic. pro Cluen. 31.

Tempus. Plin. in Paneg. 80. Num ipsum tempus epularum tuarum quum fugacitas contrahat, extendit humanitas? Ouidius 1 Iuppiter antiqui contraxit tempora veris.

Terram contrahere dicitur Sol, cui Lætificare opponitur. Cic. 1. de Nat. deor. 147, de Sole, Et modò accedens, tum autem recedẽs binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit: quarum in intervallo, tum quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim lætificat, vt cum exilo hilarata videatur.

Tristitia contrahitur largiore potu. Plin. lib. 14. ca. 6. 3. Inuenio potu modico tristitiam animi resolui largiore contrahi.

Tristitiam contrahere dicitur bilis atra. Celsus lib. 3. cap. 18, Alterum genus insaniæ est quod spatium longius recipit, quia fere sine febre incipit, leues deinde frequentesque excitat, & consistit in tristitia, quam videtur bilis atra contrahere.

Vela, pro Reprimere sese, & cautius agere. Cice. ad Atticum, lib. 2. 21. 3, Contraxi vela perspiciens inopiam iudicum: neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum, vt non possem præterire. Horat. 2. Carm. Ode 10. 5. –sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo.
Turgida vela. Sumptum est à nautis, qui vehementius spirante vento vela contrahunt, quo tutius nauigent: vento languidiore pandunt, captantes auram. Erasmus in Chiliad. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 15.

Ventrem. Plin. lib. 22. cap. 10. 1, Ipsi nucleo viuunt, panem facientes prædulcem, & qui contrahat ventrem.

Dies medius rerum contraxit vmbras. 5. Ouid. 3. de Arte. 144.

Vultum contrahere. Est austerius intueri. Ouid. 4. de Pont. eleg. 3. 2.

Contrahere, Coagulare. Plinius lib. 23. cap. 7. 2. Fici succus lacteus, acerti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit.

¶ Contrahere, (συμβάλλειν, συναλλάττειν,) Pacisci: vt fit in emẽdis, vendendisque mercibus. Cic. 3. Offic. 81. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium.

Contrahere cum aliquo. Cicero 1. Offic. 8. Nulla vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. Idem 4. Verr. 123. Nam quas pecunias iis ferebat expensas quibuscum contrahebat, &c.

Quæstus molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt? Cicero 5. Tusc. 146.

Contractus, Pars cipium. (συναλλαγμάτων,) vt Contractus exercitus, Liu. 7. bel. Pun. 121. Plin. lib. 18. cap. 2, Contractis ad medium digitis.

Contracta breuitas. Cicero 3. de Orat. 86. Similitudinis est ad verbum vnum contracta breuitas.

Gesta & contracta res. Cicero pro Quintio. 6. Id quo facilius facere possitis, dabo operam vt à principio res quemadmodum gesta & contracta est, cognoscatis.

Contractæ res. Cice. 1. Offic. 14. Aut in hominum societate tuenda, tribuendóque

buendóque suum cuique & rerum contractarum fide.

¶ Contractus, (συμπόσιον,) Compressus. Horat. 2. Serm. – an turpi clausus in arca Contractum genibus tangas caput.

Contracta res est & adducta in angustum. Cic. de Amic. 19.

Bellum contractum dicunt cum ventis nautæ. Lucret. lib. 4. 196.

Cupido contracta. Id est temperata cupiditas, compressa auaritia. Horatius 3. Carm. Ode 16. 8.

Piger contracto frigore, Id est ob frigus contractum. Virgil. 3. Georg. 52.

Front contracta, Id est rugosa. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 25.

Paupertas contracta. Horat. 1. Epist. 5. 4.

Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. Cic. 3. Tusc. 89.

Continetudines & familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ. Cic. 1. Offic. 59.

Vestigia contracta alicuius sequi, Id est difficilem viuendi rationem, aut mores aut studia alicuius imitari. Horat. 2. Epist. 2. 16.

Contractus, contractus, (συναλλαγμα,) Quintil. lib. 4. Dicam quæ acta sunt ante ipsum rei contractum, Dicã quæ in re ipsa, Dica quæ postea.

Contractus, (συναλτὸς,) Nomen ex participio. vt Cõtractior introitus, Cic. 2. de Nat. deor. 217.

Exiguus atque contractus locus. Virg. 4. Georg. 50.

Spatiosum & Contractum, contraria. Columella libro 5. cap. 5. 3. Sed neque spatiosiora, quàm decem pedum, neque contractiora quàm quaternor. De spatiis ordinum loquitur.

Spatio breui contracti. Ouid. 6. Fast. 39.

Contractiores noctes. Cicero in Parad. 5. Accipies igitur hoc parum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus. Hoc est breuioribus.

Studia contractiora in senectute esse debent. Cic. pro Cælio, 60.

Contracta & astricta eloquentia putanda est, dialectica. Cicero de Claris Oratoribus, 171.

Cõtractus & breuis ambitus verborũ. Cic. de Clar. Orat. 84. De periodo.

Contractio, Verbale, (συστολὴ,) vt Contractio neruorum. Plinius lib. 10. cap. 14. 9. Et lib. 30. cap. 12. 5.

Contractio frontis. Cic. pro Sestio, 14.

Digitorum contractio facilis, facilisque porrectio propter molles commissuras. Cic. 2. de Natura deorum, 124.

Contractio & Productio, contraria. Cic. 3. de Orato, 108. Aut contractio ne breuius fierer, aut productione longius, &c.

Proiectio, & Contractio, contraria. Cice. in Oratore, 33. Brachii proiectione in contentionibus, contractione in remissis. De gestibus oratoris.

Superciliorum remissio & contractio. Cic. 1. Offic. 103.

Contractio paginæ. Cic. ad Atticum, lib. 6. 91. 5. Et si meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat.

Effusio animi. & Contractio, contraria. Cic. 4. Tusc. 108. Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.

Contractiuncula, penult. corr. (συστολίον,) Diminutiuũ. Cicero 3. Tuscul. 140. Hoc detracto, quod totum est voluntarium, ægritudo eris sublata illa morens, mœrius tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

Contrahendus Adiectiuum. (συναλλακτικὸς,) vt Negotiis contrahendis implicari. Cicero 2. Offic. 15.

Contrecto, contrectas, (μεταχειρίζω, ἅπτομαι, ψηλαφίω) contrectare. Frequentatiuum à Contraho. Frequenter tangere. Plin. lib. 18. cap. 1. 15. Tabesque animi contractata aduritur culpantium omnia. Columella libro 12. cap. 4. Ne contrectentur poculo. Plinius libro 28. cap. 2. 18. Capillum vero contrectari, contra decussim, &c.

Oculis vulgi aliquid contrectandum permittere. Tacitus libro 3. Nam quò pertinuit nudare corpus, & contrectandum vulgi oculis permittere? Item Lactantius de Opificio Dei, Quæ à nobis longè remotæ, neque oculis cõtrectari, neque tãgi manu, neque pedi sensibus possũt.

Contrectare mente varias voluptates. Cicero 3. Tusc. 50. Impellit rursum & incitat ad conspiciendas, totáque mente contrectandas varias voluptates.

¶ Contrectare, pro Tractare Cic. de Fato. 5, Nec enim quod recte existimas, oratoria illa studia deseruit, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantissimum acceperamus ea quæ nunc contrecto minuunt, sed augent potius illam facultatem. Idem 3. de Orat. 14, Hæc facilius dimissa & quasi discerpta contrectant.

Liber manibus contrectatus. Horat. 1. Epist. 21. 3.

Contrectatio, Verbale. (ψηλαφησις,) Cic. 1. de Nat. deor. 104, Quod si ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?

Contrectabiliter, (ψηλαφωμένως,) Aduerbium. Lucretius lib. 4. 133. – læuissima corpora debent Contrectabiliter caulas intrare palati. Alii legunt contrectabilis in cauli, &c.

Contraliceor, contraliceris, (ἀντωνεῦμαι,) contraliceri. Cæsar 1. bel. Gal. 70. Proptereà quòd illo licente contraliceri audeat nemo. Forsan duæ sunt dictiones, contra liceri.

Contrapósitus, pen. corr. (ἀντίθετος,) Adiectiuum, pro Oppósito. Quintilianus, De æquo, vero, iusto, bo

no, déque iis quæ sunt contraposita, disputat.

Contrarius, (ἐναντίος,) Adiectiuum, à Contra præpositione, significat Oppositum & repugnantem. Cic. Vniuersi. 47, Eos qui prope copulentur contrariaque regione, aut pone quos, aut ante labantur, &c.

Contrarium, est quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimum differt: vt frigus calori, vitæ mors. Cice. 1. de Inuent. 52.

Arma contraria. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 9.

Flumina contraria classi. Ouid. lib. 13. 37.

Humor ignibus contrarius. Ouidius in Ibin, 7.

Ictus contrarius. Liuius 2. ab Vrbe, 27. Contrario ictu per parmam vterque transfixus.

Verba rebus contraria. Brutus Attico, in Epist. ad Brutum, 17. 7.

Vitia virtutum contraria. Cic. 4. de Finib. 109.

Voluptas honestati contraria. Cic. 3. Offic. 163.

In contraria vitia currere. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 5.

Ire vitæ priori cõtrarium. Iuuenalis Saty. 3. 1. – igitur flexisse videris.

Decernit contrarium ac paulo antè decreuerat. Cic. 3. Verr. 84.

Contrarius atque. Cic. in Somnio Scipionis, 15. Qui subiecti sunt septem, qui versantur terrõ contrario motu atque cœlum.

Conferre pugnantia, Comparare contraria. Cic. in Orat. 21.

Paria paribus referre, aduersa contrariis. Cic. in Orat, 35.

Disiuncta maxime & contraria dicere. Cic. 2. Philipp. 42.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Virg. 1. Aeneid. 8.

Contrarius, diuersus, & pugnantibus studiis & cupiditatibus conflatum monstrum. Cic. pro Cælio. 8.

Ex contrario contrahere aliqua in aduersarios. Cic. 2. de Orat. 98.

E contrario confiteri. Author ad Herennium 17.

Ex contrario contendere aliquid. Cic. pro Q. Rosc. Com. 17.

Ex contraria parte dicere. Cic. 1. de Inuent. 38.

In contrarium cadere. Plin. in procem. lib. 14. 6, Omnes à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere.

In contrariam partem afferre aliquid. Cic. 2. de Orat. 119.

In contrariam partem consilium pium alicuius rapere. Pollio Ciceroni, libro 10. 33. 6.

In contrarias partes de omni re disputare. Cic. 1. de Orat. 76.

In contrarias partes flumina fluunt. Cic. 1. de Diuinat. 132.

Inter se contraria capita Reipub. conferre. Cic. de Orat. 123.

Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna. Cicero 2. de Diuinat. 27.

Contrarie, Aduerbium. (ἐναντίως,) Cic. 1. de Oratore, 69. In quo aut ambigue quid sit scriptum, aut contrarie. Idem de Vniuersitate. 40. Omnis enim orbis eorum quasi Helicis inflexione vertebat: quam bifariam contrarie simul procedentia efficiebant: vt quod esset tardissimum, id proximum fieret celerrimo.

Relata contrarie verba ornãt in primis orationẽ. Cic. 1. de Orat. 146.

Contrascriptum, contrascripti, (ἀναντιόγραφον,) Cicero Attico, lib. 16. 334. 9, Antonii edictũ legi à Bruto, & horum contrascriptum præclare. Legitur & sciunctim à nonnullis, Contra scriptum.

Contrasto, contrastas, (ἀντίκεμαι,) contrastare, Repugnare. Nec iuius, Contrastat semper, nec me sinit loquier.

Contrauenio, contrauenis, pen. corr. contrauenī, contrauentũ, (ἐπαντῶ,) cõtrauenire. Cæsar 7. bel. Gallici, 114. Hoc acto, vt siqua exoparte cõtrauenire tur, acie instructa depugnaret.

Contrauenire, Aliter. Cicero 1. Tuscul. 87. Ego vero facile sum passus, ne in meorum quidem aliquid contrauenire, ita sibi fauco sententiæ. Id est quod contrarium esset, & repugnaret. Scribitur & disiunctim, Contra venire.

Contrauenire de. Cic. 4. Verr. 74. Si de literis corruptis contrauenit. Id est eum accusauit corruptarum literarum.

Aliquem contrauenire. Cic. pro Murena, 8 Si turpe existimas te aduocatoi illum ipsum, quem contraueneris, causa cadere. Legi potest, quem contra veneris, disiunctim & fortasse rectius.

Aduerbium E contrario, è diuerso. Solinus cap. 15. Denique recentem natum fletu parens excipit: contrauersum sunt lætæ sunt funera, adeò vt exẽptos gaudio prosequantur. De Thracibus.

Contrecto, Vide CONTRAHO.

Cóntremo, cóntremis pen. corr. contremui, (τρομέω,) contremere, Idem quòd tremere. Cic. 3. de Oratore, 86. Cœlum tonitru contremit.

Aequora contremuerunt. Catull. in Argonaut. 41.

Timore perterritus contremuit. Cic. 1. de Diuinat. 103.

Periculum contremuit domus. Horat. 1. Carm. Ode. 12. 2.

Contremuit fides ac virtus. Cic. pro Sestio, 57. Cuius in mea causa nunquam fides virtúsque contremuit.

Contremisco, contremiscis, contremui, (τρομέω,) contremiscere, Idẽ quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

contremere.C.1.de Oratore 60.Et tota mente atque omnibus artubus contremiscam. Cecinna ad Ciceronem, lib.6.7.9.Toto corpore contremisco,non pœnæ metu,sed illius iudicii. In vetustioribus scriptis codicibus legitur Contremesco.

Contremiscere,cum accusat.Seneca,&c.)Hor.1.Carm.Ode 12.1.
– vnde periculum
Fulgens contremuit domus Saturni veteris.

Contremiscere,cum accusatiuo.Seneca epist.66.Fortes simus aduersus fortuita,non contremiscamus iniurias,non vulnera,non egestatem.

Contribuo, contribui,contribui,penult.corr.contribûtum, pen. nult.prod. συμπεριτίνω,συμπαρέχω,) contribuere, Simul tribuere & conferre.Cic.14.Philipp.410.Vbeum ad eá rem pecuniam dare,contribuere soluere iubeant. Ouid.7.Metam.47.
Nec non Penens,nec non Sperchiades vndæ

Contribuere aliquid. Tryphonius in L.Si vero.ff.de Testamento militari,Et quoniam si adhuc miles hæc quoque legasset, contribuebantur omnia,& pro rata ex omnibus decedebat,&c.

Contribuere alterum alteri,pro Alterum altero pensare.Seneca De Benefic.6.De Beneficio & iniuria loquens, An alterum alteri contribuere debeam,& nihil negotii habere, vt beneficium iniuria rollatur beneficio iniuria?

Contribuere laudem alicui.Cic.pro Milone.62. Nam quæ mihi contribuenda laus esset ipsi,quum tantum,&c.

¶Contribuere,pro Attribuere.Colum.lib.1.cap.2.12.De cæteris ambigo, de colore satis admirari non possum cum alios, tum Cor.Celsum non solum agricolationis,sed vniuersæ naturæ prudentem virum, sic & sententia & visu deceptum esse,vt oculis eius tot paludes tot etiam campi salinarum,non occurrerent,quibus ferè contribuuntur prædicti colores.Nullum enim remere videmus locum,qui modo pigrum contineat humorem,non eundem vel nigri,vel cinerei coloris. Plin.lib.32. cap.4.11. Sed hoc vitium est vitæ contributa habere remedia, quum aliud alii prosit,aliud alibi facilius inueniatur.

Contribuere medicam leguminibus.Columella. Idem lib.2.cap.9.Inter frumenta etiam panicum & milium ponenda sunt,quanuis iam legumi nibus ea contribuerint.

Contribuere in regna,id est dinidere.Plin.lib.5.cap.18.1.

Contribuuntur in eam oram Ilici.Plin.lib.3.cap.3.3. Et Contributi Megarensibus,Plin.lib.4.cap.7.1.

Contribuere se alicui. Liu.8.bel.Maced.13.Epirotis Ambraciam placebat aggredi,quæ tum contribuerat se Aetolis.

Contributio,Verbale,συμπλήρωσις,)Ipse contribuendi actus.Papinianus in L.1.ff.ad Leg.Rhod.de iacto.Lege Rhodia cauetur, vt si leuandæ nauis gratia,iactus mercium factus est,omnium contributione sarciatur,quod pro omnibus datum est.

Contristo, contristas,κατηφίζω,)contristare. Columel.libro 5. cap.9.14.Nonnunquam etiam in olea vnus ramus cæteris aliquanto est lætior:quem nisi re cideris,tota arbore contristabitur.Hoc est male afficietur. Cælius Ciceroni,lib.8.9.13. Contristauit hæc sententia Balbũ Cornelisi,& scio eum questum esse eũ Scipione.

Auster contristat cœlum frigore pluuio.Virg.3.Georg.55.

Iuppiter mœsto contristat sydera vultu.Valer.lib.6.Argonaut.125.

Controuersus, ἀμφισβητούμενος,)Adiectiuũ,De quo controuersia est,quod in cõtrouersiam venit. Cic.pro Murena.16.Etiam controuersum ius nosse & tractare videare.

Res controuersa & plena dissensionis inter doctos.Cic.1.de Leg.78.

Gens controuersa natura.Id est omnia ad controuersiam renocans, inquit Budæus.Cic.de Claris Oratoribus.22. Quòd esset acuta illa gẽs, & controuersa natura.

Dubium & controuersum.Cic.2.de Diuin.156. Tantum sat est intelligi, sumere istos pro certo, quod dubium controuersumque sit.

Controuersia,controuersiæ. ἀμφισβήτημα,) Est certarum personarum de re propria cõtentio.Plaut.Rud.1.9.45. – apage cõtrouersia est.

Controuersia huius rei nulla est.Cic.4.Verr.31. Cuius hæreditatis,quum ille aliquanto ante re Prætorẽ esset mortuus,cõtrouersia fuerat nulla.

Ad lucere in controuersiam. Cicero 1.de Orato.90.Mediocrisne res in controuersiam adducta est?

Constituere controuersiam.Cic.1.de Orat.70.

In controuersia inuentionis deducta herba. Plin.lib.25.cap.4.6. Sed & pharnaceon in controuersia inuentionis,à Pharnace rege deductum.

Dicere controuersias.Quintil.lib.3.cap.8.35.

Dirimere controuersiam.Cic.3.Offic.164.

Ducere aliquid in controuersiam.Quintil.lib.3.cap.8.36.

Id est in controuersia.Author ad Heren.lib.1.17. Interfectum esse patrẽ ab Oreste conuenit mihi cum aduersariis,iure fecerit & licuerit ne facere,id est in controuersia.

Controuersia verborum est inter aliquos.Cic.2.de Finib.65.Quod eo liquidius faciet,si perspexerit rerũ inter eas,verborũne sit cõtrouersia.

Controuersia mihi est tecum.Plautus Aulul.7.83.Nulla controuersia mihi tecum erit.

Controuersia mihi est tecum de.Cicero 5.Verr.68.Si mihi tecum neque de ærumna, neque de æstimatione tua potest esse controuersia, quid sedes? Suet.de claris Gram.22.

Controuersia est de eo.Cic.4.Acad.124.Nitamur igitur nihil posse percipi.etenim de eo omnis est controuersia.

Controuersia non erat,quin.Cic.pro Cecinna.22. At controuersia non erat,quin verum diceret.

Existunt controuersiæ ex hac re.Cic.1.de Orat.69.

Facere controuersiam. Cice.in Orat.66. Nihil ambigi posse in quo non aut res controuersiam faciat, aut verba. Quintil.libro 1.cap.6.15. Ideóque iecur etiam & femur controuersiam fecerunt. Idem libro 7. cap.2.42.Quia nulla sit ei de sua parte controuersia.

Multæ quæstiones habent controuersiam.Quintil.lib.3.cap.11.2.

Controuersias habere de re aliqua inter se.Cic.4.Verr.84.Quum haberent inter se controuersias de Senatu cooptando.

Minuere controuersiam. Vide MINVO.

Mouere controuersiam,est quandoque se defendere,& quòd vulgò dicitur regulariter agere.Paulus in L.Ex sextante. Paragr.Latinus.ff.de excep.rei iud.Quum de hæreditate inter Mæuium,ad quem pertinebat,& Titium qui controuersiam mouebat,transigeretur,&c.

Sedare controuersias.Cic.pro Corn.Balbo,34.

Tollere controuersias & constituere lites,contraria.Cic.9.Phil.164. Neque constituere litium actiones malebat,quá cõtrouersias tollere.

Venire in controuersiam.Cice.1.de Orat.68.In vtraque autem re, quicquid in controuersiam veniat in eo quæri solere,&c.Vide IN.

Versari in controuersia aut contentione dicitur res.Cice.in Oratore,26. Sed quoniam quicquid est quod in controuersia aut in contentione versetur,in eo aut sine,aut quid sit,&c.

Vocari in controuersiam dicitur res.Cice.ad Sulpitium, lib.13.27.5. Sic enim præscripsimus iis quibus ea negotia mandauimus, vt omnibus in rebus quæ in aliquam controuersiam vocarẽtur, te arbitro vterentur. Idem 1.de Oratore,161. Nulla enim ferè res potest in dicendi disceptationem aut controuersiam vocari,quæ non habeat,&c.

Omnem esse contentionem inter homines doctos in verbi controuersia positam.Cic.1.de Orat.53.

Sine controuersia,Hoc est facile & sine dubio,vel absque vlla differẽtia. Plaut.Curcul.14.68.Sine controuersia omne argentum redderet. Terẽt.Phorm.5.6.14.Na sine cõtrouersia à Dis solus diligere Antipho. Cic.3.Offi.9.Qui sine controuersia de officiis accuratissimè disputauit. Idé 3.Verr.89.Possedit Sacerdote Prætore sine vlla cõtrouersia. Idé Thermo.li.13.54.3. Et quod semp obtinuit sine vlla cõtrouersia.

Controuersiõsus,pen.prod.Adiectiuum,ἀμφισβητικός,) Idem quod Controuersum.Liu.3.ab Vrbe.310. Quem enim hoc priuatæ rei iudicem fecisse,vt sibi controuersiosam adiudicaret remIld est rem cõtrouersam,siue de qua esset controuersia.

Controuersor,controuersaris ἀμφισβητέω,)controuersari, Deponens, contendere.Cicero in Protagora,Nunc à vobis ô Protagora & Socrate postulo, vt de isto concedatis alter alteri, & inter vos de huiusmodi non controuersemini,non concertetis.Ex Prisciano, libro 8.De significationibus verborum.

Contrucîdo, contrucîdas,pen.pro.κατακόπτω,) contruciclare, Idem quod Trucidare,hoc est cum sæuitia pernecare.Cic.pro Sestio,68.A quibus hic multis vulneribus acceptis,ac debilitato corpore,& contrucidato,se abiecit examinatus.

Contrûdo, pen.prod.contrûsi,contrûsum,cõtrudere,συνωθίζω, Simul trudere.compingere.Cice.7.Verr.55. Et quòd eodem cæteros piratas contrudi imperarat,intellexit,&c.

Raptim contrudere corpus in flumen.Lucret.lib.4.86.

Contrudere in naues,vel alium locum.Cic.in Sallustium,11. Vnde tantũ hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum traiici, aut in naues contrudi. Idem pro Cælio.50. Sed non dubito quin sint pergraues, qui primùm sint talis fœminæ familiares: deinde eam prouinciam suscepermint,vt in balneas contruderentur.

Contrudi in dolia plena vinaceorum.Varro 1.de Re rustica,cap.54.2.

In vnum contrudere.Lucret.lib.6.43.

Contrûsus,pen.prod.συνωθισμένος,) Participium, vt Nubes contrusæ coguntur ad altos montes.Lucret.lib.6.148.

Contruncare, Idem quod Truncare. Plaut.Sticho,9.48. Dum equidem here le quod edant,addas,meum ne cõtruncent cibum.Id est ne imminuant.

Contubernium, ὁμοσκηνία,συσκηνία,κοινεβιον,)Verbum etiã frequẽtè vocabatur,authore Vegetio,lib.2,cap. 13.Manipulus, ab eo quod contũctis manibus pariter dimicabant. Proprie decem milites sub vno papilione degentes, dicebantur cõtubernium:quibus præerat Decanus,qui caput erat contubernii.Festus. Contubernii dicitur cõtubernalis habitatio. Cæsar.3.bel.Ciuil.272. Depositis in cõtubernio armis,vallũ relinquebant.Cic.ad Atti.lib.13. 288.2.Vide etiã quo anno Quæstor aut Trib.militũ fuerit, siue vtriq; eadẽ in Præfectura,aut in cõtubernio fuerit,modo fuerit in eo bello.

Inire

Inire contubernium alicuius philosophi.Suet.in Augusto,cap.89.

¶Contubernium,Cohabitatio,cõuictus & sodalitas. Cicero 7.Verr.82. Vbi illud contubernium mulierbris militiæ in illo delicatissimo littore? Plinius iunior lib.2.Epist.17.Vt tot tantisque dotibus villulæ nostræ maximè cõmendatio ex tuo contubernio accedat. Idem libro 3.Epist.3. Adhuc filium pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit. Id est consuetudinem,familiaritatem,domi tuæ.

Necessitudo contubernii.Cic.pro Planc.21.

Contubernâlis,penul.prod.cõis ge.ὁμοσκήνιος,συσκηνίτης,)Festus, Contubernales dicuntur à tabernis quæ fiebãt ex tabulis,vnde & tabernacula sunt dicta: licet ex tentoriis & pellibus fiant.Hactenus Festus. Cõtubernalis igitur, est domesticus & familiaris.Cice.ad Papirium, lib.9. 20.2.Habuisses enim non hospitem,sed cõtubernalem. Idé ad Quintrem,lib.2.8.3.Spero nos ante hyemem contubernales fore.Et pro Ligario.13.Domi vnà eruditi militiæ,cõtubernales.Plin.lib.36.cap.12. 7.Aesopi fabularũ philosophi cõserua quòdà & cõtubernalis hæc fuit.

Testes accusatoris confessores,conuictæ,contubernales.Cic.pro Flac.19.

Contubernalis alicui in Consulatu.Cicero de Claris Orat,54.

¶Contubernalis,pro Hospite.Cic.pro Flacco.32. Facis iniustè Læli, si putas periculo nostro viuere tuos contubernales,&c.

Præclaræ contubernales.Quintil.lib.4.cap.2.87.Nanque ipsum offendunt ructuosos spiritus geminare,plæclarasque contubernales ab omnibus spondis transuersas incubare,& reliquas circumiacere passim. Verba sunt Cælii de Antonio.

Cóntueor, contuêris,pen.prod.contûitus vel contûtus sum, (περιπλήσσω,κατανεύω,)cõtueri, Est fixo obtutu aspicere. Cic.3.Tusc.62.Nã reuocatio illa quam affert,quum à contuendis nos malis auocat,nulla est.Ibidé,lib.1.73.Quod randé spectaculũ fore putamus,quum totam terram contueri licebit?Sic.3.de Oratore.4.

Oculis cõtueri.Cic.4.de Nat.deo.11.Similiter facis ac si me roges,cur te duobus cõtuear oculis,&nõ altero cõtuear:quũ idé vno alleq possim.

Cõtuens,huius contuentis,(ἀτενίζων,) Participium,Qui aspicit.Plin.lib. 29.ca.6.24.Scarabei viridis natura contuentium visum exacuit.Idem lib.7.cap.1.12.Contuentes Solem immobilibus oculis.

Contûtus,huius cõtûtus,pen.cor.(ἀτενισμός.)Aspectus.Ph.lib.11.ca. 37.11.Oculi cõtuitu moltiformes.Cic.pro Sestio.99.Facit enim Iudices,vester iste in me animorum oculorumque contuitus, vt mihi iam licere putẽ remissiore vti genere dicendi.

Cóntumax, pen.cor.cõtumâcis,pen.prod.om.gen.(ἀπειθής,ἀνυπάκουος,)Proprè(inqt Donat')dicit cõceptor potiorũ.Martialis li.2.67.Me ne dixeris eẽ cõtumacẽ.Versus ẽ Phaleucius.

Contumax amomum fricanti,Quod non facilè fricando comminuitur, & fricanti resilit.Plinius lib.12.cap.13.3.Amomum viridissimum ac pingue,acutis angulis,contumax fricanti.Dicitur etiam triticũ fracto contumax,quod vngui vel denti difficilè cedit.

Contumaces boues.Colum.lib.6.cap.2.8. Hac machinatione consequemur,vt etiam contumaces boues grauissima opera non recusent. Hoc est reluctantes.

Populus contumax regibus suis,Id est rebellis aduersus reges.Seneca in Thyeste.2.5.

Contumax in me.Cic.ad Atticum,lib.15.328.5. Author ad Herennium lib.4.213.In superiores contumax.

Contumax emori,Quod non facilè moritur.Plin.lib.16.cap.10.5.Quinto generi situs idem,eadem facies,Larix vocatur:materies præstantior longè,incorrupta vis,emori contumax.

¶Contumax etiam in bonum,Fortis & patiens.Corn.Tacitus, Contumax etiam aduersus tormenta seruorum fides,supremæ clarorum virorum necessitates.

Cõtumacia,(ἀπείθεια,ἀυτάθεια,)Inobedientia.Cic.pro Rosc.Com.26. Est tuæ cõtumaciæ,arrogãtiæ,vitæq; vniuersæ vox. Idé de Amic.49. Iraq; illi efferitur fastidio,& cõtumacia. Idé ad Atticũ, lib.14.310.5.

Insolentia,superbia,contumacia.Cic.6.Verr.80.An verò ex hoc illa tua singularis significatur insolentia,superbia,contumacia?Est,inquit Budæus,Contumacia,quæ lingua vernacula feritas dicitur.

Abrupta contumacia.Vide ABRVMPO.Tacit.lib.4.

Responsi contumacia.Cic.in Pisonem.61.Sed Torquatus præter cæteros furebat contumacia responsi tui.Id est arrogantia.Budæus.

Contumacia in vultu.Liu.2.ab Vrbe.263. Idem habitus oris,eadem contumacia in vultu,idem in oratione spiritus erat.

¶Contumacia,pro Feritate.vt Cõtumacia oris & oculorũ.Cic.5.Verr. 4.Vt isti non modò dictis factisque omnibus,sed etiam oris oculorũq; illa contumacia ac superbia quã videtis,dissimillimus esse videar.Ibidé 17.de Apronio,Aspicite Iudices,vultum hominis & aspectum, & ex ea contumacia quam hic in perditis rebus retinet,illos spiritus Sicilienses,quos fuisse putetis,cogitate ac recordamini.

¶Contumacia,in bonũ,pro Libertate & constantia non obtemperantis iniusto imperio.Cic.1.Tusc.112.Adhibuitque liberam cõtumaciam, à magnitudine animi inductam,non à superbia.

Contumaciter,pen.corr.(ἀυτάδως,ἀπειθῶς,)Aduerbium.vt Cõtumaciter aliquid agere,id est inobedienter.Liu.2.ab Vrbe.253. Nec vlla vi domari poterant,tantum certamen animis imbiberat:segniter,otiosè, negligenter,contumaciter omnia agere.

Contumaciter,arroganter,(ἀκοινωνήτως,)Cic.Attico,lib.6.111.15. Ad me autem,etiã quum rogat aliquid,contumaciter,arroganter,(ἀκοινωνήτως,)solet scribere.

Et satis grauiter,& non contumaciter.Cic.Attico,lib.16.333.8.

Contumaciter spernere imperia validiorum.Colum.lib.6.cap.2.8.

Contumaciter vexari.Cic.ad Qu.fratrem,lib.2.1.5.Tum Clodius rogatus,diem dicendo eximere cœpit. furebat,à Racilio se contumaciter vrbaneque vexatum.

Contumaciter repudiare morem patrium.Cic.2.de Diuin.108.

Contumaciter resistere scalpturæ dicitur lapis vel gemma.Plin.li.37.ca. 7.12.Omnia autem hæc genera,scalpturæ contumaciter resistunt,parcmque ceræ figno tenent.

Contumelia, contumeliæ, (ὕβρις,) à Contumeo verbo,vel)vt vult Vlpianus)à Contemnendo,significat Conuitium.Terent.And.1.3.2.Prò deũm atque hominum fidem, quid est,si non hoc contumelia est?

Contumelia plus est quàm iniuria.Cice.5.Verr.86. Retinere solitus erat aratores,atque ab iis non modo per iniuriam,sed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti,quantum Apronius imperasset.

Verborũ cõtumelia.Suetonius.Otius verborũ cõtumelis mortuũ insectatus est.Cæsar 3.bel.Ciuil.252. Quo maior plugis fides haberetur, cõmilitones appellans & magna verborũ contumelia interrogans,solerentne veterani milites fugere,in vsum coni pectu interficit.

Aculei contumeliarum.Cicero 1.de Orat.122.In quo nulli aculei contumeliarum inerant.

Graues contumeliæ.Horat.Epod.11.6.

Insignis contumelia.Vide INSIGNIS.

¶Contumeliam accipere in se.Vide ACCIPIO.

Arcere ferro contumeliam.Vide ARCEO.

Commutare sua vita contumeliam.Vide COMMVTO.

Dicere contumeliam.Liuius,Et ne iis quidem contumeliis in eos dicendis parcistis.Plaut.Pseud.20.68.Contumeliam si dices,audies.

Contumeliam facere in aliquem.Vide IACIO.

Imponere plurimas iniurias contumeliasque alicui.Cic.6.Verr.17.

Incendere aliquem contumelia.Tacit.lib.1.

Grauissimas contumelias intorquere.Cice.4.Tusc.115. Alternis enim versibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ.

Perferre contumelias.Brutus Ciceroni,16.11.

Vexare aliquem contumeliis.Cic.1.de Nat.deorum.97.

Contumeliæ debilitatis.Plin.epist.171.d.Auditum est frequenter ab ipso,quum quereretur de contumelis debilitatis suæ, digitos seruorum suorum quotidie lingere.

Cõtumeliõsus,pe.pro.Adiectiuũ,ὑβριστής,ὑβριστικός,) Qui cõtumelia facit.Quint.lib.10.cap.7.Tã cõtumeliosos in se ridet inimicè eloquẽtia.

Iniuriosum & contumeliosum est.Cic.pro Cor.Balbo.17. In socios vero ipsos,& in eos de quibus agimus,fœderatos,iniuriosum & contumeliosum est,his præmiis & his honoribus exclusos esse.

In edictis contumeliosus.Cic.3.Philip.133.At quàm cõtumeliosus in edictis,quàm barbarus,quàm rudis?

Beneficium alicuius contumeliosum.Cic.Attico,lib.15.326.8.Nõ dubita res,cẽt quin otiosi futuri,vsurique beneficio Antonii contumelioso.

Contumeliosæ in aliquem literæ.Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.2.14.

Oratio contumeliosa.Cic.pro Plancio.4.Sin hunc illi antepono,contumeliosa habenda est oratio. Idem Metello,lib.5.2.10.

Verbum contumeliosissimum.Quintil.lib.2.cap.12.8.

Contumeliosæ voces.Cæsar 1.bel.Ciuil.253.Cic.pro Cælio.23.

Partim superbus,partim contumeliosus.Cic.Valerio,lib.1.10.2. Quanquam qui istinc nunc veniunt,partim te superbũ esse dicunt quòd nihil respondeas:partim contumeliosum,quòd male respondeas.

Contumeliosè,pe.pro.ὑβριστικῶς.)Aduerbium.Cic.2.de Orat.43.Dimitto autem eos non tam contumeliosè,quàm philosophum illum,&c.

Contumeliosè aliquid dicere de absentibus.Cic.1.Offic.188.

Contumeliosè lædere aliquem in concionibus. Cic.ad Atticum, lib.1.9.9. Et lib.1.de Nat.deor.128.Contumeliosissime vexare.

Contumeliosissime alicui maledicere.Cic.in Vatinium.13.

Contumeliosè facere iniuriam.Terent.Phorm.2.3.1.

En,vnquam cuiquam contumeliosius
Auditis,factam iniuriam,quàm hæc est mihi?

Contúmulo, contumulas,pe.corr.κάπτω,)contumulare, Tumulo vel terra tegere.Martial.lib.8.51.

Collegitque sinu fragmenta nouissima fracti
Oris,& aggesta contumulauit humo,

Humo patria contumulari.Ouid.3.Trist.eleg.3.7.

Contumulare,datiuo iunctum.Plin.lib.10.cap.33.7.Perdices ouis fragulum molli puluere contumulant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contundo, -contundis, cõtudi, pen.corr.contûsum, pen. produ. (συγκόπτω, φλάω,) contundere, Frágere, percutere, friare. vt Cõtundere in pila, Varro. 3. de Re rustica, cap. 16. 11. Et apud Columellam, lib. 7. cap. 7. 12. Contundere ferreis pilis.
Asper equus duris cõtunditur ora lupatis. Ouid. 1. Amorum. eleg. 2. 3.
Contundi cæstybus. Id est percuti & comminui. Cic. 2. Tusc. 70. Inde pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem.
Chiragra contudit articulos. Horat. 1. Serm. Saty. 7. 4.
– post quam illi iusta chiragra Contudit articulos.
Nitor contundere alicui. Ouid. 14. Metam. 20.
Contundere aliquem pugnis. Plaut. Amph. 4. 5 5 3.
– nónne hic homo modò me pugnis cõtudit? Idem Bacchid 8. 46.
Contundere & comprimere cor alicuius. Cic. 3. de Orat. 121. Qui illius acerbum cor contundã & comprimam. Versus est ex antiquo poeta, quem bis citat idem Cicero. 4. Tusc. 126. & 3. de Nat. deorum. 93.
Animum contundere. Cic. ad Atticum, lib. 12. 25 7. 5. Contudi enim animum, & fortasse vici, si modo permansero.
Contundere & frangere exultantis prædonis audaciam. Cicero. 13. Philipp. 367. Liu. 7. bel. Pun. 70.
Obterere atque contundere calumniam. Cic. pro Cecinna. 13. Concessit credo Ebatio quãdiu vellet de Cesenniæ bonis, vt haberet tamdiu vt viro forti ac sapiẽti dignũ fuit, ita calũnia, stultitiáque obtriuit ac cõtudit.
Facta alicuius contũdere, pro Superare & vincere. Plau. Stic. 5. 30.
Hydram cõtundere, pro Domare, debellare. Hora. Speratum meritis, duram qui contudit hydram.
Impetum alicuius contundere. Horat. 1. Carm. ode 6. 1.
Contudit ingenium patientia longa malorum. Ouid. 5. Trist.
Iras contundere. Columel. lib. 6. cap. 1. 3. de bubus loquẽs, Si nimis asperi erũt, pàtere vnum diem noctemque desaeuientis simulatque iras contuderint, manu producantur.
Populos feroces contundere. Virg. 1. Aeneid. 54.
Sæuitiam contundere alicuius. Propert. lib. 1. eleg. 1. 1.
Contundere virtutem, Comas tuere, frangere, comprimere. Valer. lib. 3. cap. de fortitudine, vbi de Epaminunda loquitur.
Crebro ictu contunda. Claud. 1. de raptu Proser. 86.
Contûsus, pen. prod. (συγκεκμένος,) Participium. vt Contusæ opes, Sallust. Nostræ opes contusæ, hostiumque auctæ erunt.
Animi contusi, Id est confracti. Virg. 4. Geor. 48.
Corpora contusa labore. Lucret. Lib. 4. 191.
Contusio, Verbale. (σύγκλασις.) Plin. lib. 17. ca. 24. 11. Est & quædã cõtusio falcis hebetioris. Colu. lib. 12. cap. 47. 3. Quia hæc candidior est oliua quã ea quæ contusione liuorem contrahit. Hinc per translationem Cælius vocat Contusionẽ, quum pars aliqua ferro vel baculo contusa & læsa, huorẽ acquisiuit, nec vlcus contraxit, sed tantum inflata est.

Cóntuor, contueris, pen. cor. contuitus vel contûtus sum, (ἐμβλέπω,) contui, Diligẽter videre & aspicere. Plaut. Asin. Ac hercule ipsum adeò cõtuor, quasi anti capite incedit, Idẽ Mere. 17. 15. Quid Perisirata hic Demophonis contuor? Sed Contueor frequentiori est in vsu.
Figuras miras contuimur in somnis Lucret. lib. 4. 7.
– atque in somnis quum sæpe figuras
Contuimur miras, simulachraque luce carentum.
Contuoſi, oculi dicuntur in angustum coacti continentibus palpebris, à contuendo, hoc est simul aspiciendo appellati. Festus.

Conturbare, notæ significationis verbũ. (διατάσσειν,) Cælius ad Ciceronẽ, lib. 8. ca. 12. 8. Conturbat me mora seruitutis huius, q tibi literas attulit. Cic. pro Cluẽt. 106. Vnũ est qđ me maxime cõturbat, q elogiũ, &c. Idẽ 4. Acad. 70. Idẽ Attico, lib. 7. 12. 1.
Animos conturbare. Cic. 3. Offic. 53. Incidunt sæpe multæ causæ quæ cõturbent animos vtilitatis specie.
Basia conturbare. Catul. epigram. 5. 3.
Corpora conturbare magno labore. Lucret. lib. 4. 194.
Vox conturbatur. Lucret. lib. 4. 114.
¶ Conturbare, (χαοπαράσσειν,) inquit Budæus) est etiam decoquere, & pecuniam suam dissipare: & proprie de seruis dicitur, qui cum rationibus dominicis parta non faciunt. Cicero ad Atticum, lib. 4. 76. 1. Illi dii fine irati homini Græco, qui conturbare quidẽ putat sibi licere, quod equitibus Ro. Idem ad Qu. fratrem, lib. 2. 14. 15. Ad quem ego rescripsi, nihil esse quod posthac arcæ nostræ fiducia conturbaret. Idẽ pro Plancio. 55. Verùm fac me multis debere, & in iis Plancio. Vtrum igitur me conturbare oportet, an cæteris quum cuiusque dies venerit, hoc nomẽ, quod urget, nunc quum petitur, dissoluere? Vlpianos de Institoria actione, L. Quicunque. Deinde pecunia accepta præsenti, vt per dies singulos ei panes præstaret, conturbauerit. Sic Alphenus in L. Quidã. ff. de In rem verso.
Sic intelligi debet Conturbabit Atlas apud Martialem in nono epigram. 4. Grandis in æthereo licet auctio fiat olympo.
Coganturque dei vendere quicquid habent:
Conturbabit Atlas Id est cœlum totum ipse tibi decoquet. Sic in decimo.

96. Hìc pretiosa fames, conturbatórque Macellus. Ita quoque & in 7. 16. Conturbatore aprũ dixit, – nolter te non capit ignis.
Conturbator aper, vilius esurio. Qui enim ex macello viuebant Romæ, & cupediis mensas & apro onerabant, ad extremum patrimonia vorabant, & decoctores, vel inopes certe fiebant. Iuuenalis Saty. 5. Sic Pedo conturbat, Matho deficit. Budæus.
Conturbare fortunas, Cice. dixit ad Cælium, lib. 8. Et Conturbare rem, Sallust. in Iugurtha, Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores sese vident, & ob rem corruptam domi pœnas metuunt, criminari Carthaginienses ante tempus domi digressos conturbare rem.
Cõturbãtus. pe. p. διατεταραγμένος) Nomẽ ex participio. Cic. ad Att. li. 1. 7. 8. Qđ præter ea ad te scribã, nõ habeo: & me hercule erã cõturbatior.
Tristis & conturbatus. Cic. 6. Verr. 27.
Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. Cicer. de Aruſp. Resp. 22. Ludos esse pollutos significastis, ac planè dicitis quid magis inquinatũ, deformatum, peruersium, conturbatum dici potest?
Conturbatio, Verbale. διατάραξις,) Ennius apud Ciceronem, 4. Tuscul. 30. Conturbationem, metum excutientem cogitata. Sub. expectorat. Sic Cicero in Topicis. 16.
Conturbãtor, pen. prod. Verbale τυραννικός,) Qui conturbat. Significat etiam decoctorem. Vide in præcedentibus.

Contus, huius conti, m. g. κοντός,) Sudes est siue hasta longior, duriorque, & acuta sine ferro, ad percutiendum apta.
Duris contis detrudere aliquid. Virg. 9. Aeneid. 106.
Contis detrudere aliquid. Virg. 9. Aeneid. 106.
¶ Contus, Pertica oblonga in capite ferrum habens, qua nautæ (inquit Donatus) vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna: à quo Percontor deducitur.
Acuta cuspide conti. Virg. 5. Aeneid. 42.
Ratem regere longo conto. Seneca in Hercul. fur. 9. 31.
Ratem subigere conto. Virg. 6. Aeneid. 61.

Contûtor, pe. pro contutõris, masc. gen. σωπεπτερεπτής,) Quasi cõ, alio tutor. Iulian. in L. Ex facto. ff. de Negot. gest. Valerius Seuerus respondit, aduersus contutorem negotiorum gestorum actionem tutori dandam. Vtpianus in L. Si procuratorem. ff. Si tutores. ff. mandati, Si tutores mandauerint contutori, &c.

Cónuador, pen. corr. conuadãris, κατέναω,) conuadari, Idẽ quod simplex Vadari, id est Vadimonio obstringere. Plautus. Curcul. 4. 6.
Vbi tu es qui me conuadatus es Veneriis Vadimoniis?
Vbi tu es qui me libello Venerio citastitecce me sisto, ades contra.
Verba sunt amicæ ad amatorem adolescentem.

Conualeo, conuales, pe. corr. siue Conualesco. conualescis, conualui, νγιαίνω, ἐκμένω,) conualere siue conualescere, Saluté recuperare. Cic. ad Cornificii, lib. 12. 12. 1, Hircius noster cardius cõualescit. Martial. lib. 10. 36. Hæredẽ me scripsit Numa, cõualui. Cic. 3. Tusc. 3. Nec eés qui curari se passi sunt, cõtinuò etiã conualescunt.
Ex morbo conualescere. Cic. de Fato. 43. Si tarum tibi est ex hoc morbo conualescere siue tu medicum adhibueris, siue non adhibueris conualescies. Idem Planco, lib. 13. 30. 10. Ille continuo in morbum incidit, ex quo non conualuit.
Magis indies conualescere. Cic. pro Milone. 18.
Conualescere & sanari ciuitas dicitur. Cic. pro Sylla. 57. Ex magnis & diuturnis & iam desperatis Reipub. morbis ista repente vis erupit: vt ea confecta & ejecta conualescere aliquando & sanari ciuitas possit.
Ne rei crudelitas exacerbata in me, in vos conualescat. Cicero. Antequam iret in exilium. 9.
Conualuit flãma. Quintil. lib. 5. cap. 13. At si singula quæque dissolueris, id illa flãma q̃ magna cõgerie cõualuerat, diductis quibus alebat, cõcidet.
Ignis conualuit, Id est vires assumpsit, apud Ouidium 8. Metam. 36.
Incommodum ad perniciem aliquorum conualescit. Cicero. Antequam iret in exilium. 10. Mihi credite hoc in vno incommodum confirmatum multorum infirmabit incolumitatem: & si initio nõ erit refutatum, impune ad omnium perniciem conualescet.
Mala conualuere per longas moras, Id est confirmata sunt. Ouidius 1. de Remed. amor. 19.
Mens conualuit. Ouid. epist. 15. 15.
Conualescunt opes. Liu. 1. ab Vrbe. 53. Fidenates nimis vicinas propè conualescere opes rati, prius quàm tantum roboris esset, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere.
Conualuit opinio. Colum. libro 3. cap. 7. 2. Cui nostræ sententiæ scio penè omnium agricolarum diuersam esse opinionem, quæ de arboribus inueterata longo iam tempore conualuit. Gellius lib. 4. cap. 11.
Pignus conualescit. Marcellus in L. Sicut & Venditionis. ff. Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur, Quod ita intelligemus, vt & si legatũ repudiatum fuerit, conualescat pignus.
Sensus mei conualuere. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 3.
Conualescere particulatim. Vide PARTICVLATIM.

Conuallis, huius conuallis, fœm. g. e. σύμφυτος,) Planities ex omni parte montibus collibúsque comprehensa dicta: (vt inquit

inquit Varro) quasi cauata vallis. Liu. 1. ab Vrbe, 171. Et infima vrbis loca circa forum, aliasque interiectas collibus conualles. Ibidẽ, 53. Romani Sabinique in media cõualle duorũ montiũ redintegrant prælium.
Roma in montibus posita & conuallibus. Cic. 2. de Lege Agr. 93.
Abrupta conuallis. Lucanus libro 7. 36.
Caua. Virgil. 2. Geor. 38.
Depressa. Virgilius. 3. Georg. 56.
Obscura. Virgilius 6. Aeneid. 28.
Virens. Virgilius 6. Aeneid. 136.

Conuâso, conuasas, penultima prod. (συσκολλόμαι,) conuasare, Verbum à Græcorum imitatione tractũ, significat Partim colligere. Figuratum à colligendis vasis, vt ait Donatus. Terẽtius Phormione. 1. 4. 13.
Restè ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam.
Aliquid conuasassem, atque hinc me conicerem protinus in pedes.
Nonius, Conuasare, dicitur Furtim omnia colligere.

Cónuecto, conuectas, & **Conuector**, conuectoris. Vide CONVEHO.

Cónuecho, conuehis, pen. cor. conuexi, conuectum, (συναγείω,) cõuehere, Comportare. vt Conuehere æs plaustris ad ærarium, Liu. 4. ab Vrbe, 161.
Conuehere camelis. Plin. lib. 12. cap. 14. 10. Thus collectum Saboram camelis conuehitur.
Conuehere lyntribus. Cic. pro Milone. 55. Repẽtè lyntribus in eam insulam, materiam, calcem, cæmenta, atque arma conuexit.
Conuehere ex diuerso. Plin. lib. 11. cap. 30. 2. de formicis, Et quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara.
Cõuehere ex Hispania merces, Id est apportare, aduehere. Plin. lib. 8. cap. 14. 17. & 57. Et apud Liuiũ. 3. ab Vrbe. 99. Cõuehere pdã ex castris.
Conuecto, conuectas, conuectare, Frequentatiuũ. (συναγώγιμαι,) Virg. 9. Aeneid. Cõuectare iuuat prædas, & vinere rapto. Idem de formicis. 4. Aeneid. 81. – prædamque per herbas
Conuectant calle angusto.
Cõuector, (συναγωγεύς,) Verbale, Qui in eadẽ navigat naui. Cic. ad Atticũ lib. 11. 208. 2. Quinctiã naui eius me, & ipso cõuectore vsurũ puto.

Conuello, cõuellis, conelli & conulli, cõuulsum, (σπάω, ἐκκόλω,) conuellere, Idem quod Vellere vel auellere. Plaut. Amphit. 14. 2. Quis tam vasto impetè has fores toto conuulsit cardine? Id est concussit?
Conuulsa sedibus domus. Plin. epist. 139. b. Ac mihi domus ipsa nutare, conuulsaque sedibus suis ruitura suprà videtur. Id est emota.
Claustra portarum conuellere. Stat. 11. Theb. 59.
Glebam conuellere vomere. Catull. in Argon. 8.
Conuellere repagula, atque effringere valuas. Cic. 6. Verr. 84.
Conuellere fundamenta. Colum. lib. 1. cap. 4. 9.
Cõuellere ac remouere gradus. Cic. pro Domo sua. 43. Et apud Cæsarẽ. 2. bel. Ciuil. 44. Cõuellere saxa infima quibus fundamenta cõtinentur.
Conuellere ea quæ non possunt moueri. Cic. 2. de Orat. 113. Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut tragœdias agamus in nugis, aut cõuellere adoriamur ea quæ non possint comoueri.
Dapes conuellere auido dente. Ouid. 11. Metamorph. 25.
Discordia aliquem conuellere. Tacit. lib. 4.
Turres & culmina domorum conuellere. Virg. 2. Geor. 89.
Ferro conuellere aliquid. Virg. 6. Aeneid. 30.
Flabra & imbres conuellunt æsculum. Virg. 2. Georg. 89.
Syluam viridem ab humo conuellere. Virg. 3. Aeneid. 5.
Vexilla conuellere. Tacit. lib. 1.
¶ Opinionem mentibus comprehensam conuellere. Cic. pro Cluent. 3. Deinde siquam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, si ea ratio conuellet, si ratio labefactabit, &c.
Pectus alicuius verbis conuellere. Ouid. epist. 16. 23.
Conuellere vires, Id est eas infirmas facere. Celsus lib. 3. cap. 4. Conuellẽdas enim vires ægri putauit, luce, vigilia, fiti ingenti, sic vt neos quidẽ primis diebus cibi sineret.
Labefactantur & conuelluntur auxilia. Cic. pro Rab. perdu. 10. Quãobrem si est boni Consulis, quum cuncta auxilia Reip. labefactari, conuellique videat, ferre opem patriæ.
¶ Conuellere, pro Auferre, abolere, abrogare, destruere. Cicero pro Corn. Balbo. 49. Cur eaque mutare nõ pollumus, conuellere malumus quàm tueri?
Conuellere acta alicuius. Cic. 2. Philipp. 88. Nolo plura, ne acta Dolabellæ videar conuellere.
¶ Conuellere, quod vulgus Confutare vocat. Cic. 1. de Diuina. 191. Hæc si tenemus, quæ mihi quidem non videntur posse conuelli, profectò hominibus à diis futura significari necesse est. Sic idem 1. Academic. 59.
¶ Conuellere atque auferre aliquem ex suis sedibus. Cic. 7. Ver. 146.
Penè conuellit me ex hortulis meis. Cic. 1. de Legib. 81.
Conuellere aliquem de pristino statu. Cic. ad Atticum, lib. 8. 167. 2. Secutæ sunt duæ ptid. Cal. ambæ datæque me conuellerunt de pristino

statu. Id est & conturbauerunt, & commouerunt.
Conuellere iustitiam vtilitate aliquarcui opponitur Constituere. Cic. 1. de Legibus 63, Ita fit vt nulla sit omnino iustitia, si neque natura est & ea, quæ propter vtilitatem constituitur, vtilitate alia conuellitur.
¶ Conuellere gratiam alicuius. Cæsar 4. bel. Gall. 128, Qui M. Antonii repulsa Cæsaris recedentis conuellere gratiam cupiebant.
Conuellere & commutare conditionem amicitiæ, & ius societatis. Cicero 5. Verr. 12.
Conuellere statum Reip. Cic. in Pisonem, 7.
¶ Conuellere fumem à terra. Virg. 1. Georg. 91.
– non illa quisquam me nocte per altum
Iré, neque à terra moneat conuellere fumem. Id est nemo mihi suadeat nauim tunc è portu soluere. Periphrasis poetica.
¶ Conuellere aliquid alteri, Subducere & suffurari. Plaut. Curcul. 8. 5. Si reddo illis, quibus debeo, plus alteri est:
Verum hercle vero conuellere illis cogito.
¶ Labefactata atque conuulsa cogitatio. Cic. ad Luceiũ, lib. 5. 13. 3. Quæ cogitatio quum mihi non omnino excidisset, (etenim penitus insederat) vi tamen tempestatum, & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata atque conuulsa.
Conuulsus, Participium. ἐκκοπείς, ἐκκοπτόμενος,) vt Conuulsus musculus, Hoc est cuius fibræ contactæ sunt versus suam originem. & contusi nerui, & conuulsi tendones dicuntur: hoc est retracti, & veluti compilati. Plin. lib. 20. cap. 7, Conuulsa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Et cap. 11, Item conuulsis cum ruta.
Æquor conuulsum remis. Virgil. 1. Aeneid. 29.
Domus conuulsa. Tacit. lib. 12.
Loca conuulsa vastæ ruinæ. Virgil. 3. Aeneid. 83.
Conuulsa penitus Respublica. Cic. de Claris Orat. 75.
Roma conuulsa sedibus suis. Cic. in Pisonem, 40. Quum mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis, ad complectendum conseruatorem suum procedere visa est.
Vi dominationis conuulsus. Tacit. lib. 5.
Conuolsum dixerunt veteres pro Conuulsum, vt Artus conuolsi pereunt, apud Lucretium lib. 3. 69.

Conuulsio, (σπασμός,) Verbale Plin. lib. 20. cap. 15. 6. Ligusticum aliqui panacem vocant, stomacho vtile est, item cõuulsionibus & inflationibus. Conuulsionibus, hoc est quod vulgus retractiones vocat. Quæ fiunt vel in musculis vel in tendonibus propter intemperiem humorum inflammatorum, aut fluxionem frigidam in partem neruosam. Cuius species videto apud Galenum in libro de Locis affectis.

Conuêlo, conuelas, pen. prod. σκεπάζω,) conuelare, Idem quod Velare. Plinius lib. 17. cap. 22. 23, Plagam omnem obliquam fieri, vt facile decidant imbres, & ad terram verti, quàm leuissima cicatrice actæ falcis exacta. plagique conuelata.

Conuena, Conuenientia, Vide CONVENIO.

Conuenio, conuenis, pen. corr. conueni, conuentum, συναγείρομαι, συνάπτω μι,) conuenire. Simul venire, congregari. Plautus Pseud. 4. 45.
Facite hodie vt mihi munera multa huc ab amatoribus
Conueniant. Cicero 4. Verr. 113, Huc conueniunt cum literis, veniunt cum mandatis.
Ambo conueniamus. Virgil. Eclog. 5. 1.
Multa conuenerunt, quæ mentem exturbarent meam, subita defectio Pompeii, alienatio cõiũ. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 4. 3.
Conuenire vndique. Cice. 2. Verr. 25, Quum hæc frequentia totius Italiæ Roma discesserit, quæ conuenit vno tempore vndique, comitiorum, &c. Virgil. 2. Aeneid 169.
Conuenire in vnum. Liuius 2. bel. Maced. 45. Cicero ad Atticum, lib. 8, 150. 2. Et pro Sext. Rosc. 37.
In ædem conuenisse. Ouid. 3. Fast. 41.
Conuenire ad aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 4. 70. 6, Iter ita feci, vt vndique ad me cum gratulatione legati conuenirent. Cæsar 1. bel. Ciuil. 49. Aduentu Cæsaris cognito, decuriones Auximi, ad Actium Varum frequentes conueniunt. Cicero pro Sexto Roscio, 7. Quanta multitudo hominum conuenerit ad hoc iudicium, vides.
Ad dapes conuenire. Ouid. 6, Fast. 135.
Conuenire ad Plinium libro 10, cap. 70. 2, Conueniuntque ex alto etiam ad quosdam odores. De piscibus.
¶ Conuenire, pro venire. Plautus Trucul. 14. 10, In vrbem crebro conuenio.
Conuenire aliquo ad exequias. Cicero 2. Verr. 10, Et pro Quintio, 29, Si funus id habendum fit, quo non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores.
¶ Conuenire, de re Venerea etiam dicitur. Plinius libro 11. cap. 14 6. Coniugio aranei conueniunt clunibus.
¶ Conuenire, Concordare, & sine controuersia esse. Valla, Conuenit inter nos, id est constat, & controuersia caret. Conuenit mihi hoc tecum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est sine controuersia est inter nos quod ego dixi. Conuenit tibi mecum. id est sine controuersia est inter nos quod tu dixisti. Nonnunquá sine supposito. vt Conuenit inter nos. Nonnunquam sine apposito, sed tñ subintellecto: vt Hoc conuenit. Nonnunquam sine vtroque: vt Conuenit. Hactenus Valla lib. 3. De his omnibus exempla subiecta sunt.

Conuenit inter nos. Cic. 4. de Finib. 52. Atqui si, vt conuenire debet inter nos, est quædam appetitio naturalis, &c. Liuius 2. ab Vrbe 101. Non modo inter Patres, sed ne inter Consules quidé ipsos satis cõueniebat.

Conuenire optimè cum aliquo. Cic. 6. Verr. 129. Illum noluisse sua laudationes suauiter L. Lucullum fororis virum, quicum optimè cõueniisset.

Conuenit inter eos ratio accepti & expensi. Plau. Mostell. 4. 147.

Conuenit inter eos quid sit. Cic. 2. de Finib. 6. Vt inter eos qui ambigunt, conueniat quid sit id de quo agatur.

Inter aliquos conuenire, ne. Vlpianus in L. Si conuenerit. ff. pro Socio, Si conuenerit inter socios, ne intra certum tempus communis res diuidatur, non videtur conuenisse ne à societate abeatur.

Conuenit inter nos, vt. Plaut. Capt. 7. 18.
Nunc ita cónuenit inter me, atque hunc Tyndare.
Vt tu æstumatum in Aulidem mittam ad patrem.

Inter vtrunque conuenit. Horatius 1. Serm. Saty. 7. 2.

Conuenit hoc fratri mecum. Terent. Adelph. 1. 1. 34. Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent.

Conuenit hoc mihi cum tuo fratre. Cic. 5. de Finib.

Nec locus nec sermo conuenit mihi cum eo. Plaut. Pseud. 20. 8. de improbis seruis,
–nec boni ingenii quicquam in his inest,
Nisi vt improbis hæc artibus teneant: cum iis mihi
Nec locus nec sermo conuenit, iis nunquam nobilis fui.

Conuenit mihi cum hoc de hac re. Plaut. Cap. 7. 36.
Dicito patri quo pacto mihi cum hoc conuenerit De huius filio.

Conuenit mihi cum aduersariis, matrem esse interfectam à filio. Cic. 1. de Inuent. 46. Et 3. Offic. 82. Si quid esset prodesse, mihi cum Ennio conueniret. Et 3. Tusc. 80.

Conuenit mihi cum eo, vt. Cic. ad Atticum, li. 6. 111. 24. Mihi cum Deiotaro conuenit, vt ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus.

Posteritas priori non conuenit, Cic. 3. de Finib. 112.

Conuenire sibi. Cic. 1. de Finib. 141. Quî sibi is conueniet, si negabit voluptatem crescere longinquitate? Idem de Clar. Orat. 110.

Si tibi ita conuenit. Cic. Dolabellæ, lib. 9. Epist. 21. 1. Quod quidem si ita est, minimè miror cœlum etiam & terras vim suam, si tibi ita conueniat, dimittere.

Pulchrè conuenit illis. Catul. epigram. 53. 1.

¶ Conueniebat mulier viro in manum quando bonorum societatem inibat. Cic. in Topicis. 10. Quum mulier viro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt, dotis nomine. Ibidem. 7. Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ea vxor mater familiás esset, si ea in manũ viri non conuenerat, nihil debetur. Idem pro Flacco. 65. Quid, ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non veniunt? in manum inquit conuenerat. Quintil. lib. 5. cap. 10. 44. At siquis, quum legatum sit ei quæ viro materfamiliás esset, neget deberi ei quæ in manum non conuenerit, specie. Sub. vtatur.

¶ Conuenit, absolutè positum, pro eo quod est Pacto firmatũ est. Plaut. Amphit. 4. 71. Conuenit vicîti vtri sint eo prælio,
Vrbem, agrum, aras, focos, seque vti dederent. Subaudi, inter eos: vt sit, Conuenit inter eos. Ibidem, 8. 122.
Nunquid causam dicis, quin te hoc mulctem matrimonio?
AL. Si deliqui, nulla causa'st. AM. conuenit. Idem Capt. 7. 21.
–rectè conuenisse censeo
Terent. Heaut. 4. 8. 23. Dic conuenisse, egisse te de nuptiis;

Pacto conuenit, vt. Liu. 4. bel. Pun. 36. Pacto cõuenit, vt quum Romanos Sicilia expulissent, Himera amnis, qui fermè insulam diuidit, finis regni Syracusam ac Punici imperii esset.

Conuenit parum de hoc. Quintil. Quanquam de hoc parum conuenit. Cic. 4. de Finib. 117. Cur igitur, quum de re conueniat, non malumus vitatè loqui?

De facto conuenit. Cic. 1. de Inuent. 16. Nominis controuersia est, quum de facto conuenit.

Conuenit inter. Iuuenalis Saty. 15. non procul à fine,
–sæuis inter se conuenit vlsis.

Id conuenerat signum. Liui. 9. ab Vrbe. 112. In tempore postquam ardentia procul vidit castra magister equitum (id cõuenerat signum) hostili terga inuadit.

Conuenit pax. Liu. 10. bel. Pun. 204. Nuntiarentque ei, vt si pax conuenisset, fine pretio eos Carthaginiensibus redderet. Ibidem, lib. 4. 134. Ita vt in potestatẽ redacti, suæ rursus ditionis essent, sicut pax cõueniisset.

Conuenit ita pax, vt. Liu. 1. ab Vrbe. 12. Pax ita cõuenerat, vt Hetruscis, Latinisque flumen Albula, quem nunc Tyberim vocant, finis esset.

Conuenit pax in has conditiones. Liu. 9. bel. Pun. 61. In eas conditiones quam pax conueniret, ab rege fœderi ascripti Prusia, &c.

¶ Conuenire de re aliqua. Plaut. Pseud. 7. 131. –si sumus
Conspecti, seu consilium vnquam inimus de isthac re,
Aut si de ea re vnquam inter nos conuenimus,
Quasi, &c. Cic. 1. Offic. 200. Bene Pericles qui haberet collegam in Prætura Sophocle poeta, huique de cõmuni officio conuenisset, &c.

De pretio conuenire. Quintil. lib. 4. cap. 2. 30. In portũ veni, nauim prospexi, quanti veheret interrogaui, de pretio conueni.

¶ Conueniunt mores. Terent. And. 4. 2. 13, Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores.

Non conuenit nomen. Terent. And. 5. 4. 37.

Næ istam multis tuam inueniri gaudeo. P. credo pater.
C H. At mihi vn'scrupul'etiá restat qui me malè habet. Et paulo post. 40.

Nomen non conuenit. C H. fuit hercle aliud huic paruæ.

Factum conuenit. Author ad Herennium lib. 1. 24. Iudicialis constitutio est, quum factum conuenit, sed iure an iniuria factum sit, quæritur.

Tempus & locus conuenit. Liu. 1. ab Vrbe, 97.

Conuenit numerus quantum debui. Teren. Phor. 1. 1. 3. –accipe, hem
Lectum est: conuenit numerus quantum debui.

Conueniunt vtriusque verba. Plautus Trucul. 17. 17. –conueniunt
Adhuc vtriusque verba.

¶ Non conueniunt hæc nuptiis. Terent. And. 1. 2. 19. –num vid entur
conuenire hæc nuptiis? P. non opinor Dane.

Somnium cum re conuenit. Cic. libro 1. de Diuinat. 160. Quod quidem somnium Silenna quum disputauisset mirificè ad verbum cum re conuenisset, tum insolenter, &c.

Voto conuenit res. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 8. Id est talis est qualé optabá.

Conuenit hæc ætas ludo. Plaut. Bacchid. 2. 21. Non omnis ætas Lydo ludo conuenit. Cic. in Hortensio, Nam quid vereris ne non conueniat nostris ætatibus oratio, quæ spectat ad hortandum?

Conuenit aliam ætatem aliud factum. Plaut. Merc. 24. 24.

¶ Conuenit in eum hæc suspicio. Cic. pro Roscio Amerino 30. Erat porrò nemo in quem ea suspicio conueniret. Id est de nemine poterat esse suspicio, quàm de illo.

Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. Cicero pro Deiotaro, 19. Et 3. Verr. 91.

Conuenit hoc in te vno, non in alium quenquá. Cic. 2. de Nat. deo. 107.

Hoc conuenit in omnes luscos. Cic. 2. de Oratore. 136.

Conuenit in me quiduis harum rerum. Terent. Heaut. 5. 1. 3.
– in me quiduis harum rerum conuenit
Quæ sunt dicta in stulcum, candex stipes, &c. Cicero pro Rosc. Amerino, Non in omnes arbitror omnia conuenire. Idem 5. Verr. 178. Sunt quædam omnino in te singularia, quæ in nullum alium hominem dici, neque conuenire possint.

Conuenit ad eum hæc contumelia. Cic. pro Sylla, 17. Equidem vehementer lætor eum esse me in quem tu quum cupias, nullam contumeliam iacere potueris, quæ non ad maximam partem ciuium conueniret. Id est pertineret.

Magna petis, quæ non conueniunt istis viribus. Ouidius 2. Metamorpho. 11.

¶ Conueniunt hæ vites ad vel in quétis agrum. Cato cap. 64. Cæteræ vites, & de his miscellæ maximè, in quétis agrum conueniunt Varro 1. de Re rust. cap. 19. 1. Sed ego neutrum horum ad omnem agrum conuenire puto, & vtrunque ad aliquem.

Conuenit in eam rem. Cato cap. 21. 1. Eo fistulam ferream indito, quæ in columnella conueniat, & in cupam. Sic Plau. Pseud. 20. 76. Cõueniebatne in tuam vaginam machæra militis?

Conuenit optimè ad pedem cothurnus. Cic. 3. de Finib. 75.

¶ Aliquem conuenire, pro In ius vocare. Vlpianus in L. Neratius. ff. De religiosis & sumptibus funerum, Si verò alius funerauerit, posse eum maritum conuenire.

Conuenire aliquẽ in ius. Plaut. Mostel. 15. 39. –seruos pollicitus'st dare
Suos mihi omnes quæstioni: nugas nunquam mihi Aedepol dabit.
TR. dat profectò. TR. quin illum in ius conueniam.

Conueniri, In ius vocari. Papinianus in L. capitis. ff. De fideiuss.

Actione conueniri. Vlpianus in L. 3 §. Quacunque. ff. de Iureiurando,
Quacunque autem actione quis conueniatur, &c.

Testato conuenire debitorem. Vlpianus in L. si procuratorem §. si ignorantes. ff. Mandati. Sed & si testato conuenerunt debitorem, vt is ipse puraret, appellaret, puto rationem excusationis eis constare.

Pro re aliqua conueniri. Paulus in L. Si mandato §. Paulus respondit. ff. Mandati, Necessario ex causa iudicati singulos pro parte diuidia conueniri posse & debere.

¶ Conuenire aliquem, pro Alloqui. Plaut. Amphit. 2. 133. Nisi te diuiti hanc conuenisti, & narrauisti hæc omnia. Cicerò Vatinio, lib. 5. 12. 3. Eámque si opus esse videbitur, conueniam. Idem 1. Tusc. 156. Conuenireque eos qui iuste & cum fide vixerint. Idem in Somnio Scipionis, 1. Et in Verrem actione secunda, Non dubitat, quin si ipse Verrem conueniat æquitate causæ, authoritate sua commouere hominem possit. Nonius, Interpellare interpretatur.

Conuenire

Conuenire & cõlloqui. Terent. Eunucho. 3. 2. 14.

¶ Conueniunt multo populi Carthaginem. Budæus, apud Plinium, libr. 3. Conuentus legimus pro iis quos dicr magnos nostri vocant: & verbũ Conuenire eodem pertinens Carthaginem (inquit) conueniunt populi LX, exceptis insolarum incolis. Id est iura Carthagine petunt. quod nunc refertiri dicimus, vernaculo vocabulo non temere prolato. est enim à confluendine Græcorum, qui καγχλάνειν φύλας dicunt, & Romani sortes iudiciorum dicebant: vt Virgilius in sexto, Nec verò sine sorte datæ, sine iudice leges. Et iuuenalis Satyra. 13. vbi vrnæ Prætoriæ meminit. Cicero. 4. in Verrem. 26. Aduersarii postulant vt in eam rem iudices dentur, ex iis ciuitatibus quæ in id forum conuenirent.

¶ Conuenibo in futuro antiquè dictum. Plaut. Casina. 12. 18.
–vbi nuptiæ Fuerint, tum istam conuenibo.

¶ Conueniri, Passiue. Cic. Attico, lib. 8. 155. 7. Verùm quum habeo rõnẽ dierum, antè puto trãsmissurum, quàm potuerit cõueniri. De Lentulo.

Conuenit, (συμφέρει, πρέπει, προσήκει,) Impersonale, id est decent & cõueniens est. Plaut. Merc. 10. 6. Rei quærũdæ tuæ conuenit operam dare. Idem Rud. 17. 36. Decet abs re id impetrari, ignoscere his te conuenit. Terent. Eunuch. 3. 2. 41. –haud conuenit
Vnà ire amica cũ imperatore in via. Cic. 1. de Finib. 56. Quî igitur conuenit ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia summum bonum ponere? Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 3. 5. Neque enim decet aut conuenit nobis periculo vllí submittere animum nostrum.

Non conuenit. n. quum ego ad promerendum officiũ tam fuerim expeditus, vos ad referendã gratiã esse tardiores. Cic. Antequã iret in exil. 1.
Quî enim conuenit, vt qui in rebus improbis populares fuerint, indè, &c. Cic. 7. Philipp. 219.

Conueniendo, Gerundum. (ἐν τῷ συμπίνειν,) vt Inter se conueniendo gignunt armenta. Lucret. lib. 2. 182. Id est cœundo.

Conueniens, Participium. (συμφερόμενος,) vt Copia agricolarum conueniens ex omni parte. Lucret. lib. 6. 1154.

Bene conuenientes propinqui. Cic. 1. Offic. 84. Id est concordes.

Conuenientes ad. Cic. de Amicitia. 16. Nihil est enim tam naturæ aptum, tã conueniens ad res vel secundas vel aduersas. Hoc est proprium, aptũ, accommodatum.

Sonus conueniens ad formã. Ouid. in Ibin. 88.

Tempus operi conueniens. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 8.

Aptum & inter se conuenies. Cic. 1. Offic. 199. Talis est igitur ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione constanti, sic in vita omnia sint apta inter se & conuenientia.

Conueniens, (πρέπων τινός,) Nomen ex Participio. vt Conuenientissima nemora, Columel. lib. 7. cap. 4. 5. Et Plin. in Paneg. 142. Cruile hoc erat, & conuenientissimum, nihil cogere, &c. Idem epist. 210. Conuenientissimum esse tranquillitati seculi tui putaui. Plin. lib. 34. cap. 7. 3. Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen Græci vocant, dici conuenientius erit.

Conuenienter, Aduerbium. (πρέποντως,) Cic. 4. Acad. 196. Non enim potest conuenienter dici, nihil comprehendi posse.

Viuere conuenienter naturæ. Horat. 1. Epist. 10. 3. Cic. 3. Offic. 16. Et 5. Tusc. 118.

Congruenter naturæ conuenienterque viuere. Cic. 3. de Fin. 40.

Conuenienter rationi & sententiæ suæ dicere. Cic. 2. de Finib. 134.

Conuenienter loqui ad. Liu. 3. bel. Pun. 17. Morem magis loquendi cum quâ conuenienter ad præsentem fortunæ nostræ statum locuti estis.

Mores conuenienter eunt studio. Id est tales sunt mores tui, quale est studium in quo exerceris. Ouid. 3. de Arte. 109.

Conuenientia, cõuenientiæ, (συμμετρία, ἁρμονία, Proportio quæda. Cic. 1. Off. 23. Nullũ aliud animal pulchritudinem, venustatem, cõuenientiam partiũ sentit. Idẽ. 2. de Nat. deor. 78. Hãc igitur in stellis constantiã, hanc tantam, tam variis curibus in omni eternitate conuenientiã tẽporũ nõ possum intelligere, sine mẽte, rõne, cõsilio. Idẽ. 3. de. Fin. 33.

Rerum conuenientia in amicitia est, in ea stabilitas, in ea constantia. Cic. de Amic. 83.

Conuenientia conseruatioque naturæ. Cic. 1. Offic. 140.

Conuenientia coniunctioque naturæ. Cic. 2. de Diuinat. 185.

Naturæ cõueniẽtia est extis. Cic. 2. de Diuinatione. 51. De extis hostiarũ.

Conuenæ, pen. corr. (συνήλυτοι,) conuenarum, dicuntur, qui ex diuersis populis gentibusque in vna mœnia conueniunt, simulque coalescunt, inquit Valla in Raudensem. Cic. 1. de Oratore. 19. An verò tibi Romulus ille, aut pastores & conuenas cõgregasse, aut Sabinorum, &c. Idem 5. Tusc. 81. Credebat se eorum nemini, sed his quos ex familiis locupletum seruos delegerat, quibus nomen seruitutis ipse detraxerat, & quibusdam conuenis & feris barbaris corporis custodiã committebat. De Dionysio Syracusanorum tyranno loquitur. Liu. 1. ab Vrbe. 3. Et Plin. de Viris illust. 2. 2, Romulus asylum conuenis patefecit. Plin. lib. 5. ca. 17. 1. In diem ex æquo conuenarum turba renascitur.

Conuentio, Verbale, (συνέλευσις, συνήθεια,) Vlpianus de Pactis, Lege 1. Conuentionis verbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotii cõtrahendi transigendique causa consentiunt, quî inter se agũt. Adeò autem conuentionis nomen generale est, vt eleganter dicat Prædius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conuentionem, siue re, siue verbis fiat.

Conuentus, Participium. (συνηλυθώς,) vt Conuenta pax, Sallustius, in Iugurtha, Sæpè antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam frustrà.

Conuentus est à me. Cic. Attico, lib. 15. 321. 2. De Antonio iam antea tibi scripsi, non esse eum à me conuentum.

Conuento aliquo homine opus est. Cicero ad Atticũ, lib. 10. 195. 16. Sed opus fuit Lurrio conuento. Id est Lurrium conuenire, siue alloqui.

Conuenta, conuentorum. Substantiuum. (συνθήματα τὰ συνωδὰ ὄντα,) Cicero 2. de Orat. 56. At verò in foro, tabulæ, testimonia, pacta conuenta, stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, responsa, vita denique eorum qui in causa versantur, tota cognoscenda est. De Formula causarum.

Dictorum conuentorumque cõstantia & veritas, fides est. Cic. 1. Offi. 35.

Conuenta frangere. Silius lib. 1. 2. –ter Marte sinistro
Iuratumque Ioui fœdus, conuentaque patrum Sidonii fregêre duces.
Pacta conuenta. Vlpianus in L. Iuris gentium §. Quinimmo. ff. de Pactis, Solemus enim dicere, pacta conuenta inesse bonæ fidei iudiciis. Sic Cicero 2. de Orat. 56.

Conuento, conuentas, contentare, Frequẽter cõuenire. Soli. ca. 40. Extemnos in ea plurimos, cõuentasse, argumẽti de vtribus & locis dabimus.

Conuentus, huius conuentus, (συνέλευσις, συνέλευσις,) Sunt, inquit Valla lib. 4. homines qui in vnum locum conuenerunt. Cic. 3. Verr. 67. Cur prudentissimas lectissimasque fœminas in tantum virorum conuentum insolitas inuitasque prodire cogis?

¶ Conuentus, (inquit Festus) quatuor modis int elligitur. Vno, quũ quilibet hominem ab aliquo conuentum esse dicimus. Altero, quum significatur multitudo ex complaribus generibus hominum contracta in vnum locum. Tertio, quum à magistratibus, iudicii causa, populus congregatur. Erant enim in prouinciis statuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Quarto, quum aliquem in locum frequentia hominum, supplicationis aut gratulationis causa colligitur. Hactenus Festus. De tertia significatione exempla sunt apud Ciceronẽ, 3. de Legibus 4. Et 5. Verr. 116.

Conuentus & frequentia. Cic. pro Deiotaro, 2.

Conuentus & turba. Virgil. 6. Aeneid. 151.

Senatorum conuentus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 1. 6.

Meretricius conuentus. Cicero 3. Verr. 97, Domus erat non meretricio conuentu, sed Prætoria turba referta.

Inter conuentum matronarum. Vide INTER.

Celeberrimo virorum mulierúmque conuentu dies festos anniuersarios agere. Cic. 6. Verr. 96.

Honestissimus conuentus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 8.

In medios conuentus trahere aliquem. Virgil. 6. Aeneid. 151.

Conuentus agere. Cæsar 6. bel. Gall. 162, Frumentóque exercitui prouiso, vt instituerat, in Italiam ad conuentus agendos profectus est. Cicero 7. Verr. 23. Ex iis oppidis in quibus Prætores consistere & conuentum agere solent, &c.

Celebrare conuentus. Cic. Attico. lib. 1. 14. 12, Itaque conuentus qui initio celebrabantur, iamdiu esse desierunt.

Indicere conuentus. Liu. 8. bel. Mac. 127. Aegium à principio Achaici cõsilii semper conuentus gentis indicti sunt, seu dignitati vrbis id, seu loci opportunitati datum est. Hunc morem Philopœmen eo primum anno labefactare conatus, legem parabat ferre, vt in omnibus ciuitatibus quæ Achaici concilii essent, inuicem conuentus agerentur.

Instituere conuentus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 7.

Vitare conuentum. Cic. 7. Verr. 23.

¶ Conuentus. Pro eo quod restortitum vocant. Plin. lib. 5. cap. 29. 1. Conueniunt eò XXV ciuitates, celeberrima vrbe Laodicea. Imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo & Capro, appellata primo Diospolis, dein Rhoas. Reliqui in eo conuentu, quos nominare non pigeat, Hydrelitæ, Themilenes, Hieropolitæ. Alter conuentus à Synnada accipit nomen. Conueniunt Lycaones, Appiani, Cercopeni, Dorylæi, Midæi, Iulienses, & reliqui ignobiles populi XV.

¶ Conuentus, pro Conuentione etiam legitur. Iuuenalis Saty. 6. 3.
Conuentum tamen, & pactum, & sponsalia, nostra
Tempestate paras, simque à tonsore magistro

Pecteris, & digito pignus fortasse dedisti.

Ex conuentu pacta obseruantur. Author ad Herennium libro 2. 53. Sunt item pacta, quæ sine legibus obseruantur ex conuentu, quæ iuri præstare dicuntur. De quibus pactis Prætor edixit, apud Vlpianum in L. Iuris gentium §. Prætor air. ff. de Pactis. Pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, &c. seruabo. Ex quibus apparet pactorum duo esse genera. Legitima, & Conuenta.

Ex pacto & cõuentu discedere ab aliquo. Cic. Attico, lib. 6. 114. 2. Pœnitus enim ex pacto & cõuentu (nã ea lege exierat) ità à me discesserat.

Conuenticulum,pen.corr.Diminutiuum.Cic.pro Sestio.79.Conuenticula hominum quæ postea ciuitates nominatæ sunt.Idem pro Domo sua 58.Nullum est in hac vrbe collegium,nulli pagani,aut montani (quonam plebi quoque vrbanæ maiores nostri conuenticula & quasi concilia quædam esse voluerunt) qui non amplissimè non modò de salute mea,sed etiam de dignitate decreuerint.

Conuérbero, conuerberas,pe.corr.(τύπτω,) cõuerberare,Idé quod simplex verberare.Plin.lib.13.ca.12.7.No quemgrassationibus conuerberatam faciem illimens.

Conuerro, conuerris,cõuerri & conuersi,conuersum,(σαίρω,κατασαίρω,) conuertere.Idem quod verrere.Plaut.Sticho.6.51.Hercle verò capiam scopas,atque hoc conuerram lubens.Ibidem.64.–reuerram hercle hoc,quod conuerri modò. Ibidem,Tu hoc cõuerre. Columel.lib.7.cap 6.5.Diligens pastor quotidie stabulum cõuerrit,nec patitur stercus aut humorem consistere.

Conuertere aliquem,pro Percutere.Plaut.Rud.20.7.Conuertet iam hic me totum cum puluisculo.

Cõuertitor,pen.cor.(κωλωτής,)Verbale,tanq̃ supinũ sit conuértitum, apud Apuleiũ in apologia pro Magia,Cõuertitor è pridianæ relliquiæ

Conuerse,Aduerbiũ,pro Nitidè.Caro ca.143.1.Villa conuersè muodéque habeat. Quida legant Villam conuersam mundamque habeat.

Conuersor,et Conuersatio, Vide CONVERTO.

Conuerto, conuertis,conuerti,conuersum,(τρέπω,ἐπιστρέφω,)cõuertere,Verbum notumde re & homine dicitur.

Conuertere se domum,pro Reuerti.Plaut.Stich o.7.1. Quum bene re gesta saluus conuortor domum,&c. Terent.Adel.2.4.12.Ego tam tuam factã re conuortam me domum cum obsonio.

Conuertemas nos in Asiam Cic.ad Atticum,lib.3.14.3.

¶ Conuersa ad Aquilonem spelunca.Cic.6.Verr.95.

Conuertere ad,vel in locum aliquem.Cic.3.Offic.49.Ibi quum palã eius annuli ad palmam cõuerterat,à nullo videbatur,ipse autem omnia videbat:Idem rursus videbatur,quum in locum annulum inuerterat.

Conuertere aspectum aliquò.Cic.1.de Nat.deorum.113.

¶ Conuertere se aliquò mente & cogitatione.Cic.1.de Orat.4.Ac quocunque te animo & cogitatione conuerteris,permultos excellentes in quoque genere videbis.

Ad se conuertere & rapere dicitur res aliqua.Cic.1.Offic.52.Vita,mors, diuitiæ,paupertas omnes homines vehementissimè permouétque qui in vtramque partem excelso animo magnoque despiciunt, quumque his aliqua ampla & honesta res obiecta est,totos ad se cõuertit & rapit tum quis non admiretur splendorem,pulchritudinemque virtutis?

¶ Conuertere homines in admirationem.Liu.2.bel.Pun.131. Profecti agmine incedentes ad Dictatoris castra,in admirationem & ipsum & omnes qui circà erant,conuerterunt.

Cõuertit ætas tua septenos octies solis anfractus,Figurata loquutio.Cic. in Somnio Scipionis.7. Nam quum ætas tua septenos octies solis anfractus,reditusque conuerterit,&c.Hoc est Quum iam sex & quinquaginta annos natus sis.

Conuertere in amicitiam.Plaut.Sticho.7.13.

Quoniam bene re gesta rediisse me videt,
Magnasque apportauisse diuitias domum,
Sine aduocatis ibidem in cercuro,in stega,
In amicitiam atque in gratiam conuortimus.Sub.nos.

Ne in graues inimicitias conuertant se amicitiæ,cauendum.Cic.de Amicitia.67.

Conuersa in crudelitatem clementia Cic.7.Verr.90.

Permouere & conuertere animos.Cic.in Orat.10.

Conuertere animũ ad crudelem superbamque vim.Liu.3.ab Vr.182.

Conuertere animos ad agrum colendum.Liu.6.bel.Pun. 207.

Animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitate conuertere. Cic.1.de Nat.deorum.103.

Animos in hilaritatem risum ve conuertere.Cic.in Orat.76.

Animum conuertere ad labores alicuius.Valer.lib.4.Argon.107.
–nũc quoque curis Eripe,& ad nostros animũ cõuerte labores.

Conuertere animum ad negotia vrbana.Liu.1 ab Vrbe.239.

Conuertere animum alicuius in se.Liui.4.bel.Pun.12.

Conuertere auxilium in perniciẽ.Cic.in Pisonem. 14. Auxilio mihi opus fuerat & Consulis & Senatus:quorum alterum etiam ad pernicie meã erat à vobis Consulibus conuertsum,alterum Reip.penitus ereptum.

Periculosissimum simile bellum maximumque humanitate & sapientia ad pacem concordiamque conuertere.Cic.5.Philipp.193.

Conuertere castra castris.Id est commutare.Cæsar.1.bel.Ciuil.307.Tota nocte munitiones proferunt,castraque castris conuertunt.

Ad periculum patriæ conuertere copias,quas simulatione Reip.comparabant.Brutus Ciceroni.lib.11.13.12.

Conuertere crimen in laudem.Cic.pro Flacco.54.Quoniã quod crimen esse voluisti,id totum vides in laudem esse conuersum:veniamus iam ad ciuium Rom.querelas.

Conuertere hominem à consuetudine.Cic.1.de Inuent.4.Ac mihi quidẽ hoc ne tacita,nec inops dicendi sapientia perficere potuisse,vt homines à consuetudine subitò conuerterem.Id est auerteret.

Conuertere se ad dolos.Plin.de Viris Illust.14. Veientes ad dolos conuersi,pecora ex aduerso in conspectu illorum posuerunt.

Exercitum conuertere,Quod vulgus dicit Facere monstram.Gellius lib. 5.cap.5.Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentes,quas bellum Pop Romano facturus,comparauerat,conuertebatque exercitũ insignibus argenteis & aureis florentem.

Ferrum conuertere in aliquem.Virg.9.Aeneid.88.

Fortunam in culpam conuertere.Cic.pro Rab.Posthu.18.

In fugam conuersus.Liu.10.bel.Puni.87. Posteaquam femine transfixo cadentem, auferrique ex prælio prope exanguem vidère, extemplo in fugam omnes conuersi.

Conuertunt clamore fugam. Virgil.12.Aeneid.51.Id est redeunt cum clamore,sicut in exercitu solet fieri.Seruius.

Conuertere gaudia in diuersum. Plin.epistо.176.b.Tot spes,tot gaudia diis vnus in diuersa conuertit.

Gressus conuertere,Retrò cedere,pedem referre.Silius lib.13.50.

Conuertit ad eos fortuna impetum suum.Cic.3.Tusc.124.

Conuertere in serium quod per iocum dictum est.Plaut.Pœnulo.1941.–heus tu siquid per iocum

Dix inolito in serium conuertere.

In iram subitam conuerti.Ouid.10.Metamorph.136.

Iter conuertere ad vrbem.Lucanus lib.3.75.

Conuertere iter in prouinciam.Cæsar 7.bel.Gall.131. Et ad Atticum, libro 3.4.1. Omittitur & dictio iter.Cæsar, Ipse rursus vnde pridie venerat.Ruspinam cum reliquis copiis conuertit.Subaudi,iter

Conuertere iter ad fugam & in exilium.Cic.in Catil. 35.

Conuertere malum aliquod ad salutem.Teren.And.4.1.48. Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.

Martem conuertere ad aliquos.Lucan.lib.2.125.

Conuertere mentes hominum oratione.Cæsar 1.bel. Gall.172.Hac oratione habita mirum in modum conuersæ sunt omnium mentes.

Conuertit mentes militum terror & crudelitas suppliciorum. Cæsar.1. bel.Ciuil.185.

Minas in melius conuertere.Seneca Hippol.4.11.

Nauem remigationis ad puppim conuertere.Cic. Att.lib.13.278.5.

Traducere & conuertere orationem in fugam alicuius increpandam.Cicero 1.de Oratore 109.

Conuertere ordinem.Plinius in Paneg.121.Nam quod precatus es vt illa ipsa ordinario comitiorum bene ac fœliciter euenire nobis,Reipublicæ,nonne tibi tale est,vt nos hunc ordinem votorum cõuertere debeamus?deos denique obsecrare, vt omnia quæ facis, quæque facies, prospere cedant tibi,Reipub.nobis?

Conuertere os ad aliquem.Cæsar 6.bel.Gall.143.

Conuertere ora & oculos in aliquem.Cic.in Catil.73.Video p. c. in me omnium vestrum ora,atque oculos esse conuersos.

Conuertere pecuniam,aut rem aliam,domum suam,vel in rem suam,aut ad commodum suum.Cic.5.Verr.162.Et 2.Verr.16. Et pro Roscio Amerino,66. Et 1.Offic.56.

In melius conuertere querelas.Propert.lib.1.eleg.16.1.

Rationem bono consilio à diis immortalibus datam,in fraudem maliamque conuertunt homines.Cic.1.de Nat.deorum,111.

Conuertere se ad otium.Cic.ad Qu.fratrem,lib.3.11.8.Et in omni summa,vt mones,valde me ad otium,pacemque conuerto.

Ad timorem se conuertere.Cic.pro Sylla.12.Lentuli pœna compressus, conuertit se aliquando ad timorem.

Conuertere se ad verum.Plaut.Rud.14.107.

Si Hercle rantillum peccasis,quod postea postules
Te ad verum conuorti nugas mulier magnas egeris.

Ad sapientiora se conuertere.Tacit.lib.3.

Conuertitur animus ad sensum & nutum alterius.Cicero de Amicitia 77. Quid enim potest esse tam flexibile, tam denique, quàm animus eius qui ad alterius non modò sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur.

Conuertere signa.Cæsar 1.bel.Gall.99.Romani conuersa signa bipartito intulerunt. Sic lib.1.323.

Conuertere spem in fidem alicuius.Cic.pro Sestio,59. Hoc igitur animo magistratibus nouis designatis,quum omnes boni omnem spem melioris status in eorum fidem conuertissent.

Conuertere studium ad scribendi operam.Cice.3.Offic.6. Ad hanc scribendi operam omne studium curamque conuertimus.

Conuertere terga,Fugere.Cæsar 1.bel.Ciuil.305.

Conuertit aculeũ testimonii eodẽ.Cic.pro Flacco 66. Itaque eodẽ etiam M.Lurco vir optimus meus familiaris,cõuertit aculeũ testimonii sui.

Verum futurum in falsum conuertere non posse.Cic.de Fato 32.

Viam conuertere, Est viam repetere per quam nunc primum veneras. Virg.5.Aeneid.116. –turiusque vocati Conuertere vias.

Conuertere

Cõuertere alicui vitium in bonum.Cicero de Claris Ora.73.Vox permanens,verùm subrauca naturaliter:sed hoc vitium huic vni in bonum cõuertebat,habebat enim flebile quiddam in quæstionibus,&c.

¶ Ad se conuerti.Cic.Appio,lib.4.121.Gratulabor tibi prius(ita enim rerum ordo postulat)deinde ad me conuertar.

Ad alicuius voluntatem & nutum se totum conuertere. Cic. Appio,lib. 3.10.38.

Conuertere se ad aliquem philosophum legẽdum.Cic.5. de Finib.12.Ad eos igitur conuerte te quæso:ex eorum enim scriptis & institutis cum omni doctrina liberalis,omnis historia,omnis sermo elegans sumi potestitum,&c.

Conuertere se totã in aliquem dicitur ciuitas.Cic.in Somnio Scipionis.7. In te vnũ atque tuum nomen se tota conuertet ciuitas.

Conuertere in bellaam,Hoc est transmutare,& transformare.Teren.Eunu.3.5.40.Deum sese in hominem cõuertisse,&c.Cic.3. Tusc.107.Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem, fingi ita canem esse conuersam. Idem.3.Offic.108.Quid enim interest vtrum ex homine se conuertat quis in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluæ?

In aliam naturã conuerti.Cic.3.de Nat.deo.41.Prætereaque omnia hęc tum intercunt,quum in naturam aliam conuertuntur.

¶ Conuertere, pro Ex vna lingua in aliam vertere.Cic.de Opt.genere Oratorum.148.Conuerti enim ex atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se cõtrarias.Ibidem.105.Quod igitur est eorum in orationibus è Græco conuersis fastidium? Sic 3.Tusc.51. Et 1.de Finib.9.Conuersa de Græcis.Hoc est translata.

E Græco in Latinum conuertere.Cic.2.Offic.128.

Conuersus,Participium,(ἐπιστροφής,)Cic.in Som.Scipio.26.Huius quidem anni nondam vigesimam partem scito esse conuersam.

Ad cædem & funus ciuitatis conuersi ludi.Cic.de Aruisp.resp.21.

Lintea cõuersa domũ,dare nõ pigeat.Id est redire.Horatius Epod.16.6.

Numina conuersa,Id est contraria.Virg.5.Aencid,93.

Studia conuersa.Horat.in Arte.34.

Timor conuersus in iram.Lucan.lib.4.54.

Via vitæ conuersa.Horat.1.Epist.18.6.

Orbis Reip.conuersus.Cic.Attico,lib.7.36.1.Sic orbem Reip.esse cõuersum,vt vix sonitum audire,vix imprimam orbitam videre possemus.

¶ Conuersus,pro Emendatus.Quintil.lib.11.Potest enim videri emendatus,qui in odium eorum in quibus errauerat ipse,cõuersus est.

Conuersus in pœnitentiam,pro Tactus pœnitentia. Sueton.in Claudio Cæsare,cap.13.

¶ Conuertor,pro Conuerto dici apud Plautum Amphi.4.84.Fugam in se ramen nemo conuertitur,admonet Nonius.

Conuersio,Verbale,(ἐπιστροφή,ἀνακύκλωσις,) vt Conuersio vesicæ, hoc est inuersio & reuolutio.Plinius,lib.8.cap.42.13.Et vuluarum conuersio,Idem lib.20.cap.22.2.

Incitatior conuersio cursus cæli stelliferi.Cic.in Som.Scip.17.Summus ille cæli stelliferi cursus,cuius conuersio est incitatior,acuto & excitato moueturs sono.Idem.1.Tusc.97.

Incitatissima conuersio.Vide INCITO.

Mensium annorumque conuersiones.Cic.De Vniuers.66. Mensium annorumque conuersiones ad numerum machinatæ sunt,& spatium temporis dimensæ,&c.

Conuersio rerum ac pertubatio.Cic.pro Flacco.73. Videtis quo in motu temporum, quanta in conuersione rerum, ac perturbatione versemur.

Conuersio suppurationis.Colum.lib.6.cap.17. Vel sanè quàm tumor discutiatur,in suppurationem conuertitur, optimum est in ea lamina conuersionem resecare,& quicquid vitiosi est,inurere.

Conuersio verborum.Cic.3.de.Oratore.105.Et efficiẽdum est illud modò vobis,ne fluat oratio,ne vagetur,ne insistat interius,ne excurrat longius:vt membris distinguatur,vt conuersiones habeat absolutas. Neque semper vtendum est perpetuitate & quasi conuersione verborum sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est.

Conuersio malorum.Quintil.lib.5.cap.10.Malorum euitationem,liberationem,imminutionem,conuersionem.

Conuersо,conuersas,conuertare,(ἀνακυκλοῦμαι,)Frequentatiuum.Cic. de Vniuersitate.35. Quippe qui ex eadem vinctus, alteraque natura adiuncta materia temperatione trium partium proportione cõpacta, se ipse conuersans quum materiam mutabilem arripuisset.

Conuersatio,Verbale,(συνουσία,) Consuetudo. Plin.lib.10.cap.33.7. Néve cui frequentior conuersatio sit suspecta.

Tutior cõuersatio.Quintil.lib.1.ca.2.5.conuersatio inter seruos malos.

¶ Conuersatio,pro Conuersione.Senec.epist.75.Sciatque illa ipsa,quibus lædi videtur,ad conuersationem vniuersi pertinere:& ex iis esse quæ cursum mundi consummant.

Conuestio, cõuestis,conuestíui,conuestîtũ,(καταστολή,)conuestire,Idé quod Vestire & exornare. Lucre.li.2.30.

Quam subitò soleat Sol ortus tempore tali

Conuestire sua perfundens omnia luce.

Conuestiuntur herbis prata.Cic.1.Tusc.108.

Conuestire locum aliquem dicitur hedera quæ se expandit.Cic.ad Q.fratrem,lib.3.17.9.Topiarium laudaui,ita omnia cõuestiuit hedera &c.

Conuestita lucis domus.Cic.pro Domo sua.78. Ergo eius domum euersam duobus lucis conuestitam videtis. Hoc est offuscatam & adumbratam atque sepultam.

Conuexo, conuexas,ἀθροίζω,)conuexare,Idem quod Vexare.Appia Cæsaris filia apud Gellium,Sed vtinã reuiuiscat frater,aliamque classem in Siciliam ducat,atque istam multitudinem perditum eat,quæ me male nunc miseram conuexarunt,

Conuexus, Adiectiuum, περιφερὴς συγκλινὴς) quod Concauo oppositum est,quemadmodum specula, quæ neque plana,neque concaua sint,cõuexa dicitur.Festus,Cõuexũ est ex omni parte declinatũ,qualis est natura cœli,quod ex omni parte ad terrã versus declinatũ est.Virg.in Buc. –nutanté conuexo cardine mũdi, Idé 4.Aencid.91.–tædet cœli conuexa tueri. Id est cœlum conuexũ.

Cœlum conuexum.Ouid.1.Metam.6.

Pondere conuexo nutans mundus.Virg.4.Eclo.10.Conuexo,Id est Curuo,inclinato. Seruius.

Supera conuexa.Virg.6.Aeneid.48. –talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat. Id est ad cœli curuitatem. Seruius. Sic ibidem.150. Senec.Hipp.2.28.

Conuexa sydera.Virg.1.Aeneid.123. –conuexa polus dum sydera pascet. Vbi Seruius,Alii conuexa sydera volunt,Id est pendentia:vt.Et cœli conuexa per auras,id est suspensa:planeæque intelligunt, qui non sunt fixi,sed in aere feruntur.

Conuexum nemorum.Virg.1.Aeneid.6 3.Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata.Vbi Seruius,Conuexo,curuo.vnde etiam conuexum dicimus cœlum.Sanè subaudimus LOCO.

Conuexæ in maria terræ.Plinius libro 12.cap.22.4. Discessimus à terris Oceanum spectantibus ad cõuexas in nostra maria.Hoc est veluti declinantes & proximas atque inclinatas & vicinas nostro mari.

Conuéxitas,penult.corr.συγκλινὲς.)Denominatiuum,Ipsa, vt ita dicam, porrectio aduersus nos.Plin.libro 18.cap.25.4.Super omnia est mundi conuexitatis,terrarúmque globi differentia. Idem libro.31.cap.3. 13.Reperiuntur in conuallibus maxime,& quodam conuexitatis cardine,aut montium radicibus.

Conuictus, Participium, Vide CONVINCO

Conuictor, Conuictus, Vide CONVIVO.

Conuinco, conuincis , conuici , conuictum , ἐπιτρέπω ἔλεγχω) conuincere , eiusdem cum suo simplici significationis,quod est Vinco.Cicero 5.Verrinarũ.31.Sui quæstus causa irrupisse conuincam.

Conuincit ratio ipsa veritas,cum esse liberum.Cic.in Parad.53.

Conuincere aduersarium authoritatibus & testibus.Cic.7.Verr.81.Et 1. de Finib 21.

Conuincere facta alicuius turpia.Plaut.Amphit.15.43.

Argumentis peccata conuincere.Cic.in Partition.64.

Chirographo conuincere aliquem.Cicc.2.Philip.35.

Opinione hominum conuinci & condẽnari.Cic.pro Cluent.4.

In pari peccato conuictus.Cic.1.de Inuent.143.

A testibus conuinci,& vrgeri confessione.Cic.6.Verr.94.

Redargui & conuinci.Cic.de Vniuers.9.

Errores alicuius conuincere.Cic.1.de Nat.deo.4.

Falsum conuincere refutatu anciptiti.Lucret.lib.3.106. Cicero 2.de Natura deorum.125.

Testimonia aliquorum conuincere.Cic.pro Fonteio,20.

Voce conuincere inauditum facinus.Cic.pro Quint.53.

Conuincere aliquem non inhumanitatis tantum , sed & amentiæ . Cicero 2.Philipp.35.

Conuincere falsi,leuitatis,maleficiorum.Plaut.Truculen.10.5. Qui & conuicti & condemnati falsi de pugna sient. Cic.de Amicitia.57. Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerosque conuincunt. Idem, Malefi ciorum multorum conuictam. Et.7.Verr.109. Conuictus malefici.

Deuotionis conuinci,iudicio deorum,testimonio Senatus, cõfessione inimicorum.Cic.Post red.ad Quirites.1.

Summæ negligentiæ conuinci.Cic.pro Sylla.33.

Conuictus,συγκεχυμένος.)Participium.vt Manus conuictas dare . Ouidius epist.16.81.

Iudicio turpi conuictus.Cic.pro Quintio 28.

Fracta & conuicta secta.Cic.1.de Leg.55.

Reprehensus,conuictus,fractúsque Mithridates.Cic.pro Flac.32.

Conscientia cõuictus homo.Cic.2.in Catil.34. Quum ille homo audacissimus conscientia conuictus reticuisset,&c.

Verbale à Conuincio,conuincis.Quintilianus lib.1.cap.de Grammatica disputans de numero partium orationis,Tum videbit ad quem finem

hoc pertinet, quòr & quæ sint partes orationis: quanquam de numero parùm conuenit. Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, verba modò, & nomina, & conuinctiones tradiderunt: videlicet quòd in verbis vim sermonis, in nominibus materiam, quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur: in conuinctionibus autem eorum complexum esse iudicauerunt: quas coniunctiones à pleriq; dicit scio: sed hæc videtur ex, (συνδέσμους,) magis propria translatio. Paulatim à philosophis maximè Stoicis, auctus est numerus, ac primùm coniunctionibus articuli adiecti: pòst præpositiones, &c.

Conuíso, conuisis, pen. prod. (σαυοφῶ,) cóuisere. Lucret. lib. 1. 29. Res quibus occultas penitus cóuisere possis. Cic. in Arato. 39. Et loca conuisit cauda tenus infera piscis.

Loca omnia oculis conuisere. Lucret. lib. 1. 72.

Conuitium, huius conuitii, (λοιδορία,) Est maledictum cum contumelia. Cic. pro Cælio. 4. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, Conuitium: si facetius, Vrbanitas nominatur. Idé. 4. Acad. 124. Vrgebor iá omniũ vestrũ conuitio. Idem pro Murena. 11. Scurrarũ conuitium.

Conuitium, per c literam scribunt nonnulli. Vlpianus de iniuriis & famosis libellis. L. Item apud Labeonem, Conuitium autem iniuriam esse Labeo ait. Conuicium dicitur à concitatione, vel à cõuentu, hoc est à collatione vocum. Quum enim in vnum plures voces conferuntur, Conuicium appellatur, quasi conuotium. Hæc Labeonis verba reprehenditur à Valla lib. 6. Festus, Conuicium, à vicis, in quibus primũ habita tum est, videtur dictum: vel immutata litera, quasi conuocium.

Conuitium (authore Nonio) dictum est quasi vitiis locum, qui secundum ignobilitatem loci, maledictis, & dictis turpibus cauilletur. Quæ verba Nonii corrupta sunt.

Conuitium, inquit Valla, à vitium, vel potius à Vito descendit, vt vituperattamẽsi non omnino repugnẽ scribi per c, vt quibusdam placet, non per t. Et est conuitium, maledictum contumeliosum.

Anteactæ vitæ conuitium. Quintil. lib. 7. cap. 3. 28.

Aurium conuitio extorquere veritatem alicui. Cic. in Orat. 91.

Linguæ stolidæ conuitia. Ouid. 13. Metam. 62.

Quotidianum conuitium. Quintil. Tryphon. 1.

Rustica conuitia. Ouid. 14. Metam. 104.

Stridula conuitia cicadarum. Ouid. ad Pisonem. 16.

¶ Defessæ conuitio aures conquiescant. Cic. pro. Arch. poeta. 8.

Abstinere conuitio. Quintil. lib. 7. cap. 3. 28. Eoque satius est omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quàm leuibus aut friuolis aut manifestè falsis reum incessere.

Addere conuitia. Ouid. 6. Metam. 73.

Adiicere conuitia facto. Id est vltra illud quod malè alìquem tractaueris, & conuitiis & contumeliis incessere illum. Ouid. 6. Metamorph. 42.

Conuitiis & fibilis consectari aliquem. Cic. Attico, lib. 2. 33. 2.

Dicere conuitium. Plaut. Asina. 16. 49. –faxo vt scias

Quid periculi sit dotatæ vxori conuitium dicere. Ouid. 2. de Rem. 23.

Efflagitare conuitio aliquid. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 13. 1.

Facere conuitium. Terent. Adelph. 2. 1. 26. Ante ædeis nõ fecisse erit melius hîc conuitium. Vide FACIO. Quintil. lib. 6. cap. 3. 54.

Deformia conuitia facere ac mereri. Quintil. lib. 6. cap. 4. 8.

Graue cõuitiũ alicui facere. Cic. Attico. li. 16. 335. 3. Et pro Cluẽtio. 59.

Honestus vir inferioris conuitium fert. Quintil. lib. 6. cap. 2. 13.

Fundere conuitia in aliquem. Ouid. 13. Metam. 62.

Clamore conuitioque iactari. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 10.

Ingerere conuitia alicui. Horat. 1. Serm. saty. 5. 3.

Proscindere aliquem conuitiis. Plin. lib. 33. cap. 1. 1.

Respondere conuitio. Cic. pro Domo sua. 2.

Sustinere quotidianum conuitium. Cic. pro Quintio. 42.

Verberare conuitio os alicuius. Cic. in Piso. 50. Si os tuum ferreum Senatus conuitio verberari noluisti.

Vrgeri conuitio alicuius. Cic. 4. Academ. 2. 14.

Conuitior, cõuitiaris, (λοιδορέω,) cóuitiari, Deponẽs, Connitium dicere. Quintil. lib. tertio, Contrà sentientibus inhumanè conuitiabantur.

Conuitiátor, penult. prod. Verbale, (λοίδορος,) Qui conuitium dicit vel facit. Cic. in Sallustium. 1. Si de mea vita atque actibus huic conuitiatori respondero.

Maledicus conuitiator. Cic. pro Murena. 11. Si verè obiicitur, vehementis accusatoris: sin falso, maledici conuitiatoris.

Conúiuo, conuiuis, pen. prod. conuixi, conuictum,) συμβιόω, σωνδιάγω,) conuiuere, Viuere, vel simul viuere & comessari. Plaut. Amph. 1. 145. Misisti ad nauim Sosiam, vt hodie tecum conuiueret? Quintil. lib. 1. cap. 12. Lauamur, & tondemur, & cõuiuimus ex consuetudine. Idem lib. 7. cap. 4. Iuuenes qui conuiuere solebant, constituerunt, vt in littore conarent.

Conuiuere cum adolescentibus. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Retrahere se à conuiuio. Celsus lib. 1. cap. 1. Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis vti: modò vngi, modò idipsum negligere: nullum cibi genus fugere, quo populus vtatur: interdum in conuiuio esse, interdum ab eo se retrahere.

Conuiuere alicui. Quint. lib. 19. cap. 1. De omnibus ætatis suæ, quibus quę conuiuebat, silentium egit.

Conuíuor, pen. pro. conuiuaris, (συνεστιάομαι, ἑστιάσωμαι συμποσιάζω,) cóuiuari, Deponẽs, Cõuiuiũ facere. Terẽ. Heaut. 1. 2. 32. Scortari crebrò nolit, nolunt crebrò conuiuarier. Trãquillus in Vespasiano. 19. Conuiuabatur assiduè, & sæpius rectè ac dapsile, vt macellarios adiuuaret.

Conuiuari de publico. Cic. 5. Verr. 86. Quotidie solitum esse non sõlum in publico, sed etiam de publico conuiuari.

Conuiuare, pro Conuiuari. Ennius Saty. lib. 1. Magno hercle suo malo cõuiuat sine modo. Nonius.

Conuiuium, conuiuii, ἑνωχία ἑστίασις συμπόσιον.) Cic. de Senect. 42. Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ cõiũctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant. Terent. Eunuch. 3. 1. 32. –vnà in conuiuio Erat hic quem dico.

Arcta conuiuia dicuntur vbi arctè discũbitur. Horat. 1. Epist. 5. 6.

Fœda. Ouid. 1. Metamor. 34.

Instructa. Vide INSTRVO.

Lautissima. Vide LAVTVS.

Moderata. Cic. pro Mure. 12.

Oppiparè apparata. Cic. 3. Officiorum. 76.

Regalia. Quintilianus lib. 1. cap. 10. 11.

Tempestiua Cicero pro Archia. 9.

Vinosa Ouid. 3. Amorum. Eleg. 1. 4.

¶ Accersere in conuiuium. Terent. Eunu. 4. 1. 12. –heus, inquit, puer Pamphilam Accerse, vt delectet hic nos, illa exclamat, minimè gentilis In conuiuium illam? Sub. accersam.

Conuiuii sat est, modò nostra huc amica accedat. Plautus Sticho. 14. 25.

Agere conuiuia. Cic. pro Cœlio. 27. Baiis acta cõuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant.

Agitare conuiuia. Ouid. 7. Metam. 89.

Celebrare conuiuia. Silius lib. 11. 55.

Concelebrare conuiuia. Cic. de Petit. Cõsul. 28.

Conditor instructorque conuiuii. Vide CONDIO.

Mutua inter se conuiuia curare. Virg. 1. Georg. 61.

Ducere conuiuia Baccho, Id est multo vino. Tibul. lib. 1. Ele. 9. 13.

Ducere aliquem in conuiuia. Ouid. 3. de Arte amandi. 149.

Facere Iuuã conuiuia. Catul. Epigr. 44. 2.

Fiunt conuiuia plena mensa. Proper. lib. 2. Eleg. 17. 1.

Hilarare conuiuia Baccho. Virg. 5. Eclog. 14.

Implere conuiuia dictis. Id est narratiunculis vel confabulationibus conuiuium absoluere. Ouid. 13. Metam. 147.

Inire conuiuiũ, hoc est Ingredi. Tacit. lib. 15. Si conuiuium, si spectaculũ simul inissent, pro crimine accipi. Vide INEO. Cic. in Pisonem. 52.

Inter secreta conuiuii, Tacit. lib. 18.

Missum conuiuium. Vide MITTO.

Obscœnis canticis conuiuium obstrepit. Quintil. lib. 1. cap. 2. 7.

Ornare & apparare conuiuium. Cic. 6. Verr. 39. Vide ORNO.

Parare conuiuia. Virg. 1. Aeneid. 125.

Reperita conuiuii lætitia. Tacit. lib. 13.

Ad conuiuium ruere, pro Irruere. Tacit. lib. 18.

Struere conuiuia. Tacit. lib. 15.

Turbare conuiuia. Ouid. 12. Metam. 45.

Versati in conuiuiis. Cic. pro. Quintio. 40.

Conuiua, conuiuæ, pen. pro. com. gen., σύσσιτος, συμπότης, θοινητής, συνδαίτης,) Qui ad conuiuium vocatus est. Terent. Heaut. 1. 1. 120. –egomet conuiuas moror. Cic. de Claris Orat. 37. Et pro Flacco. 18.

Auidi conuiuæ. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 15.

Comis conuiua. Horat. 2 Serm. Saty. 8. 16.

Ebrius conuiua. Ouid. 5. Fast. 68.

Frequens conuiua. Ouid. 2. Amorum. Eleg. 5. 5.

Gratus conuiua. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 14.

Hilari & bene accepti conuiuæ. Cic. Attico, lib. 16. 333. 2.

Plenus conuiua. Lucret. lib. 3. 191.

Satur conuiua. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 24.

¶ Abducere sibi aliquem conuiuam. Terent. Eunuch. 3. 1. 17. Tum me conuiuam solum abducebat sibi.

Agere conuiuam lætum. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 23.

Soluere conuiuas, Id est dimittere. Ouid. 6. Fast. 135.

Vocare conuiuã. Plaut. Asina. 13. 23. Vocet cõuiuã neminẽ, illã tu voces.

Conuiuis immines annotator. Vide IMMINEO.

Conuiuator, pen. prod. Verbale, συμποσιαστὴς ἑστιάτωρ,) Qui ad cõuiuiũ inuitat, vel qui cõuiuiũ facit & apparat. Liu. 5. bel. Maced. 188. Est autẽ res simillima cœnæ Chalcidensis hospitis mei, hominis & boni, & scitirat. 2. Sermonum. Satyra. 8. 15.

Sed conuiuatoris, vti ducis, ingenium res

Aduersæ nudare solent, celare secundæ.

Conuictor, conuictoris, (ὁμόσιτος,) Qui comedit & bibit nobiscum familiariter. Suetonius in Tiberio, cap. 56. Nihilo lenior in conuictores Græculos.

Conuictorem esse alicui. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 10. Nunc quia Mecœnas tibi sum conuictor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 3. Ille ego conuictor, densoque domesticus vsu.

Familiares & quotidiani conuictores. Cic. Tironi. lib. 16. 11. 10. Vtor familiaribus & quotidianis cõuictoribus, quos secum Mytilenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis & illis probatissimis.

Cõuiuális, & hoc conuiuále, pen. prod. (συμποτικός,) Quod pertinet ad conuiuium: vt Conuiualia oblectamenta. Liu. 9. bel. Maced. 23. Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Idem, Multaque conuiualia ex auro & argento vasa.

Fabulæ conuiuales. Tacit. lib. 5.

Conuíctus, huius conuictus, masc. ge. (συνουσία, συναναστροφή, συνήθεια,) Qui ad conuiuium vocatus est. Terent. Heaut. 1. 1. 120. –egomet conuiuas moror. Cic. de Claris Orat. 37. Et pro Flacco. 18.

Conuictus, huius conuictus, masc. ge. (συνουσία,) Conuersatio & commercium: quòd qui vnà versantur, sæpe etiam vnà viuãt & epulentur. Colum. lib. 11. cap. 1. 12. In primis conuictum domesticum, multoque etiam magis externum vitet. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 10. Ponticus heroo, Battus quoque clarus iambis.

Dulcia conuictus membra fuere mei. Idem. 2. de Ponto, eleg. 10. 2. Quã tu vel longi debes conuictibus æui.

Conuictus, & consuetudo. Lucius Ciceroni lib. 5. 14. 6. Vt istis te molestiis laxes, & ad conuictum nostrum redeas, & ad consuetudinem vel nostram communem, vel tiam solius ac propriam.

Conuictus humanus, & societas. Cic. 3. Offic. 16.

¶ Cõuictus, pro ipso viuẽdi & epulãdi ritu. Martial. lib. 10. 47. Cõuictus facilis, sine arte mensa. Hoc est, nihil habet in cõmuni ritu deliciarum.

Conuictũ habere cum aliquo. Colum. lib. 1. cap. 8. Idemque actori præcipiendum est, ne conuictum cum domestico, multoque minus cum extero habeat. Hoc est ne vllum cum aliquo commercium habeat.

Cónuoco, cónuocas, pen. corr. (συγκαλέω,) conuocare, Simul vocare, congregare. Plaut. Most. 1. 5. 8. Capio consilium, vt Senatum congerronem conuocem. Cæsar. 3. bel. Gal. 370. Conuocatis centurionibus celeriter milites certiores facit. Ouid. 6. Fast. 69. (ut, &c. Et 15. Metam. 119.

Cõuocare ad se. Cic. 3. Offic. 76. Piscatores ad se cõuocauit, & ab iis petit.

Conuocare ad societatem vitæ. Cic. 1. Tusc. 96. Aut qui dilapsos homines congregauit, & ad societatem vitæ conuocauit?

Conuocare in animum consilia. Plaut. Milit. 5. 43.

Conuocare in corde consiliarium de re argentaria. Plaut. Epi. 3. 56.

Conuocare concilium. Cæsar 3. bel. Gal. 363, Concilio celeriter conuocato, sententias exquirere cœpit.

Conuocare populum in tribus. Cic. 3. de Legib. 64. Descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adiubet ad suffragium consilii, quã fuse in tribus conuocatus.

Conuocare in concionem, & ad concionem. Cic. 3. de lege Agr. 110. Et Liu. 7. ab Vrbe. 171. Cæsar. 7. bel. Gal. 40.

Conuocatio, Verbale. (συγκλητος,) Cic. Post reditum in Senatu. 34. Nulla ad Remp. defendendam Populi Romani conuocatio.

Cónuolo, cónuolas, pen. corr. (συμπεριτρομαι,) conuolare, Simul volare.

¶ Conuolare, pro Festinare, per translationem. Cic. 3. Tusc. 86. Et illi quidem pugnant, & quidem vicinorum fidem implorant: multi autem sunt qui ibi tum conuolent. Idem ad Atticum, lib. 10. 206. 2. Terent. in prol. Hecy. 40.

Conuolare ad Rostra. Cic. pro Rabi. Postu. 11.

Cõuolarit ex Italia ad me rumor adũ. Cic. pro Domo sua ad Pontific. 46.

Conuoluo, cõuoluis, conuolui, conuolutum, (συνελίττομαι, contorqueor, attractis funiculis herbam eam conuolui, atque ita offas fieri. Cic. 2. de Nat. deo. 167. Quem propter nitens pennis conuoluitur ales.

Conuoluere in ostia. Plin. lib. 11. cap. 9. 1. Nigrum verò bdellium, & in ofas conuolutum, adrobolon vocant.

Conuoluitur in semet dracones. Plin. lib. 10. cap. 72. 1.

Serpens conuoluit lubrica terga. Virg. 2. Aeneid. 95.

Mare conuoluit gentes. Lucan. lib. 5. 125.

Conuoluere verba magno cursu, Est profundere, ita vt conglomeres. Senec. epist. 40. Audisse te scribis Serapionem philosophum, quem illuc appulisset, solere magno cursu verba conuoluere: quæ non effundit vnà, sed premit & vrget.

Conuoluens, Participium. (συνελίσσων,) Cic. 1. de Diuinat. 84. Quum se conuoluens Sol elaberetur & abiret.

Conuoluolus, pen. corr. (ἕλιξ,) Vermiculus corrodens vites, qui & Volux etiam dicitur. Plin. lib. 17. cap. 18. 3.

¶ Conuoluolus, Est ẽt herba candidi floris, & nullius odoris, per fructeta nascens, seque rebus quibus adhæret, inuoluens. Plin. libro 21. cap. 5. 2. de lilio loquens, Est flos non dissimilis illi in herba quam cõuoluolum vocãt, nascens per fructeta, nullo odore, nec crocis istus, candore tantum referens, ac veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis.

Conuoti, Dicebantur iisdem votis obligati. Festus.

Conus, coni, m. g. (κῶνος,) Dicitur cuiusuis cuiusque rei cacumen, quod in summitate ea prominet, super quam cristæ sunt, inquit Seruius. Virgil. 3. Aeneid. 94. Et conum insignis galeæ, cristæque comantes.

Acumen coni. Lucret. lib. 4. 87.

Decus coni. Silius lib. 4. 3.

Picto cono nutantia capitum tegmina. Ouid. 5. Metam. 22.

Augustus conus. Lucret. lib. 4. 87.

Gloria ardua coni. Stat. lib. 8. 138.

¶ Conus, Fructus pini arboris in acumen desinens, Strobilos aliàs dicitur. Ruellius lib. 1. cap. 112. Græci, vt testatur Galenus, pineas nuces, conos & strobilos appellant. Seruius sic ait, Conus dicitur fructus cupressi & ipsa, conoides est.

¶ Conus à Græcis dicitur vel pyramis, vel meta siue inuersus turbo. Cic. 2. de Nat. deor. 67. Conum tibi axis & cylindrum, & pyramidem pulchriorem quàm sphæram videri. Ibidem, lib. 1. 35.

Conifer, A diectiuum, (κωνοφόρος,) vt Conifera arbor, quæ conos fert, Virgil. 3. Aeneid. 136.

–quales quum à vertice celso
Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylua alta Iouis, lucúsve Dianæ.

Apices conifer i. Claud. 3. de Raptu Proserpinæ 80.

Coniger, Aliud adiectiuũ, κωνοφόρος, vt Pinus conigera. Car. in Argo. 21.

Conoides, conoidis, (κωνοειδὴς,) Quicquid est coni figura. Vnde caprefusus femina, conides dicitur: nam à rotunditate in acumen leuatur, vt ait Seruius. Mas verò spargit extra se ramos, deputaturque, & vitem accipit.

Comisco, comiscas, (κερνάω,) conisçare, Frontem, fronte percutere, arietare: quasi conis connersis capita quatere. Quintil. lib. 8. cap. 3. Caput opponis cum eo comiscans. Lucretius lib. 2. 65. Et satiati agni ludunt, blandeque coniscant.

Conuúlnero, conuulneras, penul. corre. (δραυματίζω,) conuulnerare, Hoc est multis vulneribus afficere. Plin. in Paneg. 56. Neque vt antea, exanguem illam & ferream frõtem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, & notas suas rideant. Plin. lib. 11. cap. 37. 55. Ipse conuulneratus, & captos semel per cauernam latomiarum euasit. Idem lib. 28. cap. 17. 8. Et Colum. lib. 4. cap. 24. 16.

Conyza, huius conyzæ, (κόνυζα,) Herba quæ & cunilago dicitur. Plinius lib. 21. cap. 9. 3. Vulgo appellatur pulicaria.

COONS, Homero lib. Iliad. 11. primogenitus filiorum Antenoris qui quum Iphidamantis fratris mortem ab Agamemnone illatam vindicare vellet, medium Agamemnonis manum subter cubitum lancea transfixit: quam rem indignatus, eum confodit, moribundoque caput supra corpus fratris præcidit.

Cooperio, cooperis, penul. correp. cooperui, coopertum, (συγκαλύπτω,) cooperire, Tegere. vt

Coopertum telis corpus. Liu. 8. ab Vrbe 53.

Coopertus terra. Plinius lib. 10. cap. 54. 3. Scitum de quodam vini potore reperitur, Syracusis ramdiu potare solitum, donec ab eo cooperta terra fœtum ederent ona.

Pannis cooperta membra. Lucret. lib. 6. 255.

Cooperire aliquem lapidibus, pro Lapidare. Liu. 4. ab Vrbe 220. Eo indignatio erupit, vt Tribunus militum ab exercitu suo cooperiretur lapidibus. Sic Cic. 3. Verr. 84. Quem iste collegam nisi habuisset, lapidibus cooperta esset in foro. Id est obruta.

Coopertus sceleribus. Cic. 3. Verr. 6. Qui istum tot, tantis, tam nefariis sceleribus coopertum iurati sententia sua liberarent. Sallust. in Catil. Sed in ea coniuratione fuit Qu. Curius natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus.

Coopertus miseriis. Sallust. in Iugurtha, Sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miseriis, effecit, vt vbiuis tutius quàm in meo regno essem.

Coopertus famosis versibus. Horat. 2. Sermo. saty. 1. 14.

Cooperculum, penul. correp. (σκέπη,) Quo quid cooperitur. vt Cooperculum doliorum, Plinius lib. 14. cap. 21. 3. Legitur & operculum ex vetusto exemplari.

Coopto, cooptas, (προσαιρέομαι,) cooptare, Est eligere inter pares aut ferè pares, authore Valla lib. 5. vt Milites cooptãt quem volunt ducem. Cic. pro Lege Agraria 32. Ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Liuius lib. 6. Decad. 1. Dictatorem dici placet. Dicitur M. Furius Camillus, qui magistrum equitum L. Aemilium cooptat.

Cooptare in collegium & in ordinem. Cic. de Claris Oratorib. 1. Et 4 Verr. 83. Et pro Cœlio 3.

Cooptari in locum alterius. Liuius 10. bel. Maced. 173. Triumuir epulo Qu. Fuluius M. F. in locum ejus Triumuir cooptatus. Hoc est suffectus & quodammodo receptus ac comprobatus.

Cooptare Senatores, & cooptari Senatũ. Cic. 4. Verr. 82. Et 2. de Diu. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cooptare sibi collegam. Sueton. in Augusto, In Tribunitia potestate semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptauit.

Cooptatio, Verbale. (προσαίρεσις,) Cice. 3. de Legibus 41. Neminem in summum locum nisi per populum venire, sublata cooptatione Centoria. Idem de Amicit. 79. Liuius 5. ab Vrbe 56.

Cooptatio in patres. Liu. 4. ab Vrbe 20. Hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam plerique oriundi ex Albanis & Sabinis non genere, nec sanguine, sed per cooptationem in patres habetis, &c.

Coorior cooriris, penul. prod. vel cooreris, penul. correp. coortus sum, (ἐφίσταμαι,) cooriri, Simul oriri. vt Coorta tempestas, Cæsar 1. bel. Ciuil. 186. Cice. 3. Verr. 31. Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ.

Bellum coortum. Liuius 9. bel. Pun. 7.

Febris coorta est superante bili. Lucret. lib. 4. 134.

Fulgore coorto fulserunt flammæ. Lucret. lib. 1. 184.

Mare coortum sæuit. Lucret. lib. 5. 201.

Coorta pestilentia. Liuius 4. ab Vrbe 225.

Seditio coorta est in populo. Virgil. 1. Aeneid. 31.

Tempestas coorta est. Virgil. 3. Georgic. 95.

Ventis coortis commiserat se vnda. Ouid. 11. Metam. 103.

¶ Cooriri, Inuadere in hostem. Plin. lib. 8. cap. 16. 9. Generositas maximè in periculis deprehenditur: non in illo tantummodo, quòd spernens te la, diu se terrore solo tuetur, ac velut cogi testatur, cooriturque non tã quam periculo coactus, sed tanquam amentiæ iratus. De leone.

Procella cooritur. Plin. lib. 11. ca. 10. 4. Si cooriatur procella, apprehensi pondusculo lapilli se librant. De apibus loquitur.

Coorti ad bellum. Liu. 4. ab Vrbe 241. Volscos & Aequos fama affertur, summa vi ad bellum coortos.

Coorti in pugnã. Liu. 1. bel. Pu. 119. Qui si valles occultiores insedissent, coorti in pugnam, repente ingentem fugam, stragemque dedissent.

C O O S, siue Cos, siue Coum, siue Co, (κῶος, κῶς,) Insula in mari Aegæo, seu, vt quidam aiunt, in Icario, Rhodo proxima, & Cariæ opposita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aspectu iucundissima iis qui eò nauigabant. Ambitus eius quingentia, & quinquaginta stadiis clauditur, tota fertilis, & optimo vino abundans. Est & vrbs eo nomine antiquitus Astypalea vocata. Dicta à Coo Meropis filia quæ ibi regnauit. Strabo scribit nouem gentes & quinquè millia oppidorum esse, quorum nullum sit minus Coo Meropide.

Cõus, (κῶος,) Adiectiuum, priore syllaba prod. vnde Hippocrates medicus diuinus, & Appelles pictor egregius, Coi dicti sunt, quum in ea nati perhibeantur. Ouid. in Arte, Si Venerem Cous nusquam pinxisset Apelles. In primitiuo prima corripitur. Papinianus,

– hunc ipse Coo plaudente Philetas. In suburbano Coi, Aesculapii templum fuit valde insigne, & multis donis opulentum, inter quæ nuda Veneris erat, quæ postea Iulio Cæsari Romæ dicata est. Sunt qui dicant apud insulam fieri vestes tenuissimas ad fœminarum ornamentum, vnde Ouidius de Arte,

Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.

Siue erit in Cois, Coa decere puta. Vide Plinii li. 5. c. 31. 8. Et li. 29. c. 1. 3.

COPAE, Coparum, Vrbs Boetiæ, cuius meminit Strabo his verbis lib. 9. Indicio huic rei est Cephisus maximè lacum Copacidem implens. Nam quum lacus ipse creuerit, ne Copæ vrbs demergantur, diuersimè in grauitquod & poeta nominatim ait. Et ab ea ciuitate lacus ipse nomen adipiscitur. Iuxta lacum terræ hiatu facto penes Copas alueum sub terra ad stadia XXX. reseruit, quo receptus est fluuius. De hoc meminit & Plinius lib. 4. cap. 7.

COPHANTVS, Mons est semper ardens apud Bactros Indiæ populos, vt est apud Plinium lib. 2. cap. 106.

COPHES, Asiæ fluuius est in India, de quo Pomponius lib. 3. sic scribit, Indus ex monte Paropamiso exortus, & alia quidem flumina admittit sed clarissima Cophen, Acesinen, Hydaspem, conceptamque pluribus alueis vndam lato spatio trahit.

Cóphinus, cophini, penul. corre. (κόφινος,) Vas rusticum vimine contextum, à leuitate dictum à Græcis, Priscianus corbem interpretatur. Iuuenalis Saty. 6. Quum dedit ille locum cophino, fœnoque relicto. Idem Saty. 3. – & delubra locantur Iudæis, quorum cophinus, fœnumque supellex. Colum. lib. 11. cap. 3. 42. Confecta bruma sterco ratam terram in ditam cophinis obserat.

Copia, copiæ, (ἐυπορία,) Abundantia. Cice. de Amicit. 50. Quid autem dulcius, quàm vt plurimum copiis, facultatibus, opibus possint cætera parare quæ parantur, &c. Idem in Paradox. 60. Etenim diuitiarum est fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerũ atque abundantia.

Abundantia & copia. Cice. de Amicitia 73.

Circunfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia viuere. Cice. de Amicit. 48.

Locuples & pecuniosus copiis rei familiaris. Cic. pro Qu. Rosc. 26.

Opes copiæque. Cic. Calli. lib. 1. 27. 5. Sic statuebam, omnes quæ in istis partibus essent opes copiæque, tuas esse.

Opibus & copiis maximeque virtute præditum esse. Cic. de Amicit. 47.

Ingurgitare se in copias alicuius. Vide INGVRGITO.

Rationes & copias in aliquam prouinciam cõferre. Cic. pro Lege Manil. 11. Nam & publicani homines & honestissimi & ornatissimi suas rationes & copias in illam prouinciam contulerunt.

Vbertas in dicendo & copia, cui opponitur Exilitas. Cic. 1. de Orato. 17.

Vbertas, varietas, copia dicendi. Cic. pro Corn. Balbo 2.

Omnium rerum affluentibus copiis. Cic. 2. Offic. 213.

Copiis locuples Resp. Cicero Attico, lib. 8. 155. 2. Moderatori Reipub. ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples gloria ampla, virtute honesta sit.

Pro copia. Plaut. Trucul. 4. 44.

– nunc vicissim volo habere
Aratiunculam pro copia apud vos.

Pro copia, Quod vulgus secundũ possibilitatem dicit. Plaut. Merca. 9. 8.

– quin si imperes tu mihi, ego faciam: facere certum
Pro copia & sapientia, quæ te velle arbitrabor.

Copia agri, Vectigalium, pecuniæ, cui opponitur Penuria. Cicero 2. de Inuent. 208.

Copiæ amicorum. Cic. pro Quintio 2. Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Id est paucos habet amicos: vel amici eius non sunt admodum diuites.

Argumentorum copia. Lucret. lib. 1. 85.

Auxilii copia. Terent. And. 2. 1. 22. Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam.

Causæ copia. Cic. pro Rosc. Comœd. 2. Sed ego copia & facultate causæ confisus, vide quò progrediar.

Cordis copia. Plaut. Epid. 3. 4. Igitur perspicere vt possint cordis copiã.

Frugum copia, & inopia, contraria. Cic. pro Domo sua 14.

Lactis copia. Virgil. eclog. 1. 16.

Orationis copia abundare. Cic. 2. de Orato. 82.

Rei frumentariæ copiam adiectare. Tacit. lib. 5.

Rerum copia, verborum copiam gignit. Cic. 3. de Orato. 68.

Vitæ copia defit illis. Lucret. lib. 6. 164.

Ex copia rerum consilium trahere. Sallust. in Iugurth. Tum ex copia rerum consilium trahitur atque vti suis receptui locus esset, colles duos inter se propinquos occupat.

Beata Copia pleno cornu. Horat. in Carm. secul. 12. Quasi corporalẽ deã hîc accipe Copiam vtique rerum omnium abundantiam. Porphyr.

Bona copia librorum. Horat. 1. Epistо. 19. 22.

Cassa copia verborum. Lucret. lib. 4. 104. Id est vana.

Facilis copia. Propert. lib. 1. eleg. 9. 3. Quid si nõ esset facilis tibi copia? Fastidiosa copia. Horat. 3. Carm. ode 29. 2.

Festiua copia librorum. Cic. Attico, lib. 2. 21. 1. Itaque aut libris me delecto, quorum habeo Anti festiuam copiam.

Mala copia, Id est nimia & noxia. Horat. 2. Sermo. saty. 2. 9.

Mirabilis copia dicendi. Cic. in Topic. 55.

Opulenta copia manabit benigno cornu. Horat. 1. Carm. ode 17. 4.

Stipata copia rei alicuius. Lucret. lib. 2. 60.

¶ Copia, (πρόφη,) pro Commeatu seu annona. Tacit. lib. 15. Cõtraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem.

¶ Copia, (πλῆθος, δύναμις,) vel Copiæ tam in singulari, quàm in plurali significat Multitudinem vel exercitum. Plaut. Amphi. 4. 65. Post tem secum ad te quantas copias adducere? Sic Liu. 1. ab Vrbe 9. Copias in aciem educere. Et Cic. 1. Tuscul. 157. Copias maximas duxit ad Troiam. Cn. Magnus, Marcello & Lentulo COSS. in Epistо. ad Atticum, lib. 8. 161. 1. Idcirco ad L. Domitium literas misi, primùm vt ipse cum omni copia ad nos veniret. Ibidem 4. Vt Brundusium duce rem hanc copiam, quam mecum habeo. Pompeius ad Domitium, in Epistо. ad Atticum, lib. 8. 165. 3. Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poterit.

Copiæ in arctum coactæ. Terentiæ. Heaut. 4. 2. 2.

Nisi me animus fallit, haud multum à me, aberit infortunium:
Ità hacre in angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ.

Copiæ pedestres. Vide PEDESTER.

Naualis copia. Tacit. lib. 4.

Comparare copias. Cic. Cassio, lib. 12. 5. 6.

Disposita classiariorum copia, Tacit. lib. 4.

Expedire copias. Tacit. lib. 13.

Imminuere copias. Cic. Appio, lib. 3. 3. 6. Pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias quas habuisti, quàm minimum imminueris.

Instructiores peditum copiæ. Vide INSTRVO.

Parare copias. Tacit. lib. 19.

¶ Copia, pro Multitudine hominum. Cic. pro Mure. 64. Tenuiorum, & amicorum non occupatorum est ista assiduitas, quorum copia bonis & beneficiis deesse non solet.

¶ Copiæ, pro Rebus necessariis. Plin. epistо. 41. Suggerunt affatim ligna proximæ

proximæ syluæ: cæteras copias Ostiensis colonia ministrat.

Copiam alicuius quærere. Terent. Heaut. 5. 1. 54.
Facite esse patrem sentiat: facite vt audeat
Tibi credere omnia, abs te petere & poscere.

Nequam aliam quærat copiam, ac te deserat. Hîc videtur significare facultates & necessaria ad sumptum faciendum. Dicit enim paulo pòst,
Nam si illi pergam suppeditare sumptibus, &c.

Hoc copiarum, pro Hæ copiæ. Liu. lib. 2. Decad. 5. Hoc copiarum cum Præt. nouis in Hispanias portatum est.

¶ Copia, Facultatem etiam significat, & potestatem aliquid faciendi, & sumitur plerunque cum hoc verbo facio vel do.

Copiam dare alicuius rei. Terent. in prol. Heaut. 24.
– date crescendi copiam

Nouarũ, qui spectandi faciunt copiam. Tacit. lib. 14. de Nerone loquẽs, Vetus, inquit, illi copia erat curriculo quadrigarum insistere.

Dicendi facultas & copia. Cic. 2. Verr. 6.

Data copia fandi. Virg. 1. Aeneid. 105.

Dare copiam existimandi aliquid. Terent. Heaut. 2. 3. 41.
Vbi de impetrasso est interuentum muliere:
Nam ea res dedit tum existimandi copiam,
Quotidianæ vitæ consuetudinem.

Copia est quę volumus. Sub. eorum. Plaut. Capt. 5. 25. Id est habemus quę cupiebamus.

Copia est, vt pedem efferamus ex ædibus. Plaut. Bacch. 8. 19. Et apud Terentium in Heaut. 2. 3. 87. Nam apud patrem tua amica tecum sine me tu vt sit, copia est. Id est tu potes, paterque sinet, vt, &c.

Copia est illem otio viuere. Sallust. in Catil. Quibus in otio, vel magnificè vel mollitèr viuere copia erat, incerta pro certis, bellum quàm pacem malebant. Id est qui poterant.

Copia vix fuit eum adeundi. Plaut. Milit. 18. 10.

Copia est mihi, Id est possum. Terent. Phor. 1. 3. 24. Vt neque mihi eius fit amittendi, nec retinendi copia. Plaut. Trinum. 17. 7. Quod datum vtẽ du'st, id repetundi copia'st quando velis. Terent. in prologo Eunuch. 21. Et 4. 2. 20.

Rata copia videndi aliquem. Tibul. lib. 2 eleg. 3. 17.

Cunctandi copia non est. Plau. Epid. 3. 59.

Copiam facere conueniendi alterum. Plaut. Capt. 12. 90. Vt mihi eius facias conueniundi copiam. Sic apud Liuium lib. 4. ab Vrbe. 89. Copiã pugnæ facere, Postero (inquit) die iam militibus castra vrbemq; se oppugnaturos frementibus, ni copia pugnæ fiat.

Copiam facere consilii sui. Cic. 3. de Orat. 37. M. vero. Manlium nos eriã vidimus transuersò ambulantem foro: quod erat insigne, cum qui id faceret, facere ciuibus omnibus cõsilii sui copiam. Sic apud Plinio, epistо. 147. f. Ne ego quidem indignus, cui copiam scientiæ tuæ facias.

Copiam facere argenti. Plau. Cur. 7. 11. Argenti rogo vt copiam faciat.

Copiam efficere alicui ad aliquam amicam. Plau. Mili 10. 103.

¶ Copi, pro Copioso, a veteribus dictum, vt annotat Nonius ex Plauti Pseudolo, Atque ego nunc vt gloriosum faciam & copi pectore. Idem Bacch. 5. 115. Vt amantem herilem eopem facerem filium. Turpilius Epiclero, Te quidem omnium iam pater eopem causa rem fecit. Pacuuius Peribœa, O multimodis varie dubium & prosperum eopem diẽ. Qui loquendi modus à communi vsu iam recessit.

Copiola, pen. corr. (ὀλιγαρκία,) Diminutiuum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 3. Recurri ad meas copiolas: sic enim eas verè appellare possum. Sunt enim extenuatissimæ, & inopia rerum omnium pessimè acceptæ.

Copiosus, pen. prod. (ἔυπορος,) Adiect. Abundans, diues. Cic. 1. Verr. 45. Magnificè & ornatè, vt erat in primis inter suos copiosus, consulatum comparat.

Vrbs celebris & copiosa. Cic pro Archia. 3.

Amplum & copiosum patrimonium. Cic. pro Sex. Roscio.

Lautum & copiosum patrimonium. Cic. pro Rabirio Posth. 23.

Copiosa planè, & locuples mulier. Cic. 1. Verr. 30.

Copiosum Senatusconsultum. Plin. epistо. 159. 2, Postea visum est pretium curæ, ipsum 5. c. quærere. inuenitã copiosum & effusum, vt ille superbissimus titulus, modicus atque etiam demissus videretur.
Tenuis & Copiosus victus, contraria. Cic. 3. Tuscul. 84. Tenuem victum antefert copioso.

¶ Doctus & copiosus homo, & paratus. Cic. 4. Acad. 116.

Copiosus homo ad dicendum, & in dicendo. Cic. pro Cecinna, 47. Et. 4. Verr. 61.

Rebus omnibus ornatus & copiosus. Cic. 2. in Catil. 38.

Copiosa disputatio. Cic. 4. Acad. 58.

Copiosa & elegans oratio. Cic. 1. de Finib. 16.

Multa, varia, & copiosa oratio. Cic. 2. de Orat. 118.

Fieri copiosiorem legendo aliquid. Cic. Attico, lib. 13. 294. 2. Multa de meo Catone, quem sæpissime legendo se dicit copiosiorem factum

Copiosissimum ingenium. Plin. epistо. 179. Illi enim & copiosissimum ingenium, & par ingenio materia.

Copiosissimus pratum. Solinus, Ager Creticus syluestrium caprarum copiosissimus est.

Copiosus re cibaria. Gell. lib. 7. cap. 1.

Copiosè, Aduerbium, (ἀφθόνως,) Abundanter. Cicero de Senectu. 54. Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro qui est de tuenda re familiari.

Copiosè & abundanter loqui de re aliqua. Cic. 2. de Orato. 82.

Largè & copiosè. Cic. 2. de Natu. deor. 180. Pastum autem animantibus largè & copiosè natura eum qui cuique aptus erat, comparauit.

Neque sententiis solùm copiosè, sed verbis etiam ornatè dicere. Cice. 1. de Natu. deorum 80.

Subtiliter & copiosè differere. Cic. pro Flacco 33.

Compositè, ornatè, copiosè eloqui. Cice. 1. de Orato. 26.

Grauissimè & copiosissimè dicere. Cic. 1. Offic. 6.

Copiosè aliquò proficisci. Cice. 3. Verr. 64. Nam Malleolus in prouinciam sic copiosè profectus erat, vt domi prorsus nihil relinqueret. Id est cum tanta opulentia.

¶ Copiosè ornatus, & honorificè acceptus. Cic. 6. Verr. 54.

Copiosè reorum causas defendere. Cic. 4. Verr. 139.

Copiosissimè causam defendere. Cic. pro Cluentio 115.

Copiosissimè nasci dicitur herba. Plin. lib. 19. cap. 1. 26.

Copior, copiaris, copiari, Castrense verbum est, pro Copia instrui & augeri. Gellius lib. 19. cap. 1. de verbis Quin. Claudii annalium primo cursim in legendo notatis, Et Romanus multis armis & magno commeatu prædaque ingenti copiantur: quod verbum haud facile reperias apud ciuilium causarum oratores: exque eadem figura est qua lignantur, & pabulantur, & aquantur.

Copo, coponis, postea dictus est caupo, (κάπηλος,) Vide suo loco. Martial. lib. 13. 11. Hæc ego coponi, non tibi dona dedi. Idem lib. 2. 48. Cice. pro Cluentio 131. Atque etiam, vt nobis renunciatur hominem multorum hospitum, A. Binnium quendam coponem de via Latina, fabornatis qui fibi à Cluentio, seruisque eius in taberna sua manus allatas esse dicat.

Copõna, huius copõnæ, penul. pro. (κάπηλος,) Taberna, inquit Festus à copis dicta. Item ipsa mulier quæ tabernæ præest.

Copta, huius coptæ, (πάστα,) videtur esse genus placentæ. Martial. lib. 14. 73.

Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam quam tibi misit, edat.

Cópula, huius copulæ, penul. correp. (συμπλοκή, συμπλοκεύς,) significat Nexum siue vinculum. Plaut. Epid. 13. 11. Quæritant me, in manibus gestant copulas secum, subueni. Ouid. Copulã detrahitur canibus. Id est vinculum colli. Copula, Quæ copulat, id est cõiungit: qualis sunt apud Grammaticos, &, que, & huiusmodi enclíticæ, quæ idcirco copulatiuæ coniunctiones dicuntur.

Dura copula. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 6.

Copulo, copulas, penul. correp. (συμπλέκω, συνάπτω,) copulare, Colligare, vincire, coniungere. Plinius lib. 17. cap. 19. 1. Infociabilesque aborum naturæ copulentur. Plaut. Pœnu. 4. 121. Quid ais tu, quandò mecum caput & corpus copulas?

An hæc inter se iungi copulariue possint. Cic. 1. de Orato. 113.

Copulando verba iungere. Cic. in Oratore 86. Libenter etiam copulando verba iungebant: vt fodes, pro si audes: sis, pro si vis.

Coniunctionibus copulari, Dissolutionibus relaxari, contraria. Cice. in Partit. 11. Constructioque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

Copulare vno vinculo. Liu. 8. bel. Pun. 63.

Honestatem cum voluptate tanquam hominem cum bellua copulare. Cice. 4. Academ. 153.

Copulare cum præsentibus futura. Cic. 2. de Finib. 76.

Copulare concordiam. Liu. 4. ab Vrbe 186. Quin illi, remittendo de summa quisque iuris mediis diis, copularent concordiam.

Copulare sermonem cum aliis. Plaut. Pœnu. 9. 42. Quid deindè AD. sermonem nobiscum ibi copulat.

Societatem copulare cum deo. Plin. lib. 2. cap. 7. 12.

Voluntates copulare. Cic. Appio, lib. 3. 4. 5. Non mediocre vinculi mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas.

Copulor, copularis, συζεύγνυμι, Copulari, Deponẽs, Idẽ. Pla. Epid. 9. 21.
– caueis cum filia mea
Hanc copulari, neque conspicere.

Copulari dextras. Plau. Aul. 5. 38. Adeunt, cõsistunt, copulant dexteras.

Copulãtus, penul. prod. (συμπεπλεγμένος,) Participium. Cic. 4. Tusculan. 36. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt: re verò copulata sunt.

Copulata res & confatalis. Cice. de Fato 45.

Simplicia, & Copulata, opposita. Cic. de Fato 45. Quædã enim sunt (inquit) in rebus simplicia, quædam copulata. Idem in Oratore 62. Genera verborum & simplicium & copulatorum.

Admistum, copulatum, concretum, coagmentatum. Cicero 1. Tusculan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

110. Quoniam nihil sit animis admistum, nihil copulatum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex.
Naturæ copulatum, Id est consentaneum naturæ. Cic. 2. de Diuinat. 211. Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis quod scribitur somnium?
Copulatus, (συμπλεκτός,) Nomen ex participio. Cic. 1. Offic. 81. Nihil autem est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorũ.
Copulatio, (σύμπλεξις,) Verbale, Coniunctio. Cicer. de Vniuersit. 28. Quum eandem cõiunxit fuglentem, & eius copulationis alienam permiscens cum materia. Idem 1. de Finib. 29. Ita effici complexiones, & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se.
Copulatio rerum, & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmẽtatio naturæ. Cic. 1. de Natu. deorum 178.
Congressus copulationesque consuetudinum. Cic. 1. de Finib. 105.
Copulatiuus, pen. prod. (συμπλεκτικός,) Adiectiuum fictum à gramma ticis. Quod copulat, vel copulare potest. vnde Cõiunctio copulatiua.
Copulatè, (συμπλεκτικῶς,) Aduerbium. Gellius lib. 10. cap. 24. Dicquinti, pro aduerbio copulatè dictum est.

Coquina, Coquinarius, Vide C O Q V O.

Coquo coquis, coxi, coctum, (ἕψω, ἑφθεύω, πυτταλίνω,) coquere, Notæ significationis verbum. Coquere cœnam, prandium, cibum, &c. Plaut. Aſina. 16. 85. Et Rud. 10. 11. Plin. lib. 3. cap. 1. 10. Huius proprietas, vt ventiletur in coquendo, donec desinat olere.
Cibum coquere. Lucret. lib. 5. 222.
Coquere ex oleo. Cellius lib. 1. cap. 17. Interdum etiam aridum aliquid ex oleo prius coquitur. Id est in oleo.
Coquere lateres in fornacem. Cato cap. 39. Inde laterculos facito, coquito in fornacem.
¶ Coquere cibum, pro Concoquere in ventriculo. Cic. 2. de Natu. deor. 35. Negat enim vllum esse cibum tam grauem, quin is coquatur die & nocte. Legitur & concoquatur.
¶ Coquere fructus dicitur Sol. Varro 3. de Re rust. ca. 14. 2. Locus is melior, quem & non coquit Sol, & tangit ros. Plin. lib. 12. cap. 27. 1. Reliquum corpus Sole coquitur. De oleo omphacio.
Coquuntur fructus, quando perfecti maturescunt. Plin. lib. 15. cap. 14. 3. Fructus anno maturescit, pariterque floret subnascens, & prior coquitur. Idem, Ante quàm fici coquantur autumno.
Aestas coquit glebas. Virgil. 1. Georg. 14.
Radii Solis coquebant cana flumina. Virgil. 4. Georg. 86.
¶ Coquere bellum & consilia, Parare & moliri clanculum. Liuius 8. ab Vrbe 10. Omnibus consultationibus inter se principes occultè Romanum coquebant bellum. Idem 3. ab Vrbe 147. Quotidie coibant remotis arbitris. inde impotentibus instructi consiliis, quæ secreto ab aliis, coquebant, iam haud dissimulando superbiam, rari aditus, &c. Id est excogitabant & conflabant.
¶ Coquit me illud. Cic. ad Attic. lib. 5. 91. 2. Tua profectio spem meam debilitat, ac me illud quidem modò coquit: sed inopia cogimur eo contenti esse. Locus corruptus annotatur à Victorio.
Coquit me cura, Hoc est consumit. Ennius apud Cicer. de Senect.
O Tite, siquid ego adiuto, curámve leuasso,
Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa.
Iras coquere. Silius lib. 7. 82.
Cóquito, cóquitas, pen. corr. (ἑψομαι,) coquitare. Festus, Coquitare pro Coctitare, id est frequenter coquere Plautus posuit.
Coquĩnor, penul. prod. (μαγειρεύω,) coquinaris, coquinari. Vnde Coquinatum, pro ad coquendum, legimus apud Plautum in Aulul.
Ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.
Coctus, Participiũ, (πεπεμμένος, ἥψητος,) vt Coctus solibus fructus, Plin. lib. 11. ca. 5. 2. Sed p̃ folia solibus coctus, prædulci sapore, dignus miraculo arboris. De fructu ficus Iudicę. Hinc cocta poma, matura dicim⁹.
Gramina cocta per manus medeæ. Propert. lib. 2. eleg. 4. 2.
Agger coctus. Propert. lib. 3. eleg. 11. 5.
Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt solidum cocto tolleret aggere opus.
Poma matura & cocta, cui contrarium Cruda. Cic. de Senect. 65.
Bene coctus, & conditus sermo bonus. Cicer. Attico, lib. 15. 298. 4.
Coctio, Verbale, (πέπανσις, ψῆσις,) Ipse coquendi actus.
Coctionem facere, pro Concoquere & conficere cibum in ventriculo, quod vulgus Digerere vocat. Plin. lib. 20. ca. 9. 19. Coquitur & in melle cibi gratia, maximè vti coctionem facias.
Coctor, coctoris, (ἕψητης,) Verbale, Qui coquit.
¶ Coctor pro decoctore, (ἀσωτος,) Senec. de Benefic. 4. Quis coctori pecuniã credet, aut depositũ cõmittet ei, qui iam pluribus abnegauit.
Coctũra, coctũræ, penul. prod. (ψῆμα,) Idem quod coctio. Columel. lib. 12. ca. 18. 5. Si quinta pars picis Brutiæ in vniuersam cocturam adiiciatur, vtilissimam sit omni vindemiæ.
¶ Coctura, dicitur cœli temperies, à perfecta fructuum decoctione. Plin. lib. 14. ca. 4. 10. Quũ C. Graechus Tribunus plebẽ seditionibus agitãs interemptus, ea cœli tẽperies fulsit, quã cocturam vocant, Solis opere.

Coctĩuus, pen. prod. Adiectiuum, (πέπαμος,) Quod facilè vel coquitur, vel maturatur, vt Coctiua poma, coctiuum legumen.
Coctiuæ castaneæ, dicuntur nigræ, quæ magis in vsu sunt. Plin. lib. 15. ca. 23. 3. Laudatior Corelliana, & ex ea facta Meterana, quam rubens cortex præfert triangulis, & popularibus nigris, quæ coctiuæ vocantur.
Coctilis, & hoc coctile, penul. corre. (ψητός,) Quod coquendo fit. vt Coctiles tegulæ. Coctilia vasa, figulina. Valla lib. 1. Coctiles lateres, qui cocti sunt, & non crudi.
Muri coctiles. Ouid. 4. Metamorpho. 12.
Coctibilis, & hoc coctibile, penul. correp. (ἑψητός,) Quod facilè coquitur. Plinius lib. 16. cap. 6. 7. Glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem ac leuem, & vtilem stomacho.
Coquĩna, penul. prod. (μαγειρεῖον,) Locus in quo dapes coquuntur. Nonius, Culinam veteres, coquinam dixerunt, non vt nunc vulgus putat. Plautus Mostel. Exi è culina. Donatus in primo actu Andriæ, Coquina, medicinæ famulatrix est.
Coquinarius, (μαγειρικός,) Adiectiuum. vt Coquinaria vasa, Plinius libro 33. cap. 11. 1.
Coquĩnus, pen. prod. Adiectiuum. vt Coquinum forũ, Plaut. Pseud. 13. 1. Forum coquinum qui vocant, stultè vocant.
Nam non coquinum est, verùm furinum est forum.
Coquus, coquis vel Cocus, coci, (μάγειρος,) Qui cibos coquit & vendit. Festus, Coquum & pistorem apud veteres eundem fuisse accepimus. Næuius, Coquum, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem. Significat per Cererem, panem per Neptunum, pisces: & per Venerem, olera. Cic. pro Sex. Rosc. 79. Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores. lenticarios. Et in Pis. 53. Et Pæto, lib. 9. 20. 7. in ea cœna cocus meus præter ius seruens nihil potuit imitari. Idem Tironi lib. 16. 13. 4.
Tenue cõrpus. Cellius lib. 2. cap. 8. Ad in tabe sputum mistum purulentum, febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit, in corpore tenui periculum subesse testatur.

Cor cordis, n. g. (καρδία,) Cor animalibus cæteris in medio pectore est: hominibus tantum infra lævam papillam ita palpitat, vt admota manu duo esse videantur. Hoc primum nascentibus formari in vtero traduntur, deinde cerebrum, sicut tardissime oculos, sed hos primum mori cor nouissimè. Hæc Plinius lib. 11. cap. 37. 52. Quicquid autem dicat constat cor exactissimè in medio thorace & corpore situm esse, secundum omnem sui dimensionem: sed fibram siue extremitatem, eius versus sinistrum latus vergere. Primum autem omnium membrum in corpore hepar gignitur, non autem cor.
Curæ cordis. Lucret. lib. 3. 24.
Globus cordis Lucret. lib. 4. 24.
Stupor cordis, Cic. 3. Philipp. 135. Qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.
¶ Acria corda. Lucret. lib. 3. 60. —quibus acria corda,
Iracundaque mens facilè efferuescit in ira.
Acri corde tumere. Valer. lib. 6. Argonaut. 1.
Aegrum cor. Valer. lib. 5. Argon. 27. Senec. Oedip. 4. 14.
Aliena corda, Id est dura, & nullis precibus flectẽda. Stat. li. 3. Theb. 561
Alto de corde, hoc est Ex imo pectore. Ouid. 2. Metam.
Tum verò gemitus alto de corde petitos Aedidit.
Alto corde vri. Stat. lib. 11. Thebaid. 39.
Anhela corda. Seneca Agamemn. 7. 25.
Anxia corda. Lucret. lib. 6. 3.
Aspera corda. Virg. 10. Aeneid. 17.
Attonito gemitus à corde trahuntur. Ouid. 11. Metam. 42.
Capax cor. multorum scelerum. Seneca in Thebaid. 1. 32.
Cupidum cor. Lucret. lib. 4. 229
Discordantia corda. Silius lib. 16. 4.
Effera corda. Valer. li. 1. Argo. 160. —sacer effera raptet Corda pauor
Exatiata corda cruore. Silius lib. 16. 109.
Sacra fides agitat virũ fallacia corda. Silius. lib. 13. 67.
Ferrea lasciuis molleſcant corda sagittis. Clau. li. 1. de raptu Proserpinæ.
Ferum cor satiare. Ouid. 6. Metam. 57.
Equi fera corda fatigare. Silius lib. 15. 29.
Flammatum cor. Stat. 1. Theb. 50. Virg. 1. Aeneid. 11.
Fortissima corda. Virg. 5. Aeneid. 145.
Hebes cor. Lucret. lib. 4. 11. Id licet hinc quanuis hebeti cognoscere corde. Idem lib. 5. 176.
Importuna corda luxu. Silius lib. 11. 78.
Inertia corda. Virg. 9. Aeneid. 11. Vide INERS.
Monstris languida corda. Silius lib. 3. 102.
Leuisomna corda canum. Lucret. lib. 5. 173.
Libero corde fabulari. Vide LIBER.
Maculosa bidentum corda. Stat. 3. Theb. 92.
Noxia corda. Ouid. 10. Metam. 71.
Patrio corde dolorem ferre. Ouid. 11. Metam. 66.
Perfida corda. Ouid. in Ibin. 35. Et scindent auidi perfida corda canes.
Parum cor vitio. Horat. 2. Serm. saty. 3. 43.

Rustica

Rustica corda. Propert. lib. 4. eleg. 1. 3.
Sagax cor. Silius lib. 8. 93.
Sedatum cor. Virg. 12. Aeneid. 4.
Triste cor. Virg. 6. Aeneid. 37. & 8. 102.
Tumefactum cor. Seneca in Agamemn. 13. 2.
Tumidum cor. Horat. 2. Serm. saty. 3. 43.
¶ Acuere curis corda mortalia. Virg. 1. Georg. 35.
In imo corde pudor æstuat. Virg. 10. Aeneid. 172.
Concipere meras corde. Stat. 3. Theb. 62.
Cor cumulatur ira. Vide IRA.
Domare dura corda. Ouid. epist. 4. 31.
Cordi esse, id est curæ esse. Horat. 1. Carm. ode. 17. 3.
—dis pietas mea, Et musa cordi est.
Cordi est mihi, id est placet vel delectat. Terent. Phorm. 5. 3. 17. Quia vterque vtrique est cordi. Idem And. 2. 1. 30. Aut tibi si nuptiæ hæ sunt cordi. Cicero ad Atticum, lib. 4. 90. 1. Dionysius nobis cordi est. Liuius. 3. bel. Pun. 148. Id deis cordi non esse. Cicero pro Quintio. 63. Contrà, sibi officium, fidem, diligentiam, vitam omnino semper horridam atque aridam cordi fuisse. Sic Plinius lib. 18. cap. 28. 14. Ducta metaphora ab iis quæ stomacho grata sunt: os enim stomachi antiqui tum Græci, tum Latini cor appellabant.
Forma cordi est virginibus. Ouid. de Medicam. faciei. 7.
Si cordi est, Si placet. Silius lib. 13. 148.
Ex corde excellit cura. Vide EXCEDO.
Exulãtia corda p̃uor pulsans haurit. Virg. 3. Geor. 21. Idé. 5. Aeneid. 28.
Cor meũ cœpit artẽ facẽ ludicrã, locus est Plautinus in Aulularia. 19. 3.
Longo sudore corda fatiscere. Stat. lib. 11. Theb. 19.
Non habere cor. Cic. 2. de Finib. Hoc est non modo cor non habere, sed ne palatum quidem.
Pacem indignantia corda. Stat. 3. Thebaid. 120.
In corde instituere aliquid. Plaut. Mostel. 3. 2.
Recordatus multum, & diu cogitaui, argumentaque multa
In pectus institui ego atque in corde meo, siquod est mihi Cor.
Labant corda. Vale. lib. 3. Argon. 15.
—ægra virorum Corda labant.
Paruo cor vulnere læsum. Ouid. 12. Metam. 85.
Corde & animo atque viribus aliquid persequi. Plaut. Cap. 7. 27.
Nescia quæ humanis precibus mansuescere corda. Virg. 4. Georg. 94.
Micat cor timore. Ouid. Fast. 3. 8. Et. 6. 68.
Oblita corda laborum. Virg. 9. Aeneid. 46. Et lib. 4. 106.
Permulcere corda. Silius lib. 13. 69. Sedauit rabiem, & permulsit corda furentum.
Pauor corda raptat. Valer. lib. 1. Argonaut. 160.
Riguerunt corda. Lucanus lib. 8. 12.
Cor sapit. Cic. 2. de Finib. 42. Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.
Sepulta corda multo mero. Ouid. 2. de Remed. amor. 82.
Metum corde soluere. Virg. 1. Aeneid. 114.
Stupefacta corda. Virg. 5. Aeneid. 128.
Trepidare corde. Cic. 1. de Orat. 92. At Romanus homo tamen, etsi res bene gesta est, Corde suo trepidat.
Bello trepidantia corda. Virg. 4. Georg. 14.
Rabie fera corda tument. Virg. 6. Aeneid. 10.
Cordis copia, & cor sapientiæ. Plaut. Epid. 9. 3.
Córeulum, pen. corr. (καρδιον,) Diminutiuũ. Plaut. Casina. 8. 9. Eho corculum adiũdasse iam ex metu mastigia? Idem alibi, Meum corculum, meus molliculus cassus. Blandientis vox. Sic in Casina, 20. 15. Meum corculum, mellicilum, &c.
Corculum (inquit Festus) à corde dicebant antiqui solertem & acutum. Cic. 1. Tusc. 30. Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur, & Nasica ille prudens bis Consul, Corculum. Sic de Claris Orat. 39. & 112. Plin. lib. 7. ca. 31. Catos, Corculos, apud Romanos cognominatos esse refert, qui sapientia præstiterunt.
Cordãtus, pen. prod. (νουνεχής,) Adiectiuum, Qui optimo corde præditus est, id est solers & sapiẽs, antiqui enim philosophi quidã in corde sapientiã constituebãt. Cic. 1. Tusc. 30. Et egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus. Rursum. 1. de Oratore. 96. eadẽ verba leguntur.
Cordax, (κόρδαξ,) trochæus quare sit dictus, vide in Oratore Ciceronis 112. Cordax saltatio, obscœna & comica. Budæus.
Cordatè, Aduerbium, (νουνεχῶς,) Sapienter, prudẽter. Plaut. Pœnulo. 3. 3. Quas tu sapienter, doctè, & cordatè, & catè
Mihi reddidisti certas, &c. Idem Milit. 14. 95. Dicito doctè & cordatè, vt cor ei saliat.
Cordolium, (καρδιαλγία,) Cordis dolor. Plaut. Cistel. 2. 56. At mihi cordolium est. Idem Pœnulo. 4. 76.
Sed vbi exempla conferuntur meretricum aliarum, ibi tibi erit Cordolium, siquam ornatam melius fortè aspexeris.

Coracinus, Adiectiuum à Corax. Vide CORAX.

Coralium, Coralii, (κοράλλιον, καράλιον,) Lapis est rubri coloris, Plinius lib. 32. cap. 10. Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, tantum apud Indos in coralio. nanque ista persuasione gentium constant. Gignitur quidem & in rubro mari, sed nigrius. Quo in loco & curalium legitur, & etymó à præcidendo ducitur. Ouidius 4. Metamorpho. Nunc quoque coraliis eadem natura remansit. Vide item Plinium, lib. 36. cap. 19. 1. Coralium vnico l scribitur. Ouidius 15. Metamor. 83. Sic & coralium quo primùm contigit auras.
Tempore, durescit mollis fluit herba sub vndis. Interdum tamen pro ductionis causa ll geminat. Ausonius in Mosella, Quum virides algas, & rubra corallia nudat Aestus. Claudian⁹ in nuptiis Honorii & Mariæ Mergit se subitò, velliteq; corallia Clotho. Corallũ quoque nõnunquã legit. Sidon. in epithal. Ruricii, Lactea puniceo finuatur colla corallo.

Coram, (ἐναντίον, ἐντιμέως, ἔμπροσθεν,) Præpositio ablatiuo casui seruiens: vt Coram Senatu orationem habui. Cicc. in Pisonem 8. Coram genero meo.
Coram, Præpositio suo casui aliquando postponitur. Tacit. lib. 1. Multáque eo coram. Idem lib. 3. Senatu coram. Ibidem, Patribus coram.
Coram aliquando est aduerbium. Cic. ad Brutum, lib. 11. 16. 2. Nam quẽ admodum coram qui ad nos intempestiuè adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt non loco redditæ. Idem Attico, Si recũ olim coràm potius, quàm per literas de salute nostra, fortunisq; deliberassem. Ad eundem, Sed hæc coràm inter nos multi sermonis sunt. Item li. 15. 321. 9. Item pro Flacco 27. Fratres denique ipsi prodeant &c. tamen aliquid fortasse coràm producti dicent in quo reprehendantur.
Coràm & Absens, contraria. Cic. Octauiano 4. Non prætermittam quin, quoniam coràm id facere prohibebor, absens possim.
Coràm etiam ex ipso audiebamus. Cic. 1. Acad. 10.
Disputare coràm cum aliquo de re aliqua. Cic. 2. de Leg. Agra. 78. Veniat & coràm mecum de agri Campani diuisione disputet.
Coràm inter nos conferemus. Cic. ad Atticum, lib. 1. 15. 2.
Coràm præsens. Plaut. Pseud. 20. 35. Quid iam? B. quia tu ipsus coràm præsens præsentem vides.
A præsentibus coràm. Cicc. de Amicit. 3. Atque ideò feci, vt tanquam à præsentibus coràm haberi sermo videatur.
Coràm præsente aliquo dicere. Cic. 3. de Lege Agrar. 1. Ea coràm potius me præsente dixissent.
Coràm ante oculos. Terent. Eunuch. 4. 7. 24.
—quid tum postea? THR. rogitas,
Quæ mihi ante oculos amatorem coràm addaxti tuum?
Coràm in os. Terent. Adelph. 2. 4. 5. O mi Aeschine, ô mi germane: ah vereor coràm in os te laudare amplius.
Adesse coràm. Virgil. 1. Aeneid. 120.
Aliquid coràm agnoscere. Virgil. 5. Aeneid. 35.
Cernere coràm. Virgil. 7. Aeneid. 108.
Ostendere coràm. Virgil. 6. Aeneid. 143.
Recitare coràm quibuslibet. Horat. 1. Sermo. saty. 4. 15.
Tenetur coràm. Cic. pro Cluẽtio 29. Aiulius ex altera parte coràm tenet.
Venire coràm. Horat. 1. Sermo. saty. 6. 12.
Coràm huc. Terentius Adelph. 5. 3. 29. Sine me expurgem, atque illum huc coràm adducam.
¶ Coràm, pro Hîc, hoc loco, interprete Donato. Teren. Phorm. 5. 8. 22. —fermè eadem omnia, Quæ tute dudum coràm me incusaueras.

Coramble, coramblis vel corambla, coramblæ, (κεφάμβαν,) Herba quæ oculorum aciem retundit, & hebetem facit: ideoque dicta. nam κόρα, pupillam significat: κβαύω, verò rerusum & hebes. Colum. in horto, lib. 10. 18. Nunc veniat quanuis oculis inimica coramblę. Sunt qui contendant omnino legendum Corymbe.

CORAX, (κόραξ,) Antiquissimus rhetor Siculus, primus artem dicendi & præcepta conscripsit, authore Aristotele. De quo Cicero in Bruto 12. sic scribit, Itaque ait Aristoteles, quum sublatis in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudiciis repeterentur, tum primùm (quòd esset acuta illa gens & controuersa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam cõscripsisse. Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accuratè tamẽ, & de scripto pleroſque diceresse: scriptaſque fuisse & paratas à Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nũc Cõmunes appellantur loci. Hæc ille. Coracis item meminit lib. 1. de Oratore 45. Et Quintilianus lib. 3. cap. 1. 6. Est item Corax montis nomen in Sarmatia Europæ apud Ptolemæum. Est præterea Corax, fluuius in Caucasei montibus originem habens, vt Glaucus, Physis, Hippus. Fuit & Corax, siue Coras, qui cum fratre Catillo oppidum Tybur in Italia constituit, authore Seruio apud Virgilium in illud Aeneid. 7.
Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillusque, acerque Coras, Argiua iuuentus. Constat etiam Archilochum interfectum fuisse in bello à quodam cui nomen erat Corax. Hic quum fortè scisciatum Appollinis oraculum venisset Delphos, ab eo tanquam impius ac sceleratus est reiectus. Verùm quum ille multis verbis sese excusare conatus, culpam omnem in fortunam, & varios bel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorum euentus reiecisset, ventamque à deo imploraſſet, flexit numen acceptoque ab Apolline responso, iussu eius Tænarum profectus est, ac manibus Archilochi parentauit: tanta erat eo tempore vatum & poetarum authoritas atque maiestas. Hæc Sypontinus.

Corax, coracis, (κόραξ,) Coruus Latinè dicitur. Cicc. 3. de Orato. 36. Quare coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, q euolet clamatores odiosi ac molesti.

Coracinus, (κορακῖνος,) Adiectiuum, pen. prod. dicitur. coruinus.

Coracinus color. Idest niger, qualis est, coruorum, quem tamen à pullo discernit Vitruius lib. 8. cap. 3. Per id tempus, inquit, adiguntur eò quotidie potumex eoque quanuis sint albi, procreant aliis locis leucophæi, aliis locis pulli, aliis coracino colore.

¶ Coracinus, Genus pilcis Nilo peculiaris, vt testatur Plinius libro. 32. ca. 5. 11. Mart. lib. 13. 85. Princeps Niliacis rapetis coracine macellis,

CORAXI, Colchidis regionis populi, vt scribit Plinius cap. 5. lib. 6. Et Pomponius libro primo.

CORAXICVS mons, Tauri montis pars est. De Tauro sic Plinius capi. 27. libri 5. scribit, Quinetiam (inquit) confractus, effugiens quoque maria, plurimis se gentium hominibus, hinc & illinc impletis à dextra, Hyrcanus, Caspius à læua Pariedres, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In vniuersum verò Græcè Ceraunius. Pomponius Mela libro primo, multitudinis numero scripsit, Ceraunii, Tauri ci, Moschi, Amazonici, Caspii, Coraxici, Caucasi.

Corbis, huius corbis, f. g. (κόφινος,) & secundum Priscianum, masculini, dicitur Græcè Cophinus: Vas est viminibus cõtextũ. Plaut. Bacch. 1. 63. —geritote amicis nostris aurum corbibus. Cic. pro Sestio 70. Messoria se corbe contexit. Liu. 2. ab Vrbe 19. Propertius lib. 4. eleg. 2. 6. Corbis & impolito pondere messor eram.

Corbis pabulatoria, In qua reponebantur pabula armentorum. Columel. lib. 6. cap. 3. 4. Si grano abstinemus, frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit.

Corbis dicta, vt inquit Varro de Lingua Latina, quòd spicas, aliúdve quid eò corruebant.

Corbula, córbulæ, penul. correp. Diminutiuum à Corbis, teste Varrone de Lingua Latina. Varro 1. de Re rust. cap. 15. 1. Cogit aliquot corbulas vuarum, & frondem iucundissimam ministrat oniboꝰ. Colum. lib. 12. cap. 50. 7. Et Cato cap. 111. 4. & 23. 1. Plaut. Aulul. 112. 4.

Corbulum in neutro posuit Suetonius in Nerone cap. 19. Primus rastello humum effodit, & corbulo congestam humeris extulit.

Corbita, corbitæ, penul. prod. Festus, Corbitæ, dicuntur naues onerariæ, quòd in malo earum summo, pro signo corbes solerent suspendi. Nonius, Corbita, genus nauigii tardum & grande. Plautus Pœnul. 7. 4. Tardiores multo, quàm corbitæ sunt in tranquillo mari. Cicero ad Atticum, libro 16. 33. 19. Corbitane Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum: etsi oneraria, statimne freto, an Syracusis.

Corbitam dare, videtur Plautus vice prouerbii protulisse, pro negligenter aliquẽ iuuare. Is enim in Pœnulo 7. 40. sic ait, Obsecro hercle opera hac celocem mihi, nõ corbitam date. Hoc est properate me iuuare.

Corbito, corbitas, (κατανίνω,) corbitare, In corbitam immittere. Plaut. Casin. 17. 21. Ego noui illas ambas estrices: corbitant,
Vbi comelle possunt. Per translationem dixit, pro ventrem implent, sese ad summum replent, quasi nauigium onerent. Videmur ab hoc verbo nostrum Corbiner deriuasse.

Córchorus, vel Córchoron, penult. corrept. (κόρχορος,) Herba passim crescens. Plinius libro 25. cap. 13. 1. Anagallida aliqui corchoron vocant.

Corchorus inter olera, Prouerbium dici solitum in homines nullius pretii, qui tamen in numero aliquo studeant haberi. Erasmus in Chiliad.

Corculum, Vide COR.

CORCYRA, pen. prod. (Κέρκυρα,) Maris Adriatici insula inter Epirũ & Calabriam sita, Alcinoi & Phæacum memoria, tum & Vlyssis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clarissima. Venetorum est hodie. Huius insulæ meminit Virgilius lib. 3. Aeneid. vt annotauit Seruius,
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris
Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt.
Protinus aerias Phæacum abscondimus arces,
Litoraque Epiri legimus, &c. Aerias arces Phæacum, Corcyram (inquit Seruius) insulam dicit, sitam inter Epirum & Calabriam, vbi regnauit Alcinous. Hæc ille. Lucanus lib. 9. 7. Corcyræ secreta petit, ac mille carinis Abstulit. Est & Coreyra Nigra cognominata, ab illa superiore diuersa, quæ inter Electridas enumerat Pomponius Mela lib. 2.

Corcyræus, Adiectiuum, (Κερκυραῖος,) Cic. Attico, lib. 6. 113. 17. Κυβέρνην Sempronii Rufi cognomi ex epistola Corcyræa.

Cordatus, Cordi est, Cordolium, Vide COR.

CORDILIO, Philosophus Stoicus Pergamenus, omnium principum ac regum amicitias spernebat. Hunc Cato Vticensis in Macedoniam cũ exercitu missus, precibus exoratum in castra secum duxit, magnam se putans adeptus palmam, qui hominem seuerissimum è sententia duxisset. Volaterranus lib. 14.

Cordilla, vel Cordila. Vide CORDYLA.

CORDYBA, penul. corre. (κορδύβη,) Bæticæ Hispaniæ vrbs clarissima, virusque Senecæ & Lucani patria, vt est author Martialis ad Licianum lib. 1. 57. Duosque Senecas, vnicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba. A Corduba, Cordubensis conuentus dicitur, Plinio, vt Astigitanus & Hispalẽsis, à clarissimis oppidis, & quartus Gaditanus. Cordubensis agri fertilitas, & diues cultus scriptoribus laudatur. Silius lib. 3. Nec decus auriferæ cessauit Corduba terræ.

CORDVS, inter præceptores Alexandri Mamneę nominatur. Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cuius meminit Tranquillus in Caligula, cap. 16. Fuit & Cordus historicus, qui Imperatorum vitas conscripsit, cui vitio vertitur, quòd eorum qui obscuriores essent, minima etiam persequeretur. Nam quando processerit, & quando cibos variauerit, aut quoties vestem mutauerit, fanè de clarissimis notisque viris commemorandum est. Author Capitolinus.

Cordus, Adiectiuum, (ὄψιγονος,) Festus, Corda frumenta dicta sunt quæ serò matureſcunt: vt Fœnum cordum. Columel. lib. 11. cap. 13. Sunt etiam quædam herbæ, quas appropinquante vindemia condire possis, vt portulaca, & olus cordũ, quod quidam latium battim vocant. Has herbę diligenter purgantur, & sub vmbra expanduntur. Idem lib. 7. cap. 3. 19. Aluntur ouet commodissimè autumnali fœno, quòd cordum vocatur. Plin. lib. 18. cap. 28. 5. Rursus rigari defecta oportet, vt secetur autumnale fœnum, quod vocant cordum.

Cordi agni, Qui post tempus debitum nascuntur. Plin. lib. 8. cap. 47. 1. de natura pecorum loquens, Gerunt partum diebus 62. postea concepti insalidi cordos vocabant antiqui, post id tempus natos. Varro de Re rust. libro. 2. capit. 1. 20. per aspirationem scribit Chordum, & à χορδὴ deriuat, quod significat voluam intimam, siue inuolucrum quo fœtus in vtero matris inuoluitur.

Cordyla, penul. prod. siue Cordylla, (κορδύλλη,) Piscis minutus, qui partes thymorum dicitur. Plin. lib. 9. ca. 15. 1. Limphæ cordylæ a luto pelamides mitpiunt vocari: & quum annuum excellere tempus, thynni. Idem lib. 32. cap. 11. 4. Cordyla, & hæc pelamis pusilla, quum in Pontum è Mæotide exit, hoc nomen habet. Martialis libro 13. 1. Ne toga cordylis, & penula desit oliuis, &c. Idem lib. 3. 2. Cordylas madida tegas papyro.

CORBSA Helladis, id est Græciæ insula, de qua Plinius lib. 4. ca. 12. Ac in Hellade (inquit) etiamnũ in Aegco Lichades, Scarphia, Coresia, Phocaria, cõpluresq; aliæ, ex aduerso Atticæ sine oppidis, & iõ ignobiles.

CORFINIVM, (κορφίνιον,) Pelignorum metropolis Straboni li. 5. Silius libro 8. 504.
Marrucina simul Frentanis æmula pubes
Corfini populos, magnumque Theate trahebat. Pro Corfinii.

Corfinienses, (κορφινιεῖς,) Pelignorum populi, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 12. in descriptione regionis Italiæ quartæ.

Coriago, penul. prod. huius coriaginis, fum. ge. (μαχαιρίς,) Morbus est quo boues laborant. Colu. lib. 6. ca. 13. 2. Est & insesta pestis bubulo pecori coriaginem rustici appellant: quum pellicita tergori adhæret, vt apprehensa manibus deduci à costis non possit. ea res non aliter accidit, quàm si boꝰ aut ex languore aliquo ad macies perductus estiuat sudans in opere faciendo refrixitauit si sub onere pluuia madefactus est.

Coriandrum, huius coriãdri, (κόριον,) herbæ genus, de qua Plinius lib. 20. cap. 20. 5. Coriandrum inter syluestria non inuenitur. Et Plaut. Pseud. 13. 25. Coriãnon vel Corion aliàs dicitur.

Coriarius, Vide CORIVM.

Corias, huius Coriæ, genus piscis de quo Plinius libro. 32. cap. 11. 4. Corias siue pariauus, siue saxitanus à patria Bætica, lacertorum minima. Castigatiora exemplaria habent Colias.

CORICAR, insulæ duæ sunt ante Peloponesum, vt scribit Pli. li. 4. c. 12.

CORICVS, Vide CORYCVS.

Corigia, Vide CORRIGIA.

CORINIVM, (κόρινιον,) Ptolemæo Dalmatiæ vrbs, hodie Cornium. Est & Cornium, eodem authore, Britanniæ vrbs, alio nomine Claudiana castra. Hodie vulgò Claudiocestria, Glouceſtre.

CORINNA, Thebana mulier Lyrica, vicit quinquies, vt meminit Pindarus: scripsit libros quinquaginta & epigrammata. Suidas & Pausanias authores. Corinna altera apud Ouidium poetam notissima.

CORINNVS, Iliensis versificator ante Homerum, qui primus, vt quidam volant, scripsit Iliada, vigente adhuc bello Troiano. Scripsit autem literis Græcis inuentis tunc primum à Palamede, cuius fuit discipulus: scripsit & dardani cõtra Paphlagonas bellum. Ex quo putatur Homerus hausisse omnem operis materiam. Author Suidas.

Corinthas, huius corinthadis, Herba quæ menais alio nomine dicitur. Plin. lib. 24. cap. 17. 1.

CORINTHVS, (Κόρινθος,) Achaiæ caput (inquit Florus) Græciæ decus, inter duo maria, Ionium & Aegæum, quasi spectaculo exposita. Hæc ille. Corinthum (inquit Strabo, lib. 8.) fanè locupletissimam aiunt quum Isthmo imminear emporium, locus negotiatoribus frequẽtatus, & duorum dominus portuum existatquorum quidem alter Asiæ, alter autem propinquus est Italiæ vtroque ex loco faciles inuicem mercium commutationes faciens, tantundem remotis vtrinque gentibus. Hactenus Strabo. Cic. in oratione contra Rullum secunda. 86. Corinthi (inquit) vestigium vix relictum est: erat enim posita in angustiis, atque in faucibus Græciæ, sic vt terra claustra locorum teneret, & duo maria maxime nauigationi diuersa penè coniungeret, quam perpetui differri minè separarentur. Hactenus Cicero. Potentissimam ac ditissimã hanc vrbem fuisse antequam à Populo Rom. caperetur, testis est Florus, dũ breuiter eius vrbis ruinas percurrit. Quid signorum (inquit) quid vestimenti, quid ve tabularum raptum, incendium, proiectum, est? Quantas opes victor & absumserit, & cremauerit, hinc scias, quòd quicquid Corinthi æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nã & æris nobilem pretiosiorem ipsa opulentissimæ vrbis fecit iniuria, quia incendio perustis plurimis statuis, atque simulachris, æris, auri, argenti que venæ in commune fluxerunt. Hactenus Florus. Strabo scribit Corinthios, Popili Romani legatos, quum forte tecta quædam magnifica præteriissent, fordibus effatis commaculare ausos. Cuius gratia quum alia quoque superbiæ atque insolentiæ eorum haud obscura extarent argumenta, ingenti comparato exercitu, Licam Mumius imperator solo æquauit (id enim superbia meruerat) signis, tabulisque pretiosissimis in vrbem asportatis. Cicero prò Lege Manilia. 6. Legati quòd erat appellati superbius, Corinthum patres vestri totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt. Porrò Corinthus propter vtrumque mare, Ionium scilicet, & Aegæum, à poetis Bimaris dicitur. Ouidius Fast. lib. 4.
Adriacumque patens latè bimareque Corinthum. Horatius. 1. Carm. ode 7. 1. —bimarisve Corinthi Mœnia. Quin & Isthmũ ipsum ed cognomine Ouidius donat lib. Metam. 7.
Qui virtute soa bimarem pacauerat Isthmum. Et lib. 6.
Quæque vrbes aliæ bimari claudantur ab Isthmo. Corinthus à Sisypho latrone Aeolii filio condita fertur: deinde euersa, & instaurata à Corintho Oresti filio. Author Strabo.

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Horatius. 1. Epist. 18. 8. Adagium de rebus arduis & aditu periculosis, quasque non sit cuiusliber hominis affectare, vel efficere. Vide Erasmi Chiliadas.

Corinthius, Adiectiuum, (κορίνθιος,) vt Corinthia vasa, ex ære Corinthio facta, cum quo auri argentique portio quædam commista erat. Nam æs Corinthium maximè laudabatur: vnde factũ vt omnia vasa ex ære elegantia, Corinthia sint appellata, quæ Strabo in octauo, (κατασκευὴ κορινθιουργὴς,) appellare videtur. Cicero pro Sexto Roscio. 70. Plinius lib. 34. cap. 1. 1. Sunt ergo vasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores nunc æs sculpendo transferunt modò in lucernas, modò in trullas. Cicero. 2. Tuscula. 16. Scis igitur, liquid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te reliquam supellectilem eandem saluam.

Isthmus Corinthius. Seneca in Thyeste. 2. 1. Isthmi siquis amat regna Corinthi. Versus est Asclepiadeus.

Vestis Corinthia. Claud. lib. 1. de Raptu Proserpinæ. 7.

Corinthiacus, pen. corr. (κορινθιακὸς,) Aliud adiectiuum. vt Pontus Corinthiacus. Ouid. 15. Metamorph. 202. Et Terræ Corinthiacæ apud eundem lib. 1. Trist. eleg. 9. 5.

CORIOLANVS, penu. prod. (κορολανὸς,) Vir illustris Romanus, quẽ Cicero multis in locis cũ Themistocle confert. Nam bellum (inquit in libro de Claris Orat. 10.) Volscorum illud grauissimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodẽ fere tempore quo Persarũ bellum fuit, similitque fortuna clarissimorũ virorum. Siquidem vterque quum cuis egregius fuisset, populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes cõtulit, conatúmque iracundiæ suę morte sedauit. Rursumque paulo pòst. 21. Quare quoniã tibi quadrat omnia fuisse in Themistocle paria, & Coriolano, patera quoque à me sumas licet: præbebo etiã hostiam, vt Coriolanus sit planè alter Themistocles. Idem de Amicitia. 40. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? qui quũ imperator bello Persico seruitutẽ Græciam liberasset, propterque inuidiam in exilium missus esset, ingratæ patriæ iniuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod viginti annis antè apud nos, fecerat Coriolanus. His adiutor cõtra patriam inuentus est nemo, itaque mortem sibi vterque conscinit. Hactenus Cicero. Coriolani vitam pluribus persequitur Plutarchus.

CORIOLI, Oppidum in Latio & Coriolani, populi Coriolorum incolæ, apud Plinium lib. 3. cap. 4.

Corion, Herba quæ & chamæpitys dicitur. Plinius lib. 26. ca. 8. 38. Ruellius libro 3. cap. 74. Hypericon. Plinio authore, quod alii chamæpitys, alii corion appellant, oleracea fruticæ, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, semine siliquæ nigro matureſcente cũ hordeo. Nomen in officinis seruat. Rura Herbam perforatam, aut millepertuatam appellant, cp folia solt obiecta innumeris foraminibus scatere, & omni ex parte punctis quibusdam pertundi visantur. Vulgus item Herbam Sancti Ioannis sæpe nuncupat. Vide plura ibidem.

Corisco, Leue missile in modum sagittarum. Virg. 10. Aeneid. 33.
Coriscísque leues humeri, & lethifer arcus. Sic Nonius. Verùm apud Virgilium legimus, Coritique leues humeris, & lethifer arcus. Vbi Seruius, Coriti propriè sunt arcuum thecæ. Dicuntur tamẽ etiam sagittarum, quas & pharetras vocamus.

CORITVS, penul. correp. (κόρυτος,) Rex Aboriginum, nam omnes Aboriginum reges Coriti appellabantur, vt ex Berosò apertissimè cõstat, atque hinc apud eum sæpe legas ita. Italus filium suum Morgeten creauit Coriti, & Morges Corobbla sconem coritum creat. hoc est rege. & de hoc Rege intelligendum est in locis illis Virgilii cum ait. Venerat antiquis Coriti de finibus Acron, & ibi. Nec satis extremas coriti penetrauit ad vrbes. Quibus in locis valde deceptus est Seruius, qui putauit Coritũ fuisse nõ solũ Regẽ, sed etiam ciuitatem & Montem Thusciæ, cũ nec apud Prol. nec apud Stra. nec apud Pli. nec apud quẽquam Antiquorũ (quod sciã) talis ciuitatis aut mõtis nomẽ reperiatur.

Corium, corii, (σκυτὸς, βύρσα,) Propriè animalium est, præsertim eorum quæ crassiorem pellem habent, ac duriorem quod & Scortum dicitur. Ponitur tamen Corium pro quacunque pelle, etiam rerum inanimatarum. Hæc Sipontinus. Cæsar 1. bel. Ciuil. 41. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere possit. Idem 7. bel. Gal. 84. Totũ autẽ murũ ex omni parte turribus cõtabulauerant, atq; has coriis intexerãt. Cic. 2. de Nat. deor. 180. Quarũ aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, alię spinis hirsutæ. Pli. lib. 28. cap. 16. 4. Pérniones vero corium combustum. Sub. sanat.

Coria, cilicia, saccos imperare. Cic. 3. in Verrem 67. Hoc fetote his nominibus, quę res per eum gestæ sunt, quum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret.

Canis assuetus corio, Prouerbium est apud Horatium, de illis qui quum semel illecebras vitiorum degustarint, nullo modo auocari amplius possunt. Horat. 2. Sermo. Satyr. 5. 17.
Sic tibi Penelope frugi est. quæ si semel vno
De sene gustarit tecum partita lucellum,
Vt canis a corio non absterrebitur vncto.

Corium hominis. Plaut. Cistel. 10. 38. —quod periit, periit,
Meumque corium cum cistella.

Corium piscium. Plin. lib. 6. cap. 24. 1.

Corius, masc. gen. apud Plautũ in Pœnulo 3. 11. Tres faciẽ corios contrusti bubulos. Idẽ alibi, Iam tibi tuis meritis crassus corius redditus est.

¶ Coria in structuris. Budæus, Coria sunt in architectura singuli ductus structuræ, qui vno tenore ducuntur aut in altitudinem, aut in crassitudinem. Vitruius, Itaque tres suscitantur in ea structura crustæ, duæ frõtũ, & vna media farcturæ. Græci non itaſed plana collocantes coriis alternis in crassitudinem instruentes, nõ media farciunt, sed à suis frontatis perpetuam, & in vnam crassitudinem parietum confolidant. Hactenus Budæus. Cato cap. 18. 5. Cæterum pauimentum totum fundamenta pedum duorũ facito. fundamenta primũ festucato, postea cæmẽtis minutis, & calce arenato semipedẽ vnumquodque coriũ struito.

Perficere coria. Plin. lib. 13. cap. 9. 3. Semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallæ vice. Ibidem, cap. 19. ad finem, Corticis maior vsus ex acerbis ad perficienda coria. Idem lib. 14. ca. 16. 1. Præter hoc radix labruscæ & acini coria perficiunt. Sic lib. 16. cap. 6. ad finem, Sed gallã bemeris optimam & coriis perficiendis aptissimam. Et lib. 23. cap. 1. 12. Nouere id qui coria perficiunt: illo enim vtuntur.

Coriũ castaneæ. Pli. li. 15. c. 18. 4. Putamine claudunt nuces, corio castanea.

Corium nubium. Vide NVBES. (neæ.

Coriarius, (βυρσοδέψης,) Qui coria concinnat. Plinius lib. 17. cap. 9. 3. In coriariorum officinis pilo madefacto.

¶ Coriarius, Frutex est rhus herbæ. Plin. lib. 24. cap. 11. 6. Nam & herba est syluestris, foliis myrti, caulículis breuibus, quæ vencna & tineas pellit: & frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali, cuius aridis foliis, vt malicorio coria perficiuntur.

CORNELII. Cornelius Cossus Tribun. militum in exercitu Tolumnium Lartem Veientium regem occidit, secundaque opima spolia Ioui Feretrio retulit. Testis Liuius 1. Decad. lib. 4. Cossos autem eos qui rugosi sunt, & aspera facie, à similitudine vermium qui in ligno nutriuntur, Festus dicit vocari.

Cornelius Asina, quum fundum emisset, spõsorque pretii ab eo expetere tur, postera die asinam sacculis pecunia plenis in fori adduxit prospõ sore, vnde cognomentum accepit. Author Macrobius li. 1. Saturn. c. 6.

Cornelius Centimalus, & Sulp. Galba COSS. quum Annibal mœnibus appropinquaret, occurrentes magna vrbis trepidatione extra vrbem castra habuere. Plutarchus. Cornel. Merula Consul, contra Boios in Galliam missus, duodecim millia hostiũ cecidit. Author Liuius de bello Macedonico li. 5. Cornel. Merula superioris nepos, flamen Dialis, partium Syllanarũ, ingresso vrbem Mario, in Iouis æde, venis sectis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

se necando mortis contumelioſæ damnationem effugit,ſacerdotisque ſui ſanguine foci vetuſtiſſimi maduere.Auth.Valerius de Morte,lib.9. cap.12.Cornelius Balbus,genere Gaditanus,Cæſaris familiaris,vt ſcribit Cicero ad Atticum: Fuit (inquit) apud me Cornelius:hunc dico Balbum Cæſaris familiarem &c. Fuit Cornelius à Pompeio Magno ciuitate donatus:deinde accerſitus, quòd per legis ignorantiam Pompeium eam donaſſet, Cicero defendit, probatque Pompeium legem non ignoraſſe.Pædianus. Cornelius Nepos, Ciceronis tempore, vir diſertus,vitas illuſtrium virorum ſcripſit,quarum tantum Pomponius Atticus extat.Huic Valerius Catullus Veronenſis opus ſuum dedicat, vt indicat epigramma apud Crinitum. Cornel.Epitadius.L.Cornelii Syllæ Dictatoris libertus, librum quem Sylla de ſuis rebus geſtis imperfectum reliquit, ſupplenit. Tranquillus. Cornel. Gallus, ante omnes (inquit Seruius) primas Aegypti præfectus,fuit poeta eximius. Nam & Euphorionem tranſtulit in Latinum ſermonem,& amorũ ſuorum de Cytheride ſcripſit libros quatuor. Hic primùm in amicis Auguſti Cæſaris fuit:poſtea quam veniſſet in ſuſpicionem quòd contra eum coniuraret,occiſus eſt.Fuit autem amicus Virgilii, adeò vt quartus Georgicorum à medio vſque ad finẽ eius laudes teneret: quas poſt ea iubente Auguſto in Ariſtæi fabulam commutauit. Hic Gallus amauit Cytheridem meretricem libertam Volumnii,quæ coſpreto,Antonium euntem ad Gallias eſt ſecuta:propter quod dolorem Galli nunc videtur conſolari Virgilius in Bucolicis. Nec nos debet mouere,q cũ mutauerit partem quarti Georgicorum,eclogam hic reliquit. nam licet conſoletur in ea Gallum,tamen altius intuenti vituperatio eſt.Nã & in Gallo impatientia turpis amoris oſtenditur, & apertè hîc Antonius carpitur inimicus Auguſti, quem contra Romanum morem, Cytheris eſt in caſtra comitata.Hæc Seruius. Cytheridem quam deperibat,mutato nomine,Lycorim vocauit,

Gallus & Heſperiis,& Gallus notus Eois,

Et ſua cum Gallo nota Lycoris erit. Cornelius Severus inter poetas epicos ab antiquis authoribus relatus eſt.Ingenio fuit magno,& in ſcribendis verſibus facili.Conſtat eundem fuiſſe verſatum in declamationibus,qua in re ingenium ſuum atque eruditionem maximè probauit: quum in eodem officio eſſent alii complures,vt Aſinius Pollio, Pompeius Silo,Porcius Latro,& Aufidius Baſſus.A Fabio Quintiliano ita commendatur,vt verſificator quàm poeta melior habitus ſit. Scripſit inter alia multa opus de bello Siculo, quod ab eo abſolutum non eſt propter immaturam mortem.Quod opus ſi abſoluere potuiſſet,meritò ſibi ſecundum locum vendicaſſet, vt idem Quintilianus author eſt lib.10.cap.1.Extat eius carmen illud quo eleganter defleuit Marci Ciceronis interitum,quod etiam ab Anneo Seneca magnopere cõmendatum eſt,

Oraſque magnanimũm ſpirantia penè virorum
In Roſtris iacuere ſuis,ſed enim abſtulit omnes,
Tanquam ſola foret, rapti Ciceronis imago,&c.

Cornelii, (κόρνηλοι,) cornelii multi Romæ fuerunt .& corneliorum domus nobiliſſima .

Cornelia,ſoror Africani,mater Gracchorum,epiſtolas reliquit elegantiſſime ſcriptas,Cicerone authore in Bruto 110. Legunus (inquit) epiſtolas Corneliæ matris Gracchorum:apparet filios non tam in gremio educatos,quàm in ſermone matris. Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat his verbis,lib.1.cap.1.5. Magni intereſt (inquit) quos quiſque audiat quotidie,quibuſcum loquatur à puero, quẽ admodum patres, pædagogi,matres loquantur.Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia'pro illo tempore plurimum contulit. Hactenus Quintilianus.Fuit & Cornelia P.Scipionis vxor cuius meminit Cicero lib. 5.Epiſtolarum familiarium,his verbis,Non ſatis (inquit) credidi homini prudenti tam valde eſſe mutatam voluntatem tuam ſed poſteaquam & Cornelia tua Terentiam conuenit,& ego cum Qu. Cornelio loquutus ſum,adhibui diligentiam quotieſcunque Senatus fuit, vt adeſſem.Hactenus ille ad P.Scipionem,lib.5.Epiſto.6.2.

Cornesco,Corneus, Vide CORNV, & CORNVS arbor.

Cornicen, Vide CORNV.

Cornicor,Cornicula, Vide CORNIX.

Cornicularius, Ordinis nomen in militia.Aſconius, Accenſi dicebantur attributi Decurionibus, hoc eſt miniſtri eorum,quaſi ad cenſum additi,quos nunc Cõmentarienſes & cornicularios appellant. Valer.Maximus lib.6.Cui Cominius Trib.plebis diem ad populum dixit,quòd cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet.De aũt cornicularius in bello,acceſſus Decuriõis: in quo ſignificatu capitur etiam apud Frontinũ,lib.3. Tribuni cornicularius vigiles quoſda excitauit . Vide Alciatũ in tres poſteriores libros Codicis.

Corniculo,Corniculum, Vide CORNV.

CORNIFICIVS,iiſdem temporibus in poetica floruit, quibus in ſcribenda hiſtoria Salluſtius,Luceius,& Cornelius Nepos in Vrbe præſtiterunt.Fuit ingenio eleganti,& lepido,atque in ſcribendis epigrammatis verſatus eſt.Sororem habuit Cornificiam,vt ſcribit Euſebius,cuius carmẽ in magno pretio habeẽ.Fuit & Cornificius Ciceronis paternus amicus & collega,ad quẽ multæ extãt ipſius Ciceronis epiſtolæ li. 12.

Corniger,Cornipes, Vide CORNV.

Cornix, cornicis,penul.prod.ſ.g. (κορώνη,) Auis inauſpicatæ garrulitatis,quæ aliarum auium dux eſſe dicitur. Plaut. Aſin. 6.12.Picus & cornix eſt ab læua,coruos porrò ab dextera . Cornicis naturam abundè deſcribit Plinius .

Annoſa cornix.Horat.3.Carm.ode 17.3.
Cornix garrula. Ouid.2.Metamorpho.54.
– quem garrula motis
Conſequitur pennis,ſcitetur vt omnia,cornix.
Improba cornix.Virgil.1.Georgic.78.
Raucæ cornices. Lucret.lib.6.151.
Siniſtra cornix.Virgil.9.eclog.2.
Antè ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix.
Vaga cornix.Horat.3.Carm.ode 27.4.
Vetula cornix.Horat.4.Carm.ode 13.5.
Cornicum oculos cõfigere,Prouerbium eſt,inquit Valla in Raudenſem, Quaſi configere oculos eorum qui ſe ſapientiores videri volunt,& duces.nam cornix dux auiũ eſſe dicitur.Cicero pro Flacco 37.Hic Herculi cornici oculum,vt dicitur:nam hunc Hermippum hominem eruditum,ciuem ſuum,cui debebat eſſe notiſſimus,perculſit.Idem pro Murena 11.Deinde etiam ſiquid apud maiores noſtros fuit in iſto iure ad mirationis,id enuntiatis veſtris myſteriis,totum eſt contemptũ & abiectum.Poſſet agi lege,nec ne,pauci quondam ſciebant. faſtos enim vulgò non habebant.Erant in magna potentia qui conſulebantur: à quibus eti in diẽs,tanquam à Chaldæis petebantur.Inuẽtus eſt ſcriba quidam Cn.Flauius,qui cornicum oculos confixerit,& ſingulis diebus edi ſcendos faſtos populo propoſuerit,& ab ipſis cautis iureconſultis eorum ſapientiam compilarit.Quod prouerbium (inquit Eraſmus) an natum ſit ex apologo quopiam,an ex euentu, an ex metaphora ſumptum,non ſatis liquet. Vndecunque fluxerit, perinde valere videtur, Cornicum oculos configere,quaſi dicas,nouo quodam inuento veterum eruditionem obſcurare,efficereque vt ſuperiores nihil ſciſſe,nihil vidiſſe videantur.Effertur autem per ironiam.

Cornicibus ſuperſtes,& Cornicibus viuacior,de vehementer annoſis,pro verbialis hyperbolerab auis eius prodigioſa viuacitate ſumpta . Martial.lib.10.67.Et cornicibus omnibus ſuperſtes.De anu nimium viua cc. Item Horat.1.Carm.ode 13.5.
Seruatura diu parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen.

Cornicula,penul.correp. (κορωνίς,) Diminutiuum.vt Furtiuis nudata coloribus cornicula.Horat.1.epiſto.3.4.
Ne ſi fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas,moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus. Ex apologo Aeſopi.

Cornĩcor,pen.pro.cornicaris,(κρωζω,) cornicari,Ineptè garrire. Perſius Satyra 5.2. Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.

Cornu, (κέρας,) Indeclinabile, & hoc cornum,& hic cornus , huius cornus ſecundum Priſcianum.Plin.lib.28.cap.11.14.Dêde mobiles confirmat ceruini cornus ciuis. Idem,Quidam efficaciorem ad omnes vſus crudi cornus farinam arbitrantur. Idem lib.11.ca.37. 6.Omnibus autem caua , & in mucrone demum concreta ſunt cornua: ceruis tantum ſolida,& omnibus annis decidua. Horat. in Sermo. Fœnum habet in cornu,longè fuge. Vide Adagia Eraſmi.

Cornibus armata beſtia.Cice.2.de Natu.deorum.180.Quarum aliæ coriis tectæ ſunt,aliæ villis veſtitæ,aliæ ſpinis hirſutæ: pluma alias, alias ſquama videmus obductas,alias eſſe cornibus armatas, alias habere eſ fugia pennarum.
Aeria cornua.Ouid.5.Faſto.24.
Arborea cornua.Virgil.1.Aeneid.39.
Camura cornua,hoc eſt authore Seruio,curua . Vnde & Cameræ appellantur . Virgil.3.Georgic.10.
– & camuris hirtæ ſub cornibus aures .
Flexum circum caua tempora cornu.Ouid.7.Metam.63.De ariete.
Latis cornibus vri.Seneca Hippol.1.12.
Prælonga cornua.Lucret.lib.3.122.
Cornua ramoſa dedit natura capreis,ſed parua ,nec deciduat Comoſuta in anfractum arietum generi: rupicapris in dorſum aduncа , damis in aduerſum: Erecta autem rugarumque ambitu contorta,& in leue faſtigium exacuta (vt lyras diceres) ſtrepſiceroti. Hæc ex Plinio, lib.11. cap.37.2,vbi mulea cornuum genera videto.
Ramoſa cornua cerui.Virgil.7.eclog.6.
Rercurua cornua.Ouid.5.Metamorpho.66.
Rigidum cornu.Ouid.9.Metamorpho.17.

Summis

Summis cornibus vix niue circunfuſi cerui extant.Virg.3.Georg.74.
Terribili cornu petit irritamina ſua taurus.Ouid.12.Metam.21.
Frons hæmodo turgida cornibus primis.Horat.3.Carm.ode 13.1.
¶ Curuare bina cornua fronte.Virg.4.Georg.60.De vitulo.
Flexile cornu curuare.Ouid.5.Metam.72.De arcu.
Decernere inter ſe cornibus.Virgil.3.Georg.43.De tauris.
Ductus cornu hircus.Virgil.2.Geor.79.
Exectum cornu.Horat.1.Serm.ſaty.5.12. – ô tua cornu
Ni foret execto frons(inquit) quid faceres,quum
Sic mutilus minitaris?
Explorare cornua in truncis.Lucan.lib.2.130.
Lenta flectere cornua.Ouid.5.Metam.12.
Gerere cornua fronte.Ouid.15.Metam.120.
Iocurſare aduerſis cornibus.Vide INCVRRO.
Inflexa in ſe cornua.Vide INFLECTO.
Lacerare cornua.Horat.3.Carm.ode.17.13.
Quum tibi inuiſus laceranda reddet Cornua taurus.
Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hœdi.Virgil.2. Georg.106.
Mutilus cornibus.Vide MVTILVS.
Profert iam cornua vultur.Claud.lib.1.in Eutrop.71.De re minimè veri ſimili dici poterit.
Trahere taurum prenſis cornibus.Stat.2/Thebaid.124.
Taurum cornu tenere.Virgil.5.Aeneid.76.
Verſa in obnixos vrgentur cornua.Virg.3.Georg.44.De iuuenca.
Vires in cornua ſumit taurus.Ouid.8.Metam.178.
¶ Sicciora corpora cornu.Catul.epig.20.3.
¶ Coactum cornu Phœbes.Lucan.lib.1.107.Id eſt coniunctum Lunæ cornu:vtpote in plenilunio.
Circuitis cornibus orbem alligat Phœbe.Seneca in Medea.2.9.
Aurata cornua Tauri ſyderis.Virgil.1.Geor.44.
Cornua lunaria. Ouid.1.Metam.45. Orbe reſurgebant lunaria cornua nono,Id eſt nonus incipiebat menſis. Idem.9.Metam.139.
Lunata cornua.Vide LVNA.
Obtuſa Lunæ cornua dicuntur,quãdo Luna pura non eſt.Virg.1. Geor. 87.Pura nec obtuſis per cœlum cornibus ibit.
Obſcurum Lunę cornu.Virgil.1.Georg.86.
Luna reuertentes quum primùm colligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber.Id eſt(vt exponit Seruius) Si non habuerit pura cornua , & intra eam nigrum aerem videris , erit vbique pluuia .
Is Luna rupta nube cornibus puris , quæ valde lucida eſt. Seneca Hippol.413.
Tenuius Lunæ cornu.Stat.12.Thebaid.1.
Velatis cornibus Luna.Valer.lib.8.Argonaut .7.
Cocunt tota cornua,efficiuntque orbem.Ouid.7.Metam.36.
Tertia iam Lunæ ſe cornua lumine complent.Virg.3.Aeneid. 129.Id eſt iam tertium eſt plenilunium.Se autem Lunæ cornua complere dicuntur(inquit Seruius)ideò,quia ſuũ non habet lumen,ſed accipit à Sole.
Euaneſcunt cornua Lunæ.Ouid.2.Metam.24.
Iunctis cornibus implerat orbem Luna.Ouid.2.Metam.69. Id eſt plenilunium erat .
Luna ſuos ignes coeũte cornu iungit,Plenè rotũda eſt.Seneca Hipp.6.3.
Reparat noua cornua Phœbe.Ouid.1.Metam.1.
¶ Cornua fluminum,dicuntur flexus,& curuitates aliorum,quòd multis in locis ad cornuum ſimilitudinem flectãtur.Sipontinus. Eadem & brachia quibuſdam dicuntur.Cic.Attico,lib.9.ep.1.2.Ab vtroque portos cornu moles iacimus .
Anguſtis incluſum cornibus æquor.Ouid.5.Metam.82.
Gemina cornua.Virgil.4.Georg.74. De Eridano loquitur.
Elatis cornibus amnes.Valer.lib.1.Argon.22.
Terrificis vndans cornibus Hebrus.Valer.6.Argon.124.
Truncatũ cornu.Claud.de Laude Serenæ.36.Saucia truncato pallebant flumina cornu .
¶ Cornua in prælio,pro vtraque parte exercitus. In exercitu enim eſt dextrum & ſiniſtrum cornu:& quod inter vtrunque eſt,dicitur mediũ Terent.Eunuch.4.7.5.
– in medium huc agmen cum veſti, Donax:
Tu Simalio in ſiniſtrum cornu,tu Syriſce in dextrum . Plinius de Viris illuſt.Quum collato cum collega ſommio conueniſſet, vt cuius cornu in acie laboraret,diis ſe manibus voueret,&c. Cæſar.1. belli Gallici. 22.1.ipſe à dextro cornu prælium commiſit.Item.2.bel.Gal.312.&.7 bel.Gal.241.
¶ Cornua addere pauperi.Vide ADDO.
Cornua commouere.Vide COMMOVEO.
Equites pro cornibus locare.Quintil.lib.2.cap.13.3.Quid ſi enim præcipias Imperatori,quoties autem inſtruet,dirigat frõtem,cornua vtrinque promouear,equites pro cornibus locet?
Vtrin que cornua promouere.Quintil.lib.2.cap.13.3.
Equiter cornibus affundi.Tacit.in Vita Agricolæ, Inſtinctos ruentesq; ita diſpoſuit,vt peditum auxilia,quæ octo millia erant,mediam aciem firmarent:equitum tria millia cornibus affunderentur.
Acies inclinato cornu ruebat.Sil.lib.10.7.
Quaſi cornua duo.Cic.13.Philip.382.Deinde Panſa & Hirtius?qui quaſi cornua duo tenuerunt Cæſaris,tũ quũ illæ verè partes vocabantur.
Cornua diſputationis alicuius commouere.Cic.2.de Diuin.37. Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis excurſio nunc cominus agamus,experiamurque ſi poſſimus, cornua commouere diſputationis tuæ.
Cornua antennarum,pro Vtraque parte antennæ. Virg.3. Aeneid.110.
Cornua velatarum obuertimus antennarum.
Ardua cornua,pro Antennarum extremitatibus.Virg.5.Aeneid.165.
Vnà omnes fecere pedem,pariterque ſiniſtros,
Nunc dextros ſoluere ſinus:vnà ardua torquent
Cornua,deorquentq;que,ferunt ſua flamina claſſem.
Ardua cornua demittere.Ouid.11.Meta.97.De cornibus antennarum.
Extendere cornua.Lucan.lib.4.109.
¶ Cornua obuertere alicui in re ſecunda.Plaut.Pſeud.16.5.
Ne malus item erga me ſit,vt erga illum fuit,
Ne in re ſecunda nunc mihi obuortat cornua,
Si occaſionem ceperit.Hoc eſt ne me velut cornibus imperat,ne mihi noceat,acceptam ſniariam retaliaturus.
¶ Lycium cornu,Arcus Lycius.Virg.11.Aeneid.155. Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu,Vbi Seruius,Cretenſes ſagittas Lycio arcu dirigebat.quod,vt ſupra diximus,ad ornatum poni conſueuit.
Parthum cornu.Virg.10.eclog.12.
– libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.
Lentare cornua.Stat.3/Thebaid.117. De arcu.
¶ Vngula ſolido cornu.Virg.3.Georg.17.
– ſolido grauiter ſonat vngula cornu.
¶ Cornua dicebantur quæ nunc Tubæ vocantur,eo q ea quæ iam ſunt ex ære,tunc fiebant ex bubulo cornu.Varro de Ling.Lat.
Rauco ſtrepuerunt cornua cantu.Virg.8.Aeneid.1.
Inflexo tibia cornu.Ouid.4.Faſt.36.
Tibia inflato cornu.Ouid.11.Metam.4.
Torua cornua.Perſ.Saty.1.10.
Magna cornua ſonare ac vincere tubas.Horat.1.Serm.Saty.6.9.
– magna ſonabit Cornua quod,vincatque tubas.
Occanere cornua,ac tubas Sentius iuſſit. Tacit.lib.2.
Cornua dicuntur à curuore,quòd pleraq; curuamus.Varr.de Ling.Lat.
¶ Benignum cornu.Horat.1.Carm.ode.17.3. –hinc tibi copia Manabit ad plenum benigno
Ruris honorũ opulẽta cornu,Benignũ cornu,p Copioſo & diuite poſuit,ſiſpra metaphora à cornu Fortunę,quo diuitię ligari dicũt.Acrõ.
Cornucopiæ,Indeclinabile,(κέρατος ἀμαλθείας,) Quum affatim omnia ſu pereſſe ſignificamus,copięcornu dicimus.Plaut.Pſeud.10.5. Nã hæc illa ea cornucopię eſt,vbi ineſt quicquid volo.Plin.in præfatione.10. oſtendit Græcos aliquot hanc inſcriptionem nimis arrogantem ſuis commentariis impoſuiſſe,tanquam nihil in eis nõ contineret,& quidquis inde peti atque accipi poſſet.Alii (inquit) κέρατος ἀμαλθείας libros ſuos inſcripſerunt,quod eſt copiæ cornu,velut lactis gallinacei ſperare poſſis in volumine hauſtum. Ouidius, Cornucopię dicit id fuiſſe, quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato congreſſus, ei detraxit:hoc Naiades acceptum,& omnium fructuum primitiis refertum,Copiæ conſecrarunt. Ouid.9.Meram.17. Nec ſatis hoc fuerat,rigidum fera dextera cornu
Dum tenet,infregit,truncaque à fronte reuellit.
Naiades hoc pomis & odoro flore repletum
Sacrarunt:ditesq; meo bona Copia cornu eſt.Vide Eraſmi Chiliad.
Copia diuite cornu.Seneca Medea.1.2.
Aurea fruges Italiæ pleno diffudit Copia cornu. Horat.1. Epiſt.12.6.
Idem in Carm.ſeco.12.
– apparetque beata pleno Copia cornu.
Cornesco , cornesceis, (κέρατος μαι,) cornescere , Durescere in cornua. Plinius,lib.11.cap.49.1.Vſto quoque ſimul vt expirauerit,cornescere aiunt genitalia.
Corniculum,pen.corr.(κερατίδιον,)Dimin.Plin.lib.11.cap.28.5. Aliis cornicula ante oculos prętenduntur ignaua.Idem lib.9.cap.31.de cochleis,Oculis carent.itaque corniculis prætentant iter.
Corniculis argenteis donari.Liu.10.ab Vrb.220.Equites oĉ ob inſignẽ multis locis operam corniculis,armillisque argenteis donat.
Cornicen,pen.corr.cornicinis,(κερατῦλας,) Qui cornu ſonat.Iuuenal. Saty.7.12.Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia dotem
Cornicini,ſiue hic recto cantauerat ære.Liu.2.ab Vrbe.272.Cornicines,tubicinesque in equos impoſitos canere ante vallum iubet.Idẽ.1. ab Vrbe.128. Et 4 bel.Pun.110.
Cornicines atque tubarum concentus.Iuuenal.Saty.10.33.
Cõrniger,pe.cor.(κερατοφόρος,) Qui cornua gerit.Plin.lib.11.ca.37.37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Camelus vna ex iis quæ non sunt cornigera, in superiori maxilla primores dentes non habet.
Cerui cornigeri. Ouid. 7. Metam. 143.
Caput cornigerum. Ouid. epist. 5. 286
Caput Liberi cornigerum, quòd vinum inermi cornua & audaciam det. Senec. Hippol. 6. 6.
Fluuius corniger. Virg. 8. Aeneid. 16. Vbi Seruius, Flumina ideò cũ cornibus pinguntur, siue q̃ magnitum boũ imitatur murmur vndarũ, siue q̃ plerunq; in cornuum similitudine curuatas cernimus ripas.
Cornigeri taurus apud Ciceronem. 2. de Nat. Deor. 161. Ex antiquo poe ta. lit Quidium. 15. Metam. 103.
Cornipes, pen. corr. cornipedis, om. gen. (κερατόπους,) Quod pedes cor neos habet, veluti equus & capra. Ouid. 2. Fast. 73. Cornipedi Fauno cæsa de more capella. Faunus enim caprinos pedes habere fert. Et. 1. de Arte. 55. Equus cornipes. Virg. 7. Aeneid. 156.
Cornipedes subitantiũ, etiam dicuntur equi tantum. Sil. lib. 7. 138.
– fului iuga cælia trahebant Cornipedes.
Cornũtus, pen. prod. Adiect. (κερατίας,) Quod cornua habet. Varro. 2. de Re rust. cap. 7. 2. Aetas cognoscitur equorum, & ferè omnium qui vn gulas induisas habent, & etiam cornutarum, quòd, &c.
Cornutã bestiã petis, inquit Plaut. Id est lacessis eũ qui paratus sit retaliare iniuriam, quemq̃ non, nisi tuo malo, prouoces. Erasinus.
Corneus, (κερατινος,) Quod ex cornu est. vt Corneum rostrum, Cl. 1. de Nat. Deor. 140. Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt, quũ sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo procerоq; rostro.
Arcus corneus. Ouid. 1. Metam. 140.
Corneus homo. Plin. lib. 7. cap. 19. ad finẽ, Quibus natura concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, cornei vocantur.
Corneus color, Qui cornu, vel corni similitudinem refert. Plin. lib. 36. cap. 8. 2. Vitia vero in iis corneus color aut candidus, & quicquid simile vitro est. De variis alabastritis generibus loquitur.
Ora cornea. Ouid. 8. Metam. 110. Sic rostra vocat auium.
Porta Somni cornea. Virg. 6. Aeneid. 179.
Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Corneaq̃ qua veris facilis datur exitus umbris. Vbi Seruius. Per portã corneam, inquit, oculi significantur, qui & corneĩ sunt coloris & duriores cæteris membris. nam frigus non sentiunt. Sicut etiam Cicero ait in libris de Deorum natura.
Corneolus, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 1. de Nat. Deor. 217. de auribus loquens, Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multisq; cum flexibus: quòd huius naturæ relatus amplificatur sonus.

Cornus, nis (κρανία,) Arbor ramos habes duritie & rigiditate cornibus similes: fructum circa solstitia reddit, primo candidũ, postea sanguineum. Hæc Sipontinus ex Plinio. Virg. 2. Geor. 90. & bona bello Cornus. Id est apta hastilibus.
Cornus Itala, pro Telo ex cornu facto. Virg. 9. Aeneid. Conjecto sternit jaculo, vocat Itala cornus. Seruius.
Lenis cornus, Sagitta ex corno arbore. Senec. Hipp. 4. 38.
Armata ferro gracili cornus, Hastile aut sagitta quæ fiebat de cornu arbore. Senec. Hippol. 4. 38.
Sonans cornus, Sagitta ex cornu arbore. Sil. lib. 13. 47.
Validam cornum torquere. Sil. lib. 13. 41.
Cornum, corni, n. gen. (κρανία,) Fructus corni.
Autumnalia corna. Ouid. 8. Metam. 134.
Lapidosa corna. Virgil. 3. Aeneid. 119. & 2. Georg. 7.
Rubicunda corna. Horat. 1. Epist. 17. 1.
Syluestria corna. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 12.
Corneus, Adiectiuum, (κρανινος,) Quod est ex corno. Plaut. Duram ac corneam virgam.
Cornea pyxis. Plin. lib. 21. cap. 10. 2.
Venabula cornea. Ouid. epist. 4. 17.
Virgulta cornea, Quæ sunt cornus arboris. Virg. 3. Aeneid. 5.
Cornetum, pen. prod. (κρανιών,) Locus vbi sunt frequentes corni sicut à pino pinetum.
Rami corniferi. Claudian. lib. 1. de raptu Proserp. 41.
Stridula corniferis modulantur carmina ramis.

CORNVTVS, Leptites genere (est autem Leptis Africæ ciuitas) emi cuit Romæ sub Nerone, interfectus demum ab eo vnà cum Musonio Philosopho. Multa eius scripta tam in philosophia, quàm rhetorica feruntur, natura magis, quàm studio iuuabatur. Erat sine liberis: humanitate alioqui tanta, vt discipulos ex ea causa plurimos ad se non minus quàm doctrina alliceret. Author Suidas. Fuit & Cornutus, Prætor vrbanus Romæ Ciceronis temporibus: de quo sic scribit lib. 10. Epist. 12. 7. Placuit nobis (inquit) vt statim ad Cornutum Pr. vrb. literas deferremus: qui quòd COSS. aberant, Consulare munus sustinebat, more maiorum. Idem ad Atticum. lib. 1. Epist. 9. 10. Bonis vtimur Trib. pleb. Cornuto verò Pseudocatone.

CORŌBVS. Vide CHOROBVS.

Corolla, Corollarium, Vide CORONA.

Corõna, pen. pro. (στέφανος,) Dictio omnibus notata. A nostris olim Stropha, à στρέφω, quod est vertere. Meminit Plin. libro 21. cap. 2. 1. Plaut. Asin. 13. 58. Tum si coronas, serta, vnguenta iusserit Ancillam ferre Veneri, aut cupidini, &c. Idem Casin. 17. 9.
Villicus hic autem cum corona candidẽ
Lautè vestitus, exornatusq̃ ambulat. Cic. 6. Verr. 69. Vnxisse vngue tis, complesse coronis & floribus.
A choro, Perotti sententia, Corona originẽ traxit: quòd coronas gestare in choris ac saltationibus mos erat. propterea eũ aspiratione apud veteres scribebatur. Sed hanc aspirationis adiectionẽ reprehendit Quintilianus libro. 1.
Coronæ floreæ & roseæ. Plaut. Aulul. 13. 15. Martial. lib. 13. 127.
Coronæ diuersorum generum fuerunt apud Romanos in magno pretio, qualis erat triumphalis, obsidionalis, ciuica, muralis, vallaris, quæ & castrensis, naualis, oualis. De quibus suis locis abundè. Vide Gellium, lib. 5. cap. 6. & Plin. lib. 21. cap. 2. &c. 3.
¶ Aurea corona. Cic. Att. lib. 14. 13. 2. Mihi quidem videtur Brutus nos ter iam vel coronam auream per forum ferre posse.
Duplex gemmis auroq̃ corona. Virg. 1. Aeneid. 132.
Festa corona. Ouid. 10. Metam. 119.
Florente corona cinctus. Ouid. 2. Meram. 6.
Gemmifera corona. Valer. lib. 5. Argon. 90.
Graciles coronæ. Iuuenal. Saty. 12. 9.
Herculea corona. Virg. 1. Georg. 14. – Herculeq̃ue arbos vmbrosa coronæ. Vbi Seruius, Ipse alibi,
– Herculea bicolor quum populus vmbra.
Hybernæ coronæ. Plin. lib. 21. cap. 3.
Corona ligneа. Vide ILEX.
Insignis gemmis corona. Virgil. 7. Aeneid. 15.
Marcentes coronæ. Claud. in Epith. 20.
Due, age, marcentes cupio quassare coronas.
Muralis corona. Silius lib. 13. 73.
– Gradiui cape victor honorem
Tempora murali cinctus turrita corona. Huiusmodi autem corona dabatur ei qui primus murum conscendisset. Vide MVRVS.
Muralis corona Cybeles. Lucret. lib. 2. 125.
Naualis corona. Virg. 8. Aeneid. 135.
– cui belli insigne superbum
Tempora nauali fulgent rostrata corona. De Agrippa. Vide NAVIS.
Nexæ vel nexiles coronæ. Horat. 1. Carm. ode. 38. 1. Senec. Agam. 6. 11.
Obsidionalis corona. Vide OBSIDIONALIS.
Oleaginea corona. Vide OLEAGINEVS.
Oualis corona. Vide Oualis in OVO.
Pactilis corona. Plin. lib. 21. cap. 3. 5. Sũmaq̃; authoritas pactili coronæ.
Populea corona. Horat. 1. Carm. ode. 7. 5.
Tempora populea fertur vinxisse corona.
Quercia corona. Ouid. 1. Fast. 123.
Roseæ coronæ. Claud. 1. Paneg. 18.
Rosacea corona. Plinius, lib. 21. cap. 3. 3. L. Fuluius argentarius, bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu è pergola sua in forum prospexisse dictus, ex authoritate Senatus in carcerem adductus, nõ antè finem belli emissus est.
Sobria corona. Claud. 2. de Raptu Proserp. 12.
Spissa corona menia vallata. Id est multis clausis circũdata. Sil. li. 13. 28.
Spissa corona. Horat. in Arte poet. 77.
Sutiles coronæ. Ouid. 5. Fast. 67. & Plin. lib. 2. cap. 3. 5.
Virides coronę. Virg. 5. Aeneid. 22.
¶ Capere coronam insigni cum laude. Lucret. lib. 6. 20.
Coronam ciuicam dare. Cic. pro Plancio. 59. Idem in Pisonem. 4. Vide CIVICVS.
Iam ipsæ defluebant coronæ. Cic. 5. Tusc. 87.
Detracta capillis corona. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 14.
Donari corona. Horat. in Arte. 57.
Donare Cererem spicea corona. Horat. in Carm. secul. 6.
Exornare aliquem tenui corona. Iuuenal. Saty. 9. 14.
Fusæ per colla coronæ. Ouid. 2. Fast. 148.
Habere coronam honoris alicuius causa, ponere luctus gratia. Cicero Attico, lib. 14. 13. 3. De coronatis, quum sororis tuæ filius à patre accusatus esset, rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia.
Habere coronam in capite, in collo. Cic. 7. Verr. 22. Ipse autẽ coronã habebat vnam in capite, alteram in collo.
Imponere coronam alicui. Vide IMPONO.
Puppibus coronas imponere. Virg. 4. Aeneid. 84. –vocat iã carbasus auras, Puppibus, & læti nautæ imposuere coronas. Idẽ. 1. Geor. 61. Vbi Seruius, Aut re vera coronas inquit, aut spiras funium accipimus.
Induere cratêra corona. Virgil. 3. Aeneid. 105.
Tum

Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, impleuitq̃; mero. Id est (inquit Seruius) Aut vsq; ad summum impleuit, aut re vera coronauit.
Inumbrare ora coronis. Lucret. lib. 3. 187.
Primam coronam laude merere. Virg. 5. Aeneid. 70.
Regni coronam cum sceptro mittere. Virg. 8. Aeneid. 100.
Nectere alicui coronã. Horat. 2. Epist. 2. 20. Idem 1. Carm. ode 16. 21. Idem 4. Car. ode 11. 1. est in horto Phylli nectendis apium coronis.
Insignem coronam petere suo capitti, Lucret. lib. 4. 1. Significat magnum nomen & honorem sibi comparare.
Pingere tempora coronis. Ouid. 5. Fast. 67.
Premere crinem corona. Stat. 1. Sylua. 2. 46.
Plexis coronis redimire caput. Lucret. lib. 5. 281.
Scindere hærentem coronam crinibus. Horat. 1. Carm. ode 17. 6.
Vincire tempora corona. Horat. 1. Carm. ode. 7. 5.
¶ Corona, (ἄγυρις, ἀγυρμὸς,) Conuentus hominum circũstantiũ, & veluti in circulum congregatorũ. Cic. 5. Verr. 40. Tamenne putamus patronum tuum in hoc crimine cerueculã iactaturum, & populo se ad coronam daturum? Plin. epist. 19. 2. lib. 6. Ingẽs vtrinque aduocatorum & numerosa subsellia præstantium corona. Cic. 1. Tusc. 17.
Corona & turba. Cic. pro Flacco. 54. A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam turbamq̃ effunditur.
Clamor coronæ. Horat. 1. Epist. 19. 11. –scis quo clamore coronæ Prælia sustineas campestria.
Muros rara corona cingere. Virg. 10. Aeneid. 24. Id est circundare pauca multitudine militum.
Corona cingere aliquem, pro Circunstare aliquem. Lucan. libro 1. 66. Vide CINGO.
Interlucet corona spissa vitis. Virg. 9. Aeneid. 105.
¶ Corona, Circulus est circa lunam.
¶ Corona, Signum erat feruorum vænaliumideoq̃ue sub coronis vænire dicebantur. Cæsar. 3. bel. Gal. 414. Itaque omni Senatu necato, reliquos sub corona vendidit.
¶ Corona, pro Signo cælesti ponitur, nempe Ariadne Minois filia, quæ in sydus conuersa est à Baccho. Virgilius lib. 1. Geor. 45. Gnosiaq̃ue ardentis decedat stella Coronæ: Hæc Cancro & Leone exoriente occidit, exoritur cum Scorpio nonis Octobris, habet stellas nouem in orbem dispositas. Author Hyginus lib. 3. Plin. lib. 18. cap. 31. 4. Cæsari corona exoriri incipit. Et Colum. lib. 11. cap. 2. 38.
Dictæa corona. Claud. 7. Paneg. 42. Seu tibi dictææ placuerunt astra Coronæ. Hoc est syderis coronæ similimi. alludit autem ad Ariadnẽ Dictæam, id est Cretensem.
Dotalis corona. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 45.
–si Bacchus amator Dotali potuit cœlum signare corona,
Cur nullis Virgo redimitur pulchrior astris?
Gnosiaca corona. Id è Ariadnes corona, sydus cęleste. Stati⁹ 1. Sylu. 7. 18.
¶ Coronæ, sunt Prominentiæ & veluti supercilia quædam parietum, arcendis stillicidiis inuenta, fabri Cornices appellant & intabulamenta: siue structura, sine intestino opere constant. Vitruuius lib. 2. Summis parietibus structora testacea sub tegula subiicitur, altitudine circiter sesquipedali, habeatq̃ue proiecturas coronarum: ita vetari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. Budæus.
Corolla, Diminutiuum, (στέφανον,) Festus, Corollã noua nupta de floribus, verbenis, herbisque à se lectis sub amiculo ferebat. Plin. lib. 21. ca. 2. 3. Paulatimq̃ue & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia ærea tenui inaurata & inargentata dabantur. Plaut. Pœnul. 22. 16. –corollas dari dapsiles. Propertius, Me inuat externis positum langue re corollis.
Indistinctus corollis flores plexos ferre. Catul. in Argon. 57.
Floridis corollis redimita domus. Catul. de Berecynth. & Ary. 14.
Soluere de sua fronte corollas. Propert. lib. 1. eleg. 3. 5.
Corollarium, (ἐπιφορά,) authore Varrone, lib. 1. de Ling. Lat. significat id quod additum est præterquam quod debitum, tanq̃ auctarium quoddam, & id quod supra mensuram vel pondus iustum adiicitur. A corollis nomen deductum, quòd hæ, quum placuerant actores, in scena dari solitæ sint. Plin. epist. 14. 4. Ac deinde singulos gestus dominæ cum canticis reddebant: qui nunc exiguissima legata theatralis operæ corollarium accipient ab hærede, qui non spectabat. Cic. 5. Ver. 98. De viuo igitur erat aliquid resecãdum: vt esset vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corolarium nummorũ adderetur. Plin. lib. 9. cap. 35. 17. At illa corollarium id esse, consumpturamq̃ue se ea in cœna taxationem confirmans, solamq̃ue se centies HS cœnaturam.
¶ Corollaria, etiam dicebantur Præmia quæ corollarum vice populo qui ludis astabat & conuiuis, donabantur. Sueto. in Augusto, cap. 45. Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, ac crebra & grandia de suo offerebat. Vide Plinium in Corolla, paulo antè. Cic. 1. Verr. 158. Noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de scenicorum corollariis quum decuriam emerunt ex primo ordine explaforũ, &c. Idem 6. Verr. 43. Cœnabat apud eum, argentum illi cæterum parum apposuerat, ne purus ipse relinqueretur: duo pocula non magna, veruntamen cum emblematis. hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario de conuiuio discederet, ibidem conuiuis inspectantibus emblemata auellenda curauit.
Corõno, coronas, pen. prod. (στεφανόω,) coronare. Plin. libro. 15. cap. 4. 1. Athenæ quoque victores olea coronant. Ibidẽ, cap. 29. 8. Laurea coronatus incessit. Cic. 2. de Legib. 100. Sequebant epulæ, quas inirent pinqui coronati. Idem. 2. Philip. 89. Sedebat in Rostris Collega tuus, amictus toga purpurea in sella aurea, coronatus.
Aditum custode coronare. Id est custodibus circundare. Virg. 9. Aen. 8. Hinc atque hinc, omnemque aditum custode coronant. Vbi Seruius, Melior (inquit) lectio Abitum, quàm Aditum. Cinguntenim syluã ne abeant, non, ne adire possint.
Cratera coronare. Virgil. 2. Georg. 106.
Collum coronat pluma. Id est iustar coronæ collum circundat. Lucret. lib. 2. 161. Vide COLLVM.
Pyram fronde funerea coronare. Virgilius. 4. Aeneid. 102. Id est circundare cupresso.
Sylua coronat aquas cingens latus omne. Ouid. 5. Meram. 78.
Victoria coronat fronde aliquem. Horat. 1. Epist. 19. 11.
Vina coronare. Virgil. 1. Aeneid. 146. Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Et. 7. 30. Vbi Seruius, Vina, pro Pocalis posuit, & est tropus synecdoche, vt Cererẽ dicimus pro frumento. Sic Plautus, Vinum propemur. Nam hic deus præsens adest. Coronant autem est, aut implẽt vsq; ad marginẽ, aut quia antiqui coronabant pocula, & sic libabant. Vnde est, – magnũ cratera corona Induit impleuitq̃ue mero.
¶ Coronare, In coronamenta venire. Coronis factendis adhiberi. Plin. lib. 11. cap. 9. 3. Folio coronat & trifolium. Ibidẽ, cap. 10. 4. Et tantum folio coronant Iouis flos, amaracus, hemerocalles, abrotonũ, &c.
Coronans, pen. prod. (στέφανος,) Participium. Horat. 3. Carm. ode. 23. 3.
– te nihil attinet Tentare multa cæde bidentium
Paruos coronantem marino
Rore deos, fragilique myrto.
Coronãtus, pen. prod. (ἐστεφανωμένος,) Participium. vt Amantes corona ti. Propert. lib. 3. eleg. 3. 10.
Aurum coronatum vocat auream pyxidem. Statius lib. 3. Sylu. 4. 1.
– tanquam in modum coronæ rotundum vndique,
Ite comæ, facilemque precor transcurrite pontum,
Ite coronato recubantes molliter auro.
Capilli coronati. Ouid. epist. 20. 33.
Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. Horat. 2. Car. ode. 7. 2.
Boues capite coronato. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 2.
– nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite.
Frons coronata. Ouid. 5. Fast. 69.
Ignes coronati. Stat. 10. Theb. 120.
Ille coronatos iandudum amplectitur ignes,
Fatidicum sorbens vultu flagrante vaporem.
Manes coronati. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 66. Grata coronati peragũt conuiuia manes. Hoc est dii inferni. Tractũ à veterum more, qui festis ornati conuiuia agitabant, vt docet Plutarchus in Symposiis.
Naues coronatæ. Ouid. 15. Metam. 140.
Coronarius, vel coronaria, (στεφανοπλόκος,) coronariæ, Qui coronas cõficit, à Græcis Stephanoplocos appellatus. Plin. lib. 21. cap. 2. 2. Flores inuicem odores colores q̃ue accendẽre Sicyonii, ex ingenio Panæ pictoris, atque Glyceræ coronariæ dilectæ admodum illi.
Coronarius, Adiectiuum (στεφανωματικός,) Quod ad coronas attinet. vt tra Rullum. 7. Quod ad quemq; peruenit, peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Ibidem Coronarium absolute ponitur. 62. Ex præda, ex manubiis, ex coronario, &c. Sub. auro.
Coronariæ herbæ. Plin. lib. 21. cap. 23. 1.
Coronarium opus, In modum coronæ factum. Plin. lib. 15. cap. 30. 4. Ramos spargit à radice dodrantales, topiarii ac coronarii operis.
Coronamentum, (στεφάνωμα,) Violæ, roseæ, & alii flores quibus corollæ fiunt & serta nectuntur. Plin. lib. 21. cap. 1. 1. In hortis seri & coronamenta iussit Cato inenarrabili florum maximè subtilitate. Cato ca. 8. Coronamenta omne genus.
In coronamenta folio venêre melothron, spireon &c. Plin. lib. 21. ca. 9. 2. Hoc est ex eorum foliis fiunt coronæ.

CORONAEA, Bœotiæ oppidum, authore Plinio, lib. 4. cap. 7. Iuxta Cephisum, inquit, amnem, Lamia, & Anichia, Medeon, Phligone, Grephis, Coronæa, Chæronia.

CORONE, Plin. lib. 4. cap. 5. oppidum Achaiæ, à quo Coronæus sinus. Strabo, lib. 8. eam Coronã appellat, de qua sic refert, Corona, vrbs est mari vicina, & hanc nõnulli Pedasum à poeta nominatã esse inquiũt.

CORONIS, (κορωνίς,) Nympha Thessalica Leucippi Lacedæmonii filia, ex Apolline concepit Aesculapium. Postea quia cum Ischye Elati

Universidad de Deusto
Biblioteca

filiæ iam rē haberet, simul cum Ischye sagittis à Diana rogata Apollinis confecta fuit. Sed prius eorum qui crimen indicauerat, ex albissimo in atrum conuertit Apollo: & puerū è vētre matris excisum Chironi enutriendum & erudiendum tradidit. Hæc Pindari scholia. Ouidius. 2. Metamorph.

Pulchrior in tota, quàm Larissæa coronis,
Non fuit Aemonia. Quo in loco fabulam & fussissime & elegantissime elegit, sed paulo aliter. Vide Seruium in. 6. Aeneidos. 124. Et rursus in. 2. 154.

Corônis, pen. prod. corónidis, f. g. (κορωνίς,) Súmitas seu apex alicuius rei, velut montis, aut structuræ alicuius.

¶ Coronis, significat & nauis puppim, q̄ sit ei eius apice curuatū rostrū. Vsq; ad coronidē dicimus, quū extremum finē rei cuiuspiā significamus. A nauibus tractum potant literatores, quibus aliquid rostri speciē gerens solet addi. Nam coronæ, Græcis corniceu sonat: coronis, cornicula. Apud Homerum κορωνὶς vsurpatur pro annulo, aut siquid aliud apponitur ostio. Idē velut ornamenti gratia perfectis omnibus addit. Quāquam coronis dicitur interdum quod accedit absoluto operi: vt Martial. lib. 10. 1. Sed nimius videor, seraq̄ue coronide longus
Esse libet: legito pauca, libellus ero. Idem, Et mage principio grata coronis erit. Postremò Grammatici quoties persona actoris eodem' metri genere finit quo coperat, coronidem vocant, eamq̄ue notant velut rostri figuram exprimentibus lineis.

Corónopus, pen. corr. (κορωνόπους,) ris. Oblonga herba est cū fissu ris. feritur interim quoniam radix cœliacis præclarè facit in cinere tosta. Plin. lib. 22. cap. 19. Matthiolus Senensis putat Coronopum esse eam herbam quę vulgo dicitur. Herba Stella.

Corporatio, Corporatura, Corporeus,

Vide CORPVS.

Corpus, corporis, pen. corr. n. gen. (σῶμα, χρόος,) Massa compacta ex artubus & membris. Seneca, Corpore truncato caput abest. Cic. 2. de Orat. 194. Etenim corpus intelligi sine loco non potest. Idem pro Marcello. 16. Nec verò hæc vita tua dicenda est, quæ corpore & spiritu contineatur.

¶ Corpus, pro Sola carne, vt ait Sipontin. Ci. Gallo, lib. 7. 27. 7. Ego hic cogito commorari quoad me reficiam & vires & corpus amissi. Idē 2. de Nat. Deor. 209. Quid dicam de ossibus quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas & ad motum, & ad omnē corporis actionē? Quintil. lib. 1. in procem. 18. Et ossa contegunt: quæ vt esse & astringi nervis suis debent, sic corpore operienda sunt.

Vtranque significationem expressit Martialis vnico versu, lib. 1. 7.

Viuebant laceri membris stillantibus artus,
Inque omni nusquam corpore corpus erat.

In corpus ire. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4. Quid ergo? Nunquam hæc supra fidem, & poetica (vt verè dixerim) themata inuenibus pertractare permittemus? vt expatientur, & gaudeant materia, & quasi in corpus cāt erit optimum.

Formæ & corpora. Cic. 2. de Orat. 194. His autē formis atq; corporibus sicut omnibus rebus quæ sub aspectum veniunt, fide opus est.

In spēm vanæ corporis res diuersissimas colligere. Quintil. lib. 4. c. 1. 53.

Vnum corpus defensionis. Cic. de Claris Orat. 109. Sed nihil vtiosius, quàm quum vnū corpus debeat esse defensionis, nasci de integro causam, quum sit ab altero perorata.

¶ Artus corporis. Horat. in Carm. secul. 13.

Auctus corporis. Lucret. lib. 2. 97.

Augmen corporis. Lucret. lib. 2. 100.

Caulæ corporis. Vide CAVLA.

Compagibus corporis incladi. Cic. de Senect. 70.

Cura corporis. Sueton. in Domitiano, cap. 16. His velut transacto iā periculo lætum festinantemq̄ue ad corporis curam Parthenius cubiculo præpositus conuertit, &c.

Formæ corporū. Quint. lib. 2. cap. 8. 1. Nā est in hoc incredibilis quædā varietas, nec pauciores animorū pene, quàm corporum formæ.

Habitus corporis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 18.

Inclinatio corporis. Quintil. lib. 1. cap. 11. 9.

Infirmitas corporis. Vide INFIRMVS.

Nixus corporis. Quintil. lib. 2. ca. 12. 2. Nam & gladiator, qui armorum iusticius in rixam ruit: & luctator, qui totius corporis nixu in id, quod semel inuasit, incumbit, fortior ab iis vocatur.

Nisu corporis, & impeta equi peruasit. Tacit. lib. 2.

Neque adiutibus, & velocitate corporum vteretur. Tacit. lib. 2.

Vitium corporis abdere. Ouid. 3. de Arte am. 53.

Vmbra corporis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 1.

¶ Aquæ corpus. Lucret. lib. 2. 47.

Neptuni corpus acerbum, Id est salsum est mare. Lucret. lib. 2. 95.

Condensa corpora lapidum. Lucret. lib. 6. 21.

Corpus mali habitus dicitur, quod Græci κακοχυμίαν dicunt. Celsus, lib. 5. cap. 28. Vtrunque sicut omnis cancer, sit maximè in senibus, vel his quorum corpora mali habitus sunt.

¶ Abundans corporis. Vide ABVNDO.

¶ Aegrum vel ægroti corpus. Iuuenal. Saty. 9. 2. Horat. 1. Epist. 2. 10.

Aequæuo corpore fratres. Sil. lib. 13. 39.

Album corpus. Horat. 2. Carm. ode. 2. 3. Sic vocat corpus hydropici.

Anile corpus. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 3.

Cæca corpora vētos appellat Lucretius lib. 1. 60. Hoc est corporeos quidem, sed inuisibiles: illae corpora inuisibilia.

Cassum anima corpus. Lucret. lib. 3. 113.

Cassum diu, vulgare populis corpus. Senec. Hipp. 8. 10. Id est vulgo prostituere corpus seruatum diu.

Celeri corpore elapsus. Virg. 5. Aeneid. 88.

Charum corpus. Seneca Hippol. 12. 19.

Clarum corpus, Id est nobile. Seneca Troad. 12. 12.

Consortia corpora pœnæ. Ouid. 13. Metam. 144.

Crassi corporis humor. Lucret. lib. 6. 172.

Debile corpus. Lucret. lib. 4. 192.

Deforme corpus. Senec. Troad. 12. 13.

Densissima satis corpora. Ouid. 3. Metam. 181.

Dira corpora. Ouid. 1. Metam. 32.

Diuino corpore Luna. Lucret. lib. 5. 14.

Durum corpus. Claud. 2. Paneg. 22.

Effœtum corpus. Ouid. 7. Metam. 51.

Egenum corpus decoris & frontis. Sil. lib. 6. 61.

Egregium corpus, Formosum. Horat. 1. Ser. Saty. 6. 14. Iuu. Saty. 10. 30.

Corpus exangue. Ouid. 2. Meta. 64. Et lib. 5. 18.

Exangue corpus reddere sepulchro. Virg. 2. Aeneid. 109.

Examine vel examinum corpus. Quint. lib. 4. cap. 2. 9. Virg. 1. Aenei. 98. & 6. 30. Lucret. lib. 6. 141. Senec. Hippol. 4. 46. Repētē terræ corpus exanimū dedit. Id est ipsum corpus cecidit tanquam exanimum.

Homo exigui corporis. Horat. 1. Epist. 21. 5.

Laborum ferentia corpora. Tacit. lib. 21.

Fessa corpora carpunt soporem. Virg. 4. Aeneid. 105.

Fidele corpus senectæ. Persius Saty. 2. 6.

Fluido corpore liquidæ rei. Lucret. lib. 2. 91.

Formosi corporis spolium dies aufert, Forma paulatim dilabitur & perit. Senec. Hippol. 6. 8.

Fortia corpora. Virgil. 1. Aeneid. 21.
– vbi vos Simois correpta sub vndis
Scuta virūm galeasq̄s & fortia corpora volvit. Hoc est virorū fortiū corpora. nulla. n. est in mortuis fortitudo. Seruius. Idē. 8. Aeneid. 106.

Fortissimorum corporum educatio. Quint. lib. 1. cap. 1. 16.

Frigidū & exangue corpus alicuius cōplecti. Quint. in procem. lib. 6. 11.

Gelidum corpus. Iuuen. Saty. 10. 22. Ouid. 6. Metam. 56.

Genitalia corpora. Lucret. lib. 1. 34. Ouid. 15. Metam. 48. Hoc est elementa vnde gignuntur cætera.

Globosa corpora. Lucret. lib. 2. 95.

Graue corpus. Horat. Epod. 2. 12. – & graui
Maluæ salubri es corpori.

Horridum corpus. Senec. Hercul. Oetheo. 7. 18.

Id ætatis corpora. Tacit. lib. 5. Exin oblisis faucibus id ætatis corpora in Gemonias abiecta.

Immani corpore pistrix. Vir. 3. Aen. 85. & li. 6. 116. Vide IMMANIS.

Puer, impube corpus. Horat. Epod. 5. 3. Est appositio.

Corpus inane animæ. Ouid. 2. Metam. 60.

Inane corpus, Id est mortuum. Ouid. epist. 21. 24.

Incolume corpus. Lucret. lib. 1. 50.

Inculrum corpus. Vide INCOLO:

Indomitum corpus. Senec. Here. Oeth. 2. 11.

Inertia corpora. Stat. 5. Thebaid. 77.

Infirmum corpus. Ouid. epist. 19. 48.

Informe corpus. Stat. 6. Thebaid. 164.

Ingenti corpore cunctis præstare. Ouid. 4. Metam. 127.

Ingenuum corpus. Ouid. epist. 5. 29.

Inflecabilia corpora. Quintil. lib. 2. cap. 17. 24.

Intactum à vexatione corpus. Vide INTACTVS.

Intolerantissima laboris corpora. Vide INTOLERABILIS.

Inualidum corpus. Ouid. epist. 20. 42.

Inuisum corpus. Senec. Hippol. 12. 1.

Inutile corpus letho dare. Ouid. 12. Meram. 69.

Irriguum mero corpus habere. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 2.

Iuuenile corpus. Virgil. 12. Aeneid. 45.

Lacerum corpus. Ouid. 6. Metam. 113. Senec. Hippol. 12. 2.

Læta corpora. Lucret. lib. 1. 53. Virg. 9. Aeneid. 57.

Lethata corpora. Vide LETHVM.

Luce carentum corpora exportare tectis. Virg. 4. Georg. 52.
– tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt.

Magnum

Magnum corpus. Virg. 2. Georg. 66.

Meretricia corpora. Ouid. 2. Trist. 62.

Minuta corpora atomos vocat Lucretius lib. 2. 24.

Miserabile corpus. Ouid. 3. Metamorph. 80.

Moribundum corpus. Lucret. lib. 3. 210.

Mortale corpus. Horat. 1. Carm. ode. 35. 1. Cic. de Senect. 73.

Natiuum corpus. Lucret. lib. 5. 48.

Naufraga corpora. Virgil. 3. Georg. 107.

Niuei corporis fœmina. Senec. Medea, 2. 2.

Nudum corpus. Ouid. 4. Fastorum. 30.

Obesum corpus. Vide OBEDO.

Obnoxia corpora, pro Valetudinariis. Vide OBNOXIVS.

Obscœna visa corpora. Claud. 1 in Ruff. 66.

Onustum corpus vitiis. Horat. 2. Serm. saty. 2. 16.

Orbum luminibus corpus. Vide ORBVS.

Parua corpora neruorum. Lucret. lib. 1. 173.

Paruissima corpora. Vide PARVVS.

Perfecti corpus. Id est firmis iam cōsummatus & maturus. Lucr. li. 3. 136.

Perfracta arma cædibus corporaq̄ue. Valer. lib. 6. Argonaut. 37.

Pigrum corpus. Stat. 10. Thebaid. 21.

Plenum corpus, Replerum cibo. Horat. 1. Epist. 7. 7.

Plenius corpus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 4. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas astringat.

Prædura corpora. Virgil. 2. Geor. 107.

Præstanti copore taurus. Virgil. 4. Georg. 108.

Magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate præstantiora corpora in illis mutis videmus. Quintil. lib. 2. cap. 16. 8.

Prima corpora, elementa vocantur Lucretio lib. 1. 19.

Procerum corpus caudæ. Lucret. lib. 3. 131. De serpente.

Prodigiosa, & monstris insignia corpora. Quintil. lib. 1. cap. 1. 2.

Prona corpora. Stat. 12. Thebaid. 58.

Protecti corpora scutis. Virgil. 8. Aeneid. 130.

Pulchrum corpus. Virgil. 5. Aeneid. 69. Et Iuuenalis Saty. 12. 12.

Quassatum corpus viribus æui. Lucret. lib. 3. 91.

Rarum corpus dicitur, cui contrarium est Densum. Lucret. lib. 2. 172.

Rectum corpus. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6.

Resolutum corpus. Ouid. 7. Metam. 66.
Iamque neci similis, resoluto corpore, regem,
Et cum rege suo custodes somnus alebat.

Resupinum corpus. Ouid. 2. Metam. 16. Et lib. 12. 28.

Rigens meru corpus. Seneca. Thyeste. 8. 3.

Salubria corpora. Tacitus lib. 21.

Sancta diuūm corpora. Lucretius lib. 1. 202.

Sanum corpus. Iuuenalis Satyra. 10. 36.

Semianimum corpus. Lucret. lib. 6. 255.

Semifero corpore mater Colaxis, quæ anelpiti erat forma, humana & serpentina. Valer. lib. 6. Argonaut. 11.

Semimarinum corpus dicitur, quod naturam habet duplicem, ab vna parte aquis, ab altera terris conuenientem, qualis est castorum. Lucretius lib. 5. 178. De Scylla.

Senex corpore, nunquam animo. Cic. de Senect. 34.

Sicciora cornu corpora. Catullus epig. 20. 3.

Simulatum corpus, Id est imago corporis alicuius. Ouid. 10. Meta. 51.

Sine nomine corpus, id est sine agnitione. Vir. 2. Aene. 112. Seruius.

Solidum corpus. Lucretius lib. 1. 101.

Sparsum corpus Senatus. Lucan. lib. 7. 59.

Spatiosum corpus. Ouid. 3. Metam. 12.

Spirantia corpora. Lucanus lib. 1. 74.

Spissum corpus. Lucret. lib. 6. 16.

Spoliatum lumine corpus, Id est occisum. Virgil. 12. Aeneid. 185.

Subductum corpus, Id est attenuatum. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. 2.

Subtile corpus ventorum. Lucret. lib. 4. 182.

Superbum corpus. Horat. 2. Serm. saty. 1. 22.

Syncerum corpus & sine vulnere. Ouid. 12. Metam. 20.

Tenerum corpus. Virgil. 2. Geor. 5. Et Catul. in Carmine nuptiali. Et Quintil. lib. 1. cap. 17.

Terrenum corpus. Lucret. lib. 2. 223.

Transformia corpora, Quæ in varias figuras mutari possunt. Ouid. 8. Metamor. 176.

Tenue corpus. Celsus lib. 2. cap. 8. At in tabe sputum mistum purulētum, febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit, in corpore tenui periculum subesse testatur.

Truncum corpus. Seneca Hercule furente. 11. 27.

Tuta corpora, & Periculis opportuna, cōtraria. Cels. in Præfat. li. 2. Quia corpora maximè tuta, vel periculis opportuna sint.

Vastum corpus, Procerum. Seneca Hippol. 6. 14. & 10. 9.

Vescū corpus. Plinius lib. 7. ca. 20. 1. Corpore vesco, sed eximiis viribus.

Violatum crimine corpus. Silius lib. 17. 8.

Vitiosum corpus. Horat. 2. Serm. saty. 7. 22.

Vulsum corpus. Quintil. lib. 5. ca. 9. 9. Id est abs quo euulsi sunt pili.

¶ Abiecta corpora ostentui. Tacit. lib. 1.

Abit ferrum in corpus. Vide ABEO.

Aſcedere à corpore. Tacit. lib. 1. & 3.

Abstrahere se à corpore. Vide ABSTRAHO.

Absumpti corporis ignes. Id est corporis cremati. Sil. lib. 13. 90.

Affectū corpus, Hoc est læsum. Liu. lib. 9. Decad. 1. In corpore tamen affecto vigebat vis animi, consiliúque.

Labore & vigiliis affecta corpora. Liu. lib. 6. Decad. 4.

Agitare corpus. Ouid. 3. de Arte. 146.

Procul impudicos tactus corpore à casto amouere. Sen. Hipp. 5. 23.

Applaudere corpus. Ouid. 4. Metam. 71.

Auellere corpus truncis. Ouid. 2. Metam. 36.
Nec satis est, truncis auellere corpora tentat.

Concruciari omni corpore. Vide CONCRVCIOR.

Corpora condere. Vide CONDIO.

Condere corpus sepulchro. Ouid. 8. Metam. 47.

Conficere corpus suum in labore. Vide LABOR.

Corripere è stratis corpus. Virgil. 3. Aeneid. 36.

Corripere è somno corpus. Virgil. 4. Aeneid. 115.

Morbi corripiunt corpora. Virg. 3. Georg. 93.

Dare tumulo corpora fumantia. Ouid. 2. Metam. 32.
Naiades Hesperię trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo. Idem lib. eodem. 65.

Dare corpus somno. Ouid. 7. Fast. 66.

Decedunt corpore febres. Lucret. lib. 2. 7.

Decorare corpora. Quintil lib. 5. cap. 12. 16.

Deflectere corpus prono pondere. Catul. in Carm. Nupt. 11.

Defuncta corpora vita. Virg. 4. Georg. 95. Idem. 6. Aeneid. 61.

Delecta virūm sortiti corpora. Virg. 2. Aeneid. 4.

Demittere corpus morti. Ouid. 3. Metam. 130.

Deponere corpus, Id est prosternere, aut è terrā submittere. Luc. li. 5. 52.

Deponere corpora sub ramis arboris, Sedere in vmbra. Virg. 7. Aen. 22.

Depressum corpus. Ouid. 3. Metam. 135.

Deserere corpora boum luco. Id est boues ipsos. Virg. 4. Georg. 109.

Deuoluere corpus in humum. Ouid. 7. Metam. 117.

Tela manusque dirigere in corpus alicuius. Virg. 6. Aeneid. 12.

Distorta, & quocūque modo prodigiosa corpora. Quintil. lib. 2. ca. 5. 8.

Distrinxit summum corpus arundo. Ouid. 8. Metam. 77.

Diuellunt corpora leones. Ouid. 4. Metam. 23.

Diuellere corpus. Virg. 4. Aeneid. 120.

Debitoris corpus inter creditores diuidere. Quint. lib. 3. cap. 6. 60.

Diuisum corpus in membra secare. Senec. Thyest. 8. 28.

Educere corpore telum. Virg. 10 Aeneid. 148.

Pictores corpora quàm speciosissima pingendo, fingendóve effingere. Quintil. lib. 5. cap. 12. 15.

Effringere corpus alicui. Senec. Thebaid. 1. 39.

Eiurare corpus. Catul. de Berecynthia,
Et corpus eiurastis Veneris nimio odio.

Elidunt corpus trunci. Lucan. lib. 2. 42.

Exanimatum corpus. Ouid. 2. Metam. 27.

Exercendi corpora peritus. Quint. lib. 2. cap. 8. 8.

Exercita curis corpora. Ouid. 7. Metam. 129.

Exhaustum corpus. Stat. 6. Thebaid. 134.

Alicuius corpus experiri. Quintil. lib. 2. cap. 8. 3.

¶ Excitare corpus. Celsus lib. 1. cap. 1. Cōcubitus rarus corpus excitat.

Exedere corpus. Celsus lib. 5. cap. 6.

Explere corpus. Senec. Hippol. 10. 24. Id est recuperare.

Extenuare corpus fame. Celsus lib. 8. cap. 9.

Extenuatur corpus longo morbo. Celsus, lib. 2. cap. 8. Quum iam longo morbo corpus eius esset extenuatum.

Fera corpora ferri. Lucret. lib. 2. 21.
Fera vocat, quod ad feritatem eo vtamur.

Fingere corpus, Formare, instaurare, redintegrare. Senec. Hipp. 12. 22.

Fingere corpora lingua. Virg. 8. Aenei. 125. Id est tergere. Cic. in Festiana, Spongiis sanguis effingebatur, id est tergebator. Seruius.

Firmare corpus athletico victu. Celsus lib. 4. cap. 6. Si malum inueterauit corpus athletico victū firmandum est.

Formare corpora ad quosdam membrorum flexus. Quint. li. 1. ca. 1. 17.

Frangere corpora. Virgil. 3. Aeneid. 125.

Frigent effœtæ in corpore vires. Virgil. 5. Aeneid. 78.

Fundare corpora humi, Id est prosternere. Virg. 1. Aeneid. 40.

Vino somnoque per herbam corpora fusa. Virg. 9. Aeneid. 66.

Late fusum corpus. Tacit. lib. 13.

Glomeratur corpus niuium spissa grandine. Ouid. 9. Metam. 45.

Corpus hebet somno. Valer. lib. 4. Argon. 9.

Humare corpus. Virg. 6. Aeneid. 32.

Iactare corpus in toto cubili. Lucan. lib. 5. 163.

Immittere corpus in vndas. Quid. epist. 2. 27.

Universidad de Deusto
Biblio

Implicare corpus cadens laqueo. Senec. Hippol. 10. 19
Flammis imponere corpus. Sil. lib. 13. 93.
Lecto corpus imponere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 24.
Imprimere corpus. Vide IMPRIMO.
Incondita corpora, Id est non sepulta. Lucan. lib. 6. 21.
Inflantur corpora non robore, sed valetudine. Quint. lib. 2. cap. 3. 7.
Infodere corpora terræ. Vide INFODIO.
Inhumana corpora. Virg. 11. Aeneid. 5.
Inscribere corpus vulneribus. Vide INSCRIBO.
Insuescere corpori meretricis. Vide INSVESCO.
Iungere corpus cum corpore. Lucret. lib. 4. 240.
Languent corpora tristi morbo. Virg. 4. Georg. 51. Lucret. lib. 4. 188.
Lasciua iactare corpora. Ouid. 3. Metam. 138.
Laniatus toto corpore. Virg. 6. Aeneid. 99.
Leuare corpus, pro Recreare & reficere. Horat. 2. Epist. 1. 29.
Librare corpus in alas. Ouid. 8. Metam. 51. de Dædalo.
Fessum corpus mandare quieti. Lucret. lib. 4. 171.
Marcet annis corpus. Lucret. lib. 3. 193.
Mouere corpus ex statu quo detinetur. Celsus lib. 3. cap. 16. Per hæc enim similiaq; corpus agitandum est, vt moueatur ex eo statu quo detinet.
Ex somno corpora moliri. Liu. lib. 6. Decad. 4. Vide MOLIOR.
Obiectare corpus bello. Virg. 4. Georg. 44.
Obruta corpora mole aliqua. Ouid. 1. Metam. 31.
Obsessum frigore corpus. Ouid. 9. Metam. 117.
Pauefacta corpora. Ouid. 5. Metam. 128.
Pendet corpus in aquis, Id est natat. Ouid. epist. 18. 30.
Perfusum corpus æterno frigore lethi, Id est mortuū. Lucret. lib. 4. 187.
Præbere corpora plagis. Ouid. de Nuce. 35.
Procurare corpora, Id est conuiuari. Virg. 9 Aeneid. 33.
Proiicere corpus, pro Obicere periculis, & quasi deuouere. Catul. Arg.
Ipse suum Theseus pro charis corpus Athenis
Proiicere optauit potius.
Pungere corpus. Lucret. lib. 2. 93.
Reddere corpus expeditius. Celsus lib. 2. cap. 1. Ex tempestatibus Aquilo tussim mouet, fauces exasperat, ventrem astringit, vrinam supprimit, humores excitat, rheumatismos dolores lateris & pectoris: tamen tamē corpus spissat, & mobilius atque expeditius reddit.
Reddere corpus morbo dicitur quies & somnus, quum discedentibus illis, ad curas & dolores nostros reuertimur. Senec. in Here. Oeth. 1. 15.
Relaxatum corpus. Celsus, lib. 2. cap. 1. Corpus ergo & æstate, & subinde meridianis caloribus relaxatum subito frigore excipitur.
Relenare corpus terra. Ouid. 9. Metam. 64.
Replere corpora carne. Ouid. 12. Metam. 32.
Rodere corpus. Celsus lib. 5. cap. 6. Rodunt, alumen liquidum, sed magis rotundum, erugo, &c.
Satiare corpora. Lucret. lib. 4. 222.
Secuerunt corpora vepres. Virg. 3. Georg. 87.
Sinuare corpus in orbes. Ouid. 9. Metamorph. 13. De Acheloo in anguem mutato.
Soluere corpus in venerem. Virg. 4. Georg. 40.
Sternere corpus. Virg. 12. Aeneid. 20.
Subesse corpori. Cell. in præfat. lib. 1. Possunt. n. quædam subesse corpori vel ex infirmitate eius, vel ex aliquo affectu, quæ vel in alio non sunt, vel in hoc aliàs non fuerunt: eaque per se non tanta vi concitant morbum, tamen obnoxium magis aliis iniuriis corpus efficiunt.
Superinducti corporis speciem adiucere. Quintil. lib. 5. cap. 8. 2.
Sustentare corpora epulis. Lucan. lib. 4. 63.
Tegere corpus abstrusum densa sepe. Senec. Thebaid. 2. 9.
Tegere corpus terra, Sepelire. Senec. in Thebaid. 1. 20.
Tenent corpus febres. Celsus lib. 3. cap. 9. Nonnunquam etiam lentæ febres, sine vlla remissione corpus tenent, ac neque cibo, neque vlli remedio locus est.
Tentatum frigore corpus. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 17.
Tenuatum corpus recreare. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 17.
Tingere corpus lymphis. Ouid. 2. Metam. 46.
Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.
Aegrum corpus trahere. Virg. 3. Aeneid. 28. Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant Corpora.
Velare corpus. Ouid. 3. Metam. 20.
Verberata corpora nudantur. Quintil. lib. 6. cap. 1. 24.
Violare corpus vulnere. Virg. 11. Aeneid. 170.
Vorare corpus vsque ad ossa. Celsus lib. 5. cap. 28. Fitq; ex his vlcus, &c. quia celeriter serpendo, penetrandoque, vsque ossa corpus vorat. De theriomate.
Vulnerare corpus. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 6.
¶ Corpus arboris. Plin. lib. 12. cap. 5. 12. Superiores rami in excelsum emicant, vasto matris corpore.
¶ Corpus, pro Opere aliquo scripto & volumine. Ci. ad Lucceium, lib. 5. 12. 13. A principio enim coniurationis vsque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo & illa poteris vti ciuilium commutationum scientia vel in explicādis causis rerum nouarum, vel, &c. Idem ad Qu. frat. lib. 2. 15. 4. Sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an vtrosque, nescio.
¶ Corpus, pro Parte & tribu ac multitudine populi. Liu. 1. ab Vrbe. 69. Inter ordines certabatur. oriūdi ab Sabinis, ne, quia post P. Tatii mortem ab sua parte non erat regnatum, in societate æqua possessionē imperii amitterent, sui corporis creari regem volebant. Id est Sabinum.
Corpus ciuitatis. Liu. 6. bel. Pun. 2. Corpus nullum ciuitatis, nec Senatū, nec plebis consilium, nec magistratus esse.
Collegiorum corpus. Caius in L. prima §. in Collegia. ff. Quod cuiusque vniuersitatis, Ité collegia Romæ certa sunt, quorū corpus Senatusconsultis, atq; constitutionibus principalibus confirmatum est.
Reipublicæ corpus totum curare, nedum partem aliquā tueri, reliquas deserere, Plato præcepit. Cic. 1. Offic. 120.
Vnum esse Reip. corpus, atque vnius animo regendum. Tacit. lib. 1.
Vt corpus vnum, & concilium totius Peloponesi esset. Liu. lib. 9. Dec. 4.
Vnius corporis esse. Liu. lib. 8. Decad. 4.
Defensor corporis. Vlpianus in Leg. Iusiurandum & ad §. Defensor. ff. de Iurciurando.
Concessa corpora. Caius in L. i §. Paucis. ff. Quod cuiusque vniuersitatis, Paucis admodum in causis concessa sunt huiusmodi corpora.
¶ Conclamata corpora. Vide CONCLAMO.
Concussum corpus vulnere. Stat. 3. Sylu. 4. 14.
Risu totum corpus concutere. Quintil. lib. 6. cap. 3. 8.
Contusa corpora magno labore. Lucret. lib. 4. 149.
Cremare corpus. Lucan. lib. 8. 146.
Curare corpus. Virg. 8. Aeneid. 119.
– fessliq; & equos & corpora curant. Ibidem. 3. 102.
Curare corpora somno. Vide CVRO.
Corpusculum, pen. corr. Diminutiuum: vnde atomos corpuscula vocat Cic. 1. Acad. 19. & lib. 4. 117. Et 1. Tusc. 37.
Paruum corpusculum. Plin. lib. 10. cap. 29. 5.
Hominum corpuscula. Iuuenal. Saty. 10. 18.
– mors sola fatetur
Quantula sint hominum corpuscula.
Corpulentus, A dicetrium, (ὑπερφυὴς,) Corpulentus, Obesi corporis homo, inquit Festus. Plaut. Epid. 2. 2.
Euge, corpulentior videre, atque agilior. Quem Græci ὑπερφυᾶ vocāt, hoc est bene carnosum.
Corpulentum pecus. Colum. lib. 6. cap. 3. 4.
Litigator corpulentus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 35.
Corpulentia, corpulētiæ, (ὄγκος,) Carnositatē significat. Plin. lib. 11. cap. 55. Somno concoquere, corpulentiæ, quām firmitati vtilius.
Corporālis, & corporāle, penu. prod. (σωματικὸς,) vt Corporalia bona apud Gellium, lib. 18. cap. 1. Id est corporis. Et apud Quintil. lib. 5. cap. 10. Incorporale legitur.
Corporale, pro Corporeo. Seneca, epist. 59. Dicimus quædam corporalia esse, quædam incorporalia. Item, Quod est, aut corporale est, aut incorporale. Item, epist. 54. Cogitare mecum occepi, quanta nos sequeretur vitiorum nostrorum oblitio, etiam corporalium.
Corporalis possessio. Papinianus in L. Debitor §. vltimo. ff. de Pignoratitione, Soluta pecunia, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, restituere debet.
Corporeus, Adiectiū, (σωματοειδὴς,) Quod est ex substantia materiaque carnea & solida. Cic. 2. de Nat. Deor. 57. Contrà ille corporeum, vitalis, & salutaris omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensūque afficit. De igne elementari loquitur.
Corporeum, & aspectabile, itemq; tractabile omne necesse est esse quod natum est. Cic. de Vniuersit. 10.
Artus corporei. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 13.
Corporea cicatrix. Plin. lib. 11. cap. 37. 10. Aliquibus capitis ossa plana, tenuia, sine medullis, serratis pectinatim structa compagibus. Perfracta non quennt solidarised exempta modicè non sunt lethalia, in vicem eorum succedente corporea cicatrice.
Dapes corporeæ. Ouid. 15. Metam. 21.
Vox corporea. Lucret. lib. 4. 106.
Córporo, córporas, pen. corr. (σωματοποιέω, σωματοῦδαι,) corporari, pro Corpus effici. Plin. lib. 7. cap. 15. 3. Quibusdam verò sæpius mense, sicut aliquibus nunquam. sed tales non gignount, quando hoc est generando homini materia, semine è maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporatur q. Hoc est in vnum corpus ipsa materia animalis coalescit, & forma accipit.
Corporātus, pen. prod. (σωματωθὲις,) Participium. Cic. de Vniuers. 1. de mundo, Omne igitur cælum, siue mundus, siue quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit, de quo id primum constituendum, quod principio est in omni quæstione considerandum, semperne fuerit nullo generatus ortu, an ortus sit, an ab aliquo temporis principatu ortus est: quandoquidē, cernitur, & tangitur, & est vndiq; corporatus.

Corporatūra, pen. prod. (σωμάτωσις,) Colum. lib. 6. cap. 2. 12. Humilis cum & modica corporatura pecoris operarii debet esse, nerusique & musculis robusta, non adipibus obesa. Vide MODVS. Vitruuius lib. 6. Sed ex cœlo roscidus aer in corpora fundens humorem, ampliores effecit corporaturas.
Corporatio, Idē. (σωμάτωσις,) Colum. lib. 6. cap. 2. 11. Item custodiendū est ne in corporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore iungatur. nam vtraque res inferiori celeriter affert exitium.
Corrâdo, corrādis, pen. prod. corrāsi, corrāsum, (συναφαιρῶ,) corradere, Totum radere, auferre, colligere. Teré. Adelph. 2. 2. 34. Minas decem corradet alicunde. Idem Heaut. 1. 1. 89.
– nihil relinquo in ædibus:
Nec vas, nec vestimentum: corrasi omnia.
Corradere aliquid alicui. Teren. Phor. 1. 1. 6. – confeci, affero.
Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem: ei credo munus hoc corraditur.
Corrêpo, corrēpis, pen. prod. correpsi, correptum, (ἕλκω,) correpere vultis. in dumeta correpitis. Lucan lib. 8. 8. Exiguam vectorem pauidus correpsit in alnum. Lucret. lib. 5. 245.
Præterea cui non animus formidine dirūm
Contrahitur: cui non correpunt membra pauore? Id est sternuntur corpore prolapso, more reptilium.
Correpere intra murum. Varro in proœm. lib. 2. de Re rust. 3. Igitur quod nunc intra murum ferè patres familiæ correpserunt relictis falce & aratro, & manus mouere maluerunt in theatro, ac circo, quā in segetibus.
Per translationem.
Correpere in nauem. Cic. ad Atticum, lib. 10. 204. 2. Igitur & occultè in aliquam onerariam corrependum.
Corrideo, corrides, pen. prod. corrisi, (συγγελάω,) corridère, Simul ridere. Lucret. lib. 4. 17. Omnia corrident cœpta luce dici.
Corrígia, corrigiæ, (ἱμὰς,) à Corrigo deductū esse nomē videtur: & est lorum quo verberabātur serui, vt corrigerentur & emendarentur. Quidā deducunt à Cotio, quòd corrigiæ corio fierēt.
Corrigia canina. Plin. lib. 30. ca. 4. 9. Tradunt & murem cū verbenaca ex coctum, si bibatur is liquor, remedio esse: & corrigiam caninam ter collo circundatam, &c. Id est lorum ex pelle canina.
Corrigia calceamenti. Cic. 2. de Diuin. 127. Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruāda.
Córrigo, corrigis, pen. corr. correxi, correctū, (διορθόω, κατορθόω, ἰυθύνω, corrigere. Ex con, & rego compositum, significat Tortuosum vel inclinatum dirigere. Plin. lib. 7. cap. 20. 3. Crotoniatā Milonem athletam, quum constitisset, nemo vestigio educebat: malū tenenti nemo digitum corrigebat.
¶ Corrigere, per translationem, pro Emendare. vt Corrigere mendū, Cicero 4. Verr. 72. Sic ad Atticum, lib. 2. 22. 6. Terent. Adelph. 4. 7. 22.
Corrigere & coercere. Sententia exercitus aliquos. Plinius Cic. li. 10. 15. 6.
Corrigere & Deprauare opponit Cicero 1. de. Fin. 26. Vtea quæ corrigere vult, mihi quidem deprauare videatur.
Corrigi non posse neque doceri ab aliquo. Cic. de Clar. Orat. 172.
Perspicere, corrigere, tū deniq; edere epistolas. Cic. Attico, li. 16. 333. 18.
Corrigere aliquē. Terē. And. 3. 4. 17. – corriget mihi gnatū porrò enitet.
Corrigere aliquem ad frugem. Plaut. Trin. 4. 60. Quin eū restituis? quin ad frugem corrigis?
Aliquem corrigere potius, quàm leuiter inflectere. Cic. pro Mure. 15.
Diligentia alicuius quod minus sapienter ab alio prouisum est, corrigere. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 5.
Mores ciuitatis corrigere. Cic. 3. de Leg. 47.
Nosmetipsos quasi reprehendentes corrigere. Cic. in Orat.
Orationem aliquam corrigere. Cic. Attico, lib. 15. 321. 8.
Peccatum alicuius corrigere. Ouid. 19. epist. 15.
Sententiam alicuius corrigere. Cic. 8. Philip. 256.
Se ipse correxit Isocrates. Cic. in Orat. 102.
Tarditatem cursu corrigere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 3. Sic ego quoniam in isto homine colendo tā indormiui diu, te me hercle sæpe excitante, cursū corrigam tarditatem cum equis, tum velis.
Corrigere vina. Plin. lib. 15. cap. 29. 6. Præcipua vi ad corrigenda vina. De oleo myrti.
Vitium legis, non iudicum sententiam corrigere. Cicero pro Sylla, 47.
Vota sua corrigere. Ouid. 2. Metam. 18.
Ambitiosè corrigere aliquid. Cic. Attico. lib. 15. 321. 8.
Facillimè corrigūntur in discēdo, quorum vitia imitantur emēdandi cau sa magistri. Cic. 1. Offic. 204.
Corrigere atque emendare. Cic. 1. Acad. 19.
Corrigor, Passiuum, (διορθοῦμαι,) Terent. And. 3. 3. 38. At si corrigatur, quot commoditates vide.
Correctus, participium, (διορθωθὲις,) Cic. 1. Academ. 19. Certè enim recentissima quæque sunt correcta & emendata maximè.

Laudatio correcta. Cic. Attico, lib. 13. 296. 1. Laudationem Porciæ tibi misi correctam.
Correctio, Verbale, (διόρθωσις, κατόρθωσις,) Cic. 4. de Finib. 37. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris & emendatio, &c.
Adhibere correctionem. Cic. 3. Offic. 9.
¶ Correctio, Figura est apud Rhetores: de qua sic author ad Herēnium, lib. 4. 186. Correctio est quæ tollit id quod dictum est, & pro eo id quod magis idoneum videtur, reponit. hoc pacto, Quòd si iste suos hospites rogasset, imò innuisset modò, hoc facilè perfici posset. Item, Nam post quam isti vicerunt, atque adeò victi sunt, eam quomodo victoriā appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quàm boni dederit? O virtutis comes inuidia, quæ bonos insequeris plerunque, atque adeò insecta ris? Commouetur hoc genere animus auditoris. res enim communi verbo elata, tantummodo dicta videtur: ea post ipsius oratoris correctionem, magis idonea sit pronuntiatione.
Corrector, Verbale, (διορθωτὴς,) Terent. Adelph. 4. 7. 24. Illud quod accidit fortè, id arte vt corrigas. D. correctōr. Ironia.
Corrector atque emendator. Cic. pro Corn. Balbo. 14.
Inuidiæ corrector. Horat. 2. epist. 1. 26.
Asperitatis corrector. Horat. 2. Epist. 1. 26.
Corrípio, corripis, penult. corr. corripui, correptum, (ἁπλασιάζω, ἁρπάζω,) corripere. Ex con & rapio compositum, significat Rapere, siue capere. Virg. 1. Aeneid. 39. Constitit hic, arcumq; manu, celeresq; sagittas Corripuit.
Corripere aliquem in neruum. Plaut. Rud. 20. 34.
Corripere morsu. Plin. lib. 10. cap. 40. 1.
Corripere sese intrò: Id est celeriter ingredi, inquit Donatus. Terentius Hecyra. 3. 3. 5.
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modò me intrò vt corripui timidus, alio suspicans, &c.
Corripere se repentè. Plaut. Merc. 12. 76. Vt corripuit se repentè, atque abiit heu misero mihi.
Corripere sese ad aliquem. Terent. Hecy. 4. 1. 3. Ita corripuit de repentè tacitus sese ad filiam. Id est raptim intulit, vt ait Donatus.
Campum corripere certamine bilugo. Virg. 5. Aeneid. 29. de equis.
E somno, vel stratis corripere corpus. Virg. 4. Aeneid. 115. Et lib. 3. 36.
Cursum corripere. Liuius. 6. belli Punici. 139. Inde ægrè correptum cursum exponit.
Gradum corripere, Accelerare. Horat. 1. Carm. ode. 3. 7.
Hastam vi corripere. Virg. 12. Aeneid. 19.
Hominem corripi, ac suspendi iussit. Cic. 5. Verr. 47.
Locum corripere. Valer. lib. 4. Argon. 131.
Extremus horror corripit lumina, de eo qui moriē. Valer. lib. 6. Arg. 56.
Manu aliquid corripere. Virgil. 1. Aeneid. 39.
Membra corripere, Id est contrahere. Lucret. lib. 5. 146.
Non populi, gentesque tremunt? reges que superbi
Corripiunt dirum perculsi membra timore?
Moras corripere. Ouid. 9. Metam. 57.
Morbi singula corpora corripiunt. Virg. 3. Georg. 95.
Spatium corripere. Virg. 5. Aeneid. 63.
– fugaq; repentè,
Corripiunt spatia auditu. Vbi Seruius, Corripiūt spatia, id est raptim eūt vt Corripit Aeneas aditum custode sepulto. Idem lib. 6.
– & pariter gressi per opaca viarum,
Corripiunt spatium medium. Id est raptim peragunt.
Viam corripere. Virg. 1. Aeneid. 85. Corripuere viam interea qua semita monstrat. Vbi Seruius, Officium eundi celeriter arripuerunt: neque enim via corripitur. Hactenus Seruius. Metaphorica loquutio: quia qui festinant, videntur raptim legere iter quod faciunt. Vtitur & Plinius epist. 66. Subsistemus fortasse & sequenti die: sed tanto celerius viam ipsam corripiemus.
¶ Corripi aliquo dolore. Plin. epist. 12. b. Tertio & tricesimo anno (vel ipsum audiebam) pedum dolore correptus est. Sic Corripi comitiali vitio & dolore podagræ, Plin. lib. 20, cap. 17, 14. Et lib. 22, cap. 25, 2.
Amore correptus. Ouid. 3. Fast. 137.
Cupidine correpta fratris, Ouid. 9, Metam. 92.
Corripi flāma, Liu. 8, bel. Pun. 121, Ouid. 2. Metam. 20. Corripit flāmis.
Imagine formæ correptus, Ouid. 3. Metam. 84.
Morbis corripi. Celsus, lib. 6. cap. 18. Ideoq; curati quidam quum sanguinis exitum non haberent, inclinata in præcordia ac viscera materia subitis & grauissimis morbis correpti sunt.
¶ Corripere, Abbreuiare, & cōtrahere: vnde correptas syllabas dicim⁹.
¶ Corripere, (παραδύειν,) pro Reprehendere. Plinius, epist. 3. Repeto me correptum ab eo cur ambularem. Corripimus verò magis verbis, quàm verberibus.
Clamoribus iudices corripere. Cælius Ciceroni, libro. 8. 2. 3. Clamoribus scilicet maximis Iudices corripuerunt, & ostederunt planè esse quod ferri non posset.
Animum dolentem corripere. Lucan. lib. 7. 38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccata alicuius corripere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 1.
Verbis corripere aliquem, Ouid. 18. epist. 5.
Voce magistri correptus. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 54.
¶ Corripere, pro Castigare. Sueton. in Augusto, cap. 53. Quum spectan te eo ludos, pronuntiatum esset à mimo, ô dominum æquum & bonum te eo ludos, pronuntiatum esset à mimo, ô dominum æquum & bonum & vniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent. statim ma nu vultuque in decoras adulationes repressit, & insequenti die grauis sime corripuit edicto, &c.
Correptus, Participium, (ἐπιληφθείς,) Cicero, Anteq̃ iret in exil. 11. Ego repentè vi Tribunitia correptus, non modò loquèdi liberè in iudicio, sed ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem.
Correptum manibus tenere. Virg. 4. Georg. 81.
Correptor, Verbale, (παιδευτής,) Senec. 1. de Ira, Placidus itaque sapiés & æquus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium.

Corrîuor, pen. prod. corriuaris, (συναγεται νομαι,) corriuari, Riuũ ducere, seu facere. Plin. lib. 6. cap. 14. 2. Angustias impe dit corriuatus salis è cautibus liquor. Hoc est permultis veluti riuis fluens sal liquidus. Idé, lib. 3. cap. 5. 16. Albula, à media ferè longitudi ne Apennini finibus Aretinorum profluit, tenuis primò, nec nisi pisci nis corriuatus, emissúsque nauigabilis. Id est auctus aqua piscinarũ in quas influit. Idem, lib. 31. cap. 4. 7. Plerunque verò damnosi torrentes corriuantur detracta collibus sylua, continere nimbos, ac digerere cõ sueta. Plin. lib. 6. cap. 16. 2. Interfluente Margo, qui corriuatur in Zo tale, is maluerat illam Antiochiam appellare. Idem lib. 36. cap. 15. 8. Per meatus corriuati septem amnes.

Corriuatio, Verbale, (συναγωγεύσις,) Plinius, libro, 31. capit. 3. 14. Salix enim erratica, & alnus, aut vitex, aut hedera, sponte proueniunt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorẽ è superioribus defluen tis, augurio fallaci.
Corriuales, pen. prod. (ἀντιζηλωτὰι,) Qui eandem amicam habent: vel q ad eundem riuum accedere videantur: vel quòd inuicem contendant vt ferè qui ex eodem riuo hausturi petunt Sipontinus. Vide RIVALIS. Quintil. 14. Declamat. Si patior miser illas lupanarium insulta tiones, illa corriualium maledicta, conuitia.

Corróboro, corróboras, pen. corr. (κραταιῶ, κραταιόω,) corroborare, Robustum & forte reddere. Sueton. in Galba, cap. 6. Veteranum ac tyronem militem opere assiduo corroborauit. Cic. 5. de Fin. 104. Ad quorum etiam cognitionem & vsum iã corroborati, natura ipsa præeunte deducimur.
Se corroborare, & virum inter viros esse. Cic. pro Cælio. 8.
Corroborare stomachum. Plin. lib. 20. cap. 20. 3. Stomachum in acetariis sumpta corroborat.
Se corroborat vox Cicero pro Sestio. 7. Recita quæso P. Sesti quid de creuerint Capuæ Decuriones, vt iam virilis tua vox possit aliquid fi gnificare inimicis nostris, quidnam quum se corroborauerit, effectura esse videatur.
¶ Corroborare, per translationem. Cic. in Catil. 12. Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, coniurationemque nascentem non crede dendo corroborauerunt.
Marabat illud malum vibatum, & ita corroborabatur quotidie. Cicero Cassio, lib. 15. 1. 2.
Corroborãtus, pen. prod. Participium, (κραταιωθείς.) Cic. pro Cælio. 31. Multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit, quã non modò hæc ætas, sed etiam iam corroborata caperetur.
Corroboratis iam confirmatisque & ingeniis & ætatibus indicandę sunt amicitiæ. Cic. de Amic. 63.
Vetustate, corroborata hois sceleratissimi audacia. Cic. pro Milone. 24.
Virtus Lacedæmoniorum non sollum natura corroborata, verùm etiam disciplina. Cic. pro Flacco. 49.

Corrôdo, corrôdis, pen. pro. corrôsi, corrôsum, (διαβιβρώσκω,) corrodere, Simul rodere. Cic. 2. de Diuinat. 86. Nos au tem ita leues atq; incõsyderati sumus, vt si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc vnum, monstrum putemus.
Corrosæ insulæ. Varro. 3. de Re rust. cap. 17. 5. Quum eodem tempore insulas Ludinorum ibi corrosas vidisses.
Ossa corrosa. Iuuenal. Saty. 15. 8.

Corrogo, corrogas, pen. corr. (ἐρανίζω,) corrogare, Idem quod ro gare multis precibus, addere, ascíscere. Cic. 3. Philipp. 138. Conuenerunt corrogati, & quidam ampli homines. Idem pro Quintio. 13. Ipse suos necessarios ab atriis Licinis, & à faucibus ma celli corrogat, vt ad tabulam Sestiam sibi adsint. Liuius. 3. bel. Ma cedonici. 113. Magistros nauium, mercatoresq; inuitare iussit, & vela cum antennis ex nauibus corrogari iussit, vt vmbra cœnantibus in lit tore fieret. Id est colligi.
Corrogare nummos de nepotum bonis. Id est colligere & congregare, & quasi corradere. Cic. 5. Verr. 158. Noli hos colligere qui nũmulis cor rogatis de nepotum bonis, &c.
Vasa, vestimenta corrogare. Author ad Heren. lib. 4. 133.
Corrogati auditores dicuntur, quos ambitione recitator sibi conciliat.

Quintil. lib. 10. cap. 9. Quum interdum & vitiosa magis placeant, & à corrogatis laudentur ea, quæ non placent.
Corrogata ad necessarios vsus pecunia. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 401.

Corrotundo, corrotundas (συστρογγύλω,) corrotundare. Senec. lib. 4. Natural. quæst. Præterea potest etiam, si nó fuerit grando, talis quum defertur, corrotundari.

Corrûda, pen. prod. (δέμνιον ἀγρέϊον,) corrûdæ, Syluestris aspara gus vocatur. Colum. lib. 10. 36. Prodit & asparagi corru da simillima filo. Varro. 1. de Re rust. cap. 23. 4. Sicut vmbrosis locis alia seras, vt corruda, quod ita petit asparagus. Plin. lib. 20. cap. 10. 2. Syluestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui Libycum vocant, Arti ci orminium. Colum. lib. 11. cap. 3. 34. Satim asparagi, quam corrudã rustici vocant, semina ferè biennio præparantur.

Corrûgo, corrûgas, pen. prod. (ἐυσσόω,) corrugare, In rugas cõ trahere. vt Corrugare frontem, apud Plautum, quod fo lent qui sunt tristes.
Nares corrugare. Horat. 1. Epist. 5. 5.
– ne turpe toral, ne sordida mappa
Corruget nares.
Corrugatum acinum. Columella, lib. 12. capit. 39. 3. Vbi satis corruga ta erunt acina, demito, & sine scipionibus in dolium conicito, pedi busque bene calcato.

Corrugus, (σωγοχέτευσις,) quid significet, declarat Plinius his verbis lib. 33. cap. 4. 8. Alius par est labor, vel hoc ma ioris impendii, flumina ad lauandum hanc ruinam iugis montium du cere obiter à centesimo plerunque lapide scorrugos vocant, à corriua tione credo nimirum & hic labor est.

Corrumpo, corumpis, corrúpi, penult. prod. (φθείρω, διαφθείρω, ξυμφύρω,) corrumpere, Vitiare, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. Plin. lib. 13. cap. 22. 2. Quæ nec aqua, nec igni possit corrumpi.
Corrumpere & interlinere tabulas publicas. Cic. 4. Verr. 72.
Corrumpere & deprauare. Cic. pro Murena. 24.
Delinere & corrumpere. Cic. 1. de Finib. 51.
Corrumpere aliquẽ. Paulus in L. Vt tantis §. Si seruus. ff. de Seruo corru pto, Perinde atq; si proprius meus seruus corrupisset conseruum.
Corrumpere aliquem blanditiis, largitionibus, pecunia, pretio. Cic. 1. de Fin. 51. Idem. 3. de Legib. 57. Et. 2. Offic. 76. Et pro Cecinna. 53.
Corrumpere aliquem ex optimo. Plaut. Mostel. 2. 80.
– nam eccum herilem filium
Video corruptum hic ex adolescente optumo.
Alium & mores alicuius corrúpere. Cic. 3. de Leg. 47. Terẽt. Heaut. 2. 2. 6.
Concluſa aqua facilè corrumpitur. Cic. 1. de Nat. Deor. 30.
Artus corrumpere febribus. Ouid. epist. 19. 24.
Fontes corrumpere. Sallust. in Iugurth. Quã venturum hostem audierat, pabulum & aquarum fontes, quorum penuria erat, corrumpere.
Fructum corrumpere, Africanus in Leg. Et hæc §. Quum fundum. ff. Locati, Tu quum annus tuus exiturus esset, consultò fructum sequen tis anni corrupisti.
Chirographa debitorum corrumpere. Vlpianus in L. Neratius. ff. De ser no corrupto, Si seruo persuasi, vt chirographa debitorum corrumpat videlicet tenebor.
Cõsilia publicũ corrúpere. Sallust. in Oratione quã habuit in Senatu.
Otia corrumpunt corpus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 1.
Curam comitum corrumpere. Ouid. 6. Metam. 93.
Corrumpere igni. Sallust in Iugurtha, Ibique vino & epulis onerati, illaq; & domum & semet igni corrumpunt. Ibidem, Plura deserta, propter Capsensium miserias, igni corrumpit.
Literas corrumpere. Cic. 4. Verr. 63. Aiunt ab eo literas esse corruptas.
Catena corrumpit manus. Propert. lib. 3. eleg. 15. 4.
Mentes corrumpere. Ouid. 2. Trist. 60.
Ocellos corrumpere lachrymis. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 12.
Oculos corrumpere. Plaut. Merc. 9. 3. Ne plora, nimium stultè facis, ocu los corrumpis tales. Idem Amph. 6. 32.
Prauis opinionibus corrumpi. Cic. in Partit. 49.
Opportunitates corrumpere. Sallust. in Catil. Cethegus semper quereba tur de ignauia sociorum, illos dubitando, & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere.
Pisces corrumpuntur. Terent. Adelph. 3. 3. 67.
– hi mihi ne corrumpantur, cautio est.
Pollicitis corrumpere aliquem. Ouid. 1. de Arte am. 72.
Rem familiarem corrumpere. Sallust. in Iugurth. Quia diuturnitate belli res familiares corruperant. Ibidem, Præda omnis à perfugis corrupta est. Ibidem, Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores sese videre, & ob rem corruptam domi pœnas metuunt.
Corrumpere seipsum. Plaut. Merc. 10. 1.
Seruum hæreditarium corrumpere. Vlpian. in Leg. Hæc actio §. Sed & si quis. ff. de Seruo corrupto, Sed & siquis seruum hæreditarium corru perit, hac actione tenetur.

Corrumpi

Corrumpi situ, Plaut. Trucul. 19. 21. – neque ruri, neque
Hic operis quicquam facio: corrumpor situ.
Solicitare verbis, ipse premisaque corrúpere aliquẽ. Cicero p Deiotaro. 1.
Spem corrumpere fraude. Ouid. epist. 20. 26.
Corrumpitur stipulatio. L. 2. ff. De seruit. leg.
Vitio corrumpi. Lucret. lib. 6. 4.
Vngues corrumpere dentibus. Propert. lib. 2. eleg. 4. 1.

Corruptus, (διαφθαρμένος,) Participium: siue Nomen ex participio. vt Cor ruptum iudicium, Cic. pro Cluentio. 2. Plin. lib. 15. cap. 17. 3. Demptis forte corruptoribus acinis. Idem lib. 13. cap. 3. 2. Quando etiã cor ruptissimo in genere, &c.
Corruptus & perditus. Cic. 1. in Catil. 30.
Corrupta fuit atque absumpta. Plaut. Amph. 17. 6.
Corruptus & ab hominibus nequam inductus adolescentulus. Cic. pro Rosc. Amer. 23.
Aetas corruptior. Lucan. lib. 10. 13.
Animus corruptus. Brutus Ciceroni. 4. 4.
Ceres corrupta vndis. Virg. 1. Aeneid. 37. Ceres, frumentum.
Ciuitas in barbarum corrupta. Tacit. lib. 5. de Seleucia.
Consuetudinem vitiosam & corruptam para & incorrupta consuetudi ne emendare. Cic. de Clar. Orat. 141.
Corporis corrupti humor ater. Lucret. lib. 3. 102.
Corrupti macie equi. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 225.
Filius & filia corrupti. Paulus in L. Vt tantum. ff. de Seruo corrupto, De fi lio filiáve familiãs corrupris huic edicto locus non est.
In eloquendo nihil corruptum, obscurumque sit. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Ingenio corruptus ac tumidus. Quintil. lib. 2. cap. 8. 5.
Iter factum corruptus imbri. Horat. 1. Serm. saty. 5. 19.
Corrupta & contaminata paucorum vitio ac turpitudine iudicia. Cic. 1. Verr. 138.
Index corruptus. Horat. 2. Serm. saty. 2. 2.
Largitionibus corruptus est Populus Romanus, vt sese ac fortunas suas venales habeat. Sallust. in Ciceronem. 1.
Litera Græca corrupta sono Latino. Quid. 5. Fast. 39.
Mores corrupti deprauatique admiratione diuitiarũ. Cic. 2. Offic. 104.
Os, sermoni corruptus in peregrinũ sonum. Quintilianus lib. 1. cã. 1. 10.
Sanguis corruptus. Lucret. lib. 6. 1141.
Secula corrupta. Claud. 2. in Eutrop. 13.
Senatus corruptus. Cic. pro Rab. Posth. 4.
Tractus cœli corruptus. Virg. 3. Aeneid. 28.
Victoria toties corrupta. Tacit. lib. 20.
Virgo corrupta. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. 6.
Volaptas corrupta dolore. Horat. 1. Serm. saty. 2.
Corrupte, Adverbium, (διαφθαρμένως.) Cic. 1. de Finib. 107. De quibus ne que deprauatè iudicant, neque corruptè.

Corruptor, Verbale, (διαφθορεύς,) Qui corrumpit. vt Corruptor iuuen tutis, Cic. in Catil. 30.
Animo suo corruptor. Tacit. lib. 17.
Tribus venditor & corruptor & sequester. Cic. pro Planc. 31.
Corruptor & adulter. Cic. 5. Verr. 4.
Nequs corruptor anæ. Iuuenal. Saty. 1. 8.

Corruptrix, Verbale fœm. (διαφθορεύς,) Cic. ad Qu. fratrem. li. 1. 1. 28. Tam deprauarti moribus, tam corruptrice prouincia.

Corruptio, Verbale, (διαφθορά,) Cic. 4. Tuscul. 43. Morbum appellãt to tius corporis corruptionem.

Corruptêla, corruptelæ, pen. Prod. (φθορά,) Quod corrúpit & contami nat. Terent. Adelph. 5. 3. 7. Cómunis corruptela nostrũ liberũm. Sub adest. Plaut. Trucul. 14. 2. Clanculum collapsus est hic in corruptelam suam. Cic. 2. Offic. 77. Melius etiam, quòd largitionem, corruptelam di xit esse. Idem in Catilinam. 9. Et pro Deiotaro. 11. Et. 4. Tusc. 122.
Dulcedine corruptelaque deprauari. Cic. 2. de Leg. 62.
Moliri corruptelam iudicii. Cic. in Parad. 58.
Male consuetudinis corruptela. Cic. 1. de Leg. 48.
Corruptelæ mulierum. Cic. 4. Verr. 93.

Cõrruo, penult. cor. corrui, corrutum. penul. cor. (κατασείω,) cor ruere, Idé quod ruere, siue simul ruere. Liu. 1. ab Vrbe, Duo Romani super alium alius, vulneratis tribus Albanis, expirates corrue runt. Cic. ad Qu. fratrẽ. lib. 2. 12. 3. Et ille penè timore, ego ruu corrui.
Arbor corruit. Ouid. 8. Metam. 157.
Equus corruit. Sil. lib. 17. 28.
Oppida corruerunt. Cic. 1. de Diuin. 132.
Corruit ignerogus. Ouid. 13 Metam. 132.
Sanctus ense corruit. Propert. lib. 2. eleg. 9. 6.
Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Cic. Attico. lib. 14. 10. 4.
Vrbs tota Lacedæmoniorum corruit. Cic. 1. de Diuin. 153.
Frangi & corruere. Cic. 3. de Orat. 4. O fallacem hominum spẽ, fragilémque fortunã, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sæpe franguntur & corruunt, &c. De terræ motu.

¶ Corruere, pro Labi & errare. Cic. de Senect. 59. Nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.

Corruisse opes dicuntur, quæ corruptæ sunt. Cic. 1. Offic. 119. Quum Cleombrotus inuidiam timens, temerè cum Epaminunda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt.
Corruere aliquem. Catull. ad Mallium 63. 11.
Nam mihi quam dederit duplex Amathusia curam,
Scitis, & in quo me corruerit genere.

Cors, cortis, Vide CHORS.

CORSICA, penul. correp. (κύρνος, κόρσικα,) (inquit Plin. lib. 3. ca. 6.) Insula in mari Ligustico, quam Græci Cyrnon appellauere, sed Tusco propior, à Septentrione in Meridiem proiecta, &c. Iuuenal. Saty. 5. Mulus erit domino, quem misit Corsica, vel quem
Taurominitanæ rupes. Notissima est vino præstante, durante etiam num nomine: inter quam, & magis Meridianam Sardiniam angustum mare interfluit. De qua sic Ptolemæus lib. 3. cap. 2. Cingitur ab Occa su quidem & Septentrionibus mari Ligustico: ab Ortu autem Tyrrhe no mari, à Meridie pelago quod inter ipsam & Sardiniam interiacet. Scribit Strabo Corsicam maligne coli, asperam, & plurimis in partibus inaccessibilem, adeò, vt qui eius montes habitant, ex latrocinio vitam deg ant, immanitateque feras ipsas superent. Hinc factum esse dicit, vt quum Ro nam Imperatores in eos irruant, magnum seruorum gregem captum aduehant. Corsicæ formã apud Ptolemæum 6. Europæ tabu la depingitur. Athenæus tradit Corsicæ incolas ideo longæuos esse, quòd mellis cibo quo plurimum abundant, vtantur assidue. Quod mi rum videri potest, quum eius insulæ mel, ob taxi copiam, venenatum sit, vt est teste Ouidius Elegiarum primo 12. Melle sub infami Corsica missit apis. Præterea Seruius grammaticus Corsicana mella esse ama ra terribit, explicans illud Virgilii Georgic. lib. 4.
– hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes. Dulcia (inquit) non est super fluum epitheton. Nam ideo ait DVLCIA, quia etiam sunt amara, vt Corsicana.

Corsicus, penul. correp. (κυρνάτος,) Adiectiuum, vt
Apis Corsica. Ouid. 1. Amorum, eleg. 12. 2.
Mare Corsicum. Senec. Octau. 7. 2.

Cortex, masc. & fœm. gen. (φλοιός, κυνὸς, λέπυρον,) veluti corium & operculum, ac crusta quædam ipsarum præcipuè arborũ & plantarum, qua veluti cute & corio conteguntur & communiuntur aduersus aeris externi iniurias. Virgil. lib. 7. Aeneid.
– raptus de subere cortex. Idem in Bucol. eclog. 6. 13. Tum Phaetontiadas musco circundat amaræ Corticis. Varro Prometheo, Tum visus supernus cortex, aut cacumina morientum in quercu, & arbo rum aritudinem. Ouid. 1. Metamorpho.
Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus. Cic. 5. de Finib. 57.
Denudat foliis ramos & cortice truncos. Cic. in Arato. 14.
Obducuntur libro aut cortice tunci, quo sint à frigoribus, & caloribus tutiores. Cic. 2. de Natu. deorum. 179.
Cauati cortices. Virgil. 1. Georg. 78.
Decerpto cortice nuda ligna. Ouid. de Nuce. 8.
Direpto cortice cedrus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 15. 3.
Discissus cortex. Ouid. 8. Metamorpho. 151.
Sectus cortex. Ouid. 9. Metamorpho. 132.
Scissus cortex. Ouid. 10. Metamorpho. 103.
Amara cortex. Virgil. 6. eclog. 13.
Canus. Virgil. 2. Georgic. 91.
Exilis. Claudian. epigram. 5. 10.
Lentus. Ouid. 9 Metamorpho. 71.
Rugosus. Ouid. Episto. 5. 6.
Siccus. Ouid. 8. Meramorpho. 129.
Viridis. Ouid. 2. de Arte. 130.
Lenior cortice, Id est leuis admodũ & incõstans. Horat. 3. Carm. ode 9. 5.

Cortex, aliis tenuis: vt lauro, tiliæ: aliis crassus, vt robori: aliis lęuis: vt ma lo, fico. Idem scaber robori palmæ. Omnibus in senecta rugosior. Qui busdam rumpitur sponte, vt vitis: quibusdam etiam cadit, vt malo, vne donitcarnosus subtri, populo: membranaceus, vt viti, harundini: libri similis, cerasi: formultiplex tunicis, vt vitibus, tiliæ, ablieti. Quibusdam simplex: vt fico, harundini. Plinius lib. 16. cap. 31.

Corticula, huius corticulæ, pen. corr. (φλοιάριον,) Diminutiuum. Colum. lib. 12. cap. 47. 9. Tum refolutis corticulis eximimus eum.

Corticãtus, pe. pro. (φλοιώδης,) Quod corticẽ habet. Colu. lib. 12. ca. 23. 1. Pix corticata appellatur, qua vruntur ad cõdituras Allobroges.

Corticõsus, pen. prod. Adiectiuum, (φλοιώδης,) Plin. lib. 12. cap. 14. 7. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideo corticosum. Idem li. 20. cap. 19. 1. Syluestrium vnum genus cerastin vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa. Id est quæ corticem habet.

CORTINA, pen. prod. (γόγγυλος,) Cretæ insulæ vrbs, vt scribit Pomponius Mela, lib. 2. Et Plin. lib. 4. cap. 12. à qua Cortinia tela Silius di xit lib. 1. – celsis Cortinia muris

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tela sonante fugat nerùo. Item,
Eois quanuis certer Cortina sagittis. Et Cortiniam vestem, pro vena toria Claudianus lib. 1. de Rapt. Proserp. posuit, – vnde Diana Crispatur gemino vestis Cortinia cinctu. Vide illic Ianum Parrhasiũ. Sed in primis aduerte apud Plinium, Pomponium, & alios, legi Gortyna, & Gortynia quæ vera est orthographia.

Cortina, huius cortinæ, pen. prod. (τρίπους.) Vas rotundum tres pedes habens ad coronæ similitudinem. In hoc vasis genere aqua calefieri solebat. Dicta cortina, vel à corio, quasi corina, quòd quæ nunc ex ære, apud veteres fuerint ex corio bubulo fiebant. vel quòd hoc vase in cortibus villaticis ad calefaciendas aquas vterentur, & vina decoquenda, & reliquos villæ vsus. Plin. lib. 27. cap. 1. 2. Aquæ marinæ sextarios quinq; pariter decoquebant, decies defrutescente cortina, atque diffandebant, mueterabantq;. Idem lib. 9. ca. 38. 2. At Tyrius pelagio primum satiatur imatura, viridique cortina. Hoc est noua, & nondum confecta. Idem, Fit etiam attramentum apud infectores ex flore nigro, qui adhæresci æreis cortinis. Hæc Spotinus. Vide sequẽtia.

¶ Cortinæ sunt vasa ex ære vel plumbo, in quibus pigmenta, coloresque coquuntur, quibus lanæ tinguntur, & vellera pinguntur immersa. Plin. lib. 9. cap. 38. 2. Decimo fermè die liquata cortina, vellus elutriatum mergitur in experimentum. Idem libro 35. cap. 6. 16. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhæresci æreis cortinis. Idem lib. 15. cap. 6. 2. Præterea conchas & plumbeas cortinas ære vitiari.

Cortinam plumbeam Cato ca. 66. accipit pro eo vase in quo oleũ fluit è torcularí, Cortinã (inquit) plũbeam in lacum ponito, quo oleũ fluat.

¶ Cortinæ apud Plautum in Pœnul. 1. 2. pro vase à nonnullis accipitur. Suntque qui verba Plauti ad seruituti mancipatos homines referant, qui turpes humillima etiam exercebant officia. Ait enim Plautus, Ita replebo atritate, vt atrior multo fiet, quàm Aegyptii, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.

¶ Cortinam Seruius accipit pro tripode vel cauerna Apollinis, vnde responsa dabantur, vel quòd Apollinis tripus corio Pythonis serpentis tectus fit, vel certa illic responsa fundantur, quasi certina. Virgil. 6. Aeneidos. – neque te Phœbi cortina fefellit. Et lib. 3. 19. Vel, quod verius est, quia illic cor vatis tenetur, illæc enim raptæ Phœbades vaticinabantur. Quum autem hæ cortinæ Apollini Delphico antiquitus dicarentur, alio nomine Delphicæ sunt nuncupatæ. Plin. lib. 34. cap. 3. 4. Ex ære tacitauere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximis Apollinis Delphici dicabantur. Siponti nus hanc Seruii interpretationem rider, his verbis, Eant nunc Seruius & qui eum sequuntur, cortinamque locum, sine cauernam esse dicãt, in qua oraculum dabatur, dicique vel quòd, &c. Et paulo post, Nam quod apud Varronem cortinam scriptum est à corde dictam, manifestus librarii error est, & pro corde, corte scribendum.

Auernalis cortina Sibyllæ. Propert. lib. 4. eleg. 1. 10.

Cortinâle, huius cortinâlis, pen. pro. n. g. (τριποδικόν,) Locus in quo sunt cortinæ, hoc est vasa quibus sapa decoquitur. Colum. lib. 1. cap. 6. 12. Cortinale vbi defrutum fiat, nec angustum nec obscurum sit, vt sine incommodo ministet, qui sapam decoquet, versari possit.

CORTONA, (κόρτωνα,) Ciuitas Tusciæ, à qua Cortonenses. Dionysius vocat eam Cortoniam: & inde Cortonienses formauit. Hæc autem Corton dicebatur. Liuius lib. 9. ab Vrbe 197. Itaque à Perusia & Cortona & Arretio, quæ ferme capita Hetruriæ populorum ea tempestate erant, legati pacem fœdusque ab Romanis petentes, &c.

Cortyna siue Gortyna vrbs cretæ, vñ Cortinꝰ, Virg. Stabula Cortynia.

CORVNCANVS, penul. prod. (κορυγκανός,) Primus de plebe Pontifex Max. factus, teste Liuio. Eius meminit Cicero in oratione Pro domo sua ad Pontifices, & peritissimum Pontificem fuisse dicit. Is quum legatus ad Teucam Illyricorum reginam missus esset, in reditu contra ius gentium interfectus est.

Corus, (κέραυνος,) Ventus (vt ait Plinius lib. 2. cap. 47. 2.) ab occasu solstitiali flans. Zephyron & Argesten vocant. Iuuenal. Satyr. 14. Atque habitas Coro semper tollendus & Austro.

Feriens pontum Corus. Seneca Thyest. 7. 7.
Cœli fuscator Eoi Corus. Lucan. lib. 4. 14.
Hyberni Cori. Virgil. 5. Aeneid. 26.
Imbrifer Corus. Seneca Hippol. 1. 1. 2.
Corus mouens æstus. Lucan. lib. 5. 120.
Ocyor nubes glomerante Coro. Seneca Hippol. 6. 1.
Violentus Corus. Lucan. lib. 7. 25. – victus violento nauita Coro
Dat regimen ventis.
Corus, alias Caurus dicitur. Virgil. 3. Georgic. 71.
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri. Ibidem 56.

¶ Corus. Mensuræ genus, & vox Hebraica est, quæ medimnos Atticos vnum & quadraginta capit, vt Iosephus lib. 3. Antiquitatum scribit.

Coruſco, coruscas, (κεραυνόω, στράβω,) coruscare, Splendere. Citonitru contremit. Virgil. Pœnusque coruscat.
Flammæ coruscant apices. Stat. 12. Thebaid. 87.

Fulgore quodam coruscare. Virgil. 4. Georg. 20. de Apibus,
– elucent alæ, & fulgore coruscant.
Ignis coruscat. Virgil. 5. Aeneid. 128.
Pennis coruscant apes. Virgil. 4. Georgic. 15.
Telis facibusque coruscare. Valer. lib. Argonaut. 141.
– fremit obice ponti
Clausa cohors, telisque salum, facibusque coruscat.
Clypeus coruscans. Claud. 6. Panegy. 6.

¶ Coruscare mucronem, Vibrare. Sil. li. 17. 93. Et Virg. 10. Aeneid. 130.
Talia vociferans sequitur, strictumque coruscat Mucronem.

Hastam coruscare. Virgil. 12. Aeneid. 87.
– oditque moras, hastamque coruscat.
Telum coruscare. Virgil. 12. Aeneid. 178.
Aeneas instat contrà, telumque coruscat
Ingens arboreum. Ibidem 184.
Coruscare pro Crispare. Virgil. 11. Aeneid. Tum syluis scena coruscis
Desuper. Id est crispantibus. Iuuenal. Satyr. 3. 15.
– longa coruscat Sarraco veniente abies. Seruius.

Coruscus, (ἀγρόκαπτων,) Adiectiuum, Resplendens. Virg. 1. Aeneid.
Stat ferri acies mucrone corusco Stricta. Ibidem 25.
Vix positum castris simulachrum, arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis.
Auro coruscus. Virgil. 9. Aeneid. 33.
Capitis insigne corusci. Stat. lib. 5. Thebaid. 115. de serpente quodam.
Fulgura coruscа. Lucret. lib. 5. 60.
Ignis coruscus. Horat. 1. Carm. ode 34. 2.
Lampadibus coruscis densum funale. Ouid. 12. Meram. 50.
Exultat telis, & luce coruscus ahena. Virgil. 2. Aeneid. 94.
Radii coruscі Ouid. 1. Metamorpho. 155.
Sol coruscus. Virgil. 1. Georg. 47.
Tela coruscа. Seneca Oedip. 14. 7.
Tractus coruscі flammarum. Lucan. lib. 2. 54.
Viri ferroque auroque coruscі. Stat. lib. 4. 2.
Coruscа vis fulminis. Cicer. 2. Tusc. 36.

Coruus, corui, (κόραξ.) Auis nota, quę Græcè κόραξ dicitur. Vide Plinium. Cicer. 1. de Natu. deor. 186. Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum coruis. Cic. 1. de Diuin. 143. Quid augur cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum? Ibidem 19. Requirens Iupiterne cornicem à læua, coruum à dextra canere iussisset.
Loquax coruus. Ouid. 2. Metamorpho. 67.
Coruus crocitat. Author Philomelæ apud Ouidium 6.
Coruos in cruce pascere, est suspendi. Horat. epist. 7. 10.
Non pasces in cruce coruos.
Coruus ridetur inter Ledæos olores. Martial. lib. 1. 49. Prouerb.
Exercitus coruorum. Virgil. 1. Georgic. 77.
Hiantem coruum deludere. Horat. 2. Ser. sat. 5. 12. Vide Adagia Erasmi.
Oscen coruus. Horat. 3. Carm. ode 27. 3.
Oscinem coruum prece suscitabo Solis ab ortu.
Ouantes gutture corui. Virgil. 1. Georgi. 85.

¶ Coruus, piscis. Plin. lib. 32. cap. 11. 4.

CORYBAS, Corybantis, (κορύβας,) Iasonis, seu Iasionis vel Iasii, & Cybeles filius, à quo Corybantes dicti sunt. Claudianus,
Non te progenitum Cybeleius ære canoro
Lustrauit Corybas. Sic lib. 1. de Raptu Proserp. 43.

Corybantes, Cybeles sacerdotes, qui sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitaque saltando iactantes, alios in similem rabiem agebant. Homerus βυτοδρόμους, vocat. Hinc (inquit Strabo lib. 10.) qui capita saltando iactant, & numinis aspiratione furiisque agitantur, corybantas dicimus. Sunt qui Curetas & Corybantas, & Caberos & Idæos dactylos eosdem esse putent. Dictos volunt à κορυφῆτες, quod est caput saltando iactare vel (vt Herm. in Cast. sentit) à pupillis oculorum & genis, quas Græci κόρας, vocant. quippe qui quum Iouis custodes essent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogerẽtur. Inde κορυβαντιᾶν est insanire: παρὰ τὸ μαίνεσθαι, est malo quodam genio agi. Diodorus Corybantum scribit Iasonis, siue Iasionis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano sacra Matris deûm in Phrygiam detulisse, eosque qui in sacrificiis eius deæ incumbere voluerunt, de suo nomine appellasse. Alii à galea dictos volunt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quòd galero quodam capita tecti insaniendo luderent. Horat. 1. Carm. ode 16. 2. – non acuta
Sic geminant Corybantes æra.

Corybantius, Adiectiuum, (κορυβαντιος,) vt
Aera Corybantia. Virgil. 3. Aeneid. 23.

CORYCVS, pen. prod. (κώρυκος,) Mons est Pamphyliæ præcelsus, ac portuosus, atque ob id piratarũ insidiis opportunus: quos ab eo monte Coryczos vocabant. Hi nouam insidiandi rationem excogitarant, siquidẽ dispersi per portus Coryci mõtis, miscebant se negotatoribꝰ, vt quisque forte appulerat, subaudscultantes, & quid rerũ portarent, & quò nauigare destinassent, denique quo tempore decreuissent soluere.

Quæ simul atque cognouerant, renuntiabant piratis cum quibus faciebant maritimorum latrociniorum exercebant. Atque ita per occasionem simul adsorti nauigantes spoliabant. Quæ res vbi mercatoribus esset comperta, pleraque occultabant, ac dissimulabant, insidiarum metu. Sed quum ne sic quidem laterent, subodorãtibus omnia Coryczis, res in prouerbium abiit, Hunc Coryczus auscultauit: de re vehementer dissimulata, deprehensa tamen. Vtitur hoc adagio M. Tullius lib. ad Atticum. 10. epistola vltima, Itaque post hac non scribam ad te quid futurus sim, sed quid fecerim, omnes κωφυκίους, videntur auscultare quæ loquor. Erasmus in Chiliadibus.

Coryeus vel Corycos, pen. cor. (κώρυκος,) Oppidũ est Ciliciæ, à quo nõ longè abest specus Corycius, præter alia mirabilia multa, & croci prouentu nobilis. Meminerũt huius Pomponius Mela, Solinus, Plinius, Strabo, alii.

Crocus Corycius. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 14.

CORYCIDES, appellatæ sunt Musæ à colle, vel antro potius Corycio in Parnaso Delphis proximo, cuius meminit & Laertius in vita Pherecydis, & Apollonii Rhodii expositores, qui nuncupatum illud aiunt à Nympha Corycia, cuius & Apollinis Lycoreus filius fuit, à quo Delphici incolæ Lycores nũcupati sunt. Laertii verba de Pherecydis morte sunt hæc. Quidam profectum Delphos, è monte seipsum deiecisse aiunt. Alterum præterea autrum Corycium & vrbs in Cilicia fuit, vel eroco nota.

Corydalus, (κορυδαλός,) Nomen est anis Seruio in 2. eclog. Virgilii. Sunt qui Alaudam interpretentur.

CORYDON, pen. cor. Corydõnis, penul. prod. (κορυδαλός,) Pastor Theocrito & Virgilio. Corydoni putant nomen inditum ab aue corydalo. Vide Seruium in principio 2. eclog. Virgilii.

Cõrylus, coryli, pe. cor. f. g. (ἥ μακεδονικὴ κορύλη, ποντικὴ κορύλη,) Arbor & fructus, à nostris auellana dicitur. Virgil. 2. Georg. 13. Plaustris eduræ coryli nascuntur. Idem in Buc. eclog. 1. 3.
Hîc inter densos corylos modò namque gemellos
Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.

Densæ coryli. Virg. 1. eclog. 3.
Duræ coryli. Virg. 2. Georg. 13. Duras autem dixit non ad lignum, sed ad fructum ipsarum refertes. Seruius.
Fragiles coryli. Ouid. 10. Metam. 19.
Corylẽtum, pen. prod. (τῶν κορύλων τὸ πλῆθος,) Locus vbi coryli nascuntur. Ouid. 2. Fast. 118. Illa modò in syluis inter coryleta iacebat, &c.

Corymbus, corymbi, m. g. (κόρυμβος,) Racemus hederæ, quo coronabãt Bacchus. Tibullus, Sed varii flores, & frons redimita corymbis. Plin. lib. 16. cap. 34. 3. de hedera loquens, Racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi.
Diffusos corymbos vestit hedera. Virg. 3. eclog. 8.
Grauidi corymbi. Ouid. 3. Metam. 133.

¶ Corymbus aut corymbum, Rostrum nauis, & quodais summum. Valer. lib. 1. Argon. 46. – Pityxi promittitur ahenis
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.

¶ Corymbus, est etiam fructus chrysocomæ, siue chrysitis herbæ. Plin. lib. 21. cap. 8. 5. Chrysocome siue chrysitis non habet Latinam appellationem. palmi altitudine est, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra.

Corymbifer, pen. corr. (κορυμβοφόρος,) Qui corymbos siue hederæ similes racemos fert. Ouid. 1. Fast. 79. Festa corymbifero celebrabat Graecia Bacchi.

Coryphaeus, (κορυφαῖος,) est cuiusque ordinis caput & præcipuus. Cic. 1. de Natura deorũ. 29. Zenonem, quẽ nis essem, audiebam frequenter. (κορυφαῖος,)

Corytus, coryti, pen. prod. (γωρυτός,) Theca sagittarum. Leues coryti. Stat. 12. Thebaid. 106. Virgil. 10. Aeneid. Corytique leues humeris, & letifer arcus.

COS, insula. Vide COOS.

Cos, cotis, fœm. gene. (ἀκόνη,) dicitur saxum asperum atque abruptũ. Item lapis quo cultri acuũtur. Linius 1. ab Vrbe. 163. Atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem discussurum. Plinius lib. 18. cap. 28. 4. Italia aquarias cotes dedit.
Duræ cotes. Virg. eclog. 8. 9. propert. lib. 1. eleg. 3. 1. Libera iam duris cõtibus Andromede.
Vice cotis fungi. Horatius in Arte. 72. – fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi.
Cotes oleares. Vide OLEVM.
Scrupulosę cotes. Cic. 4. Tuscul. 50. E quibus tanquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.
Cos fortitudinis. Cic. 4. Acad. 245. Ipsam iracundiam, fortitudinis quasi cotem esse dicebant.

Cotícula, cotículæ, pen. corr. (διάσανος,) Diminutiuum: licet non seruet significatum primitiui: non enim est parua cos: sed lapis quo fit auri vel argenti experimentum. Plin. lib. 33. capi. 8. Auri argentique mensionem comitatur lapis, quem coticulam appellant: quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, vt author est Theophrastus: nisi verò passim, quem alii heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas vncias longitudinis, binas; latitudinis nõ excedentes.

Coticula, videtur genus esse vasis cote factum, apud Plinium, lib. 31. cap. 9. 3. Contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teruntur.

Cotaria, cotariæ, Locus vnde eruuntur cotes. Alphenus L. Cæsar. ff. de Publicanis, Cæsar quum insulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat, Nequis præter redemptorem post Id. Martias. cotem ex insula Creta fodito, neve eximito, neve auellito.

Cosmẽta, cosmetæ, pen. prod. Græcè, (κοσμητής,) Latinè ornator siue oratrix interpretatur. Vlpianus De legatis tertio.
L. Item Legato, Item mancipia alia, puellæ fortassis, quas sibi cosmetas mulieres exornant. Legitur &, Quæ scilicet coment & exornent. Iuuenal. Satyr. 6. 48. Est operæ pretium penitus cognoscere, toto
Quid faciant, agitentque die, si nocte maritus
Auersus iacuit, perierit librarius, ponunt
Cosmetæ tunicas, tarde venisse Liburnus Dicitur.

Cosmicus, Adiectiuum. Vide COSMVS.

Cosmográphia, penul. correp. (κοσμογραφία,) Mundi descriptio interpretatur.

Cosmus, κόσμος, Latinè dicitur ornatus. quo nomine vocatus est mundus. Cicer. de Vniuersitate 45. Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominauimus. Sic Plinius lib. 2. cap. 4. Vide MVNDVS.

Cosmicus, penul. correp. (κοσμικός,) Adiectiuum, id est mundanus. Mart. lib. 7. 40. Cosmicos esse tibi Semproni Tucca videris?
Cosmica Semproni tam mala quàm bona sunt.

COSMVS, (κόσμος,) Vnguentarius fuit optimus, à quo Cosmiana vnguenta dicta sunt Iuuenali, – & Cosmi mergatur aheno.

Cosmus pro ipso vnguento aliquando ponitur. Martial. lib. 11. epigrã. 9.
Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum. Rectius vnguentum ipsum intellexeris, non vnguentum.

COSSA, (κόσσα,) Vmbriæ oppidum, vt scribit Plinius cap. 5. libri tertii. Orbitellum hodie.

COSSVS, (κόσσος,) Tribunus militaris fuit, qui Lartem Tolumnium à loco dictum occidit & opima spolia reuocauit. Hæc Seruius. Virgil. 6. Aenei. 163. Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat? Vide Cornelius Cossus.

Cossus, (τερηδών,) Vermis qui in ligno nascitur. Apud Phryges & in Ponto pro delicatissimis cibis sumitur. Plin. lib. 17. cap. 24. 5. Iam quidem & in hoc luxuria esse cœpit, prægrandesque eorum delicatiore sunt in cibo (cossos vocant) atque etiam farina saginati, hi quoque altiles fiunt. Idem lib. 11. cap. 33. 1. Nec enim cossi tantùm in eo, sed etiam tabani ex eo nascuntur.

Cosses nominatiuus pluralis, m. g. etiam apud Plinium legitur lib. 30. cap. 13. 4. Cosses, qui in ligno nascuntur, sanant vlcera omnia. Nonius verò, combusti cum pari pondere anisi, & ex oleo illiti.

¶ Cossi (inquit Festus) ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, à similitudine vermium ligno editorum, qui cossi appellantur. Vnde & Cossutiorum familia apud Romanos dicta est.

Cósta, costæ, (πλευρά,) Nota dictio. Plaut. Pœud. 4. 4. Ita plagis costæ callent. Virgil. 3. Georgic. 52.
Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas. Idem 1. Georgic. 55.
Sæpe oleo tardi costas agitator asselli,
Vilibus aut onerat pomis. Vbi Seruius, Aut reuera costas, aut clitellas.

Costæ nauium. Plinius lib. 13. cap. 9. 3. Costis nauium vtilissima spina. Id est lateribus.

Costæ ahenæ, Id est latera ollæ. Virgil. 7. Aeneid. 93.
Tergora diripere costis. Virgil. 1. Aeneid. 43.
Ruptæ costæ. Virgil. 4. Georgic. 111.
Fricat arbore costas. Virg. 3. Georgic. 62. de sue.
Ensis transabiit costas. Stat. 2. Thebaid. 2.
Ensis adactus transadigit costas. Virgil. 9. Aeneid. 90.
Vellera exuta costis leonis. Ouid. 9. Epistol. 23.
Onerare costas asselli. Virgil. 1. Georgic. 55.

Costãtus, penul. prod. Adiectiuum, (πλευρώδης,) vt Costatum corpus. Varro 2. de Re rustica. 5. 6. Corpore amplo, bene costatos, latis humeris, bonis clunibus, &c. De pecudibus.

Costum, vel costus, (κόστος,) Herbæ genus, de qua sic Plinius lib. 12. ca. 12. 1. Radix costi gustu feruens, odore eximio, fruticè alias inutili. Idem lib. 11. cap. 13. 3. Fœminarum cutem nullo melius emendari cum costo, fugillata cum aloe. Et lib. 12. cap. 24. 12. Thure supplicamus & costo. Martialis lib. 11. epigram. 19.

Achæmenium costum. Horat. 3. Carm. ode 1. 9. Id est. Persicum. Achæmenii enim Persæ dicti, ab Achæmene rege. Vnde Costum venit. Acron.

COSYRA, penul. prod. vel Cosura, (κόσυρα,) Insula est maris Mediterranei propè Africam, cui vicina est Gaulos, & Melita. Author Pomponius lib. 2. & Plinius lib. 5. cap. 7. Ouid. 3. Fast. 114.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ
Insula, quam Lybici verberat vnda freti.

Cotana, Vide COTONES.

Cotaria, Vide COS.

Cothurnus, cothurni, (κόθορνος,) Cothurni sunt calceamenta venatoria, crura quoque vincientia quorum quiuis apud est vtrique pedi. Cicero 3. de Finib. 71. Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, nec maiores minoribus: sic quorum omne bonum conuenientia atque opportunitate finitur, nec plura pauciorbus, nec longinquiora breuioribus anteponentur. Idem 3. Philip. 135. Qui cum palla & cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat.

Herculis personam, & cothurnos infantibus aptare. Quintil. li. 6. ca. 1. 28.

Puniceo stabis suras euincta cothurno. Virgilius ecloga 7. 7. Ideo singulari vsus est numero, quòd hoc genus calceamenti vtrinque aptum est pedi. Scribonius.

Purpureoque alte suras vincire cothurno. Virgil. 1. Aeneid. 69.

Cothurnus, Calceamentum subleuatum subereque: quò mulieres grandiores appareant. Iuuenalis Satyra 6.

– aliam credas, cedo, si breue parui
Sortita est lateris spatium: breuiorque videtur
Virgine Pygmæa, nullis adiuta cothurnis.

¶ Cothurnos induebant tragœdi quum in theatro dicturi erant. Vnde pro ipsis tragœdis, & pro alto dicendi genere accipiunt. Virg. 8. eclog.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Martialis lib. 3. 20.

An in cothurnis horridus Sophocleis. Horat. in Arte,

Archilochum proprio rabies armauit Iambo,
Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni.

Cecropius cothurnus. Horat. 2. Carm. ode 1. 2.

Tragici cothurni. Horat. 1. Sermo. saty. 5. 83.

Pastorem saltaret vti Cyclopa rogabat,
Nolilli larua, aut tragicis opus esse cothurnis.

Duro cothurno referare aliquid, Id est Tragœdiam componere de re aliqua. Ouid. 3. Amorum, eleg. 1. 9.

Musa innixa tragicis cothurnis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 6.

Magnum loqui, nitique cothurno. Horat. in Arte 57.

Sophocleus cothurnus. Virgil. eclog. 8. 2. Vide Sophocles.

Cothurnātus, penultima producta, (κοθορνωτός,) Adiectiuum. Martialis libro 5. 5. Grande cothurnati pone Maronis opus. Hoc est grandia & alta loquentis.

Dea cothurnata. Ouid. 5. Fasto. 70.

Vates cothurnatus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18. 4.

COTIAE Alpes, (κοτίαι ἄλπεις,) Graiæ & Pœninæ dictæ, per quas & Hercules, & Annibal transmisere, in quibus duodecim fuisse ciuitates Plinius testatur, regnum quondam Cotii regis, qui perdomitis Gallis eas construxit, militibus viatoribus accommodas. Is Cæsaris Augusti amicissimus fuit. Author Marcellinus.

Coticula, Vide COS.

Cotona, vel Coctona, siue Cottona: vt alii volunt, Cotana vel Coctana, siue Cottana, penul. correp. Ficus paruæ genus. Plin. lib. 13. cap. 7. 1. Syria in ficorum genere habet caricas, & minores eius generis, quæ cotona vocant. Martialis lib. 7. 52. Paruaque cum canis venerunt cotana prunis. A Cotone vrbe sic appellata. Scribendum igitur Cotona simplicit. Idem Martialis, lib. 13. 28.

Hæc tibi quæ torta venerunt condita manta,
Si maiora forent, coctana ficus erat.

Cotoneum, contonei, (κυδώνιον,) Genus pomi. Plinius lib. 15. cap. 11. 1. His proxima amplitudine mala quæ vocamus cotonea, & Græci cydonea, ex Creta insula aduecta incurnatos trahunt ramos: prohibentque crescere parentem. Plura eorum genera. De hoc plura vide apud Ruellium lib. 1. cap. 72.

COTTA, Orator, qui cum Sulpitio æquali differit apud Ciceronem in dialogis de Oratore, Legem tulit, vt liceret Trib. pleb. alios accipere magistratus, quod, lege Syllæ iis erat ademptum. Huius passim meminit Cicero in libris de Oratore, & in Bruto, vbi eum propter singularem dicendi facultatem, ac dexteritatem multis nominibus commendat, quum multis in locis, tum præsertim iis verbis 106. Inueniebat (inquit) acutè Cotta, dicebat purè ac solutè: & vt ad infirmitatem laterum perficienter contentionem omnem remiserat, sic ad virium imbecillitatem, dicendi accommodabat genus. Nihil erat in eius oratione nisi syncerum, nihil nisi siccum, atque sanum: illudque maximum, quod quum contentione orationis flectere animos iudicum vix posset, nec omnino eo genere diceret, tractando tamè impellebat vt idem facerent à se commoti, quod à Sulpitio concitati. Hactenus ille. Fuerunt eodem tempore & alii Cottæ duo: Vnus contra Mithridatem in fœliciter pugnauit, Syllam Cæsari conciliauit. Alter Legatus Cæsaris in Gallia, insidiis circumuentus ab Ambiorigis ducis exercitu interficitur. Pedianus.

Cóttabus, cottabi, penul. correp. (κότταβος,) Fictitia vox, pro Sono qui redditur quum quis percutitur. Plaut. Trinum. 14. 4. Caueris tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent.

Cótula, siue cotyla, penul. correp. (κοτύλη,) Mensuræ genus, quæ hemina aliàs dicitur. Italica est vox, qua & græci vsi sunt. Martial. libro. 8. 65. Post hunc in cotula rasa sebira data est. Cato cap. 146. 1. Modio oleario mensum dato vnguinis pondo x. Ponderibus, modiisque domini dato iri primæ cotulas duas.

Coturnix, coturnicis, pen. prod. f. g. (ὄρτυξ,) A sono vocis sic appellata, inquit Festus: parua auis, semper ante veniens quàm grues: & quum ad nos venit, terrestris potius, quàm sublimis. Plaut. A fin. 1. 1. 76. Et Capt. 1. 9. 6. Vide Plinium lib. 10. cap. 23. Ouidius 2. Amorum, eleg. 6. 6. Ecce coturnices inter sua prælia viuunt.

Cotyla, Vide COTVLA.

Cotyledon, penul. prod. (κοτυλεδών,) Paruula herba caulicula tenero, pusillo, pingui folio, & concauo, vt coxendices. nascitur in maritimis, petrosisque, viridis, radice, oliuæ modo rotunda. Est aliud genus eiusdem, sordidis foliis, latioribus, densioribusque circa radicem, velut oculum cinq entibus, asperrimi gustus, longiore caule, sed pergracili. Hæc Plinius lib. 25. cap. 13. 14. Ruellius libro 3. cap. 117. Cotyledon Græcis, Romanis Vmbilicus Veneris, solùm habet acetabuli figura &c. Officinis hodie dicitur Vmbilicus Veneris, herba non adeò magna, cauliculo pusillo &c. Non est hæc vt quidam rentur, ea quæ cymbalaris vulgò dicitur.

COTYS, Thracum rex, qui, vt est scriptum apud Cæsarem in Commentariis, Pompeianas partes fouit. Huius meminit Plutarchus in Apophthegmatis, Cotys (inquit) ei qui sibi pardalim largitus erat, leonem contra dono dedit. Sed quum natura esset iracundior, & asper eorum qui muneribus deliquissent, castigator, vasa fictilia, tenuia quidem & fragilia, sed cælaturis quibusdam & sculpturis polite eleganterque elaborata, sibi ab hospite allata, quò hospiti ipsi dona dedisset, simul omnia cõfregit: ne in eos qui illa fregissent, asperius animaduerteret.

Couinus, couini, m. g. penultima prod. Veliculi genus notum non Britannis solum, sed Belgis etiam & Germanis. Pomponius Mela. Dimicant non equitatu modo aut pedite, verùm & bigis & curribus Gallicè armati. Couinos vocant, quorũ falcatis axibus vtuntur. Luca. lib. 1. 86. Et docilis rector monstrati Belga couini.

Falcifer couinus. Sil. li. 17. 85. Agmina falcifero circuuenit arcta couino.

Couinarius, Qui couinum regit. Tacit. in vita Agric. Media campi equitum turmæ fugere, couinarii peditum se prælio miscuere.

Cous, (κῶος,) Denominatiuum à Co insula Hippocratis patria. Vnde & Coum vinum. Coi populi. Cic. 6. Verr. 118.

Artifex Cous, dicitur Appelles (κατ' ἐξοχήν,) Ouid. 4. de Ponto ele. 1. 6.

Vt Venus artificis labor est, & gloria Coi.

Album Coum. Horat. 1. Serm. saty. 4. 6. Sub. vinum.

Purpura Coa. Horat. 4. Carm. ode. 13. 3.

Cous Græcè senio Latinè, in talo, id est taxillo, numerus cani contrarius: & is qui talorum iactu hunc numerum reddidisset, sex lucri faciebat: & qui canem, vnum tantum. Sipontinus.

Coxa, coxæ (ἰσχίον,) (inquit Valla lib. 4.) pars supra femora, vertebrúmque ipsum, quotics vitiatum est, aut os illud quod in vertebro voluitur, fractum, coxa vitiata fractáve dicitur. Plin. iunior. Fallente vestigio cecidit, coxámque fregit. Celsus libro 4. Coxis proxima sunt genua. De osse dixit.

Coxendix coxéndicis, pen corr. f. g. (μηρός,) Eiusdem significationis cum coxa. Varro de Re rust. Lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus. Plaut. Bacchid. 3. 3. 37. Cato incantamentum docet ad sanandas coxendices luxas ca. 160. Sueton. de Augusto, Coxendice & femore & crure sinistro non perinde valebat, vt sæpe etiam inde claudicaret. Serenus, Clausa acies inter geminæ coxendicis vmbras.

C R

Crabro, crabronis, m. g. (ἀσπηνός,) Insecti genus affine vespis, pernicissimum, aculeoque pestilentissimo, inquit Erasmus. Plinii lib. 11. cap. 21. 1. Vespæ in sublimi è luto nidos faciunt, & in iis ceras. Crabrones in cauernis ac sub terra. Et paulo post, Ictus eorum haud temerè sine febri est. Authores sunt, ter nouenis punctis interfici hominem. Vide item lib. 10. cap. 13. 7. Et lib. 29. cap. 4. 27.

Spicula crabronum. Ouid. 11. Metam. 68.

Asper crabro. Virgil. 4. Georg. 49.

Irritare crabrones. Plaut. Amph. 8. 73.

– at pol quin certa res
Hanc est obiurgare, quæ me hodie aduenientem domum
Noluerit salutare. 5. irritabis crabrones. Id dictum est à poeta in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neque sine tuo malo discedas.

Cragus,

CRAGVS, (κράγος,) Mons est Lyciæ, Apollini sicer: qui promontoria octo habere scribitur, ac eiusdé nominis vrbem. Ouid. 9. Metam. 130.

Iam Cragon, & Lymirem, Xanthique reliquerat vndas.

Crambe, crambes. f. g. (κράμβη,) Brassicæ species est. Plin. lib. 20. ca. 9. 1. de Brassica loquens, In tres species diuisere eam Græci antiquissimi Crispam, quam selinada vocauerunt, à similitudine apij foliorum, stomacho vtilem, aluum modicè mollientem. Alteram, Ieam, latis foliis & caule exestibus. vnde caulodem quidam vocauerunt nullius in medicina momenti. Tertia est propriè appellata crambe, tenuioribus foliis, & simplicibus, densissimisque, amarior, sed efficacissima. Cato crispam maximè probat, deinde leuem, grandibus foliis, caule magno. Vide Catonem de Re rustica, cap. 163.

Crambe repetita, apud Iuuenalem satyra septima, Occidit miseros crambe repetita magistros. Crambem repetitam appellat declamationẽ maximo cum tædio iterum atque iterum audiendam. Hinc prouerbium, Crambe repetita mors est. De quo videto Erasmum in Chiliadibus.

CRANEVS, primus Macedonum rex: cuius successores vsque ad Alexandrum viri XXXVII. annis fere quingẽtis vt scribit Volater. li. 13.

CRANTOR, Solensis Xenocratis auditor. (κράντωρ,) Scripsit commẽtarios & nonnulla poemata. Admirabatur præ cæteris Homerum & Euripidem: decessit intercutis morbo. Author Diogenes Laertius.

Crantoris meminit & Horatius, lib. 1. Epist. 2. 1.

Troiani belli scriptorem maxime Lolli
Dum tu declamas Romæ, Prænestè relegit
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.

Crápula, crápulæ, penul. corr. (κραιπάλη,) vbi vinum intemperanter haustum, capiti detrimenta adfert: capitis luctu, fluctusque & agitatio, quando ex vinolentia caput tremit. Galenus in Aphorismos Hippocratis scribens, annotat omnem noxam ex vino factam, à Græcis, (κραιπάλην,) nominari, (κατὰ τὸ κρανίον,) à capite, (καὶ πάλλεσθαι,) concuti. Plin. lib. 23. cap. 1. 32. Nonnihil reimatum nulli cõducit. Capitis dolorem & vertigines facit ab hoc dicta crapula est. Liuius, lib. 9. ab vrb. 154. Nec prius sentire, quàm plaustris in foro relictis, plenos crapulæ eos luxo opprehit.

Discutere crapulam. Plin. lib. 21. ca. 20. 6. Vide ORTHOPNOEA.

Exhalare crapulam. Vide EXHALO.

Edormiscere crapulam. Plaut. Rud. 14. 28.

Quin abeo hinc in Veneris phanum, vt edormiscam hãc crapulam. Quæ potaui præter animi, quàm libuit, sententiam? Cic. Philipp. 11. Edormi crapulam inquam, & exhala.

Obdormire crapulam. Vide OBDORMIO.

¶ Crapula, Aliter. Plinius libro. 14. ca. 20. 3. Ratio autem condiendi musta, in primo feruore, qui nouem diebus vt plurimum peragitur, aspersu picis, vt odor vino contingat, & saporis quædam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore resinæ, excitarique lenitatem. Eduerso crapula compesci feritatem nimiam, frangique virus: aut vbi pigra lenitas torpeat, virus addi. Ligurie maxime, circumpadanaque mustii vellitas differnitur hoc modo: spuma cibus mustis crapulæ plus iodiue, lenibus parcius. Sunt qui ex vtroque condiri velint. Hoc in loco Plinio crapula vocari quidã putant medicamentum quibus vini lenitas excitatur. Alii verò resinæ florẽ esse dicũt id quẽ in resina supnatat: quod autem fidit in fundo, crapulam. vt sit crapula velut fæx resinæ.

Crapulor, crapularis, (κραιπαλάω,) crapulari, Deponens, Vino & cibo ieiunio ingurgitare.

Cras, (αὔριον,) Aduerbium significans die proximè futuro. Plaut. Aulol. 6. 19. Quæ cras veniet, perendie foras feratur furor. Terentius Adelp. 1. 1. 50. – mox cras redi. Cic. ad Atticum, lib. 12. 25. 5. Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Horat. 1. Carm. ode. 9. 3. Quid sit futurum cras, fuge quærere. Martial. in Posthumũ, lib. 5. 59.

Cras te victurum, cras dicis Posthume semper.
Dic mihi, cras istud Posthume quando venit?

Cras mane surgendum. Horat. 1. Serm. saty. 6. 24.

Hesternum cras. Persius Saty. 5. 7.

Crastinus, Adiectiuum, pen. corr. (ἐπιούσιος,) vt Dies crastinus, Id est proximè adueniens. Liui. 5. ab Vrbe. 246. Peto crastino die adesse. Plaut. Menæch. 5. 60. Inde vsque ad diurnã stellam crastinam potabimus.

Aeras crastina. Stat. 5. Theb. 113.

– quid crastina voluerer ætas
Scire nefas homini.

Crastinus dies. Hirtius Ciceroni, lib. 15. 32. 5. 6. Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis daret. Propert. lib. 2. eleg. 16. 11.

Crastinus fructus, Est nouus & recens. Plin. lib. 13. cap. 9. 1. Fertilitas assidua ei subnascente crastino fructu.

Crastina hora, pro sequenti & proximo die. Virg. 1. Georg. 86.

Si verò Solem ad rapidum, lunasque sequentes
Ordine respicies, nunquam te crastina fallet
Hora, nec insidiis noctis capiere serenæ.

Titan crastinus. Virg. 4. Aeneid. 14. Id est crastina dies.

In crastinum differre. Cicero 2. de Orato. 101. Post meridiem, si ita vobis est commodum loquemur aliquid, nisi fortè me in crastinum differre vultis.

In crastinum vocare. Vide IN.

Crastino, Aduerbium, (τῇ ὑστεραίᾳ,) Idem quod eras. Gell. li. 2. ca. 29. Si dominus, inquit, messui ad amicos reiecit, crastino seges non meteretur.

Crastini, veteres vsi sunt in tertia declinatione, ablatiuoque casu, pro crastino, sic proximi pro proximo. Sipontinus.

Crasis, fœm. gen. (κρᾶσις,) Latinè temperamentum dicitur. Id est complexio, mistio.

Crassamentum, Crassescere, Vide CRASSVS.

CRASSITIVS, genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasidea, Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitque inter alios Iulium Antonium Antonii Triumuiri filium. Author Tranquillus in lib. de Illustribus Grammaticis.

CRASSVS, (κράσσος,) P. Licinius, ante ætatem Pontifex Max. factus: quod nunquam antea contigit. Consul est profectus contra Aristonicum Eumenis filium. In quo prælio, profligato exercitu, ipse ne in manus hostium veniret, baculo Barbarum quendam in acie oculo contuberato, in sui necem prouocauit. Vide Valer. Max. lib. 3. cap. 2. & lib. 8. cap. 7. Oros quoque lib. 5. cap. 10.

L. Crassus orator, superioris filius, qui cum Antonio à Cicerone introducitur in libris de Oratore. In eo inurificus quidam pudor fuit, qui tamẽ non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis cõmendatione prodesset. Accusauit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescentem: summam ingenii nouã laudem modò, sed etiam admirationem est consequutus. Defendit postea Licinium virginem, quum annos XXVII. natus esset. In ea ipsa causa fuit eloquentissimus: orationisque eius scripras quasdam partes reliquit. Voluit adolescens in colonia Narbonensi caulæ popularis aliquid attingere, eamq; coloniam (vt fecit) ipse deducere. Hæc ex libris de Oratore, & Bruto Ciceronis, in quo libro est elegantissima ipsius Crassi cum Antonio & Sequla comparatio. Deploratur multis verbis Crassi mors à Ciceronẽ in exordio libri tertii de Oratore.

P. Crassus, oratoris frater, iuris peritissimus, fuit in dominatione L. Cinnæ Martianarum partium: ne incideret in manus inimicorum, seipsum interemit. Huius filius M. Crassus Romanorum ditissimus, cum Pompeio & Cæsare Triumuiratum iuit. Quorum plane authoritate Respublica aliquot annos regebatur. Ad bellum missus gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania insurrexerant: Varinimque, Gellium, ac Lentulum Romanos Imperatores fugauerant XII. millibus hostium vnà cum eorum duce cæsis, apud Rhegium ixta Leucadis paludem victoria potitur. ex quo vrbem omans ingressus est. Postremò quum ei Syria sorte obuenisset, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publii amisit. Ipse demum infœlicissimè rem gerens, à Surina regis præfecto captus atque interfectus est. Vide Valerium Maximum, lib. 1. cap. 6. Plinii quoque, lib. 15. cap. 19. 5. Sed & Paulum Orosium lib. 6. cap. 15. Solebat autem dicere, Neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. Author Cicero in Paradoxis 57. Alter M. Crassi filius, Cæsaris Legatus fuit in bello Gallico: in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit. Fuit autem discipulus Ciceronis. De quo hæc in Bruto 154. Erat enim Crassus (inquit) cum institutus optimè tum etiam perfectè planeque eruditus: ingeniique & ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia: præterea quæ sine arrogantia grauis esse videbatur, & suæ tegnitia verecundus. Sed hunc quoque abstulerat mors æstate quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ. Qui quia nauarat miles operam imperatori, imperatorem se statim esse cupiebat.

Crassus, Adiectiuum, (παχύς, παχυδός,) Modò pingue significat, modò densum & spissum.

Aer crassus & concretus. Cic. 1. Tusc. 67. Sic vnguentum crassissimum, Plin. Et Crassum lutum apud Catonem, cap. 93.

Crassa, & Liquida, contraria sunt. Lucret. lib. 4. 153.

Crassaque conueniant liquidis, & liquida crassis.

Aer crassissimus. Cic. 2. de Natu. deorum 26.

Natus in crasso aere. Horat. 2. Epist. 1. 49. Bœotùm in crasso iurares aere natum. Id est ita stultum, vt eum diceres natum in Bœotia. Crasso, id est crassos & hebetes faciente. Porphyr.

Agri crassi. Cice. pro Flacco 56. Omnino mallem, & magis erat tuum si iam te crassi agri delectabant, hîc alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses.

Aquæ crassæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 2.

Et turpi crassas gurgite volues aquas.

Arbores pedes duos crassæ. Cato cap. 18. 1. Sic Crassi postes, Plaut. Mostel. 10. 34. Crassissima buxus in Corsica, Plinius lib. 16. cap. 16. Crassa radice frutex. Plin. lib. 12. cap. 12. 1.

Aurum crassum. Lucan. lib. 10. 23. Id est laminæ aureæ.

Crassum cœlum & Tenue, contraria. Cic. de Fato 12. Athenis tenue cœlum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: crassum Thebis, itaqi pin

Universidad de Deusto
Biblioteca

gues Thebani & valentes.
Caligo crassa. Cic. 1. Tuscul. 57.
Caligine crassus. Virgil. 2. Georgic. 62.
Compedes crassæ. Plaut. Pseud. 10. 71. – suram vbi
Aspicias, scrayum posse gerere crassas compedes.
Corpus crassum. Lucret. lib. 6. 172.
Cruor crassus. Virgil. 1. Aeneid. 93.
Farrago crassa. Virgilius 3. Georgic. 40.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito.
Flumina crassa. Stat. lib. 1. Achill. 18.
– modo crassa exire vetabit Flumina.
Crassus homo. Terent. Hecyra 3. 4. 16.
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.
Infortunium crassum. Plaut. Rud. 19. 52. Quid est quod cauceam? L. o. ehem à crasso infortunio.
Maceria crassa. Crassus paries. Cato cap. 15. Et Colum. lib. 8. cap. 3. 3.
Leo mole crassa, Id est pinguis. Claud. 2. in Eutrop. 76.
Crassis paludibus alni nascuntur. Virgil. 2. Georg. 22.
Pulvis crassus. Stat. 6. Thebaid. 164.
Sanguis crassus. Plinius lib. 11. cap. 38. 1. Animalium fortiora, qui sanguis crassior. Ouid. 11. Metamorpho. 74.
Sanies crassa. Claud. 2. de Raptu Proserp. 43.
Telum crassum sanguine. Stat. 2. Thebaid. 132.
– & crassum sanguine telum Iam redit.
Crassæ tenebræ. Cic. 4. Acad. 219.
Terra, crassissima regio mundi. Cic. 2. de Natu. deorum. 16.
Toga crassa. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 3.
– & toga quæ defendere frigus Quanuis crassa queat.
Venenum crassum. Silius lib. 13. 115.
Tristior his Acheron sanie, crassoque veneno Aestuat.
Vmbra crassa. Silius lib. 7. 140.
Vnguentum crassum. Horat. de Arte Poet. 76.
¶ Crassus, pro Stulto & hebeti. Varro Sexagesi: Senibus crassis humili non vidimus quid faciat.
¶ Crassa Minerua dicitur aliquid fieri, quod inconditius, simplicitúsque, quasi que indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Quintilianus lib. 1. de Musice, & eius laudibus, Libet propter quosdam imperitiores, etiam crassiore (vt vocant) musa dubitationem huius vtilitatis eximere. Horat. 2. Sermo. saty. 1. 1.
Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus
Rusticus, anormis, sapiens, crassaque minerua.
Crassum, Substantiuum. Horat. 2. Sermo. saty. 4. 11.
Massica si cœlo supponas vina sereno,
Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura.
Crassamen, pen. prod. crassaminis, n. g. (πάχος,) Columel. lib. 12. cap. 25. 2. Semper requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur.
Crassamentum, (πάχος.) Gellius lib. 17. cap. 9. Sunculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento, eiusdemque longitudinis.
¶ Crassamentũ, pro Crassamen. Columel. lib. 12. ca. 12. 1. Nam quoties etiam per longum tempus diffunditur, aliquod crassamentum in imo simile fæci reperitur. Ibidem, cap. 46. 3. Postea exemptæ iterum siccentur per dies quinque in vmbra. tum crassamentum vini fæculenti, nec minus, si sit, multi, & vtriusque eorum quartam partem boni defruti confundito in ollam.
Crassitũdo, pen. prod. crassitúdinis, (πυκνότης,) Plin. lib. 11. ca. 39. 1. Hippopotami cortis crassitudo talis, vt inde tornentur hastæ.
Aeris crassitudo. Cic. 1. de Diuinat. 153.
Mellis crassitudo. Cellus, Quæ contrita passo excipiuntur, donec mellis crassitudinem habeant.
Crassitudo parietum quinque pedum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 29.
Crassitudine ab summo præacuti stipites teretes. Cæsar 7. bel. Gal. 292.
Punctus, in quo nulla omnino crassitudo sit. Cic. 4. Acad. 208.
Referre crassitudinem mellis. Cellus lib. 5. cap. 28. Siquidem ad singulorum pilorũ radices, sunt foramina, p quæ fertur humor glutinosus sub pallidus, crassitudinem mellis aut visci referens, interdum olei.
Crassesco, crassescis, crassescere, (πυκνόομαι,) Pinguescere. Colum. lib. 8. cap. 9. 1. de turturibus, Nec quia tritico, vel aliis frumentis minus crassescant, verùm quòd femine huius maximè delectantur.
Crassescere, Crassiorem fieri, aut densiorem. Plin. lib. 2. cap. 43. 4. Qui neque in nebulam densetur, nec crassescat in nubes.
Crassesco, crassescis, &c. Plinius lib. 13. cap. 18. ad finem, Nec aliunde magis, quàm purgamentis eius sues crassescunt.
Crassè, Aduerbium, (πυκνῶς,) Columel. lib. 12. cap. 43. 5. Lata vasa in modum patinarum fieri iubebatque intrinsecus & extrinsecus crassè picari. Id est spissè.
Crassè compositum aliquid. Horat. 2. Epist. 1. 16.

Crastino, Crastinus, Vide GRAS.

Crataegonon, siue Cratægonon, penul. correp. (κραταιόγονον,)

Genus herbæ de qua sic Plinius lib. 27. capi. 8. 6. Cratægonon spicæ tritici simile est, multis calamis ex vna radice micantibus, multorumque geniculorum. Nascitur in opacis, semine milii, vehementer aspero gustu. Et paulo pòst, Theophrastus arboris genus intelligi voluit cratægonõ, siue crategona, quam Itali aquifolium vocant. Ruellius lib. 3. ca. 64. Cratægonon folium habet melampyro simile. Et paulo pòst, Sunt qui secundum persicariæ genus esse credant, quam Curagen vulgus vocat melampyri similitudine. De hac multo plura ibidem & aliis locis.

Crater, crateris, penul. prod. mas. ge. in accusatiuo cratèrem, vel cratera, (κρατήρ,)

Vnde nominatiuus cratera, crateræ ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, quod est tenere, vel capere. Vel potius ἀπὸ τοῦ κίνησαι, id est mistum est. Vas quo bibitur vinum: quo etiam diis libabatur. Virgil. 7. Aeneid. 30. Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Idem in Bucol. Crateresque duos statuam tibi pinguis oliui. Idem 6. Aeneid. 45. – fuso crateres oliuo. Cic. 6. Verr. 115. Ideo præteribo, quòd iste mensas Delphicas è marmore, crateras ex ære pulcherrimas, vim maximam vasorum Corinthiorum, ex omnibus ædibus sacris Syracusis abstulit.
Bacchus in altos crateras, paterasque redit. Stat. 10. Thebaid. 62.
Crater ahenus. Virgil. 9. Aeneid. 35. – fusíque per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. Id est potanti & est hemistichium Ennianum. Seruius.
Crater antiquus. Virgil. 9. Aeneid. 56. Cratera antiquum quem dat Sidonia Dido. Ouid. 12. Metamorpho. 48.
Argenti crateres, Id est argentei crateres. Persius saty. 2. 6.
Capax vrnæ crater. Iuuenal. Saty. 12. 5.
Delicatus crater. Cic. Attico, li. 2. 23. 3. Quoniam putas prætermittendũ nobis esse hoc tempore cratera illum delicatum.
Crater fractos in hostes. Stat. 1. Achill. 23.
Aut consanguineos fracti crateres in hostes.
Crater impressus figuris. Virgil. 5. Aeneid. 107.
Inauratus crater. Ouid. 2. Fast. 51.
Magnus crater. Virgil. 2. Georgic. 92.
Et magno hylæum Lapithis cratere minantem.
Sodalis Veneris cratera. Horat. 3. Carm. ode 18. 2. Crateram Veneris sodalem dixit, quia sine Cerere & Libero friget Venus. Porphyr.
Crater auro solidus. Virgil. 2. Aeneid. 152.
Vacui mero crateres. Stat. 2. Thebaid. 16.
Vetus cratera. Horat. 2. Sermo. saty. 4. 16.
Induere magnum cratera. Virgil. 3. Aeneid. 105.
Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, impleuitque mero.
Magno cratere lacessere aliquem. Valerius lib. 5. Argonaut. 115. Et iuxtà Aesonidem magno cratere lacessit.
Sistitur argento crater. Ouid. 8. Metamorpho. 135.
¶ Crater in monte Aetna appellatus est, foramen per quod ignis cinisq; euomitur. quod quum aliquando duobus in locis fieri videatur, duos esse huiusmodi crateres dixere. Strabo, Ipsa verò montis Aetnæ cacumina flagrantibus incendiis multipliciter mutari manifestum est. nùc quidem in craterem collabitur ignis, nùc diursus egeditur, modo ignis defluunt riui, modo flammæ aut fumus, fuligóve consurgunt. Hæc Sipontinus. Plinius lib. 3. cap. 8. 3. Mons Aetna nocturnis mirus incendiis erat eius pater ambitu stadiorum viginti.
¶ Crater, Est quam vulgò peluim appellant in fontibus manufactis, ideòque salientis aquæ conceptaculum. Plin. lib. 5. epist. ad Apollinarem, Hîc iuxtà fonticulus. In hoc crater, circa siphunculi plures qui miscent iucundissimum murmur. Ibidem, E stibadio aqua velut expressa cubantium pondere, siphunculis effluit, cauato lapide suscipitur, gracili marmore continetur, atque ita occultè perforato, vt impleat nec redundet.
¶ Crater, pro Vase in quo cibus coquitur, vel mensæ apponitur. Ouidius 5. Fasto. 104.
Nunc dape, nunc posito mensæ enituere Lyæo:
Terra rubens crater, pocula fagus erant. Craterem refert ad dapes, pocula ad Lyæum.

Craterites, crateritæ, m. g.

Gemma est inter chrysolithi & electri colorem. Plin. lib. 37. cap. 10. 14.

Craterra,

Vasis genus, quod nunc situlam vocamus, authore Nonio. Næuius Lycurgo, Nam vt ludere lętantes inter se vidimus præter amnem craterris sumere aquam ex fonte. Varro de Vita Popu. Romani, lib. 3. ad Sibaritanam prædam, in qua sunt tripodes, craterræ, anaucea populo nobilium Tarentinarum. Cic. 2. de Natu. deorum, In medioque sinu fulgeus craterra relucet.

CRATERVS, penul. corre. Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam res eius gestas scripsit, cuius meminit in Aristide Plutarchus. Persius Satyra 3. Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

CRATES, Thebanus philosophus, Cynicus, Diogenis discipulus, qui vt Suidas, Itemq; Diogenes sunt authores, in pecuniã, oẽm substantiã redigés, apud trapezitam deposuit hac lege, vt si filii philosophi essent, eam

eam indigentibus eiusdem distribueret, nihilo philosophos indigere existimans. Si autem idiotæ, eis redderetur vt vacuis virtute, saltem opes opitularentur. Philostratus autem in Vita Apollonii, & Diocles substãtiam aiunt in mare proiecisse, vti liberius philosopharetur. Emicuit autem Demetrii Poliorcetæ temporibus, ad quem Thebas obsidentem missus legatus, sua authoritate, ab obsidione patriæ remouit. Author Plutarchus. Item Crates, Atheniensis, poeta comicus antiquæ Comœdiæ, auditor Polemonis philosophi, vt tradit Suidas. Crates Mallotes grammaticus, sub Ptolemæo Philometore æqualis Aristarchi grammatici, cognominabatur Criticus, siue Homericus. scripsit in Iliada & Odysseam libros 12 commentariorum. Author Suidas. Hic, vt ait Transquillus in libro de Illustribus Grammaticis, studium grammaticæ primus Romam intulit missus enim ad Senatum ab Attalo rege sub ipsam Ennii mortem, plurimas acroases fecit, assidueque per omne tempus legationis differuit nostris quoque exemplum fuit ad imitandum. Hæc ille.
Crates, quum indoctum puerum vidisset, pædagogũ eius percussit. Quintil. lib. 1. cap. 9. 4.

Crates, craris, fœ. ge. (ταρσός,)

Tabula viminibus contexta. Plaut. Pœnulo, 16. 62. Sub cratim vt ibeas sese suppõi. Livius. 10. ab Vrbe. 188. Ibi mediis ferè castris locus est conseptus cratibus, pluteisque & limteis contectus. Cæsar. 7. bel. Gal. 322. Proximam fossam cratibus integunt. Ibidem, lib. 4. 526. Hæc directa materia iniecta contexebantur, ac longuriis cratibusque consternebantur.
Crates ficariæ, Cato cap. 40. 2.
Crates stercorariæ. Cato cap. 10. 2.
Cratibus tecta facta. Livius. 7. bel. Pun. 12.
¶ Crates pro occa etiam accipitur. Virgil. 1. Georg. 19.
Multum adeò, rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineasque trahit crates, iuuat arua. Plin. lib. 18. cap. 18. ad finem. Semeprorinus iniciunt, crateasque dentatas super trahunt. Et cap. 21. 2. Cratis & hoc genus, dentatæ stilis ferreis.
¶ Aerate crates. Stat. 4. Thebaid. 22.
Arbateæ crates. Virgil. 1. Geor. 34.
Rara crates Iuuenalis satyra. 11. 9.
Sicca terga suis rara pendentia crate
Mores erat quondam festis seruare diebus.
Texteæ crates. Horatius Epod. 2. 9.
Claudensque textis cratibus lætum pecus,
Distenta siccet vbera.
Vimineæ crates. Virgil. 1. Georg. 19.
Fauorum crates soluere. Virgil. 4. Geor. 43.
¶ Spinæ crates. Ouid. 8. Metam. 165.
Veneris erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, & à spinæ tantummodo crate teneri.

Craticula, pen. corr. (ταχέως διαφθείρω,)

Diminutiuum. In quà cibi torrentur. Cato cap. 13. 1. Et Martialis lib. 14. 217. Parua tibi curua craticula sudet ofella. Cato. Craticulas duas.

Cratitius, Adiectiuum: vt Cratitii parietes,

qui cratibus insertis fiebant, seu asseribus arrectis, transuersisque in modum cratis: vocatúrque alio nomine intergerini, vt etiam Festus ostenditquòd videlicet vicinorũ cœnacula his dirimerentur. Vitruuius lib. 2. Cratitiis verò parietes veto prosunt, tanto maiori & communi sunt calamitati, quod ad incendia vti fasces, sint parati. Idem in septimo, Sin autem in cratitiis tectoria erunt facienda quibus necesse est arrectariis & trãsuersariis ruinas fieri: id vt non fiat, hæc erit ratio.

Cratio, cratis, cratire. Vide CRATES.

CRATINVS, pen. prod. (κρατῖνος,) Atheniensis comicus antiquæ Comœdiæ, vir voluptati deditissimus, puerorumque amator, docuit fabulas XXI, vicit IX. Author Suidas. Huius etiam meminit Horatius in Epist. lib. 1. 20. 1. Prisco si credis Mecœnas docte Cratino:
Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt
Quæ scribuntur aquæ potoribus.
Audax Cratinus Pers. saty. 1. 53.

Cratio, cratis, cratire. Vide CRATES.

CRATIPPVS, (κράτιππος,) Mitylenæus, quem Athenis docentem audiuit Ciceronis filius: vt est in proœmio librorum De officiis. Hic Pompeium post Pharsalicam pugnam fugientẽ apud Mitylenen, occurrens vltro solatos est verbis philosophicis, ad spemque hortatus, quum quæ dam de prouidentia differuisset, resque Romanas tandem labi esse necesse affirmaret. Plutarchus in Pompeio.

CRATIS, cum th aspirato, Herodoto libro 1. Achæorum fluuius, à quo qui in Italia sic cognominatur, nomen accepit. De quo Ouidius 15. Metamorpho. 63.
Crathis, & hinc Sybaris vestris conterminus oris
Electro similes faciunt auroque capillos. Hunc & lapidosum esse ait 3. Fastorum 117.
Est propè piscosos lapidosi Crathidis amnes
Parous ager. Hic, vt ait Strabo lib. 6. multis medetur morbis hominesq; in eo lotos, Cæsarie candidos & flauos efficit.

CRATYLVS, Atheniensis philosophus, Heracliti discipulus, & Platonis mortuo Socrate præceptor: ex cuius nomine dialogum de Significatione nominum, Cratylum inscripsit.

Creber, crebra, crebrum, (συχνός, ἐκμανής,)

frequens, quasi crescens numero. Virgil. 3. Georgic. 92.
Non tam creber, agens hyemem, ruit æquore turbo.
Crebri ad terram decidunt. Plau. Pœnul. 6. 36. Et Amphit. 4. 81. Crebri hostes cadunt. Liu. 1. ab Vrbe 134. Crebri è cœlo cecidere lapides.
Africus creber procellis. Virgil. 1. Aeneid. 18.
– creberque procellis Africus.
Agmen crebrius. Ouid. 1. de Arte Amandi 14.
Anhelitus creber. Virgil. 5. Aeneid. 40.
Auster creber. Virgil. 5. Aeneid. 152.
Creber & aspirans rursus vocat Auster in altum.
Crebra diluuia, & assiduæ tempestates. Plin. epist. 170.
Gemitus crebri. Ouid. 10. Metamorpho. 101.
Ictus crebri. Horat. 1. Carm. ode 25. 1. Ictibus crebris iuuenes proterui.
Creber, aut languidus ictus. Plin. lib. 11. cap. 37. 85.
Congeminare ictus crebros. Virgil. 12. Aeneid. 143.
– tum crebros ensibus ictus Congeminant.
Crebræ literæ. Cic. 2. ad Tironem, lib. 16. 1. 3.
Ilicibus crebris sacra nemus accubet vmbra. Virgil. 3. Georgic. 66.
Mobilitas crebra. Ouid. 21. epist. 10.
Mortes crebræ. Tacit. lib. 18.
Nuntius creber recurrit. Claud. 2. in Eutrop. 65.
Pericula crebra. Seneca in Hercul. furente 5. 4.
Periculis offerre tam crebris potest.
Petere aliquid crebro quæstu. Tacit. lib. 3.
Pocula crebra. Lucret. lib. 4. 228.
Pulsus creber. Virgil. 12. Aeneid. 108.
– crebro super vngula pulsu Incita.
Repulsus creber. Lucret. lib. 4. 22.
Rumore crebro vulgi lacerari. Tacit. lib. 15.
Salicto crebro oppletus locus. Plaut. Aulul. 21. 9.
Sermo creberrimus. Cic. 14. Philip. 393. Scitis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonem, me per Idus Quintiles, qui dies hodie est, cum fascibus descensurum.
Sonus creber. Plin. lib. 10. cap. 19. 6.
Sylua crebra. Lucret. lib. 6. 28.
Tela crebra. Virgil. 11. Aeneid. 121.
– fundunt simul vndique tela Crebra niuis ritu.
Terræ crebræ. Virgil. 3. Aeneid. 36.
Vocibus crebris petere aliquid. Claud. 3. Panegy. 11.
Venæ & arteriæ crebræ, maltæque toto corpore intextæ. Cicero 2. de Natu. deorum 109.
¶ Crebræ vel potius quotidianæ compellationes. Cicero Cornificio, libro 12. 25. 5.
¶ Creber in eo fuisti: Hoc est frequens & assiduus. Cicero pro Plancio 67. Sed hoc nescio quomodo frequenter in me congessisti, saneque in eo creber fuisti, te, &c. Id est sæpius illud dixisti & inculcasti. Sic ad Atticum, lib. 1. 14. 1. Et in scripto multo essem crebrior quàm tu.
Frequentia rerum creber. Cic. 2. de Orato. 30. Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facilè vicit, qui ita creber est rerũ frequẽtia, vt verborum propè numerum sententiarum numero consequatur.

Crebrò, Aduerbium, Frequenter, (συχνῶς,)

Plaut. Trucul. 14. 10. In vrbem crebrò conuenio. Idem Amph. 3. 128. Versari crebro hic quum viderent me domi. Terent. Heau. 1. 2. 32. Scortari crebrò nolunt. Cic. de Senect. 41. Delectabatur crebrò funali & tibicine. Idem 6. Verr. 127.

Crebrò & Interdum, contraria. Cic. 1. de Legib. 22.

Crebro insistens, interdum acquiescens.
Studiosius & crebrius aliquid agere. Cic. 1. de Diuin. 153. Etrusci autem quòd religione imbuti studiosius & crebrius hostias immolabant.

Creberrimè. Cicero 1. de Diuinatio. 99.

Quæ creberrimè commemorantur à Stoicis.
Quod crebrò certior per me fias. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 1.

Crebritas, penul. correp. crebritatis, (συχνότης,)

Frequentia, pro quo veteres etiam crebritudinem vsurparunt. Cic. ad Appium, lib. 3. 1. 4. Vt longi temporis vsuram qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate & magnitudine officiorum meorum farciam. Idem ad Atticum, libro 13. 27. 1. Colloqui videbamur, in Tusculano quum essem, tanta erat crebritas literarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Concinnitas crebritasque sententiarum. Cic. de Claris Orato. 183.
Crebresco, crebrescis, crebrui, (σύχνοῦμαι,) crebrescere, Crebrum fieri. Plautus lib. 7. epist. 147. d. Ille non tollere oculos, non remittere stylum, sed obfirmate, animum auribusque prætendere, tum crebrescere fragor, aduentare etiam, &c.
Optatæ auræ crebrescunt. Virgil. 3. Aeneid. 106.
Sermonem crebrescere. Virgil. 12. Aeneid. 45.
Famam Germanicæ cladis crebrescentem nequaquam mœsta ciuitas exceperat. Tacit lib. 20.

Credo, credis, credidi, créditum, penult. correp. (πιστεύω,) credere, Est dictis vel factis fidem habere. Virgil. 2. Aeneid. 50. De Cassandra, Ora dei inssu non vnquam credita Teucris.
Credo illum iam affuturum esse. Terent. Eunuch. 4. 6. 1.
Credam fore, dum quidem ipse in manu habeo. Plaut. Asin. 9. 58.
Credo te credere. Terent. Andr. 5. 4. 45.
Omnes nos gaudere hoc Chremc,
Te credo credere.
Magis credo. Vide MAGIS.
Credere obstinate. Vide OBSTINATVS.
Tardè credere. Ouid. epist. 2. 2.
Temere credere. Ouid. ad Liuiam 66.
Non temere credere. Cic. de Petit. Cons. 26. Nervos atque artus esse sapientiæ non temere credere.
Si credere dignum. Virgil. 3. Georgic. 78.
Sic credidit alta vetustas. Silius lib. 1. 6.
Vix credere possis quã non sibi sit amicus. Horat. 1. Serm. saty. 2. 4. C R E D O addimus, iquit Donatus, ad ea q̃ apud nos parũ certa sunt, vt dubitationem potius quàm certitudinem significet. Teren. Adel. 1. 2. 70.
– credo iam omnium Tædebat.
Credere, Putare, inquit Donatus. Teren. Eunuch. 2. 2. 14. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. Idem Adelph. 4. 5. 52. Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos? Ibidem 4. 4. 48.
Non te credas Dauum ludere.
Inhoneſtam sibi credidit orationem Socrates, quam ei Lysias reo compo suerat. Quintil. lib. 2. cap. 15. 21.
Credo Ironice dictum, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 5. 2. 23.
Abi hinc insana. P. quid ita verò? debeam
Credo isti quicquam furcifero, si id fecerim. Cic. 1. de Nat. deo. 119. de latrombus & sacrilegis loquens, Credo aut illos mortis timor terret, aut hos religionis. Et pro Cecina, Concesſit credo Ebutio quantum vellet, de Cesenniæ bonis vt haberet. Idem 3. Verr. 56. Circunsessus es, à quibus? à Lampsacenis? Barbaris hominibus credo.
Credere, Verè scire. Teren. Phorm. 1. 1. 6. Ei credo munus hoc corradi tur. Cic. 5. Verr. 186. At vberiora cibaria facta sunt caritate. credo; neque id est nouum, neque reprehendendum. Donatus.
Credere, dubitantis: Certum esse, fidentis. Terent. Eunuch. 4. 7. 42.
– quin redeamus. iam hæc tibi aderit suppicans
Vltro. T H R. credin'? G. inò certe.
Credere alicui. Plaut. Bacchid. 4. 6.
Venire tu me gaudes: ego credo tibi.
Credere alicui quod dicit. Terent. Eunuch. 4. 4. 38.
– age nunc bellua,
Credis huic quod dicat? P Y. quid isti credam? res ipsa indicat.
Credone tibi hoc nunc, peperisse hanc è Pamphilo? Terent. And. 3. 2. 17.
Nimium credere vnicuique. Author ad Herennium, lib. 4. 207. Nimium Quirites animis estis simplicibus & mansuetis, nimiũ creditis vnicuiq;.
Chirographis alicuius credere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 3.
Famæ credere. Ouid. epist. 9. 24.
Blandis verbis credere. Ouid. 1. epist. 10.
Pretio credere iubemus illum cui rem vel magni, vel exigui momenti esse persuadere volumus, ex eo quòd vel magno, vel paruo pretio comparata est. Claud. epigram. 28.
Sex emptus solidis quid sit iam scire potestis:
Si mihi nulla fides, credite vel pretio.
Credere alicui de. Cic. ad Atticum, lib. 8. 168. 3. Quòd si volueris tibi obtemperare, & nobis de Cæsare credere, &c.
De se alicui credere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 3.
Caspius Aegyptus, de se si creditur ipsis,
Condidit, & proprio nomine dixit opus.
Temere alicui de re aliquã credere. Quintil. lib. 2. cap. 14. 4.
Sententiæ alicuius de vtilibus, atque honestis credere. Quintil. li. 3. c. 8. 9.
Citò credere de aliquo. Cicero Appio li. 3. 11. 15. Bis ad te scripsi me purgans diligenter, te leniter accusans in eo quòd de me citò credidisses.
Rectè credere de aliquo. Cic. Attico, lib. 9. 180. 3. Rectè non credis de numero militum.
Credere, pro Confidere. Ouid. epist. 16. 35.
Nec quòd abest, hãc me tecum mirare relictam:
Moribus & vitæ credidit ille meæ.
De facie metuit, vitæ confidit: & illum

Securum probitas, forma timere facit. Virgil. Eclog. 2. 4.
O formose puer, nimium ne crede colori. Id est ne confide, Seruius.
Credere fidei alterius. Cic. pro Flacco 36. Pecuniã sumpsit mutuam à Sextio Scola iudice hoc nostro primario viro, qui & rem agnouit, neque hominem ignorat. qui tamen credidit P. Fuluii Verratii lectissimi hominis fidei. Plautus Amphit. 4. 237.
Dicito quidnis, non nocebo. 5. tuæ fidei credón'? M i n æ.
5. Quid si fallet? M. tum Mercurius Sosiæ irratus fiet. Idem Casina 26. 28. Non irata est: L. non sum irata. S. tuæ fidei credo. Terent. Eunuch. 5. 2. 59. – crede hoc meæ fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo.
Credere se alicui, hoc est fidei committere. Plautus Trinum. 4. 75. Crede huic tute, iam suam rem melius gesserit. Per ironiam dictum.
Causam diis credere. Lucanus lib. 7. 16.
Committere & credere aliquid fidei & potestati alicuius. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 41. Sic pro Domo sua 1.
Rectissimè & credere & cõmittere omnia alicui. Cic. Q. fratri, li. 1. 1. 21.
Credere se Neptuno, pro se committere mari. Plaut. Rud. 1. 3. 2.
Credere se cœlo præpetibus pennis, pro Volare. Virgil. 2. Georg.
Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo. Idem 4. Georg. 39.
Credunt se gramina in nouos soles. Virgil. 2. Georg.
Inque nouos soles audent se gramina tutò
Credere. Id est egredi terram, & crescere.
Hostibus perfidis se credere. Horat. 3. Carm. ode 5. 7.
Pecuaria præsidio canum credere. Author ad Herennium, lib. 4. 202. Nã quũ canes funganf officiis luporũ, cuinã præsidio pecuaria credemus?
Pignora sua alicui credere. Ouid. 3. de Arte Amandi 97.
Summam belli puero credere. Virgil. 10. Aeneid. 14.
– num linquere castra
Hortati sumus? aut vitam committere ventis?
Num puero summã belli? num credere muros?
Tyrrhenámve fidem, aut gentes agitare quietas?
Malè credere, id est Diffidere. Ouid. 12. Metamorpho. 23.
Dixit: & anteactis veluti malè crederet hastam
Misit in aduersum Lycia de plebe Nemeten.
Credere aliquid alicui, pro Communicare secretum, consilia, & huiusmodi. Plaut. Trinum. 4. 79. Mihi quod credideris sumes, vbi posueris. Teré. Adel. 4. 5. 6. Quandoquidè hoc nunc̃ mihi ipse voluit credere. Idem Heau. 1. 1. 104. Nec tibi ille credere ausus quæ est æquum patri.
Credere suum animum alicui. Terent. And. 1. 5. 37.
Credere sua consilia alicui. Terent. Eunuch. 3. 1. 12. Et 1. 2. 48. Idem Adelph. 5. 4. 19. Me fugitant, illi credunt consilia omnia.
Credere facinus magnum timido pectori stultum est. Plaut. Pseud. 8. 4.
Rem tanti sceleris, ignotis alienisque seruis non esse credendam. Cicero pro Cœlio 41.
Credere verba alicui. Terent. Phorm. 1. 2. 11.
– cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere ei verba credere?
Credere se tectis alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 3. 55. 13. Ego si tuam fidem accusarem, non me potissimùm tuis tectis crederem. Id est non diuersarer apud te.
Credere vni omnia. Cicero pro Lege Manilia 47. Quare nolite dubitare quin huic vni credatis omnia, qui, &c. Sic apud Terentium Eunuch. 3. 1. 12. Credere exercitum alicui.
Credere, alicui argentum, & similia: Id est seruandum committere. (παρακατατίθημι,) Plaut. Persa 12. 16. Quia te negabas credere argentũ mihi. Idem Asina. 9. 88. Nunquam hodie induces, vt tibi credam hoc argentum ignoto. Cic. 3. Verr. 71. Si quibus pecuniam credebas, iis expensum non feres. Idem ad Lentulum. lib. 1. 7. 20. Sic Credere aurũ fidei alicuius, Plaurus Aulul. 18. 8. Vnde Creditores dicti.
Credere pecuniam. Aliter. Liuius 7. bel. Pun. 276. Vendendo, emendo, mutuum dando, argentũm creditum soluendo. Plaut. Pseud. 7. 91. Ne quisquam credat nummum, iam edicam omnibus. Idem Rud. 14. 23. Ego nunquam hodie quicquam credam, nisi accepto pignore. Cic. 1. Offic. 115. Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant.
Credere mutuitanti. Plautus Merc. 3. 52.
Conclamitare tota vrbe: & prædicare,
Omnes tenereut mutuitanti credere.
Credere alicui malè. Plaut. Curcul. 9. 20. Pone ædem Castoris ibi sunt quibus credas malè. Vide MALVS.
Per syngraphã credere quidpiam alicui. Cice. de Aruſp. resp. 26. Alterum putabo regem, si habuerit vnde tibi soluat quod ei per syngraphã credidisti.
Exegit quod credidit. Cic. pro Rab. Posth. 24. An quum credebat inductus vsuris, id agebat vt haberet quamplurimum? Posteaquam exegit quod crediderat, vt existimaretur non egere, nouum genus hoc gloriæ concupiscit?
Credere ceræ aliquid. Plautus Persa 15. 62.
– postquam

– postquam recitasti quod erat ceræ creditum,
Iam mihi credis?
Libris arcana credere. Horat. 2. Serm. saty. 1. 7.
Credere campo aciem. Virgil. 9. Aeneid. 9. Neu structe auderent aciem, neu credere campo.
Veritus se credere nocti. Ouid. 4. Metam. 136. Iamque cadente die veritus se credere nocti.
Altæ paludi cancros non credere. Virgil. 4. Georg. 10.
– altæ neu crede paludi.
Pedibus se credere. Silius lib. 4. 61.
Pugnæ se credere. Virgil. 5. Aeneid. 76.
Auidissimè credere. Plin. lib. 5. cap. 1. 4.
Credo, interpositum. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 78. Exarsi non sollum præsenti (credo) iracundia.
Credo, In responsione. Terentius Eunucho. 1. 2. 41. Nunquid nam hic quod nolis videst? P. tc. G. credo at nunquid aliud? Idem And. 5. 1. 21. At vero vultu, quum ibi me adesse neuter tum præsenserat.
S. Credo: & id facturas, Danus dudum prædixit mihi.
Satis credo. Terent. And. 4. 1. 47.
– nam satis credo, si aduigilaueris,
Ex vnis geminas mihi cõficies nuptias. Idem Eunuch. 5. 9. 21. Gaudeo. c. satis credo. nihil est Thaidẽ tua dignius Quod ametur.
Mihi crede, Cicero 6. Verr. 24. Fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. Et pro Deiotaro. 25. Quod abest longissimè, mihi crede. Cesar. Brutus ad Ciceronem, in epistolis ad Brutum. 7. 1. Bibulum noli dimittere ex sinu tuo tantum tam virũ, ex quanto, crede mihi, potest esse qui vestris panecorum respõdeat laudibus. Hìc MIHI CREDE, vel vtique significat. Cic. Attico, lib. 10. 17. 3. 10. Non sum (mihi crede) mentis compos.
Credo qui, pro Nimirum qui. Cic. 6. Verr. 29. Pueri autem Sisennæ, credo qui audiuissent quæ in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam deiicere, neque ab argento digitum discedere. Et pro Rosc. Amerino. 65. Credo propterea quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. Pro vtique.
Creduis, pro credas, frequens apud Plautum. vt in Amphit. 8. 18. Nunquam ædepol tu mihi diuino quid creduis post hunc diem. Idem alibi, Ipsius nec amat, nec tu creduas.
Creditur, Impersonale, (πιστεύεται,) pro Fides adhibetur. Plaut. Sticho. 9. 5. Nunc quia te amicum mihi experior esse, creditur tibi. Liu. 1. ab Vrbe. 211. Ab iis qui missi ab Tarquinio fugientem consecuti erant, interficitur. Creditur, quia nõ abhorret à cætero scelere, admonitu Tulliæ id factum.
Non temere creditur. Cic. pro Sexto Roscio. 37. Tamen non temere creditur, neque leui coniectura res penditur.
Creditur mihi apud illũ. Plaut. Menæch. 15. 25. Neque domi, neque apud amicam mihi iam quicquam creditur.
Creditur, pro Commodatur. Plautus Persa. 9. 19.
Habe animum bonum. creditur, commodabo. sequere hac sis. argentum
Hìc est, quod me dudum rogasti.
Creditũ est. Terent. Adelph. 3. 4. 28. Ignotum est, tacitum est, creditũ est.
Credens, credentis, Participium, (πιστεύων,) vt Fallere credentem, Ouid. epist. 2. 13.
Creditus, pen. corr. Participium, (πεπιστευμένος,) Hora. 1. Carm. ode 3. 1.
– quæ tibi creditum Debes Vergilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor.
Cuncta (vt mos fame) in maios credita. Tacit. lib. 3.
In deterius credita Tacit. lib. 3.
Soluere pecunias creditas. Cic. in Pisonem. 68.
De pecuniis creditis ius dicere. Cic. de Prouinc. Consul. 6.
Creditum, crediti, Substantiuũ, (δάνεισμα,) Quod nobis debetur. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 20. Accipiam ergo tanq̃ creditũ, non beneficium.
Publicum creditum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 81.
Ire in creditum. Paulus in L. Multũ. Paragra. Mutui datio. ff. De rebus creditis, Quoniam earum rerum datione possumus in creditum ire.
Soluere creditum. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 34. Pòst deinde aliter beneficium, aliter creditum soluitur.
Creditor, pen. corr. Verbale, (δανειστής, χρέωστης,) Caius de Verbo. significa. Creditorum appellatione non ii tantùm accipiuntur, qui pecuniã crediderunt, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur. sicuti ex empto, vel ex locato, vel ex vllo alio contractu debetur. Liu. 2. ab Vrbe 97. Ductum se ab creditore non in seruitium, sed in ergastulum & carnificinam esse. Cic. 5. Verr. 51. Erant nonnulli togati creditores Graecorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusque legati, plurimum prodest gratia. Vide Vallam. Horat. 2. Serm. saty. 3. 13. Integer est mentis Damasippi creditor? esto. Hoc est qui Damasippo credidit pecuniam.
Totius summæ creditor. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Inter creditores debitoris corpus diuidere. Quint. lib. 3, ca. 6. 60.
Sponsores & creditores. Cic. pro Qu. 49. Etenim si ex edicto possedisti, quæro cur bona non vænierint, cur cæteri sponsores & creditores nõ conuenerunt? Idem 6. Philipp. 211. Quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores & creditores L. Trebellii conuenire.
Créditrix, pen. corr. Verbale fœmininum. Paulus in L. Claudius Felix §. Aut contra. ff. Qui potior. in pig. vel hyp. Poterit vti exceptione rei iudicatæ aduersus primam creditricem.
Crédulus, pen. corr. (πιστευτικός, εὐπιστος,) Qui quæcunque dicuntur facile credit. Cic. de Amic. 82. Hæc enim in fabulis stultissima persona est, improuidorum & credulorum senum. Idem 4. Academic. 146. Et pro Fonteio. 11.
Credulus illis. Virg. 9. eclog. 7:
– sed non ego credulus illis.
Credulo opponitur Religiosus. Cic. pro Fonteio. 11. Vbi discerni stultus auditor & credulus, ab religioso & sapienti iudice possit
Animus credulus. Seneca Troade. 1. 1.
Animumque rebus credulum lætis dedit.
Quando ista vis autem euanuit an postquam homines minus creduli esse cœperunt? Cic. 2. de Diuin. 176.
Præbere se credulum. Cic. Attico, lib. 15. 329. 1. Vel verba mihi dari faci le patior in hoc, meque libenter præbeo credulum.
Res credula. Ouid. 6. epist. 4. Credula res amor est.
Rates credulæ dicuntur, quibus qui se committunt creduli, qui se posse omnia pericula vitare credunt. Senec. Hipp. 4. 35. Nondum secabant credulæ pontum rates.
Senes creduli. Cic. de Senect. 32. Et de Amicit. 82.
Spes credula. Horat. 4. Carm. ode. 1. 6. Seneca Hipp. 5. 9.
Capi credulitate. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 9.
Credúlitas, pen. corr. (πανουργία, πανοῦργος,) Facilitas ipsa credendi. Plancus Ciceroni, li. 10. 23. 1. Credulitas enim error est magis, quàm culpa est: & quidem in optimi cuiusque mente facillimè irrepit. Marc. lib. 5. 1. Et tumidus Galla credulitate fruar.
Damno esse soler puellis credulitas. Ouid. 16. Epist. 2.
Credibilis, & hoc credibile, pen. corr. (πιστευτός,) Quod ita verisimile est vt credi facile possit. Plaut. Pœnulo. 19. 50. Credibile ecastor dicis: crede huic mi patet. Cic. 4. Verr. 130. Multa enim quæ scio abs te esse commissa, quòd aut nimium turpia, aut parum credibilia sunt, prætermittam. Idem 1. de Inuentione. 93. Quod pro credibili sumptum erit. Ibidem. 64. Credibile est, inquit, quod sine vllo teste, auditoris opinione firmatur.
Sermo credibilis. Ouid. 1. de Arte am. 94.
Sit tibi credibilis sermo, consuetaque verba.
Credibile est. Ouid. 2. Trist. 15.
Stoicum est quidem, nec admodum credibile, Nullum esse pilum omnibus rebus talem. Cic. 4. Acad. 50.
Fortior credibili. Ouid. 3. Fastorum. 124. Hei mihi credibili fortior illa fuit. Hoc est Dido in morte sibi consciscenda fuit fortior, quàm cui quam fuisset credibile.
Coniectura rei alicuius credibilis. Cic. 2. de Diuin. 81.
Credibiliter, pen. corr. Aduerb. (πιστικῶς,) Cic. pro Deiot. 10. Id vos & à viro optimo, & ab homine minimè stulto cogitatũ esse confingitis: at q̃ non modo non credibiliter, sed ne suspicioſe quidem.

Cremastéres, (κρεμαστῆρες,) Nerui à quibus testes dependent. Colum. lib. 6. cap. 16. Deinde prius quàm ferrum admoueas, duabus angustiis ligneis regulis (veluti forcipibus) apprehendere testium neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellãt, quòd ex illis genitales partes dependent.
C R E M E R A. pen. corr. (κρεμέρα,) Plinius apud quem Fabii à Veientibus occisi fuerunt. Iuuen. Saty. 2. 16. Quid Cremeræ legio, & Cannis consumpta iuuentus
Tot bellorum animæ?

Cremium, (φρύγιον,) Colum. lib. 12. capit. 19. 3. rusticos dicit ita nominare sur culos aridos & minutos: quanquam scriptum est gremia. Hermolaus in Plinium.
Cremia cinnamomi. Plin. lib. 12. cap. 19. 5. Sarmenta hasta diuidit sacerdos, deoq; partẽ ponit, reliquum mercator in naſſas condit. Est & alia fama, Cum Sole diuidi, ternasque partes fieri indeinde sorte cremia discerni: quodq; Soli cesserit, relinqui, ac sponte conflagrare.

Cremo, cremas, cremare, (κάω.) Comburere. Plin. lib. 17. cap. 1. 5. Ad Neronis principis incẽdia, quibus cremauit vrbẽ. Plin. de Viris illust. Qui libri, quia leues quasdã sacrorũ causas cõtinebant, ex authoritate patrum cremati sunt. Sic Cæsar. 3. bel. Ciuil. 233.
Cremare eqnos. Plin. lib. 7. cap. 30. 5.
Faces cremare. Ouid. 8. Metam. 169.
Cremari igni. Cic. 2. de Legib. 88. Cæsar. 1. bel. Gall. 16.
Cremata in cinerem purgamenta. Plin. lib. 20. cap. 5. 10.
Leni tepore cremari. Ouid. 1. Metam. 163.
Humili sepultura cremari. Cic. 14. Phil. 408. Quod tũ ipsum p patria nõ miserãdũ putat: nec dispersis bustis, humili sepultura crematos, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cremandus.Particip.(καυστέος,)vt Membra cremanda.Ouid.10.4.in Ibin,
Destra succensæ membra cremanda pyræ.
Dare artus cremandos.Senec.Octau.4.15.
– quum rogis artus tuos dedit cremandos.
Crematus,(καυσθείς.)Aliud Particip.Cic.1.de Diuin.85.Si quidem ad mortem profectiscès Calanus Indus,quum ascenderet in rogum ardentem,O præclarum discessum(inquit)ê vita,quum(vt Herculi cõtigit) mortali corpore cremato,in lucem animus excesserit.
Cremmis eremata Corinthus.Senec.Medea.1.8.
Crematio,Verbale,(καῦσις.)Plin.lib.23.cap.2.5.
CREMONA,pen.prod.(κρεμωνία,)Italiæ ciuitas:de qua Strab.lib.5. sic scribit,Cis Padum vero,circumque Padum celeberrimæ sunt ciuitates,Placentia & Cremona,media in regione propinquissimæ:inter has,& Ariminum sunt Parma,Mutina,Bononia.Virg.9.eclog.6.
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Cremor, cremôris,m.g.(κέρμος,)Id quod exprimitur ex grano aliquo aqua macerato.Cato de Re ruſt.cap.86.Vbi coctum erit,lacte addat paulatim,vsq; adeo donec cremor crassus erit factus.
Hinc cremorem ptisanæ Galenus, atque adeò Medici omnes vocant succum ex hordeo cocto percolatum & expressum,quod vulgò dicitur hordeum mundatum.Celsus lib.5.cap.7.Ducenda aluus,vel aqua vel ptisanæ crêmore.Idẽ paulo pòst,Si siccus manet stomachus,protinus vel ptisanæ,vel alicæ,vel oryzæ cremor dãdus est,cum quo recès adeps cocta sit.Et alibi,In vicem vini,cremor ptisanę sumendus est.
Infundere cremorem.Ouid.19.de Medic.fac.

Crena, crenæ(κρήνη,)Hermolaus in Plin.lib.11.cap.37.Crenæ sunt incisuræ,à quibus crenata herbarum folia vocantur,hoc est ferrata,sectaque per ambitum.Hodie quoque multis locis signa quibus agrestes numerum aliqué in ferulis descripti habent,crenæ appellantur.In sagitta quoque,partis extremæ sectio,in quam nervus interitur,arcum tendere volentibus,Crena dicitur.Sed & in ipso arcu summa cornua,crenas suas habent,in quibus collocatur,sedetq; nervus. Hactenus Hermolaus.Plin.lib.11.cap.37.51.Postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos,decrescentibus crenis quicquid appropinquat ventri.

Creo, creas,creare,(κτίζω,γεννάω,ποιῶ,δημιουργέω,) A carne derivatur,inquit Sipõtinus,& producere significat.Cic.5.de Fin.68.Etenim omnium rerũ quas & creat natura,& tuetur,quæ aut, &c.
Idem.1.Tusc.quæstio.85.Nam principium extinctum,nec ipsum ab alio renascetur,nec à se aliud creabit.
Natura enim fingit homines & creat imitatores & narratores facetos.Cicero.2.de Orat.121.
Creare & gignere artis maximè propriũ est.Cic.2.de Nat.Deor.81.
Genitore dubio creatus.Ouid.lib 5.Metam.29.
Terra creauit genus humanum.Lucret.lib.5.164.
De stirpe humili creatus.Ouid.14.Metam.140.
Aerumnas creare alicui.Plaut.Mil.3.33.
Arbores creare.Virg.2.Georg.2.
Principio arboribus varia est natura creandis.
Carmina creata de aliquo.Ouid.3.Trist.eleg.14.3.
Palladis exemplo de me sine matre creata
Carmina sunt:tibi spes hæc progeniesque mea.
Commoditates alicui.Plaut.Pœnulo.14.95.
Consules creare.Cic.Attico,lib.9.180.9.Id assequit si per Prætores Consules creantur.
Dissolutionem stomachi creare.Plin.lib.9.cap.48.1.
Duritiem.Cel.lib.2.cap.13.Nam & astringitur aliquid eo adempto,qđ interpositum vt id laxaretur effecerat,& mollitur eo detracto quod duritiem creabat.
Errorem creare.Cicc.2.de Diuinatio.83.Nonnunquam etiam errorem creat similitudo.
Fastidium creare dicitur mel.Plin.lib.22.cap.24.3.Vsus despumati semper aptior stomachum tamen inflat,bilem auget,fastidium creat,& oculis per se inutile aliqui arbitrantur.De natura mellis loquitur.
Fraudem suis cruribus capitiq; suo.Plaut.Milit.6.23.
Fruges creare.Lucret.lib.2.35.
Tempora mutare annorum frugesque creare.
Lites creare & serere.Plaut.Pœn.8.9.
In vrbe luxuries creatur,ex luxuria existat auaritia necesse est.Cic.pro Sext.Rosc.Amer.45.
Magistratum.Cæsar.7.bel.Gall.130.Quum singuli magistratus antiquitus creari,atque regiam potestatem annum obtinere consuessent.Cic.2.de Diuinat.112.Quod quidem institutum Reipub.causa est,vt comitiorum vel in iudiciis populi,vel in iure legum,vel in creandis magistratibus,principes ciuitatis essent interpretes.Sic Creare ducẽ gerendo bello.Liu.1.ab Vrbe.95.
Pecus creare dicitur ager.Ouid.3.Fast.49.
Nunc fœcundus ager,pecoris nunc ora creandi.
Periculum alicui.Cic.pro Corn.Balbo.33.Fore huic vt ab illo periculũ

crearetur.Idem.4.Verr.61.Itaque hortari homines cœpit vt aliquid Stenio periculi crearent criminisque confingerent.
Portenta creare,Lucret.lib.5.167.Multaque tum tellus etiam portenta creare Conata'st.
Tribunum aliquem ritè creare.Quintil.lib.2.cap.4.26.
Valetudinem aduersam.Cel.lib.1.in prooem.Neque esse dubium,quin alia curatione opus sit,si ex quatuor principiis vel superãs aliquid,vel deficiens aduersam valetudinem creat.
Creare voluptatem inimicis.Plaut.Casin.9.3.
Vomitum creare.Plin.lib.9.cap.48.1.
Fortes creantur fortibus.Horat.4.Carm.ode.6.
Quæritur vxor pueris creandis.Horat.1.Epist.2.9.
Creator,pen.prod.Verbale,(κτίστης.)Cic.2.de Diuinat.98. Nobis hæc portenta deum dedit ipsa creator.
Creator vrbis Romæ Romulus.Cl.pro Corn.Balbo.24.Quod princeps ille creator huius vrbis Romulus,fœdere Sabino docuit,etiam hostibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere.

Creatrix,pen.prod.creatricis,(κτίστρις,)Verbale fœmininum.vt Rerum creatrix natura.Lucret.lib.2.1174.
Manum Chalybum belli creatrix.Valer.lib.5.Argon.29.

Creatio,Aliud Verb.(κτίσις)vt Creatio magistratuũ.Cic.3.de Leg.14.

CREON,huius Creontis,(κρέων,)Corinthiorum Rex,prædonis Sisyphi filius,Creusam filiam Iasoni,Medea repulsa,in matrimonium dedit.De quo Tragœdia est apud Senecam.Creon,alter Rex Thebanorum pater Iocastæ vxoris Oedipi,post Polynicem & Etheoclem interfectos,sumpsit imperium,filiamque suam Megaram Herculi iunxit, vt est apud Senecam in Hercule furẽte. Creon item,Lesbi insulæ mõs est,vt scribit Plinius lib.5.cap.31.Montes habet Lepethymum,Ordymum,Macistum,Creonem,Olympum.
Immanis ectus Creon.Stat.12.Thebaid.96.
Infestus Creon.Senec.Medea.2.11.
Perimere quum te vellet infestus Creon.
Magni Creontis filia.Horat.Epod.5.14.

CREOPHILVS,pen.cor.Samius,quem aliquando tradunt suscepto in hospitium Homero,accepisse ab eo donum,inscriptionem poematis,quod Oechaliæ captiuitatem vocant.Sed Callimachus per epigrãma quod dicit contrarium ostendit,quòd quanquam Creophilus opus composuerit,Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidam hunc Homeri magistrum tradunt:quidam nõ hunc,sed Aristæũ Proconnesium.Author Strabo lib.14.

Crepae, à principio capræ sunt appellatæ:quòd cruribus crepent,Authore Festo.

Crèperus, penult.correp.Adiectiuum(ἀμφίβολος,)Anceps & dubius,inquit Festus cum Nonio. Lucretius,lib.5.Exæquataque sunt creperi certamina belli. Accius Phœnices, Quæ ego iuncta esse fluxa in mea re crepera comperi. Idem Telepho,Nunc tu in re crepera tua quid capias consilii vide.Lucilius,lib.5.Satyr.
In summo crepera iuuentus salutis.

Crèpida, crepide,pen.corr.(κρηπίς,)Gellius,lib.13.cap.20.Omnia ferme id genus quibus plãtarum calces tantum infimæ tegũtur,cætera propè nuda,& teretibus habenis iuncta sunt,soleas dixerunt:nonnunquam voce Græca crepidulas.Et paulo pòst,Sed(vt dixi)crepidas crepidulas,prima syllaba correpta,id genus calceamenti ũ appellauerũt,quod Græci κρηπῖδας vocãt. Eiusque calceamenti tores,crepidarios dixerunt.Sempronius Asellio in libro Rerũ gestarum.14.Crepidarium,inquit,cultellum rogauit à crepidario sororem. Hactenus Gellius.Persius Satyra.1.ad finem, Non hic qui in crepidas Graiorum ludere gestit.Horat.1.Serm.Saty.5.26.
Chrysippus dicat:sapiens crepidas sibi nunquam.
Nec soleas fecit.Cic.pro Rab.Posthumo.16.Non solum cum chlamyde,sed etiam cum crepidis in Capitolio statuã videtis.Liu.9.bel.Pun. 100.Cum pallio,crepidisque inambulare in gymnasio.
Quidam hoc nomen à crepitu,hoc est sono quem reddunt ambulando,dicunt appellatam crepidam.
Crepidę Carbatinę Catul.epig.95.1.Vide CARBATINA.
In crepidis,pro Crepidatus.Vide IN.

Crepidãtus,pen.prod.Adiectiuum,(κρηπιδωτός,)Cic.in Pisonem.73.In de nocte intempesta crepidatus,veste seruili nauem cõscendit.Et paulo pòst,Quo metu commoti Dyrrhachini,profugisse noctu crepidatum imperatorem indicauerunt.

Crepidula,pen.corr.(κρηπίδιον,)Diminut.& Crepidarius. Vide *Gellii* exemplum in Crepida.

Crepîdo, pen.prod.crepidinis,f.g.(κυματωγή,) Est,inquit Varro,in Raudẽsem,ora terræ,quã aqua alluit:ex hoc appellata,quòd ibi aqua alluẽs crepat crepitátve quũ currit,aut vndas appellat.licet Græci sibi huius nominis originem vendicent.Cic.7.Ver.76. Vsque ad forum,& ad omnes vrbis crepidines accessit. Colum.lib.8. cap.17.9.Pręiaciantur in gyrum moles.Et paulo pòst, Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur,& in tranquillo consistens

piscis,sedibus suis non exturbatur.Plin.lib.36.cap.9.1.Cic. in Orat. 130.Deinde omnia tanquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur.Curtius,Euphrates Babylone interfluit,magnæque molis crepidinibus coercetur.
Per metaphoram vero & putei ex tremam oram,quæ ad puteum respicit,quod vulgò dicitur Os putei,& omnem extremitatem,solemus crepidinem appellare.Hæc Valla in Raudensem.Varro.3.de Re ruſt.ca. 11.1.Circum totum parietem intrinsecus crepido lata,in qua secundũ parietem sint tecta cubilia.
Ripæ crepido.Stat.9.Thebaid.99.
Crepido,Abrupti saxi altitudo & moles etiam dicitur, vt ait Seruius vel ora præcipitii.Virgil.lib.10.Aeneid.131.
Fortè ratis celsi comiuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis,& ponte parato.Seneca epist.58.Caligabit sapiẽs si vastam altitudinem,in crepidine eius constitutus,despexerit.
Dorsi crepido.Statius.1.Achilleid.90.
Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis.
Rupibus expositis,longique crepidine dorsi,&c.
Graminea crepido.Statius lib.1.Sylu.3.9.
Crepido,etiam editioris cuiusque loci altitudo & extremitas,quã merito insidere solebãt,inquit Merula.Iuuenal.Satyra.5.Nulla crepido vacat,nusquam pons?Seneca,Quis crederet iacentem super crepidinem Marium,aut fuisse,aut futurum Consulem? Budæus.

Crepitaculum,Crepito,Crepitus, Vide CREPO.

Crepo, crepas,crepui,crepitum aro crepaui,crepãtum, (ψοφέω,) crepare,Proprie sonare significat.Plaut.Menech. 20.27.
Dic mihi,en vnquam intestina tibi crepant,quod sentias?
MEN.Vbi satur sum,nulla crepitant quando esurio,crepant.
Ouidius,Et crepat ad medios lautus adusta focos.
Crepuit foris.Id est insonuit,inquit Donatus.Plaut.Amph.5.34.Orationem comprimam,crepuit foris.Terent.Adelph.2.3.11.Sed quidnam foris crepuit?. Idem Eunuch.5.8.5.Sed fores crepuere ab ea,perii.
Crepuit clarè foris.Plaut.Pœnulo.8.33.
Arma ciuilis crepuere belli.Seneca in Thyeste 7.4.
Dentes crepuere retecti.Persius Satyra.3.11.
Sonabile sistrum crepuit.Ouid.9.Metam.157.
Pede crepante desilire.Horat.Epod.16.10. – montibus altis
Leuis crepante lympha desilit pede.
Crepare,Prædicare:tumque accusatiuo iungitur.Horatius. 1. Carminum ode.18.1.Quis post vina grauem militiam aut pauperiẽ crepet? Alii legunt increpet.Lucretius lib.2.Et crepat antiquum genus & pietate repletum.Horatius,Sulcos & vinera crepat mera. Idem,Siquid Sterninus veri crepat.
Crepare,Rumpi.Virgil.5.Aeneid.42. – & acuto murice remi
Obnixi crepuere.
Crepito,crepitat,pen.cor.crepitare,Frequentativum.Est proprium cymbalorum,tympanorum, & aliorum huiusmodi. Ad alia tamen etiam transfertur.Plinius lib.12.cap.17.6.Myrrata deprehenduntur,crepitantque in igne.
Aera crepitantia.Virg.4.Georg.51.
Arma crepitantia.Ouid.1.Metam.29. Idem.15.157.
Auster crepitans.Virg.3.Aeneid.14.
Bractea crepitat leni vento.Virg.6.Aeneid.42.
Messis crepitantibus culmis aret.Silius.lib.13.136.
Crepitare dentibus.Plaut.Rud.1.52.
Flammis crepitare.Tibull.lib.2.eleg.6.9.Vt succensa sacris crepitet bene laurea flammis.
Multa grandine nimbi Culminibus crepitant.Virg.5.Aeneid.91.Vbi Seruius dicit esse Hypallagen.nam debuisset dicere,Multo nimbo grando crepitat.
Lamina crepitans.Senec.in Agamemn.9.10.
Duro crepitant sub vulnere malæ.Virg.5.Aeneid.87.
Rostro crepitant.Ouid.6.Metamorph.20.Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.
Sinus carbasei crepitantes.Virg.11.Aeneid.155.
Squamæ crepitantes.Ouid.epist.12.21.Peruigil ecce draco squamis crepitantibus horrens Sibilat.
Crepitat mihi venter.Plaut.Amphit.15.12.

Crepitus, huius crépitus,penult.cor.(ψόφος,δρόμος,) Est sonus violentus ex impulsu resultans,qualis est ostii pulsati,cymbalorum,tympanorũ, tubarum,cornuum.
Armorum.Plin.lib.2.cap.57.
Dentium.Cicero.4.Tuscul.30.
Forium.Plaut.Curcul.4.1.
Fœnorum.Varro.lib.2.cap.7.10.
Gladiorum.Hirtius lib.6.131.
Imbrium.Plin.lib.12.cap.1.7.
Pedum.Cic.in Topicis.25.
Plagarum.Cic.7.Verr.126.
Tessarum.Iuuenal.Saty.11.17.
Viridis materiæ.Liu.6.ab Vrbe.10.
Crepitus dissonus.Plin.lib.2.cap.12.3.
Dare crepitum,Crepitare.Iuuenal.Saty.3.11.

Crepitus,(κορκορυγμός,) Est etiam eruptio ventris. vt Stoici putabãt non minus honestos crepitus esse,quàm ructus.Ex Ciceronę ad Pætũ, lib.9.22.16.Et apud Plinium,Crepitum reddere,libro.27.cap. 12.6. Βόμβους,Græci appellant.Vide REDDO.

Crepitaculum,pen.corr.(κρέπιτακλον,)Instrumentũ quod manibus percussum reddit sonum.Colum.lib.9.cap.12.1.Crepitaculis æreis,aut testarum plerunque vulgò iacentium sonitu terreatur fugiens iuuentus. Martial.epig.de Crepitaculo sic habet lib.14.54.
Siquis plorator collo tibi vernula pendet,
Hæc quatiat tenera garrula cistra manu.

Puerilia crepitacula.Quintil.lib.9.cap.4.Mediis quoque verbis non ea modò cura sit,vt inter se cohæreant:sed ne pigra,ne longa sint:ne, quod nunc maximum vitium est,breuium contextu resultent,& sonũ edant puerilium crepitaculorum.

Crepitacillum,(κροτακλίδιον,)Diminut.à crepitaculo.Lucrer. lib.5.46. Nec crepitacillis opus est. Aliàs legitur Crepitacula eis.

Crepax,crepãcis,pen.prod.à Crepando.In versibus Mecœnatis quos refert Seneca,epist.115.Vbi vocat crepacem malam.

Crepundia, crepundiorum,n.g.plu.nu.(κροκάλαι κροκάλαι,) Sunt non modò vestes,sed bullæ,enšiculi,fecuriculæ,crepitacula,& puerilia ornamenta:à crepando,hoc est tinniendo dicta:quoniam infantes huiusmodi crepitaculis maximè gaudẽt.Plautus Cistel.8.5.Nam hîc crepũdia insunt quibuscum te illa olim ad me detulit.Idẽ Rud.24.110.multis verbis declarat quęvocenẽ crepũdia.

Crepúsculum, pen.corr.(κρεπερκλον,δρόσος,δρόσλη,) Dies tempus,inquit Festus.Nonius verò, Crepusculum inquit,dicitur lux dubia.Colum.lib.6.cap.23.2. Id quoq; sem per crepusculo fieri debet.Plin.lib.18.cap.25.11.Oriente sole vel occidente matutini vespertinive cognominati,prout alterutris eorum mane vel crepusculo cõtingit. De stellarum ortu & occasu duplici loquitur.Seruius,De crepusculo quod est dubia lux(nam creperum,dubium est)quæritur.Et licet vtrique tempori possit iungi,vsus tamen vel matutino iungamus obtinuit.licet Lucanus dixerit, Longa repercussa nituere crepuscula Phœbo.
Crepusculo primo.Plaut.Casin.2.39.Quom conspicatus est primo crepusculo puellam exponi.
Lucis dubiæ crepuscula.Ouid.11.Metam.120.
Opaca crepuscula.Ouid.14.Meram.25.
Sera crepuscula noctem trahunt.Ouid.lib.1.45.
Facta crepuscula.Ouid.14.epist.5.
modò facta crepuscula terris,
Vltima pars noctis primaque lucis erat.

Cresco, crescis,creui,cetũ,(αὐξάνω,προκόπτω,ἐπιδίδωμι,ἀθροίζομαι,) crescere,Augeri est.Plautus Merc.19.29. Par est ætas vnà creuimus.
Crescere,& Decrescere,contraria.Cicero.2.de Diuinat.50. Ostreisque & conchyliis omnibus contingere,vt cum luna pariter crescant,pariterque decrescant.
Lacte quis infantes nescit creuisse ferino?Ouid.3.Fast.11.
In domo alicuius creuisse,pro Nutritum ab infantia fuisse. Suet.in Othone,cap.1.Per gratiam Liuiæ Augustæ,in cuius domo creuerat,Senator est factus.
De tenui origine crescere.Ouid.3.Fast.87.
Crescere ad plenitudinem,& in longitudinem.Plin.lib.11.cap.37.82.
Molem maris in astra crescere.Lucan.lib.5.125.
Crescere in altitudinem.Liu.5.ab Vrbe.69.
In immensum crescere.Ouid.4.Metam.133.
Immensum crescere.Ouid.5.Fast.107.
Crescere in latitudinem.Colum.de Arborib.cap.17.24.
In mores patrios crescere.Stat.lib.4.Sylu.7.9.
Crescere in multas opes.Liu.1.bel.Pun.25.
Crescere in aduncos vngues.Ouid.2.Metam.48.
In vnum crescere.Catul.epigram.108.
Super ora,capatque Creuit onus.Ouid.12.Metam.105.
Paulatim crescere.Lucret.lib.1.38.
– vegrandia farra coloni
Quæ malè creuerunt,vescaque parua vocant.
Malè crescere.Ouid.3.Fast.90.
Aequor crescit aquis.Lucan lib.5.68.
Amor crescit.Stat.3.Thebaid.111. Iuuenal.Satyr.14.
Audacia creuit.Ouid.8.Metam.17.
Barbam crescere.Lucret.lib.5.190.
Cupido furiosa opum creuit.Ouid.1.Fast.43.
Labor crescit.Silius lib.3.107.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mare creuit in aſtra, Athi intumuit. Senec. Hippol. 10-4.
Mœnia creſcunt. Ouid. 15. Metam. 91.
Mea nomina creſcunt. Ouid. epiſt. 5-5.
Creſcebat in eo odium. Cic. de Aruſp. Reſp. 42.
Opes creuerunt. Ouid, 1. Faſt. 43.
Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido.
Creſcit amor nummi, quantũ ipſa pecunia creſcit. Iuuenal. Saty. 14.
Cuiusdam ſeditionem fauore creſcere. Ouid. 9. Metam. 86.
Stragis in cumulum creſcunt. Claud. 5. Paneg. 22.
Virtus animo creſcit. Claud. 8. Paneg. 3.
Vis animi pariter creſcit cum corpore quoque Lucret. lib. 3. 154.
Voluptas creſcit. Senec. in Medea. 11. 23.
Audiæ creſcunt in pectore voces. Valer. lib. 7. Argon. 62.
Creſcere, p honoratiorẽ & ornatiorẽ fieri, vel etiam diteſcere. Cic. pro Cluentio. 61. Condemnato Oppianico, ſtatim L. Quintius homo maxime popularis, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere conſueſſet, oblata ſibi facultate putauit, vt ex inuidia Senatoria poſſet creſcere, q. eius ordinis iudicia, minus iã pbari populo arbitrabat.
Factis alicuius creſcere. Id eſt virtute alterius nomen ſibi maius comparare. Claud. 4. Paneg. 21.
Creſcere ex accuſatione aliquorum. Cic. pro Sex. Roſc. 50. Nam ſi mihi liberet accuſare, accuſarem alios potius ex quibus poſſem creſcere.
¶ Creſcere de re aliqua. Cic. 7. Verr. 136. Deniq; ſi videor hîc, id quod ego non queſiui, de vno iſto voluiſſe creſcere: iſto abſoluto, quod ſine multorum ſcelere fieri non poteſt, de multis mihi creſcere licebit.
¶ Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. Cic. in Catil. 5.
Creuerunt animi. Cic. pro Lege Manil. 31. Quum ſocii pertimuiſſent, hoſtium opes, animiſque creuiſſent, quum &c.
Creſcit mihi materies ſcribendi. Cic. ad Atticum, lib. 2. 27. 4. Quòd me vt ſcribam aliquid hortaris, creſcit mihi quidem materies vt dicis, ſed tota res etiam nunc fluctuat.
Finis creſcendi. Lucret. lib. 2. 1114.
Nec noua creſcendo reparabat cornua Phœbe. Ouid. 1. Metam. 3.
Creſcens, Participium, (ἐπαυξόμενος,) Martial. lib. 1. 84.
–raptum domnio creſcentibus annis.
Anni creſcentes. Ouid. 10. Metam. 5.
Opus creſcens. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 4.
Creſcentem ſequitur cura pecuniam. Horat. 3. Carm. ode. 16. 4.
Segetes creſcentes. Ouid. 8. Metam. 58.
Veritas creſcens. Catul. in Argon. 59. 55.
Creſcentes & aduenientes morbi. Cic. 2. de Diuin. 210.
Poeta creſcens. Virg. eclog. 7. 5.
Cretus, Particip. (κρτθείς,) Virg. 7. Aeneid. 15. Horramur fati quo ſanguine cretus. Id eſt quibus ſic parẽtibus natus, ait Seruius. Sic lib. 3. 121.
Sanguine cretus Syliphio. Ouid. 13. Metam.
– quid ſanguine cretus
Syliphio, furtisque & fraude ſimillimus illi?
A ſanguine Troiano cretus. Virgil. 1. Aeneid. 59.
Ab origine cretus eadem Aeritius &c. Ouid. 4. Metam. 122.
Corpore mortali cretus. Lucret. lib. 5. 2.
Cretio, Pro adiitione hæreditatis. L. Cretionum. C. de Iure deliberandi.
CRETA, pro Cretenſi. Vide CRETA.
CRETA, Creta, & Crete Cretes, (κρήτη,) Inſula in medio ponto, centum vrbium fama clara atque (vt ſcribit Strabo lib. 10.) à Septẽtrione, Aegæo allnitur ſimul & Cretico pelago: Ab Auſtro, Aphrico: ad Occidentem Aegilam & Cythera ſpectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducẽta ſeptuaginta millia paſſuum: in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingentorum octoginta octo millia paſſuum complectitur. Inſignes in ea vrbes ſunt Gortynia, Cydonia, Gnoſus Minois regia, & Strabonis coſmographi patria. Nullũ in Creta animal noxiũ eſt: optimiq; vini fertiliſſima eſt. de qua Verg. li. 3. Aen. 21.
Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto:
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula noſtræ
Centum vrbeis habitant magnas, vberrima regna. Dicta eſt Cureta, ab habitantibus Curetibus: & per ſyncopam Creta. Alii dicunt Cretam dictam, à Crete quodam Iouis filio, Curetum rege. Alii à Crete Nympha, Helpei idis filia. Arrianus non à Crete, ſed à Cres, Cretis genitiuũ faciente, nominatam, dicit, ab eo qui Iouem abſcondit in monte Lycæo. Vnde Creſſa, tantum fœmin. generis, id eſt Cretenſis. Similiter Creſſeus, & Creſſius. Sunt autem hæc nomina quæ ex maſculino fœminum ad ſimilem formam mittunt: ſi ſcilicet Cres Creſſa: Libys, Libyſſa: Phœnix, Phœniſſa: Magnes, Magneſſa: Thrax, Threſſa, & Threiſſa. Tibullus.
– etiam Phœbo gratiſſima dona Cres tulit. Auſonius,
Præpetibus pennis ſuper aera vectus homo Cres. De hac Diodorus lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 12.
Alta creta. Virg. 6. Aeneid. 117.
Cærula Crete. Senec. in Herc. Oetheo. 15. 3.
Cærulam vocat, quoniam in mari eſt ſita.

Domi natrix freti Creta. Senec. Hippol. 2. 1.
Exeſa Creta nigris chelydris. Virgil. 2. Georg. 43.
Humida Creta. Horat. Epod. 11. 2.
Nobilis centum vrbibus Creta. Horat. Epod. 9. 6.
Potens centum oppidis Crete. Horat. 3. Carm. ode. 17. 7.
Spatioſa Crete. Senec. Troade. 9. 2.
Cres, Cretis, (κρὴς,) Qui eſt ex Creta. Cic. p Muren. 65. Neqi verò Cretes, quorũ nemo guſtauit vnquã cubans, melius quàm Romani hoſtes qui tempora voluptatis laborisq; diſpertiunt. Vide Creta.
Epimenides Cres. Cic. 1. de Diuinat. 63.
Puella Creſſa, (κρὴσσα,) Ouid. epiſt. 2. 16.
Pugnaces Creſſæ, Canes de Creta dicuntur. Senec. Hippol. 1. 7. Teneant acres lora moloſſos.
Et pugnaces tendant Creſſæ
Fortia trito vincula collo.
Nota Creſſa. Id eſt ſignum candidum. Horat. 1. Carm. ode. 36. 3. Creſſa ne careat pulchra dies nota. Alludit ad morem illum à Thracæ populis prius defluxum, quo dierum ſingulorũ fortunas notare ſolebant veteres, aduerſas quidem lapillo atro, fœlices autem candido. Hunc morem Acron & Porphyrion etiam Cretẽſibus communem fuiſſe voluiſſe. Vide prouerbium Creta notare.
Creſſius, (κρήσιος,) Adiect. vt Nemora Creſſia. Virg. 4. Aeneid. 14.
Cretis, Cretidis, pen. corr. (κρῆτις,) Patronymicũ, f. g. vt Nymphę Cretides, quæ Cretam incoluut. Ouid. 3. Faſt. 89.
Cretæus, Adiect. (κρητικὸς,) vt Cretæa humus, apud Ouidium.
Iuuencus Cretæus. Id eſt Minotaurus. Propert. lib. 3. eleg. 19. 3.
Ceruæ Cretęę, quæ in Creta plurimæ ſunt, in qua inſula naſcitur dictamnus, quo vulnerati cerui ſanantur. Senec. Hipp. 1. 11.
Vrbes Cretææ. Ouid. 9. Metam. 134.
Cretenſis, & hoc Cretenſe, Idem, (κρητικὸς,) vt Cretenſis homo. Vide puerbium, Cretizare cum Cretem, apud Eraſmum in Chiliadibus.
Tertius Iuppiter Cretenſis Saturni filius. Cic. 3. de Nat. Deor. 72.
Creticus, pen. corr. Adiectiuum, (κρητικὸς,) Quod ex Creta eſt. vt Creticum mare. Horat. 1. Carm. ode. 26. 1.
Creta, cretæ, (κρήτη, κιμωλία,) Terra alba & tenax, à crescendo dicta, vt vult Sipontinus: quoniam proprietas eius eſt, vt in macerando creſcat: quod in primis cretæ Vmbricæ accidit. Cretæ genera vide apud Plinium lib. 35. cap. 17. 1.
Creta Aſiatica. Cic. pro Flacco. 29. Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, quæ ferè eſt omnibus nota nobis, quã vtuntur omnes, non modo in publicis, ſed etiam in priuatis literis, quas quotidie videmus mitti à publicanis ſæpè vnciuq; noſtri. Inter Aſiaticas cretas, Galenus laudat cretam Cymoliam.
Tenax creta. Virgil 1. Georg. 36.
Creta aut carbone notare. Perſius Saty. 5. 11.
Solidare aream creta. Virg. 1. Georg. 36.
Cretula, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 6. Verr. 51. Quum Valerio eius interpreti epiſtola Agrigenti allata eſſet, caſu ſignum iſte animaduertit in cretula: placuit ei, exquiſiuit vnde eſſet epiſtola: Reſpõdit, Agrigento.
Cretula, Genus coloris: de qua ſic Plin. lib. 35. cap. 7. 1. Ex oĩbus coloribus cretulam amare, vdoq; illini reculant purpuriſſum, Indicum, &c.
Cretaceus, Adiectiuum, (κηριώδης,) Quod eſt ex creta.
Cretacea filigo, Quæ creuit in loco cretoſo. Plin. lib. 18. cap. 9. 1. E ſiligine lautiſſimus panis, piſtrinarumque opera laudatiſſima. Præcellit in Italia, ſi Campana Piſis natæ miſceatur. ruſſior illa, at Piſana candidior, ponderoſior verò cretacea.
Cretãtus, pen. prod. (κηρωτὸς,) Aliud Adiectiuum, Creta infectus. Plinius lib. 35. cap. 18. 1. Hoc eſt inſigne venalitiis gregibus, opprobriumq; inſolentis fortunæ, quòd & nos adeò potiri rerum vidimus, vt Prætoria quoque ornamenta decerni à Senatu, iubente Agrippina, Cl. Cæſaris viderimus libertis. antũ que non cum lauretis faciebus rematri illo vnde cretatis pedibus aduenirent. Cretatis pedibus homines intelligit Plinius venales, qui ex ſummis diuitiis in paupertatem redacti eſſent. Idem lib. 35. cap. 17. 4. Eſt & vilitſima, qua circum præducere ad victoriæ notam, pedeſq; venalium trans mare aduectorum denotare inſtituerunt Maiores. Iuuen. Saty. 1. in eandem ſententiam dixit, Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.
Cretatę caligæ. Vide CALIGA.
Cretatæ faſciæ. Cic. Attico, lib. 2. 18. 1.
Creũlus, penult. product. (κρητῶδης,) Aliud Adiectiuum, Quod creta abundat. Plin. lib. 15. cap. 18. 4. Cato de ficis ita memorat, Ficos mari ſeas in loco cretoſo aut aperto ſerito. Idem lib. 35. cap. 14. 2. Et Ouidius. 7. Metam. 95. Cretoſa tura.
CRETHEVS, Diſſyllabum, huius Cretheos, Filius fuit Aeoli, Iouis filii, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aeſonem genuit, Alcimedontem & Amytaonem, vt eſt apud Homerũ, lib. Odyſſeę. 11. Valer. Flac. lib. 1. Argon. 9. – noſtri de ſanguine Phryxus
Cretheos, vt patrias, audis, effugerit aras. Verba ſunt Peliæ ad Iaſonem nepotem.

Cretheius,

Cretheius, Adiectiuum. vt Virgo Cretheia, Helle Cretheos neptis dicitur quæ Helleſponto dedit nomen. Valer. lib. 2. Argonaut. 124. Vndarum decus & gentis Cretheia virgo.
CRETHON & Oreſilochus, filii fuêre Dioclis. Hi vnà cũ reliquis Græcorum principibus ad Troiã profecti ſunt ex Pheris ciuitate. Author Homerus lib. Iliad. 3.
CRETICVS, Oratoris nomen, cuius meminit Iuuenalis Satyra 2. 8. Acer & indomitus, libertatisque magiſter Cretice pelluces.
CRETICVS, Qui ex Creta eſt. Vide CRETA.
Creticus, Subſtãtiuum, (κρητικὸς,) Genus pedis eſt, quod ex prima & tertia longis conſtat. Alio nomine Amphimacrus dicitur, Cic. in Oratore. 176. Idem lib. 3. de Orat. 101. Creticus pes eſt ex longa, & breui & longa: vt Quid petam præſidii, aut exequar, quóve nunc.

Cretio, Vide CERNO.

Creui, Præteritum, Modo ſignificat hæreditatem adiisse modò maiorẽ ætate vel cenſu ſuum modò iudicauiſſe modò diuiſſe. quæ omnia à duobus verbis creſco & cerno veniunt. Feſtus. Vide CRESCO, & CERNO.

CREVSA, pen. prod. (κρέουσα,) Creontis Corinthiorum regis filia, quã Iaſon, repudiata Medea, vxorem duxit. Ei indignata Medea, ſcriniola quædam dono miſit, quibus apertis flamma protinus exiit, quæ Creuſam cum tota regia combuſſit. Propertius lib. 2.
Aſpice quid donis Eryphila inuenit amaris,
Arſerit & quantis nupta Creuſa malis. Fuit & Creuſa, Aeneæ vxor, apud Virgilium. 2. Aeneid. 130.
Nos contra effuſi lachrymis coniuxque Creuſa,
Aſcaniuſque, omniſque domus.

Cribrum, (κόσκινον, λίκμον, σινικὸν,) Piſtorium vas. Plautus Rud. 4. 14.

Villam integrũ dam intelligo totam mihi:
Nam nunc pellucet ea, quàm cribrum crebrius. Id eſt plurimis locis ac paſſim. Cic. 2. de Diuinatione. 87. Quaſi verò quicquam interſit, mures diem noctem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint.
Rarum cribrum. Ouid. 12. Metam. 88. –cerebrum
Molle fluit, veluti concretum vimine querno
Lac ſolet: vtue liquor rari ſub pondere cribri
Manat, & exprimitur per denſa foramina ſucus.
Cribro incernere, vel Succernere. Colum. lib. 5. cap. 6. 5. Atque ita cribro purrem terram duos alte digitos incernemus. Hoc eſt Cribrabimus. Plin. lib. 18. cap. 11. 12.
Cribro aquam haurire, vel gerere, Prouerbium in eos qui operam pdunt. Plaut. Pſeud. 3. 100. Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras. Videto Eraſmum in Chiliad.
Cribro, cribras, (σήθω, κοσκινεύω, σινιάζω,) cribrare, Cribro incernere. Plin. lib. 35. cap. 5. 19. Præterea mirum inuentum eſt, quòd inciſum forficulis, vt diximus, cribrant, cortex remanet. Colum. lib. 12. cap. 23. 1.
Nam omni lentore miſſo, facilius in puluerem reſoluitur, atque cribratur. Idem Colum. lib. 12. cap. 8. 3. Et Plin. lib. 18. cap. 24. 3.
Cribrarius, Adiectiuum. (κοσκινικὸς,) Plin. lib. 18. cap. 11. 12. de alica loquens, Poſteaque gypſi pars quarta inſpargitur, atque vt cohæſit, farigrandiſſima eſt. Rurſus quæ tranſit, arctiore cernitur, & ſecundaria vocatur. Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro anguſtiſſimo, & tantum arenas tranſmittente.

Crimen, criminis, n. g. (γκλημα, αἰτίαμα,) Delictum. propriè dicitur id quod factum eſt, vt ait Donatus. Ouid. in epiſt.

Dic mihi quid feci, niſi non ſapienter amaui?
Crimine te potui demeruiſſe meo. Cic. ad Marium, lib. 7. 3. 17. Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit reipublicæ profuturus, criminis loco putant eſſe quòd viuam. Idem Curioni, lib. 2. 1. 3. Eodem ego te condemnabo crimine. Idem. 3. Verr. 29. Idem enim certis propriſque criminibus accuſabo.
Scelus & crimen. Cic. pro Cœlio. 48.
Crimen etiam dicitur ipſa criminatio, ſiue criminum accuſatio. Cic. in Philip. Hæreditatem mihi negaſti obuenire: vtinam hoc tuum verum crimen eſſet. Idem. 5. Verr. 120. Omnia ſimul intelligere potuiſtis iudices ex hoc vno crimine Scandilianos: primum hoc, non eſſe Romæ natum de ſocietate. Decumarum, non ab accuſatore fictum, non vt ſolemus interdum in defenſionibus dicere, crimen domeſticum ac vernaculum. Idem 3. Verr. 13. Deinde reliquis diebus his criminibus, his teſtibus & vrbanis & prouincialibus ſic obrutus & oppreſſus eſt. Ibidem. 7. Quærat non ſollum quema dmodum noſtro crimini, verumetiam quo pacto ſuæ confeſſioni poſſit mederi.
Ambitus crimen. Cic. pro Murena. 50.
Facti crimen. Cic. pro Milone. 74.
Fortunæ crimen appellatur, quum quis caſu, non dedita opera peccat, Ouid. 3. Metam. 29. – de Actæone,
At bene ſi quæras, fortunæ crimen in illo,

Non ſcelus inuenies. quod enim ſcelus error habebat? Quint. in proœm. lib. 6. 12. Nam fruſtra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus.
Maleficii crimen. Cic. pro Roſc. Amer. 43.
Neceſſitatis crimen, non voluntatis. Cic. pro Ligar. 5. Tertium eſt tẽpus, quo poſt aduentum Vari in Africa reſtitit. quod ſi criminoſum eſt, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis.
Proditionis crimen inferre alicui. Cic. 7. Verr. 84.
Veneni crimen. Cic. pro Deiot. 11.
Crimen per petuæ poſteritatis. Ouid. 4. Triſt. eleg. 8. 6.
Infamia criminum. Quintil. lib. 5. cap. 7. 18.
Inuidia criminum. Quintil. lib. 4. cap. 3. 5.
¶ Acerba crimina alicui obiicere. Quintil. lib. 6. cap. 3. 69.
Aſperum crimen. Quintil. lib. 5. cap. 13. 14.
Credibile crimen. Quintil. lib. 7. cap. 3. 32.
Commune crimen. Virg. 12. Aeneid. 4.
Inane crimen. Vide INANIS.
Inuidioſum crimen. Vide INVIDEO.
Natum crimen. Cic. 7. Verr. 84. Deinde hoc quintodecimo die crimen eſſe natum poſtquam claſſis eſſet amiſſa.
Nauale crimen. Vide NAVIS.
Nefanda crimina. Senec. Hippol. 6. 16.
Nefanda iuueni crimina inſonti apparat.
Nefarium crimen & fraus capitalis. Cic. 2. de Orat. 109.
Nobile crimen. Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 8.
Noxia crimina. Sil. lib. 16. 106.
Patens crimen & ſine teſte probatum. Ouid. 15. Metam. 8.
Diu tacitum crimen. Senec. Hippol. 5. 11.
Tributarium crimen. Cic. pro Plancio. 37.
Turpe crimen. Horat. in Arte poet. 53.
¶ Abſcondere crimen face ingali, Matrimonii prætextu adulterinũ partum celare. Senec. Hippol. 5. 2.
Acerbare crimen alicuius. Claud. de Raptu Proſerp. 2. 42.
Veſtitus crimen afferre alicui. Cic. pro Rab. Poſth. 17.
Falſi criminis reum agi. Ouid. 1. de Remed. amoris. 78.
Auertere crimen in aliquem. Quintil. lib. 7. cap. 39.
Adducere in crimen. Plin. lib. 22. cap. 22. 24. Inter ea quæ temerè mãdantur, boletos meritò poſuerim, opimi quidem hos cibi, ſed immenſo exẽplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hãc occaſionem à coniuge Agrippina dato.
Carere crimine turpitudinis. Quintil. lib. 2. cap. 2. 9.
Conferre crimen cum vita. Cic. pro Syl. 56.
Manifeſtis criminibus conuinci. Cic. 3. Verr. 17.
Damnari crimine mortis. Virg. 6. Aeneid. 86.
Dare crimini. Vide D O. Cic. 7. Verr. 59.
Deducere crimen ad ipſos oculos. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 7.
Defendere crimen aliquod. Ouid. 13. Metam. 61.
Atrocitatis crimina defendere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 16.
Varii crimen defendere. Quintil. lib. 4. cap. 5. 7.
Cauſæ criminum plerunque inſectatione defenduntur. Cic. 2. de Orat. 58.
Sine crimine vitam degere. Virg. 4. Aeneid. 119.
Ad crimen defenſionem quærere. Cic. 5. Verr. 134.
Differre crimen. Quintil. lib. 7. cap. 2. 9.
Paucorum crimen in omnes diffundere. Ouid. 3. de Arte. 2.
Diſcere crimen alicuius, pro cognoſcere crimen. Virg. 6. Aeneid. 87.
Quæſitor Minos vrnam mouet: ille ſilentum
Conciliumque vocat, vitaſque & crimina diſcit.
Diſſoluere crimina. Cic. pro Sylla. 51. & De Opti. gen. orat. 149.
Dotata crimine virgo. Ouid. epiſt. 6. 28.
Ducere aliquem in crimen. Tacit. lib. 5.
Suſpicionem & crimen quædam efficiunt. Cic. 2. de Orat. 179.
Ineptiarum crimen effugere. Cic. 3. de Orat. 104.
Eleuare crimen. Quintil. lib. 7. cap. 3. 32.
Eluere crimen. Ouid. 11. Metam. 19.
Fraudi aut crimini eſſe alicui aliquid. Cic. pro Murena. 67.
Excuſare crimen lachrymis. Stat. 6. Thebaid. 9.
Excutere aliquod extrinſecus crimen. Quintil. lib. 4. cap. 2. 12.
Exhibere tacitũ crimen aliqua nota, id eſt patefacere. Senec. Hipp. 5. 21.
Expiare crimen. Senec. Medea. 8. 14.
Facere crimen. Cic. pro Flacco. 25. Quî igitur probari poteſt in ea pecunia non referenda, crimen ſibi ipſum facere, in qua crimen eſſet nullum ſi referret?
Ferre crimen in aliquem. Tacit. lib. 12.
Fingere crimen. Cic. pro Cœlio. 43. Idem pro Deiot. 11.
Habere crimen ab aliquo, & eundem eius criminis teſtem, dicuntur accuſatores. Cic. pro Cœlio. 38. Obliuiſcor iã iniurias Clodiæ: depono memoriam doloris mei: quæ abs te crudeliter in meos me abſente facta ſunt, negligo ne ſint hæc in te dicta quæ dixi: ſed ex te ipſa requiro, quoniam & crimẽ accuſatores abs te, & teſtem eius criminis te ipſam dicunt ſe habere: ſiqua mulier, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De aliquo crimen habere virgo dicitur,quæ cõpressa est ab aliquo. Ouidius.2.Fast.33.de Calisto Hamadryade.
Fœdera seruasset,si non formosa fuisset.
Cauit mouetque:de Ioue crimen habet.
Falsum crimen,quasi venenatũ aliquod telũ iacere. Cic.pro Quintio.5.
Incurrere in crimen. Vide INCVRRO.
Induere crimen alicui.Stat.1.Sylu.4.4.
Inesse crimen alicui.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.14.
Inferre alicui crimina.Cic.de Amic.58.Addendum eodem est,vt ne criminibus aut inferẽdis delectetur,aut credat oblatis. Significat hoiem criminari,obliecre crimen alicui vel culpam. Vide INFERRO.
Inferre crimina,accusatoris officium est:defensoris,diluere & propulsare.Author ad Heren.104.
Infequi crimen alicuius.Ouid.8.Metam.26.
Infidet crimen in animo. Vide INSIDEO.
Intendere crimen in aliquem. Vide INTENDO.
Intentare crimen inuicem. Vide INVICEM. Quintil.lib.3.cap.10.5.
Falso crimine hæsus.Silius lib.15.118.
Ficto crimine liberari.Cic.pro Rosc.Amer.76.
Maculare crimine nomen alicuius.Virg.10.Aeneid.168.
Maculatæ crimine mentes.Silius,lib.11.40.
Manifestus criminum.Tacit.lib.13.
Metuere crimen. Vide METVO.
Molitur crimina,& accusatorẽ,qui obiiceret Chaldæos,&c.Tacit.li.12.
Notare libidinis crimine aliquem.Cic.pro Corn.Balbo.46.
Obiicere melius crimina,quam defendere.Quintil.lib.6.cap.3.48.
Crimini obnoxius. Vide OBNOXIVS.
Obteritur laus imperatoria criminibus auaritiæ.Cic.7.Verr.2.
Grauibus criminibus oneratus.Quintil.lib.4.cap.2.20.
Patrocinari crimini.Quintil lib.2.cap.4.18.
Pensare crimina vna laude. Vide PENSO.
Peracta crimina.Iuuenal.Saty.13.25.
Perorare crimen. Vide PERORO.
Ponderare crimina rerum ipsarum magnitudine.Cic.3.Verr.29.
Premere crimen.Quintil.lib.7.cap.3.12.
Premere aliquem crimine ignoratæ artis.Horat.in Arte.53.
Proferre crimen ex libidinosa domo.Cic.pro Cælio.43.
Præponere & explicare crimina in testibus interrogãdis.Cic.3.Verr.10.
Anteactæ vitæ crimina purgare.Quintil.lib.7.cap.2.9.
Loco criminis putare aliquid.Cic.Mario,lib.7.3.17.
Refellere crimen gladio.Virg.12.Aeneid.4.
Regerere crimen alicui.Senec.Hipp.5.27.Alicui pro in aliquem.
Repellere crimen.Quintil.lib.4.cap.2.19.
Exitum criminis reperire.Cic.pro Cælio.53.
Rescindere crimina alicuius,Est oblitum peccatũ alicuius in memoriam reuocare,& velut refricare vulnus.Ouid.3.Trist.eleg.11.13.
Ergo quicunque es,rescindere crimina noli,
Desque graui duras vulnere tolle manus.
Vtque meę famam tenuent obliuia culpæ,
Facta cicatricem ducere nostra sine.
Referuare iudicio crimen.Cic.pro Mil.10.
Respondere criminibus.Cic.pro Planc.3.
Reticenda crimina.Stat.1.Thebaid.46.
Reus criminis.Ouid.epist.15.66.
Simulare crimen.Ouid.13.Metam.60.
Nefario crimine solui,& culpa liberari.Cic.pro Rosc.Amer.85.
Struere crimina & acculatores. Tacit.lib.11.
ἐγκαταλῆψαι crimen subire.Cic.Attico,lib.9.175.6.
In crimine esse.Cic.6.Verr.89.Daretque operam vt is eo crimine damnaretur,ne ipse esset in crimine.
Esse probro & crimini.Cic,pro Sex.Rosc.Amer.28.Vitamque hanc rusticam,quam tu probro & crimini putas esse oportere,& honestissimã & suauissimam esse arbitrantur.
Crimen culpæ alicuius suscipere.Cic.7.Verr.28.Tibi vni parcam,& totius istius culpę crimen,vituperationemque inconstantiæ potius suscipiam,&c.
Suscipere crimen facinorũ tantorũ & tã atrocium.Cic.pro Sylla.51.
Capitalium criminum suspecti.Tacit.lib.3.
Trahere crimen in se.Ouid.10.Metam.14. Quique in se traxit crimen, voluitque videri Olenus esse nocens.
Trahere in crimen,Id est inter conscios deferre.Tacitus,libro.15.vt annotat Budæus.
Transferre crimen in aduersarium.Quintil.lib.6.cap.5.7.
Transferre crimen à se in alium.Cic.2. de Inuent.140.
Fama nostra vacat crimine, Id est nulla de me fertur in honesta fama. Ouid.epist.4.4.
Nox vacua est crimine.Ouid.4. Fast.117.
Venire in partem criminis,Est participem fieri sceleris alicuius. Ouidius in Arte.79.

Vertere crimen in aduersarium.Quintil.lib.7.cap.3.18.
In crimen vocare aliquid, pro Crimini dare. Cic.pro Rab. perduel.reo. 17.Hoc tu igitur in crimẽ vocas,quòd cum iis fuerit C. Rabirius,&c. Vide VOCO.
Vulnerari crimine aliquo.Ouid.epist.18.21.
¶ Crimen,Falsa suspicio.Terent.Hecyra.5.2.13.Nam si compererit etiamni tua se falso vxor credidisse, Missam iram faciet. Vbi Donatus, Crimen nunc,pro falsa suspicione. Virg.11.Aeneid.82. –formidine crimen acerbat.Et.11.Aeneid.250.
–semperque odiis,& crimine Drances
Infensus iuuenì Turno.Id est,& quòd eum odisse, & quòd se illi odio esse suspicaretur.Sic Donatus.At Seruius aliter.
¶ Crimen,pro Causa.Virg.2.Aeneid.
–hinc semper Vlysses
Criminibus terrere nouis.Idem.7.Aeneid.68.Dissice compositam paremisere crimina belli. Seruius.
Criminosus,pen.prod.Adiect.(ἐγκληματικός,συκοφάντης,)Qui crimen infert.Cic.pro Cluẽt.75.Hic Tribun.pleb.modestus,prudens,nõ modò non seditiosus,sed etiam seditionis aduersarius: ille autẽ acerbus, criminosus,popularis homo ac turbulentus.Idem in Partit.2.Cõquerenda conditio communis periculi,si ingeniis hominum criminoloru sit exposita vita innocentium.
Iambi criminosi.Horat.1.Carm.ode.16.1.
Nomine criminoso inquinare officiosam amicitiã.Cic.pro Planc.37.
Criminosa oratio.Liu.8.ab Vrb.65. Dictatura popularis,& orationibus in patres criminosis fuit.
Tempus criminosum.Cic.pro Ligar.7.
Criminosum hoc ei est,Id est hæc res inferet ei crimen,crimine damnabitur,propter hoc.Cic.4.Verr.117.Ille hoc putabat Verri criminosum fore,si eius statuæ essent deiectæ.Idẽ pro Sylla.28.Ne si arguerer quidem tũ deniq;,quum esset interrogatus,id mihi criminosum videretur.Ibidem.27.Colum.lib.1.cap.3.Mox etiã quum agrorũ vastitatem victoriæ nostræ & interneciones,hostium fecissent, criminosum tamen Senatori fuit supra quinquaginta iugera possedisse.
Criminosè,Aduerb.(ἐγκληματικῶς,)Cic.pro Rosc.Amer.33. Quum aliquid habeat quod possit criminosè,ac suspicioscè dicere, aperte ludificari & calumniari scienos non videatur.Idem de Cla.Orat.68.Nõ feciſſem hominis penè infimi mentionem,nisi iudicarem qui suspicionis aut criminosius diceret, audisse me neminem.
Criminor,pen.corr.criminaris,(ἐγκαλέω,κατηγορέω,διαβάλλω,) criminari,Contumelioscè reprehendere. Plautus Bacchid. 17.13. Mẽ'criminioscè ledebat;me tantum compressile omnia criminabatur. Idem pro Lege Agraria.197. Qui à me Syllanas possessiones defendi criminatur.
Criminari aliquem alteri.Terent.Eunuch.5.2.16.Hanc metui,ne me criminaretur tibi.Suet.in Cal.cap.56.
Criminari apud.Cicero.3.Offic.104. C.Marium, Qu. Metellum,cuius legatus erat,summum virum & ciuem;quum ab eo Imperator esto Romam missus esset,apud populum Romanum criminatus est bellum illum ducere.
Criminari aliquid.Cic.6.Verr.52.Iã enim non libet ossa criminari.
Inuidiosè potentiã alicuius criminari.Cic.pro Mil.9.
De aliquo aliquid criminari.Cic.p Plãc.31.Libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari.
Criminat,pro Criminatur apud Ennium lib.3.Saty.Nam is nõ bene vult tibi,qui falsò criminat apud te.Ex Nonio. Obsoletum.
Consuetudo criminandi.Cic.pro Deiot.11.
Criminatio,(διαβολή,)Ipsa,vt ita dicã contentiosa contumelia.Liu.10. ab Vrbe.126.Adiecerint & Appii criminationes de Fabio absente ad populum.Cic.pro Leg.Agr.103. Nunquid est causæ Quirites,quin illa criminatione,quam in me absentem vsus est,non solùm meã,sed etiam vestram diligentiam,prudentiamque despexerit?
Indignatio & criminatio.Cic.1.de Inuent.116. Quæ in negotio gerẽdo acta sunt,quæque post negotium consequuta sunt, cum vniuscuiusque indignatione & criminatione colligimus.
Allatas criminationes repellere.Cic.de Amic.59.
Falsa criminatio.Cic.1.de Orat.175.
Crinis, hauis crinis,masc.gen. (πλόκαμος,ζεῖς,) Crines (inquit Festus)à discretione dicti sunt,ἀπὸ τοῦ κρίνειν.Vir.4. Aeneid. Et crines flauos.Cic.5.Verr.64.Hæc ciuitas mulieri redimiculũ groneat,hæc in collum,hæc in crines.
Adulteri crines.Horat.1.Carm.ode.15.4. ad Paridem,
–tamen heu serus adulteros
Crines puluere collines.
Adulti.Stat.2.Sylu.1.15.
Apollinei.Claud.de Raptu Proserp.3.62.
Candidi.Valer.lib.6.Argon.13.
Compti.Horat.4.Carm.ode.9.3.

Decori.

Decori.Stat.2.Sylu 1.23.
Erecti horrent.Senec.Herc,Oeth.6.14
Flaui.Virg.4.Aeneid.140.
Hirsuti.Ouid.12.Metam.56.
Hirti.Ouid.8.Metam.162.
Ingenui.Stat.12.Sylu.9.
Intonsi.Tibul.lib.1.eleg.4.8.
Intorti.Vale.lib.6.Arg.113.
Laceri.Senec. Troad.8.13.
Longi.Virg.7.Aeneid.15.
Madidi.Valer.lib.5.Arg.83.
Mœsti,Ad mœstitiam compositi.Virg.11.Aeneid.
Et mœstum Iliades crinem de more solutæ.
Nigro crine decori.Horat.1.Carm.ode.32.5.
Passi.Virg.2.Aeneid.81.
Purpurei.Ouid.2.Met.19.
Rosei.Claudian. de nuptiis Honorii.4.
Simplices.Ouid.8.Met.64.
Sordidi puluere.Senec.Herc.Oeth.2.4.
Sparsi.Valer.lib.1.Argon.51.
Splendidi ostro.Ouid.8.Met.2.
Vagi per colla.Ouid.2.Metamorph.136.
Virginei.Ouid.3.Amorum,eleg.13.5.
¶ Accisis crinibus nudatam,coram propinquis expellit domo maritus, Tacit.de Morib.German.
Auferre crinem alicui.Vig.4.Aeneid.140.
Colligere incertos,& in ordine ponẽ crines.Ouid.1.Amorũ,eleg.11.1.
Collectus crinis in vnum nodum.Ouid.8.Metam.64.
Comere crinem.Stat.2.Sylu.1.15.
Comantes crines.Silius lib.16.12.
Compositi crines.Virg.4.Georg.84.
Deducere crines pectine.Ouid.4.Metam.65.
Demissus crinis.Ouid.6.Metam.58.
Propexum,rutilatumque crinem deponere.Tacit.lib.20.
Delecare crinem.Ouid.2.Trist.79.
Dissicere crines.Silius lia.16.12.
Disponere crines.Tibul.lib.1.eleg.9.14.
Dissimulare crinem.Ouid.2.Amorum,eleg.7.2.
Distinguere crinem docta manu.Senec.in Troad.10.5.
Impexos certo domat ordine crines.Stat.lib.1.Achill.66.
Crinem volantia ducunt sydera.Virg.5.Aeneid.105.
Effundere crines.Lucanus lib.1.38.
Effusis stellatus crinibus æther.Valer.lib.6. Argonaut.9.
Effusus crines.Virg.4.Aeneid.101, –crines effusa sacerdos.
Emissi crines,Id est laxati aut sparsi.Stat.lib.8.Thebaid.149.
Euinctus vitta crines absente sacerdos.Ouid.1.Metam 136.
Exutos canos lacero diademate crines.Stat.9.Thebaid.33.
Flauens crinis.Seneca Oedipo.5.4.
Frangere crinem corona.Stat.2.Sylu.1.23.
crinemque decorum
Fregisset rosea lasciua Thalia corona.
Fusi crines.Virg.10.Aeneid.27.
Iacens in collo crinis.Ouid.epist.21.28.
Iactare crinem per auras.Ouid.11.Metam.2.
Impexi crines.Claud.2.de Raptu Pros.72. Stat.1.Achill.66.
Aurum implexum crinibus.Plin.lib.33.cap.1.8.
Implicare crinem auro.Virg.4.Aeneid.30.
Innectere crinem lauro.Ouid.6.Metam.33.
Intorti crines.Silius lib.3.58.
Inuoluere crinem.Silius lib.7.93.
Irrorare crinem aquis.Ouid.7.Metam.40.
Lacerare crinẽ.Seneca Hipp.6.18.In scelere quærit crine lacerato fidẽ.
Laniare crinem arreptum.Ouid.4.Metam.112.
Ligare crines.Claud.de Nuptiis Honorii.25.
Madens crinis.Virg.4.Aeneid.44.
Mouere per aera crinem.Ouid.3.Metam.146.
Roseos nectere pectine crines.Claud.de Nuptiis Honorii.4.
Nitens crine.vide NITEO.
Crines nodantur in aurum.Virg.4.Aeneid.28.
Ornatus crines apio.Virg.eclog.6.14.
Perdere miseros crines.Valerius libro.1.Argonaut. 81.
Perfundere crinem amomo.Silius lib.11.81.
Premere crines mitra.Seneca Herc.Oeth.4.29.
Promittere crinem barbamque.Tacit.lib.2.
Inornatos redimitus arundine crines.Ouid.9.Metam.1.
Repexo crine flaua Gallia.Claudianus.2.Paneg.49.
Resolutus crinis. Ouid.3.Fast.52.
Retuso crine languida stella.Claud.7.Paneg.57.
Scindere crines.Ouid.11.Metam.137.

Secare crinem.Virg.4.Aeneid.141.
Soluere crines.Ouid.11.Metam.137.
Soluti crines.Sil.lib.12.120. –solutis
Crinibus exululant matres.
Sparsus crinis.Senec.Hipp.4.7.
Spiranti crine odoratus.Valer.lib.6.Argon.26.
Subnixus crinem mitra.Virg.4.Aeneid.44.
Summittere crinem ac barbam.Tacit.de Moribus Germanorum.
Supplice crinem humum vertere.Claud.in laude Serenæ.45.
Tosti crines.Ouid.2.Metam.57.
Tractus crinis.Senec.Hippol.5.29.
–crinis tractus,& laceræ comæ
Vt sunt remanent.
Vibrati crines calido ferro, Id est crispati calamistro. Virgilius.12.Aeneid.20. Seruius.
¶ Crinis,etiã pisciũ.Plin.lib.9.cap.30.4.de polypo pisce, Nanq; & afflatu terribili canes agebat,nunc extremis crinibus flagellatos,&c.
Crinis,Genus vinculi esse videt apud Plin.lib.17.cap.11.12. Iugi fit pti ca,aut arundine,aut crine,funiculoue,vt in Hispania,Brundusioque.
¶ Crinis vitium.Plin.lib.13.cap.23.10.Vernacula patatio deiectis per ramos vitium crinibus circunuectis arboré, crinesque ipsos vuis.
¶ Crinem fœminino fuisse probat Nonius ex Plauto & aliis.
Crinãlis,& crinãle,pe.prod.(τριχικός,) Quod pertinet ad crines.vt Vitta crinalis.Ouid.9.Metam.155.Crinalem capiti vittam natæque sibique Detrahit. Ibidem,lib.5.Crinales vittas affabat.
Aurum crinale.Stat.lib.2.Achill.20.
Culru crinali cæsariem stringere.Claud.5.Paneg.17.
Hedera crinalis Bacchi.Claud.1.de Raptu Proserp.4.
Murus crinalis Cybeles.Claud.2.in Eutrop.57.
Crinale,Substantiuum,n.g.(τριχινόν,)vt
Curuum crinale.Ouid.5.Metam.11.
–ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Criniger,pen.corr.(πλοκαμοφόρος,)Adiectiuum dicitur,qui multos habet crines Lucan.lib.1.92.
Et vos crinigeros bellis arcere Caicos
Oppositi,petitis Romam.
Crinitus,pen.prod.(τριχωτός,)Adiectiuum,Quod crines habet.vt Crinita stella.Cic.2.de Nat.Deor.21.Tum stellis his quat Græci Cometas,nostri Crinitas vocant.Legitur in emendatis codicibus cincinnatas.Idem.6.Verr.111.Gorgonis os pulcherrimum,crinitum anguib⁹, reuellit atque abstulit.Virg.1.Aeneid.
–cithara crinitus Iopas Personat aurata.
Crinitis arbusculis apices sunt pauonibus.Plin.lib.11.cap.37.1.
Colla toris crinita tument.Stat.lib.6.Thebaid.84. de equis.
Galea crinita triplici iuba.Virg.7.Aeneid.157.
Male crinita mulier.Ouid.3.de Arte.49.
Missile crinitum multa flamma.Stat.lib.5.Thebaid.78.
Nox crinita facibus luciferis.Valer.lib.5.Argon.74.
Vertex crinitus.Stat.lib.9.Thebaid.26.
Crinor,crinẽris,(τριχόομαι,)crinitur,apud Statiũ legit.4. Thebaid.44.
–vatem cultu Parnasia monstrant
Vellera,frondenti crinitur cassis oliua.
Crisis,(κρίσις,)Latinè dici potest iudicium. Vnde dies critici dicti hoc est Iudiciales & decretorii,de quibus postea.
Crispus,Adiectiuum,(σὐλος,) vt Crispus capillus,id est intortus. Plaut Capt.11.117.Idẽ Trucul.6.32.Cõpositos,crispos, cinnos tuos vnguentatos.Sub expellam.Sic Terent.Hecy.3.4.16.
Folium crispum.Plin.lib.12.cap.15.2.Folium oluę,verum crispius, & aculeatum. De myrrha loquitur. Apud Columellam autem lib.11. cap.3.21.Crispissimum folium.
Crispa abies.Cic.3.Tusc.76.ex antiquo poeta,
–tosti alii stant parietes
Deformati atque abiete crispa.
Coma crispa.Silius,lib.16.25.
Crispiores iubę leonum,apud Plinium,lib.8.cap.16.5.
Crispioris elegantiæ materies,& ob id Persis gratissima.Plin.lib.13.cap. 9.3.de Persica Aegyptiaca loquens.
Crispulus,pen.corr.Dimin.(σὐλοκόμος,)Martial.lib.5.62.ad Marianũ, Crispulus iste quis est? vxori semper adhæret
Qui Marianæ tuæ,crispulus iste quis est?
Crispo,crispas,(σὐλόω,)crispare.Plin.lib.28.cap.8.4.Fimi cinere crispari capillum cum oleo.Sub.aiunt.
¶ Crispari terra herbis dicitur,per translationẽ.Colum.lib.10.17. Nũc apio viridi crispetur florida tellus.
Aurora crispat pelagus nouo Phœbo.Valer.lib.1.Argo.64. Alma nouo crispans pelagus Titonia Phœbo,Id est oriẽte Sole splẽdere facit.
Missum cono crispauerat aurum.Stat.lib.8.Thebaid.114.
Crispans,crispantis,Particip.(σὐλῶν,) vt Crispans buxum. Plin.lib.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. 16.2. In primis verò materies honorata buxo est, raro, crispanti, nec nisi radice, cæterò lenis. Legit in vetustioribus exēplaribus crispi canti. Virg. 7. Aeneid. 64. Ferina manu lato crispans hastilia ferro.

Crepitus crispans. Plin. lib. 2. cap. 82. 2. Tutissimum est, quum vibrat crispante ædificiorum crepitu. De motu terræ.

Natus crispus. Persius Saty. 3.
– multusque torosa iuuentus
Inge micat tremulos naso crispante capillos.

Crispatus, pen. prod. (σύγκλυτος,) Participium. vt
Buxus crispata cacumine. Claud. 2. de Raptu Proserp. 22.

Crispisulcans, Adiectiuum, (ὀλιγόσχιστος,) vt Crispisulcans fulmen. Cic. in Topic. 31. At quum in Aiacis nauium crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessario.

CRISPVS, Sallustius, (κρίσπος ὁ σαλλούστιος,) de quo Martialis, lib. 14. 190. Crispus Romana primus in historia, Thucydidi ex Græcis opponitur à Quintiliano elegantia dicendi, Attica breuitate, sententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, vt nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus: Trogo autem, quòd orationibus nimis longis vtatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, vt ex vtriusque inuectiuis orationibus constat. Eius de auaritia sententiam laudat Gellius, cap. 1. lib. 3. Auaritia (inquit) pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens concupiuit. ea quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effœminat: semper infinita & insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur. Idem lib. 17. cap. 18. de eodem Sallustio sic scribit, Marcus Varro (inquit) in literis, atque vita, fide homo multa, & grauis, in libro quem inscripsit Pius, aut De pace, Crispum Sallustium scriptorem setæ illius, & seueræ orationis, in cuius historia notiones Censorias fieri, atq; exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone loris bene cæsum dicit: & quum dedisset pecuniā, dimissum. Hactenus Gell. Fuit & Crispus, Cōstantini Cæsaris filius, à patre interfectus. Crispus ità Vibius, cōpositus, & iucundus priuatis ti canis, quàm publicis melior, vt ait Quint. li. 10. ca. 1.

CRISSA, Nomen oppidi quod Crissus Phoci filius cōdidit. Hinc Crissæus sinus, Strabo, lib. 9.

Crissor, crissaris, (σκιρτοπαιγωτίζω,) ceueo, impudice nates moueo. Iuuen. Et fictum crissantis adorat.

Crista, crille, (λόφος,) Nota vox. Plin. lib. 10. cap. 19. 10. Vpupa ob ſcœna aliàs pastu auis, crista visenda plicatili.

Crista galeæ. Virg. 7. Aeneid. Et cristę capitum. Liu. 10. ab Vrbe. 196. Papyrius nuntio misso, extemplò concionem habuit: multa de vniuerso genere belli, multa de præsenti hostium apparatu vana magis specie, quàm efficaci ad euentum differuit. Non enim cristas vulnera facere, & per picta atque aurata scuta transire Romanum pilum.

Galea decora cristis. Virg. 12. Aeneid. 76.
Decus superbum cristarum. Silius, lib. 10. 80.
Cumulata fercula cristis. Stat. lib. 12. Thebaid. 105.
Comantes cristæ. Virg 7. Aeneid. 37.
Equina crista. Virg. 10. Aeneid. 172.
Geminæ stant vertice cristæ. Virg. 6. Aeneid. 156.
Hostiles cristæ Claud. 1. in Ruffin. 70.
Puniceæ cristę. Stat. 4. Thebaid. 44.
Roseæ cristæ. Claud. 1. de Raptu Proserp. 3.
Rubentes cristæ. Virg. 9. Aeneid. 56.
Rubra crista. Virg. 9. & eneid. 10.
Capitum cristæ, Virg. 7. Aeneid. 37.
Comere cristas. Stat. 3. Thebaid. 85.
Summas excussit vertice cristas Virg. 12. Aeneid. 99.
Insurgens nitenti cono crista. Silius, lib. 16. 112.
Terrificas capitum quatere cristas. Lucret. lib. 2. 128.
Altæ scintillant cristæ. Silius lib. 7. 120.

¶ Crista, Herbæ speciesde qua sic Plinius, lib. 27. cap. 5. 7. Alectorolophos, quæ apud nos crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristæ, plura, caulem tenuem, & semen nigrum in siliquis.

Cristula, pen. corr. (λοφίδιον,) Diminutiuum. Colum. lib. 8. cap. 2. 6. Rectis ruinisque cristulis.

Cristātus, pen. prod. Adiect. (λόφον ἔχων,) Quod cristas habet: vt Cristatæ aues: & peripharis est gallorū gallinaceorū. Martial. lib. 14. 219. Cristatæque sonant vndiq; lucis aues. Plin. lib. 8. cap. 13.

Cristata galea. Liu. 9 ab Vrbe. 208.
Fulmine cristatum galeæ iubar. Stat. 3. Thebaid. 45.
Ales cristati oris, gallus. Ouid. 11. Metam. 120. & 1. Fast. 91.
Angues cristati. Senec. Here. furen. 4. 3.
Apex cristatus. Claud. de Phœnice, epig. 34.
Cassis cristata. Ouid. 8. Metam. 5.
Draco cristatus. Ouid. 4. Metam. 120.

Critae (κριταί,) Latine dicuntur iudices omnes. vnde qui musicis agonibus, id est scenicis præerant, critæ dicti. A quibus

Critici, pen. cor. (κριτικοί,) poematum iudices, quales Aristarchus & Aristophanes Grammatici fuerūt: de quibus Fabius lib. 10. cap. 1. Apollonius (inquit) in ordinem à Grammaticis datum non venit: quia Aristarchus, atque Aristophanes poetarum iudices, neminem sui tēporis in numerum redegerunt. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 10. 3. Ego tanquā criticus antiquus iudicaturus sum, vtrum fiat, &c. Horat. 1. epist. 1. 11. Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus, Vt critici dicunt.

Critici olim vocabantur, qui postea Grammatici appellati sunt.

Critici dies, (κρίσιμοι,) vocantur à Medicis iudiciarii, in quibus de ægritudinibus ratione fieri iudicium potest. Celsius, lib. 3. cap. 4. Est autem alia etiam de diebus ipsis dubitatio: quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eosque tanquam tūc de ægris iudicarēt, κρισίμους nominabant. In his erat dies tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, quartusdecimus, vnus & vicesimus: ita vt summa potentia septimo, deinde quartodecimo, deinde vni. & vicesimo daretur. Igitur sic ægros nutriebant, vt dierum imparium accessiones expectarent: deinde de postea cibum quasi leuioribus accessionibus instantibus darent.

Crithe, (κρίθη,) Tuberculū paruulū in palpebra super pilorū locū, q̄ à similitudine hordei. Celsius, lib. 7. cap. 7.

CRITIAS, Vnus è triginta tyrannis, Athenienſibus à Lacedæmoniis impositis. Cuius mentionē facit Cic. lib. 2. de Orat. 1). Confecuti sunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt, nō nulla Critiæ, de Theramene audiuimus. Rursum idē, lib. 3. 76. Quid Critias? quid Alcibiades? ciuitatibus suis quidem non boni, sed certè docti atq; eloquentes, nonne Socraticis erāt disputationibus eruditi?

Criticus, Vide CRITAE.

CRITO Athenienſis, Socratis familiaris, quem & opibus iuuit, & cum quo vsque ad extremum vitę est philosophatus. Crito item Pieriota (Pieria autem vrbs est Macedoniæ) historicus fuit, scripsitque res Persicas, Siculas, Macedonicas. Fuit præterea alius, Naxios genere, historicus & ipse. Author Suidas.

CRITOBVLVS, pen. prod. Fuit Medicus, de quo Plin. lib. 7. ca. 37. 1. Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi Regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

CRITOLAVS, pen. prod. (κριτόλαος,) Athenienſis, nobilis Peripateticus Romam ab Athenienſibus missus Legatus cū Carneade, & Diogene Stoico, vt scribit Cicero, lib. 1. de Orat. De huius libra scribit idē Cicero Tuscul. quæst. lib. 5. Quo loco, inquit, quæro quā vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. Alter Critolaus, Achæorum Dux, laus (inquam) euertit Corinthum, Carthaginem Hasdrubal. Hi duo si Ios oculos ore maritimę effodetunt. Is fratrem interfecit, quòd sibi è victoria redeunti non gratularetur, quum tamen cæteri omnes ei applauderent, vt est author Demaratus apud Plutarchum in Parallelis. Postremò Q. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas, veneno sibi mortem conscinit. Author Liuius.

Κριοῦ μέτωπον, Criumetopon, id est arietis frons, Cretæ insulæ promontorium est ad occidentem versus Cyrenas, vt scribit Rufus ex Dionysio, – hic procul ingens
Inclinat rupes sese, obuia fluctibus altis. Et alibi. – vt ferus ora Hammonis arietis, vltroque minax petit obuia fronte. Vide Pomponium Melam, lib. 2. in descriptione Cretæ insulæ & Plinium lib. 4. cap. 12.

CROBIALON, Oppidum non longè à Sesamo in Paphlagonia, quod abluit Partheninis amnis Dianæ virgini admodum gratus. Huius oppidi meminit Apollonius lib. 2. Valer. lib. 5. Argon. 21. – fugit omne
Crobiali latus: & fatis tibi Tiphy negatum
Parthenium, ante alios Triuiæ qui creditur amnis
Fidus: & inopi materna gratior vnda.

Crocallis, huius crocallis, Gēma, quę cerasum, vel vt alii legūt, ceraſi repræsentat, Authore Plinio, lib. 37. cap. 10. 14.

CROCILVS, Nomen Pastoris, apud Theocritum.

Crócinum, crócini, pen. corr. (κρόκινον,) Genus vnguenti: cuius oleum est ex croco: de quo Plin. lib. 13. cap. 1. Vnguētis cognomina dedere aliis patriæ, aliis succi, aliis arbores, aliis causæ, primumque id scire conuenit, mutatam authoritatē, & sæpius translisse gloriam. Laudatissimū fuit antiquitus in Delo insula, postea Mendesium. Crocinum in Solis Cilicię diu maximè laudatū. Propert. lib. 3. eleg. 10. 5. Et crocino nares myrrheus vngat onyx.

Crocinus color. Vide CROCVM.

Crocio, crocis, (κροάζω,) crocire, dicitur Corvus, vt ait author Philomelæ inter opera Ouidii.

Crócito, crócitas, penult. correp. (κροάζομαι,) crocitare, Frequentatiuum. Plaut. Aulul. 19. 2. Non temere est quod cornus cantet mihi nunc ab læua manu, Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua. Sipontinus crocibat legit.

Crocitum, (κρωγμόν,) propriam coruorum vocem veteres esse voluerūt, inquit Nonius.

Crocatio, siue crocitatio, (κρᾶξις,) Coruorum vocis appellatio. Festus.

Crocodilus, pen. prod. (κροκόδειλος,) animal quadrupes, hominibus terra pariter atque aquis infestum. Dictus crocodilus, vt nonnulli volunt, quod crocum ac eius odorem refugiat. Vide Plinium lib. 8. cap. 25. Cic. 1. de Nat. deo. 111. Et lib. 2. 184.

Color sucatus stercore crocodilli. Horat. Epod. 12. 3.

Crocodilinus, pen. prod. (κροκοδείλειος, κροκοδείλιος.) Adiectiuū, Quod ad crocodilum pertinet.

Ambiguitates Crocodilinæ. Quintil. lib. 1. cap. 10. 4.

Crocodilea, Animal simile crocodilo. Plinius lib. 28. cap. 8. 20. de Crocodilo loquens, Alter illi similis, multum infra magnitudinem, in terra tantum, odoratissimisque floribus viuit. Ob id intestina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore farcta, crocodileam vocant.

Crocodilium, Herbæ species. Plin. lib. 27. ca. 8. 8. Crocodilió chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice lōga, æqualiter crassa, odoris asperi. Ruellius lib. 3. cap. 10. dicit ad hanc herbam proxime accedere eam quæ carlina dicitur: non audet tamen eandem esse asserere. Vide ibidem plura.

Crocomagma, luius crocomagmatis, n. ge. (κροκόμαγμα,) Vnguentum quo Cilices vtuntur. id ita fiebat. Terebant crocum, & vino præcipue dulci miscebatur. Plin. lib. 21. ca. 20. 3. Crocomagma verti potest, crocini olei fex. Cælius lib. 9. cap. 4.

Crocotillum, Veteres valde exile dicebant. Plautus, Extortis cum crocotillis crusculis. Festus.

Crocôta, pen. pro. (κροκῶτα,) Vestis muliebris est crocei coloris. Cicero de Arusp. Responsis. 20. P. Clodius à crocota, à mitra, à mulieribus soleis, pur pureisque falcioli, à strophio, ab psalterio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis.

Crocotula, pen. corr. (κροκωτίον,) Diminutiuum. Plaut. Epid. 5. 48. Indusiatam, patagiatam, calculam, aut crocotulam.

Crocotularius, (κροκωτίνος,) Crocotarum vestium infector, Plautus Aulul. 1. 49. Quum incedunt infectores crocotularii.

Crocum, vel crocus, croci, (κρόκον, κρόκος,) Plin. lib. 21. ca. 7. 1. Hos certè flores Homerus tres laudat, loton, crocon, hyacinthon. Idem cap. 6. 4. Crocum syluestre optimum serere in Italia minime expedit, ad scrupula vsque singula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo: satiuum latius, maiusque & nitidius, sed multo leuius degenerans, sed nec vbique fœcundum, etiā Cyrenis, vbi semper flores laudatissimi. Et paulo post. Probatio synceri, si imposita manu crepat veluti fragile. humidum enim, quod euenit adulteratione, cedit. Altera probatio, si manu plana ad ora, leniter facie oculosq; mordeat. Plaut. Curcul. 3. 6, Tu crocū & casia es. Virg. 4. Geor. 37. Et glaucas salices, casiāq; crocoq; rubentē. Sallu. Pastus nemore, in quo crocū gignit.

Colore croci contractum. Lucret. lib. 6. 230.
Cilix crocus. Lucret. lib. 2. 84.
Corycius. Horatius 2. Serm. Saty. 4. 14.
Liquidus. Ouidius 3. de Arte, 21.
Pallens. Stat. 6. Theb. 42.
Fœnereus. Ouidius 4. Fast. 64.
Rubens. Virgilius 4. Georg. 14.
Ruber. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 5.
Sicanius. Statius lib. 2. Syl. 3. 9.
Solennis. Propertius libro 4. eleg. 1. 4.
Spirans. Iuuenal. Satyra 7. 21.
Tyrius. Claud. epig. 18. 2.
Crocus in plurali, apud Iuuenalem & Ouidium.
Olere crocum. Propert. libro 4. eleg. 1. 4.

Crocū in medio lilii. Plin. li. 21. ca. 5. 1. de lilio, Cādor eius eximius foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinē paulatim se laxātib', effigie calathi, resupinis pambitū labris, tenuiq; filo & semine stātibus in medio croceis. Paulo post. Et flos nō dissimilis illi in herba quā conuoluolū vocant nascens per fruteta, nullo odore, nec crocis intus, candorē tantū referens, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere condiscentis.

Croceus, Adiectiuum. Plin. lib. 10. cap. 48. 2. Et alia nomine eodem croceo tinctu. Idem libro 22. cap. 18. 2. Mutat enim cum terra colores, hīc niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Virgilius 1. Aeneid. 144. Et circuntextum croceo velamen acantho.

Amictus croceus. Ouid. 3. de Arte, 36.
Chlamys crocea. Virg. 11. Aeneid. 155.
Dies croceus. Claud. 2. in Eutrop. 106.
Flores crocei. Virg. 4. Georg. 22.
Frondes croceæ. Valer. lib. 4. Argonaut. 5.
Honor croceus. Silius lib. 8. 88.
Ignes crocei. Claud. 2. in Eutrop. 94.
Lutum croceum. Virg. Eclo. 4. 9. Hypallage est, pro croco luteo. Seruius.
Odores crocei. Virg. 1. Georg. 12.
Prata crocea. Claud. 6. Paneg. 54.
Crocinus, penul. prod. Aliud adiectiuum. Plinius libro 16. cap. 34. Alicui & semen nigrum, alii crocatum.

Crócinus, pe. cor. Adiect. similiter: vt Crocinū semē. Pli. li. 21. ca. 19. 2. Semē his optimi crocinū, nec anniculo vetustius, & in vmbra siccatur.

Tunica crocina. Catul. 63. 27. Fulgebat crocina candidus in tunica.

CROCVS, à quibusdā sagittarius dī, Euphemes Musarū nutricis filius. Hūc dicūt domicilio in mōte Helicone habuisse, & esi Musis cārū ac cithara delectari soliti: sæpe etiā studio venatiōis exercerī: quapropter magnā laudē & laboris & ingenii assecutū. Sed hūc nō Crocū, sed Crotū, & iterdū Crotonē vocāt Hyginī in fabula 224. & Sositheus apud eū qui Latinos cōmētarios edidit i Aratū iter ꝑte Germanico Cęsare. Hic i Musarū grām ab Ioue collocat' inter sydera, Sagittarii nomē obtinuit.

Crocûta, crocutæ, pen. pro. (κροκόττα,) Fera nascens in Aethiopia, de qua Plinius lib. 8. cap. 21. 1. & cap. 30. 2.

CROESVS, (κροῖσος,) Lydorū rex Halyattis filī, primi Græcos partim tributis ꝑpositis subegit, partim socios atq; amicos sibi adsciuit: tāttiq; impiō & opib' creuit, vt se fœlicissimū dicere nō dubitaret. Paulo post debellatus à Cyro, quū pyræ crematus imponeret, magna voce ter, ō Solō, exclamauit. Admiratus igit Cyrus, misit qui rogaret, quisnā hominū, aut deorū is esset, quē in dubiis casibus solū ꝑcaret, Cui' rei quū rationē reddidisset Crœsus, nō solū dimissus est, sed summo etiā in honore quoad vixit, apud Cyrū habitus. Ex quo visus est Solō eadē oratione alterū fermasse è regibus, cautiorē & prudētiorē alterū reddidisse. Plutarchus in Solone. Cremādus aūt Crœsus, ꝑrerea Solonē inclamabat, ab eo fuerat admonitus, neminē tātisper dī viuere, fœlicē dici posse. Q uā sententiā Ouid. his versibus cōplexus est. 3. Metamor. Iam stabant Thebæ: poteras iam Cadme videri
Exilio fœlix, &c. Paulo post, – sed scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est: dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet. Meminit & Cicero 2. de Finib. 130. citans Herodoti testimonium.

Crolla, plectilis, detractione secundæ literæ o, p corolla, στέφανος,) parua corona: apud Plautum in Bacchid. 1. 37.

CHROMNA, Paphlagonum oppidum, cuius Homerus in Paphlagonibus instruendis meminit lib. 2. Iliad. & Strabo lib. 12. & Valerius lib. 5. Argon. 21. & Apollonius libro 2.

CRONCIADES, Vnus ex præstantioribus Herculis filiis ex Megara. Creontis Thebanorum regis filia. Perottus.

CRONIVS, Vnus ex Centauris.

Cronos, κρόνος,) Saturnus & tpis ꝑpriè Latine dicit. Cic. 1. de Nat. deo. 92. Saturnū aūt eū esse voluerūt, qui cursum & cōuersionē spatiorū ac rērum cōtineret: qui deus Græce idipsum nomē habet. κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est spatium temporis. Vide Macrobium lib. 1. Satur. cap. 8. Et rursum cap. 22. ad finem.

Cronia, croniorū, (κρόνια,) Festa Saturni, qui à Græcis κρόνος dicitur. In his festis mittebant sibi inuicē xenia, remittebantūrque apophoreta, vt viderentur Saturno gratias agere, quòd fruges, fructūsque ad vitæ cultus necessarios percepissent. Sipont. Hæc festa, Latine Saturnalia dicuntur. Vide Macrobium libro 1. Saturnal. cap. 7. ad finem.

Crótalum, crótali, pe. cor. (κρόταλον,) Est instrūm qd manu pulsat, laminis quibusdā ex ære rotūdis, sonū ex collisiōe reddētibus. dictū à pulsatione. κρότον enim Græci plausum vocant, & κροτεῖν dicūt pulsare atq; percutere. Vtebant hoc instrō Aegyptii in deorū solēnitatibus. Virg. in Copa, Copa Syrisca caput Graia redimita mitella.
Crispum sub crotalo docta mouere latus. Hactenus Sipont. Cic in Pisonem, 15. Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala ac crotala fugi. Vide Cælium lib. 19. cap. 4.

¶ Crotalia appellari margaritas quasdam resonantes, docet Plinius libro 9. cap. 35. 10. quarum sono gaudebant Græci. Subeunt (inquit) luxuriæ eius nomina & tædia exquisita perditione portarū: fiquidem quum id fecere, crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, & collisu ipso margaritarum.

CROTO, siue Croton, f. g. κρότων,) Ciuitas Italiæ in Sinu Tarentino, Milone athlera memorabilis, qui Pythagoræ discipulus fuit. Peritissima autē rei bellicæ fuitnec parūm operā exercēdis athletis dedit. In vno enim Olympico certamine victores omnes, Crotoniatæ fuerunt. Iure itaque dici visum est, Qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorū Græcorum primus est. Vetus quoque Prouerbium alterum, Crotone salubrius. Quod inde ortum esse aiūt: quia locus ipse ad salubritatem, & bonas corporis habitudines, propter athletarum multitudinem plurimum conferat. Plurimos enim Olympionicas habuit. Ad eius gloriā accedit ingens Pythagoreorum numerus. Hæc ex Strabonis lib. 6. Silius lib. 11. – patefecit amicas Alta Croton portas.

Crotonē tradit Ouid. li. 15. Metam. à Mycilo Alemenis filio iussu Herculis cōdirā, habereq; nomē à Crotone ipsī' Herculis hospite ibi sepulto.

CROTON, Crotonis, Nomen viri cuius meminit Ouidius 15. Metamorpho. 11. his verbis.

Inuenit Aesarei fatalia fluminis ora,
Nec procul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis
Ossa tegebat humus, iussaque ibi mœnia terra
Condidit, & nomen tumulari traxit in vrbem.

CROTVS, siue Crotō, Euphemes Musarū nutricis filī'. Vide Hyginiū.

Cruciatus, Cruciamentum, Cruciabiliter, Crucio, Crucifigo, Vide CRVX.

Crudus, A dictum, ὠμός, ἄπεπτος.) Quidam à cruore dictũ putant, quod proprie recens atque acerbum significativt crudum vulnus, hoc est recens. & quasi adhuc cruẽtum. Hinc crudũ, quod nondum est coctum, à similitudine crudæ carnis, quæ adhuc cruẽta est. Plin. epist. 111. cap. lib. 5. Vt enim crudum adhuc vulnus medẽtium manus reformidat, deinde patitur, atque vltro requirit: sic recens animi dolor consolationes reiicit ac refugit, mox delyderat, & clementer admotis acquiescit.

Crudum, Nondum coctum vt Cruda caro.

Alius crudà, Quæ crudum adhuc & inconcoctũ cibum egerit, vt in lienteria. Cato cap. 125. Id est ad aluum crudam, & ad lateris dolorem.

Cæstus crudus, pro Duro, vel crudeli. Virg. 5. Aeneid. Seu crudo fidit pugnam committere cæstu. Seruius.

Cibi crudi. Qui indigesti & nondum concocti sunt. Iuuenalis Satyra 1. Et crudum pauonem in balnea portas.

Cortex crudus, pro Viridi. Virg. 9. Aeneid. – ille rudem nodis & cortice crudo Intorquet. Seruius.

Ensis crudus, pro crudeli vel cruento. Virgil. 10. Aeneid. – & crudum per costas exigat ensem. Seruius.

Equa cruda marito proterno. Horat. 3. Carm. Ode. 11. 3.

Exordia cruda. Stat. 1. Achil. 55.

Fatum crudum. Silius lib. 13. 45.

Homo crudus, Qui crudũ habet stomachũ, id est qui cibũ nõ cõcoxit. Ci. Quòd in cœnã nõ veniret, q̃ esset crudior. Idẽ 2. de Finib. 40. Crudique postridie se rursus ingurgitẽt. Idẽ pro Cluent. 134. Cũ ad illud prãdiũ crudior veniisset. Et 1. de Orat. 61. Idẽ apud Celsum, lib. 2. cap. 10.

Crudus etiam homo dicitur qui trucis est aspectu.

Honor crudus. Stat. 10. Thebaid. 68.

Indoles cruda. Claud. 6. Paneg. 9.

Iuuentus cruda. Silius lib. 3. 62.

Mens cruda. Silius lib. 4. 7.

Nomen crudum Martis viri. Silius lib. 7. 23.

Cruda poma, nondum matura. Cic. de senect. 55. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, decidunt.

Prælia cruda. Stat. 12. Theba. 153.

Robur crudum. Stat. 2. Theba. 142.

Rudimenta cruda. Stat. 1. Achil. 96.

Saxum crudum. Valer. lib. 2. Argonaut. 109.

Viridis & cruda senectus. Virg. 6. Aeneid. 61.

Seruitium crudum. Tacit. libro 1.

Solum crudum & immotum. Colum. lib. 2. cap. 2. 21. Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet, alternisque versibus obliquum tenere aratrum, & alternis recto plenoque sulcare: sed ita ne cui crudum solum & immotum relinquat, quod agricolæ scamnum vocant.

Sudores crudi. Stat. 1. Thebaid. 85.

Taurus crudus. Valer. libro 4. Argonaut. 50. Aspice & hæc crudis durata volumina tauris. Id est taurino corio duro.

Terra cruda. Lucan. libro 3. 78.

Vellus crudum. Valer. lib. 6. Argonaut. 17.

Virago cruda. Stat. 11. Thebaid. 83.

Virginitas cruda. Claud. 3. Paneg. 50.

Vulnera cruda. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 4. 4.

¶ Crudus, Crudelis. Senec. Hipp. 12. 13. – crudus, & leti artifex.

Ructare crudum. Cels. lib. 1. cap. 2. Qui crudũ sine præcordiorũ dolore ructat, is ex sterno allo aquã frigidã bibere, & se nihilo minus continere.

Exitia machinatus insolita efferar.

Crũditas, pen. corr. huius cruditatis. ἀπέψια, ἀπεψία.) Affectus stomachi qui nascitur ex ægra concoctione. Cice. de Senect. 40. Caret ergo etiam vinolentia & cruditate & insomniis. Idem ad Cassium, lib. 15. 17. 3. Nos hic D. Sullam patrem mortuum habebamus, alii à latronibus, alii à cruditate dicebant. Colum. lib. 7. Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi.

Contrahere cruditatem. Quintil. lib. 7. cap. 4. 25.

Cruditas causa est morbi. Cic. de Fato. 50.

Signa cruditatis. Quintil. lib. 2. cap. 11. 12.

Cruditas arborũ. Plin. li. 17. ca. 24. 4. Arbores laborãt & fame, & cruditate.

Subsistat cruditas. Celsus lib. 1. cap. 12. Seruanda vero illa sunt, ne ante diẽ tertium ducatur, ne vlla cruditate subsistatur, ne in corpore infirmo, &c.

Crudesco, crudescis, ὠμόω μαι,) crudescere, Crudum fieri.

Iræ crudescunt. Stat. lib. 2. Theb. 136.

Crudescit morbus, Validior fit. Virgil. 3, Georg. 99. Sin in processu cœpit crudescere morbus. Seruius.

Morbus crudescere incipiens. Claud. 1. in Ruff. 61.

Crudescit pugna, Crudelior fit cæde multorum. Virgil. 11. Aeneid. – deiecta crudescit pugna Camilla. Seruius.

Pugnæ sanguine effuso crudescunt. Virg. 7. Aeneid. 158.

Crudelis, & hoc crudẽle, pen. pro. ὠμός, ἄπεπτος, ἀνήμερος.) Asper, immitis. Cic. pro Deiotaro, Crudelis Castor, ne dicam sceleratus & impium, qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit. Cassius ad Ciceronẽ, lib. 12. 12. 6. Si non solum exercitus ad remp. libertatẽque defendendam comparaui, sed etiam crudelissimis tyrannis eripui.

Crudelis atque importunus. Vide IMPORTVNVS.

In hominis alicuius calamitate crudelem esse. Cicero 2. de Orat. 107.

Crudelis in liberos & in sanguinem suum, Cicero 1. de Finib. 53.

In ira crudelis. Ouid. 5. Fast. 65.

Amor crudelis. Virg. Eclog. 10. 6.

Animus ferus, crudelis, atque inhumanus. Author ad Heren. lib. 2. 63.

Aræ crudeles. Ouid. 13. Metam. 91.

Ausa crudelia. Ouid. Epist. 14. 10.

Bellum crudele & exitiosum. Cic. Attico, lib. 10. 173. 14.

Consilia crudelissima. Cic. 4. Philip. 154.

Coniuium crudele. Ouid. 10. Metam. 123.

Egestas crudelis. Valer. lib. 4. Argonaut. 91.

Epistola crudelis. Ouid. epist. 21. 44.

Funus crudele. Virg. Eclog. 5. 4.

Crudelia gaudia. Ouid. 6. Metam. 131.

Hostis crudelior. Ouid. 1. Trist. 16.

Ianua vel domina penitus crudelior ipsa. Propert. lib. 2. eleg. 15. 4.

Ignis crudelior. Catul. Carm. 57. 4.

– qui cœlo lucet crudelior ignis.

Lethum crudele. Virg. 12. Aeneid. 128.

Luctus vbique crudelis Virg. 2. Aeneid. 74.

Mens crudelior Ouid. 11. Metam. 141.

Odium crudele tyranni. Virg. 1. Aeneid. 73.

Pabula crudelia. Propert. lib. 3. eleg. 7. 1.

Pœnæ crudeles, Sænæ, nimiæ. Virgil. 6. Aeneid. 100. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas. Seruius.

Sacra crudelia. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 17.

Læta deæ signum crudelia sacra perosæ

Transtulit ex illis in meliora locis.

Scelus crudele artificis. Virg. 2. Aeneid. 25.

Somnia crudelia. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 19.

Sors crudelis. Senec. in Octau. 3. 2.

Superi crudeles. Sili. libro 8. 132.

Terræ crudeles, Id est crudelium & atrorum. Virg. 3. Aeneid. 9.

Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum. Seruius.

Lacerauit terga verbere crudeli. Ouid. 2. Fast. 139.

Virtus crudelis. Stat. 6. Theb. 147. Virtus, Fortitudo.

Vita crudelis. Virg. 9. Aeneid. 103. Et 8. 114.

Vulnus crudele. Virgilius 2. Aeneid. 12.

¶ Crudelis, Inexorabilis, qui non flectitur precibus. Virg. 2. Eclogã.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Seruius.

Crudelitas, penult. corr. huius crudelitatis. ὠμότης, ἀπάνθρωπια.) Cicero pro Rosc. Amer. 92. Vestrum nemo est quin intelligat populũ Romanum (qui quondam in hostes lenissimus existimabatur) hoc tempore domestica crudelitate laborare. Sic Audacia & crudelitas singularis. Cicero 5. Verr. 42.

Carnificina atque crudelitas. Cic. pro Sestio, 119.

Adhibere crudelitatem in aliquẽ. Cic. pro Domo sua, 47. Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis?

Anhelare ex imo pectore crudelitatem. Author ad Heren. lib. 4. 141.

Insatiabilem crudelitatem suam exercere in aliquo. Cic. 11. Philip. 194.

Quorũ crudelitas nostro sanguine nõ potest expleri. Cic. 1. de Ora. 114.

Omni crudelitate lacerare aliquem. Cicero pro Domo sua, 47. Quid enim vos vxor mea misera violarat, quam vexauistis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis?

Inimicorum crudelitas nondum nostra calamitate satiata. Cicero Quinto fratri, libro 1. 3. 7.

Homo crudelitate barbarus. Cic. pro Flacco, 19.

Importuna crudelitas. Vide IMPORTVNVS.

Inhumana crudelitas. Vide INHVMANVS.

Hominum naturæ maxime inimica crudelitas. Cic. 3. Offic. 61.

Nobilitata crudelitas. Vide NOBILIS.

Crudeliter, pen. corr. ὠμῶς.) Acerbiũm. Cicero 1. Offic. 115. De euertendis autem, diripiendisque vrbibus valde consyderandum est, nequid temere, nequid crudeliter fiat.

Acerbe & crudeliter. Cice. 4. in Catil. 82. Quum de pernicie Reip. exitio huius vrbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit.

Vti crudeliter. Ouid. 3. de Pont. eleg. 7. 4.

Crudelissime interficere. Cicero 1. Philipp. 25. Et Cæs. 1. bel. Ciuil. 324.

Crudelissime perire. Cicero pro Sylla, 56.

Vrere crudelius. Tibullus libro 1. eleg. 8. 2.

Cruentus, Vide CRVOR.

Cruma, Vide CRVSMA.

Crumena, pen. prod. βαλλαντίον,) A κρεύω, hoc est ferio, loculus, dicitur, quòd è brachio pendens huc atque illuc feriat.

Alii ἀπὸ τοῦ κρεμᾶν deducunt, quòd plerũque suspensa gestetur. Plautus Asin. 12. 67. Hîc pone, hîc istam colloca crumenam in collo plenã.

Idem Epid. 8. 14. Ipse meo in collo suus pater crumenam collocauit.

Idem Trucul. 13. 1. – homo crumenam

Sibi de collo detraxit.

Deficiens crumena. Horat. 1. epist. 4. 3. Et mundus victus non deficiente crumena. Sic Iuuenal. Saty. 11. 4.

CRVNOS, Thraciæ portus. Author Põponius lib. 2. Dionysiopolis, inquit Plinius cap. 11. lib. 4. ante Crunos. Portus autẽ à faliciẽbus aquis nomen habet, qui Græce Cruni appellantur. Author Hermolaus.

Cruor, huius cruoris, m. g. αἷμα, ἴχωρ, αὐτόμορον.) Sanguis qui ex aliquo vulnere spargitur. Virgilius 8. Aeneid. – repidúsque cruor fumabat ad aras. Idem lib. 4. Aeneid. – atque atros siccabat veste cruores. Vbi Seruius, Cruores, vsurpatum. nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec cruores.

Ferarum cruor. Ouidius 3. Metam. 30.

Atri cruores. Virg. 4. Aeneid. 138.

Castus cruor. Ouidius 12. Metam. 6. castúmque datura cruorem

Plentibus ante aram stetit Iphigenia ministris.

Crassus cruor. Virgilius 5. Aeneid. 93. – crassúmque cruorem

Ore velectantem.

Diri cruores draconis. Valer. lib. 7. Argonaut. 111.

Flebilis cruor. Seneca Tragad. 4. 20. Fluitque nulli flebilis matri cruor.

Fœdo cruore spargere ora. Seneca Octa. 14.

Infyncerus cruor. Virg. 4. Georg. 57.

Largus cruor inundat locum aliquem. Senec. Hippol. 4. 29.

Obscœnus cruor. Virg. 4. Aeneid. 91.

Puniceus cruor. Ouid. 13. Metam. 188. Et lib. 2. 60.

Sacer cruor. Virg. 5. Aeneid. 66.

Viperinus cruor. Horat. Epod. Ode 3. 2.

Virgineus cruor. Virg. 11. Aeneid. 161.

Vndans cruor. Stat. 5. Thebaid. 47.

Feritas sitisque immensa cruoris. Ouid. 13. Metam. 166.

¶ Stultitiæ cruorem addere. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 55.

Affectare cruorem. Stat. 11. Theba. 108.

Animare cruorem calidum. Ouid. 1. Metam. 31.

Arentem cruorem ferro detergere. Sil. lib. 8. 69.

In arma vndanti cruore animam diffundit. Virg. 10. Aeneid. 179.

Diffusus cruor. Lucan. lib. 1. 61.

Effusus cruor. Ouid. 6. Metam. 51.

Manantem ex ore cruorem eiectare. Sil. lib. 10. 56.

Largus cadentem it cruor. Valer. lib. 6. Argonaut. 146.

Expiari cruore. Horat. 3. Carm. Ode 1. 1.

Fusus cruor inficit terram. Senec. Hipp. 4. 39.

Haurire cruorem. Ouid. 11. Metam. 67.

Lauare fluidum cruorem. Virg. 3. Aeneid. 132.

Libare cruorem. Senec. Here. fur. 11. 6.

Manans cruore culter. Vide MANO.

Oblitus faciem cruore. Tacit. lib. 2.

Cruorem inimici quam recentissimum ostendere. Cic. pro S. Rosc. 11.

Perfusus cruore. Vide PERFVNDO.

Rorans cruore. Silius lib. 10. 53.

Situs cruorem. Seneca in Thyeste, 1. 21.

Sparsus cruor. Virg. 12. Aeneid. 62.

Cruentus, A dictum, αἱματώδης,) Sanguinolentus: vt Cruenta vrina. Plinius libro, 20. cap. 13. 12.

Cruentus sanguine ciuium, Cic. 4. Philipp. 154.

Arma cruenta. Ouid. epist. 5. 31.

Bello cruentior ipso. Ouid. 12. Metam. 119.

Cruentum cadauer. Cic. pro Milone, 25.

Cædes cruenta. Senec. in Herc. fur. 138.

Causa cruenta. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 9.

Denique non possum nullam sperare salutem,

Quum non sit pœnæ causa cruenta meæ.

Dapes cruentæ. Virg. 3. Aeneid. 123.

Dolor cruentus. Lucan. lib. 3. 148.

Facinus cruentum, Propter quod funditur multũ cruoris. Senec. Hip. 4. 38.

Facta cruenta exigere. Ouid. 2. de Arte, 20.

Fatum cruentum. Ouid. ad Liuiam, 81.

Cruentæ guttæ. Cic. 1. de Nat. deorum, 20. Ouid. 4. Metam. 124.

Hostis cruentus. Stat. 9. Theb. 136.

Humus cruenta. Virg. 11. Aeneid. 134.

Ira cruenta. Horat. 3. Carm. Ode 1. 3.

Mars cruentus. Horat. 1. Carm. Ode 14. 3.

Mors cruenta. Ouid. epist. 2. 28.

Morsus cruentus. Senec. Agam. 7. 31.

Cruentus Mucro. Cic. in Catilinam. 2. Et 2. de Orat. 91.

Nota cruenta, Vestigium cruoris effusi. Senec. Hipp. 10. 24, Longum cruenta tramitem signat nota.

Noctes cruentæ. Claud. de bel. Gildon. 17.

Palma cruenta. Ouid. Amor. 2. eleg. 5. 3.

Præda cruenta. Ouid. Fast. 1. 36.

Spolia cruenta. Virg. 10. Aeneid. 173.

Spuma cruenta. Virg. 3. Georg. 40, – & spumas aget ore cruentas.

Tempestas cruenta campi. Claud. 6. Paneg. 16.

Thalami cruenti. Ouid. 10. Metam. 133.

Cruenta victoria, In qua multi occisi. Sallust. Canete ne multi animam amittatis, neu capti portius sicut pecora trucidemini, quàm virorũ more pugnantes, cruentã atque luctuosam victoriã hostibus relinquatis.

Virtus cruenta. Stat. lib. 1. Syln. 13.

Vmbra cruenta. Ouidius 5. Fast. 91. Vmbra cruenta Remi visa est assistere lecto.

¶ Cruenta vox, & cruenta oratio, Id est sæua & crudelis.

Cruento, cruentas, αἱματόω,) cruentare, Cruore inficere. Cicero, 1. de Diuina. 108. Itaque huic omnia visa obiiciuntur à mente ac ratione vacua, vt aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quouis alio vel homine, vel deo sæpe bellua, atque etiam trucidare aliquem, & impie cruentari. Liu. 8. bel. Maced. 193.

Præda cruentantur. Propert. lib. 3. eleg. 11. 2.

Late cruentare aras. Hyperbole est vulnerati hostis. Senec. Hipp. 10. 21.

Mortẽ cruentare aliquid. Propert. lib. 4. eleg. 9. 8.

Oratio cruentat. Cicero, 2. Philipp. 90. Hæc te, si vllam partem habes sensus, lacerat, hæc cruentat oratio.

Cruentare Remp. vulneribus. Cic. post Red. in Senatu, 4. Ego meam salutem deseruisse, ne propter me ciuium vulneribus Resp. cruentaretur.

Cruentari scelere. Cic. de Aru. resp. 31. Secures suas cruentari scelere noluit: nomen quidem pop. Rom. tanto scelere contaminauit, vt id nulla re possit nisi ipsius supplicio expiari.

Manus cruentatæ. Ouid. in Ibin, 46.

Cruentati oculi. Plin. lib. 28. cap. 7. 6. Mulieris quoque saliuam ieiunæ potentem diiudicant oculis cruentatis.

Cruentus. Aduerbium. Senec. de Benefi. 5. Cæteri arma cruentius exercuerunt, aliquando tamen satiati abiecerunt.

Cruppellarii, κρουπελλάριοι,) qui sunt, explicat his verbis Cornel. Tacit. lib. 3. Cæteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela sunt, adiuntur: seruitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Cruppellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

Crus, cruris, n. g. σκέλος,) Sipont. Crura dici quidã existimat à κρεύω, q. hucatque illuc ingrediẽdo feriãt. Sunt enim crura à genibus vsque ad inferiorẽ pedẽ nõ æquali modo ducta, sed teretibus suris clementer extãtibus, sensimque tenuatis firmata. Plin. lib. 10. cap. 46. 1. Porphyrionibus prælõga crura rubẽt. Cic. 11. Philip. 299. Et quidem crure fracto. Celsus, Crus ex duobus ossibus constat, ex tibia & sura.

¶ Internodia crurum. Ouid. 11. Metam. 159.

Crura sine nodis. Vide NODVS.

Volumina crurũ. Virg. 3. Geor. 39. – sinuẽtque alterna volumina crurũ.

¶ Curuata crura. Ouid. 13. Metam. 104.

Dimidium crus. Iuuenalis Saty. 13. 10.

Distorta crura. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 10.

Malum crus Horat. 1. Serm. Saty. 2. 21.

Mollia crura. Virg. 3. Georg. 16.

Perustus crura compede. Horat. Epod. Ode 4. 1.

Crura rigida ibiũ. Cic. 1. de Na. deo. 141. Velut ibes maximã vim serpẽtũ cõficiũt, quũ sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo ceroq̃ rostro.

Rustica, & hemilaura crura. Catul. 50. 2.

Squallida crura. Iuuenalis Saty. 9. 2.

Substricta crura. Ouidius, 11. Metam. 151.

Velocia crura. Ouid. 1. Metam. 62.

¶ Adempto surgere crure. Lucret. lib. 3. 151.

Admissa crura, Id est propinqua, iuncta. Ouid. 6. Metam. 48.

Illo vt erat pronus per crura admissa subisque

Voluitur: & callido tellurem sanguine fœdat.

Captare crura micantia. Ouid. 9. Metam. 8.

Iactare crura. Lucret. lib. 4. 201.

Suffringere crura alicui. Cic. pro S. Rosc. 34.

Et crurum tenus à mento palearia pendent. Virg. 3. Georg. 10.

¶ Crus arboris. Colum. lib. 5. cap. 11. 11. Rarum oliuæ, qui videtur nitidissimus deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa.

Crus vitis. Columel. libro 3. cap. 10. Vnde etiam vehementissimæ materiæ reperiuntur aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus. Ibidem, cap. 18. Vnde formicis, aliisque animalibus quæ putrefaciunt crura vitium, latebræ præbentur.

Crurícrepidæ, A Plauto in Trinum. 14. 15. dicũtur quibus crura crepuerũt

ferro, vrajt interpres.

Crustulum, pen. corr. σκελίδιον,) diminutiuum. Martial. lib. 3. 51. Pectus cicadæ, crustulúmque formicæ.

Crusta, crustæ, πλάξ,) id significat excrementum quod vel ob putrem dinem vel concretionem super alicuius rei superficie nascitur. Virg. 3 Georg. 72. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Hoc est aquæ congelascunt fluentes. Seruius. Plin. lib. 36. cap. 25. 5. Lithostrata crepanerunt iam sub Sylla paruulis certe crustis.

¶ Crusta, Qua quid integitur: vt Crusta locustæ. Plin. lib. 9. cap. 30. 7. Locustæ crusta fragili muniuntur in eo genere quod caret sanguine.

Crustæ & emblemata argenti cælati. Cic. 6. Verr. 46.

Heliadum crustæ capaces. Iuuenalis Saty. 5.

Marmoreæ crustæ. Vlpianus in L. Fundi. §. Quæ pictæ tabulæ. ff. de Action. empti. Quæ pictæ tabulæ pro tectorio includuntur, item crustæ marmoreæ, ædium sunt.

Crustæ parietum. Plin. lib. 35. cap. 12. 5. Ante ædem Veneris Romæ Thuscanica omnia in ædibus fuisse, author est M. Varro: ex hac quum reficeretur, crustas parietum excisas tabulis marginatis inclusas esse: item signa ex fastigiis diuersa.

Crustam etiam ducere vulnus siue vlcus dicitur, quando solidatur, qua detracta remanet ferè cicatrix. Sipontinus.

Crusta crustæ, fœmineo genere posuit Seneca de Prouid. Non est ista solida & syncera felicitas: crusta est, & quidem tenuis. Dixit crustam ligni aut marmoris vt lamina auri, vel argenti dicitur.

Crusta intecta quædam pilcium genera. Plin. lib. 9. cap. 14.

Crustula, penul. corr. πλακοῦδιον,) Diminutiuum. Apuleius, Paruas marmoreas crustulas parieti adiungens.

Noua crustula. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 10.

Crustulæ vlcerum. Plin. lib. 22. cap. 25. 21.

Crusto, crustas, πλακόω, κονιάω,) crustare, Crustam inducere, & veluti emblemata includere in aureis poculis.

Crustare parietes dicebantur, qui marmorum sectis laminis, parietem operiebant ad ornatum. Plinius libro 36. cap. 6. 4. Primum Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cælio monte Cor. Nepos tradit Mamurram.

Domus crustata. Lucan. lib. 10. 23.

Crustare mala. Plin. lib. 15. cap. 17. 5. Mala vero generosissima eadem ratione crustant gypso & cera.

Crustata animalia, Crustis intecta. Plin. lib. 11. cap. 37. 38. In marinis crustata & cartilaginea, priores dentes habent.

Crustarius, κονιάτης,) Qui crusta operit. Plinius lib. 35. cap. 12. 6. Habuit & Teucer crustarius famam.

Resoluere crustas, Celsus lib. 5. cap. 26. Post vltionem putris vlceris superponenda sunt quæ crustas à viuo resoluant.

Resoluere crustas puras Celsus lib. 6. cap. 16. Ergo lóga quiete & mobili penè corpore opus est, donec ex ipso crustæ puræ leniter resoluant.

Crustósus, pen. prod. πλακώδης,) Aliud adiectiuum: Quod crustã habet. Plin. lib. 12. cap. 9. 2. Facilius hoc & crustosius, amarúsque & gummosum. De bdellio arbore loquitur.

Crusma, huius crusmatis, κρουσμα,) Proprie dicitur sistrũ & veluti cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc est à crepando, quem sonum emittere videbatur dum pulsaretur. Martialis libro 6. 71. de Thelesia.

Edere lasciuos & Bethica crusmata gestus,
Et Gaditanis ludere docta modis. Bætica autem crusmata vocat, quòd his mulieres Hispanæ vti solerent, quemadmodum & hodie Venetæ puellulæ: vocant autem sua lingua in Cymbalo.

Crustum, crusti, λοπάς,) significat frustum panis placentæ, aut alterius edulii. Seruius, Crustũ & crusta neutraliter dicimus de his quæ comedi possunt. Idem alio loco, Quum crustum dicimus, edulium aliquod significamus, partem panis vel placentæ. Virg. 7. Aeneid. Et violare manu, malisque audacibus orbes. Fatalis crusti.
Idem – parulis me parcere quadris Fatalis crusti.

Crustularius, crustulari, Crustulorum venditor. Senec. epi. 87. Et botularii, & crustularii, & oés popinarũ institores. Vulgò Pasticiariũ vocãt.

Crustulum, penul. corr. λοπάριον,) Diminutiuum. Plaut. Sticho, 14. 19. Olea interrupto lapillo, comminuto crustulo sat est seruo homini.
Horat. 1. Serm. saty. 1. 5. – vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint vt discere prima. Varro de Lingua Lat.

Crustulum à crusta pultis: eo quòd vt corium exuritur crusta ducta.

Crustula lambere. Iuuenalis Saty. 9. 1. Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo.

CRVSTVMINVM, κρουστομήϊον,) Oppidum iuxta Veios. A quo crustumini dicti, & Crustumina tribus, & Crustumina pyra, quæ & Crustumia, & Crustuminum vinum laudatissimum.

Crustumina, κρουστομήϊνα,) pyra, sunt quæ ex parte rubentia sunt: de quibus Plinius lib. 15. cap. 15. Et lib. 23. cap. 7. 1. Item Columella libro 5. cap. 10. 12. Et lib. 12. cap. 10. 3. Virg. 2. Georg. 18.

CRVSTVMIVM κρουστοῦμεν,) fluuius qui Ariminum præterlabitur: de quo Lucanus lib. 2. 82.

In læuum cecidere latus, velóixque Metaurus,
Crustumiúmque rapax, & iunctus Sapis Isauro.

Crux, huius crucis, fœ. ge. κρυγός,) Supplicium ad quod ducebantur dãnati. dictum à κρούειν, quod est Ferire, pulsare. Plau. Amphi. 4. 1. 7. Ita ego te certo cruce & cruciatu maĉtabo. Idem Curcul. 5. 15. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem. Terent. And. 3. 5. 15. Quid meritus es? D. crucem.

In crucem tollere. Cice. 7. Verr. 6. Statim deinde iussu Prætoris in crucem esse sublatum.

Arboreæ cruces. Propert. lib. 3. eleg. 22. 8.
Arboreísque cruces Scinis, & non hospita Graiis
Saxa, & curuatas in sua fata trabes.

Duræ cruces. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 4.

Ingenua crux. Vide INGENVVS.

Digna cruce peccare. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 10. Peccat vter nostrum cruce dignius.

Affigere cruci. Curtius libro 9. Cruci affixi per ingens litoris spatium pependerunt.

Agi in crucem. Cic. 5. de Finib. 158.

Cruci aliquem dare. Plaut. Mil. 5. 28.

Festinare cruces. Tacit. lib. 14. Sed cædes, patibula, ignes, cruces tanquam reddituri supplicii, ac præcepta interim vltione festinabant.

Figere crucem alicui. Cice. 7. Philip. 10. Vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis referuares.

Minari crucem. Vide MINOR.

Pascere in cruce corpus. Horat. 1. epist. 17. 10.

Suffigere cruci. Cice. in Pisonem, 32. Tranquillus in Cæsare, Piratas in potestatem redactos, quoniam suffixurum se cruci iurauerat, iugulare prius iussit.

Suffigere in cruce. Horat. 1. Serm. saty. 3. 17.

¶ Crux dicitur quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Terentius Eunu. 2. 3. 91. Et illis crucibus quæ nos, nostrámque adolescentiam habent despicatam, &c. De meretricibus loquitur.

Constituere sibi ipsi crucem. Cic. Q. fratri, lib. 1. 2. 9.

Crucio, cruciás, ἀνιάω, τύπτω, βασανίζω,) cruciare, Torquere, affligere. Plaut. Bacchid. 5. 8. 9. Vt ipsius se cruciar ægritudine. Terent. Eun. 2. 3. 92. Quæ nos semper omnibus cruciãt modis. Idem Heaut. 5. 1. 1. Chremes nimis grauiter cruciar adolescentulum.

Cruciari dolore, fame, vigiliis. Cicero 1. de Finib. 22. & 105.

Ne crucia te obsecro anime mi. Terent. Eunu. 1. 2. 15. Idem. Heau. 4. 2. 6.

Sanguine serpentis cruciari. Ouid. 7. Metam. 131.

Cruciari & sollicitum esse. Cic. pro Mur. 80.

Lætitia gestire, Dolore cruciari, pugnantia. Cice. 1. de Finib. 22. Quorum alter lætitia gestiat, alter dolore crucietur.

Vulnere ac dolore corporis cruciari ac absumi. Cic. de Arusp. respon. 36.

Scelerum suorum conscientia cruciari. Cic. Antequam iret in exil. 12.

Peius cruciare. Horatius 1. Serm. Satyra 2. 5. – non se peius cruciauerit, atque hic.

Validius, aliquem cruciare. Quintil. in Procem. lib. 6. 7.

Crucians, Participium. ἀνιῶν,) Plaut. Cap. 13. 45. Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti carterio.

Cruciãtus, huius cruciãtus, pe. pro. ἄνιαι, τίσις, βάσανος,) Afflictio. Cic. 2. de Finib. 102. At quàm pulchre dicere videbâre, quum ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis & maximis voluptatibus, nullo nec præsenti nec futuro dolore: ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore, nulla nec adiũcta nec sperata voluptate. Sic 7. Verr. 12.

Per cruciatum interfici. Cæsar 2. bel. Gal. 342.

Diri cruciatus. Ouid. 9. Metam. 36.

Impatibilis cruciatus. Vide IMPATIBILIS.

Terri cruciatus. Cic. 2. de Fin. 151. ex antiquo poeta, Cui viperino morsu venæ viscerum Veneno imbutæ, terros cruciatus cieut.

Magno animi cruciatu vitam agere. Cic. 2. de Diuinat. 35.

Morte, cruciatu, cruce afficere aliquos. Cic. 3. Verr. 6.

Maximo cruciatu timoris angi. Cic. 2. Offic. 33.

Carere cruciatu & pœna. Iuuenalis Saty. 10. 29.

Confectus cruciatu maximorum dolorum. Cic. Attico, lib. 11. 219.

Dari in cruciatum. Cic. pro Sex. Rosc. 71. Postulabant aũt pro homine nefferrimo atque infœlicissimo qui vel ipse sese in cruciatũ dari cuperet.

Maximos cruciatus præcipiti via effugere. Quint. in procœ. lib. 6. 6.

Insilire in cruciatum. Vide INSILIO.

Leuare cruciatum. Vide LEVIS.

Perferre cruciatus. Vide PERFERRO.

Summo cruciatu supplicióque perire. Cic. 3. de Nat. deo. 117.

Lateris cruciatibus vror. Ouid. 5. Trist. eleg. 14. 1.

¶ Cruciatu, pro cruciatui. Tacitus libro 13. Cruciatu, ac præmio cuncta peruia esse.

Cruciamentum, huius cruciamenti. ἀνίασις, Cicero, 11. Philipp. 294. Nec grauiora

grauiora vere sunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum.

Crucibilis, & hoc crucibile. pen. corr. ἀνιατός,) Adiectiuum vt cruciabile silentium. A poëtis de Asino aureo, lib. 10. Sed illa cruciabili siletio tristissimæ fatigata, & in quodã vado dubitationis hæres eé verbũ &c.

Cruciabilitas, pen. corr. ἀνίαμα,) Plaut. Cistel. 5. 3. Qui omnes homines sapero atque antideo cruciabilitatibus.

Cruciabiliter. pen. corr. A duerbiũ. Hirtius 5. belli Africani, 177. Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti. Inusitatum.

Cruciarius, cruciaria, cruciarium, σανιδοφόρος,) Adiectiuũ. cruce dignus. Apuleius lib. 10. de Asino aureo, Nec tantillum cruciarius ille, vel fortuna tã magni iudicii, vel confertæ cõspectu curiæ, vel certe noxia cõscientia sua deteritus, quæ ipse finxerat, quasi vera asserere incipit.

Crucifigo, pen. prod. crucifixi, crucifixum, σανίζω,) crucifigere, In crucẽ tollere. Plin. libro 8. cap. 16. de leonibus, Eique de causa crucifixos vidisse se cum Scipione. Quintil. lib. 7. cap. 2. Inuenerunt ducem crucifixum. Suetonius in Domitiano, cap. 11. Authorem summarum pridie quàm crucifigerer, in cubiculum vocauit &c.

Crucifixus, Participiũ. σανιζόμενος) Sueto. in Domitiano, ca. 10. Occidit itẽ Hermogenem Tarsensem, propter quasdam in historia figuras: librariis etiam qui eam describerent, crucifixis.

Crypta, huius cryptæ, κρύπτη) Locus abditus & concameratus. Iuuen. Sat. 5. Et solitus mediæ cryptã penetrare suburræ.

Cryptæ (inquit Sipontinus) ad fructus seruandos magis, quàm ad elegantiæ decorem sunt.

Cryptica, pen. corr. κρυπτικός,) Adiectiuum, Occultum & subterraneũ. Sidonius. Potens antiquus cryptícis arcubus fornicauit.

Cryptoporticus, pen. corr. ὑπόγειος στοά,) Subterranea portions cum amplis fenestris qua refrigerandi gratia per æstatem vtimur. Plin. epi. 41. 8. Teporem solis infusũ repercussũ cryptoporticus auget, quæ vt tenet solem, sic Aquilonem inhibet, &c.

Cryptoporticus dici etiam potest porticus vndique septa & quasi sepimento parietum abscondita, tanquam subterranea. Plin. lib. 5. ad Apollinarem, 101. epistola. Subest cryptoporticus subterraneæ similis, æstate incluso frigore riget: contentáque acre suo, nec desyderat auras, nec admittit.

Crystallus, form. ge. κρύσταλλος,) vel Crystallum, neut. gene. Albi coloris gemma, quæ fit gelu vehementer concreto. vt nonnulli putant: quapropter à glacie nomen accepit. ex κρύος enim quod est gelu: & γάλαω. contrabo compositum est. Plin. lib. 37. cap. 2. 10. Contraria huic causa crystallũ facit, gelu vehemẽtiore concreto.

Aquosa crystallus. Propert. lib. 4. eleg. 3. 11.

Lubrica crystalla. Claud. epig. 14. 6.

Gelantur crystalla niuibus. Stat. lib. 1. Syl. 2. 16.

Corporari in crystallum. Solinus cap. 25. ad finem, Putant glaciem coire, & in crystallum corporari.

Crystallinus, pen. corr. κρυσταλλινός,) Adiectiuum, quod est ex crystallo. Plinius libro 37. cap. 1. 45. Inuenio medicos, quæ sunt vrenda corporum, non aliter vtilius id fieri putare, quàm crystallina pila, aduersis appositis solis radiis. Martialis lib. 14. 116.

Frangere dum metuis, frangis crystallina. Iuuenalis Satyra 6.

Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
Murrhina, deinde adamas nobilissimus, & berenices In digito factus pretiosior. Plinius in procœm. lib. 33. de poculis. Murrhina, & crystallina, ex eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. Videro Baytium in libello de vasculis.

C T

Ctenes, κτένες,) Sunt quatuor dentes medii, qui in prima digestione terunt cibum.

Cteniatrus, κτηνίατρος,) Medicus iumentorum & pecorum, quẽ Columella & Varro veterinariũ vocant, Vulgus Marescallum appellat.

CTESIPHON, κτησιφῶν,) Atheniensis decreto pfuasit Atheniẽsibus coronari oportere Demosthenẽ aurea corona in theatro, probitatis & virtutis omnis generis gratia. Ob id ab Aeschine Demosthenis inimico, rãquã pernicioſi decreti author accusatus, defenditur à Demosthene præclara illa, atque omnium optima oratione quæ περὶ στεφάνου, id est de corona inscribitur. Vide Ciceronem in libello De optimo genere Oratorum, 152.

CTESIPPVS, Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter ac perhumane collegit, quo impuros adolescentis mores componeret. eius tamen cum duro, tum minime liberali ingenio nusquam adduci potuit vt curam & laborem in illo instituendo dimitteret: cuius ineptias non modo pertulit patienter, verumetiam studiosè tegebat. Quanquam semel aiunt Phocionis constantiam importunitate lenissimi hominis superatam. Nam quum ille imperatorium quoddam munus studio accuratior obiret: Ctesippus, vt erat futilis delirúsque, grauissimum peritúmque imperatorem cœpit fatuis quibusdam interrogatiunculis obtundere, atque illum monens docensue im-

portunius perurgere. Tum stomachatum Phocionem dixisse fama est, O Chabria Chabria, cumplatam tibi pro amore nostro gratiam nunc persoluo, qui nati tui deliramenta sustineo. Author Plutarchus in vita Phocionis.

C V

Cubatus, Cubiculare, Cubile, Vide CVBO.

Cubitus, vel Cúbitum, cúbiti, pen. corr. ἀγκών,) Curuatura brachii, vbi lacerto iungitur. Plaut. Casin. 20. 3. Pectus mihi agit nunc cubitus. Idem Stich. 5. 13. Cubitis depulsa de via.

Ossa ingentia cubiti. Ouid. 12. Metam. 69.

Pressus cubitus. Horat. 1. Carm. Ode 27. 7.

Inniti cubito. Virg. 4. Aeneid. 138.

¶ Cubitus, pro mensura cubiti. πῆχυς,) Plin. lib. 7. cap. 16. 8. Inuenimus in monumentis Salamine Euthymenis filium in tria cubita triennio adoleuisse. Cic. 2. de Legib. 104. Nam supèr terræ tumulum noluit quid sta tui, nisi colum ellam tribus cubitis ne altiorem, &c.

Cubitalis, & hoc cubitale penul. pro. πηχυαῖος,) Vno cubito altus. Plin. lib. 12. ca. 12. 4. Nardum Creticum quod alii quidé agrium vocant, caule cubitali. Liu. 4. bel. Pun. 155. Murum ab imo ad summum crebris cubitalibus ferè cauis aperuit.

Cubitale, Substantiuum, pro fulcimento vel ornamento cubiti. Horatius 2. Serm. Saty. 3. 51. – ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubitale, focalia.

Cubo, cubas, cúbui, cúbitum, pen. corr. κεῖμαι, κλίνομαι, ἐγκλίνω, cubare, Idem quod iacẽre. Plautus Asina. 16. 73. At eriã cubat cuculus, surge amator, i domũ. Cic. 1. Ver. 46. Quũ ille etiã cubaret, in cubiculũ introductus. Martia. li. 1. 180. Collo nexa cubat, capitq; sõnos.

In faciem cubare, & supinum cubare. Iuuenalis Saty. 3. 27.

Cubare cum aliquo. Plaut. Amphit. 3. 112. Et meus pater nunc intus hîc cum illa cubat. Ibidem 8. 100.

Cubare aliquo loco. Cice. 2. de Orat. 192. Simonides dicitur ex eo quòd meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator vnuscuiusque sepeliendi fuisse. Hoc est dilecubuisset.

Cubare in lecto. Plautus Casin. 2. 36. Et in Milit. 8. 58. – quid, domi? S C. in lecto cubat.

Cubare in specu. Plin. lib. 12. cap. 1. 7.

Cubare in carcere. Plautus Rud. 13. 14. In catcere illo potius cubuissem die. Sic Cic. 2. de Diuinat. 29. Cubare in conclaui.

In colle cubare. Horat. 2. epist. 2. 14.

Propter aliquem cubare. Cic. pro Sex. Rosc. 39. Id est iuxta.

Ossa molliter cubant. Ouid. Amo. 1. eleg. 8. 22.

¶ Cubat puerpera. Plaut. Trucul. 9. 22.
Nunc prius præcutio sciens, cúmque.
Ornatu, vt grauida, quasi puerperio cubem.

¶ Cubare, Aegrotare. Horatius, Cubat hic in valle Quirini. Idem, Trans Tyberim longe cubat is, prope Cæsaris hortos. Idem 2. Serm. Saty. 5. 58. Mater ait pueri mentis eis iam quinque cubantis, &c. Cice. 2. Tusc. 104. Itaque narrabat eum grauiter & copiosè de ipso nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem dispurauisse.

¶ Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. De villico, Cato de Re rust. cap. 5. 4. Cic. 2. de Diuinat. 182.

Cúbito, cubitas, pen. corr. κλίνομαι,) cubitare, Frequentatiuum. Plau. Pseu. 20. 72. Quid ais? túne etiam cubitare solitus es in cunis puer? Cice. pro Cælio, 28. Qui propter nescio quam credo timiditatem, & noctumos quosdã inanes metus tecũ semper, pusio cum maiore sorore cubitauit.

Cubãtus, huius cubãtus, pen. prod. κατάκλισις,) Ipse enbandi actus. Plin. lib. 10. cap. 57. 1. Medicina in fame, & cubatus in fumo. De gallinis pituita laborantibus loquitur.

Cúbitus, huius cúbitus, pen. corr. m. g. κατάκλισις,) Idem.

Cubitus supinus, pronus, & in latera. Plin. lib. 28. cap. 4. 20. Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera aduersum distillationes.

Cubitus sibi sternere. Plin. lib. 14. cap. 9. 3.

Cubíle, huius cubílis. pen. prod. δύκλοιτρον, δίφυιον,) pro lecto sumitur, quòd in eo cubetur. Cic. 1. Tusc. 66. Abducet Patroclus credo, vt collocet in cubili, vt vulnus obliget. Idem pro Cluentio, 66.

Terra cubile erat Anacharsi. Cic. 5. Tusc. 130.

Cubile & Lectulum suum, nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut voluntate perditi, qui non sal uum esse velint. Cic. 4. in Catil. 89.

Atrum cubile. Seneca in Thyeste, 1. 15.

Castum cubile. Valer. lib. 2. Argonaut. 28.

Consueta cubilia. Ouid. 11. Metam. 52.

Humana cubilia. Propert. lib. 2. eleg. 3. 7.

Hybernum cubile. Claud. 1. Paneg. 26.

Obscurum cubile. Senec. Hip. 4. 34.

Patrium cubile. Ouid. 15. Metam. 101.

Prædura cubilia. Claud. de bello Getico, 72.

Secreta cubilia. Ouid. 1. Fast. 86.

Tacitum cubile. Catull. epig. 6. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Viduum cubile. Ouid. Epist. 15. 64.
In cubili collocare aliquem. Cic. 2. Tuscul. 67.
Inire cubile alterius. Cic. Pæto lib. 9. 22. 4. Vide INEO.
Instratum cubile. Virg. 3. Georg. 45.
Ponere cubile. Virg. 6. Aeneid. 55.
– primisque in faucibus Orci
Luctus & vltrices posuere cubilia Curæ.
Sociare cubilia cum aliquo. Ouid. 10. Metam. 126. Vnus eras cum quo sociare cubilia vellem.
Temerare cubile patrium. Ouid. 2. Metam. 58.
Non audita tibi est patrium temerasse cubile Nyctimene.
Vsurpire duplex cubile dicitur mulier, quum adulteratur. Cicero Pæto, libro 3. 22. 14.
¶ Cubilia & nidi gallinarum & auium. Cic. 1. de Nat. deorum, 134. Columella libro 8. cap. 3. & 5.
Delitescunt cubilibus bestiæ. Cic. 2. de Nat. deor. 189.
Moliri cubilia ferarum. Quintil. lib. 2. cap. 16. 9.
Rimosa cubilia pro alueariis. Virg. 4. Georg. 9.
¶ Dura cubilia ferri eruere, Ferri fodinas effodere. Valerius libro. 5. Argonaut. 19.
Nam prius ignoti quàm dura cubilia ferri
Eruerent, enses quæ darent, odia ægra sine armis
Errabant. De Chalybum populo.
Congesta cubilia blattis. Virg. 4. Georg. 49.
Fraudum cubilia. Claud. 2. Paneg. 43.
Insidias retegunt, & in ipsa cubilia fraudum Ducunt.
Cubilia anaritiæ alicuius. Cic. 5. Verr. 138. Vt omnes mortales istius auaritiæ, non iam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint.
¶ Cubile salutatorium, in quo simulachra deorum imponi solent: quod & lararium alio nomine dicitur. Plin. lib. 15. cap. 11. 2. Omnia iam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa.
¶ Cubile etiam dicitur de structura. Plin. lib. 36. ca. 14. 3. Ea maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Vtitur hac voce Vitruuius lib. 2. cap. 8.
Cubiculum, pe. cor. κοιτῶν, οἴκημα,) Locus in quo cubile steratur. Terent. Adel. 4. 5. 60. Et illâ sine tua opera in cubiculũ iri deductũ domũ? Cic. 4. Verr. 92. Tãtáque ambitiõe puinclæ totius in vno cubiculo inclusa.
Præpositus cubiculo. Suet. in Domitiano. cap. 16. Lætum festinantemque ad corporis curam, Parthænius cubiculo præpositus conuertit.
Lares cubiculi Suet. in Domitiano, cap. 17. Puer qui curæ larium cubiculi ex consuetudine assistens, interfuit cædi.
In cubiculũ se recipere oĩbus summotis. Suet. in Domitiano, cap. 16.
Cubicularius, κοιτῶνος μέρος, κοιτωνίτης,) Qui in cubiculo ministrat. Cic. 5. Verr. 7. Hũc vestri inuitores, hũc cubicularii diligũt. Idẽ ad Atticũ li. 6. 113. 9. Aditus astr ad me minime puinciales, nihil pecubicularium.
Decurio cubiculariorum. Suet. in Domitiano, cap. 17. Saturius decurio cubiculariorum, & quidam è gladiatorio ludo vulneribus septem contu cidarunt. De cæde Domitiani.
Cubicularius, adiectiuum, κοιτώνιος,) vt Cubicularia lucerna, Martial. lib. 14. 38.
Cubiculãris & hoc cubiculãre, pe. pro. κοιτωνικός,) Quod pertinet ad cubiculum: vt Cubicularis lectus, Cic. 5. Tusc. 83. Et 2. de Diuin. 109.
Cubicularis, pro Cubicurio. Suet. in Nerone, cap. 33. Incendit vrbem tam palàm, vt plerique consulares cubicularesque eius, cum stupa tedáque in prædiis suis deprehensos non attigerint, &c. Quædam exemplaria legunt cubicularios.
Cubitor. pe. corr. huius cubitoris. Columel. lib. 6. cap. 2. 10. Propter quod vtilius est citra corporis vexationem fame potius & siti cubitorem bonem emendare. Id est, Qui libenter decumbit in sulco, & vitio decumbendi obnoxium.
Cubus, huius cubi, κύβος,) Figura est ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ, quibus in alueolo luditur: ex quo ipsæ appellatæ cubi.
Cúcubo, cúcubas, pen. corr. cucubare, Proprium est vocis nocturæ. Author Philomelæ, in operibus Ouidii, Noctua lucifuga cucubat in tenebris.
Cuculio, cuculionis, πλοῦτος γόης,) Est (vt Iulius Capitolinus docet) genꝰ pilei viatorĩ, quo capite obrecto, vagari nocte solẽt.
Cuculionem. pro cuculo videtur accipere Cato. cap. 2. 2. Funes veteres sarciri, nouosque fieri: centones, cuculiones familiam oportuisse sibi sarcire. Idem cap. 135. 1. Videtur esse à cuculus, forma Græca diminutiuum, sicut ab homine homuncio.
Cuculus, vel cucullus, κόκκυξ,) Auis nota, Horat. lib. 1. Serm. Satyra 7. 7.
– cui sæpe viator
Cessit, magna compellans voce cucullum.
Et cuculi cuculant: fritinit rauca cicada. Author Philom. 7.
Cuculum maritum vocat mulier apud Plautum, qui cum alienis vxoribus dormiebat, quòd cucullus auis, quum tempus suæ partitudinis appetit, nidum aticulæ, cui curruca nomen est, animaduertit, in eiusque nido, exclusis illius ouis, ova sua enititur. In Asin. 16. 73. At etiam cubat

cuculus, surge amator, i domum. Et paulo post, Cano capite te cuculum vxor ex lustris rapit. Idem Merc. 19. 11.
¶ Cucullus, capitis tegmen. Iuuen. Saty. 6. 12. Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos. Mart. lib. 5. 14. Illinc cucullo prospexit caput tectus. Iuuen. Saty. 3. 17. Contentúsque illic Veneto, duroque cucullo.
¶ Cucullus, Papyraceum tegmentum quo pigmentarii vruntur. Mart. lib. 3. 2. Vel thuris, piperisque sis cucullus. De libro suo loquitur.
Santonicus cucullus. Iuuen. Satyr. 8. 16.
Cucullãtus, pen. pro. Adiect. Quod cucullum habet. Colu. lib. 11. cap. 1. 18. Cultam, vestitúmque familiã vtiliter magis habeat, quàm delicatè, id est munitam diligenter à frigoribus & imbribus, quæ vtrúque prohibentur optime pellibus manicatis, centonibus confectis, & sagis cucullatis: idque si fiat, omnis penè hyemalis dies in opere tolerari possit. Quædam exemplaria hoc loco legunt sagatis cucullis: verum falsò. Nam idem Columel. lib. 1. cap. 8. 6. idem docet iisdem verbis: nisi quòd pro sagis cucullatis, scripsit sagis cucullis: nisi etiam cucullatis legendum sit haut cucullis adiectiuum sit.
Cúcuma, cúcumæ, pen. corr. κουκούμιον,) Martianus Iurisc. ad Legẽ Iuliam. De sicariis, L. prima. Sed si claui percussit, aut cucuma in rixa, quãuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo. Martialis lib. 10. 79. Extruxit cucumam fecit Oracilius.
Cucumella, cucumellæ, diminutiuũ. κουκουμέλιον,) Alphenus, Si seruitus vendicetur, L. Siquando, Quum in domo C. Seii locus quidam æstibus Annii ita seruiret, vt in eo loco positum habere, ius ei non esset, & Seius in eo syluam seuisset, neque non labra, crateras, cucumellas positas haberet Annio consilium, &c.
Cúcumer, vel cúcumis. pen. corr. huius cucumeris, m. g. σίκυος,) A cúruore dicitur, vt ait Varro de Lingua Lat. Virg. 4. Georg. 25. Cresceret in ventrem cucumis, nec fera comantem. Plin. lib. 20. cap. 22. 1. Cæruleus cucumis. Properr. lib. 4. eleg. 2. 9. Tortus cucumis, Virg. 4. Georg. 25.
Cucumis, Genus piscis. Plin. lib. 32. cap. 11. 6.
Inflectitur etiam Cucumis, huius cucumis: vnde diminutiuum cucumi. Plin. lib. 19. cap. 11. 1. Infirmiora autem sunt à triplici, octimo, cucurbitæ, cucumi. Et accusatiuus cucumim. Plin. libro 20. cap. 1. 5. Aliqui etiam ab eo scorpionum cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionũ ictus. Ibidem in ipso statim capitis initio, Cucumim syluestrem esse diximus multo infra magnitudinem satiui. Et ablatiuus cucumi. Plin. lib. 20. cap. 21. Cum vino, aut cucumi cocto.
Cucumerarium, σικυηλν,) Locus in quo sunt cucumeres.
Cucurbita, huius cucúrbitæ, pe. cor. κολοκύνθη,) Olus in hortis nascens. Plin. lib. 19. cap. 5. 7. Cucurbita quoque omnia inscit qua cogitur forma, plerunque & draconis intorti figura. Libertate vero pensili cõcessa, iã vilã est IX pedũ longitudinis. Ibidẽ plura.
Ventosa cucurbita. Iuuenal. Sat. 14. 6. –vacuumque cerebro
Impridem caput hoc ventosa cucurbita quærat.
Tumido cucurbita ventre. Propert. lib. 4. eleg. 2. 9.
Cucurbitula, pen. corr. diminutiuum, κολοκυνθίς,) Parua cucurbita.
Cucurbitula, σίκυος,) est quam nos ventosam dicimus, qua medici vtũtur ad sangu'nẽ leui scarificatione educendũ. Celsus lib. 2. cap. 11. Cucurbitularũ duo genera sunt: æneũ & corneum. Aenea, altera parte patet, altera clausa est. Cornea altera parte æque patẽs, altera foramẽ habet exiguũ. In æneã lineamẽti ardẽs cõiicitur, ac sic os cius corpori aptat, imprimitúrque, donec inhæreat. Cornea per se corpori imponitur, deinde vbi ea parte qua exiguũ foramen est, ore spiritus adductus est, supérque cera cauũ id clausum est, æque inhærescit. Idẽ alio loco plura.
Cucurbitinus, κολοκυνθοειδής,) Adiectiuum: vt Cucurbitina pyra, cucurbitinæ ficus dicuntur ob cucurbitæ similitudinem. Cato, cap. 7. 2.
Cucurio, cucúris, pen. prod. cucurire, Gallorum gallinaceorũ proprium est. Author Philomelæ in operibus Ouidii, Cucurire solet gallus, gallina gracillat.
Cudo, cudis, cudi, cusum, κόπτω, κολάπτω.) cudere. A cẽdẽdo dictũ, inquit Festꝰ: & est ꝑprie Ferire, pcutere. Colu. li. 2. cap. 10. 10.
Ac durissimæ quidem aeus reiectæ separatæque erunt à cudentibus.
Cudere nummos vel argentum. Plautus Mostel. 2. 92. Qui cudere solet plumbeos nummos. Terent. Heaut. 4. 4. 18. Quam rem agis scelus? 5. egone? argentum cudo.
Cudere multa misera oculis. Plaut. Cap. 5. 7. Eiulatione haud opus est, oculis multa misera cudiris.
Cudere tenebras alicui, apud Plautum.
¶ In me hæc cuderur faba, Terent. Eunu. 2. 3. 89.
Vide ne nimium calidum hoc sit modo.
CH. Non est profectò: sine. P. at enim istæc in me cudetur faba. Vbi Donatus, Id est in me hoc malum récidet, in me hæc vindicabitur culpa: vt laborat solum in quo cuditur, id est battitur faba, quum siliquis exuit tũsa fustibus, vt in areis more rusticorũ fit. Vel quòd quidã male coctam fabã, & quę nõ maduerit, sed dura pmãserit, supra caput coqui velut ipsi fabæ irati, saxo comminuunt, cum vniuersam malum & omnis dolor

nis dolor ad coquum pertenit. Simile & alibi à pulmento prouerbium est, Tute tibi hoc intristi, omne est exedendum, accingere.
Cusor, cusõris, Verbale. Liuius, Triumuiri mensarii creari sunt, hique numulariis, & monetæ omnis generis cusoribus præerant.
Cudon, cudõnis. gen. mal. pen. prod. κεύδων,) pellem crudam significat, qua vice galeæ nonnulli solebant vti ad munienda capita. Silius lib. 8. 98. Idem lib. 16. 12.
Scipio contorquens hastam, cudone comantes Disiecit crines.
Cuias, cuiatis, pen. pro. om. gen. πτῶσις,) Interrogatium gentilitium Cic. 5. Tusc. 152. Socrates quidem quum rogaretur cuiatem se esse diceret, Mundanum, inquit, totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur.
Cuias es tu? Respondentũ, Gallus, Romanus, &c. Vel dubitatiue, Nescio cuias sit iste. Vel relatiue: vt. Ego sum Gallus, cuias es tu.
¶ Cuias, pro cuius sectæ. vt Cuiates philosophi est is, Stoicine an Epicurei? Valla libro 2.
Cuiatis & hoc cuiate dicebant veteres. Plautus Curcul. 8. 36. Quid eum nunc quæris, aut cuiatis?
Cuius, πίνος,) cuia, cuium, antiqui dicebant, vt meus, mea, meũ. Virg. ecloga 3. Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? Sic ecloga. 5. 17. Terent. And. 4. 4. 25. Cuiũ puerũ hîc apposuisti? dic mihi. Idem Ennu. 2. 3. 9. Quid virgo, cuia est?
Cuiam vocem audio? Plaut. Curcul. 5. 14.
Nunc potius interrogamus per cuius, genitiuum à qui quæ quod, ad quẽ non respondetur semper in eodem casu in posteãsuis tam pronominibus quàm nominibus. Plautus Amphit. 4. 224. Cuius est? 2. Amphitruonis inquam Sosia.
¶ Cuia res est. Cicero 3. Verr. 100. Vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum! Idem 5. Verr. 56. A pronins certiorem facit istũ, cuia res erat, quid rei esset.
Cuia interest. Cic. pro Murena, Ea cædes potissimum crimini datur ei cuia interfuit non ei cuia nihil interfuit.
Cuiusmodi, pen. corr. ποιός τις, οἱοσδήποτε τις,) Vox est indeclinabilis, composita ex genitiuo cuius à quis, & modus.
Plautus Menæch. 6. 3.
– cuiusmodi homines erunt?
E. Ego & Menæchmus, & parasitus eius.
Cuiusmodi aliter. Cicero 5. Tuscul. 179. Vbi enim melius vti possumus hoc cuiusmodi, est, otio? In vetusto exẽplari scripto legitur cui cuimodi. Idem 2. de Inuent. 122. Quòd si hæc cum summe inutilia, tum multo turpissima sint, legem cuiusmodi sit, in præsentia conseruari à iudicibus. In scripto exemplari antiquo legimus cuiuscemodi.
Idem 1. Verr. 26.
Cuiusmodi, admiratiuum. Plautus Mostel. 11. 5. Cuiusmodi gymnæceum? quem & porticum? Idem Rud. 3. 1. Proh dii immortales, tempestatem cuiusmodi Neptunus nobis nocte hac misit proxima?
Cuiusdammodi. τρόπου τινός,) Cicero 2. de Diuinat. 50. Num etiam si fiat cuiusdammodi fuerit in iecore, lucrum ostenditur?
Cuiusmodicunque. ὁποιοσοῦν,) Cicc. pro A. Cluer. 11. Nam illud me non præterit, cuiusmodicunque mater sit: tamen in iudicio filii, de turpitudine parentis dici vix oportere.
Cuiuscunque modi. ὁποιοσοῦν τισοῦν,) Sallust. in Catil. Neque solum ciues, sed cuiuscunque modi genus hominum, quod modo bello vsui foret. Ibidem, Sed per deos immortales, vos ego appello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris quàm Remp. fecistis, si ista cuiuscunque modi sint, quæ amplexamini, retinere, si, &c.
Cuiusquemodi, ὁποιοσοῦν.) Cic. pro Rosc. Amer. 47. Vereor enim cuiusquemodi ea Roscĩ, ne ita hunc videãr velusse seruare, vt tibi omnino non pepercerim. Idem pro Placco, 31. Sed tamen iudicium fieri videtur, quum tabulæ illæ ipsæ cuiusquemodi sint, proferuntur.
Cuiusquemodi pro Omnis generis. Cicero 2. de Finib. 5. Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas. Idem 6. Verr. 6. Tot Prætores, tot Consules in Sicilia tum in pace, tum etiam in bello fuerunt, tot homines cuiusquemodi.
Cúlcitra, huius cúlcitræ, pe. corr. λοφάκωμα) est, inquit Valla lib. 6. ex lanea, stupea, & fiquid est eiusmodi, quàm plumea. Sipontinus, Culcitræ generali nomine vocari possunt omne stragulum in quo aliquid quiescendi gratia inculcatum sit. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Posteaquam transierunt ad culcitras. quòd in eas acus, aut tomentum, aliúdue quid calcabant, ab inculcãdo culcitra dicta. Cicero 3. Tuscul. 79. Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus. Idẽ ad Atticum, lib. 15. 297. 4. Scripto iam superiore versiculo, Eros mihi dixit, sibi Murenam liberalissime respondisse: eo igitur vtamur. nam Silius culcitras nõ habet. Martial. lib. 5. 63. Et lib. 14. 124. Paulus in L. 3. ff. de Supellectili legata, Supellectili legata hæc continentur. mensæ, trapezophora, delphicæ, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, &c. Iuuenal. Satyra 5. 2. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto
Vna sumus ait.

Culcitram gladium facere, & ei incũbere, Est se occidere. Plau. Casi. 6. 28.
Culcitrula. Diminutiuum. ἐφαπτωμάτιον,) Plaut. Mostel. 8. 94. Is me suã quidem pol optat culcitrulam.
Culeũ, πῶϛ ἐϛί, Pro qualis est, neutro genere positum esse pro masculino apud Plautum in Amphitryone, 6. 39.
Culeus, huius culei, κεύθω,) vter siue saccus, lino vel canabi vel corio factus: ab occulendo, id est claudendo. Plin. libro 7. cap. 20. Iunius Valens mersit in Prætorio diui Augusti cẽturio, vehicula cũ culeis onusta, donec exinanirent, sustinere solitus.
¶ In eo etiam scelestissimi homines, ac præsertim parricidæ, cum simia & gallo & serpente insuti in mare iniiciebantur ex Lege Pompeia. Cicero pro Roscio Amerino, 18. Vtrum malit ceruices Roscio dare, an insutus in culeum supplicium parricidarum, per summum dedecus vitam amitteret Iuuenalis, Saty. 8. 22. – quis tam
Perditus vt dubiter Senecam præferre Neroni,
Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia, nec serpẽs vnus, nec culeus vnus! Cic. ad Q. u. fratrẽ, lib. 1. epist. 2. 7. Quoniã Smyrnæ duos Mysios insuisse in culeũ. Idẽ ꝑ Rosc. Amerino, 42. Insui volueruntne in culeum viuos, atque ita in flumen deiici.
In culeum deiicere aliquem. Cic. 2. de Inuentione 232.
Insutus culeo, Vide INSVO.
¶ Culeus, mensura vicenas amphoras continens, vel vrnas quadragenas, qua nulla maior mensura liquoris. Plin. lib. 14. cap. 4. de vinea Palæmonis grãmatici loquens, Digna opera, quæ in Cæcubis Setinisque agris proficeret, quando & postea sæpenumero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere, ac nequis vĩtã in hoc antiquitatẽ arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. Hæc Budæus. Columel. lib. 3. cap. 3. 3, Seneca vir excellentis ingenii atque doctrinæ, cuius in prædiis vineãrũ iugera singula culeos octonos reddidisse plerunque compertum. Scæuola De Pignorat. Act. L. Pignori, Titius pecuniam mutuam à Caio Seio sub pignore culeorum accepit. istos culeos quum Seius in horreo haberet, missus ex officio annonæ centurio, culeos ad annonam sustulit: postea instantia Caii Seii creditoris recuperati sunt.
Culeus, modios nostros duos & semis capiebat: id est sexaginta Romanos. Budæus libro 5. de Asse.
Sunt qui scribant culleus, duplici ll,
¶ Culeum vel culleum neutro genere dici probat Nonius ex Varrone de Re rust. libro 1. In singula iugera, dena culea vini fiunt.
Culeolus, pen. corr. κευλάτον, Diminutiuum.
Culeola (inquit Festus) sunt Cortices nucum viridium, à similitudine culeorum, quibus oleum aut vinum continetur.
Culeãtus & hoc culeãre, pe. pro. κευλανοῦϛ,) vt Culeare doliũ, quod capit culeũ. Cato ca. 112. 1, Vbi hauseris de mari, in culeare doliũ infundito.
Culex, huius cúlicis, pe. cor. κώνωψ,) pẽnã li noie dicit vermiculus ois alatus. Vide Plin. lib. 11. ca. 2. Plaut. Curcul. 10. 14. Vt muscæ, culices, pedésque, pulicésque, cimices. Culices inquit Sipontinus, accensens vinum gignit: quos Aristoteles culices vinarios vocat. Columel. lib. 11. cap. 3. 49. Qui æstate ista ferer, cauear ne propter siccitates culex adhuc tenera folia prorepentia consumat.
Mali culices Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 3.
Culigna, κυλίσκη,) Vas potorium. Cato. Culignam in fœno Græco ponito, vt bene oleat. Hæc Festus. Cato cap. 132. 1. Ioui dapali culignam vini quantum vis polluceto.
Culina, pen. pro. μαγείον,) Locus in quo coquu ntur epulæ in fumo nere, inquit Festus. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. Quæ fiũi sit antiqua & postica. In postica parte erat culina: dicta ab eo, quod ibi colebant ignem locupleriorem domus. quàm fuerint angustiis pauertatis coactæ, ipsa nomina declarant.
A colo colina, nunc culina dicitur. Plaut. Casina. 17. 6. Senex in culina clamat, hortatur coquos. Cicero ad Cassium, lib. 15. 18. 2. Vbi igitur, inquies, philosophia tua? & quidem in culina mea molesta est. Idem ad Dolabellam, lib. 9. 10. 3. Oblitúsne es igitur fungorum illorum quos apud Niciam, & ingentium culinarum apud Sophiam Septimæ?
Studiosa culinæ mulier. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 17.
A magna non degenerare culina. Iuuenal. Sat. 14. 2.
Culmen, huius cúlminis, n. g. ὄροφος, κεφαλή,) Quod culmis tegũt quia veteres ædificia culmis cõtegebãt, id est paleis messoriis, inquit Seruius, Virg. 1. Eclo. 14. Pauperis & tugurii cõgestũ cespite culmẽ. Ibidẽ, 17. Et iã summa procul villarum culmina fumant.
Altum culmen. Virg. 2. Aeneid. 58.
Candida culmina. Propert. lib. 3. eleg. 16. 1.
Chara culmina, charæ ædes. Valer. lib. 5. Argonaut. 129.
Nudatum tecto culmen, Vide NVDVS.
Tecta domorum culmina conuellunt. Virg. 2. Aeneid. 89.
Admota æthereis culmina fedib', Aediũ sublimia fastigia. Sene. Hip. 11. 2.
Culmen ædis Iouis, fulmine ictum. Liu. 7. bel. Pun. 18.
Hominum, ac deorum culmina. Virg. libus 4. Aeneid. 135,
flammæque furentes.

Culmina rérque hominum voluantur, pérque deorum.
¶ Culmen, Summitas alicuius rei, Plaut. Trinum. 4.37. E capitolio, quo in culmine æstat summo. Plin. lib. 9. cap. 35. 2. Principium ergo culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent.
Summum Iouis culmen. Silius lib. 3. 103.
Pastorale culmen, Claud. de bello Getico. 72.
Regale culmen, Regia maiestas. Claud. 4. Paneg. 13.
Peruenire ad culmen. Plin. lib. 15. cap. 15. 4. Pars hæc vitæ iampridem pertenit ad culmen.
Culmen hominis. Liu. 1. ab Vrbe, 155. Eam alitem ea regione cœli, & eius deinuitam venisse, circa summũ culmen hominis auspicium fecisse.
¶ Culmen, pro culmo siue stipula. Ouid. 4. Fastorum. 148.
Sanguis equi suffimen erit, vitulique fauilla:
Tertia res, duræ culmen inane fabæ. Hoc est fabæ culmus, qui suapte natura inanis est & vacuus. Siquidem pauló antè dixerat,
Certe ego de vitulo cinerem, stipulámque fabalem,
Sæpe tuli plena februa tosta manu.

Culmus, huius culmi, κάλαμη, ἀντέρεξ, καλαμῶν,) qui & colmus, m. gen. Frumenti calamus à radice vsque ad spicam: dictus quòd colatur. Virgil. 1. Georgic. – ne grauidis procumbat culmus aristis. Vbi Seruius Culmus, iunctio spicarum. Ibidem, Culmúmque leuem, stipulisque volátes. Vbi Seruius, Culmus dicitur ipse calamus: Stipulæ verò folia quæ ambiunt culmum.
Cerealis culmus. Virgil. 1. Georgicorum. 104.
Culmi messis crepitantes. Silius lib. 13. 136.
Fragilis culmus. Virgil. 1. Georg. 64.
Geniculato culmo erecta herba. Cic. de Senect. 47.
Leuis culmus, Virgil. 1. Georgic. 65.
Pallentes culmi. Statius 3. Sylu. 3. 26.
Surgentes culmi in segetem. Lucan. lib. 6. 22.
Romuléoque recens horrebat regia culmo. Virgilius 8. Aeneid. 129. Curiam Calabriam dicit, quam Romulus texerat culmis. Seruius.

Culpa, culpæ, κατάκλασις, κάταγμα,) Est eius, inquit Donatus, qui insciens aliquem læsit, Plaut. Epid. 14. 64. Mihi vt ignóscas, siquid imprudens culpa peccani mea. Idem Merc. 1. 2. 41. Dii sciunt, culpam meam istanc non esse vllam. Cicero 1. Offic. 125. Ne maior poena quàm culpa sit, cauendum.
Culpa mea, tua, eius, &c. Ablatiuus. Plautus Cistel. 2. 67. Sed mea ego culpa & stultitia peius misera maceror. Terent. Adelph. 2. 2. 5. Ego vapulando, ille verberando vsque, ambo defessi sumus. 5. Tua culpa. Idem Hecyra, 2. 1. 35. Illius dices culpa factum. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 2. Contracta ipsorum culpa molestissime ferre homines debent.
¶ Anceps culpa. Plin. lib. 17. cap. 22. 22. Quoniam anceps culpa sit præproperæ festinationis.
Iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. Cic. in Orat. 19.
Accidit culpa eorum. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 15. 2. Et Attico, lib. 9. 173. 3.
Nemo, nisi sua culpa, diu dolet. Quintil. in Procem. 6. lib. 12.
Culpa abstinere. Plaut. Menæch. 17. 13. Vide ABSTINEO.
A culpa facinus scitis abesse mea. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 20.
Accusare culpam alicuius. Cic. pro Plancio, 7.
Amittere culpam. Vide AMITTO.
Amouere culpam. Horat. 4. Carm. Ode. 15. 3.
Arguere aliquem culpæ. Liuius lib. 1. Decad. 5.
Assignare fortunæ culpam. Vide ASSIGNO.
Attribuere culpam alicui. Cic. 7. Verr. 104.
Auertere culpam in aliquem. Vide AVERTO.
Augere culpam cum indignatione. Cic. 2. de Inuent. 159. Idé Parad. 24.
Augere culpam. Vide AVGEO.
Cælare culpam. Ouid. 2. Metam. 8.
Carere culpa. Cicero Torquato, libro 6. 1. 11. Ouid. epist. 15. 58. Plaut. Menæch. 21. 16. Vide CAREO.
Castus à culpa. Vide CASTVS.
Pectora culpa cessant. Silius libro 13. 105.
Coarguere culpam aliquorum. Cic. Attico, lib. 9. 173. 8.
Culpam commereri. Plaut. Cap. 7. 43. Vide COMMERREO.
Committere culpam. Vide COMMITTO.
Commissa culpa. Cic. Tironi lib. 16. 12. 1. Idem Parad. 24.
Ferro culpam compescere. Virg. 3. Georg. 92.
Culpam conferre in alterum. Terent. Eunuch. 2. 3. 96. Vide CONFERO. Cic. Attico, lib. 8. 160. 6. Eidem lib. 9. 171. 3.
Coniicere culpam in aliquem. Vide CONIICIO.
Consortem esse culpæ. Ouid. 3. Fast. 99.
Contrahere aliquid culpa sua. Vide CONTRAHO.
In culpam conuertere fortunam. Cic. pro Rab. Posth. 18.
Ob culpam damnare aliquem. Cic. 1. de Oratore. 119.
Deprensa culpa. Seneca. Hipol. 5. 16.
Dimouere culpam ab aliquo. Cic. 2. de Inuentione. 140.
Vitio & culpæ dare alicui summam laudem. Cic. pro Rosc. Amerino. 28.
Dare veniam culpæ. Ouid. epist. 7. 21.
Pœnam culpæ effugere non posse. Cic. Tironi, lib. 16. 26. 1.
Ex culpa eximere aliquem. Cic. 2. de Inuent. 138.
Exoluere aliquem culpa. Tacitus lib. 20.
Pingere culpam. Ouid. Amor. 2. eleg. 19. 3.
Mens ignara culpæ. Statius lib. 4. Sylu. 6. 19.
Impellere in culpam aliquem. Catullus 15. ad Aurelium, 3.
Impingere culpam in aliquem. Vide IMPINGO.
Imponere nomina culpæ. Ouidius 7. Metam. 14.
Inclinare culpam. Vide INCLINO.
Inscius culpæ. Virgil. 12. Aeneid. 130.
Inuenire aliquem in culpa. Vide IN, & INVENIO.
Liberare culpa aliquem. Cic. Attico, lib. 13. 280. 2. Idem pro Plan. 42.
Liberare aliquem culpæ. Liuius lib. 1. Decad. 5.
Luere culpam. Silius lib. 13. 71.
Occuluit culpam parentum. Statius lib. 3. Sylu. 3. 10.
Morte piare culpam. Virgil. 2. Aeneid. 28.
Extra omnem culpam caussámque sese ponere. Cic. de Vniuers. 52.
In culpa & suspicione ponere aliquos. Cic. pro Cluent. 100.
Præstare culpam. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 11. Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstandum, præter culpam, putemus.
Hoc prætexit nomine culpam. Virgil. 4. Aeneid. 35.
Properare culpam. Ouidius epist. 23. 19. Ah cur nescio quam properamus hei mihi culpam.
Reciditur culpa supplicio. Horat. 2. Carm Ode 24. 7.
A culpa remoueri. Cicero pro Murena. 67. Non & illa pie fecit, & hic à culpa remotus est.
Refidet culpa in aliquo. Brutus Ciceroni, 16. 5. Lucret. lib. 5. 286.
Subire culpam. Claud. 1. in Eutrop. 96.
Succumbere culpæ. Virgilius 4. Aeneid. 4. Huic vni forsan potui succumbere culpæ.
Se summittere culpæ. Ouid. epist. 4. 31.
In culpa esse. Cic. de Amicitia. 67. Et hic honos veteri amicitiæ tribuendus est, vt is in culpa sit qui faciat, non qui patiatur iniuriam. Idem 1. de Finibus, 55. Similique sunt in culpa, qui officia deserũt mollitia animi. id est laborum & dolorum fuga. Idem 7. Verr. 16. Non dicam ne illud quidem, si maxime in culpa fuerit Apollonius. Et pro Plancio 8.
Extra culpam esse. Cicero 7. Verr. 104.
Culpa hæc à me procul est. Terent. Adelph. 3. 2. 50. – quando ego cousci mihi sum, à me culpam esse hanc procul.
Culpa in eo est. Cicero de Amicitia, 75. Maxima autem culpa in eo est qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Idem de Senectute, 7. Sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa, non in ætate. Idem 7. Verr. 104. Ego culpam non in Nauarchia, sed in te fuisse demonstro.
Fati ista culpa est. Seneca Oedipo, 14. 5.
Sustinere culpã alicuius rei. Cic. Atti. lib. 7. 123. 2. Idé Cassio, lib. 15. 15. 7.
Legis culpam sustinere & præstare. Cicer. 3. de Legib. 54. Casiæ legis culpam Scipio tuus sustinet: quo authore lata esse dicitur: tu si tabellariam tuleris, ipse præstabis.
Erroris humani culpa teneri. Cic. pro Marc. 7. Et si aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certe liberati sumus.
In media teneri culpa. Ouid. 3. Amorum, eleg. 13. 9.
Transferre omnem culpam in alium. Cicero Attico, libro 15. 330. 4. Idem de Senectute, 13.
Deprehensam culpam perrinaciter tueri. Quintil. lib. 6. cap. 4. 13.
Vacare culpa. Quintilianus lib. 3. cap. 6. 56.
Vanescere culpa. Ouidius 1. Amor. eleg. 8. 16. Vanescat culpa, culpa repulsa tua.
Vitare culpam. Horat. de Arte poetica, 54.
¶ Nouissimus in culpam. Tacitus lib. 1. Quin potius, vt nouissimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam sumus.
Ad culpam causas dare. Virgil. 2. Georg. 91.
¶ Fides culpæ. Seneca Agamem. 4. 17.
Fuga culpæ. Horatius Arte poetica, 7.
Culpæ liberatio. Cic. pro Liga. 1. Omissisque cõtrouersiæ omnis oratio ad tuã misericordiã conferenda est, qua plurimi sunt conseruati, quibus si non solum liberationem culpæ, sed errati veniam impetrauissent.
Proditor culpæ. Ouid. 7. Amorum, eleg. 8. 6.
Temporum culpa. Cicero Attico, libro 9. 171. 3.
Nostra prorsus culpa. Vide NOSTER.
Sceleris coacti culpa. Seneca Troad. 103.
¶ Difficilis via culpæ. Ouid. epist. 16. 30.
Infusta culpa. Silius libro 13. 71.
Potare culpa magistra. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 25. Post hoc ludus erat culpa potare magistra. Siquando libere potare volebant antiqui. Sed ne archipoſia, dicebant se magistram facere culpam. Porphyr. Potant itaque culpa magistra, qui nullum præter ipsius culpæ fœditatem timent magistrum, qui modum excedere prohibeat.

Perennis

Perennis culpa. Ouid. de Ponto libro 1. eleg. 1. 13.
Professa culpa. Ouid. 3. Amorum, eleg. 13. 2.
Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille? Ouid. epist. 3. 9.
Secreta culpa. Seneca Hipp. 5. 27.
Turpis culpa. Cic. pro Rosc. Amer. 66. Ergo ideirco turpis hæc culpa est quòd duas res sanctissimas violat, amicitiam & fidem.
Culpę culparũ, in plurali. Cic. 7, Ver. 34. In hoc vno genere oũs ineſſe culpas istius maximas auaritiæ, maiestatis, demẽtiæ, libidinis, crudelitatis.
Culpo, culpas, (αἰτιάομαι, διαβάλλω,) culpare, Contrarium est verbo laudare. Plautus Bacch. 7. 13. Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali. Idem Asin. 10. 7. Neque quæ rectè faciunt, culpo: neqi quæ delinquunt, amo. Terent. Eunucho. 2. 3. 95. Quod qui rescierint, culpent? Mart. lib. 9. 62. Culpauit statuas & Polyclete tuas. Cic. in Sall. 7. Quæ si tu mihi vt vitia obiicis, temeritas tua reprehendetur, non mea vitia culpabuntur. Ibidem 4. Quum culpas quæ in historiis gloriæ mihi ducis. Sic Plinius lib. 29. cap. 1.
Carmina culpare. Ouid. Amor. 2. eleg. 4. 5.
Factem culpare. Ouid. epist. 13. 9.
Facinus culpo. Ouid. epist. 6. 28.
Patientiam alicuius culpare. Cic. in Sallustium. 7.
Leuitas culpanda. Ouid. de Arte aman. 2. 86.
Arbor aquas culpat. Hora. 3. Carm. ode. 1. 7. Intelligit arborem nimia pluuia lædi. Homines verò quum læduntur, culpare illum solent cuius inuria læsi sunt. Tribuit igitur inanimato, quod animati est. Sed ab eo quod sequitur, quod præcedere solet intelligi vult.
Culpatio, Verbale. (αἰτίκωσις,) Gellius libro. 10. cap. 22. Ne ipsi quoque culpationes huiusmodi mereantur.
Culpito, culpitas, pen. cor. culpitare. Frequentatiuum. Plaut. Cistel. 1. 19. Verũ haud metuo ne iurandũ nostrum quispiam culpiter. Obsoletũ.

Culter, & cultrũ, cultri. (μάχαιρα,) Quo quid abscindimus. Plaut. Epid. 5. 2. – acutum cultrum habeo
Qui seni exenterem marsupium. Propertius.
Et canis in nostros nimis experrecta labores,
Quum fallendà meo pollice cultra forent.
Longi mucronem admittere cultri. Iuuenal. saty. 14. 22.
Dare iugulum cultris. Ouid. in Ibin. 22.
Dare vulnera fixo cultro. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 4.
Cultro curuo viscera ferarum soluere. Seneca. Hipp. 1. 10.
Stringere cultros in sua colla. Ouid. de Nuce. 35.
Manans cruore culter. Vide MANO.
Culter lanionis. in L. Cum de lanionis. in prin. ff. De inst.
Cultellãtus, penult. produ.) Idem lib. 8. cap. 25. 4. Delphini immeantes Nilo, quorum dorso tanquam ad hunc vsum cultellata inest pinna.
Cultri tonsorum. Plinius lib. 28. cap. 79. Acies in cultris tonsorum hebetescere.
Culter tonsorius. Cic. 1. Off. 3. Qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi aderat capillum. De Dionysio tyranno.
Culter venatorius, de quo epigramma apud Martialem lib. 14. 31. Si dederẽta geres longo venabula rostro,
Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.
¶ Culter, Pars falcis vinitoriæ, proxima capulo. Colu. lib. 4. cap. 25. 1. vocatur, prędensam, priusquam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in aràdo mordeat vomer.
Cultellus. Diminutiuum. (μαχαίριον,) Varro. 1. de Re rust. cap. 69. 2. Ille flens narrat, ab nescio quo percussum cultello concidisse. Iuuenal. saty. 2. 17.
Purgare vngues cultello. Horat. 1. Epist. 7. 10.
Cultrarius, Qui victimam cultro immolat, qui alio nomine dicitur victimarius. Suet. in Caligula, ca. 32. Admota altaribus victima succinctus poparum habitu, elato alte malleo cultrarium mactauit.
Cultellãtus, pen. prod. (μαχαιροφόρος,) Qui formam cultelli habet. Plin. lib. 32. cap. 2. 3. Idem infixam hamo inuertere se, quoniam sit dorso cultellato, spinaque lineam præsecare.
Cultratus, penult. prod. Adiect. (μαχαιροειδής,) vt Cultratus mucro qui scindit vt culter. Plin. lib. 13. cap. 4. 4. Folia cultrato mucrone.

Cultio, Cultus, Cultura, Cultor, Cultrix, Vide COLO.

Culullus, calix fictilis, quo in sacris vtebantur pontifices & Vestales virgines. Accipit & pro vrceolo. Horat. in Arte poeti ca. 88. – multis vrgere culullis,
Et torquere mero quem perspexisse laborant.
An sit amicitia dignus.
Aurei cululli. Horat. 1. Carm. ode. 31. 3.

Cum, (σὺν, μετὰ,) Appositio, ablatiuo casui seruit. Plau. Amph. 4. 147. Qui cum Amphitryone hinc ieram in exercitum. Terẽt. Eun. 3. 1. 41. – haud conuenit
Vnà ire amica cum, imperatorem in via.
Recordari cum animo. Cic. pro Cluent. 54.
Cum istoc animo. Terent. Phorm. 3. 1. 1. Enimuero Antipho multis modis cum istoc animo es vituperandus. Vbi Donatus, Pro huius animi. Ennius, Optima cum pulchris animis Romana iuuentus.
Statutum ac deliberatum aliquid cum animo habere. Cic. 5. Verr. 79.
Cum catenis esse. Plaut. Capt. 5. 9. At nos puder, quia cum catenis sumus.
Cum causa facere. Cicero ad Qu. fratrem, 1. 2. 9. Certe enim scio te fecisse cum causa. Sic Cum causa dicere: cui opponitur Sine causa. Cicero 2. de Oratore 136.
Cum clamore inuolare. Plaut. Amphit. 4. 91.
Cum cura legere. Plaut. Mil. 10. 7. & Persa, 6. 17.
Cum cura aliquem curare. Plaut. Menæch. 19. 8.
Cum decimo ager effert, vel efficit. Cicero 5. Verr. 92. In Iugere Leontini agri medimnum ferè tritici feritur ppetua atque æquabili satione: ager efficit, cum octauo bene vt agatur: verum vt omnes dii adiuuent, cum decimo. Ibidem, 93. Medimnum autem ex iugere decumano dari poterit, quum ager, id quod perraro euenit, cum decumo extulisset. Budæus. Sic, Cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt. Plinius libro 18. cap. 10. 5.
Cum dicto Apul. Et cum dicto, stulti centiculo faciem suam iandudum pudicantem præ pudore obtexit. Id est his dictis, vel statim.
Cum diluculo abiit. Plaut. Amphit. 8. 110, Tu dic egone abs te abii hinc hodie cum diluculo?
Cum equis. Cic. 2. de Nat. deor. 9. Quum è præfectura Reatina Romam venienti nocte duo iuuenes cum equis albis dixissent, Regem Persen illo die captum, Senatui nuntiauit.
Immisi cũ falcibus multi purgarie & aperuerũt locũ. Cic. 5. Tusc. 93.
Cum ferro in aliquem inuadere. Cicero pro Cecina. 18. De se autem hoc prædicat, Antiocho Ebutii seruo imperasse, vt in Cecinnam aduenientem cum ferro inuaderet.
Cum fide. Suetonius in Caligula, cap. 16. Legata ex testamento Tiberii, quanquam abolito, sed & Liuiæ Augustæ, quod Tiberius suppresserat, cum fide, ac fine calumnia repræsentata persoluit. Cicero 2. de Oratore. 188. Erit explicandum in laude iustitiæ, quid cum fide, quid cum æquabilitate, quid cum eiusmodi, &c. fecerit. Quintil. in Patru cadauerum, Omnis cum fide persoluta pecunia est.
Cum fide magna vir. Plaut. Trinum. 15. 3.
– qualine amico mea commendani bona?
CA. Probo & fideli & fido, & cum magna fide.
Consensio in naues cum fuga. Cic. 1. de Nat. deor. 119.
Cum bona gratia dimittere aliquem. Cicero de Fato 10. Sed Posidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. Quod vulgus dicit, Vt sit contentus de nobis.
Cum hostibus pangere. Vide PANGO.
Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, eni nominatim à populo dabatur imperium, vt ait Festus. Cic. de Senect. 59. Neque enim solum honore antecedentibus, sed iis etiam qui cum imperio sunt, maiores naui augures anteponũtur. Idem 7. Verr. 60. Qui igitur cum esses cum imperio, iam tum iudicium & crimen horrebas.
Cum publico imperio legatum esse. Idem. Plaut. Trucul. 3. 66.
Nam ego Lemno aduenio, Athenas nudiustertius legatus hinc, quo cum publico Imperio fui.
Moliri aliquid cum labore operoso ac molesto. Cic. 1. de Nat. deor. 83.
Cum labore scribere. Plinius epist. 19. lib. 1. Quæ scripsimus cum labore, etiam cum labore audiri putamus.
Cum lætitia viuere. Cic. 2. de Legib. 58. Neque solum cum lætitia viuendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi.
Cum prima luce. Terentius Adelph. 5. 3. 25. Cæterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Cicero ad Atticum, libro 4. 7. 2. Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus propè deuiis curebat. Idem 3. Offic. 102. Accurrisse Romam, & cum prima luce Pomponii domum venisse dicitur.
Dicere cum metu. Cicero pro Cluent. 39.
Cum onere moram offerre alicui. Plaut. Pœnulo. 14. 30. Haud amice facis, qui cum onere offers moram. Id est oneratum moraris & retines.
Cũ pace aliquid facere. Cic. 5. Tusc. 121. Nos illud quidẽ cũ pace agemus.
Cum periculo. Terentius And. 1. 1. 104. – ad flammam accessit imprudentius Satis cum periclo.
Cum potestate esse, cui opponitur Priuatum esse: Dicebatur (inquit Festus) de eo qui à populo alicui negotio præficiebatur. Cic. lib. 1. de Inuentione, 53. Pecuniolus an tenuis, priuatus, an cum potestate sit.
Cum primis, Id est In primis. Plaut. Trucul. 13. 12. Eradicare est certum cum primis patrem.
Cum probro. Terentius And. 5. 3. 10. Tamen hanc habere studeat cum summo probro.
Cum querimonia. Plautus Menæch. 17. 27. – quoties tandem edixit tibi, Vt caueres, neuter ad me iretis cum querimonia?
Cum re præsenti deliberare. Quintil. lib. 9. Occasionibus vtendum, & eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

re præcipuè deliberandum.
Cum salute. Terent. Adelph. 4.1.3. – vtinam quidem
(Quod cum salute eius fiat) ita se defatigarit velim, vt, &c.
Cum silentio animadvertere. Terent. in Prol. Eunu. 44.
Cum spe. Cic. pro Rab. Posthu. 3. Id est difficile, quod cum spe magna sis in gestus, id non exequi vsque ad extremum.
Cum bona spe adolescentes. Sallust. ad Cæsarem, de Rep. ord. At hercule nunc cum Catone, L. Domitio, cæteriśque eiusdem factionis quadraginta Senatores, multi præterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiæ mactati sunt.
Cum bona venia audire. Liu. 9. bel. Pun. 3. Expromerent quid sentirent, cum bona venia se auditurum dicebat.
Cum eo, pro ea lege. Colum. lib. 5. cap. 1. Obsequar voluntati tuę cum eo, ne dubites id oput magis geometrarum esse, quàm rusticorum: desque veniam si quid in eo fuerit erratũ. Celsus lib. 3. capite. 22. de tabe. Si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittẽdus est, sed paulatim, quotidieque pluribus diebus, cum eo vt cætera quoque eodem modo seruentur.
Simul cum. Terent. Eunu. 2. 2. 10. Simul consilium cum re amisti!
Cum (ἐπ' ὄν, ἐπ' ἴσῳ,) Aduerbium à nonnullis duplici u, & per q, quum: ab aliis per o, antecm, quom scribitur, more veterum. Quintil. libro 1. ca.
De orthographia, Illa quoque seruata est à multis differentia, vt AD quũ esset præpositio, d literam: quum autem coniunctio, t acciperet. Item CVM, si tempus significaret, per q u o m: si comitem, per c u m: si verò causam, per q ae duas sequentes u u, scriberetur. Iungitur autem modò indicatiuo, modò subiunctiuo. Indicatiuo. Terent. Eun. 2. 3. 50.
Quum hunc respicio ad virginem. Idem Adelph. 1. 2. 64. Idem And. 3. 2. 37. Sic in Adelph. 3. 3. 10. Cic. 4. Verr. 62. Vna nox interceſſerat, quum iste Dorotheum sic diligebat, vt, &c. Idem 6. Verr. 120. Idem ad Atticum, lib. 7. 12. 5. 1. Quem quidem ego, etsi mirabilis vtilitates mihi præbet quum valer, in omni, &c. Idem, Nonnihil me consolatur quum recordor quanta, &c.
Quum primum Romam veni, fuitque cui rectè ad te literas darem, nihil prius faciendum mihi putaui. Cic. Attico, lib. 4. 7. 0. 1.
Subiunctiuo. Terent. Eunu. 3. 5. 18. Quum ipsum me noris quàm elegans formarum spectator siem. Ibidé. 4. 3. 17. Virgo ipsa lachrymat: neque quum rogites quid sit, audet dicere. Cic. de Lege Agraria, 45. Quum velint Romæ esse, quum commodum sit, quacunque velint, summo cũ imperio iudicioque omnium rerum vagari vt liceat conceditur.
¶ Cum, Vix. Plaut. Pœnulo. 4. 10. Nam quum sedulò munditer nos habemus, vix ægre amatorculos inuenimus.
Nũc quũ. Terent. And. 1. 1. 133. Vt consumat nunc, quũ nihil obsint doli.
Cum, tamen. Terent. Adelph. 1. 2. 64.
Cum placo, aduersos sedulò & deterreo,
Tamen vix humanè patitur. Cic. pro Deiot. 1. Quum in omnibus causis grauioribus mutio dicendi commoueri soleam, tamen in hac multa ita me perturbant, &c. Hic pro quanuis ponitur authore Valla lib. 2. Idem Cicero, Satisne constanter facere videamur, qui quum præcipi nihil posse dicamus, tamen & aliis de rebus disserere soleamus, & in ipso tempore præcepta officii prosequamur?
¶ Quũ hęc ita sint. Teren. Phorm. 1. 4. 26. – isthæc cũ ita sint, Antipho, Tanto magis te aduigilare æquum est. Ibidem. 1. 4. 32. Quum hoc nõ possum, illud minus possem.
¶ Cum pro quòd. Plaut. Rud. 2. 4. 134. Ecce Gripi sceleratum istæc res male euenit, tibi Gripe gratulor.
Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, vt his lectis, &c. Cic. Seruio, lib. 13. 25. 3.
Benefactis cum venitis. Author ad Herennium, lib. 4. 232.
¶ Cum pro Quia vel quandoquidem. Terent. Phor. 5. 8. 74.
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,
Cum de medio excessit, vnde hæc suscepta est tibi. Donatus.
¶ Cum pro Præterea. Terent. And. 3. 2. 8.
– quandoquidem est ingenio bono,
Cumque huic veritus est optimæ adolescenti facere iniuriam.
¶ Cum, pro Præterquam quòd. Terent. And. 1. 1. 69.
Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere. Idem Phorm. 1. 4. 10. Cum mihi pauco, tum Antipho me ex cruciat animi. Donatus.
¶ Cum & tum eleganter se inuicem in eadem clausula subsequuntur. Quæ licet idem significent, diuerso tamen modo ordinantur. nam in CVM est quiddam minus: in T V M quiddam maius. Et hoc duobus modis fit: vt aut generale aliquid præcedat, & sequatur speciale: aut ambo sint specialia. Et tum indicatiuo, tum subiunctiuo adhærent, vno verbo contenta.
Indicatiuo, & primo modo. Quintil. Quod cum omnibus confitendum est, tum nobis præcipuè qui rationem dicendi à bono viro non separamus. Id est omnibus multum, mihi verò maximè. Secundo modo. Idem Quintil. in Præfatione lib. 1. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus: quem cum amicissimum nobis, tum eximio literarũ amore flagrãtem, dignissimũ hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus.

Id est multum propter amorem tuum in nos, plus tamen propter amorem in literas. Cicero Cælio, lib. 2. 13. M. Fabio viro optimo & homine doctissimo familiarissime vtor, mirificéque eũ diligo, cum propter summum ingenium eius, tum maximè doctrinam, tum propter singularem modestiam. Idem 1. Offic. 173. Luxuria vero cũ omni ætati turpis, tum senecturi fœdissima est. Hoc est, præterquàm quòd est omni ætati turpis, tum maximè fœdissima est senectui. Vel sic, Non solum turpis est omni ætati, sed etiã (quod maius est) senectuti est fœdissima. Item sic, Luxuria omni quidẽ ætati est turpis, præcipue vero senectuti. Postremo sic, Quamuis luxuria sit omni turpis ætatitamẽ fœdissima est senecturi. Significant ergo cum & tum sic posita, idem quod non solum, sed etiam. Ideóque TVM ponitur in re maioris momenti. sicut ipsum SED ETIAM. Tum autem, siue & geminatum, si significant rerum æqualitatem, id est quod vulgò dicitur tam & quàm.
Coniunctiuo. Cic. ad Curionem, lib. 2. 2. Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro, qui cum suis laudibus, tũ vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset vt te ante videret, quàm è vita discederet. Quintil. in secũdo, Quid autẽ est ex his, de quibus supra dixi, quod non cum in alia, quæ sunt Rhetorum propria, tum certe in istud iudiciale causæ genus incidat?
Quare cũ dolore cõficiar, tum etiam pudore. Cic. Terentiæ, lib. 14. 5. 1.
Cum & tum duobus verbis eiusdem modi iunctis. Terentius in Phorm. 1. 4. 10. Cum mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi. Cic. 1. de Natura deorum, 1. Cum multæ res in Philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tũ perdifficilis Brutę (quod tu minime ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorũ. Idem Cælio, lib. 8. 2. Et cum gratulor, tum vero quibus verbis tibi gratias agã, non reperio.
Nam cum te semper amaui, dilexique, tum mei amantissimum cognoui, in omni varietate rerum mearũ, tum patris tui pluribus beneficiis vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis: & sum totus vester & esse debeo, quum præsertim, &c. Cic. Marcello, lib. 15. 8. 1.
Verbis diuersorum modorum iuncta. Cic. pro domo sua ad Pontifices, 26. Sed cum me purgatum vobis esse cupierem: tum etiam vestra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meam. Et de Aruspicum respõsis, 30. sic inquit, Sic enim sentio, ius legatorum cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam diuino iure esse vallatum.
Cum & tum, cum diuersis casibus. Plin. epist. 35. Princeps præsidebat, erat enim Consul, ad hoc Ianuarius mensis, cum propter cætera, tum Senatorum frequentia celeberrimus.
Cum & tum, distincta per adiectiua. Cic. 1. Verr. 1. Factum est vti cũ summum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur.
Cum, tum maxime. Cic. 4. Tuscul. 1, Cum multis in locis nostrorum hominum ingenia, virtútesque Brutę soleo mirari, tum maxime his in studiis, quæ serò admodum expetita in hanc ciuitatem è Græcia transtulerunt. Idem 3. Offic. 62. Plena exemplorum est Respub. cum tum maxime bello Punico secundo.
Hæc ferè omnia ex Valla, lib. 2. cap. 22.
Cum in cæteris ciuitatibus, tum maxime in nostra. Cic. de Cla. Orat. 5.
Hæc cum summe inutilia, tum multo turpissima sunt. Cicero libro 2. de Inuentione, 122.
Sine quo cum in vita nihil quicquam egregium, tum certe hoc quod te expetis, nemo vnquam assequetur. Cic. lib. 1. de Orat. 66.
Primum tibi vt debeo gratulor: lætorque eum præsenti, tum etiam spe rata tua dignitate, &c. Cic. Cælio, lib. 2. 8. 1.
Itaque quum meus me mœror quotidianus lacerat & conficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. Cic. Atti. lib. 3. 48. 1.
Cum ipsum Furnium per se vidi libentissime, tum hoc libentius, quòd illum audiens te videbar audire. Cic. Planco, lib. 10. 3. 1.
¶ Annus est cum. Plautus Trucul. Iam biennium est cum mecum ille esse crepit. Cicero ad Atticum, libro 13. 26. 1. Biennium præteriit, cum ille κακλιπίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit. Idem 2. Offic. 111. Nondum centum & decem anni sunt quum de pecuniis repetundis à L. Pisone lata lex est.
Diu est cum dentes exciderunt. Plaut. Trucul.
Nondum sex menses sunt cum. Plaut. Persa. 4. 56. Nondum sex menses Megaribus huc est cum cõmigrauit. Cic. pro Cluentio, 20. Dies nondum decem interceſſerant, cum ille alter filius infans necatur. Liui. de bel. Puni. Dies haud multi interceſſerant cum legati venerunt.
Tempus cum. Plaut. Bacchid. Iam aderit tempus cum sese etiam ipse oderit. Terent. Heaut. Si vnquam vllum fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi fuerim. Cic. ad Atti. lib. 2. 24. 4. Eandem istam virtutẽ veniet tempus quum grauiter gemes. Eidem libro 9. 18. 4. Sed tu omnia consilia differebas in id tẽpus cum sciremus quæ Brundusii acta essent.
Vnum atque idem erat tempus, cum L. Flacco Consuli portas tota Asia claudebat. Cic. pro Flacco, 38. Et ad Atticum, Vtinam illum diem videam cum tibi gratias agam. Id est in quo.
¶ Sæpe enim de L. Crasso familiari illo tuo videor audisse, quũ te rogaris omnibus sine dubio anteferret. Cic. lib. 1. de Nat. deor. 79.

¶ Cum

¶ Cum præsertim, & Præsertim cum. Terent. Eunuc. 5. 2. 24. Præsertim quum se seruum fateatur tuum. Sallust. in Iugurth. Cæterum ingenii quo neque melius neque amplius aliud in natura mortalium est, iocultu atque socordia torpescere simunt: cũ præsertim tam multæ, variæque artes sint animi, quibus summa claritudo paratur.
Cum minimum. Plin. lib. 18. cap. 16. Id sexies cuenit per annos: cum minimum quater.
Cum primum statim. Colum. lib. 1. cap. 5. 9. Igitur id structurę vitium cum primum statim fundamenta iacsuntur, euitandum est.
Cum plurimum. Plin. lib. 10. cap. 29. 9. Luscinięque pariunt vere primo cum plurimũ sena ouа. Idem lib. 16. cap. 12. 1. Cum plurimum bipedali huatu, vt à terra cubito cum minimum absit.
Cum maxime, vel, Vt cum maxime, Vna pars orationis, pro nimis, vel valde, teste Donato. Terent. Hery. 1. 2. 40. – Hanc Bacchidem
Amabat, vt cum maxime, tum Pamphilus. Cic. pro Cluentio. 9. Quæ multos iam annos, & nunc cum maxime, filium interfectum cupit.
Cum maxime. Tacit. lib. 3. Littora, & lacus Campaniæ cum maxime peragrantem. Idem lib. 4. 17. & 20. Item Liuius lib. 7. Decad. 3. Rursus lib. 3. Decad. 5.
Cum tardissime. Plin. lib. 18. cap. 7. 3. Erumpit à primo satu hordeum die septimo, legumina quarto, vel cum tardissime septimo. Cum semel, pro Cum primum. Ouid. 1. de Remed. amoris. 49.
Cum semel exieris, centum solatia curæ,
Et rus, & comites, & via longa dabunt.
CVMA (κοῦμα,) Cumæ vel Cume huius Cumes, vrbs in Locrensi agro, qui est Ioniæ Asiæ minoris: à qua Cumæa Sibylla, quã aliqui à vicinita te loci Erythræam appellarũt. Hæc profecta in Italiã, multa de Romanis vaticinata est. Silius, Linternũ, & quondã fatorum conscia Cume.
CVMAE, (κοῦμαι,) Cumarum, Lucaniæ ciuitas in Italia, quam Sibyllæ il lustrat diuinitas: cuius libris pro Oraculo, Romana vsa est prouidẽtia. De Cumis sic scribit Seruius, enarrans carmen illud Virgilii lib. 3. Aeneid. 88. Hic vbi delatus Cumæam accesseris vrbem, &c. Eubœa (inquit) insula est, de cuius ciuitate Calchide profecti sunt ad nouas sedes quærendas: & haud longe à Baiis (qui locus à socio Vlyssis Baio illic sepulto nomen accepit) inuenerunt vacuum littus, vbi vila muliere grauida, ciuitatem condiderunt: quæ res fœcundam ostendebat fore Rempub. & eam Cumas vocauerunt: siue ab ἐγκύου, id est prægnante, siue ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est ab vndis. nam κύματα, dicuntur. v autem Latini in u vertunt, vt Byrria, Burria. Hactenus ille.
Cumis oriundus. Vide ORIOR.
Cumæus, & Cumanus. (κουμαῖος,) Qui ex Cumis est.
Anni Cumæi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 9. Id est Sibyllini.
Vrbs Cumęa. Virg. 3. Aeneid. 88.
Vatis Cumæ cortina. Valer. lib. 1. Argonaut. 1.
Vates Cumana. Lucan. lib. 5. 37.

Cumatilis, (κυματικὸς,) color, qui & cęsius & cæruleus alio nomine dicitur. nam Græcis κύματα, fluctus vocant. Plaut. Epid. 5. 60. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. Id est vestimentũ cærulei coloris. Quidam Cymatilem colorem vocant.

Cumbam, (φερέτρον,) Sabini vocant eam quam militares lecticam, vnde videtur deriuatum esse cubiculum. Festus.

Cúmera, huius cúmeræ, pe. cor. Vas ingens vimineum, in quo frumenta conduntur. Siue Cumeræ dicũtur vasa fictilia simi liа doliis, vbi frumentum suum reponebant agricolæ. Tertio modo Cumeræ dicuntur vasa minora, quæ capiunt quinque siue sex modios, q lingua Sabinorum Trimodiæ dicuntur. Hactenus Acron. Horat. lib. 1. Serm. saty. 1. 11.
Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris? Idem 1. epist. 7. 6.
Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam
Repserat in cumeram frumenti.

Cumînum, huius cumîni, penul. prod. (κύμινον,) Herba vulgo nota. Eius autem duo sunt genera, satiuum & syluestre. De syluestri sic Plinius lib. 20 cap. 14. 13. Cuminum syluestre est prætenue, quaternis aut quinis foliis veluti serratis. Dicitur & cyminum: frequens apud Italos & in Gallia Narbonensi huiusmodi herbæ semẽ, quod inter optima legumina annumeratur. Itali cuminum vocant.
Exangue cuminum. Horat. 1. Epist. 20. 4. Id est Pallidum, ab affectu.
Pallentis grana cumini. Persius Saty. 5. 6. Pallidum vocat, quia pallidos reddit qui bibunt. Vnde Horatius lib. 1. Epist. 20. 4. – quòd si Pallere casu, biberent exangue cuminum. Acron.

Cúmulus, cúmuli, pen. cor. m. g. (σώρευμα ἐπὶ μετρον, ἐκμέτρημα, ὄγκος,) Proprie dicitur maiorum rerum veluti quidã acernus. Liu. 10. ab Vrbe. 147. Consulis corpus eo die, quia obrutum super stratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit. Ibidem, lib. 1. 168. Spoliis hostium ingenti cumulo accensis.
Immanis aquarum cumulus. Ouid. 15. Metam. 101.
Immanibus cumulis aggerare aliquid. Claud. 2. in Eutrop. 88.
Rerum cumulum, atque congestum habere. Quintil. lib. 7. cap. 1. 2.

Auri cumulos struere. Claud. 1. in Eutrop. 45.
Cumulus commendationis. Cicero ad Cæsarem, libro 13. 16. 7. Idem ad Atticum libro 16. 333. 2.
Cumulus deliciarum. Plin. libro 13. cap. 1. 13. Nunc dicetur cumulus ipse deliciarum & summa aurhoritas rei.
Cumulus dierum. Cic. de Prouinc. Consul. 21.
Augere cumulo beneficium. Vide AVGEO.
Cumulum gaudii afferre. Cicero libro 16. 21. 1. Tum vero iucundissimæ literæ cumulum mihi gaudii attulerunt.
Beatus omni laudum cumulo. Stat. 4. Syl. 1. 37.
Immensus aliarum super alias aceruatarum legum cumulus. Liuius 3. ab Vrbe, Centuriatis comitiis decem Tabularum leges perlatæ sunt, quæ nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias aceruatarum legum cumulo, fons omnis publici priuatique est iuris.
Malorum maximus cumulus. Senec. Hippol. 10. 26.
Cumulus mercedis. Cic. ad Atti. lib. 1. 11. 10. Iá verò (ô dii boni rem perditam) etiá noctes certarum mulierum, arque adolescentulorum nobiliũ introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.
Perfidiæ cumulus. Ouid. 11. Metam. 42.
Arboreus cumulus. Ouid. 12. Metam. 104.
Cumulus accessit ad summam lætitiam. Cic. ad Atticum, lib. 4. 87. 6. Ad summam lætitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus illius aduentus cumulus accedit. Idem Furfano, lib. 6. 9. 4. Nihil à te petã nisi vt ad eam voluntatem quam tua sponte erga Cæcinnam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea quanti me à te fieri intelligo. Idem pro Marcello 20. Tamen ad tua innumerabilia in me vnum merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit. Hoc est tanquam ad auctarium faciendum, hoc est supra numerum explerum Budæus.
Denuere cumulum de laudibus alicuius. Cic. Att. lib. 16. epist. 3 36. 3.
¶ Cumulus pro altitudine & quasi acumine aquæ. Virg. 1. Aeneid. 22.
– insequitur cumulo præruptus aquæ mons. Seruius.
¶ Cumulus, Augmentum. Virgil. 2. Aeneid.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exiit oppositasque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo. Seruius.
¶ Cumulus est qui additur mensuræ plenæ. Festus.
Cúmulo, cúmulas, pen. corr. σωρεύω, ἐπισωρεύω, ἐπιμετρέω, φαλκιδεύω,) cumulare, Coacernare, augere, superaddere.
Cumulare & adaugere. Cic. pro Sex. Rosc. 18.
Aes alienum cumulare vsuris, Id est amplificare. Liu. 1. Dec. lib. 2. 94.
Altaria donis cumular. Virg. 11. Aeneid. 10.
Cumulare benefacta. Plaut. Capt. 7. 65.
Ergo quum optime fecisti, nunc adest occasio
Benefacta cumulare, vt erga hunc rem geras fideliter.
Beneficia priora posterioribus cumulare. Plin. epist. 48. Est enim ita cõparatũ, vt antiquiora beneficia subuertas, nisi illa posterioribus cumules.
Cumulare gaudium, per translationẽ. Liu. 4. bel. Maced. 158. Item Cice. ad Atticum, lib. 4. 70. 3. Itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima lætitia & exoptatissima gratulatione, vnum ad cumulandum gaudium, conspectum, aut potius complexum mihi tuum defuisse.
Gaudia præmissi cumulãt inopina dolores. Claudian. de bel. Getico, 42.
Cumulari gaudio. Cice. ad Atticum, libro 14. 3 15. 1. Tamen non possum non cõfiteri, cumulari me maximo gaudio, quod vulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus.
Cumulare bellicam gloriam eloquentia. Cic. 1. Offic. 162. Quidam autem ad eas laudes quas à patribus acceperunt, addunt aliquam suam: vt hic idem Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam.
Cumulare sibi inuidiam. Liu. 3. ab Vrbe. 55.
Cumulari ira. Cic. pro Cælio 29. Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira.
Laudibus aliquem cumulare. Tacit. lib. 18.
Cumulare aliquem multis laudibus apud alios. Plin. epist. 55. b.
Muneribus magnis cumulare aliquem. Virg. 5. Aeneid. 106.
Cumulare officiis. Plin. epist. 243. Tantam mihi post Consulatum reverentiam præstat, & publicæ necessitudinis pignora prius cumulat officiis.
Cumulare scelus scelere. Cic. in Catil. 10. Nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti?
Cumulãtus, pen. pro. Participium. ὑπερπεπλεσμένος,) Cic. ad Dolabellã. lib. 9. 14. 2. Tamen Idibus Martiis tantũ accessit ad amorẽ, vt mirarer locum fuisse augẽdi in eo quod mihi iã pridé cumulatũ etiã videbatur.
Cumulatus locus dicitur, impeditus rebus congestis. Liuius lib. 2. bel. Maced. Purgato loco qui strage semiruti muri cumulatus erat, &c.
Cumulatus omni laude orator. Cic. 1. de Oratore, 11.
Perfecta & cumulata virtus. Cic. pro Sestio, 75.
Cumulatus plurimis & maximis voluptatibus. Cice. 2. de Finib. 101. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorũ natio. Idé 2. de Orat. 11.
Vrbs strage virorum cumulata. Silius lib. 15. 80.
Cumulatus. ὑπερωγυτὼς,) Nomen ex Participio, vt Cumulatissimus sce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ierum. Plaut. Aulul. 17.17. –egóne te emittam manu
Scelerum cumulatissime?
Cumulatior gloria. Liu. 2. ab Vrbe. 108. Item cumulatior mensura. Cic. de Claris Orat. 7. Et. 5. Verr. 97.
Cumulate, pen. prod. (σεσωρευμένως, ἐκπαλαίως,) Aduerbiũ, Abundanter. Cic. ad Appium, lib. 10. 19. 1. De meo studio erga salutẽ & incolumitatẽ tuã, credo te cognosse ex literis tuorũ, quibus me cumulatissimè satisfecisse certò scio. Et in Topic. 53. Idẽ ad Valerium, li. 13. 4. 1. Magnificentissimo beneficio affecti cumulatissimè mihi gratiã reddiderunt.
Cumulate planum aliquid facere. Cic. 7. Ver. 119.
Cumulate explere. Cic. 2. de Finib. 69.
Plene, cumulatéque perfectus. Cic. 2. de Diuinatione. 4. Quæ vt plenè cumulatéque perfecta, de diuinatione ingressi sumus his libris scribere.
Cumulatissimè gratiam referre. Cic. Vatinio, lib. 5. 11. 1. Nec enim tu mihi habuisti modò gratiam, verumetiam cumulatissimè retulisti.
Cumulatim, pen. prod. (σεσωρευμένως,) Aduerbiũ, Per cumulos. Varr. 3. de Re ruit. cap. 15. 2. Quibus in tenebris, quum cumulatim positum est in dolijs, fiunt pingues.

Cunae, harum cunarum, plu. tãtum numeri, (κοιτίδες, λίκνα,) Lecti in quibus iacẽt infantes. Plaut. Amphit. 17. 55. Postquam in cunas conditus est. Cic. de Senect. 75. Et siquis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam, valde recusem. Idem 1. Tusc. 148. Idem, si puer paruus occidit, æquo animo ferendum putãtis si verò in cunis, ne querendum quidem.
Eximere puerum cunis. Persius Saty. 1. 4.
Violare cunas. Ouid. 6. Fast. 34. Post illud neqi aues cunas violasse ferunt.
Filius tener in cunis. Ouid. 5. Fastorum. 103.
Primis cunis. Ouid. 3. Metam. 51. Furtum illum primis Ino matertera cunis Educat.
Segmentatæ cunæ Iuuenal saty. 6. 9.
Cunabula, pen. corr. cunabulorum. n. g. plu. n. (κοιτίδια,) Idem Plautus Amphit. 17. 52. Neque cum quisquam colligare quiuit in cunabulis.
Cic. 1. de Diuinat. 133. Qui quum esset in cunabulis, educaretúrque in Selonio, qui est campus agri Lauini.
A cunabulis, hoc est à puericia, ab ea ætate quæ in cunabulis agitur, vt A cunabulis sapere. Plaut. Pseud. 1. 1. 48.
A primis cunabulis. Colum. Quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, qualibet potuerit.
In cunabulis creatus Consulicui opponitur In campo creatus. Cic. contra Rullum, Oratione secunda. 97.
Cunabula animi. Plin. lib. 10. cap. 33. Nec reor iis auibas minor solertia quæ cunabula in terra faciunt.
¶ Cunabula pro Initijs posuit Virgilius lib. 3. Aene. 11. Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ. Seruius nutrimenta interpretatur.

Cunctus, (σύμπας,) Adiectiuũ, ad singula q̃ ratio nominis cõpletitur generatim refert. Virgilius, Cũcta tibi Cereré pubes agrestis adoret. Idẽ. 1. Aeneid. Cunctus ob Italã terrarũ clauditur orbis. Cic. Antequã iret. 8. Quonã laborẽ pro cunctis ferre consueuit.
Inter cuncti & omnes. Cuncti significat quidem oẽs, sed cõiunctos & congregatos. At verò omnes dicuntur, etiam si sint in diuersis locis. Festus.
Cuncta Aegyptus. Cic. 2. de Lege Agrar. 49.
Cuncta ciuitas. Cic. 5. Philip. 44. In tanta lętitia cunctæ ciuitatis meũ vnũ tristem esse oportebat?
Gens cuncta. Virg. 3. Georg. 33.
Cunctus populus. Cic. Appio, lib. 3. 11. 4.
Prouincia cuncta. Plancus Ciceroni lib. 10. 21. 10.
Cuncta terra. Cic. 2. de Natura deorum. 144. Nemo cunctam intuens terram de diuina ratione dubitaret.
Cuncta camporum, id est cuncti campi. Tacit. lib. 21.
Cuncta terrarum. Horat. 2. Carm. ode. 1. 5.
Et cuncta terrarum subacta,
Præter atrocem animum Catonis. Id est cuncta quæ in terris sunt.
Cunctor, cunctaris, (μέλλω, μελλητικῶς, ἀναβάλλομαι, ὀκνέω, περιμένω) eũctari, Differre, morari. Tractũ ab eo, cp cuncti. i. omnes simul, sine difficultate moueri non possunt. Liuius. 1. ab Vrbe, 110. Alii dũ cũctantur in ripis, inter fugæ pugnæque consilium oppressi. Virgil. 4. Aeneid.
Reginam in thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorũ expectant. Sic, Diutius cunctari in vita. Cic. 1. Tusc. Et ad Lentulum, lib. 1. 7. 17. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 3. Si cunctetur, atque agat lenius, nequicquam eius auxilium, si postea velit, Senatum imploraturum.
Cic. ad Cæsarem iuniorem, lib. 1. Sed citò pœnituit, domum reditũ cunctari cunctabantur.
Ad medium iter cunctari. Valer. lib. 3. Argonaut. 134.
Magno alicuius amore cunctari. Valer. lib. 3. Argonaut. 123.
Gressus cunctari. Valer. lib. 2. Argonaut. 19. Alterius ægro cunctantẽ pollite gressus.
Metu cunctari. Virgil. 12. Aeneid. 182.
¶ Hæsitare, cunctari, & dubitare. Cic. in Catil. 34. Quũ hæsitaret, quum cunctaretur, quæsiui quid dubitaret proficisci eò quò iã pridiẽ pararat.

Cunctari & tergiuersari. Cic. Attico, lib. 7. 13. 3. An cuncter & tergiuersẽr, & iis me dem qui tenent, qui potiuntur?
Quiescere & cunctari. Cic. pro Sestio, 69. An etiam tunc quiescere tis, cunctaremini, timeretis?
Restituere rem cunctando. Virg. 6. Aeneid. 169.
Cuncto, cunctas, ἀναβάλλω, actiue dixit Plautus Casina. 18. 13. Cunctastintus alii festinant.
Fides cunctata. Stat. 9. Theb. 8.
Cunctatio, Verbale, μέλλησις, ὄκνος,) Tardatio, mora. Cic. 1. Offic. 103. Sed iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarũ, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Resp. est.
Sine cunctatione dicere quod sentimus. Cic. in Vatinium, 11.
Cunctatio aut mora. Hirtius bel. Alexand. lib. 4. 6. Neque vero Alexãdrinis in gerendis negotiis cunctatio vlla aut mora inferebatur.
Eximere cunctationem. Liuius, Quæ res senatui omnem cunctationem Macedonici belli eximit.
Inijcere cunctationem. Vide INITIO.
Grauis cunctatio. Stat. 8. Thebaid. 123.
¶ Cunctatio, Dubitatio, hæsitatio. Cælius ad Ciceronem, in Epist. ad Attic. lib. 10. 201. 3. Denique illud cogita, quot offensæ fuerint, in ista cunctatione te subesse. Eidem lib. 9. 170. 3.
Cunctator, pen. pro. μελλητὴς,) Verbale masc. Qui cunctatur, & negligẽs est. Liu. 6. ab Vrbe, 87. Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum.
Tardus & cunctator. Cælius Ciceroni, lib. 8. 10. 9. Nosti Marcellum quàm tardus & parum efficax sit, itemque Seruius quàm cunctator.
Cunctator & segnis. Liuius, 2. bel. Pun. 55. Dein propalam in vulgus procunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat. Vnde Fabius ille maximus à Romanis cunctator appellatus, honoris gratia, quasi dilator. de quo Ennius, Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Hoc est cunctando & modestè agendo.
Non iniqui cunctator. Stat. 3. Thebaid. 16.
Inde vltro Phlegyas, & non cunctator iniqui
Labdacis (hos regni ferrum penes) i. e, manúque.
Proturbare parant.
Cunctans, ὀκνηρὸς.) cunctátior, cunctantissimus. Liu. 10. bel. Pun. 118, Et sicut dubites vtrum ingenio cunctantior fuerit, an quia ita bello propriè quod tum gerebatur aptum erat: sic nihil certius est quàm vnum hominem nobis cunctando rem restituisse.
Impellere cunctantem. Claud. 4. Paneg. 72.
Animus cunctans. Claud. 1. Paneg. 15.
Corda cunctantia. Valer. lib. 3. Argonaut. 140.
Ira cunctante modestior. Stat. 5. Thebaid. 136.
Malum cunctans. Stat. 1. Syl. 4. 11. –& subiti præceps iuuenile periculi.
Nil cunctante malo.
Pectora cunctantia. Valer. lib. 7. Argon. 36. Id est quæ sunt in dubio.
Tauri cunctantes, Qui sub iugo eunt tarde. Valer. lib. 7. Argon. 14.
Cunctabundus, μελλητῶν, Liuius 6. ab Vrbe, 32. Quod vbi aciem instruenti Camillo Centuriones renuntiauerunt turbatas militum mentes esse, segniter arma capta, cunctabundósque & resistentes egressos castris esse, &c.
Nusquam cunctabundus, nisi quum in Senatu loqueretur. Tacitus lib. 1. de Tiberio Cæsare loquitur.
Cunctanter, Aduerbium, ὀκνηρῶς,) Cum mora & tarditate. Liu. 1. ab Vrbe 163. Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt. Idem 4. bel. Pun. 22. Qui cõprehẽsus extẽplo, traditúsque Andronodoro torqueandus, de se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat. Idem 10. ab Vrbe, 15. Inclamat alios cunctanter ab aruinis vici pecus propellentes.
Cunctanter aliquid facere. Plinius lib. 33. cap. 1. 8. Et qui primus instituit, cunctanter id fecit.

Cuneus, huius cunei, σφὴν,) Instrumentum ligneum, vel ferreum, quo ad aliquid scindendum & diuidendum vrimur. Plautus Sticho, 10. 39. Vel inter cuneos ferreos. Virgil. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Cicero, 2. Tusc. 42. Hos ille cuneos fabrica crudeli inferens Perrupit artus.
Findi cuneis. Virgil. 2. Georg. 16. –& alte
Finditur in solidum cuneis via deinde feraces
Plantæ immittuntur.
Adactis cuneis gemit robur. Valer. lib. 3. Argonaut. 33.
Lignum cuneis scindere. Virg. 1. Georg. 29.
¶ Cuneus, τὸ σφήν,) per translationem pro peditum multitudine in cunei formam redacta, quæ cuncta in acie primo angustior, deinde latior procedit, vt scribit Vegetius lib. 2. Liu. 8. ab Vrbe, 51. Tantáque cæde perrupère cuneos, vt vix quartam partem relinquerent hostium. Idem lib. 10. 143. Et. 2. bel. Maced. 66. Cuneus Macedonum.
Pugnare cuneis. Quintil. lib. 1. cap. 13. 3. De acie instruenda.
Coacti cunei. Virgilius 12. Aeneid. 92. – densi, cuneis se quisque coactis
Agglomerant.
Turbati cunei. Virg. 12. Aeneid. 54.
Cuneus, Stipata turba. Virg. 2. Georg. 102. Per cuneos geminatus enim populique

populique patrumque.
¶ Cunei, Graduum ordines in theatro, in quibus vulgo spectatores stabant inter sedentium subsellia. Iuuenalis, Saty. 6.
Cuneis an habent spectacula totis.
Quod securus ames? Vitruuius lib. 5. ca. 6. Cunei spectaculorum in theatro ita diuidantur, vt anguli trigonorum, qui currunt circum curuaturam circinationis, dirigant ascensus, scalasque inter cuneos ad primã præcinctionem. Virg. lib. 5. Aeneid. 153.
Nuntius, Anchisæ ad tumulum, cuneosque theatri
Incensas perfert naues Eumelus. Vbi per cuneos theatri non inepte spectatores ipsos intellexerit.
Cuneolus, pen. cor. (σφηνίον,) Diminutiuum. Cic. de Vniuersitate. 54. Est que inter se copulabant haud iisdem vinculis quibus ipsi erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem, crebris quasi cuneolis mliquefactis vnum efficiebant ex omnibus corpus.
Cuneo, cuneas, (σφηνόω,) cuneare, Notæ significationis verbum. Plin. lib. 16. cap. 40. 6. Aut siquid cuneandum sit in ligno.
Cuneare, Ad similitudinem cunei formare. Plin. lib. 3. Hispania cuneatur angustiis. Id est in cunei formam efficitur.
Per vim cuneari, & quæ natura iuncta sunt, distrahere. Quintilianus lib. 4. cap. 3. 4.
¶ Cuneare pro connectere. Senec. Epist. 119. Vnus lapis facit fornicem, ille qui latera inclinata cuneauit, & interuentu suo vinxit.
Cuneatus, pen. prod. (σφηνωτὸς, ἀμφίφαλος,) Nomẽ ex Participio. Liu. 9 ab Vrbe. 108. Forma erat scuti, summũ latius quà pectus atque humeri teguntur, fastigio æquali, ad imum cuneatior mobilitatis causa.
Collis cuneatus. Ouid. 13. Metam. 167. Prominet in pontũ cuneatus acumine longo Collis.
Cuneatus ager. Colum. lib. 5. cap. 2. 1. Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, &c. Id est in cunei formam factus, quũ scilicet est longus pedes centum, latus ex vtraque parte pedes viginti.
Cuneãtim, pen. prod. (ἐνισφηνίως,) Aduerbium. Per cuneos. Cæsar. 7. bel. Gal. 114. Hostes re noua perterriti, muro, turribusque deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt: hoc animo, vt siqua ex parte obuiam contrauenirẽtur, acie instructa depugnarent.

CVNEVS ager, Lusitaniæ promontorium est. Strabo lib. 3. Contiguum huic (Iunonis promontorio) agrum Cuneum Latini vocitant, σφηνὸς cuneum volentes significare. Græcis σφὴν, cuneus quo ligna finduntur, dicitur: Caput hodie sancti Vincentii nominant. Idipsum Ptolemæus sacrum esse credidit, vt facile in locis non adeò distantibus error cõmittitur. Distinguit Pomponius lib. 3. Cuneus (inquit) ager dicitur sequens, Sacrum vocant. Magnum quod vlterius est. In Cuneo sunt Myrtilis, Balsa, Ossonaba: in Sacro Lacobriga & portus Hannibalis: in Magno, Ebora.

CVNICVLARIAE, Insulæ paruæ sunt, Corsicæ insulæ vicinæ, vt scribit Plinius cap. 6. lib. 3. Etiamnum angustiis illas arctãtibus insulis parunis, quæ Cunicularię appellantur.

Cunículus, pen. cor. (δίαυλος,) Animal lepori simile, qui sub terra effossa latẽre solitus est. Varro. 3. de Re rust. cap. 12. 5. Tertii generis est quod in Hispania nascitur, simile nostro lepori ex quadã parte, sed humile, quẽ cuniculum appellãt. Et paulo pòst, Cuniculi dicti ab eo quòd sub terra cuniculos ipsi facere soleãt, vbi lateãt in agris. Martial. lib. 13. 60. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.
Mollior capillo cuniculi. Catul. epig. 12. 1.
¶ Cuniculus, (ὑπόνομος,) foramen sub terra occultum, aut ab animali qđ simile est lepori, appellatur, cui subter fossa terra latẽre est solitum: aut à cuneorum similitudine, qui omnem materiam intrant findentes. Hæc Festus, apud quem legitur cuniculum neutro genere. Plinius de Viris illustribus. 68. Tentata per cuniculum fuga. Cæsar. 7. bel. Gal. 83. Et agerem cuniculis subtrahebant. Sic Cicero pro Cecinna. 64.
Cuniculis oppugnare, per translationem. Hoc est dolo & fraude aliquid moliri & negotium alicui facessere. Cicero pro Lege Agraria. 1. Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.
Agere cuniculos, (ὑπονομεύειν,) quod vulgus minare dicit. Cæsar. 8. bell. Gal. 145. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis. Cicero. 3. Offic. 121. Quid si pater fana expiler, cuniculos agat ad ærarium, indicetne id magistratibus filius? Liui. 6. ab Vrbe. 90. Operum fuit omnium longè maximum ac laboriosum, cuniculus in arcem hostium agi cœptus. Idem, Transuersis cuniculis hostium cuniculos excipere.
¶ Cuniculus pro canali. Plin. lib. 9. cap. 38. 2. Peruere in plumbo, singulisque aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras æquati, ac modico vapore torreri, & ideo longinqs fornacis cuniculo.

Cunicularius, Substantiuum, (ὑπονομεύτης,) Qui sub terris cuniculos fodit. Vegetius lib. 2. cap. 11. Hæc enim erat cura præcipua, vt quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam deesset in castris, vsque eò vt etiam cunicularios haberent, qui ad morem Bessorum ducto sub terris cuniculo, muris que intra fundamenta perfossis, improuisi emergerent ad vrbes hostium capiendas.

Cuniculitim, pen. prod. Aduerbium, (σφηνοειδῶς) Plin. lib. 9. cap. 33. 1. Firmioris iam testæ, murices & concharum genera, in quibus magna laudẽtis naturæ varietas, tot colorũ differentiæ, tot figuræ. Et paulò pòst, Iã distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata. Ibidem. cap. 36. 5. Alterum genus concharum, purpura vocatur, cuniculatim procurrente rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato, qua proferatur lingua.

Cuniculósus, pen. prod. Adiectiuum, ὑπονομώδης.) Cuniculis plenus. Vnde Catullus Celtiberiam vocat cuniculosam. Vide CELTIBERIA.

Cúnila, cúnilæ, pen. corr. κόνυζα.) Herba est quã Theodorus Gaza pulicarem conuertit. Colum. lib. 10. cap. 4. Eadẽ regio fœcunda sit fruticis exigui, & maxime thymi, aut origani, tum etia thymbræ, vel nostratis cunilæ, quam satureiam rustici vocant.

Cunilãgo, pen. prod. huius cunilaginis, f. g. κόνυζα, ἀγρία,) Cunila agrestis vel erratica. Plin. lib. 19. cap. 8.

CVNINA, pen. prod. κουνῖνα,) Dea, quam prisci coluerũt, quæ cunis infantium præsidere putabatur. Augustin. de Ciuitate Dei.

Cúnnus, ni, βίτυς.) pudendũ mulierebre. Author carminis Priapi, Si qua est nõ fatui puella cunni & Marr. lib. 3. Intrare in istũ sola fax pòt cunnũ.

Cupa, huius cupæ, σκάφη.) Vas in quo bibitur, velut cyathus. A cauponibus, qui hoc in poculis vtebantur, nomen assumpsit. Nemesius, Qui duas cupas mero plenas exhausit. Varro de Vita populi Romani, Mori longè cum operculo ad cupas, tertio amphoras. Ex Sipontino & Nonio. Quidam duplici p, scribunt.
¶ Cupa, Vas vinarij maius, inquit Budæus, ea forma vt arbitror, qua lacus torcularis. Cicer. in Pisonẽ, 53. Panis & vinũ à propola atque de cupa. Lucan. in 4. Nanque ratem vacuæ sustentant vndique cupæ.
Cupis enim nauis in mari sustinẽtur, quũ ipsarum latera, carinæque resarciuntur. Plin. lib. 23. cap. 2. 4. Ergo vini fœci tanta vis est, vt descendentes in cupas enecet. Vide Cæsarẽ 8. bel. Gal. 147. Et 2. bel. Ciuil. 43.
Clausum cupa triticum. Alphænus in L. In nane. ff. Locati, Quod si separatim tabulis, aut peromnibus, aut alia cupa clausum vniuscuiusque triticum fuisset, ita vt internosci posset quod cuiusque esset, &c.

Cupes, ἢ δίσσακα, πίμματα,) & cupedia, veteres lautiores cibos nominabant: inde & macellum, forum cupedinis appellabant. Cupedia autem à cupiditate sunt dicta. Vel (vt Varro vult) quòd ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. Hactenus Festus.

Cupes, λαίμαργος,) Qui lautiores cibos frequentat. Plaut, Trinum. 5. 13. Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus.

Cupedia, cupediorum, plu. nn. neu. g. προσφάγια, ἀρτύματα,) Plaut. Sticho. 14. 32. – nimis vellem aliquid
Pulpamenti. S A. si horum quæ adsunt, pœnitet, nihil est,
Tene aquam. S T. melius dicis, nihil moror cupedia.

Cupedia, huius cupediæ ἡδυσφαγία,) Cic. 4. Tusc. quæst. 30. Aegrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, petulantia, luxuries, vinolentia, cupedia, & siqua sunt similia.

Cupêdo, pen. pro. cupidinis, f. g. ἐπιθυμητικὸν, ἀλλοκοτικόν,) Idẽ quod Cupido, seu Cupiditas. Lucret. lib. 1. 217.
Haud igitur possunt tali ratione teneri.
Res in concilium medii cupedine victæ. Res, Hoc est corpora grania.
In concilium, Id est in cõgregationem illam, quam facit medium res ad se labentes congregans. Victæ cupedine medii, Hoc est illectæ naturali instinctu, & genitiua cupiditate ac procliuitate descendendi ad mediũ siue centrum. Sunt qui Cuppedo gemino pp, carminis causa scribendum putent. Idem lib. 4. 218. de Amore loquens, Vnique res hæc est, cuius quo pluria habemus, Tam magis ardescit dira cupedine pectus. Id est violenta cupiditate. Rursum lib. 5. 10.
Quantæ tum scindunt hominem cupediuis acres
Sollicitum curæ quantique perinde timores! Hoc est cupiditatis. Et libro 6. 5. Et finem statuit cupedinis, atque timoris. Id est Fixit terminum cupiditari & timori.

Cupédula, pen. corr. ἀρτυμάτιον,) Diminutiuum. Gellius, Conuiuabamus ad cœnulam, non cupedulas ciborum, sed argutias. Gellii locus est lib. 6. cap. 13. vbi nunc sic legitur, Conuiuabamus ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum.

Cupedinarij, ὀψοποιοὶ,) Esculẽtarij rerũ vẽditor. Vide MACELLVM. Terent. Eunuch. 2. 2. 25. – ad macellum vbi venimus,
Concurrunt læti mi obuiam cupedinarii omnes. Vbi Donatus, Cupedinarii omnes qui esculenta & poculenta vendunt: à rebus cupidinis ob alimentum, cupedinarii appellantur.

CVPIDO, pen. prod. huius Cupidinis, m. g. Ἔρως,) Deus qui filius Veneris fuisse fingitur à poetis. Plaut. Merc. Cupido quantus es. Aliquando pro ipso amore ponitur. Plaut. Amph. 3. 209. Pudicitiam & pudorem, & sedatum cupidinem. Cic. 3. de Nat. deor. 79. Venus prima Cælo & Die nata, cuius Eli delubrũ videmus. Altera, spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. Tertia, Ioue nata & Dione, quæ nupsit Vulcano: sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Ibidem, 81. Cupido primus Mercurio & Diana prima natus dicitur. Secundus Mercurio & Venere secunda. Tertius quidem est Ante-

Universidad de Deusto
Biblioteca

res Marte & Venere tertia.
Puer, ac volucer Cupido, & sagittis ac face armatus. Quint. lib. 2. ca. 4. 20.
Arcus Cupidinis. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 3.
Arma violenta Cupidinis. Ouid. 9. Metam. 109.
Fœminem cupido. Ouid. 9. Metam. 147. Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est. Id est amore.
Geminus Cupido. Senec. Hippol. 3. 1.
Diræ non miti generata Ponto
Quam vocat matrem geminus Cupido,
Impetens flammis simul & sagittis. Silius lib. 4. 20.
Lasciuus puer Cupido. Senec. Hippol. 3. 1.
Lentum cupidinem sollicitare. Horat. 4. Carm. Ode 13. 1.
Liber Cupido. Horat. Epod. 17. Ode 15. Vulgata sacrũ liberi Cupidinis.
Parvus Cupido. Ouid. 15. Epist. 13.
Pharetratus Cupido. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 1.
Pinnatus Cupido. Cice. 3. de Nat. deo. 79. Dianæ item plures: Prima Iouis & Proserpinæ, quæ Pinnatum Cupidinem genuisse dicitur.
Volucer Cupido. Ouid. 9. Metam. 97.
Cupidineus, pen. corr. Adiectiuum (ἐρωτικός,) vt
Sagittæ cupidineæ. Ouid. 1. de Remed. amor. 32.

Cupido, pro desyderio, & **Cupidus,** Vide CVPIO.

Cupio, cupis, cupiui, cupitum, pe. prod. (ἐπιθυμέω, γλίχομαι, ἐφίεμαι, ἱκετίζω,) cupere, Significat optare, desyderare. Plaut. Curcul. 11. 34. Cupio dare mercedem, qui illuc vbi sit commonstret mihi.
Cupii pro cupiui. Stat. 5. Theb. 16.
Cupere atque optare. Cice. 1. de Orat. 2. Neque vero nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus est &c. Idem 14. Philipp. 386.
Quicquam animo cupere. Catul. epig. 15. 1.
Ardenter cupere aliquid. Cic. 5. Tuscul. 60.
Cupere cupidè. Vide CVPIDVS.
Flagrantissime aliquid cupere. Tacit. lib. 1.
Nimis quàm cupio. Vide NIMIS.
Tecti capere. Ouid. 1. de Arte am. 45. Vir male dissimulat, tecti'illa cupit.
Cupio omnia quæ tu vis. Plaut. Persa, 11. 17.
Cupit te co nuentum. Plaut. Curcul. 7. 25.
Cupere factum. Plaut. Casina. 6. 7.
Cupere nuptias. Terent. Heaut. 1. 1. 12.
Cupit te videre. Plaut. Trucul. 4. 72. Sic Cicero 6. Verr. Cupisse te celasse de phaleris.
Cupere alicui, pro Bene velle. Cæsar lib. 1. bel. Gall. Fauere & cupere Heluetiis, propter eã affinitatẽ. Cic. Q. fra. lib. 1. 2. 17. Quid? ego Fundanio nõ cupio? nõ amicus sum? nõ misericordia mouebor? nemo magis.
Cupere omnia alicuius causa. Cic. 4. Verr. 130. Quem igitur ab iis Equitibus Romanis, qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissime tractati sunt, condemnari necesse esset, &c. Cic. Titio, lib. 13. 76. 1. Cuius causa omnia quum cupio, tum mehercule etiam debeo. Idem pro Sex. Rosc. 88. Causam mihi tradidit, quem sua causa cupere ac debere intelligebat.
Vehementer cupere causa alicuius. Cice. Silio, lib. 13. 65. 3. Vehementius causa cupere cum intellexi.
Cupire, penul. prod. in quarta coniugatione, apud antiquos. Lucret. lib. 1. 15. – perfringere vt arcta
Naturæ primus portarum claustra cupiret.
Regna cupienda. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 14.
Cupiens, Participium, γλιχόμενος, Plaut. Bacchid. 5. 44. Postquam aurum abstulimus, in nauim conscendimus, Domum cupientes.
Cupiens, ἱκετίων) Nomẽ genitiuo inuẽtũ. Plaut. Milite 14. 7. Huius cupiens corporis est. Sic, Cupiens liberorum, in Pœnulo. 2. 74. Et Cupiens tui. Plautus Mil. 14. 54. Teren. Hecyra, 1. 2. 67, Nisi cupiẽs tui.
Vulgus voluptatum cupiens. Tacit. lib. 14.
Maxime cupiens. Vide MAGIS.
Cupientissimus, μάλιστα ἱκετίων,) Sallust. Marius cupiẽtissima plebe Cõsul factus. Esse cupientibus. Tacit. lib. 1. Vt quibusque bellũ inuitis, aut cupientibus erat. Quod authores Græci dicũt ἀχθομένους ἂν, & ἂν θυμέσθαι hoc enim sermonis genus est illis perq̃ familiare. Hæc de re fusius, ac copiosius Rhenanus in castigat. in Tacitum lib. 15.
Cupientor, Aduerbium, γλιχομένως, Plaut. Pseud. 10. 17.
Studui haud scimus, frustra vt simus, quum quod cupienter dari
Petimus nobis, quasi quid in rem sit postimus noscere.
Cupitus, pen. prod. Participium. ἱκετὸς, Plaut. Pœnulo, 18. 89. – te cupiẽti nos sine, Te cupite, atque expectate. Cice. 1. de Diuin. 74. Ouid. 3. Fast. 5. Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.
Dies cupita. Seneca Hippol. 3. 1.
Tangere florem ætatis cupitum. Lucret. 3. 155.
Cupitor, pen. pro. Verbale. ἱκετὴς,) Tacit. lib. 15. Nero, vt erat incredibilium cupitor.
Matrimonii cupitor. Tacitus lib. 12. Neque tamen repertus est nisi vnus talis matrimonii cupitor.

Cupidus, pen. corr. Adiectiuum, (ἐπιθυμῶν,) Genitiuo iungitur, & nonnũquam ablatiuo, Genitiuo. Pacis cupidissimus, Asinius Pollio ad Ciceronem lib. 10. 31. 12. Terent. Hecyra. 3. 3. 12. Eius videndi cupidus. Ibidem. 3. 1. 3. Cupidus redeundi domum. Plaut. Pseudo. 20. 26.
Cupidos Moderatis opponit Cicero pro Fonteio. 19.
Damni sui cupidos. Cicero ad Atticum, lib. 4. 71. 5. Cupidissimus mei. Idẽ 4. de Finib. 34. Cupidus inuestigandi verum. Et. 5. Verr. 119.
Cert ãdi cupidus. Lucret. 3. 1. Non ita certandi cupidus, quàm pp amoré.
Nouitatis cupidus. Quintil. lib. 3. cap. 3. 5.
Pacis cupidus. Horat. 2. Serm. saty. 1. 9.
Studiorum cupidus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 9.
Vitæ cupidus. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. 2. 7. Non debemus cuiquam videri nimium cupidi vitæ. Cicero Terentiæ lib. 14. 4. 2. Quod vtinam minus vitæ cupidi fuissemus, certè nihil aut non multum in vita mali vidissemus.
Ablatiuo. Plaut. Pseud. 4. 51. Vino modo cupidæ estis.
Cupidus in pernicienda cognoscendaq; rerum natura. Cic. 1. Offic. 216.
Homo nostri cupidissimus. Cic. 1. de Orat. 51.
Cupidi amantes. Ouid. epist. 18. 14.
Cupidus animus. Plaut, Bacchid. 20. 100. Terent. Heaut. 2. 3. 126. Vt illiũ animum cupidum inopia incenderet.
Homo cupidus. Cicero. 3. Offic. 77. Emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit.
Liuor cupidus. Propert. lib. 1. eleg. 8. 6.
Manus cupidæ. Ouid. 1. de Arte Amandi. 91. Et reuocat cupidas alea sæpè manus.
Mens cupida. Ouid. epist. 6. 14.
Cupide, pen. corr. Aduerbium, (ἐρασπίως,) vt Cupidè emere, Cato. cap. 1. Plinius lib. 18. cap. 5. 1. Prædium ne cupidè emas.
Cupidè appetere. Cic. pro Sexto. Rosc. 30. Suos enim agros studiosè colebant, non alienos cupidè appetebant.
Cupidè cupere. Plaut. Cas. 5. 51.
Ad aliquid cupidè descendere. Quintil. lib. 5. cap. 6. 2.
Aliquid cupidè facere. Quintil. lib. 1. cap. 3. 7.
Cupidè & temere aliquid facere. Cic. 2. Philip. 67. Quid cupidè à Senatu quid temerè fiebat, quum tu, &c.
Cupidius instare. Cæsar. 5. bel. Gall. 167. Cic. pro Quintio. 52.
Cupide & libenter. Cic. pro Roscio Comœdo. 29. Ego verò cupidè & libenter mentiar tua causa.
Cupidissimè aliquid petere. Cæsar. 1. bel. Ciui. 325. Horatius. 2. epist. 1. 20.
Cupido, pen. prod. huius cupidinis, fœm. gen. (ἔρως,) Id est animi affectio à libidine & cupiditate proficiscens: qualis est auaritia, qua opes cupiũt: qualis iracundia, qua vltionem appetimus, & similia. Horatius. 2. Serm. saty. 7. Et Plaut. Pœnulo. 3. 68. Quanquã cupido verstur in eor de, tamen, &c. Virgilius. 6. Aeneid. – quę lucis miseris tã dira cupido?
Nouissima etiam gloriæ cupido sapientibus exuitur. Tacit. lib. 20.
Cupido habendi. Plin. lib. 33. cap. 3. 10.
Laudis titulique cupido. Iuuenal. Saty. 10. 15.
Potentiæ cupido vetus, ac iampridem insita mortalibus cum imperii magnitudine adoleuit, id est succreuit. Tacit. lib. 18.
Mortis cupido. Ouid. in Ibin, 104. Quodque ferunt Broteam fecisse cupidine mortis.
Ventris cupido. Ouid. 15. Metam. 35.
Altior cupido adeundi sacram sedem Vespasiano, &c. Tacit. lib. 20.
Laudum arrecta cupido. Virg. 5. Aeneid. 28.
Honorum cæca cupido. Lucret. lib. 3. 12. – & honorum cæca cupido.
Cæca prædæ cupido. Ouid. 3. Metam. 124.
Dira cupido, Id est cupiditas ex deorum ira veniens, aut certe magna, inquit Seruius. Virg. 6. Aeneid. 75. Et 1. Georg. 8.
Fœda vitæ cupido. Stat. 3. Theb. 74.
Opum furiosa cupido. Ouid. 1. Fast. 43.
Ieiuna cupido. Lucret. lib. 4. 176.
Sic igitur tibi anhela sitis de corpore nostro
Abluitur: sic expletur ieiuna cupido. Id est fames, vel edendi desyderiũ. Ignota cupido, Virginitas. Valer. lib. 1. Argon. 168.
Laudum immensa cupido. Virg. 6. Aeneid. 165.
Improba cupido, Id est Improbãda, quia iniqua. Senec. Herc. fur. 6. 15.
Intempestiua cupido. Ouid. 10. Metam. 137.
Leuis & festina cupido. Valer. lib. 6. Argon. 95.
Misera cupido. Hor. 1. Epist. 1. 7. Feruet auaritia, miseraq; cupidine pectus.
Mutua cupido. Lucret. lib. 5. 103.
Turpis cupido. Virg. 4. Aeneid. 39.
Laudis cupidine accensus. Stat. 1. Theb. 85. Vide ACCENDO.
Adoleuit cupido. Vide ADOLEO.
Ardere cupiditate. Vide ARDEO.
Conjux capta cupidine. Virg. 7. Aeneid. 39.
Cupido cepit me. Liu. 1. ab Vrbe, 22. Romulum Remumque cupido cepit in iis locis vbi expositi, vbique educati erant, vi bis condendæ.
Conjpi cupidine. Ouid. 9. Metam. 92.

Differri cupidine. Plaut.
Flagrare cupidine. Quid. 2. Metam. 25.
Incessit cum cupido. Vide INCESSO.
Illum incessit cupido adeundi, visendique templum Paphiæ Veneris. Tacitus libro 17.
Intrauitque animum militaris gloriæ cupido. Tacit. in Vita Agricolæ.
Inuadit Cæsarem cupido soluendi suprema militibus, ducique. Tacitus libro 1.
Inolat truces etiam tum animos cupido eundi in hostem. Tacit. lib. 1.
Languescit cupido. Vide LANGOR.
Ludor nimia cupidine. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 15.
Succensa cupido. Ouid. 8. Metam. 15.
Tactus cupidine laudis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 3.
Cupido pro Cupiditate, etiam masculino genere profertur. Horatius 2. Carm. Ode 16. 3.
Nec leues somnos timor aut cupido
Sordidus auferr. Cupido pro auaritia dictus, ait: Aeron cui subscribit & Porphyrio. Idem 1. Serm. Saty. 1. 13. At bona pars hominum decepta cupidine falso. Notandum cupidinem genere masculino pro cupiditate noue poni. Acron.
Auri cæcus cupido. Seneca Hippol. 4. 35.
Eradere elementa praui cupidinis. Horatius 3. Carm. Ode 24. 10.
– scelerum si bene pœnitet,
Eradenda cupidinis
Praui sunt elementa: & teneræ nimis
Mentes asperioribus
Formandæ studiis.
Cupidines, Pluraliter. vt, Mater dulcium cupidinum. Horatius 4. Carm. Ode 1. 1.
Cupiditas, pen. corr. ἐπιθυμία,) Lucilius lib. 23. Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur: quòd cupiditas pars quædam sit temperatior defluens ex cupidine. Cic. 4. Acad. 223. Senec. de Benef lib. 2. cap. 27. Cupiditas se porrigit, & fœlicitatem suam non intelligit, quia non vnde veneret respicit, sed quo tendat.
Homines cæcos reddit cupiditas & auaritia. Cic. pro S. Rosc. 61.
Studia cupiditatesque honorum atque ambitionę. Cic. 4. Verr. 91.
Lucis cupiditas. Quintil. lib. 5. cap. 8. 31.
Sitis cupiditatis. Cic. in Paradoxis, Neque enim vnquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis.
Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas. Cic. 1. de Inuentione 3.
Hiantes cupiditates amicorum in magna fortuna. Tacit. lib. 17.
Impiam cupiditatem contra salutem alicuius habere. Cælius Ciceroni libro 8. 16. 6.
Indomitæ animi cupiditates. Vide INDOMITVS.
Insatiabilis cupiditas. Vide INSATIABILIS.
Lubrica & præceps cupiditas dominandi. Cic. 5. Philip. 200.
Coercere omnes cupiditates. Cic. 1. de Orat. 96.
Incensam alicuius cupiditatem comprimere atque restinguere. Vide COMPRIMO.
Explere cupiditatem. Cic. 1. de Inuent. 3.
Flagrare & ardere cupiditate alicuius rei. Cic. in Pisonem, 46. Fertur ille vir, mihi crede, gloria flagrat, ardet cupiditate iusti & magni triumphi.
Frangere cupiditates. Cic. 1. de Orat. 43.
Cupiditas imminuta atque debilitata. Vide IMMINVO.
Imperare cupiditatibus. Vide IMPERO.
Cupiditatem & arrogantiam alicuius incendere. Vide INCENDO.
Incensus cupiditate. Cic. 3. Offic. 77.
Inflammari cupiditate aliquid auferendi. Vide INFLAMMO.
Inlicere cupiditatem hominibus. Vide INLICIO.
Cupiditas inuadit plærosque. Vide INVADO.
Sine amore & sine cupiditate, & rursus sine odio & sine inuidia iudicare. Cicero pro Marcello, 17.
Cupiditate omnia perfringere. Vide PERFRINGO.
Eò prouectas Romanorum cupiditates, &c. Tacit. lib. 14.
Regere cupiditatem, consilii gubernatione. Vide CONSILIVM.
Reuertit cupiditas cibi. Celsus libro 8. cap. 4. Quòd si caruncula increscere cœperit, & febricula aut soluta erit, aut leuior, & cupiditas cibi reuerterit, satisque somni accedet, in eodem medicamento erit perseuerandum.
Iuuenili cupiditate gloriæ seductus fecit. Quintil. lib. 7. cap. 3. 10.
Cupiditas, pro turpi amore. Sueton. in Calig. cap. 24. Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Dicit Caligulam cum omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecisse, impatientius tamen Drusillam amasse quàm reliquas. haud vna coniectura, à Cypræ templo, illic à Tuscis, qui Cypram Iunonem dicunt, extructo, vt Strabo scribit: vt Cupra, siue Cypra, vna appellatione contineatur. Nam vocabula quæ Græci per y, pronuntiant, nos per u, literam proferre possumus, vt Larumna, Sulla, &c. pro Larymna, Sylla, authore Hermolao.

Cupressus, huius cupressi, vel cupressus, in quarta declinatione, fœm. ge. κυπάρισσος,) Arbor coniferaquæ aliàs cyparissus dicitur. Duo genera earum: meta, in fastigium conuoluta, quæ & fœmina appellatur. Mas spargit extra se ramos, deputatosque, & accipit vitem. Vtraque autem immittitur in pericas, asserésve amputatione ramorum, qui decimotertio anno denariis singulis vænerunt: quæ stuosissima in fatus ratione sylua. Vulgoque dotem filiarum antiqui plantaria appellabant. Hæc Plinius libro, 16. capite, 33. 2. Virgilius, 1. Georg. Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.
Colum. libro, 4. capite, 26. 1. Idque maxime probatur ex iunipero, & lauru, & cupressu.
Cupressus acuta. Ouid. 3. Met. 31. Vallis erat piceis & acuta densa cupressu. Vide ACVO.
Atra cupressus. Virg. 3. Aeneid. 13. Id est nigra, funesta. Nam inferis consecrata est, quia cæsa nunquam reuiresc it. Vide ATRVM.
Feralis cupressus. Ouid. 3. Trist. eleg. 13. 5. Funeris ara mihi feralí cincta cupressu.
Funebres cupressi. Horat. epod. ode. 5. 4.
Illæsa bruma cupressus. Stat. 6. Thebaid. 20.
Tectura tumulos cupressus. Claud. 2. de Raptu Proserp. 22.
Tenera cupressus. Virg. 1. Georg. 4. Stat. 6. Thebaid. 11.
Cupressi, mortuorum domibus ponebantur ideò, quia huius generis arboris ramus excisus non renascitur: sicut ex mortuo nihil iam est sperandum. Quam ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur. Hæc Festus. Plinius libro 16. cap. 33. 1. Diti sacra, & ideò funebri signo ad domos posita.
Cupressinus, penult. correp. (κυπαρίσσινος,) Adiectiuum, Ex cupresso. Plinius libro 13. capite 4. 10. Cupressinũ oleum eosdem effectus habet quos myrteum.
Cupressinæ frondes. Colum. lib. 2. cap. 2. 8.
Cupressus, Idẽ. Liu. 7. bel. Pun. 204. Post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur.
Cupressẽtum, penult. produ. (κυπαρισσών,) Locus vbi seruantur cupressi. Cato capite 151. 1. Cicero 1. de Legib. 22. Visne igitur vt ille Crete cum Clinia & cum Lacedæmonio Megillo æstiuo, quemadmodum describit, die, in cupressetis Gnosiorum, & spatiis syluestribus crebrò insistens, &c.
Cupressifer, pen. corr. (κυπαρισσοφόρος,) Adiectiuum. vt Mons cupressifer, qui cupressis abundat. Ouid. epist. 9. 18.
Vt Tegeæus apet cupressifero Erymanthio
Incubat, & vasto pondere lædit humum. Sic. 5. Fast. 18.

Cuprum, cupri, (κύπριον,) Genus quoddam æris. de quo nullum exemplum repperi apud idoneos authores, existimo autem illud esse quod Plinio Cyprium ex dicitur. vide suo loco. y enim vt plurimum in u vertitur.
Cupreus, Adiectiuum. (χυπριακός,) vt Cupreum vas. Plinius libro 33. cap. 3. 6. Coquitur in cupreo vase ad crassitudinem mellis. Fortasse legendum, cyprio vase.

Cur, (τίνος, ἕνεκα, διατί, ἀφ' οὗ) Aduerbium interrogandi. Scribitur à nonnullis per q, à quare deducentibus, per syncopen atque apocopen a & e literis detractis. Terentius And. 5. 3. 15. Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? Plautus Mil. 20. 23. Nihil moror aquam. PR. quur?
Cur igitur. Terent. And. 1. 1. 21. Cur simulas igitur?
Causa cur. Cic. pro Cælio. 116. An vobis aliam causam esse vllam putatis, cur in tantis præmiis eloquentiæ, &c.
Quid est cur? Cicero pro Cluent. 116. Quid est Qu. Naso, cur tu in isto loco sedeas?
Quæ causa est cur hoc velit? Cice. pro Cluentio. 135. Quæ causa Habito fuerit, cur interficere Oppianicum vellet?
Cur non? quia. Plaur. Pseud. Tibi ego credam? PSEVD. cur non? BAL. quia pol, &c.
Cur hæc tibi irata est, cur ego id curem! Plaut. Pœn. 4. 131.
Cur, sine interrogatione. Cicero pro Rosc. Amer. 86. Quod si tibi nulla causa est cur hunc miserum tanta calamitate affici velis, &c. Idem Arrico, Sed erant causæ cur hoc tempore istic esse nollem. Idem pro Rosc. Comœd. 29. Non fuit causa cur tantum laborem caperes, & ad me venires.

Cura, curę, (φροντὶς, ἐπιμέλεια, τηρησις, μελεδών, μελέδημα,) Vehemens & anxia animi solicitudo, dicta (vt ait Festus) quòd cor edat, vel quòd vrat. Terent. Phorm. 2. 2. 16. Cura & sumptu absumitur.
Enitus apud Ciceronem de Senect. – curámve leuasso
Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa.
Animi cura & cogitatio. Cic. 1. Offic. 112.
Cura & diligentia. Cic. 5. de Orat. 101. Neque verò hæc tam acrem curã diligentiamque desyderant. Idem 1. de Inuen. 85.
Cura & dolor. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 5. Quæ tua solicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu, quæ cura, qui dolor, quum ad te curæ & dolores mei perferrentur, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Studium & cura. Cic. Bruto. 16.1. Studium tuum curaque de salute mea nulla mi noua voluptate affecit.
¶ Cura mei, tui, sui Senec. Hipp. 4.17.
Potior alicui cura suorum. Valer. lib. 4. Argon. 26.
Aestus curarum. Virg. 8. Aeneid. 4.
¶ Amara curarum eluere. Horat. 3. Carm. ode 12.4.
Domitor curarum somnus. Senec. Agamem. 2.4.
Feelix curarum. Stat. 4. Syl. 4.10.
Fomenta curarum. Horat. 1. Epist. 3.6.
Fons curarum. Lucret. lib. 3.17.
Frigus curarum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9.5. Sic animum lento curarum frigore lædit.
Interpres curarum. Virg. 4. Aeneid. 122. Tuque harum interpres curarú, & conscia Iuno. Aut quas patior aut generaliter curarum coniugalium interpres, hoc est media & cõciliatrix. Cicero, Quique interpretes cor rumpendi iudicii solent esse. Seruius.
Leuamen omnis curæ casusque. Virg. 3. Aeneid. 141.
Moles curarum. Tacit. lib. 12.
Nox curarum nutrix. Ouid. 8. Metam. 17.
Pretium curæ, Vide PRETIVM.
Requies curarum. Tibull. lib. 4. eleg. 2. 13.
Semina curarum. Propert. lib. 3. eleg. 7. 1.
Socius curarum. Stat. 3. Syl. 3. 53.
Vndæ curatum. Cattul. Argon. 13.
Anceps cura cogitandi. Cic. 1. Offic. 16.
Dare aliquid curæ corporis. Quintil. lib. 1. cap. 12.6.
Futuri nominis cura. Ouid. 5. Trist. eleg. 8.8.
Memoriam iuuari cura docentium. Quintil. lib. 1. cap. 1.26.
Minus cum cura. Vide MINOR.
¶ Acrior illum cura domat. Virg. 3. Georg. 106. Vide ACER.
Aequalis cura. Quintil. lib. 1. cap. 1.11.
Vitiatum corpus curis amaris. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.1.
Ambiguæ curæ. Virg. 8. Aeneid. 114.
Anceps cura. Vide ANCEPS.
Antiquissima cura. Cic. Attico, lib. 10. 197.6. Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit.
Antiquior cauendi, quã ictum inferendi cura est. Quintil. lib. 4. ca. 2. 19.
Anxia cura. Vide ANXIVS.
Argentaria cura. Vide ARGENTVM.
Asperrima curarum. Stat. 5. Syl. 2.8. Atque illi curarum asperrima suetus Credere.
Assidita alicuius insidens cura. Vide INSIDEO.
Breuis cura. Horat. 2. Epist. 1.94.
Damnosæ curæ. Ouid. 1. de Remed. am. 14.
Deses cura. Claud. 22. epig. 45. de laude Serenæ.
Difficilis cura rerum alienarum. Cic. 1. Offic. 44.
Diurnæ curæ. Ouid. 8. Metam. 17.
Dulces curæ. Stat. 2. Syl. 1.15.
Dura cura. Tibul. lib. 3. eleg. 6. 2. Sil. lib. 11.76.
Exigua cura. Claud. 3. Paneg. 48.
Frigida cura thori. Stat. 5. Theb. 15. Lucret. lib. 4. 214.
Funestæ curæ. Claud. 2. de Raptu Proserp. 56.
Gratissima cura. Cic. Attico, lib. 5. 91.1.
Cura grauiore timetur proxima tempestas. Iuuenal. saty. 13. 24.
Grauem curam suscipere, vehementerque de aliquo sollicitum esse. Cassius Ciceroni, lib. 12. 12. 1. Virgil. 4. Aeneid. 1. Seneca Hippo. 4. 18.
Impensior cura. Ouid. 2. Metam. 81.
Implacidæ curæ. Claud. 1. de Raptu Proserp. 22.
Aeuum consumere in inanibus curis. Lucret. lib. 5. 287.
Infandæ curæ. Stat. 5. Theb. 90.
Infœlix cura. Ouid. 2. Trist. 1.
Ingentes curæ. Virg. 5. Aeneid. 139. Senec. Hippol. 5.4.
Insignis cura. Claud. 8. Paneg. 31.
Insomnes longo veniunt examine curæ. Claud. 1. in Ruff. 8.
Intentissima cura. Vide INTENDO.
Inuida cura. Horat. 1. Epist. 10.4.
Leues curæ. Seneca Hippol. 5.4. Horat. 1. Carm. ode. 14.4.
Leuior cura. Virgil. 3. Georgi. 60. Hæc quoque non cura nobis leuiore tuenda.
Maximæ & grauissimæ curæ. Cic. de Claris Orat. 5.
Ipse tibi tua maxima cura. Virg. 4. Georg. 71. Hoc est (teste Seruio) quem plurimum diligis.
Mediocris cura. Horat. 2. Serm. saty. 4.19.
Memor cura. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 8.1.
Molesta cura. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.2.
Nimia cura. Iuuenalis Saty. 10.2.
Nouæ curæ. Ouid. 15. Epist. 27.
Exercere vires omni cura. Virg. 3. Georg. 45.
Omni cogitatione curaque in aliquam rem incumbere. Cicero Planco, lib. 10. 1.6.
De salute Reip. curæ optimæ sunt. Cic. de Somnio Scip. 32.
Publica cura. Horat. 2. Carm. ode 8.2.
Recens cura. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.7.
Resides curas soluere. Valer. lib. 8. Argon. 44.
Sagaces curæ. Horatius. 4. Carm. ode. 4.15. Seneca Hippol. 2.14. Cic. 1. de Diuinat. 44.
Secretæ curæ. Seneca Agamemn. 7.16.
Sedatis requierunt pectora curis. Stat. 12. Theb. 103.
Sequaces curæ. Lucret. lib. 2.10.
Sollicitæ curæ. Seneca Oedip. 13.1.
Spinosæ curæ. Catull. in Argon. 15.
Dignus tanta cura infans. Quintil. lib. 1. cap. 1.18.
Vigilantes curæ. Claud. 1. in Eutrop. 75.
Vigiles incumbunt curæ. Valer. lib. 3. Argon. 90.
Vigili perspexerat omnia cura. Ouid. 15. Metam. 13.
Animum curamque virilem gerere. Virg. 9. Aeneid. 65.
Vitiosa cura. Horat. 2. Carm. Ode 16.5. Scidit æratas vitiosa naues Cura.
Volantes curæ circa tecta. Horat. 2. Carm. Ode 16.3.
¶ Abducere curas alicui. Claud. 3. de raptu Proserp. 4.
Abigere curas. Horat. 1. Epist. 15.5.
Abiicere curas. Plaut. Pseud. 2.3. Curas malas abiicite iam. Plin. lib. 21. cap. 15.1. Ne operandi desperatione curam abiiciant. Cic. ad Pœtum lib. 9. 24.11. Sed caue si me amas, existimes me, quod iocosius scribam, abiecisse curam Reipublicæ. Vide ABIICIO.
Abnuere curam. Vide ABNVO.
Somnos abrumpit cura salubres. Virg. 3. Geor. 104.
Absistere cura. Silius lib. 13. 104.
Absumi cura. Vide ABSVMO.
Accendere curas. Vide ACCENDO.
Accommodare curam alicui rei. Quintilianus libro 1. capite 12.6. Vide ACCOMMODO.
Accumulare curas. Ouidius epist. 21.14. Accumulat curas filia parua meas. Vide ACCVMVLO.
Acuere corda curis. Virg. 1. Georg. 35.
Addere curam mortalibus. Lucan. lib. 2. 1.
Adhibere curam in aliqua re. Cicero Curioni, libro 2.6.3. Quintilianus libro 2. cap. 2.2.
Adiicere aliquid curæ. Quintil. lib. 1. cap. 9.1.
Curas adimere. Teren. Hecyra, 5.3.19. Quot commoditates attulit quot autem ademi curas? Vide ADIMO.
Adorare curam priscorum. Plin. libro 27. cap. 1.1. Creuit profectò apud me certe, tractatu ipso admiratio antiquitatis: quantóque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem subit.
Afferre curam. Cicero Attico, libro 7.125.1. Iuualetudine tua mouebor & Piliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio.
Cura aliquem afficere. Terentius Phorm. 2.4.1. Quanta me cura & sollicitudine afficit
Gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptiis. Vide AFFICIO.
Agitare curas. Seneca. Herc. furen. 2.3.
Agere curam alicuius. Ouid. 15. epist. 61. Vide AGO.
Quæ me angebat de Republica cura, consedit. Cicero de Clar. Orat. 5. Silius libro 17.71.
Intentiore cura asseruare. Vide INTENDO.
De aliquo tuendo & aliquibus conciliando, cura attingit aliquem. Cicero Cæsari in Epist. ad Atticum, lib. 9. 183.2.
Auertere subitam curam. Lucret. lib. 2.73.
Auertere dictis curas. Virg. 4. Aeneid. 79.
Capessere curas, Vide CAPESSO.
Carere cura. Horat. Ar. Poe. Aut operæ celeris nimium curáque carétis.
Cogitare curas. Vide COGITO.
Committere auribus suas curas Seneca Hippo. 5.4.
Componere curas. Virg. 4. Aeneid. 69.
Concipere curam. Vide CONCIPIO.
Confectus curis. Virg. 6. Aeneid. 104.
Conferre curas in rem aliquam. Vide CONFERO.
Curas omnes cogitationésque in Remp. conferre. Cic. 2. Offic. 3.
Confici cura & curis. Vide CONFICIO.
Configere curas in Reip. salute. Vide CONFIGO.
Coniungere curam de re aliqua cum aliquo. Cic. de Amic. 14.
Coniuncta cura alicui. Vide CONIVNGO.
Consumere curam in re vna. Horatius 2. Serm. Satyra 4.10. Vide CONSVMO.
Coquit hominem cura. Vide COQVO. Cic. de Senect. 1.
Cura de. Cicero de Amicitia, 14. Quocum mihi coniuncta cura de repub. & de priuata fuit.
Decedit cura patribus. Vide DECEDO.

Deficere curam alicui. Quintil. lib. 1. cap. 1.3.
Delegare curam alicuius rei alicui. Quintil. lib. 4. in Procem. 2.
Demere curas. Virg. 5. Aeneid. 31.
Demouere aliquem cura rerum. Tacit. lib. 13.
Tristes animo deponere curas. Virg. 4. Georg. 108.
Deponere curam pro aliquo. Virg. 12. Aeneid. 10.
Deprendere curas alicuius. Ouid. 2. Metam. 19.
Parte curæ & cogitationis suæ in alium locũ deriuare. Cic. 11. Philip. 306.
Destituere curam morum. Quintil. in Procem. lib. 1. 11.
Desyderare curam alicuius in re aliqua. Quintil. lib. 1. cap. 1.7.
Diducere animum in curas. Virg. 5. Aeneid. 143.
Differre curas. Iuuenal. sat. 11.19. Sed nũc dilatis auerte negotia curis.
Dimittere curam. Ouid. 1. Metam. 43.
Curas & actiones honestas dare. Cic. Varroni, lib. 9. 8.7.
Nec membris dat cura quietem. Virg. 10. Aeneid. 43.
Dare alicui multa milia curarum. Propert. 1. eleg. 5.2.
His dictis emotæ curæ. Virg. 6. Aeneid. 77.
Cura est qd. Plautus Merc. 4.1.1. Cura est negotii quid sit, aut qd nũtiet.
De Tirone mihi curæ est. Cic. Attico lib. 13. 260.1.
Cura est vt. Plaut. Aulul. 12.2.
Curate ego interuisam quid faciant coqui:
Quos pol vt ego hodie seruem, cura maxima est. Id est maximè sum solicitus quomodo, &c. Terent. Hecyra, 4.2.19.
Hæc mihi nunc cura est maxima, vt nouæ mea
Longinquitas ætatis obsitet, mortémve exopter meam,
Curæ mihi est. Terent. Adelph. 1.2.49.
Sicçine agis? Man ego toties de eadem re audiam?
D. Curæ est mihi. M. & mihi curæ est. Ibidem 5.6.6.
Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis,
Cui dominus curæ est. Liu. Referibi placuit vtranque rem curæ fore Senatui. Idem, In reliquum curæ fore senatui rem Syracusanam.
Vitam & dignitatem alicuius alteri curæ esse. Cic. Attico, lib. 10. 198.3.
Esse & fore curæ alicui vt. Cic. 3. Philip. 152.
Curæ est quorsum. Terentius Hecyra. 1.2.118. Nisi sanè curæ est quorsum euenturum hoc siet.
Sine cura esse. Cic. Quintratri, lib. 3. 10.6.
Tristitiæ cura. Plin. lib. 23. cap. 1.24.
Eripere curam. Celsus libro 6. cap. 5. Sed eripi tamen fœminis cura cultus sui non potest.
Euoluere curas. Stat. 1. Syl. 1.9.
Exerceri curis. Virg. 5. Aeneid. 155.
Exercere curas. Silius lib. 11.75.
Exercere vitam curis. Lucret. lib. 5. 286.
Atras eximere curas. Horat. 3. Carm. ode. 14.3.
Exoluere aliquem curis. Virg. 4. Aeneid. 131.
Exonerare graues curas. Senec. Hipp. 4.18.
Expellere corpore curas. Luca. lib. 3. 11.
Exercendere curas in annum venientem, est (vt ait Seruius) quasi in tempore alieno præmeditari futurum laborem. Virgilius. 2. Geor. 81.
Iam tum acer curas venientem extendit in annum Rusticus.
Mortalibus curis exuere se. Silius. lib. 1. 17.
Facere curam. Tacit. lib. 3. Fecerant curam, ne princeps antiquæ parsimoniæ durius adueretur.
Fallere curam somno. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 25.
Fatigare aliquem nouis curis. Quintil. in Procem. lib. 6. 4. Stat. 5. Syl. 1.2.
Artificum fatigare curas. Stat. 5. Syl. 1.2.
Fluctuat æstu curarum. Virg. 8. Aeneid. 4.
Fluctuare vndis curarum. Catull. Argon. 15.
Gerere curam pro aliquo. Virg. 12. Aeneid. 10.
Cum cura rem aliquam gerere. Vide CVM.
Heberatur cura vino. Plinius lib. 23. cap. 1.24.
Curæ habere rem aliquam. Sallust. in Catil. Coiortatus est vt petitionem suam curæ haberent. Cœlius Ciceroni, lib. 8.8. 34.
Sermonem curæ habere. Quintil. in Procem. lib. 1. 13.
Habere curam docendi liberos. Quintil. lib. 1. cap. 1.6.
Iactare curas pectore. Vide IACTO.
Impendere curam. Ouid. de Art. Aman. 3.69. Vide IMPENDO.
Impendunt curas denso distendere pingui. Virg. 3. Georg. 24.
Acrem quam maxime curam spei futuri oratoris impendat pater. Quintil. lib. 1. cap. 1.3.
Impendet cura pectori. Vide IMPENDEO.
In maximis curis aliquid impertiri temporis. Cic. Cæsari, in Epist. ad Atticum. lib. 9. 183.3.
Imponere finem curis. Virg. 4. Aeneid. 128.
Incumbere in curam. Vide INCVMBO.
Curas inticere. Terẽt Adelph. 4.5.77. Itaque adeò magnam mihi iniecit sua commoditate curam.
Ingeminant curæ. Virg. 4. Aeneid. 107.
Insiti curæ, tutelæque vnius, Quintil. lib. 6. cap. 1.27.

Insistere curæ rerum. Vide INSISTO.
Insumere curam ad, &c. Vide INSVMO.
Intendere curas. Ouid. 3. de Ponto. eleg. 9.6. Vide INTENDO.
Intentus ad curas. Tacit. lib. 20.
Intermittere curam rerum. Tacit. lib. 4.
Mens inuigilat curis. Sil. lib. 10.66.
Inuigilat quieti cura. Stat. 8. Thebaid. 124.
Cura & prudentia sua iuuare aliquem. Cic. Attico, lib. 9. 188.4.
Laxare curas somno. Virgil. 9. Aeneid. 47. Vide LAXO.
Animos & curam ab aliqua contentione laxare. Cic. 3. de Orato. 127.
Lenire curas somno. Virgil. 4. Aeneid. 106.
Leuare cura, & magna solatia dare. Cic. de Claris Oratorib. 6.
Curam & angorem animi, sermone & consilio leuare. Cicero Attico, libro 1. 13. 2.
Leuare aliquem cura. Vide LEVIS.
Loquuntur leues curæ. Senec. Hippol. 5.4.
Curæ leues loquuntur, ingentes stupent.
Magna cura & solicitudine aliquos liberare. Cice. Dol. lib: Illæ, in Epistol. ad Atticum, lib. 15. 228.3. Vide LIBER LIBERI.
Mandare curas alicui. Vide MANDO.
Mitte hanc de pectore curam. Virgil. 6. Aeneid. 17.
Mutare curas pectore. Virgil. 5. Aeneid. 139.
Curæ plurimæ metusque ex somno nascuntur. Cice. 2. de Diuinat. 122.
Fortior obstat cura ducis. Claud. 4. Panegy. 47.
Onerabat patientium curas ordo Mutinensis. Tacit. lib. 18.
Partiri curas cum aliquo. Virgil. 11. Aeneid. 164.
Mortales curas pellere. Valer. lib. 1. Argonaut. 108.
Pellere curas vino. Horat. 1. Carm. ode 7.6.
Pulsis è pectore curis. Silius lib. 13.53.
Peruigil cura. Vide PERFVNGOR.
Peruigil cura. Stat. 3. Sylu. 5.1.
Ponere omnem curam in re aliqua. Cic. 1. de Diuin. 152. Et 1. Offic. 29.
Ponere graues curas. Sil. lib. 8.46.
Popalatur artus cura, Id est amor. Seneca Hippol. 4.4.
Præstare curam alicui. Quintil. lib. 2. cap. 3.4.
Premere curam sub corde. Virgil. 4. Aeneid. 67.
Recipere curam. Quintil. lib. 1. cap. 10.18.
Recursat sub noctem cura. Virgil. 1. Aeneid. 134.
Redeunt in pectora curæ. Stat. 8. Thebaid. 122.
Refectus curis. Horat. 2. epistо. 2.18.
Cuncta curarum ad aliquem reiicere. hoc est cunctas curas. Tacit. lib. 3.
Anxiferas curas requiete relaxare. Cice. 1. de Diuinat. 45. Ex quodã antiquo poeta.
Fomenta curarum relinquere. Horat. 1. epistо. 3.6.
Relinquere curam morum. Quintil. in Procem. lib. 1. 11.
Remittere curas. Stat. 4. Sylu. 6.1.
Remittere curam successu. Quintil. lib. 1. cap. 2.17.
Remordet te cura. Virgil. 1. Aeneid. 53.
Remouens soporem cura. Ouid. 6. Metamorpho. 99.
Resoluere curas. Virgil. 1. Georgic. 61.
Respondere curis alicui, Id est tantundem curans. Virgil. 6. Aeneid. 95.
Respuere curam. Claudian. 8. Panegy. 32.
Secludere curas. Virgil. 1. Aeneid. 114.
Mens semota cura metuque. Lucret. lib. 2.4.
Curas graues seponere. Ouid. 3. Metamorpho. 64.
Serere curas in pectore, Catull. in Argonaut. 15.
Serpit cura altius. Plin. lib. 14. cap. 11.
Solari curas. Virgil. 9. Aeneid. 101.
Solicitat cura. Senec. Hippol. 4.17.
Nanque anxia me cura solicitat tui.
Soluere curis aliquem. Seneca Hippol. 2.4.
A cura solui & liberari. Cice. pro Domo sua 80.
Solutæ curæ. Catul. 29.2.
Somnus curas soluit. Ouid. 10. Metamorpho. 74.
Stupent curæ. Seneca Hippol. 5.4.
Subit cura. Seneca Hippol. 4.4. —nulla iam Cereris subit
Cura, aut salutis. Id est neque de cibo, neque de vita cura est.
Acreis curas suscipere. Lucret. lib. 3.94.
Sustinere maximam curam belli. Cic. Attico, lib. 6. 116.4.
Tangere curas. Virgil. 4. Aeneid. 111.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ, tales nec tangere curas.
Traducere curam in. Virgil. 3. Georgic. 31.
Post partum, in vitulos cura traducitur omnis.
Vacuus curis negotiisque necessariis. Cice. 1. Offic. 21. Idem Quintratri, libro 3. 10.6.
Venire in curas. Lucan. lib. 2.70.
Non me lætorum sociam, rebusque secundis
Accipis, in curas venio, partemque laborum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venerari curam antiquorum. Plinius lib.27.cap.2.1. Sed antiquorum curam diligentiamque quis possit satis venerari?
In aliqua cogitatione curaque versari. Cic.2.de Orato.100.
In partem curarum ab aliquo vocari. Tacit.lib.1.
Diuersæ curæ animum vocant. Virgil.12.Aeneid.98.
Volutare curarum tristeis in pectore fluctus. Lucret.lib.6.7.
Vrgeri multis curis. Lucret.lib.3.214.
Vrgentibus curis. Valer.lib.8.Argonaut.5.
¶ Cura, (ἐπιτροπή,) pro munere quo curator fungitur: vulgò curatella dicitur. Vlpianus in L.Hæres absens.§.Siquis tutelam.ff.de Iudiciis,Si quis tutelam,vel curam,vel negotium vel argētariam, vel quid aliud, vnde obligatio oritur,certo loco administrauit.
Liberari tutela & cura. Vlpianus in L.Quum filiofamilias.ff. De Lega.3.
Curiosus,penultima producta,(πολυπράγμων,περίεργος,) A nimia cura: quoties plus diligentiæ, quàm oportebat, impendimus rebus vel nostris,vel alienis.Nostris,quum minima quæque disquirimus, & nullius frugis.Alienis,quum de rebus cæterorum occultioribus non satis cum pudore perscrutamur, aut interrogamus. Sed non tam à cura curiosus videtur descendere,quàm à curiari:cuius compositum est magis in vsu Incuria,id est negligentia.tametsi curia à cura dicatur. Hęc Valla lib.1. Cic.Attico,lib.4.80.2.
Curiosus in bonum & in malum accipitur.
In bonum.Cic.ad Appium,lib.3.1.2.Ita est homo non modò prudens,verumetiam (quod iuuet) curiosus.Idem pro Sestio 16.Etenim animus eius vultu,flagitia parietibus tegebantur.sed hæc obstructio,nec diuturna est,neque obducta ita,vt curiosis oculis perspici non possit.
Curiosus & negotiis plenus. Cic.1.de Natu.deorum 76.
Curiosus medicinæ. Plin.25.cap.2.4.Is ergo in reliqua ingenii magnitudine,medicinæ peculiariter curiosus,ab hominibus subiectis, &c.
In re aliqua curiosus. Cic.Attico.lib.5.101.3.
In exquirendo iure augurum curiosus. Cic.pro Domo sua 31.
Belle curiosus. Cic.Attico,lib.6.112.6.
In malum. Cicero 5.de Finib.9.Atqui Cicero, inquit, ista studia, si ad imitandos summos viros spectant, ingeniosorum sunt: sint tantummodo ad indicia veteris memoriæ cognoscenda,curiosorum. Idem pro Domo sua 26.Quid est enim tam arrogans,&c. aut tam curiosum, quàm ea scire velle,de quibus maiores nostri vos solos & consuli & scire voluerunt? Terentius Eunuch.3.5.5.
Sed neminémne curiosum interuenire nunc mihi
Qui me sequatur,quoquo eam rogitando,obtundat, enecet? Plinius lib.5.Epistо.103.b, Sunt enim homines natura curiosi,& quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur.
Curiosus & molestus. Cicero 2.de Finib.50. Reperiam multos, vel innumerabiles potius,non tam curiosos,nec tam molestos quam vos estis, quibus quicquid velim facilè persuadeam.
Curiosa interpollatione tenuata charta. Plin.lib.13.cap.12.1.
In aliena Republica curiosum minime esse, officium est peregrini. Cic.1.Offic.175.
Satisfit difficilius curiosis. Cic.1.de Finib.6.
Curiosus differt à diligenti. Quintil.lib.8.cap.3.Est etiam quæ περιεργία vocatur,superuacua (vt sic dixerim) operositas, vt à diligenti curiosus,& à religione superstitio distat.
¶ Curiosus, pro delatore. Suetonius in Augusto, cap.27. In eadem hac potestate,multiplici flagrauit inuidia. Nam & Pinarium equitem Romā,quum concionante se,admissa turba paganorum,apud milites subscribere quædam animaduertisset,curiosum ac speculatorem ratus,coràm confodi imperauit.
¶ Curiosus agnus, Macilentus,quasi cura cōfectus. Plau.Aulula. 16.16.
Etiam agnum misi. E. quo quidem agno sat scio
Magis curiosam nusquam vllam esse bestiam.
M. Volo ego scire qui sit agnus curio.
E. Qui ossa atque pellis totus est,ita cura macet.
¶ Curiosus, Olim is erat qui cursoribus præerat: vulgò magistrum postarum dicimus. Earum item rerum,quæ ad cursum,pro Imperatoris, reipublicæ,aut aliorum,quibus id Imperator concesserat, negotiis agendis destinata & parata erant,curam gerebat. Eius muneris titulus est, de Curiosis & stationariis lib.12.Codicis.
Curiositas,pen.corr.(περιεργία,) Denominatiuū. Cic.ad Atticū,lib.2.17.3.Sum in curiositate ὀξυπόνῳ,sed tamē facilè patior te id ad me,&c.
Curiōse,penul.prod. Aduerbium, (περιέργως,) Columella lib.3. Sin autem ipsam vitem cernere voles, iuxta radicem ita ne ipsam lædas, curiosè fodito. Plautus Amphit.15.23. Curiosè quidem: fores enim,&c. Cice.ad Atticum,lib.9.172.1. Quum de eo curiosè quæsisset seruus noster Dionysius,&c.
Curiosè aliquid facere. Plin.lib.18.cap.3.9.
Curiosè loqui. Quintil.lib.8.cap.1.non procul à fine, Quos curiosè potius loqui dixeris,quàm Latinè.
Conquirere curiosius aliquid. Cic.de Claris Oratorib.69.
Curia,huius curiæ, (ἀγυιεύς, ῥυμοτήκιον, φρατρία,) A cura deducitur.

Curia,inquit Festus,locus est vbi publicas curas gerebant. Cice.de Senect.28.Non curia vires meas deflyderat, non rostra, non amici, non clientes,non hospites. Idem lib.3.de Oratore 92.ait Curiam pro Senatu accipi. Idem ad Qu.fratrem,lib.2.10.7. Quo ego me libentius à curia & ab omni parte Reip.subtraho. Idem 3.de Finib.11. In ipsa curia soleret legere sæpe,dum Senatus cogeretur. Liu.2. ab Vrbe 102. Templum sanctitatis,amplitudinis,mentis,consilii publici, caput Vrbis,aram sociorum,portum omnium gentium,sedem ab vniuerso populo concessam vni ordini,curiam Cicero vocat pro Mil.69.
Vindex temeritatis,& moderatrix officii curia. Cic.pro Flac.45.
Curia consiliis æstuat orba suis. Claud.2.Præfat.in Eutrop.12.
In curia inclusus Senatus. Cic.Attico,lib.6.111.12.
Aspirare in curiam. Vide ASPIRO.
Clausa pauperibus curia. Ouid.3.Amorum,eleg.7.11.
In curiam inducere ambitionem. Vide INDVCO.
Inire curiam,pro Ingredi. Tacit.lib.5.
Iubet curia. Cic.pro Domo sua 61.
In curiam venit frequens Senatus. Cic.3.de Claris Oratorib.2.
Curia Calabria dicebatur,vbi tantum ratio sacrorum gerebatur. Festus. Calabram alii vocant,dictam à calando,id est vocando. Siquidem primo quoque mensis die,hoc est calendis, calata seu vocata in Capitolium plebe,iuxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima erat, Pontifex pronunciabat quot dies à Calendis ad Nonas superessent, quia oportebat Nonarum die populares qui in agris erant, confluere quid esset eo mense faciendum. Vide Macrobium lib.1.Saturn.ca.15.
Saliorum curia erat in Palatio. Cic.1.de Diuinat.58.
Pompeiana curia,in qua Pompeii simulachrum erat,& in qua Iul. Cæsar trucidatus est. Cic.2.de Diuinat.34.
¶ Curiæ,inquit,Festus,etiam nominātur,in quibus vniuscuiusque partis Popu.Romani quid geritur:quales sunt hæ in quas Romulus populū distribuit numero triginta: quibus postea additæ sunt quinque ita vt in sua quisque curia sacra publica faceret,feriasque obseruaret: iisque curiis singulis nomina curiarum virginum impolita esse dicūtur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt. Hactenus Festus. Plautus Aulula. 5.29.
Nam noster nostræ qui est magister curiæ,
Diuidere argentum dixit nummos in viros.
Curialis,& hoc curiale,penul.prod. (φρατριακός,φυλέτης,) Festus, Curialis,eiusdem curiæ,vt tribules & municipes. Plaut.Aulul.7.1.
–nam neque quisquam curialium
Venit,neque magister quem diuidere argentum oportuit. Cic.2.Offic.95. Theophrastus scribit quidem Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse.
Consortia curialia. L.Curialibus,de Decurionibus lib.10.C. Curialibus consortiis consulentes,censemus,&c.
Curiales flamines,Curiarum sacerdotes erant. Festus.
Curiales mensæ,in quibus imolabat Iunoni,q̄ Curis appellata est. Festus.
Curiātus,penul.prod. Adiectiuum: vt Curiata lex, quæ curiatis comitiis lata erat. Cic.ad Atticum,lib.4.87.2. Qui se affuisse dicerent, quum lex curiata ferretur. Idem pro lege Agra.38.& 39.
Curiata comitia,Conuentus qui litium causa in curiis fiebant. vt ait Festus,Gellius vero lib.15.cap.27.Curiata comitia erant, quæ curiatim per lictorem calabantur,id est conuocabantur: quorum erant Pontifices arbitri. Cice.pro Domo sua 30. Idem pro lege Agrar.29. Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa,centuriata auspiciorum causa remanserunt.
Curio,curionis,(φρατρίαρχος,) Sacerdos curiæ. Curio Maximus,Cuius authoritate curia,omnesque curiones regebantur, inquit Festus. Liuius 7.bel.Pun.41. Inter maiorum rerum curas comitia Maximi curionis quum in locum M.Aemylii sacerdos crearetur,vetus excitauerit certamen,Patritiis negantibus,C.Manilii Attelii,qui vnus ex plebe petebat rationem esse habendam: quia nemo ante eum nisi ex patribus id sacerdotium habuisset. Fortasse is est quem Curatum dicimus.
Curio agnus,vide paulò ante in CVRIOSVS.
Curo,curas,(τηρέω,φροντίζω,κήδομαι,ἐπιμέλομαι,ἐπεργάζομαι,) curare, Operam dare,Solicitum esse de re aliqua. Cice.pro Cælio 42.Quod facinus in alienum hominem illatum seuere acciperet, id omisisset curare in hospite?
Agere & curare. Cicero Pæto, lib.9.24.11. Sic tibi mi Pæte persuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi vt mei ciues salui liberique sint.
Curare & attendere. Cic.Figulo,lib.4.13.
Omnibus rebus cura & prouide nequid ei desit. Cic.Attico,lib.11.11.4.
Alicuius causa curare aliquid. Cic.Attico,lib.5.110.10.
Cedere domo & patria curasti. Id est effecisti vt domo cederet. Cice. pro Domo sua 3.
Non curat redire. Cice.Lentulo,lib.1.9.55. Est verò probandum,qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neque sane

sane redire curaret,&c.
Curare asseruandum,inueniendum,interficiendum,&c. Teren. And.5.2.24. Cura asseruandum vinctum. Ibidem,Inuentum tibi curabo,& me cum adductum. Cæs.8.bel.Gal.86. Cic.ad Marcellum, lib.15.10.3. Faciendum cures.
Curasti probe. Terent.And.5.2.6. Omnia apparata iam sunt intus.
–curasti probè.
Studiosè diligenterque curare aliquid. Cic.Attico,lib.16.341.7. Et Figulo,lib.4.13.1.
Diligenter curare aliquem. Cic.Attico,lib.12.141.8.
Leuiter curare aliquid. Horat.2 Epist.1.11.
Curo istæc ego,Per ironiam dictum. Terent.And.5.4.18. Ego istæc moueo aut curo. Ibidem.1.2.14.Id populus curat scilicet. Sic Cicero Attico,lib.13.188.
Curæ ve. Terent.Phorm.5.8.11. Adhuc curaui vnum hoc quidem,vt mihi esset fides. Idem Adelph.5.1.10.
–exemplum omnibus
Curarem vt esses. Cic.Cornificio,libro 12.28.8. Cura vt valeas. Cælius Ciceroni,lib.8.4.15. Item de pantheris,vt Cibyratas accersas,curesque vt mi vehantur.
Quid me curas,quid rerum geramt? Ex Plauto.
¶ Curare ædes. Plaut.Most.3.18.
–hic iam ædibus vitium additur,bonæ.
Quom curantur male.
Curare se,& ætatem suam Plaut.Pseud.20.27. Qui se,suamque ætatem bene curant,edunt,bibunt. Terentius in Adelphis.5.1.10 eandem sententiam dixit, Te curasti molliter. Liu.3.ab Vrbe.7. Curare corpora sua somno & cibo.
Curare ægrotos. Plaut.Cap.4.87.
Curalia. Plaut.Milit.1.55. Insiste hoc negotium sapienter. A. alia cura. Et paulò pōst.80. Faciemus,alia cura. Terent.Phor.2.1.5.
–atqui reperi tamen aliud cura.
Curare aliena. Terent.Heaut.1.1.24. & Plaut.Amphit.8.95.
Curare amicos. Plaut.Stich.13.8. Amicos meos curabo huc aduenientes.
Curare boues. Plaut.Mostel.2.34. An rori ſſo nō sunt quos curē boues?
Animi conscientiam non curat improbus. Cic.2.de Finib.88.
Conuiuia curare. Virg.1.Georg.61.
Corpora curare. Virg.8.Aeneid.130.
Curare fidem suam,Curam habere de fide præstanda. Plaut. Trinum.4.114. Nunquid vis? M. cures tuam fidem.
Genium mero curare. Horat.3.Carm.ode.17.3.
Curare histriones,aut aliquos alios,siue rem aliquam. Plaut. Amp.3.87. Morari nolim vos quapropter Iuppiter
Nunc histriones curetne miremini.
Curare munus aliquod. Plaut.Trucul.8.55. Ecastor munus te curaturum scio,vt cunctis me non pœniteat. Sic apud eūdem,in Bacchid.15.111. Curare officium suum.
Negotia aliena curare. Cic.in Topic.14.
Curare parentes. Plaut.Sticho.3.39. Nunquam enim nimis curare possunt parentem suum filiæ.
Curare æquam partem. Terent.Adelph.1.2.50.
Curemus æquam vterque partem,tu alterum. Ego item alterum.
Curare alicui pecuniam. Cic.ad Qu.fratrem,lib.2.8.3. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Idem ad Atticum,lib.11.219.2. Sallustio 7.123.16. Tartessium istum tuum mihi exeunti vrbem iube sodes numquam curare. Eidem libro 14.3. Item ibidem.5.2.
Alicuius nomine nobis pecuniam curare. Cic.Rufo,lib.5.20.11.
Pelliculam curare. Horatius.2.Serm.sat.5.8.
–ire domum, atque
Pelliculam curare iube.
Curare præcepta & mandata alterius. Plaut.Milit.10.316. Hæc præcepta sobrīe vt cures face. Cic.ad Atticum,lib.4.76.1. Mea mādata de domo curabis. Eidem lib.5.94.1. Vt mandatum scias me curasse.
Curare prandium. Plaut.Menæch.3.11. Prandium vt iussisti, hic curatum vti libet ire accubitum licet.
Prouinciam curare. Cic.Attico,li.6.111.3. Appius quum ἐξαφαρίσιος, prouinciam curarit,sanguinem miserit, &c.
Sacra curare per sacerdotes. Cic.pro Cor.Bal.44. Sacra Cereris Iudices', summa maiores nostri religione confici cerimoniaque voluerunt. quæ quum essent assumpta de Græcia, & per Græcas sunt semper curata sacerdotes, &c.
Se curare. Cic.3.de Oratore,117. Sed iā surgamus,inquit,nosq̄ curemus.
Reficere se & curare. Cic.9.Philipp.160. Multis illi in vrbibus,qua iter faciebat,reficiendi se,& curandi potestas fuit.
Molliter se curare. Vide MOLLITER.
Seruilia curare. Cic.Attico lib.15.326.4.
Sublimia curare. Horat.1.epist.12.3.
Curare & polire vestimenta. Vlpianus in L.Itaq; fullo.ff. de Furtis, Itaque fullo,qui curanda poliendaque vestimenta accepit,semper agit.
Curare vitem falce. Plin.lib.17.ca.22.8. Sunt qui vetant tangi proximo anno quo translata sit,neque ante sexagesimum mensem falce curari.
¶ Curare,absolutum. Terentius And.1.1.43.
–obserues filium quid agat,
Quid eum illo consilii captet. S. O sat est,curabo. Sallust. in Iugurth. Legatis imperat,vbi quisq; curaret, deinde signo dato vndique simul clamor ingens exoritur. Ibidem, Eodem tempore apud Zamam magna vi certabatur: vbi quisque legatus aut Tribunus curabat,eò acerrimè nitiniteque alius in alio magis quàm in sese spem habere.
¶ Curabitur,Impersonale. Plaut.Cas.2.41. Noctu vt condignè recubes, curabitur. Terent.And.1.3.19. –hanc fidem
Sibi obseruarit,qui se sciret non deserturum,vt darem.
D. Curabitur.
Curatur vt vinea veros semel fossa sit. Plin.lib.18.cap.27.5.
¶ Mederi & curare. Cic.pro Sex.Rosc.Amer.76. Intelligo me ante tempus Iudices,hæc scrutari,& propemodum errare: qui quum capiti Sexti Roscii mederi debeam,reduuiam curem.
Corpora curari possunt,animorum medicina nulla est. Cic.3.Tusc.8.
Tristius curari. Cic.de Senect.61. Facilius in morbos incidunt adolescentes,grauius ægrotant,tristius curantur.
Medicaminibus curari. Cic.in Pis.9. Quòd diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari?
Herbis curari. Ouid.1.de Remed.63.
Sanguinis detractione aliquem curare. Quintil.lib.2.cap.10.4.
¶ Curare rebus alienis suo vestimento & cibo. Plaut.Truc.4.35.
Curare rebus publicis. Plau.Trinum.14.48. Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis potius quàm,&c.
¶ Tempus curandi differre. Horat.1.epist.2.8.
Labor curandis vitibus. Virgil.2.Georgic.80.
Curatus,(ἐπιμέλητος,) Participium,siue nomen ex participio,Cum diligentia & cura factus.
Bene curata cute nitidus. Horatius 1.Epistо.43.
Membra curata sopori dare,Id est Cœnatū dormire. Horat.2.epist.2.16.
Curatus sermo. Plin.epistо.190.d,Me quidem ex Consularibus amicis secreto,curatoque sermone,quasi nimis fortiter,incauteque progressum corripit,reuocat,monet vt desistam.
Curatus corpore. Cato cap.103. Hoc si feceris, ita boues & corpore curatiores erunt,& morbus aberit. Id est meliore habitudine. Plin.li.18.cap.6.10. Adduxit filiam validam atque bene curatam ac vestitam.
Curatē aduerbium, (ἐπιμελῶς,) pro accuratè. Tacit. lib.2. Eius negotii initium,ordinem,finem curatius disseram.
Curātor,penul.prod. (ἐπιμελητής,) generali nomine dicitur præpositus alicui negotio: vt Curator viæ Flaminiæ. Cic.ad Atticum,lib.1.1.5.
Curatores vrbis & annonæ,ædiles. Cic.3.de Legib.9.
Curator Reipub. Sallust.in Iugurth. Cæterum de Repub. nostra cuius huc curator missus es,paucis accipe.
Reficiendis muris curator Demosthenes fuit. Cic.de Opt.ge.Orat.151.
Deligere curatores pacis ac belli. Cic.in Vatinium 12. Nonnuntios pacis ac belli,non curatores,non interpretes, &c. Senatus more maiorum deligere posset?
Constituere decreto curatorem ad aliquid agendum Iulianus L.Ex facto.ff.de Negotiis gestis,Ex facto ferebatur,quendam ad siliginem emendam curatorem decreto ordinis constitutum,eidemque,&c.
Constituere Curatores legibus. Cic.2.de Lege Agraria 31.
Præficere Curatorem,qui statuis faciundis præsit. Cic.4.Verr.101.
¶ Curatores, (ἐπίτροποι,) dicuntur qui pupillis loco tutorum dantur: siue illi qui rei frumentariæ agrisque diuidendis præpositi sunt. Hæc Festus. Curator tamen est qui puberis patrimonium aut à magistratu,aut à testatore curare iussus est. In Institut. ciuilibus§.primo,de Curatoribus. Masculi quidem puberes & fœminæ viri potentes, vsque ad vicesimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes sint,adhuc tamen eius ætatis sunt,vt sua negotia tueri non possint.
Egere curatoris dicimus eos quos tacite. innuere volumus non compotes esse mentis suæ. Horat.1.epistо.1.21.
Insanire putas solennia me,neque rides?
Nec medici credis,nec curatoris egere A Prætore dati? Solennia,id est solenniter. Acron.
Petere curatorem. Quintil.lib.7.cap.6.9.
Curatoria,curatoriæ,(ἐπιτροπή,) Curatoris pupillorū munus. Herennius in L.prima.ff.de Excusationibus tutorum,Conscribens librum (vt mihi videtur) vtilissimum,quem excusationum tutelæ & curatoriæ vocaui,huc tibi misi. Ibidem L.2. Excusantur à tutela & curatoria & qui septuaginta annos compleuerunt.
Curatio,Verbale, (θεραπεία, θεραπευσία, ἐπιμέλεια,) Propriè est medicorum,authore Donato. Cic.ad Tironem,lib.16.6.2. De medico,& tu bene existimari scribit,& ego sic audiosed planè curationes eius non probo. Plinius lib.22.cap.25.25.

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Cultus & curatio hominum. Cic. 2. de Natura deorum 256. Quæ quidem neque ali, neque sustentari, neque vllum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione potuissent. De ouibus.

Cultus & curatio corporis. Cic. 1. de Natura deorũ 131. Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda deo quę adhubetur homini, ingressus, cursus, &c.

Neque valetudinis curatio siue hominum opera vlla esse potuisset. Cicc. 2. Offic. 16.

Austera curatio. Vide AVSTER.

Opportunus curationi. Celsus lib. 3. cap. 9.
Fortasse enim curationi oportunior fiet.

Expedita curatio. Celsus lib. 5. ca. 26. Itaque protinus eius vulneris expedita magis curatio est, ex quo sanguis bonus fluxit.

Explere curationem. Celsus lib. 7. cap. 7.

Facere difficultatem curationi, Id est reddere curationem difficilem. Celsus lib. 7. cap. 26.

Periculosa curatio. Vide PERICVLOSVS.

Periculosæ & ancipites curationes morbis grauioribus medici adhibere coguntur. Cic. 1. Offic. 116.

Curationę adhibęi. Ci. 4. de Fin. 107. Hi curatiõe adhibita leuanę in dies.

Admittere curationem. Vide ADMITTO.

Admouere curationem ad aliquem. Cic. 4. Tuscul. 98. Alia quædam sit ad eum admouenda curatio, &c. Vide ADMOVEO.

Ferre sibi curationem. Cice. pro Domo sua 41.

Rectè procedit curatio. Celsus libro 7. cap. 27. Inter hæc verò si somnus est, & æqualis spiritus, & madens lingua & sitis modica, & venter imus: sed & mediocris est cum febre modica dolor: scire licet rectè procedere curationem.

Recipere curationem. Celsus lib. 7. cap. 20. Ferè tamen hanc curationem pueriles æras, & modicum malum recipit. Idem lib. 5. cap. 28. Discedere autem cacoethes, quod curationem recipit, à carcinomate, quod nõ recipit, nemo scire potest nisi tempore, & experimento.

Præscribere curationę valetudinis. Cic. 1. de Diuin. 184. An Aesculapius Serapis potest nobis præscribere per somniũ curationem valetudinis?

Curatio, Onus & cura, siue prouincia alicui delegata. Cice. ad Atticũ, lib. 15. 326. 1. Ego quod erã meditatus in via, suadere vt vteretur Asiatica curatione frumenti, nihil esse iam reliqui quod ageremus, nisi vt salui essemus. Idem de Lege Agrar. 31. Etenim quum omnes potestates, imperia, curationes ab vniuerso populo Romano proficisci conuenit, tum eas profectò maximè quæ constituuntur ad populi fructum aliquem & commodum. Idem 4. Verr. 87. Hoc idem transfero in magistratus, curationes, sacerdotia.

Curatio & administratio rerum. Cic. 1. de Nat. deor. 4. Ab omni curatione & administratione rerum vacent.

Munerum regiorum curatio. Cic. Leptæ, lib. 6. 19. 2.

Curationem deferre ad aliquem. Liu. 7. bel. Pun. 169. Ibi curatione Heeorum, Nemeorumque, suffragiis populi ad eum delata.

Esse curationis alicuius. Cice. de Arusp. Resp. 28. Aedes Telluris est curationis meæ.

Curatio mea est. Plaut. Pœnulo 4. 131. Cur ego id curem? nanque istæc magis tua est curatio. Idem Cas. 5. 45. Curare finas me ancillas, quæ mea est curatio.

Quid tibi hanc rem curatio est verbero? Plaut. Amphit. 6. 21.

Suscipere curationem & dispensationẽ. Cic. pro Rab. Posth. 17. Hæc vna ratio à rege posita Posthumo est seruandæ pecuniæ, si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset. Quintil. lib. 4. cap. 2. 13.

Curatione & potestate in aliqua re valere. Cicero pro Domo sua 12.

Sub curatione. Celsus libro 7. ca. 7. Nonnunquam autem nimium sub hac curatione excisa cute, euenit vt oculus non contegatur.

Curatio, (ἐπιτροπή,) capitur etiam apud Iurisconsultos pro munere publico, quod barbari curatellam vocant. Papinianus in L. Iurisperitos. ff. Quum orfundus. ff. de Excusat. tutorum, Placuit enim duas curationes administrare non videri. Et ff. sequenti, Qui priuilegio subnixus est, fratris curationem suscipere non cogitur.

Matris furiosæ curatio ad filium pertinet. Vlpianus in L. Furiosæ. ff. de Curatore furioso.

Curantia, huius curantiæ, (ἐπιμέλεια,) Idem quod curatio. Cic. ad Quĩ. frãtrem lib. 2. 10. 1. Quòd me admones, de non curantia, suadesque vt meminerim Iouis orationem.

Curax, curãcis, pen. prod. (ἐπιμελητής,) Adiectiuum, vt vigilax, pro cuioso. Caius in L. Siquid venditor. ff. de Aedil. edicto, Verbi gratia si cõstantem, aut laboriosum, aut curacem, aut vigilacem esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmauerit: & ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, tardus comessor inueniatur, &c.

Curax, curãcis, penul prod. Caius in L. Siquid in princ. ff. de Aedilit. edicto, dicitur ea forma qua Emax, vendax, fugax, vigilax.

Curculio, huius curculionis, m. g. (τρώξ,) Animal paruum, frumentum corrodens, quasi gurgulioteo quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur videtur: authore Sipontino. Varro 1. de Re rust. capit. 63. Tuendi causa promendum id frumentum, quod curculiones excesse incipiunt. id enim quum promptum est in sole, ponere oportet aquæ catinos, quòd eò conueniunt vt ipsi se necent curculiones. Columel. lib. 1. cap. 6. 9. Ea res ab noxa curculionum & simulium animalium commoditissimè videtur conditas fruges defendere. Virgil. 1. Georg. 38.
– populatque ingentem farris aceruum Curculio. Vbi Seruius, Varro, inquit, hoc nomen per antistichon dictum ait quasi gurgulio, eo quòd nihil pene aliud sit quàm guttur.

Curculio, per tertiam alphabeti literam scribendũ, licet per septimam proferatur: vt deprehendi potest ex argumẽto Plauti, quod fuæ comœdiæ, quam Curculionem inscripsit, præpositum videmus: in quo singulorum versuum prima litera componit dictionem CVRCVLIO.

Curculione infestantur etiam fabæ & lentes, vt docet Colu. lib. 2. ca. 10.

Curculio significat etiam gulam. Varro 2. de Re rust. cap. 3. 2. Hirceus molliori pilo, & potissimum albo ac cernice & collo breui, curculione longiore. Non desunt qui curculionem pro vuula & columella accipiant, quæ trachiam arteriam operit: Græci epiglottida vocant.

CVRES, Curium, plu. num. (κουρεῖον, Steph.) Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius: cuius ciues, Quirites dicebantur. Virgil. 8. Aeneidos 136. Tatioque seni, Curibusque seueris.

Parui Cures, Id est pauperes. Virgil. 6. Aeneid. 162.

CVRETES, penul. prod. (κούρητες,) quidam Cretæ populi, de quibus Ouidius lib. 4. Metamorpho. 57. Largoque satos Curetas ab imbri. Virgil. 3. Aeneid. 27. Et tandem antiquis Curetum allabitur oris. Vbi Seruius, Curetes sunt populi, primi cultores Cretæ.

Curetes erant in Creta adolescentes quidam, armisonam quandam cum saltibus agilitatem edentes, proferentes quandam de Iouis origine fabulam, in qua Saturnum introducunt, mox filios vt in lucem editi fuerint, deuorãtem: Rheam verò dolores patiendi dissimulare conantem, natum infantẽ longè ablegantem, & ei salutem pro viribus comparantem: Quam quidem ad rem adiutores Curetas assumere: illas cum tympanis ac strepitu armisonantiq; chorea tumultuãtes, deam curiose circumsistere, vt Saturnus attonitus, & obliuione inuolutus auulsum non agnoscat infantem, nec eius vagitum exaudiat. Est dem cura & studium Iouis infantis nutriendi commendari: Curetes itaque, id est Curates, vel quia ei ministrarent: vel quia Iouis κουροτροφίαν, id est alimoniã (vtrunq; enim dicitur) operati sint, appellationẽ hãc sunt assecuti. Ex Strabone lib. 10. vbi & longè plura de Curetibus & eorum nomine tradit. Curetibus, Corybantibus, & Idæis Dactylis Ops Saturni vxor Iouem custodiendi dedit in monte Cretę Dictæone: eũ Saturnus consumeret, vt filios oẽs solebat. Tunc itaq; apes æris sonum sequutę, Ioue mele aluisse dicunt: pro qua re eis postea prestitit Iuppiter, vt haberẽt liberos sine vllo dõcubitu. Hactenus Seruius in illud 4. Geor. 30.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaque æra secutæ,
Dictęo cæli regem pauere sub antro. Vide Cælium li. 5. ca. 4. & li. 13. ca. 17. Rursum lib. 15. c. 8. & li. 17. ca. 12. Vide etiã Hyginũ fabula 139.

Curetes sacerdotes Cybeles, qui & Corybantes dicuntur, qui ad sacra Cybeles admissi sunt casti & puri, illicque saltant armati.

Dictæi Curetes. Lucret. lib. 2. 128.
Terrificas capitum quatientes numine cristas,
Dictæos referunt Curetas, qui Ionis illum
Vagitum in Creta quondam occultasse feruntur.

Curia, Curiales, Curiatus, Vide CVRA.

CVRIFVGIA, Nomen villæ Nicolai Perotti nuper inditũ, quam in agro Sẽtinati habebat inter duo fluenta, Sentinum & Neuolam. vbi est salubertima cæli temperies. Perottus.

CVRIO, (κουρέων,) Qui pater eius qui Tribunus pleb. teste Valerio, magnus Orator: is quum Cæsaris inimicus esset, appellauit eũ in quadam Oratione, omnium mulierum virum, & mulierem omnium virorum, vt Tranquillus in Cæsare refert. C. Curio filius Tribunus pleb. Cæsaris nas partes sequutus est, vir luxu & audacia singularis: exenties enim H-S. debebat æris alieni, vt Valerius de luxuria scribit. Ei Curiõi gratulatur Cicero Epistolarum lib. secũdo, Sera (inquit) gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Longè enim absum audio seró. Is curio vt se ære alieno liberaret atque emergeret, Cæsarem ad bellum ciuile impellebat, vt scribit Cicero in Epistolis ad Q. Tironem, lib. 16. Epist. 104. Et ipse Cæsar (inquit) amicus noster, minaces ad Senatũ, & acerbas literas miserat: & erat adhuc impudens, qui exercitum & prouinciam inuito Senatu teneret, & Curio meus illũ incitabat. Hoc etiam accedit quod scribit Lucan. li. 1. 55.

Hos iam mota ducis vicinaque signa petentes
Audax venali comitatur Curio lingua:
Vox quondam populis libertatémque tueri
Ausus, & armatos plebi miscere potentes.

Curio, Curiosus, Vide CVRA.

Curis, (κύρις,) Lingua Sabinorum hasta dicitur. Vide Romulus Quirinus, qui ea ferebat, est dictus. & Romani à Quirino Quirites dicunt. Curitim Iunonẽ appellabãt, quia eandẽ ferre hastam putabãt. Festus. Vide Macrobiũ lib. 1. Saturn. ca. 9. & Seruiũ in 1. Aeneid. 60.

CVRIVS, (κουρεύς,) Dentatus, Romanus ciuis, exactissimæ frugalitatis, & perspectæ fortitudinis. hic quum in scamno sederet, rapasque in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publicè missum attulissent, imitarentque vt eo vti vellet: respondit, M. Curium malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri: & qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse. Hic primùm de Samnitibus triumphauit, quos vsque ad mare superum pacauit. Reuersus in Concione ait, Tantum agri cepi, vt solitudo fuerit futura, nisi tantum hominum cepissem: Tantum hominum porrò cepi, vt fame essent perituri, nisi tantum agri cepissem. Deinde de Sabinis triumphauit. Postremò de Lucanis ouans vrbem intrauit. Pyrrhum regem Eprotarum ex Italia pepulit. Quaterna dena agri iugera viritim populo diuisit: sibique totidem constituit, dicens, neminem esse debere, cui non tantum sufficeret. Huius meminit Iuuenalis, Satyra. 11. 8.

– Curius paruo quæ legerat horto
Ipse focis breuibus ponebat olusculą, &c. Rursum, Satyra 2. 1. Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. De hoc prouerbio vide Eras. Chiliadas. Fuit & Curius, Alexandrinus presbyter sub Diocletiano, tãta doctrinæ fama, vt Origenes iunior appellaret, vt scribit Hieronymus.

Capillis incomptis Curius. Horat. 1. Carm. ode. 12. 9.

Pauper erat Curius reges quum vinceret armis. Claud. 7. Pan. 83.

Curmundula, Herba gratissimi saporis, corticis tenerrimi: quapropter à plerisque nequaquam detracto corio editur, vade nomen habet. Sipontinus.

Curo, curas. Vide CVRA.

Curro, curris, cucurri, cursũ, (τρέχω, θέω,) currere, Note significationis verbũ. Terẽt. Adelph. 3. 2. 56. Curre, obstetricẽ accerse.

Cucurrit Pareolos. Cic. Attico, lib. 10. 195. 10.

Longius currere. Vide LONGVS.

Solito velocius currere. Ouid. 14. Metam. 78.

Curreere per vias. Plaut Pœnul. 7. 24.

Currere per campos. Ouid. 5. Metam. 173.
Per tamen & campos, & opertos arbore montes,
Saxa quoque & rupes, & quà via nulla, cucurri.

Aequor vastum caua trabe curimus. Virg. 3. Aeneid. 59.

Currere cursum, stadiũ, &c. Cic. pro Lege Agraria. 51. Cur non eodẽ cursus, hoc tempore, quo os L. Cotta L. Torquato COSS. cucurrerunt? Idem 3. Offic. 55. Qui stadium, inquit, currit, eniti & contendere debet quàm maxime possit vt vincat.

Currit iter tutum non secius æquore classis. Virg. 5. Aeneid. 173.

Currere subsidio. Cic. ad Atticum, lib. 12. 23. 3. Seduló iis factis, Calypso subsidio currat. Propert. lib. 2. eleg. 27. 4.

Currere in mari naues velociter euntes dicũtur. Virg. Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?

Placido currere fluctu. Prosperè nauigare. Vale. lib. 1. Argon. 55.

Fluuii in freta currunt. Virg. 1. Aeneid. 125.

Currũt aues Apul. Ei inopinanti autum cursus terrorem adiecere.

Aetas currit Horat. 2. Carm. ode. 5. 3. Currit ferox ætas.

Frigus per ossa cucurrit. Ouid. ad Liuiam. 31.

Mensura currit, Vide Mensura in METIOR.

Mors currit. Lucanus lib. 2. 20. Quàsque gradu mors sæua cucurrit.

Nox inter pocula currat, Propert. lib. 3. eleg. 19. 5.

Currit oratio proclíuius. Cic. 5. de Finib. 144.

Sententia currat. Horat. 1. Serm. sat. 10. 2.
Est breuitate opus, vt currat sententia.

Tremor ima per ossa cucurrit. Virg. 2. Aeneid. 24.

Versus currunt. Horat. 1. Serm. saty. 10. 1. Nempe incomposito dixi pede currere versus Lucili.

Currit vox. Plin. lib. 11. cap. 51. 6. Doliis etiam inanibus currit vox.

Curritur, Impersonale. Teren. in Prol. Heaut. 44. Siqua laboriosa est ad me curritur. Cic. 7. Verr. 73. Curritur ad Prætorium.

Currens, (τρέχων,) Participium. Terent. in Prol. Eunuch. 36. Qui magis liceat currentes seruos scribere, &c.

Fata currentia. Silius lib. 7. 62.

Vnda currens. Virg. 3. Geor. 66. Senec. Hipp. 1. 2.

Spatium currenti præmonstrare. Lucret. lib. 6. 19.

Currentem incitare. Est adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte sponte tendit. Cic. Cassio, lib. 15. 15. 9. Festinaui vt Cæsarem in Italiã viderem (sic enim arbitrabamur) eumque multis honestissimis variscõseruatis redeuntem, ad pacem currentem (vt aiunt) incitarem. Idem ad Qu. fratrem lib. 2. 16. 2. Quare facis tu quidem fraternè, quod me hortaris: sed me hercle currentem nunc quidem. Idem Attico lib. 13. 23. 2. Quòd me hortaris vt eos dies consumam in Philosophia expli canda, currentem tu quidem. Idem 1. de Orato. 100. Facilius enim est currentem (quod aiunt) incitare, q̃ cõmouere languẽtem. Plin. ad Caninũ. Scio te stimulis non egere, me tã tui charitas euocat, vt currentẽ quoque instigem. Ducta est metaphora ab his qui cursu certãt, quibus acclamatio solet addere velocitatem. Cic. ad Atticum, lib. 5. 96. 2.

Curso, cursas, cursare, Frequentatiuum. Cice. 1. de Diuinat. 24. Fuscaque nonnunquam cursans per littora cornix.

Cursare per. Cic. de Senect. 16. Similesque sunt vt hi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos scandant, alii per fauros currant, &c.

Cursare huc atque illuc via deterrima. Cic. ad Attic. lib. 9. 180. 7.

Cursare circum. Cic. 6. Verr. 36. Diodorus Romæ sordidatus circum patronos atque hospites cursare rem omnibus narrare.

Vltro & citro cursare. Cic. pro Rosc. Amer. 36. Postea homines cursare vltro & citro non destiterunt.

Vias cursare. Valer. lib. 4. Argonat. 22.

Cursatur, Impersonale. Terent. Heeyra 3. 1. 35. Trepidari sentio, cursari sursum prorsum.

Cúrsito, cúrsitas, penul. correp. cursitare, Frequentatiuum à curso frequẽtatiuo. Terent. Eunu. 2. 2. 47. Ne sursum deorsum cursites.

Cursitare ad. Terent. Eunuc. 2. 2. 56. Nequis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet.

Huc & illuc cursitare. Horat. 4. Carm. ode 11. 2.

Cursus, huius cursus, (δρόμος, δρόμημα,) Ipse currendi actus. Plin. lib. 12. cap. 19. 3. Hi recto cursu per sinus impellunt.

Aerior cursus. Stat. 4. Sylu. 3. 21.

Aequorei cursus, Valerius 1. Argonaut. 98.

Aerius cursus. Ouid. 7. Metamorpho. 142.

Agiles cursus. Stat. 4. Sylu. 3. 7.

Anhelus cursus. Ouid. 11. Metamorpho. 70.
De consorte suo cursu festinus anhelo.

Apertus cursus, Id est liber. Stat. 10. Thebaid. 173.

Attoniti cursus. Sil. lib. 17. 119.

Auidi cursus. Virg. 12. Aeneid. 180.

Auidos cursus illidere in aliquem. Stat. 11. Thebaid. 104.
Cacusque auidos illidit in ægrum Cornipedem cursus.

Bremissimus cursus vndis. Virgil. 3. Aeneid. 100.

Cæcus cursus. Lucan. lib. 2. 113.
– tam cæco trahis omnia cursu.

Celer cursus. Senec. Thye. 1. 2. Aut membra celeri differens cursu rota? & in Hippol. 10. 3.

Citus cursus. Senec. Hippol. 4. 8.

Contentus cursus. Cic. pro Mure. 31. Quum contento cursu, acerrimis decibus, hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret.

Continenti cursu sequi fugientem. Vide CONTINEO.

Continuus cursus. Claud. 4. Panegy. 59.

Decliuis cursus. Lucan. lib. 4. 23.
Non habeant amnes decliuem ad littora cursum.

Defrenatus cursus. Ouid. 1. Metamorpho. 57. de amnibus,
Et defrænato voluuntur in æquora cursu.

Diurni cursus. Ouid. 4. Metamorpho. 126. – dum Lucifer ignes
Euocet Auroræ, cursusque Aurora diurnos.

Emeriti cursus anni. Ouid. 3. Fast. 9.

Equestres cursus. Virgil. 5. Aeneid. 132.

Cursus facilis. Virgil. 1. Georgic. 3. & 8.

Fulmineus cursus, Id est celerrimus & impetuosus. Claud. 4. Panegy. 94.
Barbara fulmineo secuit tentoria cursu.

Furente cursu. Senec. Medea 11. 4. Cursu furente lustrat
Gangeticum nemus. De Tigride.

Incerto cursu nauigare. Cice. Attic. lib. 8. 147. 8. Infero mari nobis incerto cursu, hyeme maxima nauigandum est.

Incitatus cursus. Cic. in Oratore 116. Interdum enim cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio.

Incitus cursus, id est velox. Senec. Thebaid. 1. 6.

Infracti cursus. Valer. lib. 3. Argonaut. 48.
– infracti languescunt frigore cursus.

Infrænus cursus. Vide INFRAENO.

Inuicti certamine cursus. Ouid. 7. Metamorpho. 161.

Liber cursus. Vide LIBER.

Longi cursus. Ouid. 1. de Ponto eleg. 3. 4.
Quamque licet longis cursibus aptus equus Virgil. 3. Aeneid. 24.

Magnus cursus. Sil. lib. 16. 17.
Medius cursus. Virgil. 5. Aeneid. 147.

Menstruus cursus Lunæ. Catul. in Car. secul. 31. 4.

Mobilis cursus. Senec. in Hippol. 4. 18.

Montiuagi cursus. Sil. li. 3. 110.
Clausum montiuagis infestat cursibus hostem.

Multiuagus Lunæ cursus. Vide MVLTVS.

Obliqui cursus. Sene. Hippol. 5. 18. Ac versa retro sydera obliquos agat.

Cursus. Ouid. 9. Metamorpho. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perpetuus cursus conuersionesque cœlestes. Cic.1.de Legib.35.
Præceps cursus.Lucan.lib.3.79. – tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem cursum.
Præpes cursus equi volucris.Claud.1.in Ruff.53.Senec.Hippol.10.15.
A principe cursu rerũ,A principio nascentis orbis.Valer.lu.1.Argo.108.
Propero cursu.Ouid.episto.15.54.
Rapidus cursus.Virgil.5.Aeneid.68.
Rectus cursus.Horat.2.Sermo.eleg.5.16.
Solicitus cursus.Claud.1.de Raptu Proserp.6.
Summus ille cœli stelliferi cursus.Cic.in Somnio 17.
Tacitus cursus.Ouid.14.Metamorpho.120.
Timidus cursus.Ouid.1.Metamorpho.106.
Tranquillus cursus.Claudian.1.in Ruff.9.
Siccine tranquillo produci seculi cursu?
Trepidus cursus.Virgil.4.Aeneid.135.
Vagus cursus.Claud.6.Panegy.37. Senec.Hippol.9.1.
Volucer cursus.Claudian.3.Panegy.65.
¶ Aduertere cursus.Ouid.3.Metamorpho.128.
Aequare cursus. Silius lib.15.114.
Illum augent cursus adnixi æquare secando.
Agitare cursu aliquem.Virgil.3.Georgic.82.
Astra æterna agant cursus inoffensos,id est machina vniuersi maneat vt ab Ioue instituta est.Senec.Hercul.fur.111.7.
Agere cursum,Vide AGO.Senec.Hippol.5.18.
Aperire cursus.Senec.Agamemn.6.8.Aperitque cursus mille quos pupes secent.Vide APERIO.
Capescere cursum,Vide CAPESSO.
Collatis cursibus,Commisso prælio.Valer.lib.6.Argonaut.55.
Longos circunflectere cursus.Virgil.5.Aeneid.27.
Conficere cursum aliquem. Cice.de Claris Oratorib.181. Idem pro lege Manil.24. Virgil.5.Aeneid.72.Vide CONFICIO.
Constituere cursus.Quintil.lib.1.cap.10.34.
Cursu contendere alicunde. Virgil.5.Aeneid.58.
Hic qui forte velint rapido contendere cursu.
Contendere cursum recta platea.Vide CONTENDO.
Contingere metam cursu.Horat.in Arte Poet.84.
Conuerso relegam vestigia cursu.Claudian.de bello Getico 106.
Corripere cursum.Vide CORRIPIO.
Currere cursum.Vide CVRRO.
Dare cursum.Virgil.4.Aeneid.131.
Vixi & quem dederat cursum fortuna peregi.
Facilem cursum dare.Virgil.1.Georgic.8.
Dare cursum in.Virg.10.Aene.172.Sic cursum in medios rapidus dedit.
Defatigari cursu.Vide DEFATIGO.
Delabi cursu.Ouid.2.Metamorpho.83.
Pelle moram,subitoque celer delabere cursu.
Detorquere cursum ad aliquem.Virgil.4.Georgic.40.
Dirigere cursum aliquo.Virgil.5.Aeneid.33.
Distare longo cursu.Virgil.3.Aeneid.24.
Placemus ventos,& Gnosia regna petamus,
Nec longo distant cursu.
Ducere cursus.Virgil.5.Aeneid.131.
Cursu se exercere.Plaut.Bacch.8.24.
Cursu eunt in eam sententiam.Plin.lib.2.cap.7.9.
Errare incerto cursu.Senec.Herc.fur.2.4.
Sollicito errare cursu.Claudian.1.de raptu Proserp.6.
Euadere pugna cursu.Virgil.11.Aeneid.141.
Præpeti cursu euolat.Senec.Hippol.10.15.
Excutimur cursu,& cæcis erramus in vndis.Virgil.3.Aeneid.40.
Explicare cursum celerem citatis passibus.Senec.Hippol.10.3.
Extendere cursus.Virgil.12.Aeneid.180.
Libero cursu ferri.Vide LIBER.
Figere cursum Stat.3.Thebaid.106.
Flectere cursus aliquo.Claudian.6.Panegy.37.
Flectere in læuum cursus.Ouid.1.Trist.eleg.9.4.
Fluere cursibus obliquis.Ouid.9.Metamorpho.4.
Frangere gyro cursum.Lucan.lib.3.110.
Frænare cursus aquarum glacie.Virgil.4.Aeneid.28.
Timido cursu fugere.Ouid.1.Metamorpho.106.
Mobili cursu fugit.Senec.Hippol.4.18.
Habere cursum.Quintil.lib.2.cap.13.6.
Impediunt cursum vndæ.Ouid.1.Metamorpho.142.
Impedire vestigia cursu.Virgil.5.Aeneid.118.
Fatorum impellere cursum.Lucan.lib.5.9.
Inclinare cursum.Ouid.2.Metamorpho.145.
Sic super actæas agilis Cyllenius arces Inclinat cursus.
Inire cursum.Vide INEO.
Inire cursus.Virgil.5.Aeneid.116.
Inde alios incunt cursus,aliosque recursus Aduersis spatiis.

Instituere cursum.Vide INSTITVO.
Instruere equorum cursus.Virgil.5.Aeneid.109.
Labor incerto limite cursus.Stat.5.Sylu.3.48.
Cursu lampada tradere, Prouerbium.Vide LAMPAS.Varro 3.de Re rust.cap.16.7.
In liquido aere librare cursus.Ouid.2.Amor.eleg.63.
Peragere cursum.Virg.4.Aeneid.131.
Petere alium cursum. Cic.Attico lib.3.48.3.Ille incertus vbi ego essem, fortasse alium cursum petiuit.
Petere cursu locum aliquem.Virg.3.Aeneid.51.
Præterire hos & illos cursu.Virg.4.Aeneid.32.
Auras prouocare cursibus.Virgil.3.Georg.38.
Quatere aliquem cursu.Virg.3.Georg.26.
Rapere cursus,Accelerare.Senec Hippol.9.1.
Rapere cursum per.Claud.1.in Eutrop.75.
Sic effata,rapit cœli per inania cursum Diua potens.
Regere cursus.Virg.6.Aeneid.70.
Aequoreos cursus tendere.Valer.lib.1.Argonaut.98.
Repeto cursum,id est recipio vsu rationis.Senec.Herc.fur.12.6.
Flumina cursus requiescere,idest cursus proprios retardare & facere esse quietos.Virgil.eclog.8.1.
Reuocare aliquem è cursu.Cic.Top.1. Maiores nos res scribere ingressos C.Trebati & iis libris, quos breui tempore satis multos edidimus, dignioresque cursu ipso reuocauit voluntas tua.
Esse incursu.Cic.1.de Orat.71. Ea exercitatio quædam suscipienda vobis est, quanquam vos quidem iampridem estis in cursu.Idem Attico, lib.1.1.10.Vides enim in quo cursu sumus.
Canem superare cursu.Horat.1.Epist.19.11.
Tendere cursum per iuga.Claud.4.Paneg.59.
Tendere cursu aliquo.Vir.2.Aeneid.65.
Cursum tenere.Cic.7.Verr.71.Sed tunc inopes relicti à duce, præfectoque classis,eundem necessariò cursum tenere cœperunt. Idem 3.de Natura deorum 117. Quum secundissimo vento cursum teneret, videns,Videtisne,inquit,&c. Cæsar,Leui Africo prouectus,media circiter nocte vero intermisso cursum non tenuit. Virgil.3.Aeneid.137.
Reuocare cursu sanguinem.Cell.li.5.c.16.Vt illuc sanguinem cursus revocet.
Ad regem cursus detorquet Iarbam.Virgil.4.Aeneid.40.
Torquet medios nox humida cursus.Virg.5.Aeneid.147.
Transit equum cursu pernicibus ignea plantis.Virgi.11.Aeneid.144.
Transmittunt cursu campos.Virg.4.Aeneid.31.
Vertere cursus.Virg.3.Aeneid.30.
Valere cursu pedum.Virg.5.Aeneid.14.
Venire magno cursu.Sillus lib.16.17.
¶ Cursus ad.Cic.ad Cassium lib.12.6.4. Qui si conseruatus erit, vicimusque (quod dii omen auertant) omnis omnium cursus est ad vos.
Cursus in.Cicero ad Atticum lib.10.195.14. Nam mihi cursus in Græciam per tuam prouinciam est.
¶ Animi & industriæ cursus.Cic.Attico li.5.103.1.Ille tibi non ignotus cursus animi & industriæ meæ.
Abiit animus in varios cursus.Vide ABEO.
Auium cursus.Apul.Ei inopinanti auium cursus terrorem adiecere.
Aquarum cursus.Virg.4.Georg.28.
Et quum tristis hyems etiam nunc frigore saxa
Rumperet,& glacie cursus frænaret aquarum.
Cursum beneuolentiæ sustinere.Cic.de Amic.56. Est igitur prudentis,sustinere vt cursum,sic impetum beneuolontiæ quo vtamur, quasi aquis tentatis,sic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorum.
Fatorum cursus.Lucan.lib.5.9.
Tollite signa duces:fatorum impellite cursum:
Spem vestram præstate deis.Hoc est Vrgete & nolite committere vt pręterlabi finatis cursum fatorum prosperorum: Nolite deserere propitios deos & bene sperate.
Cursus honorum, Id est tempus gerendorum honorum,ait Budæus.Cice.de Senect.56.Ita quantum spatium ætatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt,illi tantus cursus honorum fuit. Idem pro Plancio,Si doceo Plancium non obrepsisse ac honorem, sed eo venisse cursu qui semper patuerit omnibus.
Cursus Lunæ. Liu.1.ab Vrbe 80.Cicero 2. de Nat. deorum 100. Partus maturescit nouem Lunæ cursibus.
Cursus atque exitus rerum.Cic.ad Sulpitium lib.4.2.7.Neque solum ea perspicis quæ geruntur, quæque iam gesta sunt, sed etiam qui cursus rerum,qui exitus futurus sit.
Menstrui cursus,Menstrua muliebria. Plinius lib.11.cap.39.4. Quum menstrui cursus stetere.
Syderum cursus. Cic.2.de Nat.deorum, 70.Nam quum duo sint genera syderum,quorum alterum spatiis immotabilibus ab ortu ad occasum commeans,nullum vnquam cursus sui vestigium insflectat, alterum autem continuas conuersiones duas,iisdem spatiis cursibusque efficiat.
Cursus vitæ.Cic.de Senect.30.Cursus est certus ætatis,& via vna naturę, eaque

eaque simplex.Idem ad Plancum,lib.13.30.12.Pro nostro amore,pro studiis,& omni cursu nostro totius vitæ.Idem 1.Offic.10.
Implicari certo genere,cursuque viuendi.Vide IMPLICO.
Implere cursum vitæ.Vide IMPLEO.
Vitæ,breuis cursus:gloriæ,semp.ternus.Cic pro.Sestio.38.
Vocis cursus per omnes sonos.Cic.3.de Orat.116.
¶ Cursus,pro modo viuendi.Plinius in Paneg.69. Tenes Cæsar hũc cursum,& probatur experimento,sitne feracius,&c.
¶ Concitus insano cursu.Ouid.4.Meta.143. Virg.11.Aeneid.179.
Deprensus cursu.Senec.Hercule fur.4.4.
Exhaustus cursu.Lucan lib.8.1. Fortis cursu.Ouid.3.Met.41.
¶ Magno cursu contexere verba.Iuuenal.satyr.14.3.
– expectas vt non sit adultera Largæ
Filia? quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam citò,nec tanto poterit contexere cursu,
Vt non ter decies respiret.
Cursura,huius cursuræ,pen.prod.(δρόμικα,)Idem.Plan.Bacchid.1.34.
Vbi pro disco damnũ capiam,pro cursura dedecus? Varro.2.de Re rust.cap.7.12.Equi quòd alii tunt idonei ad rem militarem,alii ad vecturam,alii ad cursuram,&c.
Incipere cursuram. Vide INCIPIO.
Cursor,Verbale.(δρομεὺς,)Plaut.Merc.4.13.Genua hunc cursorẽ deseruntIdẽ Trinũ.14.16. Cic.2.de Diuinat.211.Ecce alius cursor,&c.
Martial.li.3.58.Cursore sexta tibi Rufa remittimus hora. Cic.2.Tusc.95.
In stadio cursores exclamãt quã maxime possunt.Idẽ.2.de Diuin.112.
Armillati cursores.Vide ARMILLA.
Cursorius,Adiectiuum,(δρομικὸς,)Quod ad cursum pertinet:vt Cursoria nauis.Sidonius.Typhim cursoriam ascendi.
Cursim,Aduerbium:(δρομάδην,)Currendo,inquit Valla.Plaut Pœnulo, 4.147.Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi.Cic.11.Philipp.231.Alter in Asiam irrupit cursim. Idem.5.Tusc.al.11.Et ad Atticum,lib.16.331.2.
Cursim currere.Plaut.Pseud.5.123.
Sẽsim & cursim dicere.Cic.2.Philipp.69.Vide aũt inter re & aũ tũ qd interfit.Ille tensim dicebat,qđ cauſæ prodesset:tu cursim dicis aliena.
Citò & cursim aliquid agere.Plaut.Pœnulo.5.64.
Cursim aliquid annotare.Plin epist.49.d.Super hanc liber legebatur,annotabatur,& quidem cursim.
Cursim & breuiter aliquid attingere.Plin.epist. 10.2.
Cursim legere.Plin.lib.5.epist.110.c.Rationes legebã inuitus & cursim.
Pergere cursim ad dignitates.Cic.5.Tusc.11.
Currus,huius currus,m.g.(ἅρμα,ἅμαξα,δίφρος,)Vehiculi genus,dictum ꝙ eo veteres veherẽtur ad cursum.Virg.Quadrifugo innititur curru.
Currus appellatione,bigæ etiam & quadrigæ cõtinentur.vnde triumphales currus vocitantur.Vide Baysium in libello de Vase.
Effusi carcere currus.Virg.3.Georg.21.
Phaeton currus auriga paterni.Ouid.2.Metam.66.
Hyperionis currus.Id est Phœbi qui filius fuit Hyperionis Titanisteuius etiam nomen retinet.Valer.lib.1.Argonaut.7.
Alipes currus.Valer.lib.5.Argonaut.122.
Altos currus.Claud.2.de Raptu Proserp.64.
Currus armatus.Liu.1.ab Vrbe,Ad id sacratum flamines bigis curru armato vehi iussit.
Candidi Dianæ currus.Senec.Hipp.6.11.
Celeres currus.Senec.in Agamem.9.2.
Citati currus Silius lib.8.132.
Currus citus.Seneca Hippol.10.18.
Eburnus currus.Tibul.lib.1.eleg.7.3.
Falcati currus.Valer.lib.6.Argonaut.22.Antiquis falciferi currus erant ad hostes laniandos,id quod ostendit Lucretius lib. 3. Falciferos memorant curros abscindere membra.Stat.10.Theb.108.
Falciferi currus.Lucret.lib.3.119.
Ferreus currus Martis.Claud.6.Paneg.4.
Fulgentes currus,Horat.1.Serm.saty.6.5.
Inanis currus.Stat.6.Thebaid.104.
Laboriferi currus Tithoniæ,id est Auroræ.Stat.6.Thebaid.5.
Lacer currus.Ouid.2.Metam.64.
Sparsaque sunt lacerique lacerique vestigia currus.
Leuis currus.Ouid.1.de Arte. 1.
Martius currus, cuius equi Terror & Pauor dicũt à Valer.li.3. Argo.18.
Micantes stamineæ currus.Claud.5. Paneg.36.
Nigri currus Platonis.Claud.2.de Raptu Proserp.46.
Nitidus currus.Horat.in Carmine secul. 2.
Nitidi currus Dianæ.Senec.Hipp.5.8.
Præceps currus.Virg.3.Geor.72.
Quadrifugi currus.Virg.3.Georg.4.
Rapidus currus.Virg.12.Aeneid.96.
Superbus currus.Senec. Troad.3.5.
Trepidi currus.Valer.lib.6.Argonaut.81.

Ventosus currus.Horat.2.Epist.1.36.
Volucris currus.Horat.1.Carm.ode 34.2.
¶ Currum,pro equis posuit.Virgil.lib.12.Aeneid.118.Infrænant alii currus.Et lib.1.Georg.in fine,Neque audit currus habenas.Hæc Seruius. Silius lib.16.74.Nobilis hunc Dorias stimulabat in æquora currum.
¶ Currus per metaphoram pro triumpho.Cic.ad Catonem, lib.15.6.5. Et si non modo omnes,verum etiam multi Catones essent in ciuitate nostra,in qua vnum extitisse mirabile est,quem ego currum,aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?
¶ Agere currus.Ouid.2.Meramorpho.13.
Agitare currus.Virgil.3.Georgic.4.
Ascendere vel cõscendere curru.Sil.lib.16.76. Vide CONSCENDO.
Dirigere currum.Ouid.12.Metamorpho.16.
Domitant in puluere currus.Virgil.7.Aeneid.33.
Ducere currum.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.14.
Attoniti currum erexere leones.Stat.10.Thebaid.34.
Errans currus.Stat.6.Thebaid.94.
Excuti curru.Ouid.15.Metamorpho.105.
Flectere currus.Senec.Hippol.6.11.
Gubernare currus citos.Senec.Hippol.10.18.
Impellere currum.Silius lib.16.84.
Habili curru ingredi.Ouid.2.Meram.107. – habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis.
Inscendere currum.Vide INSCENDO.
Inuehi curru.Vide INVEHO.
Iungere equos curru.Virgil.6.Aeneid.161.Curru pro curru.
Moliri currum per.Ouid.2.Metamorpho.27.
Nec preme,nec summum molire per æthera currum.
Mouet gelidos Latonia currus.Valer.lib.3.Argonaut.84.
Nouare cursus.Stat.1.Achill.83.
Alipedem planta currum premit.Silius lib.7.142.
Properante curru.Senec.Hippol.6.3.
Rapiunt per auia currum equi.Ouid.1.Metamorpho.41.
Equi rapuere currum.Senec.Hippol.10.16.
Arte regendus currus.Ouid.1.de Arte 1.
Equis infigunbus & curro aurato in patriam reportari.Cicero post reditum in Senatu 25.
Retorquere auersos currus.Virgil.12.Aeneid.98.
Reuocare currum,id est reducere.Claud.1.de raptu Pros.64.
Ruunt effusi carcere curros.Virgil.3.Georg.20.
Ruere curru in.Virgil.7.Aeneid.156.
Exercebat equos, currusque in bella ruebat.
Leui curru equi ruunt.Senec.Hippol.16.20.
Subire currum dicuntur equi,aut animalia alia quæ currum trahunt.Virgilius 3.Aeneid.13.
Subiungere curru tigres.Virg.eclog.6.Curru pro currui Seruius.
Succedunt curru quadrupedes.Virgil.3.Aeneid.108.
Succutitur curros alré.Ouid.2.Metamorpho.34.
Sustinere currum.Cic.Attico,lib.13.278.3.
Nec est melius quicquam quàm vt Lucullus
Sustineat currum,vt bonus sæpe agitator,equosque.
Tardare currum alicuius.Stat.1.Achill.18.
Grauiore curru tremunt axes.Senec.Hippol.3.9.
Curru vehi ad curiam. Plin.lib.7.cap.43.De Quin. Metello,Tribuit et populus Roman. quod nunquam vlli alii ab condito ævo, vt quotiens in Senatum iret,curru veheretur ad curiam. Magnum & sublime, sed pro oculis datum. Cice.2.Tusculi.182.
Volans,vel volitans currus.Claud.5.Paneg.16. Catul.69.2.
Curriculum,penul.correp.(δρόμικτον,δίφρος,) diminutiuum à currus. Curtius lib.8.Aliorum turbati equi non in voragines modo,lacunasque sed etiam in Amnem præcipitauere curricula. Valla lib.1.Plaut.Mec ca.22.91.Quin pedes uos in curriculum conicitis?
Sereno curriculo errat Cytheræa.Claud.2.Paneg.88.
¶ Curriculum pro cursu.Cic.2.de Legi.36.Ludis publicis quod sine curriculo & sine certatione corporum fiat,popularem lætitiam, in cantu & fidibus,& tibiis moderato,eamque cum diuum honore iunguto.
¶ Curriculum,pro Cursu,fama,laude.Plin.lib.14.cap.6.6.de vinis generosis,Quarti curriculi publicis epulis obtinuere à diuo Iulio(is enim primus authoritatẽ his tribuit,vt in epistolis eius apparet)Mamertina.
Curriculum lunæ & solis.Cic.in Timæo,Rarè igitur & mente diuina,ad originem temporis curris,curriculum inuentum est solis & lunæ.
Curriculum vnum facere.Plaut.Trinum.15.8.
– strenue curre in Piræum,atque vnum curriculum
Face:videbis iam illic nauem qua aduecti sumus.
Curriculo celeri ire.Plaut.Sticho.6.13.
¶ Curriculum vitæ.Cice.pro Rabirio 23.Exiguum nobis vitę curriculũ natura circunscripsit.Idem 4.Verr.120.Si ne minimũ quidẽ de eo curriculo vitę qđ mihi semp propositũ fuit decessero.Idẽ de vniuersitate 50.Atque ille qui rectè & honestè curriculum viuendi confecerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Curriculum, Locus in quo certamen currendi exercetur. Horatius 1. Carm. ode 1.1.
Sont quos curriculo puluerem Olympicum
Collegisse iuuat, metaque feruidis Euitata rotis
Descendere in curriculum artis. Author ad Heren. Lib. 4. 141.
Curriculum, per metaphoram dixit Cicero pro Marcello 1. pro vetere more contendi in Senatu, & sententiarum dicendarū. Nec fas esse duce bō, versari me in vestro veteri curriculo illo æmulo atq; imitatore tuo Catone ac laborū meorū, quasi quodam socio à me & comite distracto.
Industriæ curriculum. Cic. 7. Philip. 222. Omne enim curriculi industriæ nostrę in foro, in curia, in amicorū periculis, ppulsandis elaborati est.
Mentis curricula. Cicer. de Senect. 34. Hæ sunt exercitationes ingenii, hæc curricula mentis.
De curriculo deflexit consuetudo maiorum. Cic. de Amicit. 38. Etenim eo loco Fanni & Scæuola locati sumus, vt nos longe prospicere oporteat futuros casus Reipub. deflexit enim tam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo maiorum.
Deflectere se de curriculo petitionis. Cic. pro Mur. 43. Tu quū te de curriculo petitionis deflexisses, animumque ad accusandum transtulisses, existimasti te vtrique negotio satisfacere posse? vehementer errasti.
Curriculò, (θρομαίως,) Aduerbium pro cursim. Plaut. Epid. 2. 12. Nam vt apud portum te conspexi, curriculò occepi sequi. Idem Milit. 9. 43. Transcurre curriculò ad nos. Idem Pers. 6. 17. Curriculò vola. Terent. Heaut. 4. 4. 11. Curriculò percurre. Gellius lib. 17. cap. 8.
Nonne is curriculò, atque oleum petis?

Currûca, currucæ, pe. prod. (σπλοῖς,) Parua auis, quæ alienos pol los, proprios putās, nutrit, maxime cuculi. Iuue. sat. 6. 28.
Tu tibi nunc curruca places, fletumque labellis
Exorbes. Per translationem dictum.

Currus, Cursim, Cursito, Cursor, Cursura, Cursus, Vide CVRO.

CVRTIVS, M. (κοῦρτι & μέγας,) adolescens, eques Romanus abrupto per medium forum in genti specu, responsoque accepto nobilem ex ciuibus aliquem id requirere, sese sponte in hiantem terram coniecit eques, suosque ex calamitate saluos reddidit. Curtius deinde lacus est appellatus. Author Aristides, apud Plutarchum in Parallelis. Et Liuius lib. 6. Quin. Curtius, nobilis historicus, de rebus gestis Alexandri magni scripsit historiam.

Curtus, (κολοβός,) adiectiuum, paruus, deminutus. Horatius 1. Sermonum satyra 8. 11. – nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel si luber vsque Tarentum.
Curtum & redundans, Pugnantia. Cicero in Oratore 96. Meæ quidem & perfecto completoque verborum ambitu gaudent, & curta sentiūt, nec amant redundantia. Meæ, si audi aures. Et paulo pōst 99. Nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans.
Dolia curta. Lucret. 3. 107.
Curtæ nescio quid semper abest rei. Horat. lib. 3. Carm. ode 24. 12.
Curta sententia. Cic. 4. de Fin. 60. Eorum enim omnium multa prætermittentium dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia.
Curta supellex. Pers. satyra 4. 6. Tecum habita, & noris quàm sit tibi curta supellex. Prouerbium. Vide HABITO.
Curtus calix, apud Martialem, id est fractus.
Curto, curtas, (κολοβόω,) curtare, Deminuere. Horat. 2. Serm. satyra 2. 15.
Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum,
Vngere si caules oleo meliore, caputque
Crederis impexa fœdum potrigine?

Curuâmen, Curuatura, Vide CVRVVS.

Curûlis, & hoc curule, penul. proda. (ἁρμάτων ἀπὸ τῶν ἁρμάτων Plutarch.) adiectiuum à curru deriuatum, quod vnicor, scribi debet, q. breuis sit prima. vt sella curulisque ex ebore facta, erat in ipsis curribus quibus vehebantur maiores magistratus, & in ea sedebant. Aliqñ subaudiē SELLA vel SEDES. Horat. 1. epist. 6. 11.
Cui libet hic fasces dabit, eripietque curule.
Cui volet importunus ebur. Lucan. lib. 3. 22. Prætor adest, vacuæq; loco cessere curules. Nam Senatores, qui curulem magistratum, hoc est maiorem honorem gestissent, honoris gratia in curiam vehi soliti erant curru, in quo sella esset, supra quo considerent. Iuuenalis satyra 10. 9.
Visne salutari, sicut Seianus? habere
Tantundem? atque illi sellas donare curules? Ouid. 4. de Ponto eleg. 9. 6. Plin. lib. 7. cap. 48. 4. M. Valerius Coruinus centum annos imperauit inter primum & sextum Consulatum, XLVI. anni fuere. Idē sella curuli semel ac vicies sedit, quoties nemo alius. Liuius. 2. ab vrbe 215. Cic. pro Cluent. 124. Et ad Atticum 4. 19. 4. Liu. 5. belli Pun. 22.
Violata curulis. Claudian. 8. Panegy. 54.
Curulis ædilitas. Cic. de Aruſp. respond. 24.
Curules equi, quadrigales, inquit Festus.
Sacræ curules. Claudian. 7. Panegy. 3.
Curules, Magistratus qui curulibus vehebantur. Statius lib. 4. Syluarum, Exultent leges Latiæ, gaudere curules.

Curuus, A diectiuum, (καμπύλος, ἐπικαμπής, ἀγκύλος,) Quod est inflexum ac contortum, inquit Sipontinus. Virg. 2. Georg.
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Æquor curuum. Ouid. 11. Metamorpho. 102.
Aluus curua. Virgil. 2. Aeneid. 11.
Anus curua. Ouid. 1. de Arte Amand. 145.
Aquæ curuæ. Ouid. 3. Fast. 104. & Stat. 5. Thebaid. 75.
Arator curuus. Virgil. eclog. 3. 9.
Aratrum curuum. Virgil. 1. Georg. 34.
Arcus curui. Ouid. 9. Metamorpho. 23.
Carinæ curuæ. Virgil. 1. Georgic. 72.
Cauernæ curuæ. Virgil. 3. Aeneid. 134.
Soluere viscera cultro curuo. Seneca. Hippol. 1. 10.
Crinale curuum. Ouid. 5. Metamorpho. 11.
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Delphines curui. Ouid. epistō. 17. 27.
Humum reuellere dente curuō. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 3.
Lustra nouantur equo curuo. Propert. lib. 4. eleg. 1. 4.
Falces curuæ. Virgil. 1. Georgic. 101.
Forceps curua. Ouid. 12. Metamorpho. 56.
Freta curua. Valer. lib. 1. Argonaut. 124.
Gramen curuum. Ouidius epistō. 21. 30.
De nostro curuum pondere gramen erat.
Iuga curua. Ouid. 1. de Arte Amand. 64.
Latebræ curuæ. Virgil. 2. Georgic. 44.
Lebetes curui. Ouid. 12. Metamorpho. 49.
Descendere limite curuo. Ouid. 14. Metamorpho. 167.
Lyra curua. Horat. 3. Carm. ode 28. 3.
Curua littora. Virgil. 3. Aeneid. 48.
Naues curuæ. Ouid. 2. Metamorpho. 33.
Olympus curuus. Valer. lib. 5. Argonaut. 83.
Pedes curui aquilæ. Claud. de bello Gildon. 94.
Puppes curuæ. Virgil. 6. Aeneid. 1.
Rota curua. Horat. in Arte 5.
Secures curuæ. Virgil. 7. Aeneid. 38.
Senecta curua. Tibul. libro 3. eleg. 5. 4.
Nec venit tardo curua senecta pede.
Theatrum curuum. Ouid. 1. de Arte Amand. 100.
Tibia curua. Virgil. 11. Aeneid. 148.
Valles curuæ. Claud. 2. de Raptu Pros. 15.
Via curua, Meatibus perplexis inuoluta. Seneca Hippol. 5. 13.
Vngueis curui. Horat. Epod. ode 5. 20.
Vomis curuus. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 8.

Curuo, curuas, (καμπυλαίζω, κάμπτω, ἀγκυλόω,) curuare, vt Manu arcum curuare. Stat. 1. Achil. 98.
Lances curuare. Horat. 1. Serm. saty. 4. 9.
Sinus curuare. Claud. 7. Panegy. 84.
Ionium regitur, velis, ventique laborant
Tot curuare sinus.
In arcus curuari. Virgil. 2. Georg. 90. – Ityreos taxi curuantur in arcus.
Id est In arcuum Ityreorum similitudinem.
Curuare in terram. Plin. lib. 11. cap. 5. 1.
Curuari in diuersum. Plin. lib. 16. cap. 42. 1. Et palmæ arbor inualida: in diuersum enim curuatur.
Vastus aper nimio dentes curuauerat æuo. Claud. 3. Panegy. 62.
Curuatus, Participium: vt Cacumina curuata. Stat. 5. Sylu. 4. 1. Et simulant fessos curuata cacumina somnos.
Arbor curuata est pondere serpentis. Ouid. 3. Metamorpho. 19.
Corpuscula curuata, & quasi adunca. Cic. 1. de Natu. deor. 89.
Corpore toto curuatus. Stat. 6. Thebaid. 139.
Curuata cuspis. Ouid. 2. Metamorpho. 40.
Vulnera curuata minitantem cuspide vidit.
Ponti curuati lictora. Seneca Hippol. 1. 5.
Ignes curuati, Id est splendorem curuorum cornuum lunæ referentes. Horatius 4. Carm. ode 3. 12.
Planities curuata tumore. Claud. 2. de Raptu Proserp. 21.
Vnda curuata. Virgil. 4. Georg. 72.

Curuatio, Verbale, (καμπυλάσις,) Plinius libro 17. cap. 23. 9. Incurvatione materiæ.
Et apud Columellam lib. 4. cap. 12. 2. Curuatio vitis.

Curuatûra curuatūræ, penul. prod. (καμψίς,) Plinius. lib. 17. cap. 19. 2.
Ne curuatura fugiat. Idem lib. 17. cap. 22. 12.
Aurea summæ Curuatura rotæ. Ouid. 2. Metamorpho. 22.
Curuatura vnguium, Aduncitas. Plin. lib. 10. cap. 19.

Curuâmen, penul. prod. curuaminis, (καμπυλίσμα,) Ipsa curuatio. Plin. epist. 184. Hæc lacu propius, illa latius vtitur. hæc vnum sinum molli curuamine

curuamine amplectitur: illa editissimo dorso duos dirimit. Gellius lib. 14. cap. 1. Sub alio atque alio cœli curuamine.
Arquatum curuamen, id est in arcus similitudinem figuratum. Ouid. 11. Metam. 119.
Lato curuamine in obliquum sectus limes. Ouid. 2. Metam. 26.
Ripæ patulo curuamine. Silius lib. 13. 6.

Cuso, cusas, à cudo frequentatiuum. Vide CVDO.

Cuspis, huius cúspidis, penult. corr. f. g. (ὀξυμὴ, ἐπιθέτης, ἀκωκὴ,) Acuta illa pars gladii, hastæ, claui, & huiusmodi. Martialis,
– Aerola cuspide fixit aprum.
Hastæ præacutæ cuspidis. Ouid. 7. Metam. 27.
Achillea cuspis. Ouid. 13. Metam. 118.
Acuta cuspis. Virg. 5. Aeneid. 42.
Aerata cuspis. Ouid. 6. Metam. 2.
Curuata cuspis. Ouid. 2. Metam. 40.
Extrema cuspis. Ouid. 2. Metam. 114.
Irrita cuspis. Ouid. 5. Metam. 8.
Irrita voti cuspis. Stat. 11. Thebaid. 103.
Infesta cuspis. Valer. lib. 6. Argonaut. 124.
– modò infesta rarescunt cuspide pugnæ.
Cuspis longa, pro vera. Martial. lib. 14. 227. Spumeus in longa cuspide fumet aper.
Mauortia cuspis. Stat. 9. Thebaid. 168.
Medicatæ cuspidis ictus. Id est venenatæ. Silius lib. 13. 40.
Prætenta cuspis, id est obiectiuum iaculi ferrum. Ouidius. 3. Met. 17.
Subrecta cuspis. Silius lib. 7. 131. Obliquumque secans subrecta cuspide vulnus.
Tremenda cuspis. Horat. 4. Carm. ode 6. 2.
Trifida cuspis Neptuni. Claud. 2. de Raptu Proserp. 37.
Triplex cuspis. Ouid. 12. Metam. 119.
Vana cuspis, hoc est irrita. Ouid. 8. Metam. 70.
Contorquere cuspidem. Ouid. 8. Metam. 70. Cuspis Echionio primū contorta lacerto Vana fuit.
Acuta cuspide fulget telum. Ouid. 1. Metam. 95.
Fraudata sanguine cuspis. Silius lib. 13. 34.
Fusus inerti cuspide. Silius lib. 7. 127. Marmaridumq; manus, vt inerti cuspide fusus Occideret.
¶ Cuspides, pro tubulis fictilibus. Varro. 1. de Re rust. cap. 8. 3. de pedamentis arundineis loquens, Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, qua humor adauentitius transire possit.
Cúspido, cúspidas, pe. cor. cuspidare, Cuspide instruere. Plin. li. 11. ca. 37. 5. Vtrorum cornibus Barbari Septentrionales potant: vernasque binas capitis vnius cornua implent, alii præfixa his pila cuspidant.
Cuspidātus, pen. prod. Qui cuspidem habet. Plin. lib. 18. ca. 19. 5. Purget vomerem subinde stimulos cuspidatus rulla.
Cuspidātim, pen. prod. Aduerbium. Hoc est in cuspidem, siue cuspidis formam. Plin. lib. 17. cap. 14. 4. Donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus.

Custos, huius custōdis, pen. prod. com. g. (φύλαξ, φυλακτής,) à curo 59. Nam ibi custos publicè est nunc. Cicero 2. Philipp. Etenim qui multorum custodem se profitecatur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere.
Custos, Ministrat Virg. 11. Aeneid.
Attriuæ custos iandudum in montibus Opis
Alta seder. Idē libro 8. Et domus Herculei custos Pinaria sacri. Seruius. Ad limina custos. Vide LIMEN.
Custos ianitrix. Plaut. Curcul. 2. 76. An' hic recubaē solet custos ianitrix.
Custos herilis. Plaut. Asin. 12. 65. – Dite seruassint semper
Custos herilis, decus populi, thesaurus copiarum. Id est cui commissus est herilis filius. Vel, qui seruasti herilem filium, quòd tuo beneficio natus sim pecuniam.
Corporis custos. Lucret. lib. 3. 66.
Custos & conseruator vrbis. Cic. pro Sestio. 45.
Vigiles custodesque alicuius loci. Cic. 6. Verr. 84.
Custos ac vindex cupiditatum. Cic. 1. de Lege Agr. 37.
Sapientia hominis custos & procuratrix. Cic. 4. de Finib. 27.
Tribunus pleb. præses custosque libertatis. Cic. 2. de Leg. Agr. 30.
Custos gregis, hoc est Opilio. Virg. eclog. 10. 8.
Custos iuuētutis. Horat. Art. poet. 33. Imberbis iuuenis tandē custode remoto, Gaudet equis.
Custos ouium præclarus, Iupus. Cic. 3. Philip. 143.
Malus custos diuturnitatis metus. Cic. 2. Offic. 31.
Custos dignitatis, fortitudo. Cic. 2. Tusc. 68.
Cæsar rerum custos. Horat. 4. Carm. ode. 15. 4.
Senatus Reip. custos, Præses, propugnator. Cic. pro Sestio. 120.
Gemis custos, De Rege, aut principe dictum. Horat. 4. Carm. ode. 5. 1.
Diuis orte bonis optime Romule Custos gentis.
Portæ custos. Cic. 2. in Catil. 46.
Nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ.
Acerra thuris custos. Ouid. 13. Metam. 152.
Fidissimus custos. Valer. lib. 8. Argon. 16.
Incorruptior custos canis. Vide INCORRVPTVS.
Incorruptissimus custos. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 17.
Maximus custos. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 3.
Coronare habitum custode. Virg. 9. Aeneid. 8. Hinc, atq; hinc, omnemq; habitum custode coronant. Hoc est cingunt sylua ne abeant. Seruius.
Tenax custos. Quintil. lib. 4. cap. 2. 53.
Addere custodem. Vide ADDO.
Corrumpere custodem. Lucan. lib. 10. 12.
Imponere custodem alicui. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 1.
Indere custodes. Tacit. lib. 3. August. Cæsar dedit iura, quis pace, & principe vteremur, acriora ex eo vincula, inditi custodes, &c.
Petere custodes salutis suæ. Quintil. lib. 5. cap. 11. 7.
Custodem in frumento publico positum esse. Cic. pro Flac. 37.
Teneri custode. Lucan. lib. 1. 6.
Saxa iacent, nulloque domus custode tenentur.
Vacans custode. Ouid. 2. Metam. 85.
¶ Custos exactor. Tacit. Custos exactor & libertis Euodus datus. Id est qui arbiter esset rei exequendæ, & rem exigeret. Budæus.
¶ Custodes dicebantur, qui accusatori solebant, non solùm chartarum causa, neque adiuuandi eius (quemadmodum subscriptores) sed etiam vt non facilè accusator corrumpi posset. Asconius.
Prærogatiuæ primus custos. Ci. Post redit. in Senatu. 15. Quem comitiis prærogatiuæ primum custodē præfeceras. Custodes in suffragiis erāt in sortitione prærogatiuæ. Budæus.
Apponere custodem alicui. Cic. 1. Verr. 28. Custodem, inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admiserō? qui non solum nequid counties, sed etiam nequid auferas custodiendus sis. Sed de istō custode toto sic vobis breuissimè respondebo, non esse hos tales viros commissuros, vt ad causam tantam à me susceptam, mihi creditam quisquam subscriptor me inuito aspirare possit. etenim fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem reformidat.
¶ Custos in vitibus qui dicatur, ostendit Columella, lib. 4. cap. 21. 3. his verbis, Sed nouellis palmis semper vitis renouctur quæ si satis exercuerint, iugo superponantur: sin aliqua earum vel perfracta, vel parum procera fuerit, locumque idoneum obtinebit, vnde vitis anno sequenti renouari debeat, in pollicem tondeatur, quē quidā custodem, alii resecem, nonnulli præsidiarium appellant, id est sarmentum gemmarum duarum vel trium, ex quo, &c. Plin. lib. 17. cap. 22. 15. Et qui vocatur custos. Hic est nouellus palmes, non longior tribus gemmis.

Custōdio, custōdis, pen. prod. custodiui, custoditum, (φυλάττω, διαφυλάττω, φρουρέω, διατηρέω, ἐνέμω,) custodire, Seruare. Plin. lib. 12. cap. 14. 7. Plaut. Capt. 12. 71. Nocta neruo vinctus custodibitur. Antique dixit custodibitur, pro custodietur.
Custodire se. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14. 19. Fac vt diligentissimè teipsum mi Dolabella custodias.
Tueri, defendere, custodire, incolumemque seruare aliquem. Cicero. 10. Philipp. 287.
Ab iniuria aliquem custodire. Quintil. lib. 2. cap. 2. 2.
Breuitatem custodire. Plin. epist. 20. 2. Frequens mihi disputatio est cum quodam docto hoste & perito, cui nihil æque in causis agendis vt breuitas placet, quā ego custodiendā esse confiteor, si causa permittat.
Discrimina ordinum custodire. Plin. epist. 1. 82. Quòd eum modum tenet vt discrimina ordinum, dignitatemque custodiat: quæ si confusa, perturbata, permista sint, &c.
Honorem custodire inimicis, dixit Plinius in quadam epistola. Plin. lib. 16. cap. 4. 5. Custodito tantum honore glandis.
Memoria hominum custodiri. Plin. lib. 16. capit. 44. 1. Verum ex his quæ memoria hominum custodit, durant in Liternino Africani prioris manu satæ oliuæ.
Percipere animo, & memoria custodire. Cic. 1. de Orat. 63.
Modum custodire. Plin. lib. 30. cap. 13. 11. Auribus quoq; in dolore succus infunditur, custodito, vt diximus, modo.
Morem custodire. Plin. lib. 14. cap. 12. 1. Romulum lacte non vino libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem.
Nomen loci custodit. Plinius, libro. 37. cap. 7. 10. Quidam verò hanc sandastron, illam sandarexon, in India nascentem, illam quoque, & loci nomen custodientem.
Parsimoniam custodire. Gell. lib. 1. cap. 24. Parsimonia apud veteres Romanos, & victus atque cœnarum tenuitas, non domestica solùm obseruatione ac disciplina, sed publica quoque animaduersione legumq; cō plurium sanctionibus custodita est.
Salutem alicuius custodire. Cic. pro Plancio. 1.
Verba custodire clauso ore. Senec. in Agamem. 7. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solicite aliquid custodire. Quintil. lib. 5. cap. 14. 14.
Literis custodire quæ à summis oratoribus de eloquentia diuinitus dicta sunt. Cic. 1. de Orat. 5.
¶ Custodire, pro Obseruare. Colum. lib. 11. cap. 3. Sed custodiendi est, vt quàm minimè ad eum locum in quo vel cucumis, aut cucurbitæ cõsitæ sunt, molier admittatur. Idem lib. 3. cap. 10. 4. Itaqi custodiemus vt à prædictis locis, quos lumerosos rustici vocant, femina legamus. Quintil. Et custodit nos recens audientium intentio. De exordio loquitor. Plin. lib. 12. cap. 14. 7. At hercule Alexandriæ vbi thura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas.
Custodire aliquem, atque obseruare. Cic. de Petit. Consul. 36. Fac itaque vt se abs te custoditi atque obseruari sciant.
Oculi & aures omnium te speculantur & custodiunt. Cic. 1. in Catil. 4. Quandiu quisquam erit qui te defendere audeat, viues, & viues ita vt nunc viuis multis meis & firmis præsidiis obsessus, ne commouere te contra Rempub. possis. multorum te etiam oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.
Oculis ciuitatis & amicorum fidelitate custoditi. Cic. 12. Philipp. 333. Quod quum ita sit, nihilne mihi de periculo meo cogitandum putatis? Hic quum in vrbe essem ac domi, tamen multa sæpe tentata sunt, vbi me non solum amicorum fidelitas, sed etiam vniuersæ ciuitatis oculi custodiunt.
Custodia, custodiæ, (φυλακή, φύλαγμα, φρουρά, φύλαξις,) Ipse custodiendi actus.
Fida custodia canum. Cic. 2. de Nat. Deor. 237.
Custodia iustitiæ. Cic. 2. de Fin. 179. Inest moderator cupiditatis pudor, inest ad humanam societatem iustitiæ fida custodia.
Pedagogorum custodia. Quintil. lib. 1. cap. 2. 17.
Religionis custodia. Quintil. lib. 6. cap. 1. 15.
Custodia salutis alicuius. Cic. pro Planc. 1. Itaque non extimesco ne Cn. Plancio custodia meę salutis apud eos obsit qui meipsum maximè saluum videre voluerunt.
Custodia sui. Celsus, lib. 1. cap. 2. Sunt enim quædam proprietates hominum, sine quorum notitia non facilè quicquam in futurum præsagiri potest. Facilè itaque securus est in his aliquis, quæ sæpe sine periculo euasit. Ille solicitari debet, cui hæc noua sunt, aut qui ista nunquã sine custodia sui tuta habuit. Id est, sine magna adhibita diligentia.
Ignauiam suam, tenebrarum ac parietum custoditis tegere. Cic. pro Rab. Perduel. reo. 16.
Dura custodia. Horat. 1. Epist. 1. 6. – vt piger annus
Pupillis quos dura premit custodia matrum.
Tenere eloquentiam vt virginem domi septam liberali custodia. Cicero de Clar. Orat. 185.
Pecudum custodia solers. Virg. 4. Georg. 66. Id est diligens & perita industria. Seruius.
Deiici de vrbis præsidio, & de custodia ciuitatis deturbari. Cicero pro Murena. 72.
Ponere aliquem in custodia. Cic. pro Murena. 59. Quum in eiusdem anni custodia te atque L. Murenam fortuna posuisset.
Liberare custodiis corporis. Vide LIBERO.
In custodiam alterius se tradere. Plaut. Mostell. 6. 58. In tuam custodiam roe & meas spes trado.
¶ Custodia, (δεσμοφύλαξ,) Qui custoditur. Sueton. in Domitiano, Nec nisi secreto atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manu catenis, audiebat. Et Dig. de rerum custodia, scribitur, Nequis receptã custodiam sine causa dimittat. Et alibi, Si custodia se interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpæ ascribitur.
¶ Custodiæ, custodiarum (δορυφορία,) pro Custodibus & apparitoribus. Cic. 5. Verr. 49. Equitem Romanum scitote biduũ cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro custodiis Apronii retentum atq; seruatum. Paulò post apparitores vocat. Cæsar. 4. bell. Gall. 477. Illi omnia experti quum neque vi contendere propter inopiam nauium: neque clàm transire propter custodias Menapiorum possent, reuerti se, &c. Plaut. Capt. 6. 4. Ita vinculis custodiisque circum muniti sumus. Tibul. Sed pretium si grande ferat, custodia victa est. Virg. 6. Aenei. Cernis custodia quales.
Acres custodiæ. Tacitus, libro. 1. Acribus namque custodiis domum & & vias sepserat Liuia.
Tuo aduentu vigilat custodia Catul. epig. 57. 7.
Vigil custodia. Ouid. 12. Metam. 30.
Nocturna custodia ducit insomnem ludo. Virg. 9. Aeneid. 36.
Excubiæ & custodias alicui policeri. Cic. pro Marcello. 19.
Vestra tecta custodiis vigiliisq; defendite. Cic. 2. in Catil. 45.
Præsidiis, custodiis, vigiliisque munire aliquem locũ. Cic. 1. in Catil. 5.
¶ Custodiæ etiam vocantur publicanorum dum itinera obseruant ne merces euehantur, portorio non soluto. Cic. de Prouinc. Cõsul. 8. Statuit ab initio, & in eo perseuerauit, tas publicano nõ dicere, custodias sustulit, pactiones sine vlla iniuria factas rescidit, vectigales multos ac stipendiarios liberauit.

¶ Custodia, (δεσμωτήριον,) Carcer. Colum. lib. 1. Vt explorent an diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis rutæ munitæque sint Plin. lib. 11. cap. 3. 8. Inde eductũ custodia bibere iussit illico expirãte
Militari custodia haberi. Tacit. lib. 3.
Publica custodia. Tacit. lib. 3. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2. 21.
Regia custodia. Cic. pro Rab. Posth. 13. At Dæicetes fuit regius, & quidem in custodia etiam fuit regia, & vita eius oblata pœnæ est.
Agere siue agitare custodiam. Vide AGO.
Asseruari custodiis. Vide ASSERVO.
Coudere aliquem in custodiam. Tacit. lib. 29.
Constringi custodiis. Vide CONSTRINGO.
Credere alicuius custodiam alicui. Vide CREDO.
Dare aliquem in custodiam. Cic. 1. in Catil. 14. Tu teipsum in custodiã dedisti. Idem. 7. Verr. 55. Si hunc subdititium archipiratam in eandem custodiam dedisset.
Educere aliquem ex custodia. Cic. 1. Tuscul. 113.
Emitti è custodia & leuari vinculis. Cic. 1. Tuscul. 193.
Eripere aliquem ex custodia & conseruare. Cic. Bruto. 6. 3.
Haberi in custodia, & in custodiam. Tacit. lib. 17.
Includere aliquem in custodias. Cic. 7. Verr. 112.
Hominem cõprehẽdere, & in custodia tradere. Cic. Qu. frat. lib. 1. 12.
Custodia, Vbi quid custoditur. Cic. in Somnio. 11. Quare & tibi Publi, & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis. Idem pro Sylla. 31. Quum scirem ita iudicium in tabulas publicas relatum, vt illæ tabulæ priuata tamen custodia more maiorum continerentur, non occultaut, & cætera.
¶ Custodia, Locus vbi custodes excubias agunt. Cic. 12. Philip. 335. Itaque in vrbe, si sic licebit, manebo: hæc mea sedes est, hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidium statiuum.
Custodite. pen. prod. (φυλακτικός.) Aduerbium. Plinius, epist. 111. 2. libro. 5. Quàm studiosè, quàm intelligenter lectitabat? vt parce, custoditeque ludebat?

Cutis, huius cutis, fœm. ge. (δέρμα, δορά, χρώς,) Pellis siue corũ. Plin. lib. 11. cap. 39. 2. Ergo cutis ipsa sensu caret, maximè in capite vbicunque per se ac sine carne est, vulnerata non coit, vt in bucca, cilioque. Idem, libro. 7. capit. 2. 3. Octibus humanorum capitum bibere, cuiusque cum capillo pro mantelibus ante pectora vti. Plinius ad Ciceronem lib. 10. 18. 8. Sed non possum non exhorrescere si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest quàm sciri, curarique possit.
Aegra cutis tamet Persius, Saty. 3. 7.
Rapto cerebro adsiccata cutis. Lucan. 8. 134.
Arida cutis se laxat. Iuuenal. Saty. 6. 15.
Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet.
Atra cutis. Stat. 6 Thebaid. 174.
Cancellata cutis. Vide CANCELLI.
Candida cutis. Vide CANDIDVS.
Direpta cutis. Ouid. 6. Metam. 78.
Clamanti cutis est summos direpta per artus.
Dura cutis. Ouid. 8. Metam. 162.
Maculosa cutis. Vide MACVLA.
Tenax cutis. Claud. de histrice, epig. 37. 3.
Tenuis cutis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 16.
¶ Adducit macies cutem. Ouid. 3. Metam. 80.
Armauit natura cutem. Claud. de Locusta, epig. 15. 3.
Curare cutem. Iuuenal. Saty. 2. 11.
In cute curanda plus æquo operata iuuentus. Horat. 1. Epist. 2. 6.
Curata cute homo. Horat. 1. Epist. 44.
Me pinguem & nitidum bene curata cute vises.
Finditur cutis. Celsus, lib. 5. cap. 27. Solet etiam collisso corpore exigua parte findi cutis.
Findere cutem. Seneca Troad. 6. 36.
Primisque nondum cornibus findens cutem.
Cutem obducere. Vide OBDVCO.
Riget cutis. Stat. 6. Thebaid. 174.
Rumpere cutem. Celsus, lib. 5. cap. 18. Vbi id maturum est, cutem rumpit, ad cicatricem perducit.
Ad cutem tonsus. Celsus, lib. 1. cap. 4.
¶ Tenera elocutionis cute habitum orationis virilem operire. Quintil. lib. 5. cap. 12. 14.
¶ Cutis terræ. Plin. lib. 20. cap. 19. 3. In summa terræ cute.
¶ Cutis arboris. Plin. lib. 12. cap. 19. 9. Casia tenui cute vestius si cortices.
¶ Cutis vuæ, & cerasi. Plinius, lib. 15. cap. 18. 4. Crusta teguntur glandes cute vuæ: corio & membrana, punica: carne: & succo mora cuticulare cute & succo, cerasi.
Cutis, Græcam habet originem: hanc enim illi κύτος dicunt. Festus.
Cuticula, pen. corr. (δερμάτιον,) Diminut. Parua cutis. Persius, Saty. 4. 2. – & assiduo curata cuticula sole.
Nostra bibat vernum contracta cuticula solem. Iuuenal. Saty. 11. 189

CYANE, Cyanes, penult. indifferente, (κυάνη,) Virgo Siracusana. Vide CYANIPPVS.
CYANEAE, (κυάνεαι,) (inquit Pomponius lib. 2.) contra Thraciũ Bosphorum, insulæ duæ paruæ, paruoque distantes spatio, & aliquando creditæ disiũctæque concurrere. De his scribit Plin. lib. 4. cap. 13. Eædẽ ab aliis Symplegades appellatæ, traditæque fabulis inter se concurrisse quoniam paruo discretæ interuallo, ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur, paulumque deflexa acie, cocuntium speciem præbebãt. Ouid. lib. vlt. Metam. 68.
– timuit concurribus Argo
Vndarum sparsas Symplegadas elisarum:
Quæ nunc immotæ persistant, ventisque resistunt.
Eædem Planetæ dictæ, id est errantes, Plinio lib. 6. cap. 12.
Valerius Flaccus Argonaut. 4. 112.
Hinc iter ad Ponti caput, errantesque per altum
Cyaneas. furor his medio concurrere ponto:
Cautes Cyaneæ. Valer. lib. 1. Argonaut. 127. Hoccine Cyaneæ cõcurrunt æquore cautes?
Vada Cyanea. Stat. 5. Thebaid. 70.
Fragores Cyaneos intrare. Valer. lib. 5. Argon. 97.
Montes Cyaneos sistere. Valer. lib. 1. Argonaut. 77.
Errantes Cyaneæ. Valer. lib. 4. Argonaut. 112.
Ponto Scythico concurrunt Cyaneæ. Valer. lib. 1. Argon. 14.
¶ Cyanee siue Cyanea Nympha quædã apud Ouidium lib. 9. Metamorpho. 91. Filia fuit Mæandri fluuii, quæ ex Mileto Phœbi filio Byblidẽ & Caunum gemellos genuit,
Hìc tibi dum sequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eodem,
Cognita Cyanee præstanti corpore nympha,
Byblida Cum Cauno prolem est enixa gemellam.
CYANIPPVS, (κυάνιππος,) Natiõe Syracusanus, soli Baccho sacra facere neglexit. Iratus deus ebrietatem incussit, quæ tanta fuit, vt occurrentem in tenebris filiam Cyanen, quanquam reluctantem, violarit. Ea verò annulum surripiens, nutrici commendauit, vt violatoris esset indicium. Postmodum quum pestilentia vrbem inuasisset, à Pythio redditum est oraculum, vt impietatis author diis liberatoribus immolaret. Ignorantibus cunctis quid portenderet oraculum, conscia rerum Cyane tractum capillis patrem mactauit, vt paulo antè scripsimus. Author Plutarchus in Parallelis. Vide CYANE.

Cyanos, (κύανος,) apud Theophrastum gemma est, quæ à gemmariis recentioribus turchina vocatur, Author Baptista Pius in Lucretium. Est autem hæc gemma ex iaspidum genere, colore cæruleo, de qua Plinius lib. 37. cap. 9. 2.
¶ Cyanos, vel cyanus, trivialis est (vt creditur) flos, in frumentario nascens agro, & hortis quoque rusticorum & puellarum corollis, calyce rosarum, sed squarroso atq; tristi, plurimis stipatibus cæruleis barbulis. Plin. lib. 21. cap. 11. 2. In Italia violis succedit rosa, huic interuenit lilium, rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.
Cyaneus, (κυάνεος,) A dicetium vt Cyaneus color: id est cæruleus. Plinius lib. 10. cap. 32. 1. Ipsa auis paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore.

Cyathus, cyathi, pen. cor. (κύαθος,) vasculum in quo bibebatur. Plinius, Potui verò aqua pluuialis decocta, sed quæ per bicyathum missurus amico.
Puer dignus cyatho, Id est dignus qui sit pincerna. Iuuenalis. Saty. 9. 5. – & puerum te,
Et pulchrũ, & dignũ cyatho, cœloque putabas. Alludit ad Ganymedẽ.
¶ Cyathus, Ponderis genus. Plin. lib. 21. cap. 34. Cyathus pendet per se drachmas decem.
¶ Ad cyathos stare vel esse dicebantur serui. vt serui ad limina & ad pedes, pocillatores ab Apuleio appellantur. Suet. in Cæsare, cap. 49. Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse obiecit. Iuuenal. saty. 13.
Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis vxor
Ad cyathos. Budæus.
¶ Cyathus, Genus quoddam mensuræ, qua cibaria gallinis dari solebãt. Colum. lib. 8. cap. 4. 4. Nec tamen alius clausæ gallinæ cultus missi quòd ea non emittitur, sed intra ornithonem terdie pascitur meliore mensuratum singulis capitibus quaterni cyathi, diurna cibaria suntquũ vagis terni vel bini præbeantur.
Cyathisso, cyathissas, (κυαθίζω,) cyathissare, Est cyatho vinum bibendum admetiri, inquit Budæus. Plaut. Menæch. 8. 29.
Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissime
Cyathisso apud nos quando potas?
CYBEA, Genus nauis onerariæ. Cic. 7. Verr. 35. Nauem verò cybeam maximam triremis instar, pulcherrimam atque ornatissimam, palàm ædificatam sumptu publico, sciente Sicilia, per magistratum Senatũ-

que Mamertinum tibi datam donatamque esse dico. Paulo pòst. 37. Postremò tu tibi hoc nunquam crimiosum, nunquam inuidiosum fore putasti, celeberrimo loco palam tibi ædificari onerariam nauem in ea prouincia, quam tu cum imperio obtinebas? Ibidem. 48. Reprimebat enim tibi & imperandi vim & rogandi conatum præclara illa nox Popul. Romano reddita biremis, sed Prætori donata cybea. Rursus ibidem. 106. Tibi apud Mamertinos priuatim nauis oneraria maxima publicè est ædificata.
CYBELE, Cybeles, vel Cybeles, Cybelis, pen. corr. (κυβέλη, vel Cybele (nam vt docet Seruius, bacchius est in hac dictione Cybelle), fuit vxor Saturni, à Cybelo Phrygiæ monte seu oppido, vbi sacra eius primò sunt instituta. Festus, Cybele mater quam dicebant magnã, ita appellabatur, quòd ageret homines in furorem, quod Græci ἐκ τοῦ βοᾶν dicunt. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat, caput rotare. Suidas scribit Rheam quoque vocari, & montanam esse Deam: ideo vehi leonum iugo. Cinædi ei sacri sunt. Hęc primùm Ops, & Terra dicta fuit, quòd fit Dea telluris, quæ & Vesta dicitur: propter quod curru vehi à Poetis fingitur, quia terra pendet in aere: & rotis sustineri, quia rotatur semper & voluitur mũdus. Mater deũm, quia omnia gignit. Et Mater alma, ab alendo. Et mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem pluratiuo numero Dyndima vocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit: à quo Dyadime, & Dyndimene à nonnullis vocatur. Et Berecynthia, à monte Phrygiæ, qui Βερεκύντιος appellatur. Et Pales, quòd sit pabulorum Dea Rhea, ἀπὸ τοῦ βόσκω, fluo, quòd terra affluens sit omnium rerum. Dicta est Idæa, & Phrygia, & Pellinuntia, de qua Claud. de Raptu Proserp. lib. 1. 36. Turrigeramque petit Cybelem sinuosa Draconum Membra regens. Martial. Et Cybeles picto stat Corybante tholus. Ex Apuleii sententia eadẽ erat Dea Cybele, Bellona, & Isis. Quandoque tamen metri gratia scribitur per duplex l, & fit Cybelle Bacchius pes, ex prima breui, & duabus longis. Propert. Vertice turrigero suxtà Dea magna Cybelle. Lucan. lib. 1. Et Iotam paruo reuocant Almone Cybellen. Vide ALMO fluuius. Claud. de Rap. Proser. li. 1. 43.
– blandique leones
Submisere iubas. adytis gaudia Cybelle
Exilit, & pronas intendit ad oscula turres. De Cybele, vide multa apud Fulgentium, lib. 3. Mythologicõn.
Turrita Cybele. Claud. 3. de Raptu. Proserp. 55.
Turrigera Cybele. Claud. 1. de Raptu Proserp. 36.
CYCLADES, pen. corr. (κυκλάδες.) Insulæ Plinio, sic dictæ quòd circa Delon, earum clarissimam, in orbem sitæ sint. Accedit & Strabo. vt mirari liceat qua causa motus Seruius Cycladas scripserit dictas esse, non quòd in circuitu sint, sed potius quòd longo ordine eas circuire necesse sit, vel propter promontoria, vel quia naturale est, vt concitatiora sint maria vicinitate terrarum, quas constat anhelitum quẽdam ex se emittere. Aduertendum obiter, morem esse veteribus authoribus vt quæ sint Sporades, Cycladas etiam vocent, contraque, Hermolaotestẽ. Cycladarum meminit Plin. earumque nomina persequitur, lib. 4. cap. 12. Et item Pomponius lib. 2. Varro, lib. 10.
Sparsę Cyclades. Ouid. 2. Metam. 26.
Crebræ Cyclades. Stat. 5. Thebaid. 37.

Cyclaminus, cyclamini, fœm. gen. pen. corr. (κυκλάμινος,) Herba de qua sic Ruellius lib. 2. ca. 94. Cyclaminus à Latinis rapum & tuber terræ. nonnullis etiam vmbilicus terræ, folia habet hederæ, purpurea & varia, in quibus suprà infraque candicant maculæ. Vulgus panem porcinum vocat. Vide Dioscor.

Cyclas, cycladis, pen. corr. t. g. (κύκλασις,) Vestis fœminea, quæ in modum veli tectum corpus muliebre circumdabat. Nam Græci κύκλος, circulum, καὶ κυκλάδα, circundo dicunt. Iuuenal. Saty. 6. 26. Hæc sunt quæ tenui sudant in cyclade. Propert.
– & longa cyclade verrit humum.
Videtur vestis tenuissima explicatilis & spatiosa, qualem soleut hodie Romanæ & Florentinæ ac Senenses mulieres in Italia gestare.
CYCLOPS, Cyclõpis, pen. prod. (κύκλωψ.) Vide in dictione POLYPHEMVS. Cyclopes, vt ait Theophrastus Phœnices, fabricam æriã inuenisse dicũtur. Proinde Poetis ministri Vulcani in Sicilia vnoculi dicti, Neptuni filii ex Amphitrite. Dicuntur Ioui conficere fulmina apud Liparam, quæ est vna ex Aeoliis insulis. Omnium præcipui fuerunt, Brontes, Steropes, Pyracmon. De quibus Virg. lib. 8. Aen. 84.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon. Ouid. lib. 4. Fast. 58. Hinc mare Trinacrium, cadens vbi tingere ferrum
Brontes & Steropes, Acmonidesque solent. Claudianus de tertio Consulatu Honorii 6. Panegy. 39.
– vobis iam Mulciber arma
Præparat, & Sicula Cyclops incude laborat,
Brontes innumeris exasperat ægida signis
Altum fulminea crispare in casside conum
Festinat Steropes, nectit thoraca Pyracmon,
Ignifluisque gemit Lipare sumosa cauernis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rapidi Cyclopes. Valer. lib. 4. Argonaut. 21.

Cyclopeus, Adiectiuum, (κυκλωπικός,) vt tela Cyclopea, id est fulmina.
Claud. 1. de Raptu Proserp. 20.
Ignauosque putas, quòd non Cyclopea tela
Stringimus, aut varias tonitru deludimus auras.

Fames Cyclopea, id est immensa. Claud. in Eutrop. 2. 76.

CYCNVS, (κύκνος,) Ligurum Dux fuit, amator Phaetontis: qui quum cum fleret, extinctum (inquit Seruius) in auē sui nois versus est: cuius filium Cupauonem Virg. lib. 10. dicit habere cycni pēnas in galea, ad formæ paternæ insigne monstrandum. Virg. lib. 10. Aeneid. 37.
Non ego te Ligurum ductor, fortissime bello
Transierim Cycne, & paucis comitate Cupauo:
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ,
Crimen amor vestrum, formæque insigne paternæ.
Nanque ferunt luctu Cycnum Phaetontis amati,
Populeas inter frondes, vmbramque sororum
Dum canit, & mœstum musa solatur amorem:
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sydera voce sequentem.

CYDA, Proprium viri Cretensis, de quo sic Cicero Philip. 5. 172. scribit, Antesignanos & manipulares & alaudas Iudices se constituisse dicebat. (de Antonio intelligit) at ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O concessum Iudicum præclarum ô dignitatem consilii admirādam! pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portētum insulæ, hominem audacissimum & perditissimū. sed fac ita non esse. num Latinè scit? num ex iudicū genere & forma? num leges nostras moresve nouit? num denique homines? est enim vobis Creta notior, quàm Roma Cydæ.

CYDIAS, Pictor, Argonautas pinxit, quam tabulam CXLIIII HS. Hortensius orator mercatus est, eique ædem in Tusculano suo fecit. emicuit Olympiade CIIII. Plin. lib 35. cap. 11. 8.

CYDIPPE, puella ab Acontio adamata. Ouidius,
Littera Cydippen pomo perlata fefellit:
Insciaque est verbis capta puella suis.
Extant Acontii ad Cydippen, & Cydippes ad Acontium epistolæ inter Ouidianas.

CYDNVS, (κύδνος,) Ciliciæ fluuius, non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labēs, paro solo excipitur, nec torrentes incurrunt. Hæc & multo plura de Cydno Qu. Curtius lib. 3. Alexandrum in eo corpus abluisse describens, indeque periculosissimam ægritudinem contraxisse. Huius meminit lib. 11. Iustinus. Tibullus, lib. 1. eleg. 7. 3.
At te Cydne canam, tacitis qui leuiter vndis
Cærulens placidis per vada serpis aquis. Solinus scribit amnē à candore Syrorum lingua nomen sortitum. Vitruuius lib. 8. cap. 3. Cydni aquas podagra laborātibus apprime salubres esse, cruribus in eis mersis: de cuius rei experientia Cassii Parmensis poetæ ad M. Antonium epistola extitit, vt lib. 31. adnotauit Plinius. Constat Apollonium aliquando per epistolam Tarsenses sugillasse, quòd in xta Cydni aquas otiantes, tanquam fluuiatiles aues sederent, quietæ aquæ pulchritudine quasi ebrii facti, vt Philostratus scribit libro de eius vita primo.

CYDON, (κύδωνία,) Cretæ insulæ vrbs, à qua Cydonius dicitur. Ouidius lib. Meram. 2.
–Cydonio fundebat spicula cornu.
Est & Cydon, viri proprii apud Virgilium. 10. Aeneid. Vide Seruium.

Cydoneum malum: de quo sic Plinius, lib. 15. cap. 11. 11. His proxima amplitudine mala quæ vocamus cotonea, & Græci Cydonea ex Creta insula aducta. Vide COTONEVM. Martial. lib. 13. 24. Colu. lib. 12. cap. 19. 4. Ruellius de cotoneo malo loquens, lib. 1. cap. 72. Tria apud nos inueniuntur genera. quædam minora, rotunditatis in orbem circinatæ, odoratius spirātia, quæ peculiariter cognea vocamus. Alia grandiora amplitudine pinearum nucum, pauciori lanugine canentia, colore tam intus, quàm exterius aureo, odorem non tam late iactantia: quæ cognacea, quasi cotonacea vulgus nostrū vocat. Alia medio habitu inter ea visuntur, sibi cotoneorum nomen detorquentia.

CYDONEA, Insula est ante Lesbon, dicente Plinio lib. 2. cap. 103. In Cydonia insula ante Lesbon fons caldus, vere tantum fluit.

Cygnus, vel cycnus, huius cygni, (κύκνος,) Latinè olor dicit: anis est candida, anscre maior, argutam vocem habens, quæ quum morit, suauissimū cantū emittere dicitur. Mart. lib. 13. 77.
Dulcia defectā modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipse sui. Cic. 1. Tusc. 114. Itaq; commemorat vt cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt, sed quòd ab eo diuinationem habere videantur, qua prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur. Vide CYCNVS.
Rauci cygni. Virg. 11. Aeneid. 91.
Dans sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
Cygnus amans flumina. Ouid. 2. Meram. 5 3.
Dulcius vocem mouere moriente cygno. Senec. Hippol. 2. 33.

Cygneus, Adiectiuum, (κύκνειος,) vt Cygnea vox, vel cantio, Prouerbiū, quod conuenit in eos qui supremo vitę tempore facundē differūt, aut extrema senecta suauiloquentius scribunt. id quod ferè solet accidere scriptoribus. vt postrema quæque minime sint acerba, maximeq; mellita, videlicet per ætatem matureſcente eloquentia. Hæc Erasmus. Cicero. 3. de Orat. 4. Illa tāquam cygnea fuit diuini hominis vox & oratio, quam quasi spectantes post eius interitum veniebamus in curiam vt vestigiū illud ipsum in quo ille postremū institisset, contueremur.

CYLABARVS, Stheneli filius. Vide CYLLEBORVS.

CYLENO, filia Atlantis, mater Nyctei, vt scribit Bocatius, lib. 10.

CYLICRANI, Populi quidam in Hispania prope Heracleum habitantes. Sipontinus.

Cylindrus, (κύλινδρος,) Columna lapidea rotatilis, qua rei rustice scriptores aream æquari iubent. Virg. 1. Geor. 36.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro. Cum primis, Id est in primis. Cylindro, Id est lapide tereti, in modum columnæ. Seruius. Cato, cap. 129. Aream vbi frumentum teratur, sic facies: Confodiatur minute terra, & amurca bene conspergatur, vt combibat plurimum. vbi bene commixta terra fuerit, & amurcā combiberit, cylindro aut pāsticula coæquato. A volubilitate nomen accepit, inquit Seruius. κύλινδρον enim est volui.

¶ Cylindrus, Omne quod rotatu facile est. Cic. de Fato. 63. Sed reuertit ad cylindrum, & ad turbinē suum, quæ moueri incipere, nisi pulsa, nō possunt. Id autem quum accidit suapte natura, quod superest, & cylindrum volui, & versari turbinem putat. Idem. 5. Tuscul. 92. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos accepram: qui declarabant in summo sepulchro sphæram esse positam cum cylindro.

¶ Cylindri, Lapilli sunt teretes & oblōngi atque volubiles instar eius columnæ qua vtimur æquandis areis. Plin. lib. 37. cap. 5. 16. vbi de beryllis, Indi mire gaudent longitudine eorum. Et mox subdit. Ideoque cylindros ex iis facere malunt quàm gemmas: quoniam est summa commendatio in longitudine. Hactenus Plinius. Quibus Plinii verbis intelligere est, cylindros, & elenchos in eo differre: quòd cylindri sint fastigiatæ longitudinis: cylindri verò procēritatis æquabiliter orbiculatæ. Quod si verum est, noster Sipontinus ista non satis percepisse videtur. Cylindrorum meminit & Iuuenalis Satyr. 2. 7. Tu nube atque tenebris, donāt arcana cylindros. Id est lapillos teretes & oblōgos. Bayfius.

Cylindraceus, Adiectiuum, (κυλινδρώδης,) Quod factum est ad similitudinem cylindri. Plin. scribit lib. 18. ca. 12. 8. Siliquas piso, quod genus leguminis est, cylindraceas esse.

Cylix, Poculum qui calix Latine dicitur, κύλιξ. vnde κυλικεῖον à Græcis dicuntur Calices vitrei.

CYLLARVS, (κύλλαρος,) Pollucis equus Virgilio, lib. 3. Georg. 18.
Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graii meminere poetæ. Atqui Castor equorum domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit, poetica licentia. vt, Quæ illi Philomela dapes pro Progne. Item, Reuocato à sanguine Teucri. pro Dardano. Seruius.

CYLLEBORVS, Stheneli filius, qui vigente bello Troiano cū Aegiale Diomedis vxore consuetudinem habuit. Cylabarus dicitur. Seruius in. 11. Aeneid.

CYLLENE, pen. prod. (κυλλήνη,) Arcadiæ mons est: quòd Mercurius ibi natum arbitrantur, insignis. Pomponius lib. 2. Cyllene, mons Arcadiæ, vbi Maia Mercurium est enixa. Seruius in illud. 8. Aeneid. 28.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. A Cyllene, Cyllenius Mercurius. Claud. lib. 1. de Raptu Proserp. 16.
–Cyllenius adstitit ales
Somniferam quatiens virgam, rectusque galero. Sil. lib. 13. 127.

Ignis Cyllenius. Id est stella mercurialis. Virg. 1. Georg. 68.
Frigida Saturni sese quò stella receptet:
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.

Cyllo, cyllonis, (κύλλος,) Videtur idem significare quod mutilus, debilis, & cui crassa sunt genitalia. Cic. in Sallu. 11. Quicquid impudicorum cyllonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, municipiis, colonijs, Italia tota, sicut in fretis subsederant nominis perditi, ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licentia vitiorum in cupiditate rerum nouarum.

Cyma, cymæ, fœminini generis, (κῦμα,) Plinius quid sit, declarat his verbis, lib. 19. cap. 8. 11. Brassica toto anno seritur, quoniam & toto secatur. Vtilissimè tamen ab æquinoctio autumni. Transfertur quum quinque foliorum est. Cymas à prima sectione præstat proximo vere. hic est quidam ipsorum caulium delicatior, teneriorisq; cauliculus, Apicii luxuria, & per eum Drusō Cæsari fastiditus, nō sine castigatione Tyberii patris. Post cymam ex eadem brassica contingunt æstiui, autumnalesque cauliculi, mox hyberni, iterumque cymæ nullo æque genere multifero, donec sua fertilitate consumatur.

Cyma, cymatis, penul. corr. n. g. pro eodem dicitur. Colum. lib. 10. 15. Frigoribus

goribus caules, & veri cymata mittit.

Cymatilis, (κυματικός,) penultima correpta vestis dicitur, quæ cærulei coloris est. Nec me latet (inquit Bayfius) quosdam per cymatilem vestem apud Plautum intelligere vndulatam: id est Camelot. quod haud scio an ridiculum sit.

Cymatilis color, qualis vndæ marinæ esse solet. Ouid. Hic vndas imitatur, habet quoque nomen ab vndis.

Cymosus, pen. prod. Adiectiuum, (κυματώδης,) Columel. lib. 10. Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli.

Cymba, Parua nauicula, (κύμβη,) Cic. 3. Offic. 76. Opipare à Pythio appatum conuiuis cymbarum ante horrulos multitudo. pro se quisque quod ceperat, afferebat. Virg. 6. Aeneid. 83. Gemuit sub pondere cymba. Liuius 6. bel. Pun. 234. Quod per piscatores Tarraconenses, nunc leuibus cymbis, nunc vbi eæ lederent, vadis peruagatos per stagnum, compertum habebat.

Magister cymbæ. Id est piscator. Iuuenal. Saty. 4. 5.

Adunca cymba. Ouid. 1. Metam. 59.

Transire vadum cymba. Iuuenal. Saty. 2. 16.

Mergit cymbas. Vide MERGO.

Cymbula, pen. corr. (κυμβύδιον,) Diminutiuum. Plin. epist. 173. c. Sæpe minores maioribus, velut cymbulæ onerariis, adhæresunt.

Cymbalum, cymbali, pen. corr. (κύμβαλον,) instrumentum musicum quod in sacris Matris deūm cū tympanis adhibebatur. Cicero in Pisonem. 15. Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collega tui cymbala ac crotola fugi. Martial. lib. 14. 219.

Cymbalissare, (κυμβαλίζειν,) Cymbala quatere. Cassius Hemina. li. 4. Mulier cantabat tibiis phrygiis, & altera cymbalissabat. Nonius.

Cymbalista, cymbalistę, (κυμβαλιστής,) Qui pulsat cymbala. Apuleius de deo Socratis, Barbaro autem strepitu cymbalistarum, & tympanistarum choraulatum.

Cymbium, (κύμβιον,) Genus poculi, ad cymbæ similitudinem facti, inquit Seruius. Virgilius. 3. Aeneid. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. Plinius lib. 37. capite 8. 6. Præfertur his chrysoprasius, porri succum & ipsa referente, sed hæc paulū declinant à topazio in aurum. huic & amplitudo ea est, vt cymbia etiam ex ea fiant. Martial. lib. 8. 7. Picta Saguntino cymbia mala luto.

Cymbium ab Apuleio dicitur, quod Latine Seruius situlam vocat.

Cimbium (inquit Festus) dictum, quia eius medium æquè patet in omnes partes: quod genus à Geometris κύβος, dicitur.

CYME, vrbs Aeolidis, vt scribit Pomponius lib. 1. Cymen nominauit, pulsus qui habitarant, dux Amazonum Cyme.

CYMES, (κύμη,) Cumæa Sibylla. Silius libro. 13. 100. At grauida arcanis Cymes anus attigit ore. Postquam sacrificium, &c.

Antrum Cymæum. Silius lib. 13. 101. Cymæo populis vox nostra sonabat in antro. Verba Sibyllæ.

Cyminum, pen. prod. (κύμινον,) herba est quæ & Cuminum dicit. Plin. li. 19. ca. 8. 29. Condimentorum tamen omnium amicissimum. Hactenus Plinius. Bibentibus pallorē gignit. Persius Saty. 5. 6. Rugosum piper & pallentis grana cymini.

CYMINVS, pen. corr. Hetruriæ lacus est monti suppositus. Virgil. 7. Aeneid. 140. Et cymini cum monte lacum. Et lacus, & mons hoc nomine appellatur. Sanè hoc fabula habet: Aliquando Hercules ad hos potem, defixisse dicitur vectem ferreum quo exercebatur. qui quum terræ esset affixus, & à nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit. Vnde immensa vis aquæ lequuta est, quæ Cyminum lacum fecit. Seruius. Scribunt alii Ciminus.

CYMOTHOE, pen. corr. (κυμοθόη,) Nerei filia, & vxor Neptuni, de qua Virgilius lib. 1. Aeneid. 30.
Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo, Cymothoe, Id est cursus fluctuū, ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα, Seruius.

Cyna, huius cynæ, (κύνα,) Arbor Arabica. Plinius lib. 12. ca. 11. Arabiæ autem arbores, ex quibus vestes faciunt, cynas vocari, folio palmæ simili.

Cynæa, Pileus erat Lacedæmoniorum. Strabo in sexto, vbi de origine Tarenti loquitur,

CYNAETHVM, authore Dionysio lib. 1. Antiquitatum, Ciuitas in Arcadia, ab Aenęę socio ibi vita functo, sepultoque. Hinc Cynethēses populi: quos tamen à Cynetho Lycaonis filio putant appellatos.

Cynanche, (κυνάγχη,) Morbus faucium, à canibus dictus, quos infestat. Præfocatio est nocturna maximè, pituita crassa & lenta in fauces cerniceſque delata. (ἀπὸ τοῦ κυνὸς, καὶ ἄγχω,) Id est à cane & suffoco.

CYNEAS, pen. corr. (κύνεας,) Thessalus, Pyrrhi regis legatus, longè disertus est habitus, vt qui Demosthenis auditor fuerit, adeò vt plures Pyrrho ciuitates facūda oratione subegerit, quàm ille armis expugnauerit. Eidem expeditionem in Italiam magnopere dissuasit. Præterea

missus ad Romanos legatus de pace, vno die omnium Senatorum nomina edidicit: quorum consessum, totidem regum sibi videri Pyrrho retulit. Plutarchus in Pyrrho. Huius memoriam commēdat Cicero in Tuscul. quæst. 1. Non quæro (inquit) quanta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes, quanta is qui à Pyrrho legatus ad Senatum est missus Cyneas, quanta nuper Carneades, quanta qui modò fuit Sceptius Metrodorus, quanta noster Hortensius.

Cynegetica, (κυνηγετικά,) dicunt volumina de venatione conscripta. Flauius Vopiscus refert Olympū Nemesianum scripsisse Cynegetica. κυνηγός, καὶ κυνηγέτης, venator dicitur.

CYNEGIRVS Athenięnsis in bello Persico magna pertinacia in consectandis hostibus vsus est. Nam & nauem onustam dextera manu tenuit: ea amputata sinistrā iniecit. Quā & ipsam quū amisisset, nauem mordicus arripuit, morsuq; retinuit furenti similis. Authores Trogus, & Herodotus. Meminit etiā Valerius, & Tranquillus in Cæsare.

CYNICI, pen. corr. (κυνικοί,) cuiusdam sectæ philosophi, cuius principes Antisthenes, Hercules, & Diogenes. Dicti Cynici, vel à Cynosarge gymnasio, vbi versabatur Antisthenes. Vel à κύνες, canes, quasi canini, quia esset in cauillis, castigationibusque more canum mordaces contra vitia. Vel quia obscœnitate, licentiaque sermonis, rabiē quandam caninam repræsentarēt. Cic. 1. Offic. 178. Nec verò audiēdi sunt Cynici, aut siqui fuerunt Stoici pene Cynici, qui reprehendunt & irridendt quòd ea quæ re turpia non sunt, nominibus ac verbis flagitiosa dicamus: illa autem quæ turpia sunt, nominibus appellemus suis.

Cynice, huius cynices, pen. corr. fœ. gen. (κυνικός,) Pro cynicorum philosophorum secta. Ausonius in Epig. Diogenis, siue Antisthenis, Inuentor primus Cynices ego. Quæ ratio istuc?
Alcides multo dicitur esse prior.
Alcida quondam fueram doctore secundus:
Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.

Institutio Cynica. Tacit. lib. 16. Maximè intentus Demetrio Cynicę institutionis doctori.

Nudus cynicus. Iuuenal. Saty. 14. 31 –dolia nudi Non ardent cynici. Diogenem intelligit.

CYNIPHIS, siue Cyniphos, fluuius Africæ in Libya, apud quem magni sunt hirci. Hinc Cyniphius adiectiuum, vt Virg. lib. 3. Georg. Cyniphii tondent hirci. Dicitur & Cyniphius grex, & Cyniphia pellis, hircina. Martialis de vdonibus Ciliciis, lib. 14. 140.
Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti:
Cyniphio poterit planta latere sinu. A Græcis scribitur κυνυφίος.

CYNOCEPHALI, pen. cor. (κυνοκέφαλοι,) vt scribit Plin. lib. 7. ca. 2. Homines sunt in mōtibus terræ Indiæ caninis capitibus, qui ferarum pellibus velantur, & qui latratum pro voce edunt, vnguibusque arma ti venati & aucupio vescuntur. Vide Gell. lib. 9. ca. 4. Cic. ad Att. lib. 6. 11. 5. Erat præterea cynocephalus in essedo, nec deerāt onagri.

CYNOPOLIS, pen. corr. canum ciuitas, in qua Anubis colitur, & honor, & sacer quidā cibus est canibus cōstitutus. Ab hac Cynopolitana præfectura appellata est. Qui in ea habitāt, Canarii dicunt. Herodotus.

Cynocephalia, lis. Plin. lib. 30. cap. 2. Herba pulicaris dicitur à Romanis. Vide Ruellium, lib. 3. cap. 108.

Cynogloſſos, vel cynogloſſa, (κυνόγλωσσος,) herba, quæ linguæ similia habeat. Plinius, libro. 25. capit. 8. 2. Iungitur & cynoglossos, caninas imitans linguas, topiatiis operibus gratissima, &c. Vide Ruellium, lib. 3. cap. 127.

Cynomorion, herba à similitudine canini genitalis dicta. Alio nomine orobanche dicitur. Plin. lib. 22. cap. 25. 41. Orobanchen appellauimus necantem eruum & legumina, alii cynomorion eam appellant, à similitudine canini genitalis: cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens. Ruell. lib. 2. cap. 75. docet orobanchen in Parisiensi agro vocari teniam.

Cynomyia, pen. prod. quatuor syllabarum dictio, (κυνομυῖα,) Musca canina, quæ sanguiné ab asalibus exugit.

¶ Cynomyia, herba, quæ pulicaris dicitur Romanis, vt ait Ruellius lib. 3. cap. 108. Plin. lib. 25. cap. 11. 6. Psyllion, alii cynoides, alii cryſtallion, alii ficelion, alii cynomyiam appellant, radice tenui, superuacua, sarmentoſum, fabæ grantis in cacuminibus, foliis canino capiti nō dissimilibus, semine autem pulici, vnde & nomen: hoc in baccis, ipsa herba in vineis inuenitur.

Cynorrhodon, cynorrhodi, pen. corr. Flos lilii. Ruellius, lib. 3. cap. 57. Florem lilii nascentis in Italia cynorrhodon vocari Plinius est author, quod & Hippocrates accepit, quum rubentia cynorrhoda fœminarum purgationibus commendat in vino. Plin. lib. 25. cap. 7. 15.

CYNOS, Latinè canis dicitur, ciuitas in Locride. Liu. 8. tertiæ Decad. Est etiam Cynos, fluuius Plin. lib. 6. cap. 28.

Cynósbatus, cynósbati, pen. corr. (κυνόσβατος,) alii cynospaſton vocant, vt ait Plin. lib. 24. cap. 14. 1. Genus

Universidad de Deusto
Biblioteca

rubi. Et lib. 13. cap. 24. 1. Fructum huius rubi quibusdam in locis rusti ci petrelengas vocant.

Cynosorchis, huius cynosorchis, herba, quam aliqui orchin vocant, foliis oleæ, mollibus, ternis, per semipedem longitudinis, in terra stratis, radice bulbosa, oblõga, duplici ordine, superiore quæ durior est, & inferiore quæ mollior. Eduntur vt bulbi cocti, in vinetis fere inuenti. Plin. lib. 27. cap. 8. 9. Ruellius dicit hanc herbam officinis vocari Testiculum canis, & satyrion minus proprie.

Κύνος σῆμα, Cynosscema, penult. product. Id est Canis sepulchrum, Helle spoti Promontorium est. Tumulus Hecubæ (inquit Pomponius Mela, lib. 2.) siue ex figura canis, in quam conuersa traditur siue ex fortuna in quam decideratat, humili nomine accepto. Thucydides, lib. 8. Sinistrum (inquit) cornu iam Promontorium excesserat, quod vocãt Canis sepulchrum. ita Valla interpretatus est. σῆμα enim Græcis sepulchri & monimẽtum significat: παρὰ τὸ σημαίνειν, quod est significare & indicare. Vide Ouid. lib. Metam. 13. Vide itẽ Plin. lib. 4. cap. 11. 11.

CYNOSVRA, pen. prod. (κυνόσουρα,) minor Vrsa. De qua Cic. lib. 2. de Nat. Deor. 150. hæ scribit, Aratum citans, Dicitur esse Polus:
Hunc circum ἄρκτοι duæ feruntur, nunquam occidentes:
Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur,
Altera dicitur esse Helice. Vide supra in dictione ARCTOS. Valer. lib. 1. Argon. 4. – neque enim, Tyrias Cynosura carinas
Certiorat Graias Helice seruanda magistris. Quod. 3. Fast. 22. Cynosura petatur. Sidoniis Helicen Graia carina notet. Cic. 4. Acad. 118. Vide Hyginium, lib. 2. in Arcto minore, & Aratũ Germanico Cæsare interprete. Dicunt enim Cynosuram fuisse vnam è Iouis nutricibus. Oua quæ dicantur. Vide VRINVM ouum.

Cynózolon, pen. corr. Herbæ chamæleõnis genus sic dictæ, q. fœtore eius ricinia, è canum auribus decidãt. Plin. lib. 22. cap. 18. 4. de Chamæleone loquens, Et ricinos canum necatiũ necans quoque angimæ modo: quare à quibusdam vlophonon vocat, & cynozolon, propter grauitatem odoris.

CYNTHVS, (κύνθος,) Deli insulæ mons est, in quo natus est Apollo, & Diana. Vnde Cynthius Apollo: & Cynthia Diana. Virg. eclog. 6.
Quum canerem reges, & prælia: Cynthius aurem
Vellit, & admonuit Pastorem, Tityre pingues
Pascere oportet oues: deductum dicere carmen. Rursum Aeneid. 1.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, &c.
Pura Cynthia. Valer. lib. 1. Argon. 12. Puraq; nec grauido surrexit Cynthia corou. Id est Luna.
Moderatrix arcanæ noctis Cynthia. Stat. 10. Thebaid. 71.

CYPARISSA, vrbs est Achaiæ: & Cyparissius sinus. Sic. n. Plin. scribit lib. 4. cap. 5. 3. in descriptione Achaiæ, Ad meridiem autẽ (inquit) Cyparissius sinus, cum vrbe Cyparissa.

CYPARISSVS, (κυπάρισσος,) Thelephi filius, à Syluano & Apolline dilectus, qui quum ceruum, quem amabat, imprudens occidisset, ui mio dolore mutatus est in cupressum sui nominis arborem. Græci n. κυπάρισσον cupressum appellant. Vide Ouidium lib. 10. Metam. Syluanus deus, est syluarum. Hic amauit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam ceruam. Hanc quum Syluanus nescius occidisset, puer est extinctus dolore, quem amator deus in cupressum arborem eius nois vertit, quam pro solatio portare dicit. Hactenus Seruius in illud. 1. Georg. 4. Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Est & Cyparissus, ciuitas circa Delphos, quæ ab eius arboris frequentia meruit nomen. Cuius meminit Pomponius lib. 2.

Cyparissus, cyparissi, fœ. g. & per lyngresin cypressus: deinde cõuersione y in u, cupressus dicitur (κυπάρισσος,) Virgil. Aerias quereus, aut comferæ cyparissi. Martial. lib. 12. 46. Daphnonas platanos, ac aerias cyparissos.

Cyparissia, quintum genus tithymali omnium maximum, quod tithymalus cyparissus vocatur. Plin. lib. 26. ca. 8. 15. Quintum genus, cyparissian vocant propter foliorum similitudinem caule gemino aut triplici, nascentem in campestribus: cui eadem vis helioscopio aut characiæ.

Cyperus, pen. prod. m. g. (κύπειρος,) iuncus est angulosus, iuxta terram candidus, cacumine niger, pinguis, queifolia ima porraceis exiliora in cacumine minuta, inter quæ est semẽ. Radix oliuæ nigræ similis, quam quum oblonga est, cyperida vocant, magni in medicina vsus. Hæc Plinius lib. 21. ca. 18. 5. Nostrates officinæ (inquit Ruellius lib. 2. cap. 4.) cyperum adhuc hodie nominant: rura soucheri nomine norunt, quod Iunio Mense radicitus eruunt, digeruntq; stipites in manuales fasciculos, quos prius insolatos aceti imbre cõspergunt, siccatosque frustratim tundũt, vt sua odoris gratia vestes interpositi commendent. Vide ibidem plura.
Cyperum neutro genere apud Varronem. 3. de Re rust. cap. 16. 10. Et Colum. lib. 12. cap. 20. 5.

Cyprinus, Piscis genus, ex cógrorum genere. de quo Plin. lib. 32. cap. 11. 4. Quidam cyprinum piscem eum esse volunt

quem nos Carpionem appellamus vulgó.

Cyprinum, oleum, factitium erat è glande Aegyptia, odorũ causa, teste Plinio, lib. 15. cap. 7. 4. Fortasse idem quod è cypro arbore fiebat. Vide CYPRVS arbor.

Cyprium, Sabini bonum appellant. Vnde Cyprius vicus Romæ appellatus est, quo Sabini ciues additi conseuerant. sic enim à bono omine vocitandum censuere. Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina, lib. 4.

CYPRVS, (κύπρος,) insula, inter alia nomina Macaria dicta: nam mirè fertilis est, in sinu maximo, qui Issicus circa Ciliciam dicitur, ad Ottũ Occasumque Ciliciæ, ac Syriæ obiecta est: nouem aliquando regnorum sedes, vt Plinius lib. 5. cap. 31. scribit: smaragdo, crystallo, ære, Cyprio cognominato, adamante, & alumine nobilis: quam aliquãdo adnexam Continenti fuisse, idem author lib. 2. scribit. De hac vide Strabonem, libro. 14.

Cyprius, Adiectiuum, (κύπριος;) Vnde tres paruæ insulæ huic propinquæ, Cyprię nominãtur. Et Venus Cypria, quòd ei primum in Cypro templum sit constitutum. Cic. pro Domo sua. 42.

Cyprium æs dicitur, quod vulgò cuprum nominatur. Plin. lib. 33. cap. 5. 7. Teritur Cyprio ære in Cypriis mortariis. Idem lib. 34. cap. 8. 43. de ære, In Cyprio coronariũ & regulare est, vtrunque ductile. Idẽ lib. 10. cap. 13. 6. In pyxide Cypria asseruatur.

Cyprium absolutè, pro ære Cyprio. Hoc est, quod ex Cypro insula aduehitur. Plin. lib. 36. cap. 16.

Cyprus, (κύπρος,) in Aegypto est arbor zizipht foliis, semine coriandri, flore candido odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque postea, quod cyprus vocatur. Pretium eius libras quinque. Vulgò vocatur guistrico, oliueta e cambrosene Latinè, Liguistrum.

CYPSELLA, oppidum Thraciæ, vt scribit Plin. lib. 4. cap. 11. Strabo, lib. 7. Cypselum nominat.

CYPSELVS, pen. corr. tyranni nomen apud Corinthum, cuius meminit Cicero lib. 5. Tusc. 154. Demarathus (inquit) Tarquinii regis nostri pater, tyrannum Cypselum quòd ferre non poterat, fugit Tarquinios Corinthũ, & ibi fortunas suas constituit, ac liberos procreauit. Rursum in lib. de Fato, Tu (inquit) & quæ non sint futura, posse fieri dicis. vt frangi hanc gemmam, etiamsi id nunquam futurum sit: neque necesse fuisse Cypselum regnare Corinthi, quanquam id millesimo anto anno Apollinis oraculo edictum esset.

Cypselus, Auis ex hirundinum genere. Plin. lib. 10. cap. 29. 1. Primum volant quæ apodes, quia careant vsu pedum, ab aliis cypseli appellantur hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hæ sunt quæ toto mari cernuntur: nec vnquam tam longo nauci, tãque cõtinuo cursu recedũt à terra, vt non circumuolitet eas apodes. Cætera genera resident & insistunt: his quies, nisi in nido, nulla: aut pedent, aut iacent. Et ingenia æquè varia, ad pastum maximè.

CYRENAICA, pen. corr. (κυρηναϊκή,) regio Africæ, eadem Pentapolita à quinque ciuitatibus dicta, quarum præcipua, & quæ regioni circunsacenti nomen daret, Cyrene visa est. Eam Strabo lib. VII. à Thereis Græcis conditam esse scribit, qui ex Laconica profecti, Theram insulam prius coluerint, hinc in Continente Cyrenen ædificauerint. Ex horum numero fuit Battus quidam, qui Cyrenes condendæ fuit author, quod alibi idem Strabo indicat. Inde Battiadas Syrenenses Sinius nominat libro tertio.

Necnon Cyrene Pelopeis stirpe nepotis
Battiadas paruos, fidei stimulauit in arma. Idem lib. 2.
– & iniquo sole cadentes
Battiadas. De Cyrene multa Straboni consentanea Herodotus refert in Melpomene. Diodorus Siculus lib. 5. scribit ex quorundam sententia huic vrbi nomẽ inditum à Cyrene Ipsei filia, quæ quũ apud Peneũ virgo educaretur, Apollo eius forma captus, raptam virginem in Libyam, ad ea loca, in quibus postmodum ciuitas cõdita est, asportauit, & ab eius nomine, Cyrene dicta. Eam regionem fertilissimam esse tradit Herodotus in fine quarti libri. Cic. pro Plancio. 10.

Cyrene Cyrenes, pen. prod. dicitur, & Cyrenæ Cyrenarum, plurali numero: vnde apud Catul. 7. 1. – laser piciferæ Cyrenæ. Vide Cyrenaica. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 5. 1.

Cyrenæus, Adiectiuum, (κυρηναῖος,) Cic. 4. Acad. 135. Quid Cyrenæi? Videntor mihi minimè contempti philosophi.

Cyrenaici philosophi, (κυρηναϊκοί,) de quibus Cic. Tusc. quæst. lib. 3. Atqui (inquit) ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quòd efficiens esset voluptatis. Qualis autem fuerit Cyrenaica philosophia, docet Diogenes Laertius lib. 2. in Aristippi vita. Vide Ciceronem, lib. 3. de Orat. 35. & 3. Offic. 158.

CYRILLVS, Præsul Dalmatiæ. Cyrillus item Alexandrinus Præsul edidit variarum hypothesecon tractatus, Homilias plurimas, quibus vtuntur Græci, præterea aduersus Nestorium epistolas, quibus omnia occulta eius venena refellit. Is vixit temporibus Iuliani principis. Cyrillus præterea Ierosolymitanus Præsul, læpe pulsus ab ecclesia, & receptus,

ceptus, ad extremum sub Theodosio principe octo annos in sua sede perseuerauit. extant eius Catecheses. Hæc Hieronymus.

CYRINVS, pen. pro. Romanus cum Basilide, & Nabore, sub Diocletiano passus, ac sepultus tertio ab vrbe lapide. Ex Volaterrano.

CYRNOS, (κύρνος,) insula, id est Corsica, vt suprà dictum est in CORSICA. Vnde Cyrnii, populi huius insulæ, qui longissimo æuo vtuntur. Plin. lib. 7. cap. 2. 18.

CYRRESTICA, regio, à Cyrre dicta est, vbi Cyrrestis dea colebatur, quam Minerua interpretantur. Plinius & Ptolemæus.

CYRRHA, (κύῤῥα,) oppidum in Phocide, iuxta quod & Cyrrhæi campi ad Phocidẽ attinent, vnde & Cyrrhæos scopulos, & antra Cyrrhæa fontesque Cyrrhæos, pro Phocensibus, Parnassiusve poetæ cognominant. De Cyrrhæis campis copiosè disseritur in orationibus aduersariis Demosthenis & Aeschinis. Martialis lib. 1. Epigram. 72. ad Flaccum,
Quid tibi cum Cyrrha, quid cum Permessidos vnda?
Cyrrha scopulosa. Lucan. lib. 3. 35. Iacet enim sub Cirphin rupem: vt author est Strabo lib. 9.
Cyrrhæa templa. Claud. de bello Gigant. 7.
Secreta Cyrrhæa. Lucan. lib. 1. 13.
Sed mihi iam numennec si te pectore vates
Accipiam, Cyrrhæa velim secreta monentem
Sollicitare Deum, Bacchumque auertere Nysa. Id est inuocare Apollinem reddentem oracula apud antrum Cyrrhæum.

CYRSILVS, (κυρσίλαος,) Athenensis, lapidibus obrutus, quòd inhonesta suaderet, Cicerone authore libro tertio de Officiis. 63. Tanta (inquit) vis est honesti, vt speciem vtilitatis obscuret. Athenienses quum Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuerentque vt vrbe relicta, coniugibus & liberis Trœzene depositis, naues conscenderent, libertatemque Græciæ classe defenderent, Cyrsilum quendã suadentem vt in vrbe manerẽt, Xerxemque reciperẽt, lapidibus obruerũt.

CYRVS, (κῦρος,) Cambysis & Mandanes filius fuit. Hic aui sui Astyagis iussu expositus, quòd per somnium ex naturalibus filiæ, quam vnicam habebat, vitem enatam vidisset, cuius palmite omnis Asia obumbraretur. Hic dum exponitur (mirum) à cane fœmina aliquãdiu lactatus est: tandem à regio pastore educatus, fatis volentibus, in Persarum regem assumptus est. Quibus quum diu imperasset, à Tomyri Scytharum regina cum ducentis millibus Persarum cæsus est, vt authores sunt Herodotus & Iustinus. Dictus porrò Cyrus est à Cyro flumine, quod per curuam Persiam fluit, vt scribit Strabo lib. 15. Huius Cyri historiam scripserunt Xenophon philosophus octo voluminibus, Herodotus & Iustinus libro. 1. Fuit & Cyrus poeta, præfectus prætorii Theodosii iunioris, deinde Patricius ob ingenium factus, fauente magnopere Eudoxia imperatoris vxore, quæ poetas, & carmina valde diligebat, eius etiam opera, quum ageret Ierosolymis, Præsul ad extremum factus in Cotyleo Phrygiæ, peruenit vsque ad Leonem imperatorem. Author Suidas.

CYRVS, flumen duorum fluuiorum, quorum vnus Armeniæ & Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaso. Alius est in Media.

Cyta. (κύτα,) oppidum regionis colchicæ & patria Medeæ, Steph.

CYTÆ, Cytes, oppidum regionis Colchicæ.

Cytæus, adiectiuum, (κυταῖος,) vt virgo Cytæa, id est Medea. Valer. libro sexto, Argo. 32.
– sed fama Cytææ
Virginis, & paribus spirans Medea venenis.

Cytæi, populi qui & Colchici. Valer. lib. 6. Argon. 85.

Terræ Cytææ, Colchi. Valer. lib. 6. Argo. 139.

Cyteinus, pen. prod. (κυτεῖνος,) aliud adiectiuum. vt Carmina Cyteina, Id est Medeæ Colchicæ. Propert. lib. 1. eleg. 1. 5.
Tunc ego crediderim vobis & sydera & amnes
Posse Cyteinis ducere carminibus.

CYTHERA, pen. pro. (κύθηρα,) in Laconico sinu insula ẽ, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. sic scribit, Cythèra cum oppido in Laconico sinu, antea Porphyris appellata. Hæc sita est à Malleæ promontorio V. M. pass. ancipiti propter angustias ibi nauiũ ambitu. Hactenus Plinius. Hesiod. in Theogonia tradit Venerem ab oppido, Cytheream cognominatã: Seruius autem ab insula cognominatam tradit. Neutro genere & numero plurali protulit Valerius libro. 8. Argonaut. 46. Idalium furto subit, aut dilecta Cythêra. Virgilius quoque lib. 1. Aeneid. 137.
Hunc ego sopitum somno, super alta Cythèra,
Aut super Idalium sacrata sede recondam. Sic 10. Aeneid. 18.
Est Paphos, Idaliumque tibi, sunt alta Cythêra. Ouid. 4. Fast.
Tunc læua Creten, dextra Pelopeidas vndas
Deserit, & Veneri sacra Cythera petit.
Phœnicis filius nomen indidit, vt author est Stephanus.

Cythere, Cytheres, pen. prod. Venus. Ausonius in Epigram.
Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere.
Illa, voluptatis nil habet: hæc, nimium.

Cytherea, pen. prod. (κυθέρεια,) Venus. Virg. 1. Aeneid. 53.

Parce meru Cytherea: manent immota tuorum
Fata tibi. Dicitur & Cytherea, teste Seruio in. 6. Aeneid. 102.
Ouid. tamen secundam produxit lib. 4. Fast. versu. 15.
Mota Cytherea leuiter mea tempora myrtho
Contigit, & cœptum perfice dixit opus.

Cythereis, pe. prod, huius Cythereidis vel Cythereidos, pen. corr. (κυθέρεις,) Venus. Ouid. 4. Metam. in Hermaphroditi fabula,
Mercurio puerum diua Cythereide natum,
Naiades Idæis enutriuere sub antris. Idem tamen videtur aliũ sylla bis mensum dedisse lib. 15. Metam.
Armigerumque Iouis, Cythereidasque columbas. Et sic legit Cælius Rhodiginus lib. 17. ca. 7. Ego verò ausim contẽdere Cythereiadas esse legẽdũ, à nominatiuo Cythereias, Cythereiadis vel Cythereiados.

Cytheriacus, pen. corr. (κυθεριάκος.) Adiect. Martial. lib. 14. 206.
Sume Cytheriaco medicatum nectare cestos:
Vsit amatorem balteus iste Iouem. Ouid. epist. 7.
– quia mater amorum
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Cythereius, Adiectiuum, quinq; syllabarum. Martial. lib. 8. 45. Quum te Flacce mihi reddet Cythereia Cypros. Ouid. 3. Fast. 123. Sensit, & alloquitur trepidam Cythereius heros. Id est Aeneas Veneris filius.

CYTHERIS, meretrix, à Cornelio Gallo poeta adamata, quæ alio nomine Lycoris dicitur. Vide in Dictione CORN. GALLVS, & Seruium. 10. Eclog. Virgilii.

CYTHAERON, pen. pro. Cytherõnis, pen. etiã prod. (κυθαιρών,) Saltus est in Bœotia apud Thebas, Musis sacer. Plin. lib. 4. cap. 7. 4. Et Musis natale in nemore Heliconis assignant. Datur & his Thebis (Bœotias intelligit) saltus Cythæron. Solinus cap. 11. Apud Thebas Helicõ lucos est, Cythæron saltus, amnis Ismenius. Seruius in illud. 10. Aenei. 33. Pandite nunc Helicona deæ, Parnassus (inquit) mons est Thessaliæ iuxta Bœotiam, qui in duo diuiditur iuga, Cythæronem Liberi, & Heliconem Apollinis & Musarum. Hactenus ille. Cui subscribit Lactãtius in Stat. 1. Thebaid. Sed vtrunque putãt errare docti. Herodotus enim lib. 8. tradit è Parnassi verticibus alterum vocari Thitoreum, alterum Hyampæum. Ausonius in Griph.
Sacrauit tortes ternas ex ære Cythæron.

Nocturnus Cythæron. Virg. 4. Aeneid. 61.
– vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnisque vocat clamore Cythæron. Hoc est nocte celebratus. vnde ipsa sacra, Nyctelia dicebantur. Seruius.

Infœlix Cythæron. Valer. Flac. 5. Argon. 17. – Bœotia qualem Thyas, & infœlix cuperet vidisse Cythæron. Infœlix sanè, ob scelera in eo admissa. Ibi enim Actæon à canibus interfectus est, ibi Orpheus à Mænadibus dissectus, ibi Pentheus ab Agaue matre lacer atus.

CYTHNOS, (κύθνος,) Insula vna Cycladum, vt scribit Pompon. Mela lib. 2. Ouid. 5. Metam. 51. – inde caua circundata naue Seriphon.
Deserità dextra Cythno, Gyaroque relictis. Idem lib. 7. 93.
Florentemque Syron, Cythnon, planamq; Seriphon.

Cytinus, masc. g. (κύτινος,) Flos satiuæ punicæ. Plin. lib. 13. cap. 6. 10. Primus pomi huius partus florere incipientis, cytinus vocatur Græcis. Vide Ruellium.

Cytisus, pen. corr. masc. gen. (κύτισος,) Genus fruticis. Plin. li. 13. cap. 24. 1. Frutex est & cytisus, ab Aristomacho Atheniẽsi miris laudibus prædicatus pabulo ouium, aridus verò etiam suũ. Spõdetque iugero eius annua HS. M.M. vel mediocri solo reditus vtilitas quæ eruo, sed ocyor satietas, perquam modico pinguescente qua drupede, ita vt iumenta hordeum spernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Super oia, pecorum medicina à morbis omni vsu præstante. Quin & nutricibus in defectu lactis aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari iubet, fiuiores celsioresque insantes fore. Viridé etiam gallinis: aut si aruerit, madefactũ. Apes quoque nunquam defore cytisi pabulo contingente promittunt Democritus & Aristomachus. Nec aliud minoris impendii est. Sunt qui scribũt per th aspiratum. Virg. eclog. 1. 12. Florentem cytisum, & salices carpetis amaras. Vbi Seruius, Cytisum, genus fruticis, vel herba quæ nascitur inter campos & syluas in Cythia ciuitate.

CYTORVS, pen. prod. (κύτωρος,) Paphlagoniæ mons buxo abũdãs, qué Macedoniæ esse magno errore credidit Seruius. Vir. lib. 2. Geor.
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum.
Ab hoc, quæ buxea sunt, Cytoriaca dicta. Ouid. lib. Metam. 4.
Sæpe Cytoriaco didacit pectine crines. Sed lib. 6. aliter,
Vtq; Cytoriaco radiũ de monte tenebat. Oppidũ aliquãdo Sinopẽsiũ emporiũ fuit, sic à Cytoro Phryxi filio dictũ, vt scribit Strab. & Step.

Buxifer Cythorus. Catul. 4. 3.

Cytoriacus, penult. corr. (κυτωριακός,) Adiectiuum, & Cytorius, vt Iugum Cytorium. Catull. 4. 3.

Cyzicus, (κύζικος) vrbs Bithyniæ nobilis sic appellata à Rege Cyzico, Põponius Mela. & Valer. Flac.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D

LITERA, IN ordine Alphabeti quarta: quæ quandoque cõuertitur in B. vt quod olim duellum, nos iam bellum dicimus: & Duellona, bellona. aliquando in L. vt à sedeo, olim selda dicebatur, quæ nunc sella. Nonnunquam etiam in R. vt meridies, ab eo quod est medius dies.

D literæ cum T, quædam cognatio. Quintil. lib. 1. ca. 4. 11. Quid D literæ cum T quædam cognatio? Quare minus mirum, si in vetustis operibus vrbis nostræ, & celebribus templis legantur Alexander, & Cassantra.

DAAE, Daarum, populi Scythici, vt ait Seruius. Virg. 8. Aeneid. 144. Indomiti Daæ, & pontem indignatus Arapes.

DACIA, (Δακία,) Regio in Scythia, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Alii prouinciam citra & vltra Istrum esse autumant. Hæc (vt Ptolemæus scribit) à Septentrione, parte Sarmatiæ, à Meridie, Danubio terminatur: quam nonnulli Dalachiam magnam esse voluerunt.

Dacus, Daci, (Δάκος,) siue Daci Dacorum, siue Dacæ, dicuntur, qui olim teste Strab. lib. 10. Daui siue Δάοι appellati sunt. Ex quo apud Athenienses Dauorum nomina seruilia plurimum abundabant. Hinc factum est, vt in Comœdiis serui introducantur, Daui nominati, qui alio nomine Getæ dicti sunt.

Asper Dacus. Horat. 1. Carm. ode. 35. 2.

Dacus, Daca, Dacum, quod est à Dacia. Spartianus, Ad bellum Dacum, Traianum familiarius profecutus est.

Prælia Daca. Stat. 4. Syl. 2. 14. Quum modò Germanas acies, modò Daca sonantem Prælia,

Dacicus, penult. cor. (Δάκικος,) qui Daciam vicit: sicut à Germania, Germanicus. Iuuenalis, Saty. 6. —quum lance beata
Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.

Dacus etiam adiect. (Δάκικος,) vt Arma Dacia. Claud. 4. Paneg. 67.

Dactylus, huius dactyli, pen. corr. (Δάκτυλος,) à Latinis dicitur digitus. vnde dactylotheca quæ & chirotheca à Græcis, pro tegumento manus vel digitorum sumitur.

¶ Dactylus, pes metri, constans prima longa, & duabus breuibus: vt scribite. Herous pes à Cicerone vocatur, lib. 3. de Orat. 100. quòd eo scribantur facta heroum & principum. Et in Orat. 216.

¶ Dactylus, piscis genus è concharum genere. Plin. lib. 9. cap. 61. Concharum è genere sunt dactyli, ab humanorum vnguiũ similitudine appellati. His natura, in tenebris remoto lumine, alio fulgore clarere: & quanto magis humorem habeant.

¶ Dactylus, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. 29. Idæi dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt.

¶ Dactylus, Herba. Plin. lib. 24. cap. 19. 11. Sunt qui & aculeatum gramen vocant trium generum. Quum in cacumine aculei sunt plurimũ quini, dactylon vocant. hos conuolutos naribus inserũt, extrahuntq; sanguinis ciendi gratia. Altero quod est Aizoon simile, ad paronychia & pterygia vnguium, & quum caro vnguibus increuit, eruntur cũ axũgia: ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis aut tegulis.

¶ Dactyli, pro fructibus palmæ arboris, quos Græci φοίνικας vocant. Apitius, Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus torridis quinque, his denique dactylis nunc mollitis est. Hinc medicamentũ quod vulgò dicitur de dactylis, vel Græcis diaphœnicon.

Dactylicus, pen. cor. Adiect. (Δακτυλικός,) Cic. in Orat. 111. Quòd ille dactylicus numerus hexametrorũ magniloquẽtiæ sit accõmodatior.

Dactylis, Dactylidis: vt Dactylides vites, dictæ à gracilitate digitali: vel fortassis q. grana habeant dactylis similia, hoc est fructui palmę arboris. Plin. lib. 14. cap. 3. 4. Has etiã Dactylos vocat Colu. lib. 3. ca. 2. 1.

Dactylothẽca, dactylothecæ, pen. pro. gemma Plinio, lib. 37. cap. 1. 7.

DADICAE, Populi Scytharum ex parte Asiæ, vt scribit Herodotus, libro quarto.

DAEDALA, neu. gen. Vrbs Lyciæ, à monte Lyciæ, seu à Dædalo ibi sepulto. Plin. lib. 5. cap. 27.

DAEDALVS, pen. corr. (Δαίδαλος,) Atheniensis, clarus architectura, Telen puerum discipulum suum interemit ob inuidiam, quod figuli rotam repertisset, & serrã inuenta spina piscis ad eius similitudinẽ formata: ob quam rem actus in exilium, venit in Cretam, in Minois regis amicitiam, eique Labyrinthum construxit. Pasiphae quomodo cũ tauro concumberet inclusa ligno, monstrauit: quam ob causam inde aufugit in Siciliam, aptatis alis Icaro filio, qui cadens, mari nomẽ dedit. Minoe igitur eum persequente bello, à Cocalo rege specie colloquii in thermis retẽtus est, donec æstu suffocaretur. Hæc Diodorus lib. 15 Vide Ouidium. 8. Metam. & Virg. 6. Aeneid. Ex huius artificis excellentia natum prouerbium, vt clara opera, Dædala appellentur. vt Virgilio, Dædala tecta. Vide MINOTAVRVS.

Volucer Dædalus. Valer. 1. Argon. 141.

Dædalus, Dædala, Dædalum, (Δαίδαλος,) Adiect. item Dædaleus.

Tellos Dædala. Lucret. lib. 1. 2.
Aduentuq́ue tuo, tibi suaueis Dædala tellus Submittit flores.

Fingere tecta Dædala, id est ingeniosa. Virg. 4. Georg. 36.

Parit natura rerum Dædala. Lucret. lib. 5. 47.

Polire signa Dædala, id est artificiosa. Lucret. lib. 5. 291.

Claustra Dædala. Senec. Hippol. 1. 2. 4. Significat Labyrinthum.

Iter Dædaleum. Propert. 2. lib. eleg. 15. 2.
Dædaleum lino cum duce rexit iter.

DAEMON, huius Dæmonis, pen. corr. (Δαίμων,) Latinè dicitur scientes. Dæmones dicũtur à Christianis spiritus in cœlo à Deo creati, qui de cœlo deiecti, partim in terræ infimo, partim in hoc aere dãnati sunt.

Dæmonium, diuinum quiddã esse existimabat Socrates, cui parebat, teste Cicerone in. 1. lib. de Diuin. 198. Idẽ in lib. de Vniuersit. 48. inquit, Reliquorum autem quos Græci Δαίμονας appellant, nostri (opinor) Lares, si modò hoc rectè conuersum videri potest.

Dæmonicus, penult. corr. Adiectiuum, (Δαιμόνιος,) vt Dæmonicæ fraudes apud Lactantium.

Dæmoniacus, pen. corr. Qui à dæmone possidetur.

DALMATIA, (Δαλματία) regio Illyrica ad mare Adriaticum spectans, conterminа Liburniæ, versus Occasum: à qua Dalmatæ populi, qui (vt scribit Florus) plerunque in syluis degunt, inde ad latrocinia promptissimi. Is ab Augusto Cæsare domiti fuere, vt scribit Appianus. Dalmatia plurimum auri profert, vt scribit Plinius, lib. 33. cap. 4. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 9.

Frondens Dalmatia. Claud. 2. in Ruff. 8.

Montana Dalmatia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 16.

Dalmata, huius Dalmatæ, pen. corr. (Δάλματα,) Qui ex Dalmatia est. Cic. ad Vatinũ, lib. 5. 11. 5. Dalmatis diis malefaciãt, qui tibi molesti sunt.

Dalmatæ montes. Stat. lib. 4. Syl. 7. 3.

Dalmaticus, penult. corr. Sueton. Externa bella duo per se gessit, Dalmaticum adolescens adhuc, & Cantabricum. Vatinius ad Ciceronem lib. 5. 10. 1. Et eo minus quòd me frigus Dalmaticum quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit.

Fluctus Dalmatici. Lucan. 2. 81.
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus.

Dama, damæ, (Δορκάς,) Genus capræ syluestris, tam masculi, quàm fœminini generis. Virg. 8. eclog. Cum canibus timidi venore ad pocula damæ. Idem. 3. Georg. 116. Timidi damæ, cerui q́ue fugaces. Martial. lib. 13. 94.
Dente timetur aper: defendunt cornua ceruum:
Imbelles damæ quid nisi præda sumus? Horat. 1. Carm. ode. 3. 2.
Et superiecto panidæ natarunt Aequore damæ.

Veloces damæ. Senec. Hippol. 1. 11.

Agitare damas. Ouid. 10. Metam. 108.
Aut agitat damas, aut fortibos abstinet Apris.

Figere damas. Virg. 1. Georg. 62.

DAMASCENE, pen. prod. Syriæ pars, quæ & Cœle & Mesopotamia dicitur, circa Libanum: sic dicta à Damasco, clarissima ciuitatum, Author Pomponius Mela, lib. 1.

Damascenus, Adiectiuũ, (Δαμασκηνός,) vt Damascena pruna. Plin. lib. 15. cap. 13. In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, à Syrię Damasco cognominata. Martial. lib. 5. 18.

DAMASCIVS Sigiæus, historicus, Herodoti tempore ante bellũ Peloponnesiacum scripsit de rebus in Græcia gestis: præterea maioribus eorum qui ad Troiam profecti sunt, & de Poetis & Sophistis, aliaque complura, vt author est Suidas.

DAMASCVS, (Δαμασκός,) Syriæ vrbs, à qua Damascene regio dicta. De Damasco sic Strabo, lib. 16. Damascus vrbs est insignis, oiuro ferè nobilissima quæ in ea sunt regione, Persiæ vicina.

Ventosa Damascus. Lucan. lib. 3. 43.
Accedunt Syriæ populi, desertus Orontes,
Et fœlix (sic fama) Niuos, ventosa Damascus.

DAMASITHYNVS, vnus fuit è Ducibus Xerxis Persarum regis, teste Herodoto, lib. 7.

DAMEAS, nobilis statuarius, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

DAMIA, Cognomen Cybeles, & Damatris eius sacerdos.

Damium, Sacrificium quod minimè erat publicum Damiæ Deæ.

DAMIANVS Ephesius, Sophista nobilis, circa M. Antonini principis tempora diuitiis ac potentia inter suos præditus, viros doctos liberalitate prosequutus est: eloquentiæ quoque genus secundum naturam imitatus. Author Philostratus in Sophistis.

Damnum, damni, (ζημία, βλάβη,) P. Iurisc. Dãnũ & dãnatio ab adẽptione & quasi diminutione pattimonii dicta fuit.

Damnum est. Terent. Adelph. 2. 2. 23. Nisi eò ad mercatum ventam, quàm num maximum est.

Damnum ex tempestate. Cato cap. 3. 2. Si citò sustuleris, & vasa parata erunt, nihil damni erit ex tempestate.

Damna & detrimenta. Cic. 1. de Leg. 76.

Iactura atque damnum. Cic. 1. de Lege Agr. 12.

Damni iniuria. Cic. pro Qu. Rosc. Com. 19. Ibidem. 31. Et lis contestata cum Flauio damni iniuria esset.

Acerba damna. Claud. Gigantomach. 4.

Fatalia damna. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 10.

Flebile damnum. Claud. 2. in Ruff. 10.

Gemina damna. Claud. 2. paneg. 77.

Grauius damnum. Ouid. 7. Metam. 113.

Lucte damnum. Ouid. 14. Metam. 40.

Reparabile damnum. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 11.

Speciosum damnũ id vocamus quod specie quandã exhibeat nobis non cõtẽnendæ vtilitatis, quum tamẽ re ipsa noxii sit maximè. Hoc epithe to apposite vsus est Ouidius li. 11. Meta. 27. vbi Midæ fabulã enarrat.

Tenue damnum. Claud. de bel. Get. 1.

Turpia damna. Claud. de bello Gildon. 38.

¶ Damnis accedere. Ouid. de Nuce. 11. Quàm miserum est odium damnis accedere nostris.

Pudor accedit in damnã. Ouid. epist. 1. 10.

Addere flagitio damnum. Horat. 3. Carm. ode. 5. 6.
Auro repensus scilicet acrior
Miles redibit! Flagitio additis Damnum.

Damno auctus. Terent. Heaut. 4. 1. 15. Sic est factum domi atergo herus damno auctus est.

Capere damnum. Vide CAPIO.

Certare damnis. Vide CERTO.

Coercere damno aliquem. Cic. 3. Offic. 29.

Cogere damno aliquem. Cic. 1. Philip. 9.

Contrahere dãnum in re aliqua. Cic. 5. de Fin. 156. Nec mercatura quæ-stuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.

Dissolutа & compensata damna. Vide COMPENSO.

Damnum dare. Terent. Aud. 1. 1. 118. Quid facias illi qui dederit damnũ aut malum?

Facere damnum. Cic. de Clar. Orat. 64. Damnum enim, illius immaturo interitu, res Romanæ Latinæque literæ fecerunt.

Factum damnum in aliquo. Cic. Trebonio, lib. 10. 28. 7. Magnum damnũ factum est in Seruio.

Damni nihil facis quòd. Cic. Volumnio, lib. 7. 34. 1. Quòd declamationibus nostris cares, damni nihil facis.

Ferre damnum cum pudore. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6. 14.

Gubernare damna belli Silius lib. 10. 5.

Damnum infectum, Est damnum nondum factum, quod futurũ veremur. Caius. Vide INFICIO.

Lesa & damna. Ouid. 1. Fast. 74.

Pensare damnum. Claud. 1. de Raptu Pros. 26.

Plangere damna. Stat. 11. Thebaid. 14.

Materiam præbere damno. Ouid. 7. Metam. 43.

Rependere damna. Ouid. 1. de Arte. 136.

Refarcire damna. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 15. In meis damnis ex authoritate Senatus refarciendis.

Damno esse. Plin. in Proœmio lib. 14. 3. Posteris laxitas mundi & rerũ amplitudo damno fuit.

Credulitas puellis damno esse solet. Ouid. epist. 16. 3.

Damnosus, pen. prod. Adiectiuũ, (ζημιώδης, ἐπιζήμιος, βλαβερός,) Quod infert damnum. Plaut. Bacch. 2. 3. Quid tibi commercii est cum dis damnosissimis? Idem in Curc. 9. 11. Et Picud. 7. 1. Terent. Heautontim. 4. 1. 1. Ganeo damnosus.

Alea damnosa. Martialis lib. 14. 18.

Artes damnosæ. Ouid. 8. Meram. 43.

Damnosæ curæ. Ouid. 1. de Remed. 14.

Dies damnosa. Horat. 3. Carm. ode. 6. 9.

Gaudia damnosa. Claud. 7. Panẽg. 67.

Libido damiosa. Horat. 2. epist. 1. 21.

Mora damnosa. Ouid. 11. Metam. 76.

Dãnosa famæ reique mulier. Liu. 9. bel. Maced. 34. Hinc eõsuetudo iuxta vicinitatẽ esi Eburio fuit, minimè adolescentis rei aut famæ dãnosa.

Senectus damnosa. Ouid. 13. Metam. 106.

Superbia damnosa. Ouid. 3. de Arte. 101.

Venus damnosa. Horat. 1. epist. 19. 5.

Virtus damnosa. Ouid. 10. Metam. 141. Virtus, id est fortitudo.

Voluptas damnosa Veneris. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 19.

Damnosior. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. 20. ad amnem, Damnosus pecori
currís, damnosior agris.

Nihil est damnosius deserto agro. Plin. lib. 18. cap. 5. 3.

Damnosum est. Colum. lib. 1. Quod si per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen compediosum.

¶ Damnosus, Profusus & nequam. Sueto. in Nerone, cap. 31. Non in alia re damnosior, quàm in ædificando. Erasmus. Plaut. Sed damnosis aut de amatoribus Dictator fiat nunc.

Damnosa, Aduerbium, (βλαβερῶς,) vt
Damnosa bibere. Horat. 1. Sermo. saty. 8. 7.

Damnificus, penul. corr. (ζημιῶν,) Qui facit damnum. Plaut Cist. 10. 68. Imitatur nequam bestiam & damnificam.

Damnigerulus, pen. correp. (βλαβίφορος,) Idem. Plaut. Trucul. 11. 1. Ite hãc simul mulieri damnigeruli foras getrones.

Damno, damnas, (κατακρίνω, κατάδικάζω, ἀποδοκιμάζω, κατάκρισιν,) damnare, Notæ significationis. Quintil. lib. 3. cap. 6. 47. Et M. Tullius non dubitauit aliquos suos libros iam æditos aliis postea scripturis damnare. Lucanus lib. 5. 50. —seu præmia miles
Dum maiora petit damnat cauisimque, ducémque,
Et scelere imbutos etiam nunc vendicat enses.

Aciem damnare. Vide ACIES.

Artes damnare. Sil. lib. 11. 63. Quoq́ue esset miranda magis tum sacra libido, Pactulo genitus patrias damnauerat artes.

Damnare reos. Ouid. 15. Metamorpho. 9.
Mos erat antiquis niueis, atrisque lapillis
His damnare reos, illis, absoluere culpa.

In vno facto damnandus. Ouid. 7. Metamorpho. 81.

Morã damnare. Ouid. 11. Metamorpho. 175.

¶ Damnaf in totum hæc herba. Plin. lib. 12. cap. 12. 2. Alterum nardi genus apud Gangem nascens damnatur in totum.

¶ Damnare genitiuo aliquando iungitur, aliquando ablatiuo, quando autem genitiuo, subintelligitur fere ablatiuus crimine, vel scelere, aut simile, quod addit Ouid. 5. Fast. 125. —sceleris crimine damnat auos.

Ambitus damnari. Cic. de Claris Oratorib. 94. Plin. lib. 35. cap. 12. 11.

Furti & pro socio damnatum esse. Cic. pro Flacco 33.

Damnare tempora infœlicitatis. Quintil. lib. 10. cap. 2. Nostra tempora damnamus infœlicitatis, vt nunc demum nihil crescat.

Iniuriarum. Cic. 5. Verr. 76. Et 7. Verr. 84.

Maiestatis. Cic. pro Cluentio 79. & 1. Philipp. 17.

Peccati alicuius damnari. Author ad Heren. lib. 4. 167.

Peculatus damnatum esse. Cic. 1. Verr. 14.

Damnare aliquem prænaricationis. Plin. Iunior epist. 9. lib. 3.

Damnari rei capitalis. Cic. de Senect. 38.

* Damnari tarditatis. Quintil. lib. 2.

Sceleris. Ouid. Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido. Cic. 7. Ver. 12. Quis dubitet quin seruorum animos summa formidine oppresserit, quum viderent ea facilitate Prætorem vt ab eo seruorum iceleris, coniurationisque damnatorum vita, vel ipso carnifice interruntio, redimeretur? Idem Attico, lib. 7. 131. 5.

Absoluere hominem mentis crimine communæ, & sceleris eundem damnare. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 56.

Sordium. Plin. epist. 36. b. Summotum à Proconsulatu, quia se in legatione turpiter gesserat, de Proconsulibus iudicare, damnatumque sordiũ, vel damnare alios, vel absoluere.

Stultitiæ damnare aliquem. Cic. in Partit. 74.

Damnauit tarditatis natura. Quintil. lib. 2. cap. 6. Nec enim nos tarditatis natura damnauit: sed dicendi mutauimus genus.

Veneficii damnatus. Tacit. lib. 12.

Iungitur etiam genitiuo significanti pœnam: vt Damnari octupli. Cic. 5. Verr. 11. Expecto vim edicti, feueritatem Prætoris: fauco aratori, cupio octupli damnari. Apronium? Quid randem postulat aratori?

Damnatus iudicii. In L. 1. Paragr. 2. ff. De postul.

Damnatus longi laboris. Horat. 2. Carm. ode 14. 4.
Visendus ater flumine languido
Cocytus errans, & Danaï genus
Infame, damnatusque longi
Sysyphus Aeolides laboris.

¶ Ablatiuo. Cic. 6. Verr. 89. Daret q́ue operam, vt is eo crimine dãnaretur, ne ipse esset in crimine. Seneca dicit genus humanũ damnatũ mortalitate. & epist. 96. Mulieres dãnatę morbis virilibus ob intemperãtiam.

Damnatus crimine. In L. 1. Paragr. 1. ff. De postul.

Nomine sceleris coniurationisque damnari. Cic. 7. Verr. 9.

Damnare de. Cic. 2. Verr. 24. Quid fit quòd P. Septimio Senatore damnato, Hortẽsio Prætore, de pecuniis repetundis, Lis æstimata sit eo nomine, quòd ille ob rem iudicandam pecuniam accepisset: quòd in C. Herennio, quòd in C. Popilio Senatoribus, qui ambo peculatus damnati sunt: quòd in M. Attilio, qui de maiestate damnatus est: hoc planum factum est. Idem ad Brutum 12. 4. Atque ille si armis positis de vi damnatus esset, quo in iudicio certè damnationem non haberet, eandem calamitatem subirent liberi. Idem 1. Philipp. 15.

Damnare de suspicionibus, Id est ex suspicionibus, per suspiciones. Vlpianus in L. Absentem. Paragr. primo. ff. De quæst.

De pecuniis repetundis damnari. Cic. pro Cluentio 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De maiestate damnatum esse. Cic. 2. Verr. 24.
Ablatiuo etiam pœnæ vt Damnari capite. Cic. 1. Tusc. 79. Sed plurimi contrà nituntur, animosque quasi capite damnatos, morte mulctât.
Caput damnare Orco. Virgil. 4. Aeneid. 140.
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat Stygioque caput damnauerat Orco.
Damnari ad. Plaut. Rud. 29. 2. Quem modò damnauit ad Recuperatores Pseudolus? Plin. epist. 149. Qui damnati ad pœnam erant.
Damnari in. Plin. epist. 248. Quidam vel in opus damnati, vel in ludũ. Idem epist. 35. c. Damnatus in metallum, strangulatus in carcere.
Partem damnatur in vnam. Ouid. 11. Metamorpho. 36.
Cætera sunt hominis: partem damnatur in vnam.
Indulturque aures lentè gradientis aselli. De Mida.
¶ Capite ob rem aliquam damnari. Cic. 1. Tusc. 158. Nec ob eam rem, quum hæc exquirerem, sicut hîc faciebam, capite damnarer.
Iudicio damnari. Cic. 1. Philipp. 16. Ibidem, Iure damnatus.
Senatus decreto non mea facta damnasti. Ouid. 2. Trist. 27.
Turpi iudicio damnari. Cic. pro Sex. Rosc. 66.
Ipsa hominum opinione tacita damnatum esse. Cic. pro Cluent. 4.
Primis sententiis damnatum esse. Cic. 1. de Orato. 118.
Per arbitrum damnari. Cic. pro Sex. Rosc. 67.
Damnare fastidio aliquid. Plinius lib. 11. ca. 2. 3. Quapropter quæso, ne hæc legentes, quoniam ex his spernunt multa, etiam relata fastidio damnent, quum in, &c. Martial. lib. 9. 51.
Damnare odio. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 6. Neque absoluimus illud, sed quum difficilis esset incertæ rei æstimatio, tantùm odio damnauimus.
¶ Additur interdum datiuus significans personam, quæ in causa vincit. Senec. de Benef. lib. 6. Sic debitori creditor sæpe damnatur, vbi ex alia causa plus abstulit, quàm ex credito petit.
¶ Damnari indicta causa dicuntur, qui ad iudicium vocati non affuerũt, absentesque sententiam passi sunt. Curtius lib. 8. Itaque nullius cædes, maiorem Alexandro excitauit inuidiam, quàm quòd virum optimis moribus, artibusque præditum, non tantum occiderit, sed etiam torserit, indicta quidem causa. De Callisthene loquens. Cic. 1. de Legib. Vt Dictator qui esset, quem vellet ciuium indicta causa, impune posset occidere. Id est non prius auditum, vt nunc loquimur. Hæc Budæus. Quidam sic interpretantur, damnari indicta causa, tam de iis dici, qui ad defensionem non admittuntur, quàm de iis qui subterfugiunt iudicium.
Damnari inauditum. Vide INAVDITO.
¶ Damnari votorum vel votis. Virgil. 5. eclog.
Vt Baccho, Cereríque, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient, damnabis tu quoque votis. Vbi Seruius, quum tu deus præstare aliqua hominibus cœperis, obnoxios tibi eos facies ad vota soluenda: quæ ante quàm soluantur, obligatos, & quasi damnatos homines retinent. Liuius 7. ab Vrbe 127. Inter ipsam dimicationem ædem Iunoni Monetæ vouit. Cuius damnatus voti quum victor Romam reuertisset, Dictatura se abdicauit. Idem 7. bel. Punic. 242. Deos omnes deasque precabantur, vt illis fausta iter, fœlixque pugna, matura ex hostibus victoria esset: damnarenturque ipsi votorum, quæ pro iis suscepissent, vt quemadmodum nunc soliciti prosequerentur eos, ita paucos post dies læti omnibus victoria obuiam irent.
¶ Damnare, Pro reum peragere, siue condemnari facere. Tacitus lib. 3. Abolitas leges, & funditus versas, vbi in foro, in limine curiæ, ab Annia Rufilla, quam fraudis sub iudice damnauisset, probra sibi, & minæ intendantur. Plinius lib. 14. cap. 2. Verrem Cicero damnauerat.
¶ Damnare, Liberare. Virgil. 12. Aeneid. 145.
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum. Seruius.
¶ Tributis damnare. Tacit. in lib. de Germ. vbi Rhenano author e, damnare pro Multare accipitur: in qua quidem significatione Liuius etiam vsurpare consueuit. vt lib. 5. Dec. 4. Multos pecuarios damnarunt.
Damnatus, Participium, (κατεγνωσμένος,) vt Damnatus morti. Lucretius libro 6. 148.
Caput damnatum. Lucanus lib. 2. 62.
O vtinam, cœlique deis, Erebique liceret
Hoc caput in cunctas damnatum exponere pœnas.
Falsos crimine mortis damnatus. Virgil. 6. Aeneid. 86.
Hos iuxta falso damnati crimine mortis.
Causa propè conuicta & damnata. Cic. pro Cluent. 4.
Damnatum viuere paci. Sil. lib. 3. 67.
Damnatus, (κατάγνωστος,) Nomen ex participio, Cic. in Pisonẽ 78. Quis te miserior, quis te damnatior, qui neque scribere ad Senatum, à te bene Remp. esse gestam, neque præsens dicere ausus es? Id est quem iustius quis iudex posset condemnare, quàm te. Idem pro Sestio 125.
Damnatûrus, pen. prod. (κατακριναμένος,) Participium. Ouid. 7. Metamorpho. 170.
Indicioque fidem negat, & nisi viderit ipsa,
Damnatura sui non est delicta mariti.
Damnatio, Verbale, (κατάγνωσις, κατάκριμα,) Plinius lib. 18. cap. 6. 10. Metuens damnationem. Idem lib. 20. cap. 11. 4. Cicero Attico, lib. 7. 123. 8. Omnes damnatos, ignominiaque dignos.
Reorum acerbissimæ damnationes, cui opponitur, Libidinosissimæ liberationes. Cic. in Pisonem 69.
Ducere damnationem. Cice. 4. Verr. 69. Quum rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos: docuissemque hanc damnationem duci non oportere, &c.
Esse in damnatione. Plin. lib. 20. cap. 11. 4. Sed in confessa damnatione est venenatum in Sardinia.
Damnâs, (κατεγνωσμένος,) pro damnatus, apud Iurisconsultos. Marcellus, Quisquis mihi hæres erit, dare damnâs esto. Quintil. lib. 7. Hæres meus vxori meæ dânâs esto dare argenti, quod elegerit, pondo centũ.
Damnatorius, Adiectiuum, (κατηγορικός,) vt Damnatorium iudicium. Cice. 5. Verr. 44. Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugerum professione.
Damnatoria tabella, apud Suetonium in Augusto.
Damnâtus huius damnatus, penul. prod. Idem quod damnatio. Plinius libro 7. cap. 44. 3. Alieno beneficio postea vixit, bonis inde etiam consecratis à damnato suo.
DANAE, Acrisii regis &c.) Vide ACRISIVS.
DAMON & Pythias, Pythagorei, (Δάμων καὶ Πυθίας,) hoc animo (inquit Cicero) inter se fuerunt, vt quum eorum alteri Dionysius tirannus diem necis destinauisset: & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies, cõmendandorum suorum causa postulauisset: vas factus est alter sistendi eius: vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi, qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrãnus, petiuit vt se ad amicitiam tertium adiungerent. Hæc Cicero lib. 3. de Officiis. Meminit & Valerius de Amicitia.
DAMOPHILA, pen. corr. Græca mulier, vxor Páphili, socia Sapphus poetriæ, poemata multa conscripsit, partim amatoria, partim in Dianæ laudes, vt est author Philostratus in vita Apollonii.
DAMOPHILVS, pen. corr. Sophista, quem nutriuit Iulianus Consul, sub M. Antonio principe: scripsit ad Lollium Maximum de Vita priscorum, & quædam alia. Suidas.
DAMOSTRATVS, penult. corr. Philosophus, scripsit de piscibus libros xx. Suidas.
DAMOXENVS, pen. corr. Athenensis comicus, cuius fabulæ non mallæ memorantur ab Athenæo in Dipnosophistis.
DAMYNDAS, Vir fuit Macedo teste Plutarcho.
DANAE, Danaes, (Δανάη,) trium syllabarum, Acrisii regis Argiuorũ filia, quam dicunt ab Ioue in auri guttam conuerso compressam. Ouidius lib. 2. de Tristibus, Quid Danaen Danaesque nurus, matremque Lyæi? Idem 4. Metamorphoseos,
-neque enim Iouis esse putabat
Persea, quem pluuio Danae conceperat auro.
Danae Acrisii regis Argiorum filia, postquam est à Ioue vitiata, pater eam in arcam inclusam præcipitauit in mare. quæ delata ad Italiam inuenta est à piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat, & oblata regi, qui eam sibi fecit vxorem: cum qua etiam Ardeam condidit: à quibus Turnum vult Virgilius originem ducere. Hactenus Seruius in illud 7. Aeneid. 56.
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus Acrisiusque patres, mediæque Mycenæ. De Danae vide Horatium 3. Carm. ode 16. Vide Acrisius.
Danaeius, Adiectiuum, (Δανάειος,) vt Heros Danaeius, Id est Perseus, Iouis & Danaes filius. Ouid. 5. Metamorpho. 1.
DANAVS, (Δαναός,) Beli filius, in Aegypto regnauit: is quinquaginta filias habuit, quæ maritos suos interfecerunt. de quibus diximus in dictione BELVS. Vide Seruium in 10. Aeneid. 100. Is Danaus puteos dicitur inuenisse, vt est apud Plinium lib. 7. cap. 56.
DANDARICA, pro terra Dandaridarũ. Tacit. lib. 12. Ventumq; Soza oppidum Dandaricæ. Subintelligitur terræ. Sic enim repositimus (inquit Rhenanus in castigationibus in Tacitum) pro Dandaridæ.
DANI, Populi Germaniæ, nunc Daci dicti. Sipontinus.
Danista, danistæ, m. g. (δανιστής,) Fœnerator. Quidam Danistas, à dando dictos voluere, quod dent fœnori. quamuis alii à Græco potius existiment, hoc est ἀπὸ τοῦ δαίλεσθαι, quod est mutuare. Plau. Epid. 2. 51. -id Adeò Argentũ T. ab danista apud Thebas E. sumpsisti fœnori? E. In dies, minasq; argẽti singulas numus. E. pappas T. Et is danista aduenit vnà cum eo, qui argentum petit.
DANTES, (Δάντης,) poeta Florentinus, regum & principum amicitiis clarus, cuius vitam scribit Volaterranus lib. 21.
DANTISCVM, Poloniæ oppidum, ad Vistulam fluuium, aduectis mercibus clarum & opulentum, vt notat Vadianus.
DANVBIVS, (Δανούβιος,) inquit Plinius lib. 4. cap. 12. 33. ortus in iugis Abnobæ montis Germaniæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis vltrà Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine,

mine, immenso aquarum auctu, & vnde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero cursũ nauigabili, in pontum vastis sex fluminibus euoluitur. Hactenus Plinius. De Danubio sic Dionysius.
Abnoba mons Istro pater est, cadit Abnobæ hiatu
Flumen, in Eoos autem conuertitur axes,
Euxinoque salo prouoluitur, ora per æquor
Quinque vomunt amnem, &c. Ammianus quoque lib. 22. Amnis (inquit) Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latio rem orbem protensus, ac sexaginta nauigabiles pene recipiens fluuios, septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc fecũdum post Nilum facit Ausonius in quarto epigrammate,
Illyricis regnator aquis, tibi Nile secundas
Danubius lætum profero fonte caput. Et Ouidius libro. 4. de Ponto, vbi de Scythiæ fluminibus,
Innumeríque alii, quos inter maximus omnes
Cedere Danubius se tibi Nile negat. Vulgò Donaw, Le Danube.
Capax Danubius. Ouid. ad Liuiam. 78.
Fecox. Claud. 2. in Ruff. 6.
Profundus. Hora. 4. Car. od. 15.
Rapidus. Claud. 2. Paneg. 47.
Rigens. Claud. 1. Paneg. 16.

Dapalis, et Dapatice, Vide DAPS.

DAPHNE, (Δάφνη,) Penei fluminis filia, Phœbo adamata, ac in laurum conuersa. De qua Ouidius 1. Metam. & Aphthonius sophista. Daphne altera, filia Tiresiæ vatis, quæ Thebis captis missa est Delphos, vt vaticinium disceret. Itaque edidit varii generis responsa, cuius ex versibus Homerum ferunt multa mutuatum fuisse. Hæc Diodorus lib. 5.
Pœnea Daphne. Ouid. 1. Metam. 91.
¶ Daphne, Straboni nemus est apud Antiochenses.
DAPHNIS à poetis puer formosissimus, & Mercurii filius describitur. Pastor autem fuit qui carmen Bucolicum inuenit, in Sicilia boum armẽta multa possedit: postremò captos laminibus, quòd ebrius cum aliena femina congressus esset, vt pœnitũ ei fuerat à nympha. Author Suidas.
¶ Daphnis, Antiochiæ suburbanum, quod octoginta stadiorum ambitu claudebatur, vt ait Strabo.

Daphnoides, Herba. Plinius lib. 24. cap. 15. 10. Est & alia clematis. Aegyptia cognomine, quæ ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur, folio lauri, longa tenuisque: aduersus serpentes, ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc in maxime gignit. Ruellius lib. 3. cap. 137. dicit hanc appellari nostris herbaris laurcolam.

Daphnon, daphnonis, pen. prod. (Δάφνων,) Lauretum. Mart. lib. 10. 79. Disposuit daphnona suo Torquatus in agro.

Castaneas centum fecit Otacilius. Idem lib. 12. 46.

Daps, dapis, (δαίς, δαῖτα,) apud antiquos dicebatur res diuina quę Græco deducitur, apud quos id genus epularũ δαῖς, dicitur. Hæc Fest. Liu. 1. ab Vrbe, Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium dapemque præsto essent, isque extra exponerentur, Pinarii extis adesi vad cætera quæ dona parârit. Virg. in Buc. eclo. 8. Quas illi Philomela dapes, quæ dona parârit.

Dapis, in genitiuo singulari. Horat. 4. Carm. ode 4. 3. Egit amor dapis atque pugnæ. Loquitur de aquila.
¶ Dapes non tantũ sunt deorũ, vel nostræ in sacrificiis deorum, vt volũt Valla lib. 4. & Seruius: sed largiores & opipari apparatus. Martialis li. 5. 91. Illa quidem lauta est, dapibusque instructa superbis. Virg. 4. Aeneid. Diripiuntque dapes, contactúque omnia fœdant.
Dapes (inquit Nonius) non tantum opiparos apparatus aut religiosos, sicut plerumque, significare, sed & vitabiles, & infandos cibos, authore Virgilio, posiumus dicere. Aeneid. 3. de Cyclope, Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus.
Accitæ dapes, Id est vndique consumptæ. Virg. 7. Aen. 15. Seruius.
Amor dapis. Horat. 4. Carm. ode 4. 3.
Benignæ dapes, Id est multæ & liberaliter ministratæ. Horat. Epod. 17. 3. Egens benignæ Tantalus semper dapis.
Festæ dapes, Id est lautiores. Horat. Epod. 9. 1.
Incruentæ dapes. Horat. Epod. 2. 30. Vide INEMPTVS.
Lethales dapes. Valer. lib. 2. Argon. 31.
Libidinosæ dapes. Vide LIBET.
Opimæ dapes. Virg. 3. Aeneid. 45.
Siculæ dapes, pro lautis & sumptuosis dixit Horatius. 3. Carm. ode 1. 4. Vide SICILIA.
Superbæ dapes. Martialis lib. 5. 103.
-illa quidem lauta est, dapibusque instructa superbis:
sed nihil omnino, te recitante placet.
¶ Celebrare dapes. Ouid. 5. Metam. 12.
Conuellere dapes auido dente. Ouid. 11. Metamor. 15.
Egens dapis. Horat. Epod. 17. 3.
Egerere dapes. Ouid. 6. Metamorpho. 133.
Epulari dapibus. Virgil. 3. Aeneid. 45.
Expletus dapibus. Virgil. 3. Aeneid. 126.
Mensæ extructæ dapibus. Ouid. 11. Metamorpho. 15.
Impositæ auro dapes. Virgil. 5. Aeneid. 71.
Socias dapes inire cum aliquo. Est conuiuari cum aliquo. Stat. 1. Sylu. 6. 10. ad Cæsarem, Nobiscum sociæ dapes inisti.
Instaurare dapes. Claud. 3. de raptu Proserp. 44.
Instituere dapes. Virgil. 7. Aeneid. 22.
Onerare mensas dapibus. Virgil. 4. Georgic. 27.
Iuuare aliquem opima dape. Stat. 4. Sylu. 9. 11.
Orare veniam dapibus. Ouid. 8. Metamorpho. 138.
Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant.
Humana dape pascere aliquem. Ouid. epist. 9. 14.
Properare dapes. Stat. 1. Achil. 14. Significat celeriter apparare.
Dapes quomodo constituantur, vide Catonem, cap. 132.
Dapino, dapinas, (δαπτέω,) dapinare, Dapes extruere & parare. Plaut. Capt. 13. 128. Aeternum tibi dapinato victum, si vera autumas.
Dapilis, (πίων,) cœna, Amplis dapibus plena. Titianius Varro, Toto fit in foco de ligni mihi dapalis cœna.
Dapilis cœna, apud Plinium libro 10. capit. 20. Vide in ADDICIO. Addicialis cœna.
Dapiticum, penul. correp. (μεγαλοπρεπῶς,) Id est amplum, ac magnificum: vt Dapaticum negotium. Festus.
Dapatick, Δαπανικῶς, se acceptos ãtiq dicebãt significãtes magnifice. Fest.
Dapsilis, & hoc dapsile, penul. correp. (δαψιλὴς,) Abundans & largus: vt Dapsilis sumptus. Plaut. Mostel. 13. 44. Triginta mnæ, præterque alios dapsiles sumptus facit.
Dapsiles dotes, Plaut. Aulul. 6. 40.
Dapsilis lectus, Excellens & sumptuosus. Plaut. Truc. 3. 24.
Dapsilis prouentus. Colu. lib. 4. cap. 2. 4. Si autem cõtinuis superioribus annis dapsili prouẽtu fatigata vitis fuerit, requiescet ac refici par erit.
Dapsilis musto spionia. Colu. lib. 3. ca. 2. 17. At spionia dapsilis musto, & amplitudine magis vuarum, quàm numero fertilis. Id est abundans.
Dapsilis dictis. Plaut. Pseud. 6. 3.
-quid nunc acturus, postquam herili filio
Largitus dictis dapsilis?
DARDANVS, penul. correp. (Δάρδανος,) Electræ Iouisque filius, fratrem habuit Iasiumquo interfecto, è Coriti sede Hetruriæ, quæ nunc Cortona est, in Samothraciam venit, iram fugiens populorum. De quo Virgilius 7. Aeneid. 42. -his ortus in agris
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Threiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur?
Hinc illum Coriti Tyrrhena à sede profectum. Quem locum exponens Seruius, sic ait: Iupiter cum Electra Atlantis filia, Coriti regis Italiæ vxore concubuit. Sed ex Iouis semine natus est Dardanus: ex Corito, Iasius. Dardanus profectus ad Phrygiam, Ilium condidit: Iasius verò Thraciam tenuit, vbi est Samos, quam hîc Samothraciam nominauit. Nam Iunonis alia est Samos. Virgil. 8. Aeneid. 27.
Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & author,
Electra (vt Graii perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros. Tradit idem Seruius in 3. Aeneid. 34. Iasium à Dardano fuisse occisum. Vide eundem Seruium in 3. Aeneid. 22. & rursum in 4. Aeneid. 32.
Dardania, (Δαρδανία,) à Dardano, vt scribit Strabo lib. 13. & Ouid. lib. 1. Trist. Dardaniamque perit authoris nomen habentem. Virgil. 2. Aeneid. 65. Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ. Id est Troiæ: aut à Dardano Iouis & Electræ filio: aut secundum Sallustium, à rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit. Seruius. Idem Virgilius 3. Aeneid. 32. Nos te Dardania incensa, tuaque arma sequuti. In quem locum sic ait Seruius: Deriuatiuum nomen à constitutore. Et notandum, regionem pro ciuitate positam.
Author Troiæ Dardanus. Virgil. 6. Aeneid. 130.
Crudelis Dardanus. Virg. 4. Aen. 133. Id est Aeneas. Verba sunt Didonis.
Dardanis, Dardanidis, penul. correp. (Δαρδανίς,) Patronymicum, fœm. gen. vt matres Dardanides. Ouid. 13. Metamorpho. 83.
Dardanides, Dardanidæ, penul. correp. m. g. (Δαρδανίδης,) Patronymicum. Virgil. 10. Aeneid. 109. Dardanides contrà furit.
Dardanidæ duri. Virgil. 3. Aeneid. 19.
Dardanidæ magni genus alto à sanguine diuum. Virgil. 5. Aeneid. 9.
Dardanius, Adiectiuum, (Δαρδάνιος,) Plin. lib. 33. cap. 3. 1. Cuius sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro digitatem per annulos fecit, vt habeant in lacertis iam pridem & viri quod è Dardanis venit: itaque & Dardanum vocabatur.
Acestes Dardanius. Vide ACESTES.
Dardanarius, (Δαρδανάριος,) ab Vlpiano vocatur qui annonam supprimit, vti demum carius vendat. In L. Annonam, De Extraord. Cri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minibus. Dicti autem Dardanarii à Dardano quodam contaminatissimo & profligatissimo mago. A quo etiam Dardaniæ artes, quæ à Columella in Horto, vocantur magicæ, At si (inquit) nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniant artes.

DARES, huius Daretis penul. prod. Phrygius historicus, scripsit bellum Troianum Græcè, in quo ipse militauit, vt ait Isidorus, primus ferè historicorum: qui tandem capto Ilio, cum Antenoris factione remansit, vt scribit Corn. Nepos, qui opus eius è Græco in Latinum sermonem conuertit, dicauitque Sallustio. Est & Dares apud Virgilium libro Aeneidos 5. cum Entello congressus.

DARIDARVS, rex Persarum, tempore Appollonii Tyanæi, ideſt tempore Tiberii Caii, & Claudii imperatorum, vt scribit Philostratus in eius vita.

DARIORIGVM, (Δαριόριγον,) Galliæ vrbs Ptolemæo Venelgò Vannes.

DARIVS, penul. prod. (Δαρεῖος,) Rex Persarum, cui Xerxes succeſsit. Ouid. in Ibin, Vtque necatorum Darii frande secundi. Claud. in epist. ad Hadrianum, Darium famulis manibus doluisse peremptum.

DARVERNVM, (Δαρουέρνον,) Ptolemæo Britanniæ insulæ portus, vnde in Galliam traiicitur. Vulgò Douer.

DARVS, (Δάρος,) Pannoniæ inferioris, id est Vngariæ fluuius, Ptolemæo: Drauus aliis dicitur. Vulgò Mora.

DASCYLOS, (Δασκύλιον,) Bithyniæ oppidum, Plinio & Pomponio. lib. 1. Ptolemæus & Strabo Dascylium nominant, & iuxta lacum Dascylyticum. hodie Diasquillo.

Dasia, penul. prod. (Δασία,) densitas spiritus, & signum est vocalis aspiratæ: quod hac nota formatur.

DASSARETAE, Thraciæ populi, quos à tergo Epiro iunctos, Plinius scribit. De his Mela lib. 2. in descriptione Thraciæ.

DASTYLVS, Fuit Gygis regis pater, teste Herodoto lib. Historia. 1.

Dasypus, penul. correp. huius dasypodis, penul. correp. (Δασύπους,) Plinius lib. 10. cap. 63. 8. Dasypodes omni mense pariunt, & superfœtant sicut lepores. A partu statim implentur, concipiunt quamuis vbera siccante fœtu. Pariunt non cæcos. Idem lib. 8. ca. 55. 3. Lepus omnibus prædæ nascens, solos præter dasypodem superfœtat, aliud educat, aliud vtero pilis vestito, aliud plume, aliud schoa tum gerens pariter. In quibus duobus locis (inquit Budæus) Plinius hallucinatus esse creditur, qui dasypodem & leporem diuersa animalia esse putauerit, quum idem sit. Theodorus certè dasypodem vbique leporem ex Aristotele vertit. Hactenus Budæus. Plura qui cupiat, videat priores huius in Pandectas annotationes.

Datarius, Datatim, Vide D O das.

Daucus, (δαῦκος,) Herba, de qua Plinius lib. 25. cap. 9. 8. Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodotus, quæ persequi nihil attinet, quum sint differentiæ duæ. Daucus à quibusdam vocatur pastinaca syluestris. Vide Matthiolum Senensem.

DAVLIA, vel Daulis, (δαυλία, δαυλίς,) oppidum Phocidis, sub ditione Terei regis Thracum. vnde Philomela dicitur Daulias auis Ouidio, Deflet Threicium Daulias ales Itym.

DAVNIA, (δαυνία,) Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam propter domestica seditione excedens patria, occupauit. Festus.

DAVNI, (δαύνιοι,) Italiæ populi, à Dauno duce Diomedis socero dicti. Horum oppidum est Salapia, Annibalis meretricio amore inclytũ, vt scribit Plinius capite vndecimo libri tertii.

Pauper aquæ Daunus. Horatius 3. Carm. ode 30. 2. quòd inopia aquæ siticulosa est Appulia. Acron.

Appulus Dannus. Horat. 4. Carm. ode 14. 6.

Daunius, Adiectiuum, (δαύνιος,) vt Regna Daunia apud Siliũ lib. 8. 71. & Dauniæ Camœnæ apud Horatium lib. 4. Carm. ode 6. 6.

D E

De, (περί,) Præpositio, ablatiuo casui seruiens: quæ suo casui semper præponitur. aliquando interponitur inter substantiuum & adiectiuum elegantiæ causa. Cic. ad Atticum, lib. 7. ep. 2. Nam id nisi graui de causa non fecisset.

De nocte abire id est in nocte, vel per noctem: quod est nocturno tempore. Terent. Adelph. 5. 3. 55. Cum prima luce ibo hinc. M. imò de nocte censeo. Vbi Donatus dicit abundare DE. Plaut. Rud. 2. 1. 7. Mitor de nocte qui abiit piscatum ad mare.

De nocte multa exurrexi. Plaut. Rud. 2. 2. 7.

De nocte vigilaui. Cicer. ad Quĩ. fratrem, lib. 1. 16. 3. Serius, quàm noluerint, forte surrexerint, properando etiam citius quàm si de nocte vigilassent, peruenient quò velint.

De media nocte missus equitatus, nouissimum agmen consequitur. Cæsar 7. bel. Gal. 56.

De nocte vigilare. Cic. pro Murena 19. Vigilas tu de nocte, vt tuis Consultoribus respondeas.

De die. Plaut. Asin. 10. 12. Ergo vna orationis pars de die dabitur mihi? PH. Et meam partem loquendi & tuam trado tibi.

De die potitare. Plaut. Asin. 14. 16.

D E

Cum suo sibi gnato vnà ad amicam de die
Hunc potitare, illam expilare, iam emone.

De medio potare die. Horat. 2. Sermo. saty. 8. 1.

De die viuere cum perditis. Cic. 2. Philipp. 91. Iamiam minimè miror tot rerum perturbare, non modò vrbem odisse, sed etiam lucem, cum perditissimis latronibus, non solum de die, sed etiam in diem viuere.

De die, pro statim. Terent. Adelph. 5. 9. 8. cum fide
Scortum adducere, apparare de die conuiuium,
Non mediocris hominis hæc sunt officia. * De die parare conuiuia & alias huiusmodi multas locutiones quomodo intelligi debeant: vide epistolam in principio Thesauri appositam.

De meo his præceptis nihil nouum apposui. Plaut. Mil. 2. 2. 31.

De tuo istuc addis. Plaut. Menæch. 4. 3. 8.

De meo, de tuo, Aliter. Plaut. Persa 1. 3. 5. Alienum cœnabit, nihil gustabit de meo. Terent. Adelph. 1. 2. 37. Obsonat, potat, olet vnguenta de meo. Plaut. Bacchid. 1. 3. 65. Et ad eam operam facere sumptum de tuo. Idem Trucul. 4. 3. 10. De nostro sæpe edunt.

De suo fungi aliquo munere. Liu. 4. ab Vrbe 258. Decerneret Senatus vt stipendium miles de publico acciperet, quum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset.

De alicuius sententia peccare. Plaut. Bacchid. 2. 3. 123.
Neque ego haud committam, vt siquid peccatum siet,
Feciſse dicas de mea sententia.

De sua sententia in Albano monte triumphauit. Plin. de Viris illust. 45.

De sua sententia aliquid comminisci. Plaut. Capt. 2. 4. 8.

De sententia populi lectus imperator. Liuius 2. ab Vrbe 163. Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententia lecti Accius Iulius & Cn. Martius.

De communi sententia aliquid constituere. Cic. 3. Offic. 105. Ne noster quidem Gratidianus officio boni viri functus est tum quum Prætor esset, collegiumque Prætorum Trib. pleb. adhibuissent, vt res nummaria de communi sententia constitueretur.

De sententia alicuius dare. Cicer. 2. de Finib. 161. Tam accuratè, tamque diligenter caueat & sanciat, vt Amynomachus & Timocrates hæredes sui de Hermachi sententia dent quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis, mense Gamelione.

De meo consilio. Cic. ad Atticum, lib. 6. 1. 14. 13. Qu. Cicero puer legi vt opinor, certè epistolam inscriptam patri suo. solet enim aperire, idque de meo consilio. Id est meo suasu. Idem ad Cassium, lib. 12. 3. 4. De me quidem non dubitanter, quin omnia de meo consilio & vos feciſsetis, & Cannutios faceret.

De mea voluntate. Cic. ad Atticum, lib. 4. 7. 17. Abiecta toga, se ad genu pedes abiecit: ille noctem sibi postulauit. non concedebant. Remittebantur enim Cal. Ian. vix tamen sibi de mea volũtate cõcessum est. currere magnitudini criminis, satisfacere expectationi hominum. Horatius 3. Carm. ode 6. 5.
– fingitur artubus
Iam nunc & incestos amores,
De tenero meditatur igni.

De sinistra parte eruti dentes. Plin. lib. 28. cap. 8. 8. Eiusdem dentes si de sinistra parte rostri eruti sint, illigatos pecoris aut capri pelle, stomachi cruciatibus.

De eodem genere, pro eiusdem generis. Cicer. 4. Tuscul. 16. Afflictio, desperatio, & siqua sunt de genere eodem.

De, pro quantum pertinet ad. Plaut. Rud. 3. 1. 41. De talento nulla causa est quin feras. Terent. Hecyra 3. 3. 43. Nam de reducenda, id verò neutiquam honestum esse arbitror. Ibidem 2. 1. 36.
– nam de te quidem,
Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest. Cicero ad Lentulum, lib. 1. Cedit religioni de exercitu. Plaut. Merc. 9. 2. 2. De lanificio neminem metuo.

De interdum pro, vel propter significat. Terent. Eunuch. 3. 2. 4.
– ecquid nos amas
De fidicina istac? Cicer. 3. Verr. 53. Flebat vterque non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius. Sic ibidem 4.

Mittere legatos ad Cæsarem de pace. Cæsar 1. bel. Gal. 33. 3. Et lib. 4. 16. 3. Idem lib. 5. 8. 2. Legatos per Atrebatem Comium de deditione ad Cæsarem mittit. Cic. in Bruto 172. Dictatore enim Sylla, legatus ad Senatum de Rhodiorum præmiis venerat. De Molone.

De, pro post. Plaut. Mostel. 9. 5.
Non bonus est somnus homini de prandio.

De manu in manum. Cic. C. Cæsari imperatori, lib. 7. Epistol. 5. 12. Totum denique hominem tibi ita trado, de manu (vt aiunt) in manum tuã istam & victoria & fide præstantem. Traduntur inquit Erasmus & quæ commendantur. Terent. Hanc in manum dat.

De mense Decembri DE abundat. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 5. 6. Ea si me amas, vt consideratè, diligenterque nauiges de mense Decembri.

De summo loco adolescens, Plaut. Aulul. 3. 28.

De summo

De summo loco, summoq; genere filius. Plaut. Capt. 2. 30. Et in Rud. 5. 7.

De summo loco diues. Plaut. Pœnulo. 7. 13.

De, pro adiuvet. Aedificare de exemplo alterius. Plaut. Moste. 9. 77.

De scripto dicere, Id est legẽdo. Cic. de Claris Orat. 12. Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamẽ & de scripto pleroſque dicere: scriptasque fuisse & paratas à Protagora rerum illustrium disputationes. Idem. 10. Philip. 27. Ita enim dixisti, & quidem de scripto (nam te inopia verbi ipsum putarem, nisi tuam in dicendo facultatẽ nossem) literas Bruti rectè & ordine scriptas videri. Sic pro Plancio. 61. Et ad atticum, lib. 4. 7. 2. 6.

De cætero. Plin. lib. 11. cap. 16. 3. De cætero, in ventre nihil est. Idem lib. 3. cap. 4. 2. Oppida de cætero rara, præcentibus stagnis.

De cætero, pro imposterum. Senec. de Ira. 3. Aliquem liberius monuisti q̃ debebas. Itaque non emendasti, sed offendisti. De cætero vide non tantum an verum sit quod dicitur sed an ille cui dicitur, ferre possit.

De cætero, pro Posthac. Paulus in L. Nequis. ff. De custodia & exhibit. reo. Nam quum scierint sibi quoque molestiæ futurum magistratum, si facilè soluerint vinctosmon indifferenter de cætero facient.

De, regno, de rege sanguinem fundere, Vide Fundere sanguinem in SANGVIS.

De compacto rem aliquam agere. Plaut. Capt. 3. 14. Et in Pseud. 7. 127. Vide COMPINGO.

De improuiso. Plaut. Asin. 2. 4. 4. Tantum adest boni de improuiso. Idem Merc. 1. 2. 10. Ibo de improuiso obuiam. Terent. Adelph. 3. 3. 53.
– interuenit
Homo de improuiso. Sic in Phorm. 5. 7. 1. Adelph. 4. 4. 1. Heaut. 2. 3. 40. And. 2. 5. 6. Cic. pro Rosc. Amer. 90. In quos siqui ex acie fugerunt, de improuiso incidant.

De industria. Plaut. Asin. 5. 60.
– quod adolebam atque vetueram, de industria

Fuscibatis. Idem Casina 2. 6. 2. Propter eam rem magis armigero dat operam de industria. Cic. 2. de Finib. 14. Si aut de industria facias vt, &c. Sic. 1. Offic. 36. & in Orat. 84. Liu. 4. ab Vrbe. 253. Eam de industria vexandam militia, trucidandamque hostibus obiici. Idem lib. 1. 196.

Ex animo, aut de industria. Terent. And. 4. 5. 16.
Paulum interesse centes, ex animo omnia,
Vt fert natura, faciat, an de industria?

De integro. Terent. Heaut. 4. 2. 7. Ratio de integro ineunda est mihi. Idẽ Phorm. 1. 3. 2. 2. Cui de integro est potestas etiam consulendi quid velis. Idem in Prol. And. 16. Et in Adelph. 1. 2. 73.

De integro incidere in morbum. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 29. 5.

Oriuntur de integro. Cic. 1. de Diuinat. 114. ex Pacuuiano, Indidemque eadem quæ oriuntur de integro, atque eodem occidunt. Idem Attico, lib. 13. 29. 2. Gratulari alicui de integro.

De integro creare Censores, Cic. 4. Verr. 97.

De integro scribere, Cic. ad Atticũ, li. 13. 28. 1. Liui. 1. ab Vrbe. 77. & 162.

De more. Plin. in Paneg. 9. Tibi ascendenti de more Capitolium, quanquam non id agerent ciuium clamor, vt iam principi occurrit. Virg. 3. Aeneid. Et circum Iliades crinem de more solutæ. Idem lib. 6.
– lectas de more bidentes. Idem lib. 7.
– solito matrum de more locuta est.

De nihilo irasci. Plaut. Truc. 16. 14. – de nihilo, nihil est, irasci, q̃ te non spites corripi. Sic Plaut. Curc. 9. 17. Dicere iniuriam de nihilo.

Non hoc de nihilo est, quòd Laches nunc me conuentam esse expetit. Terent. Hecy. 5. 1. 1.

De præfacili. Plaut. Epid. 14. 21. De præfacili exoras Epidice.

De principio, pro A principio. Cicero pro Sylla. Etenim de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis.

De proculi. Plaut. Persa. 14. 6. Lepidè hercle adiuuat. 2. age, illuc aspice de proculi in conspectum.

De proximo. Plaut. Aulul. Bẽ ego hodie faciã vt hic senex de proximo sibi vxorẽ poscat. Idẽ Mil. 1. 5. 43. Vbi exeũtes hinc video de proximo.

De reliquo. Cic. ad Allienum, lib. 13. 79. 3. De reliquo, si id quod confido fore, dignum eum tua amicitia, hoc pitioque cognoueris, pero vt eum complectare. Idem ad Atticum, lib. 7. 2. 9. 1. De reliquo, neque hercule quid agam, nec quid acturus sim, sciorita, &c. Sic ad eundem li. 16. 3. 7. 4. Et 1. de Orat. 50. Item Teranio lib. 6. 20. 5. Plin. lib. 17. cap. 10. 14. De reliquo tutæ sunt perpetua securitate.

De repẽte. Plaut. Mostel. 7. 57. Atque ille exclamat de repente maximũ. Terent. Hecy. 4. 1. 3. Ita corripuit de repente tacitus sese ad filiam. Ibidem. 4. 1. 40. Nam si is posset ab ea sese de repente auellere, &c. Cic. pro Ligario. 8. Tu de repente irrupisses, & clamare cœpisses, C. Cæsar cane credas, cane ignoscas. Idem. 1. de Diu. 115.

De subito. Plaut. Capt. 2. 62. Conari de subito nos agere tragœdiam. Idẽ Bacchid. 1. 46. Quid si apud te veniat de subito prandium, aut potatio forte, aut cœna? Idem Sticho. 14. 39. Nanque adepol, quanuis de subito vel casus vorti potest.

De super. Plin. in Paneg. 55. Nihil tamen gratius, nihil seculo dignius, quàm quod contigit de superintueri delatorum supina ora. Idem de Viris Illustrib. 73. Apuleius, quum in curiam fugisset, lapidibus & tegulis de super interfectus caput eius Rabirius quidam Senator per conuitia in ludibrium circumtulit.

Istum de superioribus pene solum legi. Cic. de Claris Oratoribus. 64.

De tempore, Tempestiue. Hirt. de bel. Hisp. Ipse de tempore cunauit.

De transuerso. Cic. ad Atticum, lib. 15. 3. 3. 1. Ecce autem de transuerso Lucius Cæsar, vt veniam ad se rogat, in nemus: aut scribã quò se venire velim. Idem 4. Acad. 216.

De Terentia, quod mihi omne onus imponis, non cognosco tuam in me diligentiam Cic. Attico, lib. 12. 24. 2. 7.

De, in compositione augetinterdũ vt Dehiscens, valde hiscens, apud Virgilium: & Deamo, apud Terentium.

Dea, deæ, (θεά, θεός,) fœmininum à Deus: ablatiuo deabus. Virgilius 2. Aeneid.
– nec vox hominem sonat, ô dea certè. Cic. pro Rabirio 3.

Sacra triformis dea, id est Hecates, quæ & Luna & Diana & Proserpina creditur esse. Ouid. 7. Metamorpho. 19.

Aequorea dea. Ouidius epistol. 18. 26.
Vexat in æquoream versa nouerca deam.

Auxiliaris dea. Ouid. 9. Metamorpho. 140.
– quum te partu Lucina leuarit,
Tollere quicquid erit dea sum auxiliaris, opemque Exorata fero.

Celeres deæ. Ouid. 2. Metamorpho. 24.
Iungere equos Titan velocibus imperat horis:
Iussa deæ celeres peragunt.

Clara dea, Iris. Stat. 10. Thebaid. 17.

Flaua dea, Ceres. Ouid. 5. Amor. eleg. 9. 9.

Frugifera dea, Ceres. Claud. 2. de Raptu Proserp. 28.

Idalia dea, Venus. Ouid 3. de Arte Amand. 22.

Pallens dea, Aurora. Stat. 6. Thebaid. 6.

Phœtrata dea, Diana. Ouid. epistol. 19. 40.

Princeps dearum, Iuno. Ouid. 6. Fast. 8.

Rosea dea, Luna. Ouid. 3. de Arte Amand. 17.

Sæua dea. Ouid. epistol. 20. 2.

Spicifera dea, Ceres. Senec. Herc. Oeth. 5. 4.

Vltrices Deæ Erebi. Seneca Octauia 17. 18.
Tartara testor: Erebique deas
Sceleram vltrices. Valer. lib. 1. Argonaut. 160.

Deacinatus, Adiectiuum, (ἀκινητισμένος,) vt Deacinata dolia, à quibus absterti sunt acini. Cato ca. 26. Vbi erit lectum, post dies trigintà, si bene deacinata erunt dolia, obolinito.

Dealbo, dealbas, (λευκαίνω,) dealbare, Album facere: vel potius tectorium inducere. Curtius ad Ciceronem, lib. 7. 30. 4. Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Cic. 3. Verr. 103. Omnes illæ columnæ quas dealbatas videtis. Et paulo post, Dico esse ex qua tantum tectorium veros deletum sit & nouum inductum.

Deambulo, deambulas, pen. corr. (περιπατέω,) deambulare, Spatiari. Terent. Adelph. Deambulare huc libitum est. Idem Heaut. 3. 3. 26. Da illis locum, abi deambulatum. e 2. deambulatum? quo: Cic. 1. de Leg. 12. Quin pergimus igitur ad illa spatia nostra, sedesq; vbi quũ satis erit deambulatũ, requiescẽ, Legit & ambulatũ, in emendatioribus cod. Cato cap. 127. Et saltat decies, & deambulet. Deambulare cum accusatiuo. Senec. de Remedio fortuitorũ, Multa quũ deambulaueris, demum redeundum est. Subauditur spatia.

Ire deambulatum. Cic. 2. de Orato. 142. Idem quum cuidam dixisset, Eamus deambulatum: & ille, Quid opus fuit de imo verò, inquit, Quid opus fuit te: Venustissima est παρεμφασία, Caronis.

Deambulatio, Verbale, (περίπατος,) Terent. Heaut. 4. 6. 2. Vel me hæc deambulatio, quàm non laboriosa ad languorem dedit.

Deamo, deamas, pen. corr. (ὑπερεράω,) deamare, Valde amare. Plaut. Epid. 1. 36. Cum illa quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit. Idem Pœnulo 14. 72. Et Casina 5. 19. Terent. Heaut. Næ ego sum fortunatus, deamo te Syre. Plaut. Trucul. 15. 4.
Magna nuntiauit Chiamus hodie gaudia, mea dona
Deamata, acceptaque habita esse apud Phronesium.

Deargentasſere, Verbum obsoletum. Lucil. lib. 16. Depeculasſere aliqua sperans me, ac deargentasſere, decalauticare eburno speculo. Nonius.

Dearmatus, (ἀφοπλισμένος,) exercitus. Liu. 4. ab Vrbe 49. Cõsul triumphans in vrbem redit, Ciuilio Volscorũ duce ante currum ducto, prælatisque spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub iugum miserat. Id est, cui ablata fuerant arma.

Deartuare, (ἐξαρτεῦν,) Quasi per artus concidere, inquit Nonius. Plautus Capt. 11. 110. Tum igitur ego æruminatus, deartuatus sum miser Sceleſti hominis technis.

Deartuare opes, per translationem dixit Plautus in Capt. 11. 14.

Debacchor, debaccharis, (παροινέομαι,) debacchari, Præ ebrietate valde furere. Terent. Adelph. 2. 1. 30. Si satis id

Universidad de Deusto
Biblioteca

debacchatus es leno, audi si vis nunc iam. 5. Egone debacchatus sum in te, an tu in me? Quædam exemplaria legunt bacchatus.
Qua parte debacchentur ignes, Horat. 3. Carm. ode 3. 11.
DEBAE, populi sunt Arabiæ fœlicis, proximi Sabæis, ex genere Nomadum. Horum regionem flumen interlabitur, quod teste Strabone libro 16. auri frigidem defert. Meminit huius Propertius, sed hic Debatas non Debas vocat, lib. 4. eleg. 5. 5. Si te Eoa iuuat, Debatarumque aurea tempa, &c.
Debellare, (κατατολεμεῖν, κατα γωνίζεσθαι,) Expugnare. Plin. libro 3. cap. 14. 1. Idem lib. 6. cap. 13. 10. Darium Alexander debellauit. Virgil. 6. Aeneid. 171.
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Debellatus vi hostis. Liu. 8. ab Vrbe 10. Id est victus.
Tyrannos debellatus. Claud. 7. Panegy. 127.
Debellatum est cum Græcis, Idest finitum est bellum. Liu. 8. ab Vrbe 116. Proconsul rem gereret, quòd debellatum cum Græcis esset. Sic 8. bel. Maced. 46. Quod cum Antiocho vno prælio debellatum esset.
Debellato, (κατηγωνισμένου,) vice aduerbii. Liuius, Iude tam vt debellato, copiis ad regem remissis, &c. Idem 10. belli Punici 28. Scipionem velut iam debellato, Vticæ oppugnandæ intentum auertit fama redintegrati belli. Idem 6. belli Punici 119. Quod nisi manente in prouincia bello non decerneretur, eum quasi debellato triumphare, cum exercitus testis, &c.
Debellátus, Participium, (κατατολεμηθείς, νικηθείς,) Virg. 5. Aenei. 145.
– gens dura, atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est.
Debellator, Verbale, (κατα γωνιστής,) vt Cruenti gurgitis debellator, apud Statium lib. 3. The baid. 109.
Débeo, debes, debui, debitum, penul. correp. (ὀφείλω, ὀφλισκάνω, χρεωστέω, μέλλω,) debere, notæ significationis. Terentius And. 4. 1. 51. Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo. Cic. Planc. lib. 10. 12. 15. Perfice vt ne minus Resp. tibi, quàm tu Reip. debeas. Idem ad Seruium, lib. 13. 28. 4. Homo & magnis meis beneficiis deuinctus, & propè omnium qui mihi debere aliquid videntur, gratissimus.
Calendis Ianuarii debuit, adhuc non soluit. Cic. Attic. lib. 14. 3 16. 1.
Quantum debet Cicero Attico, libro 5. 10. 15. Quid vos? quantum inquam deberis? Respondent, c v 1. Subaudi talenta.
Priuatim debere. Cic. pro Quintio 8. Neque interea verbum vllum interposuit Næuius, aut societatem sibi quidpiam debere, aut priuatim Quintium debuisse.
Amorem & omnia in aliquem summa & singularia studia & animum debere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 12. Et quoniam tibi incredibilem quendam amorem & omnia in te ipsum summa, ac singularia studia deberem Reipub. quæ te in me restituendo adiuuisset: eum certè me animũ merito ipsius debere arbitrabar.
Animam debet. Vide ANIMA. Terent. Phorm. 4. 3. 56.
Animum debere ipsi patriæ. Cic. pro Flacco 80. Semper ita sentiet ralem se animum & generis dignitati, & pietati suæ, & patriæ debuisse.
Beneficium summum alicui debere. Cice. 1. de Orato. 60.
Fatum suum debere alicui, Id est acceptum referre alicui quòd vel viuat, vel iam moriatur, vel bene, vel male agat. Stat. 5. Thebaid. 5.
Debeo tibi hanc fidem. Plin. epistо. 42. b, Debeo enim tibi, debeo memoriæ fratris tui hanc fidem, hoc studium præsertim super tanta re.
Fides communis omnibus debetur. Cic. Quintio fratri lib. 1. 1. 42.
Gratiam debere alicui. Cic. 2. de Finib. 185.
Diuini honores pro diuinis meritis alicui debentur. Cic. 4. Philip. 154.
Laudem alicui debere. Cic. Attico, lib. 1. 9. 5.
Malum alicui pro sceleribus debetur. Cic. 3. Verr. 33.
Misericordia tibi nulla debetur. Cic. 1. in Catil. 11.
Multos nummos alicui debere. Cic. Attico, lib. 11. 206. 2.
Oculos debere alicui. Catul. Epigram. 77. 1.
Quinti si tibi vis oculos debere Catullum,
Aut aliud, siquid carius est oculis.
Debere alicui pecuniã. Ci. pro Quintio 9. Plau. Cur. 8. 3. Et in True. 6. 6.
Pecuniam grandem alicui debere. Cice. Silio, lib. 13. 62. 2. Eius filio mire studioso & erudito & modesto pecuniam Nicæenses grandem debent ad H-S. octopies.
Pecunia debetur alicui ex. Cic. Appio, lib. 3. 5. 11. Dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur. Idem pro Cecinna 11. Quum præsertim pecunia ex partitione deberetur.
Pecuniam debere pro. Cic. 2. Philip. 80. Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas.
Pecunia exacta est deberi. Cice. 1. de Orato. 82. Antè petitam esse pecuniam, quàm esset capta deberi.
Pœna tanto facinori debetur. Cic. in Pisonem 72.
Satisdato debere. Cice. Attico, lib. 16. 339. 3.
Supplicia debentur hostibus victis. Cic. 7. Verr. 62.
Vitam tibi debere fatetur. Ouid. de Ponto 4. eleg. 5. 7.
Vitam armis debere. Claud. Paneg. 3. 16.
Debeo tibi, sine accusatiuo. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epist. 1. 12. Nos in causa eò authoritatem minorem habemus, quòd tibi debemus.
Debeam Credo isti quicquam furcifero, si id fecerim. Terent. Eunuch. 5. 1. 12. Vide CREDO.
Maximè debere & plurimum posse iuuare. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 5. Quite & maxime debuerunt, & plurimum iuuare potuerunt.
Cupere debere omnia alicuius causa. Vide CVPIO.
Magnopere debere alicui. Cic. pro Plancio 61. Ei me dedam cui nihil magnopere debeam.
Id nostræ necessitudini debere me iudico. Cic. Planc. lib. 10. 12. 15.
Tantum me tibi debere existimo quantum persoluere difficile est. Brutus Ciceroni, lib. 11. 1.
Deberis velle quæ velimus, Plaut. Amphit. 3. 39.
Debuit nosse, pro decebat. Cic. pro Cluent. 26. Quæ mulier obtestatione viri decem illis mensibus ne domum quidem vllam nisi socrus suæ, nosse debuit, hæc quinto mense post viri mortem ipsi Oppianico nupsit. Plin. Nescio an minoris hominem, quàquam nosse debes. est enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monstrabilis. Idest, verisimile est te hunc nosse, quum sit tot notis nobilis. Budæus.
Quantum esset quod deberet accedere, Id est quod addi porteret. Cice. de Vnuerst. 53.
Debetur inuentio illi. Plin. lib. 18. cap. 7. 25. Inuentio eius Chio insulæ debetur. Id est, attribui debet hoc est, inuenit.
Debebitur. Cato cap. 144. 1. Pro eo nemo soluet, neque debebitur.
Sua cuique virtutis laus propria debetur. Cic. 2. de Oratore 188.
Corpora debentur fato. Virgil. 6. Aeneid. 143.
Vita necessitati debetur. Cic. pro Sestio 38.
Debens, debentis, (ὀφείλων,) Participium. vt,
Dies longa videtur opus debentibus, id est obligatis ad aliquod opus singulis diebus exhibendum. Horat. 1. epistо. 15.
Debitus, penul. correp. participium, (ὀφειλόμενος,) Cic. P. Sestio, lib. 5. 17. 9. De tuo autem filio vereor ne si nihil ad te scripserim, debitum eius virtuti videar testimonium non cepisse. Liu. lib. 22. Argentumque pro eis debitum sæpe iactatum in Senatu, re quã tunc consuluissent patres, tardius erogaretur. Cic. pro Quintio 23.
Meritam debitamque gratiam alicui referre. Cic. 3. de Orato. 9.
Mors naturæ debita. Cic. 14. Philipp. 405.
Meritos alicui honores & debitos decernere. Cic. 7. Philip. 223.
Debito officio fungi. Cic. 3. Tusc. 129.
Iandiu debitum necessitudini officium reddere. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 5.
Iandiu debitam alicui pecuniam soluere. Cic. pro Flacco 43.
Pietate debita fratres colam. Senec. Hippol. 5. 9.
Ferre pœnas debitas. Senec. Oedip. 12. 13. Parcite en patriæ precor. Iustas & debitas pœnas soluere. Cic. pro Milone 65.
Reddere præmia debita. Virgil. 2. Aeneid. 108.
Cœlo debita progenies. Claud. in Gigantomach. 11.
Vita alicuius multis suppliciis iustis debitisque erepta. Cic. 1. in Catil. 15.
Débitum, pen. corr. Subsitantiuũ, (ὀφείλημα, χρέος, ὀφλημα,) Id qđ debet. Cic. ad Quintum fratr. li. 1. 2. 16. prius quàm Fundanio debitum solutũ esset.
Consectari debita. Cic. Attico, lib. 13. 28. 1. 4. Ne existimes, eos, qui non debita consectari soleant, quod debeatur remissuros.
Exigere debitum. Senec. Thebaid. 1. 36.
– debitum tandem exige: Nunc soluo pœnas.
Fraudari debito. Cic. in Oratore 103.
Debito vitæ liberari, Vide VITA.
Retribuere debitum. Cice. Antequam iret in exilium 1. Fidei conducit, in loco debitum retribuere.
Soluere alicui debitum. Cic. Quintio Fratri lib. 1. 2. 16.
Debitor, penul. correp. (ὀφειλέτης, χρεωφείλης, ὑπόχρεως,) Verbale, proprie (vt Modestinus ait) is dicitur à quo inuito exigi pecunia potest. Plinius in Panegy. 69. Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.
Debitoribus creditas pecunias condonare. Cic. 2. Offic. 115.
Debitor numerosus. Martial. lib. 5. 88. Et seruit dominæ numerosus debitor arcæ: Id est multi debitores.
Aeris debitor. Horat. 1. Sermo. saty. 2. 17.
Odisti, & fugis, vt Rissonem debitor aeris.
Lemor plaga ab amico quàm à debitore. Cic Papirio, lib. 9. 16. 22.
Creditorem debitoribus addicere. Cicero in Pisonem 68. Vltro Fusidium Equitem Romanum hominem ornatissimum creditorem debitoribus addixisti.
Interpellare debitorem. Vide INTERPELLO.
Perpetuus animæ debitor. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 1.
Vitæ debitor. Ouid. 4. de Ponto. eleg. 1. 1.
Accipe Pompei deductum carmen ab illo
Debitor est vitæ qui tibi Sexte suæ.
Debitio, Verbale. f. g. (ὄφλησις,) Idem quod debitum. Cic. ad Atticum, lib. 14. 309. 3. Satis enim torquetur debitione dotis. Sic apud eundẽ pro Planc. 55. Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ.
Debibo, bis, penul. correp. debibere. Solinus cap. 12. Quorum alterum ouillum

ouillum pecus debibat, &c.
Débilis, & hoc debile, pen. cor. notæ significationis (ἀδύνατος, ἀμενής,) Terentius Adelph. 4. 4. 3. Membra metu debilia sunt.
Infirmus ac debilis. Cic. 3. in Catil. 50. Infirmos sine illo ac debiles fore putabam.
Imbecillis ac debilis senex. Cic. pro Sestio. 18.
Humero, lumbis, coxa debilis. Iuuenal. Saty. 10. 223.
Mãcus & mẽbris omnib⁹ captus ac debilis. Cic. pro Rabirio Perduel. 15.
Mancus & debilis magistratus. Cic. pro Milone. 18. Occurrebat, mancã ac debilem Præturam suam futuram Consule Milone. De Clodio.
Debile & Firmum, contraria. Cic. pro Murena. 48.
Debilis aliqua parte animi. Cic. de Clar. Orat. 116.
Senex & debilis. Cic. 8. Philipp. 254.
Sexus debilior. Claud. in lib. epigram. 41. 4.
Vires equitum debiles. Cic. pro Milone. 72.
Debilito, debilitas, pe. cor. (ἀδυνατῶ, κατα γῶ, ἔξασθενῶ, ἀτονῶ,) debilitare. Cic. de Amic. 22. Nec debilitari animos, aut cadere patitur. Idem pro Cecinna. 31. Cũ corpore debilitantur, animo tamen ceduntur.
Me dolor debilitat, inclinatisque vocem. Cic. pro Rabir. Posth. 30.
Onus debilitat me. Ouid 2. Trist. 67.
At si me iubeas domitos Iouis ignè Gigantes
Dicere: eo nam antem debilitabit onus.
Membra debilitant lapidibus, fustibus, ferro. Cic. pro Flacco. 57.
Actio causæ debilitatur. Cic. pro Deiot. 3. Quæ quoniam angustiora patientes faciunt, actioque causæ maxime debilitatur loco, tum, &c.
Affligũt animos, & debilitãt metu. Cic. 4. Tusc. 53. Et. 5. de Finibus. 77.
Audaciam alicuius debilitare & comprimere. Cic. pro Murena. 72.
Debilitantur cogitationes inimicorum & proditorum, Cic. ad Lentulum, lib. 1. 6. 2.
Consensus populi debilitatur. Cic. 8. Philip. 237. Consensus Pop. Ro. qui iam descendit in causam, si nos langueticimus, debiliterur necesse est.
Debilitare & reprimere furores aliquorum. Cic. in Vatinium, 13. Quæ leges sæpenumero Tribunitios furores debilitarunt & repressserunt.
Dolor patientia debilitat. Cic. 5. Tusc. 112.
Debilitat spem meam tua profectio. Cic. ad Attic. lib. 5. 91. 5.
Studia amicorum debilitare. Cic. pro Murena. 41. id est minuere. Et Pallo post. 42. Eius modi candidatorum amici intimi debilitantur, studia deponunt &c.
Debilitari ac frangi viribus. Cic. pro Marcel. 4. Nulla est enim tanta vis, tanta copia, quæ nõ ferro ac viribus debilitari frangique possit.
Virtutem alicuius debilitare. Cic. 1. Philipp. 166. Vtrum hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem?
Vocem fletu debilitare. Cic. pro Cælio. 48. Sed enim hæc facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio & vocem meam fletu debilitauit, & mẽtem dolore impediuit.
Debilitari, passiue. vt Debilitari morbo. Cel. lib. 1. cap. 8. Cic. 2. de Finib. 152. Turpe esse viro debilitari, dolere, frangi, succumbere.
Frangi & debilitari molestia non oportet. Cic. Quintio fratri, lib. 1. 1. 2.
Debilitor lachrymis. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. 11.
Infringitur ac debilitatur magistratus. Cic. 1. de Orat. 13. Drusiq; Tribunatus p Senatus authoritate susceptus, infringi tã ac debilitari videret.
Debilitatus, Participium. (ἀδυνατίσας, ἀσθενήσας,) vt Debilitatus stupris. Cic. 2. in Catilinam. 31.
Afflictus, debilitatus, mœrens. Cic. 2. de Orat. 109.
Debilitatus atque abiectus. Cic. 3. Catil. 55. Recitatis literis debilitatus atque abiectus conscientia repentè conticuit.
Animo debilitatus. Cic. Bruto. 93. Minime decet, propter quem fortiores ceteri fuimus, eum ipsum animo debilitatum videri.
Desperatione debilitatus. Cicero in Oratore. 2. Vereor ne, &c. tardè studia multorum qui desperatione debilitati, experiri id nolent, quod se assequi posse diffidant.
Multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, se abiecit examinatus. Cic. pro Sestio. 68.
Fractus ac debilitatus metu. Cic. 1. de Oratore. 60.
Inermem, & debilitatum aliquem opprimere. Cic. pro Mur. 74.
Victus & debilitatus obiecta specie vulnerati. Cic. 1. de Finib. 73.
Periculis circunclusus & debilitatus. Cic. 1. in Catil. 35. Nunc si L. Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circunclusus ac debilitatus subitò perrumperit, &c.
Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. Ci. pro Domo sua. 20.
Præcipitans & debilitatus magistratus aliquis. Cic. pro Domo sua. 32. In tuo præcipitante iam & debilitato Tribunatu, auspiciorum patronus subitò extitisti.
Illa naufragorum electa ac debilitata manus. Cic. 1. in Catil. 43.
Nomen Græciæ iam fractum propè ac debilitatum. Cic. pro Flac. 49.
Veritas debilitata multis incommodis. Cicero pro Quintio. 1. Vt multis incõmodis veritas debilitata, tandem æquitate taliũ virorũ recreetur.
Virtus debilitata, animus fractus. Cic. Post redit. ad Quirites. 15.

Vrbs solata ac debilitata. Ci. 2. de Lege Agraria. 90. Quòd neruis vribis, omnibus exectis, vrbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt.
A iure cognoscendo debilitatur. Cic. 2. de Orat. 77. Debilitari à iure cognoscendo, voluntatem dicendi simul etiã spe perdiscendi abiciemus.
Debilitas, penul. correp. debilitãtis, (ἀδύνατος,) Plinius lib. 17. ca. 24. 12. Quibusdam debilitas sterilitatem, non necem affert.
Animi debilitas. Cic. 1. de Finib. 76. Vt iucumbere doloribus, eoque humuli animo imbecilloque ferre miserum est, ob eamq; debilitatem animi multi parentes reliquerunt, &c.
Tarditas ingenii, stupor debilitasque linguæ. Cic. in Pisonem 1.
Bonum integritas corporis, misera debilitas. Cic. 5. de Finib. 145.
Debilitatio, (ἀδύναμια,) Cicc. in Pisonem 69. Quid debilitatio, atque abiectio animi tui?
Debuccino, as, penul. correp. debuccinare, pro Buccinare vsus est Tertullianus De velandis virginibus.
Debitio, Debitor, Debitum, Vide DEBEO.
Decacúmino, decacúminas, penul. correp. (βλακολογίαι,) decacuminare, Cacumen Præcidere, & cacumine primare. Columel. lib. 5. cap. 6. 11. Post deinde si vlmus exiguum incrementum recipit, verno tempore ante quàm librum demittat, decacuminanda est iuxta ramulum qui videbitur esse mutilissimus. Idem lib. 6. Potest etiam vlmus sic disponi, vt adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem quindecim pedum excedat.
Decacuminatio, (βλακολογία,) Verbale, Ipse decacuminandi actus. Plinius lib. 17. Similem & decacuminatio ratione habet, cupressi, piceæ, cedri. Hæ enim detracto cacumine aut iguibus adusto intereunt.
Deblátero, deblateras, penul. correp. (κατα λαλῶ,) deblaterare, te. Est stultè loqui, inquit Festus. nam βλάσφημος, stultos vocant Græci. Nonius verò deblaterare, Obloqui & confingere interpretatur. Plaut. Aulul. 8. 1. Vbi tu es quæ deblaterasti iam vicinis omnibus Me meæ filiæ daturum dotem? Lucil. lib. 30. Deblaterat plenus bonus, rusticus concinit vnà. Gellius lib. 9. cap. 15. Deblateratis versuum multis milibus.
Deca, Græcè, δέκα, Latinè decem dicitur.
Decachordum, (δεκάχορδον,) instrumentum, musicum, decem chordas habens.
Decálogus, penul. correp. (δεκάλογος,) Decem præcepta continens.
Decanto, decantas, decantare, (ἀνεγείρω, κηλῶ,) Idem quod Cantare & celebrare. Cic. 3. Tusc. 60. Hæc omnia vidisse & iam decantauerant fortasse. Idem 2. de Oratore 41. Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi permulgata præcepta decantet. Ibidem 76. Et 1. de Diuinat. 169. Plin. lib. 14. cap. 1. 5. Statim cõpositiones & mixturæ inexplicabiles decãtant. Horat. 1. epist. 1. 13.
Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum
Nænia, quæ rectè regnum facientibus offert,
Et marubus Curiis, & decantata Camillis?
Miserabileis decantare elegos. Horat. 1. Carm. ode 33. 1.
Omnes causas, diligentes, & memores & sobrii Oratores, percursas animo & propè decantantas habere debent. Cic. 2. de Orato. 76.
Decantare pro Loquitari & blaterare, posuit Quintilianus in lib. 12. Quum multa quæ neq; ad Iudicem, neque ad Litigatorem pertineãt, decantauerunt, bene comitati per forum reducuntur. Budæus.
DECAPOLIS, pen. corr. Iudææ regio est decem vrbium trans Iordanem: hanc multi Cæsaream esse dixerunt. Plin. lib. 5. cap. 18.
Decapróti, penul. prod. (δεκάπρωτοι,) Qui fungũtur munere decaprotiæ; quos Ciceroi Decemprimos appellat. Vt pianus in L. Et qui. De Muneribus & Honor. Decaproti minores etiam annis XXV. fieri iampridem placuit. Arcadius eodem titulo, L. vltima Mista munera sunt decaprotiæ, icosaprotiæ vt Her. Modestinus & Gaio tando & disputando bene & optima ratione decreuit. Nam decaproti & icosaproti tributa exigentis & corporale ministerium gerũt, & pro muneribus defunctorum fiscalia detrimenta refarciunt.
Decapulo, decapulas, penul. correp. decapulare, Enaeuare, deplere. De oleo dicitur. Plin. lib. 15. cap. 6. 2. Quare se pius die decapulandum. Vide CAPVLO, capulas.
Decarchos, (δεκάρχης,) is dicitur, qui decem præest militibus, inquit Valla lib. 6.
Decas, decadis, pen. corr. (δεκάς,) significat aliquid decenarii numeri, continens. Hoc T. Liu. libro suos Decades nuncupauit: quòd decem volumina singulæ continerent. Sipontinus.
Decaulesco, decaulescis, decaulescere, (ἐπικαυλῶ,) Emittere caules. Plinius lib. 19. cap. 7. 6. Raphanus vtique iucundior detractis foliis ante quàm decaulescat.
Decêdo, decêdis, pen. pro. decessi, decessum, (ἀπογωρέω, ὑπεξέρχομαι.) decedere, Est discedere. Proprie verò à mandato

Universidad de Deusto
Biblioteca

custodiæ loco recedere. Vnde Consules, Proconsules, Præsides, Prætores dicuntur ex prouincia decedere: etiam præsidia de vrbibus & castellis. Hæc Valla lib. 5. Cic. ad Atticum, lib. 11. 215. 2. Quanquam quid ego de lictoribus, qui pene ex Italia decedere iam iussi? Idem 4. Verr. 103. Etiam hoc ediderunt, vt statuas occui, nisi quum is de prouincia decessisset, tollicerentur. Idem ad Atticum. Non putet nos Senatus ante opottere decedere quàm nobis successum sit. Sic idem in Pisone, Altera ratio, quòd ii quos in prouincia liberalitatis & virtutis suæ testes habuerat nondum decesserant.

Decedere, ei qui successor missus est cedere. Cic. 7. Verr. 33.

Decedamus hinc. Plaut. Bacchid. 1. 74. Hîc nescio quid turbæ est: quin hinc decedimus? Cicc. 7. Verr. 5. Nam postea quàm M. Aquilius decessit, omnium instituta atque edicta Prætorum fuerunt eiusmodi.

Decedere ex agris, ex decreto alicuius. Cic. pro Fonteio 3. Dicunt contra, quibus inuitissimis imperatum est: dicunt qui ex agris ex Cn. Pompei decreto decedere sunt coacti.

Decedere alicui. Plaut. Amphit. 1 2 4.
Nam mihi quidem hercle qui minus liceat deo ministarier
Populo, ni decedat mihi, quàm seruolo in comœdiis?

Decedere alicui, pro Auertari aliquem. Cæsar, quibus ira interdictum est, iis omnes decedunt, aditum sermonemque defugiunt. Id est via decedunt. Budæus.

De suis bonis decedere. Cic. 4. Verr. 19. Vtrum Prætor imperet, viúe cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere, an &c.

De curriculo vitæ decedere. Vide CVRRICVLVM.

A superioribus decretis decedere. Cic. pro Flacco 20. Cognosce quid me Consule Senatus decreuerit, quum quidem nihil à superioribus continuorum annorum decretis decesserit.

Decedere fide. Liu. 4. bel. Maced. 50 Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide, si coniurare cum cæteris voluissent. Ibidem, lib. 1. 18. Senatus inde cõsultum factum est, vt sociis gratiæ agerentur, quòd diu solicitati, ne obsidionis quidem metu fide decessissent.

Furori aliquorum decedere. Cic. Antequam iret in exil. 8. Decedam pro omnibus vnus Tribunitio furori. Id est cedam.

Decedere instituto suo Id est aliter agere (inquit Budæus) quàm quis solitus sit. Liu. 7. bel. Maced. 228. Esset deliberatio anceps ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis instituto vestro. Tacitus libro 7.

Decedere itinere, per metaphoram. Plin. epist. 2. 2, Non tamen omnino Marci nostri ἀκενόσους fugimus, quoties paulum itinere decedere, non intempestiuis amœnitatibus admonebamur.

Decedere de suo iure, Est non summo iure agere, aliquid sui condonare comiter. Cic. 1. Offic. 93. Est enim non modo liberale, paululum nonnunquam de suo iure decedere (sed interdum etiam fructuosum. Idem pro Rosc. Amer. 44. Esto, causam proferre non pores, tametsi statim vicisse debeo, tamen de meo iure decedam & tibi quod in alia causa non concederem, in hac concedam, fretus huius innocentia. Hæc Budæus. Cic. ad Atticum, lib. 16. 332. 2. De publico autem quod perscribi oportet, moram non puto faciendam: sed quum videas quantum de iure nostro decesserimus, quid hæres? Brutus ad M. Antonium, lib. 11. 3. 4.

Decedere iure suo, Idem. Liu. lib. 3. ab Vrbe 138. Caius Iulius Decem vir diem Sextio dixit, & accusator ad populum extitit, cuius rei iudex legitimus erat. Decessitque iure suo, vt demptum de vi magistratus, populi libertati adiiceret. Vulgò dicunt, Præterire ius. Hæc Budæus. Liuius 3. ab Vrbe 190. A M. Claudio petiturum vt decederet iure suo, vindicarique puellam in posterum diem pateretur.

Recto limite decedit. Stat. 2. Thebaid. 13.

Loco decedere. Tacit. lib. 3.

Decedere de suo more, pro Mores mutare. Cic. 4. Verr. 111. Nónne hoc indicant, tantas esse iniurias, vt multo maluerint de suo more decedere, quàm de tuis moribus non dicere? Budæus.

Seræ meminit decedere nocti. Virgil. eclog. 8. 18.

Decedere officio, vel de officio, Est contra quàm decet atque officiosum est, aliquid agere. Cic. in Verrem, Quid faceres pro homine innocente & propinquo, quú propter hominem perditissimum atque alienissimum, de officio decesseris? Liuius, Eas quoque colonias quæ officio decessissent. Id est inofficiosè egerant, quæ officio non erant in Romano populo functæ. Hæc Budæus. Idem Liuius 8. ab Vrbe 131. Cogitaret Pop. Romanus potius cum quanto studio periculoque reditum in amicitiá suá esset, quá qua stultitia & temeritate de officio decessum.

Ab officio decedere. Liu. lib. 6. Decad. 4.

Possessione decedere, vel de possessione. Plin. in epist. Item in L. Si finita, de Damno infecto, Siquis in possessionem missus, nondum possidere iussus sit, an dominus decedere de possessione debeat.

De possessione decedere. Cic. 1. de Lege Agraria 69.

Prouincia decedere. Cic. pro Ligario 1.

Decedere de prouincia & ex prouincia. Cic. Cælio, lib. 2. 10. 5. Iraqi constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere. Idem 4. Verr. 34. Iitum reliquit, de prouinciaque decessit.

Regnis decedere pro priuari regno vel imperio. Sil. lib. 17. 123.

Sententia decedere. Tacit. lib. 14. Non ideo aut Consules mutauere relationem, aut Thrasea decessit sententia.

De sententia decedere. Cic. pro Corn. Balbo 7. Qui de ciuitate decedere, quàm de sententia maluit.

Spatio decedere. Lucret. lib. 2. 44.
Corpora quum deorsum rectum per inane feruntur,
Ponderibus propriis incerto tempore fermè
Incertisque locis spatio decedere paulum.

Decedere via. Plaut. Amph. 1 2. 7. Quamobrem mihi magis par est via'de cedere & concedere. Sueton. in Tiberio. Nec mirum, quum palàm esset ipsum quoque eisdem allargere & decedere via. * Et Quintil. lib. 4. Decedere via dicendi.

Decessit via errabundus. Sueton. in Cæsare, Et cum luminibus extinctis decessit via diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto per angustissimos tramites pedibus euasit.

Decedere de via. Plaut. Amphit. 1 2. 1. Concedite, atque abscedite omnes de via decedite. Cic. pro Cluent. 131. Si inuitauerit, id quod solet, sic hominem accipiemus, vt moleste ferat, se de via decessisse.

Decedere alicui de via. Plaut. Trinum. 6. 62.
Non tibi dicam dolo, decedam ego illi
De via, de semita, de honore populi.

De vita decedere. Cic. pro Rabir. perduel. reo. Id est mori.

¶ Decedet hæc ira. Terent. Hecyra 3. 5. 55.
Decedet iam ira hæc, etsi meritò iratus est.

Decessit cura ea patribus. Liu. 9. ab Vrbe 150. Profligato ferè Samnitium bello, prius quàm ea cura decederet patribus Romanis, Hetruscí belli fama exorta est.

Nihil decedet de summa. Terent. Adelph. 5. 3. 30.
Mea, quæ præter spem euenere, vtantur sine:
De summa nihil decedet.

Decedit febris. Celsus lib. 3. cap. 3.

Decedit hoc opibus. Liu. 3. ab Vrbe 229. Quicquid enim libertati plebis caueretur, id suis decedere opibus credebant.

Decedit periculum de causa eius. Cic. pro Cluentio 133. Hnic autem accusatores matre viua deesse non possunt, quod iam intelligetis, an vt de causa eius, periculi nihil decederet, ad cãm nouũ crimẽ accederet.

Decedunt vires. Liu. 4. bel. Maced. 61. Quantumcunque virium Antiocho decessisset, fuo id accessurum regno ducebat.

¶ Decedi, passiue. Cic. de Senect. 58. Vide ASSVRGO.

¶ Decedere, siue appositione, pro Mori, quasi à custodia & gubernatione corporis proficisci, inquit Valla. Cic. ad Attic. lib. 1. 7. 8. Nam puerum mors debere videbatur, commouerat. Eidem, lib. 1. 4. 2. Patet nobis decessit ad VIII. Calend. Decemb.

Decedens, Participium, (ἀπεχωρῶν,) Qui in vrbem redierat. Cic. pro Murena 67. Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti.

Dies decedens. id est occasus. Virgil. 4. Georgic. 93.

Certis momentis tempora decedentia. Horat. 1. epist. 6. 1.

Decessio, (ἀπεχώρησις,) Verbale. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 1. 1. 2. Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam.

Decessio de prouincia. Cic. ad Attic. lib. 6. 1 16. 5.

Mansio & Decessio, contraria. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 16. Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat.

Dies decessionis. Cice. Attico, lib. 6. 1 16. 5. Mihi decessionis dies μακρότερος obrepebat.

¶ Decessio pro diminutione, cuius contrarium est Accessio. Cice. 3. Offic. 15. Sed quum sit is qui solum bonum iudicet, quod honestum sit? quæ autem huic repugnent specie quadam vtilitatis, eorum neque accessione, meliorem vitam fieri, neque decessione peiorem. Idem 2. de Diuin. 53. Item de Vniuers. 4. Nec vero desyderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi. neque enim vlla decessio fieri poterat, neque accessio, nec vero erat vnde.

Decessio de summa. Cic. pro Rabirio Posth. 19. Non intelligo hoc quale sit, vtrum accessionem decumæ, vt nostri facere coactores solent, centesima, an decessionem de summa fecerit.

Decessor, (ἀπεχωρήτης,) est cui è prouincia abeunti, successor mittebatur. Vlpianus in Lege Obseruare, in Tract. de Offic. Proconsl. Recte autem & ordine faciet, si edictum decessori suo miserit, significetque quo die fines sit ingressurus. Sic in aliis muneribus. Nam Iulii agricolæ Tacitus Decessorem vocat, equi legionem illi tradebat.

Decessus, huius decessus, (ἀπεχωρήσεις,) Idem quod Decessio. Plinius libro 18. capit. 18. 2.

Vulgo credebatur ab eius decessu ferere solitos. Cæsar 3. bel. Gal. 398.

Decessus febris. Plinius lib. 30. cap. 11. 8. Cels. lib. 3. cap. 12. Sub decessu febris cibum sumat.

Decem, (δέκα.) numerale, indeclinabile. Terent. Heaut. 5. 1. 36.
Decem dierum vix mihi est familia.

Decem septem numero. Cæsar 1. bel. Ciuil. 210. Naues longas expediunt numero

numero decem septem. Sic apud eundem lib. 1. bel. Gal. 30. Decem nouem: Qui fines (inquit) Sequanorum ab Helueriis diuidit millia passuũ decem nouem.

Decemigis, pen. cor. (δεκαλυγος,) Adiect. Suet. in Nerone, Aurigauit quoque plurifariam: Olympis vero etiam decemiugem. Sub. currum.

Decemprimi, pen. prod. (δεκάπρωτοι,) dicũtur à Cicerone, qui Decaproti Græce. pro Rosc. Ame. 14. Itaque Decurionum decretum statim fit, vt Decemprimi proficiscantur ad L. Syllam, docerique eum qui vir Sex. Roscius fuerit.

Decennis, (δεκαετής,) decem annorum. A quo decennium: Decennis fœmina. Plin. lib. 8. cap. 5. 1. Et cap. 44. 1.

Decies, aduerbium, (δεκάκις,) Plaut. Sticho, 5. 45. Quin & ipsa decies in die mutat locum.

Decies die vno. Plaut. Aulu. 4. 31.

Decies dixi. Plaut. Amph. 7. 19. & 8. 91.

Haud semel, sed decies iurasti mihi. Plaut. Pœnul.

Decies anno pariunt columbæ. Plin. lib. 10. cap. 53. 1.

Decies centena. Plin. lib. 3. cap. 5. 6.

Decies centena millia. Cic. 3. Verr. 19. Horat. 1. Serm. saty. 3. 3.

Decies bis. Martialis lib. 1. 41.

Decies millia centum. Martialis lib. 1. 98.

Vsque ad decies æris. Liuius. 4. bel. Pun. 61. Qui supra trecenta millia: vsque ad decies æris quinque nautasque supra decies, septem.

December, decembris, (δεκέμβριος,) nomen mensis, qui decimum locum tenuit antequam additi fuissent Ianuarius & Februarius.

Gelidus mensis December. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 1.

Vti libertate decembris, id est, Saturnaliorum qua donabantur eo tempore serui. Horat. 2. Serm. saty. 7. 1.

Canus december, Vide CANVS.

Decimus, pen. corre. (δέκατος,) Adiect. siue Decumus, vt apud antiquos scribebatur. Plaut. Amph. 5. 19. Alter decumo pòst mense natus est puer.

Hora diei decima. Cic. 2. Philipp. 84. Quum hora diei decima ferè ad saxa Rubra venisset, deliuit in quadam cauponula.

Pars decuma. Cic. 5. Verr. 85. Omnes denique agros decumanos per triũ nium Populo Romano ex parte decumã C. Verri ex omni reliquo vectigales fuisse.

Decimum, Aduerbium (δεκάτως,) Liu. 6. ab Vrbe, 169. Nos reficietis decimum Tribunos. Quod barbarè dicunt, pro decima vice.

Decumânus, pen. prod. (δεκάτιος,) authore Festo, appellatur limes, qui fit ab Ortu solis ad Occasum. Alter ex transuerso currens, appellatur Cardo. Plin. lib. 18. ca. 34. 1. Linea hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrũ, decumanus vocabitur. Hic limitem, non pro termino, sed pro forma agri intelligere oportet. Idem lib. 17. cap. 22. 1. Vinea limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus.

Decumana oua dicuntur, & decumani fluctus, qui sunt magni. nam & ouũ decimum maius nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur. Ita Festus Pompeius. Lucanus in quinto Phar. Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus

Inualida cum puppe leuat. Sic Decumana pyra apud Columellam, lib. 12. cap. 10. 3.

Decumana porta in castris, præcipua, & patentior aliis atque frequentior, quæ in postica parte castrorum erat, vt ex Cæsare lib. 3. bell. Gall. intelligimus: & ex Liuio his verbis, lib. 10. 159. Ab tergo castrorum decumana porta impetus factus itaque captum Quæstorium: Quæstorque ibi occisus.

Decumanus acipenser apud Ciceronem in secundo de Finibus. 41. Ex Lucilii carminibus,
Cœnasti in vita nunquam bene, quum omnia in isto
Consumis, squilla atque acipensere cum decumano.

Decumanus ager, Ex quo decimæ recipiuntur. Cic. 5. Verr. Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum Decumanus est: itemque ante imperium populi Romani ipsorum Siculorum voluntate & institutis fuit.

Decimæ, decimarum, siue Decumæ, (δεκάτιαι, δεκάται,) Decima pars quaruncunque rerum, quæ soluitur principibus, & sacerdotibus. Plaut. Vt decimas solueret Herculi. Cicero. 5. Verr. 14. L. Octauio, & C. Cotæ Consulibus Senatus permisit, vt vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te lege Quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent, legemque his rebus, quàm ipsis videretur, ediderent. Idem pro Lege Manilia. 10. Nam quum hostium copiæ non longè absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. Idem. 5. Verr. 25. Affirmante se plus decuma non daturum. Idem pro Flacco. 14. Et. 3. de Nat. deorum. 126. Neque Herculi quisquam decumam vomit vnquam, si sapiens factus esset.

Decimas, Plautus aliàs decimam partem vocat. In Sticho, Hæc venisse iã opus est quantum potest, vt decimam partem Herculi polluceam.

Accipere decimas, Vide ACCIPIO.

Addicere decumas alicui. Cic. 5. Verr. 74.

Decumani, (δεκατῶται,) (vt Asconius Pedianus docet) vocantur publicanorum principes, per quos decumæ exigebantur. Cic. 4. Verr. De cumani, hoc est principes & quasi Senatores publicanorum, remouendas de medio literas censuerunt. Idem. 5. Verr. 16. Eaque, quæ ita diu ad salutem sociorum, vtilitatemq; Reipub. cõposita, comparataq; essent, ad suos improbissimos quæstus conuerteret, qui primùm certos constituerit, nomine Decumanos, re vera ministros ac satellites cupiditatum suarum. Idem. 4. Verr. 22.

Decimo, décimas, pe. cor. (δεκατόω,) decimare, Decimã partẽ accipere.

Decimare legiones, Decimũ quenque ex legione supplicio afficere. Liu. 2. ab Vrbe. 259. Cætera multitudo sorte decimus quisque ad supplicii Iecti. Mos enim erat antiquus, quo in decimum quenque Militem sorrito animaduertebatur capitaliter. Ex Budæo.

Decempeda, decempedæ, pen. corr. fœ. ge. (δεκαπόδισμα,) Pertica qua mensuratur terra à numero pedum dicta. Cic. 14. Philipp. 391. Si verò Coloniarum & municipiorum sine vlla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis vrbis, quam ille ad explendas egestates latrocinii sui concupiuit, quam iam peritus metator & callidus decempeda sua Saxa diuiserat? Saxa hoc loco, proprium est nomen amici Antonii. Idem pro Milone. 55. Qui cum architectis & decempedis villas multorum, hortosque peragrabat. Idem. 4. Acad. 220. de Sole loquẽs. Horat. 2. Carm. ode. 15. 3.
– nulla decempedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Decempedator, penult. prod. Qui decempeda metitur. Cic. 13. Philipp. 376. Cauebat etiam L. Antonio qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator.

Decemscalmus (δεκασκάλμιον,) Actuariolum decem scalmorum, quod proinde decem remis agebatur. Scalmus autẽ, lignũ illud erat, in quo remus aptabatur ad facilius nauigandũ. Cic. ad Att. lib. 16. 353. 6. Hæc ego conscendens è Pompeiano tribui actuariolis decemscalmis.

Decemuiri, pen. corr. (οἱ δέκα ἄνδρες ἀρχοντες,) qui fuerint docet his verbis Liuius. 3. ab Vrbe. 135. Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Consulibus ad Decemuiros, quemadmodum ab Regibus antè ad Consules venerat. Translato imperio minus insignis, quia non diuturna mutatio fuit. Iæta. n. principia magistratus eius, nimis luxuriauere, eo citius lapsa res est. repertumque duobus vti mandarerur Consulum nomen imperiumq;. Idem paulò antè. 134. Iam redierant legati cum Atticis legibus. eò intẽtius instabant Tribuni, vt tandem scribendarum legum inirium fieret. placet creari decemuiros sine prouocatione, & nequis eo anno alius magistratus esset. Budæus.

Perscripserunt duodecim tabulas decemuiri. Cic. 1. de Orat. 51. Dicant vel Græci si volunt, &c. vel nostros Decemuiros qui duodecim tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse prudentes, &c.

Decemuiralis, & hoc decemuirale, pen. pro. (τῶν δέκα ἀνδρῶν,) Cic. de Leg. Agr. 4. Iam illa omnibus in prouinciis, regnis, liberis populis quàm acerba, quàm formidolosa, quam quæstuosa concursatio decemuiralis futura sit, non videris?

Collegium decemuirale. Cic. 6. Verr. 97. Tum ex amplissimo collegio decemuirali sacerdotes Populi Romani quum esset in vrbe nostra Ceres pulcherrimum & magnificentissimum templum: tamen vsque ad Eunam profecti sunt.

Decemuirales leges, Leges XII tabularum: quibus perferendis Decemuiri Consulari potestate creati sunt. Liu. 1. Decad. lib. 3. Prius quàm vrbem egrederetur, Leges decemuirales, quib' tabulis Duodecim est nomen, in æs incisas in publico proposuerunt.

Petestas decemuiralis. Tacit. lib. 3.

Decemuiratus, huius decemuiratus, pen. pro. (ἀρχὴ τῶν δέκα ἀνδρῶν, δεκαδαρχία,) Dignitas & officium decemuirorum. Liu. 1. Decad. lib. 3. Opinio etiam sine authore exierat, non in præsentis modo temporis eos iniuriam conspirasse, sed fœdus clandestinum inter ipsos iureiurando ictũ: ne comitia haberentur perpetuoque decemuirato possessum semel obtinerent imperium. Hæc Budæus. Cic. de Leg. Agra. 38. Vt ii decemuiratum habeant, quos plebs delegauerit.

Decermina, (τὰ μοτά,) Quæ decerpunt purgãdi causa. Fest.

Decérno, decernis, decreui, decretũ, pen. prod. (γνώσκω, ἀφορίζω, ἀγορεύω, προτείνω,) decernere, Iudicare.
Plaut. Amphit. 2. 2.
– Blepharo captus arbiter,
Vter sit, non quit, Amphitruo, decernere. Terent. Adelph. 4. 2. 6.
Quid hoc, malũm, infœlicitatis? nequeo satis decernere.

Decernere de. Pli. li. 17. ca. 22. 21. Sed de his, Catonis præcepta decernẽt.

Decernere & iudicare. Author ad Heren. 52. Et fit vt de eadem re sæpe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit.

¶ Decernere, Statuere, & defigere, authore Donato. Terent. Hec. 1. 2. 75.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed quam decrerim me nō posse diutius Habere,eam,&c. Idē Heaut. 1.1.95. Decreui tantisper me minus iniuriæ, &c. Martial.lib.2.63. Dum modo causidicum,dum te modo rhetora fingis.
Et non decernis Taure quid esse velis.
Intus animus quid decreuit.Senec.Med.1.2.8.
¶ Decretum est mihi.Plaut.Aulul.16.38. Mihi bibere decretum aquam est.Idem Asin.3.59. Eos me decretum est persequi mores patris. Terent.Heaut.3.1.50. Sumat,consumat,perdat,decretum est patri. Ibidē 3.4.12. Vobis cum vno simul vbi ętatem agere decretū est viro.Plin. lib.28.cap.1.2. Et Plaut.Pœn.6.52.
¶ Decernere cum infinitiuo.Cic.2.de Orat.85.Sic decreui philosopha ri potius,vt Neoptolemus apud Ennium,pauciis. Idē Atti.lib.6.117.2. Decretū enim est eo valde familiariter viuere.Liu.1.ab Vrbe.75. Ad vnum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt.
¶ Decernere,Est etiam,vt ait Donatus,de magnis certam proferre sententiam.Terent.And.1.5.3.Vxorem decretat dare sesē mihi hodie.
Decernit Senatus Cic.4.Verr.116. Centuripinorum Senatus decreuit populusque iussit.
Statuere,decernere.Ci.Capitoni in epist.ad Att.lib.16.343.3. Quæ res earum rerum quas Cæsar statuisset,decreuisset,egisset,Consulibos cognitionem dedit.
Decernere alicui vt.Cic.ad Lent.lib.1.1.7.Ex illo Senatusconsulto quod te referente factum est,tibi decernit vt regem reducas.
Aliter vt quis edixit decernere.Cic.3.Verr.84.
Decernere aliquid contra rem alicuius.Cic.5.Ver.6. Siqua in re contra rem meam decresset aliquid iniuria.
Contra edictum suum sine vllā religione decernere.Cic.3.Verr.84.
Decernere de re aliqua.Cic.ad Cęsium,lib.2.10.1.Solicitus quidnam de prouinciis decernatur.Idem ad Lent.lib.1.3.3. Imprimisque vt quæ Appius de eius re decreuit,ea comprobes.
De sententia consili decernere aliquid.Cic.Capitoni in Epist. ad Atticum,lib.16.346.2.
Vno iudicio de omnibus fortunis decernere.Cic.pro Quint.3.Primùm magnitudo periculi summo timore hominē afficit, quòd vno iudicio de fortunis omnibus decernit.
Amplissime decernere de salute & dignitate alicui⁹.Cic.p Dom.sua.58.
Secundum aliquem decernere.Cic.Att.lib.16.343.3. Consules de consilii sententia decreuerunt secundum Buthrotios.Eidem,lib.4.71.4.Et Plancio in Epist.ad Atticum, lib.16.345.2.
Extra ordinē decerni vni negat oportuisse quicquā. Ci.p Dom.sua.15.
Decernere bellum.Cic.4.Verr.54.Verum veniat sane, decernat bellum Cretensibus,liberet Byzantios.
Dona decreta,& grates deis decernuntur.Tacit.lib.15.
Gaudia decernere paruis spatiis.Claud.4.Paneg.73.
Superis decernere grates.Ouid.4.de Ponto.eleg.9.10.
Nunc pro Cæsaribus superis decernere grates.
Gratulationē cōseruatæ Reipub.alicui decernere. Cic.4.in Catil.92.
Hospitium alicui gratuitum.Plin.lib.35.cap.9.3. Amphyctiones quod est publicum Græciæ consilium,hospitia ei publica decreuere.
Honores alicui.Cicero ad Brutum.15.4. Quòd in honoribus decernendis essem nimius,& tanquam prodigus. Ibidem.9. Quis honos ei non fuit decernendus?
Imperium decernere alicui.Cic.11.Philip.303.Clarissimo viro atq; innocentissimo decreuit imperium,priuato tamen.
Iniuriam.Cic.pro Quint.46.Bruti,inquit,erat familiaris:itaque is intercedebatur contrà Burrient qui iniuriam decernebat.
Laudationem alicui.Cic.6.Verr.123.Vt ei illam laudationem, quam se vi ac metu coactos paucis illis diebus decresse dicebant tollerent.
Legationem contra aliquem.Cic.4.Verr.8. Sic Decernere legatos. Cic. ad Lent.lib.1.1.8.
Legiones in Syriam.Cic.ad Caninium,lib.2.16.8.
Noui aliquid decernere.Cicero Curioni,lib.2.6.10. Itemque petiui per literas,&c.non vt decernatur aliquid noui, quod solet esse difficilius, sed vt nequid noui decernatur.
Noxiam.Plin.lib.18.cap.3.4.Impubem Prætoris arbitratu verberari,noxiámve,duplionemve decerni.
Pecuniam ad.Plin.lib.33.cap.1.14.Quum ad id pecunia publica nō decerneretur.Cic.ad Quin.fratrem,lib.1.1.38. Quòd edixeris ne ad ludos pecuniæ decernerentur.
Quæstionem decernere.Cæsar.7.bel.Gall.173. Quæstionem de bonis direptis decernunt.Cic.2.de Finib.87. Quo plebiscito decreta à Senatu est Consuli quæstio Cn.Scipioni.
Nouā quæstionem,pro eo quod nunc dicimus Ordinare vt fiat informatio,& vt contra delinquentes procedatur.Cic.pro Milone.14.Cōpro henius est in templo Castoris seruus P.Clodii,qué ille ad Cn.Pompeium interficiendum collocarat:extorta est confitenti fica de manib⁹. Caruit foro postea Pompeius,caruit Senatu,caruit publico,&c. Num quæ rogatio lata?num quæ noua quæstio decreta est? Budæus.
Decernere vt veteribus legibus quæratur,Idē.Cic.pro Milon.10. Quòd si per furiosum illum tribunū Senatui quod sentiebat perficere licuisset,nouam quæstionem nunc nullam haberemus. decernebat enim vt veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur.
Statuam alicui.Plin.lib.34.cap.6.3.Inuenitur statua decreta & Taraciæ Caiæ siue Sufferiæ virgini Vestali.Idem,lib.22.cap.4.1.Graminea nū quam nisi in desperatione suprema contigit vlli nisi ab vniuerso exercitu seruato decreta.De coronis loquitur.
Stipendium.Cic.ad Lent.lib.1.7.34.
Sumptus legatis decernere.Cic.Appio,lib.3.10.10.
Supplicationem.Cic.ad Sulpitium,lib.13.78.1.Itaq; assui,supplicationesque libenter tibi decreui.Cæsar.2.bel.Gall.363.Dies xv. supplicatio decreta est quod ante id tēpus acciderat nulli.Idē lib.4.60.His rebꝰ gestis,ex līs Cæsaris dierū xx supplicatio à Senatu decreta est.
Triumphum decernere alicui.Cic.4.de Finib.38.
¶ Decernere cornibus,Bellare.Virg.3.Georg.44. Cornibus inter se subigit decernere amantes.De tauris loquitur.
Suo solū capite decernere.Ci.Att.lib.10.200.2.Dices,Vbi ille ergo tuus animus,qué proximis literis?Adest,& idē est:Sed vtinā meo solū capite decernere malim quàm eorum me interdum mollunt,&c.
Pro fama & fortunis alicuius decernere.Cic.2.de Orat.110. Me p̄ mea sodali,quia mihi in liberum loco more maiorum esse deberet,& pro mea omni fama propè fortunisque decernere.
Acie decernere. Vide ACIES.
Armis decernere. Ci.Att.lib.7.123.8.Hic omnia facere omnis,ne armis decernatur:quorum exitus semper incerti.&c.
Cornibus inter se decernere.Virg.3.Georg.44.de tauris.
Decernere criminibus.Liu.lib.10.Decad.4. Decernite criminibus,nec ferro decreturi.
Decernere ferro vel armis.Virg.11.Aeneid. Ipsum armis,ipsumque iubet decernere ferro.Liu.4.bel.Maced.74.Diem locumque cōstituit, vbi secum armis decernant.Idem.8.bel.Pun.111. Quidam quas discet pandō controuersias finire nequiuerant,aut nouerant,pacto inter se vt victorem res sequeretur,ferro decreuerant. Idem.7.ab Vrbe.114. Qui secum ferro decernit.Cic.2.de Orat.173. Sed si in ipso illo gladiatorio vitæ certamine,quo ferro decernitur,tamen ante cōgressum multa fiunt,quę non ad vulnus,sed ad speciem valere videantur. &c. Virg.12.Aeneid.57.Sic omneis amor vnus habet decernere ferro.
Pugna forti decernere.Valer.4.Argonaut.39.
Pugnam decernere.Liu.8.bel.Pun.172.Primo missilibus territauere:deinde amissis telubus telis,q̄ irritare magis q̄ decernere pugnā poterāt.
Ratio decernendi magis expetenda est,quàm decertandi fortitudo.Cicero.1.Offic.113.
Aequabilitate decernendi vitat offensionem Prætor sapiens. Cicero pro Murena.39.
Decrētos.pen.prod.(ἐληλιγμένος,ἐγνωσμένος,)Participium. Cato Ciceroni,lib.15.5.3.Supplicationē decrerā,Si tu,qua in re nihil fortitò, sed summa tua ratione & continentia Reipub.prouisum est,diis immortalibus gratulari nos,quàm tibi,referre acceptum mauis.gaudeo.
Lex decreta per Senatum.Cic.pro Domo sua.19. Tu prouincias Consulares,quàs C. Gracchus, qui vnus maxime popularis fuit,non modo non abstulit ab Senatu,sed etiam vt necesse esset quotannis constituli per Senatum decreta lege sanxit:eas lege Sempronia per Senatum decretas rescidisti?
Aliquem decretum habere.Cic.pro Cælio.30. Nihil iam in istam mulierem dico:sed si esset aliqua dissimilis istius,quæ se omnibus perfunderet,quæ haberet palàm decretum semper aliquem, cuius in hortos,domum,Baias,iure suo libidines omnium commearent, &c.
Omnibus decreta mors est.Senec.Thebaid.1.45.
Decreta virtutis præmia.Cic.2.de Orat.189.
Desponsa & decreta prouincia,diuersa.Cic.de Prouine.Consul 30.Qui Consul Cal.Ian.habere prouinciam debet,is vt eam desponsam nō decretam habere videatur:fuerit toto in Consulatu sine prouincia, cui fuerit antequam designatus esset,decreta prouincia.
Sumptus annuus decretus.Cic.Attico,lib.7.121.9.
Decretum,(ἐγνωσμένον,λῆμμα,δόγμα,ῥῆτρα,χρεών,) est id quod placitum alias Latine dicitur.Græce dogma,& plesphisma,& arestos dicitur,authore Budæo.Plin.epist.248. Quòd affirmare tibi possum,vt decreta,quibus damnati erant,proferebantur: ita nulla monumenta quibus liberti probarentur.
Philosophorum decretum.Cic.4.Acad.13.Sapientiæ verò quid futurum est,quæ neque de seipsa dubitare debet,neque de suis decretis (quæ philosophi vocant dogmata)quorum nullum sine scelere prodi potest? * Et Quintil.lib.2.Velut decretis technicorum.
Edictum & decretum.Cic.4.Verr.81.Qui Romæ totum edictum,atque omnia decreta vendiderit?
Nouitas,iniquitasque decretorum.Cic.3.Verr.87.
Decreta patrum,iussa populi.Liu.8.bel.Maced.Sub vmbra Scipionis ciuitatem,dominam orbis terrarum,latère,nutus eius pro decretis patrum,pro populi iussis esse.

Sapientis

Sapientis nullum decretum esse potest nisi comprehensum,perceptū,cognitum.Cic.4.Academ.106.
Tabula decreti.Cic.1.Philip.2. Assentiri etiam nos Ser.Sulpitio clarissimo viro voluit,nequa tabula post Idus Martias vllius decreti Cæsaris, aut beneficii figeretur.
Dura decreta.Valer.8.Argon.93.
Trissia decreta.Valer.8.Argon.82.
Sine decretis vitam agere.Cic.4.Acad.107.
Auferre decretū.Cic.Plan.in epist.ad Atti.lib.16.341.3.Liberalissimum decretum abstulimus,quod est obsignatum ab amplissimis viris.
Cōcitare in se,& infestare aliquos suis & decretis & edictis.Cl.3.Ver.66.
Defendere decreta.Cic.2.de Fin.49.Fit enim tanti philosophi tāque nobilis,audaciter sua decreta defendere.
Facere decretum.Cic.pro Domo sua.58. Omnes omnium publicanorū societates de meo Consulatu ac de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fecerunt. Idem Atti.lib.4.188.2.
Cum decreto & palàm aliquid facere.Cic.1.de Lege Agrar.51. Cur non item,vt cum decreto & palàm regionem illam petierunt?
Aliud decretum habere.Cic.4.Acad.197. Proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat,&c.
Ex decreto depositam pecuniam habere.Cic.Ther.lib.13.57.5.
Magnificētissimis decretis honestari ab aliquo.Cic.Post red.in Senatu.11.
Interponere decretum.Author ad Heren.52.Iudicatum,est id de quo sententia lata est,aut decretum interpositum.
Sententia & decreto laudare aliquid.Cato Cice.lib.11.5.3. Itaque quod pro meo iudicio facere potui,vt innocentiā,cōsilioque tuo defensam prouinciam,&c.sententia mea & decreto laudarem,feci.
Mutare decretum,Vide MVTO.
Ornari decretis,Vide ORNO.
Perfringere decreta,Vide PERFRINGO.
Proferre decreta.Cic.3.Verr.87.
Rumpere ferrea decreta.Ouid.15.Metam.157.
Statuere ius Reip.decretis.Cic.10.Philip.277.
Decretūrus pen.prod.Particip.(μελλησόμενος,)Cic.in Vatin.15.Vtrū decreturus fueris ad quod Augures omnes vlq; à Romulo decreuerunt.
Decretorius,(κριτήριος,)adiect.vt decretoria pugna,qua decernit de summa causæ.Quint.lib.6.ca.5.At quidā litigationibus suis illū modò ambitiosum declamandi sudoré præstitisse contenti,cum turba laudantiū destituunt subsellia,pugnamque illam decretoriam,imperitis,ac sæpe pullatæ turbæ relinquunt. Non desunt qui legant decertatoriam.
Decretorium sydus,& tempus decretorium dicitur per translationem. Quod decernit de vuis & aliis arboribus aut herbis.Plin.lib.18.ca.28. 13.In hoc temporis interuallo res summa vitiū agitur decretorio vuis sydere illo quod Caniculam appellauimus.Vnde carbunculare dicuntur,vt quodam vredinis carbone exustæ.Idem lib.18.cap.29.7.Aquila exoritur vesperi,decretorio die florentibus oleis.
Arma decretoria,Quibus ferio certandum est.Senec.epist.118. Remoue ista luxuriæ arma,decretoriis est opus. Idem alibi decretorium diem appellat,diem mortis.
Stilus decretorius,pro severo,quasi semel de re definiens.Sen.1.de Clementia.Nisi plus est quod timet,quàm quod dānat,non accedet ad decretorium stilum.

Decerpo, decerpis,decerpsi,decerptum,(ἁρπάω,ἀποδιῤπάω,ἀποκείρω,) decerpere,Aliquid ex aliqua re detrahere:vt decerpere vuam.Plin.epist.197.Ipse quum absis,vindemias graciles qui dem,vberiores tamen quàm expectaueram colligotū colligere est nōnunquam decerpere vuam,torquulum mittere,gustare de lacu mustū, obrepere vrbanis,qui nunc rustici præsunt,
Sic decerpere fœtus arborum.Plin.lib.4.cap.12.48.
Decerpere folia.Colum.lib.5.cap.10.14.
Nouos flores decerpere.Lucret.lib.1.190.
Decerpere fructus ex re aliqua.Hora.1.Ser.Saty.2.16. –quare ne pœniteat te, Desine matronas sectarier:vnde laboris
Plus haurire mali est,quàm ex re decerpere fructus.
Adducto ramo pomum decerpere.Ouid.3.de Ponto,eleg.5.4.
Affectat decerpere decus pugnæ.Silius lib.4.28.
¶ Murmura vocis decerpere.Stat.6.Thebaid.33.
Illa tuos questus,lachrymososque impia risus (trice.
Audiit,& vocis decerpsit murmura primæ. Verba sunt ad puerulū de nu-
¶ Decerpere ex dignitate alterius.Plin.epist.177.2.Nihil ex cuiusquam dignitate,nihil ex libertate,nihil ex cuiusquam iactatione decerpseris. Cic.pro Marcello.4.Nihil sibi ex ista laude Centurio,nihil Prætectus, nihil cohors,nihil turma decerpit.Idem 3.de Orat.116. Nequid locus de gravitate decerpereet.
Ex causa in vsum decerpere,quæ maximè fauorabilia videntur.Quintil. lib.4.cap.1.16.
Spes decerpit inuidia.Quintil.in Procem.lib.6.9.
Decerptus,Participium,(ἀποδιῤπεύς,)Cic.5.Tusc.55.Humanus autem animus decerptus ex mente diuina,cum alio nullo nisi cum ipso deo,

si hoc fas est dictu,comparari potest.
Herbæ decerptæ.Ouid.1.Metam.130.
Decerptas senior porrexerat Inachus herbas.
Ferre manu poma decepta.Ouid.10.Metam.129.

Decerto, decertas,(ἐριλλάσομαι, ἀγωνίζομαι, διαπληκτίζομαι,) decertare.Eiusdem significationis cum certo. Cicero p Plancio,Sed erat non iure,non legibus,non disceptādo decertādum. Cæsar.2.bel.Ciuil.19,Hoc animo decertabant, vt nullum aliud tēpus ad conandum habituri viderentur.
Decertare armis.Cæs.3.bel.Ciu.75.Ne ciues cū ciuib⁹ armis decertarēt.
Agmina bello decertant.Stat.4.Thebaid.164.
Contentione decertare.Cicero Licinio,lib.5.8.2.Nam cum Consulibus & cum multis Consularibus tanta contentione decertaui,quanta nun quam antea vlla in causa. Idem.2.Philipp.30.
Decertare cum aliquo de.Cic.de Amic.28.Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est,Pyrrho,& Hannibale.
Misera cōditione decertare cū aliquo.Cæs.6.bel.Gall.17. Ne miseriore ac durioré postea conditione cum toto exercitu decertare cogerent.
Ferro decertare.Ouid.14.Metam.16.
Pace tamen sisti bellum,nec in vltima ferro
Decertare placet,Tatiumque accedere regno.
Ferro decertare cum aliquo.Cic.pro Planc.69.
Decertare inter se.Cic.5.de Fin.8.An eum locum libēter inuisit,vbi Demosthenes & Aeschines inter se decertare soliti sunt?
Decertare manu.Cic.1.Offic.114.Sed quum tempus,necessitasque postulat,decertandum manu est.
Fœlicissimè cum aliquibus prælio certare.Cic.de Prouin.Cons.26.Itaq; cū acerrimis nationib⁹ & maximis,Germanorū & Heluetiorū prælis fœlicissime decertauit.Cæsar.1.bel.Ciuil.303.Et lib.3.bel.Gal.444.
Vi & armis contra vim decertare.Cic.pro Domo sua.50.
¶ Genera decertandi duo,vnū per disceptationem,alterum per vim.Cicero.1.Offic.51.
Fortitudo decertandi.Cic.1.Offic.113.Quare expetenda quidē magis est decernendi ratio,quàm decertandi fortitudo.
¶ Decertatur,impersonale.Cic.1.Offic.57.Quum verò de imperio decertatur,belloque gloria quæritur.Idem ad Att.lib.7.126.2. Sentiam enim omnia facienda ne armis decertetur.
Obstinatus ad decertandum.Liu.lib.6.Decad.1.Tum etiam quibus animi in spe vltima obstinati ad decertandum fuerant.
Decertatus,(ἠγωνισμένος,) Participium. vt regna decertata odiis.Stat. lib.1.Thebaid.1.
Fraternas acies,alternaque regna profanis
Decertata odiis,fontesque euoluere Thebas.
Labores decertati,id est certando peracti.Claud.1.Paneg.5.
Decertatio,(ἀγωνισμός,)Verbale.Cic.11.Philipp.305. Quumque harum rerum omnium decertatio Consulibus optimis & fortissimis cōmissa & commendata sit.
Decertatorius,Adiect.(ἀγωνιστικός,)vt pugna decertatoria. Quint.lib. 6.cap.4.5.Quo in loco nonnulli legunt decretoria.

Decessio,Decessor,Decessus, Vide DECEDO.

Decet, (πρέπει, προσήκει, καθήκει,) Verbum est,nec plane persona le,nec impersonale,quum numeros habeat, authore Valla libro.3.Sipontinus autem,Decet,inquit conuenit,honestum est.Decere enim proprie Conuenire est:quod tam ad animum,quàm ad corpus,atque externa refertur.Et modo impersonale,modo personas habet ac numeros.Virg. – ista decent humeros gestamina nostros. Hoc est,conueniunt,& apta sunt humeris nostris. Plaut.Amphit.12.24.
Ibo intrò,ornatum capiam qui potius decet.
Decere,quasi aptū esse,cōsentaneūq; rei & personæ.Cic.in Orat.40.
Aptū est & decet.Cic.3.de Ora.116.Nūc qd aptū sit,hoc est quid maxime deceat in oratione,videamus.Idē.1.Off.175.Ita fere officia reperiēt quū quæreret qd deceat,& quid aptū sit personis,réporibus,ætatibus.
Quod decet honestū est,& quod honestū est decet.Cic.1.Offic.133.
Decet & Dedecet,contraria.Cic.4.Tusc.85.Oratorem verò italici minimè decet,simulare non dedecet.
Deos decet opulentia.Plaut.Trinum.8.69.
Lachrymæ decuere pudicam.Ouid.2.Fast.152.
Pudor decet ora.Ouid.1.Amor.eleg.8.7.
Erubuit,decet alba quidem pudor ora,sed iste,
Si simules,prodest:verus obesse solet.
Aliena non decent eum.Cic.1.Offic.159.Quæ contemplantes,expendere oportebit quid quisque habeat sui,eaque moderari,nec velle experiri quàm se aliena deceant.
Forma viros neglecta decet.Ouid.1.de Arte Aman.102.
Decet me hæc vestis.Plaut.Mostel.4.10.
Fieri sic decet.Cic.2.de Leg.13.Optime verò frater,& fieri sic decet.
Neque abesse quicquam decet in definitionibus,neque redundare. Cicero.2.de Oratore.46.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Minus seuerè quàm decuit, res confecta est: non tamen omnino dissolutè. Cic. 6. Philipp. 104.
Nil decet inuita, vt aiunt, Minerua facere. Cic. 1. Offic. 155.
Decet me his verbis fabulari. Plaut. Amphit. 4. 47.
Exemplis grandioribus decuit vti. Cic. 1. de Diuin. 91.
Decet aba te id impetrari. Plaut. Rud. 17. 36. Et in Epid. 10. 7.
Antiquis (inquit Donatus) si addebant statim verbum, Nos decet facere, Nos decet dicere: si non addebant, Nobis decet, dicebant.
¶ Decet, datiuo iunctum. Plaut. Amphit. 8. 156. Isthuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet. Terent. Adelph. 5. 8. 6. Imo hercle ita nobis decet. Ibidem. 3, 4. Deos quæso vt vobis decet. Cic. de Orat. Quandoque id deceat prudentiæ tuæ.
Decès, (πρέπων,) Partic. siue nomẽ ex Partic. Pulchrũ, cõueniẽs, & aptũ.
Color decens. Horat. 4. Carm. ode. 3. 41.
Quò fugit Venus heu? quóve color decens? Quò motus?
Facies decens. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 7.
Ista decens facies longis vitiabitur annis?
Rugaque in antiqua fronte sedilis erit.
Prata decentia. Senec. Hippol. 6. 6.
Reuerentia decens. Ouid. 5. Fast. 5.
Donec honor, placidoque decens reuerentia vultu
Corpora legitimis imposuere toris.
Solito decentior. Claud. 4. Paneg. 108.
Pœna decentior. Senec. Thyest. 2. 6. – nec dapibus feris
Decerni potuit pœna decentior.
Decens incede. Ouid. 3. de Arte Aman. 150.
Sera veni, positaque decens incede lucerna.
Decentia, (ἁρμονία, εὐπρέπεια,) Cõuenientia quædam & pulchritudo. Cic. 2. de Nat. Deo. 118. In corpori etiá motione atq; gestu multa cernunt subtilius, colorũ etiam & figurarũ tum venustate atq; ordine, & (vt ita dicam) decentiam oculi iudicant, atque etiá alia maiora.
Decẽter, (πρεπόντως,) Pulchre, apte, cõuenienter. Cic. p Cecin. 54. Siquæ decẽtissimè describta maioribus iura fruũi, possessionũ, aquarũ, itinerumque sunt, hæc perturbari aliqua rõne, commutarique possunt?
Lachrymare decenter. Ouid. 3. de Arte Aman. 59.
Decentius. Horat. 2. epist. 1. 43.
Tempus abire tibi est, ne potum largius æquo
Rideat & pulset lasciua decentius ætas.

Decido, decídis, decídi, pe. pro. decísum, (διαπίπτω, διαλύομαι,) decidere, A cædo, cædis compositum. Idẽ significat quod amputare. Plau. Merc. 6. 37. Decíde mihi collũ, si falsum ad te loquar. Idẽ Casin. 6. 17. Ego pol istam iã aliquo versum stragulam decidero.
¶ Decidere, per metaphoram capitur pro Determinare, quasi amputando superflua, quod integrum est ostendere. Vnde decidere dubia, decidere quæstionem dicimus. Cic. 7. Verr. 95. Quibus rebus omnibus actis atque decisis producuntur è carcere. Idem. 4. Verr. 89. Res ad istam defertur, & istius more deciditur.
Decidere, Est litem consensu mutuo dirimere, quod transigere plerúque iureconsulti vocant. Translatio est ab iis qui rem controuersam scindunt, vt quisque partẽ æquã auferat, & à cõtrouersia discedat. Vlpian. de furtis, L. Inter cẽs. Vsq; adeo autẽ diuersæ sunt actiones, quæ eis cõpetunt, vt signis eorũ, p furem damnũ deciderit, dici oporteat solimodo actionẽ sibi cõpetentẽ amisisse eũ, cæteris verò superesse. Et, Nam si proponas seruum cõem esse surreptũ, & alii ex dominis pro fure dãnum decidisse, is qui non decidit, habebit furti actionem. Decidisse dixit cum accusatiuo more Græcorũ. Iuue. Saty. 12. – decidere iactu
Cœpit cũ ventis imitatus castora. Cic. pro Rosc. Comœ. 19. At enim tu tuum negotiũ gessisti bene: gere & tu tuũ bene. magno tuã dimidiã partẽ decidisti: magno & tu tuã partẽ decide. HS CCCIↃↃↃ absustulisti, fit hoc vero, HS CCCIↃↃↃ tu quoq; aufer. Sed hanc decisionem Roscii ofone & opinione augere licet, re & veritate mediocrẽ & tenuẽ esse inuenietis. Decidit (inquit) partem suã, id est, pro parte sua maluit CCCIↃↃↃ sestertia accipere, ne vlrà lite implicaret. Bude⁹.
¶ Transigere & decidere cum aliquo. Cic. 4. Verr. 56. Qui cum reo trãsigat, pòst cum accusatore decidat. Idem pro Rosc. Amer. 67. Si hanc ei rem priuatim Sex. Roscius mandauisset, vt cum Chrysogono transigeret atque decideret.
Decidere & statuere. Cic. pro Quint. 9. Decidis statuisque tu pp necessitudinẽ quæ tibi cũ Scapulis est, quid iis ad denariũ soluendum.
Decidere cum aliquo. Cic. 3. Verr. 89. Nisi cũ muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum. Idem pro Rosc. Comœ. 19. Tu sine me cum Flauio decidisti. Idem. 5. Verr. 57. Conflictari malebãt quàm quicquã cum isto sua voluntate decidere.
De aliquo negotio decidere. Cic. Att. lib. 1, 5. 1. Quod te de Tadiano negotio decidisse scribis, id ego Tadio & gratũ esse intellexi, & magnopere iucundum. Idem pro Quint. 10. Nisi prius de rebus rationibusq; societatis omnibus decidisset.
Decidere aliquid re alia. Cic. 5. Verr. 94. Atq; hoc in beneficii loco petitũ est ab Apronio, vt iugera singula ternis medimnis decidere liceret.
Decidere pretio cum aliquo. Cic. 5. Verr. 151. Mancipes pretio cum ciuitatibus decidisse.
Quæstionem decidere. Papini. in L. Fiscus in quæstione. ff. De iure fisci.
Per aliquem decidere. Cic. pro Quinct. Quum pecuniam C. Quintius P. Scapulæ debuisset, per te C. Aquili decidit P. Quintius, quod liberis eius dissolueret. Id est transactione & pacto promisit se soluturũ. Bud.
Decidere, pro libertate, hoc est transactione seruare libertatem ac redimere. Senec. epist. 96. Remp. hortetur, ne pro libertate decidat, sed oĩa experiatur: honestius in seruitutem casura quàm itura.
Pro se decidere. Cic. pro Rosc. Com. 13. Satisne ista stipulatio dicere tibi videtur aperte Roscium pro se decidisse?
¶ Decidere, p Exprimere, metaphora sumpta à sculptoribꝰ. Quint. lib. 9. cap. vlt. Hoc. n. loco præter nomẽ cætera ppria decisa sunt verbis.
Decisus, pe. prod. (ἀποκομμένος, ἀκρωτηριασμένος,) Participium. Cic. 7. Verr. 93. Quibus rebus omnibus actis atque decisis, producuntur è carcere, & deligantur ad palum. Id est trãsactis. Budæus. * Et Quint. lib. 8, cætera propriis decisa sunt verbis.
Decisa negotia. Peracta. Horat. 1. Epist. 7. 12.
Aures decisæ. Tacit. lib. 12. Atq; ille nõ propinquum, neq; Arsacis de gẽte, sed alienigenã, & Romanũ increpãs, auribus decisis viuere iubet.
Pœnæ decisæ. Horat. 2. epist. 2. 10.
Vnde simul primum me dimisere Philippi
Decisis humilem pœnis, inopemque paterni
Et laris, & fundi, paupertas impulit audax Vt versus facerem.
Decisio, Verbale, (διάλυσις,) Determinatio, vel diremptio litiũ mutuo consensu. Cic. pro Cecin. 76. Quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admonent, vt iudicetis. Idẽ pro Flac. 69. Decisionis arbiter C. Cæcilius fuit. Idem. 3. Verr. 99. Negat cum sibi illa decisione satisfacere posse. Idem pro Rosc. Com. 13.
Augere decisionem alicuius ofone & opinione. Ci. pro Rosc. Com. 119.
Facere decisionem. Cic. pro Rosc. Comœ. 28. Dicat decisionem factam esse; quæ facta non est.
Decisionem videtur posuisse Cicero de Prouinc. Consul. Pro eo genere pactionis, vbi vterque ad se partem aliquam trahit, quod dicimus butter. Imperatore illo nihil aliud actum est, nisi pactiones pecuniarũ cum tyrannis decisiones, direptiones, latrocinia, cædes. Nam singulis verbis illud adscendit.

Décido, décidis, decidi, pen. corr. (κατάπτω, καταστρωμα,) decídere, Ex alto cadere. Plaut. Trinum. 5. 109. Ita cũctis fol ſtitialis morbo decidunt. Cic. 1. Offi. 61. Fœta omnia celeriter tamquã floscoli decidunt.
Matura poma decidunt. Cic. de Senect. 65. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas.
Turres graniore casu decidant. Horat. Carm. 2. ode. 10. 3.
Decidere è, vel de spe. Liu. 7. bel. Mace. 106. Antiochus postquam à spe societatis Prusiæ decidit, Ephesum ab Sardibus est profectus. Terẽt. Heaut. 2. 3. 9. Væ misero mihi, quanta de spe decidi.
Decidere de lecto, de regulis. Plaut. Casin. 2. 3. 26. Et in Persa. 7. 7. Terẽt. Phorm. 4. 4. 27.
Decidere equo vel ex equo. Cæsar. 1. bel. Gall. 21. Plin. lib. 28. cap. 8. Et apud Ciceronem ad Atticum, lib. 2. 36. 4. Deciderat ex astris.
E flore decidere guttas. Ouid. 9. Metam. 79.
Decidunt arboribus folia. Plin. lib. 12. cap. 11. 2. Et lib. 11. cap. 21. 4.
Quidam putant omnibus decidere aculeos ad hyemem.
Decidit ouibus illis fructus omnis. Plaut. Bacchid. 2. 3. 13.
Si decidit imber. Horat. Epist. 1. 14. 6.
Addit opus pigro riuus, si decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato.
¶ Decidere in. Plaut. Decideritis vobis femina in talos velim.
Decidit in casses præda. Ouid. de Arte Aman. lib. 2. 1.
In laqueos auceps decidit. Ouid. de Remed. Amor. lib. 2. 22.
Lachrymæ decidunt in ora. Ouid. ad Liuiam. 56.
Decidit in præceps. Ouid. 12. Metam. 68.
Decidit in præceps, & pondere corporis Ornum
Iugentem fregit, suaque induit ilia fractæ.
Vites, potestaque vrbis decidit. Claud. de bello Gildon. 9.
¶ Decidere ab archetypo, Aberrare. Plin. epi. 105. Vt enim pictores pulchram, absolutamque faciem raro nisi in pcitis effingũt: sita ego ab hoc archetypo labor ac decido.
Decidere spe, sine præpositione. Terẽ. Heaut. 4. 8. 11. Quãta spe decidi.
In vnius imperium ne res decidat admonemur. Cic. de Aruſp. respon. 50.
Decidua, Adiect. (κατάπτωτος,) Quod cadit. Pli. li. 11. ca. 37. 6. Oibus asit caua, & in mucronẽ demũ cõcreta sunt, cernis tãtũ solida, & oibus annis decidua. De cornibus animalium loquitur. Idem lib. 8. ca. 37. 3.
Decidui ad terras. Plin. lib. 2. cap. 20. 1. Idem, tesles pecori armentoque ad crura

decidui, subur adnexi.
Decidium item, dicitur quod deciditur, secunda longa. Ouid. 8. Met. Cõtremuit, gemitumque dedit decidua quercus.
Decidium, (κατάπτωμα,) pro occasu. Seneca epist. 30. Bassus noster videbatur mihi prosequi se, & componere, & viuere tãquã superstes sibi, & fortiter ferre decidium sui. Vbi alii legũt desiderium, sed parũ apte.

Decies Decima, Decimare, Decimus, Vide CIM.

Decimodiae, siue decẽmodiæ, (δεκαμόδιαι,) Decẽ modios capiẽtes. Colamel. lib. 12. ca. 18. 1. de vindemiæ apparatu. Perenne fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ, & fiscellæ texendæ & picandæ: Ibidem cap. 50. de oliuitate. Tum scalæ, corbulæ, decẽmodiæ, trimodiæ satoriæ, quibus districta bacca suscipitur.

Decipio, décipis pen. corr. decepi, deceptũ, (ἀπατάω, ἐξαπατάω, παραγω, φενακίζω, κατεγγελάω,) decipere, Ex capio cõpositum. Deludere, defraudare. Plaut. Rud. 10. 68. At ego ét q̃ sperauerint, spem decepisse multos. Idẽ Bacchid. 5. 41. Deceptus sum, Aurolico hospiti aurũ credidi. Terẽ. And. 4. 1. 45. Deceptus sum, at nõ defatigatus.
Decipere & fallere. Cic. 2. de Diuinat. 174. Nã illa Amphibolia quæ Croesum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere.
Arte decipere. Ouid. Epist. 12. 10. Vltimus est aliqua decipẽ arte labor.
Decipi dolo. Cic. 1. Offic. 48. Iam illis promissis standum non esse quis nõ videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit?
Error decipit iudicium. Ouid. de Ponto. 3. eleg. 9. 3.
Iudicium tamen hoc nostrum non decipit error.
Error decipit oculos. Ouid. 3. Metã. 37. Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
Formæ fiducia te decipit. Ouid. 8. Metam. 88.
Diem abiumere, & decipere. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 23.
Quod, quamis nemo est, cuius referatur ad aures:
Sic tamen abiumo decipioque diem.
Expectationem alicuius decipere. Cic. 2. de Orat. 159.
Labor fallitur & decipitur. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 3.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis
Fallitur ancillæ decipiturque labor.
Decipi laborum, pro obliuisci molestias. Horat. 2. Carm. ode. 13. 8.
Dulci laborum decipitur sono.
Imagine somni decipior. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 2. 10.
Aut vbi decipior melioris imagine somni,
Aspicio patriæ tecta relicta meæ.
Specie recti decipimur. Horat. Arte. Poet. Maxima pars vatũ pater, & iuuenes patre digni Decipimur specie recti.
Per te decipior. Ouid. 2. Amo. eleg. 10. 1.
Deceptus sum in eo. Plaut. Asin. 9. 95.
Dies abeunte hero solus mihi talentum argenti soli
Adnumerauit, & mihi credidit, neque deceptus in eo.
Astu decipiendus. Ouid. 13. Metam. 39. Mittor & ad matrem quæ nõ horrenda, sed astu Decipienda fuit.
Deceptus participium. vt
Errore locorum deceptus. Virg. 3. Aeneid. 32. (ἀπατηθείς,) Seque nono
veterum deceptum errore locorum.
Fides decepta. Stat. 8. Thebaid. 125.
Fraude deceptꝰ. Ouid. epist. 19. 5. Deceptã dicas nostra te fraude licebit.
Deceptus verbis aliorum. Ouid. epist. 2. 13.
Deceptor, deceptoris Verbale, (ἀπατεών,) Sene. Thyc. 2. 4.
– proditus, occidit.
Deceptor domine Myrtilus, & fide
Vectus qua ruleras nobile reddidit
Mutato pelagus nomine.
Decipulum, pen. corr. decipuli, (ἀπατηδών, Idem. Apuleius li. 8. Opportunum decipulum nactus.

Decircino, decircinas, pen. corr. (ἀπεργυρόω,) decircinare; Circinarium est suo simplici Circino, quod significat aliquid rotundum facio. Manilius lib. 3. Quam tereti natura soli decircinat orbem.

Decirémus, pen. prod. f. g. (δεκάρης,) Nauigii genus, decem habens remorum ordines. Plin. lib. 7. cap. 56. 17. Quin queremem instituit Nesichthon Salaminius: sex ordinum Zenazoras Syracusius: ab ea ad deciremem Nesigethon.

DECIVS sub Valerio & Cornelio COSS. Tribunus mil. (δήμιος,) Idẽ bello Latino Consul Manlium Torquatum Collegam habuit, in quo bello dum sese hostibus obiiceret, cecidit. Huius filius P. Decius de Samnitibus triumphauit. Postremò Consul, cum M. Fabium Collegam haberet, in bello aduersus conspirantes Gallos, Samnites Vmbros, Tuscos, patris exemplum imitatus, occubuit. Author Cæcilius

Decius imbellis. Sil. lib. 11. 48.
– Decio prorsus seruabar inerti
Vincendus. Decio imbelli.
Pulchri Decii. Claud. 5. Paneg. 30.
Vecors Decius. Sil. lib. 11. 43. – heu heu
Vecordi Decio mecum certasse volenti
In decus & famam lethi.
Decii tres fuerunt: pater, filius, & nepos. Cic. 1. Tuscul. 141. Nõ cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis Filius, etiam cum Pyrrho nepos, se hostium telis obiecisset. Virg. 6. Aeneid. 165.

Declamo, declámas, pen. prod. (μελετάω,) declamare, Est ficto themate se exercere. Cic. 5. de Finib. 8. Quo in loco ad fluctũ aiunt declamare solitũ Demosthenẽ. Ouid. 2. de Arte. 102.
Sed neque declament medio sermone diserti,
Nec sua vesanus scripta poeta legat.
Solebant enim Romani adolescentes eloquentiæ studiosi, exercendi ingenii gratia, inuehi orationibus in eos quos scirẽt aliquo crimine posse notari. Inde Senecæ & Quintiliani declamationes.
Contra aliquem vehemẽtissime declamare. Cic. 6. Verr. 131. Ille autẽ infamus, qui pro isto cõtra me vehemẽtissime declamasset, postquã, &c.
Suasorias declamare. Quintil. lib. 3. cap. 8. 42.
In aliquẽ declamare impune. Cic. Appio, lib. 3. 11. 7. Veruntamen est maiestas (vt Sulla voluit) ne in quemuis impune declamari liceret.
Magister declamandi. Quintil. lib. 2. cap. 1. 3.
Opus declamandi. Quintil. lib. 2. cap. 10. 5.
¶ Declamare, pro Clamosè contẽdere accipitur à Cicerone pro Rosc. Amer. 50. Nisi fortè expectatis vt illa diluam quæ de peculatu, ac de eiusmodi rebus commentitiis, inaudita nobis ante hoc tempus ac noua obiecit, quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur. Budæus.
Declamito, declámitas, pen. correp. declamitare, Frequẽtatiuum. Cic. filius ad Tironẽ, lib. 16. 21. 10. Præterea declamitare Græcè apud Cassium institui: Latinè autem apud Brutum exerceri volo.
Sedentes declamitant Græci. Cic. 1. de Orat. 131.
Vini exhalandi, non acuẽdi ingenii causa declamitare. Cic. 2. Philip. 60.
Causas declamitare. Cic. 1. Tuscul. 12.
De aliquo declamitare. Cic. 5. Philipp. 177. Ipse interea decem & septem dies, vt digestio potius quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, situm quærens. Hæc enim ei causa esse solet declamandi.
Declamitans, pen. corr. Participium. Cic. de Claris Orat. 171. Commentabar declamitans (sic enim nunc loquuntur) sæpe cum M. Pisone, & cum Qu. Pompeio, &c.
Declamãtor, pen. prod. (μελετητής,) Qui aut in scholis, aut secum fictã causam agit, vt possit veram rectius agere. Cic. pro Planc. 68. Non vobis videor cum aliquo declamatore, non causa laboris & fori disputare? Idem. 1. de Orat. 48. & lib. 3. 76.
Declamator aut rabula. Cicero in Oratore. 27. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum & perfectissimum quærimus.
Declamatio, Verbale, (μελέτη,) Cic. 1. Tuscul. 12. Vt enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit, sic hæc mihi nunc similis est declamatio.
Fortuna declamationis. Quintil. lib. 2. cap. 2. 7.
Sentlis declamatio. Cic. 2. Tuscul. 47.
Vulgari & peruulgata declamatione contendere. Cic. pro Planc. 38.
Declamatorius, Adiectiuum, (μελετητικός,) vt Declamatorium genus. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 3. 19. 5. Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videt. Legitur & clamatorio. Idẽ 1. de Ora. 36.
Consuetudo declamatoria. Quintil. lib. 5. cap. 13. 36.
Genus declamatorium dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 10. 6.

Declâro, declaras, penul. prod. (δήλωσις, ἐμφάνισις, σαφήνεια, ἀπορρόησις,) declarare, Aperire, manifestare. Valla. Declarauit id modo temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina atque humana pernertit. Idem ad Ligarium. lib. 6. epist. 6. 13. 1. Postea verò quã magnam spem habere cœpi, fore vt te breui tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi & sententiam & voluntatẽ declararem meam. Hactenus Valla li. 5. Cic. de Amic. 74. Sed cum tot signis eadem natura declaret quid velit, ac anquirat quid desyderet, &c.
Declarare plus est quàm significare. Cicero Lucceio lib. 5. 13. 4. Itaque hoc sæpius dicendum, tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius.
Vultu & verbis significare, & re declarare. Cic. pro Mil. 3. Si denique vnquam locus amplissimorum ordinum delectis viris datus est, vbi sua studia erga fortes & bonos ciues, quæ vultu & verbis sæpe significassent, re & sententiis declararent: &c. Idem 3. de Orat. 17.
Significatione, non demonstratione vniuersam rem & sententiam declarat gestus scenicus. Cic. 3. de Orat. 122.
Luculentam plagam accepit, vt declarat cicatrix. Cic. 7. Phil. 228.
Beneuolentiam in aliquem declarare. Cic. pro Domo sua 76.
Copiam declarat satietas rerum & abundantia. Cic. in Parad. 60.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consuetudinem vitamque maiorum actionum genera quædam declarant. Cic. 1. de Orat. 95.
Declarant gaudia vultu. Catul. epig. 59. 7.
Præsentiæ deorũ declarant ab his, ciuitatibus & singulis hominibus consuli. Cic. 1. de Nat. Deor. 246.
Acumen interpretis declarant quædam. Cic. 1. de Diuinat. 71.
Perfectionem declarat officii verbum oportere. Cic. in Orat. 40.
Victorem declarat. Virg. 5. Aeneid. 49.
Victorem magna præconis voce Cloanthum Declarat.
Gemitu & mœstitia declarauit quantum haberet odium seruitutis M. Lepidus. Cic. 5. Philipp. 192.
Literis declarari aliquid. Cic. 2. de Orat. 155.
Præsentiam suam sæpe dixi declarant. Cic. 2. de Diuinat. 8.
Propriam cuiusque rei vim definitione declarare. Cic. 1. de Orat. 94.
Declarare re potius q̃ verbis. Cic. Ligario, lib. 6. 13. 7. Quãdo quid senti-rẽ exposui, quid vellẽ tua causa, re potius declarabo quàm oratione.
Volatibus auium, cantibusque certissimis signis res futuras declarari. Cicero. 1. de Diuinat. 4.
Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis. Cic. 2. de Nat. Deor. 242.
¶ Non solum homines, sed etiam verba & vocabula declarare dicũtur. Cic. 2. de Finib. 20. Nulli inueniri potest, quod magis idẽ declaret Latinè, quod Græcè, quàm declarat voluptas. Idẽ paulo pòst. 21. Erit autem notius quale sit, pluribus notatum vocabulis idẽ declarantibus.
¶ Declarare consulẽ, pro Defignare & renuntiare. Cic. pro Murena. 1. Vt eiusdem hois voce & declaratus Consul & defensus. Ibidẽ in principio renuntiare dixit his verbis, Illo die quo auspicato, comitiis centuriatis L. Murenam Consulem renuntiaui. Sic. 2. de Leg. Agra. 21.
Declarans, Participium, (δηλῶν,) Cicero. 1. de Diuinatione. 206. Relinquendum est homini, vt signis quibusdam consequentia declarantibus, futura præsentiat.
Declaratio, Verbale, (δήλωσις,) Cic. ad Planc. lib. 10. 5. 4. Rursus declaratio animi tui quẽ haberes de Rep. quẽq; habiturus esses, mihi erat iucundissima. Idem. 1. Acad. 58. * Et Quintil. lib. 2. Neque enim mihi permiserim eadem vti declaratione.
Amoris declaratio. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 6. Liber iste quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui!

Declino, declinas, pen. prod. (κλίνω, ἀποκλίνω, διακλίνω, κατακλίνω, ἀποτρέπομαι,) declinare, Deflectere. vt vrbem aliquã declinare, Ab ea deflectere. Cic. pro Plãc. 79. Brundusiũ veni, vel potius ad mœnia accessi: vrbẽ vnam mihi amicissimam declinaui.
Loco mouere se & declinare. Cic. de Fato. 69. Neque extrinsecus impulsam atomum loco moueri & declinari dicit.
Atomus ab atomo pulsa non declinat. Cic. de Fato. 34.
Minimo interuallo declinare. Cic. de Fato. 68.
Magna rerum permutatione impendente, declinasse paululum, & spe reliquæ tranquillitatis, præsentes fluctus, tempestatemque fugisse. Cicero pro Sestio. 62.
Declinare à loco aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 14. 3 14. 6. De Butirotio negotio vtinam quidem Antonium conuenissem, multum profecto proficissem: sed non arbitrantur eum à Capua declinaturum.
Declinare se extra viam. Plaut. Aulul. Nam ego modò declinaui paululum me extra viam.
Declinare de via ad dexteram. Cic. 5. de Finib. 9. Modò etiam paulum ad dextram de via declinaui.
¶ Paulatim declinat amor. Ouid. 9. Metam. 93.
Cursus declinare. Ouid. 10. Metam. 133.
– nitidique cupidine pomi
Declinat cursus, aurumque volubile tollit.
Declinat in vesperum dies. Colum. lib. 8. cap. 4. 1. Attamen quæcunq; dabitur esca per cohortem vagantibus, die incipiente, & iam in vesperũ declinante, bis diuidenda est.
Inflammatio declinat. Celsus lib. 5. cap. 27. vbi agit de adustis corporis locis, & quo modo curari debeant, Est etiam illa adustorum curatio dum inflammatio est, impositam habere cum melle lenticulam. Vbi ea declinant, farinam cum ruta, vel porro, vel marrubio, donec crustæ cadant.
Somnus declinat ocellos. Propert. lib. 2. eleg. 13.
¶ Appetere, & Declinare, contraria. Cic. 3. de Nat. Deor. 43. Appetitur autem quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria: & oẽ animal appetit quædam, & fugit à quibusdam.
Persequi, & Declinare, cõtraria. Cic. in Partit. 34. Actionis autẽ duo sunt genera. Vnum, ad persequendum aliquid, aut declinandum: vt quibus rebus adipisci gloriam possis, aut quomodo iniuria vitetur.
Declinare à proposito deflectereque sententiam. Cic. in Orat. 76.
Declinare contentiones. Cic. ad Atticum, lib. 2. 34. 2.
Impetum alicuius rectè declinare. Cic. in Orat. 134.
Declinare laqueos indicii. Cic. pro Milone. 31.
A malis natura declinamus. Cic. 4. Tusc. 22.

Subire & Declinare minas alicuius, contraria. Cic. Attico, lib. 2. 24. 2. Minæ Clodii contentionesque quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt: etenim vel subire eas videor mihi summa cum dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse.
* Declinare nomina & verba pueri sciant. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Declinare ab religione officii: Hoc est non obseruare officii iura & sanctitatem. Cic. 5. Verr. 2. Qui sibi hoc sumpsit vt corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, siqua in re ipse ab religione officii declinarit?
Declinare de statu. Cic. de Prouinciis Consul. 34. Subire vim atq; iniuriã malui, quàm aut à vestris sanctissimis mẽtibus dissidere, aut de meo statu declinare. Idem pro Cluentio. 85. Neq; enim dubito quin si tales vt ne suspicione aliqua perculsi repentina, de statu suo declinarent.
Declinare de via, per translationem, pro Aberrare. Cic. de Amicitia. 54. Vt etiam siqua fortuna acciderit, vt minus iustè amicorum voluntates adiuuandæ sint, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum est de via, modo ne summa turpitudo sequatur. Idẽ de Fato. 68. Hoc modo hanc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus & de via declinantibus petere præsidium.
Declinare vitia. Cic. 1. Offic. 29.
A delictis quæ parua vident, est diligentius declinandũ. Cic. 1. Off. 102.
¶ Eò reuocemur, vnde hue declinauit oratio. Cic. 2. de Orat. 86.
Huc declinabam nec multus. Cic. 1. de Leg. 85.
¶ Non est declinata quidquam ab aliarum ingenio. Terent. Hecyra. 2. 1. 3. Nec declinatam quidquam ab aliarum ingenio vllam reperiasse fid est, eiusdem sunt ingenii.
¶ Declinat à topazio in aurum. Plinius, lib. 37. capit. 8. 6. Præfertur his chrysoprasius, porri succum & ipsa referente, sed hæc paulum declinans à topazio in aurum.
¶ Declinare agmen aliquò, Pro de loco vno ducere ad alium. Liu. 1. ab Vrbe. 133. Nec ea culpa quam arguo, omnium albanorum ducẽ secuti sunt, vt & vos siquò ego inde agmen declinare voluissem, fecissetis.
¶ Declinare, Vitare. Cic. 1. Offic. 18. Declinetq; ea q̃ nocitura videant.
Declinare certamen & detrectare, p eodẽ ponit Liuius, teste Budæo.
Declinare ictum. Liu. 6. bel. Maced. 96. Non iaculis sollum vt soler, exceptos declinabant ictus, sed armati frequentes, &c.
Declinasi, pen. prod. (ἀποκλίνοι,) Participii: vt Declinãs morbus. Plin. lib. 23. cap. 1. 34. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est, posse dandum in febre, nisi veteribus ægris, vinum, nec nisi declinante morbo. Ita quoque & declinans ætas dicitur, quam quidem inclinantẽ vocant, Hippocrates & Galenus cõsistentem, nempe eam quæ media est inter vigentem & decrepitam ætatem.
Declinatus, Participium, (ἀποκλινόμενος,) vt Declinatus ictus.
Declinata ætas apud Quintilianum, lib. 12. capit. vlt. Id est prouecta, & vergẽs. M. Censorius Cato, idem Orator, idem historiæ cõditor, idem iuris rerumque rusticarum peritissimus fuit. Inter tot tamen multiplices operas, inter tot domi contentiones, literas Græcas rudi seculo, ætate iam declinata, didicit vt esset documento, posse percipi quæ senectus etiam concupisset.
Declinatus, pro Declinans, inquit Budæus. Quintil. lib. 12. cap. 1. Neque spe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis se partibus, id est Reipublicæ, iungeret. De Cicerone loquitur.
Declinatio, Verbale, (κλίσις, διάκλισις,) Deflexio: vt
Declinatio corporis, p Deflexione. Curt. lib. 7. Igit macedo lancea omissit, quàm Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitasset, &c.
Declinatio breuis à proposito. Cic. 3. de Orat. 114.
Declinatio ad libidinem. Cic. 1. de Finib. 29.
Appetitio & declinatio, contraria. Cic. 3. de Nat. Deor. 43. Præterea nihil esse potest animal, in quo non & appetitio sit & declinatio naturalis.
Declinatio periculi. Cic. ad Atticum, lib. 2. 34. 8.
Laboris & periculi declinatio. Cic. pro Cluent. 118.
Parua declinatione effugere aliquid. Cic. 1. in Catil. 11.
Facere declinationem à malo cum ratione, sapientis est. Cic. 4. Tusc. 22.
¶ Declinatio (inquit Varro libro tertio de Analogia) est quum ex verbo in verbum, aut ex verbi discrimine, vt transeat mens, vocis commutatio fit, aliqua similitudo declinationis. quum item ex aliqua figura in figuram transit.
Græcis nominibus Græcas declinationes dare. Quintilianus, lib. primo cap. 5. 39. & cap. 6.

Decliuis, & hoc decline, pe. prod. (κεκλιμένος, κατάντης,) Inclinatus atque incuruus. Cæsar. 2. bel. Gall. 295. Collis à summo æqualiter decliuis. Idem. 1. bel. Ciuil. 289.
Decliuis & præceps locus. Cesar. 4. bel. Gall. 284.
Antrum decliue, Ouid. epist. 7. 19.
Decliuis area. Colum. lib. 1. cap. 5. 7.
Aruum decliue. Horat. 3. Carm. ode. 29. 2.
– eripe te moræ,
Ne semper vdum Tybur, & Esule
Decliue contemperis aruum,

Cursum

Cursum decliuem ad littora habent amnes. Lucan. lib. 4. 23.
Dexteriora montis decliuia. Luca. lib. 2. 85.
Dexteriora petens montis decliuia Tibrim Vnda facit.
Decliue fastigium. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 177. Ab oppido autem declivi fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum.
Flumina decliuia. Ouid. 1. Met. 8. Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis.
Iter decliue. Ouid. 15. Metam. 46.
Labitur occiduæ per iter decliue senectæ.
Iuga decliuia. Stat. 1. Thebaid. 60.
Olympus decliuis. Ouid. 6. Metam. 98.
Stella decliuis. Ouid. 3. Fast. 159.
Stella Lycaoniam vergit decliuis ad arcton Miluius.
Trames decliuis. Ouid. 3. Fast. 3.
Via decliuis. Ouid. 7. Metam. 82.
¶ Decliuis ætate. Plin. epist. 17. 1. 6. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu vidua, mater olim, &c.
Decliuitas penult. corr. decliuitatis, (τὸ πρανές,) Ipsa inclinatio, & in curuitas. Cæsar. 7. bel. Gall. 343. Exiguum loci ad decliuitatem fastigium, magnum habet momentum.

Decollo, decollas, (ἀποκεφαλίζω, ἀποτραχηλίζω,) decollare, Decollo deponere. Cæcilius, Notoni cæsioni habes vide, tibi tradidi, in tuo collo est, decolles caue. Nonius.
¶ Decollare, Caput alicui auferre, Collum truncare. Diomedes lib. 1. de hoc verbo loquens, Quæ, inquit, significatio apud Fenestellam aliter inuenitur in libro epitomatum secundo, quem admodum Cæsar à piratis captus sit, vtque eos postea ceperit, & decollauerit. Veteres autem securi cæsos dicebant. Hactenus Diomedes. Suet. in Caligula, cap. 32. Sæpe in consilio prandentis vel comessantis seriæ quæstiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex quibuscunque è custodia capita amputabat.
¶ Decollare, (κατατιλάτειν,) pro Destituere & frustrari, siue decipere, vt vult Diomedes. Plaut. Capt. 8. 37.
Nunc ibo ad portum hinc est illic mihi vna spes comatica:
Si ea decollabit, redibo huc ad senem ad comam asperam.
Idem Casina. 6. 18. Si fors autem decollasit, gladium faciam culcitrã.
Lucilius lib. 12. Quibus fructibus me decollaui. Quod Varro decollare dixit, Columella eandem rem tractans, deesse scripsit. Varronis verba hæc sunt lib. 1. de Re rust. cap. 2. 7. de vitibus loquentis, Duo in primis spectasse videntur Italici homines in colendo, possent ne fructus pro impensa ac labore redire: & vtrum saluber locus esset, an nõ. Quorum si alterutrum decollat, & nihilominus quis vult colere, mente est captus, atque ad agnatos, & gentiles est deducendus. Columellæ autem hæc, lib. 1. cap. 3. 1. Porcius quidem Cato censebat in emendo, inspiciendoque agro, præcipuè duo esse consyderanda, salubritatem cæli, & vbertatem, quorum si alterum deesset, ac nihilominus quis vellet incolere, mente esse captum, atque eum ad agnatos, & gentiles deducendum.

Décolor pen. corr. decoloris, penul. produ. om. gene. (κακόχροος,) Quod est colore vitiatum, vel quod colorem amisit. Tibullus, Quæ ferat è celeri decolor Indus aqua. Plin. libro. 16. cap. 12. 3. Frigida hyeme deterior, ac minus copiosa, & decolor. Idem lib. 9. cap. 35. 15.
Aetas decolor. Virg. 8. Aeneid. 65.
Aureaque (vt perhibẽt) illo sub rege fuere
Secula: sic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi. Decolor ætas, Vitiosa. In omni enim vitioso corpore inest pessimus color. Et alludit ad naturã metalli, quam cernimus discolorẽ nec immerito. Suprà enim dixerat Aurea fecula: ideo nunc dixit ætas decolor. Hæc Seruius.
Sanguine decolor fluuius. Stat. 12. Thebaid. 82.
Imber decolor. Claud. in Eutrop. 2. 9.
India decolor. Seneca Hippol. 3. 15.
Indus decolor. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 5. Et quascunque bibit decolor Indus aquas.
Sanguis decolor. Cicer. 2. Tusc. 32. Iam decolorem sanguinem omnem exorbuit. Ex quodam antiquo poeta.
Decolor species æris, argentive. Plin. lib. 33. cap. 6. 5.
¶ Decolor pro fœdo. Ouidius epist. Deianiræ,
Fama Pelasgiadas subitò peruenit ad vrbes
Decolor, & factis inficienda tuis.

Decolõso, decoloras, pen. prod. (κακοχρωματίζω,) decolorare, Colorem auferre, vel vitiare. Colum. lib. 12. cap. 16. 2. Deinde vuas pro magnitudine binas vel ternas inter se colligatas, in alienum feruens demitti, & exiguum pati, dum decolorentur. Seneca 2. Natur. quæst. Decoloratur id cuius color vitiatur, non mutatur.
Cædes decoloratiuere mare Dauniæ. Horat. 2. Carm. ode 1. 7.

Decoloratus, Participium. (κακόχροος,) Author ad Heren. libro. 2. 39. Si tumore aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum.

Decoloratio, Verbale, (κακοχροιά,) Cic. 2. de Diuinat. 86. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maxime potest sanguini similis esse.

Dècoquo, décoquis, pen. corr. decoxi, decoctum, (ἀφέψω,) decoquere, Paulatim diminuere significat, & coquendo ablumere. Plin. lib. 31. cap. 3. Neronis principis inuentum est decoquere aquam, vitioq; demissam in niues refrigerare. Vnde decoquere mustum vel aliud da tertias & quartas, Columellę, lib. 13. & Plinio sæpe. Budæus. Plin. lib. 20. cap. 19. 4. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 15.
– donec Decoqueretur holus.
Humorem decoquit. Virg. 1. Georg. 59. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Vetus est hypermeter.
Iram decoquere. Claud. 2. in Eutrop. 70.
Decoquunt anni materiam. Quintil. lib. 2. cap. 4. 6. Materiam esse primũ volo, vel abundantiorem, atque vltra quam oporteat fusam, multũ inde decoquent anni, multum ratio limabit, id est diminuent, limabunt, atterent, & quasi expurgabunt.
Decoquit domino res. Columella in principio lib. 11. cap. 1. 24. Nã quãuis interdum emendatum sit perperam factum, vel imprudentia, vel negligentia, res tamen ipsa tam domino decoxit. nec mox in tantum exoberat, vt ratione capitis amissi restituat, & quæstum refarciat. Decoxit, id est frugum fœturam quasi fumus debitum non reddidit. Hæc Budæus. Plinius, lib. 21. cap. 6. Areis decoquentibus. Id est depositum non reddentibus.
Decoquitur argentum experientibus. Liu. 2. bel. Maced. 6. Carthaginienses eo anno argentum in stipendium impositum primum Romam adexerunt, id quia probum non esse Quæstores renuntiauerunt, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta interrimentum argenti suppleuerunt.
Decoquere creditoribus, Est vorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certe fidem suam per inopiam non liberare. Cic. 1. Philip. 61. Tenesne memoria, prætextatum te decoxisse? Plin. lib. 33. capit. 10. 1. Non erat apud antiquos numerus vltra centum milia: atque à hodie multiplicantur hæc, vt decies centena milia aut sæpius dicantur. Fœnus hoc fecit, nummusque percussus, & sic quoque æs alienum etiamnum appellatur. Postea diuites cognominati, dummodo notum sit eũ qui primus accepit hoc nomen, decoxisse creditoribus suis. De Crasso loquens, qui Diues cognomẽto dictus est: cuius meminit Valerius, lib. 6. cap. 2. Budæus.
Decoquere bonæ spei, pro bonam spem fallere. Senec. epist. 36.
Decoquere publicam salutem. Plin. lib. 31. cap. 3. 11. Ambitione auaritiaque in villas ac suburbana decoquentibus publicam salutem.
Decoctum argentum, Cicero in Pisonem, pro pecunia in luxum & ganeam absumpta, posuit his verbis scõmatice & mordaciter in Pisonẽ dictis. 49. Ita enim sunt rationes perscriptæ scitè & literatè, vt scriba ad ærarium, qui eas retulit, perscripsit rationibus secum ipse caput finistra manu perfricans commurmuratus sit. Ratio quidem hercle apparet, argentum decoctum, ἔλυτται. Id est reliqua non comparent, non exant. Verba autem sunt Plauti ex Trinummo à Cicerone per paradian, id est (vt Fabius ioquit) per cantici ac sermonis similitudinem in orationem suam translata. quæ tamen in omnibus Ciceronis exemplaribus depraua tissimè leguntur. His enim verbis describitur habitus hominis profusi de reliquis rationum suarum anxii. Budæus.
Alia Ciceronis exemplaria quæ putantur castigatissima, non habent hanc vocem decoctum.

Decoctus, Participium, (ἀφεψηθείς,) Cic. 3. de Orat. 57. Ita sit nobis igit ornatus & suauis Orator, nec tamen potest aliter esse, vt suauitatẽ habeat austeram & solidam, non dulcem atque decoctam.
Decocta, Absolutè, sic tamen vt subaudiatur aqua. Iuuen. Saty. 6. 5.
Si stomachus domini feruet vinoque, ciboque,
Frigidior Gericis petitur decocta pruinis.

Decoctor, decoctoris, (ἄσωτος, κτεκοκόπος,) luxu & ganeæ studio perditus Latinè nequam verbo significantissimo. Cic. 2. in Catilinam. 28. Ex his copiis quæ à nobis quotidie comparantur magnopere contemno collectum ex fenibus desperatis, agresti luxuria, ex rusticis mendicis, ex decoctoribus, ex his qui vadimonia deserere, quàm illum exercitũ maluerũt. Ex Budæo. Rursum Cic. 2. Philip. 61. Catul. epig. 39. 1.
Ista turpiculo puella naso,
Decoctoris amica Formiani.

Decoctum, decocti, Substãtiuum, (ἀφέψημα,) Quod decoctum est. Plin. lib. 24. cap. 9. 13. Decoctum eorum in vino potum, vel impositum cũ rosaceo & cera sedat. Idem, lib. 24. cap. 10. m fine, Datur ex eadẽ causa & decoctũ eius. Vulgus pharmacopolarum decoctionem vocat.

Decoctus, huius, decoctus, (ψῆσις,) Plin. lib. 37. ca. 12. 2. Et aliis omnes gemmæ mellis decoctu mitescunt. Hoc est, cum melle decoctæ.

Decoctũra, huius decoctũræ, penultima producta, (ψῆσις,) Plinius, libro vigesimotertio, capit. 14. Decoctura eorum veteres dysentericos & cæliacos iuuat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decor, decôris, pen. prod. (ἁρμοστικός, ἁρμοστικός,) est (inquit Valla lib. 4.) quasi pulchritudo quædam ex decentia rerum personarumque in locis, temporibus, siue in agendo, siue in loquêdo. Virgil. lib. 5. 130. Est Doryclì contanx, diuini signa decôris.
Aeui decor integer. Stat. 5. Sylu. 2. 13.
Honestatis decor. Cic. 1. de Finib. 56. In quo enim maxime consuescit iactare vestra se oratio, &c. claris & fortibus viris commemorandis, eorumque factis non emolumento aliquo, sed ipsius honestatis decore laudandis. Hic decor pro Decoro ponitur. Budæus.
Ipse decor recti. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 3.
Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.
Clara decore proles. Ouid. 10. Metam. 28.
Puluis decorem detrahet. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 3.
Euersor decoris. Senec. Hippol. 8. 7.
Positus decor. Ouid. de Arte Aman. 2. 76.
In ferrum, flammasque ruit, positoque decore
Fertur, vt Aonii cornibus icta dei.
Incomptus decor. Senec. Hippol. 5. 14.
Incomptus, id est natiuus, nulloque fuco ascitus.
Tener nitidi corporis cecidit decor. Senec. Hippol. 4. 4.
Decor virgineus. Seneca Medea. 1. 4.
Inest ꝓprius quibusdã decor in habitu atq; vultu. Quintil. lib. 6. cap. 3. 9.
Natura indulget decori. Ouid. de Arte Aman. 3. 32.
Officere decori alicuius. Vide OFFICIO.
Spoliare virtutem decore. Cic. 1. Academ. 49. Spoliauit enim vir virtutẽ suo decore, imbecillamque reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè viuere. De Theophrasto.
Decôrum, decóri, pen. prod. (τὸ πρέπον, ἁρμονία,) significat non tã ipsum honestum, quàm quod hominibus & communi opinioni honestũ videtur & pulchrum & probabile. Hæc Valla, lib. 4. Cic. 1. Offic. 136. Quæ autem subiecta pars generi est, eam sic definiunt, vt id decorum esse velint quæ ita naturæ consentanea sit, vt in eo moderatio & temperantia appareat cũ ipse quada liberali. Ibidẽ. 132. Hoc loco cõtinet id quẽ dici Latinè decorũ pót. Græc. n. πρέπον dicitur. Idem in Ora. 38.
Honestum & decorum. Cic. 2. Offi. 45. Etenim illud ipsum quod honestũ decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnia natura & specie sua commouet, maximeque quasi perlucet ex iis quas commemorauí virtutibus, &c. Idem. 1. Offic. 150.
Quod consentaneũ sit hois excellentiæ, decorũ est. Cic. 1. Offic. 136.
Dignum viro decorum videtur, quod viriliter animoque magno fit. Cicero. 1. Offic. 134.
Confusum cum virtute decorum est, sed mente & cogitatione distinguitur. Cic. 1. Offic. 135.
Decorus, pen. prod. (πρεπώδης, ἁρμοστικός,) Adiect. Plin. lib. 12. cap. 5. 2.
Sepes munita vallo arboris decora specie subter intuenti.
Decorum & elegans. Cic. 1. de Diuin. 110. Septit autẽ nihil vnquam elegans, nihil decorum.
Neque decorum est, nec diis dignum. Cic. 1. de Diuinat. 192.
Iusta ofa, decora fũt, iniusta cõtra vt turpia, sic idecora. Cic. 1 Off. 134.
Decorus ab aspectu. Colum. lib. 6. cap. 1. 2. de bobus, Apẽnus durissimos, omnemque difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros.
Decorus ad ornatũ. Cic. 2. de Nat. Deo. 227. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad vsum aptas, & ad ornatũ decoras.
Summa pelle decorus. Pers. Saty. 4. 2.
Nigro crine decorus. Horat. 1. Carm. ode. 32. 3.
Ductores ostro decori. Virg. 5. Aeneid. 27.
Plebes decora cultu. Stat. 1. Sylu. 6. 6. – decora cultu
Plebes altera non minor sedente.
Aedes decora. Horat. 1. Carm. ode. 30. 2.
Aes decorum. Virg. 11. Aeneid. 42.
Decora cæsaries. Virgil. 1. Aeneid. 119.
– nanque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix, &c.
Capilli decori. Ouid. 16. Metam. 34.
– mouensque decoros
Cum capite immissos humerum per vtrunque capillos Constitit.
Caput decorum. Horat. Epod ode. 2. 4.
Vel quum decorum mitibus pomis caput Autumnus aruis extulit.
Color albus præcipue decorus deo est. Cic. 2. de Legib. 72.
Crinis decorus. Claud. 1. Paneg. 31.
Disputatio non ita decora alicui. Cic. 4. Acad. 10.
Facies decora. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 18. – si facies (vt sæpe) decora
Molli fulta pede est.
Cognata & decora forma. Cic. de Vniuers. 22.
Frons decora. Lucan. lib. 5. 132.
Insigne decorum. Virg. 2. Aeneid. 79.
– sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur.
Hoc est ornamentum decorum. Non enim sunt duo epitheta: quod apud Latinos vitiosum est. Seruius.
Lachrymæ decoræ dicuntur, quando fletus ipse habet aliquid venustatis, ortus à gaudio, vt Terent. Lachrymo gaudio. Vig. 5. Aeneid. 68.
Membra decora iuuentæ. Virg. 4. Aeneid. 111.
Os decorum Lunæ. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 5.
Pectus decorum. Virg. 4. Aeneid. 118.
Terque quaterque manu pectus percussa decorum.
Reddes ridere decorum. Horat. 1. epist. 7. 6.
Decorus est sermo senis, quietus & remissus. Cic. de Senect. 35.
Silentium decorum. Horat. 4. Carm. ode. 1. 7. Cur facunda parũ decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Studia decora. Cic. 1. de Diuinat. 44.
Verba decora. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 9. – verbisque decoris
Obuoluas vitium
Vix satis decorum. Cic. Att. li. 4. 85. 5. Vix satis decorum videretur cum plaris dies esse in Crassi Tusculano.
Vultus decorus. Claud. 2. Paneg. 87.
Decore, pen. prod. (ἐυπρεπῶς, ἐυκοσμίως,) Aduerb. Cic. 1. Offic. 160. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erũt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si non decore, at quàm minimè indecorè facere possimus. Ibidem. 180. Vereri enim ne liquo casu euenerit, vt corporis partes quædam aperiãtur, aspiciantur non decorè. Plaut. Asin. 9. 3. Tergo & cruribus consuluit haud decorè. Cic. 5. de Orat. 101. Satis decore cadunt.
Sãcta fœdata decore Iouis spes. Cic. 1. de Diu. 40. Ex antiquo quodã poeta.
Ad rerum dignitatem apte, & quasi decore loqui. Cic. 1. de Orat. 70.
Decus, decoris, pe. corr. (κόσμος, ἐυκοσμία, τιμή,) Est illa, vt sic dixerim, honorificentia ex bene gestis rebus. Vnde decora militiæ, laudes, honores, honestamenta militi in bello comparata: cuius contrarium est Dedecus, proprie ignominia quædam, aut ignominię genus, & infamis turpitudo. Vnde de decoro Cicero inquit. 3. Offic. 8. Inanè redire turpissimum est, dedecorantem, & vrbis authoritatem, & magistri. Transfertur etiam ad animum: quippe decus ꝓ honesto, dedecus ꝓ inhonesto accipit: vt idẽ, Sequetur decus atque honestum. Quintil. in Milite Martiano, Satis dedecoris atq; flagitii castra cepersit. Hęc Valla libro.
Decoris honestatisq; causa adeũda fũt quæuis pericula. Cic. 2. de Fin. 91.
Aetheris decus. Senec. Oetan. 7. 3.
Lateque fulgens ætherit magni decus.
Hoc æui decus. Virg. 4. eclog. 3.
Teque adeo decus hoc æui, te consule inibit Pollio.
Astrorum decus. Virg. 9. Aeneid. 85. Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Hoc est Luna.
Decus belli. Ouid. 5. Fast. 117.
Signa deens belli Parthus Romana tenebat,
Romanæque aquilæ signifer hostis erat.
Lucidũ cœli decus. Horat. in Carm. secul. 1. Solem, & Lunam intelligit.
Decus & laus ciuitatis. Cic. 1. de Nat. Deor. 13. Magni existimant interesse ad decus & ad laudem ciuitatis, res tam graues, tamque præclaras Latinis etiam literis contineri. Idem. 5. de Finib. 112.
Equitum decus. Horat. 3. Carm. ode. 16. 4.
Decora & ornamenta sanorũ. Cic. 6. Ver. 87. Hostiũ spolia, monimẽta imperatorũ, decora atq; ornamẽta sanorũ, posthac his præclatis nobis amissis, in instrumento & supellectili C. Verris numerabuntur.
Hois decus, ingenũsue ipsius lumen est eloquẽtia. Cic. de Clar. Orat. 29.
Decus & lumen imperii Romani Cn. Pompeius. Cic. 2. Philipp. 68.
Iudiciorum decus atque ornamentum. Cic. pro Cecin. 30.
Perit confusum decus iuris humani. Senec. Oedip. 14. 6.
Laborum decus. Sil. lib. 1. 115. – da musa decus memorare laborum
Antiquæ Hesperiæ.
Orbis decus. Senec. Here. Oeth. 7. 2.
Decus illud orbis, atque præsidium vnicum.
Decus pompæ. Ouid. 2. Metam. 146.
Ibat eratque decus pompæ, comitumque suarum.
Decus populi. Plaut. Asin. 12. 65.
Custos herilis, decus populi, thesaurus copiarum.
Ad decus & ornamentum senectutis, iuris interpretationẽ ab adolescentia comparare. Cic. 1. de Orat. 98.
Triumphi decus & ornamentum. Cic. de Prouinc. Consul. 22.
Aeternum decus. Horat. 3. Carm. ode. 25. 1.
Aethereum decus. Claud. 4. Paneg. 34.
Alta decora. Virg. 2. Aeneid. 90.
Auratasque trabes, veterum decora alta parentum Deuoluunt.
Terrarum decora ampla viri. Stat. 6. Thebaid. 79.
Auitum decus. Tacit. lib. 3.
Decus conspicuum. Ouid. ad Liuiam. 68.
Accipient iuuenem Germanica signa ferentem
Consulis imperio, conspicuumque decus.
Eburnum decus. Claud. 1. de Raptu Proserp. 55.
Egregium decus. Silius, lib. 13. 10.

Eximium

Eximium formæ decus. Stat. 1. Achil. 58.
Grande decus mearum rerum. Horat. 2. Carm. Ode 17. 1.
Immortale decus. Claud. 2. in Eutrop. 57.
Inane decus. Horat. Epod. Ode 5. 2. Per hoc inane purpurę decus precor.
Insigne decus. Valer. 3. Argon. 69.
Iuuenile decus. Ouid. ad Pisonem, 52. Quisuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas Cœperit, & nondum vicesima venerit ætas.
Syderum magnum decus. Senec. Octa. 7. 10.
Mansurum decus. Silius libro 17. 127.
Maximum decus gentis Pelasgæ. Senc. Troad. 10. 4. Nam te Pelasgæ maximum gentis decus? Ad sanctã lecti iura legitimi petit.
Minimum decus. Horat. in Arte Poetica, 58. Nil intentatum nostri liquere poetæ, Nec minimum meruere decus.
Natiuum decus. Ouid. de Nuc. 11. Natiuum retinent inuiolata decus.
Opimum decus. Vide OPIMVS.
Præcipuum decus. Ouid. 14. Metamor. 167. O & de Latio, ô & de gente Sabina Præcipuum matronæ decus.
Probarum decus. Silius lib. 13. 74.
Regale decus. Ouid. 9. Metam. 136. – inerant lunaria fronti
Cornua, cum spicis nitido flauentibus auro, Et regale decus.
Diadema, Regium decus. Senec. Agam. 1. 2. Hinc auspicari Regium capiti decus.
Sublime decus. Claud. de Nup. Honorii, 8.
Venerabile decus. Lucanus libro 8. 129. Permansisse decus sacræ venerabile formæ.
Verum decus in virtute positum est. Cic. Planco, lib. 10. 12. 14.
Vile decus. Claud. de bel. Get. 59.
¶ Morti decus addere. Stat. 3. Thebaid. 44. seræque velit decus addere morti.
Honestatem & decus conseruare. Cic. 1. Offic. 27.
Emptum decus ingenti clade. Claud. in lib. epigr. 42. 10.
Eniter ore decus. Virg. 4. Aeneid. 30. – haud illo segnior ibat
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.
Expers decoris. Ouid. 2. Metamor. 77. Squalidus interea genitor Phaetontis, & expers Ipse sui decoris.
Gerere nomen & decus. Virg. 2. Aeneid. 18. – & nos aliquod nomẽque decúsque Gessimus.
Immemores decoris. Ouid. 8. Metam. 108. Immemores decoris, liuentia pectora tundunt.
Decus omne virturis cum summa eloquentia laude iungere. Cicero de Claris Orat. 186.
Oblitus decorisque sui, sociúmque salutis. Virg. 5. Aeneid.
Eloquio partum decus. Sil. libro 3. 125.
Pellere omne decus ex animo, Id est omnem virtutem. Senec. Hipp. 4. 15.
Decoris securus. Tacit. lib. 19. Apud auidos periculorum, & decoris securos. Sunt autem decoris securi (authore Rhenano in Castigat. in Tacitum) qui nullam honesti curam habent.
Dignitatem & decus sustinere. Cic. 1. Offic. 174. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus sustinere.
Tenere decus. Cicero 1. Offic. 197. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere, &c.
Valde decorum est, patêre domos hominum illustrium illustribus hospitibus. Cicero 2. Offic. 94.
¶ Decus, pro Decoro. Cicero in Offic. sæpe vsurpat, & honesto. Restat, inquit, quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Budæus.
Decoro, décoras, pen. corr. (πρεπίζω, τιμάω,) decorare, Honestare; seu honorificare. Horat. 1. epist. 6. 8. Ac bene nummatum decorat Suadela, Venúsque. Cic. 1. Tusc. 53. – ex Ennii epitaphio,
Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito docta per ora virûm. Idem pro Murena, 13. Donis militaribus patris triumphum decorare.
Sertis decorare comas. Tibul. li. 1. eleg. 2. 2. Quint. li. 5. Decorare corpus.
Hæc omnia vitæ decorabat grauitas & integritas. Cic. de Clar. Orat. 144.
Decorare aliquem honoribus. Cic. pro Corn. Balbo, 11. Quem Pop. Romanus singularibus honoribus decorasset.
Amplissimis honoribus & præmiis decorari. Cic. 1. de Orat. 110. Aeterna triumphi laude imperatores decorare. Cic. Antequã iret in exil. 1.
Omni laude, prædicatione, literis, monimentisque decoranda virtus aliqua. Cic. pro Ligar. 4. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis, monimentisque decorandam.
Me sceptro decoras. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 13.
Decorare labores. Silius libro 10. 6. – furere, ac decorare labores,
Et sæuire iuuat.
Scipiones patriam spoliis triũphisque decorarunt. Cic. Octauio, 14.
Aliquem titulis decorare. Sil. lib. 15. 78.
Oppida publico sumptu decorare. Horat. 2. Carm. Ode 15. 4.
Oppidum maximis locis communibus, monimentisque decorare. Cicero 4. Verr. 77.
Decorare atque augere Rempub. Cic. in Pisonem, 21.
Mores decorant virum. Claud. 1. Paneg. 6.
Decorari, Passiuum. (κοσμεῖσθαι,) Cicero 4. Acad. 8. Sed quæ populari gloriari decorari in Luculio debuerunt, ea ferè sunt & Græcis literis celebrata & Latinis.
Honoribus, præmiis atque splendore decorari. Cic. 1. de Orat. 96. Quum verus, iustus atque honestus labor honoribus, præmiis atque splendore decoratur.
Decoratus, Participium. (κεκοσμημένος,) Cicero 5. Tusc. 167. Quod honestum nos & laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, & inanis vocis sono decoratum esse dicant, & tamen semper beatum censent esse sapientem, &c.
Auro decoratus. Sil. lib. 17. 131. Ipse astans curru, atque auro decoratus & ostro, Martia præbebat spectanda Quiritibus ora.

Decortico, decórticas, pen. corr. (ἀποφλοιῶ,) decorticare, Cortícem detrahere. Plin. lib. 16. cap. 30. 2. Cædi intempestiuum quæ decorticentur. Scribonius largus excastrare vocat.
Decorticatio, (ἀποφλοίωσις,) Verbale. Plin. lib. 17. cap. 24. 19. Quòd si ante gusta decorticatio fuerit, nihil nocet supradictis.
Decorticatus, pen. prod. Participiũ. Plin. lib. 16. cap. 41. 2. Tradũt & abiete circa germinatiões decorticatã qua diximus luna aquis nõ corrũpi.

Decorum, Decorus, Vide DECOR.

Decrépitus, pen. corr. (ἱερατεύσιμος, πεφλασμένος,) Adiectiuum. Decrepitus (inquit Donatus) dicti sunt quorum crepitu & plangore familiæ fuerant iam conclamata funera. Idem alio loco. Decrepiti dicti sunt clamosi senes. Idẽ, Decrepita anus, aut stomacho anili, aut iracundo: aut decrepita, obtusi animi, & læsæ senectutis: aut decrepita, cui sæpe moribundæ crepuerit planctu familia. Festus, Decrepitus, desperatus, crepera iam vita, vt crepusculum, extremum diei tempus. Siue decrepitos dictus, quia propter senectutem nec mouere se, nec vllum facere potest crepitum. Nonius, Decrepiti senes, in dubio vitæ constituti. Plaut. Asin. 16. 13. Atque vnam amicam ducter decrepitus senex. Et in Epid. 14. 1. Terent. Eunuch. 2. 1. 25. Cum meo decrepito hoc Eunucho. Idẽ Adel. 5. 8. 16. – atque anũ decrepitã ducã.
Decrepita ætas. Cic. 1. Tusc. 151. Ex his igitur, hora octaua quæ mortua est, prouecta ætate mortua estque vero occidente sole, decrepita.
Tristis ac decrepitus senex. Cic. pro Cælio, 49. Huic tristi ac decrepito seni respondet Cælius.

Decresco, decrescis, decréui, decrêtum, pen. prod. (μειοῦμαι,) decrescere, Diminui. Martialis, Decreuere greges, quum cadit agna frequens.
Decrescere & Accrescere, contraria. Plaur. Curcul. 5. 4. Valetudo decrescit, accrescit labor.
Decrescit febris. Celsus lib. 3. cap. 6. Vbi febris decreuit, liberaliter oportet aquam tæpidam potui dare.
Crescere & Decrescere, Contraria Cic. 2. de Diuin. 49. Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, vt cum Luna pariter crescant, pariterque decrescant.
Corona decrescunt. Ouid. 1. Metam. 140.
Metus decrescit. Sil. lib. 7. 17. At dum decrescit matrum metus, hoc tibi diua Interea velamen erit.
Effosso marmore decrescunt montes. Ouid. 3. de Arte Aman. 25.
Morbus decrescit. Celsus lib. 3. cap. 20. Aprisima est forbitio, donec morbus decrescere incipiat.
Vestes decrescunt pueris, id est illis crescentibus videtur breviores fieri. Stat. lib. 2. Syl. 1. 26. Iam tamen & validi grecilus, mensuraque maior
Cultibus, & visæ puero decrescere vestes.
Decrescente die. Plin. lib. 2. cap. 69. 2.
Flumina decrescentia. Horat. 4. Carm. Ode 7. 1. – & decrescentia ripas
Flumina prætereunt.
Vndæ decrescentes. Ouid. 1. Metam. 70.

Decretorius, Decretum, Vide DECERNO. Plin. lib. 13. cap. 13. 3. Numæ decreto rum libros XII. fuisse.

Decubo, décubas, pe. corr. decúbui, decúbitum, pen. corr. (κατάκειμαι, μαι,) decubare, Iacere. Apul. Decubãte excitaui feram.

Deculeo, deculcas, (κατασκάπτω,) deculcare, Idem quod calco, vnde est compositum. Plin. lib, 17. cap. 10. 4. Alii in qualo pedibus in profluente deculcant.

Decuma, Decumanus, Vide DECEM.

Decumbo, decumbis, decúbui, decúbitũ, pen. cor. (κατάκειμαι,) decumbere, Idem quod decubare, lacère. Colum. lib. 7. cap. 9. 9. Siquem mater decumbens oppresserit, cubanti subtrahat.
Tertia falce decubuit Ceres. Senec. lib. 2. Theb. 11.
Decumbere more veterum, cibi sumendi gratia. Plaut. Merc. 3. 98. Ad cenã vocati venio, decũbo. Idẽ Asin. 15. 1. Agedũ decũbamus sis pater.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Terent. Phorm. 1.2.28. Prior bibas, prior decúbas. Sic Cic. 5. Verr. 50.
Decúbere ad tabulam. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. 15.
¶ Decúbere, Verbum proprium gladiatoriũ, quũ ipſi vulneribus confecti cadunt. Cic. 2. Tuſc. 71. Mittunt etiã vulneribus confecti ad domi nos qui quærant quid velint: ſi ſatisfactum iis ſit, ſe velle decúbere. Et paulò pòſt. Quis non modò ſtetit, verum etiam decubuit turpiter? Quis cum decubuiſſet, ferrum recipere iuſſus, collum contraxit?
Honeſtũ decúbere, Id eſt mori. Cic. 3. Philipp. 149.

Decupa, decupæ, quid ſit, à viris doctis ignoratur. Legitur tamen apud Ciceronẽ i Piſonẽ, 53. Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & vinũ à propola atque decupa. Quo loco legendũ putat Budæus de cupa, vt ſit ſenſus, Piſonẽ nõ viuere frugaliter & vt ſolẽt quibus eſt cura domeſtica: uſed vinũ à propolis emere, atque id è cupa, hoc eſt non diffuſum aut aſſeruatum, ſed quemadmodum è cupa adfertur, hoc eſt penè muſteum: non enim futuris annis prouidebat.

Decuplus, pen. corr. Adiectiuum, (δεκαπλάσιος,) Id eſt decies tãtum. Liu. 9. bel. Maced. 182. Vti ea quoque decuplo tanto pluris qui quanti eſſent, æſtimarentur. In emendatioribus codicibus legitur, decem tanto, &c.

Decures, decuriones. Feſtus.

Decurio, huius decurionis. (δεκάδαρχος,) Valla lib. 6. In municipiis (vt mihi quidem videtur) id eſt Decurio, qui & Romæ Senator. Nam qui in Senatu & conſiliis Reip. municipalis intereſſe poterant, Decuriones erant. Cic. pro Seſtio, 7. Qua de cauſa & tũ conſulibus ille Capuæ qui &c. huic apud me P. Seſtio maximas gratias egit, & hoc tempore iidem homines nomine cõmutato coloni, decurionesque ſortiſſimi atque optimi viri, beneficium P. Seſtii teſtimonio declarant, periculumque decreto ſuo deprecantur. Recita quæſo P. Seſti, quid decreuerint Capuæ decuriones. Quòd autem differant decurio in legione Romana, & decurio municipalis, ex epiſtola quadam Plinii Iunioris è primo libro declaratur: Hic autem tibi centum millium cenſum, ſatis indicat, quòd apud nos decurio es. Igitur vt te non decurione ſolum, verum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nummum. Non dicitur itaque decurio, aut quòd decem præſit militibus, vt quidam volunt, quem Græci δεκάδαρχον vocant: quum decurio ſit maior equite, eques centurione, centurio decarcho, vt ex ſtipendiorum magnitudine datur in multis libris intelligi. aut in municipiis, qui decem equitibus præeſſet, quum ſit equite duntaxat Romano minor. An quia decem præſit equitibus municipalibus? Aut hoc erit dicendum: aut Pomponii luriſconſulti opinio ſequenda, dicentis, Decuriones quidam dictos aiunt eo, quòd in initio quum coloniæ deducerẽtur, decima pars eorum qui deducerentur, cõſilii publici gratia cõſcribi ſolita ſit. Hæc Valla lib. 6. Cic ad Atticum, lib. 7. 16. 19. Neque te in decurionibus habebam.
Decuriones quidam dictos aiũt ex eo, quòd initio quum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur conſilii publici gratia cõſcribi ſolita ſit. Pomponius in L. Pupillus, ff. de Verb. ſignifi.

Decuria, decuriæ. (δεκανία,) Romæ Iudicum decuriæ quatuor primũ fuere quibus Gaius princeps quintam adiecit, erantque in ſingulis decuriis mille & eo amplius equites: hinc que Decuriæ dictæ, quòd Decies centum caperent iudices. Vide Plinium lib. 33. cap. 1. in fine, & cap. 2. Item lib. 29. cap. 1. 18. Sed & decuriæ pro more cenſuris principum examinantur. Cic. pro Cluent. 83. Vno iudicio multa eſt ab eo perita, ſicut ab Iunio, quòd non ſuæ Decuriæ munere, neque ex lege ſederet.
Decuria ſenatoria. Cic. 4. Verr. 56. Hunc hominem iudicum numero habebimus? hic alteram decuriam ſenatoriam iudex obtinebit?
Tertia decuria iudicum. Cic. 1. Philip. 14. Idem 1. Phil. 174. Totum denique comeſſationes Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicũ ſcitote eſſe collectum. Ibidem 13. 344.
Decuriæ etiam erant municipalium & ruſticorum hominũ. Quint. lib. 4. Iudicent rura plerunque in decurias mittunt.
Decuriam emere. Cic. 5. Verr. 158. Noli hos (Scribas) colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de ſcenicorum corollariis, quũ decuriam emerunt, ex primo ordine exploratorum in ſecundum ordinem ciuitatis ſe veniſſe dicunt.
Reiicere decurias. Cic. 5. Verr. 12. Quid Prætor iubet recuperatores reiicere decurias. Scribamus quas decurias. De cohorte mea reiiceis, Iquit.
¶ Decuria etiam aliorum. Colum. lib. 1. cap. 7. Claſſes etiam non maiores quàm denum hominum faciendæ, quas decurias antiqui appellauerũt. Vitruuius lib. 7. cap. 1. Deinde rudus indicatur. & vectibus ligneis decuriis inductis crebriter pinſatione ſolidetur. Ibidem, cap. 3. Decuria hominum inducta ligneis vectibus pinſat materiam.
¶ Decuria, pro cœtu & conuentu coepulonum. Plaut. Perſa, 4. 61. Atque niſi gnatam tecum huc iam, quantum poteſt.
Adducis, exigam ego hercle te ex hac decuria.
Decurio, decurias, (κατακοσιάω,) decuriare. In curias diſtinguere, & factio ſe cogere. Cic. p Domo ſua, 11. Quũ deſperatis ducibus, decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorũ. Idem ad Quintũ fratrẽ, lib. 2. 7. 9. Eodem die 5. c. factum eſt, vt ſoliditates, decuriatique diſcederent. Idẽ pro Cn. Plancio, 36. Decuriatio tribuliũ, deſcriptio populi, ſuffragia largitione deuincta, ſeueritatẽ Senatus & bonorũ otium vim ac doloré excitarũt. Hæc doce, hæc profer, huc incũbe. Laterẽſis, decuriaſſe Placiũ, cõſcripſiſſe, ſequeſtré fuiſſe, pruntiaſſe, diuiſiſſe. Ibidem 37.
Homines vicatim conſcribere & decuriare. Cic. pro Seſtio, 27.
Prædæ cauſa improbos decuriare. Cic. 7. Philip. 128. Hunc prædæ cauſa quid facturum putatis? non curſus improbos decuriabit? non ſolicitabit turſus agrarios?
Decuriãtus, huius decuriãtus, pen. pro. (δεκαδαρχία,) Ipſa decuriatio. Liuius 2. bel. Pun. 119. Et vbi ad decuriatum & centuriatũ conuenirent, ſua voluntate ipſi inter ſeſe decuriati equites, centuriati pedites coniurabãt ſeſe fugæ atque formidinis ergò non abituros.
Decuriatio, Verbale. (κατάλογος,) Idem. vt Decuriatio Tribuliũ. Cicero pro Plancio, 36.

Decurro, decurris, decurri, & decucurri, decurſum, (κατατρέχω,) decurrere, Deorſum currere. Virg. 1. Aeneid. 9. Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. Liuius 1. ab Vrbe, 51. Metius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decurrerat.
Decurrere cita puppi. Catul. epig. 59. 2.
Celeri Cymba decurrere. Ouid. 5. Faſt. 156.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba.
Cito decurrit tramite virgo. Virg. 5. Aeneid. 121.
Decurrit ſuper æquora. Ouid. 14. Metamo. 10. Summique decurrit pedibus ſuper æquora ſiccis.
Decurrere ſurſum deorſum. Plin. lib. 24. cap. 18. 1. Scarabeum hac in auena habet, ſurſum deorſum decurrentem.
Decurrunt in plana arbores. Plin. lib. 12. cap. 14. 2. Attolluntur colles alti, decurrũntque & in plana arbores ſponte natæ.
¶ Decurrere, Accelerare, Liu. 2. ab Vrbe, 43. Q. qui poſitus forte in ſtatione pontis, quum captum repentino impetu Ianiculum atque inde citos decurrere hoſtes vidiſſet, &c.
Decurrere ad aliquid. Liu. 4. ab Vrbe, 119. Ipſe ad interpellantis pectus vecors de tribunali decurrit.
Effuſo paſſu decurrere. Lucan. lib. 4. 56. – vt effuſo Cæſar decurrere paſſu Vidit, & ad certam deuotos tendere mortem.
¶ Decurrere dicuntur milites. Vide DECVRSIO. Liu. 10. bel. Macedon. 21. Mos erat, luſtrationis ſacro peracto, exercitum decurrere, & diuiſas bifariam duas acies concurrere ad ſimulachrum pugnæ. Suet. in Nerone, cap. 11. Nobiliſſimus eques Romanus elephantos ſuper ſedens, per cataſtromum decucurrit. Virg. lib. 11. de Palantii funere Iogunas,
Ter circum accenſos cinctus fulgentibus armis,
Decurrere rogos, tec mœſtum funeris ignem Luſtrauere in equis.
Decurrere cum aliquo. Cic. ad Tironem. lib. 16. 6. 6. Ego pro re bellißime, ſi recte erit, cum Quæſtore Meſcinio decurſurum.
Decurrere i armis. Liu. 6. bel. Pu. 161. Primo die legiões in armis quatuor milliũ ſpatio decurrerũt. Et paulò poſt, Quinto iterũ i armis decurſi è.
¶ Decurrere, pro Cõfugere. Cic. pro Quintio, 27. Ad hæc extrema & inimicißima iura tam cupide decurrebas, vt tibi nihil in poſterum, &c.
Ad aliquam hortationem decurrere. Cicero pro Cecinna, 48. Nam ceteri tum ad iſtam hortationem decurrunt, quum ſe in cauſa putant habere æquum & bonum quod defendant.
Ad remedium aliquod decurrere. Plin. epi. 64. 6. Ad tacitæ ſuffragia, quaſi ad remedium aliquod decurrerunt.
¶ Incœptum laborem decurrere. Virg. 2. Georg. 8.
Vitam decurrere. Id eſt viuere. Propert. lib. 2. eleg. 16. 9.
Verſu decurrere pugnas. Stat. lib. 5. Syl. 3. 30. – pugnaſque virũm decurrere verſu Mæonides.
Breuiter decurrere. Ouidius ad Piſonem, 4. Nec ſi cuncta velim, breuiter decurrere poſſim.
¶ Decurritur, pen. corr. Impersonaliter, pro Confugitur. Cæſ. 1. bel. Ciuil. 18. Decurritur ad illud extremũ atque vltimũ 2. c. quo, &c. Liu. 1. bel. Maced. 74. Decurrebatur tamen eò, vt ouans vrbem iniret.
Decurſum eſt ad calcem. Cic. 1. Tuſc. 24. Nunc video calcem: ad quem quum ſit decurſum, nihil ſit præterea extra ſecundum.
Decurrendum per capita. Quintil. lib. 6. cap. 1. 2.
Decurrens, Participium, (κατατρέχων,) vt Decurrens ad oceanum Gallicũ fluuius. Plin. libro 3. cap. 1. 3.
Decurſus, Participium, (περιλαυνέως.) vt Decurſum ſpatiũ ætatis. Plaut. Sticho, 3. 14. – quid mihi opus eſt decurſo ætatis ſpatio, cum ea Gerere bellum, &c. Idem Merc. 2. 4. Decurſo in ſpatio, breue quod vitæ reliquum eſt, &c. Cic. de Sene. 76. Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio à calce ad carceres reuocari.
Lumẽ vitę decurſũ. Lucre. li. 3. 21 2. Ipſe Epicurus obiit decurſo lumine vitę.
Septingenta millia paſſuum vis eſſe decurſa biduo? Cic pro Quin. 24.
Decurſa ætate vitia, Cæl. ad Cic. li. 8. ca. 13. 1. Cætera porro quibus a tibi ille ſibi parũ vtilis fuit, & ætate iã sũt decurſa: & cõſuetudine atq; authoritate tua, pudore Tullię, ſiqua reſtabũt, cõfido celeriter ſublatũ iri.
Prope acta iam ætate decurſa que. Cic. pro Quintio, 66.

Decurſa

Decurſa abs te hæc ſint breuiter. Ci. 1. de Ora. 71. Attamẽ iſta ſi abs te breuiter de arte decurſa ſunt, audire cupimus. Id eſt breuiter à te tractata.
Decurſus, huius decurſus. (κατάδρομος,) Liu. 1. ab Vrbe, 119. Itaque ne ſubito ex collibus decurſu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt.
Magnus decurſus aquarum. Lucrer. lib. 5. 65. Ouid. 15. Metam. 64.
Rapidus decurſus. Virg. 12. Aeneid. 106. Aut vbi decurſu rapido de montibus altis Dant ſonitum ſpumoſi amnes.
Decurſus pronus. Catul. epig. 60. 5. Atque illud prono ſpeciis agit decurſu.
Decurſus mei temporis. Cic. Appio, lib. 3. 2. 4. Vides ex 5. c. prouinciam eſſe habẽdam. ſi eam (quoad eius facere potueris) quam expeditiſſimã mihi tradideris, facilior erit mihi quaſi decurſus mei temporis.
Decurſus, pro ſimulachro præliorum. Gellius lib. 7. cap. 3. Vt in decurſibus ludicris aut ſimulachris præliorum fieri videmus.
Decurſus honorum. Cic. 1. de Orat. 2. Si infinitus ſit ſenſus rerũ labor, & ambitionis occupatio, decurſu honorũ, etiam ætatis flexu conſtitiſſet.
Decurſus, pro fine curſus. Suet. in Nerone, cap. 14. Sed excuſſus curru, ac rurſus repoſitus, quum perdurare nõ poſſet, deſtitit ante decurſum.
Decurſio, Verbale, Ipſe decurrendi actus. (κατάδρομος.) Cicero 5. de Finib. 154. Quem Tyberina decurſio feſto illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum quum regem Perſen captum adduceret eodem flumine inuectum.
¶ Decurſio militum. Suet. in Nerone, Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum propoſuit, indicta decurſio.
¶ Decurſiones equitum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 6. Aut Apennino, Alpibúſque ſe teneant, & decurſionibus per equites quos habet multos, vaſtet ea loca in quæ incurrerit.

Decurto, decurtas, (κολοβόω,) decurtare, Curtum facere. Plin. lib. 24. cap. 14. Leguntur autem tenuiſſimæ radices, breuiſque, ac velut decurtatæ etiam hæ. Cicero in Oratore, 103. Mutila ſentit quædam & quaſi decurtata.

Decus, Vide DECOR.

Decuſſis, huius decuſſis, m. g. (δέκυσις,) Decem aſſes.
Decuſſem Vitruuius pro Decade accipit libro 1. his verbis, cap. 1. Platoni placuit denarium numerum ea re eſſe perfectum, quòd ex ſingularibus rebus, quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decuſſis: quæ ſimul ac vndecim aut duodecim ſunt factæ, quot ſuperauerint nõ poſſunt eſſe perfectæ, donec ad alterum decuſſim perueneriint.
Decuſſem, (χιασμός,) pro decuſſatione alibi accipit lib. 10. quo in loco de cochlea, id eſt organo loquens ſic inquit, In quo loci deſcribuntur lineæ, quæ ſunt in longitudine ſpectantes, faciendæ decuſſationes, & in decuſſationibus finita puncta. His ita emendate deſcriptis, ſumitur ſaligna tenuis, aut de vitice ſecta regula, quæ vncta liquida pice, figitur in primo decuſſis puncto, deinde tralicitur oblique ad incedentes longitudines & circuitiones decuſſum. Decuſſes & decuſſationes Vitruuius vocat rectas & exactas diuiſiones complanatorũ capitom tigni & exadiatorum, quæ decuſſatio fit ductis lineis quatuor ad centrum complanati tigni ſeſe inter ſecantibus, ita vt lineæ areolas octo faciãt trigonas, quas vulgo facies appellamus, ob id octantes ab eodem auhore dicuntur. Hoc autem facile eſt intelligere, ſiquis per ambitũ teretis materiæ, & in duobus ſummis capitibus ſcriptæ complanataque, iisdem ſpatiis octo puncta adnotet, & à puncto ad punctum obuerſarium perpetuam lineam ducat. ſic enim fit vt omnes lineæ per centrũ planitiei tranſeãt, & ſimilitudinem ſtellæ reddant. Plin. lib. 18. cap. 14. 1. Ducãtur deinde aliæ duę lineę in decuſſes oblique, ita vt à Septẽtrionis dextera ſequaque ad Auſtri dexteram læuamque deſcẽdant: omnes per eundem currant vmbilicum, omnes inter ſe pares ſint, omnium paria interualla.
Decuſſo, decuſſas, (χιάζω,) decuſſare, In formã x literæ diducere & diuidere. Colum. lib. 5. de vinea iugata loquens, Perè autẽ prædicta ætas ſolo læto truncoque tres materias, raro quatuor deſyderat, quæ per totidem partes ab alligatore diuidi debent: nihil enim refert ingum in ſtellam decuſſari atque diduci, niſi & palmites adiungantur.
Decuſſare, proprie Per medium ſecare ſignificat id quod oſtendit Cic. in lib. de Vniuerſitate, 13. quum inquit, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffudit, mediaque accommodans mediam quaſi decuſſauit. Plena enim decuſſatio fit quum litera x in ſeipſam tranſuerſa incidit, vt ex eo loco Platonis intelligendum datur, quem Cicero Latinum fecit. Columella libro 3. cap. 13. 10. Nam duas regulæ eius latitudinis, qua paſſinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciem Græcæ literæ x decuſſauimus. Hæc omnia ex Budæo, in libro de Aſſe.
Decuſſatim penult. prod. aduerbium. (κατὰ χιασμόν,) Columel. libro 12. cap. 54. 1. Deinde ſicut conſueuerunt ſalgamarii, decuſſatim ferramento limato incidito.

Decutio, decutis, pen. corr. decuſſi, decuſſum, (κατασείω,) decutere, deorſum quatere. Plaut. Epid. 6. 4.

Quin ex occluſo atque obſignato armario.
Decutio argenti tantum quantum mihi lubet. Ouid. 2. Faſt. 42.
Nuntius vt rediit, decuſſaque lilia dixit. Columel. libro 11. cap. 2. 28.
Dum prorepentes oculi digito decuti poſſint. Liuius 5. bel. Pun. 36.
Murus, turrésque quædam Cumis non ſictæ modò fulminibus, ſed etiam decuſſæ.
Decutere vi. Plin. lib. 34. cap. 11. 1.
Frondes decutiuntur aqua. Ouid. 5. Faſt. 65.
Decutit enſe caput. Ouid. 5. Metam. 21.
Bucula decutiat rorem. Virg. 4. Georg. 5.
Syluis honorem decutit December, eo quòd ſpoliantur arbores ſuis foliis menſe Decembri. Horat. Epod. Ode 11. 2.
Decuſſiſſe dicitur baculo ſumma capita papauerum. Liu. 1. ab Vrbe 337.
Decuſſus, huius decuſſus. (κατάδρομος.) Actus ipſe decutiendi. Plinius libro 11. cap. 37. 36. Aliqui tunc ſcribunt decidere eum, rurſúsque recreſcere facilem decuſſu.

Dédecet, pen. corr. (ἀπρεπής ἐϛί,) aliquando perſonale, aliquando impersonale, cõturium ſuo ſimplici Decet. Ouid. 6. Metam. Admoniique preces quarum me dedecet vſus. Idem, – ingenuos dedecuere minæ. Cic. 1. Offic. 134. Nil & ratione vti atque oratione prudenter & agere quod agas, conſyderate, omnique in re quid ſit verum videre & tueri decet: contráque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delyrare & mente captum eſſe.
Comæ non dedecuere dominam. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 3.
Decere atque Dedecere, contraria. Cicero in Oratore, 41. Decere, quaſi aptum eſſe conſentaneũmque tempori & perſonæ: quod cum in factis ſæpiſſime, tum in dictis valet, in vultu denique & geſtu & inceſſu, contraque item dedecere.
Oratorem itaſci minime decet, ſimulare non dedecet. Cicero 4. Tuſcul. 85.
Modice & ſcienter vti rebus ſuis, & vt ne dedeceat. Cic. 1. de Orat. 65.
Dedecet illud in eum. Cicero 1. Offic. 204. Quo in genere non eſt incommodum quale quodque eorum ſit, Ex aliis iudicare vt ſiquid dedeceat in illos, vitemus ipſi.

Dedecus, pen. corr. dedécoris, (ἀσχημοσύνη,) Ignominia quæ ex turpiter geſtis naſcitur. vide Decus in DECOR. Cicero 2. Tuſc. 20. A. Dolorem exiſtimo maximum malorũ omnium, M. Etiãme maius quàm dedecus?
Dedecus vitæ ac turpitudo. Cic. pro Cluentio, 7.
Flagitium & dedecus. Cicero Attico, libro 16. 334. 6. Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non poſſum, flagitii ſcilicet plenum & dedecoris.
Probrum & dedecus. Cice. pro Roſc. Amer. 41. Sumptus effuſi cum probro atque dedecore.
Dedecus & infamia. Author ad Heren. lib. 3. 100.
Adulatorium dedecus. Tacit. lib. 5.
Grande dedecus. Horat. 1. Serm. Sary. 2. 20. – grandes rhombi, patinæque Grande ferunt vnà cum damno dedecus.
Magnum dedecus. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 11. Ebrius, & (magnum quod dedecus) ambulat ante Noctem cum facibus.
¶ Parentum dedecus abolere. Sil. lib. 1. 13.
Dedecore nullo abſtinere. Cicero 3. de Fin. 50. Quid autem dici poterat, ſi turpitudinem non ipſam per ſe fugiendam eſſe ſtatuerimus, quominus homines tenebras & ſolitudinem nacti, nullo dedecore ſe abſtineant niſi &c.
Admittere dedecus. Cicero 1. Verr. 30. Idem Attico libro 10. 173. 10. Idem Appio, libro 3. 10. 7.
Concipere dedecus. Vide CONCIPIO.
Coniungere dedecus cum probro. Vide CONIVNGO.
Patriæ dedecus depellere. Sil. lib. 1. 22.
Domum dedecori domino fieri. Cic. 1. Offic. 194. Ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo.
Dedecus hæret infamiæ. Cicero 1. in Catil. 9. Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ!
Imprimere dedecus Reip. Vide IMPRIMO.
Incurrere in dedecora. Cicæ. 1. de Finib. 73. Tum in morbos graues, tum in damna, tum in dedecora incurrunt.
Inferre dedecus alicui. Ouid. 6. Metam. 122.
Natus in dedecore. Vide NASCOR.
Indicia, vera atque inſigni turpitudine notata, atque operta dedecore & infamia. Cic. pro Cluent. 47.
Cum ignominia & dedecore perire. Cic. 2. de Diuinat. 33.
Propulſare dedecus ſoler virtus. Cic. 4. Philip. 161.
Dedecori eſſe patribus. Cic. 1. Offic. 171.
Maculæ & dedecori eſſe ſuis. Author ad Heren. lib. 4. 203.
Dedecori eſſe ſtudiis ac literis. Cic. Attico, lib. 8. 165. 1.
Hæreditati patris dedecori eſſe. Cic. 1. Offic. 171. Optima autẽ hæreditas à patribus tradi liberis, omnique patrimonio pſtãtior, gloria virtutis

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerumque gestarum: ne id dedecori esse, nefas & vitium iudicandum est.
Susceptum in aliquo loco, aut ex aliquo loco deportatum flagitium, ac dedecus. Cic. pro Murena. 10.
Testatū dedecus. Ouid. 1. Met. 104. – Ionisque mei testatū dedecus esset.
Tollere dedecus ævi. Ouid. 1. Fast. 118. Ille notas veteres & longi dedecus ævi, / Sustulit.
Maculosus omni dedecore. Tacit. lib. 19.
Dedecorare, pen. corr. Adiectiuum, (ἀτιμάζω,) Tacit. lib. 1. Sex. Pompeius M. Lepidum, vt socordem, inopem, & maioribus suis dedecori, eique etiam sorte Asiæ depellendum inculcauit.
Dedecoro, dedecoras, pen. corr. (ἀτιμάζω,) dedecorare. Plaut. Bacchid. 3. 95. Qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitiis suis. Terent. Hecyra. Et me, & te, & familiam dedecorat. Sic Cic. 3. Offic. 8.
Facie dedecorare. Prop. li. 3. eleg. 22. 8. Aut facie turpi dedecorare bouē.
Dedecorans, pen. corr. Participium. (ἀτιμάζων,) Cic. 3. Offi. 8. Dedecorantem & vilis authoritatem & magistri.
Dedecoratus, (ἀτιμασθείς,) Nomen ex participio. Tranquillus in Nerone, Tanquam aliter illi non possint nisi morte succurrere dedecoratō flagitiis omnibus.

Dedico, dedicas, pen. corr. (καθιερόω, ἐπίσταλω, ἀφιερόω, ἀνατίθημι,) dedicare. Idem quod dicare. Liu. 1. ab Vrbe, 87. Multa alia sacrificia, locaque sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicauit. Idem 5. ab Vrbe, 104. Vbi templum ei postea idem qui vouerat, Camillus dedicauit. Cic. 1. de Legib. 5. Post excessum suum Romulus Proculo Iulio dixerit se deum esse, & Quirinum vocari, templumque sibi dedicari in eo loco inserit.
Dedicare bibliothecā Flin. epist. 8. 2. Petitutus sum enim vt rursus vaces sermoni, quē apud municipes meos habui, bibliothecam dedicaturus.
Thraetrum dedicare. Asconius in oratione contra Pisonem. Ante paucos dies, inquit, quām Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum à se factum dedicauit.
Eadem alicui dedicare. Cic. 3. de Nat. deo. 17.
Aedes alicuius dedicare. Id est religione deuincire. Cic. p Domo sua, 92.
Smyrnæi delubrum Homero dedicauerunt. Cic. pro Archia, 14.
Dedicaui tibi hos libellos. Plinius in Præfat. Naturalis historiæ, 9.
Signū in aliquo loco dedicare. Cic. pro Domo sua, 41. Te meam domum consecrasse, te monimentū fecisse, in meis ædibus te signū dedicasse.
Simulachrum aut aram dedicare. Cic. pro Domo sua, 93.
Marcellus si Syracusas cepisset, duo templa se Romæ dedicaturum vouerat. Cicero 6. Verr. 109.
Dedicatus, Participium. (ἀφιερωθείς,) Martialis libro 1. 137. Et pisces venerare dedicatos.
Ingenium in homine dedicatum. Cic. 1. de Leg. 88. Nam qui se ipse norit, primum aliquid se habere sentiet diuinum, ingenium in se tuum sicut simulachrum aliquod dedicatum putabit.
Mētis, pietatis, fidei templa publice dedicata. Cic. 2. de Leg. 45. Idē 2. de Nat. deo. 113. Mēs, fides, virtus, concordia consecratæ & publice dedicatæ sunt.
Dedicati etiam dicuntur dii, quorum simulachra sunt ad religionem consecrata. Horat. lib. 1. Carm. Ode 31. 1.
Dedicatio, Verbale, (καθιέρωσις,) Cic. p Domo sua, 80. Nisi quē forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. Liu. 2. ab Vrbe, 36.
Dedicatio religiosa. Cic. pro Domo sua, 93.

Dedignor, dedignaris, (ἀπαξιόω) dedignari, Indignū habere, cōtemnere. Plin. in Paneg. 91. Vt appareat nō superbia & fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores nō dedigneris. Virg. 4. Aenei. 104. Quos ego sum rorites ti dedignata maritos. Colu. lib. 9. cap. 5. 2. Iamque enim dedignatur, si minus pure habita est, ac si tractetur fraudulenter. De generibus apum deligendis loquitur.
Amicum dedignari. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 7. Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est.
Dedignatio, Verbale, (ἀπαξίωσις,) Plinius in Paneg. 30. Quàm speciosum est enim quòd disciplinam castrorum lapsam, extinctamque refouisti, depulso prioris seculi malo, inertia, & contumacia, & dedignatione parendi.
Tacita dedignatio. Quintilianus lib. 1. cap. 3. 21.

Dedisco, dedicis, dedici, pen. corr. (ἀπομανθάνω,) dedisce, Quod didici obliuiscor, inquit Valla lib. 5. Plaut. Amph. 8. 54. Haud æquum facit, qui quod didicit, id dedisci. Cic. 3. de Oratore, 52. Ob eamque causam inuentus nostra dedisce pene discendo. Propertius, Turpe est virtutem dedidicisse datam.
Dedidicit pacem fubitò ferirate reuerſa. Marc. lib. 2. 74.
Dedisce & obliuisci. Cic. Pæto, lib. 9. ep. 6.
Hæc verba mutari, ac dedisci que possunt. Cic. de Clar. Orat. 88.
Dedisce loqui. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 10. Verba mihi desunt, dedidicique loqui. Cicero in Bruto, 25.
Dedisce, pro Relinquere consuetudinem. Cic. Pæto, lib. 9. ep. 20. 5. Dedisce ædes tibi sunt sportellæ & artolagani tui.
Vsu dedisci tur amor. Ouid. 2. de Remed. Amor. 23. Intrat amor mentes vsu, dedisci tur vsu.

Deditītius, Deditus, Vide DEDO.

Dedo, dedis, dedidi, deditum, pen. corr. (δίδωμι,) dedere. Donare, Dare est quod repetas: Dedere est ad perpetuū. Damos & amicis: Dedimus tantum hostibus. Plaut. Curcul. 14. 28. Ego illum tibi dedam, tace. Idem Aulul. 4. 20. Et in Pseud. 20. 116.
Dedere se hostibus. Plaut. Amphit. 4. 2. Vrbem, agrum, aras, focos, seque vti dederent. Cæsar 2. bell. Gall. 34. Si prius quàm aries murum attigisset, se dedidisset.
Constrictum aliquem dedere hostibus. Cic. Post reditū ad Quir. 10.
Dedo me tibi. Terent. And. 5. 3. 20. Tibi pater me dedo: quidvis oneris impone, impera. Idem Eunu. 5. 8. 2. Egone vt Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat? Idem Heaut. 4. 3. 1.
Dedere se totum alicui. Cic. 2. de Legib. 9. Sed necesse est charitatem eam præstare, qua R. P. nomen vniuersæ ciuitatis est. P quā morti, & cui nos totos dedere, & in qua nostra ofa ponere, & quasi cōsecrare debemus.
Dedere se aliis. Terentius And. 1. 1. 36. Cum quibus erat cunque vnā his sese dedere.
Dedere se angoribus aut voluptatibus. Cicero 2. Offic. 3. Sic Dedere se libidinibus. Cicero 1. Tuscul. 117. Et Dedere se languori & desidiæ. Idem 1. Offic. 173.
Dedere aures suas poetis. Cic. pro Archia poeta. 19.
Dedere se delectationi toto animo. Cic. 5. Tusc. 162. Huic disserendi quærendique diuinæ delectationi toto se animo dedidisset.
Dedo tibi hunc diem. Plaut. Sticho, 7. 31.
Dedere se in ditionem & arbitratum hostium. Plaut. Amph. 4. 104.
Dedere in ditionem alterius aures suas. Plautus Milit. 13. 8. Id est diligenter eum auscultare.
Vide quibus horibus aures sint deditæ meæ. Cic. ad Atti. lib. 2. 19. 3.
Famam per prouincias dedere. Tacitus libro 11. Clarum ex eo in vrbe dedita per prouincias fama, &c. Nisi forte legendum sit diuisa. Id est dispersa.
Dedere se lamentis muliebriter, lachrymisque. Cic. 2. Tusc. 84.
Manus dedere. Id est se victum fateri. Lucret. lib. 2. 209.
Se dedere morti. Sene. Med. 12. 26. Iam parce nato: si quod est crimen meum est.
Me dede morti. Plaut. Asin. 12. 18.
Dedere neci sipsum. Virg. 4. Georg. 18.
Dedo tibi istuc negotii. Terent. And. 5. 4. 51.
Dedatur nupta marito. Catul. epig. 59. 75. Dedatur cupido iam dudum nupta marito.
Dedere noxæ. Colum. in Præfatione libri 1. 3. Rem rusticā pessimo cuique seruorum, velut carnifici, noxæ dedimus. Per translationem.
Dedere aliquem alicui noxæ, Id est in noxam. Seneca epist. 106.
Post finita arma, triginta tyrannis noxæ dedita est ciuitas.
Dedere aliquem in pistrinum, vsque ad necem. Terent. And. 1. 1. 12.
Pœnas temeritatis suæ dedere. Cicero ad Articum, lib. 9. 16. 3. Itaque dies & noctes tanquam auis illa mare prospecto, euolare cupio: dedo pœnas temeritatis meæ. Emendatiores codices habent, Do, do, pœnas temeritatis meæ.
Rumor deditur. Virgil. 7. Aeneid. 29.
Deditur hic subitò Troiana per agmina rumor
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant. Vbi tamē legendum contenderim diditur, vtique per tertiam vocalem, pro diuiditur, seu disperguntur: vt apud Lucretium, lib. 2. 226.
Dū facile in ventos eius oris diditur: & dū &c. Rursum lib. 4. 125. et 137.
Ad scribendum se dedere. Cicero 1. de Orat. 48. Quum se ad audiendum, legendum, scribendumque maiore opera dediderit: existat talis Orator, qualem quærimus.
Dedere aliquem alteri ad supplicium. Liui. 1. ab Vrbe, 19. Sic ad supplicium Numitori Remus deditur. Cæsar 7. bell. Gall. 110. Ne se & communes liberos hostibus ad supplicium dederent.
Inimicorum crudelitati deditur vita alicuius. Cicero pro Quintio, 41. Ne cum bonis fortunisque omnibus, Sex. Nævii cupiditati crudelitatique dedatur. Idem pro Rosc. Amer. 5. Non recusamus quin illorum libidini Sex. Roscii vita dedatur.
Deditus, pen. cor. Participium. (ἐκδεδομένος,) vt Deditus amori animus. Terent. Hecyra, 3. 1. 14. Ité, amatoriis lenitatibus. Cic. 1. de Finib. 91.
Deditus literis á pueritia. Cicc. ad Lent. lib. 1. 7. 35. Et ad Atti. lib. 4. 84. 2.
Deditæ eò mentes cum oculis. Liu. 1. ab Vrbe, 38.
Deditus voluptatibus, Deditus Epicuro. Cic. 1. de Finib. 88. et 5. 5.
Addictus, deditus, obstrictus alicui. Cicero pro Cælio, 63. Quem si vobis si suis, si Reipub. conseruatis addictum, deditum, obstrictum vobis, ac liberis vestris habebitis.
Castra dedita. Sil. libro 10. 75. Dedita per noctem reliquo cum milite castra Nunciat.
Homo grauitati deditus. Cic. pro Cælio, 50.
Corpora pauperrate & morbo dedita morti. alii legunt tradita. Lucretius libro 6. 252.

Musæ deditus. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 21.
Siquis erat citharæ, emptas comparet in vnum:
Nec studio citharæ, nec musæ deditus vlli.
Dedita opera. Idem quod data opera. Plaut. Cistel. 9. 18. – quasi Dedita opera in tempore ipso Spes mihi sancta subuenit. Idem Pœnulo, 5. Atque equidem hercle dedita opera amicos fugitaui senes. Idē T. 3 num. 4. 2. Ego dedita opera huc ad te venio. Terent. Eun. 5. 2. 1. – apud Antiphonem vterque pater & mater, Quasi dedita opera domi erant. Cic. pro Rosc. Amerino, Quæ facitis, eiusmodi sunt, vt ea dedita opera à vobis contra vos meritos facere videamini. Idem ad Atticum lib. 9. 166. 1. Et apud Columel. lib. 12. cap. 4. 4.
Rebus deditus. Lucre. lib. 4. 164. Præterea quāuis est rebus deditus ipse?
Hoc magis alicui deditū esse quòd. Cic. Licinio, li. 5. 8. 10. Hoc magis Iam Publio deditus, quòd me &c. sicut alterū parentē & obseruat & diligit.
Sanguine toto tibi deditus. Stat. 1. Syl. 2. 35.
Mirifice deditus aliquibus studiis. Cic. 1. de Orat. 30. Ac iam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus. Idem pro Archia, 1.
Studio mularum deditus. Claud. in Epithal. Palladii. 10.
Vita vitiis flagitiisque omnibus dedita. Cic. pro Rosc. Amer. 22.
Voluntati bonorum & authoritati Senatus deditus. Cic. pro Milone, 70.

Deditītius, (δεδοτικός,) Qui se permittit alienæ voluntati & imperio. Cæsar 2. bel. Gal. 290. Quum ex dedititiis Belgis, reliquisque Gallis complures Cæsarem secuti, vnà iter facerent. Ibidem, lib. 1. 190. Si per populum Romanum stipendium remittatur, deditiis subtrahantur. Cic. ad Brutum, 5. 5. Itaque id Senatusconsultum plerique inter precantur etiam ad nos siue captiuos, siue deditios pertinere. Liuius, Quicquid deinde parierunt dedititii vestri pasturi.

Deditio, Verbale, (δεδοτικός,) Actus ipse dedendi. Cic. pro Lege Manil. 15. Spem deditionis non demit, obsidesque imperauit.
Locum alicui reliquum non modo ad pacem, sed ne ad deditionem quidem facere. Cic. 13. Philip. 383.
Occulta deditio. Claud. 4. Paneg. 51.
Facere deditionem ad hostem. Quintil. lib. 3. cap. 8. 16.
Paratur deditio. Claud. 4. Paneg. 51.
Ad deditionem perpellere. Vide PERPELLO.
Properare deditionem. Tacit. lib. 3. Ni deditionem properauissent.
Redigere in deditionem imperii. Cic. 4. Philip. 161. Vide REDIGO.
Deditionis formula apud Liuium describitur in Collatiæ deditione. libro 1. ab Vrbe, 169. his verbis.
Rex interrogauit, Estisne vos legati, oratoresque missi à populo Collatino, vt vos, populumque Collatinū dederitis? Sumus. Istue populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos populumque Collatinum, vrbem, agros, terminos, aquam delubra, vtensilia, diuina, humanaque ofa? meā populique Romani deditionē? Dedimus. Et ego vos recipio.

Dedoceo, dedoces, pe. cor. dedocui, dedoctum, (μαθαίνω,) dedocere. Est docere ab eo quod quis doctus est, docere, vel falsum id esse ostendere, authore valla lib. 5. Quintil. lib. 2. cap. 5. Et quidem dedocendi onus grauius ac prius, q̄ docendi est. Cic. 1. de Finib. 41. Si à Polyæno familiari suo geometriam discere maluisset, q̄ illum etiam dedocere. Idem 2. de Orat. 40. Et de Finib. lib. 1. 81.

Dedoleo, dedoles, pen. corr. dedolui, (ἀπαλγέω,) dedolere, Non dolere, vel dolore se priuare. Ouid. 3. Fast.
Quid me in desertis moriturum Liber arenis
Seruabas? potui dedoluisse semel. Ariadne Bacchum alloquitur.
Idem 1. de Remed. 59.
Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus
Vincula qui rupit, dedoluitque semel.

Dédolo, dedolas, pen. corr. (ἀπελεκάω,) dedolare. Est veluti dolabra vel alio instrumento ferreo perfectè dolare & excindere. Columel. lib. 4 cap. 26. 2. Hæc eorumque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesque eorum putres dedolandæ. Sic Plinius lib. 16. cap. 39. 2. Et Columel. lib. 11. cap. 2. 9. Mart. lib. 11. 78.
Dedolare senem, per metaphoram dixit Plaut. Menæch. 17. 98.

Dedūco, deducis, pe. pro. deduxi, deductū, (καταγω, μεταγω, ἀπεξελαύνω,) deducere, Ex alto deorsum ducere. Virg. 8. Eclo. 13. Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.
Deorsum deducere. Lucret. lib. 2. 42.
Sic igitur debent flammæ quoque posse per auras
Aeris expressæ sursum succedere, quanquam
Pondera quantum in se est deorsum deducere pugnet.
Deducere de rostris conantem concionari. Cæsar 3. bel. Ciuil. 85.
De capite & de oculis omnia deducet, & sanum faciet. Cato cap. 157. 5. de brassica.
Deducere, De loco ad locum ducere: vt Deducere colonias, Plin. lib. 3. ca. 6. 1. Et Cic. 4. Verr. 87. Nā eò quoque colonos P. Rupilius deduxit. Idē 2. Phi. 101. Deduxisti coloniā Catilinū, quo Cæsar ante deduxerat.
Agmina deducere. Lucan. libro 3. 57. Non cum Memnoniis deducens agmina regnis.
Armatas deducere classes. Virg. 1. Georg. 51.

Fert ac deducit rēs eō. Cic. 1. de Orat. 67. Studia nihil prosunt pueriendi aliquò, nisi illud, quod eò quò intendas feras, deducatque cognoris.
Deducere etiam is dicitur, qui alicui officii gratia præstat comitatum: cuius contrarium est Reducere. Plaut. Casina. 22. 7. Intrò hanc nouā nuptam deduxi via recta. Cic. 1. de Inuent. 117. Quum deducaris ab eo quicum libentissime vixeris. Idem ad Brutum, 3. 3. Ea cum vaque in Capitolium deductus, maximo clamore atque plausu in rostris collocatus sum. Liu. 3. bel. Pun. 108. Frequentesque eum domum deduxerunt.
Deduci & Reduci, contraria. Cic. de Senectute, 58. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur leuia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli.
Deducere ad aliquem. Terent. Eunu. 3. 3. 72. Vt mancipia hæc ita vt sunt sint fratri, deducam ad Thaidem. Ibidem, 4. 4. 19. Et 3. 3. 60. Huc deducta est ad Thaidem meretricem.
Domo deducere aliquē. Cic. Planco, lib. 10. 12. 6. Quinque magna multitudo optimorum virorum & ciuium me domo deduceret, feci continuò omnes participes meæ voluptatis.
Deducere, Idem quod perducere, vel quod vulgus dicit, conducere. Cic. de Senec. 61. Si aliquò eum deduxit, vbi futurus sit æternus.
¶ Deducere adolescentem ad senem. Cic. pro Cælio, 6. Hoc dicam, hunc à patre continuò ad me esse deductum. Idem de Amicitia, 1. Ego autē à patre ita eram deductus ad Scæuolam &c.
Deducere sponsam marito vel ad maritum, vel amicam ad amatorem. Cic. 4. Verr. Hic est Docimus ad quē iste deduxerat Tertium Isidori mimi filiam. Ouid. de Fastis, Quum primum cupido Venus est deducta marito. Tibullus, Vt inueni primum virgo est deducta marito.
Vxorem deducit maritus domum. Terentius Hecyra, Vt ad panca redeam, vxorem deducit domum.
Deducere ex hostulis in Academiam. Cic. 1. de Legib. 81.
Deducere ex aliquo loco milites. Cic. 7. Verr. 70. Cæsar 1. bel. Gall. 194.
Deducere ex præsidiis cohortes. Cæsar 1. bel. Ciuil. 48.
Deducere de locis præsidia. Sallust. Arma deponere, præsidia de locis deducere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 133. 1. Vt ille de his oppidis quæ extra suam prouinciam occupauisset, præsidia deduceret.
Deducere legiones in aciem. Tacit. lib. 18.
Deducere aliquem in carcerem. Cicc. 1. de Inuent. 229. Sic Deducere in sedem aliquam hospitalem, Cic. pro lege Agraria, 51.
¶ Non deduci pœna, quominus, &c. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4. 4. Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitii amicitiæ ius, officiumque præstaret.
Non eò deducam, aut progredi patiar vt, Id est nō cōmittam, aut per me non fiet vt. Cic. Antequā iret in exilium, 12. Ego inimicorū amentiæ cupiditatique paucorum omnium salutis causa decedam neque eò deducam aut progredi patiar, vt opera mea manus inter vos conseratis.
Deducere actionem in iudicio. Triphon. in L. Si alienus. ff. De noxal. actio.
Deducere ad agnatos. Vide AGNATVS.
Aquam ad vtilitatem agri deducere. Cic. 1. de Diuinat. 105.
Deducit in astra. Horat. 4. Carm. Ode 2. 5. – moresque
Aureos deducit in astra.
Cæsariem longæ dextra deducere barbæ. Ouid. 15. Metam. 132.
Deducere carbasa. Lucan. lib. 2. 138. Strictāque pendentes deducunt carbasa nautæ.
Per petuum deducere carmen. Ouid. 1. Meram. 1. Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Deduxi carmina versu. Propert. lib. 1. eleg. 15. 9.
Deductus ad casum extremum. Hirtius 4. bel. Alexan. 22. Tantus incessit timor, vt ad extremum casum omnes deducti viderentur.
Deduci in casum. Cæsar 2. bel. Gal. 341. Sibi pōtare, si in eū casum deduceretur, quāuis fortunā à Pop. Rom. puti, ēj ab iis per cruciatū interfici.
Deducere causam in iudicium. Cic. de Optimo gen. Orat. 150.
Deducere se in causam. Liu. 6 bel. Maced. 19. Perebant enim ne se temere in causam deduceret.
Deducere cibum. Terent. Eunu. 2. 3. 13. Siqua habitior paulò, pugilē esse aiunt: deducunt cibum. Id est subducunt, vel subtrahunt.
Deducere ad cibum. Celsus lib. 3. cap. 18. Ad cibum quoque quosdam nō desiderantes deduxerunt hi, qui inter epulantes eos collocauerunt.
Deduci spe ad aliquam cogitationem. Cic. ad Atticū, lib. 9. 18. 1. De gratia & de ope quid significares, mecum ipse quærebam. Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt te pro ma admirabili ac singulari sapientia, de otio, de pace, de concordia ciuium agi velle arbitrarer.
Deducta res in controuersiam. Cæsar 7. bel. Gal. 147. Re impetrata, contendunt vt ipsis summa imperii tradatur: & in controuersiam deducta, totius Galliæ concilium Bibracte indicitur.
Crimen deducis ad oculos. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 7.
Crinem deducere pingui amomo. Stat. 1. Syl. 2. 23.
Deducere plerosque dies. Cic. 1. Acad. 65. Vt contra omnium sententias dies plerosque deduceret. Id est prolongaret.
Deduci ad aliquam disciplinam. Cic. 4. Acad. 104. Quæ tandem ea est disciplina, ad quam me deducas, si ab hac abstraxeris?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decidere dolore, Id est dolore cogi aliter sentire de re aliqua, & dolore à sententia abduci. Cic. 2. Tusc. 101. E quibus homo sanè leuis Heracleotes Dionysius, cum à Zenone fortissimus esse didicisset, à dolore deductus est. Nam quum ex rebus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa quæ antea de dolore sensisset ipse.

Dedicere fastidium dicitur herba aliqua. Plin. lib. 25. cap. 8. 11. Inuenerunt & canes canariam, qua fastidium deducunt, eámque in nostro conspectu mandunt.

Febres deduxit. Horat. 1. epist. 2. 10. Aegroto dñi deduxit corpe febres.

De fide deduci. Cicero 3. Verr. 16. Cuius diuitiæ me de fide deducere non potuissent.

Ad fletum misericordiámque deduci. Cic. 1. de Orat. 102.

Deducere fila. Plin. lib. 11. cap. 24. 4. Subitque pariter, ac fila deducit aranea. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 2. Vel pede qđ gracili deducit aranea filū.

Filum deducens leui pollice. Ouid. 4. Metam. 8.

Deducere furem ad præfectum. Iulianus in L. interdum fur. Parag. 1. ff. De furtis.

Deduci in fraudem. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 23. 9. Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est.

Deducere in subsidias. Scæuola in L. Cuiusque. ff. ad legem Iuliam maiest.

Moribus aliquem de fundo deducere. Cice. pro Cecinna, 14. Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur, & de fundo Cecinna moribus deducererur.

Deducere funus. Plin. lib. 10. cap. 43. 3. In ea vrbe in qua multorum principum nemo deduxerat funus.

Deducere sibi galerum vel pileolum. Suetonius in Nerone.

Gen⁹ deducere ab aliquo. Sene. Med. 4. 7. Auoqi clarū Sole deduxi gen⁹.

Deducere ab humanitate, integritate & religione aliquē. Cic. 6. Verr. 10. Et ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 12. Id est auocare.

Deduci ad iudicium aliquod. Cice. pro Placco, 6. Sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt.

Deducere rem aliquam in iudicium. Cicero ad Atticum, lib. 1. 11. 4. Sed ductus odio properauit rem deducere in iudicium.

Deduci in ius. Cic. 5. Verr. 46. Domum ad illum in ius deductus est.

Deducere in obligationem, Obligare. Paulus in L. Ex sextante. Paragr. Larinus. ff. De except. rei iud.

Deducere in stipulationē. Vlpianus in L. Si à colono. ff. De verb. oblig.

Lineamenta deducere, pro Trabere. Sene. epist. 96. Proderit, non tantum quales esse soleant boni viri dicere, formámque eorum & lineamenta deducere: sed quales fuerint narrare.

Lanam deducere. Colum. lib. 3. cap. 13. 11. Vide ORGANVM.

Deducere maiestatem diuinæ solertiæ vsque ad apum perfectionem. Cicero, 4. Acad. 216. Negatis hoc tam polite, támque subtiliter effici potuisse sine diuina aliqua solertia, cuius quidem vos maiestatem deducitis vsque ad apum formicarúmque perfectionem.

Deduci à mente & consilio. Cic. 3. Verr. 4. Et 7. Verr. 4.

Deduci periculo de animi lenitate. Cic. in Catil. 47.

Deduci ad morem patrii. Cice. 1. Offic. 166. Plerunque autem parentum præceptis imbuti ad eorum consuetudinem, moremque deducimur.

Deducunt socii naues. Virg. 3. Aeneid. 15.

Oculos deducere in rem aliquam. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 13.

Opus deduxi iu tua tempora. Ouid. 2. Trist. 111. Panca quibus prima surgens ab origine mundi, In tua deduxi tempora Cæsar opus.

Deducere rem aliquam ad otium. Cæsar 1. bel. Ciuil. 21. Siqua hominum æquitate res ad otium deduci posset.

Deducere pedes de lecto. Plaut. Curcul. 7. 82.

Deducere rem in iudicium. Vlpianus in L. Si mater. ff. de Hoc iure. ff. de Exceptorie rei iudic. Hoc iure vtimur, vt ex parte actoris in exceptione rei iudicatæ hæ personæ contineantur, quæ rem in iudicium deducunt.

Deducere in periculum rem aliquam. Cæsar 5. bel. Gall. 118. Orāt ne sua dissensione, & pertinacia rem in summum periculum deducant. Sic deducere in discrimen. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 24. 9.

De prauitate animi aliquem deducere. Cic. de Petit. Consul. 27.

De prouincia deduci. id est reuocari. Cic. de Prouin. Consul. 10.

Rationem deducere, pro habere. Suet. in Augusto. Vt non minorem aratium & negotiantium, quàm populi rationem deduceret. Id est vt non minorem numerū suppuraret arantium & negotiantium, quā populi.

Deducere aliquem ex regno, pro Priuare, & auferre ei regnum. Hirtius de bel. Alex. and. lib. 4. 137.

Deduci à re aliqua. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 6. Quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest.

Ad aliquam rem non satis, sed eluce deo deduci. Cic. 1. de Diu. 58.

Rem hue deduxi vt, Id est opera mea factum est vt. Cic. 1. in Catil. 17.

Rem hue deduxi vt tum palàm pugnare posletis quum hostem aperte videretis.

Deducta eo res est. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 7. Sed quoniam res eo deducta est, nūn queram vt scribis, &c. Eidem, lib. 2. 33. 2. Vniuersa res eo est deducta, spes vt nulla sit, &c.

In eū locū res deducta est, vt. Cic. Tironi. lib. 16. 11. 1. In eū locū res deducta est, vt nisi qui de⁹ vel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus.

Deducere riuos. Virg. 1. Georg. 54. riuos deducere nulla Religio vetuit.

Sensum deducere membris. Lucret. lib. 3. 108.

Deducere aliquem de sententia. Cic. 2. Tusc. 101. Quænam ratio de sententia deduxisset. Idem ad Atticū, lib. 2. 20. 1. An me aliquo præmio de sententia esse deductum? Idem in Catil. 38. & de Clar. Orat. 48.

Deducere aliquem in sententiam. Plin. lib. 1. epist. 8. b. Quinimo fortasse hanc ipsam cunctationem nostram in alterutram sententiam emendationis ratio deducet: quæ aut dignum editione, dum sæpius retractat, inueniet: aut dignum dum ipsum experitur, efficiet.

Deducere de statu vitæ. Cic. 4. Verr. 7. Fecerunt etiam vt me, cuius fidem continentiamque cognouerant, propè de vitæ meæ statu, dolore ac lachrymis suis deducerent, vt ego istum accusarem.

Perterritos à timore deducere. Cic. 2. de Natu. deor. 122.

A tristitia & acerbitate cōmode ac hilare dicto deduci. Ci. 2. de Ora. 185.

Vela deducere. Ouid. 3. Metam. 133.

Illi admirantes remorum in verbere perstant,
Velaque deducunt, geminaque ope currere tentant.

Versum deducere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 3.

Deducere vestes à pectore. Ouid. 6. Metam. 81.
Mater in inuidia est, hanc tunc quoque dicitur vnus
Fleſſe Pelops, humeróque suas à pectore postquam
Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro.

Deducere aliquem in viam. Plaut. Trinum. 2. 5.
Nunc nequis erret vestrum, paucis in viam
Deducam. Cic. 1. de Legib. 60. Noster quidem hic natura vir iustus ac bonus etiam colloquetur, iuuabit, in viam deducet.

Deducere vocem. Pomponius, Vocem deducas oportet: vt mulieris videantur verba.

Dicendo voluntates impellere quo velis, vnde autem velis deducere. Cicero. 1. de Orat. 16.

¶ Deducere, pro De summa aliquid demere. Africanus de Pactis dotalibus. L. Pater quum filiæ suæ nomine dotem daret, pactus est vt mortua filia liberis superstitibus deducta parte tertia, reliqua sibi dos restaretur. Cicero 2. de Legib. 83. Partitionis caput scriptum cauto, vt eatum nummi deducerentur.

Deducetur. Cato cap. 144. 2. Siquid redēptoris opera domino damni datum erit, resolutioid boni viri arbitratu deducetur.

Deducere de. Cice. 1. de Diuin. 216. ex versibus Ennii, De his diuitiis sibi deducant drachmam, reddant cætera.

Addere & Deducere, contraria. Id est addere ad summam, & de ea aliquid demere. Cic. 1. Offic. 86. Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, deducēdoque, videre quæ reliqui summa fiat, ex quo quantum cuique debeatur intelligas. Deductus Participium, vt.

Homo deductus ex vltimis gentibus. Cic. 13. Philip. 36.

Deductum carmen, pro tenui & subtili eleganter posito est à Virgilio, 6. Eclog. 1. teste Macrobio, libi 6. ~deductum dicere carmen.

Frons deducta. Ouid. epist. 20. Proficit ipse suas deducta fronte coronas.

Mos deductus. Horat. 4. Carm. Ode 4. 4. ~quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quærere distuli.

Nomen deductum à. Ouidius 6. Fast. 161. Martia sacrificio deductum nomen ab Anco.

Oratio deducta, atque circumlata. Quintil. lib. 4. cap. 1. 42.

Deducti viri ab Erisphilo. Celsus lib. 5. cap. 1. His multum antiqui auctores tribuerunt & Erasistratus, & hi qui se empiricos nominauerunt, præcipue tamen Herophilus, deductique ab illo viri, adeo vt nullum morbi genus sine his curarint.

Deductio, Verbale. (ἀπαγωγή, παρεμπωμή, κατασπάσις, ἀφαίρεσις.) Cice. pro lege Agraria, 30. de colonis deducendis, Nam & ipse qui deduxit, & qui magistratum Capuæ & Leocreanti ceperunt, & qui aliquam partē illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, &c.

Misera & crudelis militum in oppida deductio. Cic. 2. Philip. 73.

Deductionem facere moribus. Cice. pro Cecinna, 19. Ibi tum Cecinnam postulasse, vt moribus deductio fieret.

Deductio aquæ. Cicero 1. de Diuin. 162. Ex quo illa mirabilis à maioribus Albanæ aquæ deductio est.

Riuorum à fonte deductio. Cic. in Topic. 17. Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam riuorum à fonte deductio.

Rationis deductio in causæ constitutione. Cic. 1. de Inuentione, 27.

Deductio, p Diminutione. Sene. lib. 2. de Benef. Hæc itaque curæ habebis, si grate æstimari & præstabis voles, vt beneficia tua ad eos quibus prosita sunt, integra & illibata perueniant, sine vlla (vt aiunt) deductione.

Deductor, deductoris, Verbale. (κατασπάσις.) Qu. Cicero ad M. Ciceronē, de Petitione Cōsulatus, Huius autem rei tres sunt partes: vna salutatorum, quū domū veniunt, altera deductorū, tertia adfectatorum.

Déerram,

Déeram, Vide DESVM.

Deerro, deerras, deerrare, πλανᾶσθαι,) A via & instituto itinere, sæpe digredi & abscedere.

Itinere deerrare. Quintil. lib. 10. cap. 3. Frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, vt obuios non videamus, & itinere deerremus.

Angiporto toto deerrare. Author ad Heren. lib. 4. 233. Ait iste eos simili tudine loci decepros angiporto toto deerrasse.

Vir gregis ipse caper deerrauerat. Virg. eclog. 7. 2.

Deerrare dicuntur iaculantium ictus. Plin. lib. 28. cap. 8. 12. Tantúmque est vanitatis, vt si ad brachium adalligetur superioris rostri dextræ partis dens, iaculantium ictus deerraturos negent.

Deerrauit à patre puer. Plaut. Menæch. 4. 56.
Cum patre vt abiī olim Tarentum ad mercatum, postea
Inter homines me deerrate à patre, atque inde auehi.

Deerrare. Idem quod errare. Colum. lib. 1. cap. 4. 5. Multos enim deerrasse, memoria prodidit, vt L. Lucullum, &c.

Deerrare ab eo quod cœpimus exponere. Author ad Heren. libro 1. 14. Si transitionibus nullis vtemur, & si non deerrabimus ab eo quod cœpimus exponere.

Deerrabat fors. Tacit. lib. 13. Quia fors deerrabat ad parum idoneos.

Deerrare sententia & visu. Colum. lib. 2. cap. 2. 12. De cæteris ambigo, de colore satis admirari non possum, cum alios tum Corn. Celsum, non solum agricolationis, sed vniuersæ naturæ prudentem virum, sic & sententia & visu deerrasse, vt oculis eius tot paludes, tot etiam campi salinarum non occurrerint, quibus fere contribuuntur prædicti colores.

Defaeco, defæcas, ἀφυλίζω,) defæcare, A facibus purgare. Plin. lib. 15. cap. 26. 3. Per brumam vitem ne colito: vina tamen defæcari etiam diffundi Hyginius suader. Columella libro vltimo, Et defæcatum vinum in amphoras bonas adiicito.

Defæcatum, Purum, inturbatum, & sine sordibus possumus dicere, inquit Nonius. vt Vinum defæcatum, quod est sine sordibus. Hinc defæcatus animus per translationem dicitur, purus & omni anxietatum & dolorum sorde vacuus. Plaut. Aulul. 1. 1. Nūc defæcato demum animo egredior domo. Idem Pseud. 1. 170. Quicquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, Nunc liquet, nunc defæcatum.

Defatigo, defatigas, penul. prod. κατασκάζω,) defatigare, Labore conficere. Terent. And. 4. 1. 45. Decepti sumus, at non defatigatus. Idem Adelph. Ita se defatigarit velim, vt, &c. Et in Phorm. 5. 3. 11.

Non conquiescere, neque defatigari. Cic. 3. de Orat. 81. Profectò nunquā conquiescam, neque defatigabor, antequam illorum ancipites vias rationesque & pro omnibus & contra omnia disputandi percepero.

Defatigari cursu & spatio pugnæ. Cæsar 1. bel. Gall. 16. 6. 6.

Defatigare aliquem assiduo labore. Cæsar 7. bel. Gal. 167.

Animi defatigati ab aduersarius multitudine verborum. Author ad Herennium, libro 3. 109.

Nec animi nec corporis laboribus defatigari. Cic. Terentiæ, lib. 14. 1. 1.

Defatigari satietate alicuius rei. Cic. 1. de Orat. 94.

Defatigari & diffidere in malis. Brutus Ciceroni epist. 16. 17. Ne defatigē re, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis.

Noli in conseruandis bonis viris defatigari. Cic. pro Marcello, 11.

Iudices defatigare. Cic. 3. de Legib. 42.

Defatigor, cum infinitiuo. Lentulus Ciceroni lib. 12. 14. 22. Nec defatigabor pmanere nō solū in studio libertatis, sed etiā i labore & periculis.

Defatigatus in Repub. conseruanda. Cic. Planco, lib. 10. 19. 4.

Defatigatio, Verbale. κατασκάσις, ἀπαγόρευσις.) Cic. de Senect. 32. Cor pora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcūt: animi autē se exercendo leuātur. Ibidem, 78. Idem 3. de Oratore, 95. Et 3. Tusc. 115.

Defatigatio equorum. Cæsar 8. bel. Gall. 101.

Defatigatio & satietas. Cic. 5. Philip. 178. Nulla res ei finem cædendi nisi defatigatio & satietas attulisset.

Defatigatione desistere, aliquid facere. Cic. pro Sestio, 58.

Morbū metuere ex defatigatione membrorū. Cic. 2. de Natu. deor. 85.

Defatiscor, Vide DEFETISCOR. Plin. lib. 17. cap. 2. 1.

Defectio, Defectiuus, Defectus, Vide DEFICIO.

Defendo, defendis, defendi, defensum, πρόσκαμαι, ἀμύνω, ἀπαμύνω, ὑπερασπίζω, ἀπολογέομαι, ἐκδικέω, προφέρω,) defendere, Tueri, & quasi vim depellere. Plaut. Asin. 9. 25. Te obsecro defende. Idem Trucul. 17. 53. Se defendere.

Clypeo defendere aliquem. Claud. de bello Get. 116.

Præsidio & periculo suo defendere aliquid. Cic. pro Sestio, 1. 14.

Pro virili parte aliquid defendere. Cic. pro Sestio, 130. Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt cuiuscunque sint ordinis.

Defendere aliquem contra iniquos. Cic. ad Matium, lib. 11. 27. 15.

Equidem siquando audio, tam defendo, quàm me scio à te contra inimicos meos solere defendi.

Aestatem defendere capellis, id est capellas ab æstu defendere. Horat. 1 Carm. Ode 17. 1.

Defendere aliquem de ambitu. Cic. pro Sylla, 4. Præsertim qui illum solus de ambitu defendisset.

Studio defendis amicum. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 7.

A calamitate defendere aliquem. Cic. pro lege Manil. 9.

Defendere caput & famam. Cic. 4. Acad. 115. Vide CAPVT.

Caput domini defendere. Cic. pro Milone, 43. Non libertate solum, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse qui domini caput defendissent. De seruis Milonis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 8.

Defendere meum numina nulla caput.

Ab omni casu defendere aliquem. Valer. 7. Argon. 33.

Causas defendere. Cice. de Senectute, 34. Causarúmque illustrium quascunque defendi nunc, quammaxime conficio orationes.

Tueri ac defendere causas. Ci. 1. de Ora. 84. Videī ēt si hac scientia iuris nudata sit, posse facile cæteris armis prudētiæ causas tueri atqi defendere.

Causas rerum copiosè defendere. Vide COPIA.

Lege, & præsidio legis causam defendere. Cic. pro Cluent. 114.

Crimen defendere. Ouid. 13. Metam. 61.

Audaciter sua decreta defendere. Cic. 1. de Finib. 49.

Delictum defendere. Horat. in Arte Poetica, 89.

Defendere dignitatem ab inimicis. Cæsar 1. bel. Ciuil. 32.

Domum ac deos penates aliquo oppugnante defendere. Cice. p Mil. 29.

Excusatione adolescentiæ se defendere. Cic. pro Cælio, 14.

Fortiter defendere. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 2. Fœlix qui quod amat, defendere fortiter audet.

Amici fortunas defendere. Cic. pro Murena, 4.

Toga frigus defendere. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 3.

Defendere à frigore. Virgil. in Melibœo,
Hic ego dum teneras defendo à frigore myrtos.

Hunc defende furorem. Virg. 10. Aeneid. 179.

Defendere honorem suum. Cic. 6. Verr. 72. Sic defendere sententiam suam, Cic. 2. de Finib. 3.

Defendere hostes, p Repellere. Ennius, Serua ciues, defende hostes quōd potes defendere. Cell. Q. u. Clau. hostes defendebat à pinnis facillime.

Defendere iniuriam alicui. Plaut. Mostel. 8. 169. Heus, ecquis hic est, maxūmam qui his iniuriam Foribus defendat? Virg. in Buc. Eclog. 7. 10.

Solstitium pecori defendite: iam venit æstas Torrida.

Defendere iniuriam alicuius. Cæsar 1. bel. Ciuil. 32.

Defendere & obsistere iniuriæ. Cic. 1. Offic. 36. Qui autem nec defendit nec obsistit, si potest, iniuriæ, tam est in vitio quàm qui &c.

Defendere ac propulsare iniuriam. Cic. 3. Offic. 97.

Locum suum honestissime defendere. Cic. pro Quintio, 23.

Mores defendere. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4. 1. Non ego mendosos ausim defendere mores.

Muros longo bello defendere. Virg. 9. Aeneid. 106.

Noctes defendere. Propert. lib. 1. eleg. 15. 2. Nec possum infamis dominæ defendere noctes.

Defendere noxiam. Terent. Phorm. 14. 48. Vide ORATIO.

Armis ac virtute patriam defendere. Lucret. lib. 2. 129.

Pacem defendere. Cic. 8. Philipp. 141.

Defendere perfracte. Vide PERFRINGO.

Defendere pericula ciuium. Cic. pro Murena, 4.

Defendere à periculo. Cic. pro Fonteio, 32. A quo periculo defendite Iudices eioem fortem atque innocentem.

Pudor defendit aliquem. Metellus Ciceroni, lib. 5. 1. 1.

Publice priuatimque aliquem defendere. Cic. 4. Verr. 81.

Rationem defendere. Cic. 2. de Finib. 118.

Recte ac iure defendere aliquid. Cic. pro Milone, 5.

Defendere rectum, pro tueri opinionem de virtute, aut ipsam vir tutem. Horat. 2. Serm. Aut quia non firmus rectum defendis.

Turpe lingua empta reos defendere. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 8.

Communem salutem Reipub. defendere. Cic. pro Murena, 4.

Defendere ac tegere scelus. Cic. pro Sylla, 65.

Se acri animo defendere. Cic. pro Milone, 21.

Defendere se manu. Cæsar 5. bel. Gall. 29.

Se telo defendere. Cic. pro Milone, 6.

Aequitate & fide socios defendere. Cic. 2. Offic. 37.

Defendit solis ardores. Ci. de Sene. 49. Pli. li. 19. ca. 1. 19. Defendere solē. Solstitium pecori defendite. Virg. 7. eclog. 10.

Defendere & protegere spoliatum. Cice. pro Sylla, 37. Ego facentem & spoliatum defendo & protego.

Tecta sua defendere, & ab aris, focis, ferrum flammámque depellere. Cicero pro Sestio, 78.

Valetudinem bonam defendere. Celsus lib. 4. cap. 5. Illud quoque in omnibus stomachi vitiis præcipiendum est, vt quomodo se quisque æger refecerit, eo vt sanus vtatur. nam redit huc imbecillitas sua, nisi iisdem defenditur bona valetudo, quibus reddita est.

Vestes à tineis defendit hæc herba. Plin. lib. 20. cap. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Defendere vim. Plaut. Rud. 18.66. Vt illas serues, vim defendas, Hoc est arceas & protrudas.
Cum vi vim defendere. Cic. pro Milone, 6.
Defendere vitam ab inimicis. Cic. pro Milone, 4.
Vitam suam noctis & fugæ præsidio, non iuris iudicíorúmque defendere. Cic. pro Sestio, 65.
Vocem defendere. Ouidius 13. Metam. 44. Ille potest authore suam defendere vocem.
Vrbem bello defendere. Claud. de bello Gildón. 93. 131.
Defendere vrbem à vastatione, Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 15. 10.
¶ Defendor, defenderis. Cic. de Amic. 79. Itaque re magis, quàm authoritate causa illa defensa est. Plin. lib. 11. cap. 37. 57. Contra genere morbi defensus est Pitho. Id est præseruatus.
Ab armis defendar, Ouidius 2. Trist. 84. Neue petegrinis tantum defendar ab armis.
Ab hostibus defendi paludibus & itinerum angustiis, & altitudine montium. Cic. 2. de Lege agr. 57.
Arte defendi. Valer. 8. Argon. 71.
Libere defendi. Vide LIBERE.
Defendi per aduocatum. Plinius in Præfatione.
¶ Defendere, Ratione affirmare & astruere. Cic. in Vatin. 3. Defendebatur testibus collegis suis, non recitandi causa legisse, sed recognoscendi. Idem de Finib. Grauissimeque & verissime defenditur nunquam vtilitatem ab æquitate posse seiungi. Budæus.
Defendere & Prætuaricari, diuersa. Cicero pro Cluent. 45. Hoc quàquam sedulò faciebat, tamen interdum non defendere, sed prævaricari accusatori videbatur.
Verisimile nonnunquam, etiam si minus sit verum, defendere, est patroni. Cicero 2. Offic. 73.
Defensus. participium. Cicero 5. de Finib. 34. Sex igitur hæ sunt simplices de summa bonorum malórumque sententiæ: duæ sunt sine patrono, quatuor defensæ.
Causa pluribus argumentis defensa viriliter. Quintil. lib. 6. cap. 1. 6.
Prouincia ab hostium populatione defensa. Cic. pro Fonteio, 18.
Defensurus, pen. prod. ὑπερασπιστὴς,) Participium: vt,
Defensura reos facundia. Ouid. ad Pisonem, 8.
Manus defensura. Stat. 12. Thebaid. 129. Terrarum leges & mundi fœdera mecum Defensura manus.
Defenso, defensas, defensare, ἀμύνω,) Frequentatiuum. Plaur. Rudente, 17. 25. Hinc ego defensabo præsidio Veneris.
Defensare ab hostibus. Sall. Arma capitées alios ab hostibus defensabãt.
Defensat patrem. Stat. 4. Syl. 8. 9. —en hilaris circunstat turba tuorum, Defensátque patrem.
Defensare se iniuria. Plautus Bacchid. 8. 39. Noster esto, dum te poteris defensare iniuria.
Defensito. defensitas, pen. corr. ὑπερασπίζομαι,) defensitare, A defenso frequentatiuo. Cic. 4. Acad. 124. Idem hæc non acriùs accusauit in senectute, quàm antea defensitauerat.
Defensitare causas. Cic. de Claris Orat. 51. Et 1. Offic. 170.
Defensor. Verbale, ὑπερασπιστὴς, ἀπολογούμενος,) Qui defendit. Cic. 3. Verr. 68. Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem maxime laudari volo. Idem 1. de Finib. 72. Et 1. de Diuinat. 82.
Defensor necis, Quasi propulsator, qui mortem arcet & prohibet. Cicero pro Milone, 43. Quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuerunt conseruatores dómini, vltores sceleris, defensores necis? Deseruis Milonis. Nam defendere, arcere est. Budæus.
Paterni iuris defensor, & quasi patrimonii propugnator sui. Cicero 1. de Oratore 126.
Custos, defensórque quæ iuris & libertatis. Cice. pro Rab. Perduel. 7.
Defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum, actorem totius causæ adoptare. Cicero 1. Verr. 29.
Salutis alicuius defensor. Cicero pro Milone, 27.
Vltor, propugnator, defensor, patronus. Cic. pro Mil. 30. P. Lentulus vltor sceleris, propugnator Senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ.
Acerrimus defensor, Vide ACER.
Assiduus defensor & propugnator fortunarum alicuius. Cicero Post reditum in Senatu. 34.
Bonus defensor. Quintil. lib. 5. cap. 13. 4.
Acerrimũ defensorẽ alicuius in re aliqua se ostendere. Cic. Lent. lib. 1. 1. 6.
Non defensoribus istis tempus eget. Virg. 2. Aeneid. 104.
Idoneus suæ rei defensor. Quintil. lib. 4. cap. 1. 32.
Defensio, Verbale, ἀπόλογία,) Cic. 4. Acad. 104, Vt ea pars defensionis relinquatur. Idem 3. de Finib. 57.
Propugnatio & defensio. Cicero Lentulo, libro 1. 7. 7, Nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficii tui, fortasse plerisque officii maiorem authoritatem habere videatur, quàm sententiæ.
Criminis defensio. Cic. pro Milone, 4.

Innocentiæ defensio sæpe multorum improbitate intercluſa respirat. Cicero pro Cluent. 145.
Iuris defensionẽ suscipi posse, etiã in cõsessione facti. Cic. pro Milone, 11.
In defensione spem causæ suæ ponere. Cicero pro Cecinna, 2.
¶ Breuis defensio. Cicero pro Cælio, 5.
Facilis & prompta defensio. Cic. 1. de Orat. 122.
Fortis & inuicta defensio salutis meæ, Vide INVICTVS.
Iniquior defensio, Vide INIQVVS.
Mala & improba defensio, Vide IMPROBVS.
Magnifica & præclara defensio, Vide MAGNVS.
Præclara defensio facinoris. Cic. in Vatinium, 21.
Timida defensio. Quint. lib. 7. cap. 2. 25.
¶ Accipere vultu truci defensionem. Tacit. lib. 4.
Afferre in defensionem, Vide AFFERO.
Comparabit defensionem ex constitutionibus ab actore inductis defensor. Cic. 2. de Inuent. 179.
Conterere defensionem oblitionem, Vide CONTERO.
Dare defensionẽ. Cic. pro Milone, 11. Nã, qui non pœnã confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quærendã, nõ interitũ petuit.
Habere defensionem in iudicio. Cic. Bruto, 124.
Patefacere defensionem, Vide PATFACIO.
Polliceri defensioni alicuius auxilium & silentium, Cicero pro Milone, 1.
Neque auxilium modo defensioni meæ, verũ etiã silentiũ pollicentur.
Probare defensionem suam aliquibus. Cic. pro Milone, 8.
Suscipere defensionem dignitatis alicuius, & in ea permanere. Cicero, Licinio, libro 5. 8. 14.
Rationem defensionis tentare. Cicero, 4. Verr. 18, Neque nunc tam mihi isti Verrem defendere videntur, quàm in Verre defensionis tentare rationem.
Vti defensione aliqua. Cic. 4. Verr. 18.

Deferbeo, Vide DEFERVEO.

Defero, defers, détuli, pen. corr. dellãtum, pen. prod. deferre. ἀποφέρω, κατακομίζω, ὑπηρετέω,) Leui quodam ac celeri cursu aut via ferre. Plaurus Amphit. 8. 67, Quid si è portu nauis hùc non dormientes detulit?
Deferri naui ad vlteriorís Rheni littus. Plinius libro 8. cap. 19. Id est abduci. Liuius 6. Bell. Pun. 233.
Deferre literas alicui. Plaut. Trinum. 3. 104. Et ad aliquem, Cæsar 5. bell. Gall. 170.
Deferre dotem viro dicitur vxor. Plaut. Merc. 5. 4.
Deferre aliquid ad aliquem. Plaut. Asin. 16. 35. Et Deferre in aliquem locum. Cic. ad Atticum lib. 12. 23. 2. 4. Et 5. de Fin. 151.
Deferre in portum. Plin. lib. 12. cap. 19. 3.
In abruptum deferre barathrum. Catul. epig. 63. 22.
In terram deferri. Quint. lib. 1. cap. 12. 8. Videlicet vt corpora infantium nec casus, quo in terram toties deferuntur, tam grauiter affligit.
Deferar in vicum. Horat. 2. epist. 1. 54.
Deferri in vndas. Virgil. 8. Eclog. 10. Præceps aerii specula de montis in vndas Deferar.
Per præcipitia deferri. Quint. lib. 1. cap. 10. 26.
¶ Deferrin errorem. Cic. 2. de Inuent. 103. Ne forte varietate, & dissimilitudine rerum deductus alicuius animus in quendã errorẽ deferatur.
Deferri in præceps. Liuius 5. ab Vrbe, 209. Ruinique rota prolapsa acies in præceps deferri.
¶ Defertur Moganus in Rhenum. Plin. Iunior libro 4. epist. 3.
¶ Ad quãcunque disciplinam quasi tempestate deferri. Cic. 4. Acad. 17.
¶ Deferre studium suum & laborem ad aliquem, Est vltro ad amicitiam prouocare, & amicitiam offerre. Cice. ad Cecin. lib. 6. 6. 3. 1. Interea tibi absenti, &c. optimo filio tuo studium, officium, operam, laborem meũ iampridem & pollicitus sum, & detuli. Idem ad Trebatiũ lib. 6. 10. 8, Vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero. Budæus.
Authoritatem, gratiam, copias, opes ad aliquod negotium conficiendum deferre alicui. Cicero pro Flacco, 11.
Deferre aliquid in beneficii loco. Cice. 4. Verr. 19, Etenim reuera multo magis est perẽdum ab hominibus, si salui esse volumus, vt eant nobiscũ in prouinciam, quàm hoc illis in beneficii loco deferendum.
¶ Deferre causam ad patronum dicitur litigator, quum cum consulit, & ei controuersiæ ordinem argumentúmque exponit. Cic. 7. Verr. 101. Itaque ad me Iudices præter cæteras, hanc querimoniam Siculi detulêre lachrymis. Idẽ, Reliqua est causa Iudices, non iam recepta, sed iniuratas non delata ad me, sed in animo sensúque meo affixa atque infixa. Idẽ ad Titium, lib. 13. Is causam habet, quam causam ad te defert. Budæus.
Querelas ad aliquem per alium deferre. Cic. pro Flacco, 41. Quæ si ciuitas per bonos viros grauésque homines querelas ad vos detulisset, &c.
Deferre querelas ad aliquem, pro Queri. Liuius 9. bel. Pun. 96. Et pro Flacco 41.
¶ Deferre, ἐπαγγέλλειν,) ad aliquem quæ audiuimus, Denuntiare. Cæs. 5. bell. Galli. 7, Carpineius & Iunius quæ audierant, ad legatos deferunt.

Cic. 3. Verr. 95. Et 3. Off. 153. Item ad Brutũ. 15. 1. Virg. 4. Aene. 60.
— eadem impia fama furenti
Detulit, armari classem, cursúmque parari.
Animo amicissimo insidias alicui paratas ei deferre. Cice. pro Plancio. 81.
Deferre consilia ad aduersarios. Cic. pro Cluentio. 114.
Deferre mandata vel postulata alicuius ad alterũ. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 37. Petit ab vtroque, quando Pompeii mandata ad se detulerint, ne grauẽtur sua quoque ad eum postulata deferre, si paruo labore magnas controuersias tollere, atque omnem Italiam metu liberare possent.
Mandata ab aliquo deferre. Cic. pro Sylla. 40.
Acerbum nuntium alicui deferre. Cic. pro Corn. Balbo. 51.
Deferre ad comitem. Cicero. 1. de Diuin. 193.
¶ In censum deferre, Id est profiteri. Vlpianus in L. Forma. ff. de Cẽsibus, Forma censuali cauetur, vt agri sic in censum referantur. nomen fundi cuiusque & in qua ciuitate, & in quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat: & aruum, quod in decem annis proximis satũ erit, quot iugerum esse videatur. vinea quot vites habeat: oliuetum quot iugerũ & quot arbores habeat: pratum, quod inter decem annos proximos sectum erit, quot iugerum: pascua, quot iugerum esse videantur: item syluæ cæduæ. omniáque ipse qui defert, æstimet.
¶ Polliceri & deferre quicquid possumus. Cic. pro Lege Manil. 49. Quicquid authoritate, fide, constantia possim, id omne ad hanc rẽ conficiendam tibi & populo Romano polliceor & defero.
Denegare & Deferre, contraria. Cic. 2. de Orat. 69. In vobis hoc maxime admiror, soleo, quòd quum inter vos in discendo dissimillimi sitis, ita tamen vterque vestrum dicat, vt ei nihil neque à natura denegatum, neque à doctrina nõ delatum esse videatur. Idem Thermo, libro 13. 56. 2. Quòd vltro ei detuleritis legationem, quum multis petentibus denegassem. Idem pro Cælio. 3. Ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt.
Ad vnum omnia delata sunt. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 5.
Vltro deferre aliquid alicui. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 4.
In beneficiis ad ærarium aliquem deferre. Cic. pro Arch. 8 Testamentum sæpe fecit noster is legibus, & adiit hæreditates ciuium Romanorum, & in beneficiis ad ærarium est delatus à L. Lucullo Prætore & Consule. Signa sunt & argumenta, quibus vult probare ciuem esse Archiam, licet non fuerit census.
Honorem alicui deferre. Cic. in Pisonem. 1. Homini ille honorem, non generi moribus, non maioribus meis: virtuti perspectæ, non auditæ nobilitati deferebat. Sic ad Atticum, lib. 2. 20. 3.
Honorem & imperium rogatione sua ad aliquem deferre. Cic. pro Domo sua. 17. Quem crudelitatis anthorem fuisse dixeras, ad hunc honorem & imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detulisti, &c.
Clamore imperitæ multitudinis, nullo publico consilio aliquod publicũ munus ad aliquem deferre. Cic. pro Ligario, 1.
Beneficia dormientibus deferre. Cic. 7. Verr. 141. Sed nõ Idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt, quibus omnia Pop. Romani beneficia dormientibus deferuntur.
Deferre facultates alicui. Cic. ad Attic. lib. 11. 22. 1. 5. Siquas habuimus facultates, eas tũ Pompeio, quũ id videbamur sapiẽter facere, detulimus.
Optionem eligẽdi. Cic. ad Attic. lib. 4. 87. 4. Hybernam legionem eligendi optio delata.
Pacem. Liu. 3. bell. Puni. 56. Ego, siquis de pace consulet, seu deferenda hostibus, seu accipienda, habeo quid sententiæ dicam. Legitur & disiunctim in aliquibus codicibus, de ferenda.
Palmam alicuius rei alicui. Cice. 2. de Orat. 116. Et illud quidem admiror te nobis in eo genere tribuisse tantum, & non huius rei quoque palmã, vt cæterarum, Crasso detulisse.
Potestatem alicui deferre. Cic. pro Corn. Balbo, 30. Potest esse vlla deniq; maiestas, si impedimur, quominus per populum Romanum beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus?
Præconium alicui. Cic. Attico, lib. 13. 269. 1. Ligarianam præclarè vendidistipostlac quicquid scripsero, tibi præconium deferam.
Præmium dignitatis alicui deferre. Cic. pro Flac. 1.
Primas alicui. Cicero ad Atticum, lib. 1. 12. 3. Amoris verò erga me, quum à fraterno amore domestico que discessit, tibi primas defero. Idem in Oratore. 15. Cui primæ sine controuersia deferebantur.
Triumphum. Cicero Attico. lib. 8. 147. 10. Sed sit, deferet triumphum: nõ acciperẽne periculosum sit: an accipere, inuidiosum ab bonos?
Deferre aliquid ad alterum. Cicero de Amicitia, 63. Non enim tu possis, quantum vis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere. vt Scipio P. Rutilium potuit Consulem efficere, fratrem eius Lucium non potuit. Quòd si etiam possis quiduis deferre ad alterum, videndum est tamen quid ille possit sustinere.
Deferre negotium ad aliquem. Cicero ad Atticum, lib. 1. 11. 24. Cincius, siquid ad me tui negotii detulerit, suscipiam. Sic idẽ 11. Philipp. 301. Iudicia tam facta, domo ad causas deferre. Cic. pro Cluen. 3. Etenim non modo authoritatem, sed etiam nomen iudicum amittemus, nisi hîc

ex ipsis causis iudicabimus, ac sic ad causas iudicia iam facta domo deferemus.
Deferre iudicium ad Prætores. Liu. 4. bel. Pun. 110. Id est indicare.
Rationes deferre. Cicero Ruso, lib. 5. 20. 3. & 11.
Deferre alicui regnum. Liuius 1. ab Vrbe, 75. Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Id est, offerendum atque tradendum. Studium & beneuolentiam ad aliquem deferre. Cicero Trebiano, libro 6. 10. 8.
Voluntatem suam ad aliquem deferre. Cicero Domitio, libro 6. 22. 8. Idem Seruio, libro 13. 19. 2.
¶ Deferre aliquem, pro Accusare. Cornelius Tacitus, Maiestatis delatus est. Plin. epist. ad Macrinum, lib. 7. Libertos eius, eosdémque cohæredes suos, falsi vt veneficii reos detulerat ad principem iudicémque impetrauerat Iulium Seruianum. Cice. pro Cornelio Balbo, 51. In Prætura, in Consulatu præfectum fabrũm detulit, consilium hominis probauitsidem est complexus, officia obseruantiámque dilexit.
Impietatis deferri. Tacit. lib. 5. Deiotorum multorum amoribus famosa Albucilla defertur impietatis in principem.
Deferre & demonstrare. Cice. 6. Verr. 77. Sopater iterum flens ad Senatum defert istius cupiditatem, minasque demonstrat.
Deferre nomen alicuius, apud iudicem vel magistratum aliquem de aliquo crimine incũlare. Plaut. Aulul. 12. 12. Ad tres viros iam ego deferam tuum nomen, Cic. 3. Verr. 10. Longo interuallo veterem consuetudinem retuli, & rogatu sociorum atque amicorum Populi Romani, meorum autem necessariorum, nomen hominis audacissimi detuli. Idem in eundem, Serui cuiusdam nomen defertur. is accusatur. ficti testes in eum dantur. Idem pro Cluentio, 7. Atque vt intelligaris Cluentium non accusatorio animo, non ostentatione aliqua aut gloria addũctum, sed nefariis iniuriis, quotidianis insidiis proposito ante oculos vitæ periculo, nomen Oppianici detulisse, paulo longius exordium rei demonstrandæ repetam. Sic 6. Verr. 36. Et 4. Verr. 48. Et ad Q. fratrem, libro 2. 8. 2.
Nomen amici mei de ambitu detulit. Cic. pro Cælio, 60.
Deferre nomen alicuius de repetundis. Cic. 4. Verr. 99. Et pro Cælio, 60.
Deferre crimina de aliquo ad Senatum. Liu. 9. bel. Maced. 100.
Deferre sermones de aliquo ad alterũ. Cicero ad Appiũ, lib. 3. 8. 10. Tu cũ istiusmodi sermones ad te de me delati sunt, nõ debuisti credere.
Deferre cupiditatem alicuius ad Senatum. Cic. 6. Verr. 77.
Defertur fur ad Senatum per Iudicem. Suet. in Nerone.
Maleficium alicuius ad Iudicem deferre. Cic. pro Cælio, 49.
Deferre de aliquo apud alios. Cic. 3. de Lege Agraria, Commodius fecissent Tribuni plebis Quirites, si quæ apud vos de me deferunt, ea coram potius me præsente dixissent.
¶ Deferre, pro indicaturam facere. Senec. in epist. Quod solemus facere quoties ad institorem alicuius mercis accessimus, Videamus hoc quod concupiscimus quanti deferatur.
Delatus. pen. prod. ἐγκλητός,) Participium. Cice. 2. de Inuent. 163. Vt in quodam iudicio, quum venefici cuiusdam nomen esset delatum, &c.
Diuinitus ad nos delatus vir. Cic. 1. de Orat. 100.
Delatus honor. Silius li. 16. 120. Ergo vbi delato Cõsuli sublimis honore.
Delatio, ἔγκλημα,) Verbale, Actus ipse deferendi aliquem. Cic. 1. Verr. 35. Nuper quum in P. Gabinium vir fortissimus & innocentissimus L. Piso delationem nominis postularet, &c. Idem pro Cluent. 18. Qui sibi delationem nominis & capitis periculum ostentarat.
Nominis delatio. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 4. Illud mihi occurrit, quòd inter postulationem & nominis delationem, vxor à Dolabella discessit.
Crebræ delationes. Tacitus libro 20. Crebris apud Neronem delationibus famosos.
Dare delationem. Cic. 1. Verr. 27.
Dare aliquam delationem alicui. Cic. 1. Verr. 12. Bequis vnquam tam palàm de honore tam vehemẽter de salute sua cõtendit, quàm ille atque illius amici, vt ne hæc mihi delatio detur? Sic paulo post, 27.
Factitare delationes. Tacit. lib. 17. Qui tẽporibus Neronis delationes factitauerat. Mox eodem loco, Accusationes exercere vocat, Quippe ipsum (inquit) Crispum easdẽ accusationes cum præmio exercuisse meminerant, Hoc est quod in Bruto Accusationes factitare Cicero dixit.
Subire delationem. Tacit. lib. 11.
Delator, pen. prod. ὑποθέτης, φιλεγκλήμων, μηνυτὴς,) Verbale, m. g. Occultus accusator dicitur, & calumniator. Plinius in Paneg. 55. Delatorum classis permista omnibus ventis. Martialis, Et delator habet quod dabat exilii. Suet. de Domitiano, Deferebatúrque vox eius, Princeps qui delatores non castigat, irritat.

Deferuео, deferues, deferbui, & deferui, ἀποξέω,) deferuêre, vel deferuesco, deferuescis, deferuescere. Proprie est refrigerari. Columel. libro 9. cap. 15. 11. Dum musteus fructus deferuescat. Cato cap. 96. Vbi lupinus deferbuerit.
Æstus deferuescunt. Varro 2. de Re rust. cap. 2. 8. Circiter meridianos æstus, dum deferuescunt, sub vmbriferas rupes & arbores patulas subiiciunt. De quibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Deferuere, ad hominem transfertur, pro Mitescere & placidum fieri. Plin. epist. 10. 6. b, Quum iam satis ille primus impetus deferuisset, & languidior in dies ira ad iustitiam rediisset. Cic. in Orat. 57. Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus, de supplicio parricidarum? quæ nequaquam satis deferbuisse, post aliquãto sentire cœpimus. Translatum est à vino in lacu, vel dolio potius feruere desinente, quod iam asperitatẽ accipit, quæ austeritas ad iudicium iam maturum transfertur.

Deferuere & mitigare. Cice. pro Cælio, 6. 1. Iam ista ætas deferbuerit, iam ætas omnia tam ista dies mitigarit.

Deferbuit adolescentia. Terentius Adel. 1. 2. 72. Sperabam iam deferbuisse adolescentiam.

Cupiditates adolescentiæ deferbuerunt. Cic. pro Cælio, 34. Summi homines & clarissimi ciues fuerunt, quorum quum adolescentiæ cupiditates deferbuissent, eximiæ virtutes firmata iam ætate extiterunt.

Deferuescit ira. Cic. 4. Tusc. 127. Aut rogãdi, orandique sunt, vt siquã habent vlciscendi vim, differant in tẽpus aliud, dum deferuescat ira.

Studia hominum deferbuere. Cic. pro Cluentio, 87. Itaque ipse postquam Iunium peruertit, caulam totam reliquit. paucis enim diebus illis & ipse priuatus est factus, & hominum studia deferbuisse intelligebat.

Deferuefacio, deferuefacis, (τηκω,) deferuefacere, Idé quod feruefacere. Cato ca. 157. 8. de brassicæ medicamẽtis, Tormina quibus molesta erunt, sic facito. Brassicam macerato bene: postea in aulam conicito: deferuefacito bene. Vbi cocta erit bene, aquam defundito. Eò addito oleum bene, & salis paululum, & cuminum & pollinem polentæ. Postea ferue bene facito, Vbi feruerit, in catinum indito. Dato edat, si poterit, sine pane. si non, &c. Quæ verba propterea paulo altius repetita volui, vt intelligat lector quantum errent, qui deferuefacere interpretantur refrigerare. Id quod Plinius quoque docet aptissime, Catonis verba velut exponens libro 20. cap. 9. 4. Tormina tollere, si decocta iterum decoquatur, addito oleo, sale, cumino, polenta. Si ita sumatur sine pane magis profuturam. De brassica loquitur, Catonem citans. Idem libro 23. cap. 7. 14. Radix caprifici deferuefacta in vino, dentium dolores Subaudi, sedat. Rursum libro 20. cap. 7. 8. de caulibus lactucæ, Deferuefacti hi caules, & stomacho vtilissimi traduntur. In his exemplis Deferuefacere nihil aliud significat quàm feruefacere, vel potius vehementer feruefacere, vt DE augeat vel certe coquere: vt palàm est propius intuenti.

Defetiscor, defetisceris, defessus sum, vt ait Priscianus: ἀπεκοπούμαι, κοπιῶ μαι,) Defetisci, Labore deficere. Terentius Phormione, 4. 1. 23.

– & ist hæc mihi res solicitudini est,
Neque defetiscar vnquam ego experirier.

Donec tibi id quod pollicitus sum, effecero.

Languens & defessus. Cicero Trebonio, libro 10. 28. 4. Senatúmque iam languescentem & defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque reuocaui.

Omnibus medullis defessus. Catul. epig. 51. 7.

Satietate defessus. Cic. Curioni, lib. 2. 2. 6. Neque quisquam est, quin satietate iam defessus sit.

Defessus sum quærere. Plaut. Epid. 5. 14. Et Merc. 17. 3.

Defessus sum quæritando. Plaut. Amphit. 1. 3. 6. Terent. Adel. 1. 2. 5. Ego vapulando, ille verberando vsque, ambo defessi sumus. Ibidem, 4. 6. 1. Defessus sum ambulando.

Defessus sum ab gerunda aqua. Plaut. Pœnul. 4. 11.

Defessus sum ridendo de te. Terent. Eunucho, 5. 7. 7.

Iubendo defessus. Ouidius 9. Metamor. 40. – defessa iubendo est Sæua Iouis coniux.

Cedo defessus malis. Sene. Medea, 7. 18.

Defessus recreatur. Plin. lib. 17. cap. 12. 21.

Defessus acie. Stat. 12. Thebaid. 100. Fama est defessos acie post busta paterni Numinis. Vide ACIES.

Defessus cultu agrorum. Cic. pro Lege Agraria, 87. Sic Defessus labore disputationis. Cic. 2. de Oratore, 129.

¶ Defessa ac refrigerata accusatio. Cic. 2. Verr. 30.

Animi forensibus negotiis atque vrbano opere defessi, gestiunt ac volitare cupiunt vacui cura atque labore. Cic. 2. de Oratore, 14.

Artus defessi. Ouid. 3. Tristium, elegia 12. 5.

Aures conuitio defessæ conquiescant. Cic. pro Archia, 8.

Membra defessa labore. Catul. epig. 47. 3.

Defessa tormenta. Cic. pro Cluentio, 141. Quum iam tortor atque essent tormenta ipsa defessa.

Deficio, deficis, pe. corr. defeci, defectum, ἀπερχομαι, ἐκλείπω, ἀπολιμπάνω, ὑπολείπω, ἀφίημι,) deficere, quando pro Relinquere & deserere accipitur, habet passiuum, quando vero pro desisticor, neutrum est. Est autem à de, & facio compositum.

Aequor deficit puppibus. Stat. 1. Achil. 90.

Dehcere, pro Deesse. Cic. 3. Verr. 21. Vererer ne mihi crimina non supperent, ne oratio deesset, ne vox virésque deficerent. Subaudi, mihi.

Anima deficit per ætium. Celsus lib. 1. cap. 17. Atque hic quoque habẽda

virium ratio est, neque committendum vt per æstum anima deficiat.

Animantes quum calor defecerit, tum interire: & in omni natura rerũ id viuere, id vigere quod calear. Cic. 3. de Natura deorum. 46.

In causa aliquem deficiunt omnia. Cic. pro Fonteio. 20.

Deficiunt artes, deficiuntque doli. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 17.

Dolor me non deficit. Cic. 7. Verr. 123.

Linguæ defecerat humor. Ouid. 9. Metam. 114.

Noctis lentus non deficit humor. Virg. 1. Georg. 58 Hoc est non deserit. Vnde & qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes, defectores vocantur. Seruius.

Improbitas aliquem defecit. Cic. 3. Catil. 56. Ita eum non modò ingenium illud, & discendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiam propter vim sceleris manifesti atque deprehensi, impudẽtia qua superabat omnes, improbitasque defecit.

Deficit ingenium. Ouid. 2. Fast. 35.

Deficit luna nocturno tempore. Plin. lib. 2. cap. 10. 3. Cic. 1. de Diuinat. 196. Si Luna paulò ante Solis ortum defecisset. &c.

Interpositu, interfectúque tertæ repente Luna deficit. Cice. 2. de Natura deorum. 148.

Membra deficiunt. Lucret. lib. 5. 177. Membraque deficiunt fugienti languida vita.

Ad cœpta manus deficiunt. Ouid. 8. Metam. 99.

Memoria deficit. Cic. 2. de Fin. 74. Et Colum. lib. 11. cap. 3. 54. Memoria nos deficiat.

Hominem deficit omnis motus animi. Cicero de Claris Oratoribus. 47. Dein quum otiosus stylum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio. De Galba oratore.

Nerui deficiunt. Horat. in Art. Poetica. 6. Ouid. 12. Metam. 114.

Deficit illum prudentia. Cicero de Claris Oratoribus. 47. Prudentia nam quam deficit Oratorem.

Deficiunt te Latina. Cic. 1. Acad. 37.

Dies, latera & vox me deficiunt. Cic. 4. Verr. 37.

Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Cic. 2. in Catil. 32. Res frumentaria ipsos deficere cœpit. Cæsar.

Res ipsa quam scriba deficit. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 15. 3. Omnia colligo, vt noui scribam aliquid ad tesled vt vides, res me ipsa deficit.

Deficere rebus dubiis. Virg. 6. Aeneid. 40.

– tuque ò dubiis ne defice rebus
Diua parens. Verba sunt Aeneæ Venerem matrem precantis. Hoc est, ne desere in rebus incertis. Seruius.

Deficiunt illum sanguis & vires, Cæsar.

Vndique sensus deficit. Lucret. lib. 3. 110.

Deficit & extinguitur. Cic. in Som. Scipionis. 26. Namque vt olim deficere Sol hominibus, extinguique visus est, &c.

Deficiant me solatia. Cic. ad Sulpitium. li. 4. 5. 6. Sed opprimor interdum, & vix resisto doloriquòd ea me solatia deficiunt, quæ cæteris quorũ mihi exempla propono, similí in fortuna non defuerunt.

Spes deficit, non voluntas. Cic. Attico, lib. 7. 13. 2.

Studia cuncta ætate exacta deficiunt. Cic. pro Deiotaro. 19.

Deficiunt syluæ glandes. Virg. 1. Georg. 30.

– quum iam glandes, atque arbuta sacræ Deficerent syluæ.

Tempus deficit ad bellum gerendum. Cæsar. 6. bel. Gall. 535. Cic. pro Roscio Amer. 53.

Tempus hercule te citius, quã oratio deficeret. Cic. pro Sex. Roscio. 54. Sic deficiet me iam dies, nox, &c. Cic. pro Cœlio. 21. Et 2. de Finib. 100. Et ad Marium, lib. 7. 1. 6. Vox eum defecit in illo loco.

Deficiunt mihi tela. Cæsar. 3. bel. Gal. 168. Non solum vires, sed etiam tela nostris deficerent.

Vires deficiunt aliquem. Cic. 1. de Orat. 99.

Discentes vita deficit. Cic. 3. de Orat. 49.

Vires & vita deficit in. Cic. 7. Verr. 58. Si me in ea querimonia quam sum habiturus de istius crudelitate, & de ciuium Romanorum indignissima morte, non modò vires, verumetiam vita deficiat, id mihi præclarum & iucundum putem?

Deficit vtilitas ab amicitia. Ci. 2. de Fin. 126. Sed qd ager tandé, si vtilitas ab amicitia (vt fit sæpe) defecerit. i. si nulla vtilitas petitur ex amicitia.

¶ Deficit in mucronem figura. Plin. lib. 2. cap. 10. 2. Id est desinit, hoc est habet mucronem.

¶ Deficere, (ἀφίστασθαι,) Desistere, & à ducta alterius recedere & quasi rebellare. Salust. in Iugurtha. Quod oppidũ primum omnium post malã pugnam ab rege defecerat. Cæsar. 5. bel. Gal. 94. Ille veritus, ne ciuitas eorũ impulsu deficeret. Ibidé lib. 8. 109. Vt primum defecerat Gallia.

Planè ab aliquo deficere. Cic. Trebatio, lib. 7. 12. 5.

Deficere à principe aliquo ad alium. Liu. 2. ab Vrbe. 72. Eodé. anno duæ coloniæ Latinæ, Pometia & Cora, ad Aurunccos deficiunt. Id est à Romanis deficiũt, & ad Aurunccos se cõferunt. Suet. in Vitellio, Qui primus à Galba ad Senatum defecerat. Cæsar 2. bel. Gall. 282. Ab Heduis defecisse. Liu. 1. ab Vrbe. 170. Qui ad Latinos defecerãt. Et li. 5. bel. Pun. 1.

A dignitate sua deficere. Cic. pro Sylla. 16.

Deficere

Deficere à virtute Cicero de Amicitia, 36. Difficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris.

A seipso deficere. Est mores mutare. Cice. Cælio, lib. 2. 15. 4. Illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, vt existimares aut me tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem defecturum: aut tam inconstantem, vt collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, à meque ipse deficerẽ? & quod initio, semperque fugi, Ciuili bello interessem.

Deficere à vita. Cic. 3. de Fin. 93. Sæpe officium est sapientis, deficere à vita. Legitur in emendatioribus codicibus desciscere.

¶ Deficere. Pro defetisci, neutrum. Mart. lib. 7. 6. Lassus tam citò deficis viator. Cice. 4. Acad. 15. Tamen nec illi defecerunt, neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus.

Deficere, proprie res dicitur, quæ propemodum consumpta est.

Concidere & deficere. Cic. Attico, lib. 1. 1. 15. Ille locus inductus à me est diuinitus, Ne vna plaga accepta p. c. concideremus, ne deficeremus.

Consenescere & deficere. Cic. de Senect. 26. Nec vlli bonarum artium magistri non beati putandi, quãuis consenuerint vires atque defecerint.

Deficere animo, animis, vitibus. Cice. Martius Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, cohortatus suos ne animo deficiant. Liuius 6. bell. Pun. 116. Quid igitur minus conueniat milites, quàm vos, & cæ. quia illic omnia secunda, hæc quæ sunt, animis deficere? Cæsar 7. bell. Gall. 122. Et 3. belli Ciuil. 450. et 148.

Animo non deficere. Cicero pro Rosc. Amerino, 6. Sin à vobis (id quod non spero) deferar: tamen animo non deficiam, & id quod suscepi, quoad potero perferam.

Deficere animum, pro animo. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 17. Ne deficiant animum. De apibus.

Deficere alimento. Columella, lib. 3. de vite, Quãcunque trãstuleris de humido in aridem locum, vide ne priùs alimento deficiat. Idem, Commode fluunt, nec deficiunt macro solo.

Deficere cœptis. Valer. 1. Argonaut. 110. Ne defice cœptis.

Discursibus deficere. Valer. 5. Argonaut. 86.

Mente deficere. Ouid. 9. Metam. 138.

Deficere visu. Suet. de Claris Grammat. 3. Quum iam non gressu modo deficeret, sed & visu. Valer. 4. Argonaut. 49.

¶ Deficior, passiue. Columel. lib. 3. Ingarum quadã parte deficitur, quadam superat. Idem libro 7. cap. 9. 9. Qui si memoria deficitur, quominus agnoscat cuiusque progeniem, pice liquida eandem notam scrofæ & porcis imponat. Idem libro 2. cap. 16. 9. Si deficitur omnibus rebus agricola. Cice. pro A. Cluentio, 146. Et hoc illud est quod ante dixi, mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur.

Deficitur aqua salienti hæc amœnitas. Plin. epist. 41. 12.

Deficiens, Participium, (ἐκλείπων,) Cic. 1. Tusc. 115. Qui quũ æriter oculis deficerẽt? solem inmerentur, vt aspectum omnino amitterent, &c.

Ales deficiens cadit. Sene. Herc. Oeth. 84. Auditis vaga cantibus
Ales deficiens cadit.

Cibus deficiens. Ouid. in Ibin, 106.

Deficiens animo mœsto. Lucretius libro 6. 148. Deficiens animo mœsto cum corde facebat.

Sermoni deficiente die. Ouid. 5. Tristium, elegia 14. 6.

Vtque solebamus consumere longa loquendo
Tempora, sermoni deficiente die.

Defectus, Participium, (ἐκλελοιπώς,) à deficio vel deficior, habet interdũ significationem actiuam in voce passiua, vt Martialis lib. 13. 77.
Dulcia defecta modulatur carmina lingua

Cantator cygnus funeris ipse sui. Quint. in Apibus pauperis, Defectique labore senectus, magna para mortis, nihil mihi reliquit, nisi diligentiã.

Defectæ senectutis homo. Vlpian. in l. Arboribus. ff. de illo. ff. de Vsufru.

Defecta senio arbor. Columella lib. 5. cap. 6. 30.

Dentibus defecti. Id est edentuli. Plin. lib. 8. cap. 16. & Quint. lib. 3. Obsessi aqua cibóque defecti.

Defectus animo. Plin. lib. 10. cap. 14. 7. Magna societas est hæc ad recreandos defectos animo, pulegio.

Defectus ætate. Vlpian. in L. 3. §. Ignoscatur. ff. De. 5. c. Syl.

Libri defecti. Cice. Attico, lib. 13. 21. 2. Libri ad Varronẽ non morabant. Sunt enim defecti, vt vidisti, tantum librariorum menda tolluntur.

¶ Defectus, Passiue, (ἐκλειπόμενος,) pro Destitutus. Ouid. in Ibin.
Sitque (quod est rarum) solito defecta fauore
Fortunæ facies inuidiosa tuæ.

Aqua, cibóque defecti. Quintil. lib. 3. cap. 8. 16.

Solo mœret defecta cubili. Valer. 7. Argonaut. 14.

Genibus defectus. Stat. 6. Theb. 159.
Defectíque ambo genibus, pariterque quierunt.

Sol defectus lumine. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 8.

Viribus defectus. Sene. Hipp. 4. 4.

Defecta à menstruis mulier. Celsus lib. 1. cap. 8. Quæ neque peperit, neque grauida est, si lac habet, à menstruis defecta est.

Defectus, Nomẽ ex participio, (ἀπολελοιπώς,) Columel. in Præf. lib. 1. 11.
Sed sine fundum locuples mercatus est, & turba pedissequorũ lectica riorisque, delectissimum quemque annis & viribus in agrum relegat.

Defectus, huius defectus. (ἀπολείψεως,) Liuius 4. ab Vrbe, Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuosque, & tragem siti pecorũ morientium dedit.

Defectu cordis. Plin. lib. 11. cap. 37. 67. Ideo non viuere hominem vltra centesimum annum defectu cordis.

Defectus animi. Plin. lib. 20. cap. 2. ad finem, Ipse cucumis odore defectũ animi Subaudi, sanat.

Defectus solis & lunæ. Gellius lib. 2. Sed de lunæ motibus, solisque defectibus. Plin. lib. 2. cap. 9. 2. Et cap. 10. 1. Item Liuius 6. bel. Punic. 24. Cic. 2. de Nat. deor. 72. Neque solum eius species ac forma mutatur, tũ crescendo, tum defectibus in initia recurrendo: sed etiam, &c. De sole.

Defectus varii solis. Virg. 2. Georg. 96.

Defectus velox. Plin. lib. 34. ca. 2. 1. de æris generibus, Proximum bonitate fuit Sallustianum in Centronũ Alpino tractu, non lõgi & ipsum euí. Successitque ei Liuianum in Gallia. Vtrunque à metallorũ dominis appellatum, illud ab amico diui Augusti, hoc à cõinge, velocis defectus. Eodem significatu dixit. Non longi æui, & Velocis defectus.

Defectus stomachi præcipuè excitat inula. Plin. lib. 19. cap. 5. 24.

Defectu medicorum multi perierunt: id est quia medici defuerunt, præsto non fuerunt. Ex Valla.

Laborat luna defectu. Claud. in lib. epig. de magnete. 4. 1.
Semina rimatur rerum, quo luna laborat
Defectu, quæ causa iubet pallescere solem.

Defectio, (ἀπόστασις,) propriè est Recessio (inquit Valla) aut militũ, aut ciuitatis à domino, vel à superiore. Liu. 1. ab Vrbe. 132. Ob rediuas bellorum iras maximè solicitatis ad defectionem animis, voluntarios traxere. Ibidem lib. 3. 14. Cæsar 3. bell. Gall. 389. Et lib. 5. 96. Cic. Qu. fratri, libro. 1. 4. 3. Multa conuenerunt quæ mentem extu barent meam, subita defectio Pompeii, alienatio Consulum, &c.

Defectio à recta ratione. Cic. 4. Tusc. 33. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente ac recta ratione defectio.

¶ Defectio mulierũ à conceptu, (ἐκλοχισμός, ἀκυησία,) Plinius in Proœmio lib. 25. 1. Pampini sanguinem excreantibus, & mulierum à conceptu defectioni diluti potu prosunt.

Animi defectio. Cic. Attico, lib. 3. 19. 1.

Animæ defectio. Celsus libro. 7. cap. vltimo, Nam sæpe in ipso opere, vel profusione sanguinis, vel defectione animæ moriuntur.

Defectio virium. Cic. de Senect. 26. Et si ipsa defectio virium, adolescẽtiæ vitiis efficitur sæpius quàm senectutis.

Defectio solis & lunæ. Cic. de Sene. 45. Quã delectabatur quũ defectiones solis & lunæ multò ante nobis prædiceret? Idé 2. de Nat. deo. 229.

¶ Defectio. Pro debilitate. Suet. in Caligula, cap. 50. In adolescentia ita patiens laboris erat, vt tamen nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sustinere vix posset. Tacitus lib. 5. Quanuis manifestam defectionem regebat. Paulo pòst, Vocatique qui recreandæ defectioni cibum adferrent.

Defector Verbale, (ἀποστάτης,) Sueton. in Nerone, cap. 43. Reuocatis si ad pœnitentiam defectoribus, sequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicio, quæ iam nunc sibi componi oporteret.

Defigo, defigis, pen. prod. defixi, defixum, (κατασκήνωμι,) defigere, Proprie est immittere, & veluti implantare. Columel. li. 2. Tum in terram bene pastinatam & stercoratam rectum sarmentum defigito. Cic. 6. Verr. 26. Quam crucem non ausus est vsquam defigere, nisi apud eos, &c. Idem. 7. Verr. 134.

Aciem defixere in his vestigiis, in quibus pulchriam, & spectabilem victoriam ederetis.

Terræ defigitur arbos. Virg. 1. Georg. 58.

Defigere animos. Liuius 1. ab Vrbe. 127. Tacita mœstitia ita defixit omnium animos, vt, &c.

Defigere animos & intendere. Cic. 4. Academ. 85. Parũ defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt, vt quanta luce ea circũfusa sunt possint agnoscere.

Defigere audaciã in mentibus atque oculis omnium. Cic. de Prouinc. Consul. 7. Nihil de hac eius vrbana, quam ille præsens in vestris oculis mentibusque defixit, audacia loquor.

Defigere aliquem colaphis in terram. Plaut. Persa. 8. 23.

Defigere columnellas in trabibus. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 39.

Defigere cultrum in corde. Liuius. 1. ab Vrbe. 257. de Lucretia. Sic Defigere ficam in corpore alicuius, Cic. in Catil. 11. Et Defigere gladium iugulo, Liu. 1. ab Vrbe, 106.

Defigere curas in. Ci. 14. Phili. 303. Oés suas curas in Reip. salute defigũt.

Defigi diris deprecationibus nemo non metuit. Plinius libro 28. ca. 2. 9.

Defigere ensem. Silius lib. 10. 60. Nõ expectatũ surgens defixerat ensem.

Defigere furta alicuius in oculis populi. Cice. 2. Verr. 5. Vt non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim. Hoc est, ita depromturus & relaturus, vt non modo audiri, sed et

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri videantur. Vel sic, vt non modò audirui & intellectui perspicua sint, sed etiam visui subiici videantur, id est sub oculos poni.

Defigere mentem in. Cic. 3. de Oratore, 17. Omissis cæteris argumentis, in eo mentem, orationémque defigit.

Ocellos in aliquem defigere. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 3.

Defigere oculos spe & mente in rem aliquam. Cic. 11. Philipp. 196. Cuius sanguine nó bibere confectis? in cuius possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe & mente defigere?

Defigere oculorum aciem in terram. Plin. lib. 8. cap. 16. 11.

Aliquid intueri, in eoque defixum esse. Cic. in Orat. 5.

Defixerat pauor cum admiratione Gallos. Liu. 7. ab Vrbe, 40. Et libro 5. 173. Ipsi pauore defixi primùm steterunt. Et lib. 3. 196. Stupor omnes admirationé rei tam atroci defixit.

Plantam defigere in hortis. Ouid. 1. de Remed. Amor. 39.

Defigere in animis aliquam sententiam iudicum. Cic. pro Domo sua, 7. At quam sententiam dixit primùm eam, quam populi sermo in animis vestris iam ante defixerat.

Crábrones spicula defigunt. Ouid. 3. Fast. 151.

Defixus Participium. (κατακεκεντημένος,) Cicero 4. Philip. 161. Virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco.

Stat cuneo defixa acies. Stat. 9. Thebaid. 136.

Animo defixus malis. Id est assiduè mala cogitans. Claud. 4. Paneg. 51.

Aratra defixa. Virgil. 3. Georg. 102. Atque opere in medio defixa relinquit aratra.

Defixa humi més. Cic. in Só. Scip. 14. Quousque humi defixa tua més erit?

Videre defixis oculis. Horat. 1. epist. 6. 3.

Obtutu hærer defixus in vno. Virg. 1. Aeneid. 100.

Defixi ora tenebant. Virg. 8. Aeneid. 103. Vix ea fatus erat, defixique ora tenebant Aeneas Anchisiades, &c.

Ora Latinus Obtutu defixa tenet. Virg. 7. Aeneid. 50.

Posita & defixa spes omnium in re. Cicero pro Flacco. 1. Vt omnia Reipu. subsidia, rorum stratum ciuitatis, omnem memoriam temporũ præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorũ in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc vno iudicio posita & defixam putetis.

Defixum sic dicitur vt iustum, hoc est indelebile. Cic pro Domo sua, 70. Hanc vero in palatio, atque in pulcherrimo vrbis loco porticum esse patiemini, &c. doloris mei defixum iudicium ad memoriam omnium gentium sempiternam. Budæus.

Defingo, gis, (συμπλάττω,) Vide Depfiticus.

Definio, definis, pen. pro definiui, definitum, pen. pro. (ὁροθετῶ, ὁρίζω, περιγράφω, κεφαλαιόω,) definire, Terminare, & quasi finé dare. Cic. de Amicitia, 51. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus.

Definiunt fundi extremam partem oleæ. Cic. pro Cecinna, 16. Eius autẽ fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.

Bene dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa teneatur. Cic. 2. de Orat. 4.

Vnáquáque rẽ certo naturæ termino definire. Author ad Herẽ. lib. 3. 97.

Circumscribere & definire. Cic. pro Sestio, 84. Genus vniuersum &c. breui circumscribi & definiri potest.

Definire & cõplecti. Cic. 1. de Orat. 33. Quotobrem siquis vniuersam & propriã Oratoris vim definire complectique vult, is Orator erit, &c.

Concludere ac definire orationem. Cic. 6. Verr. 103. Vt aliquando totam huius generis orationem concludam ac definiam.

Aliquid breuiter illustrare, verbisque definire. Cic. 2. de Orat, 89.

Aedes sibi optimas definire. Cic. 8. Philip. 140.

Definire alicui quid faciat. Cic. pro Quintio, 57.

Arte definire ex rebus perspectis planeque cognitis. Cic. 1. de Orat. 54.

Definire diem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 44. Neque ante quem diem iturus sit, definire. Vulgus determinare dicit.

Discordias definire. Cicer. de Arusp. Respon. 49. Quas ego alias optimarum discordias à diis immortalibus definiri putem!

Horizon noster um aspectum definit. Cic. 2. de Diuinat. 138. Illi orbes, qui cælũ quasi modũ diuidũt, & aspectũ nostrũ definiũt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur à nobis finientes rectissimè nosari possunt.

Imperium, orbis terrarum terminis definire. Cic. pro Sest. 56. Qui imperium Populi Ro. orbis terrarum terminis definiissent. de Pompeio.

Definire in quinquennium. Cic. pro Lege Agraria, 43. Dat præterea potestatem verbo Prætoriam, reuera regiam definit in quinquennium, facit sempiternam.

Definire legem alicui. Cicero 5. Verr. 182. Cur huic præcipua lex iniuriæ definitur?

Certus ac definitus locus. Cicero in Somnio Scip. 8. Sic habeto, omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo, ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur.

Lucide ac breuiter definire. Cic. 1. de Orat. 60.

Mala dolore, bona voluptate definiunt. Cic. in Pisonem, 35.

Tẽpore & die memoria beneficii definire. Cic. Post red. ad Quirites, 18.

Definita animi moderatio. Author ad Heren. lib. 1. 11. Non enim parũ habet in se fructus copia dicendi, si recta intelligẽtia & definita animi moderatione gubernetur.

Modum vitæ suæ animi æquitate definire. Cic. pro Marcello, Hic tu modum tuæ vitæ, non salute Reipublicæ, sed æquitate animi definies.

Definire numerum & magnitudinem alicuius rei. Cic. 3. Verr. 39. Non ío lùm numerum signorum, sed etiã vnuiusque magnitudinem, figurã statum literis definiri vides. Sic definire locum, Hirtius lib. 6. 125.

Definita quæstio apud Oratores. Cic. in Partitionibus. 3. Quid quæstio? quásnam habet partes? c. 9. Infinitam, quam consultationem appellos & definitam, quam controuersiam nomino.

Res quas Romani gesserunt, orbis terræ regionibus definiuntur. Cic. pro Archia, 17.

Constituta & definita res. Cic. 2. de Oratore. 24.

Quam vitam ingrediar, definias. Cic. 4. Acad. 203.

¶ Definire, Vocabuli alicuius vim describere & explicare finitione, quæ constat genere, specie, differentibus, propriis vt author est Quintilianus, lib. 7. cap. 4. & lib. 5. cap. 10 vt si dicas, Equus est animal mortale, irrationale, hinniens. Homo est animal rationale, mortale. Cic. lib. 1. de Inuent. 15. Quum autem nominis, controuersia est, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiua nominatur. Idem in Orat. re. 55. Tota mihi causa pro Cecinna de verbis interdicti fuit. Res nouas definiendo explicauimus. Idem in Bruto. 78. Quod nunquam effecisset ipsius iuris scientia, nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret rem vniuersam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando. Quintil. lib. 7. ca. 4. vbi expresso tractat quid sit finitio, Quid quòd nec vno modo definitur res eadem, sed latiore varioque tractatu, &c.

¶ Definitũ est. Plaut. Ciste. 543. Perge loquimoo remittã, definitũ est.

Definitum ac certum. Cic. Appio, lib. 3. 83. Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita, mihi quodammodo relinquenda sunt. Nihil enim habent quod definitum sit aut certum. Idem 2. de Orat. 25.

Definitum & constitutum. Cic. de Fato. 35. Non sequitur tamen vt etiam federe eos, & ambulare, & rem agere aliquam principalibus causis definitum & constitutum sit.

Definitio, est (ὅρος, ὁρισμός,) (inquit Quintil.) rei propositæ propria & dilucida & breuiter cõprehensa verbis enũtiatiõ; constat maximè genere, specie, differentibus, propriis. Vt, Homo est animal rõnis capax, morti obnoxiũ. Differtque à descriptione, q hæc est rei propositæ per quædã proprietates declaratio. vt, Homo corpus est bipes, caput erectũ habens, spectansq; in cælũ. Hęc Sipõtinus. Quin tamen lib. 7. ca. 4. vnde hæc desumpta sunt, finitionem vocat, non definitionẽ. Plin. li. 16. cap. 22. 1. Pallà definitio est, non decidere his quarum succus pinguior sit. Cic. 4. Acad. 232. Omnium rerum vna est definitio comprehendendi. Idem 1. Offic. 11. Omnis enim quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficiscivt intelligãt quid sit id de quo disputatur. Vide in Topicis. 12. & 44. Itẽ 1. de Orat. 93. & 2. de Fin. 7.

Definitio genere declaratur, & proprietate quadam, aut ẽt communium frequentia, ex quibus proprium quid sit eluceat. Cic. in Part. 23.

In definitionibus neque abesse quicquam decet, neque redundare. Cic. 2. de Orat. 46.

Hominis definitio vna in omnes valet. Cic. 1. de Legib. 43.

Hominum & temporum definitione sublata. Cic. 2. de Diuin. 166. Callidè enim qui illa composuit perfecit, vt quodcunque accidisset, prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata.

Propriam cuiusque vim definitione declarare. Cic. 1. de Ora. 94.

Vera definitio. Cic. 2. de Inuent. 160.

Definitus, pen. prod. Adiectiuum. (ὁριστικός.) Cic. 1. de Inuen. 15. Cum facti controuersia est, quando coniecturis causa firmatur: constitutio coniecturalis appellatur. Cum autem nominis, quia vis vocabuli definienda est, constitutio definitiua nominatur.

Definitè, penul. prod. (ὁριστικῶς,) Aduerbium. Cic. pro Corn. Balbo. 25. Lex id Gellia et Cornelia quæ definite potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, sustulisset.

Definite dicere. Cic. in Oratore. 53. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, præsertim, &c. Idem 2. de Orat. 64.

Definite ac distincte designare. Plin. in Paneg. 144. Hoc tibi tam proprie, quàm paternum nec magis definite, distinctéque designat, qui Traianum, quàm qui optimum appellat.

Defit, (λείπει, ἐλλείπει,) impersonale, pro deest mõ nisi in aliquot tertiis psonis, & infinitiuo reperitur. Plaut. Menæch. 6. 3. Neque defiat, neque supersit. Terent. Hecyra. 5. 2. 1. Nihil apud me tibi defieri patiar. Idem Enn. 2. 2. 12. Nihil quum est, nihil defit tamen.

Defit animus mihi. Plaut. Mil. 18 46. Quia stare nequeo, ita animus per oculos meos defit.

Defit dies. Plaut. Rud. 24. 64. Oía iterũ vis memorari scel°, vt defiat dies.

Defit mihi fortuna. Cic. 3. Tusc. 74. Pol mi fortuna magis defit quàm genus. Versus est ex græco Euripidis.

Non

Non defit lac. Virg. Eclog. 2. 5. Lac mihi nõ æstate nouũ, nõ frigore defit.

Vitæ copia defit. Lucret. lib. 6. 164.

Defiocultus pen. corr. (λειποφθαλμός,) dicitur à Martiale pro luscо, lib. 12. 55. de importunis basiatoribus, Hinc defioculus & inde lippus.

Deflagro, deflagras, pen. corr. (καταφλέγομαι, ἐμπίπτομαι,) deflagrare, Vehementer comburi. Cic. 3. Offic. 116. Ictu fulminis deflagrauit. Idem 2. de Nat. deorum, 100. Dianæ Ephesiæ templum deflagrasse.

Deflagrare ardore, flamma. Cice. 4. Acad. 214. Fore tamen aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. Idem 3. Tusc. 76. Fana flamma deflagrata. Et 3. Tusc. 76.

Communi incendio deflagrare. Cice. pro Sestio, 86. Aut qui propter insitum quendam animi furorem, discordiis ciuium ac seditione pascantur: aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio maluit quàm suo deflagrare.

Phaeton ictu fulminis deflagrauit. Cic. 3. Offic. 116.

¶ Deflagrare, Deferuescere, languescere. Lucanus libro 4. 56. - sic deflagrare minaces.

Incassum, & vertio passu languescere bello. Liuius 10. bell. Maced. 19. Sed interdum spes animum subibat deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse. Iudæus.

Iræ deflagrant. Liu. libro 10. Dec. 4. Sed interdum spes animum subibat, deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.

Sedisse paulatim deflagrante. Tacit. lib. 18.

Deflagratio, Verbale. (ἐκπύρωσις, κατακαυμός,) Cicc. de Finib. 99. Quoniamque illa vox inhumana & scelerata ducitur eorum qui negant se recusare quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur quod vulgari quodam versu Græco pronuntiari solet.

Deflecto, deflectis, deflexi, deflexum, (κατακάμπτω, κλίνω,) deflectere, Torquere & curuare. Columel. lib. 6. cap. 11. 11. Post triẽnium quum iam satis amplum incrementi ceperit, ramum oliuæ qui videt nitidissimus deflecte, & ad crus arboris siculneę religa.

¶ Deflectere, pro Diuertere. Suet. in August. cap. 93. At contra non modo in peragranda Aegypto paulo deflectere ad visendũ Apin supersedit, sed & Cainm, &c.

Carinam deflectere aliquò. Lucan. lib. 5. 158.

Deflexit de via consuetudo. Cicero 2. Offic. 12. Hoc autem de quo nunc agimus, id ipsum est quod vtile appellauit: in quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via.

Deflectere se de curriculo petitionis, & animum ad accusandum transferre. Cic. pro Murena, 43. Tu quum te de curriculo petitionis deflexisses, animúmque ad accusandum transtulisses, existimasti te vtrique negotio satisfacere potuisse?

Deflectere de curiis suarum actionum. Cælius ad Ciceronẽ, lib. 8. 11. 6.

Interpretationem nominum deflectere. Senec. de Benef. libro 1. cap. 3. Horum nominum interpretationem, & prout cuique visum est conuenire, deflexit.

Deflectere in. Plinius epist. 66. 2. Deflectemus in Thuscos, non vt agros, remque familiarem oculis subiiciamus: id enim postponi potest: sed vt fungamur necessario officio.

Ab ira se deflectere. Strat. 2. Syl. 1. 12.

Deflectere ex itinere. Plin. epist. 136. Spero, imo confido facile me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te.

Iter deflectere. Lucan. lib. 3. 68. Quid rapidum deflectis iter?

Lumina deflectere. Ouid. 7. Metam. 161.

Lumina deflexi, reuocatáque rursus eodem
Retuleram & medio (mirum) duo mãsera campo Aspexi.

Oculos deflectere à cura. Valer. 8. Argon. 16.

Vnde oratio deflexit. Cicc. 5. Tusc. 115. Sed adhibeat oratio modum, & redeat illuc vnde deflexit.

In pias deflectere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 65.

Deflectere de recto. Cice. 7. Verr. 138. Siqui tantulum de recta regione deflexerit, &c. Id est, à recto.

Deflectere rem ad verba. Cicero pro Cecinna, 38. Si ad verba rem deflectere velimus.

Declinare à proposito, & deflectere sententiam. Cic. in Orat. 76.

Belli deflectere tumultus. Stat. 1. Thebaid. 56.

A veritate deflectere. Cic. pro Q. n. Rosc. 27.

Deflectere à virtute patris. Cic. de Arusp. Respon. 37.

Deflexus, Participium. (κατακαμπτός,) Plin. lib. 17. cap. 23. 5. Altera deflexa vite vel palmite iuxta suam arborem.

Amnes in alium cursum contorti & deflexi. Cic. 1. de Diuinat. 70.

Deflexa ætas à laboribus ad otium. Cic. ad Atticum, lib. 9. 181. 7. Ætas iam à diuturnis laboribus deflexa ad otium, domesticarum me rerum delectatione molliuit.

Est in obscœnos, deflexa tragœdia risus. Ouid. 2. Trist. 81.

Deflexus, huius deflexus, (κάμπτης,) Colum. lib. 4. cap. 26. 3. de vite, Nec de flexu frangatur.

Defleo, defles, deflẽui, deflẽtum, penul. prod. deflere, (κατακλαίω,) Idé quod flere signific at nisi quod cõpositio aliquid addit energiæ. Plaut. Cap. 4. 36. - egóne non deflea Talem adolescentẽ? Bellum deflere. Asinius Pollio Ciceroni, li. 10. 31. 6. Itaque illud initium Ciuilis belli defleui. Sic Casus deflere, Cice. de Claris Orat. 184.

Deflere cœnas. Plaut. Sticho. 4. 59.

Insatiabiliter deflere. Lucret. lib. 3. 186.

Deflere in sinu amici. Plin. epist. 165. Est enim etiam quędam dolendi voluptas, præsertim si in amici sinu defleas, apud quẽ lachrymis tuis vel laus sit parata, vel venia.

Varios labores deflere Claud. 2. in Eutrop. 39.

Deflere immaturã mortẽ alicuius in sinu amici. Plinius epistola. 25. c.

Grauibus cogor deflere querelis. Propert. lib. 1. eleg. 15. 3.

Voce deflere quempiam. Tacit. lib. 3. Vitellii, & Veranii voce defletum Cæsarem, &c.

Suprema deflere. Tacit. lib. 3. Post celebre carmen, quo Germanici suprema defleuerat. Suprema, hoc est mortem.

¶ Genitrix deflendã. Sene. Octa. 1. 2.

Deflẽtus, pen. prod. (κεκλαυμένος,) Participiũ à defleor. Cic. 1. Tusc. 136. Non exercitu amisso nudus in seruorum ferrum & manus incidisset, non liberi defleti, non fortunæ omnes & victoribus possideretur. Idé 13. Philipp. 350. Sed hæc satis dia multumque defleta sunt.

Domus defleta. Cland. in Præfatione lib. 2. in Eutrop. 5.

Mors à multis sæpe defleta. Cic. 3. de Orat. 6.

Nomen defletum. Sil. libr. 3. 89. Defletumque tenent montes per secula nomen.

Deflo, deflas, (κατακλάω,) deflare, Idé significat quod flare. Plinius lib. 18. cap. 2. 17. Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur, vtique per mensas, verabantque munditiarum causa deflare.

Defloccati, (ἀνοήτως ἔχοντες,) senes apud Plautum in Epid. 13. 10. - nam per vrbem adeò defloccati senes
Quærítent me. Defloccatos senes dixit, qui floré virium deposuere.

Defloro, deflóras, penul. prod. (ἀνανθέω,) deflorare, Verbum formatum à flos floris. Liu. 7. bel. Maced. 251. Erant qui fama id maius bellum, quàm difficultate rei fuisse interpretarentur: vno memorabili prælio debellatum, gloriamque eius victoriæ defloratam ad Thermopylas esse.

Futurum gaudii fructum spes iam defloraut. Gellius lib. 13. cap. 1. Tum plane duo erunt incommoda, & expectatio te spei suspẽsum fatigabit, & futurum gaudii fructum spes tibi iam deflorauerit. Id est quasi deliberauerit & diminuerit minusque gratum fecerit: vt minus grata est puella aut res alia deflorata.

Gloria victoriæ deflorata. Liui. lib. 8. Dec. 4.

Defloresco, defloresc is, deflorui, (ἀνανθέω,) deflorescẽ: dicitur id quod florem facere desinit, vel florem amittit. Plin. lib. 14. cap. 16. 1. Il postquam defloruere, singulare remedium habent. Idem lib. 17. ca. 24. 12. Pessimum est inter omnia quum defloreséentem vitem, & oleam percutit imber, quoniam simul defluit fructus.

Flos tenui carptus defloruit vngui. Catul. in Carm. Nupt. 57. 9.

Gratia oris deflornit. Claud. 2. in Eutrop. 15.

Deflorescit formæ dignitas, per translationẽ. Author ad Herennĩũ, lib. 4. 189. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur.

Cum corporibus vigent & deflorescunt animi. Liuius, 6. ab Vrbe. 87. Hic per se iam milites incitatos insuper instigabat, eleuando qua vnà poterat ætate authoritatem collegæ iuuenibus bella data dictitans, & cum corporibus vigere & deflorescere ætos. De Camillo & L. Furio loquit.

Deflorescunt amores. Cic. pro Cælio. 35. Amores autẽ & hæ delicæ quæ vocantur, quæ firmiore animo præditis diutius molestę non solent esse (maturè enim & celeriter deflorescunt) nunquam hunc occupatum, impeditumque tenuerunt.

¶ Deflorescere, Flores producere, ac deinde amissis floribus fructũ producere. Colum. lib. 2. cap. 12. 2. Omne autem frumentum & hordeum, quicquid denique non duplici semine est, spicam à tertio ad quartum nodum emittit, & quùm totam edidit, octo diebus deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem deuenit. Rursus quæ duplici semine sunt, vt faba, pisum, lenticula, diebus quadraginta florent, simulque grandescunt.

Defloratus, (ἀνανθήσας,) Quintili lib. 6. certos atque defloratos fructus ostenderat.

Deflorescens, Participium. (ἀπανθῶν,) Cic. de Claris Orat. 176. Alter ornatus, acer, & non talis qualem tu eum Brute iam deflorescentem cognouisti, sed verborum & actionis genere commotior.

Defluo, Deorsum fluere. Virg. 3. Geor. 90,
- vdisq; aries in gurgite villis
Mersatur, missusque secundo defluit amni. Plin. lib. 12. cap. 8. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex quibus defluat mel horis matutinis duabus. De arboribus.
Segnis aqua secum do defluit amni. Virg. 8. Aeneid. 108.
Exigua mora defluit vnda. Ouid. ad Liuiam, 24.
Defluere ad terram, vel in terram. Liu. 2. ab Vrbe, 85. Nec quicquã equitis vulnere equo retardato, moribundus Romanus labentibus super corpus armis, ad terram defluxit. Cic. de Amicitia, 52. Nequid excidat, aut nequid in terram defluat.
Ad terram cecidit defluxit fistula lapsu. Claud. in Epithalamio Palladii, 8.
Defluit ex Lagoum annem Opharus. Plin. lib. 6. cap. 7.
Coronæ defluunt. Cic. 1. Tusc. 87. Iam ipsæ defluebant coronæ.
In latus à dextro paulatim defluit armo. Ouid. 8. Metam. 46.
Aur eruor, aut alto defluxit ab æthere tabes. Lucan. lib. 7. 170.
Defluunt hæc à superis in terram. Cic. 2. de Nat. deorum, 15.
Hoc totum è sophistarum fontibus defluxit in forum. Cic. in Ora. 52.
Pedes vestis defluxit ad imos. Virg. 1. Aeneid. 82.
Ignauus defluxit pectore somnus. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 17.
¶ Defluere pro Declinare. Quintil. libro 10. cap. 1. Tantúmque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat.
Defluere ex aliquo numero. Cic. pro Sestio, 59. Nam ex nouẽ Tribunis, quos tunc habueram, vnus me absente defluxit.
Defluere ad aliquem dicitur res aliqua. Cic. 5. Ver. 131. Necesse est quod redundaret de vestro frumentario quæstu, ad illum potissimum, per quem agebaris, defluisse.
Oratio ab aliqua re defluxit ad aliam. Cicero de Amicitia, 82. Sed nescio quo pacto ab amicitiis perfectorum hominum, &c. ad leues amicitias defluxit oratio.
¶ Defluere etiam dicitur, quod ætate aut vetustate morboue soluitur, vnde defluere capillus dicitur. Plin. lib. 10. cap. 67. 1.
Defluxit ætas, tempus, ingenium, &c. Sallust. in Iugurtha, Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiam & voluptates corporis pessundatus est, perniciosa libidine pauluper vsus: vbi per socordiam vires, tempus, ætas, ingenium defluxere, naturæ infirmitas, accusatur, suam quique culpam auctores ad negotia transferunt.
Defluit capillus. Plinius lib. 22. cap. 21. 12. de adianto, Tingit enim capillum: & ad hoc decoquitur in vino cum semine appii, adiecto oleo copioso, vt crispum densúmque faciat. Defluere autem prohibet.
Color defluit. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 4.
Defluere luxu & inertia. Columel. libro 11. in Proœmio, 7. Nunc verò quum pleræque sic luxu & inertia defluant, vt ne lanificii quidem curam suscipere dignentur.
Defluxisse id dicitur quod transactum est. Cicero ad Patrum, libro 9. 10. 7. Hæc igitur est nunc vita nostra manè salutamus domi & bonos viros multos, sed tristes: & hos fœtos victores, qui me quidem perofficiosè & peramanter obseruant. Vbi salutatio defluxit, litteris me inuoluo, aut scribo, aut lego.
A necessariis artificiis ad elegãtiora defluximus. Cic. 1. Tusc. 97.
Defluere dicuntur beneficia, quorũ memoria intercidit. Senec. 1. de Benef.
Ex animo defluere illud dicimus, cuius obliuiscimur, Propert. lib. 1. eleg. 19. 1. Hæc pro continuo te Galle monemus amore,
Id tibi ne vacuo defluat ex animo.
Defluens, Participium. (κατα῾ῥέων,) Plinius lib. 25. cap. 11. 11. Defluentẽ capillum confirmat & densat. Idem lib. 37. cap. 13. 5. Succus cohibet capillos defluentes: tant si effluxerint, reparat.
Defluxus, Participium, (ἀπῐ῾ῥυτος,) vt Aether defluxus in Austrum. Lucan. libro 3. 50.
Defluus, Adiectiuũ, (κατα῾ῤῥυτος,) Quod decidit, aut decidere solet. Plinius lib. 20. cap. 4. 6. Hippocrates mulierum capillos defluos fricari raphanis iubet. Emẽdatiora exẽplaria legũt, mulierũ defluxa fricari, &c.
Defluuiũ, defluuii, (κατα῾ῤῥύσεως ἀπόῤῥοια,) Ipse decidendi actus. Plini⁹. Sed defluuia comarum facere dicitur. Idem lib. 11. cap. 39. 4. Inuẽtæ tamen quædã defluuio capitis insalubræ. De fœminis. Idẽ lib. 11. cap. 37. 9. Defluuium eorum (subaudi, capillorum) in muliere, rarum, in spadonibus non visum, nec in vllo ante Veneris vsum.
Defluxa capitis femine illitro cohonestari. Plinius lib. 22. cap. 13. 4.

Defodio, defodis, pen. cor. defodi, pe. pro. defossum, (κατορύττω,) defodere, Idem quod fodere, vel fodiendo implantare & inserere. Columel. lib. 7. cap. 5. 11. Confestim serobem defodiamus in limine stabuli, & vinam pecudem quæ fuerit pustulosa, resupinam obruamus. Idem lib. 11. cap. 2. Pastinatur terreni ingerum, ità vt solum in altitudinem trium pedum defodiatur.
Defodere vineã. Cato 62. 50. Hoc facito antequã vineã defodere incipias.
¶ Defodere, Obruere, & sepelire. Plau. Aulul. 3. 8. Clam omnes in medio foco defodit. Idem Mostel. 7. 51. Eúmque hic defodit hospitem ibidẽ in ædibus. Plin. lib. 28. cap. 10. 4. Si bos defodiatur in eo loco. Liu. 3. ab Vrbe, 138. Defossum eadauer domi apud Publium.
Humo defodi. Ouid. 6. Fast. 92. Hoc duce, nec vina defodietur humo.
Defodere in terram. Liu. 8. ab Vrbe, 53. Tum signum septem pedes altum aut maius in terram defodi.
Defodere thesaurum. Cic. 2. de Diuinat. 99. Respõdit coniector, thesaurum defossum esse sub lecto. Fodit: inuenit &c.
Aurum multifariam defossum. Cic. 1. de Orat. 93. Si aurum cui quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem.
Specus defossi, Virg. 3. Georg. 95.
Talpę cæcitatis pperuę tenebris etiãnũ altis defossæ. Plin. lib. 30. ca. 3. 1.
Terga defossi verbere. Claud. 2. in Eutrop. 71. Hic coquus, hic Ieno, defossi verbere terga.
Defossus, huius defossus, (κατόρυξις,) Plin. lib. 19. cap. 8. 31. Area in defossu cauata.

Défore, pen. cor. (ὐλλείπω,) Optatiuo vtinã deforẽ défores, défo ret. Et pl. déforẽt. Fut. infinit. défore. Cæteris caret. Significat defuturũ esse Cic. cõtra Rullũ. 88. Verum arbitrabãt non defore qui illa restituerent, Silius, Promittitq; viris, nulli se defore testem.

Deformo, deformas, (δύσμορφόω,) deformare, Destruere, & qua 4. 169. Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginienses. Liuius. 7. bel. Mace. 11. Ita vt fastigium valuæque deformarentur.
Nec male deformet rigidos tonstura capillos. Ouid. 1. de Art. Amãd. 104.
Caniciem immundo deformat puluere. Virg. 10. Aeneid. 167.
Comas deformat arena. Valer. 3. Argon. 143.
Amictu se deformare. Claud. 1. in Eutrop. 62.
Castrorum pars incendio deformata. Liu. 9. ab Vrbe, 123.
Ludi deformati, inquinati, peruersi, cõturbati. Cic. de Aruſp. Resp. 12.
Horrida vultum deformat macies. Virg. 4. Georg. 51.
Deformare pro Fœdare. Sueton. in Caligula, cap. 17. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, & munitiones viarum, aut bestias condemnauit.
Deformatum pugnat cum eo quod dicitur Pictum & politum. Cic. Artico, lib. 2. 36. 5. Hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus, subitò deformatum non sine magno dolore vidi.
Deformata ignominia imago. Cic. pro Murena. 79.
Deformatus & decoloratus. Author ad Heren. lib. 2. 81.
¶ Deformare aliquem, & detrahere spoliare eque eius dignitatem. Ci. pro Cælio. 1. Vt ad ea quæ accusatores deformandi huius causa, detrahendæ spoliandæque dignitatis gratia dixerunt, primùm respondeant.
Ornare aliquẽ & Deformare, contraria. Cic. de Aruſp. Respõ. Legãt hãc eius cõcionẽ de qua loquor, in qua Põpeiũ ornat, an potius deformat?
Deformatus, atque ornamentis omnibus spoliatus. Cic. pro Quintio. 62.
Deformata ciuitas. Cic. 3. de Orat. 5.
Vitiis deformatus. Cic. de Aruſp. Respon. 53.
Deformatus corpore, fractus animo. Cic. ad Atticum lib. 2. 36. 3.
Deformare genus & fortunam honestam. Liui. 4. bel. Pun. 110. Ibidem lib. 10. 66. Cauę deformes multa bona vno vitio.
¶ Deformare, (διαμορφόω,) Figurare, & noua forma insignire. Vitruuius lib. 5. cap. 8. Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. Martialis, marmora prima
Deformata manu. i. insculpta & deformata. Nec. n. hic DH auget, nõ magis q̃ in deũbulã ac deoscolari. Hęc verba habet Quin. li. 5. ca. 11. 24.
Deformare areas. Cato cap. 161. 1. Quum deformabis areas, interuallum facito inter eas.
¶ Deformãre, Delineare, vt solẽt pictores, Vitru. li. 1. ca. 1. Architectã graphidis peritus, vt deformãi possit lineis imitationẽ q̃ velit ędificiorũ.
Deformare locum aliquem ad literariæ tabulæ speciem, Id est componere & construere, vel pingere. Varro. 3. de Re rust. cap. 5.
Deformati parietes. Cic. 5. Tuscul. 76. ex quodam poeta.
¶ Deformatum aliquid habere. Pro instituto, ornato & in ordinem disposito. Plaut. Pseud. 10. 11. Sic Quintilianus in Præf. lib. 6. 8. Deformatos fructus vocat, sua iam constantes forma.
A fortuna deformatæ virtutes. Cic. pro Sylla, 54. Quid reliquam constantiam vitæ commemorem, dignitatem, liberalitatem, moderationem in priuatis rebus, splendorẽ in publicis? quæ ita à fortuna deformata sunt vt tamen à natura inchoata compareant.
¶ Deformare aliquem, Pro describere. Cic. pro Cecinna, 10. Ille quem sãprà deformaui, voluntarius amicus mulieris.
Deformatio, Verbale, (δύσμορφία,) Liu. 9. ab Vrbe, 26. de Caudina pace loquens, Vt suę quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tãtæ maiestatis, velut à nefando spectaculo auerteret oculos.
Deformis & hoc deforme, (δύσμορφος, ον,) Turpe, quasi sine forma. Plin. epist. 291. Placuit locus in quo fuit aliquando domus (vt audio) pulchra, nunc deformis ruinis. Cic. pro Cælio, 4. Id nunquam tam acerbe feret M. Cælius vt enim pœniteat non deformem esse natum.
Voluit (inquit Seruius) pulcherrimum dicere.
Achelous deformis. Vide ACHELOVS.
Deformis & horridus ager. Cic. 5. Verr. 35.
Animal deforme. Ouid. 14. Metam. 19.
Arundo deformis. Virgil. 4. Georg. 96. Quos circum limus niger, & deformis arundo Cocyti.
Aspectus deformis. Ci. 1. Offic. 177. Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ aspectum essent deformem habituræ atque formam, eas

contexit atque abdidit.
Cadauer deforme. Claud. 1. in Eutrop. 8.
Campi deformes. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 8. 3. Tristia deformes pariunt ablynthia campi.
Corpus deforme, Id est sine hominis forma. Sene. Troad. 12. 13.
Sæua ac deformis tota vrbe facies. Tacit. lib. 19.
Genus deforme. Sil. li. 3. 9. – vtrãque genus deforme bimẽbres Cẽtauri.
Deformis luctu laurea. Liu. 1. ab Vrbe, 207.
Litrora deformia. Onid. 5. Trist. eleg. 3. 4.
Malum deforme. Ouid. 3. de Arte, 75.
Mortus statúsve deformis. Cic. 5. de Finib. 62.
Pallore deformis. Lucan. lib. 8. 11.
Pretium deforme moræ. Stat. 11. Thebaid. 16.
Turpiculæ res & quasi deformes. Cic. 1. de Oratore, 137. Grauitas honestis in rebus seuerè iocus in turpiculis & quasi deformibus ponitur.
Senium deforme. Sene. Hippol. 618.
Deformẽ spectaculum. Liu. 1. ab Vrbe, 111. Q uòd vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent.
Tecta deformia. Ouidius 5. Fasto. 101. Tecta senis subeũt nigro deformia fumo.
Vita deformis, Id est turpis & sordida. Stat. 10. Thebaid. 66.
Dandus deformibus color. Quintil. lib. 3. cap. 8. 30.
Deformior, Comparatiuũ. (δύσμορφότερος.) Cice. Marcello, lib. 4. 9. 13. Nec eã diligere minus debes quòd deformior est, sed misereri potius.
Deformius nihil est ardelione tene. Marr. lib. 4. 14.
Non est deforme, pro Pulchrum vel pulcherrimum est. Cæsar 7. bel. Gal. 88. Hoc in speciem varietatemque, opus deforme non est.
Deformitas, pe. cor. huius deformitatis. (δυσμορφία,) Cic. 5. de Finib. 139. Integritatẽ vnguiculorũ oſtum, deformitatẽ, morbũ, debilitatem, &c.
Deformitas hominis, pro supplicijs & afflictionibus. Liu. 9. bell. Pun. 114.
Vnde ille habitus? vnde deformitas? Liu. 2. ab Vrbe, 96.
Deformitas & corporis vitium. Cic. 1. de Orat. 131. Est autem deformitatis & corporis vitiorum satis bella materies ad iocandum.
Turpitudinem in deformitate corporis habere aliquid offensionis. Cicero 3. Offic. 143. An est vllum maius malum turpitudine? quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri?
Deformitas & prauitas. Cice. 1. de Oratore, 76. Intuendi nobis sunt non solum Oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem, prauitatemque veniamus.
Agendi deformitas. Cicero in Orat. 31. Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt.
Deformitas animi, & corporis prauitas. Cic. 1. de Leg. 75.
Exitus deformitas misericordiam abstulerat. Tacit. lib. 19.
Insignis ad deformitatem. Vide INSIGNIS.
¶ Deformitas Pro dedecore, vt apud Fabiũ lib. 6. cap. 1. Si iudicibus aut gloriæ futura est absolutio rei, aut deformitati damnatio.
Dignitas & Deformitas, pugnantia. Cicero Plancio, lib. 10. 6. 8. Non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas.
Deformitas fingæ, negligentiæque alicuius. Cic. ad Atti. lib. 9. 181. 3.
Deformiter, pen. corr. Aduerbium. (ἀσχήμως,) Quintilianus lib. 8. cap. 3. Iunctura deformiter sonat.

Defraenatus, (ἀχάλινος,) pro effrænato. Ouid. 1. Meta. 57. Et

Defraudo, defraudas, (ὑποφείλω, πανουργέω,) defraudare, Vel dedem aliquid decerpere. Plau. Asina. 3. 79. Me defraudato. Idẽ Rud. 31. 31. Iam te ratus nactum hominem, quem defraudandum dares. Teren. Adelph. 2. 2. 38. Etiam insuper defrudet Cic. ad Trebatium, lib. 7. 10. 5. Quem antea ne Andabatẽ quidem defraudare poteramus.
Defraudare aliquem drachma. Plaut. Pseud. 3. 91.
Defraudare se victoriæ suæ fructu. Liu. 6. bel. Maced. 156.
Defraudare aures. Cicero in Oratore, 129. Ne breuitas defraudasse autea videatur, neue longitudo obtulisse.
Defraudare genii, Naturæ negare quod appetit. Terent. Phorm. 1. 1. 10. Quòd ille vicissim vix de demenso suo
Suum defraudans genium comparsit miser.
Defraudare se victu suo. Liu. 5. ab Vrbe, 211. Quum se quisque victu suo defraudans derractum corpori atque vsibus necessariis, ad honorem vnius viri conferret. In emendatioribus codicibus legitur fraudans.
Defraudator, Verbale. (νοσφιστής,) Sene. de Benef. lib. 4. Huic ingrato qui beneficiorũ defraudator est, nõ magis dabit beneficiũ q̃ apratori.

Défrico, défricas, penul. corr. defricui, defrictum vel defricaui, defricatum, (ἐπιτρίβω,) defricare, Idem quod fricare. Columella lib. 2. cap. 10. 11. Tum in sole siccetur, & radice silphii trita cum aceto aspergatur, defricetúrque. Idem lib. 6. cap. 2. 5. Totum eorum palatũ sale defricato. Cat. ca. 58. Amphorã defricato, collitóq; Catullus in Egnatiũ, 37. 3. Et dẽs libera defricat⁹ vrina. Author ad Hereñ. li. 4. 155. Nã vt forte hic in balneas venit, cœpit postq̃ pfulus est defricari.
Gingiuam defricare. Catul. in Egnatium. 37. 5.
Defricare ieiuna saliua. Celsus lib. 5. ca. vltimo, de papulis, quæ minus rotunda & difficilius sanescit, nisi sublota est, in impetiginẽ vertitur: sed leuis papula etiam si ieiuna saliua quotidie defricatur, sanescit.
Defricari pumice. Plin. lib. 16. cap. 5.
¶ Defricare, pro Taxare. Hora. 1. Ser. satu. 10. 1. – at idẽ, qđ sale multo
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem. Hoc est, Propterea laudo Lucilium poetam, quòd multa vrbanitate & miris facetiis ciues Romanos reprehendit & taxauit.
Defricatus, & defrictus, (ἐπιτριφθείς,) Participia.
Defricatis prius maculis. Plin. lib. 28. cap. 12. 5.
Defricta pumice testa. Col. li. 7. ca. 5. 7. Et lib. 6. ca. 13. 1. Defrictũ allium.

Defringo, defringis, defregi, pen. prod. defractũ, (κατάγνυμι,) defringere, Decerpere, decidere. Virg. 2. Georg. 60. – aut summas defringere ex arbore plãtas. Cicero pro Cęcl. 45. Qui ptereũtes ramum defringerent arboris. Col. lib. 5. ca. 5. 10. Cic. 3. de Ora. 61.
Ferrum defringere. Virg. 11. Aeneid. 150.
Pedem defringere. Author ad Heren. lib. 4. 241. Hic subsellium quoddam calce premens, dextra pedem defringit.
Defringere remos. Liuius 6. bel. Maced. 169. Primũ ab vtroque latere remos defringunt. In emendatioribus codicibus legitur detergunt.

Defrigescere, (κατα῾ψύχω,) Idem significat quod frigescere Colu. lib. 12. ca. 20. 4. Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eo vsque dum defrigescat.

Defrûgo, defrúgas, penul. prod. (ἐπικαρπίζω, κατεσθίω,) defrugare, Omnẽ fructũ exhaurire. Defrugare segetẽ videtur qui vel nimia fœtura exinanit agros, vel per inscitiã, aut negligentiam perdit, lacessiue fruges: omnino quum vel festinata sementis est, vel sero tina, præpropere eque aut præpostere quid agitur, defrugari segetẽ contingit. Plin. lib. 18. cap. 24. 5. Oraculum illud magnopere custodiendũ, Segetem ne defruges. Colum. Cõstat segetem nimia defrugatione exinaniri. Cato cap. 5. 3. Segetem ne defrugationem id insœlix est.
Defrugor. Cic. 5. Verr. 34. Quis non maximo se affectum beneficio putauit, quum tribus decumis pro vna defrugeretur?

Dêfrutum, défruti, pen. corr. (τῆμα,) Est vinum coctum vsque ad cõsumptionẽ tertiæ partis, à defruendo dictum. Vide Plinium, lib. 14. cap. 9. 11. & 21. 3. Col. lib. 12. cap. 21. 1. Mustũ quã dulcissimum decoquitur ad tertias: & decoctum, sicut suprà dixi, defrutum vocatur. Nostri sapam à sapiditate vocant, inquit Sipontinus.
Defruta lutosa dulci cœno. Stat. 4. Syl. 9. 8. Dulci defruta vel lutosa cœno. Phalencius est.
Pinguia defruta. Vir. 4. Geor. 54.
Arentesve rosas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel psythia passos de vite racemos.

Défruto, defutas, pen. corr. (ἑψάω,) defrutare, Est mustum decoquere, vt defrutum fiat. Colum. lib. 2. cap. 22. 4. Defrutum quoque facere, & defrutare vinum licet.

Defrutarius, Adiectiuũ, (ἑψητικός,) vt Vasa defrutaria à Colu. lib. 12. ca. 19. 3. appellantur, defruto conficiendo accommoda. Sic Cella defrutaria apud eundem lib. 1. cap. 6. 6. Pars autem fructuaria diuidetur in cellam olearium, torcularium, cellam vinariam, defrutariam.

Defuat, pro Deficiat, (ἐλλείπω,) apud Plautũ Bacchid. 1. 3. Pol ego magis metuo in monẽdo ne mihi defuat oratio. Id ẽ desit.

Defugio, défugis, pen. corr. défugi, pen. prod. defúgitum, (φεύγω, ἀναδύομαι,) defugere, Idem quod vehementer fugere. Cæsar 6. bel. Gall. 55. Aditum eorum sermonemque defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant.
Defugere administrationem Reipublicæ, Cæsar 1. bel. Ciuil. 130.
Defugere authoritatem, Vide AVTHORITATEM, defugere.
Defugere inimicitias. Cic. pro Planeio. 63. Nullas enim sibi ille neque ostentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes, nec pro Republica pro me defugiendas putauit.
Iniurias fortunæ defugere. Cic. 5. Tuscul. 167. Iniurias fortunæ quas ferre nequeas, defugiendo relinquas.
Defugere munus. Cicero ad Atticum, lib. 8. 147. 7. Inuitè cepi Capuam: non quo munus illud defugerem, sed sine causa in qua nullus esset ordinum, nullus apertus priuatorũ dolor. Idem in Somnio. Scip. 12. Ne munus humanum assignatum à deo defugisse videamini.
Defugio, pro Deficio, seu desciſco. Liuius 4. bel. Pun. 160. Ea pugna defugientes ab Romanis quum cohibuisset Siculos, Marcellus Syracusas rediit. Vetus exemplar habet deficientes.

Defundo, defundis, defúdi, defúsum, pen. prod. (κατασχέω,) defundere, Idem quod infundere. Colum. lib. 12. ca. 26. 1. Postea quum refrixerit, in vasa defundas, & operias. Sic apud Catonem, cap. 156. 4.
Defusa in plumbeum vas aqua. Colum. lib. 12. cap. 11. 1.

Defungor, defúngeris, defunctus sum, (ἀπαλλάττομαι, ἀποτελέω, πάυομαι,) defungi, Explicari negotio aliquo aut molestia, & ei finem imponere. Virgil. 6. Aeneid. 17. O tandem magnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

pelagi defuncte periclis. Id est, qui finisti & absoluisti pericula. Defuncte, Id est libertate. Hinc defunctos mortuos dicimus, qui compleuerūt vitæ officia. Seruius. Cic. pro Sestio, 63. Vt omni populari concitatione defungere. Cælius ad Cicerone, lib. 8. 1. 17. Et hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderēt, vt defunger omnr optauit: Id est liberaremur.

Defunctus iam sum. Terent. in Prolog. Eunuch. 15. Defunctus iam sum, nihil est quod dicas mihi. Vbi Donatus, Defunctus iam sum, Id est iā egi fabulas, necasiaut iam desiti pericitari in edendis comœdiis: aut certe iam edidi, quam tu reprehendis fabulam.

Defunctum vtinam hoc fit modo. Terent. Adelph. 3. 4. 63. Vbi Donatus Defunctum, finitum: id est ne vlcerius peccet Aeschinus.

Defungi authoritatem. Plaut. Pœnul. 3. 19. Vide AVTHORITAS.
Suspende, vinci, verbera, author sim, fino.
M. Si authoritatem postea defungeris,
Vbi dissolutus tu fies, ego pendeam. Hoc loco quædam exemplaria legunt defugeris: & forsitan rectius.

Amore leui defungi. Senec. Hipp. 2. 9. – nulla Minois leui
Defuncta more est.

Defunctus pietate animos. Cic. Antequam iret in exilium, 8. Si igitur aliquo tempore his hominibus consuluistis, quorum animos est religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque prospicere, qui, &c.

Defunctus cæde. Liuius 3. ab Vrbe, 22. Cæteram multitudinē prædā agentem quæ inciderit in Quintium, nequaquam pari defuncta esse cæde.

Defungi certamine. Liu. 10. ab Vrbe, 54.

Defungi cura. Liu. 5. ab Vrbe, 21. Quanto est minus opera tueri facta, & instare, & perseuerare, defungique cura?

Defunctus fato. Liu. 9. bel. Maced. 189. Tempestas cum magnis procellis coorta coegit plerosque tabernacula statuere in foro. Eadem paulo post, quū vndique conserenasset sublata. Defunctosque fato vulgò ferebāt, quòd inter fatalia vates cecinissent necesse esse tabernacula in foro statui. Defunctos fato dixit, Id est solutos & exēptos, nec vltra illi fato obnoxios. Ex Budæo. In emēdationibus codicib' nō legit FATO.

Defunctus Consulis fato. Liu. lib. 10. ab Vrbe, 141. At ex parte altera Pōtifex Liuius cui lictores Decius tradiderat, iussitque Proprætorem esse, vociferari, vicisse Romanos, defunctos Consulis fato. Id est Consulis sese denuntis spontanea morte ab imminentibus periculis liberatos & exemptos. Budæus.

Defungi in hac re cupio. Terent. Phorm. 5. 9. 31.

Quamobrē te oro, vt alia tua facta sunt, æquo animo hoc feras. N. Quid ego æquo cupio miser in hac re iam defungier. Vbi Donatus, Defungier, Desinere.

Laboribus defunctus. Horat. 3. Carm. Ode 24. 3. Defunctúmque laboribus Aequali recreat sorte vicarius.

Defunctus fatalibus malis. Suet. in Nerone, Britannia, Armeniaque amissa, ac rursus vtriq; recepta, defunctū se fatalib' malis exilissimabat. Iudæ.

Defungi morbo. Liu. 4. ab Vrbe, 225. Defuncta ciuitate plurimorū morbis, perpaucis funeribus, pestilentem annum in opia frugum, &c.

Defuncta morbis corpora. Quæ euaserunt morbos. Liu. 3. ab Vrbe, 31.
Defuncta morbis corpora, salubriora esse cæpere.

Vili munere orationis defungi. Plancus Ciceroni, lib. 10. 24. 1. Neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tā vili munere defungor oronis.

Periculis defunctū eē. Cic. p Rosc. Amer. 12. Q. ut etiā qui antea metuerēt, redirēt. ac in defunctos sese periculis arbitrarentur. Virg. 6. Aenei. 17.

Defungi pœna. Liuius, Ante omnia placuit libera corpora sine omni mora Locrensibus restituinō leui defunctura pœna qui non constituisset.

Oportet omnes defungi vnius pœnā. Liuius 2. ab Vrbe, 151. Sed adeò coorta erat infensa plebs vt vnius pœna defungendum esset patribus.
Id est vt Martci Coriolani damnatione ab illa populari consternatione liberandos esset Senatus. Budæus.

Defungi prælio festinat. Liu. 1. ab Vrbe, 105.

Scelere defungi. Senec. Theb. 2. 4.

Præmensæ defunctus tempora lucis. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 2.

Temporibus suis defuncta dicuntur, quæ perierunt. Horat. 2. epist. 1. 6.
– & nisi quæ terris semota, suisque
Temporibus defuncta videt, fastidit, & odit. Id est verera ac demortua: quæ sua tempora compleuerint ac finierint. Porphy.

¶ Defungi etiam dicimus, pro satisfacere vel exequi, Liu. lib. 1. ab Vrbe, 15. de Romulo & Remo. Sorte quadam diuinitus super ripas Tyberis effusus lenibus stagnis, nec adiri vsquam ad iusti cursum poterat amnis, & posse quainis languida mergi aqua infantes spem ferentibus dabat. Ita velut defuncti regis imperio, in proxima allauie, vbi nunc ficus ruminalis est, (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.

Defunctus, (ἀπαλλαγμένος,) Participium, absolute dicitur qui mortem obierit, quasi ærūnis seculi liberatū & exēptum significemus. Budæus. Plinius lib. 13. cap. 1. 2. Honōsque is ad defunct os pertinere cœpit.

Excitare defunctos. Quintil. lib. 4. cap. 1. 20.

Defuncta corpora incorrupta æuis seruat, viuentia corrumpit cedrus. Plinius libro 24. cap. 5. 3.

Corpora defuncta vita. Virg. 6. Aeneid. 61.

Defunctum etiā more Græcorū, pro cadauere intelligimus substantiue. Vnde scitū illud Plinii in secūdo Naturalis historiæ, ca. 68. 5. de terra habitabili loquēris, Et vt publicos gentiū furores transeā, hęc in qua cō terminos pellimus, furtoq; vicini cæspité nostro solo affodimus, vt qui latissime ruta metatus fuerit, vltraq; fines exegerit accolas, quota terrarū parte gaudeat? vel quum ad mensurā auaritiæ suæ propagauerit, quā tādē portionē eius defunctus obtineat! Hæc Budæus. Pli. li. 11. ca. 45. 1. Simiæ imbricati, hominib' lati, & defunctos crescūt. De vnguib'.

Defunctoriæ, Aduersū, vt Defunctorie aliquid agere, i. pfecte. Vlpianus in L. secūda ad Tertullianū, Nō solum aūt quæ nō petit, coerceatur, sed ét quæ defunctorie petiit, vt rescripto declarat vel priuilegio munitū vel oneratū tribus tutelis. Hoc aūt & perfunctorie dicitur ab eodem. Papinianus in L. Propter §. Præfidis, De Senatuscōl. Syllan. Hærēdibus qui non defunctorie debitū officiū impleuerūt. Legitur & pfunctorie.

Dēgener, pen. corr. omnis ge. in ablatiuo degēnere vel de genere, pen. corr. (ἄγευνος,) Qui patris vel maiorum suorum moribus non respondet, inquit Seruius. Virgil. 2. Aeneid. Degenerémque Neoptolemum narrare momento. Lucan. lib. 4. 69. Si me degenerē strauissent fata sub hoste.

Iuuenis patrii non degener oris, Id est æquè dispertus ac pater. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 2.

Degener altæ virtutis patrum. Silius lib. 10. 14.

Degener ad rem aliquam. Tacit. lib. 1. Quum se diuo Augusto ortum, neque degenerem ad pericula testaretur.

Proles non degener. Seneca Agamemn. 5. 15.

Insidiæ degeneres. Tacit. lib. 11. Nec irritæ, aut degeneres insidiæ fuere aduersus transfugam, & violatorem fidei.

Prece haud degenere pnotus Eunoues, alleua supplicē. Tacitus lib. 12.

Sanguis degener primam stirpem refert. Senec. Hippol. 8. 9.

Degener humani ritus. Plin. li. 5. ca. 8. 2. Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus. Nā neq; nominū vllorū inter eos appellatio est, &c.

¶ Degener, Ignobilis & vilis. Virg. 4. Aeneid. 3. Degeneres animos timor arguit. Plin. li. 11. ca. 50. 2. Canū degeneres sub aluū reflectūt caudā.

Metus degener. Lucan. lib. 3. 30.

Degenero, degēneras, pen. cor. (γενέσθαι, μεταπίπτω, διαίπτω,) degenerare, A generis nobilitate discīscere. Propertius, dii mihi sunt testes nō degenerasse propinqs. Cic. 5. Verr. 136. Cōsuetudo tū eū & disciplina degenerat nō sineret. Vide Abducerā paternis iniuriis in ABDVCO.

Degenerare tam à bono, quàm à malo dicimus. Liu. li. 9. Ne degenerauerīs à familia imperiosissima & superbissima.

Naturale quoddam stirpis bonum degenerat vitio depraūatę voluntatis. Cicero de Claris Orat. 67.

Non degenerare à gravitate paterna. Cic. de Prouin. Consul. 15. Patrem dicorcuius vtinam filii non degenerassent à grauitate paterna.

Degenerare à perenni cōtestataq; virtute maiorū. Cicc. pro Flacco. 10.

Degenerare à secta, aut doctore aliquo. Cic. 1. de Diuin. 11. Sed à Stoicis vel principibus eius disciplinæ, Posidonii doctor, discipulus Antipatri degenerauit Panætius.

Patri degenerare. Claud. 7. Paneg. 74.

Degenerare in feritatem. Plin. lib. 17. cap. 15. 3. de vite.

Dextera in armis degenerat. Silius lib. 15. 147.

Degenerāt pōa. Vir. 2. Geor. 11. Pomaq; degenerāt succos oblita priores.

Ita degenerant, vt ipsi ex se nati esse videantur. Cic. 5. de Fin. 23.

¶ Degenerat' pē Valerio, à quo filius degeneravit, vt annotauit Budæus.

Dēgero, dēgeris, pen. corr. degessi, degestum, (κατασκίπτω,) degerere, Idem quod gerere. Plautus Menæch. 17. 45. Me despoliat, mea ornamenta apud meretrices degerit. Vbi interpres, Degerit, apud meretrices absumit, interpretatus est. Idē Menæch. 16. 41. Aeque illud tuæ degeris amicæ.

DEGLABRO, deglabras, pen. corr. deglabrāre, Glabrū facere: Cortice demere. Paulus in L. Cædere. ff. Arborū fur. cæsar. Cædere est nō solū succidere, sed etiam ferite cædendi causa. Cmgere est deglabrare.

Deglūbo, deglūbis, pen. prod. deglūbi, deglūbitum, (ἀποκαπίζω,) deglūbere, Corticem eximere, sibicum aut folliculū excutere, & granum sua nudare tunica. Varro. 1. de Re rust. cap. 48. 2. Quòd eo folliculo deglubitur granum.

¶ Deglubere, Per translationē est pellem detrahere. vnde Adagiū, Boni pastoris est tondēre pecus, non deglubere. Hodieque vulgò celebratū durat, vbi quis est exactor durior atque instantior, Quid? num & pellē vis? Quasi conueniat lāna contentum esse. Id adagii Tiberius Cæsar, authore Suetonio, aut reperit, aut certè vsurpauit. Nam is admonitus ab amicis, vt prouincialibus augeret vectigalia, rescripsit, Boni pastoris esse tondēre pecus, non deglubere. Ex Chiliad. Eraſmi.

Deglutino, deglūtinas, pen. corr. (ἀποκολλάω,) deglutinare, Disiungere quod glutinatum erat. Plinius libro 25. cap. 13. 17. Purgat enim vlcera oculorum, expletque, & ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

Dego, degis, degi, (διαίτάω,) degere, Idē quod agere, vel Vsq; ad finē ducere. Terent. Adel. 4. 1. 6. – nam hunc diem Misere

Misērere nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere.

Degere ætatem, Viuere. Plautus Casina. 2. 6. 12. An maritum seruum ętatem degere. Terentius Phorm. 2. 3. 70. Vt cum eo vno ætatem degerēr. Cic. pro Rosc. Amer. 89. Inter feras satius est ætatem degere, quā in hac tanta immanitate versari. Idem 1. de Natura deorum, 71. Et quærere à nobis Balbe foletis, quæ vita deorum, quæque aliis degatur ætas. Idem 2. de Finib. 186.

Degere omnem ætatem in tranquillitate. Cic. 1. de Finib. 187.
Ætas degitur sub nutu alterius. Lucretius lib. 4. 226.

Genus aliquod ætatis degendæ sibi constituere. Cic. 1. Officiorū. 164. Id sibi quisque genus ætatis degendæ cōstituit, quod maxime adamauit.

Aeuum pulchre degere. Lucret. lib. 5. 55.

Bellum degere. Lucretius li. 4. 196. Nautæ contractū eū ventis degere bellum. Id est viuere vitā bellicā & semper ventis hostilibus obnitentem.

Corium degere de tergo alicuius. Id est detrahere, authore Nonio. Plaut. Epid. 2. 61. Degerur corium de tergo meo.

Labore degeſ alicui & diminuēſ. Plaut' Aulo. 6. 38. antiquū ē & inusitatū.

Otia degere in thalamo. Catul. ad Mallium. 63. 21.

Quod reliquum est vitæ, in otio degere. Matius Cicc. lib. 10. 28. 20.

Senectam turpem degere. Horat. 1. Carm. ode 31. 4.

Degere tempus ætatis sine molestia. Cic. de Senect. 1.

Vitam degere. Cicero pro P. Sylla. 26. Vt cum Lentulo, & Catilina, & Cethego fœdissimam vitam ac miserrimā, turpissima morte proposita degēret! Idem 1. Officiorum. 20. Facile totius vitæ cursum videt, qui deque degendam præparat res necessarias.

Placidam ac pacatam degere vitam. Lucret. lib. 5. 232.

Degere vitam cum virtute. Cicero. 4. de Finib. 50.

Degere vitam in egestate. Cic. pro Rosc. Amer. 85.

Degere vitam in exilio. Cic. Antequam iret in exil. 19.

Degere vitam sine metu. Cic. 3. de Finib. 77.

Degere ex æquo cum aliquibus. Plin. lib. 6. ca. 15. 3. Pertinet ad Scythas, cum quibus ex æquo degant. Id est viuunt.

¶ Degi, infinitiuus Plin. lib. 12. cap. 1. 3. Mille præterea sunt vsus earum sine quis vita degi non possit. De arboribus.

¶ Degere antiqui posuerunt pro expectare. Festus.

Degrāndinat, pen. corr. (ἐπιγαλάζει,) pro vehementer grandinat, Impersonale. Ouidius. 4. Fast. 1.
Da veniam culpæ mee, dum degrandinat, oblit
Agresti Fauno supposuisse pecus.

Degrassor, degrassaris, degrassatus sum, (ἐγκατακόπτω,) degrassari. Statius 1. Achil. 82. Vbi tanta iniuria primos
Degrassata duces.

Dēgrauo, degrauas, pen. corr. (κατασφάλλω,) degrauare, Graué & ponderosum reddere, premere, molestare Liu. 4. ab Vrbe. 148. Alios in aquam compulsos gurgites ferunt: etiam peritos nandi, fatigatos & vulnera, & pauor degrauant. Ibidem lib. 3. 264. Illatis ex transuerso signis degrauabant propè circumuentum cornu.

Dēgrauari minus est quàm Mergi. Plinius lib. 9. cap. 5. 2. Authores habeo in Equestri ordine splendentes, visum ab his in Gaditano oceano mari num hominem, toto corpore absoluta simulitudine ascendere eum navigia noctumis temporibus, statimque degrauari quas insederet partes: & si diutius permaneat, etiam mergi.

Labore operis degrauari. Colum. lib. 6. cap. 2. 13.

Genua quoque degrauat. Plin. lib. 22. cap. 25. 32.

Paulatim degrauari pōdere suo præceps attrahet. Colu. lib. 1. cap. 5. 9.

Vitis degrauat vlmum. Ouid 5. Trist. eleg. 4. 7.

Degredior, degrēderis, pen. cor. degressus sum, (κατασβαίνω,) degredi, pen. corr. vt
Degredi ad pedes. Liu. 3. ab Vrbe. 265. Verecūdiæ erat equitē suo alienóque Marte pugnare, pedité ne ad pedes qdē degresso equiti parē esse.

In specū degressus sacerdos hausta fontis arcani aqua, &c. Tacitus lib. 2.

Pullo amicus palatio degreditur. Tacitus lib. 19. Perperam aliqui legunt digreditur. Nam quoties ex alto descensus innuitur, aptè locum habet hoc verbum degredior, inquit Rhenanus in Castigat. in Tacitum. Liuius lib. 9. Dec. 1. Cùm quingentis, inquit, haud amplius peditibus, ducentisque equitibus degressum ingis Masamissam persequutus. Rursum lib. 5. eiusdem Decadis, Cum equitibus ad pedes degressis.

Degrummor, degrummaris, degrummari. Ad grummam mensuram dirigere. Lucilius lib. 3. Viamque degrum mari vis, vt castris mensor facit olim. Nonius.

Dēgulo, degulas, pen. corr. (κατασκίνω,) degulare, antiquū pro consumere & ligurire, quasi gulæ tradere. Plaut. Postquā degulato patrimonio pauper est factus. Ex Sipontino.

Degusto, degustas, (ἀπογεύομαι,) degustare, Idem quod gustare. Plin. lib. 18. ca. 2. 3. Ac ne degustābit quidem nouas fruges aut vina. Cato cap. 148. Vinū boni viri arbitratu degustato. Varro. 2. de Re rust. cap. 5. 13. Degustare pabulum.

Odorari & degustare aliquē. Cic. ad Atticū li. 4. 77. 6. Tu velim è Fabio, siquem habes aditum, odorere: & illum conuiuam tuum degustes.

Degustare artus. Lucan. lib. 7. 171. – non intima curant
Viscera, nec totas auidè sorbere medullas Degustant artus.

Ignes degustant tigna celeri flamma. Lucret. lib. 2. 39.

¶ Degustare, pro Leuiter & in trāsecursu attingere. Qui. li. 4. c. 1. 10. Degustandarū hæc prooemio, nō cōsummando. Id est breuiter indicanda.

Degustare genus aliquod exercitationum. Cic. in Parad. 5.

Imperium & tu Galba quandoque degustabis. Tacit. lib. 5.

Degustāt mētes, sensusq; eorū apud quos acturi sumus. Ci. 1. de Ora. 120.

Degustare pauca de fabulis. Cic. ad Atticum, lib. 13. 190. 6.

Degustare pauca ex orationibus. Cic. ad Atticum, lib. 11. 14.

Celeri degustat singula sensu. Claud. 1. in Eutrop. 73.
Aliquid speculæ ex sermone alicuius degustare. Id est aliquantum spei concipere. Cic. pro Cluent. 56.

Degustare vitam aliquam, Id est experiri vitæ rationem. Cic. 5. Tusc. 86.
Vis me igitur, inquit, ô Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam?

Dehaurio, dehauris, dehausi, dehaustum, (ἐξαντλέω,) dehaurire, Idem quod haurire. Cato cap. 66. Quum oleum sustuleris de cortina, amurcā dehaurito.

Dehinc, Aduerbium temporis, (ἀπὸ τούτου, μετὰ ταῦτα,) Id est posthac, postea. Terent. And. 3. 3. 31. Dehinc facilè ex illis sese emersurum malis. Ibidem in Prol. 22. Dehinc vt quiescant porrò moneo. Liu. 1. ab Vrbe 258. Iuro, vosque dii testes facio, me L. Tarquinium Superbum eum scelerata cōiuge & omni liberorum stirpe ferro, igni, quacunque dehinc vi possim, exacturum. Terent. Eun. 5. 2. 33.
At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam Fore Thais.

Dehinc omnes deleo ex animo mulieres. Terent. Eunuch. 2. 3. 5.

Dehinc iam. Plaut. Merc. 24. 40. Missas iam ego istas artes feci, & quidem ego dehinc iam.

Dehinc cæterum. Plaut. Pœnulo 2. 125. Dehinc cæterum valete, adeste.

Nunc iam dehinc. Plaut. Pœnul. 4. 52. Si quidem antè mentitus sit, nunc iam dehinc erit tibi verax.

¶ Dehinc, (τοῦτου,) pro deinde, Aduerbium ordinis. Sallust. In primis arduum videtur res gestas scribere. primùm, quòd facta dictis exæquanda sint. Dehinc, quia plerique delicta quæ tu reprehenderis, malè uolentia atque inuidentia putant esse dicta. Cic. 2. Tusc. 22. Primùm igitur de imbecillitate multorum, & de variis disciplinis philosophorum loquar: quorum princeps & authoritate & antiquitate Socraticus Aristippus, non dubitauit dolorem, summum malum dicere. Dehinc ad hanc eneruatam mollisbremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Idem 2. de Inuent. 150. Quòd simul duertit, dehinc quòd cœnarit. Virgil. 3. Aeneid. 93.
Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto Imperat ad naues ferri.

Dehinc aliquando in vnam syllabam contrahitur à poetis. Virgil. 1. Aeneid. 52. Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur.

Dehiſco, dehiſcis, dehiſcere, (χάσκω,) Est se veluti hiatu quodam aperire. Vnde terram dehiscere dicimus, quum se aperit deorsum ad sorbendum aliquid. Virgil. 4. Aeneid. 5.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.

Aequor dehiscit. Virgil. 5. Aeneid. 19.

Dehiscit arbor. Cato cap. 12. Quibus arbores comprimat si dehiscent.

Cœlum à media regione dehiscit. Ouid. 3. Fast. 73.

Cymba rimis dehiscit. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 6.

Dehiscit rosa. Plin. lib. 21. cap. 4. 1. Quo mox intumescente, & in viridem alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit.

Dehiscit, seque populis aperit Taurus. Plin. lib. 5. cap. 27. 8. De Tauro monte loquitur.

Rictus animalis dehiscens ad aures. Plin. lib. 8. cap. 21. 3.

Dehiscunt quidam pisces præ pinguedine, hoc est diffluunt, finduntur, crepant. Plin. li. 9. ca. 15. 10. Pinguescūt & in tātū vt dehiscāt. De thynnis.

Terra mihi dehiscat. Virgil. 12. Aeneid. 174.

Terræ dehiscunt ardore. Virgil. 4. Georgic. 85.

Vnda dehiscens, terram inter fluctus aperit. Virgil. 1. Aeneid. 12.

¶ Acies dehiscens. Vide ACIES.

¶ Dehiscente vtero parit acus pisces. Plin. lib. 9. cap. 51. 8.

Dehonestus, Adiectiuum, (ἀπότιμος,) Non honestus. Gellius libro 19. cap. 10. Dehonestum tibi, deculpatumque hoc verbum videtur.

Dehonestamentum, (ἀτιμία, ἀκοσμία,) dicitur id quod gratiam & honestatem alicui rei adimit. Vnde vultus dehonestamentum dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans, vt oculi effosio. Iustinus, Vt generis dehonestamentum pater exponi iubet. Gellius lib. 2. cap. 27. Quo ille dehonestamento corporis maximè lætabatur.

Oris dehonestamentum. Tacit. lib. 10.

¶ Dehonestāmētū, Pro cōtumelia. Tacit. lib. 12. Atqi ille nō propinquū, neque Arsacis de gente, sed alienigenā, & Romanū increpans, auribus decisis viuere iubet, ostentui elementiæ suæ. & in nos dehonestāmēto.

Dehortor, dehortaris, (ἀποκαλέω, ἀποτρέπω,) dehortari, Dissuadere. Terent. Phorm. 5. 8. 17. At hic dehortatus est me

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne illam illi darem. Plaut. Capt. 5. 19. Imò ædepol si erit occasio, haud dehorror. Sallust. Multa me dehortantur à vobis Quirites.
Dehortari ab aliquare. Author ad Heren. lib. 3. 97.
Inuitare & Dehortari, cõtraria. Ci. in Pisonẽ 75. Res ipsa, & Reip. tps, aut meipsum, quod nolim, aut aliũ quẽpiam aut inuitabit, aut dehortabit.

DEIANIRA, penul. prod. (Δηϊάνειρα,) Filia Oenei Aetoliæ regis, cuius regia Calydon fuit. Hæc verò ob formæ pulchritudinem multos procos habuit: eandem autem Acheloo desponsata est primò, deinde Herculi, cum quo nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen: Acheloo deuicto, tandem Herculi cessit. Ouid. 9. Metamorpho. 2.
Nomine fiqua suo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas, quondam pulcherrima virgo. Vide Diodorũ li. 5. c. 2.

DEIDAMIA, penul. prod. (Δηϊδάμεια,) siue vt alii volunt, Delamia, filia fuit Lycomedis Scyri insulæ regis, cum qua Achilles consuetudinem habuit, & inde natus est Pyrrhus. Stat. 1. Achill. Acaciden furto nouerat vna latentem
Deidamia virum.

Deiero, deieras, pen. corr. (ἐπόμνυμι,) deierare. Per deos iurare, vel valde iurare, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 2. 3. 39.
Illum liquet mihi deierare his mensibus
Sex vel septem prorsum non vidisse proxumis. Idem Hecyra 5. 2. 5. Philippe Bacchis deierat persanctè, &c.
Deiiro apud Plautũ legitur, in Casina 15. 36. Per deos omnes & deas deiurauit, hac, &c. Idem Rud. 30. 46. Deiurate mihi argentum daturum.

Deiurium, deiurii, (ἐφεδρεύσιον,) Gellius libro 7. cap. 18. Tum octo ex iis postliminium iussum non esse sibi responderunt, quoniam deiurio victi essent. Inusitatum.

Deiicio, deiicit, penultima correpta, deiéci, deiectum, (κατεβάλλω, πίπτω,) deiicere, Deorsum mittere. Plaut. 'Asin. 2. 19.
Iussin' columnis deiici operas aranearum?
Mœnia alicuius deiicere. Ouid. 12. Metamorpho. 22.
Aquem deiecit ab alto cœlo. Virgil. 5. Aeneid. 108.
Deiicere de foribus araneas. Plaut. Sticho 6. 31.
Deiicere de ponte in Tyberim. Cic. pro Roscio Amer. 6 1. 6. Plin. lib. 14. cap. 8. 2. Cicero ad Atticum, lib. 6. 1 1 1. 31. Et pro Cluent. 142.
Deiicere de saxo. Liu. 5. bel. Pun. 38. Et lib. 4. 89.
Deiicere equo. Liu. 4. ab Vrbe 83. Quem quum ictum equo deiecisset. Sic deiicere templo magistratus, Cic. pro Sestio 67.
Deiicere præsidium equitum, deiicere propugnaculum. Cæsar 3. bel. Ciuil. 92. Cic. 5. Verr. 3. Et 8. Philipp. 238.
¶ Deiicere aliquem ædilitate, vel honore. Cic. 2. Verr. 15. Si me ædilita te deiecisset. Et paulo pòst, Ne eiusdem honore deiicerer. Liu. 3. ab Vrbe 145. Deiectisque honore per concionem duobus Quintiis. Idẽ 9. bel. Maced. 171. Cõferentéque candidati omnes ad deiiciendum honore. Subauditur præpositio DE vel EX. Cic. pro Murena 69.
His hœdinis pelliculis Prætura deiectus est.
Deiicere aluum. Cato cap. 156. 1. Aluum si voles deiicere, superiorem sumito cymam brassicæ.
Deiicere cruciatum à corpore. Cic. 7. Verr. 127. Hac se commemoratione ciuitatis, omnia verbera depulsurum, cruciatumque à corpore deiecturum arbitrabatur.
Deiicere de gradu: Id est dignitate. Cic. Attic. lib. 16. 339. 6. Leptæ literarum exemplum tibi misi, ex quo mihi videtur σχαιολέξ, ille deiectus de gradu. Budæus.
Deiicere aliquem de gradu, per metaphoram, Pro eo quod est de constantia deducere, & proposito in quo pedem fiximus. Cicero 1. Offi. 113. Fortis enim & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, sed præsenti animo vti & consilio, nec à ratione discedere. Budæus.
Hostem deiicere. Claud. de bello Getico 33.
Deiicere iugum seruile à ceruicibus. Cic. 1. Philipp. 4 Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant.
Deiicere metum. Cic. 7. Verr. 102. Hunc ego si meru Siciliæ damnatione istius per vestram fidem & seueritatem deiecero Iudices, satis officio meo, satis illorũ voluntati, qui à me hoc petiuerũt, factũ esse arbitrabor.
Deiicere oculos de. Cicero 6. Verr. 89. Pueri autem Silennę, credo qui audiissent quæ in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam deiicere, neque ab argento digitum discedere.
Deiicere oculos à Repub. Cic. 1. Philip. 1. Nec verò vsquam discedebam, nec à Repub. oculos deiiciebam.
Pudor gremio deiecit ocellos. Ouid. epistò. 11. 7.
Si tantum oculos deiecerimus, Celeritatem significat. Cic. 7. Verr. 141. Si tantulum oculos deiecerimus, præsto esse insidias.
Deiicere aliquem de possessione, & similibus. Vide orationem Ciceronis pro A. Cecinna, circa finẽ, in qua abundè tractat de hoc verbo deiicio.
Deiicere & dimouere ex possessione. Cic. de Lege Agrar. 81. Rullus extirpi qui ex ea possessione Reipub. dimoueret, ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Syllæ dominatio deiecisset.
Deiicere de possessione, & Restituere, contraria. Cic. pro Cecinna 17. Prætor interdixit, vt est consuetudo, de vi hominibus armatis, sine vlla exceptione, tantum vt vnde deiecisset, restitueret.
Deiici de vrbis pudio, & de custodia ciuitatis deturbari. Cic. pro Mur. 71.
Senatum à gubernaculis deiicere. Cic. pro Domo sua 20.
Deiicere de sententia. Ci. 2. Tusc. 21. Me pudet tã citò de sententia esse deiectum. Idem 3. Philipp. 262. Atque eorum qui semper vestrum consensum grauissimum iudicasset, de sententia deiecistis.
Deiicere aliquem de sermone aliquo inani. Cic. ad Atticum, lib. 15. 326. 4. Noster Brutus citò deiectus est de illo inani sermone.
Aduersarios de omni statu deiicere. Cic. in Orato. 71. Magno semper vi impetu, sæpe aduersarios de statu omni deiecimus.
Deiicere de statu vitæ. Cic. 1. de Natu. deor. 90. Prius te quis de omni vitæ statu, quàm de ista authoritate deiecerit.
Deiici spe. Cæsar 1. bel. Gall. 31. Helueti ea spe deiecti.
Deiicere multum de terrore doloris. Cic. 2. Tuscul. 22. Vidésne igitur quantum breuiter admonitus de doloris terrore deieceris? Sub. me.
Vultum deiicere. Virgil. 3. Aeneid. 64.
Pudor deiicit vultus. Valer. 7. Argonaut. 103.
¶ Deiicere, faciendo desigere. Liuius lib. 1. Dum intentus in eum se rex totus auerteret, alter elatam securim in caput deiecit. De Tarquinii prisci morte loquitur.
¶ Iuuencum deiicere. Valer. 1. Argonaut. 39. mactare significat & prosternere. Sic idem lib. 2. 66. Protinus ingentem procerum sub nomine tantum Deiicit.

Deiectio, Verbale. (κατάβασις, καταβολή,) Cic. pro Cecina, 42. Qui illam vim deiectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit.
Deiectio apud Celsum pro subductione alui ponitur, lib. 1. cap. 3. Deiectio quoqs medicaméto petẽda est, vbi venter suppressus parũ reddit.
Petere Deiectionem medicamento. Celsus lib. 1. cap. 3. Deiectio autem medicamento petenda est.
Moliri Deiectionem. Cels. lib. 2. ca. 12. Deiectionem autem antiqui variis medicamẽtis, crebraqs alui Ductione in oibus ferè morbis moliebant.

Deiectus, Participium, (κατάβλητος,) vt Deiecta aut elata luna, pro eo qd vulgus dicit inclinatã & leuatã lunã. Pli. li. 2. ca. 9. de Lunæ natura
Alias cõtigua mõtibus, nũc in Aquilonẽ elata nũc in Austros deiecta.
Spe deiectus. Silius lib. 10. 76.
Deiectus vultum. Stat. 3. Thebaid. 74.
Vi Deiectus. Cic. pro Cecina 42.
Caput cuse deiectum. Silius lib. 13. 49.
In terram oculi deiecti. Quinti. lib. 1. cap. 11. 5.
Coniuge deiecta, Id est priuata marito. Virgilius 3. Aeneid. 65.
Heus quis te casus deiectam coniuge tanto Excipit? Verba sunt ad Andromachen.
Lachrymis deiectis turpia lumina. Propert. lib. 1. eleg. 17. 4.
Vultus pudore deiectus. Senec. Oedip. 12. 17.
Ire deiectum aliquid. Horat. 1. Carm. ode. 2. 3.

Deiectus, huius deiectûs. (κατάβολή,) Liu. 9. ab Vrbe 8. Quum ad alias angustias protinus pergerent, septas deiectu arborum, saxorum ingentium obiacentem molem inuenere.
Grauis deiectus. Ouid. 1. Metam. 115.

Deiectus gemmæ. Plin. lib. 37. cap. 6. 8. Neque in recessu gemmæ, aut in deiectu renitente.

Deiectus habere dicitur collis. Cæsar 2. bel. Gal. 26 1. Vbi nostros non esse inferiores intellexit, loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno atque idoneo: quòd is collis, vbi castra posita erant, paulũ ex planitie editus, tantũ aduersus in latitudinem patebat, quantũ loci acies instructa occupare poterat: atqs ex vtraq; parte lateris deiectus patebat, & in fronte leuiter fastigiatus, paulatim ad planitiem redibat.

Dein, & deinde idem (ἔντεῦθεν,) significat, hoc est postea. Terent. And. 1. 1. 52. Accepit conditionem, dein quæstum occipit. Plin. lib. 16. cap. 44. 11. Dein ea pinguefacit. Cic. in Orat. 124. Hæc quidem duo binis pedibus incisum dein membratim.
Dein pro Præterea. Cicero 1. de Natura deo. 158. Dein quæ sequuntur.

Deinde, (τοὐντεῦθεν,) Terent. in Prol. Heautontim. 19.
–factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere: & deinde facturum autumat. Virgil. lib. 9.
–quo deinde fugam? quò tenditis? inquit. Cic. ad. Qu. fratrem lib. 3. 24. 3. Tu velim cures vt sciam quibus nos dare oporteat eas quas ad te deinde literas mittemus.
Primum cur? Et paucis interiectis, Deinde, Nihilne præterea diximus? Cic. 4. Acad. 140.
Deinde ponitur aliquando vbi non præcessit primum, aut aliud ordinis aduerbium. Cicero pro Cluentio, Capit hoc consilium, vt pecuniam quibusdam iudicibus leuissimis polliceatur, deinde eam postea supprimat. Idem 4. Acad. 71. Et 7. Verr. 22.
Deinde, quater repetitum apud Ciceronem reperitur, 1. de Inuent. 51.
Deinde, cui mox succedit Exinde. Cicero 2. de Natura deorũ 167. deinde Delphinus, Exinde Orion obliquo corpore nitens. Ex Arato.
Deinde reperitum in singulis attributis eiusdem rei aut personæ. Cic. Appio, lib. 3. 71. An ego tibi obuiam non prodirem? primùm Appio Claudio? Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorum? deinde (quod caput est) amico.

Deinceps, deincipis, (ἑφεξῆς κεφῶν,) (inquit Festus) qui deinde cepit, vt princeps qui primus cepit. Deincipem antiqui dicebãt (ait idem alio loco) proximè quenque caprum, vt principem primum captum. Id est electum. Hæc enim nomina non à caput veniunt, sed à capio, quod interdum eligere significat. composita autem ex caput, faciunt genitiuum in pitisyt Biceps, bicipitis.

Deinceps, Aduerbium, (ἑξῆς.) Postea, vel deinde siue postremo. Colu. lib. 6. Quod quomodo & qualis generis faciendum sit, non pigebit deinceps præcipere. Ideóst per ordinem. Cic. 1. de Diuin. 112. Quo affert Rhodium quendam mortalem, sex æquales nominasse, & dixisse, qui Primus eorum, qui secũdus, qui deinceps moriturus esset. Liu. 1. ab Vrbe. 206. Vt duo continua regna, viro, ac deinceps genero dedisset. Ibidem. 87. Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Cæs. 7. Bel. Gal. 9. Nam vbi maior atque illustrior incidit res, clamore pagros, regionesqs significant. hinc alii deinceps excipiunt, & proximis tradũt. Cic. 5. Verr. 63. Etenim deinceps videmus. Idem 1. Acad. 63. Optimoibus & institutis omnia teneri, nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. Liu. 1. Decad. lib. 1. 21. Extemplo aduocato concilio, scelera in se fratris, originem nepotum vt geniti, vt educati, vt cogniti essent, eadem deinceps tyranni, seque eius authorem ostendit. Idem. 1. Officiorum, 214. Et 3. de Finib. 32. Primum est officium (id enim appello κάθηκον,) vt se conseruet in naturæ statu: deinceps vt ea teneat quæ secundum naturam sint, pellatque contraria.

Deinceps, pro Iterum. Author ad Heren. lib. 1. 15. Cauendum est etiam ne id quod semel supra diximus, deinceps dicamus.

Deinceps pro eo quod vulgo dicitur successiue & consequenter. Cicero Therm. lib. 1. 17. 5. Sed tamen tres fratres summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere iratos, iure præsertim quos video deinceps Tribunos plebis per triennium fore. Idem de Claris Oratoribus. 6. Posteaqs prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt.

Deinceps inde. Cic. de Claris Oratoribus. 171. Itaque prima causa publica, &c. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas & quàm elucubratas afferebamus.

Deinsuper, pro Desuper, (ὕπερθεν,) Sallust. lib. 1. Hist. ad medium
Deintegro, quasi deinsuper astantũ manibus in mutũ attollitur.
vide DE præpositionem.

DEIOPEIA, penultima producta, (Δηϊόπεια,) Nymphe nomen est apud Virgilium libro. 1. Aeneidos:
Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ:
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.

DEIOTARVS, penulti. correpta, (Δηϊόταρος,) Galatiæ rex à Senatu iuuante Pompeio factus, in bello ciuili eius postea partes sequut⁹, post pugnam Pharsalicã domũ se recepit. Deinde ad Cæsaris clementiam confugiens, bella gerenti subsidia ministrauit. Quare ab ipso rex dimissus, verùm parte regni tantũ mulctatus fuit. Tandem accusatus à Philippo quodam, quòd Cęsari apud se diuertenti insidias struxisset, à Cicerone defenditur, luculenta illa pro Deiotaro rege oratione. Author Pædianus. Lucan. lib. 5. 11.
– fidúmque per arma
Deiotarum, & gelidę dominum Racipalin oræ. Fuit & Deiotarus alter Adramitenus, ludi literarii magister, apud Gargara Troadis, vt scribit Strephanus.

DEIPHOBVS, pen. corr. (Δηΐφοβος,) Priami & Hecubæ filius. Virg. 6. Aene. 100. Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri. Hic Paride mortuo, Helenam duxit vxoré. Vide Virg. in loco antè citato.
Acer Deiphobus. Horat. 4. Carm. ode. 9. 5.
Priamides Deiphobus. Virgil. 6. Aeneid. 39.
Atque hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobam vidit, lacerum crudeliter ora.
Domus ampla Deiphobi. Virg. 2. Aeneid. 61.

DEIPHYLE, (Δηΐφυλη,) Adrasti filia, Tydei vxor, ex quo Diomedem suscepit, qui in bello Troiano in virtute primus post Aiacẽ & Achillẽ ab Homero scribit. Vide Hyginum in fabula 69. & Diodorũ li. 5. ca. 6.

Deiugo, deiugas, pen. cor. (ἀπολύγω,) deiugare, Disiungere. Pacuuius Chryse. Perque nostram egregiam vnanimitatẽ, quã memoria deiugat.

Deiungo, deiungis, deiunxi, deiunctum, (ἀπολύγω,) deiũgere, Disiungere. Plaut. Asin. 12. 75. Ne nos deiunge amantes. Cicc. de Vnuer. 18. Ita necessitas cogit, vt eadem sint ea quæ deiũcta fuerunt.

Deiuro, Deiurium, vide DEIERO.

Deiuuo, deiuuas, pen. corr. (ἀπωφέλγω,) deiuuare, Non iuuare. Plaut. Trinu. 6. 62. Deserere illum, & deiuuare in rebus aduersis pudet. Antiquum.

Delâbor, penul. prod. delâberis, delapsus sum, (κατολισθάνω, καταπίπτω,) Delâbi, Deorsum labi. Plaut. Casina 8. 62.
Delabor, pectus tundit. Virgil. in Bucol.
Serta procul capiti tantum delapsa iacebant.
Ascendere & Delabi, pugnantia. Cic. in Parti. 8. Aut à minoribus ad maiora ascendimus, aut à maioribus ad minora delabimur.
Delapsus ab alto tecto. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 4.
Signum cœlo delapsum. Cic. 11. Philipp. 307.
Cœlo repente delapsus. Liu. 1. ab Vrbe 67.
Delabi de cœlo & è cœlo. Cic. 1. de Finib. 96.
Ex annalium memoria, aut de cœlo delapsum esse. Cic. Qu. fratri lib. 1. 111. Nam Græci quidem sic te ita viuentem intuebantur, vt quendam ex annalium memoria aut etiam de cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent. Idem pro Lege Manilia 28.
Delapsa de manibus audacissimorum hominum arma ceciderunt. Id est furor ciuium compressus. Cic. 1. Offic. 110.
In flumen delapsus. Cicero 1. de Diuinat. 103.
Pondere delabi in terram. Lucret. lib. 6. 168.
¶ Delabi, res familiaris dicitur, Consumi, & ad nihilum redigi. Cic. 2. Offic. 93. Habenda est autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi sine re flagitiosum est.
¶ Delabi per translationem, est aut per infirmitatem animi, aut per imprudentiam delinquere.
Delabitur in eas difficultates, vt necessitatem fati confirmet inuitus. Cicero de Fato 57.
Delabi in fraudem. Cicero 3. de Oratore 125.
Delabi in insidias. Plin. de Viris illustribus 14. Veientes ad dolos cõuersi, pecora ex aduerso in conspectu illorum posuerunt: ad quæ progressi Fabii, in insidias delapsi, ad vnum occisione perierunt.
Delapsus in idem genus morbi. Cic. ad Atticum, lib. 7. 125. 1.
Delabi in turpitudinem. Cic. 1. Offic. 147.
Delabi in vitium. Cic. 2. de Orat. 136. Iste qui se vult dicacem, & me hercle est, Appius, sed nonnunquam in hoc vitium scurrile delabitur.
¶ Delabi aliquò, pro Conuertere sermonẽ. Cic. pro Mure. 26. Post, quũ id assequi non potuissent, istuc potissimũ sunt delapsi, vt aiunt in Græcis artificibus, cos, &c.
Delabitur interdum, vt dicat, &c. Cicero 4. Academic. 108. Carneadem autem etiam heri audiebamus solitum esse delabi interdum vt diceret opinaturum, id est peccaturum esse sapientem.
Delabitur oratio ad vulgares amicitias. Cic. de Amicit. 65. Iam enim à sapientũ familiaritatibus ad vulgares amicitias nostra delabitur oratio.
Ad præcipiendi rationem delapsa oratio. Cicero Qu. fratri, lib. 1. 1. 16. Sed nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, quum id mihi propositum initio non fuisset.
Delabi in aliquem sermonem. Cicero 1. de Oratore 48. Insperanti mihi, inquit, & Cottæ, sed valde optanti vtrique nostrum cecidit, vt in istũ sermonem Crasse delaberemini.
Eodem delabi. Ouidius 4. de Ponto, elegia 15. 7.
Scribere sæpe aliud cupiens, delabor eodem.
¶ Delabi ad aliquem. Cicero ad Atticum, libro 12. 258. 3. De Mustela, vt scribis, etsi magnum opus est, eo magis delabor ad Clodiam: quanq; in vtroque Paberianum nomen explorandum est.
Ad æquitatem delabi. Cic. Trebiano, lib. 1. 10. 13. Nam & ipse qui plurimũ potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem & ad rerũ naturã videor.
¶ Delapsa fluxerunt. Cic. pro Marcello 14. Omnia quæ delapsa iam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt.

Delacero, delaceras, pen. corre. (κατασύρω,) delacerare, pro Dilacerare, pro Dilacerare. & absumere. Plaut. Capt. 12. 14. Delacerauisti, deartauisti que opes. Antiquum.

Delâchrymo, delâchrymas, pe. corr. (κατασφάζω,) delachrymare, Est lachrymas vel aquam more lachrymãtis demittere. Columel. lib. 4. cap. 9. de vite loquens. Sed nec ad eam partem, qua est gemma, verùm ad posteriorem declinatur, vt in terrã potius deuexa, quàm in germen delachrymet.

Delachrymatio, Verbale, (κατασφάκευσις,) Plinius lib. 34. cap. 11. 7. Vis eius collyriis oculorum aptissima, & delachrymationibus mordendo proficiens. Idem lib. 25. cap. 13. 12. Claritatem facit inunctis oculis, delachrymationemque ceu fumus. Et lib. 20. cap. 5. 8. Satiuæ olfactu ipso & delachrymatione caligini medentur. DE cepis.

Delaeuo, delæuas, (κατάλαιῶ,) delæuare, Compositum à læuo læuas, significat læuigare. Columel. lib. de arboribus, cap. 6. 3. Plangam acutissimo ferro delæuato.

Delambo, delambis, (κατάλείχω,) delambere, Idem quod lambere. Stat. 2. Thebaid. 137.
Molliaque iecta delambit vellera lingua.

Delamentor, delamentaris, (ἐπεφωτέω,) delamentari. Ouidius 11. Metamorpho. 67.
Et natam delamentatur adeptam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DELAPIDO, (ἀπολιθάζω,) Vide DILAPIDO.

Delasso, delassas, (κοπιάζω,) delassare, Valde lassare. Plaut. Asin. 16.22. Ibi labore delassatum, totam noctem stertore. Martial. li.10.5. Delassat oēs fabulas poetarū. Horat.1.Ser.sat.1.3. Cætera de genere hoc (adeo sunt multa) loquacem Delassare valent Fabium.

Delator, Vide DEFERO.

Délauo, delauas, penul. correp. delāui, delōtum, pen. prod. (κατατίθημι,) delauare. Plin. Rud. 14.21. Eho an te pœnitet, In mari quod delaui, ne hic in terra quoquo eluam? Antiquum.

Delebilis, Vide DELEO.

Delecto, delectas, (τέρπω,) delectare, à delicio deriuatur & est proprie Attrahere & illicere. Annius Thyeste. Et me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus. Quadrigarius annalium lib.4. Pabius de nocte cœpit hostibus castra simul oppugnare, eum hostem delectare, dum Collega id caperet quod captabat. Nonius.

¶ Delectare, (τέρπειν, ψυχαγωγεῖν,) Voluptate afficere. Plaut. Capt. 4.75. Nam isthoc me assiduo victu delecto domi. Idem Merc. 10.5. Voluptate, vino, & amore delectauero. Cic.6. Ver. 109. In quibus erāt imagines Siciliæ regum, ac tyrannorum, qui non solum pictorum arti ficio delectabant, sed etiam commemoratione hominum, & cognitione rerum. Idem de Senect. 45. Nónne ita deficiunt, vt quennis cū admiratione delectent? Idem Rufo, Itaque me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt. Quæ locutio apud eundem frequentissima est, vt ad Qu. fratrem, lib. 2. 16.1. Incredibiliter delectauerunt.

Herba spe delectat agrestes. Ouid. 15. Metamorph. 40.

Plus nimio delectare. Horat. 1. epistо. 10.6.

Quem res plus nimio delectauēre secundæ, Mutatæ quatient.

¶ Delectare oues in agro. Plin. lib. 17. cap. 9. 7. Itemque vbi saturus eris frumentum, oues ibi delectato.

Pulchritudo mouet oculos & delectat. Cic. 1. Offic. 139.

Non solum delectat, sed etiam sine satietate delectat. Cic. 3. de Orat. 54.

Delectare se. Cicero Papirio, lib. 9. 18.6. Tu istic te Atheriano iure delectato, ego me hīc Hirtiano. Idem Attico, lib. 2. 21. 1. Itaque aut libris me delecto, quorum habeo Antii festinam copiam.

Cum Musis se delectare. Cic. Attico, lib. 2. 19.3. Interea cum Musis quidem nos delectabimus animo æquo.

Valde delectare. Cic. Attico, lib. 1. 1. 10.

¶ Delectat, more impersonalium. Quintil. lib. 1. ca. 1. Quare quum sem per & vbique, tum præcipuè in epistolis secretis & familiaribus delectabit, ne hoc quidem neglectum reliquisse. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 15. 4. Me magis de Dionysio delectat ipse enim est veterator magnus.

¶ Prudens dici delector. Horat. 1. epistо. 17.7.

Delectari in re aliqua. Cic. 1. de Finib. 60. Quæ manus significet illum in hac esse rogatiuncula delectatum. Idem 2. de Legib. 28. In hoc admodum delector, quòd, &c.

Delectari ab aliquo. Cic. in Oratore 113.

Duci ac delectari declamatorio genere. Cic. Qu. frat. li. 3. 19.5. Ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur.

Ne criminibus inferendis amicus delectetur. Cic. de Amic. 58.

Cogitatione quadam spe quæ delectari. Cic. pro Archia 22.

Vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur. Cic. pro Mur. 37.

Opinione æquitatis delectari. Cic. Attico, lib. 1. 15.7. Multi partim male uolentia, partim opinione æquitatis delectantur.

Delectamentum, (ψυχαγωγία, ψυχαγωγία,) Verbale, Recreatio. Cicero de Senectu. 50. Possum persequi permulta delectamenta rerum rusticarum, sed ea ipsa, quæ dixi, sentio esse longiora. In emendationibus codicibus legitur oblectamenta. Idem in Pisonem 47. Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta pueri rorum.

Delectatio, Verbale, (τέρψις, τερπνόν, ψυχαγωγία,) Cic. 4. Tuscul. 31. Delectatio, voluptas, suauitate auditus animum delenians. Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ voluptates.

Delectationi esse. Cic. ad Atticum, lib. 13. 281. 3.

Gaudium & delectatio. Cic. Post redi. in Sena. 13. In omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium delectationemque versari.

Delectatio & iucunditas. Cic. 3. de Orato. 85. Post autem delectatio iucunditasque celebrauit.

Suauitas & delectatio. Cic. 1. de Oratore 95. Mira quædam in cognoscendo suauitas & delectatio.

Voluptas & delectatio. Cic. Pæto, lib. 10. 20.5. Magna enim te delectatione & voluptate perfusti.

Ars plena delectationis. Cic. 1. de Oratore 127.

Conuiuiorum delectatio. Cic. de Senectu. 42. Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis quàm cœtu amicorum & sermonibus metiebar.

Sermonis delectatio. Cic. de Senectu. 42. Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuis quoque conuiuiis delector.

Fabulæ delectationis habét quátū voles. i. multū. Cic. 1. de Diuinat. 169.

Studii, delectationisque causa scribere aliquid. Cic. 2. de Legib. 24.

Popularis delectatio. Quintil. lib. 2. cap. 10.8.

¶ Asserre delectationem alicui. Cic. Mario, lib. 7. 1.9. Quæ populārem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent.

Delectationis causa aliquid agere. Cic. 1. de Orato. 128. Res rusticas vel fructus causa, vel delectationis inuisere.

Allicere delectatione. Quintil. lib. 5. cap. 14.23.

Duci delectatione audiendi. Cic. 1. Offic. 148. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut anquirit, aut agit, videndique & audiendi ratione ducitur.

Habere magnam delectationem. Author ad Heren. lib. 4. 170. Habet breuis expositio, si rationis nullius indiget, magnam delectationem.

Ab delectatione negotiis impediri, & Habere in occupatione delectationes, Contraria. Cic. pro Murena 37. Qui & ab delectatione omni negotio impediunt, & in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus, ludis tamen oblectamur & ducimur.

Magna delectatione & voluptate aliquem priuare. Cic. Pæto, lib. 9. 14.5.

Amœnitas ad delectationem reuocat. Cic. pro Lege Manil. 28. Non asperitia ab instituto cursu ad prædam aliquem reuocauit, nō libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem.

Delectus, Vide DELIGO deligis.

Delêgo, delegas, penul. produ. (ἐπιτρέπω, ἐντέλλομαι,) delegare, Demandare, committere, onus imponere. Cic. pro Domo sua 13. Delegauit amico locupletiori, non quo illi ita de me merito onus illud imponerem.

Delegare causam peccati mortuis, pro Imputare. Hirtius, lib. 8. belli Gal.

Curam alicui delegare. Quintil. in Procœmio li. 4. 2. Quum verò mihi Domitianus Augusti sororis suæ nepotum curam delegauerit, &c.

Delegare decus ad aliquem, pro Assignare. Liuius, lib. 1. belli Punici, Seruati Consulis decus Cælius ad seruum Ligurem delegat.

Laborem alteri delegare. Cælius Ciceroni lib. 8. 1. 3. Tamen in hoc deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes, quòd hunc laborem alteri delegaui.

Delegare excribendas pingendasque imagines. Plinius epist. 93. Vt apud Suetonium in Cæsare, Delegare ordinandas bibliothecas.

Delegare aliquem alicui negotio. Columel. lib. 3. cap. 10.5. Imò quis non imprudentissimum quenque, etiam eum qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat?

Delegare prouinciam alicui, vel curam rei alicuius. Cicero, Post delegatam mihi hanc prouinciam. Columel. lib. 11. cap. 2.54. Possit eorum curam quæ intra villam facienda sunt, villicæ delegare.

Delegare officium alicui. Plin. epistо. 49.c. & 220. Vt toto animo delegato mihi officio vacarem.

Delegare rem aliquam ad alterum. Cic. 2. de Orat. 68. Hæc ipsa quæ nūc ad me delegare vis, ea semper in te eximia & præstantia fuerunt.

Delegare spes suas fortunæ loci. Liu. 6. ab Vrbe 113. Has inanium rerum inanes ipsas voluentes cogitationes, fortunæ loci delegauerant spes suas. Id est numine loci Romanis religiosi & infausti fidentes

¶ Delegare, apud Iurisconsultos, est vice sua alium dare reum creditori vel cui creditor iusserit. Fit autem delegatio vel per stipulationem, vel per litis contestationem.

¶ Delegaī, Mittere. Cato ca. 30. Vbi semētē factu⁹ eris, ibi oues delegato.

¶ Delegaī, In legationē mittere. Liu. Decernūt vt duodecim delegarēt.

¶ Delegata, Diis consecrata, quæ nunc dedicata dicimus. Festus.

Delegatum exitium, Pro relegatione. Seneca 1. de Clementia, Quòd exilio contentus, & exilio delegato, Massiliæ parricidam continuit.

Delegatio, Verbale, (ἐπιτροπή, ἔντολμα,) Ipse delegandi actus. Cic. ad Atticū, li. 12. 233. 2. Perdere malo delegationē in mācipes, annua die.

¶ Delegatio, pro assignatione debiti, vt loquimur. Seneca de Beneficiis 5. Quanuis non interuenerint nummi, sed delegatione & verbis perfecta solutio fit. Cicero Attico, lib. 12. 233. 2. Perdere malo, & aut delegatione in mancipe, annua die. Libro 8. Cod. de Nouat. & deleg. Delegatio debiti, nisi consentiente & stipulanti promittente debitore, iure perfici non potest.

Delèuio, delēnis; deleuiī, delenitum, (κατωπτρόω,) delenire, Quod & delinire dicitur, idemque significat. Plautus Asina. 9.28. Vah delenire apparas, mihi scio vicārum esse. Columella libro 9. cap. 5.2. Sed tamen iracundia notæ melioris apium facile delenitur assiduo interuentu eorum qui curant alucaria. Legitur in quibusdam exemplaribus delinitur.

Delenificus, penul. correp. (πανυπνόος,) Plaut. Mili. 5.37. Domi dolos, delenifica verba, domi fallacias. Antiquum.

Deleo, deles, deléui, delétum, (ἐξαλείφω, ἐξαφανίζω, κενόω, κατακενόω,) delēre, à leo antiquo verbo, vel lino leui, significat destruere: & ad lineam & notam refertur. Cicero pro Cluent. 30. Eadem hac Dinea testamentum faciente, quum tabulas prendisset, Oppianicus,

Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito legata deleuit & quū id multis locis fecisset, post mortem eius, ne lituris coargui posset, testamentū in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit.

Delere epistolam lachrymis. Cic. Terentiæ lib. 14.3.1. Accepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lachrymis prope deleui. Hyperbole ad eximendum ingentem mœrorem.

Delere tectorium & inducere, contraria. Cic. 3. Verr. 103. Dico esse ex quantum tectorium vetus deletum sit & nouum inductum.

¶ Delere, per translationem, vt Delere vrbem. Plin. lib. 10. ca. 43. 3. Scipionis vero Aemyliani, post Carthaginē Numātiamque deletas ab eo, nemo vindicauerat mortē. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 49. Quin spe prædę in vrbem irrūperent, vrbēque delerēt. Sic Delere patriā. Cic. 4. Acad. 144.

Delere & Seruare, contraria. Cic. pro Qu. Roscio, Comœdo. 4. Hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè.

Extinguere & funditus delere. Cic. de Aruſp. respon. 5. Sic Annius ad illā pestē comprimendā, extinguendam, funditus delendā natus esse videt.

Perimere ac delere omnino. Cic. 1. Tuscul. 101. Nam si supremus ille dies nō extinctionem, sed commutationem adfert locisquid optabilius? Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius, quàm in medīs vitæ laboribus obdormiscere, &c.

Ætas deleuit quod olim lusit Anacreon. Horat. 4. Carm. ode. 9. 1.

Ædificia deleta. Cic. 2. de Lege Agr. 27.

Tempus deleuit amorem. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 4.

Delere bella futura. Cic. de Amicitia. 10.

Ciuem deleri. Sallust lib. 7. 111.

– patiēne ante ora manusque
Ciuem deleri nostras?

Copias delere. Cic. pro Lege Manil. 13.

Delere ex animo. Terent. Eunu. 2. 3. 1. O faciem pulchram: deleo omnes dehinc ex animo mulieres.

Delere exercitum & imperatorem. Cæsar. 6. bel. Gall. 138.

Homines delari. Cic. pro Murena. 68. Quorum alteri vno aduentu nostri exercitus deleti sunt, alteri nostri imperii, &c.

Homines hominū imperu deleri. 1. bellis aut seditionibus. Cic. 2. Offic. 23.

Morte deleti homines. Cic. 1. de Natura deorum. 56.

Vetustas delet famam operis. Ouid. 1. Metam. 90.

Improbitatem delere. Cic. 1. Verr. 14. Omnino improbitas (id quod Pop. Rom. tandiu flagitat) extinguenda atque delenda sit.

Delere ex animis hominum infamiam iudicii. Liu. 4. ab Vrbe. 51.

Nummulis acceptis ius ac fas omne delere. Cic. Arti. lib. 1. 11. 12.

Extincto Senatu, deletisque iudiciis. Cic. 3. Offic. 4.

Leges delere. Cic. pro Scitio. 47.

Delere maculam bello aliquo susceptam. Cic. pro Lege Manilia. 3. Et quo nihil semper appetentes gloriæ præter ceteras gentes, atque auidi laudis fuistis, deleta est vobis illa macula Mithridatico bello superiore susceptæ.

Delere immortalem memoriam beneficii alicuius. Cic. in Paradox. 36. Liu. 2. belli Punici. 107.

Delere memoriam discordiarū, oblitione sempiterna. Cic. 1. Philip. 1.

Memoria nominis delere. Cic. pro Plancio. 47. Nominis propè Romani memoriam cum vestigio imperii non modò ex ædibus Græcorum, verumetiam ex literis esse deletam.

Molestiam delere. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 14.1. Deleuit enim mihi omnem molestiam recentior epistola.

Delere nomen Pop. Romani. Cic. ad Atticum, lib. 10. 196. 3.

Obliuio delet. Cic. pro Deiotaro. 20. Quæ vnquam vetustas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio?

Obliuione delere, Vide OBLIVIO.

Delenda opprobria. Sil. lib. 16. 135.

Nec verò fabricate moras, sed carere sortem
Hanc finite, ad veterum delenda opprobria cladum.

Religionem hominū delere. Cic. 1. de Diuin. 14. Ipse Cotta sic disputat, vt Stoicorum argumēta magis confutet, quàm deleat hominū religionē.

Rempub. delere. Cic. Post reditum in Senatu. 1.

Senatum delere. Cic. 13. Philipp. 301.

Orbita iterata priores sulcos delet. Stat. 6. Thebaid. 83.

Delere veritatem. Cic. de Amicitia. 77.

Caudā delere vestigia pedum. Stat. 1. Achil. 12.

Vrbem delere. Luca. lib. 5. 72. Massiliam delere vacat.

Delere vrbem cruore & flamma. Cic. ad Augustum. 13.

Deletio. Verbale, (ἐξάλειψις,) Lucilius, libr. 26. Deletionem nostri ad vnum exercitus.

Delebilis, & hoc delebile, pe. cor. (ἐξαλειπτός,) Qđ deleri potest. Mart. lib. 7. 83. Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Viuet.

Delētor, (ἐξαλείπτης,) & Deletrix, pen. prod. deletrīcis. Qui vel quæ delet & destruit. Cic. de Aruſp. responsis. 45. Tum est illa in templo Castoris scelerata & penè deletrix huius imperii fica deprehensa.

Delētilis & hoc deletile, penul. corr. (ἐξαλειπτικός,) dicitur non quod delet, sed quod delet. Varro Modio, Si displicebit tibi tam magnum, sumam spongiam deletilem.

Delitītius, A diectiuum. vt Charta deletitia. Vlpianus in L. Chartæ. ff. de Bonorum possi. secun. tabul. Chartæ appellatio, & ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam.

DELIA, DELIACVS. Vide DELOS.

Delibatorium, Vide DELIBO.

Delibero, deliberas, penul. correp. (βουλεύομαι, γνωσιάω, μερμηρίζω, σκέπτομαι,) deliberare, A libella dictum est, authore Festo. Terent. Adelph. 2. 1. 42. Delibera hoc, dum ego redeo leno.

Deliberare vtrum. Cic. ad Brutum, lib. 12. Deliberant vtrum trahiciant legiones ex Africa, nécne.

Statuere & deliberare. Cic. 3. Verr. 1. Iste certè statuerat ac deliberauerat non adesse.

Deliberandum & concoquendum. Cice pro Qu. Rosc. Com. Tibi vero Pisō diu deliberandum & concoquendum est, vtrum potius, &c.

Amplius deliberandum censeo. Terent. Phorm.

Noctem sibi ad deliberandum postulauit. Cic. post redit. ad Quir. 9.

Spatium deliberandi habere. Cic. 1. Offic. 166.

Delibero, consulo aliquē. Cic. 1. de Finib. 182. Qui voluptatē summū bonū esse decernit, nō cum ea parte animi, in qua ineſt ratio atq; cōsiliū, sed cum cupiditate, id est cū animi leuissima parte deliberat. Budæus.

Deliberare cum amicis. Liu. 4. bel. Maced. 131. Cic. 2. de Finib. 182.

Deliberare de absoluendo Apronio. Cic. 5. Verr. 25.

¶ Deliberatur, impersonale. Cæsar 7. bel. Gal. 54. Deliberatur de Auario in communi consilio, incendi placeret an defendi.

Vtri consulendum sit, deliberetur. Cic. 1. de Inuent. 250.

¶ Deliberatum est, Id est fixum, & decretum est. Cic. 7. Verr. 143.

Certum est, deliberatumque. Cic. pro Roscio Amerino 18.

Deliberatum est mihi, Id est decreui. Cic. ad Attic. lib. 15. 324. 3. Mihi verò deliberatum est, vt nunc quidem est, abesse ex ea vrbe, in qua, &c.

Statutum cum animo, ac deliberatum habere. Cic. 5. Verr. 79.

Deliberatum & constitutum est mihi. Cic. 1. de Lege Agrar. 15. Præsertim quum mihi deliberatum & constitutum sit, ita gerere Consulatum, quo vno modò geri grauiter & libere potest.

Deliberātus penul. prod. Particip. (βεβουλευμένος,) vt Mors deliberata. Horat. 1. Carm. ode 37.6. –vt atrum
Corpore combiberet venenum
Deliberata morte.

Deliberatus, (βούλευτος,) Nomen ex participio. Cice. Metello, lib. 5. 222. Neque illi quicquam deliberatius fuit, quàm me, quacunque ratione posset, non iudicio neque deceptatione, sed vi, atque impressione enertere.

Deliberatum, Substantiuum, (βεβουλευμένον,) Cæsar 1. belli Ciuil. 42. Acceptis mandatis Roscius cum L. Cæsare Capuam peruenit: ibique Consules Pompeiumque inuenit: postulata Cæsaris renuntiat. Illi deliberata respondent, scriptaque ad eum mandata per eos remittunt.

Deliberator, penul. prod. (βουλευτής,) Verbale. Cic. pro Sest. 63. Illi interea deliberatori merces, longa interposita nocte duplicata est.

Deliberatio, Verbale, (συμβουλία, βούλευσις,) Cic. ad Attic. lib. 8. 147. 1. Deliberatio autem omnis hæc est, &c. Idem 1. Offic. 15. Triplex igitur est, vt Panætio videtur, consilii capiendi deliberatio.

Deliberatio & consultatio. Cic. 3. Offic. 66. Sapientem & bonum virum fingimus, de eius deliberatione & consultatione quærimus.

Deliberatio & demonstratio, genera sunt causarum. Cic. 1. de Inuent. 18.

Difficilis deliberatio. Cic. pro Lege Manilia 18.

Ad deliberationes aliquos adhibere. Cic. 1. Philipp. 1.

In deliberationem illud cadit. Cic. 1. Offic. 15. Vide CADO.

Ex deliberatione constans causa, vt belli. Cic. 2. de Orato. 58.

Consumere deliberationem in aliquid agendo. Cic. Post reditum ad Quirites 9. Quæ deliberatio non in reddenda, &c. sed in augēda mercede consumpta est.

In deliberationibus omnem orationem consumere. Cic. de Fato 4.

Habere domi deliberationem de aliqua re. Cic. 1. Philipp. 1.

Habet res deliberationem. Cic. Attico, lib. 7. 123 4. Habet enim res deliberationem, etsi ex parte magna tibi assentio.

Incidit deliberatio. Cic. 1. de Orato. 183. Sed quid fieri possit aut non possit, quidque etiam sit necesse, aut non sit, in vtraque re maxime est quærendum. Incidit enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si, &c.

Introducere deliberationem aliquam. Cic. 3. Offic. 16.

Suscipere deliberationem alicuius. Cice. Attico, lib. 14. 308. 8. Suscipe nunc meam deliberationem, qua solicitor: ita multa veniunt in mentem in vtranque partem.

Deliberatiuus, penul. prod. A diectiuum, (συμβουλευτικός,) vt Deliberationum genus orationis. Cic. 1. de Inuentione 11. * Et Quintil. lib. 3. ergo pars deliberatiua, quæ eadem suasoria dicitur.

Causa deliberatiua. Cic. 2. de Inuent.

Materiæ deliberatiuæ, iudicialesque. Quintil. lib. 2. cap. 1. 2.

Deliberabundus, A diectiuū, (βουλευόμενος,) Deliberans. Liuius 2. ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vrbe 195. Consules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur. Idē lib. 1. 237. Rex velut deliberabūdus, in hortū ædiū transit.

Delibo, delibas, penul. prod. (λεῖβω, ἀπογεύομαι,) delibare, Degustare, & primis labris attingere.

Contentus delibasse cibos. Claud. de bello Getico 71.

Artes delibare. Ouid. 1. Fast. 54. Quisque suas artes ob idem delibat agēdo. Id est leuiter attingit & exercet primo anni die, Totus ab auspicio ne foret annus iners.

Delibare nouum honorem. Liu. 5. ab Vrbe 60. Nec satis constat cur primus ac potissimus ad nouum delibandum honorem sit habitus. Hoc est qui primus velut degustaret hunc magistratum recens institutum, vel qui primus eum gereret. Et in Panegyrico Plinii 89. & Delibare cautam narratione. Quintil. lib. 4.

¶ Delibare, pro Decerpere. Cicc. de Senectute 70. Audiebam Pythagoram Pythagoreosq; incolas pēnē nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse quin ex vniuersa mente diuina delibatos animos haberemus. Hoc est decerptos. Sic enim idem Cicero ait 5. Tuscul. 55. Humanus autem animus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Hinc fortè manauit error Manichæorum, animam esse quandam diuinæ mentis siue Dei particulam asserentium.

Floscvlos orationis alterius delibare & carpere. Cic. pro Sest. 103.

Delibare de gloria alterius. Cic. de Inuent. 204. Nónne de sua gloria quū pari præmio tales homines affici videant delibari putēt? Id est auferri.

De honestate delibare. Cic. 2. de Inuen. 250. Quod sit in præsentia de honestate delibatum, virtute aliquando & industria recuperetur.

De laude ieiuni hominis quicquā delibare. Plancus Ciceroni, li. 10. 21. 6.

Delibare benefaciendi materiam. Plin. in Panegy. 61.

¶ Delibare, Violare, destruere, vitiare. Columel. lib. 2. ca. 2. 22. Néve aut cornu bos ad stipitem vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, tamumque deplantet. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 13. Ne toto die cursantes inter se teneri delibent aliquid membrorum.

Delibare honestatem. Gellius lib. 1. cap. 3. Rependitur quippe & compensatur leue damnum delibatæ honestatis.

¶ Flos delibatus populi dictus est ab Ennio Cethegus, aut potius à Pop. Roman. Id est eloquentia excellenti. Cic. de Claris Oratorib. 29. Delibatus, hoc est (vt opinor) intactus, incorruptus, illibatus.

Delibro, delibras, penul. correp. (ἀποφλοίω,) delibrare, Librum, id est corticem arbori detrahere. Columel. lib. 4. cap. 24. 6. cortex quoque aridus, fissusque per summa trunci dependens, corpore tenus delibrandus est. Idem libro 12. cap. 56. 1. Corticem eius delibratum abducito. Idem lib. 5. cap. 6. 8.

Delibro, delibras, penul. prod. à libra compositum, (ῥεμπάσσω,) ponderare. Gellius lib. 15. cap. 8. Quid relinquitur, nisi vt delibrati sibi cœnas iubeant, ne eōdēm defatigentur? Quo in loco quædam exemplaria legunt delibari.

Delibútus, pen. pro. (ἀλείφω,) Vnctus, quasi oleo, aut alio liquore imbutus. Colu. lib. 7. ca. 4. 8. Vbi per triduum deliputo tergore medicamina perliberit. Martialis lib. 11. 99.

Delibutus medicamentis. Cicc. de Claris Oratorib. 114. Qui deuinctus erat fasciis, & multis medicamētis propter dolorem artuū delibutus.

Delibutus capillus. Cic. pro Rosc. Amer. 79. Ipse vero quemadmodum composito, & delibuto capillo passim per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis Iudices.

Cruore Nessi delibutus Hercules. Horat. Epod. ode 17. 7.

Rubrica delibuta imago. Author ad Herenn. lib. 3. 132.

Sanie delibutum aliquid. Cic. 1. Tuscul. 171. Ex antiquo quodam poeta.

Heu reliquias semiassi regis denudatis ossibus,
Per terram sanie delibutas fœdē diuexarier.

Dona delibuta veneno. Horat. Epod. ode 3. 3.

Hoc deliburis vlta donis pellicem Serpente fugit alite.

¶ Delibutus gaudio. Terent. Phor. 5. 6. 16. Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? Transtulit ad animum quod est corporis, inquit Donatus.

Deliburus piuriis. Sall. in Ciceronē 1. Vxor sacrilega, ac piuriis deliburus.

Delicatus, penul. prod. (τρυφερός, ἁβρός,) mollis & deditus deliciis. Cicc. 6. Verr. 112. Nostrum cuius vnusquisque, quitam beati, quàm iste est, non sumus, tam delicati esse non possumus. Et lib. 2. de Orato. 143. Filius delicatior.

Adolescens delicatus. Cic. de Claris Oratorib. 101.

Delicatissimus amnis. Id est leniter fluens, cui opponitur Rapidus & violentus. Plin. epist. 170. a. Anio delicatissimus amnium, ideoque adiacētibus villis velut inuitatus, retentusq;, magna ex parte nemora, quibus inumbratur, & fregit & rapuit. Sic Delicatum littus, Cic. 7. Verr. 82.

Muliebris & delicatus ancillarū, puerorumq; comitatus. Cic. pro Mil. 21.

Delicatum conuiuium. Cic. ad Atticum, lib. 1. 20. 1.

Voluptaria & delicata disciplina. Cic. 1. de Finib. 57. Vt tollatur omnis error imperitorum, intelligaturq; ea quæ voluptaria, delicata, mollis habeatur disciplina, quàm grauis, quàm continens, quàm seuera sit.

Domus delicata. Senec. Hippol. 2. 16.

Delicatissimum fastidium. Cic. 1. de Finib. 8. Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi.

Libidinosa & delicata iuuentus. Cic. Attico lib. 1. 14. 10.

Puella tenellulo delicatior hœdo. Catull. ad Coloniam 17. 3.

Puer lepidus & delicatus. Cic. 2. in Catil. 42. Hi pueri tam lepidi ac delicati, non solum amare & amari, neque cantare & psallere, sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerunt.

Delicatior & mollior ratio. Cic. 5. de Finibus 21.

Delicatior sententia. Plin. lib. 15. cap. 2. 2.

Sermo delicatus & conuiuio dignus. Cic. 1. Offic. 200. Turpe enim valdéque vitiosum, in re seuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inserre sermonem.

Delicatissimis versibus exprimere omnia conuiuiorum genera, cœnarúmque, & adulteria. Cic. in Pisonem 56.

Delicata vita. Cic. 2. Tuscul. 43.

Delicatæ & obscœnæ voluptates. Cic. 1. de Nat. deo. 153.

Molles & delicatæ voluptates. Cic. 1. de Nat. deo. 155.

Delicate, Adue. τρυφερῶς, vt Delicatè cœnitare. Var. 3. de Re rust. 4. 1.

Recnbare molliter & delicatè. Cic. 3. de Orat. 36.

Delicatè & molliter viuere. Cic. 1. Offic. 149.

Delicatè vestiri. Colum. lib. 11. cap. 1. Cultam, vestitámque familiam vtiliter magis habeat, quàm delicatè.

Delicium, deliciis in plurali deliciæ, deliciarum, (παιδιγνοὸς,) Oblectamentum quod nobis voluptati esse solet. Mart. lib. 13. 99. Delicium paruo donabis Dorcada nato. Idem lib. 1. epigr. 36. Stellæ delicium mei columba. Idem lib. 7. 49. Gloria conspicuæ, deliciísque domus.

¶ Delicium digāma Formianum suum agrum intelligit Cicero, quod ab Ædigamnate Aeolico incipiat. Ad Atti. lib. 9. 180. 11. In emendatio ribus ex scripto antiquissimo codice exemplaribus legitur, Deli tuum digamma videram.

¶ Delicia deliciæ. Plau. Truc. 19. 27. At ego ad te ibam. 2. ad me delicia! Idem, Mea voluptas, mea delicia. Sed antiquū est & insitatum. Amor & deliciæ. Cic. 6. Ver. 2. Vnde igitur potius incipiā, quàm ab ea ciuitate quæ tibi vna in amore, atque in deliciis fuit? Idē Atti. lib. 16. 333. 11. Mel & deliciæ. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 1. Scito C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse.

Multarum deliciarū & magnæ pecuniæ locus. Cic. pro Lege Agraria 46.

Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Cic. pro Mur. 11.

Cogitatio supellectilis ad delicias, aut epularū advoluptates. Cic. 1 Par. 11.

Votorum deliciæ. Iuuenalis satyra 10. 3.

Formam optat modico pueris, maiore puellis
Murmure, quum Veneris fanum videt anxia mater
Vsque ad delicias votorum.

Alexandrinæ deliciæ. Quintil. lib. 1. ca. 1. 7.

Deliciæ meæ Dicæarchus, per appositionem. Cic. 1. Tusc. 121. Acerrimè autem deliciæ meæ Dicæarchus contra hanc immortalitatem dissertuit. Sic Catullus, Passer deliciæ meæ puellæ.

Deliciæ pueri. Plau. Persa. 6. 23. Pœnium deliciæ pueri salue. Sic dictum est vt Delicias hominum à Iuuenale, pro delicato homine. Budæus.

Deliciæ nostræ. Virg. eclo. 9. 5. Quum te ad delicias ferres Amarylida nostras. Per delicias nostras, intelligit communem amicam. Seruius. Idem eclog. 2. 1. Delicias domini. Hoc est qui domino in deliciis erat.

¶ Faciles deliciæ. Ouid. 13. Metam. 178.

Nec tibi deliciæ faciles vulgaríque tantum.

Illepidæ atque inelegantes deliciæ. Catull. epigr. 6. 1.

Loquaces deliciæ. Stat. 5. Sylu. 5. 14. Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces Delicias.

Pueriles deliciæ. Cic. 3. de Ora. 46. Regificæ. Claud. 7. Paneg. 68.

Luxu carentes deliciæ. Stat. 1. Sylu. 3. 19.

¶ Alicuius delicias se dicere. Cic. pro Domo sua, 50. Quum alter se Catilinæ delicias, alter Cethegi consobrinum fuisse diceret.

Excutere delicias. Claud. 1. in Eutrop. 50. Significat amouere.

Facere delicias. Catul. epig. 42. 5.

Vno in Septimio fidelis Acme
Facit delicias libidinésque. Ouid. 3. Trist. 70.
Sic ego delicias, & mollia carmina feci,
Strinxerit vt nomen fabula nulla meum.

Fugare delicias animi. Catul. epigram. 63. 6.

Delicias facere, pro Dissimulationibus iocularibus vti. Plau. Pœnulo 4. 73. Enimuero ære meo me lacessis, ludos & delicias facis. Hoc est ludificari te iuuat, & ioculari frustratione mecū agere, id quod ego iolitus sum facere. Idem Menæch. 9. 24. eia delicias facis Mi Menæchme quin amabo is intro? hūc tibi erit rectius. Id est qd' vulgari fœmōe dicimus, Nimium est hoc frustrari & illudere, q; te tandū rogari vis. Budæus.

Habere in deliciis aliquem. Cic. Attico lib. 6. 111. 26.

Implere aliquem deliciis. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 4.

Inficere animum deliciis, Vide INFICIO.

Nouis luxuriare deliciis Ouid. epist. 15. 39.

Infantiam

Infantiam statim deliciis soluimus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 6.

Esse in deliciis alicui. Cic. in Vatinium testem 15. Illi autem quibus eras in deliciis, vix risum tenebant.

¶ Deliciæ in malum, pro morositate. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 1. Ecce autem aliæ deliciæ equitum, vix ferendæ, quas ego non solùm tuli, sed etiam ornaui.

Deliciæ & ineptiæ. Cic. in Orat. 22. Quo magis sunt Herodotus, Thucydides quæ mirabiles: quorū æras quum in eorū tpa, quos nominaui, incidisset, lōgissimè tū ipsi à talibus deliciis, vel potius ineptiis abfuerunt.

Deliciarum causa, vt Animi causa. Cic. 1. 3. Verr. 164. Quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat à suis publice. Idē pro Rab. Posth. 16. Deliciarum causa & voluptatis, non modò ciues Romanos, sed & nobiles adolescentes, &c. Neapoli in celeberrimo oppido cum mitrella sæpe vidimus.

¶ Deliciæ dicitur etiā genus tigni, quod à culmine ad tegulas angulares iuncturæ, versus fastigium collocatur. Vide & tectum ipsum deliciatū & tegulæ deliciares sine colliciares appellantur. Hæc Festus. Cato ca. 14. 3. Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris cōputabuntur.

Délico, delicas, pen. corr. (ἐκπυτίζω,) delicare pro Dedicare ponebant veteres, inquit Festus.

Delicare, Explanare, indicare. Accius Achilli, Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica. Cæcilius Obolo state, sinō verò hæc sol ante solitus sum, res delicat. Titinnius lib. 5. Quid istuc est, aut istic sibi vult sermo? mater delica. Nonius. Antiquum.

Delictum, Vide DELINQVO.

Delicus, (διατηξόμενος,) porcus qui dicatur, exponit Varro. 2. de Re rust. cap. 4. 15, his verbis, Qui porci depuli sunt a mama à quibusdam delici appellantur, neque iam, Lactantes dicuntur.

Déligo, deligas, pen. corr. (περιδέω,) deligare. Notæ significationis. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 47. Ea summa integenda binis tabellis dextrā ac sinistra diligatis, herbæque elidendæ. Cicc. 6. Verr. 78. Liui. 3. Ab Vrbe. 122.

Deligare ad palum. Cic. 7. Verr. 94. Liu. 6. bel. Pun. 70. Cæsar 4. bel. Gal. 571. Et lib. 5. 36.

Deligare apud mensam. Plaut. Menæch. 3. 14.

Deligata in linteolo grana. Plin. lib. 12. cap. 25. 18.

Vulnus deliganit aliquis antequam hæc ara esset. Quintil. li. 2. cap. 17. 7.

Deligatis omnibus membris. Cic. 6 Verr. 85.

Deligo, deligis, pen. corr. delegi, delectum, (ἐπαίρομαι, ἀπολέγω,) deligere. Ex de & lego compositum. Valla, Deligere & Eligere sic differunt: Deligere est, quod magis idoneum ad rem agendam est, cernere. Eligere verò, vel ad nostrum emolumentum, vel ad illius qui eligitur, dignitatem. Delegit sibi sæpe Pop. Romanus imperatorē ad bella, vt Pompeium ad bellum Mithridaticum. Imperator quoque deligit milites, nō eligit, ad rem videlicet bellicam idoneas: & inter eos agit delectum, qui cui rei sit magis commodus. Et agricola delectū agit inter tauros, quos scindēdo solo, quosque procreandæ soboli destinet. At si ex multis daretur optio quem sibi vellet eligeret, non deligeret. Ideoque semper fertè dicitur in eodem sensu, datur tibi, siue offertur optio: & datur tibi, siue offertur electio. Hactenus Valla lib. 5. Liu. 1. ab Vrbe. 178. Deligere generum. Cæsar 3. bel. Gall. 44. 2. Duces vero hi deliguntur, &c. Cic. pro Lege Manil. 3. Tum de imperatore deligēdo esse dicendum.

Bona deligere & Reiicere, contraria. Cic. 2. de Legib. 90.

Deligere aliquē ad extrema Reip. discrimina. Cic. pro Domo sua. 19. Nos q; nominatim rei maximæ penè iam desperatæ, summū virū sæpe ad extrema Reip. discrimina delectū prefecimus, ate reprehendemur!

Deligere aliquem ad imitandum. Cic. 1. Offic. 66. Quibuscum si frequētes sunt, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum.

Comites delegi. Virgil. 5. Aeneid. 38.

Famulum deligere sibi. Claud. 7. Paneg. 15.

Deligere castris locum idoneum. Cæsar. 2. bel. Gal. 190.

Lumina ipsa ex florentissimis ordinibus deligere. Cic. pro Mil. 16.

Magistratus deligit Populus Roma. quasi Reip. villicos. Cic. pro Plāc. 51.

Multos ex suis annalibus posse deligere, quos velit & possit imitari. Cicc. Qu. fratri, lib. 1. 1. 15.

Deligere ex omni numero. Cic. 4. Verr. 75. Dubitare etiamnum potestis quin eum iste potissimum ex omni numero delegerit, cui improbam ponam imponeret, &c.

Deligere sibi oppida maritima domicilio. Liu. 9. bel. Maced. 150.

Deligere optimum virum ad sacra Idæa accipienda. Cic. 5. de Fin. 114.

Ex Senatu aliquos in consilium deligere. Cic. pro Rosc. Ame. 5. Qui ex ciuitate in Senatum, propter dignitatem, ex Senatu in hoc consiliū delecti estis propter seueritatem.

Vnum ex cunctis deligere. Cic. de Leg. Agr. 36.

In deligendo genere vitæ ratio habenda est. Cic. 1. Offic. 167.

Potestas deligendi ex populo data. Cic. 2. de Leg. Agr. 36.

¶ Deligere, pro Colligere, vt, Tenui primam deligere vngue rosam. Ouidius episto. 4. 6.

Delectus, Participium, (ἐπίλεκτος,) vt delecti ad omne facinus coloni. Cicc. pro lege Agraria 11.

Ad rem aliquam delectus. Cic. pro Rosc. Amer. 89. Ad eámne rem vos reseruati estis, ad eámne rem delecti, vt eos condemnaretis, &c.

Iuuentus delecta. Virgil. 9. Aeneid. 47.

Natiuum & delectum malum. Cicc. pro Domo sua 9. Nónne fuit eo maior adhibenda medicina, quæ & illud natiuum, & hoc delectum malum sanare posset?

Ab omni ordine delecti Oratores. Virgil. 7. Aeneid. 31.

Delecti viri, Fortes & præcipui, vel egregii. Cic. 1. Tusc. 72. Et pro Lege Agrar. 52. Quid censetis, quū isti Decēuiri cum imperio, cum fascibus, cum illa delecta finitorum iuuentute per orbem terrarum vagabūtur.

Delectus, huius delectus, (ἐπιλογή,) Cæsar 8. bel. Gal. 191. Nam Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Cæsarem miserat, confectam ex delectu prouinciæ, Cæsari eam tanquam ex suo numero dedit. Plinius libro 33. cap. 10. 5. Vt è quinque liberis senectuti suæ in delectu saltem vnus concederetur.

Delectus, & discrimē. Cic. 5. Verr. 74. Hic delectus, hoc discrimen te Prætore fuit, vt aratores in seruorum numero essent, serui in publicanorum. Idem 4. Verr. 86. Omniumque rerum delectum atque discrimen pecunia fuit tulisset.

Delectus & iudicium. Cic. pro Cluent. 101. Quod idem facere censores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium & in animaduersione vitiorum, quī conuenit?

Delectus & notatio iudicum etiam in nostris ciuibus haberi solet. Cicc. 5. Philipp. 173.

Dignitatis delectus in benuolentia sit. Cic. 1. Offic. 69.

Verborum delectus. Cicc. de Claris Oratorib. 137. Primoque in libro dixerit, verborum delectum originem esse eloquentiæ. Idem 3. de Orato. 83. Et de Claris Oratorib. 148.

Virtutis delectus. Cicc. pro Corn. Balbo 38.

Sine vllo delectu, sine pop. notione, sine iudicio Senatus addicere alicui aliquid. Cic. de Lege Agrar. 61.

¶ Adhibere delectum. Cic. 5. de Finib. 155. Mihi quidem etiam lautius videtur quod eligitur, & ad quod delectus adhibetur. Idem in Orat. 27.

Agere vel habere delectum. Vide AGERE & HABERE delectum. Liuius 2. ab Vrbe 190.

Superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus exercitus. Cicc. de Prouinc. Consul. 3.

Delecta aliquo aut sapientia non ducitur ad iudicandum populus, sed impetu nonnunquam, & quadam etiam temeritate. Cic. pro Planco 7.

Facere certum studiorum delectum nemo dissuaserit. Quintil. li. 2. ca. 8. 4.

Iudicio suo delectum habere aliquem. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 15.

Habere delectum cius & peregrini. Cic. 1. Offic. 107.

Acceptorum beneficiorum sunt delectos habendi. Cic. 1. Offic. 73.

Instituere delectum militum. Vide INSTITVO.

Nullum rerum delectum relinquere. Cic. 1. Offic. 11. Aristonis, Pyrrhonis, Herili tampridem explosa est sententia: qui tamen haberent suis suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, vt ad officii inuentionem aditus esset.

Tenere delectum rerum. Cic. 1. de Finib. 52.

Delimo, delimas, penul. prod. (ἀποξύω,) delimare. De re aliqua limare. Plinius lib. 34. cap. 11. 5. Alii delimatum æris cobem aceto spargunt.

Delingo, delingis, delinxi, (ἀπολείχω,) delingere, Idem quod linge, re. Plaut. Curcul. 1. 2. 6. Hic hodie apud me nunquam delinges salē. Idē Persa 12. 24. Nisi me hæc defender, nunq; delinget salē.

Delingere plenum cochleare. Celsius lib. 3. ca. 22. non procul à fine, Medicamentum etiam est, vel plantaginis succus per se, vel marrubium ex melle concoctum: ita vt illius cyathus sorbeatur, huius cochleare plenum paulatim delingatur.

Delinio, delinis, penul. correp. delinīni, delinītum, penul. prod. (κηλέω, ἐλίγγω,) delinire, Idem quod linire.

Delinire, per translationem, pro verbis demulcere & irretire. Plaut. Stic. 2. 4. Vt eum aduenientem mels dictis deliniam. Idem Amph. 2. 2. 13.

Delinitus sum profectò ita, vt me, qui sim nesciam.

Flectere & delinire. Cicc. pro Milone 73. Eam, quo tutior esset nostra vita se fecisse commemorat, vt non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret.

Delinire animum suauitate. Cic. 4. Tuscul. 31.

Delinire animos præda, pretio, sermone. Liuius 1. ab Vrbe 249. Cicc. 5. Verr. 135. & 2. Offic. 68.

Delinire blanditiis. Cicc. 1. de Finib. 51. Qui blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores, &c.

Fouere hominum sensus, delinire animos, & adhibere voluptates. Cicc. pro Murena 67.

Flectere virtute sua & patrimoniis delinire. Cic. pro Milone 73.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pellicere, capere, ac delinire. Cic. pro Cluent. 9. Animum adolescentis, nondum consilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest.

Delinitus, penul. prod. Participium, (κοσμημένος,) Cic. 1. de Orato. 19. Genus hominum in montibus ac sylvis dissipatum, non prudentium cœtibus compulsum potius, quàm delectorum oratione delinitum, se oppidis mœnibus sepsisse.

Illecebris voluptatis delinitus. Cic. Cassio, lib. 15. 16. 6.

Non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delinita mulier. Cicero pro Cluentio 20.

Delinitor, penul. prod. Verbale, (θελκτήρ,) Cic. de Claris Orato. 133. Vt non cum aduersario solum, sed etiam (quod mirabile esset) cum iudicio ipso, cuius delinitor esse debet Orator, iurgio sæpe contenderet.

Delinitio, verbale, (θέλγητρον,) Cic. 2. Offic. 82. Ipsaque illa delinitio multitudinis ad breue exiguumque sit tempus. In emendationibus codicibus legitur delectatio.

Delinimentum, (θελκτήριον, θέλγητρον,) Idem quod delinitio. Liu. 4. ab Vrbe 223. Aptissimum tempus erat vindicatis seditionibus delinimentum animis Volani agri diuisionem obiici. Idem 10. bel. Pun. 61. Illam furiam, pestemque omnibus delinimentis animum suum auertisse atque alienasse. Plin. epistо. 15. lib. 3.

Vitæ delinimenta monstraueram tibi. Tacit. lib. 15.

Delinio, delinias, (ἀπαγγέφω,) delimare, Liniamenta formæ duce re. Plinius lib. 35. cap. 10. 25. Arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete deliniauit.

Dêlino delinis, penul. correp. delini, deliui, & deleui, delitum, (ἀπαλείφω,) delinere, Fœdare, corrumpere. Cic. in Epistо. ad Caluum, Tuli molestè, quòd literæ delitæ mihi antè redditæ sunt. Ex Prisciano, libro 9.

Delinquo, delinquis, deliqui, penu. prod. delictum, (παραμελέω,) delinquere, propriè est prætermittere quod non oportet præterire, inquit Festus. Cic. 3. de Natu. deor. 131. Ferrètne ciuitas vlla latorem istiusmodi legis, vt condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset? Plaut. Menæch. 7. 46. Ne tu deliquas, néve ego iratscar tibi. Ibidem 14. 46. Num quis seruorum deliquit? Idem Amphit. 8. 182. Tute edictas factа tua, ex me quæris quid deliqueris? Peccare & delinquere. Cic. 2. de Inuent. 145. Nam necesse est eum qui velit peccare, aliquando primùm delinquere.

Aliquid delinquere. Cic. 1. de Lege Agrar. 98. Sic siquid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Plaut. Asin. 10. 7. Neque quæ delinquunt amo.

Delinquere erga aliquem. Plaut. Epid. 9. 9.
– quasi quid filius meus
Deliquisset mederga.

In ancillam siquis delinquere possit. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 2.

In aliqua re delinquere. Cic. 2. de Inuent. 144. Idem pro Cluent. 101. Quare ne in bello propter hostium metū deliquereт, ampliori ei mortis & supplicii metus est à maioribus constitutus. De milite.

Delinquere in vita. Cic. 2. Tusculan. 18. Attemque vitæ professus, delinquit in vita.

¶ Delinquor, Passiuum. Papinianus in L. Si adulterium §. Fratres denique. ff. Ad legem Iuliam De adulteriis, Adulterii crimen quod pubertate delinquitur, non excusatur.

Siquid delinquitur, sit nescio quomodo, vt magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis. Cic. 1. Offic. 104.

Parum delictum est. Cic. pro Cecinna 55. In iure parum delictum esse, qui prohibitus sit, nisi ex eo loco, vbi vestigium impresserit, deiici nemmem posse.

Deliquium, deliquii, (ἔκλειψις, λιποθυμία,) Defectus. Plau. Capt. 11. 95. Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi
Et parentum & libertatis apud te deliquio sit.

Deliquium solis, inquit Festus, à delinquendo dictum, quòd delinquat in cursu suo. Plin. lib. 2. cap. 12. 3. Hinc quoque medici recentiores & Latini vocant animi deliquiū pro defectu illo, quē quidā Syncopen vocāt.

Deliquum, deliqui, (ἔλλειψις,) Id est, minus. Plaut. Casina 5. 27.
Sine amet, sine quod lubet id faciat, quando tibi nil domi
Deliquom'st. Id est, nihil tibi defit propterea.

Delictum, delicti, (παραμέλεια,) minus est quàm peccatum. Plautus Bacchid. 2. 50.
Sine hoc exorare me obsecro abs te, vt istud delictum
Desiitas tantopere ire oppugnatum. Plin. lib. 14. cap. 1. 9. Atque etiā in delictis pœnam ipsam honorat. Gellius lib. 3. cap. 31. Quum in his fabulis delicta sua & petulantias dictorum, quibus antè multos læserat, deleuisset.

Manifestus delicti. Tacitus lib. 2.

Author, & reprehensor delicti. Ouid. epistо. 16. 44.

Liber à delictis. Vide LIBER.

Terrrarum delicta. Stat. 1. Thebaid. 43.

Maius delictū. Cic. pro Cecin. 5. Quo delictū maius est, eo pœna tardior.

Parua delicta. Cic. 1. Offic. 202. Quæ autem parua videntur esse delicta, neque à multis intelligi possunt, ab iis est diligentius declinandum.

¶ Coercere delicta suppliciis. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 16.

Commouere delicto suo. Cic. Sestio, lib. 5. 17. 12. Et illud adiunges, homines sapientes turpitudine, non casu: & delicto suo, non aliorum iniuria commoueri.

Defendere delictum. Horat. in Arte 89.

Domare delicta. Claud. 8. Panegy. 45.

Ob delictum expetunt pœnas ab aliquo dii. Cic. pro Marcello 10.

Fateri delicta. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 1.

Luendum morte delictum. Senec. Hippol. 8. 4.

Inque vicem illorum patiar delicta libenter. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 18.

Piare delicta. Silius lib. 17. 114. Quis nostra satis delicta piabit?

Stringuntur pectora delicto. Ouid. 5. Triſt. eleg. 7. 5.

Deliqueo, deliques, penul. correp. delicui, (τήκομαι,) deliquere, neutrum, vel deliquesco, deliquescis, delicui, deliquescere, In totum resolui & dissolui. Ouid. 7. Metamorpho. 77.
At genitrix Hyrie seruatum nescia, flendo
Delicuit, stagnumque suo de nomine fecit. Idem lib. 4. 51.
Protinus imbutum cœlesti nectare corpus Delicuit. Colum. lib. 12. ca. 41. 2. Hæc ita coquuntur, vt omnia poma deliquescant cum musco.

¶ Deliquescere per translationem. Cic. 4. Tuscul. 57. Nec sitienter quid expetens ardeat desyderio, nec alacritate futili deliqueſcat. Hoc est mollescat, inquit Budæus.

Deliquescat sors. Plaut. Casina, 8. 46.
Vrinam tu quidem sicut Herculeis prædicant
Quondam prognatis, ita in sortiendo sors delicuerit.

Deliquiæ vt colliquiæ, quæ stillicidia excipiunt in cauædio. Vitruuius lib. 6. ca. 3. Cauædia autē displuuiata sunt, in quibus deliquiæ aquam sustinentes stillicidia reiiciunt. Aliqua exēplaria habent aream sustinētes.

Dêliquo, deliquas, penul. correp. (ἐκχέω,) deliquare, A liquore sorbarum, significat effundere. Columel. lib. 12. cap. 30. 2.
Deinde post viginti vel triginta dies quum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare.

Deliro, deliras, penul. prod. (παραληρέω, παρανοέω,) delirare, De recto recedere. Verbum ductum ab anatium lira.

Delirare, per translationem, A recto & æquo, & à communi sensu recedere. Horat. lib. 1. epistо. 1. 3. ad Maximum Lollium, Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Plaut. Epid. 9. 11. Profecto deliramus interdum senes. Idem Amphit. 8. 93. Terent. Phorm. 5. 9. 8. Delirat miser ex more. Ibidem 5. 3. 18. Cic. 1. Tusculo. 17. Adeone me delirare censes, vt ista esse credam? Idem 2. de Orato. 43. Multos se deliros senes sæpe vidisse, sed qui magis quàm Phormio deliraret, vidisse neminem.

Desipere, delirare, dementem esse. Cic. 1. de Natu. deor. 130. Summos viros desipere, delirare, dementes esse dicebas.

Delirare, & mente captum esse. Cic. 1. Offic. 133. Omnique in re quid sit verum videre & tueri decetcōtráque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse.

In aliqua re delirare. Cic. 1. de Diuin. 65. Vtar igitur, nec abducar vt reatur aut in extis totam Hetruriam deliraſe, aut eandem gentem in fulguribus errare, aut fallaciter portenta interpretari.

Acumen delirat. Horat. 1. epistо. 12. 4.

Delirat linguaque, mensque. Lucret. lib. 3. 92.

Delirans, penul. prod. Participium, (παραληρῶν,) vt Delirans senex. Terent. Adelph. 4. 7. 43.

Delirans in libris suis, quos scripsit. Cic. 1. de Natu. deor. 55.

Delirantia dicta. Plaut. Amphit. 7. 27. Iam sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus.

Somnia delirantium. Cic. de Nat. deor. 60. Exposui ferè non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia.

Delîrus, penul. prod. Adiectium, (παραφρέων,) Qui delirat. Plaut. Amphit. 5. 48. Adeò me istic hodie delirum fecit. Sic apud Ciceronem 1. Tuscul. 77. Delira anus. Et 2. de Oratore 42. Deliri senes.

Anus delira. Cic. 1. de Diuinat. 208. An tu censes vllam anum tam deliram futuram fuisse, vt somniis crederet?

Scriptor delirus, & iners. Horat. 2. epistо. 2. 26.

Deliratio, Verbale, (παραλήρημα,) Ipse actus delirandi. Plin. lib. 18. cap. 20. 1. Aratione per trāsuersum iterata occatio sequitur: vbi res poscit, crate vel rastro, & sato semine iteratio. Hoc quoque vbi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes semina: vnde primùm appellata deliratio est.

¶ Deliratio, παραφροσύνη,) Vitium peculiare senibus. Cic. de Senect. 33. Ista similis stultitia (quæ deliratio appellari solet) senum leuium est, non omnium. & de Diuinat. 135. O deli rationem incredibilē.

Delirium, delirii, Idem quod Deliramentum. Celsus lib. 5. cap. 27, illa pernicioſa est, quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet.

Deliramentum, (λήρημα,) Ipsa deliratio. Plaut. Amphit. 8. 62. Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem Menæch. 20. 21. Papæ aulin' tu vt deliramenta loquitur?

Deliteo, delites, penu. corr. delitui, à quo delitesco, delitescis, delitui, delitescere, Eiusdem cū suo simplici significationis. Plaut. Rud. 20. 9. Amat hercle me, vt ego opinor delituit mala. Plin. lib. 36. cap. 5. 11.

Delitescere in. Virgil. 2. Aeneid. 27. de Sinone,
Limoso'que lacu per noctem obscurus in vlua

Delitui. Varro, 3. de Re rust. cap. 12. 3. Vbi interdiu lepores delitescūt in virgultis atq; herbis. Cæsar 4. bel. Gal. 181. Noctu ſsylvis delituerāt.

Delitescere, & se aperire, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 75. In quo cursu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tū vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis se rursum aperiēdo, nihil immurat sempiternis seculorum ætatibus, quin eadem iisdem temporibus efficiat. De Saturni stella.

Delitescere, & Prosilire, contraria. Cic. pro Cælio. 49. Cōstitui locum iussit balneas Xenias, vt eò mitteret amicos qui delitescerent: deinde repente, quum venisset Licinius, venenum traderet, prosilirēt, hominémque comprehenderent. Et paulò pòst In balneis delituerūt. testes egregios. deinde temere prosilierunt.

In aqua delitere. Ouid. 2. de Arte Amau. 95.

In parua casa delitere. Ouid. 2. de Arte Amau. 48.
Cynthius Admeti vaccas pauisse per æstus
Fertur, & in parua delituisse casa.

In cubilibus delitescunt bestiæ. Cic. 2. de Nat. deor. 189.

Delituit cælum. Strat. 3. Syl. 1. 15. Delituit cælum, & subitis lux cādida cessit Nubibus.

Priuato loco delituisse. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 16.

Occultata delituit virtus. Stat. 10. Thebaid. 96.

Exilio aliquem delituisse. Ouid. in Ibin. 3.

¶ Delitere, vel delitescere, per translationem. Cic. pro Cecinna, 45, Iuris iudicium quum erit, & æquitatis, cauē in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia delitescas.

Delitescere in authoritate alicuius. Cic. 4. Acad. 36. Qui constitutam philosophiam euerteret, & in eorum authoritate delitesceret, qui negauissent quicquam sciri, aut percipi posse.

Delitescere sub. Liu. 4. ab Vrbe. 179. Vbi illi patritii spiritus, vbi subnixus & fidens innocentiæ animus esset, quærebat sub tribunitia vmbra Consularem virum delituisse.

Délitent, pen. corr. Participiū, (διαλανθάνων,) Plin. lib. 35. cap. 11. Non placent iam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitenria.

DELITIGO, delitigas, pen. corr. delitigāui, delitigātum, pen. prod. delitigāre. Horatius de Arte. 20. Iratusque Chremes tumido delitigat ore. Hoc est vehementer litigat.

DELIVS, (Δήλιος,) adiectiuum à Delo. Vide DELOS.

DELOS, (Δῆλος,) Insula in Aegæo mari, omniū Cycladum clarissima, Apollinis templo & mercatu nobilis. Dicta Delos (vt docet Aristotelēs) q̄ quum inesa esset, subitò apparuit. Nam δηλόω, ostendo significat. Hæc primo Pyrpile dicta ab igne ibi primū reperto. A quibusdam Cynthia, ab aliis Asteria, ab aliis Cynethū. Sed in primis Ortygia: quonuū in ea primùm coturnices inuentæ sint quas Græci ortygias vocāt. Hæc ex Plinio lib. 4. cap. 12. Vide. 3. Verr. 31. & Hyginū in Fabula. 53.
– ipsa tua Myconе, Gyaroque reuelli Dele times.

Natalis Apollinis Delos. Horat. 1. Car. ode 21. 2.

Candida Delos. Ouid. epistо. 20. 17.

Erratica Delos. Ouid. 6. Metam. 67.

Hospita Delos gentibus. Stat. 1. Achil. 42.

Latonia Delos. Virg. 3. Georg. 2. Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos? Hæc est, in qua Latona enixa est Apollinem & Dianam: quam insulam ante vagam Apollo stabilem fecit, vt in tertio legimus, Myconе celsa, Gyaroque reuinxit. Seruius.

Deliacus, pen. corr. (Δηλιακός,) Qui ex Delo est. Vnde æt Deliacum, & Deliaca dicta suot vasa ex ære pretioso, ab insula Delo, vbi fuit prima nobilitas æris. Vide Plinium lib. 34. cap. 2. 7.

Mercatus Deliacus. Plin. lib. 34. cap. 2.

Vasa Deliaca. Cice. pro Rosc. Amer. 79. Domus refecta ſvasis Corinthiis & Deliacis.

Delius, (Δήλιος,) aliud Adiectiuum. vt Apollo Delius, Delia Diana. Cic. 5. Verr. 32.

Antra Delia. Stat. 5. Syl. 3. 1.
– neque enim antra moueri Delia.

Apollo Delius. Virg. 3. Aeneid. 33.

Ornatus foliis Deliis, Horat. 4. Carm. ode. 3, 2. Id est laureata corona, Porphyr.

Nemoralis Delia. Stat. 9. Thebaid. 126.

Dea Delia, Diana. Horat. 4. Carm. ode. 6. 7.

Vates Delius. Virg. 6, Aeneid. 3. – magnam cui mentem, animumque.
Delius inspirat vates. Id est, Apollo fatidicus. & sic ait Delius, vt Lyciæ sortes, id est Apollineæ. Seruius.

DELPHI, tam pro oppido, quàm pro oppidanis, plurali tantum numero, sicut Gabii (Γάβοι,) Est autem ciuitas in Bœotia iuxta Parnasum. Dicta à Delpho Neptuni filio ex Melantho Deucalionis filia suscepto. Ibi Apollo clarissimū templum habuit, & oracula reddebat. Hinc Delphicus dicitur.

Delphi vmbilicus orbis. Liu. 8. bel. Maced. At enim sunt hæc ita? Verūetiam Delphis, quondam commune humani generis oraculum, vmbili cum orbis terrarum Galli spoliauerunt.

Sortilegi Delphi. Horat. in Arte. 45.

Insignes Apolline Delphi. Horat. 1. Carm. ode. 7. 1.

Taciti Delphi. Claud. 7. Paneg. 19.

Delphicus, pen. corr. Adiect. (Δελφικός,) vt Delphica laurus, quòd victores Delphis ea coronarentur. Et est viridior laurus. Plin. lib. 15. ca. 30. Vel delphica laurus, q̄ Apollini sacra esset. Claud. in Gigant. 7.

Delphicus, Apollo. Ouid. 1. Metam. 109.
– placuit tibi Delphice certe
Dum vel casta fuit, vel inobseruata.

Pytho Delphica. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 7. Delos vbi nunc Phœbe tua est, vbi Delphica Pytho?

Delphin, delphinis: vel delphīnus, delphīni, pen. prod. (Δελφίς,) Genus piscis marini. Plin. li. 9. cap. 8. 1. Velocissimū ossium atalium, nō solūm marinorū est delphinus ocyor volucre, ocyor telo ac nisi multō infrà rostrū os illi foret, medio penè in ventre, nullus piscium celeritatem eius euaderet. Ibidem plura toto capite.

Curui delphines. Ouid. 2. Metam.
– nec se super æquora curui
Tollere consuetas audent delphines in auras.

Pandi delphines. Ouid. 3. Triſt. eleg. 10. 9.
Tam neque se pandi possint delphines in auras
Tollere, conantes dura coercet hyems.

Delphini se in portum conicientes significāt tempestatem. Cic. 2. de Diuinat. 115. Gubernatores quū exultanteis loliginēs, viderint, aut delphinos se in portum conicientes, tempestatem significari putant.

¶ Delphinus, Stella apud Varronē, lib. 2. de Re rust. cap. 5. 12. Maxime idoneum tempus ad concipiendum à Delphini exortu vsque ad dies XL & paulo plus. Vide Hyginū ſ fabula. 194. & rursum, lib. 2. & li. 3.

DELTA, (Δέλτα,) Aegypti insula in Nilo non longe ab Alexandria.

DELTOTON, pen. prod. (Δελτωτόν,) Cic. in Arato. 1. Andromedæ signū, Deltotō dicere Graii Quod soliti, simili quia forma littera claret. Vide Hyginum lib. 2. & 3. commentarios quoque in Aratum.

Delûbrum, delubri, pen. prod. (τέμενος,) Locus in quo dei simulachrum dedicatū est. Plaut. Pœna. 18. 2. Oculis eputas dare, delubrū qui hodie ornatū eò visere venit. Plin. lib. 13. ca. 16. 2. Præcipuam autem esse eam arborem circa Ammonis delubrum. Idē lib. 4. cap. 11. 11. Cic. 1. de Nat. Deor. 22. Virg. 2. Aeneid. 50.

Delubrum, inquit Festus, dicebant fuisse delibratum, hoc est decorticatum, quem venerabantur pro deo.

Delubrū, Locus ante aras, dictus à deluēdo. religio enim sacrificii apud antiquos exigebat, vt ante sacrum, sacrificulus manus abluerer.

Delubrū dictū, inquit Seruius, q̄ vno tecto plura cōplectitur numina: vt est Capitolium, in quo est Minerua, Iupiter, Iuno.

Aræ & delubra. Cic. 3. de Nat. Deorum. 62. An hæc quoque dea est? Vidimus enim eius aras delubraque in Græcia.

Pro deorū templis atq; delubris certamē. Cic. 3. de Na. Deor. 137. Est. n. mihi tecū pro aris & focis certamē, & p deorū tēplis atq; delubris.

Alta dearum delubra. Virg. 4. Georg. 108.

Alta superūm delubra vaporant. Stat. lib. 5. Thebaid. 35.

Delubra sanctissimis religionibus consecrata. Cic. 2. Verr. 9. Neq; hoc solum in statuis publicis, ornamentisque fecit, sed etiam delubra omnia sanctissimis religionibus consecrata depeculatus est.

Decora deūm delubra. Lucret. lib. 2. 71.
Nam sæpe ante deūm vitulus delubra decora
Thuricremas propter mactatus concidit aras.

Ditia delubra donis. Ouid. 2. Metam. 16.

Religiosissima delubra. Cic. 1. Verr. 2. Quod eorum simulachra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.

Sancta deūm delubra. Lucret. lib. 6. 256.

Summa delubra. Virg. 1. Aeneid. 45. At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt.

Musarum delubra colere. Cic. pro Archia. 20.

Deluctor, deluctaris, (παλαίω,) deluctari, Idē quod luctari significat. Plaut. Persa. 2. 4. Cum auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim.

Deluctо, deluctas, Actiuum. Plaut. Trin. 12. 20. Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro?

Delûdo, delūdis, pen. prod. delūsi, delūsum, (ἐμπαίζω,) deludere, deridere, & decipere. Plautus Amphit. 4. 141. Timet homo, deludam ego illum. Idem Asina. 12. 89. Terentius Adelph. 1. 2. 22. Vbi vis facilius passus sim, quàm in hac re me deludier. Cic. p

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lege Agra.79. Deludi vosmetipsos diutius à Trib. plebis patieminí? Deludere dolis. Terent. And. 3 4.4. Dolis vt me deluderes.
Terra deluder arantes. Propert. lib. 3. eleg. 16.7.
Guttur delusum. Ouid. 8. Metam. 167.
Exercetísque cibo delusum guttur inani.
Deludificor, pen. corr. deludificaris, (διεκπαίω,) deludificari, Idé quí de ludere. Plaut. Most. 1.4.41. Deludificatº ẽ me hodie í perpetuũ modũ.

Delumbo, delumbas, (ἀπονωτίω,) delumbare, Lumbos extrahere, debilitare. Plin. lib. 28. cap. 4. 4. Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur.
Delumbatæ radices. Plin. lib. 19. cap. 6. 10. de porro sectivo, Quí increuit, in aliam areã transfertur, summis foliis leniter recisis ante medullam, & capitibus retractis, tunicísve extremis. Antique silice vel tegula subiecta, capita dilatabant. Hoc item in bulbis. Nunc sureulo leniter conuelluntur radices, vt delumbatæ alant.
Delumbare sententias, per translationem. Cic. in Orat. 136. Nec minutos numeros sequens conetur, delumbetque sententias.
Delumbis & hoc delumbe, Quod lumbis careat & ideo debile. in lumbis enim, corporis virtus sita est. Plin. lib. 10. cap. 33. 10. Perdix prægraué aut delumbem sese simulans.
Delumbis, Mollis & effœminatus. Persius Saty. 1.
– summa delumbe saliua Hoc natat in labris.

Deluo, deluis, delui, dilũtũ, pe. pro. (ἀποκάω) deluere, Depurgare & diligẽter lauare. Cato, ca. 116. Lasserpitiũ aceto deluito.
Deluere, Madefaciendo aliquid delere. Varro, Obortæque inter legẽdũ lachrymæ literas deluebant. Fortasse legendum delebant.
Aceto deluito. Alii legunt Diluito.

Deluto, delutas, pen. corr. delutare, Luto aspergere, vel tegere. Cato, cap. 99. Granarium totum oblinito crasso luto: postea cõspergito amurca oẽ quod delutaueris. Vbi aruerit, eo frumentũ refrigeratum condito: curculio non nocebit. Sed hîc alia exẽplaria habent lutaueris. Idem cap. 128. Habitationem delutare quum voles, terram quammaxime cretosam vel rubricosam sumito.

Demadeo, demades, pen. corr. demadui, (νοτέω,) demadere, Idé quod madere. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 8.
Et te flente suos demaduisse sinus.

DEMADES, pen. corr. Orator Atheniensis, plurimum potentia & opibus valuitq; nihil præter Macedonum & Antipatri gratiã in Rempquæreret, ingẽtes diuitias per luxum ac libidinem perdidit. Quumq; esset ætate cõfectus, & laxo simul & auaritia perditus, in eum solebat Antipater cauillari, nihil ei, sicuti & cæteris victimis, præter linguam superesse. Cicero hûc nihil scripsisse author est in Bruto. 17. Plura apud Plutarchum in vita Demosthenis.

DEMAENETVS, pen. corr. Viri proprii nomẽ apud Plaut. in Asin.

Demagis, pro minus, antiqui dicebant. Festus.
Demagis, pro valde magis. Lucilius lib. 19. Rex Gorus ille duos hos ventos Austrum, atque Aquilonem nouissime alebat. solos demagis istos ex nimbo austellos, nec nos seneces putare.

Demando, demandas, (ἐπιτρέπω, ἀντίλλομαι,) demãdare, In totum committere.
Demandare curam alicuius rei. Liu. 8. ab Vrbe. 154. Curã eorũ nominatim Legatis Tribunisq; & Præfectis demãdabat. Idé. 1. ab Vrbe. 146. Ancus demandata cura sacrorum flaminibus, sacerdotibusq;, &c.
Demandare curæ alicuius aliquid. Liu. 5. ab Vrbe. 122. Simulque plures pueri vnius curæ demandabantur.

Demãno, demãnas, pen. prod. (ἀποῤῥέω,) demanare, Idem quod manare. Catull. epig. 48. 2.
Lingua sed torpet, tenuis sub artus
Flamma demanat, sonitu suopte
Tinniunt aures, gemina teguntur
Lumina nocte.

DEMARATHVS, Lacedæmoniorum Dux, quí exularet apud Athenienses, bellíque contra patriam cerneret apparatum, plus sẽ debere patriæ, quàm Athenienibus existimans, clàm Lacedæmonios certiores fecit. Fuit & Demarathus, Tarquinii superbi pater, qui Corintho in Hetruriam se recepit, quòd Cypsellum tyrranum ferre non posset, vt scribit Cicero Tusc. Quæst. lib. 5. Hunc Demarathum vixisse tẽporibus Philippi Macedonis, author est Plutarchus in vita Alexãdri. Vide apud Liuium. 1. Decad. lib. 1.

Demarchus, Princeps populi, aut Tribunus plebis dicit. Spartianus in vita Adriani, Fuit Demarchus in patria sua, Athenis archon.

DEMEA, Demeæ, Persona est apud Terentium in Adelphis, dura ac rustica. Vnde Demeæ homines rustici, duri & asperi dicti sunt.

Demeaculum, Vide DEMEO, demeas.

Demens, dementis, omnis gen. (παράφρων, παράνους,) Sine mente, insanus. Teren. And. 3. 111. Quid hoc adeone est de meus ex peregrina?
Dementior comparatiuum. Cicero in Pisonem. 36. Ego te non vecordẽ, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem qui sis ausus, &c.
Inconsyderatissima ac dementissima temeritas. Cic. de Arusp. resp. 52.
Scelere demens. Cic. 3. in Catil. 60. Tum ille subito scelere demẽs quãta conscientiæ vis esset ostendit.
Demens, Improuidus, Qui non consyderat. Virgil. lib. 6. Aeneid.
Sed tum fortè caua dum personat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina diuos.
Orestis actus demens. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 37.
¶ Animus demens. Senec. Hippol. 2. 24.
Cura demens. Valer. 6. Argon. 96.
Discordia demens. Virgil. 6. Aeneid. 56.
Furor demens. Propert. lib. 1. eleg. 12. 4.
Non ego complexus potui diducere vestros,
Tantus erat demens inter vtrasque furor.
Impetus demens. Senec. Here. fur. 111. 17.
Magni tamen compesce dementem impetum.
Demens otium. Plin. lib. 2. cap. 23. 1. Nec vt mensura (id enim velle, pene dementis otii est) sed vt tantum coniectanti aío constet æstimatio.
Timidum dementia somnia terrent. Propert. lib. 3. eleg. 8. 3.
Strepitus demens. Horat. 3. Carm. ode. 19. 5. – audiat inuidus
Dementem strepitum Lycus:
Et vicina seni non habilis Lyco.
Dementia, huius dementiæ, (παραφροσύνη, παραφροσωλία,) Cic. 3. Tuscul. 15.
Nec minus illud acutè, q̃ animi affectionẽ lumine mentis carentẽ, no minauerunt amentiã, eandemq; dementiam. Plin. lib. 17. cap. 5. 8.
Aspera dementia. Propert. lib. 1. eleg. 6. 4.
Robusta vetusque dementia. Claud. de bello Gildon. 3. Dementiã vocat hoc loco furorem & insaniam bellorum.
Dementia deprauatus. Cic. 4. in Catilinam. 93. Qui autem ex numero ciuium demẽtia aliqua depranati, hostes patriæ semel esse cœperit, &c.
Quæ te dementia cœpit! Virg. eclog. 6. 10.
Soluere aliquem dementia. Horat. Epod. ode. 17. 9.
Dementia operæ. Plin. lib. 17. cap. 5. ad finem, Terram enim terra emendari (vt aliqui præcipiunt) super tenuem pingui iniecta, aut gracili bulaque super humidam ac præpinguem, dementiam operę est. quid enim potest sperare, qui talem colit?
Dementio, dementis, (παραφρονῶ,) dementire, Insanire, delirare, de mente exire. Lucret. lib. 3. 94. Sepe animas demẽtit enim, deliraque fatur.
Alii legunt, dementia enim.
Demento, dementat, (παραφρονύπνωμι,) dementare, Idé Apuleius in Magia, confessa est sese meæ Magiæ in amorem inductã dementare.
Dementer, Aduerbium, (ἀνοήτως,) Insane. Cic. in Catil. 66. Tũta res tam dementer credita.
Vti dementer amoribus. Ouid. 4. Metam. 52.

Demensum, Vide DEMETIOR.

Demeo, demeas, (πάτερμι,) demeare, Deorsum penetrare, discedere. Apuleius, Quæ suis pedibus ad tartarum demeare cogeretur.
Demeaculum, Descensio ad loca subterranea. Apuleius lib. 6. Et illaminarum Proserpinæ nuptiarum demeacula.

Demereo, démeres, penul. corr. demerui, demẽritum, (κατάπονω, περιποιῶμαι,) demerẽre, Lucrari. Gell. libro. 1. cap. 8.
Lais Corinthia, ob elegantiam, venustatemque formæ, grandem pecuniam demerebat. Plaut. Pseud. 20. 81. Quid mercedis petasus hodie domino demeret!

Demereor, demerẽris pen. prod. demẽritus sum, (φιλέω,) demereri, non significat malè mereor, vt vulgus imperitũ existimat: sed merito aliquo sibi aliós cõstringere, inquit Valla í Raudensem: & accusatiuo iungitur. vt Ouid. Heroidum, epist. 2.
Dic mihi quid feci, nisi non sapienter amaui?
Crimine te potui demeruisse meo. Plaut. Mostel. 9. 2. Nec qui esca vna sibi me demeruerit magis.
* Demereri aliquem. Quintil. lib. 9. 1. Gratificari alicui, & Gellius, li. 1.
Demerebat grandem pecuniam.
Cultu demereri deos. Ouid. ad Liuiam. 27.
Pleniori obsequio amãtissimos sui demereri. Quintil. in prooem. lib. 1. 5.
Demereri beneficio ciuitatem. Liu. 3. ab Vrbe. 76.
Demereri amœnitate aliqua vxorem. Columel. lib. 1. cap. 4. 7. Iucundius vtique viro si etiam matrona comitabitur, cuius vt sexus, ita animus est delicatior: quam obrem amœnitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum viro.

Demergo, demergis, demersi, demersum, (καταπονῶ,) demergere, Idé quod mergere, vel immergere, & aqua obruere. vt Demergere nauigia dicuntur loligines pisces. Plinius, libro. 32. capit. 2. 5.

Obscœnam Ponto demergite puppim. Ouid. epist. 5. 24.
Demergit caput cornix per littora. Cic. 1. de Diuinat. 24.
Demergere seme n. Colum. lib. 3. cap. 18. 1.
Demersi in aqua, demersus in palude. Cic. 3. de Finib. 73. Et lib. 2. 168.
Demersa in profundo veritas. Cic. 1. Acad. 64.
In vndis demersus. Ouid. 14. Metam. 125.
Domus demersa excidio. Horat. 3. Carm. ode. 16. 3.
¶ Demersus ære alieno. Liu. 2. ab Vrbe. 113. Titus Largius, non id tempus esse, vt merita tantummodo exoluerentur. totam plebem ære alieno demersam esse nec sisti posse, ni omnibus cõsulatur: quin si alia aliorum sit conditio, accendi magis discordiam, quam sedari.
Patriam demersam extuli. Cic. pro Sylla. 66.
Animus ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram. Cic. de Senect. 70.
Demersæ leges opibus. Cic. 2. Offic. 31. Quamuis enim demersæ sint leges alicuius opibus, quamuis timefacta libertas, &c.

Demetior, demẽris, penul. prod. demensus, vel demẽtitus sum, (διαμετρέω,) demetiri, Diligenter & quadam ratione metiri. Vide DIMETIOR.
Demetitus actiue & passiue accipitur. Cic. 2. de Nat. deor. 169. Atque ita demẽsta signa sunt, vt in tantis descriptionibus diuina solertia apparet. Ibidem. 133. Eorum enim cursus demetiti maturitates temporum, & varietates, mutationesque cognoscimus.
Demensus, Participiũ, (διαμετρητός,) Mensuratus & æquatus. Plaut. Mœnæch. 2. 15. Nunc argentum vobis demensum dabo. Cic. in Orato. 21. Qui non insidiis, sed aperte ac palàm elaboratur, vt vertha verbis quasi demensa & parta respondeant.
Demensum, Substantiuum, (σιτομέτριον,) Quod dabatur olim seruis in singulos menses. Plaut. Stich. 3. 3.
Vos meministis quot calendis petere demensum:
Qui minus meministis quod opus sit facto, facere in ædibus? Terentius Phorm. 1. 1. 9.
Quod ille vnciatim vix de demenso suo
Suum defraudans genium comparsit miser, &c. Vbi Donatus,
Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensem: & id demẽsum dicebatur. Et vtrum à mense, an à metiendo, incertum est.

Dẽmeto, demetis, penult. correp. demessum, demessum, (κατατέμνω,) demetere, Idem quod metere. Columel. libro. 7. Illud deinceps præcipiendum habeto, vt demessa segetibus tam in area futuro semini consulamus. Catullus, Sole sub ardenti flauentia demetit arua.
Demetere flores. Colum. lib. 10. 29.
Et vos agrestes duro qui pollice molles,
Demetitis flores.
Flos demessus virgineo pollice. Virg. 11. Aeneid. 14.
Ferro demetere aliquid. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 9.
¶ Demetere ac percipere fructus. Cic. 2. de Nat. deorũ. 133. Neque enim serendi, neque colendi, neque tempestiuè demetendi percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi vlla pecudum scientia est. Idem de Senectu. 64. Reliqua autem tempora demetendis frugibus ac percipiendis accommodata sunt.
Ense demetere aliquem. Valer. 3. Argon. 32.
Hic Alynthic rigido transcurrens demetit ense
Protinus infignem cithara, cantuque fluenti Dorcea.

DEMETRIVS, Antigoni Macedonię regis filius, cognomento Poliorcetes. Hic post Alexandrum præter alios Macedonas nomine ac virtute clarus, transmisso Euphrate, Babyloniã occupauit. Athenas Cassandri, Ptolemæique imperio liberauit: Cyprum, victo Ptolemæo, bello nauali recepit. Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremò quum bellum aduersus Antiochum susceptisset, infœliciter pugnãs in eius potestatem venit: Chersonesique ab eo custodiæ traditus est, permisso tamen ei regio sumptu mollique victu, venationibus, omnibusque voluptatibus: quibus ille vsus, minimum de salute anxius, in morbum ob incontinentiam incidit, ex quo periit. Cum M. Antonio cõparatur à Plutarcho in Parallelis. Demetrius itẽ Phalereus, Theophrasti auditor. Cicero in Bruto. 18. Demetrius Phalereus (inquit) eruditissimus ille quidem omnium horum, sed non tam armis institutus, quam palæstra itaque delectabat magis Athenienses, quàm inflammabat: processerat enim in solem & pulverem, non vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti doctissimi hominis vmbraculis. Hic primus inflexit orationem, eamque mollem teneramque reddidit & suauis sicuti fuit, videri maluit, quàm grauis, &c. Demetrius alius, præter dictos, Syrus, Ciceronis præceptor, vt scribit ipse in Bruto. 174. Eodem tempore (inquit) Athenis apud Demetrium Syrum veterem, & nõ ignobilem dicendi magistrum, exercerí solebam. Post à me Asia tota peragrata est, cum summis quidem Oratoribus, quibuscũ exercebar. Hæc ille.

Dẽmigro, demigras, pen. corr. (μετοικίζω,) demigrare, Est (inquit Valla libro. 5.) domicilium mutare, & aliò se ad habitãdum conferre, relicta priore habitatione. Cicer. 1. Tuscul. 116. Vetat enim dominus ille in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare.
Demigrare ex campestribus vicis agrisq;. Liu. 8. bel. Maced. 82.
Demigrare loco. Plaut. Amphit. 4. 86.
Animam amittunt prius quàm loco demigrent.
Demigrare ex agris in vrbem Liu. 1. ab Vrbe.
Ex oppido demigrare, & aras ac focos relinquere. Cic. in Pisonem. 72.
Demigrare de oppidis. Cæsar. 4. bel. Gall. 531.
Demigrare in loca quædam propter bonitatem. Cic. pro L. Agra. 50.
¶ Demigrare, per translationem: vt demigrare ex vita, pro mori. Cicero pro C. Rabirio. 22. Fortissimorum ciuium mentes quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem & sanctimoniam demigrasse, testor, me &c.
Demigrare de statu suo. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 14.
Demigrare ab improbis. Cic. in Parad. 20. Mortẽne mihi minitaris, vt omnino ab hominibus: an exiliũ, vt ab improbis demigrandũ sit?

Deminuo, deminuis, deminui, deminutũ, pen. prod. (ἀπομειόω,) deminuere, Idé quod diminuere. Plaut. Truc. 11. 9. Id de hoc obsonio de mina deminui modo quinq; nummos. Idẽ Amphit. 14. 21. Tuũ deminuĩ caput. Sed antiquũ est. Vide DIMINVO.

Demiror, peu. prod. demirãris, (ὑπερεκπλήσσομαι,) demirari, Valde mirari. Plaut. Casina. 5. 4. Et Terent. Heaut. 2. 3. 121.
At hoc demiror, qui tam facile potueris
Persuadere illi. Ibidem. 3. 2. 7. Equidem te demiror Chreme, &c. Plin. lib. 31. cap. 6. 3. Homerum calidorum fontium mentionẽ non fecisse demiror. Cic. ad Atticum, lib. 14. 12. 1. Et si addis Lamiam, quod demiror equidem. Et pro Cluent. 69.
¶ Demirari, Pro nescire enam admirationem, inquit Donatus, ignorantia facit. Terent. Phorm. 2. 1. 5.
– quid mihi dicent? aut quam causam reperient? Demiror.

Demitigo, demitigas, pen. cor. (καταπραΰνω,) demitigare, Idem quod mitigare. Cic. Att. lib. 1. 8. 6. Nosmetipsi, qui Lycurge à principio fuissemus, quotidie demitigamur.

Demitto, demittis, demisi, pe. prod. demissũ, (κατάπεμπω, καθίημι,) demittere, Deorsum mittere. Sallust. lib. 3. Histor. Cum machinis strepitu demissum victoriæ simulachrum coronam capiti imponebant. Virg. Cœlo demittitur alto.
Demittere in. Colu. lib. 12. cap. 6. 2. Vbi dulcẽ caseũ demiseris in eam.
Demittere equum in flumen. Cic. 1. de Diuinat. 136.
¶ Demittere, Defodere. Virg. 2. Georg. – alteque iubebis
In solido puteum demitti, omnemque repones
Rursus humum. Plin. lib. 14. cap. 21. 3. Imbecilla vina demissis in terrã doliis seruanda, valida exponitur.
¶ Robora demittere ferro, Est cædere arbores. Valer. lib. 1. Argon. 19.
¶ In adulationem demitti. Tacit. lib. 15. At in Senatu cunctis, vt cuique plurimum mœroris, in adulationem demissis, &c.
¶ In aluum demittere. Ouid. 8. Metam. 169.
Plausúque cupit, quò plura suam demittit in aluum.
Per aurem demissa, id est audita. Horat. in Arte. 37.
Demittere in carcerem. Liu. 4. bel. Maced. 169. In inferiorem demissus carcerem est, necatusque.
Demittere in casum aliquem. Plancus Senatui lib. 10. 8. 3. Quum in eum casum me fortunæ demisissem.
Demittere se in caulam. Vide CAVSA. Cic. ad Att. lib. 7. 131. 3.
Censum demittere in viscera. Ouid. 8. Metam. 171.
– tandem demisso in viscera censu,
Filia restabat non illo digna parente.
Hanc quoque vendit inops.
Corpora demittere e morti. Ouid. 3. Metam. 139.
Præcipitem famuli rapite hunc, eruciatáque duris
Corpora tormentis Stygiæ demittite morti.
Corpus à cerucibus demittere. Author ad Heren. lib. 3. 120. Sin erit in demonstratione sermo paululum corpus à cerucibus demittemus.
Ensem demittere in armos. Ouid. 12. Metam. 99.
Demittere equites in campum inferiorem. Liu. 7. bel. Pun. 160. In hûc inferiorem campum posteriore die Asdrubal, &c. equites Numidas, leuiúmque armorum Baleares & Afros demisit.
Ferrum demittere in artus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 11.
Fistulam in ster/vrinæ demittere, est quod vulgò chirurgi dicunt syringam vel argaliam immittere. Celsus, lib. 7. cap. 26. Medicus autẽ à dextro latere sinistra quidem manu colem masculi continere, dextra verò fistulam demittere in iter vrinæ debet.
Gladium demittere in ima ilia. Ouid. 12. Metam. 89.
Demittere imbrem cœlo. Virg. 1. Georg. 5.
Infootem demittere ueci. Virg. 12. Aeneid. 17.
Lachrymas demisit. Virg. 6. Aeneid. 91.
Letho demittere aliquem. Valer. 7. Argon. 64.
Nomen demissum a. Virg. 1. Aeneid. 59.
Iulius, à magno demissum nomen Iulo.
Oculos demittere. Ouid. 15. Metam. 123.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orco demissus. Horat. 1. Carm. ode. 28. 2. – habentque
Tartara Panthoiden iterum Orco Demissum.
Demittere aliquid in pectus. Sallust. in Iugurtha, Postremò hoc in pectus tuum demitte, nunquam Pop. Romanum beneficiis victum esse: nam bellum quid valeat, tute scis.
Demittere in pectora & animos vocem. Liu. 4. bel. Maced. 186. Vt eas voces, velut oraculo missas, in pectora, animosque demitterent.
Mesta vultum demittere. Ouid. 7. Metam. 27.
Ad minora me demittere non recusabo. Quintil. in proœm. lib. 1. 5.
¶ Demittere animum. Cic. 1. de Inuent. 117. Qua oratione habita grauiter & sententiosè, maxime demittitur animus hominum, & ad misericordiam comparatur.
Contrahere, & demittere animum. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 6. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum. Idē. 4. Tusc. 23. Stulti autem est ægritudo ea qua afficiunt in malis opinatis, animosq; demittunt & contrahunt, rationi non obtemperantes.
Demitti & contrahi animo. Cic. 4. Tusc. 14. Est igitur ægritudo, opinio recens mali præsentis, in quo demitti, contrahique animo, rectum esse videatur.
Debilitari, & animos demittere. Cic. 5. de Finib. 77. Si vincunt, efferunt se lætitia: victi debilitantur, animosque demittunt.
Demittere mētes. Vir. lib. 12. 122. Demittūt mētes: ut scissa veste Latinus. Id est desperant: sicut ecōtra, Sperātes aliquid, erigūt mētes. Seruius.
Demissus somno. Propert. lib. 2. eleg. 30. 6.
Talis visa mihi somno demissa recenti.
Vim dicendi tantis comparatam laboribus ad vnum auditorem demittere, est quędam tacita dedignatio. Quintil. lib. 1. cap. 2. 21.
¶ Demittere hibū dicitur vlmus à Columella, lib. 5. cap. 6. 10. Sed quancunque arborem seueris, eam biennio proximo putare non oportet. Post deinde si vlmus exiguum incrementum recipit, verno tempore ante quàm librum demittat, decacuminanda est iuxta ramulum qui videbitur esse nitidissimus.
Demissus. Participium, (κατηφής,) siue nomen ex Participio. Plin. lib. 11. cap. 37. 45. Tum siquidem inferiore labro demisso, ad, &c.
Demissæ aures. Virg. 3. Georg. 98.
– demissæ aures, incertus ibidem Sudor.
Demissi capilli. Ouid. epist. 10. 28.
Caput demissum. Catul. epig. 83. 2.
Demisso capite. Cæsar. 1. bel. Gal. 130. Sed tristes, capite demisso terram intueri. Cic. pro Cluentio. 345. At C. Fabritius à subsellijs demisso capite discesserat.
Genus demissum ab Aenea. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 13. Id est deductum.
Demissis humeris virgo. Terent. Eunuc. 2. 3. 22.
Haud similis virgo est virginum nostrarū, quas matres studēt Demissis humeris esse, vincto pectore. Vbi Donatus, Antiqui Græci etiā virginibus suis præbebāt palestrā ad cōponēda corpora. vel, Demissis humeris, liquidē & molliter deductis, neq; extātibus alæ in modum.
Demissis labijs homo. Terent. Eunuc. 2. 3. 44.
Læna demissa ex humeris. Virg. 4. Aeneid. 53.
Demissa & palustria loca. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 197.
Demissis manibus fugere domum. Plaut. Epid. 10. 16.
Pallia demissa. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 5.
Demissa vsq; ad talos purpura. Cic. p Cluēt. 83. Quint. lib. 5. cap. 13. 31.
Demissiores ripæ. Plin. epist. 170. 2. Tyberis alueum excessit, & demissioribus ripis altè superfunditur.
Vestis demissa. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 19.
Voce demissa loqui. Virg. 3. Aeneid. 64. Id est humili. Seruius.
¶ Demissus animus, Abiectus. Ci. Timido animo, humili, demisso. Idē. 3. Verr. 52. Quid C. Neronis viri optimi, atque innocentissimi, nōnullis in reb⁹ animum nimis timidum atq; demissum? Idem pro Fonteio. 19. Versari animo demisso, atque humili, vt solēt ii, qui affecti iniurijs, ad opem iudicum supplices, inferioresque confugiunt?
Demissior animus. Liu. 4. ab Vrbe. 191.
Fracto ac demisso animo esse. Cic. Lent. lib. 1. 9. 55.
Animum demissum & oppressum erigere. Cic. pro Cluentio. 44.
Humilis & demissus, cui repugnat Alacer & lętus. Cic. 2. Verr. 11. Quum iste repentè ex alacri atq; lęto sic erat humilis, atq; demissus, vt non modo Populo Rom. sed etiam sibi ipse condemnatus videretur.
Mœrens, demissus & afflictus. Cic. pro Sylla. 55.
Tristis & demissus. Cic. pro Murena. 42. Vidēsne tu illum tristem demissumq; iacere, diffidit, abiecit hastas.
Homo demissus. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 12. Id est vilis & ignauus.
Probus, demissus, nō acer, non pertinax, nō litigiosus. Cic. 2. de Orat. 98.
Demissio, Verbale, (κατήμερις,) Cic. 3. Tusc. 25. Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem & infractionē quandam animi, & demissionem.
Demisse, Aduerbium, (κατημέρως,) vt Volare demissius. Ouid. 3. Trist. elegia. 4. 5.
Demississimè aliquid exponere. Cæs. 1. bel. Ciuil. 321. Hæc quàm potest demississimè atque subiectissimè exponit. De Afranio loquitur.
Suppliciter demisseq; respōdere. Cic. pro Flac. 16. & p Domo sua. 71.
Suppliciter ac demissè gratias agere. Brutus ad Ciceronem. 16. 1.
Humiliter, demisseq; sentire. Cic. 5. Tusc. 36. Non est ausus elatè & amplè loqui, quum humiliter demisseque sentire.

Demium, Gemma est à pinguedine dicta. Græci enim δημὸν pinguem dicunt: quo δήμιος gemma appellata. Nec fuit in vsu antiquorum gemma vlla frequentior, vt Menandri fabulæ testātur. Plin. lib 37. cap. 7. 13. In India trium generum, rubrum, & quod demium vocant à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis sublinitur.

Demiurgus, (δημιοῦργος,) Magistratus nomen apud Græcos. Liu. 2. bel. Maced. 94. Tum inter magistratus gētis (Demiurgos vocant, decem numero creant) certamen nihilo segnius quàm inter multitudinem esse. Ibidem, lib. 8. 118. Demiurgis ciuitatū qui summus est magistratus, Aegium euocantibus, &c. In nōnullis codicibus legitur Damiurgus.

Demo, demis, dempsi, demptum, (ἀφαιρέω, ἐξαίρω,) demere, Detrahere. Terent. Eunuch. 4. 1. 13. Inde aurum mulier sibi clām demit. Cicero. 3. de Nat. Deorum. 120. Idemque Aesculapii Epidauri barbam auream demi iussit.
Addere & Demere, contraria. Varro. 1. de Re rust. cap. 18. 3. Quod Cato si voluit (vt debuit) vti proportione, vt ad maiorē fundum, vel minorem adderemus vel demeremus, &c. Cic. 4. Acad. 90. Quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.
Demere de re aliqua. Plaut. Trinum. 6. 67.
– de magnis diuitijs siquid
Demas plus sit, an minus? Liu. 7. ab Vrbe. 204. Aeque impotens postulatum fuit, vt de stipendio equitum æra demerentur.
De capite demere. Cic. 5. Verr. 65. Demit de capite medimna sexcenta. Et paulo post. 66. & 65.
Ex osse demere. Celsus, lib. 8. cap. 4. His ita succurrendum est, vt tamen si minimum ex osse dematur.
Minutatim & gradatim aliquid demere. Cic. 4. Academ. 90.
Capita aliquorum demere. Cic. de Petit. Consul. 6. Nam illis quos meminimus Gallis, qui tantum Titiniorum, ac Nāniorum, ac Tanusiorum capita demebant, Sylla vnum Catilinam præfecerat.
Demere soleas. Plautus Trucul. 2. 12. Iam redit animus: deme soleas, cedo vinum.
Demere vngues. Plaut. Aulul. 9. 33. Tonsor vngues dempserat.
¶ Demere & Tribuere, contraria. Lucret. lib. 1. 164.
Posse eadem demptis paucis, paucisque tributis.
Amores demere. Ouid. 2. de Remed. Amor. 33.
Authoritatē pecuniæ demere. Sallust. in Oratione ad Cæsarē, de Republ. ordinanda, Ergo in primis authoritatem pecuniæ demito: neq; de capitemeque de honore ex copiis quisquā magis aut minus iudicauerit.
Cibo aliquid demere. Celsus. lib. 1. cap. 3. At vere paululum cibo demendum, adiiciendumq; potioni. Id est vere non tantum cibi capiendum, sed paulo liberalius bibendū est. Idē li. 6. ca. 5. Demere aliqd ex cibo.
Commoda demere. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 8.
Demere curā & sollicitudinē. Liu. 1. bel. Maced. 95. Philippus demptura se eis curam, quod ad Nabin & Lacedæmonios attineret, pollicitus. Cic. ad Att. lib. 11. 223. 4. Hæc ad te scribo, non vt queas tu demere solicitudinem, &c. Sic demere molestias alteri. Terent. Adelph. 5. 3. 35.
Demere dolorem. Lucret. lib. 1. 5.
Fidem demere alicui rei. Ouid. 1. de Remed. Amor. 58.
Deme veneficii, carminibusque fidem.
Demere fidem fabulis. Sueton. de Claris Orat. 1. d. Sæpe fabulis fidē firmare, aut demere.
Vero quoque & honesto fidem dempsit. Tacit. lib. 4.
Honorem alicui demere. Ouid. 13. Metam. 4.
Demere ignominiam. Liu. 2. ab Vrbe. 25. Hæc mouerunt Veientes, ac p. se quisque Romano saltem duce ignominias demendas, belloque amissa repetenda minaciter fremunt.
Iuga demere equis. Ouid. 4. Fast. 138.
Aliquid laudi demere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 4.
Metum demere. Tacit. lib. 18. Sibi quisque consuluere, donec missæ à Fabio Valente epistolæ demerent metum.
Mœrorem è pectore demet. Lucret. lib. 3. 186.
Lachrymis demenda mora est. Ouid. 3. de Ponto. 30.
Demere odorem. Cato, capit. 110. Odorem deteriorem vini demere si voles, & cætera.
Otia demere. Stat. 1. Syl. 2. 37.
Solicitudinem demere. Tacit. lib. 18.
Nubem supercilio demere. Horat. 1. epist. 19. 20.
Vitio aliquid demere. Celsus, libro quinto, capite vltimo: de vitiliginis speciebus, Priora curationem non dissimillimam recipiunt, vltimum vix vnquam sanescit: ac siquid ei vitio demptum est, tamen non ex toto sanus color redditur.

Demptus,

Demptus. Participium, (ἐξαιρημένος,) Plin. lib. 15. cap. 17. 3. Demptis foreipe corruptioribus acinis.
Pomum arbore demptum. Ouid. 11. Metam. 23.
Carere aliqua re fine dempto. Ouidius epist. 1. 10. Virque mihi dempto fine carendus abest.
Aliquid agere dempto metu. Ouid. 2. Metam. 174.
Paulatimque metu dempto, nunc pectora præbet
Virginea palpanda manu. Ibidem. 86.
Referre nouam faciem dempta pelle. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 10.
Dempta æternitate, nihilo beatior Iupiter quàm Epicurus. Cicero. 2. de Finib. 141.
DEMOCEDES, pen. corr. Crotoniata medicus illustris, qui quum inter Darii captiuos esset, & Darius ipse ob inuersum pedem grauiter ægrotaret, ita vt iam septem noctes insomnis exegisset: nec à medicis suis vel parum iuuaretur: ductus in medium Democedes, vinctus compedibus, Darium penitus liberauit: & deinde maximo in honore apud regem & Persas omnes habitus est. Author Herodotus libro. 4.
DEMOCHARES, pen. corr. Orator Athenienſis, Demosthenis ex sororе nepos, missus cum aliis ad Philippum regem legatus, expositis mandatis, petenti regi quid gratum Athenienſibus facere posset, respōdit, Suspende te. Indignantibus ob eam rem cæteris, rex dimisit incolumes Vos (inquiens) cæteri renuntiate Athenienſibus, quos censeat superiore tempore, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter. Hæc Seneca libro tertio de Ira. Hic etiam historiam earum rerum quæ gestæ erant sua ætate Athenis, non tam historico, quàm oratorio genere conscripsit. Author Cicero in Bruto. 157. Et lib. 2. de Orat. 53.
DEMOCIDES, medicus, qui Polycratem Samiorum tyrānum, curauit talentis duobus, scripsitque librum de medicina. Suidas.
DEMOCLES, pen. corr. adulator quidam dixit Dionysio tyranno, quòd vitam beatissimam viueret. Tyrannus autem, vt beatitudinem suam illi declararet, induit eum habitu regio, & mensam copiosè paratam ei apposuit, sed supra caput eius appendit tenui filogladium districtum. Tunc Democles tyrannicam vitam miseram esse intellexit. Valerius hanc historiam & elegantissimè & copiosissimè describit. Cic. 5. Tusc. 85. vbi Damoclem vocat vtique per primam vocalem.
DEMOCOON, fuit nothus Priami, qui velocissimos patris equos apud Abydum custodiebat. hunc Vlysses in bello interemit, vt est apud Homerum lib. Iliad. 4.
DEMOCRATES, pen. corr. architectus Alexandri, qui Alexandriam metatus est. Fuit & Democrates athleta, qui facto in stadio circulo eō sistens, à nullo dimoueri poterat. author Aelianus de varia historia.
Fuit & Democrates, medicus, qui testis citatur à Plinio.

Democratia, pen. corr. (δημοκρατία,) Principatus populi.

DEMOCRITVS, pen. corr. (δημόκριτος,) Abderites, vt author est Diogenes, Pythagoræ imitator, non tamen auditor: quum duos haberet fratres maiores natu, ab eis discedens hæreditatem suam accepit: quam in pecuniam redactam, breui tempore peregrinando absumpsit. Nam primùm ad Aegypti sacerdotes contendit, ab illis Geometriam accepturus. Indè Rubro mari emenso, ad Chaldæos, & (vt quidam volunt) ad Gymnosophistas, in Indiam penetrauit. Postremò Athenas rediit ad Socratem, vbi se gloriatur ignotum omnibus fuisse. Veni (inquit lib. 5. Tusc. 146.) Athenas, neque me ibi quisquam agnouit. Quod dictum refert Cicero vt sapientis viri & gloriam spernentis.
Coniugioque iunctus, deinde profectus est Athenas, Affirmans se breui reuersurum. Quod quum non faceret, Phyllis impatientia amoris se laqueo suspendit, vt est apud Ouidium in epistolis. Vide Plinium lib. 18. cap. 28. 13.
Democritus, Physicus ornatè loquutus est. Cic. 1. de Orat. 16.
Studiosus nobilitatis Democritus. Cic. 4. Academ. 124.
A Democrito propter discendi cupiditatem videmus vltimas terras esse peragratas. Quæ qui non vident, nihil vnquam magna cognitione digunm amauerunt. Cic. 5. de Finib. 92.
Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irriguit. Cic. 1. de Nat. de orum. 164.
Democritus perpetuo ridens. Iuue. sat. 10. 4. Perpetuo risu pulmonem agitare solebat Democritus.
¶ Democritus alius fuit Sicyonius, quem non solum hospitem sed etiam valdè sibi familiarem Cicero scribit Alieno, lib. 13. 79. 1.
Democriteus, Adiectiuum, (δημοκρίτειος,) Cic. 2. de Diui. 46. Verū sint sanè ista Democritea vera, quando ea nos extis exquirimus, &c.
DEMODOCVS, pen. corr. fuit citharœdus, quem Homerus libro Odisseæ. 8 inducit in conuiuio Alcinoi regis Phæacum citharam pulsantem & simul canentem, vt est apud Virgilium. 1. Aeneidos in conuiuio Didonis, – cithara crinitus Iopas
Personat aurata.
DEMOGORGVS, Magus tam excellens, vt præesse laruis dictus sit, & illas pro nutu cogisse.
DEMOLCHVS, Syracusanus comicus, Epicarmi medici filius, docuit fabulas xiiii. lingua Dorica. Suidas.

Demolior, demoliris, demolitus sum, (κατασκάλλω, ἀπορύσσω, ἀφανίζω, ἐμφανίζω,) demoliri, A mole deductum significat diroere, deiicere. Plaut. Amphit. 14. 23. Hasce illico toto demoliar cardine. Cicero. 3. Offic. 85. Demoliti ea quorum altitudo officeret auspiciis. Ibidem, lib. 1. 103. Demoliri domum. Et in Topicis. 10. Demoliri parietem. Et. 4. Verr. 116. Demoliri statuas.
Partem muri demoliri. Cassius Ciceroni, lib. 12. 13. 12.
Columnas demoliri. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 4.
Robora demolitur. Ouid. 15. Metam. 46.
Destruere ac demoliri ius. Liu. 4. bel. Maced. 11. Siquod cuipiam priuatim officiet ius, id destruet, ac demolietur.
¶ Demoliri culpam de se, pro amoliri. Plaut. Bacch. 6. 15. De me culpam hanc demolibor iam, & semi faciam palam. Antique pro demoliar: Id est, ostendam me non esse in culpa.
Demolio, demolis. pen. prōd. demolīui, pen. prod. demolītum, demolīre. Alphenus in L. Qui insulam, in prin. ff. Locat. Dominus insulæ, quia ædificia vitium facere diceret, demolierat eam.
Demolītus, pen. prod. Participium passiuum. Vlpianus in L. Quid tamē, Paragr. 1. ff. Quibus modis vsusfruct. amit. Verumetiam si demolitis ædibus testator alias nouas restituerit. Et Aedificium demolitum, in L. Qui insulam, in prin. ff. Locat.
Demolitio, Verbale (κατασκάλλησις, κατασκαφή,) vt Demolitio statuarum. Cic. 4. Verr. 116. Et. 6. Verr. 98.
Tollere demolitione aditus réplorum. Cic. Post Red. in Senat. 28.
DEMONAX, fuit Adriani temporibus philosophus, qui non, vt pleriq; solitudinem sectabatur, sed nihil potius habuit, aut putauit inter homines amicitia: nomenque hominem sibi familiarem existimabat; nullum sibi vnquam vtilicum præparauit, sed quum esuriret, quam proximā domū apertā videbat, in eam ingrediebatur, & victum ibi quærī tabat. Centenarius decessit, elatus publico sumptu. Apud Lucianum.
DEMONICA, mulier quæ auri auiditate vrbem Ephesum Brenno duci prodidit, vt est author Plutarchus in Parallelis.

Demonstro, demonstras, (δηλόω, ἀποδείκνυμι, ὑποδείκνυμι, ἀποφαίνω, ἐμφανίζω,) demonstrare: Apertè & palàm monstrare. Plaut. Milit. 122. Domi demōstrauit ordine. Idē Asin. Et ædes demonstrauit nostras. Terent. Heaut. 4. 4. 9. Audistin' homo iste modò quàm villam demonstrauit? Idem Phorm. 2. 1. 76. Aut vbi habitet demonstrarier.
Docere & demonstrare. Cic. 4. Verr. 86. Legatos mittunt qui eum leges doceant, consuetudinemque omnium annorum demonstrent.
Demonstrare & exponere. Cic. Pæto, lib. 9. 24. 7. Spurina quidem, quum ei rem demōstrassem, & vitam tuam superiorem exposuissem, magnū periculum summæ Reipublicæ demonstrabat.
Demonstrare & ostēdere. Cic. Att. lib. 1. 1. 2. Demōstrauī hæc Cælio, & illud ostēdi, si ipse vnus esset illo contenderet, me ei satisfacturū fuisse.
¶ Demonstrare, pro Narrare. Cic. 1. de Orat. 70. Etiā illa cognorā & accepā, antequā de re dicerēmus, initio cōciliandos cortū esse animos qui audirēt, deinde rē demonstrandā, postea cōtrouersiam constituēdam, tum id quod nos intenderemus confirmandum, &c.
Breuiter demonstrare. Quintil. in Proœm. lib. 1. 19.
Se demonstrat incolumē esse nō posse. Cic. 3. Ver. 50. Idē pro Quint. 27.
Quid igitur demonstrat Vadimōnium sibi ait esse desertum.
Digito demonstrare. Cic. in Somnio Scip. 29.
Demonstrare iter. Cic. in Catil. 29. Plin. lib. 8. cap. 4. 1.
Demonstrabitur, (ἀποδειχθήσεται,) Impersonale. Cicero. 4. Verr. 10. Tamen vobis alio loco, vt se tota res habeat, quòd ad eam ciuitatem attinet, demonstrabitur.
Demonstratus, Participium, (ἀποδεδειγμένος,) vt Demonstratus locus. Cic. 1. de Diuinat. 29.
Demonstratio, Verbale, (ἀπόδειξις,) Cicero 4. de Finib. 11. Demonstrationes quemadmodum quæque fiant. Idem 2. de Oratore 112. Demonstratio defensionum tuarum.
Demonstratio, Genus causæ, quam Dialectici definiunt, quum certis ac necessariis rationibus aliquid comprobatur. Cicc. 1. de Inuent. 18. Si deliberatio & demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causæ putari.
Demonstratio & significatio. Cic. 3. de Orat. 122. Vniuersam rem & sententiam dō demonstratione, sed significatione declarans. De gestu.
Conuersam demonstrationem habere. Cic. 6. Verr. 116. Hi qui hospites ad ea quæ visenda sunt, ducere solent, & vnumquidq; ostendere, quos illi mystagogos vocant, conuersam iam habent demonstrationem suam: nam vt antè demonstrabant quid vbique esset, ita nunc quid vndique ablatum sit ostendunt.
Demonstrator, Verbale, (ἀποδεικτής,) Columel. lib. 3. cap. 10. 17. Itaque huius rationis demonstratorem magis esse me, quàm inuentorem libenter profiteor. Cicc. 2. de Oratore 192.
Demonstratiuus, pen. prod. (ἐπιδεικτικός,) Adiectiuum, vt Demonstratiuum genus. Cic. 1. de Inuent. 11. Aristoteles tribus in generibus rerū

Universidad de Deusto
Biblioteca

versari rhetoris officium putauit, demonstratiuo, deliberatiuo, iudiciali. Demonstratiuum est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut vituperationem.

DEMOPHON, vel Demophoon, filius Thesei & Phedræ, ad Troiam profectus, qui inde rediens, tempestate delatus est in Thraciam: & à Phyllide, loci regina, hospitio exceptus. Hæc Perottus. Vide Phyllidis ad Demophoontem epistolam inter Ouidianas.

DEMOPOLIS, pen. corr. & Neocles, Themistoclis filii, quum apud Athenienses mentionem fecissent legũ quę aduersus exules, latæ erãt, à paternis inimicis lapidibus obruti sunt. Cælius cap. 12. lib. 8.

DEMOSTHENES, pen. corr. (Δημοσθένης,) Atheniẽsis, Græcorum oratorum longe princeps: cuius vitam scripsit Plutarchus. Est & Demosthenes, Dux Athenienſium in bello Peloponnesiaco apud Thucydidem. Fuit & Demosthenes alius, genere Thrax, grammaticus, qui Iliada Homeri, & Hesiodi Theogoniam in prosam orationem cõuertit. De Demosthene Athenienſi oratore sic Cicero. 1. de Orat. 136. Athenienſi Demosthẽi sine dubio summa vis dicendi conceditur, in quo tantum studium fuisse, tantusque labor dicitur, vt primùm impedimenta naturæ diligentia, industriaque superaret: quumque ita balbus esset, vt eius ipsius artis cui studeret, primam literam nõ posset dicere, per secit meditando, vt nemo planius eo locutus putaretur. Deinde quum spiritus eius esset angustior, tantum continẽda anima in dicendo est assecutus, vt vna continuatione verborum (id quod eius scripta declarant) binæ ei contentiones vocis & remissiones continerentur. Qui etiam (vt memoriæ proditum est) cõiectis in os calculis, summa voce versus multos vno spiritu pronuntiare consueſcebat: neqi is consistens in loco, sed inambulans atque ascensu ingrediens arduo. Eloquium at famam Demosthenis, aut Ciceronis

Incipit optare, & totis Quinquatribus optet, Quisquis &c.

Eloquium ac fama Demosthenis. Iuuenal. Saty. 10. 12.

Demosthenes vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi. Cic. in Orat. 56.

Demosthenes Platonis audiendi studiosus. Cic. 1. de Orat. 44. Et ipsum Platonem studiosè lectitauisse & audiuisse dicitur. Cicero de Clar. Orat. 62. Idem in Orat. 8.

Demordeo, demordes, demordi, demorsum, (ἀπολάμπω,) demordere, Morsu decerpere. Plaut. Merc. 192. Aut angue demorsa cessauit turgida. Plin. lib. 28. cap. 4. 12. Et ẽ ligno fulgure icto, reiectis post terga manibus demorderi aliquid, & ad dẽtem qui doleat admoueri, remedio esse produnt.

Demorsus, Participium. Persius Satyra 1. Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.

Demorior, demorĩris, pen. prod. vel demòreris, pen cor (ἀποθνήσκω,) demori. Eiusdem cum simplici significatio nis. Colum. lib. 5. Siue enim caput demortuum eſt, duo induantur statum vimina.

Demoritur ea te, Id est te deperit, & ardet amore tui. Plaut. Mil. 13. 23. Ea demoritur te, atque ab illo cœpit abire: odit senem.

Demortuus. Participium (ἀποτεθνηκώς,) Cic. 4. Verr. 86. Nam quum esset ex veterum numero quidam Senator demortuus, & cum, &c. Idem ad Atticum, lib. 16. 336. 9. Nostrique familiares ferè demortui. Idẽ 6. Verr. 8. Sanxerunt nequis emeret mancipiũ, nisi in demortui locum. In demortuorum locum subsortitionẽ fieri. Suet. in Cæsare. cap. 41.

Demortuę potationes, per translationẽ. Flaut. Sticho. 4. 58. Potationes plurimæ demortuæ, quot adeò cœnæ quas defleui, demortuæ.

Demoror pen. corr. demoraris, demoratus sum (διατρίβω, ἀναχάζομαι,) demorari, Morari & detinere. Plaut. Epid. 8. 41. Dii me eſtis demorati. Colum. lib. 3. cap. 1. 20. Prudentis magistri est, eiusdem nomenclationis aucupiũ, quo potiri nequeat, studiosos non demorari.

Demorari, Expectare. Virg. 10. Aeneid. 6. Et tua progenies mortalia demoror arma. Id est expecto. sustineo. Seruius.

Detinere & demorari aliquẽ. Lentulus Senatui plebiq; Rom. lib. 12. 15. 18. Nõnullis etiã ipsi magistratus veniebant in suspitionẽ, detinuisse nos, & demoratos esse, dum classis Dolabellæ certior fieret de aduentu nostro.

Ne diutius vos demorer, de omni isto genere, quid sentiam, perbreuiter exponam. Cic. 2. de Orat. 130.

Sermone longe petito demorari aliquem. Claud. de bel. Getic. 78.

¶ Demoratus, passiuè. Gellius lib. 19. cap. 8. Hisque ipsis quæ iam dixi, demoratos vos video, alicui, opinor, negotio destinatos.

¶ Demorari, neutrum, pro Tardare. Plaut. Rud. 11. 27. Quid facerdotimeæ dicam, hic demoratam tandiu.

Demoueo demoues, pen. cor. demòui, demòtum, pen. prod. demouère, De loco mouere. Terent. Adelph. 2. 1. 16. Cape nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos.

Demouere & Constituere, contraria. Cic. pro Sylla, 46. Ita charus vtrisque est, atque iucundus, vt non alteros demouisse, sed vtrosque constituisse videatur.

Nomen, & effigies priuatis ac publicis locis demouendas censebat. Tacit. lib. 11.

Demotus manu, & actus præceps. Cic. pro Cecinna. 36.

Alueo demoueri. Tacit. lib. 1. Ne Clanis solito alueo demotus in amnem Arnum transferretur.

¶ In insulas interdicto igni & aqua, demoti sunt, Tacit. lib. 5.

¶ Demouere aliquem de sententia. Plaut. Persa. 10. 46.

Dicat quod quisque vult, ego de hac sententia

Non demouebor.

Nec terrore, aut minis demorentur. Tacit. lib. 20.

Cura rerum Pallantem demouet. Tacit. lib. 17.

Demoueri ex recto. Cic. 4. de Finib. 96. Sed tamen tantam vim esse honestatis tantúmque eam rebus omnibus præstare, & excellere, vt nullis nec suppliciis, nec pmiis demoueri possit ex eo quod rectũ esse decreuerit. Quibus in locis multo melius fortasſis legeretur dimoueri.

Demouere gradu. Liu. 6. ab Vrbe. 127. Quantúmque Romana se inuexit acies, tantum hostes gradu demoti.

Sed Tiberius demouerat Syria Creticum Syllanum. Tacit. lib. 1.

Seueros tribunos demouere. Tacit. lib. 2.

Si priorem ætate, etiam labefactum demouisset. Tacit. lib. 4.

Demptus, Vide DEMO.

Demugio, demũgis, pen. prod. demugiui, (μυγόομαι,) demugire, Mugitu implere. Ouid. 11. Metam. 76. — sed omne vulnerat armentum, sternitque hostiliter omnes. Et paulo pòst, sanguine littus,

Vndaque prima rubet, demugitæque paludes.

Demulceo, demulces, demulsi, demulsum, (μειλίσσω, κατευνάζω, λίσσω, κατοικτίζω, ποππύζω,) demulcere. Valde vel leniter mulcere vt solet fieri catellis quum manibus attrectãtur. Ideo & pro delinire ponitur. Terent. Heaut. 4. 5. 14.

De illo quod dudum dictum ac factum reddidi.

C. Bonane fide? 5. bona hercle. C. non possum pati

Quin tibi caput demulceam. accede huc Syre. Liuius 9. ab Vrbe. 84. Ne nihil remissum dicatis, remitto, ne vtique dorsum demulceamquum ex equis descendetis.

Demum, (τὸ τέλος, τὸ τελευταῖον,) Aduerbium ordinis, inquit Linacer. id est tandem, ad postremũ, vel (vt ait Festus) post. Plaut. Cap. 9. 7. Ille abiit demum. Ibidem. 19. 14. Illic ibi demum est locus. Terent. Adelph. 5. 8. 16. Ego nouus maritus, anno demum quinto & sexagesimo.

Fiam, atque animum decrepitam ducam! Cic. 4. Acad. 91. Cur non demum, vt difficiliter à vero internoscatur? In emendatioribus codicibus legitur, Cur deinde nõ, vt, &c. Liuius 8. ab Vrbe. 55. Latinisque ab Lanuuio auxilium, dum deliberando terunt tempus, victis demum ferri cœptũ. Plaut. Amphitr. 5. 10. igit demũ omnes scient. Quæ facta. Terent. Hecy. 2. 1. 2. 53. Ibi demum ita æger tulit, vt, &c.

¶ Demum, Solum, tantummodo. Plin. de Viris illust. 46. Et quum moueri nullis viribus posset, ex libris cognitum est, castillanæ demum feminæ manu moueri posse.

¶ Nunc demum. Modòne demũ. Signa tarditatis, inquit Donatus. Plaut. Mil. 9. 61. nunc demum scio

Me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem. Idem Menæch. 14. 60. Redeo nunc demum domum. Terent. Heaut. 2. 3. 12. Vah, nunc demum intelligo. Idem Andria. 5. 3. 11. Me miserum. 5. modone id demum sensti Pamphile? Ibidem. 4. 61. Nihil ad te. D. quæro. 9. hem, nũnc demũ? D. at iam hoc tibi inuentum dabo. Cic. Attico. Nunc demum literis tuis referibo quas ad me misisti.

Post demum. Plaut. Asina. 16. 65.

At interea vt decumbamus suadebo, hi dum litigant:

Post demum huc eras adducam ad lenã, vt viginti minas ei det.

Quantum demum. Cic. 5. Tusc. 150. Iam verò exilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt, &c.

Tum demum quando vel vbi. Plautus Milit. 10. 214. Ego enim dicam tibi tum demum, quando vsus poscet. Idem Trinum. 11. 36.

tum tu igitur demum

Adolescentr aurum dabis, vbi erit locata virgo in matrimonium.

¶ Demum, pro Solum, duntaxat, inquit Festus, siue pro omnino, præcipue iunctum cum is, & cum ita. Plautus Capt. 4. 20.

Ille demum antiquis est adolescens moribus,

Cui nunquam voltum tranquillauit gratus. Cic. in Sallust. Ea demum magna voluptas est, Crispe Sallusti, æqualem ac parem verbis vitam agere. Quintil. lib. 1. cap. 4. Hi sunt qui parua facilè faciunt: & audacia prouecti, quicquid illic possunt, statim ostendunt, possunt autem id demum quod in proximo est. Plin. lib. 10 cap. 24. 3. Eadem demum sola auium non nisi volatu pascitur. Idem libro 7. cap. 7. 2. Is demum profectò vitam æqua lance pensitabit, &c.

* Quint. lib. 4. Quod tamen rarum esse debet & ex necessitate demũ.

Ita demum

Ita demum. Quintil. lib. 12. cap. 1. Tum illa quoque ex causa, quòd mentem tantæ rei intentam vacare omnibus aliis etiam culpa carentibus curis oportet. Ita enim demum libera, ac tota, nulla diuidente, atque aliò ducente causa spectabit id solum ad quod accingitur. Idem Declamat. 10. Ita mihi demum satisfacies, si apud patrem fuisti? Hæc Valla libro. 6.

Demus. Pro demum veteres posuerunt Pacuuius, Quid demus magis eõ modum est, quàm ne rutum perduas iniuriam pati? Sipontinus.

Demussata, (μεμυελμένη,) contumelia apud Apoleium lib. 3. legitur, pro dissimulata, & cum silentio indignatione-que transmissa.

Demutilo, demútilas, penult. corr. (κατατέμνω,) demutilare, Idẽ quod mutilare. Columella de Arboribus. 11. Cacumina virgarum, ne luxuriẽtur, demutilato.

Demúto, demútas, pen. prod. (μεταβάλλω, διαλλάττω,) demutare, Idem quod mutare. Plaut. Milit. 15. 37. Nunquid vis detur demutare?

Demutant ingenium mores. Plaut. Trinum. 4. 28.

— aut si demutant mores

Ingenium cuum, neque eos antiquos seruas.

Demutare animum de firma fide. Plaut. Trinum. 15. 14.

Demutare imperium alicuius. Plaut. Menæch. 17. 120.

Demutare aliquò rationem. Plaut. Milit. 19. 8.

Sed eccum Palæstrionem, stat cum milite:

Oratio illũ mihi demutanda est mea.

Non demurabo. Plaut. Pseud. 7. 143.

Quod dixi, potius quàm id non fiat, ego dabo:

Non demutabo. Hoc est Non reuocabo quod pollicitus sum.

Plautum, instituto Flaminum nihil demutari. Tacit. lib. 4.

Demutatio, Verbale, (μεταβολή,) Plinius lib. 28. cap. 8. 24. de chamæleõne, Nullũ animal pauidius esse existimatur, & ideo versicoloris esse demutationis, alii legunt, mutationis.

Denarius, Adiectiuum, (δεκάριος,) Quod decem continet. vt Denariæ fistulæ. Plin. lib. 31. cap. 6. 2. de ratione aquæ ducendæ, Fistulas denũm pedum longitudinis esse legitimum est. Et si quinariæ erunt sexagena pondo penderet: si octonariæ, centenas: si denariæ, cẽtena vicena, ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo, antè quam curuetur, digitorum decem est: dimidioque eius quinaria.

Denarius nummus, (δεκάγκαλος,) Liu. 8. ab Vrbe. 60. Vectigal quoq; eis Campanus populus iussus pendere in singulos, quotannis, denarios nũmos quadringenos quinquagenos.

Denarium XXXIX. millia. Cic. 4. Verr. 91. Iam hoc impudentissimè: palã (licebat enim videlicet legibus) singulis Cẽsoribus denarii trecenti ad statuam Prætoris imperati sunt. Censores centum triginta facti sunt. pecuniam illam ob censuram contra leges, clàm dederunt, hæc denariũm XXXIX. millia palàm saluis legibus contulerunt in statuam. Id est numeros ille. 39. millium denariorum, ex 500. denariis in singulos Censores imperatis conflatus. eam centies tricies trecenti denarii, efficiunt numerum 3900. denariorum.

Denarius, Substantiuum, (δεκάγκαλος,) Decem librarum nummus erat, cuius qualis pars (sestertius eo tempore scilicet quo denarius decussi valebat. Erat autem denarius argenteus nummus quatuor & viginti siliquas pendens. Apud Priscianum ita legitur. Siliquæ tres obolum faciunt. duo autem oboli scrupulum. tria scrupula drachmam. ita duo de viginti siliquæ in drachma. hæ quatuor drachmæ in tribus denariis, hoc est duæ & septuaginta siliquæ. Budæus.

Denarius Romanus quaternos sestertios nummos valebat, hoc est quaternos caroleos nostros & binos denariolos turonicos. Ex eo denarius dictus, quòd pro decem assibus æreis locaretur, & cederet in solutum. Cic. 5. Verr. 163. quum ita dixisset, Nam quum ex Sicilia & ex legibus frumentum & in cellam sumere liceret: idque frumentum Senatus ita æstimasset quaternis sestertiis tritici modium, binis hordeitiste numero ad summam tritici adiecto, tritici modios singulos cum aratoribus denarios ternis æstimauit. Hæc verba velut exponens, paulò post, 168. Ita subdit, Verum enimuero quum esset sestertius binis aut etiam ternis quibusuis locis prouinciæ duodenos sestertios exegisti. Budæus.

Denarium nunc appellare possumus caroleum nummum argenteum, qui antiquorum sestertium valet. Budæus.

Spes denarii. Cic. Attic. li. 2. 14. Scripsit ad Quæstores vrbanos de Quintratris negotio. vide quid narrent, & quæ spes sit denarii.

Quingenos denarios singulis militibus dare. Pollio Cicer. lib. 10. 32. 10.

Emere denario quod sit mille denarium. Cic. 3. Offic. 123.

Ad denarios peruenire. Cic. 5. Verr. 170.

Ad denarios soluere alicui aliquid. Cicero pro Quin. 9. Vide SOLVO.

Exigere quaternos denarios ab aliquo in singulas amphoras vini. Cic. pro Fonteio. 8.

Denarro, denarras, denarrare, (ἐξηγέομαι,) Ordine narrare. Terent. Phorm. 5. 8. 51. Hæc adeo ego illi iam denarrabo.

Gellius lib. 1. Hæc nobis Fauorinus summa cum elegantia verborum totusque sermonis comitate atque gratia denarrauit. Horatius secundo Sermonum, Saty. 3. 63.

Absentis ranæ pallis vituli pede pressis,

Vnus vbi effugit, matri denarrat, vt ingens

Bellua cognatos eliserit.

Denascor, denasceris, (ἀποθνήσκω,) denasci, pro Mori. Cassius Hemina annalium, lib. 2. Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt.

Denâso, denasas. penult. prod. (ἐκτείνω,) denasare, Nasum auferre. Plautus Capt. 11. 74. Nanque ædepol si adires propius, os denasabit tibi.

Denato, denatas, penult. corr. (κατανύγομαι,) denatare, Idẽ quod natare, vel enatare. Horat. 3. Carm. ode. 7. 6. Nec quisquã citus æquè Thusco denatat alueo.

Dendrachates, pen. prod. Gẽma est velut arbuscula insignis. Plin. lib. 37. cap. 10. 1.

Dendrîtis, pen. prod. dẽdritidis, f. g. Gẽma, quæ sub arbore defossa, nõ permittit securim hebetari. Plin. lib. 37. ca. 11. 6.

Dendrocissos, Hedera quæ sine adminiculo stat. Sipontinus.

Dendroides, Tithymali species. Sipontinus.

Denego, denegas, pen. corr. (ἀπαρνοῦμαι, ἀπαγορεύω,) denegare, Negare se daturũ, Non dare. Plaut. Trinum. 17. 46.

Dare denegabis. Terent. Heaut. 3. 1. 78.

Deferre, & Denegare, contraria. Cic. pro Flacco. 1. Quod enim esset præmium dignitatis, quod Populus Romanus quum huius maioribus semper detulisset, huic denegaret? Idem 2. de Orat. 69.

Denegarat se cõmissurum mihi gnatam suam. Teren. And. 1. 5. 6.

In denegando. Terent. And. 4. 1. 5. in Denegando modo quis pudor est paululum. Cicero ad Q. fratrem, lib. 2. 9. 1. Diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda.

Denegare alicui auxilium aduersus alterum. Cæs. 8, bel. Gal. 157.

Gaudia denegare alicui. Ouid. 4. Metamorph. 74. speratæque gaudia nymphæ Denegat.

Honorem denegare. Cic. 11. Philipp. 303. Suffragio meo, tãquam comitis, homini honorem amicissimo denegauero.

Denegare naturæ & necessitati omnia iucunda. Cic. 7. Verr. 39. Vt omnia semper, quæ iucunda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem.

¶ Denegare. Sedulo negare se aliquid fecisse, aut sibi quid creditum esse. Plaut. Amph. 8. 219. atque his si denegat

Facta, quæ tu facta dicis. Idem Menæch. 14. 8. Datum denegant quod datum est. Idem Pœnulo. 10. 25. Extemplo denegabit iuratus quidem. Cicero pro Fonteio. 7. Si hoc crimen optimis hominibus denegare possumus.

¶ Occupatio onus impositum denegat. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 9. Neque tamen ignoro quàm impudenter faciam, qui primum tibi tantũ onus imponam: potest enim denegare occupatio tua.

Annis tibi deneget vndas. Ouid. in Ibin. 22.

Denicales, feriæ colebantur, quum hominis mortui causa familia purgabatur. Colum. lib. 2. cap. 22. 5. Nos apud Pontifices legimus feriis tantum denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere. Gellius lib. 16. cap. 4.

Denigro, denigras, pen. corr. (μελανόω,) denigrare, Offuscare, nigrum facere. Plin. lib. 23. capit. 5. 2. Capillum denigrat suffitu. Varro. 1. de Re rust. cap. 55. 4. Non solũ denigrat terram, &c.

Denique, pen. cor. (τέλος, ἐπὶ τέλει,) Aduerbium ordinis, inquit Donatus, & ferè in fine sensus & in vltima sententia ponitur à Terentio, eodem authore, pro præterea & tãdem. Terẽ. Phor. Quid fit denique? Ibidem. 2. 1. 11. Vereor ne isthæc fortitudo in nerum erumpat denique. Idem Heaut. 3. 2. 8. Quàm molestum, vt equidem (ita me dii ament) metui quid futurum denique esset. Ibidem, Fodere, aut arare, aut aliquid facere denique. Idem And. 3. 3. 36. Plaut. Casina. 23. 15. Quid fit denique? Cic. 5. Verr. 189. Si ternos denarios qui cogit, erit absolutus: quaternos denos denique aut vicenos, coget alius, quæ erit reprehensio?

Denique tum subiungimus, quũ sunt multa enumerata, significantes hoc vltimum esse ẽtiam, inquit Valla lib. 6. Terent. Phorm. 4. 3. 44.

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:

Hæc denique eius fuit postrema oratio,

Ego, &c. Cicero pro Fonteio. 18. Vt quum omnes legati nostri, qui illo triennio in Galliam venerunt: omnes equites Romani, qui in illa prouincia fuerunt: omnes negotiationes eius prouinciæ: denique omnes in Gallia qui sunt socii populi Rom. atque amici, M. Fonteium incolumem esse cupiant. Idem, Quum sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam sibi præsto viderent, nõ denique vllam rem, quæ pertineat ad bellum administrandum. Et pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lege Manilia.18. Non auaritia ab instituto cursu ad prædam aliquâ reuocauit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationẽ. tion nobilitas orbis ad cognitionem, non denique labor ipse quietem.
Denique, inquit Donatus, ad finem dictorum ponitur pro postremò.
Nunc denique. Vide NVNC.
Tum denique. Plaut. Capt. 4. 39.
Tum denique omnes nostra intelligimus bona,
Quum quæ in potestate habuimus, ea amisimus. Cic. Quum excessit è vita, tum denique viueret.
Denique ad extremũ. Cic. Post Red. ad Quir. 13. Primũ vos docuit, &c. Tum in perorando posuit, &c. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solum, verumetiam obsecrauit.
Denique pro tum demum. Cic. pro Milone. Itaq; Milonis consolatus qui viuo Clodio labefactari nõ poterat, mortuo denique tentari cœptus est. Id est confestim, vel potius tandem & demum, inquit Budæus.

Denomino, denominas, pen. prod. (παρονομάζω,) denominare, Idem quod nominare, siue nomẽ imponere. Quinct. lib. 1. cap. 10. Propria sunt verba, quum id significãt in quod primùm denominata sunt. Idem lib. 8. cap. 2. Multa sunt & Græcè & Latinè non denominata. Horat. 3. Carm. ode. 17. 1.
Aeli vetusto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamiæ ferunt Denominator.

Denominatiuum, penu. prod (παρώνυμον,) apud Grammaticos dicitur, quod à nomine deducitur: vt à Lapis, lapillus.

Denormo, denormas, (παρανορθῶ,) denormare. Horat. 2. Ser. Saty. 6.
–ô si angulus iste
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum. Id est deturpat, & inæqualem facit, vt interpretatur Acron.

Dènoto, dénotas, penul. corr. (σημαίνω,) denotare, Idem quod notare, Liu. 4. ab Vrbe. 138. Haud dubiè Iclios denotare Senatu, quos mercedem seditiosi Tribunatus petere Cõsulatum insimulabant. Cic pro Lege Manil. 4. Quòd is qui vno die tota Asia, tot in ciuitatibus, vno nuntio, atque vna literarum significatione ciues Romanos necandos, trucidandosque denotauit.
Denotare crera pedes venalium mancipiorum, aut victorum. Plinius, lib. 35. cap. 17. 5.
Denotata linea aliquo conspicuo colore. Colum. lib. 3. cap. 15. 2.
Denotatas habere res aliquas. Cic. 4. Acad. 104.

Dens, dentis, m. g. (ὀδούς,) Notũ nomẽ. Plaut. Curcul. 7. 39. Os ama mihi cadebant primulum. Plin. lib. 11. cap. 37. 53.
Caua dentium. Plin. lib. 30. cap. 3. 5. Cauis dentium inditus mirè prodest. Ibidem. Harenulæ, quæ inueniuntur in cornibus cochlearũ cauis dentium inditæ statim liberant dolore. Idem lib. 20. cap. 6. 8. Addaturque ipsum in caua dentium.
Canernis dentium in dolore inditom cera includi. Plin. lib. 22. ca. 23. 10.
Crepitus dentium. Cic. 4. Tusc. 30.
Cauere dentium dolores. Plin. lib. 28. cap. 4. ad finem, Frigida aqua matutinis impari nemero ad cauendum dentium dolores.
Dentium dolores colluere. Plin. lib. 24. cap. 7. 5. Tedæ decoctę in aceto dentium dolores efficaciter colluunt.
Dentium dolorem prohibet. Plin. lib. 20. cap. 7. 1.
Dentium dolori prosunt laricis folia. Plin. lib. 24. cap. 6. 6. Sic lib. 28. ca. 8. 8. Et lib. 31. cap. 9. 8.
Dolores dẽtium sedat succus illius. Plin. lib. 20. cap. 8. 7. Ibidẽ, ca. 15. 5.
Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scarificatis gingiuis. Plin. lib. 32. cap. 7. 12.
Dentium dolorem tollunt carnes cucurbitæ. Plin. lib. 26. cap. 3. 2.
Euulsio dentis. Cicero. 3. de Natu. Deorum. 70. de Aesculapio, Tertius Arsippi, & Arsinoæ, qui primus purgationem alui, dentisque euulsionem (vt ferunt) inuenit.
Foramen dentium. Vide Dentem eximere.
Infirmitas dentium. Plin. lib. 23. cap. 4. 1. Os quoq; colluitur illo ad dentium infirmitatem.
Dentium labefactio. Plin. lib. 23. cap. 1. 41.
Dentium nobilitates. Plin. lib. 20. cap. 21. 3.
Motus dentium stabilire. Plin. lib. 20. cap. 3. 3. de cucurbita, Decoctæ autem vniuersæ succus, dentium motus stabilit, & dolores mhibet.
Dentium stabilirati efficacissime subuenit amurca. Plin. lib. 23. cap. 3. 5.
Stridor dentium. Celsus lib. 2. cap. 7. Item robusto adhuc corpore insolitus dentium stridor, insaniæ signa sunt.
Acuti dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.
Aduersi dentes. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Hos Plin. vocat primores, lib. 11. cap. 37. Anteriores vulgò nuncupant.
Albi dentes lupi. Virg. 11. Aeneid. 136.
Atri dentes. Horat. Epod. 6. 3. &. 1. epist. 19. 2.
Aruido dente conuellere dapes. Ouid. 11. Metam. 25.
Boni dentes. Vide BONVS.
Calceati dentes. Vide CALCEO.
Candidi dentes. Catul. epig. 37. 1. Plin. lib. 11. cap. 37. 41.
Candidulí dentes. Cic. 5. Tusc. 66.
Canini dentes. Vide CANIS. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.
Carioſi & fœtidi dentes. Plin. lib. 32. cap. 7. 15.
Canis dens inuritur putamine nucis iuglandis. Plin. lib. 23. cap. 8. 6. Sic lib. 25. cap. 13. 24.
Dens concauus. Vide CONCAVVS. Plin. lib. 11. cap. 37. 35.
Continui dentes. Vide CONTINEO. Plin. lib. 11. cap. 37. 33. & 34.
Crinales dentes, periphrasis pectinis apud Claudianum de bel. Gild. 28.
–lacero crinales vertice dentes,
Et fractum pendebat ebur.
Curuus dens. Vide Duriores osse dentes sunt.
Defricatus dens vrina. Catull. epig. 37. 3.
Degener dens liuoris. Seneca Hippol. 4. 28.
Domito dente fræna premunt leones. Ouid. 10. Metam. 104.
Duriores osse dentes sunt quorum pars maxillæ, pars superiori ossi malarum hæret. Ex his quaterni primi quia secant, tomici à Græcis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Vltra quos vtrinque ferè maxillares quaterni sunt, præterquam in his in quibus vltimi, qui serò gigni solent, nõ increuerũt. Ex his priores singulis radicibus, maxillares vtiq; binis, quidam etiam ternis quaternisve nituntur. Ferèq; longior radix breuiorem dentẽ edit: rectiq; dentis recta etiam radix, curui flexa est: exq̃ eadem radice in pueris nouus dens subit, qui multo sæpius priorem expellit: interdum tamen suprà infraue eum se ostendit. Hæc Celsus, lib. 8. cap. 1.
Duplices dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.
De dentibus eboreis extat epigramma apud Martialem, lib. 14. 96.
Eburnus dens, pro pectine eburno, Claud. 2. Paneg. 53. Tunc spicis, & dente comas illustris eburno.
Exerti dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 33. & ibidem frequenter.
Expolitus dens. Catull. epig. 37. 5.
Feri dentes. Lucret. lib. 5. 196. de apris.
Fœtidi & carioſi dentes. Plin. lib. 32. cap. 7. 15.
Fimus dens. Silius, lib. 10. 26.
Genuini dentes. Cic. 2. de Nat. Deor. 102. Plin. lib. 11. cap. 37. & 39.
Ieiunis dentibus acer. Horat. 1. epist. 2. 6. de milite, quem lupo comparat.
Immanes dentes. Claud. 3. Paneg. 70. de elephantis.
Indi dentes, Id est elephantini, ebur. Ouid. 8. Metam. 58. & 11. 34.
Indomiti sunt flammis dentes. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.
Intimi dentes, qui & genuini vocantur. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.
Inuicti sunt ignibus dentes. Plin. lib. 7. cap. 17. 3.
Lasso dente piger. Seneca in Thyeste. 8. 13. de leone.
Lati dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.
Liuidus dens. Horat. Epod. 5. 10.
Luridi dentes. Horat. 4. Carm. ode. 13. 3.
Magnis insignia dentibus ora. Ouid. 8. Metam. 86.
Dente maledico carpere aliquem. Cic. pro Corn. Balbo. 47.
Dens maxillaris. Vide MAXILLA. Plin lib. 11. cap. 37. 39.
Mobiles dentes stabilit myrtha commanducata. Plin. lib. 24. cap. 10. 3. Sic lib. 23. cap. 6. 7. & lib. 32. cap. 7.
Mobiles dentes sistit succus colocynthidis cum aceto calefactus. Plin. lib. 20. cap. 3. 2.
Dens niger. Vide Dens scaber.
Nigro dente turpis. Horat. 2. Carm. ode. 8. 1.
Nigrescentes dẽtes dẽtificio ad colorẽ reducere. Plin. lib. 32. ca. 10. 11.
Niueus dens. Ouid. epist. 17. 4. Vide NIX.
Numerosus dens. Id est pecten. Ouid. de Nupt. Honorii. 21.
– hæc morsu numerosi dentis eburno
Multifidum discrimen arat.
Obliquo dente timendus aper. Ouid. epist. 4. 21.
Plani dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 35.
Primores dentes septimo mense gignuntur. Plin. lib. 7. cap. 16. 1.
Pullinos dentes iacere. Plin. lib. 8. ca. 44. 1. de asina, Quæ nõ prius quàm dentes, quos pullinos appellant, iaciat, conceperit, sterilis intelligitur.
Dentes putridi. Cic. in Pisonem. 1.
Rectus dens. Vide Duriores osse dentes sunt.
Ruricolæ dentes dicuntur vomeres aratri. Lucan. lib. 7. 174.
Pluraque ruricolis feriuntur dentibus ossa.
Dens scaber, qua parte niger est, radendus est, illinendusque rosæ flore contrito. Cellus lib. 7. cap. 12.
Scabri rubigine dentes. Ouid. 8. Metam. 162.
Serrati dentes, & pectinatim coeuntes. Plin. lib. 11. cap. 37. 33.
Sesquipedales dentes. Catull. epigram. 92. 1.
Sicci dentes. Stat. 10. Thebaid. 10. de lupis esurientibus.
Solidi dentes, quibus opponuntur concaui. Plin. lib. 11. cap. 7.
Superiores dentes. Vide Dens mouet dolores.
Theoninus dens. Vide THEON.
Timendi dentes. Vide Acuere dentes.

Tomici

Tomici dentes. Vide Duriores osse dentes sunt.
Triti dentes in querno stipite. Ouid. 8. Metam. 74.
Vacui dentes dicunt illius, qui non habet quod edat. Valer. 3. Argo. 119.
Viperi dentes. Ouid. 3. Metam. 21.
Vncis dentibus horrendus draco. Ouid. 7. Metam. 30.
Vulnificus acuit dentes aper. Senec. in Hippol. 3. 15.
Acuere dentes. Horat. 3. Carm. ode 20. 2.
Interim dum tu celeres sagittas
Promis, hæc dentes acuit timendos. De puella loquitur quam lœnæ comparat. Intelligit autem dentes acuere, pro minari malum, aut exilium. Vide ACVO.
Adorgendus dens digito. Vide Dens nascitur.
Afferre dentes in damnum. Vide AFFERO.
Amittuntur dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 40. & 42.
Attenuatur dentes vsu. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.
Dentibus auxiliatur succus radicis lapathi. Plin. lib. 20. cap. 21. 9.
Cadit dens. Vide Dens nascitur.
Cadunt dentes. Plin. lib. 30. cap. 3. 4. Vermium terrenorum cinis exesis dentibus coniectus, ex facili cadere eos cogit integros dolentes illius iuuat. Ibidem. 6. Eadem canis, indita, vt sine molestia cadant, præstat. Vide CADO.
Circumpurgare dentem. Vide Dens nascitur.
Circumradere dentem. Vide Dens mouet dolores.
Comprehendit dentem forfex. Vide Dens mouet dolores.
Concutere dentem. Vide Dens mouet dolores.
Confringitur dens sub forfice. Vide Dens mouet dolores.
Inuiso carpere dente. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 15.
–quia lædere viuos
Liuor, & inuiso carpere dente solet. Vide CARPO.
Cauantur dentes rabe pituitæ. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.
Theonino dente circũrodi. Horat. 1. epist. 19. 17. Vide THEON.
Circũscalpti dentes, dolore liberantur. Plin. lib. 20. cap. 5. 3.
Circũscarificare dentem. Plin. lib. 30. cap. 3. 3.
Citare dentem. Vide Dentem eximere.
Colluere dentes. Plin. lib. 11. cap. 31. 4. Sic lib. 28. cap. 11. 15. Et lib. 25. cap. 13. 10. & 11.
Dẽtes cõficiunt cibũ. Plin. lib. 11. ca. 37. 34. Sic Cic. 2. de Nat. deo. 101.
Confirmat dentes inula à ieiunis commanducata. Plin. lib. 20. cap. 5. 7. Sic lib. 28. cap. 11. 14.
Confirmantur dentes ossibus pernarum combustis. Plin. lib. 28. ca. 11. 17.
Dentibus in ore cõstructis manditur, atque ab his extenuator, & molitur cibus. Eorum aduersi acuti morsu diuidunt: efficax intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur. Cicero 2. de Natura deorum, 101.
Dens corruptus, aut fractus. Celsus lib. 6. cap. 13.
Dentes crepuere retecti. Pers. saty. 4. 12.
Decidunt dentes anno septimo, aliique sufficiuntur. Plinius li. 7. ca. 16. 1. Et lib. 11. cap. 37. 40. Item lib. 25. cap. 5. 1.
Denigrare dentes. Plinius libro. 32. cap. 7. 2. Sornatius tantam vim habere tradit, vt nisi oleum ore contineant qui tingunt, dentes quoque eorum denigrare ilicat.
Deficiunt multo primum in aliquibus dentes. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.
Defluunt dentes. Plin. lib. 7. cap. 16. 4.
Dentes digerunt cibum. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.
Direxit ad inguina dentes. Ouid. 8. Metam. 81. de apro Calidonio, & Aucæo, qui cum ipso congrediebatur.
Dentes diuidunt escas morsu. Cic. 2. de Nat. deorum, 101.
Dolet dens. Celsus lib. 6. cap. 9. semel & iterum.
Edit breuiorem dentem longior radix. Vide Duriores osse, &c.
Eroduntur dentes. Plin. lib. 31. ca. 9. 4.
Erosi dentes. Plin. lib. 24. cap. 10. 7. Sic lib. 25. cap. 13. 25.
Eruere dentes. Plin. lib. 28. cap. 8. 8.
Euellitur dens. Vide Dens mouet dolores, & dens nascitur.
Euellere dentes. Plin. lib. 30. cap. 3. 7. Hanc autem vel inueteratam cũ cera celerrimè dentes euellere tradunt.
Exacuit dentes sus. Virg. 3. Georg. 50.
Excidit dens. Vide Dentem eximere. & dens nascitur
Excipere dentem forfice. Vide dens mouet dolores.
Excussi dentes. Iuuen. saty. 16. 1.
Exesus dens. Vide dens mouet dolores, & eximere dentem.
Exesus dens. Celsus lib. 6. ca. 9. Si verò exesus est dens, festinare ad eximẽdum eum, nisi res coegit, non est necesse. Sic Plin. lib. 30. cap. 3. 4.
Eximere dentem. Celsus lib. 6. cap. 9. Si verò exesus est dens, festinare ad eximendum eum, nisi res cogit, non est necesse.
Dentem eximere. Celsus lib. 6. cap. 9. Quòd si dolor eximi eum cogit, & piperis semen cortice liberatum, & eodem modo bacca hederæ conjecta in id foramen, dentem findit, is qui fortè stans excidet. Et plani pisces quam pastinacam nostri, τραγῖνα, Græci vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, resinaque excipitur: quæ denti circunligata, hunc soluit. Et alumen scissile in id foramen coniectum, dentem citat. Sed id tamen inuolutum in lanula demitti commodius est: quia sic dente seruato, dolorem leuat.
Dens eximendus est. Celsus lib. 6. cap. 13. & cap. 9.
Exemptus dens. Plin. lib. 28. cap. 11. 17. Sic lib. 30. cap. 5. 1.
Dentes sine vexatione extrahit radius pastinacæ. Plin. lib. 32. cap. 7. 12.
Casuros dentes extrahit amurca. Plin. lib. 23. cap. 3. ad finem.
Dentibus candorem facit organum. Plin. lib. 20. cap. 17. 4.
Fatigare dentem in dente, est comprimendo dentes atterere. Ouidius 8. Metamorpho. 167.
Figere dentes in aliquid. Ouid. 3. Metamorpho. 17. Vulnera dat ferro, figitque in acumine dentes. de serpente Cadmi.
Findere dentem. Vide Dentem eximere.
Firmat dentes commanducata lapathi radix. Plin. lib. 20. cap. 21. ad finẽ. Sic lib. 23. cap. 2. 1. Et lib. 25. cap. 13. 25.
Fouere dentem. Celsus lib. 6. cap. 9. Specillum quoque lana inuolutum in calidum oleum demittitur, eoque ipso dens fouetur.
Frangit dentes & extrahit cedria. Plin. lib. 24. cap. 5. 3.
Fricare dentes melle. Plin. lib. 30. cap. 4. 1.
Fuscat inertia dentes. Ouid. 3. de Arte 40.
Quid si præcipiam ne fuscet inertia dentes?
Oraque suscepta mane lauentur aqua.
Gignuntur dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 39.
Hebetare dentem. Silius lib. 8. 99.
Dens hærens. Vide Dens mouet dolores, & Dentes labant.
Illidere dentes labellis. Lucret. lib. 4. 118.
Incidere ferro dentes. Ouid. 8. Metamorph. 50.
Ille etiam medio spinas in pisce notatas
Traxit in exemplum, ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes, & serræ repperit vsum. De Perdice puero, quem dicit fuisse inuentorem serræ: quod tamen Dædalo adscribit Plinius libro 7. cap. 56. 8.
Increscunt dentes. Vide Duriores osse dentes sunt.
Infricare dentes cinere cornus ceruini. Plin. lib. 28. cap. 11. 15.
Irritare dentes. Celsus lib. 6. cap. 9. de doloris dentium curatione, Cibo quoque primò abstinendum, deinde eo modico molliq; vtendum, ne mandentis dentes irriter.
Iuuat dentes integros illius cinis vermium terrenorũ. Plin. li. 30. ca. 3. 4.
Dentes labant. Celsus lib. 7. cap. 12. At si ex ictu vel ex alio casu aliqui labant dentes, auro cum his qui bene hærent, vinciendi sunt.
Labantes dentes firmant roborum cauliculi in vino austero decocti. Plinius lib. 24. cap. 13. 7. Sic lib. 28. cap. 11. 16.
Cruento dente lacessitus, Id est conuitiis, & ignominiosis verbis lacessitus. Horat. 1. epist. 1. 31.
Laniare dentibus aliquid. Virgil. 3. Georgic. 102.
Lauare dentes. Catul. 37. 3.
Limare dentes. Celsus lib. 6. cap. 12. Sanescere sæpe vlcus non sinit, ideoque limandus est.
Dens limandus est, si sit acutior. Celsus, lib. 6. cap. 12.
Liuent rubigine dentes. Ouid. 12. Metam. 156.
Sæuo dente mandere aliquid. Ouid. 15. Metamorph. 19.
Mederi dentibus. Plin. lib. 23. cap. 6. 11. Sic lib. 30. cap. 3. 2.
Inuiso dente morderi. Horat. 4. Carm. ode 3. 4.
Dentes mouentur. Celsus lib. 7. cap. 12. In ore quoque quædam manu curantur. Vbi in primis dentes nonnunquam mouentur, modò propter radicum imbecillitatem, modò propter gingiuarum arescentium vitium. Vide Dens mouet dolores.
Dens mouet dolores. Celsus lib. 7. cap. 12. Si verò dens dolores mouet, eximique eum, quia medicamenta nihil adiuuant, placuit: circumradi debet, vt gingiua ab eo resoluatur. Tum is concutiendus est. Eaque facienda, donec bene moueatur. Nam dens hærens, cum summo periculo euellitur, ac nonnunquam maxilla loco mouetur. Idq; etiã maiore periculo in superioribus dentibus fit: quia potest tempora oculosve concutere. Tum si fieri potest, manu si minus, forfice dens excipiẽdus est. Ac si exesus est, antè id formamen vel linamento, vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forfice confringatur. Recta verò forfex ducenda est, ne inflexis radicibus, os earum cui dens inhæret, parte aliqua frangatur. Paulò post, Sæpe enim forfex quum dentem comprehendere non possit, aut frustra comprehendat, os gingiuæ prehendit & frangit.
Mutat homo dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 40. Timarchus Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit priores, ideoque præstiuit.
Mutantur dentes homini. Plin. lib. 11. cap. 37. 39.
Dens nascitur. Celsus lib. 7. cap. 12. Siquando etiam in pueris alter dens nascitur quàm prior excidat: is qui cadere debuit, circum purgandus & euellendus est: is qui natus est in locum prioris, quotidie digito adurgendus, donec ad iustam magnitudinem peruenit.
Nascuntur dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 39.
Nituntur dentes radicibus. Vide duriores osse dentes sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nocet dentibus & gingiuis brassica. Plin.lib.20.cap.9.11.
Oriuntur dentes. Corn. Celsus lib.2.cap.1. Maximeque caninis dentibus orientibus male habent.
Perfricare dentes. Ouid.3.de Arte 44.
Petere dente. Hoc est inuadere, vel ferire. Horat.2.Sermo.saty.1.11.
Dente lupus, cornu taurus petit.
Præterere dentes. Plin.lib.11.cap.37.40.
Prodest dentibus. Plinius lib.20 cap.9.17. Ibidem cap.13.11.
Rari & canè dentes. Plin.lib.31.cap.9.4.
Recrescunt dentes. Plin.lib.11.cap.37.36.
Dictium remedii est, corticis platani in aceto decocti. Plin.li.24.ca.8.2.
Dentibus remedio sunt, panacum radix, &c. Plinius lib.25.cap.13.19.
Resicere dentes. Celsus lib.6.cap.15. Et si dolor in gingiuis est, mouenturque aliqui dentes, refici eos oportet.
Renascuntur dentes. Plin.lib.11.cap.37.40.
Rubescunt senecta dentes. Plin.lib.11.cap.37.41.
Rumpere dentes. Plin.lib.25.cap.13.27. Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes.
Expulsi salierunt cuspide dentes. Stat.9.Thebaid.17.
Dentes sanat radix anemone commanducata. Plin.lib.21.cap.23.5.
Scalpere dentes penna vulturis. Plin.lib.30.cap.4.1.
Scarificare dentes. Plin.lib.28.cap.11.16. Sic lib.30.cap.3.3.
Seruare dentem. Vide Dentem eximere.
Soluere dentem. Vide Dentem eximere.
Stridere dentibus. Celsus lib.2.cap.6. V bi is qui mentis suæ non est, neque id facere sanus solet, dentibus stridet.
Triplici stant ordine dentes. Ouid.3.Metam.7.de serpente Cadmæo.
Subit dens. Vide Duriores ossa dentes sunt.
Superbo dente tangere cibum, est fastidire cibū. Horat.2.Serm.sat.6.18.
–cupiens variat fastidia cœna
Vincere tangentis male singula dente superbo.
Candorem trahunt dentes quodam medicamine. Plin.lib.7.cap.16.3.
Vinciendi sunt dentes auro. Vide Dentes labant.
¶ Dens, Omne id quo aliquid teneri vel extrahi potest, solet appellari. Virgil.6.Aeneid.1.
–tum dente tenaci
Anchora fundabat naues.
¶ Dens ararri. Colum.lib.2.cap.4.5. Nam vel respuitur duritia soli dens aratri vel si qua parte penetrauit, non minutè diffundit.
Curuus dens. Ouid lib.3.Amorum, eleg.9.3.
Et veterem curuo dente reuellit humum.
Durus dens vomeris. Virg.1.Georg.53. Dens, id est acumen. Seruius.
Vncus dens. Virg.2. Georg.85.
¶ Dentem Saturni pro falce posuit Virgilius lib.2.Georg.82.
–& curuo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingitque putando.
Dentio, dentis, (ὁ ὀδοντοφυῶ, ὁ ὀδοντίζω,) dentire. Verbum neutrum, Emittere dentes. Plinius lib.30.cap.3.4. Cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cum melle. Idem libro 28.cap.19.11. Et lib.21.capit.20.4. Dentientibus præcipuè & tussientibus, tineatúmve vitio laborantibus instillari.
Dentire dentes dicuntur à Plauto, quum inuicem atteruntur & concutiūtur fame. In Millit.3.54.
Venter creat omnes has ærumnas, auribus
Perandienda sunt, ne dentes dentiant.
Dentitio, Verbale, (ὁ ὀδοντοφυία,) Dentium emissio. Plin.lib.28.cap.19.11. Infantibus nihil butyro vtilius per se & cum melle, priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. Deus lupi adalligatus infantium pauores prohibet, dentientique morbos. Idem lib.30.ca.15. Ad dentitionem cerebrum pecoris vtilissimum est. Ibidem 3. Cerebrū viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat.
Dentātus, penultima producta, (ὁ ὀδοντωμένος,) A diectiuum, Qui habet dentes. Plinius lib.11.cap.41.2. Caseus non fit ex vtrinque dentatis. Martialis libro 1.68.
Sic dentata sibi videtur Aegle
Emptis ossibus indicoque cornu.
Dentatum dictum fuisse M. Curium scribit Plinius lib.7.cap.16.2. quòd (cum dentibus natus fuerit.
Male dentata puella. Ouid.1.de Remed.Amor.68.
¶ Dentatus, Qui magnos habet dentes. Plaut. Pseud.17.3. Non ego te ad illum duco dentatum virum.
Dentata charta. Cic.ad Quin.fratrem, libr.2.16.6. Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Hoc est, Nihil erit quod morsu vâcet.
Denticulārus, penultima producta, Adiectiuum, (ὁ ὀδοντιωτός,) In formam dentium factus. Plinius lib.9.cap.31.2. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. Idem lib.11.cap.37.51. Postea arteria & stomachus denticulatus callo.
Denticulatæ asperitatis venter terrestribus quibusdam animalibus. Plinius lib.11.cap.37.70.
Denticulatæ falces. Columel.lib.2.cap.21.2.
Denticulatum olus. Plinius lib.26.cap.15.12. Item ophrys herba, denticulato oleri similis.
Dentāle, dentālis, pen.prod.neu.ge. (γύης,) Lignum ad quod vomer includitur, inquit Seruius quod & dens à Varrone dicitur. Virg.1.Georgic.35. Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso.
Vomer & dentale. Colu.lib.2.ca.2.10. Censet exiguis vomeribus & dentalib⁹ terrā subigere, quo minoris formæ bubus administrari id possit.
Dentifricium, (ὁ ὀδοντότριμμα.) Medicamentum quo dentes fricantur vt fiant candidi. Plinius lib.28.cap.11.15. de talo bibulo, eiusdem cinis cum myrrha dentifricium est. Idem, Capitis leporini cinis dentifricium est. De dentificio extat epigramma apud Martialem lib.14.61.
Dentiscalpium, (ὁ ὀδοντοξέστης, ὁ ὀδοντογλυφίς,) Quo dentes scalpuntur & mundantur. de quo est epigramma apud Martialem, lib.14.72. Idem lib.7.61. Bissenos triplices, & dentiscalpia septem.
Dentifrangibulum, pen.corr. (ὁ ὀδοντόκλασμα,) Quo dentes franguntur, Plaut. Bacchid.13.14. Ita dentifrāgibula hæc meis manibus gestiant.
Dentifrangibulus, masc.ul.gen. Plaut. Bacchid.13.23. Vale dentifrangibule. P.I. & cui integumentum vale.
Dentiloquus, dentiloqui, penul.correp. (ὁ ὀδοντολόγος,) Plau. Capt.13.28. Dentiloquos omnes mortales faciam, quæcunque offendero. Id est Dentes loquentes faciam, hoc est ex ore emittentes, verborum locos quia illis adeò dentes conentiam, vt suis sedibus eiectos expuant. Alii qui codices habent dentilegos, Id est dentes, legentes, vt sacrilegos, sacra legentes.

Densus, Adiectiuum, (ἀδρός, ὀκνός, πυκνός, στυγνός,) Spissus, à de te quidam deducunt, quasi dentibus coactus: sed hæc definitio paucis probatur. Plin.lib.10.cap.69.1. Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atque surdo naturæ elemento.
Densum & Rarum, contraria. Virgil.2.Georgic.46.
Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo. Sub. terra.
Aer densus. Horat.2.Carm.ode 7.3.
Agmen densum agere. Virgil.5.Aeneid.106.
Amores densi, Id est crebri. Virgil.4.Georgic.70. Seruius.
Amplexus densi. Valer.4.Argonaut.65.
Densus Aquilo dicitur, quòd nubes condenset. Virg.3.Georg.39.
Qualis Hyperboreis Aquilo quum densus ab oris Incubuit.
Armis densis circunfundi. Virgil.2.Aeneid.77.
Armis densis incurrere. Virgil.2.Aeneid.82.
Asperitas densa frigoris. Ouid.2.Fastorum 18.
Austris densis niger erimus imber. Virg.5.Aeneid.138.
Buxum densum foliis. Ouid.3.de Arte Amand.138.
Nec densum foliis buxum, fragilesque myricæ,
Nec tenues cytisi, cultaque pinus abest.
Caligo densa. Virgil.12.Aeneid.94.
Caput densum Cæsarie. Ouid.3.Amorum eleg.1.7.
Chaos densum. Senec.Here.fur.10.7.
Cohortes densæ. Claud.7.Panegy.18.
Corpora densissima duris setis. Ouid.13.Metam.181. de Polyphemo.
Ficus densissima pomis. Ouid.2.Fast.51.
Folia densa. Plin.lib.12.cap.7.5. Foliis paruis, densisque cyperi modo.
Fremitu denso circunstare aliquem. Virgil.4.Georgic.44.
Frondes densæ. Virgil.eclog.9.12.
Frutices densi. Ouid.1.Metamorph.25.
Funale densum lampadibus. Ouid.12.Metam.50.
Hostis densissimus. Ouid.5.Trist.eleg.11.4.
In hostes densos ferrum. Virgil.2.Aeneid.102.
Ictibus densis pulsare aliquem. Virgil.5.Aeneid.91.
Imber densissimus. Virgil.1.Georgic.67.
Iuba densa. Virgil.3.Georgic.18.
Labor densus, Id est perpetuus, continuus. Valer.5.Argonaut.34.
Lacus densus nube. Claud.de Aponi balneis 7.
Loca densa nemoris. Senec.Hippol.4.30.
Loca syluestribus sepibus densa. Cic.1.de Natu.deor.163.
Lucus densus iuncis. Ouid.6.Fast.83.
Luna densa imbribus. Valer.2.Argonaut.74.
Malorum densorum turba. Ouid.5.Trist.eleg.7.9.
Acie densi milites. Virgil.10.Aeneid.35. Mille rapit densos acie. Rapit, id est raptim ducit mille densos acie, hoc est in acie constrictos & coniunctos. Seruius.
Nebula densa. Iuuin.6.bel.Pun.91. Ouid.11.Metam.115.
Nemus densum arboribus. Ouid.14.Metam.72.
Nimbi densi. Ouid.1.Metamorph.55.
Nox densissima. Ouid.15.Metamorph.17.
Nubes densæ. Ouid.11.Metamorph.
–densis texit sua nubibus ora.
Nubila densa. Virgil.6.Aeneid.119. & 1.Georgic.89.
Pecudes densæ. Stat.5.Thebaid.70.

Pericula densa. Ouid.4.de Ponto, eleg.7.5.
Pingue densum Virg.3.Georg.25.
–Pingue subst antiuum est.
Plagis densis extricata cerua. Horat.3.Carm.ode.5.7.
Sentes densi. Virg.9.Aeneid.80.
Series densior gestorum. Claud.1.Paneg.28.
Soboles densior. Virg.3.Georg. Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis. Binos enim (inquit Seruius) capellæ plerumque pariunt.
Sues densæ, Quæ densas setas habent. Colu.lib.1.in Præf.1.21. Nec eundem glabræ sues, densæque exti statum, nec eandem educationem, cultúmve quærunt. Sic lib.7.cap.9.1.
Sylua densa & aspera. Cic.ad Atticum, lib.12.epi.5. Sic densissimæ sepes. Cæsar.2.bel.Gall.308. Et lib.3.460.
Tela densissima. Virg.9.Aeneid.519.
Tellus densior aere. Ouid.1.Metam.6.
Tenebræ densæ. Silius lib.12.131.
Densa & glutinosa terra in Asia & Mysia. Colum.lib.1.in Præf.
Densis terroribus aulam Fama quatit. Claud.2.in Eutrop.93.
Trabibus densis umbrosa templa. Ouid.15.Metam.73.
Turba densa. Senec.Here.Fur.9.43.
Vmbra densa. Virg.1.Georg.69.
–densæque in montibus vmbræ.
Quia (inquit Seruius) arbores tunc incipiunt frondescere. Ouid.1.de Ponto, eleg.9.13.
Vortices densi. Ouid.6.Fast.101.
Consitor, densoque domesticus vsu. Ouid.4.de Ponto, eleg.5.5.
Vulgus densum humeris, Id est arcte constrictum, & coactum ob magnam frequentiam. Horat.1.Carm.ode 13.7.
Denso, densas, (πυκνόω, κατὰ πυκνὸ ποιῶ, πυκνάζω,) densare, Spissum facere. Virgil.1.Georg.
–& Iuppiter humidus austris
Densat erant quæ rara modò, & quæ densa relaxat.
Aer densatus & laxatus. Quint.lib.5.ca.9.10.ex Virg.lib.1.Georg.
Densatus agger. Liu.10.ab Vrbe, 20. Fortè quodam loco male densatus agger pondere supra stantium in fossam procubuit.
Caterras densare. Virg.12. Aene.53.
–vos vnanimi densate caterras.
Densatum lutum. Cato cap.40.3.
Capillum defluentem densare. Plin.lib.25.cap.11.1. Polytricha distat à callitricha, quòd suncos albos habet, & folia plura, maioráque. Fruticeque quoque maior est: defluentem capillum confirmat & densat.
Densati ordines. Liui.10.bel.Pun.162. Non tamen ita periculosis iratosq; in aciem accipere, sed densatis ordinibus, in cornua, vacuumque citra campum extra prælium eiicere.
Densatis excipere scutis. Liu.8.bel.Pun.7. Subsidant Hispani aduersus emissa tela ab hoste. inde ad emittenda ipsi consurgunt. quæ quum Romani conferti, vt solent, densatis excipiissent scutis, tum pes cum pede collatus, & gladius gerit res cœpta est.
Tenebræ densantur nocte. Virg.1.Georg.60.
Denseo, dēses, (πυκνόω μαι,) densere, Idem. Virg.7.Aeneid.154. –totis
Agmina densentur campis. Vbi Seruius, Denseo, denses dicimus, alteram non. Plin.lib.20.cap.14.1. Ipsa acescere, aut coire, densérique lac nō patitur. De mentra loquitur.
Densatio, Verbale, (πύκνωσις,) Plin.lib.31.cap.7.8. Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitat.
Densitas, pen.corr. densitatis. (πυκνότης,) Plin.lib.11.cap.3.2. Quanuis arcente spiritum densitate & altitudine humoris.
Coire in densitatem. Vide COEO.
Denseo, aduerbium, (πυκνῶς,) Plin.lib.16.ca.37.1. de salice loquens, Cæsáque densius innumero hæc de prosint. Ouid.1.de Ponto, eleg.10.3.
Nulla tamen subeunt mihi tempora densius istis.

Dentale, Dentatus, Denticulatus, &cætc. Vide DENS.

Denûbo, denūbis, pen.prod. denupsi, denuptū (γαμίω, γαμικῶ,) denubere, Coniungi matrimonio. Apuleius in oratione secunda Apollinii, At tu dum eam putas etiam nunc claro fratri denuptam falsa spe inductus, filioque eius Pontano author assentiēdi fuisti. Colu.lib.10.16. Semina depositis cupient denubere plantis. Alii codices habent se nubere.
Denubere in familiā. Tacitus li.5. Tot luctibus funesta ciuitate, pars mœroris fuit, q⁹ Iulia Drusi filia, denupsit in domum Rubellii blandi. Sueton.in Nerone, cap.39. Cui etiam sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit.

Denûdo, denūdas, pen.prod. (ἀπογυμνόω,) denudare, Idem quod nudare Plin.11.ca.12.2. Vt denudet fœminas vestis bóbycina. Varro 1.de Re rust.cap.41.3. Et cum sic exacuendum, vt nó denudes medullam. Liui.5.ab Vrbe.125.
Artus denudare, est carnem ab artubus auferre. Senec. Thyeste, 8.29. Denudat artus durus, atque ossa amputat.
Denudari à pectore. Cicc.7.Verr.27. Ne excitetur Verres, ne denudetur

à pectore, ne cicatrices populus Roma. aspiciat.
Denudatis crudelissimè ciuibus. Lentulos Senatui, lib.12.15.2. Vastata prouincia, correptis vectigalibus, præcipuè ciuibus Roma. omnibus crudelissime denudatis ac diuenditis.
Spoliare atque denudare scientiam iuris ciuilis ornatu. Cic.1.Orat.171.

Denuntio, denuntias, (πρόαγγέλλω,) denuntiare, Futurum aliquid nuntiare. Cic.de Senectute 17. Aut Senatui quæ sunt gerenda præscribo, & quomodo Carthagini male diu cogitanti bellum inferatur multo antè denuntio. Colum. Sin autem cœli status frigidus & pruinosus hyemis violentiam denuntiat. In Idus Februarias hanc curam differemus.
Denuntiare antè. Cic.1.Verr.14. Huic ego homini iam antè denuntio, si à me causam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam esse mutandam.
Denuntio, antè prædico. Cic.6.Philip.107. Testificor, denūtio, antè prædico, nihil M Antonium eorum quæ sunt legatis mandata, factarum.
Denuntiare palām & prædicare. Cic.pro Milone 38. Mortem ab illo denuntiatam palām Miloni, & prædicatam.
Denuntiare periculum, aut pestem. Cic.ad Atticum, lib.2.cap.15.2. Clodius mihi adhuc denuntiat periculum. Et pro Milone 1. Plinius lib.13.cap.22.1. Pigra vero & mollitia puniceæ, flore candidior, latinā pestem denuntians. Sic Denuntiare terrores, Cic. ad Atticum, lib.2.38.3. Et 14 Philipp.389. Omnibus, quanquam ruit ipse suis cladibus pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat.
Sol cæruleus plouiam denuntiat. Virgil.1.Georgic.90.
Horam nigram denuntiat Persephone, Id est tempus adest mortis. Tibul.lib.3.eleg.5.1.
Iras tristes denuntiare. Virg.3.Aeneid.73.
Necessitatem vltimam denuntiat. Tacit.lib.15.
Armorum denuntiationem eleganter dixit Liuius 5.Decad.lib.5.10. pro belli denuntiatione. de Perseo Macedonum rege loquens, Græcas, inquit, vrbes, alias obsideret, alias denuntiatione armorum terreret.
Monente te & denuntiante. Cic. Sulpitio, lib.4.5.3. Multo enim ante tam quam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram: neque id solum meā sponte, sed multo etiam magis monente & denuntiante re.
¶ Denuntiare alicui, quod vulgus corrupte. Facere scire, dicit Latine aliàs significare dicitur. Cic.1.Tuscul.191. Nos vero si quid tale acciderit, vt à Deo denuntiatum videatur vt excamus è vita, læti, & gratias agentes pareamus. Idem pro Cecinna 14. Homini Romæ in foro denuntiat, fundū illum suum esse, sesq; sibi emisse. Idem 4 de Finib. 15.
Domum denuntiare. Cicc pro Quintio 31. Postulóne à Prætore vt eius bona mihi possidere liceat? an quum Romæ domus eius, vxor, liberi sint, domum potius denuntiem?
Denuntiauit vt adesset. Cic.7.Verr.8.
De re aliqua denuntiare. Cic. pro Cecinna 68. Postea cur Ebuti de isto potius fundo quàm de alio (si quem habes) Cecinnæ denuntiabas, si Cecinna non possidebat?
In iudicium denunciare. Cic.pro Rosc.Comœdo 15. Quod temere commisisti, in iudicium vt denuntiaret, rogasti vt ignosceret.
Denuntiare & indicere bellum. Cic.1.Offic.54.
Cædem denuntiare alicui. Propert.lib.4.eleg.3.13.
Illa dies hornis cædem denuntiat agnis.
Denuntiare alicui dimicationem. Cic.pro Domo sua 44. Vt Equitibus Romanis mortem proscriptionemque minitarentur, me terrerent minis, mihi cædem & dimicationem denuntiarent.
Iudicium alicui denuntiare. Cic.pro Sestio 32. Nec mihi iudicium populi nec legitimam aliquem contentionē, nec disceptationem, aut causæ dictionem, sed vim, arma, exercitus, Imperatores, castra denuntiabat.
Denuntiare testimonium. Vlpianus, titulo De concussionibus, Quive ob denuntiandum, vel ob non denuntiandum testimonium pecuniam acceperint. Cicero in Prætura vrbana, Non putasti me tuis familiarissimis testimonia denuntiatorum, qui tuæ domi sæpe fuissent, ex quibus quærerem, signane scirent quæ non essent? Testimonii denuntiare Ciceroni non est testificari, vt vulgò existimatur: sed est homini diem dicere ferendo testimonio: hoc est, ad iudicium euocare ferendi gratia testimonii. Fabius lib.5.cap.7. Duo sunt (inquit) genera testium: aut voluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudiciis lege denuntiare solet. quorum altero vtraque pars vtitur: alterum accusatoribus tantùm concessum est. Ex hoc intelligo in publicis tantummodo iudiciis licuisse denuntiari testimonium: hoc est, inuitum euocari ad remorum longinquumque tribunal. Hæc Budæus. Cic.4.Verr.46. Quibus ego testimonium denuntiauit, quorū nomina dedi Metello. Et pro Sex.Rosc.65. Si accusator voluerit testimonium his denuntiare.
Denuntiatio, Verbale, (πρόαγγελία,) Prædictio.
Significatio, & quasi denuntiatio calamitatum. Cic.1.de Diui.80. Quæ est enim ista à diis profecta significatio, & quasi denūtiatio calamitatum?
¶ Denuntiatio, Minæ. Cæsar lib.3.bel.Ciuil.25. Quum neq; pollicitationibus, neq; denūtiatione periculi permouere posset, oppugnare oppidum instituit. Cic.ad Atticum, lib.4.8.8. Denuntiationē illam Meā

Universidad de Deusto
Biblioteca

mii valde Cæsari displicere. Liu.8.bel. Maced.57. Hac denunciatione conterritus, &c.

Denuntiatio & minæ. Plin.ad Priscum, lib.6. Quamquam quid denunciationibus & quasi minis ago?

Belli denuntiatio. Cic.6. Philipp.206.

¶ Denuntiatio testimonii à iudicibus, vel ab accusatore fiebat: vt planum fit ex sequentibus Plinii verbis lib.6.epist. Licinius (inquit) petẽdum censuit à Consulibus, vt referrent sub exemplo legis ambitus de lege Repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adiici, vt si cui æquatoribus inquirendi, testibusq; denuntiandi potestas ex ea lege esset, ita reus quoque fieret. Cic. pro Flacco, Adiunxit ille, vt eos qui domo exire nolebant, testimonii denuntiatione terreret: qui domi stare non poterant, largo & liberali viatico commoueret. Idem, Locupletes & graues homines testimonii denuntiatione deteret, ne sibi aduersarentur, egentes & leues spe largitionis & viatico publico, priuata etiam benignitate perlectat. Budæus.

Denuo, aduerbium, (ἐξ ὑπαρχῆς,) id est rursus, de integro, inquit Valla. Plaut. Amphit.1.4.19. Si denuo pultaueris. Idem Trucul.8.32. Liu.10.ab Vrbe.152. Fabius in Hetruria rebellante denuo, quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit. Cic.4. Verr. 97. Quintus annus quum te prætore incidisset, censu denuo est. Ibidem.3.25. Recita denuo.

Etiam denuo? Plaut. Amphit.4.240.

Denuo ædificare ædes. Plaut. Mostel.3.2.4. Donicum parietes ruunt, ædificantur ædes totæ denuo.

Deni, denæ, dena, (δίνοι,) Numerus distributiuus, pro decem. Plin. lib.10.cap.63.8. Viuunt Laconici annis denis. Cic.4. Verr. 85. Pueri annorum senũm, septenúmque denũm.

Bis dena, viginti. Plin.lib.2.cap.7.12.

Ter denæ naues. Virg.10. Aenei.42. Id est triginta, pro ter decem.

Deni, duodeniq; homines. Cæsar.5.bell. Gall.57. Vxores habent deni, duodeniq; inter se communes. De Britannis loquitur.

Deni creabantur Cic.3.de Legib. 35.

Deus, (θεός,) Ceres inter alia cognomina à Græcis appellatur. Hinc Deois patronymicum, filia Deũs, quæ est Proserpina. Ouid.6. Met.23. Addidit vt Satyri celatus imagine pulchram

Iuppiter implerit gemino Nyctẽdia fœtu,

Mnemosynen pastor, varius Deoida serpens.

Deocco, deoccas, (δεωλοκοπέω,) deoccare, Idem quod occare. Plin.lib.18.cap.15.1.

Vicia non sarritur, nõ stercoratur, nec aliud quàm deoccatur.

Deonero, deõneras, pen.cor. (ἀποφορτίζω) deonerare, Contrarium est suo simplici, quod est onerare onus deponere.

Deonerare aliquid ex inuidia alterius, & in se traiicere, per translationem. Cic.1.Verr.24. Quid quam cõmiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit?

Deorsum, aduerbium, (κάτω,) eius contrarium est Sursum. Plaut. Amphit.1.7.56. Deuolant angues ubi deorsum in impluuium duo.

Directò deorsum ferri. Cic.1.de Natura deor.94. Ait atomũ quum pondere & grauitate directò deorsum feratur, declinare paululum.

Deorsum cuncta feruntur pondera. Lucret.lib.1.39.

Deorsum. Ter. Adel.4.2.35. Nostin' porticũ apud macellũ hãc deorsum?

Sursum deorsum cursitare. Teren. Eunu.1.2.47. Ne sursum deorsum cursites, neve vsque ad lucem vigiles. Nescio (inquit Valla lib.2.) an de Athenis hoc dictum sit, quibus portus in imo, vbs verò editiori loco sita est fortè sic loqui deceat, per sursum deorsumque, si de fortunę mutabilitate dicatur, quæ nunc tollit, nunc deprimit. Hic verò modus loquendi à Græcis sumptus videtur. plerunque enim apud Demosthenẽ reperitur forma prouerbialis dictum, (ἄνω κάτω κεῖται,) hoc est sursum & deorsum.

Sursum deorsum, vltro citroque commeare. Cic.2.de. Natu. deor.120. Naturis his ex quibus omnia constant, sursum deorsum, vltro citroque commeantibus, mundi partium coniunctio continetur.

Deorsum versum, vel deorsum versus, Versus inferiorem locum. Terent. Adel.4.2.37. Cluius deorsum versum est, hæc te præcipitato. Varr. de Ling. Lat. Deorsum versum ad singularia perueniunt. Idem 2.de Re rust. cap. 7.4. Lumbis deorsum versum pressis. Paulus de Grad. affin. L. Iurisconsultus, Sursum versum vel deorsum versum tendens. Cato cap.156.3. Postea vbi deorsum versus ibit. Colum.lib.12.cap. 43.10. Et deorsum versus spectantes ollæ componuntur.

¶ Deorsum trisyllabum interdum ponunt poetæ, vt Lucret.libro 2.41. Nec tamen hæc quantu'st in se dubitamus opinor: Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.

Interdum disyllabum contractis e & o, vt Idem eodem libro 44. Corpora quum deorsum rectum per inane feruntur.

Deósculor penul.correp. deosculãris, (καταφιλέω,) deosculari, Idem quod osculari, vel vehementer & arcte osculari. Martial.lib.8.75. Hos amplectitur, hos deosculatur.

Depaciscor, depacisceris, depactus sum, (συνθέομαι,) depacisci, Idem quod pacisci. Quidã depecisci scribunt.

Depacisci cum hoste. Cic.2.de Inuent.172. Quidam Imperator quum ab hostibus circunsideretur, neque effugere vllo modo posset, depactus est cum eo, vt arma & impedimenta relinqueret, milites educeret.

Depacisci partem suam cum aliquo. Cic.pro Rosc. Amerino 65. Cum illo contra hos inire consilia, horum consilia illi enũtiare: cum illo partem suam depacisci, huíce aliqua fretum hora semper omnis aditus ad Syllam intercludere. Ibidem 68. Non paulum nescio quid in rem suã conuertit, sed hunc funditus euertit bonis: ipse tria prædia sibi depactus est, voluntatem Decurionum ac Municipum omnium tantidem quanti fidem suam fecit.

Depacisci morte. Terent. Phorm.1.3.14. Iam depacisci morte cupio. Vbi Donatus, Depacisci, pactione transigere.

Depacisci honestissimo periculo. Cic.ad Atticũ, li.9.17.4. Video tibi illud placere, me πολιτεύμενον de pace suscipere: in quo nõ extremũ periculũ. quum.n. tot impendeant, cur non honestissimo depacisci velim?

Depacisci ad conditiones alterius. Cic.5. Verr.49. Equidem Romanum scitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro custodiis Aproniì retentum atque seruatum: neque ante dimissum, quã ad conditiones eius depactus est.

Depactus, Participium à Depacisci, & depango. Vide DEPANGO.

Depactus vitæ terminus. Lucret.lib.2.218.

Depectus, (συνθετέμενος,) Participium à Depecisci. Vlpianus in Lege. Et generaliter. §. 1. ff. de Calumniatoribus, Hoc igitur edicto tenetur etiam is qui depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Quædam exemplaria legunt Depactus.

Depalmo, depalmas, (ἐπαχίζω,) depalmare, Palma percutere. Gellius, Quemcunque depalmauerat, numerari statim secundum XII. TAB. viginti & quinque asses iubebat.

Depango, depangis, depanxi, & depegi, depactum, (κατακλάω μι,) depangere, Plantare, defigere, in terram ponere. Plinius lib.16. cap. 26.6. Sed in hoc quoque prouidens natura facile nascenti & depacto furculo incurriosius semen dedit. Columel. lib.3. cap.16.1. Quumque sat erit medio spatio quod vacat inter vites per imam lineam depangere. Idem libro 11.cap.3.14. Modicis spatiis, id est inter quaternos digitos depangas.

Depacta in terram non extrahuntur. Plin.lib.2.cap.96.3.

Deparcus, Adiectiuum, (κατάκλειστος,) pro immodice parco. Sueton.in Nerone,cap.30. Sordidos putabat esse ac deparcos, quibus impensarum ratio constaret.

Depasco, depascis, depaui, depastum, (νέμω,) depascere, Pascendo absumere. Plin.lib.35.cap.8.2. Oleam si lambendo capra lingua contigerit, depaueritque primo germinatu, sterilescere author est M. Varro. Colum.el.lib.7. cap.5.17. Si hœdi rosidas herbas depauerint. Plinius lib.8.cap.25.7.

Agros depasci à pecore. Cic.2. de Orato.157. Quum ageretur de agris publicis, & de lege Thoria, & prœmeretur Lucullus ab iis qui à pecore eius depasci agros publicos dicerentur, Non est, inquit, Luculli pecus illud, erratis (defendere Lucullum videbatur) ego liberum puto esse, qua lubet pascitur.

Depascere, aliter. Colum.lib.2.cap.11.7. Nam frigoribus quum alia pabula defecerunt, ea bubus, cæterisque pecudibus optimè defecta præbent. Et si depascere sæpius voles, vlq; in mẽsem Maiũ sufficit. Põt sic interpretari Si vis boues depascere, vel si vis vt boues ea depascãt pabula.

Depascere possessionem alienam, per translationem. Cicero 1. de Legibus. 83. Ex hac autem non rerum, sed verborum discordia, controuersia nata est de finibus: in qua quoniam vsucapionem XII. tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus.

Stylo depascere luxuriem orationis. Cic.2.de Orato.54. Quòd si hic nolit Sulpitius facere, multo eius oratio esset pressior in qua nũc interdum, vt in herbis rustici solent dicere, in summa hubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est.

Depascor, deponens, (βόσκομαι,) vt Beluæ depascuntur fata. Plin. lib.9.cap.3.3. Et lib.11.cap.19.1. Nam & papilio ceras depascitur.

Febris depascitur artus. Virgil.3.Georgic.91.

Syluas depascitur quadrupes. Tibul.lib.4.ad Mœcenatem 26.

Libare & depasci. Lucret.lib.3.5.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant:
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

Depastus, Participij, (κατεσθίων,) vt Depasta arbor. Plin.li.17.c.24.13. Depastam arborẽ turpi facie relinquũt. Quo in loco passiuè accipitur.

Frondes depastus amaras sonipes. Claud.4.Paneg.48. Vbi actiuè sumitur.

Sepes depasta florem. Virgil.eclog.1.11. Hypallage est inquit Seruius, pro florem depastum habens. Depasta igitur hoc loco passiuum est. vnde crediderim verbum commune esse, non deponens. Sic idem libro 6. Aeneid.19.

Libauitque dapes, rursusque innoxius imo.

Successit

Successit tumulo, & depasta altaria liquit.

Depalio, Verbale, (δόσκημα,) Plin.lib.17.ca.24.20. Similem rationem & depasto animalium habet.

Depaupero, depauperas, pen.cor. (πενητοποιέω,) depauperare, Pauperem facere, consumere. Varro, Prius quàm domum depauperasset (sumptu suo).

Depecto, depectis, depexui, depexum, (κτενίζω,) depectere, Idem quod pectere. Col.lib.10.19. Punicea depexa coma, sed lactea crure est.

Crines depectere. Ouid.6.Fast.46.

Depectere frondium caniciem. Plin.lib.6.ca.17.5. Et lib.12. cap.14.7. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur.

Depexus, (κτενισμός,) Participium. vt Iubæ depexæ. Ouid. de Arte, lib. 3.124. de equis.

Depecti crinibus Indi. Ouid.3.Fast.95.

Depexum aliquem reddere, per translationem, pro inuolare in capillum, & percutere. Terent. Heaut.5.1.78.

—egõ nisi viuo, adeò exornatum dabo,

Adeò depexum, vt dum viuat, meminerit semper mei. Nonius, depexum, lacerarum interpretatur, Perottus hoc loco depessum legit, à pædo vel pædior, id est lacerãs. Quòd si depexum legamus, inquit: sustinebit cultum, & pexas vestes indumenti dictum: erit à contrario sensu.

Depecisor, Depectus, Vide DEPACISCOR.

Depeculasso depeculassis, depeculassare, pro depeculari. obsoletũ verbũ. Luci.li.10. Depeculassare aliqua sperãs me, ac deargẽtasse, de calautica, eburno speculo depeculatizẽ. Nonius.

Depeculor, pen.prod. depeculãris, depeculatus sum, depeculari, (κλέπτειν τὰ δημόσια, ἀποκλέπτειν,) A peculio deductum verbum, significat proprie ea quæ ad Rempublicã, siue principẽ, siue sacra pertinent furari. Cic.3. de Finib.73. Nam vt peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, &c. Idem 6. Verr.33. & pollonium Niconis filium Drepanitanum, qui nunc A. Clodius vocatur, omni argento optimè facto spoliasti ac depeculatus es. Hic de furto priuatæ rei dixit. Idem 1. Verr.7. Depeculatus est fana.

Depeculari laudem alicuius. Cic.6. Verr.70. Cur pro isto qui laudem, honoremque familiæ vestræ depeculatus est, pugnas?

Depeculator, (κλεπτικός,) Verbale, huiusmodi fur. Cic.2. Verr.2.

Depeculator ærarii. Cic.in Pisonem 77.

Depello, depellis, depuli, pen.cor. depulsum, (ἀπελαύνω, ἀποδιώκω,) depellere, Abigere, prohibere.

Dimouere, depellere, & deducere de loco. Cic. pro Cecinna.35.

Depellere & deiicere. Cic.3.in Catil.63. Simulacra deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum deiectæ.

Depellere loco. Cæsar.3.bel.Ciuil.106. & Liui.5.ab Vrbe,170. Cicero pro Cecinna.15.

Deducere & depellere de loco. Cicero pro Cecinna.35.

Depellere aliquẽ manu. Cic.3.Off.55. Qui stadium inquit, currit, eniti & contendere debet quam maximè potest, vt vincat: supplantare eũ qui eum certet, aut manu depellere nullo modo debet.

Depellere à se. Cic.5.de Legi.30. Quid iam de Saturni supplicio reliquis dicam? quos ne depellere quidem à se sine ferro potuit Resp.

Aliud ab alio depelli. Cic.de Fato.35.

¶ Vi, ferro, periculis, verbe, omnibusque patriæ præsidiis depellere aliquem. Cic.de Arusp.resp.14.

Depellere & restituere, contraria. Cic.pro Cecil.64. Hoc optmor optaret vt à quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret.

Depellere aliquẽ ad calamitatem. Ci. Antequam iret in exilium. 8. Me quẽ paulo ante fortuna erexerat ad gloriã, virtũ excitat ad laudẽ, populus tribuit honorẽ: eundẽ Tribunus furor exagitatus depulit ad calamitatẽ.

Falsas auditiones depellere. Tacit.lib.4. Mihi tradendi, arguendique rumoris causa fuit, vt claro sub exemplo falsas auditiones depellerem.

Cibum depellere de pectore, Idem est ferè quod digerere. Cic.2.de Diuin. 84. Depulso enim de pectore & in omne corpus diuiso & mitificato cibo, cantus edere quiete saturos. De gallis gallinaceis loquitur.

Depellere ac dissipare copias. Cic.pro Domo sua.13. Sed iam depulsæ ac dissipatis eius copiis, à Pop. Romano vniuerso, &c.

Curas depellere vino. Tibull.lib.1.eleg.5.8.

Cursu recto depellere aliquem. Horat.2. Serm.saty.5.16.

Dedecus patriæ depellere. Silius lib.1.22.

¶ Dolorem depellere. Cic.1.de Finib.52. Omnis voluptas assumenda est omnis dolor depellendus.

Depellere exercitus. Tacit.lib.2. Nam Phrahates quanquam depulisset exercitus, diuersque Romanos cuncta &c.

Famem cibo & potione depellere. Cic.1.de Finib.58.

Frigus famemque depellere. Horat.1.Serm.saty.1.2.

Tecta sua defendere, & ab arte, focisque ferrum flammamque depellere. Cic.pro Sest.78.

Ad depellendos hostes iaculum quærit. Claudianus de bel. Gigant.21.

Ictum alicui depellere. Est auertere ictum ab aliquo illatum alicui. Valer. lib.6.Argon.131. —nato non depulit ictus Iuppiter.

Causam depellere lethi. Ouid.epist.20.35.

Molem mali à ceruicibus aliquorum depellere. Cic.3.in Catil.61.

Molestias omnes ratio depellit. Cic.Cæcilio, lib.2.15.1.

Morbum depellere. Cic.Gallo, lib.7.27.7.

Morbos depulsurus Epidaurius, Claud.3.Paneg.35.

Mortem opinione mortis depellere. Cic.pro Scst.68.

Nubila cœlo depellere. Tibul.lib.1.eleg.2.11.

Periculum à se depellere. Cic. pro Cluent.12. Quum ad amici pericula depellenda adhiberer. Idem pro Lege Manil.5.

Pestem depellere. Virgil.lib.9.14.

¶ Ex potestate depellere, Cic.de Lege Agr.37. Vt ex omni custodia vestræ libertatis, ex omni potestate, curatione, patrocinio vestrorũ cõmodorum Cn. Pompeius depellereretur?

Sententia depellere. Cic.2. Tus.25. Oppositoque dedecore suia depellẽ.

De vetere, diuturnaque sententia, maleuolentissimis obtrectationibus alicuorum depelli. Cic.1.entulo, lib.1.7.13.

De susceptra causa proposita que sententia, nullam contumeliam, nullam vim, nullum periculum posse aliquem depellere, magni cuiusdam animi est. Cic. pro Ligario.16.

Spe & de spe depellere. Liuius 1.bel.Maced.18. Philippos magna spe depulsus. Cic.in Catil.35. Non de spe conatuq; depulsus.

Suspicionem à se depellere. Cic.12. Philip.372. Quid egit, nisi vti falsam à se suspicionem depelleret? Item Depellere criminationes. Cic.de Amicitia.59. vbi legitur & Repellere.

Tela depellere. Cic. pro Quintio.4. Qui tela depellere & vulneribus mederi debeam.

Terrores depellere à capite alicuius. Cicero pro Fonteio.19. Sic ab huius nunc capite Gallorum impetus, terroresque depellit.

Tribunatu depelli. Cic.5. de Orat.7. Ex quibus C. Cotta, qui ille florentem reliquerat, paucis diebus post mortẽ Crassi depulsus per inuidiam tribunatu, nõ multis ab eo tẽpore mensibus electus est è ciuitate.

Turpitudinem nefariam voluntaria morte depellere. Cicero. de Prouinc. Cons.5.

Verbera depellere, & deiicere cruciatum à ciuitate. Cic.7. Verr.136.

Recta via depelli. Quintil.lib.1.cap.1.18.

Vim, scelus, furorem malorum, suo corpore opposito à bonorũ omnium ceruicibus depellere. Cicero pro Domo sua.50. De seipso.

¶ Depellere aquam de agro per hyemem. Cato cap.155.

¶ Depellere agnũ à matre, pro Ablactare. Varro 2.de Re rust.cap.2.14. Quum depulsi sunt à matribus agni, adhibenda diligentia ne defidcrio fenescant.

Depellere lacte, vel à lacte. Idem. Tranquillus, Infantes firmiores, necdũ tamen lacte depulsos. Virgil.7.eclog.3.

—nec Phyllida habebam,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Ab vbere matris depulsus equus. Virgil.3.Georg.57.

Depellere simpliciter, pro A lacte remouere. Virgil.eclog.1.4.

—quo sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.

Idem eclog.3.16.
Depulsis arbutus hœdis.

Depulso, depulsas, (ἀπωθοῦμαι,) depulsare, Frequentatiuum. Plaut. Stich. 5.13. Cubitis depulsa de via.

Depulsus, (ἀπωσάμενος,) Participium antiquum pro depulsus, quomodo pultare dicit. Plautus pro pulsare. Author ad Heren.157. Nam qui per duellionibus venditat patriam, non satis supplicii dederit, si præceps in Neptuniam depultus erit lacunas.

Depulsus & detrusus. Cic.2.de Nat.deor.102. Atque iis agitatione & motibus linguæ quam depulsum & quasi detrusum cibum accepit, depellit. De stomacho loquitur.

Depulsor, (ἀπωσάν,) Verbale, Qui depellit. Plin.lib.28.ca.2.1. Alia sunt verba impetrantis, alia depulsoris, alia commentationis. Hic depulsor & impetrator opponuntur. Cic.2. Philip.48. Depulsor dominatus, quam particeps esse mahuit.

Depulsio, depulsionis, (ἀπώθησις,) Ipse depellẽdi actus. Cic.4. Acad.93. Omnisi deinde inanitũ visorũ vna depulsio est. Idem 2.de Finib.68.

Doloris depulsio. Cic.5.de Finib.30.

Intentionis depulsio. Cic.1.De inuent.19.

Luminum depulsio. Cic.de Vniuers.62. Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum, quæ conuertens inferiora reddit quæ sunt superiora. De speculo.

Depulsio mali. Cic.2 de Finib.68. Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus.

Seruitutis depulsio. Cic.8. Philip.241. Quæ causa iustior est belli gerendi, quam seruitutis depulsio.

Deprendeo, deprẽdes, deprẽdi, deprẽsum, (καταλαμβάνω,) deprẽdere, pen.prod. Deorsum prẽdere. Plau. Asin.7.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec dependes, nec propendes. Colum. lib. 3. cap. 6. 1. Sed si per vnumquenque pampinum maior numerus vuarum dependeri
Dependent lychni laquearibus aureis. Virgil. 1. Aeneid.
Dependent illi colli brachiæ verrucolę. Colum. lib. 7. cap. 6. 2.
Dependent mammis eius. Martial. lib. 7. 04.
Fides dependet adueniente die. Hoc est pēdet de aduenientę die. Id est habendę sit fides verbis, an non, declarabit exitus ipse dies. Ouid. 5. Fa. 72.
Dissectum dubii, promissaque tarda videntur:
Dependetque fides adueniente die. De Numa Pompilio qui in concione Romanis promittebat, Iouem sequenti die pignus imperii futuri daturum illis.

Dependo, dependis, dependi, dependsum, (ἐκτείνω, κατατίθημι, πρὸς πάλλω,) dependere, penul. correpta. Soluere. Plinius lib. 33. cap. 1. 4. Libralis vnde etiam libella dicitur, & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expensæ in rationibus dicuntur. Item impendia & dependere.
Dependere mercedem. Colum. lib. 5. ca. 1. 8. Pro quibus nulla merces dependitur. Apuleius lib. 8. Dependo pretio. Id est, soluto.
Soluere, & dependere. Cic. ad Brutum 18. 4. Est rei familiaris iactura tolerabilis Reipub. quòd spoponderis quemadmodum solueas, nisi is dependi facile patitur, pro quo spoponderis? Idem ad Atticum, lib. 14. 5. 4. Puto siquid in homine pudoris est, præstaturum eum ne pro se quodammodo dependatur. Eidem lib. 1. 5. 3. Mihi autem abiurare certius est quàm dependere.
Pro capite dependere. Senec. de Benef. lib. 2. Etiam ab aliquo tali accipiam pecuniam, quam pro capite dependam.
Dependere caput, Est capite pœnas lucre. Lucan. lib. 8. 21.
– nunc accipe pœnas,
Sed quas sponte luam. Et paulò post, – mallem fulcibus armis
Dependisse caput, &c.
Dependere operam. Columel. lib. 4. cap. 22. 5. Nanque aliter incassum dependitur opera, quoniam degeneres etiam renouatę pristinum seruabunt ingenium.
Dependere pœnas. Cic. in Catil. 82. At verò C. Cæsar intelligit legem Semproniam esse de ciuibus Romanis constitutam: qui autem in Reipub. sit hostis, eum etiam esse nullo modo posse. denique ipsum latorem legis Semproniæ iussu populi pœnas Reipub. dependisse. Idem pro Sestio 123. Omnes ferè Reipublicæ pœnas aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerunt.
Dependere tempus amori. Id est consumere tempus in amoribus. Lucan. lib. 10. 16. Tempora Niliaco turpis dependet amori.

Deperdo, deperdis, deperdidi, deperditum, penul. correp. (ἀπόλλυμι,) deperdere. Catus scribit deperditum dici, quod in natura rerum esse desiit. Cicer. 5. Tusculan. 58. Qui timebit nequid ex his deperdat, beatus esse non poterit. Cæsar 1. bel. Gal. 18 5. Pop. Romani hanc esse consuetudinem, vt socios atque amicos nō modo sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honoē auctiores velit esse.
Deperdere sanguinem. Cic. de Claris Oratorib. 155.
Deperdere folia dicuntur arbores. Plin. lib. 16. cap. 22. 1.
Sensum vitalem membratim deperdere. Lucret lib. 3. 107.
Linguæ vsum deperdere. Ouid. 5. Metamorph. 113.
¶ Deperdere aliquid de iure, vel de libertate ciuitatis. Cice. pro Cecin. 74. Quum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere. Idem 4. Verr. 52. Nequid de libertate deperderet.
Deperdere de existimatione. Cic. pro Fōt. 16. Verebatur enim videlicet, nequid apud vos populúsq; Romanū de existimatione sua deperderet.
Deperdere honestatem. Cic. de Prouinciis Consul. 9. Nō solùm bona, sed etiam honestatem misceri deperdiderunt.
Deperditus, penul. correp. (ἀπόβλωμενος,) Participium. vt, Letho gnate deperdita mater, Id est propter filiæ mortem pessimè affecta, vt & ipsam perisse putes. Catul. in Argonaut. 14.
Amore alicuius deperdita mulier. Sueton. in Domitiano, cap. 3.

Depereo, deperis, pen. corr. deperiui, vel deperii, deperitum, pen. correp. (ἀπόλλυμαι, πρὸς πάλλυμαι,) deperire, Valde perire, inquit Festus.
Deperierunt naues, Idem quod perierunt. Cæsar 5. bel. Gal. 84.
Schedā nequa depereat. Cic. ad Atticum, lib. 1. 15. 9.
Decor lachrymis deperit. Ouid. epist. 22. 11.
¶ Deperire, pro mori. Cic. in Topicis 8. Si is cuius vsusfructus legatus est, deperiisset. De sermo loquitur.
¶ Deperire aliquam, (ὑπερφιλεῖν,) pro vehementer amare. Plaut. Curcul. 1. 46. Ea me deperit, ego autem cum illa nolo facere mutuum. Idē Milit. 21. Meretricem ingenuam deperibat mutuo. Idem Amph. 6. 19. Sic efflictim amare, perinde vt hic te efflictim deperit.
Deperire aliquem amore. Plaut. Cistel. 3. 12.
Deperire amore sponsæ vel mulierculæ. Liuius 6. bel. Pun. 255. Et lib. 7. 86. Et bel. Macedd. lib. 9.
Amore impotente deperire aliquem. Catul. ad libellum 33. 3.
¶ Deperit eum consilium. Plaut. Milit. 14. 34. Redeo nunc ad te, consilium quasi hunc depereat.
Deperit sapor. Plin. lib. 14. cap. 20. 4. Qua calamitate deperit sapor.
Deperiturus, pe. pro. (ἀπολλύμενος,) Partic. Ouid. 2. Amor. eleg. 14. 2.
Si mos antiquis placuisset matribus idem,
Gens hominum vitio deperitura fuit.

Depilis, & hoc depile, penul. correp. (ἄτριχος,) Qui est sine pilis. Varro lib. 1. de vita Populi Romani, Quòd ludis Prætilis pueri essent glabri, ac depiles propter ætatem.
Depilātus, pen. prod. (ἐκτρίχωσις,) Adiectiuum, Qui nullos aut raros habet pilos, vel cui pili sunt detracti, apud Martialem, lib. 9. epigram. 28. in Crestum, Quum depilatos Cretę coleos portes. Scazon est. Nonius, depilati, rārefacti. Lucilius 29. Nato quid actum est? depilati omnes sumus. Vide Senecam lib. 2. de tranquillitate vitæ.

Depingo, depingis, depinxi, depictum, (κατακρίνω,) depingere, Est perfectè pingere, aut etiam describere. Cicer. 3. de Orat. 46. Pamphilumque nescio quem finamus in insulis tantam rem tam quam pueriles delicias depingere.
Manus, obscœnas depinxit tabellas. Propert. lib. 1. eleg. 6. 6.
Depingere verbis rem aliquam. Plaut. Pœnul. 16. 150. Formam quidem herclè verbis depinxisti mihi. Cic. 1. de Fin. 110. Pudebit te, inquam, illius tabulæ, quam Cleanthes sanè cōmodè verbis depingere solebat.
Depingere facta alicuius. Terent. Phorm. 2. 1. 38. Prope eorum facta imprudens depinxit senex. Cicero pro Roscio Amerino, 45. Vitam alicuius depingere.
Depingere cogitatione. Cicero 4. Academ. 88. Vt & ea declarant quæ cogitatione depingimus. Idem 1. de Natu. deor. 67. Magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus, quum mens nostra quidnis videatur cogitatione posse depingere.
* Depictus, a, um, (κατακρίνος,) Quintil. lib. 6. Tabella depicta.

Deplango, deplangis, deplanxi, deplanctum, (κατακόπτω,) deplangere, Idem quod plangere, vel potius multum & vehementer plangere. Ouid. 4. Metam. 110. – Cadmeida palma
Deplanxere domum, scissis cum veste capillis. Ibidem 14. 116.
– & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

Deplanto, deplantas, (ἀποφυτεύω,) deplantare, Notæ significationis. Plin. lib. 17. cap. 16. 4. Quæ cortice nituntur tum, vel leui aura, ocyssimè deplantantur. Columel. lib. 3. cap. 2. 22. Ne aut cornu bos ad stipitem vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramumque deplautet. Varro 1. de Re rust. cap. 40. 3. Vt eo tempore sit deplantatum quo oportet.

Depleo, deples, deplesi, deplētum, pen. prod. (ἐκπλήω,) deplere, Notæ significationis. Columel lib. 12. cap. 50. 7. Cōchæ ferreæ quibus depletur oleum. Stat. 1. Achill. 2.
Tu modo si veteres digno depleuimus haustu,
Da fontes mihi Phœbe nouos. Cato cap. 64.
Oleum si poteris bis in die depleto.

Deplōro, deplorat, penultima producta, (ἀποκλαίω, ἀποδύρομαι,) deplorare, Deflere.
Deplorare, pro Conqueri. Cicero de Senectute 7. Nostri ferè æquales deplorare solebant, tum quòd voluptatibus, &c. Ibidem 76. Non libet enim mihi deplorare vitam, quod multi & hi indocti sæpe fecerunt. Id est, conqueri de vita. Idem ad Atticum, libro 9. 190. 4. Multaque inquam de Cn. deplorabo. Idem 1. Tusculan. 130. Sed quid necesse est, quum id agam ne post mortem miseros nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miseriorem? Idem Attico, libro 2. 31. 7. Nam ita deplorat primis verbis, &c.
Conqueri & deplorare. Cicero 7. Verr. 134. Si in aliqua desertissima soli tudine ad saxa & ad scopulos hæc conqueri & deplorare vellem.
Deplorare & lamentari. Cic. 4. in Cati. 76. Id est inutum consilio, vt interfectis omnibus nemo ne ad deplorandum quidem Populi Romani nomen, atque ad lamentandum tanti imperii calamitatem relinquatur.
Eloquentia, vel tacita pietate deplorare aliquid. Cic. pro Cluentio 51. Te appello Oppianice, te T. Acti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat.
Deplorare de aliquo, siue de re aliqua. Cic. 5. Ver. 37. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de istius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent. Idem 4. Verr. 46. Hoc nunc sunt socii, vt his ne deplorare quidem de suis incommodis liceat.
Deplorare de suis miseriis apud patronos. Cic. 4. Verr. 7.
Copiosè dicere ac deplorare apud aliquē de miseriis aratorū. Ci. 5. Ver. 176.
Calamitates deplorare. Cic. 11. Philip. 292.
Dolentius deplorare. Cic. pro Sestio 10. Necessario mihi de iisdem rebus esse arbitror, si nō subtilius disputandū, at certe dolētius deplorandū.
¶ Deplorantur, Passiuum. Cic. 1. de Oratore 116. Quæ de altero deplorantur, ad suas res reuocare.
Deplorans, Participium, (κατακλαίων,) Cic. 5. Tusculan. 167. Itaque augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poetæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam.

Deplorātus

Deplorātus, pen. prod. (κατακεκλαυμένος,) Participium, siue nomen ex participio.
Deploratus, Cui vltimus luctus persolutus est. Liuius 4. ab Vrbe, 169. Ac eo omnia deplorati erāt equites, non priuato magis, quā publico luctu.
Deploratum dicitur, de quo conclamatum est, neque ei aliquo remedio succurri pōt, vt Deplorata Resp. Plin. lib. 15. ca. 8. 7. Prodest, vt domō strabimus suo loco, deploratis in phthisi. Idē li. 23. ca. 25. 20. deplorata tussis. Itē li. 29. c. 6. 26. Cōstat deplorata auriū vitia eo remedio sanari.
Domus deplorata. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 2.
Ausus es igne Iouis percussum tangere corpus,
Et deplorātæ limen adire domus.
Res est deplorata, hoc est desperata. Vulgus dicit, Nullum est remedium.
Deploratus à medicis. Plinius libro 7. cap. 50. 1.
Vir deploratus. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 10.
Vota deplorata. Ouid. 1. Metam. 55.
Strati nuntur segetes, & deplorata colonis
Vota lacent, longique perit labor irritus anni.
Vulnus deplorātum. Claud. de bello Getico. 115.
Deplorandus, (ἀποκλαυτέος,) Qui debet deplorari. vt Deploranda calamitas. Cicero 1. Verr. 12.

Deplûmis, & hoc deplûme, penul. prod. (ἄπτερος,) Quod nullis aut raras habet plumas. Plin. lib. 10. cap. 14. 1. Inuentæ sunt ibi nudæ atque deplumes. Dē hirundinibus.

Depluo, depluo, deplui, deplūctum, penult. prod. deplnere. Colum. lib. 10. cap. 21. Inque sinus matris violento deplnit imbre.
Tibullus, lib. 1. eleg. 6. 7.
Hæ fore dixerunt belli mala signa cometen,
Multus vt in terras deplueretque lapis.

Depolio, depolis, pen. corr. depolui, depolītum, pen. prod. (κατασκέυω,) depolire, Perficere. Festus, Depolitum, perfectum: quia omnes perfectiones, antiqui politiones appellabant.
Depolire, Idem quod polire. Plin. lib. 36. cap. 25. 5. Si verò cote depolitū est, nigri pauimenti vsum obtinet.

Depôno, depônis, pen. prod. (κατατίθημι, ἀποτίθημι, πρὸς κατατίθημι,) deposuit, depōsitum, pen. corr. deponere, Deorsum ponere. Plautus Curcul. 7. 81. Caput deponit, quum dormitco, ei subduco anculum. Idem Mostel. 6. 34. Ecce autem hic deposuit caput, & dormit.
Deponere malleolum in terram. Columella libro 3. cap. 10. 17. Comperimus eum malleolum, qui quatuor vuas tulerit, deputatum, & in terram depositum, à fœcunditate materna sic degenerare vt, &c.
Deponere in gremio alicuius. Plin. lib. 15. cap. 30. 6. Ex his in gremio Iouis optimo maximo deponitur.
Deponere semina sulco. Col. lib. 5. cap. 4. 2. Omniū aūt satorum ferè eadē est conditio. nam vel serobe, vel sulco semina deponuntur. De vineis
¶ Deponere in syluas liberos, vxores, & sua ossa. Cæsar 4. belli. Gal. 51.
¶ Deponere ædificationem, pro cessare ab ædificando. Cicero Memmio lib. 13. 1. 15. Nemo verò si audierit te ædificationē deposuisse, &c. Paulō antè abiicere ædificationem dixerat.
¶ Deponere amicitias, & suscipere inimicitias. Cice. de Amicit. 66. Cauendum erit ne non solum amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiā suscipiæ videantur.
Amorem. Plin. lib. 31. cap. 2. 15. Cic. de Amicitia. 33. Quòd summi puerorum amores sæpe vnà cum prætexta toga deponerentur. Ibidē, 66. Catull. de Lesbia. 71. 3.
Animam. Propertius libro 1. eleg. 12. 4.
Arma. Plinius lib. 15. cap. 29. 1. Cæsar 3. bel. Ciuil. 27 2.
Bellum. Cic. de Leg. 56. Sequitur enim de iure belli, in quo & suscipiēdo & gerendo, & deponendo, ius vt plurimū valet. Ouidi. 8. Metamor. 10.
Caput deponere & recondere stratis. Ouid. 11. Metam. 130.
Relinquere & deponere ciuitatem. Cic. pro Cecinna. 73.
Cogitationem reparandæ classis. Hirtius lib. 4. bel. Alexandr. 45.
Comam deponere. Stat. 9. Thebaid. 120.
Contumaciam. Columel. lib. 6. cap. 2. 9.
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ. Virg. 7. Aeneid. 22. Id est diuumbunt sub arbore.
Crines deponere. Martial. lib. 5. 49.
Curam. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 4.
Curas animo deponere. Virg. 4. Geor. 106.
Omnes curas doloresque in alicuius sermone & suauitate deponere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 9.
Nunquam deponere de manibus. Cic. 1. Academ. 5. Non te ea intermittere, sed accuratius tractare, nec te de manibus vnquam deponere.
Desyderia rei alicuius. Cic. Trebatio lib. 7. 6. 2. Tu modò ineptias istas & desyderia vrbis & vrbanitatis depone.
Dissaturam. Quintil. lib. 3. cap. 8. 37.
Dolorem susceptum. Cic. 3. Tuscul. 113.
Errorem suum. Cic. 8. Philip. 255. Cæteris aūt si erroré suum deposuerint, & in Resp. gratiam redierint, veniam & impunitatem dandā puto.
Exercitum. Cic. 8. Philipp. 250. Vtranque prouinciam remitto, exercitum depono, priuatus esse non recuso.
Famem. Ouidius 6. Fasto. 106.
Hospita carmentis fidos intrasse penates
Diceris & longam deposuisse famem.
Fastigia supplex deposui. Claud. de Nupt. Honor. 7.
Deponere pecuniam pupillarem in fidem publicam. Liu. 4. bel. Pun. 82.
Pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum cœpere conferri, nusquam eas tutius sanctiusque deponere credētibus qui deferebant, quàm in publicam fidem.
Deponere libertum apud fidem alicuius. Traianus ad Plinium, epist. 326.
Quum honestissime iis qui apud fidem tuam à Valerio Paulino depositi sunt, consultum velis, matura per me.
Formidinem. Virgil. 3. Aeneid. 122.
Illæ hæc deposita tandem formidine fatur.
Furtim deponere. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 9.
Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri,
Furtim defossa timidum deponere terra?
Falsa licet cupidus deponat gaudia luuor. Propert. lib. 1. eleg. 8. 6.
Gloriam abiicere & deponere. Cic. 2. de Orato. 116.
Deponere aliquem imperio. Sueton. Ne imperio turpiter deposito, priuatus viueret.
Imperium accipere & deponere, contraria. Cicero 1. Officiorū 98. Nec verò imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam.
Ineptias. Cicero Trebatio, libro 7. 6. 2.
Ingenia syluestria, pro Mitescere. Colum. lib. 8. ca. 15. 6. Sic enim exclusi, educatique pulli, deponunt ingenia syluestria.
Inimicitias susceptas Reipub. nomine. Cic. ad Atticum, lib. 14. 3 10. 3.
Inuidiam. Cicero pro Lege Agraria 71.
Deponere ius populi in fide iudicum. Cicero pro Cecinna 74. Derelinquo iam communem causam populique Romani ius in vestra fide ac religione depono.
Deponere aliquid de lenitate. Cicero ad Atticum, libro 2. 16. 12. Vt ille esset melior, & aliquid de populari leuitate deponeret. Id est, cessaret à leuitate.
Memoriam sacramenti. Cæsar 2. belli Ciuil. 117. Hanc nactus appellationis causam Quintilius, circumire aciem Curionis, atque obsecrare milites cœpit ne primam sacramenti, quod apud Domitium, atque apud se Quæstorem dixissent, memoriam deponerent. Idem 1. belli Gallici 54. Quòd si veteris contumeliæ obliuisci vellet, num etiam recentium iniuriarum, quòd eo inuito iter per prouinciam per vim tentassent, quòd Heduos, quòd Ambarros, quòd Allobroges vexassent, memoriam deponere posset?
Memoriam doloris. Cicero pro Cælio 38.
Ex memoria. Cicero pro Sylla 13. Quibus ego rebus iudices ita flectebar animo, atque frangebar, vt etiam ex memoria quas mihi ipsi fecerat insidias, deponerem.
Deponere quodammodo apud memoriam. Quintil. lib. 11. cap. 2. Ita quū semper cogitatio vltra id quod est longius quærit, quicquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit, quòd illa quasi quædā media munus acceptum ab inuentione tradit elocutioni.
Mentem, mentumque in gremio mimarum deponere. Cic. 13. Philip. 362.
Metum. Ouid. 1. Metamorph. 73.
Mœrorem atque luctum, gaudereque potius. Cic. 14. Philip. 407.
Molestias. Cic. 2. Offic. 5. Existimani honestissime molestias posse se deponi, si me ad philosophiam retulissem.
Partem morbi. Horat. 1. epistō. 1. 7.
Negotium. Cicero ad Atticum, lib. 7. 15. 5. Nec prius quidem quàm nostrum negotium aut confecerimus, aut deposuerimus.
Oculos in aliquem. Horat. 1. Carminum, ode 36. 4. Omnes in Damalim patres deponant oculos. Id est figant.
Offensionem. Cicero ad Atticum, lib. 1. 12. 3. Quàm mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offensionem, nihil attinet ad te qui ea nosti, scribere.
Deponere officium, magistratum, præturam, prouinciam. Plinius in Panegy. 142. Et ille quidem vt maxima fructus suscepti, ita matore depositi officii gloria fruitur. Cæsar 7. belli Gallici 136. Cotom magistratū deponere coegit. Cicero 1. de Natura deorum 17. Et Liuius 2. ab Vrbe 120. Abdicare Consulatu iubentes, & deponere imperium. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 6. Quum Prouinciam deposui in concione.
Onus. Cæsar 1. bel. Ciuil. 303. Neque iumentis onera deponunt.
Onus, per translationem. Cic. 7. Verr. 141. Potero hoc onus tantum in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus sustinere?
Opinionem de aliquo deponere atque abiicere. Cic. 3. de Lege Agraria 2.
Pauorem deponere. Ouid. 10. Metamorph. 24.
Pecuniam, pro Collocare apud sequestrum aut diuisorem. Plinius epist. 10. lib. 6. Candidati ne conuiuentur, ne mittant munera, ne pecunias deponant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Persinam accusatoris deponere.Cic.pro Quintio 14.
Pudorem.Ouid.epist.16.52.
Rabiem deponere feræ.Claud.8.Panegy.25.
Rationes Quæstoris deponere,Cice.Caninio,lib.2.16.6. Rationes mei Quæstoris,nec verum fuit me tibi mittere,nec tamen erant confectæ, cas nos Apameæ deponere cogitabamus.
Depouere religiones,& Suscipere religiones,contraria. Cic.2. de Diuin. 168,Valeantq; ad deponendas potius quā ad suscipiendas religiones.
Rem susceptam.Cic.de Amicitia 43. Neque enim est consentaneum, vllam honestam rem,actionemve ne solicitus sis, aut non suscipere, aut aut susceptam deponere.
Inhumanæ feminæ depone camœnæ.Hora.1.epist.19.10.Idest scueritatē. Seueritatem.Mart.lib.4.14.Paulum deposita scuetitate.
Simultatem.Cic.ad Atticum,libro 3.66.5.
Sitim deponere.Ouid.4.Metamorph.20.
–venit ecce recenti
Cæde leæna boum spumantes oblita rictus
Depositura sitim vicini fontis in vnda.
Soleas.Martial.lib.5.96.
Depositi soleas: affertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumque liber.
Spem deponas.Horat.2.Sermo.saty.5.6.
Aut spem deponat,aut artem illusus omittas.
Studium pristinum.Cic.1.Tusc.11. Nobis placet nec pristinum dicendi studium deponere,& in hac maiore & vberiore arte versari. Idem pro Roscio Amerino 29.Et artificium obliuiscatur.vt studium deponat.
Timorem.Cic.pro Milone 2. Quamobrem adeste animis Iudices: & timorem,siquem habetis,deponite.Ouid.epistlo.17.12.
Vim suam deponunt venti.Ouid.2.Trist.31.
Voluntatem.Cic.in Catil 73.Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas. sed eam per deos immortales quæso depone:atque obliti salutis meæ,de vobis ac liberis vestris cogitate.
Deponere aliquem vino. Plautus Aulul.16.39. Vide Affectare viam in AFFICIO.
¶ Deponere aliquid apud aliquē, (παρακατατίθεσθαι,) Seruandū dare, & fidei eius committere. Plin.in Præfat.4.Quum apud Catonem illum ambitus hostem,& repulsis tanquam honoribus indeptis gaudentem, flagrantibus comitiis pecuntas deponerent candidati. Plaut.Curcul. 11.4.Nūc nisi tu mihi propēt properas dare triginta minas,Quas ego apud te deposui,vitam propera ponere. Idem Bacchid.5.71.Nos ibi apud te Theotimum omne aurum deposuimus. Cic.6. Verr. 31. Apud amicos multa deposita. Idem 3.Offic.128.Si gladium quis sana mente apud te deposuerit,repetat insaniens,&c. Idē 2.Verr.15. Quum li.7. ca.3.39.An illū deposuisse apud hunc,vel huic credidisse credibile sit. Quicquid habes,age depone tutis auribus,Id est dic taciturno. Horat.1. Carminum,ode 27.4.
¶ Deponere aliquid dicuntur certantes pignorare.Virgil.eclog.3.7.
–ego hanc vitulam (ne forte recuses:
Bis venit ad mulctram,binos alit vbere fœtus)
Deponam:tu dic mecum quo pignore certes.
MIR.De grege non ausim quicquam deponere tecum. Cic.1.Ver.15. Inuentū tamen esse fortem amicū,ex eadem familia.QU. Verrem Romilia ex optima diuisorū disciplina,patris ipsius discipulū atque amicum,qui H-S.quingentis millibus depositis,id se pfecturū pollicereť.
¶ Depoliui pro depolui præteritum legitur apud Catullum in Carmine seculari 32.1.
O Latonia maxime
Magna progenies Iouis,
Quam mater propē Deliam
Depoliuit oliuam. Id est enixa est.
Deponens,penūl. prod. Participium, (ἀποτιθεμένος,) Qui deponit.
Deponens verbum dicitur quod or finitū,vel actiui significationem obtinet,vt tueor,contemplor,loquor:vel neutri,vt philosophor,labor.
Depositus,penul. correp. Participium, (ἀποτιθέμενος,) vt Depositam pecuniam recuperare.Cic.pro Lege Agraria 50.
Fastus depositus.Claud.4.Panegy.18. –priuataque passim
Viuere deposito dignatus limina fastu.
Pandere verbem depositam.Stat.1.Sylu.4.19.
Poplite deposito.Lucan.lib.1.122.
Deposito victum præbebat poplite collum.
¶ Depositus,pro desperato,sine desperatæ salutis.Cic.3.Verr.3. Itaque mihi videor magnam & maximē ægram, & propē depositam Reipub. partem suscepisse. Virgil.12.Aeneid.
Ille vt depositi proferret fata parentis:
Scire potestates herbarum,vsumque medendi
Maluit,& mutas agitare inglorius artes. Vbi Seruius,Depositi, desperati.nam consuetudo erat, vt desperati ante ianuas suas collocarentur; vel vt extremum spiritum redderent terræ vel vt possent à transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laborauerant morbo. Oui

dius 2.de Ponto,eleg.2.9.
Iam propè depositus certe iam frigidus æger,
Seruatus per te,si modo seruor,ero.
Depositum,depositi.penul.corr.Substantiuum, (παρακαταθήκη,παρακαταθοδή,) Quod alicui commissum est,& datum vt seruet.Cic.3. de Finib.90.Vt si iustè depositum reddere,in recte factis sit.Vlpia. in L.1. ff.Depositi,vel contrà,Depositum est quod custodiendum alicui datum est.dictū ex eo quod ponitur.præpositio enim de,auget positiue ostēdat totū fidei eius esse cōmissum,quod ad custodiam rei pertinet.
Depositum sospes erit.Iuuenal.saty.13.18.
Clām depositum.Cic.3.Tusc.ul.30.Qui propter auaritiam clām depositum non reddidit,quod est iniustitiæ.
Depositum abnegare.Vide ABNEGO.
Accipere depositum.Quintil.lib.7.cap.4.1.
Celare depositum alicuius,Id est conseruare & abscondere. Claud.3. de Raptu Proserp.24.
Reddere depositum.Ouid.1.de Arte 119.
Reddere depositum legentibus.Quintil.lib.1.cap.7.15.
Depositarius, (φυλακικός,) Custos depositi,vel susceptor depositarum rerum.Vlpianus lib.16.Digestorum.titulo Depositi & contra.L. primaſ. Si pecunia,Satisdatione autem non interueniente rem in ædē deponi,& omni actione depositarium liberari.

Depontani, Scenes appellabantur,qui sexagenarii de ponte deiciebantur. Festus.

Depópulor penul.corre.depopulāris, (λαφυραγωγέω,διῃδέω,) depopulari,Prædari,siue deprædari,passimque & quasi populatim diripere.Plin.lib.18.cap.20.2.Salassi quum subiectos Alpibus depopularentur agros, panicum, miliumque iam excrescens tentauere. Cic.5.Verr.71.Qui quum agros maximos ac seracissimos per seipsum, hoc est per Apronium Verrem alterum depopulatur. Idem 3.Verr.33.Et 1.Verr.6.
Aues depopulantur dona Cerealia.Ouid.1.Fast.137.
Hunum depopulari.Ouid.3.Tristium,eleg.10.12.
Hostis equo pollens,longeque volante sagitta
Vicinam late depopulatur humum.
Depopulare, (πορθέω,) actiuè apud Hirtium lib.6. de bello Hispaniensi 178.Agros,vestramque prouinciam vestro impulsu depopulauit. Valerius 4.Argonaut.85.Insuper hunc Typhonides Harpyiæ,ira tonantis
Depopulant.
Depopulatio,Verbale, (πόρθησις,) vt Depopulatio prædiorum.Cicero pro Domo sua 113.
Agrorum depopulatio.Cice.in Pisonem 31.
Aedium sacrarum,publicorumque operum depopulatio.Cice.2. Ver.3. Cuius prætura vrbana, ædium sacrarum fuit, publicorumque operum depopulatio.
Depopulationes & vastationes.Cic.5.Philipp.181.
Inferre depopulationem agris.Cic.de Aruſp.resp.3.Excisionem inflammationem,euersionem,depopulationem,vastitatem eam sua cum prædameis omnibus tectis atque agris intulerunt.
Depopulator, (δῃωτής,) Verbale,vt Depopulator fori. Cice. pro Domo sua 11.

Deporto, deportas, (κατακομίζω,ἀποκομίζω,) deportare, De loco portare.Dicimus autem deportare ad locum, & deportare de loco.
Deportare iumentis.Cic.ad Atticum,lib.8.16.5. Quæ arma superabāt, ea si Brundusii iumentis deportaueritis, vehementer Reip. profueritis.
Deportare nauibus. Cæsar 3.bel Gal.396.Magno numero nauium appulso sua omnia deportabant: seque in proxima oppida recipiebant.
Deportare se,pro se cōferre.Cic.ad Tironē,li.16.Epist.11. Mihi placebat,si firmior eēs,vt te Leucadē deportares.vt ibi te planē cōfirmares.
Deportare ex aliquo loco.Cice.Trebatio, lib.6.15.3. Mihi crede, nihil ex ista prouincia potes quod iucundius sit,deportare. Plin.lib.7. capit.30.4.Deportauit ex Cypria.
Deportare ad locum.Cic.ad Titium,lib.13. A te idem illud peto, vt de loco,quò decet frumentum,& de tempore,Anano cōmodes. Idem 5.Verr.19.Omnes decumas ad aquam deportatas haberent.
Deportare in.Cic.ad Atticū,lib.1.2.3.Illa osa in Tusculanū deportabo.
Deportare in solas terras,pro In exilium mittere. Terent.Phor.5.8.85. Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier In solas terras!
Deportare captiuos Romam. Liuius de bello Punico. Videtur subaudiri ablatiuus nam.
Deportare exercitum,Est exercitū in patriam reducere, vt ait Budæus. Liu.3.bel. Pun. 23. Annibal victor, in Africam hinc decedat,exercitumque deporter. Cice.pro Lege Manilia 43. Bellum in Africa maximum confecit,victorem exercitum deportauit.
Minore exercitu insigneis captiuos, cædem ducis, bellique confecti famam deportarat.Tacit.lib.4.
Flagitium ac dedecus ex aliqua regione deportarum. Vbi quis non contenturvixerit.Cic.pro Murena 10.

Deportauit

Deportauit humanitatem Athenis.Cic.de Senect.1.Noui enim moderationem animi tui,& æquitatem:eque non cognomen solum Athenis deportasse,sed humanitatem & prudentiam intelligo.
Literas deportare.Cic.1.Verr.16.Non te ex Sicilia literas in Verrem deportare velle arbitrantur.
Deportare triumphum.Cicero 1.Officiorū,111. Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius multis audientibus hoc tribuit,vt diceret frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse,nisi meo in Rempub.beneficio,vbi triumpharet,esset habiturus.
Deportatus,Participium,(κατακεκομισμένος,)vt Deportatus Romam.
Inter deportatos & relegatos.Vlpianus.Hæc est differentia inter deportatos & relegatos:quòd in insulam relegari & ad tempus, & in perpetuum quis potest. Deportatos autē eos accipere debemus,quibus princeps insulas adnotauit,vel de quibus deportandis scripsit.
Deportatio,Verbale,(ἐξορισμός,κατακομιδή,) Ipse deportandi actus. Cato cap.144.5.De fundo ligna & oleam ne deportato. Qui oleam legerit,qui deportarit,in singulas deportationes H S.N.11,deducētur, neque id debebitur.

Deposco, deposcis,depopoſci,depōſcitū,pen.corr.(ἐξαιτέω,)deposcere,Vehementer poscere.Cic.6.Verr.61.Vt illa Hāma diuinitus extitisse videatur,non quæ deleret Iouis Opt.Max.templū,sed quæ præclarius magnificentiusque deposceret. Idem 1.de Legib.12.Idem 3.Verr.43. Liu.1.ab Vrbe.114.
Deposcere omnibus pollicitationibus.Cæsar 7.bel.Gall.3. Omnibus pollicitationibus ac præmiis deposcunt,qui belli initium factant,& sui capitis periculo Galliam in libertatem vendicent.
Non modo non recusare aliquid,sed etiam deposcere.Cicero pro Flacco 76. Idem 3.Philip.147.Id non modo non recusem,sed appetam etiā atque deposcam.
Dextras deposcere.Sil.lib.7.47. –quum optabile tempus
Deposcet dextras.
Hostem deposcere.Valerius lib.5.Argon.127.Et Persen simul & Minyas deposcimus hostes.
Deposcere aliquem ad supplicium.Cæsar.8.bel.Gal.154.Principem sceleris ipsius,& conciatorem belli Gutturnatum ad supplicium deposcit, Cice.pro Cælio.16.Hac lege Cælii adolescentia non ad Reip.pœnas, sed ad mulieris libidines & delicias deposcitur.
Deposcere in pœnam.Liu.1.bel.Pun.24.Ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum.
Morti deposcere,pro ad mortem.Refertur autem deposcendi verbū frequenter ad supplicium.Tacit. lib.1. Dum Centurionem cognomento Scirpicum illa morti deposcit.
Prælia deposces.Silius libro.17.26.
–vides,ait,agmine primus
Massylus volitat deposcens prælia rector?
Tene istas partes depoposcisse,vt,&c.Cic.pro Sex. Roscio.58.
Votis deposcere pugnam.Lucan.lib.2.106.
Supplicia seua deposcere.Stat.12.Thebaid.92.
Deposcere atque expetere imperatorem ad bellum.Cic.pro L.Man: 3.

Depóstulo, depostulas,pen.corr.(ἐξαιτέω,)depoſtulare, Vehementer postulare.Hirtius 6.bel.Hispanien.4.Ciuitas contrariæ Pompeio auxilia sibi depostulabant.

Depraedor, deprædaris,(σνλάω,)deprędari,Idem quod depopulari.

Depraelior, deprælliaris,deprælliatus sum,(κατακελεύομαι,)decare.Horat.1.Carm.ode 9.5.
Permitte diuis cætera,qui simul
Straurre ventos æquore feruido Deprælliantes,&c.

Deprauo, depraua,pen.prod.(διαστρέφω, σφαλόω,λυμαίνω,)de prauare,Prauum facere,corrumpere,vitiare. Terent. Phorm.4.4.16. Nihil est Antipho,quin male narrando possit deprauare rier. Cic.3.de Finib.18.Eas non modò nihil adiuuare arbitror,neque affirmare quo meliores simus,sed ipsam deprauare naturam.
Corrigere,& Deprauare,contraria.Cic.1.de Finib.26.Sed ita vt ea quæ corrigere vult,mihi quidem deprauare videatur.
Nimiæ rerum omnium copiæ deprauant aliquem.Cice.2.de Leg.agr.95.
Nihil est tam sanctum,quod non soleant domestici deprauare nonnunquam.Cic.1.Philipp.24.
Multi ad deprauandum parati.Cic.Bruto,18.4.
Deprauatus,Participiū(λελωβημένος,)vt Deprauatus indulgentia.Cic. ad Atticum,lib.10.195.6. Et 3.Tuscul.3.Deprauati mores,& Depraua opiniones.
Natura alicuius deprauata mala disciplina.Cic.2.de Finib.57.
¶ Deprauare hominē,pro fractis vel debilitatis mēbris vitiare.Sene.epi. 102.Depraues licet,dū mōstruoso &distorto tēporis aliquid superfit.

Deprauatio,Verbale,(διαστροφή,)Ipse deprauandi actus.vt Deprauatio oris.Cic.2.de Orat.140.
Distortio,& deprauatio.Cic.5.de Fini.62.In quibus si peccet distortione

& deprauatione quadam,aut motu,statu ve deformi.
Consuetudinum deprauatio.Cic,1.de Legib.43.
Deprauatio & fœditas turpificati animi.Cic.3.Offic.143.
Deprauatio verbi.Cic.in partitionibus.70.Defensor autem de ea quam proposui,æquitate nitatur:& ea quum secum faciat,non te, sed deprauatione verbi se urgeri queratur.

Deprauatè, Aduerbiū:vt Deprauate & corrupte iudicare. Cic.1.de Fin. 107.De quibus neque deprauatè iudicant,neq; corruptè.

Deprecor, pen.corr. Deprecaris, deprecatus sum,(ἱλάσκομαι, παραιτέομαι, κατεύχομαι,) deprecari, Vehementer precari.Catul.epig.87.1.
Lesbia mi dicit semper malè,nec tacet vnquam
De me,diſpeream me nisi Lelbia amat.
Cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi
Assidue,verum diſpeream nisi amo.
Te lachrymæ fratris deprecantur.Cic.Marcello.Lib.4.7.15.
Authoritas,atque virtus alicuius deprecatur. Cice. Post reditū ad Quirites.5.At me C.Pisonis generi mei diuina quædā & inaudita authoritas atque virtus,fratriſque mei miserrimi atque optimi quotidianæ lachrymæ,fordesque lugubres à vobis deprecatæ sunt.Id est reditum mihi ac restitutionem impetrauerunt. Budæus.
Deprecari ab.Cic.7.Verr.2.Tum deprecabitur à vobis, tum etiam pro suo iure contender,ne patiamini talem imperatorem Popu. Romano Siculorum testimoniis eripi.
Deprecari aliquid ab altero. Cic.5.Verr.9. Nunc proficiscemur ad reliqua,si panca ante erimus à vobis Iudices deprecati.
Deprecatum venit ad me vt tibi ignoscerem.Cic.de Amicit.35.
Deprecor adiicienda.Varro 1.de Re rust,cap.19.2.In hoc genere semi uocalium adiiciendū deprecor.Emendati codices habent,de pecore.
Deprecari aliquē ab altero.Cic.pro Lege Agrar. cōtra Rullū,98, Quēadmodū,quū petebā,nulli me vobis authores generis mei cōmendarunt,sic fig d deliquero,nullæ sunt imagines q̄ me à vobis deprecētur.
Deprecari alicui ne vapulet.Plaut.Asina.17.5.
Nunc si vultis deprecari huic scni ne vapuler,
Remur impetrari posse.
In hoc te deprecor ne &c.Cælius Ciceroni,lib.8.1.1.
Deprecari pro reditu alicuius.Cic.Post reditum ad Quirites.4.
Nou enim pro meo reditu,vt pro P.Popilii nobilissimi hominis adolescentes filii,& multi præterea cognati atque affines,deprecati sunt.
Iratos aliquorum animos atque horribiles impetus deprecari. Cic. pro Fonteio.22.
Pacem deprecari,cui opponitur Denūtiare bellum.Cic.Cornificio, lib. 12.24.3.Nondum Legati redierant,quos Senatus non ad pacem deprecandam,sed ad denuntiandum bellum miserat.
Deprecari sibi exilium & fugam. Cice. 3.de Oratore.6. Quum sibi non incolumem fortunā,sed exilium & fugam deprecaretur, esse coactum vt vita seipsē priuaret.
Vitam alicuius deprecari.Cic.pro Sylla.54.Quàm multorum hic vitam à L.Sylla deprecatus?
¶ Precari & Deprecari, contraria. Ouid.1.de Ponto, eleg.2.12. Sæpe precor mortem,mortem quoque deprecor idem.
Detestari ac deprecari querimoniā alterius à se.Cic.1.in Catil.19.Nunc vt à me P.C.quandam prope iustam patriæ querimoniam detester ac deprecer,percipite quæso diligenter quæ dicam.
Anteacta deprecari. Tacit.li.11.Cireūsistit Cæs.anteacta deprecātes.
Calamitatem ab sese deprecari. Cic.3.Verr.111.Iam qui ex calamitate Senatoris Pop.Romani,quū Prætor iudicio eius præfuisset,spolia domū suā referre,& Manubias detrahere conatus sit,is vllā ab sese calamitatē poterit deprecari?Id è amolisi,& precibus expulsare. Budæus.
Deprecari auaritię crimina laudibus frugalitatis.Id est, depellere,& ita orare vt nequis auarus existimetur,sed magis frugalis. Cicero.4.Ver. 139.Nunc verò quid faciat Hortensius?auaritiæ ne crimina, frugalitatis laudibus deprecetur?
Munus aliquod deprecari.Quintil.lib.2.cap.13.ad finē Præcipiēdi munus iampridem deprecati sumus.
Deprecari odium summæ improbitatis excusatione summæ stultitiæ. Cic.pro Cecin.22. Nōnne concedas interdum, vt excusatione summæ stultitię,summæ improbitatis odium deprecetur? Idem pro Balbo.12.Quiddam de communi conditione omnium nostrum deprecandæ maleuolentiæ causa breuiter cōmemorandum videtur. Idem lib.6.de Rep.Etiam Claudii inuidiā,Gracchi charitas deprecabatur. Id est,propulsabat & defendebat.
¶ Deprecari periculum,Auersari, Precarine eueniat. Cic.7.Ver.118. Illi ad deprecandum periculum,proferebant alii purpuram Tyrianthus alii,atque odores,&c. Cæsar 1.bel.Ciuil.17.
Mortem deprecari.Ouid.1.de Pon.ele.2.12. Cæsar 7.be.Gall.175.Periculum decreto deprecari.Cic.pro Sestio.7.
Refugere periculum aut deprecari.Asinius Ciceroni lib.10.31.10. Nec periculum est vllum quod pro libertate aut refugiam aut deprecer.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deprecari pœnam. Liuius lib. 10. bel. Maced. Ego siquid imprudens in te pater siquid scelerate in fratrem admisi, nullam deprecor pœnam. Si innocens sum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non possim, deprecor. Verba sunt Demetrii ad Philippum patrem.

Deprecari sanguinem & mortē innocentissimi ciuis. Cicero. 7. Ver. 97.

Deprecari supplicium & recusare. Cic. 2. Tusc. 20. Nullum genus supplicii deprecatus est, neque recusauit. Idem pro C. Rab. 23.

Deprecator, Verbale, (δεητὴς, παρακλητὴς,) Qui reum ad impunitatē exposcit, & reatu eximit. Cic. pro Corn. Balbo. 34. Potuit magis de re iudicare, quàm quum ad veltrum iudicium ciues amplissimos legauit; testes huius iuris, vitæ laudatores, pericli deprecatores? Cæsar. 1. belli Gall. 33. Et libro 6. 13.

Miseriarum deprecator. Cic. pro Flacco. 1. Sperabā Iudices honoris potius L. Flacci me adiutorē futurū, quā miseriarum deprecatorem.

Legatos & deprecatores mittere. Cic. pro Lege Manilia. 25. Quum ad eum vsque in Pamphiliam legatos deprecatoresque misissent.

Deprecator mei, tui, sui. Cic. Attī. lib. 11. epist. 16. 2. Quintus misit filium nō solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei.

¶ Deprecator fortunarū alicuius, pro Seruatore. Cic. pro Plancio. 81. Nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem socium que profitebor. Budæus.

Deprecatio, Verbale, Postulatio, (δέησις, παράκλησις,) Cic. ad Atticū 10. epist. 2. Non me hercule deprecationi locus. Idē. 6. Verr. 100. Quæ deprecatio est igitur ei reliqua, qui indignitate seruos, temeritate fugitiuos, scelere barbaros, crudelitate hostes vicerit?

Vti deprecatione. Cicero pro Cluentio. 5. Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione Iudices qua mihi sæpius vtendum esse intelligo, sic vt me audiatis, & cætera.

Non ille deprecatione redit. Cic. Post redit. ad Quir. 5. de Mario. Id est beneficio vestro & supplicatione amicorum. Budæus.

Diræ deprecationes, pro imprecationibus, in malum. Plin. lib. 38. cap. 2. 9. Delgi quidem diris deprecationibus nemo non metuit.

¶ Deprecatio est etiam recusatio & amolitio. Quintil. in Procem. lib. 1. 2. Sed qua ex causa faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis. Plin. lib. 28. cap. 2. 10. Etiā parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur. Hoc est certis verbis quæ vim habeant auertendi incendia ab ædibus.

¶ Deprecatio, Recusatio, & repulsio accusationis & petitionis. Cic. 2. de Inuentione. 136. Deprecatio est in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur.

Deprecabundus, (ἱκετεύων,) pro precante & petente donum. Tacitus, Vt Lateranus quasi subsidium rei familiaris oraret deprecabundus, & genibus principis accidens.

Deprehendo, deprehendis, deprehendi, deprehensum, (φαίνω, καταλαμβάνω,) deprehendere, & in carmine, deprendo, deprendis, deprendere. Est quod Barbari dicunt Capere in ipso factonta vt nec fugere, nec inficiari possit. vt Deprehendi in furto. Plaut. Asin. 11. 17. In furto vbi sis deprehensus. Cic. 5. Verr. 4. Qui quod in altero vitiū reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Idē 7. Verr. 87. Quasi esset in aliquo manifesto scelere deprehensus.

Deprehendi pro mœcho. Terent. Eunu. 5. 5. 18. Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia deprehendi quenquam?

Deprehendi cum aliqua muliere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 7. 5.

Apud aliquē aliquid deprehensum. Ci. 3. in Catil. 5. Qui paulo ante ali quid tñ de gladiis ac ficis, quæ apud ipsum erant deprehensæ, rūdisset.

Manifeste deprehendi. Cic. 3. in Catil. 5.

In adulterio deprehendi. Cic. 2. de Orat. 153.

¶ Deprehendere. Est per disputationem, seu inquisitionem, & inuestigationem inuenire. Horat. 2. Serm. Satyra. 7. – quid si me stultior ipso Quingentis empto drachmis deprehenderis? Plin. lib. 2. cap. 8. 7. Quā naturam eius Pythagoras Samius primus deprehendit. Idem lib. 12. cap. 9. 2. Sed deprehenduntur odore, colore, pondere, gustu. Idē, lib. 12. cap. 16. 3. Reliqua vitia deprehenduntur sapore.

Aliquid deprendere mente. Lucret. lib. 3. 176.
Nec memori tamen id quimus deprendere mente.

Manifesto deprehendere. Cic. in Orat. 127. Nec deprehendetur manifestò quid à nobis de industria fiat.

Animi tormenta in ægro deprendere. Iuuenal. Saty. 9. 2.

Arcanum alicuius deprehendere. Claud. de bello Getico. 21.

Facinora oculis deprehendere. Cic. pro Cælio. 10. Cuius ego facinora oculis prius quàm opinione, manibus antequam suspicione deprehendi.

Furta deprendere. Ouid. 3. Metam. 2.
– quis enim deprendere possit furta Iouis?

Venerem manifesto deprehendere. Cic. pro Cluent. 14.

Verum deprendere. Stat. 8. Thebaid. 21. – scit Iudicis vrna
Dictæi, verumque potest deprendere Minos.

¶ Deprehendere, pro comprehendere, vt Cursu feram deprehendere. Senec. Hercul. furent. 4. 4.

Deprehēdere tabellarios, & literas intercipere. Cic. Cassio, lib. 12. 12. 15.

Turbine rapido deprendi. Ouid. epist. 7. 13.
Finge age, te rapido (nullum sit in omne pondus)

Turbine deprendi, quid tibi mentis erit?

Deprensus vel Deprehensus, Participium, (φωραθεὶς,) Iuuenal. Saty. 9. 1.
Quid tibi cum vultu, qualem deprensus habebat
Rauola, dum Rhodopes vdā tenet inguina barba?

Deprehensus. Qui in summa difficultate stupet animo, & inopia consilii oppressus est. Quintil. lib. 10. Vt neque deprehensus orator, neque litigator destitutus esse videat. Curtius lib 5. Tūc hæsitabat deprehēsa fœlicitas, nec aliud remedium erat, qua reuerti qua venerat. Budæus.

¶ Deprehensus, Id est vt vulgò dicitur captus in ipso facto. Cicc. 2. de Finib. 92. Occultum facinus esse potuerit, gaudebit: deprehensus omnem pœnam contemnet.

Deprehensus cum veste muliebri. Cic. Lent. lib. 1. 7. 8. P. Clodium Appii filium te credo audisse cum veste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris, quum sacrificium pro populo fieret.

¶ Deprehensus, Cognitus. Plin. lib. 12. ca. 5. 1. Ibi & spina similis, sed deprehensa vel lucernis, igni protinus transiliente.

Ars deprensa. Ouid. 2. de Arte. 63.
Si latet ars, pro desit affert deprensa pudorem.

Scelus manifestum atque deprehensum. Cic. 3. in Catil. 56.

¶ Testis deprehensus, qui varians vulgò, titubansque dicitur. Quintil. lib. 5. cap. 7. Turbantur enim, & à patronis inducuntur in laqueū. Sed & plus deprehensi nocent, q̃ firmi & interriti profuissent.

Deprehensio, deprehensionis, Verbale, (κατάληψις,) Cic. pro Cluēt. 38. Denique omnis accusatio varie grauiterque tractata, ad extremū manifesta, veneni deprehensione conclusa.

DEPRETIO, depretias, depretiaui, depreciātum, depretiare, Ad minus pretium redigere. Paulus in L. Proinde. ff. Ad legem Aquil. Et eius ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata sunt.

Deprimo, deprimis, penul. corr. depressi, depressum, (κατακλίνω, πατασσω, κατατοξεύω,) deprimere, Deicere. Plin. lib. 1. cap. 38. 2. Terrena in cœlum tendentia deprimit syderum vis.

Fluctus deprimit carinam. Ouid. 14. Metam. 37.

Lanx in libra ponderibus impositis deprimitur. Cic. 4. Acad. 72.

Deprimere plantam, vel vitem in terram. Colum. lib. 11. ca. 3. 23. Et lib. de Arboribus, cap. 7. 1. Item Cato, capit. 32.

Deprimere naues. Vulgò dicunt, mittere in fundum. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 24. In eas impeditas impetum faciunt, celeriterque ambas deprimūt. Sic libro. 1. 219. Cic. 2. de Diuinatione. 30. Si enim fatum fuit classes Populi Romani bello Punico primo alteram naufragio, alteram à Pœnis depressam interire.

Extollere & Deprimere, contraria. Cic. Antequàm iret in exiliū. 1. Nam quem virtutis gloria cum summa laude ad cœlum extulit, eundem inimicorum inuidia dignissimè oppressum deprimit ad supplicium. Idē in Pisonem. 32. Tūne etiam atque adeò vos geminę voragines, scopulique Reip. vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis?

Deprimere & adaugere contraria. Author ad Heren. lib. 3. 93. In quibꝰ extranea causa cōficiet deliberationem, in his ea ipsa erit causa adaugenda, aut deprimenda.

Locum deprimere, pro Depressiorem facere. Vlpianus, Vt locus deprimatur pecoris appellendi gratia.

¶ Deprimunt me quæ porto. Plaur. Merc. 13. 9.
Et eodem accedit seruitus, sudor, sitis:
Simul hæc etiam quæ mecum porto, deprimunt.

¶ Deprimere, Præponderare. Cic. 5. de Finib. 157. Virtutis autē amplitudinem, quasi in altera libræ lāce ponere. Terram, mihi crede, ea lāx & maria deprimer. Budæus. Idem 5. Tuscul. 73.

Depressus, Participium, (πεπιεσμένος,) vt Depressum ad mentum supercilium. Cic. in Pisonem. 10. Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio.

Depressus & demersus. Vide DEMERGO.

Superata ac depressa classis. Cic. pro L. Manil. 14.

In altitudinem depressum saxum. Cic. 7. Verr. 55. Opus est ingens, magnā ficum, regum, ac tyrannorum: totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum operis penitus excito.

Depressus & oneratus auro. Author ad Heren. lib. 4. 229. Iste qui diuitias suas iactat, sicut Gallus è Phrygia, aut ariolus quispiā depressus & oneratus auro, clamat & delirat.

Aratrum depressum. Ouid. 15. Metam. 124.
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere,
Quantum depresso subiectis bubus aratro
Complecti posses ad finem lucis ab ortu.

Conualles depressæ. Virg. 3. Aeneid. 155.

Corpus depressum. Ouid. 3. Metam. 135.

Depressa onere suo nauis. Cic. 7. Verr. 51.

Victæ, communitæ, depressæque opes ciuitatis. Cic. 7. Verr. 77.

Depressa veritas. Cic. pro Cluent. 145. Hoc vno modo Iudices sæpe malorum improbitate depressa veritas emergit.

Depressa

Depressa & extincta virtus. Cic. 5. Verr. 7.

Depressus, nomen ex participio, (κατατομὸς,) vt Depressior locus. Colum. lib. 1. cap. 5. 8. Quum ex depressiore loco fuerint orta fundamenta. Idē lib. 2. cap. 4. 8. Modò in elatiora, modò in depressiora cliui obliquum agi sulcum oportebit.

Aqua depressior & altior, contraria Vlpianus in L. 1. §. Quod autem ait. ff. Ne quid in flumine publico, inue ripa eius fiat. Et generaliter dicendum est, ita demum interdicto quem teneri, si mutetur aquæ cursus, propter quod factum est: idem vel depressior, vel altior fiat aqua, ac propter hoc rapidior fit, cum incommodo accolentium.

Vox depressa & inclinatus sonus. Author ad Heren. lib. 3. 119. In conquestione vtemur voce depressa, inclinato sono, crebris interuallis, longis spatiis, magnis commutationibus.

Sedata & depressa vox. Author ad Heren. lib. 3. 113.

Deprōmo, deprōmis, pen. prod. depromsi, depromptum, (προφέρω, προκομίζω, προπαρέχω, προτείνω,) deprōmere. Idē quod promere. Plaut. Trucul. 13. 7. – vt bubus Glandē prandio depromerem. Idem Trinum. 13. 99. Calliclis ad villam ibebant serui depromptum cibum. Idem Amphit. 4. 4. Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum?

Benignius depromere merum. Horat. 1. Carm. ode 9. 2.

Vinum depromere cellis. Horat. 1. Carm. ode. 37. 1.
Antehac nefas depromere Cæcubum
Cellis auitis.

Ex arca pecunia, ex virtute opera depromitur. Cic. 2. Offic. 75. de beneficentia ac liberalitate quæ pecunia, & opera exercetur.

Sagittam deprōmere. Virg. 11. Aeneid. 792.
Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit.

Deprōmere scientiam iuris à peritis, vel de libris. Cic. 1. de Oratore. 131. Iuris vtilitas ad quamque causam quamuis repentè vel à peritis, vel de libris deprōmi potest.

De iure ciuili deprōmere aliquid. Cic. 1. de Orat. 126.

Deprōmere argumenta à locis quasi thesauris. Cic. 4. de Fin. 16.

Deprōmere ex sensu suo. Cic. in Parad. 6.

Ex intima alicuius arte deprōmere mirificum genus commendationis. Cic. Valerio, lib. 13. 6. 7.

Deprōmere verba. Cic. 5. Ver. 131. Iam hoc cæde, concidemne verba do mo patroni, deprōmere videtur ad omne genus nequitiæ accōmodata?

Ex intimo artificio verba grauissima deprōmere. Cic. pro Cluētio. 10. 45.

Deprōmptus, Participium, (προσκεκριμένος,) Cic. 1. de Orat. 174. Ita & momenti aliquid afferent, quum erunt penè ex intima defensione deprōmptæ, & apparebit ea, &c.

Maledicta deprompta ex recordatione impudicitiæ & stuprorum alicuius, conuicere in eum. Cic. 3. Philip. 133.

Deprōmpta ex ærario pecunia. Cic. pro Lege Manil. 16.

Depropero, deprōperas, pen. corr. (κατασπεύδω,) deprōperare, Valde properare. Plaut. Pœnulo. 4. 90. Deproperant sedulò sacrificare. Idem Casina. 16. 16. Citò introite, & citò deproperate. Horatius 3. Carm. ode 7. 5. – quis vdo
Deproperare apio coronas
Curtis e myrto? id est festinanter afferre. Acron.

Depso, depsis, depsui, depsitum, pen. corr. (δέπω,) depsere. Subigendo manibus aliquid molle & teneram reddere. A Græco verbo δέπω venit, quod est coquo vel mollio, teste Nonio. Cato cap. 76. 1. Deinde manibus depsito vbi bene subactum erit, farinæ libras quatuor paulatim addito. De placēta loquitur. Ibidem, Vbi depsueris, panno oleo vncto tangito. Idem cap. 90. Id vbi excoxeris depsito bene, oleo manum vngito, primùm pusillum, postea magis depsito, oleo tangito, depsitoque dum poteris facere turūdas. Varro Mysteriis, Sed tibi fortasse alius mollit & depsit. Obsoletum

Depsiticus, Adiectiuum, (δεπτικὸς,) vt Depsiticus panis. Cato cap. 74. Panem depsiticum sic facito, manus, mortariumque bene lauato, farinā in mortarium indito, aquæ paulatim addito, subigitoque pulchrè. vbi bene subegeris, defingito, coquitoque sub testu. Castigatiora exemplaria habent Panem depsitium.

Depuber, vel depubis, (ἀνήβος,) dicitur is qui ad pubertatis annos non potuit peruenire. Hinc depubem porcum (inquit Festus) lactentem, qui prohibitus sit pubes fieri.

Dēpudet, pen. corr. depuduit, (αἰσχύνομαι,) Pudorem abiecit. Ouid. epist. 4. 32. Depudnit, profugusque pudor, sua signa reliquit. Senec. de Tranquil. vitæ. Si duritia oris ille hoc potuit, qui assiduis comitiis depudere didicerat.

Depudico, depudicas, pœnul. prod. (ἀκοσμέω,) depudicare, pro Stuprare, vius est Laberius in Mimis, teste Gellio, li. 16. cap. 7. in principio. Obsoletum.

Depūgno, depūgnas. pen. prod. (κατακόπτω,) depugnare. Idē quod pugnare.

Depugnauit Græcia apud Salamina. Plin. lib. 2. ca. 25. 2. Cic. de Senectute. 28. Depugnauit apud Thermopylas. Idem pro Cecinna. 35. Nō erit

cur depugnare quisquam posthac possessionis causa velit.

Peregre depugnare. Vide PEREGRE.

Depugna potius quàm seruias. Cic. Attī. lib. 7. 12. 7.

Collatis signis depugnare. Plaut. Casina. 7. 45.

Ferris gladiis depugnare. Plaut. Casina. 7. 73. Item, Depugnare classe. Plin. lib. 7. cap. 56. 14.

Depugnauit cum Gallo apud Anienem prouocatus, voluptatis causa. Cicero. 2. de Finib. 116. Liu. lib. 7. Depugnatum haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis, &c.

Depugnare ferro. Cic. 2. Tusc. 72.

Depugnant inter se ferro. Hirtius. 5. bel. Africani. 375.

Depugnare cum animo suo. Plaut. Trinum. 6. 24.
Qui homo cum animo inde ab incunte ætate depugnat suo, Vtrum id itane esse mauelit, vt cum animus æquom censeat, An ita potius, vt pareteis cum esse, & cognati velint?

Depugnat voluptas cum honestate. Cic. 4. Acad. 253. Vnū igitur par quē depugnet, reliquum est, voluptas cum honestate. Plin. lib. 21. cap. 8. Patria nunc componuntur, & natura atque luxuria depugnant.

Depugnatur, Impersonale, (κατακόπτομαι,) Pli. lib. 12. ca. 1. 2. Depugnat mensā secundā causa cum feris. Cic. ad Att. lib. 16. 336. 8. Calēdis Ian. erit fortasse præsidio: aut quidem ante depugnabitur.

Depugnatus, Participium, (κατακεκομμένος,) à Depugnor vt Depugnatum prælium. Plautus Menæch. 21. 23. Sed metuo ne ferò veniam, depugnato prælio.

Depurgo, depurgas, (καθαίρω,) depurgare, Mundare, & nitidū facere. Cato, cap. 111. 2. Et siqua acina corrupta erūt, depurgato. Colum. lib. 12. cap. 9. 1. Caules lactucæ ab imo depurgatos eatenus, qua tenera folia videbuntur, in aloeo salire oportet.

Depurgare locum aliquem ab herba. Cato, cap. 151. 2. Terram cum stercore bene commisceto, depurgato ab herba, graminibusque.

Depurgare pisces. Plaut. Stich. 6. 35.
Alii pisces depurgare, quos piscator attulit.

Depurgare crimina. Liu. 9. bel. Maced. 141. Pilium mittere Romā simul ad depurganda crimina, simul ad deprecandam iram Senatus, statuit. Alii codices habent purganda.

Dēputo, deputas, pen. corr. (πεποιθέω,) deputare, verbum rusticum & agricolis proprium, velut amputare & resecare. Colum. lib. 11. cap. 2. 15. Salicta facere vel deputare, truncare ac fodere. Cato, cap. 50. Vbi vineam deputaueris, acervum lignorum, virgarumque facito.

Falx deputat vmbras. Ouid. de Nuce. 13. Non mihi falx nimias Saturni deputat vmbras. Id est ramos vmbram facientes.

¶ Deputare, (κατανοέω,) Per translationem est Censere, existimare, iudicare. Plaut. Pseud. 2. 19. Satis id dictum vobis puto iam atque deputo. Idem Trinum. 11. 14. – vide si hoc vtibile magis, Atqui in rem deputas. Idem Amphit. 4. 1. Nec quicquam sit, qui non me omnes esse dignum deputent. Cic. 1. de Diuinat. 21.
Proin vide ne quem tu esse heberem deputes æquè ac pecus,
Is sapientia munitum pectus egregium gerat, Teque regno expellat.

Deputat se indignum. Terent. Hecy. 3. 5. 27.

Deputare se dignum quouis malo. Terent. Heaut. 1. 1. 8. Malo equidem me dignum quouis deputem, si id faciam. Cic. 3. Tusc. 110. Malo se dignum deputat, nisi miser sit.

Deputare alicuius operam parui pretii. Terent. Hecy. 5. 3. 1.

Aedepol næ meam herus esse operam deputat parui pretii. Vbi Donatus Deputat parui pretii, quia sic sedulæ abutitur. Deputat parui eam, q̃ deputat eam in re nullius pretii consumendam.

Deputare in lucro. Terēt. Phorm. 2. 1. 16. Quicquid præter spē euenit, oē id deputare esse in lucro. Hunc versum citat Cic. lib. 3. Tusc. 55.

Deputare secum rationes. Terent. Adel. 2. 1. 54. Sed nemo dabit, frustra egomet mecum has rationes deputo.

Dequeror, pe. cor. dequereris, dequestus sum, (κατακλίνομαι,) dequeri, Idem quod queror. Valer. 5. Argon. 9.
– & gemiseræ dōnum exitiale coronæ
Adparat, antè omnes secum dequesta labores. Stat. 1. Thebaid. 81.
– eadem sub nocte sopora
Lustra terit, similesque Notos dequestus, & imbres, &c.

Derādo, derādis, pen. prod. derāsi, derāsum, (ἀπεξέω,) deradere. Plin. lib. 34. ca. 11. 4. Nanq; & è lapide ex quo coquitur æs, deraditur. Cato, cap. 111. De virga lauri deradito. Celsus lib. 5. Sed ne illa quidem negligeda vbi integra cute interior pars collisa est, aut vbi derasum quid, attritúmve est. Idem. Deraso verò, detritoque imponendum est emplastrum tetrapharmacum.

DERBICES, populi sunt iuxta Caucasum montem, hi supra Stoicam seueritatem minimum quodque delictum pœna capitis puniunt: terram venerantur: fœtissimum animal neque edunt, neque sacrificantes qui LXX annos excesserunt iugulāt, cognatorū carnes vorant, anus strangulant, deinde sepeliunt: citra septuagesimum annum obeuntes non edunt, sed humant, vt lib. 2. Strabo scribit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DERCH, Pontes est frigidissimus æstate inter Bilbilim, & Sepobrigam in ripa ferè Salonis amnis.

DERCETO, pen. corr. Dercetus, vt Sappho Sapphus, Nomen cuiusdã Deæ, de qua Diodorus, lib. 3. Iuxta Ascalonem lacus est, vbi templum insignis Deæ quam Syri vocãt Δήρκετο, mulebri specie: reliquum verò corpus figura pisces, cuius filia Semiramis, à colũbis educata fit. De hac Plin. lib. 5. cap. 13. & 23. vbi dicit eam alio nomine Atargaten dici. Idem dicit Strabo lib. 15. ad finem. Vide ATERGATIS.

Derelinquo, derelinquis, dereliqui, pen. prod. derelictum, (κατάλειπω, καταλοιπα, ὑπολειπω,) derelinquere, Notæ significationes. Cic. pro Cœcina. 24. Derelinquo iam communem causam, Pop. Romani ius in vestra fide ac religione depono.

Deserere & derelinquere. Cic. 5. Verr. 100. Permulti locupletes homines, magni & naui aratores agros latos & fertiles desererent, totaque arationes derelinquerent.

Animum in graui derelinquere cœno. Catul. epig. 17. 5.

Derelictus, Participium, (κατάλειφθείς,) Plin. lib. 10. ca. 60. 3. Vrina fiúr eua derelicta incubatione.

Pro derelicto habere rem aliquem. Cic. ad Atticum, Hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere. Iabolenus de Stipul. seruorem, L. Quod seruus stipulatus est, Quem dominus pro derelicto habebat, nullius est momentiquia qui pro derelicto rem habet, omnimodo à se relicit.

Derelictus ab omni spe. Cic. in Catil. 18. Nactus est ex perditis, atque ab omni non modò fortuna, verumetiam spe derelictis conflatam improborem manum.

Incultum & derelictum solum. Cic. de Claris Orat. 8.

Derelicta & Celebris regio, contraria. Author ad Heren. lib. 3. 125. Item commodius est in derelicta, quàm in celebri regione locos cõparare.

Derelictus, humi derelictus, (ὑπολελειμμένος,) Ipse derelinquendi actus. Gellius lib. 14. cap. 12. Siquis agrum suum passus fuerat sordescere, eumq; indiligenter curabat, ac neque arauerat, neque purgauerat: siue quis arborem suam vineamque habuerat derelictui, nomen id sine pœna fuit.

Derelictio, Verbale, (κατάλειψις,) Cic. 3. Offic. 38. Sed communis vtilitatis derelictio contra naturam est: est enim iniusta.

Derepente, (ἐξαίφνης,) Vna est dictio: quia (vt ait Donat⁹) adverbiis prepositionẽ separatim nõ addimus. Terẽ. Hecy. 4. 1. 3. Ita corripuit de repente: tacitus sese ad filia. Et paulò pòst, Nam si is posset ab ea sese de repente auellere. Cic. pro Qu. Liga no. 8. Si quum hoc dom facere mus, quod & fecimus, & vt spero, non frustra fecimus, tu de repente irrupisses, & clamare cœpisses.

Rapere de repente. Cic. 1. de Diuinat. 115. Sed quid oculis rapere visa est de repente ardentibus? Ex quodam poeta antiquo.

DEREPO, derẽpis, pen. prod. Cõpositũ ex De & Repo. Plin. lib. 8. cap. 36. 5. Ingrediuntur & bipedes. Arborem auersi derepunt. De vrsis.

Derideo, derides, pen. prod. (κατα γελῶ, παραμειδιῶ, ὑπομυκτηρίζω, ὑπερφρονῶ,) Donatus, Ridet qui simpliciter ridet. Derider qui cum alterius irrisione & contemptu ridet. Plaut. Aulol. Neque ædepol ego te derisum venio, neque derideo. Cic. 7. Verr. 81. Derisum credo esse hominem amantẽ à suis cõsiliariis. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 8. Derident stolidi verba latina Getæ.

Deridere atque contemnere. Cic. 3. de Orat. 30.

Quare omnes istos me authore deridete atque contemnite.

Deridere & ludere. Cic. pro Flacco. 59. Pergamenite deriserunt. quid tu studi te non intelligebas?

Deridere, & Arridere, contraria. Cic. de Opt. gen. Orat. 146. Satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, esset idipsum Atticorum.

Derisus, pen. prod. Participium, (κατεγελασθείς,) vt Derisum atque contemptum beneficium. Cic. 5. Verr. 185.

Derisus, huius derisus, pen. pro. (κατάμειδίαμα,) Ipse deridẽdi actus. Quintil. lib. 6. cap. 4. A derisu non procul abest risus.

Lenis derisus. Quintil. lib. 6. cap. 2. 13.

Derisor, pen. prod. huius derisoris, (κατεγελαστής,) Plin. lib. 11. ca. 52. 3. Supercilia quibus iuxta tempora inflexa, derisores significant.

Ad omnes derisor. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 11.

–semper eris derisor ad omnes.

Derisiculũ, pe. corr. (κατάμειδίκισις,) Irrisio. Plaut. Pseud. 18. 7. Quàm mihi illum verba per derisiculum dare. Lucret. lib. 3. 156.

–derisiculum esse videtur.

Corporis derisiculum. Tacit. lib. 12. Ignauia animi, & derisiculo corporis iuxta despiciendus.

Derisiculo esse. Taci. li. 3. Derisiculo fuit senex fœdissimæ adulationis.

Per derisiculum audiri. Tacit. lib. 1. Togonius Gallus, dũ ignobilitatem suam magnis nominibus inserit, per derisiculum auditur.

Derisiculum est. Liu. 9. bel. Maced. 100. Nam quæ sibi crimina obiician tur de insidiis legatorum, & maritimis portubus frequentatis, aut desertis, alterum derisiculum esse, se reddere rationem quos portus mercatores aut nautici petant. Varro. 1. de Re rust. 18. 5. Sequẽ vt duos villicos & duas villicas habere debeat: quod est derisiculum.

Derisiculus, Adiectiuum, (καταγέλαστος,) vt Derisicula vanitas, apud Gellium, lib. 10. cap. 12.

Deripio, deripis, pen. corr. deripui, dereptum, (καταρπάζω,) deripere, Idẽ quod diripere. Plaut. Menæch. 17. 109. Sed quis hio est qui capillo me hue de curru deripit?

Deripere velamina. Ouid. 6. Metam. 113.

◖Deripere, in bonum quandoque accipitur. Virg. 2. Georg.

–tu spisso vimine qualos,
Colaque prælorum fumosis deripe tectis,

Deriuo, deriuas, pen. prod. (παράγω, παροχετεύω,) deriuare, alio de ruo deducere.

Ab aliquo aquam deriuare. Plaut. Truc. 11. 11.

Quasi de fluuio qui aquam deriuat sibi, nisi deriuetur tamen, Omnis aqua abeat in mare. Colum. lib. 2. cap. 8. 1. Et omnem humorem in colliquias, atque in dextra segetes derimemus. Plin. lib. 7. cap. 28. 4.

Deriuare aquam, Sulco deducere. Festus.

◖Ex fontibus deriuata. Quintil. lib. 2. cap. 17. 26.

Hoc fonte deriuata clades. Horat. 3. Carm. ode. 6. 4. de adulteriis loquẽs.

◖Deriuare per translationem. vt Deriuare iram alicuius in se. Terent. Phorm. 2. 2. 9. Atque in me omnem iram deriuem sensi?

Deriuare crimen. Cic. pro Milone. 21. Peccauit id serui Milonis (dicam enim non deriuandi criminis causa, sed vt factum est) neque imperante, neque sciente, neque præsente domino, quod suos quisque seruos in tali re facere voluisset.

Deriuatio (unquit Donatus) dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet.

Deriuare suam culpam in aliquẽ. Cic. 4. Verr. 36. Quid est quamobrẽ pi tes te tuã culpã non modò deriuare in aliquẽ, sed communicare cum aliquo posse? Idem Attico, lib. 4. 7. 3. Habebat ille quidem difficilem manifestamque causam, sed tamen causam id poterat inficiari, poterat in alios deriuare, poterat etiam aliquid iure factum defendere.

Deriuata expectatio. Cic. ad Att. lib. 2. 31. 2. Ois expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum videtur esse deriuata: qui ager vt dena iugera fiat, non amplius hominum quinque milia potest sustinere.

Deriuare responsionem alió. Cic. 3. Verr. 98. Quoad potuit, alió responsionem suam deriuauit.

Deriuare partem curæ & cogitationis in rem aliquã. Cic. 11. Philip. 306. Tamen rerum natura cogit te necessario referre animum aliquãdo ad Dolabellam persequendum, & partem aliquã in Asiam & Syriam deriuare curæ & cogitationis tuæ.

◖Deriuo pro Auerto, interuerto. Cic. 5. Tusc. 102. Transeat idem ille sapiens ad Rempub. tuendam, quid eo possit esse præstantius, qui cõderiuet, reliquis vtatur tot, tamque variis virtutibus? Budæus.

Deriuatio, Verbale, (παραγωγή,) Cic. 2. Offi. 18. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Liu. 5. ab Vrbe. 73. ✻ Et Quintil. libro. 1. Vtendum proxima derivatione verborum.

Derôdo, derôdis, pen. prod. derôsi, derôsum, (κατατρώγω, κατεσθίω,) derodere, idem quod rodere. Plin. lib. 11. cap. 37. 37. Et cochleæ dentes habent: multicio est à minutis earum derosa vitis.

Derosio flore ederæ. Plin. lib. 12. cap. 17. 3. Et Cic. 1. de Diuinat. 161. A muribus esse derosos.

Derogo, derogas, pen. cor. (ἀπομοιρῶ, κατακύρω, ἀποκατακύρω, ἀποκαταλύω,) derogare, Quũ quid ex lege veteri, quo minus fiat, sanciture lege noua, inquit Festus. Vide ARROGO. Cic. ad Atticum, lib. 3. 6. 5. Siquid in hac rogatione scriptũ est, quod legi plebisve scita, s. c. hoc est, quod per legem Clodiã promulgate, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non licerat, nõ licuerit, &c.

De lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliquid ex parte cõmutari indignus esse, quum populo cognoscendi, & probandi, aut improbandi potestas nulla fiat. Cic. 1. de Inuent. 221.

Ex æquitate aliquid derogare. Cic. 1. de Inuent. 223. Nam summa impudentia est, cum qui contra quod scriptum sit, aliquid probare velit, nõ æquitatis præsidio id facere conari. Si quid igitur ex hac ipsa quippiam accusator deroget, omnibus partibus iustius & probabilius accusare videatur.

Derogare de magnificentia alicuius, Id est detrahere, authore Festo. Cicero. 2. de Inuent. 251. Quare aut de magnificentia, aut de honestate quiddam derogetur.

Derogare aliquid ex lege fatorũ. Senec. in præf. lib. 1. Nat. quæst. Liceat illi hodieque decernere, & ex lege fatorum aliquid derogare.

Sibi derogare. Cic. pro Rosc. Amer. 54. Non enim mihi tantũ derogo (tametsi nihil arrogo) vt te copiosius, quàm me putem posse dicere.

Derogare de fide testium aduersarii. Cic. pro Cœcina. 2.

Derogare fidem alicui. Cic. pro Flacco. 6. Nõ quo nationi huic ego vnus maximè fidẽ derogem. Sic Plin. lib. 28. cap. 2. 10. Liu. 7. ab Vrbe. 172. Cic. pro Fonteio. 12. Et. 2. de Diuinat. 228. Vt mihi mirum videatur, quum mendacihomini, ne verum quidem dicenti credere soleamus, quomodo

quomodo isti si somnium verum exsit aliquod, non ex multis potius vni fidem derogant, quàm ex vno innumerabilia confirmant.

Gratiam derogare alicui. Plin. lib. 7. cap. 28. 4. M. Sergio, vt quidem arbitror, nemo quenquam hominum iure prætulerit: licet pronepos Catilinæ gratiam nomini derogarit.

In commune nihil derogent. Tacit. lib. 13.

Derógito, derógitas, pen. corr. (ἀπομισθῶ μαι,) derogitare, frequẽtatiuũ. Plaut. Asin. 7. 60. Placidè ergo vnumquodque derogita, vt acquiescã.

Derogatio, Verbale, (ἀπομίσθωσις,) Author ad Herennium, li. 2. 47. Quum duæ leges inter se discrepant, videndum est primùm num quæ abrogatio aut derogatio sit.

DERTONA, (Δέρτωνα,) Taurinorũ vrbs Ptolemæo hodie Tortona.

Derumpo, derumpis, derupi, pen. prod. deruptum, (κατατρήγνυμι, κατατρήσσω,) derumpere, Idem quod dirumpere à quo

Deruptus, (κατερρωγώς,) Participium, siue nomen ex participio.

Collis arduus & deruptus. Tacit. lib. 2. hoc est abruptus, siue præruptus.

Rupes deruptæ. Tacit. lib. 9. Et pars maxima inermes per inuia & rupes deruptas præcipitantes fugerant. Vbique tamen legitur diruptas.

Tumulus altior, deruptiorque. Liuius lib. 8. Decad. 4. In altiorem deruptio remque vndique tumulum concessere. Aliàs legitur diruptiorem, sed prior lectio est castior.

◖Deruptum pro præcipitio. vt Multi pauore in derupta præcipitati. Liui. lib. 8. Decad. 4.

Dimisso equo p derupta, & auia, sequenteis frustratus est. Tacit. lib. 4.

Per auia ac derupta. Tacit. lib. 5.

Deruncino, deruncinas, pen. al. corr. (ἐκβοτρολίζω,) deruncinare, Dissecare & dissipare. Tractum à runcinis, quæ materiores ferræ dicuntur, quibus fabri lignarii maiora ligna secant. Plaut. Mil. 16. 6. Vt lapide deruncinauit militem.

Deruo, derois, derui, dérutum. pen. corr. (κατατίπτω,) deruere, Deiorsum ruere. Apul. Prolapsus deruissem.

Deruere de laudibus, (κατεβάλλειν,) Pro detrahere. Cic. ad Atticum, li. 16. 3. 3. Ita libenter ea corrigam, quæ à te animaduersa sunt, eodem iure quo Rubriana potius quàm quo Scipionis: & de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Désacro, dis sacras, pen. corr. (κατιερόω,) desacrare. Idẽ quod sacra re vel cõsecrare. vt Desecrare aliquid Triuiæ, apud Statium 9. Theb. 118.

Nota per Arcadas fœlici robore syluas
Quercus erat, Triuiæ quam desacrauerat ipsa
Etectum turba nemorum, numenque colendum Fecerat.

Desæuio, desæuis, desæui, desæuitum, (ὀργιλίομαι, κατασκήπτω,) desæuire, Desinere sæuire. Lucanus lib. 5.

–nec dum desæuiat ira, Expectat.

Dum pelago desæuit hyems. Virg. 4. Aeneid. 11.

◖Desæuire, Valde sæuire. Col. lib. 6. ca. 2. de bubus domãdis. Patere vnũ diem noctẽque desæuiant. Id est petulanter agãt. Tranquil. in Nerone. ca. 29. Virorum quæ ac fœminarũ ad stipem deligatorũ inguina ore inuaderet: & quũ affatim desæuisset, cõficeretur à Doryphoro liberto.

In omnes desæuit. Claud. 1. in Eutrop. 37.

Sanguine plebeio desæuire, Sæuire in plebem. Stat. lib. 12. 148.

Desalto, desaltas, (ὀρχίομαι,) desaltare, Saltationẽ peragere. Sueto & scabellorum crepitu cum palla, tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit.

Descendo, descendis, descendi, descensum, (κατεμβαίνω, κατέρχομαι,) descendere, Proprie significat è loco superiore in inferiorem venire.

Descendere ex alto ad summum. Plaut. Mil. 16. 14.

Descendere de castello. Cic. pro Cecinna. 15. Et in Vatinium, 20.

Descendisseque de rostris. Varro. 1. de Re rust. cap. 54. 1.

Descenderunt ex oculis lachrymæ. Plaut. Merc. 12. 4.

Descendimus ad nostras nauiculas. Cic. 4. Acad. 266. Vide NAVIS.

Descendere ad forum. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 3.

Descẽdere equo, & ex equo. Liu. 2. ab Vrbe. 87. Tũ ad equos Dictator aduolat, obtestãs vt fesso iam pedite descẽdãt ex equis. Idẽ 3. bel. Pun. 50. Cic. de Sene. 30. Quũ ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere: quũ equo, ex equo nõ descendere. De Masinissa loquitur.

Descendere in Cic. 2. Tusc. 14. Post meridiem in Academiam descendimus. Sic Descendere in rostra. Cic. 3. Offic. 105.

Descendere in altum, & alte, dicuntur radices. Colu. lib. 11. cap. 3. 51. Subiacens soli duritia, non patitur in altum descẽdere. Plin. li. 15. ca. 31. 3. Quidam non altius descendere radices, quàm solis calor tepefaciat.

In mare descendit Tybris. Lucan. lib. 6. 16.

Descendere prædatum in agros. Liu. 3. ab Vrbe. 136.

Descendunt in plana eorylus, cornus, &c. Id est crescunt in planis locis. Plinius lib. 16. cap. 18. 2.

Descendere radice dicuntur arbores. Plin. lib. 16. cap. 31. 2. Aesculus quãtum corpore eminet, tantum radice descendit.

Descendit è vicino. Plin. lib. 37. cap. 9. 7. Multum ab ea distat hyacinthos tamen è vicino descendens.

Gradibus descendere. Cic. 3. de Orat. 226. Est itẽ cõtrà quiddã in remissione grauissimum, quoqu tanquã sonorum gradibus descenditur.

◖Descendit rimis ingentibus theatrum. Plin. epist. 256. Ingẽtibus enim rimis descendit & hiat: siue in causa solum humidum & molle, siue lapis ipse gracilis & putris.

◖Concedere alteri, & ad conditionem alterius descendere. Cic. 2. de Inuent. 151. Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descẽdere, & in pãtia quiescere, atqi aliud tẽpus expectare oportebit.

Descendere paratus ad omnia. Cæs. 4. bel. Ciuil. 40. Sed tamen ad omnia se descendere paratum, atque pati Reip. causa.

Descendo, absolute. Cic. 4. Verr. 128. Negas esse factum? placet mihi ista defensio. descendo, æqua enim conditio, equumque certamen proponitur. Id est aquiesco.

◖Descendere ad accusandum. Cic. pro Cluent. 6. Ex quo intelligi possit debuisse Cluentium magnopere cauẽ cõsidere, quòd certissimis criminibus & testibus fretus ad accusandum descenderit.

Ad accusationem descendere. Cic. pro Cœlio. 1.

In aciem descendere. Vide ACIES.

Descendere in æquum, in planitiem, in aciem, in certamen. Idem significant. Valla, Descendo in prælium, descendo in forum, descendo in eã pum dicimus: non quia de loco superiore in inferiorem descendimus, sed quia de loco tuto in locum de periculis: opinor quòd qui in loco celsiore se tenet, pugnam detrectare existimatur: quem quum reliquit, & in locum æquum venit, atque descendit, mentem le pugnandi habere declarat. Ideoque non ferè dicitur in forum descẽdere, nisi qui pugnandi & defendendæ litis causa venit in forum, non rerum venalium coemptor ac negotiator. Et in campum descendere non nisi qui litis, dignitatisve causa (sicut in campo Martio fiebat) certaturus vadit. Nec in prælium pugnãmve descendere, quod in loca inferiora descendat. Non enim locus est pugna, & prælium, quũ nihil intersit qualis locus sit, planus, an montuosus, in quem se confert qui in pugnam descendere dicitur. vt apud Virgilium. 11. Aeneid. 90. (satis autẽ erit in re perspicua vnum exemplum protulisse.)

Instructos acie Tyberino à flumine Teucros,
Tyrrhenamque manum totis descendere campis. Hactenus Valla libro. 5. Liuius. 7. ab Vrbe. 63. Primò credere duces Gallorum descensuros in æquum Romanos. Idem. 132. Descendunt inde quadrato agmine in campum. Liuius. 10. bel. Pun. 31. Quarto die in aciem vtrinque descensum est. Ibidem, lib. 3. 187. Postremo in aciem descẽsum. Cicero. 1. Tusc. 102. Nullum ab iis qui in id certamen descendant, deuitari dolorem?

Aluus descendit. Celsi. lib. 1. cap. 7. Vbi pluribus diebus non descendit aluus, docet aut subitam deiectionem, aut febriculam instare.

In amicitiam descendere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 31. In amicitiam autem, quæ similes iungit, non descendam.

In aures descendere. Horat. in Arte. 78. Siquid tamen olim Scripseris, in Metii descendat iudicis aures.

Descendere ad extremum auxilium. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 30. Quum essent infirmi ad resistendum, propter paucitatem hominum, crebris confecti vulneribus, ad extremum auxilium descenderunt, seruosque omnes puberes liberauerunt.

Ad nouissima auxilia descendere. Brutus Ciceroni, Si pessimus casus fuerit ad nouissima auxilia descendemus. Ex Budæo.

In campum descendere. Horat. 3. Carm. ode. 3. 3.

–hic generosior Descendat in campum petitor.

Descendere in causam. Cic. ad Att. lib. 8. 145. 4. Quo minus mitère si inuitus in eam causam descendo, in qua neque pacis, neque victoriæ ratio quæsita vnquam est. Per translationem de Partibus Pompeianis loquẽs. Idem 5. Philipp. 237. Si enim belli nomen tollitur, municipiorum studia tolluntur: consensus Pop. Romani, qui iam descendit in causam, si nos langueſcimus, debilitetur necesse est. Liu. 6. bel. Maced. 26. Si semel in causam descenderit, nihil integrum futurum est.

Cibus celeriter descendit. Celsus lib. 1. cap. 6. Quem verò frequenter ita aluus exerceat, huic opus est pila, similibusque partes superiores exercere, dum iejunus est ambulare, vitare nimium solis ardorem, cõtinua balnea, vngui intra sudorem, non vti variis cibis, minimeque virolétis aut leguminibus, oleribúsve his quæ celeriter descendunt; omnia denique fugere oportet quæ tarde concoquuntur.

Ad conditionem alicuius descendere. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 8. 32. Alterutrã ad conditionẽ descendere vult Cæsar, vt aut, &c. aut, &c.

Descendere ad extremum consilium. Cæsar. 5. bel. Gall. 113. Postremò quis hoc sibi persuaderet sine certa re Ambiorigem ad extremum consilium descendisse?

Descendere ad curas alterius. Plinius, Epist. 248. Salua magnitudine tua, descendas oportet ad meas curas, quum ius mihi dederis referendi ad te de quibus iudico.

In dimicationem vitæ descendere. Author ad Heren. lib. 4. 116.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad extrema descendere. Pollio Ciceroni, lib. 10. 33. 13. Si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema: & non modò nationes, sed etiam seruitia concitaturum.
Fabula descendit in gentes. Propert. lib. 3. eleg. 5. 9.
An ficta in miseros descendit fabula gentes,
Et timor aut vltra quàm rogus esse potest?
Ferrum descendit in ilia. Ouid. 3. Metam. 14.
Ad inimicitias descendere. Cic. pro Murena. 51.
In iugulum ense descendere. Claud. de bello Getico. 121.
Altius haud vnquam toto descendimus ense
In iugulum Scythiæ.
Descendere obuiam alicui. Cic. 2. Philipp. 104.
Ad iuris ciuilis peritiam studiosè descendere. Cic. 1. de Orat. 131.
Descendere in ora familiaritatis officia. Plin. in Paneg. 140. Descēdis in omnia familiaritatis officia, & in amicum ex imperatore submitteris.
In partes descendere. Tacit. lib. 15. Igitur vbi coniuratis præfectum quoque Prætorii in partes descendisse, crebro ipsius sermone facta fides, promptius, & cætera.
Descendit pestis, Id est incendium, Seruius. Virg. 5. Aeneid. 136.
Ad preces descēdere dicitur, qui quum poscere aliquid posset & pro suo iure imperare, tamen ita se demittit, vt malit illud exorare, & inferiori supplex esse. Senec. Hippol. 5. 16.
Ad pugnas descendere. Valer. 5. Argon. 104.
Descendere in sese, Id est considerare seipsum. Persius Saty. 4. Vt nemo in sese tentat descendere. Quod alia dicendi formula Secum habitare dicitur.
Vulnus descendit magno hiatu. Stat. 12. Thebaid. 68.
Lapsu molli descendunt Zephyri. Valer. 1. Argon. 138.
¶ Descendit ad hyacinthum hæc gemma. Plin. lib. 37. cap. 9. 5. Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Et paulo pòst, Quintum ad vicinam crystalli descendit.
Ad minora descendere. Quintil. lib. 2. cap. 3. 3.
Descendens, Participium, (κατιχέμενος,) Cic. pro Plancio. 27. Consuli P. Naficæ præco Granius medio in foro, quum ille edicto iustitio domum descendens rogasset Granium, &c.
Descensus, huius descensus, (κάθοδος,) Virg. 6. Aeneid. 25. Facilis descensus Auerni, id est ad auernum. Plin. lib. 16. cap. 26. 6. Ipso descensu lotus spelunceæ.
Descensio, Verbale, Idem, (κατάβασις,) Plin. lib. 20. cap. 17. 4. Item ad scabiem, pruriginem, psoras, in descensione balnearum. Plin. epist. 103. g. lib. 5. In hac tres descensiones: duæ in sole: tertia à sole.
Descensiones facere. Liu. 9. bel. Pun. 141. Præter prædatorias classes, quibus descensiones in agros maritimos factæ erant. Hoc est quibus in agris maritimis descenderant. Ibidem, lib. 2. 135. Prius quàm in continentem descensiones facerent.

Descisco, descisci, desciui, descitum, pen. prod. (ἀφίσταμαι,) descisci, Ex de & scisco compositum, Est ab imperio se, duce tuque alterius subtrahere. vt milites à duce, populi à domino, discipuli ab opinione magistri, quem prius sequebantur, præsertim ad alterios vel imperium vel sententiam se transferentes. Hæc Valla lib. 5. Liu. 2. ab Vrbe. Prænestè à Latinis ad Romanos descisuit. Idem 4. bel. Pun. 205. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 132.
Ab excitata fortuna ad inclinatam & prope iacētem descisscere. Cic. Curioni, lib. 2. 15. 3.
Descisscere à consuetudine parentum. Plin. epist. 64. a. Sic descisscere ab antiqua institutione. Cic. 4. de Finib. 31.
Descisscere à natura. Cic. 3. Tuscul. 5.
Descisscere ab opinione alterius. Gellius, Eam rem Cæcilium non inconsyderate dixisse, neque temere à Menandro, atq; à multorum opinionibus descisisse.
Descisscere à Rep. Cic. pro Rabirio. 17.
Descisscere à se. Cic. ad Att. lib. 2. 19. 3. Neq; vnquā mihi veniet in mentem, Crasso inuidere: neq; pœnitere q̄ à me ipse non discesserim.
Descisscere ab societate. Liu. 6. ab Vrbe. 66.
Descisscere à veritate. Cic. 4. Acad. 46.
A vita descisscere, Excedere è vita. Cic. 3. de Finib. 93.
Descisscere à Pop. Romano ad Illergetes. Liu. 8. bel. Pun. 154.
Descisscere aperte. Liu. 1. ab Vrbe. 116.
Descisscere in pratum. Plin. lib. 18. cap. 16. 5. Si sit humidum solum, herbosumve, vincitur, & descisscit in pratum.
Apes descisscere fauis. Claud. 4. Paneg. 53.
¶ Descītum, pen. pro. (ἀφίστατος,) Imperf. Passiuū. Liu. 6. bel. Pun. Quorum de sententia maxime descitum à Romanis constabat.

Descobinatus, (κατετριμμένος,) Saucius, abrasus, fractus. Varro. Venamini, quanto satius est saluis cruribus in circo expectare, quàm his descobinatis in sylua curare? Nonius.

Describo, describis, pen prod. descripsi, descriptum (ἀπογράφω, διαγράφω, καταγράφω, ὑπογράφω, ἐπιγράφω,) describere, propriè est, quod barbarè vulgò Copiare dicitur, exemplare, vel transumere, aut transcribere. Cicero ad Cornificiū, lib. 12. 17. 4. Huic tuo libro maxime velim ex animo, si minus gratiæ causā suffragere, di eam tuis vt eum si velint, describant, ad teque mittant. Idem ad Att. cum, Quem librum ad te mittam, si descripserint librarii. Eidem, lib. 2. 35. 4. Edicta eius & conciones describunt, & legunt. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 34.
Describere libri ab aliquo, Id est ad exēplar quod aliquis habet. Cic. ad Att. lib. 13. 27. 4. Scripsit enim Balbus ad me, se à te quintū de Finib. librum descripsisse. Ibidem. 6. Mirificè Gerelia studio videlicet philosophię flagrans, describit à tuis. Sic idem. 4. Acad. 24.
Describere comœdias Græcas, pro Verbis Latinis eas exprimere, & ad exemplum earum similes, eiusdemque argumenti componere. Terent. in Prol. Eunuchi. 7.
Quibene vertendo, & eas describendo male,
Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. Vide MALVS adiect.
Hominum sermones mores que describere. Id est effingere imitando. Cicero in Orat. 76.
Describere rationes. Cic. 4. Acad. 108. Hæc quum vera esse concesserō, si adiiciam iusurandum, sapientē me prius quàm Archimedes eo inspectante rationes omnes descripserit eas, quibus efficitur mathematicis partibus solem maiorem esse quàm terram, iuratorum putas?
¶ Describere, (διανέμεσθαι,) Videtur aliquando significare Definire, & partiri, siue diuidere & distribuere. Cic. 5. Verr. 181. Quod nisi omnis frumenti ratio, ex temporibus esset, & annona, non ex numero, neque ex summa consideranda, nunquam tam grati his fuissemus Qui Hortensi fuissent: quos tu quum ad mensuræ tam exiguam rationem Populo Romano in capita descripsisses, gratissimum omnibus fecisti. Sic paulò ante. 180. Et. 2. de Lege Agrar 84. Adiungit Stellatem campum in agro Campano, & in eo duodena describit in singulos homines iugera. Idem pro Flacco. 25. Dimidium eius quo Pompeius erat vsus, imperauit. num potuit parcius? Descripsit autem pecunias ad Pompeii rationem quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni. Qui quū omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset, illā rationem in imperādo sumpru, & Pompeius & Flaccus sequutus est. Vnde vectigō taxare dicunt, hoc est τάσσω. Idem pro Rabirio. 21. Quæsti multi homines necessarii secundis Posthumi rebus descripta sustinuerūt, nunc eius afflictis fortunis vniuersa sustinet. Id est inter se partita & diuisa. Sic Iustinus, Quum Athenienses victis Persis, Græcię tributum in tutelam classis descripsissent. Et Budæo.
Describere officia. Cic. 4. Acad. 203.
Describere iura. Cic. 7. Verr. 13. Liu. 1. ab Vrbe. 141. Sic Describere iussa populis, Apud eundem. 1. de Legib. 10.
Ciuitatibus pro numero militum, pecuniarum summas describere. Cicero. 7. Verr. 50.
Describere vrbis partes ad incendia. Cic. 1. in Catil. 6.
In genera describere. Plin. lib. 7. cap. 7. 2. Cic. 1. de Orat. 159. Sed hæc ipsa minus mihi videor multa in genera descripsisse.
Descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhiber in suffragium consilii, quam fuse in tribus conuocatus. Cic. 3. de Legib. 64. Id est Partitus & digestus.
¶ Describere, (κατασημαίνειν,) Est aliquando exprimere, & proprietatibus quibusdam quasi quadam pictura, ante oculos ponere. Plin. Asinius. 8. 22. Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.
M. Non potuit pictor rectius describere eius formā. Idem Milit. 10. 167. Bonus hercle vt malos describit mores.
Mulierem aut alium quempiā describere. Cic. pro Cæl. 39. Idē in Pis. 53.
Ingenii sui finibus aliquid describere. Cic. 1. de Orat. 107. Crassus verò mihi noster visus est Oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus imminensis pene describere.
Definire & describere verbum aliquod. Cic. in Partit. 68. Vter enim definiendo describendoque verbo, magis ad sensum iudicis opinionemque penetrarit, &c.
Definire rem verbis & breuiter describere. Cic. 1. de Inuent. 16.
Naturam alicuius certis signis describere. Author ad Herennium, libro quarto. 230.
Latronem aliquem describere. Cic. pro Milone. 36. Videlicet me latronē ac sicarium abiecti homines & perditi describebant.
¶ Describere in deos. Plin. lib. 18. cap. 28. 11. Neque est ei minor veneratio, quàm descripti in deos stellis.
Describi, pro Transferri. Senec. epist. 109. Non credis alas in alia corpora atq; alia describi, & migratione esse quā nos dicimus mortem?
Descriptos, Participium, (κατεγεγραμμένος,) vt Describtæ leges.
Aetatis partes descriptæ. Cic. de Senect. 55.
Dimensa atque descripta. Cic. de Senect. 55. Mirati se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa & descripta. Id est Concinne digesta. Mox subiicit, Et ei Cyrum respondille, Atqui ego ista sum omnia dimētus, mei sunt ordines, mea descriptio, multæ etiam istarum arborum mea manu non satæ.

Orbem

Orbem radio describere. Virg. eclog. 3. 9. Hoc est metiri,
Descriptum distributumque est. Cicero 3. in Catil. 13. Vt quum vrbem ex omnibus partibus, quemadmodum descriptum distributumque erat, incendissent. &c.
Ius ciuium generatim in ordines, ætatesque descriptum. Cic. 1. de Oratore, 30.
Materiem orationis omnibus locis describtam, instructam, ornatamque comprehendere. Cic. 2. de Orat. 79.
Ratio belli descripta. Cic. 2. in Catil. 34. Quemadmodum esset ei ratio totius belli describta, docui.
Vita descripta tabella. Horat. 2. Serm. saty. 1. 7.
Descriptus, Nomen ex participio, (κατακεκριμένος,) Cic. 3. de Finib. 112. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius aut in operibus manufactis tam compositum, &c.
Descriptio, descriptionis, Verbale, (κατακεκριμένη, διακεκριμένη, ἐπιγεγραφή,) Ipse describendi actus. vt Descriptio & imago tabularii. Cic. 4. Verr. 138.
¶ Descriptio, Partitio, & digestio in ordines, aut familias, aut ciuitates, aut tribus, aut centurias.
Descriptio populi, Cic. pro Plancio. 36. Decuriatio tribulium, descriptio popali, suffragia largitione deuicta feoeritatem Senatus excitauerūt.
Descriptio equitum peditumque. Cic. 4. Tusc. 1.
Seruorum vicatim tota vrbe celebrare descriptionem. Cicero pro Domo sua. 93.
Descriptiones temporum. Cic. 1. Acad. 14.
¶ Descriptio pro definitione. Author ad Heren. li. 4. 109. Descriptio nominatur quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidā cum grauitate expositionem. Cic. 1. de Orat. 106. Philosophi denique ipsum, qui vnus omnia pene profiteatur, est tamen quædam descriptio, vt is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, causasque nosse, & omnem bene viuendi rationem tenere & persequi, nomine hoc appelletur. Idem in Top. 44. Descriptio, qualis sit auarus, qualis assentator, cæteraque eiusdem generis, in quibus natura & vita describitur. Et paulò ante additur etiam descriptio, quam Græci κατάγραφην, vocant,
Descriptionibus explicare. Cic. 1. Tusc. 60.

Deseco, desecas, pen. corr. desecui, desectum, (ἀποτέμνω,) desecare, Idem quod secare siue incidere. Cæsar 7. bel. Gall. 16. Aut ibus desectis, & singulis effossis oculis domū remittit. Varro. 1. de Re rust. cap. 50. 2. Hæc quum comprehendit, spicarum falcem desecat.
Desecare prata. Colum. lib. 11. cap. 1. 7.
Agglutinare & Desecare, opposita. Cice. Attico. lib. 16. 333. 24. Tu illud deseeabis, hoc agglutinabis.
Desecare arborem ferra. Colu. lib. 5. ca. 6. 11. Sed si fieri poterit, vno ictu arboré pcidisse minus, ferra desecari, & plagā falce alleuari oportebit.
Desecare vitem. Varro 1. de Re rust. cap. 41. 1.
Desecare collum alicui. Virgil. lib. 8. Gorgona desecto vertentem lumina collo.
Crinem desecare. Ouid. 2. Trist. 79. Ni patriis crinem del ecuisset amor.
Délecans, pen. corr. (ἀφαιρῶν,) Participium. Cic. de Vniuers. 30. Partes rursus ex toto delecans.
Desectus, Participium à desecor: (περιτμηθείς,) vt Desecta cum stramēto seges. Liuius 2. ab Vrbe, 19.
Ceruix desecta. Propert. lib. 4. eleg. 11. 8.
Gramen desectum. Ouid. 14. Metam. 129.
Desectis stramentis. Colum. lib. 2. cap. 10. 4.
Desectæ offæ in mulsum aut dulce vinum. Pli. lib. 14. cap. 16. 7.
Saxa desecta metallis. Stat. 2. Syl. 2. 17.
Desectio, Verbale, (ἀφαίρεσις,) Col. lib. 6. cap. 3. 1. Horum desectio cum pecori, tum agro est vtilis. De stramentis loquitur.

Desecro, desecras, pen. corr. (βεβηλόω,) desecrare, Proprie est ex sacro prophanum facere, & quod vulgò dicitur degradare. Sipontinus.
Desecratus. Plin. lib. 28. cap. 8. 24. Iungemus illis simillima & peregrina æquè animalia, priusque chamæleontem, peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecrati, non sine magna voluptate, cognitis, proditisque mendaciis Græcę vanitatis.

Desero, deseris, pen. corr. deseui, desertum, penu. corr. (καταλείπω,) à sero compositum. Varro 1. de Re rust. cap. 23. 5. Nam & in recentibus pomariis desitis seminibus, in ordinemque arbusculis positis primis annis ante quàm radices longius procedere possint, alii conserunt hortos.

Desero, deseris, pen. corr. deserui, desertum, (ἀπολιμπάνω, ἀπολείπω, προλείπω,) deserere, Derelinquere. Terent. Heaut. 2. 3. 64. Mulier telam deserit continuo.
Patronus propriè dicitur deserere, teste Donato.
Deserere aliquem. Terent. And. 1. 5. 35. Tum autem hoc timet, ne desertus sē. Ibidem, 4. 2. 11. Per omnes tibi aduro deos nunquam eam me desertum. Idem Eunuch. 2. 2. 7. Omnes noti me atque amici deseruit.
Deserere & derelinquere. Cic. pro Plancio, 10. Deindefitientem me virtutis tuæ deseruisti ac dereliquisti.
Deserit amicus amicam. Plaut. Mostell. 4. 39.
Deserere amorem alicuius. Valer. 3. Argon. 36.
Deserere in malis. Terent. Heautō. 2. 3. 17. Et me in his deseruisti malis. Catul. epigram. 28. 1.
Deserere aliquem fide & factis in ærumnis, Plaut. Capt. 7. 46.
– in tantis ærumnis tamen
Neque me deseruisse te neque factis, neque fide.
Deseri à magna parte militum. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 59.
Aura deserit moribundos. Lucret. lib. 3. 47.
Causam suā deserere, vel lirē. Papin. in L. Liberto. De negot. gestis, Litem in iudicio derelictā, & à reo desertam frustratoris amicus vltro egit.
Amici causam deserere. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 13.
Causam suā deserere. Cic. de Fato. 18. Vigila Chrysippe, ne tuā causam in qua tibi cū Diodoro valēte dialectico magna luctatio est, deseras.
A consiliis malitiæ deseri. Cic. pro Cluent. 147. Aut illi quorum eminet audacia, atque proiecta est, à consiliis malitiæ deseruntur.
Deserere exercitum. Cic. 7. Verr. 86. Cæsar. 5. bel. Gall. 13.
Fama deserit aliquem. Cic. 1. Tuscul. 175. Multo autem tardius fama deseret Curium, Fabritium, &c.
Fidem deserere in aliquem. Catull. ad Ianuam. 62. 2.
Die agedum nobis, quare mutata feraris
In dominum veterem deseruisse fidem.
Deseruit me fides & fama. Plaut. Mostell. 3. 40.
Nunc simul res, fides, fama, decusque & virtus
Deseruerunt me.
Fugam alicuius deserere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 7.
Ac nostram cuncti deseruere fugam.
Hoc est me exulantem.
Deserunt hunc genus. Plaut. Mercat. 4. 13.
Genua hunc cursorem deserunt.
Iter medium deserere. Claud. 4. Paneg. 83.
Deserere suū ius. Cic. pro Cecin. 74. Item Deserere tos amicitiæ. 34.
Litem deserere. Papinianus in L. Liberto. ff. De negot. gest.
Laborem imperfectum deserere. Claud. 1. de Raptu Proserp. 55.
Deserere maritum. Plaut. Amphit. 16. 7.
A mētre deseri. Cic. Attico, lib. 3. 15. 1. Ad primam tibi hoc scribo, me ita dolere, vt non modò à mente non deseram, sed id ipsum doleam, me tā firma mente vbi vtar, & quibuscum, non habere.
Ab oblectationibus & voluptatibus deseri. Cic. Att. lib. 2. 19. 4.
Deserere susceptum officium. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 70. Cic. 1. de Fin. 37. & 51. Vide OFFICIVM.
Opus deserere. Ouid. 1. Fast. 58.
Néve suam præsta deserat author opus.
Deserere pignus. Plaut. Capt. 7. 77.
Tuque te pro libero esse ducas, pignus deseras.
Preces alicuius deserere. Cic. Att. lib. 3. 60. 3. Non deseram, neque optimi atque vnici fratris miseras ac luctuosas preces, nec Sesti, cæteroru que promilla, nec spem ærumnosissimæ mulieris Terentię, nec miserimæ mulieris Tulliolæ obsecrationem, & fideles literas tuas.
Orantis medias deseruere preces. Ouid. epist. 15. 53.
Sedem deserere. Virg. 3. Aeneid. 38.
Deserere optimē meritos socios. Cæsar. 1. bel. Gall. 197.
Deserere spem. Plaut. Rudent. 4. 4.
Sed mea desidra spem deserere nolui.
Spem nostram, terras deseruitque simul. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 4.
Spes deserit. Cicero secundo de Inuentione. 205. Si tum quum spes desciuisset, opitulatus sit.
Ex toto deserere. Ouid. 4. de Ponto. 15.
Nec tamen ex toto deserere illa potes.
Turpiter deserere. Quintil. lib. 2. cap. 1. 7. Ex quo palàm est, quàm turpiter deserat eam partem Rhetorices institutio, quam, &c.
Deserere vadimonium. Cic. 2. in Catil. 28. Collectum exercitum ex senibus desperatis, agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus ex iis qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerunt. Idē pro Quintio. 27. Vadimonium sibi ait esse desertum.
Vires, vita meum corpus nunc deserit oē. Cic. 1. de Diuin. 72. Ex Ennio.
Virtutis viam deserere. Horat. 3. Carm. ode. 24. 9.
Deserere vitam suam. Cic. pro Sestio. 42. Nónne si meam vitam deseruissem, Rempub. prodidissem?
Desertus, Participii, (ἀπολειφθείς, ἐρημωθείς, οἰωθείς,) vt Deserta signa. Liu. 2. ab Vrbe. 192.
Littus desertum. Virg. 2. Aeneid. 5.
Nox deserta. Senec. Hippol. 3. 8. Ouid. 3. de Arte 14.
Suis desertis, pro à suis. Tacit. lib. 3. Neque prælium omisit, donec desertus suis caderet.
Tesqua deserta. Horat. 1. epist. 14. 4.
Vela deserta vento. Senec. Agam. 6. 15.
Virgo neci deserta. Valer. 1. Argon. 91.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Desertus, (ἔρημος, ἀποστάλος,) Nomen ex participio. Desertæ solitudines, Cic. 2. de Diuinat. 65.
Desertus ager. Plin. lib. 18. cap. 5. 3. Nihil damnosius deserto agro. Ouid. 3. Metam. 122.
Domus deserta. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 2.
Desertus homo, deserta mulier. Terent. Adelph. 5. 4. 19. Illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum. Idem Porm. 5. 1. 24. Ego autem quæ essem anus deserta, egens, ignota.
Desertior locus. Cic. ad Atticum, lib. 13. 280. 4.
Loci celebres & Deserti, contraria. Cic. in Partit. 21.
Lustra ferarum deserta. Virg. 3. Aeneid. 139.
Regio siti deserta, id est inhabitabilis ob siccitates & aquarum penuriã. Virg. 4. Aeneid. 9.
Lebedus desertior Gabiis. Horat. 1. epist. 11. 2.
Desertior redditus. Cic. in Pisonem. 43. Sic iste tanto exercitu, tanta prouincia triennio pòst Macedonicus imperator in vrbem se intulit: vt nullius negotiatoris obscurissimi reditus vnquã fuerit desertior.
Terræ desertæ. Virg. 3. Aeneid. 1.
Via deserta & inculta, atque intercluſa iam frondibus & virgultis relinquatur. Cic. pro Cælio 33.
Desertius nihil. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 10. C. Memmius Trib. plebis cum L. Capitone ad vrbem accessit ad XII Calen. Octobrismi nihil turpius nec desertius.
Desertum, huius deserti, (ἔρημος,) locum appellamus inhabitatum, quasi ab hominibus derelictum, quem Græci eremũ dicunt. Vir. 1. Aen. 78.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus.
Colere deserta, Versari in locis desertis. Claud. 3. de Raptu Proserp. 58.
Interuenientibus desertis. Vide INTERVENIO.
Desertor, Verbale, Qui deserit: vt Desertor amicorum, cui Conseruator opponitur. Cic. ad Atticum, lib. 8. 15 3. 5, Sed obsecro te, quid hoc miserius, quàm alterum plausus in fœdissima causa quærere, alterũ autẽ offensiones in optima? alterum existimari conseruatorem inimicorũ, alterum desertorem amicorum?
Desertores salutis meæ. Cic. ad Quirites Post red. in Senat. 10.
Desertor communis salutis, Qui communem salutem non curat. Cic. 3. de Finibus. 93.
Desertor miles. Cæsar. 6 bel. Gall. 86. Qui ex iis secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur. Liu. 3. ab Vrbe. 196. Pro desertore futurum cuius causam non probassent. Modestius de remilitari, I. Desertorem, I. manfor est, qui diu vagatus, ad castra reuertitur. Desertor est, qui per prolixum tempus euagatus reducitur. Et Quintilianus lib. 7.
Desertor Asiæ, Exul. Virg. 12. Aeneid. 3.
Aut hæc Dardanium dextra sub tartara mittam
Desertorem Asiæ. Seruius.
Desertio, Verbale, (ἐρήμωσις,) Actus ipse deserẽdi. Liu. lib. 1, quintæ Decad. Cur execrabilis ista nobis solis veluti desertio generis hũani est?

Deseruio, deseruis, deseruiui, deseruitum, pen. prod. (ὑπουργέω, ὑπερετέω,) deseruire, Idem quod seruire: nisi quòd aliquid augeat præpositio DE VT
Deseruire amicis. Cic. pro Sylla. 19.
Deseruire cuiuis. Cic. 1. Offic. 153. Itemque alii qui quiduis perpetiãtur, cuiuis deseruiant, dum quod velint consequantur.
Alicui deseruire per multos annos. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 1.
Bonis deseruire. Stat. 5. Sylu. 2. 26.
–nos vilis turba, caducis
Deseruire bonis.
Deseruire corpori, Habere curam corporis. Cic. 1. de Legib. 56.
Deseruire rebus diuinis. Cic. in Partit. 45.
Deseruire honoribus. Plin. epist. 1 30. Quis adeò expetitus honorib⁹, aut deseruit, aut sufficit?
Deseruire studiis. Plin. epist. 117. Te negotiis destineri ob hoc moleste fero, quòd deseruire studiis non potes.

Deses, Vide DESIDEO.

Deficco, desiccas, (ξηραίνω,) desiccare, Idẽ quod siccare. Plin. lib. 20. cap. 19. 4.

Desideo, desides, pen. corr. desẽui, pen. prod. (ἐκτενμέω, καθέζομαι,) desidẽre, Otiosum sedere. Plaut. Pseu. 17. 7. Quid tu intus quæso desedisti? Idem Bacchid. 5. 4. Nam meus formidat animus nostrum tandiu ibi desidere, neque redire filium. Teren. Hecy. 5. 3. 2. Prustra vbi totum desẽdi diem. Sueton. in Cæsare, cap. 2. A quo ad accersendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem.
* Et Quintil. lib. 4. & contragosa vitates amenioribus locis desidẽt.

Deses, desidis, pen. corr. om. ge. (καθέζω,) Qui nihil agit, & otiosus sedet. Liuius. 1. ab Vrbe. Desidem Romanum regẽ inter sacella & aras acturum esse regnum rati. Idem, lib. 3. Sedemus desides domi mulierum ritu inter nos altercantes.
Annus deses vocatur, in quo nihil agimus. Stat. 3. Syla. 1. 1.
Intermissa tibi renouat Tyrinthie sacra
Pollius, & causas desĩgnat desidis anni.
Cura deses, In est demissa & negligens. Stat. lib. 6. Thebaid. 30.
Passu desidere. Stat. 5. Sylu. 1. 13.
Somnus deses. Stat. 10. Thebaid. 18.
Vita deses. Stat. 3. Sylu. 5. 13.
Desidem ab opere suo aliquem facere. Colum. lib. 7. cap. 12. 2. Tertiũ genus canum venandi gratia comparatur: idque non solum nihil agrico lam iuuat, sed & auocat, desidemque ab opere suo facit.
Desidia, desidiæ, (νωθρεία, νωθρότης,) Otiositas & inertia, ignauia. Cic. 5. Tuscul. 114. Sed nos vmbris, delitiis, otio, languore, desidia animum infecimus: opinionibus, maloque more delinitum mollissimus.
Socordia atque desidia. Author ad Heren. lib. 2. 71.
Molles desidiæ. Claud. 6. Paneg. 8.
Horridus desidia, Id est incultus propter desidiam. Virg. 4. Georg. 19.
Languori desidiæque se dedere. Cic. 1. Offic. 173. Nihil autem magis cauendum est senectuti, quàm ne languori se desidiæque dedat.
Indormire desidiæ. Vide INDORMIO.
Animum inficere desidia. Vide INFICIO.
Marcescere desidia. Vide MARCEO.
Homo desidiæ ac luxuriæ plenus. Cic. in Sallust. 5.
Desidiam puer ille sequi solet rodit agẽtes. Ouid. lib. 1. de Remed. amor.
De Cupidine seu Amore loquitur. Paulo antè dixerat, Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.
Vitanda est improba Siren
Desidia. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 3.
Desidiosus, pen. prod. (ἀεργός,) Qui nihil agit. Ouid. 1. de Rem. Amor.
Quæritur Aegystus quare sit factus adulter:
In promptu causa est, desidiosus erat. Martial. lib. 8. 4.
Dic mihi, quid melius desidiosus ages?
Desidiosa delectatio. Cic. 5. de Orat. 50. Sed si tota vita nihil velis aliud agere, ipsa tractatio & quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod ei desidiosa delectatione vestiges.
Desidiosior. Varro in Procem. lib. 2. de Re rust. 1. Sic qui in oppido sederent, quàm qui rura colerent, desidiosiores putabant.
Inertissimum & desidiosissimum otium. Cic. 2. de Lege Agr. 90.
Desidiosè, pen. prod. (ἀεργῶς,) Adverbium. vt
Agere ætatem desidiosè. Lucret. lib. 4. 229.

Desiderium, Vide DESYDERIVM.

Desido, desidis, pen. prod. desẽsi (nam præteritum à sedeo mutatur, teste Valla, lib. 5.) (κατακάθημαι,) desidere, penult. corr. Idem quod sedere, sed cum motu. Cic. 1. de Diuinat. 232. Eo tempore ipso quum hoc calamitosum prælium fieret, tantos terræmotus in Lacedæmone, compluribusque insulis, totaque in Italia factos esse, vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desederint, fluminaq; in cõtrarias partes fluxerint. Sic paulo post. 148. Desederint, Id est pessum ierint, & velut descenderint, subsederint.
Hiatu aliquo desidere. Valer. 8. Argon. 66.
–vastorum sese dedit hiatu
Abrupta reuolutus aqua.
Desidunt nares. Celsus, lib. 8. cap. 5. In naribus verò, & os, & cartilago frãgi solet, & quidem modò aduersa, modo à latere, si aduersa fracta sunt alterumve ex his, nares desidunt, difficulter spiritus trahitur.
Desidit tumor, quando imminuitur. Celsus lib. 7. cap. 18. At si intestinum quoque descendit, tumor is sine inflammatione modo minuitur, modò increscit, essque ferè sine dolore: & quum conquieuerit aliquis, aut iacet, interdum ex toto desidit, interdũ sic diuiditur, vt in scroto exiguæ reliquiæ maneant.
Desidens, penult. producta. Participium, (ἐφίζων,) vt Desidentes mores, pro desciscentibus. Liuius in Præfatione, Labente deinde disciplina, velut desidentes primò mores sequatur animo: deinde vt magis, magisque lapsi sint: tum ire cœperint præcipites. Quæ putantur castigatoria exemplaria, habent dissidentes. Prior tamen lectio magis arridet. Pulchrè enim hæc congruunt, desidere, labi magis magisque, ire præcipites.
Vada desidunt. Stat. 3. Sylu. 2. 22.
–te præside nosci
Cur vada desidant & ripa coerceat vndas.

Designo, designas, (ὑποτυπόω, ἀποδιαγράφω, ἀποδείκνυμι, σημαίνω,) designare, Describere, quasi per signa demõstrare. Cic. in Catil. 1. Notat & designat oculis ad cædem vnusquisque nostrum. Cæs. lib. 1. bel. Gall. Cæsar hac oratione Lici, Dumnorigẽ Diuitiaci fratrem designari sentiebat: sed quod pluribus præsentibus eã rẽ iactari nolebat, celeriter concilio dimittit. Cic. de Vniuers. 52.
Digitis vulgi designari. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 16.
Designare verbis aliquid. Cic. 1. de Orat. 51. Hæc ab hominibus callidis ac peritis animaduersa ac notata, verbis designata.

Certum

Certum quiddam designare. Cic. 1. de Inuent. 45. Ex qua certum quiddã designatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum.
Designare templo Iouis fines. Liu. 1. ab Vrbe. 43.
Consules & Prætores & Tribuni plebis creari solebant in annum proximum, tũmque Consules designati, Prætores designati, Tribuni plebis designati dicebantur, ante quàm scilicet magistratum inissent: quod fieri solebat Cal. Ianuariis. Sallustius Catilina nihilominus in proximum annum Consulatum petebat: sperans, si designatus foret, facile se ex voluntate Antonio visurum. Plinius epist. 24. 6, Censuit Bebius Macer Consul designatus, lege Repetundarum Bassum teneri. Cicero de Fato, 3. Et 5. Tusc. 118. Designatus Prætor. Et ad Brutum, 1. 1. Designatus Tribunus plebis.
Agrum seminario designare. Columel. lib. 3. Ipsum autem agrum quem seminario designaueris, planum & succosum.
Designans Reipub. ciuis. Cicero pro Cluentio, 24. Memoria teneo Milesiam quandam mulierem quum essem in Asia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. neque iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum Reipub. ciuem sustulisset.
Res designata, quam prædestinatam vocamus. Cic. 1. de Diuin. 140. designis rerum futurarum loquens. Neque nõ diligunt nos dii, neque ignorant ea quæ ab ipsis constituta & designata sunt.
Respublica ratione & disciplina designata. Cicero. 3. de Natu. deor. 123. Vt enim nec domus, nec Respublica ratione quadã & disciplina designata videat, si in ea nec rectè factis præmia extent vlla, nec supplicia peccatis.
Hæc notare & designant turpitudinem aliquã. Cic. 2. de Orat. 130. Hæc enim ridentur vel sola, vel maxime quæ notant & designant turpitudinem aliquam non turpiter.
¶ Designare, inquit Donatus, est rem nouam facere in vtranque partem, bonam & malam. Et designata, rectè & praue facta dicebantur. Terentius Adelph. 1. 2. 7.
–nam illa quæ facta sunt
Omitto, modo quid designauit? M. quidnam id est?
D. Fores effregit, atque in ædes irruit alienas. Apuleius lib. 8. de Asino aureo, Infit vaticinatione clamosa, conficto mendacio, semetipsum incessere, atque criminari, quasi contra fas sanctæ religionis designasset aliquid insuper: iustas pœnas noxii facinoris ipse de suis manibus exposcere. Idem libro 10. Post dies plusculos ibidem designatum sceleſtum & nefarium facinus memini. Budæus. Horat. libro 1. epist. 5. 4. Quid non ebrietas designat?
Designare & confiteri. Cicero. 1. de Nat. deorum, 39. Anaxagoras primus omnium rerum descriptionem & mundum mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici voluit.
Designare nota ignominiæ, pro ignominiam inurere. Liuius lib. 4. bel. Punico, Hanc multam ita æquo animo feretis, si reputabitis nulla ignominiæ nota leniore designari vos potuisse.
Designator, designatoris, masc. gene. (βραβευτής,) Qui ludis funebribus præest. Plaut. Pœnulo, 2. 19.
Neu designator præteriens obambulet.
Neu sessum ducat dum histrio in Scena set.
Sunt qui designatores esse putent (& rectè nostra quidem sententia) eos qui constituendæ funebri pompæ, aut etiam cuicunque præsunt, vtrè eorum qui Romæ magistri ceremoniarum vocabantur. Cuius significationis est exemplum Plauti paulo antè adductum ex Pœnulo. Hæc Budæus. Cic. Attico, lib. 4. 7. 3. Desertos à suis vix iam Decimum designatorem, vix Gellium reperiet. Horat. 1. epist. 7. 2.
–dum ficus prima calorque.
Designatorem decorat lictoribus atris. Vlpianus in L. Athletas. ff. De his qui notantur infamia, Designatores autem, inquit, quos Græci ῥαβδούχους appellant, artem ludicram non facere Celsius probat quia ministerium, non artem ludicram exercent.
Designatio, Verbale, (ὑποτύπωσις,) Cic. ad Atti. lib. 4. 73. 2. Si ad nos veneris, offendes designationẽ Tyrannionis mirificã librorũ bibliothecã.
Designatio atque apparatus. Cicero. 1. de Nat. deorum, 31. Omnem totius operis designationem atque apparatum.
Sine designatione personarum & temporum. Cic. 1. de Orat. 68. Deinde esse omnem orationẽ aut de infinitæ rei quæstione sine designatione personarũ & temporũ, aut de re certis in personis ac rẽporibus locata.

Desilio, desilis, pen. corr. desiliui, & desilui, vel desilui, desultum, dere. Plin. de Viris illu. 65. Dum à tẽplo Dianæ desiluit, talum intorsit.
Desilire ad pedes. Cæsar 4 bel. Gall. 499.
Aethere desiluit Iuno. Valer. lib. 4. Argon. 71.
Lecto desilire. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 16.
Desilire ab equo, Virg. 11. Aeneid. 100. –portisque ab equo regina
Ibat ipsis Desiluit.
Desilire de nauibus, de rheda. Cæsar 4. bel. Gall. 554. Cic. pro Milone, 31.
Desilire ex equo. Liuius 9. ab Vrbe, 162. Et libro 6. 34. Cæsar 4. belli Gallici 469.
In arctum desilire, Id est angustiis se committere. Horatius metaphorice dixit, pro intra arctos limites stylum cohibere, nec dimagari. In Arte, 28. Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres, nec desilies imitator in arctum.
Desilire in nauem. Plaut. Rud. 1. 75. Et apud Plinium lib. 8. cap. 8. Inde totius agminis nouissimum speculati, extremas in clunes desiliũt. Sub. elephantorum. De Troglodytis.
Perniciter desilire. Vide PERNIX.
Aqua desiliens ex alto. Ouid. 4. Fast. 86.

Desultor, desultoris, Verbale, (σκιλτιστής, ἁρμαμαξοβάτης,) Qui desilit.
Desultores dicebantur, qui duos equos absque ephippiis agitantes, ex altero in alterum subinde mira pernicitate desiliebant. Hos Aelianus de aciebus instruendis ἀμφίππους appellat de antistomo phalange loquens. Valet autem hoc (inquit) instruendæ acici genus potissimũ contra barbaros qui loca Histro amni vicina incolũt, quos Amphippos cognominant à mutatione equorum: ex aliis enim in alios transiliendo consueuerunt. Hæc Budæus. Varro 2. de Re rust. capite 7. 12. Peritus belli alios quos eligit, atque alit, ac docet aliter quadrigarius, ac desultor. Vide Cælium libro 11. cap. 30.

Desultorius, (σκιλτιστικός,) Adiectiuum, per translationem, hoc est, idem ab alio in aliud commeans, & instabilis. Translatum à desultoribus equitibus, quos Græci amphippos appellant. De quibus Liuius ita inquit libro tertio belli Punici, 132. Nec ormes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam, in recentem equum ex fesso armatis transsultare mos erat. Tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est. Cicero pro Lucio Murena, 12. Respondebo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consulatum, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Apuleius in primo de Asino, Iam hæc quidem ipsa vocis immutatio, desultoriæ scientiæ stylo, quem accessimus, respondet. Ex Budæo.
Desultorii equi. Sueton. de Cæsare, Quadrigas, bigasque & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes.
Desultoria leuitas, prouerbialiter dicitur. Iohannes Picus, Homo (inquit) variæ ac multiformis & desultoriæ naturæ animal. Desultoriam hominis naturam dixit, quasi versipellem, & subinde sese in aliam alisque formam mutantem, vt Proteum factitasse fabulantur. A Martiano Capella hoc sumptum, qui leuitatem desultoriam dixit. Leuitate (inquit) pernix desultoria gestiebat. De Fortuna loquitur lib. 1. Budæus.
Desultura, huius desultũræ, pen. prod. (σκιλτίσμα,) Ipse desilien di actus.

Desino, desinis, pen. corr. desiui, & per syncopen desii, desitum, penult. cor. (καταλήγω, παύομαι, λοιπόν, λήγω,) desinere, Cessare. Terent. Phorm. 1. 3. 72. – imò haud desinam,
Donec perfecero hoc. Idem in Prol. Adel. 22. Dehinc vt quiescant, porrò moneo, & desinant maledicere. Plin. lib. 10. cap. 63. 8. Laconicæ nõ tota suæ ætate generant: ferè à duodecimo desinentes.
Desino cum genitiuo, Græcorum est: vt si dicam, Desine sermonis, παῦσαι τῶν λόγων. Hos imitatus est Horatius 2. Carm. Ode 9. 4.
–desine mollium
Tandem querelarum.
Tardè desinere. Ouid. 2. de Remed. Amor. 58.
Desino, Sileo, finem loquendi facio. Teren. Adelph. 5. 3. 67. Ah pergisne? D. Iã iam desino. Idem Eunuc. 5. 2. 45. Nihil tibi quicquã credo. T. desinat. Idem Phorm. 1. 2. 19. Cui tanta erat res: & superat? G. desinas.
Desine, iam conclamatum est. Terent. Eun. 2. 3. 56. Et in Heaut. 5. 1. 6. Iam desine deos vxor gratulando obtundere.
Desine plura puer. Virg. Eclog. 5. 4. & Eclog. 9. 14. vbi Dicere, vel Obtendere vtrobique subauditur, authore Seruio.
Admirans illud mirari mari desino. Cic. 2. de Orat. 32.
Desinit dicto magistri esse obediens. Plaur. Bacchid. 3. 5.
Desinat ea se putare posse emere, quæ ipse semper habuit vænalia. Cicero 5. Verr. 122.
Fieri desinit. Cic. Attico, libro 1. 14. 12. Itaque conuentus, qui initio celebrabantur, iandiu fieri desierunt.
Desine ei succensere. Cic. 7. Verr. 16.
Re aliqua desinere, pro Cæsare de re aliqua. Cicero. 4. Acade. 141. Desine quæso locis communibus, domi nobis ista nascuntur.
Imbres desierant. Ouid. 1. Metam. 57.
Desinunt rumores, quum ventus emersit. Plin. lib. 2. cap. 82. 3.
¶ Desinere & Incipere, contraria. Plinius in Paneg. 90. Incipimus inde, desinimus ibi, à quo incipi, in quo desini sub alio principe non possit. Idem epist. 101. libro 5. Definit ibi triclinium. Cicero 1. Offic. 189. Et vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.
Desinere gradatim. Plin. epist. 38. d, Veremur enim ne fortè non has dignitates reliquisse, sed laborem fugisse videamur. Sumus tamen solito rariores: quod initium est gradatim desinendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Desinere in orbe dicitur Elenchi. Plin. lib. 9. cap. 35. 9. Elenchos appellãt fastigiata longitudine, a labastrorũ figura in plenioré orbé desinentes.
Desinit in cacuminis fine effigies. Plin. lib. 12. cap. 3. 4.
Desinere in violam dicitur genus Plin. lib. 37. cap. 9. 4. Causam nos affert, qui ei usque ad vini colorem accedens, prius quàm eum degustet, in violam desinit: fulgórque quidam in illa purpurę nõ ex toto ignei, sed in vini colorem deficiens. De iaspidum generibus loquitur.
Desiunt caduca. Plin. epist. 34. b. Nam cætera fragilia & caduca, non minus, quàm ipsi homines, occidunt, desinúntque.
¶ Similiter desinere, & similiter cadere. Cic. 3. de Oratore, 114. Nam geminatio verborum habet interdum vim, & lepórem aliis, & paulum immutatum verbum atque deflexum: &c. & illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter.
¶ Desinere artem, pro Relinquere, & arti renuntiare. Suet. in Tiberio, cap. 36. Expulit & mathematicos: sed deprecantibus, ac se artem desituros promittentibus, veniam dedit. Cicero ad Marium, lib. 7. 1. 14. Quòd si tam facilem populum haberem, quàm Æsopus habuit, libenter me hercule artem desinerẽ, tecúmque & cũ similibus nostri vtuerẽ. Gell. lib. 15. Quum iam natu grandis artem athleticam desisset.
Desinere bellum, Silius libro 13. 145. Cede meis tandem, & Titonia desine bella.
Desinitur, pęnul. corr. (πάυεται,) Impersonale. Ouidius 1. de Arte, 83. Tunc bene desinitur.
Desitum est. Cic. 1. de Fin. 71. Rectè iampridem desitum est cõtra eos disputari. Idem 1. de Diuin. 145. Si enim esset factitatũ, nõ esset desitũ.
In quo desitum sit deinceps incipere. Cic. 1. de Inuent. 41.
Desitus, pen. corr. (πεπαυμένος,) Participium. Cic. de Claris Orat. 63. Nocuimus forsitan, quòd veteres orationes post nostras, non à me quidem (meis enim illas antepono) sed à plerisque legi sunt desitæ.
Desita ars, pro Derelicta. Gellius libro 15. cap. 17. Omnium tam Athenis suum consensu disciplina tibiis canendi desita est. Cic. ad Pætum, lib. 9. 21. 6. Post hunc tredecim fuerunt fidicines Curuli ante L. Papyrium Crassum, qui primum Papirius est vocari desitus.

Desipio, desipis, pen. corr. desipui, vel desipiui, (παραφρονέω, ἀφροσύνω,) desipere. Valla, Desipio, siue desipisco significat vel quòd aliquid à communi sensu, sapientiaque minus habeo: vel quòd à meo sensu desistimus. Quod ferè vitium aut ex ætate venit, aut ex morbo, aut timore, aut amore, aut simili aliquo affectu: Cuius contrarium est Resipiscere. Et senes quidem iam dementes nunquam resipiscunt: cæteri autem resipiscere, id est ad priorem meneis statum, vel ad meliorem mentem redire solent. Hactenus Valla libro 5. Cicero 7. Verr. 95. Vtrum ego desipio, & plus quàm satis est, doleo, in tanta calamitate miserisque sociorum? Idem pro Plancio, 73. Licet me desipere dicatis. Idem 4. Academ. 214. Et ad Cælium, libro 2. 8. 5. In quo quum obiurgarer, quòd nimio gaudio penè desiperem, ita me defendebam, Ego voluptatem animi nimiam.
Senectute desipere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 64. Quum offendisset populum Atheniensem propè iam desipientem senectute, quúmque eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse vidisset, quum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur.
Desipere, delirare, & dementem esse. Cic. 1. de Nat. deor. 130.
Desipere intra verba. Cellius lib. 3. cap. 18. Eius autem plura genera sunt, siquidem ex phrœneticis alii hilares, alii tristes sunt, alii facilius continentur, & intra verba desipiunt alii consurgunt, &c.
Desipere intra verba, est nullo alio gestu, quàm absurdis sermonibus desipientium prodere.
Dulce est desipere in loco. Horat. 4. Carm. Ode 12. 6.
Desipere mentis. Plaut. Epid. 3. 35. Desipiebam mentis, quum illas scriptas mittebam tibi.
Desipiens, Participii. (ἄφρων, παράφρων,) Cic. 1. de Diuin. 76. Esse quisquã ita desipiens, qui credat exaratũ esse, deum dicam an hominem?
Arrogantia desipiens. Cic. 1. de Nat. deo. 74. Esse autẽ hominem qui nihil in omni mundo melius esse q̃ se putet, desipientis arrogantiæ est.

Desisto, desistis, destiti, destitum, pen. cor. (ἀφίστημι,) desistere, Stare in loco. Plaut. Mostel. 104. Quid illic destitisti obstructo tandiu?
¶ Desistere, Cęsare, desinere. Plaut. Trinum. 14. 5. Ne desiteris currere. Idem Rud. 17. 15.
Ah desine, nimis inepta es. ꝙ. desiste dictis nunc iam.
Miseram me consolari, nisi, &c. Idem Epid. 2. 38. Cic. 7. Verr. 80. Rogat vt id facere desistant. Idem pro Quintio, 9. Auctionem velle facere desistit.
Incœpere & Desistere, contraria. Cic. 1. Tusc. 191. Homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere desistant.
Desistere ex toto. Cellius lib. 3. cap. 3. Alterum longe perniciosius, quod tertio quidem die reuertitur: ex octo autem & quadraginta horis ferè sex & triginta per accessionem occupat: interdũ etiam vel minus, vel plusmenque ex toto in remissione desistit, sed tantum leuius est.
Desistere ab aliquo, Secedere. Plaut. Menæch. 17. 19.

Quid tu es tristis? quid ille abs te iratus
Desistit? nescio quid vos velitati estis inter vos duos. Id est recessit.
Desistere bello. Liuius 7. ab Vrbe, 99.
Causa. Cicero 3. Offic. 153. Rem ad populum detulit, docuit cur sibi causa de sistere necesse esset.
Conatu. Cæsar 1. bel. Gall. 32.
Consilio, Cæsar 3. bel. Ciuil. 87. Et lib. 7. bel. Gall. 111.
Desistere à defensione. Cæsar 2. bel. Ciuil. 48.
Fuga. Cæsar 4. bel. Gall. 500.
Incepto. Liu. 5. belli Punici, 9. Et libro 7. ab Vrbe, 19. Virg. 1. Aeneid. 4.
Itinere. Cæsar 5. belli Gal. 42. Cæsar legiones, equitatúmque reuocat, atque itinere desistere iubet.
Desistere litibus. Terent. Phorm. 4. 3. 29. – vt herus his desistat litibus.
De aliqua mente desistere. Cicero Merello, libro 5. 2. 19. Misit ad Mereilium cõmunes amicos, qui agerent cum eo, vt de illa mente desisteret.
Negotio & de negotiis. Cæsar 1. belli Gallici, 197. Multa à Cæsare in eam sententiam dicta sunt, quare negotio desistere non posset. Hirtius 5. belli Africa. 175. Et te magnopere vt de negotiis desistas adhortor.
Pugna. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 17.
Desistere re aliqua. Plaut. Milit. 10. 141. Núc iam istis rebus desisti decet.
Sententia, & à sententia, & de sententia. Cicero 4. Academ. 114. Cæpit hortari, vt sententia desisterem. Et ibidem, 115. Idem 3. Offic. 69. Itaque quum sint docti à peritis, facilè desistunt à sententia. Idem 2. Tusc. 43. Rogatus à me, ut tamne malus quàm dedecus, verbo de sententia desististi.
¶ Desistere, cum infinitiuo. Cicero 4. Verr. 82. Atque vt aliquando de rebus ab isto cognitis, iudicatísque, & de iudiciis datis dicere desistamus. Idem de Claris Orat. 173.
Non desistit vrbes Inflammare odiis. Stat. 3. Thebaid. 67.
Cura labori desistit. Id est laborem desituit. Stat. 5. Thebaid. 66.
Desistens, Participium, (ἀφιστάς,) Qui desistit.
Desistente autumno. Varro 1. de Re rust. cap. 3. 6. Quo ad fixturam arinet, desistente autumno exigunt à grege è campis hircos in caprilia.

Desolo, desolas, pen. pro. (ἐρημόω, ἀδέω,) desolare, à solus adi. Cuo deriuatum, significat solum relinquere, & etiam delibrare, siue vastare, vt Desolare agros. Columella libro 1. cap. 5. 12. Nec magis quia superbũ videbatur tantum loci derinere, quàm quia flagitiosum, quos hostis profugiendo desolasset agros, nouo more cultos Romanum supra vires patrimonii possidendo deserere. Virgilius 11. Aeneid. 74. – fas funera fuli
Vidimus, ingentes & desolauimus agros. Ibidem 174.
Dissiectique duces, desolatiq; manipli. Hoc est deserti significati. Seruius.
Vrbes desolauimus. Stat. 6. Thebaid. 183.
Penates desolati. Stat. 2. Sylu. 114.
Loca desolata. Stat. 10. Thebaid. 35.
Deserta & desolata loca. Plin. lib. 10. cap. 12. de bubone. Deserta incolis nec tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa.
Agmen desolatum magis. 8. Stat. 9. Thebaid. 135.
Desolatus filius, Solus è liberis relictus. Plin. in epist. Dom ũque planibus adminiculis ante fundatam, desolatus fulcit & sustinet. Iuuenis.
Desolatus, (ἐρημωθείς,) Nomen ex participio, vt apud Silium lib. 8. 117. Gentes desolatæ virorum.

Despectio, Despecto, Despectus, Vide DESPIS.

Desperno, despernis, desprẽui, desprẽtum, (καταφρονέω,) despernere, Idem quod spernere. Varro, Homo ridiculus, & ab omni pube despretus.

Despêro, desperas, penult. prod. (ἀπογινώσκω, ἀπογνόω, ἀπογνόομαι,) desperare. Extra omnem spem esse. Varie construitur.
Desperare & Considere, contraria. Cicero 1. Offic. 105. Considerandum est ne aut temere desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem.
Desperare & diffidere rebus suis. Cicero in Pisonem, 70. Quid quod tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis in sordibus, lamentis, lectúque iacuisti?
Ab aliquo desperare. Cicero in Pisonem, 8. Spem habere à Tribuno plebis, si tua consilia cum illo coniunxeris? sed à Senatu quidè desperatis.
Bene desperare salutem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 5.
Desperare de. Cicero 3. Verr. 14. Necesse est quum de toto ordine desperarit, aliud genus hominum, atque aliam rationem iudiciorũ requirit.
Desperare de regno. Cæsar 1. bel. Gal. 73. Imperio Pop. Rom. non modò de regno, sed de ea, quam habeat, gratia desperare.
De Republica desperare. Cicero Curioni, libro 2. 4. 4. Idem ad Atticum, libro 8. 159. 7.
De se desperare. Plancus Ciceroni, libro 10. 21. 7.
Desperare sibi. Cæsar 7. bel. Gall. 206. A multitudine oppressus, ac sibi desperans, multis iam vulneribus acceptis, &c. Cicero pro Murena, 42. Alium faciam, quoniam sibi hic ipse desperat.

Desperare suis fortunis. Cæsar 3. bel. Gall. 306. Ac siquando magnitudine operis fortè superati, extruso mari aggere, ac molibus, atque his fermè mœnibus adæquatis, suis fortunis desperare cœperant. Et Cicero Post reditum in Senatu, 30.
Desperare fugam. Cæsar 5. bel. Gall. 511.
Honores desperare. Cic. 1. in Catil. 39. Honores, quos quieta Rep. desperant, perturbata consequi posse arbitrantur. Idem pro Murena, 41.
Nil desperandum. Horat. 1. Carm. Ode 7. 5.
Quod est optimum, non est desperandum. Cic. in Orat. 4.
Oppido desperare. Cic in Pisonem, 67. Thessalonicenses, quum oppido desperassent, munire arcem coegerunt.
Desperare pacem. Cic. ad Atticum lib. 7. 138. 1. Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit: pacem enim desperaui.
Desperare reditum in aliquem locum. Cic. in Somnio Scip. 26.
Desperare salutem. Cic. pro Cluentio, 14. Promissis eum suis excitauit abiectum, & simul salutem desperare vetuit.
Desperare salutem alicuius. Cic. de Anicitia, 76. Et ad Atticum, Sed hæc tam nostra fidus cum hac lege desperata erit. Liu. Hos desperata salus ad rabiem magis, quàm ad audaciam accendebat.
Vitam alicuius desperare. Cicero pro Milone, 42. In quos incensos ira, vitamque domini desperantes quum incidisset, hæsit in his pœnis, quas ab eo seruli fideles pro domini vita expetiuerunt.
Temere desperare. Cicero 1. Offic. 104.
¶ Desperare cum infinitiuo. Cic. 1. de Diuinat. 70. Non equidem planè despero illa esse vera: sed nescio, & discere à te volo.
¶ Desperari, Passiue. Cic. Q. fratri, lib. 1. 3. 11. Mihi ad id quod cogito, hoc quòd habeo satis est: siue restituimur, siue desperamur, nihil amplius opus est.
Desperabantur promissi prælia Martis. Mart. lib. 1. 22.
Tu piter desperatur quicquid fieri potest. Quinct. lib. 1. cap. 10. 9.
Desperas, Participii. (ἀπεγνωκώς,) Cic. 1. de Fin. 91. Ofa semp desperãtes.
Desperantia vlcera. Plin. libro 22. cap. 24. 1. de melle, Dolores neruorum mulcet, vlceráque iam desperantia cicatrice includit.
Desperanter, aduerbium. (ἀπεγνωσμένως,) Cic. ad Atticum, lib. 14. 316. 3. Desperanter tecum locutus est.
Desperatus, Participii, (ἀπεγνωσμένος,) De quo nulla est spes. Cic. 4. Academ. 63. Illos qui ola sic incerta dicunt, vt stellarũ numerus par an impar sit, nescíatur, quasi desperatos aliquos relinquamus. Idem in Catil. 31. Desperatorum hominum flagitiosi greges. Cæsar 7. bel. Gal. 8.
A seipso desperatus & relictus. Cic in Pisonem, 79.
Desperatus ab omnibus. Cic. pro Roscio Amerino, 16.
Desperatus. (ἀπεγνωσμένος, ἀνέλπιστος,) Nomen ex participio. Cic. Atti. lib. 9. 178. 5. Sed me hercule rursus tam abiectam compositionis spem non desperatissimam esse puto.
Causa publica desperata. Cic. Attico lib. 7. 141. 3.
Collegium desperatum. Cic. 3. de Legib. 34. Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit?
Fuga desperata alicuius. Cic. 5. Philipp. 186.
Lustrum desperatum. Cic. Attico, lib. 4. 86. 6.
Lux desperata. Claud. 4. Pomeg. 59. Lux, id est vita.
Magnus & diuturnus, & tam desperatus Reipublicæ morbus. Cicero pro Sylla, 57.
Pecuniæ desperatæ. Cic. pro Murena, 40. Ipse aurè in Gallia vt nostri hostes desperatas iam pecunias exigerent, æquitate diligentíque persecit.
Desperatissimum perfugium. Cic. 4. Verr. 70.
Res penè desperata. Cic pro Domo sua, 19.
Desperata & ægrota Respub. Cic. 1. Verr. 38.
Respublica desperata sanari potest. Brutus Attico, in Epi. ad Brutũ 17. 5.
Desperatissima spes. Cic. ad Atticum, lib. 9. 178. 3.
Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Cicero Attico, libro 16. 339. 7.
In perditis & desperatis habere, Vide HABEO.
Desperandus, Participii. (ἀπογνωσθησόμενος,) Cic. in Catilinam, Orat. 2. 32. Quòd si in vino & alea comessationes solum & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi.
Desperatio, (ἀπόγνοια, ἀπόγνωσις,) Actus ipse desperandi. Cic. 4. Tusc. 29. Desperatio, ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorum.
Amissio rerum & desperatio recuperandi. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 7. Tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi.
Imbecillitas & desperatio. Brutus Ciceroni, 16. 5. Ista vero imbecillitas & desperatio, cuius culpa non magis in te residet quàm in omnibus aliis, & Cæsarem in cupiditatem regni impulit, & Antonio post interitum illius persuasit, &c.
Rerum alicuius desperatio animos omnium occupat. Cicero Attico libro 11. 214. 6.
Desperatio sapientiæ. Cicero 4. de Fin. 91. Huic mori optimum esse propter desperationem sapientiæ.
Victoriæ desperatio. Cicero 12. Philipp. 316. His igitur omnibus victoriã desperantibus, pacis nomen afferremus, id est desperationẽ victoriæ?

Vitæ desperatio propter conscientiam scelerum. Cic. 2. Philipp. 92.
Cum ollum rerum desperatione conflígit bona spes. Cic. 1. in Catil. 44.
A desperatione ad spem reuocare. Cic. Post red. in Senatu, 21. Qui me à morte ad vitã, à desperatione ad spem, ab exitio ad saluté reuocauit.
Quærere desperatione fugam, & maritimam opportunitatem. Cicero Attico, libro 8. 147. 6.

Despicio, despicis, pen. corr. despexi, despectũ, (ὑπερόπτομαι, περιφρονέω, καταφρονέω,) despicere. Deorsum aspicere. Plaut. Cistel. 10. 17. Hoc iquã age, ad terrã aspice, & despice, oculis sue tiga.
Despicere & aspicere. Cicc. de Aruspic. resp. 30. Tollam altius testum: nõ vt ego re despiciam, sed tu ne aspicias vrbem eã, quam delere voluisti.
Despicere ad aliquem. Plaut. Mil. 9. 72. Et me despexisse ad te per impluuium tuum fateor.
Fronte superba despicere aliquem. Claud. 3. Paneg. 44.
De vertice montis despicere in valles. Ouid. 11. Metam. 103.
Despicere in terram. Columella lib. 4. cap. 26. 3.
In vias despicere. Horat. 3. Carm. Ode 7. 6.
Prima nocte domum claude, neque in vias
Sub cantu querulæ despice tibiæ.
Irrisum vultu despicit, Ouid. 1. Fast. 84.
¶ Despicere, pro Aspicere. Cic. 4. de Finib. 106. Quoniam catuli qui iam despecturi sunt, cæci æque vt hi qui modo nati. Et paulo post, Et catuli æque cæci, prius quàm despexerunt, ac si ita futuri semper essent. Idem pro Rosc. Amer. 13.
¶ Despicere pro animaduertere. Cic. p. Sylla, 30. Nec vero possum meo tantum ingenio dare, vt tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illa turbulentissima tempestate Reipub. mea sponte despexerim.
¶ Despicere. per translationem, pro contemnere, & quasi infra se, & ad pedes suos proiectum aspicere: quemadmodum & Suspicere Venerari significat, quasi suprà nos aspiciamus aliquem esse collocatum. Hæc Valla lib. 5. Cic. pro Fonteio, 30. Quòd si tantas auxiliorum nostrorum copias Induciomarus ipse despexerit. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 16.
– ego composito securus acerno
Dites despiciam, despiciimque famem.
Despicere, ac pro nihilo putare. Cic. 3. de Finib. 45.
Contemnere ac despicere. Cic. 4. de Finib. 118. Sed neque magnum bonum, & præ rectis honestisque contemnendum & despiciendum, nec magnopere expetendum.
A suis despici. Cicero de Senect. 7.
Munera alicuius despicere. Propert. eleg. 13. 4.
Omnes despicere, & hominem præter se neminem putare. Cicero pro Sex. Rosc. Amer. 79.
Et regum magnæ despiciantur opes. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 7.
Vulgi & imperitorum insciriam despicere. Cic. 3. Offic. 51.
Solitudinem, communémque alterius calamitatem nemo despexerit. Cicero Qu. fratri, libro 1. 4. 6.
Vitam, mortem, diuitias, paupertates excelso animo, magnóque despicere. Cicero 1. Offic. 51.

Despiciens, Participium, (καταφρονῶν,) Cicero 2. de Oratore, 198. Nemo vnquam tam sui despiciens fuit, qui desperaret, aut melius, aut eodem modo se posse dicere.
Despiciens mare velitolum, terrásque iacentes. Virg. 1. Aeneid. 46. de Ioue. Hoc est deorsum aspiciens. Seruius.

Despiciendus. Participium. (καταφρονητός,) Ouidius 5. Fast. 128. Tunc etiam pecori despiciendus eram.

Despicientia, huius despicientiæ. (παρόρασις, ὑπεροψία,) Cic. in Partitionibus, 43. Despicientia in contemnendis honoribus.

Despicientia rerum humanarum. Cic. 2. Tusc. 56. Et 1. Offic. 95.

Animi despicientia. Cicero 2. Offic. 52. Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit.
Rerum externarum despicientia. Cic. 1. Offic. 95.

Despectus, Participium. (καταπεφρονημένος, καταφρόνητος,) Cic. in Pisonem. 79. Nunquam ego sanguinem expetiui tuum, &c. sed abiectum, contemptum, despectum à cæteris, &c. videre te volui.
Despectus tibi sum. Virg. Eclog. 2. 4.
Consilia despecta. Claud. 1. de Raptu Proserp. 53.
Honos despectus pacis. Silius libro 1. 12.

Despectus, huius despectus. (καταφρόνησις,) Cæsar 7. bel. Gall. 321. Erat ex oppido Alexia despectus in campum. Ibidem libro 3. 409. Omnes colles & loca superiora, vnde erat propinquus despectus in mare, ab exercitu tenebantur.
Ludibrio & despectui aliquibus opponi. Author ad Heren. lib. 4. 210. Filii parui priuati patris auxilio, ludibrio, & despectui paternis inimicis erunt opposíti.

Despectio, Verbale. (παρόρασις,) Actus ipse despiciendi. Cic. in Hortensio, Consolabitur tam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio. Ex Nonio in Despicio.

Despecto, despectas. (καθοράω,) despectare, Frequentatiuum. Virg. 1. Aeneid. 80. – nunc terras ordine longo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aut capere, aut captas iam despectare videntur. Liu.6.bel.Maced.105.
Tum regionem maximè eo despectat oppido, quà breue interuallum videtur. Tacit.lib.2.Liberos eius, vt multum infra, despectare. Id est despectabat. Et lib.18.Ne vt victi & ignaui despectarentur.
Ex arce despectat terras. Ouid.4.Metam.125. de Perseo volante.

Despica, & prospica, Intenta & contempla. Næuius Asigiola, Ac nisi prospica ac despica. Hæc Nonius. Sipontinus autem, Despicus à Despiciendo, intentus, vigilicuius exempla apud Apuleium frequentissima sunt.

Despicor, pen.corr. despicaris, (ὑπερορῶ,) despicari, Idem quod despicere. Teren.Eunu.2.3.92. – quæ nos nostrumque adolescentiam Habent despicatam. Vbi Donatus, Despicatam, contemptam, atque despectam. & ita est ἐπίνοησις & μεταπλασμός, vel certe alterius verbi declinatio ab eo quod est despicor, vt conspicor. Plinius de Viris illustribus, 23. Primum vt deos venerati, deinde vt homines despicari interfecere.

Despicatus, (ὑπερόπτης,) Nomen ex participio, pro contemnendo. Cic. pro Sest.29. Cesti Tribunipleb. despicatissimi hominis furori. Gel. lib.15.cap.4. Ignobilissimos prius homines & despicatissimos.

Despicatus, huius despicatus, (ὑπεροψις,) Contemptus.

Despicatui duci, Est contemni. Cic. pro Flacco, 51. Quid porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quàm siquis despicatui ducitur, vt Myforum vltimus esse dicatur?

Despicatio, Verbale. (ὑπερόψαμαι,) Cic.1.de Finib.101. Vt odia, inuidiæ, despicationes aduersantur voluptatibus.

Despolio, despolias. (ἀποδύω, ἁρπάζω,) despoliare, Exuere, Plaut. Casina. 2.0.4. Vir te vestiat, tu virum despolies. Cicero ad Atticum libro 7.128.7. Quum ferret literas ad bustum Basilii, vulneratus & despoliatus est.

Despoliare digitos, pro Annulos ex digitis detrahere. Plau. Milit.14.56. Ab illa quæ digitos despoliat suos, & toos digitos decorat.

Despoliare virgin dorsum alicuius. Plaut. Epid.2.83.

Despoliare templum. Cic.5.Verr.44. Qui in sua patria dux isti quondã & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit.

Misera & despoliata pars. Cic. Terentiæ, lib.14.2.6. Illud doleo, quæ impensa facienda est, in eius partem miseram & despoliatam venire.

Despondeo, despondes, despõdi, desposum, (μνηστεύω, ἐγγυάω, κατομολογοῦμαι, μνῶμαι,) despondere, Est inquit Varro de Ling. Lat. spontis suæ, id est voluntatis finem facere, id est promittere. Despondet (inquit Donatus) pater adolescentis, Spondet pater puellæ. Hæc differentia non est perpetuò vera. Despondet enim & pater puellæ. Plaut. Cistel.7.57.

Nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam
Suam despondit in diuitias maximas. Idem Aulul.7.28.
Credo hercle vbi mentionem ego fecero de filia,
Mihi vt despondeat, se à me derideri rebitur. Liu.1.ab Vrbe, 174. Filiamque ei suam rex despondit. Cic. pro Cluen.142. Despondit ei hiã suam, illã quam ex genere susceperat. Idé ad Atticũ, lib.1.1.14. Tullio Iam C. Pisoni L. F. frugi despondimus. In his exemplis Despõdet pater puellæ. Terent. And.1.1.72. – hac fama impulsus Chremes,
Vltrò ad me venit: vnicam gnatam suam,
Cum dote summa filio vxorem vt daret.
Placuit. despondi. hic nuptiis dictus est dies. Hoc loco despondet etiam pater adolescentis.

Filiam alicuius sibi despondere. Cælius Ciceroni, lib.8.7.1. Cornificius adolescens Orestillæ filiam sibi despondit.

Puellam despondere alicui. Claud. in lib. epigram. 17.11.

Despõdere animum ille dicit, qui suæ spõtis statuit finẽ, & quasi ex desperatione mori decreuit. (ἀπογινώσκω ἑαυτὸν ἔχειν,) Plau. Mili.15.61. Nã nisi tu fers illi suppetias, iã illa animum despõdebit. Idẽ Menæch.2.33. – postquam puerum perdidit,
Animum despondit: atque in ægritudine
Paucis diebus pòst Tarenti mortuus est. Liu.1.bel.Maced.81.
Despondentibus iam animos sociis spem ingentem attulerant. Idem 6.bel.Pun.36. Ne desponderent animos.

Despondere, subaudito nomine animi. Columel. de Turdis loquens, lib. 8.capite 10. Difficulter in aliam regionem transferuntur: quia caueis clausi plurimi despondent.

Dotem virgo desponderat hosti. Propert. lib.3.eleg.19.5.

Despondere sapientiã. Colu. lib.11.cap.1.10. Quàm probabilis ratio est obmutescẽdi, quia nequeas Orator esse pfectus: aut in socordia cõpelli, quia despõderis sapientiã magnæ rei, quãtũcũque possederis, fuisse participẽ, nõ minima est gloria. Id est desperaris te posse assequi sapiẽtiã.

Spes Reip. despondetur te Consule. Cicero Casio, libro 12.9.4. Exigua enim spes est Reip. suam nullam non libet dicere, sed quæcunque est, ea desponditur anno Consulatus tui.

Despondere sibi domum alicuius. Cic. ad Atticum, lib.11.21.4.7. Lucullus Hortensii domum sibi, & Cæsaris hortos & Baias despondebat. Hoc est, Sua quodãmodo hæc omnia futura pollicebatur.

Despondebitur. Terent. And.5.6.16. Ne expectetis dum exeat hinc, intus despondebitur.

Desponsus, Participium: (ἔγγυητός, μνηστός,) vt Desponsa puella. Thalamo alicuius desponsa virgo. Stat.10.Thebaid.13.

Desponsa & destinata laus. Cic. de Arusp. resp.4. Cui me prærripere despõsam iam & destinatam laudem, quum ipse eius opera & dignitatem & salutem recuperarim, valde est iniquum.

Connubia desponsa. Catul. Argonaut.57.6.

Desponsa prouincia, nõ decreta. Cic. de Prouinc. Consul, 30. Habere prouinciam debet is, vt eam desponsam, non decretam habere videatur. Idem ad Atticum, lib.1.11.14. Pisonem Consulem nulla in re consistere vnquam sum passus desponsam homini iam Syriam ademi.

Desponsarus, (μεμνηστευμένος,) Participium, à despõsor desponsaris. Cic. ad Qu.fratrem, libro 2.11.1. Dederam ad te literas antea, quibus erat scriptum, Tullian nostram Crassipedi pridie nonas Aprilis esse despõsatam. Alia exemplaria habent desponsam.

Desponsata, pro Desponsa. Suet. in Cæsare, cap.1. Dimissa Cossutia, quæ familia equestri, sed admodum diues prætexta desponsata fuerat, &c.

Despretus, (καταφρονητός,) Valde spretus. Festus.

Despûmo, despumas, pen. prod. (ἀπαφρίζω,) despumare. Spumas extrahere. Plin. lib.36.cap.26.4. Fastigium verò ferula ri in pedes denos sescuncem, ac diligẽter cote despumare, quemadmodum axibus contabulare. Idẽ lib.12.cap.24.3. Despumatũ mel. Idẽ lib.18. cap.31.9. Nec nisi foliis despumandum. Virg.1.Georg. Et foliis vnda tepidi despumat aheni. Plin. lib.9.cap.38.2. Ita despumatis subinde carnibus quas hæsisse venis necesse est, &c. Columel. lib.12.cap.38.

Despumare pro Decoquere, Per translationem. Persius Saty.3.1. Stertimus indomitum quod despumare Falernum Sufficiat.

Despumare, pro spumando auferre. Senec.epi.100. Quum aliquid lachrymarum affectus effuderit, & vt ita dicam, despumauerit.

Despumare, neutrum. Senec.2.de Ira, Labor illos citra lasitudinem exerceat. Vt minator non consumatur calor, nimiusque ille feruor despumetur, quasi electa spuma residcat.

Despuo, despuis, despui, despũtum, pen. pro. (καταπτύω,) despuere, Idem quod spuere, & per translationem, ridere, abominari. Plinius lib.28.cap.4.3. Eadem ratione terna despuere deprecatione in omni medicina mos est.

Mores alicuius despuere. Id est contemnere. Claud.7.Paneg.81.

Despuere in mores, Abominari. Persius Saty.4. Est prope te ignorus cibi to qui tangat & aere, Despuat in mores. A ere, id est acriter.

Despuere comitiales morbos. Plin. lib.28.cap.4.3. Despuimus comitiales morbos, hoc est contagia regerimus. Simili modo & fascinationes percutimus, dextræque clauditatis occursum.

Preces alicuius despuere. Catull. ad Licinium, 47.4.

Despui, Passiuum. (καταπτύεσθαι,) Plin. lib.10.cap.23.10. Simúlque comitialem propter morbum despui suetum.

Despuitur, pen.corr. (καταπτύεται,) Impersonale. Liu.5.ab Vrbe, 182. Vbi nunc despui religio est.

Desquâmo, desquamas, penul. prod. (ἀπολεπίζω,) desquamare, Squamas auellere & auferre. Plaut. Aulul.14.1.

Dromo desquama piscesitu Macherio

Congrum, murænam exdorsua quantum potes.

Desquamare, etiã de arboribus dicit. Plin. lib.17.cap.24.11. Etiã subarator imprudens luxauit radices, corpusue desquamauit. Idem lib.13. cap.7.19. Summo cortice desquamato, altiore plaga siccantur.

Desquamare vestes. Plin. lib.35.cap.17.3. Primùm abluitur vestis Sardã, deìo sulphure sustiuit, mox desquamatur cimolia, quæ est coloris veri.

Desserto, desserris, desserui, desserere, Quod vulgus Gallicum dicit Desslonger. Persius Saty.6.

Cor iuber hoc Enni, postquam destertuit esse
Mæonides quintus pauone ex Pythagoreo.

Destico, desticas, desticare, dicuntur sorices, vt ait author Philomelæ in fine operum Ouidii.

Destillare, (καταλείβω,) pro distillare legitur apud authores, vt apud Columel. lib.12.cap.18.3. Cellus lib.4. cap.2.

Destillat autẽ humor ex capite interdũ in nares.

Destino, destinas, pen. corr. (πεσαιρέομαι, προορίζω, καθίημι, ἀπαντλέω, πάσσω,) destinare, Ex de & sto compositũ videt, inquit Sipontinus, quod est delibero, assigno, deputo, addico, quasi stare facio. Plin. epist.50.b, Destino enim (si tamen officii ratio permiserit) excurrere illuc. Item epist.49.9. Extendi epistolam, quum hoc solum quod requirebas, scribere destinassem, quos libros reliquisset.

Destinare ædes. Plaut. Mostel.8.124. – quid, eas quanti destinat?
T2. Talentis magnis rotidem quot ego & tu sumus. Idem Persa, 16.197. – di deæque agitent irati scelus,
Qui hanc non properas destinare.

Destinare aliquid agere. Cæsar 1.bel.Ciuil.134. Infectis iis quæ agere destinauerat. Plinius libro 28.cap.2.14. In Africa nemo destinat aliquid

quid, nisi præfatos Africam.

Destinare animo, & animis, & in animo. Liu.1.belli Pun.166. Si hoc bene fixum omnibus, destinatúmque in animo est, iterum dicam vicistis. Idẽ 7.ab Vrbe, 157. Adeò morte sola vinci destinauerant animis.

Destinare animo authorem cædis, pro suspectum habere. Liuius libro 3. Decad.4. Animis Leusippum omnes cædis authorem destinabant.

Destinare de Suero. in Cæsare, cap.44. De ampliando imperio plura aut maiora in dies destinabat. Id est parabat, constituebat, deliberabat.

Destinati Censores. Plin. epist.300. Ego à destinatis Censoribus quid censerem interrogatur, eos quidem, &c.

Destinare aliquem aræ, id est immolationi, siue vt immoletur. Virg.2.Aeneid.26. – & me destinat aræ.

Destinari foro. Quint. libro 2.

Destinare ægrum cibo. Celsus libro 3.cap.4. Optimum vero medicamentum est opportune cibus datus, qui quando primò dari debeat, quæritur, plerique ex antiquis tarde dabant, sæpe quinto die, sæpe sexto: & id forsasse vel in Asia, vel in Aegypto cœli ratio paritur. Asclepiades vbi ægrum triduo per omnia fatigarat, quarto die cibo destinabat.

Destinare rempus & locum, ad certamen. Liu.3.bel.Maced.77. Celerius prælium, acriúsque commissum, quàm tempore, locoque ad certamen destinatis, præparatis animis conciri sisent.

Destinare alicui diẽ necis. Cic.3.Offi.50. Et Plin.epi.103. Dũmodo iam nunc destines diem, quo & de illis, & de his coram exigere possimus.

Destinare collum in furcas. Varro 1.de Re rust.cap.20.1. Nouellos quũ quis emerit iuuencos, si eorum colla in furcas destinata inclauerit ac dederit cibum, diebus paucis erunt manisueti, & ad domandum proni. Castigatior lectio ex vetusto exemplari, habet in furcas destinatas, &c.

Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinari. Tacit.lib.3.

Idem certum destinare. Claud. de Hystrice, 37.7.

Aliquem destinare imperio. Ouid.15.Metam.1.

Desponsam & destinatam laudem alicui præripere. Cic. de Arusp.resp.4.

Destinari ad mortem. Liu.1.ab Vrbe.135.

Destinata alicui pecunia, Promissa. Vlpianus in L.A diuo Pio. Paragr.Sed & si.ff.De re iud.

Destinare alteri prouinciam. Liu.1.bel.Pun.79. Asdrubali fratri viro impigro eam prouinciam destinat.

Destinare puellam pro despondere. Plin.epist.111.b, lib.5, Iam destinata erat egregio iuueni, iam electus nuptiarum dies nos vocati.

Destinare sibi puellam minis triginta. Plaut. Rud.2.45.
Minis triginta sibi puellam destinat,
Datque arrabonem, & iureiurando alligat. Idem Persa, 15.76.
Iamne illam destinas? D. videam modo mercimonium.

Destinare fermonibus aliquem hostem esse. Liuius 5.bel. Maced.70. Romæ destinabant quidem sermonibus hostem Antiochum, sed nihil dũ ad id bellum præter animos parabant.

Spei destinatus. Quinnl.lib.1.cap.1.6. De pueris, inter quos educabitur ille huic spei destinatus, dictum sit.

Destinare spe aliquid futurum. Liuius 9.bel.Pun.103. Qui enim conuenire, quem modo ciuitas iuuenem admodum vnum recuperandæ Hispaniæ delegerit ducem quem recepta ab hostibus Hispania ad imperandum Punico bello finem creauerit Consulem, spe destinauerit Africam subacturum, Annibalem ex Italia retracturum: cum repentè, tanquam Q. Pleminium, indicta causa propè damnatum ex prouincia reuocarit De Scipione.

Seruitiis destinare aliquem. Valer.1.Argon.16.

Destinatum est mihi, & destinatum est mihi in animo. Plinius epist.190.

Destinatum est inquam mihi, maritum tuum non multum pati. Liu.6. ab Vrbe, 26. Sibi destinatũ in animo esse Camillo fummittere imperiũ.

Destinare, pro Mittere. Sueton. in Galba, cap.16. Ergo primũ obsequiũ rumpere ausi, Calend. Ianuarii adigi sacramento nisi in nomen Senatus recusarunt, statímque legationem ad Prætorianos cum mandatis destinauerunt, displicere imperatorem in Hispania factum, eligerent, ipsi quem cunctis exercitus comprobarent.

Destinare, pro Notare. Curtius lib.3. Dioxippus coniectum oculorũ, quibus vt fur destinabatur, ferre non potuit.

Destinatus, Participium. (ὁρισμένος,) Destinati ad certamen. Liu.3.bel. Mace.77. Certis, destinatísque sententiis addicti. Cic.2.Tusc.8.

Non est annus hic tibi destinatus. Cic. Furnio lib.10.25.5. Id est nõ est tibi legitimus ad perendum.

Locus alicui destinatus. Cicero pro Sestio, 55. Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus?

Destinatus, pro Certo & definito. Fabius lib.3.cap.8. Iudicialem in qua ferè eadem fed certis destinatisque personis quærantur.

Destinatio, Verbale, (πρόθεσις,) vt Destinatio mortis. Plinius libro 36. cap.14.3. Et libro 8.cap.16.

Destinatio pro Deliberatione. Plin. libro 7.cap.45. Pestilentia vrbis, fames, situsque Italiæ, destinatio expirãdi, & quatridui inedia, maior pars mortis in corpus recepta.

Certus destinationis. Tacitus libro 12. Ortæ apud Brigantes discordiæ

retraxere ducem, destinationis certum, ne noua moliretur nisi prioribus firmatis.

Destituo, destituis, destitui, destitũtum, pen. prod. (καταλείπω, μεθίημι, ἀπαγορεύω,) destituere, Ex de & statuo, significat Derelinquere: vt Destituere rem inchoatam. Liu.4.bel.Mace.157.

Destituere aliquem, pro deserere. Cic.ad Atticum, lib.13.196.4. Ait illi me animi consecutia, quòd Phameam destituissem, de se suspicari.

Abarte destitui. Ouid.epi.6.50. Destituor prudens artis, ab arte mea.

Pietas & fides destituunt. Lucan. lib.5.60.

Somnus destituit. Ouid.1.de Remed.Amor.36.

Spes destituit. Tibul. lib.1.eleg.1.2. Nec spes destituat, sed frugum semper acernos Præbeat.

Comitem destituere. Ouid.8.Metam.36. – comitémque suam crudelis in illo Littore destituit.

Sorti fortunas destituere. Cic.1.Philip.128. Qui ne sorti quidẽ fortunas suas destituit, sed libidini cuiusq; nos ita addixit, vt ne sibi quidẽ, &c.

Inceptum destituere opus. Ouid.3.Amor.eleg.11.4.

Poma destituunt famem. Senec. Herc.fur.9.28.

Preces alicuius destituere. Ouid.ad Liuiam, 40.

Destituere propositum. Ouid.3.Amorum, eleg.6.3.
Tam citò me somnos destituisse queror. Ouid.epist.21.28.

Destituere spem. Liu.1.ab Vrbe.124. Inde illam absentis infectationem esse natam, quòd morando spem destituerit. Columel.libro 4.cap.24.11. Quæ nec spem vindemiæ destituant, nec emacient stirpem suam.

De palmis vitium sequitur.

Spe destitui. Ouidius epist.3.19.

Destituere studia alicuius. Liuius 9.bel.Maced.165. Gratias Pop.Rom. egit quòd tanto studio, quotiescunque declarandæ voluntatis potestas facta esset, Prætorem se voluisset facere ea sibi studia ciuium suorum destituere non in animo esse.

Destituere, pro fallere fidem, & promissum non præstare. Cic. pro Cluentio, 57. Contrahit frontẽ, & queritse ab Oppianico destitutũ. Audaus. Decipere ac destituere aliquem. Cic. pro Sex. Rosc.60. Eiusdẽ munesis, legationis, officii, mandatorúmque socios induxit, decepit, destituit.

Destituere nauem anchoris, apud Næuium, pro dissoluere, In alto nauem iuber, destitui anchoris.

Destitutus, pen. pro. (καταλοφότερος, ἀπεστερημένος,) Participiũ. Cic.1.Offi. 42. Magisque ille cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutũ queratur. Cæsar 1.bel.Gal.56. Multò etiã grauius, quàm sit destitutus, queritur. Illudus atque destitutus. Cic. pro Quintio, 29.

Destituta aliqua re id est carens ea. Quint.lib.4.

Destitutus bonis. Cic.1.Tusc.151. Sic Destitutus consiliis & promissis alicuius. Cic. ad Qu.fratrem, lib.1.3.11.

Destitutus, absolutè pro desperans. Sueton. in Galba cap.11. Accesit ad tanta discrimina mors Vindicis, quà maximè consternatus, destitutóque similis, non multum abfuit quin vitæ renuntiaret.

Destitutio, Verbale. (ἀπόλειψις,) Cic. pro Cluentio, 56. Hos qui leuiores erant, destitutione iratos Oppianico reddideret.

Destringo, destringis, destrinxi, destrictum, (ἀποξύω, ἀποτέμνω,) destringere, Amputare, colligere, excidere. Colu. lib.11.ca.2.63. Tũ & olea destrigẽda est, ex qua velis vtride oleũ efficere.

Auenas destringere. Cato cap.37.3. Frumenta bis face sartias, runcesque, auenásque destringas.

Destringere pro Abradere. Plinius libro 31.cap.11.8. Et oculorum causa comburuntur in cruda olla figulini operis plurimum proficiente eo cinere contra scabritias genarum excrescentesque carnes, & quicquid opus sit ibi destringere, spissare, explere.

Destringere & abradere aliquid bonis alicuius, per translationem. Plin. in Paneg.59. Itaque illis irrogatum est, his remissum, videlicet quòd manifestum erat, quanto cum dolore laturi, seu potius non laturi essent, destringi aliquid & abradi bonis, quæ sanguine, gentilitate, sacrorum denique societate mercissent. Vide DISTRINGO.

Destringere, pro strigilibus radere. Plin. lib.1.epi.5. Dum destringitur rergitúrque, audiebat aliquid. Alii tamen distringitur legunt. Est autẽ (inquit Marcellus interpres Dioscoridis) distringere lacinia, strigilisue, aut manu ipsa, quæ corpori hærent, abradere & extergere. Vide DISTRINGO.

Destrigmentum, destrigmenti, Idem quod strigmentum, sine ramentum. Plinius libro 20.cap.5.4. de cucurbita syluestri. Et ignes sacros, destrigmentis, vel his impositis, vel seminibus.

Destruo, destruis, destruxi, destructi, (ἀπεσκευάζομαι, ἀνασκάλλω, ἀναιρέω,) destruere. Quod structum erat corrumpere. Cuius crebriora sunt apud authores exempla, quàm fuerit opus hic congerere.

Construere & Destruere contraria. Cic. de Senect.66. Vt nauem, vt ædificium idem destruit facillimè qui construxit &c.

Aeuum destruit animos. Lucanus libro 8.6.
Destruit ingentes animos. – sic longius ænum
Destruit eum infamia. Plinius in Paneg.137. Multis illustribus dedecori

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit aut inconsultius vxor assumpta,aut retenta patientius:ita foris ela ros,domestica destruebat infamia:& ne maximi ciues haberentur,hoc efficiebat quòd mariti minores erant.
Vetustas destruit. Ouid.5.Fast.27.Ara erat illa quidem Curibus,sed lon ga vetóstas destruit,& saxo longa senecta nocet.
Fortunam suam destrui Cæsar,imparemque tanto imperio rebatur. Ta citus libro 4.
Honores destruere. Ouidius ad Liuiam,50. Nec inuenis positi supremos destrue honores.
Mœnia destruat. Virg.4.Aeneid.66.
Destruere testes. Quint.lib.5.cap.7.Interim & singulos vt exornare, ita destruere contingit.Id est ostendere iis moribus eos esse,vt in testimo nio reddendo non sint recipiendi.
Opus destruendi, ac confirmandi, hoc est confutatio, & confirmatio. Quintil.libro 7.cap.4.13. Narrationibus non inutiliter subiungitur opus destruendi confirmandique eas.

Desubito, Adverbium. (ἐξαίφνης, ἐξαπίνης,) Idem quod subito & celeriter. Plautus Bacchid.1.46.
Quid si apud te veniat de subito prandium aut potatio.
Forte,aut cœnas,vt solet in istis fieri conciliabulis? Idé Mostel.6.61.
Quannis de subito facile est facere nequiter.
De subito & repente. Titinius, Quis de subito tam repente ad me ve nisti? Nonius.

Desubulare, (ἀπαγορ.) à fubula deductum significat. Perfo dere. Varro, Alterum Carneadem desubulasse bo na corporis. Nonius.

Desudo, desúdas,pen.prod.(κατὰ ἀφαίρ.)à quo desudasco,desuda scis & impersonale desudáscit,pen.cor. Plau.Bacch.1.33.
Quid ego metuam rogitare homo adolescens
Penetrem huiusmodi in palestram,vbi damnis desudascitur? Id est valde sudatur. Stat.3.Thebaid.56.
Illum ego perpetuis mihi desudare caminis
Si iubeam,vigilesque operi transmittere noctes
Gaudeat. Verba Veneris de Vulcano ad Martem.
Desudare atque elaborare. Cicero de Senectute, 34. In his desudás atque elaborans,corporis vires nó magnopere desydero. vt Defuerit illum, id est consuetudinem ei abituli. Titinnius Gemina, Parasitos amoui, lenonem ædibus absterrui,desueui ne quò ad cœnam exiret extra con silium meum.
Desuesco,desuescis,(ἀλλάττω,ἀπαλλάσσω,)desuescere,neutrũ verbum,Con trarium est verbo consuescere siue assuescere:& significat morem sui intermittere. Liu.8.ab Vrbe,196. Id aliquandiu æquauit pugnam iampridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati. & Quint. libro 3.In desuescendis morentur.
Paulatim desuescit honori. Silius libro 3.116.
Gens ferri patiens,ac læta domare labores,
Paulatim antiquo patrum desuescit honori.
Desuetus,pen.prod.(ἀπαξιώσας,ἀφαιρούμενος,)A consuetudine remotus, inquit Valla in Pogium. Virg.6.Aenei. – iam desueta triumphis Agmina.
Desuera res. Liu.3.ab Vrbe,157. Postquam audita vox in foro est præco nis,Patres in curiam ad Decem viros vocantis,velut noua res(quia in termiserant tamdiu morem consulendi Senatus, mirabundam plebem cõuertit quidnã incidisset cur ex tãto interuallo rẽ desuetã viurparet.
Retractare verba desuera. Ouid.5.Trist.eleg.8.13.
Desuescendus,A dictionum. (ἀπαγορ.) Quintil.lib.3.cap.10.Hæc adolescentes sibi scripta sciãt, aliter quàm dicturi sint,exerceri velint, & in desuescendis morentur.
Desuetúdo,pe.pro.huius desuetudinis.(ἄλλαξις,) Liu.1.ab Vrbe,78. Miti gandũ ferocẽ populũ armorũ desuetudine ratus,lanũ ad infimum,&c.
Residet,& desuetudine cardi. Ouid.14.Metam.87.
Desuefacio,desuefeci,desuefactum,desuefacere. Consuetudinem præter mittere, vel relinquere. Cicero pro Cluentio, 88. Qui quòd rostra iamdiu vacua,locumque illum post aduentum L.Syllæ,à tribunitia vo ce desertum oppresserat,multitudinemque iam desuefactam à concio nibus ad veteris consuetudinis similitudinem reuocauerat,idcirco cui dam hominum generi paulisper incundior fuit.
Desuefio,pe.pro.desuefis,(ἀπαγορ.)desuefieri. Varr.1.de Re rust.cap.9. 10. Duobus mensibus primis à partu non disiunguntur à matre, sed minutatim desuefiunt.

Desultor, Vide DESILIO.

Desum, deest,deerit,defui,(ἀλλείπω,)deesse. Deest pecunia quando nulla est,Deficit,quando est aliqua,sed tamen pauca vt nó sufficiat. Terent.Heaut.5.3.16. Abi deambulatum. C.L. deambulatũ, quid? S. vah,quasi desit locus. Idem Phor.2.1.69. Non ratio,verũ ar gentum deerat. Virg.8.Eclo.112. Nihil hic nisi carmina desunt.
Deesse alicui opera,&c. Id est nõ iuuare. Cic.ad Lentulum,lib.19.59. Tan tum enitor,vt neque amicis,neque etiam alienioribus,opera, consilio, labore desim. Sic deesse causæ communi,Cic.6.Verr.123.

Deesse & Abundare,contraria. Cice.1.de Diuin.109. Siue deest naturæ quippiam,siue abundat,atque effluit.
Defuit ei animus ab initio. Cicero ad Brutum,10.2. Vulgus barbarorum dicit,Non habebat animum.
Bello propter tiuiditatem deesse. Cic.2.Philip.79. Cur ei bello tum pro pter timiditatem tuam & libidines defuisti?
Defuit mihi in hac parte fides. Ouid.10.Metam.61.
Ingenium deesse alicui. Cic.1.de Orat.39. Quòd si tibi tantum in nobis videtur esse,quibus etiam si ingenium,vt tu putas,non maximè defuit, doctrina certe & otium, & hercule etiam studium illud dicendi acer rimum defuit.
Lingua palato non deest. Ouid.epist.21.22.
Deesse occasioni. Liuius 7.bel.Pun.155. Necui deesset occasioni,castra in tumulum in quo pugnatum erat,extemplo transfert. De Annibale. Pli nius libro 11.cap.25.1. Nulloque momento meditari cessat, nequan do desit occasioni.
Deesse officio suo & muneri. Cic.3.Tusc.27. Et Atti.lib.7.135.6.
Tristi officio deesse. Ouid.12.Meta.1. Defuit officio Paridis pœnitentia tristi.
Orationem ad alicuius rei disceptationem deesse. Cic.de Leg.agr.49.
Alicui prudentiam in consilio defuisse. Plancus Ciceroni lib.10.17.1.
Non deerit sapienti quod agat. Cic.4.Acad.198.
Sermo mihi deest abs te. Cic.Attico,lib.4.36.3. Nec metuo tamen ne mi hi sermo desit abs te,quo magnopere delector.
Deesse sibi. Cic.pro Rosc.Amerino,61. Mihi inscitia,vide ne tibi desis. Horatius 2.Serm.Saty.1.4. – haud mihi deero,
Quum res ipsa feret. Non sibi deest is,qui facit & quod sibi opus est,& quod oportet. Acron.
Non tibi desuit cura aut studium in tanto officio. Cicero,9.Philip.1.
Tibi nullum à me amoris,nullum studii,nullum pietatis officium defuit. Cicero pro Milone,76.
Deesse voluntati amici. Cicero ad Atticum,libro 3.15.3.2. In Trib. plebis Des. reliqua pes est:quam si expectaro,non erit quod putes me cuiã mea,voluntati meorum defuisse.
Non animus eis,sed vires defuerunt. Cic pro Flacco.38.
Pauæ centuriæ ad Consulatum defuerunt. Cic.de Clar.Orat.128.
Deest paululum. Vide PAVLVLVM.
Non desunt qui interpretentur,hoc est, Quidam interpretantur. Pli nius libro 2.cap.109. Nec defuere geometræ qui interpretarentur si gnificare epistolam à medio terrarum orbe missam. Cicero contra Rul lum,88. Verum arbitrabatur,non defore qui illa constitueret.
Deesse pro abesse. Cic.Q.u.fratri,lib.2.8.4. Hutic conuiuio puer opti mus Q.us,tuus meúsque,quòd per luiter cõmotus fuerat,defuit.

Desumo, desúmis,penult.prod.desumpsi,desumptum,(ἀναβάλλω, ἀναιρέομαι,)desumere,Idem quod sumere. Liu.4.ab Vr be,137. Duo singuli singulos sibi Consules asseruandos assidua opera desumunt. Horat.1.epi.2. Ingenio sibi quod vacuas desúpit Athenas.
Desumere sibi aliquẽ hostẽ. Liu.7.ab Vrbe,89. Florentemque Pop. Rom. ac fœlicissimum bello sibi desumerẽt hostem. Idem 8.bel.Maced.196. Recto itinere duxisti exercitum ad eos quos tibi hostes desumpserat?

Désuper, pen.corr.(ὕπερ,ἄνωθεν,)Aduerbiũ, Idẽ quod super Virg. 4.Aenei. His ego nigrantem commissa grandine nimbũ,
Dum trepidant alæ,saltúsque indagine cingunt,
Desuper infundam. Cato cap.18.4. Aut binas pro singulis desuper ponito. Cæsar 1.bel.Gal.223. Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas insilirent, & scuta manibus reuellerent, & desuper vulnerarent.
Incurrere desuper. Tacit.libro 2. Soli Cherusci iuga insederunt,vt præ liantibus Romanis desuper incurrerent.

Desydero, desyderas,pe.corr.(ἐπιθυμέω,ὑστερέω,ἐπιποθέω,μεθ.

Non caret is qui non desyderat. Plaut.Trinum.13.67. Fieri istuc so let,quod in manu teneas,
Atque oculis videas,id desyderes.
Desyderare & requirere. Cic.pro Quintio,32. Qui in vita ratione sum mi officii desyderemus,& institutæ bonorum virorum requiramus.
Hæc longam desyderant orationẽ. Cic.Attico,lib.5.104.1. Dum hæc quæ longiorem desyderant orationem,summatim tibi perscriberem.
Nihil desydero,pro eo quod vulgus barbarũ dicit,Ego nõ curo,quod Cicero ait,Non multum laboro. Plaut.Stich0,9.10. Nunc me gratiam abs te inire verbis,nihil desydero. Vide NIHIL.
Non desyderare imperium alicuius. Cæsar 1.bel.Ciuil.262. Exercitui qui dem omni tantus incessit ex incommodo dolor, tantúmque studium infamiæ sarciendæ, vt nemo aut Tribuni, aut Centurionis imperium desyderaret. Id est,cuperet.
Non magnopere desyderare aliquid. Cic.de Senect.40. Quod ea volu ptates nullas magnopere desyderat.
Desyderare aliquẽ ꝓ Cupere. Ci.de Na.deo. Hec enim scire desydero. Id est,cupio. Terent.in Eunu. Dies noctesque me ames,me desyderes.
Non desyderare solum,sed etiam poscere & flagitare. Cic.7.Verr.57.

Desyderare

Desyderare Ciceronis eloquentiam, Est dolere se non habere Cice ronis eloquentiam.
Desyderamus alicuius vires,quando ille non auxiliatur nobis. Cice.in Catone,28. Non curia vires meas desyderat,non rostra,non amici,nõ clientes. Q nasi dicat,Curia non sentit me senio debilitatum,quum fun gar meo munere perinde ac si integra ætate essem.
Nunquam istam sententiam desyderaui. Cicero. Id est ea nunquam mihi defuit,vt ait Budæus.
Animum alicuius desyderare ex ipsius libris. Cicero Curio,lib.7.29.5. In tellexi enim ex tuo sermone quodam,quum mœstitiam & desperatio nẽ accusares domi tuæ,dicere te ex meis libris animũ meũ desyderare.
Desyderare aliquid ab alio. Cic.de Amicit.69. Plerique peruersè, ne dicã impudenter,amicum habere talem volunt,quales ipsi esse nõ possunt: quæque ipsi non tribuunt amicis,hæc ab his desyderant.
Desyderatur à philosopho grauitas. Cic.5.de Finib.23. Sed ea quæ desy deratur à magno philosopho grauitas,in eo non fuit.
Desydero abs te aliquid Cic.ad Qu.fratrem,Id est Non videris mihi fa cere quod debes,ait Budæus.
Amorem desyderare ab aliquo. Cicero Attico,Tu me consolari desines obiurgare vero noli. quod quum facis, vt ego tuum dolorem amo remque desydero. Id est videris mihi non dolere vicem meam, & me amare,inquit Budæus.
Sextilem totum desyderor. Horat.1.epist.7.1.
Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desyderor.
Desyderari,per translationẽ pro deficere vel morinquòd eos qui mor tui sunt,vel quæ deficiunt,quæque non habentur, desyderemus, siue in nobis,siue in aliis. Curtius. In eo prælio trecenti capti,quinquaginta missa desyderata sunt. Cæsar 5.bel.Gal.81. Ac fic accidit,vt ex tanto nauium numero, tot nauigationibus, neque hoc,neque superiore anno,vlla omnino nauis quæ milites portaret,desyderaretur. Id est nul la nauis perierat.
Desyderare (inquit Festus) à syderibus dicti certum est. Sunt qui sydus à σὺν & ἕδος deducunt,& per y scribunt desydero. Alii à fido fidis; & per i latinum scribendum censent.
Desyderans,penult.corre.Participium,(ἐπιπεθούμενος,) vt Desyderans quod satis est,Id est nihil vltra ea quæ vitæ necessitas exigit. Horat.3.Car minum.Ode 1.1.
Desyderãtus,pe.p. Participii. (ἐπιπεθημένος,)Cic.post Red.ad Quir. 3.Sed omnia desyderata magis quàm assidue perspecta delectant.
Desyderii,desyderii,(ἐπιθυμία,πόθος,ἵμερος)Est inquit Cic.4.Tusc.32.) libido,eius qui nondum adfit,videndi.Iuuenalis,Cur desyderio Bibulæ Sertorius ardet? Tacitus,Desyderii mariti honesti solatiis toleraret. Id est,absentiam,defectum,vel mortem,vt interpretatur Budæus.
Satietas nostri & Desyderium, contraria. Cic.Attico,lib.1.20.1. Cupio equidem & tampridem cupio Alexandriam reliquámque Aegyptum visere,& simul ab hac hominum satietate nostri discedere,& cum ali quo desyderio reuerti.
Igniculus desyderii. Cic.Trebonio,libro 15.20.3. Quo tolerabilius fera mus ignículum desyderii tui,crebris nos literis appellato.
Vis desyderii in voluntate alicuius. Cic Catoni lib.15.4.2. Huic meæ vo luntari in qua inest aliqua vis desyderii,ad sanandum vulnus iniuriæ, vt faueas adiutórque fis,&c. vehementer te rogo.
Poculum desyderii. Horat.Epod.18.6.
Posfin crematos excitare mortuos,
Desyderique reparare poculum. Desyderii poculum, amoris po tionem interpretatur Porphyrio.
Incutere desyderium. Vide INCVTIO.
Oris desyderia. Plin.lib.22.cap.24.2. Faucibus, tonsillis, anginæ,omni búsque oris desyderiis vtilissimum. De melle.
Pro desyderio corporum, Prout corpora desyderant, siue opus habẽt. Plin.lib.11.cap.70.1. Caudæ præter hominem ac similes omnibus fere animalibus,& ouã gignentibus,pro desyderio corporum: nudæ hirtis, vt aprinis:paruæ villosis,vt vrsinis:prælongis serotinæ,vt equis.
Ad desyderium, Vide AD præpositio.
Naturalia desyderia, Vide NASCOR.
Desyderia thoracis & præcordiorum. Plin.lib.17.cap.13.4. Exprimitur & succus radici, vtilis fœminis & thoracis præcordiorúmque desyde riis,calfacit enim & concoquit,& purgat. De smyrnio.
Scabendi desyderia tollunt minutæ & latæ. Plinius libro 30.cap.14.5. De cochleis loquitur.
Annus tertius accessit desyderio nostro. Cicero Qu.fratri,libro 1.1.1.
Afficere desyderio. Vide AFFICIO.
Agi desyderio, Vide AGO.
Angi desyderio, Vide ANGO.
Attingit nos desyderium nostri. Lucret.lib.3.189.
Capere desyderium, Vide CAPIO.
Effluere desyderiis nostris dicitur, quem paulatim minus atque minus a mamus. Ouid.2.de Remed.Amor.50.

Parce queri:melius sic te vlciscere tacendo,
Dum desyderiis effluat ista tuis.
Explere expectationem desyderii alicuius. Cic.1.de Orat.102. Ea si pau lo latius dixeris,expleris oẽm expectationẽ diuturni desyderii nostri.
Desyderio alterius aliquid facere. Terentius Heaut.1.3.66. Vt facile sci res desyderio id fieri tuo.
Non posse ferre desyderium. Cic.Attico lib.9.181.3.
Desyderio vrbis flagrare. Cic.ad Atticum,libro 5. Non dici potest quàm flagrem desyderio vrbis.
Fidelibus ista desyderiis Quærit patria Cæsarẽ. Horat.4.Carm.Ode 5.3.
Desyderio incendi. Vide INCENDO.
Indulgere desyderio alicuius, Vide INDVLGEO.
Insidet nobis desyderium rei alicuius. Lucret.lib.3.188.
Laborare desyderio partus, Vide LABOR.
Desyderium lenire, Vide LENIS.
Desyderio alicuius moueri. Cicero de Amicitia,9. Ego si Scipionis desy derio me moueri negem, quàm id recte faciam, viderint sapientes, sed certe mentiar.
Desyderia sua proferre, Id est porrigere libellum. in L.Nequicquam.de Offic.Proconsul. Mediocres desyderia sua non proferant. Budæus.
Relinquere desyderium sui apud aliquem. Cic.pro C.Rabirio,9. Et par desyderium sui reliquit apud Populum Romanum.
Desyderio magno esse alicui, pro magnopere desyderari. Terent.Heaut. 4.5.5. Ita magno desyderio fuit ei filius.
In aliquo desyderio esse. Cicero de Amicitia,86. Diutius in hoc desyde rio esse non possum.
Esse in desyderio alicuius. Cice.10.Philipp.279. Erat enim in desyderio ciuitatis,in ore,in sermone omnium. De Bruto.
Desyderio virium teneri. Cic.de Senectute,19. Moderatio modò vitium adsit,& tantum quantum quisque potest,nitatur: ne ille quidem ma gno desyderio tenebitur virium.
Memoria & desyderium tui me tenet. Cicero post red.ad Quir.1. Vt ali quando vos, Patrésque Conscripti, Italiamque vniuersam memoria mei,miserícordia,desyderiúmque teneret.
Meum desyderium,Blandientis vox. Cic.Terentiæ lib.14.20.10. Valete mea desyderia,Valete. Paulo ante,Hem mea lux,meũ desyderium.
Desyderatio,Verbale.(ἐπιπεθία.) Cic.de Senec.45. At non est voluptatium tanta quasi titillatio in sensibus: credo:sed ne desyderatio quidẽ, nihil autem est molestum,quod non desyderes.
Desyderabilis,& hoc desyderabile,pen.cor.(ἱμερτός,ποθεινός, ἐπιθυμητός,)Cic.1.de Finib.81. Nihil enim desyderabile concupiscunt. Liu.4. bel.Pun.20. Verumenimuero Hieronymus velut suis vitiis desydera bilem efficere veller auum.

Détego, détegis,pe.corr.detexi,detectũ,(ἀποκαλύπτω, ἀνασύρω,)detegere. Denudare & aperire. Plaut.Rud.5. 3.Detexit ventus illã Idem Mostel.3.41. Texit,detexitque me illico. Ensem detegere vaginã. Silius lib.13.34.
Detegere,per translationem vt Detegere insidias. Liu.10.ab Vrbe,16. Ite igitur:Dicite,inquit,detegant nequicquam conditas insidias.
Laceros artus,& grandia detegit ossa. Ouid.9.Metam.34.
Facta detegere variis modis. Ouid.2.Trist.86.
Imbelles animos detegere. Lucan.lib.5.65.
Furta detegere. Ouidius 2.de Arte amand.86. Flecte iter,& monitu de tege furta meo.
Detexit mihi modestiam tempestas illa. Plautus Mostel.47.
– ô Venus venusta,
Hæc illa est tempestas mea,mihi quæ modestiam omnem Detexit,re ctus qua fui. Id est,quæ abstulit mihi omnem modestiam.
Orationis ossa detegere. Quintil.in Proœm.lib.1.18.
Detegere stomachum. Plaut.Amphit.15.35. Hominem ne congrediamur quæso,prius quàm stomachum detexerit.
Detegere magicas vanitates. Plin.lib.27.cap.8.3.
Vulnus detegere. Ouid.epist.6.8. Detegit ingenio vulnera facta suo.

Detectus, Participium vt Detecta fraus. (ἀπεκδεδυμένος,) Liuius 3. belli Pun.182.
Patefacta & derecta. Cicero 4.Acad.219.

Detectus, pro nudo. Ouidius 2.Fast.61.
Sub Ioue durabant,& corpora nuda gerebant
Docta graues imbres,& tolerare Notos:
Nunc quoque detecti referunt monimenta vetusti
Moris,& antiquas testificantur opes.
Caput detectus,id est sine galea,Seruius. Virg.10.Aeneid.26.
Dardanius caput ecce puer detectus honestum.

Detendo, detendis,detendi,detensum,(ἀνίημι,)detendere. Cæsar 3.bel.Ciuil.312. His constitutis rebus,signo iam profe ctionis dato,tabernaculisque detensis. Liuius libro 1.Decadis quintæ, Nautici tabernacula detendunt.

Deter, deterior,deterrimus. Vide DETERO.

Universidad de Deusto
BibliotecaCC

Detergeo, detergeo, vel Detergo, detergis, detersi, detersum, (ἀποψάομαι, ἀπομύσσομαι,) detergere vel detergere, Idem quod tergere. Plin. Mensem. 3.2. Mensam quando edo detergeo, Pli. in Paneg. 81. Datur intueri pulcherrimas ædes deterso situ auctas & vigentes. Colu. lib. 3. Quoties falcē acueris, ea pelle acie detergito. Fletus detergunt flammæ. Claud. 2. in Eutrop. 75. Et apud Ouid. lib. 13. Metam. 161. Lachrymas detergere.

¶ Detergere, per translationem vt Detergere fastidia, pro auferre. Columel. libro 8. cap. 10.4. Horat. 1. Carm. Ode 7. 3. Albus & obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus.

Somnum detergere pollice. Claud. in Epithalamio Palladii, 6.
– strepitúque excita resedit,
Et reliquũ nitido detersit pollice somnũ. De Venere é sõno expecta.

Detergere gemmas. Colum. libro 4. cap. 16. 3. Neue iam turgentes gemmæ detergeantur.

Detergere spurcitias. Colum. lib. 1. cap. 5. 7.

Nubila detersa radiis. Claud. 1. Paneg. 108.

Detergere numerum aliquem. Cicero Attico, lib. 14. 306. 4. Quid quæris? nimirum ad centena Cluniana aduentare videtur? sed primo anno LXXX detersimus.

¶ Remos detergere, pro abscindere. Cæsar 1. bel. Ciuil. Aut remos transcurrentes detergere si possent, cõtẽdebant. Vide Bayfiũ de Re nauali.

Rubigo detersa. Silius libro 4. 3.

Detergere sarmenta de arboribus putatis, & vineis, Cato cap. 37. 3. Sic detergere palmites, pro decerpere. Colum. lib. 4. cap. 27.

¶ Detergere pro Corrigere & emendare. Claud. 2. Paneg. 38.
– in prima hominem sy luestribus antris
Elicis, & fordo detergis secula victu. Hoc est facis velut nitidiora, fœdum victum detergens.

Determino, determinas, pen. corr. (ὁρίζω, καταρίζω,) determinare, Terminos imponere, vel terminis, & veluti limitibus quibusdã designare. Liu. 1. ab Vrbe, 76. Inde vbi prospectu in vrbem agrumque capto, deos precatur, regiones ab oriente ad occasum determinauit. &c. Plau. Pœn. 2. 4. 9. Eius nunc regiones, finitęs confinia.

Determinabo rei finitor factus sum ego. Plin. lib. 3. cap. 15.

Determinant spatia. Plin. lib. 10. cap. 3. 8. Determinant ergo spatia, nec in proximo prædantur. De aquilis.

Determinare, pro Terminare. Sueton. in Galba, cap. 15. Existimabantur etiam Senatoria & Equestria officia biennii spatio determinaturus, nec daturus nisi inuitis ac reculantibus.

¶ Determinare, per translationem. Cic. 3. de Oratore, 96. Et id quod dicit, spiritu, non arte determinat. Plin. lib. 18. cap. 23. 3.

Determinatus, Participiũ, (κατεσταμένος,) vt Determinatus cursus. Cic. 2. de Nat. deor. 146. Nunc legitur, cursus ordinatos definiunt.

Determinatio, Verbale. (πέρας,) Cicero 2. de Nat. deor. 146. Extrema ora & determinatiõ mundi.

Exitus & determinatio orationis. Cic. 1. de Inuent. 109. Conclusio est exitus & determinatio totius orationis.

Detero, deteris, pen. corr. deriui, detritum, pen. pro. (κατατρίβω, ἀλέω,) deterere, Valde terere, vt Deterere frumenta, Columel. lib. 1. cap. 6. 16. Area optima est silice constrata, quòd & celeriter frumẽta deterantur. Sic detritũ miliũ, Apud eundẽ lib. 6. cap. 12. 3.

Deterere calces. Plaut. Merc. 22. 111. Clementer quæso, calces deteris.

Manibus deterere tabellas. Propert. lib. 3. eleg. 23. 1.

Vsu aliquid deteri. Quintil. lib. 2. cap. 4. 6. Multum ratio limabit: aliquid velut vsu ipso deteretur.

Deterere, Destruere, corrũpere. Pli. Nimia cura deterit magis q̃ emẽdat.

Deterere laudes alicuius. Horat. lib. 1. Ode 6.

Laudes egregii Cæsaris & tuas Culpa deterere ingeni.

¶ Famæ alicuius deterere, pro detrahere. Silius libro 7. 50. – quantum Detritum est famæ!

Detrimentum, (βλάβη,) A detritu: quòd ea quæ trita sunt, minoris pretii sunt, vt ait Varro de Ling. Lat. 4. Terent. Hecyra, 2. 1. 37.
Satis scio peccando detrimenti nihil fieri posse. Horat. 2. epist. 1. 25.
Detrimenta, fugas seruorum incendia ridet.

Detrimentum & Emolumentum, repugnantia. Cic. 1. de Finib. 81.

Incommodum & detrimentum. Cic. de Clar. Orat. 3. Nostro incommodo detrimẽtoque, si ita est necesse, doleamus.

Detrimentum accipere. Cæsar 5. bel. Cal. 195. Quod detrimentum culpa & temeritate legati sit acceptum. Vide ACCIPIO.

Prouidere nequid Resp. detrimenti accipiat. Cice. 5. Philip. 188. Afferre detrimentum. Vide AFFERO.

Capere detrimentum. Cicc. pro Milone, 52. Videret nequid Resp. detrimenti caperet. Idem 1. in Catil. 2. Vide CAPIO.

Facere detrimentum. Cic. 6. Verr. 18. Resp. detrimentum fecit, quòd perte, &c. Idem significat quod accipere detrimentum.

Importata publicis rebus detrimenta, Cicc. 1. de Orato. 20. Huic opponit
Adiumenta rebus publicis importata.

Inferre detrimentum, Vide INFERO.

Iniungere detrimentum Reipub. Vide INIVNGO.

Detrimenta atque damna cum maximis iniuriis contumeliisque perferre. Cicero 5. Verr. 196.

Non sine magno Reip. detrimento. Cic. 6. Verr. 17.

Detrimentõsus, penult. produ. (βλαβώδης,) Adiectiuum. Quod affert detrimentum. Cæsar 7. bel. Gal. 132.

Deter siue deterus, deterior, deterrimus, (κατακός,) Cui aliquid deest, quasi detritum, ne bonum sit. Plaut. Bacchid. 2 3. 60. Vidi ego hominem nequam, verum te neminem deteriorem. Terent. Heaut. 3. 1. 74. Deteriores omnes sumus licentia. Plaut. Mostel. 8. 67. Quid tu nunc hominum te omnium deterrime, venisti huc ostentatum? Terent. And. 5. 1. 16. Cice. 4. de Finib. 70. Deterior quàm cæteri. Horat. 3. Carm. Ode 5. 6. Nec vera virtus cum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.

Deteriores & repulsi. Cice. de Arusp. resp. 49. Habent Hetrusci libri certa nomina, quæ in id genus ciuium cadere possunt: deteriores, repulsos, (quod iam audietis) hos appellant, quorum & mentes & res sunt perditæ, longeque à communi salute disiunctæ. Ibidem, 51. Sequitur illud, ne inferioribus repulsisque honos augeatur. Ibi de repulsis & deterioribus multa.

Author haud deterior. Cice. 2. Legib. 24. At Theophrastus, author haud deterior, mea quidem sententia.

Aetas deterior. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 1.

Causa deterior. Cic. pro Cecinna 34. Sic in iudiciis deterior causa sit eorum qui fugerint, quàm qui, &c.

Color deterrimus. Virg. 3. Georg. 17.

Deteriore conditione esse. Liu. 5. bel. Pun. 30. Nunc deteriore conditione sumus, quàm apud patres nostros fuerunt capriui.

Concoctio deterior. Cellus. lib. 3. cap. 2. Atque in longis quoque morbis etiam tales notas non habentibus scire licet increscere, si somnus incertus est, si deterior concoctio.

Facies deterior. Ouid. 12. Meram. 80.

Deteriore iure esse. Cice. pro Cecinna, 13. Iam principio ausus est dicere, non posse hæredem esse Cesenniæ Cecinnam, quòd is deteriore iure esset, quàm cæteri ciues, &c.

Deteriorem odorem vino adimere. Cato cap. 110.

Partes deteriores. Lucret. lib. 2. 103.

Deterior res, & Fructuosior, contraria. Cice. Attico, lib. 14. 307. 3. Ratio ea non fecit deteriorem, haud scio an tam fructuosiorem.

Deteriore tempore absens auctionatur. Cic. pro Quintio, 11.

¶ Pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt. Quint. lib. 1. cap. 1. 4.

Vitiosius & deterius. Cic. 4. de Orat. 17. Quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vitiosius & deterius futurum.

Deterius facere. Cic. 5. Verr. 114. Nisi hoc ita statuisses, in re tam manifesta, quicquid dixisses, te deterius esse factorum.

Corrigere & Deterius facere, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 123.

Mutatus in deterius principatus. Tacit. lib. 4.

At tu deterius palles. Pers. Saty. 3. 10.

In deterius referre. Tacit. lib. 13. Nec defuere qui in deterius referrent.

Deterius scripta. Cic. 5. de Finib. 13. Sed ex eo credo quibusdam visu venire vt abhorreant à Latinis, quòd incidant in inculta quædam & horrida, de malis Græcis Latinè scripta deterius.

Veráque, aut in deterius credita, ab vno iudice facilius discernuntur. Tacitus libro 3.

In deterius cuncta Romæ audita Martianum angebant. Tacit. lib. 20.

Deterrimus homo. Cicero 4. Verr. 14. et 27. Sic Deterrimæ mulieres, Cicero 5. Verr. 66.

Mortalium deterrimus. Tacit. lib. 17. Cic. de Arusp. resp. 52.

Quod optimo diasimillimum sit, id esse deterrimum. Cicero de Opt. genere Orat. 142.

Deterrima via. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180. 7.

Deterreo, deterres, deterrui, deterritum, pen. corr. (καταπλήττω, ἀποτρέπω,) deterrere, Idem quod terrere, vel terrore à sententia vel proposito auertere. Cicc. 3. de Finib. 59. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. Terent. Heaut. 1. 1. 27. Rectum vt faciam, non vt deterream.

Deterrere atque auocare à religione. Cicero de Arusp. respon. 16. Qui his delectẽt, aut vtar omnino literis quæ animos nostros deterrent atque auocant à religione.

Deterrere & Cohortari, contraria. Cic. 1. de Orat. 135. Vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quàm ad cohortandum.

Sceleratos ciues timore ab impugnãda patria deterrere. Cic. Brut. 15.

Liberalitatem deterrere. Cic. 2. Offic. 92. Omnes enim immemorem beneficii oderunt, eúmque iniuriam in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri existimant.

Ense pauidum deterrere. Ouid. 14. Meram. 60.

Ab amore deterrere. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 24. – à turpi meretricis amore Quum deterreret.

Deterrere à bello faciendo. Cic. pro Fonteio, 22.

Deterrere à studiis. Cic. 1. de Finib. 30.

Deterrere ab industria. Cic. 1. de Finib. 6.

Nulla re deterreri à proposito. Cic. Bruto, 114.

Deterrere à scribendo. Cic. de Opt. genere dicendi, Nec vero Aristotelem in Philosophiam deterruit à scribendo amplitudo Platonis.

Deterrere de sententia. Cic. 2. de Diuinat. 123. Num igitur eorũ frequentia Stoici de sententia deterrentur?

De statu suo aliquem cõtumeliis deterrere. Brut. Ciceroni, lib. 11. 11. 14.

Deterrere ne. Terent. in Prol. Phorm. 3. Maledictis deterrere ne scribat, parat. Et in Prol. Heecyræ, 27.

Deterrere quin. Plaut. Amphi. 7. 7.

Tamen quin loquar hæc vti facta sunt.

Nunquam vllo modo me potes deterrere.

Deterritus, pen. corr. (ἀποτετραμμένος,) Participium. vt Deterritus pudore. Cicero ad Atticum, lib. 10. 206. 3.

Ab officio deterritus. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 4. Nemo enim necessitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet.

Detestor, detestaris, detestatus sum, (μαρτύρομαι) detestari, Vehementer testari. Plau. Menech. 17. 53. – summum Iouem. Deosque detestor, me neque isti malefecisse mulieri, &c.

¶ Detestari, (κατάπτυστόν ἐστι, ἀφοσιοῦσθαι, ἀναθεματίζειν,) pro abominari, vt Caput alicuius detestari hostili prece. Ouid. 15. Metam. 101.

Tanquam auspicium malum detestari aliquem. Cic. in Varinium, 30. Si vitant, fugiunt, audire de te nolunt, quum viderunt tanquam auspicium malum detestantur &c.

Exitum belli detestari. Cice. 8. Philip. 239. De proximo bello Ciuili non liber dicere. ignoro causam detestor exitum.

Detestari inuidiam. Cic. 1. de Nat. deor. 170. Quæque is de diis immortalibus dixerit, inuidiæ detestandæ gratia dixisse id est amouendæ.

Detestari irã Dei in caput alicuius, iurciurando imprecari. Plin. epist. vlt. lib. 7. Iram deorũ quos quotidie fallit, in caput infelicis pueri detestat.

Detestari à Rep. nomen alicuius. Cic. in Pisonem, 76. Oês memoriã Consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen à Repub. detestant.

¶ Detestari pro Vitare, & à sese propulsare, siue amoliri. Cic. in Catil. 19. Nunc vt à me P. C. quandam propè iustam patriæ querimoniam detester ac deprecer, percipite quæso quæ dicam.

Auertere & detestari. Cic. 4. Philip. 158. O dii immortales auertite & detestamini quæso hoc omen.

Tellus detestanda. Silius libro 17. 88. – adeóne Oenotria tellus Detestanda fuit?

Detestabilis, pen. corr. (βδελυρός, βδελυκτός.) Idem quod abominabilis. Cic. 2. Philipp. 75. Non te execrandum Populo Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos, & futuros scias. Idem 3. Tuscul. 43. Tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis (vt ita dicam) remisque fugienda.

Quo detestabilior illorum immanitas qui lacerarunt omni scelere patriam. Cicero 1. Offic. 83.

Inuisiosum & detestabile. Cice. 1. Philipp. 25. Metui vero & in odio esse, inuisiosum, detestabile, imbecillum, caducum.

Detestabile & pestiferum. Cic. de Senect. 37.

Omni parte vitæ detestabilis homo. Sueto. in Nerone, cap. 5. Ex Antonia maiore partem Neronis procreauit, omni parte vitæ detestabilem.

Omen detestabile auertat Deus. Cic. 11. Philip. 196.

Pestis detestabilis. Cice. 2. Offic. 22. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.

Detestabile scelos. Cic. de Amicit. 27.

Vmbra detestabilis. Senec. in Thyeste, 1. 5.

Detestatio, (βδελυγμός,) Verbale. Plin. libro 15. cap. 30. 8. Laures quidem manifesto abdicat ignes crepitu & quadam detestatione, interaneorũ etiam vitia & neruorum ligno torquente.

Detestatio apud Iurisconsultos. Est (vt Vlpianus De Verborum significatione affirmat) denuntiatio facta cum testatione.

Detexo, detexis, detexui, detextum, (κατακλώ, περιφαίνω,) detexere, dissoluere.

Detexere telam, pro Texendo ad finem perducere. Plaut. Pseud. 5. 7.
Quoi neque parata gutta certi consilii,
Neque adeò argentine neque nunc quid faciam scio:
Neque exordiri primum, vnde occipias, habeas,
Neque ad detexendam telam certos terminos.

Detexere aliquid viminibus. Virg. 1. Eclog. 2.
Quin tu aliquid saltem, potius quorum indiget vsus,
Viminibus, mollíque paras detexere iunco? Id est, multum texere, finire, perficere. Seruius.

¶ Exordiri, detexere, retexere, Cice. 2. de Oratore, 86. Et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus, & multa quærendo reperiunt, non modò ea quæ iam non possint ipsi dissoluere, sed etiam quibus ante exorsa, vel potius detexta propè retexantur.

Ab exordio aliquid detexere. Author ad Heren. lib. 2. 80. Nunc ego te ab summo iam detexam exordio.

Linum detextum. Vlpia. in L. Sicui. ff. De legat. 3. § Lino.

Detineo, detines, pen. corr. detinui, detentum, (κατέχω, καθείργω, ἔχω,) detinere, Remorari, occupare. Plaut. Asin. 9. 2. Si quidem nunc summum Iouem te dicas detinuisse. Idem Cistel. 5. 14. Apud villam detinuit me hosce sex dies rure. Teren. Eun. 2. 1. 48. Detimeo te fortasse. Idem Phor. 4. 1. 8. Pol me detinuit morbus.

Detinere aliquem & demorari. Lentulus ad Senatum, lib. 12. 15. 18.

Detinere aliquem lepore. Cic. ad Atticum, lib. 4. 84. 2. Item Detinere ina ni spe. Colum. lib. 8. cap. 5. 12.

Detinere aliquem de suo negotio. Plaut. Pœnulo. 4. 179. Aliquid huic respõde. M. amabo commode, ne incommodus nobis sitmã detinet nos de nostro negotio.

Detineri in alienis negotiis. Cice. 2. de Inuen. 117.

Animum studiis detineo. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 8.

Compede detinere. Hora. 1. Carm. ode 33. 3.

Curas detinui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 14. Detinui, dicam, curas temporisque fefelli.

Diem detinere sermone. Ouid. 1. Metam. 137.

Detinere feras cithara. Martialis lib. 14. 171.

De Pompeiano sæpe est electa theatro,
Quæ duxit syluas, detinuitque feras.

Fugam detinere. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. Dicitur incœptã detinuisse fugã.

Detinere ius. Liui. 1. ab Vrbe. 71. Ita gratiam ineunt, summa potestate populo permissa, vt non plus darent iuris, quàm detinerent. Id est sibi retinerent.

Detinere moræ. Ouid. epist. 13. 14.

Detinere aliquem lenta mora. Matt. lib. 7. 92.

Detinet me hoc negotium. Plautus Perſa. 15. 39. Itaque hic est quod me detinet negotium.

Maiore aliquo negotio detineri. Author ad Heren. lib. 4. 135. Nunquam est enim quin aliquid memoriæ tradere velimus, & tum maximè quum aliquo maiore negotio detinemur.

Detinent terras niues. Pli. lib. 18. c. 7. 19. Id est occupant, neqi liquescũt.

Carmina oculos detinent. Ouid. 1. Trist. 104.
Et mea sunt populo saltata poemata sæpe:
Sæpe oculos etiam detinuere tuos.

Detines me suspensum: Ideſt me diutius in dubio tenes. Cice. ad Atticum lib. 10. 192. 3. Vergilius per verbum teneo, idem dixit vt in sexto, Dicam equidem nec te suspensum nate tenebo.

Vela detinere. Ouid. epist. 12. 2.

Detineri ventis. Plin. epist. 124. 2. Mox quum è Sicilia rediens, in Icari insula ventis detineret.

Detondeo, detõdes, detondi, detõsum, (ἀποκείρω, ἀποψύχω,) detõdere, Prorsus tõdere. Col. li. 7. ca. 4. 7. Et est modus optimus consyderare tẽpestates, quibus ouis neque frigus, si lanam detraxerismeque æstũ, si nondum detonderis, sentiat. Veris quum queq; detõsa erit, vngi debet tali medicamine. Sic Varro, 2. de Re ruſt. c. 11. 9.

Detondere capillos. Mart. lib. 8. 46.

Detondere virgulta vineæ. Col. lib. 4. ca. 23. 2. Nec dubium quin sit horum virgultorũ natura talis, vt quanto maturius detonsa sint, plus materiæ quanto serius, plus fructus affertur.

Buxum detonsum. Ouid. 6. Fast. 46.
Non mihi detonsa crines depectere buxo,
Non vngues ferro subsecuisse licet.

Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes. Ouid. 3. Fast. 48.

Sicambria detonsa. Claud. 1. in Eutrop. 77.

Détono, détonas, pen. corr. (κατασβεννύω,) detonare. Quintil. li. 12. cap. 9. 3. Nam quum illa dicendi vitiosa factatio inter plausores suos detonuit, resurgit vera & virrutis fortior fama.

Ira detonare. Valer. 4. Argon. 50.
Illum insperata turbatum fraude furentem
Oebalides prima refugit dum detonat ira.

Detorno, detornas, (τορνεύω,) detornare, Idẽ quod tornare. Plin. lib. 13. ca. 9. 1. Ex quo velares detornant annulos.

Detorqueo, detorques, detorsi, detorrum, & raro detortum, (κατασπάω, περιφέρω,) detorquere, Deflectere, sine idem quod torquere simplex. Columella lib. 5. cap. 6. 8. Sed hæc vlmus autumni tempore melius quàm vere disponitur, paulatimque ramuli eius manu detorquentur: quoniam primo biennio, ferri reformidat ictum, tertio demum anno acuta falce abraditur. Idem lib. 4. Sed quod in salicto conferendo vitauerimus, id sequamur in eiusmodi malleolo, quem est necesse longiorem facere, si volumus detortum pangere.

Detorsit à latere in dextram partem. Cic. de Vniuers. 33.

Detorquere in læuam, pro Declinare ad læuam. Plin. li. 28. ca. 8. 6. Qui fugiant venantem, declinare ad dexteram. Et paulo pòst, At si in læuã detorserit, deficientis argumentum esse.

Cernicem detorquere ad oscula. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.

Cornua torquere & detorquere. Virg. 5. Aeneid. 165.

Universidad de Deusto
Biblioteca

– vnæ ardua tor quæ Cornua, detorquéntque, ferunt sua flamina classem.

Imminutæ & detortæ corporis partes, quibus repugnãt Aptæ & integræ. Cicero 3. de Finib. 27. Aptas malit & integras omnes partes corporis, quàm eosdem vsu imminutas & detortas habere.

Cursus detorquere ad aliquem. Virg. 4. Aeneid. 40.

Labra dicentis ne detorqueantur. Quintil. lib. 1. cap. 11. 5.

Ab aliquo lumen detorquere. Ouid. 6. Metam. 103.

Oculos detorquere ad. Vale. 1. Argon. 14. – oculos detorquet ad vndas.

Se alio detorquere. Horat. 2. Serm Saty. 2. 11.

Viam detorquere ad. Valerius 5. Argonaut. 80. patriúmque viam detorquet ad amnem.

Detorquere vultus. Virgilius 9. Aeneid.

– ille rudem nodis, & cortice crudo
Intorquet summis adnixus viribus hastam:
Excepere auræ: vultus Saturnia Iuno
Detorsit veniens, portæque infigitur hasta.

¶ Detorquere, per translationem vt Detorquere à virtute. Cicero 2. Offic. 56. Nam & voluptates blandissimæ dominæ sæpe maiores partes animi à virtute detorquent.

Detorquere recte facta. Plinius epist. 8. c. Nam cum ipsi honestati, tum aliquanto magis gloriæ eius, prædicationique inuidemus: atque ea demum recte facta minus detorquemus & carpimus, quæ in obscuritate & silentio ponuntur.

Praue detorta opinio. Columella lib. 3. cap. 10. 20. Atque hæc & forsitan pluribus dicta sunt quàm exigebat ratio veritatissimus tamen multis quàm postulabat praue detorta & intercepta opinio rustícorum.

Flectere & detorquere voluntatem alicuius. Cic. pro Cælio, 16.

Detorsus, Participium (κατακαμπτός,) Sueto. in Galba, cap. 10. Ac subinde Alexandrina nauis detorta appulit armis onusta sine gubernatore, sine nauta, ac vectore vllo, vt nemini dubium esset, iussum, prómque, & fauentibus diis suscipi bellum, &c. Id est depulsa.

Detraho, détrahis, detraxi, detractum, (κατασπάω, ἀφαιρέω,) detrahere, Auferre, tollere. Plaut. Asin. Nudo detrahere me vestimenta iubes. Terentius Eunach. 4. 4. 40. Chærean' tuam vestem detraxit tibi?

Detrahere amicitiam. Cic. 3. de Nat. deorum, 120.

Addere, & Detrahere, contraria. Cic. pro Cluentio, 66.

¶ Detrahere aliquid alteri, Vi auferre. Cic. 3. Offic. 29. Nunquam cõmittit vt alienum appetat & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. Ibidẽ 26. Detrahere igitur aliquid alteri, & hoíem hominis incõmodo sui augere commodum, &c. Idem in Verrem. Postremò sicuti ciuitati sociæ tantum detraxit, quantum commodum fuit. Idem 2. de Diuinat. 119. Eidémque detraxisset Armeniam à Senatu datam.

Detrahere de collo. Plaut. True. 13. 5. Homo crumenam sibi de collo detraxit. Sic Detrahere annulum de digito. Terent. Heau. 4. 1. 43. Quum exponendam do illi, de digito annulum detraho.

Detrahere quid de aliquo quod sibi assumat. Cic. 3. de Finib. 107.

Detrahere aliquem pedibus è tribunali. Suet. de claris rhet. 5.

Detrahere naues ad terram. Hirtius lib. 4. de bel. Africo. 38.

Detrahere torquem hosti. Cic. 1. de Finib. 34. Et Detrahere cruenta spolia. Cic. pro Rosc. Amer. 87.

¶ Detrahere, (διαβάλλειν, κατακαλεῖν,) alicui. Id est famam eius maledictis & obloquutionibus minuere. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 1. ad vxorem.

Detrahat authori multum fortuna licebit,
Tu tamen ingenio clara ferêre meo.

Sibi detrahere. Cic. 6. Verr. 47. Et si quæritis vt egomet mihi detraham, illos ego accusatores puto fuisse, qui huiusmodi hominũ furta odore, aut aliquo leuiter presso vestigio persequebantur.

Detrahere de absentibus. Cic. 1. Offic. 188. Idem ad Atticũ, lib. 11. 219. 3. Non cessat de nobis detrahere. Et pro Cecinna, 9. De hoc ego teste detraham. Et pro Rab. 14. Detrahere de senatu. Idem pro Cecin. 51. Qui autem interpretes iuris vituperat, si imperitos esse dicit, de hominibus, non de iure detrahit.

Detrahere de authoritate Senatus: cui opponitur Ornare Senatum multis laudibus. Cic. pro Cluentio, 111.

De fama alienius detrahere. Cic. Appio, lib. 3. 8. 20.

¶ Ad accusationem aliquem detrahere. Cic. pro Cluentio, 142. Vt hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil eiusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret. Hoc est pertraheret.

Detrahere alimnum mamma. Plin. lib. 11. cap. 40. 1.

De amore detrahere aliquid. Cic. Appio, lib. 3. 12. 10. Nequid de summo meo erga te amore detracti esse videat. Id est ablatũ aut imminutum.

Detrahere auxilia siue legiones principi. Cæsar 6. bel. Gal. 16. Hæc prius illi detrahenda auxilia existimauit. Ibidem, lib. 8. 191. Neque obscuræ hæ duæ legiones vni Cæsari detrahuntur.

Detrahere aliquem de cælo. Est de summa gloria eum deiicere. Cicero 2. Philipp. 104. Collegam quidem de cælo detraxisti.

Calamitatem alicui detrahere. Cicero Post reditũ ad Quirites, 4. Tum in

studiis vestris tanta animorũ declarata est voluntas, vt non sollum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini.

De causa detrahere aliquid. Cic. 6. Philip. 214. Celeritas detracta de causa est: boni tamen aliquid accessit ad causam.

Detrahere de commodis suis. Cic. de Amic. 51. Multæque res sunt in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahíque patiuntur vt his amici potius, quàm ipsi fruantur.

Crimen detrahere alicui. Luca. lib. 3. 25. Hoc solum crimen meritæ bene detrahe terræ.

Detrahere & spoliare dignitatem alicuius. Cic. pro Cælio, 2. Vt ad ea quę accusatores deformandi huius causa, detrahendæ, spoliandæque dignitatis gratia dixerunt, primùm respondeam.

Animis errorem detrahe nostris. Ouid. 2. Metam. 8.

Detrahere fastidium dicuntur lupini. Plin. lib. 22. cap. 25. 34. Idem auiditatem cibi faciunt, fastidium detrahunt.

Detrahere fidem verbis alicuius. Quintil. lib. 5. cap. 7. Ad detrahendam illis fidem. Paulo pòst, Deber enim vel fieri, vel detrahi testibus fides orationę perpetua. Rursum aliquãto pòst, Per quæ non à se rãtũ dictis detrahat fidẽ, sed cæteris quoque qui profuerant, auferat authoritatẽ.

Detrahere nido fœtus impluines. Virg. 3. Georg.

Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Obseruans, nido implumes detraxit.

Detrahere honorem debitum alicui. Cic. 6. Verr. 21. Senatorem Populi Rom. si non inuitauerunt, honorem debitum detraxerunt nõ hominĩ, sed ordini, &c. Sic Detrahere laudem. Cic. pro lege Manil. 6.

Detrahere ab iniuria. Cic. ad Qu. Metel. lib. 5. 2. 16. Quem quum comperissem omnem tu Tribunatus conatum in meam perniciem parare atque meditari, egi cum Claudia vxore tua, & cum vestra sorore Mutia, vt cum ab illa iniuria detraherent.

Detrahere in iudicium. Cic. pro Milone, 28. Ne P. Clodius quum in iudicium detrahi non posset, vi oppressam ciuitatem teneret.

Detrahere de suo iure. Cic. 3. Verr. 16. Hoc si non vtor, non tibi iniuriam facio, sed de meo iure aliquid & commodo detraho.

Inuidiam noxæ detrahere. Ouid. epist. 7. 21.

Detracta opinione probitatis. Cic. 2. Offic. 48. Quo enim quis versutior & callidior est, hoc inuisior & suspectior, detracta opiniõe probitatis.

De pecunia detrahere aliquid. Cic. 5. Verr. 156. Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detrahebantur.

Detrahere de pondere, & paulo minoris insinuare. Cic. 4. de Finib. 92. Sal tem aliquid de pondere detraxisset, & paulo minoris æstimauisset ea quàm Peripatetici.

Detrahere aliquẽ ex possessione. Liu. 10. bel. Pun. 96. Hæc accusans, quærensque, ex diutina possessione Italiæ est detractus.

Detrahitur pretio, pro minuitur pretium. Colu. lib. 8. cap. 17. 14. Macies indicat eum non esse libero mari captum, sed de custodia elatum: propter quod plurimum pretio detrahitur. Sic Plinius lib. 36. cap. 26. 5. Ferunt Tiberio principe excogitatum vitri temperamentum, vt flexibile esset, & totam officinam artificis eius abolitam, ne æris, argenti, auri, metallis pretia detraherentur.

Detrahere aliquem ex prouincia suis sententiis. Ci. de Prouinciis Consul. 15. At hi non modò illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed & propter rationem Gallici belli prouinciam extra ordinẽ decernebant.

Detrahere ex reditu. Columel. lib. 4. cap. 3. 5. Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agrimee fic ex pristino redite detraxisse.

Detrahere sacerdotem ab aris. Cic. de Aruspi. resp. 25.

Detrahere sanguinem. Colu. lib. 6. cap. 14. 1. Et ex diuersa auricula sanguinem detrahemus. Sic Plinius lib. 28. cap. 13.

Sanguis detractus venis. Lucret. lib. 3. 90.

Detractis de homine sensibus. Cic. 1. de Finib. 70.

Detrahit solicitudines philosophia. Cic. 2. Tusc. 25. Efficit hoc philosophia, medetur animis, inanes solicitudines detrahit.

Detrahe menti spem fructus inidæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 5.

Detrahere ex summa. Cic. ad Atticum lib. 10. 195. 19. Idem 6. Verr. 18. Hoc non de summa frumenti detractum est, sed translatum in Centuripinos. Sic Detrahere de vino, Cic. pro L. Flacco, Dat de lucro, nihil detrahit de vino, minus igitur lucri facit.

Detractio, Verbale: (ἀφαίρεσις, ὑφαίρεσις,) vt Detractio alieni, hoc est ablatio & furtum rei alienæ. Cic. 3. Offic. 38. Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid eiusmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni.

Detractio confecti cibi. Cicc. de Vniuers. 24. Nec verò desyderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi. Id est exonerationem alui.

Detractiones apud Plinium pro vacuationibus & inanitionibus prauorũ humorum, lib. 16. cap 44. 10. Cuius fœcens ad detractiones in comitiali morbo vtilissimus habetur.

Detractio sanguinis. Pli. lib. 17. cap. 26. 1. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4.

Detractio

Detractio molestiæ. Cicero 1. de Finib. 58.

Detrecto, detrectas, (ἀναδύομαι, ὑποφεύγω, ἐξίστημαι,) detrectare, Frequẽtatiui, Vitare, fugitare, auerfari. vt Detrectare militiam. Cæsar 7. bell. Gall. 20. Sic Detrectare certamen, apud Tacitum. Liu. 7. ab Vrbe, 184. Retibitque non sua sponte plebi mos detrectãdi militiam. Idem 4. bel. Pun. 71. Qui detrectatæ pugnæ memores, secessionem paulo antè fecerunt. Idem 4. ab Vrbe, 79. Virg. 5. Georg. Nec mihi displiceat maculis insignis & albo, Aut iuga detrectans, interdúmque aspera cornu.

Militiam detrectare. Ouid. 13. Metam. 8.

Onus detrectare. Claud. 1. de Raptu Proserp. 32. Quint. lib. 2. cap. 1. officia sua non detrectet.

Prælia detrectare. Silius libro 7. 130.

Principem detrectare, pro Recusare & non ferre. Sueto. in Tiberio, cap. 25. Quidam etiam principem detrectabant, nõ à se datum, summáque vi Germanicum qui tum his præerat ad capessendam Rempublicam perurgebant, quanquam obstrmare resistentem.

Taurus detrectat aratrum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 3.

Ductus ab armento taurus detrectat aratrum.

Subtraluit & duro colla nouella iugo.

¶ Detrectare pro Detrahere. Sallust. in bel. Iugurth. Milites alius alium læti appellant, acta edocent atque audiunt: quisque fortia ad cælum effert. Quippe res humanæ ita fese habent, in victoria, vel ignauis gloriari licet: aduersæ res etiam bonos detrectãt. Id est etiam boni in aduersis vt male audiant, efficiunt.

Benefacta maligne detrectare. Ouid. 13. Metam. 54. Liuius lib. 8. bel. Maced. Cæca inuidia est, nec quidquam aliud scit, quàm detrectare virtutes, corrumpere honores, ac præmia earum.

Ingenium magni liuor detrectat Homeri. Ouid. 1. de Remed. amor. 75.

Laudes detrectare. Ouid. 5. Metam. 50.

Detrectatio, Verbale. (ἀναδύσις,) Liu. 6. ab Vrbe, 111. Iuniores Romani ad edictum sine detrectatione conuenere.

Detrectatio militiæ, Liu. 3. ab Vrbe, 193.

Detrectator, Verbale masc. (ἀναδύτης,) Qui renuit. Liu. 4. bel. Macced. 63. Cato ipse haud sanè detrectator laudum suarum, multos cæsos ait, numerum non scribit.

Detrimentum, Vide DETERO,

Detrûdo, detrûdis, pen. prod. detrûsi detrûsum, (κατωθέω,) detrudere, Trudendo deiicere. Cic. pro Cecinna, 36. Potestne detrudi quisquam qui non attingitur? Liuius libro 2. Iam impetu conabantur detrudere virum.

Deiicere & detrudere. Cic. pro Cecinna, 34. Decessi, vnius hominis telo perterritus, deiectus, detrusúsque sum.

Depellere & detrudere. Cic. 1. de Nat. deor. 101. Atque is agitatione & motibus linguæ quum depulsum & quasi detrusum cibum accipit, depellit. De stomacho loquitur.

Ad id quod facere possit, aliquem detrudere. Cic. 1. de Orat. 64.

Detrudi de saltu agroque communi. Cic. pro Quintio, 14.

Colonos rure detrudere. Claud. de bello Gildon. 30.

Ex aliquo loco detrusi aliquem nitues, frigóra, imbres. Vatinius Ciceroni, libro 5. 10. 10.

In partem dextram aut lævam detrudere. Cic. de Vniuers. 55. Id fit quum speculorum læuitas hinc illinc neque altitudinem assumpsit, & ita dextra detrusit in lævam partem oculorum, lævique in dextram.

Corpus detrusum sub inania tartara. Ouid. 12. Metam. 106.

Detrudunt naues scopulo. Virg. 1. Aeneid.

Detrudere pro trudere. Plaut. Aulul. 10. 8. Huccine detrusisti me ad senẽ parcissimum? Idem Pœnulo, 17. 32. Ego iam detrudam ad molas.

Detrudi in luctum. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 4. 4. Quoniam in tantum luctum & laborem detrusus es, quantum nemo vnquam.

Detrudere aliquem ad mendicitatem. Plaut. Menæch. 5. 22.

Detrudi morti. Plin. de Viris illust. 66. Consuli Legibus agrariis resistenti, ita collum obtorsit, vt multus sanguis effluerret è naribus, morti iam detrudi se dicebat.

Detrusit ad ea necessitas. Cic. 1. Offi. 160. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt.

Detrudi ac compingi in pistrinũ. Cic. 1. de Orat. 24. A quibus orbus vna penè repelli voce Oratorem à gubernaculis ciuitatis, excludi ab omni doctrina, rerúmque maiorum scientia, ac tantum in iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum, detrudi ac compingi videbam.

Detrudere in pœnam. Cic. pro Flac. 73. Non putant satis conuersam esse Rempu. nisi in eandẽ impiorũ pœnã optimè meritos ciues detruserint.

Detrudere de sententia. Cic. ad Terentiam, lib. 14. Quæ me ita conficiũt, vt ii volnerunt qui me de mea sententia detruserunt.

Detrudere aliquem regno. Virgilius 6. Aeneid. – superisque Iouem detrudere regnis.

¶ Detrudere comitia in aduentum alicuius, pro differre. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 2. 15. 3. Ita putantur detrudi comitia in mensem Martium. Idem ad Atticum, lib. 4. 86. 3. Quibus si non valuerit, putant so

re aliquem qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat.

Detrullo, detrullas, (ἀπορρίπτω,) detrullare, Detrulla in trullam deplere, quo vsus est Apitius, quod ipsum & diffundere vocatur Plinio, sicut in oleo decapularet. Hermolaus.

Detruncо, detruncas, (κατακόπτω,) detruncare, Decidere, secare: vt Detruncare arborem. Liu. 1. bel. Pun. 136. Quũ cædendum esset saxum, arboribus circa immanibus deiectis, detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt.

Detruncare alam regi apum. Plin. lib. 11. cap. 17. 2.

Caput detruncat. Ouid. 8. Metam. 156.

Detruncare corpora. Liu. 1. bel. Maced. 134. Postea quàm gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscisiis, aut tota ceruice.

Manu aliquem detruncare. Valer. 3. Argon. 30.

Detruncare vitem, pro resecare. Col. lib. 4. cap. 22. 4. Tales vineas supra quartum pedem detruncant, nihil reformidantes eiusmodi resectionẽ. Idem lib. 5. cap. 6. 11. Satis erit nouem pedes à terra relinqui, & superiorem partem detruncari.

Detruncatio, Verbale: (κατακοπή, κατακοπή,) vt Detrũcatio ramorum. Plin. lib. 24. cap. 9. 2. Et lib. 17. cap. 24. 20. Nam detruncatio diximus quibus prodesset.

Détulit, penultima correpta, præteritum à defero. Vide DEFERO.

Detumeo, détumes, penulti. corre. detumui, detumère, est rumorẽ amittere. Stat. 5. Thebaid. 94. Detumuere animi maris, & clementior Auster Vela vocat. Intelligit mare non amplius iratum esse, hoc est tranquillum esse.

Deturbo, deturbas, deturbare, (ἀπορρίπτω, καταβάλλω,) Est (vt ait Valla lib. 5.) deorsum cum violentia deiicere. Virg. 5. Aeneid. 35.

– puppi deturbat ab alta.

Plaut. Rud. 2. 78. Cuius deturbauit vetus rectum & tegulas. Sic Deturbare ædificium, Cic. ad Qu. fratrem. lib. 3. 24. 13.

Deturbare aliquem equo transfixo. Liu. 5. bel. Maced. 141.

Deturbare aliquem ædibus, pro eiicere. Plaut. Amp. 15. 55. Testo excludum foribus, me deturbauit ædibus.

Deturbare, affligere, comminuere, dissipare. Cic. in Pis. 74. Illi autem statuam illius persimilem, quam stare celeberrimo in loco volucrat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminunt, dissipant.

Agmina deturbat gladio. Silius lib. 7. 144.

De fortunis omnibus deturbare aliquem. Cic. pro Quintio, 16. De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est.

Deturbare milites ex insidiis & stationibus. Liu. 1. bel. Mace. 157. Partim breui circuitu quum in iugum collis euasissent, trepidos ex præsidiis stationibusque Macedonas deturbant.

In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. Virg. 5. Aeneid. 35.

Deturbare de tribunali. Cæsar 3. bel. Ciuil. 84.

Deturbare possessione, vel de possessione. Cic. pro Quintio. 56. Debueris aut potueris P. Quintium de possessione deturbare. Idem Cornificio, lib. 12. 25. 5. Itaque crebras, vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, seque in vrbem recepit inuitus, neque solum spe, sed certa re iam, & possessione deturbatus est.

¶ Deturbare de mente. Cic. in Pisonem, 36. Sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia, de sanitate ac mente deturbat.

Deturbari spe. Cic. Cornificio, lib. 13. 25. 5.

Deturbare ex spe. Cicero Cn. Pompeio, lib. 5. 7. 2. Sed hoc scito, tuos veteres hostes, nouos amicos vehementer literis perculsos, atque ex magna spe deturbatos iacere.

Deturbauit illi verecundiam. Plaut. Most. 3. 40. Hæc verecundiam mihi, & virtutis modum deturbauit.

Deturgeo, deturges, detursi, deturgêre, Contrarium est suo simplici turgeo. Plin. lib. 9. cap. 58. Quippe deturgẽte Nilo musculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquæ, terræque. Aliqua exemplaria habent detergente.

Deturpo, deturpas, (αἰσχύνω,) deturpare, à turpis nomine compositum, Suet. in Calig. cap. 35. Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Plin. lib. 15. ca. 16. 1. Aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis.

DEVA, (Δεύη,) fluuius Britanniæ Ptolemæo. vulgo Dee.

DEVANA, (Δεουανα,) Ptolemæo, vrbs Britanniæ insulæ: alio nomine Duana castra, vulgò Doncastre.

Deuasto, deuastas, deuastare, (πτερόω τινα, κατεφθαρμένον,) Depræ-dari, spoliare, profligare. Liuius 2. belli Puni. 40. Vbi satis quietis datum, præda ac populationibus magis quàm otio aut requie gaudentibus profectus, Prætutianum Adrianumque agrũ, Marsos inde, Marrucinosque & Pelignos deuastat. Ibidem li. 3. 194. Ita summus aliquoties hac æstate deuastati, vt, &c Idem 4. ab Vrbe, 254.

Agmina ferro deuastata. Ouid. 13. Metam. 51.

DEVCALION, huius Deucalionis, pen. prod. (Δευκαλίων,) Promethei

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius, rex Theſſaliæ, cum Pyrrha Epimethei filia matrimonio iunctus. Is poſt diluuium dicitur humanum genus reparaſſe, de quo infra in dictione PYRRHA. Vide Ouidium 1. Metamorph.

Deucalioneos, pen. prod. (Δευκαλιώνειος,) Adiectiuum, vt Vndæ Deucalioneæ apud Ouidium lib. 7. Metam. 74. Lucan. lib. 1. 331. Deucalioneos ſudiſſet Aquarius imbres.

Deúcho, deuchis, deuexi, deuectũ, (καταγω,) deuehere, Idẽ quod vehere, vel deorſum vehere. Plinius epi. 10. 1. & lib. 5. Medijs ille agros ſecat, nauim patiens, omnes que fruges deuehit in vrbẽ, iuxtaque dimetatur & vere.

Seleſtadio deuchiuntur Argẽtoratũ Ello flumine. Tacit. lib. 3. & lib. 18. Ad aſtra deuehor. Propert. lib. 4. eleg. 1. 14.

Deuexit Tyberis commeatum. Liu. 4. ab Vrbe, 226.

Deuehuntur Liparæ. Liuius 5. ab Vrbe, 119.

Merces deuehere trans æquora. Claud. 1. in Eutrop. 102.

Deuchi quàm molliſſime. Colum. lib. 1. cap. 2. 3. Sic Deuehere in vltimas terras, Liu. 1. bel Pun. 38. Plin. lib. 10. cap. 43. 4.

Deuehæ materiæ vitium. Columel. lib. 5. cap. 6. 11. At qui bonitati vim ſtudent, in ſummas arbores vitem promouent, vt quæque materiæ ſe deuehæ in celſiſſimum quenque ramum extendunt ſic, &c.

Nare ac mox Tyberi deuectus. Tacit. lib. 3.

Rheſcuporis Alexandriam deuectus. Tacit. lib. 2.

Aĕ ſimul vtrunque exercitũ Rheno deuectum Friſijs intulit. Tacit. lib. 4.

Deuectus. Participium. (κατακομιζόμενος,) Cic. 1. Philipp. 6. Atque ego celeriter Veliam deuectus Brutum vidi quanto meo dolore, non dico.

Deuexo, deuexas, deuexare, Idem quod ſimplex Vexare. Cicero Planco libro 10. 8. Vos autem eſt, hoc præſertim tempore per tot annos Rep. deuexata, Reip. bene gerendæ curſus ad gloriam.

Deuéllo, deuellis, deuelli vel deuulſi, deuulſum, (ἐκτίλλω,) deuellere, Idem quod euellere. Plin. lib. 11. cap. 11. 5. Eæ cæteris hyacinthis maxime durat, & viola alba, & cenanthes ſed hęc ita, ſi deuulſa crebrò prohibeantur in ſemen abire.

Laceros deuellere crines. Claud. de Gigantomachia, 8.

Deuélo, deuelas, pen. prod. deuelaui, deuelatum, (ἀποκαλύπτω,) deuelare, Velum auferre ſignificat, & detegere: idemque ferè quod reuelare. Ouid. 6. Metam. 121. Oraque deuelat miſeræ pudibunda ſororis. De Progne & Philomela.

Deuéneror, pen. corr. deuenerãris, deueneratus ſum, (σεβίζομαι,) deuenerari. Idẽ qđ ſimplex venerari. Ouid. epi. 2. 4.

Sæpe deos ſupplex, vt tu ſcelerate valeres,
Sum precẽ thuricremis deuenerata focis. Tibull. lib. 1. Ele. 5. 3.
Ipſe procuraui ne poſſent ſæua nocere
Somnia, ter ſanctæ deuenerandæ mihi.

Deuénio, deuenis, pen. corr. deuẽni, deuentum, (καταγομαι,) deuenire, Proprie eſt ex editiore loco in humiliorem venire vt Deueni in planum, Deueni in vallem. Virg. 4. Aeneid.
Spelunca Dido, dux & Troianus eadem Deueniunt.

Deuenire ad. Plaut. Pœn. 2. 14. Viam qui neſcit, qua deueniat ad mare.

Idem Aulul. 9. 38. Homo ad Prætorem plorabundus deuenit. Nouias hoc loco legit deplorandus venit. Cæſar 2. bel. Gall. 305. Ad legionem decimam deuenit.

Deuenire in. Hirtius 5. bel. Afri. 96. Interim nobiles homines ex ſuis oppidis profugere, ſe in caſtra Cæſaris deuenire. Ouid. 8. Metamorph. 161. Deuenit in Scythiam.

Deuenire in victoris manus. Cic. Mario, lib. 7. 3. 10. Diſceſſi ab eo bello, in quo aut in ipſe cadendum fuit, aut in aliquas inſidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus.

Deuenit inter. Ouid. 1. de Remed. am. 43. Et cupidos inter deuẽnit amantes.

Sine præpoſitione. Virg. 1. Aeneid. 74. Deuenere locos, &c.

Deuenire in aliquem, vel incidere. Cicero in Piſonem, 55. Deuenit, aut potius incidit in iſtum eodem deceptus ſupercilio Græculus, atque adgenas: quo tam ſapiens, & tanta ciuitas ſe reuocare non poterat familiaritate implicatus.

In aliquam fortunam deuenire. Seruius Ciceroni, libro 4. 6. 20. Denique quoniam in eam fortunam deuenimus, vt etiam huic rei nobis ſeruiendum ſit: moli committere vt quisquam te poſſet, &c.

Deuenire in inſidias. Plaut. Menæch. 4. 15. In inſidias deuenio, imò in præſidium, ne time. Idem Aſin. 3. 93. Quid ſi forte in inſidias deueneris?

Deuenire ad iuris ſtudium. Cicero pro Murena, 26. Sic nonnullos videmus qui Oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium deuenire. Id eſt conferre ſe ad ſtudium, &c.

Deuenit in alum ad illum. Terent. Heaut. 4. 5. 2. Miſeret me tantum deueniſſe ad eum mali.

Deuenire ad maturitatem. Colum. lib. 2. cap. 12. 2. Octo diebus deflorueſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatem deuenit.

Deuenire in medium certamen atque diſcrimen. Cic. 1. de Orat. 1.

Deuenire ad Senatum. Idem ſignificare videtur, quod vulgo barbare dicitur, habere recurſum. Cicero 7. Verr. 78. Quo confugient ſocij? quem implorabunt? qua ſpe denique, vt viuere velint, tenebuntur, ſi vos eos deſeritis? Ad Senatum deuenient, qui de Verre ſupplicium ſumat? non eſt vſitatum, non Senatorium. Ad Popul. Roma. confugient? facilis eſt cauſa.

Deuenit ſermo in. Cic. ad Atticum lib. 1. 6. 1. Noleham illum noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus deuenire.

¶ Deuenire, Idem quod venire, vel ire: vt Deuenire domum. Plaut. Epiſt. 3. 28. Deueniam ad lenonem domum egomet ſolus. Idem Mil. 15. 10. Quibuſcum comitata recte deueniat domum.

Deuenuſtare, (ἀκαιρωμένειν,) Idẽ quod deturpare. Gellius lib. 12. cap. 1. Tanquam pulchritudinis ſibi inſignis deuenuſtet.

Deuérbero, deuerberas, pen. corr. (τύπτω, παοδίδω,) deuerbera re, Valde verberare. Terent. Phorm. 2. 2. 13.

Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe vſque ad necem
Hoſpites, ſi etiam ciues?

Deuérbium, Vide DIVERBIVM.

Deuerro, deuerris, deuerri, deuerſũ, (καταρραίνω,) deuerrere, Probè verrere. Col. lib. 7. cap. 4. 5. Scabula verò frequenter euerrenda, & purganda, humorque omnis vrinæ deuerrendus.

Deuérſus, Veteres dicebant, quaſi deorſum verſus. Feſtus.

Deuerto, pro diuerto frequentiſſimè apud Plautum legitur mere veterum. Vide DIVERTO. Quint. lib. 2. Atque inde alia non minus communia ac nota deuertunt.

In odium T. Iunii deuerterant. Tacit. lib. 17. Alias diuerterant.

Deuerti Stat. 3. Thebaid. 9.
– haud aliter ſaltu deuertitur orbus
Paſtor ab agreſtum nocturna ſtrage virorum.

Deuéſtio, deueſtis, deueſtiui, deueſtitum, pen. prod. (ἐκδύω, ἀπεκδύω, Veſte exuere. Apul. lib. 3. Iam primum omnibus lacinijs ſe deueſtit.

Deueto, deuetas, pen. corr. (κωλύω,) deuetare pro Vetare. Quintus Declamat. Omnino ſummam calamitatem corporis occurrere delicatis vxoris oculis deuetaret. Alia exemplaria habent vetaret.

Deuexus, A diectiuum, (κατηφὴς, κατάντης,) Declinis & deſidens vel ad Orientem, vel ad Meridiem molliter deuexis. Plin. lib. 6. epiſt. 101. 2. Cuncta perennibus riuis nutriuntur: vbi aquæ plurimum, palus nullaque deuexa tellus, quicquid liquoris accepit, nec abſorbuit, effundit in Tyberim.

Deuexus & planus. Plin. lib. 6. cap. 10. 2.

Alpes deuexæ. Lucan. lib. 2. 86.

Amnis deuexus vſque ab Indis. Virg. 4. Georg. 59. de Nilo.

Arua deuexa. Ouid. 8. Metam. 67.

Deuexum caput in dextrum humerum. Plin. lib. 28. cap. 6. 3.

Dies deuexior. Claud. 8. Paneg. 12.
Vnius fit cura viri, quodcunque rubeſcit
Occaſu, quodcunque dies deuexior ambit.

Deuexus in viam lucus. Cic. 1. de Diuinat. 163.

Lacus accliuis deuexo margine. Ouid. 9. Metam. 67.

Montes deuexi. Valer. 3. Argon. 138.

Mundus premitur deuexus in Auſtros. Virg. 1. Georg. 49.

Ad terramque fluit deuexo pondere cernix. Virg. 3. Georg. 104.

Ripes deuexæ. Claud. de Aponi balneis, 11.

Deuexitas, pe. corr. huius deuexitatis, (τὸ κατάντες,) Decliuitas. Plin. epiſt. 161. 2. Lato gremio patefecit puteus fons & vitreus, vt numerare lapidis ſtipes & relucentes calculos poſſis. Inde non loci deuexitate, ſed ipſa ſui copia & quaſi pondere impellitur. Plin. lib. 17. cap. 22. 1. Pulsuositas à deuexitate labris. Idem lib. 2. cap. 70. 4.

Deuincio, deuincis, deuinxi, deuinctũ, (καταρτάω, κατασφίγω,) deuincire, Vehementer ligare & conſtringere. Plaut. Cap. 4. 4. Iſtas malores, quibus ſunt deuincti, demito. Quidam legunt vinctos.

Deuinctus & conſtrictus omnibus vinculis. Ci. pro Lege Agraria. 9. Quæ præſidijs confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinculis deuinctam & conſtrictam teneretis.

Deuincire ad. Plaut. Pſeud 4. 68.
Crastę, quaſi Dircen olim (vt memorant) duo gnati Iouis
Ad taurum deuinxere, ita hodie te ſtringam ad carnarium.

Ad duas res deuinciri. Cic. pro Cecinna, 67. Ad duas diſſimiles res duo deuincta inter dicta ſunt.

Vrbem præſidijs deuincere. Cic. de Lege Agr. 35. Attellam, Cumas, Neapolin, Pompeios, Nuceriam ſuis præſidijs deuincient.

Vna complexione multa deuincire. Ci. in. Orat. 47. Non faciet Reſpub. loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa frequentans, vna complexione deuinciet.

Verba comprehenſione deuincire. Cic. de Clar. Orat. 72.

Impediri

Impediri, & regũ dominatione deuinciri. Cic. de Clar. Orat. 11. Nec enim in conſtituendis Reſpublicam, nec in bella gerendis, nec in impediris ac regum dominatione deuinctis, naſci cupiditas diſcendi ſolet.

Fœderibus deuincitur fides eum hoſte. Cic. 3. Offi. 151. Id indicant fœdera, quibus etiam cum hoſte deninciatur fides.

Deuincire ſe cupiditate. Terent. Heaut. 1. 2. 34.
Verum vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,
Neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia.

Deuincire hominum inter homines ſocietatem. Cicero 1. Offic. 34. Tum artibus, tum operâ, tum facultatibus deuincire hominum inter homines ſocietatem.

Deuincire ſe ſcelere. Cic. de Aruſp. reſp. 4. Quis ſi ſenſit quo ſe ſcelere deuinxerit, non dubito quin ſit miſerrimus. Idem pro Cœlio, 40.

¶ Deuincire ſibi aliquem, per tranſlationem. Cic. pro Milone, 67. Cn. Pompeium nouo reditu in gratiam quaſi deuinctum arbitrabatur.

Alligare & deuincire. Cic. pro Cluentio, 142. Vt cum nuptijs alligatum ſimul, & teſtamenti ſpe deuinctum poſſet habere in poteſtate.

Lenire impetitas multitudinem & præmijs deuincire. Cic. 3. Philip. 121. Muneribus, monimentis, congiarijs, epulis multitudinem imperitã lenierat; iſtos præmijs adulatorijs clementiæ ſpecie deuinxerat.

Affinitate ſeſe alicui deuincire. Cic. de Clar. Orat. 10. Nam & cum ſummo illo Oratore Seruio Galba, cuius C. filio filiam ſuam collocauerat, affinitate ſeſe deuinxerat, &c.

Deuincire ſibi aliquem beneficijs. Plaut. Aſin. 5. 2. 1. Hem iſthoc me facto tibi deuinxiſti. Ibidem, 7. 19.
– ambobus nobis ſint obnoxii,
Noſtro deuincti beneficio. Cic. 7. Verr. 65. Et ad Atticũ, lib. 16. 3. 2. 4. Quòd ſi feceris, me, quem voluntate & paterna neceſſitudine coniunctum ſemper habuiſti, maximo beneficio deuinctum habebis.

Cautione, fœdere, execratione deuincire aliquem. Cic. pro Seſt. 12. Hunc vir clariſſimus, mihique multis repugnantibus amiciſſimus Cn. Pompeius omni cautione, fœdere execratione deuinxerat.

Copijs deuincire aliquem. Cic. pro Cœlio, 28. Illum filium familias patre parco ac tenaci, habere tuis copijs deuinctum non potes.

Donis beneficijsque plurimis deuincire aliquem. Cic. 7. Verr. 65.

Charitate homines deuincit ſanguinis coniunctio & benevolentia. Cicero 1. Offic. 80.

Liberalitate deuincire aliquem. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 10.

Summo officio & ſummâ obſeruantia ſibi in perpetuum deuincire aliquem. Cic. Memmio, lib. 1. 5. 2.

Deuincimini vtrique ab vtrisque hoc beneficio. Terent. Heaut. 2. 4. 14.

Mentem hominis voluntate libera ſpoliatam neceſſitate fati deuinciunt, qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam. Cic. de Fato, 31.

Deuincire pignore animos Centurionum, dixit Cæſar.

Deuincire ſocietate. Cic. 1. de Nat. deorum, 122. Hæc nos iuris, legum, vrbium ſocietate deuinxit. De eloquentia loquitur. Et libro 1. Offic. 82.

Deuinciri firma ſocietate.

Sermone & familiaritate deuincire. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2. 6. Primum Dionyſij politas, qui erant inimiciſſimi meis, leniuit; quorum principem Herippum non ſolum ſermone meo, ſed etiã familiaritate deuinxi.

Studijs deuinciri. Cic. Appio Pulchro, libro 3. 13. 4. Præſertim in his ſtudijs quibus vterque noſtrum deuinctus eſt.

¶ Templi religione deuincire. Cic. p. Domo ſua, 100. Præſcribere enim ſe arbitrabatur, vt ſine ſtudijs diſſenſionis ſententiæ licerentur, ſi ſedẽ ipſam ac templum publici conſilij religione Concordiæ deuinxiſſet.

Deuinctus. Participium. (κατακεκλημένος,) Cic. pro Plancio, Ita putauit Senatus, quum reo tribus edentur hæ quas is largitione deuinctas haberet, eoſdem fore teſtes & iudices.

Deuinctus cella catenis. Silius libro 11. 24.

Tempora deuinctus lauro. Tibul. libro. 2. eleg. 5. 1.

Amore deuinctus alicui. Statius 9. Thebaid. 162. Hærebat iuueni deinctus amore pudico Mænalius Dorceus.

¶ Deuinctus merè neceſſitate. Plin. epiſt. 129. d. Ineſt his quoque eadem quæ aliis carminibus vtilitas, quòd merè neceſſitate deuincti, ſoluta oratione læramur.

Deuinctam conſuetudinem domum tenere. Cic. pro Archia, 4.

Legibus, iure certo, firma pace deuinctæ nationes. Cic. de Prouinc. Conſul. 16. Domitæ ſunt à Cæſare maximæ nationes, ſed nõdum legibus, nondum iure certo, nondum firma pace deuinctæ.

Deuinctus, (κατάδετος,) Nomen ex participio. Horat. 1. Sem. Saty. 5. 9.
– namque Plocius, & Varius Sinneſſæ, Virgiliúsque
Occurrunt animæ, quales neque candidiores
Terra tulit, neque quis me ſit deuinctior alter.

Deuinco, deuincis, deuici, pen. pro. deuictum, (νικάω,) deuincere, Idem quod vincere, ſuperare, Cicero de Senect. 41. Qui Pœnos primus claſſe deuicerat. Cæſar 3. bel. Ciuil. 318. Qui Galliam Germaniamque deuicerit.

Deuincere & capere vrbem aliquam. Cicero 2. de Leg. Agr. 88. Quibus Conſulibus Capua deuicta, atque capta eſt.

Deuincere bello, prælio, vi. Cic. ad Brutum, 15. 14. Et 2. de Nat. deorũ, 9 Item 1. Offic. 53.

Deuictus, Participium, (νενομένος,) Cic. 1. de Natu. deorũ, 12. Qui riſus claſſe deuicta multis ipſi lachrymas, magnâ Populo Ro. cladẽ attulit.

Deuictus animus. Terent. Hecy. 1. 2. 92.
His animus partim virginis miſericordia
Deuictus, partim victus huiuſce iniuriis,

Deuictus conſuetudine & coniugio liberali. Teren, And. 3. 3. 30.

Deuictus lumina ſomno. Catul. in Argonaut. 59. 25.

Vulnere amoris deuictus. Lucret. lib. 1. 7.

DEVIRGINO, deuirginas, pen. cor. deuirginaui, deuirginãre. Paulus in L. Præſes. ff. De offic. præſ. Præſes quum cognouerit de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata, &c.

Deuirginari, dicebantur qui exephebis exceſſerant, (ἐκπεπτωκότι ἐφήβου,) vt probat Nonius ex Varrone.

Deuîto, deuitus, pen. prod. (ἐυλαβέομαι, φυλάττομαι, ἐξίσκομαι, εὐλάβομαι, παραιτέομαι,) deuitare, Declinare, euitare. Terent. Phorm. 1. 4. 3. Quæ neque vti deuitem ſcio, neque quomodo me inde extrahum. Idem Andr. 3. 5. 5. Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nũc ſi deuito hoc malum. Sic Deuitare mortem. Cic. 2. Tuſcul. 66.

Subterfugere & deuitare. Cic. 2. Verr. 5. Vt quoniam criminũ vim ſubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret.

Dolorem deuitare. Cic. 2. Tuſcul. 105.

Deuitare incommodum. Cic. 2. de Inuent. 134.

Exiguum ceuſum, tutiorque ſit repulſam deuitare animi, capitiſque labore Horat. 1. epiſt. 10.

Deuitare aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 9. 17. 3. Sinec hîc, nec illic eum, videro, deuitatum ſe à me putet.

Deuitatio, Verbale, (ἐυλάβεια,) Cic. ad Atticum, lib. 16. 3. 2. 5. Facilior enim & exploratior deuitatio legionũ fore videtur, quàm piratarum qui apparere dicuntur.

Deuius, (ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ,) Adiectiuum, Qui longè à via habitat, in quit Budæus. Cic. 2. Philip. 104. Strulte Aquinates, ſed tamẽ in via habitabant. quid Anapoinii? qui quum eſſent deuij, obuiã ei deſcenderunt, vt iſtum tanquam ſi eſſet Conſul, ſalutarent.

Deuia & ſylueſtris gens. Liu. 4. bel. Mace. 76. Lacetanos deuiam, & ſylueſtrem gentem, cum inſita feritas cõtinebat in armis, tum cõſcientia, &c.

Deuium iter. Cicẽ. 1. Tuſc. 114. Et ad Attic. lib. 4. 72. 8. & lib. 14. 306. 1.

Luſtra deuia. Ouid. 3. Metam. 30.

Deuii montani. Liu. 4. bel. Maced. 66.

Oppidum deuium. Cic. in Piſonem, 71.

Rura deuia. Ouid. 1. Metam. 136.

Deuium ſcortum dixit Horatius, pro vulgari & nimis proſtituto.

¶ Auis deuia. Id eſt bubo. Ouid. epiſt. 2. 24.

¶ Deuium tibi non erit. Cic. Attic. lib. 2. 19. 4. Tu, ſi in Formiano non eris mus, (ſi nos amas) in Pompeianum venito. id & nobis erit periucundũ, & tibi non ſane deuium.

¶ Flexibile & deuium. Cicẽ. de Antic. 77. Quid poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius nõ modò ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur?

Conſiliis præceps & deuius. Cic. 5. Phili. 191. Dubitaret credo homo amentiſſimus, atque omnibus conſiliis præceps & deuius, nõ ſolũ ciuj exercitu ſuo, ſed ẽt cum omni immanitate barbaric bellum inferre nobis, &c.

Aequi deuius. Silius lib. 1. 12.

Pectora deuia recti. Silius lib. 8. 63.

Deunx, deuncis, maſc. ge. (ἑπτατέταρτος,) Ponderis, ſiue menſuræ ſpecies, vndecim vncias continens, quaſi dempta vncia ab aſſe. Mart. li. 6. 78. Miſereri ſibi protinus deunces, Sed crebros iubet.

Iugera agrorum in quincunces & deunces dimetiebantur veteres. Columel. lib. 5. cap. 1. 12. Partes duæ tertiæ & vna quarta, pedes viginti ſex millia & quadringentos, hoc eſt deunx, in quo ſunt ſcrupula 264. Veteres enim iugera agrorum in quincunces & deunces dimetiebantur. Quinetiam arbores in quincunces & deunces diſponebant in hortis, vt author eſt Plinius.

Ex deunce & ſemuncia aliquem hæredem facere. Cic. pro Cecin. 13. Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertum ſuperioris virili: butio ſextulam aſpergit.

Auidi deunces. Perſ. Saty. 5. 15.
Quid petis, vt nummi, quos hîc quincunce modeſto
Nutrieras, peragant auidos ſudare deunces?

Déuoco, deuocas, pen. corr. (καταπαλέω,) deuocare, Deorſum vocare, vt Deuocare cælo Iouem. Plin. lib. 28. cap. 2. 5.

Deuocare de prouincia. ad Cic. de Prouinc. Conſul. 23. Quare ſi qui hominem non diligunt, nihil eſt quòd eum de prouincia deuocent: ad gloriam deuocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad ſummum honorẽ Senatus, equeſtris ordinis, gratiam, populi charitatem.

Deuocare ad auxilium. Liu. 6. ab Vrbe. 73.

Deuocare in dubium ſuas fortunas. Cæſar 6. bel. Gal. 22. Loquitur in concilio palãm, quoniam Germani appropinquare dicẽbatur, ſeſe, ſuas, exer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citisque fortunati, in dubium non deuocaturum.
In suspicionem malefícii deuocari. Author ad Heren. lib. 1.
Deuocare è cælo Philosophia, per translationé. Cic. 5. Tusc. 16. Socrates antè primus Philosophiã deuocauit è cælo, & in vrbibus collocauit.
Reuixa cælo deuocare Lydera. Horat. Epod. 17. 1.
¶ Deuocare pro Vocare. Liuius 1. Decad. libro 4. Quum ab sanctis hostibus sollicitando compersisset castra Volscorum deserta esse, latus à tumulo signa tulerat.

Deuolo, deuolas, pen. corr. (κατὰπτημαι,) deuolare, Deorsum volare. Liuius 7. bel. Pun. 60. Et Priuerni satis constat bouem locutum, vulturémque frequenti foro in tabernam deuolasse.

Deuolare deorsum. Plautus Amph. 1. 7. 6. Deuolant angues inbati deorsum in impluuium duo.
Deuolare de cælo. Liuius 7. ab Vrbe, 512. Qui nihil agenti sibi de cælo deuolaturam in suum victoriam censeat.
Deuolare in. Plin. 10. cap. 1. 3. Cornelius Valerianus Phœnicem deuolauisse in Aegyptum tradit.
Deuolat in terrã liquidi color aureus ignis. Lucre. lib. 6. 42. de fulgore.
Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi similae fortunæ dilapsa est, deuolant omnes. Author ad Heremn. libro 4. 170. Id est auolant, cluẽ abeunt.
¶ Deuolare, pro festinare: vt Deuolare de tribunali. Liu. 1. ab Vrbe, 121. Deuolant de tribunali, vt lictori auxilio essent.
Transfugere ab amicitia, & deuolare ad aliam. Cice pro Quintio, 61. Fatetur se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare.
Deuolare in forum. Liu. 3. ab Vrbe, 65. Alii inter tumultum præcipites pa nore in forum deuolant. Plin. lib. 35. cap. 10. 17. At Protogenes victum se confessus, in portum deuolauit, hoc pictum quærens.

Deuoluo, deuoluis, deuolui, deuolũtũ, pe. p. (κυλίω, κατακυλίω,) deuoluere, Deorsum volucre: vt Deuoluere rogos, deuoluere trabes, deuoluere saxa, deorsum, præcipitare. Hæc Valla lib. 6. Colu. lib. 1. cap. 1. Hinc prexima fluens aqua è mõtibus oriunda, quę p saxa sceps deuoluit. Liu. 1. bel. Pun. Saxa ingẽtia in agmẽ deoluũt.
Corpora deuoluunt in humum. Ouid. 7. Metam. 117. de peste.
Pensa deuoluere fusis. Virg. 4. Georg. 70.
Verba deuoluere. Horat. 4. Carm. Ode. 2. 1. de Pindaro,
Seu per audaces nouæ dithyrambos Verba deuoluit.
Deuolui ex sublimi. Plin. lib. 17. cap. 12. 21. Datur & decocti eius bibendum duplici mensura ad rupta, contusa, cõtusis, ex sublimi deuolutis.
Immenta cum oneribus ruinæ modo deuoluere. Liu. 1. bel. Pun. 123.
Deuolutus monte præcipiti torrens. Liu. 8. bel. Pun. 29.
¶ Deuolui retro, per translationem. Liu. 1. ab Vrbe, 206. Pacesse hinc Tarquinios, aut Corinthum: deuoluere tetro ad stirpem, fratri similior quam patri. Imperatiui modi est.
Deuolui ad otium. Colum. in Prooem. lib. 1. 24. Nec si vel illa præstantis ingenii vis, vel inclytarum artium defecerit instrumentum, confestim debemus ad otium & inertiam deuolui: sed quod sapienter speramus, perseueranter consectari.
Deuolui ad spem. Cic. 7. Philip. 215. Cui quum pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem eius inanem pacis deoluti.
Deuoluta eò res est vt. Liu. 5. ab Vrbe, 49. Et eò deuolui rem, vt aut Patricii, vt Patriciorum asseclæ habendi Tribuni plebis fint.

Deuoro, deuorat, pe. corr. (κατακαταγω, κατεσθίω, κατακτινω, καφίσθω,) deuorare, Verbũ notæ significationis: pro Cibum nõ gustatũ deglutire. Cato de Re rust. cap. 78. Bos si ægrotare cœperit, dato cõtinuõ ei vosi, ouis gallinaceũ, crudũ, integrũ facito deuoret.
¶ Deuorare, ad alia transferturi vt Deuorare pecuniam, pro Cõsumere, Cic. 5. Verr. 153. Deuorare omnem pecuniam non dubitauit.
Comedere & deuorare. Cic. Bruto, lib. 1. 1. 4. Segulium negligamus, qui res notas quæritinon quo veterem comederit (nullam enim habuit) sed hanc ipsam recentem nonam deuorauit.
Exhaurire & deuorare. Cic. 15. Philip. 344. Qui fuit rebus exhaustis beneficiis Cæsaris deuoratis, fortunas nostras concupierunt.
Spe & auaritia, bona & fortunas aliquorũ deuorare. Cic. pro Domo sua, 48. Non enim arbitror, quum post meum discessum omnium locupletum fortunæ, omnium prouinciarum fructus, & Terrarcharum ac regum bona, spe & auaritia deuorasses, argenti & suppellectilis meæ cupiditate cæcatum.
Deuorare dicta alicuius, pro attentissime audire. Plaut. Asin. 1. 1. 59.
Auscultate, atque operam date, & mea dicta deuorate. Hoc est, Tanta est attentione aduertite, vt dicta mea deuorare videamini.
Deuorare spe hæreditatem. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 18. Ille autem regia hæreditatem spe deuorarat.
Deuorare hominum ineptias & stultitias. Cic. de Claris Orat. 117. Id est patienter ferre & dissimulanter.
Lachrymas intrò sus oborras deuorat. Ouid. 4. Fast. 169.
Deuorare libros, Malta & ardentissimo animo legere. Cic. ad Atticum, libro 7. 123. 3. Quid enim tibi faciam, qui illos libros deuorasti?

Deuorare spe lucrum, Hoc est tam ardenter affectare, vt iam consecutus esse videaris. Cice. pro Flacco, 44. Quæ ciuitati facta est iniuria? at molestè fert ciuitas. credo: amissum est enim præter spem, quod erat spe deuoratum lucrum. Sumpta metaphora à canibus voracibus, qui ossa sibi frusto, malis increpant, & mandentium speciem præbent gestientes auiditate & gannientes.
Deuorare molestiam paucorum dierum, Patienter ferre & pati quæ paucis diebus duratura est, molestiam. Cice. 6. Philipp. 215. Quapropter Quirites expectate legatorum reditum, & paucorum dierum molestiam deuorate: qui quum redierint, si pacem afferent, cupidum meis bellum proeuidum iudicatote.
Deuorare nomen alicuius: Id est obliuisci nominis. Plautus in Trinummo 3. 60. — quod
Est ei nomen? 5. quod ædepol homini probo. c. labet
Audire. 5. ille ædepol, ille. væ misero mihi. c. quid est
Negotii? 5. deuorauí nomen imprudens modo. c. non
Placet, qui amicos intra dentes, conclusos habet. 5. atque etiã Modò vorsabatur mihi in labris primoribus. Tractum ab iis, qui aliquid in ore tenentes, id imprudentes deuorant.
Deuorare orationem alicuius, Libenti animo & cum magna voluptate audire, vt videatur is eam quasi deuorare. Plaut. Pœn. 10. 2. Horum profectò certa est hominum oratio.
Quam orationem hanc aures dulces deuorant. Sic Deuorare verbum ali quod apud Ciceronem, pro Sestio. 17. Verbum ipsum omnibus modis animi & corporis deuorabat: eodemque præclarè dicere aiebat, Sapientes omnia, sua causa facere, &c.
Deuorare orationem alicuius, pro Non satis animaduertere: & vt vulgus dicit, non satis gustare, vt ait Budæus. Cice. in Bruto, siue de Claris Oratoribus. 146. Itaque eius oratio multa religione attenuata, doctis & attente audientibus erat illustris: à multitudine autem & à foro, cui nata eloquentia est, deuorabat. Id est non intellecta transmittebatur. Quæ significatio ducta est ab iis qui cibum non gustatum deglutiunt, quasi stupente palato.
Patrimonia deuorare. Catull. in Iulium Cæs. 17. 5.
Patrimonium comesum & deuoratum. Cic. in Sallust. 12.
Prædam spe & opinione deuorare. Cic. 3. Ver. 96. Et in Pisonem, 18.
Deuorare tædium. Quintil. lib. 11. cap. 2. Deuoret initio tædium illud, & scripta, & lecta sæpius reuoluẽdi, & quasi eundem cibum remandendi.
Dolor vocem lachrimasque deuorat. Ouid. 13. Metam. 110.
¶ Deuoratur vox. Plin. lib. 11. cap. 51. 5. In theatrorum orchestris, scobe aut arena superiecta deuoratur vox.
Deuoratus, (κατασιτευμένος,) Participium. Cice. in Pisonem, 71. In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum, centum talenta euomere non poteras.

Deuoueo, dẽuoues, pen. corr. deuõui, deuõtum, pen. prod. (κατατίθεμαι, ἀναθεματίζω, ἀποκατάρομαι,) deuouere, Destinare. Virg. 12. Aeneid. 47. — quorum se deuouet aris. Cic lib. 3. Offic. 127. Quid? Agamemnon quum deouisset Dianæ quòd in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolauit Iphigeniam.
Deuouendi seipsum, aut hostium vrbes exercitúsve, mortem acritus & verba, vide apud Liuium, 1. Decad. lib. 8. & Macrobium 3. Satur. cap. 9.
Caput alicuius deuouere. Ouid. 15. Metam. 66.
Deuouere & constituere alicui hostiam. Cic. de Aruisp. responsis, 4. Accedit etiam, quòd expectatione omnium, fortissimo & clarissimo viro T. Annio deuota & constituta hostia esse videtur.
¶ Deuouere se amicitiæ alicuius, Id est dedere. Cæsar. 3. bel. Gal. 459. Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquã, qui eo interfecto, cuius se amicitiæ deuouisset, mori recusaret.
¶ Deuouere se pro populo: Id est Morti sese addicere, vt morte sua populus siue Respublica seruetur. Cic. de Senect. 39. Vixerat M. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum Consulem se pro Rep. quarto Consulatu deuouerat. Idem 2. de Natu. deo. 14. Vt quidam Imperatores etiam seipsos dis immortalibus, capite velato, verbis certis pro Republ. deuouerent. Idem 2. de Finib. 98. Liu. libro. 9. Equidem mortem pro patria præclaram esse fateor, & me vel deuouere pro Populo Romano legionibusque, vel in meos me mittere hostes paratus sum. Plin. libro. 22. cap. 4. 2. Hic Decius postea se Consul, imperioso Collega, pro victoria deuouit.
Se, fortunasque suas pro aliquorum incolumitate, ortu, concordiaque deuouere. Cic. Post reditum in Senatu.
Se & caput suum aliqua conditione deuouere. Cic. pro Domo, 113.
Se pro ære alieno deuouere. Cic. 11. Philip. 299. Videre etiam P. Decii actionem clarissimi viri, qui maiorum suorum exempla persequens, pro alieno se ære deuouit.
Aris superorum se deuouere. Virg. 12. Aeneid. 47.
¶ Deuouere, pro Diris imprecationibus malum alicui optare. Ouid. in Ibin, Illum ego deuoueo quem mens intelligit Ibin. Ibidem, Deuoueo teque tuosque modo.

Deuõtus, pen. prod. (προστεθυμένος, κατάρατος, ἐναγής,) Participium: vt Deuota

Deuota sacris sica. Cic. in Catil. 11. Tamẽ ea carere diutius non potes: quæ quidem quibus abs te initiata sacris ac deuota sit, nescio, quòd ea necesse putas in Consulis corpore defigere.
Caput deuotum. Stat. 10. Thebaid. 158.
Periuria deuota. Catull. in Argonaut. 59. 27.
¶ Deuotus, Destinatus. Virgil. 1. Aeneid. Præcipuè infœlix pesti deuota futuræ. Varro, Tum deuotos tibi animo vtere.
Victima deuota. Horat. 3. Carm. Ode 23. 3.
Pectora morti deuota. Horat. 4. Carm. Ode 14. 4.
Sanguis deuotus. Horat. Epod. 16. 2.
¶ Deuoti, Qui in alterius populi amicitiam sese dediderunt. Cæsar 3. bel. Gall. 458. Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Acantuanus, qui summam imperii tenebat cum sescentis deuotis, quos illi soldurios appellant. Quorum hæc est conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt.
¶ Deuotus, Deditus: vt Denotus vobis animus. Sueton. in Tib. Cæs. cap. 67. Siquando, inquit, de moribus meis, deuotoque vobis animo dubitaueritis, &c.
Deuotus alicui cliens. Iuuen. Saty. 9.
Deuotus & donatus studiis. Cic. 1. Tusc. ul.
¶ Deuotus, Dirus & execrandus. Ouid. Vitiate deuoto fœmina virque toro. Horat. 3. Carm. Ode 4. 6. Deuota non extinxit arbor.
Domus deuota. Ouid. epist. 9. 31.
Deuoturus, (κατακαταδόμενος,) Quint. libro 4. Modus litis, propter quam deuoturus seipse non fuerit.
Deuotio, Verbale. (κατάρα, κατάθεσις,) Cic. 3. de Nat. deor. 19. Tu autẽ etiam Deorum deuotionibus placandos deos esse censes. Idẽ pro Domo sua, 113. Sin autẽ mea consilia patriæ non profuissent, vt perpetuũ dolore auulsus à meis fuerim: hanc ego deuotionẽ capitis mei quum ero in sedes meas restitutus, ri denique cõuicta esse & cõmissam putabo.
Vitæ deuotio. Cic. pro Rab. Posthu. 2. In deuotione vitæ, & in ipso genere mortis imitatus est P. Decium filium.
¶ Deuotio, Execratio. (κατάθεσις,) Sueton. in Calig cap. 3. Lenis adeò & innoxius, vt Pisoni decreta sua rescindenti, non prius succensere in animum induxerit, quàm veneficiis quoque & deuotionibus impugnari se comperisset.
Deuotorius, Adiectiuum: vt Carmina deuotoria apud Liuium & Macrobium, quibus homines vrbesque deuouebantur.

Deûro, deũris, pen. prod. deusti, deustum, (κατακαίω,) deurere, Idẽ quod simplex vrere. Liu. 9. bel. Maced. 6. Mar. Acmylius alter Consul agros Ligurum, vicosque qui in campis aut vallibus erant, ipsis montes duos Balistam Solimontiumque tenentibus deussit depopulatúsque est.
Deurere morsu dicitur serpens, vel afflatu, quum inflammat. Seneca libro 1. de Clementia.
Mons deustus. Tacitus libro 4.
Pars Circi deusta. Tacitus libro 4.

Deus, dei. (θεός, δαίμων, σωτὴρ,)

Nulla gens est, neque tam immanisueta, neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. Cicero 1. de Legib. 36.
Quis est tam vecors, qui aut quum suspexit in cælum, deos esse non sentiat. Cicero de Aruspicibus. 17.
Cœnæ deûm. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 13. Vide CORNA.
Contemptor deûm. Virg. 8. Aeneid. 2.
Genitrix deûm, Cybele. Ouid. 14. Metam. 107.
Interpres deûm. Senec. Troade, 10. 16.
Mater deûm, Cybele. Lucret. lib. 2. 124.
Radiantis ora dei, Id est vultus Apollinis. Valer. 5. Argon. 82.
Rector deûm, Iupiter. Ouid. 2. Metam. 170.
Regina deûm, Iuno. Virg. 1. Aeneid. 3.
Regnator deûm, Iupiter. Virg. 4. Aeneid. 64.
Rex deorum Iupiter. Horat. 4. Carm. Ode 4. 1.
Sator deorum atque hominum, Iupiter. Virg. 1. Aeneid. 52.
Placidissimus deorum somnus. Ouid. 11. Metam. 125.
Spretor deorum. Ouid. 8. Metam. 114.
Templa & simulacra deorum. Cic. 1. de Nat. deor. 111.
¶ Dis charus ipsis. Horat. 1. Carm. Ode 31. 3. Vide CHARVS.
Aduerso deo agere aliquid. Oui. epi. 7. 1. — aduerso mouimus ista deo.
Aduersis diis & fato sinistro genitus. Iuue. Saty. 10. 13.
Adumbrati dii, Vide ADVMBRO.
Aequorei dii. Ouid. 12. Metam. 40.
Aeterni dii. Ouid. 3. Amorum, eleg. 3. 3. Cic. de Vniuersit. 27.
Alienigenæ dii, Vide ALIENIGENA.
Aliger deus. Stat. 10. Thebaid. 60. Sic vocat Somnum.
Alipes deus, Id est Mercurius. Ouid. 11. Metam. 63.
Arcitenens deus, Apollo vel Cupido. Ouid. 1. Metam. 89.

Armiger deus, Id est Mars. Silius lib. 17. 18.
Deus asper alicui. Valer. 3. Argon. 54.
— deus hæc deus asper vtrisque Implicuit.
Asperi dii. Senec. Hippol. 6. 14.
Auersi dii, Vide AVERTO.
Auerruncus deus, Vide AVERRVNCO.
Auidus deus, Id est Pluto, quòd omnes ad se recipiat. Ouidius ad Liuiam, 88.
Auspices dii. Virg. 4. Aeneid. 9.
Bellicus deus, Mars. Senec. Agamemn. 6. 32.
Beneuolentes dii, Vide BENEVOLENS.
Dii boni, boni quid porro, Exultantis vox, Terent. Andr. 2. 2. 1. Cic. Attico lib. 6. 117. 6. At re apud eum, dii boni, quanta in gratia positi. Idem pro Milone, 44. Di boni, quid potest agi fœcuerius?
Cælestes dii, Vide CAELVM.
Cærulei dii, Id est dei æquoris. Ouid. 2. Metam. 2.
Di mihi sint faciles. Ouid. 9. Metam. 152.
Fatidicus deus, Apollo. Ouid. 2. Fast. 53.
Ferales dii, Id est Infernales. Seneca Thyeste, 8. 10.
Immortalis deus. Horat. in Arte. 94.
Dii immortales, homini homo quid præstat, Admirantis exclamatio est. Terent. Ennuch. 2. 2. 1. Cicero 2. de Finib. 140. Quos dii immortales, ille, quum omnes artus ardere viderentur, crucibus perferebat.
Indigena deus. Ouid. 6. Metam. 66. Vide INDIGENA.
Inferni dii, Vide INFERI.
Inuerecundus deus, Bacchus apud Horatium, Epod. 11. 3.
Dis meis iratissimis. Plaut. Pœnul. 6. 4.
Nam ego infœlix dis meis iratissimis,
Sexagenos immolaui, nec potui tamen, &c.
Latonigenæ dii, Apollo & Diana. Seneca Agamem. 5. 3.
Magni dii. Horat. Epod. 15. 1.
Dii magni, Admirãtis est apud Catullum ad Calum, 14. 3. Dii magni hoc ribilem, & sacrum libellum. Idem de Caluo, 50. 1. Dii magni sophopichion dissertum.
Manes dii. Cic. in Vatinium, 10. Idem 7. Verr. 80. Iam illa præclara, non testium modo cæteras, quum tua res ageretur, sed tũ à diis manibus innocentium pœnas, sceleratorumque furias in tuum iudicium esse venturas. Horat. Epo. 5. 10.
Perimque vultus vmbri cuiuis vnguibus,
Quæ vis deorum est manium.
Maris dii. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 1.
Dii meliora, Modus optandi, imperfecto sermone: cui subauditur verbũ adferant, vel dent. Liu. de bel. Mac. Perturbata, dii meliora. Cice. 8. Philipp. 240. Ergo habet Antonius quod suis pollicetur, quid nos? nunquid tale habemus: dii meliora. Id enim ipsum agimus, nequid posthac eiusmodi quicquam possit polliceri. Virg. 5. Aene. Dii meliora piis, erroremque hostibus illum.
Minuti dei, Vide MINVO.
Mortalis quidam deus sit Orator. Quintil. lib. 1. cap. 10. 4.
Natiui dei, Vide NASCOR.
Nemorum dii. Ouid. 7. Meta. 41. Hi sunt, Fauni, Satyri, Panes, &c.
Noctiuagus deus, Id est Somnus. Stat. 10. Thebaid. 31.
O dii. Cic. Attico, lib. 9. 196. 5. Reliqua, 6 dii, qui comitatus.
Ogygius deus, Id est Apollo. Stat. 5. Thebaid. 104.
Opifer deus, Aesculapius, apud Ouidium. 15. Metam. 131.
Opifex trisulci fulminis deus. Id est Iupiter. Senec. Hippol. 2. 11.
Parui dii. Horat. 3. Carm. ode 23. 4.
Patrii dii. Cic. 3. Verr. 4.
Penates dii. Horat. 1. epist. 7. 19.
Dii penetrales, Id est dii penates. Senec. Thebaide, 1. 5.
Præpes deus, Cupido. Ouid. epist. 8. 8.
Princeps Deus. Cic. in Somnio Scip. 8. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mundũ regit, quod quidem in terris fiat acceptius, &c.
Princeps ille Deus, parens rerũ, fabricatorq; muadi. Quint. lib. 1. ca. 16. 7.
Propitii dii. Senec. Agamem. 6. 3.
Rectos deos habere, Id est æquos & propitios. Horat. 4. Carm. ode 4. 10.
Sancti dii. Ouid. 3. Amorum, eleg. 8. 9.
Secundis diis agere aliquid. Virg. 2. Aeneid. 134.
Summi dii. Ouid. 6. Metam. 18.
Superi dii. Horat. 2. epist. 1. 18.
Syluestres dii. Claud. in Epithal. Palladii, 4. Intelligit Faunos & Satyros, & hoc genus deos alios.
¶ Deum suæ vitæ Lentulum vocat Cicero. Post reditum ad Quirites, hoc est seruatorem, conseruatore. P. Lentulus, inquit, Consul, parens, deus, salus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, &c.
¶ Per deos. Cic. 2. Offic. 6. Quid enim est, per deos, optabilius sapientia? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius? Idem 3. Philip. 148. Hanc igitur occasionem oblatam teuete, per deos immortales, Patres conscripti, &c.

Universidad de Deusto
Biblio

¶ Adhibere deos. Vide ADHIBEO.
Appellare deum, Vide APPELLO.
Dii auerruncent. Cic. Attico, lib. 9. ep. 12. 3. Proponis quàm sit turpe me adesse, quum quid de illo detrahatur, nefas esset approbare, certè contra ignitur: dii, inquis auerruncent.
Auertant omen dij. Cic. 3. Philip. 149. Quòd si iam (quod dii omen auertant) fatum extremum Reipublicæ venit, &c.
Diis equidem auspicibus reor, & Iunone secunda
Hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas. Virg. 4. Aeneid. 9. vbi Seruius, Hoc dicit, Dii qui auspices sunt matrimonii, Aeneam huc venire fecerunt. Nuptiæ enim captatis fiebant auguriis.
Vt deum, aliquem colere. Cic. de Senect. 73.
Ad deum confugere. Cic. 1. de Nat. deo. 74.
Nihil est quod deus efficere non possit. Cic. 3. de Nat. deo. 133. Placatos deos pietas efficit & sanctitas. Cic. 2. Offic. 15.
Ad deos euehi aliquem dicimus κατ' ὑπερβολὴν quem fœlicissimum esse, & quasi supra humanam conditionem positum significare volumus.
Horat. 1. Carm. Ode 1. 2. – palmaque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.
Dii faciant: Optantis est, significatque id quod vtinam. Cic. in Verr. Dii faciant vt rei militaris, vt belli mentionem facere audeas.
Siquis deus id faciat, Id est si forte, siquo casu id fiat. Horatius 2. Serm. Saty. 7. 5. – laudas
Fortunam & mores antiquæ plebis: & idem
Siquis ad illa deus subito te agat, vsque recuses. Id est siquo casu ad illa cogaris.
Dii vestram fidem, Admirantis aduerbium cum exclamatione, inquit Donatus. Terent. And. 4. 3. 1.
Genuit omnia deus. Cic. de Vniuersi. 56.
Hæc deus aliquis gubernabit. Cic. Attico, lib. 14. 5.
Informare deos coniectura, Vide INFORMIS.
Infringere deos precatus, Id est flectere precibus. Stat. 1. Achil. 20.
Inferre deos minimis rebus, Vide INSERO.
Instigante deo numine, Vide INSTIGO.
Initiis dijs hominibusque absolutis, Vide INVITVS.
Inuocare omnes deos in auxilium. Quintil. in Procem. lib. 4. 4.
Iuuantibus diis. Cicero 3. Philipp. 150. His authoribus & ducibus, diis iuuantibus, nobis vigilantibus, & multum in posterum prouidentibus, Populo Romano consentiente, erimus profectò liberi breui tempore. Idem Trebatio, libro 7. 11. 5.
Moderantes cuncta dii. Ouid. 1. Metam. 17.
Per deos obsecrare & obtestari aliquem. Horat. 1. epist. 7. 19.
Per omnes deos orare aliquem. Horat. 1. Carm. Ode 8. 1.
Dei numini parent omnia. Cic. 1. de Diuinat. 196.
Placare deos boue, vel quacunque re alia. Horat. 1. epist. 17. 12.
Si diis placet, Ironia. Cicero 2. de Finib. 54. Quoniam si diis placet, ab Epicuro loqui discimus.
Plaudentibus diis & hominibus. Cic. Q. fratri, libro 2. 8. 1. Vatinium à quo palàm oppugnabatur, arbitratu nostro concidimus, diis hominibusque plaudentibus.
Deorum immortalium numine omnia regi, gubernarique perspeximus. Cicero de Arusp. resp. 17.
Deum & parentem fortunæ & nominis sui aliquem statuere. Cicero pro Sestio, 127. Video P. Lentulum, cuius ego patrem deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei, fratris, rerumque nostrarum, in hoc misero squalore & sordibus.
Di mihi sint testes. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 1.
Teste deo credere. Ouid. epist. 6. 6.
Viuit ait, timidúmque mihi iurare coegi,
Vix mihi teste deo credita vita fuit.
Testari deos. Virg. 4. Aeneid. 99. Cicero Antequam iret in exil. 18.
Vereri deos, Cicero de Senect. 73.
Dii bene vertant. Terent. Eunuch. 1. 3. 98. In omnibus quæ cupiebat venerari, dici solet, ait Donatus.
In aliqua re videri alteri deum. Cicero 2. de Orat. 96. Qui ordo tibi placeat, inquit Catulus, & quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri solere.

Dextans, dextantis, (δεξτὰς, ἀντος, Θ,) dicitur quia asi deest sextans, quemadmodú duodecunx & deunx. Hæc Festus Columel. lib. 5. ca. 1. 11. Pars dimidia & tertia vigintiquatuor millia, hoc est dextans, in quo sunt scrupula 240. Quio in loco dextatem deunce separatim subdit enim postea deuncem valere scrupula 104.

Dextera, pen. corr. vel Dextra, dextræ, manus altera. (δεξιὰ, ἁς ἡ χειρ.) Virg. 2. Aenei. 69. – si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent. Plin. lib. 11. cap. 45. 3.
Dextera procerior.
¶ Certa dextra. Vide CERTVS.
Dextera crudelis. Ouidius epist. 10. 23. Dextera crudelis quæ me, fratremque necauit.

Fabrilis dextra. Ouid. 4. Metam. 35. Hoc in loco loquitur de Vulcan
Ferox dextra. Claud. epig. 34.
– dextra ferox in vulnere sæuit.
Fidissima dextra. Valer. 5. Argon. 13.
Funerea dextra. Valer. 7. Arg on. 94.
Hostilis dextra. Virgi. 10. Aeneid. 168.
Tantáne me tenuit viuendi nate voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ. Quem genui?
Impia dextra. Ouid. epist. 7. 26. Non bene cælestes impia dextra colit.
Inermis dextra. Claud. 5. Paneg. 6.
Lassa dextra. Stat. 10. Thebaid. 167.
Letifera dextra. Oui. 12. Met. 122. Certaq; letifera direxit spicula dextra
Inuicta dextera bello. Virg. 6. Aeneid. 176.
Strenua dextera. Ouid. de Medicamine faciei, 13.
Studiosa dextra. Ouid. epist. 21. 1.
Supplex dextra. Stat. 1. Achil. 73.
– Vltrò etiam veneratur supplice dextra.
Temeraria dextra. Lucan. lib. 8. 156.
Terribilis dextra. Ouid. 2. Metam. 13.
Tremula dextra. Ouid. 5. Fast. 101.
– tremula dant vina rubentia dextra,
Accipit æquoreus pocula prima deus.
Venalis dextra. Silius lib. 5. 39.
Tum quo non alius venalem in prælia dextram
Ocyor attulerit, conductaque bella probarit.
Vltrix dextra. Senec. Herc. furen. 111.
¶ Abluere sanguine dextram obsoletam. Senec. Agam. 13. 5.
Affectare dextrá. Virg. 3. Aene. 134. Verũ vbi nulla datur dextrá affectare potestas. Hoc est intẽdere. d. sic vt posset nauem tenere. Seruius.
Afferre dextram ad omne facinus. Senec. Med. 12. 8.
Amplecti dextram. Senec. Herc. furen. 4. 19.
– vnde illum mihi
Quo te tuamque dexteram amplectar.
Apperere dextram, Vide APPETO.
Assurgens dextra. Virgil. 10. Aeneid. 158.
Iamque assurgentis dextræ plagamque ferentis
Aeneæ subiit mucronem, ipsumque morando Sustinuit.
Audendum dextra. Virg. 9. Aeneid. 68.
– prior Hyrtacides sic ore locutus,
Euryale, audendum dextra, tunc ipsa vocat res.
Cedo dextram, Vide CEDO.
Dextram dextræ committere. Ouidius in epist. Heus vbi pacta fides, commissáque dextera dextræ? Sic apud Virgilium mules in locis iungere dextras, pro Pacisci & ferire fœdus.
Compescere impiam dextram. Senec. Here. furen. 6. 37.
Coniungere dextras. Virgil. 1. Aeneid. 104.
– auidi coniungere dextras Ardebant.
Victricem dextræ coniungere dextram. Ouid. 8. Metam. 35.
Conserere dextras Stat. 1. Syl. 6. 12. Eduntvulnera cõseruntque dextras.
Contingere dextram. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 4.
Quæ perit aliquis, potes hanc contingere dextram?
Copulari dextram, Vide COPVLO.
Dare dextram alicui. Virg. 3. Aeneid. 122.
Ipse pater dextrám Anchisés, haud multa moratus
Dat iuueni: atque animum præsenti pignore firmat, Dextera enim conserata est Fidei. Seruius.
Dextrá dare dicimus, nõ modò manũ præbere, sed etiã auxilium præstare. Virg. 6. Aene. 74. Da dextram misero. Id est præsta auxilium. Seruius.
Miti aliquem deducere dextra. Silius lib. 12. 125.
Dextram oculis fatigare. Tacit. lib. 15.
Imbuere eadem dextram cruore. Senec. Troad. 4. 4.
Inhibere dextras. Senec. Herc. Oeth. 12. 9. Parcite o dites, inhibete dextras.
Intendere dextram ad statuam, Vide INTENDO.
Dextras interiungere, Vide INTERIVNGO.
Dextræ iungere dextram: maiorum enim hæc fuerat salutatio: cuius rei τὸ αἴτιον, id est causam, Vatro Callimachum secutus, exposuit: asserens omnem eorum honorem, dexterarum constitisse virtute: cui quam rem hac se venerabantur corporis parte. Hęc Seruius. Virg. 1. Aeneid. 832.
– cur dextræ iungere dextram Non datur?
Iungere dextram ad fœdera. Valer. 6. Argon. 3.
Iungere hospitio dextras. Virg. 3. Aeneid. 17.
Mouere prælia collata dextra. Ouid. 1. Fast. 114.
Obarmare dextras. Horat. 4. Carm. ode 4. 5.
Aliquid dextra obruere. Virg. 5. Aeneid. 137.
Oppositi dextram passuræ vulnera fronti. Ouid. 12. Metam. 78.
Precans dextra. Virg. 12. Aeneid. 185.
Ille humilis, supplexáque oculos dextramque precantem

Protendens,

Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit.
Prehendere dextram. Cicero 1. de Diuinat. 105. Quumque tetua patria vi pulsum esse dixisses, prehendisse eum dextram tuam, & bono animo re iussisse esse, &c.
Dextra refellere dicta alicuius. Virgil. 12. Aeneid. 129. Perpetiar dextra nec Drancis dicta refellam: Id est virtute. nam pro rei officio ipsam vé posuit, dextrã scilicet pro virtute. Seruius.
Renouari dextras cupere. Tacit. lib. 3. Idem author (referente Alciato) ostendit lib. 18. dexteras concordiæ signa vltro citroque destinari ab exercitibus solitas.
Reprimere dextram, pro continere. Virg. 12. Aeneid. 186.
Aeneæ volucres oculos, dextramque repressit.
Tangere dextram. Virgilius 7. Aeneid. 13. Para mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Tendere dextram. Cic. 10. Philipp. 275. Quæ quidem nunc M. Bruti imperio, authoritate, copijs non instructa solùm, sed etiam ornata tendit dextram Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. De Græcia. Idẽ de Prouin. Consul. 6.
Manu dextera tenere pateram. Cic. 1. de Diuinat. 83.
Viduare dextera ensẽ. Senec. Hippol. 619.
¶ Dextera fe antiqui venerabantur, per dexteras iurabant, tanquam fidei sedem, & virtutis ministram.
Testes fidei, dextræ. Cic. 11. Philipp. 291. Dextræ quæ fidei testes esse solebant, periisti: sunt & scelere violatæ.
Firmior non tam in bellis & in prælijs, quàm in promissis & fide dextera. Cicero pro Deiotaro, 4.
Fidem & dexteram porrigere. Cicero Post reditum in Sen. 31. Qui mihi primus afflicto & iacenti, Consulatus fidem dexteramque porrexit.
Per hanc te dexteram oro. Terent. And. 1. 5. 54.
Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum.
Per tuam fidem, perque huius solitudinem. Te obtestor. Vbi Donatus, Pro deris & fidei membrum erat dextera. Cic. pro Deiotaro, 4. Per dexteram istam te oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti, &c.
¶ A dextra canere. Cic. 1. de Diuinat. 19. Iupiter ne cornicem à læua, cornum à dextra canere nusisset.
A dextera maris. Plin. lib. 12. cap. 14. 1. Sabæ regio à dextera maris scopulis inaccessa.
Dextera, ablatiuus pro in parte dextera. Plaut. Amph. 4. 179. Hinc enim dextera vox aures vt videtur verberat. Sallustius in Iugurthã. Dextra Aetherbalem adsidit.
Dextra, læua. Liu. 4. ab Vrbe, 141. Dextra montibus, læua Tyberi amne septus. Idem lib. 2. 28.
Dextra, læuaque large amplectens montem. Plin. lib. 12. cap. 1. 160.
Dextra, sinistra. Cic. Academ. 225. Supra, infra, dextra, sinistra, ante, post &c. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28. 5. Dolabellæ villam quum præteriret, omnis armatorum copia dextra sinistra, ad equum, nec vsquà alibi.
Ad dextram. Vide AD præpositionem.
Ad dextram & Ad læuam, contraria. Cic. de Vniuersit. 55. Nam & ante & post, ad lævam & ad dextram, & sursum & deorsum, &c. Idem 12. Phil. 327. Facilis est circumspectus, vnde eam, quò progrediar, quid ad dextram, quid ad sinistram sit.
Dextella. Diminutiuum, (δεξιόλιον,) Cic. Attico, libro. 14. 318. 7. Quæ F. vt scribis, est in dextella. per eũ igitur quod volemus facile auferemus.
Dexter, dextra, dextrum, vel dextera, dexterum, penultima correp. (δεξιὸς.) Qui dextræ partis est, inquit Sipontinus. Virg. Quò tandem mihi dexter abis?
Dextrum cornu & sinistrum in acie tenere. Liu. 3. ab Vrbe, 198.
Foras dextræ. Ouid. 2. Metam. 4. Signáque sex foribus dextris, totidémq; sinistris, &c.
¶ Dexterior, Comparatiuum. Ouid. 12. Metam. 61.
– iaculis armo
Dexteriore Medon. Et li. 2. Nec te dexterior tortum declinet ad anguẽ.
Dexterior pars. Varro 1. de Re rust. cap. 5. 11. de taurorum compressu, Siquidem si mas est, in dexteriorem partem abitis fœmina, in sinisteriorem. Martial. lib. 5. 61. Et stellam cubito dexteriore premit.
¶ Dexter, Prosper, propitius. Virg. lib. 8. 61. Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Adsit Domitianus dexter, ac volens. Quintil. in Procem. lib. 4. 4.
Dexter adsis ducibus, alloquitur Ianum. Ouid. 1. Fast. 14.
¶ Dexter, Aptus, conueniens, agilis, ab aptitudine dexteræ manus. Stat. lib. 3. Syl. Signa frenatæ moderatus alæ Castore dextro.
¶ Dexter, pro dextrè aduerbio. Liu. 9. ab Vrbe, 195. Rem per se popularem ita dexter egit, vt rodendis corporibus, animi multo plus militũ imperatori reconciliarentur.
Dexteri, Aduerbium, Fœliciter, (δεξίως.) Liu. 12. ab Vrbe, 156. Notitiaq; eum breui apud regem, liberaliter, dextereque abeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura. Horat. 1. Serm. saty. 9. 9. Nemo dexterius fortunæ est vsus.
Dexteritas, penult. correp. dexteritatis, (δεξιότης,) Aptitudo, conuenientia. Liuius 7. bel. Mace. 30. Multa in eo & dexteritas & humanitas visa. Idẽ 8. bel. Pun. 95. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenii dexteritas, &c.
Dextimum (δεξίτατον,) & sinistimum antiqui pro dextro & sinistro dicebant, teste Festo. Varro περὶ λέξεων, Primo compito dextimam viã munit Epicurus. Sallustius in Iugurtha. Sylla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte Aulus Manlius cum funditoribus & sagittariis.
Dextrarii (ἱππεῖς,) Dicuntur equi maximè bigarii.
Dextro, dextras, dextrare. Solinus, Tarpeium Iouem terra dextratione lustrauit. circuitio vel circuitio interpretari poterit, quod equi scilicet cõplum capitolini Iouis dextrorsum ter circumierant. Valla, Tristi phasse existimat Cęsarem quoties prodibat, vt nunc solet papa præcedentibus equis albis, quos stratos fanuli dextrant. Apud Vallã significare videtur Dextra manu ducere aliquid. Denique Dextrare esse arbitror, Dextrum aliquid sibi cõstituere, quod scilicet dextro lateri adversum sit. vt qui aliquẽ comitatur cuius sinistrum latus claudit, dextrare illum dici poterit. item qui turrim vel domum à dextra incipiẽs totam circuit, quãdiu circuit, tandiu illam sibi dextram esse facit. Vox est parum Latina.
Dextrocherium (πηχυδάκτυλον,) Muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli latitudinem gemmis pretiosissimis inseri gebatur. Iulius Capitolinus scribit, Maximinum pullos fuisse tam vasto, vt dextrocherio vxoris vteretur pro anulo. Memini Cælius libro 8. cap. 12. Vbi docet dextrariolum in libro Iudith, non aliud esse, quàm dextrocherium.
Dextrorsus & dextrorsum (ἐπὶ τὰ δεξιὰ.) Id est, à dextra parte, aut versus dextram partem. Cic. 1. de Diuin. 80. Dextrorsum arbem flammeã. Plin. lib. 24. cap. 10. 3. Efficacissimum remedium esse aiunt, si tres quoque trium nationum homines perungant dextrorsus. Liu. 6. bel. Pun. 46. Nec deceptus mœnibus infra Tuiculum dextrorsus Gabios desedit. Idem 6. ab Vrbe. 122. Horat. 2. Serm. saty. 3. 19. Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit.
Dextrouersum. Aduerbium, (πρὸς τὰ δεξιὰ.) A dextra parte. Plaut. Curcul. 170. Si deos falsos, dextrouersum censeo. Idem Rud. 4. 87. Sed dextrouersum aduorsa it in malam crucem.

D I

Di, & du, præpositiones eiusdem significationis sunt, quia ambæ sæpe ponuntur, & in compositione solum reperiuntur. Componuntur autem di, cum dictionibus incipientibus à D: vt Diducos: C, vt Digero: L, vt Dilucr M, vt Dimitto: N, vt Dinumero: P, vt Diuidico: V, vt Diuerto.

Diabathra, diabathræ, (διαβάθρα,) Genus solearum Græcanica, rum, ait Festus. Diabathratus, Qui soleas huiusmodi conficiebat. Plaut. Aul. 1. 2. 41. Propolæ, linteones, calceolarii, Sedentarii, sutates, diabathrarii, solearii, &c.

Diabetes, diabetis, pen. prod. m. g. (διαβήτης, transitus, κατὰ τοῦ διαβαίνειν. Vide & p. tipsone vsus patur. Colum. lib. 3. cap. 10. 2. de vite. Naturali enim spiritu omne alimentum, virentis quali quædam anima per medullam trunci veluti per siphonem, quẽ diabetem vocant mechanici, trahitur in summum.

DIABOLVS. Erasmo delatorẽ, aut calumniatorẽ significare videtur à verbo διαβάλλω, quod est deferre, traducere, sine infamem reddere. Budæo autem aduersarium.

Diacheton, Spuma alba est, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ, cuius radix vngũtis expetitur, alias dipsacos dicitur. Plin. lib. 24. cap. 13. 1.

Diacodion, (διὰ κωδείων,) Medicamentum quod ex capitibus papauceris fit. Plin. lib. 19. cap. 18. 5. Diacodion, &c. lib. 20. cap. 18.) Lege cap. 20.

Diaconus, diacon. pe. cor. (διάκονος,) significat ministrũ, à verbo διακονέω, id est ministro.

Diadema, pen. prod. diadematis, (διάδημα, μάτος,) Ornamentum capitis regum insigne. Tacitus in quinto, Surena patrio more Tiridatem insigni regio euinxit. Paulo pòst subdit, Delectum capiendo diademati diem hunc concelebrantes. Surenæ enim gentilibus ius erat, nouo regi primum diadema ponere. Reguæ quoque eo insigni ornabantur, vt docet Plutarchus in Lucullo de Monima Milesia, altera Xerxis vxore, cuius magna fama & honor apud Græcos. Hæc Baysius. διάδημα. Cic. 2. Philip. 89. Diadema ostendis: gemirus toto foro, vnde diadema? Martial. lib. 8. 40. Cui diadema daret marmore picta Nomas. Plin. lib. 11. ca. 16. 9. Regibus apum in fœtemacula, quodam diademate candicans.
Generis diadema. Claud. de Nuptiis Honorii. 52.
Regum diademata. Stat. 3. Syl. 5. 11.
Imponere diadema. Cicero 2. Philip. 89. Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu reiiciebat. Ibidem 3. Philip. 131. Vt Collegæ diadema imponeret. Et 10. Philip. 273.
Diadema (inquit Cælius libro 24. cap. 6.) erat fascia candida, quæ Regũ capitibus obligabatur. Quod insigne regium iuuenit primus, authore Plinio, Liber pater. Coronam lauream fascia prætigatam: quum qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam Cæsaris statuæ imposuisset, Tribuni Pl. detrahi coronæ fasciam, & duci in vincula hominem iusserunt. Alexãdrum Magnum legimus, quandoque sibi diadema detraxisse vulneri obligando quod in fronte acceperat Lysimachus. Quam rem protendisse illi regnũ feruut, quod & mox sit consequutus. Tradit Ammianus Marcellinus, inuidiæ Pompeio datum ab obtrectatoribus, quòd fascia obligatum crus circunferret ulceris causa, veluti nouarum rerum affectationis præsagium id fore t. In genere Turcarum reliquias etiamnum antiqui moris seruari palam est.

Diadematut, pen.pro.(διαδηματοῦς,)Diademate ornatus: vt diadematus Apollo. Plin.lib.34.cap.3.30. Item Apollinem diadematum.

Diaeresis, huius diæresis, pen.cor.f.g.(διαίρεσις,) Latinè Diuisio. Cic. Attico.lib.6.111.26. Breue autem edictũ est propter hanc meam διαίρεσιν, quòd duobus generibus edictãm putauit quorum vnum est prouinciale, in quo est de rationibus ciuitatum, &c. alterum, quòd sine edicto &c. tertium de reliquo iure &c.

¶ Diæresis, Figura est Grammaticis, quum vna syllaba diuiditur in duas: vt, Olli respondit rex Albai longai, pro albæ longæ: &, Aulai in medio libabant pocula Bacchi, pro aulęi: &, Diues pictai vestis & auri, pro picta. Donatus.

Diaeta, diætæ, f.g.(διαῖτα, ἀγωγή,)Cœnaculum quod & cœnatio siue cœnatiuncula dicitur. Plin.in epist. Ex triclinio in diæ tam siue cœnatiunculam transitus. Idem epist.41.e, Hinc turris erigitur, sub qua diætæ duæ, totidemq; in ipsa, superæ cœnatio, quæ latiũ mare, longissimum littus, amœnissimas villas prospicit. Alia exędria habent ætatis duæ. Scæuola de Leg.3. Liberto meo ex domo mea quam libertis meis dedi, diæta in qua habitaui. Varro, quòd in ea per diem edatur, dici existimat.

¶ Diæta viuendi modus ac lex. Cic. Attico, lib.4.72.4. Diæta curari in cipio, chirurgiæ tædet.

Diætarii, (διαιτητικοί,) vocabantur ministri diætæ seruientes, quorum meminit Vlpianus De fundo instructo. L. Quæsitum est.

Diætetica, (διαιτητική,) medicina dicitur quæ victu medetur, teste Celso libro 1. in Prooemio, nempe quæ ex moderata victus ratione sanitatem tuetur: vulgus, regimen vocat.

Diagonios, (διαγώνιος,) linea, quæ & diagonalis, vt dicit Vitruuius lib.7.cap.1. Ergo quoniã id non explicatur numero in ea quadrato longo & lato pedes decẽ, quæ fuerit linea ab angulo ad angulum diagonios perducatur, vti diuidatur in duo trigona æquis magnitudine, singula areæ pedum quinquagenum, ad eius lineæ diagonalis longitudinem locus quadratus paribus lateribus describat. Item lib.6.cap.1. de atriis, Tertium, inquit, vti latitudo in quadrato pares lateribus deferatur, inque eo quadrato diagonii linea ducatur, & quantum spatium habebit ea linea diagonii, tanta longitudo atrio detur. Martianus angularem vocat, quia ab angulo ad angulum pertinet Budæus.

DIAGORAS, pen.cor.(Διαγόρας,) Milesius philosophus, & poeta Melicus post Pindarum & Bacchilidem, quem Democritus ob physiognomiam, quum seruus esset, emit mille drachmis, vt discipulis eruditet. Vicatus est ἄθεος, quòd nullos deos esse putaret. Sic præterea mysteria contempsit, vt etiam ea sectantes auerteret. Quare ab Atheniensibus exulis est, qui talentum polliciti sunt iis qui eũ interfecissent. Suidas. Huius Diagoræ meminit Cicero libro primo de Natura deo. 85. Quid Diagoras, Atheos qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne aperte deorũ naturam sustulerunt? Et 3.117. Diagoras item Rhodius eodio exanimatus, de quo scriptũ est apud Gellium cap.15. lib.3.

Diagramma, diagrammatis, n.g. (διάγραμμα,) Geometria descriptura, siue quadrangulus, siue triangulus, vel inscriptio libri. Vitruuius lib.6.cap.1. Vti in diagrammate musico mediæ vocis habent sonitum. Vide Budæi cõmentaria.

Diagrammata appellantur figuræ quales ab Aristotele identidem describuntur in organo. Vitruuius libro.5.cap.5. descriptionem vocat diagramma

DIAGRAPHICE, huius diagraphices, p.cor. Plin.lib.35.ca.10.11. Et hinus authoritate effectum est Sicyone primũ, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante ora diagraphicẽ, hoc est picturã in buxo docerentur, recipereturq; ars ea in primũ gradum liberalitũ. διαγραφή, Descriptio: Antiquatio & peremptio rei cœptæ, vel iam peractæ.

Dialectica, dialecticæ, siue Dialectice dialectices, pe.cor.(διαλεκτική,) Latine ars disputatoria vel dissertoria appellatur ἀπὸ τοῦ διαλέγομαι, quod est differo & disputo: quia per dissertationem verum à falso discernitur. Cicc. in Top.4. Iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt, eam sententiam quam dialecticen appellãt. Cicero, de Orat.86.

Dialectica, veri & falsi quasi disceptatrix & index. Cicc.4.Acad.162.

Dialectica, quasi contracta & astricta eloquẽtia putãda est: sine qua etiam Brute, iudicasti te illam iustam eloquentiam, quam dialecticam disertam esse putant, consequi non posse. Cicc. de Clar. Orat. 171.

Dialectica infantiæ garrula disciplina. Author ad Heren. 49.

Dialectica in excogitandis argumentis multa nimiũ est, in iudicandis nimium loquax. Cicc. 2. de Orat. 87.

Similis pugno dialectica. Cic. 1. de Finib. 28. Zenonis est, inquã, hoc Stoici, omnem vim loquendi, vt iam antè Aristoteles, in duas distributam esse partes dicere: Rhetoricam palmæ, Dialecticã pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem cõpressius. Idem in Orat. 61.

Dialectica habet rationem ne cui falso assentiamur, néve vnquam captiosa probabilitate fallamur. Et paulo pòst de eadẽ, nã sine hac arte quẽuis arbitramur à vero abduci, falliq; posse. Cicc. 3. de Finib. 109.

Dialectica primo progressa festiuè tradit elementer loquẽdi, & ambiguorum intelligentiam, concludẽdiq; rationem: tum paucis additis venit ad Soritas, lubricum sanè & periculosum locum. Cic. 4. Acad. 163.

Dialectica, dialecticorum, plu.n.neut.gen. (τὰ διαλεκτικά,) Cic. Attico lib. 14. 308. 4. Accubans apud Vestorium hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

In dialecticis omnem curam consumere. Cic. de Clar. Orat. 61.

Dialectici, aduerbiũ: (διαλεκτικῶς,) vt Dialectice dicere. Cicc. 1. Acad. 13. Dialectice disputare, Idem 2. de Finib. 18.

Probare dialectice. Quintil. lib. 1. cap. 10. 29. Orator etiam si raro, nõ tamen nunquam probabit dialectice.

Dialecticus, pen.cor.(διαλεκτικός,) Substantiuum, Qui dialecticam tractat. Cic. in Orat. 61. Disputãdi ratio & loquendi Dialecticorum sitt Oratorum autem, dicendi & ornandi. Idem in Partit. 77.

Acumen dialecticorum. Cic. 1. de Orat. 63.

Mina merces dialecticorum. Cic. 4. Academ. 174.

Quid sit verum aut falsum, dialecticus iudicabit. Cic. 4. Acad. 162.

Ad dialecticum deferendæ sunt sortes ambiguæ. Cic. 2. de Diuin. 173.

Dialecticus, Adiectiuũ, (διαλεκτικός,) Quod ad dialecticã pertinet. Cic. 2. de Fin. 28. Finẽ, inquit, interrogandi si videtur, qd quidẽ ego à principio ita ne malle dixeram, hoc ipsum puidẽs dialecticas captiones.

Captiones dialecticæ. Cic. 2. de Finib. 28.

Disputationes dialecticæ, Quintil. lib. 5. cap. 14. 13.

DIALIS, quasi Iouialis, Adiectiuum, ἀπὸ τοῦ Διός, quod Iouem significat. p.p. vt dialis flamẽ. Liu. 5. ab Vrb. 235. Et lib. 6. 180. Apex dialis, Flaminica Dialis. Tacitus lib. 4. Sed lata lex, qua Flaminica Dialis sacrorum cã in potestate viri, cætera promiscuo fœminarum iure ageret.

Dialogus, dialogi, pen.cor masc.gen. (διάλογος,) Latinè disputatio, ἀπὸ τοῦ διαλέγομαι, quod est disputo. Oratio est in qua disputantes introducuntur, quotquot authori libuerit: vt Dialogus Ciceronis de Amicitia. Cic. Attico, lib. 13. 291. 3. Fœliciter velim, inquã, teq; laudo. Sed quando? Nihil ad me, inquit, de tẽpore: quin rem probo. At ego, inquam, cẽseo prius, quàm profiscaris, ita patri quoque morem gesseris. Faciam, inquit, vt censes. Hic dialogus sic concluditur. Sed heus tu, &c.

¶ Includere in dialogos. Cic. ad Atticum, lib. 13. 276. 2.

Diallage, pen.cor.(διαλλαγή,) à nostris trãsfertur conciliatio. Figura est quum plura argumenta ad vnum effectum deducunt. Author Quint. lib. 9. cap. 2. non procul à fine. Ibidẽ quoque c. 3.

Dialutensis, & dialutense vt Dialutẽse genus purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 37. Est longe optimum purpuris dialutensis, id est vario soli genere pastum.

Dialysis, pen.corr.fœmin.gener.(διάλυσις,) Latinè dissolutio dicitur.

Dilyton, pen.cor.(δίλυτον,) Dici potest dissolutũ. figura est cõtraria polysyntheto, carens cõiunctionibus: vt Ferte citi flãmas, date tela, impellite remos. Donatus. Dicitur & Asyntheton.

Diameter, vel diametrus, diametri, pe.cor.m.g.(διάμετρος,) Est recta linea, figuram qua longissime patet, ex æquo secans: veluti diametrus orbis est, quę sic à summo ad ĩmum tenditur circulum, vt per centrũ eat, definitore Macrobio in Somnio Scipionis lib. 2. nec ub hoc dissentit Euclidis definitio. Latini figuram hanc dimetientem vocant. Nam Græcis διάμετρος παρὰ τὸ διαμετρεῖν, id est à dimetiendo dicitur. Columella lib. 5. cap. 2. 10. Esto area rotunda, cuius diametros habet pedes septuaginta.

DIANA, pen.prod.(Ἄρτεμις,) à Διός, quasi Iouiana, Iouis filia ex Latona, quæ & Lunasic dicta, quòd quasi diem noctu efficiat. Vel quòd noctu sola luẽat, quasi lucens vna. Quapropter & noctiluca in palatio vocabatur, quòd ibi noctu templum eius luceret. Vel quasi Deuiana, quia venantes per syluas deuiare solẽt. Ab ea Dianus dicebatur locus ei consecratus. Eandem esse Lucianam dicunt & Iunonem. Iunonem, à iuuando: Lucinam, q. partum in lucem prodat, quam in pariendo iuuandi: Lucinam, q. partum in lucem prodat, quam in pariendo iuuocant. Virgilius, Casta fauc lucina, tuus iam regnat Apollo. Siue (vt Plinius sentit) q. oculis præsit & luci. Siue à luco quẽ Romæ in Exquiliis habebat. Dicta est & Proserpina. Et Dictynna, de quo suo loco. Præterea Hecate dicta fuit, vel quòd centum victimis placaretur, vel q. centum annos errare faceret insepultos. Dicta est & Pergæa, à Perga Pamphiliæ oppido, in quo templum habuit insigne. Plores tamen Dianas fuisse Cicero lib. de Natura deor. scribit, Sed illa nominatissima est,

ma est, quæ eodẽ partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata est. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum consortia fugisse, & vt à se libidinis prurigo amoueret, venando sylvas incolebat, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetrã, succinctã semper incedens, & cothurno indutã ob hanc causam sylvarum & montiũ deputabatur. Dicta est Fascelis, à fasce lignorum, vbi eius simulacrum abditum erat, quod occiso Thoante Taurice regionis rege, ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Cic. 2. de Nat. deo. 99. Itaq; vt apud Græcos Dianã, eamq; Lucifera, sic apud nostros Iunonẽ Lucinã in pariendo inuocant, quæ eadem Diana omnivaga dicit, non à venando, sed q. in septem numeratur tanquam vagantibus. Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret. A diluberat aũt ad partus, q. ii matureſcunt aut septem nonumquã, aut vt plerunque nouem lunæ cursibus, qui quia mensa spatia cõficiunt, Menses nominantur. De eadẽ Idem in Arato. 46. Vt quoudã Orion manibus violatæ Dianam Dicitur, &c.

Dianæ plures. Cic. 3. de Natura deor. 79.

De simulacro Dianæ Cic. 6. Verr. 54. Fuit apud Segestanos ex ære simulacrum Dianæ, tum summa atque antiquissima præditum religione, tum singulari opera, artificioque perfectum, &c. Et statim, Erat admodum amplum & excelsum signum cum stola. Veruntamen inerat in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis, sagittæ pendebãt ab humero, sinistra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat.

Alphæmia Diana, Vide ALPHEMIA.

Amarusia Diana, Vide AMARVSIA.

Armata diana. Stat. 9. Thebaid. 121.

Clara Diana. Valer. 5. Argon. 69.

Iaculatrix Diana. Ouid. 5. Metam. 75.

Incincta Diana. Ouidi. epist. 4. 18. Quid iuuat incinctæ studia exercere Dianæ?

Inferna Diana, Id est Hecate. Valer. 5. Argon. 48.

Integra Diana hoc est incorrupta, casta. Horat. 3. Car. ode 4. 41.

Teitis meorum centimanus Gyges
Sententiarum, notus & integræ
Tentator Orion Dianæ
Virgineæ domitur sagitta.

Limenetis Diana. Tacit. lib. 4. Auditæ dehinc Lacedæmoniorum & Messeniorum legationes de iure templi Dianæ Limenetidis.

Lucifera Diana, Id est Luna. Valer. 7. Argon. 36.

Nocturna diana. Ouid. 15. Metam. 40.
Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Esse potest vnquam.

Omnivaga Diana. Vide OMNIVAGVS.

Tria virginis ora Dianæ, Virg. 4. Aene. 103. Alludit ad triaformia Dianę.

Syluarum potens Diana. Horat. in Carm. secul. 1.

Scythica Diana. Ouid. 14. Metam. 66.
Quæque colunt Scythicæ stagnum nemorale Dianæ.

Succincta Diana. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 7.

Torua Diana. Ouid. 6. Metam. 83.

Verecunda. Ouid. in Ibin. 97.

Dianoea, (διάνοια,) à nostris dicit mẽs, siue intellectus, vel sensus, vel sententia. Vnde ab Oratoribus ponitur pro quadã figura, quæ sensum magis quàm verba designat. Quintil. lib. 9. ca. 1.

Dianœa, inquit Rufinianus, fit proprie quum præponitur non id quod fieri oportet, sed quod fit. Virg. – furor arma ministrat. Tullius, Dolabella autem, quemadmodum homines nobiles decet, vlcisci iniuriam fortissime perseuerat.

Diapasma, huius diapasmatis, n.g. (διάπασμα,) Inspergimẽ quo ad sudores coercendos vtimur: iculusmodi sunt quæ siccis odoribus constant. à verbo διαπάσσω, quod est inspergo. Plin. lib. 21. cap. 19. 3. Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos. De rosis aridis & expressis loquitur.

Martialis lib. 1. in Fescennium, Quid quod oler grauius mistum diapasma te virus? Plin lib. 13. cap. 2. 2.
Siccis odoribus constant, quæ diapasmata vocantur.

Diapason, pen.corr.(διὰπασῶν,) Musice artis symphonia, constans ex quinq; tonis & duobus semitonis. Lex diapẽte, & diatessaron. Plin. lib. 2. ca. 22. 2. Ab eo ad Iouem dimidium, & ab eo ad Saturnum dimidium, & inde ad supremum ad Signiferum vnita septem tonos efficiunt, quam Diapason harmoniam vocat, hoc est vniuersitatẽ cõcentus.

Diapente, διὰ πέντε, quasi de quinque: quia totidem voces refert.

Diaphora, penu.corr. Latine differentia, (διαφορά,) Schema est Oratoribus, quum verbum iteratum aliam sentẽtiam significat ac significauit primò dictum. Id est huiusmodi, Hunc tu frater, eiusdem sanguinis participem, in hac fortuna deserere potuisti: cui ærumnæ quæuis exterorum hominum, modò hominem, commouere possent? Item, In vniuersum mulierem quid potius dicam, aut verius quàm mulierem est Rutilius Lupus.

Diaphragma, huius diaphragmatis, n.g. (διάφραγμα.) Omne medium: à verbo διαφράττω, quod est distinguo & separo. Vnde à Galeno atque adeò medicis omnibus sumit, pro parte illa corporis, partim membranosa, partim musculosa, quæ superiora viscera, nempe cor & pulmones, ab inferioribus distinguit ac separat: quæ à quibusdam septum transuersum appellata est, quum tamen situs eius obliquus sit maximè: vade septum obliquum potius dici deberet. est autem præcipuum respirationis instrumentum. Cornelius Celsus lib. 4. cap. 1.

Diaporesis, pen.pro.(διαπόρησις,) Latinè addubitatio dicitur. Figura est qua vtimur quum propter res aliquas volumus videri dubitare, & quasi ab ipsis iudicibus cõsilium capere quo potissimum genere orationis vtamur. Quale est pro Cluentio procemium, Equidem quò me vertam Iudices nescio. negem fuisse illã rem, &c. Item pro Cornelio, Pugnem aperte cõtra nobilissimorum hominũ voluntates? studia, consilia, cogitationesq; eorum aperiam? & cæteras quæ quasi dubitans, an sibi facienda sint, dicit, Aquila Romanus.

Diarium, huius diarii, (ἐφημερίς,) Victus quotidianus. Martialis lib. 11. 102. Sed Lupus vsuram, pueriq; diaria poscunt.

Diarium, dicitur Græcè ephemeris: vulgò registrũ vocatur. Vide COMMENTARIVS. Hinc etiam à Galeno febris ephemera dicitur, Latini diariam febrem vocant, vidempe quæ quolibet die semel aut bis apprehendit.

Vrbana diaria. Horat. 1. epist. 14. 2. Cum seruis vrbana diaria rodere mauis.

Diarrhaea, (διαῤῥοία,) Cice. Gallo lib. 7. 27. 6. In cœna augura apud Lentulum tanta me διαῤῥοία arripuit, vt hodie primum videatur cœpisse consistere.

Diastole, pen.corr. διαστολή, Latinè distinctio. Figura quum vna dictio vel sententia ab alia distinguitur: vel quum breuis syllaba producitur.

Diastolen cordis & arteriarum vocat Galenus quum dilatantur cor & arteriæ in longum, latum & profundum: quemadmodum etiam systolen vocat, quum contrahuntur: quæ duo simul pulsum efficiunt.

Diasyrmos, (διασυρμός,) Eleuatio vel irrisio dicitur. Ea figura est qua ludentes, quæ dicuntur ab aduersariis dissoluimus. Qualis est ille locus p. Murena in Sulpitium, totus de iure Ciuili. Hæc Aquila Romanus. Iulius Rufinianus, Diasyrmos, inquit, fit quum rem aliquam aut personã eleuamus. vt apud Tullium. 1. Verr. 31. Est adhuc (id quod vos oes admirari video) nõ Verres, sed Quintus Mutius. Et Ibidem, Sed repente euestigio ex homine tanquam ali quo Circæo poculo factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Et alibi, Quid ad hæc Næuius rider scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desyderemus, & instituta bonorum virorum requiramus.

Diatessaron, διὰ τεσσάρων, Latine de quatuor: quia quatuor voces habet.

Datretum, diatreti, pen.prod. (διάτρητον,) Foratile, pertusum, tornatile, aut torno factum significat: à verbo διατρέω. Sunt igitur calices diatreti cælati & tornatiles, quæ toreumata verbo Græco dicuntur Sallustio, Ciceroni, Tranquillo. Mart. lib. 11. epig. 67. O quantum diatreta valent, & quinque comati:

Tunc quum pauper erat, non fitiebat aper. Aliter tamen legitur ab interpretibus. Vlpianus ad legem Aquiliam, L. Si ferrum, Si calicem diatretum faciendum dedisti, si quidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur.

Dibaphus, pen.cor.(δίβαφος,) adiectiuum, bis tinctus. Dibapha tyria, purpura bis tincta. Plin. libro. 9. cap. 39. 2. Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denarias mille nõ poterat emi. Id est mille lulis, vel centum aureis solis. Paulò pòst, Tibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio. Dibaphum appellat Tullius ad Cælium, lib. 2. 15. 19. Curtius noster dibaphum cogitat. sed cum infector moratur. Et ad Atticum, lib. 2. 24. 4. Proinde isti licet faciant, quos volẽt COSS. Tribunos plebis: denique etiam Vatinii strumam sacerdotii διβάφοις vestiant. Idest, veste purpurea & bis tincta dibapha. Plinius tamẽ lib. 9. cap. 40. 1. pelagia in libras quinquagenos nummos, & bucceni cẽtenos ponit. i. quinquaginta solidos & cẽtenos. Numinii pro solido nostro accipio ex Budæo. Bayfius.

DIBUTADES Sicyonius, primus fuit figulus Corinthi, qui ex creta docuit fingere, primusq; personas regularum extremis umbricibus imposuit. Vide Plinium lib. 37. cap. 2.

DICA, δίκη, dea iudiciorum præses dicitur: quæ dictio etiam ius significat: & ob id Græcè dicta, quia lites & contentiones dirimat: eiusque deæ diaconi & ministri, δικασταί, idest iudices dicuntur, quasi litium diremptores. Budæus.

Dica, dicæ, priore cor. (δίκη,) vt Acte Acta, Calliope Calliopa, vt auctor Donatus, & Latine significat causam & iudicium. Bud.

Dicas, vel dicam sortiri. Cic. 4. Verr. 15. Aduenit diei, quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat. Id est sortitione causas cognituram. Ibidem. 19. Deinde cæteras dicas omnes illo foro M. Posthumius Quæstor sortitus est, hanc sola tu illo cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uentu reperire sortitur. Et paulo antè, Id ei postera die venit in mentem, & lege Rupilia sortiri dicas oportere. Budæus.
Dicam impingere alicui. Teren. Phorm. 2.3.92.
Si tu illam attigeris secus quàm dignum est,
Dicam tibi impingam grandem.
Dicam scribere, Idem. Plaut. Aulul. 26.30.
Nihil refert, quid tibi ego referam? R. quod surripuisti meum. Iam qui dem ad Prætorem hercle te rapiam, & tibi scribam dicam. Idem Pœn. 5.1.1. Cras subscribá homini dicá. Teré. Phor. 1.2.77. Ego te cognatũ dicá, & tibi scribã dicã. Ibidem, 2.2.15. Cedo dũ, en vnũ iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? Cic. 4. Ver. 25. Scribitur Heraclio dica.

Dicacitas, Dicaculus, Vide DICO, dicis.

DICAEARCHIA. pen. prod. Δικαιάρχεια, vrbs quæ nunc Puteoli dicitur, teste Plinio lib. 3. cap. 5. & aliis. Quidam Dicæarcheam scribunt, quidam Dicæarchiam propter Græcam ει. Poetæ secundam & tertiã syllabam contrahunt, aut si mauis, elidunt secundam, & Dicarchiam, vel dicarcheam efferunt.
Vrbs Dicarchea. Silius lib. 13.77.
Sinus Dicarchei. Stat. 2. Sylu. 2.22.
Portus Dicarchei. Stat. 3. Sylu. 5.16.
Profundum Dicarcheum, pro mari Dicarcheo. Stat. 2. Sylu. 1.1. Celsa Dicarchei speculatrix villa profundi.
DICAEARCHVS, Siculus è Messana, Aristoclis auditor, Philosophus Orator & Geometra: scripsit de Republica Spartiatarum, quę librum quotannis prælegere in loco publico cautum est, iuuenesq; auditum conuenire. Huius Decæarchi multis locis meminit Cicero. Fuit item alter Laecdæmonius grammaticus Aristarchi auditor. Suidas.
DICAEOGENES, pen. cor. poeta, scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Author Suidas.

Dicaeólogia, pen. corr. (δικαιολογία,)

iustificatio dicitur. Rutilius, Dicæologia, schema est, quod fieri solet, quũ æquitatem causæ quàm maxime breui sententia complectimur. Id est huiusmodi, Quod si me reprehendis, quum homo adolescens lapsus sum: vehementer erras, qui quid natura valeat ignoras, acerbusque & iniquus es, qui quod æqualiter, omnibus putes ignoscendum, vni imputas, & in vno arbitraris vindicandum.

Dicassis, Dicassit, Vide DICO.

Dicax, Vide DICO dicis.

Dichoraeus, (διχορεῖος,) genus pedis, de quo sic Cic. in Orat. 123.

Insistit autem ambitus modis pluribus, è quibus vnum est secuta Asia maxime, qui Dichoræus vocatur, quum duo extremi chorææ sunt, id est è singulis longis & brevibus.

Dico, dicas, prima corr. (ἐρῶ, ἀναίνομαι,) dicere, Tradere. Cicero ad Cæsarem, lib. 1. Balbum quanti faciam, quãquam me ei totum dicauerim, ex ipso scies. Ex Nonio.

Coniugio dicare aliquem alicui. Valer. 3. Argonaut. 7. Quem tibi coniugio tot dedignata dicani Nympha procos &c.
Donum alicui dicatum atque promissum. Cic. 7. Verr. 144.
Dicare aliquam operam alteri. Plau. Pseud. 7.148. Sed te volo domi vsq; adesse. c. quin tibi hanc operã dico. Teren. Phor. 1.2.12. Ergo auscultа. d. hanc operam tibi dico. Vbi Donatus, Plus est dico quàm do. Dicatur perpetuo: Datur ad tempus.
Dicare se alicui. Cic. 3. de Orat. 7. Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicarant, horribiles miserosq; casus.
Dicare se alicui in clientelam. Cæsar 6. bel. Gall. 48. Se Rhemis in clientelam dicabant.
Dicare se alicui in seruitutem. Cæsar 6. bel. Gall. 49. Plerique quũ aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, sese in seruitutem dicant nobilibus.
Dicare se in aliquam ciuitatem. Cic. pro Cor. Balbo. 23. Peritus verò nostri iuris ac moris nemo vnquam qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam ciuitatẽ se dicauit. Dicimus & dicare se ciuitati. Vide Dicatio.
Studium suum laudi alicuius dicare. Cic. Curioni, lib. 2. ſ. 13. Hoc à te peto, vt subuenias huic meæ solicitudini: vt huic meæ laudi, vel (vt verius dicam) propè saluti tuum studium dices.
Totum hunc tibi dicamus diem. Cice. 2. de Legib. 13. Id est totum hunc diem occupabimus in te audiendo.
¶ Dicare aliquid Deo, pro consecrare, & dedicare. Plin. lib. 12. cap. 1. 1. Priscoq; ritu simplicia tura etiã nunc Deo pcellentem arborẽ dicant. Ci. 1. Tusc. 114. Dicati Apollini cygni. Plinius in Paneg. 145. Etenim vt nomine Augusti admonemur eius, cui primum dicatum est, ita, &c. Annos suos dicare vitæ cælibi. Sene. Hippol. 2.30.
Dicare dona. Stat. 4. Syl. 6.17.
Proprium aliquid dicare, hoc est ad obsequium dare. Virg. 1. Aeneid. 16.
Templa dicata deis. Ouid. Fast. 1.141.
Vota dicare. Sil. lib. 7.16. Iunoni pallam, conceptaq; vota dicabant.

Dicare opus alicui rei. Plin. lib. 10. ca. 68. 2. Arduę explanationis omnis, & prius atim dicato opere narranda. Idem lib. 12. cap. 22. 2. Sanè enim dicamus & de iunco, quãuis alio herbis dicato volumine.
Dicare bibliothecam, Publicare. Plin. 35. cap. 2. & cap. 3. Suorum clypeos in sacro vel publico priuatim dicare primus instituit.
Dicatio, verbale, (ἀνάθεσις) Cice. pro Corn. Balbo. 20. Duarum ciuitatũ cius esse nostro iure ciuili nemo potest. Non esse huius ciuitatis ciuis, qui se alii ciuitati dicarit, potest. Neque solùm dicatione (quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, &c. vidimus accidisse) sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio.

Dico, dicis, dixi, dictũ (λέγω, φημὶ, ἀγορεύω, ἀπαγορεύω, ἐρῶ, φράζω,) dicere, Notæ significationis. Terent. Eunu. 5.5.20. Dico, edico vobis nostrum esse illum herilem filum.

Dixti pro dixisti, frequens apud authores. Cicer. ad Atticum, lib. 4. 7. 3. Sed quibus sententiis dixti quod & ipsi probarent, lætati sunt tamen me contra Pompeii voluntatem dixisse. Frequentius tamen apud Comicos, quàm vel Poetas vel Oratores reperitur. Atque hic locus Ciceronis meã sententia intelligendus est per iocum: quo dicendi more frequenter cum Attico ludit.
Dicit te accurare, Pro, dicit vt accures. Plaut. Menæchmis, 1.2.15. Atte ac curare dicit. M. accurabitur.
¶ Dic dic quæso clarius per emphasim & vehemẽtiam quandam à Cicerone dicitur 3. Verr. 102.
Dico factum. Teren. And. 3.2.23. Quasi tu dicas factum id cõsilio meo.
Dixi venturam. Terent. Heaut. 4.4.4. -frustra venies:
Aut quum venturam dixero, & constituero: quum is certè
Renuntiarit. Plaut. Amphit. 3.5.3. Qui tragœdiam dixi futuram hanc?
Dicitur is venturus nunc peregre. Plaut. Trucul.
¶ Dico tibi, an non? Terent. And. 4.5.23.
Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua:
Mane, caue quoquam ex isthoc excesſis loco.
M. Di te eradicent: ita me miseram territas.
D. Tibi ego dico, an non? M. quidum? Quasi dicat, non putas me tibi loqui, & ad te pertinere quod dico?
Dicisne, an non? Interrogantis est & vrgentis. Plaut. Trucul. 17.47. -loquere filiam meam
Quis integram stupraverit. Et paulò pòst, Dicin' an non?
Dic mihi hoc primum. Terent. Eunu. 1, 2.20. -sed huc qua gratia
Te accersi iussi, ausculta. P H. fiat. T. dic mihi
Hoc primum, potin' est hic tacere?
Dic mihi, aufugistine? Terent. Eun. 5.2.11. Bone vir Dore salue. dic mihi aufugistine? Interrogantis cum ioco particula.
Dicere propriè est Oratorum, & eleganter, facundęq; loquentiũ. Quintil. lib. 10. cap. 7. Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui disposuit, ornatè, copioseque dicit. Cic. 1. Offic. 1. Vt non modò Græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adepros & ad dicendum, & ad iudicandum. Id est in Oratoria arte, & in Philosophia. Hæc Valla lib. 5.
Non idem loqui esse quod dicere. Cice. in Oratore. 61. Quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen vtrunque in differendo est, disputandi ratio & loquendi. Dialecticorum sit: Oratorum autem, dicendi & ornandi.
Dicere apud iudices. Cice. 2. Offic. 69. Multique in nostra Rep. adolescentes & apud iudices, & apud Senatum dicendo laudem assecuti sunt.
Pro aliquo dicere. Cice. de Clar. Orat. 40. Qui pro L. Cotta dixit accusante Africano.
Accuratè dicere. Quintil. libro. 4. cap. 1. 41. Vt videamur accuratè, non callidè dicere.
¶ Ab aliquo dicere, Vide A 8, in A præpositione.
Ad aliquid dicere. Cice. 2. de Diuinat. 12. Dicendum est mihi igitur ad ea quæ sunt à te dicta.
Dicere aduersus aliquem. Plaut. Amphit. 3. 117.
Me quidem præsente, nunquam factum est quod sciam.
AL. Mirum quin te aduorsus dicat.
De ambitu causam dicere. Cice. pro Sestio. 14.
Ad iudicem stantem dicere. Cic. de Clar. Orat. 160. Vide AD.
¶ Ad ætatem alicuius dicere. Cic. 5. de Fin. 47. Huius enim ætati, & huius nunc hoc primum fortasse audienti, seruire debemus. Ita prorsus, inquam, & si ea quidem quæ adhuc dixisti, quanuis ad ætatem recte illo modo dicerentur.
Aequi bonique partem aliquam dicere. Terent. Phorm. 4.3.32. Nam sat scio, si tu aliquam partem æqui bonique dixeris,
Vt est ille bonus vir, tria non commutabitis verba hodie inter vos. Vide AEQVVM.
Dic age. Horrantis aduerbium est. Virg. 6. Aeneid. 69.
Dicere aliouersum. Plaut. Aulul. 9.8.
Atqui ego isthuc Anthrax aliorsum dixeram,
Non isthuc qui tu insimulas dicere. i. alio ea dixerã, atq; tu interpretaris.
Alternis dicere. Virg. eclog. 3.12.

Dicis

Dicis amice Plaut. Pseud. 7.106.
Bene atque amicè dicis: nam nunc iam meum es.
Amores dicere dicitur fistula. Virg. eclog. 10.7.
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Dicam paulo amplius. Cice. 4. Verr. 127.
Animo præsenti, Id est audaciter, & siue vllo timore ac prompto animo. Terentius Eunucho. 4.6.31. Fac animo hæc præsenti dicas. c. faciam.
Ex animo. Terent. Eunucho. 1.2.95.
Vtinam istuc verbum ex animo ac vere diceres.
T. Ego non ex animo misera dico?
Nimis antique & dure. Horat. 2. epist. 1.14.
Apposite ad persuadendum. Quintil. lib. 1. cap. 15. 3. & 4.
Apte. Quintil. lib. 1. cap. 5. 1.
Argumenta alicui rei. Plaut. Mostel. 3.6.
Non aram esse ædium arbitror similem
Ego hominem quando hic natus est. ei argumenta rei dicam. Vide ARGVMENTVM.
Audaciter, & aperte. Cic. pro Rosc. Comœd. 8.
Dicere bene Latine. Cic. 2. de Finib. 15. Sed tu istuc dixti bene latine, parum plane.
In aurem. Plinius lib. 7. cap. 5. 4. & lib. 28. cap. 10. 4. Quinetiam siquis asini in aurem per cauſsum à scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt. Martial. lib. 1. 91.
In aurem nescio quid puero, &c. Horat. 1. Serm. saty. 9. 2.
Astrictius aut effusius. Plin. epist. 10. 9. Optimus tamen modus est, quis negat? sed non minus non seruat modum qui infra rem, quàm qui supra: qui astrictius, quàm qui effusius dicit.
Dicere bella. Virg. 4. Aeneid. 9.
-quid bella Tyro surgentia dicam?
Carmina dicere. Virg. 6. Aeneid. 120.
Carmen deductum dicere. Virgil. eclog. 6. 1.
Carmine aliquem dicere. Virg. 1. Georg. 19.
Dicere causam, dicitur reus, qui accusationibus respondere cogitur. Plaut. Menæch. Apud Aediles prælis factis plurimis, peſsimisq; dixi causam. Idem Trucul. 17.60.
Gallicles, vide quæso ne facias iniuriam: reus solutus
Causam dicit. Cic. pro Rosc. Amerino, 7. Ea nos hoc tempore vtimur qui causam dicimus. Ibidem, 8. Causam dicit is qui vnus relictus, ex illorũ nefaria cæde restat. Idem 7. Verr. 8. Fuit nundinatio aliqua, & isti non nouæ, ne causam diceret. Ibidem 12. Quis non pertimescat causam dicere dominos? Ibidem, Causa dicta damnati sunt. Cæsar 1. bel. Gal. 16. Orgentorigem ex vinculis causam dicere coegerũt. Sit subdit, Die constituta causæ dictionis. Liu. ab Vrbe cond. Semel causam dixit. Idem de bel. Maced. Scipio iussos dicere causam, orationem magnificam de rebus ab se gestis exorsus est. Vide CAVSA.
Causam apud aliquem. Cic. 1. de Finib. 36.
Causam contra aliquem apud iudices. Cic. 2. de Orat. 55. Quod ego maxime potui iudicare in ea causa, quam ille contra me apud Centumuiros pro fratribus Cossis dixit.
Iniqua conditione causam dicere. Cic. pro Cluentio, 75. Infausto tamen illi iudices stabuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, quum aduersatio eius ad nullius accusationis summa vis potestatis accederet. Vide CONDITIO.
Causam pro aliquo, Defendere. Plaut. Bacchid. 2.16.
Sed tu qui pro tam corrupto dicis causam filio,
Eademne erat hæc disciplina olim quum tu adolescens eras?
Non dico causam quid, Id est non reuoco. Plaut. Amphit. 2.221.
Nunquid causam dicis, quin te hoc mulctẽ matrimonio? Terent. Phorm. 2.1.42. Non causam dico, quin quod meritus est ferat.
Dicere causam nescio quam. Terentius Hecyra, 1.2.111.
Vbi illic est dies complures, accersi iubet:
Dixere causam tunc nescio quam.
Dicere causam de incesto. Liu. ab Vrbe cond'. Virgo Vestalis de incesto causam dixit.
Causam veneficii dicat adultera. Quintil. lib. 5. cap. 11. 30.
Clanculum: Id est, sine arbitro, inscio alio. Plau. Pœnulo. 14.92.
-post istuc tibi, & tuo hero est in manu.
Vale, & hæc cura, clanculum vt sint dicta.
Clare, id est aperte rem eloqui. Plaut. Casin. 9.10. Tace Chaline, comprime ilsum. o. imò istunc, qui dicit clarè. Quintil. lib. 1. cap. 11. 8.
Clementer & moderate, Vide CLEMENS.
Cœnam. Plaut. Stich. 1.2.10.
-fero conuiuam Dionysium, mihique (vos.
Et tibi, nanq; ẽpol cœna dicta est, locus liber dat' ẽ mihi, & Tibi apud
Coloris loco aliquid dicere. Quintil. lib. 7. cap. 2. 37.
Dictum breuiter & commodè. Cic. de Amicitia, 1. itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breuiter & commodè dicta, memoriæ mãdabã.
Commodè dicere, Vide COMMODVS.
In commune. Plin. lib. 23. cap. 1. 23. Reliqua in commune dicentur.
Composite dicere. Vide COMPONO.
Conato magno nugas. Terentius Heaut. 4.1.8.
-metuo quid sit. c. quid fiet?
Næ ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.
Concinnè dicere, Vide CONCINNVS.
Conditiones pacis. Liu. 9. belli Punici. 61.
Congruenter dicere, Vide CONGRVO.
Conuenienter dicere, Vide CONVENIO.
Contortè dicere, Vide CONTORQVEO.
Contra aliquem dicitur aduocatus. Cic. pro Quintio. 4. Qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus.
Contra aliquem ad populum. Cic. de Claris Orat. 39. Quum quidem eo ipso anno contra Seruium Galbam ad populum summa contentione dixisset: quam etiam orationem scriptam reliquit.
Contumeliam, Vide CONTVMELIA. Plaut. Curcul. 9.17. Qui alteri de nihilo audaciter dicunt contumeliam. Idem Bacchid. 5.33.
-infit dicere
Adulterinum, & non eum esse symbolum:
Quisque innocenti ei dixit contumelias? Idem Truc. 6.41.
-dicis contumeliam, nemo hominum
Hîc perire soler apud nos. Idem Asina. 9.82. Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Tam ego homo sum, quàm tu. Terentius Phorm. 2.3.30.
Absenti tibi te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. Liu. 5. bel. Pun. 120. Ea pronuntiata Cãpanis, atq; ita spreta, vt vltro dicerent contumelias minarenturq;.
Contumelioſe aliquid dicere, Vide CONTVMELIA.
Contumelioſe & asperè dicere in aduersarios permissum est. Quintilan. lib. 6. cap. 3. 19.
Credibiliter dicere de re aliqua. Quintil. lib. 3. cap. 11. 1.
Decies dixi, Vide DECEM.
Delicias dicere. Catull. epig. 69. 1.
Gellius audierat patruum obiurgare solere,
Si quis delicias diceret, aut faceret.
Dicta dicere. Cic. 1. Phil. 60. Sed materia facilis, si te & in tuos dicta dicet.
Dictatorem, pro Creare. Liuius. Nam neque id vitium nostri facile fuisse, quum Cõsul oriente nostris silentio, diceret Dictatorem. Idem, Quòd plebeius Dictator sit dictus, id vitium Auguribus visum. Hæc Budæus. Idem 4. ab Vrbe. 142. Quæ vbi tumultu maiore etiam quàm res erat, nuntiãtur Romam, Senatus extemplo (quod in rebus trepidis vltimũ cõsilium erat) Dictatorem dici iussit. Cic. Attico, lib. 10. 188. 2. Vel vt CONSVL roget Prætor, vel dictatorem dicat: quorum neutrum ius est.
Diem alicui. Est certam diem reo cõstituere vt accusetur. Plautus Capt. 8.14. His diem dicam: irrogabo mulctam, vt mihi cœnas decem. Meo arbitratu dent. Idẽ Asinaria, Quem videam æquè esse mœstum, vt quasi dies si dicta sit. Cic. pro Milone, Diem mihi (credo) dixerat, mulctã interrogarat. Liuius ab Vrbe Cõd. lib. 3. Accusatorem primum Virginii, & Appium reum deligunt. Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius ipsatus patritiis iuuenibus, in forum descendit. Idem de bello Macedonico, Scipioni Africano duo Q. Petilii diem dixerunt. Cice. ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 15. Et lib. 3. Offic. 152. Et pro Flacco. 60.
Diem dicere capitis, vel rei capitalis, Est vadimonio capitali obstringere. Liuius 3. ab Vrbe, Virginius ex collegio vnus Cæsoni capitis diem dicit. Ibidem, Rei capitalis diem Posthumio dixerunt. Suet. in Cesare, Suborn auit etiam qui Caio Valerio pduellionis diẽ diceret. Budæus.
Diem creditæ pecuniæ dicere. Sene. de Benefi. lib. 3. cap. 10. Dies pterea reddendo beneficio non dicitur, sicut pecuniæ creditæ.
Diem iuris dicere. Plaut. Menæh. 14.111. Iuris vbi dicitur dies, simul patronis dicitur.
Diem nuptiis, vel operi dicere, quod & præstituere dicitur, est Certã diẽ nuptiis cõstituere & assignare. Teren. And. Hic nupt. is dictus est dies. Cice. 3. Verr. 105. Diem pstituit operi faciũdo Cal. Decemb. Et paulò post. 106. Opus in acceptum retulit quadriẽnio post quàm diem operi dixerat.
Diem dicunt qua ad ripam Rhodani omnes conueniant. Cæsar 1. bel. Gall. 24
Non dicam dolo. Plaut. Menæh. 7.3.
Nulla est voluptas nauitis, Messenio,
Maior, me animo, quàm quum illi ex alto procul
Terram conspiciunt. MESS. maior, non dicam dolo,
Quàm si aduenienti terram videas quæ fuerit.
Dotem & doti, filio vel filiæ omnia sua bona, Id est promittere in dotem inquit Budæus. Terent. Heaut. 5.1.64. Quid dotis dicam te dixisse filio? Et paulò post.
Sed ità dictu opus est, si me vis salauum esse, & rem, & filiam, Me mea omnia bona doti dixisse illi. Cicero pro L. Flacco. 67. Doti inquit Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Ibidem, Nisi ostenderis illam in in tutela Flacci non fuisse. si fuit, quæcũque sine hoc authore est dicta dos, nulla est. Hæc Budæus. Martial. lib. 12. 38. Dos etiam dicta est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nummos vel pecuniam Promittere. Pomp. in Pictoribus, Nummos centum millia. Sallust. lib. 1. Hist. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardanium, quibus potuit, pecunias dictas coegit.
Dicere ex tempore. Cic. pro Archia. 13.
Egregie dicere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 11.
Facile dicere. Seneca Thyest. 8. 30. Nec facile dicam corpora, an flammæ gemant.
Facta alicuius dicere, Id est historiam conscribere. Verg. eclog. 4. 11.
Fabam, Mentiri. Plaut. Amph. 4. 291. Per Iouem iuro me esse, neqi me fabam dicere. Idem Casina. 1. 5. 47. Nã quæ ea facta dixi huic, falsa dixi.
Dicere bona fide. Hoc est reuera, & certo. Plaut. Pseud. 19. 33.
Is secum abduxit mulierem, haud multo prius.
S. Bonane fide isthuc dicis? B. vndè ea sit mihi?
S. Vide modò ne illic sit contechnatus quidpiam. Idem Pers. 1. 5. 17.
—die bona fide, iam libera est?
D. I, ad forum ad Prætorem, exquire, si quidem credere non vis mihi: Libera inquam est, ecquid audis? Idem Pœnul. 5. 30.
Ita me dii amabunt, vt nõ bona dicam fide,
Quod hic inter nos liceat?
Vt fortius dicere videantur indocti. Quintil. lib. 2. cap. 12. 1.
In aliquem grauius. Terent. Adelph. 1. 2. 60. Ipse sentiet posterius: nolo in illum grauius dicere.
Identidem dicere, Vide IDEM.
Impetu dicere se, & viribus vti gloriantur. Quintil. lib. 2. cap. 11. 3.
Inclementer vel acerbe in aliquem, Verbis duris corripere aliquem: iniuriis afficere. Plaut. Amph. 8. 109. Iterum iam hic in me in clementer dicit, atque id sine malo. Cic. ad Atticum, lib. 11. 220. 3. Etsi multa, præsens in præsentem acerbe dixerat & fecerat.
Dicere inclementes literis, Vituperare. Plaut. Pseud. 3. 25.
Has quidem pol credo, nisi Sibylla legerit,
Interpretari alium posse reor neminẽ. c. Cur inclementer dicis lepidis literis,
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?
Inducias. Plaut. Curcu. 2. 45. Inducias occæpi dicere.
Ex industria dicere. Quintil. lib. 1. cap. 5. 7. Mastrogã quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit.
Apud populum industrie dicere. Cice. pro Domo sua. 22. Quis apud Populum Romanũ de illius dignitate idustrius, qui Senatui sæpius dixit.
Iniustè alteri. Plaut. Pfeudo. 9. 20. Non soles respicere te quum dicas iniustè alteri.
Inter. Plin. lib. 12. cap. 3. 1. Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas. Ibidem, cap. 12. 4. Baccaris vocatur nardum rusticum, de quo dicemus inter flores.
Inter nos dictum fuit, Vide INTER.
Non inuenustè dicere. Quintil. lib. 1. cap. 6. 17.
Ioco vel per iocum. Plaut. Amphit. 10. 35. Et quidẽ ioco illa dixeram dum tibi. Et paulo pòst,
—siquid dictum est per iocum,
Non æquum est id te serio prævortier.
Per iocum, Idem quod Dicere ioco. Plautus Pœnulo. 7. 38.
—hæc vobis dixi per iocum.
AD. Per iocum item dictum habeto, quæ nos tibi respondimus.
Ius dicere, est magistratuum. Plautus Epid. 2. 22. —te volo
Percontari, operam da, opera reddetur tibi. T. ius dicis.
B. Me decet quidem. T. Iam tu autem nobis Præturam geris? Cicero. 4. Verr. 83. Audistis obiurandum, Q. Varium dicere, procuratores suos isti centum & triginta millia nummùm dedisse. Idem de Prouinciis Consularibus. 6. Emisti grandi pecunia vt tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos, contra Senatusconsultum, & contra legem generi tui dicere liceret. Id emptum ita vendidisti, vt aut ius nõ diceres, aut bonos ciues Romanos euerteres. Paulo pòst. 8. Perseuerauit ius publicano non dicere. Ibidem, Non offendebantur homines in eo, neque molestè ferebant abesse à foro magistratum, non in ius dici, non iudicia fieri. Liu. ab Vrbe cond. Aut ius de pecunia credita diceret. Cic. pro L. Flacco. 5. Qui anno antè Romæ ius dixerat. Cæsar. 6. bel. Gall. 83. Et lib. 8. 12. Item Cic. 2. de Finib. 118.
Dicere iura. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 4.
Laudes. Vergilius eclog. 6. 2.
Legem. est præscribere quid opus sit facto. Liuius, Quando perinde ac victo, iam sibi leges dicerentur. Horatius lib. 2. epist. 2. 4. Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex. Aliquando addit datiuus rei. Liuius lib. 3. Decad. 5. Legem censui censendo dicturos esse.
Legem fullonibus, & similibus. Plin. 35. c. 17. 3. Quum lex Metella extet fullonibus dicta.
Fletibus legem dicere. Stat. 5. Syl. 5. 12.
Legem sibi dicere. Seneca de Benefi. lib. 2. c. 18. Animum in potestate habent, & legem sibi, quam volunt dicunt, & quam dixerunt seruant. Ouid. 13. Metam. 15.
Leuissimè dicere, Vide LEVIS.
Liberè dicere, Vide LIBER.
Liberius aut iocosius aliquid dicere. Horat. 1. Serm. saty. 4. 11.
Liquido dicere, Vide LIQVOR.
De loco superiore, vel è loco superiore. Cicero. 4. Verr. 70. Primum ipse in Sicilia sæpe & palã de loco superiore dixerat, & in sermone multis demonstrarat, licere nomen recipere absentis. De loco superiore dixit, pro eo quod est, de sella Prætoria, & pro tribunali sedens. Superà enim dixerat, Palàm de sella tribunali. Idem Atti. lib. 2. 39. 5. Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere.
E superiore loco, significat Pro Rostris & ad populum loqui. vt ex inferiore loco est ad iudices loqui, qui ex locis editioribus sedebant.
Longũ est dicere. Cic. 3. Verr. 111. Iam verò in bonis Q. Opimii vendendis quas iste pdas, q̃ apertè, q̃ improbè fecerit, longum est dicere.
Luculenter dicere, Vide LVCVLENTVS.
Magis dicas, vel diceres, Vide MAGIS.
Magistrum Equitũ, pro Creare. Liuius 5. ab Vrbe. 87. Et libro 4. 94. Isibi Magistrum Equitum Posthumium Ebutium Heluium dicit.
Magnificè dicere, Vide MAGNVS.
Magnificè, miserabiliter, luidioscè, grauiter, dulciter, vrbanè dicere. Quintilian. lib. 4. cap. 2. 44.
Magnopere dicere in aliquem, Vide MAGNVS.
Mala plurima dicit. Catull. ad Malum. 78. 1. Id est conuitiatur.
Malè dicere, Vide MALVS.
Melius dicere, Vide MELIVS.
Membratim, cesimq; dicere, Vide MEMBRVM.
Mendacium, Mentiri. quamuis propriè differant Mentiri, & Mendacium dicere: vt declarant Nonius & Gellius. Plaut. Amph. 4. 44. Si dixero mendacium, solens meo more fecero. Idem Bacchid. 9. 30.
Nam illi æquum est me consulere, qui causa mea
Mendacium dixit. Idem Persa. 4. 22. Mendacium ædepol dicis, atque haud te decet.
Modice dicere, Vide MODVS.
Multam, Antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitio multa disceptandà irrogabatur, q̃ ipsi certare multam dicebant. Liu. lib. 5. secundi bel. Pun. 15. Excitatiq; tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carulii quum rem inuisam, infamémque cernerent, ducentũ milium æris multam M. Posthumio dixerunt. Cuius certandę quum dies aduenisset, cõciliumq; tam frequens plebis adesset, vt multitudinem aræ Capitolii vix caperet: perorata causa, spes vna videbatur esse, si C. Seruilius Casca Tribunus plebis qui propinquus erat, cognatusq; Posthumio, prius quàm ad suffragium tribus vocarentur, intercessisset. Idé paulo pòst. 19. Hæc quum ab optimo quoque prò attrocitate rei acta essent, vimque eam contra Rempub. perniciosio exemplo factam Senatus decerneret, consestim Carulii Tribuni plebis omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt: nec ni vades daret, phendi à viatore, atque in carcerem duci iusserũt. His verbis apparet moris fuisse, vt Tribuni plebis multam dicerent: quæ postea populi suffragiis vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, quo tempore multa certari dicebatur: non enim tribuni damnare multæ poterant, sed tantùm rogare populum: apud quem quum reus non iure multatũ se contenderet, lis illa multatitia disceptabatur. Sic fit hodie, quum iudicum edicta gestantes viatores, iubent, vetãtve quid fieri, multam dicentes, ni edicto pareatur. Cui si non paruerint ii ad quos ea res pertinet, diem tum ad iudices dicunt, à quibus edicta manarunt, quo die commissam esse multam pronuntiatione iudicum amplius audituri sint. Id est se incurrisse pœnas, vt nunc dicimus. Cice. 11. Philipp. 307. Crassus Consul Pontifex maximus, Placco collegæ Flamini Martiali multam dixit, si à sacris discessisset, quam multam Pop. Romanus remisit. Pontifici tamen Flaminem parere iussit. Plinius epst. 94. Licinius nepos Pretor acer & fortis, multam etiam dixit Senatori. egit ille in Senatu causam suam sic vt deprecaretur, remissa est multa. Budæus.
Multationem, siue multam pecoris. Plin. lib. 18. cap. 3. 3. Multatio quoque non nisi ouium boúmque impendio dicebatur. Varro, Sed quum eiusmodi multa pecoris armentique à magistratibus dicta erat, adigebantur oues, bouesque.
Musam alicuius. Virgil. eclog. 8. 1. Damonis musam dicemus, & Alphesiboei.
Neruose dicere, Vide NERVVS.
Nihil dixit tum, Vide NIHIL.
Non dico, Vide NON.
Non satis vno dicere verbo, sed facere. Catul. ad Ianuam. 62. 2.
Nomen alicui, pro Imponere. Liuius. 1. ab Vrbe. 6. Breui stirps quoq; virilis ex nouo matrimonio fuit, Cui Ascanium parentes dixere nomen.
Crudelem nomine dicere. Virgil. 4. Georg. 71.
Nugas. Plaut. Casin. 24. 11.
Nugas isthic dicere licet: vapulo hercle ego inuitus tamen,
Etsi malum merui. hãc dabo protinam, & fugiam.
Obnoxie dicere, Vide OBNOXIVS.

Obscœne dicere, Vide OBSCOENVS.
Obtuse dicere, Vide OBTVSVS.
Officiosè dicere, Vide OFFICIOSVS.
Dicere oratorie & pulchre, Vide ORATORIE in ORO.
Ordine dicere. Virg. 4. Georg. 107.
A prima die hospes origine nobis. Virg. 1. Aeneid. 152.
Dicere duro ore. Ouid. 3. de Arte amandi. 117.
Palàm. Plaut. Aulul. 9. 1. Me quidem hercle, dicam palàm, non diuides.
In vtranque partem. Cic 4. Acad. 15. Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi vt in vtranque partem dicendo & audiendo eliciant & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quàm proxime accedat. Ibidem, 193.
In vtranque partem, vel plures de re aliqua dici credibiliter potest. Quintil. lib. 3. cap. 11. 1.
De peccatis alienis. Terent. in Prologo Heaut. 33.
De illius peccatis plura dicet, quum dabit.
Alias nocuisse, nisi finem maledictis facit. Item Eunucho. 5. 6. 19.
Pereleganter dicere, Vide PERELEGANS.
Persuasibiliter dicere. Quintil. lib. 2. cap. 15. 10.
Dicit plane quod intelligam. Cic. 1. de Finib. 24.
In plenum, Vide PLENVS.
Plenius ac melius dicere. Horat. 1. epist. 2. 1.
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo, & Crantore dicit. De Homero loquitur.
Prælia dicere. Horat. 2. Carm. ode 12. 2. —tuque pedestribus
Dices historiis prælia Cæsaris. Mecœnas melius.
Presso, subtiliter, aspere dicere. Quintil. lib. 2. cap. 8. 10.
Pretium dicere inueri. Horat. 4. Carm. ode 8. 3.
De capite suo priore loco causam dicere. Cic. pro Quintio. 16.
Probra dicere alicui, Vide PROBRVM.
Prologum, Terent. in Prologo Phorm. 16.
Vetus si poeta non lacessisset prior,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus
Quem diceret, cui haberet cui malediceret.
Proprie. Seneca de Beneficiis lib. 2. cap. 27. Hic quater millies sestertium suum vitit proprie dixi, nihil enim amplius quàm vidit.
Publicè, hoc est nomine publico ciuitatis ab legatis. Cic. 7. Verr. 104. Hoc nauarchi reliqui dicunt, hoc Netinorũ fœderata ciuitas publicè dicit.
Quid, quoque flexu, quid lentius, concitatius, celerius, lenius dicendum, demonstrari, nisi in ipso opere, non potest. Quintilianus lib. 1. ca. 8. 1.
Dico quod videtur. Terentius Heaut. 3. 3. 21. Pergin' hercle? 5. verum dico quod videtur. Plautus Amphit. 4. 237. Dicito quidvis nõ nocebo.
Terentius Heaut. 5. 2. 33. Ego dicam quod mihi in mentẽ tu dimidia.
Repudium dicere. Tacitus lib. 3. Quirinus post dictum repudium adhuc infensus, quanuis infami, ac nocenti miserationem addiderat.
Dicet tibi res ipsa. Plaut. Epid. 14. 43. Quid est negotii? dam id ipsa res dicet tibi.
Rem ipsam dicere. Id est vt res ipsa se habet. Terent. And. 5. 3. 2. Rem potius ipsam die, at mitte male loqui.
Sacramento dicere. dicebantur milites quum iusurandum adigebantur. Rempoblicam se non desertures. Liuius lib. 1. secundi belli Punici, Simili tatari ætate essent, milites fierent. Tribuni plebis, si eis videretur, ad populum ferrent, vt qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si viginti annorum, aut maiores milites facti essent. Plinius ad Traianum de Seruis inter Tyrones inuentis: Ipse enim dubito ob hæc maximè, quòd vt iam dixerant sacramento, ita nondum distributi in numeros erant. Qui locus corruptè legitur in perundatis exemplaribus. Liu. libro. 4. ab Vrbe cond. Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu cæteri sacramento dixere. Budæus. Ibidem Liu. 228.
Dicere sacramentum. Horat. 2. Carm. ode 17. 2.
—non ego perfidum Dixi sacramentum. Tacit. lib. 10. Dixit sacramentum, non vultu neque animo satis affirmans. Idem libro 1. Percennione & Vibuleio sacramentum dicturi sumus? Liuius libro. 4. belli Punici, Hodie Consules creati, quibus sacramenta liberi nostri dicãt.
Salùs dicere. Quintil. lib. 6. cap. 3. 21.
Dicere salutem alicui. Plaut. Curcul. 10. 32. Salutem multam patrono dicito. Idem Pœnulo, 4. 183.
Sequere me soror. A. G. atque audin' tetiam Veneri dicito
Multam meis verbis salutem. Vide SALVS. Cice. ad Atticum, libro. 5. 96. 4. Cicero meus modestissimus & suauissimus puer tibi salutem dicit. Eidem lib. 1. 12. 6.
De scripto. Cic. pro Plancio 61. Recitetur que oratio, que propter eius magnitudinẽ dicta de scripto est. Idẽ 10 Philip. 271. Senator quæro: ita enim dixisti, & quidem de scripto (nam te inopia verbi lapsum putarem, nisi tuam in dicendo facultatem nossem) literas Bruti rectè & ordine scriptas videri. quod quid est aliud, quàm librarium Bruti laudare, non Brutum? Vide DE, in De scripto dicere.
De seipso pauciora dicit, & parcius. Quintil. lib. 4. cap. 1. 5.
De se, & de suo ingenio. Cic. de Amicitia. 28. Papyrius Consul nuper inflabat in aures concionis, quum ferret legem de Tribunis plebis reficiendis: dissuasimus nos. sed nihil de me: de Scipione dicam libentius. Plaut. Trucul. 9. 4. Ego prima de me modo dicta dicstito. Cic. 1. Verr. 20. Quamobrem nihil dico de meo ingenio, neque est quod possim dicere: neque si esset, dicerem. Terent. Eunu. 5. 6. 19. Omitte de te dicere, rego te fureifer, &c. Et in Phorm. 2. 3. 55.
Sedulò. Terent. Phorm. 2. 4. 13.
Ego sedulò hunc dixisse credo. verùm ita est,
Quot homines, tot sententiæ.
Semel Plin. li. 12. c. 9. 2. Quod semel dixisse & in cæteros odores satis sit.
Sensim & cursim dicere. Cic. 2. Philipp. 60. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursim dicis aliena. Vide CVRSIM.
Sententiam: quum quis (vt ineptè dicunt) votum suum dat, vel opinionẽ suam dicit. Cice. 6. Verr. 124. Mos est Syracusio, vt siqua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nomina tum nemo rogatur. Ibidem. 126. Vt quisque ætate & honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine. Et subdit, 126. Quum surgeret nemo, neque sententiam diceret. Idem Attico, Nocet interdũ Reipub. Cato, dicit enim tanquã in Republ. non tanquam in populi fæce sententiam. Idem Philipp. 4. Vt sententiæ de summa Reipub. libere dici possint. Ibidem, Me Consule sententiæ singulares dictæ sunt, quibus ad hanc diem vixímus. Idem in Philipp. 14. Qui hoc loco sententias dicimus. Cælius Ciceroni, Cõsulem designatum primum sententiam dicẽtem. Hoc est, Referentem de re aliqua. Quintil. lib. 3. cap. 8. 47.
Pro sententia. Liu. 7. bel. Maced. 80. Et quando nemo vestrum qui in hoc concilium aduocati estis, pro sententia quicquam dicere vult, aut audet, orationes Legatorum hesterno die pro sententiis dictas percẽsemus. Dicere pro sententia, & Dicere sententiam, idem: vt Dicere testimonium, & Pro testimonio.
Dicuntur sententiæ. Cæsar. 3. bel. Gall. 364. Propè iam desperata salute, nonnulle huiusmodi sententiæ dicebantur, vt impedimentis relictis, eruptione facta, &c.
Dicis, si. Plaut. Trinum. 17. 61. At iam post hac temperabo. CH. dicis, si facies modò.
Significanter, ornatéque dicere. Quintil. lib. 1. cap. 7. 16.
Dic sodes. Horat. 1. epist. 1. 13.
Concordi dicere sono. Ouid. 5. Metam. 133.
Ad summam dicere. Cice. Attico, lib. 7. 12. 7. 9.
Ex tempore. Cice. pro Archia. 13. Quoties ego hunc vidi, quum literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus quæ tum agerentur, dicere ex tẽpore? Plin. epist. 17. 2. Dicit item per ex tempore, sed tanquam diu scripserit. Quintil. lib. 6. cap. 2. 27.
Dicere testes dicuntur. Cic. 3. Verr. Alii amentiam mirari, illuitiam alii, &c. cui comperendinato quum tam multi testes dixissent, quicquam illorum vsuret in mentem?
Testimonium & testimonia, Testificari & probare. Dicimus autem, Dicere testimonium in aliquem, Contra vel aduersus aliquem, de ambitu, de coniuratione. Cic. de Orat. Num igitur placet quum de eloquentia præcipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis quasi in arte tradere? eidem ad Q. Fratrem, lib. 3. 20. 8. Quum testimoniorum secundum fidem & religionem grauissime dixissem. Idem pro Sylla. 35. Cur dixistis testimonium in alios? Ibidem, Qui in illum testimonia grauia dixerunt. In eadem Oratione. 62. Qui testimonium de coniuratione dixi in alios. In Verrem, Qui priore actione ita testimonia grauiter, vehementèrque dixerunt, vt Artemonem Centuripinum legatum & publice testem Q. Hortensius accusatorem, non testem esse dixerit. In eundem, 5. 62. Nonquam post Populi Roma. nomen ab Siculis auditã & cognitum Agrinenses contra quenquam iusimum ciuem Romanũ dixisse, aut fecisse quidpiam, qui nunc contra Prætorem Pop. Rom. magnis iniuriis & magno dolore publice testimonium dicere cogerẽtur. In eundem. Idem absens & de istius scelere, improbitate, audacia testimonium dicat. Idem pro Cn. Plancio. 45. Multi etiam cõmunes inimici eorum omnium, qui ita semper testimonium de ambitu dicunt. Idẽ pro L. Flacco. 32. Mortuus est aculeo iã dimisso ac dicto testimonio. Idem. 3. de Nat. Deorum. 119. Diogenes quidem Cynicus dicere solebat, Harpalum, qui temporibus illis prædo fœlix habebatur, contra deos testimonium dicere, quòd in illa fortuna tandiu viueret. Idem in Varinium testem. 2. Quum antè Gellius Nutricula seditiosorum omnium testimonium diceret. Liuius ab Vrbe cond. Quòd falsum aduersus se testimonium dixisset. Cicero. 4. Verr. 6. Et. 4. Acad. 163.
Pro testimonio dicere, Quod nunc dicimus deponere, inquit Budæus. Cice. 7. Verr. 95. Dicet is pro testimonio, de misione nautarum, de fame, &c. Idem ad Atticum, lib. 1. 113. Neq; dixi quicquã pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum. Idem, 6. Verrinarum. 38.
Turpiter, aut impotenter aliquid dicere. Quintil. lib. 6. cap. 3. 67.
In transcursu, Vide IN.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tute dicere. Luc. et. lib. 5. 108.
Hoc etiam tibi tute interdum dicere possis. Id est tu ipse.
Sub noctem dixere vale. Ouid. 4. Metamorph. 16.
Dicis vera. Plaut. Prænd. 5. 125.
–iam ego re differam dictis meis,
Impudicè. B. ita est. P. scelestè. B. dicis vera.
Verba amantia dixit. Ouid. 6. Fast. 23.
Consolantia verba dixerunt. Ouid. 15. Metamorph. 99.
Verba digna rubore dicere. Ouid. 14. Fast. 5.
Timide verba excusantia dicit. Ouid. 9. Metam. 44.
Lugubria dicere verba. Ouid. in Ibin 20.
Dixit nouissima verba. Virgil. 4. Aeneid. 130.
Verba precantia dixit. Ouid. 7. Metam. 110.
Verè dicere. Cicero 2. de Legib. 5.
Verecundius de re aliqua dicere. Quintil. lib. 4. cap. 1. 9.
Multa ad veritatem admirabilia dicere. Cic. 2. de Legib. 55.
Dicere versus. Virgilius eclog. 5. 1.
Vitiosè dicere. Quintil. lib. 1. cap. 5. 5.
De vnaquaque earum, quas demonstrauimus, rerum dicat propriè & copiosè. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.
Grata voce dicere. Ouid. 3. Amor. elegia 5. 20.
Ad voluntatem alicuius. Cic. de Amicitia 81. Semper auget assentatio, id quod is cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.
Vrbanè. Quintil. lib. 6. cap. 1. 37. Cicero pro Vareno multa dixit vrbanè.
Dicam vt. Plaut. Truc. 17. 71. Dicam Adimæo, vt aliam conditionè filio inueniat suo. Teren. And. 3. 4. 15. Domũ modo ibo: vt apparent dicã, atque huc renuntio. Idem Heaut. 2. 4. 99. Dicam vt reuertantur domũ.
Nihil dixit vt. Terent. Eunuc. 4. 5. 9. Nihil dixit tum vt sequerêre sese?
Dico vt res est. Plaut. Merc. 7. 13. Si dico vt res est, atque illam mihi me emisse indico. Hoc est, si rem ipsam, vt est & vt se habet exprimo.
¶ Dicitur. Cic. 3. de Nat. deor. 74. Quattuor is, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. De Solibus.
Vt dicitur. Cic. 3. de Orato. 89. Quanuis sphæram in scenam (vt dicitur) attulerit Ennius, tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse.
Nunquam audiui dici. Terent. Eunuc. 4. 4. 32.
–norasne eum prius?
D. O. Non, nec quis esset, vnquam audieram dicier.
¶ Diceret pro dicere pollet. Terent. And. 1. 1. 111.
Nec satis ad obiurgandum causæ. diceret,
Quid fecit? quid commerui, aut peccaui pater?
¶ Dicere volui. Correctionis genus est, quum quis in loquendo falsus est, & verbum vnum pro altero protulit. Plaut. Milit. 11. 7.
–forber dormiens.
PA. Quid forbet? LV. illud, sternit volui dicere:
Sed quia consimile est, quod sternas, quasi forbeas. Ibidem 3. 27.
Quo pacto pugno præfregisti brachium?
P. Quid brachium? A. illud dicere volui, femur.
Dixi iram. Sic diximus, quum quis malè intellexit verbum quod protulimus, vt illud denuo proferre liceat. Plaut. Trucul. 6. 9. –comprime.
5. Spero meam quidem hercle, tu quem solitas comprimas.
Impudens per ridiculum vt rustico suadet stuprum.
A. Iram dixi.
At nesciebam id dicere illa: Id est intelligere: q hæc ea vellet. Terẽ. Eun.
De prandio dicis. debetur, dabo. Plaut. Pœnulo 20. 12.
Dicis de fallacia? Terent. Heaut. 3. 3. 35.
¶ Quod inter nos liceat dicere. Cic. Attico, lib. 2. 19. 1.
¶ Dixi Phormioveluti cõminantis & terrorem incutientis: quasi quod dixit, subitò fieri velit. Terent. Phorm. 2. 3. 90.
Hoc age, satis iam verborum est: nisi tu properes mulierem
Abducere, ego illam eiiciam. dixi Phormio.
P. Si tu illam attigeris, secus quàm dignum est liberam,
Dicam impingam tibi grandem. dixi Demipho. Vbi Donatus, Dixi, solent dicere perorata causa, & mirè comminationem & ferocitatem Demiphonis imitatus est Phormio simili verbo.
¶ Dixine ego in hoc esse vobis Atticam eloquentiã? Terẽ. Eun. 5. 9. 63.
¶ Dices, Quid postea, si Romæ assiduò fui? Cic. pro Rosc. Am. 56.
Dicet aliquis. Cic. 3. Tusc. 80. Dicet aliquis, Quid ergo tu Epicurũ exi stimabas voluisse? Idem 6. Verr. 9.
¶ Ne dixis istuc, genus est negandi quod quis dixerit, quasi quis dicat, Non ita est vt dicis. Plaut. Asin. 15. 12.
–an tu me esse tristem putas?
D. Patrem ego, quem videam æque esse mœstũ, vt quasi dies si dicta sit?
AR. Ne dixis istuc. D. E. ne sic fueris, illico ego non dixero.
¶ Dicere, Nominare. Virgil. 1. Aeneid. 107.
Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt.
¶ Nimius fortasse, audiusque doloris dicor. Stat. 5. Syl. 5. 12.
Diceris. Martialis lib. 1. epigrã. 3. Quum verus patriæ diceris esse pater.
Id est, existimaris. Plin. lib. 12. cap. 1. 9. Meritò dici posset is quoque Dionysius. Item, Dicor tibi frater ex Iberis, Martialis lib. 10. 65.

Dici vix potest. Cic. pro Quintio 32. Dici vix potest quàm multa sint quæ respondeatis antè fieri oportere.
¶ Dicassis, pro dicas, apud Comicos frequens. Plaut. Cur. 10. 26.
Haud in malè meritantem male dicassis.
Dice, pro Die, etiam apud Comicos. Plaut. Curcul. 3. 40.
Limne ego huic dicam? P. quid dices? P H. me periisse. A. age
Dice. Idem Rud. 4. 36. Tu si quid opus est, dice. Varr. 1. de Re rust. cap. 9. 6. Tertium illud de modis dice. Plaut. Pœnulo 8. 82. Quid in ius vocas nos? quid tibi debemus? A G. dice illi.
¶ Deformia dictu vapulantibus sæpe dolore, vel metu accidunt. Quintilian. lib. 1. cap. 3. 9.
Dictu nihil facilius, De re difficili. per ironiam. Terent. Phorm. 2. 1. 70.
Verùm argentum dedrat. D. sumeret
Alicunde. G. alicunde? nihil est dictu facilius. Hoc est, facillimè id quidem dicitur, sed difficilius multò fieret.
Dictu facilia. Plin. lib. 3. cap. 1. 4.
Dictu parua. Plinius lib. 2. cap. 7.
Horrendum dictu. Virgil. 8. Aeneid. 112.
Mirabile dictu. Virgil. 1. Aeneid. 89.
Prodigium dictu nefas. Virgil. 3. Aeneid. 73.
Pudendum dictu. Quintil. lib. 6. cap. 4. 6.
Dicenda tacendaque calles. Persius Satyra 4. 1.
Cum pondere aliquo hæc dicenda sunt. Quintil. lib. 6. cap. 1. 2.
Temporibus Augusti dicendis non defuere decora ingenia. Tacit. lib. 1.
¶ Facultas dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 15. 2.
Forense, atque declamatorium dicendi genus. Quintil. lib. 2. cap. 10. 6.
Pressum, limatumque genus dicendi. Quintil. lib. 1. cap. 8. 3.
Incunabula dicendi. Quintil. lib. 1. in Proœmio 6. Non inutiles fore libri videbantur quos ab ipsis dicendi velut incunabulis per omnes ætates ad summam eius operis perducere destinabamus.
Magister dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 8. 4.
Officina dicendi. Vide OFFICINA.
Primordia dicendi. Quintil. lib. 1. cap. 9. 1.
Ratio dicendi, id est modus. Quintil. lib. 1. in Proœmio 1.
Rudimenta dicenda. Quintil. lib. 2. cap. 1. 6.
Rudis dicendi. Tacit. lib. 1.
Veniam dicendi ante alios exposcit. Tacit. lib. 12.
Vis dicendi. Quintil. lib. 1. cap. 2. 21.
Vis stricte, robusteque dicendi. Quintil. lib. 5. cap. 12. 14.
¶ Dicendi, dicendo, dicendũ, pro dicendi, &c. apud antiquos. Plaut. Rudẽte 23. 21. Imò etiam amplissimam si non dat, dominũ dicendũ censeo.
Dictus, Participium, (ἐκτὸς, κεκλημένος, τεταγμένος,) Constitutus, ordinatus, assignatus. Terent. And. 1. 1. 75. Hic nuptiis dictus est dies.
Dictum istud? Pro, Estne verum quod dicis? Plaut. Bacchid. 4. 31.
Imò vt eum eredis, misera amans desyderat.
C. Dictum isthuc? P. imo Chrysale, hem, non, &c.
Conuenire in dictum locum. Ouid. 3. Fast. 341. Conueniunt nuptę dictã Iunonis in ædem.
Dicto citius, Idest citius quàm dici potest. Virg. 1. Aeneid. 30. Sic ait: & dicto citius tumida æquora placat. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Alter, vbi dicto citius curata sopori
Membra dedit vegetus, prisripta ad munia surgit. Liuius. 3. bel. Pun. 217.
Dicto prope citius equum in viam Claudius egit.
Dicta est soror tua, Idest dictum est vulgo tuam esse sororem. Terentius Eunucho. 1. 2. 66.
–quamobrem cupio abducere.
Primùm, quòd soror est dicta: præterea vt suis
Restituam. Idem Andria. 4. 5. 15. Semper enim eius dicta est
Hæc atque habita est soror. Idem Heaut. 2. 3. 19.
Hoc primum vt nequid huius rerum ignores, anus
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit.
Honore dicto. Plin. lib. 18. cap. 8. 1. Hæc sunt quæ retulisse fas sit, ac pleraq; ex his non nisi honore dicto. Quod barbari dicunt. Cũ reuerẽtia.
In his dictus locis est habitare mihi Periphanes. Id est dictũ est mihi, &c. Plaut. Epid. 1. 1. 8.
Dictum est, pro Rumor erat. Terent. And. 4. 6. 1. In hac habitasse platea dictum est Chrysidem.
Dictum est, minantis particula, quemadmodum hæc quæ prius annotata est, Dixi Parmenotquasi velit innuere facturum se statim quod dicit. Terent. Eunucho. 5. 9. 36. –miles dico tibi,
Si in platea hac te offendero pòst vnquam, nihil quod dicas mihi,
Alisi quærebã, iter hãc habui. peristi. G. eia haud sic decet. P H. Dictũ est.
Dictum ac factum, Prouerbium celeritatis, Id est, cito, inquit, Donatus. Terent. And. 2. 3. 7.
Tum hæc sola est mulier. dictum ac factum inuenerit
Aliquam causam quamobrem eiiciat oppido.
Dictum ac factum reddidit. Hac figura significamus nihil esse prætermissum in negotio procurando. Terent. Heaut. 4. 5. 12. Videre egisse tam nescio quid cum sene.

5. De

5. De illo quod dudum dictum ac factum reddidi.
C. Bonine fide? S. bona hercle. Eras. in Chiliad.
Dictum factum, Id est cito. Terent. Heaut. 5. 1. 31. Quid postquam hoc est factum? M. dictum factum, huc abiit, Clitipho.
Acute, venuste, stulte, iracunde, timidè dicta. Quintilia. lib. 6. cap. 3. 5.
Cum gratia & venere dictum. Quintil. lib. 6. cap. 3. 12.
Crudeliter dictum. Quintil. lib. 1. cap. 5. 7.
Frigidius dicta. Quintil. lib. 6. cap. 3. 3.
Inconstantissimè dicta, Vide INCONSTANS.
Insolenter dictum. Quintil. lib. 1. cap. 5. 7.
Minaciter dictum. Quintil. lib. 1. cap. 5. 7.
Obscure dicta interpretari. Quintil. lib. 3. cap. 4. 2.
Sanctè & moderatè dictum, Vide MODERO.
Superbè dictum. Lucret. lib. 5. 146.
¶ Dictum sapienti sat est. Plaut. Persa. 9. 19.
Vbi cum lenone me videbis colloqui,
Tum turbam facito. S. dictum sapienti sat est. Teren. Phorm. 3. 3. 8. Pater adest hîc. G. scio sed quid tum? A. ah, dictum sapienti sat est.
Dictum, dicti, pro omni sermone intelligitur. (ἀφάτου, λεγόμενον,) Terent. in Prol. Eunuchi, 41. Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius.
Ob dictum, Vide OB.
Absona dicta fortunis. Horat. in Arte, 23.
Dicta blanda & benedicta. Plaut. Castel. 2. 15. Pergo illo, subagito blandis prius & benedictis dictis.
Dicta bona pro salsis. Cic. 2. de Oratore, 122. Dicere enim aiunt Ennium, flammam à sapiente facilius ore in ardente opprimi, quàm bona dicta teneat. hæc, scilicet bona dicta quæ salsa sint. nam ea dicta appellantur proprio iam nomine.
Dicta docta. Plaut. Asina. 10. 22.
Quid dedit? quid deportari iussit ad nos? an tu tibi
Verba blanda esse aurum rere? dicta docta pro datis?
Facunda dicta. Ouid. 13, Metam. 26.
–neque abest facundis gratia dictis.
Horrisona dicta. Claud. 1. in Ruffin. 17.
Irrita dicta factaque. Catull. ad Alphenum, 28. 2.
Dicta meliora, Vide MELIOR.
Mulsa dicta, Vide MVLSVM.
Procacia dicta. Claud. 4. Paneg. 50.
Dictum ridiculum, Quod excitandi risus causa profertur. Plaut. Capt. 8. 22. Dico vnum ridiculum dictum de dictis melioribus.
Ridiculum dictum plerumque falsum est. Quintil. lib. 6. cap. 3. 4.
Terriloqua dicta. Lucret. lib. 1. 21.
Tumida dicta. Valer. 3. Argon. 144.
Veridica dicta. Lucret. lib. 6. 5.
Vernile dictum. Tacit. lib. 18. Vernile dictum omnem inuidiam in eum vertit. Hoc est scurrile & procax. Rhenan. in Castigat. in eundem Tacitum librum.
¶ Tristia dicta abolere. Silius lib. 7. 111.
Accedere dictis. Stat. 1. Achil. 43.
Conuitia addere obscœnis dictis. Ouid. 14. Metam. 104.
Addere altera verba dictis. Ouid. 5. Fast. 60.
Dictis affatur amorem. Virg. 1. Aeneid. 134.
Aliquem aggredi dictis. Virg. 4. Aeneid. 19. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.
Animum arrigere dictis. Virg. 1. Aeneid. 117.
Audiens dicto. Quintil. lib. 3. cap. 6. 14. Et lib. 7. cap. 2. 11. Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Cic. 3. Verr. 61. Vide AVDIO.
Dictis auertere curas. Virg. 4. Aeneid. 79.
Castigare aliquem dictis. Virg. 5. Aeneid. 77. Vide CASTIGO.
Circumuestire dictis, Vide CIRCVNVESTIO.
Cohærent dicta inter se, Vide COHAEREO.
Componere dicta cum factis, Vide COMPONO.
Consequi omnia dictis. Ouid. 15. Metam. 84.
Fidem dictis contradere. Lucret. lib. 1. 82.
Per auras deferre dicta. Virg. 4. Aeneid. 46.
Curas demere dictis. Virg. 3. Aeneid. 31.
Aurea dicta depasci. Lucret. lib. 3. 3.
Floriferis vt apes in saltibus omnia libant:
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.
Detrahere fidem dictis. Quintil. lib. 5. cap. 7. 22.
Dicta dicere, Vide DICO.
Dicta dimittere in aures. Virg. 4. Aeneid. 86.
Dicta dedit. Virg. 6 Aeneid. 126. Et lib. 8. 106.
Talia dicta dabat. Virg. 5. Aeneid. 169.
Da lepôrem dictis. Lucret. lib. 1. 6.
Docere dictis. Lucret. lib. 5. 12.
Eliminare foras dicta. Horat. 1. epist. 5. 5.
–ne fidus inter amicos

Sit, qui dicta foras eliminet.
Eludenda aduersariorum dicta. Quintil. lib. 5. cap. 13. 21.
Expedire dictis. Virg. 3. Aeneid. 76.
Fictis dat cultum & pondera dictis. Valer. 1. Argon. 8.
Figere dicta animis. Virg. 10. Aeneid. 20.
Haurire dicta auribus. Ouid. 13. Meram. 169.
Dicta iocosa iactare in aduersarios. Vide IACIO.
Simulacra dictis amaris incendere. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 7.
Ingerere dicta in aliquem. Vide INGERO.
Ingerere dicta in dolium pertusum. Vide INGERO.
Lædere aliquẽ vel tenui dicto. Claud. 3. de Raptu Proserp. 57. Quã mea vel dicto tenui Proserpina læsit. Vel tenui, emphasim habent.
Migrant dicta. Vide MIGRO.
Miscere fortia placidis dictis. Ouid. 4. Metam. 131.
Moueri dictis. Quintil. lib. 5. cap. 7. 6.
Dictis mœrentia pectora mulcet. Virg. 1. Aeneid. 41.
Mutare dicta. Vide MVTO.
Memori pectore dicta vitare. Ouid. 3. Fast. 36.
Notari dicto. Quintil. lib. 6. cap. 3. 16.
Nuntiare alicui non bona dicta. Catull. ad Furium & Aurel. 11. 3.
Dicto obediens, Qui dictis obsequitur & paret. Plaut. Persa. 10. 50. Futurine est dicto obediens, an non, patri?
Obregere cum dicto. Vide CVM.
Dictis onerare aliquem. Plaut. Merc. 24. 17.
Optimè hercle perge, ego assiitam hinc altrinsecus,
Quibus est dictis dignus vsque oneremus ambo. Id est, corripiamus eũ vt dignus est.
Perlustrare dicta. Stat. 4. Syl. 3. 29.
Dictis bonis petere. Plaut. Amphit. 3. 25.
Verùm profectò hoc petere me precario
A vobis iussit, leniter, dictis bonis.
Sententia præretenda dictis ambiguis. Ouid. 9. Metam. 118.
Reddere dicta. Ouid. 8. Metam. 145.
Refellere dicta. Virg. 4. Aeneid. 77.
Mutua dicta referre, est respondere. Ouid. 1. Metam. 132.
Regere dictis animos. Virg. 1. Aeneid. 32
Reportare dicta alicuius. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 16.
Tristia dicta reportat. Virg. 2. Aeneid. 23.
Reprobare vltima dicta. Ouid. 9. Metam. 26.
Repugnare dictis alicuius. Ouid. 2. Metam. 20.
Resoluere dicta. Quintil. lib. 5. cap. 13. 10. Interim si resoluere ex parte diuersa dicta difficilius erit, nostra argumenta cum aduersariorum argumentis conferemus.
Facta arguebantur, dicta erant impune. Tacit. lib. 1.
Dicta parentis non sunt. Id est, hæc indigna sunt quæ à parente dicãtur. Terent. Heaut. 5. 4. 12.
At ego (si me metuis) mores caue in te esse istos sentiam.
CL. Quos? C. si scire vis, ego dicam, gerro, iners, fraus, helluo,
Ganeo, damnosus, & nostrum te esse credito. CL. non sunt hæc iam parentis dicta.
¶ Dictum, idem quod prouerbium, siue adagium: quod facetis hominibus adscribitur, vt ait Donatus. Terent. Eunuc. 3. 1. 38.
–quid ais inquam homo impudens?
Lepus tute es, & pulpamentum quæris. G. ha ha hæ.
T. Quid est? G. facete, lepide, laute, nihil supra.
Tuum obsecrone hoc dictum erat? vetus credidi.
Dicteria dicteriorum, (σκώμματα,) Breuiter, acutè, salsèque dicta. Varro, ἔνος σχῆς λόγου, Quam mobile neque orto psalticium attulit psalterium, quibus sonant in Græcia dicteria. Martial. lib. 6. 44.
Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.
Dicto, dictas, dictare. Frequentatiuum. Cic. 3. Offic. 75. Dictabat se hortulos aliquos emere velle.
Dictare, (ὑφαγορεύειν,) Dicere, vt si alter scribens excipiat, & manu styloque notet, inquit Valla. Plin. epist. 105. Altera epistola nuntias mutata te nunc dictare, quibus nos tibi repræsentes. Idem, epist. 113. Notarium voco: & die admisso, quæ formaueram dicto. Cicero ad Atticũ li. 2. 38. 1. Testatur se epistolam sua manu non scripsisse, sed recreãdę voculę causa ambolantem dictasse. Eidem lib. 7. 132. 9. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictaui propter lippitudinem. Idem ad Quintum fratrem, lib. 2. 6. 1. Paruula lippitudine adductus sum, vt dictarem hanc epistolam: & non vt soleo, ad te ipse scriberem. Idem 1. de Finib. 14.
Grauiter ornateque dictare, Vide Ornate in ORNO.
Dictare actionem, à Iurisconsultis dicitur, quod à Terentio, dicã impingere vel dicere. Budæus, Vide DICA.
Fugam lucis, & rædium pudor dictat. Quintil. lib. 1. cap. 3. 10.
Iudicium dictare. Paulus in L. Si seruus. ff. De noxal. act.
Dictare alicui orationem. Cic. 4. de Finibus. 101. Tu idem qui illis, orationem dictauisses.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dictare rationem, quod barbari facere computum dicunt. Plaut. Ampli. 3.36.
–ad aquam præbendam aduenit dominus
Decumo post mense, vt rationem te dictare intelligo.
Sententiam dictare. Quintil. lib. 2. cap. 15. 5. Postremò aspectus etiam ipse sine voce, quo vel recordatio meritorum confusi, vel facies aliqua miserabilis, vel formæ pulchritudo sententiam dictat.
Dictare testamentum alicui, Pro suo arbitrio disponere. Plin. epist. 44. e. Aspice Regulum qui ex paupere & tenui ad tantas opes per flagitia processerit, vt ipse mihi dixerit, quum consuleret, quàm citò sestertium lx centies impleturus esset, inuenisse se exta duplicata, quibus portendi millies & ducenties habiturũ, & habebit, si modò vt cœpit, aliena testamenta (quod est improbissimum genus falli) ipsis quorum sunt illa, dictauerit.
Vota dictat sacerdos. Valer. 1. Argon. 138.
Dicitur etiam, ratio dictat, Quale est illud Plinianum in epistola quadã, O sylua, & littus quàm multa cõponis, quàm multa dictatis. Et illud Bæotii, Ecce mihi, faceræ dictant scribenda camœnæ. Verùm hic manifesta ratio subest. nam camœnæ, littus, ac solitudo tacitè nobis suggerunt quod scribamus: ita & ratio loquitur quod nos scribẽdum putemus: & ratio dictat quod in alterum effundamus. Hæc Valla in Rauennensem. Plin. lib. 16. cap. 44. Igitur demonstrataru priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adiiciemusque quas ratio dictauerit.
Ratio ira videtur dictare. Quintil. lib. 3. cap. 4. 7.
¶ Dictare, pro Edicere seu polliceri. Quintil. lib. 11. cap. vltimo, Aut eũ sodalibus iocantur, aut nonnunquam ad libratios suos ita respiciunt, vt sportulam dictare videantur.
Dictata, dictatorum, neut. gen. plu. no. Quæ præceptor pueris describẽda dictauit. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 66. Mea in illũ pueri oẽs tanquã dictata perdiscant. Idem. 4. de Finib. 17. Ne necesse sit semper quasi dictata decantare, neque à commentariolis suis discedere.
Magistri dictata. Iuuenal Saty. 5. 13.
Dictata reddere. Cic. 1. de Nat. Deor. 36. Ista n. à vobis quasi dictata reddũtur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. Persius, Saty. 1. 3.
Tẽ' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendãt. Horat. 1. epist. 19. 3.
Vt puerum sæuo credas dictata magistro Reddere.
¶ Nec in litteris tantum, sed in aliis quoque artibus dictata dicuntur. Iuuenal. Saty. 5. 13. Donec peragat dictata magistri Omnia. Sueton. in Cæsare, Vt disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercitibus darent. De gladiatorum legibus ac præceptis agit.
Dictito, dictitas, pen. corr. frequentatiuum verbum à dicto, dictas: idem est (vt ait Valla lib. 5.) quod frequentibus temporibus frequentibúsve locis dico & narro. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 25. Quem post reditum dictitrant fracto animo & demisso fuisse. Idem. 3. Verr. 15. Vt hoc iam passim dictitent. Idem. 5. Verr. 116. Et Plin. libro. 29. cap. 1. 14. Plaut. Trucul. 9. 4.
–nimio minus perhibemur
Malo, quàm sumus, ingenio. ego prima de me modò dicta dictito. Idẽ Trinum. 4. 47. Male dictitatur tibi vulgò in sermonibus. Terentius in Prol. Heaut. 22.
–tum quòd maleuolus poeta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum.
Dictitare in sermonibus. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epist. 9. 104. Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in Senatu palãm.
Dictitare causas. Cic. 1. de Oratore. 31. Ex numero accepim' eorum qui causas dictitarunt.
Dictio, dictionis, (ἑρμηνεία, φάσις, λέξις.) Verbale, Enuntiatio. Terẽ. Phor. 2. 1. 63. Seruum hominem causam orare leges non sinunt, neque testimonii dictio est. Id est non licet ei testimonium dicere.
Sententiæ dictio. Cic. 1. de Inuent. 126. Aliud n. laus, aliud vituperatio, aliud sententiæ dictio, aliud accusatio aut recusatio conficere debet.
¶ Dictio, pro vocabulo siue verbo accipitur. Valla, lib. 5. cap. 10. * Et Quintil. lib. 1. cap. 10. & lib. 9. cap. 1.
¶ Dictio, Oratoria & facundã ofo. vt Dictioni opã dare. Cic. 2. Tusc. 13.
¶ Dictio, pro Oratione. Cic de Claris Orat. 138. Malim mihi L. Crassi voam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos. Ibidem. 47. Nullum tempus illi vnquam vacabat aut à forensi dictioni aut à commentatione domestica, aut à scribẽdo, aut à cogitando. Idẽ 1. de Orat. 18. Fatebor equidem in his magis assidue versari hanc nostram dictionem. Ibidẽ. 76. Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione & vmbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra atque aciem forensem. Budæus.
Extemporales dictiones. Quintil. lib. 2. cap. 4. 21.
¶ Dictionem, pro Actione causæ videtur posuisse Tacitus de Oratore, Iuuenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, deducebatur ad eum Oratorem, qui principem locum in ciuitate haberet, hunc sectari, hũc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse, vtique sic dixerim, pugnare in præsto discere. Videsne vt dictiones vocet prælia, distinguens à fictis declamationibus.

¶ Dictio, pro Oraculo. Liu. 1. Decad. lib. 8. 118. Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam: Alexandrumque Epeiri regẽ ab exule Lucano interfectum sortes Dodonæi Iouis enentu affirmasse. Accito ab Tarẽtinis in Italiam data dictio erat, caueret Acherusiã aquam, Pandosiamque vrbem ibi fatis eius terminum dari.
Dicax, dicãcis, pen. prod. o. m. ge. (φιλοσκώπτης φιλοσκώμμων,) Qui ser mone aliquem cum risu incessit & rident. Cic. 2. de Oratore. 222. Quod est hominibus facetis & dicacibus difficillimum. Idem pro Cælio. 54. Et pro Quintio. 6.
Homo dicax. Catul. ad Varum. 19. 1.
Facetus & dicax. Cic. pro Cælio. 54. Quàm volent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiam rad vinum diserti sint. Idem. 2. de Ora. 221. Et in Oratore. 49. de Demosthene, Quo quidem mihi nihil videtur vrbanius, sed non tam dicax fuit quam facetus.
Vrbanus & dicax. Quintil. lib. 6. cap. 4. Demosthenẽ vrbanum fuisse dicunt, dicacem negant.
Dicax in aliquem. Cic. 2. Philipp. 85.
Populum in te dicacem etiam reddidisti.
In conuiuiis & sermonibus multi dicaces. Quintil. lib. 6. cap. 3. 10.
Dicaculus, dicácula, dicáculum, pen. corr. (σκωπτίλος,) Diminutiuum. Plaut. Asin. 30. 8 Satis dicaculus es amatrix.
Dicacitas, pen. corr. (ἁλαζονεία,) propriè significat sermonem cum risu alicuius incessentem, inquit Quintil. lib. 6. cap. 4. Cic. lib. 1. de Ora. 120. duo genera facetiarum nominat, cauillationem & dicacitatem.
Facetiæ & dicacitas. Cic. in Orat. 48. Huic generi orationis aspergẽtur etiam sales, qui in dicendo nirum quantum valent, quorum duo genera sunt, vnum facetiarum, alterum dicacitatis.
Scurrilis, & scenica dicacitas. Quintil. lib. 6. cap. 3. 20.
Scurrilis Oratori dicacitas magnopere fugienda est. Cic. 2. de Ora. 236.
Dictãtor, pe. pro. (ὑφηνητὴς, δικτάτωρ) huius dictatoris, Is est q dictat.
Dictator Romæ, is dicebatur qui Dictaturã gerebat; dictus quòd à Consule diceret, siue crearetur noctis silentio, vel quòd aliis omnibus posset dictare, id est imperare ac præcipere. Liuius. 1. Decad. lib. 9. Noctis silentio (vt mos est) Fabius L. Papyrium dictatorem dixit. Sex tantum menses fruebatur suo magistratu. Et quia summa potestas erat Dictatoris in populum, in quoque magister populi appellatus est, vt scribit Varro. Iuuenal. Saty. 8. Fumosos Equitum cum Dictatore magistros. Cic. 3. de Finib. 113. Rectius magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla. Erat autẽ extraordinarius magistratus, cuius summa erat potestas habens ius animaduertendi in cuiuscunque ciuis Romani caput, nec ab eo, quocandi ius erat. Nec alio pacto creari solebat, quàm quum vicaliqua maior repente oborta, ingentem vrbi cladem minitari videretur.
Dictator magister populi appellatus est, vt scribit Varro, & Cicero etiã in libro de Rep. vt refert Seneca, epist. 109.
Arrogare Dictatorem. Vide ARROGO.
Dictatrix, huius dictatricis, penul. prod. (γυναικεῖος,) Quæ dicit agenda, præcipit & imperat. Plaut. Persa. 12. 23. Date illi aquam manibus, apponite mensam. do hanc tibi.
Florentem florenti; tu hic eris dictatrix nobis.
Dictatorius, Adiect. (δικτατωρικός.) Quod ad Dictatorẽ pertinet, seu quod est Dictatoris. Liu. 6. ab Vrbe. 164. Postremò Dictatorii fulmẽ in se intentatum. Cic. pro Cluent. 97. Dictatorius gladius.
Dictatorius iuuenis, pro Dictatore patre natus. Liu. 1. Decad. lib. 7. 149.
Dictatura, (δικτατυσία,) Ipsa dictandi actio. Sueton. in Iulio Cæsare, Syllam nescisse literas, qui Dictaturam deposuerit. Alludit tamen ad Dictatoris dignitatem.
¶ Dictatura, Ipsa Dictatoris dignitas. Cic. 2. Offic. 40. Alter enim qui in illa Dictatura scriba fuerat, in hac fuit Quæstor vrbanus.
Imperiosa Dictatura. Vide IMPERIO.
Dictaturã solo æquare. Vide AEQVO.
Dictaturam gerere. Cic. 1. Offic. 152. Quod is paucos sibi dies ad Dictaturam gerendam addidisset.
Deponere dictaturam. Quintil. lib. 5. cap. 10. 61.
Sumebantur Dictaturæ ad tempus. Tacit. lib. 1.
Dicibulum, dicibuli. Dicibula puerilia, pro nugis dicit Tertullianus aduersus Valentinianos, Satis meminerat Ptolemæus puerilium dicibulorum, in mari poma nasci, & in arbore pisces.
Dictâmus, m. g. vel dictámnio, dictámi, n. g. (δίκταμος,) Herba qua lacertæ se refouent, quoties cunq; cum serpentibus pugnã habuerint. Virg. 12. Aeneid. 83. Dictamũ genitrix Cretæa carpit ab Ida. Quo ex loco legendũ putãt docti oẽs dictamnum, interposita n litera: alioqui versus nõ starent. Cui ortographiæ adstipulari etiã videtur Theophrasti locus & Galeni, in quibus semper dictamnum legas. Vide Plinium, lib. 8. cap. 27. 1. Et lib. 20. cap. 14. 10. Cic. 2. de Nat. Deor. 189. Capras auditum est in Creta feras, quum essent cõfixæ venenatis sagittis, herbã quærere, quæ dictamnus vocaretur: quã quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore. Idem dicit Plinius, lib. 26. cap. 14. Dictamum, inquit, pota, sagittas pellit, & alia tela extrahit illita: proximè pseudodictamum. Dicta est hæc herba etiam Artemidum, à Diana quam Græci Artemida vocant, quoniã vulneratæ capræ & ceruæ, eius herbæ pastu sanarentur. Vide Ruellium lib. 3. ca. 27.

Dictamus florent. Stat. 1. Syl. 4. 21.
–Idæa profert quam Creta sub vmbra
Dictami florentis opem.

Dictator, Dictatura, Vide DICO, dicis.

DICTÆ, Dictes, (δίκτη,) Moos est insulæ Cretæ, Ptolemæo, lib. 3. cap. 17. & Straboni lib. 10. Sic dictus à Dicte nympha quæ illic colebatur, vt ait Seruius.
Dictæus, Adiectiuum, (δικταῖος,) Vnde Iupiter Dictæus dictus est, quòd in eo fuerit nutritus, vt tradit Seruius enarrans locum Virg. lib. Georg. 2. Ante etiam sceptrum Dictæi regis, &c.
Antrum Dictæum. Virgil. 4. Georg. 31. Dictæo cæli regem pauere sub antro. De apibus loquitur.
Arua Dictæa. Virg. 1. Aeneid. 36.
Astra coronæ Dictææ. Claud. 3. paneg. 42. Seu tibi Dictææ placuerunt astra coronæ, Seu &c.

Dicterium, Dictio, Dictito, Dicto, Dictum, Vide DICO.

Dicrotum, pen. corr. (δίκροτον,) Latine Biremis dicitur. De dicroto Iulius Pollux li. 1. Dicrota sunt naues, quæ duobus gubernaculis pariter à prora reguntur & puppi. Cic. ad Atticum, lib. 5. 38. 3. ἴδρυνται, Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam & aliquid ἐπίκωπον. Idem lib. 16. 333. 11. Nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota.
DICTYNNA, (Δίκτυννα,) vt quidam putant, cognomen est Dianæ, propterea quòd retia inuenerit, quæ Græcè dicantur δίκτυα. Scribit Diodorus lib. 6. Dictynnam ex Ioue genitam, in Creta consuetudine Dianæ familiarissimè esse vsamque res causam præbuit vt quidã Dictynnam, Dianam esse existimarent.
Mitis Dictynna, id est Diana. Stat. 9. Thebaid. 127.
DICTYNNA, (Δικτυννᾶι,) Cretæ insulæ vrbs à quo mõs Dictynnæus dictus est Straboni.
DICTYS Cretensis, peritus Phœnicum literarum, natus Merione filio Idomenei, scripsit bellum Troianum in quo ipse militauit, Phœnicum lingua. Reuersus in patriam, moriens mandauit vt liber arca plumbea sepulchro eius inferretur occlusus. Anno deinde tertio Neronis principatus ob terræ motum reuulso sepulchro arca apparuit: delataque ad Rutilium illius insulæ præsidem, & ab illo ad Neronem transmissa est. Librum Nero in Græcam linguam conuerti iussit, bibliothecæque dicauit, qui ad nostrum æuum peruenit conuersus in latinum sermonem à quodam Septimio, vt eius indicat epistolatin qua dicit librum inuentũ à pastoribus in sepulchro, & ad praxim eius regionis domum delatum, ab illo verò Neroni dono missum fuisse.
¶ Dictys, vnus ex Centauris fuit.
¶ Dictys piscator quidam qui Perseum educauit. de quo Statius lib. 2. Fluctiuagus volucrem comebat Perseа Dictys.

Didáscalus, penultima corre. (διδάσκαλος,) Latinè dicitur præceptor.

Didascália, didascáliæ, pen. corr. Doctrina. Cælius Ciceroni, lib. 8. 3. 9. Genere tamen, quod ad nos pertineat, & διδασκαλίαν, quandam, vt verẽtur inter manus, habeat.

Didia, lex, (δίδιος νόμος,) post Pauniam legem duodeuiginti annos secuta est. iculus ferendæ duplex ratio fuit. Prima, vt non solũ vrbs Romana, sed vniuersa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, vt non modò qui conuiuia maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atque omnino interfuissent, pœna legis tenerentur. Macrobius lib. 3. Satur. cap. 17.

DIDO, Didónis, pen. prod. (Δίδω,) vel per declinationem Græcam Dido Didus, in accusatiuo Didoa, & per contractionem Dido. Elisa proprio nomine vocabatur, sed cognomento Dido dicta est. i. virago, quia virile aliquid fecit, se in ignem præcipitando, inquit Seruius. Belli fuit filia, & soror Pigmalionis. Virg. Vritur infœlix Dido.
Regina Dido. Virg. 1. Aeneid. 100.
Phœnissa Dido. Virg. 1. Aeneid. 155.
Pulcherrima Dido. Virg. 4. Aeneid. 12.
Sidonia Dido. Virg. 1. Aeneid. 124.

Dido, didis, dididi, diditum, pen. corr. (δίστημι,) didere, Distribuere significat & digerere. Dictumque videtur Dido quasi diuido, ablata media syllaba. Horatius 2. Serm. saty. 2. 14.

Albuti senis exemplo dum munia didit. Didit, id est diuidit. Porphyrius.
Cibus in venas diditur. Lucret. lib. 2. 225.
Solatia didita per gentes. Lucret. lib. 5. 4. & lib. 4. 49.
Nunc ea quæ dico rerum simulacra, feruntur
Vndique; & in cunctas iaciuntur didita partes.

Dididerunt, pen. corr. pro Dididerunt posuit Lucret. lib. 6. 1.
Primæ frugiferos fœtus mortalibus agris
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ.

Didoron, pen. prod. (Δίδωρον,) Duorum palmorum. Plin. li. 35. cap. 14. 2. Genera eorum tria, Didoron, quo vtimur, lõgum sesquipedale, latum pede, alterum terradoron.

Didrachmum, didrachmi, neu. gen. (δίδραχμον,) Nummus est duas drachmas continens, & valet tantum quantum septem solidi nostri muronici, teste Budæo.

Didûcó, didûcis, diduxi, diductum, (διάγω, διαιρέω,) diducere, In diuersas partes & diuersa loca ducere, siue dirimere, diuidere, & distinguere. Cæsar. 6. bel. Gall. 123. Dimittendę plures manus, diducendique erant milites. Colum. lib. 6. cap. 2. 5. Posthæc diductis malis, educito linguam. De bobus domandis.

Diducere, & Contrahere, contraria. Cic. 4. Acad. 40. Itaque & lumen mutari sæpe volumus, & situs earum rerum quas intuemur, & interualla, aut contrahimus, aut diducimus, multaque facimus vsque eo dũ aspectus ipse fidem faciat sui iudicii.
Comprimere & Diducere digitos, similiter cõtraria. Cic. in Orat. 61. Nã quum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse: quum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.
Diducere aciem in cornua. Liu. 5. ab Vrbe. 169.
Assem in centum partes diducere. Horat. in Arte. 66.
Diducere aquam in vias. Cato. capite. 155. Quum pluere incipiet, famuliam cum ferreis sarculis exire oportet, & incilia aperire, aquam diducere in vias.
Diducere argumenta in digitos. Quintil. lib. 11. cap. 1. Argumenta diducet in digitos, & propositionum ac partitionum captabit lepõrem.
Diducere complexus. Propert. lib. 1. eleg. 12. 4.
Non ego complexus potui diducere nostros.
Tum verò in curas animum diducitur omnes. Virg. 5. Aened. 143. Græca figura: vt, Mentem lęsus. Seruius.
Fauces immani diducit hiatu. Silius, lib. 3. 40. de serpente quodam.
Flumina in riuos diuiduntur. Quintil. lib. 5. cap. 13. 11.
Humum continuam diduxit. Ouid. 8. Metam. 118.
Matrimonium diductum. Sueton. in Othone, cap. 3.
Nubem diducere auris subitis. Cic. in Arato. 23.
Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Cœperit, & subitis auris didnxerit ara.
In contrarias partes diducere aliqua. Cic. 1. de Inuent. 157. Atq; hi quidem, & siqui eiusmodi ex proprio argumento communes loci nascentur, in contrarias partes diducentur.
Rictum diducere. Iuuenal. Saty. 10. 23.
Risu diducere rictum auditoris. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 2.
In studia Senatum diduxerat. Tacit. lib. 20.
In species rursus hæc omnia diducuntur. Quintil. lib. 2. cap. 14. 5.
Vestem diduxit ab ore. Ouid. 3. Metam. 53.

Diductus, Participium, (διεκπαιρέος,) Cic. 3. de Orat. 14. Riuis est diducta oratio, non fontibus.

Arua diducta à propinquis iugis. Silius lib. 1. 40.
Diducta Britannia mundo. Claud. 8. Paneg. 11.
Ciuitatem diductam incusabat. Tacit. lib. 4.
Colores diducti. Celf. lib. 1. cap. 8. In pulmonis morbo si sputum primis diebus non fuit, deinde à septimo die cœpit, & vltra septimum mãsit, periculosum est quantoque magis mistos, neque inter se diductos colores habet, tanto deterius.
Cornua diducta. Liu. lib. 8. Decad. 3. cornua exercitus intelligit.
Diuisionem in digitos diductã nonnunquã Cicero leuiter eludit. Quintil. lib. 4. cap. 5. 17.
Foribus palatii repente diductis. Tacit. lib. 12.
Militem diductum lasciuire prætendebat. Tacit. lib. 4.
Ordines diducti. Tacit. in vita Agricolæ.
Diductum in partes audientium studium. Plin. epist. 43.
Terrę diductæ, hoc est diuisæ, apertæque. Tacitus, lib. 2. Diductis terris hauriebantur.
Tunica diducta. Quintil. lib. 2. cap. 15. 7.

DIDYMAE, pen. corr. Didymarum, insulæ Africæ, quæ Aegypto adiacent, teste Ptolemæo lib. 4. cap. 5.
DIDYMAON, pen. prod. armorum artifex eximius. De quo Virgilius lib. 5. Aeneid.
Et clypeum efferri iussit, Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
DIDYME, Didymes, penul. corr. Insula in mari Siculo vna ex Aeoliis. Pomponius lib. 2.
DIDYMEVS, pen. prod. (διδύμεος,) Apollo dictus est, quòd geminam speciem sui omnibus præferat, illuminando formandoq; Lunam. Ex vno enim fonte lucis, gemino sydere spatia diei & noctis illustrat: vnde & Romani (vt inquit Macrobius. 1. Saturn. cap. 17.) Solem Di-

dymei Apollinis appellatione venerantur. Dictum est & Didymeum templum Apollini dicatum apud Milesium, quod prius oraculum Branchidarum (vt author est Phanias) appellatum est. De hoc templo sic scribit Strabo lib. 4. Post Posidium milesium est oraculum Apollinis Didymeo sacrum apud Branchidas ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodum cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesii templum construxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine tecto, variis antiquorum donis sumptuosissime honoratum.

Didymus, pen. corr. (Δίδυμος,) Latine geminus dicitur.

DIDYMVS, professione grammaticus, genere Alexandrinus, Ciceronis & Antonio Consulibus natus, tempore Augusti Romæ profitebatur, cognomine Chalcenterus, ob studium infatigabilensicuti à Demetrio Trœzenio, vt scribit Athenæus, dicebatur Bibliolachas, ex voluminum numerositate. Dicitur enim scripsisse libros ter mille quingentos. Macrobius lib. 5. Satur. cap. 21. vocat hunc grammaticorum omnium quique sint, quique fuerint, instructissimum. Chalcenterus autem dictus est ab intestinis æreis, veluti prædurus. χαλκὸς æs seu ferrum, & ἔντερα viscera, inde χαλκέντερος. Ex Hieronymo, Erasmo, Volaterrano, Cælio.

Didymus Alexandrinus, Præsul Cæsariensis, captus oculis à puero, & ob id elementorum quoque ignarus, tãtum miraculum sui omnibus præbuit, vt Dialecticam quoqi & Geometriam, quæ vel maxime visui indiget, perfecte didicerit. Is plura opera & nobilia conscripsit, quorum nomina recenset Hieronymus, cuius tempore floruit. Excessit annum ætatis octogesimumtertium. Vide multo plura apud Hieronymum in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, qui & in procemio in epistolam ad Ephesios sic ait, Denique nuper ob hanc vel maximè causam Alexandriam perrexi, vt viderem Didymum, & ab eo in scripturis omnibus quæ habebam dubia scisciatarer. Huius sit mentio luculentissima, lib. 11. Historiæ ecclesiasticæ, cap. 7. & Tripartitæ, lib. 8. cap. 8.

Diecula, Vide DIES.

Dierectus, A diectium, (διευθυσμένος,) dicitur inquit Nonius, crucifixus, quasi ad diem erectus. Varro Eudæmonibus, A page in dierectum à domo nostra istam ad sanitatem. Plaut. Casin. 3. 14. Abi dierectus tuam in provinciam. Idẽ Capt. 11. 105. Quin tu quiescis dierectum cor meum, ac suspende te. Idem Bacch. 11. 7. Adi actutum ad fores, recede hinc dierecte. Festus, Dierectũ dicebãt per antiphrasin, volentes significare malum diem. Antiquum est.

Dies, diei, pen. prod. masc. & fœm. gen. in singulari, (ἡμέρα, ἡμέρας.) In plurali verò tantum masc. Asconius, Dies fœminino genere tẽpus dicitur: & ideo diecula, breue tempus & mora. Dies horarum XII masc. gen. est: Vnde hodie aduerbium, quasi hoc die.

Dies masc. gen. Martial lib. 1. 167.

Quartus dies est, in schola poetarum
Dum fabulamur. Plin. lib. 9. cap. 59. 1. Eademque hora per aliquot dies continuos piscator enauigat.

Dies fœm. gen. Virg. Multa dies, variusque labor mutabilis æui Rettulit in melius. Iuuenal. de Priamo loquens. Saty. 10. Lõga dies igitur quid contulit? Id est, quid ei longeuitas profuit? Hæc Budæus. Iurisconsulti Annua, bima, trima, quadrima die, pro anni tempore, biennii, triennii, quadriennii, vsurpant. Cic. ad Lentulum, lib. 16. 2. Et ipsi die quæ debilitat cogitationes & inimicorum & proditorum. Confunditur tamẽ hæc differentia.

Dies fœminino genere, pro die horarum XII. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 11. in qua primum erat, quòd antquior dies intus fuisset ascripta literis, quàm in Cæsaris. Idem ad Atticum, lib. 2. 16. 2. Nos in Formiano esse volumus vsque ad pridie Nonas Maias, eò si ante eam diem non venerit, Romæ te fortasse videbo. Eidem, lib. 11. 260. 1. Plin. lib. 13. cap. 24. 1. Mirum quod eadem die germinat qua intectum est.

Genitiuus à dies, est diei, dii, dies, die. Dici. Plaut. Pseud. Dies iam multi est. Dii. Virg. 1. Aeneid. 128. Munera lætitiamque dii. Seruius legit dei, Bacchum intelligens, seu vinum. Admonet tamẽ à multis legi die, pro dici. Dies. Cic. pro Sestio. 22. Equites non daturos illius dici pœnas. Liu. in quinta Decade, lib. 4. 2. Per mediam Bæotiã dies vnius expedito itinere Chalcidem ad classem contendit. Virg. 1. Georg. 42. Libra dies, somnique pares vbi fecerit horas. Seruius legit die pro diei. Die. Sallustius in Iugurtha, Vix decima parte die.

Ablatiuus, Die, vel diu. Sallust. Diu noctuque labora,

Dies alius naturalis, alius ciuilis.

Dies naturalis, Est tempus ex oriente sole ad solis occasum. Hunc aliqui artificialem dicunt, alii hemisphærialem. Cuius contrarii tempus est Nox, id est vmbra terræ videlicet ab occasu solis vsque ad ortum.

Dies ciuilis vocatur tempus quod fit vno cœli circumactu, id est inter vnum solis & ortum & alium quo & verus dies, id est lux & nox continetur: vt quum dicimus aliquem dies triginta tantum vixisse: noctes etiam comprehẽdimus. Nox enim teste Seruio, pars est diei: sed diem dicimus à parte, quam constat esse meliorem. Vnde vsus obtinuit, vt sine noctis commemoratione, dierum numerus exprimatur. Hæc ex probis authoribus.

Dies alius iudicat de alio. Plin. lib. 7. cap. 40. 3. Ista nimirum bona, sicut inter illa, hora fgaudio fuit. Ita est profectò, alius de alio iudicat dies: & tamen supremus de omnibus, ideoque nullis credendum est.

Die crastini, pro Die crastino. Plaut. Mostell. 12. 21. Hanc rem die crastini quum herus resciuerit. Idem Menæch. 14. 97. Mane sanè, die septimi væmbunt serui. Idẽ Persa. 7. 8. Nã ibi mercatũ dixit esse die septimi. Ita loquutos veteres docet Macrobius. 1. Saturn. cap. 4. Ita inquiens, Sed nec die crastini à doctissimo viro, siue veterum authoritate prolatum est, quib⁹ mos erat modò die quinti, modò die quinte pro aduerbio copulatè dicere. cuius indicium est, quòd syllaba secũda corripitur, quę natura producitur, quum solum dicitur die. Quòd autem diximus extremam istius vocis syllabam tũ per e, tum per i scribi, consuetũ id veteribus fuit, vt his literis plerunq; in fine indifferẽter vterẽtur, sicut pristine & pristini, proclive & proclini. Gell. lib. 10. cap. 24.

Accessus & defectus dierum ac noctium. Vide ACCEDO.

Die decies. Plaut. Milite. 11. 39.

Eaque sæpe decies complebatur die. Sub. in.

Medio diei. Tacit. lib. 12. Et lib. 17. Medio diei remulentus.

Per medium diei nudus repertus est exercitando corpori, Tacit. lib. 14.

Pars melior diei acta. Virg. 9. Aeneid. 32.

Ad diem. Vide AD præpositionem.

Ad diem pecuniam soluere. Cic. Attico, lib. 16. 241. 2.

Ad hanc diem. Vide AD præpositionem.

Ad multum diem. Vide MVLTVS.

Ad serum vsque diem Vitelliani saxis, pilisque subeuntes ardebant. Tacitus lib. 19.

Ante diem cadere vel mori. Virgil. 4. Aeneid. 146. Ouid. 3. de Arte. 147.

De die pro interdiu. Sueton. Lauabat de die. Curtius lib. 5. De die inibat coniugia, quibus fœminæ intererant. Idem lib. 8. Spitamenes simulato captus obsequio, de die conuiuium apparari iubet.

In diem abiit malum. Teren. Phorm. 5. 2. 16. Præsens quod malum in dies abiit plagæ crescunt. Vide ABEO, Abire in diem.

In hanc diem. Vide IN.

In diem determinare. Vide IN.

In dies. Vide IN.

In dies vinum crescit. Cic. Topic. 31.

In paucos dies. Vide IN.

In eum diem. Vide IN.

In dies singulos. Vide IN.

In qua die. Vide IN.

In his diebus. Vide IN.

In diebus paucis. Vide IN.

In diem pœnas præsentis fraudis dii reseruant. Cic. pro Cælio. 46.

Incidere in diem. Vide INCIDO.

In diem viuere. Vide IN.

Inter paucos dies. Vide INTER.

Intra viginti dies. Vide INTRA.

Dies noctesque, vel Dies & noctes. Plaut. Rud. 10. 48.

Si illam amabat, rogas quid faceret? aut seruaret,
Dies noctesque in custodia esset semper. Terent. Eunuch. 1. 2. 117.
Dies noctesque me ames, me desyderes. Cic. pro Rosc. Amer. 40. Dies noctesque parentum pœnas à conscelleratissimis filiis repetant.

Noctes atque dies, Id est semper. Lucret. lib. 2. 3. Et Virg. 6. Aeneid. 26.

Diem noctemque, vel Diem ac noctem. Cic. pro Lege Agra. 70. Qui paulo antè diem noctemque Tribunitium nomen horrebant. Idem 2. de Diuinat. 87. Quasi verò quicquam interfit, mures diem ac noctem rodentes, scuta an cribra corroserint.

Diei multum iam est: Id est, multum diei iam præteriit. Plaut. Pseud. 20. 50. Vides iam diei multum esse? B. video.

Tela lucida diei. Lucret. lib. 1. 50.

Non radii solis, neque lucida tela diei. Idem lib. 2. 17.

Quinquennii die, pro Quinto anno. Proculus in L. Atilicinus. ff. de Pactis dotalibus, Quum inter virum & vxorem pactum conuentũ ante nuptias factum esset, vt quib⁹ diebus dos data esset, iisdem diuortio facto redderetur: post quinquennium quàm nuptiæ factæ sunt, vxor viro dotem dedit. diuortio facto, quæro vtrũ quinquennii die vir vxori dotem redder, an statuto legibus tempore?

Annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno promittere aliquid redderе. Vlpianus in L. Aliud ff. de Pactis dotalibus, Aliud est si pater pro filia dotem promisit, vt annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno à se redderetur, &c.

Almus dies. Virg eclog. 8. 4. Vide ALMVS.

Angusta dies. Stat. 1. Thebaid. 89.

Annua dies. Vide ANNVVS.

Antiqua dies. Vide ANTIQVVS.

Anteacta dies. Lucret. lib. 1. 48.

Aprica dies. Valer. 1. Argon. 169. Vide APRICVS.

Atra dies, Id est infausta. Virg. 6. Aenei. 86. Ouid. 1. de Arte, 84.

Quæque aliquid dandum est, illa sic atra dies. Vide ATER.

Austrinus dies, Vide AVSTER.

Benignus dies, Stat. 5. Sylu. 1. 22.

Bonus, Fœlix. Horat. 3. Car. ode 21. 2.

Breuior. Virg. 1. Georg. 63.

Cæco die emere aliquid. Vide CAECVS.

Calidus. Claud. 2. Paneg. 53.

Candida. Ouid. ad Pisonem, 52.

Celeberrimus, Vide CELEBRIS.

Centesimus, Vide CENTESIMVS.

Certa, Vide CERTVS.

Clara. Virg. 5. Aeneid. 9.

Compitalitius, Vide COMPITVM.

Continuus. Claud. 3. Panegy. 38. Vide CONTINEO.

Crastinus, Vide CRAS.

Criticus, Vide CRITICVS.

Cupidus dies, Optatus. Senec. Hippol. 7. 1.

Damnosa dies. Hor. 3. Car. od. 6. 9. Damnosa quid non imminuit dies?

Extremo iam die sua quisque in tentoria dilaberetur. Tacit. lib. 19.

Dies festæ licentiæ. Quintil. lib. 6. cap. 3. 10.

Festus, vel Festa dies. Horat. 3. carm. ode 8. 2. Ouid. 1. Fast. 18. Tacitus libro. 13.

Formosi dies. Ouid. epist. 21. 25.

Fugaces. Lucan. lib. 2. 112.

Genialis. Iuuenal. Saty. 4. 7.

Hilares. Iuuenal. Saty. 15. 5.

Hostilis, Inimica, noxia. Stat. 2. Sylu. 1. 11.

Impetrabiles, Vide IMPETRO.

Infestæ. Lucret. lib. 3. 1184.

Inquibis. Sen. Herc. Oeth. 4. 7.

Instauratiæ dies, Vide INSTAVRO.

Iucunda. Valer. 7. Argon. 68.

Labens. Virg. 4. Aeneid. 16.

Lætus. Virg. 1. Aeneid. 148.

Laxa, Vide LAXVS.

Legitimi dies, Vide LEX.

Lepidus dies, Vide LEPIDVS.

Longa dies. Virgilius 2. Georg. 40. Horat. 1. epist. 14.

Vt nox longa, quibus mentitur amica, diesque
Longa videtur opus debentibus.

Lucidus dies. Seneca Hippol. 10. 9. & 4. 43.

Lucalentus dies, Vide LVCVLENTVS.

Lustricus dies. Suet. in Nerone, ca. 6. Eiusdem futuræ infœlicitatis signum euidens die lustrico extitit. Id est quo lustrum fiebat.

Medius dies, Meridies. Ouid. 3. Metam. 29.

Medium diem pro plaga meridionali dixit Virgilius lib. 3. Georg. 61.

Et fabula à ventis hyberno opponere soli,
Ad medium conuersa diem.

Mœstus dies. Seneca Troade, 4. 2.

Multo denique die, Vide MVLTVS.

Multo adhuc die, vallum ingressus. Tacit. lib. 18.

Natalis dies. Ouid. 1. de Arte, 82.

Nefastus dies. Horat. 2. Carm. ode 13. 1.

Negotiosi dies. Tacit. li. 13. C. Cassius, si pro benignitate fortunæ diis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere diserui, eoque oportere diuidi sacros, & negotiosos dies, quæ diuina colerentur, & humana non impedirent.

Nitidus. Seneca Hippol. 11. 5.

Niualis. Horat. 1. Serm. sat. 6. 6. Vide NIX.

Nuptialis. Senec. Medea, 12. 22.

Operarius, Vide OPERARIVS.

Otiosus, Vide OTIOSVS.

Pandicularis, Vide PANDICVLOR.

Parentalis. Ouid. 2. Fast. 110.

Perendinus, Vide PERENDINVS.

Perexiguus, Vide PEREXIGVVS.

Plaudens. Ouid. 11. Metam. 150.

Postero Iduum die redeuntem à cœna Othonem &c. Tacit. li. 17.

Præceps dies. Sene. Agamemn. 6. 14.

Præcipiti iam die, Liuius elegãtissimè dixit li. 4. Decad. 1. quo modo Curtius vocat præcipitem senectutem.

Primus quæstionis dies contemptus. Tacit. lib. 15.

Profesti dies. Horat. 2. Serm. sat. 3. 29.

Pudibunda dies. Stat. 5. Thebaid. 60. Exoritur pudibunda dies. Id est rubicunda, quòd qui pudore suffunduntur, erubescant.

Pulchra dies. Horat. 1. Carm. ode 36. 2. Et, Pulcher dies in ea significatione, apud eundem 4. Carm. ode 4. 8.

Dura dies. Claud. 2. de Raptu Proserp. 1.

Impulit Ionios præmisso lumine fluctus
Nondum pura dies.

Purpureus dies. Senec. Herc. Oeth. 14. 14.

Sacer dies. Horat. 2. Carm. ode. 12. 4. Tacit. lib. 13.

Sacrificii dies. Ouid. 13. Metam. 129.

Senecta dies. Plin. lib. 2. cap. vlt. 1. Senectam diem obiit in patria.

Sicci dies, Aestiui. Horat. 3. Carm. ode. 29. 4.

– iam Procyon furit,
Et stella vesani leonis,
Sole dies referente siccos.

Solidus dies, Integer & perfectus. Stat. 4. Sylu. 3. 8.

At nunc quæ solidum diem terebat,
Horarum via facta vix duarum.

Partem solido demere de die. Horat. 1. Carm. ode. 1. 4.

Stati dies. Tacit. lib. 20.

Summa dies. Virg. 2. Aeneid. 65.

Suprema dies. Horat. 1. Carm. ode. 13. 4.

Tarda dies. Ouid. 15. Metam. 174.

Tepidi & insolati dies. Vide INSOLO insolas.

Volucris dies. Horat. 3. Carm. ode. 28. 2.

Nubes absondit diem puluere. Senec. 2. Thebaid. 15.

Absumere diem. Vide ABSVMO.

Absumere & decipere diem. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 13.

Absumpta dies querelis. Silius lib. 13. 79.

Adimere diem. Vide ADIMO.

Adest dies. Vide ADSVM.

Admittere diem. Vide ADMITTO.

Dies affert, & hora potius, nisi prouisum est, magnas sæpe cladeꝰ. Cicero in Tuscul.

Agere, vel Agitare diem. Vide AGO 2.

Agitare dies festos. Virg. 2. Georg. 106.

Amittere diem. Stat. 8. Thebaid. 10.

Aperire diem. Vide APERIO.

Proximus dies facié victoriæ latius aperuit. Tacit. in vita Agric. lib. 19.

Appetebat iudicii dies. Vide APPETO.

Cedunt dies. Vide CEDO.

Celebrare dies. Vide CELEBRO.

Componere diem. Vide COMPONO.

Condere diem. Horat. 4. Carm. ode. 5. 6.

Confícere diem. Vide CONFICIO.

Conferere diem nocti. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 2.

Contactus religione dies. Vide CONTINGO.

Conterere diem verbis. Senec. Troad. 8. 5. Vide CONTERO.

Constituere in diem, & diem alicui rei. Vide CONSTITVO.

Consumere diem. Seruius Ciceroni, libro. 4. 12. 2. Quum ab Epidauro Piræum naui adiectos essem, ibi Marcellum Collegam nostrum conueni, eumque diem ibi consumpsi, vt cum eo essem.

Consumere rorum diem in vino. Quintil. lib. 1. cap. 2. 9.

Consumpta dies epulis. Stat. 2. Achil. 50.

Decedens dies. Virg. 4. Georg. 93.

Decrescente die. Vide DECRESCO.

Dedo tibi hunc diem. Vide DEDO.

Deducere dies. Vide EDVCO.

Detinere diem sermone. Ouid. 1. Metam. 137.

Dicere diem alicui propter. Cic. 1. Ver. 73. Nuper Cn. Domitium scimus Decimo Syllano diem dixisse propter vnius hominis Egritomari paterni amici, atque hospitis iniurias.

Dicere diem operi. Cic. 3. Verr. 106. Opus in acceptum retulit quadriennio postquam diem operi dixerat.

Discernere diem noctemque. Virg. 3. Aeneid. 41.

Diem dispersit in vndas Phœbus. Valer. 2. Argon. 16.

Dare diem alicui. Cic. Attico, lib. 4. 86. 2. Vestorio dandi sunt dies. Idem 3. de Nat. Deor. 137. Sed quoniam adueperascit, dabis nobis diẽ alterquem, vt contra ista dicamus.

Liberum diem alicui dare. Senec. Thyeste. 1. 13.

Imbellem diem donare Lyæo. Silius lib. 11. 82.

Lucifer ducit diem. Virg. 1. Aeneid. 159.

Ducenda dies somno. Seneca Thyeste. 5. 13.

Optimi dies vitæ effluunt. Senec. Hippol. 4. 19.

Nubes eripiunt diem ex oculis. Virg. 1. Aeneid. 19.

Eximere diem. Cic. Qu. frat. lib. 2. 10. 9. Cato concionatus est comitia haberi non fiturum, si tibi cum populo dies agendi essent exempti.

Exoritur dies. Lucan. lib. 1. 47.

Diem ex die expectare. Cic. Att. lib. 7. 144. 3. Tibi autem crebrò ad me scribenti de eius officio, nihil rescripsi, quòd diem ex die expectabam vt statuerem quid esset faciendum.

Expectata dies aderat. Virg. 5. Aeneid. 11.

Supremum diem expleuit. Tacit. lib. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nobilem diem facere.Seneca in Herc.Oeth.11.13.
Festinata dies satis,Id est mors permatura.Lucan.lib.5.132.
Extremum diem finire.Seneca Herc.Oeth.9.16.
Flexo in vesperam die,apud Tacitum lib.1.Huc pertinet solēnis illa Livio locutio,pro Cœpta nocte,Primis tenebris.
Fœdare diem nube.Claud.1.de Raptu Proserp.80.
Fulcare diem nube.Valer.1.Argonaut.80.
Honoratus dies.Claud.5.Paneg.52.
Illexit dies.Seneca Herc.Oeth.1.11.
Lætissimus dies civitati illuxit.Cicc.Bruto.15.10.
Impendere diem in re aliqua.Senec.Herc.furente.1.5.In cuius ortu mūdus impedit diem.
Impertire diem festum.Vide IMPERTIO.
Implere diem longis sermonibus.Ouid.7.Metam.135.
Incæstare diem.Stat.11.Thebaid.24.
Inclinat dies.Vide INCLINO.
Incurrere diem.Vide INCVRRO.
Induere diem.Tacit.lib.5.Qualem diem Tiberius induisset.
Indicere diem pugnæ.Vide INDICO.
Infanda dies.Virg.2.Aeneid.37.
Infecere diem volumina nigri fumi.Ouid.13.Metam.132.
Insequens dies.Vide INSEQVOR.
Insolati dies.Vide INSOLO.
Instaurare diem donis,vel ludis,vel voluptatibus.Virg.4.Aeneid.13.
Interfessit dies,vel nox.Vide INTERCEDO.
Intercisa dies.Claud.5.Paneg.35.Vide INTERCIDO.
Paucis interiectis diebus.Vide INTERIICIO.
Intermittere diem.Vide INTERMITTO.
Intercalares dies interponere mensibus.Vide INTERPONO.
Aliquot interpositis diebus.Vide INTERPONO.
Nimbi involuere diem.Virg.3.Aeneid.40.
Lacerare diem.Vide LACER.
Lapsis paucis pōst diebus.Vide LABOR.
Memoranda dies.Stat.1.Sylu.3.3.
Miseranda dies.Seneca Octau.3.4.
Morari diem.Virg.5.Aeneid.15.
Obducere diem.Vide OBDVCO.
Obire diem aliquem.Vide OBEO.
Obrepit dies.Vide OBREPO.
Obrigit dies.Vide OBTINGIT.
Offert dies famem & pauperiem.Plautus Pseud.10.10. Vide Ornatus in ORNO.
Onerare diem commoditatibus.Vide ONERO.
Optata dies.Ouid.epist.20.9.
Orta dies.Virg.7.Aeneid.30.
Pallet dies.Lucan.lib.7.36.
Pandere diem discussa nube,dicitur sol.Senec.Here.Oeth.13.21.
Sæuum pati diem.Valer.8.Argon.20.
Permittere diem precibus alicuius.Stat.4.Sylu.1.7.
– flectēre tamen precibusque Senatus
Permittes hanc sæpe diem.
Postulare diem in.Cic.2.Verr.4.Quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulauissem.
Præcipitante in occasum die.Tacit.lib.19.Legitur & præcipiti.
Premitur dies vicina nocte,Id est vesperascit.Senec.Oedip.112.18.
Processit dies.Virg.3.Aeneid.71.
Producere diē in.Cic.Qu.frat.lib.2.7.1.Dixit Marcellos ā me rogatus: honestē discessimus:producta dies est in quartum Idus Februarii.
Proiicere diem,est mori,apud Statium lib.2.Thebaid.132.Et lib.1.48. Oculos sibi eruere.
Promissa dies aderat.Virg.9.Aeneid.22.
Sol diem curru promit & celat.Horat.in Carm.secul.7.
Raptus à sole dies,Id est obscurus & tenebricosus.Stat.5.Thebaid.73.
Aurora diem reducit.Virg.1.Georg.50.
Sol diem refert,condrúque relatum.Virg.1.Georg.92.
Reluxit dies cæco.Tacit.lib.10.
Renatus dies.Senec.Herc.Oeth.7.24.
Reserata dies,Id est aperta.Nox enim diem claudit.Stat.5.Theb.96.
Laxam diem statuere.Ci.Attico,lib.6.111.18.Diem statuo satis laxam: quam ante si soluerint,dico me centesimas ducturum:si non soluerint,ex pactione.
Dies eorum est.Cic.Attico,lib.8.154.1.Respondit,&c. alios non soluere,aliorum diem nondum esse.
Surgens dies.Virg.3.Georg.80.
Extremum diem fati sustinere.Ouid.1.epist.23.
Tenere diem questu.Senec.Herc.furente.9.4.
Traditur dies die.Horat.2.Carm.18.3.
Venire in diem,pro Nasci,siue io Jucem prodire dixit Solinus cap.4. Scipio Africanus prior qui defuncta parēte quòd excisus utero in diem

venerat,primus Cæsar appellatus est.
Venit dies.Catul.in Epithalamio Iuliæ.56.18.
– neque fœmina pulchrior
Clarum ab Oceano diem Viderit venientem.
Vergens dies in noctem.Senec.Thyest.9.2.
Vesperascente die,sitim haustu gelidæ aquæ sedauit.Tacit.lib.18.
Violare diem statu.Claud.1.in Ruffin.13.
Vmbrare diem telis.Claud.2.in Ruff.25.
¶ Varia diei ciuilis principia fuerunt,testibus Macrobio,lib.1.Saturn. cap.3.& Gellio lib.3.cap.2.Babylonii enim diem ciuilem terminant ab vno solis ortu ad sequentem exortum:Athenienses ab occasu ad occasum:Vmbri à meridie ad meridiē:Romani à media nocte ad mediā noctē,quod postremum,Galli & multæ aliæ gentes obseruant.
Post reperta horologia,Romani diem in viginti quatuor horas partiti sunt.Nā apud antiquissimos,horarū nomē incognitū ratione erat:quū in duodecim tabulis nusquam inueniantur horæ nominatæ.
Diei,Id est lucis partes ex Varrone:Mane,Ortus,Meridies,Occasus.
¶ Dius,pro Die.Plaut.Merc.22.21. Non concedam,neque quiescā vsquam noctu,neque dius Prius,&c.
Diecula,pen.corr.Diminutiuum,(ὑμερίδιον,)Breue tempus & mora,inquit Asconius. Plaut.Pseud.7.88.
Quia aliud malum aderat,istud aberat longius:
Illud erat præsens,hunc erant dieculæ. Terent.And.4.2.27.
– quid me fiet?
Eho tu impudens,non satis habes quod tibi dieculam addo? Vbi Donatus,Dieculam,horam.& est ὑποκορισμα,dieculam,id est temp uscu lum & sumitur ab eo quod est hæc dies. Diecula,mora,& quasi parua dies.Cic.ad Atticum,lib.5.110.18.Commemorat quid olim etiā mali C.Iulius fecerit,quum dieculam duxerit,nunquam Resp.plus. Idem Cicero,Præterea dieculam adderem.
Diespiter,penult.corr.(ὑμεσπατηρ,) dicit Iupiter,Id est diei pater,vt ait Varro lib.4.de Lingua Latina.
Diespiter igni corusco nubila diuidens.Horat.1.Carm.ode.34.1.
Diurnus,Adiectiuum,(ὑμερήσιος,)Quod in die fit.Ci.de Senect.74.Ancenes (vt de meipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos,nocturnosque domi,militiæque suscepturum fuisse,&c. Idem 1.Tuscul.77.
Acta vrbis diurna.Tacit.lib.13.
Quies diurna & nocturna.Cic.2.de Lege Agr.21.Versantur enim Quirites in animo meo multæ,& graues cogitationes,quæ mihi nullā partem neque diurnæ,neque nocturnæ quietis impartiunt.
Scriptura actorum diurna.Tacit.lib.3.Non apud authores rerum,non diurna actorum scriptura reperio.
Diurna stella Plaut.Menæch.4.60.Inde vsque ad diurnam stellam crastinam potabimus.
Spatium diurnum & nocturnum.Cic.1.de Inuent.55.
¶ Diurna dicuntur etiam quæ seruis in diem dantur demensa.Seneca, epist.81.Diurnum accipit,in centunculo dormit.
Populi Romani diurna per prouincias,per exercitus curantium legūntur.Tacit lib.16.
Dies,& Diutinus,& Diuturnus.Vide suo ordine in DIV.

Diffāmo, diffamas,penult.product.(διαφημίζω,)diffamare.Tacitus,A Nerone probroso carmine diffamatus,contumelias vltum ibat.
Adulterium diffamatum.Ouid.4.Metam.48.

Diffarreatio, Sacrificii genus,quod apud antiquos inter virum & vxorem fiebat,quasi dissolutio. Huius contrarium est Confarreatio. Fest.

Differtio, differcis,differsi,differtum,(πληθω,) differcire,à simplici farcire.Implere significat.Horat.1.epist.6.12. Differtum transite forum.Idem.1.Serm Saty.5.1.
– Inde forum Appi Differtum nautis.
Odoribus differtum corpus conditur.Tacit.lib.16.

Differo, peu.prod.differs,distuli,dilātum,(διαφέρω,ἀναβάλλομαι,ὑπερτίθεμαι,ἀναπτύω,) differre,In diuersas partes ferre.Plaut.Rud.10.38.
Nos cum scapha tempestas dextrouersum Differt.
¶ Differre,pro Auferre,extrahere,& aliò transferre.Varro.1.de Re rustica.cap.4.Cythisum seritur in terra bene subacta,tanquā semen brassicæ:inde differtur,& in sesquipedem ponitur.
Castra in plano sita,vi fluminis differebantur,hoc est iactabantur. Tacitus libro.21.
¶ Differre aliquē,Disturbare,& in diuersum ferre,inquit Donatus.Terent.And.2.4.5.Orationem sperat inuenisse se qua differat te. Idem Pseud.5.124.Iam ego te differam dictis meis.
Differri,& differri doloribus,Idem.Plaut.Cistel.5.5. Miser examinor,fe ror,differor,distrahor,deripior.Terent.Adelph.3.4.40. Miseram me differor doloribus.
Differri amore vel cupiditate,aut lætitia.Plaut.Epid.3.15.Et Milit.16. 20.

16. Item in True.15.3.Dii magni vt ego lætus sum,& lętitia differor.
Inuidia differri,Id est traduci.Propert.lib.1.eleg.15.10.
Dolorem differre.Lucanus lib.2.8.Nunc laniate comas,nēve hunc differte dolorem.
Differre famam aliquam alicui.Plaut.Trin.10.63. – nolo ego mihi te
Tam prospicere,qui meam egestatem leuesse vt inops
Infamisve sim,ne mihi hanc famam differant,me
Germanam meam sororem in concubinatum tibi sine dote
Dedisse magis,quàm in matrimonium.
Differre rumorem,pro Diuulgare,inquit Donatus. Terent.in Prolog. Heauton.16.Nam quòd rumores distulerunt malevoli,Multas contaminasse Græcas,&c.
Variis rumoribus aliquid differre.Tacit.lib.1. Pars multo maxima imminentcis dominos variis rumoribus differebant.
Differre vlmos in versum,pro In ordinem mittere vel ponere.Virgil.4. Georg.Ille etiam seras in versum distulit vlmos.
¶ Differre,Distare,cui cōtrarii est Idē valere.Varie autem construitur.
Differunt inter se,& Copulata sunt,contraria.Cic.4.Tusc.36. Hæc quæ dico,cogitatione quidem inter se differunt,re verò copulata sunt.
Differre & Idem esse,contraria.Cic.1.de Inuen.57. Quare quum genere idem sit:fit aliud quod parte quadam & specie,vt dicimus,differat.
Differre,& Similes esse,contraria.Cic.2.de Orat.53.Itaque & illi Theopompus,Ephorus,Phylistus,Naocratæ,multique alii naturis differunt voluntate autem similes sunt inter sese.
Distare & differre.Cic.Topic.17.Quanquam enim vocabula prope idē valere videantur:tamen quia res differebant,nomina rerum distare voluerunt.
Interesse & differre.Cicc.3.de Orat.108.Mirabile est,quum plurimum in faciendo interfit inter doctum & rudem,quàm non multum differat in iudicando.
Differre à.Plaut.Trucul.14.12.Ita vt pauxillum differat à cauillis. Cic. pro Cecinna,29.Quō hoc ab illo differt? Sic Differre plurimum à bestiis,Cic.2.de Finib.75.
Differre à cæteris robore.Plin.in quadam epistola.Sic Differre vestitu ab aliquo,Cic.8.Philipp.255.
Differunt in candore.Plin.lib.9.cap.35.9.
Differunt inter se.Cic.5.Verr.176.Ea res quam ego dico,& ea quam tu fecisti,inter se genere iniuriæ,non magnitudine pecuniæ differat. Idē 3.de Finib.51.Sed eorum definitiones paulūm oppidò inter se differunt. Idem 1.Verr.33.At vide quid differat inter meam opinionem ac tuam. Cæsar 1.bel.Gall.2.Hi omnes lingua,institutis,legibus inter se differunt.
Inter locum & locum multa plurimum differunt.Cic.de Fato,11.Inter locorum naturas quantum interfit videmus,alios esse salubres,alios esse pestilentes,in aliis pituitosos,& quasi redundantes,in aliis excitatos atque aridos,multaque sunt alia quæ inter locum & locum plurimum differant.
Nihil,aut non ferè multum differunt ætates vestræ vt illorum. Cicc.de Claris Orat.77.
Multum differre ab,&c.Vide MVLTVS.
Differre nominibus.Cic.1.Acad.24.
Paulum differre,Vide PAVLVM.
Differunt paulum pedibus simiæ.Plin.lib.11.cap.44.1.
Conchæ conchis differunt.Sobaudi præpositionem à.Plt.lib.9,cap.35.5.
Rer cum re differt.Cic.2.de Inuent.134.Deinde quid res cum re differat, demonstrabitur,vt non idem videatur de vtraque existimari oportere. Et lib.1.95.
Titulo differre.Ouid.1.de Ponto,eleg.1.4.Rebus idem,titulo differt.
¶ Differre,(ἀναβάλλειν,)Prorogare,& spatiū temporis extēdere.Mart. lib.10.44.Gaudia tu differs,at non & flamma differt Atropos.
Differre & procrastinare.Cic.pro Rosc.Ame.15.Primò rem differre quotidie ac procrastinare illi coeperunt.
Differre & reseruare.Cic.Qu.fratri,lib.2.9.3. Sed cætera (vt scribis) præsenti sermoni reseruentur:hoc tamen non queo differre.
Ad aliquod tempus aliquid differre,Cic.in Vatinium,22.Tua fraus,tuum maleficiū,tuum scelus illud est,te id quod promulgasses misericordiæ nomine,ad crudelitatis tempus distulisse.
In annum differre aliquid.Horat.1.epist.2.8. Differs curandi tempus in annum.
Differre in posterum diem,in aliud tempus,in mensem. Cæsar.1.bel.Ciuil.143.& 352. Martialis lib.7.94. Cicc.4.Tuscul.127. Et ad Lucium,lib.5.12.35.
Differre aliquem.Mart.li.13.55.Musteus est,propera,charos nec differ amicos. De petasone loquitur.
Aliquem in aliud tempus differre.Cic.Lucio,5.12.35. Sinautem differs me in tempus aliud,coràm tecum loquar.
Differre in alium fermonem.Cic.de Vniuersitate,38.
In posterum sermonem differre.Cic.Attico,lib.8.105.7.
Distulit in seram commissa piacula mortem.Virg.lib.11.Aeneid.

In vltimum differre aliquid.Quintil.lib.7.cap.2.9.
Animum differre,Id est iram & impetum.Stat.5.Thebaid.148.
– differte animos,festinaque tela Ponite.
Bellum differre.Lucan.lib.3.11.
Certamina differre.Ouid.6.Metam.11.
Differre diem de die.Liu.5.bel.Pun.144.Quum is diē de die differret.
Diem edicti differre.Cic.3.Philipp.137.Diem edicti obire neglexit,& ante diem quartum Calendarum Decembris distulit.
In aduentum alicuius & īputatione differre.Cic.Curioni,lib.2.2.7. Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo.
Gaudia sua differre.Ouid.6.Metam.103.
Differre honorem.Plin.in Paneg.94.Magnum est differre honore m,gloriam maius.
Iter differre.Claud.4.Paneg.91.
Mandata differre.Propert.lib.3.eleg.16.2.
Et si distulero nostro mandata timore,&c.
Mortem differre per multa secula,Id est viuere multa secula. Iuuenalis, Satyra.10.25.
Opus differre.Ouid.1.Fast.15.
Paulisper differre.Vide PAVLISPER.
Pœnam differre.Claud.de bel.Getico.79.
Differre se in horas venturas.Ouid.1.de Remed.amor.19.
Sed propera,nec te venturas differ in horas.
Differre sitim.Plin.epist.22.c.Mirareris si interesses,qua patientia hanc nostram valetudinem toleret,vt dolori resistat,vt sitim differat.
Distulit ira sitim.Ouid.6.Metam.74.
Tempus in aliqua causa differre.Cic.4.de Diuin.2.In hac mea causa tēpus dilaturum putas?
Tempora differre.Ouid.9.Metam.154.
Vadimonium differre cum aliquo.Cicero Attico,lib.2.22.2. In hominē ire cupiebam:non me hercule vt differrem cum eo vadimonium:nā mira fuit alacritate ad litigandum.Magistratuum autem erat,nec nisi magnis ex causis fiebat,vt in luctu publico & vt iustitium indicebatur,& huiusmodi causis. Iuuenalis,Saty.3.21. Si magna Astyrii cecidit domus,horrida mater,
Pullati proceres,differt vadimonia Prætor. Hæc Badæus. Plin.lib.7. cap.53.4.Differri iubet vadimonium. Erat etiam litigatorum.Cic.p Quintio.12. Deinde Romæ dies xxx ferè Quintius commoratur: cum cæteris quæ habebat vadimonia differt.
Distulerunt vadimonia chartæ,per translationem.Martial.lib.8.61. Cum modò distulerint raucæ vadimonia chartæ.
¶ Differre,pro Discerpere.Horat.Epod.5.21.
Post insepulta membra different lupi,
Et exquilinæ alites.
¶ Differre.pro Diducere.Horat.Epod.ode.10.2.
Niger rudentes Eurus inuerso mari
Fractosque remos differat. Hoc est cessare faciat. Acron. Non ma le tamen exposueris,Huc illuc difficiat,dissipet,in diuersa ferat.
Aquilo differt nubila.Virg.3.Georg.39.Id est dissipat. Seruius.
Differens,penul.cor.(διαφέρων,)Participium.Cic.de Fato.13. Quoniā igitur,inquit,tantum natura à natura distat,quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas?
Differens,& Congruens,contraria. Cic.1.de Legib.55. Aristotelem & Theophrastum cum illis congruentes re,genere docendi paulùm differentes,secuti sunt.
Differens & Par,cōtraria.Cic.1.de Legib.44.Etenim ratio,qua vna præstamus beluis,&c.certè est communis,doctrina differens,discendi qui dem facultate par.
Differentia,huius differentiæ,(διαφορά,)Cic.4.Acad.199.Quod videretur esse quædam in visis differentia. Plin.lib.10.cap.25.1.Tempotum magna differentia auibus.
Differentia & dissimilitudo.Cic.5.de Finib.31. Ita fit vt quanta differentia est in principiis naturalibus,tanta sit in finibus bonorum malorūque dissimilitudo.
æ Differentia,pro Dilatione.Quintil.lib.7.134.b.
Differentia angusta.Plin.lib.21.cap.5.2. Ita odor colorúque duplex,& alius calycis,alius staminis,differentia angusta.
Dilātus,pen.prod.(ἀναβεβλημένος,)Participium.Cic.4.Verr.53.Quasi metueret ne Petilius priuato illo iudicio transacto,aut dilato,cum cæteris in consilium reuerteretur.
Merces dilata officiis,Officia non statim cōpensata.Claud.8.Paneg.51.
Pœna dilata in tempus mortis.Ouid.3.Trist.eleg.3.7.
Vindicta dilata.Ouid.12.Metam.2.
Pars laborum dilata.Ouid.3.Metam.35.
Dilatio,Verbale,(ἀναβολή,)Prorogatio.Plin.lib.18.cap.10.2. Nec vlla segetum minus dilationem patitur.
Dilatio comitiorum.Cic.ad Att.lib.2.30.2.& pro Lege Manil.1.
Temporis dilatio.Cic.3.Philip.124.Quæ est igitur expectatio,aut quę minima dilatio temporis?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pati dilationem. Vide PATIOR.
Petere dilationem. Plin. epist. 18. a. Scribis te perterritum somulo: vereri ne quid aduersi in actione patiaris. Hinc rogas vt dilationem petam, & pauculos dies.
Per dilationes bellum gerere. Id est pedetentim & per interualla. Liuius, lib. 5. Cum iis qui septies rebellarunt, molliter ac per dilationes gerenda sunt bella.
Dilator, pen. prod. dilatoris, (ἀναβλητής,) Verbale, masc. Horat. in Arte. 3. Syde Grosius. Dilator, siue longus, iners, auidusque futuri.
Differitas, (διαφορὰ, pro differentia, apud antiquos. Lucret. lib. 4. 128. Tantaque in his rebus distantia, differitasque est. Nonius.
Diffibulo, ,diffibulas, pen. corr. (ἀποπερόω,) diffibulare, Est fibulis dissoluere. Stat. 6. Thebaid. 114.
Tandem expectatus volucri super agmina saltu
Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro.
Difficilis, & hoc difficile, pen. corr. (χαλεπὸς, δύσκολος, δυσχερὴς, δυσμενὴς, δύσβατος, δυσπρόσοδος, δύσκολος, δυσπρόσιτος,) Notæ significationis. Ter. Heaut. 4. 1. 8. Nihil tam difficile, quin quærendo inuestigari possit. Idem And. 1. 3. 6. Cui verba dare difficile est. Plaut. Trin. 10. 21. Difficilis, facilis: iucundus, acerbus ex idem.
Nec tecum possum viuere, nec sine te. Martial. lib. 12. 47.
Nec graue, nec difficile. Cic. 1. de Inuent. 116. Nec fuisse ei graue, nec difficile, eam causam excipere, quam aduersarii proferant.
Aditus difficiles. Ouid. 1. de Remed. Amor. 24.
Difficillimus & carissimus amor ab meretrice auara. Terent. Eun. 5. 4. 4.
Bilis difficilis. Horat. 1. Carm. ode. 13. 1.
Difficilis homo, Morosus. Plaut. Merc. 18. 14. Verùm si non amant, oderunt, molesti itidem atque difficiles. Terentius Heautou. 3. 2. 24. At si hunc difficilem inuirum seruaret senem. Ibidem. 5. 1. 62. Difficile ostendis te esse, & ignoscas tamen. Post. Cic. de Senect. 7. Moderati enim, nec difficiles sunt.
Difficilis & morosus. Cic. in Orat. 56. Vt vsq; eo difficiles ac morosi sim.
Iunxa difficilis. Ouid. 8. Metam. 35.
Labor difficilis. Ouid. 2. de Arte. 108.
Scopulosus difficilisque locus. Cic. 1. Verr. 19.
Difficiles nugæ. Martial. lib. 2. 86.
Obitus difficilis, id est mors difficilis. Virg. 4. Aeneid. 130.
Illepidus & difficilis in liberos parens. Cic. 3. de Nat. Deor. 102.
Parentem habere auarum, illepidum, in liberos
Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. Ex quodam poeta.
Arduæ & difficiles res. Gis. 2. de Inuent. 141.
Contortæ res & difficiles. Cic. 1. de Orat. 130.
Difficiles & obscuræ res. Cic. 1. Offic. 19.
Difficilis & multum sæpe quæsita res. Cic. 3. de Legib. 48.
Obscura res, & difficiles explicatus habes. Cic. 3. de Na. Deor. 136. Hæc fere dicere habui de Natura Deorum, non vt eam tollerem, sed vt intelligeretis quam esset obscura, & quàm difficiles explicatus haberet.
Scopuli difficiles. Virg. 5. Aeneid. 172. Iamque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat Difficiles quondam.
Difficillimum & eip. tempus. Cic. 5. Philipp. 197. & Difficillimum solutionis tempus. Cic. pro Cecinna. 8.
Difficiles primùm terræ, collesque maligni. Virg. 2. Georg. 36. Hoc est contumaces & duræ.
Difficilis transitus. Cæsar. 6. bel. Gall. 21. Erat inter Labienum atque hostem difficilis transitu flumen, ripisque præruptis. Sic difficilis locus. Sallust. in Iugurtha. At reges vbi de aduentu Marii cognouerunt, diuersi in locos difficiles abeunt. Cæsar. 8. bel. Gall. 11.
Via difficilis. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 1.
¶ Difficilem esse precibus alicuius. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 4.
Prouincia aditu difficilis. Tacit. lib. 17.
Difficilis collectu. Plin. lib. 12. ca. 19. 4. Ipse sintex gignitur in planis, sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu.
Difficile dictu. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 4. Quod cure vis qua quisq; in te fide sit, & voluntate, difficile dictu est. Idem. 2. Tuscul. 29. Difficile dictu videtur, cum, &c.
Difficile est dicere. Cic. 4. Acad. 62. Vt difficile sit de temeritate eorum, per inde vt causa postulat, dicere. Horat. in Arte. 26.
Difficile ad finem. Liu. 3. ab Vrbe. 21. Difficile ad fidem est tam in antiqua re, quor pugnauerint, ceciderintve, exacto affirmare numero.
Res difficilis ad credendum. Lucret. lib. 2. 206.
Difficile ad eloquendum. Cic. 1. Offic. Difficilius est ad elaquēdum, sed satis erit intelligi.
Difficultas, difficultatis (χαλεπότης, δυσχερεία, δυσκολία, δυμένεια,) Plautus Epid. 5. 102. Nequa ob eam suspicionem difficultas eueniat.
Difficultas & dolor. Cic. Attico, lib. 3. 14. 2. 8. In vtraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor.
Difficultas & labor. Cic. pro Cloentio. 1. Prospicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura.
Difficultas & magnitudo rei. Cic. 1. de Orat. 9. Quid enim aliud in maxima discentium multitudine, &c. esse causæ putet, nisi rei quandā incredibilem magnitudinem ac difficultatem?
Pericula & difficultates. Cicero, Antequam iret in exilium. 63. Si Quirites eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus, &c.
Domestica difficultas & turpitudo. Cic. 1. in Catil. 10. Ad illa venio, quæ non ad priuatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem, ac turpitudinem, sed ad summam Reip. atque omnium nostrum vitam, salutemque pertinent.
Difficultas in audiendo. Plin. Pan. 9. 132. Videmus vt pronunciarum de syderiis, vt singularum etiam claritatū præfidiis occurrat, nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora.
Difficultas maxima quòd. Plin. epist. 157. a. Vna, sed maxima difficultas, quòd hæc æquare dicendo arduum.
Difficultas nulla à me. Terent. Hecy. 4. 4. 45. Neutra in re vobis difficultas à me erit.
Difficultas nummaria, & rei nummariæ, Id est paupertas, vt ait Asconius & inopia. Cic. 6. Verr. 10. Nom tanta difficultas eum rei nummariæ remuneris. Idem. 4. Verr. 49. Et simul ostendit, se in summa difficultate rei nummariæ. Vide NVMMVS.
Difficultas summa ob. Cæsar. 4. bel. Gall. 153. Erat ob has causas summa difficultas, quòd maues propter magnitudinem, nisi in alto constitui non poterant.
Difficultas annonæ, summáque inopia rei frumentariæ. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 10.
Difficultas corporis. Cel. lib. 2. cap. 2. ad finē. Nunquid sæpius horū aliquid euenit, ac neque ideo corporis vlla difficultas subsequatur.
Difficultas spirandi. Celsus, libro. 2. cap. 1. ad finem. Obesi plerunq; actis morbis & difficultate spirandi strangulantur, subitoque sæpe moriuntur. Quod in corpore tenuiore vix euenit. Idem lib. 4. cap. 4. Sic Plin. lib. 20. cap. 17. 8.
Difficultas spiritus. Celsus lib. 5. cap. 25. Sine autem capitis dolore, siue vlcera, siue lippitudo, siue dentes, siue spiritus difficultas, siue intestinorum tormenta, siue inflammatio vuluæ est, &c. Idem, lib. 2. ca. 10. Quicquid denique fauces difficultate spiritus strangulat.
Difficultas vrinæ. Plin. lib. 20. cap. 11. 5. Difficultatibus vrinæ semē eius decoctum ex mulsi potum medetur.
Nullis difficultatibus Pop. Rom. Cic. 2. Verr. 41. Quod tum recentibus suis officiis, integra re, nullis Pop. Rom. difficultatibus à maioribus susceptis fedare assequi potuerunt, idque nullo nouo officio suo tot annis pòst, dure imperii nostri quotannis vsurpatum ac semper retētum, summa in difficultate nanum, à C. Verre pretio adsecuti sunt.
¶ Absunt à nobis hę difficultates. Vide ABSVM.
Affectata difficultas. Quintil. lib. 1. cap. 1. 22.
Afferre difficultatem magnam voluntatisque diligentiæ aliculus. Cic. Quintil. lib. 1. 147. Vide AFFERO.
Affert summam rei difficultatem. Quintil. lib. 6. cap. 3. 4.
Afficere difficultate. Vide AFFIGIO.
Afficiatque affligi difficultatibus. Cic. pro Quintio. 5. Tot tantisque difficultatibus afficetes, atque afficiūs, &c.
Circumuentus difficultatibus. Vide CIRCVNVENIO.
Conflictatus multis per eos dies difficultatibus. Liu. lib. 10. Decad. 4.
In difficultates aliquas delabi. Cic. de Fato. 57. Dum autem verbis student suis, delabitur in eas difficultates.
Exorbere difficultatem. Cic. pro Murena. 17. Præsto fuit multis, multorū stultitiā perpessus est, arrogantiam pertulit, difficultatem exorbuit.
Habere difficultatem. Cic. Att. lib. 13. 27. 5. De nomine tu videbis cum Cispio: sed si Planco destinat, tum habetes difficultatem.
In magnam aliquam difficultatem incurrere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 2. 8. Nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Vide INCVRRO.
Infringere difficultatem alicuius rei. Vide INFRINGO.
Perrumpere difficultatem. Vide PERRVMPO.
Pertimescere difficultatem alicuius rei. Cic. 1. de Orat. 59. Vt enim quisque optime dicit, ita maximè dicendi difficultatem variosque euentus orationis hominumque pertimescit.
Difficile, Aduerbium, (χαλεπῶς,) Plin. lib. 27. cap. 12. 14. In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficile euellatur. Idem, lib. 11. cap. 18. 4. Apibus inimicæ & oues, difficile se à lanis earum explicantibus. Cic. 1. de Inuent. 247. Difficile autem fieri, quòd quanquam laboris, sumptus, molestiæ, longinquitatis indiget, &c.
Difficillimè. Plinius, lib. 16. cap. 33. 1. Cupressus aduena, & difficillimè nascentium fuit.
Difficulter, difficilius, difficillimè. Aduerbium, (δυσκόλως,) Plinius libro 11. capite. 53. 5. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis, acria, nimia, & auide hausta, & in æstate quàm hyeme difficilius. Liuius. 6. belli Punici. 195. Circundati pedites haud difficulter impetus incurrentium Numidarum arcebant.
Difficulter atque ægre fiebat. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 131. Hoc iam rem deduxerat,

duxerat, vt Equites, etsi difficulter atque ægre fiebat, possent tamen atque auderent flumen transire.
Difficulter ambulare. Plin. lib. 10. cap. 19.
Haud difficulter persuadere Latinis. Liu. 1. ab Vrbe. 128.
Difficulter, pen. corr. (δυσχερῶς,) nō dici, docet Valla in Pogium, legitur tamen apud Columellam, (si mendosus sit locus) lib. 5. cap. 5. 1. His igitur velut primordiis talis ratiocinii perceptis, non difficiliter mensuras subimus agrorum.
Difficiliter internoscere aliquid. Cic. 4. Acade. 91. Cur non etiam vt valde verisimile est cur deinde non vt difficiliter à vero internoscatur? Et statim, Quomodo autem simis, vt siquid, cui simile esse possit, sequatur vt etiam difficiliter internosci possit?
Diffido, ,diffidis, pen. prod. diffisus sum vel fui, diffisum, (ἀπιστέω,) ,diffidere, Credulitatem deponere, siue desperare.
Diffidere sibi. Plautus Rudens. 1. 82. Valete, vt hostes vestri diffidant sibi.
Diffidere alicui. Salpit. ad Ciceronē, lib. 4. 5. 11. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere.
Defatigari, & diffidere in prohibendis malis. Brutus Cic. 16. 17. Te Ciceronem rogo atq; horror, ne defatigēre, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis.
Dubitare, & sibi ipsi diffidere. Cic. 1. de Diuin. 11. Quærā omnia, dubitās plærunque, & mihi ipse diffidens.
Iacere, & diffidere, Destitutum spe esse. Cic. pro Murena. 42. Videsne tu illum tristem, demissum iacere, diffidit, abiecit hastas.
Dictis alicuius diffidere. Lucret. lib. 1. 68.
Diffidere ingeniis. Cic. pro Rosc. Amerino. 49.
Memoriæ diffidere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 2.
Perpetuitati bonorum suorum diffidere. Cic. 2. de. Fin. 138. Qui autē diffident perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando amissis illis sit miser.
Diffidere rebus suis. Liu. 1. ab Vrbe. 7.
Sententiæ alicui diffidere. Cic. 5. Tusc. 4.
Sibi, ac suis diffidere fortunis. Cic. Antequam iret in exilium. 7.
Diffidere de. Author ad Herennium, Et de nobis diffidimus.
De aliquo diffidere. Cic. Attico, lib. 12. 27. 1. De Othone diffido fortasse, quia cupio.
Diffido posse. Cic. in Oratore. 11. Sed hanc eloquentiam, quæ cursu magno, sonituque ferretur, quā sui picerent omnes, quam admirarentur, quā se assequi posse diffiderent. Idem Qu. fratri. lib. 1. 1. 1. Vt rem posse confici non diffiderem. Idem 4. Acade. 15. Inuenire se posse quod cuperent, diffisi sint. Ibidem, 116. Non tamen vt ei respondere posse diffiderem. Cato cap. 157. 10. Quos diffidas sanos facere, facies.
Diffidere, cum participio. Cæsar bel. Gall. lib. 6. Diffidens Cæsarem de numero dierum fidem seruaturum. Id est ne Cæsar seruaret quod promiserat de suo reditu.
Diffisus, pen. prod. Participium, (ἀπιστήσας,) vt Diffisus fidei alicuius. Cicero 2. Verr. 10.
Ingenio suo diffisus. Cic. pro Murena, 58. Patebor enim Cato me quoque in adolescentia diffisum ingenio meo, quæsisse adiumenta doctrinæ.
Viribus diffisus. Lucan. lib. 4. 19.
Diffidens, pen. prod. (ἀπιστῶν,) Qui desperat. Plaut. Merc. 22. 15.
Nam quemuis confidentem facile tuis factis facis,
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo. Idem Capt. 3. 9. Nihil agit qui diffidentem verbis solatur suis.
Diffidens & desperans rebus suis. Cic. in Pisonem, 70.
Diffidenter, Aduerbium, (ἀπίστως,) Cic. pro Cluent. 1. Altera tantummodo consuetudinis causa timide & diffidenter attingere rationem veneficii criminum. Liuius 2. bel. Maced. 82. Miramini cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi, vt pro rege arma caperemus, modò egerit.
Diffidentia, diffidētiæ, (ἀπιστία,) cui oppositum est Fidentia. Cic. 4. Tusc. 130. Etsi fidentia, id est firma animi confirmatio, scientia quædā est & opinio grauis, non temere assentiens, metus quoq; est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. de Inuēt. 243. Quod genus, fidētiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est. Audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen vitium est. Ouid. 2. de Remedio amor. 50.
Per quoque longus amor, quem diffidentia nutrit.
Diffindo, diffindis, diffidi, pen. corr. diffissum, (διαιρέω,) diffindere, In diuersas partes findere. Virgil. 9. Aeneid. 118.
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectū extendit arena. Horatius 3. Carm. ode 16. 3.
-diffidit vrbium
Portas vir Macedo.
Diffindere in longitudinem. Cic. de Vniuersit. 32. Hanc igitur omnem cōiunctionem duplicem, in longitudinem diffidit, mediæque accommodauit medium, quasi decussauit.
Diffindere diem. Gellius libro. 13. capite. 1. Iussi igitur diem diffindi, atque inde à subsellijs pergo ire ad Phauorinum philosophum, &c.
Liuius 9. ab Vrbe. 203. C. Papyrius Iunium Bubulcū magistrum Equitum dixit, atq; ei legem Curiatam de imperio ferenti, triste omen, diē diffidit. Quibus ex locis conijcere facile possumus diffindere diem id esse aut olim fuisse, quod nos rem in crastinum cōtinuare dicimus, vel remittere. Tria enim erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffindebatur, id est res in posterū diem reijciebatur: aut cō perendinabatur, id est in tertium diem differebatur: aut iudex non liquere pronūciabat. Vlpianus Lege 2. Siquis cautionibus, Et ideo erit Lex XII. TAB si iudex, vel alter vter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicii esse diffissum. Budæus.
Diffindere medium. Cato cap. 41. 1. Vitem sic insertito præcidito quam inseres, eamque mediam diffindito per medullam. Idem cap. 160.
Diffindere minutē humum. Colum. lib. 2. cap. 4. 5. Nam vel resputur dutritia soli, dens aratri vel si qua pte penetrauit, non minutē diffindit humum, sed vastos cespites conuellit. Quædā exēplaria legūt diffundit.
Diffissus ramus. Varro 1. de Re rust. cap. 40. 6.
Diffissum saxum. Cic. 1. de Diuinat. 47.
Diffingo, ,diffingis, diffinxi, distinctum,) διαμορφόω,) diffingere, Corrumpere & deturpare quod fictum & formatū est. Horatius lib. 1. Carm. ode 35. -ô vtinam noua
Incudi diffingas retusum in
Massagetas, Arabasque ferrum. Quidam hic interpretantur, in nouā formam fingere. Sic enim ait Acron, Diffingas, confusum reformes. Nam sicut fingere, formare dicitur: sic & diffingere, est quasi rursum reformare. Idem 2. Serm. saty. 1. 16. Equidem nihil hinc diffingere possum. Id est non possum negare rem sic non se habere.
Diffingere, infectumque reddere, Horat. 3. ode 29. 10.
-neque Diffinger, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit. Id est confundet, immutabit, siue connellet. Acron.
Diffiteor, ,diffitēris, pen. prod. diffitēri, (ἀπαρνέομαι,) Negare. Cicero ad Senatum, lib. 10. 8. 9. Itaque nunquā diffitebor, multa me, vt ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse iniurias, & dissimulasse cum dolore. Columella lib. 4. cap. 1. 6. Nam quòd in profundo semina frigore laborare dicuntur; nos quoque nō diffitemur. Ouid. 3. Amorum, eleg. 13. 6. Et pudor obscenum diffiteatur opus, & Quintil. lib. 1. & tamen adiuuari exercitatione nō diffitentur. ex lib. 6. Quid diffitendum.
Diffio, ,diffias, diffiare, (διαπνέω,) Flatu prosternere, siue disturbare. Plaut. Milit. 3. 17. Cuius tu legiones diffiasti spiritu, quasi ventus folia.
DIFFLOR, difflaris, passiuum Solinus cap. 13. Ara est in cacumine Iouis dicata, cuius altaribus siqua de extis inferuntur, nec diffluantur ventosis spiritibus, nec pluuijs diluuntur: sed volutę altero anno, cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi reperiuntur. Difflari, Flatu dispergi, dissipari.
Diffluo, ,diffluis, diffluxi, diffluxum (διαρρέω,) diffluere, In diuersas partes fluere. Plin. libro 11. cap. 13. 2. Qui edere, abiciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt. De mulle venenato loquitur.
Humor diffluit. Lucret. lib. 3.
¶ Diffluere otio, siue luxuria, siue lasciuia: veluti laxis habenis & cum quadam luxuria lasciuire, laxarique prodigum esse. Cic. 1. Offic. 140. Atque etiam si cōsyderare volemus quæ sit in natura excellentia & dignitas, intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter viuere: quamque honestum, parce, continēter, seuere, sobrie. Idem 3. de Oratore. 72. Illi rati in literis, ardentesque his studijs, otio diffluentes, non modo nihil acquisierint, sed ne relictū quidem & traditum & suum conseruauerint.
Animus diffluit luxuria & lasciuia. Terent. Heaut. 5. 1. 73.
-vt eius animum, qui nunc luxuria & lasciuia
Diffluit, rerudam, redigam, vt quó se vertat nesciat.
Dilapsa fluxerunt. Cic. pro Marcello. 14. Omnia quæ dilapsa diffluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. In vetustioribus exemplaribus legitur delapsa.
Diffluens, Participium. (διαῤῥεῦν.)
Diffluens ac solutum. Cicero in Oratore. 128. Aut si alicuius inconditi artipias dissiparam aliquam sententiam, eamque ordine verborū paulum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud quod fuerit antea diffluens ac solutum.
Diffringo, ,diffringis, diffregi, pen. prod. diffractum, (κατεαγνύω,) ,diffringere, In varias partes frangere. Plautus Asin. 9. 69. Crura hercle diffringentur.
Diffugio, ,diffugis, pen. corr. diffugi, diffugitum, (διαφεύγω,) diffugere, Huc & illuc fugere. Cic. 3. Offic. 156. Qui periculo mortis diffugissent. Cæsar 8. belli Gallici 125. Ii repentino malo perterriti diffugiunt ad sua præsidia.
Niues diffugēre. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.
Stellæ diffugiunt. Ouid. 1. Metam. 24.
Terrores animi diffugiunt. Lucret. 3. 4.

Diffugere ex castris. Hirtius lib. 5. belli Africani. 125. Idem significat quod fugere.

Diffugere domum. Liu. 8. bel. Pun. 9. In proximas delapsi syluas, inde domos diffugerunt.

¶ Diffugere, pro Vitare. Cice. 5. Verr. 35. Diffugerunt enim permulti, id quod ostendam.

¶ Diffugere, idem quod Refugere, & renuere. Varro 2. de Re rust. cap. 4. 3. Nec tamen diffugio quin dicam quæ scio de illo pecore. Alia exemplaria habent Defugio.

Diffugium, diffugii, (διαφυγή,) Tacitus, Proximorum diffugia languentibus iam studiis.

Diffundo, diffundis, diffudi, diffusum, pen. prod. (διαχυμα, διαχέω,) diffundere, Spargere. Cic. 2. de Nat. deo. 38. Quæ neque congiaciaret frigoribus, neque nive pruinaque cõcrescerent, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

Anima diffunditur. Lucret. lib. 3. 88.

Animi alicuius diffundere, Est exhilarare aliquẽ. Ouid. 1. de Arte amã. 44.
Stabunt iuuenes lætis, mistæque puellæ,
Diffundetque animos omnibus illa dies.

Comas diffundere ventis. Virg. 1. Aeneid. 65.

Crimen paucorum diffundere in omnes. Ouid. 3. de Arte. 2.

Flendo diffundere dolorem vel iram. Ouid. 9. Metam. 29. Et epist. 8. 15.

Iubar diffundere. Valer. 3. Argonaut. 112.

Diffunditur morbus à capite. Plin. epist. 87. Vtqui in corporibus, sic in imperio grauissimus est morbus qui à capite diffunditur.

Diffunditur oratio. Plin. in Paneg. 94. 2. Quo fit vt prope in immensum diffundatur oratio mea, & necdum de biennio loquor.

Terra diffundit viriditatem. Cic. de Senect. 47. Deinde tepefactum vapore & cõplexu suo, diffundit & elicit herbescentem ex eo viriditatem.

Diffunditur & contrahitur virtus. Cic. de Amicitia. 44. Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram & quasi ferream esse quandã volunt: quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atq; tractabilis, vt ex bonis amici quasi diffundatur, & incõmodis contrahatur.

Diffundere vim suam longe lateque. Cic. 1. de Diuinat. 134.

Diffundere vitem in orbem. Colum. lib. 5. cap. 5. 9. Atq; ita totam vitem omni parte in orbem diffundi.

Vultum diffundere, Est lætum & hilarem exhibere se. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 2.
Ecce domo, patriaque carens, oculisque meorum
Naufragus in Getici littoris actus aquis.
Qua tamen inueni vultum diffundere causa
Possim, & fortunæ nec meminisse meæ. Idem 14. Metam. 55.
Hæc vbi nos vidit, dicta, acceptaque salute
Diffudit vultus. Stat. 4. Syl. 2. 11. -diffusus nectare vultus.

Diffunditur vastis ramis ficus in India, Plinius libro 12. cap. 5. 1. Et apud Ciceronem, libro 1. de Oratore. 15. Diffusa ramis patulis platanus.

Diffusa latè prædia. Vlp. in L. 1. §. Si quis in villa. ff. De s. l. c. Silaniano.

Diffundit se in latitudinem lactuca. Colu. lib. 11. cap. 3. 12.

Diffundit in maria interiora Atlanticus Oceanus. Plin. lib. 3. in Proœ. 3.

In ora vrnam passim diffundere aliquid. Virg. 4. Aeneid. 83.

Diffusus, pen. prod. Participium, siue Nomen ex participio. (διαχυτός.)

Color diffusus sanguine. Cic. 3. de Natu. deor. 110.

Diffusi campi. Martialis lib. 5. 88.

Comæ diffusæ. Ouid. epist. 5. 23.

Diffusus error longè lateque. Cic. 2. de Finib. 182.

Diffusum & dissipatum ius ciuile. Cicero 2. de Oratore. 78. Est enim hercle nobis ille hoc Catulle pollicitus, se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum.

Laus alicuius longè lateque diffusa, Vide LATVS.

Largè diffuso lumine ridet Aether. Lucret. lib. 3. 5.

Smus diffusa. Valer. 1. Argonaut. 21. De Venere.

Diffusa fus. Plin. li. 16. c. 6. 7. Glas querna fuè diffusam & grauissimã facit.

Diffusum vinum, hoc est trasuasatum quod dicitur. Veteribus enim mos erat primùm in coppas vinum per aliquod tempus relinquere, donec effurbuisset. deinde verò in cados & dolia diffundere. vnde diffusum vinum appellatur. Cic. 2. de Finib. 40. Quibus vinum diffusum è pleno fit hirsipihon, vt ait Lucilius.

Vox diffusa per auras. Lucret. lib. 4. 115.

Vultus diffusus. Stat. 4. Syl. 2. 11.

Diffusiora consepta non solùm pluris ędificamus, sed etiam impensis maioribus tuemur. Colum. lib. 1. cap. 4. 6.

Diffusus meritum. Plin. in Paneg. 87. Adiice quòd imperatoris nostri nõ aliud amplius ac diffusius meritũ est, quàm quòd insectari malos principes tutum est.

Diffuse, pe. prod. Aduerbiũ, (διακεχυμένως,) Cic. 1. de Inuentione. 105. Enumeratio est per quam res dispersè & diffusè dictæ, vnum in locum coguntur.

Diffusio. Verbale, (διαχυσις,) vt Diffusio animi, pro Dilatatione. Sene. de Vita Beata. Ex cognitione veri, gaudium grande & immotum, comitasque & diffusio animi.

Digamma, (διγαμμα,) Indeclinabile, significat duplex gãma: quòd similitudinem habet duplicis gamma. est autẽ F. De hoc sic Donatus, Dauus vt rectè scribãt, Dauos scribendum est: quia nulla litera vocalis geminata vnam facit syllabam. Sed quia ambiguitas vitãda est nominatiui singularis & accusatiui pluralis, necessariò pro hac regula, digamma vtimur, Da Fus, ser Fus, Fulgus, cor Fus. Priscianus lib. 1. F. literam digamma Aeolicum vocat. Vide Quintilianum lib. 1. cap. 4. 7.

Digamma suum vocat Cicero, suum Formianum agrum, qui incipit ab F litera, quæ Aeolicum digamma vocatur. Is ad Atticũ ita scribit, lib. 9. epist. 11. Sciebam enim decoquere quoto anno, & quantum in solo solerem quærere. non solum Romę, sed etiam delitium digamma videtur. Vbi nunc legitur ex vetusto codice, Sed etiam Deli tuum digamma viderem.

Digero, digeris, pen. corr. digessi, digestum, (διαφέρω, διαφορέω,) digerere, In diuersas ptes gerere & distribuere. Plin. epist. 137. c. Hæc ab omni latere perspicitur, eadem aqua pariter suspensa & mersa. interdum iunctæ copulatæque, & continentis similes eunt: interdum discordantibus ventis digeruntur. nõnunquam destituræ tranquilitate fluitant, Martial. lib. 12. 30.
Etsi calculus omnis huc & illuc
Diuersus, bicolorque digeratur.

Digeri & Coire, contraria. Celsus lib 5. cap. 18. Præcipuum verò est ad resoluenda quæ adstricta sunt, mollienda quæ dura sunt, digerenda quæ coeunt, id quod ad Polyarchum authorem refertur. Paulo pòst, Fertur etiam ad digerenda quæ coeunt sub authore Medo, &c.

Artus digerere. Lucanus lib. 18. Corporatũ soluit tabes, & digerit artus. Sulpitius exponit, dissipat: Beroaldus, consumit: Alii, dissoluit.

¶ Digerere, (διακρίνειν,) Ordinare, disponere, inquit Seruius. Virgil. lib. 3. Aeneid.
Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, Sic Digerere in pastillos, Plin. lib. 12. cap. 27. 2. Et lib. 2. cap. 7. 27. Digerere in partes.

Digerere argumenta in digitos. Quintil. lib. 11. cap. 3. Manus sinistra nũquam sola rectè gestum facit: de extrà se frequenter accõmodat, siue in digitos argumenta digerimus, siue auersis in sinistrum palmis abominamur, &c.

Digerere actu siue tempora. Liuius 2. ab Vrbe. 89. Tãti errores implicãtes temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, vt nec qui Consule secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modò, sed etiam authorum digerere possis.

Digerere crines. Columella libro 10. 17.
-tu cinge comam, tu digere crines.

Ex copia digerere in genus quodque. Cicero 1. de Inuentione. 66. Nomen & modos & partes argumẽtãdi confuse & permiste dispersimus: post diserere & electe in genus quodque causæ quid cuiq; conueniat, ex hac copia digeremus.

Digerendi in suos dies syderum exortus & occasus. Plin. lib. 18. ca. 24. 7.

Digerere ius ciuile in genera. Cic. 1. de Orat. 94. Et in Part. 40.

Pœnam digerere in aliquem. Ouid. 14. Metam. 94.
Quam meruit pœnam solus, digessit in omnes.

Rempub. digerere. Cic. pro Rabirio Posthumo. 14. Demetrius & ex Rep. Athenis, quam optimè digesserat, & ex doctrina nobilem & clarũ, &c.

Digerere tabulas. Cic. 3. Verr. 40. Habeo & illius & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligentissimè legi, atque digessi.

Tempora digerere. Ouid. 1. Fast. 6.

¶ Digerere, Interpretari. Virg. 2. Aeneid.
-ita digerat omnia Calchas. Seruius.

¶ Digerere, (διαφορεῖν,) pro Resoluere, dissipare: quod coierat disgregare. Cels. lib. 2. cap. 17. ad finem. His oibus cõmune est digerere id quod vel peccdia onerat, vel fauces strangulat, vel in aliquo mẽbro nocet.

Digerere abscedentia. Celsus lib. 5. cap. 18. Satisq; omnia abscedentia digerit murex combustus & bene contritus, aceto subinde adiecto.

Digerere cibum. Quintil. lib. 10. cap. 1. Vt cibos mansos ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur, ita lectio, &c.

Digeruntur cibus & potio in omnes membrorum partes. Celsus in Proœmio, Naturales vero corporis actiones appellant, per quas spiritũ trahimus & emittimus: cibũ potionemq; & assumimus & coquimus: rèq; per quas eadem hæc in omnes membrorum partes digeruntur. Cels. lib. 3. cap. 4. In morbo qui plus virium aufert, celerius cibus dãdus est: itemq; ex eo cælo, quo magis digerit. Ob quã causam in Africa nullo die æger abstineri rectè videtur. Idẽ in proœmio, Nam quæ demũ causæ vel secundum valetudinem præstent, vel morbos excitent: quomodo spiritus aut cibus vel detrahatur, vel digeratur: ne sapientiæ quidẽ professores scientia comprehendunt, sed coniectura persequuntur.

Digerunt cibum dentes lati & acuti. Plin. lib. 11. cap. 37. 34. Dentium tria ghã: Serrati, aut continui, aut exerti. Paulo pòst, Continuorum qui digerunt cibũ, lati & acuti: qui cõficiunt, duplices: qui discriminãt eos, canini

canini appellantur. Digerunt, hoc est (vt ego quidem interpretor) diuidunt. Sic enim ait Cicero 2. de Natu. deorum 101. Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. Eorum aduersi acuti morsu diuidunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur. Aduersos dentes appellat Cicero, quos Plinius primores.

Digerere mandata alicuius, per translationem. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 15. 7. Facias vt mea mandata digeras, persequare, conficias.

Corpus digerere. Celsus in Proœmio, Siquidem horum tria genera esse vnũ adstrictum, alterum fluens, tertium mistum. Nam modò parũ excernere ægros, modò nimium, modò alia parte parum, alia nimiũ, Paulo pòst Cognito igitur eo quod ex iis est, si corpus adstrictum est, digerendũ esse: si profluuio laborat, continendum: si mistum vitium habet, occurrendum subinde vehementiori malo.

Hominem digerere. Cels. lib. 2. cap. 15. de gestatione, Genera autem gestationis plura sunt: adhibẽdaque sunt & pro viribus cuiusque & pro opibus, ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili obsint.

Humoré digerere. Celsus li. 2. ca. 17. de sudore, Vtiliaq; hæc genera sunt, quoties humor intus nocet, isque digerendus est. Hoc est resoluendus.

Materiam digerere. Celsus lib. 2. cap. 14. de frictione, Et opus est quamplurimum materiæ digeri. Idem lib. 6. cap. 18. Sed quædam digerunt materiam, quædam extrahunt.

Sudorem digerere. Celsus lib. 2. cap. 9. ad finem, Calor concoctionem prohibet, somnum aufert, sudorem digerit, obnoxiosq; morbis pestilentibus corpus efficit.

Sudore digeri. Cel. in Proœmio, Aliud est enim sanguinem, aliud bilem, aliud cibum vomere: aliud deiectionibus, aliud torminibus laborare: aliud sudore digeri, aliud tabe consumi.

Digestus, Participium, (διακεκριμένος,) vt, Res artificiosè digestæ. Cic. 1. de Oratore, 92. Nulli fuerunt qui illa artificiosè digesta generatim componerent.

Capili digesti. Ouid. 1. Amorum, elegia. 7. 3.
Ergo ego digestos potui laniare capillos.

Nomina in codicem accepti & expensi digesta habere. Cicero pro Q. Roscio Comœd. 5.

Digestio, Verbale, (διακρισις,) Ordinatiõ. Plinius lib 5. ca. 5. 9. Itaque interiori in parte digestionem in literas eiusdẽ nos secuturos coloniarũ mẽtione significata, quas ille in eo prodidit numero. Cic. 3. de Oratore, 114.

Digestione circulorum dignoscere terras. Plin. lib. 18. cap. 25. 8.

Digestio potius quàm declamatio. Cic. 5. Philip. 177. Adesse in Senatu iussit ad x iii. Cal. Octobris. Ipse interea decem & septem dies, vt digestio potius, quàm declamatio videretur, de meis Tyburtino Scipionis declamitauit, fitim quærens. Hæc enim causa esse solet declamandi.

Concoctio & digestio. (πέψις καὶ διαφόρησις.) Cels. in Proœmio, Neq; ad rem pertineat quomodo, sed quàm id optimè digeratur. Siue hac de causa concoctio incidat, siue de illa: & siue concoctio sit illa, siue tantum digestio.

Digitus, digiti, penul. corr. (δακτυλος,) à digerendo deducitur, vt nonnulli putant, quòd natura miro ac docentissimo ordine digitos digesserit, hoc est disposuerit.

Digito vno ne me attigeris. Id est ne minimum me attigeris. Plaut. Perfa, 13. 18. Ne sime vno digito attigeris, te ad terram affligam scelus. Terentent. Eunu. 4. 6. 2. Atqui si illam digito attigerit vno. Vbi Donatus, Moris comminantium est, ad exiguum reuocare commissa quæ se vlturos prædicent.

Auroræ digitos, pro elegantissimis ponit. Claud. de Nuptiis Honorii. 54.
Auroræ vincis digitos, humerosque Dianæ.

Cestus digitorum. Quintil. lib. 11. cap. 10. 17.

Parietum & digitorum pigmenta. Plin. lib. 33. in proœmio, 1.

Vincula digitorum. Ouid. 9. Metam. 16.

Dixerat, & summõ digitorum vincula collo
Iniecit, tangebat ceu guttura forcipe pressus.

Vincula digitorũ frangere, Id est connexas manus dirimere. Stat. 6. Thebaid. 172.

Digni digiti Baccho. Ouid. 3. Metam. 83.

Durati digiti. Ouidius 4. Metamorph. 111.
Duratos subito digitos in crine videres.

Exiles digiti. Ouid. 6. Metam. 19.

Infames digitus. Persius satyra. 2. 4.

Longi digiti. Catul. in amicam Formiani 40. 1.

Digito medio porrecto, supremum contemptum significabant veteres. Martialis libro 2. 28. -& digitum porrigito medium.

Nam hunc digitum Martialis impudicum vocat, Ostendit digiti, sed impudicum. Persius infamem, Infami digito, & lustralibus antè saliuis. Etalmus in Chiliad.

Minimus digitus, Vide MINOR.

Minusculus digitus, Vide MINOR.

Molles digiti. Claud. 3. de Raptu Proserp. 44.

Nudum digitũ vocat Iuuenalis, qui non est indutus annulis, satyra. 11. 5.
Pingues digiti. Ouid. 3. de Arte. 66.
Cui digiti pingues, & scaber vnguis erit.

Remissi digiti. Ouid. epist. 18. 40.

Rubentes digiti. Ouid. 2. Metam. 75.
-digitosque ligat iunctura rubentes.

Teneri digiti. Catul. de Berecynthia. 2.
Quatiensque terga tauris teneris caua digitis.

Teretes digiti. Ouid. 1. de Arte. 125.

Digitum transuersum non excedere. Plaut. Aulul. 4. 13.
Isthic adestoisi hercle tu ex isthoc loco
Digitum transuorsum, aut vnguem latum excesseris, aut si respexeris, &c. Id est, minimo spatio.

¶ Admittere digitos, Vide ADMITTO.

Digito cælum attingere. Cic. Attico, lib. 2. 16. 13. Nostri autem principes digito se cælum putent attingere, si nulli barbari in piscinis sint. Vide CAELVM.

Digitis extremis attingere aliquod genus vitæ. Id est breuiter siue leuiter attingere: quod aliàs A limine salutare dicitur. Cic. pro M. Cælio. 20.
Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, nõ modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigissent: sed qui totã adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam (vt dicitur) recepisse.

Cocunt digiti. Ouid. 2. Metam. 135.
Tum digiti coeunt, & quinos alligat vngues
Perpetuo cornu leuis vngula.

Computare digitis, vide COMPVTO.

Concrepare digitis, Vide CONCREPO.

Condere digitos in oculos alicuius. Ouidius 13. Metam. 114.

Digitum contrahere, aut remittere. Plin. lib. 11. cap. 26. 3.

Demonstrare digito. Quintilianus libro 6. cap. 3. 26. Digito demonstrauit imaginem galli in scuto Mariano Cimbrico pictam.

Digitum ab aliqua re nõ discedere, Prouerbialiter vsurpatũ. Cic. 6. Ver. 29. Oculos de isto nusquã deiicere, neq; ab argento digiti discedere.

Digitum nusquam à sententia. Cic. ad Atticum, lib. 7. 13. 15. Mihi certũ est ab honestissima sententia digitum nusquam. Idem 4. Acad. 106. Vide DISCEDO.

Digitos incidere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 4.
Ergo egone scribam, digitos incidere cunctor?

Inquinare digitum. Catull. ad Furium, 10. 5.

Insistere digitis, Vide INSISTO:

Digitum ad fontes intendere, Vide INTENDO.

Manus intentis digitis, Id est extentis. Claud. de bel. Getico. 52.

Digiti liuescunt in pedibus. Lucret. lib. 3. 107.

Micare digitis, Vide MICO.

Loqui digitis & nutu. Ouid. 2. Tristium. 91.

Monstrari digito, Horat. 4. Carm. ode 3. 5. Persius Saty. 1. 3.

Indice monstraret digito. Horat. 2. Serm. saty. 8. 6.

Notata charta digitis. Ouid. epist. 11. 13.

Obiicienti digiti intus. Cels. lib. 7. cap. 10. Actum quoque leuiter intus digiti obiicienti, ne violenter promouendo conuulnerent.

Ostendere aliquem digitis. Ouid. 1. de Arte amandi. 116.

Digitum tollere. Cic. 3. Verr. 100. Itaque renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus accurrunt tamen ad tempus tutores digitum tollit Iunius patruus. Isti color immutatus est, vultus, oratio, mens denique excidit. Digitum tollit, id est significat se se redẽptorem. Hoc ipse alibi Digito liceri vocat. In emptione enim antiquitus post licitationem digitus leuabatur, significans quẽquam emptioni allubescere. Martialis, Iam mea res digitum sustulit hospitibus. Vnde manceps est appellatus, qui quidpiã conducens manũ tollebat, so' significans emptorẽ. Hoc erat apud veteres micare, per digitorum leuationẽ distrahere. Budęus.

Digitum tollere, est etiam Fauere, suffragari. Horatius, Vulgus vtroque
Iuuat laudabat pollice ludum.

Ad digitos venire, Vide AD.

Vocare aliquem ad digiti sonum. Tibul. lib. 1. eleg 5. 7.

¶ Digitus, modulus aquarius: cuius diametros digitalis est. Iulius Frontinus de aquæ ductibus, Digitus rotundus habet diametri digitũ vnũ. Omnis autẽ modulus aquarius, colligitur aut à diametro, aut perimetro.

Digitulus, pen. cor. (δακτυλίσκος,) Diminutiuum, Paruus digitus. Plau. Rudente. 13. 13. Suntne illæ ancillæ tuæ?
L. Sunt. T. agedum ergo, tange vtranuis digitulo, minimo modo. Idem Pœnulo. 7. 63. Vix quidẽ hercle ita pauxilla est digitulis primoribus.
Terentius Eunucho. 2. 2. 53.
-sine biduum hoc præterea,
Quæ mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus.

Digitalis, & hoc digitãle, pen. pro. om. gen. (δακτυλιαῖος,) Quod est digitorũ, aut vnius digiti: vt Digitalis crassitudo. Plin. lib. 22. cap. 20. 1. Et ancusæ radix in vsu est, digitali crassitudine. Ibidem, cap. 18. 3. Vno nascentur caule cubitali, crassitudine digitali.

Digitalis gracilitas. Plin. lib. 14. cap. 3. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Digitalia, Substantiuum, (δακτυλίεια,) Tegmēta digitorum dicuntur. Varro. 1. de Re rust. cap. 55. 1. Olea manu tricta melior ea quæ digitis nudis legitur: laudabilior, quàm illa quæ cum digitalibus.

Digitātus, pe. prosd. Adiectiuum, (δακτυλωτός,) Qui digitos habet. Plinius lib. 11. cap. 47. 1. Animalia digitata, alia palmipedes.

Digladior digladiaris, (διαξιφίζομαι,) digladiari, Dissentire & dilidere, ductum à gladiis. Cic. 4. Tusc. 71. Digladientur illi per me licet, cui nihil est necesse, &c.

Digladiari inter se. Cic. 1. de Legib. 30. C. verò Gracchus ruinis & emissitiis, quas ipse se profecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues, nonne, &c. Idem 1. Offic. 42.

Dignatio, Digne, Dignitas, Dignor, Vide DI GNVS.

Dignosco, dignoscis, dignoui, dignōtum, pe. pro. (διαγινώσκω,) dignoscere, Idē significat quod Agnoscere vel cognoscere, aut discernere. Suet. in Othone, cap. 12. Vullo corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, vt nemo dignosceret. Colu. lib. 1. ca. 2. 16. Dignoscere terram sapore. Sic Plin. lib. 18. cap. 30. Præcipua tamen differentia dignoscit à crocodilo.

Dignosci vix potest à mastiche vera. Plin. lib. 12. cap. 17. 1.

Non qui ciuem dignoscerer hoste. Horat. 1. epist. 16. 1.

Cœno rectum dignoscere. Horat. 2. epist. 2. 1.

Dignus, Adiectiuum, (ἄξιος, πλατ. ἀντάξιος,) Dignus præmio. Plautus Rud. 10. 73.

Qui meretur: vt

Neque dignior em censeo vidisse auum me quamquam,
Quoi deos atque homines censeam benefacere magis decere. Terent. Heaut. 1. 1. 55.

Et me ignoras Clinia, ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum quod te dignum est, facias.

Dignus domino ferous. Plaut. Amphit. 8. 226. Abin' hinc à me, dignus domino ferus?

Non te dignum Cherea.

Fecisti. nam fr ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Terent. Eun. 5. 2. 26.

Maximè dignus, Vide MAGIS.

Dare munera digna aliquo. Vig. 5. Aeneid. 71.

Amicitia dignus. Horat. in Arte. 88.

Amore dignus. Valer. 8. Argonaut. 6.

Munus dignum Apolline. Horat. 2. epist. 1. 44.

Dignus argento, dignior auro. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 8. 1.

Res digna auribus. Catul. ad Catonem. 52. 1.

Cognitione & hospitio dignus. Cic. pro Archia. 3. Oēs qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atq; hospitio dignū existimauerūt.

Vita digna diis. Lucret. lib. 3. 65.

Expectatione aliorum dignum aliquid efficere. Placui Ciceroni, lib. 10. 7. 4. Dum perducerem eò rem, vt dignum aliquid & Consulatu meo, & vestra expectatione efficerem.

Simplicitas digna fauore fuit. Ouid. epist. 2. 13.

Digna homine nobili. Cic. 4. Acad. 1. Tum omnis liberalis & digna homine nobili ab eo percepta doctrina. Sic, Dignissimum est authoritate & prudentia vestra Iudices, in audiendo diligentiam non minus religioni tribuere quàm voluptati. Cic. 5. Verr. 9.

Dignus imperij gloria. Cicc. de Aruspicum responsis. 48. Sed ne id viros optimos diutius delectet, legant hanc eius concionem, de qua loquor, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? certè laudat, & vnum esse in hac ciuitate dignum huius imperii gloria dicit, & significat se illi amicissimum esse.

Digna verba loco. Ouid. 4. Fasto 1. 174.

Dignum laude virum Musa vetat mori. Horat. 4. ode 8. 6.

Præclara voluntas atq; omni laude digna. Cicero pro domo sua. 100.

Luce dignum aliquem non putare. Cic. in Pisonem. 1. Quum hoc non recusares, quin hi, à quibus dicebare Consul, te luce dignū non putarent, nisi nequior quàm Gabinius extitisses.

Digna res miraculo. Plin. lib. 12. cap. 1. 16. Saxea intus crepidinis corona musculos cōplexa pamices, extat tam digna miraculo, vt Lucinius Mutianus prodendum posteris putarit.

Præbere se dignum maioribus suis. Cic. Thermo, lib. 2. 17. 4. Idem 2. de Finib. 101. Et 2. de Orat. 168. Item 3. Philip. 141.

Morte dignum facinus. Senec. Hippol. 12. 11.

Dignissimus odio. Cic. 1. de Finib. 51.

Dignus opprobrio. Horat. 2 Serm. saty. 1. 17.

Iuuenes patre digni. Horat. in Arte Poet. 5.

Dic aliquid dignum promissis. Horat. 2 Serm. saty. 3. 2.

Repub. dignus. Cic. 1. Philip. 10. Ne vnus modò Consularis, quod tam accidit, dignus illo honore, dignus Repub. inueniretur

Se dignum præstare. Horat. 1. epist. 7. 5.

Dignos te filius. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 37. Quem nos & quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia nos diligit, semperque dilexit, in primis amamus, charumque habemus.

Suscipere curam & cogitationē dignā suæ virtutis. Balbus Ciceroni, lib. 8. 168. 1. in Epistolis ad Atticum, Obsecro te Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, vt Cæsarem & Pompeiū perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas.

Dignissimus longa vita. Ouid. 4. Metam. 22.

E quibus illa fuit longa dignissima vita.

Dignus ad. Plautus Milite. 13. 21.

Ad tuam formam illa vna digna est.

Dignus præ. Plaut. Milit. 16. 4. Quid enim non sim dignus præ te, vt figam palum in parietem?

Dignus qui. Cic. 3. de Legib. 6. Qui modestè paret, videtur qui aliquando imperet dignus esse. Idem 4. Academ. 37. Homines dignos quibus cum disseratur, putant.

Dignus cui. Terent. And. 1. 4. 3.

Sanè pol temulenta est mulier, & temeraria,
Nec satis digna cui committas primo partu mulierem.

Serius quàm dignum est, Id est quàm par est. Cic. 6. Philipp. 216. Venit tēpus Quiritium serius omnino, quàm dignum Po. Ro. fuit.

Dignius nihil est quod ametur. Terent. Eun. 5. 9. 21. Satis credo, nihil est Thaide tua dignius quod ametur.

Digna forma. Plaut. Rud. 30. 19.

–ædepol vna litera plus sum quam medicus. G. tum tu
Médicus es? I. tetigisti acu. G. videtur digna forma.

Dignus amari. Virg. eclog. 5. 18.

Reprehendere digna. Stat. 11. Sylu. 37.

Dignum est credere. Virg. 3. Georg. 78.

Dignum memoratu. Plinius lib. 21. cap. 12. 3. Sic, Digna dictu, Plin. lib. 11. cap. 51. 5.

Dignum pro dignitate. Tacit. lib. 15. Adiecisset eos, dignum Arsacidarum, simul & de legionibus Romanis statuerent. Neque enim arbitror (inquit Rhenanus) Græcam constructionem voluisse Tacitum referre: digne Arsacidis, hoc est, pro merito Arsacidarum.

Dignè, Aduerbium, (ἀξίως,) Id est honestè, vti honestum decet. Plaut. Mil. 11. 58. Quàm dignè ornata incedit, haud meretricè. Hoc est, Decenter & propriè.

Aliquem dignè deflere. Sene. Herc. fur. 13. 19.

Dignè laudare aliquid. Cic. de Senec. 2. Nunquam igitur satis laudari dignè poterit Philosophia.

Dignè loqui de aliquo. Cic post. Red. in Senatu. 16. Quis de tali ciue satis dignè vnquam loquetur?

Peccare cruce dignius. Hora. 2. Sermo. saty. 7. 19.

Peccat vter nostrum cruce dignius.

Dignitas, pen. cor. dignitātis, (ἀξιότης, ἀξίωμα, ἀξιωσις, ἀξία, πρόσημος,) Est existimatio ō satis claris rebus gestis, magnificaq; opinio. Cic. Attico, lib. 134. 2. Dices fortasse dignitatis ἄπιστε tanquā σφυδς. saluti, si me amas, consule. Quibus verbis alludit ad adagium Græcum, hoc est, satis gloriæ, magnificæque existimationis tibi comparasti: nunc habeto potius salaris rationem, quàm quid te deceat tātopere videas. Gellius, Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus potest. Cic. 1. de Finib. 3. Genus hoc scribendi etsi sit elegans, personæ tamen & dignitatis esse negent.

Dignitas est alicuius honesta & cultu, & honore, & verecundia digna authoritas. Author ad Heren. lib. 2. 241.

Dignitas & amplitudo. Cic. Appio, lib. 3. 9. 5. Tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa chara per se.

Dignitas & Deformitas, contraria. Cic. Planco, lib. 10. 6. 8. Non modò dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas.

Dignitas, Magistratuum administratio & honor. Cicer. Thermo, lib. 13. Epist. 54. 1. Vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides, dignitasque patietur.

Dignitatem tueri. Cicc. ad Lentulum, lib. 1. 2. 8. Vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere.

Domus dignitas pro magnificentia. Cic. pro Domo sua, Facilè vt omnium domos & laxitate & dignitate superaret. Budæus.

Dignitas oris & vultus. Oris ꝓbitas, morumq; præstantia in facies eminens: virilis pulchritudo. Cic. lib. 1. Offic. 181. Quum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit in altero dignitas: venustatem muliebrē dicere debemus, dignitatem virilem. In Oratore aūt perfecto vtrūq; coniūxit: Vultus verò (inquit) qui secūdū vocem plurimū pōt, quātam affert tum dignitatē, tum venustatē! in quo quū effeceris nequid ineptū aut voluptuosum sit, tum oculorū est magna moderatio. Plinius in Paneg. Iā firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, nonne longè lateq; principem ostēdant? Id est, Indoles morum in ore conspicua, Budæus.

Dignitas sermonis, est oratio cum aliqua grauitate & vocis remissione. Author ad Heren. lib. 3. 116.

Sexus dignitas. Vlp. de Senatoribus, Maior dignitas est in sexu virili.

Commendat digniras periclitantem. Quintil. lib. 6. cap. 1. 16.

Acquirere

Acquirere dignitatem, Vide ACQVIRO.

Adimere dignitatem, Vide ADIMO.

Adimere dignitatem, Vide ADIVNGO.

Amplissimos gradus dignitatis adeptum esse. Cic. Planco, li. 10. 6. 5. Crede igitur mihi Plance, omnes quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis (es autem adeptus amplissimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia.

Agere cum dignitate & venustate. Cic. 1. de Orat. 67.

Afferre dignitatem. Cic. 1. Offic. 99. Vt tranquillitas animi & securitas adsit, quæ adfert tum constantiam, tum etiam dignitatem.

Afferre dignitatem ad aliquam rem. Cicc. pro Murena, 10. Qui potest dubitare, quin ad Consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis rei militaris quàm iuris ciuilis gloria?

Affert dignitatem forma. Quinti. lib. 3. cap. 7. 9.

Amittere dignitatem, Vide AMITTO.

Amplificare dignitatem, Vide AMPLIFICO.

In sedem dignitatis atque honoris ascendere. Cic. pro Sylla. 3. Quorum ego opera illam in locum atque in hanc celsissimam sedem dignitatis atque honoris multis meis ac magnis laboribus & periculis ascendi.

Augere dignitatem, Vide AVGEO.

Contineri dignitate. Quintil lib. 3. cap. 8. 1.

Decerpere ex Dignitate, Vide DECERPO.

Defendere dignitatem ab inimicis, Vide DEFENDO.

Discedere à dignitate sapientis. Cic. 1. Offic. 97. Et ea quæ videntur accepta, Quæ multa & varia in hominum vita fortunaque versantur, Ita ferre vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est, magnæque constantiæ.

Admirabilem dignitatem habere. Cic. pro Murena, 10. Omnes enim artes quæ nobis Populi Roma studia conciliant, & admirabilem dignitatē, & pergratam vtilitatem debent habere. Summa dignitas est in iis qui militari laude antecellunt.

Infringere dignitatem alicuius, Vide INFRINGO.

Læsa dignitas, Vide LAEDO.

In altissimo amplissimoque gradu dignitatis locatum esse. Cic. 1. Philip. 11.

Merita omnia dignitate, Vide METIOR.

Obtinere dignitatem, Vide OBTINEO.

Orbare dignitate, Vide ORBO.

Pueri magna præditi dignitate. Cic. 2. de Inuent. 122.

Facti alicuius pulcherrimi splendorem verbis, dignitatemque retinere. Cic. pro Domo sua. 72.

Seruare suam dignitatem. Cicc. 2. de Orat. 121. Parcebat enim aduersarii dignitati, in quo ipso seruabat suam.

Esse dignitati & honori parentibus. Cic. de Amicitia, 61. Vt si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeat imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes, eisque honori sint & dignitati. Hoc est, quod volgus dicit, Faciunt parentibus honorem propter dignitatem.

Sustinere Reipub. dignitatem. Cic. pro domo sua. 2.

Summum in aliquo magistratu gradum tenere & dignitatis & gratiæ. Cicero pro Plancio. 26.

Tribuere alicui dignitatē Cic. 5. Tusc. 65. Ergo etiam dignitas ei tribuenda est, qp fruta oā, laudabile sit necesse est. Bonū igit omne laudabile.

Digno, dignas, (ἀξίοω,) dignare, Dignum putare. Pacuuius Iliona. Quis deos infernos, quibus cælesteis digner decorare hostes? Nonius.

Dignor, (ἀξιόομαι,) ctiani in significatione actiua, Hoc est dignum puto siue iudico. Virg. 1. Aeneid. 68.

Tū, Veneri laud eq dē tali me dignor honore. Id est dignā iudico. Seruī.

Dignari aliquem venia. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. ad finem,
Qualemcunque legas, venia dignare libellum,
Sortis & excusa conditione meæ.

Dignor, cum infinitiuo. Horat. lib. 1. epist. 20. 8.
Non ego ventosæ plebis suffragia venor,
Imponis cenarum, & triræ munere vestis.
Non ego nobilium scriptorum auditor, & vltro
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.

Dignari, Passiuum, (ἀξιοῦσθαι,) Dignum haberi, siue iudicari. Virg. 3. Aeneid. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. Cic. Oeconomico. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. Id est, digni habentur. Cic. 3. de Orat. 15. Natura nulla est (vt mihi videt) quæ non habeat in suo genere res complures dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur.

Cultu & honore dignari. Cic. 2. de Inuent. 141. Obseruantia, est per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur. Ibidem, 107. Qui apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt.

Dignatus honore. Stil. lib. 11. 55.

Ipse deum cultu, & sacro dignatus honore.

Dignandus, (ἀξιωτέος,) Cic. 1. Acad. 51. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat.

Dignatio Verbale, fit quod Græci ἀξίωμα, dicūt: Id est dignitas & amplitudo ꝓpter honores gestos aut magistratum, vel ꝓpter oris morumq; maiestatem. Plin. lib. 21. cap. 20. 8. Polio Musæus & Hesiodus perungi iubent dignationis gratia, gloriæq; auidos Polium tractare, colereq;. Suet. in Vesp. Exinde sortitus Apuliam, integerrime, nec sine dignatione administrauit. Cicero Attico, lib. 10. 200. 3. Cæli quidē epistolā scriptam miserabiliter, non sine magno fletu legerunt pueri nostri, etsi mens quidem est fortior, eoq; ipse vehementius cōmouet, nec quicq; nisi de dignatione laborat. Id est nullius rei tantam rationem habendā nobis censet, idq; agit, vt existimationem antea collectam tueamur & ne quid agamus quod indignum sit rebus à nobis gestis. Hæc Budæus. Plin. in Paneg. 129. Tantū dignationis in ipso honore ponebat, vt non amplius esse censeret, ꝙ aliquis Collega appellaretur à principe, q̄ qd Prætor esset. Suet. de Claris grāmaticis. 5. Sæuius Nicanor primus ad famā dignationemq; docendo peruēnit. Plin. lib. 3. cap. 4. 1. Dignatio virorū, morumq;. Sic lib. 33. ca. 11. 10. Liu. 2. ab Vrb. 71. Appius inter patres lectus haud ita multo post in principum dignatione peruēnit.

Dignationem pro dignitate. Suetonius in Domitiano, cap. 2. Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque, neque necessariam & dissuadētibus paternis amicis inchoauit, tantūt fratri se, & opibus & dignatione adæquaret. Idem in Augusto, ca. 46. Italiam duodetriginta colonia rum numero deductarum ab se frequentauit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariā instruxit, etiam iure ac dignatione Vrbi quodammodo pro parte aliqua adæquauit.

Dignatio, pro Reuerentia. Suetonius in Caligula, cap. 14. Reliquas sorores, nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, vt quas sæpe exoletis suis prostrauerit.

Propria viri dignatio auxit inuidiam, &c. Tacit. lib. 19.

Modicus dignationis. Tacit. lib. 3.

Affingant etiam principis dignationem adolescentis. Tacit. de Germ.

Gliscit dignatio faciendorum. Tacit. lib. 4.

Imponere alicui dignationem. Tacit. lib. 12. Vitellio tres patris Consulatus, Censuram, collegium Cæsaris, imponere iam pridem Imperatoris dignationem.

Secundum dignationem inter se partiuntur. Tacit. de German.

Retenta dignatio Burro ope Senecæ. Tacit. lib. 13.

Veterem, ac olim partam dignationem subitæ fœlicitati submittere. Tac lib. 13

Digredior digrederis, pe. cor. digressus sum, (ἀποχωρέω, πλατ. ἀποβαίνω,) digredi, pe. cor. Discedere. Plin. epist. 12. 6.

Serui è cubiculo recesserunt (habebat enim hoc moris, quoties intrasset fidelior amicus) quiaeria vxor (quàquam omnis secreti capacissima) digredebatur. Idem in Paneg. 141. Quam ego audio confusionē tuam fuisse, quum digredienti prosequereris! Liuius 1. ab Vrbe. 107. Priusquam inde digrederentur, roganti Metio ex fœdere icto, &c.

Congredi cum aliquo, & Digredi, contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 148.

Luna autem & eiusdem spatiis vagatur quibus sol: sed tum congrediens cum sole, tum digrediens, &c.

A primo carmine digredi. Catul. Argonaut. Sed quid ego à primo digressus carmine, plura Commemorem?

Digredi ab aliquo. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 18. 5. Etsi periniquo patiebar animo te à me digredi.

Digredi ad pedes. Liu. 9 bel. Pun. 14. De Hispanis equitibus loquitur qui ex equis descenderant ad pugnam pedestrem.

A causa parum per digredi. Cic. 1. de Clar. Orat. 109.

De causa digredi. Cic. de Inuen. 109. Nobis aūt nō placet hāc ptem in numero reponi, ꝙ de causa digredi, nisi per locum cōmunem dilplicet.

Paululum digredi de cursu in reliqua oratione. Cic. in Partit. 9.

Digredi in latus. Plin. lib. 3. cap. 5. 7.

Paulum digredi. Ouid. 3. Metam. 9.
Digredimur paulum, tuī susque ad bella coimus.

Digreditur oratio, per metaphorā. Cic. 6. Ver. 10. Verum vti Lilybęū vnde digressa est oratio, reuertatur. Idem 1. Ver. 139. Verū huc longius quàm voluntas fuit, ab epistola Timarchidis digressa est oratio.

Iracundia longius digredi. q̄ sapiētis ratio postulat. Cic. de Arusp. Resp. 1. Hesterno die dolore me elatū & iracundia longius propè digressum arbitrabantur, quàm sapientis hominis cogitata ratio postulasset.

Digredi, cum accusatiuo sine ꝓpositione. Hirt. de bel. Aphric. Iude parum iam procliuitatem digressus, sinistra parte campi propter mare legiones eduxit.

Digrediens, Participium, (ἀποχωρῶν,) Virg. 3. Aeneid. 98.
Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis.

Digressus, Participium. (ἀποχωρήσας.)

Digressa dicitur quæ diuortium cum marito fecit. Suetonius in Cæsare, cap. 43. Diremit nuptias Prætorii viri qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quàuis sine probri suspicione.

Digressus, huius digressus, (ἀποχωρήσεως,) Discessus. Vt fuq; cōiunxit Cicero de Sen. 77. Quē ego meū casum fortiter ferre visus sum, nō ꝙ æquo animo ferrem, sed me ipse cōsolabar, existimans non longinquū internos digressum & discessum fore. Liu. 1. ab Vrbe. 117. Socioru digressu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accessus & Digressus,contraria.Cic.1.Tusc.72.Tenuissimum lumen facit proximus accessus ad solem,digressus autem longissimum.
Congressus & Digressus,contraria.Cic.ad Q.fratrẽ,lib.1.3.6.Deinde cõgressus nostri lamentationẽ pertimuit:digressum verò non tulissem.
Digressus à proposito,apud Quintilianum.
Fundere dicta digressu supremo.Virg.8.Aeneid.114.
A digressa alicuius proficisci aliquò.Cic.Attico,lib.1.3.3.Vt primum à tuo congressu Romam veni.
Digressio,(παρέκβασις)Verbale,cui contrarium est Congressio.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.3.7.Minus acerbum,minus miserum fuit,quàm fuisse rum congressio,tum verò digressio nostra.
Digressio à proposito.(παρέκβασις)Cic.3.de Ora.112.Absre non lõga digressio. Sic ibidem,lib.1.171.
A proposita oratione digressio.Cicc.de Clar.Orat.161.

Diiambus, (διίαμβος) Pes est ex duobus iambis constans: vt amœnitas.

Diiúdico, diiúdicas,pen.corr.(διακρίνω)diiudicare,Iudicare, vel diligenter iudicare.Plaut.Amph.8.43.
Amphitruo vxorem salutat,lætus separatam suam:
Quam omnium Thebis vir vnam esse optimã diiudicat. Teren.Heaut. 5.2.33.Ego dicam quod mihi in mentemtu diiudica. Id est,dic quod tibi videtur & sentis. Ibidem.2.2.8.Pergin' isthuc prius diiudicare, quàm scis quid veri siet?
¶ Diiudicare inter.Cic.1.Tusc.37.Vtrũ igitur inter has sententias diiudicare malumus,an ad propositum redire?
Diiudicare vtra voluptate,stante an mouente.Cic.1.de Finib.54.
Diiudicare vera & falsa.Cice.4.Acad.191.
Vera à falsis,verisimilia ab incredibilibus diiudicare & distinguere.Cicero in Partit.77.
Diiudicare vter vtri virtute anteferendus sit.Cæsar 5.bel.Gall.168.
Diiudicare cõtrouersiam videt id significare,quod appunctare barbarè dicimus.Cic.3.de Finib.10.Attendes igitur vt soles, eamque controuersiam diiudicabis. Idem ad Atticum,lib.14.311.4.Nostras contentiones Resp.diiudicauit.
Diiudicare acri intentione.Plin.epist.103.b,Omnis enim aduertit quod eminet & extat:sed acri intentione diiudicandum est,immodicum sit, an grande,altum an enorme.
Sorte diiudicari.Quintil.lib.7.cap.2.27.
¶ Diiudicare pro Decernere.Cic.3.in Catil.69.At illæ tamen oẽs dissensiones,quarum nulla exitũ Reip.quæsiuit,eiusmodi fuerunt vt nõ reconciliatione cõcordiæ,sed sternecione ciuiũ diiudicatæ sint.Budæus.
Diiudicatus,Participiũ(διακριθείς)vt,Diiudicata res.Cic.in Partit.
Hisne verbis fit actio quæritur:quę etiam si ante quàm res in iudicium venit,aut concertata,aut diiudicata,aut confecta nõ sunt,tamen in ipsis iudiciis per magnum sæpe habent pondus.
Relinquere negotia,diiudicata lite.Hora.3.Carm.ode 5.11.
Diiudicatio Verbale,(διάκρισις)Cic.1.de Legib.84. Nam ista quidẽ magna diiudicatio est.

Diiungo, Vide DISIVNGO.(διαζεύγνυμι,)Cice.Attico.lib.7. 121.13. Redeamus domum, diiungere me ab illo volo
Iomenta diiungere.Cic.1.de Diuinat.117.

Dilabor, pe.pro.dilaberis,dilapsus sum,(διολισθάνω,)dilabi,Diffugere,discedere,siue labi.vt,Dilabi agros vel oppida,Liuius 8 bel.Maced.142. Et 8.ab Vrbe.147.
Dilabitur oratio.Cic.in Lælio,Iam enim à sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias nostra dilabitur oratio.Id est, descendit siue decurrit.Legitur & delabitur.Sic 1.Tusc.41.
Malè dilabi.Cic.2.Philip.76.Male dilabuntur.
Dilabi memoria.Cic.13.Philip.35,Sunt alii plures fortasse,sed mea memoria dilabuntur.Id est excidunt.
Fortuna dilabitur.Author ad Heren.lib.4.170.Quę fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt,hi simulac fortuna dilapsa est, deuolant omnes.
Dilabuntur vectigalia negligentia.Liuius.3.bel.Maced.108.
Dilabitur vestis condita situ,& corrumpitur.Colu.lib.12.cap.3.4.
Dilabitur vetustate nauis putris.Liuius 5.bel.Maced.93.
Dilabuntur discordia res maximæ:hoc est pereunt,decrescunt,corrumpuntur.Sallustius in Catil. Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.
Dilabens,penul.prod.Particip.(διολισθάνων,)Horat.3.Carm.ode 29.7.
—nunc medio alueo Cum pace dilabentis Hetruscum In mare.
Dilapsus,Particip.(διολισθήσας,)vt,Dilapsus rapidè fluuius. Cice.1.de Legibus.11. Et 2.de Nat.deorum.38.Dilapsa aqua.
Amor cum forma dilapsus.Claud.1.in Eutrop.15.
Curæ dilapsæ.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.5.
Ar mihi dilapsis inter noua gaudia curis.
Glacies liquefacta & dilapsa.Cice.2.de Natu.deor.38.Quæ neq; congla ciaret frigoribus,neque niue pruinaque concresceret,nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

Dilapsa multitudo.Liu.3.ab Vrb.13.Et li.9.bel.Mac.59.Dilapsi domos.
Dilapsus ornatus mundi occidit.Cic.4.Acad.115. Et ad Curium,lib.7. 29.6.Dilapsa res.
Dilabidus,pen.cor.(δολιδηδὸς,)Adiectiuum,Quod facile diffluit. Vide Breuitas pili in BREVIS.
Dilabida vestis,quæ facile dilabitur.Plin.lib.8.cap.55.3.

Dilacero, dilaceras,pen.cor.(διασπαράττω,)dilacerare, Idẽ quod lacerare.Per translationẽ significat Consumere,delapidare & disperdere.Cic.pro Mil.18.Et annum integrum ad dilaceran dam Remp.quæreret.
Artus dilacerare,Seneca Hercule Oeth.717.
Dilacerantur opes.Ouid.epist.1.18.
Dilacerandus.(διασπαρακτός,)Catul.in Argonaut.59.31.Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque Præda.

Dilanio, dilánias,pe.cor.(διασπάω,)dilaniare.Idẽ quod simplex, vel in diuersas partes lanare.Cic.pro Milone.25.Nostras canibus dilaniandum reliquisti. Idem.2.Tusc.42.
Comas dilaniare.Ouid.3.Amor.eleg.8.11.
Ictu dilaniare nuces.Ouid.de Nuce.15.

Dilapido, dilapidas,pen.cor.(πετραπωλέω,)dilapidare,Proprie est lapidibus purgare.Cato cap.46.Locum bipalio vel tito,dilapidatoque.Hoc est lapides auferto. Castigatiora exemplaria habent delapidato.
Delapidare,(καταλεύω,) per trãslationẽ,pro Disperdere,vt ait Donatus. Teren.Phor.5.8.4. —conueniendus Phormio est
Prius quàm dilapidet nostras triginta minas. Cic.ad Augustum.6.Publicam dilapidabat pecuniam,ærarium exhauriebat.Sic Colu.lib.10.31. Dilapidans hominum labores grandine Iupiter.

Dilargior, dilargíris,pen.pro.dilargitus sum,(διαδιδόωμι,)dilargiri,Diuersis dare.Suetonius in Iulio Cæsare, cap. 28.Cætera item quę cuiq; libuissent,dilargitus est;contradicẽte nullo. Cic.pro Lege Agraria.80,Nec.L.Sylla,qui omnia sine vlla religione, quibus voluit,est dilargitus,agrum Campanum attingere ausus est.

Dilato, dilátas,pen.pro.(πλατύω,ἐκπλατύω,)dilatare,Latum facere. Plin.lib.33.cap.3.20.Nec aliud laxius dilatatur,aut numerosius diuiditur.
Dilatare & Contrahere,contraria.Cic.2.de Nat.deor.101. Ipsius autem partes eæ quæ sunt infra quàm id quod deuoratur,dilatanturquæ autem supra,contrahuntur.
Dilatare aciem.Liu.1.bel.Maced.78. Et Plin.lib.10.cap.23.6.
Dilatante se cuneo,prrigitur agmen.Vide ACIES.
Gloriam dilatare.Cic.in Somn.Scip.23.Cernis profecto quãtis in angustiis vestra se gloria dilatari velit.
Imperium dilatare.Cic.1.offic.108.Quorum rebus gestis quãquam imperium Lacedæmoniis dilatatum putatur,tamen ne minima quidẽ ex parte Lycurgi legibus & disciplinæ conferendi sunt.
Literas dilatare.Cic.de Clar.Orat.140.
Manum dilatare.Cic.in Oratore.61.
Minima dilatare.Senec.de Benefi lib.3.cap.7.Omnes sua extollunt,omnes etiam minima quæ in altos contulêre,dilatant.
Orationem dilatare.Cic.pro Flacco.9.Sed nõ dilatabo orationem meã: etenim potest esse infinita,si mihi libeat totius gentis in testimonijs explicare vanitatem.
Ex verbo dilatare orationem,& in verbum contrahere, contraria.Cic.in Partit.14.Est itaque id genus totum situm in commutatione verborũ: quæ simplicibus in verbis ira tractatur, vt aut ex verbo dilatetur,aut in verbum contrahatur oratio.
Rictus dilatare.Ouid.6.Metam.76.
Fundi quodãmõ,& quasi dilatari.Cic.3.de Fin.7.Sed quãquam negent, nec virtutes,nec vitia crescere,& tamẽ vtrunque eorum fundi quodãmodo & quasi dilatari putant.Idem 4.Acad.78.
Dilatata lex in cunctũ ordinem,coangustari potest.Cic.3.de Legib.47.

Dilatus, Vide DIFFERO.

Dilaudo, dilaudas,(διαινέω,)dilaudare,Varie laudare. Cic.Attico,lib.6.113.16.Et ego audebo légere vnquã aut attingere eos libros,quos tu dilaudas,si tale quid fecero?

Dilemma, dilémmatis,p.c.n.g.(δίλημμα,) Argumẽtũ dicẽs vtrin qi vinciens,& cõstringens, confessionemq; exprimens.

Diligens, Vide DILIGO.

Diligo, diligis,pe.cor.dilexi,dilectũ,(ἀγαπάω,)diligere, Minus est q̃ amare,teste Valla,lib.5. Cic.de amicitia.71. Quocirca dicendum est etiam sæpius:quũ iudicaueris,diligere oportet:non quũ dilexeris,iudicare. Idem ad Brutum, Sic igitur facies, & me aut amabis aut quo contentus sum,diliges. Idem ad Silium lib.13.49.1.Vt scires eum non à me diligi solum, verum etiam amari. Idem ad Dolabellam,lib.9.14.13.Quis erat,qui putaret ad eum amorem,quem erga te habebam,posse aliquid accedere? Tãtum accessit,vt mihi nunc denique amare

amare videar,antea dilexisse.
Diligere & charum habere.Cic.pro Corn.Balbo,48.Speroque iudices,vt eos qui principes fuerunt conseruandæ salutis aut dignitatis meæ,diligitis & charos habeatis:fic quæ &c.
Colere & diligere aliquem.Cic.3.de Legib.7.Nec verò sollum vt obtemperent,obediantque magistratibus,sed etiam vt eos colant,diligãtque præscribimus.
Ante omnes aliquem diligere.Ouid.10.Metam.34.
Admodum diligere.Cic.Figulo,li.4.13.17.
Vtrunque affectu pari diligere.Seneca.Theba.2.13.
Beneuolentiam alicuius mirificè diligere.Cic.Attico lib.12.25.1.
Tuam quidem & in agendis nostris rebus,& in consiliis ineundis,multisq; laudis in ipsis literis quas mittis,beneuolentiam,diligentiam,prudentiam mirificè diligo.
Sodales fraterno more diligere.Ouid.1.Trist.eleg.3.13.
Omnes diligere exæquo.Ouid.ad Pisonem.23.
Fortim diligere.Ouid.6.Fast.111.
Fidem alicuius complecti,officia obseruantiamque diligere. Cicer. pro Corn.Balbo.51.
Mirificè ab aliquo diligi.Cic.1.de Nat.deor.79.
Diligere se.Cic.pro Rosc.Com.5.Vsque eone te diligis, & magnifice circunspicis,vt pecuniam non ex tuis tabulis,sed aduersarijs petas?
Stolte aliquem diligere.Horat.2.epist.1.53.
Valde diligere.Cic.Appio,lib.3.18.
Vnicè diligere.Cic.Licinio Crasso,lib.5.8.12.
¶ Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est.Ouid.2.de Põto,eleg.3.45.
¶ Diligere,Dinidere.Plaut.Curc.8.53. —quidni nouerim?
Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Titinnius,Perum totam diligit. Nonius.

Dilectus, participiũ, siue Nomen ex participio.(ἀγαπάω,ἀγαπητός,)
Magno amore alicui dilectus.Virgil.1.Aeneid.70.
Suis officiis dilectus.Ouid.9.Metam.62.
Mihi dilectus per multos annos.Virg.9.Aeneid.18.
Sodales dilecti.Ouid.4.Trist.eleg.5.1.
Premere dilectos visus.Stat.5.Syl.1.35.
Dilectissimus.Stat.6.Theb.20.Augur Apollincis modò dilectissimus auris Tostor inane Chaos,&c.

Diligens, diligentis.Participium,(ἀγαπῶν,)Qui diligit.

Diligẽs, pen.cor.(ἐπιμελὴς,σπουδαῖος,ἀκριβὴς,ἐμμελὴς,ἀκριβόδικαιος,)
Nomen,Studiosissimi eorũ quæ amamus,sumus studiosi:Cic.de Amicitia, 55.Sed Scipio(redeo.n.ad Scipionem,cuius omnis sermo erat de Amicitia,quę celebatur,quòd in omnibus rebus homines diligẽtiores essent, vt cupras & oues quot quisque haberet dicere posset, amicos quot haberet,dicere non posset. Idem 6.Verr.14.Diodorus homo frugi ac diligens qui sua seruare vellet.

Diligens & attentus. Cic.3.Verr.90.Qui in re aduentitia atque hæreditaria,tam diligens,tam attentus esset.
Studiosus ac diligens.Cic.4.Acad.176.Homo & acutus,vt Pœnus,& valde studiosus ac diligens.
In omni genere diligens.Cic.Atti.li.12.250.2.Et medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens me rursus id suspicari verat.
Diligens temperamẽti.Plin.in Paneg.132.Tam diligens temperamenti, vtnec Consulis officium princeps,nec principis Consul appeteret.
Diligentissimus rei familiaris.Suet.de Claris grammat.15.Non multo minus ex re familiari,cuius diligentissimus erat. Cic.4.de Finib.54.Omnis enim est natura diligens sui. Et apud Plinium,lib.34.cap.8.31.Diligentissimus artis.
Diligentissimus officii.Cic.pro Cælio,18.Qu.Pompeio Proconsuli contubernalis castissimo viro atque omnis officii diligentissimo.
Manus diligens.Seneca in Med.711.
Quædam negligentia diligens.Cicero Orat.53.
Diligentissimus naturæ.Plin.lib.13.cap.4.4.Arboribus,imò potius omnibus quæ terra gignit,herbisque etiam vtrunque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt.
Diligens ad.Quintil.lib.1.Sed sunt propter hoc ipsum ad cætera magis diligentes. Cic.1.in Catil.14.Quem tu videlicet,& ad custodiendum te diligentissimum,& ad suspicandum sagacissimum,& ad vindicandum fortissimum fore putasti.
Diligens & Negligens de,&c.contraria.Pli.epist.78.ad Cor. Tacitum, Nam qui fortasse de alieno negligentes,de suo certe diligentes erunt.
Diligens in tuendo.Plin.in Paneg.83.Idem tam parcus in ędificando,quã diligens in tuendo.

Diligẽtia, (ἐπιμέλεια,σπουδή,ἀκρίβεια,ἐμμέλεια,)Studiũ, cura.Plautus Rud.19.39.Curate hæc sultis magna diligentia.Cic.1.de Orat.81.Reliqua quæ sunt in cura,attentione animi,cogitatione,vigilantia,assiduitate,labore,complectar hoc vno verbo,quo sæpe iam vsi sumus,diligẽtia,qua vna virtute omnes virtutes reliquæ continentur.
Assiduitas & diligentia.Cicero ad Atticum,lib.2.20.4.Terentiæ per gratia est assiduitas tua & diligentia,in controuersia Muluina.
Diligentia & industria.Cic.1.de Orat.143.In quo tantum studium fuisse,tantusque labor dicitur,vt primum impedimenta naturæ diligentia industriaque superaret.
Peruersitas diligentiæ.Quint.lib.1.cap.6.11.Inhærent tamẽ quidam molestissima diligẽtiæ puerilitate,vt audaciter potius dicant,q̃ audacter.
Accuratissima diligentia,Vide ACCVRO.
Acris diligentia,Vide ACER Adiect.
Inanis diligentia.Quintil.lib.5.cap.11.23.
Nimium solicita diligentia,Quintil.lib.3.cap.11.15.
Diligentia in Rempub.Cic.pro Murena.77.Vos pro mea summa & vobis cognita in Rempub.diligentia,moneo.
Adhibere diligentiam,Vide ADHIBEO.
Adimere diligentiam,Vide ADIMO.
Adiungere diligentiam,Vide ADIVNGO.
Affectare diligentiam,Vide AFFECTO.
Asseruare diligentia,Vide ASSERVO.
Comparare diligentiam,Vide COMPARO.
Conferre diligentiã ad aliquid.Cic.Planco,lib.10.7.8.Tamen tuæ dignitati ita fauemus,vt omne nostrum consilium, studium, officium,operam,laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus, Vide CONFERRE.
Consequi diligentia aliquid,Vide CONSEQVOR.
Consumere diligentiam in re aliqua,Vide CONSVMO.
Excitanda animaduersio & diligentia,vt,&c.Cic.1.Offic.144.
Habenda ratio & diligentia omni in re.Cice.de Amic.75.
Labi diligentia.Quintil.lib.5.cap.13.30.
Rident diligentiam nostram.Quintil.lib.2.cap.11.2.
Magna cum cura atque diligentia scribere.Cic.1.de Inuent.85.

Diligenter, aduerbium,(ἐπιμελῶς)Studiosè,cũ cura & sollicitudine. Plautus Cap.5.34.Cauto est opus vt sobriè, sineque arbitris accuratè hoc agatur,doctè Et diligenter.Terent.Eun.3.1.47.Abi,præcurre,vt sint domi parata omnia.GETA.Fiet.THRASO.diligenter Pythias
Fac cures.Et paulò post,Curate istam diligẽter virginem. Ibidem.2.1.1.
Fac ita vt iussi deducantur isti.PH.faciam.PH.at diligenter. P.Fier.
Asseruare aliquid diligentius.Catull.ad Coloniam.17.4.Asseruanda nigerrimis diligentius vuis.
Studiosè diligenterq; curare.Cic.Pláco lib.16.341.7.Ego quæ te velle, quæq; ad te pertinere arbitrabor,studiosè diligenterq; curabo.
Diligenter exponere aliquid.Cice.4.Verr.129. Et 1.Acad.6.Diligentissimè Græcis literis explicata.
Diligenter hic eram:id est summo studio & cura considerabam, & animaduertebam quæ agebãt.Plaut.Milite.3.28.
Vbi tu es?A.eccum ædepol,elephanto in India
Quo pacto pugno præfregisti brachium.
P.Qui brachium?A.illud dicere volui,femur.
At diligenter hic eram pol:si quidem conuisus esses,per cor,per viscera, Perque os elephanti brachium tranmitteres.
Diligentius venire.Cice.pro Sexto Roscio.43.Si hunc apud bonorũ emptores ipsos accusares,eique iudicio Chrysogonus præesset,tamen diligentius paratiusq; veniisses.

Dilorico, dilóricas,pen.prod.(διατρυπάω,)dilóricare.Discindere,inquit Nonius.Cice.de Oratore,lib.2.67. Qui in causa peroranda non dubitauit excitare reum consularem,& eius diloricare tunicam,& iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere?Alibi idem exẽplum memorans,dixit,Tunicam à pectore discidit.Vt intelligamus idem esse diloricare & discindere:sed hoc magis propriè,illud autem metaphoricè dictum putauerim.

Diluceo, dilúces,pen.pro.diluxi,(διαλάμπω)dilucere,Distinctè, siue perfectè lucere.Gel.lib.2.Contra verò qui sex horis posterioribus nascitur,eo die videri natum qui post eam noctem diluxerit.Horat.lib.1.epist.4.3.Omnem crede diẽ tibi diluxisse suprem.
Dilucere res dicitur,per translationem,pro clara & aperta esse.Liu.3.ab Vrbe.67.Dilucere res magis patribus atque COSS.

Dilúcidus, pen.cor.(καταφανὴς,κατάδηλος,)Nomẽ ex pticipio. Plin. lib.9.cap.39.3.Sic igitur laudatus ille pallor saturitate fraudata,tãdoque dilucidior,quanto magis vellera esuriunt.

Dilucida oratio. Cic.3.de Fin.4.Nec.n.in Torquati sermone quicq̃ implicatũ,aut tortuosum fuit:nostraq;, vt mihi videtur,dilucida oratio.

Dilucidè, Aduerbium,(καταφανῶς)Id est clarè & perspicuè. Terentius Phorm.2.3.51.Dilucidè expediui quibus me oportuit iudicibus. Plinius libro 18.cap.28.14.Literas quidem miscebo agrestibus negotiis, quàm potero dilucidè atque perspicuè.
Dilucidè planeque dicere.Cice.in Oratore.43.
Dilucidè diluere,Hoc est apertè & manifestè.Cic.3.de Fin.30.Et 4.Ver. 159.Dilucidè diluere criminа. Et 4.Acad.81. Dilucidè, perspicere. Item Dilucidè docere,ibidem.103.

Dilúcido, dilúcidas,p.co.(διαφανίζω,καταφανίζω,)dilucidare,Declarare. Author ad Heren.lib.3.99.Nam quod in docendo rei dilucidãdæ cãdo lum appellauimus,id in dicendo honestius consilium appellabimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diluescẽ,diluescẽris,(ἀπολαμπω,)diluescere, Diem fieri incipere.pro quo antiqui diluculascere scripserunt.Cice.in Catilinam, ad Quirites 3 2.Prætoribus traditur ipsis comprehensi ad me,quum iam dilucesceret,deducuntur.Liu.6.bel.Maced.101.Iam diluescebat quum signũ Consul dedit.

Diffossa est illa caligo,diluxit,patet,videmus omnia.Cic.12.Philip.321.

Diluculum,diluculi,pen.cor.(ὄρθρος,πρεῖαφέρον)A die quòd tum dies lucescere incipiat.Plaut.Amph.8.104.Primulo diluculo abisti ad legiõs.Sic apud Suetonium in Vitellio,cap.15.

Cum diluculo abire,Vide CVM.

Primo diluculo venire.Cice.pro Rosc.Amer.12.Et quum post horã primam noctis occisus esset,primo diluculo nuntius hic Ameriam venit.

Diluculõ,aduerbium(κατ' ὄρθρον,)Id est summo mane,ante lucem.Plau. Amph.15.44.Quàm diluculo misisti ad nauim Sosiam, vt hodie tecũ conuiuerem.Cic.ad Atticũ,lib.16.337.1.Quũ ante lucẽ de Sinuessano surrexissem,veniissemq; diluculò ad pontem Tiretum.

Diluculo,diluculas,pen.cor.diluculare(ὄρθρον ποιεῖσθαι,)Est diluculum fieri.Gellius lib.2.cap.29.Die crastino vbi primũ diluculabit,fac amicos adeas,& roges veniant.Antiquum est & obsoletum.

Diludia,diludiorum.plu.nu.neu.gen.Id est cessatio à ludo.Horat. lib.1.epi.20.10.

Displicet iste locus,clamo,& diludia posco:

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram.Vbi Acron.Diludia, tempora sunt quæ gladiatoribus concedũtur,vt intra quinq; dies pugnẽt. Porphyr.Diludia,intermissio ludorum vel dilatio.

Diluo,diluis,dilui,dilũtum,pen.pro.(περιγινώσκειλύω,)diluere,Lauare,purgare,abluere.Cæsar.2.bel.Ciuil.41. Super lateres coria inducuntur,ne canalibus aqua immissa lateres diluere possit.

Diluere aceto.Celsus lib.5.cap.20. Hunc oportet diluere aceto,sic vbi vulnus glutinandum est illinere.

Color diluitur.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.13.

Quin etiam stagno similis,pigreque paludi,
Cæruleus vix est,diluiturque color.

Labores boum diluere ingenti pluuia.Virg.1.Georg.65.

Pectora sudor diluerat.Valer.3.Argon.112.

¶ Diluere est aquam vel alium liquorem miscere.Virg.1.Georg.69.

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
Cui tu lacte fauos,& miti dilue Baccho.Id est,Cui tu liba de lacte,melle, & vino.Seruius.Et Persius,Satyr.5.Diluis helleborũ dixit,p eo quod est,medicamentis temperas. Plaut.Pseud.13.27.Apponũt rumicem brassicam,betam,blitumeo laserpitii libram pondo diluunt. Plin.libro 34.cap.12.Color est cæruleus per quàm spectabili nitore, vtrunque esse creditur.Diluendo fit attramentum tingendis coriis.

Vnguenta lachrymis diluere.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.11.

Diluit & lachrymis mœrens vnguenta profusis.

Diluere aliquid in pastillos.Plin.lib.25.cap.12.ad finem, Cyclaminon in pastillos diluunt.

Diluere per translationẽ.pro Expedire,declarare,explicare.Plau.Rud. 24.64.Abstine maledictis,& mihi quod rogaui dilue.Cice.pro Cluen. 3.Quum ego vnaquaque de re dicam,& diluam.

Cura diluitur mero.Ouid.1.de Arte.48.Cura fugit,multo diluiturq; mero.Id est aufertur & velut abtergitur.

Hora sera diluitur mero.Ouid.epist.18.3.

Diluere crimẽ,pro Purgare & refellere.Cic.7.Verr.62. Quò facilius crimen inimicorum diluere possim. Idem.2.de Nat.deo.30.Nam vt pfluens amnis,aut vix,aut nullo modo,concluſa autem aqua facile corrumpitur:sic orationis fluminer eprehensoris vitia diluuntur.

Inferre crimina & Diluere,cõtraria. Author ad Heren.204.Accusatoris officium est,inferre crimina:defensoris,diluere & propulsare.

Diluere,& falsa esse docere.Cic.pro Cælio.17.Quæ tu,quoniam mente nescio qua effrænata atque præcipiti in forum deferri iudiciumque voluisti,aut diluas oportet,& falsa esse doceas.

Infirmare & diluere.Cice.pro Rosc.Amer.24.Ego restã leues qua ratione infirmem ac diluam,reperire non possum.Idem 1.de Inuent.92.

Pacinus tantum quæ diluet ætas?Claud.2.in Eutrop.5.

Extenuare & diluere molestias.Cice.3.Tusc.61.Quæ cogitatio vnà omnes molestias extenuat & diluit.

Peccata diluere.Ouid.2.de Remed.amor.60.

Nec causas aperi quare dimortia malis:
Nec die quid doleas:sclàm tamen vsque dole.
Nec peccata refer,ne diluat ipsa,cauto
Vt melior causa,causa sit illa tua.

Vitium ex animo diluere.Propert.lib.3.ad Bacchum.17.2.

Tu vitium ex animo dilue Bacche meo.

¶ Diluere authoritatem,pro minuere.Seneca epist.29.Hoc nõ existimo magno viro faciendum,diluitur eius authoritas, nec habet apud eos satis ponderis,quos posset minus obsoletafacta corrigere.

¶ Diluor,pass.Author ad Heren.74.Ex simplici parte reprehenditur,si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur.

Dilũtus,pen.prod.Particip.(κεκερασμένος,)Quod est mistum & temperatum.Vnde vinum aqua mistum,dicitur dilutum.Mart.lib.1.177.

–raram diluti bibis vnciam Falerni. Dilutus color dicitur,quum veluti aqua adiubita,minus est intensus.Gellius lib.2.cap.26.Lutcus,color rufus est dilutior.Quosdam legunt dilucidior.

Absynthia diluta.Lucret.lib.4.46.

Dilutas querimur germinet quòd fistula guttas.Pers Saty.3.

Labella diluta multis guttis.Catull.ad Iuuentium.94.2.

Mella Falerno diluta.Horat.1.Serm.saty.2.4.

Dilutus rubor,Vide RVBEVS.

Sperne cibum vilem, nisi Hymettia mella Falerno.
Ne biberis diluta.

Diluta potio.Cels.lib.1.cap.3.Post hæc omnibus fatigatis aptũ est cibũ sumere:eoq; humido vtiaqua,vel certe diluta potione esse cõtentos.

Dilũtum,pen.prod.(κατάβρεγμα)Substantiuum. Id liquidum est in quo aliquid certo tempore infusum fuit.vt si in vas vini appositum absynthium fuerit,deinde post iectum tempus abstractum,id vinum,ab synthii dilutum dicetur.Plin.lib.27.cap.7.4 Bibitur & madefacti absynthii dilutum.Ita enim appellatur hoc genus.

Diluuio,diluuias,(κατακλίζω)diluuiare,Diluuie & inundationibus commiscere & conturbare,inundare.Lucret.lib.5.78.

Tantum suppeditant amnes,vltraque minantur
Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

Diluuium,(κατακλυσμὸς)Quod varie diluit.Nam diluuium, diuersorũ purgamentum fuit,omnia diluens,quòdo scilicet immodicis imbribus vel vexatur terra,vel obruitur:quæ & inundatio dicitur. Plin.epist.170.ad Macrinum,lib.8.Hîc assiduæ tẽpestates,& crebra diluuia:Tyberis alueum excessit,& demissioribus ripis altè supertunditur.&c.

Crebra diluuia,Vide CREBER.

Tellurem diluuio miscere.Virg.12.Aeneid.41.

–Non si tellurem effundat in vndas
Diluuio miscens.Id est,Aquæ superfusione vniuersa perturbans.Seruius.

¶ Diluuium pro vastitate,authore Seruio,apud Virg.7.Aeneid.40.

Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti,
Diis sedem exiguam patriis,litusque rogamus
Innocuum.De Troiæ excidio loquitur.

Diluuies,diluuici,pen.prod.fem.g.(κατακλυσις,)Idem.Lucretius lib.5 52.Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus. Hora.lib. 4.Carm.ode.14.6. –horridamque cultris

Diluuiem minitatur agris.Id est inundationem. Acron. Plin.lib.9.ca.4. Altior quæ nauium velis diluuiem quandam eructans.

DILVVIALIS,& hoc diluuiale,p.pro.Solinus cap.14. Quippe quas solas diluuialis irruptio quum vniuersa obduceret humido situ,in accessas reliquit.

Dimãno,dimãnas.pen.prod.(ἀπορρεύω)dimanare,Defluere. Per ἀπόβασιν,pro peruenit,pouitur,& auditum est. Cic.pro Cælio.4. Equidem(vt ad me referatur)ab his fontibus profluxi ad hominum famam,& meus hic forensis labor,vitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum paulo latius commendatione & iudicio meorum.

Dimetior,dimetiris,pen.prod.dimensus sum,(διαμετρέω,ἐκμετρέω)dimetiri.Id est quæ metiri.Vide DEMETIOR. Cice.de Senec.45.Mori videbamur in studio dimetiendi penè cæli atque terræ C.Gallum familiarem patris tui Scipio. Plin.epist.2.13.8. Vbi hora quarta vel quinta(neque enim certum dimensumque tẽpus, vt dies suasit)in xistum me,vel cryptoporticum confero.

Dimetiri & describere.Cic.de Senec.55.Mirari se non modò diligentia, sed etiam solertiam eius à quo essent illa dimensa & descripta.

Dimensam & exædificatam animo habere domum alicuius.Cice.ad Atticum,lib.1.4.1.

Dimetiri digitis peccata.Cic.in Parad.31.

Dimetiri & dinumerare syllabas.Cice.in Orat.91.De verbis enim componendis & de syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur.

Dimetiens,Participium,(διαμετρῶν)vt Dimetiens linea.Plin.lib.2.cap. 23.4.Quantas enim dimetiens habeat septimas,tantas habere circulum duo & vicesimas.

Dimensus,Participium.(διαμεμετρημένος)Cice.de Senectute.55. Et ei Cyrum respondisse,Atqui ego ista sum omnia dimensus. Quo in loco sumitur actiue.

Omnia sint paribus numeris dimensa viarum.Virg.2.Georg.57.

Orbis certis partibus dimẽsus.Virg.1.Georg.47.Id est,authore Seruio, Annus diuisus in quatuor tempora.Hic passiue sumitur.

Ratio dimensa.Cic.in Orat.106.Neque enim ipse versus rõne est cognitus,sed natura atq; sensu,quem dimensa ratio docuit quid accideret.

DIMENSVM,idem quod Demensum.Spartianus in Adriano,Senatoribus,qui non vitio suo decoxerant,patrimonium pro liberorum modo Senatoriæ professionis expleuit,ita vt plerisque in idem vitæ suæ dimensum siue dilatione restituerit.

Dimensio,

Dimensio,Verbale,(διάστασις,διαμέτρησις,)Cic.1.Tusc.89.Pusionem quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimensione quadrati.

Dimetor,penul.prod.dimetaris,dimetatus,sum,(διαμετρέω,)dimetari.Cice.2.de Natu.deorum,233.de syderibus,Eorum enim cursus dimetati,maturitates temporum,& varietates,mutationesque cognoscimus.

Dimico,dimicas,penult.correp.dimicui & dimicaui,dimicatum, (ἀγωνίζομαι,)dimicare.pugnare,quod proprie fit re ipsa. Cæs.7.bel.Gall.143.Ne contra suam voluntatem dimicare cogererur. Idem 2.bel.Ciuil.12.Non minore animo ac fiducia,quã antè dimicarant,naues conscendũt.Oui.Vitricus & gladiis & acuta dimicet hasta. Hæc tibi sit pugna dimicuisse satis.Ouid.2.Amor.eleg.13.6.

Dimicare acie,vel prælio.Liu.2.ab Vrbe,233.Nec tamen perpelli potuere vt acie dimicarent. Idem,Iusta quoque acie,& collatis signis dimicarum est.Cic.2.de Natu.deo.8.Quum A. Posthumius Dictator cum Octauio Mamilio Tusculano prælio dimicaret.

Acie tota dimicare,Vide ACIES.

Mille modis acies tua dimicat.Ouid.ad Pisonem,40.

Dimicare animi causa.Cic.1.de Finib.92.Sic vester sapiens magno aliquo emolumento commotus,cum causa,si opus fuerit,dimicabit:occultum facinus esse potuerit,gaudebit:deprehensus,omnẽ pœnam contemnet.

De omnibus fortunis Reipublicæ dimicare.Cic.Attico,lib.8.16.2.

Dimicare de imperio cum.Cic.1.Offic.29.Cum Latinis,Sabinis,Samnitibus,Pœnis,Pyrrho de imperio dimicabatur.Idem pro lege Manil.5.

De potentia sua dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis Cice. Actico lib.7.123.6.

Dimicant inter se.Plin.lib.8.cap.7.1. Et lib.7.in Procem.6.Leonum feritas inter se non dimicat.

Pro altero dimicare.Cic.2.Philip.83.An tu Narbonæ in mensas hospitũ quum vomeres,Dolabella pro re in Hispania dimicaret?

Dimicare pro re aliqua.Plin.lib.12.ca.25.1.Contra defendere Romani, & dimicatum pro fructice est.

Pro legibus,pro libertate,pro patria dimicare conuenit.Cic.4.Tusc.65.

Dimicandum omni ratione vt incolumes conseruentur. Cic.1.Verr.39.

Dimicans,pen.corr.Participium,(ἀγωνιζόμενος)Cice.pro Sestio, 1.Vno aspectu intueri potestis,&c. mœstos,sordidatos reos,de capite,de fama,de ciuitate,de fortunis,de liberis dimicantes.

Dimicatio,Verbale,(ἀγωνισμός,)Liu.2.ab Vrbe,58.Et subeunda dimicatio toties quot superessent coniurati. Cæsar 7.ab Vrbe,345.Omniũ superiorũ dimicationũ fructum in eo die atque hora docet consistere.

Discrimen & dimicatio.Cic.pro Sylla.58.Si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ deseruerit.

Dimicatio capitis,famæ,&c.hoc est periculum,vt ait Budæus.Cic.pro Rabirio.2.Quod in tanta dimicatione capitis,famæ,fortunarumque omnium fieri necesse est.Sic De Prouinciis Consul.18.

Fortunarum dimicatio.Cic.pro Planc.25.

Dimicatio prælii.Cice.ad Quintrẽ,lib.1.1.7.Nullas(vt opinor)insidias hostium,nullam prælii dimicationem,&c.pertimescimus.

Solers dimicatio.Plin.lib.10.cap.17.

Vitæ dimicatio.Cic.pro Planc.63.Nullas enim sibi ille neque contentiones,neque inimicitias,neq; vitæ dimicationes,nec pro Republica,nec pro me defugiendas putauit.

Artifex dimicatio,Vide ARTIFEX.

Periculosa dimicatio,Vide PERICVLOSVS.

Inter ipsam dimicationem,Hoc est in ipsa dimicatione,Inter dimicandũ, tempore dimicationis.Ex Liuio.

In aciem dimicationemque venire.Cic.in Orat.25.

Dimicatio cum.Plin.lib.9.cap.46.1.At cum canicula atrox dimicatio.

Dimidius,A diectiuum,siue dimidium substantiuum,(ἥμισυς,ἥμισυ,)A dimensione dicitur,teste Donato.Alii à medius deducũt,quasi per medium diuisus.Est autem dimidium,pars dimidiata altera. Gellius lib.3.cap.14. Dimidiatum,nisi ipsum quod diuisum est,dici haud conuenit:Dimidium verò est,non quod ipsum dimidiatum est,sed quæ ex dimidiato pars altera est. Plaut.Bacchid.23.68. Dimidium auri datur,accipias. Idem Pseud.20.59.Heus memento ergo dimidium istuc mihi de præda dare. Idem Rud.23.18.

–ego istuc fortum scio
Cui factum est:nunc mihi si vis dare dimidium,indicium
Domino non faciam.Idem Pseud.7.73.Bonus animus in mala re,dimidiũ est mali.Plin.lib.2.ca.59.1.Certè nisi sole aduerso non fiunt,nec vnquã nisi dimidia circuli forma.De arcu cœlesti loquitur.

Dimidia pars.Plaut.Rud.24.79.

Nunc demum istuc dicis,quoniam ius meum esse intelligis,
Dudum dimidiam petebas partem.

Ex parte dimidia hæres.Cic.Planco,lib.13.30.11.

Dimidius modius.Liu.3.bel.Pun.48.Ad fidem deinde tam lætarum rerũ effundi in vestibulo curiæ iussit annulos aureos:qui tãtus aceruus fuit, vt metiẽtibus dimidiũ sup treis modios explesse fint quidã authores.

Dimidias clepsidras dixit Plin.in epistolis,pro dimidiatis,teste Budæo.

Dimidium facti qui bene cœpit habet.Horat.1.epist.2.8.

Dimidio minoris constabit aliquid.Cic.Attico,lib.13.284.2.

Pecuniæ dimidium alicui curare.Cic.Qu.frat.lib.2.8.3.

Ad dimidias decoquere.Vide in præpositione AD.

Dimidium donare.Lino,quàm credere totum.

Qui mauult,mauult perdere dimidium.Martial.lib.1.71.

Soluere dimidũ.Quint.lib.5.cap.10.73.Lata lex est,vt argentarii dimidiũ ex eo,quod debebant soluerent,creditum sibi totũ exigerent.

¶ Dimidium quàm.Liu.lib.5.bel.Maced.1. Vt vix dimidium militum,quàm quod acceperat,successori tradiderit.

Dimidio,ablatiuus:vt Dimidio carius.Cic.pro Domo sua.89. Emit domũ litigatoribus defatigatis,propè dimidio carius quàm æstimabat.

Dimidio minus,& dimidio minoris.Plaut.Asin.9.35. Dromo mercedem exculit[12.dimidio minus opinor.Cic.ad Att.lib.13.284.2.Propè dimidio minoris constabit isto loco. Vide MINOR.

Minus dimidium,pro Dimidio minus.Cic.3.Verr.86.Iurarent se curatores,vt ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad A. Treboniũ fratrem illum proscriptum peruenirent. Budæus.

Dimidio plus & pluris.Cic.ad Atticum,lib.9.180.3.Restè non credit de numero militum:ipso dimidio plus scripsit Clodia. Idem.5.Verr.65. Addicitur medimnis MM, dimidio fere pluris quàm superiore anno.

Dimidio stultior.Cic.pro Flac.27.Habebat ii.Rhetor iste adolescentes quosdã locupletes,quos dimidio redderet stultiores,si acceperat.

Dimidiãtus,pen.prod.A diectiuum,(ἡμίτομος,)Dicitur id quod in duas partes diuisum est:vt Dimidiata hora,dimidiatum pomum.Plaut.Menæchmis.4.43.Dies quidẽ iã ad vmbilicum est dimidiatus mortuus.Ennius,Sicuti siquis ferat vas vini dimidiatum.Dimidiatũ mensem dixit Cicero in.2.Tusc.Quæst.63.Et 4.Verr.90.Et Plin.lib.16.cap.39.6. Nisi intermestri luna atque dimidiata,ne tangas materiam.

Partes dimidiatæ.Cic.5.Tuscul.93.Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum,dimidiatis fere.

Dimidiatim,Aduerbium,(ἡμιτόμως,)Plautus Milite.10.166. Sed percellunt,sed perducunt,dimidiatim dũ appetunt.Id est,sibi volunt dari dimidiam partem.

Diminuo,diminuis,diminui,diminũtum,pen.prod.(μειόω,ὀλιγόω,ἀμενηνόω,ὑποσυναιρέω)diminuere,Idem quod minuere,vel in diuersas partes confringere & attenuare. Plaut.Aulul.6. 38.Nunc ego istum soror laborem degam,& diminuam tibi. Idẽ Menæch.8.30.Hei mihi cui nihil est quicum illi homini diminuã caput.Id est percutiam & frangam.quod & comminuere dicitur. Terent.Eun. 4.7.33.Diminuam ego caput tuum hodie,nisi abis. Idẽ Adel.4.2.33. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum.Cæsar.3.bel.Ciuil.8.Longũq; iter ex Hispania magnum numerum diminuerat.

Detrahere & diminuere.Cic.2.de Inuent.144. Quantum enim de honestate & authoritate eius qui arguitur,detractum est,tantum de facultate totius est defensionis diminutum.

Auxilio diminui.Cic.de Aruisp.resp.30.Monent ne per optimatium discordiam,dissensionemq; patribus,principibusq; cædes,periculaque crescunt,auxiliosq; diminuti deficiantur:quare ad vnũ imperium pro unciæ redeant,exercitusque pollus,diminutioque accedat.

Ira diminuitur.Ouid.1.Trist.eleg.4.9.

Diminui si quà numinis ira potest.

Diminutũ negotio.Author ad Heren.lib.1.30.Veruntamẽ maturabimꝰ, & quod nostro negotio diminutũ fuerit,exæquabimus industria.

Diminuere de vel ex.Cæsar.1.bel.Gall.219.Neq; eius calamitate detãta voluptate & gratulatione quicquã fortuna diminuerat. Liu.2.ab Vrbe.4.Quàm quod diminutum quicquam sit ex regia potestate.

De bonis alicuius diminuere.Cic.Qu.frar.lib.1.2.16.

De præsidiis diminuere.Cic.pro Sylla.1.Sed vt ille iudicis,quantum de mea authoritate diripuisset,tantum se de huius præsidiis diminutum sperauit.

Verbo unius de tẽpore sermonis alterius diminuere. Cic.3.de Ora.105. Sed eo te ne laudandi quidem causa interpellaui,nequid de hoc tam exiguo sermonis tempore verbo vno meo diminueretur.

Diminũtus,penulti.product. Participium,(μειωμένος,)Cicero.3.de Oratore.72.Distributione partiũ ac separatione magnitudines sunt artium diminutæ.

Dignitas collegii interitu alicuius diminuta.Cic.de Clar.Orat.1.

Prædia diminuta.Cic.pro Sylla.42.

Diminuta ex parte & infirmata sententia.Cic.pro Cecin.28.

Diminutio,Verbale,(μείωσις,ὑποσυναίρεσις,)vt,Diminutio luminis.Cic.1.Tusc.106.Et Diminutio familiæ.Plin.lib.34.cap.13.9.

Accretio & Diminutio,contraria.Cic.1.Tuscul.106. Solem lunamque accretione & diminutione luminis quasi fastorum notantem & significantem dies.

Ciuium diminutio.Cic.3.in Catil.68.

Libertatis diminutio.Cic.1.de L.Agr.30.

Vectigalium diminutio.Cic.1.de L.Agr.11.

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Diminutio capitis apud Iurisconsultos, Est prioris status mutatio, vt testatur Caius Tit. De cap. minutis. L. Prima, Cic. de Prouin. Cõsul. 18. Vide CAPVT. Antiqui tamen Oratores de capite diminuere, & de capite demere dicebant. Cic. in Verrem. Vnum hoc aliud Senatusc. reprehensum, secretumque est, vt quibus ille de capite dempsisset, ne pecunias in ærarium referrent. Idem in Topicis. 14. Gẽriles sunt qui inter se eodem nomine sunt. nõ est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. ne id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit. abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti hoc fortasse satis est. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 137. Relinquitur noua religio, vt eo neglecto sacramente, quo nunc tenemur, respectis illud quod deditione ducis & capitis diminutione sublatum est. Liuius de bello Punico, Sero nũc desyderatis, diminuti capite, abalienati iure ciuium.

Diminutio de. Cic. 2. Offic. 107. In primis autem videndum erit, ei qui Rempub. administrabit, vt suum quisque teneat: neque de bonis priuatorum publicè diminutio fiat.

Facta de imperio diminutio. Seruius Ciceroni, lib. 4. ſ. 13.

Multari diminutione prouinciæ imperatorem, contumeliosum est. Cicero de Prouinciis Consularibus. 30.

Dimitto, dimittis, dimisi, dimissum, (ἀφίημι, ἀπολύω, μεθίστημι, πέμπω,) dimittere, Idẽ quod mittere. vt Dimittere domũ. Liu. 8. bel. Maced. 4. Virgil. 1. Aeneid. — equidem per littora certos Dimittam. Cæsar. 5. bel. Gall. 199. Nuntios, legationesque in omnes partes dimittebat.

Dimittere boues in pascua. Colum lib. 6. cap. 26. 11.

Dimittere literas in alias vrbes. Liu. 8. bel Maced. 5.

Dimittere pueros circum amicos. Cic. pro Quintio, 12. Nævius ipse pueros circum amicos dimittit.

¶ Dimittere folia dicitur arbor, quum decidunt. Plin. lib. 12. cap. 1. 8.

Dimittere, pro in diuersas partes mittere. Liu. lib. 5. Decad. 4. Nabis ex templo circa omneis vicos maritimos dimisit ad seditiones in iis miscẽdas. Idem, lib. 5. Decad. 5. Per omnes ciuitates cohortes dimisit. Suet. in Cæsare, capit. 4. Nam comites seruosque exteros in initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat.

¶ Dimittere, pro Deorsum mittere. Liu. 8. ab Vrbe. 83. M. Fabius captiuus Romanus quum per negligentiam custodum festo die vinculis ruptis per murum inter opera Romanorum religata ad pinnam iuuri reste suspensus manibus se dimisisset, &c. Emendati codices habent demisisset. Plin. lib. 11. cap. 37. 69. Alterum sinum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata.

Dimittere se in valles, vel agmen in æquum. Cæs. 1. bel. Ciuil. 300. Sese in valles vniuersi dimitterent. Liu. 7. ab Vrbe. 102. Postquam neque in æquum dimitti agmen vidit.

¶ Dimittere, Permittere abire, Sinere. Plaut. Trinum. 13. 103. Dimittã vt te velle video. Terent. Eunu. 4. 7. 44. Iã dimitto exercitum? THR. vbi vis. Sic apud Cæsarem. 1. bel. Ciuil. 7. Et 7. bel. Gall. 180. Dimittere equitatum. Cic. ad Cæsarem, lib. 3. Quæ si videres, non de exercitu retinendo tueri, sed eo tradito, aut dimisso. Idem. 1. Offic. 55. Quum autem Pompilo videretur vnam dimittere legionem. Item p Corn. Balbo. 24. Hæc sunt enim fundamenta firmissimæ nostræ libertatis, sui quenque iuris & dimittendi & retinendi esse dominum. Salluſt. Deinde eos, pollicitus operam suam, domum dimittit.

Dimittere & Retinere, contraria. Cic. 4. Verr. 4. Cum quæstu cõpendioq; dimittit, partim retinet.

Aequos & placatos aliquos dimittere. Cic. in Orat. 18.

Aliquem cum bona gratia dimittere. Cic. de Fato. 16.

Aliquem cum pace dimittere. Vide PAX.

¶ Dimittere, Permittere, in potestatem dare. M. Tullios de Rep. lib. 1. Tum annui Consules, tum dimissi populo fasces. Nonius.

¶ Aculeum dimittere. Vide ACVLEVS.

Dimittere amicitias. Ci. de Amic. 65. Est etiam quasi quædam calamitas in amicitiis dimittendis nonnunquam necessaria.

Dimittit animum in artes ignotas. Ouid. 8. Metam. 38.

Dimittere se ad aurem alicuius. Cic. 4. Verr. 53. Erat hominum conuentus maximus, summum silẽtium, summa expectatio, quonam esset eius cupiditas eruptura. crebrò dimittebat se accensus ad aurem Timarchides. tum ille aliquando, Age, dic, inquit, &c.

Aliquid in aures duras dimittere. Virg. 4. Aeneid. 86.

Bellum dimittere. Stat. 10. Thebaid. 103.

Certum dimittere. Cic. 1. in Catil. 7.

Comitia dimittere. Cic. Attico, lib. 1. 9. 8.

Discedentem non sine magno dolore dimittere. Cic. Att. lib. 12. 141. 12.

Dimittere se in comparationem alterius, Comparare se alteri. Suet. de Claris Rhet. 1. Suscepit eas partes actaque ita complexit, vt Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere. Fortasse legendum demittere.

Dimittere è complexu suo. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 5. Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimisi meo.

Concilium dimittere. Cic. 1. de Orat. 60. Adolescentulus verò sic in initio accusationis exanimatus sum, vt hoc summũ beneficium. Qu. Maximo debuerim, quòd continuo concilium dimiserit simul ac me fractum ac debilitatum metu viderit.

Concilia instituta dimittere, vel habita rescindere. Cic. 2. de Legib. 51.

Dimittere & ablegare consilium. Cic. 4. Verr. 52. Causam sese, dimisso atque ablegato consilio defensurum negaunt.

Dimittere ex consilio. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 423. Iis rebus adducti, nõ prius Viridouicem reliquosque duces ex consilio dimittunt, quàm ab iis sit concessum arma vti capiant.

Contumeliosè dimittere. Vide CONTVMELIA.

Dimittere creditorem, Ist est ei satisfacere, se ab eo liberare. Paulus in L. Quæris. ff. De pactis dota.

Creditores dimittere. Plin. Caluinæ, lib. 2. Quum verò ego adductus affinitatis officio, dimissis omnibus, qui non dico molestiores, sed diligentiores erant, creditor solus extiterim.

Curam dimittere. Cic. Attico, lib. 14. 307. 3. Ouid. 15. Metam. 44.

Dimittere curam ex animo. Liu. 10. bel. Pun. 11. Inter hæc ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo dimiserat.

Custodiam capitis alicuius dimittere. Cic. pro Plancio. 79.

Debitorem dimittere, Id est liberate acceptilatione. Vlp. in L. Ambitiosa. ff. de Decretis ab ordine faciẽdis, Ambitiosa decreta Decurionũ rescindi debentibus aliqué debitorẽ dimiserint, siue largita sint. Budæ.

Dimittere in discrimen. Liu. 3. ab Vrbe. 142. Dimissa tam in discrimen dignitas ea ætate, hisque honoribus actis.

Dimittit eum dolor. Celsus lib. 4. cap. 10. Harum ingens dolor esse cõsuevit, is que hominem sæpe debilitat, & quosdam non dimittit.

Dimittere facultatem rei gerendæ. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 112. Cæsar scalas parari, militesque armari iubet nequam rei gerendæ facultatẽ dimittat. Sic ibidem, lib. 3. 380. Ne in præda occupati, reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent.

Demittit febris. Celsus, lib. 1. cap. 7. Si febris nõ dimittit, eaque interdum lenior est, nostu increscit, multus sudor oritur, cupiditas tollendi est.

Dimittere filium de potestate. Caius in L. Liberum. ff. de adop.

De grauitate aliqd, aut multi de cupiditate dimittere. Ci. 13. Phil. 348. Dimittere ira suã Reip. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 35. Cesarẽ quoque pro sua dignitate debere & studium & iracundiam suã Reip. dimittere.

Iudicium dimittere. Cic. 4. Verr. 49.

Ius suum retinere & Dimittere, contraria. Cic. pro Corn. Balbo. 24. Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis, sui quenque iuris & retinendi & dimittendi esse dominum.

In casus lachrymas dimittere. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 4.

Quid fuit ingenti prostratum mole sodalem
Visere, & alloquii parte leuare tui?
Inque meos si non lachrymas dimittere casus,
Pauca tamen fisto verba dolore loqui?

Libertatem non dimittere. Cic. pro Plancio. 77.

Dimittere è manibus. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 105. Prius se cortice ex arboribus victuros, quàm Pompeium è manibus dimissuros.

E manibus non dimittere aliquem authorem. Cic. in Orat. 59. Qui esset Athenis, totum diligentissimè cognouisti: neque eum dimittis è manibus, & rameo nostra etiam lectica.

Dimittere matrimonium, pro Soluere, vel rescindere, apud Suetonium in C. Calig. cap. 15.

Dimissa è matrimonio, pro Repudiata. Suet. in Tib. Cæsare, cap. 40. Qui dimissam eam è matrimonio post vicesimum annum veneni olim in se comparati arguebat. Idem in Domitiano, cap. 8. Equitem Romanum ob reductam in matrimonium vxorem, cui dimissæ adulterii crimen intenderat, erasit iudicum albo.

Milites dimittere. Cic. 7. Verr. 79.

Moras dimittere. Valer. 8. Argon. 21.

Murmura venti dimittere. Sil. lib. 7. 51.

Dimissa in populos notitia nominis, pro dispersa. Senec. epist. 31. Famã non facier, nec ostentatio, nec in populos demissa nominis tui notitia.

Dimittere occasionem. Cæsar. 5. bel. Gall. 45. Hortatur que ne sui in perpetuum liberandi, atque vlciscendi Romanos pro tot suas acceperint iniuriis, occasionem dimittant. Sic idem lib. 3. bel. Ciuil. 100.

Dimitti oscolo. Plin. in Paneg. 36. Gratum erat cuctis, quòd Senatũ osculo exciperes, vt dimissus osculo fueras.

Dimittere patrimonium. Cic. pro Cecinna. 55. Patrimonium vnius isdemodo dimittif, ius amitti non potest sine magno incõmodo ciuitatis.

Remiges dimittere. Cic. 7. Verr. 79.

Dimittere reum, Est crimine soluere & vinculis. Plinius ad Traianum. Budæus.

Dimittere scholam, Cessare à docendis iuuenibus. Sueton. de Cla. grammat. 18. Quom edoceret iam multos ac nobiles, in his Iulium Antonii Triumuiri filium, vt Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola, transiit ad Qu. Septimii Philosophi sectam.

Dimittere Senatum, concionem, &c. Cicero de Amicitia. 11. Senatu dimisso, domum reductus ad vesperam est à Patribus conscriptis. Liu. 4. bel.

bel. Pun. 63. Gracchus prælio in posterum diem pronuntiato, concionem dimisit. Cic. ad Atticum, lib. 2. 19. 7. Et Cæs. 1. bel. Gall. 63.

Dimittere à se. Cic. ad Atticum, lib. 8. 15. 4. 2. Morem gessi, dimisi à me. Idem ad Qu. fratrem, lib. 3. 24. 14. Dimitto autem à me, & vt à magistris ne abducam, & quòd, &c. Cæsar 2. bel. Gall. 150. His mandatis eũ à se dimittit.

Dimittere sanguinem è capite. Varro 2. de Re rust. ca. 1. 13. Si hoc genus rebus non proficitur, dimittitur sanguis maxime è capite.

Dimittere de summa, quod & remittere dicitur. Cic. 5. Verr. 69. Illum viris fortissimis iudicatunt P. C. dimittere de summa non potuisse re mulieri deterrimæ recte remisisse Senatores iudicabunt?

Dimittere tempus, Idem quod dimittere occasionem, siue omittere. Ci. 2. de Orat. 49. Vidi statim indolem: neque dimisi tempus: & eam sum cohortatus, vt forum sibi ludum putaret esse ad dicendum.

Vsum aliquorum dimittere. Cic. Varroni, lib. 9. 1. 3.

Dimittere vxorem, pro Repudiare. Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 10. Dubium, vxor sine tædio, quam neque criminari, aut dimittere auderet, ne que vltra perferre posset, &c. Ibidem, cap. 35. Equiti Romano iurisiurandi gratiam fecit, vxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante iurauerat.

¶ Eò rem dimittit Epicurus, Si vnus sensus semel in vita mentitus sit, nulli vnquam esse credendum. Hoc est verum esse, confidere suis testibus, & importune insistere. Cic. 4. Academic. 141.

Commemoratio nominis nostri non dimittenda. Cicero pro Archia. 21.

Dimissus, Participium, (ἐφειμένος, ἀφειτὸς, πεφειμένος,) Cic. 7. Verr. 69. Præclara classis in speciem, sed inops & infirma, propter dimissionem propugnatorum atque remigum.

¶ Dimissio pro amandatione. Cic. in Parad. 58. Dimissiones libertorũ ad fœnerandas, dirip iendasque prouincias.

Dimissoriæ literæ, (ἀφετικὰ, γράμματα,) inquit, Modestinus de verb. signif. sunt quæ vulgò Apostoli dicuntur. Dimissoriæ autem dictæ sunt, quòd per eas causa ad eum qui appellatus est, dimittitur. Sic Marcellus De libellis dimissoriis.

Dimoueo, dimoues, pen. corr. dimóui, dimõtum. pen. prod. (διακινέω, ἀπωθέω,) dimouere: Idẽ significat quod remouere, vel loco suo mutare. Virg. lib. 2. Georg. 103. Agricola incuruo terram dimouit aratro: Hinc anni labor, &c.

Dimouere & depellere, pro Submouere. Cic. pro Cecinna, 35. Dimoueri enim & depelli de loco necesse est eum, qui deiiciatur. Budæus.

Aqua dimota. Ouid. epist. 17. 16.

Nullaque vox vnquam nostras veniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.

Dimouere bonum & malum, Discernere. Sallust. de Repub. ord. Primum id quæso consydera, qualis sit de quo consultas: ita bonis malisque dimotis, patenti via ad verum perges.

Causam dimouere in. Cic. 2. de Inuent. 188. Sinautem nõ in hominem certum, sed in rem aliquam causa dimouebitur.

Dimouere corpus. Celsus lib. 3. cap. 22. Si nauigationem aliqua res prohibet, lectica, vel alio modo corpus dimouendum est.

De suo cursu dimouere. Cic. pro Sestio. 38. Qualis nup Qu. Catullus fuit, quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit vnquã de cursu suo aut spe, aut metu dimouere.

Dimouit, perfregitque custodias pœna. Plin. in Paneg. 78.

Dimota a centro suo tellus. Plinius lib. 36. cap. 10. 7.

Dimouere de dignitatis gradu vel loco. Cic. 2. Tusc. 100. Et, Mentẽ è sua sede & statu dimouere, Cic. in Parad. 17. Item. Loco, & certo de statu dimouere, Cic. pro Cecinna, 31.

Dimouere è, vel de possessionibus. Cic. pro Lege Agr. 81. & 110.

Intentionem dimouere in. Cicer. 2. de Inuent. 186. Remotio criminis est, quum eius intentio facti quod ab aduersario infertur, in alium, aut in aliud dimouetur.

Labem à Republica dimouere. Cicero pro Domo sua, 54. Hominis enim scelere & furore notato, similis à Republ. labes in posterũ dimouebatur.

Dimouere molestiam ab aliquo. Cic. 1. Verr. 3.

Moras vocis dimouere. Sene. Hippo. 4. 46.

Obstantes propinquos dimouere. Horat. 3. Carm. ode 5. 10.

Dimoueri de sententia. Idem quod moueri & remoueri. Plautus Perſa. 10. 46. Dicat quod quisque velt, ego de hac sententia non dimouebor. Ci. pro Sestio. 88. De ciuitate maluit, quàm de sententia dimoueri.

Dimouere suspicionem. Cic. Antequam iret in exilium. 13. Sed illud quoror, quòd non iam ad vnius perniciem, sed ad vniuersorum instruitur calamitatem: conqueri, commiserari, dicere, expurgare, suspicionẽ dimouere, tamen diluere non licere, ore oppresso ceruices esse pbendas.

Aurora polo dimouerat vmbram. Virg. 4. Aeneid. 2.

Terram dimouere incuruo aratro. Virg. 2. Georg. 103.

Dimõtus, pen. pro. Participium, (ἀπωσμένος,) vt Parietes dimoti. Tacit. lib. 5. Vt tanquam dimotis parietibus ostenderet.

Dimulgare, pro Diuulgare citat Calepin⁹ ex Cicerone ad Ampium, lib. 6. 12. 3. Quare visum est occultius agendum, neque vllo modo dimulgandum. Vbi diuulgandum debere legi palam est.

DINARCHVS, Corinthius, iussu Polypercontis iugulatus est. Author Plutarchus.

DINDYMENE, penult. product. & Dindymene, penult. corr. (Δινδυμήνη,) dicitur Cybele: quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius sacra fierent. Sipontius.

DINDYMVS, pen. corr. in sing. mascul. gen. in plu. neut. (Δίνδυμος,) Mons in Phrygia, vbi colebatur Cybele magna mater deum, quæ ab eo dicitur Dindymena. Virg. lib. 9. Aeneid. 124.

O veræ Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta,
Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum:
Tympana vos, buxusque vocat Berecynthia matris Idææ.

Vlulantia Dindyma. Valer. 3. Argon. 47.

DINOCRATES, pen. corr. Messenius, Romæ in conuiuio temulétus muliebri saltauit habitu. postera die quum ab Achæorũ imperio Messanam ad defectionem solicitare vellet, peteretque propterea præsidium à Tito Flaminio, De his, respondit Flaminius, videbimus. Te verò miror vina tractare, saltare, & fœminam mentiri posse, quum res huiuscemodi moliri audeas. Plutarchus in Philopœmene.

Dinumero, dinũ meras, penult. correp. (ἀριθμέω, μῦμαι,) dinumere exercitum. Plin. lib. 4. cap. 11. 4. Dinumerare centurias. Cic. ad Atticum, lib. 16. 335. 6. Dinumerare stellas. Cic. 1. Offic. 216. Dinumerare horas. Plin. lib. 2. cap. 73. 3.

Hostes dinumerat. Ouid. 11. Metam. 115.

Dinumerare & dimetiri syllabas. Cicero in Oratore. 81. De verbis enim componendis, & de syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur.

Tempora dinumerat. Virg. 6. Aeneid. 136.

¶ Dinumerare pecuniam, pro Dissoluere, sæpissime accipitur. Cicero. 7. Verr. 93. Se ob sepulturam Heraclii Nauarchi pecuniam Timarchidi dinumerasse. Plaut. Epid. 168.

Quia ob patrem prius conuenire se non vult neque
Conspicari, quàm id argentum quod debet, dinumerauerit.

Idem Rud. 31. 50. Dic mihi quanti illam emisti tuam alteram mulierculam Ampelisca? 12. mille nummos dinumerauit. Terent. Adel. 5. 7. 17. Iube nunc iã dinumerer Babylo illi viginti minas. Dinumeret, quasi multum numeret, inquit Donatus.

Dinumeratio, Verbale, (διαρίθμησις,) Cic. 1. de Orat. 115. Improuisum quiddam & dinumeratio, & alia correctio. & disputatio, &c.

Diobolâris, & hoc Diobolâre, pen. prod. (διωβολαῖος,) Diobolares meretrices, inquit Festus, quæ duobus obolis conducuntur. Plaut. Pœnulo. 4. 48.

Turba est nunc apud aram, ibi vis inter istas versarier
Profestas, pistorum amicas, reliquias alicarias,
Miseras, cœno delibutas, seruli, &c. seruulorum sordidorum scorta diobolaria? Diobolaria scorta dixit, tanti prostantia, quanti solidus noster est & sextans. Budæus in Asse, lib. 5.

DIOCLEVS, Orsilochi filius, teste Homero habitabat in Phæra loco insigni.

DIOCLES, pen. corr. Atheniensis, Comicus poeta, antiquus, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. Diocles item Medicus Caristius, Darii Histaspis tempore, reliquit & ipse cõmentarios. Suidas.

DIODORVS, penul. prod. cognomento Chronus, Dialecticus ex Iasso Asiæ ciuitate fuit, vt Strabo est author, Platonis tempore, Euclidéq; auduit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono eius præceptore, cuius vt famam obscurauit, ita & cognomen vsurpauit. Dialecticus etiã appellatus, quòd (vt ait Laertius) primus innolutum & cornutum disserendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, quum olim inter epulas à Stilpone sermones quosdam dialecticos propositos extemplo nequiuisset exoluere, ob id à rege per iurgiũ Chronus appellatus, conuiuium deseruit, ac edito per otium super ea propositione libro, ex animi mœrore extinctus est. Author Diogenes Laertius. Diodorus Stoicus, Ciceronis præceptor in dialecticis, vt in Bruto scribit ipse, Eram (inquit) cum Stoico Diodoro: qui quum habitauisset apud me, mecumque vixisset, super est domi meæ mortuus: à quo cum in aliis rebus, tum studiosissime in dialectica exercebar, quæ quasi contracta & astricta eloquentia putanda est, &c. Vide eundem 1. de Natura Deorum. 11. Diodorus, Comicus poeta, cuius comœdias enumerat Athenæus.

Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis Philosophi, eius qui composuit Dictionarium Atticum, floruit Adriani temporibus. Suidas.

Diodorus præterea duos è Lydia Tyberii tempore Strabo cõmemorat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ambos Oratores. Diodorus Siculus scripsit historiam, quam Bibliothecam inscripsit. continet autem res Romanas & varias in libris XL. vt Suidas testatur, qui dicit eum floruisse sub Augusto. Diodorus Tarsensis, Præsul, cuius meminit Hieronymus.

Dioecesis, huius diœcesis, pen. prod. fœm. gen. (διοίκησις,) Latinè gubernatio, administratio, siue iurisdictio, à διοικῶ, gubernō, tueor. Sunt autem diœceses Pontificum, in quas administrandi officii sui liberam habent potestatem, propter quod Diœcesani episcopi vocant. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 8. 16. Quid enim erat quod me persequerentur in castra, Taurumve transirent, quum ego Laodicea vsque ad Iconium iter ita fecerim, Vt me omnium illarum diœcesium, quæ eis Taurum sunt, omniumque earum ciuitatum magistratus legationesque conuenirent? Idem Seruilio, lib. 13. 68. 1. Ex prouincia mea Cilicienſi, cui seis τρεῖς διοικήσεις Asiaticas attributas fuisse, nullo sum familiarius vsus, quàm Androne Artemonis P. Laodicenſi. Idem ad Atticum, lib. 5. 103. 4. Tu autem sæpe dare tabellas illis publicanorū poteris per magistros scripturæ, & portus & nostrarum diœcesium. Idem ad Thermum, lib. 13. 54. 3. Deinde si quid habebit cum aliquo Hellespontio controuersiæ, vt in illam διοίκησιν remicias. Rursum Attico, lib. 5. 110. 1.

Dioecetes, diœcetæ, pe. prod. (διοικητής,) Qui procurationem & quasi dispensationem regiam suscepit. Cic. pro Rabirio Posth. 13. At Dioecetes fuit regius, & quidē in custodia etiā fuit regia, & vita eius oblata pœnæ est. Ibidem. 17. Id autē facere non poterat nisi Diœcetes hoc enim nosse vtitur, qui à rege esset constitutus.

DIOGENES, pen. corr. (Διογένης,) Cynicus, Sinopeus, vt scribit Suidas, Huius vitam scripsit Diogenes Laertius.

DIOGENIANVS, pen. prod. ex Heraclea Grammaticus sub Adriano principe scripsit Dictionarium per ordinem litterarum, multaq; alia in arte grammatica. Suidas.

DIOGNETVS, pen. prod. scriptor fuit itinerum Alexandri, quē Plinius lib. 6. se sequi testatur. Alter fuit Diognetus, Clitomachi pater illius Pœni, qui successit Carneadi. Tertius, pictor ætate Iulii Cæsaris, cuius meminit Capitolinus. Διέγνητος syncopa est p διογένητος. Interpretatur autem à Ioue genitus, generosus, Ioui cognitus.

DIOMEDA, pe. p. Hom. Iliad. 9. Phorbātis filia, quā Achilles è Lesbo abduxerat: & quacū post raptam Briseida dormiit: conseuerat.

DIOMEDES, pen. prod. (Διομήδης,) Tydei filius, qui ad Troiam cū Aenea congressus Venerem adiuuantem Aeneam percussit, vt scribit Horatius, lib. 1. Carm. ode. 6. Diomedes, alter res Thraciæ, qui dum equos suos humana carne aleret, ab Hercule equis ipsis ad deuorandū obiectus est. Ouid. in Ibim.

Vt qui Threicii quondam præsepia regis
Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.

Crudus Diomedes. Ouid. epist. 9. 14.

Fortis Diomedes. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 10.

Qui locus à forti Diomede est conditus olim.

Gericus Diomedes. Stat. 6. Thebaid. 70.

Diomedis campi in Apulia appellantur, qui & in diuisione regni, quā cū Danno fecit, cesserunt. Festus.

Diomedeæ, insulæ (Διομήδειαι νῆσοι,) duæ, quæ è Gargani regione sunt quarum altera habitatores habet, altera est deserta, in qua apparere desisse Diomedem quidam affirmant, & in cœlum sublatum: & socios eius ob dolorem in aues conuersos: quæ ob id Diomedeæ vocitatæ sunt. has tuba Cataractis vocat. Plin. lib. 10. cap. 44. Vide Virgilii. 11. Aencid. 55. & ibidem Seruium.

Arces Diomedeę. Stat. 3. Syl. 3. 33.

Equi Diomedei. Claud. de Raptu Proser. in Præfatione. 3. Vide etiam Virgilium & Seruium. 1. Aencid. 152.

DION Syracusanus, apud suos ciues potentia & facultatibus præditus, Platonem primò Syracusis audiuit, dum ille apud Dionysium ageret apud quem ipse quoque in honore fuit. Sed postea (quòd esset ei propinquus & familiaris) quum sæpe ad liberandas Syracusas, tum per se tum per Platonem hortaretur, in suspicionem tyranno venit: quare in exilium actus, Athenas venit. quo tempore, Platoni ludorum præfecto, impensas de suo suppeditauit. Tādem à Platone (vt creditur) inductus, patriam tyrānide liberauit, exacto Dionysio, vt author est Plutarchus. Dion Cassius, patria Nicæus Historicus, scripsit Romanā historiam libris LXXX. præterea res gestas Traiani principis, vitā Adriani Philosophi. Author Suidas. Dion Prusieus, Sophista & Philosophus, cognomento Chrysostomus, prodibat in publicū amictus pelle leonis. Apud Traianū plerunque vixit, cuius fuit familiaris, eodēq; curru dignatus. Scripsit pro Homero contra Platonem libros IIII. De virtutibus Alexādri Magni decem. Præterea an mundus esset interiturus, De comæ laudibus, De laudibus Herculis. Hæc Suidas.

DIONE, pen. prod. (Διώνη,) Mater Veneris. Vnde Dionæus dicit. Virgil. eclog. 9. Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Dionęus, Adiect. (Διώνειος,) Quod ad Venerem pertinet. vt Dionęi flores. Colum. lib. 10. 27. Iamque Dionæis redimitur floribus hortus.

Mater Dionæa. Virg. 3. Aeneid. 4. Sacra Dionææ matri, diuisque ferebam. Id est Veneri. Seruius.

Columbæ Dionææ. Stat. 3. Sylu. 5. 16.
– cui mite solum trans æquora vectæ
Ipse Dionææ monstrauit Apollo columbæ.

Columbas enim fabulantur esse Veneri sacras.

Columbulus Dionæus. Catul. in Iulium Cæsarem. 27. 2.

Fraus Dionæa. Claud. 2. de Raptu Proserp. 1.

Dionysias, Gemma est Plinio, multis rubecentibus maculis. lib. 37. cap. 10. 18.

DIONYSIOPOLIS, vel Dionysópolis, pen. corr. vt scribit Plin. cap. 11. li. 4. Vrbs est Thraciæ, authore eodē Plin. & Pāponio Mela, lib. 2.

DIONYSIVS, (Διονύσιος,) Siciliæ tyrānus, pater, & filius, Trogus li. 31. describit, ac prius patrem, in hanc sententiam, Dionysius è Sicilia Carthaginiensibus pulsis, occupatoque totius insulæ imperio grauem hostem, otium, regno suo, periculosāmque desidtam tanti exercitus ratus, copias in Italiam traiecit, vt & militum vires cōtinuo labore acuerentur, & regni fines propagarentur. Prima illi militia aduersus Græcos, qui proxima Italiæ littora tenebāt, fuit: quibus deuictis, finitimos quoque aggreditur, omnesque Græci nominis Italiam possidentes, hostes sibi destinat: quæ gentes non partem, sed vniuersam fere Italiā ea tempestate occupauerant. Itaque Dionysius Locros prius expugnat: deinde Crotoniatas aggreditur, qui Locris auxilium tulerant. Is itaq; Dionysius, quem paulò antè non Italia, non Sicilia capiebat, assiduis bellis certaminibus à Carthaginiēsibus demum victus, insulis suorum interficitur. Hæc Iustinus ex Trogo. Dionysius filius, natu maior inter fratres, patri militum fauore succedit. qui initio tyrannidis populum sibi liberalitate concilians, tria milia captiuorum è vinculis exire permittit. Tributa insuper populo per triēnium remittit, sublatisq; fratrib⁹, ac propinquis, quos metuebat, paulatim in cæteros grassatur. Itaque ob crudelitatem inuisus Syracusanis bello expugnari cœptus, in arcem se recepit. Legatos etiam Syracusanos de pace, contra ius gētium retinuit. Tandem vi pulsus ex arce, profugit clām in Italiam: Locros concessit, qui sub eius erant potestate. A Locrensibus verò ignaris quòd exul, exceptus, solitam quoque in eos exercuit seuitiam, sex annis rapinis, stuprisque omnia complendo. Deinde Locrensium conspiratione ciuitate eiectus, in Siciliam redit: tribi Syracusas securis omnibus, post longum pacis interuallū per proditionem recepit. Quibus grauior rursus esset, iterata conspiratione, duce Dione Syracusano, quum Corinthiorum auxilio obsideretur: tunc deposito imperio arcē Syracusanis tradidit: atque in exilium Corinthum profici: citur, ibiq; Iudimagistrum agens, pueros in trium doocebat. Author Trogus. Dionysius Dialecticus è Bithynia commemoratur Straboni lib. 11. Dionysius Corinthus, vt Suidas scribit: vt alii, Aser, ex hyanthe ciuitate temporibus Augusti, scripsit Geographiam versibus hexametris. Dionysius Alexandrinus Grammaticus, peruenit ad Traiani tempora, cuius bibliothecæ & epistolis præfuit: præceptorem habuit Chæremonem Philosophum. Cui scholæ Alexandrinæ olim successit. Author Suidas. Dionysius Milesius, Historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darium secuta sunt, aliaq; à Suida commemorata. Philostratus hunc plurib⁹ verbis inter Sophistas scribit: eum dicit Adriano principi, ob ingenium acceptum fuisse, à quo Satrapes factos, adscriptosq; inter Equites. Dionysius Halicarnasseus, Augusti temporibus Romanam scripsit historiam, vt Suidas testatur: scripsit etiam de charactere rib⁹ antiquorum Oratorum. Præterea de compositione Orationis, & elocutione, quomodo fiant Epithalamia, Epithaphia, Panegyrica, quæ Theodorus Gaza in Latinam orationem conuertit. Dionysius, Heraclionis filius, tyrannus, apud Heracleam & Antiochiam regnauit, vt author est Strabo, lib. 16. Dionysius Areopagita, Præsul Atheniēsis, Paulidiscipulus, vt scribitur in Actis Apostolorum, solus Paulo conionante è Philosophis qui aderant, credidit. Hic quum esset in Aegypto, quo se disciplinæ causa contulerat, videretque eclipsim nulla tempestate, quum CHRISTVS passus est, vnà cum Apollophane Sophista præceptore suo, dixit, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluetur. Scripsit ad Timotheum Præsulem Ephesi, de Diuinis nominibus, lib. 12. de Hierarchia cœlesti, De cœlestib⁹ ordinibus: præterea alia complura opuscula, vt author est Suidas. Dionysius, Corinthiorum Præsul sub M. L. Antonini doctrina, sanctitateque clarus, scripsit epistolas quasdam valde laudatas, vt author est Hieronymus. Dionysius, Præsul Alexandrinus, Origenis discipulus, cuius operum meminit Hieronymus. Dionysius dicitur Bacch⁹, quasi Iouis filius. Hinc Dionysia, Liberalia, Bacchanalia. Quinque Dionysios facit Cicero, lib. 3. de Natura Deorum. 79.

Diopetes, Vide DROPHYTES.

DIOPHANES, pen. corr. Mitylenæus Rhetor Graecchi præceptor, vt scribit Cicero in Bruto. 51. Fuit (inquit) Gracchus diligētia Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos è Grecia magistros: in eis tam adolescens Diophanē Mity-

lenæum Græciæ temporibus illis disertissimum: sed & breue tempus ingenii augendi & declarandi fuit.

Dioptra, dioptræ, (διόπτρα,) Instrumentum Geometricum, ab explorando perspiciendoque dictum. In qua significatione vtitur Pollux & Plinius lib. 2. cap. 69. Nam nisi in medio esset, æquales dies noctesque haberi non posse deprehenderunt & dioptræ, quæ vel maximè id cōfirmant, cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus, occasusque cernatur, & solititialis ex ortus per suam lineam, brumalisque occasus. Vitruuius autem lib. 8. cap. 6. accipit pro regula ad librandas aquas apta, quum ait, Libratur aqua dioptris.

DIORES, pen. prod. Proprium viri, quem Turnus interemit, apud Virgilium lib. 12. Aeneidos,

Turnus equo deiectum Amycum fratremque Diorem
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, curruque abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat. Idem libro. 5. 6.
Regius egregia Priami de stirpe Diores.

Diorix, pen. prod. quia per ω scribitur, huius diórygis, pe. cor. m. g. (Διώρυξ,) Fossa est manu facta, teste Hermolao in 4. Plinii. Pomponius Mela lib. 3. in sinus Arabici descriptione, Vltra Arsinoen, & alia Beronicearum syluas quæ habenum odore esque generati & manufactus amnis, ideoque referendas, quod ex Nili aluco dioryge abductus extra finum. Sic putant & Hieronymum scripsisse in Ecclesiastico cap. 24. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio, ego quasi fluuius dioryx. & sicut aquæ ductus exiui de paradiso. De huiusmodi alueis è Nilo & in Nilum ductis, passim libro vltimo Strabo. Fiebant autem propter fertilis Nili aquas in agros deriuandas, interdum etiam vt commodior esset nauibus in pleraque loca transitus.

DIOSCORIDES, pen. cor. (Διοσκορίδης,) Anazarbeus, Medicus, M. Antonii & Cleopatræ familiaris, scripsit lib. XXIIII. περὶ τῶν ἀπὸ φαρμάκων, id est De simplicibus medicamentis. Suidas.

DIOSCORIVS, Miraeus, Grammaticus, Præfectus Prætorii Leonis Imperatoris, ac præceptor filiorum eius. Author Suidas.

Διόσκουροι, id est Dioscuri. pen. prod. apud Græcos (inquit Cicero li. 3. de Natu. deor. 73) multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Ioue antiquissimo, & Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi Ioue tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertii dicuntur à nonnullis Aleo & Melāpus, Emolus, Atrei filii, qui Pelope narus fuit.

DIOSCORON, Insula est in finibus Italiæ, è regione Lacinii promontorii. Plin. lib. 3. cap. 10.

DIOSCVRIAS, Dioscuriadis, vel Dioscuriada, Dioscuriadæ, penulti. correpta vrbs in Colchide nunc deserta, quondam adeò clara, vt nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes quæ dissimilibus linguis vterentur, descendisse, & postea à Romanis centum triginta interpretibus negotia ibi gesta fuisse. Huius meminit Plinius libro. 6. cap. 18. Et Strabo lib. 11.

DIOSPOLIS, penulti. correp. Aegypti ciuitas, quæ Iouis ciuitas Hecatompylos quandoque dicta fuit. Vide THEBAE. Vide etiam Plinū lib. 5. cap. 9. 17.

Diôta, huius diótæ, pen. prod. (Διῶται,) Diotæ sunt vasa seu dolia fictilia, duas ansas habentia, & ad feruanda vina accommodata. Horatius 1. Carm. ode 9. 2. Depromie quadrimum Sabina
O Thaliarche merum diota.

DIOXIPPVS, nobilis athleta, cuius meminit Plinius lib. 35. ca. 11. 18. Alius eiusdem nominis poeta Comicus, cuius fabulas commemorat Suidas. Alius miles Alexandri Magni, inira fortitudine prouocatus à Corrago milite item Macedone, clauā cum cecidit. Author Aelianus.

Diphris, gemma est Plinio libr. 37. cap. 10. 18. duplex, candida ac nigra, mas ac fœmina, genitale vtriusque sexus distinguens tenuis linea.

Diphryx, (Διφρυγες,) quid sit, declarat Plinius lib. 34. cap. 13. 6. his verbis, In æraris officinis & smegma fit, iam liquato ære atque percocto, additis etiamnum carbonibus, &c. diphrygem vocant Græci ab eo quòd bis torreatur.

Diphthongus, (διφθογγος,) cōglutinatio duarū vocalium in eadē syllaba, vim suā retinentium, vt æ, œ, &c.

Diplôma, penul. prod, diplomatis, n. g. (δίπλωμα,) Est quasi patēs litteras appellamus: cuiusmodi sunt edicta & mandata principum regio signo sancta & quas bullas pontificias vocant. Cicero. ad Balbum, lib. 6. 12. 6. Diploma statim non est datum. De literis Cæsaris loquens, quibus Balbus restituebatur. Verbum est Græcum, quidpiam duplicato compositum significans, aut complicatum, vt linteum, quod & πτύγμα dicitur. Macrobius lib. 1. Saturn. 25. Consulunt hunc deum & absentes missis diplomatibus consignatis, rescribitque ordine ad ea quæ consultatione abdita continentur. Diplomata appellat chartulas complicatas, & lino traiectas, obsignatasque quo in loco, co dicillos etiam latine ea vocat. Cic. in L. Pisonem, 71. Mitto diplomata tota in prouincia passim data: mitto numerum nauium, summamque

prædæ. Id est edicta quibus naues exigendas mandabas, quum prouinciæ præesses. Inde fit vt diplomata vocati sint codicilli qui dabantur cursorib⁹, vt liceret eis vti equis & vehiculis publicis. Plin. epist. 262. Diplomata domine, quorum dies præterita, an omnino obseruari, & quandiu velis, rogo scribas, meque hæsitatione liberes. Sueton. in Nerone, cap. 12. Item pyrrhicas quasdam è numero epheborum, quibus post editam operā, diplomata ciuitatis Romanæ singulis obtulit. Cic. Attico, lib. 10. 10. 3. De diplomate admiraris, quasi nescio cuius tegillitii sosimularem. negas enim te reperire quī mihi id in mentem venerit. ego autem quia scripseras te proficisci cogitare (etenim audieram neminī taliter licere) & eo te habere censebam, & quia à pueris diploma sumpseras. Ex Budæo.

Diplomata esse videntur quæ euectiones vocātur, per totum titulum de Cursu publico, lib. 12. C. Latine, vt arbitror, duplices tabellæ dicūtur. Venulejus in L. Continuus §. Quum ita stipulatus sim. ff. de Verborū obligationibus, Vt qui Ephesi daturum se spoponderit, neque diplomate diebus ac noctibus, & omni tempestate contempta iter cōtinua re cogatur. Et paulo pōst, Quod si diplomate vsus, aut fœlici nauigatione maturius quàm quisque peruenerit Ephesum. Modestinus in L. Eos qui. ff. Ad legem Corneliam de falsis, Qui se pro milite gessit, vel illicitis insignibus est vsus, vel falso diplomate vias commeauit, p admissi qualitate grauissime puniendus est. Simile erat apud Persas ἀγγαρήιον δίφθερμα, id est, vt Herodotus inquit lib. 8. cursus celerrimus equitum, quales in Gallia postas vocāt. 9. Hi Latinè Pegasarii dici possunt. Antiqui Veredarios vocauerunt. Budæus.

Negligere diplomata. Tacit. lib. 18.

Reuiuiscunt diplomata. Tacit. lib. 18. Causa fingendi fuit, vt diplomata Othonis, quæ negligebantur, lætiore nuntio reuiuiscerent. Hunc locū plurimis verbis explicat Alciatus in annotationibus in Tacitum.

DIPOENVS, Scyllis frater, qui ambo, teste Plinio, in Creta Insula geniti, Medis imperantibus, priusq; quàm Cyrus apud Persas regnare inciperet, Olympiade circiter quinquagesima secunda, primi omniū marmore sculpendo inclaruere. lib. 36. cap. 4.

Dipondium, & dipondius, dipondii, & dupondius, (δίλιτρον,) à duobus ponderibus dicitur. Nam vt Varro docet, duos asses pendebat. Assis duos sextantes nostros valuit, id est denariolos quatuor. Dipondium igitur valebit octo denarios nostros. Quare Cicero pro Quintio. 30. Dipondium pro pecuniola posuit, Si dupondius (inquit) tuus ageretur Sexte Nęui, si in paruula re captionis aliquid vererēre, non statim ad Caium Aquilium, aut ad eorū aliquem qui consuluntur, cucurrisses? Ex Budæo. In Oratione p Quintio legitur ex vetustiss. codice, Si de prædiis tuis ageretur Sexte Nęui. Plin. lib. 33. cap. 3. 4. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dupō dius appendebatur assis. Apud Senecam epist. 18. dispodius legitur.

Dipondiarius, & dieck. (δίλιτραῖος,) Plin. lib. 14. ca. 2. 2. Et aurichalci bonitatē imitaf in sestertiis dupōdiariis q̄, Cyprio suo assibus contentis.

Dipondiarius orbiculus. Colum. lib. 4. cap. 30. 3. Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant, optimè pauguntur.

Dipsacon, Spina alba, quæ & aspalathus & diacheton vocatur, vt ait Plinius, lib. 24. cap. 13. 1. Latini cacabum vel labrum Veneris vocant: Profert autem carduum lanis purgandis idoneum. De hac sic Ruellius lib. 1. cap. 20. Dipsacus nomē inuenit quasi fisticulosi, quòd concauo alarum sinu rorem vel imbrem cōcipiat, quo velut ad abigendas siris iniurias aburatur. Labri Venerei nomēclationem à carinato foliorum habitu contraxit, quæ se anfractuosa sinuāt ambage, pelum vel lauacrum exprimentia, semperque rorulenti laticis aut pluuii fidelitæ modo tenacia. Hactenus ille.

DIPSAS, Nomen est lenæ, quam Ouidius suis carminibus insectatur, quòd puellam suā meretricia arte institueret. Sic enim scribit, Est quedam (quicunque volet cognoscere) lenam,
Audiat) est quædam nomine Dipsas anus.

Dipsas, huius dipsadis, pen. corr. fœm. gen. (δίψας,) Serpens, sic dicta quòd ii quos mordicus apprehenderit, siti inarescit ve hementius, ad potumque efferuescuat, ac inde incessanter haurientes diffluant mox. Cælius lib. 25. cap. vlt. Lucan. lib. 9. In mediis sitiebant dipsades vndis. Et Dioscorides, lib. 8. cap. 119. ex Hermolai versione Dipsades morsus comites sunt tumor quidam solutus, situs cōtenta ve hementer nunquam explebilis, nunquam interquiescens. Proinde qui ita sunt affecti, potum hianti ore trahunt, semperque in principio desyderii eius sunt, tanquam si nihil adhuc bibissent. Ob id ipsa, dipsas, ab aliquibus prester, ab aliis causos vocata est. Lucan. lib. 9. 122. – in mediis sitiebant dipsades vndis. Ibidem. 148. huius veneni vim his carminibus elegantissimè describit,

Signiferum iuuenem Tyrrheni sanguinis Aulum
Torta caput retro dipsas calcata momordit.
Vix dolor aut sensus dentis fuit: ipsaque leti
Frons caret inuidiamec quicquam plaga minatur.
Ecce subit virus tacitum, carpitque medullas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ignis edax,calidaque incendit viscera tabe.
Ebibit humorem circum vitalia fusum
Pestis:& in sicco linguam torrere palato
Cœpit.defessos irer qui sudor in artus
Non fuit:atque oculos lachrymarum vena refugit.
Non decus imperii,non mœsti iura Catonis
Ardentem tenuere virum,quin spargere signa
Anderet,totisque furens exquireret agris.
Quas poscebat aquas sitiens in corde venenum.
Ille vel in Tanaim missus,Rhodanumque,Padumque,
Arderet,Nilumque bibens per rura vagantem. Meminit Plinius lib. 33.cap.8.11.

Diptôta, penult.prod.(δίπτωτα,) dicuntur nomina duos tantũ casus habentia.

Dirádio, diradias,pen.corr.diradiare,In radios componere.vt Diradiare vitem.Colum.lib.5.ca.6.50. Validã ergo vitem in ramos diducere censeo,& traducibus dispergere atque diradiare.

Dirae, dirarum. Vide DIRVS.

DIRCAEVS,(Διρκαῖος,) Dicitur Aonius, siue Thebanus. Nam pars Bœotiæ in qua fons est Dircæus, Dircæa cognominata est. Et apud Virgilium Amphion Dircæus dictus est.

DIRCE,(Δίρκη,) Mulier Babylonia & formosa, quæ quoniam Palladi comitiata fuerat,quum se lauaret,versa est in pilcem. Alia fuit Dirce, vxor Lyci regis Thebarũ, quam accepit repudiata Antiopa Zethi & Amphionis matre. Hi ad vlciscendã iniuriã matri factã,tauro indomito Dircé alligauerũt,eáq; sic extixerũt,vt é apud Proper.li.3. Tu reddis pueris matré,pueriq; trahẽdá Vixerũt Dircé sub trucis ora bopis. Campus Dircæus.Stat.6.Thebaid.181. Cygnus Dircæus ab Horatio Pindarus nuncupatur.4.Carm.ode.2.5.

DIRIBEO, diribes,pen.corr.diribère, Distribuere. Plin.lib.36.ca.15. 19.En hic est ille terrarũ victor,& totius domitor orbis,qui gentes & regna diribet,iura externis mittit. De populo Romano.

Diribitorium, (λογεῖον,) Locus erat Romæ,à M. Marcello ædificatus,in quo recensebatur exercitus,& stipendia militiæ numerabantur,à diribendo,id est distribuendo: & diribitores,distributores. Hæc Cœlius lib.4.cap.6. Plin.lib.16.ca.40.2. Quæ diribitorio superfuerat x x pedibus breuior.

Diribitorium, Locus in quo obseruantur ministri, inquit Cælius.

Diribitor, penult.corr.(διάκονος,) Minister. A pul.lib.1.de Asino, Diribitores plusculi splendidè amicti,fercula copiosa sciteq; subministrata. Cic.Post reditum in Senatu.15. Quando illa dignitate rogatores, diribitores,custodesque vidistis?

Dirigeo, diriges,pen.corr.dirigui,(πήγνυμι,) dirigére,Præfrigore aut timore, aut alio casu viribus destitui. Virg.libro.8. Aeneid. Diriguit visu in medio,calor ossa reliquit. Id est dum me cernit,obstupuit, inquit Seruius.

Hirsutæ dirigunere comæ. Ouid.3.Fast.67.
Hoc est rigueruntsiue erectæ sunt.
Sanguis gelidus formidine diriguit. Virg.3.Aeneid.52.
At sociis subita gelidus formidine sanguis Diriguit.

Dirigo, dirigis,pen.corr.direxi,directum,(εὐθύνω,διευθύνω,διορθόω,στερεόω,) dirigere, Obliquum emendare. Plin.in Paneg.73. Nam vita principis censura est,eáq; perpetua:ad hanc dirigimur,ad hãc cõuertimur nec tã imperio nobis opus est, quàm exẽplo.

Dirigere acies,pro Ordinare. Virg.7.Aeneid. Direxere acies. Id est ordinarunt in latitudinem. Hirtius.5.bel.Afric.45. Interim Cæsar acié dirigit simplicem propter paucitatem,sagittarios ante aciem cõstituit. Plin.lib.11. At illę contrà dirigunt acies.

Acies diriguntur pari vtrinque spe. Tacit.lib.2.
Aciem oculorum ad aliquem dirigere. Vide ACIES.
Affatus dirigere alicui. Claud.ad Olibrium,epig.25.1.
Quid rear,affatus quòd non mihi dirigis vllos:
Nec redit alterno pollice ducta salus?
Arcu dirigere tela. Horat.4.Carm.ode.9.4.
Dirigere & perpendere. Cic.pro Murena.70. Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas,recta sunt.sin perpendere ad disciplinę præcepta velis,reperiantur prauissima.
Dirigere artes suas ad voluptatem. Cic.2.de Finib.182. Sic Dirigere solertiam ad cœli cuiusq; mores. Plin.lib.17.cap.2.9.
Cogitationes suas ad rem aliquam. Cic.4.Acad.119.
Vitam suam ad normam rationis. Cic.pro Murena.2. Et primum M.Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti,& diligẽtissime perpendenti momenta officiorum omnium,de officio meo respondebo.
Dirigere ramuli cacumen ad cœlum. Varr.1.de Re rust.cap.40.7. Eius autem ramuli,quem inferet,cacumen vt directum sit ad cœlũ, curat.
Ad veritatem sæpissimè dirigit coniectura. Cic.1.de Diuin.50.
Cursum suum dirigere aliquò. Cic.pro Sestio.85. Quid est igitur propositum his Reipub.gubernatoribus,quod intueri, & quò cursum suum dirigere debeant?
Huc dirigere cursum. Virg.5.Aeneid.35.
Direxit eam à media linea ad lęuam. Cic.de Vniuersit.33.
Frontem aciei dirigere. Quintil.lib.2.cap.13.3. Quid si enim præcipias Imperatori,quoties aciem instruet,dirigat frontem, cornua vtrinque promoueat,equites pro cornibus locet?
Gressum dirigere. Virgil.1.Aeneid.81. Pergemodò,& quæ te ducit via dirige gressum.
Hastam in aliquem dirigere. Ouid.8.Metam.14.
Hastile certo ictu dirigere. Virg.12.Aeneid.99.
Iaculum dirigere totis viribus. Seneca. Hipp.6.16.
Iter dirigere. Tibul. Hue ades,& cœptum dirige Cæsar iter.
Dirigere iter ad. Plancus Ciceroni,lib.10.ep.11.5. Iter ad Mutinam dirigerẽ. Sic Dirigere cursum ad littora, Cæsar.3.bel.Ciuil.10.
Nauis iter dirigere. Ouid.1.Fast.1.
Iudicium ad aliquid dirigere. Quintil.lib.6.cap.5.2.
Iudicium suum aliquò dirigere. Cic.in Orat.140.
Flectere & dirigere iudicium suum. Brutus Ciceroni.16.19. Idem Cicero si de flexerit aduersus alios iudicium suum,quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio,&c.
Dirigere in manũ. Senec.de Benef.lib.2.cap.16. Languidius & in ipsam eius dirigentes manum,remissè occurremus.
Ad naturam leges hominum diriguntur. Cic.1.de Legib.2.
Norma aliquorum quędam dirigere. Cic.3.de Orat.105.
Vtilitate officium dirigere. Cicc.3. Offic.119. Sed tamen ad extremum vtilitate,vt putat,officium dirigit,magis quàm humanitate. Id est magis ad vtilitatem,quàm ad humanitatem refert.
Dirigere literas ad aliquem. Modestinus in L.Si procuratorem.ff.De procuratoribus; Si procuratorem absentem dominus satisdatione relevare velit,literas suas ad aduersarium dirigere debebit.
Dirigere aliquẽ ad suã opinionẽ. M. Antonius ad Ciceronẽ, lib.14.ep.3. Me deinde sine ad hanc opinionẽ iã nunc dirigere puerũ, & tenero animo eius persuadere non esse tradendas posteris inimicitias.
Varis opus dirigere. Ouid.6.Fast.97.
Ad animi bona vel mala,ois dirigenda oratio est. Cic.in Topicis.48.
In quincuncem dirigere ordines arborum. Cic.de Senect.55. Quum autem admiraretur Lysander & proceritates arborũ,& directos in quincuncem ordines.& humum subactam atque puram,&c.
Dirigit huc puppim. Lucan.lib.3.118.
Ad rationem dirigere aliquid. Cic.de Clar.Orat.72. Nihil non ad rationem,& tanquam ad artem dirigebat.
Regiones lituo direxit Romulus. Cic.1.de Diuin.58.
Dirigere aliquid ad similitudinem alterius,id est referre. Cic.1.de Orat. 54. Itaque vt ad hanc similitudinem huius histrionis oratoriam laudẽ dirigamus,videtisne,&c. Idem in Orat.5. Ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quędam,quam intuens, in eaque defixus,ad illius similitudinem,artem & manum dirigebat.
Dirigere se ad aliquid. Quintil.lib.10.cap.1. Et ad ea se quisque dirigebat effingenda,quæ poterat.
Dirigitur similitudo ad. Plin.lib.37.ca.8.3. Eius enim tota similitudo ad succum porri dirigitur.
Spicula dirigere dextra. Ouid.12.Metam.122.
In medio freto vela dirigere. Ouid.1.Fast.95.
Visus dirigere ad aliquem. Claud.2.in Eutrop.27.
Dirigere omnia voluptate. Cic.2.de Finib.113. Non igitur potestis voluptate omnia dirigentes,aut tueri aut retinere virtutem.
Vulnera dirigere. Virg.10.Aeneid.28.
Te quoque magnanimæ viderunt Ismare gentes
Vulnera dirigere. Vbi Seruius, Aut vulnus pro sagitta posuit: vt. 5. Aeneid.106. – insequitur infesto vulnere Pyrrhus:aut acerrimè expressit ineuitabiles sagittas,dicens eum vulnera,non tela dirigere.
Honestate dirigenda est vtilitas. Cic.3.Offic.112.
Dirigens,pen.corr.(διευθύνων,) Participium. Cic.2.de Finib.113.
Directus,Participium,(διηυθυσμένος,) vt Directi pedes,directum iter,directus ordo. Cato,cap.18 1. Arbores ad stipitem primum directos pedes sedecim. Cic.de Nat.Deor.115.de auditu loquẽs, Flexuosum iter habet,nequid intrare possit,si simplex & directum pateret. Idẽ p Cecinna.16. Eius autẽ fũdi extremã partẽ olęæ directo ordine deficiũt.
Acies directa Quintil.lib.2.cap.13.5.
Directa acies. Virg.2.Georg.57. Vide ACIES.
Limes directus. Stat.2.Sylu.2.17.
Quæ tibi Partenopen directo limite Ponti Ingerit.
Loci in vitia directi. Quintil.lib.2.cap.1.8.
Membrana directa plumbo. Catul.ad Varum.19.2.
Inuicem directo contendere passu. Tibul.lib.4.eleg.1.19.
Directa oso,quæ ambagibus caret. Liu.lib.1.bel.Punici, Hæc directa percontatio ac denuntratio belli magis ex dignitate Pop. Rom. visa est.
Sermo directus & Auersus,contraria. Quintilianus,lib.2.cap.13.4. Ad iudicem omni sermone directo,an aliquando auerso per aliquam figuram dicendum sit.

Vię directæ. Lucretius lib.4.123.
At simulacra viis directis omnia tendunt.
Ductæ & directæ viæ. Cic.1.de Nat.deo.106. Succus is quo alimur,permanat ad iecur per quasdam à medio intestino vsque ad portas iecoris(sic enim appellant)ductas & directas vias,quæ pertinent ad iecur, eique adhærent.
Directum,directi,(ὀρθωτόν,) Substantiuum. Cic.in Partit.71. Aequitatis autem vis est duplex,cuius altera directi, & veri & iusti,&(vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur.
Directis,siue Directò,Aduerb.(ἐπ' ἴσον,ἐπ' ἰσάκις,) Cic.in Partit.25. Alterum ad fidẽ directò spectat.Ibidẽ,14. Vt quum semel dictũ sit directe. Idem 4.Acad.119. Eoque directius gubernant quòd eam teneant?
Ferri directò deorsum. Ci,1.de Nat.deo.94. Ait atomum,quum pondere & gravitate directò deorsum feratur,declinare paululum.
Directò aliquid optare,pro simpliciter,opponitur Sub conditione. Seneca epist.67. Illa bona directò optamus nobis:hæc,si necesse erit.
Directio,Verbale,(διεύθυνσις,) vt Directio ad veritatem. Quintil.lib. 3.ca.7.in fine.
Rationis directio ad veritatem. Quintil.lib.3.cap.6.23.
Directarii appellantur ii qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo plus quàm fures puniendi sunt. Vlpianus L.Saccularii. De iniuriis & famosis libellis.

Dirimo, dirimis,pen.cor.diremi,pen.pro.(διακλεμβάνω,διαίρεμι, διατάττω,) diremptũ,dirimere, Ex di vel dis, & emo, emis compositum, significat separare siue diuidere quum quis se mediũ opponit inter concertantes:siue aliud quidpiã quomodocunque componit,aut separat. Plaut.Amphit.4.101. Hæc illic est pugnata pugna abusque mane ad vesperum:
Hoc adeò hôc commemini magis,quia illo die impransus fui:
Sed prælium id tandem diremit nox interuentu suo. Virg.5.Aene.34. – & prælia voce diremit. Sic Dirimere rixam,Plaut.Amph.16.27.
Prælium dirimere. Cæsar 1.bel.Ciuil.169.
Dirimere atque distrahere. Cic.3.de Natu.deo.38. Corpus autẽ immortale nullum esse, ne individuum quidem, nec quod dirimi distrahive non possit.
Actionem dirimere. Plin. Actionem meam,vt prælia solet, nox diremit. Id est interrupit,& in alium diem reiecit eius exitum. Budęus.
Affinitatem Claudius diremit. Tacit.lib.12.
Arma dirimere. Lucanus lib.1.21. – sic vbi sęua
Arma ducum dirimens miserando funere Crastus.
Dirimi auspicia dicuntur,quum rata esse nequeunt: Hoc est irrita fiunt, dissoluuntur,discutiuntur,disturbantur. Plin.lib.8. Nam soricum occentu dirimi auspicia annales refertos habemus. Budæus.
Bellum sanguine dirimi. Virg.12.Aeneid.16.
Certamina dirimere. Ouid.5.Metam.63. Cedemus syluis,dirimant certamina Nymphæ.
Charitatem dirimere,& Dirimere veterem coniunctionem cum aliquo. Cic.de Amicitia.27. Primum ex ea charitate quæ est inter natos & parentes,quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest. Idem ad Appiũ, lib.3.10.16. Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem diremissem,quàm nouam conciliassem.
Dirimere colloquium. Cæsar 1.bel.Gall.202.
Coniunctionem ciuium dirimere. Cic.3.Offic.29. Hoc enim spectant leges,hoc volunt,incolumem esse ciuium coniunctionem:quam qui dirimunt,eos,morte,exilio,vinculis,damno coercent.
Consilium dirimere. Sallust. Quia nondum frequentes armati conuenerant,ea res consilium diremit.
Controuersiam dirimere. Est diiudicare. Ouidius 6.Fast.20. Res est arbitrio non dirimenda meo. Cic.3.de Officiis.104. Quo magis reprehendos Calliphonem & Dinomachum iudico,qui se dirempturos controuersiam putauerunt,si cum honestate voluptatem tanquam cũ homine pecudem copulauissent. Id est ad concordiam inter se contendẽtes philosophos adducturos. Sic Dirimere litem,inquit Cicero,Id est dissoluere & decidere. Budæus.
Controuersia dirimit omnia. Cic.2.de Legib.80.
Dirimere iras,& altercationes. Liu.1.ab Vrbe.53. Et lib.4.296.
Litem dirimere. Ouid.1.Metam.5.
Nox diremit. Cic.Qu.fratri,li.2.15.2. Actũ est eo die nihil,nox diremit.
Pacem alicuius dirimere. Cic.pro Cælio.26. Ideone ego pacem Pyrrhi diremi,vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires?
Prælia voce diremit. Virg.5.Aeneid.93.
Res dirimenda alicuius ar bitrio. Ouid.6.Fast.20.
Rem susceptam dirimere,pro Interpellare,obturbare, dissoluere. Cic.2. de Legib.51. de Auguribus loquens, Quid.n.maius est,si de iure quæritur,quã posse à summis imperiis,& summis potestatibus comitatus, & concilia vel instituta dimittere,vel habita rescindere? quid grauius, quàm rem susceptam dirimi,si vnus Augur ALIVM dixerit?
Dirimere sententias. Plin.epist.167.1. Quid lex? non apertè docet dirimi debere sententias occidentis & relegantis, quum ita discessionem fieri iubet?
Dirimere simultates. Liu.8.ab Vrbe.94.
Societatem humani generis dirimere. Cic.3. Offic.35. Hi dirimũt eõem humani generis societatem. Hoc est dissoluunt, dissociant. Budæus.
Coire societatem cum aliquo,& Dirimere,contraria. Cic.2.Philipp.46. Vtinam Cn. Pompeii cum C.Cæsare societatem aut nunquam coissles, aut nunquam diremisses.
Societatem officiorum dirimere. Cic.pro Sylla.4. Non enim iam se vllo officio cum illo coniunctum arbitrabatur,quum ille tanto scelere cõmisso,omnium officiorum societatem diremisset.
Dirimere tẽpus,& Diffindere diẽ,cognata sunt verba. Cic.de Diuin.lib. 1.143. Quid enim habet aruspex,cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus,& proferat diem? Id est in aliũ diem,id quod agendum instabat,reiciat. Budæus. Vide DIFFINDO.
Dirimuntur oppida vnius diei itinere: Id est distant inter se vnius diei itinere,siue absunt inter se. Plin.epist.94.a.lib.6. Hanc ego nõ vt multi,sed arctissimè diligo,oppida nostra vnius diei itinere dirimuntur.
Diremptus,Participium,(διακεκαμμένος,) Lucre.lib.1.23. Mors dirępta.
Dirempta mari gens. Plin.in Paneg.52. Qui diremptam mari gentem vt partem aliquam populi plebisque Romane alieret ac tueretur. Id est separatam, & distinctam. Liu.5.bel.Pun.182. Vali profecti ambo duces,exercitusque,Celtiberis pręgredientibus,ad vrbem Anitorgin in conspectu hostium,dirimente amne,ponunt castra.
Diremptus,huius diręptus,(διαλάβεσις,) Separatio. Cic.1. Tusc.112. Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium quæ ante interitũ iunctione aliqua tenebant. Idẽ pro Plancio.11.
Diremptio,Verbale,(παράτασις,) productio temporis vel magistratus in aliud tempus. Cic.pro Plancio.11. Nihil iam est quod populo supplicetur,nihil quod diremptio,nihil quod supplicatio magistratuum, renuntiatio suffragiorum expectetur.

Diripio, diripis,pen.corr.diripui,direptum(διαρπάζω,ἅρπαγα ποιέω,ἁρπαγὴν ἄγω,) diripere. Omnia in diuersas partes rapere,vt fit in vrbium expugnatione. Gellius, Nam cum oppidum Tholosanum in Italia Qu.Cepio Consul diripuisset, multumque auri in eius oppidi templis fuisset. Cic.ad Tironem,lib.16.11.1. Domos nostras & patriam ipsam,vel diripiendam vel inflammandã reliquimus. Plaut. Pœn.9.33. Hunc nunc Lyce ad te diripiendam adducimus cum prædа. Sic Diripere vrbes,diripere bona,diripere prædã. Cæsar.1.bel.Ciuil.80. Et lib.7.bel.Gall.8. Cic.1.Offi.115. & ad Qu.frat.lib.1.1.36.
Diuexare oĩa,& diripere. Cic.11.Philip.290. Alteri se Brutus obiecit,im petumque furentis,atqi omnia diuexare,& diripere cupiẽtis vitæ suæ periculo colligauit,à progressu arcuit,à reditu refrænauit.
Expilare & diripere. Cic.pro L.Manil.39. Quũ cæteri ad expilandos socios,diripiendasq; prouincias,quos voluerunt,legatos eduxerint.
Diripere & vastare. Cic.Att.lib.5.108.5. Ibi dies quinq; morati, direpto & vastato Amano,inde discessimus.
Diripere aras,Deiicere,dissipare. Virg.12.Aeneid. Seruius.
Dapes diripere. Virg.3.Aeneid.46.
Domum diripere. Cic.Post red.in Senatu.16.
Equis diripi. Ouid.5.Fast.62.
Hippolyte infœlix velles coluisse Dionen,
Quum consternatis diripereris equis.
Opes diripiuntur. Ouid.5.Trist.eleg.10.12.
Diffugiunt alii,nullisque tuentibus agros
Incustoditæ diripiuntur opes.
Patrimonium dignitatis diripere. Cic.3.de Orat.2. Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis.
Diripui tunicam. Ouid.1.Amor.eleg.5.3.
Diripere victoriam,pro Eripere. Valer.lib.3.ca.de fortitudine, Qui sanguine suo scriptis literis,diręptã hostibus victoriã tantum non,&c.
A pectore vestem diripere. Ouid.9.Metam.128.
Ensem vagina diripere. Ouid.10.Metam.95.
– verbisque dolore retentis
Pendenti nitidum vagina diripit ensem.
Diripere aliquem è loco,pro Vi abstrahere. Cicero de Prouinciis Consul. Hos de prouinciis si non aliquando deducendi essent, diripiendos non putaretis?
Diripere de authoritate alicuius,per translationem. Cic. pro Sylla.1. Sed vt ille iudices,quantum de mea authoritate diripuillet,tantum se de huius præsidiis diminuturum sperauit.
Direptus,Participium,(διηρπασμένος,) Cic.1.de Finib.68. Sapiẽtia est adhibenda,quę & terroribus cupiditatibusque detractis,& omnium falsarum opinionum temeritate direpta,certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem.
Domus direpta. Virg.1.Aeneid.113.
Membra direpta manibus nefandis. Ouid.3.Metam.147.
Direpta mœnia. Lucan. lib.6.7.
Opes direptæ. Claud.1.in Eutrop.34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pellis direpta. Ouid. 3. Metam. 11.

Direptio, Verbale, (διαρπαγή,) Cic. 2. Offic. 112. Tanta sublatis legibus & iudiciis expilatio, direptioque sociorum, vt imbecillitate, &c. Sic in Catil. 13. Direptio & vexatio sociorum.

Bonorum direptiones & naufragia. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 6. Versorque in eorum naufragiis & bonorũ direptionibus. Idé pro domo sua. 41.

Direptionl & incendiis relicta vrbs. Cic. Sulpitio, lib. 4. 1. 7.

Direptor, aliud Verbale, (διαρπακτής,) Cicero. 3. Verr. 143. O præclarum custodem omnium (vt aiunt) lupum, custosque vrbis, an direptor & vexator esset Antonius?

Prædator & direptor. Cic. 2. in Catil. 40. Quos ego vtrosque Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumque pono.

DIRCE. Mons est Mauritaniæ, quem propter altitudinem, Cœli columnam vocauerunt. Meminit Plinius, lib. 5. cap. 1. 14. vbi Dyris scribitur per y Græcum.

Dirumpo, dirumpis, dirúpi, pe. prod. diruptum, (διαῤῥήγνυμι,) dirumpere, Frangere, scindere. Plaut. Curculione, Gemmos in ventre videor habere filios: nihil metuo nisi medius dirumpar miser.

Dirumpere ludum, Impedire ne perficiatur. Plaut. Pœnulo. 2. 117.
Iamne hoc tenetis: si tenetis, ducite:
Ne dirumpatis quæso, finite transigi.

Plausu aliquem dirumpere. Cic. Cassio, lib. 12. 2. 7. Itaque iam nõ studiosus ludorum, infinitoque fratris tui plausu dirumpitur.

Se dirumpere. Cic. Mario, lib. 7. 1. 14. His ergo tamen diebus, ludis scenicis, ne forte videar tibi non modò beatus, sed liber omnino fuisse, dirupi me penè in iudicio Galli Caninii familiaris tui.

Dirumpere societatem. Cic. 3. Offic. 27. Et apud eundé in Amicitia. 71. Dirumpere amicitias.

Tabellas dirumpere. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 20. 2. Is diruptis tabellis de circulo se subduxit.

Dirumpi dolore, dixit Cic. ad Atticum, lib. 7. 131. 3. Terent. Adelph. 3. 3. 15. Collaudauit filium mihi qui dedissem consilium, egit gratias. D. Dirumpor. Cic. ad Atticum, lib. 4. 86. 5. Itaque Cæsaris amici (me dico & Oppium) dirumpari licet, monimentum illud, &c.

Diruptus, Participiũ, (διαῤῥηγμένος,) vt Diruptus homo. Cic. 13. Philip. 364. Fraudator creditorum Trebellius, & homo diruptus, diruitusqi Quintus Cælius. Id est, tam herniosus, tum dissipato patrimonio expeculatus, atque omni ære exhaustus. Lusit enim Cicero per paronomasiam dixitque, id est hernioli, & diruti. Budæus.

Diruptæ ripes, pro Abruptis Liu. lib. 8. bel. Pun. Pars maxima inermes per inuia & ripes diruptas præcipitantes fugerunt.

Diruncino, Vide DERVNCINO.

Diruo, diruis, pen. corr. dirui, dirutum, pen. corr. (κατασκάπτω, κατασκάλλω, ἐρείπω, κατακόπτω,) diruere, Deiicere significat & euertere atque destruere. Terent. Adel. 5. 7. 10. Hanc in orto macerem iube dirui. Liu. lib. 1. Iam fragor tectorum, quæ diruebantur victimis vrbis partibus, audiebatur. Ibidé. 126. Legiones deinde ductæ ad diruendam vrbem. Sic. Plinius lib. 34. cap. 3. 3. Diruere Corinthum.

Diruere, Aedificare, contraria. Cic. pro Domo sua. 106. Euersio atq; eiecto Senatu dirueris, ædificaris, &c.

Arcem diruere. Sil. lib. 5. 25. – Corithi nunc diruat arcem.

Fores diruere. Propert. lib. 4. eleg. 10. 3.

Vrbes diruit. Ouid. 12. Metam. 111.
– & immeritas vrbes, Elinque, Pylumque Dirnit.

Dirutus, pen. corr. Adiect. (καθαίρετος,) Deiectus.

Diruræ & desertæ vrbes. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 36. Multas abs te esse liberatas vrbes, complures dirutas ac penè desertas.

Aere diruti. Cic. 7. Verr. 17. Vide AES.

Regna diruta. Propert. lib. 2. eleg. 29. 11.

Dirus, Adiectiuum, (ἐπίκοτος, παλαμναῖος,) Dei ira natus, inquit Festus. Sipontinus, Sunt qui à deo dirum deductum existimant, hoc est, crudele, infestum, & quasi deorum ira immissum. Vir. 3. Georg. 94. – prius quàm

Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Iniusta, nefaria, vitiosa, dira. Cic. 2. de Leg. 36.

Aues diræ. Catul. 4. Paneg. 42.

Aconita dira. Vide ACONITVM.

Excutere diros amores. Ouid. 10. Metam. 84.

Cædes dira. Ouid. 15. Metam. 161.

Caput dirum. Senec. Octa. 5. 2.

Cometæ diri, id est criniti, & pessimi. Virg. 1. Georg. 97.

Contagia dira. Virg. 3. Georg. 94.

Cruciatus diri. Ouid. 9. Metam. 36.
– diris cruciatibus ægram,
Inuisamqi animam, natamqi laboribus, auser. Plin. lib. 11. cap. 37. 76.

Cupido dira. Virg. 6. Aeneid. 144.

Diræ deprecationes. Plin. lib. 18. cap. 2. 9.

Detestatio dira nulla explatur victima. Horat. Epod. ode 5. 10.

Dextra dira. Stat. 5. Thebaid. 48.

Dira execratio. Liu. 6. bel. Pun. 131. & lib. 8. 117.

Dira viro facies. Ouid. 1. Fast. 111.

Manus conscia diri facti. Ouid. 8. Metam. 107.

Dira fames. Virg. 3. Aeneid. 61.

Fata dira. Senec. Hippol. 12. 24.

Forma dira. Claud. 1. de Raptu Proserp. 17.

Funus dirum. Virg. 11. Aeneid. 12. – nec sospite dirum
Optabis nato funus pater.

Diris funeribus iras deorũ contrahere. Liu. 10. ab Vrbe. 140. De Decio.

Furor dirus. Senec. Hippol. 4. 42.

Diræ furiæ sunt. Virg. 4. Aeneid. 95. & 122. Rursus lib. 8. 141.

Gens dira. Virg. 3. Aeneid. 47.
– & dira bellum cum gente gerendum.

Grandò dira. Horat. 1. Carm. ode. 2. 1.

Hydrops dirus. Horat. 1. Carm. ode. 2. 3.
Creuit indulgens dirus sibi Hydrops.

Dira illuuies. Virg. 3. Aeneid. 119. Id est sordes tetra. Seruius.

Domus diri iudicis, id est Paridis. Senec. Troad. 1. 14.

Dira libido. Lucret. lib. 4. 111.
Irritata tument loca femineique voluntas
Eiicere id, quò se contendit dira libido. Senec. Hippol. 9. 5.

Dira lues. Ouid. 7. Metam. 106.
Dira lues populis ira Iunonis iniquæ
Incidit exosa dictas à pellice terras.

Mens dira. Virg. 2. Aeneid. 104.
– quæ mens tam dira miserrime coniux
Impulit his cingi telis?

Dirus mœror. Plin. lib. 36. cap. 4. 2.

Mors ante oculos dira vagatur. Senec. Octa. 6. 10.

Mugitus diri. Ouid. 7. Metam. 122.
– mugitus victima diros Aeddit.

Dira natura. Plin. lib. 12. cap. 19. 4.

Naufragia dira. Senec. Octa. 4. 6.

Necessitas dira. Horat. 3. Carm. ode. 24. 2. pro morte necessitatẽ ponit.

Nefas dirum. Virg. 4. Aeneid. 113.

Dira rubea. Plin. lib. 11. cap. 19. 1. Diraque messibus contegunt nubẽ.

Omen dirum mortalibus. Ouid. 5. Metam. 110.
Fœdaque fit volucris venturi nuntia luctus
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Dirum oppidũ. Plin. lib. 4. cap. 11. 4. Diomedis equorum stabulis dirum.

Dirum ostentum. Plin. lib. 10. cap. 12. 5.

Pestis dira. Virg. 11. Aeneid. 158. – hæc dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius vrbem.

Pugna dira. Virg. 10. Aeneid. 10.

Cruciari sanguine diræ serpentis Ouid. 2. Metam. 131.

Sanguinis dira sitis. Senec. Octa. 4. 9.

Spes dira. Senec. Hippol. 2. 10. Extingue flammas, néve te diræ spei
Præbe obsequentem.

Dirus spiritus. Senec. Octau. 5. 3.
En ipse diro spiritu sæui ducis Polluitur æther.

Supplicia dira. Virg. 6. Aeneid. 100.

Dirum tempus. Cic. 1. de Diuinat. 33. Quod ferme dirum in tempus ecclesiæ nere Larini.

Tyrannus dirus. Claud. 3. de Raptu Proserp. 7.

Venena dira. Horat. Epod. ode. 5. 13.

Volucres diræ. Sil. lib. 13. 121.

Vox dira. Virg. 3. Aeneid. 46. – tum vox tetrum dira inter odorem.

In dira & in vitiosa incurrere. Cic. 1. de Diuin. 54. Itaque similia dum non exquirimus, in dira & in vitiosa incurrimus.

Dirus, pro magno aliquando accipitur. Virg. 8. Aeneid. 70. Iã tũ religio paudos terrebat agrestes Dira loci. Id est magn⁹ metus. Seruius.

Dirior, Comparatiuum. Cic. 2. de Diuinat. 53. Quum enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, &c.

Diræ Dirarum, pro Furiis, (ἀραί,) Cic. 1. de Diuin. 55. Crasso quid accidérit videmus. Dirarum obnuntiatione neglecta. Ibidem. 57. Etenim Dira, sicut & cætera auspicia, vt omina, vt signa, non causas afferunt cur quid eueniat, sed nuntiant eueniturа nisi prouideris.

Compositas Diras imprecabatur. Tacit. lib. 5.

Diritas, pen. corr. diritatis, (ἀπάνευσις,) Crudelitas. Cic. in Vatinium. 6. Quæ quam sis omni diritate, atq; immanitate ceterrimus. Idé. 3. Tusc. 12.

Diritas & Comitas, contraria. Cic. de Senect. 60. Intelligi potest ex iis fratribus qui in Adelphis sunt quanta in altero diritas, in altero comitas. Sic legit Nonius: nunc legitur duritas.

Morum diritas. Sueton. in Tiberio, cap. 21. Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidisse Augustum palàm nec dissimulanter morum eius diritatem adeò improbasse, vt nonnunquam remissiores hilariores sq; sermones superueniente eo abrumperet.

Dis

Dis, præpositio, (διά,) quæ semper componitur, & modò diuersitatẽ significat, vt disideo. Modò diuisionem, vt Dissocio, dissigo. Modo vastde, vt Discrucio, discupio. Modò varie, siue in diuersas partes, vt Dissemino, dispono. Quandoque male, vt Dispereo. Cõponitúrque cum C, vt Discumbo. Cum P, vt Diffundo, vbi s mutatur in f, euphoniæ causa. Cum P, vt Disputo. Cum Q, vt Disquiro. Cum R, vt Disrumpo. Cũ S, vt Dissimulo. cum T, vt disturbo. Com I cõsonãte, vt Dissungo.

DIS, Ditis, (πλοῦτων,) diuitiarum & inferorum deus, vt inquit Strabo. Græci Pluton dicitur: quia terrenã oẽm vim atque naturã Diti patri dedicatam putabant, quòd diuitiæ omnes è terris oriantur, & in terras recidant. nam πλοῦτος, Latinè diuitiæ. Cic. 1. de Nat. deo. 96. Terrena autẽ vis omnis, atque natura, Diti patri dedicata est, qui diues vt apud Græcos πλούτων, quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris, Quintilianus libro 1. à contrario interpretatur, quia minime diues est. Non tamen id asserit.

Domina Ditis. Id est Proserpina, apud Virgilium libro 6. Aeneid. 80.

Atri ianua Ditis. Virg. lib. 6. 26.

Auari Ditis domus. Senec. Herc. fur. 9. 34.

Auidi Ditis regna. Senec. Agamem. 7. 33.

Diri sacraria Ditis. Virg. 12. Aeneid. 40.

Vmbrosi Ditis opaca regna. Sene. Medea, 10. 1.

Durus Dis. Silius lib. 13. 83. Duc prædicta facris duro placamina Diti.

Horridus Dis. Senec. Hippol. 10. 10. & 2. 18.

Infernus Dis. Senec. Agamem. 1. 1.

Seuerus Dis. Claud. 1. de Rap. Proser. 46.

Dis, (πλούσιος,) Adiectiuum pro Diuite ponitur. Plaut. Aulul. Dites dici tiis, qui aureos montes colunt, ego solus supero. Terent. Adelph. Dis quidem esses Demea, ac rem tuam constabilisses. Vbi Donatus, Ab eo quod est Dis ditis, dites facit: ab eo quod est diues diuitis, diuites. Vide DIVES.

Animi dites. Tibull. lib. 3. eleg. 6. 3. de Baccho, Ille facit dites animos deus, ille ferocem Contudit &c.

Epulæ dites. Stat. 5. Thebaid. 38.

Glebæ dites, Id est frugiferæ. Silius libro 3. 136.

Pectus dis. Lucret. libro 1. 84.
Vsqueadeo largos haustus de fontibus magnis
Lingua meo suauis diti de pectore fundet.

Promissis ditibus commoueri. Silius lib. 3. 104.

Regni ditis ferax Lydia. Sene. Hippol. 3. 11.

Ditior, & ditissimus. Cic. 2. Offic. 85. Mamerco homini ditissimo Aedilitatis præterm issio, Consulatus repulsam attulit. Idé 1. de Diuinat. 133. Ditissimũ fore prædictũ est. In antiquo exẽplari legit diuitissimũ.

Aeui humani ditissimus, Id est qui diutissime vixit. Silius libro 3. 80.
Rex prouius fuit humani ditissimus æui:
Ter denos decies emensus belliger annos.

Agri ditissimus. Virgilius 1. Aeneid. 70.

Ditior mihi & affluentior videtur esse vera amicitia. Cic. de Amicitia, 52.

Animi ditior. Sen. 3. Thebaid. 96.

Midæ gazis, & Lydo ditior auro. Stat. 2. Syl. 2. 25.

Terra ditissima. Virg. 1. Georg. 28.

Dito, ditas, (πλουτίζω,) ditare, Diuitem facere. Liu. 1. bel. Pun. 239. Castra militem ditauere. Plin. libro 35. cap. 18. 1. Quos enumerare iam non est, è sanguine Quiritum & Proscriptorum licentia ditatos.

Stipe largifica ditantes omnia. Lucret. lib. 2. 127.

Turba ditata spoliis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 13.

Vrbs triumphis ditata. Author ad Heren. lib. 4. 337. Quod si nunc hæc vrbs inuictissima vocem emittat, non hoc pacto loquatur? Ego illa plurimis trophæis ornata, triumphis ditata certissimis, clarissimis locupletata victoriis: nunc vestris seditionibus ô ciues vexor.

Ditesco, ditescis, (πλουτίζομαι,) ditescere, Diuitem fieri. vt Præda ditescere. Lucretius libro 5. 251.

Horrea ditescunt. Claud. 1. Paneg. 80.

Partu ditescere dulci. Lucret. lib. 4. 251. de fœminis.

Discalceo, discalceas, (ἐξυποδήμιω,) discalceare, Calceũ extrahere. Suet. in Nerone, cap. 51. Circa cultum habitumque adeò pudendus, vt comam semper in gradus formatam, perigrinatione Achaica etiam pone verticem summiserit, ac plerunque synthesin indutus, ligato circum collum sudario prodierit in publicum sine cinctu & discalceatus.

Discapédino, discapédinas, pen. corr. (δισκέγω,) discapedinare, A capedine fit, significatque Refero, aperio. Apuleius, Hyagnis primus in canendo manu discapedinauit. Obsoletum & inusitatum verbum.

Discáueo, discaues, pen. corr. discáui, pen. pro. discautũ.) φυλάττομαι, cauere. Idem significat quod cauere, vel diligenter cauere. Plaut. Menæch. 7. 24. Dictum facesse elatum, & discaueas malo. Minus est in vsu.

Discêdo, discêdis, pen. prod. discessi, discessum, (ἀποχωρίω, ἀπέχομαι, ἀποβαίνω,) discedere, Recedere: vt Discedere Roma. Cic. 2. Verr. 52. Plin. Facessite hinc, atque à nobis discedite. Donatus, Discedere dicitur, qui facile abit e medio.

Discedere cubitum. Cic. in Somnio Scip. 4.

A patria discedere. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 17.

Ab aliquo discedere. Cice. Arti. lib. 112. 2. Quod te quoque ipsum discedentem à nobis suspicari videbam.

Discedere ad. Virgilius 12. Aeneid. 38.
Conuenit Euandri victos discedere ad vrbem.

Longè discedit. Ouid. epist. 21. 22. Vide LONGVS.

Procul hinc discedere. Ouid. 9. Metam. 103.

Procul discessit in agros. Valer. 7. Argon. 112.

Tardè discedere. Ouid. 4. Metam. 19.

Non discedere ab aliquo. Cic. de Amici. 1. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, sumpta virili toga, vt quoad possem, & liceret, à senis latere nunquam discederem. Idem 4. Acad. 125. Nunquam à Philone discessi, nisi posteaquam ipse cœpit qui se audirent habere. Idem 6. Verr. 128. Ciues Romani à me nusquam discedere.

Discedere ab amicis: pro Violare amicitiam. Cice. de Amicitia, 59. Præcipiendum est igitur bonis, vt si in eiusmodi amicitias ignarè casu aliquo inciderint, ne existiment ita se alligatos, vt ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus, non discedant.

Animus discedit. Cicero 1. Tuscul. 29. Qui discedere animum censent &c. Discessum animi à corpore intelligit.

Discedere ab armis. Cæsar 1. bel. Ciuil. 40. Sic 5. bel. Gall. 153. Et Cicero 8. Philipp. 255.

In auras discedere. Lucret. lib. 3. 82.
Sed comes insequitur facilè, & discedit in auras:
Et gelidos artus in lecti frigore linquit. Hîc de vi animæ loquitur.

Discedere cælum dicitur, quum hiatum facit. Cicero 1. de Diuinat. 161.
Expositque initio belli Marsici & deorum simulacra sudauisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse cælum; & ex hoc occulto auditas esse voces Budæus.

Discedere à consuetudine alicuius populi. Cicero 4. Verr. 74. Propter cuius authoritatem & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum consuetudine discederet. Idem pro Fonteio, 1. Videte quò descendam Iudices, quàm longe videar à consuetudine mea & cautione ac diligentia discedere.

E conspectu discedere. Cicero Attico, libro 12. 24. 1. 6. Et si ne discessissem quidem è conspectu tuo, nisi me planè nihil villa res adiuuaret. Legitur & decessissem.

A contentione discedere. Cic. in Oratore, 58.

Discedere à defendendis hominibus. & subleuandis. Cic. 1. Verr. 22.

Non discedere digitum à re aliqua. Cicero 6. Verr. 29. Pueri autem Sisennæ, credo qui audiuissent, quæ in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam deiicere, neque ab argento digitum discedere. Subaudi latum.

In duas factiones ciuitas discessit. Tacit. lib. 21.

A fide iustitiaque discedere. Cic. 3. Offic. 104.

Ab aliquo discendi genere discedere. Cic. 2. Offic. 8. Quum ab hoc discendi genere discesseris.

A sperata alicuius rei gloria discedere. Cicero de Clar. Ora. 173. Quodvis potius periculum mihi adeundum, quàm à sperata dicendi gloria discedendum putaui.

A iudiciis causisque discedere. Cic. 2. de Orat. 78.

Discedere à iure. Cicero ad Pætum, libro 9. 16. 7. Omnia sunt incerta quum à iure discessum est.

Discedat à corpore langor. Ouid. epist. 19. 1.

Vno verbo discedere à libro. Cicero 1. Verr. 25. Si ab isto libro quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit, verbo vno discesseris:

Discedit memoria. Cic. in Somnio, 2. Ita nunquam ex animo meo discedit illius optimi atque inuictissimi viri memoria.

A mente atque à te discedere. Cic. 2. de Diuinat. 170. Ille autem Græcus, quid mirum si magnitudine timoris, vt plerũque fit à constantia, atque à mente, atque à se discessit?

Discessit mos. Plin. lib. 11. cap. 23. 2. In tantum à lorica gerenda discessere mores, vt oneri sint etiam vestes.

Discedamus à nobis. Cic. 4. Acad. 106. Sed discedamus à nobis: metipsis, de sapiente loquamur, de quo, &c. Id est de nobis loqui supersedeamus.

Discedere ab officio, Barbari dicunt non facere suum debitum. Cic. 1. Offic. 48. Si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentẽ esse venturum, atque interim ægrotare grauiter filius cœperit, non sit contra officium non facere quod dixeris: magisque ille cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Sic Cæsar 1. bell. Gall. 162.

Discedere in aliquam opinionem. Cic. ad Ligarium, lib. 6. 14. 6. In hanc opinionem discessi, vt mihi tua salus dubia non esset.

Discedunt in duas partes. Sallust. In duas partes discedunt Numidæ plures. Adherbalem sequuntur.

Discedere pedem. Plaut. Asin. 12. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Næ iſte herele ab iſta pedem non diſcedat, ſi liceſſit,
Qui nũc feſtinat, atque ab hac minitatur ſeſe abire. Cic. pro Deio. 29.
Negat vnquam ſe à te in Deiotari tetrarchia pedem diſceſſiſſe.
De prouincia diſcedere. Cic Cælio, lib. 2. 18. 2. Quod etiã nunc vereor, ne antè tu in prouinciam veniſſes, ego de prouincia diſcederem.
Quartana ab aliquo diſcedere dicitur. Cicero Attico, lib. 8. 15. 3. Modo etiam audiui quartanã à te diſceſſiſſe.
A te diſcedere, Id eſt digredi. Cic. in Oratore, 35.
Diſcedere à vel de ſententia. Cæſar 1. bel. Ciuil. 7. Marcellus perterritus conuitiis, à ſua ſententia diſceſſit. Cic. 4. de Fin. 85. Quis enim poteſt iſtis quæ te, vt ais, delectant, breuibus & acutis auditis, de ſententia diſcedere? Legitur in vetuſto exemplari, decedere.
A ſeſe diſcedere. Cic. de Clar. Orat. 149. Neſcio quomodo diſceſſu meo diſceſſit à ſeſe.
Signis diſcedere haud licitum. Silius libro 7. 19.
Diſcedere ſuperiorem, pro Vincere. Cic. 2. Tuſc. 93. Qui autem reſtituunt diſcedunt ſæpiſſime ſuperiores. Sic Diſcedere inferiorẽ, Cic. pro Quintio, 40. Ar ſi in cauſa pari diſcedere inferior videretur, tamẽ eſſet non mediocriter conquerendum. Hoc eſt, ſuperatus videretur.
A vita diſcedere. Cic. 1. Tuſcul. 131.
Ex vita diſcedere. Cic. de Senec. 76. Ita vixi, vt non fruſtra me natum exiſtimem: & ex vita diſcedo tanquam ex hoſpitio, nõ tanquam è domo. Commorandi enim natura diuerſorium, nobis non habitandi dedit.
Diſcedit vſufructus à perſona, Id eſt imutat perſonã. Modeſtinus de Vſufructu. L. Titio, Titio quũ morietur, vſusfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à perſona diſcedere incipit.
Vxor à marito diſcedit. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 5. Illud mihi occurrit ꝙ inter poſtulationem & nouis delationẽ vxor à Dolabella diſceſſit.
¶ Quum diſceſſi à te, nemo mihi illo charior? Id eſt te excepto, præter te vnum, nemo mihi eſt charior illo. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 67. Sic enim te exiſtimare velim, quum à vobis meæ ſalutis authoribus diſceſſerim, neminem eſſe cuius officiis me tam eſſe deuinctum non ſolum cõſtrear, ſed etiam gaudeã. Idẽ ad Atticũ, lib. 1. 12. 8. Amoris vero erga te mei, quum à fraterno amore, domeſticoque diſceſſi, tibi primas defero. Idẽ ad Appium Balbum, lib. 6. 1. 3. Etenim omnes Cæſaris familiares ſatis opportunè habeo implicatos conſuetudine & beneuolentia, ſic, vt quũ ab illo diſceſſerint, me habeant proximum.
¶ Diſcedere, Diuidi, hiare, aperiri. Cicero 3. Offic. 48. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui quum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit. Siſenna Hiſt. lib. 4. Armata dextra ductũ, magisque in latitudinem diſcedunt. Nonius.
¶ Diſcedatur, imperſonale. Cic. 3. de Legib. 17. Sed tam ſi placet, de prouinciis diſcedatur, in vrbemque redeatur.
Diſceditur in eam ſententiam. Liu. 8. bel. Pun. 150. Si in meam ſententiam diſcedatur. Idem 3. ab Vrbe, 170. In hanc ſententiam vt diſcederetur, iuniores patrum euincebant. Vide Diſceſſio.
Diſceſſum eſt. Liu. 1. ab Vrbe, 173. Eo anno Hernici deuicti: cum Veſcis æquo Marte diſceſſum eſt.
Diſcedens, pen. prod. Participium. (ἀποχωρῶν,) vt Hyems diſcedens. Ouidius 2. Faſt. 31.
Diſceſſio, Verbale, (ἀποχώρησις,) Diuiſio, ſeparatio. Terẽt. And. 3. 3. 37. Nempe incommoditas denique huc omnis redit,
Si eueniat (quod di prohibeant) diſceſſio.
¶ Diſceſſio, (ἀπάλλαξις,) erat in ſententiis dicendis in Senatu, quũ duabus dictis ſententiis, is magiſtratus qui Senatum coegerat, Patres Conſcriptos iubebat in hanc aut in illam ſententiã tranſire, his verbis, Qui hæc ſentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in illam partem ite qua ſentitis. Quæ verba legitima erant, & ſolennia, magiſtratus diſceſſionem fieri iubentis: quod tum ſcilicet accidebat, quum in ſententiam pedibus ire. & Senatusconſultum per diſceſſionem fieri, non ſingulos ſententiã verbis dicere oportebat. Plin epiſt. 167. f. Referebatur in Senatu de libertis Afranii Dextri Conſulis incertum ſua, an ſuorum manu, ſcelere, an obſequio perempti. Hos aliquis, ego (ſed nihil refert) poſt quæſtionem ſupplicio liberandos, alios in inſulam relegandos, alios morte puniendos arbitrabatur. Quarum ſententiarum tanta diuerſitas erat, vt non poſſent eſſe niſi ſingulæ. Quid enim commune habet occidere & relegare? non Hercule magis, quàm relegare & abſoluere. Quanquam propior aliquanto eſt ſententiæ relegantis quæ ſoluit, quàm quæ occidit, vtraque enim ex illis viram relinquit, hæc adimit: quum interim & qui morte puniebant & qui relegabãt, vnã ſedebant, & temporaria ſimulatione concordiæ diſcordiam differebant. Ego poſtulabam vt tribus ſententiis cõſtaret ſuus numerus, nec ſe breuibus induciis duæ iungerent. Volebam (inquit Plinius) æquiſque eſſe cẽſebam, vt diſceſſio in tres partes fieret, ne duæ ſimul ad tempus iunctæ, occidentium ſcilicet, & relegantium, tertiam, id eſt noſtram abſoluẽtium perimerent, & ita liberti ſecundo certamine morte aut relegatione periclitarentur, nulla ſam abſolutionis ſpe reliqua. Exigebam ergo (inquit) vt qui capitali ſupplicio afficiendos putabant, diſcederent à relegãte, nec interim contra abſoluentes mox diſſenſuri congregarentur: quia paruulũ refert, an idẽ diſpliceret, quibus non idem placuiſſet, &c. Idẽ epiſt. 35. 6.

Erant in vtraque ſententia multi. fortaſſe etiam plures in hac vel ſolutione vel molliore. nã quidã ex illis quoque qui Cornuto videbant aſsẽſi, hũc qui poſt ipſos ceſſuerat, ſequebantur: ſed quũ fieret diſceſſio, qui ſellis Conſulũ aſſiderãt, in Cornuti ſententiã ire cœperũt. Senec. de Vita beata, Nec eſt qđ mihi diſceſſionũ more rideas. Hæc pars maior eſt &c.
Facere diſceſſionem. Cic. Lentulo, lib. 1. 2. 5. Intẽdere cœpit ante ſe oportere diſceſſionem facere quàm Conſulares.
Diſceſſio facta in eius ſententiã. Cic. ad Atti. lib. 1. 12. 242. 3. Idcirco in eius ſententiã eſt facta diſceſſio. Idẽ 6. Verr. 128. At vero quũ ia nõ ſolũ diſceſſio facta eẽt, ſed et pſcriptũ atq; in tabulas relatũ, Prætor appellat.
Diſceſſus, huius diſceſſus, (ἀποχώρησις,) Abitus. Cic. 1. Tuſc. 12. Vt nuper tuum poſt diſceſſum in Tuſculano quum eſſent complures mecum familiares, tentaui quid in eo genere poſſem.
Aduentus & Diſceſſus, contraria. Plin lib. 15. cap. 8. 10. Florent aduenta hirundinum, diſceſſu marceſcunt. De chelidonia. Cic. Attico, libro 12. 260. 1. Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit.
Digreſſus & diſceſſus. Cic. de Senec. 77. Sed me ipſe conſolabar, exiſtimãs non longinquum inter nos digreſſum & diſceſſum fore.
Solis acceſſus & diſceſſus. Cic. 2. de Nat. deor. 29.
Subitus diſceſſus & præceps profectio. Cic. Attico, lib. 9. 18. 1. 11. Ego vero in præſentia ſubitum diſceſſum, & præcipitem profectionẽ, tum tibi, tum ipſi Cn. inutilem & periculoſam puto.
Diſceſſus animi à corpore. Cic. 1. Tuſcul. 39.
Diſceſſus cæli, Id eſt chaſma, hiatus & ſubita velut diſruptio. Cic. 2. de Diuin. 89. Ita te nec terræ fremitus, nec cæli diſceſſus, nec lapideus aut ferreus imber, nec traiectio ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt.
Diſceſſus ab omnibus bonis. Cic. 1. Tuſc. 129. Illud angit, vel potius excruciat, diſceſſus ab omnibus his quæ ſunt bona in vita.
Diſceſſus latronis, vel potius deſperata fuga. Cic. 5. Philipp. 186.
Diſceſſus à vita. Cic. 1. de Diuin. 85. O præclarũ diſceſſum (inquit) à vita.
Diſceſſu à ſuis mouer. Cic. 5. de Finib. 55. Qui etiam quũ decreuerit ſibi mori endũ, tamẽ diſceſſu à ſuis, atque ipſa relinquenda luce mœſtatur.
Diſceſſũrus, pe. pro. Participiũ. (ἀποχωρήσων,) Plin. lib. 20. cap. 24. 1. Sed diſceſſuri ab hortẽ lib⁹, vna cõpoſitione ex his clariſſimã ſubtexemus. Hoc eſt priusquã diſcedamus ab hortenſium herbarũ tractatione.

Diſcepto, diſceptas, (διακίνομαι, ἀμφιβατέω,) diſceptare, Diſputare, contendere.

Diſceptare de. Cicero 1. Acad. 46. Has ad omnia de quibus diſceptabatur, adhibebant. Salluſt. in Iugurtha, Regoli in vnum conuenêre, vt inter ſe de cunctis negotiis diſceptarent. Idem 4. Acad. 118. Ita velim ineptum putarem, in tali diſputatione id facere, quod quum de Rep diſceptatur, fieri ſolet.
Iuſte ſapienterque aliquid diſceptare. Cic. pro Milone, 17.
Diſceptando decertare. Cic. pro Plancio, 71. Sed erat non iure, non legibus, non diſceptando decertandum.
Diſceptare inter aliquos. Liu. 4. bel. Maced. 130. Reſponderi legatis vtrisque partis placuit, miſſuros ſe in Africam qui inter populum Carthaginienſem & regem in re præſenti diſceptarent.
Diſceptari verbis de. Liu. Hæc directa percunctatio ac denuntiatio belli magis è dignitate Populi Romani viſa eſt, quàm de fœderum iure verbis diſceptare Sagunto exciſa.
Diſceptare conditionibus, aut armis. Cic. ad Atticũ, lib. 8. 15. 9. 12. Ego conditionibus, quod idẽ te itellexerã velle, illi armis diſceptari maluerũt.
Æqua conditione diſceptare. Cic. pro Cluent. 75.
Diſceptare armis de controuerſiis. Cæſar 3. bel. Ciuil. 174. De controuerſiis iure apud ſe potius, quàm inter ſe armis diſceptari. Idem 6. bell. Gall. 196. Q uoad ſibi ſpes aliqua relinqueretur, iure potius diſceptandi, quàm belli gerendi.
Diſceptatur armis de iure publico. Cic. Planco, lib. 4. 14. 4. Videbimque, quanto periculo de iure publico diſceptaretur armis.
Æquo iure diſceptare cum aliquo. Cic. 4. Verr. 16. Heraclius cum aduocatis adit, & poſtulat vt ſibi cum palæſtritis, hoc eſt cum populo Syracuſano æquo iure diſceptare liceat.
Rei ſunt omnes quorum de re diſceptatur. Cic. 2. de Orat. 98.
In vno prælio omnis fortuna Reip. diſceptat. Cic. Planco, lib. 10. 10. 2.
¶ Diſceptare, cũ genitiuo. Calliſtratus in L. Capitalium §. Incendiarii. ff. de Pœnis, Vt qui iactura adfectus eſt, dãni diſceperet, vel modice vindicẽ.
¶ Diſceptare cauſam, (διαιτᾶν,) pro Arbitrari. Pomponius in l. Sed ſi compromiſſum. ff. de Receptis arbitris, Sed ſi compromiſſum ſine die cõfectũ eſt, neceſſe eſt arbitro omnimodo diem ſtatuere, partibus conſentientibus: & ita demum cauſam diſceptare. Pudæus.

Diſcerno, diſcernis, diſcreui, diſcernere, pen. prod. (διακρίνω, διαιρῶ, διαλύω,) diſcernere, Diuidere, ſeparare. Plin. libro 12. cap. 10. 5. Eſt & alia fama, cum ſole diuidi, ternisque partes fieri, deinde ſorte cremia diſcerni.
Litem diſcernere. Virgil. 12. Aeneid. 178.
Saxum antiquum, ingens campo qui forte iacebat
Limes agro poſitus, litem vt diſcerneret arvis.
Tumulum veterem diſcreuit. Claud. 1. de Raptu Proſerp. 50.
Diſcernere. Diſtinctè cognoſcere, diſtinguere. Terent. Adelph. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo ſatis diſcernere: niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis. Cæſar 7. bel. Gal. 297. Ne tanta multitudine confuſa, nec moderari, nec diſcernere ſuos, nec frumẽti rationem habere poſſent. Cicero. 4. Acad. 111. Q uã igitur notione diſcerneres? Hoc eſt diſtinctiones, certo cognoſceres.
Alba & atra diſcernere. Cic. 1. Tuſcul. 159. Democritus luminibus amiſſis alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat.
Diſcernere alium ab alio. Cicero pro Fonteio, 11. Quid eſt igitur vbi eligere poſſit prudentia? vbi diſcerni ſtultus auditor & credulus ab religioſo & ſapienti iudice?
Diem & noctem diſcernere cælo. Virg. 3. Aeneid. 41.
Fas atque nefas diſcernere. Horat. 1. Carm. Ode 18. 3.
Diſcernere vtra pars iuſtiorem habeat cauſam. Cæſar 1. bel. Gal. 159.
Diſcernere ſtultum à ſapiente. Cic. pro Fonteio, 11. Item Diſcernere vera à falſis. Plin. libro 37. cap. 12. 4.
Articulatim verbo diſcernere. Lucret. lib. 4. 113. – vnde illa profecta
Perueniat vox quæque, neceſſe eſt verba quoque ipſa
Plane exandiri, diſcernique articulatim. Id eſt explanatè.
Diſcretus, pen. prod. (διακεκριμένος,) Participium paſſiuum, vt apud Cornelli diſcreta femina, ſeparata. Plin. lib. 2. cap. 8. 5. Diſcretus atque digeſtus aduerſo ſyderum verbere globus. Et lib. 15. cap. 30. 10. Diſcretæ ſuis nominibus ſylvæ. Suet. de Claris Grammat. 4. b. Secundum quam conſuetudinem, poſteriores quoque exiſtimo (quanquam iam diſcretis profeſſionibus) nihilominus vel retinuiſſe, vel inſtituiſſe, &c. Huius compoſitum prorulit Plinius lib. 7. cap. 12. 3. Indiſcreta propè ſpecie fuêre. Id eſt, indifferenti.
Ager diſcretus ſaxo. Stat. 5. Thebaid. 112.
Mors diſcreta. Ouid. 11. Metam. 140.
Ordo diſcretus. Q uintil. lib. 7. cap. 2. 1.
Sedes diſcretæ. Horat. 2. Carm. Ode 13. 5.
Diuiſa tellus & diſcreta. Lucret. lib. 5. 289.
Diſcretio. (διάκρισις.) Cicero de Leg. Multóque etiam magis parent huic cœleſti deſcriptioni. In emendatioribus codicibus legitur non diſcretioni, ſed deſcriptioni.

Diſcrete, pen. prod. Aduerbium, (διακεκριμένως,) Diſtinctè, certus contrarium eſt Confuſe & permixtè. Cic. 1. de Inuent. 63. In præſentia tantiſmodo numeros & modos & partes argumentandi confuſe & permixtè diſperſimus: poſt diſcretè & electè in genus quodque cauſæ, quid cuique conueniat, ex hac copia digeremus.
Diſcretim, Aduerbium ſimiliter. Idem ſignificans. Varro. 1. de Re ruſt. ca. 3. Quòniã diſcretim de his rebus dicendum eſt. Legitur & diſcretum.
Diſcrimen, pen. prod. (διάκρισις, διαφορά,) Separatio, differentia. Cic. 5. de Finib. 71. Totũmque diſcrimen ſummi boni, in ea rerum comparatione poſitum putat. Salluſt. Laudamus diuitias, proſequimur inertiam, inter bonos & malos nullum eſt diſcrimen. Idem Hiſt. libro 1. Sertorius fortis, tum ba morante, & nullo, vt in terrore ſoler, generis aut imperii diſcrimine, per calonum corpora ad medium quaſi de inſuper aſtantium manibus, in murum attollitur.
Nullo diſcrimine. Virg. libro 1. Aeneid. 116. Tros, Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur. Cicero 4. Acad. 155. Vera à falſis nullo diſcrimine ſeparantur. Hoc eſt facile.
Diſcrimen atque delectus. Cic. 4. Verr. 86. Iſte qui omnia iura pretio exæquaſſet, omnimque rerum delectũ atq; diſcrimẽ pecunia ſuſtulliſſet.
Ingeniorum diſcrimina. Quintil. lib. 2. cap. 8. 1.
Vocum diſcrimina. Virgil. 6. Aeneid. 129.
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Iamque eadem digitis, iam pectine pulſat Eburno.
Diſcrimen confuſum. Liuius 1. ab Vrbe, 150. Quum in tanta multitudine hominum, diſcrimine recte an perperam facti confuſo, facinora clandeſtina fierent.
Ingens diſcrimen. Quintil. libro 6. cap. 1. 20.
Obſcurum diſcrimen. Horat. 2. Carm. Ode 5. 5. – Gnidiúſque Gyges
Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mire ſagaces falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum ſoluris
Crinibus ambiguóque vultu.
Cuſtodire diſcrimina ordinum. Vide CVSTODIO.
Dabat diſcrimina ſexũ, Id eſt dignoſcebat ſexu. Clau. 1. de Rap. Proſer. 6.
Remouere delectum ac diſcrimen. Cic. 4. de Finib. 112. Officia autem tollebantur delectu omni & diſcrimine remoto.
In diſcrimine eſt res. Cic. 4. Acad. 139. Erit igitur res in diſcrimine. nam aut Stoicus conſtituat ſapiẽs, aut veteris Academiæ, vtrũque nõ põt.
In diſcrimine eſt vtrum. Liu. 9. bel. Pun. 82. In diſcrimine eſt nunc humanum omne genus, vtrum vos, an Carthaginienſes principes orbis terrarum videar.
Tollere diſcrimen. Cicero 3. de Nat. deor. 119.
Compoſitum diſcrimen. Ouid. 2. de Arte aman. 61.
Compoſitum diſcrimen erit, diſcrimina lauda,
Torſerit igne comam, torte capille plaga.
Multifidum diſcrimen. Claud. de Nuptiis Honorii, 11. – hæc morſu numeroſi dentis eburno
Multifidum diſcrimen arat. Id eſt capillos pectit.
¶ Diſcrimen. Certamen. Virgil. 5. Aeneid. 31.
– poſt hos æquo diſcrimine Priſtis
Centaurũſque locum tendunt ſuperare priorem. Diſcrimine, Id eſt interſtitio. Seruius.
Ambiguum diſcrimen. Stat. 6. Thebaid. 121.
Dubium diſcrimen. Claud. 1. Paneg. 39.
Diſcrimen ſurdum, Vide SVRDVS.
Mittere in diſcrimen, quaſi in aleam, apud Tacitum. teſte Budæo.
Maturare diſcrimen. Tacitus, Hæc res vtrunque ducem diuerſis animi motibus ad maturandum ſummæ rei diſcrimen erexit.
In contentionem aut diſcrimen venire. Cic. pro Plancio, 44. Etenim verebantur credo anguſtias, quaſi res in contentionem aut in diſcrimen aliquẽd poſſet venire.
¶ Diſcrimen, Periculum. Virg. 1. Aeneid.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in latium. Plin. epiſt. 139. 2. Virgines quum vi morbi atrio Veſtæ coguntur excedere, matronarum curæ cuſtodiæque mandantur quo munere Fannia dum ſeſtulò fungitur, hoc diſcrimine implicita eſt. Cæſar 6. belli Gallici, 140. Videt imminere hoſtes, atque in ſummo rem eſſe diſcrimine. Plin. epiſt. 102. b. libro 6. Vt ſe tanto diſcrimine eriperet, orabat.
Diſcriminum & periculorum comes. Cicero 2. de Nat. deor. 146.
Maximum periculum & extremum penè diſcrimen. Cicero 6. Philipp. 217. Adducta eſt enim R. C. res in maximum periculum & extremum penè diſcrimen.
Lethale diſcrimen. Claud. 3. Paneg. 21.
Adire diſcrimen, Vide ADEO.
In diſcrimen adducere. Cic. 3. Philipp. 144. Quopropter quoniam res in id diſcrimen adducta eſt, vtrum ille pœnas Reipub. luat, an nos ſeruitum. Vide ADDVCO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In capitis discrimen aliquem adducere. Cic. pro Deiotaro, 1.
In propinquum discrimen adducere. Cicero Messinæ, lib. 5. 21. 9.
Videtur enim mihi res in propinquum addocta discrimen.
In fortunæ discrimen adduci. Cic. pro Murena, 51.
Salutem in discrimen adducere. Cic. Ligario, lib. 6. 13. 8.
Committere in discrimen, Vide COMMITTO.
Vir ad extrema Reip. discrimina delectus. Cic. pro Domo sua, 19.
In extremo discrimine, ac dimicatione fortunæ defertum esse. Cicero pro Sylla, 28.
Dare in discrimen aliquid. Tacit. lib. 2. Cæsar nisi pontibus præsidiisque impositis dare in discrimen legiones haud imperatorium ratus.
Habere discrimen. Cicero Mario, lib. 6. 2. 7. Et ille quum omnis Resp. in meo capite discrimen esset habitura, magnum quiddam spectauit.
Incidere in discrimen, Vide INCIDO.
Offerre se in discrimen pro re aliqua. Cicero pro Sestio, 1. Qui auderent se, & salutem suam in discrimen offerre pro statu ciuitatis & pro communi libertate.
Pati discrimina. Valer. 8. Argonaut. 78.
Tentare discrimen sui. Claud. 7. Paneg. 87.
Venire in discrimen dicitur res. Cicero 5. Verr. 119. Venerat res in iudicium atque discrimen.
In discrimen existimationis venire. Cic. 1. Verr. 30.
Fortunæ alicuius veniunt in discrimen. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 13. 4.
Discrimino, discriminas, pen. corr. (διορίζω, διαιρέω) discriminare, Diuidere. Cic. 12. Philipp. 334. Hetruriam discriminat Cassia. De via Cassia loquitur. Varro 1. de Re rust. cap. 23. 3. Non minus ea discriminanda in conferendo, quæ sunt fructuosa, ab iis, &c.
Ordo discriminat potestates. Claud. de bello Getico, 8.
Ratio discriminat omnia. Lucret. lib. 2. 144.
Sed ne forte putes animalia sola teneri
Legibus his: quædam ratio discriminat omneis. Id est distinguit, separat, diuidit ab hoc catholico.
Discriminátus, pen. prod. (διαφερόντως,) Participium, Liu. 1. bel. Pun. 14. Vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.
Discriminátim, pen. prod. Aduerbium, (διαφόρως,) Differenter. Varro libro 1. de Re rust. cap. 7. Eadem de causa sunt quæ non possunt viuere nisi in loco aquoso, aut etiam aquæ: & id discriminatim vt alia in lacubus, vt arundines in Reatinorialia in fluminibus, vt in Epiro arbores alni.
Discerniculum, discerniculi, pen. corr. Est (vt ait Varro lib. 4. de Lingua Latina) quo discernitur capillus. Nonius. Discerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit: dictum à discernendo. Lucil. libro 30. Euplocamo digitis, discerniculúmque capillo.
¶ Discerniculum, Differentia atque discrimen. Gellius libro 17. cap. 15. Tum comperi duas species helleborí esse, discerniculo coloris insignes, candidi & nigri.

Discerpo, discerpis, discerpsi, discerptum, (διασπαράττω, διασπάω,) discerpere, Distrahere, discindere, dilaniare. Liuius 1. Decad. lib. 1. Fuisse tum quoque aliquos, qui discerptum regem patrum manibus tacti arguerét. Varro, Duabusque admotis quadrigis, alligatum corpus, equis in diuersum iter concitatis discerpiere. Sic Plinius libro 30. capite 7. 4.
Discerpere ac dilacerare. Cicero 1. de Nat. deorum, 41.
Discerpere & distrahere. Cic. 1. Tuscul. 112. Quod quó ita sit, certe nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi, potest, nec interire igitur.
In paruas parteis discerpitur aurum. Lucret. lib. 2. 166.
Rem propositam in membra discerpere. Cicero in Topic. 13. Atque etiam definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ diuisionum. partitionum, quum res ea quæ proposita est, quasi in membra discerpitur, &c. diuisionum autem, &c.
Discerptus, Participium, (διασπασμένος,) aut Nomen ex participio. Cic. 3. de Oratore, 14. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulsa & quasi discerpta contrectant.
Membra discerpta. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 18.

Discéus, Genus cometæ esse videtur Plinio, quum inquit lib. 2. cap. 25. 2. Easdem breuiores & in mucronē fastigiatas, xiphias vocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladii nitore, ac sine vllis radiis: quos discéus suo nomini similis, colore autem electro, raro è margine emittit.

Discindo, discindis, discidi, pe. cor. discissum, (διασχίζω, διασπάω, κατακρήγνυμι,) discindere, Idem qđ scindere significat, aut minurim scindere. Plaut. Milit. 22. 2. – rapite sublimem foras:
Facite cum inter terram atque cælum vt sit, discindite. Terent. Adelph. 4. 1. 21. Hem vide vt discidit labrum. Idem Eunuch. 4. 1. 4. Vestem omnem misere discidit. Cic. 2. de Orat. 106. Et pro Cælio, 29. Discidit vestem refarcietur.
Amictus discindere. Virg. 12. Aeneid. 121.
Cælum discindere. Virg. 9. Aeneid. 4.
– vnde hæc tam clara repente
Tempestas? video medium discindere cælum. Chasma dicit factum, id est subitam aeris disruptionem. Seruius.
Aliquid ferro discindere in partes. Lucret lib. 3. 132.
Aeqùe discinditur in multas partes animá intelligit. Lucret. lib. 3. 134.
Discidisse eorem nouacula, refert Liuius Accium Nauium Augurem, libro 1. ab Vrbe, 163. Item Cicero libro 1. de Diuinat. 60. Quod prodigii loco habitum est.
¶ Discindere amicitias. Cice. de Amicitia, 65. Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ, & (vt Catonem dicere audiui) dissuendæ magis quàm discindendæ sunt.
Discissus, (διαχωρίζω,) Participium, vt Artus discissi. Virgil. 3. Georg. 101. Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Muri discissi. Stat. 1. Syl. 1. 3. Hùc neqs discissis cæpissent Pergama muris.
Discissum vulnus. Celsus lib. 5. cap. 26. Aliquid in vulneris genere, figuraque est. Nā peius est quod etiā collíum, q̄ quod tātum discissum est, adeò vt acuto quoque, q̄ retuso telo vulnerari commodius sit.
Discidium, discidii, n. ge. Diuisio. Solinus cap. 36. Atlanticus æstus in nostrum mare discidium orbis immittit.

Discingo, discingis, discinxi, discinctum, (διαζωννύω,) discingere, Contrarium est sito simplici cingo. Martial. lib. 9. 106.
Peltatam Scythico discinxit Amazone nodo.
Dolos ratione discingere. Sil. lib. 7. 31.
– quoties veluti obuius iret,
Discinxit ratione dolos, fraudesque resoluit.
Discingi. Cic. ad Q. q. fratrē, lib. 1. 1. 1. Mihi crede in sinu est, neque ego discingor. Id est in potestate mea est, vel in occulto est, neque est mœrus ne mihi excidat, & indicio meo prodeat.
Aliquem armis discingi. Silius libro 8. 7.
Discinctus, Participium. (ἀναζωσάμενος,) Liuius 7. bel. Pun. 76. Districtis gladiis discinctos destituit.
Nepos discinctus, id est omni luxuria diffluens. Horat. Epo. Ode 1. 7.
Otia discincta. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 9.
Ipse egó legnis eram, discinctáque in otia natus,
Mollierant animos lectus, & vmbra meos.
¶ Discinctos antiqui negligentes & desides appellabāt. molles enim demissis discinctisque vestibus vti solent. Persius Satyra 3. Non pudet ad morem discincti viuere Natæ: Discincti (inquit Seruius) inhabiles sunt militiæ. omnes enim qui militant, cincti sunt. Vnde discincti, inefficaces & ignaui dicuntur. licut econtrario præcinctos strenuos vocamus. Liu. 5. bel. Maced. 37. Nihil primo aspectu contemptius, equi hominisque paululi, & graciles: discinctus & inermis eques. Horatius 2. Serm. Satyra 1. 15.
Nugari cum illo, & discincti ludere, donec
Decoquerentur holus, foliti.

Disciplina, Vide DISCO.

Disclûdo, disclûdis, pen. prod. disclúsi, disclúsum, (βιαζόμαι, διαιρέω,) discludere, Diuisim claudere. Cæsar 7. bel. Gall. 25. Mons Gebenna Aruernos ab Heluiis discludit. Idem 4. bell. Gall. 15. de ponte super Rhenum ab se constructo. Hæc vtraque insuper, bipedalibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis vtrinque fibulis ab extrema parte distinebantur. Quibus disclusis atque in contrariam partem reuinctis, tanta erat operis firmitudo, &c. Fibulas vocat disclusas, quæ essent diuaricatæ, quomodo disclúduntur diuaricantúrque brachia circini, vel quibus disclusis, id est tignis, vt disclusio illa ad tigna referatur, non ad fibulas, vt multi putant. Lucretius de confusa illa informique mole elementorum omnium loquens, quod Chaos appellant, & cuius partibus segregatis, mundum in hunc quem videmus ordinem dispositum multi putauerunt Philosophi (quemadmodum & Ouidius locupletissime scripsit libro 1. Metamorph.) sic ait libro 5. 88.
Diffugere inde loci partes cœpere, parésque
Cum paribus iungi res: & discludere mundum,
Membráque diuidere, & magnas disponere parteis
Omnigenis è principiis, &c. Virg. 6. Eclo. 8. de mundi origine,
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit: & rerū paulatim sumere formas. In quē locū sic ait Macrob. lib. 6. Satur. cap. 4. Ferit aures nostras hoc verbū discludere, vt nouū.
Semotæ & discluſæ à mente partes. Cic. 1. Tuscul. 125.
Spatiis disclusus iniquis. Virg. 4. Georg. 30. Id est constrictus spatiis angustis, & breuitate carminis. Ex Seruio.
¶ Discludere, Semouere. Cic. 1. Tuscul. 34. Duas partes separare voluit iram & cupiditatem, quas locis suis disclusitiram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Varro 3. de Re rust. cap. 17. 4. Hi loca lataa habent piscinas, vbi dispares disclusos habent pisces. Id est separatim & seorsum ab aliis clausos.

Disco, discis, didici, pen. corr. (μανθάνω, συνεμπαιδεύομαι, διδάσκομαι,) discere, Proprie est rem ignotam assequi, quod vel meditando fit, vel alio docente. Plaut. Amph. 4. 1. 6. Malè didicit manum ferire. Idē Trucul. 1. 2. 2. Literas didicistiquando scis, fine alios discere.
¶ Discere ab, vel ex, aut de. Cic. 4. Acad. 174. Ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat. Terent. Adelph. 1. 2. 45. Pater esse dísce, ab aliis qui vere sciunt. Idem Eunuch. 2. 2. 31.
Ibi homo cœpit me obsecrare
Vt sibi liceret discere id de me. Plin. epist. 9. lib. 3. Indicauimus Senatui nos ex Norbano didicisse publicam causam.
Animaduerti & didici ex tuis literis, te, &c. Cic. Appio, lib. 3. 5. 4.
Per me discuntur amores. Ouid. 3. de Arte amandi. 6.
Citò discere. Cic. 3. de Orat. 81. Quod cum negasti, qui non citò quid didicisset, vnquam omnino posse perdiscere.
Liquido discere, Vide LIQVOR.
Seriò discere. Quintil. lib. 1. cap. 2. 1.
Discere auribus & oculis. Plin. epist. 14. lib. 8. ad Aristonem. Erat autē antiquitus institutum, vt à maioribus natu, non auribus modò, verūetiam oculis disceremus, quæ facienda mox ipsi, ac per vices quasdam tradēda minoribus haberemus.
Discere & meminisse. Horat. 2. epist. 1. 53. Discit enim citius, meminitque libentius illud.
Didicisse fideliter artes. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 10.
Causam discere. Cicero 2. de Ora. 56. Recte igitur nihil de causa discenda præcipiunt. Id est cognoscenda. Virg. 6. Aeneid. 98.
Nec vidisse semel satis est: iuuat vsque morari,
Et conferre gradum, & veterum didicere cauias.
Generatim discere cultus terrarum. Virg. 1. Georg. 7.
Dolorem discere. Virgilius 12. Aeneid. 30. Discere rum, ne me incusset Iuturna dolorem.
Euentum formæ discere timere tuæ. Propert. lib. 3. eleg. 29. 8.
Discere fidibus. Cic. de Senect. 24. Discebant enim fidibus antiqui.
Discite iustitiam moniti. Virg. 6. Aeneid. 124.
Literas discere apud aliquem. Cicero Dolabellæ, libro 9. 10. 5. Nec committam, vt si ego eum condemnaro, tu restituas, ne habeat Bursa Plancus apud quem literas discat.
Pericula sua discere. Stat. 6. Thebaid. 5.
Spes discere. Virg. 3. Aen. 11. Audire & discere, air, & spes discite vestras.
Veientum discere vultus. Virg. 6. Aeneid. 161.
Discens, Participium, (μανθάνων,) vt Mētira discentis. Quint. lib. 12. ca. 3. 6.
Fractis discentem currere remis. Virg. 5. Aeneid. 35.
Fatigare discentem per ambages. Quint. lib. 3. cap. 11. 15.

Disciplina, disciplinæ, pe. pro. (μάθησις, παίδευσις, μάθημα, ἄσκησις,) dicitur in discipulo, sicut doctrina in magistro. Est enim proprie eruditio quam à præceptore discipulus accipit. Plautus Bacchid. 8. 17. Eademne erat hæc disciplina, olim quum tu adolescens eras? Ibidem, 2. 27. Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi.
Disciplinæ & artes Græcorum. Cic. 1. Acad. 7. Sin à Græcorum artibus & disciplinis abhorrerent, ne hæc quidem curaturos, quæ sine eruditione Græca intelligi non possunt. Sic idem ad Lentulum, lib. 1. 7. 37.
Disciplina & scientia. Cic. 1. de Diuinat. 150. Nec quisquam rex Persarū poterit esse, qui non ante Magorum disciplinā scientiamque peceperit.
¶ Disciplina pro Instituto. Plau. Asin. 5. 49. Eadē nos disciplina vtimur.
Disciplina & consuetudo. Cic. pro Rabirio Perduel. reo, 11. Adeóne igna rus es disciplinæ, consuetudinisque nostræ?
Institutio atque disciplina. Cic. Q. u. fratri, lib. 1. 2. 28. Hæc institutio, atque hæc disciplina, poterit sustinere in rebus statuendis, decernendisque eam seueritatem, qua, &c.
Mores & disciplina. Cicero pro Flacco, 8. Nisi nostri mores ac disciplina plus valerent. Idem pro Deiotaro, 19. Imitari potius Castor aui tui mores disciplinámque debebas.
¶ Disciplina, Bene viuendi & bonorum morum obseruatio. vt apud Valerium caput de Militari disciplina: id est de obseruatione bonorum morum inter milites. Sic Domestica disciplina apud Suetoniū in Cæsare. Cato cap. 1. Caueto ne aliena disciplinam temere contēnas.
In militiæ disciplinam proficisci. Cice. pro Lege Manilia, 19. Quis igitur hoc homine sciētior vnquam aut fuit, aut esse debuit, qui è ludo atque pueritiæ disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus ad patris exercitum atque in militiæ disciplinam profectus est?
Familiæ grauis & constans disciplina. Cic. Q. u. fratri, lib. 1. 2. 27.
Disciplina meretricia. Cic. 5. Verr. 5. Terent. Heaut. 2. 5. 59.
Nam disciplina est, eisdem muneratier
Ancillas primùm, ac dominas qui affectant viam.
Disciplina temporum. Cic. de Senect. 5. 1. Admirari satis nequeo vel hominis continentiam, vel temporum disciplinam. Id est bonos mores, & eorum obseruationem.
¶ Disciplinam pro Secta Philosophorum ponit Cicero 5. Tusc. 130. Omnes ferè Philosophi omnium disciplinarū, nisi quos à recta ratione natura vitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerunt. Idem 1. de Natu. deor. 10. Defertæque disciplinæ & sampridem relictæ, patrocinium nec opinatum à nobis esse susceptum. Ibidem, 13. Tres enim tristi disciplinarum principes conuenistis. Idem, 1. de Finib. 21. In quibus quantum potuimus, non modo quid nobis probaretur, sed etiam quid

à singulis philosophiæ disciplinis diceretur, persecuti sumus.
Doctus ex disciplina Stoicorum. Cic. de Claris Orat. 48.
¶ Disciplina, pro Bene viuendi exemplo. Plautus Mostel. 3. 51. Disciplinæ aliis eram.
¶ Consuleus vniuersæ disciplinæ, Vide CONSVLO.
Incorruptum genus disciplinæ, Vide INCORRVPTVS.
Contra disciplinam, Vide CONTRA.
Res quarum est disciplina, Id est literæ. Cic. 2. de Diuin. 14. Eadem in literis rario est, reliquisque rebus, quarum est disciplina.
Disciplina dicendi. Cic. de Clar. Orat. 84.
Multarum artium disciplina. Cic. pro Flacco, 7.
Disciplina iuris ciuilis homo omnium eruditissimus. Cic. 1. de Orat. 86.
Antiqua disciplina milites habuerat. Tacit. lib. 12.
Ingenuæ disciplinæ, Vide INGENVVS.
Iucundior disciplina. Quintil. lib. 2. cap. 4. 4.
Mollis disciplina, Vide MOLLIS.
Bene morata disciplina, Vide MOS.
Naualis disciplina. Cic. pro Lege Manilia, 37. Non Rhodiorum, quorum vsque ad nostram memoriam disciplina Naualis & gloria remansit.
Seuera disciplina. Quintil. lib. 1. cap. 2. 5.
Vetustissima disciplina. Tacit. lib. 11.
¶ Abstrahere à disciplina, Vide ABSTRAHO.
Accipere disciplinam. Cic. 1. de Nat. deorum. 39. Inde Anaxagoras qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium, &c. Plinius lib. 9. cap. 13. 1. de vitulis marinis, Accipiunt tamen disciplinam, voceque parent & visu populum salutant, incondito fremitu: nomine vocati respondent. Vide ACCIPIO.
Adhærescere ad aliquam disciplinam. Cicero 4. Acad. 17.
Adiicere disciplinæ aliquid, Vide ADIICIO.
Capere disciplinam, Vide CAPIO.
Colere disciplinam. Cic. 1. de Clar. Orat. 60.
Deducere ad disciplinam, Vide DEDVCO.
Depranari mala disciplina. Cic. 1. de Finib. 57. Ferarum natura non est illa quidem depranata mala disciplina, sed natura sua.
Seuera patris disciplina eductus. Tacit. libro 5.
Ad ciuitatis disciplinam aliquem erudire. Cicero 5. Verr. 137. Eos institue re atque erudire ad maiorum instituta atque ciuitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines debuisti.
Bona disciplina exercitatus. Cic. in Oratore, 116.
Exolescit disciplina. Tacit. lib. 11. Ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exoleſceret.
Formare disciplinam. Quintil. in Procem. lib. 4. 2. Cōtenti fore domestico vsu videbamur, vt tui meique disciplinā formare, satis putaremus.
Habere è disciplina. Cicero de Clar. Orat. 116. M. Piso quicquid habuit, habuit ex disciplina. Ibidem, 145. Illud eorum habuit è disciplina, instrumenta naturæ deerant.
Increbruit disciplina, Vide INCREBRESCO.
Labante deinde paulatim disciplina, Vide LABOR.
Per discere disciplinam ruris, Vide PERDISCO.
Suescere disciplina & imperiis. Tacit. lib. 2. Dimissisque exercitus, vt Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos castris attineret: disciplina & imperiis suescerent.
Tenere disciplinam. Cicero pro Flacco, 12. O morem præclarum, disciplinámque, quam à maioribus accepimus, siquidem teneremus.
In disciplinam tradere, Vide IN.
Per manus tradita disciplina militaris, Vide MANVS.
Studia & artes quæ sunt nobis Græciæ monimentis disciplinisque traditā. Cic. Q. u. fratri, lib. 1. 1. 42.

Disciplinábilis, pen. corr. (μαθητικός,) Author ad Heren. libro 3. 94. Aut siqua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere, & quomodo, aut qua quidque ratione fieri oporteat ostendemus.

Discípulus, huius discipuli, pen. cor. (μαθητής, φοιτητής,) Qui discit. Martialis lib. 5. 9. Languebamsed tu comitatus protinus ad me
Venisti centum Symmache discipulis. Cicero 2. Offic. 6. Orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophrasti discipulum posis agnoscere. Plautus Bacchid. 2. 46.
Magistrone quenquam discipulum minitarier?
Nihil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis.
Discipuli coquorum. Plaut. Aulul. 11. 4. Nunquam ego, nisi hodie, ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.
Ira me miserū & meos discipulos fustib' male cōtuderit. Idē Pseu. 13. 96.
Quæso hercle prius quàm quicquam conuiuis dabis,
Gusta tute prius, & tuis discipulis dato.
Discendi discipulus. Cicero Papirio, lib. 9. 16. 19. Hirtium ego & Do'abellam dicendi discipulos habeo, cœnandi magistros.
Auditor & discipulus Platonis. Cicero 1. de Diuinat. 83.
Melius instituti discipuli. Quintil. lib. 2. cap. 3. 8.
Melior magistro discipulus. Iuuenal. Saty. 14. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rudis discipulus & integer, Vide INTEGER.
Instruere discipulos lectione orationum, Vide INSTRVO.
Cathedræ discipulorum. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 18.
– Demetri, teque Tigelli
Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.
Discipula, discipulæ, pen. corr. (μαθήτρια, μαθητρίς,) Quæ discit. Plinius lib. 16. ca. 29. 7. Audit discipula intētiõe magna, & reddit. De Luscinia.
Discipulam cruci dedere. Plaut. Aulul. 4. 20. Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.

Discobolus, penult. correp. de DISCVS. Quintilianus libro 2. cap. 13. 7. Vi-

Discolor pen. cor. discolôris, om. ge. (πολύχροος,) Qui est diuersi coloris. vt Discolor cutis. Plin. lib. 28. cap. 12. 2. Vbi ex ve rustissimo codice legitur Decolor. Oui. Et volat admissis discolor agmẽ equis. Et Mart. li. 14. 17. Calculus hic gemino discolor hoste perit.
Dispar & discolor. Horat. lib. 1. epist. 19. 1.
Vt matrona meretrici dispar erit atque,
Discolor, infido scurræ distabit amicus. Hoc est quèadmodum matrona differt à meretrice, sic amicus ab inhdo scurra & adulatore.
Anhelitus discolor. Claud. de Rap. Proser. 39. De afflatu equorũ Plutonis.
Discolor Indus. Proper. lib. 4. eleg. 3. 2. Vltus & Eoa discolor Indus aqua.
Miles discolor. Ouid. 2. Trist. 95.
Sanguis discolor. Lucan. lib. 10. 26.
Discolor signum. Cicero 2. Verr. 25. Hoc factum esse in hac ciuitate, quum Senatorius ordo iudicaret, vt discoloribus signis, iuratorum hominum sententias notarentur. Id est tabellæ & ceræ non eiusdem coloris. Supra autem dixerat, Nulla nota, nullus color, nullæ sordes videbantur his sententiis adlini posse. Budæus.
Variis floret via discolor armis. Valer. 5. Argonaut. 113.

Disconuénio, disconuenis, pen. corr. disconuéni, pen. prod. disconuentum, (διαφέρω, διΐστημι,) disconuenire, Disidere, discordare. Hor. 1. epi. 2. 20. –& vitę discõuenit ordie toto.
Disconuenit. Horat. 1. epist. 14. 4. Non eadem miramur, eo disconuenit inter Mẽque & te.

Discors, discordis, om. gen. (διάφωνος, ἑτερογνώμων, ἀσυμφωνος, ἀνάρμοστος,) Qui corde, hoc est animo disidet, vt Secum ipsa discors. Liuius 2. ab Vrbe, 94.
Non ambitione, non contentione discordes. Cic. 2. de Lege Agraria, 89.
Viri discordes. Ouidius 3. Amor. eleg. 7. 9. Quid tibi discordes addere in arma viros?
Sibi discordem esse. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 7.
Arma discordia. Virg. 2. Georg. 92. Id est, vt interpretatur Seruius, plena iurgio & rapinis,
O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
Dextræ discordes. Stat. 6. Thebaid. 58.
Concordia discors. Ouid. 1. Metamorph. 88.
Quùmque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.
Rerum concordia discors. Horat. 1. epist. 12. 4. Quid velit, & possit rerum concordia discors.
Gloria discors. Ouid. 2. Amor. eleg. 12. 3.
Modi discordes. Stat. 5. Syl. 5. 6. modos musicos intelligit.
Motus discordes. Stat. 10. Thebaid. 115.
Discors mundus. Plin. lib. 30. cap. 1. 13.
Pectora discordia. Lucan. lib. 10. 3.
Sed fremitu vulgi fasces, & iura querentis
Inferri Romana sui discordia sensit Pectora.
Sententia discors. Silius lib. 13. 95. Stat. 12. Thebaid. 35.
Discordes medicorum sententiæ. Plin. lib. 23. cap. 1. 19.
Symphonia discors. Horat. de Arte, 76.
Venti discordes. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 2. Errat, vt à ventis discordibus acta phaselus. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 25.
Vesania discors. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 35. Extimui, ne vos ageret vesania discors.
Discordia, antiquitus dicebatur. Pompo. in Satyra, Blanda, fallax, impotens, superba, discordia. Ex Prisciano lib. 6.

Discordo, discordas, (διαφωνῶ, διαφέρομαι, διχοστατῶ,) discordare, Disidere, dissentire. Plau. Merc. 5. 7. Neu discordarẽt si ambæ in vno essent loco. Columel. libro 9. cap. 11. 2. Domino mortuo familia nimia licentia discordat.
Aeternum discordare cum aliquo. Tacit. libro 12. Illi metu ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum queis æternum discordant, &c.
Parcus discordat auaro. Horat. 2. epist. 2. 39.
Discordant inter se. Terent. And. 3. 5. 44. Quî scis eos nunc discordare inter se? Cicero 1. de Finib. 69. Sed intus etiam in animis inclusæ inter se disident atque discordant.
✻ Discordare aduersus aliquem. Quint. libro 5. & lib. 8. Discordare ab aliquo 137. b.
Animus à se ipse dissidens, secúmque discordans. Cic. 1. de Fin. 88.
Discordantia corda. Silius libro 16. 4.
– barbarico tot discordantia ritu
Corda virum mansere gradu.

Discordia, (διαφωνία διχόνοια, δηκοστασία,) Est ira acerbior intimo odio & corde concepta, inquit Cic. 4. Tusc. 32. Et pro Fonteio, 27.
Dissensiones atque discordiæ. Cic. de Amicitia, 23. Quanta vis amicitiæ concordiæque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest.
Mẽtis discordia. Oui. 9. Meta. 127. Dixit, & fcertę ráta est discordia mẽtis.
Demens discordia. Virg. 6. Aeneid. 56.
Glisens discordia. Tacit. lib. 4.
Nutrix belli discordia. Claud. 1. in Ruffin. 6.
Præceps discordia. Stat. 1. Thebaid. 28. Haud secus indomitos præceps discordia fratres Asperat.
Tetra discordia. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 12.
Seditionem ac discordiam concitare. Cic. pro Murena, 75. Vt maior facultas Tribunispleb. detur depulso aduersario seditionis ac discordiæ concitandæ. Idem pro Sest. 37. Vide CONCITO.
Contrahere amicitiam, & dissipare discordiam. Cic. de Amicit. 24.
Exoritur trepidos inter discordia ciues. Virg. 12. Aeneid. 118.
Incensis discordia duobus regibus. Virg. 4. Georg. 14.
Mitescunt discordiæ intestinæ, Vide MITIS.
Ex cupiditatibus odia, disidia, discordiæ, bella nascunt. Cic. 1. de Fin. 69.
Pasci discordia, Vide PASCOR.
Tecum mihi discordia est. Horat. Epod. Ode 4. 1.

Discordábilis, & hoc discordabile, pen. corr. (διαφωνητικός,) Quod discordat & discõuenit. Plau. Capt. 7. 43. Me hic valere & tu te audaciter diciro Tyndare inter nos fuisse ingenio haud discordabili. Antiquum.

Discordiális, penul. prod. (διχοστατικός,) Qui lites generat & parit. Plinius libro 37. cap. 10. 4. Nam hyænæ pelli similem abominantur, discordialem domibus.

Discordiósus, penul. prod. (διαφωνόδης,) Iratus vel pronus ad discordias, Sallust. in Iugurtha, Nam vulgus vti plerunque solet, & maxime Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduersum.

Discoquo, disquoquis, pen. corr. discoxi, discoctum, (δι[illegible]έω,) discoquere, Idem quod coquere, vel valde decoquere. Plin. lib. 22. cap. 25. 29. Nostri præcipiunt arietinum in aqua cum sale discoquere. Ibidem, 21. Alium sistit in cibo, magisque discocta cælesti aqua. Et paulo post, Ex aceto discocta.

Discrepo, discrepas, pen. corr. discrepui & discrepaui, discrépitũ, re, id est sonare & crepitum ac sonum emittere. Cic. libro 1. Offic. 203. Vt in fidibus aut tibiis, quamuis paululum discrepent, tamen id à sciente animaduerti solet.
Discrepare, per translationem, pro Dissidere, disconuenire. Cic. 4. Verr. 90. Vt nonnunquam si quid discreper, eximant vnum aliquem diem.
Discrepuit. Horat. de Arte Poet. 45.
Vtilium tulit & nouit ars inspector, vtrum
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
A consiliis alicuius discrepare. Planc. Ciceroni, lib. 10. 4. 7. Non est ignotus mihi sensus tuus, neque si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset, vnquam à tuis consiliis discreparem.
A meis rationibus discrepant tuæ. Cic. Rufo. lib. 5. 20. 3.
Discrepat ab eo, quòd. Cic. 1. Acad. 56. Discrepabat etiã ab iisdem, quòd nullo modo arbitrabatur quicquam, &c.
Ab humanitate discrepare. Cic. 1. Offic. 202.
Opinionum dissensione ab aliquo discrepare. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 6. Ex eo quidem suspicati fortasse sunt animorum cõtentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare. Id est dissimilitudinem sententiarum habere, discordem esse. Budæus.
Ab opinione populari discrepare. Cic. Paradox. 1. In qua dicitur ea quæ non multum discrepent ab opinione populari.
Discrepant facta cum dictis. Cic. 1. de Finib. 153.
Medium primo, medio discrepat vltimum. Horat. de Arte, 31.
Vox & ratio longè discrepat istis. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 19.
De re aliqua discrepare. Ci. 4. Tusc. 98. Admonẽda curatio, & talis quidẽ, ý posit esse ofum etiã de cæteris rebus discrepãtiũ Philosophorũ.
Discrepare in re aliqua. Cic. 3. de Ora. 65. Nihil sanè ad rẽ pertinet, figura in re discrepauit ab Antonii diuisione nostra partitio. Idẽ 7. Verr. 95.
Eadem dicit, nulla in re discrepat. Cic. 7. Verr. 95.
Discrepat inter authores. Liu. 2. bel. Pun. 263. Mirari magis adeò discrepare inter authores, quàm, &c. Ibidem, lib. 6. 250. Aeque & alia inter authores discrepant. Ibidem, lib. 9. 217. Quantum militum in Africã transportatum sit, non paruo numero inter authores discrepat.
Inter se discrepare. Cic. 2. de Inuẽ. 228. Ex cõtrariis autẽ legibus controuersia nascitur, quũ inter se vsilentur duæ leges, aut plures discrepare.
Discrepant hæc iudicia inter eos. Cice. pro Cluent. 96. Quare quî vobis in mentem vẽnit hæc appellare iudicii, quæ à pop. Ro. rescindi, ab frãtis iudicibus repudiari, à magistratibus neglĩgi, ab iis qui eandem potestatem adepti sunt cõmutari, inter Collegas discrepare videaris?
Sibi discrepare. Cic. 3. de Ora. 108. Vt à multitudine & populo nõ modo cæteræ atque cõuẽtus, sed etiã ipsi sibi singuli discrepãtes efficiantur.

Discrepans, pen. corr. Participium. (διαφωνῶν,) Cic. 1. de Legib. 45. Interpresque est mentis oratio verbis discrepans, sententiis congruens.

Discrepito, discrépitas, pen. corr. (διαφωνῶ μαι,) discrepitare, Frequentatiuum. Lucret. lib. 2. 104.
Sinon omnia sint, at multo maxima pars est.
Consimilis, verum positura discrepitant res.

Discrépitans, pen. corr. Participium. Lucre. lib. 3. 161.

Discrepantia, discrepantiæ. (διαφωνία,) Cic. 1. Offi. 157. In actiones, omnémque vitam, nullam discrepãtium conferre debemus. Idem 3. de Finib. 65. Maiorem multo habere Stoicos & Peripatericos rerum omnium discrepantiam, quàm verborum.

Discretio, Discretus, Discrimen, Vide DISCRIMEN.

Discrucio, discrucias, (ἀνιάω,) A quo passiuũ, Discrutior, Discruciaris, discrutiari, διαβασανίζω, Valde cruciari. Plaut. Casin. 5. 60. Ego discrucior miser amore. Cic. 12. Philip. 334. Vt ille Trebonium, etsi posset, etiam Ilrtum discruciatos necaret. Idem pro Rosc. Comœdo, 18. Quod enim ipse celeriter arripuit, id quum tarde percipi videt, discruciatur. Catul. de coma Berenicis, 61. 16.
Non his tam lætor rebus, quàm me abfore semper.
Abfore me à dominæ vertice discrucior.
Discrucior animi, pro animo, more Græco. Plautus Aulul. 5. 37.
Discrucior animi, quia ab domo abeundũ est mihi. Terent. Adel. 4. 4. 1.
Discrucior animi: hoccine de improuiso mali mihi obiici
Tantum, vt neque quid me faciam, neque quid agam, certum siet?
Discrucior animum etiam dicimus & animo, teste Diomede.

Discubo, discubas, pe. cor. discubui, discũbitũ, pen. cor. (κατακλίνω,) discubare. Idem quod cubare. Cic. 2. de Inuent. 131.
Quare quî in quandã tabernam diuerrisset, simul cœnare, & in eodẽ loco somnum capere voluerunt. Cœnati discubuerunt ibidem. Plautus Mere. 3. 99. Discubitum noctu vt imus, ecce, &c.

Discumbo, discumbis, discũbui, discũbitum, pen. corr. (ἀνακλίνομαι, κατακάθημαι, ἀναπίπτω,) discumbere. Idem quod accumbere. Gellius, Apud cœnam Fauorini Philosophi quum discubitum fuerat, cœptisque apponi cibus, seruus assistens mensæ legere incœpit. Cic. Attico, lib. 5. 88. 5. Discubuimus omnes præter illam.
Mensis discumbere. Stat. 4. Syl. 2. 7.
Toris discũbere. Oui. 8. Meta. 114. Discubuere toris Theseus, comitesq;.

Discũbitum, penult. corr. Impersonale. (ἀνακλίνεται,) Cic. 3. Verr. 45. Maturè veniunt, discumbiturusit sermo inter eos & inuitatio, vt more Græco biberetur.
Super strato ostro discũbitum. Virg. 1. Aeneid. 141.

Discubitorius, (ἀνακλιντικός,) lectus apud Plinii, in quo vel sup quo discũbebãt antiqui cœnaturi, vt differret à triclinari. & cubiculari lecto.

Discuneâtus, pen. prod. (διαφηνοειδής,) Adiectiuum à cuneus, Quasi immisso cuneo apertus ac patens: sicut Conchæ se contrahunt, sed frustra discuneatæ.

Discũpio, discupis, pen. corr. discupiui, discupîtum, pen. prod. (ἐπιθυμέω,) discũpere, Valde cupere. Plau. Pœn. 4. 50.
In malam crucem, tũne audes etiam seruos spernere,
Propudium, quasi bella sit, quasi eam ipsi reges discupiant? Idẽ Trin. 13. 84. Lubet audire, nisi molestum est. 2. quin discupio dicere. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 15. 4. Peream si minima causa est properandi istò mihi, quòd te videre, & omnia intima conferre discupio. Catullus de cpuero & præcone, 101. 1.
Cum puero bello præconem qui videt esse,
Quid credat nisi se vendere discupere?

Discurro, discurris, discurri, discursum, (διατίω,) discurrere, In diuersas partes currere. Plin. lib. 11. ca. 37. 53. Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga discurrunt. Liu. 1. Decad. lib. 1. Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit. De raptu Sabinarum loquitur. Plinius libro 2. capite 65. 8. Venis vt vinculis discurrentibus.
A media in vtranque partem discurrens. Quintil. lib. 2. cap. 4. 11.
Ad aliquem locum discurrere. Virg. 12. Aeneid. 116.
In fluuium discurrere. Virg. 4. Georg. 54. hîc de Nilo loquitur.
In montibus discurrere. Ouid. 2. Fast. 57.
Vndique discurrere. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 1.
Et vaga nunc certa discurrunt vndique pompa,
Perque vias vrbis munera, perque domos.
Equo discurrere. Valer. 6. Argon. 41.
Fama discurrit. Curt. lib. 4. Fama, vt solet, strenuè totas vrbes discurrit.
Strenuè, id est celeriter.

✻ Discursò. (διατρέχω.) Quint. lib. 6. Milius multũ in agẽdo discursãs.

Discursus, huius discursus, (διάδρομή,) Ipse discurrendi actus. Liu. 3. bel. Pun. 74. Dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa. Cæsar 8. bel. Gal. 107. Magno clamore discursuque passim se fugæ mandant. Sic Martialis libro 7. 38. Et apud Plinium lib. 2. cap. 36.
Discursus stellarum. ✻ Quint. lib. 4. Discursus amicorum.
Totius diei discursus. Quintil. lib. 2. cap. 12. 8.
Lasciui discursus. Claud. 2. in Eutrop. 20.
Vani discursus. Valer. 3. Argon. 44.
Implere vallem latis discursibus. Ouid. 2. Fast. 45.

Discus, disci, m. g. (δίσκος,) Vas latũ, vt Iulius Pollux, squit, ad portãdas carnes aptum. Apul. Cœnarũ reliquiis discus ornatus.
Discus, Rotunda moles saxea, vel plumbea, siue ferrea. cuius iactu iuuenes inter se certabant, fortior iudicandus, qui aut altius in sublime, aut longius in tractu vltra designatum spatium proiecisset. ita & missilibus contendebant. Horatius libro 1. Carm. Ode 8. 2. sæpe disco,
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito. Mart. lib. 14. 169.
Splendida quum volitent Sparthani pondera disci:
Este procul pueri, sit semel ille nocens. Tangit fabulam, qua traditur Hyacinthus ab Apolline disco interemptus. Disci forma videtur esse plana, qualis spectantibus nobis, solis vel lunæ effigies apparet. Cicero 1. de Orat. 12. Et hoc ipso tempore quum omnia gymnasia Philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire, quàm Philosophum malum. Plautus Bacchid. 1. 34. Vbi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus? Ibidem, 8. 24. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila. Saliendo se exercebant magis, quàm fecerto aut fauiis. Huiusmodi disco videtur hodie vti nostri mimi & histriones, qui quæstus gratia coram populo gesticulantur, dum nescio quid ad formam disci rotundum & æreum iaculantur in aerem: deinde virga excipiunt. Eos autem discobolos appellat Plinius libro 2. cap. 34. hoc est disci iactores vel missores.
Indoctus disci. Horat. de Arte Poet. 77.

Discobolus, pen. corr. (δισκοβόλος,) Qui discum in sublime faculabatur, Id est lapidem rotundum ac pertusum, vt inquit Ammonius. Quintilianus lib. 2. cap. 14. Quid tam distortum & elaboratum, quàm est ille discobolos Myronis? Plin. lib. 34. cap. 8. 10. Fecit & canem & discobolon, & Persea. De Artemone artifice ærario.

Discutio, discutis, pen. corr. discussi. discussum, (ἀνασχίνω, διάσκεδάννυμι, διαφορέω,) discutere, In diuersas partes quatere & deiicere, disturbare: vt Discutere latentium morum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 33. Liuius, Tribus arietibus aliquantum muri discussit.
Caput discutere. Sil. lib. 6. 56. – magnóque fragore
Discussit trabs acta caput, &c.
Tempora virili lacertis discussit malleus. Ouid. 2. Metam. 62.
Lacertis virili dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu.
Discutere per translationẽ, pro Auferre, & tollere: vt Discutit ebrietatẽ potus. Plin. lib. 20. cap. 6. 3. Et lib. 23. cap. 1. 40. Discutere fastidia. Et lib. 28. cap. 7. 14. Discutere metũ. Itẽ lib. 2. ca. 62. Discutere tristitiã.
Aduocationem aliquorum discutere. Cic. pro Domo sua, 44. Quum eos qui conuentu virorum bonorum verba de salute mea fecerant, adesse iussisti, eorúmque aduocationẽ manibus, ferro, lapidibus discussisti.
Aera discutere. Lucretius libro 6. 167.
Discussa est illa caligo, quam paulo ante dixi: diluxit, patet, videmus omnia. Cicero 12. Philipp. 321.
Captiones discutere. Ciceto 4. Acad. 86. Oportet igitur & ea quæ properspicuitate respondere possunt, in promptu habere, de quibus iam diximus, & esse armatos, vt occurrere possimus interrogationibus eorum, captionésque discutere.
Tristes cogitationes discutere. Celsus lib. 3. cap. 18. Quorundam enim vanimetus leuandi sunt: sicut in homine prædiuite famem timente incidit, cui subinde falsæ hereditates nuntiabãtur: quorundã audacia coercenda est, sicut in his fit, in quibus continendis, plagæ quoque adhiberi tur: quorundã etiã intempestiuus risus & obiurgatione & minis prohibendus est: quorundam discutiendæ tristes cogitationes.
Cunctationẽ discutere. Asinius Pollio ad Ciceronẽ, lib. 10. 33. 4. Omnem enim cunctationẽ eius discussissem, præsertim adiutore Planco.
Discutienda sunt ea quæ obscurant. Cic. 3. de Orat. 119.
Febrem discutere. Celsus lib. 3. cap. 15. Eadem in quartana facienda sunt. Sed quum hæc tarde admodum finiatur nisi primis diebus discussa est, diligentius, &c. Idem in Proœmio, Protinus febrem somno & sudore discussit. Sic libro 2. cap. 17.
Horroré febris discutere. Celsus lib. 3. cap. 15. Balneũ neque ante febrẽ, neque post eam tentandũ erit nisi inter dũ iam horror discusso.
Malum discutere. Celsus lib. 1. cap. 8. Quos tamen ita mors sequitur, si id malum non est febre discussum.
Morbum discutere. Celsus libro 3. cap. 2. Per hæc enim sæpe instans grauis morbus discutitur.
Nubila vultu discutit Mercurius. Stat. 2. Thebaid. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Periculum discutere & cõprimere consilio. Cic. pro Mure. 76. Hoc quod conceptum Reip. sub. periculum parturit, consilio discutia & cõprimã.
Discutiendæ tamen orationi huiusmodi scenæ. Quintil. lib. 6. cap. 1. 34.
Somnum alicui discutere lympha. Proper. lib. 3. eleg. 10. 3.
¶ Discutere interdum est Digerere, diffiare, & quod Græci dicunt διαφορεῖν. Cels. lib. 5. cap. 11. Ad discutiendã vero ea, quæ in corporis parte aliqua coeunt, maxime possunt abrotonum helenium, &c. Vnde vis discussoria, qualis est abrotono, lilio, melli, &c. Tubercula enim aut discutiuntur, aut emittuntur. Discutiuntur interdum, id est dissoluuntur: discutiunturque incipientia, ne suppurent. quod fieri solet, quum in aliquem locum incommodum humores ingruunt. Dimittuntur autem suppurantia, & iam concocta, aut naturæ sponte, aut scalpello, vel cautere adhibito, quod fit quum humores ad locum opportunum erumpentes, eliciuntur etiam medicamentis, & euocatur, vt vlcera prorsus examinentur, id est pus & saniem egerant. Colum. libro 6. cap. 4. 1. Sæpe etiam languor & nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ceinnis faucibus inferas.
Discussus, Participium. (διαφορητικός,) vt Discussa rerum caligo. Statius libro 2. Syl. 2. 28.
Fides discussa. Luca. lib. 1. 24. Morte tua discussa fides, bellúmque mouere
Permissum ducibus: stimulos dedit æmula virtus.
Formidine discussa iungunt oscula. Valer. 4. Argon. 140.
Nox discussa. Lucan. lib. 5. 140.
Nubibus discussis purgatus nitet æther. Silius lib. 12. 118.
Plebs discussa. Stat. 5. Syl. 1. 57. – vmbramque senilem
Inuitet ripis discussa plebe supremis Vector.
Terrores discussi. Lucr. lib. 3. 202. Donec discussis redeãt terrorib⁹ ad se.
Vmbræ discussæ. Virgil. 12. Aeneid. 134. Vt primum discussæ vmbræ, & lux reddita menti est.
Discussorius, Adiectiuũ, (διαφορητικός,) Quod discutit. Plin. lib. 30. cap. 8. 10. Et p se cinis inanis cochlearũ ceræ missꝰ, discussoria vim habet.

Dissertus, Vide DISSERO.

Dissicio, dissicis, pen. cor. disseci, pen. pro. dissectum, (διακοπή, διαχώρισις, διαίρεσις,) dissicere, In diuersas partes iacere. Virg. 1. Aeneid. 10. Dissicitque rates.
Dissicere à concionibus. Liuius 2. ab Vrbe, 151. Ac primo tentata res est, si dispositis clientibus absterrendo singulos à concionibus concilioque, dissicere rem possent.
Dede, ac dissice, per me licebit. Cicero pro Cælio, 19.
Agmina dissicere. Valer. 3. Argon. 33.
Capillos dissicere. Ouid. 11. Meram. 78.
– sed Alcyone coniux excita tumultu
Prosilit, & nondum totos ornata capillos, Dissicit hos ipsos.
Dissectam Aeneæ toto videt æquore classem. Virg. 1. Aeneid. 27.
Pondere nubes dissicere. Ouid. 10. Meram. 36.
Nubila dissecit Iupiter. Ouid. 1. Meram. 66.
Dissectus, Participiũ. (διηρημένος,) vt Dissecta acies, apud Tacitũ lib. 19.
Agmina dissecta. Virg. 12. Aeneid. 97.
– & dissecta per agmina magna Voce vocat.
Agmina dissecta per agros. Valer. 3. Argon. 45.
Comæ dissectæ. Ouid. epist. 12. 13.
Dissectaque comas auersique in ora iacentem
Inuenit, & lachrymis omnia plena meis.
Membra dissecta Senec. Hippol. 12. 21.
Dissecti milites. Pompeius ad L. Domitianum, lib. 8. ad Atticum, 162. 1.
Nos dissecta manu pares aduersariis esse non possumus.
Dissectæ nubes. Plinius libro 2. cap. 49.
Res sparsæ, & vagæ dissectæ. Author ad Herennium, lib. 4. 139. Postremò hoc ipsum est summum artificium, res varias & dispares in tot poematis & orationibus sparsas, & vagè dissectas, ita diligẽter eligere, vt, &c.
Respublica dissecta eo tpe quo te custodẽ habebat. Sallust. in Ciceronẽ 2.
Tecta dissecta. Horatius 1. Carm. Ode 19. 3. – tectáque Penthei
Dissecta non leui ruina.
Dissecto, dissectas, dissectant, dissectatum, (κατατεμαχίζω,) dissectare, frequentatiuum. Lucre. libro 2. 112.
Sed quasi naufragiis magnis, ventisque coortis,
Dissectare solet magnum mare transtra, carinas,
Antennas, proram, &c.

Disiungo, disiungis, disiunxi, disiunctum, (διαζευγνύω, διέζευξα, διαχωρίζω,) disiungere, Separare. Terent. Hecy. 1. 2. 86. – atqui ea res multo maxime Disiunxit illum ab illa. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 95. Nam ab orationibus diiungo me ferèque eò manusuetiores mutas. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 18. Disiungamus igitur, inquit, pastionem à cultura. Cic. 1. Tusc. 118. Quare hoc cõmentemur, mihi crede, disiungamusque nos à corporibus, id est consuescamus mori.
Disiungere & Coniungere, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 25. Quæ vita maxime disiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta.
Disiungere boues ab opere. Colum. libro 2. cap. 5. 1.

Ab amicitia aliquos disiungere alterum. Cic. 2. Philip. 45. Opera meæ pœnam à Cæsaris amicitia esse disiunctam.
A familiaritate alterius aliquem disiungere. Cice. 2. Philipp. 45. Ipse enim Pompeium à mea familiaritate disiunxit.
Honesta à commodis, non nomine, sed genere toto disiungunt Stoici. Cicero 1. de Nat. deorum 25.
Interuallo locorum & temporum disiungi. Cicero Lentulo, libro 1. 7. 7. Quoniam interuallo locorum & temporum disiuncti sumus, per literas tecum quàm sæpissime colloquar.
Disiungere à mamma. Varro 2. de Re rust. cap. 1. 20. Ferè ad quatuor mẽses à mamma disiunguntur agni.
Natura & genere disiungi. Cic. 7. Verr. 143.
Italis longe disiungimur oris. Virg. 1. Aeneid. 52.
Longis disiungimur oris. Valer. 2. Argon. 113.
Disiunctus, Participium. (διεζευγμένος,) vt Disiunctus Populus à Senatu. Cic. de Amicit. 39. Videre iam videor populũ à Senatu disiunctum.
Disiunctus es freto ab Italia. Cic. 3. Verr. 110.
Disiuncta coniungere. Cic. 2. de Finib. 75.
Bos disiunctus. Horat. 1. epist. 14. 6. – bouémque
Disiunctum curas, & strictis froudibus exples.
Disiuncta insula mari periculoso ab Sicilia. Cic. 6. Verr. 91. & 105.
Lõgissimè disiuncta cõprehẽdere. Cic. in Pisonem, 2. Vide LONGVS.
Quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensúque disiunctum in cæteris, id maxime excellit. Cic. 1. de Orat. 7.
Disiunctus, (διεζευγμένος,) Nomẽ ex participio: vt Disiunctissimi loci. Cicero pro lege Manil. 5.
Terræ disiunctissimæ, pro Diremptæ, & non vicinæ. Cic. pro Marcello, 5. Nec vero disiunctissimas terras citius passibus cuiusquam potuisse peragrari, quàm tuis non dicam curibus, &c. Budæus.
Disiunctissimas terras lustrare. Plin. in Paneg. 26.
Disiunctior à te sum. Cic. ad Atticum, lib. 13. 26. 4. Et 4. Acad. 131. Nihil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapientis, errore, leuitate, temeritate disiunctius.
Mores longissime à scelere disiuncti. Cic. pro Cælio, 41. Possum dicere mores M. Cælii longissime à tanti sceleris atrocitate esse disiunctos.
Disiunctio, Verbale, (διάζευξις,) Separatio: cui contrarium est Coniunctio. Cic. 4. Acad. 161. Idem, Neque enim non potest mihi non molestissima esse disiunctio nostra in tanta rerum omnium varietate.
Disiunctio amicorum. Cicero pro Lege Agraria, 29.
Sententiæ disiunctio. Cic. de Prouinc. Consul. 35. Ita dissensi ab illo, vt in disiunctione sententiæ, coniuncti tamen amicitia maneremus.
Disiunctionem facere. Cic. de Amicitia, 66. Nihil quædam adinodum intolerabilis, iniuria exarserit, vt neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit vt non statim alienatio, disiunctióque facienda sit.
De disiunctione Rhetorica, vide apud Ciceronem in Topicis, 19.

Dispâlo, dispalas. pe. p (διαπατέω) dispalare, i. si possim digredi, ex dis & palo. Palare verò vagari significat: à palis cæptorũ, hoc est sudibus, modo huc, modo illuc trãsfugis. Sisenna li. 3. Histor. Dispalati, ab signis digressi amues, ac dissipati. Idem, Tanto passim dispalantur. Gell. lib. 1. cap. 11. Ea præcentione trãquilla & venerabili ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam vis & imperus militũ, ne sparsi dispalatique proruerent, cohibebatur. Sallust. de Rep. ord. Hæc igitur multitudo primùm malis moribus imbuta, deinde in artes, vitásque dispalata, nullo modo inter se continens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam Remp.
Dispalesco, dispalescis, (διαπατέομαι,) dispalescere, Disseminari, diuulgari, omnibus notum fieri. Plaut. Bacchid. 20. 131.
Si plus perdundum sit, perisse tuauius est,
Quàm illud flagitium vulgò dispalescere. Antiquum.

Dispando, dispandis, dispãdi, dispassum, (διαπετάννυμι,) dispandere, Extendere. Plautus dispessis, per e secundam vocalem scripsit: Plinius autem dispansam arborem dicit. Plautus igitur in Milite sic habet, 7. 6. Credo ego istuc exemplo tibi esse
Eundum actũtum extra portam dispessis manibus, paribulum Quum habebis. Plinius verò lib. 9 cap. 4. 1. In Gaditano oceano arbor, in tantum vastis dispansa ramis, vt ex ea, &c.
Dispansæ vestes. Lucrer. lib. 1. 62.
Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes
Vuescunt, eædem dispansæ in sole serescunt.

Dispar, dispar is, pen. corr. Adiectiuum, (ἄνισος, ἀνόμοιος,) Dissimile. Cic. de Senect. 71. Quum simplex animi natura esset, neque haberet in se quicquam admixtum dispar sui, atque dissimile, non posse eum diuidi. quòd si non possit, non posse interire. Idem de Amicitia, 64. Dispares enim mores, disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Idem pro Fonteio, 32. O fortunã longe disparem M. Fontei, si, &c. Sic pro Plancio, Dispar causa, 65.
Par & Dispar, contraria. Cic. pro Murena, 40. Et quoniam ostẽdi iudicet, parem dignitatem ad Consulatus petitionem, disparem fortunã prouincialium negotiorum in Murena atque Sulpitio fuisse, &c.

Dispar

Dispar & Idem, contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 120. Quinque autẽ stellæ eundem orbem tenentes, aliæ propius à terris, aliæ remotius, ab eisdẽ principiis, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt.
Dispar & Similis, contraria. Cic. 2. de Diuinat. 136. Etenim geminorũ formas esse similes, vitam atque fortunam plerunque disparem.
Varium & dispar. Cic. 7. Verr. 40. An hoc probabis, in æqua causa populorum sine pretio varium ius & disparem conditionem fuisse?
Longe dispar, Vide LONGVS.
Aetatibus disparibus non eadem officia tribuuntur. Cic. 1. Offic. 171.
Dispares auenæ. Ouidius 8. Metamorph. 39. Fistula disparibus paulatim surgit auenis.
Calami dispares. Ouid. 1. Metam. 143.
Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se iunctis nomen tenuisse puellæ.
Causa tua est dispar. Ouid. epist. 13. 16.
Certamen dispar. Ouid. 2. Amo. eleg. 2. 13. Cur dispar certaminis?
Dispares cicutæ, Inæquales. Virg. 2. Eclo.
– Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. Hoc est, Inæqualibus cannis compactanam & harmonia inæqualis est. Seruius.
Dispar color. Cic. 2. de Finib. 15. Dispares viribus fratres. Liu. 1. ab Vrbe, 96. Et Cic. 1. Tusc. 106. Dispares inter se motus.
Forma dispar. Claud. 2. De raptu Proserp. 9.
Ingenio dispar. Ouid. in Ibin, 79.
Dispares mores disparia studia sequuntur. Cic. de Amicitia, 64.
Rebus, & ordine dispar. Horat. 1. epist. 2. 6.
Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho,
Temperat Alcæus, sed rebus & ordine dispar.
Par studiis, æuique modis, sed robore dispar. Stat. 1. Achil. 36.
Dispar sui atque dissimile. Cic. de Senect. 71. Et quum simplex animi natura esset, neque haberet in se quicquã admixtum dispar sui atque dissimile, non posse eum diuidi.
¶ Dispar animorum dicitur, cui cum aliis non conuenit, aut qui non est animo æque forti. Silius lib. 3. 113. quum numerasset quosdam qui Scipionem ad bellũ sequebantur, addit etiã istos, Brutius haud dispar ani morũ. Id est animo nõ minus magno & præsenti q̃ quos iã recentui.
Dispar ilis, & hoc disparile, penul. corr. (ἄνισος,) Idem quod dispar. Cic. 1. de Diuina. 135. Quæ omnia fiùt ex cæli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum. Varro 2. de Re rust. cap. 11. 3. Et pabulum disparile non vsquequaque idem fit. Idem lib. 3. cap. 14. 3. Non quòd in his regionibus quibuslibet locis, cæ magnitudininibus nõ sint disparibus.
Disparilitas. Aduersium, Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 6. Hæc atque huiusmodi tria fastigia agri ad colendũ disparilitas habent momentum.

Disparo, disparas, pen. corr. (διαζεύγνυω,) disparare, Separare significat & seiungere. Plautus Rud. 7. 10.
Qui est imperator diuũm atque hominum Iuppiter.
Is nos per gentes alium in alia disparat. Cic. 1. de Inuent. 58. Disparatum est autem id quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo. Sapere & non sapere. Gell. lib. 11. cap. 11. Tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparauit. Quintil. lib. 5. cap. 10. Aliter disparata, vt dura non duris.

Dispartio, dispartis, dispartiui, (διανεμητέομαι,) quod & dispertio per e secundam vocalem dicitur. Vide suo loco. Plaut. Aulul. 3. 3. Apud forum edixit mihi vt dispartirem obsonium hic bifariam. Idem Pseud. 7. 26.
Dispartiri & diuidi. Cic. 3. de Nat. deo. 138. Iidem vultis à diis immortalibus hominibus dispartiri ac diuidi somnia.

Dispello, dispellis, dispuli, pen. corr. dispulsum, (διαφείρω,) dispellere, Hue atque illuc pellere, fugere agere, dissicere. Liui. 2. bell. Pun. 19. Inclinara ad iniqua re, quum caletcente sole dispulsa nebula aperuisset diem. Ibidem, lib. 6. 27. Horã fermè quarta, dispulsa tenebula aperuit diem: vacuisque hostium castra conspexerunt Romani. Idem 4. ab Vrbe. 147. Et equitem passim liberi frenis dispulissent equi, Cic. ad Atticum, lib. 7. 13. 7. 8. Idem quod pecudes quæ dispulsæ, sui generis sequuntur greges. Virg. 1. Aeneid. 104.
Teucrorúmque alios acer quos æquore turbo
Dispulerat, penitúsque alias aduexerat oras. Id est, dissecerat, siue segregauerat.
Dispellere & Compellere, contraria. Plaut. Asina. 12. 148. Qui hosce amores nostros dispulsos compulit.
Vmbras dispellere. Virg. 5. Aeneid. 167.
Aerata dispellens æquora prora Pelias. Stat. 5. Thebaid. 67.
Dispellere caliginem ab animo. Cic. 1. Tusc. 100. Eadémque ab animo, tanquam ab oculis, caliginem dispulit.

Dispendo, dispendis, dispendi, dispensum, (ἀναλίσκω,) dispendere, Expendere, distribuere.
Dispendere curam. Colum. lib. 8. cap. 2. 6. Parandi autem modus est, ducentorum capitum, quæ pastoris vnius dispendant curam.

Dispendium, dispendij, (ἀνάλωμα,) Quod incuria vel negligẽtia aut im-

moderatè & inconsultè expendimus & insumimus, Plaut. Menæch. 11. 20 Minore nusquam bene fui dispendio. Id est, minoribus sumptibus. Plin. Magno id lignorum dispendio fit addito sale.
Dispendium, (βλάβος,) Damnum. Plaut. Merc. 3. 53. Amorem multos illexisse in dispendium. Terent Heeyra, 5. 2. 29.
Quid est quod mihi malim, quàm quòd intellexi huic euenire,
Vt gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi vnà prosit?
Idem Eunuch. 5. 4. 7. Quam amabat, eam confeci sine molestia, Sine sumptu, sine dispendio. Colu. lib. 4. cap. 24. 1. Quicquid ex his omittitur, magnum affert domino dispendium.
Plus dispendi. Lucr. li. 2. 226. Et plus dispendi faciant, quã vescitur ætas.
Dispendia famæ. Claud. 4. Paneg. 91.
Moræ dispendia. Virgil. 3. Aeneid. 91. Hic tibi nequa moræ fuerint dispẽdia tanti.
Reparare dispendia. Claud. 8. Paneg. 24.
¶ Dispendium, pro via obliqua, & quæ per ambages eò ducit quò ire tẽdimus: dictio contraria Compẽdio, quod vitam breuiorem significat. Lucanus in initio libri octaui.
Iam super Herculeas fauces, memorosáque Tempe,
Aemoniæ deserta petens dispendia syluæ,
Corripedem exhaustum curisu, stimulisque negantem
Magnus agens, incerta fugæ vestigia turbat,
Implicitasque errore vias.
Dispendiosus, pen. prod. (βλαβώδης.) Adiectiuum. Damnosum, quod affert damnum. Colu. lib. 2. cap. 11. 1. Nã dispendiosa est cunctatio. primum ꝙ auibus prædam, cæterisque animalibus præbet. deinde quòd grana & ipsæ spicæ culmis arentibus & aristis celeriter decidunt.

Dispenso, dispenias, (διοικέω, διέπω,) dispensare, Distribuere. Col. lib. 3. cap. 13. 6. Cælestes admittat imbres, eosque alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam nouam prolem conspiret. Plaut. Bacchid. 20. 47.
– nunc alteris etiam ducentis vsus est
Qui dispensentur Ilio capto. Liu. 1. ab Vrbe, 80. Intercalares mensibus interponẽdo ita dispensauit, vt, &c. Sic Dispensare suceũ æqua portione, Col. lib. 5. cap. 24. 8. Proportionare vulgus barbarorum vocat.
Dispensare atque disponere. Cic. 1. de Ora. 69. Deinde muenta non solũ ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque disponere.
Dispensare aliquid in varias partes. Senec. in Consola. ad Martiam, Et in metus, & in dolores humanum pectus dispensandum.
Fata dispensare. Ouid. epist. 12. 1. Tunc, quæ dispensant mortalia fata sorores.
Oscula dispensat. Ouid. 6. Metam. 56. – & ordine nullo
Oscula dispensat natos suprema per omnes.
Fortuna arbitris tempus dispensat vbique. Ouid. ad Liuiam, 76.
Dispensare res domesticas. Cic. ad Atticum lib. 11. 209. 1. Ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor: quòd qui eas dispẽsauit, neque adest istic, neque vbi terrarum sit scio.
Dispensare & Omnia simul profundere, contraria. Plin. in Pan. 57.
Pietas dispensata. Stat. 5. Syl. 2. 15. – pietasque per omnes
Dispensata domos.
¶ Dispensare, Dare potestatem obtinendi aut faciendi aliquid. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 10. Nunc in petulantiam & audaciam erumpet malè dispensata libertas.

Dispensator, Verbale, (διανομεύς, διοικητὴς, διανομέως,) Festus, Dispensatores dicti sunt, qui æs pensantes expendebant, non adnumerabant. Martial. lib. 6. 3. Dispensatoris nobile cernis opus. Idem lib. 5. 43. Dispensatorem fallax spoliabit amica. Et lib. 7. 20. Iuuenal. Sat. prima. 10. Prælia quanta illic dispensatore videbis Armigero?
Dispensator Armeniaci belli. Plin. lib. 7. cap. 39. 2.

Dispensator ordinarius. Suet. in Sergio Galba, cap. 12. Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti paropsidem legumi nis pro sedulitate ac diligentia porrexisse.

Dispensatio, huius dispensationis, (διανομή, διοίκησις,) Suet. in Othone, cap. 5. Ante paucos dies seruo Cæsaris pro impetrata dispẽsatione, x, sestertiũm expresserat. Cic. ad Atticum, li. 15. 328. 6. Profectionẽ meã, vt video, Erotis dispensatio impedit.
Curatio & dispensatio. Cic. pro Rab. Posthumo. 17. Hæc vna ratio à rege pro posita Posthumo est seruandæ pecuniæ, si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset.
Aerarii dispensatio. Cic. in Vatinium, 28. Eripueras prouinciæ decernẽdæ potestatem, imperatoris deligendi iudicium, ærarii dispensationem.
Regia dispensatio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 13. Hæc vna ratio à rege proposita Posthumo est seruandæ pecuniæ, si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset.

Dispenno, dispennis, dispennere, inquit Nonius, Est expandere. Vbi luber, dispennite hominem diuorsum, & distendite. Quædam exẽplaria dispennite, legunt dispendite. Antiquum & inusitatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Disperdo, disperdis, disperdidi, disperditũ, pen.corr. (ἐξολοθρεύω, ἀπόλλυμι,) dispérdere: Idem quod perdere, siue consumere significat. Plaut. Trin. um. 6.52. Pater præterea aliquantum animi causa in delitijs disperdidit. Idem Casin. 5.33. Imò age vt luber, ede, bibe, disperde rem.

Disperdere, & dissipare possessiones. Cic. pro Lege Agraria, 1. Videre nũc proximo capite, vt impurus helluo turbet Rẽpubl. vt à maioribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet.

Disperdere, occidere, vastare. Vatinius Ciceroni, libro 5.10.4. Qui tot ingenuos, marresfamilias, ciues Romanos occidit, arripuit, disperdidit, regiones vastauit?

Carmen disperdere. Virg. Eclog. 3.6.
– non tu in triuiis indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

Color disperditur. Lucret. lib. 2.167.

Disperditus, pen.corr. Participium. (ἐξολοθρευθείς.) Plaut. Pœn. 14.97. Di immortales meum herum seruatum volunt, & hũc lenonẽ disperditũ.

Disperditio, Verbale. (ἐξολόθρευσις.) Cic. 3. Philip. 145. Cũ exercitu Romã sit ad interitũ nostrũ, & ad disperditionẽ vrbis venire conatus.

Dispereo, disperis, pen.corr. disperiui & disperii, disperitũ, pen. corr. (ἀπόλλυμι,) dispérire, Idẽ quod perire, aut disperdi, & corrumpi. Varro 1. de Re rust. cap. 11. Fructus tolent disperire. Idem libro 3. cap. 16. 18. Prouidendum vehementer ne propter æstum, aut propter frigus dispereant.

Fundum disperire patitur. Cic. 2. de Lege Agrar. 79. Vtrũne fundũ pulcherrimum Populi Romani, caput vestræ pecuniæ, pacis ornamẽtum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, solatium annonæ, dii perire patiminí?

Labores dispereunt. Catul. ad Caluum, 14.3. Non est mi male, sed bene ac beate, Quòd non dispereunt tui labores.

Dispeream, Iuranti vox. Plau. Amphit. 1 5.64. Blepharo dispeream si aut intus adhuc fui, aut si hunc miserim. Martial. lib. 2.68. Si non mentiris Clasicæ, dispeream.

Dispeream ni. Horat. 1. Serm. Saty. 9.10. Hunc hominem si velles tradere, dispeream ni Summosses omneis.

Disperii, Idem quod perii, vel actum est de me, vel interii. Terent. Heaut 2.4.24. – ah retine me obsecro.
B. Amabo, quid tibi est? A. disperii. B. perii misera, quid stupes?
Idem Adelph. 3.3.1,
– disperii, Ctesiphonem audiui filium
Vnà in ratione cum Aeschine: id misero restat mihi mali.

Dispergo, dispergis, dispersi, dispersum, (διασπείρω, διαχέω, διασκορπίζω, διασκορπίω.) dispérgere, In diuersas partes spargere. Cic. 4. Acad. 216. Cur mortifera tam multa perniciosa terra marique dispersérit. Idem pro Flacco, 22. Toto mari dispersi vagabantur. Idem ad Atticum, libro 8.161.1. Ego quod existimabam, dispersos nos, &c. Terentius Adelph. 5.2.7. An tibi mauis cerebrum dispergi hîc?

Interserere & dispergere. Author ad Herenn. 181. Ita si ratiõ has interseremus exornationes, & in causa tota varie dispergemus, commode luminibus distinctis illustrabimus orationem.

Varie dispergere. Author ad Herenn. 181.

Corpus passim per agros dispergere. Cic. 3. de Nat. deorum, 91. Puerum interea obtruncat membraque particulatim diuidit, Perque agros passim dispergit corpus, &c. Ex antiquo poeta, de Medea.

Ignis seruorem dispergit. Sil. lib. 7.63.

Membratim partes rei gestæ dispergere in causam. Cic. 1. de Inuent. 44. Membratim oportebit partes rei gestæ dispergere in causam, & ad vnamquanque confestim rationem accommodare: vt vulneri præsto medicamentum sit, & odium statim defensio mitiget.

Dispergere vitam in auras. Virg. 11. Aeneid. 123.

Dispersus, Participium. (διασκεδασμένος, διασπαρμένος,) Cic. pro Sestio, 78. Quodam tempore homines, nondum neque naturali, neque ciuili iure descripto, fuisse per agros dispersi vagarentur.

Multos ex fuga dispersos excipiunt. Cæsar 6. bel. Gall. 128.

Dispersa & dissipata. Cic. 1. de Orat. 92. Omnia ferè quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt, vt in musicis numeri & voces & modi.

Dispersum atque infinitum. Cicero de Petitione Consul. 1. Vt ea quæ in te dispersa atque infinita viderentur esse, ratione & distributione sub vno aspectu ponerentur.

Interiectus & dispersus. Author ad Herenn. 32. In causa coniecturali, narratio accusatoris, subpicionnes interiectas & dispersas habere debet, &c.

Agmina dispersa per agros. Sil. lib. 16.14.

Longe lateque dispersum bellum. Cic. pro Lege Manilia, 25. Ita tantũ bellum, tam diuturnum, tam longe, lateque dispersum.

Clamor dispersus. Lucret. lib. 4.184.
Parumis vt est eyeni melior canor ille, gruum, quàm
Clamor in ætheriis dispersus nubibus austri.

Collectio membrorũ dispersa. Ci. pro Lege Manilia. 15. Medea illa quondam profugisse dicitur, quam præcidant in fuga, fratris sui membra in his locis, quà se parens persequeretur, dissipauisse, vt eorum collectio dispersa, mœrorque patrius celeritatem retardaret.

Incultas dispersa comas. Claud. 1. de Raptu Pros. 11. de Lachesi.

Dispersa fama per auras. Tibullus,
Scilicet ista fuit populi dispersa per auras
Fama, quòd admissus nuper amator erat.

Dispersa immittit syluis incendia pastor. Virg. 10. Aeneid. 82.

Tecta madent dispersa cerebro. Senec. Herc. fur. 11.23.

Cogere dispersa. Cic. 1. de Orat. 94. Atq; interea tamen dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur, vel passim, licet carpentẽ & colligentẽ vndiq;, &c.

Dispersus, dispersus, dispersui, (διασπορέω, διασκεδάζω,) Verbale. Cic. Attico, lib. 9. 180. 4. Quòd Consules laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo. dispersu enim illorũ actio de pace subiata est, quam quidem ego meditabar.

Dispersè, siue dispersim, Aduerbium, (διεσκεδασμένως,) Cic. 6. Ver. 103. Nunc iam illa omitto, quæ dispersè à me multis locis dicentur, ac dicta sunt. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 1.6. Qui Græcè scripserũt, dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta.

Separatim ac dispersim. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 2.10. Et alii quid separatim ac dispersim in libris reliquerunt.

Dispersè & diffusè. Cic. 1. de Inuẽt. 106. Enumeratio est, perquam res dispersè, & diffusè dictæ, vnum in locum coguntur.

Dispertio, μαι, διανέμομαι, διαμερίζω,) dispértire, quod & dispertior deponens dicitur: Ex dis & partior compositum. In diuersas partes diuidere: vt Dispertire cerebrum alicui. Plautus Casina. 5.1.8.

Dispertire exercitum per oppida. Liu. 9. bel. Puni. 6. Plaut. Amph. 4.66.

Dispertire fortunas parricidis. Cicer. 8. Philipp. 239. Et 4. Verr. 32. Et in Catil. 79.

Dare & dispertire initia vitæ. Cic. 7. Verr. 147. A quibus initia vitæ atque victus, legum, morum, manuetudinis, humanitatis exépla hominibus, & ciuitatibus data, ac dispertita esse dicuntur.

Dispertiuisti iniuria. Plaut. Aulul. Hercule iniuria dispertiuisti, pinguiore agnum isti habent. Id est iniuste, inæqualiter.

Dispertita in multas curas animi. Liu. Tot in curas dispertiti eorum animi erant.

In genera dispertire. Cic. 3. de Orat. 63. Redeunt rursus ad coniecturam, eamque in quatuor genera dispertiunt.

In infinita dispertiri aliquid. Ci. 2. de Legibus, 75. Sæpe quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispertiuntur.

In minima res aliquas dispertire. Cic. 4. Academ. 79.

Membra eorum generum dispertire. Cic. 1. de Orat. 94. Deinde certa generum quasi quædam membra dispertiat, tum proprium cuiusque vim definitione declarer.

In membra quædã dispertire orationẽ. Cic. de Clar. Orat. 84. Et in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationẽ Iubentius.

Pecuniam dispertire. Cic. pro Cluentio. 54. Illo absoluto, pecuniam illam aut iudicibus dispertiendam, aut ipsi esse reddendam.

Aequabiliter prædam dispertire. Cic. 1. Offic. 56. Ille autem qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur à sociis, aut relinquitur.

Tempora voluptatis laborisque dispertire. Cic. pro Murena, 68. Neque verò Cretes, quorum nemo gustauit vnquam cubans, melius quàm Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt.

Dispertire tyrones inter legiones. Hirtius 5. bel. Africa. 178.

Dispertitus, pen. pro. (διαμεμερισμένος,) Participium. Cic. Attico, lib. 9. 181.11. Ego verò in præsentia subitum discessum, & præcipitem profectionem cum tibi, tum ipsi Cn. inutilem & periculosam puto, & istius existimo vos dispertitos & in speculis esse.

Genera herbarum dispertita. Lucret. lib. 1.182.

Officium cum aliquo dispertitum. Cicc. Metello, lib. 5.2.1. Quod quum dicerem, illud adiunxi, mihi tecum ita dispertiti officium fuisse in Rei publicæ salute retinenda, vt ego, &c.

Dispesco, dispescis, dispescui, dispèscitum, pen.corr. (διαίγω.) dispescere, Ex dis & pasco, proprie pecus à pastione deducere, vt docet Festus.

Dispescere, Separare & dirimere. Plin. lib. 5.cap. 9.8. Inde Aphricam ab Aethiopia dispescens.

Dispicio, dispicis, pentu. corr. dispexi, dispectum, (διασκέπτομαι, πιμπρασκέπτομαι,) dispícere, Diligenter in omnem partem videre significat. Cic. 2. de Finib. 155. Simul atque ipse graui vulnere exanimari videret se, vt primũ dispexit, quæsiuit saluusne esset clypeus.

¶ Dispicere, per translationem. Est vt ait Valla lib. 5. Prouidere & circũspicere mente, tanquam in omnem partem lumina mentes intendere, omniaque discernere. Terent. And. 3.5.16.
– quid meritus es? o crucem.

Sed paululum sine ad me vt redeam, iam aliquid dispiciam. Cicc. ad Quũ fratrem,

fratrem, lib. 1.3.8. Ego quid sperem, non dispicio. Et lib. 2.6.4. In ea re Pompeius quid velit non dispicio. Traianus ad Plinũ, lib. 10. epi. 272. Et ipse non aliud remedium dispicio, mi Secunde charissime, quã vt quantitas vsurarum minuatur. Cic. lib. 1. Tuscul. 72. Tamen acie mẽtis dispicere cupiebant. Columel. in Præfat. At ego quum aut magnitudinẽ cuiusque rei quasi quandã vastitatẽ corporis, aut partium eius velut singulorũ subtilitatẽ dispicio, vereor ne supremus ante me dies occupet, quã vniuersã disciplinã rursus possim cognoscere. Cic. ad Atti. lib. 1.10.18.

Dispicere & sentire quid simus. Cic. 5. de Finib. 73. Quum autem dispicere coeperimus, & sentire quid simus, & quid animantibus cæteris differamus, tum ea sequi incipimus ad quæ nati sumus.

Verum dispicere imbecilli animi non possunt. Cic. 2. de Diuin. 123.

Dispectus, huius dispectus, Verbale, (κατασκοπή,) p Discretione, vel delectu. Seneca lib. 2. de Ira. Quid si pueris, quòd neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos æqualium iocos spectẽt, quis irascatur, &c.

Dispectus, pro Considerationẽ vel contẽplatione. Senec. epi. 110. Quibus dispectum vtilitatis, timor in periculis excutit.

Dispicientia, (σκέψις, διάσκεψις,) Circũspectio & prouidentia & cõsyderatio diligens, atque discretio.

Displiceo, displices, pen.corr. displicui, displicitum, penult. corr. (ἀπαρέσκω,) displícere, Contrarium est suo simplici placere. Terent. Heaut. 5.1.19. – prius quæso dice quid sit viuere: Vbi scies, si displicebit vita, tu istinc vtitor. Ibidem, 5.4.20. Eheu quàm nunc totus displiceo mihi. Cicero ad Atticum, lib. 2.33. 4. Displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore. Idem 4. Acadc. 146. Et ad Nigidium Figulum, lib. 4.13.8. Ouid. 2. Trist. 2.8.
Nulla quidem sanæ grauior mentique potenti
Pœna est, quàm tanto displicuisse viro.

Placere & Displicere, cõtraria. Ci. p Domo sua, 42. Nonne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret, de exulib' Byzantinis displiceret?

Arridere aliquid & Displicere, contraria. Cice. Attico, lib. 13.27.2. Irridere illud tuum, quod valde mihi arrisérat, Vehementer displicet.

Displicens sui. Seneca de breuitate vitæ.

Displicentia, displicentiæ. (ἀπαρέσκεια,) Seneca de Tranquillitate vitæ, Hinc illud tędiũ & displicentia sui, & nusquã resistẽtis animi volutatio.

Displicina, displicinæ, pen. prod. Quæ displicet. Plaut. Ciist. 2.13.
Ventum ad te gaudeo ecastor, ita nunc hodie hîc acceptæ sumus
Suauibus modis, nisi hæc displicina apud te quicquam fuit,
Quin mihi placeret. Confictum vocabulum more Plauti.

Displico, displicas, pe.cor. displicui & displicaui, displicitum & displicatum, (διασκεδάζω,) displicare. Contrarium est suo simplici plico.

Displicatas volucres, p trãslationẽ dixit. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16. 5. p disgregatas & dispãs, de apibus loquens, Siquando, inquit, displicatæ sunt, cymbalis & plausibus, numero, reducunt in locum vnum.

Displôdo, displôdis, pen. prod. displôsi, displôsum, pen. pro. (διαπατταλεύω,) displodere, Sonitus edere. Varro 2. de Re rustica cap. 9.5. Pedibus magnis & altis qui ingredienti ei displodantur digitis dicteris.

Vesica displosa, alii diplosa legunt. Horat. 1. Serm. Saty. 8.10. Hoc est rupta percussione, vel compressu manuum, quum sit plena venti, rupta. Ex Acrone & aliis interpretibus.

Vesiculã displosa. Lucret. libro 6.27.
– quum plena animæ vesicula parua
Sæpe ita dat pariter sonitum displosa repente. Hoc est disrupta.

Displuuium, & displuuiatũ, figura vna est cauædii Vitruuio lib. 6. cap. 1. quæ autem sit, ibidem declarat, quum ait, Displuuiata autem sunt, in quibus deliquiæ aream sustinentes stillicidia reiiciunt. hæc hybernaculis maximas præstant vtilitates, quòd compluuia eorum erecta non obstant luminibus triclinionum.

Dispolio, dispolias, (ἀποδύω, ἀποδύσω, ἀπεκδύομαι,) dispoliare, Idem quod spoliare. Terent. And. 4.5.11.
Clamitent me sycophantam, hæreditatem persequi,
Mendicum, tum ipsam dispoliare non licet. Vide DESPOLIO.
vtrunque enim legitur. Cicero 6. Verr. 38. Vt etiam cum cæteris Siculis dispoliaretur.

Dispoliari honore. Cicero, Ante quã iret in exilium, 8. Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore.

Dispoliabulum, dispoliãbuli, pen.corr. ἀφαιρέσιμον,) Dictum videtur vt venabulum, vt mendicabulum. vt exorabulum: quæ tamen nec locum, nec instrumentum significant. Plaut. Bacchid. 6.9.
Egone vt hæc cluſa gestem clanculum, vt cælem patrem
Pistoclere tua flagitia, aut damna, aut dispoliabula,
Quẽ is patrem, & me, teque, amicósque omnes affectas tuos, &c. Id est scortationes & nequitias.

Dispondeus, (διασπονδεῖος,) pes qui constat ex quatuor syllabis longis, vt oratores. Cic. in Orat. 131.

Dispono, dispônis, pen. pro. dispósui, dispósitum, pen.cor. (ἀνάκειμαι, διατίθημι, διακτυπόω, διοργάω, κατακοσμέω, οἰκονομέω,) dispónere, Ordinare. Plin. li. 9. epist. ad Fuscum. 213.4, Quæris quemadmodũ in Tuscis diẽ æstate disponã. Euigilo, &c. Id est, Officia diei ordinem. Sic Disponere suo quidque ordine, Colu. lib. 12. ca. 2.2.

Describere & disponere cuique munus suum. Ci. de Petitione Consul. 14. Fac vt plani istis hominibus, quos deuinctos tenes, descriptum ac dispositum suum cuique munus sit. Correctiora exẽplaria legunt depositũ.

Disponere atque dispensare, Vide DISPENSO.

Paulò significantius aliquid disponere. Quintil. lib. 3. cap. 6.48.

Disponere classem. Cæsar 3. bel. Ciuil. 18. Insidias, Cæsar 8. bel. Gall. 45. Præsidia, Idem 1. bel. Gall. 50. Et. Cic. 5. Philipp. 170. Stationes, Cæsar 8. bel. Gall. 48. Vigilias per vrbem, Liu. 9. bel. Maced. 52.

Disponere comas. Martialis lib. 12.79. Tibul. li. 1. eleg. 8.1. Sæpeque mutatas disposuisse comas.

Libros confusos disponere. Cic. 3. de Orat. 75.

Locis quosdam disponere. Pollio Ciceroni, lib. 10.31.2.

In ordinem disponere aliquid. Seneca Hippo. 12.21.

Disponere otium. Plin. lib. 4. ad Pomponium Bassum, epist. 88. Quum ex communibus amicis cognoui te vt sapientia tua dignũ est, & disponere otium, & ferre, habitare amœnissimè, &c.

Pocula disponere. Ouidi. 3. Fast. 61. Plenaque odorati disponit pocula Bacchi.

Disposuit remedia homini natura. Plin. lib. 14. cap. 1.1.

Signa disponere apud, & ad. Cic. 3. Verr. 34. Quæ signa nunc Verres vbi sunt? illa quæro, quæ apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiã intercolumniis, in sylua denique disposita sub diuo vidimus.

Disponere studia sua ad honorem. Cic. pro Murena. 27. Sed nũc de studiis ad honorem dispositis, non de insita cuiusque virtute disputo.

Verba disponere, vt pictores varietatem colorum. Cic. in Orat. 35.

Disposuit vias. Tibul. lib. 2. eleg. 3.12.

Vites disponere. Claud. 2. in Eutrop. 49.

Disponere tempus. Martialis lib. 5.21.
Si disponere tempus otiosum,
Et veræ pariter vacare vitæ, &c.

Disponere tormenta in muris. Cæsar 1. bel. Ciuil. 66.

Alicui aliquam rem disponere. Cic. Attico, lib. 4.77.2. Postea verò quàm Tyrannio mihi libros disposuit, &c.

Disponit qui nuntient. Plin. lib. 4. ad Hispullam, epist. 84.2, Disponit qui nuntient sibi quem assensum, quos clamores excitarim, quem cuentum iudicii tulerim.

Dispositus, pen.corr. (διατεθειμένος,) Participium: vt Disposita myrto folia, concisa buxo, inordinata pomis. Plin. lib. 16. cap. 24.4.

Aptum & ratione positum aliquid habere. Cic. pro Rosc. Amer. 78.

Dispositi in turmas. Stat. 5. Thebaid. 3.
– magnasque in prælia mentes
Dispositi in turmas rursus.

Acies disposita. Tacit. lib. 18. Vide ACIES.

Disposita in omnem fortunam consilia. Liu. lib. 12. bel. Maced. Consilia in omnem fortunam ita disposita habebat.

Opus dispositum. Claud. 4. Paneg. 45.

Dispositus vir. Plin. epist. 35.9. Postero die dixit pro Mario Sabinus, liberalis, vir subtilis, dispositus, acer, disertus.

Disposita hominum vita, pro bene constituta, & quæ non fluctuatur. Pli. epist. 45. Nihil est illo vitæ genere distinctius: me autem, vt certus iyderum cursus, ita vita hominum disposita delectat.

Dispositus, pen.corr. (κατασκευαστός,) Verbale, pro dispositione. Tacit. li. 18. Dispositu, prouisuque rerum ciuilium peritus.

Dispósite, pen.corr. Aduerbium, (διατεθειμένως,) Idem quod cõmodè. Cic. 6. Verr. 79. Non possum dispositè istum accusare, si cupiam: opus est non solùm ingenio, verumetiam artificio quodam singulari.

Dispositio, Verbale. (διάθεσις,) Colum. lib. 12. cap. 2.3. Quis enim dubiret nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine? Plin. lib. 5. epi. 101. lz. Hanc dispositionem amœnitatemque tectorum latè longeque præcedit hyppodromus.

Dispositio apud Rhetores, est rerum inuentarum in ordinem distributio. Cic. 1. de Inuent. 13.

Ordo & dispositio argumentorum. Cic. 2. de Orat. 96. Qui ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ dispositio argumentorũ, in qua tu mihi semper Deus videri soles.

Dispositor, pen.corr. Verbale, (διαθέτης,) Seneca lib. 5. Natur. Quæst. Nimirum in hoc prouidentia, ac dispositor ille mundi Deus aera ventis exercendum dedit, &c.

Dispudet, pen.corr. dispuduit, dispúditum est, (αἰσθοῦμαι,) dispudère: Bis pudere, vel valde pudere, inquit Sipontinus ex aliorum sententia. Plaut. Bacchid. 8.77. Nam alia memorare quæ illum facere vidi, dispudet. Idem Mostel. 16.44.
Dispudet istam veniam. T R. quid me fiet nunc iam?
T. Verberibus cædère dudum pendens, tametsi me puder. Terentius Eunuch. Dispudet mihi sic data esse verba. Ouid. Quos Veneris furti dispuduisse ferunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dispúluero, dispúlueras, pen. corr. dispulueràre: Dissoluere, In pulueremredigere. Næuius Gymnastico, Saxa, syluas, lapides, montes disiicis, dispulueras. Nonius.

Dispûmo, dispûmas, pen. prod. (δισκρεῖν,) dispumare, Spumas eiicere, spumis purgare. Colum. lib. 12. cap. 34. Aut si non dulce mustum, ad terras dispumetur. Legitur & despumo.

Dispungo, dispungis, dispunxi, dispunctum, (δισκρίνω,) dispungere: Expungere, delere, eradere.

Dispungere dies, Quasi puncto notare. Senec. de Breuit. vitæ, Dispige & recente vitæ tuæ die spatium, & ridiculos refedisse apud te videbis.

Dispungere rationes, Est computum (vt nostri dicunt) examinare. Papinianus de Verb. significatione, Dispungere est conferre accepta & data. Idem de Statu liberis. L. Si statu libera, Percontandas, atque examinandas rationes, & dispungendas atque excutiendas. Et iterũ de Reb. auth. Iudicum posi. L. Complures, Vtrum semel, an etiam sæpius recognitio & dispunctio concedenda sit creditoribus. Budæus.

Dísputo, dis̃putas, penul. corr. (δισκλέγομαι,) disputare, Valde putare, rum facere, inquit Varro. Est autem disputare, per trãslationem, Disceptare & differere. Plaut. Mostel. 3. 3.

Eam rem volui, aui, & dis̃putaui, hominem cuius rei
Quando natus est, similem esse arbitrarer. Martialis lib. 9. 79.
Quod optimum sit disputar conuiuium Facunda Prisci pagina.

Cic. 7. Verr. 79. Dicere omnes, & palam disputare. Plaut. Most. 1. 6. 6.

Aduenies perterruit me: loquere nunc quid fecerim:
Nunc vtrinsque disceptator eccum adest, age dis̃puta.
T. Filium corrupisse aio te meum. C. ausculta modò,
Fateor, &c. Cic. de Amici. 3. Catonem induxi senem disputantẽ, quia nulla aptior videbatur persona quæ de illa ætate loqueretur.

Argumentari, disserere, ac disputare. Cic. 1. de Finib. 49. Sed & argumentandum, & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.

Acutè disputare. Cic. 5. Tusc. 41. Acutè autem dis̃putantis illud est, non quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit videre.

Leniter disputare, Vide LENIS.

Lentius disputare, Vide LENTVS.

Disputare aliquid alicui. Plaut. Menæch. 2. 48. Vt hanc rem vobis examussim disputem.

Ad aliquid non inscitè disputare. Cic. 3. Tusc. 32. Itaque non inscitè Heracleotes Dionysius ad ea disputat, quæ apud Homerum Achilles quæritur hoc (vt opinor) modo: Corque meum, &c.

De aliqua re disputare. Cic. 13. Philip. 359. Eas dum recito, dũmque de singulis sententiis breuiter disputo.

Disputare de omni re in contrarias partes. Cic. 1. de Orat. 74.

In cõmune de iure omni disputandũ semper. Quintil. lib. 7. cap. 2. 35.

In eam sententiam disputo. Cicero 1. de Oratore, 58. Neque hæc in eam sententiam disputo, vt homines adolescentes, siquid naturale forte nõ habeant, omnino à dicendi studio deterream.

Disputare in alteram partem. Cic. 7. Verr. 6. Durum hoc fortasse videatur, neque ego vllam in partem disputo.

Per alicuius personam disputare. Cic. Volumnio, lib. 7. 33. 5. Nisi cætera quæ sunt à me in secundo libro de Oratore per Antonii personam disputata de ridiculis, ἀντυχίας & arguta apparebunt, vt sacramento contendas mea non esse.

Disputare verbis in vtranque partem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 33.

Aliquid multis verbis disputare. Cic. Appio, lib. 3. 8. 7. Idque me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis disputauisse.

Disputare pluribus verbis de re aliqua. Cic. 3. Verr. 105.

Circa hoc dis̃putatum est. Quintil. lib. 1. cap. 5. 21.

Disputare rationem cum aliquo. Plaut. Aulul. 15. 57. – æs petit,
Itur. putatur ratio cum argentario.
Vbi disputata est ratio cum argentario,
Etiam plus ipsus debet argentario.

Disputatur, Impersonale. Cicero 1. de Finib. 4 Perperua oratione contrà disputatur.

Disputatio, Verbale: (δισκλεξις,) vt Disputatio de re aliqua. Cicero 4. Acad. 50.

Disputatio & dialogus. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 96. Scripsi igitur Aristoteleo more (quemadmodum quidem volui) tres libros in disputatione ac dialogo de Oratore. Vide DIALOGVS.

Copiosa disputatio, Vide COPIA.

Infinitæ, concertationúmque plenæ disputationes. Cic. 1. de Orat. 96.

Liberior in vtranque partem disputatio. Quintil. lib. 7. cap. 3. 12.

Litigiosa disputatio, Vide LIS.

Non ita longa disputatio, Vide NON.

Conferre disputationes, Vide CONFERO.

A capite ducere disputationem, Vide CAPVT.

Ingredi disputationem, Vide INGREDIOR.

Disputator, pen. prod. (δισκετητής,) Aliud verbale: vt Disputator subtilis. Cicero 1. Offic. 5.

Disputatrix, pe. prod. (δισκετητική,) à Quint. li. 2. ca. 21. dialectice dicit. Virtus disputatrix. Quintil. lib. 2. cap. 20. 6.

Disputabilis, & hoc disputabile, pen. corr. (δισκλεκτικός,) Seneca in epist. ad Lucilium, 89. Res disputabilis in vtrauque partem.

Disquamatus, Vide DESQVAMO.

Disquiro, disquiris, pen. prod. disquisiui, disquisitũ, pen. prod. (ἐξετάζω,) diquirere, Diligẽter quærere & inuestigare. Horat. 2. Serm. saty. 2. 2. Verum hîc impransi mecum disquirite.

Disquisitio, Verbale, (ἐξέτασις,) Ipse disquirendi actus.

Disquisitio rursum est iudicium per opiniones, vt nunc loquimur, quum opinionem vel sententiam oẽs rogantur. Cic. de Arusp. resp. 11. Quam quam ad facinoris disquisitionem interest adesse quam plurimos. Idem pro Sylla, 59. Sed in magnis disquisitionibus, repentinisque periculis vitam vniuscuiusque esse testem. Budæus.

Venire in disquisitionem Liu. Sed non quid ego fecerim, in disquisitionẽ venit, sed quid isti pati debuerint. Id est non rogantur sententiæ de me. Idem, Nec tamẽ à Dictatore comitia sunt habita, quia vitione creatus esset, in disquisitionem venit.

Vocare in disquisitionem Suet. in Cæs. ca. 15. Primo Prætura die Quintulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocauit. Idem in Nerone, Ad disquisitionem Senatus vocare. Hæc Budæus.

Vitiosum est pro argumento sumere quod in disquisitione positum est. Author ad Heren. lib. 2. 28.

Disraro, dis̃ràtas, pe. pro. (δισκρώω,) disrarare, verbũ rusticũ. Significat castrare, & diuersis modis od̃ spulum est, rarũ facere. Colu. li. 4. ca. 32. 2. Sed illud de integro refodi debet: hoc potest intercidi & disrarari: quod opus rustici castrationem vocant.

Disrumpo, Vide DIRVMPO.

Dissauior, dissauiaris, (δισκιάζω,) dissauiari, Cum lætitia & voluptate multa osculari. Ci. ad Tironem, lib. 16. 27. 4. Tu vt dixi, fero oculis: ego vos ad 111. Calend. videbo, tuosque oculos, & si te veniens in medio foro videro, dissauiabor.

Disseco, dissecas, pe. cor. dissecui, dissectum, (δισκρίνω,) dissecare, In varias partes secare. Plin. lib. 11. cap. 37. 56. Tertio capto Lacedemonii pectus dissecuere causa videndi. Sic li. 25. ca. 5. 20.

Dissémino, disseminas, pen. cor. (δισκορίζω, κατασκορπίζω,) disseminare, Spargere, diuulgare. Cic. in Catil. 78. Latius opinione disseminatum est malum.

Disseminare, & spargere siue dispergere. Ci. pro Plácio. 46. Ne dissemino, dispersoque sermoni fortunas innocentium subiciendas putetis. Idem pro Archia. 12. Ego vero omnia quæ gerebam, iam tum in agendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam.

Dissentio, dissentis, dissensi, dissensum, dissentire, (δισκρωνέω, δίχομαι,) Discordare, diuersum ab alio sentire. Cic. de Amici. 30. Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus. Plin. in Paneg. 148. Morum similitudo concordiæ nostræ gloriam minuat, ac perinde sit mirum, si alter nostrũ à Collega, ac si à seipso dissentiat. Cic. 4. Acad. 240. Cæs. 5. bel. Gall. 114.

Longè dissentire, Vide LONGVS.

Manifestus dissentire. Tacit. lib. 2. Atrox, ac dissentire manifestus.

Liberius ab aliquo dissentire. Quintil. lib. 3. cap. 6. 56.

Non timidè ab aliquo dissentire. Quintil. lib. 3. cap. 8. 43.

In eo plures dissenserunt. Quintil. lib. 3. cap. 3. 9.

Dissentire in re aliqua ab altero. Cic. pro Leg. Manil. 41. Sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio. Idẽ 1. de Orat. 3. Solesque nonnunquã hac de re à me in disputationibus nostris dissentire.

A cæterorum more ac natura dissentire. Cic. pro Fonteio, 17.

De veritate ab aliquo dissentire. Cicer. 2. de Fin. 119. Qui maledictis insectantur eos, a quibus de veritate dissentiunt.

A seipso dissentire. Cic. 4. Tusc. 44. Vitiositas autem est habitus aut affectio in tota vita inconstans, & à seipsa dissentiens.

Cum aliquo dissentire. Cic. 3. Offic. 118. Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi. Idẽ pro Sylla. 46. Qui ita de ambitione & de suffragiis suis cũ colonis dissenserunt. Seneca epist. 98. Dissentiamus cũ Epicuro.

Dissentit voluntas scriptoris cum scripto. Author ad Heren. lib. 1. 10. Ex scripto & sententia nascitur controuersia, quum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire.

Inter se dissentiunt. Cic. 1. de Finib. 31.

Dissentire, cũ datiuo. Sene. epist. 20. Ne orationi vita dissentiat. Horat. 3. Carm. ode. 2. 3.

Dissentientis conditionibus fœdis.

Dissentiens, Participium. (διχογνώμων,) vt

Grauissimè dissentientes ciues. Cic. 12. Philipp. 338.

Dissensus, huius dissensus, (δυχογνωμία,) Verbale, Idem quod dissensio.

Acerbus dissensus. Claud. de bel. Gildon. 60.

Ciuilis dissensus. Claud. 4. Paneg. 79.

Dissensu

Dissensu alitur rumor. Claud. 1. in Ruffin. 14.

Vario dissensu scindunt vrbem. Stat. 10. Thebaid. 111.

Dissensio, dissensiones, (διαφωνία, δίχόνοια,) Discordia. Cic. de Amici. 23. Id si minus quidem intelligitur quãta vis amicitiæ cõcordiæque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest. Idem 2. de Fin. 80.

Dissidium & dissensio. Cic. pro Sylla, 45. Vt hoc dissidio ac dissensione sata oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere.

Tumultus atque dissensiones. Cic. de Lege Agr. 99.

Dissensio à superioribus. Cic. 1. Acad. 61.

Commouere nouam dissensionem. Cic. de Lege Agra. 103.

Dissensionem facere. Cic. de Lege Agra. 29. Non potestatum dissimilitudo, sed animorum dissunctio dissensionem facit.

In magna sunt varietate & dissensione. Cic. 1. de Nat. deor. 1.

Dissensio summa est inter magnos homines. Cic. 4. Acad. 210.

Dissentaneum, (ἄλογον,) Dissentiens, Non conueniens, Nigidius, Eũ locũ facit dissentaneũ. Cic. in Pareition. 5. Aut cõsentanea, aut dissentanea.

Dissepio, dissepis. pen. prod. dissepsi, disseptum, (διαφράττω,) dissepire, Quod septum erat dirimere & dissidere. Stat. 10. Thebaid. 171.

– abscissunt pontes, tectique trementis
Saxea fræna labant, dissepsaque aggere rursus
Vtitur, & truncas rupes in templa, domósque Præcipitat.

Saxea dissepta domorum. Lucret. libo. 191. Denique per dissepta domorum saxea voces Peruolitant.

Dissepimentum, dissepimẽti, (διάφραγμα,) Mẽbranula quæ est in medio nucis. Festus.

Dissereno, dissereñas, pen. prod. (διαυγάζω,) disserenare, Serenũ esse. Liuius 9. bel. Maced. 189. Quum vndique dissereuasset. Legitur & conserenasset. Plinius libro 18. cap. 36. 85. Si cæmina pura fient, dissereñabit.

Díssero, disseris, dissẽui, dissãtũ, pe. cor. (διακρίνω, κατακρίνω,) disserere, Varie seminare & digerere. Colu. lib. 11. ca. 3. 24.

Panax vtroque tẽpore ẽui & subacta terra rarissime dis̃seritur. Sic etiam capite præcedenti. Varro de Ling. Lat. Nã vt holitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus dicitur.

Díssero, disseris, disserui, dissertum, (διαλέγομαι, διακόσμω, σοφίζομαι,) dissertare, disserere, Orationem contexere & disputare.

Aggredi de re aliqua disserere. Lucret. lib. 6. 189. Qua de disserere aggredior, firmare necesse est.

Commode disserere, Vide COMMODVS.

Varrõ disserebat de magnitudine imperii. Tacit. lib. 1.

Differere inter dominum positur absolutè. Cic. 1. de Finib. 48. Sed & argumentandum & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.

Differere aliquid. Cic. 3. de Nat. deo. 137. Tum Cotta, Ego vero & opto redargui me Balbe: & ea quæ disputaui, differere malui, quàm iudicare: & facile me à te vinci posse certo scio. Idem Cassio, lib. 12. 7. 4. Quod autem & in Senatu pluribus verbis disserui, dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes.

Differere de re aliqua. Cic. pro Flacco, 33. Sed de hoc teste, totóque Mithridatico disseruit & subtiliter & copiosè Q. Hortensius. Idem de Amic. 4. C. Lælii persona visa est idonea fuisse, quæ de amicitia ea ipsa differeret, quæ disputata ab eo meminissiet Scævola.

Differere cum aliquo. Cicero 1. de Oratore, 30. Hæc ego cum ipsis Philosophis tum Athenis differebam.

Differere cum aliquo de re aliqua. Cicero 1. de Oratore, 87. Permultã de eloquentia cum Antonio disseruisse, & tanquã in schola prope ad Græcorum consuetudinem disputauisse.

In vtranque partem vel in contrarias partes disserere. Cicero Attico, lib. 9. 17. 6. In his ego me consultationibus exercẽs, & differens in vtranque partem rum Græce, tum Latinè, & abduco paulisper animum à molestiis. Idẽ 1. Tusc. 66. In vtranque partem multa disseruntur.

Disseritur inter eos. Cic. 1. de Fin. 6. Vr inter quos disseritur, conueniat. Ibidem, lib. 1. 19. An partus ancillæ sit ne in fructu habendus, disseretur inter Principes ciuitatis P. Scævolam, Marcumque Manilium.

Disseruntur hæc inter eos. Cic. de Amici. 32. Audite vero viri optimi ea quæ sæpissime inter me & Scipionem de amicitia disserebantur.

Disserto, dissertas, dissertare, Frequẽtatiuum. Cõtendere. Plautus Menæch. 17. 60. Dic mihi istuc Menæchme quid vos dissertatis? vt sciam. Gellius, Quum de antiquitate quorundam verborum dissertaremus. Hoc est, disputationibus contenderemus. Tacit. lib. 12. Vbi hæc, atque talia disseruere, incipit oratione Cæsar de fastigio Romano.

Dissertatio, Ipse dissertandi actus. Plinius libro 10. cap. 68. 2. Quapropter ingenium prædictorum, & reliqua subtexat dissertatio.

Dissertabundus, Qui disserit. Gellius, Eúmque in corona aslatium, dissertabundum inuenimus.

Dissertus, Adiectiuum, (λάγων, λογικὸς, αἰμύλος,) Qui probè disserit, elegantérque narrat, non qui differint. Varro de Ling. Lat. Nam vt holitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus dicitur. Cic. Attico, lib. 10. 192. 6. Tu cũ Sexto seruatã gra-

uitatem eandem, quam mihi præcipit. Celer tuus disertus est magis quã sapiens. Horat. lib. 1. epist. 5. 4. Pœcundi calices quem non fecère disertum? Cic. 1. de Orat. 47. Tumque ego hac eadem opinione adductus, scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente & inuito excidit, & peruẽnit in manus hominum, disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem: quòd cum statuebam disertum, qui posset satis acutè atque dilucidè apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere.

Ad vinum disserti. Cic. pro M. Cælio. 54. Quàm volent in conuiuiis faceti dicaces, nonnunquam etiam ad vinum disserti sint talia fori vis est, alia triclinialia subtilitorum ratio, alia lectorum, non idem iudicum comessatorumque conspectus. Vide AD præpositionem.

Disertus epilogus. Cic. Attico. lib. 4. 84. 4.

Disertæ literæ. Cic. Appio, lib. 3. 11. 16.

Diserta negligentia. Cic. 1. de Diuinat. 170. Difficultas laboréque discendi disertam negligentiam reddidit.

Leporum, ac facetiarum disertus puer. Catull. in Asinium, 12. 2.

Oratio diserta & oratoria. Cic. 1. de Ora. 125. Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.

Vmbra diserta. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 20. Siquid habet sensus vmbra diserta petit.

Disertissimus, penul. corr. (λογιώτατος,) Catull. ad M. Tullium C. 96. 1. Disertissime Romuli nepotum.

Disertissima epistola. Cic. Attico, lib. 7. 122. 11.

Diserte, Aduerbium, (λαλοῦμως,) Cic. 1. de Orat. 53. Denique vt prudentibus disertè, stultis etiam verè dicere videaris.

Disertè, pro Clarè, specialiter, expresse. Liu. li. 31. Quum in Lucretii fœdere disertè additum esset, id ita ratum fore si populus censuisset. Vide Alciatum παρέργων, lib. 2. cap. 27.

Dissídeo, dissides, pen. corr. dissẽdi, pen. prod. discessum, (διαφέρομαι, διϊσταμαι, χώνυμαι,) dissidere, Dissentire significat & discordare. Plaut. Merc. 198.

Hæc quidem aut viri, aut gnati fallacia, dissident sententiæ.

Sequestro vir ait dat ameandem verò varnalẽ dicit filius Cic. de Amicitia, 7. P. Sulpitio vtebaro multum, quũ is Trib. plebis capitali odio à Qu. Pompeio, qui tum erat Consul, dissideret. Suet. in Tib. Cæsare, ca, 7. Cum Iulia primò concorditer & amore mutuo vixit, mox dissedit, & aliquanto grauius, vt etiam perpetuò secubaret, intercepto communis filii pignore. Cic. de Clar. Orat. 118. codẽ Qu. Cæpionem refertum, ob si nimis Equestri ordini detractus, à Senatu dissideret.

Non consiliis solum & studiis, sed armis etiam & castris dissidebamus. Cic. pro Marcello, 18.

Dissidere animo & voluntate ab aliquo. Cic. 7. Verr. 143.

Odio quodã atque dissidio dissidere ab aliquo. Cic. pro Corn. Balbo, 23.

Dissidere, cum datiuo. Horat. 2. Carm. ode 2. 4. Dissidens numero beatorum Eximit virtus.

A seipso dissidere, secumque discordare. Cic. 1. de Finib. 88.

A veri fide dissidere. Ouid. 3. Fast. 133.

Hæc quoque, quum referam, nostras peruẽnit ad aures
Fama, nec à veri dissidet illa fide.

Multis rebus cum illo dissidet. Cic. 4. Acad. 158.

Cum causa dissidere. Cic. 11. Philip. 300. Ex quo iudicare debetis, me nõ cum homine fulere, sed cum causa dissidere.

Dissidere de. Cic. 4. Acad. 239. De qua qui dissident, de omni vitæ ratione dissident.

Dissidere in re aliqua à. Cic. ad Atticum, lib. 7. 126. 3. Non rectum me in tantis rebus à Pompeio dissidere. Vale.

Inter se dissident & discordant, Vide DISCORDO.

Leuiter inter se dissident. Cic. Attico. lib. 1. 8. 5.

Dissidere, ad inanimata transtatum. Plin. lib. 37. ca. 4. 6. Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi. Idem lib. 24. cap. 11. Quercus & olea tam pertinaci odio dissident, vt altera in alterius scrobe depactæ moriantur.

Dissidens, pen. corr. (διϊστάμενος,) Participium. vt

Opiniones dissidentes. Cic. 1. de Natu. deo. 9, Quorum opiniones, quum tam variæ sint, tamque inter se dissidentes, &c.

Dissidium, (διάστασις, διάδιαστα,) Segregatio, discordia, dissensio. Teren. And. 4. 2. 14. Valeant qui inter nos dissidium volunt. Id est diuortium inquit Donatus. Cic. de Amicit. 23. Quæ autẽ domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ nõ odiis atque dissidiis funditus possit euerti? Idem 1. de Fin. 69. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ. Et ad Atticum lib. 1. 13. 10. Non dissensione ac dissidio vestro.

Diuortia, atque affinitatum dissidia. Cic. pro Cluent. 151. Itaque apud ceteros nouis inter propinquos susceptis inimicitiis, sæpe fieri diuortia atque affinitatum dissidia vidimus.

Amicorum dissidia. Cic. de Amicitia, 66. Danda opera est, nequa amicorum dissidia fiant.

Animæ dissidium. Lucret. lib. 3. 69. – non inquam sic animai
Dissidium possunt artus perferre relicti. Id est separationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Materiæ deprehendum Lucret.lib.1.150. – sed omnes
Dissidio redeunt in corpora materiai. Id est discordia.
Dissidium voluptatum venit. Plaut. Pseud. 368.
Harum mihi voluptarum omnium atque itidem tibi
Distractio, dissidium, vastities venit.
Desyderio dissidi. Cic. 2. Philip. 62. Ipse autem amore ardens, confirmabat, quòd desyderium tui dissidii ferre non posset.
Caule dissidium. Claud. de bello Gildon. 47.
Crebra dissidia. Lucret. lib. 2. 24.
Cruentissimum dissidium. Cic. pro Cælio, 23. Magnum rursus odium video cum crudelissimo dissidio extitisse.
Flebile alicuius dissidium. Catul. de coma Berenices, 61.5.
Iusta dissidia, Vide IVSTVS.
Perniciale dissidium. Lucre. lib. 1. 92.
Coniunctum est id, quod nunquam sine pernicii
Dissidio potis est seiungi, teque gregari. Id est separatione.
Dare dissidia. Proper. lib. 1. eleg. 11. 6. Multis ista dabût littora dissidiû.
Nascuntur dissidia, Vide NASCOR.
Parere dissidium. Lucret. lib. 1. 44.
¶ Dissidium pro disiunctione corporum, quum diuersè duo amici abeunt. Cic. Attico, lib. 4. 70. 2. Eundemque te, qui primis temporibus erroris nostri fuisti coetus filiorum participes & falsi rumoris socius fuisses, acerbissimè dissidium nostrum tulisse. Iudæus.
Dissidentia, (διαφορὰ,) Discordantia. Plin. lib. 29. cap. 4. 18. Domante eadem illa rerum dissidentia.

Disilio, dissilis, pen. cor. dissilui & dissiliui, dissultũ, (διαπηδάω) dissilire, Loco moueri. Apul. Vertibulo ossa dissilierant.

¶ Dissilire, proprie in diuersas partes salire. Plin. lib. 36. cap. 18. 2. Lunensem silicem serra secari, at Tusculanum dissilire igni. Virg. 3. Aeneid. 83.
Hæc loca vi quondam & vasta conuulsa ruina
Dissiluisse ferunt. Hoc est disiuncta fuisse & separata.
Ignis dissiluit. Sil. lib. 16. 110.
Corpora dissiluere. Lucret. lib. 1. 80. Idem lib. 2. 22.
Dissilit omne solum. Ouid. 1. Metam. 52. Dissilit omne solum, penetrataque in tam tara rimis Lumen.
¶ Dissilire, Crepare, frangi. Virg. 3. Geor. 73. Aeraque dissiliunt vulgo. Id est passim crepãt. Nã tam nimio frigore ẽ calore æra rumpuntur.
¶ Dissilire, Cito descendere. Virgilius lib. 10. 11. Aeneid. 100. de Camilla,
– portisque ab equo regina iubentibus
Dissilit. Sed hic legitur desilit, & quidem rectius, vt apud Ouidiũ, Ingenti scopulo dissilisse ferunt.
Dissulto, dissultas, dissultare, Frequentarium Plin. lib. 37. cap. 4. 1.
Iaculibus hi deprehenduntur, ita resultantes ictum, vt ferrum vtrinque dissultet. Incudesque etiam ipsæ dissiliunt. Virgil. 12. Aeneid. 883.
– nec fulmine tanti Dissultant crepitus.
Splendor aquæ radiatus lampade Solis Dissultat per tecta. Sil. lib. 7. 29.
Concursare, coire, & dissultare vicissim. Lucret. lib. 3. 81.

Disimilis, & hoc disimile, penul. cor. (ἀνόμοιος,) Idem quod absimilis. Teren. And. 1. 1. 16. Is adeò disimili studio est.
Idem in Prol. And. 13.
Non ita disimili sunt argumento, sed tamen
Disimilis orátione sunt factæ ac stylo. Vide ORATIO.
Aetas disimilis. Tacitus libro 3.
Animantes extrinsecùs disimiles. Lucret. lib. 4. 130.
Effigies formarum disimiles. Lucret. lib. 4. 21.
Figuræ disimilis. Lucretius libro 2. 82.
Forma disimilis. Tacit. libro 2. Nam ætate, & forma haud disimili in dominum erat.
Mens disimilis. Ouidius epist. 19. 32. Nos quoque disimili certamina mente subimus.
Modus disimilis. Lucret. libro 2. 87.
In disimiles incidere naturas. Cicero 2. de Diuin. 140. Eos qui nascuntur eodem tempore, posse in disimiles incidere naturas propter cæli disimilitudinem.
¶ Quid est tam disimile quàm Demosthenes & Lysias? Cicero de Claris Oratoribus 157.
Nihil tam disimile quàm Cotta Sulpitio. Cic. de Clar. Orat. 107.
¶ Disimilis, genitiuo iungitur aliquando. Cic. 4. Verr. 33. Veruntamen fuit tum sui disimilis nostris os hominis. Idem 4. de Finibus, 71. Et quodammodo non sunt disimiles Aristonis.
Sui disimilis. Iuuenalis Satyra 10. 20.
Disimilis datiuo. Cic. 4. Academ. 189. Disimile proximo ei continẽti.
Suo generi disimilis. Senec. Thebaid. 1. 17.
Non disimile atque. Cic. ad Atticum, lib. 2. 18. 3. Aut quiescendum, quod est non disimile atque ire in Solonium, aut Antium.
Disimilia inter se. Varro 1. de Re rust. 62. Ea quæ disimilia sunt inter se, aliud alio tempore tuendum & vtendum. Cicero de Claris Orat. 157.
Quum sint ipsi disimilimi inter sese. Et paulo pòst, iterum.
In re aliqua multum disimiles. Horat. 1. epist. 19. 1.

Disimilis in illum, pro Illius, vel Illi, Tacit. lib. 2. Forma haud dissimili ei dominum erat.
¶ Disimilior, & disimillimus, pen. corr. vt Disimilior illarum, Cic. 4. Acad. 225. Disimillimi suorũ, Cic. pro Cluent. 34. Et de Claris Orat. 172. Sui disimilior videbatur fieri quotidie.
Disimiliter, pen. corr. Aduerbium, (ἀνομοίως,) Cic. 4. Tusc. 37. Cæteriqs disimiliter morbi, ægrotationesque morborũ nascẽtur. Idé 2. de Fin. 16. Voluptas varia etiam dici solet, quum percipitur è multis disimilibus rebus disimiliter efficientibus voluptates.
Haud disimiliter nauibus sine gubernaculo vagis. Liu. 7. bel. Pu. 157. Deinde crescente certamine & clamore, impotentes iam regi, inter duas acies versari, velut incerti quorum essent, haud disimiliter nauibus sine gubernaculo vagis.
Disimilitudo, pen. prod. (ἀνομοιότης, ἀνομοίωσις,) Denominatiuum. Cic. 4. Acad. 80. Tum similitudines, disimilitudinesque. Idé 5. Verr. 185. Vides eandem æstimationem propter temporis disimilitudinem, in illo laudis causam habere, in te criminis? Sic Disimilitudines studiorum, Cic. 5. Ver. 5.
Varietas disimilitudoque. Cic. 2. de Diuinat. 145.
Naturæ morumq; disimilitudines. Cic. 1. Offic. 155. Innumerabiles aliæ disimilitudines sunt naturæ morumq; minime tamẽ vituperandorũ.
Disimilitudines & varietates. Cic. 1. Offic. 150. Vt enim in corporibus magnæ disimilitudines sunt in alios enim videmus, &c. Sic in animis existũt maiores etiam varietates.
Disimilitudines rerum. Cic. 2. de Diuinat. 141. Idem de Fato, 13. Atenim quoniam in natura hominũ disimilitudines sunt, vt alios dulcia, alios subamara delectent, &c.
Habere disimilitudinem ab aliqua re. Cic. 1. de Orat. 131. Hanc habet ab illa rebus disimilitudinem.
Habere disimilitudinem cum re aliqua. Cic. Calio, lib. 2. 12. 6. Genus institutorum, & rationum mearum disimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione prouinciæ.

Dissimulo, dissimulas, pen. cor. (ἐφυπνόομαι,) dissimulare, Ista sic dissimulo, ac si nũ esse qd̃ est. Plaut. Milit. 14. 2. Disimulabo hos quasi nũ videam. Idé Epid. 5. 55. Disimulabã me harum fermonem operã dare. Idem Casina, 12. 13. Lepidè dissimulant scire hoc futurum huius quod est. Idé Pœn. 2. 112. Et is omnes linguas scit, sed dissimulat scíes se scire. Terent. And. 1. 1. 105. Bene dissimulatũ amorẽ & celatã indicat. Sic Dissimulare ægritudinem animi, Liu. 1. ab Vrbe. 36.
Dissimulare silentio acceptam iniuriam. Quintilia. li. 5. Ité ibidé. cap. 13. Quod defendi non possit, silentio dissimulandum. Cic. pro Sestio. 18. Eaque non silentio Consulum dissimularentur, sed & voce & sententia comprobarentur.
Fingere, dissimulare, obtegere. Cic. Attico, lib. 1. 13. 1. Nihil mihi nunc scito tam deesse, quàm hominem cum quocem omnia quæ me cura aliqua afficunt, vnà communicẽ, qui me amet, qui sapiat, quicum ego cõloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam.
Obscurè ferre & dissimulare. Cic. pro Cluent. 41. Neque id obscurè ferebat, nec dissimulare vllo modo poterat.
Dissimulare cum dolore. Planeus Cic. lib. 10. 8. 9. Itaque nunquam dissitebor multa me, vt ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore.
Capillos dissimulare. Ouid. 2. Metam. 75. Quum vox est tenuata viro, canæque capillos
Dissimulant plumæ.
Dedecus dissimulare. Ouid. 3. Amo. eleg. 6. 17.
Facta dissimulanda. Ouid. epist. 9. 17. Factaq; narrabas dissimulãda tibi.
Gaudia dissimulare. Ouid. 6. Metam. 134. Dissimulare nequit crudelia gaudia Progne.
Aliquid eiusmodi esse vt dissimulari non queat, Id est dissimulando negari. Cic. pro Rosc. Ameri. 52. Tenuitas hominis eiusmodi est, vt dissimulari non queat.
Aduersum illustres dissimulatum ad præsens, & mox redditum odium. Tacit. lib. 16.

Dissimulatus, pen. pro. Participium, (ἐφυπνευτός,) vt Amor dissimulatus apud Ouidium epist. 15. 48.
Pietas dissimulata ira. Ouid. 6. Fast. 18.
Dixit, & in litem studio certaminis issent.
Atque ira pietas dissimulata foret.
Virtus dissimulata. Ouid. 2. Fast. 169. Iam satis est virtus dissimulata diu.

Dissimulator, pen. pro. Verbale, (ἐφυπνευτής, ἐφυπνεύστης, ἐφυπνιστής,) Ci. 2. de Orat. Vt qui dissimulatores studiorũ fuerint. Quint. li. 2. cap. 18. Quod eò ideo vt pro vero accipiamus est positum sed vt Antonii persona ferretur, qui dissimulator artis fuit. Quint. libro. 2. Dissimulator simplex in docendo,
Amoris veri dissimulator. Ouid. 5. Metam. 13.

Dissimulatio, Verbale, (ἐφυπνία,) Cic. 3. Offi. 79. Ex omni vita simulatio, dissimulatioque tollenda est. Idem ad Atticum, lib. 11. 14. 1. 19. Et 4. Verr. 50. Item 7. 1.
Integumenta dissimulationis. Cic. 2. de Orat. 190. Libenter enim te cognitum

gnitum iam artificem, aliquandóque euolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatum perspicio.
Vrbana dissimulatio. Cic. 2. de Orat. 149. Vrbana etiam dissimulatio est quum alia dicuntur ac sentias, non illo genere de quo ante dixi, quum contraria dicas, vt Lamiæ Crassus, sed quum toto genere orationis seuerè ludas, quum aliter sentias ac loquãre,
Abtumpitur dissimulatio, Vide ABRVMPO.
Veste seruili in dissimulationem sui compositus. Tacit. lib. 13.
Eximere dissimulationem. Tacit. libro 13. Quia dissimulationem nox, & lasciuia exemerat.
Dissimulatio pro Ironia. Cic. 4. Acad. 31. Libenter vti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνίαν vocant.
Dissimulantia, (εἰρωνία,) Idem quòd dissimulatio. Cicero 2. de Orat. 150. Socratem opinor in hac ironia dissimulantiáque longe lepõre & humanitate omnibus præstitisse.
Dissimulanter, Aduerbium. (εἰρωνικῶς,) Cicero de Claris Orat. 150. Non aperte, nec eodem modo semper, sed varie dissimulanterque concluis. Liu. 10. bel. Maced. 93. Demetrius dissimulanter asseruari iussus. Cicero ad Lentulum, lib. 15. 15. Partim non dissimulanter irati. Ouid. 1. de Arte, 98. Lectica dominæ dissimulanter adi.
Facere aliquid dissimulanter. Cic. 1. de Orat. 81. Id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est.
Dissimulitrim, penul. prod. (κατ' εἰρωνείαν.) Aduerbium, apud Quintilianum lib. 10. cap. 1. Sæpe præparat dissimulatim insidias Orator.
Dissimulabilis, pen. corr. (εἰρωνευτός,) vnde Indissimulabilis apud Gellii lib. 10. cap. 12. Cum quadam indissimulabili veritate disseruit.

Dissipo, dissipas, pe. corr. (διασκεδάννυμι, διασκεδάζω, διαχέω) dissipare, Dispergere, dissicere. Colum. lib. 1. cap. 10. Sin autem proximæ messis occupandum erit restibile desectis stramentis, quatuor & viginti vehes stercoris in iugerum disponemus, dissipabimúsque. Sic eodem libro, cap. 5. & cap. 16. Cic. pro Lege Manilia, 15. Vt ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur, quam prædicant in fuga, fratris sui membra in his locis, quà se parens persequeretur, dissipauisse.
Dissipare bona. Marcell. in L. Lucius Titius. ff. Mandati vel contra.
Disturbare aliqua, & aliud aliò dissipare. Cic. 1. de Diuinat. 129.
Eripere. auferre, dissipare. Cic. Post red. ad Quir. 15. Mihi quod potuit vis & iniuria & sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipauit.
Dissipata connectere. Cic. in Orat. 139. Facilius est enim apta dissoluere, quàm dissipata connectere.
Dispersum ac dissipatum. Cic. 1. de Orat. 90. Omnia fere quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt, vt in musicis numeri & voces & modi.
Dissipare, Disrumpere. & lacerare. Cic. Attico, lib. 15. 326. 5. Prorsus dissolutum offendi nauigium, vel potius dissipatum.
Dissipari, extingui, dissolui. Cic. 1. Tuscul. 39.
Disturbare ac dissipare. Cic. 1. de Nat. deor. 57. Idémque quocunque inuasit, cuncta disturbat ac dissipat.
¶ Disperdere ac dissipare possessiones. Cic. pro Lege Agrar. 1.
¶ Libidines eum dissipant. Cic. 1. de Orat. 125. At id non est nobilitatis, sed fac esse, nihil superest, libidines totum dissipauerunt.
Amplexus clamore dissipare. Sract. 3. Sylu. 12.
Sæuus vbi è puppi longo clamore magister
Dissipat amplexus, atque oscula fida reuellit.
Membra dissipare. Ouidius 3. Trist. eleg. 9. 6.
Atque ita diuelli, diuulsáque membra per agros
Dissipat, in multis inuenienda locis.
Sol dissipat ardorem in partes. Lucret. lib. 2. 43.
Dissipata classis. Lentulus ad Ciceronem, lib. 12. 14. 4. Quandoquidé classis dissipata est aduentus nostri timore imitates, ducésque effugerunt.
Edaceis curas dissipare. Horat. 2. Carm. Ode 11. 4.
Dissipare discordiam. Cicero de Amicitia, 23. Quæ in rerum natura tòque mundo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.
Fortunas dissipare. Cicero Figulo, libro 4. 13. 7.
Instio genus hosum in mõtibus ac syluis dissipatũ. Cic. 1. de Orat. 19.
Dissipare ac perterrere hostes. Cæsar 6. bel. Gal. 126. Et apud Liuiũ 7. bel. Pun. 146. Dissipati fuga per agros.
Dissipare famam alicuius rei. Cicero 14. Philipp. 395. Sic Dissipare rumorem vel rumores, Cicero 3. Verr. 11. Et pro Flacco, 10. Primũ quòd distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus.
Effundere ac dissipare fructus suos. Cic. 2. de Lege Agraria, 87.
Dissipare humorem. Est quod verbo alio dicitur, Digerere humorẽ. Celsus lib. 5. cap. 28. de strumarum curatione, Et medicamẽta imponitur, quæ humorẽ vel educant, vel dissipent, quorũ supra mẽtio facta est.
Fusum ac dissipatum ius ciuile. Cicero 3. de Oratore, 78. Pollicitus se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coactu-

rum, & ad artem facile redacturum.
Maledictũ latè dissipatur. Cic. pro Planc. 47. Nihil est aũt tam volucre q̃ maledictũ, nihil facilè emittit, nihil citius excipit, nihil latius dissipat.
Nexus dissipare. Valer. 7. Argonaut. 126, Et galeæ nexus ac vincula dissipat imæ.
Dissipare conuiuiis patrimonium. Cic. pro Flacco, 70. Sic Dissipare pecuniam, cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 3. 11. & 2. Philipp. 55.
Rem familiarem dissipare. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 14.
Deturbare statuam, affligere, comminuere, dissipare. Cic. in Piso. 74.

Dissipatus, Participium, (διασκεδασθείς,) vt Hostes dissipati. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 7. Interea cum meis copiis omnibus vexaui Amanẽses hostes sempiternos: multi occisi, capti, reliqui dissipati.
Exercitus dissipatus. Cic. Attico. lib. 15. 4. 4.
Depulsis ac dissipatis copiis hostium. Cic. pro Domo sua. 13.
Homo fractus ac propè dissipatus. Cã. Post reditũ in Senatu, 11. Vós decretis, vt cũcti ex omni Italia, qui Remp. saluã vellent, ad me vnũ hominem fractũ & propè dissipatũ restituendũ & defendendum venirent.
Homines dissipatos vnũ in locum congregare. Cicero pro Sestio. 79.
Homo in cogitando tardus, in instruendo dissipatus. Cicero de Claris Oratoribus, 114.
Liberi dissipati. Cic. pro Sestio, 128. Euersa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi, raptata coniunx, &c.

Dissipatio, Verbale, vt Dissipatio prædę. (σκεδασμός, διασκορπισμός,) Ci. 13. Philipp. 350.
Interitus & dissipatio. Ci. 1. de Nat. deo. 95. Idé facit in natora deorũ, dũ indiuiduorum corporum cõcretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed tanquam corpus, &c.

Dissipabilis, & hoc dissipabile, pen. corr. (σκεδαστός,) Quod dispergi aut separari facilè potest. Ci. 3. de Natu. deo. 41. Ignis verò & aer omni impulsu facillime pellitur, naturaque cedens est maximè & dissipabilis.

Dissitus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀπεχθὴς, ἀπέχων,) Procul situs, remotus, distans. Apul. in Flo. Hominẽs neque longulè dissita, neque proximè adsita possumus cernere.
Pars animæ per totum dissita corpus. Lucret. lib. 3. 29.

Dissocio, dissocias, dissociare, (διαιρέω, διίστημι,) Dissoluere, & à socierate disiungere ac separare. Cic. de Amic. 64. Disparies enim mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Idem 3. de Oratore, 41. Postea dissociari à Socrate disserti à doctis, &c. Martialis li. 7. 23. Et Lædæ poteras dissociare genus.
Copias dissociat. Tacit. lib. 12.
Legionem à legione dissocient. Tacit. lib. 1.
Arctas dissociare partes. Lucret. lib. 3. 163.
Tyronem à veterano dissociant. Tacit. lib. 1.

Dissociatio, Verbale, (διάστασις,) Plin. li. 22. ca. 21. 11. Aquas respuit, per fusum, mersúmve siceo simile est, tanta dissociatio deprehenditur. Idé lib. 7. cap. 13. 1. Est quædam primarim dissociatio corporum & inter se steriles, vbi cum aliis iunxere, gignunt: sicut Augustus & Liuia.

Dissociabilis, & hoc dissociabile, pen. cor. (διάστατος,) Quod sociari, coniungíque non potest, seu insociabile. Tacit. in Vita Agricolæ, Et quam quam primo statim beatissimi seculi ortu res olim dissociabiles miscuerit, principatum, & libertatem.
Oceanum dissociabile. Horat. 1. Carm. ode. 3. 5.

Dissoluo, dissoluis, dissolui, dissolũtum, pen. prod. (διαλύω, κατακαλύω, πατακαλύω,) dissoluere, Disseingere, religare. Plaut. Pœnulo, 1. 20. Si authoritatem postea defugeris, vbi dissolutus tu sies, ego pendeam. Cic. 4. Tusc. 68.
Coagmentare & Dissoluere, contraria. Ci. de Senect. 66. Opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit.
Conglutinare & Dissoluere, contraria. Cicc. de Senect. 66. Vt nauem, vt ædificium idem destruit facillimè qui construxit: sic hominem eadem optime quæ conglutinauit, natura dissoluit.
Facilius est apta dissoluere, quã dissipata connectere, Vide DISSIPO.
Contextum dissoluere. Lucret. lib. 1. 49.
Acta alicuius dissoluere. Cic. 1. Philip. 13. In maximis verò rebus, id est legibus acta Cæsaris dissolui, ferendum non puto.
Dissoluere ęs alienũ. Plin. li. 36. ca. 5. 10. Totũ æs ciuitatis alienum, quod erat ingens, dissolutũ repromittens. Cic. 2. Offic. 124. Nunquã nec maius ęs alienũ fuit, nec melius, nec facilius dissolutũ est. Idé, Patri per suasi vt æs alienum filii dissolueret. Idé 5. Verr. 150. Et pro Sylla, 42. Et apud Terentium Phorm. 4. 3. 50. Quí dissoluerem quæ debeo?
Dissoluere alicui. Cic. 5. Verr. 150. Sed si umẽto probato & accepto pecuniam publicam tenueris omnem, neque quicq̃ vllis dissolueris ciuitati. Pecuniam ex Senatusconsulto & ex lege dissoluere. Cic. 7. Ver. 43.
Dissoluere amicitias, Idem quod dissociare. Ci. de Amicitia. 32. Nam si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret. Idem pro Roscio Amerino, 66. Sic Dissoluere societatem. Cice. pro Roscio Comœdo, 22.
Causam dissoluere. Lucret. lib. 4. 102.
Dissoluere consilia & perdere. Cic. pro Lege Agraria, 59.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Frigus dissoluere. Horat. 1. Carm. Ode 9. 1.
Glaciem dissoluere. Lucret. lib. 6. 195.
Humanam cõtortionem dissoluere. Cicero 3. Offic. 33. Vt eadem sit vtilitas vniuersique & vniuersorum quam si ad se quisque rapiet, dissoluatur omnis humana consortio.
Dissoluere interrogationem. Cic. 4. Acad. 86. Quum eas dissoluere non possunt, deficiunt à veritate. Ibidem, 4. 134.
Leges dissoluere. Claud. 1. de raptu Proserp. 13.
Membra dissoluuntur. Lucret. lib. 4. 186.
Nebula dissoluit Phœbus. Claud. 7. Paneg. 35.
Pectora dissoluenda. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 1.
Bacchus & agricolæ magno confecta labore
Pectora tristitiæ dissoluendo dedit. Quo in loco licétia poetica per diæresim syllabam vnam in duas diuisit.
Per partes dissolui. Quintil. lib. 5. cap. 13. 23.
Dissoluere periurium. Cicero 3. Offic. 155. Fraus enim distringit, non dissoluit periurium.
Dissoluere pœnam. Cicero 1. Tuscul. 161. Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna multauerit, quam sine mutuatione, & sine versura possem dissoluere.
Posituræ principiorum dissoluuntur. Lucret. lib. 2. 190.
Puppes in medijs aquis dissolui. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 4.
In caua ducuntur quassæ naualia puppes,
Ne temere in mediis dissoluantur aquis. Hîc diæresis est.
Dissoluere religione, pro enecmare vel infirmare. Liuius lib. 10. belli Maced. Lectis rerum summis, quum animaduertisset pleraque dissoluendarum religionum esse, &c. De libris Numæ repertis loquitur.
Dissoluere scopas, Vide SCOPAE.
Dissoluere se, Explicare à negotiis. Terentius Heaut. 3. 1. 98. Dissolui me ocyus, operam vt tibi darem.
Seueritatem dissoluere. Cic. pro Murena, 60. Misericordia commotus nefas in dissoluenda seueritate.
Stamina dissoluenda. Tibull. lib 1. eleg. 7. 1.
Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non vllî dissoluenda Deo. Hîc poeta vsus est diæresi.
Vota nouo munere dissoluere. Catull. de coma Berenices, 61. 8.
Priſtina vota nouo munere dissoluo.
¶ Dissoluere aliquem, Idem quod absoluere, paucis verbis & statim dicere quod volumus, non diu suspensum tenere. Plaut. Merc. 4. 5. 3.
– quid isthuc est malî?
A. Ne rogites: maximum infortunium est. c. obsecro dissolue iam
Me, nimis diu animi pendeo.
Dissolutus, pen. prod. (διαλελυμένος, διάλυτος, λελυμένος,) Participiũ, siue Nomen ex participio: vt Dissolutis capillis. Plin. lib. 28. cap. 7. 9. Alibi seruatur, vt nudis pedibus eant capillo, cinctique dissoluto. Cic. 2. de Fin. 161. Quod dissolutum sit, id esse sine sensu.
Dissolutum & dissipatum, Vide DISSIPO.
Vinctum, & Dissolutum, contraria. Cice. in Orat. 113. Alterum nimis est vinctum, vt de industria factum appareat: alterum nimis dissolutum, vt peruulgatum ac vulgare videatur.
Non solum arrogans, sed etiam omnino dissolutus. Cicero 1. Offic. 140. Nam negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.
Adolescens perditus ac dissolutus. Cic. 4. Tusc. 88.
Mala consuetudine aliquid dissolutũ. Cic. pro Cecin. 5. Quod est grauius, & cuius rei causa maxime iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est.
* Dissolutæ comitas. Quint. lib. 2.
Consilia dissoluta atque perdita. Cic. 7. de Lege Agr. 59.
Dissoluta aliquorum consuetudo, licentiaque impudens. Cicero iam pro Flacco, 16.
Dissolutis criminibus. Cic. pro Sylla, 51. Iam enim faciam, criminibus omnibus ferè dissolutis, contrà atque, &c.
Institutum aliquod negligentia dissolutũ. Cic. 2. de Legib. 48. Quod institutum perite à Numa, posteriorũ Pontificũ negligentia dissolutũ est.
Iudicium dissolutum, perditum, summarium. Cic. 5. Verr. 111. Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam sùmarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset?
Dissolutum vel potius dissipatum nauigium. Id est infirmum, & minus bene compactum. Cic. Attico, lib. 15. 326. 5.
Dissoluta negligentia. Vlpian. in L. Si fideiussor. ff. Mandati.
Dissoluti stomachi vrinis sine adiuuantur. Plin. lib. 20. cap. 7. 6.
Dissoluta, pro Discussa. Quintil. lib. 6. cap. 4. Eaque vrbanitate tota est fuidia crimen dissoluta. De iuuenib⁹ Tarẽtinis, & Pyrrho rege loquit.
¶ Dissolutos etiam dicimus, qui moribus, legibusque à se soluti, luxum vitæ sequuntur, quos Græci azotos dicunt. Cic. 6. Verr. 103. Negligentes ac dissoluti, si cupiamus esse, qui possumus? Idem 5. Ver. 110. Tamen si omnium hominum dissolutissimus, crudelissimúsque semper fuisti. Sic Dissolutus in re familiari, Cicero pro Quintio, 20.

Dissolutior liberalitas. Cic. ad Brutum, 3. 4. Illudque consyderes, ne tua liberalitas dissolutior videatur.
Dissolutè, Acuerbium, (ἀνειμένως,) Cic. pro Cecinna, 75. Nec contendèrit aliud, quàm ne ius suum dissolutè relinquere videretur.
Dissolutè remittere. Cic. ad Brutum, 4. 2. Neque crudeliter quicquam cripui, neque dissolutè remisi.
Dissolutè vendere, cui Permagno vendere, opponitur. Cic. 5. Verr. 76. Ita ne dissolutè decumas vendidisti, vt quum &c.
Dissolutè rem aliquam conficere. Cic. 6. Philipp. 104. Res enim ex Calẽd. Ianuar. agitata, paulo ante confecta estimatus quidem illa fecerè qui decuit, non tamen omnino dissolutè.
Clementer & dissolutè factũ, contraria. Cic. 7. Verr. 15. Non agam tã acerbè, non vtar ista accusatoria consuetudine, siquid est factum clementer, vt dissolutè factum criminer.
Dissolutio, (διάλυσις, κατάλυσις, παράλυσις,) Verbale, cuius contrarium est Coniunctio. Cic. in Partit. 13. Constructioque verborum, tum coniunctionibus copulatur, tum dissolutionibus relaxatur.
Remissio animi & dissolutio. Cic. Metello, lib. 5. 2. 25. Cognosce nunc humanitatem meam, si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria, remissio animi ac dissolutio.
Dissolutio criminum. Cic. pro Cluentio, 1.
Iudiciorum dissolutiones. Cic. 6. Verr. 117. Commercium istarum rerum cum Græcis hominibus nõ fuisse, his qui post iudiciorum dissolutiones Aediles facti sunt, fuisse.
Legum dissolutio. Cic. 1. Philipp. 15. Hæc vtrum tandem lex est, an legum omnium dissolutio?
Dissolutio naturæ, mors. Cic. 1. de Legib. 46. & 2. de Finib. 161. Quæro autem quid sit, quod cum dissolutione, id est morte, sensus omnis extinguitur.
Dissolutio stomachi. Plin. lib. 20. cap. 22. 11. Et lib. 9. cap. 4. 18.
Dissolubilis. & hoc dissolubile, pen. corr. (λυτός,) Quod dissolui potest. Cic. 1. de Natu. deo. 30. Et ibidem, lib. 3. 39. Mortale igitur omne animal & dissolubile.

Dissonus, Adiect. pen. corr. (διάφωνος,) Discordans: vt Dissonus clamor. Liu. 4. ab Vrbe, 120. Dictator autem parte alterra subsidia & secundam aciem adortus, circunagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus, hosti vndique obiecerat victorem peditem equitemque. Idem 1. bel. Pun. 122.
Ritu dissona Barbaries. Claud. 8. Paneg. 50.
Clamor dissonus. Stat. 6. Thebaid. 126.
Dissonæ cæli cursus. Plin. lib. 36. cap. 10. 2. Item Dissonus crepitus apud eundem, lib. 2. cap. 12. 3.
Dissonæ sermone gentes & moribus. Liu. 1. ab Vrbe, 74.
Sparsa ac dissona moles. Stat. 1. Achill. 92.
Murmura dissona. Claud. de mulabus Gallicis, epig. 10. 1.
Ora vulgi dissona. Lucan. lib. 3. 58.
Turba dissona linguis. Claud. 1. Paneg. 31.
Dissono, dissonas, pennult. correp. (διαφωνέω, διαδω,) dissonui, dissonitum, dissonare, Discordare. Colum. lib. 1. cap. 1. 1. An vniuersa quę maiores prodiderunt, huius temporis culturæ respondeant, an aliqua dissonent. & Quint. libro, 8. A quibus hæc quidem dissonantia sunt.

Dissuadeo, πω, παραπείθω,) dissuadere, Contrarium est suo iudicio plici, quod est Suadeo. Plau. Cistel. 5. 10. Modo quod suasit, dissuadet: quod dissuasit id ostentat. Id est dat spẽ potiundæ rei quam antè dissuaserat. Plin. de Viris illust. 40. Mox arte Xantippi Lacedæmonii mercenarii militis captus, in carcerem missus, legatus de permutandis captiuis Romam missus, dato iureiurando, vt si non impetrasset ita demum redirettin Senatu conditionem dissuasit. De Attilio Regulo loquitur. Cic. 6. Verr. 47. Voluit Romæ repetere Artagathus: Cn. Lentolus Marcellinus dissuasit.
Suadere & dissuadere. Ouid. 1. Metamorph. 125.
Quid faciat? crudele suos addicere amores?
Non dare, suspectum, pudor est, qui suadeat, illinc?
Hinc dissuadet amor.
Non modò non censere aliquid agendum, verumetiam dissuadere. Cic. 3. Offic. 137. Qui non modò non censuerit captiuos remittendos, verùetiam dissuaserit. De M. Regulo.
Dissuadere de re aliqua. Cic. 3. Offic. 149. Cur igitur ad Senatum profectã scebatur, quum præsertim de captiuis dissuaturus esset?
Frustra bellum dissuaserat Augur. Ouid. 12. Metam. 62.
Legem dissuadere. Cic. 2. de Lege Agraria, 99.
Dissuasor, pen. prod. (ἀποτρέπτης,) Verbale, Qui dissuadet. Cic. ad Brutũ, 15. 7. Itaque in medio Achaio cursu, quum Etesiarum diebus Auster me in Italiam quasi dissuasor mei consilii retulisset, te vidi Veliæ. Idẽ de Claris Orat. 54. Ipse etiam Piso & causas egit, & multarum legum aut author aut dissuasor fuit. Idem 2. de Orat. 145.
Gladius dissuasor missi. Lucan. lib. 4. 51.
Dissuasio, Verbale, fœm. ge. (ἀποτροπή,) Cic. pro Cluentio, 111.

Dissuasior, Vide DISSVASIOR.

Dissulto, Vide DISSILIO.

Dissuo, dissuis, dissui, dissutum, pe. prod. (διαλύω,) dissuere, Dissolui. Sinus dissutus. Ouid. 1. Fastorum, 81. Altera dissuto pectus aperta sinu.
Dissuere amicitias, per translationem. Cic. de Amic. 65. Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ: & vt Catonem dicere audiui, dissuendæ magis, quàm discindendæ sunt. Idem 1. Offic. 169. Vt amicitias quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quàm repente præcidere.

Distabescere, (διατήκομαι,) Idem quod tabescere. Cato cap. 24. Hunc in fiscel lam suspendito, sinito cum muſto distabescat. De sale.

Distaedet, distæduit, & distæsum est, (ἐξαποροῦμαι,) Multum aut valde tædet. Plaut. Amphitr. 6. 5.
Quid istuc est mi vir negoti, quòd te tam subitò domo
Abeas? pol haud quòd tui me, neque domi distædeat. Terent. Phorm. 5. 9. 12. Demipho te appello. nam me cum hoc ipso distædet loqui.

Distantia, Vide DISTO.

Distendo, distendis, distendi, distentum, (διατείνω, ὑπερβάλλω, μαι,) & distensum, distendere, In diuersas partes tendere. Colu. lib. 5. Stabilior est vinea, quæ ex vtraque parte iugo deuincta pari libramento velut anchoris quibusdam distenditur. Et lib. 7. cap. 5. 15. Omnis toto ventre distenditur, contrahitúrque. Plaut. Casina, 17. 16. Vt ipsæ solæ ventres distendant suos. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 359. Vt primus excursus, visque mitium inferretur, acieſque distẽderetur, atque suis ordinibus dispositi, dispersos adorirentur.
Brachia nexa distendere. Ouid. 4. Meram. 98.
Distẽdere hostium copias. Liuius 3. ab Vrbe, Reliquo exercitu haud procul mœnibus Tusculi cõsidant, vt distenderent hostiũ copias. Id est, distinerent.
Rictũ distẽdere. Quint. li. 1. ca. 11. 1. Obseruandi erit ẽt, vt recta sit facies dicentis, ne labra detorqueatur, ne immodicus hiatus rictũ distẽdat.
¶ Distendere. Implere. Virg. 4. Georg. 55.
– & dulci distendunt nectare cellas. Seruius.
¶ Distendere curas hominum. Liu. 7. bel. Pun. 214. Consules diuersis itineribus profecti ab Vrbe, velut in duo pariter bella distenderant curas hominum, simul recordantium quas primus aduentus Annibalis in tullisset Italiæ clades, simul cum illa angeret cura, &c.

Distentus, (διατεταμένος,) Participium, siue Nomen ex participio, Plenus. Plinius. Distentus solitaria cœna.
Pabulo distentus. Quint. lib. 5. cap. 10. 4. Impleat se declamator aliquando, dum sciat, vt quadrupedes quum viridi pabulo distentæ sunt, sanguinis detractione curantur.
Capellæ distentæ lacte. Virg. eclog. 7. 1.
Pecudes distentæ. Lucan. lib. 4. 63.
Vber distentum. Ouid. 13. Metam. 177.
Vber distentius. Horat. 1. Sem. Saty. 1. 21.

Distensio, Verbale, (διάτασις,) Celsus lib. 2. cap. 8. Si vero in tenuiore intestino morbus est, vomitus, singultus, neruorum distensio, delirium, mala sunt.
Sub distensionibus. Cels. lib. 8. cap. 24. Et ne cancri, distensionesque neruorum oriantur, sub quibus in eiusmodi casu fieret mors matura, sanguinem ex brachio miserunt.
Excipi distensione neruorum. Cels. lib. 2. ca. 6. Aut qui poto veratro excepras distensione neruorum est.

Distento, distentat, (διατείνω,) distentare, Frequentatiũ. Virg. 9. eclog. 7. Sic cytiso pastæ distentent vbera vaccæ.
Distenter spicis horrea plena Ceres. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 10.

Distentus, huius distentus, Verbale, m. g. Idem quod distensio. Plin. lib. 5. cap. 38. 2. Alia solertia in meri melibus: sufflatę cutis distentu ictus homium & morsus canum arcent.

Distermino, dister minas, pe. corr. (διορίζω,) disterminare, Dirimere. Plin. lib. 12. ca. 21. 1. Arabia Iudææ ab Aegypto disterminat. Idem li. 4. cap. 20. 4. Disterminatis ab Astutia Vectonibus. Idem lib. 3. cap. 3. 14. Disterminant Hispanias Galliasque. Cicero in Arato, Quas interuallũ binas disterminẽt vnum. Lucan. li. 1. 44.
– & Gallica certus
Lãmer ab Ausoniis disterminat arua colonis.

Distero, disteris, pen. co. distrui, distrîtũ, pen. prod. (καταστίβω,) disterere, Crebrò vel multum terere. Cato de Re rust. ca. 20. Libũ hoc modo facito: Casei pondo 11. bene distetat in mortario: vbi bene distriuerit, farinæ siligineæ libram, &c.

Distichon, distichi, pen. corr. (δίστιχον, geminus versus. δίς bis: στίχος, versum Græci dicunt. Martial. lib. 13. 3. Hæc licet hospitibus pro munere disticha mittas.

Distichum hordeum. Colu. libro 2. cap. 9. 14. Alterum quoq; genus hordei est, quod alii distichũ, galatici nonnulli vocant, ponderis & candoris eximii, adeò vt tritico mistum egregia cibaria familiæ præbeat.

Distillo, distillas, (ἀπορρέω, καταρρέω,) distillare, Paulatim fluere significat. Virg. lib. 3. Geor. 57. – lentum distillat ab inguine virus. Colum. lib. 12. cap. 41. 1. Hoc autem erit quod distillauerit antè quàm nimium calcetur vua.
Distillare lachrymam. Plin. lib. 15. cap. 19. 3. Senescunt in arbore, anusq; distillant gummi modo lachrymam.
Aquæ distillant per pectus. Claud. 5. Paneg. 44.
Distillent tempora nardo. Tibull lib. 1. eleg. 2. 2.

Distillatio, Verbale (καταῤῥόη,) Fluxus humoris à capite. Plin. lib. 20. cap. 6. 2. Sanguinem verò excreantibus & phthisicis, distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest.

Distineo, distines, pemul. corr. distinui, distentum, (περισπάω,) distinere, Occupare est, & distinguere, inquit Budæus. Cic. 11. Philip. Nos alio bello distineri putat. Idem Mario, lib. 7. 2. 7. Nos hîc in multitudine & celebritate iudiciorum & nouis legibus sic distinemur, vt quotidie vota faciamus ne intercalerur, vt quæ primum re videre possimus. Liu. lib. 1. bel. Pun. 29. Oppida ad ostia tuenda, atq; obseda, multimoda arte distineri cœpti sunt. Corn. Tacit. Interim Gallam quæ sententiæ distinebant. Plin. in Paneg. 41. Negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus distinebatur. Ibidem. 115. Itaque tecurus tibi & lætus dies erit, qui principes alios metu & cura distinebat. Ibidem. 141. Quumq; ipse sis distentus imperii curis, nõ quietis gloriam cuiquam inuidere. Sic lib. 6. epist. 104. & 127. Negotiis & occupationibus distineri: Et ad Attic. li. 1. 38. 1. Item pro Plancio. 65.
Distineri occupationibus & dolore.

Distinere. Lucret. lib. 6. 41. Et mare, quod late terrarum distinet oras. Id est occupat & tenet.
Pax distinetur. Cic. 12. Philip. 340. Nõne metuendũ est, ne imperita multitudo per nic pacem distineri putet? Id est impedire, tardari.
Distinere pacem. Liu. 1. ab Vrbe. 68. Aliũ hinc, seu bello opus est, seu quiete, exilio quærant locum, itequid meam vobiscum pacẽ distineãt.
Occupari & distineri. Cic. ad Attic. lib. 1. 9. 1. Vereor ne putidum sit scribere ad te quàm sim occupatus: sed tamen ita distinebar, vt vix huic tantulum epistolæ tempus habuerim.
Distentus & opera & animo. Cic. Q. fratri, lib. 3. 2. 4. Quod me institui tum ad illam poema tubes perficere, etsi distentus cum opera, tum animo sum multo magis, tamen, &c.
Distentissimus, pen. cor. (περισπασμένος,) pro occupatissimo, dixit Cicero lib. 3. de Natura deorum. 135. Et ad Atticum, lib. 13. 319. 6.

Distinguo, distinguis distinxi, distinctum, (διαιρέω, διίστημι, cap. 6. 2. Sed & lacubus distinguntur granaria, vt separatim quæq; legumina ponantur. Sic Martialis lib. 1. 1.
Ne valeam si non totis Decianc diebus,
Et te cum totis noctibus esse velim:
Sed duo sunt quæ nos distinguunt millia passum.
Interuallis distingui. Cic. 3. de Orat. 103. Distinctio & æqualium & sæpe variorum interuallorum percussio numerum conficit: quem in cadentibus guttis, quòd interuallis distinguntur, notare possumus.
Distinguere atque diuidere. Cic. in Pisonem. 54.
Distinguere ac separare. Cic. 6. Verr. 79. Sed ea quo pacto distinguere ac separare possim, nescio.
Secernenda distinguere. Cic. in Topic. 16.
Aer die ac nocte distinguitur. Cic. de Nat. deor. 145.
Apertius aliquid distinguere. Quint. lib. 3. cap. 6. 3.
Distinguere à, vel ab. Cic. 4. Academ. 45. Qui distingues artificem ab inscio? Ibidem, 66. Simili in errore versantur, quum conuicti, ac vi veritatis coacti, perspicua à perceptis volunt distinguere. Plin. lib. 11. cap. 51. 7. Sed ante omnia explanatio animi, quæ nos distinxit à feris.
Caput, id est capillos distinguere acu. Claud. in Nupt. Honor. 57.
Falsum distinguere vero. Horat. 1. epistol. 10. 6.
Distinguere historiam varietate locorum. Cic. 1. de Orat. 19.
Numero aliquos distinguere. Cic. pro Cecin. 42. Vt seruos non numero distinguant, sed appellent vno familiæ nomine.
Distinguere grauiora opera lusibus iocisque. Hoc est variare, & quasi alternare, vt ait Budæus. Plin. epist 174. 2. Qua ratione ductus, grauiora opera lusibus, iocisque distinguo.
Distinguere & illustrare orationem. Vide ILLVSTRIS.
Distinguere gemmis pocula. Cic. 6. Verr 54 Exponit suas copias omnes, multũ argentum, nõ pauca etiã pocula ex auro, q̃ vt mos est regios, & maximè in Syria. gẽmis erant distincta clarissimis. Sic Plin. li. 10. c. 2. 1.
Dissimili ex genere turbam aliquam distinguere. Cic. pro Murena, 47. Quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant homines percussi Syllani temporis calamitate.
Diiudicare atque distinguere vera à falsis. Cic. in Partit. 77. Vera à falsis, verisimilia ab incredibilibus diiudicare & distinguere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vocem distinguere lingua, Est loqui, & articulatim verba enuntiare. Sibus libro 1.16.
Vt tam, primamque clarum distinguere lingua Hannibali vocem, &c.
¶ Distinguere, Notulis quibusdam notare. Plin.lib.8.cap.18. Albis maculis rutilum colorem distinguentibus.
Colore vario distinguere aliquid. Ouid.de Nuce.7.
Distinguor pallore. (διακρίνομαι,) Cicero 4.Acad.148. Quia nulla no ta verum distinguebatur à falso. Ibidem.89. Nihil interesset qui distin geretur tremor ille & pallor.
Distinguntur inter se caudis. Plin.lib.8.cap.54.1. Simiarum quoque gene ra hominis figuræ proxima, caudis inter se distinguntur.
Distinctus, Participium, (διακεκριμένος,) vt Argumenta perspicua & di stincta. Quintilianus lib.5.cap.14.16.
Herbæ distinctæ floribus. Ouid.5.Metam.54.
Lepore vario distincta omnia. Lucret.lib.5.276.
Littora distincta tectis & vrbibus. Cic.1.de Natu.deor.144.
Continuatio verborum articulis membrisq; distincta. Cic.3.de Or.103.
Distincta & interpuncta interualla. Cic.in Orat.29. Distincta alios & in terpuncta interualla, moræ, respirationesque delectant.
Oratio composita & ornata & artificio quodam & expolitione distincta Cic.1.de Oratore.27.
Sermo dilucidus ac distinctus. Quintil.lib.5.cap.14.26.
Distincti interuallis soni. Cic.in Somn.Scip.17.
Via distincta castris & notata. Cic.de Prouin.Consul.3. Vt via illa nostra quæ per Macedoniam est vsque ad Hellespontum militaris, non so lum excursionibus Barbarorum sit infecta, sed etiam castris Thracius distincta ac notata.
Distinctus huius distinctus. (διακοπή,) Tacit.lib.5. Ore ac distinctu pe narum à cæteris auibus diuersum. Loquitur de Phœnice. Stat.libro primo Syl.5.3.
–quum regula longo Synæda distinctu variat.
Distinctè, Aduerbium, (διακεκριμένως,) Separatim, diuisim: vt Distinctè scribere. Cicero 2.Tusc.10. Plin.epist.155.b. Sed fuit tanti.nam regio ne tota & ciuitas remissionis, & forma laudatis ex ipsis etiam quos nō vna (vt dicitur) perrica, sed distinctè, gradatimque tractaui. Cic.1.de Inuentione.57. Distinctius dicendum.
Distinctè, explicate, abundanter, illuminate & rebus & verbis dicere. Cic. 3.de Oratore.30.
Distinctio, Verbale (διάκρισις, διαίρεσις,) Diuisio, separatio. Plin.epist. 167.b. Quod silentii tempus, quis dicendi modus, quæ distinctio pu gnantium sententiarum, quæ executio prioribus aliquid addentium. Cic.4.Acad.90. Quia nulla appareat in visis distinctio. Ibidem.80. Et earum tenuis & acuta distinctio.
Distinctio quę vera, quæ falsa habet. Cic.1.de Diuin.90. Quæ est tandem ista distinctio, quæ vera, quæ falsa habet?
Causarum distinctio ac dissimilitudo. Cic.de Fato.64.
Lex est iustorum iniustorumque distinctio. Cic.2.de Leg.22.
Distinctio syderum. Cic.de Nat.deor.22.
Distinctio veri à falso. Cic.1.de Finib.99.
Facilis & expedita distinctio. Cic.1.de Finib.51.

Disto, distas, (ἀπέχω, διαλείπω,) distare, Abesse. Plinius, Quod cir citer quinque millia passuū distat ab Vrbe. Hirtius 4.bel.Ale xand.23. Quum hi tam paruo spatio distarent ab ipsis. Plin.lib.2.cap. 63.3. Vt CXV.M. passuum Arabicus sinus distet ab Aegypto mari. Apud Liuium 1.ab Vrbe.18. Distantia loca.
Cursu longe distare. Virg.1.Aeneid.24.
Nimium distant foro carinæ. Horat.1.epist.7.10.
Laxè distare. Vide LAXVS.
Meta vtraque distare. Ouid.3.Metam.29. de Sole.
Nihil distat, Vide NIHIL.
Spatio pari distare vtrinque, Id est in medio esse vtrorūque. Ouid.10. Metam.15. de Sole dixit.
¶ Distare, Differre. Cicc.4.Acad.107. Quum à veris falsa non distent? Idem 1.Offic.20. Quibus rebus exculta hominum vita tantum distat à victu & cultu bestiarum. Plinius lib.10.cap.47.1. Olorum similitu dinem onocrotali habent, nec distare existimarentur omnino, nisi, &c.
Mores distant à carmine nostro. Ouid.2.Trist.71.
A veritate distare. Cic.pro Roscio Amer.25. Vides Eruci quantum distet argumentatio tua ab re ipsa atque à veritate.
Inter se distant. Cicc.5.Tusc.38. Syderaque viderit innumerabilia cæ lo inhærentia cum eius ipsius motu congruere, certis infixa sedibus, se ptem alia suos quæque tenere cursus, multum inter se altitudine aut humilitate distantia.
Inter se distant, & diuersi sunt. Cic.1.de Orat.108. Multū inter se distāt ipsæ facultates, longæque sunt diuersæ atque seiunctæ.
Nihil distare. Horat.1.Serm.satyr.1.43. Stultitiane erret, nihilum distā bit an ira?
Paulum distare, cum dativo. Horat.4.Carm.ode 9.6. Paulum sepultæ di stat inertiæ Cælata virtus.

¶ Distare, pro Distingui. Plin.lib.5.ad Aristonem, epist.98. Non hi quidem Senatores sed sanctitas morum, non distat ordinibus.
Distans, Participium, (ἀπέχων,) vt Loci distantes. Cicc.2.Philip.76. Ocea nus mediis undiis vix videtur, tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse. Idē in Orat.18. Quid enim tam distans, quàm à seueritate comitas?
Inter se distantes ternis pedibus, Vide INTER.
Longè distantia. Lucret.lib.2,134.
Spatio æquali distantia. Ouid.8.Metam.50.
Studia distantia, Id est diuersa. Ouid.3.Trist.eleg.12.5.
Tempus distans. Tacit.lib.3. At enim haud multum distanti tempore.
Calphurnii Pisonem, Aemylii Lepidum amiserunt.
Distantia, distantiæ, (ἀποχαί, ἀποστάσεις.) Differentiam aliquando signifi cat. Cicc.de Amicitia.64. Nec ob aliam causam vllam boni improbis improbi bonis amici esse non possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quā ta maxima potest esse, morū studiorumq; distantia. Lucret. lib.1.106. –etenim distantia quum sit
Formarum finita, necesse est, &c. Interdum etiam longitudinem & spa tium illud significat quo aliquis ab alio distat.

Distorqueo, distorques, distorsi, distortū, (διαστρέφω, στρεβλόω) distorquēre, Eiusdem ferè cum suo simplici significationis. Terent.Eunuc.4.4.3. Ah, illud vide, os vt sibi carnifex distor sit. Cicero 2.de Oratore.148. Demonstraui digito pictum gallum in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortum.
Oculos distorquens. Orat.1.Serm.saty.9.13.
Ora distorquere. Ouid.3.de Arte amandi.68.
Distortus, (διάστροφος,) Nomē ex participio. Cic.pro Murena.66. Solos sapientes, si distortissimi sint, formosissimi mendicissimi, diuites.
Cura distorta. Horat.1.Serm.saty.3.10. Et distortus vultus. Quint.
Distortio, Verbale, (διάστροφή,) Cicc.4.Tuscul.43.& 5.de Finib.61. In quibus si peccetur distortione, & depravatione, aut motu, statiue de formi, &c.

Distraho, distrahis, distraxi, distractum, (διασπάω, διαιρέω, διαλύω, διακωλύω,) distrahere, Diuidere, dilaniare. Liu.1. ab Vrbe.125. Vtigitur paulo antè animum inter Fidenatem Roma namque rem ancipitem gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis. Virg.lib.6.Aeneid. Turbatis distractus equis.
Diuellere ac distrahere. Cic.pro Plancio.83. Nemo erit, &c. qui à me mei seruatorem capitis diuellat ac distrahat. Et pro Sylla.44. Vt ab his mē bra diuelli ac distrahi posse diceres.
Lacerare atque distrahere. Cic.pro Quint.29. Si funus id habendum sit, quo non amici conueniūt ad exequias honestandas, sed bonorum emptores ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas.
¶ Distrahere cohærentia. Cicc.3.Offic.14. Itaque accepimus Socra tem execrari solitum, eos qui primùm hæc natura cohærentia, opinio ne distraxissent.
Distrahere exercitus in diuersissimas regiones. Liu.6.bel.Pun.218.
In partes minutas distrahi. Lucret.lib.2.166.
Distrahere voces. Cic.in Orat.84. Sed Græci viderint nobis, ne si cupia mus quidem, distrahere voces conceditur.
Distrahere aliquem ab altero, Separare, & segregare, & ferè alienare. Terentius Phorm.1.4.25. Quid si eò meæ fortunæ redeunt, Phæ nium abs te vt distrahar, &c. Vbi Donatus, Vide verbum vim cohæ rentis ostendere. Idem Hecy.3.5.42. Quandoquidem illam à me distrahit necessitas. Cn. Magnus L. Domitio, in Epist.ad Attic.lib.8. 16.2. Antè quàm copiæ quas instituit Cæsar contrahere, in vnum locum coactæ, nos à nobis distrahant. Sic Distrahi ab amicitia, Cicc. pro Domo sua.23. Terent.Phorm.3.2.33. Tum præterea horum amo rem distrahi poterin' pati.
Excludere, distrahere, & segregare aliquem à Rep. Cic.5.Philip.181.
Distrahuntur animi in contrarias sententias. Cic.1.Offic.16.
Distrahi à complexu suorum. Cic.pro Domo sua.75.
Filatim distrahi. Lucret.lib 2.167. Id est per fila minuta discerpi.
Distrahere industriam hominis in plura studia. Cic.1.de Orat.137.
Distrahere societatem cum aliquo, Est renuntiare societati. Seneca epist. 66. Quum visum fuerit, distrahā cum illo societatem: & nunc quum hæremus, non erimus æquis partibus socii?
¶ Distrahere, Vendere. Vlpianus de Transact. Si vni, pluribusve fun dus ad alimenta fuerit relictus, velintque eum distrahere, necesse est proferimus, suum cuique proprium tribuentes. Lycurgus, cuius omnes Prætorem de eius distractione & transactione arbitrari. Apul.lib.1. Recens caseus erat, & sciti saporis, admodum commodus pretio di strahi. Suet.in Vesp.cap.16. Coemendo quædam tantùm vt pluris postea distraheret.
¶ Distrahere controuersias, Id est Componere, vel dirimere lites. Suet. in Cæsare, Apud eandem longo tempore sacrificare, vota suscipere, controuersias quasdam, interposito per Cæsarem iureiurando, distra here perseuerauit. Cicc.pro Cecinna.4. Ideo quòd omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniēdorum maleficiorum cau sa reperta sunt.

Distrahere

Distrahere rem aliquam, Differre. Cæsar 1.bel.Ciuil.133. Subiicitur etiā L. Metellus Trib.pleb. ab inimicis Cæsaris, qui hanc rem distrahat, relinquasque res quascunque agere instituerat, impediat.
¶ Distrahit mediam Asiam Taurus mons. Hoc est separat. Plin.libro 5. cap.27.7.
¶ Distrahor rum hoc mihi probabilius, tum illud videtur. Cicc.4.Academ.143.
Distractus, Participii, (διακεκριμένος,) siue Nomen ex participio. Plin.de Viris illust.4.b. Postera die Metius quum ad gratulandum Tullo venisset, iussu ipsius quadrigis religatus, ac in diuersa distractus é.
Anima distracta in toto corpore, Id est diffusa per totum corpus. Lucre. libro 3.161.
Distracta & extincta vis. Cic.pro Domo sua, 53. Ex quo iudicare potestis quanta vis illa fuerit oriens & congregata, quum hæc Cn. Pompeium terruerit, iam distracta & extincta.
Aliqui perfidia hominum distracti. Balb.Cicc. in Epist.ad Att.lib.8.16.1. Obsecro te Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimā eaē vir turis, vt Cæsarem & Pompeium perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas.
Distractior. Lucret.li.4.174. Et eliuosior inter se ac distractior intus.
Distractio, Verbale, (διακοπή, διάκρισις,) Separatio, alienatio. Plau. Pseud 3.68.
Harum mihi voluptatum omnium atque itidem tibi
Distractio, dissidium, vastities venit. Cic.5.Offic.39. Nulla enim nobis cū tyrannis societas est, sed potius summa distractio est.

Distribuo, distribuis, distribui, distributum. pen.prod. (διανέμω, διαιρέω, διαδίδωμι, κλήρω,) distribuere, Separatim di spoonere, & suum cuique tribuere. Terent.Adelph.3.3.17.
–argentum annumerauit ilico,
Dedit præterea in sumptum dimidium minæ,
Id distributum sane est ex sententia.
Distribuere beneficia per gentes & populos, pro inter gentes. Seneca de Benefic.7.
Conciuile distribuere. Vide CONCINNVS.
Distribuere causam, Hoc est partiri. Cic.pro Rosc.Amer.72. Meminisse me ita distribuisse initio causam in crimen, cunas, &c.
Distribuere exercitum latius, & in plures ciuitates. Cæsar.5.bel.Gal.391. Prius quàm plures ciuitates conspicarent, partiendum sibi, ac latius distribuendum exercitum putauit. Ibidem lib.6.88. Legionesque in plures ciuitates distribuere.
Distribuere in ministeria. Plin.epist.249. Distribuamus illos in ea ministe ria quæ non longè à pœna sint.
Distribuere partibus. Cic.1.de Orat.53. Et in partes XII. Cic.1.Tuscu. 105. Et 4.Acad.206. Et Ouid.6.Fast.17.
Distribuere in singulos. Cic.pro Cluent.58. HS quadraginta millia num mūm in singulos iudices distributa.
Distribuere in numeros milites. Plin.epist.246. Ipse enim dubito ob hæc maxime, quòd vt iam dixerant sacramento militari, nondum distribu ti in numeros erant.
Distribuere commode tempora peregrinationis. Cicero ad Atticum, libro 2.16.7.
Distributus, pen.prod. (διαδοτός,) Participium, vt Causarum diuisio in duas partes distributa. Author ad Heren.lib.1.17.
Orbem terrarum imperiis distributis ardere bello. Cicero Seruio, libro 4.1.7.
Ortæ leges & distributæ ab Athenienſibus in omnes terras. Cicero pro Flacco, 48.
Distribūtor, pen.prod. Aduerb. (διαδοτόρως,) Cic.2.Tusc.10. Sed quia profitentur ipsi illi qui eos scribunt, se neque distincte, neque distribu te, neque eleganter, neque ornatè scribere electionem sine vlla delecta tione negligo. Idem 1.de Inuent.262. Sin distributus tractare quis vo let, partiatur in animum & corpus, & extraneas res, licebit.
Distributor, pen.prod. (μεταδότης,) Verbale. Cicc.in Pisonem, 28. Hoc parte video quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabularum.
Distributio, Verbale, g.g. (μεταδοσις, διάδοσις,) Ci.pro Clu.1. Itaq; mi hi certū est, hāc eandē distributionē, inuidiæ & criminū, sic in defensio ne seruare, &c. Idē 1.de Ora.23. Et li.5.de Fin.58. Distributio sensuū.
¶ Distributio apud Rhetores, dicitur figura quæ à Græcis μέρισμος, vocatur, magnæ plerūque gratiæ & vtilitatis, quū singulas res separatim corporis partes ad nequitiam sunt appositissimæ, oculi ad petulantem lasciviam, manus ad rapinam, dentes ad auiditatem, virilis natorē mem bra, quæ non possumus honestè appellare, ad omne genus corruptelę: pedes ad fugam prorsus, vt aut ex hoc vitia, aut ipse ex vitiis ortus videatur. Hæc Sipontinus. Author ad Heren.lib.1.17.
Aberrare à distributione. Ci.de Petitione Cons.32. At ne videar aberrasse à distributione mea, qui hæc in hac populari parte petitionis disputem, hoc sequor.

Distringo, distringis, distrinxi, districtum, (περιφίγγω, περιστέφω, ἀποξύω,) distringere, Valde stringere. Plaut. Tru cul.19.61. Quid dedisti vt distrinxi hominē? Cic.3.Offic.155. Fraus enim distringit, non dissolvit periurium.
¶ Distringi, Impediri, occupatum esse, & distineri negotiis. Plin. libro 5. ad maximum, epist.100.2. Quanuis agendis causis distringeretur, scribebat tamen exitus occisorum, aut relegatorum à Nerone. De C. Fannio loquitur. Idem epistol.10.6. An vt magis angar, quod non licet? nam distringor officio, vt maximo, sic molestissimo. Quintilianus in epistola ad Tryphonem, Quibus componēdis (vt scis) pau lò plus quàm biennium tot alioqui negotiis districtus, impendi.
¶ Distringere, pro Pungere, ceu leuiter ferire. Ouid.10.Metam.105. Tu scius extanti distrinxit arundine pectus.
Aruodo distrinxit summum corpus. Ouid.8.Metam.77.
Carmine mordaci distringere aliquem. Ouid.2.Trist.113.
¶ Distringere, Defricare, seu radendo sordes detergere. Martialis libro 14.56. de strigilibus,
Pergamus has misit curuo distringere ferro,
Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.
Distringere & eradere. Colum.lib.4.cap.24.6. Iam vero muscus qui more compedis crura vitium dentata comprimit situque & veterno ma cerat, furco distringendus & eradendus est.
Distringere crustam panis, Gallice dicimus, Chapeler du pain. Ex Bodæo.
¶ Distringere. Decerpere. Colum.lib.vlt. Sereno cœlo manibus distringi oliuam oportet, & substratis tegetibus aut cannis scribrari & purga ri. Sic Plinius lib.19.cap.9.1. Semen eius quum est maturum, ab æqui noctio Autumni distringitur. Fortasse legendum destringitur per secundam vocalem in prima. Vide DESTRINGO.
Ramos distringere. Lucan.lib.4.64.
Distringere, pro Confringere, comminuere. Columella, libro.12.cap. 8.2. Deinde exiguum aridi thymi & cunilæ aridæ super lac distringito.
¶ Distringere gladium, E vagina educere. Cic.3.Offic.153. At ille vt in gressus est, confestim gladium distrinxit, inruitque se illum statim interfecturum. Cæsar 1.bel.Ciuil.279. Sinistras sagis inuoluunt, gladios distringunt.
Distringi seueritate. Sene.li.1.de Ira. In singulos Imperatoris seueritas di stringitur. Hoc est, exeritur. dicta metaphora à gladio.
Distringere amaritudinem carminum. Plin.lib.36.cap.5.2. Quod Hippo nax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, vt cre darur aliquibus ad laqueo eos compulisse.
Distringens, Participium, (ἀποξύων,) Qui ex strigili, vel manibus sordes corporis & sudorem ipsum in balneo absterget. Hic enim erat mos veterum. Plin.libro.34.cap.8.8. de Polycleto loquens, Fecit, inquit, & distringentem se, & nudum talo incedentem. Hoc est, sudorem abstergentem, quem Græci, vt idem author explicare videtur, ἀποξυόμενον vocant. Ita enim ait eodem loco.14. Plurima ex omnibus signa fecit, vt diximus, fœcundissimæ artis, inter quæ distringentem se, quē M. Agrippa ante thermas suas dicauit, mire gratum Tiberio prin cipi, qui non quinit temperare sibi in eo, quanquam imperiosus sui in ter initia principatus: translatūque in cubiculum, alio ibi signo substituto: quum quidem tanta Pop. Romani contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon flagitauerit. Hoc est, eandem statuam, quam prius explicauit, distringentem &c. Idem eodem loco, de Dædalo.17. Dædalos & ipse inter fictores laudatus, pueros duos distringentes se fecit. Quibus in locis antiquissimus codex legit distringentes.
Districtus, Participii. (περιεσφιγγμένος,) Cic.de Arusp.Resp.16. Suffragia districta tenentur à paucis.
Ensis districtus. Horat.3.Carm.ode 14.
Districtos in Remp. gladios retrodimus. Cic.in Catil.49.
Ambitionis labore vita districta. Cicero 3.de Orato.4. Nam quandiu Crassi fuit ambitionis vita districta, tandiu priuatis magis officiis & ingenii laude floruit, quàm fructu amplitudinis, aut Reipublicæ dignitate.
Solicitudine districtus. Horat.2.Serm.sat.8.14.
Districtus, Coactus. Cic.ad Cæliem, lib.2.14.4. Districtus enim mihi videris esse, q. & bonus ciuis & bonus amicus es. Hoc est, ita in angustum redactus, vt nescias quò te vertas. quasi dicat, nescis vtrū faueas Reip. partibus, an amicorum tuorum, qui eam perturbāt.
Districtus & obligatus. Cic.2.Verr.16.
¶ Districtus, Nomen ex participio. Ci.ad Q. fratrē, li.2.16.1. Sic enim habeto, nūquam me à causis & iudiciis districtiorem fuisse. Hoc est impeditiorem & occupatiorem.
Districtus, pro Non molli aut soluto. Tacit.lib.4. Vt quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat, leues, ignobiles, pœnis adficiebantur. Sic districtam fœneratricem vocauit Valerius lib.8.cap.2. pro Seuera & nihil remittente.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Districti, Aduerbium, (διστόμως,) Cicero 1. Philipp. 52. Non enim fortasse satis quæ districtius dicuntur, intelligis. Ex vetusto exemplari legendum distinctius.

Districti minari. Plin. lib. 9. ad Sabinianum, epist. 198. Iungam tamen tanto plenius & effusius, quanto ipsum acrius seueriusque corripui, districtius minatus, nunquam me postea rogaturum.

Districtè denegare. Vlpian. in L. Sed hæc. ff. de procur. Sed hæc neq; passim admittenda sunt, neque districtè deneganda, sed à Prætore causa cognita temperanda.

Distrunco, distruncas, (διατεμνω,) distruncare, Idem quod trúncare. Plaut. Truc. 1. 1. 53. Ego te hîc agnum faciã, & medium distruncabo.

Distruo, distruis, distruxi, distructũ (διακευαζω,) distruere, Seorsum vel separatim struere. Suet. in Caligula, ca. 41. Distructis ac instructis, pro loci dignitate, compluribus cellis.

Disturbo, disturbas, (διαταράττω,) disturbare, Dissipando, diruendo, dissicere, inquit Valla lib. 5. Plaut. Pseud. 7. 138. At nunc disturba quas staruisti machinas. Cic. pro Domo sua. 75. Et iam se videre distrahi à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas. Colum. lib. 11. cap. 2. 28. Si qua præterea in vineis aut fossor disturbauit, &c. Cice. ad Atticum, lib. 4. 7. 1.

Disturbare & deiicere. Author ad Heren. lib. 1. 22. Cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas deiicit &c.

Disturbare & diripere aliquid. Cic. pro Domo sua. 87. Quibus spectanti burdomus mea disturbaretur, diriperetur.

Disturbare ac dissipare cuncta. Cic. 1. de Nat. deor. 57. Et de Diuin. 129.

¶ Aedes suas disturbare. Lucret. lib. 1. 221.

Domum alicuius disturbare. Cic. 5. Philip. 176.

Auster freta disturbat. Sene. Hippol. 10. 5.

Vi & armis disturbare iudicia. Cic. pro Sylla. 53.

Disturbare ac peruertere legem aliquam concione. Cic. pro L. Ag. 99.

Tollere ac disturbare iudicium ambitus. Cic. pro Sylla. 10.

Sentẽtiis & manibus disturbare locum aliquem. Cic. pro Domo sua. 80. Quam porticum pro amore quam habetis in Rempublicam & semper habuistis, non modo sententiis, sed si opus esset manibus vestris disturbare cuperetis.

Multo disturbat sanguine pacem. Lucan. lib. 4. 45.

Societatem vitæ disturbare. Cic. pro Rosc. Amer. In his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur: quam qui lædit, oppugnat omnium cõmune præsidium: & quãtum in ipso est, disturbat vitæ societatem.

¶ Disturbare, Impedire ne quid fiat. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 9. Disturbauirem, totamque vobis integram reseruaui. Plaut. Merc. 19. 34. Parabatur conuiuium, ni meus disturbasset aduentus omnia.

Disturbatus, Particip. (διαταραχθείς,) vt Disturbata porticus, Hoc est effracta & diruta.

Disturbatio, Verbale, (ταραχὴ τοῦτο, Cic. 3. offic. 69. Sed vtilitatis specie in Rep. sæpissime peccatur, vt in Corinthi disturbatione nostri.

Ditesco, Vide DIS ditis.

DITHYRAMBVS, (διθύραμβος,) Vir Thesbaicus, à quo credit genos illud versuum fuisse cognominatum, in honorem Bacchi factum. Cic. 3. de Orat. 102. Vide Cælum lib. 7. cap. 5.

Audaces dithyrambi. Horat. 4. Carm. ode 2. 2. de Pindaro,
Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit.

Dithyrambicus, pen. cor. A diectiuum: (διθυραμβικός,) vt Poema dithyrambicũ. Cic. de Optimo gen. Orat. 141. Poematis enim Tragici, Comici, Epici, Melici etiam ac Dithyrambici, quod magis est tractatum à Latinis, suum quoduis est diuersum à reliquis.

Ditio, ditionis, (ἐπικράτεια,) à ditior cõparatiuo nominis dis ditis, quum pro diuite accipitur, significat imperiũ. Plau. Milit. 13. 8. Loquere: aureis meas profecto dedo in ditionem tuam,

Negat Seruius nominatiuum ditio in vsu esse, nisi in cõpositione. Cadere sub imperiũ ditionemq; alicuius. Cic. pro Fonteio. 2. Vide CADO.

Concedere in ditionem. Vide CONCEDO.

Dedere in ditionem, Vide DEDO.

Ditione atque numine deorum geruntur res, Cic. 2. de Legib. 23.

Alicuius nutu ac ditione gubernari Cicer. Antequam iret in exilium. 14. Nunc ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur &c.

Magna ditione premere terram aliquam. Virg. 10. Aeneid. 10.
–magna ditione iubeto Carthago premat Ausoniam.

Omni ditione tenere terras, Id est omni potestate, hoc est pace, legibus, bello. Virg. 1. Aeneid. 48. Seruius.

Ditioni, iudicio, potestati aliquorum permittere & condonare gentes, nationes, prouincias regna. Cic. 1. de Lege Agraria. 48.

Redigere in ditionem. Plin. lib. 9. cap. 35. 20. Alexandria in ditionem redacta. Vide REDIGO. Cic. de Prouinc. Cõsul. 19. Bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam.

Redire in ditionem domini, Vide REDEO.

Coercere, opprimere, & in potestatẽ, & ditionem aliquam redigere. Cic. 2. de Leg. Agr. 74. Populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis ipsum Populum Romanum coerceas? opprimas? redigas in istam Decemuiralem ditionem & potestatem?

Contra nutũ ditionemq; alicuius respirare si fas est. Cic. pro Quintio. 63.

Subactus ditione Latia. Claud. 1. in Ruffin. 59.
Hoc monstrum non vna palus, non vna tremebat
Insula, sed latia quicquid ditione subactum Viuit.

Terminus Romanæ ditionis. Claud. 3. Paneg. 52.

Sub imperium ditionemque Pop. Rom. vrbes aliquas subiungere. Cicero 3. Verr. 37.

In ditione ac potestate alicuius esse. Cic. pro Quintio. 4.

Tenere regionem aliquam ditione. Virg. 1. Aeneid. 126.
–genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

Accusare aliquem, & ipsum in sua potestate & ditione tenere. Cice. 3. Verr. 68.

In ditionem venire. Põponius in L. 28. Capta deinde Sardinia. ff. de Origine Iuris, Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia: totidem Prætores, quot prouinciæ in ditiones venerant, creati sunt.

Ditior, Ditissimus, et Dito, Vide DIS ditis.

Diu, dissyllabum, Aduerbium temporis, (δηλαδή, δηρόν, ἐπὶ πολλοῖς, διὰ μακροῦ, πολὺν χρόνον,) Longo tempore. Terent. Eun. 2. 3. 4. Vna hæc spes est, vbi vbi est, diu celari non potest.

Diu & Subitò, cõtraria. Brutus Ciceroni. lib. 11. 13. 1. Copias, quas diu simulatione Reipublicæ comparabant, subitò ad patriæ periculum conuerterunt.

Hoc ipsum diu. Cicer. pro Marcello. 16. Quid enim est hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum?

Diu collecta improborum vis & inueterata. Cic. pro Domo sua. 50.

Diu me estis demorati. Plaut. Epid. 8. 40. Sed nimis longum loquor, diu me estis demorati.

Diu aliquid perdiscere. Plin. in Paneg. 26. Iam tunc præmonente fortuna vt diu penitus perdiscereres quæ mox præcipere deberes.

Diu vitam dare. Plau. Milit. 10. 128. Huic homini dignum est diuitias esse, diu vitam dare.

Diu est quòd. Plaut. Merc. 19. 1. Syra non redit, quem accersitum patrem iam diu est quòd miseram.

Diu ferre. Tacit. lib. 5. Aliaque in eundem dolorem mœsta & miseranda diu ferret.

Diu fit. Plaut. Curcul. 3. 25. 1. Egóne salua sim quæ sicca sum siti? PH. At iam bibes. LE. diu fit. PH. hem tibi anus lepida.

Haud diu est, quum. Plaut. Merc. 9. 44. Nam illi quidem haud sanè diu est quum dentes excidérunt.

Minus diu, Vide post MINOR.

Diu multum. Cic. pro Sylla. 54. Hæc diu multum, & multo labore quæsita vna eripuit hora.

Diu multumque. vel, Multum diuq; Cic. de Senec. 8. Arma senectutis, artes exercitationesq; virtutum, quæ in omni ætate cultæ quum multũ diuque vixeris, mirificos afferunt fructus. Plin. epist. 148. Quod ego quum audissem, diu multumq; hæsitaui quid facere deberem. Sic Cice. 4. Acad. 136. Hæc videamus quæ nunc diu Multumq; defensa sunt. Sic in Oratore 1. Diu multumque dubitare.

Nimis siue nimium diu, Vide NIMIS.

Sæpe & diu ad pedes iacuit stratus. Cic. pro Quintio. 64.

Satis diu & satis multos annos. Cic. pro Cluentio. 159. Satis diu fuit in malis iudices, satis multos annos ex inuidia laborauit.

Non diu huc cõmigrauit. Terent. Adel. 4. 5. 15. Neque enim diu huc commigrarunt. Plaut. Perſa. 16. 147. Non diu apud hunc seruies. Liu. 1. ab Vrbe. 114. Nec diu pax Albana mansit.

Diu, pro Die, Vide DIES.

Diu, pro Diuturno. Cice de Senec. 62. Ille vult diu viuere, hic diu vixit: quãquam õ di boni, quid est in hominis vita diu?

Diutius Comparatiuum à diu, (διὰ μακρότερον,) Terent. Phorm. 4. 1. 3. Postquam videt me eius mater esse hîc diutius. Cic. 7. Verr. 147. Potero hoc ego onus tantum aut in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus sustinere? Idem 4. Acad. 124. Didicit apud Philonẽ tandiu, vt constaret diutius didicisse neminem. Plaut. Rud. 4. 5.
Sed mea desidia spem deserere noluit
Eò vos amici detinui diutius. Cice. 6. Verr. 97. Non obtundam diutius aures vestras.

Quantò diutius, tantò, &c. Terent. Heaut. 3. 1. 15.
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo & quantò diutius
Abest, magis cupio tantò, & magis disydero.

Multo diutius. Cice. de Clar. Orato. 19. Nam etsi Seruio Tullo regnante viguerunt, tamen multo diutius Athenæ iam erant, quam est Roma ad hodiernum diem.

Tibine hæc diutius licere speras facere, me viuo patre? Terent. Heaut. 1. 1. 50. Hoc est, Existimásne te id diu factorum me viuo?

Diutius anno. Cic. Atti. lib. 7. Ne diutius anno in prouincia essem.

Diutius enim iam in hoc desyderio esse non possumomnia aũt breuia, tolerabilia esse debent, etiam si magna sunt. Cic. de Amicitia. 86.

Diutius quim. Sallust. in Cati. Quòd si primo prælio Catilina superior, aut æqua manu discessisset, profectò magna clades atq; calamitas Rempu. oppressisset: neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea vti licuisset, quin defessis & exanguibus, qui plus posset, imperium atque libertatem extorqueret.

Diutissimè, Superlatiuum, (πάλαιον χρόνον, διὰ μακροτάτου,) Lõgissimo tempore. Cic. de Amicitia. 3. Catonem induxi senẽ disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur, quã eius qui & diutissimè senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris floruisset. Sic Cæsar 6. bel. Gal. 68. Et lib. 3. bel. Ciuil. 400. Varro. 1. de Rust. cap. 6. 1. Vtique vt quàm diutissimè fructum ferre possit.

Torquere diutissimè. Cic. in Pisonem. 71. Mitto aurum coronarium, quod te diutissimè torsit.

Diutine, pen. corr. Aduerbium. (δηρεύς,) Plaut. Rud. 27. 15.
Ille qui consulẽt, docẽt, atque astutè cauet,
Diutinè vti bene licet parum bene.

Diutule, pen. corr. Aduerbium diminutiuum, (ὀλίγον,) Aliquãdiu. Gellius, Quam diutulè tacitus cogitando fuissem. Apul. in Florid. At non itidem maior meus Socrates, qui quum decorum adolescentem & diutulè tacentem conspicatus foret, &c.

Diutinus, pen. corr. (δηρός,) A dictiuum, Id est continuus. Cice. ad Brutum, lib. 11. 8. 4. Tantus ardor occupauit animos hominum libertatis desyderio, tædioque diutinæ seruitutis. Sic Cæsar 2. bel. Ciuil. 51. Diutinus labor. Liu. 5. bel. Pun. 4. Diutinum bellum.

Diuturnus, (χρόνιος, πολυχρόνιος χρονιώτερος,) Idem quod diutinus. Cice. de Amicitia, 71. Nam implicati vltro & citro, vel vlu diuturno, vel etiam officiis repente in medio cursu amicitias exorta aliqua offensione diruimpimus. Idem de Senectute. 24. Quas quidem sic aude arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Ibidem. 63. Sed mihi ne diuturnũ quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum.

Nec simul tam quicquam potest esse diuturnum. Cic. 2. Offic. 61.

Bellum diuturnum. Cic. pro Lege Manilia. 25.

Delectatio diuturna. Cic. 3. de Ora. 56. Quãuis claris sit coloribus picta vel poesis, vel oratio, non posse in delectatione esse diuturna

Diuturnus error. Cic. 1. Offic. 158. Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, quum & mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret?

Mala diuturna. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 17.

Diuturnus & desperatus morbus. Cic. pro Sylla. 57. Ex magnis & diuturnis, & iam desperatis Reipublicæ morbis ista repente vis erupit.

Obseruatio diuturna. Cic. 2. de Diuinat. 42.

Pace diuturna se recreare. Cicer. de Prouinc. Consul. 4. Idem pro Lege Manil. 11.

Perpessio diuturna ac voluntaria rerum arduarum ac difficilium, honestatis & vtilitatis causa. Definitio est Patientiæ Ciceroni 2. de Inuent. 142.

Diuturna simulatio. Cice. Attico, lib. 7. 121. 9. Quàm non est facilis virtus, quàm vero difficilis eius diuturna simulatio?

Diuturnior. Ouid. 4. Metamorph. 95. Hic qui diligitur, vellem diuturnior esset. Idem 6. Fast. 44. Est mihi, fitque precor, nostris diuturnior annis Filia.

Diuturnius, diuturnissimum Liu. 1. ab Vrbe, 201. Quo diuturnius Seruii regnum esset. Varro. 2. de Re rust. ca. 7. 9. Alternis qui admittunt, diuturniores equos & meliores pullos fieri dicunt.

Diuturnitas, penultima correp. diuturnitátis, (χρονιότης,) Cicer. de Senectute. 35. Semper enim in his studiis laboribusque viuenti non intelligitur quando obrepta senectus, ita sensum sine sensu ætas senescit: nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Sic Diuturnitas belli, Cæsar. 1. bel. Gall. 166. Et Cic. 2. de Natura deorum. 7. & 4. Acad. 215.

Diuturnitas temporum.

Celeritas & Diuturnitas, contraria. Cic. 1. de Finib. 63. Quod mors sensu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis soleat esse, vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem allenatio consoletur.

Dominationis & victoriæ diuturnitas. Cic. Attico, lib. 7. 140. 1.

Imperii diuturnitati modus statuendus. Cic. pro leg. Manil. 17.

Memoriæ diuturnitas. Cicero. 1. de Orato. 64. Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatẽ memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis.

Pacis diuturnitas otium confirmauit. Cic. 1. de Orat. 8.

Temporis diuturnitate non confirmaretur opinio, nec vnà cum seculis ætatibusque hominum innouarare potuisset. Cicero. 1. de Natura deorum. 7.

Extabescere diuturnitate fictas atque nouas opiniones videmus. Cicero. 2. de Natura deor. 7.

Diuturnitate non vanescere animi labes, nec manibus vllis elui potest. Cic. 2. de Legibus. 40.

Diuturnitas maximos luctus vetustate tollit. Cic. Titio, lib. 5. 16. 13.

Diuarico, diuaricas, pen. corr. (διίστημι,) diuaricare, Est, authore Nonio, distendere: dicti ab iis qui vitio naturæ ita sunt pedibus discretis, vt eos in diuersum habeant separatos. Cic. 6. Verr. 78. In ea Soparum hominem tum domi nobilẽ, tum summo magistratu præditum, diuaricari ac deligari iubet. Varro 1. de Re rust. ca. 5. 7. de bubus. Nec cuius vngulæ diuaricent. Cato ca. 45. Si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas taleas ponito, eas q; diuaricato. Idem cap. 32.

Diuello, diuellis, diuelli, & diuulsi, diuulsum, diuellere, (διασπάω,) Idem quod auellere. Sallust. Rapi virgines, pueros, diuelli liberos à complexu parentum.

Mordicus diuellere aliquid. Horat. 1. Serm. saty. 8. 6.

Amplexu dulci diuelli. Virg. 8. Aeneid. 112.

Artus diuellere morsu. Ouid. 8. Metam. 177.

Diuellere commoda ciuium. Cic. 1. Offic. 122. Itaque est summa ratio & sapientia boni ciuis, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere.

Corpus diuellere. Virg. 4. Aeneid. 120.

Diuelli dolore. Cicero pro Plancio. 65.

Diuellere conglutinationes. Cic. de Senec, 66. Iam omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata, facilè diuellitur. Sic Diffolutã & diuulsam réconglutinare, apud eundem 1. de Orat. 93.

Diuulsus consensus. Cicero de Aruspicum responsis, Consensus ordinum est diuulsus.

Montes diuellere manibus. Lucret. lib. 1. 41.

Nodos diuellere manibus. Virg. 2. Aeneid. 44.

Cura diuelli somnos. Horat. 1. epist. 10. 4.

Nec diuelli nec distrahi potest à voluptate. Cic. 1. de Finib. 78.

Nõ facilè diuelli à Polemonis & Peripateticorũ finibus. Cic. 4. Acad. 151.

Diuulsus, Participium (διασπασθείς,) vt Membra diuulsa. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 6. Voda diuulsa remis. Ouid. 8. Metam. 28.

Diuendo, diuendis, diuendi, diuenditũ, pen. cor. (διαπωλέω,) diuendere, Hnic & illi vendere. Liu. 1. ab Vrbe. 230. Quã diuendita præda x L. talenta argenti auriq; recepissent. Sic ibidem, lib. 3. 59. Et 7. bel. Maced. 19.

Bona diuendere. Cic. 1. de Lege Agraria. 4. Hic permittit sua lege Decẽtiris, vt in quibus commodum sit tenebris, vt in qua velint solitudine, bona Populi Romani possint diuendere.

Diuerbero, diuerberas, pen. cor. (διαστρέφω,) diuerberare, Scindere. Virg. 5. Aeneid. 100.
Primaque per cælum neruo strídente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras. Seruius.
Ictu diuerberare aliquid. Lucret. lib. 1. 45.
Ferro diuerberat vmbras. Virg. 6. Aeneid. 59.
Sol aerias diuerberat vndas. Lucret. lib. 2. 31.

Diuerbium, diuerbii, (πρόσχαιος,) vt inquit Seruius, est primus actus Comœdiæ, Græcè Protasis. Nam quælibet Comœdia diuiditur in Prologum, Protasin, Epitasin, & Catastrophen.

Diuerbia, Partes comœdiarum, vbi plures personæ versantur, à persona rum varietate dicta. Liu. 7. ab Vrbe. 8. Inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diuerbiaque tantum ipsorum voci relicta. Sunt qui diuerbia, notabiles sententias vocari magis existiment. Nam de histrionibus loquitur, qui ad manum cætera cantabant: ea tantum pro nuntiabant quæ volebant obseruari à populo. Ausonius Sectione 2. ad Nepotem, de studio puerili.
Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & astricto percurris pulpita soco,
Ad noua vix memorem diuerbia coge senectam.

Diuerto, diuertis, diuerti, diuersum, diuerteres (καταλύω,) vel Diuertor comicos legitur & deuorto, siue deuortor.

Diuerterat ad Terentiam salutatum. Cic. ad Att. lib. 10. 107. 6. Et apud Varronẽ 2. de Re rust. cap. 11. 9. In vrbẽ veniens ex hortis diuertit ad nos. Cic. 5. Verr, 63. Locusque ei publicè quò diuerteretur, datus est.

Ad alia diuertere. Quintil. lib. 2. cap. 11. 4.

Ad artes alias diuerti. Ouid. 2. de Arte. 85.

Ad hospitem diuertere. Cic. 1. de Diuin. 101. Quum duo quidam Arcades familiares iter vnà facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponam diuertisse, ad hospitem alterum, &c. Idem 5. de Finibus. 7.

Diuerti ad aliquem in hospitium. Plaut. Pœnulo. 9. 60. Vt diuortatur ad me in hospitium optimum.

Diuertere apud. Liu. lib. 2. Decadis 5. Domus eorũ hospitibus patebant, apud quos ipsis diuerti mos esset.

Diuerti apud hospitem, Recipere se in hospitium. Plaut. Milit. 2. 8. Aduolat adolescẽs, atque in proximo diuertitur apud hospitem paternum. Colum. lib. 1. cap. 5. Hæc autem præterea cuntiũ viatorum populationi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus,& assiduis hospitiis diuertentium infestat rem familiarem.
Diuertere in tabernam. Cic. 1. de Inuent. 131.
Diuertere in sonus alicuius. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 2.
Alitis in tarae miserum diuertite sonus.
Inuitat aues, & sunus psitaci mortui.
Diuerto huc, ad. Plaut. Merc. 19. 54. Acanthioni hęc nuntiai ego, ad Dotipam huc diuortam.
Diuertor huc in, apud Plaut. Pseud. 9. 65.
Ego diuertor extra portam huc in tabernam tertiam
Apud annum illam doliarem.
Diuertere in villam. Cic. 2. Offic. 95. Et 2. de Orat. 160. Tanquam in Pontinum diuerteris.
Diuertor domum. Terent. Phorm. 2. 1. 82. At ego deos penates hinc salutatum domum deuortar. Cice. pro Deiota. 10. Quum, inquit, in castellum Luceium venisses, & domum regis hospitis tui diuertisses. Idem 6. Verr. 21.
Massiliam diuertere. Cic. 11. Philip. 52. Nuntient se Pompeii conuenien di causa diuertisse Massiliam, eumque cognouisse, &c.
Diuertere via, Id est discedere de via. Plin. in Paneg. 86. Ingêtes hostiarũ gręges per Capitolium iter magna sui parte velut intercepti, diuertere via cogebant. Quintil. lib. 2. & recto itinere lapsi plerũq; diuertit.
¶ Diuertere à proposito. Plin. lib. 2. cap. 7. 12. In hæc diuertisse non fuerit alienum. Id est intermittere ista, & hęc tractare.
Redeamus illuc vnde diuertimus. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 1.
¶ Diuertere, actiua significatione. Lucanus lib. 2. 95.
-victor cedentibus instat,
Diuertitque acies. Id est auertit, abducit.
¶ Diuertunt mores virgini longè ac lupæ: Id est multum differunt inter se mores virginis & meretricis Plaut. Epid. 9. 23.
Diuersito, diuersitas, pen. cor. (ἐκμανὲ κατακλύω, Frequentatiuũ à Diuerto pro deflecto. Gellius, Ad ipsa Platonis penetralia, ipsarumque rerũ poudera & dignitates pergendum est, non ad vocalarum eius amœnitatem, nec ad verborum venustates diuertitandum.
Diuersor, diuersaris, (κατακλύομαι, κατακλύω,) modò diuerto, mõ conuersor significat. Valerius lib. 1. Tabernamq; in qua is diuersabatur, petere conatus. Cic. 6. Verr. 53. Apud quem diuersatus es. Idem 5. Tusc. 32. Quum Athenis apud eum diuersarer. Idem ad Atticũ, li. 6. 12. 5.
Diuersari laute Cic. 3. Ver. 44. Rubrium, delicias suas in omnibus eiusmodi rebus adiutorem suum & conscium parum lautè diuersari dicit, ad Philodamum deduci iubet.
In domo aliqua diuersari. Cic. 3. Verr. 48. Omnes ad eam domum in qua iste diuersabatur, profecti sunt.
Diuersor, diuersoris, (κατακλύσις,) Qui in hospitium diuertit, hospitandi gratia. Cice. 1. de Inuentione. 131. Caupo non multo pòst clamauit hominem esse occisum, cum quibusdã diuersoribus illum qui antè exierat, consequitur. in itinere hominem comprehendit, homo in vrbem ab illo inducitur.
Diuersorium, diuersorii, (κατακλύσιον,) Idem significat quod diuerticulũ. Cic. de Senectute. 76. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Idem lib. 2. de Orato. 129. Requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diuersorio. Idem ad Atticum, lib. 4. 8. 2. Cogito in hortis Crassipedis, quasi in diuersorio cœnare. Horat. 1. epistol. 15. 3. Mutandus locus est, & diuersoria nota Præteragendus equus.
Cõmoratio & diuersorium. Cic. Leptæ, lib. 6. 19. 2. Nam & villa & amœnitas illa commorationis est, non diuersorii.
Diuersorium flagitiorũ, & officina nequitiæ. Cic. pro Rosc. Ameri. 79.
Sermonis diuersorii. Cic. 1. de Orat. 160. Sed ia tu Antoni qui hoc diuersorio sermonis tui libenter acquieturum te esse dixisti, &c.
Studiorum, non libidinum diuersorium. Cic. 2. Philip. 105. Studiorũ enim suorum Marcus Varro Voluit esse illud, non libidinum diuersorium.
¶ Diuersorium, Villa & quasi hospitium, quò nos recipimus. Cic. Fabio Gallo, lib. 7. 24. 8. Næ ego multo libentius emerim diuersorium Tarquiniæ, ne semper hospiti molestus sim.
Diuersoriolum, pen. cor. Diminutiuum, (κατακλυσίδιον,) Cic. ad Cornificium, lib. 12. 20. 1. Nisi quod Sinuessanum diuersoriolum contempsisti. Idem ad Atticum, lib. 14. 305. 1.
Diuersorius, Adiectiuum, (κατακλυσιῶδης,) vt Taberna diuersoria. Plaut. Trucul. 14. 11. -tene in tabernam ducor
Diuersoriam, vbi malè accipiar mea mihi pecunia. Suet. in Nerone, cap. 27. Dispositæ per littora & ripas diuersoriæ tabernæ.
Diuerticulum, pen. corr. (κατάκλυμα, ἀτρεπτὸς, ἀτρεπτικὸς,) Est vbi iter de via flectitur. Et propriè diuerticula dicuntur in via domicilia, ad quæ de itinere diuertendum sit. Terent. Eunu. 4. 2. 7. Vbi ad ipsum ventum diuerticulum, constiti. Hæc Donatus.
Diuerticula (inquit Seruius) sunt semitæ transuersæ quæ sunt à latere vię militaris. Plin. lib. 14. cap. 4. 5. Decimi lapidis ab Vrbe diuerticulo.
Diuerticulum fluminis. Martia. in L. Si quisquã. ff. De diuers. præscrip. Si quisquã in fluminis publici diuerticulo pluribus annis piscatus sit.

¶ Diuerticulum. pro Diuersorio. Liu. 1. ab Vrbe. 226. Quum gladii abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur, &c. Antea dixerat Seruum Turni auro corrupti, vt in diuersorium eius vim magnam gladiorum inferri clàm sineret.
¶ Diuerticulum, etiam dicimus vnde nos à proposito recessimus. Iuuenalis Saty. 15. 8. A diuerticulo repetatur fabula primo.
¶ Fraudis & insidiarum diuerticulum. Cic. pro Rosc. Comœdo. 30. Hoc quum sentit Saturius esse apertum, resistere, & repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis & insidiarum in eodem vestigio diuerticulum reperit.
Diuerticulum quærere peccatis, aut dolis. Plaut. Cap. 10. 8. Nec confidẽtiæ vsquam hospitium est, nec diuerticulum dolis Apud Quintilianũ lib. 9. Diuerticula & anfractus, & suffugia quærere. Plinius itẽ lib. 10 cap. 50. 1. Inuentumq; diuerticulum est in fraude earum, gallinaceos quoq; pascendi madidis lacte cibis. Cic. in Partit. 75. Ne diuerticula peccatis darẽtur. Idem in Pisonẽ. 41. Quos tu Mæandros, dum oês solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexionesq; quæsisti?
Diuersus, Adiectiuũ, (ἄλλοσε ἢ πρόνευσις,) Qui deflexit de itinere. Cæs. 2. bel. Gall. 317. Quum Numidas diuersos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent. Plaut. Rud. 27. 265. Sed quum inde suam quisq; ibant diuersi domum.
Quo diuersus abis? Virg. 5. Aeneid. 34.
¶ Diuersus, pro Contrario, vel opposito, & aduerso ponitur: aut etiam dissimili & vario: vt sequentia declarant.
Quæ cõmodis, vtilitate, & propè natura diuersa sunt, voluntate coniungere difficile est. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 54. Et Quintil. lib. 6. Diuersum est huic, quod πρόσω dicitur.
Diuersus à. Cic. 4. Acad. 182. Certa igitur cum illo qui à te totus diuersus est. Idem de Claris Orato. 170. Hæc videntur esse à propositã ratione diuersa.
Inter se diuersi. Cic. in Somn. Scip. 21. Cernis autem eãdem terram, quasi quibusdam redimitam & circũdatam cingulis: e quibus duos maximè inter se diuersos, & cæli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos, obtigusse pruina vides. Idem 6. Verr. 104. Et portus habet propè in ędificatione aspectuque vrbis inclusos: qui quum diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur & confluunt.
Longè diuersus. Cic. Top. 26. Deinceps est locus Dialecticorum, prius ex consequentibus & antecedentibus, & repugnantibus, qui etiam ab aduũctis longè diuersus est. Idem 5. Philipp. 100. Longissimè diuersa ratio.
Diuersus quàm. Plin. lib. 19. cap. 8. 25. Eruca diuersæ est, quàm lactuca naturæ.
Diuersus & dissimilis. Cic. 1. de Inuent. 48. Hoc igitur vitandum est, ne cuius genus posueris, eius secum aliquam, sicuti diuersam & dissimilẽ partem ponas in eadem partitione.
Acies diuersa. Tacit. libro 14. Stabat pro littore diuersa acies. Vide ACIES.
Cædes diuersæ. Virg. 12. Aeneid. 101.
Diuersa de causa. Id est prorsus alia & contraria. Varro, Itaque instituũ diuersa de causa, vt ad alius Dei aram ex capitino genere hostia adderetur, ad alius non sacrificaretur.
Curæ diuersæ vocant animum in contraria. Virg. 12. Aeneid. 101.
Animos diuersos ducere, Id est diuersa cogitare. Claud. 1. de Raptu Proser. 24. Audierat mandata pater, secumque volutat
Diuersos ducens animos, &c.
Fauor diuersus. Claud. 3. Paneg. 9.
Diuersi, sub. homines. Cic. 2. Philip. 95. Sunt ea quidẽ innumerabilia, quæ à diuersis emebantur non inscientẽ te.
Author in diuersum. Tacit. lib. 12. Mox nullo in diuersum author, quæ offerebantur, fecuti sunt.
Afficere aliquem in diuersum. Tacit. lib. 11. Cæterũ is terror milites hostesque in diuersum effecit.
In diuersum concitati equi. Liuius 1. ab Vrbe. 125. Exinde duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum illigat Metium, deinde in diuersum equi concitati, lacerum in vtroque curru corpus, qua inhæserant vinculis membra portantes.
In diuersum curuari, Vide CVRVO.
In diuersum iterni, Vide ITERNI.
Iter diuersum quisque sequimur. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 4.
Loca diuersa. Cic. de Clar. Orat. 140. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc vrbem multi inquinate loquẽtes ex diuersis locis.
Disiunctissima maximeq; diuersa loca. Cic. pro Lege manilia. 5. Vt quum duobus in locis disiunctissimis, maximeque diuersis, vno consilio, ab vnis hostium copiis bellum terra, mariq; gereretur.
Diffugêre passim per diuersa loca. Virg. 5. Aeneid. 134.
Loca diuersa petimus. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 10.
Longinqua & diuersa loca. Cicer. pro Lege Manil. 32. Quòd ex locis tam longinquis, tam diuersis, tam brevi tempore omnes vnà huic se dediderunt.

Partes

Partes diuersæ dicuntur quæ inter se decertant. Ouidi. 1. de Remed. amor. 10.
Sed quæcunque viris, vobis quoque dicta puellæ
Credite: diuersis partibus arma damus. Suet. de Clar. grammat. 9. Interrogatus dia à Varrone diuersæ partis aduocato, quidnã ageret, & quo artificio vteretur. Idem in Tib. Cæsare, Quem in simili dissensione multa variè molientem diuersa factio per fraudem interemit.
Diuersa pars prouinciæ. Plin. epist. 150. Quum diuersam partem prouinciæ circumirem, Nicomediæ vastissimum incendium, multas priuatorum domos, &c.
Varia & diuersa studia. Cic. 1. de Orat. 137. Cætera quæ collegisti ex variis & diuersis studiis, & artibus, tametsi ipse es omnia consequutus, tamen ab Oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror.
¶ Diuersus, pro Eregione. Lucanus, Telaque diuersi prohibentes sparge re fratres. Hoc est in altera acie. Budæus.
Ex diuerso cæli. Ex secreto montiõ, vt ait Seruius. Virg. 3. Aeneid. 47.
Rursum ex diuerso cæli, cæcisque latebris,
Turba sonans vnois prædam circumuolat alis.
¶ Diuersi interrogabantur. Id est seorsim. Apud Tacitum. Budæus.
¶ Animi diuersus modo numẽ pauescere, modo minis &c. Tacit. li. 10.
¶ Agere diuersos aliquos. Id est in diuersum agere & dissipare. Virg. 1. Aeneid. 16. Incute vim ventis, submersasque obrue puppes,
Aut age diuersas, & disice corpora ponto.
Conuehere ex diuerso. Vide CONVEHO.
Diuersum distrahi. Plaut. Merc. 8. 1.
Pentheum dirripuisse aiunt Bacchas: nugas maximas
Fuisse credo, præut quo pacto ego diuersas distrahor.
¶ Diuersior, Comparatiuus. Pli. li. 11. ca. 19. 11. Pretia nulli diuersiora.
Populus diuersior nunquam confluxit. Claud. 1. Paneg. 31.
Diuersitas, pen. corr. (ἀλλοιότης,) diuersitãtis, Contrarietas. Plin. epist. 150. Sed tamen imitaret & sequerer quantum aut diuersitas ingeniorum, maximi & minimi, aut caussæ dissimilitudo pateretur.
Diuersitas & differentia. Plin. li. 11. ca. 37. 18. Oculi in homine numerosissimæ diuersitatis & differẽtiæ. Ex antiquo exẽplari legitur varietatis.
Diuortium, (ἀπολύσις,) Separatio omnium rerum dicitur. Cice. ad Cælium, lib. 2. 9. 6. Est diuisus aquarum diuortiis. Sic ad Atticum, li. 7. 8. & lib. 5. 103. 5. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarũ diuortio diuidit. Virg. 9. Aene. 73. Obiiciunt equites sese ad diuortia nota. Id est ad viarum flexus.
Diuortia, atque affinitatum dissidia. Cic. pro Cluent. 151. Itaque apud cæteros nouis inter propinquos susceptis inimicitiis sæpe fieri diuortia atque affinitatum dissidia vidimus.
¶ Diuortium, vt sit Caius, De diuortiis, L. Diuortium, à diuersitate mentium dictum est, vel quia in diuersas partes eunt qui distrahunt matrimonium. Modestinus de Verbor. significat. Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur. Repudium verò sponsæ remitti videtur, quod & in vxoris personam non absurdè cadit. Claud. 1. in Eutrop. 13. Quæ gemuit quanto planxit diuortia luctu?
Diuortium facere. Plaut. Aulul. 7. 56. -siquid diuortii fiat,
Afinime mordiebus feindant.
Diuortium facere cum vxore, vel alia. Sueton. in Tito Vespasia. cap. 4.
Duxit vxorem, & in defunctæ locum Martiam Furuillam splendidi generis, cum qua, sublata filia, diuortium fecit. Cice. 2. Philippic. 79.
Idem, Cuius ex omni vita nihil est honestius quàm quòd cum mima fecit diuortium.
Facere diuortium doctrinarum. Cic. 3. de Orat. 40. Hæc autem vt ex Apenino flumina, sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia.
¶ Diuortia itinerum. Tacitus in Vita Agricolæ, Diuortia itinerum, & lõginquitas regionum indicebatur. Lucan. lib. 2. 81. de Apennino, Fontibus hic vastis immensos concipit amnes,
Fluminaque in gemini spargit diuortia ponti.
Arctissimo inter Europam, Asiamque diuortio Byzantiũ in extrema Europa posuere Græci. Tacit. lib. 12.
Diuersè, Aduerbium, (ἀλλαίως,) In diuersas partes. Terent. And. 1. 5. 25. Tot me impediunt curæ, quæ meum animũ diuersè trahũt. Hirtius. 5. bell. Africa. 160. Horum corpora toto campo prostrata diuersè iacẽt.
Diuersum pro diuersè. Plaut. Milit. 12. 14. Vbi lubet, dispennite homine diuersum & distendite.

Dives, diuitis, pen. cor. om. gen. (πλούσιος, πολυκτήμων,) quid significet, declarat Cicero his verbis in Paradoxis. 54. Quem intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor in eo cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendũ facilè cõtetus sit. Varro de Lingua Lat. Dines, à diuisqui, vt Deus nihil indigere videt. Copiosus & dives, cui opponitur Inops & pauper. Ci. in Parad. 66. Impro bi autem & auari, quoniam incertas atque in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui quod haberet esset satis: non modò non copiosi ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt.

Ex pauperrimo dives factus. Cic. in Vatinium. 13.
Dives, genitiuo iunctum: vt Dives operis. Plaut. Amph. 4. 18. Dives operis, & laboris expers. Virg. 1. Georg. 94. Dives opum variarum, & latis otia fundis. Idem 9. Aeneid. Dives pictai vestis, & auri. Silius lib. 3. 31.
Pecoris dives. Virg. eclog. 2. 5.
Rerum multarum dives. Horat. 2. epist. 2. 7.
Dives, ablatiuo. Cic. 2. Offic. 83. P. Crassus tũ cognomine dives, tũ copiis, functus est Aedilitio maximo munere. Statius, Vt fatis ostro dives & auro.
Auri congesto pondere dives. Ouid. epist. 16. 45.
Dives agris, ad antiquum morem dictũ, teste Seruio. Virg. 7. Aenei. 108.
Ausoniisque olim ditissimus aruis. Hor. Dives antiquo censu.
Dives agris, dives positis in fœnore nummis. Hor. 1. Serm. sat. 2. 3.
Dives anis, Maioribus præpotens. Virg. 10. Aene. Mantua dives auis.
Forma diuitior puella, Id est insigni forma ꝑdita. Ouid. 6. Metam. 91.
Pecore dives. Horat. Epod. 16. 4.
Tellure multa dives. Horat. Epod. 15. 4.
Dives triumphis terra. Virg. 4. Aeneid. 8. -quos Africa terra triumphis
Dives alit. Id est bellicosa. Seruius.
¶ Ager dives frugum. Claud. de bello Gildon. 102.
Animus hominis dives. Cic. in Paradox. 55.
Aurum dives. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 7.
Cultus dives. Ouid. epist. 15. 39.
Cultu diuite luxurians Parthus. Claud. epig. 3. 17. de Phœnice.
Dote dives filia. Ouid. epist. 11. 20.
Epistolam diutem vocat Ouidius, quæ multa pollicetur & magna. epistol. 16. 13.
Munera tanta quidem promittit epistola dives,
Vt possint ipsos illa mouere deos.
Fortuna dives. Propert. lib. 2. eleg. 2. 5.
Ingenium dives, Id est fœcundum. Oui. 2. Trist. 67. Diuitis ingenii est, ingentia Cæsaris acta Scribere.
Lingua dives. Horat. 2. epist. 2. 15.
Vehemens & liquidus, puroque simillimus amni,
Fundet opes: Latiumque beabit diuite lingua.
Messe diuites. Horat. 2. Serm. sat. 4. 18.
Mumus dives. Ouid. 1. Fast. 107.
-pietas pro diuite gratae est Munere.
Addidit externo, marmore dives opus. Ouid. 1. de Arte.
Dives regnum. Valer. lib. 2. Dives & prepotẽs naturæ regnum scrutatus, iniiciam stylum tam nostræ vrbis, quàm cæterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis.
Spes dives, Id est quæ magna nobis promittit. Horat. 1. epist. 15. 4.
¶ Dives pro homine diuite, substãtiue cum apposito adiectiuo ponitur ab Ouidio lib. 3. Amorum eleg. 6. 10.
Quid mihi fortunæ tantum? quid regna sine vsu?
Quid nisi posledi, dives auarus opes?
Diuitior, Comparatiuus. Plaut. Aulul. 17. 2. Quadrihbrem aulam auro onustam habeo, quis me est diuitior? Idem Pœud. 23. 33. Nam hinc nunquam eras nummo diuitior. Cicero de Orato. lib. 4. Inde ille licentior & diuitior fluxit Dithyrambus. Martial. lib. 5. 40. Crœso diuitior licet fuissem. Et lib. 1. 72. Romanum propius, diuitiusque forum. Ouid. 6. Metam. 91. Ecce venit dives magno Philomena paratu, Diuitior forma.
Diuito, diuitas. penul. corr. (πλουτίζω,) diuitare, Diuitem facere. Actius
Astyanacte,
Nihil credo augoribus qui aureis verbis diuitant
Alienas, sitas vt aoro locupletent domos. Turpilius Transilione,
Dii me diuitant. Nonius.
Diuitiæ, diuitiarum, plur. tãtum nu. (πλοῦτος, πλοῦτοι,) Cic. 1. Offic. 37.
Expetuntur autem diuitiæ tũ ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruẽdas voluptates. Plaut. Epid. 7. 9. Quid tibi quoi
Diuitiæ domi maximæ sunt, nummum his nullum habes.
Asiæ diuitiæ. Propert. lib. 1. eleg. 6. 3.
Arabum diuitiæ, pro maximis dicuntur. Stat. 5. syl. 1. 13.
¶ Grandes diuitiæ. Lucret. lib. 5. 225.
Improbæ diuitiæ. Horat. 3. Carm. ode 24. 13.
Luculentæ diuitiæ, Vide LVCVLENTVS.
Miseræ diuitiæ. Horat. 2. Serm. saty. 8. 4.
Molles diuitiæ. Iuuena. Saty. 6. 30.
Operosæ diuitiæ, Id est quæ curam multam & laborem exigũt. Horat. 3. Carm. ode 1. 10. Cur Valle permutem Sabina
Diuitias operosiores?
Opportunæ diuitiæ vt vtare. Cic. de Amicitia. 21.
Potentes diuitiæ Arabum. Stat. 5. syl. 1. 13.
Pulchræ diuitiæ. Horat. 2. Serm. saty. 3. 19.
Regales diuitiæ. Horat. 1. epist. 12. 2.
Sepositæ diuitiæ. Stat. 2. syl. 2. 30. Non tibi sepositas infœlix strangulat arca Diuitias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Abundare diuitiis, Vide ABVNDO.
Adoptare in diuitias, Vide ADOPTO.
Affluere diuitijs. Lucret. lib. 6. 3.
Augi diuitiis, Vide AVGEO.
Augere diuitijs aliquem. Cic. 2. de Lege Agrar. 71.
Diuitijs & honoribus auctus. Ouid. 2. Trist. 9.
Cogere diuitias, id est accumulare. Iuue. Sat. 14. 14. Sed quò diuitias hæc per tormenta coactas?
Conduplicare diuitias. Lucret. lib. 3. 14.
Congerere diuitias auro. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 1.
Crescunt diuitiæ. Iuuen. Sat. 10. 3.
Extructæ in altum diuitiæ. Horat. 2. Carm. ode 3. 4.
Diuitias facere. Plaut. perſa. 16. 182.
Emam opinor. T. etiam opinor. D. ſummo genere eſſe arbitror, T. Diuitias tu ex iſthac facies. D. di ita faxint.
Inclytum diuitiis templum, Vide INCLYTVS.
Incumbere repertis diuitiis. Virg. 6. Aeneid. 122.
Miniſtrare diuitias alicui. Id est ſuppeditare. Ouid. 3. Amorũ eleg. 5. 19.
Suggerere diuitias alicui. Ouid. 15. Metamo. 17.
Superare Craſſum diuitijs, Prouerbialiter vſurpatum. Cic. Attico, lib. 1. 2. 3. Quod ſi aſſequor, ſupero Craſſum diuitijs, atque omnium vicos & prata contemno.
In diuitijs eſſe, Vide IN.

Diuexo, diuexas, (διασκώπτω,) diuexare. Vehementer vexare.

Diuexare rem ſuam, Conſumere. Plaut. Perſa. 13. 5.
Ita me Toxilus perfabricauit, atque
Meam rem diuexauit.
Diuexare & diripere omnia. Cic. 11. Philipp. 190. Alteri ſe Brutus obiecit, impetumque furentis, atque omnia diuexare & diripere cupientis, vitæ ſuæ periculo colliganit.
Diuexare agros ciuium. Cic. 13. Philip. 359.

Diuidia, Vide DIVIDO.

Diuido, diuidis, pen. corr. diuiſi, diuiſum, pen. prod. (διαιρέω, διαμερίζω, διακρίνω, μερίζω, μερίσω, ἀναδασμόω,) diuidere, Separare. Cæſ. 1. bell. Ciuil. 381. Cæſar copias ſuas diuiſit, partemque legionum in caſtris Pompeii remanere dixit.
Diuidere in libros. Suet. de Claris grammaticis, Octauius Lampadio Nerui Punicum bellum vnico volumine & cõtinenti ſcriptura expoſitũ, diuiſit in ſeptem libros. Sic Cice. 2. de Legi. 10. Diuidere æqualiter in duas partes. Et lib. 1. Acad. 10. In naturam & mores diuidebantur.
Secare ac diuidere. Cic. 3. de Natu. deorum. 38. Omne animal ſecari ac diuidi poteſt.
Partiri ac diuidere. Cic. in Orat. 63. Idemque etiam quum res poſtulabit, genus vniuerſum in ſpecies certas, vt nulla neque prætermittatur, neque redundet partietur, ac diuidet. Idem 1. de Finib. 33. Tollit de finitiones: nihil de diuidendo ac partiendo docet.
Diuidere aliquid in omnes prouincias. Cic. pro Sylla. 32. Deſcribi ab omnibus ſtatim librariis, diuidi paſſim & peruulgari, atque edi Populo Romano imperauit diuiſi toti Italiæ, diuiſi in omnes prouincias. Subaudi tabulas.
Diuidere inter ſe. Plau. Pœnul. 11. 30. Vt eo me priuẽt, & iter ſe diuidãt.
Diuidere agros viritim. Cic. de Senec. 10. C. Flaminio Trib. pleb. quoad potuit, reſtitit, agrum Picenum & Gallicum viritim contra Senatus authoritatem diuidenti.
Animum diuidere nunc huc, nunc illuc. Virg. 4. Aeneid. 58.
Latè diuiſum atque diſperſum bellum, Vide LATVS.
Bona diuidit tripertito. Cic. 5. Tuſcu. 57. De Ariſtotele.
Caput diuiſum humeris. Silius lib. 4. 48.
Dextras diuidere complexibus. Stat. 3. Thebaid. 33.
–non dextras miſeris complexibus auſum
Diuidere, & tanti conſortia rumpere fati.
Diuidere factum cum aliquo. Plaut. Sticho. 14. 16.
Factum ego hoc tecum diuido, vide vtram tibi lubet etiam nunc capere,
Cape prouinciam.
Horas diuidere, pro Aſſignare. Seneca de Benefi. lib. 3. cap. 16.
Quam inuenies tam miſeram, tam fordidam, vt illi ſatis ſit vnum adulterorum par niſi ſingulis diuiſit horas, & non ſufficit dies omnibus: niſi apud alium geſtata eſt, apud alium manſit.
Diuidere infortunium. Plaut. Milit. 11. 50.
Quæſo tamen tu meam partem infortunii,
Si diuidetur me abſente, accipito tamen.
Medium aliquem diuidere ſecuri. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 20.
Mons regionem à regione diuidit. Cic. Attico. lib. 5. 108. 4. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarum duortio diuidit, qui mõs erat hoſtium plenus ſempiternorum.
Muros diuidere. Virg. lib. 1. 47.
Diuidere nummos viris. Cicer. ad Atticum, lib. 1. 13. 7. Sextus pater eius nummos vobis diuidere ſolebat.
Diuidere nummos in viros. Plaut. Aulul. 5. 30. Diuidere argenti dixit nummos in viros.
Oſcula diuidere ſodalibus. Horat. 1. Carm. ode 36. 2.
Charis multa ſodalibus,
Nulli plara tamen diuidit oſcula Quàm dulci Laniæ.
Diuidere ſententiam. Aſconius, Quum aliquis in dicenda ſententia duas plaraſue res complectitur, ſi non omnes hæ res probantur, poſtulatur vt diuidat. id eſt, de ſingulis rebus referatur ſeorſum: quo pars vna, ſi viſum fuerit, repudietur, altera recepta. Cice. pro Milone. 10. Quòd ſi per furioſum illum Tribunũ Senatui quod ſentiat, perficere licuiſſet, nouam quæſtionem nunc nullam haberemus. decernebat enim vt veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Diuiſa ſententia eſt, poſtulante neſcio quo (nihil enim neceſſe eſt me omnium flagitia proferre) ſic reliqua authoritas Senatus empta interceſſione ſublata eſt. Plin. epiſt. 167. 9. Illud etiam mihi permirum videbatur, cum qui dẽ qui libertos relegandos, ſeruos ſupplicio afficiendos cenſuiſſet, conſtum eſſe diuidere ſententiam.
Subtilius & copioſius diuidere. Quintil. lib. 4. cap. 5. 18.
Tabulas diuidere paſſim, & peruulgare, atque edere populo. Cicero pro Sylla. 32.
Diuiſus, pen. prod. Participium. (διαιρεθείς.) Virg. in epigr. Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet. Teren. And. 3. 1. 18. Non ſat commode diuiſa ſunt temporibus tibi Daue hæc.
Maligne diuiſus ager, Vide MALVS.
Corpus diuiſum in membra. Seneca Thyeſte. 8. 28. Intelligit omnia membra à corpore ſeparata & deciſa, vt corpus iam nullum reſtet.
Seorſum diuiſa omnia. Lucret. lib. 4. 100.
Diuiſus, huius diuiſus, pen. prod. (ἀναδασμός,) Verbale. Liu. 3. bell. Maced. 108. Veſtigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ ac diuiſui principum quibuſdam & magiſtratibus erant.
Diuiſio, Verbale, (διαίρεσις,) Separatio. Cic. 4. Acade. 176. Duo placet eſſe Carneadi genera viſorum. In vno hanc diuiſionem: alia viſa eſſe quæ percipi poſſint, alia quæ percipi non poſſint.
Arguta diuiſio, Vide ARGVTOR.
Quadripartita diuiſio. Cice. 3. de Nat. deor. 8. Quadripartita, inquit, fuit diuiſio tua. Primùm, vt velles docere deos eſſe: deinde quales eſſent: tũ ab his mundum regi: poſtremò cõſulere eos rebus humanis. Hęc, ſi recte memini, partitio fuit.
Scrupuloſe in partes ſecta diuiſio. Quintil. lib. 4. cap. 5. 6.
Diuiſor, pen. prod. diuiſoris, (μεριστής.) Qui partitur & diuidit.
In furis ac diuiſoris diſciplina eloquatus. Cic. 5. Verr. 137.
¶ Diuiſor, Redemptor pecuniarum quæ tributim diuidebantur à candidatis ad ſuffragia cõrumpenda. Sæpe enim euenebat vt tributim pecuniæ diuiderentur à candidatis ad aucupanda ſuffragia egentium. Quam ob cauſam redemptores huiuſcemodi operis, quiq; pretio corrumpenda plebis ſuffragia ſuſcipiebãt, diuiſores vocabantur. vt apud Tranquillum in Auguſto, Octauius pater à principio ætatis & re & exiſtimatione magna fuit, vt equidem mirer hunc quoque à nonnullis argentarium, atque etiam inter diuiſores operaſque campeſtres poſitum. Cice. 2. de Oratore. 142. Etiam interpretatio nominis habet acumen, quum ad ridiculum conuertas quamobrem ita quis vocetur: vt ego nuper Nummium diuiſorem vt Neoptolemum ad Troiam, ſic illum in campo Martio nomen inuenîſſe. Quibus verbis ſignificat Nũmium ob diuiſionum miniſterium, quas i campo factitabat, diuiſorem cognomento dictum. Et ad Atticum, lib. 1. 11. 21. Conſul autem ille deterioris hiſtrionis ſimilis ſuſcepiſſe negotiũ dicitur, & diuiſores habere. Et paulo poſt, Noui eſt in lege hoc, vt qui nummos in tribus pronuntiarit, ſi non dederit, impune ſit: ſin dederit, vt quoad viuat, ſingulis tribubus HS ∞ ∞ ∞ debeat. Pronuntiare in tribus nummos, ſignificat aperte polliceri in ſingulas tribus certam nummorum ſummam. Hos diuiſores, Plautus Curæ magiſtros vocat: in curia, etiam tribus appellabantur. Hæc Budæus in reliquis annot. in Pandectas, quo in loco plura de hac re videto. Cic. pro Plancio, Quam tibi commodum eſt vnam tribum deligere: docè id quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit.
Diuiſor, obſcœnum verbum. Cic. Pœto. 9. 22. 12. Quid enim, non honeſtũ verbum eſt diuiſor? At ineſt obſcœnum: cui reſpondet intercapedo.
Diuiſũra, diuiſũræ, penul. prod. (τμῆμα,) Idem quod diuiſio. Plin. lib. 12. cap. 26. 2. Ab hac, ferula differt quæ vocatur ſpondylion, foliis tantũ, quia ſunt minora, & platani diuiſura. Idem lib. 14. ca. 3. 7. Folio paruo & rotundo, ſine diuiſuris. Quas inciſuras multis aliis locis appellat.
Diuiduus, Adiectiuũ, (διχοτομός,) Quod eſt ſeparatũ & diuiſum. Plin. lib. 2. cap. 18. 3. Diuidua eſt in quadrato ſolis. Ibidem, cap. 67. 5. Diuiduus globus. Plaut. Rud. 31. 52.
Diuiduum talentum faciam. T. bene facias. D. pro altera, libera. Vt ſit, diuidium tibi ſumedimidium huic cedo. Cic. de Vniuerſitate. 18. Ex ea materia quæ indiuidua eſt, & quæ ſemper vnius modi, ſimúque ſimilis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur, &c. Teren. Adel. 2. 2. 33.

Potius quàm venias in periculum Sannio. Seruéſne an perdas, totum diuiduum Facetum. Colum. lib. 12. in Prœmio. 7. Nihil conſpiciebatur in domo diuiduum.
Aqua diuidua. Ouid. 1. Faſt. 59. Inſula diuidua quam premit amnis aqua Id eſt quam ambit fluuius ab vtraque parte.
Coma diuidua, Id eſt diſcreta in ſummo vertice & vtrinq; demiſſa. Ouid. 1. Amorum, eleg. 5. 7. Candida diuidua colla tegente coma.
Crines diuidui. Stat. 8. Thebaid. 98.
Munus diuiduum. Horat. 1. epiſt. 18. 10. Et mihi diuidno finderur mune re quadra.
Sulci diuidui. Claud. 5. Paneg. 15.
Diuidua ferarum viſcera, pro diſſectis quibus carnarii in Africa veſcũtur. Plin lib. 5. cap. 1.
Diuidia, diuidiæ, (δυσχέρεια,) Tedĩ & moleſtia, vt interpretatur Nonius. Plaut. Caſina, 5. 9. –ſed quid eſt
Quod tuo nunc animo ægre eſt? nam quod tibi eſt ægre, idem mihi Diuidiæ. Idem Bacch. 17. 1.
Nimio illæc res eſt magnæ diuidiæ mihi,
Subterfugiſſe ſic mihi hodie Chryſalum. Idem Trucul. 18. 3.
Nam mihi diuidia eſt in tonſtricem meam, ſicut multam. Antiquum.
Diuidóitas, penult. correp. Verbale. Caius in L. Si is qui. ff. Ad Leg. Falci. Hæc itaque legata, quæ diuiditatem non recipiunt, tota ad legatariũ pertinent.

Diuinitus, Diuino, Diuinus, Vide DIVS.

Diuiſio, Diuiſor, Vide DIVIDO.

Diuitiæ, Diuito, diuitas, Vide DIVES.

Dium, Vide DIVS.

Diunt, pro dant, apud Plautum & Lucretium. Vide DO, das.

Diuortium, Vide DIVERTO.

Diurnus, Vide DIES.

Dius, Adiectiuum, (θεογενής,) Aliquis ab Ioue genus ducens, inquit Feſtus, generoſus, ἀπὸ τοῦ Διός, Id eſt, à Ioue. Virg. li. 11. 132.
–quas ipſa decus ſibi dia Camilla Delegit.
Otia dia. Lucret. lib. 5. 279.
Inde minutatim dulceis didicere querelas:
Tibia quas fundit digitis pulſata canentum,
Auia per nemora, ac ſyluas, ſaltuſque reperta,
Per loca paſtorum deſerta, atque otia dia. Id eſt diuina.
Fabula dia. Lucret. lib. 5. 189.
Multaque præterea nouitas tum florida mundi
Fabula dia tulit, miſeris mortalibus ampla.
Sententia dia pro diuina. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. 7.
Dium, Subſtantiuum, (Διός,) Quod ſub cælo eſt extra tectum, ab Ioue, inquit Feſtus. Inde ſub dio agere. Horat. Carm. li. 2. Vitamque ſub dio & trepidis agat in rebus. Cic. 3. Verr. 24. Illa quæro quæ apud te nuper ad omnes columnas omnibus etiam inter columnas, in ſylua denique diſpoſita ſub dio vidimus.
Morari ſub dio. Hor. 2. Carm. ode 3. 5. Hoc eſt ſub cælo. Porphyr.
Sub dium rapere. Hora. 1. Carm. ode. 18. 3. Hoc eſt proferre in publicum. Porphyr.
Dium, Adiectiuum, (Διϊκός,) Seruius, Deos æternos dicimus: diuos verò qui ex hominibus fiunt. Cic. 2. de Nat. deo. 8. Itaque & in noſtro populo, & in cæteris deorum cultus, religionumque ſanctitates, exiſtunt in dies maiores atque meliores: tidque euenit non temere, nec caſu, ſed quòd præſentiam ſæpe dini ſui declarant.
Effigies ſacræ diuũm. Virgil. 3. Aeneid. 30.
Interpres diuũm, Mercurius. Virg. 4. Aeneid. 72.
Numina diuũm. Virg. 2. Aeneid. 25.
Pater diuũm. Virg. 1. Aeneid. 14.
Pax diuũm. Virg. 3. Aeneid. 74.
Reſponſa diuũm. Virg. 6. Aeneid. 160.
Sacra diuũm. Hora. 1. Serm. ſaty. 3. 14.
Et qui nocturnus diuũm ſacra legerit.
Aequarei diui. Valer. 1. Argon. 28.
Benigni diui. Horat. 4. Carm. ode 2. 11.
Imi diui, Infernales. Valer. 7. Argon. 100.
Immortales diui. Lucret. lib. 5. 11.
Manes diui. Lucret. li. 3. 11. Et nigras maſtãs pecudes, quas manibus diuis Inferias mittunt.
Penates diui. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 35.
¶ Auguriis agimur diuũm. Virg. 3. Aeneid. 1.
Carentes gelida morte diui. Horat. 2. Carm. ode 8. 3.

Diuos, & eos qui cœleſtes ſemper habiti, colunto. Cic. 2. de Legib. 31.
Das epulis accũbere diuũm. Virg. 1. Aeneid. 17. Hoc eſt, tu me deũ facis.
Placati ſanguine diuos. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 41.
Superare diuos is dicitur, quem ipſis etiam cælitibus fœliciorem eſſe intelligi volumus. Catul. ad Lesbiam. 48. 1.
Ille mi par eſſe deo videtur:
Ille (ſi fas eſt) ſuperare diuos,
Qui ſedens aduerſus identidem te
Spectat, & audit.
¶ Armipotens diua, Minerua. Virg. 2. Aeneid. 85.
Armiſona diua, Pallas. Sil. lib. 13. 9.
Caſta diua, Pallas. Stat. 10. Thebaid. 12.
Creatrix diua, Venus. Virg. 6. Aeneid. 74.
Cytherei diua, Venus. Ouid. 8. Metam. 58.
Potens Cypri diua, Venus. Horat. 1. Carm. ode. 3. 1.
Triformis diua, Hecate vel Diana. Valer. 7. Argonaut. 79. Horatius. 3. Carm. ode. 22. 1.
Diua virago. Id est Diana apud Senecam in Hippol. 1. 10.
¶ Diuum, pro aere. Horat. 2. Carm. ode. 3. 5. –ſub diuo moreris. Vitima nil miſerantis Orci. Id eſt, ſub aere, inquit Seruius. Alii legunt ſub dio. Porphyr. exponit ſub cælo. Plin. lib. 14. cap. 21. 4. Campaniæ nobiliſſima expoſita ſub diuo in cadis verberari ſole, luna, imbre, ventis, aptiſſimum videtur.
Diuinus, pen. prod. A dicitur, (θεῖος, θεϊκός, θεοείκελος, θεοειδής.) Quod eſt dei, vel quod ad deũ pertinet. Plaut. Curcul. 10. 46. Nũc rei diuinæ operam dabo, certũ eſt bene me curare. Terent. Eunuc. 3. 3. 7.
Vbi veni, cauſam vt ibi manerem repperi:
Ait rem diuinam feciſſe, & rem feriam
Velle agere mecum.
Diuinæ rei operã dare, & diuinã rẽ facere. Eſt ſacrificare diis. Cato, cap. 14. 2. dixit Diuina verba facere, p Sacrificare, vel deos precari, quum inquit, Si de cœlo villa tacta ſiet, de ea re verba diuina vti fiant procuret. In aliis exẽplaribus hæc duo vocabula deſunt, diuina procurct.
Diuinius, Cõparatiuũ. Cic. 1. de Diuin. 202. Quid hoc ſomnio dici diuinius poteſt? Ibidẽ. 111. Itaqi appropinquãte morte multo ẽ diuinior.
Homo diuina & incredibili fide. Cic. pro Milone. 79.
O diuina Senatꝰ frequẽtis 1 æde Bellonæ admurmuratio! Cic. 7. Ver. 33.
Amor diuinus. Virg. 8. Aeneid. 74.
Diuini animi hominum. Cic. de Amicit. 12. Apollinis oraculo ſapientiſſimus eſt iudicatus, qui non tum hoc, tum illud, vt in pleriſque, ſed idem ſemper, animos hominum eſſe diuinos.
Aura diuina. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 16.
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.
Diuinæ particulam auræ, animum dicit, vt interpretatur Acron.
Diuina quædam & inaudita authoritas atque virtus alicuius. Cic. Post reditum ad Quirites. 6.
Diuinum condimentum, quo vtuntur dii. Plaut. Pſend. 13. 37.
Quid tu diuinis condimentis vtere,
Qui propagare vitam poſſis hominibus,
Qui ea culpes condimenta?
Conſilium diuinum. Cic. pro Lege Manil. 5.
Decor diuinus. Virg. 6. Aeneid. 129.
Fontes diuini. Propert. lib. 1. eleg. 17. 6.
Diuinus homo, Ad laudem refertur. Virg. 5. Aeneid.
–diuinúque oſſa parentis
Condidimus terræ. Idem eclog. 3. 8.
–diuini opus Alcimedontis.
Sic Homo diuinus in dicendo. Cic. 1. de Orat. 22.
Diuini lacus, Id eſt conſecrati. Virg. 3. Aeneid. 88. Seruius.
Cœleſtis & diuina legio. Cic. 5. Philip. 184. Tum illas cœleſtes diuinasq; legiones Martiam & Quartam, &c.
Diuinus locus, Dius conſecratus. Plaut. Moſt. 15. 54. Tum cõſilia firmiora ſunt de diuinis locis.
Diuina manus. Plaut. Bacch. 20. 2. Quum Priami patriam Pergamum diuina mœnitum manu.
Diuina memoria. Cic. 4. Acad. 4.
Mens diuinior. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 9.
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atque os
Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.
Mens diuina, Virg. 4. Georg. 44.
Motus diuinus. Ouid. 6. Metam. 32.
Numen diuinum. Lucret. lib. 6. 19. & 12.
Odor diuinus. Virg. 1. Aeneid. 82.
Ambroſiæque comæ diuinum vertice odorem Spirauere.
Ope diuina. Ouid. 3. Faſt. 5.
Et ſua diuina farta fefellit ope. De Marte.
Os diuinum. Virg. 3. Aeneid. 74.
Poeta diuinus. Virg. 10. eclog. 4.
Potentia diuina. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ludit in humanis diuina potentia rebus.
Diuinum rus. Virg. 1. Georg. 34.
Sic te diguum mare diuini gloria ruris.
Sors diuina. Cic. 3 Philipp. 141.
Qui sunt igitur reliqui, quos sors diuina delectet?
Voluptas diuina. Lucret. lib. 3. 6.
Vrna diuina. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 6.
Confice, namque instat fatum mihi triste, Sabella
Quod puero cecinit, diuina mota anus vrna.
¶ Assisto diuinis. Horat. 1. Serm Saty. 6. 23.
Res diuinas apud deum facere. Cic. 6. Verr. 15. Res illum diuinas apud eos deos in suo sacrario propè quotidie facere vidisti. Cato de Re rustica, cap. 83. Sueton. in Augusto, cap. 1.
Habere aliquid in animis præsagiens atque diuinum. Cic. 1. de Diuinat. 139. Aristoteles quidem eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, ceuseebat habere aliquid in animis præsagiés atque diuinum.
Diuinum esse in aliqua re agenda. Cic. Qu. frat. lib. 1. 9. 2. Idibus Ma. Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda.
Diuinus, diuini, Substantiuum, (μάντις,) Qui diuinat, & futura prædicit. Martial. lib. 3. 19. in Nauolum, Non tum diuinus, sed scio quid facias. Cic. de Fato. 13. Hoc loco Chrysippus æstuans falli sperat Chaldæos, cæterosque diuinos. Budæus.
Auis diuina imbriū. Id est diuinatrix & prænūtia. Hora. 3. Car. ode. 27. 2.
Antequam stantes repetat paludes
Imbrium diuina auis imminentum.
Imbrium diuinam Cornicem dicit, imminentiū imbriū præsciā: vt Virgil. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. Acron.
Diuinipotens, pe. corr. (Θεόδωκτος,) Qui in diuinis potestatem habet. Apul. Saga & diuinipotens cœlum deponere.
Diuīno, diuinas, pen. prod. (μαντεύομαι,) diuinare, Significat augurari. Proprium enim Dei est futura prædicere. de hominibus etiam dicitur. Terent. Hecy. 4. 4. 74. Planè hic diuinatimam id est. Cic. de Senect. 12. Cuius sermone ita tum cupide fruebar, quasi iā diuinarē id quod euēnit. illo extincto, fore vnde discerem neminē. Idem. 2. de Leg. 5 2. Disciplina vestra quasi diuinarem, videatur prorsus posse.
Diuinare de aliqua re. Cic. Bruto. 18. 7. Sed ego à principio quum diuinare de belli diuturnitate possem, &c.
Diuinans & præsentiens. Cic. 1. de Diuin. 85. Est profecto quiddā in barbaris gentibus præsentiens atque diuinans.
Futura diuinans animus. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 6.
Animo diuinante timere aliquid. Ouid. 11. Metam. 139.
Hoc erat hoc animo quod diuinante timebam.
Diuinans nomen ex participio, (μαντεύομενος,) Cic. 2. de Diuin. 70. Nā quum mihi quædam casu viderentur sic euenire, vt prædicta essent à diuinantibus, dixisti multa de casu, &c.
Diuinātus, pen. prod. Participium, (μαντευθείς,) Ouid. de Nuce. 16.
Est etiam par sit numerus quid dicat, an impar,
Vt diuinatas auferat Augur opes.
Diuinatio, Verbale, (μαντεία, μαντική, μάντευμα, θεσπεσμός,) Cic. 1. de Nat. Deor. 77. Et. 4. Acad. 136. Idē. 1. de Diuin. 1. Versari quandam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant. id est præsensionem & scientiam rerum futurarum. Ibidem, lib. 2. 20.
Diuinationem Chrysippus dēnuit his verbis, Vim cognoscentem & vidē tem & explicantem signa, quæ à diis hominibus portendantur. Officiū autē esse eius, prænoscere dei erga homines mente qua sint, quidqū significent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Cic. 2. de Diuinat. 194.
¶ Diuinatio videtur esse, quæ iudicii constitutionem præcedit. Ci. Qu. frat. li. 3. 18. 1. Postridie eius diei apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter, &c. Quintil. lib. 3. Sicut diuinationes quę fiunt de accusatore constituendo, & nonnunquam inter delatores vter præmium meruerit. Gell. lib. 2. cap. 4. Budæus.
Coniecturæ diuinationum. Cic. 1. de Diuin. 132.
Permotus nescio qua diuinatione. Vide PERMOTVS.
Diuinitas, pen. corr. (Θεότης,) Plin. lib. 19. cap. 12. 6. Opus ingens, occultumque diuinitatis, & quo nullum reperiri possit maius. Idem, lib. 18. cap. 24. 1. Cic. de Vniuersit. 34. Et. 1. de Orat. 164.
Ex diuinitate animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. Cic. 2. de Diuinat. 39.
Theologus ā diuinitate loquēdi nomen inuēnit. Cic. in Orat. 34.
Aristoteles menti tribuit oēm diuinitatē. Cic. 1. de Nat. Deor. 48.
Diuīne, pen. prod. Aduerbium, (θείως,) Id est diuino quodam consilio & ingenio, siue à Deo profecto. Cic. ad Atticum, lib. 10. 10. 5. Præclara igitur conscientia sustentor, quem cogito me de Rep. aut meruisse optime, quum potuerim. aut certe nunquam nisi de ea diuine cogitasse. Idem 1. de Diuinat. 102. Satis est non modo plura, sed etiam pauctura diuine prehensa & prædicta reperiri. Quintil. lib. 1. cap. 10. Quæ Tullius in Oratore diuine, vt omnia, exequitur.

Diuinitus, pen. corr. (θείθεν,) Aliud aduerbium. Cic. de Orat. Multa memini diuinitus à Platone disputata. Virg. 1. Georg. 63.
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis Ingenium.
Cic. 5. Verr. 153. Atqui in eā fraudē mihi videtur diuinitus incidisse. Et ad Atticū, lib. 1. 11. 15. Item. 1. de Orat. 14. Liu. 1. ab Vrbe. 154.
Accidit diuinitus. Vide ACCIDO.

Diutinus, et Diuturnus, Vide DIV.

Diuulgo, diuulgas, (ἐκφέρω, θρυλλέω, διαφημίζω, ὑποκαλύπτω,) di

uulgare, Quasi commune omnibus facere. Cic. ad Appium Balbum, lib. 6. 12. 8. Quare vtsum est occultius agendum, neque vllo modo diuulgandum. Idem. 2. Philip. 34. Quām multa seria, nec tamen vllo modo diuulganda. Et pro Fonteio. 9. Sic Diuulgare cōsilium alicuius. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 75.
Diuulgare librum. Cic ad Atticum, lib. 12. 15 4. 1. & 15 8. 4.
Sermonibus aliquid diuulgare. Cic. pro Fonteio. 9. Vel maxime enim inimici hanc rem sermonibus diuulgare voluerunt.
Diuulgata vetus ad cœlum gloria fertur. Lucret. lib. 6. 2.
Tempus ætatis ad omnes libidines diuulgatum. Cic. Post red. in Senatu 8. Cuius primū tempus ætatis pallam fuisset ad oēs libidines diuulgatū.
Diuulgatus, (ἐξυλλόμενος,) Nomē ex participio, vnde Diuulgatissimus & leuissimus magistratus. Cic. Furnio, lib. 10. 20. 5. Te adipiscendi magistratus leuissimi & diuulgatissimi, si ita adipiscare vt plerique, præpropera festinatio abducet à laudibus.

Diuus, Vide DIVS.

D O

Do das, dedi, datum, (δίδωμι, ὀπάζω, πορίω, θάσσω,) dare, Notæ si-

gnificationis. Plaut. Asin. 10. 24. Qui dant, eos derides.
Inter dare & dedere hoc interest, quòd Dare, est quod reperas: Dedere est ad perpetuum. Danus & amicis: Dedimus tantum hostibus.
Dare atque donare. Cic. 6. Verr. 31. Apud amicos multa deposita, multa aliis data, atque donata.
Dare & impertire. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. 78. Commoda quibus vtimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, ab eo nobis dari, atque impertiri videmus.
Tantum boni à diis immortalibus oblatum & datū. Ci. pro L. Manil. 35.
¶ Da te mihi, Id est, fac quod te iubeo, vel Hoc caula mea faciat. Terent. Heauton. 4. 3. 10. Sed nunc Clinia age, da te mihi vicissim. Idem Adelphis. 5. 3. 52. –tace
Non fiet, mitte iam isthæc, da te hodie mihi, exporge frontem. Vbi Donatus, Da te mihi, Accommoda te ipsum voluntati meæ. nam in animum transtulit quod est corporis, vt in Eunucho, Mihi sese dare, fermonē quærere. Si non vis, inquit, propter te, vel propter me mitis esto. Cic. Att. lib. 1. Epist. 9. Dabimus hoc Pompeio. Id est Pompeii causa faciemus. Eidem, lib. vlt. Epist. 9. Amabo te da mihi & hoc.
Da te homini. Cic. Cælio, lib. 2. 7. 6. Quare da te homini: complectetur mihi crede.
Dabo te exornatum. Terent. Heaut. 5. 1. 77.
Hic, ita vt liberos esse æquum, dictis confutabitur.
Sed Syrum. M. quid cum? c. egòne? si viuo, adeò exornatum dabo,
Adeò depexum, vt dum viuat, meminerit semper mei.
Dare aliquid ad. Cic. 3. de Orat. 133. Oculos autē natura nobis, vt equo & leoni setas, caudā, aures ad motus animorū declarandos dedit.
Dare aliquid alicui Cic. 4. Acad. 91. Quis enim tibi dederit aut desi omnia posse, aut ita factūrum esse si posliti? Sic Varro lib. 2. de Re rust. ca. 1. 5. Id est concedet.
Ab altero alicui dare. Cic. Antonio, in Epist. ad Atticū, li. 14. 311. 4. Quare quoniā hoc à me sic petis, vt quæ tua potestas est, ea neges te mihi uito vturum, puero quoque hoc à me dabis si tibi videbitur.
Dare & concedere. Cic. 5. Verr. 13. Est tuum, est ingenii, prudentiæque tuæ: do tibi hoc & concedo. Ibidem. 188. Sed do hoc vobis & concedo, esse multos, &c.
Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis ac familiarib⁹, qui tuo dolore mentrida patriæ, vt siqua in re opus sit, opera & consilio tuo vti possit. Cic. Sulpitio, lib. 4. 5. 19.
¶ Dedi me protinam, Id est confestim discessi. Plaut. Curc. 7. 84. Ostium vbi conspexi, exinde me ilico protinam dedi.
¶ Dare, Dicere. Plaut. Rud. 13. 15.
Quin tu hinc is à me in maximam malam crucem?
c. Da quas res tecum in naui agebam cōmodum. Terēt. Prol. Heaut. 10. Nunc quam ob rem has partes didicerim paucis dabo. Virg. 1. ecl.
Sed tamen iste deus qui sit de Tityre nobis. Cic. 5. Verr. 155. Vnum inquam, da mihi ex illis aratorib⁹, qui vel ad statuam, &c. Idē. 1. Acad. 15. Sed dā mihi nunc, sat' isne probas, imo verò, &c.
¶ Dare, facere. Terent. Adelph. 3. 4. 4. –ô Aeschine
Pol aut paternum istud dedisti. Id est, non didicisti à patre talia facere. Donatus, Dedisti, deest facinoris & dedisti pro feciti. Sed sic dicitur in re magna, vt –dabit ille ruinas

Arboribus,

Arboribus, stragemque satis.
¶ Dabo statuam faciendam. Plaut. Curc. 8. 68.
Ibi nunc statuam vult dare auream
Solidam faciundam ex auro philippeo. Sic apud Ciceronē. 4. Tus. 135.
Dare se Philosophiæ excolendam. Et ad Atticum, lib. 2. 16. 1. Dare librum perferendum ad aliquem. Eidem, lib. 7. 135. 2.
¶ Do ferre, pro Do ferendum. Quintil. lib. 9. ca. 3. Virg. 5. Aene. 50.
–& argenti magnum dat ferre talentum.
Græcum est, duo verba coniungere. vt paulo pòst, Donat habere vino: Seruius.
¶ Datur hæc sexaginta minis. Plaut. Perf. 16. 195. Tuo periculo sexaginta hæc datur argenti minis. Mart. lib. 12. 73. Amphora vigesiis, modius datur ære quaterno.
¶ Vt res dant sese. Id est, pro re, tempore, & loco, vt occurrunt res, vt sese offerunt. Terent. Hecyra, 3. 3. 20.
–profectò hoc sic est, vt puto
Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus. Liu. 8. bel. pun. 22. Pollicitus, prout res, ac tempus se daret, &c.
Vt se dederint initia. Cic. ad Atticum, lib. 2. 6. 1. 10. Tu ad me velim proximis literis, vt se initia dederint, perscribas.
¶ Quod datur accipio. Loquendi modus parcimiæ accommodatus. Cic. 2. de Orat. 100. Si se dant, & vt antè dixi, sua sponte; quò impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur: & ad id vnde aliquis flatus ostenditur, vela do. Idem 2. de Finib. 152. Hoc etsi multis modis reprehēdi potest, tamen accipio, quod datum hi enim satis est, ipsis nō satis. Idem Attico, lib. 1. 9. 5. Hic dies me valde Crasso adiunxit, & tamen ab illo aperte, testē quicquid est datum, libenter accepi. Idē Lentulo, lib. 1. 10. 12. hanc regia causa excepta, cæteris in rebus se acerrimū tui defensorem fore ostendit. Quod dat accipimus.
¶ Dare actionem dicitur iudex, quando actorem ad intendendam actionem admittit. Dicitur & dare iudicium. Vlpi. in L. prima. ff. De his qui deiec. vel effud. Prætor ait, qui deiecerunt vel effuderunt in eum locum quò vulgo iter fiet, &c. quanti ea res damnum datum factū' ve erit, in eum qui ibi habitauit, in duplum iudicium dabo. Cic. 4. Verr. 47. Siquis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum: quic. quid ab eo petеretur, iudicem de sua cohorte daturum. Ipsi autē nullius actionem rei sese daturum. Vide actionem dare in AGO.
Aciem dare. Tacit in Vita Agricolæ, Quando dabitur hostis? quando acies?
Actum & factum dare. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6. Flexus ille, & vt sic dixerim, motus dat actum quendam & factum. De statuis & picturis.
Dare aditum. Culum. lib. 6. cap. 9. 1. Alia fossa circundederis, ne aditus pecori detur. Vide Aditus in ADEO, adis
Aditum dare oculis. Ouid. epist. 15. 8.
Dare adiumentum. Plaut. Epid. 7. 16. –nec mihi
Plus adiumenti das, quàm ille qui nunquam etiam natus est.
Aditorem & comitem alicui dare. Cic. de Amicit. 70. Virtutum amicitia aditrix à natura data est, noxa vitiorum comes.
Aditorem ad rem aliquam. Terent. Phorm. 3. 3. 18. Sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem aditorem dari.
In adoptionem aliquem dare. Quintil. lib. 3. cap. 6. 68. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat.
In æquor se dare. Virgil. 4. Georg. 106. Hæc Proteus, & se iactu dedit æquor in altum.
Aes dare. Horat. de Arte. 5.
–si fractis enatat exspes
Nauibus, ære dato, qui' pingitur?
Amplexus. Virgil. lib. 8. Aeneid. 33. Optatos dedit amplexus. Sic lib. 1. 139. Et Ouid. 4. Metam. 120.
Animum sub fasce dare, de apibus dicitur. Virgil. 4. Georg. 41.
–vtrōque animam sub fasce dedēre. Hoc est mortuæ sunt.
Animos dare. Virg. 9. Aeneid. 30.
–læti discrimina parui,
Dant animos. Id est animosiores faciunt.
Animum suum alicui, Quod vulgus Ponere suam affectionē dicit. Plaut. Asin. 4. 10. –scias
Quæ prius quam istam adii, atque amans ego animum meum isti dedi,
Sordido vitam oblectabas pane.
Dant enim animum ad loquendum libere. Liu. 9. bel. Pun. 84.
In luctus animum dare. Ouid. 2. Metam. 77.
Dare animum mœrori. Cic. ad Atticum, lib. 3. 48. 6.
Annos dare venatibus, Id est consumere venandi studiis. Valer. lib. 3. Argonaut. 49.
Autam ad reprehendendum, pro Dare occasionem. Cice. de Amic. 53.
Quineriam necesse erit cupere & optare vt quā sæpissime peccet amicus, quo plures der sibi tanquam ansas ad reprehendendum.
Dare ansas sermonis. Cic. pro Sestio. 17. Denique etiā sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius sensus tenere possemus.
Dare aquam in aluum, pro Iniicere. Gelsus li. 4. ca. 15. ad finem, Si minus,

mista his aqua in aluum datur.
Dare aquam manibus. Plaut. Truc. 9. 27.
Arbitros. Cæsar. 5. bellī Gallici. 5. Iis ad diem adductis, arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstiment, pœnamque constituant. Cicero. 1. de Legibus. 80. Ego planè vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum.
Argentum ad nuptias. Terent. Heaut. 4. 5. 29. Argētum dabitur ei ad nuptias, aurum, atque vestem.
Controuersia dat aliud argumentum. Quintil. lib. 7. cap. 2. 40.
Augurium dare. Virg. 1. Aeneid. 18. Da pater augurium, atque animis illabere nostris. Augurium, modo oraculum, sed vsurpatiue. Seruius.
Auribus alicuius. Hoc est assentari, blandiri. Trebonius Ciceroni, lib. 16. 17. 2. Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.
Aures dare. Est audire & obsequi. Senec. Hippol. 4. 12.
Amare discat, mutuos igoes ferat,
Det facilis aures.
Dare aures suas alicui. Cic. ad Atticum, lib. 1. 3. 4. Etenim quum multos dies aures meas Acutilio dedissem, cuius sermonis genus, &c.
Pugnę auspicium dare. Sil. lib. 17. 114.
Dare rem authorem. Plaut. Trinum. 4. 52. Est, & fuit id ita esse vt credas, rem tibi authorem dabo. Vide AVTHOR.
Auxilia. Liu. 8. bel. Maced. 66. Coeunt in vnum rursus Galli, & auxilia Nicomedi dant aduersus Zyberam,
Se in bella dare. Virg. 12. Aeneid. 127.
O soror, & dudum agnoui, quum prima per artem
Fœdera turbasti, teque hæc in bella dedisti.
Bellum ipsa dedi. Stat. 12. Thebaid. 68.
Beneficium, pro facere rem gratam. Plin. in Paneg. 11. Expectatum est tē pus, in quo liqueret, non tā accepisse te beneficium, q̄ dedisse. Cic. ad Brutū, lib. 13. 13. 3. Quo in munere ita se tractauit, vt accepisse ab eo beneficiū videret, nō dedisse. Idē ad Rutilū, lib. 14. 9. 7. Maius mihi dare beneficiū nullū potes. Sic Antonius ad Ciceronē, in Epist. ad Att. lib. 10. 198. 3. Qui tibi vt beneficium daret, prius iniuriam fecit.
Bibere: Quod aliqui impropriè propinare dicunt: quum propinare, propriè præbibere sit, vel prægustare. Terēt. And. 3. 2. 4. Pòst deinde q̄ iussi, ei date bibere. Vbi Donatus, Date bibere, consuetudine magis, q̄ ratione dixit, pro Date ei potionem. Lucilius in sexto, Date bibere summo. Nam duo verba actiua nullam habēt significationem sine nomine aut pronomine. vt si dicas, Dic facere. Cato de Re rust. cap. 89. Bis in die farciat, & meridie bibere dato. De gallinaccis & anseribus farciendis loquitur.
Boni multum alicui. Plaut. Menæch. 11. 10.
Proh dii immortales, cui homini vnquam vno die
Boni dedistis plus, qui minus sperauerit?
Brachia dare ad. Ouid. 3. Metam. 136.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit.
Brachia collo dare. Virg. 6. Aeneid. 140.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum.
Caliginem. Liu. 7. bel. Maced. 167. Nebula matutina crescente die, leuata in nubes, caliginem dedit.
Campo se dare. Virg. 9. Aeneid. 12.
–Teucrum mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo.
Cantus dare. Virg. 1. Aeneid. 81.
Et cœtu cinxere polum, cantusque dedere.
Ad carnuficem. Plaut. Capt. 19. 13. At ego nunc grandis grandem ob furtum ad carnuficem dabo.
Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua. Tacit. lib. 11.
Dare se in casum. Liu. lib. 3. Decad. 5. Secunda fortuna in conditione honestæ pacis vteretur potius, quàm spe vana euectus in casum irreuocabilem se daret.
Rem in casum dare, prælioque experiri statuit. Tacit. lib. 12.
In caueam dabo te. Plaut. Capt. 4. 15.
Auis me ferè consimilem faciam, vt prædixti.
AE. Ita vt dicis, si faxis, te in caueam dabo.
Causam recusandi. Cic. 1. de Ora. 129. Non committam vt si defugerim tibi causam aliquam dem recusandi.
Causam dicendi iustam & necessariam dare. Cic. de Aruſp. resp. 8.
Causam peccandi dare. Ouid. 2. Trist. 56.
Cibum ouibus. Varro. 3. de Re rust. cap. 9. 15. Ouid. 2. de Arte. 125.
Cibo, pro In cibum. Plinius, lib. 14. cap. 16. 2. Et si prius quàm tota vua matureſcat, incocta detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit vuas appetendi.
Ciuitatem alicui. Cic. 3. de Finib. 61. Itaque mihi videris, Latinè docere Philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare: quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur. Hoc est ciuem facere.
Clamorem ad astra dare. Sil. lib. 6. 51.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clamor ad astra datus, vocesque repentè profusæ,
Aetherias adiere domos, furti illicet ira.
Clangorem dare dicuntur aues. Plin. lib. 18. cap. 35. 20. Et quum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt.
Claritatem alicui. Plin. lib. 13. ca. 22. 7. Nero Cæsar claritatē ei dedit initio imperii. Sic apud eundē, Dare claritatē arti alicui, lib. 34. cap. 7. 5.
Cœnam alicui. Plaut. Asin. 1. 2. 146.
Has tibi nos pactis legibus dare iussit. A R. quid id est, quæso?
L I. Noctem huius & cœnam sibi vt dares. Idem Capt. 8. 35.
His diem dicam, irrogabo multam, vt mihi cœnas decem
Meo arbitratu dent, quum cara annona sit. Idem Epid. 2. 6.
Cœna tibi dabitur. T. spondeo. E. quidē T. me accepturum si dabis. Terent. Heaut. 3. 1. 47.
– nam ei vnam cœnam, atque eius comitibus
Dedi. Plautus Menæch. 3. 25. Cereales cœnas dat, ita mensas extruit. Cicero ad Pætum, lib. 9. 20. 6. Sed vide audaciam, etiam Hircio cœnā dedi sine pauone. Idem 6. Verr. 43. Is cœnam isti dabat apud villam in Tinderitano.
Cognitionem Consulibus dat lex. Cic. ad Atticum, lib. 16. 343. 3.
Cognomen. Vide COGNOMEN.
Ad cogitādum. Cic. ad Atticum, lib. 15. 325. 6. Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur.
Lacertis colla dare. Stat. 2. Achil. 54.
Iam te spectabunt lachrymis, planctuque decoræ
Troades, optabuntque suis dare colla lacertis.
Retro colla dare, pro Retro flectere. Ouid. 3. Metam. 16.
Læsaque colla dabat retro, plagamque sedere
Cedendo arcebat, nec longius ire siuebat.
Colloquium alicui. Liuius. 2. belli Maced. 156. Neque colloquium postea Philippo dedit.
Colorem dare alicui rei. Quintil. lib. 6. cap. 2. 23.
Deformibus colorem dare. Quintil. lib. 3. cap. 8. 30.
Se comitem alicui. Liu. 3. ab Vrbe. 158. Iam caput fieri libertatem repetentium, si se plebs comitem Senatui det. Silius, lib. 8. 14.
Commeatum militi. Liu. 3. ab Vrbe. 193. Vide COMMEATVS.
Sororem in concubinatum. Plaut. Trinum. 10. 65.
– ne mihi hanc famam differant, me
Germanam meam sororem in concubinatum tibi sine dote
Dedisse magis quàm in matrimonium.
Commoda alicui dare. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 16.
– tibi di, quæcunque preceris Commoda dent.
Connubia gentibus dare. Ouid. 3. Fast. 39.
Externis dantur connubia gentibus.
Consilium, Consulere. Terent. Adelph. 3. 3. 14.
– collaudauit filium,
Mihi qui dedissem consilium, egit gratias. Idem Eunuch. 2. 2. 84. Dixti pulchrè, nunquam vidi melius consilium dari. Cicero de Amicitia. 41. Consilium verum dare gaudeamus liberè. Idem. 4. Academ. 149. Quid consilii datis?
Consilia pulcherrima dare. Virg. 5. Aeneid. 145.
Consilium de aliqua re. Terent. Adelph. 3. 4. 54. Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.
Consilium vt. Terent. Eunuch. 5. 9. 15.
Quid commemorem primum? aut quem laudem maximè?
Illum qui mihi dedit consilium vt facerem, an me qui ausus sim
Incipere?
In conspectum. Hoc est, ante oculos ponere. Terent. Phorm. 2. 1. 30.
Egone illi succensebam? ipsum gestio dari
Mihi in conspectum nunc sua culpa vt sciat
Lenem patrem illum factum esse me acerrimum. Vbi Donatus, Non dixit venire, vt filium: sed dari, vt reum. Liu. 3. ab Vrbe. 197. Inde quès dies hostem in conspectum dedit.
Se in conspectum alicuius. Cic. 7. Verr. 69. Et li. 1. de Diui. 75. ex Ennio.
Se in consuetudinem vel familiaritatem alterius. Cic. in Pisonem. 54. Dedit se in consuetudinem, sic vt prorsus vnà viueret. Idem. 4. Verr. 122.
Et dare se in societatem. Liu. 6. ab Vrbe. 131.
Copiam dare. Tacit. lib. 11.
Neque data Senatus copia, intra cubiculum auditur.
Copiam dare, pro Sinere permittere. Terent. Prol. Heaut. 18.
Facite æqui sitis, date crescendi copiam
Nouarum, qui spectandi faciunt copiam
Sine vitiis. Id est facultatem vel potestatem. Virg. Affari extremū mi seræ data copia matri. Et iterum. 1. Aeneid. 105.
Postquam introgressi, & coram data copia fandi.
Crepitum inter muros dare. Lucret. lib. 6. 23.
Dant etiam sonitum patuli super æquora mundi,
Carbasus vt quondam magnis intenta theatris
Dat crepitum malos interiectata, trabesque,
Interdum perscissa furit petulantibus auris.

Crimini, Vertere vitio. Plin. de Viris illust. 23. Postmodum crimini datū, q; albis equis triumphasset, & prædam inique diuisisset. Cic. de Claris Orat. 151. Quinetiam memini quum in accusatione sua Qu. Gallio crimini dedisset, ibi cum venenum parauisse. Idem. 3. Verr. 8. Sed id tum esse veritum ne sibi crimini daretur, eos ab se pecunia liberatos. Sic. 1. Verr. 17. & 7. Verr. 59. & 102. Calamitatem crimini dare.
Crucibus. Plaut. Milit. 5. 28.
Nisi quidem illa nos vult qui serui sumus,
Propter suum amorem omnes crucibus contubernales dari.
Curam. Cic. 3. de Legib. 67. Hæc detur cura Censoribus. Hoc est negotium hoc illis committatur.
Curatorem dare. Horat. 1. Epist. 1. 21.
Insanire putas solennia me, neque rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere A Prætore dati.
Cursum nauibus. Liu. 9. bel. Pun. 123.
Cursum dare dicuntur venti. Virg. 3. Aeneid. 67. allusio ad nautas, Sed ti bi qui cursum venti, quæ fata dedere?
In custodiam vel custodias. Liuius 1. ab Vrbe. 15. Sacerdos vincta in custodiam datur. Idem. 6. bel. Pun. 84. Et apud Ciceronem. 7. Ver. 55. Et. 3. Philipp. 130.
Se in custodiam. Cic. in Catil. 14.
Damnum, Afferre incommodum, nocere. Plaut. Cistel. 2. 97.
Quanquam mihi istud erit molestum triduum, & damnum dabis,
Faciam. Idem Menæch. 7. 42. Ne mihi damnum in Epidamno duas. Terent. And. 1. 1. 116.
Nam si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit,
Quid facies illi qui dederit damnum aut malum?
Da mihi de Plaut. Trucul. 19. 46. Verum nunc saltem si amas, da mihi de tuis deliciis summis.
Decus. Plin. lib. 16. cap. 4. 6. Auxilia quanuis rege seruato decus id non dant. Liu. 7. bel. Pun. 75. Vos illi hodierno die primum fugati exercitus, dedistis decus.
Defensionem, pro Permittere reo, vt se defendat. Suet. in Claud. cap. 29. Consocerum suum, incerto crimine, nec data defensione occidit.
Defraudandum. Plaut. Rud. 3. 1. 31. Iam teratus nactum hominem quem defraudandum dares.
Dare se in delitias. Senec. epist. 115. Si disciplina ciuitatis laborauit, & se in delicias dedit, argumentum est luxuriæ orationis lasciuia.
Dare dexteras, Promittere. Plaut. Merc. 4. 4. Vxor tibi placita & placita est, date dexteras nunc iam. Liu. 6. bel. Pun. 73. Inde misso cōsulio, dextris inter se datis, vltimoque complexu, &c. Virg. 4. Aeneid. 62.
Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Dexteram dare misero, Auxiliari. Virg. 6. Aeneid. 74.
Da dextram misero, & tecum me tolle per vndas.
Dare dextras & fidem. Liu. 1. ab Vrbe. 156. Sed date dextras, fidemque, haud impune adultero fore. Sic lib. 10. bel. Maced. 189.
Dare dicta, pro loqui. Luiius. 2. belli Pun. 210. Hæc vbi dicta dedit, strin gitque gladium. Et lib. 9. 13. Et. 7. ab Vrbe. 157. Virg. 2. Aeneid. 157.
Hæc vbi dicta dedit.
Dicta dulcia. Plaut. Truc. 4. 74. Corda in felle sunt sita, atque acerbo ace to: linguis dicta dulcia daris.
Diem. Cic. Att. lib. 1. 6. 6. Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. Idem, lib. 4. 86. 1. Vestorio dandi sunt dies. Plin. epist. 3. lib. 9. Dari sibi diem ad diluenda crimina postulant.
Diem luculentum. Plaut. Epid. 5. 5. Prò dii immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum.
In discrimen legiones dare. Tacit. lib. 1. Cæsar nisi pontibus, præsidiisq; impositis dare in discrimen legiones haud imperatorium ratus, equitem vado tramittit.
Dare in diuitias filiam. Plaut. Trinum. 9. 4. Sine dote, ille illam in tantas diuitias dabit?
Dare documentum. Liu. 1. Decad. lib. 1. 123. Cic. pro Milone. 17.
Dolorem alicui. Cic. ad Atticum lib. 7. 132. 1. Qui, vt aliud nihil, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem.
Dolores ingentes dare. Horat. 1. Serm. Saty. 3.
Iuppiter ingenteis qui das adimisque dolores.
Se dolori. Plinius, libro. 3. ad Nepotem, epist. 60. b. Deinde quum diu cohibere lachrymę vincerent, pi orumperentque, egrediebatur, tunc sese dolori dabat.
Documentum. Liu. 5. bel. Pun. 111. Quo documentum dedistis hostibus, non tum Scipionibus extinctum esse nomen Romanum. Idem. 5. Dec. lib. 5. 160. Et documentum eloquentiæ dare voluit.
Dominarum, & principatū dare alicui. Cic. 11. Philip. 315. Animadverti P. C. dici à quibusdā exornari etiā nimium à me Brutū, nimiū Cassium ornari. Cassio verò sententia mea dominatū & principatum dari.
Datur in eam domum. Terent. Eunuch. 2. 3. 73. O fortunatum illum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum.
Dare dono. Virg. 2. eclog. 8. Plaut. Amphit. 6. 36. Nonne tibi hāc pateram quæ

quæ dono mihi illic ob virtutem data est. Liu. 3. bel. Pun. 69. Lætoque iuueni promissis, equum eximium dono dat. Sic 3. ab Vrbe. 241.
Dotem. Terent. Phorm. 5. 8. 36.
Quum ego vestri honoris causa repudium alterę
Remiserim, quæ tantundem dotis dabat. Plautus, Est ager sub vrbe: hic vobis eum dabo dotem sorori.
Dubitationem alicui. Cæsar ti bel. Gall. 52. His Cæsar ita respondit, eò sibi minus dubitationis dari, quòd eas res, &c.
Duras alicui. Terent. Heaut. 2. 4. 22. Imò vt patrem tuum vidi esse habitū diu etiam duras dabit. Subaudi, pœnas.
Epulas oculis, Pascere oculos. Plaut. Pœnulo. 18. 2.
Foit hodie operæpretium eias qui amabilitari animum addiceret,
Oculis epulas dare, delabrum qui hodie ornatum eò visere venit.
Esui. Plin. lib. 20. ca. 17. 3. Pereusilis esui dare decoctum.
Excidio ac ruinis opus aliquod. Liu. 1. ab Vrbe. 129.
Da me excruciatum. Plaut. Milit. 9. 84. – si post hunc diem
Mātuero, etiam quod ego me certo sciam,
Dato excruciatum me.
Exceptionem alicui. Cic. 2. de Finib. 37. Et tamen quid attinet luxuriosis vllam exceptionem dari, aut fingere aliquos, qui quum luxuriosè viuerent, à summo, &c.
Exercitum ducendum. Liu. 7. bel. Pun. 41. Vrbanum veterem exercitum Fuluius Consul. C. Fuluio Flacco legato in Hetruriam dedit ducendū.
Exilium dare alicui. Tacit. lib. 15. Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis, quàm conuictis, data exilia.
Exitio dare. Tacitus li. 11. Ne indefensa cōiux exitio daret. Lucr. li. 5. 10.
Exitum belli. Liu. 10. bel. Pun. 147. Vos lacessisse & tuipse fateris, & dicte stes sunt qui & illius belli exitum secundum ius fasque dederunt, & huius dant & dabunt.
Casus dedit huic exitum. Seneca Hippol. 2. 11.
Experimentum insignis artificii, apud Suetonium in Nerone.
Expectationē, pro Monere expectationem. Cic. ad. Atticum. lib. 2. 27. 3.
Exuias ad hostes. Ab hostibus despoliari. Plaut. Epid. 2. 36.
Id modò videndum, vt materies supperat scutariis,
Si in singulis stipendiis, ad hostes exuias dabit.
Fabulam. Cic. 1. Tusc. 5. Annis enim ferè CCCC. post Romam condi tam Liuius fabulam dedit. Donatus, Dari dicitur fibula, quum agitur. Terent. in Prol. Heeyræ, Heeyra est huic nomen fabulæ: hæc quum data est, &c.
Factū. Plautus Casin. 10. 3. Ita fieri oportet. o. factum & curatum dabo.
Dare facere. Cic. 3. Offic. 86. Arbitrum illum adegit, quid sibi dare facere oporteret ex fide bona.
Facultatem. Terent. And. 1. 4. 5. – di date facultatem obsecro
Huic parturi.
Facultatem ad. Cic. Attico, li. 6. 115. 7. Hit ego duobus generibus facultatem ad se æreu alieno liberandas aut leuandas dedi.
Data est mihi facultas, vt meo arbitratu facerem. Cic. 1. de Fin. 110.
Res dabit facultatem. Cic. ad Atticum, lib. 11. 215. 4. Sed siquid res' dabit tibi facultatis, id me maximè consolari poterit.
Famæ aliquid dare. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 19. Das aliquid famæ? hoc est, putas hoc ad famam pertinere? Acron.
Famæ dare, pro Spargere in vulgus. Tacit. lib. 1. Dabat & famæ, vt vocatus, electusque potius à Repub. videretur.
Famam celeritatis. Plin. lib. 35. cap. 11. 4. Quamobrem arti datus & celeritatis famam, absolait vno die tabellam, quæ vocata est hemerefios, puero picto.
Fato prosperiore dari. Ouid. 3. Fast. 123.
Anna per hanc iuro, quam quondam audire solebas,
Tellurem fato prosperiore dari.
Sat fatis, Venerique datum est. Virg. 9. Aeneid. 19.
Fidem, Iurare, confirmare, spondere, inquit Donatus. Plaut. Mili. 8. 43.
Lege agiro, te nusquam mittam nisi mihi das firmatam Fidem, te hinc, si emisero, intrò iturā. P H. vi me cogis,
Quisquis es, do tibi fidem, si omittit, istuc me intrò iturā. Idē Rud. 23. 14.
– dicam, taceas si fidem
Modò das te non fore infidam. G. do fidem, tibi fidus ero. Terentius Eunuch. 5. 9. 30. Do fidem ita futurum. Idem Hecyra, 1. 2. 39.
– si mihi fidem
Das te taciturā, dicam. P H. ad ingenium redis!
Fidem do, loquere. Idem Adelph. 3. 4. 17.
Venit ipsus vltrò lachrumans, orans, obsecrans,
Fidem dans, iurans se illam ducturum domum. Cic. de Senect. 68. Nō M. Attilium, qui ad supplicium est profectus, vt fidem hosti datam conseruaret. Sic 2. de Finib. 102. Et 1. Offic. 61. Item Liuius 3. bel. Pun. 37.
Fidemque daret, nihil factūrum tale. Ouid. 10. Metam. 17.
Dare fidem & iusiurandum. Cæsar. 1. bel. Gall. 14. Hac oratione adducti inter se fidem & iusiurandum dant.
Dare fiduciam. Liu. 2. bel. Maced. 81. Achæi portus & dant fiduciam postulantibus, & demunt.

Flammas. Ouid. 1. Metam. 80.
– spinosis ignis supponitur herbis,
Quæ neque dant flammas, &c.
Fluctibus dare se, pro Naulgare. Valer. 7. Argon. 4.
Fœnore. Plaut. Curcul. 9. 19. Sub veteribus, ibi sunt qui dant, quique accipiunt fœnore.
Fœnori pecunias dare. Tacit. lib. 11. Et lege lata, sæuitiā creditorū coercuit, ne in morte parentū pecunias filiis familiarū fœnori darent.
In fœnus. Varro. 1. de Re rustica, cap. 17. Sexaginta millia quanuis statim in fœnus des licebit.
Foras se dare. Lucret. lib. 1. 219. Hæc se turba foras dabit.
Foras vestem. Plaut. Menæch. 14. 83.
Mulierem æquum est vestimentum muliebre
Dare foras, virum virile. Hoc est vicinis vel alienis vtendum dare.
Humanam formam alicui dare. Quintil. lib. 7. ca. 4. 4. Sicut Epicurus, qui humanam Deo formam, locumque inter mundos dedit.
Data fortuna de improuiso. Terent. Phorm. 5. 7. 1. Tantam fortunam de improuiso esse his datam?
Frænos. Liu. 4. bel. Maced. 9. Date frænos impotenti naturæ & indomito animali. Significat laxare frænos. Sequitur enim, Sperate ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos faciatis. De mulieribus loquitur.
Fragorem dare. Ouid. 8. Metam. 68.
Sternitur incursu nemus, & propulsa fragorem Sylua dat.
Fructum meliorem. Colum. lib. de Arboribus, cap. 16. 3. Fructumque meliorem dabunt.
Fugā stragemq;. Liu. 1. bel. Pun. 119. Qui sivalles occultiores insedissent coorti in pugnam repentè ingentē fugā, stragemq; dedissent.
Fugam dare nauigantibus dicuntur venti. Virg. 7. Aeneid. 5.
Fugæ & in fugam. Cic. Attico, lib. 7. 141. 3. Et. 6. Verr. 85.
Se in fugam, Fugere. Et dare aliquem in fugam, pro Fugare, siue conuertere in fugam. Cæsar. 1. bel. Gall. 191. Celeriter hostes dat in fugam. Et lib. 4. 161. Cic. in Verr. Dant sese in fugam istius præclari Imperatoris nocturni milites.
Gaudia pacta dare. Ouid. 3. de Arte. 92.
Si bene promittunt, totidem promittite verbis.
Si dederint, & vos gaudia pacta date.
Geminum dare. Virg. 2. Aeneid. 11.
Insonuere cauæ, gemitumque dedere cauernæ.
Gemitum dare pectore ab imo. Virg. 1. Aeneid. 98.
Se gemitu. Cic. 2. Tusc. 97.
Gemmas digitis dare. Ouid. 10. Metam. 53.
Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.
Dare aliquid gratiæ alicuius. Liu. 8. ab Vrbe. 164. Postremò ne id se gratiæ dare Qu. Fabii crederet, se iusurādi dare paratos esse, nō videri, &c.
Gustum, pro Specimen præbere. Senec. epist. 11. Dedit enim nobis gustum, ad quem respondebit.
Gyros dare. Virg. 3. Georg. 23.
Fræna Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Habenas. Virg. 1. Aeneid. 14.
– regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
Hilarem alicui, Hilariter cum aliquo versari. Plaut. Asin. 15. 21.
Quin te ergo hilarem das mihi?
Dare se historiæ. Cic. Attico, lib. 2. 23. 2.
Dare aliquid honori alicuius. Seneca de Benefic. 6. Plato quum flumen naue trāsiret, nec ab illo quicquam portitor exegisset, hoc honori suo datum credens, dixit, &c.
Honores alicui dare. Horat. 1. Serm. Saty. 3.
– qui stultus honores,
Sæpe dat indignis, & famæ seruit ineptus.
Hospitium dare. Ouid. epist. 2. 22.
Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto
Threicios portus, hospitiumque dedi.
Hostem dare. Tacit. in vita Agric. Quando dabitur hostis.
Iacturam. Plaut. Sticho. 14. 6.
Dum quidem herele quisque veniat eum vino suo. nam hinc quidem
Hodie pollinctura præter nos iactura nemini dabitur.
Immunitatem muneris alicuius. Cic. 4. Acad. 217. Negas sine Deo posse quicquam, ecce tibi è trāsuerso Lampsacenus Strato, qui det isti Deo immunitatem magni quidem muneris. Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant, quanto est æquius habere ipsos deos?
Imperium sorte datum. Virg. 1. Aeneid. 29.
Non illi imperium pelagi, sæuumque tridentem:
Sed mihi sorte datum.
Impetum. Liu. 5. ab Vrbe. 170. Subsidia in auersos, transuersosque impetum darent. Idem, lib. 3. 21. Et lib. 4. 120. Et. 7. bel. Maced. 97.
Impetum dare in. Tacit. lib. 2. Primus Cæsar cum Prætoriis cohortibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

capto vallo dedit impetum in syluas.
Impressionem. Liu. 4. ab Vrbe. 122. Hæc locutum, exequentemque dicta redintegrato clamore secuti dant impressionem.
Improbi dare & insitè adimere. Vide IMPROBVS.
Impunitatem Cicero. 8. Philipp. 255. Cæteris autem, si errorem suum de posuerint, & in Reipub. gratiam redierint, veniam & impunitatem dandam puto.
Incommodum. Cic. 5. de Finib. 93. Non intelligunt idcirco ea esse ppter se expetenda, q nulla vtilitate obiecta delectentur animi, atque ipsa scientia etiam si incommoda datura sit, gaudeant.
Dare indicia. Cic. 5. de Finib. 86. Videamus partes quarum est aspectus illustrior, quæ quo sunt excelsiores, eo dãt clariora indicia naturæ.
Inducias. Liuius. 1. ab Vrbe. 64. Agri parte multatis, in centum annos inducias dare.
Indulgentiam suam illi, Indulgere se illi. Plin. epist. 143. Rogo ergo vt ipse apud te p dignitate eius precibus meis faueas: cui & liquid mihi credis, indulgentiam tuam dabis: dabit ipse operam, vt in his quæ ei mandaueris, maiora mereatur.
Initium orandi conditoribus Vrbium, ac Legum latoribus dedit Cicero. Quintil. lib. 3. cap. 2. 3.
Initiũ dicẽdi dedit natura, initiũ artis obseruatio. Quintil. lib. 3. cap. 2. 2.
Insidias alicui, Insidiari. Decipere. Plaut. Aulul. 21. 2.
Mortuum ego me mauelim leto malo,
Quàm non ego illi dem hodie insidias seni. Idem Casin. 9. 12. Hinc ex insidiis his ego insidias dabo. Idem Bacch. 5. 5. 2. Is nostræ nauí lẽbus insidiat dabat. Idem Pœnid. 8. 23. Hinc dabo insidias. Idẽ Milit. 6. 32. Eidem huic insidias dabo quàm mox, &c.
Iter. Liu. 8. bel. Pun. 218. Iter datum victo in Italiam esse. Sic apud Cæsarem 1. bel. Gall. 31. Negat se more & exemplo Pop. Rom. posse iter vlli per prouinciam dare.
Iucunditati se dare. Cic. 1. Offic. 172.
Datus iudex in hanc causam, Id est constitutus. Plin. epist. 167. h. Fingamus tres omnino iudices in hanc causam datos esse, horum vni placuisse perire hbertos, alteri relegari, &c.
Iudicium ex edicto in libertam dare. Cic. pro Flacco. 68.
Iugulum. Cic. 2. Tusc. 58. Sanè si nudus es, da iugulum.
Dare iugulũ alicui. Cic. pro Milone. 22. Certè optabilius Miloni fuit dare iugulũ P. Clodio, non semel ab illo, neq; tum primum petitum.
Inuentum. Terent. And. 4. 1. 60.
Hem: sed mane, concrepuit à Glycerio ostium.
P. Nihil ad te D. quæro. P. hem nunccine domum.
D. At iam hoc tibi inuentum dabo.
Ius alicui. Plin epist. 248. Salua magnitudine tua domine descẽdas oportet ad meas curas, quũ ius mihi dederis referẽdi ad te de quib⁹ dubito.
Ius aliquid faciendi de. Tacit. lib. 12.
Ius statuendi etiam de procuratoribus dederat.
Iura & leges. Virg. 1. Aeneid. de Didone,
Iura dabat legesque viris, operumque laborem
Partibus æquabat iustis. Ibidem. 60. – Remo cum fratre Quirinus
Iura dabant.
Iura gentibus. Liu. 10. bel. Pun. 150. Roma an Carthago iura gẽtibus daret, ante crastinum noctem sciturus.
Iusiurandum, Iuramento promittere. Plaut. Amphit. 10. 51.
Mane arbitratu tuo iusiurandum dabo,
Me meam pudicam esse vxorem arbitratier. Idem Bacchid. 20. 113.
Ego iusiurandum verbis conceptis dedi,
Daturum id me hodie mulieri ante vesperum. Idem Merc. 16. 50. Iã iusiurãdum dabo me nũquam quicquam cum illa. Terent. Adelph. 2. 1. 11. – iusiurandum dabitur te esse
Indignum iniuria hac, indignis quum ego sim acceptus modis. Plin. de Viris illust. 40. Dato iureiurando, vt si non impetrasset, ita demum rediret. Sic Cato, cap. 148.
Iussa dare. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 7.
Sed postquam sapiens in munera venit adulter,
Præbuit ipsa sinus, & dare iussa dedit.
Labem dare. Lucret. lib. 2. 230.
Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi
Expugnata dabunt labem, putreisque ruinas Omnia.
Se labori. Cic. 7. Verr. 22. Quum rosam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur: dabat se labori atque itineribus.
Lachrymas dare. Virg. 4. Aeneid. 75. Num lachrymas victus dedit.
Siccis agenti oculis lachrymas dabit. Quintil. lib. 6. cap. 2. 23.
Ad languorem. Plaut. Asin. 11. 28.
Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores, vlneis affectos lentis virgis. Terent. Heaut. 4. 6. 3.
– vel me hæc deambulatio
Quàm non laboriosa ad languorem dedit.
Se in laqueum. Plaut. Casina. 3. 24. Mea præda est illa: proin tu te in laqueum ne duas.

Dat nemo largius, Nemo liberalior est. Terentius Eunuch. 5. 9. 48. Principio & habet quod det, & dat nemo largius. Vbi Donatus, Dat largius vt liberalis.
Laudem alicui rei. Plin. lib. 36. cap. 16. 4. Aethiopicis laus summa datur.
Laudi. Cic. 1. Tusc. 7. Et pro Cluentio, 37. Idem. 1. Offic. 101.
Laxamentum legi. Cic. pro Cluent. 71. Ne legi quidem quicquã per Tribunum pleb. laxamenti datum est.
Leges. Virg. 8. Aeneid. Composuit, legesque dedit. Sic Cic. 3. de Leg. 8. Dare legem & disciplina viuendi populis. Virg. 4. Georg. 97.
– hanc dederat Proserpina legem.
Dare legem ne, &c. Ouid. 2. Metam. 112.
Et legem dederat, suа ne secreta viderent.
Loci leges dare. Virg. 4. Aeneid. 43.
Fœmina, quæ nostris errans in finibus, vrbem
Exiguam pretio posuit: emi littus arandum,
Cuique loci leges dedimus, connubia nostra Reppulit.
Do lego. Iabolenus De stat. liberis, L. Stichum, Titio do lego. Paul. ad L. Falcidiam, L. prima, Easque res quibusque dare legare volet. Nõ plus significar do lego, quàm si do solum, vel lego dixisset.
Lepõrem dictis dare. Lucret. lib. 1. 6.
Quo magis æternum da dictis Diua lepõrem.
Leto dare. Virg. 5. Aen. 169. Millia multa daret leto. Id est morti. Ouid. 3. Metam. 14. Hic quoque qui dederat leto, non longius illo Viuit.
Libellos de re aliqua dare. Quintil. lib. 1. cap. 7. 17. Aut ideò minus Messala nitidus, quia quosdam totos libellos non de verbis modò singulis, sed etiam literis dedit.
Libertatem dare, pro Manumittere, apud Claudianum lib. 1. in Eutrop. 62. Forsitan & dominus præbet miracula lictor,
Consule nobilior, libertatemque daturus
Quam nondum meruit.
Pueris licentiam ludendi. Cic. 1. Offic. 76. &. 145.
Linamentum dare in plagam, est vt vulgus chirurgorum dicit, imponere carptum, quod Græci μύσσον appellant. Celsus, lib. 7. cap. 9. In vlteriores vero lunatasque plagas linamentum dandum est, vt caro increscens vulnus impleat.
Lintea ventis dare. Ouid. 7. Metam. 8.
Vt per me sospes, sine me det lintea ventis.
Dare literas alicui per aliquem. Cic. Attico, lib. 5. 103. 4. Tu autem sæpe dare libellariis publicanorum poteris per magistros scripturæ, & portus, & nostrarum diœcesium.
Dare literas alicui, pro reddere. Cic. Attico, lib. 5. 91. 1. Ac binas quidem tuas Beneuenti accepi, quarum alteras Funisulanus multo mane mihi dedit, alteras scriba Tullius. Subaudi, literas.
Literas alicui ad aliquem. Cic. Cornificio, lib. 12. 19. 4. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. Idem ad Atticum, lib. 7. 132. 1. Vt ab vrbe discessi, nullum adhuc intermissi diem, quin aliquid ad te literarum darem. Idem ad Qu. frat. lib. 2. 15. 7. Et. 3. in Catil. 5. 1. Atque huic esse ad Catilinam datas literas, &c.
Ad literas alterius, pro referibere. Cic. ad Atticũ, ad quas ego eo ipso die dederam ex Trebolano L. Pontio.
Se literis. Cic. 1. Acad. 18. Quãobrẽ da quæso te huic etiã generi literatũ.
Locum. Plaut. Rud. 14. 13. Obsecro hospes da mihi aliquid loci, vbi condormiscam parum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 10. Is quærit ex me nũ consuetudinem Siculis locum gladiatoribus dare.
Dare locum, pro Cedere. Terent. Heaut. 3. 3. 25.
Quò ego hinc habeam? S. quò libet: da illis locum:
Abi deambulatum.
Dare locum & cedere. Cic. 2. de Nat. Deor. 119. Quacunque enim imus quacunque mouemur, videtur quasi locum dare & cedere.
Locum proximum alicui rei, pro eam proxime describere. Plin. lib. 37. cap. 6. 6. Quamobrem proximum ei dabimus locum.
Locum dubitationis. Cic. pro Corn. Balbo. 11. Cuius igitur audita virtus dubitationis locum non daret: Sic Dare locum respondendi. Cic. 3. de Natura Deorum. 25.
Locum dolis dare. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 9.
Dat tibi nostra locum tituli fortuna. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 17.
Locum & tempus cunctationi. Liu. 5. bel. Pun. 228. Sed nullam neque locum, neque tempus cunctationi, consiliove dedit Mutinis.
Lucem dare Virg. 1. Aeneid. 61.
At pius Aeneas per noctem plurima volues,
Vt primum lux alma data est, exire, locosque
Explorare nouos, quas vento accesserit oras.
Ludum desidiæ filio suo. Plaut. Bacch. 21. 9.
– ego dare me ludum meo gnato
Institui, vt obsequium animo sumere possit: equom puto.
Sed nimium nolo desidiæ ei dare ludum.
Ad ludendum. Cic. 5. de Finib. 76. Libenterque se cum his congregant, dantque se ad ludendum.
Ludum amori dare. Horat. 3. Carm. ode. 12. 1.

Miserarum

Miserarum est, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lãcere.
Lumen dare eloquentiæ, & præceptis. Quintil. lib. 3. cap. 1. 14. Præcipuũ verò lumen sicut eloquentiæ, ita præceptis quoque eius dedit vnicum apud nos specimen orandi, docendiq; oratorias artes M. Tullius.
De se respondentibus dant venustissimos lusus. Quint. lib. 5. cap. 13. 36.
Dare magis, Vide MAGIS.
Magistros rerum esse dedit. Id est magistros militum fecit. Virgil. 9. Aeneid. 53.
Tela gerunt, instant Mnestheus, acerque Serestus:
Quos pater Aeneas, siquando aduersa vocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.
Malum alicui. Plaut. Amphit. 8. 89. Enimuero prægnanti oportet & malũ dari. Idem Bacchi. 25. 52. – nisi hinc abeas,
Quanquam tu bella es, malum tibi magnum dabo iam. Terent. And. 1. 5. 20. Renuntiabo, vt pro hoc malo mihi det malum. Idẽ Eunuc. 3. 5. 2. Nimirum dabit hæc Thais mihi magnũ malum. Plin. epist. 53. 2. Vt plerunque dolor etiam venustos facit, non illepidum ferebatur, Dedi malum & accepi. Cic. 4. Verr. 17. Cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm si centum cohortes fugitiuorum fuissent.
Mammam. Lactare. Terent. Adelph. 5. 9. 18.
– & quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc.
Dare mancipio, vel mancupio, Est rem ita dare, vt cuictionem præstaturos nos spondeamus. Plaut. Persa, 15. 59.
Eam te volo accurare vt istic væneat:
Ac suo periculo is emat qui eam mercabitur.
Mancipio neque promitter, neque quisquam dabit. Idem Milit. 3. 23.
Me sibi habeto, & ego me illic mancupi dabo. Vide MANCIPIVM.
Mancipio vitam dare. Lucret. lib. 3. 108.
Vitaque mancipio nulli datur omnibus vsu.
Mandata, Præcipere, imperare, iubere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 132. 7. Quicquantis de rebus huic mandata dederit. Virg. 6. Aeneid. 24. Idem orans mandata dabat.
Aliquid in mandatis. Est aliquid faciendum vel dicendum committere: quod & mandare dicitur. Plaut. Amph. 3. 81.
Hoc quoque etiam mihi in mandatis dederat,
Vt conquisitores herent histrionibus.
Mandata alicui ad aliquem. Cic. Attico, lib. 8. 159. 1.
De manu dare. Est opponitur Foris. Columel. libro. 7. cap. 9. 7. de suibus,
Nam quidem cultus ager opimas reddit fruges, quum est graminosus, & pluribus generibus pomorum consitus, vt per anni diuersa tempora, mala, prunа, pyrum, multiformes nuces, ac ficum præbeat: nec tamen propter hæc parcetur horreis tuam sæpe de manu dandum est, quum foris defecit pabulum propter quod plurima glãs vel cisternis in aquã vel fumo tabulatis recodenda est. Seipsum exponit Columella, quid intelligat per De manu dare, quum dixit ante, Nec tamẽ propter hæc parcetur horreis.
Manum alicui. Confessionis & veluti confirmationis eorũ quæ à nobis vel petuntur vel proferuntur. Plaut. Aulul. 6. 16. Da mihi optima fœmina manum. S. vbi ea est? Idem Asina. 13. 31. Neque quum discedet inde, det cuiquam manum. Idem Bacchid. 1. 54. Manum da, & consequere. P. aha, minime. Virgil. 11. Aeneid.
– neque ipse manus feritate dedisset. Seruius.
Dare manus alicui, Fateri se victum. Plaut. Persa. 13. 76. Satis sumpsimus supplicii iam. P. fateor, vobis do manus. Cic. ad Atticum, lib. 2. 17. 3. Aiebat illum primo suæ diu multa cõtra, ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse nihil se contra eius voluntatem esse facturum. Idem, lib. 16. 133. 1. Sapienter igitur quòd manus dedisti, quodque etiã vltro gratias egisti. Idem de Amicitia, 81. Nec enim facile agnoscitur, quippe qui etiam aduersando sæpe assentetur: & litigare se simulans blandiatur, atque ad extremum det manus, vincique se patiatur: vt is qui illusus sit, plus illusisse videatur.
Manus fidei dare. Senec. Thyeste, 8. 19. Tantum ora seruati & datas fidei manus.
Manus intus dare. Celsus lib. 7. cap. 29. Qua curatione partus emortuus ex vtero eximatur. ad cuius rei facultatẽ multũ confert & magnitudo vulnus, & vis neruorũ eius, & corporis totius habitus, & mẽtis ẽt robur, quum præsertim intus nonnunquã etiam duæ manus dari debeant.
In vota manus dare. Ouid. epist. 20. 49. Doque libens victas in tua vota manus.
In manu. Cic. 2. Offic. 88. Quanquam enim quod præsens tanquam in manu datur, iucundius est, tamen, &c. Plaut. Bacch. 16. 9. Extemplo ad meum tabellas dem in manu.
Aliquid in manum. Terent. Phorm. 4. 3. 28.
Soli sumus nunc hîc inquam: eho die quid velis dari
Tibi in manum, vt herus desistat litibus? Vbi Donatus, Datur ei in manũ, qui separatim accipit, sine arbitro aut interprete: vt præuaricator aut iudex corruptus. Tacit. libro 4. Datos in manum milites.

Aliquid in manus hominum. Est aliquid edere, quod in manus hominum perueniat. Plin. epist. 137. Cogito quàm sit magnum dare aliquid hominum in manus, nec persuadere mihi possum non & cum multis & sæpe tractandum, quod placere & semper & omnibus cupias. Idem lib. 8. ad Maximum.
Dare virginem alicui in manum. Terent. And. 1. 5. 61. Hanc mihi in manum dat. Vbi Donatus, Confirmatæ sunt legitimæ nuptiæ per in manum conuentionem.
Manu plena dare. Senec. de Benef. Multoque gratius venit quod facili, quàm quod plena manu datur.
Dare manibus alterius, Est vmbris mortuorum in solatium mortis. Alioqui simpliciter Dare manib⁹, est diis inferis: quemadmodũ dare leto. Liu. 1. Decad. lib. 1. Romanus exultans, duos (inquit) fratrum manib⁹ dedi, tertiũ belli causãm huiusce, vt Romanus Albano imperet, dabo. Idem 4. ab Vrbe. 83. Iam ego hanc mactatam victimã (si modò sancti quicquam in terris esse dii volunt) legatorum manibus dabo.
Materiam inuidiæ. Cic. 11. Philipp. 305.
Materiam doli dare. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 9.
Mordeat ista tuas aliquando cura medullas,
Detque locum nostris, materiamque dolis.
In matrimonium. Liu. 7. bel. Maced. 119. Filiam suam in matrimoniũ mihi dabat. Sic. 1. ab Vrbe. 6. Cæsar. 1. bel. Gall. 14. Et filiam suã in matrimonium dat. Liu. 5. bel. Maced. 47.
Medicamentum super. Celsus, lib. 7. cap. 7. Vbi tota exempta est, eõmittende oræ, fibulaque his inficienda, & super medicamentum glutinans dandum.
Dare in medium, Id est in commune. Gell. lib. 1.
Memoriæ. Gellius, lib. 1. cap. 11. Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est, præcinente ac præmoderante cithara gressibus.
Mercedem alicui. Plaut. Amphit. 8. 14.
– id modò si mercedis detur
Mihi, vt meus victor vit belli redeat, satis mihi Esse dicam.
Dare merita. Cic. de Amic. 26. Vt in dãdis recipiẽdisq; meritis q^d quisque minus per se posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet.
Modum alicui dare. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 8.
– quò pertinet ergo
Proceros odisse lapos? quia scilicet illis
Maiorem natura modum dedit. Quintil. lib. 2. cap. 4. 1. Nos suum cuique professioni modum demus.
Ad mortem. Plaut. Amphit. 8. 175. Quid tibi est? AM. hæc me modò ad mortem dedit.
Morti aliquem dare. Ouid. in Ibin. 127.
Quàm quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt
Impiger Hyrtacides, Hyrtacidæque comes.
Mores suos alteri. Plin. li. 10, ca. 50. 2. Dedère & Parthi cocis suos mores.
Motus dare. Virg. 1. Georg. 70. – neque ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos. Id est saltationem aptam religioni, nec ex vlla arte venientem. Seruius.
Munus magnificum. Plin. de Viris illust. 66. Marcus Liuius Drusus genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus & superbus, Aedilis, munus magnificentissimum dedit.
Muneri, apud Fabium lib. 1. cap. 17. Atque eam natura videtur ad tolerandos facilius labores velut muneri nobis dedisse.
Murmura alicui dare. Ouid. 2. Metam. 158.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit, successorumque Mineruæ Indoluit.
Mutuum, Mutuare. Terent. Heaut. 3. 3. 40. Huic drachmarum hęc argenti mille dederat mutuum. Cic. ad Atticum, lib. 10. 105. 3. Non reddit quæ dedi eius filio mutua, & vtitur excusatione temporis. Idem pro Lege Agr. 82. Et Liu. 7. bel. Pun. 276.
Mutuam pecuniam. Cic. ad Atticum, lib. 11. 211. 3. Cui magnam dedimus pecuniam mutuam.
Natalia. Cicero. 2. Philipp. 39. Hodie non descendit Antonius, cur? dat natalia in hortis.
Animal necі dare. Virg. 3. Georg. 95. Vide NEX.
Dare negotium. Terent. And. 3. 2. 40.
Postremò id mihi da negotii, tu tamen has nuptias
Perge facere ita vt facis. Ibidem in Prol. 2.
Poeta quum primùm animum ad scribendum appulit,
Id sibi negotii credidit solum dari,
Populo vt placerent quas fecisset tabulas. Cic. in Verrem,
Dat amico suo cuidam negotium, qui tũ magister erat eius societatis, vt diligenter caueret. Sallust. in Catil. Igitur P. Vmbreno cuidã negotium dat, vti legatos Allobrogum requirat. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 10. Permissum est iis, vt dum ipsi venirent, darent negotium, qui Asiam obtineãt. Idem Ruffo, lib. 5. 20. 8. Non habuit, cui potius id negotii darem, quàm tibi. Sic Cæsar. 2. bel. Gall. 237.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dare negotium & imperare.Cic.6.Ver.45. Audistis sibi istum negotium dedisse atque imperauisse vt Centuripinis, &c.
Corpus in neruum ac supplicia.Liu.6.ab Vrbe.An placeret fœnore circumuentam plebem, ni potius quàm sortem creditam soluat, córpus in neruum ac supplicia dare?
Nomé militiæ,& ad militiam,Est ad delectũ sese exhibere. Plaut.Pseud. 1.3.18.Quid ego cessso Pseudolum facere,vt det nomen ad molariam coloniam?Liuius.5.ab Vrbe.45.Omnium primum Tribunis militum fuit,delectum habentibus nec iuniores modò conscripti, sed seniores etiã coacti nomina dare,vt vrbis custodiam agerent. Cicero in Philip.Re & veritate nobis milites sine vlla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant.Hoc est,seipsos scribendos offerunt, & curant nomina sua inscribenda. Budæus.
Dare nomen in coloniam aliquam. Liuius.4.bel.Maced.162.Vt Latini qui in coloniam Romanam nomina dedissent, ciues Romani essent. Sic.8.bel.Pun.255.
Nomen & tempora longa dare suo authori dicitur libellus. Ouidius.3. Trist.eleg.3.16.
Quos ego confido,quanuis nocuere,datutos
Nomen & authori tempora longa suo. Hoc est famam diuturnam.
Nomen alicui rei.Plin.lib.3.ca.1.6.Lusum enim Liberi patris ac Lysæ cum eo Bacchantem,nomen dedisse Lusitaniæ,& Pana præfectũ eius vniuersæ. Idem lib.11.cap.37.1.Postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda.Liu.1.ab Vrbe.12.Celebre ad posteros nomen flumini dedit.Horat.1.Epist.17.3.
Fons etiam riuo dare nomen idoneus,vt nec
Frigidior Thracam,nec purior ambiat Hebrus:
Infirmo capiti fluit vtilis,vtilis aluo.
Nomina data.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.17.
Digna parente suo nominibusque datis.
Nouitatem vetustis.Plin.in Præfat.6.Res ardua,vetustis nouitatem dare,nouis authoritatem.
Nummos pro corpore dare.Horat.1.Serm.Saty.9.
–fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam:dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones.
In nuptias,Idem quod dare in matrimonium.Terent.And.5.1.11.ah rogitas?perpulisti me vt homini adolescentulo
In alio occupato amore,abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem in seditionem atque incertas nuptias.
Nuptum filiam,Idem quod Dare in matrimonium.Plaut.Persa.10.55.
Verum videto me vbi voles nuptum dare,
Ne hæc fama faciat repudiosa nuptias. Idem Aulul.3.27.
Feci thesaurum vt hic reperiret Euclio,
Quo eam facilius nuptum,si veller,daret. Ibidem.8.4.Filiam despondi ego hodie,huic nuptum Megadoro dabo. Terentius And.3.2.48.
Perii!pro virgine dari nuptum non potest. Idem And.2.1.1. Quid ais Birria?daturne illa hodie Pamphilo
Nuptum?n. sic est.Liu.10.bel.Pun.38.Asdrubal Pœnorum imperator,non ipse modò ad eum in regnum venerit, sed etiam filiam ei nuptum dederit. Idem.1.ab Vrbe.218.
Datur nuptum ad virum.Plaut.Sticho.2.83.
Stultitia est pater venatum ducere inuitas canes:
Hostis est vxor pater,inuita quæ ad virum nuptum datur.
Obliuioni.Liu.4.ab Vrbe.160.Aut in perpetuum arma bellumque obliuioni danda,iugumque accipiendum.Et lib.1.135.
Obliuioni & negligentiæ.Liu.5.ab Vrbe.256. Quæ auspicato agimus ofa ferè intra pomœrium,cui obliuioni,aut cui negligentiæ damus?
Obsides.Cæsar.1.bel.Gall.121. & lib.2.233.
Obsidio datus alicui.Tacit.lib.11.Multi ad Gotarzen inclinabant, quidam ad Meherdatem prolem Pharahatis obsidio nobis datum.
Obuiam dari.Terent.Adelph.3.2.3.Nihil est quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam.Liu.6.bel.Pun.143. Lamiare & trucidare quodcunque obuium datur.
Occasionem.Plaut.Capt.4.8.Semel fugiendi si data est occasio. Sic in Pseud.4.6.Cic.ad Atticum,lib.7.136.3.Alterum Consulatum à Rep. ne data quidem occasione repulimus.Sic Liu.4.ab Vrbe.264.
Omen dare.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.11.
Detque bonum voto lucidus omen apex.
Operam,Emti & laborate.Terent.And.2.1.29.
Nunc te per amicitiam & per amorem obsecro,
Principio vt ne ducas.P. dabo equidem operam. Idem Eunuc.2.3.71.Obsecro hercle Parmeno fac vt potiar.P. faciam sedulò,ac Dabo operam,adiuuabo. Ibidem in Prologo.44.Date operã, & cum silentio animaduertite.
Operam alicui dare,Adiuuare,inseruire,operam suam impẽdere,authoribus Donato & Valla.Plaut.in Pœnulo.4.11. Quæ datæ nobis ancillæ,ecce,nos lauando,eluendo operam
Dederunt. Terent.Heaut.3.1.90. – ibo,ac dicam vt dixeram,

Operam daturum me,hodie non posse his dare.Plaut.Aulul.6.11.Dimitte operam amabo. M. tua est, vtere atque imperato quid vis.Idem in Milit.3.78. –rex Seleucus me opere orauit maximo, Vt sibi latrones cogerem & conscriberem:
Regi hunc diem mihi operam decretum est dare. Sic Dare operã alicui vnguenta ementi,pro Iuuare in emendis vnguentis. Plaut.Cas.5.26. Cic.pro A.Cecinna.12. Liceretur is quem Cesenniæ dare operã nemo miraretur.
Da mihi paulum operæ.Terent. Eunuc. 2.2.50. Tum tu igitur paulum da mihi operę,fac vt admittar ad illam.
Operam alicui rei.Bacchid.5.65. Aurum hercle auferre voluere, ei rei operam dabant.
Dare operam ne.Plaut.Persa.10.44.
Malúne ego sum? P. non estneque me dignum est dicere:
Verum ei rei operam do,ne alii dicant quibus licet. Idem Milit.17.9.
Ne te abduceret operam dedi.
Operam ad.Plaut.Casina.2.11.
Vos omnes opere magno oratos esse volo,
Benignè vt operam detis ad nostrum gregem.
Operam abortioni,Conari abortum facere. Plautus Trucul.4.93. Vide ABORIOR.
Operam amori & desidiæ.Plaut.Merc.3.63.
Non vt ego,amori,neque desidiæ in otio
Operam dedisse. Idem Pseud.4.2.Experiar,quę capiti,quæ ventri operam det,quæque suæ rei.Idem Casin.2.57.Sensi vxor sensit amori virum operam dare. Idem Heaut.1.1.58.
Nulla adeò ex re isthuc fit,nisi ex nimio otio:
Ego isthuc ætatis tiõ amori operam dabam,&c.
Operam aurium,Idem quod auscultare significat.Plau.Bacchid.20.70.
Vbi lubet recita,aurium operam tibi dabo.
Operam auscultando,Ausculture.Plaut.Amph.12.33.Iam ille hic delo detur probè,si quidem vos vultis auscultando operam dare. Sic Dare operam fabulæ.Plaut.Capt.2.54. Et in Epid.5.55.
Operã auspicio.Capere auspicii.Liu.8.bel.Maced.113.Tertio die quã auspicio opã dedisset,dein immolasset,quatuor diuisas copias eduxit.
Operam Platoni,& cæteris,pro Discipulum ei esse,inquit Valla in Rau densem.Cic.4.Acad.34.Iam Clitomacho Philo veiter operam multos annos dedit. Ibidem.25. Dedi Antiocho operam diligentius, vt causam ex eo totam cognoscerem.
Operam veteri domino, Seruire. Plaut. Capt.7.2. Vult te nouus herus operam dare tuo veteri domino.
Operam alicui dare,Adiuuare,inseruire,operam suam impẽdere,authoribus Donato & Valla.Plaut.in Pœnulo.4.11. Quæ datæ nobis ancillæ,ecce,nos lauando,eluendo operam
Dederunt. Terent.Heaut.3.1.90. – ibo,ac dicam vt dixeram,
Operam afui dum foro.Plaut.Asin.9.22.
Operam furtiuis rebus,Id est furari. Plaut.Amphit.6.12. Aedepol ni illa furtiuis rebus te sciat operam dare, Ego,&c.
Do id operam.Terent.And.1.1.130.Et nunc id operam do, vt per falsas nuptias,&c. Ibidem.2.1.8.
Ah quanto satius est te id dare operam,
Qui istum amorem ex animo amoueas tuo,quàm,&c.
Operam in.Cic.1.Tusc.12.In quam exercitationé ita nos studiosè operam dedimus,vt &c.
Operam iræ Irasci.Plaut.Pœnul.12.20.
Domos abeamus nostras sultis nunciam:
Quando id,quod iræ operam dedimus, impetrauimus.
Operam laudabilem. Plautus Persa.17.1. Aedepol dedisti virgo operam laudabilem.
Operam liberis.Cic.1.Offic.178.Liberis dare operam,re honestum est, nomine obscœnum.Hoc est liberis procreandis.
Operam malam alicui.Plaut.Capt.12.43.
Sed mihi ægre est me huic dedisse operam malam,
Qui nunc propter me meaque verba victus est.
Operam mutuam.Gell.lib.2.cap.29.Roges veniant,operamque mutuã dent,& messem hanc nobis adiuuent.
Operam optimam.Plaut.Aululria.
Operam promissam.Plaut.Asin.2.110.
Iussit vel nos arrisem,vel nos vxorem suam
Defraudare:dixit sese operam promissam dare.
Operam rei,Laborare in acquirendis bonis. Terent.Adel.1.2.15.
–denique si conferendum exemplum est,non fratrem videt
Rei dare operam,ruri esse parcum ac sobrium?
Dare operam Senatui aut clientibus.Plaut.Asin.16.11. – ego censeo
Eum etiam hominem Senatui dare operam,aut clientibus.
Operã sermoni.Cic.2.de Leg.1. Sermoni reliquo demus operã sedẽtes.
Operam sermoni alicuius,pro Auscultare quid dicat. Plaut.Epid.5.55.
Dissimulabam me harum sermoni operam dare.
Operam somno,Dormire.Plaut.Pseud.9.71. Quin vbi prandero,dabo operam somno. Liuius.3.bel.Pun.168.Corpora curare, somnoque operam dare,&c.
Dare operam iuris ciuilis studio.Cicero de Claris Ora.169. Ego autẽ iuris ciuilis studio multũ operæ dabam Qu. Scæuolæ.P.F. qui quãquã nemini

nemini se ad docendum dabat,tamen consulentibus respondendo,studiosos audiendi docebat.
Operam stylo,pro Scribere vel componere.Suetonius in Domitiano,ca.20.Nunquam tamen historiis carminibúsve cognoscendis operam vllam,aut stylo vel necessario dedit.
Operam tonsoribus,apud Suetonium in Augusto cap.79. pro Tonderi.
Operam virtuti.Cic.de Amicitia,70.Quod quum optimum maximumq; sit,si id volumus adipisci,virtuti opera danda est:sine qua neque amicitiam,neque vllam rem expetendam consequi possumus.
Operam vt.Plaut.Trucul.16.10.
Sed obsecro da mihi operam vt Narrem quæ volo. Terent.Eun.1.1.18.
Quàm si des operam vt cum ratione insanias. Cic.4.Verr.12. Dedit operam vt Halesinus ad se Dio continuo veniret,&c.
Dabitur opera,Carabitur,Fiet diligenter.Plaut.Bacchid.1.72.
Meus ille quidem est:ibi nunc operam dabo,de Mnesilocho,soror,
Vt hîc accipias potius aurum,quàm eas hinc cum milite,
B.Cupio.A.dabitur opera. Idem Rud.4.33.
Sed nihi molestum est,paucis percontari
Volo ex te. D.dabitur opera,atque in negotio.
Operas in portu.Cic.4.Verr.His pro rebus quòd portorium non esset datum,literas ad socios misisse L.Canuleium,qui in portu operas daret.
Operas in scriptura pro magistro.Ci.ad Silium,lib.13.Cum P. Terentio Hispone,qui operas in scriptura pro magistro dat,mihi summa familiaritas,consuetudoque est.
Data opportunitate.Cæs.3.bel.Gal.418.Nisi æquo loco, aut opportunitate aliqua data,legato dimicandum non existimabat.
Optionem.Liu.6.bel.Pun.152.Nam quum extra sortem Collegæ optionem dare prouinciæ iniquum fuerit,quanto,&c.
Orationem alicui.Plau.Rud.14.20.
–Gripe animum adaorte,ac tace:
Vetilic,prius dicat audi,loquere tu. G.alienón 'prius
Quàm tuo dabis orationem?
Dare orationem,Respondere.Plaut.Milit.8.54.
Neque equus,neque pedes,præfectus quisquam tanta audacia est,
Qui æque facile confidenter,quàm mulieres faciunt,
Vt vtrobique orationem docte duint,
Oratorem,Mittere legatum.Plaut.Amph.5.34.
Iustam rem & facilem esse oratum à vobis volo,
Nam iuste ab iustis sum orator datus.
Dare in ordinem,Vide ORDO.
Osculum,Oscular.Plaut.Epid.12.5.
Quis isthuc quam tu osculum mihi ferre iubes? P.tua filia. M.Hæccine? P. hæc M.egóne osculũ huic dem? P. cur non? Sic Liuius 1.ab Vrbe.248. Ouid.10.Metam.57.Incumbensque toro dedit oscula.
Oscula ex animo dare.Ouid.2.Amor.eleg.5.11.
Otium dare alicui rei.Tacit.li.16.Segnes & pauidos supremis suis secretum otium dare.
Se otio,Quiescere,cessare à laboribus.Plaut.Trinum.12.19.Certum est otio me dare,satis partum habeo.
Pacem.Plaut.Merc.15.11.
Apollo quæso te vt des pacem propitius,
Salutem & sanitatem nostræ familiæ. Idem Amphit.4.55.
– pacem atque otium Date illis.
Pacem mortalibus dare.Silius lib.7.87.
Palmam dare.Ouid.2.de Arte,147.
Finis adest operi.palmam date grata iuuentus,
Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ.
Danda palma docto oratori.Cic.3.de Orat.79. Sic Dare palmam alicui alii rei,Plin.lib.38.cap.9.18. Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit.Id est pluris fecisse.
Do palmã huic consilio. Terent.Heaut.4.3.31.Huic equidẽ consilio palmam do,hîc me magnificè effero.Id est consilium illud præ alet cæteris.
Partes alicui,vulgus Dare officium dicit.Liu.4.bel.Pun.29. Quia custos corporis erat,partes datæ sunt,vt quum appropinquaret iannæ rex, per causam aliquam,&c.
Ad partes populi dare.Cicc.2.de Leg.Agr.32.Domitius quod per cerimonias populi fieri nõ poterat,ratione assequutus est,vt id quoad posset,quoad fas esset,quoad liceret,populi ad partes daret.
Se in partem aliquam.Ci.3.de Orat.34.Eloquentia varietate,copia quã se cunque in partem dedisset,omnium fuit facile princeps.
Patronum alicui.Cic.3.de Orat.155.
Paucam concilii dare.Hoc est quietem & cessationem cõgregationibus. Luceret.lib.2.24. – pugnasque
Ridere rursum tum certantia:nec dare pausam,
Concilii,& dissidiis exercita crebris.
Pectus dare ensibus.Sene.Hippol.5.6.
Pectora ferro dare.Virgil.12.Aeneid.109.
In sumptum pecuniæ.Terent.Adel.3.3.16.
Se in pedes,Fugere.Plaut.Capt.4.12.Si non est quod dem,ménc vis dem

ipse in pedes? Terent.Eunu.5.2.6.
–ego me in pedes,quantum queo,
In agiportum quoddam delerta minde
Item in aliud,inde in aliud.
Perniciem alicui dare.Cic.3.de Natura deor.90.
–atque illi perniciem dabo,
Mihi mœrores illi luctum,exitium illi,exilium mihi. Ex poeta.
Pignus.Cic.Attico,lib.8.15.5.Crebrò enim illius literæ ab aliis ad nos commeant.Sed me illorum sententiæ minus mouebãt,minus multa deterant illi Reipub.pignora. Ouid.2.Metam.8. Senec. in Medea.729. Est palla nobis munus ætheræ domus
Decusque regni:pignus Aceteæ datum A sole.
Pignus cum aliquo.Plaurus Bacchid.20.141.
Aedepol quo me esse dicat cruciatu malo
Dignum,næ ego cum illo pignus haud ausim dare,
Tantas turbellas facio.
Da pignus,ni nunc peieres.Plaut.Pœnulo.18.70. Idem Epid.14.35.
Aín' tu lubuit? A.aio,vel da pignus ni ea sit filia.
Pignori.Plaut.Mostel.13.40.
Quid ais temet ædeis vicini hic proximas?
D.Non aio.T.quadraginta etiam dedit hucusque pignori?
Ad pistores.Plaut.Asinar.12.119.
Nam iam calcari quadrupedem agitabo aduorsum cliuum
Postea ad pistores dabo,vt ibi cruciere currens.
Plagas.Plaut.Asin.7.10.Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo.Id est lubens sufferam plagas.Quemadmodum & dare pœnas quis dicitur,pro ferre supplicium.
Plangorem dare.Ouid.8.Metam.90.
Quum videt extinctos fratres Althæa referri,
Quæ plangore dato,mœstis clamoribus vrbem
Impleri. Sic lib.2.70.
Plausum,Applaudere,plausu quodam vel manuum vel pedum fauere. Plaut.Cap.20.8.
Et si placuimus,neque odio fuimus,signum hoc mittite.
Qui pudicitiæ esse præmium vultis,plausum date. Idem Asin.17.6.Núcsi vultis deprecari huic seni ne vapulet,
Remur impetrari posse,si plausum sic clarum datis. Cicc.de Senect.59.
Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus,dixisse ex eis quendam,Athenienses scire quæ recta essent, sed facere nolle. Horat.1.Carm.ode 20.1.
Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis,græca quod ego ipse testa
Conditum leui:datus in theatro
Quum tibi plausus.
Plausum petmis dare.Virgil.5.Aeneid.44.
Poculum alicui.Cice.pro Cluentio.12. Qui vxori suæ Cluentiæ quum ipse poculum dedisset,subitò illa in media potione exclamauit,se maximo cum dolore mori.
Pœnas,Punire.Terent.Phorm.4.3.22. –an legibus
Daturum pœnas dices,si illam eiecerit? Lentulus Senatui,lib.12.epist.15.ad finem,Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. Idem Ciceroni,libro 12.epist.14.13.Spero celeriter eum pœnas daturũ. Virg.4.Aeneid.78.–dabis improbe pœnas. Cic.5.Tusc.77.Si digito quem attigisset,pœnas dedisset.Plin.epist.16.Heus tu,promittis ad cœnam,nec venis:dicitur ius,ad assem impendium reddes,nec id modicum.dabis pœnas:non dico quas.
Pœnas incesti,aut temeritatis. Liu.2.ab Vrbe.183.Cicero ad Atticum, libro 9.18.5.
Dedit pœnas Populo Rom.Cic.12.Philipp.336.Itaq; ipsi(ne dicam mihi)populo Ro.pœnas dederunt:me saluum adhuc Resp.conseruauit. Sic antequam iret in exilium.12.
Pœnas sanguine,pro Mori.Virgil.2.Aeneid. –nec soli pœnas dant sanguine Teucri.
Portiones.Plin.12.cap.14.12. Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones,scribisque regum certæ. Idem lib.12.cap.15.3.Non dant ex myrrha portiones deo.
Potestatem,Est(inquit Valla lib.4.cap.18.)rem alterius arbitrio committere.Plaut.Pers.16.134. –& si mihi
Dixit dare potestatem eius. Teren.Phorm.5.6.40.Ait vterque sibi potestatem eius habendæ dare. Idem in Prol.Heaut.35.
Adeste æquo animo:date potestatem mihi
Statariam agere vt liceat per silentium.
Potestatem,honorem,authoritatem,ornamentum.Cic.7.Verr.67.
Potestatem vt.Plaut.Asin.15.10. –quoniam tibi potestatem dedi,Cum hac annum vt esses. Idem Capt.16.12. –dii potestatem dabunt,
Vt beneficium bene merenti nostro merito numeres.
In potestatem.Liu.8.ab Vrbe.122.Pactoq; reditu promissum est regem aut viuum aut mortuum in potestatem daturos.
Potui dare.Celsius libro 1.cap.13.Quisquis daturus erit,id agere ante debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet, vt accepturi corpus humidius sit. Illud scire oportet, omne huiusmodi medicamentum, quod potui datur, non semper ægris prodesse, semper sanis nocere.
Datur potui ad iocinerum vitia. Plinius lib. 21. cap. 20. 10. Sic Columella lib. 8. cap. 5.
Potum arenti solo. Plin. lib. 17. cap. 26.
Præcipitem. Terent. Andr. 3. 4. 17. Vtinam mihi esset aliquid hîc quò quàm me præcipitem darem. Ibidem. 1. 3. 9. Præcipitem me in pistrinum dabit. Idem Adelph. 3. 1. 20. Adolescenti ipsi eriperem oculos, post hæc præcipitem darem. Horat. 1. Serm, satyr. 2. 9. Hic se præcipitem tecto dedit.
Præceps datus trucidabatur. Tacit. lib. 1.
In præceps, Præcipitare Liu. 7. bel. Pun. 154. Se, collegamque & propè totam Remp. in præceps dederat.
Præcepta dare. Virg. 4. Georg. 80. Nam sine vi non vlla dabit præcepta: neque illum orando flectes.
Præceptum, pro Præcipere. Liu. 10. bel. Pun. 154. Dato præcepto vt, &c.
Præcepta ad Cicc. 2. de Finib. 135. Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur.
Prælia dare. Virg. 3. Geor. 52. –quid quæ imbelles dant prælia cerui?
In præmium. Liu. 4. ab Vrbe. 266. Proditori præter libertatẽ, duarum familiarum bona in præmium data.
Dare præsens, tanquam in manu. Cicero 2. Offic. 88. Quod præsens, tanquam in manu, datur, iucundius est.
Date præstare. Scæuola de Statu liberis, L. Sticho: iubeo det præstet filio vxori meæ.
Prandium. Plaut. Pænulo. 20. 12. De prandio tu dicis: debetur: dabo. Idẽ Amph. 8. 31. Dom: daturus nemo est prandium aduenientibus.
Dare precibus alicuius, Facere quod quis à nobis petit. Plinius epist. 22. c, Dandum enim precibus vxoris, dandum filiæ lachrymis, dandum etiam nobis amicis, ne spes nostras si modo non essent inanes, voluntaria morte desereret.
Primas, secundas, tertias alicui rei. Cic. 3. de Oratore. 117.
Principatum. Cic. 2. Offic. 97. Huic quoq; ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. Vide PRINCEPS.
Principium. Terent. Eunucho. 3. 2. 4.
Quàm venustè quod dedit
Principium aduenienti?
Principium alicui rei dare. Lucret. lib. 2. 53.
Nam dubio procul his rebus sua cuique voluntas
Principium dat.
Daturi progeniem vitiosiorem. Horat. 3. Carm. ode 6. 10.
Prolem dare. Virg. 1. Aeneid. 56. –donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Promissa, Spondere. Catullus, Argon. 59. 28. At non hæc quondá blando promissa, dedisti? Voce mihi. Virg. lib. 9.
Non hæc Euandro de te promissa parenti Discedens dederam.
Prouincias magistratibus, aut iis qui magistratu abierunt. Cic. 1. de Finib. 30. Nam si omnes atomi declinabunt, nullæ vnquam cohærescẽt: siue aliæ declinabunt, aliæ suo nutu rectè ferentur, primũ erit hoc quasi p uincias atomis dare, quæ rectè, quę obliquè feruntur.
Prouinciam alicui dare. Cicc. 6. Verr, 46. Ferebat grauiter illá sibi ab isto prouinciam datam.
In publicum aliquid dare. Plin. epist. 156. Ideò nunc contra istum librum fauco orationi, quam nuper in publicum dedi.
Pugnam. Plaut. Bacch. 5. 39. Porrò etiam ausculta pugnam quam voluit dare. Idem Pœnul. 7. 111.
Prius quàm istam pugnam pugnabo, ego etiam prius
Dabo aliam pugnam claram & cõmemorabilem. Teren. Eunu. 5. 2. 60. Credo hoc meę fidei, dabit hic aliquam pugnã denuo. Vbi Donatus, Dabit autem propriè pro inducet: vt, Magnam dabit ille ruinam.
Ad purgationes cloacarum. Plin. epist. 249. g. Solent enim eiusmodi ad balineum, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum & vicorum dari.
In quæstionem dare seruos dicebatur dominus. Author ad Heren. Da seruos tuos in quæstionem, stude verum inuenire. Idem pro Rosc. Amer. 71. Quod à nobis oppugnari video, ne in quæstionem dentur, suspiciosum est. Hoc est, torqueantur, & afficiantur suppliciis.
Quietem dare. Tacit. lib. 20. Nec in longum quies militi data.
Quietem membris dare. Virg. 10. Aeneid. 43. –neque enim membris dat cura quietem.
Quieti corpora. Liu. 9. ab Vrbe. 194. Curati cibo, corpora quieti dant. Sic 5. bel. Pun. 128.
Rationem, Docere rationem & modum quo quid fieri possit. Plaut. Milit. 10. 176.
Huic amanti ad Philocomasium hanc efficiamus copiam,
Vt eam hinc abducat, abeatque. P. dari istam rationem volo.
P A. At ego mihi annulum dari istunc tuum volo. P E. quam ad rem vis?
P A. Quando habebo igitur, rationem mearum fabricarum dabo.

P. Vtere, accipe. P A. accipe à me rursum rationem doli.
Quam instituí.
Receptum facilem aut celerem. Cæsar 1. bel. Ciui. 181. Submotis, sub murum cohortibus, ac nonnulla parte propter terrorem in oppidum cõ pulsis, facilis est nostris receptus datus. Ibidem. 314. Si prælium committeretur, propinquintas castrorum, celerem superatis ex fuga receptum dabat.
Recessum. Cæs. 5. bel. Gal. 160. Recessumq; primis vltimi non dabat.
Recursum dare. Quid. epist. 6. 12.
Abstrahor Hypsipyle, si dent modò facta recursum,
Vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero.
Reditum gloriosum alicui dare. Cic. in Para dox. 36. Reditũ mihi gloriosum iniuria tua dedit, non exitum calamitosum.
Regem dare. Virg. 1. Aeneid. 14. –Regemq; dedit, qui fœdere certo. Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
Remedium. Cæsar 1. bel. Ciuil. 308. Præsenti malo aliis malis remedia dabantur.
Ad remum. Liu. 4. bel. Maced. 31. Seruos ad remum, numero ex censu cõstituto, cum stipendio nostro dabamus.
Requiem nullam dare. Plin. in Paneg. 104. Hominis ne istud ingenium est, hominis potestas, renouare gaudia, redintegrare lætitiam, nullamq; re la per mittere, nisi dum finiuntur?
Responsum. Cic. ad Atti. lib. 1. 13. 10. Neque iis à Senatu responsum dari patitur. Cic Cæs. 1. bel. Gal. 57. Et lib. 5. 218. Liu. 6. bel. Pun. 103. Vir. eclog. 1. 9. Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.
Risus alicui dare. Horat. 2. Serm. satyr. 5. 12. Captatorq; dabit risus Nasica Corano. Hoc est dabit occasionem ridendi.
Oculis ruborem dare. Ouid. 8. Metam. 94.
Sæpe suum feruens oculis dabat ira ruborem.
Dare in ruborem. Plaut. Capt. 17. 9. At ego faciam vt pudeat inam in ruborem te totum dabo.
Ruinam dare. Virg. 2. Aeneid. 62. –iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus.
Dare saltus. Ouid. 2. Metam. 33. de curru Phaetontis,
Sic oneri insueto vacuos dat in aere saltus;
Succutiturque alté, similisque est currus inani. Idem lib. 137.
Vndique dant saltus.
Salutem alicui. Cic. pro Deiotaro, Sed maximè eorum incolumitate, quibus salutem dedisti.
Salutem aduenienti: Salutare aduenientem. Plaut. Epid. 12. 2. Venienti des salutem atque osculum.
Ad salutem cõmunem aliquid dare. Cic. 6. Verr. 46.
Dare satietas. Cic. 3. de Nat. deor. 131. Quænam vnquam ob mortem Myrtili pœnis Iuendis dabitur satietas supplicii?
Sceptra dare. Virg. 4. Aeneid. 120.
Infœlix Dido nunc te fata impia tangunt,
Tum decuit, quum sceptra dabas.
Dare se alicui. Teren. Eunu. 5. 9. 10.
Thais patri se commendauit in clientelam & fidem,
Nobis dedit se.
Dare se ad legendos libros, & Philosophiam pertractandam. Cice. 1. de Natura deor. 14.
Se facilem dare. Ouid. epist. 15. 40. Da modò te facilem.
Se quoque det populo mulier speciosa videndã. Ouid. 3. de Arte. 85.
Alicui ad docendum. Cic. de Clar. Orat. 169. Qui quàquam nemini se ad docendum dabat, tamen, &c. Sic dare se in disciplinam alicuius Philosophi, Gel. lib. 5. cap. 10.
Senatum legatis, Est legatos in Senatum admittere, & postulata audire. Liu. lib. 1. tertiæ Decadis, Legatis captiuorum Senatus ab Dictatore datus est. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 15. 2. Eodem igitur die Tyrius est Senatus datus frequens.
Sententian. Cic. 1. de Legib. 84. Quam igitur sententiam demus?
Sententiam, pro Permittere eius sententiæ dicendæ, vel ferre iudicem. Senec. epist. 14. Initium omnium rerum sapiens, non exitum spectat. Initia in potestate nostra sunt, de euentu fortuna iudicat, cui de me sententiam non do.
Ad sepulturam. Cic. 2. Philip. 41. Ad sepulturam corpus vitrici sui negãt à me datum.
Sequestrum aut arbitrum. Plaut. Rud. 3. 64.
Tu isthunc hodie non feres, nisi das sequestrum, aut arbitrum, Cuius hæc res arbitratu fiat.
Dare sermonem alicui, pro Dare causam obloquendi. Cicc. Varroni, lib. 9. 3. 2. Dabimus sermonem iis qui nesciunt, nobis quocunque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse.
Se sermonibus vulgi. Cic. in Somnio Scip. 17. Neq; sermonibus vulgi dederis te neq; in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum.
Se in sermonem. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28. 3. Quare da te in sermonẽ & perfeca & confice.

In sermonem

In sermonem aliorum familiariter. Cicero pro Lege Agrar. 26. Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar.
Seruandum. Terent. Eunucho, 5. 2. 65.
Ad ditem in seruitutem. Terent. Phorm 4. 3. 48.
Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum,
In seruitutem pauperem ad ditem dari.
Signum. Terent. Eunuc. 4. 7. 11. Tu hosce instrue, hîc ero post principia: inde omnibus signum dabo.
Signa dare. Virgil. 1. Georg. 87.
Sol quoque & exoriens, & quum se condet in vndas, Signa dabit.
Signum oculis. Plaut. Milit. 4. 44.
Video illam amicam herilem Athenis quæ fuit:
Vbi contrà aspexit me, oculis mihi signum dedit ne se appellarem.
Signum tuba. Cæsar 7. bel. Gal. 329. Eodem tempore clamore exaudito dat tuba signum suis Vercingentorix, atque ex oppido educit.
Signum, vel Dare signum receptui. Liu. 4. bel. Pun. 61. Signum dari prope re iussit. Ibidem, lib. 3. 174. Gracchus prius quàm se hostes ab repenti no pauore colligerent, receptui signum dedit, ac suos intra muros recepit. Sic. 6. ab Vrbe, 37. & lib. 9. 72. Item Cæsar 3. bel. Ciuil. 356.
Signum vexillo. Cæsar 3. bel. Ciuil. 353. Totâque exercitu imperauit, ne tubicen suo concurreret: se, quum id facere vellet, vexillo signum daturum.
Signum, Indicare, palàm facere, innuere. Cicero, 3. Verr. 49. Quo tempore quidem signi satis dedit, siquid esset quod posset dicere, se tacere non posse.
Signum pudoris & ingenii dicitur puer. Cicero, 3. de Fin. 14. Addo etiam illud, multa tam mihi dare signa puerum & pudoris & ingenii.
Silentium, Silere. Terent. in Prolog. Hecyræ, 55. Mea causa causam hanc accipite, & date silentium.
Solatia. Cicero, ad Atticum, lib. 4. 85. 14. Vnum omnia posse, disrumpuntur ni, qui me aliquid posse doluerunt, multa mihi dant solatia. Idem de Claris Orat. 6.
Solatia dare. Ouid. 4. Metam. 21.
Sed tamen ambobus versæ solatia formæ
Magna nepos dederat quem debellata colebat India.
Se somno. Cicc. 1. Tusc. 184. Sic Dari somno, apud Plinium lib. 8. cap. 25. 2. de crocodilo. Sic Dare se quieti, Cæsar 2. bel. Ciuil. Alius ex diuturno labore in ipsis operibus quieti se dedisset.
Sonitum, pro Facere. Virgilius 12. Aeneid. Sonitum dat stridula cornus. Idem lib. 3. Aene. 48.
–sonitum per cornua dedere Littora.
Arma sonum dant. Virgil. 3. Georg. 17.
–tum, siqua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit micat auribus, & tremit artus.
Aliquem sopori, pro Occidere, apud Plautum in Amph. 4. 153.
Membra sopori dare. Horat. 2. Serm. saty. 2. 17.
Alter, vbi dicto citius, curata sopori
Membra dedit, vegetus præleripta ad munia surgit.
Sortem dare. Horat. 1. Serm. saty. 1. 1.
Quî fit Mecœnas, vt nemo quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa Contentus vixit?
Spatium & veniam dare. Ouid. epi. 13. 14. Da spatium, veniamq;, peto. Spatium cõglobandi se, respirandi, aut docendi aliquem: & ad se colligendum, & deliberãdi. Liu. 6. ab Vrbe, 14. & li. 10. 138. Cæsar 1. bel. Ciuil. 17. Ité Ci. pro Cecinna, 4. Liu. 4. belli. Maced. 70. Col. lib. 11. ca. 1. 10.
Speciem hosti exercitus abeuntis dedit. Quintil. lib. 2. cap. 17. 12.
Ludentis speciem dabit. Horat. 2. epist. 2. 15.
Specimen dare. Virg. 2. Geor. 49. Id est dignam probationem: Seruius.
Specimen indolis clarum, Hoc est, futuræ probitatis signum ostendere. Plin. epist. 31. b, Præterea Cossus ipse tam clarum specimen indolis dederat, vt vita eius breuis & angusta debuerit hac veluti immortalitate proferri. Virg. 1. Georg. Tale dabit specimen.
Specimen sui, Hoc est, optimam de se expectationem præbere. Liu. 7. ab Vrbe, 137. & 9. bel. Pun. 154. Dare virtutis specimen. Cicc. 1. Ver. 15.
Spectandum. Plaut. Asin. 13. 33. Spectandum ne cuiquam annulum det.
Spem. Plaut. Menæch. 24. 14. Dii immortales spem insperatam date mihi quam suspicor. Terent. Heaut. 4. 1. 13. Verbis mortem simulare, re ipsa spem vitæ dare. Cicero pro Sylla, 29. Qui negare noluit esse in eodem numero Syllam, quo plus spei Gallis daret. Idem ad Metellum, lib. 5. 4. 1. Literæ Q. fratris, & T. Pomponii necessarii mei tantum spei dederant, vt, &c.
Spem menti dare. Virg. 4. Aeneid. 11.
His dictis incensum animum inflammauit amore,
Spemque dedit dubiæ menti, soluitque pudorem.
Spiramentum. Plin. lib. 12. cap. 3. 2. Tentauere gentes transferre ad sese propter remedii præstantiam fictilibus in vasis dato per cauernas radicibus spiramento. De malo Assyria.
In splendorem bullas forium. Plaut. Asin. 9. 20.

Dedere stadia XXII, singulis scenis. Plin. lib. 12. cap. 14. 2.
Stipendium duplex in pedites, & triplex in equites. Liuius 9. belli Macedonici. 15.
In stipendium pecuniam. Cæsar 1. Ciuil. 91. Eam pecuniam publicam esse constituram, datamque à Pompeio in stipendium.
Stragem, pro Facere. Liu. 8. ab vrbe. 150. Per arma, per viros late stragẽ dedere. Sic lib. 7. ab Vrbe. 104. Vig. 3. Georg. 49.
Tam multa informes vrsi, stragemque dedere
Per syluam tum sæuus aper, tum pessima tigris.
Studium, pro Impendere. Quintil. lib. 12. cap. 3. Nónne ad id instrui ab aliis qui plus studii in hoc dederunt, oportet?
Arti alicui studium, & incrementum dat vtilitas, summam ratio & exercitatio. Quintil. lib. 3. cap. 1. 1.
Studii plurimum in literis. Quintil. lib. 12. Et apud Columellam lib. 1. cap. 1. 1. Studium agricolationi dare.
Studiis annos septem dedit. Horat. 2. epist. 2. 17.
Suauium. Plaut. Asin. 16. 41.
Da puere ab summo. age tu interibi ab infimo da suauium.
ART. Perii misera, vt osculatur carnufex capuli decus. Cic. ad Atticũ lib. 16. 336. 10. Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suauium des.
Successus prosperos dare. Liuius in Præfact. ab Vrbe. 8. Vide ortus in ORDIOR.
Supplicium dare. Catull. ad Gellium. 111. 2.
Contra nos tela ista tua euitamus amictu,
Affixus nostris tu dabis supplicium.
Supplicium alicui de se, Panuri. Plaut. Asin. 9. 76.
Dabitur pol supplicium mihi de tergo vestro. LE. Væ te.
Tibi quidem supplicium carnufex de nobis detur!
ME. Atque etiam pro istis maledictis pœnæ pendeantur mihi hodie.
Idem Epid. 14. 53. Nunquam herele hodie, nisi supplicium mihi das, resolui me sinam. Idem Milit. 2. 22. Ita me dii deæque omnes ament, nisi mihi supplicium virgarũ de te datur. Terent. Heaut. 1. 1. 86. Interea vsque illi de me supplicium dabo. Idem Eunuch. 1. 1. 24. Et dabis ei vltro supplicium.
Supplicium necis paternæ. Marti. lib. 1. 7.
Ad supplicium alicui alterum. Cicc. pro Cluent. 144. Mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum non in quæstionem tulit, sed planè ad supplicium dedit. Sic Liu. 1. ab Vrbe. 19.
Suspicionem timoris Cæsar 6. bel. Gall. 14. Et quo facilius hostibus timoris det suspicionẽ, maiore strepitu & tumultu, quàm Pop. Romani ferre consuetudo, castra moueri iubet. Sic apud Suetonium in Tiberio, Dare suspicionem attentandæ proditionis.
Symbolum. Terent. And. 1. 1. 61. –rogitabam, Heus puer,
Die sodes, quis heri Chrysidem habuit? Et paulo post,
Eho quid Pamphilus? quid? symbolum Dedit. cœnauit.
Tacitum, pro Cõmittere arcanum. Sene. epist. 84. Falsum ergo est quod patrocinii loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri, non dari tacitum.
Tecta dare. Ouid. 2. de Arte. 125.
Tempus, menses, diem alicui rei. Cic. ad Attic. lib. 5. 101. 3. Erat mihi in animo rectà proficisci ad exercitum, æstiuos menses reliquos rei familiari dare, hybernos iurisdictioni. Idẽ 11. Philip. 307. Cæs. 1. bel Ciuil. 45. Tempus verò colloquio non dare, neque accessurum polliceri, magnam pacis desperationem afferebat. Ouid. 2. de Arte. 74.
Cogis adulterium, dando tempusque locumque:
Quo, nisi consilio est vsa puella tuo?
Rarò dat se tempus. Plaut. Bacchid. 15. 27.
Sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus? an
Nesciebas quam eiusmodi homini rarò tempus se daret?
Datur tempus. Terent. And. 3. 3. 25. Hem id te oro vt ante eamus, dum tempus datur.
In tam tempus dare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17. Sed usquam dederis spatiosum tempus in iram.
Tempora parua quieti dare. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 2. Quid properasse iuuat? quid parua dedisse quieti Tempora?
Tempora data studiis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 12.
Aliquid temporis ad ludum dare. Cic. pro Cælio. 33. Postremo quum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis atque ad inanis hasce adolescentiæ cupiditates, reuocet se aliquando, &c.
Terga. Liu. 4. ab Vrbe. 163. Dataque mox terga hostibus forent, ni, &c. Ibidem. 134. Castra propinqua turbatos ac terga dantes accepere. Hoc est fugientes. Quintil. lib. 2. cap. 13. 3. Virg. 4. Georg. 17.
–dum grauis aut hos,
Aut hos, versa fuga victor dare terga coegit. Sic Ouidius 13. Metamorph. 48.
Terga dare metu. Valer. 3. Argonaut. 51. Metu, ob metum.
Ad terram, Prosternere. Plaut. Capt. Tum genu & quencunque icero, ad terram dabo. Sueton. in Augusto, cap. 96. Duos coruos hinc & inde, insultantes, aquil[illegible] cetorio eius supersedens afflixit, & ad terram

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit. Vide AD.
Tesseram. Liuius 9. ab Vrbe. 166. Quod postquam Consuli nuntiatū est, extemplo tesseram dari iubet.
Aliquid testamento. Liuius 9. bel. Macéd. 72.
Testem alicui rei dare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17. Fors me sermoni testem dedit.
Testes in aliquem. Cic. 6. Verr. 89. Is accusatur, hi testes in eum dantur. Et 2. de Finib. 100.
Testem Iouem. Plaut. Capt. 7. 67.
Id vt sciās, Iouem supremum testem do Hegio,
Me insidelem non futurum Philocrati. Idem in Pseud. 7. 99.
–do Iouem testem tibi, Te ætatem impune habiturum.
Testimonium. Cicer. ad Atticum, lib. 2. 16. 12. Sibi enim bene gestæ, mihi conseruatæ Reipub. dat testimonium. Et apud eundem lib. 7. 12. 8. Et libro 8. 14. 8. Ne tu quidem testimonii (quod ei sæpe apud me deras) veritus, superbum te præbuit in fortuna.
In timorem. Plaut. Pseud. 1. 4. 23.
Pulchre hanc ego explicatam tibi rem dabo, sic ego illum dolis
Atque mendaciis dabo in timorem militarem aduenam,
Ipse sese vt neget eum esse qui siet.
Se in tormenta. Cic. 5. Tusc. 116.
Tinnitus dare. Senec. Hippol. 612.
Transitum. Liu. 1. bel. Pun. 71. Ne Pœno bellō Italiæ inferēti, per agros, vrbesque suas transitum darent. Ibidem lib. 6. 28.
Tribunali reliquā partē diei. Plin. in Paneg. 129. Reliqua pars diei tribunali dabat: ubi verò quanta religio æquitatis, quanta legū reuerentia?
Corpora dant tumulo. Ouid. 2. Metam. 66.
Turbas. Plaut. Bacch. 5. 122.
Si quidem hic reliquiet, nec secum abducet senex
Me, nec Mnesilochum, quas ego hīc turbas dabo. Idem Pseud. 3. 108.
Scis tu quidem hercle mea si commoui sacra,
Quo pacto & quantas soleam turbellas dare.
Vadem. Cic. 2. de Finib. 127. Vadem te ad mottē tyranno dabis pro amico. Liu. 5. bel. Pun. 19. Ac ni vades daret, prehēdi à viatore, atque in carcerem duci iusserunt.
Vbera dare. Ouid. 4. Metam. 65. Si qua tibi soror est, & quæ dedit vbera nutrix.
Vela dare. Ouid. epist. 6. 12.
Tertia messis erat, quum tu dare vela coactus
Implesti lachrymis talia verba tuis.
Vela in altum. Liu. 4. bel. Pun. 161. Socios, velis in altum datis, in Africā transmisit. Ibidem lib. 9. 137. Virg. 1. Aeneid. 8.
–in altum Vela dabant læti.
Per vndas vela dare. Virg. 5. Aeneid. 158.
Quod superest, oro, liceat dare tuta per vndas
Vela tibi: liceat Laurentem attingere Tybrim.
Vela, per translationem. Cic. in Orat. 41. Ingredientibus cōsyderandum fuit quid agerem: nunc quidem iam quocūque feremur, danda nunc rum vela sunt.
Vela ad. Cic. 2. de Orat. 100. Si se dant, & vt antè dixi, sua spōte quò impellimus inclinant atque propendent, accipio quòd datur, & id vnde aliquis flatus ostenditur vela do.
Vela indignationi. Plin. epist. 119. c. Dedimus vela indignationi, dedimus iræ, dedimus dolori, & amplissima causa, quasi magno mari, pluribus ventis sumus vecti. Id est, vti sumus exaggeratione & totis viribus nixi, dum indignabamur nouercas & priuignos aliena inuadere.
Venenum alicui. Cic. pro Cluentio. 35.
Veniam, Condonare, indulgere, inquit Donatus. Plautus Amphit. 10. 43.
Da mihi hanc veniā, ignosce, irata ne sies. Idē Casin. 25. 21. Sed vxor da viro hanc veniam. Idem Epid. 14. 65. Oro te Epidice mihi vt ignoscas, siquid imprudens culpa peccaui mea.
At ob eam nunc rem liber esto. 2. Inuitus do hanc veniam tibi. Terent. And. 5. 3. 30. Aequum postulat, da veniam. Cicero de Amicitia. 55. Est enim quatenus amicitiæ dari venia possit. Sic 5. de Finib. 132. Et 2. Offic. 81. Terent. Adel. 5. 8. 20.
Age, quid si quid te maius orem? M. quasi hoc non sit maximum. D. Age. da veniam. Vbi Donatus, Da veniam, præsta beneficiū, concede quod petitur. Virg. 4. Aeneid. 88.
Extremam hanc oro veniam (miserere sororis)
Quam mihi quum dederis, cumulatam morte remittam.
Da mihi hanc veniā. Cic. pro Archia, Quæso à vobis vt in hac causa mihi detis hāc veniam, accommodatam huic reo, vobis quemadmodum spero, non molestam: vt me pro summo poeta atque eruditissimo homine dicentem, &c. Id est, indulgeatis, concedatisque mihi hoc, si forte peccauero, vt interpretatur Valla lib. 4. Idem Cicero 1. de Orat. 49. Date nobis hanc veniam, vt ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini.
Veniam dare amori. Senec. Hippol. 2. 29.
Veniam alicuius dici. Liu. 6. bel. Pun. 92. Quod vbi sensit Asdrubal, mittit ad Neronem qui in posterum diem colloquium differret, illā diem religiosum Carthaginensibus ad agēdum quicquam rei feriatum esse: tum quidem suspecta fraus. Quū data esset venia eius diei, extemplo Asdrubal cum equitatu, &c.
Scriptis veniam dare. Ouid. 3. de Pon. eleg. 9, 11. Da veniam scriptis.
In reliquos data venia. Tacit. lib. 12.
Veniam dare, significat etiam precibus cedere. Suet. in Tiberio, cap. 10.
Neque aut matri supplici ter precanti, aut vitrico deseri se etiam in Senatu conquerenti, veniam dedit.
Venustatem. Plaut. Milit. 10. 56.
O lepidum semisenem, næ si quas memorat virtutes habet,
Atque equidem planè eductum in nutricatu Venerio.
P. Plus dabo, quam prædicabo ex me venustatis tibi.
Verbera ponto dare. Ouid. epist. 17. Aptior illa quidem placido dare verbera ponto.
Verba dare alicui, pro Concedere alicui vt loquatur, apud Valerium 7. Argon. 87. –sed nec prima pudor dat verba timenti. Id est ob pudorem, timoremque ne prima quidem verba eloqui potest.
Nouissima verba dare. Stat. 1. Achil. 77. –tacito dat verba nouissima voto.
In verba dare recuperatores. Cic. 5. Ver. 57. Quærebant quæ in verba recuperatores darent: respōdebat, si pateret aduersus edictum fecisse, quę in iudicio dicturum esse dicebat.
Verba alicui, Decipere, circumuenire. Plaut. Aulul. 4. 23.
–nimisque ego hanc metuo malè,
Ne mihi ex insidiis verba impudenti duit. Teren. Eunu. 4. 5. 1. Atat data hercle verba mihi sunt. Idem Andr. 1. 3. 6.
Si illum relinquo, eius vitæ timeo sīn opitulor, huius minas,
Cui verba dare difficile est, Donatus, Dare verba, Decipere est, quia quem expectat, & nihil præter verba inuenit, deceptus est. Cic. ad Atticum, lib. 15. 3. 19. 1. Vel verba mihi dari facilè patior in hoc, vt ego libēter præbeo credulum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 5.
–an vt ignotum dare nobis verba putas?
Dare verba & Decipere. Cicero. 13. Philipp. 372. Scilicet verba dedimus: decipimus: ignorabat legio Martia quarta, nesciebant veterani quid ageretur.
Viam. Plaut. Curcul. 7. 1. Date viam mihi noti atque ignoti, dum ego hīc officium meum facio. Idem Aulu. 1. 1. 17. Date viam qua fugere liceat. Liu. 5. ab Vrbe. 155. Bellouesō haud paulo lætiorem in Italiam viam dii dabant. Idem 5. bel. Pun. 198. Virg. 10. Aeneid. 9.
Et quancunque viam dederit fortuna sequatur.
Dare viam, per translationem, Idem quod dare rationem & modum quo quid possit fieri. Plautus Epid. 5. 10. Ipsi hi mihi dant viam quo pacto ab se argentum auferam. Cic. 2. de Diuinat. 153. Nullas dant vias nobis ad significationum scientiam.
In viam: pro Itineri se accingere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 12. In viam quòd te des hoc tempore, nihil est.
Victum. Plaut. Amphit. 4. 1. 148. Agite pugni, iam diu est quòd ventri victum non datis. Horat. 1. epist. 18. 10. –clamat, victum date.
In vincula. Liuius 2. bel. Pun. 32.
Vir perpetua lege datus vxori. Ouid. 6. Fast. 47.
Non tetigisse virum, quanuis Iouis ille sacerdos,
Quāuis perpetua sit mihi lege datus.
Vires dare. Virg. 5. Aeneid. 81. –his ego suetus,
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Vitam alicui. Plaut. Milit. 10. 128. Huic homini dignum est diuitias esse, diu vitam dare. Ouid. 6. Metam. 72.
Haustus aquæ, mihi nectar erit, vitamque fatebor
Accepisse, simul vitam dederitis in vndis.
Vitam æternam dare. Virg. 2. Aeneid. 174.
–hæc pro virginitate reponit?
Quò vitam dedit æternam? Hoc est immortalitatem.
Vitiō, Vituperare, culpare, inquit Donatus. Terent. in Prologo And. 8.
Nunc quam rem vitio dent, quæso animum aduortite. Idem Adelph. 3. 3. 64. Hoc laudi est. 5. isthęc res est. D. hoc vitio dat. Cicero 2. Offic. 85. Ne Marco quidem Scio vitio datum est, quòd in caritate alle modum populo dedit.
Dare vnguentum in caput. Celsus lib. 3. cap. 18. Prodest ad id, atque etiā ad mentem ipsam componendam, crocinum vnguentum cum irino in caput datum.
Voces dare. Ouid. 9. Metam. 117.
Mens tamen vt rediit, pariter rediere furores,
Linguaque vix tales ictō dedit aere voces.
Alicui voluptatem. Plaut. Amphit. 8. 6. Atqui ipsa de me scio cui voluptas parumper data est.
Voluptatibus. Cicero de senectute. 39. Quod ex eo audientes, M. Curium & T. Coruncanū, optare solitos, vt id Samnitibus, ipsique Pyrrho persuaderet, quo facilius vinci possent, quū se voluptatibus dedissent.

Vsum nominis dare. Ouid. 1. Metam. 8.
Phœbe pater, si das vsum mihi nominis huius,
Nec Clymene falsa culpam sub imagine cælat,
Pignora da genitor per quæ tua vera propago
Credar, & hunc animis errorem detrahe nostris.
Vsuram vnius horæ ad viuendum. Cic. in Catil. 11. Ego si hoc optimum factu iudicarem, P. C. Catilinam morte multari, vnius vsuram horæ gladiatori illi ad viuendum non dedissem.
Vsuram lucis dare. Cic. 6. Verr. 61. Ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnam dedistis.
Vtendum aliquid dare. Plaut. Asin. 9. 38. Scyphos, quos vtēdos dedi Philodamo, retulitne? Idem Trinummo, 17. 7.
Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium erit:
Quod datum vtendum est, id repetundi copia est quando velis.
Vtilitatem alicui dare. Lucret. lib. 5. 174.
Vulnera ferro dare. Ouid. 3. Meta. 17.
–furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figitque in acumine dentes.
Vxorem alicui. Terent. And. 1. 1. 74. Cum dote summa filio vxorem vt daret. Ibidem, 1. 1. 6. Postquam audierat non datum iri filio vxorem suo. Idem Phorm. 1. 2. 71. Illeue indotatam virginem atque ignobilem
Daret illi: Vbi Donatus, Filius familiæ non tam ducit vxorem, quàm à patre accipit: quippe quum patri committatur puella potius in huiusmodi conditionibus quàm marito.
¶ Datum. Terent. Eunucho, 3. 1. 5. Est illuc datum profectò vt grata mihi sint quæ facio omnia. Vbi Donatus, Datum, fato, decretoque concessum: vt, Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis.
Datum. 1. 11. Idus Iunii. Cic. Terentiæ lib. 14. Sic ad Tironem, lib. 16. 10. 19. Datum pridie Idus Iun. Et ad Q. fratrem lib. 2. 16. 1. Accepi literas datas Placentiæ.
Datum ire. Plaut. Pœnulo, 7. 9. Sicine oportet ire amicos homini amanti operam datum?
Datur cernere. Plinius epist. 10. b. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & eluceat, vt mediocriter quoque doctos aduertant, & afficiant.
Si dabitur, pro Si licebit. Quintil. Item Virg. 7. Aene. 63. Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis.
Dant, pro dent, vel dederint, Antiquum. Plaut. Amphit. 3. 72,
Siue qui ipse ambisset, siue per internuntium,
Sine adeò Aeolides perfidiosè cui dant. Terent. And. 4. 1. 41. At tibi di dignum factis exitium dunt. Antiquum.
Duit, pro det. Plaut. Aulul. 4. 23. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Duit prodes. Ibidem, 7. 61. At nihil est dotis quod dem: M. ne duas. Liu. 10. ab Vrbe, 89. Bellonaſi hodie nobis victoriam duit, &c. Sic 2. belli Pun. 44. Antiquum.
Dauunt, pro dant. Plautus Curcul. 3. 30. Nam tibi amantes propinātes virum dauīt. Idem Capt. 13. 50. Et duplā agninam dauunt. Antiquum.
Datus, Participium, vt Data pecunia.
Reddere data. Ouid. 1. de Arte amand. 18. Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt.
Corripere data fraudando. Catul. ad Ausilenam, 105. 2.
Data opera, pro De industria, consulto. Vlp. in L. Sed & qui data. ff. Ex quib. caus. maio.
Datum, dati, Substantiuum, (δώρημα,) Cic. de Amicitia, 51. Hoc quidem est nimis exigūe & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum.
Datur, huius datus, (δόσις,) Plautus Trinum, 17. 16.
–nimis pergraphicus sycophanta:
Is mille nummūm se aurum meo datu tibi ferre & gnato
Lesbonico aiebat meo.
Dato, datas, (δόσω,) dare, Præsentatiuum. Plautus Mostel. 8. 44. Tu solus credo frenore argentum datas. Antiquum.
Dato, daras, &c. Plin. li. 35. cap. 5. 19. Themison binas nō amplius drachmas datauit, sequentes & quaternas dedēre.
Dator, datoris, (δότης,) Verbale. Plaut. Trucu. 5. 31. –semp datores nos. Virg. 1. Aeneid. 148. Adsit lenitæ Bacchus dator, & bona Iuno.
Datio, Verbale, (δόσις,) Varro. 3. de Re rusti. ca. 9. 16. Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione, proportionesic vt, &c. Cic. pro Lege Agraria, 63. Cuius iudicium legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur.
Datio signi. Plin. lib. 7. cap. 56. 12. Ordinem exercitus, signi dationem, tesseras, vigiliasque Palamedes inuēnit Troiano bello.
Datarius, Adiectiuum, Quod dādum est, aut quod datur. Plautus Pseud. 1. 5. 13. Eho an non prius salutas? S. nulla est salus mihi datariæ.
Datātim, pen. prod. Aduerbium, Datatim ludere, Inuicem dando: quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim mittitur & remittitur. Plautus Curcul. 7. 17. Tum isti qui ludunt datatim serui scurrarum in via.
Datiuus, datiui, (δοτικὴ,) Quintil. lib. 1. Nam cū dico hasta percussi nō vtor ablatiui natura, nec si idem Græce dicam, Datiui. τῷ δορί.

Doceo, doces, docui, doctū, (διδάσκω, μανθάνω,) docere, Cognitionem dare. Deriuat enim authore Varrone lib. 5. de Lingua Lati. à do das: quòd vt ait Siporinus, nihil aliud sit docere, quàm disciplinæ, aut alterius cuiuscunq; rei cognitionē dare. Cic. de Sene. 26. An ne eas quidē vires senectuti relinquimus, vt adolescentulos docear, instituat, ad omne officii munus instruat? Idem 2. de Orat. 129.
Et docebo sus (vt aiunt) oratorem eum, quem quum Catullus, &c.
Erudire atque docere. Cic. 1. Offic. 218. Neq; solum vini atq; præsentes studiosos discendi eruditat atq; docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur. Idem 1. de Diuinat. 7.
Docere & explanare. Cicer. 2. de Orat. 45. Docilem autem non quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano. Idē 1. Offic. 142. Altera in ratione quæ docet & explanat quid faciendō, fugiendumque.
Docere & instituere. Cic. de Orat. 81. Quis enim de isto genere non docuit, non instituit, non etiam scriptum reliquit?
Docere, delectare, & permouere animos audientium. Cicc. de Opt. genere Orat. 142. Optimus est enim Orator, qui dicendo animos audientium & docet, & delectat, & permouet. Docere, debitū est: delectare, honorarium: permouere, nec est arium.
Docere & dedocere, contraria. Cic. 1. de Orato. 50. Quum aut docendus is est, aut dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus &c. Quintilian. lib. 2. cap. 3.
Docere aliquem aliquod. Plaut. Pseud. 10. 88.
Præceptor tuus qui te hanc fallaciam
Docuit. Idem Trinum. 14. 9. Exercitor is hunc hominē cursuram docet.
Docere aliquem literas. Plaut. Mostel. 3. 30.
–nec sumptus sibi sumptui esse ducunt, expoliunt, docent
Literas Iura, & leges. Cic. in Pisonem. 57. Quid nunc te asine literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus.
Docere aliquem literas mercede. Cicero 1. Philip. 35. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil sapere docuit. Iuuenalis Satyra 7. –tenta
Chrysogonus quanti docuit, vel Pollio quanti. Cicer. 1. de Oratore. 62.
Qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, &c. De Alabadensi Apollonio.
Docere aliquem fidibus. Cic. Peto lib. 9. 22. 10. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.
Frustra docere. Virg. 1. Aeneid. 80. Ni frustra augurium vani docuere parentes.
Iudices docere. Quintil. lib. 9. cap. 1. 16. Docendi interim quoque iudices quid rogantibus respondere debeant.
Docere aliquē Latine. Plin. epist. 124. c. Legitur, describitur, cōtatur etiā & Græcis quoq; quos Latinæ huius libelli amor docuit. Cicc. 2. de Fin. 34. An sum etiam nunc vel Græcè loqui, vel Latinè docendus?
Literis docere aliquid. Cic. Atti. lib. 16. 335. 2. Docui literis, id nec opus esse, nec fieri posse.
Exemplo multa docere. Ouid. 1. de Reme. amoris. 11.
Docet te male. Teren. Heaut. 4. 1. 40. Male docet te mea facilitas multa. Id est, multorum malorum causa est tibi. Vide MALVS.
Docebo hæc omnia esse vera. Cic. 5. Verr. 103.
Paueis docere. Virg. 4. Aeneid. 24. –nunc qua ratione, quod instat, confieri possit, paucis (aduerte) docebo.
A peritis doceri. Cic. 3. Offic. 19.
Serò docere. Cic. 7. Ver. 119. Producam etiam Cossanos municipes illius ac necessarios, qui te nunc serò doceant.
¶ Docere, Absolutè. Virg. –docuit post exitus ingens.
¶ Docere, Commonere, siue commonefacere aliquem. Cicc. Appio Pulchro, lib. 3. 6. 11. Ne literas quidem vllas accepi, quæ me docerent quid agerem, aut vbi te visurus essem. Cicc. de Lege Agraria, Sed vt doceam Rullum posthac in his saltem tacere rebus, in quibus de se & suis factis taceri velit.
Docere & cōmonefacere. Metellus Ciceroni, lib. 5. 4. 2. De rationibus pūinciæ quid vellem fieri, vt is vos doceret & commonefaceret.
Docere aliquem de. Cæsar 1. bel. Ciuil. 11. Pollicetur L. Piso Censor sese iturum ad Cæsarem, itē L. Roscius Prætor, qui de his rebus eū doceāt.
De iniuriis alicuius docere aliquem. Cic. 6. Verr. 101. Vti de eius iniuriis iudices docerent.
De magnis rebus docere. Lucret. lib. 4. 2. Primum quod magnis doceo de rebus.
Collegium Pōtificum de religione docere. Cic. pro Domo sua. 26. Quid est enim aut tam arrogans, quam de religione, de rebus diuinis, cæremoniis, sacris, Pontificum collegium docere conari?
¶ Non ignarus docēdi. Quint. lib. 2. cap. 5. 6. Sed hunc dissertum sōceptorem prudentem quoque, & non ignarum docendi esse oportebit.
Artem docendi tradere. Cic. pro Flacco. 33.
Docens, docentis, Participium, (διδάσκων,) Ouid. 5. Fast. 134. Quo didicit cultē lingua docente loqui.
Sanctitas docentis. Quintil. lib. 2. cap. 2. 2. Teneriores animos ab iniuria

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſanctitas docentis cuſtodiat.
Doctus,Participium,(διδαχθείς,)Cic. 3.Offic.19. Itaque cum ſint docti à peritis,facile deſiſtunt à ſententia.
Ad legem doctus,Cicer.pro Milone.7.Eſt enim hæc iudices non ſcripta, ſed nata lex,&c. ad quam non docti, ſed factis non inſtituti, ſed imbuti ſumus.
Doctus de aliquo.Plaut.Perſa.1.5.73.
Docte de aliis,quàm alios de te ſuauius Eſt fieri doctos.
Doctus iter melius.Horat.in Arte Poet.14.loquens de Nepruno.
Ex diſciplina Stoicorum doctus.Cic.de Clar.Orat.48.
Cantare doctus.Horat.1.Serm.ſaty.10.4.Nil præter Calaum & doctus cantare Catullum.
Fallere mētes doctus,& vnanimes odiis turbare ſodales. Claud.1.in Ruf fin.21. Tibull.lib.1.eleg.9.8.
Doctus vincere,doctus ferire.Marti.lib.5.cap.25.
Doctus ad malefaciendum,& ad malitiam.Plau.Epid.8.42.Nimis es doctus ad malefaciendum. Terent.Hecyra.2.1.6.In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.
Doctus,(διδακτὸς,διδακτικὸς,πάνδιδακτος,γραμματικὸς,)Nomen ex participio,vt doctus homo.Cicero lib.2.Offic.3.Nec me angoribus dedidi, quibus eſſem confectus,niſi his reſtitiſſem: nec ruſus indignis docto homine voluptatibus. Idem Cornificio,lib.12.17.3.Sed ꝓxime ſcripſi de Optimo genere dicēdi,in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te à iudicio noſtro,ſic ſcilicet,vt doctum hominem à non indocto paulum diſſidere.Idem pro Cælio.17.Adoleſcentes humaniſſimi & doctiſſimi.
Abſolute doctus.Vide ABSOLVO.
Doctus & diſſertus.Cic.in Orat.7.Ita & doctis eloquentia popularis,& diſertis elegans doctrina deſuit.
Doctus & eruditus.Cic.1.de Orat.51.Quid mihi nūc vos, ſquit Craſſus, tanꝯ alicui Græculo otioſo & loquaci, & fortaſſe docto atq; erudito quæſtiunculam,de qua meo arbitratu loquar,ponitis? Sic lib.2.165.
Doctus & intelligens.Cic.de Clar.Orat.98.In quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibuſque diſſenſio.
Doctus & perurbanus homo.Cic.2.de Orat.15.C.Lucilius homo doctus & perurbanus dicere ſolebat,ea quæ ſcriberet, neque ſe ab indoctiſſimis,neque ab doctiſſimis legi velle.
Rudis & Doctus,contraria.Cicc.1.Offic.3.Magnum adiumentum attulimus hominibus noſtris,vt non modo Græcarum literarum rudes, ſed etiam docti,aliquantum ſe arbitrentur adeptos & ad dicendum & ad iudicandum.
Mediocriter doctus,Vide MEDIOCRIS.
Doctorum atque prudentium reprehenſio.Cic.in Orat.1.
Fandi doctiſſima Cymodocea.Virg.10.Aeneid.45.
Doctus Græcè & Latinè. Suetonius de Claris grammat.7. Fuiſſe dicitur ingenii magni, memoriæ ſingularis, nec minus Græcè quàm Latinè doctus.
Literis Græcis & Latinis doctus.Cic.de Claris Orat.87.
¶ Arte doctæ.Ouid.9.Metam.149.
Dicta docta.Lucret.lib.2.197. –& doctis rationem reddere dictis.
Docti doli.Plin.Milit.4.68.
Et nos factitiis fabricis & doctis dolis
Glaucomam ob oculos obiiciemus. Idem Bacch.2.2.9. Is me ſcelus auro vſque attondit doctis indoctum dolis.
Nimis doctus dolus,Vide NIMIS.
Facies docta.Oui.1.Amo.eleg.17.3.O facies oculos docta tenere meos.
Humana & docta gens,cui contrarium eſt Immanis & barbara.Cicc.1.de Diuin.2.& 3.Getem quidem nullam video,neque tam humanam atq; doctam,neque tam immanem,tamq; barbaram,quæ non ſignificari ſu tura,& à quibuſdam intelligi,prædiciq; cenſeat.
Manus docta. Ouid.1.de Arte amandi,Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.
Manus docta moderandis frænis.Sene.Hippol.12.21.
Docta ora.Oui.2.Amor.eleg.6.13.Ora fuere mihi plus aue docta loqui.
Doctum pectus.Martial.lib.9.81.
Suauis & doctus poeta.Cic.1.de Natu.deor.81. Simonidem arbitror(nō enim poeta ſolum ſuauis, verumetiam cæteroqui doctus ſapiensque traditur)quia, &c.
Pollex doctus.Ouid.11.Metam.35. –tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat.
Prece docta blandus.Horat.2.epiſt.1.28.Cæleſtes implorat aquas docta prece blandus.
Vox docta.Quid.2.de Pon.ele.5.11.Spemque docens doctæ vocis amicus habet.
¶ Doctus cum genitiuo.Gell.lib.13.cap.12.Iuris ciuilis doctum.
Literarum Græcarum doctus.Cic.1.Offic.3.
Docte ſermonis vtriuſque linguæ.Horat.3.Carm.ode 8.1.
Doctiſſimus Grammaticæ artis.Plin.lib.25.cap.2.4.
Artis lanificæ doctiſſimus.Claud.2.in Eutrop.77.
Docte,Aduerbiū,(διδαμῶς,)Hoc eſt ſcitè & eleganter.Plaut.Epid.

5.92. Vbi erit empta,vt aliquò ex vrbe amoueas: niſi quid tua ſecus Sententia eſt. P.imò docte. Ibidem 5.101. –ne te cenſeat
Filii cauſa facere.P.docte.
Docte & diligenter.Plaut.Capt.5.34.
Docte & delicatè.Cic.3.de Orat.121.Tum ad te ludibunda docte & delicatè detulit.
Doctè accutare rem aliquam.Plaut.Capt.5.34.
Docte & peritè facere.Cic.in Salluſt.5.
Doctè atque aſtu filias quærit ſuas.Plaut.Pœnulo.
Docte expedire fallaciam.Plaut.Capt.2.40. Et Epid.8.37.
Docendus,Participium,(διδακτέος,)Quid.4.Faſt.84. Plura recognoſces,pauca docendus eris.
Docilis,& hoc docile,pen.cor.(ἐυμαθὴς,πτανὸς.)Qui facilè docet.Primum eſt inquit Cicero, & præcipuum Oratoris inſtitutum, attentos & dociles auditores reddere aut facere.
Docilis eſt is,qui attentè vult audire.Author ad Heren.1.6.
Docilis cum genitiuo.Horat.5.Carm.ode 6.9.
Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati. Sic 1.Serm.ſaty.2.11.Parebit,praui docilis Romana iuuentus.
Fallendi docilis.Silius lib.3.47.
Saltandi docilis.Claud.2.in Eutrop.69.
Docilis ad rem aliquam.Cic.ad Trebatium,lib.7.21.5. O medicum ſuauem,meque docilem ad hanc diſciplinam.Plau.Bacchid.2.56.Nimio es tu ad illas res diſcipulus docilior. Varro lib.1.de Re ruſt.cap.17. 3.Caſſius ſcribit hæc,Operarios parandos eſſe qui laborem ferre poſſint,ne minores annorum XXII,& ad agriculturam dociles.
Ad rem accipiendam index fiat conciliatior, docilior & intentior.Quintil.lib.4.cap.1.17.
Docilis luſcinia Græco & Latino ſermone.Plin.lib.10.cap.42.5.
Animi dociles.Hora.1 Arte.68.Percipiāt animi dociles teneātq; fideles.
Docile ingenium.Quintil.lib.1.Nam & dociliora ſunt ingenia priuſquā obduruerunt.
Os docile.Ouid.3.de Arte amandi.69.
Dēve tribus libris,titulus quod ſignat, amorum
Elige,quos docili molliter ore legas.
Præbere ſe docilem.Cic.2.Tuſcu.13.Dehinc ad hanc enerratam, mulierēmque ſententiam ſatis docilem ſe Epicurus prebuit.
Docilitas,pen.cor.huius docilitatis(ἐυμαθία,)Aptitudo qua quis facilè docetur.Plin.lib.8.cap.1.3.de elephantis, Nam quod ad docilitatē attinet, regem adorant. Ibidem,cap.42.4. Cicc.5.de Finib.64. Et pro Seſtio.79.
Doctrina,pen.prod.(διδαχὴ,διδαγμα,διδασκαλία,)Modò pro actu ipſo docēdi accipitur,modò pro diſciplina. Cic.pro Arch.poeta, Ego multos homines excellenti animo & virtute fuiſſe,& ſine doctrina,naturæ ipſius habitu propè diuino, per ſeipſos & moderatos & grauis extitiſſe fateor.etiam illud adiungo,ſæpius ad laudem atque virtutē, naturam ſine doctrina,quàm ſine natura valuiſſe doctrinam.
Ars & doctrina liberalis.Cicer.Sulpitio,lib.4.4.14. Nam & ſi à prima ætate me omnis ars & doctrina liberalis, & maximè Philoſophia delectauit,&c.
Diſciplina & doctrina.Cic.in Orat.9. Quo fit vt veram illam & abſolutam eloquentiam nemo cōſequatur, quòd alia intelligendi,alia dicēdi diſciplina eſt:& ab aliis rerum,ab aliis verborum doctrina quæritur.
Rerum honeſtarum doctrina.Cic.1.Offic.209.
Inſtructior doctrinis,Vide INSTRVO.
Ex doctrina nobilis & clarus,Vide NOBILIS.
Pretium doctrinæ.Ouid.2.de Ponto,eleg.10.4. Doctrinæ pretium triſte magiſter habet.
Ingeni & doctrinæ princeps Plato.Cic.Qu.fratri,lib.1.1.43.
Prudentiæ doctrinæque poſſeſſio.Cic.3.de Orat.67. Quædam exemplaria legunt profeſſio.
Repertores doctrinarum,atque lepōrum.Lucret.lib.3.11.
Studia doctrinę nunquam intermittere.Cicc.in Orat.19. Idem pro Rō ſcio Amerino.26.
Studioſus doctrinarum omnium.Cic.Sulpitio,lib.4.3.11.
Liberalis doctrina,Vide LIBER.
Liberalis & digna homine nobili doctrina.Cic.4.Academ.1.
Magiſtra doctrina recte faciendi & bene dicendi.Cicero 3.de Orat.32.
Doctrina non moderata nec mitis,& paulò aſperior & durior,quàm aut veritas aut natura patiatur.Cic.pro Murena.55.
Serena doctrina. Lucret. libro 2.2. Edicta doctrina ſapientum templa ſerena.
Subtilior doctrina.Cic.2,de Orat.142.
¶ Doctrina & ingeniis abundare.Cic.3.de Orat.34.
Abundanti doctrina homo,Vide ABVNDO.
Doctrinam adhibere,Vide ADHIBEO.
Adiutus doctrina vel vſu.Quintil.lib.6.cap.2.3. Nam cætera forſitan tenuis quoque & anguſta ingenii vena, ſi modo vel doctrina, vel vſu ſit adiuta

-adiuta,generare,atque ad frugem aliquam perducere queat.
Doctrina politos conſtituit.Lucret.lib.5.62.
Græcis doctrinis eruditi.Cic.de Clar.Orat.116.
Malis ſtudiis malisque doctrinis ciuitates euertere.Ci.2.de Legib.63.Vetus illa Græcia longe prouidens q̄ ſenſim pernicies illapſa ciuium animos,malis ſtudiis malisq; doctrinis repete totas ciuitates euerteret.
Excolere doctrina animum,& eadem relaxare.Cic.pro Archia,8.An tu exiſtimas aut ſuppetere nobis poſſe quod quotidie dicamus in tāta varietate rerum,niſi animos noſtros doctrina excolamus? aut ferre animos tantam poſſe contentionem,niſi eos doctrina eadem relaxemus?
Propria naturæ bona fouere doctrina.Quintil.lib.2.cap.8.2.
Educatione doctrinaq; puerili liberaliter inſtitui.Cic.1.de Oratore,69.
A doctrina inſtructus mediocriter aliquis.Cic.de Cla.Orat.125.
Summatim percipi ſine doctrina poteſt ius ciuile. Cicero 1.de Oratore,151.
Omni doctrina & virtute ornatiſſimus homo.Cic.5.Verr.176.
Ratio atque doctrina præcipit.Cic.1.de Orat.60.In quibus hoc præcipit ratio atque doctrina, vt vis eius rei quam definias,ſic exprimatur, vt neque abſit quicquam,neque ſuperſit.
Adiumenta doctrinæ quærere.Cic.pro Murena,58.
Doctrinam exercitationemque puerilem redolere. Cicero 2.de Oratore,60.
Doctrina relinquit Naturæ cuiuſque animæ veſtigia prima.Lucretius libro.3.63.
Tradere doctrinam aliquam.Cic.1.de Orat.104.
Documentum,Experientiam ſignificat.(ὑπόδειγμα,ἐπίδειγμα,)Plautus. Capt.1.94.Ego illis capitulis aliis documentum dabo. Salluſt.Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello ſæpius vindicatum eſt in eos qui contra imperium in hoſtem pugnauerant.
Plin.lib.7.cap.25.Patientia corporis,ve eſt crebra ſors calamitatum, innumera documenta peperit.
Homo omnium ſceleruin flagitiorumque documentum.Cicero pro Domo ſua.36.
Virtutis,antiquitatis,& prudentiæ documentum.Cicero pro Rab. Poſthum,17.
Capere documentum ex aliqua re.Cic.11.Philip.191.Ex quo nimirū documentū nos capere fortuna voluit,quod eſſet victis extimeſcendum.
Conſtituere documentum, Vide CONSTITVO.
Documentum dare.Liu.1.ab Vrbe,123.Niſi hunc inſigne iam documentum mortalibus dedero. Cicc.pro Milone,17. Dederas enim quàm contemneres popalares inſanias,iam ab adoleſcentia documenta maxima. Ouid.1.Metam.84.
Inde genus durum ſumus,experiensque laboris,
Et documenta damus qua ſimus origine nati.Sic Silius lib.15.128.
Documento habere aliquem.Cic.pro Lege Agra.17.Habeat meipſum ſibi documento,quem Equeſtri ordinum loco Conſulem videt.
Documentum ſtatuere,pro exemplo.Cic.ad Brutum,15.15.Et in poſterum documentum ſtatuerem,nequis talem amentiam vellet imitari.
Eſſe documento reliquis.Cæſar 7.bel.Gall.16.
Doctor,Verbale,(διδάσκαλος,πανδιδακτικὸς,)Qui docet.Plin.in Paneg. 75.Quem honorem dicendi magiſtris,quam dignitatem ſapientiæ doctoribus habes.
Artifices dicendi & doctores,Græci.Cic.1.de Orat.13.
Doctor & diſcipulus,oppoſita.Ci.1.de Diuinat.11.Sed à Stoicis vel principibus eius diſciplinæ Poſidonii doctor,diſcipulus Antipatri degenerauit Panætius.
Doctores & præceptores.Cic.3.de Orat.32.Neque diſiunctī doctores, ſed iidem erant viuendi præceptores atque dicendi.
Authoritas doctoris ſumma.Cic.1.Offic.1.
Doctore nullo.Plin.li.10.ca.2.2.Primus atque diligentiſſimus Togatorum de eo prodidit Manilius Senator ille, maximis nobilis doctrinis doctore nullo,neminem extitiſſe qui viderit veſcentem.
Artis doctores.Quintil.lib.2.cap.15.21.
Cynicę inſtitutionis doctor.Tacit.li.16.Maximè intentus Demetrio Cynicæ inſtitutionis doctori.
Sapientiæ doctores,pro Philoſophis.Tacit.li.14.Etiā ſapientiæ doctoribus tempus impartiebat.Idem lib.20.Doctores ſapientiæ ſecutus eſt.
Doctores blandi.Horat.1.Serm.ſaty.1.5.
Doctor rhetoricus,Doctor meus.Cic.1.de Orat.43.De qua nihil rhetorici iſti doctores in præceptis ſuis reliquiſſent. Idem 4.Acad,158. Cū Cleanthe doctore ſuo.
Pexus,pinguiſque doctor.Quintil.lib.1.cap.5.10.

Dochimus, pen.corr.(δόχιμος,)Genus pedis apud Oratores: de quo Cicero in Oratore,127.

DOCLEA,Liburniæ vrbs,(δόκλεα,)Ptolemæo,hodie Antibaris.

Docus, huius doci,m.g.(δόκος,)Latinè tignū vel trabes.Pli.lib.2. ca.26.3.Emicant & trabes ſimili modo,quas docos vocāt.

Dodecatheos, cœna,Duodecim deorum.Sueto.in Auguſto, cap.70. Cœna quoque eius ſecretior in fabulis fuit,quæ vulgò Δωδεκάθεὸς vocabatur.

DODONA,pen.pro.(Δωδώνη,)Vrbs in Chaonia,Epiri regione, iuxta quam inſigne nemus, vbi Iouis Dodonæi templum fuiſſet narratur,in quo oraculum omnium quæ apud Græcos ſunt,vetuſtiſſimum. Vide Hiſtoriam hanc apud Herodotum lib.2.
Dodonem duarum vrbium nomen affert Philoxenus: quarum alteram Theſſaliæ contribuit,alteram Theſprotiis in Epiro. Sed vtranque vnam putat Stephanus,Oceani nymphæ,vel amni propinquo cognominem:ſiue (quod placet Euſtachio) Iouis & Europæ filiæ Dodonæ. Nā Dodon & Dodone ſeu Dodona indifferēter enuntiatur:Homeri carminibus & Iouis oraculo clara,columbis(vt ferunt fabulæ)reſponſa reddentibus.Sed aliter hiſtoriæ fidem tradit Herodotus. Vide Parrhaſium in Claud.de Raptu Proſ.Author carminis obſcœni, Dodone tibi Iuppiter ſacrata eſt.Verſus eſt Phaleucius.Virg.1.Georg.30.
Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit,quum iam glandes atque arbuta ſacrę
Deficerent ſyluæ,& victum Dodona negaret. Lucan.lib.6.86.
Nec queſſiſſe libet primis quid frugibus altrix Ore Ioūs Dodona ſonet.
Celſa Dodone.Claudian.6.Paneg.24.
Dodonæus,Adiectiuum,(Δωδωναῖος,)Virgilius 3.Aeneid.94.
–Dodonæoſque lebetas.
Inde prouerbium Aere dodonæo loquatior. Vide Eraſmum.
Agmina Dodonæa.Claud.de bello Getico.28.
Quercus dodonæa.Cicc.Attico,lib.2.19.4. Quid quæris? præter quercum dodonæam nihil deſyderamus,quo minus Epeirum ipſam poſſidere videamur.
Dodonius,Adiectiuum,(Δωδώνιος,)Claud.1.de Raptu Proſerp.7.
Vnde datæ fruges populis,& glande relicta
Ceſſeris inuentis Dodonia quercus ariſtis.
Dodonis,huius Dodonidis,foe.gen.(Δωδωνὶς,)Valer.1.Argonaut.61.
–Dodonida quercum Ingredior.
Dodonides,(Δωδωνίδες,)Nymphæ dicuntur,Liberi patris nutrices,à Dodona Epiri ciuitate. Vide Hyginum libro.2.& Commentarios in Aratum

Dodrans, huius dodrantis.m.g.(τρεμόριον,) vncię nouem, quaſi. dēpto quadrāte,inquit Varro lib.3.de Ling.Lat.Mart. lib.8.10.Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.
Dodrans agri.Liu.8.ab vrbe.59. Dodrans ædificii reliquus.Cic.ad Atticum,lib.2.9.11.
Dodrante minor.Columel.lib.3.cap.19.Malleolus nec maior pede, nec dodrāte minor eſſe debet.Hoc eſt nō minor nouē pollicibus,ſiue duodecim digitis.Pes enim in duodenas vncias ſiue pollices diuiditur.Vide Aſſem Budæi. Plin.lib.9.cap.5.3.

Dodrantalis, & hoc dodrantale,pen.prod.(τρεμορικὸς,)vt Dodrātalis altitudo.Columella lib.11.cap.3.15. Et Dodrantalis ſtirps,Colum. lib.5.cap.6.11. Et Plin.lib.15.cap.30.4.

Dogma, huius dogmatis,pen.corr.n.g.(δόγμα,)Latinè dicit placitum & decretum.Dogmata ſunt vniuſcuiuſq; ſectæ decreta.Cicero lib.4.Tuſcul.Quoniam id enim haberent Academici decretum (ſentitis enim iam hoc me dogma dicere) nihil poſſe percipi, &c. Idem 4.Acad.53. Sapientiæ verò quid futurum eſt, quæ neque de ſeipſa dubitare debet, neque de ſuis decretis, quæ Philoſophi vocant dogmata. Martia lib.9.50. Græce etiam Pſephiſma & Areſton dicitur,teſte Budæo.

Dolabella, Dolabra, Vide DOLO,dolas.

Doleo, Vide DOLOR.

DOLICHE,Inſula,antea Icaris dicta,vt ait Plinius lib.4.cap.12.

DOLICHISTE,Inſula eſt è regione Chimæræ Lycii montis,apud Plinium lib.5.cap.31.

Dolichos, (δόλιχος,)Menſura eſt duodecim ſtadiorum,authore Budæo.

Dolium, dolii,(πίθος,πίλαμος,)A dolo dolas derivatur,quod antiquè habuit dolium in ſupino. Significat autem vas grande quo vinum reconditur. Terent.Heaut.3.1.51. Releui dolia omnia, omnes ſerias. Plaut.Caſina.3.33.Dabitur tibi amphora vna,& vna ſemita,
Fons vnus,vnum ahenum,& octo dolia. Veteres dolia fictilia in cellis vinariis adſeruabant,quæ ſi duas aures habuiſſent,dyotæ dicebantur. Ita enim Iuriſconſulti ſcribunt,Vino legato cum vaſis dolia legata nō ſunt:quia ſcilicet ea mente vinum in dolia condimus,vt ex his poſtea in amphoras vel cados diffundamus. Ethoc eſt vinum quod diffuſum nominatur. Iuuenalis Satyr.5. Ille capillato diffuſum Conſule potat. Cicc.de Clar.Orato.159. Num igitur qui hoc ſentiat,ſi is potare velit,de dolio ſibi hauriendum putet? Senec.epiſto.36. Vinum enim fieri bonum quod recens, durum & aſperum: non pati ætatem quod in dolio placuit.
Patentiſſimi oris dolium,Vide Patens in PATEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cana dolia. Tibull.lib.1.eleg.3.16.
Culeare dolium, Vide CVLEVS.
Curta dolia. Lucret.lib.4.207.
Dolia fusa. Claud.epig.13.Atq; tuam vincant dolia fusa sitim.
Inane dolium. Horat.3.Carm.ode 11.5.
¶ Contudere in dolia. Vide CONTRVDO.
Deciuata dolia, Vide DEACINATVS.
De dolio sibi haurire. Cic.de Clar.Orat.159.
Dulci vina promens dolio. Horat.2.10.
Doliolum, pen.cor. Diminutiuum, (μίσυος,) Colum.lib.12.cap.43.3. Vnde & locus in Vrbe fuit sic vocatus, quia inuadentibus Gallis Senonibus vrbem, sacra Romanorum in eodē loco doliolis illic defossa fuerunt à flamine Quirinali. Liu.lib.5.182. Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. Ex Festo.
Doliarius, (πιθοιγός,) Qui dolia facit & componit. Plinius lib.3.ca.6.3. Aenaria insula, à statione nauium Aeneæ, Homero, Inarime dicta, Graecis Pithecusa, nō à Simiarum multitudine (vt aliqui existimauere) sed à figulis doliariorum.
Doliarium, doliari, Substantiuum, (κεπεῶνος,) Caius in L. Quod sæpe §. Sed & si. ff. de Contrahenda emptione & venditione, Sed & si ex dolio pars vini vænierit (velut metretæ cētum) verissimum est (quod & constare videtur) antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere. Id est apotheca vel hypogeō. Budæus.
Doliāris, & hoc doliāre, penultim. product. (πίθος,) Quod ad dolia pertinet.
Doliaris anus, cuius venter tumet in modum dolii. Plaut. Pseu. 9.66. Ego deuortor extra portam huc in tabernam tertiam,
Apud anum illam doliarem, clandam, crassam.
Dolo, dolas, dolaui, dolatum, & dolitum, (πελεκίω, ξεσθαλῶ,) apud veteres, dolare, Fabrorum verbum, quum materiæ complanatur asperitas. Varro in Agathone, Numnam cælatus in manu dextra scyphus, cælo dolitus, artem ostētat Mentoris? Hæc Nonius. Properatius lib.4.eleg.1.12. Stipes acernus eram properāti falce dolatus. Cic. 4.Acad.180. Non enim est è saxo scalprus, aut è robore dolatus. Plin. lib.16.cap.39.6. Cauēto nē per eorem trahas, aut doles. Colum.lib. 11.cap.2. Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedū x x. Et apud eundem lib.8.cap.3.6. Dolare per tem in quadrum.
Materiem dolare. Lucret.lib.5.155. –Sylvasque excidere possint,
Materiemque dolare.
Dolare opus aliquod. Cicero 2.de Oratore.29.
Cædere, dolare robur. Cic.2.de Diuinat.130. Quis robur illud cecīdit, dolauit, inscripsit?
¶ Dolare dolum. Plaut. Milit.12.64. Hunc nos dolum dolamus.
Lumbos fuste dolare. Horat.1.Serm.saty.5.5.
Falce dolatus. Proper.lib.4.eleg.2.12.
Dolābra, dolābræ, pen.prod.fœ.g. (ἀξίνη, σμινύη,) Instrumentum quo dolantur ligna. Liu.8.bel.Punici.15. Aliis partibus, securibus, dolabrisque cædebantur & rescindebantur portæ. Colum.lib.3. Quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. Liu.9.ab Vrbe.194. Iuuenal.saty.8.25.de Mario,
Nodosam post hæc frangebat vertice vitem,
Sæuus ubi pigra muniret castra dolabra.
Dolabra, inter instrumenta lanionum ponit Paulus in L. Cum de lanionis.ff. De instruc. vel instrum.leg.
Dolabella, (ἀξινάριον,) Diminutiuum à dolabra. Colum.lib.4.cap.14.3. Semper circa crus dolabella dimouenda est terra.
DOLOBELLA, (δολοφόνος) Romanus ciuis, gener Ciceronis & amicus, postea hostis.
DOLON, (δόλων,) Troianus, Speculator missus in castra Græcorum, à Diomede & Vlysse interfectus est, qui & ipsi speculatum venerant. Author Seruius. de Dolone Vide in dictione RHOESVS.
Imbellis Dolon. Ouid.13.Metam.20.
Dolon, dolōnis, pen.prod.m.g. (δόλων,) flagellū inquit Seruius in septimum Aeneid. intra cuius virgam latet, pugio, aut secūdum Varronem, ingens contus cum ferro breuissimo. Dolones autem à fallendo dicti sunt, quòd decipiant ferro, quum speciem ligni præferant. Suetonius in Claudio, Reperti & Equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro, pistolantes alter vt egressum theatro, alter vt sacrificantem apud Martis ædem adorirentur. Huiusmodi hodie visuntur. Virg.7.Aeneid.133. Pila manu sæuosq; gerunt in bella dolones. Alphenus in L. Si ex plagis §. Tabernarius. ff. Ad Legem Aquiliam, Ille flagello quod in manu habebat, in quo doló inerat, verberare tabernarium coeperat, &c. Budæus.
¶ Dolones accipi videntur pro armamentis nauālibus apud Liuium lib. 4.bell.Macedo.136. Et erat secundus petentibus Ephesum, ventus, capessunt fugam sublatis raptim dolonibus. Ibidem, lib.6.168. Dolonibus erectis altum petere intendit.
Dolones, inquit Donatus, tela quædam bellica.

DOLOPES, pe.cor. (δόλοπες,) Populi Thessaliæ, authore Lucano lib. 6.77. Plinius verò scribit esse populos Aetoliæ, lib.4.ca p.2.1.
Dolopes, Pyrrhi socii, vt Myrmidones Achilli, apud Troiam. Author Seruius enarrans illud Virgilii. 2.Aeneid.2. –Myrmidonum Dolopúmve, &c.
Superbæ Dolopum sedes. Virg.2.Aeneid.166.
Dolopeius, Adiectiuum, (δολοπικός,) Valer.1.Argonaut.2. –vidisse putant Dolopeia busta. Id quod à poeta dicitur propter Dolopis Neptuni filii in Magnesia extincti sepulchrum.
Dolor, doloris, pen.prod.m.g. (ἄλγος, ἄχος, πάθος, ὀδύνη, ὄδυνος, ἀλγηδών,) Animi vel corporis cruciatus. Deducitur autem à dolando, quod significat minuotquippe lætitia augētur corpora, dolore minuuntur, vt ait Sipontinus. Dolor (inquit Donatus) ex miseria descendit. Teren.And.5.1.12. Eius labore atque eius dolore gnato vt medicarer tuo. Idem Adel.3.12. Modò dolores mea tu occipiunt primulum. Cic.2.Tuscu.60. Dolor autem motus asper in corpore, à sensibus alienus. Ibidem, lib.4.29. Dolor, ægritudo crucians.
Ferox dolore. Ouid.3.Metam.14.
Auidus doloris. Stat.5.Sylu.5.12.
Comes sociusq; doloris alicuius. Stat.2.Sylu.1.6.
Imitamēta doloris. Tacit.lib.3. Meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes & lachrymas, vel doloris imitamenta.
Impatiens doloris. Ouid.14.Metam.144.
Impetus doloris. Celsus lib.2.cap.14.
Ingenium grande doloris. Ouid.6.Metam.115. –grande doloris
Ingenium, miserisque venit solertia rebus.
Medicamenta doloris, Vide MEDICO.
Sæui monumenta doloris. Virg.12.Aeneid.187.
Morsus doloris acer. Cic.2.Tuscul.92.
Sensus doloris. Celsus lib.5.cap.28. Finisq; adurendi est, dum ex omni parte sensus doloris est.
¶ Animi dolor. Ouid.10.Metam.15.
Sūma difficultas & summus animi dolor. Cic.Attico, lib.8.14.2. In vtra que enim re summa difficultas erit, summus animi dolor.
Articulorum dolores. Cic.Attico, lib.1.3.6.
Iniuriæ dolor. Cic.Attico, lib.9.180.2. Tanto plus apud me valere beneficii gratiam quàm iniuriæ dolorem volo.
Laterum dolor, Id est pleuritis. Horat.1.Serm saty.9.7.
Dolor & luctus, Cic.pro Sestio.41. Cædem à vobis liberisq; vestris, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore luctuq; depuli.
¶ Acer dolor, Vide ACER.
Acerbissimus animi sensus & dolor. Cic.pro Cluentio.7. Huic autem pro quo dicitur, nihil possit offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu ac dolore.
Acris dolor. Virg.11.Aeneid.142.
Acutus lateris dolor. Celsus lib.2.cap.7.
Aegri dolores. Lucret.lib.185.
Cæci dolores. Seneca Herc.Oeth.1109.
Certus dolor, Id est constans. Horat.Epod.15.4.
Consolabilis dolor. Cic.Sulpitio, lib.4.3.7. Est omnino vix consolabilis dolor: Tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi.
Cruentus. Sene.Herc.Oeth.4.1.
Durus. Virg.5.Aeneid.1.
Ferus. Ouid.2.de Arte.98.
Fœmineus. Ouid.9.Metam.31.
Furtiuus. Stat.12.Thebaid.79.
Ignauus, Vide IGNAVVS.
Immensus. Senec.Thebai.2.7.
Immitis. Seneca Octau.2.4.
Impatibilis, Vide IMPATIBILIS.
Incautus dolor. Claud.ad Hadrianum, epist.1.2.
Incertus. Seneca Hipp.4.2.
Indifferens, Vide INDIFFERENS.
Ingens. Virg.5.Aeneid.35.
Ingenuus dolor. Senec.de Benefi.lib.2.cap.5. Inde illæ voces quas ingenuus dolor exprimit, Fac, siquid facis.
Inopinus. Stat.1.Thebaid.50.
Insanabilis. Quintil.in Procem.lib.6.5.
Intolerabilis. Celsus lib.2.cap.10.
Iustus. Ouid.epist.12.27.
Lateralis dolor. Plin.lib.21.cap.21.4.
Lentus. Celsus lib.3.cap.2.
Longus. Celsus lib.2.cap.8.
Mœstus. Ouid.4.Trist.eleg.3.
Mortiferus, Vide MORIOR.
Mediocris. Celsus lib.7.cap.20.
Municipalis, Vide MVNVS.
Odiosus, Vide ODIVM.
Officiosus, Vide OFFICIVM.

Pertinax

Pertinax. Senec.Herc.Oeth.14.10.
Querulus. Ouid.3.Trist.ele.8.7.
Rapidus. Stat.6.Thebaid.17.
Solicitus. Ouid.3.de Arte,75.
Subitus. Ouid.epist.11.10.
Tener dolor. Claud.2.de Raptu Proserp.65.
Torus in vultu dolor. Senec.Medea.7.43.
Vetustus dolor. Celsus lib.4.cap.2. in omni vetusto capitis dolore.
¶ Abiucere doloré præceptis & monitis alicuius. Cic.Luceio, lib.5.13.8.
Abolere dolorem & iram, Vide ABOLEO.
Abstergere dolorem, Vide ABSTERGO.
Abstrusus animi dolor, Vide ABSTRVDO.
Seiunctus corpore abest dolor. Lucret.lib.2.4.
Accidit alicui dolor. Cic.6.Verr.119.
Accipere dolorem, Vide ACCIPIO.
Accipere magni & incredibilem dolorem. Cic. pro Domo sua,74.
Adhibere dolorem, Vide ADHIBEO.
Adimere dolores, Vide ADIMO.
Ad dolorem adiungere. Sulpitius Cice.lib.4.5. Hoc vno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit?
Afferre dolorem, Vide AFFERO. Celsus lib.5.cap.28.
Affici dolore. Lucret.lib.3.99. Vide AFFICIO.
Fatis doloris agitari. Ouid.6.Metam.119.
Amplificare dolorem, Vide AMPLIFICO.
Augi quodā præcipuo dolore. Cicero Sulpitio, lib.4.5.1. Vide ANGO.
Ardere dolore. Cic.Attico, lib.9.173.10. Vide ARDEO.
Ardet duris dolor ossibus. Virg.9.Aeneid.14.
Asscitus dolor, Vide ASCISCO.
Assumere dolorem. Quintil.lib.6.cap.2.27. Nec agamus, rem quasi alienam, sed assumamus parumper illum dolorem.
Astricta dolore pectora. Ouid.1.de Arte,73.
Attingi dolore, Vide ATTINGO.
Auertere dolorem. Virg.4.Aeneid.110.
Periculum doloris auferre. Cice.pro Cluentio,7. Illi in quem dicitur, damnatio omne ignominiæ periculū iam abstulerit, mors verò & doloris.
Augere alicui dolorem & facere. Cic.Attico, lib.11.216.3.
Cecidit expulsus dolor. Seneca Herc.Oet.13.16.
Capere dolorem. Luca.lib.5.161. Cic.pro Cælio. 25. Vide CAPIO.
Capere dolorem ex aliquo. Terent.And.4.3.5. Verū ex eo nunc misera, quem capit Dolorem.
Carere dolore, Vide CAREO.
Sensu doloris carere. Cic.Bruto,9.2.
Castigare dolores. Lucan.lib.8.15. Vide CASTIGO.
Castigatus animi dolore, Vide CASTIGO.
Fractus ceder dolor. Seneca Herc.Oeth.7.35.
Clausit animam dolor. Lucan.lib.8.12.
Collapsa dolore. Ouid.7.Metam.156.
Commouere dolorem, Vide COMMOVEO.
Magnum & acerbum dolorem commouere. Cic.6.Verr.42.
Compescere dolores vino. Tibull.lib.1.eleg.2.1.
Concitos dolor à læso amore. Ouid.2.Trist.78.
Conflictari doloribus capitis. Celsus lib.2.cap.7.
Consolari dolorem. Cic.Sulpitio, lib.4.6.10. Nec cum dolorem, quem à Repub.capio, domos iam consolari potest.
Consuescere dolori, Vide CONSVESCO.
Continere tantum dolorem, Vide CONTINEO.
Contrahitur dolor mortiferus vel vino, vel eruditate, vel frigore, &c. Celsus lib.4.cap.1.
Corripi aliquo dolore, Vide CORRIPIO.
Crescit dolor. Celsus lib.4.cap.3. Si vero etiam vehementius dolor creuit, admouendæ cucurbitulæ sunt.
Cruciare dolore. Celsus lib.7.cap.7. Sicut cuenit in iis, quæ & tarde increscunt, & dolore non cruciant.
Cruciati dolore, Vide CRVX.
Deduci à dolore, Vide DEDVCO.
Demere dolorem. Lucret.lib.2.5.
Curas & dolores in sermone, & suauitate alicuius deponere. Ci. Sulpitio, lib.4.6.9.
Descendit dolor. Celsus lib.5.cap.26. Renibus verò percussis, dolor ad inguina, testiculosque descendit.
Desinunt dolores. Celsus lib.2.cap.6. & cap.7.
Diffundere dolorem flendo. Ouid.9.Metam.19.
Dolor quosdam non dimittit. Celsus lib.4.cap.12. Coxarum ingēs dolor esse consueuit isque hominē sæpe debilitat, & quosdam non dimittit.
Discutere dolorem. Celsus lib.4.cap.2. Sæpe enim dies vnus, aut alter totum dolorem hac ratione discutit. Paulo pòst, Si discussus ex toto dolor est. Sic lib.4.cap.6.
Cum summo dolore diuelli ab aliquibus. Cic.pro Domo sua,76.
Dare alicui dolorem. Cic.Attico, lib.6.131.1.

Dolere dolore alicuius. Virg.1.Aeneid.135.
–& nostro doluisti sæpe dolore.
Domare dolorem. Stat.1.Sylu.1.3.
Sæuus dolor vires duplicat. Sil.lib.13.47.
Efficiunt dolorem quasi morsu quodam recordatione. Cice.Attico, li.12. 14.1.9. Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolore efficiunt, refugio à te nonendo.
Eripere dolorem alicui. Cic.Attico, lib.9.173.11. Quamobrem obsecro te mi Tite, eripe mihi hunc dolorem: aut minue saltem, aut consolatione, aut consilio, aut quacunque re potes.
Euictus dolore. Virg.4.Aeneid.95.
Exarsit dolor ossibus. Virg.5.Aeneid.35.
Exaturare dolorem damnis. Stat.6.Thebaid.17.
Exciderunt animo dolores. Virg.1.Aeneid.6.
Iras dolor excitat. Virg.2.Aeneid.129.
Excitare dolores. Celsus lib.2.cap.1. Aquilo tussim mouet, horrores excitat, item dolores lateris, & pectoris. Idem lib.4.cap.2. Deinde cōsyderandum est, quæ causa dolorem excitarit.
Excussit sensus mihi nimius ille impulsus dolor. Sene.Herc.Oeth.10.23.
Exercere dolorē ferro. Ouid.12.Metam.108.
Nec prius absistimus ferro exercere dolorem,
Quàm data pars leto, partem fuga, nox que remouit.
Exhaurire dolorem alicui. Cic.Titio, lib.5.16.7. Non facile exhauriri tibi istum dolorem posse vniuersum puto.
Exigit dolor. Celsus, lib.6.cap.7. Dolor magnus exigit, vt sanguis quoque mittatur.
Exoritur dolor. Celsus, lib.4.cap.23. Quum in humeris, aliisve commissuris dolor aliquis exortus est.
Mersus alte magnus exundat dolor. Senec.Oedip.12.2.
Exuperat dolor. Lucret.lib.2.57.
Exurgere supra dolores. Ouid.ad Liuiam.71.
Alta mane, supraque tuos exurge dolores:
Infragilemque animum quo potes vsque tene.
Grauior dolor exurgit. Seneca Medea.1.10.
Facere dolorem. Cic.Octau.1. Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem quàm quæ sunt salutaria.
Facere capitis dolorem. Quintil.lib.5.ca.10.59. Nec si capitis dolorem facit, inutilis hominibus sol est.
Fatigant dolores. Cels.lib.2.cap.1. Præter hæc graciles, viscerum. & latera dolores fatigant. Graciles vocat, quibus opponuntur Obesi.
Ferre dolorem. Virg.6.Aeneid.93.
Præteritos finire dolores. Pers.Saty.5.17.
Finire dolores lateris. Cels.lib.5.cap.25. Ad lateris dolores finiendos pipers, aristolochiæ, myrrhæ pares portiones.
Finire dolorem. Cels.lib.2.cap.7. Finiuntur dolores. Idem lib.2.cap.8. & lib.4.cap.8. Horat.2.Serm.Saty.3.53.
Fit item læuitas intestinorum, quæ lyenteria vocatur, coxę dolores, morbi comitiales. Celsus lib.2.cap.1.
Frendens dolor. Senec.Here.furen.9.16.
Frænare vndantes dolores. Silius lib.8.57.
Furere dolore. Ouid.12.Metam.96.
Geminare dolores. Ouid.2.Amor.eleg.10.3.
Gignere dolorem alicui. Lucret.lib.4.63.
Habere capitis dolorem. Quintil.lib.2.cap.17.25. An dolorem capitis habeat, qui hoc se pati dicet.
Dolorem habere continuum. Cels.lib.2.cap.4. Sic dolores vehementes habere, apud eundem, lib.2.cap.7. & 8. Rursum lib.6.cap.18.
Habere magnum dolorem. Cic.pro Mur.80. At habet magnū dolorem: vnde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reuerti.
Requiem habere doloris. Ouid.2.de Arte.98.
Imminit se dolor. Ouid.epist.11.23.
Immittere dolorem. Vide IMMITTO.
Imperare dolori. Vide IMPERO.
Impertire dolorem suum alicui. Vide IMPERTIO.
Inconsus dolore. Virg.11.Aeneid.142.
Inclusit lachrymas dolor. Stat.12.Thebaid.64.
Increuit dolor. Ouid.9.Metam.141.
Incursabit in te dolor meus. Vide INCVRRO.
Indipisci dolorem in cogitando. Vide INDIPISCOR.
Indulgere doloi. Ouid.ad Liuiam.81. Vide INDVLGEO.
Inferre dolorem. Vide INFERO.
Infixus animo hæret dolor. Vide INFIGO.
Inlubet dolorem pectoris, ac ventris pulegium. Plin.lib.20.cap.14.8.
Insidet pedibus dolor. Vide INSIDEO.
Intenditur dolor. Celsus libro 4. capit. 8. Doloréque modò finitur, modò intenditur.
Intercludi dolore. Vide INTERCLVDO.
Inuasit dolor. Vide INVADO.
Inueterauit dolor. Celsus lib.4.cap.23. Omnes autem eiusmodi dolores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi inueterauerunt, vix citra vſtionem finiuntur.
Inueteratus dolor. Vide INVETERO.
Inurere alicui dolorem Cic. 11. Philipp. 317. Tertio vero genere nō militum veteranorum, ſed importuniſſimorū hoſtium cupio quàm acerbiſſimum dolorem inurere. Vide INVRO.
Irritare dolores dicitur hyems. Celſus lib. 1. cap. 1.
Laborat è dolore puer pera. Vide LABOR, laboris.
Lapſus dolor ad ima oſſa. Virg. 3. Georg. 91.
Laſſatus malis dolor. Senec. Herc. Oeth. 10. 25.
Lenire dolorē. Celſus, lib. 4. ca. 12. Cōmodiſſimum eſt inter initia, calida cataplaſmata ventri imponere, vt dolorē leniant. Sic lib. 6. cap. 7.
Lenire dolores colloquiis. Claud in Ruffin. 2. 18.
Lenire dolores requie. Ouid. 13. Metam. 64.
Leuare dolorem. Celſus lib. 2. cap. 8. In pulmonis morbo ſi ſputo ipſe leuatur dolor, quamuis id purulentum eſt, tamen æger facilè ſpirat. Et lib. 2. cap. 7. Colemque extendendo dolorem leuant. Rurſus ibidem, ad finem capitis. Plin. lib. 20. cap. 14. 7. Nam & capitis dolores impoſita dicitur leuare. Vide LEVIS.
Leuare dolorem ſomno. Celſ. lib. 5. cap. 25. ἀνώδυνα vocant, quæ ſomno dolorem leuant.
Summus dolor plures dies manere non poteſt. Vide MANEO.
Manet dolor. Celſus lib. 2. cap. 7. & 8.
Merſus in corde dolor. Stat. 5. Sylu. 1. 41.
Minuere & mollire dolorem. Sulpitius Ciceroni, li. 4. 5. 18. Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.
Minuit vindicta dolorem. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 13.
Mitigare dolores. Quintil. lib. 6. cap. 1. 22. Veros dolores mitigat tēpus. Vide MITIGO.
Mitigantur vetuſtate dolores. Cic. Attico, lib. 3. 15. 3.
Molire dolorem. Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 5. 18.
Mouere dolores. Ouid. 11. Metam. 58.
Mouere dolores. Celſ. lib. 7. cap. 12. Si verò dens dolores mouet, eximiq; eum quia medicamenta nihil iuuant, placuit, circunradi debet.
Mouere capitis dolores. Celſ. lib. 2. ca. 1. Auſter aures hebetat, ſenſus tarditatem capitis dolores mouet. Idem lib. 5. cap. 28. Myrmecia autem vocantur, humiliora Thymio, durioraque, quæ radices altius exigunt, maioremque dolorem mouent. Sic lib. 6. cap. 6.
Vinos mulcere dolores. Stat. 5. Sylu. 5. 8.
Mulcere dolores alloquio. Sil. lib. 13. 79.
Callum quodilam obducere dolori. Vide OBDVCO.
Obductus dolor. Virg. 10. Aeneid. 12.
Oblitus doloris. Stat. 12. Thebaid. 74.
Obmutuit dolore. Ouid. 13. Metam. 119.
Dolor artibus obſtat. Ouid. epiſt. 21. 39.
Nunc vellem facunda forem, dolor artibus obſtat,
Ingeniumque meis ſubſtitit omne malis.
Occurrit dolori per quietē eiuſmodi catapotium. Celſus lib. 5. cap. 25.
Opprimi doloribus. Vide OPPRIMO.
Oriuntur eo quoque tempore febres incertæ, lienis dolor, &c. Celſ. lib. 2. cap. 1. Et iterum ibidem paulo pòſt.
Subitus dolor capitis ortus eſt. Celſus lib. 2. cap. 8.
Non parēre dolori ſuo, nō irascibile ferire. Cic. de Prouin. Conſul. 1.
Paſcere dolorem. Senec. Herc. Oeth. 4. 43.
Omnis dolor minus medicinæ patet, qui ſurſum procedit. Celſus libro. 2. cap. 8. ad finem.
Pati dolorem corporis. Cic. 7. Verr. 88.
Interiores omnes dolores pellit pulegium. Plin. lib. 20. cap. 14. 8.
Pulſus triſti corde dolor. Virg. 6. Aeneid. 77.
Percitus dolore. Senec. Hippol. 12. 1.
Extremo dolore percuſſus. Valer. 7. Argon. 95.
Perferre dolorem. Virg. 9. Aeneid. 88. Vide PERFERO.
Aeternum perferre dolorem. Lucret. lib. 3. 291.
Acerbitates, dolores, cruciatuſque perferre. Cic. 4. in Catil. 73.
Perpeti dolorem. Vide PERPETIOR.
Peruenit dolor à temporibus ad oculos. Celſus lib. 6. cap. 6. Idem lib. 7. cap. 18. ad finem, Dolor ad inguina, atque ilia peruenit.
Plangere dolore. Senec. Herc. furen. 12. 14.
Portare ſecum dolorem. Stat. 11. Thebaid. 102.
Mutum premere dolorem. Stat. 11. Thebaid. 127.
Premit alrum corde dolorem. Virg. 1. Aeneid. 43.
Premi doloribus capitis vehementibus, & aſſiduis. Celſus lib. 2. cap. 8.
Priuatus doloribus, Id eſt liberatus. Lucret. lib. 3. 186.
In vultus proceſſit dolor, Id eſt apparet in vultu. Sene. Herc. Oeth. 4. 5.
Proluſit dolor per iſta noſter, Id eſt hæc tantùm ſunt proludium, & ſpecimen quoddam doloris, & furoris mei. Seneca Medea. 12. 6.
Leniter pungit eos animi dolor. Vide LENIS.
Quieſcit dolor. Celſus, lib. 4. ca. 13. Si dolor non quieſcit. Et paulo pòſt, Vbi dolor, & febricula quierunt.
Rapiunt dolores. Celſ. lib. 2. cap. 1. At ſi à prima hyeme Auſtri ad vltimū ver continuarunt, laterem dolores, & inſania febricitantium quamcelerrime rapiunt. Id eſt tollunt, occidunt.
Recruduit ſoporat' dolor, Id eſt ſopitus. Curtius, li. 7. nō ,peul ab initio.
Reficare oratione dolorem. Cic. 1. de Orat. 109. Sic & eorum dolorem qui lugebant ſuos, oratione refricabam.
Releuari dolore. Ouid. 9. Metam. 136.
Remanet dolor. Celſus, lib. 4. cap. 2. & 6.
Remanet dolor. Celſus, lib. 4. cap. 2. Si poſtero die dolor remanet, alium ducere, & cætera.
Remittit ſe dolor. Celſus, lib. 4. ca. vlt. Poteſt quidem aliquis eſſe ſecuior his temporibus, quibus dolor ſe remiſit. Et paulo pòſt. Vbi dolor & inflammatio ſe remiſerunt.
Remiſerunt dolores pedum. Cic. de Claris Orat. 67. Atque etiam ingenio, & ſermone eleganti, valetudine incommoda C. Sextius Caluinus fuit, qui etſi quum remiſerant dolores pedum, non deerat in cauſa, tamen id non ſæpe faciebat.
Infandum renouare dolorem. Virg. 2. Aeneid. 1.
Reſiſtere dolori. Cicero Sulpitio, lib. 4. 6. 4. Sed opprimor interdum & vix reſiſto dolori.
Reuertit dolor. Celſ. lib. 7. cap. 20. Per ea verò quę ſupra ſcripta ſunt leuato malo, ſiquando aliàs dolor reuerterit, eadem erunt faciēda.
Reuertitur dolor. Celſus lib. 2. cap. 8. Si ſine cauſa longus dolor capitis eſt, & ceruices ac ſcapulas tranſit: rurſusque in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices, ſcapulasque pernenit, perniciosus eſt. Idem lib. 4. cap. vlt. Articulorum dolor certis temporibus reuertitur.
Antiquum nondum ſaturata dolorem. Virg. 5. Aeneid. 121.
Scindere dolorem ſuum. Cic. Attico, lib. 3. 15. 2. Nolo cōmemorare, quibus rebus ſim ſpoliatus, non ſolùm quia non ignoras, ſed etiam ne ſcindam ipſe dolorem meum.
Sentire dolorem. Celſus lib. 6. cap. 7. Ergo vbi primùm dolorem aliquis ſenſit, abſtinere & continere ſe debet.
Sepelire dolorem. Propert. lib. 1. eleg. 16. 4.
Seruire dolori. Propert. lib. 1. eleg. 7. 2.
Soluuntur dolores. Celſus lib. 2. cap. 8. Humerorum dolores, qui ad ſcapulas, vel manus tendunt, vomitu atræ bilis ſoluūtur. Idem lib. 3. ca. 10. Si ſine inflammatione dolor eſt, nihil imponendum eſt. hunc enim ſtatim ipſa febris ſoluit.
Stabilire, & inhibere dolores. Vide INHIBEO.
Rapidus ſtimulans dolor. Salius lib. 6. 52. & lib. 7. 64.
Subeſt dolor. Celſus lib. 2. cap. 15. Si nullus tumor, nulla durities, nullus dolor viſceribus, aut capiti, aut præcordiis ſuberit.
Subſtat dolor. Celſus, lib. 2. cap. 7. Vel nullo dolore ſubſtāte, ſomnus erepti, continuataque nocte & die vigilia.
Succurrere dolori alicuius. Propert. lib. 3. eleg. 17. 3.
In iecinoris dolore ſuccurrit febris. Celſus, lib. 2. cap. 8.
Eſſe alicui dolori. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 12.
In curſu dolor eſt, Id eſt in vigore Ouid. 13. Metam. 103.
In dolore & mœrore eſſe. Cic. 11. Philipp. 288.
Summouentur dolores. Celſus lib. 2. cap. 8. At dolores capitis, quib⁹ oculorum caligo, & rubor cum quadam frontis prurigine accedūt, ſanguinis profuſione, vel fortuita, vel etiam petita ſummouentur.
Superat virtute dolores. Ouid. 8. Metam. 104. de Meleagro.
Suppreſſus dolor. Lucan. lib. 6. 46.
Suſcipere dolorem. Cic. 1. de Finib. 37.
Perpetuum dolorem ſuſtinere. Cic. pro Domo ſua. 112.
Tabeſcere dolore. Terent. Adelph. 4. 5. 11.
Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore, ac miſeria
Tabeſcit.
Tacent pectora dolore. Ouid. epiſt. 21. 40.
Tangit dolor illum. Virg. 9. Aeneid. 28.
– non ſolos tangit Atridas Iſte dolor.
Suppreſſum tegere dolorem alta mente. Lucan. lib. 6. 46.
Quiſquis dolor deorſum tendit ſanabilior eſt. Celſ. lib. 2. cap. 8.
Tentari dolore. Lucret. lib. 2. 194.
Tollitur dolor. Celſus lib. 8. cap. 11. Vt dolor, tumorque per ea tollātur.
Trahit dolorem à renibus ſemen crethmi. Plin. lib. 26. cap. 8. 34.
Tranſeunt dolores ad viſcera. Celſus lib. 2. cap. 6. Dolores etiam circa coxas, & inferiores partes orti, ſi ad viſcera tranſierunt, ſubitoq; deſinerunt, mortem ſubeſſe teſtantur. Rurſum cap. 7. & 8.
In morem venit meus dolor, Id eſt aſſueui iam ſemper dolere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 8.
Grauiores dolores veniunt. Celſus lib. 3. cap. 2.
Veruſtus capitis dolor. Celſus lib. 4. cap. 2.
Viuere graues dolores. Senec. Octau. 4. 24.
Vicit dolor inuictum virum. Ouid. 13. Metam. 78.
Vrget dolor. Celſus, lib. 4. cap. vlt. Quſi verò dolor nō vrget, manu geſtari debet. Et paulo pòſt, Vbi dolor vehemēs vrget. Sic lib. 8. cap. 14.
Vrgeri graui dolore. Celſus lib. 3. cap. 2.
Vrit dolor amantes. Ouid. 4. Metam. 56.

Obductum

Obductum vulgare dolorem. Virg. 10. Aeneid. 12.
Dolor ad iugulum, ſicut iecinore vulnerato, venit. Celſus lib. 5. cap. 26.
Dolentia, huius dolentiæ, (ἄλγος,) Idem quod dolor. Salluſt. in Iugurtha, Singulos modò, modò vniuerſos lædere: dictitare ſeſe Conſulatum ex victis illis ſpolia cepiſſe: alia præterea magnifica pro ſe & illis dolentia. Huius compoſitum indolentia, apud Ciceronem legitur, 1. de Finib. 33. & alibi, Vt qui rem expetendam vel voluptate vel indolentia metiuntur. Hactenus Calepinus, eſſe ſanè de Indolentia compoſito, de ſimplici vero Dolentia imperitiſſimè. Quod ne fruſtra videar admoniſſe, viſum eſt eorum Salluſtii locum adſcribere. At Marius (inquit) vt ſuprà diximus, cupientiſſima plebe Conſul factus, poſtquam ei prouinciam Numidiam populus iuſſit, antea iam infeſtus nobilitati, tum verò multus atque ferox inſtare: ſingulos modò, modò vniuerſos lædere: dictitare ſeſe Conſulatum ex victis illis quaſi ſpolia cepiſſe: alia præterea magnifica pro ſe, & illis dolentia. Senſus eſt: Dictitabat Marius alia illis dolentia. Hoc eſt quæ nobilibus dolebant, ſeu nobiles dolore afficiebant. Latinè ſiquidem dicimus, hoc mihi dolet. Cæcus eſt igitur, qui non videt, dolentia, ac ſatium eſſe neutrius generis, pluralis numeri.
Doleo, dolei, dolui, dolitū, pen. co. (ἀλγέω, ἀλγήσω, ἀδύναμαι, ἀδυνήσω,) dolere, A dolore deriuatur. Hoc eſt dolore cruciari vel affici.
Diſſimulare & dolere. Ci. Octauio, 5. Quis huius verbis nomini, ac ſedibus vſque adeò eſt inimicus, vt iſta diſſimulare poſſit, aut non dolere?
Ingemere & dolere. Cice. in Vatinium, 24. Quis tam non ingemiſcit quis non doluit Reipublicæ caſum?
Dolere & queri. Cic. pro Flacco, 45. Non enim omnia quæ dolemus, eadem iure queri poſſumus.
Doleo me, dixit Plautus in Trucul. 10. 46. Nequeo caput tollere, ita do, itaque me ego doleo. Antiquum.
Dolet caput. Plaut. Amphit. 17. 7. Caput dolet, neque audio, neque oculis proſpicio ſatis. Ibidē, 4. 2. 54. Mihi etiam miſero nunc malæ dolent.
Dolet mihi cor. Plaut. Moſtell. 3. 48. Cor dolet mihi, quum ſcio nunc vt ſum, atque vt fui olim.
Dolet à ſole caput. Plin. lib. 24. cap. 5. 1.
Dolent ab ictu aures. Plin. lib. 28. cap. 7. 4.
¶ Dolere, Plus etiam eſt quàm Aegrè ferre. Plautus Trinūmo, 6. 9. Hæc ego doleo, hæc ſunt quę excruciant. Terent. Phormione, 1. 3. 10. Aliis quia deſit quod ament, ægrè eſt: tibi quia ſupereſt, dolet. Vbi Donatus Laborauit vt oſtenderet (dolet) plus eſſe quàm ægrè eſt.
Dolet mihi, pro Doleo. Terent. Adelph. 2. 4. 8. Sed hoc mihi dolet, nos pe nè ferò ſciſſe, &c. Vbi Donatus, τὸ δέονται, Miluidolet, p doleo.
Dolet mihi quòd tu nunc ſtomacharis. Cic. ad Brutum, 17. 10.
Doleo ab animo, & ab oculis. Plau. Ciſtel. 2. 51. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine.
De aliquo dolere, Id eſt dolere propter aduerſam alicuius fortunam. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 17.
Me quoque fœlicem quòd non viuentibus illis
Sum miſer, & de me quòd doluere nihil. Cic. Attic. lib. 6. 117. 1.
De febricula alicuius dolere. Cic. Attico, lib. 11. 23. 3.
Dolere ex aliquo. Cicero filius ad Tironem, lib. 16. 21. 6. Quod igitur tū ex me doluiſti, nunc, &c.
Doleo ex animo. Plaut. Capt. 16. 5. Satis iam dolui ex animo.
Dolet animus. Plaut. Merc. 7. 48. Verum in portum vt huc ſum adductus, neſcio quī animus dolet.
Caſum luctumque alterius dolere. Cic. pro Seſtio, 128. Quia mecū caſum luctumque doluerunt.
Dolet hoc cordi meo. Plaut. Amph. 10. 41. Ego illud ſcio quàm doluerit cordi meo.
Sua culpa dolere. Quintil. in Procœm. libro, 6. 11. Nemo niſi ſua culpa diu dolet.
Damnis dolere. Claud. De piis fratribus, epigram. 42, 9. Nec doleat damnis quæ deuius intulit ardor.
Dolet dictum imprudenti adoleſcenti, Id eſt quòd dixeris imprudenti. Terent. Eunucho, 3. 1. 40. Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero.
Iniurias alterius & dolere & vlciſci. Cælius Ciceroni, libro, 8. 12. 10. A te peto vt meas iniurias proinde doleas, vt me exiſtimas & dolere, & vlciſci tuas ſolere.
Dolet interitum illius. Cic. 13. Philipp. 336. Quis bonus non luget mortem Trebonii? quis non dolet interitum talis & tuis & viri?
Laude aliena dolere. Cice. Licinio, lib. 5. 8. 4. Sed quædam peſtes hominū laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.
Leuius dolere. Ouid. in Ibin, Nec leuius doleas quàm qui bibit vbera ceruæ.
Dolent hæc te oculi mihi: Id eſt non libenter hæc video. Terent. Phor. 5. 9. 64. Vin' primum hodie facere quod ego gaudeam Nauiſtrata? Et quo tuo viro oculi doleant? N. cupio.
Succeſſu alicuius dolere. Ouid. 6. Metam. 26.
Dolere vicem alterius. Cic. Cornificio, lib. 12. 23. 6. Et ad Brutum. 10. 8. Item. 3. Verr. 79. Idem ad Terentiam, lib. 14. 16. 2. Quanquam alia ſunt quę magis curemus, magisque doleamus.
Dolet vehementer. Terent. Adelph. 4. 5. 48.
Ita velim me promerentem ames, dum viuas mi pater,
Vt me hoc delictum admiſiſſe in me id mihi vehementer dolet.
Dolet illi illud quia. Plaut. Capt. 4. 49. – huic illud dolet,
Quia nunc remiſſus eſt edendi exercitus.
Dicere quod doleat. Plaut. Ciſtell. 1. 101. Nequid qđ illi doleat dixeris.
Facile fit illi quod doleat, Id eſt minima re commouetur, & ad iram pro uocatur. Terent. Eunucho. 3. 1. 59.
– Iam dudum amat te: iam dudum illi facilè ſit
Quod doleat: metuet ſemper, &c.
¶ Dolendum eſt. Horat. de Arte. 11.
In tam graui vulnere dolendum eſt. Cic. Bruto. 9. 3.
Fines cenſere dolendi. Stat. 5. Sylu. 5. 13.
– nimium crudelis, & expers
Imperii fortuna tui, qui dicere legem
Fletibus, aut fines audet cenſere dolendi.
Dolens, (ἀλγῶν,) Participium Cic. 2. de Finib. 36. Nec haberent vlla ex parte aliquid, aut dolens, aut ægrum, id eſt aut malum.
Damna dolens alicuia. Stat. 5. Sylu. 5. 10.
Dolens, Nomen, (πτισαλγής.) Cic. in Parad. 43. Soli igitur hoc contingit ſapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus.
Auriculæ colle&ta ſorda dolentes. Horat. 1. Epiſt. 2. 11.
Plus nimio dolens. Horat. 1. Carm. ode. 33. 1.
Lenire dolentem ſolando. Virg. 4. Aeneid. 79.
Dolitūcus, pe. prod. (ἀλγύνων,) Lin. 9. bel. Maced. 181. Ignominiine ſua quenquam dolitum cenſeret?
Dolenter, Aduerbiū, (ὀδυνηρῶς,) Planeus ad Ciceronem, lib. 10. 24. 13.
Sed quicquid tibi ſcribo, dolenter me hercule magis, q̄ mimicè facio.
Sic pro Domo ſua. 75. Plin. epiſt. 185. Vnicè probo, q̄ Pompeii Quintiani morte tam dolenter afficeris, vt amici charitatē deſyderio exteredas. Idem epiſt. 5. b. Hæc me Regulus dolenter tuliſſe credebat.
Dolentius, Comparatiuum. Ouid. 4. Metam. 50.
Nil vllo fertur volucrum moderator equorum
Poſt Phaetontēos vidiſſe dolentius ignes. Et pro Seſtio. 10. At certe dolentius deplorandam.
Dolendus, Adiectiuum, (ἀλγυντέος,) Cic. ad Cornificiū, lib. 12. 25. 2. Neque enim quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenii moderatè fers, à te non vlciſcenda ſunt, etiam ſi non ſunt dolenda.
Pœna dolenda. Ouid. epiſt. 5. 2.

Dolus, huius doli, (δόλος, δολερός, δολοφρονέω,) à dolando, id eſt lædendo & minuendo dictus, vt docet Donatus. nam & Græcè δόλος læſio dicitur. Eſt autē fraus ſiue machinatio, quæ fit ad fallendum aliquem. Plaut. Capt. 5. 19. Nam doli non doli ſunt, ni aſtucolas. Terent. And. 3. 3. 27. Prius quàm harum ſcelera & lachrymæ confictæ dolis, &c. Ibidem. 1. 1. 133.
Simul ſceleratus Daus, ſi quid conſilii
Habet, vt conſumat nunc, quum nihil obſint doli. Idem Adelph. 3. 3. 21. Quid agatur? veſtram nequeo mirari ſatis
Rationem. 2. eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque Abſurda.
Malitioſus dolis. Author ad Heren. lib. 4. 237. Quſi dolis malitioſa Carthago, viribus probata Numantia, diſciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit, eam patiemini, &c.
Veneni dolus. Catull. ad Furium. 20. 2. – nihil timetis,
Non facta impia, non dolos veneni. Id eſt venenum per dolum exhibitum, vt eo pereat.
Doli machinæ, fallaciæ, præſtigiæ. Cic. 3. de Nat. Deorum. 104. Quid ergo iſti doli, quid machinæ, quid fallaciæ, præſtigiæque, num ſine ratione eſſe potuerunt?
Dolus malus. Cic. pro Flac. 58. Adductus eſt in iudiciū Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione huius ipſius tutelæ nomine.
Calumnia, fraus, dolus. Cic. pro Domo ſua. 20. Illud in primis nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur.
Anceps dolus. Virg. 5. Aeneid. 117.
Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta,
Parietibus textum cæcis iter, anceps itemque
Mille viis habuiſſe dolum.
Blandi doli. Propert. lib. 3. eleg. 23. 4.
Cauti doli. Seneca Herc. Oeth. 5. 6.
Inanes doli. Virg. 4. Georg. 80.
Dolus malus. Cic. 3. Offic. 78. Nondum enim Aquilius Collega & familiaris meus pertulerat de dolo malo formulas, in quib⁹ ipſis quum ex eo quærerem quid eſſet dolus malus, reſpondebat, quum eſſet aliud ſimulatum, aliud actum. Liu. 8. bel. Maced. 43. Corycæorum magiſtratibus ſine dolo malo traduntur. Cic. 3. de Natura Deorum, 107. Inde cuerriculum malitiarum omnium, iudicium de dolo malo, quod Aquilius protulit: quem dolum idem Aquilius familiaris noſter tum tenerī

Universidad de Deusto
Biblioteca

putat,quum aliud sit simulatum,aliud actum.
Dolus malus & bona fides,contraria.Cic.Topic.34. Illi enim dolũ malum,illi fidem bonam,illi æquum bonum,&c.
Taciti doli,Id est secreti.Valer.1.Argon.13.
Doli vocabulo inquit Festus,nunc tantum in malis vtimur: antiqui autẽ etiam in bonis rebus vtebantur. Vnde adhuc dicimus sine dolo malo: nimirum quia solebat dici & bonus.Hactenus Festus. Terent. Eunuc. 5.4. Iam tum erat suspicio dolũ malo hæc fieri omnia. Vlpianus de dolo malo,Lege prima in principio, Dolum malum Seruios quidem ita definit,machinationem quandam alterius decipiendi causa,quũ aliud agitur,& aliud simulatur.Et paulò pòst,Labeo sic definit,Dolum malum esse omnem calliditatem,fallaciam,machinationem,ad circunuenidum,fallendum,decipiendum alterum adhibitam, Labeonis definitio vera est. MALVM dolum adiecit. Veteres enim bonum dolum dicebant,& pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus hostem latronemve quis machinetur.
Adhibere dolum.Vide ADHIBEO.
Sublatis dolis aperire aliquid,Id est referre sine dolis.Virg.12.Aen.6.
Capere aliquem dolis.Virg.1.Aeneid.136.
Capi dolis.Vide CAPIO.
Carent successu doli.Ouid.epist.1.4.
Castigare dolos.Virg.6,Aeneid.114.
Certare dolis.Silius,lib.5.20.
Circunducere aliquem per dolos.Vide CIRCVNDVCO.
Commoliri dolum,aut machinam ad aliquem. Cic.3.de Nat. Deor.103.
Neque quo pacto fallam,quid inde auferam,
Nec quem dolum ad eum aut machinam commoliar,&c.Ex Synephebis Cæcilii.
Comparare dolum.Vide COMPARO.
Contingere dolum.Vide CONTINGO.
Consuere dolos.Vide CONSVO.
Conuertere se ad dolos.Vide CONVERTO.
Decipi dolo.Vide DECIPIO.
Deficiunt artes,deficiuntque doli.Tibul.lib.1.eleg.4.17.
Deludere dolis. Terent.And.3.4.4.
Ego dudum nonnihil veritus sum Daue abs te,ne faceres idem Quod vulgus seruorum solet, dolis vt me deluderes. Sic in Eunucho. 2.3.94.Dolis ludere.
Detegere dolos.Seneca Thyeste.3.29.
Discingere dolos.Silius lib.7.31.
Discinxit ratione dolos,fraudesque resoluit.
Dolis factum.Terent.And.3.3.29. Ne tu hoc posterius dicas,Daui factum consilio,aut dolis.
Frangere dolos alicuius. Virg.4.Georg.80.
Incessere aliquem dolis.Vide INCESSO.
Instructus dolis.Virg.2.Aeneid.31.
Ludere dolis aliquem.Vide LVDVS.
Latens dolus.Stat.10.Thebaid.48.
Mouere dolum arte.Stat.12.Thebaid.37.
Nectere dolos.Seneca.1.Thebaid.14.Vide NECTO.
Operti doli.Valer.5.Argon.50.
Patent doli.Valer.1.Argon.13.
Struere dolum.Tacit.lib.1.Strueret dolum, cæteri testes adessent. Seneca Here.Oeth.11.10.
Suspecti doli.Valer.1.Argon.50.
Tendere dolos.Horat.Epod.2.7.
Versare dolos in pectore.Virg.4.Aeneid.113.
Vitare dolum.Lucret.lib.2.113.
Dolõsus,pen.product.A dictiuum,(δολερός,δόλιος,δολομήτης,) Fraudulentus.Plaut.Epid.3.36. Ego aliquam parabo dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit.
Amici dolosi ferre iugum pariter.Horat.1.Carm.ode.35.6.
Artes dolosæ.Ouid.15.Metam.95.
Consilia dolosa.Cic.pro Rab.Posth.3. Pulsus intercea regno Ptolemæus dolosis consiliis(vt dixit Sibylla,sensit Posthumus)Romam venit.
Gens dolosa.Ouid.14.Metam.19.
Illecebræ dolosæ.Claud.2.Paneg.28.
Mulier dolosa.Horat.2.Serm.Saty.5.15.
Dolosè,pen.prod.Aduerb.(δολερῶς,)Cic.3.Offi.80. Quæ dicitur inter bonos bene agier:quicquam agi dolosè,aut malitiosè potest?

Doma, domatis,pen.corr.n.g.δῶμα,τος, tectum Latinè.

Domesticatim,et Domesticus, Vide DOMVS.

Domicilium,Dominor,Dominus, Vide DOMVS.

Domiporta, (φορέιον,)hoc est cochlea sita appellata ad similitudinem Græcorum,qui eam φορέικον appellãt, hoc est domum portantem.Cic.1.de Diuinat.197.Vt siquis Medicus ægroto imperet,vt sumat terrigenam,tardigradam,domiportam, sanguine caffam,potius quàm hominum more cochleam.

Domitor, Domitura, Vide Domo,domas,in DOMVS.

Domo, domas,Domabilis.Vide DOMVS.

Domus, (οἶκος,οἰκία,δόμος,δόμα,δῶμα,)huius domus vel domi,huic domui,hanc domum,ô domus,ab hac domo vel domu.Hæ domus,harum domorum,vel domuum,his domib⁹,has domos vel dom⁹,ô dom⁹,ab his domib⁹.A Græco venit(iquit Festus) δόμος.
¶ Domus,Templum.Virg.lib.6.Aeneid.
Ostia iamque domus patuere ingentia centum
Sponte sua.
¶ Domus,Familiarcontinens pro contento.Virg.5.Aeneid.25. Sergestusque domus tenet à quo Sergia nomen. Terent. Adelph.4.7.42. Domus sumptuosa.Vbi Donatus,Domus,id est homines.
Vnus ex nostra domo.Cic.Appolcio,lib.13.47. Eum tibi igitur sic commendo,vt vnum ex nostra domo.
¶ Domus,Gens vna tota.Virg.1.Aenei.28,Quum domus Assaraci,Volens intelligi Romanos,qui de Assaraco p Troianos originẽ ducunt.
¶ Domus auium,pro nidus.Virgil.2.Georg.42.
Antiquasque domos auium cum stirpibus imis Eruit.
¶ Pecorum domus.Stat.1.Thebaid.74.
Regiæ domus proles.Seneca Hippol.5.16.
Viscera magnarum domuum.Iuuenal.Saty.3.8.
¶ Domus sedes,aræ,foci,dii penates.Cicero pro Domo suã.111. Idem pro Deiotaro.5.
¶ Aeria domus.Horat.1.Carm.ode,18.
Aetheria.Horat.1.Carm.ode,3.6.
Alta.Virg.2.Georg.95.
Ambigua.Vide AMBIGVVS.
Ambitiosa.Ouid.1.Trist.eleg.8.4.
Amœna.Claud.2.Paneg.38.
Ampla.Cic.1.Offic.194.
Antiqua.Virgil.2,Georg.42.
Ardua.Stat.1.Sylu.1,2.
Attonitæ domus.Vide ATTONITVS.
Beata.Catull.epigram.56,11,
Casta Horat.4.Carm.ode,5,6.
Confusa.Stat.1.Thebaid.4.
Contermina domus nostræ domui.Ouid.1.Metam.156.
Delicata.Seneca Hippol.2.26,
Deuora,Ouid.epist.9.31.
Egregia.Horat.2.Serm.Saty.3.5.
Elysia.Ouid.14.Metam.23.
Exilis.Horat.1.epist.6.9.
Ferina.Ouid.15.Metam.92.
Fatalis.Seneca Troade.1.13.
Fertilis.Stat.4.Sylu.8.5.
Flauam domum vocat Statius,lib.10.Thebaid.115.Id est apiarium.
Frondifera.Lucret lib.1.4.
Funesta.Seneca Hippol.12.24.
Honesta.Horat.2.epist.1.31.
Horrenda.Stat.Thebaid.lib.9.160.
Horrida,Impolita,& rustica.Iuuenalis,Saty.10.30.
Humilis Iuuenalis,Saty.11.17. Horat.3.Carm.ode,1,5.
Illustris.Tacit.lib.3.
Impia.Ouid.8.Metam.98.
Incustodita.Claud.3.de Raptu Proserp.30.
Infamis domus.Seneca Hippol.1.12.
Inops.Ouid.8.Metam.166.
Littorea.Vide LITVS.
Locuples.Horat.2.Serm.Saty.6.21.
Magnifica.Vide MAGNVS.
Maritæ.Vide MARITVS.
Misera.Ouid.epist.23.11.Catull.epigram.62.5.
Mœsta.Valer.1.Argon.151.
Multiplex domus,Id est quæ cæclauia multa habet,& habitationibus aut secessibus accõmodata loca.Senec.Hipp.4.34.Ouid.8.Metam.32.
Destinat hunc Minos thalami remouere pudorem,
Multiplicisque domo cæcis includere tectis.
Natalis.Valer.3.Argon.65.
Natiua.Seneca Hippol.4.37.
Nigra.Stat.5.Sylu.1.4.
Niualis domus Boreæ.Claud.3.de Raptu Proserp.65.
Nobilis.Seneca Thebaid.1.42.
Opaca.Virg.3.Aeneid.123.
Patritiæ.Claud.4.Paneg.13.
Domus patria.Virgil. Da patriam Tymbræe domum,da mœnia fessis.

Hoc est,Da nobis vt aliquando in patriam concedamus.Virgilianum hoc carmen 3.Aeneid.17.sic legit Seruius, Da propriam Tymbræe domum,&c. Propriam(ait idem Seruius)Perpetuam:vt Propriamque dicabo.Et bene pòst experimentum malè cõditæ ciuitatis, perpetuas postulat sedes.Domum,familiam:vt domus tenet à quo Sergia nomẽ. Hastenus ille.
Perhospitalis.Cice.6.Verr.3.
Plebeia.Seneca Hippol.114.Stat.4.Sylu.6.18.
Plena.Horat.4.Car.ode 12.5.
Plutonia.Hor.1.Carm.ode 4.4.
Potens.Catull.epigram.56.32.Horat.1.Carm.ode.35.5.
Polluta.Lucanus libro 2.51.
Præpotens.Seneca Octau.2.1.
Pudica.Quintil.lib.1.cap.10.25.
Pursor.Horat.1.Ser.saty.9.10.
Regalis.Ouid.1.Metam.35.
Regia.Seneca Agamen.10.2.
Regnatrix.Tacit.lib.1.
Ruinosæ.Ouid.epist.1.12.
Sacra.Ouid.11.Metam.124.
Sancta.Iuuenalis Saty.14.7.
Illud nos agitas,vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum,vitioque carentem?
Simplex.Stat.5.Sylu.1.7.
Socratica.Horat.1.Carm.ode 29.3.Vide SOCRATES.
Splendida.Virg.1.Aeneid.129.
Stellata,Id est cælum. Claud.3.de Raptu Proserp.2.
Sterilis.Propert.lib.4.eleg.12.13.
Superæ.Ouid.1.Fast.60.
Tranquilla.Clau.3.de Rap.41.
Vacua.Claud.2.in Eutrop.19.
Vagæ.Horat.3.Car.ode 24.2.
Vidua.Ouid.1.Fastorum,7.
Per totidem menses à funere coniugis vxor,
Sustinet in vidua tristia signa domo.
Vndosa Eridani.Claud.4.Panegy.30.
¶ Abdita domus in imis vallium anteri.Ouid.2.Metam.153.
Accipere in domo,Vide ACCIPIO.
Admittere in domum,Vide ADMITTO.
Solo æquata domus.Quintil.lib.3.cap.7.14.
Affligere domum alicuius.Cic.pro Domo sua,82.
Carere domo,Vide CAREO.
Celebrare domos.Ouid.10.Metam.24.
Claudere nocte domum.Ouid.2.Amor.eleg.19.8.
Clausa domus pudori,Vide CLAVDO.
Complanare domum,Vide COMPLANO.
Commigrare in domum,Vide COMMIGRO.
Concidit domus.Seneca Oetheo.3.10.
Tibi cuncta domus concidit vni.
Duas & magnas & nobiles domos coniũgere.Cice.pro Domo sua,88.
Coniungere domum,Vide CONIVNGO.
Domum consumere luxu & flagitiis.Claud.epigram.11.2.
Conuestita domus lucis,Vide CONVESTIO.
Conuulsa domus.Tacitus lib.12.
Conuulsa domus sedibus,Vide CONVELLO.
Defleta domus.Claud.Præfat.2.in Eutrop.5.
Demersa domus.Horat.3.Carm.ode 16.3.
– concidit auguris
Argiui domus ob lucrum Demersa excidio.
Deplorata domus.Ouid.3.Trist.eleg.5.2.Et deplorate limẽ adiit domus.
Deserta domus.Valer.2.Argonaut.76.
Desolata domus.Claud.epist.ad Hadrianum,1.2.
Disturbare ac diripere domum alicuius.Cic.pro Domo sua,87.
Euersa domus.Ouid.epist.3.8.
Excindere domus.Virg.12.Aeneid.129.
Florens domus fœlici sorte viget.Seneca Hippol.4.16.
Frequentare domos.Ouid.9.Metam.65.
Contiguas habere domos.Ouid.3.Metam.12.
Inclinata domus.Virg.12.Aeneid.12.
Instruere domum,Vide INSTRVO.
Opimè & opiparè instructa domus,Vide OPIMVS.
Labens domus.Virg.4.Aeneid.64. –miserere domus labentis.
Lapsa domus.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.3. Quum domus ingenti subitò mea lapsa ruina Concidit.
Madens cæde domus.Valer.2.Argon.55.
Migrare domo,Vide MIGRO.
Multiplicata domus,Vide MVLTVS.
De domo numerare.Paulus in L.Lecta.ff.Si certum petatur, Lucius Titius scripsit mihi accepisse à Publio Mæuio quindecim mutua, numerata

mihi de domo. Idem est de hac clausula Ex area. Nam illæ clausulæ adiici solitæ erant chirographis,quum creditor à se pecuniam numeraret.Quibus diuersum est numerare ex mensæ scripta.quæ verba adiici solita erant quum pecunia ab argentario dabatur. Ex Donato in Phormione.5.8.
Nutantes domus.Lucan.lib.1.99.
Obire domos amicorum.Vide OBEO.
Obtexere domos.Vide OBTEXO.
Occidit vna domus.Ouid.1.Metam.49.
Orbare domos.Stat.11.Thebaid.37.
Parefacere domum.Seneca Hippol.12.24.
Perfringere domos.Tacit.lib.20.
Initium id perfringendarum domuum.
Perturbare domum.Senec.Thyest.1.17.
Plorata domus.Stat.5.Sylu.3.33.
Prostrata domus.Seneca Herc.furen.13.2.
Quatere domos.Lucan.lib.6.6.
Quassa domus.Senec.Hippol.10.2.
Riget argento domus.Horat.4.Carm.ode,11.2.
Acribus custodiis domum & vtas tepserat.Tacit.lib.1.
Silens domus.Senec.Hippol.2.26. Adit silentem nocte perpetua domũ.
Valer.lib.7.Argonaut.77.
Solare domos,Id est desolatas reddere.Stat.5.Theb.30.
Struere domos.Horat.2.Carm.ode,18.4.
Subire domum.Ouid.1.Metam.25. Tum primum subire domos.
Clara domus satis hæc nobilitate sua est.Ouid.epist.16.11.
Turbare domos.Stat.5.Theb.12. Dis visum turbare domos.
Vertere ex imo domum.Seneca Medea.12.21.
¶ Ornanda est dignitas domo,non ex domo tota quærenda: nec domo dominus,sed domino domus honestanda est.Cic.1.Offic.194.
Domuum,Genitiuus pluralis.Plin.lib.8.cap.57.1. Quo in genere multi & hos mœlas domuum posuere mures.
Domi pro domos genitiuus.Plaut.Trinam.14.20. Non fugitiuus est homo,commeminit domi.
¶ Domus genitiuus,est ædificium quod ex tecto & parietibus constat. vt Partem domus demolitus sum. Valla.
Domuis etiam in genitiuo habuit. Varro, Perrexit in interiores partes domuis.
Domi genitiuus,(οἴκοι,)Locus est in quo quis manet. Terent.Adelph.4.2.18.Quid ais bone vir,est frater domi?ibidem.1.1.7. Aeschinus vbi est?9.ellum te expectat domi.Cic.5.de Finib.155.Sed tu etiam Chrysippe in foro,domi,in schola definis.Virg.eclog.3.2.
Est mihi nanque domi pater,est iniusta nouerca.
Apparere domi.Vide APPAREO.
Continere se domi.Vide CONTINEO.
Res gestæ domi.Ouid.15.Meram.150.
Includere se domi.Vide INCLVDO.
Domi & Foris,contraria.Terent.Hecy.2.1.11.Vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.Liu.4.ab Vrbe.1. Fuit annus domi forisqi infestus.Cic.1.Offic.Parua sunt arma foris,nisi est consilium domi.
Domi & in domo,eiusdem planè significationis sunt. Quintil.lib.5.cap.10.In domo fortum factum ab eo qui domi fuit, Quidam dicunt domi aduerbiascere,vt quum dicimus,fum domi:& similiter alios casus: vt Domum propero,seu Domo venio:sed nomen potius esse pronomina indicant,quæ cum hac voce iunguntur, quæ sunt mea, tua,sua, nostra,vestra,& aliena:vt Eam domi meæ,&c. Quòd siquando hæc pronomina supprimantur, tamen subintelliguntur:vt Domi ero, id est meæ. Domi eritis,id est vestræ, &c. Terentius Adelph.4.7.29.
Erit vnà in domo.
Cuius domi fuit,pro In cuius domo.Cic.7.Verr.85. Hospes tuus cuius tu domi fueras,quem hospitem appellaras.
Domi istius.Cic.pro Quintio.11.Qui istius domi erat educatus.
Domi est animus,Id est,Cogito de domo,aut quid domi agatur. Plautus Merc.12.2.
Sũme ego miser,qui nusquam bene queo quiescere?
Si domi sum,foris est animus:si foris,animus domi est.
Domi operiri aliquem.Terent.Eunuch.5.2.56.
Visne interea,dum is venit,
Domi operiamur potius quàm hîc ante hostium?
Domi ero.Terent.Heaut.4.8.33,Ego domi ero,siquid me voles.
Domi nobilis.Sallust.in Catil. Præterea ex Equestri ordine M. Fulvius nobilior,L.Statilius,C.Cornelius,ad hoc multi ex coloniis & municipiis domi nobiles erant.
Domi & militiæ,genitiui aduerbialesid est absolutè positi, pro eo quod est In pace & in bello:hoc est pacis & belli tempore. In his obseruatũ est,vt ferè per coniunctionem que,connectantur. Terent.Adelph.3.4.49. –vnà semper militiæ & domi fuimus Cicero de Senect.74.
An censes(vt de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos nocturnosque domi,militiæque fusceptorum fuisse &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem.5.Tuscul.77.Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita.
Sallust.Sed mihi multa legenti,multa audienti, quæ Populus Romanus domi militiæque,mari atque terra præclara facinora fecit. Liuius in Præfatione,Quibus artibus domi militiæque & partum & auctum imperium sit. Idem.1.ab Vrbe.64.
Domi,belliq́ue.Plaut.Capt.2.68.Domi,belliq́ue duellatores optimi.Idē Amph.1.1.13.
Ac depol virtutes qui tuas nunc possit collaudare,
Sicut ego possum,quæ domi,duelliq; malè feceris.Cic.1.Offic. Præterea quibuscunq; rebus vel belli vel domi poterunt,Remp.augeant.
Domi focique.Terentius Eunucho.4.7.45. Domiq; focique fac vicissim vt memineris.
Domi apud.Terentius Eunucho.4.6.9.Vbi ea est? T. domi apud me. Ibidem.5.2.1.
Apud Antiphonem vterque mater & pater
Quasi dedita opera domi erant. Cic.7.Verr.59.Domi esse apud sese archipiratas dixit duos.
Domi nostræ.Plaut.Truc.6.6.Aegrotare malim, q̃ esse tua in salute sanior.at volo scire quid deberur hîc tibi nostræ domi.Cic.5.Tusc.158. Diodorus Stoicus cæcus multos annos nostræ domi vixit.
Domi suæ.Cicero.3.Verr.46. Clamor interea fit tota domo inter seruos Rubrii,atque hospitis,tactatur domi suæ vir optimus & homo honestissimus.
Domi alienæ.Cic.pro Domo sua.81.Quid tibi necesse fuit anili superstitione homo fanatice,sacrificium quod alienæ domi fieret, inuisere? Author ad Heren.lib.4.194. Tu ista nunc audes dicere qui nuper alienæ domi non ausim dicere,ne quum te digna dixero, me indignũ quid piam dixisse videar.
Domum,(οἶκαδε.) Aduerb.Authore Donato,apud Terent.in Hecy.3.2.25.Quid non sciunt ipsi viam,domum qua redeant?
Visam domum.Terentius Eunuch.5.9.12. Fac quamprimum audiat. P visam domum.
¶ Domum me conuertam,transacta re.Terent.Adelph.2.4.22.
Adducere domum.Vide ADDVCO.
Domũ abducta ad me.Terent.Adel.4.4.19. Ad me abducta est domũ. Idem Eunucho.1.2.115.Et is hodie ventus ad me cõstituit domum. Sic,Ad se domum. Ibidem.3.5.28.Illa ilico vbi me accepit, læta verò ad se abduxit domum.Et,Ad nos domum. Ibidem.4.3.20.
Ad se domũ aliquid deferri iubere,Id est domũ suã.Cic. pro Cluent.54. Sestertia sexcenta quadraginta millia deferri ad se domum iussit.
Domum abi.Terent.And.5.6.14.Tu Daue abi domum.
Deducere domum.Terẽt.Adelph.4.5.60.Et illam sine tua opera in cubiculum iri dedũctum domum?
Ad domum profecti.Vide AD.
Capessere se domum.Vide CAPESSO.
Concurrere domum.Vide CONCVRRO.
Conuertere se domum,Vide CONVERTO.
Recipere aliquẽm domum suam.Cic. pro Archia.4. Eum domum suam receperunt.
Domum alicuius ire.Cic.3.Offic.152. Cum prima luce Pomponii domũ venisse dicitur.
Domum reditio.Cæsar.1.bel.Gall.Reliqua priuata ædificia incendunt. Frumentum omne,præterquam quod secum portaturi erant,comburunt:vt domum reditionis spe sublata,paratiores ad omnia pericula subeunda essent.De Heluetiis loquitur.
Vado domum.Terent.Eunuc.2.3.71. Quo nunc is? P. domum.
Domum ad aliquem ire.Cic.2.Verr.16.Domum ad illum vt venirent.
¶ Domo abire.Terẽt.Eunuc.4.3.19.Aliquid domo abeuntẽ abstulisse.
Domo accersita.Plaut.Stich.13.2.Faciam vos certiores, domo dudum huc Accersita sum.
Accersitus domo huc sum.Vide ACCERSO.
Cedere domo.Vide CEDO.
Domo cœnare,pro Extra domum.Plaut.Sticho.4.38.
Ei hercle ego verbo lumbos defractos velim,
Ni me repleuerit,si cœnasset domo.Hoc est,à domo,vel alibi à domo.
Exire domo.Cic.pro Flacco.11.Adiunxit illa,vt eos qui domo exire nolebant,testimonii denuntiatione terreret.
Domo exulare.Terẽt.Eunuc.3.5.62.Vbi mutem? periũnã domo exulo.
Domi vel domo se tenere.Cic.pro Domo sua ad Pontif.Ego vero neque veni,& domi me tenui,quandiu turbulentum tempus fuit. Idem Post reditum in Senatu.26. Qui Populum Romanum pro me tanquã pro fratre,aut pro parente non solũm hortatus sit,verum etiam obsecrarit,quum ipse propter metum dimicationis & sanguinis domo se tenuerer.Pro In domo.
¶ Domos,Accusatiuus pluralis.Liu.lib.5.Decad.1.4.Ludis relictis,domos magna pars hostium ad coniuges liberosq; lætũ nuntiũ portabãt. Q. Claudius lib.1.Annalium,referente Gellio,lib.17.cap.2. Domos inquit,suas quemque ire iubet,& sua omnia fruisci.
¶ Domũ,Ablatiuus.Plautus Milit.4.47. Ait sese Athenas fugere capere ex hac domo. Traianus,lib.10. ad Plinium,epist.102. Possumus apud Prusenses area ista cum domu collapsa,quam vacare scribis,ad extructionem balnei vti.
Domesticus,pen.cor.A diectiuum,(ἴδιος,ἐρέτιος,ἴδιωτικος,οἰκιακος,σωματικος,ὁμοφύλιος,) Quicquid ad domum pertinet, vt Domesticum animal.Plinius,Mite animal,atque domesticum.
Externum & Domesticum,contraria.Cic.2.Offic.36. Externa libentius in tali re quàm domestica recordor.
Facta domestica.Horat.de Arte.58.
Domesticæ insidiæ.Ci.Metello,lib.5.2.3.Vt ego vrbem à domesticis insidiis & ab intestino scelere,tu Italiam & ab armatis hostibus & ab occulta coniuratione defenderes.
Luctus domesticus.Ouid.13.Metam.17.
Occultum,intestinum,ac domesticum malum.Cic,3.Verr.17.
Domesticus natiuusq; sensus.Cic.de Aruſp.resp.17. Nec robore Gallos,nec calliditate pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso huius gẽtis ac terræ domestico natiuoq; sensu Italos ipsos ac Latinos sed pietate ac religione,&c.oẽs gentes nationesque superauimus.
¶ Domestici,Qui ex eadem domo sunt,& nobiscum habitant.
Domestici & Alienigenæ,contraria.Cic.pro Fonteio.19.
Conuictor,densoque domesticus vsu. Ouid.4.de Ponto,eleg.3.3.
Domesticum crimen & vernaculum.Cic.5.Verr.120. Id est Romæ,non in prouincia patratum. Budæus.
Domestica crudelitas.Cic.pro Rosc.Amer.92.
Domestica exempla,apud eundem lib.2.de Nat.Deor.
Domesticum lenocinium.Cic.5.Verr.5.
Domesticus vsus & consuetudo.Cic.pro Rosc.Amer.9.
Regio domestica.Ouid.de Ponto.14.10.
Gens mea Peligni,regioque domestica Sulmo.
¶ Domesticus,pro Priuato.Ci Lucceio,lib.5.13.9. Ergo & domestica seremus,vt censeo:& publica paulò etiã fortius quàm tu ipse qui scripsi.
Tabellarii domestici.Cic.Curioni,lib.2.6.7. Paucis enim diebus erã missurus domesticos tabellarios.Id est priuatim,& meo nomine.Hic.nã fert ad publicos nuntios,qui erant(vt ita dicam)ordinarii.
Domestic atim,pen.pred.Aduerbium,(κατ' οἶκειον,)Per varias domos, siue per domesticos.Sueton.in Cæsare,cap.26.Quorum vt quàm maxima expectatio esset,ea quæ ad æquum pertinerent,quamuis macellariis oblocata,etiam domestic atim apparabat.
Domicœnium,huius domicœnii,(οἰκοδαίτιον,) Cœna quæ fit domi. Martialis,lib.5.129.
Si tristi domicœnio laboras,
Toranì,potes esurire mecum. Idem lib.12.74.
Domicœnium,domicœnii,n.g.Cœna domestica. Martial.lib.5.119.
Si tristi domicœnio laboras
Toranì,potes esurire mecum. Idem lib.12.78. – sed ipse diuũm
Offensus genitor, trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.
Domuitio,huius domuitionis,(οἰκοδόμησις,)Dictio composita ex domo & itio,Reuersio ad domum. Apuleius, Deuiq; nec larem requiro,nec domuitionem paro.Cic.lib.1.de Diuinat.Sed Rhodiorum classi propinquum reditum ac domuitionẽ dari. Ex vetusto exemplari legendum,domum itionem,diuinẽctim.
Domicilium,(οἰκητήριον,οἴκημα,) Habitationem significat longi temporis.Cicero.7.Verr.145.Sedem antiquam,diuinumq; domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilauit. Sic.6.Verr.114.Et Liu. 1.ab Vrbe.156. Plaut.Milit.8.39.
Imperii & gloriæ domicilium.Cic.1.de Orat.52.
Domicilium illustre ac nobile.Vide ILLVSTRIS.
Domicilium sermonum,aures.Cic.in Pisonem.60. Quæ familiaritatis licentia suorum improbissimorũ sermonum domicilium in auribus eius impulsu vestro collocauerunt.
Superbiæ domicilium.Cic.2.de L.Agrar.95.Capuæ in domicilio superbiæ,atque in sedibus luxuriæ collocati.
Sedes ac domicilium collocare.Cic.3.Verr.4.
Comparare domicilium.Vide COMPARO.
Animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram.Cic.de Senect.70.
Domo,domas,domui,dómitum,pen.cor. (δαμάζω,ἀποστρέφω,τιθάσσω,) domare,Quasi sub domo & potestate vel mea vel alicuius facere:siue mansuefacere & domestic ũ reddere.Domare(inquit Sipõt.) propriè est vi atque armis imperio suo subiicere,A Græco δαμάζω,eiusdẽ significationis. Idem alio loco,Domo propriè significat mansuefacio, & quasi domestic ũ reddo.Per metaphorã tñ accipimus pro Vincere & superare. Plaut.Casin.5.36.Sed quid ais?iam domuisti animum,potius vt quid vir velit fieri &c. Idem Menæch.3.29.Domi sum domitus vsque cum charis meis.Plin.de Viris illust.57.Præter Galliam domuit Consul Hispaniam,altero Consulatu Sardiniam.
Animum rigentẽ domare.Seneca Hippol.4.12.
Armis domare aliquem.Silius lib.17.116.

Corda

Corda dura domare.Ouid.epist.4.31.
Crimina domare.Claud.epigram.9.1.
Crines domare certo ordine.Stat.1.Achill.66.
Dolorem domare.Stat.2.Syla.1.3.
Equos domare cursibus.Seneca Hippol.4.22.
Fortunam domuit virtutibus.Claud.5.Paneg.8.
Gentes domare armis.Claud.de laude Serenæ,22.12.
Lumina domare somno.Stat.2.Thebeid.7.
Conterere,compellere,domare nationes.Cic.de Prouin.Consul.16.
Frangere & domare nationes.Cic.de Prouin.Cons.17.Quas nationes nemo vnquam fuit qui frangi domariq́ue cuperet.
Mentem domat respectus honesti.Claud.7.Paneg.54.
Obsequium Tigres domat.Ouid.2.de Arte,37.
Seruitia virtute victoriaque domare.Cic.pro Sestio,56. Non est passus ille vir,qui sceleratissimos ciues,qui acerrimos hostes,qui maximas nationes,qui reges,qui gentes feras atque inauditas,qui prædonum infinitam manum,qui etiã seruitia virtute victoriaque domuisset,qui omnibus bellis terra mariq́ue compressis,&c.
Spemque metumque domare magno pectore.Stat.2.Syla.2.25.
Spiritum audum domare.Horat.2.Carm.ode 2.2.
Latius regnes audum domando Spiritum,quàm si,&c.
Domare terram aratro,vel rastris.Colum.lib.6.cap.22.1.Virg.lib.9.45. Id est colere.
Terrore domandus.Claud.in Epithalamio Palladii, 27.
Ante domandam,Id est antea quàm domentur.Virgilius 3.Georg.42.de equis.
Domitus,pen.cor.(δαστὸς μιτός,)Participiũ,siue Nomen ex participio.
Subacti & bello domiti.Cic.pro Fonteio,2.
Manu Herculea domitus.Horat.2.Carm.ode 12.2.
Amor domitus.Ouid.3.Amorum,eleg.10.1.
Domitæ & conduce factæ bellæ.Cic.2.de Nat.deorum,140,
Domiti boues.Plaut.Persa,7.6.Nam heros meus ad me iam misit domitos boues vti sibi mercarer.
Dente premunt domito Cybeleia frœna leones.Ouid.10.Met.140.
Domitæ gentes.Ci.de Prouinc.Cons.4.Atque hanc Macedoniã domitis iam gentibus finitimis,Barbariaque compressa, pacatam ipsam per se & quietam.
Hostis domitus.Ouidius ad Liuiam,68.
Domitas habere libidines.Cic.1.de Orat.96.Sed anthoritate nutuque legum domitas habere libidines,coercere cupiditates,&c.
Domiti oculi,manus,& oratio.Plaut.Mil.9.81.Homini seruos suos domitos habere oportet oculos,& manus,orationemque.
Orbis domitus.Virg.2.Geor.25.
Sagitta domitus Orion.Horat.3.Carm.ode 4.15.
Ora domita frænis ligare.Seneca Hippol.10.3.
Domitus orbis cultoribus.Virg.2.Georg.Aspicis extremis domitum cultoribus orbem. Vbi Seruius,Intuere etiam extremum orbem cum suis cultoribus domitum.Nam subauditur CVM.
Triumpho iusto domiti Parthi.Horat.1.Carm.ode 12.11.
Bello domitæ Thebæ.Ouid.epist.2.15.
Vrbes domitæ.Virg.3.Georg.6.
Domitus,huius domitus,pe.co.(δαμάσιος,)Verbale.Ci.2.de Na.deo.226. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.
Domitor,pen.corr.domitoris,Verbale.(δαμάτης,)Qui domat:vt Regni domitor.Mart.lib.9.8. Plin.in Paneg.92.Contemptor ambitionis & infinitæ potestatis domitor,ac frænator eius,ipsa vetustate floriscit. Ouid.de Trist.Quid tibi de tetrico referam domitore chimæræ?
Curarum domitor.Sene.Agamemn.2.4.
Domitor equorum.Cic.1.Offic.128. Domitor serpentium,Plin.lib.25. cap.2.8. Domitor armorum,Cic.pro Milone,27. Domitor Hispaniq́; Liu.1.bel.Pun.161. Virgil.7.Aeneid.38.
Ferarum domitor.Sene.Herc.Oetheo,17.2.
Freti domitor Tiphys.Sene.Medea,1.1.
Gentium domitor.Senc.Octau.8.15.
Malorum domitor.Sene.Herc.fur.12.3.
Mundi domitor.Lucan.lib.7.50.
Orbis domitor.Sene.Herc.furente,9.1.
Domitrix,pen.corr.(δαμάτρια,)huius domitrîcis,pen.prod.f.ge.Verbale.Plin.lib.26.cap.16.1. Et lib.23.cap.142.
Equorum domitrix Epidaurus.Virg.3.Georg.9.
Domitor,pen.prod.domatoris,(δαμάτωρ,)Idem quod domitor. Tibullus,Te duce,non aliàs conuersa terga domator.
Domatio,(δάμασις,)Actus ipse domandi.
Domabilis,& hoc domábile,pen.corr.(δαμαστός,) Qui domari potest. Horat.4.Carm.ode 14.9.ad Augustum,Te Cantaber non antè domabilis Miratur. Ouid.9.Metam.51.verba Iouis de Hercule,
– æternum est à me quod traxit,& expers
Atque immune necis,nullaque domabile flamma.
Domiturus,pen.prod.(δαμάσων,)Participium.Virg.4.Georg.21.

Dulcia mella premes:nec tantum dulcia,quantum
Et liquida,& durum Bacchi domitura saporem. Claud. in Gigantomach.3.O pubes domitura deos.
Domito,dómitas,penult.corr.Frequentatiuum,(δαμάζω,)vt Boues domitare.Virgil.1.Georg.57.
Domitant in puluere currus.Virg.7.Aeneid.33.
Furores domitare.Silius,lib.7.44.
Populos domitare.Silius lib.3.21.
Domitura,pen.prod.(δάμασις,)Domandi actus. Plin.lib.8. cap.45.4. Domitura boum in trimatu,postea sera antè præmatura. Colu.lib.6. cap.2.7.Curandum ne in domitura,bos calce,aut cornu quenquã cõtingat. Ibidem.1.Vt exiguus in domitura labor.
Dominus,dómini,pen.corr.(κύριος,δεσπότης,οἰκοδεσπότης,αὐθέντης,) Dicit quasi qui domi præest,& domi imperat.Et dicit is proprie qui domui præest,& qui domus imperiũ habet,cuiq; ois familia paret. Plau.Cist. 2.33.Apparet seruũ hunc domini esse pauperis. Terẽt.Adel.4.2.17.
Dominus Iupiter.Ouid.& domino soluere vota Ioui.
Dominus,Cui seruitur,& cui populi subsunt.Virg.1.Aeneid.58. Romanos rerum dominos,gentemque togatam. Mart.lib.1.1. Delitiæ populi quæ fuerant domini.
Dominus ac rex aratorum. Cic.5.Verr.59. Accipite nunc quid imperarit,& dissimulate vos,si potestis,vos intelligere,ipsum Prætorẽ, quod tota Sicilia perspexerit,redemptorem decumarum,atque adeò aratorum dominum ac regem fuisse.
Astrorum dominus Sol. Seneca Troade.5.4.
Canum domini.Cic.2.de Nat.Deor.156.Canum verò tam fida custodia tamque amans dominorum adulatio.
Comitiorum dominus. Cic.2. Ver.16. Interea comitia nostra, quorum iste se,vt cæterorum hoc anno comitiorum,dominum esse arbitrabatur,habere cœpta sunt.
Senatus,dominus publici consilii.Cic.3.de Legib.41.
Dominus epuli.Cic.in Varinium.24.Quum ipse epuli dominus Qu.Appius albatus esset,&c.
Regni dominus.Seneca Hipp.5.8.
Regni tristis dominus,Id est Pluto.Seneca Medea.1.3.
Rerum domini.Virg.1.Aeneid.58.
Stygis dominus,Pluto.Seneca Here.Oeth.4.66.
Iustitia summi rectoris ac domini numen. Cic.4.de Finib.18.
In discordia dominorũ,domus beata esse nõ potest.Cic.1.de Finib.90.
Ancilla & dominus relatiua.Cic.2.de Oratore.153.Vt illud Naficæ,qui quum ad Poetam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium, ancilla dixisset,Domi non esse,Nasica sensit illam domini iussu dixisse,& illum mutis esse.
Dominus & imperans.Cic.de Vniuersit.27.Deus autem & ortu & virtute antiquiorem genuit animum,eumque vt dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori.
Dominus & moderator.Cic.1.de Legib.25.Sit igit hoc iã à principio persuasum ciuibus,dominos esse olim rerum ac moderatores deos.
Victor & dominus.Cic.6.Philipp.212. Sed quis vnquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit,qui se Pop.Rom.victoris dominiq; olim gentium tutorem dicere auderet?
Dominus in suos.Cic.pro Rosc.Amer.47. Ne tandiu quidem dominus erit in suos,dum ex iis de patris morte queratur.
Dominus,Qui in potestate habet.Cic.3.Tusc.19.Qui ita sit affectus, cum dominum esse rerum suarum vetãt xii tabulæ.Id est rerum administrationem habere.Verba legis erant,Si furiosus esse incipit,agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque,eius potestas esto.
Res Venereæ tanquam dominus agrestis & furiosus. Cic. de Senect.43. Bene Sophocles quum ex eo quidã iam confecto ætate quæreret vtrnrne rebus Venereis,Dii meliora,inquit.libenter verò isthinc tanquam à domino agresti & furioso profugi.
¶ Acres domini.Lucret.lib.5.18.
Bonus,assiduusque dominus.Cic.de Senect.52. Semper enim boni,assiduique domini referta cella vinaria.
Breuis dominus,Id est qui non diu rerum potitur. Horatius secundo Carminum,Ode.14.5.
Immites domini.Senec.Herc.furent.7.10.
Iustus dominus alicuius rei.Vide IVSTVS.
Potens dominus.Virg.6.Aeneid.124.
Superbi domini.Virg.12.Aeneid.48.
Ignorare dominum nostrum.Cic.4.Acad.128. Ita cogimur dissensione sapientum dominum nostrum ignorare.
Imponere dominum alicui.Cic.13.Philipp.356. Nam si ipse seruire poterat,nobis dominum cur imponebat? Et statim,Etiamne in nostros liberos dominum & tyrannum comparabat?
Sui quemque iuris & retinendi & dimittendi esse dominum. Cicero pro Cornelio Balbo.24.
Velle esse dominũ in aliculus bonis.Cic.pro Domo sua.83.Vna iusta illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognatione sua vir bonus dominum se in meis bonis esse voluisset.
¶ Dominus pro Marito. Virg. 4. Aeneid. – connubia nostra
Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.
Domina huius dominæ. (δέσποινα, κυρία,) vt Cupiditas honoris dura domina. Cicero in Parad. 50. Et in Pisonem. 2. Item lib. 2. de Finib. 63. Domina rerum omnium virtutes. Plaut. Cistell. 10. 116. Sed quod nomen est tuæ dominæ? Virg. 3. Aeneid. 23. Et vincti currum dominæ subiere leones. Hoc est Cybeles.
Herilis domina. Claud. 5. Paneg. 47.
Vna quædã virtus oium domina & regina virtutũ. Cic. 3. Offic. 36.
Dominicus, pen. prod. Adiectiuum. (κυριακός,) vt Dominicus dies, qui antea dies solis dicebatur, quòd deo sacer sit.
Dominica fides. Paulus in L. Cum de lanionis. Parag. Cum de villico. ff. De instruc. vel instrum. leg.
Dominicæ habitationes. Colum. lib. 9. cap. 1. 1. Et Rationes dominicas pecuarias conficere. Varro. 2. de Re rust. cap. 10. 8.
Pecunia dominica. Vlpian. in L. Seruus. ff. de Fideiussorib⁹. Si verò extra causam peculii fideiusserit: quod ex pecunia dominica soluerit, æque vindicabitur: quod ex peculio, condici poterit.
Dominor, pen. corr. dominaris, (κυριεύω, δεσποτέω, ἐνεστιάζω, διαπαιγάζω, κρατέω, ὑπερέχω,) dominari, Imperium gerere, & præesse.
Florere & dominari. Cic. 1. de Orat. 16. Hæc vna res in omni libero populo, maximeque in pacatis tranquillisque ciuitatibus præcipuè semper floruit, semperque dominata est. De eloquentia.
Dominari & rerum potiri. Cic. 4. Acad. 128. Cleãthes qui quasi maiorum est gẽtiũ Stoicus Zenonis auditor, solẽ dominari & rerũ potiri putat.
Dominari alicui regioni. Cic. pro Rab. Posthu. 24. Dominatus est enim (inquit) Alexandriæ, imò verò in superbissimo dominatu fuit.
Victis dominari. Virg. 1. Aeneid. 68.
Dominari in aliquem. Ouid. 1. Meram. 16.
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & qd̃ dominari in cætera posset. Cic. de Senect. 33. Ira enim senectus honesta est, si ipsa defendit, si ius suũ retinet, si nemini mancipata est, si vsque ad extremum spiritum dominatur in suos.
Dominari in re aliqua. Sallust. Fortuna in omni te dominaũ. Seruius Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 12. Casus & natura in bonis dominatur. Virg. 2. Aeneid. – incensa Danai dominantur in vrbe. Cic. pro Quint. 63. Non vsque eo tamen vt in capite fortunisq; hominum honestissimorum dominentur hi, qui, &c.
In affectibus dominari. Quintil. lib. 2. cap. 5. 6. Quanta deinceps in dirimendo prudentia, quàm subtilis & crebra argumentatio, quibus viribus inspiret, qua iucunditate permulceat, quanta in maledictis asperitas, in iocis vrbanitas: vt denique dominetur in affectibus.
Potentia dominatur in ciuitate. Cic. pro Cecin. 52. Denique nimia ista, quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc soło genere quiescit.
Vsus dicẽdi in ơi pacata & libera ciuitate dominatur. Cic. 2. de Orat. 19.
Consilium dominatur in corpore. Lucret. lib. 3. 28.
Venus dominatur in mentes. Lucan. lib. 5. 146.
Fortuna in Repub. dominatur. Cic. Quo frat. lib. 1. 1. 6. Neque enim eiusmodi partes Reipub. geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimum ratio possit & diligentia.
Dominari inter aliquos. Cæsar. 1. bel Gall. 342. Sibi præstare, si in eum casum deducerentur, quamuis fortunã à Pop. Rom. pati, quàm ab his per cruciatũ interfici inter quos dominari cõsueuerint. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 13. Tu centum aut plures inter dominabere Nymphas.
Deus dominator tota mente. Senec. Hippol. 1. 21. Deum dicit amorem.
¶ Dominor, aliquando passiuè capitur. Cic. lib. 1. Offic. 196. O domus antiqua, heu quàm dispari dominate domino.
Multos dominata per annos. Virg. 2. Aeneid. 73.
Dominans, pen. corre Participium, (κυριεύων,) Cic. 2. de Finib. 185. Maximas verò virtutes iacêre omnes necesse est voluptate dominante.
Fame dominante. Cic. pro Cluent. 53. Vt etiam bestiæ fame dominante plerunque ad eum locum, vbi pastæ aliquando sint, reuertantur.
Libidine dominante non est reperiendi locus. Cic. de Senect. 36.
Nullo dominãte ruunt equi, id est nullo regente eos. Senec. Hipp. 10. 20.
Dominans ille in nobis deus. Cic. 1. Tusc. 116. Vetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare.
Nomina dominantia. Horat. in Arte Poetica. 48.
Dominantior, Comparatiuum, (κυριεύων μᾶλλον,) Lucret. lib. 3. 81.
Et magis est animus vitai claustra coercens,
Et dominantior ad vitam, quàm vis animai.
Dominatus, huius dominitus, penu. prod. (κυριεύσας,) Participium. Cic. 4. de Finib. 64. Quum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturæ, huius tutelæ subiiciantur. Idem. 4. Tusc. 1. Dominata regio Repub. liberata.
Dominatus & principatus. Cic. 11. Philipp. 315. Cassio vero sententia mea dominatum & principatum tlcari.
Potestas & dominatus. Cic. 1. de Nat. Deor. 43. Itaque necesse est illud in quo sit totius naturæ principatus, esse omnium optimum, omniũq; rerum potestate dominatuque dignissimum.
Cupiditatis dominatus. Cic. in Parad. 51. Quid quũ cupiditatis dominatus excessit, & alius est dũs exortus ex cõscientia peccatorũ timor?
Copiæ, opes, maiestas, dominatus. Cic. 5. Tusc. 85. de Dionysio loquens, Nam quum quidam ex eius assentatoribus Damocles commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem, dominatus, rerum abundantiã, magnificentiã ædium regiarum, &c.
Impotens dominatus. Vide IMPOTENS.
Superbissimus dominatus. Cic. pro Rab. Posth. 24.
Habere dominatum, Cic. in Parad. 51. Iudex verò quantum habet dominatum? quo timore nocentes afficit?
Locari in dominatum. Vide LOCVS.
Occupare dominatum. Cic. 5. Tusc. 80. Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, quũ V & XX natus annos dominatum occupauisset.
Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus. Cic. 1. de Natura Deorum. 228.
Nouo dominatu pulsum esse. Cic. pro Domo sua. 53.
Crudeli dominatu ab aliquo teneri vrbs dicitur. Cic. 1. de Diuinat. 94. Quæ erat vrbs in Thessalia, tam admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.
Dominator, pen. prod. (κυριευτής,) Verbale. vt Dominator rerum deus. Cic. 2. de Nat. Deor. 6. Plin. lib. 36. cap. 15. 19.
Freti sæuus dominator Neptunus. Senec. Hipp. 12. 1.
Potens dominator. Senec. Herc. furen. 13. 9.
Dominatrix, pe. pro. huius dominatrícis, (κυριεύτρια,) Cic. 1. de Inuẽ. 3. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.
Dominatrix Creta freti. Senec. Hippol. 2. 1.
Dominatio, Verbale, fœm. g. (κυριότης,) Cic. 5. Verr. 132. Quæ impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus fuit? Idem. 3. de Finib. 114. Et. 2. Verr. 22.
Contactus dominationis. Tacit. in Vita Agricolæ, Oculos quoque à contactu dominationis inuiolatos habebamus.
Cupidines dominationis. Tacit. lib. 13. Quæ cunctis mala dominationis cupidinibus flagrans, &c.
Diuturnitas victoriæ & dominationis. Cic. Attico, lib. 7. 140. 2.
Dominatio rationis in libidinem. Cic. 1. de Inuent. 143. Temperãtia est rationis in libidinem, atque in alios non rectios impetus animi firma & moderata dominatio.
Flagitia dominationis. Tacit. lib. 14. Cuncta eius dominationis flagitia in matrem transtulit.
Spes dominationis. Tacit. lib. 4. Et consiliis eiusdem ad spem dominationis vteretur.
Dominatio regnumque iudiciorum. Cic. 2. Verr. 22.
¶ Aliena dominatio. Tacit. in Vita Agric.
Crudelis, superba, ignominiosa, flagitiosa dominatio. Cic. 3. Philip. 145. Nemo est tam stultus, qui non intelligat, si dormierimus hoc tempore non modò crudelem, superbamque dominationem nobis, sed ignominiosam etiam & flagitiosam esse ferendam.
Impotentissima dominatio. Liu. lib. 4. Decad. 4. Si audire iuuat veram dominationis impotentissimæ crimina.
¶ Adipisci dominationes. Tacit. lib. 4. Dum adipiscerentur dominationes multa charitate.
Captare dominationem. Tacit. lib. 4. Quo facinore dominationem captauerit, expediam.
Nouam dominationem sibi comparare. Cic. 1. de L. Agra. 12.
Comprobare dominationem. Liu. lib. 4. Decad. 4. Et ipsum velut cõprobata dominatione firmiorem futurum, &c.
Dominationem sibi concupiuit. Tacit. lib. 20.
Fastiditus dominationibus. Tacitus libro. 13. Segnis & dominationibus aliis fastiditus.
Dominationem habere in aliquem. Author ad Herennium, libro. 4. 174. Non sunt omnia committenda fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem.
Vita sub dominatione misera est. Asin. Pollio Ciceroni, lib. 10. 11. 9.
Dominium, (δεσποτεία,) Imperium, & principatus. Varro. 2. de Re rust. cap. 6. 3. In mercando item (vt cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus, dominium mutant. Suet. in Tiberio, cap. 59.

Donaria, Donatiuum, Vide DONVM.

Donatus, (δεδωρημένος,) DONVM.

Participium à Donor. Vide Dono in DONATVS, Nomen viri Grammatici doctiss. Hic fuit Dini Hieronymi præceptor.

Donax, (δόναξ,)

quem totum fungosa replet medulla, fruticosissimus, & non nisi in aquaticis natus, sagittariis aptissimus, longissima habet internodia: & dum calefactus est, facilè flectitur. Ex Plinio, libro sextodecimo, capit. 36. 8.

Donec,

Donec, Aduerbium, (ἕως, ὄφρα, ἕστοκεν, ἐσότε,) Id est quoad vel quousque. Plaur. Amphit. 7. 40.

Neque ita di me ament, credebam primò mihimet Sosiæ,
Donec Sosia ille egomet fecit sibi vti crederem.
Vsque donec. Plaut. Milite, 5. 113. – ibo odorans quasi
Venaticus vsque, donec persequutus vulpem ero. Terent. Adel. 4. 6. 6. Certum obsidere est vsque donec redierit.
Vsque adeò donec. Plaut. Cistel. 7. 41. – non destiti
Instare vsque adeò donec adiurat se anus, &c. Terent. And. 4. 1. 38. Nunquam destitit orare vsque adeò donec perpulit.
Donec essem, siue perfecero. Terentius Phorm. 4. 1. 24. Donec tibi id quod pollicitus sum, effecero. Ibidem, 2. 3. 72. – imò haud desinam,
Donec perfecero hoc. Virg. 2. Aenei. 144. – donec me flumine viuo
Abluero. Columel. Donec ea aqua quam adieceris, decocta sit. Virgil. 1. Aeneid. 56. – donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Donec pernentum est. Liuius, Donec ad hæc tempora, quibus nec vitia nostra, nec remedia pati possumus, pernentum est. Virg. Ecloga 6. Cogere donec oues stabulis, numerumque referre iussit.
¶ Donec pro quandiu. Ouid. Donec eram sospes. Idem.
Donec eris fœlix multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Donicum. (ἐσότε,) Idem significat quod donec, Quandiu, vel Quoad. Plautus Capt. 6. 89. Ego me amitti, donicum ille huc redierit. Idem Trucul. 3. 1. – dum huc,
Dum illuc rete ore impedit piscis; vsque adeò donicum foras eduxit. Cato. Sed vsque licebit vellas, donicum in semen videris ire. Idem cap. 140. Donicum pecuniam satisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit, pigneri sunto.

Dono, Donas, Vide DONVM.

Donum, huius doni, (δῶρον, δωρεά,)

Plin. lib. 35. cap. 14. 5. Græci enim (ait) antiqui doron palmum vocabant: & ideo dora munera, quia manu darentur. Terent. Eunucho, 5. 9. 27. Quod vis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Vbi Donatus, Donũ, præmium est: & munus, præmium: sed donum præmium diis datur: munus, præmium hominibus. Nam separatim, donum deorum est, præmium virorum est fortium, munus hominum. & donum munúsque tam ante factum quàm post factum datur: præmiũ, non nisi post factum est. Donum, volũtarium: præmium debetur. Alii ergo δώνητας pronuntiãt primo donum: & sic præmium, quasi vnam partem orationis. Ibidem, 3. 2. 11. Video, & me tædet: vbi vis, dona adsunt tibi.
Donum est diuinum rationis & consilii. Cic. 3. de Natu. deor. 109.
Musarum dona. Horat. 2. epist. 1. 49.
Donum atque munus. Cicero pro Archia, 14. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas: quòd quasi deorũ aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.
Agreste donum. Silius lib. 13. 14.
Amplissima imperatorum dona, Vide AMPLVS.
Breue donum exigui temporis. Senec. Hippol. 6. 6.
Cerealia dona, Id est panis. Silius lib. 7. 37.
Ditia donis delubra. Ouid. 1. Metam. 16.
Ditia dona. Stat. 10. Thebaid. 68.
Dulcia dona. Claud. epigram. 40. 1.
Exitiale donum. Virg. 2. Aeneid. 7.
Feralia dona. Ouid. 9. Metam. 45.
Grandia dona. Ouid. epist. 3. 6.
Grauia dona auro. Virg. 3. Aeneid. 93.
Iugalia dona. Ouid. 3. Metam. 62. – donisque iugalibus arsit.
Lenæa dona, vinum. Stat. 4. Sylu. 6. 16.
Leuiora dona. Ouid. 13. Metam. 152.
Nuptialia dona. Cic. pro Cluentio, 10. Vide NVBO.
Prælarga dona. Claud. 4. Paneg. 15.
Pretiosa dona. Senec. Medea, 10. 22.
Prodiga dona. Stat. 2. Sylu. 1. 32.
Donum regale interuersum, Vide INTERVERTO.
Regia dona. Virgil. 1. Aeneid. 140.
Rustica dona. Ouidius 2. de Arte amandi, 53.
Suspecta dona. Virgil. 2. Aeneid. 8.
Tristia dona. Virgilius 3. Aeneid. 60.
Viberiora dona. Ouid. epist. 16. 44.
Venerabile donum. Virg. 6. Aeneid. 82.
Vile donum. Claud. de laude Serenæ, 22. 1.
Votiua dona. Seneca Hippol. 2. 5.
¶ Abnuere dona. Seneca Thyeste, 6. 10.
Abstinere dono & pactione, Vide ABSTINEO.
Accedent tibi à me dona, Vide ACCEDO.
Accumulare donis aliquem. Virg. 6. Aeneid. 177. Vide ACCVMVLO.

Addere dono, Vide ADDO.
Adolere altaria donis. Lucret. lib. 4. 249.
Afferre Reip. donum. Cic. 1. Philipp. 23. Non intermittebas quasi donum aliquod quotidie afferre Reipublicæ.
Honore & donis celebrari. Virg. 8. Aeneid. 15. Proprium est deorum.
Votiuis donis templa colere. Senec. Hippol. 2. 5.
Conferre dona, Vide CONFERO.
Congesta dona vndique. Silius lib. 13. 18.
Corrumpentia sensus dona. Claud. 6. Paneg. 38.
Deamata dona, Vide DEAMO.
Dare dona & munera. Cic. pro Cluentio, 52. Tantum donis datis muneribúsque perfecerat, vt, &c.
Dono dare. Terent. Eunuc. 4. 6. 11. Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretii. Ibidem, 1. 2. 83. Num solus dona dat?
Empta pax donis. Lucan. lib. 10. 22.
Exigere dona. Stat. 10. Thebaid. 68.
Expectata dona laborum. Valer. 7. Argonaut. 84.
Infecta dona facere, Vide INFECTVS.
Veneno illitum donum, Vide ILLINO.
Opulentum templum donis. Virgil. 1. Aeneid. 91.
Honestis ornari donis. Horat. 1. epist. 1. 7.
Peragere dona, Donare quod promiseras. Virg. 5. Aenei. 72. Post vbi confecti cursus, & dona peregit. Vide PERAGO. Sen. Hipp. 8. 17.
Rependere dona alicui. Stat. 9. Thebaid. 132.
Sacrata dona templorum. Valer. 7. Argonaut. 10.
Supplicibus donis superare aliquem. Virgil. 3. Aeneid. 88.
Iunoni cane vota libens, dominámque potentem
Supplicibus supera donis.
Tribuere dona alicui. Ouid. 9. Metam. 81.
Dono, donas, (δωρέομαι, χαρίζομαι,) donare, Munus dare. Plau. Aul. 2. 9.
Compressoris seruulus id surpit, illic Euclioni rem refert:
Ab eo donatur auro, vxore, & filio. Idem Amphit. 3. 137.
Quo pacto sit donis donatus plurimis:
Ea dona quæ illic Amphitruoni sunt data, Abstulimus.
Inseri & donari ab arte, dicitur res aliqua. Cic. 1. de Orat. 56. Inseri quidem & donari ab arte non possunt: omnia sunt enim illa dona naturæ.
Dono tibi hanc rem. Cæsar 7. bell. Gall. 41. Prædam militibus donat. Sic 3. belli Ciuil. 84.
Dono te hac re, Do te munere (vt ait Valla lib. 3. plerunque præmii gratia, sed interdũ admirationis, interdum beneuolẽtiæ, interdum misericordiæ. Cicero pro Archia poeta. 18. Sylla quum Gallos & Hispanos ciuitate donasset. Idem pro eodem, 18. Itaque si ciuis Romanus Archias legibus non esset, vt ab aliquo Imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit? Cerrè (inquit Valla) Imperator non remunerationis causa Archiam ciuitate donasset, sed admiratione ingenii & benevolentia. Idem pro Corn. Balbo, 4. Et Cæsar 1. bel. Gal. 105. Suet. in Vita Augusti, cap. 51. Et ne enumerem quot & quos diuersarum partium venia & incolumitate donatos. Cornelius Nepos de Vita Attici, Auxit hoc beneficium alia quoque liberalitate: nam vniuersos frumento donauit. Profectò clementiæ, non remunerationis gratia.
Donare alicui multa largè & effusè. Hoc est, honorificè præmiari. Cic. pro Rosc. Amer. 14. Non pauca suis adiutoribus largè effuséque donabat.
Circunspectius donare. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 14. Hoc enim ipsum secuti sunt qui nullam legem huic constituerunt, vt circunspectius donare mus, circunspectius eligeremus eos in quos merita conferuntur.
Donare aliquem æternitate. Plin. lib. 2. cap. 7. 11.
Auro donari. Propert. lib. 3. eleg. 23. 6.
Corona donari. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 31. Idem de Opt. ge. Orat. 151.
Donare aliquem dono. Plaurus Sticho, 12. 5.
– fecisti hercle facetias, quum hoc donauisti
Dono tuum seruum Stichum. Sic Donare aliquem præmiis, apud Ciceronem pro Rosc. Amer. 64. Et Donare militem donis, apud Liuium 4. bel. Pun. 70. Et lib. 5. 103.
Culpa grauis precibus donari. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 11.
Donare fugam alicui. Silius lib. 15. 143.
Auertit patrius gentem pauor, addere tergo
Hastas Ausonius, teloque instare sequaci,
Nec donare fugam.
Funera alicui donare. Silius lib. 15. 145. – hei mihi quanta
Cessauit Latio dextra? & quot funera Pœnis
Donarunt praui suffragia tristia campi?
Donare aliquem gaudiis. Plautus Aulul. 27. 1. Dii immortales quibus & quantis me donatis gaudiis.
Immortalitatem alicui donare. Cic. in Pisonem, 4. Mihi Pop. Rom. vniuersus illa in concione non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donauit.
Inimicitias suas Reipub. donare. Cic. Merello, lib. 5. 4. 4. Tu tuas inimicitias, vt Reipub. donares, te vicissim alienas vt conti Remp. confirmes, adduceris? Donares, id est præteriniteres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtinam tibi illam mentem dii immortales donarent. Cic. 1. in Catil. 16.
Connubia donare muneribus. Ouid. epist. 11. 20.
Munere promitto aliquem donare. Virg. 5. Aeneid. 56.
Dominam iubeo pretioso munere dones. Ouid. 2. de Arte amand. 153
Hoc iuuenum egregium præstanti munere donat. Virg. 5. Aeneid. 72.
Munera donare alicui. Cic. 5. Tuscul. 130.
Nomine donare, Lucret. libro 1. 19.
Quòd patrio princeps donarat nomine regem.
Iuuenes donare puellam Catul. in Carm. Nupt. 57. 5.
Sabine donare aliquem. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 5.
Sed primùm nympham larga donate salute.
Donare vacatione. Cic. 2. de Nat. deor. 9.
Donare aliquem vt. Plaut. Asina. 3. 31. Dono te ob istuc dictum vt expers sis metu.
¶ Honoribus donandus infans. Stat. 5. Thebaid. 149.
Laurea donandus Apollinari. Horat. 4. Carm. Ode 3. 2.
Donatus, pe. prod. Participium, (δεδωκώς, δωρητός,) Cui aliquid donatum est. Virg. 5. Aeneid. 61.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Aes alienum alicui ab aliquo donatum. Cice. Bruto, 6. 4. Neque Dyrrhachini inficiantur, sed sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt.
Homo quasi diuino munere donatus Reip. Cic. de Arusp. resp. 5.
Donati incolæ Latio. Plin. lib. 3. cap. 20. 3.
Toro aliquo donata virgo. Claud. 7. Paneg. 129.
Quæ tali donata toro, quæ murice fulgens
Ibit in amplexus tanti regina mariti?
Promisso donata est munere pubes. Silius lib. 16. 105.
Diuinitus æterna donata salute. Lucret. lib. 5. 144.
Donatio, Verbale, (δώρησις,) Donationem proprie dici existimat Vlpianus, quum quis ea mente dat, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti: & propter nullam aliam causam facit, quàm vt liberalitatem & munificentiam exerceat. quod si sub conditione fiat, non est donatio. Cice. in Orat. 151. Vt corona aurea donaretur: eáque donatio fieret in theatro, populo conuocato. Sic idem 6. Verr. 30.
Bonorum donatio. Cic. 4. Philipp. 158. Quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio, non illa infinita Pompeii hasta satiauit.
Donatium, donarii, (δωρεαῖον,) Donum est, non locus vbi reponitur donum, inquit Valla lib. 1. Contrariũ tamen dicit Seruius. Sipontinos, Donaria, ipsa dona quæ diis offeruntur, & sacras mẽsas atque aras ornãt. Macrob. Ornamenta verò sunt clypei, coronæ, & huiusmodi donaria.
Donaria, abusiuè ipsa templa in quibus donaria offeruntur. Virgilius 3. Georg. 107.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quærentes ad sacra boues Iunonis: & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gellius libro 2. cap. 10. Vbi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè donariis consecrata. Apul. libro 2. Floridorum, Ibi donarium deæ perquàm opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & huiusmodi vrensilibus. De Iunonis fano apud Samum loquitur.
Donatiuum, pen. prod. (ἐπιδόσις,) Munus quod à principe vel imperatore donatur militibus. Suet. in Domitiano, An duplum donatiuum miliți donaret. Et in Galba cap. 16. dicit eum pollicitum donatiuum.
Idem in Nerone cap. 7. Populo congiarium, militi donatiuum proposuit. Plin. in Paneg. 40. Nisi verò leniter attingi placet locupletatas tribus, datúmque congiarium populo, & darum totum, quum donatiui partem milites accepissent. Ibidem, 66. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, cõgiarium obtulisse, &c. Tacit. libro 20. Et aduentu quintanorum quintadecimanorúmque auctæ legiones donatiuum exposcunt.
Donaticæ coronæ, (δωρητικαὶ στέφανοι,) quibus victores in ludis donabãtur quæ postea magnificentiæ causa instituræ sunt super modũ aptatæ capitibus, quali amplitudine fiunt quum lares ornantur. Festus.
DONYSA, pen. prod. (δόνυσα,) insula Cycladarum vna, cuius meminit Virgilius 3. Aeneid. 25.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus,
Bacchatámque iugis Naxon, viridemque Donysam.
Dorcas, dorcadis, pen. cor. f. g. (δορκάς,) Latine dama dicitur. Martial. lib. 13. 99. Delicium paruo donabis dorcada nato. Plinius lib. 28. cap. 8, 11. Dorcadis pelle collo suspensa.
DORCEVS, dorcei, Nomen canis apud Ouidium lib. 3. Metam. 42.
DORES, Herodoto lib. 1. Populi sunt in Asia quos Crœsus subegit.
DORICA, Vide DORIS.
DORIS, huius Dóridis, pen. corr. f. ge. (Δωρίς,) Regio est Græciæ iuxta Maliacum sinum, cuius à tergo mõs est Oeta, à qua Dorii siue Dorienses, siue Dories appellati. Ab his etiam Dorica lingua. Cic. pro Flacco, 40. Doria item vrbs eius regionis. Dorios Plato appellatos existimat à Dorico quodam, à quo exules restituti sunt, quum prius Achiui nominarentur. Seruius verò à Doro Neptuni filio nominatos affirmat.

Sunt etiam qui à Doride Nympha Oceani & Tethyos filia nomen putent sumpsisse: quam Nereo fratri vxorem dedit, & ex qua magnus nympharum numerus procreatus est. Quæ quoniam matris dea est, aliquando pro matri à poetis vsurpatur. Virg. 10. Eclog. 1.
Doris amara suam non intermiscerat vndam.
Spumosæ Dorides antra vitrea. Stat. 3. Syl. 2. 4.
Amara Doris. Virgil. Eclog. 10. 1.
Cærula Doris. Ouid. 13. Metam. 160.
Formosa Doris. Propert. lib. 1. eleg. 16. 5.
Glauca Doris. Stat. 4. Sylu. 2. 6.
¶ Doris Locrensis, vxor Dionysii Syracusani. Cic. 5. Tuscul. 85.
Dóricus, pen. cor. Adiectiuũ, (δωρικός,) vt Dorica castra. Virg. 2. Aeneid. 6.
Genus Doricum. Senec. Agamem. 6. 27.
DORISCVS, (Δορίσκος,) Thraciæ locus est, de quo sic Plinius lib. 4. cap. 11. 4. Doriscus (inquit) CXX millium hominum capax, ita Xerxes ibi dinumerauit exercitum. Fuit igitur tabulato cuipiam adsimilis, quo conferto quantum militum esset dignosci potuit. Alia enim ratio tantam multitudinem numerandi non suppetebat. Id quod pluribus libro 7. Herodotus prosequitur.
Dorius, (δώριος,) Fluuius Hispaniæ, qui Lusitaniam à Gallecia separat. Ptol. Hunc Plinius appellat Turium. Vide Turius.
Dorius, Adiectiuum, (δώριος,) Idem quod Doricus. vt Carmen dorium. Horat. Epod. 9. 2.
Dormio, dormis, dormiui, dormîtum, pen. prod. (ὑπνῶ, κοιμάομαι, καθεύδω, ὑπνόω,) dormire. Nocte significationis. Cic. 2. de Diuinat. 178. Contrahi autem animum Zeno & quasi labi putat, atque concidere, & ipsum esse dormire. Plaut. Trinum. 10. 98.
– egomet autem quum extemplo arcum
Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, casidem in caput dormibo
Placidè in tabernaculo. Hic est futurum antiquum, quod & apud Catonem legitur, cap. 5. 3. Et valebit rectius, & dormibit libentius.
Dormire sine omni cura. Plautus Trinum. 9. 19.
– nimium difficile est reperiri amicum ita vt nomen
Cluet, cui tuam quum rem credideris sine omni cura dormias.
Altum dormire. Iuuenalis Satyra 1. 2.
Ex lassitudine arctius dormire. Cic. 2. de Inuent. 131.
Dormire in dexteram aurem. fiducia alterius. Est securum & incurium esse. Plin. epist. 94. lib. 4. Nihil est quod in dexteram aurem fiducia mei dormiasmon impune cessatur.
Dormire in vtramuis aurem, Est animo otioso, securo, vacuóque esse. Terentius Heaut. 2. 3. 101.
– ademptum tibi iam faxo omnem metum,
In aurem vtramuis otiosè vt dormias.
Cubili vacuo dormire. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 4.
In medios dormire dies. Horat. 1. epist. 2. 6.
Dormire ad horam tertiam. Cic. Attico, lib. 10. 205. 2.
Ad lucem dormire, Vide AD præpositionem.
In lucem dormire. Horat. 1. epist. 19. 7.
Dormire totum mane, Vide MANE.
Tam multum dormiens. Cic. 2. de Diuinat. 109. Nec tam multum dormiens vllo somno fum admonitus tantis præsertim de rebus.
Noctes longas dormire. Horat. 2. Carm. Ode 25. 2.
Nox vna perpetua dormienda. Catull. ad Lesbiam, 5. 2.
In vtrumuis dormire oculum. Plaut. Pseud. De isthac re in oculum vtróuis conquieuerit. Sensum habet eundem cum eo, Dormire in vtramuis aurem.
Dormire alicui, dicitur is qui non inseruit ei, neque per omnia gerit morem. Cic. ad Fabium Gallum, lib. 7. 25. 2. Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: Sic ego, Non omnibus, mi Galle, seruio.
Dormit Sol quando non lucet. Plaut. Amph. 4. 128. Credo equidem dormire solem, atque appotum probe.
Proficisci ad dormiendum. Cic. 2. de Diuinat. 179.
Ire dormitum. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 24.
Dormiens, Participium. (ὕδων,) Qui dormit. Significat etiam cessantem siue cessatorem. Terent. Adelph. 4. 5. 59. Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?
Dormîto, dormitas, pen. prod. (ὑπνώττω,) dormitare, Frequentatiuum. Plaut. Amphit. 8. 173. – quid postquam consumus?
AL. Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.
Cic. 1. de Diuinat. 104. Ad lucem denique arctè & grauiter dormitare cepisse. Idem ad Atticum libro 2. 31. 1. Cœnato mihi & iam dormitanti pridie Cal. Maias epistola illa est reddita. Horat. in Arte Poet. 72.
– quandoque bonus dormitat Homerus. Hoc est negligenter scribit. Quandoque errat bonus poeta. Acron. Ouid. epist. 18. 39.
Nanque sub aurora iam dormitante lucerna, &c.
Dormitandum tibi non est: Hoc est, non cessandum, non negligenter curandum & agendum. Plaut. Epid. 3. 59. Non enim nunc tibi dormitandum, neque cunctandi copia est.
Oscitans & dormitans sapientia. Cic. 2. de Oratore, 79.

Dormiscere, (ὑπνώσκω,) Idem quod dormire, vel incipere dormire. Plaut. Curc. 7. 81. Caput deponit quum dormiscit, ei subduco annulum.
Dormitator Verbale, (ὑπνώδης,) Qui solet dormire, & omnia negligenter agere. Plaut. Trinummo, 13. 18. – mira sunt
Ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonatus.
Dormitorius, Adiectiuum, (κοιμητικός,) vt Dormitorium cubiculum, vbi dormitur. Plin. epist. 41. d, Adhæret dormitorium membrum transitu interiacente. Idem lib. 5. epist. 101. d, Est in hac diæta dormitorium cubiculum. quod diem, clamorem, somnum excludit.
Dormitorium, Substantiuum, (κοιμητήριον) Idem quod dormitorium cubiculum, Locus in quo dormimus. Plinius libro 30. cap. 6. 8. Post hæc iubent eum in pariete dormitorii eius tectóve includi. Idem ibidem, Cubiculum dormitorium dixit.
Doron, (δῶρον,) Palmum significat, & munus. Plin. lib. 35. cap. 14. 3. Græci antiqui doron palmum vocabant: & ideò dora manu atque quia manu darentur.
Dorsum, dorsi, n. ge. & dorsus, huius dorsus, Secundum Probum ris pars, quòd ea deuexa sit deorsum, vt inquit Festus. Plautus Milite, Timeo quid rerum gesserim, ita dorsus totus prurit.
Curuum dorsum. Seneca Oedipo, 5. 1. 3. de Delphinis.
Subire onus dorso. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 1. de armentis dicitur.
Educto surgit in aera dorso. Lucan. lib. 1. 86. de Apennino monte.
Pandum dorsum. Senec. Agamem. 6. 12. De delphinis.
Recurua dorsa campi. Claud. de Aponi balneis, 5. 11.
Crepido longi dorsi. Stat. 1. Achill. 90.
Prima rates Danaas Hecatcia congregat Aulis,
Rupibus expositis, longíque crepidine dorsi
Euboicum scandens Aulis mare.
Duplici dentalia dorso. Virg. 1. Georg. 45.
¶ Dorsum in mari. Virgil. 1. Aeneid. 23. Dorsum immane mari summo. Idem 10. Aenei. 61. Nanque inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo. Significat durierem arenam, vt ait Seruius, quæ remeantibus fluctibus & euntibus densatur, & in modum saxi indurescit: quod à nautis paluinus dicitur.
¶ Dorsum, Promontorium. Plin. epist. 184. Hæc lacu propius, illa latius vtitur. hæc vnum sinũ molli curuamine amplectitur: illa editissimo dorso duos diuimit. Dorso, id est promontorio in lacum prominente.
Dossum antiqui dicebant, quod nunc dorsum dicimus. Inde dossuaria iumenta à Varrone dicta, lib. 2. de Re rust. cap. 10. 4. quæ dosso vehunt. Ad quam rem (inquit) habent iumenta dossuaria domini, alii equas, alii pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit. Ibidem, cap. 6. 5.
Dorsum, dorsuosus, pe. pro. Adiectiuũ, Solin. cap. 40. Ita incertis motibus nunc in breuia relcinditur dorsuosa, nunc æstibus inundaț inquietis.
Dossuarius, Adiectiuum. (ταυροφόρος.) vt Dossuaria asilia. quæ dorso aliquid portãt. Varro 2. de Re rust. cap. 6. in fine, Greges fiũt fere mercatorum, vt eorum qui è Brundisino aut Apulia asellis dossuariis cõportant ad mare oleum, aut vinum, itémque frumentum, aut quid aliud.
DORTICVM Ptolemæo cap. 9. libri tertii, Mysiæ superioris ciuitas, iuxta Danubium amnem.
DORVS, Neptuni filius, qui regnauit in parte Græciæ, à quo Dori dicti, authore Seruio apud Virgilium Aeneid. 2. 6,
– iuuat ire, & Dorica castra,
Desertosque videre locos, littúsque relictum. Meminit & Dori eiusdam Diodorus lib. 6. à quo Dorienses dictos ait.
DORYCLVS, (Δορύκλος,) filius nothus Priami, quem Aiax in bello Troiano interfecit, vt scribit Homerus lib. 11. Iliados.
DORYLAS, pen. corr. (Δορύλας,) ponitur ab Ouidio lib. 5. Metamor. ditissimus agrestis opulentiæ.
DORYLAEVM, Ptolemæo cap. 2. lib. 5. magna Phrygiæ ciuitas. Plin. lib. 5. cap. 29. Dorylam vocat, iuxta quam oritur Hermus amnis.
¶ Dorylaus, rei militaris peritissimus, magna familiaritate Mithridati Euergetæ deuinctus, vt ait Strabo lib. 10.
DORYLVS, Vnus ex Centauris, Sipont.
Doryphorus, pen. corr. (Δορυφόρος,) Latinè spiculator vel sagittelles dicitur, portans lanceam. Plin. lib. 34. ca. 8. 26. Ctesilaus doryphoron & Amazonem vulneratam. De operibus ex ære loquitur. Cic. de Clar. Orat. 164. De horum laudibus tibi prorsus assentiori: sed tamen non isto modo, vt doly cleri doryphorum sibi Lysippus aiebat, sic tu suasionem legis Seruiliæ tibi magistram fuisse.
Dos, dotis, f. ge. (δῶς, προῖξ, φέρνη, ἐπίδοσις,) Ea dicitur quæ marito ab vxore datur. Plaut. Amphi. 8. 108.
Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur,
Sed pudicitiam, &c. Idem Asin. 3. 75. Argentum accepi dote, imperiũ vendidi. Terent. And. 5. 4. 48. – dos est Pamphile,
Decem talenta. p. accipio. Idem Adelph. 3. 2. 47.
Primùm indotata est, tum præterea quæ secunda ei dos erat,
Periit, pro virgine dari nuptum non potest. Idem Adelph. 4. 7. 41.
Vxor sine dote veniet: intus psaltria est.

Filia diues dote. Ouid. epist. 11. 20.
Opes doris. Ouid. epist. 12. 11.
Formæ dos. Ouid. 9. Metam. 144.
Oris dos. Ouid. 5. Metam. 113. Intelligit donum eloquentiæ.
¶ Dotes dapsiles, Vide DAPS.
Grandis dos. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 10.
Magna dos. Horat. 3. Carm. Ode 24. 5.
Dos, dotes naturæ & fortunæ. Plinius epist. 3. lib. 3. ad Hispullam. Adest enim adolescenti nostro cum cæteris naturæ fortunæque dotibus eximia corporis pulchritudo.
Dos profectitia inquit Vlpianus, quæ à patre vel parente proficiscitur.
Dotem profectitiã intelligunt Iurisconsulti, quæ à patre vel parẽte profecta est de bonis eius. Aduentitiam esse dotem Iulianus ait, siquis certam quantitatem patri donauerit vt hanc pro filia daret.
Dos summa. Terent. And. 1. 1. 74. Vnicam gnatam suam cum dote summa filio vxorem vt daret.
Vxoria dos. Ouid. 2. de Arte, 31.
¶ In malis ciuilibus dotem accipere. Cic. 11. Philipp. 298. His quasi præter dotem quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius.
Populos in dotem accipere. Ouid. epist. 7. 30.
Conficere dotem filiæ nubili, Vide CONFICIO.
Deferre dotem viro, Vide DEFERO.
Despondere dotem alicui. Propert. libro 3. eleg. 19. 5. Hanc igitur dotem virgo desponderat hosti.
Doti dicere. Cice. pro Flacco, 67. Doti inquit Valeria pecuniam omnem suam dixerat.
Dicta dos. Cicero pro Flacco, 67. Quæcunque fine hoc authore est dicta dos, nulla est.
Meruit dote virum, Vide MEREO.
Promittere dori, & Doti dicere, idem est. Venuleius in L. Si rem aliquã ff. Vltimo. ff. de Nouationibus, Alioquin quid dicemus si vnus delegauerit creditori cõmunem debitorem, isque ab eo stipulatus fuerit: aut mulier fundum iusserit dori promittere viro, vel nuptura ipsi dori cum promisit? nam debitor ab vtroque liberabitur. Vide DICO.
¶ Dos significat etiam quicquid alicui datum est vel à natura, vel ab hominib⁹. Martial. lib. 13. 10. Nec poteris similæ dotes nũerare, nec vius.
Ingenii dotes. Ouid. 1. de Arte, 13.
Dote verborum locupletari artem aliquam. Cic. 1. de Orat. 120. Cuius artem quum indotatam esse atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti.
Raræ dotes. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 3.
Nam tibi cum fatis mores natura pudicos,
Et raras dotes, ingeniúmque dedit.
Dotãlis, & hoc dotãle: pen. prod. (προικῶος,) vt Dotalia bona, & Dotales fundi, hoc est ad dotem spectantes, & in quibus dos mulieris collocatur. vel quas vir accepit pro dote mulieris. Plaut. Milit. 18. 63.
Quin tua causa exegit virum à se. P Y. quî id facere potuit?
M. Quia ædes dotales huius sunt. Ibidem, 16. 29.
Nisi modò vnum hoc, hasce ædes dicas dotales tuas. Idem Asin. 3. 73.
Dotalem seruum Sauriam vxor tua.
Adduxit, cui plus in manu sit quàm tibi. Liu. 6. bel. Pun. 259. Superdotem quàm accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedẽt.
Agri dotales. Ouid. 5. Fast. 42.
Dotalia prædia. Cic. ad Atticum, lib. 15. 329. 14.
Regnum dotale. Ouid. 6. Fast. 119. Et epist. 12. 11.
Tellus dotalis. Ouid. epist. 4. 32.
Doto, dotas, dotare, (ἐπιδίδωμι προῖκα,) Vnde passiuum Dotor, à quo Participium dotatus. Plaut. Asin. Dotatæ mactant & damno & malo viros. Manilius libro vlt. Tertia Pleiades dotabit forma sorores.
Suet. in Vesp. cap. 14. Vitellii hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauitque etiam & instruxit.
Olea dotatur lachryma. Plinius lib. 12. cap. 17. 6. Sic dotata vite vlmus, Idem libro 15. cap. 28. 8.
Dotanda toro mari. Claud. 7. Paneg. 129.
Quænam tot diuis veniet nurus, omnibus aruis,
Et toto dotanda mari?
Dotatus, Adiectiuum. (μετὰ προικός,) Cic. Attico, libro 14. 309. 2. Scribis enim esse rumores me ad lacum quod habeo venditurum, minusculam verò villam vtique Quinto traditurum, vel impensò pretio, quo introducatur. vt tibi Q. F. dixerit, dotata Aquilia.
Dotata coniux. Horat. 3. Carm. Ode 24. 4.
Crimine dotata. Ouid. epist. 6. 28.
Triumphis dotata mulier. Claud. de laude Serenæ, 22. 9.
Dotatissima. Ouid. 11. Metam. 61. de filia Dædalionis,
Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.
Dossuarius, Adiectiuum, Vide DORSVM.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dracaena, (δρακαινα,) Draconis fœmina dicitur.

DRACCVS, Acheorũ dux, L. Mumio Romanorum duce victus, de quo Liuius sic scribit lib. 52. Cum Achæis (inquit) qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Qu. Cæc. Metellus ad Thermopylas bello conflixit, quibus victis, dux eorum Critolaus, veneno sibi mortem conscíuit. In cuius locum Draccus dux creatus, apud Isthmon à L. Mumio victus est, &c.

Drachma, huius drachmæ, (δραχμὴ,) Octaua pars unciæ: quæ sex obolos pendebat. Tres solidos nostros turonicos & dimidium valebat. Cic. 1. de Diuinat. 216. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. Idem Catinio, lib. 2. 16. 7.

Binæ drachmæ ponderis. Plin. lib. 11. cap. 37. 54.

Drachma, non modò pondus denarii Romani, sed etiam nummum significat, eodem pondere percussum ab Athenienſibus. Plautus Mercatore, 16. 37. Abibitur, drachmam dato. L. dabitur. Idem Trinummo, 8. 18. Trapezitæ mille drachmarum Olympicûm, quas de ratione debuisti, redditæ. Ex Budæo. Terent. And. 2. 6. 20. Vix inquit drachmis obsonatus est decem.

DRACO, (δράκων,) antiquissimus Athenienſium legislator ante Solonem, cuius leges Solon ipse, præter quàm quæ de cæde erant constitutæ, abrogandas curauit, propter seueritatem. Nam vna omnibus pœna constituta erat, vt etiam qui desidiæ damnati essent, aut qui olera furripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. Vide Gellium libro 11. cap. 18.

Draco, huius draconis, m. g. (δράκων,) Genus animalis venenosi. Solinus cap. 43. scribit veris draconibus ora parua esse, & ad morsus non dehiscentia, sed arctas fistulas, per quas trahunt spiritus, & ingeas exerunt. Apud Indos & Aethiopes & dracones sunt viginti cubitorum. Vide Plin. libro 8. cap. 11. 12. et 13. Cic. 13. Philipp. 351. Anis non reddet qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco? &c.

Aligeri dracones. Valer. 7. Argon. 24.

Iubatus draco. Author ad Herenn. libro 4. 229. Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco serpit, &c.

Insomnis draco. Ouid. 9. Metam. 38.

Insopitus draco. Ouid. 7. Metam. 7.

Sæui dracones. Valer. 1. Argon. 14.

Squamosus draco. Virg. 4. Georg. 82.

Terribilis specie tortúque draco. Cic. 2. de Diuinat. 95. Vidimus immani specie tortúque draconem Terribilem. Ex poeta.

Vastus draco. Ouid. 4. Metam. 130.

Vigil draco. Valer. 2. Argon. 77. Intelligit Colchicum illum.

Connolui in semet dracones, Vide CONVOLVO.

Dracones à Plinio lib. 17. cap. 23. dicuntur ex torrositatum similitudine palmites emeriti, pluribusque annis indurati. Nuper (inquit) repertum, draconem serere inxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis.

DRACONIGENA, penult. corr. (δρακοντογενὴς,) à poetis dicebatur vrbs Bœotiæ quia à Cadmo cum quinque viris, ex draconis ipso interfecto natis constructa fuit. Dicitur & Thebæ. Ouid. 3. Fast. 173.

Inque draconigenam nymphis comitantibus vrbem
Desilit, & natos eripit inde suos.

Dracontium, (δρακόντιον,) Herba hortensis. Plinius libro 24. cap. 16. 1.

Dracúnculus, pen. corr. (δρακοντίδιον,) Herbæ genus. Plinius libro 24. cap. 16. 1.

Drama, huius dramatis, pen. corr. n. g. (δρᾶμα,) rei repræsentatio, actus Comœdiarum vel Tragœdiarum, fabula. Vnde dramaticum opus vel poema in quo solæ personæ agunt, absque poetæ interlocutione.

DRANGIANA, Prouincia in Asia maiori: de qua Vide Ptolemæum libro 6. cap. 19.

DRAVSI, Thraciæ sunt populi, qui, vt scribit Herodotus libro 5. ad editum puerorum sedentes plorant, & quascunque necesse sit illi qui vitam ingressus est, perpeti humanas calamitates recensent. Fato functos magna lætitia sepeliunt. Vide Herodotum.

DREPANVM, penult. corr. (δρέπανον,) Ciuitas Siciliæ est non longè à monte Eryce trans Lilybæum. Virg. 3. Aenei. 141.

DRILON, (δρείλων,) Ptolæmeo, cap. 17. libro 2. Dalmatiæ fluuius, qui à Scardo monte profluit, inxta medium superioris Mysiæ. vulgò Drino.

Dromas, dromadis, pen. corr. (δρομὰς,) Id est camelus. Liu. 7. bel. Maced. 165. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant dromadas.

Dromades cameli inter dona erant, velocitatis eximiæ.

Dromas nomen canis, apud Ouidium 3. Metam. 44.

Dromos, (δρόμος,) Latinè cursus dicitur: vnde Catadromus, vt de suo loco.

Dropax, huius drópacis pen. cor. m. g. (δρόπαξ,) vnguenti genus. Mart. lib. 3. 32. Philothro faciémque lauas & dropace caluam. Idem libro 10. 65.

DRVENTIA, fluuius, cuius præter alios scriptores meminit Plinius lib. 3. cap. 4. Vnde dictum multo Galliarum fertilissimus Rhodanus fluuius, ex Alpibus se rapiens per Lemanum lacum, segnemque deferens Ararim, nec minus seipso torrentem Isaram, & Druentiam.

DRVIDAE, siue Dryidæ, pen. corr. horum Druidarum, (δρυΐδαι,) Gallorum magi, de quibus sic Cæsar lib. 6. bel. Gal. Druidæ (inquit) rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit, magnóque sunt in honore. Nam ferè de omnibus controuersiis, publicis priuatisque constituunt. Et siquod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controuersia est: iidem discernunt, præmia, pœnásque constituunt. Si quis aut priuatus, aut populus, eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicit. Hæc pœna apud eos est grauissima. Vide ibidem multo plura. Lucan. libro 1. 90.

Et vos barbaricos ritus, moremque sinistrum
Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis.

De his etiam Cicero libro primo, de Diuinat. 149. Siquidem (inquit) & in Gallia Druidæ sunt, & quibus ipse Diuitiacum Hedum cognoui, qui & naturæ rationem, quam Physiologiam Græci appellant, notam esse sibi profitebatur: & partim auguriis, partim coniectura, quæ essent futura, dicebat. Hactenus Cicero. Plin. lib. 30. cap. 1. 13. Nam Tiberii principatus Druidas Gallorum sustulit.

Druides, horum Druidum, his Druidibus, (δρυΐδης,) Idem qui & Druidæ. Cæsar bell. Gall. libro 6. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Paulo pòst, His autem omnibus Druidibus præest vnus, qui summam inter eos habet authoritatem. Ibidem, Druides à bello abesse consueuerunt. Nomen habere putantur à græca dictione δρῦς quæ quercum significat, sed & omne genus arborum. Plinius libro 16. cap. vltimo ad finem, Non est omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druidæ (ita suos appellant magos) viſco & arbore in qua gignatur (si modò sit robur) sacratius. Iam per se roborum eligunt lucos, nec vlla sacra sine ea fronde conficiunt: vt inde appellari quoque interpretatione græca possint Druidæ. Vide ibidem plura.

Drupae, Oleæ sunt nondum edules & teneræ, neque olearum modò, sed aliarum quoque baccas ita vocamus. Hermolaus in Castig. Plin. lib. 15. cap. 1. 5. & cap. 7. 2. Item lib. 12. cap. 17. 1.

DRVSOMAGVS, (δρυσόμαγος,) Ptolemæo vrbs Rhetiæ, hodie Capidona, vulgò Rempten.

DRVSVS, (δροῦσος,) Romanus genere, & eloquentia clarus, Catonis auunculo quo sic Cicero libro 4. de Finib. bonorum & malorum, Conferam autem (inquit) auum tuũ Drusum cum C. Graccho eius ferè æquali. Fuit & Drusus, Ciceronis sodalis. Cur sodalis meus (inquit de Natura Deorum libro 3.) interfectus domi suæ Drusus? &c. Seruius, Drusi duo fuerunt: prior vicit Hasdrubalem: alter est filius Iuliæ sororis Augusti. Virg. 6. Georg. 165.

Quin Decios, Drusosque procul, fœmíneque fecuri
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.

DRYADES, pen. corr. (δρυάδες,) nymphæ sunt (inquit Seruius) quæ inter arbores habitant. Hamadryades autem, nymphæ sunt quæ cum arboribus nascuntur, & pereunt.

Dryades puellæ. Virg. 1. Georg. 3.

Procaces Dryades. Claud. in Epithal. Palladii, 46. 4.

Semideæ Dryades. Ouid. epist. 4. 10.

DRYMODES, pen. prod. (δρυμώδης,) prius dicebatur, quæ nunc Arcadia, deinde Pelasgis appellata est. Plin. lib. 4. cap. 6. 1.

DRYOPES, penult. correp. (δρύοπες,) Populi sunt Epirotici, de quibus Plinius scribit in Præfatione libro 4. Sunt & Dryopes, authore Seruio, populi iuxta Parnassum. Virgilius 4. Aeneidos:

Cretésque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi.

Dryophytes, Genus ranarum apud Plinium libro 32. capite 7. 4. Et capite 10. Iecur ranæ dryophytis vel calamitæ in pellicula gruis alligatum. Incorruptiores codices legunt, Iecur ranæ diopetis. Certè videtur certis locis tantus ranunculorum numerus, vt cum imbre delapsi, vel certè eximbre prouenisse videri possint. Hos opinor hic diopetes vocari, quod Græci διοπετὲς nominent, quicquid est ex aere delapsum, quasi à Ioue demissum.

Dryophonon, penult. correp. herba Plinio libro 27. cap. 9. 3. Vide Ruellium lib. 2. cap. 135.

Dryopteris, penul. correp. filici similis, in arboribus nascitur rectorum foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Plin. libro 27. cap. 9. 2. Vide Ruellium libro 3. cap. 155. Nonnulli eam esse putant quæ vulgò osmonda regalis vocatur.

DRYSVS, vir Troianus apud Homerum in Iliade.

Dua, (δύο,) pro Duo apud Veteres. Cic. in Oratore, 88. Video sepulchra dua duorum corporum. Ex Accio. Quintil. lib. 1. cap. 10. Dua pondo & trepondo vsque ad nostram ætatem ab omnibus dictũ est, & rectè dici Messala confirmat.

Duális, & hoc duále pe prod. (δυικὸς,) Seruius in illud 2. Aeneï. 1. Conticuere omnes. Conticuere (inquit) pro conticuerunt. Nec est vt quidam dicunt, dualis numerus: qui apud Latinos nusquam penitus inuenitur. Vide Quintilianũ lib. 1. cap. de Solœcismo.

Dubenus, dubeni, m. g. (δίκαιος τις,) Dominus antiquis dicebatur. Pacuuius, Tum dubenus seruos legatos pestimè verberat. Ex Festo.

DVBIS, (δοῦβις,) Ptolemæo, Galliæ fluuius. Vulgò Le doux. Aliis dictus Alduasdusius, aliis Alduabis, aliis Alduasdalis. Hic Vesontionem Sequanorũ oppidum penè totum cingit. Vide Cæsarem bell. Gall. lib. 1.

Dubius, Adiectiuum, (ἄποος, ἀπορητικὸς, ἀμφισβητούμενος, ἀμφίβολος,) Qui quum duas vias habeat, vtram eligat nescit: vt ait Sipontinus. Liu. 4. ab Vrbe, 169. Quum equites procul visi non sine terrore ab dubiis quinam essent, mox cogniti, &c. Virgilius: Nec dubiis ea signa dedit, &c.

Dubium & controuersum. Cic. 2. de Diuin. 156. Tantum sat est intelligi id sumere ipsos pro certo, quod dubium controuersúmque sit.

Dubium & incertum. Cic. 1. de Orat. 45. Hæc autem omnia quæ tractentur ab Oratoribus, dubia esse & incerta.

Dubia opponuntur Certa & concessa. Cic. 2. de Diuin. 157. Videsne igitur quæ dubia sint, ea summi pro certis atque concessis? Lucret. lib. 4. 97. Et dubium certeque res differre probarit.

Perspicuum & Dubium, contraria. Cic. 4. de Finib. 110. Vtrum igitur tandem perspicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tollumtur? Et statim, Vos autem quum perspicuis dubia debeatis illustrare, dubiis perspicua conamini tollere.

Facere aliquid dubium. Quintil. lib. 1. cap. 10. 23.

Dubio procul. Lucret. lib. 1. 43.

In dubio ponere. Vide IN.

Num dubium est quin si in re ipsa nihil, &c. Cic. 4. de Finib. 93.

Dubiúmne id est? Terent. Eunuch. 1. 2. 49. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiámne id est?

Haud, vel non dubium est quin. Terent. And. 3. 2. 40.

Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubium est mihi id
Si nolit, quin cum meritò possim cogere. Idem Eunuch. 5. 6. 17.

Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malũ. Et And. 1. 2. 1. Cic. 4. Verr. 19. Dubium nemini est quin, &c. Idem Attico lib. 7. 139. 3. Et nunc credo esse dubium quin tu id commissurus non fueris, &c. Cicero 7. Verr. 62.

Sine dubio. Terent. Eunuch. 5. 9. 14.

Nunquid gnato dubitas quin ego perpetuò perierim? G. sine
Dubio opinor. Cicero ad Quintrarem, lib. 2. epist. 2. Sine dubio res à Lentulo remota videtur esse.

De hac re mihi dubium non est. Cic. Attico, lib. 11. 214. 6. De Pompeii exitu mihi dubium nunquam fuit.

Dubium est vt. Plin. in Paneg. 16. An dubium est vt dare non posset imperator, qui seuerentiam amiserat?

In dubio esse. Terentius. And. 1. 5. 31. Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.

Dum in dubio est animus, paulo momento huc, illuc impellitur.

Nominis in dubio causa est, capitale vocamus
Ingenium solers, ingeniosa dea est. Ouid. 3. Fast. 168.

Venire in dubium, quod & Venire in discrimen dicit Cicero. Terentius Adelph. 3. 5. 42.

Nunc si hoc palim proferemus, ille inficias ibit, sat scio
Tua fama & gnaræ vita in dubium veniet. Vide VERNIO. Cicero Capitoni, in Epist. ad Atticum, libro 16. 143. 5.

In dubium venire de. Terentius Adelph. 2. 2. 35. Hei mihi, etiam de sorte nunc venio in dubium miser. Cic. Attico, lib. 11. 223. 3.

Res vocatur in dubium. Cic. 2. de Orat. 79. In genere causis atque naturis omnia sita esse, quæ in dubium vocarentur.

Non est in dubio. Plin. libro 35. cap. 5. 20. Nam æstate potius quàm hyeme dandum, non est in dubio.

Quæ constant, & Quæ dubia sunt, cõtraria. Cic. 1. de Inuen. 82. Eorũ igit quæ cõstãt, exẽpla ponemus: horũ quæ dubia sunt, rationes afferemus.

Facere dubium aliqua re animum alicuius. Cic. pro Lege Manil. 18. Quæres est quæ cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit?

Fortuna dubia. Terent. in Prologo Hecyræ, 16.

Ferot dubiis. Ouid. ad Pisonem, 1.

Affectus dubii. Ouid. 8. Metam. 95.

Dubium argentum: Hoc est pecunia de cuius pondere vel bonitate dubitari potest. Plaut. Epid. 13. 40.

Accipe argentum hoc Danista, hùc sunt quadraginta minæ
Siquid erit dubium, immurabo.

Dubii variíque casus. Cic. pro Cluent. 45. Respicite Iudices hominum fortunas, respicite dubios variósque casus.

Dubium cælum. Virg. 1. Georg. 51.

Cœna dubia. Terent. Phorm. 2. 1. 28. – ille ringitur, tu rideas:
Prior bibas, prior decumbas, cœna dubia apponitur.

6. Quid isthuc verbi est? vbi tu dubites quid sumas potissimum.
Hora. 2. Ser. Sat. 2. 16. Surgere de cœna dubia. Id est lauta, vt ait Acrõ.

Dubia fama. Ouid. 3. de Arte, 90.

Dubia fortuna. Cic. 3. Verr. 16. Terent. in Prologo Hecyræ, 16.
Partim sum earum exactus, partim vix steti:
Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam.

Languo dubia. Martial. lib. 2. 60. Quum tibi vernarent dubia languine malæ. Sic libro 10. 42.

Lux dubia, Id est crepusculum. Senec. Hippol. 1. 8.

Dubius Mars. Virg. 2. Georg. 57.

Mens dubia. Virgil. 4. Aeneid. 11.
Spémque dedit dubiæ menti, solitúque pudorem.

Mons dubius ascensu. Propert. lib. 4. eleg. 4. 17.
Mons erat ascensu dubius, festóque remissus:

Nec mora vocales occupat ense canes.

Opinio dubia. Cic. pro Domo sua, 9. Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia, atque ante oculos, proposito periculo.

Pauor dubius. Claud. Paneg. 5. 3.

Dubia pericula. Lucret. lib. 4. 219.

Dubius pes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 7.

Prælium dubium. Liu. lib. 5. Decad. 4. Aliquandiu dubium prælium fuit.

Rates dubiæ. Oui. 2. de Arte, 103. Nec semper dubias aduiuat aura rates.

Res dubia. Plaut. Pœnul. 3. 2.
Sæpe ego res tibi mandaui Milphio,
Dubias, egenas, inopiosas consili,
Quas tu sapienter, docte, & cordate, & cate,
Mihi reddidisti certas. Idem Epid. 3. 10. Is amicus est qui in re dubia, re iuuat, vbi re est opus. Idem Capt. 7. 47. Cicero ad Atticum, libro 10. 201. 3. Quem dubiis rebus lædere noluisti.

Res minimè dubia. Cic. pro Flacco, 39.

Res apertas à dubiis secernere. Lucret. lib. 4. 95.

Res dubiæ. Virg. 6. Aeneid. 39. – tuque ô dubiis ne desice rebus.

Rumores dubii. Plin. epist. 190. d. Nominat quendam, qui tunc ad orientem amplissimum & famosissimum exercitum non sine magnis dubisque rumoribus obtinebat.

Salus dubia. Cic. ad Ligarium, lib. 6. 14. 6. Hanc in opinionem discessi, vt mihi tua salus dubia non esset.

Sententia dubia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 18.

Non dubia spes. Vide NON.

Tempora dubia, & secunda. Horat. 4. Carm. Ode 9. 8.

Tempora Reip. dubia. Cic. pro Fonteio, 17.

Timores dubii. Stat. 5. Thebaid. 64.

Via dubia. Ouid. epist. 17. 31.

Vires dubiæ. Ouid. 7. Metam. 103.

Voluntas dubia. Tacit. lib. 20.

Vrbes dubiæ. Lucan. lib. 2. 90.

Dubium nisui. Sallust. in Iugur. Deinde ipse, cum illorum armis sequi, quæ dubia nisui videbantur, potissimum tentare.

Nec sum animi dubius. Virg. 3. Georg. 57.

Dubius præsidii. Senec. de Benef. 6. Me tempestas occupauit, portus ac præsidii dubium.

Vitæ dubius. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 5.

Dubiè, Aduerbium. (ἀμφιβόλως.) Cic. 1. de Diuinat. 102. Potest accidere vt aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptum.

Nec dubiè. Liu. 2. ab Vrbe, 100. Nec dubiè ludibrio esse miserias suas.

Gaudere dubiè. Ouid. 10. Metam. 58.

Non dubiè, Vide NON.

Dubiósus, pen. prod. Adiectiuũ. (ἀμφισβητήσιμος,) Gellius lib. 3. cap. 5. Quas à cæteris segregauit, quoniam dubiosæ non erant. Idem lib. 5. cap. 10. Dubiosum hoc inexplicabileque.

Dúbito, dúbitas, pen. corr. (ἀπορέω, διστορέω, ἀμφιβάλλω, ἀμφιβάλλομαι, ἀμφιβάλλω, ἀμφιβάλλομαι, ἀμφιβάλλω, ἀμφιβάλλομαι,) dubitare: Frequentatiuum à nomine dubius. Iuuenalis Satyra 8. – quis tam
Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni?

Dubitare & hæsitare. Cicero 4. Acad. 96. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii dubitant, hæsitant, revocant se interdum, &c.

Dubitat dicere. Plaut. Epid. 5. 76. Quid isthuc dubitas dicere? Id est quid times? Cic. de Amici. 1. Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Idem de Senect. 15. Non dubitauit dicere illa quæ versibus persequutus est Ennius, Quo vobis mentes, &c. Plaut. Pseu. 9. 32. Quid dubitas dare: Cic. 4. Acad. 111. Te hoiem amicissimũ, & aliquot annis minorẽ natu nõ dubito monere. Ibidẽ, 91. Quid dubitamus igit affirmare, &c. Et 6. Verr. 36. Iste non dubitat iubere nomẽ deferri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dubitare de fide alicuius, Id est eius fidem suspectam habere. Cicero, Tamen vsque eo timui, nequis de mea fide atque integritate dubitaret, donec ad reiiciendos iudices venimus.

Dubitat de, vel quid. Cicero 7. Verr. 60. Potes de damnatione dubitare? Plinius libro 4. cap. 12. 48. Et Cicero Appuleio, libro 13. 46. 3. Nam de tua erga me voluntate non dubitant. Idem 4. Acad. 49. Tum verò dubitabit quid sit extremum.

De authore dubitari non potest. Quintil. lib. 7. cap. 3. 7.

De indicando dubitare. Cicero pro Sylla, 39. Sed quoniam Cornelius ipse tantum nunc de indicando dubitat, vt dicitis, informat ad hoc adumbratum iudicium, filium.

Ne dubita. Virg. 3. Aeneid. 63. Ne dubita, nam vera vides.

Non dubito quin. Terent. And. 2. 4. 2. Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neget. Idem Eun. 5. 9. 13. Nunquid Gnato dubitas quin ego perpetuò perierim? Cic. de Senec. 28. Quod si acciderit, non dubitat quin breui Troia sit petitura. Idem 5. Verr. 22. Non dubito quin vobis satisfecerim Iudices. Et 4. Verr. 108. Item 3. Verr. 32.

Hæc dum dubitat, menses abierunt decem. Terent. Adel. 4. 5. 57.

Dubitare an & vtrum. Plaut. Capt. 7. 96. An etiam dubitaui hos homines emerem, an non emerem, diu. Cicc. 5. Verr. 179. Infinite dubitare vtrũ sit vtilius, propter multos improbos vni parcere, an, &c.

Aliquid dubitare. Cicero 3. Offic. 102. Hoc non turpe est dubitare Philosophos, quod ne rustici quidem dubitent? Plinius epist. 18. Aut si tutius puras, illud cautissimi cuiusque præceptum, quod dubitas ne feceris, idipsum rescribe.

¶ Dubitare, pro Cogitare. Virg. 9. Aeneid. 39. – percipe porrò
Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat. Id est cogitem. Omnis enim cogitatio in dubitatione est ante sententiam. Seruius.

Dubitatur. pen. prod. Impersonale. (ἀνεπιδιάστατον.) Plin. lib. 11. cap. 17. 5. De his video dubitari. Cic. 4. Verr. 76. Præsertim aliorum authoritate confirmatum dubitabitur? Idem ad Atticum, libro 4. 84. 7. Sed vtrum fronte an mente, dubitatur.

Dubitans, pen. corr. (Participium. ἀμφιβολῶν.) Cic. pro Domo sua, 108. Identidem se ipse reuocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronuntiarit & fecerit.

Dubitans, pen. prod. Participium. (ἀπορηθείς.) Ouid. 2. Metamorph. Venit, & intratit dubitati recta parentis.
Idem ad Liuiam, 17. Dubitatus amor.

Dubitatio, Verbale (ἀπορία, ἀνάπαυμα, ἀπράγμων.) vt Dubitatio de re aliqua. Cicero 1. Acad. 26.

Dubitatio & hæsitatio. Cic. 2. de Orat. 111. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio? tractúsque verborum?

Obscuritas atque dubitatio. Cic. pro Cluent. 58. In ea obscuritate ac dubitatione omnium &c. placuit repente Iudices pronuntiare.

Scrupulus & dubitatio. Cic pro Cluent. 60. Hîc tum iniectus est hominibus scrupulus & quædam dubitatio, quidnam esset actum.

Sine dubitatione, lactucæ foliis similis. Plin. lib. 27. cap. 8. 2.

Indigna homine dubitatio, Vide INDIGNVS.

¶ Accidit dubitatio, Vide ACCIDO.

Addere dubitationem, Vide ADDO.

Adducere in dubitationem. Cic. Appio, lib. 3. 5. 7. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere visurúsne me sis in prouincia: ea res sic habet.

Afferre dubitationem. Cic. Marcello, libro 4. 7. 9. Sic enim intellexi nihil aliud esse quod dubitationem afferet ei. penes quem est potestas, nisi quòd vereretur ne, &c.

Dubitationem afferre quin. Cic. 2. de Nat. deor. 235. Ni fortè tanta vbertas & varietas pomorum, eorúmque iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam & aspectus dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donauerit.

Dare dubitationem. Cæsar bell. Gall. lib. 1. His Cæsar ita respondit, eò sibi minus dubitationis dari: quòd eas res quas legati Heluetii commemorassent, memoria teneret. Vide DO.

Eximere dubitationem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 22. Libet propter quosdã imperitiores, dubitationem huius vtilitatis eximere.

Dubitationem habere. Cic. 5. de Finib. 47. Quod quanquã dubitationem non habet (est enim infixum in ipsã natura, cõprehẽditor suis cuiusque sensibus, sic vt contrà si quis dicere velit, non audiatur) tamen, &c.

Hic locus nihil habet dubitationis quin, &c. Cic. 2. Offic. 23.

Dubitationem relinquere. Cic. ad Trebonium, lib. 15. epist. 11. 3. Nullam enim dubitationem apud me reliquisti quantum me amares.

Dubitatio nulla in re erat. Cic. 5. de Finib. 115.

Sine dubitatione accipere excusationẽ. Cic. filius ad Tironẽ, lib. 16. 21. 3.

Tollere dubitationem. Quintil. lib. 5. cap. 9. 5. Vide TOLLO.

Dubitationem omnem alicui tollere. Cic. Attico, lib. 12. 36. 4.

* Dubitatio, color quidam Rhetoricus, Græce διαπόρησις.

Dubitanter, Aduerbiũ. (ἀνεπιδιάστατα.) Cic. 2. de Inuen. 125. Simul quærẽtes dubitanter vnumquodque dicemus. Et de Claris Orat. 43. Item ad Augustum, 3. Colum. lib. 2. cap. 15. 6. Asinius ad Ciceronem, lib. 10.

31. 6. Plane pericula non dubitanter adii.

Dubitabilis, & dubitabile, pen. corr. (ἀνεπιδιάστατος.) Ouid. 13. Metam. 5.
Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens esse. Idem lib. 1. 45. – nec erit dubitabile verũ.

Ducatus, Vide DVCO.

Ducenti, 14. cap. 4. 10. Durántque adhuc vina ducẽtis ferè annos. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 2. 5. 2. Sanè frequentes fuimus omnino ad ducentos. Plinius lib. 16. cap. 40. 14. Anni ducenti ante excidium Troiæ. Colum. lib. 5. cap. 1. 9. Cic. 2. de Legib. 43.

Ducenties, Aduerbiũ. (διακοσιάκις.) Liu. 8. bel. Maced. 144. Potius quadragies ẽ ducenties quadragies litem æstimatam. Cic. 2. Philip. 58. Ego enim amplius ducenties acceptũ hæreditatibus retuli. Martia. lib. 5. 38.

Ducenus, pen. pro. Adiectiuũ, (διακόσιος,) id est bis centũ vt Dutũ in Pseud. Colum. lib. 5. cap. 2. 4. Sic multiplicabis, centies vites ducẽ ni quadrageni fiunt viginti octo millia. Sic Duceni armati, Liu. 2. bel. Pun. 134. Et ducena quinquagena millia capitum, 9. ab Vrbe, 100.

Ducenarius, A diectiuũ: (διακοσιοστός,) vt Ducenaria pondera. Pli. lib. 7. cap. 20. 3. Hoc est ducentarum librarum.

Ducenarius, dicebatur etiã qui duas centurias, id est ducentos milites ducebat in acie secũda, qui & primus hastat' appellabat. Veget. lib. 2. ca. 8.

Ducenariorum iudicum decuria. Suet. in August. Cæsar cap. 32. Ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quæ ducenariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus summis. Quam appellationem non à causarum æstimatione, sed à censu potius ortam esse, opinantur nonnulli: vt fuerint ducenarii iudices, qui dimidium centies sestertii possidebant. Budæus.

Duco, ducis, duxi, ductum, (ἄγω, προάγω, ἡγέομαι, ἡγεμονεύω, πρεύω,) ducere, Manifestę significationis. Differt à trahoquòd ducimus eum qui sponte sequitur: Trahimus autem nolentem. Terẽt. And. 4. 6. 22. Duc me ad eam, quando huc veni vt videam. Idẽ Adel. 3. 4. 61. Duc me intrò ad Softratam. Cice. 1. Tusc. 157. Qui maximas copias duxit ad Troiã. Virg. 1. Eclo. 3. – hanc etiã vix Tityre duces.

Ducuntur omnia dei nutu. Id est reguntur. Plaut. Merc. 183.
Eius ducuntur nutu, illi obtemperant, eum spectant.

Decere se ad aliquam: pro Ire & proficisci. Plaut. Amph. 16. 73.
Nam iam ad regem recta me ducam, remque vt facta est, eloquar.

Ducere se ab ædibus: Exire domum, vel egredi. Plaut Bacch. 13. 11.
Alium illa amat, non illum: duc te ab ædibus.

Ducere se deorsum de arbore, Descendere de arbore. Plaut. Aulul. 24. 8.
– me collocaui in arborem:
Indèque exspectabam, aurum vbi abstrudebat senex:
Vbi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore.

¶ Ducere ad credendum. Cicero 2. Tuscul. 73. Ita me ad credendum ea ducit oratio.

Duci ad cognitionis cupiditatem. Cic. 1. Offic. 28. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem.

Facilimè ad consentiendum homines ducuntur experimentis. Quintil. libro 3. cap. 8. 25.

Ad id responsum, quod eliciendum erit, per gradus ducet. Quintilianus libro 5. cap. 7. 14.

Ad peiora iuuenes laude ducuntur. Quintil. lib. 5. cap. 12. 17.

Per parua aliquem ducere. Quintil. lib. 1. cap. 10. 4.

Per omnia aliquem ducere. Virgil. 6. Aeneid. 113.
Sed me, quum lucis Hecate præfecit Auernis,
Ipsa deum pœnas docuit, perque omnia duxit.

Per singula duci Stat. 2. Syl. eleg. 2. 9. – vix, dum per singula ducor,
Sustrecere gradus.

¶ Ætatem ducere. Horat. 1. epist. 1. 41.
Non agimur tumidis velis Aquilone secundo,
Non tamen aduersis ætatem ducimus Austris.

Aetas sepeima ducitur. Virg. 4. Georg. 42.

Aetatem in literis. Cice. 5. de Finib. 92. Quo studio Aristophanem patremus ætatem in literis duxisse?

Deus duxit æquin per suos gradus. Sénec. Hipp. 4. 19.
– propria describit deus
Officia, & æquum per suos duxit gradus?
Lætitia iuuenem, frons decet tristis senem.

Ducere agmen, Ducem esse, Plin. lib. 10. cap. 44. 1. Alterum ducere agmẽ, alterum cogere. Cic. 1. Tusc. 61. Quũ æstu magno agmen ducebat, laborabat. Virg. 1. Aeneï. 99. Ducit Amazonidũ lunatis agmina peltis.

Nostros in longum ducis amores. Virg. 9. eclog. 12.

Anhelitum ex cursura. Plaut. Asina. 7. 61.
Placide ergo vnumquodque derogita vt aquiescammon vides
Me ex curiura anhelitum etiam ducere?

Animam, pro Viuere. Liu. 6. ab Vrbe, 77. In tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam.

Animam

Animam ducere de cælo, Hoc est anhelitum seu spiritum trahere ex aere. Cice. in Orat. 57. Ita vinunt, dum possunt, vt ducere animam de cælo non queant. De parricidarum supplicio loquitur, qui insuti culeo abiiciebantur in aquam.

Anima ducitur spiritu. Cic. 1. de Nat. deor. 104. Excipiúntque animã, eam quæ ducta sit spiritu, eandémque à pulmonibus recipiret & reddat.

Animos in ré præsentẽ ducere. Quint. lib. 6. cap. 1. 24. Vide ANIMVS.

Annum ducere. Virgil. 1. Georg. 2. – Vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. Id est quorũ cursu tempora cõputantur. Nam per Lunam, mensis: per Solem annus ostenditur. Seruius.

Aquam. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 1. Aquámque quam ii ducebãt non longe à villa, belle sanè fluentem vidi.

Argentum. Virgil. 9. Aeneid. 127. Aut læuis ocreas lento ducunt argento. Hoc est flexili argento extendunt. Seruius.

Argumenta ex ipsis positionum vitiis ducimus. Quintil. lib. 2. cap. 10. 10.

Bellum cum aliquo. Virgilius 9. Aeneid.
Hi bellum assidùe ducunt cum gente Latina.

Benevolentiam à personis ducimus. Quintil. lib. 4. cap. 1. 4.

Ipse qui cælum, nebulásque ducit, Id est Iupiter apud Senecam Hipp. 3. 6.

In carcerem. Cicero 7. Verr. 62. Quum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent. Sic Ducere in vincula, Cicero in Catil. 10.

Declinatio per eosdem casus ducitur. Quintil. lib. 1. cap. 9. 4.

Cicatricem. Colum. lib. 3. cap. 18. 4. Quid quod plurimum interest, vt mal leolus qui deponitur ea parte qua est à matre decisus coalescat, & celeriter cicatricem ducat. Liuius 9. bel. Pun. 162. Vbi primum ducta cicatrix, patique posse visa est iactationem.

Tempore ducetur longo fortasse cicatrix. Ouidius 1. de Ponto eleg. 4. 3.

Colorem, pro Attrahere. Virg. 9. eclo. 10.
Astrum quo segetes gaudeant frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem. Iuuenal. Saty. 1.
Vaúque conspecta liuorem ducit ab vua. Luca. lib. 6. 156. – cælo lucis ducente coloré. Ouid. 3. Metam. 97. – aut vt variis solet vua racemis Ducere purpureum nondum matura colorem.

Colore aureo pelles. Plin. lib. 28. cap. 9. 22. Taurino præcipua potentia, etiam in ære pellibúsque colore aureo ducendis.

Commendationem ineuntis ætatis ab impietate & scelere ducere. Cicero pro Deiotaro, 1.

Coniecturam modò huc, modò illuc ducere. Cic. 1. de Diuinat. 115. An ea quæ dixi, & innumerabilia quæ collecta habent Stoici, quicquam signi ferant, nisi acumen hominum ex similitudine aliqua coniecturam modò huc, modò illuc ducentium?

Coniectura ducitur ex hac re. Cic. 1. de Inuent. 149. Ex quibus coniectura quædam ducitur, si quemadmodum, &c.

In peius consilia ducuntur. Quintil. lib. 2. cap. 16. 1.

In crimen ducere. Tacit. libro 5. Neu continuatum fabularum simplicitas in crimen duceretur, postulauit.

Crinem ducere. Virg. 5. Aenei. 105. – crinemque volãtia sydera ducit.

Ex animo curam, pro Abiicere. Plaut. Casina. 2. 22.
Ducite ex animo curam, atque alienum æs.
Nequis formidet flagitatorem suum.

Diem ducit Lucifer. Id est adducit. Virg. 2. Aeneid. 159.

Diem somno ducere. Sene. Thyeste, 5. 13. Id est transigere.

Effigiem ducere. Virg. 8. Eclog. 14.

Vagina ducitur ensis. Silius lib. 8. 68. Hoc est educitur.

In errorem ducere. Ouid. 8. Metam. 52. – ducit in errorẽ variarum ambage viarum, Non secus ac liquidis Phrygius Mæandros in vndis.

Exequias. Plinius epist. 60.

Exercitum in Sabines. Cæsar 1. bel. Gal. 39. Cic. in Catil. 36.

Exercitum in quæ vult, ducit. Quintil. lib. 2. cap. 16. 11.

Exordium. Cic. 1. de Legib. 27. A lege ducendum est iuris exordium.

Fidem ducere. Lucretius libro 2. 100. – pergam connectere rem, quæ
Ex hoc apta fidem ducit.

Figuram ducere veri, Id est apparere tãquam res veras. Claud. 2. de Rap. Proserp. 9. Loquitur de tela Proserpinæ.

Fossam Liuius 3. ab Vrbe, 119. Clamore sublato ante se quenque ducere fossam & iacere vallum. Sic 7. bel. Maced. 152.

Fracta manu ducere. Ouid. 15. Metamor. 104.

Frigus ab vmbra ducere. Ouid. 10. Metam. 16.
Fessus in herbosa posuit sua corpora terra
Cerus, & arborea frigus ducebat ab vmbra.

Funem ducere. Horat. 1. epist. 10. 10.

Funus alicui. Plin. lib. 2. cap. 109. 1. Funus duxere ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas. Sic Cic. pro Quintio, 29. Et Plin. lib. 8. cap. 42. 2. Rex defuncto ei duxit exequias. Virg. 4. Georg. 52.

Genus ab aliquo ducere. Ouid. 6. Metam. 86.
Et genus à magno ducentem forte Gradiuo. Virg. 5. Aeneid. 159.

Blandis ducitur hora dolis. Propert. lib. 3. eleg. 23. 4.

Nos flendo ducimus horas. Virg. 6. Aeneid. 108.

Horas extremas. Martial. lib. 4. 20. Quum grauis extremas Vestinus duceret horas. Hoc est propinquus esset morti.

Ilia ducere. Horat. 1. epist. 1. 2. Solue senescentem maturè sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat. Gallice dicimus, Halleter, & battre les flans. comme vng cheual poussif, ou qui est hors d'haleine.

Initium. Cice. ad Atticum, lib. 9. 180. 4. Nec vero dubito quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium ducetur à fame.

Initium ducere ex aliquo. Quintil. lib. 2. cap. 17. 24. Cicero 2. de Nat. deor. 72. Ita ex quatuor temporum mutationibus, omnium quæ terra marique gignuntur, initia causæque ducuntur.

Initium rerum suarũ alicunde ducere. Cic. 1. de Lege Agrar. 31. Hic quæro quam ob causam initium rerum ac legum suarum hinc duxerit.

In ius. Terent. Eun. 4. 6. 30. Si vim faciet, in ius ducito hominem.

Laminam ducere. Quintil. lib. 2. cap. 4. 6. Erit autem, si nó ab initio tenuẽ nimium laminam duxerimus, & quam cælatura altior rumpat.

Lateres ducere, pro Formare: vt opus ductile Apud Vitruuium libro 2. capite 3.

Lineam. Plin. lib. 35. cap. 10. 18. Appelli fuit alioqui perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, vt non lineã ducendo exceret aliquod ab eo in proximum venit.

Ducor libo fumante, Id est delector. Horat. 2. Serm. Saty. 7.

Ducit duo lina acus. Celsus libro 7. cap. 7. vbi agit de staphylomate, Curario duplex est, Altera, ad ipsas radices per medium transuere, acu duo lina ducente.

Ducitur & digitis litera rara meis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 5.

Lucemque à Consule ducit Omnis honos. Stat. 4. Syl. eleg. 1. 6.

Ludos, & inania honoris modo, rationẽ; atque abundantiæ duxit. Tacitus in Vita Agric.

In ludum ducere, & reducere. Terent. Phorm. 1. 2. 36.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere.
Sectari in ludum ducere & reducere.

In matrimonium. Cicero pro Cluen. 18. Sassiam in matrimonium ducere,
Habiti matrem illam, &c. Liu. 4. ab Vrbe, 12. Cæs. 1. bel. Gall. 34.

Ducere & conflare mendacium. Cic. pro Rosc. Comœdo. 28. Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium est.

Mucronem: pro Educere. Virgilius lib. 12.
Ille tamen clypeo obiecto, conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat.

In concubinæ locum mulierem aliquam ducere. Cic. 1. de Orat. 90.

Muros, Id est struere & erigere. Virg. lib. 1. Aeneid. 86.
– pars ducere muros, Molirique arcem.

Noctem ducere ludo. Claud. in Epithal. Palladii, 46. 20.

Noctem ducere querelis. Senec. Hippol. 43.

Noctem iucundis sermonibus. Plin. epist. 117. d, Interdum acroamata audiebamus, interdum iucundissimis sermonibus nox ducebatur.

Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Ouid. 3. Fast. 147.

Nomen ex rè aliqua. Cic. 1. Acad. 58. Ex quo etiam nomen hoc duxerat.

Notam ducere. Horat. 4. Carm. Ode 2. 12.
Fronte curuatos imitatus igneis
Tertium lunæ referentis ortum,
Quæ notam duxit niueus videri,
Cætera solus.

Nubilum. Quintil. libro 11. cap. 3. Sed in ipso vultu plurimum valent oculi per quos maximè animus emanat, vt citra motum quoque & hilarítate enitescant, & tristitia quoddam nubilum ducant. Id est obducant & obtendant.

Obliuia ducere pœnæ. Valer. 4. Argon. 107.
Hunc vbi recluem stratis, & pace frementem
Aspicit, ac longè ducentẽ obliuia pœnæ. Sic Hora. 2. Serm. Sat. 6. 13.
O rus quando ego te aspiciam? quandóque licebit
Nunc veterum libris, nunc somno & inertibus horis
Ducere sollicitæ iucunda obliuia vitæ. Id est obliuisci vitam sollicitam & curas.

Opes ducere ab aliquo. Horat. 4. Carm. Ode 4. 12.
Duris vt ilex tonsa bipennibus
Nigræ feracis frondis in Algido
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animúmque ferro.

Opinione duci. Cic. pro Murena, 57. Non re ductus es, sed opinione.

Oracula ducere æquatis sortibus. Cic. 1. de Diuinat. 64. Cuius generis oracula etiam habenda sunt non ea quæ æquatis sortibus ducuntur, sed illa quæ instinctu diuino afflatúque funduntur.

Orationem ducere ab eodem verbo. Cic. in Orat. 74. Aut ab eodem verbo ducitur sæpius oratio.

Ordines & ordinem ducere. Vide ORDO. Cic. 1. Philip. 14.

Prioris partis duxit ordinem. Quintil. lib. 5. cap. 14. 16.

Ordine ducere. Virg. 7. Aeneid. 55.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnibus exemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis.
Rerum ordine ducat. Ouid. 13. Metam. 53.
Authore ab illo ducis originem. Horat. 3. Carm. Ode 17. 1.
Ab Elide ducimus ortus. Ouid. 5. Metam. 99.
Os exquisitis modis. Quintil. lib. 4. cap. 3. Vultus mutatio, oculorúmque coniectus, multum in actu valet. sed siquis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinar, irrideatur.
Otia ducere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 9.
– Otia sum qui segnia ducam Otia.
Parietem per vestibulum alicuius ducere. Cic. pro Milone, 16. Qui parietem sic per vestibulum sororis, instituit ducere, sic agere fundamenta, vt sororem non modo vestibulo priuaret, sed omni aditu & lumine.
In partes ducere, Id est in factiones. Tacit. lib. 15. Accingeretur modò, nauaret operam, & militum acerrimos duceret in partes.
Pectus in contraria ducere. Ouid. 3. Amorum eleg. 10. 7.
Ducunt cum pedes rus. Plaut. Mercat. 19. 17. Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes. Plinius epist. 15. Inde quòd interdiu, quibus te vti solebam, ad diætam tuam ipsi me, vt verissime dicitur, pedes ducunt.
Pensa manu ducere. Iuuen. Saty. 12. 7.
Piscem hamo ducere. Ouid. epist. 18. 3.
Pocula ducere. Propert. libro 2. eleg. 10. 5. Quinetiam multo duxisti pocula luxu.
Pompam ducere. Ouid. epist. 12. 31.
Præmia ducere. Ouid. 10. Metam. 136.
Principium à re aliqua. Cic. 3. de Finib. 26. Ex quo intelligi debet principium ductum esse à se diligendi sui. Ouid. 13. Metam. 153.
In probationem aliquid ducere. Quintil. lib. 5. cap. 12. 2.
Progenies Troiano à sanguine duci Audierat. Virg. 1. Aeneid. 5.
Prouincias ducere. Tacit. libro 3. Porrò si hi duxissent prouincias, cur Dialibus id vetitum?
Pulmones & cor extrinsecus spiritum ducunt. Cic. 2. de Nat. deor. 204.
Quæstiones oês ex pona petitoris ipsius duxim⁹. Quintil. lib. 7. ca. 2. 38.
Ducere suam rationem. Cic. Attico, libro 8. 15. 9. 10. Inde suscepto bello, quum pacis conditiones ad te afferri, à teque ad ea honorifice & large responderi viderem, duxi rationem meam, quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Idem 3. Verr. 90. Homo Ligurem accusare cœpit, qui in re aduentitia atque hæreditaria tã diligês, tam attentus esset, debere eum aiebat suã quoque rationẽ ducere, multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. Idem, Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maximè vellẽ. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. ep. 3. Hanc autẽ nemo ducit rationem, sed omnia desyderantur ab eo tanquam nihil denegatum sit.
Non vllius rationem sui commodi ducit. Cic. pro Sex. Rosc. 76.
Officii rationem ducere. Cicero pro Sestio, 17. Dignitati esse seruiendum, Reipub. consulendum, officii rationem in omni vita non commodi esse ducendam.
Rationem salutis. Cic. ad Marium, lib. 7. ep. 4. Pudori tamen malui, famæque cedere, quàm salutis meæ rationem ducere. Id est habere.
Ducere rationem curandi. Cels. in Proœm. libro 1. Neque ignorare hunc oportet, quæ sit ægri natura, humidum magis, an magis siccum corpus eius sit: validi netne, an infirmi: frequens aduersa valetudo, an rara: eáque quum est, vehemens esse soleat, an leuis: breuis an longa. Quod ita vitæ genus secutus, laboriosum, an quietum: cum luxu, an cum frugalitate. Ex his enim similibúsque sæpe noua curandi ratio ducenda est.
Remos ducere. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 6. 8.
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis,
Et ducit remos, qua modò nauit aqua. Sic 1. Metam. 60.
Retia ducere. Ouidius 13. Metamor. 196. Nam modò ducebam ducentia retia pisces.
Ruinam ducere. Senec. Herc. Oetheo, 13. 5.
– tum cadens lenta mora Duxit ruinam. De quercu quadam cæsa ab Hercule.
Senectam ducere. Virg. 10. Aeneid. 38.
Sententiam ducere in id quod velit, est orationis iudicialis. Quintil. libro 2. cap. 15. 9.
Sentinam ducere dicuntur in naui foramina, quæ aquam recipiunt, vnde sentina conficitur. Senec. de Ira, lib. 2.
Sermonem à re quapiam. Cic. 2. Tusc. 14. Est igitur ambulantibus ad hũc modum sermo ille nobis institutus, & à tali quodam ductus exordio.
Sessum. Plaut. Pœnulo, 2. 20. Neu designator præteriens obambulet, neu sessum ducat, dum histrio in scena sit.
Ducere similitudinem è re aliqua. Cic. in Orat. 5.
In opaco sitam ducere. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14. Excitanda mens, & attollenda semper est, quæ in huiusmodi secretis aut languescit, & quẽdam velut in opaco sitam ducit, aut contra rumescit inani persuasione.
Somnos, Dormire. Virgilius 4. Aeneid. 112.
Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos?

Somnium ducere. Horat. 3. Carm. Ode 27. 9.
Soporem ducere. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 16.
Nam neque tum plumæ, nec stragula picta soporem,
Nec sonitus placide ducere possit aquæ.
Sortem ducere, pro Statuere, apud Virgilii lib. 9. Aenei. 56. Seruius.
Sortem, Sortiri. Cic. 6. Verr. 136. Sors ducit. quãobrẽ nemo erat voluntarius laudator Prætutæ tuæ. Virg. 6. Aenei. – stat ductis sortibus vrna.
Idem lib. 9. 20. Cic. 2. de Diuin. 57. At enim idipsum habet aliquid diuini, quæ cuique hostia obtingat, tanquam in sortibus quæ cui ducatur.
In argumẽtũ species libidinis frequẽter ducit. Quint. lib. 5. cap. 10. 18.
Spiritum per siccas fauces, Respirare. Sene. de Benefi. lib. 3. cap. 8. Beneficium est arentibus siti, & vix spiritum per siccas fauces ducentibus mõstrare fontem. Author. ad Herenn. lib. 4. 200. Itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur.
Spiritum, Attraherẽ & per translationem, Viuere. Cic. 1. de Inuẽt. 99. Nã hoc quidem, si spiritum ducit, viuit, &c. Idem pro Rosc. Amer. 78. Lucẽmque qua fruimur, spiritumque quẽ ducimus, ab eo nobis dari atque impartiri videmus. Sic 2. de Diuinat. 148. Idem ad Plancum, lib. 10. 13. Quæ expectatio ita longa est, vt optandum sit vt possimus ad id tempus Reipub. spiritum ducere.
Ducere spiritum naribus. Varro 2. de Re rust. cap. 3. 4. Liu. lib. 4. Dec. 5. Perire nanque semel ipsis satius esse, quàm sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum ducere.
Stamina ducere. Ouid. 4. Metam. 45.
Sub signum. Plaut. Casina, 16. 1.
Vide sut vt sentis sub signum ducat. C. quẽ verò sentes?
O. Quia quod tetigere, illico rapiuntisi eas ereptum, illico scindunt.
Sulcos. Plin. lib. 17. cap. 12. 26. Vltro citróque sulcos perpetuos ducito. Sic Colum. lib. 2. cap. 2. 13. Sulcum autem ducere longiorem quàm pedum centum viginti, &c.
Suspiria. Mart. libro 11. 34. Corripis, obseruas, quereris, suspiria ducis.
Ouid. 1. Metam. 132. – alto tantum sub pectore pectore. Suspicionẽ. Cic. 2. de Inuẽt. 147. Ex facto aũt ipso suspiciões ducent, si, &c.
Tempus. Cicero 3. Verr. 20. Deinde ita tempus duceretur, vt à M. Glabrione Prætore, & à magna parte horum Iudicum, ad Prætorem alium Iudicesque alios veniremus.
Thura naribus ducere. Horat. 4. Carm. Ode 1. 5. Illic plurima naribus
Duces thuris ab Arabicis,
Beroecyntiæ
Delectabere tibiæ
Mistis carminibus, non sine fistula.
In transennam dolis, Decipere. Plaut. Persa. 15. 12. Huc ego hominem hodie in transennam doctis ducam dolis.
Triumphum. Plin. lib. 34. cap. 3. 4. Primum inuexisse triumpho suo quem duxit Vrbis anno, 567.
In triumpho. Plin. lib. 12. cap. 12 5. 1. Clarúmque dictũ à Pompeio magno in triumpho arbores quoque duximus.
Turmas ducere. Virgilius 5. Aeneid. 109.
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis.
Vallum, Ducerem fossam. Liuius 5. ab Vrbe, 19. Vallum, fossámque, ingentis vtranque rem operis, per tantum spatii duxerunt.
E luto vasa ducere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 3. id est fingere.
Verbum aliquod in longius. Cic. de Claris Orat. 150. Nec verò vllum aut durum, aut insolens, aut humile, aut in longius ductum, ac non propria verba rerum, sed pleraque translata, &c.
In longam ducere verba moram. Propert. lib. 1. eleg. 10. 2.
Et cupio nonnullos ducere versus. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 14.
Ducere viam, pro Sequi. Quintil. libro 3. cap. 9. Sed non vna per hoc opus via ducitur.
Et quà te ducit via dirige gressum. Virg. 1. Aeneid. 91.
Ducere vitam, Viuere. Cicero pro Lege Manilia, 23. Quum vestros portus, atque eos portus quibus vitam & spiritum ducitis, in prædonum potestate fuisse sciatis. Virgilius 2. Aeneid. 128.
Me si cælicolæ voluissent ducere vitam.
Cic. de Finib. 138. In perpetuitate temporis vita beata duci solet.
Vitam dulcem ducere. Lucret. lib. 2. 190.
Vmbram ducere. Lucret. lib. 4. 16. de nubibus loquitur,
Quæ multis formata modis sublime feruntur.
Aera mulcentes, magnorum sæpe gigantum
Ora volare videntur, & vmbram ducere late.
Ad vmbilicum ducere. Horat. Epod. 14. 2.
Longas in fletum ducere voces. Virg. 4. Aeneid. 93.
Voces ducere. Horat. in Arte, 65.
Ducere multimodis voces, & flectere cantus. Lucret. lib. 5. 382.
Vtilitatem ex re aliqua. Cic. 5. de Finib. 94. Quid quum fictas tabulas, in quibus vtilitas nulla duci potest, cum voluptate legimus?
Vultum ad suspiria ducere. Ouidius 2. Metam. 155. Ingemuit, vultúmque deæ ad suspiria duxit.
Ducere vultum, pro Contrahere rugas. Martial. lib. 1. 124.
Qui ducis vultus, & non legis ista libenter,
Omnibus

Omnibus inuideas laude, nemo tibi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 3.
Viuos vultus de marmore: Hoc est exprimere viuos vultus in marmorea effigie. Virg. 6. Aeneid. 170. – viuos ducent de marmore vultus.
Vxorem, pro Accipere. Cic. 4. Acad. 195. In vxore ducẽda, in liberis procreandis. Cic. ad Atti. lib. 14. 309. 3. A ducenda autem vxore sic abhorret, &c. Plaut. Milit. 10. 85. Licuit vxorem ducere tam summo genere ducere. Terẽt. Eunuch. 5. 2. 49. Emoriar si non hanc vxorem duxero. Sic Ducere filiam, Plaut. Aulul. 2. 4. Vult hanc Megadorus indotatam ducere. Terent. Adelph. 4. 7. 11. Virgo nihil habet. M. audiui. D. & ducenda indotata est? M. scilicet.
Tibi ducitur vxor. Virg. Eclog. 8. 6.
¶ Ducere verbum, pertinet ad vsurarum rationẽ. Cice. Attico, lib. 6. 111. 11. Magnam pecuniam confeceram, vt solueremus, centesimis sexennii ductis cum renouatione singulorum annorũ. Eidem, ibidem, 113. 11. Sed centesimis ductis à proxima quid est syngrapha, nec perpetuis, sed renouatis quotannis nomen erabantur nummi. Ductis, Id est supputatis & imputatis. Ex paulò pòst, 16. Nisi fortè id volumus atmis efficere, vt fœnus quaternis centesimis ducant. Id est dependant. Budæus.
¶ Duci authoritate, pro Excitari. Cic. 4. Acad. 109. Vt qui audient, ratione potius quàm authoritate ducantur.
Duci cogitatione aliò. Cice. 3. de Orat. 88. Vel quòd is qui audit, aliò ducitur cogitatione.
Duci coniectura ad. Cic. de Claris Ora. 28. Nihil sanè mihi legisse videor, tantummodo coniectura ducor ad suspicandum.
Duci despicatui. Cic. pro Flacco, 51. Quid porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quàm siquis despicatui ducitur, vt Mysorum vltimus esse dicatur?
Duci phaleratis dictis, Blando verborum lenocinio retineri. Terentius Phorm. 3. 2. 15.
Adeone te esse incogitant em atque impudentem Phædria,
Vt phaleratis dictis ducas me, & meam dotẽ gratis?
In diuersã duci. Quintil. lib. 2. cap. 8. 3.
Errore duci. Cic. 1. Offic. 206. Nec quenquam hoc errore duci oportet, vt siquid Socrates, aut Aristippus contra morem consuetudinemque ciuilem fecerint, locutíve sint, idem sibi arbitrentur licere. Plin. epist. 189. Non interdum facis quod filius tuus, si reprendẽ pater ille, tu filius, pari grauitate reprehendant nõ omnes homines aliquo errore ducuntur? Plin. lib. 21. cap. 13. 2. Hãc errore ductũ argemonẽ putant multi.
Duci falso gaudio. Terent. And. 1. 2. 9. Id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio. Vbi Donatus, Ducere, est expectatione longi temporis malum prolatare: vel inducere in retia.
Duci gloria. Cic. 4. Verr. 101. Et si quis earum statuarum honore ac gloria ducitur. Id est, Siquis quid facit vt gloriam consequatur. Sic Duci mercede & præmio, Cicc. 2. Offic. 29. Et ad Atticum, lib. 1. 11. 4. Ductus odio properauit rem in iudicium deducere. Et 5. Tusc. 13.
Duci ineptiis ac fabulis. Cic. pro Cluentio, 136.
Ira duci. Claud. 7. Paneg. 52.
Laude duci. Cice. in Orat. 62. Ergo eum censeo, qui eloquentiæ laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem.
In hostiũ loco & numero duci. Cic. 7. Verr. 97. At nũc per me spoliati, naue à prædonibus abducta, ipsi in hostiũ numero locoque ducemini.
Duci natura. Quintil. lib. 9. cap. 4. Vide ORGANVM.
Quæstu & lucro duci. Cicero 5. Tusc. 13. Alii emendi aut vendendi quæstu & lucro ducerentur.
Ratione aliqua duci. Lucretius libro 4. 120.
Spe posteritatis fructúque duci. Cic. pro Rabirio Perduell. reo. 22. Neque quisquam nostrum in Reip. periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructúque ducatur.
Duci ventre, pro Delectari cibis pretiosis, vẽtris & gulæ causa: id est ventri & gulæ deditum esse. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 8.
– fateor me, dixerit ille, Duci ventre leuem.
Voluptate ad fidem ducitur. Quintil. lib. 4. cap. 2. 85.
Communi vtilitate duci. Quintil. lib. 3. cap. 7. 18.
¶ Ducere, Protrahere. Cic. ad Cæs. Iunior. em, lib. 1. Ne res duceret fecimus, vt Hercules Antiarius in alium locum trãsferretur. Idẽ Bruto, 18. 7. Omnino iam tempora (bellum enim ducetur) integram sibi causam reseruant. Tacitus libro 12. Impar multitudini hostium, eóque castellis sese defensare, bellúmque ducere statuerat. Idem libro 18. Proinde duceret bellum.
Ducere bellum in hyemem. Cæs. 1. bel. Ciuil. 129. Sic lib. 2. 162. Et 1. bell. Gall. 152. Cic. ad Marium, lib. 7. 3. 6. Dein quũ ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui vt bellum duceret. Sic 3. Offic. 104.
Ducere rem per altercationem. Liu. 4. ab Vrbe, 229. Itaque quum res diu ducta per altercationẽ esset, coorti sunt deos hominesque testãtibus, &c.
Ducere diem ex die. Cæsar 1. bell. Gall. 62. Diem ex die ducere Hedui, conferri, comportari, &c.
¶ Ducere aliquem, pro Eludere, moras nectendo. Cæsar 1. bell. Gall. Vbi se diutius duci intellexit Cæsar.
¶ Ducere, Existimare, iudicare putare. Et tũc ex Græco deducitur, quod

illi dicunt δ' ἐνῶ, teste Festo. Plaut. Bacch. 6. 2. Nam equidem haudaliter esse duco. Cic. de Amicit. 6. Hanc esse in re sapientiam existimant, vt omnia tua in te posita esse ducas, humanosque casus virtute inferiores esse putes. Idem Lent. lib. 1. 6. 4. Vt iperem re mihi igooscere, si ea non timuerim quæ ne tu quidem vnquam timenda duxisti.
Animo, Cogitare apud se. Virg. lib. 6. Aeneid. 138. Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.
Ducere infra se omnia humana. Cic. 3. de Finib. 45. Atque iste vir altus & excellens, magno animo vere fortis, infra se omnia humana duceris.
Ducere inter. Plin. lib. 2. cap. 63. 8. Inter crimina ingrati animi & hoc duxerim, quòd naturam eius ignoramus.
Inter prospera aliquid ducere. Tacitus lib. 4. Nam Germanici mortem inter prospera ducebat.
Nihil ducere in bonis præter virtutem. Cic. 3. de Finib. 15.
Ducere damno. Plaut. Bacchid. 22. 17. – atque ego si alibi
Plus perdiderim, minus ægrè habeam, minusque id mihi dãno ducam.
Glorię ducere alicui quidpiam. Cic. in Sallust. 4. Neque te tui piget hominis quum ea culpas, quæ in historiis gloriæ mihi ducis?
Ducere in gloria. Plin. lib. 31. cap. 6. 3. Plerique in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum.
Ducere honori. Sallust. in Iugurtha, Despiciens dextra Adherbalem adsedit, ne medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurthæ foret.
Ducere laudi. Terent. in Prol. Adelph. Vos eritis iudices, laudine an vitio duci factum oporteat.
Magnum ducere. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 13.
– magnum hoc ego duco, quòd placui tibi.
Ducere minoris, Minoris existimare vel æstimare. Sallust. in Iugurtha, Priuatim præterea fidem suam interponit: quam ille non minoris, quàm publicam ducebat.
Ducere officii. Suet. in Tiberio, ca. 11. Officii duxit, quantum in se esset, exorare filiæ patrem frequentibus literis.
Ducere parui. Cic. 2. de Finib. 42. Sed quia parui id duceret.
Ducere post necessaria sua honorem alterius. Sallust. in Iugurtha, Deniq; plebs sic est accensa, vti opifices, agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitæ erant, relictis operibus frequentarent Marium, & sua necessaria post illius honorem ducerẽt. Id est, Magis curæ illis erat Marii honor quàm sua necessaria.
Ducere præ se neminem. Author ad Herennium, libro, 4. 176. Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum, & tamen quum ita viuit, neminem præ se ducit hominum.
Ducere pro falsis. Sallustius in Iugurtha, Vbi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit, supra ea, veluti ficta pro falsis ducit.
Ducere aliquid pro nihilo. Cic. 5. Tusc. 45. Diuitias, honores, opes contẽnere, eáque quæ his contraria sunt, pro nihilo ducere. Idem 4. Ver. 17.
Tu autsus es pro nihilo præ tua præda tot res sanctissimas ducere?
¶ Ducere aliqd vxori, pbro: Hoc est, exprobrare vxori. Plaut'. Amph. 5. 1. – nemo id probro Præfecto ducet Alcumenæ.
¶ Ducere aliquem ex ære: Hoc est, vultum alicuius ære repræsentare. Plin. libro 7. cap. 37. 4. Idem hic Imperator edixit, nequis ipsum alius quàm Apelles pingeret, quàm Pyrgoteles sculperet, quàm Lysippus ex ære duceret.
¶ Duce pro duc. Plautus Mostel. 5. 8. Lepida es, duce me amabo. D. cauc ne cadas: asta. Anticyam.
Ducens, Participiũ, vt Pecunia ducẽs ad se cũcta. Horat. 4. Car. ode 9. 8.
Gemitus imò de pectore ducens. Virg. 2. Aeneid. 58.
Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit. Virg. 2. Aene. 138.
Tempora ducens. Lucan. lib. 5. 2.
Ductus, Participium, (ἀχόμενος)
Sorte ductus, Qui sorte obtigit. Tacit in Vita Agricolæ, Eò ad extremũ inopię venere, vt infirmissimos suorum, mox sorte ductos, vescerẽtur.
Beneuolentia ductus. Cic. de Clar. Orat. 99. Mihi beneuolentia, credo, ductus tribuebat omnia.
Compendio ductus. Quintil. lib. 2. cap. 13. 11. Itaque & stratum militari labore iter sæpe deserimus compendio ducti.
Ducta laus ab humili venit ad summum. Cic. 2. Tusc. 7.
In hanc perfuasionẽ quidam ratione ducti, &c. Quintil. lib. 4. cap. 1. 44.
Sermo ductus è percontatione. Cic. de Clar. Orat. 116. Omnisque ille sermo ductus è percontatione filii quid in Senatu esset actum.
Verbum à verbo ductum, Id est deductum. Cic. 3. Tusc. 23. Qui fortis est idem est fidens: quoniam confidens, mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum à confidendo: quod laudis est.
Ductæ & directæ viæ. Cic. 2. de Nat. deorum, 107. Permanat ad iecur per quasdã à medio intestino, vsque ad portas iecoris (sic enim appellant) ductas & directas vias, quæ pertinent ad iecur, eíque adhærent.
Ductus, huius ductus, (ἀγωγή) Ipsa ductio vel deductio rei alicuius. Vnde aquæ ductus dicuntur deductiones aquarum. Cice. 2. Offic. 18. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Idem 2. de Legibus, 2.

Ductus verò quantum, quos isti Nilos & Euripos vocant, quis non quú hæc videat, irrisérit?
Ductus literarum. Plin. lib. 8. cap. 3. 1. Murianus ter Consul author est, aliquem ex his & literarum ductus Græcarum didicisse. Quintil. lib. 1. cap. 3. Quum tam verò ductus sequi poterit. Id est, formas & tractus literarum. Idem libro 10. cap. 1. Literarum ductus vt scribendi fiat visus, pueri sequuntur.
Ductus oris. Cic. 3. de Finib. 84. Quemadmodum quis ambulet, sedeat, qui ductus oris, qui vultus, &c.
Ductus parentum sectari. Plinius lib. 37. cap. 12. 2.
Res creditibilis ductus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 39. Est autem quidam etiam ductus rei creditibilis, qualis in comœdiis etiam, & in mimis.
Aequalis ductus. Lucret. lib. 4. 86.
Applicare se ad ductum alterius, Vide APPLICO.
Per ductus velut sulcos ducatur stylus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 20.
Ductu alterius aliquid facere: Hoc est, alio suadente & ducente. Liu. 4. ab Vrbe, 181. Ductu Fabii, cui sorte ea prouincia euenerat, nihil dignum memorato actum. Cic. de Arusp. resp. 2. Q uique suo ductu & imperio euentu illo atque funesto, supplicia, &c.
Ducto, ductas, (κτωνίνω,) ductare, Frequentatiuum: vt Ductare exercitú. Sallust. Huc accedebat quòd L. Sylla exercitú quem in Asia ductauerat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat. Q uintilianus libro 8. cap. 3. ait, Ductare exercitum, malá consuetudine obscœnum intellectum habere.
Ductare aliquem frustra, pro Dare illi verba, aut verbis perducere ad fallaciam. Plaut. Menæchmis, 15. 20.
Quando tu me bene merentem tibi habés despicatui,
Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes.
Ductare aliquem dolis. Plaut. Cap. 11. 111.
Tum igitur ærumnatus, deartuatus sum miser
Scelesti huius technis, qui me, vt lubitum est, ductauit dolis.
Ductare aliquem maledictis. Plaut. Asin. 5. 37.
Si ecastor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas:
Nunc quia nihil habes, maledictis eam ductare postulas.
Ductare amicam & mulierem, pro Scorto potiri. Plaut. Asin. 16. 13.
Verùm hoc facto sese ostendit, qui quidem cum filio
Potet vná, atque vnam amicam ductet decrepitus senex. Terent. Phor. 3. 2. 15. Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis.
Cornua ductare neruo. Valer. 6. Argonaut. 75. Significat arcu tendere.
Ductare pro nihilo. Plaut. Persa, 16. 167.
Omen ego pro nihilo esse ducto quod fuit, quando fuit:
Tanquam hominem quando animá efflauit, quid eum quæras qui fuit!
Ductans restim. Terent. Adelph. 4. 7. 34.
Factum credo vt habeas qui cum cantites.
M. Cur non? D. & noua nupta eadem hæc discet. M. scilicet.
D. Tu inter eas restim ductans saltabis.
Duco, ducas, ducare, Gubernare. Varro, Ab eo quod sit ducare, qui est dux aut ductor, qui ita inducit vt doceat. Hæc Calepinus corrupte. Ex Varronis de Lingua Latina, libro 4. legendum, Ab eo quod scit ducere, qui est dux, &c.
Ductus, pen. prod huius ducátus, (ἡγεμονία,) Onus & administratio. Suetonius in Nerone, cap. 35. Priuignum Rufinum Crispinum Poppæa natum impubem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, merendum mari, dum piscaretur, feruis ipsius demandauit. Idem in Tib. Cæs. cap. 19. Confidens (vt aiebat) ostento sibi ac maioribus suis in omni ducatu expertissimo. Id est quoties pro imperio aliquid gerendum esset, vel quoties bellum suis auspiciis gereretur.
Dux, ducis, com. ge. (ἀρχηγέτης, ἀγωγός, ἡγεμών, ποδηγός, ἀγός, ἀγωγεύς,) Qui vel quæ ducit. Plaut. Casina. 14. 7. Ita prælibigiis dux fuit vxor, ea hanc inuenit rimam. Virg. 1. Aeneid. 74.
– portantur auari
Pygmalionis opes pelago, dux fœmina facti. Cic. pro Corn. An ingeniam quum etiam ipse casus euentúsque rerum non duces, sed comites eius consiliorum fuerint. Ibidem, 52. Si Senatus, si Populus Romanus, siquis de re simili iudicarunt, si fœderati populi, si socii, si antiqui Latini, videte ne vilius vobis & honestius sit illis ducibus errare, quàm hoc magistro eruditi.
Dux & præfectus classis. Cice. 7. Verr. 71. Sed tunc inopes relicti à duce præfectóque classis, eundem necessarió cursum tenere cœperunt.
Armenti dux. Ouid. 8. Metam. 178.
Astrorum dux. Id est Sol. Seneca Thyeste, 9. 10.
Gregis dux, pro tauro, apud Ouidiú lib. 1. de Arte, 65. & lib. 5. Meta. 66.
Dux impietatis. Cic. de Amicitia, 40.
Ingenii dux. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 6.
Primus vt auderem committere carmina famæ
Impulit: ingenii dux fuit ille mei.
Fœmina dux malorum, & scelerum artifex. Senec. Hippol. 4. 41.
Scelerum duces. Lucan. lib. 3. 50.
Diuersárum sectarum duces. Quintil. lib. 5. cap. 13. 45.

Superûm dux, Id est Iupiter. Stat. 4. Syl. 2. 11.
Vitæ dux dia voluptas. Lucret. lib. 2. 35. Sic Venerem vocat.
Dux recte viuendi natura. Cic. de Amicitia, 17.
Mors in claris viris & fœminis dux in cælú solet esse. Cic. 1. Tusc. 44. Mortem non interitum esse omnia rollentè atque delentè, sed quidam quasi migrationem commutationemq; vitæ, quæ in claris viris & fœminis dux in cælú soleret esse, in cæteris humi retineret, & pmaneret tamen.
Dux ac princeps in illa multitudine scelerum. Cl. pro Rosc. Amer. 49.
Achilles dux Thessalis, Vide ACHILLES.
Tanta authoritate dux. Cic. Attico. lib. 7. 127. 7.
Dux & author. Tacit. lib. 16. Noua cupientibus auferatur dux & author.
Author, dux, & princeps. Cic. 3. de Ora. 36. Quem authorem publici consilii, & regendæ ciuitatis ducem, & sententiæ atque eloquentiæ principem in Senatu, in populo, in causis publicis esse volumus.
Dux & comes. Cic. pro Marcello, 6. Huius aût rei tu idé dux es & comes.
Idem de Amicitia, 35. Nec se comitem illius furoris, sed ducé præbuit.
Dux & magister. Cic. 5. Ver. 44. Is est Artemidorus Pergameus, qui in sua patria dux isti quondam & magister ad disciplinandum Dianæ templú fuit. Idem 1. de Finib. 107. Magistra & duce natura.
Prætor, dux, & imperator. Cice. pro Flacco, 21. An vestri Prætores, vestri duces, vestri imperatores?
Duces & signiferi. Cice. pro Plancio, 61. Statuissemque eos solum nominare, qui causæ nostræ duces & quasi signiferi fuissent. Idem pro Murena, 48. Dux & signifer calamitosorum.
Clarus dux. Horat. 3. Carm. ode 14. 2.
Improuidi & negligentes duces. Cic. Attico, lib. 7. 138. 2.
Inuictus dux. Silius lib. 7. 1.
Magnanimi duces. Virg. 4. Georg. 1.
Magni duces. Horat. 2. Carm. ode 1. 5. Silius lib. 13. 90.
Creare ducem, Vide CREO.
Rationem ducem habere, non superstitionem. Cic. 2. de Diuin. 136. Quido enim ista obseruans quieto & libero animo esse poteris, vt ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem?
Præbere se ducem bonis. Cic. Planco, lib. 10. 6. 7. Deinde & Senatui bonisque omnibus authorem, principem, ducem præbeas.
Præficere duces populo. Cic. pro Domo sua, 69. Cui populo duces Lentidios, Lollios, Sergios præfeceras.
Naturam vitæ ducem sequere. Sene. Hippol. 4. 25.
Ductor, ductoris, (ἡγεμών,) Dux. Virg. 2. Aeneid. 3.
– fracti bello fatisque repulsi
Ductores Danaûm. Cic. 1. Tusc. 141. Quoties nõ modò ductores nostri, sed vniuersi etiá exercitus, ad nõ dubiam mortẽ cõcurrerunt? Liu. 10. ab Vrbe, 103. Q ui haud dubie quum primos omniú ductor habeatur.
Aquarum ductor Tybris. Stat. 5. Silu. 52.
Classis ductor. Virg. 6. Aeneid. 67.
Ductor Deorum. Sene. Herc. furente, 4. 19.
Ductor ducum, Id est imperator exercitus. Senec. Agamemn. 1. 8. & 13. 11. Sic vocat Agamemnonem.
Fluuiorum ductor. Stat. 4. Thebaid. 24.
Gregis indomiti ductor, prò tauro, apud Senecam Hippol. 2. 7.
Armipotens ductor. Silius lib. 13. 143.
Delecti ductores. Lucret. lib. 1. 15.
Fulmineus ductor, pro Hannibale. Sil. lib. 17. 111.
Ductarius, Adiectiuum. Qui ducit, (ἀγωγός,) Vnde Ductarius funis, quo in trocleis vtimur, & qui per orbiculos trocleæ traiicitur. Apud Catonem & Vtruuium, lib. 10. cap. 2. & 3. & 5.
Ductilis, & hoc ductile, pen. corr. (ἀγώγιμος, ἕλκτός,) Quod facilè ducitur, attenuaturque in laminas. Vnde æs ductile appellatur, quod malleis obsequitur, tenuaturque in laminas. Plin. lib. 34. ca. 8. 43. In Cypro coronarium & regulare est, vtrunque ductile.
Ductile flumẽ. Martialis lib. 12. 27. – hoc riguæ ductile flumen aquæ.
Ductim, Aduerbium, Cũ mora. Plaut. Curc. 3. 12. Immergere in me liquores tuos sino ductim.
Ductim opus facere in vinea. Col. li. 4. c. 25. Maior aût pars operis in vinea ductim potius q̃ cæsim facienda est. Id est ductu falcis potius q̃ ictu.
Ductitius, a, um. (ἕλκτός,) Quint. lib. 6. Ferrum ductitium.
DVCONA, (δούκαινα,) Ptolemæo, Cadurcorum in Gallia vrbs. Vulgò Cahors.

Dudum, (πρώην,) Aduerbium, de parua tẽpore dicitur, vnius horæ, duarum aut trium, authore Valla lib. 2. Cic. Attico, li. 4. 74. 1. Dudum enim circumrodo quod deuorandum est.
Dixi dudum materiam aliam esse ioci, aliá seueritatis. Cic. 2. de Ora. 146.
Quæ dudum ad me, & quæ etiam antè bis ad Tullium de me scripsisti, ea sentio esse vera. Cic. Attico, lib. 11. 230. 1.
Dudú & Nunc, opponuntur. Cic. de Claris Orat. 71. Vt dudú ad Demosthenem & Hyperidem, sic nũc ad Antonium Crassumque peruenimus.
Dudum huc accersita sum. Plaut. Stichо, 13. 2.
Non dudum ante lucem. Plaut. Pœnulo, 4. 96.
L. Nimia nos socordia hodie tenuit. A D. qua de re obsecro?

A M. Quia

A M. Quia iam non dudum ante lucem ad ædem Veneris venimus.
Idem Amphit. 7. 44.
Nam vt dudum ante lucem à portu me præmisisti domum.
A. Quid igitur? S. prius multo ante ædeis stabã, quàm illic aduenerã.
Quando? Dudum. Plaut. Persa, 15. 31.
Nam è Persia ad me allatæ modó sunt istæ à meo domino.
DE. Q uando? T. haud dudum.
Quàm dudum? Hoc est, quàm longo tempore, quanto temporis interuallo: & plerunque interrogantis est. Terentius And. 5. 2. 9.
Etiam tu hoc respondes? quid istic tibi negoti est? D. mihin'? S. ita.
D. Mihine? S. tibi ergo. D. modo introii. S. quasi ego quàm dudum rogem. Plaut. Amphit. 8. 58. – an tempestas continet,
Qui non abisti ad legiones ita vt dudum dixeras?
A M. Dudum? quàm dudum isthuc factum est? A L. tentas? iampridem modó,
Rus mane dudum hinc ire me iussit pater, vt bubus, &c. Plau. Truc. 13. 1.
Quasi dudum. Plaut. Amphit. 8. 49.
Sic salutas, atque appellas, quasi dudum non videris?
Quasi qui nunc primùm recipias te domum huc ex hostibus?
Dudum, pro Antea. Plaut. Epid. 13. 54. Magna res est, minoris multo faxo, quàm dudum fuerit. Idem Truc. 17. 27.
– caue nisi quod te rogo: nisi
Ea quæ exquiro. A. mater filiæ dono dedit inquam. C. plus
Quàm dudum inquam loquere? Terentius Phorm. 2. 4. 19.
Incertior multo quàm dudum. Idem Eunucho, 4. 5. 5.
Q uis est? ehem Pythias, vah quanto nunc formosior
Videre mihi quàm dudum.
Dudum, etiam de longinquo tempore dicitur. Terent. And. 5. 1. 5.
– quammaxime abs te postulo atque oro Chreme,
Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.
Plaut. Mostel. 4. 99.
Vah, quid illa potest peius quicquam muliere memorarier?
Nũc assentatrix scelesta est: dudú aduersatrix erat. Terẽ. And. 3. 4. 3.
Ego dudum nonnihil veritus sum Daue abs te, ne faceres idem Quod vulgus seruorum solet. Idem Eunuch. 4. 4. 16. – ita visus est Dudú, quia varia veste exornatus fuit. Plin. libro 4. Fabri qui dudum assueti apud Pœnos. Idẽ lib. 19. cap. 1. 4. Num qui dudum ex eadẽ Hispania, Zoelicum venit in Italiam plagis vtilissimum. Cic. de Claris Orator. 136. Vt dudum de Lælierum & Muriorum familiis audiebamus.
DVELLONAM, (ἴυγξ,) Bellonam antiqui appellabant, teste Varrone libro 4. de Lingua Latina.

Duellum, huius duelli, (πόλεμος,) inquit Festus, bellú est, in quo à duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur, Inde & & perduellis, qui pertinaciter retinet bellú. Plaut. Amph. 4. 35.
Victores victis hostibus legiones reueniunt domum,
Duello extincto maximo, atque internectis hostibus. Idẽ Truc. 10. 2.
Ne expectetis spectatores meas pugnas dum prædicem:
Manibus duellis prædicare soleo haud in sermonibus. Cic. in Orat. 85. Quid verò licentius, q̃ quòd hominum etiã nota contrahebãt, quo essent apriora tua vt duellú bellú, & duis bis, sic Duellú eú qui Pœnos classe deuicit, Belliú nostauerũt, quũ superiores semper appellati essent Duelli. Liu. 6. bel. Maced. 5. Q uòd Pop. Rõ. ex tẽpore duellum iussisset cum rege Antiocho esse. Idem 2. bel. Pun. 44. Hisce duellis datũ donum duit Pop. Rom. Quiritium, quòd duellú Pop. Rom. cum Carthaginiẽsi est. Sic 1. ab Vrbe, 144. Cic. 2. de Legib. 72. Nam æs atque ferrum duelli instrumenta non fuit. Et paulo ante, 34. Q uique agent rem duelli, quique populare, auspicium præmonento.
Thuscum duellum. Ouid. 6. Fast. 41.
Lentum duellum. Horat. 1. epist. 2. 2.

Duellator, pen. prod. (πολεμιστής,) Verbale, pro bellatore. Plaut. Capt. 2. 68. Valete indices iustissimi: domi, bellique duellatores optimi.

Duellicus, pen. cor. Adiectiuum: (πολεμικός,) Vt Ars duellica. Plaut. Epid. 10. 14. – nempe quem in adolescentia
Memorant apud reges armis, arte duellica
Diuitias magnas sibi adeptum. Inusitatum.
Proles duellica. Lucret. libro 2. 33.

DVELLIVS, (δουέλλιος,) siue Duillius, qui primus Romæ nauali certamine triũphauit. Bilia virginẽ duxit vxorem, tantæ pudicitiæ, vt illo quoq; seculo, p exẽplo fuerit, quo impudicitia mõstrũ erat, non vitiũ. Is iam senex & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari sibi os fœtidum: & tristis se domum contulit. Quúmque vxori quæstus esset, quare nunquam se monuisset, vt huic vitio mederetur. Feci sem, inquit illa, nisi putassem omnibus viris sic os olere. Laudanda in vtroque pudica & nobilis fœmina, & si ignorauerit vitium viri, & si patienter tulerit & quòd maritus infœlicitatẽ corporis sui, nõ vxoris fastidio, sed maledicto sensit inimici. Hactenus Hieronym⁹ lib. 1. aduersus Iouinianũ. Plutarchus tamen hanc historiã refert ad Hieronem.

Duicensus, cum altero census. Festus.

Dulcis, & hoc dulce (γλυκύς, γλυκερός, ἡδύς, μελιηδής, ἁβρόμυος,) A Delicio, quòd dulcia maximè alliciant & delectẽt. Plaut. Truc. 7. 17. Núc postq̃ scio dulce atq; amarũ quid sit ex pecunia, &c.
Dulcia & Amara, contraria. Cice. 3. de Natu. deo. 42. Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida & dulcia & amara.
Dulcissime frater. Cic. 3. de Legib. 36. Nostra autem causa, quæ optime & dulcissime frater incidit in Tribunitiam potestatem, nihil habuit contentionis cum Tribunatu.
Agellus dulcis. Lucret. lib. 5. 275.
Alloquia dulcia. Horat. Epod. 13. 4.
Alumni dulces. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.
Amplexus dulcis. Virg. 8. Aeneid. 111.
Amicus dulcis. Horat. 1. Serm. saty. 3. 14.
Amores dulces. Martial. lib. 1. 15.
Amplexus dulces. Valer. 4. Argon. 48.
Animas dulces reddere. Virg. 3. Georg. 97:
Dulcis aqua. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 3. 3. Virg. 1. Aeneid. 35.
Arua dulcia. Virg. ecloga 1. 1.
Aura dulcis. Virg. 4. Georg. 84.
Dulces aures deuorarunt tuam orationem. Plaut. Pœnul. 16. 9. Horum profectò certa est hominum oratio,
Quam orationem hanc aures dulces deuorant:
Vt mihi abstersernnt omnem forditudinem.
Camœnæ dulces. Horat. 1. epist. 20. 1.
Coniux dulcis. Virg. 4. Georg. 93.
Conditio dulcis. Horat. 1. epist. 1. 11.
Cultura dulcis. Horat. 1. epist. 19. 19.
Cupidines dulces. Horat. 4. Carm. ode 1. 1.
Curæ dulces. Stat. 1. Syl. 1. 15.
Dolium dulce. Horat. Epod. 1. 10.
Epistola dulcissima. Cice. Attico, lib. 15. 327. 3. Longiori epistolæ superiorique respondi nunc breuiori, propioriq̃ quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam?
Epulæ dulces. Horat. 3. Carm. ode 8. 2.
Esca dulcis. Virg. 4. Georg. 4.
Flumen dulce. Horat. 2. Carm. ode 6. 2.
Flouii dulces. Virg. 3. Georg. 88.
Fœtus dulces. Lucret. lib. 2. 232.
Fortuna dulcis. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.
Furta dulcia. Virg. 4. Georg. 69.
Gaudia dulcia. Ouid. 3. de Arte, 159.
Gemitus dulces. Ouid. 1. de Arte, 145.
Ignis dulcior. Propert. lib. 3. eleg. 8. 6.
Illecebræ dulces. Virg. 3. Georg. 43.
Ingenium dulce. Martial. lib. 1. 20.
Iuuenta dulcis. Horat. 1. Carm. ode 16. 5.
Labor dulcis. Ouid. 6. Fast. 133.
Latebræ dulces. Horat. 1. epist. 17. 3.
Lucellum dulce. Horat. 1. epist. 19. 22.
Lyæus dulcis. Horat. Epod. 9. 8.
Malum dulce, Amor. Sene. Hippol. 2. 10.
Puella dulce malum. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 6.
Mella dulcia. Claud. de bello Getico, 90.
Merum dulce. Horat. 3. Carm. ode 13. 1.
Munus dulce. Senec. Hippol. 5. 1.
Musæ dulces. Virg. 2. Georg. 95.
Mustum dulce. Virg. 1. Georg. 59.
Nati dulces. Virg. 1. Georg. 105.
Nefas dulce. Stat. 5. Thebaid. 33.
Nomẽ dulce patris. Claud. 1. de Raptu Proserp. 8.
Nouitas dulcis. Ouid. 4. Metam. 57.
Oscula dulcia. Virg. 1. Aeneid. 139.
Periculum dulce. Horat. 3. Carm. ode 25. 4.
– dulce periculum est
O Lenæe sequi deum
Cingentem viridi tempora pampino.
Poma dulcia. Horat. 2. Serm. saty. 5. 3.
Reditus dulces. Horat. Epod. 16. 7.
Salus dulcis. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 1.
Sapor dulcis. Horat. 3. Carm. ode 1. 4.
Soles dulces. Valer. 4. Argon. 126.
– dulcesque iterum mihi surgere soles Nunc reor.
Solatia dulcia. Lucret. lib. 5. 5.
Somnus dulcis. Virg. 4. Aeneid. 37.
Sonus dulcis. Horat. 2. Carm. ode 13. 8. Sene. Hippol. 4. 33.
– siue per flores nouos
Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.
Sopor dulcis. Horat. Epod. 5. 13.
Strepitus dulcis. Horat. 4. Carm. ode 3. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vinum dulce. Horat. 3. Carm. Ode 12. 1.
Vmbra dulcis. Virg. 1. Aeneid. 140.
Vndæ dulces. Virg. 2. Georg. 49.
¶ Ambrosia dulci dulcius. Catul. ad Iuuentium, 94. 1.
Aura nectare dulcior. Claud. de Phœnice, 3. 20.
Melle dulcior. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 6. – ô dulcior illo
Melle quod in ceris Attica ponit apis.
Dulcior thymo Hyblæ. Virg. 7. Eclog. 8.
Magis dulcius, Vide MAGIS.
Dulcis, Languide dulcis. Plin. lib. 13. cap. 4. 7. Et in Arabia languidè dulces traduntur esse palmæ.
Dulciculus, pen. corr. (γλυκύδριος,) Diminutiuum. Plaut. Pœnulo, 4. 167.
Huius colostra & dulciculus caseus, mastigia. Cic. 3. Tusc. 79. Demus scutellam dulciculæ potionis, aliquid videamus & cibi.
Dulcêdo, pen. prod. dulcedinis. (γλυκύτης, γλυκασμός,) Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 7.
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores nõ sinit esse sui. Cic. 2. de Fini. 66. Et Liu. 1. ab Vrbe.
Viuendi dulcedo. Cic. Bruto, 16. 16. Neque honores, neque virtus aliena dulcedinem vtendi minuere potuerit.
Iracundiæ dulcedo. Cic. Q. fratri, lib. 1. 2. 11. Si apud te plus authoritas mea, quàm tua siue natura paulo acrior, siue quædam dulcedo iracundiæ, siue dicendi sal facetiæque valuissent, &c.
Linguæ dulcedo. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 3. 11.
Orationis dulcedo. Cic. 3. de Orat. 88. Nam & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta à cæteris sensibus.
Intempesta somni dulcedo. Stat. 10. Thebaid. 16. Intelligit somni dulcedinem circa mediam noctem: quæ pars noctis, intempesta dicitur.
Alma dulcedo. Luer. lib. 2. 145. Aut aliquê fructũ capiãt dulcedinis almæ.
Honoris & pecuniæ dulcedine capi. Matius Ciceroni, libro 11. 28. 7. Itaque in victoria hominis necessarii, neque honoris, neque pecuniæ dulcedine sum captus.
Captus dulcedine pecuniæ, Vide CAPTVS.
Gloriæ dulcedine commoueri. Cic. pro Archia. 18.
Dulcedine corrupteláque mores deprauari. Cic. 2. de Legib. 62.
Interpellata dulcedo alicuius rei, Vide INTERPELLO.
Mouet maxima dulcedine sensum voluptas. Cic. 1. de Finib. 65.
Dulcitas, pen. cor. huius dulcitãtis. (γλυκύτης,) Idem. Accius Tereo, Suauem linguæ sonitũ, & dulcitas consipirium animæ. Nonius. Antiquum.
Dulcitûdo, penult. prod. huius dulcitũdinis, (γλυκύτης,) Idem. Cæcilius,
Tãta huic inuasit in corda dulcitudo. Hæc Nonius. Cic. 2. de Fini. 66.
Item Liuius 1. ab Vrbe. Cicero 3. de Orat. 55. Quinetiam gustatus qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcitudine præter cæteros sensus commouetur.
Dulciarius, (πεμματοπώλης,) vt, Dulciarius pistor, qui panes & mellita concinnat edulia. Martial. libro 14. 218.
Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Extruit: huic vni parca laborat apis. Lamprid. de Heliogabalo, Dulciarios habuit qui de dulcibus exhiberent quæcunque coqui de diuersis eduliis exhibuissent, &c.
Dulcesco, dulcescis, (γλυκαίνομαι,) dulcescere, Dulce fieri. Cicero de Senect. 49. Primo vua est peracerba gustatu: deinde matura dulcescit. Plin. lib. 3. cap. 18. 2. Dulcescente mari.
Dulcè, Aduerbium. (γλυκέως,) Plaut. Milite, 5. 58. Hercle astitit & dulce & comœdicè. Cicero de Claris Orat. 38. Tum historia quædam Græca scripta dulcissimè.
Loqui dulcè. Horat. 1. epist. 7. 6.
Magis dulcè, Vide MAGIS.
Profari dulcè. Stat. 1. Syl. 2. 13.
Ridens dulcè. Catull. ad Lesbiam, 48. 1.
Qui sedens aduersus identidem te
Spectat & audit dulce ridentem.
Dúlciter, Aliud aduerbium, pen. corr. (γλυκέως,) Cic. 2. de Finibus, 30.
Aut enim eam voluptatem tueretur, quam Aristippus, id est quã sensus dulciter ac iucunde mouetur.
DVLICHIVM. (Δουλίχιον.) (inquit Seruius) insula est, vbi mons est Ithacus, in quo fertur habitasse Vlysses, eóque & ipse Dulichius, & Dulichias habuisse rates dicitur. Hæc Seruius. Dulichium inquit Vadianus, Melæ interpres, Vlyssi paruit, à quo ipse Dulichius cognominatus: Ithacensis à patria. Horatius.
Remigium vitiosum Ithacensis Vlyssi. Ouid. 14. Metamor. 46.
Dulichiúmque, Samêque, & Neritos ardua saxis. Virg. 3. Aeneid. 54.
Dulichius, Adiectiuum. Virgilius 6. Eclog. 16.
Dulichias vexasse rates. Hoc est Ithacenses. Seruius.

Dum, (ὄφρα, ἕως,) Aduerbium temporis, varia significat.

Dum, Quando. Virgilius 1. Aeneid. 1.
Multa quoque & bello passus dum conderet vrbem.

Plinius libro 7. cap. 52. 1. Nullis euidentibus causis obiere, dum calciantur matutino duo Cæsares.
¶ Dum, Vsque dum, vel donec: & iúgitur his ferè verbis, moror, operior, expecto. Liu. Pancos morati dies dũ socii venirẽt. Terẽ. Heau. 3. 2. 32.
At nunc quid expectat Syrẽan dum hinc denuo
Abeat, quum tolerare huius sumptus non queat? Idem Eunuc. Expectabo dum veniat. Liui. ab Vrbe, Ne expectent dum à Roma legati veniant. Ibidem, Moratus dum imperatores consuleret. Idem de bel. Maced. Paucos moratus dies, dum sese omnes copiæ aslequerentur. Cice. ad Brutum, Non expectaui Brute dum tu scriberes. Idem ad Atticum, lib. 7. 11. 7. Expecta amabo te dum Atticum conueniam. Eidem, Ego in Arcano operior dum ista cognosco. Eidem, Quòd si totum tibi persuadere non possum, saltem dum quid de Hispanis agamus scitur, expecta.
Tantisper dum. Terent. Adelph. 1. 1. 45.
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet. Idem, Ego te meum dici tantisper volo, dum quod te dignum est facis.
¶ Dum, pro Modò, siue dummodo. Plaut. Sticho, 7. 25. Ducã hodie amicam. 8. vel decem, dum de tuo. Terent. Eunu. 4. 6. 4. Vsqueadeo ego illius ferre possum meptias & magnifica verba, Verba dum sint. Idem Heaut. 3. 1. 57. – decretum est pati Dum illum modò habeã mecum. Sallust. Neque id quibus artibus assequeretur, dum sibi regnum pararet, pensi quicquam habebat. Terent. Hecy. 4. 4. 12. Dum ne reducam, turbent porrò q̃ velint. Plaut. Persa, 16. 188. Vin' mea esse? Dum quidem nec nimis diu tua sim, volo. Cic. 5. de Finib. 153. Dũ res maneant, verba fingant arbitratu suo. Plautus Merc. 3. 83.
Dico esse iturum me mercatum si velit.
Amorẽ missum facere me dum illi obsequar: agit gratias mihi. Idẽ Capt. 2. 32. Nihil pretio parsit, filio dum parceret. Terent. And 4. 1. 53.
Hoc tibi pro seruitio debeo conari manibus, pedibus, noctesque & dies
Capitis periculum adire dum prosim tibi.
¶ Dum, aliquando πάρεργον est, est enim productio & adiectio syllabæ vt Ehodum ad me, Ades dum. Hæc Donatus. Terent. Hecyra, 5. 4. 4.
Manedum sodes. Vbi Donatus. D V M abundat, inquit.
Tam diu dum. Cic. 6. Verr. 5. Vsus est hoc Cupidine tam diu, dum forma diis immortalibus, Populoque Romano habuit ornatum.
¶ Dum, Quandiu. Plaut. Merc. 7. 47. – dic quid velis.
D. Vsquène valuisti? c. perpetuò rectè, dum quidem illic fui.
Idem Trucu. 16. 3. Nunc dum isti labet, dum habes tempus, ei obsecundo.
Idem Milit. 9. 100.
Nam iam aliquo aufugiam, & occultabo aliquot dies,
Dum hæc consilescunt turbæ, atque iræ leniunt. Idem Truc. 2. 12. Terent. Heaut. 2. 2. 11.
– nostri mores mulierum,
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Idem Hecyra, 3. 3. 54.
– aliquo mihi est hinc
Ablegandus dum parit Philumena. Idem And. 2. 6. 12. Dum licitum est ei, dumque ætas tulit, amauit. Plaut. Persa, 12. 41. Dum hoc stas, rectum oportuit. Cic. 3. de Finib. 14. Sed tamen iam inijci debet his artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior.
Dum quæro, dum studeo, dum sum fidelis. Terent. Heaut. 3. 1. 83.
Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium restituerem. Idem And. 5. 1. 3. Dum studeo obsequi tibi, penè illusi vitam filiæ. Idem Phor. 1. 2. 26. Seui fidelis dum sum, scapulas perdidi. Plinius lib. 9. cap. 8. Dum abeuntem in littus auidè sequitur, in arenam inuictus expirauit.
Dum exeo. Terent. Andria, Ne expectetis dum exeat. Sic Virgilius, 9. eclog. 5. Tityre dum redeo (breuis est via) pasce capellas. Idem 2. Aeneid. 27.
Limosoque lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui, dum vela darentsi fortè dedissent.
¶ Dum interea, pro Interea dum. Plaut. Amph. 17. 46.
– dum hæc aguntur, interea vxorem tuam
Neque gementem, neque plorantem nostrum quisquam audiuimus. Terent. Eunuch. 2. 2. 14.
Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum vbi venimus,
Concurrunt læti mi obuiam cupedinarii.
¶ Dum, pro Tunc quum. Terent. Heaut. 5. 5. 14.
– dum incipis, grauia sunt,
Dumque ignoresvbi cognoris, facilia.
¶ Dum, pro Tandiu, vel tantisper dum, aut quandiu. Plaut. Pseud. 9. 36.
Si quidem hercle etiam septem promptas thesauros Iouis,
Tibi libellam argenti nunquam credam dum tu sternutas. Cic. pro Rosc. Amer. 75. Dum præsidia vlla fuerunt, in Syllæ præsidiis fuit. Ibidem, 5. Dũ hominum genus erit. Terent. And. Dum tempus ad eam rem tulit. Id est quandiu.
¶ Neque dum, pro & nondum. Celsus, Pertinet autem ad rem quàm calidissimum esse imum ventrem, neque dum inflammationem cepisse.

¶ Nihil

¶ Nihil dum, Id est nihil adhuc. Cice. Planco, lib. 12. 12. 6. Interim ad me venit Munatius noster, vt consueuerat, & ego ei literas tuas dedi: nihil dum enim sciebar. Idem ad Cassium, lib. 12. 7. 5. Et quanquã nihil dũ audieramus nec vbi esses, nec quas copias haberes, tamen sic statuebã. Vix dum, Hoc est Vix adhuc. Cic. ad Cassium, lib. 12. 4. 5. Vix dum triginta dies in Syria fuisses. Vide VIX.
¶ Dum, Postquam. Martialis lib. 31. Audieris dum grande sophos. Id est postquam audieris.
¶ Dum, pro Quoad. Colum. lib. 2. cap. 11. Paulum aqua maceratur, dum inulcrescat. Idem lib. 3. cap. 3. 1. Est enim penè adhuc superuacuum de his conferendis præcipere, dum quod prius est, nondum concedatur, an omnino sint habendæ.
Dummodo. Liu. 1. ab Vrbe, 153. Dummodo virum honoratum videret, consilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Plaut. Amphit. 8. 12. Dũmodo laude parta, domum recipiat se. Iuuenalis Saty. 8. ad finem.
Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Aeacidæ similis, Vulcaniique arma capessas. Cic. 4. Acad. 231. Et pro Quintio, 65. Et 3. Offi. 109. Quid qui omnia recta & honesta negligunt, dũmodo potentium consequantur, nonne idem faciunt, &c.
¶ Dum ne. Cic. Cn. Magno in Epist. ad Atticum, libro 8. 15. 4. Ego sicut adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro. Eidem, lib. 6. 11. 10. Tu autem meministi nos sic agere, vt quot velles præfecturas sumeret, dum ne negotiatori. Liuius 2. ab Vrbe, 176. Virginius dicere passurũ se assignari agros, dum neoui nisi cui Rom. assignent. Cic. 6. Philipp. 208. Brutus Ciceroni, lib. 11. 10. 3. Interpellent me, quominus honoratus sim, dum ne interpellent quominus Respublica à me commodè administrari possit.

Dumus, huius dumi, m. g. (ἄκανθος,) Dicitur omnis spina. Cic. 5. Tusc. 92. Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura, & cylindri.
Amantes ardua dumi. Virg. 3. Georg. 63.
Aspera rura dumis. Virg. 4. Aeneid. 105.
Horrida dumis sylua. Virg. 9. Aeneid. 81.
Rubentes dumi. Claud. de Iocusta, 15.
Solidus dumus. Ouid. 12. Metam. 72. – solidóque reuellere dumo
Annosam pinum magno molimine tentat.
Spissi dumi. Silius lib. 10. 17.
Creare dumos dicitur terra. Quintil. libro 8. cap. 11. 19. Terra neglecta sentes, atque dumos, excultra fructus creat.
Dumósus, penult. prod. Adiectiuum, (ἀκανθώδης,) Spinosus, Vepribus plenus: vel vt ait Festus, Frondosus. Admonet Festus Pomp. legi Dumosum locum apud Liuium, pro dumoso antiqui enim interferebãt s, literam, & dicebant cosmittere pro cõmittere, & casmœnæ pro camœnæ. Columel. lib. 10. cap. 15. At si dumosis positi sint collibus horti. Idẽ lib. 4. cap. 33. 5. Nisi si dumosi, glareosique montes. Virg. 1. Eclog. 15.
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro
Dumosa pendêre procul de rupe videbo. Vbi Seruius, Dumosa, id est rigida, spinosa.
Arua dumosa. Virg. 2. Georg. 36.
Auia dumosa. Silius lib. 7. 89.
Inuia dumosa. Silius lib. 4. 62.
Rupes dumosa. Virg. Eclog. 1. 15.
Dumêtum, huius dumẽti, pen. prod. (δασυτάγη,) Locus dumis & spinis consitus. Cic. 5. Tusc. 91. Septũ vndique & vestitum vepribus & dumetis.
Paruis dumetis vulsa fragra. Senec. Hippol. 4. 52.
Confraga dumeta. Lucan. lib. 6. 26.
Horrida dumeta. Senec. Her. Oetheo, 2. 7.
Finguia dumeta. Virg. 1. Georg. 3.
¶ Dumeta Stoicorum, per translationem. Cicero 4. Acad. 200. Quem sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam rantas in angustias & Stoicorum dumeta compellimus?
Dumeta antiqui (inquit Festus) quasi dumicata appellabant, quæ nos dumeta.
DVNIVM, (δούνιον,) Ptolemæo authore, vrbs insulæ Britanniæ: alio nomine Dorlzinga. Vulgò Dorcestre.

Duntaxat, Aduerbium, (μόνον, ῥοῦν,) Idem significat quod solũm. Cicero pro Deiotaro, 1. Quod ipsum etsi non iniquũ est, in tuo dúntaxat periculo. Idem ad Atticum, lib. 2. 29. 3. Statim mehercule Arpinum item, ni te in Formiano commodissimè expectari viderem, dúntaxat ad pridie Nonas Maias. Plinius libro 10. cap. 29. c. Rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, dúntaxat mariboas. Cicero ad Brutum, Consules duos bonos amisimus, sed dúntaxat bonos. Idem pro Quintio, 41. Nuncia causa superiore ne vt partquidem sit postulat: inferiorem esse patitur dúntaxat vsque eo ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Sexti Nœuii cupiditati crudelitatique declarur.
Non dúntaxat: pro Non solum. Liuius libro XLVI. Nec animum nobis dúntaxat fidelem ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis quæ gessistis. Paulus, Quum tutor non rebus dúntaxat, sed etiam

moribus præponatur.

Duo, duis, Vide DO, DAS.

Duo, duæ, duo, plu. nume. δύο vel δύω attice. Aliquãdo accusatius masculinorum similis est nominatuo: proferturque ἀνο more Græco. Horatius lib. 1. Serm. saty. 7. 3.
– duo si discordia vexat inertes. Sic Virg. 11. Aene. 57. Si duo prete rea tales Idea tulisset Terra viros. Idẽ bis alibi Ambo pro Ambes dixit. Cic. Appio, li. 3. 4. 5. Duo. n. duarum ætatum plurimi facio eadem ratione, Cn. Pẽpeium filiæ tuæ socerum, & M. Brutum generum tuum.
Duodecim, pen. corr. (δώδεκα,) Cic. 2. de Legib. 93. Discebamus enim puer duodecim, & carmen necessarium.
Duodecies, Aduerbium, (δωδεκάκις,) Cicero in Sallust. 12. Ne causam diceret, sestertio duodecies cũ Cæsare pacisci tur. Liuius 8. bel. Maced. 120. Tyberis duodecies campum Martium, planaque vrbis inũdauit. Plin. lib. 31. cap. 2. 18.
Duodecies HS, Cic. 4. Verr. 134.
Duodeni, pen. prod. Adiectiuum plu. nu. (δώδεκάτοι,) Idem quod duodecim. Cæsar 5. bel. Gal. 57. Vxores habent deni, duodenique inter se communes. Martialis lib. 1. 32. Et Cicero pro Lege Agra. 84. Duodena iugera. Apud Liuiũ 1. ab Vrbe, 161, Duodeni pedes. Pli. li. 2. c. 8. 5.
Astra duodena. Virg. 1. Georg. 47.
Signa duodena. Ouid. 13. Metam. 136.
Duodeuiginti, (δέκατοι δυοῖν δέουτες.) Pro octodecim. Hanc dicendi cõsuetudinem (inquit Festus) à Græcis traxisse videmur, qui sic enũtiant δυοῖν δέουτι. Plautus Pœnulo, 14. 75.
Qui id credamus? 5. quia illas emit in Anactorio parnulas.
M. Quãti? 5. duodeuiginti mnis de prædone Siculo. Ci. 4. Aca. 145. Amplius duodeuigiati partibus cõfirmãt maiorem. Liuius. 4. bel. Pun. 48.
Duodeuiceni, pen. prod. duodeuicenorum: vt Duodeuiceni denarii. Liu. 1. bel. Pun. 151. Id est octodecim.
Duodeuicesimus, pen. corre. Plin. lib. 35. cap. 8. 3. Duo enim de vicesima olympia interlit Candaules. Idem lib. 2. cap. 73. 2. Bis anno absumi vmbras, sole duodeuicesimam Tauri partem obtinente.
Duodetricies. Cic. 5. Verr. 139. Ita in frumentum imperatum HS. duodetricies in annos singulos Verri decernebatur.
Duodetriginta. Varro 1. de Re rust. ca. 1. 8. Quòd res dispersas cõprehẽdit libris duodetriginta. Cæsar 5. bel. Gall. 7. Et Liu. 8. bel. Pun. 68.
Duodequadrageni pedes. Plin. lib. 36. cap. 2. 2.
Duodequadraginta annis. Cic. 5. Tusc. 80. Liu. 9. ab Vrbe, 185.
Duodequadragesimus annus. Liu. 1. ab Vrbe, 175.
Duodequinquagesimus annus. Cic. de Claris Orat. 84. Et apud Plinium lib. 4. cap. 22. 1. Duodequinquaginta.
Duodenonaginta. Plin. lib. 3. cap. 16. 2.
Duodeoctoginta. Plin. lib. 3. cap. 5. 16.

Duplex, dúplicis, penul. corr. Adiectiuum, (διπλόος, διπλάσιος,) Cui duæ sunt partes. Virgilius 1. Aeneid. 133.
– & duplicem gemmis auroque coronam. Idẽ 3. Georg. 17. At duplex agitur per lumbos spina. Vbi Seruius, Aut re vera duplex, aut rarius 1. Georg. 35.
– duplici aptantur dentalia dorso.
Duplex, pro duobus aliquando accipitur. Virg. 1. Aeneid.
– & duplices tendens ad sydera palmas.
Amictus duplex. Virg. 5. Aeneid. 84.
Duplex argentum. Plaut. Menech. 12. 22. Ego pol tibi reddam duplex,
Causa duplex iræ. Ouid. 6. Fast. 9.
Duplex comœdia. Terent. in Prol. Heaut. 5. – integram comœdiã
Hodie sum acturus, Heautontimorumenon.
Duplex quæ ex argumento facta est simplici.
Duplices cursus. Ci. 1. Tusc. 113. Itaque disseruit duas esse vias, duplicesque cursus animorum è corpore excedentium.
Duplex damnũ. Plaut. Casina. 16. 3. Vbi vbi sunt, duplici damno mulctat.
De coquis loquitur.
Modus in singulis pedibus orationis aut sesquiplex, aut duplex, aut par. Cic. in Orat. 112.
Duplex ordo. Plin. lib. 11. cap. 40. 1.
Panno duplici velatus. Horat. 1. epist. 18. 5.
Duplex pes primus fœminæ cancrorum, simplex mari. Plin. li. 9. ca. 31. 2.
Duplex stipendium. Liu. 4. bel. Maced. 74.
Duplex quàm. Colu. lib. 1. cap. 8. Duplicia quàm numerus seruorum exigit, refecta & reposita custodiat. Scilicet ferramenta.
Duplex pretium quàm cæteris. Plin. lib. 19. cap. 13.
Duplici spe vti. Terent. Phorm. 4. 2. 13.
Pater venit, sed quid pertimui autem bellus?
An quia quos fallam, pro vno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe vtier:
Peram hinc vnde à primo instituitis si dat, sat est:
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hospitem.
Duplicibus spoliis affectus. Plaut. Bacchid. 15. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunc hominem decet auro expendi, huic decet statuâ statui ex auro
Nam duplex hodie factus sum, duplicibus spoliis
Affectus sum.

Dupliciter, pen. corr. Aduerbium, (διττῶς, διχόθεν, διττάχως,) Duobus modis. Plautus Milit. 6. 24. – tuis
Nunc erariis, capiti que fraudem capitalem hinc creas,
Tibi iam vt pereas parauit est dupliciter, ni reprimas tuum
Stultiloquium. 2 C. qui verò dupliciter? P A. id dicam tibi.
Primum illum, si falsum insimulas Philocomasium, hoc perieris.
Deinde si id verum est, tu custos ei additus perieris. Cicero ad Paetum, libro 9. 20. 1. Dupliciter delectatus sum tuis literis, & quòd, &c. Sic 3. Tuscul. 64. Et 4. Acad. 185.

Dupliciter & bipertitò, cui contrarium est Simpliciter & singulari modo. Author ad Heren. lib. 1. 18. Vt ostenderet id quod oportuisset simpliciter & singulari modo docere, illos distribuisse dupliciter & bipertitò.

Carere culpa dupliciter. Cic. Paeto, lib. 9. 16. 13. Nihil esse sapientis praestare, nisi culpam: qua mihi videor dupliciter carere, & quòd ea sensérim quæ rectissima fuerunt: & quia quum viderem, &c.

Dupliciarius, Liuius 2. ab Vrbe, 158. Adhoc centuriones, dupliciariósque qui reliquerant ordines, virgis cæsos secuti percussit. In veteribus exemplaribus legitur duplicarios. Dicebantur autem duplicarii milites, quibus duplex stipendium dabatur.

Duplio, dupliónis, Verbum duodecim tabularum, quo duplex vel pecuniæ vel capitis multa iniungitur alicui: quemadmodum talionis, talis pœnæ dicebatur condemnatio cuius aliquis alium affecerat. Plin. lib. 18. cap. 3. 4. Noxa inve duplionem ve Prætoris arbitratu decerni.

Duplus, Adiectiuum, (διπλάσιος,) Bis tantum, vt Dupla pars. Cic. de Vniuers. 29. Deinde quartâ quæ secundæ dupla esset. Plaut. Pœnul. 20. 14. – de prandio tu dicis deberur. dabo.
A G. Duplum pro furto mihi opus est. Sic Plinius libro 2. cap. 21. 1.

Dupla agnina. Plaut. Cap. 3. 50.
– qui concinnant liberis orbas oues,
Qui locant cædibus agnos, & duplam agninam danunt. Id est qui sub nomine agninæ carnis, ouillam quoque vendunt: & ita duplam, hoc est duplicatam & duorum generum agninam præbent, mentientes totam agninam esse.

Duplo & triplo iteruallo dispares septem orbes mouent. Cic. de Vniuer. 332.

Duplum, dupli, Substantiuum, (διπλάσιον,) vt Condemnari dupli, ea forma dictum qua Condemnari capitis. Cato de rust. in Præf. Maiores enim nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Id est vt bis tantum reddat quantum furatus est. Sic Pœna dupli, apud Ciceronem lib. 3. Offic. 84.

Duplo maior. Plin. lib. 11. cap. 16. 9.

Ire in duplum. Cic. pro Flacco, 39. Prater meus pro sua æquitate prudentiaque decreuit, vt si iudicatum negaret in duplum iret.

Reddere duplum. Plin. lib. 33. cap. 1. 10.

Dúplico, dúplicas, pen. corr. (διπλασιάζω,) duplicare: vt Duplicare numerum. Cic. 1. de Nato. deo. 82. Cæsar 4. bell. Gall. 591.

Duplicare, Augere. Sallust. Et Marius victus duplicauerat bellum. Virg. 2. Eclog. 14 Et sol crescentes decedens duplicat vmbras. Vbi Seruius, Variauit: nam supra dixerat, Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ. Duplicat autem, auget. Hactenus Seruius. Sic Duplicare opinionem de se, Cicero ad Titronem, libro 16. Et duplicare imperium, Plin. lib. 11. cap. 37. 60.

Geminare & duplicare. Cic. in Partit. 13. Et geminata atque duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur.

Acies duplicare. Silius lib. 15. 102.

Belli duplicare. Tacit. lib. 20. Audita interim per Gallias, Germanisque mors Vitellii duplicauerat bellum.

Exercitum duplicare. Cic. Attico, lib. 5. 106. 4. Expedito ad murandum lo cum paruo exercitu, &c. quem nos Deiotari aduentu cum suis omnibus copiis duplicaturi eramus.

Materiam duplicare. Quintil. lib. 2. cap. 4. 16. Comparatio, quâquam ver fatur in ratione simili, tamen & duplicat materiam, &c.

Solicitudines duplicare. Lucceius Ciceroni, lib. 5. 14. 5. Non intelliges duplicari solicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulat?

Duplicare verba. Liu. 7. belli Punici, Sinuessæ natum ambiguo inter marem & fœminâ sexu infantē, quos Androgynos vulgus, vt pleraque facilliore ad duplicanda verba Greco sermone appellat. Id est cōponēda.

Duplicare & iterare verba. Cic. in Oratore, 74.

Duplicare vires suas. Liuius 8. ab Vrbe, 15.

Vota duplicare. Virg. 8. Aeneid. 110.

Duplicátus, pe. pro. Participiū. (διπλασιασθείς,) Cic. pro Domo sua, 73. At id nec propositū vllū fuit: & si fuisset, duplicata gloria discessissem.

Imago duplicata noctis. Ouid. 11. Metam. 111.

Iterata & duplicata verba. Cic. in Partit. 29. Ibidem, 12.

Duplicatò, Aduerbium, (διπλασιασμένως,) Plin. lib. 2. cap. 17. 6. Rursus Saturni & Iouis duplicatò digrediuntur.

Duplicatio, Verbale, (διπλασιασμός,) Seneca, Natu. quæst. 4. Horum duplicatio proxima à terris caleficit. Paul. in L. Quod ait. ff. De noxa. acti. Certè non tantum duplicationis, sed & condictionis rationem iubendam Iulianus putat.

Dupondius, Vide DIPONDIVS.

Duramen, Duramentum, Duracinae vuæ.

Durateus, Vide DVRVS.

Durata, δούρατα, plurali numero ligna dicūtur apud Græcos, vnde adiectiua sunt Durateus & Durius, quibus vsi sunt etiā Latini authores. Lucret. de equo Troiano, lib. 1. 93.
Nec clam durateus Troianis Pergama partu
Inflammasset equus nocturno Graiugenarum.

Nox duria, Id est nox illa qua durius seu durateus equus à Troianis exceptus fuit, & in vrbem admissus. Valer. 2. Argonaut. 115. Sic exponit Aegidius Maserius.

DVRICORDIVM, duricordii, vsurpat Tertullianus libro 5. ad Marcionem, pro duritie cordis.

DVRIVS, (δούριος,) Ptol. Hispaniæ fluuius circa Numantiā per Vaccæos fluens, qui Galleciam separat à Lusitania. Hermolaus Turiū legi oportere contendit apud Plinium lib. 3. cap. 3. Ex Sallustio, Phoca grammatico, & cæteris. Ptolemæo Durius dicitur, & Silio lib. primo, Hic certât Pactole tibi, Duriusque, Tagusque. Durius, vulgò Duero.

DVROCOTTORVM, (δουροκότοριον,) Galliæ vrbs in Belgica, authore Ptolemæo. Vulgo Reims.

Durus, dura, durum, (σκληρός, σκληρόθυμος, ἀπόκοπος, ἄτεγκτος, πέπτομος, σκῆπος,) Quod est solidum ac firmum. Virgil. 4. Aeneid. 74.
– sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.

Durus, ferreus & inhumanus. Cic. 7. Verr. 94. Quis tam fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhumanus, præter vnum te, &c.

Durus ad studia. Cic. pro Archia poeta, 15. Nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, iucundus fuit.

Durus & oratione & moribus. Cic. 4. de Finib. 126.

Vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Cic. de Clar. Orat. 60.

¶ Acheron durus, Vide ACHERON.

Agrestes duri. Virg. 1. Georg. 32.

Dura alueus. Plin. lib. 18. cap. 9. 6. Horat. 2. Serm. saty. 4. 6.

Amica dura. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 4.

Amor durus. Virg. 3. Georg. 52.

Duro animo es, Id est non potes vinci. Terent. Heaut. 4. 1. 57.
– vt præter spem euenit? quàm timui male
Ne nunc animo ita esses duro, vt olim in tollenda, Chreme?

Annona dura. Cic. pro Domo sua, 13. Iam penè belli depulso metu commutatam annonam esse dicebant. quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, &c.

Arator durus. Virgil. 4. Geor. 101.

Arua dura. Virg. 1. Georg. 69.

Casus durus. Virg. 6. Aeneid. 76.

Catena dura. Ouid. epist. 10. 17.

Cautes duræ. Ouid. 4. Metam. 35.

Claustra durissima. Claud. 5. Paneg. 11.

Conditio durior. Cic. pro Rabirio Posthu. 10. Prouidete, ne duriorem vobis conditionem statuatis, ordinique vestro, quàm ferre possit.

Duriores legum conditiones. Cic. pro Cluent. 120.

Corda dura. Ouid. epist. 4. 31.

Cotes duræ. Virg. 4. Georg. 41.

Crinis durus sanguine, Id est concretus. Stat. 11. Thebaid. 117.

Cubile durum. Virg. 9. Aeneid. 144.

Curæ duræ. Virg. 4. Aeneid. 98.

Cutis dura. Ouid. 8. Metam. 162.

Dolores duri. Virg. 5. Aeneid. 1.

Dura domina cupiditas. Cic. in Paradox. 50.

Fames dura. Horat. 1. Serm. saty. 2. 2.

Fata dura. Senec. Troade, 12. 1.

Duriore fortuna conflictari. Cic. ad Atticum, lib. 10. 19. 4.

Durum frigus. Plaut. Menæch. 21. 7. Lucret. lib. 6. 164.

Gens dura. Virgil. 6. Aeneid. 145.

Glebæ duræ. Virgil. 7. Aeneid. 150.

Durus homo, Rudis, & immitis, ac moribus difficilibus. Plaut. Merc. 7. 15.
Scio sæuus quàm sit homo, & durus. Terent. Adelph. 1. 1. 38. Nimium ipse durus est præter æquumque & bonū. Cic. 1. Offic. 71. Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Horat. 1. Serm. saty. 7. 2.

Homo vehemens atque durus. Cic. pro Cælio, 18.

Hyems dura. Virgil. 4. Georg. 48.

O dura messorum ilia! Horat. Epod. 3. 1.

Imperium durum. Tacit. lib. 12. Móxque vulgus duro imperio habitum probra, ac verbera intentabat. Silius lib. 13. 122.

Imperia dura exercere. Virg. 2. Georg. 74.

Durum ingenium. Terent. Phorm. 5. 2. 11.
Adeone ingenio te esse duro atque inexorabili,
Vt neque misericordia, neque precibus molliri queas? Horatius 3. Carm. Ode 21. 3.

Iter durum. Virg. 6. Aeneid. 138.

Iusta dura. Ouid. 7. Metam. 5.

Labor durus. Virg. 4. Georg. 23.

Lacerti duri. Claud. de Nup. Honorii, 28.

Dura lex, Quæ non facilè fertur. Plaut. Merc. 20. 1.
Ecastor lege dura viuunt mulieres,
Multóque iniquiore miserè quàm viri. Cicero 1. de Orat. 14. Tibullus libro 1. eleg. 6. 14.

Mala dura. Horat. 2. Carm. Ode 13. 6.

Messor durus. Ouid. 14. Metam. 129.

Ministeria dura. Ouid. 11. Metam. 125.

Mors dura. Virg. 3 Georg. 14.

Natura dura rerum. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 11.

Durum nomen & Molle nomen, contraria. Cicero 1. Offic. 57. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, cum quicum bellum geras, tam mol li nomine appellari? Quanquam id nomen durius iam efficit vetustas.

Duri oculi. Plaut. Menæch. 20. 24. Die mihi hoc etiam, solent tibi vnquam oculi duri fieri?

Opus durum. Lucret. lib. 5. 273.

Durum os. Plin. lib. 11. cap. 37. 33. Labra à quibus brocci, labeones dicti, & os probum duriósve, aquæ generantibus.

Os durum, Id est impudens. Ouid. 5. Metam. 91. Ab os, oris.

Duri oris vir. Liu. 2. bel. Punic. 245. Illud etiam in tali consilio animaduertendum vobis censeam p. c. si tam duri oris esse velitis, quòd nullo nostro merito faciatis, cui nos hosti relicturi sitis.

Duræ partes. Terent. Eunu. 1. 3. 62. Duras fratris partes prædicas.

Pater durus. Ouid. 9. Metam. 112.

Pauperies dura. Horat. 4. Carm. Ode 9. 10.

Pericla dura. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 8.

Durus pictor in coloribus. Plin. lib. 35. cap. 11. 15.

Duræ pœnæ. Terent. Heaut. 2. 4. 21. Imò vt patrem vidi esse habitum, dia etiam duras dabit. Subaudi, pœnas.

Poeta durissimus. Cic. Attico, lib. 14. 318. 5.

Præcordia dura. Ouid. 7. Metam. 114.

Prælia dura. Horat. 3. Carm. Ode 20. 1.

Dura prouincia. Terent. Phorm. 1. 2. 23.
– ô Geta, prouinciam Cepisti duram.

Quies dura. Virg. 10. Aeneid. 149.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus in æternam clauduntur lumina noctem. De morente dictum.

Dura est hæres in pectore & corde. Plaut. in Menæch. 17. 7.

Sapor Bacchi durus. Virg. 4. Georg. 21.

Senex durus ac penè agrestis. Cicero pro Cælio, 27. Idem in Oratore, 82. Quis tamen se tam durum agrestémque præberet qui hanc mihi non daret veniam? Propert. lib. 2. eleg. 31. 3.

Durior iudicis sententia. Liu. 6. bell. Punic. 76.

Dura seruitus. Plaut. Amphit. 4. 14.
Opulento homini hoc seruitus dura est,
Hoc magis miser est diuitis seruus, &c. Cic. in Paradox. 49.

Seruitium durius. Tacit. libro 11. Atque interim Gotarzes pœnitentia concessi regni, & reuocante nobilitate, cui in pace durius seruitium est, contrahit copias.

Sorores duræ, Id est parcæ. Silius libro 13. 15.

Sortes duræ. Ouid. 13. Metam. 37. Lucan. lib. 9. 211. Senec. Hipp. 10. 1.

Strata dura. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 1.

Studia dura. Claud. 7. Paneg. 64.

Dura tempora. Cic. pro Corn. Balbo, Duris enim quondam temporibus Reipub. nostræ, &c. Sic Liu. 4. bel. Maced. 22. Horat. lib. 2. epist. 2. 10.

Durissima Reip. tempora. Cic. pro Domo sua, 72.

Valetudo dura. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 18.

Durum verbum, cui Molle opponitur. Cic. 1. de Nat. deo. 132. At ista si ue beatitas, siue beatitudo dicenda sit (vtrumque omnino durū, sed vsu mollienda nobis verba sunt) verum, &c. Idem de Claris Orat. 150.

Vis dura. Virg. 4. Georg. 80.

Dura vita, Ingrata, & molestiis atque ærumnis opplera. Terentius Adelph. 5. 4. 5.
Quod mihi nunc euenit. nam ego vitam durā, quàm vixi vsque adhuc
Propè iam excurso spatio, mitto.

Vngue duro saucius. Claud. in Epithal. Palladii, 46. 25.

Vultus durus. Ouid. epist. 15. 3.

Dura viarum, Id est viæ duræ. Claud. 7. Paneg. 87.

¶ Tolerare dura. Senec. Hippol. 4. 22.

Præbere se durum miseræ & afflictæ fortunæ alicuius. Antonius Ciceroni in Epistolis ad Atticū, li. 14. 310. 2. Huic opponit Facilèse præbere.

Asperior & durior: cui contrarium est Moderatus & mitis. Cic. pro Murena, 55. Doctrina non moderata nec mitis, sed vt mihi videtur paulò asperior & durior, quàm aut veritas aut natura patiatur.

Ferro durior. Propert. lib. 1. eleg. 12. 6.

Duriúsculus, pen. corr. Diminutiuum. Plin. in Præf. 1. Ille enim, vt scis, per mutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit.

Dure siue diúriter, pen. corre. (σκληρῶς,) Aduerbia. Terentius And. 1. 1. 40. Primum hæc pudice viram, parce ac duriter agebat. Vbi Donatus, Duriter contra rationem regulæ. debuit enim dicere durè, ab eo quod est durus. Et tamen est differentia. Est enim duriter, sine sensu laboris: dure autem, crudeliter, illud ad laborem, hoc ad sæuitiam relatum est. Sed durè in alterum, duriter in nos aliquid facimus. Idem Adel. 1. 1. 20. Vxorem nunquam habui: ille contrà, hæc omnia,
Rurì agere vitam, seu per parce ac duriter se habere.

Accipere aliquid durius. Cic. Attico, lib. 1. 1. 9. Durius accipere hoc mihi visus est quàm vellem.

Aduertere durius. Tacit. lib. 3. Fecerant curam, ne princeps antiquæ parsimoniæ durius aduerteret.

Differere durius. Cic. ad Brutum, epist. 3. 5. Equidem nihil differri durius, quum nominatim de C. Antonio decernerem.

Incedere durius. Ouid. 1. de Remed. Amor. 68.

Duriter factum. Terent. Adelp. 4. 5. 28.
– factum à vobis duriter
Immisericorditerque: atque etiam si est pater
Dicendum magis aperte, illiberaliter. Vbi Donatus, Non dure & crudeliter dixit Terentius, sed quasi dura mente, id est inflexibili.

Verba duriter translata. Author ad Heren. lib. 4. 156.

Duritas, pen. corr. (σκληρία,) duritátis, Idem quod duritia. Cic. in Orat. 29. Alii duritatem & seueritatē quandam verbis, & orationis quasi mœstitiam sequuntur.

Duritia, duritiæ, (σκληρότης,) Firmitas & solidiras. Plinius lib. 9. ca. 36. 3. Tanta duritia aculeo est. Idem lib. 13. cap. 9. 1. Ligni mros grandis fit mæque duritiæ. De pomo persico. Plaut. Mostel. 3. 50. Victitabam vo lupe parsimonia & duritia.

Duritia, Asperitas & crudelitas. Terent. Heaut. 3. 1. 26.
Conspectum fugitat propter peccatum: tum hoc timet,
Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit. Cic. in Part. 43. Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis.

Imperii duritia. Tacit. lib. 17.

Arenacea duritia, Vide ARENA.

Lapidea duritia, Vide LAPIS.

Duritia virilis. Cic. 5. Tusc. 106.

Superare ferrum duritia. Ouid. epist. 2. 28.

Durities, huius duritiei, pen. prod. (σκλήρωσις, σκλήρωμα,) Idem significat quod duritia. Plin. lib. 13. cap. 15. 7. Duritie & maturitate incorrupta spissari. Sic Columel. lib. 6. cap. 14. 3.

Animi durities. Cic. pro Domo sua, 77. An ego tantam aut animi duritiē habere, aut oculorum impudentiam possim, vt, &c.

Saxi durities. Lucret. lib. 4. 54.

¶ Creare duritiē. Celsus lib. 2. cap. 14. Et mollitur eo detracto quod duritiem creabat.

Deponere duritiem. Ouid. epist. 4. 17.

Induere duritiem contra sensum, Vide INDVO.

In duritiem lapidescere, Vide LAPIS.

Ponere duritiem, Id est mollescere. Ouid. 1. Metam. 81.

Durabilis, & hoc durabile. pen. corr. (δικαιός,) Quod diu durat. Ouid. epist. 4. 18. Quod caret alterna requie, durabile non est. Plin. lib. 16. cap. 43. 2. Durabilia ac fœtilia quæ modicè humida.

Duramen, pen. prod. & duramentum, (ἰσχαίωμα,) Brachium vitis. Colu. lib. 4. cap. 21. 1. Sed vt caput trunci, pedali ferè spatio sit inferius sugo quaternis brachiis, quæ duramenta quidam vocant, diuidatur in totidem partes. Ibidem, cap. 22. 1. Consyderandum erit cuius longitudinis sint duramina quæ excedant præfictā mensuram. Plin. lib. 17. ca. 23. 9. Relicto semper duramento.

Duramentum etiam pro Confirmatione & firmitate. Senec. de Tranquil. vitæ, Dices tenera esse virtutum principia, tempore ipsis duramentum & robur accedere. Valer. lib. 2. cap. 2. Efficacissimum igitur virtutis duramentum, necessitas.

Durácini, pen. corr. acini dicuntur qui durum & firmum corticem habēt. Plin. lib. 14. cap. 1. 6. Vua non alibi gratior callo, vt inde possit inuenisse nomen duracini, durus acinus. Ni mauis legere duracinæ, vt ad vuā referatur. Suet. ex epist. Augusti. cap. 76. Dum lectica ex regia domum redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi. Sic autem duracina vua, vt ficus duricoria dicitur. Ex Budæo.

Duracina perfica dicuntur, quorum corpus ligno adhæret. auelliq́ue nequit. Plin. lib. 15. cap. 12. Sed perficorum palma duracinis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duro, duras, (σκληρύνω,) durare. Durum facere & firmum. Columel. libro 6. cap. 17. ad finem, Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus aut feris locis pascitur, vt vngulas duret, siue postea lõgis itineribus habilis. Cæsar 6. bell. Gall. 98. Hoc se labore durare adolescentes. Martial. libro 13. 26. Sorba sumus molles nimium durantia ventres. Liuius 1. bel. Pun. 43. Nec erat difficile opus, quod cæmenta non calce durata erant. Columel. lib. 7. cap. 8. 3.

Durare & Mollire, contraria. Celsus lib. 2. cap. 14. Qui dixit frictione si vehemens sit, durari corpus: si lenis, molliri.

Durare ad. Plaut. Trinúmo, 6. 13. Ego ad hoc genus hominum duraui.

Ad plagas durari. Quintil. lib. 1. cap. 3. 19. Is etiam ad plagas, vt pessima quæque mancipia durabitur.

Durari in grana. Plin. libro 12. cap. 19. 8. Radicem cinnamomi vidimus in palatii templo, ex qua guttæ editæ omnibus annis in grana durabant.

Animum durare, Id est obfirmare. Ouid. ad Liuiam, 40.
Dixit, & iratus vota insuscepta reliquit,
Durauitque animum, destituitque preces.

Mentem durat. Tacit. libro 3. Quod reus postquam sibi exitiabile intellexit, an adhuc explicetur dubitans, hortantibus filiis durat mentem.

Vitia durari. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27. Multa linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, immendabili in posterum prauitate durantur.

¶ Durare, Tolerare patienter ferre. Virgilius 1. Aeneid. 43.
Durate, & vosmet rebus seruate secundis. Hoc est duri estote ad sustinendos labores. Seruius.

Laborem durare. Virgilius 8. Aeneid. 114.
– patiar quenuis durare laborem.

Durare cum accusatiuo, apud Poetas. Horat. lib. 1. Carm. Ode 14. 1.
– Vix durare carinæ Possunt imperiosius
Aequor. Id est sustinere vim æquoris. Porphyr.

Durare cor, pro Patienter ferre, accipi videtur. Plaut. Pseud. 5. 7.
Crucior. P. cor dura. C. non possum. P. fac possis.

¶ Durare, (ὑπομένειν,) Persistere, perseuerare. Hoc verbum (inquit Donatus) perferendis malis conuenit. Plaut. Amph. 10. 1. Durare nequeo in ædibus, ita me probri, &c. Terent. Adelph. 4. 2. 16.
Non hercle hîc quidem durare quisquam, si sic fit, potest.

Durare non queo. Plaut. Asin. 16. 57. Et Curcul. 4. 20. Sed enim nequeo durare, quin ego herum accusem meum.

¶ Durare, pro Viuere. Plinius lib. 11. cap. 54. 1. Durasse & vltra vndecimum plerosque certum est. * & Quintil. lib. 3. & vltra Socratem vsque durault, & lib. 5. Durare in æternum.

¶ Pertinacissime durare. Quintil. libro 1. cap. 10. Hinc enim accidunt & oris plurima vitia in peregrinum sonum corrupti, & sermonis cui quã Græcæ figuræ assidua consuetudine hæserint, in diuersa quoque loquendi ratione pertinacissime durant.

Aeternum durabit. Stat. 12. Thebaid. 70.

In æternum durare. Quintil. lib. 5. cap. 11. 31. Neque enim durassent hæc in æternum, nisi vera omnibus viderentur.

In longum æuum durare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 2.

Durare alicui. Plaut. Asin. 5. 25. Mihi quidem te parcere æquum est tandem, vt tibi durem diu.

Amicitiæ vsque ad senectutẽ firmissimæ durant. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14.

Durauit hic illi animus vsque ad extremum. Plinius epist. 111. b. libro 5. Medicis obsequebatur: sororem, patrem adhortabatur, ipsumque se destitutum corporis sui viribus, vigore animi sustinebat. Durauit hic illi vsque ad extremum: nec aut spatio valetudinis, aut metu mortis infractus est.

Durare per annos. Virg. 2. Georg. 20. – cui non certauerit vlla
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.

In extremum durare. Ouid. epist. 7. 22.

Horam durare. Horat. 1. epist. 1. 17.

Sub Ioue durare. Ouid. 2. Fast. 60.

Ira manet, duráque dolor. Valer. 3. Argon. 77.

In longum durare. Stat. 4. Sylu. 7. 9.

In longas moras durare. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 8.

Durat in occasum. Plin. lib. 2. cap. 31. 1. Semel in meridie cõspecti, in Bosphoro produntur, qui à matutino tempore durauerunt in occasum. Sic apud eundem lib. 18. cap. 34. 7. Durare in noctem.

Senecta turpi durare. Valer. 6. Argon. 62.

In seras durant sermonibus vmbras, Id est colloquuntur vsque ad multam noctem. Valer. 2. Argon. 70.

Durante ibi antiquorum memoria. Sueton. de Claris Grammaticis, 24. Legerat in prouincia quorundam veteres libellos apud Grammatistam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita.

Durãtus, penult. prod. Participium. (σκληρυνθείς,) Plinius in Paneg. 22. Quum Danubius ripas gelu iungit, duratúsque glacie ingentia tergo bella transportat, &c.

Bellis durati. Liu. lib. 1. Decad. 5. Ipsi à pueris eruditi artibus militiæ, tot subacti atque durati bellis.

Duratus malis, laboribus, viu armorum, Liu. 7. ab Vrbe, 131. Et 8. bell. Maced. 75. Et Columel. in Procem. lib. 1. 15.

Mens durata malis. Lucan. lib. 5. 160.

Frigore duratus Pontus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 17.

DVRATRIX, pen. prod. huius duratricis, pen. prod. Verbale f. g. Plin. lib. 14. cap. 1. 8. Additúque acinis eandem quã in doliis amphoris ve duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo.

Duresco, duresces, durui, (στερεόομαι,) durescere, Durum fieri. Col. li. 8. cap. 5. 15. Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant. Cic. 2. de Natu. deo. 38. Itaque & aquilonibus, reliquisque frigoribus adiectis durescit humor. Ouid. 2. Metam. 167. Oraque durauerant, signumque exangue sedebat.

Coire & durescere. Plin. lib. 11. cap. 38. 1. Sanguis taurorũ celerrime coit atque durescit: ideo postifer potu maximè.

Duricordii, vsurpat Tertullianus lib. 5. ad Marcionẽ, pro duritie cordis.

In lectione alicuius durescere. Quintil. lib. 2. cap. 5. 13. Nequis eos antiquitatis nimius admirator in Gracchorum, Catonisque, & aliorum similium lectione durescere velit.

Situ durescit campus. Virg. 1. Georg. 15.

Limus durescit igni. Virg. eclog. 6. 16.

Dusmosus, Vide DVMVS.

Duumuir, duúmuiri, pen. corr. (δυόδ' ἀρχος,) Alciatus, In Latinis municipiis Duumuiri primi in albo describebantur hi carceribus præerant, publica locabant, fascibus vtebãtur. Liu. 1. ab Vrbe, 110. Cic. ad Atticũ, li. 14. 319. 2. Cæsar 1. bel. Ciuil. 80. Vlpianus in L. Siquis vxori §. Si fugitiuum. ff. De furtis, Si fugitiuum meũ quis quasi suum à Duumuiro, vel ab aliis, qui potestatẽ habent de carcere vel de custodia dimittendi, acceperit an is furti teneatur.

Duorumuirorum iudicium. Cic. in Orat. 87. Planeque Duorumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam.

Duumuiri nauales, apud Liuium.

Duumuiralis, & hoc duumuirale, pen. prod. (δυοδ' ἀρχικός,) Quod ad Duumuiralem ludum munus Duum viratus pertinet: vt Consularis, Triumphalis. Vlpianus in L. prima. ff. de Albo scribendo. Qui Duum viratũ gesserunt (si hic honor præcellat) & inter Duum virales antiquissimus quisque prior.

Duũuiratus, huius Duũ viratus, pen. prod. (δυοδ' ἀρχία,) Ipsa Duũ virorũ dignitas. Pli. in epist. li. 4. ad Sepronii, Hunc agonẽ Trebonius in Duũ viratu suo tollẽdũ curauit. Paulus in L. Honores. ff. de Decurionib. Is q nõ sit decurio, duũ viratu vel aliis honoribus ciuilibus fungi nõ pot.

Dux, Vide DVCO.

D Y

Dynastes, dynastæ, m. g. (δυνάστης,) Quicũque magistratus, qui potestate fungitur in ciuitate, veluti hi qui sunt in imperio, optimas, primas, præfectus. Cic. 11. Philip. 313. Idẽ si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæq; fecissent, &c. Idẽ Atti. li. 2. 14. 2. Si erit iste nebulo cũ his dynastis in gratia. Et apud Hirtium lib. 4. bel. Alex. 271.

Dyota, dyotę, pen. prod. g. f. (δυώτης,) vinatiũ vas est, vt exponit Horatii interpretes, habens duas ansas, tanquam duas aures vnde nomen accepit. Græcis enim δύο duo significant, οὖς τὸ aures. Horat. lib. 1. Carm. ode 9. 2. – atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
Thallarche merum dyota.

DYRRHACHIVM (δυῤῥάχιον,) Macedoniæ nobilis ciuitas & portus, authore Pomponio Mela. Dyrrhachium sibi delegit exilio Cicero vt scribit Epist. lib. 14. 113. Dyrrhachium (inquit) veni, quòd & libera ciuitas est, & in me officiosa, & proxima Italiæ. Rursum epist. 3. 9. Sum Dyrrhachii hoc tempore, vt quàm celerrimè quid agatur audiã, & sum tuto. Ciuitas enim hæc semper à me defensa est. Hæc ille ad Terentiã. Dyrrhachium, vulgò Durazo Italis.

Dyrrhachinus pen. prod. (δυῤῥαχηνός,) incola Dyrrhachii. Ci. ad Atti. li. 3. epist. 64. Et q̃ mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi.

Dyscolus, dyscoli, penult. correp. δύσκολος, Prauus, asper, difficilis.

Dysenteria, pe. co. (δυσεντερία,) dici pót intestinorũ exulcera tio. Latinè tormina, authore Celso li. 4. c. 15. dicunt. Plin. lib. 20. ca. 20. 3. Ci. Gallo, li. 7. 27. 4. Sanè δυσεντερίαν, ptimuerã.

Ad dysenteriam bibitur cum ablynthio. Plin. lib. 22. cap. 25. 26.

Datur in vino austero ad dysenteriam. Plin. lib. 27. cap. 10. 6.

In dysenteria lens efficacior in tribus aquis cocta. Plin. lib. 22. ca. 25. 25.

Dysenterias emendat pota & infusa. Plin. lib. 26. cap. 8. 8.

Dysenterię & vomicis estur portulaca ex aceto, vel bibitur cum cumino. Plin. lib. 20. cap. 20. 4.

Infestari dysenteria. Plin. lib. 22. cap. 22. 6.

Dysenteriæ infunditur aloe. Plin. lib. 27. cap. 4. 7. Sic lib. 28. ca. 9. 5.

Elatine cum lini semine cocta, forbitionis vsu dysenteria liberat. Plin. lib. 27. cap. 9. 4.

Dysenteriæ medetur stœbe infusa. Plin. lib. 22. cap. 11. Aizoi

Aizoi succus alium sistit, & dysenterias. Plin. lib. 26. cap. 8. 3. Ibidẽ, Symphyti radix dysenteriam sistit.

Sanant epinyctidas & dysenteriam cũ suis nucleis. Plin. lib. 23. ca. 1. 6.

Si vrat dysenteria. Plin. lib. 28. cap. 9. 5.

Dysentericus, pen. corr. (δυσεντερικός,) Qui tormĩbus vexatur. Plin lib. 20. cap. 4. 1.

Vituli quoque ius vulgariter datum, inter auxilia dysentericorum tradũt Plin. lib. 28. cap. 14. 3.

Auxiliatur dysentericis semen cucumeris. Plinius lib. 20. cap. 2. 2. & lib. 28. cap. 15. 9.

Dysentericos curant poto vino. Plin. lib. 20. cap. 21. 11.

Datur & dysentericis denarii pondere in vino. Plin. lib. 23. cap. 9. 1. Et paulo pòst, 4.

Senectus anguium dysentericis & tenasmis in æneo vase decoquitur cũ rosaceo. Plin. lib. 30. cap. 7. 3.

Multi super omnia laudant ad deploratos dysentericos quinque folium. Plin. lib. 26. cap. 8. 11.

Dysentericos emendat in vino austero bis die potus. Pli. lib. 24. ca. 10. 6.

Dysentericis exulcerati. Plin. lib. 22. cap. 22. 8.

Fit & dysentericis remedium singulare, ouo effuso in fictili nouo, &c. Plin. lib. 29. cap. 3. 11.

Dysentericis etiam illinitur, vel ipsa glans. Plin. lib. 24. cap. 3. & cap. 4. 1.

Dysentericis inponuntur lini semen ex aceto. Plin. lib. 20. cap. 22. 13.

Decoctum eorum veteres dysentericos iuuat, & potione & potu. Plin. li. 23. cap. 1. 4.

Dysentericos liberat semẽ hippolapathi in vino potũ. Pli. li. 20. c. 21. 10.

Medetur dysentericis beta iniecta. Plin. lib. 20. cap. 8. 1.

Corticis melle decocti vsus in medicina ad dysentericos præcipuus habetur. Plin. lib. 12. cap. 8. 1.

Prodest dysentericis hera sylueſtris. Pli. lib. 20. cap. 8. 3. Et paulo pòst, 6.

Dysentericos recreant semina pecudum decocta cum lini semine aqua ptisana. Plin. lib. 30. cap. 7. 1.

Reuocantur dysentericis à morte. Plin. lib. 23. cap. 6. 12.

Sanat & dysentericos in vino rubro tusa. Plin. lib. 26. cap. 8. 5.

Eadem forbetur à dysentericis in vino austero. Plin. lib. 24. cap. 15. 9.

Quinque ouorum lutea in vini hemina cruda forbentur dysentericis. Pli. lib. 29. cap. 3. 4.

Sanguis caprinus decoctus cum medulla dysentericis subuenit. Plin. libr. 28. cap. 14. 6.

Valet ad dysentericos fimum, &c. Plin. lib. 28. cap. 8. 17.

Dysentericis veteribus dari ex aqua mulsa radicem staphilini iubet Cleophantus. Plin. lib. 20. cap. 5. 2.

Dysentericis vtile est semen bunii. Plin. lib. 20. cap. 4. 1.

Dyspepsia, est egra difficilisque ventriculi concoctio, quã Plin. eruditatem appellat. ἀπὸ τοῦ πέπτω, id est coquo.

Dyspnoea, Spirãdi difficultas, (δύσπνοια,) Plin. li. 23. ca. 1. 35. Nec singultientibus, nec si cum febre dyspnœa fit. Celsus libr. 4. cap. 4. Est etiam circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se intendit. Quæ in difficultate spirandi consistit. Sed hęc dum modica est, neque ex toto strãgulat, δύσπνοια appellatur. Cum &c.

Dyspnœas lenit oleum balsaminum. Plin. lib. 23. cap. 4. 14.

Dyspnœæ medetur centaurium maius. Plin. lib. 26. cap. 7. 2.

Dyspnoicus, pen. corr. δύσπνοϊκός,) Qui dyspnœa laborat. Plin. lib. 24. cap. 6. 1. Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleureticis, &c.

Dysuria, pen. cor. (δυσουρία,) Vrinæ difficultas. Vnde Dysurica. Ci. Gallo, li. 7. 27. 3. Epicurũ tuũ Stoici malè accipiũt, qa dicat δυσουρικοὺς καὶ δυσεντερικοὺς πάθη, sibi molesta esse quorũ alterũ morbũ edacitatis esse putat, alterum etiam turpioris intemperantiæ.

E



LITERA secunda vocalis, quinta in ordine alphabeti, quæ loco i ali quando fuit. Quint. libro. 1. cap. 6. Quid, non e quoque, i loco fuit? vt Menerua, & Leber, & Magester, & Deioue & Veioue, pro Diiouí, Veiouí? Hactenus Quinti. Pierius in suis in Virgilium Castigationibus idẽ ad monet, in marmoribꝰ antiquis sępissime e pro i legi, vt Vergilius, Vergilia, De ana, & IOVE OPT. MAX. pro IOVI.

¶ E præpositio, (ἐκ vel, ἐξ,) ablatiuo casui seruit. vt E seruo liber tus. Terent. And. 1. 1. 10.

Abiit è. Terent. Phorm. 5. 9. 30. Ea mortem obiit, è medio abiit.

Aspicere è. Plin. epist. 102. f. Placuit egredi in littus, & è proximo aspicere, si quid iam mare admitteret.

Audiui è prædonibus. Terent. Eun. 1. 2. 34.

Candicans è rufo. Plin. lib. 12. cap. 13. 4.

Dedit è. Plaut. Trinum 13. 54.
–ab ipsõ'istas accepisti? è manibus
Dedit mihi ipse in manus.

Fabrefactum è. Plaut. Rud. 30. 13. Nam hoc quidem pol è rubigine, non è ferro fabrefactum est.

Fugere è conspectu. Terent. Heayr, 1. 2. 107.

Grauida è Pamphilo est. Terent. And. 1. 3. 11.

E fontibus abditis & recõditis hauriri artium studia. Cic. 1. de Orat. 7.

Languere è via. Cic. 1. Philip. 8. Qui quum mihi mos notus esset, cumque è via languerem, & mihimet displicerem, &c.

Laborare è dolere. Terent. And. 1. 5. 33. Quid agit? M. rogas? laborat è dolore.

Laborat è renibus. Cic. 2. Tuscu. 101.

E meo animo, Id est mea sententia, vt mihi videtur. Plaut. Aulul. 16. 3.
–vsque à principio omnia:
M. Tamen è meo quidem animo, aliquanto rectius facias.

Peperit è Pamphilo. Terent. And. 3. 2. 17.

Petere è. Teren. Eunu. 3. 2. 38. E fláma te petere cibum posse arbitror.

Scire è. Plaut. Mostel. 9. 48, –è me, ne quidem
Mortuus mihil sciet.

E contraria parte. Cic. 4. Acad. 120. Vide E regione.

¶ E contrario. Plin. lib. 10. cap. 38. 3. Mulræ aues è contrario semp in volatu silent. Cic. Ante q̃ iret in exilium, 16. Et Colu. lib. 4. cap. 24. 2.

E diuerso. Plin. lib. 12. ca. 21. 3. E diuerso Arabica glás viridis ac tenuior.

E diuersõ, pro E contrario. Plin. lib. 4. cap. 4. 1. E diuerso irrumpentia.

E facili, pro facilè. Plin. libro 30. cap. 3. 4. Eorundem cinis exesis dentibus coniectus, è facili cadere eos cogit. Alia exemplaria habent ex facili.

E longinquo. Plin. lib. 12. cap. 22. 3. Calamus præstantior odore statim è longinquo iouitat. Idem lib. 10. cap. 23. 3. E longinquo venire non dubium. Vide in LONGVS.

E natura, Secundum naturam. Cic. de Fimb. Hunc statum corporis maximè expetit qui est è natura maximè.

E re nata. Terent. Adel. 3. 1. 8. E re nata melius fieri haud potuit quàm factum est, hera.

E regione, Ex aduerso. Cic. 4. Acad. 120, Nónne etiam dicit is, esse è regione nobis è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia? Idem 1. de Finib. 28, Si omnia deorsum è regione ferrentur, & vt dixi ad lineam, nunquam fore vt atomus altera alteram posset attingere. Budæus.

E regione & in conspectu, apud Hirtium lib. 6. bel. Hispaniensis, 59.

E regione, cum genitiuo. Cic. 1. de Diuinat. 25, Vident è constantissimo motu lunæ, quando illa è regione solis facta incurrat in vmbrã terræ, quæ est mera noctis, vt eam obscurari necesse est. Budæus.

E Repub. Id est pro Reipub. vtilitate, vel incommodum Reip. Suet. in Cęsare, Pleriq; pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente, eam largitionem è Repub. fieri. Plinius epist. 109. b, Prolata lege de Senatu habendo, iurare coegit è Repub. esse quod cẽsuisset. Sallust. in Catil. Certè scio quæ studio dixerit, è Repub. dixisse. Liuius, Faceret quod è Repub. fideq; sua duceret. Idem de bello Punico, Vt si è Repub. cẽseret esse, veniret. Ibidem, Vtrunq; inquit è Repub. fuit Patres Conscripti. Cic. 3. Philipp. 145, Duobus aut tribus Senatusconsultis è Republica bene factis reliquas res ad lucrum prædamque reuocarit. Idem Bruto, 2. 2, Facis ex tua dignitate & è Repub. Idem 10. Philip. 287. Id Qu. Cepionem, Brutum Proconsulem bene & è Republica & ex sua maiorumque suorum dignitate consuetudinéque Reipublicæ bene gerendæ fecisse.

E sublimi iacere. Plin. lib. 10. cap. 3. 2, Ingenii est ei testudines raptas frãgere è sublimi faciendo. De aquila loquitur.

Tollere è vita amicitiam. Cicero de Amicitia, 43, Solem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollũt, qua à diis immortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius.

Surrexit è lecto. Terent. Adel. 4. 1. 4.

E vestigio, pro Confestim, properanter. Plinius epist. 90. lib. 6. Nunquam fui magis de occupationibus meis questus, quæ me nõ sunt passæ, aut profitentem te valetudinis causa in Campaniam prosequi, aut profectum è vestigio subsequi. Cæsar 4. bel. Gall. 81. & lib. 8. 79. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12. 5.

Repente è vestigio. Cic. 1. Ver. 31. Sed repẽte è vestigio ex homine, &c.

Vicinus è proximo. Plaut. Aulul. 9. 11.
Sed herus nuptias meus hodie faciet. C. cuius ducit filiam?
S. Vicini huius Euclionis è proximo.

Ea, vel eadem, Ea re, Vide 15, ea, id.

Eapse, Ea ipsa. Festus.

BASO, ciuitas Hispaniæ Tarraconensis, Ptolemæo. Vulgo S. Sebastianus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eatenus, pen.corr. A duerbium,(ἕως τοσοῦτον,) Tandiu vel vsq; ad id. Plaut. Mostel. 3.34. –ad legionem
Quum itur, adminiculum eis danunt tum iam aliquem cognatũ suũ Eatenus abeunt à fabris.
Eatenus quoad(τοσοῦτον ὅσον,) Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 15. Quorũ tiquis forte esset sordidior, ferres eatenus quoad per le negligeret eas leges, quibus est astrictus, non vt ea potestate, quam tu ad dignitatem pertinisses ad quẽstum vteretur. Idem 1. de Legib. 20, Sed hoc ciuile quod vocant, eatenus exercuerunt quoad populo prestare voluerit. Et de Vniuers. 56.
Eatenus qua. Columel. lib. 12. cap. 9. 1. Caules lactucæ ab imo depurgatos, eatenus qua renera folia videbitur. Quintil. libro 1. cap. 11. 1, Dũ dum aliquid Comœdo quoque eatenus, qua pronũtiandi scientiam futurus Orator desyderat.
Eatenus quatenus. Caius de Iustitoria actione, Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ea re locupletior factus est.
Eatenus vt,(τοσοῦτον ὥστε,) Cic. de Opt. gen. Oratorum, 153, Verba per sequens eatenus vt ea non abhorreant à more nostro. Cola. lib. 5. ca. 1. 4. Quo magis veniam tribuẽdam esse nostræ disciplinæ censeo, si ea tenus progreditur vt dicat qua quidq; ratione faciendum.
Eatenus nequid, pro Solum. Suet. in Tiberio, ca. 33, Ac primo eatenus in terueniebat, nequid perperam fieret.

E B

Ebenus, (ἔβενος,) Vide EBENVS.

Ebibo, ebibis, ebibi, pen.corr. ebibitum,(ἐκπίνω,) ebibere, Exhaurire. Plin lib. 5 cap. 15. 1, Asphaltiten lacum dirũ natura petit, à quo post remo ebibitur. Plaut. Amph. 4. 278, Vt ego vini cirnea ebiberim meri. Terent. Heaut. 2. 3. 14, Quid comedent? quid ebibent?
Ebibere imperium heri sui. Plaut. Amphit. 7. 73.
Ebibere sanguinem alicui, Hoc est exugere. Plaut. Curcul. 3. 60.
Subfilite obsecro, & mittite isthanc foras,
Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.
Vbera ebibere. Ouid. 6. Metamorph. 69, Vberaque ebiberant auide lactantia nati.

Eblandior, eblandiris, pen. prod.(ἐξαρτυκίνομαι,) eblandiri, Blãditiis elicere, & imperare. Cicc. Attico, lib. vlt. 343. 4.
Nunc mi Capito(scio enim quãtum semp apud eos quibuscũ fis, posse soleas)eo plus apud hominẽ facillimum atq; humanissimum Plancum enitere, elabora, vel potius eblandire, effice vt Plancus, quẽ spero optimum esse, sit etiam melior opera tua. Liu. 7. bel. Pon. 175. Neq; enim omnia emebat, aut eblandiebatur, sed vim etiam flagitiis adhibebat. Plin. lib. 9. cap. 8. 9, de Arione, Eblanditus vt prius caneret cithara.
Eblanditi suffragia, Precibus & blanditiis emere & aucupari. Cic. p Cn Plancio, 8, In quo primum illud debes putare, comitiis præsertim ædilitiis, studium esse populi, non iudicium. Eblãdita illa, non enucleata esse suffragia: eos qui suffragium ferant, quid denique ipsi debeant, cõsyderare sæpius quàm quod cuiq; à Rep. videat debere. Sic apud Plinium lib. 16. cap. 27. 5, Cælo fœcunditatem omnem eblandito.
Eblandiri solitudines ruris, dicuntur in passiua significatione. Colum. lib. 8. cap. 11. 1, Sed ne hæc tamen aliena est agricolæ captantis vndiq; voluptates acquirere, quibus solitudines ruris eblandiantur.
Eblanditæ preces, Blandis precibus impetrata testimonia. Plin. in Paneg. 119, Volo ego qui prouinciam rexerit, non tantum codicillos amicorum, nec verbana conniuatione eblanditas preces, sed decreta colonia tum, decreta ciuitatum alleget.
Eblandita alicui aspectu rosa. Plin. lib. 25. cap. 2. 15, Nuper cuiusdam militantis in Prætorio mater vidit in quiete, vt radicem syluestris rosæ, quam cynosthodon vocant, eblanditam sibi aspectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam. Sed hîc omnino legendum est blanditam: & ita habent codices emendati.

EBORACVM,(ἐβόρακον,) Britanniæ ciuitas Ptolemæo. Vulgò Iorke.

Ebrius, Adiectiuum(μὴ ἴσος ἐν πίνοντας, μὴ ὁμοίως πίνων,) Qui nimio potu alienatus est mente. Plaut. Amphitr. 2. 17, Homo hîc ebrius est, vt opinor. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 17. 2, Habuisti enim in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certe ex ebrio scire posses.
Infans & ebrius multa falsa videntur. Cic. 2. de Diuinat. 180.
Fortuna dulci ebrius. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.
Amnis ebrius. Claud. 5. Panegyr.
Mella ferant syluæ, iam profluat ebrius amnis
Mutatis in vina vadis.
Anus ebria. Ouid. 2. Fast. 117.
Ebria cœna, pro Opipara, & quæ nimiis delitiis veluti ad ebrietatem cõuiuas inuitet. Plautus Casina, Facite cœnam mihi, vt ebria sit lepide, nitideq; volo, nihil moror barbarico ritu.
Conuiua ebrius. Ouid. 5. Fast. 68.
Gradus ebrius. Seneca Medea, 1. 3.
Ocelli ebrii. Cæsull de Acme & Septimio, 42. 3.
Et dulcis pueri ebrios ocellos

Ille purpureo ore suauiata, &c.
Turba ebria. Propert. lib. 4. eleg. 4. 16.
Verba ebria. Tibull. lib. 3. eleg. 7. 1.
Vestigia ebria trahere, Propert. lib. 1. eleg. 2. 7.
Ebriolus, pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Curcul. 4. 37,
Quid ais propudium? tũn' etiam cum nocturnis oculis odiũ me vocas?
Ebriola, per solæ nugæ. Ibidem, 7. 16, Tristes atq; ebrioli ineedunt.
Ebriosus, pen. prod. Adiectiuũ,(μεθυσικός,) Qui sæpe fit ebrius. Plin. lib. 30. cap. 15, Ebriosis oua nocturæ per triduum data in vino, tædium eius adducunt. Cice. in Catilinam, 32. Et 3. Offic. 123. Et 4. Acad. 98. Et de Fato, 15.
Ebriosior. Catull. ad puerum suum, epigr. 24. 1,
Vt lex Posthumiæ iubet magistræ
Ebriosa acina ebriosioris.
Ebriositas pen. cor.(οἰνοφλυγία,) Cic. 4. Tusc. 41, Vt inter ebrietatem & ebriositatem interest: aliudq; est amatorem esse aliud amantem.
Ebrietas penul. corr. ebrietatis,(μέθυσμα, μέθη, κώθων,) Plin. lib. 30. cap. 15. 10, Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus.
Soluitur ebrietas. Cels. lib. 2. cap. 6, Qui ebrius obmutuit, is enim febre ad tecta, neruorum distentione consumitur: nisi aut febris accessit: aut eo tempore, quo ebrietas solui debet, loqui cœpit.
Ebrietas geminata libidine regnat. Ouid. 12. Metam. 41.
Ebriacus,(κωμικῶς,) Idẽ quod Ebrius. Plau. Aulul. Homo ebriacus somno sanari solet. Ex Nonio Marcello.

Ebullio, ebullis, ebullire,(ἀναζέω, ἀναβράσσομαι, ἀναφλύω,) Efferuescere. dicti à bullis, vt ait Nonius, quas emittit aqua dũ feruet. Cato cap. 105, Vbi ebullibit vinum, ignem subducito.
Ebullire, per trãslationem. Cic. 5. de Finib. 138. Dixerit hoc quidem Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire non nunquam. Id est vi veritatis incitatus dicere. Idem 3. Tusc. 72, Qui si virtutes ebullire volent & sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam, quã efficiantur hæ voluptates, quas suprà dixi. Id est cum ostentatione & pompa efflare, & quasi pleno ore detonare, vel crepare.
Ebullitio, Verbale,(ἀναζήτησις,) Feruor.

Ebullo, ebullas,(πυρπολέω,) ebullare, Erumpere, crepare. A bulla, quæ æstiuo tempore in aqua pluuia subinde eleuãt in formam rotundam, ac statim euanescit. Persius satyra 2, –o si
Ebullet patrui præclarum funus. Id est ad bullæ similitudinem exeat, & euãpat. Taxat autem imanem cupiditatem fui temporis, & auaritiam.

Ebulum, siue Ebulus, ebuli, pen. cor.(χαμαίακτη,) Herba est pronem sambuci. Vnde Virg. Sanguineis ebuli baccis. Colum. lib. 2. cap. 2. 10. Sed citra hoc experimentum multa sunt quæ & dulcem terram & frumentis habilem significent: vt iuncus & calamus, gramen & trifolium, ebulum, rubi, pruni syluestres, & alia complura. Idem lib. 10. 2.
Atque habilis natura soli, quæ gramine læto

Parturit, & rutilas ebuli creat vuida baccas. Plin. lib. 25. cap. 10. 1.
Ebuli quoque (quem nemo ignorat) fumo fugantur serpentes.

Ebur, siue Ebor, eboris, pen. corr. neut. gen.(ἐλέφας,) elephanti dẽs, quasi è barro, id est elephanto productus, teste Seruio. Cic. 4. Acad 180. Nõ enim est è saxo scalptus, aut ebore dolatus. Plin. lib. 9. cap. 12. Squatina qua lignum & ebora poliuntur. Idem lib. 8. ca. 3. 2, de elephantinis dentibus, Hoc solum, inquit, ebur est.
Ebur, p vasis, aut aliis rebus ex ebore dolatis. Horat. li. 2. Carm. ode 18.
Non ebur, neque aureum
Mea renident in domo lacunar. Cic. 4. Ver. 35, Vt omnia signa iste per eos homines, quos nominaui, omne ebur ex ædibus sacris, omnes vndiq; tabulas pictas, deorum deniq; similacra, quæ vellet, auferret.
Ebur atramento candefacere, Est genuinæ formæ cultum atque ornatum extremum inducere, quo decus illud natiuũ obscuretur magis quàm illustretur. Proinde lena Plautina puellæ naturali forma prædita, ramen cerussam ad oblinendas malas postulãti, Vna, inquit, opera ebur atramento cadefacere postules. Propterea quòd omne lenocinium rebus natura pulchris, dehonestamentum affert, non venustatem. Hæc Erasmus in Chiliad. Plauti locus est in Mostell. 4. 101.
Pulcherrimum ex ebore signum Mineruæ. Cic. de Clar. Orat. 139.
Asperum signis, ebur. Senec. Hippol. 8. 8
Aflytrium ebur. Ouid. 2. Amorum, eleg. 5. 8.
Candens ebur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 20.
Conspicuum ebur. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 4.
Indicum ebur. Horat. 1. Carm. ode 31. 2.
Nitidum ebur. Ouid. 2. Metam. 1.
Niueum ebur. Ouid. 10. Metam. 50.
Regale ebur. Seneca Hippol. 9. 8.
Splendidum ebur. Seneca Tyeste, 5. 11.
Ebur ex inanimo corpore extractum, haud satis castum donum deo. Cic. 2. de Legibus, 72.
Fulgentia ebore & auro tecta. Cic. in Parad. 14.
Lucet ebur. Virg. 10. Aened. 27.

Eburneus

Eburneus, Adiectiuum,(ἐλεφαντινός,) Quod ex ebore est. Plin. lib. 36. cap. 5. 18. Iouem fecit eburneum in Metelli æde, quà campus petitur. Et libro 38. cap. 4. 2. Eburnea costa. Et apud Liuiũ li. 5. ab Vrbe, 184.
Eburneis sellis sedere.
Eburneum etiam dicitur instar eboris album. Ouid. 3. Metam. 85. Impubesque genas, & eburnea colla, &c.
Ceruix eburnea. Ouid. epist. 19. 11.
Signum eburneum. Cic. 6. Verr. 1. Nego vllam gemmam, aut margaritam fuisse, aut quicquam ex auro aut ebore factum, signum vllum æneum, marmoreum, eburneum: &c. quin quæsierit, inspexerit, quod placitum sit absoluerit.
Eburneolus, pen. corr. Diminutiuum Cic. 3. de Oratore, 125. Quem seruum sibi habuit ille ad manum, cũ eburneola solitus est habere fistula.
Eburnus, Aliud adiectiuum. Tibullus, Hanc primũ veniens plectro modula tus eburno, Lib. li. 2. Legitimeq; faces, gradibusq; accliuis eburnis,
Decus eburnum. Claud. 1. de Raptu Proserp. 50.
Eburnus ensis, pro Vagina eburnea. Virg. 11. Aeneid. 3.
–atque ensem collo suspendit eburnum. Seruius.
Digiti eburni. Propert. lib. 2. eleg. 1. 2. Id est candidi.
Morsus eburnus numerosi dentis. Claud. in Nupt. Honorii, 21.
–largos hæc nectaris imbres
Irrigat, hæc morsu numerosi dentis eburno
Multifidum discrimen arat. Pectinem eburneum intelligit.
Sceptrum eburnum. Ouid. 1. Metam. 38.
Templum eburnum. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.

Eborcus,(ἐλεφάντινος,) Adiectiuum ab ebore. Quintil. lib. 6. cap. 4. Qui in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata. Plin. li. 7. ca. 53. 4. Ante Apollinem eboreum, qui est in foro Augusti.

Eburatus, pen. prod.(ἐλεφαντόδετος,) Adiectiuum, Quod ebore tectũ est. Plautus Stricho, 6. 5, Lectos eburatos, auratos. Idem Aulul. 6. 41. Eburata vehicula, pallas, &c.

EBVRA,(ἔβουρα,) Lusitaniæ vrbs Ptolemæo: hodie Ebora. Dicitur Plinio lib. 4. cap. 21. Eburo.

EBVRONES,(ἐβουρῶνες,) Populi inter Belgas gente, nomine, & numero Germani appellati. Condrusi, Menapii, Aduatici, Treueris (quorum clientes erant) & syluæ Arduennæ finitimi nunc Leodicenses dicti apud Gallos. Plinius lib. 4. cap. 18, populos Galliæ Lugdunensis ait quondam Aulercos appellatos, nunc verò Eburones.

EBVRVM,(ἔβουρον,) Ptolemæo vrbs Germaniæ, vulgò Olmuntz Moraniæ regia.

E C

Ecameda, fuit magnanimi Arsioni filia, forma deabus æquanda, quã cæteris Græcis electam, Nestor quòd consilio reliquos antecelleret, sibi donatam è Tenedo ad Græcorum castra deportauit, cui illa decoré & iucunde ministrabat, teste Homero Iliad. 11.

Ecastor (νὴ τὸν θεόν,) Adverbium iurandi. Donatus. Ecastor, per Castorem & Pollucem: ornatiora sunt iurandi, apta feminis. Plaut. Amphi. 6. 10. Ecastor te experior quanti facias vxorem tuã. Terent. And. 3. 2. 6. Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.

Ecbasis, pen. corr. huius ecbaseos,(ἔκβασις,) Figura est, quæ Latinorum, & vsitatior ab æthere plumæ. Ibidem,
Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabit scalis, &c. Vbi Seruius, Descriptio p ecbasin facta, nõ. à superioribus pẽdet, sed antedictis adiungit: vt Insula Sicaniũ iuxta latus. Has aũt descriptiones esse raras & aptas cõuenit: sicut et Horat. docet in Arte poetica, dicẽs, Purpureus late qui splẽdeat vnus & alter
Assuitur pannus. Sunt enim ornatus.

ECBATANA, numero plurali, pe. cor.(ἐκβάτανα,) Metropolis est Mediæ vel vt quidã existimãt, regionis magnæ nomẽ. Strabo lib. 11. Medici in duas partes diuisa, quarũ alter à, maloré vocãtibus metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperii caput nũc et Parthi regia vtuntur.

Ecbolia, ecbolii, siue ecbolima, mæ, aut, ecbolas, dis,(ἐκβόλιον,) medicamenta quibus medici vtũtur abigendis infantibus in vtero enectis, quæ & phthoria dicunt. Verba sunt crebra apud Dioscoridem. Latine ciectoria & ciectrices medicinæ dici possunt. Plin. lib. 14. cap. 18. 2. Aegyptus & ecbolimam habet abortus facientem. Vbi in quibusdam libris Ecbolada legitur: vtrobique rectè. Budæus.

Ecce Aduerbium demonstrãdi,(ἰδοὺ ἰδοὺ δή,) pentium aliqd, inspectumve significans: & ferè sequitur ACCVSATIVVS. Cic. 2. de Fin. 154. Ecce miserum hominem. Terent. Adelph. 4. 7. 4.
–fero alia flagitia ad eę ingentia
Boni illius adolescentis. M. ecce autem. Vbi Donatus, Ecce dicitur quum repentè triste aliquid rebus interuenit lætis, aut certè quum aliud agitur, aliud emergit nouum. vt Virgilius 2. Aenecid. 41.
Ecce autem gemini à Tenedo, tranquilla per alta,
Horresco referens, immensis orbibus angues. Ibidem, 81.
Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus. Terentius Phorm. 2. 1. 34. Ecce autem fiunt omnia, omnes congruunt. Vbi Donatus, Ecce autem, vox est apta his quæ noua & improuisa animo accidũt. Idẽ Eunucho. 5. 5. 25.
Ecce autem noua turba atque rixa, &c. Cic. 6. Verr. 130.
Ecce autem repentè ebrio Cleomene, efurientibus cæteris, nuntiatur piratarum naues esse in portu Ephesiæ. Cic. 7. Verr. 69.
¶ Ecce dicitur & de re non repentina neque noua. Plin. lib. 36. cap. 27. 3. Quin & carbunculum genus morbi quo duos Cõsulares nuper absumptos indicauimus, querneus carbo tritus cum melle sanat. Adeò in Rebus damnatis quoque ac iam nullis, sunt aliqua remedia, vt in carbone ecce & cinere. Id est vt vides in carbone.
¶ Ecce nunc nominatiuo, nunc datiuo iungitur: aliàs etiam accusatiuo, quanquam refragetur Valla lib. 2. cap. 15.
Ecce Antonius. Cic. ad Atticum, lib. 14. 388. 1. Verumtamen ecce autem Antonius accepta grandi pecunia, &c. Eidem, lib. 7. 14. 2. 1. Ecce postridie ad Cassium literæ Cupua à Lucretio familiari eius. Eidem, lib. 8. 13. 2. 2. Ecce subitò literæ Domitii ad illum, &c.
Ecce tibi frequentissimum apud Ciceronem. vt in Oratione pro Cluentio. 60. Ecce tibi eius modi fortitio, vt in primis Bulbo, &c. Idem ad Atticum, lib. 2. 23. 1. Epistolam quum à te auide expectarem ad vesperam, vt soleo, ecce tibi nuntius pueros venisse Roma. Eidem, lib. 2. 30. 3. Quum hæc maximè scriberem, ecce tibi Sebosus. Idem 4. Academ. 216. Ecce tibi à transuersо Lampsacenus Strato. Et in Pisonem, Ecce tibi alter effusa iam, &c.
Ecce alterum, ecce me. Terentius Eunuch. 2. 3. 6.
Tædet harum quotidianarum formarum. P. ecce autem alterum Nescio quid de amore loquitur. Sed Valla contendit legendum hîc esse alter, non alterum. Plaut. Merc. 4. 22. Ecce me Acanthio quem quæris. Idem Milit. 10. 68. Opus erit me tibi aduocato tristi, iracũdo? ecce me. Idem Persa. 19. 16. Ecce me, nunquid moror? Terent. Adelph. 5. 9. 38. Ecce me qui id faciam vobis. Sic apud Plautum in Menæch. 9. 44. Prædi in nauim de hinc iam egressus: te conueni, ecce rem.
Eccum eccam, eccos eccas. Eccum, Id est ecce hîc, sub intellige virum de quo agebamus. Eccam, Ecce, hîc, subintellige fœminam de qua mentio erat. Valla lib. 2. cap. 15.
Eccum ipsum. Plautus Amphitr. 10. 16. Et eccum ipsum video, qui &c. Idem Stricho, 4. 113. Sed eccum Dinacium eius puerum. Terentius Eunucho, 5. 5. 9.
–virum bonum eccum Parmenonem incedere Video.
Eccum Iuppiter. Plaut. Amphit. 3. 130.
Eccum adest. Terent. Eunuc. 4. 7. 6. Vbi Centurio est Sanga, & manipulus fiarum? Eccum adest.
Atque eccum. Plaut. Stricho, 9. 71. Atq; eccum tibi lupum in sermone. Terentius And. 5. 5. 1. Prouiso quid agat Pamphilus: atq; eccum.
Sed eccum. Terent. Eun. 2. 3. 12. Sed eccum Parmenonem. salue. Ibidem, 4. 5. 12. Sed eccam ipsam mitto: vbi ego huic anteuerterim.
Eccam, locum signat vbi ea excidit. Plaut. Cistel. 10. 19.
Eccos. Plautus. Menæch. 6. 1.
Sportulam cape, atq; argentum. eccos tres nummos habes?
C. Habeo. Terent. Heaut. 2. 3. 15. Sed video, eccos quos volebam. Pro, ecce hîc quos volebam.
Eccillum, antiquum verbum contractum, pro ecce illum. Plautus Persa, 6. 67. Eccillum domi, & hanc, &c.
Eccistã. Plau. Curc. 14. 16. Certè eccistã video. Pro ecce istam, Antiquè.

Eccere, Aduerbium(νὴ τὸν δία ἤκιστα,) iurantis, ac si dicatur p Ceream. Plautus Amphit. 7. 3, Eccere, iam tu autem facis, vt tuis nulla apud te sit fides. Aliis placet duas esse dictiones, quasi dicas eccere, id est re vera. Terent. Phorm. 2. 2. 5.

Ecclesia, Latinè dicitur cœtus, & congregatio. ἐκκλησία.
Ecclesiastes, ecclesiastæ, Concionator. ἐκκλησιαστής.

Eccum, Vide ECCE.

Eccdici, (ἔκδικοι,) sunt quos Iurisconsulti defensores appellant, qui in municipiis Tribunorum plebis instar erant, & plebem ab iniuria optimatium tuebantur. Vnde tractatus est apud Iustinianum lib. 1. Cod. De defensoribus ciuitatum, & in nouellis constitutionibus xv. Cic. ad Thermum, lib. 13. 47. 3. Dixerat mihi Euthydemus, quum Ephesi essem, se curaturum vt eccdici Milasii Romam mitterentur. Id factum non est. Legatos audio missos esse: sed malo eccdicos, vt aliquid confici possit. Quare peto à te, vt & eos & Alabandeis iubeas Eccdicos Romam mittere.
Eccdicorum autem munus erat iudicio experiri cõtra eos qui aurum vel argentum & pecuniam Reip. deberent.

Echemythia, (ἠχεμυθία, Latine taciturnitas dicitur, & auscultatio. Vnde echemythos à Græcis dictos putat Budæus auscultatores & censendi immuniratem habentes in Senatu. Idem alio loco interpretatur echemythos cõstatores, & sermonis homines parcissimos, qui aures duas habere se vnicam linguam in causis etiam publicis meminerint. Vide Gellium lib. 1. cap. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Echeneis, huius echenēis, pen. prod. f.g. (ἐχενηΐς,) Genus piscis, qui Latine remora dicitur. Plin. lib. 9. cap. 25. 1. Est paruus admodum piscis, assuetus petris, echeneis appellatur, hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur inde nomine impositō: quam ob causam amatoriis quoq; veneficiis infamis est, & iudiciorum ac litiū mora, &c. Lucanus lib. 6. 136.

Non puppim retinens Euro tendēte rudentes
In medijs echeneis aquis. ἐχενηΐς. quidam scribunt ἐχενηΐς. Nomen habet ἀπὸ τοῦ ἔχω teneo, & ναῦς nauis.

Echidna, (ἔχιδνα,) Latine hydra, ea potissimum quæ ab Hercule interfecta est. Ouid. 3. Fast.

Sanguine Centauri Lernææ sanguis echidnæ
Mistus ad auxilium tempora nulla dabat.

Virus echidnæ. Ouid. 4. Metam. 100.
Tumidæ echidnæ. Ouid. 10. Metam. 63.

ECHINADES, pen. corr. (ἐχινάδες) insulæ sunt in Epiro, contra Ambracium sinum naues Acheloi impetu, arenaq; limo cōuectis, sicut pars Aegypti Nili cœno. Lege Plinium lib. 2. quibus locis maria cesserint. De Echinadibus pulchre Thucydides lib. 2. vbi de Acheloo. Ouidius libro Metam. 8. inuolucro fabulæ verum occuluit, & ex Naiadibus factas insulas tradidit, quoniam hæ terræ fluuio aggestæ fuerunt.

ECHINEIS, (ἐχίνεις,) Insula in mari Aegeo. Cicero in Arato. 46.

–excelsis errans in collibus amens,
Quos tenet Aegeo defixa in gurgite Echineis.

Echinus, huius echini, pe. prod. (ἐχῖνος,) tegmen spinosum quo sertur castaneæ. ἐχῖνος enim hirtū significat. Vnde castaneæ echinatæ. Plin. lib. 15. c. 23. 1. Nuces vocamus & castaneas, quanquam accommodatiores glandium generi: armatum his echinato calyce vallum est.

Ab huius tegminis similitudine, echinus dictus est piscis quidam ex cancrorum genere, teste Sipontino. Plin. lib. 9. cap. 32. 3. Ex eodem genere sunt echini, quibus spinæ pro pedibus. Ingredi est his in orbē volui. itaque detritis sæpe aculeis inueniuntur. Martialis lib. 13. 86.

Iste licet digitos testudine pungat acuta,
Cortice depositō mollis echinus erit.

Marinus echinus. Horat. Epod. 5. 6.

¶ Echinus apud Græcos terrestre animal, cui apud nos hericio nomen, ab hærendo deductum: & æquè hirsutus est atq; marinus echinus.

Echinus parturiens cunctatur, vel echinus partum procrastinat. Prouerbium in eos qui in perniciem suam morarum causas innectunt: cuiusmodi sunt illi versuram facientes, &c. Echini enim terrestres, id est erinacei, existimantur aculeos, catulorum suorum partum morati solere, ac deinde aculeationibus factis catulos ægerrimè eniti. Hęc Budęus.

¶ Echinus, genus vasis ænei est in quo calices lauantur: quam alii ampullam dicunt esse vitream. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 24.

Pocula cum cyatho dum sustinet, astat echinus
Vilis, cum patera guttus, campana supellex.

Echinatus, Adiectiuum (ἐχινόδωτος,) vt echinata castanea. Vide in principio istius dictionis. Plinius libro 27. cap. 9. 1. In cacumine capitula sunt echinata spinis.

Echion, siue Echium, Medicamentum quoddam oculorum. Plin. lib. 29. cap. 6. 13. Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito fœniculi succo ad cyathum vnum, & thuris manna vna, atque ita fusiones oculorum, & caligines inungere, vtilissimum est, medicamentum id, echion vocatur.

ECHION, pen. prod. (ἔχιων,) vnus fuit è sociis Cadmi, primi regis Thebarum, & pater Penthei regis: qui ab eo dicitur Echionides & Echionius, id est Thebanus, vt notat Seruius. Virgilius Aeneid. 12. Nomen Echionium, matrisque genus Peridiæ.

Iniectus cursu Echion. Ouid. 8. Metam. 61.
Arces Echioniæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 11.
Plebs Echionia. Stat. 1. Thebaid. 34.
Thebæ Echioniæ. Horat. 4. Carm. ode. 4. 13.

Echo, echus, f.g. Est vocis vel sōni repercussio. Græcè ἠχώ, sonus, & ἠχέω, resono. Plin. lib. 36. cap. 15. 2. Eadem in vrbe, iuxta portam quæ Thracia vocat, turres VII. acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant: nomenq; huic miraculo, Echo est à Græcis datum. Et hoc quidem natura locorum euenit, & plerunque conuallium, ibi casu accidit. Olympiæ autem arte mirabili, modò in porticu, quam oppidani Hepraphonon appellant, quoniam septies eadem vox reddi tur. Idem lib. 2. cap. 44. Montium verò flexus, crebriq; vertices, & cōflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concauæ vallium sinus, scindunt inæqualiter inde resultantē aera. quæ causa etiam voces multis in locis reciprocas facit. Ouid. lib. 3. Metam. Planxerunt Dryades, plangentibus assonat echo. T. Valer. Flaccus lib. 3. Argonaut.

Rursus hylan & rursus hylan per longa reclamant
Auia resonsant ilyuæ, & vaga certat imago. Martialis lib. 2. 86.

Nusquam Grærula quod recantat echo.

Resonabilis echo. Ouid. 3. Metamorph. 72. de Narcisso,

Aspicit hunc trepidos, agitantem in retia ceruos
Vocalis nymphe, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.

Reparabilis Echo. Persius Satyra 1. 11.

Ecligma, ecligmatis, siue eclegma, ἔκλειγμα. vulgus medicorū electuarium vocat. Plin. lib. 20. cap. 22. 14. Ad iocinoris dolores estur cum vua passa. Ad phthisim vtilissimè semine fiunt ecligmata. Idem lib. 21. 3. de thymo, Diutinæ tussi eclegmate faciles excreationes facere existimatur. Ab eo nomen habet, quod linctu, non vorātu absumatur.

Eclipsis, ἔκλειψις, Latinè defectio. est enim defectus quidā necessariæ dictionis, quam desyderat præcisa sententia: vt Hæc secum. Deest loquebatur. Terent. Adelph. 2. 1. 4. Ego istam omnibus inuitis. Vbi Donatus, Bona eclipsis. nemo enim plenè loquitur qui lectatur. Idem Andria, Verbum vnum caue de nuptiis. Deest dicas.

Eclipsis lunæ: Hoc est, defectus lunæ, nempe dum sol per interpositionē terræ ita lunæ opponitur, vt luna ipsa lumine suo proprio carere videatur. Plin. lib. 2. cap. 12. 1.

Eclipses in plurali. Author ad Herennium, lib. 3. 131. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt. at eclipses solis mirantur, quia rarò accidunt: & solis eclipses magis mirātur quàm lunæ, propterea quòd hæ crebriores sunt.

Ecliptica, pen. cor. Adiectiuum, (ἐκλειπτικός,) Plin. lib. 2. cap. 16. 6. Conuenit stellas in occasu vespertino proximas esse terræ & latitudine & altitudine, exortusq; matutinos in initio cuiusque fieri: stationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica.

Ecloga, pen. cort. (ἐκλογή, Latinè dicitur electio, electus, explanatio, annotatio. Dicitur & sermocinatio seu colloquiū. Vnde Eclogæ Virgilii. Et eclogarii apud Ciceronem ad Atticum, lib. 16. 3. 2. 7. id est sermocinatores, vel auditores sermonum.

Econ, Vide ICON.

Econtrario, (ἐξ ἐναντίας,) Vide E præpositionem.

Ecquaenam, Vide ECQVIS.

Ecquando, (ἤποτε,) Id est & quādo. Cic. pro Lege Agraria. 3. Quæro à populari Tribuno plebis ecquando ille populus xxxv tribus creatis fuerit. Idem 7. Verr. 53. Ecquādo igitur isto fructus quisquam caruit, vt videre ipsa tam captum non liceret? Idem 4. Verr. 29. Ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putasti?

Ecquis, ecqua, ecquod, & ecquid (ἤ τις,) pro & quis, τ in c mutato, vt expeditior esset pronuntiatio. Significat autem num aliquis. Plaut. Rudēte. 10. 80. Heus ecquis in villa est? ecquis recludit? ecquis prodit? Idem Capt. Percontabor ecquis adolescentem nouerit. Terent. Eunucho. 5. 9. 1. O populeres, ecquis viuit me hodie fortunatior? Cic. 4. Verr. 7. Ecquam existimatis vnquā vlla in prouincia, &c. Cælius Ciceroni, lib. 9. 15. 1. Ecquem autem, &c. Liu. de bel. Pun. Respondent ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos. deinde ecquis homo ex quinque & triginta tribubus ad Hannibalem transfugerit. Ibidem, Ecquos legatos ad Annibalem Romani miserint de pace.

Ecquo de homine. Cic. 4. Verr. 113.

Ecqua. Plaut. Pseud. Ecquam scis filium tibicinam meum amare? Idem Stich. Dum percontor portitores ecqua nauis venerit ex Asia. Cicero in Verrem, vt videant & inuestigent ecqua virgo sit, an mulier, &c. Idem Attico, lib. 7. 12 8. 3. Quod quæris ecquæ spes pacificationis sit &c. Idē 4. Academ. 151. Ecqua poterit in agnoscendo esse distinctio. Liuius de bello Maced. Percontatus est, ecquā anum Ebotiam ex Aulo nosset Idem pro Lege Manilia, Ecquam putatis ciuitatem pacatam fuisse quæ locuples sit?

Ecquod. Cic. 5. Verr. 112. Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam spditum, tam nummarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset? Sic Liu. 1. ab Vrbe. 36. A plerisque rogitantibus dimissi, ecquod fœminis quoque asylum aperuissent.

Ecquid. Terent. Heaut. 3. 3. 34. Quid tu, ecquid de illo quod dudum recēsi egi? Plaut. Aulul. 3. 16.

–cœpi obseruare ecquid maiorem filius
Mihi honorem haberet, quam eius habuisset pater. Idem Casina. 5. 27.

Ecquid tē pudet? Sic Terent. And. 5. 2. 30. Cic. ad Atticum, lib. 2. 23. 1. Voco, quæro, ecquid literarum? negant. Idem ad eundem, A Curione velim scire ecquid ad te scriptum sit de Tiroue. Sic ibidē, epist. 17. 2. Sed heus tu, ecquid vides Calendis venire? Liuius ab Vrbe. Ecquid vos sentitis Quirites! Cic. 1. in Catil. 15. Quid est Catilina! ecquid attendis? ecquid animaduertis horum silentium? patiuntur: tacent.

Ecquid, pro aliquantùmne. Terent. Eunucho. 3. 2. 3.

–ecquid nos amas De fidicina istac?

Ecquid sit pro eo quod dicunt, quicquid sit. Plaut. Casin. 8. 51. Præcide ortu

os tu illi hodie age, ecquid sit, ne oblæsis manum.

Ecquisnam, ecquænam, ecquodnam, & ecquidnam, (μῶν τίς,) Cic. in Tolicis. 44. Ecquidnam honestum sit, ecquid æquum re vera, an hæc tantum opinione sint. Idem in Vatinium, 19. Omnia quæ velis consequuturum, ecquid audieris? ecquisnam tibi dixerit? Idem 10. Philip. 285. Ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ? Idem 4. de Finib. 110. Ecquænam fieri possit accessio? Catul. ad Veranium & Fabullum, 25. 2. Ecquidnam in tabulis patet lucelli Expensum?

Ecstasis, huius ecstasis, pen. cor. (ἔκστασις,) Est affectus eorum qui mente sunt emota, vt inquit Lactantius: quos Plinius mentecommotos appellat, lib. 23. cap. 1. 12. id est fanaticos.

Ectasis, huius ectasis, f. gen. (ἔκτασις,) Latine dici potest productio. Figura est qua syllaba naturaliter correpta producitur. vt Italiam fato profugus quum Italiam prima correpta dicere debeamus. Donatus.

Ecthlipsis, f.g. (ἔκθλιψις,) est consonantium cum vocalibus aspere concurrentibus difficilis ac dura collisio: vt Littora multum ille & terris iactatus & alto.

Ectrapelos, pen. corre. (ἐκτράπελος,) quasi horrens, & auersans communē & vsitatū naturæ modū. Plin. li. 7. ca. 16. 9.

Ectypa, pen. cor. ectyporum, (ἔκτυπα,) dicuntur opera quæ ex ipsis typis formata sunt. Plinius lib. 37. cap. 10. 33. Hæc sunt gemmæ quæ ad ectypas scalpturas aptantur. Idem lib. 35. cap. 11. 3.

Eculeus, Vide EQVVLEVS.

E D

Edacitas, Edax, Vide EDOCES.

Edentare, Id est dētes excutere, & rūpere, (ἐκκοπεῖν θοῦς.) Plaut. Rud. 16. 46.

Audio tumultum opinor leno pugnāt plectitur?
Nimis velim homini improbissimo malas edentauerint.

Edentulus, pen. cor. (νωθής, ἀόδους,) Qui sine dentibus est. Plaut. Casina, 11. 20. Propter operam illius improbi edentuli.

Edera, Vide HEDERA.

Edico, edicis, pen. prod. edixi, edictū, διατάττω, παραγγέλλω,) edicere, iubere, decernere, edicto vetare: & proprie est magistratuum. Cic. ad Brutū, lib. 11. 6. 1. Quum Trib. plebis edixissent, Senatus adesset ad XIII. Cal. Ianua. haberentque, &c. Liu. 1. ab Vrbe, 104. Cōsioni deinde edicto addidit fidem, quo edixit nequis ciuem Rom. vinctum aut clausum teneret. Sic Cic. 4. Verr. 25. Et Atti. lib. 1. 15. 11.

Inter edico & interdico hoc interest? Edicimus quod iubemus fieri: inter dicimus quod vetamus fieri. Edicimus & vni generi hominum: interdicimus diuersis. Itaque Prætoris edicta & interdicta dicuntur. Donatus.

¶ Edicere, pro Denūtiare. Plaut. Trucul. 17. 6. Edico prius ne duplices, &c. Idem Aulul. 9. 2. Apud forum edixit mihi, vt, &c. Terent. Hecy. 4. 4. 1. Eo intrò, atque edicam seruis, ne quoquam efferri sinant. Idem Eunu. 5. 9. 13. Miles edico tibi, ñ, &c. Cæsar 1. belli Ciuil. 28.

Proferibere & edicere diem. Cic. 3. Verr. 99. Ille verò procrastinat: loquere incipit non proscripta, neque edicta die, &c.

Comitia edicere ad. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 6. 3. Nam comitia sine mora futura videntur: edicta sunt ad XI. Cal. Febr.

Concilium edicere. Gellius li. 15. ca. 27. Is qui nō vniuersum populū, sed partem aliquam adesse iuber, non comitia, sed concilia edicere debet.

Iustitium edicere. Cic. de Aruspicum responsis. 11. Qui in concione ausus est dicere, iustitium edici oportere, iustificationem intermitti, &c.

Legem edicere. Cic. 2. de Legib. 39. Suade igitur si placet, istam ipsam legem, vt ego, vt & tu rogas, pollim edicere.

Edicere sociis conuentum. Liu. 6. bel. Pun. 263. Sic Edicere Senatum, apud Suetonium.

Edixit sociis conuentum Tarraconem. Liu. 3. ab Vrbe. 43.

Edicere diem ad conuentendam in Hetruriam. Liu. 1. bel. Macc. 38.

Edicere militibus prædam. Liu. 8. ab Vrbe, 186. Addebat alacritatem quod Dictator prædam omnem militibus edixerat.

¶ Edicere, pro Prædicere, & præmonere. Cic. 2. de Fin. 118. Est enim tibi edicendum quæ sis obseruaturus in iure dicendo.

Edior, passiuum, (διαπράττω,) Cic. 6. Philip. 205. Tumultum esse decernit, iustitium edici, saga sumi dicit placere.

Edictus, Participium, (διατεταγμένος,) vt edicto mercatu vendere. Plin. lib. 12. cap. 19. 7.

Edicto, edictas, (διατάττω,) edictare, Frequentatiuum. Plaut. Epid. 5. 1. Atque amorum summam edictau tibi. Idem Amphitr. 8. 182. Tute edictas facta tua. Hoc est dicis, narras, recenses.

Edictum, edicti, (διάταγμα, παράγγελμα,) Iussum principis, vel magistratus. Cic. pro Quint. 14.

Edicta & decreta. Cic. 3. Verr. 66. Non hi qui decretis, edictisque tuis, in te concitati, infestique sunt. Idem Thermo, lib. 13. 57. 6.

Immite & minax edictum. Ouid. 2. Trist. 27.

Inimicum edictum. Cicero pro Lege Manilia, 40. Neque me impedict cuiusquam Quirites inimicum edictum, quominus fretus vobis, vestrū iuris, beneficiumque defendam.

Peculiare edictum, Vide PECVLIARIS.

Edictum circunducere, Decretum irritum facere & abolere. Quo verbo Vlpianus vsus est in L. Et post edictum. De iudiciis.

¶ Edicto audiens, Vide AVDIO.

Componere edictum. Cic. 3. Offic. 105.

Conscribere edictum. Cic. 3. Offic. 104.

Edictō Prætoris, de saltu agroque communi & seruis communibus detrudi tur. Cic. pro Quintio. 14.

Dare edicta terris. Claud. 8. Paneg. 7.

Habere edictum, Cic. 9. Philip. 168.

Iacere edicta in populū. Tacit. li. 19. Quòd edicta in populum à Vespasiano magnifica, probrosa aduersus Vitellium iecerat.

Ex edicto Prætoris possidere bona alicuius Cic. pro Quintio 41. & 49.

Sancire aliquid edicto. Cic. pro Flac. 52. Flaccus sanxit edicto ne ex Asia exportari liceret.

Vetare edicto. Horat. 2. epist. 1. 48.

¶ Edictum etiā priuati hominis dicit. Teren. Heaut. 4. 1. 10. Primū hoc te oro, nequid credas me aduersus edictū tuum Facere esse ausum.

Edictio, Verbale, (διάταξις,) Plaut. Capt. 13. 42. Basilicas editiones atque imperiosas habet.

Basilicæ editiones, Vide BASILICVS.

Edisco, edisci, edidici, pen. cor. (ἐκμανθάνω,) edискere, Memoria cōplecti. Cic. 2. Tuscul. 48. Ita sunt deinde dulces, vt non legātur modo, sed etiam edisсantur. Idem de Claris Orato. 65. Cæsar 6. belli Gall. 47. Plin. lib. 18. cap. 25. 5.

Artes contenta paternas Edidicisse fuit. Ouid. 2. Metam. 128.

Lauri edisсunt. Virg. eclo. 6. 17. Audiit Eurotas, iussitq; edisсere lauros.

Linguas edisсere. Ouid. 1. de Arte amandi. 25. Cura sit & linguas edidicisse duas.

Vsum edisсere. Ouid. 7. Metam. 20.

Vultus alicuius edisсere. Valer. 1. Argonaut. 75.

Deucalion certus iaculis, & cominus ense
Nobilis Amphion: pariter quos edidit Hypso,

Nec potuit simules, voluit ve edisсere vultus. Id est non potuit dignoscere filiorum formas.

Inter lōlum locos ex poetis maximè edisсere licet. Quintil. lib. 1. c. 1. 26.

Edisсendus ad verbum libellus. Cic. 4. Academ. 145.

Edisero, edisseris, pen. corr. edisserui, edisserтum, (διηγέομαι, ἐκθέσθαι) edisserere, Ordine exprimere, explanare, declarare. Cic. de Claris Orator. 32. Quis in docendo, edisserendoque subtilior? Liu. 4. bel. Macc. 191. Plaut. Cap. 17. 14.

Iam animaduorte: hæc mihi quæ dicam, edisserere:

Si eris verax, tuas res feceris meliusculas. Idem Asina. 7. 59.

Qui rem actūtum edisseris? cupio malum nanciscier. Pacuuius, Edisserere fabulam hanc. Cic. 2. de Legib. 86.

Vera edisserere. Virg. 2. Aeneid. 30. –mihiqi hæc edisserere vera roganti.

Edisserto, edisseras, edisserтare, Frequentatiuum, (ἐξανδάω,) Plaut. Amphit. 7. 42. Ordine omne vt quicquid actum est, dum apud hostes sedimus, Edisserтauit.

E diuerso, (ἐξ ἐναντίας,) Vide E præpositionem. Plin. lib. 6. ca. 24. 4. Et libro 15. cap. 4. 3.

Edo, es, est, vel edo, edis, prima corr. edi, esum, vel estum, (ἔδω, κατεσθίνω,) esse, vel edere, Comedere, Virg. 4. Aeneid. 14. –est mollis flamma medullas. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28. 4. Itaque & edit & bibit ἀβρῶς, & iucundè, & opiparè sanè & apparatè. Idē 1. de Orat. 129. Quem quum Catulus nuper audisset, fœnū alios alebat esse oportere. Idem 2. de Nat. deor. 12.

Edi, præteritum. Cic. 5. Tusc. 137. Nec esuriens Ptolemæus ederat.

Edere de patella. Cic. 2. de Finib. 38. Reperiemus asotos primum ita non religiosos vt edant de patella: deinde, &c.

Auide edere. Ouidius 3. de Arte aman. 151. Priamides Helenen auidè si spectet edentem.

Agellos edit pecus. Horat. 1. epist. 12. 3.

Miramur si Democriti pecus edit agellos,
Cultaque dum peregre est animus sine corpore velox?

Edere pugnos, per translationem, pro Percuti pugnis. Plautus Amphi. 4. 155. Quisquis homo huc venerit, pugnos edet.

Vbi esuri sumus? pro Vbi pransuri vel cœnaturi? Plaut. Menæch. 4. 36. Et Pœnulo. 7. 31. Edere de alieno.

Furit ardor edendi. Ouid. 8. Metam. 167.

Rabies edendi. Virg. 9. Aeneid. 13.

Edendus participium, (βρωτός,) Cic. de Amici. 60. Multos modios salis simul edendos esse vt amicitiæ munus expletum sit.

Edor, ἔderis, pen. corr. estur. Præteritum eſus, (ἔδομαι) Plin. lib. 20. cap. 9. 12. Et in Aegypto, propter amaritudinem non estur. De brassica lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur.Columel.lib.1.cap.19.11.

Eſtur,impersonale,(ἔδεται,)Plaut.Mostel.4.78.Iam iſta quidem abſumptares erit,quando dies noctesque eſtur, bibitur. Ouid.1.de Ponto, eleg.1.14.Eſtur vt occulta vitiata putredine nauis,
Aequoreos ſcopulos vt canat vnda ſalis.

Eſito,eſitas,penul.corr.(ἐσθίειν,)eſitare,Frequentatiuum à ſupino eſum. Cato cap.157.9.Lotium conſeruato eius qui braſſicam eſitauerit. Plaut.Pſend.1.3.41.Meas qui eſitabant eſcas quas ego condiero. Gellius lib.4.cap.11.Pythagoram Philoſophum non eſitauiſſe ex animalibus. Ibidem,Videtur autem de cyamo non eſitato cauſa erroris fuiſſe.Plin.lib.10.cap.9.5.

Edax,edācis,pen.prod.om.g.(ἐδάκτης,πολυφάγος,βορός,)Vorax. & conſumptor.vt Edax hoſpes. Cic.pro Flacco.31. Terent. Phorm. 2.2.21.Alere nolunt hominem edacem. Idem in prolog. Eunuch.38. Edax paraſitus.

Edaces multi cibi.Colum.lib.6.cap.2.12.

Curæ edaces.Horat.2.Carm.ode 11.4.

Ignis edax.Ouid.4.Faſt.158.

Imber edax.Horat.3.Carm.ode 30.1.

Liuor edax.Ouid.1.Amor.eleg.15.1. Martialis lib.11.34.

Luctus edax,maciesq; malis comes addita morbis.Sil.lib.13.117.

Paraſiti edaces.Horat.1.epiſt.1.35.

Tempus edax rerum.Ouid.15.Metam.17.

Turdi edaces.Horat.Epod.1.7.

Vetuſtas edax.Ouid.15.Metam.175.

Virus edax.Ouid.4.Faſt.81.

Vultur edax.Ouid.1.Triſt.5.3.

Eſtrix,eſtricis,pen.prod.fœm.gen.(ἐδέστρια,)Ea eſt quæ deuorat cibos. Plautus Caſina.17.20.Ego noui ambas illas eſtrices, corbitant vbi co meſſe poſſunt.

Edācitas,pen.cor.edacitātis,fœ.gen.(ἀδδηφαγία,)Voracitas conſumptio.Plautus Perſa.3.6.Neqi edacitate eos quiſquam poterat vincere. Cic.ad Q. fratrem.lib.3.14.15.Edacitatem pueri pertimeſco.

Eſurio,eſuris,pen.corr.eſurii,eſurītum,penul. prod.(πεινάω,) eſurire, Cupio edere.Plautus Amphit.16.11. —eccum cum Blepharone Soſiam,compellabo hos prius.Soſia
Tandem ad noſt eſurio. Idem Curcul.8.11.
Qui homo maturè quæſiuit pecuniam,
Niſi eam maturè parſit,maturè eſurit. Martialis lib.7.16. Vilius eſurio Eſuribo.pro Eſuriam. Pomponius Augure,Imo mane non eſuribis diu-tius, quare roga. Nonius Mortis & vitæ iudicio, Ita vobis otioſus ſum,mihi algebo,& mihi eſuribo.

Facilè eſurire.Cælius Ciceroni,lib.8.17.5.Veſtras copias non nouis noſtri valde depugnare,& facile algere & eſurire conſueruntt.

¶ Eſurior, Paſſiuum. Ouid.1.de Ponto,eleg.3.1.2.
Quod mare,quod tellus,appone quod educat aer,
Nil ibi quod nobis eſuriatur,erit.

Eſuriens.Participium,(πεινῶν,)Ouid.lib.1.de Remed.amo.47.Non facile eſuriens poſita retinebere menſa.

Eſuriens domiuus pro Auaro.Horat.2.Serm.ſaty.3.13. —neque illinc Audeat eſuriens dominus contingere granum.
Vſibus edocto ſi quidquam credit amico, Viue tibi.

Eſuriturus,pen.prod.(πεινήσων,)Terent.Heaut.4.2.26.Modò liceat viuere,eſt ſpes.c 1.quę nos eſurituros ſatis.

Eſuriales feriæ,(πεινητικαὶ,ἑορταὶ,) Quibus ab edendo feriatur. Plaut. Cap.8.3.
Neque ieiuniioſorem,neque magis eſſractum,ſame
Vidi,&c.Ira venter,gutturque reſident eſuriales ferias.

Eſurio,eſuriōnis,(πεινητὴς,) Qui eſurit.Plautus Perſa.4.23.
O ſaturio oportune adueniſti mihi.
5.Mendacium ædepol dicis,atque haud te decet:
Nam eſurio vento,non aduento ſaturio.Antiqua verba.

Eſuritor,penul.prod.Verbale,(πεινητὴς,) Martialis lib.3.14. Romam petebat eſuritor Tutius.Hoc eſt,Qui ſæpe eſurit.

Eſuries eſurie,penul.prod.fœm.gen.(πεινητὶς,)pro fame etiam apud antiquos ſumebatur.

Eſuritio,Verbale,(πεινητὶς,)Idem.Martialis lib.5.120.Quam ſolet eſuritionem. Idem lib.1.94. Gellius lib.16.cap.3. Eſuritionem faciunt inanes patentes{q;} inteſtinorum fibræ.

Corpus aridum ſole,frigore,eſuritione.Catull.epigram.30.3.

Pater eſuritionum,Valde famelicus.Catull.epigram.18.1.
Aureli pater eſuritionum.

Non harum modò,ſed quot aut fuerunt,
Aut ſunt,aut alii erunt in annis.

Eſurīgo.penult.prod.eſurīginis,fœm.gen.(πεῖνα,)Idem Varro,Vbi lubet,ire licet accubitum,accedo ſtrenuoſius, ſilimus quòd eſurigo fin debat coſtas. Nonius.

Eſus,huius eſus,(ἔδεσις,)Plin.lib.20.cap.7.7.Stomachos diſſolutos vtiliſſimè adiuuat,vti ne eo eſu alluant.Hoc eſt cœmeſtione.Quædã exẽplaria legunt,Stomachi diſſoluti vtiliſſimè adiuuant,in eo vſu,&c.

Editis,& hoc edile,pen.prod.(ἐδώδιμος,)pluraliter edilias vel edulias per quintam vocalem,dicuntur omnia quę ad eſum pertinẽt. Gellius lib.17.cap.11.Quod ex ſaluris vſu foret,vt edilia quidẽ omnia defenderet ab arteria,depellereturque in ſtomachum & pulmonem.

Capreæ edules.Horatius 2.Serm.ſaty.4.9.Vinea ſummittit capreas non ſemper edules.

Edulium(ἔδεσμα,)(inquit Valla in Raudẽſem)eſt quicquid edimus,aut quicquid ad prandium cœnamque edendi gratia nobis apponitur & ſumimus.

Edo,edōnis,pen.prod.(φάγος,)Nonius,Edones & phagones,ab edacitate vocant Latinum,& aliud Græcum.Varro,Edones Romam,vt turba, intendat annona,ſed propter phagones ficedulam pinguem aut turdũ niſi volantem non video.

Edo, edis,prima producta,ēdidi,ēditum,penul.cor.(ἐκφέρω,)edere,Eſt emittere,& quaſi extra dare.Plin.lib.10.cap.52.3.Fœminam edunt quæ rotundiora gignuntur oua.

Edidit centum vasa hæc vitis.Suetonius de Claris grammat.23.

Edere & exponere.Cic.3.de Legib.67.Apud eoſdẽ qui magiſtratu abiere,edant & exponant quid in magiſtratu geſſerint.

Permulgare atque edere.Cic.pro Sylla.32. Non occultani, non continui domi,ſed deſcribi ab omnibus ſtatim librariis,diuidi paſſim & peruulgari atque edi Pop.Rom.imperaui.Subaudi tabulas.

Audacter & licenter edere.Catull.in Cameriam.c4.4.

Edere,apud Iuriſconſultos,quod nunc per ſcriptum dare,vel per declarationem dicunt. Budæus.

Edit quiſq; quod poteſt:Id eſt profert & agit.Plautus Amphit.4.77.

Natus,& in lucem editus.Cicero 1.de Legibus.25.Quantam vim rerum optimarum mens humana contineat, cuius muneris colendi efficiendique cauſa nati,& in lucem editi ſumus. Sic 1.Tuſcul.188.

Edere animam pro Mori.Cicero pro Seſtio.71.At ſi tum P.Seſtius Iudices,in templo Caſtoris animam quam vix retinuit,edidiſſet: non dubito quin,&c.

Annos.Ouid.Dum licet,& veros etiam nunc editis annos.

Annales.Cic.ad Atticum lib.2.11.7.Vt annales ſues emendẽt & edant.

Authorem alicuius doctrinæ.hoc eſt Proferre & in medium afferre. Liuius 1.ab Vrbe.73.Authorem doctrinæ eius quia non extat alius,falſo Samium Pythagoram edunt.

Cædem.Liuius 5.ab Vrbe.65.Inſecuti victores ingentem ediderunt cædem. Sic 5.bel.Pun.214.

Cantus edere & Cantare,Idem.Cic.2.de Diuinat.24.

Certamen cruentum.Liu.1.bel.Pun.160.Sæpe & contemptus hoſtis cruentum certamen edidit.

Clamorem.Cic.2.de Diuinat.75. Et Liu.6.bel.Pun.14.

Corpus edere ſuper equum.Tibull.lib.4.eleg.1.13.
Ipſe tamen velox celerem ſuper edere corpus
Audet equum.

Aliquid dignum hominum auribus efficere,atq; edere.Cic.1.de Ora.59.

Dolorem.Lucanus lib.7.9.

Exemplum.Cicero ad Q. fratrem,lib.1.2.8.Quoniam Smyrnæ duos Mylos inſuiſſe in culeum,ſimile in ſuperiore parte prouinciæ edere exemplum ſeueritatis tuæ, & ideirco Teuxim elicere omni ratione voluiſſe.

Exempla fœda in ſocios per fœdam auaritiam.Liu.9.bel.Pun.48. Et Cæſar 1.bel.Gall.126.

Exempla auaritiæ.Liu.5.bel.Pun.126. Quum multa iræ,multa inimicitiæ auaritiæque fœda exempla ederentur.

Facinora.Liuius 3.bel.Pun.26. Et 4.bel.Pun.117.Item 10.ab Vrbe.96.

Fœtus dicitur ager. Cicero 2.de Oratore.72. Subacto mihi ingenio eſt opus,vt agro non ſemel arato,ſed nouato & iterato, quo meliores fœtus poſſit & grandiores edere.Liu.8.bel.Pun.146. Et infuetos fœtus animalia edere.Virg.4.Georg.40.

Frondem edere dicitur arbor.Colum.lib.5.cap.6.1.

Fructum edere dicuntur arbores & animalia.Columel.de Arboribus,ca.24. Et lib.5.cap.5.16. Cic.2.de Nat.deorum.156.

Funera.Liu.9.ab Vrbe.114.Sic fortuna exercitus opes,vt inſignes victoriaque clades,& clara ipſorum ducum ederet funera.

Gemitus doloribus edere.Lucretius lib.4.104.

Gladiatores edere.Tacit.lib.13.Ne deſignatis quidẽ Quæſtoribus edendi gladiatores neceſſitas eſſet.

Edere herbas dicuntur campi.Colum.lib.2.cap.4.1.

Hinnitus edere.Ouid.2.Metam.114.

Ignem.Liu.de bel.Maced.Editus ab Hannibale ex compoſito ignis eſt.

Indicium. Cicero pro P.Sylla.33. Sed tamen abſte Torquate quæro, quum indicatus tuus inimicus eſſet, & eſſet eius rei frequens Senatus, & recens memoria teſtis,tibi meo familiari & cõtuberuali,priusne etiam ederituri fuerint Indicium ſcribæ mei ſi voluiſſes, quàm in codicem retuliſſent?

Obliuia non edunt laudem.Silius lib.13.124.

Edere leges.Cic.2.de Leg.30. Leges autem à me edentur non perfectæ: nam eſſet infinitum.

Librum.Cic.4.Acad.24. Neceſſe tenuit quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet. Idem ad Atticum,lib.13.28.4.Et de Fato,2.Colum.lib.12.cap.44.1.

In aliquem libros edere. Quintil.libro,3.cap.9.2. Et edit! in competitores, in L. Piſonem, & Clodium, & Curionem libri, vituperationem continent.

Luci.Cic.2.de Diuinat.96.ex antiquo poëta,
Qui luci ediderat genitor Saturnius,idem
Abdidit,& duro formauit tegmine ſaxi.

Ludibrium.Liu.10.bel.Pun.135.Hoc quoque ludibrium fortuna in caſus ediderit,vt eum patre tuo Conſule coperim arma,&c.

Ludos.Suet.in Iulio Cæſare,cap.39. Ediditſpectacula varii generis,munus gladiatorium,ludos etiam regionatim vrbe tota.

Proprio ſumptu ludos edere.Tacitus lib.1.

Mandata alicui,Exponere ſuam commiſſionem,vt vocant, vel ſuũ onus. Liu.1.bel.Maced.72.Dona data Maſiniſſæ,mandataque edita. Idem 5.ab Vrbe,160.Quibus poſtquam mandata ediderũt,in concilio Gallorum datur reſponſum.Sic Ibidem,206.Et 7.bel.Maced.183.

Motus edere.Lucret.lib.3.115.

Munus gladiatorium.Liu.8.bel.Pun.109. Scipio Carthaginem ad vota ſolenda diis,munusque gladiatorium,quod mortis cauſa patris patruique parauerat,edendum reddit.

Murmur edere.Ouid.14.Metam.50.

Nefas edere.Stat.2.Thebaid.14.

Edere nomen, pro Imponere.Liu.1.ab Vrbe,156.Domicilioque ibi edito,L.Tarquinium Priſcum edidere nomen.

Eſt etiam edere nomen,Proferre vel efferre nomen ſuum vt deſcribatur, & veluti ſuum nomen profiteri in actis,quem manu miſſuri ſumus: id quę fiebat ante cognitionem Conſulis.Quinctium Edere nomina,hodie dicere poſſumus eos qui prouocatores apud acta curiæ præſentari dicũtur.Hæc Badæus. Liu.10.bel.Pun.204. Vt ſibi quos vellent,redimendi ex iis poteſtas fieret, iuſſi nomina edere. Cic.4.Ver.46.Quibus ego teſtimonium denuntiaui,quorum nomina edidi Metello.

Nomen alterius alicui edere & inſcere.Cic.pro Domo ſua,12.
Meum nomen operis ediderat,imperitis inſecerat.

Operam annuam.Liu.5.ab Vrbe,15.An ſi ad calculos eum reſp. vocet, non meritò dicat,Annua æra habes,annuam operam edetan tu æquis ceuſes militia equeſtri ſolidum te ſtipendium annuum accipere?

Operam virorum fortium. Liu.3.ab Vrbe,206.Caſtigati fortium ſtatim virorum opera edebantitanrumque hos pudor,quantum alios laudes excitabant.

Quaſi oracula ſapientiæ edere.Cic.2.de Finib.34.In alio vero libro in quo breuiter comprehenſis grauiſſimis ſeatentiis,quaſi oracula edidiſſe ſapientiæ dicitur. Idem 2.Offic.114.

Ordinem.Liuius 7.bel.Pun.154. Qui.Cælius triplicem rei geſtæ ordinem edit.

Quum dicitur gallina.Plinius libro,10.cap.41.1. Gallinæ inhorreſcunt edito ouo.

Edere partum dicuntur fœminæ.Cic.2.de Natu.deorum,194. Quum interra partum ediderint,obruere oua. Plinius lib.10.cap.63.5.Superpartu edere.Tacit.li.2.Vbi Agrippina nouiſſimo partu Iuliam ediderit.

Planctus edere.Iuuenalis Saty.10.27.

Ploratum virginalem ore,Muliebriter lugere.Cic.2.Tuſc.35.&65.Hoc eſt ita effingere,vel talem vocem emittere,vt virginalis ploratus videatur,non viri.

Poſtulata.Cic.4.Verr.7.Hoc commoti dolore,poſtulata Conſilibus, quæ non poſtulata,ſed in iſtum crimina viderentur eſſe,ediderunt.Per trãſlationem.

Prælium,ſiue pugnam.Liu.1.bel.Maced.145. Regia ſtatio atrociſſimum prælium edebat. Et 8.ab Vrbe.48.Cic.ad Atticum,li.1.11.2. Dii immortales quas ego pugnas,& quantas ſtrages edidi.

Prælia & pugnas edere.Lucret.lib.1.24.

Pugnæ aliquid edere. Plautus Capt.11.55. Profectò iam aliquid pugnæ edidit.

Queſtus edere.Ouid.4.Metam.118.

Edere rationes,Quod vulgus dicit facere computum cum aliquo. Cicero ad Atticum,lib.7.13.3.10.Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam,quas tibi edidit. Plaut.Aulul.13.12.Poſtquam hanc rationem cordi,ventrique edidi,&c.

Rationem alicuius rei alicui dare.Cic.Attico,lib.5.100.3.Ego præterea rationem Pallogeni permutationis eius,quam tecum feci,edidi.

Reſponſum oraculo.Liu.9.bel.Pun.50.

Riſus.Ci.ad Q.fratrẽ,li.2.12.3.Memini enim miros riſus nos edere,&c.

Ruinas.Cic.1.de Legib.57.Nam ſi inuaſerit in hæc quæ ſatis ſcitè nobis inſtructa & compoſita videntur,miras ruinas eder.

Edere ſcelas,Hoc eſt committere & patrare.Cic.13.Philipp.359.Poſtea quod ſcelus quod facinus parricida non edidit? Idem pro Seſtio.49. Tamen illi ſceleri quod in me illorum immanitas edidit, haud ſcio an hoc rectè proximum eſſe dicam.Liuius 9.bell.Punici.88.Omnia quæ crudeliſſimi atq; importuniſſimi tyranni ſcelera in oppreſſos ciues edidit &c. Sic Cicero de Aruſpicum reſponſis.55.

Scriptum.Cic.6.Verr.30. Ede mihi ſcriptum,quod argenti in prouincia Sicilia pararis. Et ſubdit,Nec ſcriptum habeo,nec poſſum edere. Quę vulgus barbarorum dicit producere ſcripturas.

Signum.Liuius ab Vrbe,Edito è ſpeculis ſigno.

Sonos.Ouidius in Ibin,de bubone,Funereoque graues edidit ore ſonos. Plin.lib.17.cap.24.6.Sonumque edunt paruuli ſtridoris.

Spicas edere dicitur culmus.Colum.lib.2.cap.16.

Spiritum extremum,pro Mori.Cic.12.Philip.354.Cuius incomplexu libenter extremum vitæ ſpiritum ederim.

Strages.Liuius 7.bel.Pun.81. Et Cic.3.de Legib.52.

Strepitum.Colu.lib.12.cap.21.2.Ac tandiu iam torretur,quandiu ſtrepitum edit. Sic Edere ſtridorem dicuntur locuſtæ,Plin.lib.11.ca.29.6.

Recitare & edere tabellas.Cic.pro Cluen.146.Nam tabellæ quæſtionis plures proferuntur,quæ recitatæ,vobisque editæ ſunt.

Tactus edere.Lucret.li.2.164.Sed variis formis variantes edere tactus.

Edere teſtes,Hoc eſt proferre,& vt dicit Cicero,producere. Liuius 3.ab Vrbe.305.Iamque editis teſtibus,quum tribus vocari,& populum inire ſuffragium oporteret.

Trepidationem.Liu.1.bel.Pun.104.Ibi vrgentes inter ſe,cedẽtibus extremis ab aqua,trepidationem aliquantum edebant.

Verba edere.Tibull.li.3.eleg.4.9. Edidit hæc triſti dulcia verba modo.

Victoriã edere.Tacit.in Vita Agricolæ,Et extremo metu corpora deſixere in his veſtigiis,in quibus pulchrã,& ſpectabilẽ victoriã ederetis.

Verba.Cic.pro Quintio.43.Iudiciũ quin acciperet in ea ipſa verba quæ Nævius edebat,non recuſaſſe.

Edere vitam.Cic.5.de Finib.7.Nec ad hoſpitem antè diuertiſſe,q̃ Pythagoræ ipſum illum locum vbi vitam ediderat,ſedemque viderim.

Voces. Cicero 2.Tuſcul.30. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit?

Vrinam,pro Meiere.Plin.lib.28.cap.4.5.

Vulnera edere.Stat.1.Sylu.6.12.

¶ Edi tribus ab accuſatore.Cic.pro Plancio.30.Non intelligo,quamobrem Senatus hoc vno in genere tribus edi voluerit ab acculatore,neq; eandem editionem tranſtulerit in cæteras cauſas.

Editum eſt.Cic.1.de Oratore.91.Peruulgari artem ſuam noluerunt.deinde poſtea quàm eſt editum,expoſitis à Cn.Flauio primũ actionibus nulli fuerunt qui illa artificioſè digeſta generatim componerent.

Editus,penul.corr.Participium:vt Editus Ioui ſatu.Cic.1.Offic.165.

Edita in vulgus.Liu.6.ab Vrbe.4.Alia ex eis etiam edita in vulgus. Cæſar 3.bel.Ciuil.115.Quæ opinio erat edita in vulgus,antè quàm Cæſar ad inſequendum facultatem haberet.

Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta,nihil poteſt eſſe verius. Cic.Bruto.2.5.

In lucem editus,Id eſt natus.Cic.2.Tuſcul.186. Ibidem,lib.3.3. Nunc autem ſimul atque editi in lucem & ſuſcepti ſumus,&c.

Indicium expoſitum atque editum.Cic.in Catil.56.Poſt autem aliquanto toto iam iudicio expoſito atque edito ſurrexit.

Iudices editi.Cic.pro Plancio.33.Hunc iudicibus editis,qui teſtes iidem eſſe poſſent,abſolutum putarem. Ibidem,Clariſſimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt.

Facinora edita.Liu.lib.9.Decad.4.Nec omnia,in quæ cõiurauerunt,edita facinora habent.

Editus,pen.corre.(ἐκδοτὸς) Nomẽ ex participio.Altus.Liu.8.bel.Pun.85.Tumulo editiſſimo communierunt. Idem lib.7.ab Vrbe.106.Sic Editi atque aſperi colles,Cæſ.3.bel.Ciuil.170.

Editum in altitudinem cacumen.Liu.8.bel.Pun.25.

Editior viribus homo.Superior.Horat.1.Serm.ſaty.3.22.
Quos Venerem incertam rapientes more ferarum,
Viribus editior cædebat,vt in grege tauros.

Arx edita.Seneca Octauia.7.1.

Locus præcelſus atque editus.Cic.6.Verr.95.

Immenſum editus.Tacit.lib.21.Nam duos colles immenſum editos claudebant muri per artem obliqui.

Editius,Adiectiuum,(ἐκδοτικὸς,)Iudex editicius,quem vna pars elegit. Author Seruius in illud Virgilii 3.eclog.11.Nec quenquam fugio. Cicero pro Plancio.29. Neque enim quicquam aliud in hac lege,niſi editicios iudices eſſecutus.

Editio,Verbale,(ἔκδοσις,)pro emiſſione.vt Editio librorum.

Præcipitare editionem libri. Quintil.Triphoni.2.Vſus deinde Horatii conſilio,qui in arte poetica ſuadet,ne præcipitetur editio.

Honor editionis.Quintil.in proœm.lib.1.7.Sed nimium amantes mei iuuenes librum,temerario editionis honore vulgauerant.

Editio Conſulum & magiſtratuum. Liu.4.ab Vrbe.97.Valerius Antias & Q.Tubero M.Manilium & Q.Sulpitium c o 5 5. in eum annũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

edunt. Cæterùm in tam discrepanti editione & Tubero & Macer libros linteos authores profitetur. Cic. pro Plancio. 32. Dubitatis quin eas tribus in quibus magnas necessitudines habet Plancius, quum ille non ediderit, inducta officiis ab hoc obseruatas, nõ largitione? Quid enim potest dicere, cur ista editio non summam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo secuti sumus?

Editor, pen. cor. editõris. Luca. lib. 2. 85. -delabitur inde Vulturnusq; celer, nocturnæque editor auræ Sarnus.

Editus, huius editus, pen. cor, vt Editus boum, pro excremento & stercore, Vlpiano in L. Lignis. in quibusdam. ff. De leg. 3.

Edoceo, ēdoces, pen. corr. edocui, edoctum, (ἐκδιδάσκω,) edocere. Idem quod docere, aut diligenter docere. Plaut. Epid. 1. 3. 56. Eadem hæc intus edocebo, quæ ego scio, Stratiphoclem. Idem Trinum. 6. 89. Pol ego istam volo me rationem edoceas.

Edocere vt. Plautus Trinum. 1. 1. 14. Vt ädeam Lesbonicum, edoceam vt res se habeat.

Quem Minerua omnis artes edocuit. Sallust. in Ciceronem. 4.

Cælestia edocere aliquem. Statius 3. Thebaid. 11.
-non te cælestia frustra
Edocuit, latuitque sua dignatus Apollo est.

Imperitos edocere. Cic. post reditum in Senatu. 15. Qui causam eam imprudentibus commendant, imperitos edocuerit.

Edocere omnia ordine. Liu. 4. bel. Pun. 111.

Ratio edocet. Cicer. 5. Tuscul. 36. Edocuit tamen ratio, vt mihi quidem videtur, &c.

Senatum edocere de itinere hostium. Sallust. in Catilin.

Edoctus omnia per legatos. Sallust in Catil.

Edoctæ militiam legiones. Liu. 6. ab Vrbe. 127.

Edoctus belli artes sub magistro. Liu. 5. bel. Pun. 227.

Edolo, ēdolas, pen. corr. (πελεκίζω,) edolare, Idem significat quod dolare. Nonius, Edolare, fabrorum est verum verbum, quum materiarum complanatur asperitas. Vsi sunt eo verbo laudãdi scripto res vetustaris etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimargo. Quum tot comœdias sine vlla fecerimus, ego vnum librum nõ edolem, vt ait Ennius? Hactenus Nonius. Cic. ad Atticum, lib. 13. 295. 1. Quod in manibus habebam abieci, quod iusseras edolaui.

Edomo, ēdomas, pen. corr. edomui, edomitum, (ἐκδαμάζω,) edomare, Idem quod domare significat nisi quòd præpositio aliquid fortasse addit. Cicero pro Sylla. 1. Improbi ac pditi ciues, edomiti atque victi. Idem de Fato. 15. Scribunt vitiosum naturam ab eo fuisse edomitam & compressam esse doctrina, vt, &c. Plinius lib. 33. cap. 3. 23. Et lib. 17. cap. 19. 1. Omni interim tempore edomari meditatione curandi.

Nefas edomare. Horat. 4. Carmode 5. 5. Mos, & lex maculosum edomuit nefas.

Alpes edomitæ. Claud. 1. in Ruff. 1.

Equi edomiti. Claud. 4. Paneg. 76.

Edormio, ēdormis, edormiui, edormitum, pen. cor. (ἐκκοιμάομαι) edormire, dormiendo absoluere, vel potius dormire ad satietatem. Cic. 4. Acad. 96. Quumq; edormiuerunt, illa visa quàm leuia fuerunt, intelligunt. De dormientium somniis.

Edormire vinum siue crapulam, Est dormiendo perficere, & excoquere. Cicero 2. Philip. 53. Edormi crapulam inquam & exhala. Gellius lib. 6. At nunc videre est Philosophos vltrò currere, vt doceant ad foreis iuuenum diuitum, eosque ibi sedere atq; operiri propè ad meridiem, dõnec discipuli nocturnum omne vinum edormiant.

Dicitur & tẽpus edormiri. Seneca epist. 100. Dimidiũ ex hoc edormiß.

Edormisco, edormiscis, (ἐκκοιμάομαι,) edormiscere. Idem qd edormire.

Edormiscere somnum. Plaut. Amphit. 8. 63. -paulisper mane
Dum edormiscat vinum somnum, quæ næ vigilans somniat.

Edormiscere crapulam: Id est somno & dormitione crapulam concoquere. optima enim cõcoctio, inquiunt medici, per somnum fieri solet: veluti in id vnum opus consPirantibus & consentientibus omnibus quatuor facultatibus. Plaut. Rud. 14. 28. Quin abeo hinc in, Veneris phanum, vt edormiscam hanc crapulam.

Edormiscere villum, Idem. Terent. Adelph. 5. 2. 11.
-quid ego nunc agam?
Nisi dum hæ filescunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atque edormiscam hoc villi?

EDON, huius Edõnis, pen. prod. quia per o scribitur, m. g. (Ἤδωνος,) Mons est Thraciæ, teste Seruio in 12. Aeneid. Hic Edonus quoq; dicitur Plinio lib. 4. cap. 11. 12.

EDONI, siue Edonii, Thraciæ populi, vel certe Macedoniæ quæ proxima est Thraciæ. Solinus cap. 14. Qui Edonii olim populi, quæq; Mygdonia erat terra, aut Pierium solum, vel Emathium, nunc omne vnius nomi vocabulo Macedonica res est: & partitiones quæ specialiter, ante se iungebantur, Macedonũ nomini contribute, factæ sunt corpus vnũ. Hermõlaus in 4. lib. Plin. cap. 11. de montibus Thraciæ loquens, Edonus, à quo Edoni quoque populi, & Edonis ibi regio. Hactenus ille. Plinius lib. 4. cap. 11. 12. Edonos facit Thraciæ populos. Edones verò inter Scythas connumerat, lib. 6. cap. 17. 1.

EDONES, Vide EDONI.

EDONIS, pen. prod. huius Edõnidis, fœm. gen. Aeolidis vrbs. Plin. lib. 5. cap. 30. 3. Rursus in littore Antandros, Edonis prius vocata. In quem locum sic ait Hermolaus: Testis est Aristoteles Antãdron prius dictã à Thracibus colonis Edonida.

¶ Edonis, huius Edonidis, Thraciæ regio, Vide EDONI.

Edõnis, pen. prod. huius Edonidis, (Ἤδωνις, vel Ἠδωνίς,) Patronymicum, f. g. quo interdum vtimur pro possessiuo. Hinc Edonides dicuntur Mænades, seu Bacchi sacerdotes, quæ furore diuino agitatæ mysteria Bacchi celebrabant passis capillis more furentium huc illuc cursitantes.

Propert. lib. 1. Nec minus assiduis Edonis festa choreis. Ouid. 11. Metam. Protinus in syluis matres Edonidas omneis,
Quæ videre nefas, torta radice ligauit. Hoc est in arbores conuertit ob necem Orphei. Lucanus tamen corripuit lib. 1. 134.
-nam qualis vertice Pindi
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo,
Talis & attonitam rapitur matrõna per vrbem. Sed hîc putat Seruius syllaben esse.

Edonius, (Ἠδώνιος,) Adiectiuum, cuius secundam syllabam corripi plerique putant, citantes illud Ouidianum ex lib. 1. de Remed. Amorũ,
Ibat, vt Edonio referens te ritere Baccho

Ire soleat susis barbara turba comis. Sed hîc multi codices habẽt Aemonio, non Edonio. Adde quòd Seruius contẽderet legendum Edono, vt apud Virgilium, Edoni Boreæ: & Statium, Edonas hyemes.

EDONVS, pen. prod. (Ἤδωνος,) Mons Thraciæ, Vide EDON.

Edonus, pen. prod. Adiectiuum, (Ἠδώνιος.) Virg. 12. Aeneid. 73.
Ac velut Edoni Boreæ quum spiritus alto
Insonat Aegeo, &c. Seruius, Edoni, Id est Thracii. Nam Edon mons est Thraciæ. Sanè sciendum hoc loco erraße Donatum, qui dicit Edonii esse legendum, vt DO breuis sit, secundum Lucanum qui dicit, Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo. Nanque certum est syllaben fecisse Lucanum. vnde Edoni legendum est, vt sit, hic Edonus huius Edoni. Statius & virgilium & arte secutus ait, Tristius Edonas hyemes, Ebrumq; niualem non, Edonas. Hactenus ille.

Hyemes Edoniæ. Claud. 1. Paneg. 25.

Edor, à veteribus dicebatur sacrificii genus, quod nunc adoreum dicitur.

Educo, ēducas, pen. corr. (τρέφω, τιθηνέω,) educare, Nutrire, Mart. 2. ab Vrbe. 41. Pauperes satis stipendii pendere si liberos educent. Cic. 3. de Finib. 59. Quis autem honesta in familia institutus, & educatus ingenue, non, &c. Terent. Adelph. 3. 4. 49. -vna à pueris paruoli Sumus educati. Varro de liberis educandis, Educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus. Ouid. 6. Fast. 98.
Intumuit Iuno, raptum quod pellice natum
Educet, at sanguis ille sororis erat.

Inter alere & educare. Plaut. Menæch. 1. 1. Hic homo conuiuas non alit, sed educat.

Aere educat. Ouid. 8. Metam. 168.
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aer,
Poscit & appositis queritur sciunia mensis.

Educare mammis fœtum. Plin. lib. 9. cap. 13. 1.

Oratorem educare. Quintil. m Proœ. lib. 1. c. Nec aliter, quàm si mihi tradatur educandus orator, studia eius formare ab infantia incipiam.

Terra malos homines nunc educat. Iuuen. Saty. 15. 7.

Vuas educare. Ouid. 1. de Ponto eleg. 4. 11.

In sermone alicuius educatus. Cic. de Clar. Orat. 111. Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum apparet filios non tam in gremio educatos, quam in sermone matris.

Educatus ad turpitudinem. Cic. 5. Ver. 49. Atque ab Apronio iudices homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato.

Susceptos & educatos. Cic. 7. Verr. 06. Qui à parentibus spe nostri imperii nostræque æquitatis susceptis educatique sunt.

Ingenuè educatus, Vide INGENVVS.

Liberaliter educatus, Vide LIBERALITER.

Libere educatus, Vide LIBER.

Eloquentia nutrimentis epidictici generis educata. Cicer. in Orato. 14.

Educari inter. Quintil. lib. 1. de pueris, Inter quos educabitur ille huic spei destinatus.

Educator, penul. prod. Verbale, ma. g. (τροφεύς, τιθηνός,) Cice. pro Plancio. 66. Quis est nostrum liberaliter educatus, cui nõ educatores, &c. Sic 2. de Natura deorum. 122.

Educatrix, penul. prod. Verbale, fœm. gen. (τιτθεύτρια, τιτθή,) Colum. lib. 8. cap. 11. 12. Et Cic. 1. de Leg. 93.

Educatio, (ἀγωγή, τιτθεύσεις, τροφή,) Nutritio. Cicero 3. de Finib. 96. Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest: quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocẽ videmur audire.

Corporum fortissimorum educatio. Quintil. lib. 1. cap. 1. 16.

Mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis fregit. Quintil. lib. 1. cap. 2. 6.

Institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili. Cicero, 3. de Oratore, 69.

Educatio & disciplina. Cic. 3. de Legib. 43. Repetam à te istum de educatione & de disciplina locum. Ibidem, Id autem difficile factu est nisi educatione quadam & disciplina. Quint. lib. 5. cap. 10. 18.

Educatio & perfectio. Cic. 5. de Finib. de stirpibus loquens, Earum etiam rerum quas terra gignit, educatio quædam & perfectio est.

Edûco, edûcis, pen. prod. eduxi, eductum, (ἐξάγω,) educere, Extrahere, quasi extra ducere, emittere.

Educere è custodia. Cic. 1. Tuscul. 113.

Pios eduximus annos, Id est viximus. Propert. lib. 1. eleg. 10. 10.

Colores educere. Catull. 59. epigram. 10.
Qualeis Eurotæ perrigunt flumina myrtos,
Aurãve distinctos educit verna colores.

Educere cirneam vini. Plautus Amphit. 4. 176.

Educere in aciem copias, vel in expeditionem exercitũ. Liu. 5. bel. Puni. 82. Cic. 1. de Diuinat. 125.

Educere gladium è vagina. Cic. 1. de Inuẽt. 131. Et Cæsar 5. bel. Gall. 165.

Educere aliquem in ius. Cicero, 5. Verr. 92. Quum in ius ipsum eduxi, ex presti vt conficere tabulas se negaret.

Lacus emissus & eductus. Cic. 1. de Diuinat. 161.

Legiones educere. Plaut. Am. 4. 64.
-contra Thebeloe ex oppido
Legiones educunt suas. Cæsar 1. bel. Ciuil. 47. Et 1. bel. Gal. 2141

Leto educere aliquem, Id est liberare morte. Valer. 7. Argo. 91.

Educere naues ex portu. Cæsar 1. bel. Ciuil. 95.

Noctem educere ludo. Valer. 1. Argon. 51. Hoc est traducere.

Oculos educere. Seneca Thebaid. 1. 36.

Ex angustiis Oratorem educere. Cic. 3. de Orat. 69. Quantam copiam Crasse complexus es, quantisque ex angustiis Oratorem educere ausus es, & in maiorum suorum regno collocare.

Educere aliquem rus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 19. 6.

Somnos educere. Silius lib. 11. 81.
Ille sub hyberno somnos educere cælo
Iactator, tectis malit consumere noctes.

Telum educere corpore. Virg. 10. Aeneid. 148.

Sortiri tribus, & educere quas velis. Cic. 2. de Lege Agrar. 34.

¶ Educere, Verbum est forense apud Ciceronem 5. Verr. 128. Aditum est ad Metellũ deductus est Apronius: eduxit vir primarius C. Gallius Senator à L. Metello, vt ex edicto suo iudicium daret in Apronium qp per vim ac metum abstulisset. Budæus.

¶ Educere, Erigere. Virgil. 6. Aeneid. -aramque sepulchri
Congerere arboribus, cæloque educere certant.

Sub aëra educere. Virg. 1. Aeneid. 92.

Molem educere cælo. Virg. 1. Aeneid. 38.

Dorsum eductum. Lucanus libro, 2. 86. Longior educto qua surgit in aera dorso.

Turrim educere. Virg. 12. Aeneid. 135.

¶ Educere, (τρέφειν, τιθηνέειν,) Nutrire, educare. Plautus Curcul. 10. 31.
Bene ego istam eduxi meæ domi, & pudicé. Sic Trucul. 19. 14. Et Menæch. 20. 7. Meo cibo & sumptu eductus est. Et Mil. 10. 54. Terẽ. Adel. Iaque dignum est. Idem Heaut. 2. 1. 4. Et in And. 5. 4. 8.

Procreare & educere. Cic. 2. de Orat. 67. Neque enim boni est neque liberalis parentis quem procrearit & eduxerit, eum non & vestire & ornare.

Fœtum educere, pro Educare. Claud. in Præfat. 6. Paneg. 1.
Paruos non aquilis fas est educere fœtus
Ante fidem solis, iudiciumque poli. Virg. 4. Georg. 33.

Educere fœtum, pro Parere. Plin. lib. 10. cap. 54. 2. Aestate vndecimo die educunt fœtum.

Eductus, Participium, (τεθραμμένος,) vt
In contubernio eductus. Tacit. lib. 1. Iam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus.

Disciplina eductus. Tacit. lib. 5. Cassiut plebei Romæ generis, verum antiqui, honoratique, & seuera patris disciplina eductus, facilitate sæpius, quàm industria commendabatur.

Edulco, edulcas, (μαλίσσω,) edulcare, Dulce facere. Mactius,
Quapropter edulcare conuenit vitam,
Curasque acerbas sensibus gubernaße. Ex Nonio.

Edulis, Vide Edilis, in EDO, es.

Edûro, edûras, pen. prod. (σκληρύω,) edurare, Valde durum facere & quasi ad laborem assuefacere. Colum. lib. 11. ca. 1. Quare docendus, & à pueritia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Hoc loco nunc legitur educandus.

Edurare, Neutrum, (ἐπιμένειν,) pro Perdurare. Seneca de Breuit. vitæ. Aiunt animalibus tantum indulsisse naturam, vt quina, aut dena secula edurent.

Edurè, Aduerbium, (ἀπτερόμως,) Ouid. 3. de Arte Amandi.
Sed neque te facilem iuueni promitte roganti:
Nec tamen edurè, quod petit ille, nega.

Edurum, Non durum, quasi extra durum. Virg. lib. 2. Georg. 13. Plantis edurę coryli nascuntur. Quædam vetera exemplaria legunt, Plãtis & duræ. Vtrãq; lectionẽ Seruius agnoscit. Plin. lib. 14. cap. 5. 6. In pergulis verò seruantur escariæ appellatæ, eduræ acinis: albæ, nigræque.

Eduras, Valde durus. Virg. 4. Georg. 29.
Eduramque pyrum, & spinos iam pruna ferentes. Hoc est nimium duram, validam. Seruius.

Eae, Plurale ab ea pronomine.

E F

Effarcio, effarcis, effarsi, effartum, (ἐπιλήθω,) effarcire, Parciẽdo maximè implere. Cæsar. 7. bel. Gall. 87. Ea autem quæ diximus interualla, grandibus in fronte saxis effarciuntur.

Effari, (ἀπορθέγγομαι, ἐκφαίνω,) proprie est eloqui. Liu. 1. ab Vrbe. 99. Fœdus multisque id verbis, quæ lõgo effata carmine nõ opus est referre, peragit. Virg. 8. Aeneid. 36. Nec plura effatus. Cic. pro Domo sua. 109. Neque verbum vllum solenne potuit effari. Sic. 4. Academ. 172. Idem. 3. de Orat. 84. Effari dicitur Latinè.

Effari alicui. Virg. 4. Aeneid. 96.
-non ipsi effata sorori.

Apertè effari aliquid. Seneca Hippol. 7. 5. &. 8. 5.

Ordinem gestæ rei alicuius effari. Seneca Hippol. 10. 2.

Ore effata. Virg. 2. Aeneid. 105.
-sic ore effata recepit
Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit.

Secum multa effatus. Seneca Hippol. 10. 3.

Honestè aliquid effari. Cic. in Sallustium. 14. Vt ea dicam, siqua ego honestè effari possum.

¶ Effari tẽplum. Cic. ad Att. lib. 13. 291. 3. Opinor augures nihil habere ad templum effandum. Ex vetusto codice legendum efilandum.

Effari precationes dicitur sacerdos sacris operans: cui chorus respõdet Amen. Ex Gellio & Macrobio.

Effata, pen. prod. (ἐφωνήματα,) sunt vltimæ precationes augurum, quas post fines auspiciorum extra vrbẽ sunt effati: vt Varro & Seruius autumant. Cic. 1. de Legib. 33. Alterum quod interpretetur fatidicorũ & vatum effata incognita.

Ager effatus. Seruius in illud. 6. Aeneid. 40. -sic effatus vestigia pressit. Propriè (inquit) effata sunt augurum preces. Vnde ager post pomœria, vbi captabantur auguria, dicebatur effatus. Vide etiam Gellium, lib. 13. cap. 14.

Effari fines vrbis. Gellius lib. 13. cap. 14.

Templa effata. Cic. 2. de Legib. 34. Vrbemque & agros, & templa liberata & effata habento.

¶ Effatum, pen. prod. Enuntiatio dialectica. Cic. 4. Acade. 169. Nempe fundamentum dialecticæ est quicquid enuntietur (id autem appellãt ἄξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse, aut falsum.

Effabilis, penult. corr. (ἐφατός,) Adiectiuum. vt Dictu effabilis. Virgil. 3. Aeneid. 124.
Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli. De Polyphemo.

Effascino, effascinas, pen. corr. (κατακεντέω,) effascinare, Idem quod fascinare. Solinus, Quædam in terra Aphrica hominum familiæ sunt, voce atque lingua effascinantes quæ si impẽsius fortè laudauerint pulchras arbores, legetes lætiores, infantes amœnio res, egregios equos, pecudes pastu, atque cultu opimas, emoriantur repentè. Plin. lib. 7. cap. 2. 8. Esse eiusdem generis in Triballis & Illyriis aduersi Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimantque quos diutius intueantur, ita ris præcipuè oculis: quod eorũ malum facilius sentire puberes. Et paulò antè, In eadem Aphrica familias quasdam effascinantium Isigonus & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. Idem, Feminas quidem omnes vbique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos author est.

Effascinatio, Verbale, (κατακεντησις,) Plin. lib. 37. cap. 10. 7.

Effata, Vide EFFARI.

Efferus, Adiectiuum, penult. corr. (ἐκγεώδης, ἄγριος,) Valde ferus & crudelis. vt
Corda effera. Valer. 1. Argon. 160.
Facinus efferum. Seneca Thebaid. 1. 53.
Ira effera. Valer. 5. Argon. 104.
Iuuentus effera sæuit. Virg. 8. Aeneid. 1.
Laniatu effero dispersa membra. Seneca Hippol. 12. 19.
Motu effero recursare huc & huc. Seneca Medea. 6. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pecus efferum. Senec. Hippol. 2.7.
Virtus effera. Valer. 2. Argon. 130.
Vis animi effera. Virg. 10. Aeneid. 78.

Effero, efferas, pen. corr. (ἀγείρω,) efferare, Crudelem instar feræ facere. Plin. lib. 10. cap. 63. 11. Fœminæ sues in tantum efferantur, vt hominē lacerent. Liu. 5. ab Vrbe. 153. Alpinis quoque ea gentibus haud dubiè origo est, maximè Rhætiis, quos loca ipsa efferarunt, nequid ex antiquo præter sonum linguæ, nec eum incorruptum, retinerēt. Sic. 7. bel. Maced. 331. Item. 2. ab Vrbe. 96. Adhoc promissa barba & capilli ef ferauerant speciem oris. Senec. Thebaid. 1. 42. – quid est
Quod te efferarit? quod nouos suffixerit
Stimulos dolori?

Efferare animos assuetudine mali. Liu. 5. bel. Pun. 152.
Immanitate efferatos. Cic. 1. de Na Deor. 85. Equidē arbitror multas esse gētes sic imanitate efferatas, vt apud eas nulla suspicio deorū sit.
Efferatis militia animis. Liu. 1. ab Vrbe. 78.
Efferatus odio iraque. Liu. 5. ab Vrbe. 126.
Efferata & immania. Cic. 4. Tusc. 49.
Efferari dicitur terra, Id est vastari. Cic. 1. de Nat. Deor. 144. Quid iā de hoīum genere dicā, qui quasi cultores terræ cōstituti nō patiunt eam nec immanitate beluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari?
Voces efferatæ. Senec. Herc. furent. 6. 13.
Efferātus, pen. prod. (ἀγριωτός,) Nomen ex participio. Liu. 4. bel. Maced. 91. Linguam tantum Græcorum habent, sicut speciem hominum, moribus ritibusque efferatioribus, quàm vlli barbari, imò quàm capacissimæ belluæ vtuntur.

Effero, pen. corr. effers, extuli, elātum, (ἐκφέρω, ἐκφορέω, ἐξαίρω, ἐξενέγκω,) efferre, Extraferre. Terēt. Adelph. 2. 4. 1. Nunquidnam effert? occidi.

Efferre immunditias ex piscina. Cato, cap. 12. 3. Et apud Plaut. Amph. 7. 71. Sed vide efferantur ex naui.
Efferre ex acie saucios. Cic. 2. Tusc. 65.
Efferre pedem domo, vel porta. Cic. de Fato. 52. Et ad Atticum, lib. 7. 122. 7. Sic Plaut. Bacch. 8. 19. Nego tibi annis fuisse viginti primis copiam, pedem vt efferres ex ædibus.
Efferre pedem aliquò. Plaut. Capt. 7. 98. Ne quoquam pedem efferat sine custode.
Efferri pedibus. Vide A præpositionem.
Efferre de custodia. Colum. lib. 8. cap. 17. 14. Macies indicat eum nō esse libero mari captum, sed de custodia elatum.
Gressum efferre aruis. Seneca Medea. 11. 5.
Verecundiam secum efferre. Ci. Trebatio, lib. 7. 18. 7. Iam ista tua culpa est, qua verecundiam tecum extuleris, & non hīc nobiscū reliqueris.
¶ Efferre, Prouehere, extollere. Liu. 7. bel. Pun. 227. Postea quàm nemi nem signa contrà efferre vidit. Virg 8. Aeneid.
Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit.
Sublime pennis elatus. Liu. 1. bel. Pun. 109. Eos ipsos quos cernunt, legatos non pennis sublime elatos, Alpes transgressos.
Caput efferre altius. Virg. 3. Georg. 110.
Efferre caput vndis. Colum. lib. 10. 16.
Efferre clamorem. Plaut. Amphit. 4. 74. Clamorem vtrinque efferunt.
Efferri se alueo Nilus, Plin. in Pane. 48. Hæc inopina siccitatis vīq; ad iniuriā sterilitatis exaruit: qua piger Nilus cūctāter sese alueo extulerat.
Ora efferre. Virg. 5. Aeneid. 73.
Nec mora, continuò vastis quam viribus effert
Ora Dares, Magnoque virūm se murmure tollit.
Patriam demersam efferre. Cic. pro Sylla. 66. Reipub. præcipitanti subueni, patriam demersam extuli.
¶ Efferre cadauer. Sipont. Effero, plerīq; extra fero significat. Hinc tractum quidam existimant vt efferri cadauer dicatur, dum celebratur funus, vel dum sepelitur, quasi extra domum ferri, sed falsum est. Efferri enim dicitur, quasi preuehi & extolli: quoniam cum pompa ferri solebat, humeris clarorum virorum pheretro suppositis, quod nunc quoq; fieri videmus. Hactenus Sipontinus. Plaut. Asin. 12. 25.
O mi elle dulci dulcior mihi. P H. certè tu vita mihi:
Complectere. A R. facio lubens. P H. vtinam sic efferamur. Idem Most. 14. 8. Quid tandem? vidi efferri mortuum. Terent. And. 1. 1. 90. Effertur. imus. Liu. 2. ab Vrbe. 37. Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auersus, quàm vt cadauer efferri iuberet. Cic. pro Flacco. 31. Quum efferretur magna frequentia. Idem Attico, lib. 15. 321. 7. Cn. Luculus familiaris noster matrem efferebat. Idem. 3. de Nat. Deor. 115. Cur Maximus extulit filium Consularem? Idem. 2. de Legib. 103. Ante lucem enim iussit efferri, Id est ad sepulturam.
Efferri funere, & cum funere, hoc est cum pompa exequiarū. Cic. ad Atticum, lib. 14. 306. 1. Meministi ne clamare te causam periisse, si funere elatus esset? Idem. 1. de Orat. 124. Quum casu in eadem causa cū funere efferretur anus Iunia.
¶ Efferre aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus. Cic. 1. in Catil. 10.

Quæ res extulit eum? vna commendatio huius. Cic. pro Rosc. Com. 18.
Fortunā efferre aliquem dicitur. Cic. pro Corn. Balbo. 13. Quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustrauit labor & industria.
Ad gloriam aliquem efferre. Cic. de Aruſp. resp. 14. Si me tantis laboribus pro communi salute perfunctum, efferret aliquando ad gloriam iure futurā: maledictis hominum improborum animi quidam dolor, quis non ignosceret?
¶ Efferre laudibus, vel summis laudibus in cœlum. Cic. 2. de Finib. 128. Item. 4. Acad. 111. Quum tantis laudibus Philosophiā extuleris. Idem 3. de Leg. 32. Plin. lib. 20. cap. 3. 6. Diocles magnis laudibus extulit.
Virtus aliquem efferre ad laudē dicitur. Cic. Antequam iret in exil. 8. Nā me quem paulò antè fortuna erexerat ad gloriā, virtus extulit ad laudem, &c. eundē Tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem.
Verbis aliquem efferre. Cic. 3. de Oratore. 29. Nemo extulit eum verbis qui ita dixisset, &c.
Efferre sese, quod vulgus se elevare dicit, hoc est, sese vel verbis, vel factis extollere. Cic. 1. Offic. 174. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neque summissum & abiectum, neque se efferentem. Sic Efferre se insolentius. Cic. 4. Tusc. 31.
Efferre se cupiditate gloriæ, & cupiditatibus. Cic. 2. de L. Agra. 89. Et in Sallust. 8. Terent. Heaut. 4. 3. 31. Hic me magnifice effero.
Magnificè se efferre. Vide MAGNVS.
Animos insolentia dominatus efferre. Cic. pro Domo sua. 109.
Gloriando se & prædicatione efferre. Cic. in Parad. 17. An quisquam in potiundis voluptatibus gloriando se & prædicatione effert?
Efferre sese sermonibus & verbis. Cic. 3. de Fin. 62. Liu. 8. bel. Pun. 233.
Studio in aliqua re efferri. Cic. Attico, lib. 1. 5. 3. Nam in eo genere sic studio efferimur, vt, &c.
Efferri iracundia, odio, dolore. Cic. 5. de Finib. 49. Et pro Sestio. 97. Idē de Aruſp. respon. 2.
Læsi dolent, irati efferuntur. Cic. pro Cælio. 15.
Cupiditatibus infinitis efferri. Cic. in Sallust. 8.
Incredibili gaudio sum elatus. Cic. Planco, lib. 10. 12. 4.
Efferre se lætitia. Cic. 5. de Finib. 77. Si vincunt, efferunt se lætitia: victi debilitantur, animosque demittunt. Idem. 4. Acade. 143. Et 3. Tusc. 41. Et. 1. Academ. 54. Idem pro Deiotaro. 7. Ait hæc lætitia Deiotarum elatum.
Hęc me lætitia extulerunt. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 2.
Studio videndi aliquem efferri. Cic. de Senect. 75.
¶ Efferre, p Portare. Liu. 5. bel. Pun. 94. Ne scuta quidē secū extulerāt.
Efferre in humeros. Cic. 1. de Orat. 116. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quòd is C. Sulpitii Galbi propinqui sui Qu. pupillum filium ipse penè in humeros suos extulisset.
Efferre in terram de nauc. Liu. 9. bel. Pun. 69.
¶ Efferre, Diuulgare, palàm facere. Terent. Adel. 4. 4. 17.
Nunc quid faciā? dicā fratris esse hanc? quod minimè est opus. Vsquā efferri. Cæsar, Prius quàm consi clandestina consilia efferantur.
Ineptias alicuius efferre. Cic. secundo de Oratore. 55. Dicam equidem quoniam instituī, petamque à vobis (inquit) ne has meas ineptias esse ratis. Id est proferatis.
Efferre foras peccatum alicuius. Terent. Phorm. 5. 8. 65.
Vides tuum peccatum esse elatum foras:
Neque iam id celare posse te vxorem tuam.
¶ Efferre malum aliquod, pro Superare & vincere. Cic. 4. Tusc. 102.
Neque tam terribilis vlla fando oratio est,
Nec fors, nec ira cœlitum inuectum malum,
Quod non natura humana patiendo efferat. Ex poeta.
Efferre dicitur ager, Id est producere. Cic. 5. Verr. 172. Videbatur id perdere arator quod aratro ipse quæsisset in quo elaborasset, quod agri segetesque extulissent. Sic ibidem. 93.
Ager qui multos annos quieuit, vberiores efferre fruges solet. Cicero de Claris Orat. 9.
¶ Efferre, p Proferre & loqui, vt Non indecenter aliquid efferre. Quintil. lib. 1. cap. 5. 40. In cæteris, quæ vtroque modo non indecenter efferri, qui Græcam figuram sequi malet, non Latinè quidem, sed citra reprehensionem loquetur.
¶ Efferri in amorem. Plin. lib. 37. cap. 1. 1. His initiis cœpit authoritas, in tantum amorem elata, vt, &c.

Efferens, penult. corr. efferentis, Participium, (ἐξαίρων,) Plin. lib. 26. cap. 14. 7. Per se œnothera efferentia sele vlcera sanat. Hoc est, vlcera quę vocant Græci Phlegmonode. nempe ob inflammationem & humoris copiam turgentia.

Elātus, pen. prod. Participium, (ἐξηρμένος,)
Elatus è conspectu. Liuius. 7. ab Vrbe. 116. Cornus è conspectu elatus, Orientem petit.
Elatis verbis intensā oratio. Cic. in Orat. 68.
Elatus & inflatus. Cic. 2. de Lege Agrar. 94. Quibus illi rebus elati & inflati forsan non continuo, &c.
Elatus arrogantia, superbia, insolentia. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 228. Liu. 5. ab Vrbe

Vrbe. 144. Cic. 2. Philipp. 101.
Leuitate elatus. Cic. 5. Tusc. 25. Quid elatus ille leuitate, inaniq; lætitia exultans & temere gestiens, nonne, &c.
Elatè, Adverbium. (ὑπερηφάνως,) vt Elatè dicere, hoc est grauiter, & quod Virgilius vocat Alto cothurno. Cic. in Orat. 146. Ita fit vt Demosthenes certe possit summisse dicere, elatè Lysias fortasse non possit.
Elatio, Verbale, (ὑπεροψις, ἔξαρσις,) vt Elatio animi, pro nimia lætitia. Cic. 4. Tusc. 22. Quum autem inanitas & effusa animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest: quam ita definiunt, sine ratione animi elationem Idem 1. Offic. 90. Et 3. de Finib. 55.
Elatio atque altitudo orationis alicuius. Cic. de Clar. Orat. 33.
Elatio & magnitudo animi. Cic. 1. Off. 92.
Elatio & Submissio, contraria Cic. in Topic. 37.
Gestientis animi elatio voluptuaria. Cic. 3. de Finib. 55.

Efferueo, efferues, siue efferuo, efferuis, efferui, & efferbui, (ἐκζέω, ἐκζέσω,) efferuere, Vehementer feruef. Vir. 1. Geor. 94. – quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam! Ibidem, lib. 4. 111.
Hic verò subitum, ac dictu mirabile monstrum
Aspicitur: liquefacta boum per viscera, toto
Stridere apta vtero: & ruptis efferuere costis.

Efferuesco, efferuescis, (ἐκθερμαίνω,) efferuescere, Idem. Colum. lib. 12. ca. 25. 3. Vt in efferuescendo vinum sē bene parget. Idem lib. 13. Ne in condiendo, cum medicamento efferuescat & defluat. Id est ne ebulitio circumfundatur. Cic. 2. de Nat. deo. 40. In his aquis quæ efferuescunt subditis ignibus.

Efferuescere, per translationem, pro Ebullire & impetu quodam atque æstu manare, Cic. pro Plancio, 12. Si campus atque illæ vndę comitiorum vt mare profundum & immensum, sic efferuescunt quodā quasi æstu.
Efferuescere atque erumpere aliquò. Cic. de Prouinc. Cons. Totumque Pontum armatum efferuescentem in Asiam atque erumpentem, ægrè repulsum & coniectibus inter lusum suis sustinent.
Efferuescere in dicendo, stomacho & iracundia. Cic. de Claris Oratoribus, 132. Celeriter sanè verba voluens, nec hebes in causis, vel dicam plus etiam quàm non hebes, sed efferuescens in dicendo, stomacho sæpe iracundiaque vehementius.
Gratulatio efferuescit. Cic. Varroni, lib. 9. 2. 10. Latendum tantisper ibidem, dum efferuescat hæc gratulatio. Id est, refrigescat. Budæus.
Mens iracunda facile efferuescit in iram. Luce. lib. 3. 58.
Vis efferuescat. Cic. pro Cælio. 61. Nimium efferbuisse videtur huius vel in suscipiendis vel in gerendis inimicitiis vis, ferocitas, pertinacia.
Efferuescens, Participium, (ὑπερζέων,) Silius lib. 3. 64.
Quique atro rapidas efferuescente veneno
Dipsadas immensis horrent Garamantes arenis.

Efferuescentia verba. Cic. 2. de Orat. 49. Orationem autem celeri, & concitata, & verbis efferuescentibus, & paulo nimium redundantibus.

Efficax, Vide EFFICIO.

Efficio, efficis, pen. cor. effeci, effectum, (ἀποτελέω, διαπράσσω,) efficere, Perfectionem denotat. Plaut. Pseud. 14. 8. Neque hoc opus quod ego volui, ego hodie efficiam. Terent. And. 5. 1. 6. – si hoc efficio, postulo, &c. Et in Heaut. 1. 3. 81. Cæsar 1. belli Ciuil. 154. Cicero 1. de Natura deorum, 74. Vt innumerabiles natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit.
Efficere vulgo Perducere ad effectum. Cic. 2. de Orat. 66. Qui hoc primus in nostros mores induxit, qui maximè auxit, qui solus effecit. Idē Attico, lib. 15. 261. 1. De pecunia verò, video à te omnem diligētiam adhiberi, vel potius iam adhibitam. Et si efficis à te hortos habebo. Vt enim non efficias quod visitamen mors vt malum non sit, efficis. Cic. in Tusc.
Conflari & effici. Cic. 1. Offi. 24. Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honestum.
Quantum efficere & consequi possumus. Cic. Q. Fratri, lib. 1. 1. 67. Caramus quantum efficere & conse qui possumus, vt nequod in nobis in fuerit vitium fuisse dicatur.
Dignum aliquid hominum auribus efficere atque edere, Vide EDO.
Effingere atque efficere. Cic. 1. de Nat. deo. 88. Hinc quodcunque in solū venit, vt cuiusque effingis atque efficis.
Elaborari & effici. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 16. 4. Quicquid elaborari aut effici potuerit ad illorum beneuolentiam conciliandam & colligendā, summo studio me confecturum esse.
Omnino efficies quod cupis. Catull. ad Victium, 93. 1.
Instituere & efficere aliquid. Cic. Attico, lib. 16. 337. 5. Quæ quidem nec instituī nec effici potest sine tua ope, Id est nec incipi, nec perfici.
Maius opus institutum quàm effici potuerit. Cic. in Oratore, 141.
¶ Efficere admirationes in aliquibus, Vide ADMIROR.
Efficere argentum alicui. Plaut. Bacchid. 4. 5. 5.

Inde ego hodie aliquam machinabor machinam,
Vnde ego hodie aurum efficiam amanti herili filio.

Clades efficere. Lucret. lib. 5. 10.
Quid de superbia, spurcitia, ac petulantia, quantas
Efficiunt clades?

Efficere clamores. Cic. ad Qu. frat. li. 3. 17. 10. Clamores efficiam, si eum mecum habuero otiosum.
Efficere columnam nouam ab integro. Cic. 3. Verr. 104.
Epistolam efficere ad aliquem. Cic. Attico, lib. 13. 28. 2. 7. Heri etiam esse ei epistolam ad Cæsarem.
Facinora magna. Plau. Pseud. 8. 20. Quo sum genere natus, magna me facinora efficere decet.
Illa mirabilia facinora effecit. Cic. 2. Philipp. 105.
Iussa alicuius efficere. Ouid. epist. 14. 11.
Pauperiem ferendo efficere leuem. Ouid. 8. Metam. 128.
Mandata alicuius. Cic. ad Att. lib. 1. 9. 11. Tu mādata effice q̄ recepisti.
Efficere morbos varios dicitur aqua. Hirtius. 4. bel. Alexand. 17.
Munus colere & efficere. Cic. 1. de Legib. 23. Cuius muneris colendi efficiendique causa, nati & in lucem editi sumus.
Nuptias alicui efficere. Terent. And. 3. 4. 16. Quando solus mihi efficisti has nuptias.
Officium suum. Plaut. Trucul. 16. 1.
Lepide efficiam mea hera officium: vide intus modo vetus tuum Item efficias: tama id quod decet.
Opus. Cæsar. 4. bel. Gall. 52. Omni opere effecto.
Opus suum efficere. Cic. in Topic. 30.
Per se efficere. Quintil. lib. 2. cap. 19. 2. At in solo fœcundo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet.
Pollicita. Terent. Phorm. 3. 1. 24.
– neque defetiscar vnquam ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus sum, effecero,
Efficere propositum. Cic. in Parad. 3. Neque dilatat argumentū, sed minutis interrogatiunculis & quasi punctis quod proposuit efficit.
Efficere & concludere rationem. Cic. 1. de Finib. 33. Non quomodo efficiatur concludaturque ratio tradit.
Re efficere quod sentias. Cic. Plancio, lib. 4. 14. 2.
Sapientia efficit sapientes sola per se: beatos efficiat nēcne sola per se quæsitio est. Cic. in Topic. 11. Vbi testimonia sint plurima huius verbi.
Efficere quod satis sit in, &c. Cic. Attico, lib. 6. 11. 2. Nec id satis efficiē in vsuram mensuam. Ibidem. 8. Appii instituto tributa imperat: ea vix in annus Pompeii, quod satis sit efficiunt.
Senatum frequentem efficere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 2. Neque adhuc frequentem Senatum efficere potuit.
Similitudine panis. Cæs. 3. bel. Ciuil. 193. Id similitudine panis efficiebat: eius erat magna copia. Hoc est, erat istar panis: seu vtebant vice panis.
In studijs aliquid efficere. Quint. lib. 2. cap. 1. 6. In quo quidē nō est estimandū, cuius quisq; fuerit ætatis, sed quantū in studijs iam effecerit.
Venti effecerunt sonum in arundine. Ouid. 1. Metam. 142.
Summam, numinum, longitudinem, & similia. Plin. lib. 4. cap. 12. 32. Quę summa efficit x III. xxxv I. M. Idem lib. 13. cap. 4. 15. Quaterni cubitorum longitudinem efficiūt. Iturus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 5. Et Liu. 2. ab Vrbe. 126. Legiones decem effecit.
Viam ac ordinem efficere. Quintil. lib. 1. ca. 17. 26. Ars est potestas viam ac ordinem efficiens.
Vicē, p Aequi: prodesse & loco alicuius esse. Plin. lib. 13. ca. 4. 10. Nuclei palmarum cremati in fictili nouo, cinere lotos, pondo vicē efficiunt.
Votum efficere alicui, Id est facere quod optarat. Lucan. lib. 7. 20.
¶ Efficere vt. Cic. 2. de Finib. 26. Quum efficere non posset, vt cuiquam &c. Plaut. Pseud. 3. 111.
Satin' est, si hanc hodie mulierem efficio tibi
Tua vt sit? aut si tibi do viginti minas?

Eniti & efficere vt. Cic. de Amicit. 52. Non est igitur amici talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius eniti & efficere, vt amici iacentem animum excitet, &c.
Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice vt, &c. Cic. Capitoni in Epistolis ad Atticum, lib. 16. 143. 4.
¶ Efficitur, Impersonale. Cic. 4. Acad. 108. Rationes omnes descripserit eas, quibus efficitur multis partibus solem maiorem esse quàm terram, &c. Id est argumentis probatur.
Effectum est vt. Cic. 1. Offic. 38. Quibus rebus effectum est, vt infinita pecuniæ cupiditas esset. Sic Plin. lib. 29. cap. 1. 21.
¶ Effexis, pro effeceris: Antiquum. Plaut. Casin. 15. 64.
– at blandè orato, vt solex. sed audin'? si
Effexis hoc, ego soleas tibi dabo, & annulum in digito aureum.

Efficiens, Participium, siue Nomen ex participio, (ποιητικός,) Cic. in Topic. 44. Causa autem efficiens sic, vt, &c.
Causa & ratio efficiens magnos viros. Cic. 1. Offic. 96.
Res efficientes voluptatū. Cic. 2. de Finib. 35. Si ea quæ sunt in luxurioſis efficientia voluptatū, liberarēt eos deorū & mortis & doloris metu

Universidad de Deusto
Biblioteca

docerentque qui essent fines cupiditatum, nihil hæreremus.
Res efficientes, Id est causæ. Cic. in Topicis. 19. Proximus est locus rerum efficientium, quæ causæ appellatur: deinde rerum effectarum ab efficientibus causis.
Virtus efficiens est voluptatis. Cic. 3. Offic. 159.
Virtus efficiens utilitatis. Cic. 3. Offic. 15.
Efficientia, efficientiæ. vt (ἐνέργεια.)
Efficientia solus. Cic. 1. de Nat. Deor. 138. Aspexissentque solem, eiusque eum magnitudinē, pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognouissent, quòd is diem efficeret toto cœlo luce diffusa.
Naturalis efficientia. Cic. de Fato. 30. Sed interest inter causas fortuito antegressas, & inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem.
Efficienter, Aduerbium, (ἐνεργητικῶς,) Cic. de Fato. 50. Non sic causa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, idem causa sit: sed quod cuique efficienter antecedat.
Effectus, Participium, (ἀπεργασμένος.) vt
Iter effectum iam est. Ouid. 6. Metam. 104.
Res maxima effecta. Virg. 11. Aeneid. 3.
Effectos syllogismos vocat Plinius lib. 7. ad Nepotem, epist. 27. bene formatos, Syllogismi circunscripti & effecti: quod stylo quoque assequi magnum est.
Vrbs effecta ex latere & cæmento. Cic. 2. de Diuinat. 148.
Dare effecta. Claud. 7. Paneg. 71.
– equidem, faueant modo numina cœptis,
Hæc effecta dabo. Id est efficiam.
Effectum dabo. Terent. Eunuc. 2. 1. 8.
Effectum aliquid reddere. Terent. And. 4. 2. 20. Scio quid conēre.
D. hoc ego tibi profecto effectum reddam.
Effectus, huius effectus (ἐνέργημα,) Plin. in Paneg. 73. Perge modo Cæsar & vim effectumq; censuræ tuæ propositum, tui actus obtinebunt.
Non caret effectu quod voluere duo. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 3.
Ad effectum vires dare alicui, Id est iuuare, vt perficiat quod animo conceperat. Propert. lib. 3. eleg. 9. 6.
Effector, Verbale, masc. (ποιητής,) Cic. 2. de Diuin. 83. Magna stultitia est earum rerum deos facere effectores.
Conditor & effector alicuius rei. Cic. 1. Tusc. 109.
Effector, ac magister dicēdi præstātissimus stylos. Cic. 1. de Orat. 75.
Effectrix, Verbale, fœm. (ποιήτρια,) Cic. 1. de Finib. 102. Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis quàm sibi.
Effectio, Verbale, (πάλιν τις,) Cic. 3. de Finib. 38. Effectio artis. Ibidē. 70. Sic recta effectio. κατόρθωσιν enim ita appello.
Efficax, pen. corr. huius efficācis, om. gen. (ἀνυτικός, δραστήριος, ἐνεργός,) dicitur quod ad aliquid agendum vim habet, & maximè conducit. Plinius lib. 14. cap. 15. Efficacibus exemplis non maria plus temerata cōferre mercatori, quàm sedulum ruris larem.
Efficax ad. Plin. in Paneg. 138. Vtrum sit efficacius ad rectè viuēdum bene institui, aut fœlicitèr nasci.
Efficaces ad muliebre ingenium preces. Liu. 1. ab Vrbe. 41. Accedebant blanditiæ vitrorum factum purgantium cupiditate atque amore: quæ maximè ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.
Efficax aduersus. Plin. lib. 14. cap. 15. 10. Aduersus serpētes, ac priuatim aspides, ex aceto pota efficax.
Efficax contra. Plinius, lib. 13. cap. 21. 1. Contra sagittarum ictus efficacissimum tradunt.
Efficacissima auxilia. Plin. lib. 20. cap. 10. 3. Radix quoque miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia.
Parum efficax homo. Celius ad Ciceronē, lib. 8. 10. 9. Nosti Marcellum quàm tardus & parum efficax sit: ititemque Seruius quàm cunctator.
Efficax vir, pro robusto & valido. Horat. Epod. 3. 4.
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius. Efficacem vocat Herculem quia facilè efficere & implere potuit quicquid voluit.
Efficacia, efficaciæ, (ἐνέργεια,) Plin. lib. 11. cap. 5. 2. Quos efficaciæ, industrieque tantæ paremus nemos?
Efficācitas, penult. corr. (ἐνέργεια,) Idem. Cic. 4. Tusc. 47. Itemque viribus corporis & nervis, & efficacitati similes, similibusque verbis animi vires nominantur.
Ars & efficacitas. Cic. de Petit. Cōsul. 7. Qui tantū habet audaciæ, tātum nequitiæ, tantū denique in libidine artis & efficacitatis, vt, &c.
Efficaciter, pen. corr. Aduerbium, (ἐνεργῶς,) Plin. lib. 18. cap. 11. 2. Capitis vlcera manantia, vrina tauri efficaciter sanat. Idem lib. 20. ca. 10. 6. Sunt qui & antè solis ortum ceruicalibus subiici efficaciter putent. Sic lib. 18. cap. 6. 12. Id efficacissimè contingit.

Effigies, effigiēi, pen. prod. fœm. gen. (ὁμοίωσις, ἀφομοίωμα, ἐικών, ἀπεικόνισις,) Figura ad viuam alterius similitudinem, vel adveritatis imaginem efficta, tam in picturis, quàm in scalpturis inquit Valla lib. 5. Plinius, lib. 10. cap. 44. 2. Vnde origo fabulę, Diomedis socios in earum effigies mutatos.

Effigies hominis & imago. Cic. 1. de Nat. Deor. 143.
Effigies & simulacrum alicuius. Cic. 4. Verr. 114.
Antiquitatis effigies in XII tabulis. Cic. 1. de Orat. 95.
Effigies humanitatis & probitatis patris filius. Cic. 2. de Finib. 94.
Effigies ingenii. Liu. 1. ab Vrbe. 247. Tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui.
Effigies lupi. Plin. lib. 8. cap. 19. 30.
Numinum effigies. Tacit. lib. 1. Quum se templis & effigie numinū per Flamines, & sacerdotes coli vellet.
¶ Cereæ effigies. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 7.
Dissimiles effigies formarum. Lucret. lib. 4. 21.
Indiscretæ effigies. Vide INDISCRETVS.
Mirabiles fama effigies. Vide MIROR.
Mutæ effigies. Quintil. lib. 6. cap. 1. 25. Quæ. n. est actoris infantia, quia mutam illā effigiem magis, quàm orationē pro se putet locuturam?
Sacræ effigies diuūm. Virg. 3. Aeneid. 30.
Torua effigies. Stat. 4. Sylu. 6. 10.
Vasta effigies. Valer. 5. Argon. 46.
Veneranda effigies. Valer. 5. Argon. 46.
¶ Honora effigie cælatus clypeus. Silius, lib. 8. 79.
Complecti effigiem alicuius in auro. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 2.
Conformata effigies caminis. Stat. 1. Sylu. 1. 1.
Effigiem ducere. Virg. 8. eclog. 14.
–terque hęc altaria circum
Effigiem duco. Vide DVCO.
Eminens effigies virtutis. Cic. 3. Tuscul. 6. Consectaturque nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriæ.
Habere effigiem thuris. Plin. lib. 25. cap. 7. 7. Humor lactis videtur effigiem resiccatos quum coit, thuris effigiem habet.
Effigiem dei in se ostendere. Plin. lib. 2. cap. 25. 3.
Consiliorū relinquere ac virtutū nostrarū effigiē nómine multo malle debemus summis ingeniis expressam & politā? Cic. pro Archia. 22.
¶ Ad effigiem Macedonicæ chlamidis. Plin. lib. 5. cap. 10. 1.
Ad effigiē iusti imperii. Cic. Quint. frat. lib. 1. 1. 33. Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii.
In effigiē pelagi exundabat lacus. Id est in modū pelagi. Sil. lib. 5. 1.
Effigie columnę. Plin. lib. 2. cap. 11. 3. Nanque quum sint tres vmbrarum figuræ, cōstetque si par lumini sit materia, quæ iactat vmbram, columnæ effigiē iaci, nec, &c.
Effigia, effigiæ, (ὁμοίωσις.) Idem. Plaut. Rud. 11. 7. Pro dii immortales, Veneris effigia hæc quidem est. Afranius Vopisco, Cuius te suscitat imagō eius effigia cognatus patre?

Effingo, effingis, effinxi, effictum, (ἀπεικονίζω, ἀφομοιόω, ἐικάζω, σκιαγραφέω,) effingere, Ad alterius formā fingere, & quodam modo fingendo repræsentare, vt ait Valla, lib. 5. Cic. 1. Tusc. 95. Quæ portò tam immensa magnitudo, quæ illa tam multa posiit effingere?
Effingere & efficere. Cic. 1. de Nat. Deor. 88. Hinc quodcunque in solum venit (vt dicitur) effingis, atque efficis.
Effingere ex. Plin. epist. 93. lib. 4. Nam quum est arduum similitudinem effingere ex vero, tum longe, &c. Cic. 4. Acad. 38. Visum igitur impressum effictumque ex eo vnde esset.
Animo effingere aliquid. Cic. 2. de Orat. 102. Itaque iis qui hanc partem ingenii exercent, locos esse capiēdos, & ea quæ memoria tenere velient, effingenda animo, atque his locis collocanda.
Casus aliquos effingere in auro. Virg. 6. Aeneid. 7.
Sui dissimilia effingere natura non potest. Cic. 3. de Nat. Deor. 30.
Figuras varias effingere. Lucan. lib. 5. 143.
Exprimere & effingere verbis, corporis cuiusquam formam. Author ad Heren. lib. 4. 330.
Effingere mores. Cic. 1. de Legib. 39. Tum speciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret.
Mores oratoris effingit oratio. Cic. 1. de Orat. 99.
Formas & mores ab aliquibus effingere. Cic. 2. de Diuin. 142.
Quis enim non videt & formas & mores, & plerosque status ac motos effingere à parentibus liberos?
Effingit senem signum illud. Plin. epist. 50. a. Hoc tamen signum (ego quoque intelligo, est enim nodūm ex aut vitia siqua sunt, celat: aut laudes parum ostentat) effingit senem stantem ossa, &c.
Verba effingere imitando conabitur. Quintil. lib. 1. cap. 1. 4.
Effingere vim alicuius docti hominis. Quintil. lib. 10. cap. 1. Nam mihi videtur M. Tullius, quum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Plin. epist. 10. b. Frequenter etiam Platonicam illam sublimitatē & latitudinem effingit.
Effictus, Participium, (ἀπεικονισθείς,) Cicero pro Roscio Amerino. 27. Etenim hæc conficta arbitror à poetis esse, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.
Effictio, Verbale, (διατύπωσις,) Author ad Herennium, libro. 4. 230.

Effictio est, quum exprimitur & effingitur verbis, corporis cuiusquam forma quoad satis sit ad intelligendum.

Effio, penult. prod, effis, effieri, penult. correp. (γίνομαι,) Plaut. Perſa, 1. 1. 12.
Vt fiant quorum opera hæc mihi facilia facta sunt.
Quæ volui effieri.

Efflagito, efflāgitas, pen. corr. (ἐξαιτῶ,) efflagitare, est Vehementer, & plus quàm postulare, inquit Valla lib. 5. Cic. pro Leg. Agraria, 10, Nō ad alienæ petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur.
Virg. 11. Aeneid. 152.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quenque vocans: motumque efflagitat ensem.
Ab aliquo aliquid efflagitare. Cic. 3. Ver. 42. Accidit quum iste à Cn. Dolabella efflagitasset vt se ad regem Nicomedem, regémque Sadalam mitteret.
Auxilium ab alienis efflagitare. Cic. Anteq. iret in exil. 5. Auxilia ab alienis efflagitabitis, quum ciues vestros deseratis?
Efflagitare conuitio. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. epist. 13. 1. Epistolam hāc conuitio efflagitarunt codicilli tui. Quintil. Triphoni, 1.
Efflagitasti quotidiano conuitio, vt, &c.
Requirere & efflagitare misericordiam alicuius. Cic. pro Milone, 71. Eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt quàm qui illam efflagitant.
Efflagitatus, Participium, (ἐξαιτητός,) Cic. 1. Verr. 5. Iudiciorum delyde rio Tribunitia potestas efflagitata est.
Efflagitātus, huius efflagitātus, pen. prod. (ἐξαίτημα,) pro vehementi postulatione. Cic. 7. Verr. 60. In iudicio, coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos, &c.
Efflagitatio, Verbale, (ἐξαίτησις,) Cic. ad Brutum, 16. 19. Quia neminem magis decet Remp. amare, liberatisque defensorem esse, vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio atque efflagitatione omnium.
Efflagitatio ad cocundam societatem. Cic. Rufo, lib. 5. 19. 5.
Insulla efflagitatio, Vide INSVLSVS.

Effleo, effles, effleui, efflētum, pen. pro. (δακρύω,) efflere, vt Efflere oculos, pro flendo consumere. Quintilianus Declamatione sexta. Audita mea calamitate rari vxor exempli, & prorsus talis filii mater, effleuit oculos. Nam cæca fuerat facta præ nimio fletu.

Efflīgo, Efflīgis, penultima produ. efflixi, efflictum, (παλαιτρέω,) effligere, Idem significat quod affligere. Plautus. Asin. 14. 9. Quam tu propediem (nisi quidem illa antè occupassit te) efflīges scio. Idem Cistel. 5. 50. Et equidem hercle, nisi perdam te tertio, omnes efflixero.
Efflictim, (παλαιτρέως,) Aduerbium, pro valde & vehementer, inquit Nonius. Plaut. Amph. 6. 19. Sic efflictim amare perinde vt hic te efflictim deperit. Idem Casi. 1. 48. Amare eam puellam hic senex efflictim cœpit.

Efflo, efflas, (ἐκπνέω,) efflare, Extra spirare, emittere. Plin. lib. 34. cap. 11. 2. Leuissimē hæc efflatur, & ocyus, euolatque è fornaci lubrior est, quòd & bestiolæ siquæ propè nascuntur, aut inferūtur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.
Efflare animam. Mori. Plaut. Perſa, 16. 86. Tanquam hominem quando animam efflauit. Cic. pro Milone, 37. Quem pridie hora tertia animā efflantem reliquisset. Sic 1. Tusc. 31.
Efflare colorem, Id est deperdere colorem. Lucret. lib. 2. 167.
Purpura, phœniceusque color clarissimus multo,
Filatim quum distractus, disperditur omnis:
Noscere vt hinc possis, prius omnem efflare colorem
Particulas, quàm discedant in semina rerum.
Efflare nimbos in sublime. Plin. libro. 9. cap. 6. ad finem. Ora balenæ habent in frontibus: ideoque summa aqua natantes, in sublime nimbos efflant.
Efflauit extremum halitum, Id est Mortuus est. Cic. 2. Tusc. 37. Ex quodam poeta.
Vitam efflauit anhelo pectore. Silius lib. 17. 113.
Efflauit animam spes. Plaut. Trucul. 18. 22. Omnis tum mihi spes animā efflauerit. Per translationem dictum.
Efflans, Participium, (ἐκφυσῶν,) Cic. 1. de Diuina. 172. Abiicit efflantem, & laceratum affligit in vada. Ex quodam poeta.

Efflorēsco, efflorescis, efflorui, (ἐξανθέω,) efflorescere, Flores pro ducere: & per translationem pro crescere videtur ac cipi, & abundare, aut produci. Cicero de Amicitia, 83. de vtilitate.
Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus sequutus fis. Idem 1. Tusc. 101. Hinc illa cognitio virtutis existit, efflorescunt genera, partesque virtutum. Plinius lib. 30. ca. 1. 10. Plenumque miraculi & hoc, pariter vtrasque artes effloruisse, medicinam dico, magicēque, eadem ætate, illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus. Cic. pro Cælio, 60. Etenim semper magno ingenio adolescentes refrænandi potius à gloria, quàm incitandi fuerunt. Ampatanda plura sunt illi ætati (siquidem efflorescit ingenii laudibus) quàm inserenda. Idem 1. de Finib. 105. Itaque primos congressus consuetudines sequi quum autem vsus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere tantum, vt etiam, si nulla sit vtilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter seipsos amentur.
Efflorescere & redundare. Cic. 1. de Orat. 11. Etenim ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.

Effluo, effluis, effluxi, effluxum, (ῥέω,) effluere, Extra fluere effundi. Cato, cap. 111. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. De vasis hederaceis loquitur.
Influere, & Effluere, contraria. Cic. de Vniuersit. 55. Itēque in eo influere, atque effluente animo diuino ambitus illigabant.
Effluxit de. Varro. 1. de Re rust. cap. 61. Eius conditio, cū expressa olea, quod statim effluxerit de ea, decoquuntur duæ partes. Vbi nunc sic leguntur: eius conditio, quum expressa effluxit, quod statim de ea decoquuntur duæ partes, & refrigeratum conditur in vasa.
Ex aso effluere. Cic. 2. de Orat. 165. Vt intelligere possemus, nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, vnquam effluere potuisse. Idem Trebatio, lib. 7. 14. 2. Istuc veniā antè q̄ planè ex animo tuo effluo.
Ex disciplina aliquorum dicuntur effluere multa, & ad aures aliorū permanare. Cic. pro Domo sua. 93.
Abundare, & effluere: quibus opponitur Deesse. Cic. 1. de Diuinat. 109. Quorum vtrunque perstringere aciem mentis solet, siue deest naturę quippiam, siue abundat, atque effluit.
Desyderio alicuius effluere. Ouid. 2. de remed. Amor. 50.
Parce queri melius sic te vlciscēre tacendo,
Dum desyderiis effluat illa tuis.
¶ Ætas effluit. Cicero de Senectute. 5. Præterita enim ætas quanuis longa quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem.
Effluit ætas. Cic. ad Atticum, lib. 12. 257. 2.
Effluit genitura morbo, Id est, extra fluit, siue sua sponte & nobis nolentibus fluit. De seminis genitalis incontinentia loquitur. Plinius, libro. 20. capit. 8. 6.
Mens effluit. Cic. de Claris Orat. 116. Huic minime mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem.
Effluunt vires lassitudine. Liu. 7. ab Vrbe. 158.
Effluit vita cum sanguine. Cic. 2. Tusc. 100. Num tu ingemuisse Epam inondam putas, quum vnà cū sanguine vitā effluere sentiret?
Effluunt præteritæ voluptates. Cic. 1. de Finib. 63.
¶ Effluet, per translationem, pro Vulgabitur, & palàm omnibus fiet: quę de iis dicitur qui nihil secreti continere possunt. Terent. Eunuch. 1. 2. 41. Vtrunque hoc falsum est, effluet. Paulo antè enim dixerat,
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palàm est:
Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.
Proin taceri si vis, vera dicito.
Effluet igitur, Id est non tacebo, Palàm faciam.
¶ Præterijt, & effluxit. Cic. de Senect. 63. Sed mihi me diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum. quum enim id aduenit, tum illud quod præterijt, effluxit.
¶ Effluere aliquid alicui dicitur, quod ipse oblitus est & memoria excidit. Cic. 6. Verr. 50. Nullo modo possum omnia istius facta, aut memoria cōsequi, aut oratione complecti. Genera ipsa cupio breuiter attingere vt hoc modo me commonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat. Idem 2. de Finib. 160. Bona præterita non effluere sapienti, ma la meminisse non oportere.
Dicta animo effluxerunt. Catull. ad Ortalum. 60. 4.

Effluentia, huius effluentiæ, (ῥοή,) Plinius, lib. 26. cap. 10. 1. Illita quoque radix genitalibus, inhibet non solum Venerem, sed effluentiam genituræ.

Effluium, effluii, (ἔκχυσις,) Ipse effluendi actus. Plin. lib. 7. ca. 51. Profundi humoris è corpore effluuium.
¶ Effluuium lacus, quo exundat, & se exonerat. Tacitus, libro. 12. Quum & conuiuium effluuio lacus appositum magna formidine cunctos affecerit: quia vis aquarum erumpens proxima trahebat, conuulsis vlterioribus, &c.

Effoco, effocas, pen. prod. (ἀπάγχω,) effocare, Idem quod suffocare. Senec. de Breuit. vitæ, Aspice illos ad quorum fœlicitatem concurritur, bonis suis effocantur.

Effōdio, effodis, pen. corr. effodi, pen. prod. effossum, (ἐξορύσσω, ἀνασκάπτω,) effodere, Extra fodere, siue fossam facere, vel aliquid terra exerere. Martial. lib. 13. 16. Gaudet ia effossis habitare cuniculus antris. Plin. lib. 9. cap. 51. 8. Mus marinus in terra scrobe effossa, parit ouа, & rursus obruit terra.
Effodere è terra, pro Extrahere. Plin. lib. 16. cap. 39. 5. Hanc atque aliam materiam oēm quum effodies. Cic. 2. Offic. 17. Argentū effoderet penitus abditū. Ouid. 1. Metam. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Effodere ex terra. Plaut. Pseud. 6. 19.
Ex hoc ſepulchro vetere viginti minas
Effodiam ego hodie. Idem Casina. 3. 25. Ex ſterquilinio effoſſa tua illæc præda eſt.
Effodere alicui oculos, pro Confodere, & excauare. Plautus Trinum. 8. 50. Oculum tibi effodiam, ſi verbum addideris. Idem Aulul. 4. 14. Terent. Eunuc. 4. 6. 2. Oculi ilico effodientur. Cæſar. 7. bel. Gal. 16. Et Cic. 3. de Nat. Deor. 132.
Effodit illius memoria pectus meũ. Cic. pro Marcello. 6. Oſum Marcellorum meũ pectus memoria effodit. Id eſt grauiſſimũ dolore mihi infligit, quaſi pectore penetrato, aperto, & vulnerato.
Effoſſus, Participium, (ἐξορυχθείς,) vt Oculi effoſſi. Senec. Oedip. 11. 13. Catul. in Siconium. 103. Et Aurum effoſſum, Silius. lib. 1. 47.

Effoemino, effœminas, pe. corr. (ἐκθηλύνω,) effœminare, In mõlitiem muliebrem, atque laſciuiam conuertere: cuius paſſiuum eſt Effœminor. Ci. 2. de Natura Deorum. 95. Effœminarunt autem eum, Iunoniſque tribuerunt, quòd nihil eo mollius. Hoc eſt aerem fecerunt velut fœminam, Iunonem appellantes. Idem. 1. Tuſcu. 152. Cogitationibus moleſtiſſimis effœminamur. Cæſar. 1. bel. Gall. 3. Remolleſcere homines atque effœminari ea re arbitrantur. Idem lib. 4. 471. Catul. in Eutropium. 2.
Heũ cœli terræque pudor: trabeata per vrbem
Oſtentatur anus, titulumque effœminat anni.
Fortitudinis quædam præcepta ſunt, ac pene leges, quæ effœminari virũ vetant in dolore. Cic. 2. de Finib. 150.
Effœminãtus, pen. prod. Participium, (ἐκτεθηλυμένος,) vt Homo effœminatus. Cic. pro Milone. 68.
Impurus, impudicus, effœminatus. Cic. 3. Philipp. 131. Cum autem omnis ſeruitus miſera, tum verò intolerabile eſt ſeruire impuro, impudico, effœminato, nunquam ne in metu quidem ſobrio.
Effœminatũ & molle. Cic. 1. Offic. 179. Quibus in rebus maximè ſunt fugiẽda, nequid effœminatum aut molle, & nequid durũ aut ruſticũ ſit. Idem. 4. Tuſcul. 104. Nam videndum eſt in verſique nequid humile, ſummiſſum, molle, effœminatũ, fractum, abiectumque faciamus.
Effœminatæ artes. Plin. in Paneg. 74. Idem ergo populus ille ſcenici aliquando imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in pantomimis quoque aduerſatur, & damnat effœminatas artes.
Effœminata opinio ac leuis. Cic. 2. Tuſc. 91.
Effœminatæ voces. Plin. in Paneg. 89. Et quis iam locus miſeræ adulationis manebat, quũ laudes imperatorũ ludis etiam & conſeſſionibus celebrarentur, ſalutarenturque, atque in omne ludibrium effœminatis vocibus, modis, geſtibus frangerentur? ſed, &c.
Vox effœminata nefariis ſtupris. Cic. pro Plancio. 70. Furialis illa vox nefariis ſtupris, religioſis altaribus effœminata, ſecum, & illos Conſules facere acerbiſſimè perſonabat.
Effœminatè, Aduerbium, (ἀνανδρείως,) Cic. 1. Offi. 23. Cauetque nequid indecorè, effœminatè ve faciat tum in omnib⁹ & opinionibus & factis nequid libidinoſè, aut faciat, aut cogitet.

Effoetus effœta, effœtum (ἄτοκος, ἐξάντλητος,) Quod fœtum emiſit. Colu. lib. 7. ca. 12. 10. Primus effœtæ partus amouendus eſt, quoniam tyruncula nec rectè nutrit.
¶ Effœtus, Id eſt emiſſus. Colu. lib. 8. ca. 5. 12. de gallinis, Pullos nõ oportet ſingulos, vt quiſque natus ſit tollere, ſed vno die in cubili ſinere cũ matre, & aqua ciboque abſtinere, dum omnes excludãtur. Poſtero die quum grex fuerit effœtus, hoc modo deponitur. Hoc eſt, quum fœtus gregis fuerit abſolutus.
¶ Effœta gallina, Quæ amplius non parit, quaſi frequenti partu delaſſata. Plin. lib. 10. capit. 53. Eſt autem tanta gallinis fœcunditas, vt aliquę & ſexagena pariant ouа, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquę in tantum vt effœtæ moriantur. Colum. lib. 7. cap. 3. 13. Effœtus ſenectute grex. Sic lib. 6. cap. 24. 1. Ita quoque viribus effœtam ſenectutem dixit Virgilius: hoc eſt tardam, & declinantem.
¶ Effœtus, Fœtu deſtitutus, eneruatus, exhauſtus, & laſſatus. à ſimilitudine mulierum, quas partus debiles reddit.
Aetas effœta. Lucret. lib. 2. 151.
Effœtus ager, & effœtum ſolum. Virgil. lib. 1. Georgic. Effœtos cinerem immundum iactare per agros. Vbi Seruius. Effœtos, Continua fertilitate laſſatos: ſicut etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. Colum. in Præfat. 2. Quòd exiſtiment vbertate nimia prioris ævi defatigatum & effœtum ſolum, nequire priſtina benignitate præbere mortalibus alimenta.
Agri effœti. Virg. 1. Georg. 17.
Effœtum corpus. Cic. de Senect. 26. Libidinoſa etenim & intẽperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. Hoc eſt laxum & debile, ac libidinibus confectum. Ouid. 7. Metam. 53.
Tellus effœta. Lucret. lib. 2. 151.
Tellus calore effœta. Lucret. lib. 6. 169.
Vinitor effœtus. Virg. 2. Georg. 84.
Vires effœtæ. Virg. 5. Aeneid. 79.
– ſed enim gelidos tardante ſenecta
Sanguis habet, frigentque effœtæ in corpore vires. Effœtæ, id eſt exhauſtæ. & eſt tranſlatio à mulieribus, quas frequens partus debiles reddit. Seruius. Liu. 5. ab Vrbe. 85. Vires corporis effœtæ. Legitur ex antiquo codice, affectæ.
Effœtè, Aduerbium, (ἐξαντλήτως,) Martial. lib. 2. 27.
Effœtè, grauiter, citò, nequiter, euge beate.

Effor, Vide FFARI.

Efforo, efforas, pen. corr. (ἐκτετρέω,) efforare, Idem quod perforare, rare. Columel. lib. 9. cap. 13. Erit fiſſilis ſtipes, compluribus locis per latus efforatus.

Effraenâtus, pen. prod. (ἀχάλινος, πεπιστός,) dicitur qui cohiberi, & pro arbitrio noſtro agi non poteſt, quaſi fræno carens, vel fræno reluctans, aut frænũ non metuens. Cic. 4. Tuſcul. 25. Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi & fugam, lætitia profuſam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. Sic. 3. de Finib. 57. Quis vnquam fuit, aut auaritia tam ardenti, aut tam effrænatis cupiditatibus, vt eandem illam rem, & cętera.
Effrænatus & furioſus. Cic. 1. in Catil. 18. Quo te iampridem tua iſta cupiditas effrænata, ac furioſa rapiebat.
Languens & Effrænatus, contraria. Cic. 2. de Orat. 20. Huius eſt in dãdo conſilio de maximis rebus cum dignitate explicata ſententia: ciuilisque & lãguentis populi incitatio, & effrænati moderatio. De munere Orat.
Effrænatus animus. Cic. 7. Verr. 109.
Effrænata audacia vel cupido. Cic. in Catil. 1. Et pro Cluent. 10.
Indomitæ & effrænatæ cupiditates. Cic. 3. Verr. 41.
Proiecta & effrænata cupiditas. Cic. pro Dom. ſua. 88. At videte hoſis intolerabilem audaciam, cum proiecta quadam & effrænata cupiditate.
Effrænatus & præceps furor alicuius. Cic. de Aruſp. reſp. 1. Piſonis, cuius ego de effrænato & præcipiti furore quid dicam? Idem pro Cęlio. 27. Quæ tu, quoniam mente neſcio qua effrænata, atque præcipiti in forum deferri iudiciumque voluiſti, &c.
Effrænata & indomita libido. Cic. pro Cluentio. 10. O libidinem effrænatam & indomitam!
Violentia hominis effrænata. Cic. 12. Philip. 338.
Effrænatus fertur, aut libidine, aut iracundia. Cic. 3. Tuſc. 17.
Homines fecundis rebus effrænatos, & ſibi prædentes, tanquam in gyrũ rationis & doctrinæ duci oportere, vt perſpicerent rerum humanarũ imbecillitatem, varietatemque fortunæ. Cic. 1. Offic. 128.
Effrænate, pen. prod. (πεπιστῶς,) Aduerbium. Cic. 14. Philip. 401. Sed cum libertatis auida legio effrænatius in aciem hoſtium irrupiſſet, &c. Cic. Tuſc. 76. An propter infinitum odium tyranni effrenatius in Antuntem inuaſerit. Hoc eſt petulantius.
Temerè & effrænatè incitari ad potiundum. Cic. de Senect. 36. Nullam capitaliorem peſtem quàm voluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.
Effrænatio, Verbale, (ἀκολασία,) Cic. 5. Philip. 139. Quæ effrænatio impotentis animi?
Effrænus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀνάκτητος, ἀνυπότακτος,) Cui frænum detractum eſt. Liuius. 4. ab Vrbe. 146. Frænos vt detrabat equis, imperat: & ipſe princeps calcaribus ſubditis euectus, effræno equo in medios ignes infertur.
Amor effrænus. Ouid. 6. Metam. 93.
Gens effræna. Virg 3. Georg. 76. Id eſt ſæua, rectorẽ recuſans. Seruius.
Impetus effrænus. Senec. Agam. 12. 6.
Iuuenta effræna. Stat. 1. Achil. 56.
Licentia effræna. Claud. de bello Getico. 74.
Mors effræna, Id eſt violenta. Senec. Hippol. 1. 35. Moderare alũa mortis effrænæ impetus: Animos coerce.
Effræno nimbos æquare profatu. Stat. 5. Sylu. 21. Profatum effrænem intelligit orationem ſolutam & rhetoricam.

Effrico, effricas, pen. corr. (ἀποτρίβω,) effricare, pro Fricando excurare. Senec. epiſt. 96. At illis, aut hebetibus & obtuſis aut mala conſuetudine obſeſſis, diu rubigo animorũ efficanda eſt.

Effringo effringis, effregi, pen. prod. effractum, (διαῤῥήγνυμι,) effringere, Idem quod frangere vel vi quadam & maximo impetu concutere & diſrumpere. Terent. Adelph. 1. 2. 9. Fores effregit, atque in ædes irruit alienas. Sic Cic. 6. Verr. 46. & 84. Idem pro Cęlio. 29. Et Liu. 5. bel. Pun. 81.
Animam effringere. Seneca Herc. Oeth. 11. 7.
Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam
Effringere animam.
Corpus effringere. Seneca Thebaid. 1. 1.
Effringere theſaurum. Plin. lib. 34. cap. 7. 5.
Effringere dicuntur agricolæ, quum excitatæ grandiores glebæ frangũtur.

Author Varro. Imò vero Offringere, vtique per quartã vocalem, Vide Varronem lib. 1. cap. 29.
Effractus, Participium (ἀπερρηγμένος,) Cic. pro Murena, 31. Eamque vrbẽ ſibi Mithridates Aſiæ ianuam fore putauiſſet, qua effracta & reuulſa, tota pateret prouincia.
Effractus fame, per tranſlationem dictum, pro conſumptus. Plaut. Capt. 8. 6. Neque ieiunioſiorem, neque magis effractum fame vidi.
Cerebrum effractum. Virg. 5. Aeneid. 95.
Ciſta effracta. Horat. 1. epiſt. 18. 11.
Vrbs effracta. Stat. 9. Thebaid. 112.
Effractor, Verbale. (κατακρήκτης,) Paulus in L. 3. ff. de Officio præfecti vigilum, Cognoſcit præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, &c. Idem in L. Finali. ff. de Effractoribus, In effractores variè animaduertitur. Vlpianus eodem titulo. l. prima, Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum qui effracto perforatoque pariete pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere iuſſit prouincia Africa vnde erat, & Vrbe, & Italia.
Effractarius, (διαῤῥηκτής,) qui effringit. Seneca epi. 69. Vile videtur ęd quid pateat: aperta effractarius præterit.
EFFRACTVRA, effractũræ, pen. prod. Ipſe effringendi actus. Paulus in L. 3. ff. De oſſi. pref. vig. Effractura fiũt plerũq; in inſulis horreisq;, vbi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt.

Effugio, effugis, pen. corr. effugi, pen. prod. (ἐκφεύγω, ἐξαλύσκω, ἐκκλίνω, ἀλέω,) effugitam, effugere, ciuſdem cum ſuo ſimplici ſignificationis.
Longe effugere. Lucret. lib. 3. 14.
Nunquam hodie effugies. Virg. eclog. 3. 19.
Nihil te effugiet, atque omne quod erit in re, occurret atq; incidet, ſi modo rerum vſum percalluerit. Cic. 2. de Orat. 81.
Effugere ex vrbe. Plaut. Trinum. 10. 73. Et apud Cæſarem, 8. bel. Gall. 89. Effugere e ex agris.
Effugit rex è manib. Cic. pro Lege Manil. 15.
Effugere de prælio Cic. 2. Philip. 79.
Per manus inſectas effugere. Ouid. 6. Faſt. 69.
Effugere mari. Cic. 7. Verr. 72. Neque mari effugere vllo modo.
Effugit ſors ex ſitella, quum nomen alicuius in ſitella, vel ciſtella potius, cõiectum, perit & euaneſcit. Plau. Caſin. 8. 43. Deos quęſo, vt tua ſors ex ſitella effugerit.
Effugere patria. Plaut. Merc. 12. 75. Clàm patrem patria hac effugiã, aut aliquid capiam conſilii.
Effugit memoria. Plau. Bacch. 1. 2. Vbi me effugerit memoria, ibi tu facito vt ſubuenias ſoror.
Voluptas effugit. Stat. 1. Sylu. 6. 11.
¶ Effugere, pro Vitare ponitur, vel (vt ait Donatus) in totum fugere.
Effugere calumniam. Cic. pro Cluentio, 131.
Oculorum aciem effugere, Vide ACIES.
Amorem alicuius effugere. Ouid. 3. Metam. 161.
Effugere catenas, aut vincula. Horat. 2. Serm. ſaty. 7.
Crimen aliquod effugere. Ouid. 7. Metam. 14.
Crimen inconſtantiæ. Cic. 5. de Finib. 151. Et Crimen ineptiarum. Cic. 3. de Oratore, 104.
Maximos cruciatus præcipiti via effugit. Quint. in Procœ. lib. 6. 6.
Diem aliquem. Cic. 4. Verr. 26. Sperabat Heraclius, ſi illum effugiſſet, ante alteram, &c.
Dolores intolerabiles effugere. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 4. 4.
Incurſum alius effugere. Lucret. lib. 3. 151.
Infamiam crudelitatis. Cic. pro Lege Agraria, 90.
Macubam aliquam. Terent. Adelph. 5. 8. 33.
Maledictum omne effugere. Cic. pro Flacco, 5.
Manus. Cic. in Somnio, 7. Nuptias. Terent. And. 2. 1. 34.
Mortem non effugiunt. Virg. 11. Aeneid. 176.
Offenſionem. Cic. 3. Verr. 72. In quibus non dubito quin offenſionem negligentiæ vitare atque effugere non poſſim.
Peccata effugere. Ouid. 2. de Arte, 35.
Pericula effugere. Lucan. lib. 1. 104.
Periculum. Cæſar. 4. bel. Gal. 589.
Plagam. Cic Attico, lib. 7. 121. 8. Pœnas, lib. 3. de nat. deo. 130.
Scelus aliquod effugere. Ouid. 10. Metam. 69.
Speciem alicuius effugere. Cic. de Clar. Orat. 89.
Vincula effugere. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 15. Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.
Viſus alicuius effugere. Ouid. 3. Faſt. 82.
Vituperationem. Cic. ad Articum, lib. 16. 334. 7.

Effugies, Participium, (ἐκφεύγων,) vt Anima effugiens. Lucan. lib. 3. 124.

Effugiendus, (ἐκφευκτέος,) Ouid. 2. de Arte, 11. Hac nobis Minos effugiẽdus ope. Verba ſunt Dedali.

Effugium, (ἐκφυγή, ἀποφυγή,) Idem quod Refugium, vt Mali vnicum effugium. Senec. Hippol. 2. 43.
Aſſequi effugium. Cic. 7. Verr. 131. Eum ciuem Romanum eſſe diceret; apud te Prętorem ſi non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque vſurpatione ciuitatis aſſequi potuerit?
Habere effugium. Cic. 2. de Nat. Deor. 180. Alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.
Inſidere effugia. Tacit. lib. 3. Qui effugia inſederant. Id eſt loca p quæ effugere poterant.
Patet effugium. Liu. 4. bel. Pun. 120. Vt, ſi effugium patuiſſet in publicum impleturæ vrbem tumultu fuerint. Idẽ. 9. ab Vrbe. 164. Itaque ægre perpaucis effugium patuit. Id eſt locus vel via fugę.
Præcludere effugium alicui. Lucret. lib. 1. 199. Id eſt iter quo effugere poſſunt.

Effulcio, effulcis, effulciui, effulcitum (ὑποστηρίζω,) effulcire, Idem quod fulcire: niſi quid addat præpoſitio. Virgil. 7. Aeneidos. 19. de Latino.
Centum lanigeras mactabat rite bidentes:
Atque harum effultus tergo, ſtratiſque iacebat Velleribus.
Atria effulta montibus. Stat. 1. Thebaid. 19.
Fulmina effulta metallis. Stat. 3. Sylu. 1. 1.

Effulgeo, effulges, effulſi, effultum, (στιλπνόω,) effulgere, Idẽ quę vehementiſsime, qualis inter graues imbre nubes effulget, tãta vis aquę, &c. Martial. lib. 1. 40. Et apud Virg. 9. Aeneid. 23. Effulſit oculis lux. Et lib. 8. 134. – Inſtructo Marte videres
Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus.
Ex hoc effulſit illud. Plin. lib. 4. cap. 1. 2. Omnis Græciæ fabuloſitas, ſicut & literarum claritas, ex hoc primum ſinu effulſit.
Oſtro effulgent Lelius. Sil lib. 16. 116.

Effundo, effundis, effudi, effuſum, pe. pro. (ἐκχέω, ἐκχύω, πρόχυω,) effundere. Fundendo in terram ſpargere. Plaut. Aſin. 5. 64. Effundit cibum: aues aſſueſcunt. Idem, Totamque effundit fidelia. Id eſt ſpargit quicquid in fidelia erat.
Redundare & effundi dicitur mare. Cicero. 2. de Natura Deorum. 174. Eademque ratione mare quum ſupra terram ſit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur vndique æqualiter, neque redundat vagoam, neque effunditur.
Effunditur amnis in Atlanticum Oceanum. Plin. lib. 3. cap. 1. 3.
Fletus effundere. Virg. 2. Aeneid. 55.
Lachrymas effundere. Cic. pro Plancio. 82. Nunc timeo ne nihil tibi præter lachrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. Lucret. lib. 1. 19.
Effundere ſanguinem pro Rep. Cic. pro Milone. 77.
¶ Effundere ſe dicitur ciuitas. Cicero ad Brutum. 1. 2. Timore quodam perculſa ciuitas tota ad te ſecum coniugibus & liberis effundebat. Liuius. 1. belli Macedonici. 56. Ciuitas omnis obuiam effuſa cum coniugibus ac liberis.
Copiam oratorum effudit ætas. Cic. de Claris Orat. 18. Hæc enim ętas effudit hanc copiam. De Oratoribus.
Effudit ſeſe in publicum maxima frequentia mulierum. Liuius. 4. bel. Macedonici. 38. Aliquanto maior frequentia mulierum poſtero die ſeſe in publicum effudit.
Effudit omnes ſtudium certaminis. Liuius. 10. belli Punici. 47. Ita tum à paucis prælio accenſo, omne vtrinque poſtremo equitum certaminis ſtudium effudit.
Celerius ſe effundere. Quintil. lib. 1. cap. 3. 3. Vt quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundunt.
Effunduntur omnibus portis ad opem ferendam. Liu. 8. bel. Maced. 23. Et. 6. bel. Pun. 23.
Effuderant ſe ex omni prouincia legationes ad famam aduentus eius. Liuius. 5. bel. Puo. 102.
¶ Effundi ad luxuriam. Liu. 4. bel. Maced. 29. Sine qua lege quum p tot annos matronæ optimis moribus vixerint: quod tandem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculum eſt?
Effundere ſe in aliqua libidine, & Continere, cõtraria. Cic. in Parad. 25. Aut tẽperantẽ qui ſe in aliqua libidine cõtinuerit, in aliqua effuderit?
Effundere, atque conſumere aliquid per luxuriam. Cic. pro Roſc. Amer. 4. Et ibidem. 41. Effuſus ſumptus.
In queſtus, lachrymas, vota effundi. Tacit. lib. 1. At patres, quibus vnus metus, ſi intelligere viderentur, in queſtus, lachrymas, vota effundi, ad deos, ad effigiem Auguſti, ad genua ipſius manus tendere.
¶ Effundere ærarium. Cic. 3. Tuſc. 83. Graechus quum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, verbis tamen defendebat ærariũ. Idem pro Lege Agraria. 9. Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium.
Animam effundere. Virg. 1. Aeneid. 21.
– mène Iliacis occumbere campis
Non potuiſſe tuaque animam hanc effundere dextra?
Crines effundere vertice. Lucan. lib. 1. 38.
Autumnus effundit fruges. Horat. 4. Carm. ode. 7. 13.
Furorem vinolentum in aliquem effundere. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnemque suum violentum furorem in me vnum effunderet.
Herbas effundunt inimicissimas frugibus segetes fœcundæ & vberes. Cicero in Orat. 27.
Effundere honores in mortuum. Cic. ad Brutum. 15. 11.
Effundere primum impetum feruido ingenio & cæca ira. Liu. 8. bel. Maced. 71. Si primum impetum, quem feruido ingenio & cæca ira effundunt, sustinueritis, &c.
Effundere iram in aliquem. Liu. 9. bel. Maced. 137. Infensus omnibus in Maronitas iram effundit.
Ira effundi. Valer. 7. Argon. 7.
Ille autem iam iam vultus, vocesque paratas
Ante aperit rumpitque moras, ipsaque ipsa morantis
Prosilit ora viri, raliique effunditur ira:
Orbe fatos alio, sua littora, regnaque habentes,
Quis furor has medius tot fluctibus egit in oras?
Minas effundere. Lucan. lib. 5. 53.
Odium. Cic. Lent. lib. 1. 9. 78. Sed quòd inclusum illud odiũ multarum in me iniuriarũ, quod ego effudisse me arbitrabar, residuum tamen, &c.
Effundere patrimonium, Prodigere, consumere. Terent. Adelph. 5. 9. 34.
Missa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet. Cic. 2. Offi. 78.
Multi enim patrimonia effuderunt inconsulte largiendo. Idem. 3. Philipp. 135. Nec postulantibus, nec cogitantibus, nec opinantibus quidẽ nobis (quia fieri posse non videbatur) firmissimum exercitum inuicto genere veteranorum militum comparauit, patrimoniumque suum effudit. quanquam non simus vñ eo verbo quo decuit non enim effudit, sed in salutem Reip. collocauit.
Pauorem. Liu. 10. ab Vrbe. 20. Incompositisque aduersus equestrem procellam subitum pauorem effundit.
Querelas effundere. Lucan. lib. 2. 9.
Questus effundere pectore. Virg. 5. Aeneid. 155.
Rabiem. Silius, lib. 11. 45.
Remedia Reipub. Cic. ad Atticum, lib. 2. 24. 3. Qui omnia remedia Reipublicæ effuderunt.
Extremum spiritum. Cic. 14. Philipp. 405. Qui extremum spiritum in victoria effudistis.
Verba effundere. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 9.
Dolor effudit verba. Seneca Medea. 7. 25.
Effundere vim telorum ingentem in inimicos. Liu. 7. bel. Pun. 108.
Vires effudit in ventum. Virg. 5. Aeneid. 89.
Ostendit dextram insurgens Entellus, & alte
Extulit: ille ictum venientem è vertice velox
Præuidit, celerique elapsus corpore cessit.
Entellus vires in ventum effudit.
Vitam effundere. Ouid. epist. 7. 36.
Effundere vocem in turbam. Cic. pro Flac. 54. A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam, turbamque effunditur. Virg. 5. Aeneid. 144.
¶ Effundere quæ tacueramus. Cic. ad Atticum, lib. 16. 334. 7. Dii immortales, quàm valde ille reditu, vel potius reuersione mea lætatus, effudit illa omnia quæ tacuerat vt recordarer illud tuum. Idem 3. Fam. 32. Postea quàm biduum retẽtus testis à nobis, effudit quæ voluit omnia, reprehensus, conuictus, fractusque discessit.
¶ Effunditur stomachus in vomitiones. Plin. lib. 23. cap. 1. 29. Item contra inflationes rosionesq; præcordiorum, & quorum stomachus in vomitiones effunditur. Hoc est quibus stomachi facultas, quam retentricem vocamus, est corrupta aut imbecilla, vel iis qui facile nauseant.
¶ Effundere ac profligare peditatum. Sall. Effuso ac profligato peditatu paulatim retrocedere cœperunt.
Effusus, pen. prod. Participium, (ἰσοχυμένος,) Plin. lib. 9. cap. 19. 1. Ambo autem vbi sensere se apprehendi, effuso atramento quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur.
Effusus Tyberis super ripas. Liu. 1. ab Vrbe. 15.
Agris effusa iuuentus. Virg. 7. Aeneid. 162.
Effusa velut ad spectaculi triumphi multitudo omnis. Liu. 10. bel. Pun. 57. Plin. lib 8. cap. 40. 5.
Effusi in fugam. Liu. 2. bel. Maced. 44. Pars in fugam effusi sunt, pars, &c. Sic. 9. ab Vrbe. 95. Et 8. bel. Pun. 71.
In amorem alicuius effusus. Tacit. lib. 1. Dum Mecœnati obtemperat effuso in amorem Bachylli.
In lachrymas effusus. Tacit. lib. 4. Effusum in lachrymas Senatum victo gemitu, simul oratione continua erexit.
In luxum, & epulas, & nocturnos cœtus effusi. Tacit. lib. 10.
Ad preces, lachrymasque effusus. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Effusi in Venerem Numidæ. Liu. 9. bel. Pun. 117.
Nos contra effusi lachrymis. Virg. 2. Aeneid. 140.
Effusus in aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 4. 79. 2. In nos verò suauissime hercule est effusus.
¶ Aquæ effusæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 6.
Cruces effusa sacerdos. Virg. 4. Aeneid. 102.

In verbis effusior cultus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Ruunt effusi carcere currus. Virg. 5. Aeneid. 29.
Effusus cursus. Liu. 8. bel. Pun. 33. Attalus inermis, atque incompositus, cursu effuso mare ac naues petit. Idem. 6. ab Vrbe. 91. Terga pallium dabat, atque effuso cursu castra repetebat. Sic. lib. 1. 167.
Effusa fuga. Liu. 7. ab Vrbe. 123. Et lib. 1. 119.
Fuga effusior, minor cædes. Liu. 3. ab Vrbe. 20.
Effusis ac dilapsis fructibus. Cic. 2. de Lege Agra. 87.
Grandine effusa præcipitant nimbi. Virg. 10. Aeneid. 159.
Effusissimis habenis inuadere hostem. Liu. 7. bel. Maced. 84.
Imber effusus nubibus. Virg. 4. Georg. 63.
Italia effusa. Cic. pro Deiotaro. 6.
Iubæ effusæ per colla. Silius, lib. 16. 89.
Effusa lætitia. Liuius. 5. bel. Maced. 169. Exceptus ingenti fauore multitudinis, cum plausibus, clamoribusque, & quibus aliis lætitia effusa vulgi significatur. Sic. lib. 3. 62.
Licentia effusa. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Effusæ opes. Plin. lib. 7. cap. 15. 3.
Risus effusus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 41.
Protinus effuso lætam se fingere risu.
Effuso sinu. Liu. 1. bel. Pun. 66. Et quum is iterum sinu effuso bellum dare dixisset, accipere se omnes respondent.
Effusus, pen. prod. (ἔκχυτος,) Nomẽ ex Participio. Cic. p Cælio. 9. Quis in largitione effusior? Id est magis prodigus.
Effuse, pen. prod. Aduerbium, (ἐκκεχυμένως,) Abundanter, aut prodigaliter. Cic. pro Cælio. 30. Si vidua libere, proterue petulanter, diues effuse, libidinosa meretricio more viueret.
Effuse inuehentem sese hostem absterruit. Liu. 10. bel. Pun. 47.
Effuse aliquam diligere. Plin. epist. 150. Et in Paneg. 138.
Largè effuseque donare. Cic. pro Rosc. Amer. 14. Non pauca suis adiutoribus largè effuseque donabat.
Effusè exultat animus. Cic. 4. Tusc. 21.
Effusè fugere. Liu. 3. ab Vrbe. 97.
Effusè petulans. Cic. in Pisonem. 7.
Effusè vastare agrum nobilissimæ fertilitatis. Liu. 7. bel. Pun. 173.
Effusio, Verbale, (ἔκχυσις,) vt Effusio aquæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 38.
Effusiones hominum ex oppidis. Cic. in Pisonem. 40.
¶ Effusio animi, cui Contractio opponitur. Cic. 4. Tusc. 107. Eodẽ enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.
¶ Effusio, Prodigalitas. Cic. pro Rosc. Amer. 80. In hac vita iudices, quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis?
Effusio pecuniarum. Cic. ad Att. lib. 2. 32. 1. Et. 2. Offic. 82.
Effusio in aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 5. Illud probè iudicas, neque satis pro meis officiis, prò ipsius in alios effusione illum in me liberalem fuisse. Id est liberalitate.
Inducta effusio. Liu. lib. 4. Decad. 5. Nondum hac effusione inducta bestiis omnium gentium Circum complendi.
Liberalitatem effusio imitatur. Cic. in Partit. 43.

Effutio, effutis, penul. prod. effutiui, effutitum, (λαλάζω,) effutire, Imprudenter & impræmeditatè loqui, nulla habita temporis, verborum, aut personarum ratione. Terent. Phorm. 5. 1. 19.
Eo perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes foris
Effutiretis. Vbi Donatus Effutiretis, Eloqueremini, euacuaretis, eximaniretis: ab eo quod est effundere. Tralatio est à vase, futili nomines quod patulo ore, fundo acuto instabile, nihil prorsus continet. Vnde futilis dicitur eiusmodi, vt nihil intra se contineat, & semper inane sit. Horat. in Arte Poetica. 46. Effutire leues indigna Tragœdia versus. Cic. 1. de Nat. Deorum 115. Quàm bellum erat Vellei confiteri potius nescire quid nescires, quàm ista effutientem nauseare, atque ipsum sibi displicere.
Effutire aliquid extempore. Cic. 5. Tusc. 127.
Temere de re aliqua effutire. Cic. 2. de Nat. Deor. 137. Certè ita temerè de mundo effutiunt, &c.
Multa effutire. Lucret. lib. 5. 182.
Effutire (inquit Nonius) Est cum mendacio dicere. Cic. 5. Tusc. 128. Nec hæc sic agit, vt ex tempore quasi effutire videatur. Lucret. Multa licet simili ratione effutiat ore. Nonius.
Effutitus, pen. prod. Participium, (κεκλαμένος,) Cic. 2. de Diuin. 169. Quorum partim ficta: pertè, partim effutita temerè, nunquam ne mediocri quidem cuiquam, non modò prudenti probata sunt.

E C

Egelidor, pen. corr. egelidaris, (χλιαίνομαι,) egelidari, Gelu dissolui. Sidonius, Egelidarentur fibræ glaciales.
Egelidus, pen. corr. Adiect. (χλιαρός.) Quod non est calidum neque frigidum. Seruius pro valde frigido expoluit. Virg. 8. Aeneid. 122. Vt gelidum egelido secretũ flumine vidit. Suet. de Aug. cap. 82. Vngebat sæpius, fodiebat ad flãmam: deinde perfundebatur egelida aqua, vel interdiu multo repetacta. Ouidius, Sed gelidum Borean, egelidumq; Notũ. Columel. lib. 10. 17. Nunc ver egelidum, nunc est mollissima annus.

Celsius

Celsius lib. 3. cap. 22. Tum & vinum, si tussis non est, potui frigidum dãdum, si æstas est, egelidum. Idem lib. 4. ca. 2. Multaque aqua, prius calida, pòst egelida fouendum os. Sic. ca. 11. Aqua, neque ea ipsa frigida, sed potui egelida dãda est. Rursus ca. 10. Vinum austerum meracum per æstatem frigidum, per hyemem egelidum. Sic etiam cap. 24.
Tepores egelidi, Catullus ad seipsum, de asuentu veris. 43. 1.

Egens, egentis, om. gen. (ἐνδεὴς, ἄπορος,) Dicitur inquit Festus, velut exigens, cui ne gens quidem sit reliqua. Est enim propriè egens, cui desunt necessaria ad viuendum. Terent. Phorm. 2. 3. 10. Egẽs relicta est misera: ignorarat parens. Idem And. 5. 4. 21. Tum ille egẽs, &c. Cic. de Amicitia. 22. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent.
Egens æquè est is qui nõ satis habet, & is cui nihil satis potest esse. Author ad Herennium, lib. 4. 170.
Egentes, inanesque discederent. Cic. 4. Verr. 15.
Egens, egentior, egentissimus. Cic. ad Atticum, li. 6. 111. 9. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Ad eundem, lib. 9. 175. 7. Egestates tot egentissimorum hominum. Liu. 1. ab Vrbe, 109.
Egentissimus in sua re est, insolens in aliena. Cic. pro Rosc. Amerino, 13.
Serui & egentes. Cic. Attico, lib. 14. 306. 2. Seruique & egentes in tecta nostra cum facibus immisti.
Animo egens. Catull. epig. 58. 7.
Artis egens. Stat. 6. Thebaid. 135.
Coloris egens tellus. Ouid. 5. Fastorum. 45.
Prima per immensas sparsi nouus semina terras,
Huius egens tellus antè coloris erat.
Egens consilii. Plaut. Bacchid. 15. 10. —nequios nihil est,
Quàm egens consilii seruus, nisi habet pectus multipotens.
Animus delectarum egens. Horat. 4. Carm. ode 8. 2.
Fortuna egens homo. Cic. pro Placco, 27. Quid ergo vnus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, &c.
Fructu amoris egens. Propert. lib. 3. eleg. 20. 6.
Frugis egens. Ouid. 11. Metamorph. 25.
Lucis egens aer. Ouid. 1. Metamorph. 4.
Egens opum. Plaut. Rud. 7. 11. Nunc tibi amplectimur genua egentes opum.
Egens rebus omnibus. Cic. Domitio, lib. 7. 12. 2. Nec quid tibi pollicerer, ipse egens rebus omnibus, &c. reperiebam.
Egeo, eges, egui, (κατέχω, ὑστερέομαι,) egere, Aliqua re opus habere. Et tã genitiuo quàm ablatiuo iungitur. Plaut. Capt. 11. 51. Quia tu te ipsè eges in patria, nec tibi qui viuas domi est. Cic. 2. de Finib. 40. Qui consumptis patrimoniis egeant. Plaut. Merc. 24. 60. Et per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit.
Aetis egere. Horat. 1. Epist. 6. 8.
Authoritate egere. Cic. de Claris Orat. 128. C. Macer authoritate semper eguit.
Egere auxilii. Cæsar 6. bel. Gall. 41.
Auxilio alicuius egere. Cic. Caninio, lib. 2. 16. 12. Quidnis se perpeti malẽ, quàm videri eguisse auxilio meo.
Egeo consilii & consilio. Cic. Attico, lib. 7. 140. 2. Egeo consilii; quod optimum factu videbitur facies. Vide CONSILIVM.
Consolatione egere. Cic. Tullio, lib. 5. 16. 1.
Eorum qui copiis egent, infinita est multitudo. Cic. 1. Offic. 78.
Eget humanitate. Plin. epist. 114. a. lib. 5. Cui tanto maior humanitas exhibenda est, quanto illa magis egerit homo probus, officiosus, literatus.
Non eget interpretatione. Plin. epist. 115. a. libro, 6. Ita hoc sæpe referebat, præciperè solitum sustinendas esse causas, aut amicorum, aut destitutas, & ad exemplum pertinentes. Cur amicorum? non eget interpretatione.
Literis de philosophia, non egere. Cic. 2. de Diuinat. 8. Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, vt Græcis de philosophia literis non egerint.
Mentis egere. Ouid. 2. Trist. 79.
Moderamine egere. Ouid. 2. Metamorph. 14.
Monitoris egere. Horat. 1. epist. 19. 14.
Oculis ad cernendum egere. Cic. 2. de Nat. deo. 115. Quum oculis ad cernendum non egeremus, vt qui tanquam inuoluti quiescerent.
Officio egere. Ouid. 5. Fastorum, 47.
Ope egere. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 14.
Eget pudoris. Plaut. Amph. 8. 185.
Tun' mecum fueris? quid illæ impudente audacius?
Saltem tute si pudoris egeas, summas mutuum.
Egeo rationis. Martialis lib. 6. 25. Bella velint Martemque ferum, rationis egentes. Lucret. lib. 4. 102.
Ratione egere res dicitur. Cic. 2. de Natu. deorum, 171. Quæ non modo vt fierent, ratione egerunt, sed intelligi qualia sint sine summa ratione non possunt.
Egere rebus omnibus. Cicero ad Atticum, libro, 11. Etsi egeo rebus omnibus.

Eget ille Senatu, Equitibus Romanis, populo, vrbe, ærario, vectigalibus, cuncta Italia, pulneis oibus, exteris nationibus. Cic. 1. in Catil. 44.
Tempore egere. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 21. 5. Incredibile est mi frater, quàm egeam tempore.
Egeo tui abeuntis. Plaut. Asin. 11. 1. Cur me retentas? P H. quia tui amãs abeuntis egeo.
Voce egere. Ouid. 6. Fastorum. 71.
¶ Eget foris. Plaut. Milit. 10. 43. Quum apud te exemplum experiundi habeas, non eges foris. Id est non est quod quæras foris.
Indigne egere. Cic. Antequam irer in exil. 10. Quondam amicorum multorum præsidio munitus, nunc partim ab inuidis, partim ab inimicis circumuentus eger indignè.
¶ Egere, Egenum & inopem esse. Cicero pro Rosc. Com. 12. Egebat? imò locuples erat. Idem ad Brutum, 15. 16. Siquidem etiam Themistocli liberi eguerunt. Id est ad extremam paupertatem redacti fuerunt. Budæus.
¶ Egetur acriter. Plaut. Pseud. 5. 40. Quid agitur Callidore? e. amatur, atque egẽtur acriter.
Egenus, pen. prod. Adiectiuum, Pauper. Liu. 9. ab Vrbe. 28. Omnium egena corpora humi prostrauerunt.
Lucis egenus. Lucret. lib. 3. 206.
Rerum conãtarum egenus. Silius lib. 8. 5.
Decoris, & frontis egenum corpus. Silius lib. 6. 61. Nulla viro species decorisque, & frontis egenum Corpus.
Egenæ res. Plaut. Pœnulo, 3. 1.
Sæpe ego res multas tibi mandani Milphio,
Dubias, egenas, inopiosas consilii. Idem Capt. 7. 47.
Neque me vnquam defuisse te neque factis, neque fide,
Rebus in dubiis, egenis. Virgilius 8. Aeneid. 73.
—& te quoque dignum
Finge deo, rebusque veni non asper egenis.
In Rebus egenis supplex. Virg. 6. Aeneid. 19.
Egestas, egestãtis. pen. prod (ἀπορία, ἔχεμαυσωσία,) Indigentia. Virgil. 1. Georg. 30. —labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas. Cæsar 6. bel. Gall. 89. Cic. 4. de Finib. 136.
Inopia atque egestas. Cic. 1. in Catili. 43.
Egestas ac mendicitas. Cic. in Paradox. 57. Itaque istam paupertatẽ, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.
Animi egestas. Cicer. in Pisonem. 18. Non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit leuitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenii sustinuet, non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam graue, tam seueram.
Copiarum egestas. Tacit. lib. 20. Nihil æque exercitus nostros, quàm egestas copiarum fatigabat.
Linguæ egestas. Lucret. lib. 1. 28.
Egestas parui sermonis. Plin. epist. 83. In deterius quidem accidit hoc: primum imbecillitate ingenii mei: deinde Inopia, ac potius (vt Lucretius lib. 3. 53. ait) egestate patrii sermonis.
Aeris egestas. Lucret. lib. 3. 13. Vide ACER.
Crudelis egestas. Valer. 4. Argon. 92.
Dira egestas. Iuuen. Saty. 15. 10.
Feralis egestas. Claud. ad Adrianum, 15.
Infœlix egestas. Claud. 1. in Ruff. 8.
Ingeniosa egestas rerum. Claud. 3. de Raptu Pros. 7.
Mortalis egestas. Virg. 3. Georg. 63.
Procliuis sceleri egestas. Silius lib. 13. 118.
Tristis egestas. Senec. Thyeste, 3. 16.
Turpis egestas. Virg. 6. Aeneid. 56.
¶ Afferre egestatem, Vide AFFERO.
Amittere egestatem, Vide AMITTO.
Copiæ cum egestate confligunt. Cic. 1. in Catil. 44.
Vitam in egestate degere. Cic. pro Rosc. Amer. 85. Ibidem, 82.
Esse in egestate. Cic. 1. de Inuent. 101. Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis, &c.
Sustentare egestatem. Cic. Post red. in Senatu. 9. Egestatem & luxuriam domestico lenocinio sustentauit.
Tentat enim dubiam mentem rationis egestas. Lucret. lib. 5. 244.
Vrgent egestas. Virg. 1. Georg. 30. —& duris vrgens in rebus egestas.

Egero, egeris, pen. corr. egessi, egestum, (ἐκφορτίζω, ἐκφέρω,) egerere, Extra gerere, siue portare. Colu. lib. 2. Autumnum primum habetur stercus quod ex columbariis egeritur. Cato cap. 37. 2. Et Plin. lib. 2. cap. 106. 3.
Egerit aquam fons. Plin. epist. 101. m. lib. 5. Contrà fons egerit aquam & recipit. Idem epist. 273. c. Idem lacus in flumen egeritur.
Dapes egerere. Ouid. 6. Metam. 33.
Et modo si posset, relegato pectore diras
Egerere inde dapes, emersaque viscera gestit.
Dies egerit querelis & questu. Valer. 8. Arg. 91. Hoc est transigit, exigit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dolor egeritur. Ouid.4.Trist. eleg.3.8.
Gaza egeritur. Lucan.lib.3.34.
Tunc prientis opes, captorumq; vltima regum
Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis, Egeritur.
Iras egerere. Stat.4.Syl.eleg.4.16, -fractas vbi Velbius egerit iras,
Aemula Trinacriis voluens incendia flammis.
Egerere prædam ex hostium tectis. Liu.6.ab Vrbe,14.
Egerere sermones, pro Disponere. Senec.epist.67. Multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram, & ad te permittam.
Egestus, Participium, (ἐκκομιδεὶς,) Colum.lib.2.cap.2.15. Sed & si velis scrobibus egestam humum recondere, & recalcare, &c.
Tellus egesta scrobibus. Ouid.7.Metam.49.
Egestus, Verbale, (ἔκκρισις,) Seneca lib.3.de Natur.quæsti. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit, &c.
Egestio, Verbale, (ἐκκάμιστις,) Plin.epist.159.c. Hoc tūc votum Senatus, hoc præcipuum gaudium populi, hæc liberalitatis materia gratissima, Pallantis facultates adiuuare publicarū opum egestione cōtingeret.
EGERIES, egerici, fœ.gen. Splinus cap.53. Quum in fugam vertitur, proluuie citi ventris simum egerit per longitudinem trium iugerum: cuius ardor quicquid attigerit, aduritita egerie noxia summouet insequentes. De bonaso animali.

Egérmino, egérminas, pe.cor. (ἐκβλαστάω,) egerminare, Idem qđ germinare. Colu.lib.5.ca.5.16, Bipedanei scrobibus malleolus deponitur: qui quum egerminauerit, ad vnā materiam reuocato. Idem lib.4.cap.17.3. Quæ infra trunci caput egerminauerint.
EGNATIA, (ἐγνατία) Ptolemæo, Apulorum vrbs Ionio pelago, hodie Inuenatium.
EGESTA, (στυγέρα,) ciuitas in Sicilia quā Aeneas condidit, & ab Acestis matre Egesta eam nominauit. Plin.lib.31.cap.6. Hæc nunc Segesta dicitur præposita ei litera s, ne obscœno appellaretur nomine.
EGESTA, (ἠγέστα,) filia Hippotæ Troiani, quā, ne marinæ belluæ ob periuria Laomedontis secundum Apollinis responsa traderetur, pater imposita nauiculæ misit quo sors tulisset, quę tandem ad Siciliam delata, à Crinisio flumio in canem conuerso compressa, Acesten edidit. Vide de Seruium in v. Aeneid.

Egestas, Vide EGERO.

Ego mei vel mis, mihi, me, à me. Pronomē, (ἐγώ, ἐγών,) Tractū à Græcis ἐγώ. Ego, in principio narrationis. Terent.And.1.1.8, Ego postquam te emi à paruulo, &c. Ibidem,3.4.3. Ego dudum nonnihil, &c. Cic.ad Lentulum,lib.1. Ego omni officio ac potius, &c. Semper grauis est inceptio orationis (inquit Donatus) quæ exordium sumit à pronomine ego.
Ego sum Aeschinus, aperite. Terent.Adelph.4.4.25.
Dico ego mihi insidias fieri. Terent.Eunu.3.3.16.
Sed quid ego? cur me excrucio? Terent.And.5.3.25.
Nunc ego & illā scelestam esse, &c. Teren.Eunu.1.1.25.
Volo ego adesse hīc aduocatos nobis, &c. Terent.Eunu.4.6.16.
Et quidem ego. Terent.And.5.6.3.
Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? Terent.And.3.2.38.
Imò ego te obsecro. Terent.Eunuc.3.5.14.
Ego verò. Cicc.ad Atticum,lib.11.ep.7. Quòd te excusas: ego verò & tuas causas nosco: & mea interesse puto, te istic esse. Ibidē.10. Quòd rogas, vt in bonam partem accipiam, siqua sint tuis literis quæ me mordeant: ego verò in optimam. Subaudi, partem accipio.
Ego verò maneo. Terent.Eunu.5.2.55.
Ego verò istuc ago, per ironiam dictum. Terent.And.1.2.15.
Ego, tu, Discretiue. Terent.And.5.6.4.
-more hominum euenit, vt quod sim nactus mali,
Prius resciscetes tu, quàm ego quod tibi euenit boni.
Ego, pro Quod ad me attinet. Salluſt.in proœ.Catilin. Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti, inculti(que, vitam sicuti peregrinantes transegēre. Quibus profectò contra naturam corpus voluptati, anima onere fuit. Eorum ego vitam moremq; iuxta æstimo. Quasi dicat, Hæc est mea sententia.
Ego ille. Vide ILLE.
Ego sum ille Consul, cui, &c. Cic.4.in Catilin.73.
Ego idem. Cic.in Catilin.5. Dixi ego idē in Senatu, cædem te optimatum contulisse in ante diem v.Cal.Nouembris.
Idem ego. Cic.pro Sylla,14. Atque idem ego neque P. Syllam supplicem ferre, &c. potui.
Egomet, pen.cor. Plaut. Merc.22.13. Egomet mihi comes, clauator, &c. Idem Mostel.6.20. Egomet inquam vidi. Terent.Adel.4.3.13. Egomet narrabo quæ mihi dixti. Ibidem,4.4.19. Cic.7.Verr.35 Eam nauem nuper egomet vidi Veliæ. Et pro Cælio,19.
Vidi egomet. Virg.3.Aeneid.124.
Egomet iam hīc ero. Plaut.Stricho,3.10.
Egomet mecum cogitare, &c. Plaut.Aulul.13.9.
Egomet, memet verberaui. Plaut.Amphit.7.49.

Egomet sum hīc: animus domi est. Plaut.Aulul.7.4.
Egomet, pro Solus. Plaut.Amphit.10.49. Ibo egomet, comitem mihi paucitiam duxero.
Egomet, aliter. Plaut.Pœnul.5.34. Si nequeo facere vt abeas, egomet abire volo.
Egomet mihi. Cic.7.Verr.128. Statui egomet mihi tum modum orationi meæ. Abundat MIHI.
Egomet quoque. Terent.Eunu.3.5.38. Egomet quoque id spectare cœpi. Idem And.1.1.88. Egomet quoque eius causa in funus prodeo.
Egone? Terent.Eunucho,5.8.2. -quid cœptas Thraso?
T. Egone? vt Thaidi me dedam, &c.
Egone? Terent.Eunu.1.2.21. Potin' est hīc tacere? P. egone? optume, Ibidem.4.7.8.
Egone debacchatus sum in te, an tu in me? Teren.Adel.2.31.
Egone id timeo? PH. quid te ergo aliud solicitat, cedò.
Egone quid velim? Terent.Eun.1.2.111. Nunquid vis aliud? PH. egone quid velim? Ibidem,4.3.9. Hem Phædria egone quem quæram?
Egone illam? quæ me quæ illum? Terent.Eunu.1.1.20.
Egone istuc dixi vnquam? N. ita. Plaut.Bacchid.18.8.
Egone non feram? Plaut.Curcul.2.10.
Egone, egone? Conduplicatum aliquid habet venustatis in interrogādo. Plaut.Pœnulo,5.19.
-meum est istuc magis officium, quàm tuum.
A. Egone, egone? si istuc lepide faxis, &c.
Mihi pulchra satis est. Plautus Sticho,14.54.
Mihi sum. Plaut.Mostel.3.86. -mihi molestus ne sis.
T R. Vide vt fastidit simia, D. mihi sum, sic sum.
Libet esse quid tu curas?
Mihi tu dederis pallam? Admiratiue, & negatiue simul. Plaut. Merc.5.9. Mihi tu dederis pallam & spinter? nunquam factum reperies.
Mihi esurio. Plaut.Capt.13.97. Esurire mihi videre. R. mihi quidem esurio, non tibi.
Mihine? Teren.And.5.2.9.
Quid istic tibi negotii est? C. mihine? S. ita.
C. Mihine? S. tibi ergo. Ibidem,3.2.20.
Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint hæc sic fore.
S. Mihine quisquam?
Mihimet, pen.cor. Plaut.Amphit.7.39. Neque, ita me dii ament, credebam pro mihimet Sosiæ.
Me viuo. Plaut.Stricho, Vōsne ego patiar cum mendicis nuptas me viuo viris?
Me vide. Plaut.Trin.11.52. Nihil de signo quod vereare, me vide-
Me miseram, Blandimentum mulierum, cum exclamatione quadam. Terent.And.4.5.49. Et in Adelph.3.2.7. Me miseram, quidnam est quod sic video timidum & properantem Geram?
Mēne quæris? S. verum. Terent.Adelph.4.3.4.

Egredior, egrederis, pen.corr. egressus sum, (ἐκβαίνω ἔξειμι, ἔρχομαι, ἐξέρχομαι,) di, pen.corr. Ab ex, & gradior compositum, & significat exire. Terent.And.5.2.2. Vnde egreditur? Ibidem,3.2.11. Postquā egressa est, illis, &c. Sic in Eunucho,1.1.34.
Egreditur ab ea, Id est de domo eius. Terent.And.1.3.21.
Egredi ex castris. Cæsar 1.bel Ciuil.309.
E portu egredi. Cic, Attico, lib.6.1.9.3.
Ex prouincia egredi. Cice. Senatui, lib.15.2.3. Erat enim magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi, atque irrumpere in meam prouinciam cōnarentur, &c.
Extra fines & terminos egredi. Cic. pro Quintio,19. Ibidem, Extra cancellos egredi.
Extra præscriptum egredi. Quintil.lib.1.cap.1.21.
Egreditur subitò. Terent.Eunuc.4.2.14.
Egredi pedem è villa. Cic.ad Atticum,lib.13.273.2. Quo facilius sustentari nos possemus, pedem è villa adhuc egressi non sumus.
Egredi obuiā alicui. Liu.1.ab Vrbe.63. Idē 3.bel.Pun.29. Et lib.6.144.
Domo egressus ad bellū. Cic.pro Ligario,7. Domo est egressus nō modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli.
Porta egressus. Cic.1.Tuscul.22.
Tectis egredi. Ouid.11.Meram.43.
Vrbe egredi. Cic.2.in Catil.25. Ipsum egredientē vrbe prosequuti sumus.
Egredi suo officio. Terent. Phorm.4.5.10.
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum. Et paulo pōst,
Nos nostro officio nihil egressos esse.
A proposito egredi. Cic.de Clar.Orato.41. Vt egrederetur à proposito ornandi causa, vt delectaret animos, &c.
Terminos egredi. Tacit.lib.20. Tanquam terminos ætatis, & concessa filio egrederetur.
Egressus, Participium (ἐκβεβηκώς,) vt Rates egresse. Quid.1.Trist.eleg.9.2. Sexum egressa. Tacit.lib.16. Et Quint.lib.5. Iuuenes nondum scholam egressi.
Via egressa, Propert.lib.1.eleg.19.4.

Virtus egressa modum. Stat.10.Thebaid.166.
Egressus, huius egressus, Verbale, (ἔκβασις,) Cice. in Pisonem,14. Itaque Credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando rat hominibus saltem bonis, vt Consules, non tristissimis, vt hostes aut proditores persequebantur.
Egressus liber. Tacit.lib.4. Plebis, & optimatium certamina libero egressus memorabant.
Dare egressus. Ouid.2.de Arte,7.
Tentare egressus. Sene.Agamemn.10.6.
Rarus egressu Cæsar, domo, aut hortis clausus, ad ludicra Circi ventitabat. Tacit.lib.15.

Egregius, Adiectiuum, Excellens: quasi ex toto grege electus, in-(ἐξαίρετος, ἀλλάγιμος, ὑπέρτιμος,) signis, quit Festus cum Donato in Hecy. 1.1. Vt Egregius In bellica laude egregius. Cic.de Clar.Orat.42.
In procuratione ciuitatis egregius. Cic.1.de Oratore,108.
Linguæ egregius. Silius lib.5.16. de Corino loquitur.
Animæ egregiæ. Virg.11.Aeneid.5.
Author egregius. Virg.10.Aeneid.154.
Egregius color, integra valetudo. Cic.2.de Finib.104.
Corpus egregium. Horat.1.Serm.saty.6.14.
Decus egregium. Silius lib.4.37.
Dominus egregiæ. Horat.2.Serm.saty.5.5.
Egregia exercitatio. Cic.3.de Finib.64.
Facies egregiæ. Lucret.lib.5.236.
Egregium factinus audere. Liu.8.ab Vrbe,122.
Egregia forma, Id est formosa & elegans. Terent.Aud.1.1.45.
Genus egregia. Virg.1.Aeneid.90.
Egregia & præclara indoles. Cic.1.de Orat.65. In vobis egregiam quandam ac præclaram indolem ad dicendum esse cognoui.
Iuuenis egregia forma. Virg.7.Aeneid.12.
Labor egregius. Senec.Troade,1.2.
Laudem egregiam referre. Virg.4.Aeneid.19.
Memoria egregia. Tacit.lib.4.
Egregiam operam dare alicui. Cic.ad Atticum,lib.5.90.2.
Opus magnum & egregium. Cic.1.de Nat.deorum,139.
Os egregium. Virg.4.Aeneid.30.
Pax egregia. Claud.in Nupt.Honorii,67.
Progenies egregia. Virg.7.Aeneid.52.
Egregii saporis oleum. Columel.lib.5.cap.8.3.
Virtutes egregiæ. Catull.in Argonaut.69.70.
Egregius, Comparatiuum. Hoc est præclarius & elegantius, siue magis egregium. Lucret.lib.4.95. Nam nihil egregius quàm res secernere apertas A dubiis. Sed antiquum est.
Egregiè, Aduerbium, (ἐξαίρετος,) Excellenter. Plin.epist.120. Illud quoque egregiè, quòd tam facilis, tam liberalis in edendo fuisti. Idem in Paneg.61. Egregiè Cæsar, quòd lachrymas parentum vectigales esse non pateris. Quasi dicat, Pauci sic facerent.
Egregiè, Valde, nimis, inquit Donatus. Terent.And.1.1.31. Horum il-le nihil egregiè præter cætera studebat. Vbi Donatus, Hīc egregiè, valde, nimis significat. Non est ergo ad laudem positum, hæc inquit, vt cætera similiter studebat.
Egregiè chara. Terent.And.1.5.38. Cic.ad Cassium,lib.15.14.1. Sed tamen quòd ab eo egregiè diligi sensi multo amicior ei sum factus.
Egregiè cordatus homo. Cic.1.de Orat.98.
Seruus egregiè fidelis. Cic.Qu.fratri,lib.1.1.26.
Egregiè fortis & bonus Imperator. Cic.1.de Orat.149.
In vulgus egregiè gratus. Cic.Attico,lib.2.37.4. Quod egregiè nō modò iis qui vruntur opera, sed etiam in vulgus gratum sentimus.
Animi natura mobilis egregiè. Lucret.lib.3.42.
Egregiè subtilis scriptor atque elegans. Cic.de Claris Orat.17.
Funus egregiè factum. Horat.2.Serm.saty.5.12.
Egregiè fœta ferramenta. Plin lib.18.cap.6.10. Et Cic.6.Ver.4.
Res gestæ egregiè. Persius Saty.6.5.
Egregiè instructa & armata classis. Liuius 6.bel.Pun.196.
Egregiè loqui Græce. Cic.2.de Finib.32. Quum vterque Græcè egregiè loquatur.
Egregiè munitum oppidum. Cæsar 2.bel.Gall.333.
Egregiè ad miseriam natus. Teren.Heaut.3.1.11.
Pingere egregiè. Cic.de Clar.Orat.139. Præsertim quum pauci pingere egregiè possint, aut fingere.
Placere egregiè alicui. Cic.Attico,lib.14.318.6. Dolabellam valde placere tibi video, mihi quidem egregiè.

E H

Ehem, (ἐᾶ,) interiectio est eius qui commotus sit noua re aliqua. Terrent. Adelphis,3.3.19. Ehem Demea, haud aspexeram te: quid agitur? Idem Eunucho,5.6.6. Quis homo est? ehem salueum te aduenire here gaudeo. Ibidem,1.2.6. Quis hic loquitur? ehem, tūc eras hīc mi Phædria? Idem Adelphis,2.4.2. Ehem oppor-

tune: te ipsum quærito.

Eheu, (ἰού,) Lamentātis, & lachrymantis interiectio. Terent.Heaut.1.1.31.
-sed quid istuc mali est?
Quæso quid de te tantum meruisti? M. eheu.
C. Ne lachruma atque istuc quicquid est, fac me vt sciam.
Eheu conditionem huius temporis. Cic. Antequam iret in exil.20.
Eheu quid volui misero mihi. Virg.eclog.2.

Eho, interiectio vocantis & quærentis responsum, perinde ac si dicerem, O dic, vel o dic mihi, græce (ὦ φίλ' εἰ vel ὦ εἶπέ μοι,) subaudiatur enim verbum dic vel veni vel aliud simile, vt ehodum ad me, id est veni ad me, Terent. Hecyr.2.2.25.
-quæ res te facere id prohibet?
Eho, nunquidnam accusat virum?
Eho, Conturbatæ mentis interiectio. Terent, And.5.4.42, -fallacia
Alia aliam trudit: iam susurrari audio
Ciuem Atticam esse hanc. C. hem. D. coactus legibus
Eam vxorem ducet. M. eho obsecro, an non ciuis est? Terent.Eunuc.4.2.11. Nihil est quid nihil si non tangendi copia est, Eho ne videndi quidem erit? Terent.Heaut.3.3.24. Nonne accedam ad illos? C. eho quæso vna accedundi via est.
Eho, Interiectio vel principium animaduersionem in se poscentis, aut repentè cernentis. Terent.And.4.5.7.
-hem quæ hæc est fabula?
Eho Mysis, puer hic vnde est? qui ve huc attulit?
Eho, Admirantis. Terent.And.3.2.20,
Eho an tute intellexti hoc assimulari?
D. Renuntiatum est. Ibidem,5.4.49. -dos Pamphile est
Decem talenta. P. accipio. C H. propero ad filiam. eho mecum Crito.
Nam illa me haud nosse credo. Hīc admiratio est intentionis ad id quod dicturi sumus.
Eho quæso, Interrogantis. Terent.Heaut.3.2.26.
Eho quæso, laudas qui heros fallunt? C. in loco
Ego verò laudo. Plaut.Bacchid.4.2.2. Eho inuenisti Bacchidem?
P. Samiam quidem.
Eho die mihi, Intentionem audientis exposcens. Terent.And.4.1.41. At tibi di dignum factis exitium dium.
Eho, die mihi, si omnes coniectum hunc in nuptias
Inimici vellent, quod, nisi hoc consilium, darent?
Eho, Vocantis. Plaut.Mostell.10.44. Eho, istum puer circunduce hasce ædes, & conclauia. Idem Pseud.5.1.13. -eho Pseudole, I, gladium affer. P. quid opus gladio? C. qui hunc occīdam, atque me.
Eho tu impudens. Terent.And.4.2.27. Et in Eunu.4.4.24. Eho tunum ego te?
Eho, tu Glycerium hinc ciuem esse ais? Terent.And.5.4.5.
Eho tu, eho tu, Conuocantis, cum quadam celeritate. Plaut.Merc.4.75.
-eho tu,
Eho tu, quin cauisti nēue eam videret verbero
Sceleste? quin abstrudebas ne conspiceret eam pater?
Ehodum, similiter interiectio vocantis & simul quærentis vt respondeatur vel aliqd aliud fiat, Græce (ὦ ἐπίμοι vel ἰλθέ περός μι.) Terē. And. 1.2.13. Daue? D. hem, quid est? S. ehodum ad me. i. O veni ad me.
Ehodum bone vir. Teren.And.3.5.10. Oh. D. visus sum. P. ehodum bone vir, quid ais?
Ehodum dic mihi. Terent.And.2.1.26,
Næ iste haud mecum sentit. ehodum dic mihi,
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit? Idem Eunu.2.3.68. Perii, nunquamne etiam me illam vidisse ehodum dic mihi, Estne vt fertur forma? Hic dic mihi, exprimitur, quod intelligit in superioribus exēplis.

E I

Eia (ἒα,) Aduerbium est correctionem aliquando significans. Teren. Eunu.5.9.35. -nihil quod dicas mihi,
Alium quærebam, iter hac habui. peristi. G. eia, haud sic decet. Idem Heaut.3.2.10,
Nihil narras: visa verò est quod dici solet,
Aquilæ senectus. C. eia. S. mulier commoda &
Facета est hæc meretrix. Flaut.Cistell.2.34.
-at satius fuerat eam viro
Dare nuptum potius. L. eia hæc quidem ecastor quotidie viro
Nubit, nuptúque hodie, nubet mox noctu. Terent.Hecyr.2.2.8,
Quòd si tu idem faceres, magis in rem & nostram & vostram id esset.
Nunc video in illarum potestate esse te. P. eia vero.
Eia, ne. Terent.Phorm.3.2.23,
Ipsum istuc mihi in hoc est. A. eia, ne parum leno sies,
Nunquid hic confecit? P. hiccine? quod homo inhumanissimus, Pamphilam meam vendidit.
Eia, vt. Terent.Heaut.5.5.19,
-rufamne illam virginem,
Cæsiam, sparso ore, adunco naso: non possum pater.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CH,Eia,vt elegans est:credas animum ibi esse.s.aliam dabo.
Eia,Reprehendentis.Plaut.Merc.24.38,
Pergin' tu autem eia superbe inuchere?spero ego mihi quoque
Tempus,tale euenturum,vt tibi gratiam referam parem.
Eia,Hortantis.Plaut.Epid.5.78,
Vos priores esse oportet,nos posterius dicere,
Quàm plus sapitis.A.eia verò age dic.
Eia autem inimicos?Repetentis.Plaut.Amphit.10.20,
Ita ingenium meum est,
Inimicos ausa sum semper obtuerier.
L.Eia autem inimicos?A.sic est,vera prædico.
Eia,eia.Plaut,Persa,6.31,
Nemo homo ita vnquam arbitratus est.s.at pol multi esse ita sciunt.
P.Eia.s.eia.P.tuo ex ingenio mores alienos probas.
Eia,In principio epistolæ positum. Plin.epist.94.Eia tu,quum proximè
res agentur,quoquomodo ad iudicandum veni.
Eia'age rumpe moras,quo te spectabimus vsque? Martial.lib.1.63. Sic
Virgil.4.Aeneid.114.

Eiaculor, pen.corr.eiaculâris,(ἐξακοντίζω,) eiaculâri, deponens, vel Eiaculo,eiáculas,áctiuum, Idem quod longè vel eminus iaculari.Plinius lib.37.cap.9.17.Species & colores arcus cælestis in proximos parietes eiaculatur.Idem lib.16.cap.10.7,Eiaculanturq; longè.Idem lib.4.ca.11.15, In cuius forum solstitio Athos eiáculatur vmbram.Gellius lib.16.cap.19.Se in salum eiaculauerat.
In altum eiaculatus.Ouid.6.Metam.52.
Repentinas eiaculatus aquas.Ouid.1.Fast.54.
Fistula aquas eiaculari.Ouid.4 Metam.25. –vitiato fistula plumbo
Scinditur,& tenui stridente foramine,longas Eiaculatur aquas.

Eiero, eieras,pen.corr.(ἐξόμνυμι,)eierare, Quod recusare iudicem barbarè dicitur.Cic.2.de Oratore,157. Placet etiam mihi illud Scipionis illius qui T.Gracchum perculit,quû & M.Flaccus multis probris obiectis P.Mutiû iudicem tulisset,Eiero,mquit,iniquus est, quum esset admurmuratum, Ah,inquit,P.c.nû ego mihi illum iniquû eiero,verum omnibus.Quo loco non desunt qui legant deiero.

Eiicio, éicis,pen.cor.eieci,pen.prod.eiectû,(ἐκβάλλω,ἐξελαύνω.)eiice re,Propriè est excludere,& quasi extra iacere.
Eiicere,& excludere.Cic.Terentiæ,lib.14.3.4.Eiicere nos magnum fuit, excludere facile est.
Expellere,exterminare,eiicere.Cic.pro Milone.78,Hec tanta virtus ex hac vrbe expelletur,exterminabitur,eiicietur?
Retinere & Eiicere,contraria Cic.pro Milone,77. Memoriam Milonis retinebitis?ipsum eiicietis,& erit dignior locus,&c.
Eiicere foras.Terent.Adelph.1.2.29. Lucret.lib.4.194.
Eiicere foras ædibus.Plaut.Asin.4.1.
¶ Eiectus hinc.Terent.Eunu.2.2.44, –hoc nunc dices,
Eiectos hinc nos.omnium rerum heus vicissitudo est.
Eiicere è vel ex Senatu.Cic.de Senect.38.Iniutus quidem feci, vt fortissimi viri T.Flamminii fratrem C.Flaminium è Senatu eiicerem. Idem pro Cluentio,94.Eiectus ex Senatu à Censoribus.
Eiicere aliquem à suis diis penatibus.Cic.pro Quintio.55.
Eiicere in exilium.Cicero in Parad.39.Et Luius 5.bel.Maced.193.
Arenæ in littus eiectæ.Ouid.11.Metam.124.
Extrudere & eiicere in viam.Cic.2.de Orat.130.Atqui inquit Iulius,nõ nimium liberale hospitium meum dicens:nam,te in viam,simul ac per paululum gustaris,extrudam & eiiciam
¶ Eiicere nauem in terram.Cæsar 3.bel.Ciuil.111.
Ratis eiecta.Ouid.epist.7.34.
Eiicere se in agros.Liu.6.ab Vrbe,14. Et 7.Verr.72.Iam sese in terram è naui eiecerat.
Eiicere sese ex oppido vel syluis.Liu.8.bel.Pun.14, Frequentes ex oppido sese eiecerant. Cæsar 5.bel.Gall.59.
Se eiicere,suosque secum educere.Cic.1.in Catil.22.
Eiectus è mari.Plaut.Rud.7.9.
Eiectus apud Andrum naui fracta. Id est naufragium passus est.Terentius And.5.4.20.
¶ Eiicere animum patris de alieno.Teren.Heaut,5.2.2,
Istine tandem quæso Menedeme,vt pater
Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animum patris?
Eiicere ex animo amorem insitum.Cic.pro Rosc.Amer.31.
Eiicere animi molliciem.Teren.Eunu.2.1.16, Eiiciunda hercle hæc mollities animi,nimis me indulgeo.
Eiicere ex animis memoriam alicuius.Liu.8.bel.Pun.149.
Eiiciam ex eis crepitum polentarium.Plaut.Curcul.7.16.
¶ Eiicere dicitur mulier, subaudi partũ. Vlpianus í L.Si seruus seruũ.ff. Si mulier pugno.ff.Ad legem Aquiliam,Si mulier pugno,vel equa ictu à te percussa eiecerit:Brutus ait Aquilia teneri quasi ruperit ἐκτρώσαι vndè vulua eiectitia.
¶ Turpius eiicitur,quàm non admittitur hospes. Ouidius 5.Trist.elegia 7.3.

Eiecto,eiectas,(ἐκβάλλω,)eiectare,Frequenta.Plau.Merc.4.105,Nehiate opprimeret imprudentem,atque eiectaret.
Arenas eiectare.Ouid.5.Metamor.71.
Cruorem manantem ex ore eiectare.Silius lib.10.56.
Faulla eiectata.Ouid.2.Metam.47.

Eiectio, Verbale,(ἐκβολή,)Ipse eiiciendi actus.Cic.ad Atticum,lib.2.33.1.Tenemur vndiquemeque iam quo minus seruiamus,recusamus:sed mortem & eiectionẽ,quasi maiora timemus,quæ multo sunt minora.

Eiectitius, Adiectiuum,(ἐκβολιμαῖος,)vt Vulua eiectitia. Plin.lib.11.cap.27.77, Vulua eiecto partu melior quàm edito. eiectitia vocatur illa, hæc porcaria.

Eiectamentum pro excremento,(ἔκκριμα,)Tacitus de moribus Germ. Diu quinetiam inter cætera eiectamenta maris iacebat. De succino loquitur.

Eiones, vnus è Græcorum principibus qui ad Troiã profecti sunt, ab Hectore interfectus, teste Homero. Alter fuit eiusdem nominis Thrax,& pater Rhœsi regis, qui noctu à Diomede & Vlysse interfectus est,eodem Homero teste,lib.Iliad.10.

Eiulo, éiulas,penul.corr.(ἀναδύρομαι,κλαυθμυρίζομαι,)eiulare.Est voce sublata flere:quod magis mulierum est proprium.Plaut.Aulul.3.39,Insit ibi postulare,plorans, eiulans. Ibidem,25.16, Quinam homo hìc ante ædes nostras,eiulans conqueritur mœrens? Cicero 2.Tusc.18,Ipsum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem.

Eiulatio, Verbale,(κλαυθμυρισμός,)Ploratus rationis expers. Plaut.Cap.5.7,Indigna digna habenda sunt herus quæ facit.c.ohohohoh.
L.Eiulatione haud opus est,oculis multa misera cuditis.

Lugubris eiulatio.Cice.2.de Legib.94,Lælius LESSVM quasi lugubrẽ eiulationem,vt vox ipsa significat.Vide LVGEO.
Virilis eiulatio.Horat.Epod.10.4.

Eiulãtus, huius eiulatus,pen.prod.Idem(κλαυθμυρισμός,)Cic.de Aruspicib.35,Nõ sunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ,&c. Sic 2.de Fin.151. Idem 2.Tusc.95. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est,idque raro:eiulatus verò ne mulieri quidem.
Hunc eiulatum quem gemis:cuncti gemũt. Seneca Hercule Oetheo,74.

Eiuro, eiúras,pen,pro.(ἐξόμνυμι,ἀποβάλλομαι,)eiurare. Est quod vulgò dicitur renuntiare.Plin.in epist.Et quasi eiurato magistratu priuatum me facerem.
¶ Eiurare,pro eo quod recusare iudicè barbarè dicitur.Cic.5.Ver.117, Tum iste negat se de existimatione sua cuiquam nisi suis, cõmissurũ. negotiatores putant esse turpe id forum sibi iniquum eiurare,vbi negotientur:Prætor prouinciam suam totam sibi iniquam eiurat. Idem 12.Philip.330.Itaque vt alacres & læti spe pacis oblata inter se impiciues quasi vicissent,gratulabantur: sic me iniquum eiurabant, de me queri debantur,diffidebant etiam Seruilio,&c. Idem Pæto,lib.9.16.21.
Tu autem,quod mihi bonam copiam eiures,nihil est.
Imperium eiurare.Tac.lib.19,Prœuenerat rumor,eiurari ab eo imperiũ. Magistratum eiurare. Tacit.libro 12,Adactusque Syllanus eiurare magistratum.

Eiuratio, Verbale,(ἐξόμνυσις,)Actus ipse eiurandi. Festus Pompeius, Eiuratio,significat id quod desyderetur non posse præstari, Plautus, Eiurauit militiam.
¶ Eiuratio,pro resignatione,apud Valerium lib.2,Ignominiosa Consulum eiuratione.

Eiusmodi, pen.corr.(τοιοῦτος,)Nomen indeclinabile,compositum ex(eius)genitiuo(IS) pronominis,&(modi)genitiuo nominis MODVS.Plautus Milite,10,205,
Tua mihi vxore dicam delatum & datum,vt se ad eum conciliarem.
Ille huiusmodi est,cupiet miser. Terent.And.1.1.66,Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi,&c. Cicero 1.Acad.5,Nihil enim eiusmodi celare possumus.Idem 6.Verr.130,Qui illic eiusmodi est,vt eũ pueri sectentur.Idem 3.Verr.110.Et 4.Acad.76.
Genus belli est eiusmodi quod maximè vestros animos excitare atq; in flammare debet.Cic.pro Lege Manilia,3.
Eiusdem modi:cui opponitur Dissimilis.Cic.3.Verr.112,Eiusdem modi sortitionem homo amentissimus suorum quoq; iudicum fore putauit. Idem 4.Acad.125. Alios dissimiles,alios eiusdem modi mundos esse. Ibidem,93.& 75.Nihil interesse autẽ non modò si ex omni parte eiusdem modi sint,sed etiam si discerni non possint.
Eius generis.Plin.libro 12.cap.1.8. Ceu verò non alia eius generis esset in Cypro.

E L

Elabor, pen.prod.elãberis,elapsus sum,(ἐξολισθαίνω, ἀποφεύγω, διαπίπτω,ὑποτρέχω,) elãbi,Est(vt ait Valla lib.5.)peritiã fugere.Nam quẽadmodũ anguis lubricus,murena ve,aut anguilla manu prehensa lapsu fugit,quod est è manu elabitur:ita qui è medio periculo euadunt,elapsi dicuntur.Terent.Hecy.1.2.94.Paulatim elapsus Bacchidi.Virg.2.Aenei.106.Ecce aũt elapsus Pyrrhi de cæde Polites.

Idem 1.Aeneid.50, –mediis elapsus Achiuis. Plancus ad Ciceronem,lib.10.13.10.Magno cum dolore parricidarum elapsus sum iis.
Elabi & abire.Cic.1.de Diui.84.Nam quum dormienti ei sol ad pedes vsque esset,ter eum scribit frustra appetiuisse manibus, quum se conuolueus sol elaberetur & abiret.
Paulatim elabi.Vide PAVLATIM.
Excidere casu aliquo & elabi.Cice.1.in Catil.11.Quoties iam tibi extorta est sica ista de manibus? quoties verò excidit casu aliquo & elapsa est? Idem pro Domo sua,80.Ex isto ore,religionis verbum excidere aut elabi potest,&c.
Cum vinclis elapsus.Stat.6.Thebaid.177.
Pugnam,aut vincula elapsi.Tacit.lib.1.
Custodias Vitellii elapsum.Tacit.lib.19.
Elabi,de,vel è,siue ex manibus.Cic.ad Atticum,lib.11.11. Et lib.10.195.3.Elapsus è fœderi manibus ac ferro, bellum terra & mari comparat. Idem pro Murena,76.
Elapsus ex prælio.Cæsar 5.bel.Gall.140. Sic Elabi ex ferro alicuius,ac manibus,Cic.pro Domo sua,47.
Elabi inter tela & gladios alicuius.Liu.1.ab Vrbe,232. Et lib.8.bel.Pun. 177,Elabi inter tumultum.
Sinuoso flexu elabi.Virg.1.Georg.49.
¶ E memoria elabi.Author ad Herenn.lib.3.131.Nec hoc alia de causa potest accidere,nisi quòd vitiatæ res facilè è memoria elabuntur,infigues & nouæ diutius in animo manent.
¶ Elabi ex criminibus.Cice.4.Verr.100. Sin absolutus eris, qui erit tam amens qui te ex tot,tantisque criminibus elapsum ,post quinquennii statuarum nomine accersat? Idem 3.Verr.62. Idcirco te ex hoc crimine elapsum esse arbitrabare?
Elabi suspicione.Cic.3.Verr.71.Satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare,si quibus pecuniam credebas,iis expensum non ferres?
Ex confessione iusciti suæ non potuit vrbanus elabi. Quintil.libro,2.cap.11.2.
¶ Elabitur mos de manibus.Cic.pro Flacco,12.O morem præclarum,disciplinamque quam à maioribus accipimus:si quidem teneremus:sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur.
¶ Elabitur assentio.Cic.1.Tusc.41,Sed nescio quo modo dum lego,assentior:quum posui librum,& mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare,assensio illa omnis elabitur.

Elapsus,(ἐξολισθαίνω,)Participium.Cic.2.de Nat.deo.193. Quod quũ ex vtero elapsum excidit,in iis animantibus quæ lacte aluntur,omnis ferè cibus matrum lactescere incipit.
Elapsa ex oculis hominum anguis.Liu.6.bel.Pun.100.
Elapsi corporibus animi.Cic.in Somnio Scip.33.Nam eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt,&c.corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur.
Elapsi est spes.Plaut.Capt.12.101. –speraui miser
Ex seruitute exemisse filium: Ea spes elapsa est.
Elapsa verba reprehendere.Ouid.epist.11.11.

Elaboro, elaboras,pen.prod.(φιλοπονέω,ἐπιτείνω,ἐπιτείνομαι, σπουδάζω,) elaborare,Summo labore & diligẽtia eniti,conari.Cice.Nihil mihi ita elaborandum est,quàm vt consilia nemo intelligat.
Elaborare & elucubrare.Ci.de Claris Ora.173.Desceps inde multę quas nõ minus diligenter elaboratas etiam quàm elucubratas afferebamus.
Elaborare & efficere.Cic.Peto,lib.9.16.4. Sed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit ad istorum beneuolentiam conciliandam & colligẽdum,summo studio me consecutum esse,&c.
Eniti & elaborare.Cic.Capitoni,in Epist.ad Articũ,lib.16.34.4. Apud hominem facillimum atque humanissimum Plancum enitere,elabora, vel potius eblandire,effice,vt Plancus quem spero optimum esse,sit etiam melior opera tua.
Elaborare ad iudicium alterius.Cic.1.de Finib.12. Sed neque tam docti tunc erant,ad quorum iudicium elaboraret.
Extempore elaborare.Cic.de Petit.Consul.16.Tamen ex tempore elaborare eius causa cui debent & volunt,facile possunt.
De industria,non ex insidiis,sed aperte ac palàm elaborare.Cice.in Oratore.21.
Elaborare in.Cic.de Senect.24.Sed in literis certè elaboraui.Idẽ 5.Verr. 171.Videbatur id gdere arator quod aratro ipse quæsisset,in quo elaborasset. Idem 1.Offic.160.Ad quas igitur res aptissimi erimus, in his potissimum elaborabimus.
Elaborare in disciplinis,& illis studere.Cic.1.Verr.21.Si optimis à pueri tia disciplinis atque artibus studuisses,& in his elaborassesi,&c.
Elaborare in aliquid.Quintil.lib.2.cap.8.5.Verùm ei qui foro destinabitur,non in vnam partem aliquam,sed in omnia,quæ sunt eius operis, etiam siqua difficiliora discenti videbuntur,elaborandum est.
In literis elaborare.Cic.de Senec.24.
Defudare & elaborare in re aliqua.Cice.de Senec.34. Hæsunt exercitationes ingenii,hæc curricula mentis,in his desudãs atq; elaborans,corporis vires non magnopere desydero.
Contentione & dimicatione in aliqua re elaborare. Cicero Curioni,libro 2.5.15.
In re aliqua separatim elaborare.Cic.1.de Orat.5.
Elaborare aliquid,pro Artificio excolere.Plinius libro 34.ca.3.1.Priuatim Aegina candelabrorum superficiem duntaxat elaborauit.Sic Elaborata ara apud eundem lib.25.cap.12.7.
Elaborare saporem dicuntur epulæ.Horat.3.Carm.ode 1.4.
Distinctus ensis cui super impia
Ceruice pendet,non Siculæ dapes
Dulcem elaborarunt saporem
Instituere & elaborare orationem.Cic.pro Cælio,35, Oratio & bonis artibus institura,& cura & vigiliis elaborata.
Ornate & elaborare versus.Cice.in Orat.20,Omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus. De Pacuuio.
Elaborari dicitur locus,qui ædificiis ornatur.Plin.epist.17.
Elaborare vt.Cic.1.de Orato.163,Non tam vt prosim causis, elaborare soleo,quàm vt nequid obsim.

Elaborãtus, pen.prod.(ἐπιτεχνασθείς,)Participium.Cic.de Claris Orat. 15,Hæc est à Græcis elaborata dicendi vis atque copia.
Elaboratus amor.Horat.Epod.14.3,de Anacreonte,
Cui persæpe caua testudine fleuit amorem
Non elaboratum ad pedem.
Cõcinnitas elaborata.Cic.in Orat.46.Ne elaborata cõcinnitas,& quoddam aucupium delectationis manifestiõ deprehensum appareat.
Curriculi industriæ alicuius elaboratum.Cic.7.Philip.122,Omne enim curriculum industriæ nostræ in foro,in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est.
Elaboratum munus.Cicad Atticum,lib.13.263.1.
Elaboratum industria.Cic.pro Lege Manilia,1,Statueremq; nihil huc ni si perfectum ingenio,elaboratum industria,afferri oportere.

Elacata, elacatæ,vel vt apud Festum legitur,clacatena,Genus salamenti,quod appellatur vulgò malandrea.Columella libro 8.cap.17.11, Tum scombri charchariique,& elacatæ ventriculo: & ne per singula cuimerem salsamentorum omnium purgamenta,&c.

Elactesco, elactescis,elactescere,(ἐκκλινάνομαι,)hoc est in albedinem lactis cõuerti,& lacteum colorem præ se ferre. Plin.lib.20.ca.21.8,mirum, aquâ radice ea addita addensari sub dio, atque elactescere.Ex vetusto codice legitur lactescere.

ELABA,(ἐλάα,)Vrbs est Asiæ in Aeolia,Pergamcorũ nauale, quæ Cidænis nominata fuit,posita à Menestheo. Est & alia vrbs Elea Italiæ quæ e simplici scribitur,vnde dicuntur Eleatæ vel Elitæ:illi verò, Elætæ.Est & Elæa Phœnicum vrbs inter Tyrum & Sidonem,tanquã amicorum.Præterea Elæa nauale Bithyniæ iuxta Mysiã.Postremò & lacus quidam Aethiopiæ,& hoc nomine tres insulæ.Steph.de vrbibus.

Elaeon, (ἔλαιον.)Latini oleum vocant:vnde componitur Elæomeli:de quo sic Plin.lib.23.cap.4.17, Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis mànare diximus,sapore melleo, non sine nausea,alium emollit.

Elangueo, elangues,elangui,(ὀλιγοδρανέω,ἀδυνέω,)elanguêre, Languore confici & quodammodo cõtabescere. Plin.de Viris illust.42,Quumque vrbem capere posset,in Capuam diuertit,cuius deliciis elanguit. Valer.4.Argon.106, Hesit vterque polos dubiusque elanguit alis.
Elangunt cura.Liu.3.bel.Pun.107,Neque tamen elanguit cura hominũ ea mora.Hoc est,Nihilo minus segnis & vana fuit.
Differendo deinde elanguit res.Liu.5.ab Vrbe,119.

Elanguesco, elanguescis,(ἀπομαραίνω,)elanguescere,Valde infirmum fieri.Liuius 5.bel.Maced.174, Quo celerius ipse omnium oblato,nõ esse elanguescendum,sed orandum potius regem,vt,&c. Idem 1.ab Vrbe 203,Vt elanguescendam aliena ignauia esset.Gellius lib.2,Negotiis scilicet quoque vmbratilis, & variis quæstibus intentos habenti in quibus eorum omnis vigor animi,corporisque elanguescit,& quod Sallustius ait,effœminatur.
Dictis elanguescere.Stat.11.Thebaid.77.
Cornus elanguescens,& iam cæsura.Silius lib.4.28.

Elaphoboscon, (ἐλαφόβοσκον,) Herba de qua Plin. lib.22. cap.22.12.Hanc herbam mõstrauere ceruæ, vt ait idem Plinius libro 25.cap.8.21. Officinæ & herbarii, gratiam Dei vocant.

Elapido, elapidas,pen.corr.(τῶν λίθων κατάγω,)elapidare,Lapidibus purgare terrã,vel lapides amouere. Plinius lib.17. cap.4 7,At in Syracusano agro aduena cultor elapidato luto sole perdidit fruges. Budæus,legit Elapidato solo lutuoso.

Elargior, elargîris,penul.corr.elargitus sum(χαρίζομαι,)elargiri, Idem quod largiri:nisi quòd cõpositio aliquid addit vehementiæ.Liuius 3.ab Vrbe,1,Possessores & magna pars patrum Tri

Universidad de Deusto
Biblioteca

bunitis se iactare actionibus, principem ciuitatis, elargiendo de alieno, populare fieri querentes.
Elargiri patriæ, charisque propinquis. Perf. Saty. 3.8.

Elasfesco, elasfescis, elasfescere, Lassum fieri. (καταπονοῦμαι,) Pli. lib. 16. cap. 25. 5, In arboribus tamen nimia germinatio elasfescit.

Elate, elates, fœm. gen. (ἐλάτη,) Genus palmæ. Plin. lib. 23. cap. 5. 1, Palma, siue elate, siue spathe, medicinæ confert germina folia, corticem.

Elaterium, (ἐλατήριον,) genus medicamenti: de quo sic Plin. lib. 20. cap. 1. 1. Cucumim syluestrem esse diximus multo infra magnitudinem satiui. Ex eo fit medicamentum quod vocatur elaterium, succo expresso è semine. Succus est expressus ex eo agresti cucumere, qui vulgò cucumer asininus dicitur.

Elatine, elatines, pen. prod. fœ. gen. herba, quæ folia helxinæ habet, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis quinis senis verò radice statim foliosis: nascitur in segetibus: acerba gustu. Hæc Plinius lib. 27. cap. 9. 3.

Elatites, pen. prod. lapis. Plin. lib. 36. cap. 20. 4.

Elatro, elatras, pen. corr. (ἐλαυνετέω,) elatrare, compositum à latro re. Horat. 1. epist. 19. 4, Sic mihi prima fides, & vere quod placet, vt non Acriter elatrem.

Elatus, pen. pro. A dictiuum (ὑπερῴδ, ὑπερφέρων δ,) Excelsus, eminens, ab effero, efferis: huic Depressus opponitur. Colum. lib. 2. cap. 4. 8, Modò in elatiora, modo in depressiora cliui obliquam agi sulcum oportebit. Interdum etiam per translationem pro superbo ponitur. Vide EFFERO.

Elauo, elauas, pen. corr. & antiquè elauis in tertia coniugatione, elaui, elótum, pen. prod. (ὑφαίρω,) elauare, siue elauere: Idem quod lauare, vel perfectè lauare significat. Colum. lib. 12. cap. 50. 10, Sed quum fuerit oliua elota, reliqua, sicut supra præcepimus, fieri debebunt.

Elauare se bonis, Est se denudare, spoliare exhaurire ita vt sese quispiam luisse videatur. Plaut. A sin. 4. 9,
Nam mare haud mare est vos mare acerrimum.
Nam in mari repperi, hic elaui bonis.

ELCESBVS, (Ἐλκεσβός,) Ptolem. Galliæ vrbs. Vulgò hodie Schelestad.

ELDANA, (Ἐλδάνα,) Ptolemæo, Hispaniæ vrbs, Doma alio nomine. Vulgò Duenes.

Electo, electas. Vide ELICIO.

ELECTRA, (Ἤλεκτρα,) Hesiodo nympha est, Oceani & Tethyos filia, vxorsque Atlantis: cuius filia quædam etiam Electra dicta fuit, quæ Ioui Dardanum peperit. Virgilius lib. 8. Aeneidos, 27,
Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & Author,
Electra (vt Graii perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros. Electram maximus Atlas
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.

Electrius, A dictiuum (ἠλέκτριος,) vt Tellus Electria, Id est Samos: sorti ta nomen ab Electra Dardani matre, filia Atlantis. Vale. 2. Argon. 87,
Tunc tenuis Lemnos, transitque Electria tellus
Treiciis arcana sacris.

ELECTRIDES (ἠλεκτρίδαι,) Steph. Maris Adriatici insulæ, sic à Græcis appellatæ, q electrum in illis prouenire putarunt, vanitatis Græcæ certissimo documento, vt scribit Plinius. Cuius libro 37. cap. 2. 17, hęc verba sunt, Phaethontis, inquit, fulmine ictí, sorores fletu mutatas in arbores populos, lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus: & Electrum appellatum, quoniam sol vocitatus sit Elector, plurimi poetæ dixere. Quod et falsum, Italiæ testimonio patet. Hactenus Plinius. Sed fabulosa secutus pro argumento operis. Ouidius lib. Metam. 2.
Inde fluunt lachrymæ, stillataque sole rigescunt
De ramis electra nouis, &c.

Electrum, electri (ἤλεκτρον,) Gemma nigri coloris, quæ vulgò ambra dicitur, quãquam & croceum & album inuenitur. Dictum electrum, quòd apud veteres Græcos sol Elector dicebatur. Sipontinus ex Plinio ferè, lib. 37. cap. 2. 17.

Electrum, Metalli genus mistum, nempe quoties in auro quinta argenti portio cómista est. Hoc autem, mó naturale est, mó cora fit. q si quintam portionem excedat, incudibus non resistit. Plin. lib. 33. ca. 4. 14.

Electra pinguia. Virg. 8. eclo. 9. Pinguia corticibus sudet electra myricæ.
Stillata electra. Ouid. lib. 2. Metam. 73.

Electus, Vide ELIGO.

Eleemosyna, eleemosynæ, pe. cor. (ἐλεημοσύνη,) ab ἔλεος, quod miserationem significat.

Elegans, Vide ELIGO.

Elegia, elegiæ, pen. prod. (ἐλεγεία,) vltima autem indifferente, nam quis vt Græca dictio ponitur, vltimam longam habet: quum verò vt Latina, corripit eandem. cuius rei rationem grammatici docent. Dicitur autem elegia, quasi miserabilis vel misera, Romani autè id genus carminum quod cum lamentatione adcanitur mortuis, næniam nuncupauerunt. Vnde tractum, vt epitaphia quoq; defunctorum, elegis verbibus conscribantur. Ouid. 3. Amor. eleg. 1,
Flebilis indignos elegeia solue capillos:
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit. Idem, Blanda pharetratos elegeia cantat amores. Martialis lib. 5. 31, ad Varronem, Differ opus nec te facundi scena Catulli
Detineat, cultis aut elegeia comis. Stat. lib. 1. Syluarum, 2. 3, Quas inter multum petulans elegeia propinquat.
Elegia, elegiorum (ἐλεγεῖα,) pro Carminibus elegis. Plaut. Merc. 7. 68, Occentent noctu ad ostiũ, meæ impleantur carbonibus elegiorũ fores.
Elegidion, elegidii, n. g. (ἐλεγείδιον,) Diminutiuum. Persius Saty. 1, —non siqua elegidia crudi Dictarunt proceres.
Elegus, pen. corr. A dictiuum (ἔλεγος,) vt Elegus versus: Flebilis. Horat. 1. Carm. ode 33. 1, ad Tibullum,
Alibi ne doleas plus nimio memor
Immitis Glyceræ, neu miserabiles
Decantes elegos.
Vela elegorum. Ouid. 2. Fast. 1, Nunc primũ velis elegi maioribus itis.
Exigui elegi. Horat. in Arte, 10.
Imbelles elegi genialis musa Valete. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.
Leues elegi. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 5.
¶ Componere elegos. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 1.
Miserabiles elegos decantare. Horat. 1. Carm. ode 33. 1.
Emittere elegos. Horat. in Arte, 16,
Quis tamen exiguos elegos emiserit author,
Grammatici certant: & adhuc sub iudice lis est.
Resumere elegos. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 5, Blanditias, elegosq; leues mea tela resumpsi.

ELEI, pen. prod. (Ἦλεοι,) Pupuli ab Elide dicti in Peloponneso clarissimi, propter delubrum Iouis Olympii, Indosque Olympicos, quorum præfecturam Elei habuerunt. Vnde Elei equi, & Eleus carcer sæpe iecguntur. Lucanus lib. 1. 60,
—quantum clamore iuuatur Eleus sonipes. Vide Strabonem lib. 8.

Eleis, pen. prod. Eleidis, pen. cor. fœm. gen. Ouid. epist. 4. 10.
Nunc feror, vt Bacchi furiis Eleides actæ,
Quæque sub Idæo tympana colle mouent.

Eleleus, pen. corr. trium syllabarum (ἐλελεῦ,) Vnum è Bacchi nominibus, ab ἐλελεῦ adhortantis interiectione seu acclamatione, qua in Orgiis atque in bellis vti solebant. Sanè ἐλελίζω clamo in bello dicitur. Ouid. 4. Metam. 3. in Catalogo nominum Bacchi, Nycteliusque, Eleleusque parens, & Iacchus, & Euan. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 17. hoc nomen tribuit etiam Apollini.

Elementum, elementi (στοιχεῖον,) principium omnium rerum. Ab elementis res omnes sumunt incrementum, & in ea resoluuntur. Cic. 1. Acad. 40, de aqua, igni, aere, & terra loquens, Ergo illa initia, & vt è Græco vertam, elementa dicuntur.
Elementa sunt quatuor, ignis, aer, aqua, terra. Plin. lib. 15. cap. 27. 3. Et dicuntur elementa, vt quibusdam placet, ab alendo. Alii, quasi elicamenta dici volunt, eo quòd ex ipsis cætera originem sumant, initia videlicet & fundamenta creaturarum. Alii, elementa per i literam, quasi fabricamenta, ex eo quod est elimo, elimas, quòd ex eis fabricata sint omnia.
¶ Elementa, Literarum notæ, eo quòd sint principia orationis. nam ex literis syllabæ, ex syllabis dictiones, ex dictionibus orationes conficiũtur. Inde Elementa puerorum. Cic. 1. de Oratore, 77. Et lib. 2. 25.
Molestiæ elementorum. Quintil. lib. 2. cap. 3. 2, Mediocritas præceptoris ad suscipiendas elementorum, molestias minus superba.
Primæ indolis elementa. Stat. 2. Achill. 75.
Acuta elementa, vide ACVO.
Graudia elementa. Ouid. 1. Meram. 6.
Prima elementa. Horat. 1. Ser. sat. 1. 6.
Prima literarum elementa. Quintil. lib. 1. cap. 1. 17.
Tractare prima elementa. Quintil. in Procem. lib. 1. 16.
¶ Irarum elementa mearum. Silius lib. 3. 17.
Elementa loquendi. Cic. 4. Acad. 103. & 257.
Rationis elementa inire. Lucret. lib. 1. 17.
Vitiorum elementa. Iuuen. Saty. 14. 13.
Elementarius (στοιχειακός,) Quod ad elementum pertinet.
Elementariæ literæ: pro Literis alphabeti. Iulius Capitolinus, Puer literis elementariis & calculo imbutus.
Elementarius senex qui adhuc in primis elementis instituitur. Seneca epistol. 36.

Elenchus, elenchi, m. g. (ἔλεγχος) Vnionis genus. Plin. lib. 9. cap. 35. 9, Et procerioribus sua gratia est, elenchos appellant

laut fastigiata longitudine, al abastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria est. Iuuenalis Saty. 6. 46. —turpe putat nil
Quum videas gemmas collo circundedit, & quum
Auribus extensis magnos commisit elenchos.
¶ Elenchus Græce idem ferè quod σύλλογος, id est vt in epistolis ad Atticum scribit Cicero, quasi comprehensio: sed Latinè index, ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, quod significat arguere ac patefacere: vt id quod latent indices ab indicando nominati. Hæc vox reperitur in principio primi libri Plinii, vbi sic legitur ex veteribus exemplaribus, statim post Præfationem, C. Plinii Secundi historiarum mundi elenchos librorum omnium. Hæc Hermolaus.

Elenchicus, pe cor. (ἐλεγχτικός,) A dictiuum. vnde Elenchici libri de quibus Quintilianus lib. 2. cap. 6. Quæ omnia sunt quidem scripta in hoc libro, dictaque à Socrate, cuius persona videtur Plato significare quid sentiat, sed alii sunt ejus sermones ad coarguendos qui contra disputant, compositi, quos ἐλεγκτικοὺς, vocant. alii ad præcipiendum, qui δογματικοὶ, appellantur.

Eleo, eles, eleui, eletum, pen. prod. (ἐξαλείφω,) elere, Maculare. Lucilius lib. 6. Si hic vestimenta eleuit luto, ab eo rursum magnum ad cubinnum impudens subiicit. Nonius.

Elephantia, elephantiæ, siue elephantiasis, huius elephantiasis, (ἐλεφαντίασις,) est ceu lepræ quoddam genus. elephantorum cuti simile, crebris summa corporis parte maculis ac tumoribus, rubore paulatim sese in atrum vertente. His non ora modò atque manus, sed suræ ac pedes inflantur: vt hinc recentiorum plerique non alios esse putarint elephantiasos, quàm quibus crura sic intumescunt, vt pedes elephantorum habere videantur. Origo morbi ex atra bili non quidem omni, sed rictorrida. Hæc Hermolaus in Plinium. Plinius li. 20. cap. 10. 1. ita, fem in aceto decocta, contra elephantiam proficit. Idem lib. 26. cap. 1. 7. Diximus elephantiasin ante Pomp. Magni ætatem nõ accidisse in Italia, & ipsum à facie sæpius incipientem in nare prima ve luti lenticula, mox inualescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus, & inæqualitate, alibi crassa, alibi tenui, dura ceu scabie aspera ad postremum verò nigrescente, & ad ossa carnes apprimente intumescentibus digitis in pedibus manibusque. Aegypti peculiare hoc malum. Vide Celsum libro 3. cap. 25.

Elephas, pen. corr. elephantis, m. g. & elephantus, elephanti, (ἐλέφας,) Maximum animalium terrestrium, inquit Plinius libro 8. cap. 1. Cicero 5. Philipp. 197.
Elephanto belluarum nulla prudentior. Cic. 1. de Nat. deo. 136.
Elephantorum acutissimi sensus. Cic. 2. de Nat. deo. 226.
Anguimani elephanti. Lucret. lib. 2. 103. Sic dicti, quòd manum siue proboscidem inflectunt ad contorquent vt angues propria corpora.
Libyci elephas. Lucan. lib. 6. 41.
Elephantes in ordinem constituere. Vide CONSTITVO.
Vires elephantis desyderare. Cic. de Senect. 24. Nec nunc quidem vires desydero adolescentis, & non plus quàm adolescens tauri aut elephantis desyderabam.
Manus etiam data elephanti. Cic. 2. de Nat. deor. 183. Manum vocat proboscidem, seu rostrum oblongum, quo vtitur vice manus.
¶ Elephantus, quasi loque pro Ebore siue elephanti dente ponitur. Virgil. 3. Georg. In foribus pugnam ex auro solidoque elephãto. Idem. 3. Aeneid. 93.
Elephantus cadens, Id est ebur. Virg. 6. Aeneid. 179.
Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Cornea: qua veris facilis datur exitus vmbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto.
Elephantinus, pen. prod. Posseßiuũ, (ἐλεφάντινος,) vt Pellis elephantina. Elephantinum emplastrum describit Celsus lib. 5. cap. 19. Sic autem dicitur, eodem teste, quòd sit percandidum.

ELEPHANTIS, Nili insula est, de qua sic Plinius lib. 5. cap. 9. scribit, Elephantis (inquit) insula infra nouissimum cataracten, nauigationis Aegyptiæ finis. Ibi Aethiopicæ conueniunt naues. namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas vectum est. Hactenus Plinius. Est & Elephantis, vrbi poetæ nomen, cuius meminit Martialis lib. 12. 43. ad Sabellam, Nec molles Elephantidos libelli.

Eleuo, eleuas, pen. cor. (ἐπαίρω, κουφίζω,) eleuare, In altũ tollere. Plautus, Capedum lapidem hunc, atque elena.
¶ Eleuare, (ἐκφεύγειν, ἐκτρέχειν,) Minuere, extenuare, & res gestas verbis deprimere. Vile item, leuemq; aliquem verbis demonstrare. Latius li. 3. ab Vrbe, Maior, si vana nostra p. c. authoritas ad plebẽ est, vos eleuatis eã quippe quia plebs Senatus cõsultũ in continuã dis magistratibus soluit. Idẽ li. 28. Q. Fabius res gestas in Hispania eleuauit. Quin til. li. 5. ca. 7. 4. Gentili simul vniuersarũ eleuata testimonia ab oratoribus scimus. Idem lib. 12. ca. 7. Nã quis ignorat, quin id longe sit honestissimum, ac liberalibus disciplinis, & illo quẽ exigimus animo dignissimum, non vendere operam, nec eleuare tãti benchcii authoritatem, quam pleraque hoc ipso possint videri vilia, quòd pretiũ habẽt? Cicero de Amicitia, 74, Est enim varius & multiplex vsus amicitiæ, multæque cauſæ suspicionum offensionumque dimanantur: quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. Idem lib. 5. Epistol. famil. Non intelliges querelas quotidianis te nihil proficere, non intelliges duplicari solicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulabat. Valerius lib. 8, Cæterum gloria ne ab his quidem qui contemptum eius introducere conantur, negligitur: quoniam ipsis voluminibus nomina sua diligenter adiciunt, vt qđ professione eleuãt, vsurpatione memoriæ cõsecrent. Eleuant, id est aspernãdũ dicunt. Hæc Budæus. Lin. 6. ab Vrbe, 105, Censoribus quoque eguit annus, maximè propter inceritam formam æris alieni, aggranantibus summam etiam inuidiæ eius Tribuleb. quum ab his eleuaretur, quibus fide magis quàm fœruna debentium laborare creditum videri expediebat.
Lepõre eleuare id quod est ab alio obiectum. Cic. 2. de Orato. 127, Erat autem tanta grauitas in Domitio, tanta authoritas, vt quod esset ab eo obiectum, lepõre magis eleuandum, quàm contentione frangendum videretur.
Aduersarium eleuare. Cic. 2. de Oratore, 131, Quòd frangit aduersariũ, q impedit, q eleuat, q deterret, q refutat, &c.
Eleuare ægritudinem. Cic. 3. Tusc. 60, Nihil est enim quod tam obtundat, eleuetq; ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit.
Authoritatem eleuare. Liuius li. 7. Decad. 4. de Portio Catone, Cuius authoritatem perpetuo tenore vitæ partam, toga candida eleuabat.
Famam eleuare. Tacit. lib. 4, Simul eleuat famam aduersæ pugnæ.
Eleuare verbis famam vrbis captæ. Liu. 6. bel. Pun. 163.
Eleuare ignominiam. Liu. 4. ab Vrbe, 182, Itaque triumphus negatus: cæterum ob Sempronianæ cladis eleuatam ignominiam, vt ouans vrbem intraret, concessum est.
Ignominiam Claudii temeritate acceptam eleuare eos, patres acceperũt. Liu. lib. 3. Decad. 5.
Index, indicumque eleuabatur. Liu. lib. 6. Decad. 5.
Inuidiam eleuare. Quintil. lib. 5. cap. 13. 23, Nonnunquam eleuandæ inuidiæ gratia, quæ asperius dicta sunt, eluduntur.
Multitudinis noxam eleuabat. Tacit. lib. 5.
Sæuitiam eleuare, pro minuere. Tacit. lib. 4, Et præsentem sæuitiam melioris olim fortunæ recordatione eleuabant.
Solicitudines eleuare. Luceius Ciceroni, lib. 5. 14. 5, Non intelliges duplicari solicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulat?
Testimonia eleuare. Quintil. lib. 5. cap. 7. 4.
* Eleuatio, onis. ἀφαίρεσις. Quint. lib. 9. Et illæ eleuationes videlicet.
O Dii boni,

Eleus, dictus est Bacchus à Græcis, quasi pius pater, quòd libertatẽ hominibus præstet. Græci ἔλεος misericordiam dicunt.
Eleus habitus. Plin. lib. 34. cap. 8. 45, In mentione statuarum est & vna nõ præterenda, licet authoris incerti, iuxta rostra Herculis tunicati, eleo habitu Romæ, torua facie, sententes; suprema in tunica.

Eleus, A dictiuum, (ἠλεῖος,) ab Elide. Vide ELIS.

ELEVSIS, & Eleusin, (ἐλευσίς,) ciuitas in Attica prouincia, non longè ab Athenis, in qua regnauit Eleusius, quem Ceres docuit omnem agriculturam: & in eã mystica Cereris celebrabantur, à qua tota prouincia Eleusina dicta est. Ex Strabone lib. 9.
Attica Eleusis. Senec. Here. Oetho, 5. 4.
Cerealis Eleusis. Ouid. epist. 4. 14.

Eleusinus, A dictiuum, pen. pro. (ἐλευσίνιος,) vt Mater Eleusina, Ceres. Virg. 1. Georg. 33.

Eleutherius, (ἐλευθέριος,) Latinè dicitur liberalis, ingenuus, seruator, liberatorq;. Eleutheria, libertas. Ité Eleutheria, eleutheriorũ, libertatis solẽnia. Pla. Perf. Bat. lick agito eleutheria.

ELICE, Vide HELICE.

Elicio, elicis, pen. cor. elicui, elicitum, pen. cor. vel elexi, electum, Antiquè, vnde electo (ἐξέλκω,) Elicere, est educere, extrahere.
Plautus Bacch. 6. 17. Vt eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat foras. Cic. de Senect. 47.
Domo aliquem elicere. Horat. 2. Carm. ode 11. 6,
Quis deuium scortum eliciet domo Lyden?
Elicere aluum. Plin. lib. 19. cap. 5. 14, Sapor autem asper, & medicamenti instar ad eliciendas aluos.
Inferorum animas elicere. Cic. in Vatinium, 10.
Aquas elicere. Ouid. in Ibin, 80.
Chelm elicere. Stat. 1. Achill. 18,
Nunc librare dapes, bacchæque munera Chiron
Orat, & attonitum vario oblectamine mulcens
Elicit extremo chelyn, & solantia curas Fila mouet.
Eliciunt cælo te Iuppiter. Ouid. 3. Fast. 66.
Ex terræ cauernis ferrum elicere. Cic. 2. de Nat. deor. 226.
Eliciere ferrum terræ cauernis, Vide in ABDO.
Fauorem elicere. Tacit. lib. 15. Comitante Antonia Claudii Cæsaris filia, ad eliciendum vulgi fauorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Suscitare & elicere fontem. Plin. epist. 9. lib. 4. Nam nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum exinanitum est, suscitat & elicit fontem: quum repletur, moratur, & strangulat.
Elicere ignem conflictu & ictu lapidum. Cic. 2. de Nat. deor. 36.
Iras elicere. Silius lib. 7. 14. Ne quicquam nostras demens, ait, elicis iras.
Elicere lachrymas. Plaut. Trinum. 6. 13. Et Ouid. Credibile est lachrymas elicuisse deo. Idem ad Liuiam. 94.
Denique laudari sacrato Cæsaris ore
Et meruit lachrymas elicuique deo.
Literas ab aliquo elicere. Cic. Attico, lib. 9. 17. 2. Et lib. 7. 13. 3.
Tuas volo elicere literas, maximeq; consilium.
Manes sepulchris elicit. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 10.
Sanguinem elicere. Cic. 2. Tusc. 1. 90. Iphigenia Aulide duci se immolándum iubet, vt hostium sanguis eliciatur suo.
Elicere sudorem. Plin. lib. 25. cap. 11. 6.
¶ Conquirere & elicere blanditiis. Cicero ad Quint. fratrem, lib. 1. 2. 8. Conquiri verò & elici blanditiis (vt tu scribis) ad iudicium necesse non fuit.
Elicere multa ab aliquo & cognoscere, &c. Cic. Attico, lib. 2. 37. 5. Multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, &c.
Elicere & tanquam exprimere aliquid. Cic. 4. Academ. 16. Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi vt in vtranque partem dicendo & audiendo eliciant & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quam proxime accedat.
In quaque re quod probabile videri possit, eliciendum. Cic. 1. de Ora. 77.
Elicere arcana alicuius. Liu. 10. bel. Maced. 96. Arcana eius elicuit.
Elicere causam mutatæ alicuius voluntatis. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 2.
Præsensionum causas elicere Cic. 1. de Diuinat. 22.
Opportunitatem elicere. Cic. 1. de Inuent. 3.
Elicere ex mentibus diuinis prodigia. Liu. 1. ab Vrbe. 84.
Elicere sententiam alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12. 9. Tamen dabúr operam vt eliciant sententiam meam.
Neruorum elicere sonos. Cic. 1. de Natu. deorum. 124. Itaque ad pingendum, fingendum, ad saltandum, ad neruorum eliciendos sonos, ad tibiarum, apta manus est admonitione digitorum.
Suspicionem elicere ex re aliqua. Cic. 2. de Inuent. 149.
Elicere verbum ex. Cic. 1. de Orat. 48. Verbum ex eo núquam elicere potui de vi ac ratione dicendi.
Elicere verum. Plaut. Persa. 4. 4. –simulabo quasi non videamita eliciam Verum.
Elicere vlulatum. Plin. lib. 11. cap. 37. 45. Cic. 2. Tusc. 96.
Vocem elicere. Cic. pro Cælio. 47. Nonne ipsam domum metuet, ne quã vocem eliciat?
Vocem è latebris & faucibus elicere. Cic. 2. Tusc. 96.
¶ Elicere, & imitare. vt. Plin. epist. 195. Ipse igitur exhibes negotium tibi, qui elicis & imitas vt quam plurima communicare tecum velim.
Propositis præmiis elicere optimum quéque. Cic. pro Cornelio Balbo, 16. Ibidem, 30. Idem 5. Tusc. 31. Nos vellem præmio elicere possemus, qui vobis aliquid attulisset, &c.
Elicere ad colloquium. Liu. 5. ab Vrbe, 71. Ad colloquiũ vatem elicuit.
Aliquem ad disputandum elicere. Cic. 2. de Orat. 8. Quem ego toties omni ratione tentans, ad disputandum elicere non potuissem.
Elicere ad pugnam. Liu. 4. bel. Maced. 75. Et 9. bel. Pun. 171. Item Cæsar 3. bel. Ciuil. 149. Id est, pertrahere, siue addacere.
Elicere præmio, siue præmiis. Cic. pro Corn. Balbo, 29. Potèstne igitur nostra maiestas à Gaditanis benignè conseruari, si ad eam retinẽdam Gaditanos præmiis elicere non possumus? Sic 5. Tusc. 31.
Elicere in Cæsar 5. bel. Gall. 187. Si fortè timoris simulatione hostes in suum locum elicere posset. Idem lib. 8. 46. Eodemque equites postero die mittunt, qui primùm nostros elicerent in insidias, deinde circuentos aggrederentur.
¶ Voce mea voces eliciente Dei. Ouid. 1. Fasto. 52.
¶ Acribus est stimulis eliciendus amor. Ouid. 2. de Arte, 89.
Elicienda est responsio. Cic. 1. de Inuent. 70.
Electo, electas, (ἀφελκύω) electare, Frequẽtatiuum, Idem significat quod eliere, vt ait Festus. Plau. Asin. 7. 19. Quæ illæc præda est? ibo aduor sum, atqi electabo quicquid est. Magis in vsu est illecto.
Elix, elicis, pen. cor. masc. gen. (ἄγωγός,) Sulcus aquarius qui in segetibus fit. Colu. lib. 2. cap. 8. 3. Sed quáuis tempestiuè sementis confecta erit, cauebitur tamen vt patentes liras, crebrosq; sulcos aquarios, quos nõ nulli elices vocant, faciamus: & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes deriuemus. Item lib. 11. cap. 2. 62. Festus, Elices, sulci sunt aquarii, per quos acqua collecta educitur è liris.
Elicius, A. dictium, (ἐξαγωγός,) vt Iupiter Elicius ab eliciendis & euocãdis fulminibus. Ouid. 3. Fast. 66.
Eliciunt cælo te Iuppiter: vnde minores
Nunc quoq; te celebrant, Elicium q; vocant.
Elido, elidis, pen. prod. elisi, elisum, (ἐκθλίβω,) elidere, Ex e præpositione, & lædo lædis compositum, significat Effringere, dissipare. Plaut. Pœn. 6. 45. Hercle. tuum iam elidam caput. Idem Milit. 5. 12. Liu. 1. bel. Pun. 169. Caput pecudis saxo elisit.
Elidunt fœtus sues. Colum. lib. 7. cap. 9. 8. Quum sint pariter inclusæ, super alias aliæ cubant, & fœdus elidant.
Fauces elidere. Ouid. 12. Metam. 29. –quæ presso subita mento
Elidunt fauces: & respiramen, iterq; Eripiunt animæ.
Herbas elidere, Id est cõminuere & tundere. Varro 1. de Re rust. ca. 47.
Elidere igneum è silice. Plin. lib. 11. cap. 37. 81, Cæteris ossibus leuonis est tanta duritia, vt ignis elidatur, velut è silice.
Elidere claua leonem. Sueton. in Nerone, cap. 53. Præparatumq; leonem aiunt, quem vel claua, vel brachiorum nexibus in amphiteatri arena spectante populo nudus elideret.
Ignis elisit nubes. Stat. 5. Thebaid. 79,
Vt verò elisit nubes Ioue tortus ab alto
Ignis, & ingentes paturre in lumine nautæ, &c.
Elidere pactum. Paulus in L. Si vnus §. Pactus. ff. De pactis.
Elidere naues constratas. Cæsar 3. bel. Ciuil. 106.
Elidere omnes neruos virtutis. Cic. 2. Tusc. 48.
Elidere alicui oculos. Plaut. Rud. 16. 43. Id est extrahere.
Pontum elidere. Lucan. lib. 6. 12.
Sibilum elidere. Celsus lib. 4. cap. 4, de difficultate spirandi, His cõmunia sunt, q propter angustias per quas spiritus euadit, sibilum elidit.
Elidere sonum. Plin. lib. 11. cap. 51. 4, elephas circa nares, ore ipso sternens tamento similem elidit sonum.
Spiritum elidere. Celsus lib. 4. cap. 4, Opus est deinde fomentis humidis: nam sicca spiritum elidunt.
Elidere spumam, Colligere. Virg. 3. Aeneid. 114, Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra. Seruius interpretatur exclusam.
Stirpes ægritudinis elidere. Cic. 3. Tusc. 1. 40, Atqui stirpes sunt ægritudinis quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipso trunco euersio, omnes elidendæ sunt.
Victum elidere. Curtius lib. 9, Stipitem intentans, elisurusque eo victum, nisi prohibitus esset à rege. Hoc est hostem superatum.
Vitam eripere animam missis elidite sylus. Ouid. 12. Metam. 103.
¶ Elidi & exanimari. Sueton. in Cæsare, cap. 39, Ac sæpe præ turba elisi, exanimatique sunt.
Elidi ægritudinibus. Cic. 5. Tusc. 14.
Elisus, pen. prod. Participium (ἐκθλιμμένος,) vt
Aer elisus. Ouid. 1. Metam. 94,
–te elisso percussis aere pennis.
Artus elisi. Ouid. 14. Metam. 30.
Guttura elisa. Lucan. lib. 2. 31, Hic laqueo fauces elisaque guttura fregit.
Ignes elisi. Ouid. 8. Met. 39, Exilianq; canis elisi nubibus ignes.
Nubes elisa. Senec. Agamem. 6. 21, Et nube durum fulmen elisa micat.
Venter elisus. Lucan. lib. 3. 131.

Eligo, eligis, penult. corre. elegi, electum, (ἐκλέγω, αἱρέομαι, ἐπιλέγω, κρίνω, τίθεμαι, προκρίνω,) eligere, Notæ significationis. Est autem vel ad nostrum emolumentum, vel ad illius qui eligitur, dignitatem, inquit Valla lib. 5. Cic. 4. Acad. 209, Quam potissimum sententiam & disciplinam melius eliget?
Optionem alicui facere vt eligat verum velit. Cic. 1. Verr. 24, Quoties illi tibi potestatem optionemque facturus sit, vt eligas vtrum velis.
A multis eligere commodissimum quodque. Cic. 2. de Inuen. 124, Quòd si in cæteris quoque studiis à multis eligere homines commodissimum quodque, quàm sese vni alicui certo vellent addicere, minus in arrogantiam offenderent, &c.
Eligere de. Varro de Re rust. De asinis quenque amplissimum & formosissimum quem possunt eligũt. Cic. 3. Verr. 61, De decem Mylesiorum nauibus electum.
De tribus eligere quem velis. Cic. 10. Philip. 171.
Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus Peripateticus. Cic. in Orat. 110.
Eligere ad. Cic. 4. Tusc. 9, Nunquam profectò scholis essent excitati, nec quæ ad illud munus electi.
Eligere in. Cic. Populus elegit sibi in principem Octauium. Idem, Quos Cæsar in Senatum elegerat. Plin. lib. 10. cap. 63. 1.
Elegit id in certamen nobilissimam è prostitutis ancillam. De Messalina Claudii vxore loquitur.
In vsus locum eligere. Virg. 4. Georg. 59, –atque ipsos contractus in vsus Eligitur locus.
Stultè eligere. Ouid. epist. 15. 34,
Nec piget, aut vnquam stultè elegisse videbor.
Opus eligere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 11,
Post modò collectas vtrunque sine ordine iunxi,
Hoc opus electum ne mihi fortè putes.
Pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. Ouid. 13. Metam. 75.
Leuius malum eligendum. Cic. Octauio, E duobus autem malis quàm maius fugiendum sit, leuius est eligendum.

Electus participium, (προκεκριμένος,) Plinius lib. 15. cap. 29. 3. Ideo tum electi, quoniam, &c.
Conquisiti atque electi coloni. Vide CONQVIRO.
Feræ electæ. Ouid. 11. Meamor. 83.
Ex orationibus, vel historiis electi loci. Quintil. lib. 3. cap. 7. 2.
Electus, Nomen ex participio, (ἀποδεκτός, αἱρετός, ἄγαστος,) vt Electis verbis dictatæ res. Cic. 1. de Finibus, 14.
Scripta electissima. Catul. epigram. 34. 2.
Electissimis verbis ornari. Cic. 3. de Finib. 41.
Electissimi viri eluitatis. Cic. pro Quintio, 3.
Electus, electior, electissimus, Verbale, in g. (πρόκριμα,) Ouid. epist. 2. 29. In nec is electa parua futura mora est.
Electior, electioris, Verbale masc. (αἱρετής,) Qui eligit. Author ad Herennium, lib. 4. 54. Postremò in eo vim artificii consumant, vt ipsi ab aliis potius eligendi, quàm aliorum boni electores existimentur.
Electio, electionis, Verbale, f. g. (ἔλεξις, αἵρεσις,) Actus ipse eligendi. Cic. in Oratore, 37. Id autem est iudicium electioque verborum. Idem 4. de Finibus, 76. Quorum ex electione virtus possit existere.
Elegans, pen. corr. elegantis, (φιλόκαλος, ἐπιμελητικός, ἐυκρινής,) Quidã participium ab eligo esse volunt: vtcunque tamen sit, elegãs significat cultum, ornatum, politum. vt
Elegans oratio. Cic. 1. de Finib. 16.
Magis elegans, Vide MAGIS.
Mundus & elegans. Cic. 2. de Finib. 40.
Pueri ex elegantissimis familiis lecti. Cic. pro Rosc. Amer. 72.
Facetum, elegans, Oratorium. Cic. 2. de Orat. 133.
Artes elegantes & ingenuæ. Cic. 1. de Finib. 6.
Eloquentia elegantior. Quintil. lib. 1. cap. 1. 6.
Iocandi genus elegans, verbanum, ingeniosum, facetum. Cic. 1. Offic. 146.
Elegans homo (inquit Gellius libro XI. cap. 2.) nõ dicebatur cum laudet sed id ferè verbum ad ætatem M. Catonis, vitii, non laudis fuit. est nanque hoc animaduertere, cum in quibusdam aliis, tum in libro Catonis qui inscriptus est Carmẽ de moribus, ex quo libro verba hæc sunt, Auaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosius, cupidus, elegans, vitiosus, iratus qui habebatur, is laudabatur. Ex quibus verbis apparet, elegantem dictum antiquis, non ab ingenii elegantia, sed qui nimis læto, amœnoque cultu, victuque esset. Postea elegans reprehendi quidẽ desiit: sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso & Q. Scæuolæ non meram elegantiã, sed multa parsimoniæ mistam laudi dedit. Crassus (inquit erat parcissimus elegantiam, Scæuola parcorum elegantissimus. Hactenus Gellius. Colu. lib. 7. cap. 2. 1. Tum etiã casei, lactisque abundantiam non solũ agrestes fatuarat, sed etiam elegantium mensas iucundis & numerosis dapibus exornat. Cic. 6. Verr. 88. Vide ne ille non solum temperantia, sed ẽt intelligentia teatque istos qui se elegantes dici volunt, vicerit.
Ingenium iucundum & elegans. Quintil. lib. 5. cap. 13. 38.
Faceta & elegans ironia. Cic. de Clar. Orat. 161.
Lingua elegans. Catull. epigr. 40. 1.
Polita, vrbana & elegans oratio. Cic. de Clar. Orat. 156.
Elegantem regem narras. Terent. Eunuc. 3. 1. 18. –hui
Regem elegantem narras. Vbi Donatus, Elegantem, qui ipse sciat eligere: aut ipse sit eligendus.
Egregiè subtilis scriptor atque elegans. Cic. de Clar. Orato. 17. Ibidé, 32.
Acuti sunt, elegantes, faceti, breues.
Elegans formarum spectator. Terent. Eunuch. 3. 5. 18. Quum ipsum me noris quàm elegans formarum spectator sim? Vbi Donatus, Elegans spectator est, qui sit cunctantis & fastidiosi iudicii, cui non quid placet facilè.
Elegans in cibo. Cic. in Oratore, 46.
In dicendo elegans. Cic. de Clar. Orat. 129.
Elegans in omni iudicio. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 3. Planè enim intelligo te non modò studio, sed etiam amore vsum, quæ te delectarint, hominem (vt ego semper iudicaui) in omni iudicio elegantissimum: quæ me digna putaris coemisse.
¶ Elegantius, Comparatiuum. Catull. epig. 13. 2. Seu quid suauius, elegantiúsve est.
Elegantia, (ἐυκρίνεια, φιλοκαλία,) Cultus & ornatus, dicta quòd sit selecta & separata à vulgari opinione. Plaut. Mil. 18. 20. Atque eius elegantia meam exemplo speciem spernat. Plin. lib. 26. cap. 14. 10. Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.
Materies crispioris elegantiæ. Plin. lib. 13. cap. 9. 3.
Elegantia & munditia. Cic. in Orat. 43. Fucati verò medicamenta cando ris & ruboris omnia repellétur, elegantia modò & mũditia remanebit.
Hominis elegantia. Cic. Attico, lib. 1. 5. 2. Quæ tibi eius loci, & nostri studii & tuæ elegantiæ esse videbuntur.
Morum elegantia. Tacit. lib. 19.
Linguæ subtilitas & elegantia. Cic. 1. de Orat. 17.
Elegantia differendi, Elegantia sermonis. Cic. 2. de Finib. 47. Et ad Atticũ lib. 7. 13. 14. & 1. Tusc. 10.

Loquendi elegantia. Cic. de Claris Orat. 79.
¶ Exculta elegantia, Quintil. lib. 6. cap. 3. 14.
Politior elegantia. Cic. 3. de Finib. 61. Agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia.
Cum summa elegantia atque integritate viuere. Cic. pro Syl. 59.
Elegantia apud Rhetores, est quæ facit vt vnumquodque purè & apertè dici videatur. Hæc distribuitur in Latinitatem & explanationem. Author ad Heren. lib. 4. 159.
Eleganter, Aduerb. (ἐυκρινῶς, φιλοκάλως,) Hoc est politè & propriè: vt Elegãter disputare. Cic. 4. Acad. 153. Idé. 2. de Fin. 160. Hoc ipsum elegãtius poni, meliusq; potuit. Et ad Brutũ. 15. 1. Tibi is exponet qui & optimè oĩa nouit, & elegantissimè expedire, & deferre ad te potest.
Elegãter acta vita. Liu. 5. bel. Maced. 120. Zeno ex principibus vnus, magnæ cum ob eleganter actam vitam authoritatis, tum quòd, &c.
Eleganter acceptus, hoc est lautè & oppiparè. Cic. ad Att. lib. 13. 29. 4. Libertis lautis, ferúsq; nihil defuit nã lautiores eleganter accepti.
Eleganter copioseque colligere. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 5. Ad consolandũ autem cum illa valent, quæ eleganter, copioseque collegisti.
Accuratè eleganterque dicere. Cic. de Claris Orat. 43.
Latinè loqui elegãtissimè oĩum. Cic. de Clar. Orat. 136. Audio illum omnium ferè Oratorum Latinè loqui elegantissimè. De Cæsare.
Neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornatè scribere. Cic. 2. Tusc. 10.

Elimino, eliminas, pen. corr. (ἐξοστίζω,) eliminare, Eiicere, & veluti extra limen trudere. Ennius Medea, Exule antiqua heris, fida custos corporis, quòd sic extra ædes eliminatur. Accius Phœnicis, Egredere, exi, effer te. elimina vrbe. Varro Serano, Occipitium Arino Deo ostendo, ex oraculo elimino mihi. Nonius.
Dicta foras eliminare. Horat. 1. epist. 5. 5.
–ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.
Eliminare gradus, de qua locutione dicit Fabius, lib. 8. cap. 3. Se iuuene inter Pomponium & Senecam fuisse Præfationũ tractatum, an apud Accium in Tragœdia dici oportuisset.

Elimo, elimas, penul. prod. (ἀπορύσσω,) elimare, De aliqua re limare. Plin. lib. 34. cap. 18. 5. Alii elimatam scobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquaat figulinum. Ouid. 4. Metam. 36.
–extemplo graciles ex ære catenas
Retiaque, & laqueos, quæ lumina fallere possent, Elimat.
Elimare, per translationem. Cic. ad Atticũ, lib. 16. 334. 4. Velim σχολὴν elimes ad me, oportuisse te id facere. Idem. 4. Acad. 119. Rationes latiore specie non ad tenue elimatæ.
Commodius aliquid elimare. Quintil. lib. 1. cap. 8. 3.

Elinguis, & hoc elingue, (ἄγλωσσος,) Qui sine lingua est.
Elinguis, Qui mutus est, & loqui nõ potest, etiam si linguam habeat. Cic. pro Flacco. 15. Conuicit, & elinguem reddidit. Idem de Clar. Orat. 51. Præsertim quum Ennius nunquam sit habitus elinguis.
Elinguis curia. Plin. epist. 167. d. Iidem prospeximus curiam, sed curiam trepidam, & elinguem: quum dicere quod velles, periculosum: quod nollet, miserum esset.
Elinguare, Verbum, (ἀγλωττίζειν,) Linguã amputare. Plaut. Aulul. 7. 72.
Si hercle ego te non elinguandam dedero vsque ab radicibus, &c.

Eliquo, eliquas, penult. corr. (ἐκτήκω,) eliquare, Liquidum facere: quod idem colliquare dicitur. vt quum aurum, aut argentum dissoluitur.
¶ Eliquare, pro Ad liquidum purgare. Seneca 1. lib. 3. Natur. quæst. Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post aliquãtum interuallum tempori fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eli quatusque est. Columella, lib. 12. cap. 12. 1. Nam quidam multos ante annos cœlestem aquam vasis includunt, & sub dio in sole habent. Deinde quum sæpius eam in alia vasa transfuderint, & eliquauerint (nam quoties etiam per longum tempus diffunditur, aliquod crassamentum in imo simile fœci reperitur) veteris aquæ sextarium cum libra mellis miscent.
Eliquesco, eliquescis, (τήκομαι,) eliquescere, Liquidũ fieri, siue liquefieri. Varr. 1. de Re rust. ca. 55. 1. Alia ad cibũ eligũt: alia vt eliquescat, ac non solũ corpus intus vngat, sed etiã extrinsecus. De oleo loquitur.
Eliquãmen, pen. prod. (τάγμα,) Quod eliquatũ est ex re aliqua, vt carne aut piscibus: id autem vulgus vocat salmoriam vel muriam. Colu. lib. 9. cap. 14. 2. Abstineatque ferè ab omnibus redolentibus esculentis, vt sunt saliamenta, & eorum omnia eliquamina, &c.

ELIS, (ἦλις,) vrbs in Peloponneso. Cic. 1. de Diuin. 150. Elis in Pelopõneso familias duas certas habet, Ianundarum vnam, alteram Glutidatum, aruspicinæ nobilitate præstantes.
Elis, Achaiæ vrbs, vbi curule certamen exercebatur in honorem Iouis Olympici.
De Elide scribit Plin. in descriptione Achaiæ, lib. 4. cap. 5. 2.
Resupina Elis. Stat. lib. 4. 48.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elim, Messeniaque arua colebas. Ouid. 1. Metam. 136.
Elidis fluuius, Alpheus. Virg. 1. Aeneid. 138.
– Alpheum forma est huc Elidis amnem,
Occultas egisse vias subter mare.
Elèus, pen. prod. Adiectiuum, (ἐλαῖος,) Virg. 3. Georg. 40.
Hic vel ad Eleï metas, & maxima campi
Sudabit palma, & spumas aget ore cruentas.
Labores Elei Stat. 4. Sylu. 7.
Eluadere equas, (ἐλαύνειν ἵππους,) Virg. 1. Georg. 12.
– Eladum palmas
Epiros equarum. Epirus creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in Iouis Olympici certamine, Seruius.
ELISA, pen. prod. (ἐλίσσω,) Nomen fuit Didonis. Nã Didò lingua Phœnicum virago interpretatur. Quum enim Iarbas Libyæ rex eam vellet vxorem ducere, illa vero negaret, Carthagini bellum intulit. cuius timore quum cogeretur à ciuibus, petiit vt antè placaret manes mariti: & exædificata pyra se in ignem præcipitauit: ob quam rem Dido, id est virago dicta est, quæ virile aliquid fecit. Hactenus Seruius in illud. 4. Aeneid. 8. Non Libyæ, non antè Tyro despectus Iarbas. Virg. 4. Aeneid. 67.
– nec me memnisse pigebit Elisæ
Dum memor, &c.

Elix, Vide ELICIO.

Elixus, Adiectiuum, (ἑψητός,) Mostel. 1. 65. – ne faxis,
Nam elixus esse quàm assus soleo suauior.
Idem Pœnul. 4. 17. Milphio heus Milphio vbi es? M. assum apud te ecum. A. G. at ego elixum volo. Nonius Marcellus, Elixum, quicquid aqua mollitur vel decoquitur. nam elixam aquam veteres esse dixerunt. Vnde & lixæ dicti, qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre. Varro, In paumento non audes facere laconam? at in humum calceos facis elixos. Id est, madefacis calceos.
Elixus balneator. Martial. lib. 3. 7.
Herba elixa. Ouid. 4. Fast. 755.
Candidus elixæ miscetur caseus herbæ.
Elixum sorbum. Colum. lib. 8. cap. 17. 12.
Veruex elixus. Iouenal. Sary. 3. 219.
Miscere elixa assis. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 16.
– ac simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis.

Elleborum, Vide HELLEBORVM.

Ellum, Adiectiuum demonstrantis apud Comicos, inquit Donatus, pro ecce illum. Plaut. Curcul. 6. 28.
– parasitum tuum
Video currentem: ellum vsque in plateæ vltima. Teren. And. 5. 1. 14.
Imò verò indignum Chremes iam facinus faxo ex me audias, Nescio quis senex modò venit ellum, confidens, catus. Vide Vallam.

Ellychnium, ellychnii (ἐλλύχνιον Græcè. Dicitur funiculus ille papyraceus, siue sparteus canabinúsve, aut stupeus qui stans in oleo perurit. Plin. lib. 23. cap. 4. 7. Ellychnia ex vua nòt claritatis præcipuæ. Ex oleo lumè obscurum propter nimium pinguitudinem. Idem, lib. 35. cap. 15. 1. de sulphure loquens, Quarto autem ad Ellychnia maxime conficienda.

Eloco, elocas, pen. corr. (ἐκτοπίζω,) elocare. Loco mouere, siue sedibus pellere. Cic. pro Plac. 54. de Iudæis ita gêce loques, Quàm charadris immortalibus esset, docuit, quæ est victa, quæ locata, quæ seruata.
Elocare sese curandum. Plin. lib. 26. cap. 14. Siquidem certum est Manilium Cornutum ex Prætoriis legatum Aquitaniæ prouinciæ, HS. CC. elocasse in eo morbo curandum sese.
Elocare fundum: Hoc est fundum alteri cõmittere & locare. Cic. 5. Verr. Xenon ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat.
Elocare boues. Hoc est alteri locare, vt inde lucrum accipiamus, quemadmodum de equis fieri solet. Colu. lib. 1. cap. 7. 5. Et maximè vexant ferui, qui boues elocant, eosdemque & cætera pecora malè pascunt.
Elocare funus: Hoc est, funus alicui faciendum dare, hoc pacto funebres pompas. Plin. lib. 21. cap. 3. 5. Affles ergo cotulit populus, & funus elocauit.

Elogium elogi, (ἔγκλημα,) Testificatio de aliquo, honoris vel viituperationis causa.
Vituperationis: vt Quintil. Declamat. 2. Non est, Iudices, quòd putetis, ideò nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis elogium, quia de scelere constaret. Et alibi lib. 7. cap. 5. Si exhæredatum à se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricem amaret. Mo destinus in L. Deiectorem ff. De re militari. Desertorem auditum, ad suum ducem cum elogio Præses mittet. Id est cum vituperatione.
Honoris causa. Cic. 1. de Finib. 184. Non elogia monumentorum id significat, velut hoc ad portum, Vno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. Et iterum. 1. Tusc. 50. Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiã cogitare? Suet. in Claudii vita. cap. 1. Nec contentus, elogium tumulo eius versibus à se compositis inscripsisse, etiam vitæ memoriam prosa oratione composuit. Cic. pro Cluen. 106. Vnum etiam est quod me maximè conturbat, cui loco respõdere posse vix videor, quòd elogii recitasti de testamento Cn. Egnatii patris hominis honestissimi violicet & sapientissimi. Idem in L. Pisone. 57. Cædant arma togæ, quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitauerat hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quòd re Cõsule in sepulchro Reipub. inciderit. Velitis, iubeatis. Ex Valla, lib. 4.
Elogium, Simplex suæ sententiæ testificatio. Cicerõ de Senect. 66. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare. Idem Valla lib. 4.

Elongo, elongas, (ἐπιμακύνω,) elongare, Idem quod prolongare, & prolatare, ac differre. Plinius, Quo maximè tempore dies elongantur.

Eloquor pen. corr. eloqueris, (ἐκφωνέω, ἐκμανθάνω, ἐκφαίνω,) eloqui, Dicere, efferre. Plaut. Amph. 3. 1. 1. – argumentum huius eloquar tragicũ. Ibidem. 4. 46. – audita eloquar. Cic. 3. Offic. 81. de venditore & emptore; Vterque si ad eloquendum venerit, non plus quàm semel eloquetur.
Eloquere vno verbo. Plaut. Trucul. 6. 4. 1.
Perge eloqui. Terent. Phorm. 4. 3. 36.
Quod veni eloquar. Terent. in Prol. Heaut. 3.
Cum hero pauca eloquar. Plaut. Milit. 2. 6. 43.
Ipse eloquar nomen meum. Plaut. Amphit. 3. 1. 8.
Expedire verbo, & eloqui. Terent. Phorm.
– atque id, si potes, verbo expedi.
Eloquium, & eloquere. C. modò apud porrum, &c.
Vnum eloquutus. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 14. Ille vnum eloquutus, vt memoria tenerent milites ea, quæ pridie sibi confirmassent, sequi sese iubet.
Monstrum eloqui. Senec. Herc. Oeth. 6. 1. Vix queo monstrum eloqui.
Verba similima veris eloquor. Ouid. epist. 11. 17.
Eloqui, pro Loqui. Virg. Eloquar, an sileam?
Eloqui, quod ad oratores spectat, est vt ait Cicero, aptè, ornatè, & elegantèr dicere. Vnde idem Cic. 1. de Orat. 47. Disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem. Sic in Orat. 9.
Eloqui & exprimere. Cic. Qu. frat. lib. 3. 21. 5. Tu qui in isto eloquendi & exprimendi genere superasti, à me petis?
Componere, ornare, copiosè eloqui. Cic. 1. de Orat. 26.
Copiosè eloqui, modò prudenter melius est, quàm vel acutissimè sine eloquentia cogitare. Cic. 1. Offic. 119.
Dignè eloqui. Seneca Thyeste. 8. 13. Quis queat dignè eloqui?
Per continuationes eloqui res aliquas. Author ad Heren. lib. 4. 17.
Eloqui politè. Cic. 1. Tusc. 10. Fieri autem potest, vt rectè quis sentiat: & id quod sentit, politè eloqui non possit.
Præclarè eloqui cogitata. Cic. de Claris Orat. 137.
Domina rerum eloquendi vis quàm est præclara, quamque diuina. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.
Vis eloquendi. Quintil. lib. 2. cap. 1. 5.
Vis eloquendi maxima soli oratori tribuitur. Cic. in Orat. 34.

Eloquens, pen. corr. (λογίης, λεκτικός, ῥητορικὸς, περιφραστικός,) Nomẽ ex participio, Qui in dicendi ratione perfectus est. Cic. pro Cœcinna. 39. L. Crassus homo longè eloquentissimus.
Paucitas eloquentium. Cic. 1. de Orat. 10. Quamobrem mirari desinam quæ causa sit eloquentium paucitatis, quum ex iis rebus vniuersis eloquentia conster, quibus in singulis elaborare permagnum est.
Eloquens, suauis & ornatus. Cic. 1. de Orat. 16. Si ité Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis de quibus disputauerunt, eloquentes & in dicendo suaues, atque ornati fuerunt, &c.
Eloquens is est qui & humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè potest dicere. Cic. in Orat. 54. & 55.
Eloquens etiam is erit, qui ad id quodcunque decebit, poterit accommodare orationem. Cic. in Orat. 67.
Eloquens & muta res. Author ad Herennium, lib. 4. 37. Quum res muta aut informis, fit eloquens & formata.

Eloquentia, eloquentiæ, (λογιότης, ῥητορικὴ τέχνη,) Bene & rectè eloquendi scientia. Terent. Phorm. 4. 3. 24. – cia fudabis satis,
Si cum illo incœptas hominem rea eloquentia est. Idem Eunuc. 5. 9. 63.
Dixine ego in hoc esse vobis Atticam eloquentiam?
Eloquẽtia nihil aliud est, nisi copiosè loquẽs sapiẽtia. Cic. in Partit. 42.
Eloquentia & Infantia, opponuntur. Cic. in Topic. 44. Possitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam.
Prudentiã cũ eloquẽtia iungebat Aristoteles. Cic. 1. Tuscul. 11.
Arma, & tympana eloquẽtiæ dare. Quintil. lib. 5. cap. 12. 16. Nos q Oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana eloquentiæ demus?
Consultus eloquentiæ. Vide CONSVLTVS.
Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. Cic. 1. Tusc. 4.
Imago eloquentiæ. Quintil. lib. 2. cap. 12. 12.

Lumen

Lumen eloquentiæ Tullius. Quintil. lib. 3. cap. 1. 14.
Ornamentum eloquentiæ. Quintil. lib. 1. cap. 8. 7.
Adulta eloquentia, Vide ADOLEO.
Alumna eloquentia, Vide ALVMNVS.
Artificiosa eloquentia. Quintil. lib. 2. cap. 17. 2.
Attica eloquentia. Quintil. in Procœ. lib. 6. 11.
Pacis est comes otiique socia, & iam bene constitutæ ciuitatis, quasi alumna quædam eloquentia. Cic. de Claris Orat. 22.
Libidinosa eloquentia. Quintil. lib. 5. cap. 12. 15.
Eloquentia lucrosa & sanguinans. Tacitus de Oratore, Nam lucrosæ huius & sanguinantis eloquentiæ vsus recens & malis moribus natus, atq; (vt tu dicebas) in locum teli repertus.
Mediocris eloquentia. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.
Paterna eloquentia. Quintil. lib. 1. cap. 1. 5.
Pauper eloquentia, Vide PAVPER.
Abundans sonantibus verbis, vberibusque sententiis eloquentia. Cic. 1. Tusc. 99.
Fontes eloquentiæ aperire. Quintil. lib. 6. cap. 1. 38.
Vires augere eloquentiæ. Quintil. in Procœm. lib. 1. 18.
Coacta eloquentia. Quintil. lib. 4. cap. 4. 28.
Coalescit eloquentia. Quint. lib. 1. cap. 9. 2. Ita eloquentia coalescere nequit, nisi sociata tradentis, accipientisque concordia.
Ex verbis & sententiis constat eloquentia. Cic. de Opt. g. Ora. 143.
Consummata eloquentia. Quintil. in Procœ. lib. 1. 15.
Corrumpunt eloquentiam. Quintil. lib. 1. cap. 10. 2.
Effingere eloquentiam. Quintil. lib. 1. cap. 1. 18.
Expulsa eloquentia exultate Lacedæmoniorum. Quintil. lib. 1. cap. 16. 3.
Facere eloquentiam alicui. Quintil. lib. 6. cap. 2. 22. Ira nonnunquam indoctis quoque eloquentiam facit.
Formare eloquentiam. Quintil. lib. 1. cap. 10. 2.
Locupletare eloquentiam, Vide in LOCVS.
Foro & multitudini nata eloquentia est. Cic. de Clar. Orat. 156.
Occultare eloquentiam. Quintil. lib. 4. cap. 1. 7.
Persuadere eloquentia aliquid alicui. Cic. in Orat. 54.
Vt hominis decus, ingenium: sic ingenii ipsius lumen, est eloquentia. Cic. de Clar. Orat. 29.
Timere eloquentiam ac gratiam alicuius. Quintil. lib. 4. cap. 1. 8.
Locuples, & speciosa vult esse eloquentia. Quintil. lib. 6. cap. 14. 23.

Eloquium (λόγιον, λόγος,) Sermonem aliquando significat, aliquando facundiam. Plaut. Dulci ac blando eloquio amicam solatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis solis natos esse.
Potentis eloquii virtus. Stat. 4. Sylu. 4. 13.
Nitor eloquii. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 10. Nunc tibi & eloquii nitor ille domesticus adsit.
Fertile eloquium. Claud. ad Olibrium, 25. 4.
Insolitum eloquium. Horat. in Arte, 44.
Decus partum eloquio. Silius lib. 3. 125.
Vincere aliquem eloquio. Ouid. 13. Metam. 13.

Elocutio, (ἀφοσίωσις, ἑρμηνεία, ἰδέα δ' ἀποτὶς, περιφορά,) sermonis expressio.
Plautus Milit. 14. 15.
– video id quod credo tibi,
Tum hæc elocutio, illa autem absens subigit me, vt amem hercle hanc quidem.
Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio. Cic. 1. de Inuent. 13.
Tenera cutis elocutionis. Quintil. lib. 5. ca. 12. 14. Et illam vim strictè robusteque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus.
Inanis & puerilis elocutio. Cic. 1. de Orat. 11. Ex rerum cognitione efflorescat & redunder oportet oratio: quæ nisi subest, res ab Oratore percepta & cognita, inanem quandam habet elocutionem, & pene puerilem.
Elocutio ad commodum Oratoris accommodata, tres in se res debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem. Author ad Herenn. libro, 4. 150.
Circumscribere elocutione rem simplicem. Author ad Herenn. libro, 4. 198. Circuitio, est oratio rem simplicem assumpta circumscribens elocutione.
Dare aliquid elocutioni. Quintil. in Procœ. lib. 1. 17. Quatuor elocutioni in cuius partem memoria, ac pronuntiatio veniunt, debuntur.

Elocutoria, (ἑρμηνευτικὴ,) Vide, elocutrix.

Elocutrix, pen. prod. (ἑρμηνεύς,) elocutricis, Verbale, f. g. Quintil. li. 2. cap. 15. 2. Nam oratoria sic efferetur, vt elocutoria: oratrix, vt elocutrix. De Rhetorice loquitur.

ELORVS, pen. prod. (Ἕλωρος,) Siciliæ vrbs, ab Eloro amne qui campis super funditur, sicut Nilus, dictus proxime Pachynum. Memnit Plinius lib. 3. cap. 8. 4. & lib. 32. ca. 2. 5. Silius, Sidonios Drepane, atque vnda clamosus Elorus. Ouid. in Fast. Hinc Camarinam adit, Thapsonque & Eloria Tempe. quanquam mendose legitur Oloria, quasi ab oloribus. Author Hermolaus in Plinium.

Elotus, Vide ELAVO.

ELPENOR, pen. prod. huius Elpénoris, pen. corr. (ἐλπήνωρ,) vnus de sociis Vlyssis, quem Circe marauit in porcum. Homerus tamen in Odyssea scribit, quòd de scalis cadens interfectus sit. Iuuenal. Saty. 15. 3.
– aut tenui percussum verbere Circes,
Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.
Miser Elpenor. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 4.
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto,
Occurrit regi flebilis vmbra suo.

Eluceo, elúces, pe. prod. eluxi, (ἐκφαίνομαι,) elucere, Lucidum esse: & per translationem manifestum, & apparens. Cicero 1. de Diuinat. 109. Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Virgilius,
– elucent alliæ, & fulgore coruscant.
Elucere & Occultari, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 52. Tenuitas hominis eiu smodi est, vt dissimulari non queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur.
In causis atque in foro elucere. Cic. 2. de Orat. 30. Nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominum, nisi vt in causis atque in foro eluceat.
Amicitia magis elucet inter æquales. Cic. de Amicit. 83.
Ex animo elucebit omnium constantia omnisque moderatio. Cicero 1. Offic. 143.
Elucet eruditio in ipsa pictura. Plin. lib. 35. cap. 11. 15.
Elucet animi excellentia magnitudoque in despiciendis opibus. Cicero 1. Offic. 27.
In Republica honos elucet. Cic. Planco, lib. 10. 10. 4.
Ignis eluxit. Tibullus libro 4. eleg. 1. 27. Lætior eluxit structos super ignis aceruos.
Elucet ingenium in eo. Cic. pro Cælio, 35.
Elucet lumen tuum. Cic. ad Cassium, lib. 12. Nunc autem opto vt ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.
Sanctitas, & prudentia, & dignitas illius quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucet. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 8.
Significatio virtutis elucet. Cic. de Amicic. 45.
Spes in pueris elucet. Quintil. lib. 1. cap. 1. 3.
Elucent circulus. Cic. in Somnio Scip. 12.
Elucificare, Antiquum verbum à luce. Laberius, – sic ego
Fulgentis splendore pecuniæ volo
Elucificare exitium ærumnæ meæ. Hæc verba Laberii legũtur apud Gellium libro 10. cap. 17.

Eluctor eluctáris, eluctari, (ἐξιπταλαίω,) Quasi luctando superiorem esse, & vincere. Plin. lib. 34. cap. 10. 2. Tenuissima est in ipso fornacium ore, qua flammæ eluctantur. Id est, qui quodãmodo exeunt, & quasi luctando. Virg. 2. Georg. – aqua eluctabitur omnis. Id est, cum mora egredietur, inquit Seruius. Liuius 4. bel. Pun. 121. Tenentibusque quum tot ac tam validæ eluctandæ manus essent, sese eripuerunt.
Locorum difficultates eluctatus. Tacit. in Vita Agricolæ.
Eluctari per multa impedimenta. Senec. lib. 6. Controuers.
Niues eluctari. Tacit. lib. 19. Et vix quieto agmine niues eluctantibus, patuit, quantum discriminis adeundum foret.
Vox eluctata furorem est. Stat. 1. Achil. 106.

Eluctatus, pen. prod. Participium. (πεπαλαισώς,) Lucan. lib. 2. 44.
– nec iam alueus amnem,
Nec retinent ripæ, redditque cadauera campo,
Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in vndas
Sanguine cæruleum torrenti diuidit æquor.

Elúcubro, elucubras, pen. corr. (νυκτογρᾳφέω, φιλοτεχνέω,) eluculubrare, & Elucubror, elucubraris, elucubrari, deponens, Vigilare, & aliquid ad lucernam scribere, Cic. ad Atticũ, lib. 7. 137. 1. Nihil habeo quod ad te scribam, quin etiam eam epistolam quã eram elucubratus, ad te non dedi. Columel. lib. 10. cap. 1. 5. Quare quicquid est istud quod elucubrauimus, propriam, &c.
Elucubrare & elaborare. Cicero de Clar. Orat. 173. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas, etiam quàm elucubratas afferebamus.

Elûdo, elûdis, elûsi, elûsum, pen. prod. (παίζω παίζομαι,) eludere, Deridere, decipere. Eludere, inquit Donatus, proprie gladiatorũ est, quum vicerint. Eludere, est finem ludo imponere. Plaut. Amph. 4. 111. Certum est hominem eludere. Terent. Eunuch. 1. 1. 10. Peristi, eludet, vbi te victum senserit. Cic. in Catil. 1. Quandiu nos etiam furor iste tuus eludet? Idem 4. Acad. 122. Sed & vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis. Sic. 5. Verr. 8. Et in Top. 16. Liu. 1. ab Vrbe, 210. & lib. 1. 211. et 195. Item 7. bell. Pun. 109. Cæsar 1. bell. Ciuil. 216.
Leuiter aliquid eludere. Quintil. lib. 4. cap. 5. 17. Cuius tamen diuisionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leuiter eludit.
Venustè eludere. Quintil. lib. 6. cap. 13. 38. Quod factum, venustè tempori bus nostris elusit Vibius Crispus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facetius eludi ab aliquo. Cic. pro Rosc. Amer, 76. Nósque ab isto nebulone facetius eludemur.
Alicui eludere. Cic. de Opt. gen. Orat. 149. Quasi rudib⁹ eius eludit oró.
Eludere, & omni ratione iactare aliquem. Cic. 1. Verr. 24. Te verò Cæcili quemadmodum sit elusurus, quàm omni ratione iactaturus, videre iam videor.
Animos consiliis eludere. Claud. in Gigantomachia. 8.
Asperius dicta eluduntur. Quintil. lib. 6. cap. 13. 32.
Magnas accusatoris minas, magnamq; iudicii expectationem ad nostrũ arbitrium libidinemque eludere. Cic. 2. Verr. 19.
Seges eludit messem fallacibus herbis. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 4.
Elusit militem annulum & annulo. Plaut. Curcul. 14. 31. & 1. 2.
Elusi militem in alea. Plaut. Curcul. 14. 11.
Ratione aliqua quempiam eludere. Ouid. 3. de Arte. 122.
Qua vafer eludi possit ratione maritus. Idem Horat. 2. epist. 1. 10.
Rempublicam in suis cogitatis & furoribus eludere. Cic. pro Mil. 24.
Eludens, pen. prod. Participiũ, (κατακαίω,) Cic. 2. de Diuin. 114. Quæ est ars coniectoris, eludentis ingenio.
Elũsus, pen. prod. (κατακεκαυμένος,) Aliud Particip. Cic. 2. Philip. 85. Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, elusus, inductus.
Imagine alicuius rei elusus. Ouid. 6. Metam. 21.
Mæonis elusam designat imagine tauri Europam.

Elugeo, ges, pen. prod. eluxi, eluctum, (πενθέω, κατακλίνω,) elugere, Luctum deponere. Liu. 4. bel. Maced. 36. Quid aliud in luctu quàm purpuram, atque aurum deponunt? quid aliud quũ eluxerunt, sumunt?

Elugere. Lugendo deflere. Cic. ad Papirium, lib. 9. cap. 20. 8. Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm vlla mater vnicum filium.

Elumbis, & hic & hęc elumbis, & hoc elumbe, (ἐξασθενημένος,) Qui eualuum habet lumbum, inquit Festus vel qui prę lumbi debilitate seſe erigere non potest.

Eluo, is, eluí, elũtum, pen. prod. (ἐκπλύω, ἐκπλύ(ω,) eluere, Lauare, seu lauando purgare, siue exhaurire. Plaut. Capt. 13. 77. Iubeñ, an non iubes affitui aulas? patinas elui? Idem Aulula. 8. 3. Vascula iotus pure, propera, atque elue. Idem Pœnul. 4. 11. Cato, cap. 86. Lauetque benè, corticemque deterat bene, eluatque. Colum. Semel atque iterum eluantur.
Fluere ex aqua. Celsus, lib 7. cap. 21. Deinde eluendum id ex aqua, quæ vel salem adiectum, vel nitrum habeat.
Corpus eluere. Ouid. 11. Metam. 29.
Eluere maculam vestium Plin. lib. 20. cap. 8. 3. Aquæ è radice coctæ maculas vestium eluere dicuntur.
Sanguinem profusum eluere. Cic. 12. Philipp. 327. Vt Centurionum legionis Martiæ Brundusii profusus sanguis eluatur, num eiui prædicatio crudelitatis potest?
Eluere vitæ sordes & animi labes, per translationem. Cic. in Sallust. 1. Et. 2. de Legib. 40. Animi labes, nec diuturnitate vanescere, nec mãnibus vllis eiui potest. Sic. 1. Philipp. 14.
Crimen eluere. Ouid. 11. Metam. 29.
Subdę caput, corpusque simul, simul eluę crimen.
Curas eluere. Horat. 4. Carm. ode. 12. 4.
Nardi paruus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpitius accubat horreis,
Spes donare nouas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.
Labem pudoris eluere. Senec. Hippol. 8. 6.
Eluere maculas furtorũ suorũ, sanguine sociorũ. Cic. 7. Verr. 94. Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. Plautus Pœnulo. 3. 71. Sic Cicero pro Sestio. 53.

Elũtus, pen. prod. Particip. (ἔκπλυτος,) siue Nomen ex Participio. vt Eluta & siccata vinaria. Colu. li. 6. ca. 34. Et Eluta alica. Pli. li. 22. c. 24. 4.

Elutius, Comparatiuum. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 4.
– irriguo nihil est elutius horto.

Eluuies, eluuiei, pen. prod. vel eluuio, eluuionis, s. g. (ἴκμας, ὑγρασία,) Propriè dicit quod expurgatur, præsertim aquarũ fluxu: quauis & alterius humoris dici possit immundities. Cic. in Sónio Scip. 24. Propter eluuiones, exustionesq; terrarũ, quas accidere tępore certo necesse est. Idẽ 2. Offic. 22. Collectis cæteris causis eluuionis, pestilentiæ, vastitatis.
Eluuies, pro voragine, seu terrã vi imbrium exhausta. Sic enim exponit Erasmus. Curtius, lib. 6. Torrentesque & eluuies iter morabantur. Idem lib. 8. Ab altera parte voragines eluuiesque præruptæ sunt: neq; alia pugnandi patebat via, quàm vt replerentur.
Eluuies, siue eluuio, per translationem, p̃ morbo pestifero osa corrũpente, ac si diceres cloacã. Cic. pro Domo sua. 43. Idcirco tu ad illam labem, atque eluuiem ciuitatis tuæ summa vi peruenire potuisti?
Eluuiem Plinius accipit pro egestione sordium ex vrbe, qualis est quę fit per cloacas publicas, lib. 2. ca. 83. Quod in certis notatur oppidis, quę minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Voragines & eluuies simul iunxit. Liu. lib. 8. pro fossis vi imbrium excauatis. Ab altera parte voragines eluuiesque præruptæ sunt.

Elurus, Vide ABLVRVS.

Eluſco, eluſcas, (ἐτεροφθαλμοποιέω,) eluſcare, Luſcum facere. Apud Iurisc. titulo, Ad Legem Aquiliam, scribitur Aquilia eũ teneri, qui eluſcauerit discipulum in disciplina.

Elutrio, elutrias, (μετακυλίω,) elutriare, est de vase in vas transferre: quod quidem & transuasare dicitur Latinè, sed rarius. Fortasse à lucrã, quæ os culei est, vnde Lucones apud Festũ, capacis gulæ homines. Plin. lib. 14. cap. 17. 2. Suffernefactis decies, mòx elutriatis, atque ita inueteratis. Idem, lib. 9. cap. 38. 2. Decimo ferme die liquata cortina vellas elutriatum mergitur in experimentum.

Eluuies, Vide ELVO.

Eluxãtus, pen. prod. (ἐξαρθρωμένος,) Idem significat quod simplex luxatus. Plin. lib. 20. cap. 9. 4. Sic etiam fistulas eluxatas & tumores reuocari, quæque discutiopus sit.

Eluxuriari, (πιστικώτερον.) Idem quod Luxuriari: ad arbores translatum. Colu. de Arbor. lib. 3. 2. Quòd si pingui agro validas vites depouerit, pampinis magis eluxuriabuntur: & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

ELYMAIS, Plin. lib. 6. cap. 25. regio Persidi vicina.

ELYSIVM, (λειμών,) secundum poetas, est locus inferorum, voluptatibus plenus: vbi dicuntur esse animę bonorum. Virg. 5. Aeneid. 146.
– sed amœna piorum
Concilia, Elysiumque colo. Idem, lib. 6. 149. – per amplum Mittitur Elysium. Elysius, Adiectiuum. vt,
Elysii campi. Virg. 1. Georg. 8.
Quanuis Elysios miretur Græcia campos.
Colle sub Elysio nigra nemus ilice frondet. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 10.
Domus Elysiæ. Ouid. 14. Metam. 25.
Vallis Elysia. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 12.

E M

Emacio, emacias, (ἐξισχναίνω,) emaciare, Macie conficere. Colum. lib. 1. cap. 14. 1. Sed ex iis quæ retuli seminibus, Idem Saserna putat aliis stercorari, & iuuari agros, aliis rursus peruri & emaciari. Ibidem, cap. 10. 1. Emaciatæ vineæ. Et lib. 4. cap. 24. 10. Quæ nec spem vindemiæ desiturant, emacient sti: pem suam.

Emacitas, Vide EMO.

Emacror, pe. corr. emacrãris, (ἰσχνολογέω,) emacrari. Macrũ fieri, & macie confici. Plin. lib. 18. cap. 19. 10. Terram emacrari hoc satu existimantes.

Emáculo, emáculas. pen. corr. (ἀποσμήχω,) emaculare, Maculam auferre. Plin. lib. 21. cap. 19. 6. Nigras vitiligines emaculat. De narciſſo.

Emancipo, emãncipas. pen. corr. (ἀπελευθερόω, ἐκποιῶ,) emancipare, siue emancupare, Manumittere & liberare, pro prię de filiis: vt Manumittere de seruis. etiam si hoc non sit perpetuũ. Cic. pro Domo sua ad Pontifices. 30. Id autem fcire & videre omnes, non vt ille filius instituatur, sed vt è patriciis exeat, vt Tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari: neque id obscurè: nam adoptatũ emancipari statim, ne sit eius filius qui adoptarit. Plin. epist. 67. Regulus filium amisit: hoc vno malo indignus, quòd nescio an malum puter. erat puer acris ingenii, sed ambigui, qui tamen posset recta sectari, si parẽ non referret. hunc Regulus emancipauit, vt hæres matris existeret. Liuius. 7. ab Vrbe. 73. Quod mille iugerum agri cũ filio posslideret, emancupandoque filium, fraudem legi feciſſet.
Emancipare agrum. Est alienare: i. mancipio, id est dominio & possessione sua emittere, & alteri possidendum tradere. Plin. in epist. lib. 7. Nam pro quingentis milibus nummũm, quę in alimenta ingenuorum, ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longè pluris æstori publico emancipauiteundemque vectigali impolito recepi. Plinius emancipare, non pro vendere posuit, sed pro alienare. quem enim vellet vectigal publicè donare in alimenta puerorum: id est rectam constituere (vt verbis vulgi loquar) fundum suum imaginaria venditione Reipublicæ donauit, & subinde vectigalem recepit. Idem ad Traianũ, epist. 121. Quia mater Romani liberalitatem sestertiis quadringẽtis, quod conferre se filio codicillis ad patrem tuum scriptis professa fuerat, nondum satis legitimè peregerat, quod postea fecit admonita à nobis. nã & fundos emancipauit, & cætera quæ in emancipatione impleuda solent exigi, consumauit. Suet. in Othone. Cuidam etiã de parte finiũ cum vicino litiganti adhibitus arbiter, totũ agrũ redemit, emancipatióque. Id est suum iã factum mancipio tradidit illi. Ex Budæo.
Emancupo me tibi, Id est me tuæ potestati trado. Plaut. Bacc. 1. 60. Nũc mulier tibi me emancupo, tuus sum, tibi dõ operam.
Emancipare in. Cic. 1. de Fin. 35. Quum eam feueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano emancipauerat, vt, &c.

¶ Emancipati

¶ Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur: aut si qui ex patris iure exierunt, aut si qui aliorum sunt dominii: quorum vtrumq; fit emancipatione.
Emancipãtus, pen. prod. (ἀπελλαγής, ἀυτεξούσιος, ἐκποίητος, ἐλεύθερος,) Id est dedititius. Cic. de Senect. 33. Ita senectus nimis honesta est, si sepiſam defendit, si suos suum retinet, si nemini emãcipata est, si vsque ad extremum spiritum dominatur in suos. Apul. lib. 10. Et assumpto statim nequissimo & ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo, perfidiæ suæ consilia communicat.
Miles emancipatus fœminæ. Horat. Epod. 9. 3.
Romanus (cheu posteri negabitis)
Emancipatus fœminæ
Fert vallum, & arma miles.
Emaneo, es (ἐκμένω,) emanere dicitur miles, qui diu extra castra manet & vagatur, Modestinus in L. Desertorẽ parag. 1. ff. de re Militari. Is qui in exploratione emanet hostibus insistẽtibus, aut qui à fossa tũc receditcapite tunc puniendus est.
Emansor, emansoris, masc. gen. (ἐκμονητής,) Est miles qui diu vagatus, ad castra reuertitur. Modestinus in L. Desertorem & Emansor. ff. De re militari.

Emanco, Emancas, emancare, pro Manus præcidere, mancum facere. Labienus apud Senecam lib. Controuerſ. 6. Cedo lora, gaudeo me non omnes emancasse.

Emano, emanas, pen. prod. (ἐκβρύω, ἐκβλύ(ω,) emanare, Emitti atque exire. Colum. lib. 5. Et sale cum adipe defricatur, dum saniei vis emanat. Plinius lib. 20. cap. 6. 1. Et in angulo oculi perpetuo humore emanans.
Legitur ex vetusto codice manans. Lucret. lib. 3. 118.
Quid dubitas, quin ex imo, penitusque coorta
Emanarit vti fumus diffusa animæ vis?
Emanare perpetim, Vide PERPETIM.
Fons emanat. Ci. 2. de Diuinat. 95. Sub platano vmbrifera fons vnde emanat aquai: Ex Homero versum carmen.
Ex fonte emanare. Cic. 2. de Inuent. 126. Atque alii quoque alio ex fonte præceptores dicendi emanauerunt.
Ex generibus emanant partes. Cic. 1. de Orat. 93.
Emanare saniem. Plin. lib. 23. cap. 3. 1. Vtilis & saniem emanantibus. Id est emittentibus, siue expurantibus.
Mala istinc emanant: boni autem hinc quod expectes, nihil est. Cic. Atticus, lib. 7. 139. 1.
¶ Emanare res aliqua dicitur, quum rescitur, & spargitur in vulgus. Liu. 9. bel. Pun. 122. Periculum erat ne vera eo ipso quod celarentur, sua sponte magis emanarent. Cic. ad Attic. lib. 3. 52. 2. Scripsi equidẽ olim ei ratus, quod ille prior scripserat: sed ita compresseram, vt nunquam emanaturam putarem. Idem 1. de Legi. 61. Sed quod metuat, ne emanet id est ne malum habeat.
Emanauit fama. Cic. 3. Verr. 1. Quæ fama non idcirco solùm emanarat, quòd ille certe, &c.
Emanare in vulgus. Sueto. in Nerone, cap. 6. Gratia quidem & potentia reuocatæ restitutæque matris vsque eo floruit, vt emanaret in vulgus, missos à Messalina vxore Claudii qui eum meridiantem quasi Britãnici æmulum strangularent.
Exit & emanat in vulgus oratio. Cic. pro Rosc. Amer. 1. Ego etiam si omnia quæ dicenda sunt liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit.
Emanare indiciis. Liu. 3. ab Vrbe, 102. Multis enim emanabat indiciis, neque fratrem Volscii, ex quo semel fuerit æger, vnquam non modo visum in publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo.

Emargino, emarginas, pen. cor. (ἀκροκαρδόω,) emarginare, Crustas & puluillos, & oras vlcerum adimere, vt ait Hermolaus. Plin. lib. 28. cap. 9. 23. Item equarum, præter quàm virginum, erodit, & emarginat vlcera.

EMATHIA, (ἠμαθίη,) (inquit Seruius) Thessalia est, ab Emathio rege dicta. Virgil. 1. Georg. Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Æmi pinguescere campos. Pharsalia alio nomine dicitur.

Emathius, Adiectiuum, (ἠμάθιος,) vt Emathii campi. Lucan. lib. 1. 1.

Emarescо, emarescis, ematuri, (πυκνόνομαι,) emarescere. Maturum fieri. Plin. lib. 25. cap. 4. 9. Nónunquã antè candidum rufescit, si non ematuruit, improbatur que. Gell. lib. 2. cap. 29. Dominus postea segetum illarum filium adolescentem vocat, & Videne, inquit, hæc ematuruisse?

¶ Ematurescere. pro Relinquere acerbitatem. Ouid. 2. Trist.
Atque ea sic lapsa est, vt surgere, si modo læsi,
Ematuruerit Cæsaris ira, queat.

Emax, Vide EMO.

Embamma, embammatis, pen. corr. n. g. (ἔμβαμμα,) Condimentum quod ad condienda oblonia fit. Colum. lib. 12. cap. 55. 2. Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam speciosо vteris. ἐμβάπτειν enim intingere est. Vlpian. de Tritico, vino, & oleo legato, 2. Liquis, Embamma, aceti numero fuit. Plin. lib. 20. capite 14. 3. Mentæ ipsius odor animũ excitat, vt sapor auiditatem in cibis, ideo embammatum misturis familiare.

Embatae, legendum Epibades naues, & Epibatæ milites. Vide suo loco.

Emblêma, pen. prod. emblématis, n. g. (ἔμβλημα,) Vermiculatum opus tesselis insitiriis aptum atque consertum. Inde illud Ciceronis in Bruto, 150. de Marci Callidii oratione, Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, strictum verbum videres. Et libro 3. de Oratore, 94. de collocatione verborum loquens, ex Lucilio.
Quãm lepidè lex ea compostæ, vt tesserulæ omnes,
Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Lex ea (inquit) id est dictiones in oratione tam lepidè compositæ, quàm in pauimentis vermiculato opere factis tesserulæ. Budæus.
Emblemata etiam in vasis argenteis, aureisque & Corinthiis ornamenta erant apud antiquos exemptilia, quum libri ũ erat: cuiusmodi ætas ista non nouit, vt arbitror. Id autem ex M. Tullio facilè intelligi potest, in Verrem, acti. 6. 46. in qua Verrem Siciliæ Prætorem criminosè refert Hallutinos vasa omnia quæ tum apud Haluntinum erant, in vnum acernum conferre coegisse. Quo facto Verrem ex omnibus vasculis emblema, id est pretiosissimam partem reuellisse, ita vt Haluntini domũ para, nudáque vasa referrent: id est emblemaris abstersis, & torenuata, id est cælaturæ apud Verrem remanerent, impudentissimo latrocinio. Propter quod factum Verrem per paronomasiam verriculum appellat. Verba Ciceronis hæc sunt, Vasa autem ad Verrem deferuntur? Cybiratæ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarunt, iis crustæ aut emblemata detrahuntur. sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum reuerterũt. Quod vnquã Iudices huiusmodi euerriculum in illa prouincia fuit? Et paulo pòst, Tum illa ex thuribulis & patellis quæ vellerat ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata esse diceres. Hæc Budæus. Plin. lib. 33. cap. 12. Vlysses & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium surripientes. Cic. 6. Verr. 40. Quum inspiciendum poposcisses, amusso emblemate remisisse. Varr. 3. de Re rustica, cap. 2. 3.
Exornare dictiones quibusdam locis velut emblematis. Quintilianus libro 2. cap. 4. 31.
Illigare & includere emblemata in aureis poculis. Cic. 6. Verr. 46.
Auellere vel detrahere emblemata. Cic. 6. Verr. 46.
Emblema, Insertum quid & infitum significat, iniunctúmque tidèò factum, vt emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde illud Fabianum libro 2. Institutionis oratoriæ, de locis communibus loquentis, Hoc (inquit) adeò manifestum est ad forenseis actiones pertinere, vt quidem nec ignobiles, in officiis ciuilibus scriptos eos, memoriæque diligentissimè mandatos in promptu habuerint: vt quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Budæus.

Embolium, embolii, (ἐμβόλιον, ἀπὸ τοῦ ἐν, καὶ βάλλω,) ab in & iacio: quasi argumentum & ingressus quidam scenicus, quale sub Domitiano repũtatũ est, si Martiali credimus, lib. 1. 5. Iunctam Pasiphaen Dictæo, credite, tauro,
Vidimus: accepit fabula prisca fidem. Cic. ad Atticũ, Embolium nouũ cogito. Idem pro Sextio, 101. Ex te igitur Scaure potissimum quæro, qui ludos apparatissimos, magnificentissimósque fecisti, ecquis istorũ popularium tuos ludos aspexerit, ecquis te theatro, populóque cõmiserit, cur ille ipse maximè ludius non solũ spectator, sed actor & acroama, qui omnia sororis embolia nouit, qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur, nec tuos ludos aspexit, in isto ardenti tribunatu suo? Ergo saltatores & psalterias introduci solitas in scenam Polybius, Atheneúsque testantur, & alia ridiculorum genera: idque à Lucio maximè Anstio factum fuisse ludis capto cum liberis Illyriorũ rege Gentio. Dicitur & stabilitas ipsa Græcis embolon. Et rostra quoque nauium appellantur embola. Sed & acies in rhombi modum instructa nominantur embola: sicut & pars arietis extrema machinæ muralis qua ingruit. Ipsa quoque fibula rotarum, axibus firmandis immuti solita, quam rustici clauiculam appellant, Græcè nomen habet embolium. Hæc ex Hermolao.

Emboliſmus, embolismi, (ἐμβόλισμός) dicitur intercalatio. ἐμβολιμαῖος atque etiam ἐμβολιμαῖος, Latine intercalaris & insititicius dicitur. Intercalare enim, interserere est, si Macrobio credimus: & mensis Februarius intercalaris ob hoc dicitur, quòd ei dies vnus interseritur.

Embryon, embryi, n. gen. (ἔμβρυον,) Imperfectus partus dicitur. Nuper genitus infans, vel crudus & indigestus, inquit Suidas.

Emedullo, emedullas, (ἐκμυελόω, ἐξεντερίζω,) emedullare, Medullam extrahere. Plinius de Limonio, lib. 22. cap. 22. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item grauceolentiam alarum emendat radicis emedullatæ vncia in vini falerni heminis tribus decocta.
Emedullare, per translationem, Declarare. Plaut. Narra iam rem nobis omnem, atque emedulla. Ex Perotto.

Emendico, emendicas, pen. prod. (ἐφευρίσκω,) emendicare, More, mendicantium aliquid petere. Sueton. in Cæsare, In Hispania à Proconsule & à sociis pecunias accepit emendicatas in aliquot æris alieni.
Emendicātus, pen. prod. Participium, (ἠρανισμένος.) In L. Singuli C. de Accusationibus, Singuli vniuersique iudices cognoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragiis decretorum, aut relationibus à publicis personis destinādis credere. Et in L. Scrinuis, de Palatinis sacratum largitionum.
Honos emendicatus. In L. prima. C. vbi quis de curiali, vel cohortali, Penultimoque emendicati honoris præscriptione submota à iudice, &c.

Emendo, emendas, (ἐπανορθόω,) emendare, Corrigere. Plin. epist. 116. b. lib. 6. Quis autem hic est qui emendet publicos mores? Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 7. Ita rursus remittit, vt me roget, vt annales suos emendem & edam.
Corrigi & emendari. Cic. 3. de Legib. 44. Vt enim cupiditatibus principū & vitiis inici solet tota ciuitas, sic corrigi & emendari continentia.
Studiis animum emendare Platonis Inciplam. Propert. lib. 3. eleg. 21. 5. Emendare antiquitatem Cic. in Orat. 86. Atque etiam à quibusdā serò iam emendatur antiquitas, qui hęc reprehendunt.
Consilium aliquod emendare. Cic pro Mur. 55. Ego tuū consilium Cato propter singolare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo, nonnulla in re forsitan, cōformare & leuiter emēdare possum.
Consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendare. Cic. de Claris Orat. 141.
Arte fortunam emendaturos. Horat. 2. Serm. Saty 8. 17.
Vrbes iudiciis emendare. Quintil. in procem. lib. 1. 9.
¶ Emendare, Auferre. Plin. lib. 24. cap. 10. 4. Succus hederę, tædia nariū grauceolentiamq; emendat, præcipuè albę fatiuę. Martial. lib. 11. 100. Emendare cupis vitium deformedocebo,
Lesbia nec surgas cęnseo, nec sedeas.
Agenoreos penates emendare. Stat. 12. Thebaid. 111.
– quid enim septena mouere
Castra, & Agenoreos opus emendare penates?
Alopecias emendat cinis è radice asphodeli. Plinius, lib. 22. cap. 22. 4. & lib. 11. cap. 19. 3.
Aloum citam emendat flos hederæ, in vino austero bis die potus. Plinius lib. 24. cap. 10. 6.
Dolores capitis emendantur contrito nasturtio. Plin. lib. 20. cap. 13. 4.
Epiphoras, & siqua in oculis vitia sunt, emendat. Plin. lib. 25. cap. 12. 2.
Furfures emendant piryusæ folia in aceto decocta. Plin. lib. 24. ca. 6. 10. & lib. 21. cap. 19. 4.
Grauitas aurium emendatur nasturtio trito, imposito auribus. Plinius, libro. 20. cap. 13. 4.
Scabiem palpebrarum emendat fici succus lacteus. Plin. lib. 23. cap. 7. 3.
Res Italas legibus emendare. Horat. 2. epist. 1. 1.
Succos emendare. Ouid. de Medica. fa cici. 1.
Cultus, & in pomis succos emendat acerbos.
Emendātus, pe. prod. Participium, (ἐπανορθωτός,) Cic. de Amicit. 54. His ergo finibus vtendum arbitror, vt quum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum sine vlla exceptione communitas.
Correcta & emendata. Cic. 1. Acad. 19. Certè enim recentissima quæque sunt correcta & emendata maxime.
Emendata & Latina loquutio. Cic. de Claris Orat. 139.
Sapiens & emendatus. Horat. 2. epist. 17. 6.
Quum pateris sapiens, emendatúsve vocari.
Velocitas emendata. Quintil. lib. 1. cap. 1. 24.
Emendatè, Aduerbium, (ἐπανορθωμένως,) Cic. de Opt. ge. Orat. 143. Ná quoniam eloquentia constat ex verbis & sententiis, perficiendum est vt purè & emendatè loquentes, quod est Latinè, verborum præterea, & propriorum, & translatorum elegantiam persequamur.
Emendātor, pen. prod. (ἐπανορθωτής,) Verbale. Cic. pro Corn. Balbo. 14. O præclarum interpretem iuris authorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ ciuitatis.
Emendator & corrector. Cic. 2. Philipp. 60. Iam enim quoniam criminibus eius satis respondi, de ipso emendatore & correctore nostro quædam dicenda sunt.
Emendator sermonis. Cic. de Claris Orat. 140.
Emendātrix, pen. prod. Verbale, fœ. gen. (ἐπανορθωτικός,) Cic. 1. de Leg. 87. Quoniā vitiorū emendatricem legem esse oportet, commendatricem virtutum. Sic 4. Tusc. 113. Emendatrix vitæ poetica.
Emendatio, Aliud Verbale, (ἐπανόρθωσις,) Cic. 4. de Finib. 37. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris & emendatio.
Seueritas emendationis. Quintil. lib. 2. cap. 4. 8.

Accipere auribus emendationem. Quintil. lib. 2. cap. 6. 2.
Obstare emendationi. Quintil. lib. 1. cap. 2. 11. At enim emēdationi, præ lectioniq; numerus obstat.

Ementior, ementiris, pen. prod. mentītus sum, (ψεύδομαι,) ementīri, Apertè & palàm dicere, vel essingere quod nō est. Plaut. Amphit. 4. 1. 57. – quæque dixisti modo, Omnia ementitus. Idem Trinum. 13. 141. Quia illum quem ementitus es, ego sum. Cic. pro Domo sua. 62. Quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem? Ouid. 5. Metam. 38,
– quæ se genitum septemplice Nilo Mentitus erat.
Emētiri & fingere. Cicero p Roscio Amerino. 75. Ego hæc omnia Chrysogonum fecisse dico, vt mentiretur, vt malum ciuem Roscium fuisse fingeret. Idem pro Fonteio. 25. Quod si aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam, tantum haberent aut ad mentiendum animi, aut ad fingendum ingenii, & cætera.
Mentiri atque criminari. Cic. 4. Verr. 62. Eum autem inimicissimi Sthenii domum suam statim inuitant, vt animum eius in Sthenium inflammarent, mentiendo aliquid & criminando.
In aliquos mentiri. Cicero in Partitionibus. 27. Alii mentiti sunt in eos quos oderant.
Mentiri auspicia. Cic. 1. de Diuin. 56. Et. 2. Philipp. 88. & 91.
Genus suum mentiri. Cic. pro Corn. Balbo. 3. Non enim furatus est ciuitatem, non genus suum mentitus.
Legationem mentiri. Cic. de Optimo gen. Orat. 152. Itaque causa fuit Æschini, quoniam ipse à Demosthene esset capitis accusātus, quòd legationem mentitus esset, &c.
Mentiri ſtempus. Liu. 9. ab Vrbe. 94.
Mentiens. Participium, (ψευδόμενος,) Ci. 1. de Diuin. 14. Videmus hæc signa nonnunquam ferè mentientia.
Mentiri authoritatem alicuius ordinis. Cic. pro Domo sua. 40. Satisne tibi videtur à Senatu iudicatum, me non modò non emētitum esse authoritatem eius ordinis, sed etiam, &c.
Mentītus, penult. product. Participium, (ψευσμένος,) vt Mentita opinio. Cic. 3. Tusc. 97. Ita fit sensim cogitantibus, vt quantum sit emētita opinio, appareat.

Emercor, emercaris, emeratus sum, (ὠνέομαι,) emercari. Tacit. libro. 12. Missis corruptionibus exuendam ad fidē hostes emercari.

Emereo, émeres, penult. corr. emerui, & emēritus sum, emēritum, ἐστρατεύομαι,) emerēre, Idem quod merere significat.
Plautus Aulul. 26. 5.
– quid ego emerui adolescens mali,
Quamobrem ita faceres?
Emereor, emerēris, (περιποιοῦμαι, μισθοφορέω, μισθοτᾶμαι,) Idem pœnè quod mereor præteritū eius emeritus. Cic. Att. lib. 6. 113. 9. Annuę enim mihi operæ ad 111. Calend. Sextil. emerētur. Vnde nullites emeriti stipēdia, qui militia perfuncti sunt, nominantur, inquit Valla lib. 5.
Generosos honores emerere. Propert. lib. 4. eleg. 12. 13.
Et tamen emerui generosos vestis honores.
Iudicium hominum emereri. Quintil. in procem. lib. 1. 4. Altior solicitudo, quale iudicium hominum emererer, accessit.
Emerita acus. Vide ACVS.
Emeriti anni. Martial. lib. 7. 62. Emeritos musis, & Phœbo tradidit annos Hoc est, iam effatos.
Emeritæ apes. Plin. lib. 11. cap. 11. 1. Sunt autem fuci, sine aculeo velut imperfectæ apes, nouissimæque à festis & iam emeritis inchoatæ.
Aratrum emeritum. Ouid. 1. Fast. 153.
Rusticus emeritum palo suspendit aratrum.
Emerita arma: Id est victricia, & finem bellis imponentia. Plin. in Paneg. 27. Vt patrios fontes, patriciumq; sydus ferre cōsuesti, quoties equos quoties emerita arma mutasti. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 5.
Miles vt emeritis non est satis vtilis armis.
Emeritos boues Virgilius per trāslationem appellat, pro defessis & opere ac labore solutis.
Canes emeriti. Stat. 3. Syl. 1. 12. – ipsa coronat
Emeritos Diana canes, & spicula tergit.
Currus emeriti. Senec. Thyest. 9. 2. Iubet emeritos soluere currus.
Emeritus cursus, apud Ouid. Fast. tertio. 9. pro iusto & completo, Quo minus emeritis exiret cursibus annis.
Equi emeriti, (ἄφετοι, ἵπποι.) Ouid. 4. Fast. 138.
Dempserat emeritis iam iuga Phœbus equis.
Honor emeritus. Ouid. 5. Fast. 119.
Rite deo templumque datum, nomenque bisultor,
Emeritus voti debita soluit honor.
Iugales emeriti. Claud. 2. de Raptu Proserp. 64.
– frænisque solutis
Vertunt emeritos ad pascua nota iugales.
Emeritus miles, Qui iam à militia absolutus est. Lucan. lib. 1. 69.

Quæ

Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quę noster veteranus aret: quæ mœnia fessis?
Militia emerita. Sueton. in Caligula, cap. 44. Commoda emeritæ militiæ ad sexcentorum millium summam rescidit.
Mars emerita. Lucan. lib. 3. 124.
Telaque multorum leto caßura suorum,
Emerita iam morte tenet.
Nomen emeritum. Claud. de Torpedine, 16. 1.
Quis non indomitam miræ torpedinis, artem
Audit, & emerito signatas nomine vices: Id est merito.
Emeriti senes, (ἀφῆτοι γέροντες,) vocantur, qui solēt habere alios qui pro se laborentiū dicuntur pro alio opus agere. Valla lib. 5.
Emeritum stipendium, pallùt dicitur quod peractum est, quum iam militēs missionem vt veterani impetrauerant, inquit Budæus. Plaut. Mostel. 3. 34. Vnum vbi emeritum est stipendium. Igitur tum specimen cernitur. Liu. 9. bel. Maced. 72. Vtique Consul cum Tribunis agere, vt ad plebem primo quoque tempore ferrent, vt P. Ebutio emerita stipēdia essent, ne inuitus militaret. Sic 7. ab Vrbe, 187. Et li. 4. 260. Quintil. in milite Mariano, Emeritis huic bello stipendiis.
Emerita stipendia libidinis. Cic. de Senect. 44. At illa quanti sunt, animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contētionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, secumque (vt dicitur) viuere.
Tempus emeritum. Cic. Attico, lib. 6. 116. 4. Etsi annuum tempus, propè tamen emeritum habebamus, &c.
¶ Emerita, sunt commoda veteranorum. Modestinus in L. Desertorem §. Si plures. ff. De re militari, Etsi expleto tempore militiæ redeat: vt veteranus restituetur, & emerita accipiet. Et §. præcedēti, Qui militię tempus in desertione impleuit, emerito priuatur. Budęus.

Emergo, emergis, emersi, emersum, emergere, (ἀναδύομαι,) Extra mergere, & quasi ex loco vbi submersus fueram, vel delitueram, exire, & in lucem prodire. Liu. 1. ab Vrbe, 55. Primū profunda emersus palude. Cic. 3. de Finib. 74. Qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longè absunt à summo, vt iam iamque possint emergere, quàm si etiam tum essent in profundo. Terent. Eunuc. 3. 5. 7. Quid gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam, vnde emergam. Vbi Donatus, Propriè dixit Vnde emergam: vt ex lustris atque inhonestis locis, vtpote meretricis domo.
Delitescere & Emergere, contraria. Cicero de Aruspic. respons. 1. Iam ista serpens, quæ hîc delitescit, tum se emergit, & fertur illuc, &c.
Mergere & Emergere, contraria. Cic. 2. de Natura deorum, 185. Legi etiā scriptum esse auem quandam quæ platanea nominaretur, eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quę in mari mergerentique quū emersissent, piscemque cepissent, vsque eò premere earum capita mordicus, &c.
Obliterescere & Emergere, contraria. Cic. de Vniuer. 48. Queisque temporibus à nostro aspectu obliterescant, rursusque emersit errorem incutiāt rationis ex pertibus, &c. De deorum concursionibus.
Reſperare & emergere à. Cic. de Aruspic. resp. 44. Idem postea quàm respirare vos à metu cædis, emergere authoritatem vestram à iustitibus illis seruitutis, reuiuiscere memoriam ac desyderium mei vidit, &c.
Emergunt à septenis partibus illæ stellæ. Plin. lib. 2. cap. 14. 2.
Ab aliquo loco emergere. Ci. 1. de Diui. 125. Quum ille in agro Nolano immolaret ante Prætorium, ab infima ara subitò anguis emergeret.
Emergere de. Liu. Quum tandem de paludibus emersissent?
E flumine emergere. Cic. 2. de Diuinat. 102.
¶ Emergere è patrio regno. Cice. pro Lege Manilia, 4. Ita regnat vt se non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiæ luce versari.
Ex alto emergere. Cic. 4. de Finib. 105.
Emergere ex iudicio peculatus. Cic. 3. Verr. 7.
Emergere ex malis. Terent. And. 3. 3. 31. Dehinc facilè ex illis sese emerum malis.
Emergere ex mendicitate. Cic. in Vatinium, 17. Qui in eo magistratu nō modò emerseris ex mendicitate, sed etiam diuitiis nos iam tuis terreas.
Emergere ex aliquo negotio. Cic. ad Attic. lib. 5. 97. 3.
Emergere ex paternis probris ac vitiis. Cic. 5. Verr. 138.
Emergere incommoda valetudine. Cic. ad Atticum, lib. 5. 95. 1.
Emergere ex vrbe aliqua. Cic. ad Attic. lib. 2. 27. 1. Emerseram commodè ex Antio in Appiam ad Tres tabernas, ipsis Cerealibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus.
Emergere extra terram. Plin. lib. 19. cap. 5.
Emergere super. Colum. lib. 11. cap. 3. 38. Nam si super terram emerserit, dura & fungosa fiet.
Altè emergere. Cic. 2. de Natu. deor. 166. Vt sese ostendens emergit scorpius altè. Ex quodam poeta.
¶ Tenebris pulsis emergere. Claud. de bel. Getico, 64.
¶ Amor emergit. Cic. Attico, lib. 9. 181. 3. Nunc emergit amor, nunc desyderium ferre non possum, nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodest.
Animus per tanta negotia emergit. Claud. Paneg. 8. 42.
Bellum emergit. Cice. 6. Verr. 114. Quum tam multa ex illo mari bella emerserint, tam multa porrò in Pontum inuecta sint, &c.
Ciuitates emergunt. Cic. Att. lib. 6. 113. 7. Hæc autem re incredibile est quantum ciuitates emerserint.
Emergere vtero infans dicitur, Plin. lib. 11. cap. 51. 4.
Emersit è mari insula. Plin. lib. 2. cap. 88. 1.
Lux emersit Olympo. Valer. 5. Argon. 1.
Emersit è vadis oratio. Cic. pro Cælio. 39. Sed quoniam emersisse iam è vadis & scopulos præteruecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.
Emersit ventus. Plin. libro. 2. cap. 82. 3. Desinunt autem tremores, quum ventus emersit.
Emersit hoc vno modo depressa veritas. Cic. pro Cluent. 135. Hoc vno modo iudices sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio intercluſa respirat.
¶ Emergere, & se ad frugem bonam recipere. Cic. pro Cælio. 20. Equidē multos & vidi in hac ciuitate, &c. qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando: & se ad frugem bonam, vt dicitur, recepisse, grauesque & illustres fuisse.
Ad summas emergere opes, rerumque potiri. Lucret. lib. 2. 3.
¶ Emergere se ex malis, Actium. Cornelius Nepos in vita Attici, Quibus ex malis vt se emerserat, nihil aliud egit, quàm vt plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Tale est illud Ciceronis de Aruſp. resp. 51. Tum se emergit, & fertur illuc.
¶ Emergi, Impersonale. Terent. Adelph. 3. 2. 4. Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non potest. Vbi Donatus, Vnde emergi non potest. Quum impressio est hostium, sic dicitur. vt Sallust. Pressi undiq; multitudine. Cice. Qui semper premuntur, & nunquam emergunt. Et emergi nouè. num emergo dicitur, nō emergor. Sed ideo est vsus, quia extra compositionem & mergo & mergor dicitur.
Emersus, Particip. (ἀναδύσας,) Cic. 2. de Diuin. 107. Tibi autē de me cū solicitudine cogitanti subitò sum visus emersus è flumine.
Emersus ab admiratione animus. Id est qui se recepit. Liu. lib. 8.
Nox emersa. Ouid. 3. Metam. 80.
Tertia nox emersa suos vbi mouerit ortus.
E cœno emersus homo. Cic. in Vatinium. 13.
Ex diuturnis tenebris lustrorum, ac stuprorum emersus homo. Cicero pro Sestio. 15.

Emersūrus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀναδύσων,) vt Emersura virtus ex omni sæuitia fortunæ. Liu. 5. bel. Pun. 212.

EMERITA Augusta. (ἀνυόυσκημερίτα,) Vrbs Hispaniæ Lusitaniæ. Strabo Augustam Emeritam vocat. Est hæc vrbs cocco celebris, quod est rubrum granū, cuius succo vellera tinguntur, Tyrio splendori nequaquam cedentia, vt Plinius scribit lib. 9. cap. 41.

Emetior, emētiris, pen. prod. emensus sum, (ἀναμετρέω,) emetiri, Idem quod metiri significat.
Laborem diuersum emetiri. Sil. lib. 4. 11.
Ingentesque duces, pelagi, terræque laborem
Diuersum emensos.
Emetiri iter, per translationē. Liu. 5. bel. Pun. 193. Et inde vna nocte signis hostibus, & ob id quietis, aliquantū emensus est. Virg. 8. Aen. 32.
Emetiri iter vehiculis. Plin. lib. 7. cap. 20. 5.
Emetiri vno die ingens spatiū. Liu. 1. bel. Maced. 88.
Oculis spatium emensus. Virg. 10. Aeneid. 153.
Voluntatem emetiri. Cic. de Clar. Orat. 8. Ego autem voluntatem tibi perfecto emetiar, sed rem ipsam nondum polle videor, adque vt ignoscas à te peto. Id est cumulate præstabo.
Emensus, Participiū, (ἀναμετρημένος,) vt Labores emensus aulæ. Claudianus in Epithalamio Palladii. 14.
Emensus est sol ardua. Plin. libro. 18. cap. 28. 6. Sol ardua emensus, ab ea meta incipit flecti. Emendatī codices habent, per ardua ensus.
Emensus, Passiue. Liu. 1. Belli Pun. 109. Postquā multo maiorē partē itineris emensam cernant, &c. Virg. 1. Georg. 90. – emenso quum ille decedet Olympo. De sole loquit. Hoc est percurso & perlustrato cœlo, quum iam descendet ad occasum. Hæc Seruius.

Emeto, émetis, pen. corr. emessui, emessum (ἐξαμάω,) emetere, Idem quod metere. Horat. lib. 2. epist. 1. 30. – emetit Orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro. Alii tamen sic legunt.
Quid vici prosunt, aut horrea quidve Calabris
Saltibus adiecti Lucani, si metit Orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro? Emetit Acron interpretatur amputat.

Ēmico, émicas, pen. corr. emicui & emicaui, emicatū, (ἐξαίθω,) emicare, Effulgere, resplendere. Plautus. Ex oculis quasi radii emicant solis.
Emicant, & faces, nonnisi quum decidunt visæ. Id est repentè existunt & lucentes apparent. Plin. lib. 2. cap. 26. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Emicare de. Plin. libro. 11. capit. 37. 65. Cecinnæ Volaterrano dracones emicuisse de extis læto prodigio traditur. Id est subitò prodisse, exilisse, apparuisse.

Emicare ex vna radice. Plin. lib. 17. ca. 8. 7. Crategonon spicę tritici simile est multis calamis ex vna radice emicãtibus, multorsũ geniculorũ.

Emicare ex incendio. Senec. lib. 2. de Benef. cap. 27. Multoque est concitatior auaritia in maiorum opum congestu collocata, vt flammæ infinitæ acrior vis est quò ex maiore incendio emicuit.

Ignis emicuit. Claud. 7. Paneg. 38.

Sanguis emicat per mille foramina. Stat. 12. Theb. 156. Id est prosilit.

Sol emicuit super terras. Valer. 4. Argon. 20.

¶ Emicare in iugum, pro Attollere sese & erigere. Colum. lib. 4. ca. 10. 4. Nam quæ vel infirma, vel breuis est, ad duas gemmas recidenda est, quum vehementiorem fundat materiam quæ protinus emicet in iugũ. Plaut. Aulul. 19. 4. Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. Hoc est velut subsultare.

Emicat Euryalus, inquit Virgil. 5. Aeneid. 68. Et lib. 6. Aeneid.
– iuuenum manus emicat ardens Littus in Hesperium.

Ante oculos emicuit. Valer. 7. Argon. 80. Hìc subitò ante oculos nondũ speratus Iason Emicuit.

In fata alicuius emicare. Valer. 6. Argon. 111.
Dixit, & in Sueten, magnique in fata Cerauni
Emicuit: clypeumque rotans hunc poplite Cæso
Deiicit: illum aperit lato per pectus hiatu.

Emicatin partem sanguis, vnde icimur ictu. Lucret. lib. 4. 212.

In prælia victor emicat. Silius, lib. 16. 105. – tardato lætus, ouansque
Eurythus cuadit inuene, atque in prælia victor
Emicat, & galeæ fert donum insigne coruscæ.

¶ Emicare, pro Excellere. Plin. lib. 35. cap. 11. 6. Post eum emicuit lõgè ante omnes Euphranor Isthmius. Legitur & Emnuit.

Præ omnibus emicat Nisus. Virg. 5. Aeneid. 63.

Emigro, emigras, pen. corr. (ἀπαποδέμω, ἀπαπμί, ω,) emigrare, Idẽ qđ Migrare significat, authore Vallaso. Emigrare domo. Cicero. 4. Verr. 62. Cæs. 1. bel. Gall. 127. Plaut. Mostel. 7. 41. – pedem Nemo intrò tetulit, semel vt emigrauimus. Ibidem. 13. 15.

Emigrare finibus suis. Plin. lib. 6. cap. 17. 11.

Emigrare è vita. Cic. 1. de Legib. 77.

Emigrans. Particip. (ἀπαποδέμων,) vt Emigrans populus. Stat. 4. Sylu. 10.

Emineo, mines, pe. corr. eminui, (ἐξέχω, πρόκω' πτω, ὑπερέχω,) emi nere. Quasi extra alios, hoc est præ aliis manere. Ir enim eminere dicitur, qui cæteris altior est. Plin. lib. 16. cap. 31. 1. Fœcules quantum corpore eminet, tantum radice defœdit. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 30. Ita vt capita tignorum extrema parietum structura tegerentur, nequid emineret vbi ignis hostium adhærescceret.

Eminere & apparere. Cic. pro Rosc. Amer. 73. Quò studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eò magis eminet & apparet.

Extare & eminere. Cic. 3. de Orat. 57. Quo magis id erit illuminatum, extare atque eminere videatur.

Eminet illius audacia, & proiecta est. Cic. pro Cluent. 145. Illi quorũ eminet audacia atque proiecta est, à consiliis malitiæ deseruntur.

Eminere extra terram. Plin. lib. 17. cap. 21.

Eminet ante oculos quod petis ecce tuos. Ouid. 3. Fast. 50.

Eminere foras. Cic. in Somn. Scip. 33. Idque ocyus faciet, si iam tũ quum erit inclusus in corpore, eminebit foras: & ea quæ extra erunt cõtemplans, quàm maximè se à corpore abstrahet.

Eminere in. Quintil. lib. 2. cap. 3. 5. Nemo sic in maioribus eminet, vt eũ minora deficiant.

Leuiter eminere. Vide LEVIS.

Magnopere eminere. Vide MAGNVS.

Inter oês in oi genere dicẽdi vnus eminet Demosthenes. Cic. in Ora. 56.

Eminere quatuor digitos transuersos. Plin. lib. 17. cap. 18. 2.

Eminet animus maximè in contẽnendis doloribus. Cic. 2. Tusc. 107.

Eminebat ex ore crudelitas. Cic. 7. Verr. 116.

Arbor in aruis eminet. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 1.

Eminet ferrum per costas. Liu. 8. ab Vrbe. 32.

Eminere hasta in ambas partes dicitur, quæ per medium traiecta est corpus. Ouid. 5. Metam. 28.
Torquet in hunc hastam, &c. – media quæ nare recepta
Ceruice exacta est, in partes(que eminet ambas.

Eminens è mari globus terræ. Cic. 1. Tusc. 106. Cæsar. 7. bel. Gal. 292.

Ita vt non amplius quatuor digitis ex terra eminerent.

Indignatio eminet. Curt. lib. 4. Fama (vt solet) strenuè totas vrbes discurrit, aliorum studium, aliorum indignatio eminebat.

Eminet ira in suos maior. Liu. 2. ab Vrbe. 152.

Eminebat etiam in voce, sceleris quod parabat atrocitas. Curtius, lib. 8. de Alexandro Clytum occisuro.

Virtutibus eminet oratio. Quintil. lib. 3. cap. 8. 44.

Eminet aliquis, qui cęteris excellit. Liu. 1. ab Vrb. 69. Necdum à singulis, ga nemo magnopere eminebat in nouo populo, puenerãt factiones.

Emineo, cum accusatiuo, actiuè. Curtius, lib. 4. Iamque paululũ moles aquam eminebat, & simul aggeris latitudo crescebat, &c. Id est excedebat, siue super aquam eminebat extabatque.

Eminens, pen. corr. (ἐξέχων,) Participium, siue Nomen ex participio.

Eminens animus in futura, pro imminens. Senec. de Tranquil. vitæ. Spes effrænatas, & animũ in futura eminentẽ, velut sub vinculis habere.

Expressum & eminens. Cic. 1. de Nat. Deor. 100. Illud video pugnare te, species vt quędam sit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, leuis perlucida.

Incisum, eminens, lacunosum. Cic. 2. de Natu. Deor. 67. Quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa cõtinet? quęque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?

Eminens effigies virtutis. Cic. 3. Tuscul. 6.

Forma eminens. Senec. Octau. 4. 20.

❋ Eminens ingenium. Quintil. lib. 6.

Leniter eminentes genæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 215.

Oculi eminentes. Cic. in Vatinium. 2.

Eminens statura. Colum. lib. 3. cap. 8. 3.

Obscurare, & Eminens esse, contraria Cic. 3. de Orat. 119. Discutienda sunt ea quæ obscurant, & ea quæ sunt eminentia & prompta sumẽda.

Eminentiores trabes. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 32. Has trabes paulo longiores atque eminentiores, quàm extremi parietum erant, effecerunt.

Eminentissimus in. Quintil. in prooem. lib. 4. 3. Ne fefellisse in tuis videar principem, vt in omnibus, ita in eloquentia eminentissimum.

Authores eminentissimi. Quintil. lib. 1. cap. 2. 2.

Eminentia, eminentiæ, (ἐξοχὴ, πρόοχὴ.) Cicero. 1. de Natura Deorũ. 140. Nam si tantummodo ad cogitationem valent, nec habent vllam solidam eminentiam, nec eminentiam: quid interest vtrum de hippocentauro, an de deo cogitemus?

Eminentiæ in pictura. Cic. 4. Acad. 41. Quàm multa vident pictores in vmbris, & in eminentia, quæ nos non videmus?

Eminulus, pen. corr. (ἐπὶ μικρὸν ἐξέχων,) Adiect. Diminutiuum. Parũ eminens. Varro. 2. de Re rust. cap. 5. 7. Vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam, compactis cruribus: potius breuioribus, quàm longis, rectis genibus & eminulis, distantibus inter se. Ibidem, de canibus, capite. 9. 3. Spina neque eminula, neque curta. Et paulo ante. Ex eo menio enatis duobus dentibus dextra & insilita, paulo eminulis superioribus.

Eminor, pen. corr. eminãris, (ἐπαναλέω,) eminari, Idem quod minari. Plaut. Capt. 13. 22. Eminor, interminorque nequis obstiterit obuiam.

Eminatio, Verbale, (ἀπαπλησις,) Plaut. Capt. 13. 30.
Dentilegos omnes mortales faciam, quenquem offendero.
Quæ illæc eminatio est? nam nequeo mirari satis.

Eminus, pen. corr. Aduerbiũ, (πρόσω σέτω,) Elonginquo, inquit Valla, cui opponitur Cominus. Cic. de Senect. 17. Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut comminus gladiis vtrerentur. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 103. Sic quotidie vtrinque eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. Idem, lib. 2. 21. Virg. 10. Aeneid. 154.
– stridentemque eminus hastam Iecit.

Emiror, pen. prod. emiraris, emiratus sum, (ἐπθαυμάζω,) emirari. Valde mirari. Horat. 1. Carm. ode. 5. 2. – & aspera
Nigris æquora ventis Emirabatur insolens.

Emissarius, Emissitius, Vide EMITTO.

Emitto, emittis, emisi, pen. prod. emissum, (ἐπαφίημι, ἐξαπποστέλλω, ἐξαλλόμαι,) emittere, Extra mittere. Vnde Emitti à deo. Cicero. 1. Tuscul. 117.

Emittere ad. Cic. ad Atticum, lib. 2. 27. 1. Emittat ad me Publius qui obsignent iurabo, &c.

Emittere de manibus. Cic. pro Cælio. 52. Liu. 1. bel. Pun. 189.

Emitti è carcere. Cic. pro Plancio. 15. Idem. 7. Verr. 20.

Emitti è custodia, & leuari vinculis. Cic. 1. Tusc. 192.

Emittere è manibus. Liu. 8. bel. Pun. 227. E manibus tuis in Italiam emissi. Sic. 5. bel. Maced. 21. Hostes emissi è manibus.

Ex vinculis emitti. Cic. 1. Tusc. 118.

Emittunt noctu per vallum. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 282.

Emittere in hostem equites. Liu. 4. bel. Pun. 66. Et. 4. ab Vrbe. 81. Primos equites clamore sublato in hostem emisit.

Actionem equidem solam in hoc tempus emiseram. Quintil. lib. 7. ca. 3. 20. Hoc est edideram, inuulgaram.

Emittere aculeos in hominem. Cic. pro Cælio. 21. Sed vestræ sapientiæ Iudices est, non abduci ab reo nec quos aculeos habeat seueritas grauitasque vestra, quum eos accusator exerexit in rem, in vitia, in mores in tempora, emittere in homines & in reum.

Ardor se emittit. Cic. 1. de Diuinat. 64. Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

Aliquid dignum suo nose emittere, Id est edere. Ci. Volúnio, lib. 7. 84. 3. Vt etiam

Vt etiam signando aliquid dignum nostro nomine emisimus.

Emittere fulmina & iacula. Cic. 1. de Diuin. 65. Liu. 6. bel. Pun. 20.

In auras iaculum emittere. Virg. 9. Aeneid. 17.
Ecquis erit mecum ô iuuenes, qui primus in hostem?
En, ait: & iaculum intorqueus emittit in auras.

Lachrymas emittere. Ouid. 11. Metam. 92.

Emittere manum, est cautionem propria manu facere. Modestinus in L. Quidam quasi, ff. De probat. & præsump. Quærebant, an cũ eo de hæreditate fratris ꝑpter emissã ab eis manũ possint quasi cũ filio agere.

Maledictum emittere Cicero pro Plancio, 47. Nihil est autem tam volucre quàm maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dispatur.

Emittere oculos. Plautus Merc. 17. 16. Gradus grandit, emittit oculos, circunsert se.

Emittere ouа dicitur gallina. Plin. lib. 11. cap. 24. 6.

Rudentes puppe emittere. Stat. 2. Achill. 4.

Emittere arcu sagittas, aut tela. Plin. lib. 9. cap. 8. Cic. de Arus. respon. 1.

Emittere venis sanguinem. Plin. lib. 25. cap. 5. 18.

Emittere saturitatem. Plin. lib. 10. cap. 33. 2. Id est Purgare ventrem.

Emittere vocem. Liuius 1. ab Vrbe, 237. Seu ira, seu odio, seu superbia instita ingenio, nullam eum vocem emisisse. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 1. Tibull. libro 1. eleg. 9. 6.

Emittere vocem cum querimonia. Cic. 4. Verr. 66.

¶ Emittere manu aliquem, pro Manumittere, & in libertatem asserere. Plaut. Aulul. 17. 16. Volo me emitti manu. L. egóne emittam manu? Idem Capt. Non erit tam auarus quin te gratis emittat manu. Idẽ Mostel. 15. 36. Atque eam emisisse manu? Plin. epist. 171. b.

Emissus, Participiũ, (ἐξαπποστελλόμενος) vt Agmẽ emissum. Virg. 4. Geor. 12.
Hinc vbi iam emissum caueis ad sydera cæli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen.

Euocatus atque emissus. Cic. 1. Tusc. 117. Sed tanquam à magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic à deo euocatus atque emissus exierit.

Ex vrbe emissus. Cic. 1. in Catil. 10. Vt absente non emissus ex vrbe, sed immissus in vrbem esse videatur.

Facetè dictum emissium hærere debet. Cic. 2. de Orat. 122.

Vixdum emissa dies. Stat. 2. Sylu. 46.

Hyems emissa, Virg. 1. Aeneid. 16.
– emissumque hyemem sensit Neptunus. Id est tempestatem.

Lacus emissus. Cic. Attico, lib. 4. 84. 5.

Ortus solis emissus. Claud. 7. Paneg. 78. – sit Nilus vbique
Vester, & emisso quicquid sol imbuit ortu.

Ratio simul atque emissa est, adhærescit. Cic. 2. de Orat. 18.

Tela emissa. Lucan. lib. 3. 109. In puppim rediere rates, emissáque tela
Aera texerunt.

In lucem Stygiis emissa tenebris Pallida Tisyphone. Virg. 4. Georg. 109.

Venti emissi. Ouid. 11. Metam. 11.

Verbum emissum. Horat. 1. epist. 19. 15.
Ex semel emissum volat irreuocabile verbum.

Emissa cælo vox. Liu. 5. ab Vrbe, 227.

Emissio, Verbale, (ἄφεσις, ἐξίλασις,) pro iactatione & vibratione: vt Emissiones tormentorum. Cic. 2. Tusc. 97. Vt enim balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.

Emissarius, emissarii, Qui paratus est inuehi in aliquem: Calumniator & vexator, summissus & subornatus ab inimicis. Cic. Mario, libro 7. 2. 7. Perfnaserátque nonnullis inuidis meis se in me emissarii semper fore.

Emissarios Domitiani vocat Suetonius in Domitiano, cap. 11. quorũ opera ad delationes aburebatur.

Emissarius vt Asconius docet, furtorum conciliator, atque internuntius, quæ à magistratibus committuntur. Cicero 5. Verr. 77. Dubitaturum quenquam existimas quin illis emissariis hæc tibi omnis pecunia quæsita sit? In eundem, Act. 4. 14. Petit Nævius Turpio quidam istius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus.

Emissarius equus, aries, & huiusmodi, Qui emissus sit in solitudinem, vel qui ad generandã sobolem emittitur. Hæc Valla in Rauden. Plaut. Mostel. 15. 19. – abi sis hinc inam tu quidẽ Aequè fuisti scitus emissarius,
Qui confectare, qui mares, quæ fœminæ.

Emissarius palmes. Plin. lib. 17. cap. 23. 9. Ex his emissi palmites proximo anno imis inferantur scamnis, ac per singulos annos ad superiora scandant, relicto semper duramento in singulis tabularis, & emissario vno qui subeat vsquequo placuerit.

Emissarium, emissarii, (ἐξαγωγίον,) Locus per quẽ aqua è lacu aut stagno emittitur, inquit Sipontinus. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 20. Opera magna potius quàm necessaria, quàm multa perfecit, sed vel præcipua, aquæ ductum à Cæio inchoatum: itẽ emissarii Fucini lacus, portúmque Hostiensem. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 18. 4. Helico nequissimus H S. M. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla macceria, nulla casa.

Emissitius, Adiect. (ὑποθυμίδιος,) Quod emittitur. Cic. 3. de Legib. 30. C.

vero Gracchus ruinis & emissititiis, quas ipse se proiecisse in forũ dixit quibus digladiarent inter se ciues, nõne oẽm Reip. statũ permutauit?

Emissiti oculi, Qui huc & illuc aspectant, & velut ex se eiaculantur. Plaut. Aulul. 4. 2. Circunspectatrix cum oculis emissitiis.

EMMAVS, huius Emmai, f. g. (ἐμμαοῦς,) Ptolemæo Iudææ vrbs, eidem alio nomine Nicopolis, vbi cognitus CHRISTVS in fractione panis. Plin. lib. 5. cap. 14. Hierico ntem palmetis consitam, fontibus irriguã Emmaum. Vide Iosephum lib. 12. Antiquit. cap. 10.

Emo, emis, emi, emptum, (ἀνέομαι, ἀγοράζω, ἐπιποίεμαι,) emere. Pecuniis, vel gratia aut præmio, vel alio quouis modo aliquid sibi comparare. Cic. pro Cecinna, 14. Suum esse, sęque sibi emisse.

Emere (inquit Festus) quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro Sumere siue accipere.

Emere de. Plaut. Curcul. 7. 64. Quia de illo emi virginem. Idem Capt. 2. 34. Emit hosce de præda ambos de Quæstoribus. Cic. ad Qu. fratrẽ, libro 2. 10. 5. Emerat de Cosconio & Pomponio bestiarios. Et ad Atticum, libro 13. 286. 3. Sic apud eundem in Pisonem, 27. Et ad Atticum, libro 2. 29. 3. Plin. libro 18. cap. 5. 3.

Bene emere. Cicero Attico, libro 1. 8. 9. Quod ea emptione & nos bene emisse iudicati sumus.

Care emere. Horat. 1. epist. 1. 48.

Emere tam salubriter vt pœnitentiæ locus nõ relinquatur. Plin. epist. 14. Rogo cures quanti æquum est emat: ita eum delectabit emisse, ego tibi debiturus, si prædiolum illud quod commẽdatur istis dotibus tam salubriter emerit, vt pœnitentiæ locum non relinquat.

Emere argento sibi aliquem. Plaut. Asin. 1. 2. 83.

Propè dimidio carius emere aliquid qđ æstimatur. Cic. pro Domo sua, 89.

Emere bona fide. Plaut. Mostel. 8. 151. – de vicino hoc proxumò
Tuus emit ædes filius. TH. bona fide?
TR. Si quidem ea argentum redditurus, tum bona:
Si redditurus non es, non emit bona.

Emere magno. Cicero 5. Verr. 56. Ouid. 1. de Arte, 126.
Atque emitur magno nil, nisi posse loqui.

Minimo emit, Vide MINOR.

Emere pondere. Plinius libro 12. cap. 7. 4. Piper pondere emitur, vt aurum & argentum.

Precibus emere. Senec. de Benefic. libro 2. cap. 1. Nulla res grauius constat, quàm quæ precibus empta est. Cicero dicit 6. Verr. 11. Malo emere quàm rogare.

Emere pretio alterius. Terent. in Prol. Hecy. 53. – mihique vt discere
Nouas expediat posthac pretio emptas meo. Vbi Donatus, Pretio meo, æstimatione à me facta quantum ædilis daret.

Potestas virtute emitur. Claud. 6. Paneg. 38.

Emere tanti. Cicero 3. Offic. Emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius voluit.

Emere aliquem donis. Liu. 6. bell. Maced. 48.

Emere aliquem vita. Virg. 9. Aeneid. 42.

Emere aliquid in publicum, Id est ea lege vt publicum fiat. Liu. lib. 4. Decad. 5. Lanę isque & tabernas coniunctas in publicum emit: basilicámque faciendam curauit.

¶ Munere custodem emere. Ouid. 3. de Arte amandi, 130.

Cicharas emere. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 21.

Gaudia emere. Stat. libro 9. Thebaid. 12.
Periurum diadema peto, quo gaudia tanti Empta mihi?

Generum sibi emere. Virg. 1. Georg. 7.

Emere talento inimicum. Plaut. Trinum. 14. 48.
– nam ego talentum mutuum
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.

Emere litigium. Plautus Amphit. 14. 44. Noui te hominem molestum, quíve emas litigium.

Metum emere. Lucan. lib. 3. 120. – nanque asserit vrbes
Sola fames, emitúrque metus.

Mortẽ emere. Prop. li. 3. eleg. 16. 5. Talis mors pretio vel sit emẽda metu.

Emere pretio spem. Terent. Adel. 2. 1. 11. – ego spem pretio nõ emo.

Ad sententias emendas dedisse pecuniam. Cic. pro Cluent. 81.

Emptus, Partici. (ὠνητός,) vt Pax empta donis ingẽtibus. Luca. lib. 10. 22.

Decus perenne ingenti clade emptum. Claud. de piis fratribus, & statuis eorum, 42. 10.

Emptum, constupratúmque iudicium. Cicero ad Atticum, libro 1. 13. 5. Afflicta Resp. est empto, constupratóque iudicio.

Fœdera empta multis cladibus. Claud. 7. Paneg. 91.

Pulmenta laboribus empta. Horat. 1. epist. 9. 10.

Voluptas dolore empta. Horat. 1. epist. 2. 12.
Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Ex empto aut vendito fieri aliquid contra fidem. Cicero 3. de Nat. deorum, 106. Reliqua quæ ex empto aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt.

Emptio, Verbale, (ἀγοραστία, ὠνή, ὤνησις,) Ci. ad Att. lib. 12. 23. 2. Quid Cæsar tres habet conditiones: aut emptiones ob hastam, &c.

Mancupi emptio, Vide MANCEPS.
Abire ab emptione, Vide ABEO.
Emptione facta. Cicero pro Cecinna, 12. Hac emptione facta, pecunia solvitur à Cecinna.
Empto, emptitas, penult. corr. emptitare, Frequentarium, Frequenter emere, vel frequenter mercandi seu acquirendi vsum habere. Plinius lib. 33. cap. 1. 1. Ita enim (vt opinor) commercia victus gratia inuenta aliosque coriis boum, alios ferro, captiuisque rebus emptitasse tradit. Columel. lib. 8. cap. 10. 4. Hac impensa curisque M. Terentius ternis sæpe denariis singulos emptitaros esse significat auorum temporibus, quibus qui triumphabant, populo dabant epulum.
Emptitare quidam legunt apud Plautum Casina, 7.40. Non ego istud verbum emptitem titillitio.
Empturio, empturis, penult. corr. (ἀγοραστέω,) empturire, Cupere emere. Varro in Procem lib. 2. 6. Propterea quòd te empturientem in campos macros adducunt crebrò pedes.
Emptor, Verbale, (ἀγοραστής,) Qui emit. Cicero 3. Offic. 67. Nequid omnino quod venditor norit, emptor ignoret. Idem pro Cecinna, 14. Horatius 2. Serm. Saty. 5. 22.
Emptorem hiantem inducere dicitur res. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 18.
Regibus hic mos est, vbi equos mercantur, opertos
Inspiciuntque, si facies, vt sæpe, decora
Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem.
Dedecorum pretiosus emptor. Horatius 3. Carm. Ode 6. 7.
– seu vocat institor
Seu nauis Hispanæ magister
Dedecorum pretiosus emptor. Id est inæstuum, vt ait Acron. Qui dedecora, id est adulteria magno pretio emit, inquit Porphyrio.
Emptionalis, & hoc emptionale, penul. prod. (ἀγοραστικός.) Qui frequens est in emptionibus & proscriptionibus bonorum. Cælius ad Ciceronẽ, lib. 7. 30. 1. Quod quidem si inter vos senes emptionales venale proscripserit. Quo in loco antiquissima exẽplaria legunt coemptionales.
Emptitius, Adiectiuum, (ὠνητός,) Qui emptus est, cui Gratuitus opponitur. Varro 3. de Re rust. cap. 2. 9. Hic aprum glans quum pascit emptitia, facit pinguem: illic gratuita, exilem. Ibidem, cap. 17. 6. Præterea sallamenta in eas piscinas emptitia coniciebat.
Emptitius miles, Mercenarius, inquit Sipontinus: quem Festus emptituum appellat.
Emax, huius emãcis, pen. prod. (ὠνητικός,) Qui libẽnter, & sæpius emit, vel qui emendi est cupidissimus. Cato. cap. 2. 4. Patrem familias vendacem, non emacem esse oportet. Cicero in Paradox. 64. Non esse cupidum, pecunia est: non esse emacem, vectigal est.
Domina emax. Ouidius 1. de Arte, 85.
Institor ad dominam venier discinctus emacem.
Emacitas, pen. corr. emacitatis, (τὸ ὠνητικόν,) Facilitas & inclinatio voluntaria emendi, Columel. lib. 4. 3. 1. Quosdã emacitas in armentis, quosdã exercet in cõparandis mancipiis curaide tuendis nulla cura tangit. Plinius epist. 5 1. Erat φιλόκαλος, vsque ad emacitatis reprehensionem.
Emódulor, penul. corr. emodulãris, emodulãtus sum, (ἐπαυλέω,) emodulari, Idẽ quod modulari. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 7. Musa per vndenos emodulanda pedes.
Emolior, emolîris, pen. prod. emolîtus sum, (ἐξολέω.) emoliri, Excitare, expellere. Celsus lib. 4. cap. 6. de pleuritide, Interdũ sicca tussis est, quæ nihil emolitur. Columel. lib. 8. cap. 5. 16. Dum eas anaritudo cogat, per nares emoliri pituitæ nauseam.
Emoliri fretum. Senec. Agamem. 6. 18.
Sua quisque mittunt tela: & infesti fretum
Emoliuntur. Id est cõmouent. De ventis loquitur mare concitantibus.
Emollio, emollis, emollîui, emollîtum, pen. prod. (ὑμαλόκαλέω, ἐμαλάττω,) emollîre, Idem quod mollire, & fricatione aut subactione molle reddere. Liu. 7. bell. Maced. 168. Humor arcus, fundisque. & iaculorum amenta emollierat.
Emollire alium, Laxare & lenire. Plin. libro 20. cap. 9. 15. Alium leniter emollit lapsana. Ibidem, cap. 2. 3. Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum.
¶ Emollire hominem. Liu. 7. bel. Pun. 11. Simul metuẽs, ne suum quoque exercitum, sicut Annibalis, nimis vrbis amœnitas emolliret. Idem 8. bell. Maced. 216. Degener & emollitus amœnitate Asiæ hostis.
Artibus mores emollire. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 10.
Pax emollit. Tacit. in Vita Agricolæ, Plus tamen ferociæ Britanniæ præferunt, vt quos nondum longa pax emollierit.
Emollidus, pen. corr. Adiectiuum, (μαλθακός,) Idem quod mollis. Liu. 4. belli. Maced. 178. Labor & æstus emollida & fluida corpora Gallorũ & minimè patientia sitis, quum decedere pugna coegisset, &c. Vetustiora exemplaria legunt mollia.
Emolumentum, (ὠφελίμα, ὄνησις πρᾶγμα,) Vtilitas quã ex operã & labore, & (vt ita dicã) molimine nostro assequimur. Plant. Trinum. 10. 67.
Et si sine dote duxeris, tibi sit emolumentum honoris, mihi
Quod obiectant siet.
Derrimentum & Emolumentum, contraria. Cic. 1. de Finib. 83. Plúsque in ipsa iniuria detrimenti est, q̃ in his rebus emolumenti q̃ pariunt iniuriæ.
Fructus atque emolumentum. Cic. 5. Verr. 195.
Dicere aliquid ob emolumentum suum. Cic. pro Fonteio, 14.
Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem. Cic. pro Mil. 4.
Largiri aliquid emolumenti. Lucret. lib. 5. 34.
– quid enim immortalibus, atque beatis
Gratia nostra queat largirier emolumenti?
Proponere emolumentum alicui. Cic. pro Fonteio, 15.
Laus suscepta sine emolumento ac præmio. Cic. 2. de Orat. 188.
Emolumento esse alicui. Cic. 1. de Orat. 18.

Emoneo, émones, pen. corr. emónui, emónitum, pen. corr. (παραγγέλλω,) emonẽre, Idem quod monere significat. Plautus Asin. 14. 17. Hunc politare, illam expilare iam emone,
Emorior, emorîris, pen. prod. vel emóreris, penult. corr. emortuus sum, (ἀποθνήσκω, emori Simplicis significationẽ retinet. Plaut. Menæch. 2. 34. Paucis diebus pòst Tarenti emortuus est. Idem Asin. 14. 1. – emori Me malim, quàm hæc non eius vxori indicem. Terent. Heaut. 5. 2. 18. Emori cupio. CH. prius quæso disce quid sit viuere. Cicero 3. Offic. 156. Vt esset insitum militibus nostris aut vincere aut emori. Sic 1. Tusc. 25. Ouid. 3. Amor. 79.
Antè ait, emoriar, quàm sit tibi copia nostri.
Amorem emori. Ouidius 2. de Remed. amor. 52.
Perque gradus molles emoriatur amor.
Emortuum auxilium ad rem. Plaut. Epid. 3. 14.
– quid igitur te mihi esse rettulit
Beneficum oratione, si ad rem auxilium emortuum est?
Quorum laus emori non potest. Cicero in Paradox. 20.
Emoritur membrum. Cels. lib. 5. cap. 26. in cap. de curatione gangrenæ.
¶ Emoriri, pen. prod. Terent. Eunu. 3. 1. 42. Risu omnes qui aderãt, emoriri. Vbi Donatus, Emoriri, vitiosè dictum ab imperito milite.
Emortuãlis, & hoc emortuãle, pen. prod. (νεκρικός,) vt Emortualis dies, in quo quis mortuus est, sicut Natalis, in quo natus. Plautus Pseud. 2. 127. Certum est hunc mihi emortualem facere ex natali die.
Emoueo, émoues, pen. corr. emóui, emõtum, pen. pro. (ἀπωθέω,) emouẽre. Ex loco mouere. Liuius 6. ab Vrbe, 158. Tum percitus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emouerat, misit. Sic Emouere è foro multitudinem, Liu. 5. bell. Pun. 5. Sene. Agamẽ. 6. 8.
Emouere herbas. Columel. libro 8. cap. 3.
Emouit ex pectore meo phronesim. Plaut. Trucul. 3. 44.
Et clara lentum regimen emouit tuba.
¶ Emouere pro exerere, seu in apertum producere. Ouid. 3. Fast.
Dum loquitur, totum iam sol emouerat orbem. Id est tota sua rotunditate apparebat.
Emõtus, penult. prod. Participium. (ἀπωσμένος,) vt Axis à cardine emotus. Stat. 1. Thebaid. 69.
Curæ emotæ. Virg. 6. Aeneid. 77. His dictis curæ emotæ: pulsúsque parumper Corde dolor tristi.
Postes cardine emoti. Virg. 2. Aeneid. 92.
Emotis deinde curia legatis, Liu. 10. bell. Pun. 103.
Emotum solum. Columel. lib. 3. cap. 18. 1.
EMPEDOCLES, pen. corr. (ἐμπεδοκλής,) Philosophus & poeta Agrigentinus de rerum natura versibus scripsit, vt apud Romanos Lucretius. Discipulus fuit Pythagoræ, & inuentor Rhetoricæ. Is nocte à sociis clàm discedens, in ardentem caminum montis Aetnæ se demisit, vt deus immortalis haberetur: sed ferreæ eius crepidæ ex camino per flammam reiectæ, rem patefecerunt. Horatius in Arte Poet. 94.
– deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam Insiluit. Idem 1. epist. 12. 4. Empedocles an Stertinii deliret acumen. De Empedocle Vide Gellium lib. 4. cap. 11. & Cælium lib. 11. cap. 18.
Empedocles Physicus, idemque poeta optimus. Cicero 1. de Orat. 109. Idem quatuor elementis omnia constare ait. Cic. 4. Acad. 211.
Empedocles animum esse censet, cordi suffusum sanguinem. Cic. 1. Tusc. 30. De eodem vide 1. de Nat. deor. 43.
Empedocleus. Adiect. (ἐμπεδοκλείος,) Ci. Q. u. fra. lib. 2. 13. 1. Quã veneris, virũ te putabo si Sallustii Empedoclea legeris: hoc em nõ putabo.
Empetron, pe. corr. (ἔμπετρον,) Herba quã nostri calcis agã. vocãt: nascit in mõtibus maritimis, ferè in saxo: quo propius mari fuit, minus salsa est. Plin. lib. 27. cap. 9. 4. Ea inquit Ruellius lib. 3. cap. 85. facilè putaretur esse quæ mediis saxis erumpit, officinis Parisiensibus saluia vita dicta: primò quòd è mediis saxis emicet, & frãgere saxa videatur: partim quòd calculos mirè frangat.
Emphasis, pen. corr. (ἔμφασις,) Figura est Grãmaticalis, qua latens aliquid ex aliquo dicto eruitur. Cuius duo sunt genera: Alterum quod plus significat quàm dicit: alterũ quod etiam id quod nõ dicit. Virg. 1. Georg. – quũ iam glandes, atque arbuta sacræ
Deficerent syluæ. Hoc est non solum aliæ, sed etiam sacræ.
* Quintil.

* Quintil. lib. 8. ego autem libentius emphasin retulerim ad ornatum Orationis, & lib. 9. Emphasi dixit Iulius Ferrũ ductitium incidisse.
Empirice, pen. corr. (ἐμπειρική,) Vna ex tribus sectis medicinæ, quæ experientia tantum nitebatur. Plin. lib. 29. cap. 1. 5. Alia factio ab experimẽtis se cognominãs empiricẽ, cœpit in Sicilia.
Empiricus. Adiectiuum. (ἐμπειρικός,) Celsus in Præfatione, Qui se empiricos ab experientia nominant. Cic. 4. Acad. 219. Itaque medici ipsi, quorum intererat ea nosse, aperuerunt vt viderentur: nec eo tamen minus empiricis notiora esse illa.
Emplastrum, emplastri, (ἔμπλαστος, ἔμπλαστρον,) Latinè fictum vel formatum: Quod ex diuersis rebus confingi & conformari consueuit, quod nunc vulgò vnguentum dicitur. Id verò quod vulgò emplastrum dicitur, à doctis cataplasma vocatur. Plin. lib. 21. cap. 4. 2. Vide Celsum lib. 5. cap. 17.
Emplastrum in arboribus quomodo fiat, & quid sit, vide Plinium lib. 17. cap. 16. Colum. de Arboribus, cap. 26. 9. & lib. 5. cap. 11.
Emplastrare. (ἐμπλαστεῦν,) Columel. lib. 5. cap. 11. Postea item alterius arboris quã emplastraturus es, nitidissimũ ramũ eligito. Idẽ lib. 11. cap. 2. 18. Possimtque si tã librum remittunt, inseri oleæ, vel emplastrari, cæteræque pomiferæ arbores eodem emplastrationis genere inseri.
Emplastratio, Verbale, (ἐμπλάστωμα,) In arboribus dicit quũ cortex eximitur inoculationis gratia, vt aptari queat cortex par ex altera arbore, vt ait Plin. lib. 17. cap. 16. Colum. lib. de Arbor. cap. 26. 1. Et lib. 5. cap. 11, Tertiũ, quũ gẽmam cũ exiguo cortice in partem sui delibratam recipitquã vocant agricolæ emplastrationẽ, vel, vt quidam, inoculationem. Sic lib. 5. cap. 11. 2. Idem lib. 11. cap. 2. His quidẽ diebus arbores ficorum inoculantur: quod genus insitionis, emplastratio vocatur.
EMPORIARE, (ἐμπορεύω,) vrbs Hispaniæ Tarraconensis Ptolemæo. Vulgò Castellon Dempurias.
Phocaicæ Emporiæ. Silius libro 3. 76.
Dat Carthago viros Teucro fundata vetusto,
Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem.
Emporium, emporii, (ἐμπόριον,) Locus in quo res vænales exponuntur, ab ἐμπορέω, lucror, negotior. Plaut. Amphit. 1. 4. Apud emporium, atque in macello in palæstra, atque in foro. Liuius 1. bell. Pun. 127. Et lib. 6. 167. Cicc. Attico, lib. 5. 89. 3. Quum per emporium Puteolanorum iter facerem.
Emporeticus, pen. corr. Adiectiuum. (ἐμπορικός,) vt Emporetica charta. Plin. lib. 13. ca. 12. 2. Nã emporetica inutilis scribendo, inuolucris charatum, segestriumque in mercibus vsum præbet.
Emptitius, et Emptito, Vide EMO.
EMPVSA, pen. pro. (ἔμπουσα,) vt ait Dæmoniodes, phantasma quod sese infœlicibus ingerat, multifariámque demutet formam, ac se meridie plurimum ostentet, quum inferis parentatur. Sunt qui eadem Empusas cum Hecate statuant: id quod ἐν τραγῳδίαις Aristophanes significat. Nominis ratio est, vt Eustathio placet, quia vno incedant pede. Verum nec desunt qui alterum interpretentur habere æneum pedem, & inde appellatam Empusam. Cælius lib. 6. cap. 38.
Emucidus, pen. cor. Adiect. vt Vtis emucida. Plin. lib. 17. cap. 22. 6. Simili modo & secundo anno reciditur, viresque concipit, & intra se pascit, suffecturas oneri, quum aliàs festinatione pariendi gracilescat, ac emucida (ni cohibeatur castigatione tali) in fœtum exeat tota.
Emugio, emũgis, pen. prod. emugîui, emugîtũ, (ἐμυκάομαι,) emugîre, Proprie est boum. Et per translationem, cum mugitu proferre & enuntiare. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6. Nam & clamant vbique, & omnia leuata (vt ipsi vocant) manu emugiant.
Emulgeo, emulges, emulsi vel emulxi, emulsum vel emulctũ, (ἐξαμέλγω, μέλγω,) emulgẽre, Idem significat quod mulgere. Columel. lib. 7. cap. 3. 15. Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendũ est, quod pastores colostrum vocant.
Emundare, (ἐκκαταίλω,) Idem quod simplex. Colum. lib. 3. ca. 15. 1. Seritur ergo prius in emundata pastinatione.
Emungo, emungis, emunxi, emunctũ, (ἀπομύττω,) emungere. Idẽ quod mungere. Plin. lib. 35. cap. 11. 21.
Emungere alicui oculos, per translationem dictum. Plaut. Cas. 2. 38. Actu vt oculos emungare ex capite per nasum tuos.
Emungere aliquem. Despoliare. Plaut. Epid. 10. 58.
Enge frugi Epidice, frugi essbene pugnasti, homo es,
Qui me emunxisti mucidum minimi pretii. Idem Bacchid. 15. 52.
Emungam hercle hominem probè hodie, ne id nequicquam dixerit. Ibidem, 23, 16. Emunctos sum auro. Terent. Phorm. 4. 4. 1. Geta. Ghem. A. quid egisti? G. emunxi argento senes. Hoc est, abstuli illis suas pecunias. Metaphora sumpta ab iis quibus nares emunguntur. Cabiro se emungere. Prouerbialis ironia in hominem sordidi quæstus, & conditionis abiectæ. Vide Chiliadas Erasmi. Author ad Herenn. lib. 4. 139. Tota res relinquitur in suspicione: vt si fallamentarii filio dicas, Quiescẽ tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

Emunctus. Participium. (ἀπομυκτήρ,) vt Emunctæ naris homo: Id est, facetus & elegans, apud Horatium de Lucilio inquit Donatus in Phorm. Terentii. Emunctæ naris homo, (inquit Erasmus in Chiliadibus) acri, exactóque iudicio, quasi munire, datis nariculis, mucoque emunctis. Horat. 1. Serm. de Lucilio, emunctæ naris, durus componere versus.
Emunctus, metaphoricè, pro spoliato. Horat. de Arte, 49.
Vt nihil interfit, Dauúsne loquatur, an audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum.
Emunctio, Verbale, fœm. gene. (ἀπόμυξις,) Quintil. libro 11. cap. 3. de narium gestu loquens, Quum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur.
Emunio, emũnis, pen. prod. emunîui, emunîtum, pen. prod. (ἀσφαλίζω,) emunire, Idem quod munire significat: vt Emunitus in modum arcis. Liuius 4. bell. Pun. 97. Et lib. 1. 26. Tacit. in Vita Agricolæ. Corpora ipsa, ac manus, fyluis, ac paludibus emuniendis verbera inter, ac contumelias conterunt.
Emunire vites ab iniuria pecoris. Columel. lib. 5. cap. 6. 19.
Emusco, emuscas, (ἐκμυόω,) emuscare, Purgare & muscum adimere. quod proprie de arboribus dicitur. Columel. libro 11. cap. 2. 31. Isdem diebus, vbi prægelidum & pluuium cælum est, oleæ purantur & emuscantur. Id est, muscus illis adimitur. Est autem muscus lanugo illa viridis quæ arboribus supercrescere solet, ipsámque naturam terræ substantiam depascitur.
Emutio, emûtis, pen. prod. emutîui, emutîtum, pen. prod. (ἀφανῶ, ἀφανίζω,) emutire, Tanquam mutus fignum facere, vel strepitum. Plaut. Merc. 22. 55. – quin ego videam, facis?
E. Faciam. C. longinquum amanti istuc. E. etiam emutis? omnia Commonstrabo.
Emûto, emûtas, penul. prod. (ἐξαλλάττω,) emutare, Idem quod immutare. Quintil. lib. 8. cap. 2. Quidam emutatis in peruersum dictis de figuris, idem vitium consequuntur.

E N

En, (ἴδε, ἰδοὺ, ἴδεσθε, ἴδετε,) Aduerbium demonstrantis, quod interdũ notatiuo, aliquando accusatiuo iungitur. Terent. Hecy. 1. 1. 6.
Quamsanctè, vt quiuis facile posset credere,
Nunquam illa viua ducturum vxorem domum. En duxit. Virgil. 1. Aeneid. 93. En Priamus, sunt hîc etiam sua præmia laudi. Cic. 3. Verr. 65. En cui tuos liberos committas. Idem 7. Verr. 56. En quod Tuditani libenter prædicent.
En crimen, en causa, cur regem fugitiuus, dominum seruus accuset. Cicero pro Deiotaro, 11.
En hoc illud est quod ante dixi, mulier abundat audacia, &c. Cicero pro Cluentio, 146.
En hic ille est. Cic. Cæsari, lib. 13. 16. 2. En hic ille est de illis maxime qui ridere atque obiurgare me solitus est, quòd, &c.
Accusatiuo. Plaut. Amphit. 15. 54. En tectum, en tegulas, en obducta fores, en Indificatum herum, &c.
En, inquit Donatus, vim habet indignationis post enarratam iniuriam. Terent. Phorm. 2. 3. 1.
En vnquam cuiquam contumeliosius
Audistis factam iniuriam, quàm hæc est mihi?
En cur. Cicero pro Sestio, 50. En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur.
En vt. Plaut. Bacchi. 12. 7. Recede hinc dierecte: en vt pultat propudium.
¶ En, pro eum apud veteres, ab eo quod est is. Festus.
Enargia, enargiæ, pen. prod. propter ν diphthongum, (ἐναργεία,) id est euidentia, & rerum repræsentatio, &, vt Cicero inquit, illustratio. Quintil. lib. 8. cap. 3. Itaque ἐναργείαν, cuius in præceptis narrationis feci mentionem, quia plus est euidentia, vel vt alii dicunt, repræsentatio, quàm perspicuitas: & illud quidem patet: hæc se quodammodo ostendit inter ornamenta ponamus. Magna virtus est, res de quibus loquimur, clarè, atque vt cerni videantur, enuntiare.
Idem libro 4. cap. 2. Sunt qui adiiciant his euidentiam, quæ ἐνάργεια Græcè vocatur. Rursus libro 6. capite 2. Insequetur ἐνάργεια, quæ à Cicerone illustratio & euidentia nominatur: quæ non tam dicere videtur, quàm ostendere: & affectus non aliter quàm si rebus ipsis interfimus, sequentur. Corruptè legitur in quibusdam exemplaribus hoc loco, energia per esquemadmodum & apud Ciceronem in Academicis quæstionibus, lib. 4. 35. Eosque qui phuadere vellent, esse aliquid quod comprehendi & percipi posset, insciente facere dicebant, propterea quòd nihil esset clarius ἐνάργειᾳ, vt Græci, nos si placet, perspicuitatem aut euidentiam nominemus. Budæus.
Enarro, enarras, (ἐξηγέομαι,) enarrare, Idem quod narrare significat. Terent. Adel. 3. 3. 11. – omnem rem modò seni
Quo pacto se haberet, enarrauimus ordine. Plin. lib. 17. cap. 5. 2. Plus dixit vna significatione, q̃ possit vlla copia enarrari. Cic. 1. de Diuin. 96.
Quúmque Senatui somnium enarrauisset, pedibus suis saluum reuertisse. Idem 1. de Inuent. 41. Nam sæpe satis est quid factum sit, dicere, non vt enarres quemadmodum sit factum. Idem pro Marcello, 2. Nul

Universidad de Deusto
Biblioteca

la dicendi aut scribendi tanta vis tátáque copia, quæ nõ dicã exornare, sed enarrare C. Cæsar res tuas gestas posit. ✻ & Quint. lib. 1. ca. 10.

Enarratu difficile. Plin. lib. 2. cap. 93.

Enarratio, Verbale, (ἐξήγησις.) Authorũ enarratio. Quintil. lib. 1. ca. 9. 1.

Exigitur à Grammaticis Poetarum enarratio. Quintil. lib. 2. cap. 5. 1.

Diligens enarratio. Quintil. lib. 1. cap. 8. 12.

Vsque ad supernacuũ laboré occupata enarratio. Quintil. lib. 1. ca. 8. 12.

Enarrabilis, & hoc enarrabile, pe. cor. (ἐξηγητός,) Q uod enarrari potest. Quint. lib. 6. cap. 4. Motu animi quodã nescio an enarrabili, indicatur.

Enascor, enasceris, pen. cor. enatus sum, (ἐκγενέσθαι,) enasci, Idem quod nasci significat. Varro 1. de Re rust. cap. 41. 5. Simili de causa oleæ semen quum sit nucleus, quod ex eo tardius enascebatur colis ſ ex taleistideo, &c. Idẽ lib. 2. de Re rust. cap. 9. 3. Enatis duobus dentibus, dextra & sinistra, &c. De Canibus. Plin. lib. 11. cap. 37. 8.

Enatus, pen. prod. Participium, (ἐκγεγονώς,) Cic. Attico, lib. 11. 210. 1. Ex multis meis miserrimis curis est vna enata.

Enato, enatas, pen. corr. (ἐκνήχεσθαι,) enatare, compositum ab ex & nato, natas. Est ita natare, vt iam ad eum locum in quem prætendimus deueniamus. Hirtius lib. 4. 73. Seque per molem in mare præcipitauerunt, & octingentorum passuum spatio ad oppidum enatauerunt. Hoc est natando vsque ad oppidum peruenerunt. Cic. 5. Tusc. 126. Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. Hoc est, enadunt, sese explicant.

Enauigare, (ἐκπλεῖν,) Nauigio traiicere. Plinius libro 6. cap. 17. stadia DC. nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enauigare. Cice. 4. Tusc. 50. E quibus tanquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

Enauigare etiam Nauigio peruenire. Suet. in Tiber. Tantum non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit.

Enauigandus, Participiũ, (ἐκπλευσόμενος,) Hora. 2. Carm. Ode. 14. 3.
– qui ter amplum Geryonem, Tityónque tristi
Compescit vnda, scilicet omnibus
Quicunque terræ munere vescimur Enauiganda.

Enauigatus, pen. prod. Participium. (ἐκπλεύσας,) Plin. lib. 9. cap. 3. Sinus duodecim dierum & noctium remigio enauigatus Ptolemæo regi.

Enauo, enauas, pen. corr. (ἀπεργάζεσθαι,) enauare. Idem quod nauare, re. Vnde Opera enauata. Tacit. lib. 19. Ex præmia enauatæ operæ petebant. Est autem elegans vocabulum enauatus, ab enauando. Vbi E consummationem significat, vt in verbo euinco. Tacit. lib. 3. Tanto magis imbelles Heduos euincite.

Encaustice, encaustices, pen. corr. f. g. (ἐγκαυστική,) Genus picturæ, quod adhibito igni fingitur. Apuleius, Encaustícen oppido exercens, se & duos filios sustentabat.

Encaustes, encaustæ, m. g. (ἐγκαύστης,) Qui ita pingit. Vitruuius, Quod faceret ab encauste dicerat.

Encaustus, A diectiuum. (ἔγκαυστος.) Opus ita pictum. Martial. lib. 1. 155. Encaustus Phaethon tabula tibi picta in hac est?
Quid tibi vis Dipyrum qui Phaetonta facis?

Encaustum, encausti, (ἔγκαυστον,) Materia inusta ad picturam apta. Plinius lib. 36. cap. 25. 5. Piglinum opus encausto pinxit.

Encausticus, pen. cor. Adiect. (ἐγκαυστικός,) vt Encaustica pictura. Plin. libro 35. ca. 11. 1. Sed aliquãto vetustiores encausticæ picturæ extitere. Et paulo pòst, Quod profectò non feciſſet, niſi encaustica inuenta.

Encaute, encautes Plin. lib. 35. cap. 11. 2. Lysippus quoque Aeginæ picturæ suæ inscripsit encauten: quod profectò non feciſſet, niſi encaustica inuenta. Alia exemplaria habent encausen.

ENCELADVS, pe. cor. (ἐγκέλαδος,) Gigas, Terræ filius fulmine ictus à Ioue, & sub Aetna monte sepultus. Virg. lib. 3. Aeneid. 115.
Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac ingentemque insuper Aetnan
Impositam, ruptis flammam expirare caminis, &c.

Ferox Enceladus. Senec. Herc. Oetheo, 9. 3.

Iaculator audax Enceladus. Horat. 3. Carm. Ode. 4. 12.
– cuibus que truncis Enceladus iaculator audax.

Enchiridion, enchiridii, n. ge. (ἐγχειρίδιον,) A manu dictũ, quasi promptuarium, & quod ad manum semper haberi debeat, ceu in ense capulus: quẽ ita Graeci noſt. cuiusmodi inscriptionis cũ alii, tum Gellius quoque meminit postremo libro Noctiũ. Hermol. Enchiridion vocari partem illam remi, quam nautæ manu cõprehendũt, Iulius Pollux tradit. Hermolaus.

Enclisis, f. g. (ἔγκλισις,) Latinè dicitur inclinatio. Vide encliticæ particulæ, quæ in quauis partem inclinantur.

Encyclios, com. gene. (ἐγκύκλιος,) circularis Latinè dici potest. Vnde Encyclios pædia, vel Disciplina encyclios, Id est circularis doctrina, vel orbis omnium disciplinarum. Vitruuius libro 6. in Præfatione.

Encyclopædia, encyclopædiæ, pen. prod. (ἐγκυκλοπαιδία,) Fabius lib. 1. Vt efficiatur orbis ille doctrinæ, quem Graeci encyclopædiam vocant.

Inde illud Vitruuii lib. 1. cap. 1. Quum autem animaduerterint omnes disciplinas inter se coniunctionem rerum & commenicationem habere, fieri posse facilè credent. Encyclios enim disciplina, vti corpus vnũ ex his membris est compesita.

Endelechia, Vide ENTELECHIA.

Endyadis, pen. corr. Figura. Virg. 1. Aenei. 13. – molémque & montes insuper altos. Id est, molem mõtium. Et est figura Endyadis, vt vna res in duas diuidatur, merri causa, interposita cõiunctione: vt alibi, – pateris libamus & auro. Id est pateris aureis. Hæc Seruius. Sic in impressis codicibus: cũ legendũ sit Hendiadyo ἓν διὰ δύο, Id est vnum per duo. Cuius legitur cõtraria figura apud Donatum in Terentium, And. 1. 4. δύο διὰ ἑνός, Id est duo per vnum.

Endo, Præpositio apud antiquos, p. In. Cic. 2. de Leg. 31. ex XII. Tabulis. Et ollos quos endo cælo merita vocauerit. Id est ſ cælo.

Endoitium, Initium. Endoplorato, pro implorato. Endoprocinctu, pro in procinctu. Festus.

Endromis, pen. corr. endromidis, f. g. (ἐνδρομίς,) Vestis genus ita dictum, quòd ea veste antiqui ἐν δρόμῳ, id est in curſu & palæstra vterentur: quam pinguẽ, hirsutamque, & villi lõgioris fuiſſe constat ex Martiale libro 4. 19.

Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam,
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet,
Sordida, sed gelido non aſpernanda Decembri
Dona, peregrinam mittimus endromidem.
Seu lentum ceroma teris, tepidúmve trigona,
Siue harpaſta manu puluerulenta rapis:
Plumea seu laxi partiris pondera follis,
Siue leuem cursu vincere quæris Atan.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Néve grauis subita te premat iris aqua.
Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres:
Nec sic in Tyria sindone tutus eris. Iuuenalis autem taxat mulieres Romanas, quæ endromide purpurea vterentur, in sexta,
Endromidas Tyrias & fœmineum ceroma Quis nescit Bayius.

ENDYMION, (ἐνδυμίων,) Quidam pastor, quẽ quum Luna adamaret, vt semel dormientem posset osculari, sopiuit eum in Latmio mõte Cariæ per aliquot annos. Vnde natum prouerbium Endymionis somnum dormire, de quo videto Erasmum in Chiliadibus.

Endymion, multa ad Lunæ motum pertinentia primus deprehendit, vt vt tradit Plinius lib. 2. cap. 9. & ob id amore eius captus fama traditur. Ouid. lib. 3. de Arte amandi, 17. Latmius Endymion nũ est tibi Luna rubori. Endymionis meminit & Cic. 1. Tusc. 147. Endymion vero, si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormiuit, qui est mõs Cariæ, nõdũ opinor est expectus. Nũ igit eũ curare cõles, quũ Luna laboret, à qua consopitus putatur, vt eum dormientẽ osculari etiam velit?

Eneco, enecas, pe. corr. enecui & enecaui, enectum & enecatũ, ἀναιρεῖν,) enecare, Interficere, suffocare, & neci dare. Plaut. Amphit. Puer ambas angues enecat. Columel. lib. 11. cap. 3. 50. Ne herbis enecet ruta. Pli. lib. 18. ca. 13. 2. Flaccida, & in horreis enecata rapacia.

Enectus, Participiũ. (ἀποπνιγείς,) Non tam mortuus, quàm propemodũ morruus. Valla lib. 6. cap. 28. vt Enectus fame. Cic. 2. de Diuin. 111.

Plenus & Enectus, contraria. Cic. 1. de Diuinat. 210. Nonnullas etiam vaticinationis significationes, vt hoc ipsum pleni enectiue simus, ex quodã genere somniorum intelligi posse dicunt. Subaudi, medici. Enectum hîc putarim accipi pro eo qui sit enectus fame.

Inopia enectus. Cic. 1. de Diuinat. 108. Ea parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti.

Enecta fame & siti prouincia. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 3. Et 2. de Diuinat. 111. & lib. 1. 108. Item 1. Tuscul. 16. Liuius, Fame, frigore, illuuie, squalore enecti, contusi, ac debilitati.

Siti enectus. Cicero 1. Tuscul. 16. Mento summo aquam attingens siti enectus Tantalus.

Energîa, penult. prod. (ἐνέργεια,) Latinè dicitur actus, actio, & efficacia.

Energumenus, pe. cor. dicitur ab immũdo spiritu vexatus, siue à dæmone obsessus, vt nõnulli existimant, ab ἄεργος ὤν, quod detineri significat ac impediri. quamquam & lunatici eo intelligũtur nomine, velut in eos agat luna, id est μήνη. Valla ab ἔργομαι verbo ducit, quod agor significat & agitor. Raudẽsis ab arguosed ridiculè. Cælius libro 2. cap. 13.

Eneruo, eneruas, (ἐκνευρίζω,) eneruare, Debilitare, & veluti neruos auferre, & contundere. Cic. de Senect. 28. Sed tamẽ vt vos videtis, non planè me eneruauit, non afflixit senectus. Sic in Pisonem, 65. Et ad Atticum, libro 2. 29. 1.

Animos eneruare. Ouid. 2. de Remed. amor. 72.

Manus eneruare. Claud. 7. Paneg. 65. – non hybernacula segnes
Eneruent torpore manus.

Vires eneruare. Horat. Epod. 8. 1.

Eneruãtus, penult. prod. Participium. (ἐκνευρισμένος,) vt

Eneruata

Eneruata oratio. Cicero in Oratore, 134.

Enervati & exangues homines. Cic. pro Sestio, 18.

Languidus & eneruatus Philosophus. Cic. 1. de Orat. 112.

Mollis & eneruata ratio & oratio alicuius. Cic. 4. Tusc. 59.

Eneruata & muliebris sententia. Cic. 2. Tusc. 23.

Enervus, & hic & hæc Enervis & hoc enerue, (ἀνανδρος,) Sine viribus. Plinius in Paneg. 53. Visum est spectaculum inde non enerue, nec fluxũ, nec quod animos virorum molliret & frangeret. Apul. lib. 1. Asini aurei. Puer in mollitiem decorus insurgitinque flexibus tormosis eneruam & exossam saltationem explicat. Quintil. lib. 9. cap. 4. In viuersum autem si sit necesse, duram potius atque asperam compositionem malim esse, quàm effeminatam & enervem.

ENGONASIS, pen. corr. (ἐγγόνασις,) Cic. 2. de Nat. deor. 155. Id autem caput Attingens defessa velut mœrentis imago Vertitur.
Quam quidem Graeci
Engonasin vocitant, genibus quia nixa feratur. De Nixo sydere. Ex poeta. Vide Hygium lib. 2. & lib. 3.

Enhydris, penul. corr. (ἔνυδρις,) Coluber in aqua vinẽs, vnde nomen accepit, inquit Plinius lib. 32. cap. 7. 15.

Enhydrus, Genitiuum habet enhydridis, penul. corr. Plin. lib. 30. cap. 3. 3. Aut draconis os è spina, item enhydridis. Est autem serpens masculus & albus. Idem lib. 32. cap. 9. 9. Enhydridis secur. Idem Solin. cap. 45. Quod enhydrus cõspicatus, alterũ ichneumenũ gen⁹, penetrat at bellũ.

Enim, (γάρ,) causalis coniunctio, fermè secundo loco ponitur. Cic. 1. de Natu. deor. 43. Empedocles autem multa alia peccans, in deorum opinione labitur. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia constare censet, diuinas esse vult.

Enim, copulatiua. Cicero de Senect. 29. Nec enim vnquam fum assensus illi veteri laudatóque prouerbio, quod monet maturè fieri senem, si diu velis esse senex.

Attendite enim diligenter. Cic. 4. Verr. 58.

Enim affirmatiua, primo loco posita. Plaut. Mil. 14. 27. Enim cognoui nunc, fecisti modò mihi ex proclino parem. Idem Casina, 22. 13. Enim iam magis, iam appropero magis, iam lubet in Casinam irruere. Idem Trinummo, 17. 10. Enim me nominat. Idem Persa, 6. 56. Enim nõ ibis nunc vicisim nisi scio. Tercut. Adelph. 2. 1. 14. – at enim nõ sinã. At enim. Terent. Eunuch. 2. 3. 80. At enim istiusmodi in me cudetur faba. Ibidem, 4. 6. 13. At enim cane ne prius quàm hanc à me accipias, amittas Chreme. Cicero 3. Verr. 105.

Enim certè. Cic. de Senect. 67. Moriendum enim certè est, & id incertum an eo ipso die.

Certè enim. Terent. And. 3. 2. 23.
Quasi tu dicas factum id consilio meo.
3. Certè enim scio.

Nihil enim. Plaut. Mostell. 8. 23. Quid tu tecum? T. R. nihil enim.
Terent. Adelphis, 4. 5. 22. Quid istas censes? nihil enim:
Commenta mater est, &c.

Profectò enim. Cic. Attico, lib. 4. 86. 7. Sed hæc mallem integra re tecum egissem. Profectò enim aliquid egissem.

Enim profectò. Cic. 1. de Nat. deorum, 36. Terra enim profectò quoniam mundi pars est, pars est etiam Dei. Idem Attico, lib. 12. 136. 3. Quoque enim. Liuius 7. bell. Pun. M. Valerius Leuinus (ei quoque enim in animum prorogatum imperium est) classem quæ ad Siciliam erat, LXX. obtineret.

Verum enim. Terent. Adel. 2. 1. 47. Verum enim quãdo bene promeruit, fiat, suum ius postulat. Idem Eunucho, 4. 6. 4. Verba dum sint: verum enim si ad rem conferentur, vapulabit. Cicero 3. de Oratore, 30.

Imò enim. Terentius And. 5. 1. 4. Imò enim quàm maximè abs te postulo atque oro Chreme, &c.

Enimuero, pen. prod. (ναὶ μὴν δή,) Id est certè, in principio positũ. Plaut. Capt. 2. 22. Enimuero di nos quasi pilas homines habent. Idem Cistel. 143. – enimuero ita Iuppiter,
Istaque me Iuno & Iouis supremi filia, quod dicam nescio iam scio.
Idem Trinummo, 13. 113. Et Persa, 10. 21. Et Merc. 15. 38. Cice. 5. Verr. 50. Enimuero iste videre admirari. Idem 3. Verr. 46. Enimuero hoc non est. Liu. 1. ab Vrbe, 226. Enimuero manifesta res visa. Terent. Heaut. 5. 5. 1. Enimuero Chremes nimis grauiter, &c.
Idem And. 5. 2. 7. Bene sanè id enimuero hîc nunc abest. Idem Heaut. 2. 3. 79. Idem Phorm. 5. 8. 92. Idem And. 1. 1. 65.

Enimuero inquit, &c. Cic. 1. de Orat. 80.

Enimuero pro Exaduerso. Liuius, Bactius de petitione Dasii appellabat. Enimuero ille, vt in manifesta re, exclamat sub oculis Hannibalis.

Enimuero, positum, in responsione indignanti accommodum', & ferociter respondenti. Interdum sine indignatione, & in affirmatione. Plautus Amphit. 3. 125.
– tiõ' te abiisse hinc negas?
A M. Nego enimuero. Idem Trinum. Eho tu is es? C H. is enimuero sum. Idem Persa, 6. 3. – ain' vero verbercum caput?
C. Aio enimuero. Cic. 7. Verr. 80. Illi enimuero se ostẽdunt quod vel-

Iet esse facturos. Idem 5. Verr. 118. Hîc enimuero, in exclamas, hominem improbum, &c. Liu. 2. ab Vrbe, 155. Tunc enimuero deorum ira admonuit. Cic. 6. Verr. 36. Illic enimuero negat.

Imò enimuero. Terent. Eunuch. 2. 3. 57.
– dum sequor hanc, sit mihi obuiam.
P. Incommodè hercle. C H. imò enimuero infeliciter.

Nunc enimuero. Plaut. Capt. 11. 2. Nunc enimuero occidimus ad te hostes Tyndare.

ENIOCHI, vel Heniochi, pen. corr. (ἡνίοχοι,) Ptolemæo cap. 9. lib. 5. populi Sarmatiæ iuxta Pontum non longè ab Achæis. Plin. lib. 6. cap. 5. à Telchino & Amphito, Castoris ac Pollucis aurigis, Heniochorum genrem ferãm, ortam dicit. Strabo verò lib. 11. Tradunt (inquit) Laconas habitasse Heniochiam, quorum duces Rhecas & Amphistratus fuerit, Castoris & Pollucis aurigæ, vnde ἡνίοχοι (vt par est) ex iis quidem sunt nominati. Ex lembis itaque classem comparantes. & interdum ad naueis onerarias, interdum ad regionem vel vrbem aliquam nauigantes, mari dominabantur. Bosphorani eos nonnumquam in stationibus accipiunt, & commeatus & vendendæ prædæ copiam suppeditant. Hi quũ domum repetunt, & vltra nauigare non possunt, lembos humeris impositos in syluas referunt, in quibus habitantes tenue solum arãt. Rursum quum nauigandi tempus adest, eos in mare deferunt. Idem faciunt in aliena. nam loca syluosa nota habent, vbi abiciditis lembis, ipsi nostu, nonnunquam interdiu pedibus errant, capiẽdorum hominum gratia aquos quum ceperint, facilè redemptitios faciunt.

Eniochósque truces lampridem infensus Anaſis. Valer. Flac. 6. Argon. 6.

Eniochus, siue Heniochus, Latinè dici potest teneris habenas.

ENIPEVS, pen. prod. (ἴνις εὺς,) Fluuius Thessaliæ, iuxta quẽ fuit prælium inter Cæsarem & Pompeium. Lucanus lib. 7. 24. Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus.

Altus Enipeus, Id est profundus. Virg. 4. Georg. 74.

Virginibus thiesius Enipeus. Claud. de bello Getico, 37.

Magnus Enipeus. Valer. 5. Argon. 41.

Pulcher Enipeus. Claud. 6. Paneg. 24.

Segnior Enipeus. Valer. lib. 1. Argonaut. 77.

Thessalicus Enipeus. Propert. lib. 3. eleg. 19. 5.

Tumidus Enipeus. Valer. 1. Argonaut. 17.

Enisus, Vide ENITOR.

Eniteo, énites, penult. corr. enitui, (καλλωπίζομαι, διακαλλωπίζομαι,) enitere. Resplendere, & nitidũ ac politum & ornatum esse. Tibullus, Et quantum faciles enituere deæ.

Acumen quoddam singulare enitet in aliquo. Cic. 2. de Orat. 69. In quibus hoc non maximè enituit quod tibi omnes dant, acumen quoddam singulare.

Decus enitet ore. Virg. 4. Aeneid. 30.

Fruges enitent. Cic. 3. Tusc. 19. Fruges tamen ipsæ suapte natura enitent.

Opus enitere dicitur. Cice. 2. de Inuent. 125. Ac si par in nobis huius artis atque in illo picturæ scientia fuisset, forsasse magis hic suo in genere opus nostrum quàm ille in sua pictura nobilis enitteret.

Oratio enitet. Cic. de Clar. Orat. 113. At Crassi magis enitebat oratio.

Enitere, Celebrem esse. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 5. Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demosthenes. Liuius 1. ab Vrbe, 185. In eo bello & virtus & fortuna enituit Tullii. Sic 2. ab Vrbe, 199.

Enitent Athenæ cunctis gentibus. Cic. pro Flacco, 13. Quum illæ non solum in Graecia, sed propè cunctis gentibus enitebant.

Virtus alicuius enitet in re aliqua. Cice. pro Morena, 29. Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis proaui tui.

Enitere & Obsolescere, opposita. Cic. 1. de Inuent. 7. Quare mihi videntur posteà cætera studia recta atque honesta per otiũ concelebrata ab optimis, enituisse: hoc verò à plerisque eorum desertum obsolevisse.

Enitesco, enitescis, (διακαλλωπίζομαι,) Quintil. lib. 1. cap. 15. Firmis autem in dictis, iámque extra periculum positis suaserim, & antiquos legere: ex quibus si assumatur solida ac virilis ingenii vis, detersо rudis seculi squalore, tum noster hic cultus clarius enitescet & nouos, quibus & ipsis multa virtus adest.

Enitor, pen. prod. eniteris, pen. corr. enisus & enixus sum, (πασχαλοποιῶμαι, φιλοτιμοῦμαι,) eniti, Idem quod simplex niti significat. Cicero ad Atticum, lib. 9. 188. 4. Tu nunc omni amore enitere, vt nos cura tua & prouidentia iuues. Idem 4. de Finib. 47. Sed tamen enitar, etsi minus mihi multa occurrent. Terentius And. 3. 4. 17. Corrigere mihi natum porrò enitere.

Eniti & contendere. Cic. 3. Offic. 55. Qui stadium (inquit) currit, eniti & contendere debet quammaxime posit vt vincat.

Eniti, contendere, vel potius perficere. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 15. 8. Quod vt enitare contendisque, vel potius vt præstes (posse enim te, mihi persuasi) vehementer te etiam atque etiam rogo.

Eniti & efficere. Cic. de Amic. 17. Non est igitur amici, talem esse in eũ, qualis ille in se est, sed potius eniti & efficere, vt amici iactẽ aium excitet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facere & eniti. Cicero 2.Philipp.45.Nihil prætermiſi,quantum facere, enitique potui,quin,&c.
Eniti in re aliqua.Cic.1.de Orat.163.
Enitere,elabora.Cic.Capitoni, in Epiſtolis ad Atticum,libro 16.343.4.
Enitere,elabora, vel potius eblandire, effice vt Plancus, quem ſpero optimum eſſe,ſit etiam melior opera tua.
Illud pugna & enitere, nequid temporis nobis prorogetur. Cicero Appio,libro 3.10.10.
Aggerem eniti.Tacit.lib.2.Pars obiectum aggerem eniteretur.
In æquum eniti. Tacit.lib.2. Non vltra dubitatum, quàm dum Romanæ cohortes in æquum eniterentur.
Omni ope atque opera eniti.Cic.Attico,lib.14.313.7.
Remis eniti.Valer.4.Argonaut.135.
Viribus eniti.Virg.2.Georg.72.
Quantum viribus eniti,conſilio prouidere, authoritate mouere potuero.Plancus Ciceroni,lib.10.4.6.
¶Eniti,Cum difficultate aliquò aſcendere.Plin.lib.18.cap.28.6.Sol ipſe ad Aquilonem ſcandens,ac per arduta enſus, ab ea meta incipit flecti, & digredi ad Auſtrum,auctusque noctes aliis ſex mẽſibus,ablaturúsque diei menſuram.De ſolſtitio Cancri ſiue æſtiuo loquitur.
¶Eniti,(ἀπογίγνεσθαι,)Parere.Plautus Amphit. Geminos Alcmena enititur.Plin.lib.28.cap.8.15.Siniſtrum pedem ſuperlatum parturienti,letalem eſſe,dextro illato facilè eniti.* & Quintil.lib.5. Quæ cum anno vidua fuiſſet,enixa eſt.
Eniti partum, Eniti puerum. Liuius 10.bell.Maced.10. Varro 2.de Re ruſtica,cap.10.7.
Eniti oua dicitur gallina.Columel.lib.8.cap.11.8.
Enſus,pen.pród.Participium.(πεπειρασμένος,)Cic.Qu.fratri,lib.3.16. 9.Angit vnus Milo,ſed velim finem afferat Conſularus:in quo enitar non minus quàm ſum enſus in noſtro.
Enixus,(τετοκώς,)Aliud participium,ſiue Nomen ex Participio.
Partus enixa.Tacit.lib.3.Concordem ſibi coniugem,& ſex partus enixã. Et Liuius lib.10.Dec.4.Et apud eum plures enixa partus.
Enixæ dicuntur fœminæ,nitendi,hoc eſt conandi & dolendi labore perfunctæ nixis,quæ religionum genera parientibus præſunt.Sed elegantior intellectus, vt ex hoc dictæ eſſe credantur enixæ, quòd vinculis quibuſdam periculi,quibus implicarentur,fuerint exolutæ. Hæc Nonius. Idem alio loco,Enixa,partu leuata dicitur. Virgil.Aeneid.2.
Triginta capitum fœtus enixa iacebit. Idem alio loco, Enixas non in partu ſolum poſſumus dicere, ſed etiam omni labore exercitas,authore Virgilio libro 3.Aeneid.66.
Stirpis Achillææ faſtus,iuuenémque ſuperbum
Seruitio enixæ tulimus.
Sus enixa fœtus.Virg.3.Aeneid.78.
Enixior opera. Plin.lib.9.cap.8.13.Sed enixioris operæ quàm in vnius diei præmium conſcii ſibi,operiuntur in poſterum.Id eſt maioris & laborioſioris.Nimirum ob ingentem conatum & nixum.
Enixus,huius enixus,m.g.Ipſe enitendi ſeu pariendi actus. Plinius lib.10. cap.63.9.Equæ poſt vnum annum ab enixu vtiliter admittuntur. Sic idem libro 8.cap.16.
Enixè,Aduerbium,(φιλοτίμως,) Cum conatu. Plaut.Trinum.10.27.
– tibi relinqui ob eam rem enixè expeto,&c.Liu.4.ab Vrbe,176.Paulo pòſt in vrbem eſt ingreſſus c o s.non ab ſe magis enixè amouens culpam quàm,&c. Cic.pro Seſtio, 30.Meam cauſam Senatus palàm, Equeſter ordo acerrimè, cuncta Italia publicè omnes boni propriè enixéque ſuſceperant.
Enixè iuuare aliquem.Cæſar 3.bel.Ciuil.137.
Enixè obſtare plebi,Liu.4.ab Vrbe,236.
Eo enixius ad bellum adiuuerunt.Liu.9.bel.Pun.7.
Enixim,pro enixè.(ἐντόνως,)Siſenna lib.4. Hiſtor.Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia feciſſe ac dixiſſe cenſeo.

ENNA,(Ἔννα,) Ciuitas Siciliæ edito in loco & vndique præcipiti ſita, & à Syracuſanis(Stephano teſte)condita, quæ vmbilicus Siciliæ dicitur, quòd in medio inſulæ conſtituta ſit. De qua Cicero 6.Verr.94. Vetus eſt(inquit)opinio,Iudices,quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis atque monimentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri & Liberæ conſecratam.Hoc cum cæteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tã perſuaſum eſt,vt animis eorũ inſitum atque innatum eſſe videatur. nam & natas eſſe in his terris deas,& fruges in ea terra primum repertas arbitrantur:& raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant,ex Ennẽſium nemore:qui locus quòd in media eſt inſula ſitus, vmbilicus Siciliæ nominatur.Hactenus Cicero.Habuit igitur iuxta Ennam,auguſtiſſimum tẽplum Ceres,à quo Ennæa dicta. Silius lib.1.43.
Nec Cerere Ennæa,Pluto nec dicta colono.Ibidem,19.Diua Ennæa.
& lib.13.86.Ennææ Cereris ſimulacrum tale fuit,vt homines quum vi derent,aut ipſam videre ſe Cererem,aut effigiem Cereris non humana manufactam eſſe,ſed cælo delapſam arbitrarẽtur. Author in 7.Actione contra Verrem Cicero,147. Enna vulgò hodie Anna. Vnde Proſerpina à Plutone rapta.

ENNIVS,(Ἔννιος,) poeta, quem Rudiæ genuere vetuſtæ,vt ait Silius, Rudiæ,ciuitas eſt Calabriæ: ſed Euſebius Tarentinum eum facit, dicítque à Catone Quæſtore Romam tranſlatum,in Auentino habitaſſe,ac vnius ancillæ miniſterio contentum fuiſſe.Scipionis etiam Africani familiaris erat,quem in bellis ſemper comitabatur, & in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus.Sequutus eſt M.Fuluium nobilioꝛem ad bellum Aetolium,cuius filium erudiit.Ab hoc & Cato ſenex dicitur Græcas literas didiciſſe.Scripſit plurima,inter quæ Annales:Bellum Punicum ſecundum hexametris,quæ ſanè non extant. ex iis nonnulla Macrobius, quæ Virgilius ab eo eſt mutuatus,manifeſtat. Nam dicere ſolebat,ſe aurum ex Ennii ſterquilinio colligere .Elogium eius ſepulchri ſcribit Cicero in primo Tuſcul.quæſt.53.
Aſpicite ô ciues,ſenis Ennii imaginis formam.
Hic veſtrum panxit maxima facta patrum. Mercedem gloriæ flagitat ab iis,quorum patres aſſecerat gloria. Idémque,
Nemo me lachrymis decoret,nec funera fletu
Faxit.cur?volito viuu' per ora virũm.
Vixit annos LXX.Cic.de Senect.14. De eius ſepulchro Cicero pro Archia,16.Charus fuit Africano ſuperiori noſter Ennius:Itaque etiam in ſepulchro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus.
Ennius natus eſt poſt Romam conditam anno quadringẽteſimodecimo. Cic.de Clar.Orat.36. Idem fuit Liuio Andronico æqualis,Ibidem.
Ennius ingenio maximus,arte rudis. Ouid.2.Triſt.85.
Sapiens Ennius.Horat.2.epiſt.1.10.
Ab Homero locos quosdam tranſtulit Ennius.Cic.1.de Fin.12.
Ennius ſomniauit ſibi viſum adeſſe Homerum poetam. Cicero 4.Acad. 94. Idem in Somnio Scip.4.
¶Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac ſyllabis & metris conſcripſit,vt author eſt Tranquillus.

ENOSIGAEVS,(ἐνοσίγαιος,)Neptuni epitheton apud poetas,quaſi terram concutiens.Iuuenalis Satyra 10.de Xerxe loquens,
Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigæum.

Eno,nas,(ἐννήχομαι,)enare,Extra nare, & nando aliquò peruenire,Liuius 3.bell.Maced.91.Multæ naues eiectæ,multæ ita haſtæ mari,vt nemo in terrum enauerit. Plautus Rud.4.81.At in vado eſt,iam facilè enabit,euge pax.
Enare ad.Virg.6.Aeneid.4.de Dædalo,
Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.
Enare è concha.Cicero 3.de Finib.97.At illa quæ in concha patula pinna dicitur,isque qui enat è concha,qui,&c.
Enare in aeris auras.Lucret,lib.3.120. de anima,
Et prius eſſe ſibi diſtractam corpore in ipſo,
Quàm prolapſa foras enaret in aeris auras. Valer.5.Argona.63.
– tantúmque fretis enanimus orbem.

Enôdo,enodas,pen.pro.(ἀπεξέω,ἐκκαθαίνω,)enodare,Nodis exoluere,inquit Nonius.
Enodari dicuntur arbores,quum nodi eis amputantur. Cato cap.31.1.Vitem bene enodatã deligato diligẽter. Colu.lib.5.ca.6.12.Quæ vlmus à poſitione bene prouenerit,eius ſummæ virgæ falce debẽt enodari.
¶Enodare,(ἐξαγγέλλεσθαι,ἀναπτύσσειν,ἐκδηλοῦν,) Explicare, authore Nonio.Pacuuius Peribœa,Gnato ordinem omnem vt dederit, enodat patri. Varro de Vita Pop.Rom.lib.1.Neque ita ſingulis rebus diutius immoremur,vt dixi,atque enodare ſubtilius velimus. Cic.3.de Natu.deor.84.In enodandis autem nominibus, quod miſerorum ſit elaboratus.Turpilius Demetrio,Ab initio vt res ſit geſta,enoda mihi.
Enodare & explicare.Accius Eurylace,Tu autem quod quæro enoda,& qui ſis explica.
Voluntatem contrariæ legis enodare.Author ad Herenn.libro 2.48.Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad noſtræ cauſæ commodam.
Enodãtus,penult.prod.(ἀναπεπτυγμένος,)Nomen ex participio.Cic.2. de Inuent.115.Præcepta magna conquiſita cura perſpicuè cõſcripſit, atque enodata diligenter expoſuit.
Enodatio,Verbale,(ἀνάπτυξις,)Explicatio.Cic.in Topic.15.Ea eſt inſita & antè percepta cuiuſque formæ cognitio enodationis indigens.
Explicatio,& enodatio. Cice.3.de Natu.deor.84.Quid vos delectat illa explicatio fabularum,& enodatio nominum?
Enodate,pen.prod.Aduerbium. (ἀναπεπτυγμένως.) Cicero 3.de Finib. 46.Hæc igitur nobis explicanda ſuntſed ſi enodatius, vos ignoſcetis. Idem 1.de Inuent.42.Quæ illius erunt,leuiter attingendo,ſua diligenter & enodatè narrando.
Enôdis,& hoc enode,pen.pro.(ἄδφσος,) Quod ſine nodo eſt.Plin.lib. 12.cap.14.6. Quibus eredi poteſt, matrem quoque teretem & enodi fruticare trunco. Idem libro 5.cap.1.14.Incognito genere arborum proceritatem ſpectabilem eſſe enodi nitore,frondes cupreſſi ſimiles.
Trunci enodes.Virg.2.Georg.16.
¶Enode etiam dicitur quod ſine difficultate eſt. Plinius epiſt.112.2.lib. 5.Recitabat ἐφυτοπαίγνιον eruditam ſanè, luculentámque materiam (ſcriptæ legis erat)fluxibus,& teneris,& enodibus,ſublimibus,etiam, vt poſcit locus.

ENONA,(Ἐνώνα,)Ptolemæo,vrbs Dalmatiæ.hodie Nona.

Enormis,& hoc enorme,(ἄτακτος,ὑπερφυής,)Magnum, ſine mensura,quæ norma à quibuſdam dicitur. Plin.epiſt.203.b, Omnis enim aduerſit quod eminet & extat:ſed acri intentione diuidendum eſt,immodicum ſit an grande,altum an enorme. Plin.lib.17. cap.1.2.Eædem enormes ceraſis,lauris.
Coloſſi enormes.Stat.1.Sylu.3.11.
Enorme etiam quod non eſt ad certam regulam directum.Tacitus libro 15.Remedia ante vt velocitate mali & obnoxia vrbe arctis itineribus hinc atque & illinc flexis atque enormibus vicis,
Enormiter, pen.corr.Aduerbium. (ὑπερφυῶς,)Plin.lib.37.cap.6.9.Simili modo ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter.

Enoteſco,ſcis,ſcere,enotui,(γνωρίζομαι,)enoteſcere,Notum fieri.Plinius epiſt.34.Enotuerũt quidam tui verſus, & inuito re clauſtra tua reſtegerunt:hos niſi retrahes in corpus quidoque, vt errones,aliquem cuius dicantur inuenient. Suetonius in Othone, cap.3.Quare diducto matrimonio, ſepoſitus eſt per cauſam legationis in Luſitaniam,& ſatis viſum,ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret,qui tamen ſic quoque hoc diſticho enotuit, Cur Otho mentito ſit quæritis exul honore?
Vxoris mœchus cæperat eſſe ſuæ. Ibidem,cap.10. Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiædecimæ legionis tribunus, Auguſti clauiusiis mox referre crebrò ſolebat rem vsquequaquè enotuiſſe, Othonem etiam priuatum vaquequaquè deteſtatum Caulia bella,vt memorum ſe quodam inter epulas de Caſſii Brutique exitu, cohortuerit. Tacit. libro 10.Quod vbi enotuit.

Ens,entis,(ὄν,)Vide SVM.* Quintil.libro 2.& hæc interpretatio non minus dura eſt,quam illa Plauti eſſentia atque entia.

Enſis,huius enſis,maſc.gen.(ξίφος,)Idem quod mucro, ſpatha,gladius.Virg.Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.Cic.2. de Nat.deor.158.Auſáque funeſtum prima eſt fabricarier enſem.
Acutus enſis,Vide ACVO.
Crudus enſis,Vide CRVDVS.
Alacres enſes.Claud.in Eutrop.2.57.
Bellator enſis. Silius libro 13.75.Bellatorem alacer per pectora tranſgit enſem.
Cæcus enſis.Statius 9.Thebaid.40.
– cæcum rotat irreuocabilis enſem
Vix ſocios,hoſtemque nihil dum tardat eumtem
Secutus.
Dirus.Seneca Octau.6.19.
Falcatus.Ouid.1.Metam.144.
Farãter.Virg.8.Aeneid.124.
Habiles breuibus mucronibus enſes.Silius lib.8.75.
Hoſticus.Horat.1.Serm.Saty.9.7.
Impiger.Ouid.7.Metam.82.
Iuuenicos.Virgilius 2.Aeneidos,120.
Leuibalis.Ouid.13.Metam.79.
Nefandus.Virgilius 2.Aeneid.31.
Nitidus.Ouid.10.Metam.96.
Nudus,Vide NVDVS.
Pertinax.Stat.4.Sylu.6.16.
Plenus rubiginis.Silius libro 7.108.
Feri.Ouid.13.Metam.69.
Ferreus.Lucret.lib.3.169.
Fidus.Virg.6.Aeneid.105.
Pugnax.Ouid.5.Triſt.elegia 6.10.
Querulus.Stat.1.Sylu.1.9.
Rigidus.Virg.1.Georg.10.
Scaber.Lucanus libro 1.49.
Sceleratus.Ouid.15.Metam.156.
Validus.Virg.10.Aeneid.161.
Violentus.Ouid.epiſt.11.20.
Vecors.Valer.6.Argonaut.80.
Vulnificus.Stat.4.Thebaid.18.
¶Abdere enſem lateri.Virgilius 2.Aeneid.121.
Abſcondere enſem in vulnere. Senec.Thyeſte,820.
Accinctí enſes lateri.Stat.1.Thebaid.86.
Accommodare enſem lateri.Silius lib.5.19.
Accorrodare enſem lateri.Silius lib.5.19.
Acuere enſe ſaliquẽ.Oui.15.Me.156.Vide ACVO.
Adigere enſem in pectus,Vide ADIGO.
Agitatus hinc illinc enſis.Seneca Thyeſte,7.2.
Pulſit hinc illinc agitatus enſis,
Quem mouet crebro furibundus ictu
Sanguinem Mauors cupiens recentem.
Aptare enſem.Virg.12.Aeneid.18.
– ſimul aptat habendo

Enſemque,clypeúmque,& rubræ cornua criſtæ.
Auellere enſem dextra alicuius,Id eſt auferre è dextra.Stat.3.Theb.60.
Cinctum enſe latus.Ouid.3.Amor.eleg.7.3.
Clauſus enſis.Lucanus lib.5.49.
Condere enſem in pectore alicuius.Virg.9.Aeneid.72.
Conficere bellum enſe.Silius lib.11.64.
Cruentatus enſis.Stat.5.Thebaid.64.
Pudendo enſe debellati.Stat.5.Thebaid.7.Id eſt infami cæde.
Detegit enſem vagina.Silius libro 15.54.
Tam ſtrictum propere vagina detegit enſem.
Diripere enſem vagina.Ouid.10.Metam.95.
Diſtrictus enſis.Horat.1.Carm.Ode.1.4.
Dare terga enſibus,Eſt fugere enſes,aut fugiendo tergum præbere ſibus.Ouid.ad Liuiam,63. – de Druſo,
Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros,
Enſibus & Suenos terga dediſſe ſuis.
Ducere enſem,Educere.Seneca Oedipo,115.
Hæc fatus aptat impiam capulo manum,
Enſémque ducit.
Eductus enſis vagina.Silius libro 13.89.
Eat per artus enſis exactis meos.Seneca Herc.Oeth.7.21.
In enſes ire.Seneca Herc.Oetheo,442.
Iturus enſis in pectus.Ouid.epiſt.3.30.
Eripere enſem vagina.Virg.10.Aeneid.77.
Exerti enſes.Ouid.3.Faſt.163.Enſibus exertis bellica læta dea eſt.
Exigere enſem per medium aliquem.Virg.10.Aeneid.161.
Exuere enſem humero.Virg.9.Aeneid.63.
Exuere enſem vagina.Stat.9.Thebaid.16.
Ferire aliquem enſe.Virg.6.Aeneid.50.
Fidere enſi.Silius libro 1.44. – de Numidia,
Altrix bellorum,bellatorúmque virorum
Tellus,nec fidens nudo ſine fraudibus enſi.
Geſtati ſcapulis enſes.Claud.Paneg.2.20.
Hæſurus iugulo enſis.Ouid.1.Triſt.eleg.1.9.
Imbuere enſem.Statius 11.Thebaid.137. –feros ætidus quin protinus imbuis enſes? Subauditur,ſanguine.
Imbuti enſes ſcelere.Lucanus libro 5.50.
Impellere enſem.Claud.1.de Raptu Proſerp.42.
– conticuere chori:
Corybas non impulit enſem.
Infecti cædibus enſes.Stat.5.Thebaid.71.
Infecti iugulis ciuilibus enſes.Claud.in nupt.Honorii,66.
Inſerere enſem alicui.Stat.5.Thebaid.46.
Iugulari enſe.Ouid.13.Metam.97.
Liberare enſem vagina.Ouid.6.Metam.110.
Madens enſe,Id eſt cæde madens.Stat.3.Thebaid.46.
Obliquare enſem in latus.Ouid.12.Metam.97. – in latus enſem
Obliquat.Id eſt obliquo ictu latus ferit.
Sæuo enſe peremptus.Senec.Troade,423.
Polluti enſes ſanguine.Lucan.libro 2.108.
Proſtratus iacet adacto enſe.Silius libro 17.98.
Quieſcit enſis vagina.Stat.4.Sylu.5.11.
Receptus enſis pectore.Seneca Thyeſte,824.
Recidendum vulnus enſe.Ouid.1.Metam.39.
Recludere enſem.Virg.4.Aeneid.130.
Referre enſem vaginæ,Id eſt recõdere.Sil.lib.7.103.
Reprimere enſem.Stat.11.Thebaid.61.
Retegere enſem,Euaginare.Lucan.lib.9.167.
Rorare enſem.Stat.9.Thebaid.40.
At ferus Hippomedon quãquam ſam ſentit inane
Auxilium,& feram rapto pro corpore pugnam,
It tamen,& cæcum rotat irreuocabilis enſem.
Fulmineum rotare enſem.Virg.7.Aeneid.91.
Placidi ſeruiban t legibus enſes.Claud.1.Paneg.54.
Spumans cruore enſis.Virg.4.Aeneid.135.
Vetitos enſes ſtringere.Claud.de bello Gildon.59.
Stricti enſes.Virgilius 12.Aeneid.58.
Succiditur ſeges enſe.Silius libro 15.105.
Tectus enſis vagina.Horat.2.Serm.Saty.8.
Tranſigere enſem per pectora alicuius.Sil.lib.13.75.
Transmiſſus enſis per latus,ſtridet.Seneca Herc.Oeth.9.8.
Transuerberare aliquem enſe.Silius libro 15.159.
Ensiculus,pen.corr.Diminutiuum.(ξιφίδιον,) Plaut.Rud.24.114.In eo enſiculo literarum quid eſt?
Enſifer pen.corr.enſiferi.(ξιφήρης,)Ouid.2.de Arte,12.
Enſifer Orion aſpiciendus erit. Idem 4.Faſt.78.

Entelechîa,penult.prod.ἐντελέχεια,perfectio, energia,vis ex ſe mouens,Caza agitationem vertit.Hermolaus,continuatam quandam & perennem motionem interpretatur. Sunt autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui ἐνδιάλειπτον scribi volunt,sed per τ scriptũ pluribus arridet,vt est videre apud Budæum in Asse,qui dicit putat quasi τοῦ ἐντὸς ὕγκου, id est perfecti corporis comprehensionem. Lucianus ludens quodam in loco,suo more,ait eam quæ prius dicta fuit ἐνδιάλειπτον, ὑντιλίγκιαν dici cœpisse. Cic.1.Tusc.36.

Enterocela, vel enterocele,pen.prod.(ἐντεροκήλη,) dicitur quũ intestinum cæcum dilabitur in scrotum:Epiplocele,quum omentum:Hydrocele,quum in alterum è testibus humor confluit.Omnésque has species nostri vocant hernias, vt inquit Celsus lib. 6.cap.18.Ramices verò qui sequuntur,Porocela quum ex abscessu aliquo circa scrotum,materia subduruit:Sarcocela, quum in ipso scroto concreuit caro:Cirsocela,quũ venæ intumuerunt tunicis testium integris,vel in ipso scroto,vel quum bubonocela dicitur in inguine.Est tamen vbi Plinius enterocelam dixerit ramicem,vt in medicinis cupressi.Hæc Hermolaus. Plin.lib.16.cap.8.34.Symphyti radix illita,enterocelas cohibet. Idem lib.20.cap.4.5.

Enterocelicus,pe.cor.(ἐντεροκηλικός,) Qui enterocela laborat.Plin.lib. 16.cap.8.31.Enterocelicis datur ex aqua,& illinitur vesicæ vitiis.

Entheos, pen.corr.Adiectiuum,(ἔνθεος,)Id est numine diuino plenus:spiritu Dei instinctus.Seneca Medea,6.1.

Incerta qualis entheos cursus rulit
Quum iam recepto Mænas insanit deo. Srat.1.Syl.1.46.
Hic thyrsos,hic plectra ferit,hic enthea lauro
Tempora,Minoa crinem premit ille corona.

Enthymema, pen.prod.enthymematis,n.g.(ἐνθύμημα,)cõmentum vel cõmentationem Quintilianus lib.5.cap. 10.1.interpretatur,quòd mentis actio omnis atque sententia, enthymema nominetur. Cicc.in Topicis,28. Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa,quæ ipsi enthymemata appellant.

Enubo, enũbis,pen.prod.enupsi,enuptũ,(ἐγχαμίζω,) enubere, Est nubere,vel paulo plus.Liuius 10.ab Vrbe, 107.Virginiam Auli filiam patritiam,Plebeio nuptam L.Volumnio C O S. matronæ, quòd è Patribus enupsisset,sacris arcuerunt.

Enuptio,Verbale,(ἐγχάμισις,)vt Enuptio gentis,p iure nuptiarũ extra genté.Liu.lib.9.Decad.4.Vt Hispalæ Feceniæ datio, diminutio,gentis enuptio,tutoris optio ita esset,quasi ei vir testamento dedisset.

Enucleo, enucleas,(ἐκκαθαίρω,ἐξομαλίζω,)enucleare, Proprie est aperire,& nucleum à putamine extrahere.

¶Enucleare,per trãslationem,pro Declarare & explanare.Cicero 3.de Oratore,119. Idem in Oratore perfecto,49. Est enim plenius quàm hoc enucleatum. Idem 3.de Orat.19. Et ex omni parte causæ sepsi, acre,acutum,enucleatum in vnaquaque re commorans.Idem in Partitionibus,31. Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est.

Enucleatus,pen.pro. Participiũ,(ἐξηκριβωμένος)vt Enucleata suffragia. Cic.pro Plancio,8.In quorũ primũ illud debes putare,comitiis,præsertim ædilitiis,studium esse populi,non iudicium:eblandita illa non enucleata esse suffragia.Id est magna acrimonia mentis & iudicii facta.

Enucleatè,Aduerbium,(ἐξηκριβωμένως,)Purgatè (inquit Nonius) exquisite,& sine asperitate aut duritia:ab eo quod nucibus separatis,id est tectis nucleorum,vtilis vsus habeatur.Cicero de Claris Orat.17.Nihil subtiliter dici,nihil pressè,nihil enucleatè,quo fieri aliquid possit limatius. Idem 4.de Finib.9.& lib.5.110.

Enucleatè & politè.Cic.de Claris Orat.59.

Eleganter enucleatéque dicere.Cic.in Oratore,15.

Enucleatè aliquid perscribere.Cicero ad Qu.fratrem,libro 3.19.1. Præterea de aqua deuia nihil prætermisi quadam epistola, quin enucleatè ad te perscriberem.

Enudo, enũdas,penul.prod.(ἀπογυμνόω,)enudare,Idem quod nudare.Et per translationem exponere, ac veluti intellectui aperire:hoc est interpretari.Cicero 1.de Legibus,38. Et rerum plurimarum obscuras, nec satis intelligentias enudauit, quasi fundamenta quædam scientiæ.

Enumero, enúmeras,pen.corr.(ἐξαριθμέω,)enumerare,Idẽ quod multas res simul numerare,& recensere. Cice.4.Verr. 57.Dixi iam antea me non omnia istius,quæ in hoc genere essent,enumeraturum. Idem 6.Verr.44.

Enumerare per singula.Columel.lib.8.cap.17.11.Et ne per singula enumerem,sarmentorum omnium purgamenta.

Enumerare,Aliter.Terent.Adelph.2.2.28.Iamne enumerasti quod ad te rediturum putes?

Quæ ne singula enumerem,totam tibi domum commendo. Cicero Seruio,libro 13.20.5.

Fando enumerare plurima.Virg.4.Aeneid.67.

Dicere atque enumerare causas omnes.Cic.pro Rosc.Amer.31.

Magnitudinem multitudinémque beneficiorum enumerare, aut consequi posse.Cic.Post red.ad Quir.3.

Pretium enumerare.Cic.pro Rosc.Amerino,79.

Enumerat miles vulnera,pastor oues. Properr.lib.2.eleg.1.0.

Enumeratio,Verbale,(ἐξαρίθμησις,)Ipse numerandi actus.Cic.3.de Legibus 33.Sed est iniqua in omni re accusanda prætermissis bonis malorum enumeratio,vitiorúmque selectio.

Enumeratio apud Oratores,est in qua pluribus rebus expositis,& cæteris infirmatis,vna reliqua necessariò confirmatur, hoc pacto, Necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum,aut metus,aut spei,aut alicuius amici gratia:aut si horum nihil est,ab hoc non esse occisum. Hæc Cicero 1.de Inuent.61. Idem paulo pòst,109.Enumeratio est per quam res dispersæ & diffusæ dictæ,vnum in locum coguntur,& reminiscendi causa vnum sub aspectum subiiciuntur. Idem pro Cluentio,51.Verùm quum habeam rem non dubiam,sed apertam atque manifestam,enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria.

Rerum ordine collata enumeratio.Quintil.lib.4.cap.5.1.

Versari in enumeratione aliquorum.Cicero de Claris Orat.71.Quàm multi enim iam Oratores commemorati sunt,& quandiu in eorum enumeratione versamur?

Enuntio, enuntias,(ἑρμηνεύω ἀποφαίνω,)enuntiare,Pronuntiare,declarare.Cic.1 Acad.10.Adhibenda enim Geometria est, quoniam quibusnam quisquam enuntiare verbis, & aut quem ad intelligendum poterit adducere,hæc ipsa de vita & moribus & de expetendis fugiendisque rebus. Idem 2.de Finib.15.Grauissimæ suor ad beate viuendum, breuiter enuntiatæ sententiæ. Idem 3.de Oratore,91. Videtis profecto genus hoc totum,quum inflexo commutatóque verbo res eadem enuntiatur,ornatius.

Orationem enuntiare.Author ad Herennium,lib.3.116.

Enuntiare verbis.Cic.1.Acad.10.

¶Enuntiare,Significare. Cic.Attico,lib.1.14.14.Cosinius hic cui dedi literas, valde mihi bonus homo & non leuis, & amans tui visus est,& talis qualem esse eum tuæ mihi literæ enuntiarant.

¶Enuntiare, Diuulgare, exponere. Plancus ad C O S S.Tribun.plebis libro 10.8.1.Non enim præteritam culpam videri volo redemisse,sed optimæ mentis cogitata iam pridem maturo tempore enuntiare.

Enuntiare consilia amicorum aduersariis: Hoc est retegere, Cicero pro Rosc.Amerino,64.et 69.

Enuntiare mysteria dicendi.Cic.1.de Orat.110.

Enuntiare commissa.Cic.2.Tuscul.55.

Enuntiare apud homines,quod tacitum erat.Cic.1.de Orat.58.

Distortum enuntiandi genus.Cic.de Fato,25.

Enuntiatus,Participium, (ἀπηρεμένος,)vt Sermo rectus & secundum naturam enuntiatus.Quintil.lib.2.cap.5.7.

Per iudicium enuntiata res.Cæsar 1.bell.Gall.16.

Enuntiatum,penul.prod.(ἀποφασκόν,)Substantiuum,neut.gene.Ciceroni, est quod Dialectici propositionem vocant. Cicero de Fato,41. Nec si omne enuntiatum,aut verum aut falsum est,sequitur illico causas esse immutabiles.

Enuntiatiuus,penult.prod.Adiectiuũ.(ἀποφαντικός,) Seneca epist.113. Sequuntur deinde motus animorum, enuntiatiui corporum. Constituitur & ablatiuo cum præpositione de.Ibidem, Aliquid est enuntiatium de corpore, quod alii effatum dicunt,alii enuntiatum, alii edictum.

Enuntiatio,Verbale,(ἀπόφανσις,)Est quod Græci axioma vocant.Cicero de Fato,1.Explicanda vis est, ratióque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant, quæ de re futura, quum aliquid dicunt,deque eo quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quæstio est.

Propria,& dilucida, & breuiter comprehensa verbis enuntiatio. Quintil.libro 7.cap.4.2.

Enuntiatrix,pen.prod.enuntiatrícis,f.g.(ἀποφαντικός,)Verbale. Quint. lib.2.cap.15.15.Ars inuentrix,& iudicatrix,& enuntiatrix.

Enutrio, enútris,pen.corr.enutrisui,enutrítum, pen.prod.(ἐκτρέφω,) enutrire,Idem quod nutrire.Plin.lib.11.cap.1.Tantum postea honoris increuit,vt mero infuso enutriantur. De platano. Columel.lib.3.cap.3.4.Deinde fata non ita enutriunt,vt anteè consuescant,ac prosiliant,quàm retorrescant.

ENYO,huius Enyus,penul.prod.(ἐνυώ,)Nomen quo Bellona dea belli, Martis soror,vocitata est.Mart.lib.6.32.Quum dubitaret adhuc belli Ciuilis Enyo. Idẽ lib.1.24. –ne te decipiat ratibus naualis Enyo. Martia Enyo.Stat.5.Thebaid.31.

E O

Eo Ablatiuus casus pronominis Is,ea,id,Multis modis enuntiatur, vt in sequentibus videre est.

Eò,(ἐς τοῦτο,)pro Intantum,interprete Donato, Teren.Phorm.1.3.6. –rogitas,qui tam audacis facinoris mihi conscius fuit
Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,
Neu me cupidum eò compulisset,quod mihi principium est mali.
Liuius in Præfat. Quæ ab exiguis profecta initiis,eò creuit,vt iam magnitudine laboret sua.

Eò insolentiæ processit.Plin.in Paneg.29. Quod siquis barbarus rex eò insolentiæ,furorisque processerit, vt iam tuam,indignationémque mereatur,nælle,&c.

¶Eò

¶Eò,(διὰτοῦτο,)Propterea.Terent.Hecyra,2.1.41.
–quid ais?non signi sat est
Quòd heri nemo voluit visentem te ad eam intromittere?
5.Etiam laßam oppidò tum aiebantieo ad eam non admissa sum.
Idem Eunuch.4.4.17. –ita visus est
Dudum,quia varia veste exornatus fuit:
Nunc eo tibi videtur fœdus quia illam non habet. Plaut.Truc.3.50.
–is nunc dicitur venturus peregrè,
Eò nunc commenta est dolum,peperisse simulat sese,vt,&c. Idem Capt.1.368.Nescio quem ad portum nactus vbi cœnes,eò fastidis?

Eò mirabilius quòd,vel quia.Cic.ad Marium,lib.7.3.1.Sed eò vidisti multum,quòd præfinisti,quòne pluris emerem. Idem 4.Academ.3.Eò fuit mirabilius quòd ab eo non expectabatur,&c. Liuius 1.ab Vrbe, 200. Imò eò impensius, quia de agro plebis aduersum patrum voluntatem senserat agi,&c.fibi occasionem datam ratus est,

Eò vt,Id est ideo,vel ob id.Cicero Tironi,libro 16.3.3. Neque nunc mueo,si tu in eadem es sententia,Marionem ad te eò misi,vt aut tecum ad me quamprimũ veniret:aut si tu morarère, statim ad me rediret. Idẽ Seruilio,lib.13.70.3. Hæc ad te eò pluribus scripsi,vt intelligeres,&c.

Non eò quin.Plaut.Asin.1.1.16.Ea res me male habet:ac non eò quin tibi non cupiam quæ velis.

Non eò dico quin.Plaut.Trinum.6.59.
De mendico male mererur qui ei dat quod edat,aut quod bibat.
Nam & illud quod dat perdit,& illi producit vitam ad miseriam.

Non eò hoc dico,quin quæ tu vis ego velim & faciam lubens.

Non eò dico quò,vel quòd.Terent.Heaut.3.1.43.
–spero hercle ego quoque,
Neque eò nunc dico quòd quidquam illum senserim. Cic.pro Quintio,3.Non eò dico,quò mihi veniat in dubium. Varro 1.de Rust. cap.5.1.Neque eò dico quòd non habeant.

Eò dico,ne.Plaut.Aulul.7.63.Eò dico,ne me thesaurũ reperisse censeas.

Eò fit.quia.Terent.Heaut.3.1.95.
Itáne comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius vt videant & iudicent,
Quàm suaſan eò fit,quia in re nostra aut gaudio
Sumus præpediti nimio,aut ægritudine? Cicero 5.de Finib.38.

Eò separanda fuit ab hac disputatione,quia ista animi,&c.

Eò fit,vt Horat.1.Serm.Saty.1.12. –eò fit,
Plenior vt siquos delectet copia iusto,&c.

Eò fecisse.Sueton.de Claris gramm.20.Præfuit Palatinæ bibliothecæ:nec eò fecius plurimos docuit:fuitque familiarissimus Ouidio poetæ.

¶Eone,pro Ideone.Terent.Eun.3.1.25. –quæso inquam Strato,
Eone es ferox,quia habes imperium in beluas?

¶Eò,pro Tanto.Plaut.Aulul.1.3.6.
Venio ad macellum,rogito pisces,indicant
Caros,agninam caram,bubulam,
Vitulinam,cetum,porcinam:cara omnia:
Atque eò fuerunt cariora,æs non erat. Idem Pœn.1.4.61.
Quid ergo dubitas,quin libenter tuo hero meus
Herus quid possiet facere,faciat merito eius malè?

Tu autem siquid tu adiuuas,eò facilius facere potest.

Quanto,eò.Cn.Magnus Domitio in Epistolis ad Atticum,lib.8.16.2.
Quantò enim magis appropinquare aduersarius cœpit,eò tibi celerius agendum erat.

Eò magis quòd. Cicero de Amicitia,2. Meministi enim profectò(vt opinor)Attice,& eò magis quod P.Sulpitio vrebare multum,quum is Tribunus plebis capitali odio à Q.Pompeio,qui tum erat Consul,dissideret. Lucret.lib.1.14.

Et eò magis.Cic.Atti.lib.19.172.3.Ille confidebat,& eò magis,quòd,&c.

Eòque magis.Cic.de Amicit.7. Quonam pacto mortem Africani feras, eòque magis,quòd,&c.Id est præsertim. Ibidem,62.

Atque eò etiam magis.Cic.4.Verr.50. Idémque hoc amicis eius & defensoribus videbatur,atque eò etiam magis quòd iste,&c.

Eò minus.Cic.Atti.lib.11.223.3.Alii capti, alii intercluſi non venium in dubium de voluntate,eò minus scilicet, quum se expedierint.

Et eò minus.Vatinius Ciceroni,libro 5.10.1. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico,& eò minus quòd me frigus Dalmaticum,quod illinc eiecit, etiam hîc refrigerauit.

Eò,quòd.Cic.2.Tusc.97.Balistæ lapidũ & reliqua tormenta telorũ eò graniores emissiones habent,quòd sunt cõrẽta atque adducta vehemẽtius.

Eò plus.Cic.Capitoni in Epistolis ad Atticum,lib.16.343.4. Nũc mi Capito(scio enim quantum semper apud eos,quibuscum sis,posse soleas) eò plus apud hoſem facillimũ atque humanissimũ Plancũ enitere,&c.

Plus eò,Terent.Hecyra,3.4.7.
Nam alias vt omittam miserias,vnam hanc vide:
Dies triginta,aut plus eò in nãui fui. Idem Heaut.1.1.11.
–quid vis tibi?
Aut quid quæris?annos sexaginta natus es,
Aut plus eò,vt coniicio.

¶Eò,Ad eum locum. Terent.Adelph.2.3.23. Nisi eò ad mercatum veniam,damnum maximum est. Liu.libro 2. Ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant.

Eò,pro In eũ statum.Ci.Eò redactę res erant,vt nulla amplius spes esset.

Vsque eò,quò.Author ad Heren.lib.1.14.Si non ad extremum,sed vsque eò quò opus erit,prosequemur.

Eò loci,pro In eo statu.Cic.pro Sextio,Interceſit Ligus iste nescio quis, additamentum inimicorum meorũ:res erat & cauſa nostra eò loci, vt erigere oculos,& vinere videretur,quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset.

Eò loci,In eo loco,vel in loco.Vlpianus de Iudiciis,L. Sed etsi, Si ea res quæ per fidei commissum relicta est,eò loci sit,dicendum est non debere præscribi. Idem de Nouo operis nuntiatione,L.De pupillo. Qui eò loci operantur. Idem de Senatusc.Syllaniano,L.Cum aliter, Quicunque eo loci fuerunt vnde vocem exaudire potuerant. Plinius lib. 11. cap.37.13.In Oriente quidem & viris aurum gestare eò loci decus existimatur. Vlpianus de Iudiciis,L.Hæres,Defendere se eò loci debebit. Id est in eodem loco.

Res eo recidit. Quintil.lib.2.cap.10.2.

¶Eo pertinet,vel spectat vt.Cic.ad Trebatium,lib.5.10.9. Hoc eò pertinet,vt nihil existiment tam esse difficile,quod,&c. Idem ad Qu.Valerium,lib.13.4.7.Sed hæc quæ scripsi,eò spectant,vt,&c.Quintil.lib.2. cap.10.10.Quanuis enim omne propositum operis à nobis destinati eò spectet,vt Orator instituatur, &c.

¶Eodem,pen.prod.pro Ad eundem locum.Cæsar 6.bel.Gall.18, Loci præsidio freti,in syluas paludesque confugiunt,suaque eodẽ cõferũt.

¶Eodem loci,id est in ipso loco.Plin.in Paneg. 2. Quippe inter aras & altaria,eodemque loci,quẽ deus ille ram manifestus ac præsens,quàm cælum ac sydera insedit. Sueto.in Oct.Aug.ca.65.Agrippã nihilo tra stabiliorem,imò in dies amentiorem,in insulam trãsportauit,sepsitq; insuper custodia militum:cauit etiam Senatusconsulto, vt eodem loci in perpetuum contineretur. Idem in Caligul. cap.53. Pronuntiatio quoque & vox,vt neque eodem loci præ ardore consisteret,& exaudiretur à proculstantibus.

Eodem loci,pro Eodem statu.Cice.Attico,lib.1.1.8. Res eodem loci est quo reliquisti.

¶Eodem pertinẽt.Liu.1.ab Vrbe,221.Hæc atque alia eodem ptinẽtia.

Eousque,(ἐπὶ τοσοῦτον,) creuit donec,&c. Valer.Max.lib.1. Natam vitem eousque creuisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret.

Eousque dum.Colu.lib.6.cap.6.4.Tum concitatè agitur pecus, eousque dum anhelet.Sic lib.4.cap.24.18.

Eousque vt.Hirtius lib.5.216.Cæsar brachiis perfectis,promotisque eo usque vt ex oppido abiici non posset,&c.

Eo, is,ii,itum,ire,(ἐπιστέλλω,πορεύομαι,μολέω,ὁδεύω,)Notæ significationis.

EO,is.Ire dicitur eques,vel qui sella gestatur,aut lectica vehitur. Paulus in L.Qui sella,& L.Inter actum.Digest.de Seruitut.rust.præd.

Ire,Redire,contraria.Martial.lib.6.10.Et Capitolinas itque reditq; vias.

Ire aduorsum patricè,magnificè,amicè,Vide PATRICE.

Altius ibunt,qui ad summa nitentur.Quintil.in Præm.lib.1.15.

Celeriter isti & redisti.Cic.2.Philip.85.

Dissimulanter huc illuc ire.Ouid.epist.19.26.Anxius huc illuc dissimulanter eo.

Ire leniter.Ouid.1.Amor.eleg.6.2.

Magnificè ire aduorsum,Vide MAGNIFICVS.

Melius ire,Vide Melius in BONVS.

Modestius ire. Ouid.2.epist.20. Si tam certus eras hinc ire,modestius isses.

Passim atque ordinatim ire.Brutus Cic.lib.11.13.4.Vide ORDO.

¶Ire grandibus gradibus.Plaut.Epid.2.11.

Ire itineribus alicuius.Cic.ad Qu.fratrem lib.3.19.6. Quare neque ego impediri Ciceronis iter,atque illam disciplinam volo,& ipse puer magis illo clamatorio genere duci & delectari videtur. In quo quoniam ipsi quoque fuimus,patiamur illum ire nostris itineribus,eodem enim peruenturum esse confidimus.

Nauibus instructis ire.Virg.2.Aeneid.51.
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat.

Ire nauigio.Cice.ad Atticum,lib.10.198.1. Nauigio esse te iturum transmare,credere non possum.

Ordine belli ire.Lucan.lib.2.45.
–hoc ordine belli Ibitur.

Ire pedibus.Plaut.Sticho,5.19.
Sed tandem opinor æquius est heram mihi supplicem esse,
Atque oratores mittere ad me,donaque auro & quadrigas,
Qui veharinam pedibus ire non quco.

Rectis sensibus ire.Cic.13.Philip.380.Si me rectis sensibus esse tem dii immortales,vt spero,adiuuerint.

At nos hinc alii sitientes ibimus Afros. Virg.1.eclog.13.

Ire domum. Plaut. Rud. 2.43. Adolescent quidam ciuis huius Atticus, eam vidit ire de ludo fidicinio domum.

Ire inficias, Negare. Plaut. Menæch. 9.39.
Qui lubet lubrico habere me, atque ire inficias mihi
Facta quæ sunt? Idem Mostel. 14.29.
– verùm si debes, cedo:
Fides seruanda est, ne ire inficias postules. Idem Curc. 10.3.
Et aurum & vestem omnem suam esse aiebat quicquid haberet,
Neque ire inficias. Terent. Adelph. 3.2.49.
– hoc reliquum est,
Si inficias ibit, testis mecum est annulus quem amiserat. Et paulo ante, 41. Nunc si hoc palàm proferemus, ille inficias ibit sat scio. Quintilianus libro 7. cap. 1.5. Neque inficias eo quædam esse, quæ demonstrari possint.

Italiam ire. Virg. 3. Aeneid. 51. Ibit is Italiam, portúsque intrare licebit.

Ire obuiam. Plaut. Mostel. 1.17. Num non vis me obuiam hîlce ire animemini? Idem Capt. 2.3.
Quid est suauius, quàm bene rem gerere bono publico?
Sicut ego feci heri, quum emi hosce homines: vbi quisque vident,
Eunt obuiam gratulantique eam rem. Idem Amphit. 4.109.
Atat illic huc iturus est: ibo ego illi obuiam. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16.9. Tacit. libro 3. cf. 13.

Vias ignotas ire. Valer. 4. Argon. 74.

Viam longam ire. Virg. 4. Aeneid. 94.

Ire cum onere. Plaut. Amph. 4.176.
Lassus sum hercle è naui vt vectus huc sim, etiam
Nunc nauseo, vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes.

Ire ad arma contra aliquem. Cic. 3. Verr. 79. Miramur ad arma contra istum hominem Lampsacenos isse? Idem pro Rab. 21.

Ire ad cœnam. Plaut. Mostel. 16.11.
Quin veuis? T B. promitte: ego ibo pro te, si ire non lubet.
T B. Verbero, etiam irrides? T B. quin me pro te ire ad cœnam autumo. Terent. Eunuch. 3.2.6. Eamus ergo ad cœnam, quid stas?

Ad opus ire. Ouidius 4. Fast. 33.
Semusti æmque facem vigilatâ nocte viator
Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus.

Ad saga ire. Cic. 6. Philipp. 210.

Ibam ad te. Terent. And. 3.4.1. Ad te ibam. 5. quidnam est?
Ibidem, 30. Ibo ad eum, atque eadem hæc quæ tibi dixi, dicam.
Idem Phorm. 1.2.8. Quid ad me ibatis? ridiculum, an, &c.

Ire ad tonsorem. Plaut. Asin. 3.14. Vbi est? T. ad tonsorem ire dixit.

Ire in aciem, pro Militare. Quintil. lib. 9. cap. 2. Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat vt militia vacaret ex lege, quòd quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus deseruit.

In aciem ire, aliter. Tacit. lib. 18. Ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam & instinctu flagrabant.

Ire in aliquem, pro Irruere. Ouid. 6. Fast. 175. Valer. 6. Argon. 75.
Geslandrumque omnis in vnum
Ire manus. Id est in solum Geslandrum feruntur omnes alii.

Ire in articulum dicitur seges Plinio, lib. 18. cap. 17. 9. Si in articulum seges ire cœperit. Columel. lib. 2. cap. 12, 7.

It in auras. Ouid. epi. 10. 22. Spiritus infelix peregrinas ibit in auras.

Ire in colloquium ad Celtiberos. Liu. 4. bel. Maced. 73.

Ire in consilium iudices dicuntur, quum aut capita conferunt, aut in interiore consilio instrumenta litis perconsiere aggrediuntur, quum processus esse super his rebus dicitur, id est in medium positus. Cicero pro Cluentio, 42. In consilium ituri iudices triginta duo, sententiis decem & sex absolutio confici poterat. Et paulò pòst, 96. Budæus. Plinius libro 29. cap. 1. 19.

In corpus ire. Quintil lib. 2 cap. 10.4. Themata iuuenibus præctare permittemus, vt exparientur, & gaudeant materia, & quasi in corpus eant.

In crucem. Plaut. Asin. 16.91. Ite domum. POE. da tuarum etiam præ quàm abis. CA. in crucem.

Ire in duplum. Cic. pro Placco, 39. Frater meus pro sua æquitate prudentiaque decreuit: vt si iudicatum negaret, in duplum iret.

In exemplum ire. Tacitus lib. 3. Neque interfectus in exemplum ibit.

Ire in exilium. Cic. ad Atticum, lib. 10. 10. 7. Vnum illud firmissimè asseuerabat, si damnati restituerentur, in exilium se iturum.

Ire in fastidium, pro Incipere haberi fastidio. Seneca de Benefi. libro 1.

In hominem ire. Cic. Attico, lib. 2. 22. 2. Equidem antequam legi tuas literas, in hominem ire cupiebam.

Dolo ire in hostem. Stat. 10. Thebaid. 51.

Ire in ius ad aliquem. Plin. de Viris Illust. 72. p. Decium Prætorem transeunte ipso, sedentem iussit assurgere, eique vestem scindi, fellam concidi, nequis ad eum in ius iret.

In lachrymas ire. Statius 11. Thebaid. 39.
Ibant in lachrymas, veluti quum vere reuerso
Bistoniæ tepuere niues.

In litem ire. Ouid. 6. Fast. 12. Dixit, & in litem studio certaminis issent.

In malam rem. Plaut. Pœnulo, 14.51.
Nolite ædepol deuellisse his duobus mensibus,
Volucres tibi erunt lucrinæ, si in malam rem. NE. ITV, atque heus tum.

Ire in matrimonium sine dote dicitur puella. Plaut. Trinum. 11.3.
– nanque hercle honestè fieri ferme
Non potest vt eam perpetiare in matrimonium sine dote.

In melius ire, Tacit. lib. 13. Crebroque vulgabat ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret.

Ire in nerum. Terent. Phorm. 4.4.15.
– noui cæterum
Quum argentum repetent, nostra causa scilicet
In uerum potius ibit.

Ire in opus alienum. Plau. Milite, 12.6.
Stultitiâ magna atque insipientia, non fallacia hæc sit,
Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari.

Ire in orbem, Vide ORBIS.

In ora alicuius ire. Valer. 7. Argon. 59.
Torserat illa graui iandudum lumina vultu:
Vix animos, dextramque tenens, quin ipsa loquentis
Iret in ora deiectanta pudor æstuat ira:

In pœnas ire. Ouid. 6. Metam. 134. Ibimus in pœnas, & qua vocat ira, sequemur.

Ire in possessionem. Cic. 3. Verr. 89. Dicebat iste, nisi cum muliere decidere tur, in possessionem se ire iussurum.

Ire in regna. Ouid. 2. de Remed. amor. 18. In mea Thersites regna licebit, eat.

In rixam non ibimus. Quintil. lib. 6. cap. 4. 11.

In scelus ire. Ouid. 6. Fast. 106.
– & furiis in scelus ille pudet.

Ibit in secula nomen tuum, Id est memoria tui erit sempiterna. Plin. in Pan. 93. Ibit in secula, fuisse principem, cui florenti & incolumi, nunquàm nisi modici honores, sæpius nulli decernerentur.

In sententiam alicuius ire. Cic. Lentulo, lib. 1. 2. 7. Perspiciebant enim ita Hortensii sententiam multis partibus plures ituros. Ibidem, 4. De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.

Ire in sententiam alicuius, vel Pedibus ire in sententiam, Est alterius sententiæ, non verbo, sed corpore accedere. Liuius 7. ab Vrbe, 66. Qui hoc sentiris, in dexteram partem pedibus transite. quæ maior pars erit, eo stabitur consilio. deinde frequenter omnes in dexteram partem pedibus transierunt. Cic. 11. Philip. 209. Dixit tamen, si quis eorum qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Nos hodie id idem dicere vocamus. Hæc ratio inuenta est, quòd nonnunquam est plus satis longum audire singulos dum plurimi sunt: vel duo capita sententiarum sunt: vt res expeditiores fiant. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine in sententiam ire possumus: ideoque manu sententiam significamus. Quod Quintilianus intelligit, vbi ait, Manibus, pedibusque imus in sententiam necessitatis. Vide Gellium libro 3. cap. 18. Et Erasmum in Chiliad. in prouerbio, Pedibus in sententiam discedere.

Ire in somnum. Plin. lib. 16. cap. 8. 28. Datur & in somnum euntibus.

Ire in subsidium. Cic. ad Atticum, lib. 8. 16. 2. Item ire subsidio, Cæsar. 7. bel. Gall. 144.

Ire in suffragium. Plin. lib. 18. cap. 6. 10. Quum in suffragium tribus oportet ire. Liu. 1. bel. Maced. 76. Ire in suffragium bene iuuantibus diis, & quæ Patres censuerunt, vos iubete.

In thalamos ire. Lucanus lib. 8. 18. O vtinam in thalamos inuisi Cæsaris issem.

Ire in vigiliam. Plaut. Pseud. 20.75. Noctu in vigiliam quando ibat miles, tum tu ibas simul?

Ire per. Liu lib. 2. Decad. 5. Neminem eorum per Italiam ire licuturum.

Ire per amnes. Ouidius 14. Metamorph. 218.
– satis est inamabile regnum
Aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes.

Ire per annos fratris. Ouid. ad Liuiam, 83. Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque.

Verba per attentam aurem ire. Horat. 2. Serm. saty. 1.4. Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.

Ibit per gladios (hei mihi) noster amor. Ouid. epist. 16. 50.

Per medium ire. Quintil. lib. 4. cap. 3. 14. Tanquàm necesse sit lógam, aut breuem esse expositionem: nec liceat ire per medium.

Ire longius per mores. Ouid. 2. de Arte aman. 81. Bellaque per turpes lógius ille moras.

Per singulas causarum iudicialium partes ire. Quintil. lib. 7. cap. 1. 46.

Per omnes & personas & affectus Comœdiam ire. Quintil. lib. 1. ca. 8. 5.

Per omnes rerum species artes eunt. Quintil. lib. 2. cap. 5. 15.

Sub amplexus ire alicuius. Ouid. epist. 16. 19.

Sub furcam ire. Horat. 2. Serm. saty. 7. 13.

Comitem alicui ire in. Lucanus lib. 9. 5. Oderat & Magnum quamuis comes ille in arma.

Ire comitem

Ire comitem marito. Ouid. 3. de Arte amandi, 4.
Respice Phyllaciden, & quæ comes isse marito Fertur.

Ibis nuntius. Virgil. 2. Aeneid. 110. – & nuntius ibis
Pelidæ genitori.

Ire accersitum. Terent. Eunuch. 5.2.53. Nutricem accersitum iit. Idem Heaut. 2.3.74. Hoc vide, in mea vita tu tibi laudem is quæsitum scelus.

Ire consultum malè aliquem, pro Incommodare alicui. Plautus Bacchid. 11.36.
Quid tibi non erat meretricum aliarum Athenis copia,
Quibuscum haberes rem, nisi illam, quam ego mandassem tibi,
Occideres tute amare, & me ires consultum male?

Eunt depressum, pro Deprimunt. Plaut. Cist. 2.29. – frigidam
Subdole suffundunt, viris cum suis nos solere prædicant.
Suas pellices esse aiunt, eunt depressum, quia nos sumus
Libertinæ.

Ire datum operam amico, pro Iuuare amicum. Plaut. Pœnu. 7.9.
Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?

Ire dormitum. Plaut. Curcul. 4.28. Quin tu is dormitum? Sic Ire cubitum, Cicero pro Rosc. Amer. 38.

Ire habitum honorem alicui, pro Honorare. Plaut. Cist, 2.3.
– tu atque hæc, soror
Si mea esses, quæ mihi magis potueritis ire honorem habitum, Nescio.

Ire opitulatum, Opitulari. Plautus Milit. 10.27.
Mihique amanti ire opitulatum.

Ire oppugnatum, Oppugnare. Plautus Bacchid. 23.51.
– vt istuc delictum
Desistas tantopere ire oppugnatum.

Ire perditum, pro Perdere. Liu. 1. bell. Maced. 96. Neu pertinacia sua gentem vniuersam perditum iret.

It dies, pro Præterit, & elabitur. Plaut. Pseud. 5.13.
It dies: ego mihi cessoi: præ puere. Idem Rud. Verba facimus, it dies.

It dies nostro omine. Plaut. Casi. 10.74.
– pulchrè prænortar viros,
Nostro omine it dies iam, victi vicimus.

Fluuius it. Virgilius 8. Aenei. 143. – Euphrates ibat iam mollior vndis.

It lucrum ad me. Plautus Pœnulo, 9.70. Bonam dedistis mihi operam.
I. it ad me lucrum.

Luna it per cælum obtusis cornibus. Virgilius 1. Georg. 87.
Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit.

Eunt præcipites mores: Hoc est in malum declinant. Liuius 1. ab Vrbe, 6.
Labente deinde paulatim disciplina, velut desidentes primo mores sequatur animo: deinde vt magis magisque lapsi sint: tum ire cœperint præcipites, donec, &c.

Puppis it per fluctus. Stat. 2. Achil. 1.
Iamque per Aegeos ibat Laertia fluctus Puppis.

It res, p Succedit. Cic. Attico, lib. 14. 318. 6. Dolabellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio, mihi profecisse permultum videtur, prorsus ibat res. Ibidem, 313. 2. Incipit res melius ire quàm putaram.

Semina eunt æqualiter in agros. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 7.
Semineque in latos ierant æqualiter agros.

Quocunque ferunt pedes, ire. Horat. Epod. 16.4.
Ire, pedes quocunque ferunt, quocunque per vndas
– Notus vocabit.

I tu hinc quo dignus es, quàm penè tua me perdidit proteruitas. Terentius Heaut. 4.6.9.
Eo hinc. Plaut. Amphit. 6.3. Mihi necesse est ire hinc.

I. præ, pro Præi. Plaut. Curcul. 10. I præ tu virgo: non queo quod me pone est seruare. Terent. And. 1.1.144. Eamus iam nunc intro. SI. I præ, sequar. Plaut. Pseud. 5.23. – i præ puere.

Ibo quò profectus sum. Plaut. Aulul. 5.40.
Nunc quò profectus sum, ibo: post idem domum
Me rursum quantum potero, tantum recipiam.

I sanè. Plautus Epid. 2.74.
– abi à me in malam rem maximam
Cum istiusmodi conditione. E. i sanè siquid festinas magis.

I, cum infinitiuo. Stat. libro 4. Syluarum, 4.13. Forsitan Ausonias ibis frænare cohortes.

Eamus visere. Terent. Phorm. 1.2.53. Voltisne eamus visere? Idem Hecyra, 1.2.104. Nostra ibi eo vt visere.

I nunc Iuuenalis. Saty. 12. I nunc, & ventis animam committe. Ouidius in epistolis,
I nunc, & meriti lectum venerare parentis,
Quem fugit, & factis abdicat ille suis. Idem,

I nunc Sisyphias impie confer opes.

Ire melius est. Plaut. Milit. 20.63. – abi, iam patiar quicquid est
Bene vale igitur. P A. ire melius est. P Y. strenue.

Ire, pro Venire aliquando ponitur. Terentius Adelph. Quæso vt vnà mecum ad matrem virginis eas.

Itur, impersonale. Plaut. Mostell. 3.55. – ad legionem

Quum itur, adminiculum dant eis tum iam aliquem cognatum suum. Terent. And. 1.5.17.
– ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me. Virg. – sic itur ad astra.

Aeternas itur in vsque moras. Claud. ad Probinum, 16.2.

Ibitur. Plaut. Trucul. 13.17.
Quid istuc alienum est amabo mi Strabax, qui non extemplo
Intres? anne oportuit ita te quidem, qui es familiaris? S. ibitur?

Ne me morari censeas. Idem Trin. 2.137.
Sed Stasime, abi huc ad meam sororem ad Calliclem,

Dic hoc negotii quo modo actum est. S. ibitur. Cic. ad Qu. fratrem, libro 2.5.5. Ibatur in eam sententiam quum Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit. Seneca, Nunc in crudelitatem publicam ac priuatam ibitur. Tacit. lib. 13. In cædes ibatur, nisi Afranius Burrus, & Anneus Seneca obuiam issent. Idem, Itur in principis laudes.

Eatur. Seneca Med. 7.6. Idem Thyeste, 5.17.

Iretur. Papinianus in L. Pupillus. ff. De fideiuss. tuto. Iudice defuncto, priùs quàm ad eum iretur.

Iri, Terent. And. 1.2.6. Qui postquam audierat non datum iri filio vxorem suo. Cic. ad Atticum, lib. 2.16.9. Item antè non esse itum obuiam, ne tum quidem quum iri maximè debuit.

Debitum iri. Scæuola in L. Respiciendum. ff. Si certum petatur, Respiciendum enim est, an (quantum in natura hominum sit) possit sciri eam debitum iri.

Viæ eundæ & vitandæ. Claud. 2. in Eutrop. 84.
– non explorantur eundæ Vitandæque viæ.

Iens, euntis. (ὁδεύομενος,) Qui huc & illuc proficiscitur: quem peregrinum vocant. Plaut. Milit. 10.51. Deum virtute euntem hospitio accipere, apud me est comitas.

Oculi euntes. Stat. lib. 5. Theb. 97. Prosequimur visu, donec lassauit eúntes
Lux oculos.

Incidere eunti & in euntem, Vide INCIDO.

Itûrus. pen. prod. (ποιεῦνο ὁμενος,) Participium. Cice. 3. Verr. 34. De te in consilium iturum putasti.

Itus, itus, itui, Verbale, (βάδισις,) Idem quod itio. Cic. Att. lib. 15. 324. 3. Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Suet. In Tiberio, cap. 38. Ad extremum vora pro ito & redito suo suscipi passus, vt vulgo iam per iocum Callipides vocaretur.

Itio, itionis, Verbale, (βάδισις,) Terent. Phorm. 5.9.23. Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni?

Obuiam itio. Cic. Attico, li. 11. 224. 1. De obuiam itione ita faciam vt sua des. Eidem, lib. 13. 297. 3. Quæris quid cogitem de obuiam itione?

Dare itionem domum. Cic. 1. de Diuinat. 120. Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore, sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari.

Ito, itas, (φοιτάω,) Itare, Frequentatiuum, Frequenter ire. Sueto. de Claris Rhetoribus, 1. b Maiores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt.

EOS, priore syllaba prod. quia per η scribitur, (ἠώς,) Aurora. Ouid. 3. Fast. 176. Tres vbi lucíferos veniens præmiserit Eos. Idem 4. Fast. Proxima victricem quum Romam inspexerit Eos. Scribitur etiam per ει post ion: & tunc priorem syllabam corripit: adspiraturque à nonnullis.

EOVS, pen. prod. (ἠῶος,) Oriens dicitur ab ἠώς, quod est mane & aurora. Capitur etiam adiectiuè pro orientalis, primamque habet indifferentem, quia interdum per η scribitur, interdum per ει per ι post ion, vt Fluctus Eous. Virgil. 3. Aeneid. 107. Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum. Lucanus, Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas. Id est orientales. Propertius lib. 2.
Sine illam Hesperiis, sine illam ostendet Eois:
Vret & Eoos, vret & Hesperios.

Cælum Eoum. Ouid. 5. Metam. 40.

Equi Eoi. Virgilius 2. Aeneid 84.
Confligunt Zephyrusque Notusque, & Iæus Eois
Eurus equis. Seruius: Nam Eurus ab Oriente flat. Notandum sanè quòd quum Eous e naturaliter longum habet, metri necessitate correptum est propter sequentem vocalem.

Gelu Eoum. Propertius libro, 1. eleg. 15.5. Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

Mare Eoum. Tibull. lib. 2. eleg. 1.4.

Opes Eoæ. Ouid. 1. de Arte aman. 41.

Orbis Eous. Ouid. 3. Fast. 94.
Partes Eoæ. Ouid. 1. Fast. 18.

Eôus, pen. prod. Substantium, (ἑωσφόρος,) Vnus ex equis Solis: quasi lucifer ac orientalis: quòd mane assurgens orbem illuminet. Ouid. 2. Meta. Interea volucres Pyrois, Eous, & Aethon
Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent.

Eous, Pro Lucifero. Virg. 1. Georg. 58. Aut quum sole nouo terras irrorat Eous. Id est lucifer: de quo etiam Cinna in Smyrna sic ait,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Te maturinus flentem conspexit Eous,
Et flentem paulo vidit pôst Hesperus idem. Seru. Virg. 11. Aeneï. 1.
Vota deûm primo victor soluebat Eoo.

Eousque, Vide E o aduerbium.

E P

EPAMINONDAS, (ἐπαμινώνδας,) Thebanorum dux præstantissimus, cum quo (inquit Trogus) Thebanorum gloria & nata est & extincta. Tandem apud Mantineam cum Lacedæmoniis congressus, vicit, & cecidit, vt scribit Cicero in epistola ad Luceium: Quem enim nostrum (inquit) ille moriens apud Mantineam, Epaminondas, non cum quadã miseratione delectat? qui tum denique sibi auelli iubet spiculum posteaquam ei percontanti dictum est clypeum esse saluum: vt etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moreretur. Hæc Cicero. De Epaminonda Trogus lib. 6. & Plutarchus in Parallelis.

Epagoge, epagoges, pen. prod. (ἐπαγωγή,) Figura quæ fit ex rerũ similium collatione vel argumentorum, salua tamẽ similitudine rerũ, vt Virg. Improuisum aspris veluti qui sentibus anguẽ. Pressit humi nitens. Et Cicero pro Rosc. Amer. 70. et 78. comparat occupationes Iouis Opt. Max. Syllæ rebus gestis propius. Argumentorum autem, vt Lucretius,

Nam si in fluctus, vndasque è gurgite salso
Tollere decreris, ventum prius Hæmatium tu,
Ventum inquam tollas. Iulius Rufianus.

Epanadiplósis, pen. prod. (ἐπαναδίπλωσις,) verbum in eadẽ sententia, & primũ est, & extremum. vt Anchi nouis rubeant, quã prata coloribus amnis. Rufianus.

Epanalepsis, (ἐπανάληψις,) necessaria causam, nõ vt sit in figuris elocutionis, sed apud Lucilium, Vel cõsilio vestrũ quod dicitis, olim cælicolæ adfuissemus prior consilio. Cic. pro Rab. Libenter si esset integrum profiterer idem, Saturninum C. Rabirii manu interfectum nihil me isse clamor commouet. vsque huc, Libenter inquam profiterer.

Epanalepsis est etiam eorundem verborum simul positorum, eiusdemque sententiæ post multa interiecta, cum aliqua periodi conclusione facta repetitio. vt

Hinc pater ô Lenæe, tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo grauidus Autumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris,
Huc pater ô Lenæe veni. Hæc Rufianus. Verba Ciceronis pro Rabirio perduel. reo. 12. aliter nunc leguntur, quàm legerit Rufianus.

Epanáphora, pen. corr. (ἐπαναφορά,) Figura est, quum ab eodẽ verbo plures inchoatæ sententiæ incipiunt. vt

Hic gelidi fontes, hîc mollia prata Lycoris
Hîc nemus, hîc ipso tecum consumerer æuo. Rufianus.

Epanodos, pen. cor. (ἐπάνοδος,) Figura est cũ duabus breuibus, pluribusve propositis, ad singularem enarrationem recurritur. vt – diuellimur inde
Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus æuo
Iam grauior. Rufianus.

EPAPHVS, pen. corr. (Ἔπαφος,) filius Iouis ex Io vel Isíde. Ouid. 1. Metamor. 15. quum fabulam Ius enarrasset, de Epapho hæc subiungit,

Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Iouis, perque vrbes iuncta parenti
Templa tenet.

Epatarius, Epaticus, Vide HEPAR.

Epénthesis, penul. corre. (ἐπένθεσις,) Est appositio quædam literæ vel syllabæ ad mediam dictionem, vt productior fiat vel quantitate, vel vna syllaba. literæ vel syllabæ: vt reliquias pro reliquiasin duperator, pro imperator. Hanc autem alii epenthesin, alii parenthesin vocant.

EPEVS, trisyllabum, pen. prod. (ἐπειός,) Endymionis filius, & Pæonis frater, à quo Epæa ciuitas in Græcia. Hic Troiani equi faber fuit. Virgilius 2. Aeneid. 53. – & ipse doli fabricator Epeus.

Ephébus, ephebi, penul. prod. (Ἔφηβος,) Qui ad pubertatis annos peruẽnit, quasi ἐπὶ ἥβης. Terent. And. 1. 1. 24. Nã is postquam excessit ex ephebis Sosia. Idẽ Eunu. 5. 1. 8. – quis fuit igitur? P. iste Chærea. T. Qui Chærea? P. iste ephebus frater Phædriæ. Hæc citat. Cic. 2. de Orat. 177. Cic. pro Flac. 40. Et 1. de Nat. deo. 107.

Animus ephebis ætate exiit, dixit Plautus in Merc. 3. 40.

Principio atque animus ephebis ætate exiit,
Atque animus studio amotus puerili est meus,
Amare val. de corpi hîc meretricem.

Greges ephebor um. Cic. 1. de Nat. deo. 106. Athenis quum essem, è gregibus ephebor um vix singuli reperiebantur.

Annus ephebus. Horat. 2. epist. 1. 35.

Ephebia, ephebiæ, (ἐφηβία,) Pubertas, id est prima ætas adolescentiæ.

Ephebiũ, (ἐφήβιον,) Pars ea palestræ in qua ephebi exercebant. Vitruui⁹.

In duplici portico collocentur hęc membra: ephebium medio. hoc autem est exhedra amplissima.

Ephémeris, pen. cor. huius ephemẽridis, fœm. gen. (ἐφημερίς,) Vide COMMENTARIVS. Iuuenalis Satyra 6.

In cuius manibus ceu pinguia succina trita

Cernis ephemeridas. Propertius lib. 3. eleg. 23. 4.

Me miserum, huius aliquis rationem scribit anari,
Et ponit duras inter ephemeridas. Cic. pro Quint. 30. Discedens in memoriam redit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis.

Ephémeron, pen. cor. Animal ortũ apud Hippanin fluuiũ apud Bosphorum, authore Aristotele lib. 5. Animaliũ.

¶ Ephemeron, Genus herbæ, folia habens lilii, sed minora, caulem parẽ, florem ceruleum, semen superuacuũ. Plin. lib. 25. cap. 13. 24.

EPHESVS, pen. corr. f. g. (Ἔφεσος,) Ioniæ vrbs, insignis quondam famę, & Dianæ spectatissimo templo, tum & claror um virorum, quorum genitrix fuit, dignitate etiã Androcho Codri Athenien sium regis filio cõdita, vt ex Pherecide scribit Strabo. Iustinus lib. 2. ab Amazonibus conditam scribit. quod ipsum & Plinius libr. 5. cap. 29. 11. confirmat. Eius alumnus Heraclitus fuit cognomento Scotinus hoc ipso commendabilis, quòd quum Hermodori virum probatissimum in exilium ob iustitiæ & virtutis amorem, actum vidisset, omnes Ephesios dignos esse dixit qui strangularentur, vt scribit Strabo. Cic. Atti. lib. 5. 100. 1.

Ephesius, pen. prod. Adiectiuũ. vt Ephesina mulier. Cic. 3. Philipp. 34.

Ephesius, Adiectiuũ, (ἐφέσιος,) Cic. 1. de Diui. 86. Qua nocte templũ Ephesię Dianę deflagrauit, eadẽ cõstat ex Olympiade natũ esse Alexãdrũ.

EPHIALTES, (ἐφιάλτης,) & Otus, Neptuni filii (inquit Seruius) nouem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cælum voluerunt euertere, sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ. De quibus Virgil. 1. Georg. 56. Et coniuratos cælum rescindere fratres. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam:

Scilicet atque Ossæ frondosum involuere Olympũ. Vide ALOEVS.

Ephippium, ephippii. (ἐφίππιον,) Ornamentum equorum est: proprię tegmina seu stragula significans, quibus equi sternuntur, vel sellæ equis ad insidendum impositæ. Varro Cato, vel de liberis educandis, Mihi puero modica vna fuit tunica, & toga sine faciis calceamentis equus sine ephippio, balneum non quotidianũ, albeus rarus. Horat. in epistola ad villicum, Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Varro 3. de Re rust. ca. 7. 13. Neque eodẽ modo parantur ad ephippium vt ad prædam. Gell. lib. 5. cap. 5. Equitatum frænis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem. Cice. 3. de Finib. 24. Puto concedi nobis oportere vt Græco verbo vtamur siquidẽ sinus occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potius quàm proegmenis & apoproegmenis concedatur.

Ephippiati, (ἐφιππιαζόντες,) qui ephippia habent in equis. Cæsar de Suevis, libro 4. bell. Gall. 470. Non eorum moribus turpius aut inertius habetur, quàm ephippiis vrinaque ad quenuis numerum ephippiatorũ quamuis pauci, adire audent.

EPHORI, (Ἔφοροι,) magistratus Lacedæmoniorum. Erant enim ephori, tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic oppositi regibus sunt, vt apud Romanos Cõsulibus Tribuni. Vt enim à Consulibus ad Tribunos prouocare quisque potest, sic Lacedæmonii à Regibus ad Ephoros. Satis constat ab Ephoris Reges electos, alios fugisse, alios interẽptos. Olim pro ministris regum fuerunt, paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiæ peruenerunt, vt sensim à rege magistratum proprium constituerint, nomine Ephoriam. Cic. 3. de Legib. 24. Quare nec Ephori Lacedæmone sine causa à Theopompo oppositi regibus, nec apud nos Consulibus Tribuni. Idem 1. Tusc. 160. Lacedæmonius quidam cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tantopere contempserit, vt quum ad eam duceretur damnatus ab Ephoris, & esset voltu hilari atque læto, dixisset ei quidam inimicus, &c. De eorum numero fuit Lysander quidam, vt testatur idem Cic. 2. Offic. 117. Ac propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonii Lysandrum Ephorum expulerunt.

EPHYRA, pen. cor. (Ἔφυρα,) nympha Oceani & Tethyos filia. De qua Virgilius lib. 4. Georg. meminit.

¶ Ephyra item, siue Ephyre, pen. corr. vrbs Achaiæ, quæ postea Corinthus dicta est, in qua pulcherrima & artificiosissima ex ære siebant vasa. Ouid. 2. Metam. 81. – quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonem, Ephyre Pyrenidas vndas.

Ephyreias, Ephyreiadis, pen. corr. (ἐφυρειάς,) Quæ est ex Ephyra. Claud. de bello Getico, 126. Scilicet Argolicas, Ephyreiadesque puellas
Cœperat & pulchras iam fastidire Lacænas.

Ephyrcus, pen. prod. (ἐφυρεῖος,) Adiectiuum quatuor syllabarum. Lucan. lib. 6. 4. Insedit castris: Ephyreaque mœnia seruat.

Ephyreius, (ἐφυρεῖος,) Adiectiuum quinque syllabarum. Virgil. 2. Georg. 93. Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra.

Epialos, pen. corr. (ἐπίαλος,) Genus febris est ex pituita quidem frigida, sed vitrea, putrefactaque nomen ei dedit placidi pel facta

facta ponti subdola, quam Græci vocant ἀλὸς ὑπιετικὰ. Hermolaus.

Epibades, pen. corr. (ἐπιβάδες) Naues. Vlpianus in L. prima ff. igitur præpositio. ff. De exercitoria actione, Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) ἐπιβάδες sunt. Et plerosque mandare scio ne vectores recipiant: & sic, vt certa regione, & certo mari negotientur. Bayfius, Epibades, inquit, dictæ vt opinor, quasi epibatides, ad epibaras solum, id est vectores traiiciendos. Et forte sic legendum apud Iurisconsultum epibatides. Sed lectoris esto iudicium. Vide Actuariæ naues in Nauis.

Epibatae, pen. corr. (ἐπιβάται,) Milites classiarii dicuntur hoc est, milites in nauibus merentes. Hirtius 4. bell. Alexãdrini,

Capta est vna hostium quadriremis, degressa est altera, deinde omnibus epibatis nudatæ. Idem bel. Afric. lib. 5. 143. Ibique Gettulis remigibus epibatisque compler. Apud Græcos epibatæ pro vectoribus etiã accipiuntur, id est ἀντὶ τῶν ὀχευμένων.

Epicedium, (ἐπικήδειον,) Carmen quod in laudem defuncti ante cadauer sepultum cani solet, aliter Nænia vel Monodia dictum. Sipont.

EPICHARMVS, (ἐπίχαρμος,) Siculus poeta Comicus & Philosophus, Pythagoræ auditor, scripsit de natura rerum & medicina commentarios. Epicharmi sententiam de morte refert Cicero lib. 1. Tusc. quæst. Sed tu mihi videris (inquit) Epicharmi acuti, nec insulsi hominis, vt Siculi, sententiam sequi. Sed quæ tandem est Epicharmi ista sententia? Emori nolo sed me esse mortuum nihil existimo. Horat. 2. epist. 1. 13. Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi,

Epicherema, pen. prod. (ἐπιχείρημα.) epicherématis, n. ge. quid significet, docet Quintil. lib. 5. cap. 10. his verbis,

Epicherema Valgius aggressionem vocat: Celsus autem indicat non nostram administrationem, sed ipsam rem, quam aggredimur, id est argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiã si nondum verbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epicherema dici. Quidã epicherema rationem appellauerunt. Cicero melius ratiocinationem: quamquam & ille nomen duxisse magis à syllogismo videtur. nam & statum syllogisticum, ratiocinatiuum appellat, exẽplisque vtitur Philosophorum. Et quoniam est quædam inter syllogismum & epicherema vicinitas, potest videri hoc nomine recte abusus. Ibidem, cap. 14. 4. Epicheremaros, & quatuor, & quinque, & sex etiã factæ sunt partes à quibusdam. Ibidem aliquanto inferius, Epicherema autem nullo differt à syllogismis, nisi quòd ille & plures habent species, & vera colligunt veris. Epicherematis frequentior circa credibilia est vsus.

Epichrista, (ἐπίχρισμα,) apud Galenum in eundem ferè vsum accipiuntur quo circunliriones, quas Dioscorides κεῖσγυτ περιαλιβλίφαρα appellat, à circunliniendo, quod est expolire. Nam & in pictura circunlitionem vocat ipse, quum operibus iam perfectis, manus quædam salutatrix admouetur vltima, quæ illa ipsa properãte lambentéque penicilo circunlegat, atque renitiret. Hermolaus.

Epicoenum, (ἐπίκοινον,) Latine promiscuum dicitur. Sunt nomina apud Grammaticos, in quibus obscurior discretio est alterosiæpe genere vtrunque sexum confundit vsus: appellatusque huiusmodi voces, promiscui generis, Græci ἐπίκοινα vocant: vt passer, aquilus, quæ sub masculino: aquila, mustela quæ sub fœminino vtrunque genus comprehendunt. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18. Nec statim diligenter putabo qui promiscua, quæ Epicœna dicuntur, ostenderit in quibus sexus vterque per alterum apparet.

EPICTETVS, pe. pro. (ἐπίκτητος,) Philosophus Stoicus, qui ex Hierapoli Phrygiæ vrbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidã Neronis familiari seruiuit, atque ad Marci vsque Antonini tempora perdurir. Domitiano autem imperante eius dominatu offensus, Roma Hierapolim migrauit, ratus verum esse quod est tragicum, patriam esse cuiusque vbi quis rectè ageret. Tanta vero apud omnes homines eius vi & admiratio extitit, vt Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum milibus, ob eius authoritatem, vænisse tradat. Hic enchiridiõ scripsit, opus vtile, quod Angelus Politianus nup Latinũ fecit.

EPICVRVS, pen. prod. Athenien sis annos natus quatuordecim, Philosophari cœpit in hortis, vt est author Demetrius Magnesius summum bonum non vt Aristippus in voluptate corporis, sed in dolor is vacuitate ponebat. Dialecticam dãnabat, quando Philosophia simplicibus ac propriis rerum vocabulis comprehendi posset. Deos & prouidentiam & officium in vita tollebat. Metrodorum Lampsacenũ veterem in vita comitem & familarissimum habuit. Auditor fuit Xenocratis. Author Diogenes Laertius. Cic. 2. Offic. 159.

Epicuri de grege porcus. Horat. 1. epist. 4. 3.

Epicurus Epicurius. Propert. lib. 3. eleg. 21. 6.

Officinæ Epicurus, Vide OSCITO.

Doctus Epicurus, pen. prod. Adiectiuum (ἐπικούρειος,) Voluptarius. Cice. 1. de Nat. deor. 33. Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. De Cotta. Idem 2. de Diuinat. 58. Doleo tantam Stoicos no stros Epicureis irridendi fuisse facultatem dedisse. Epicureis, subaudi hominibus. Idem de Claris Orat. 68. Fuit autem Athenis adolescens. Perfectus Epicureus euaserat. De T. Albitio. Sidonius in epithala-

mio Polemii, Ast Epicureos eliminat vndique virtus.

Epicurios, pe. cor. Adiectiuũ, (ἐπικούρειος,) Author Priapeorũ, Vt credas Epicurios citari. Phaleucium est.

Epicus, pen. corr. adiectiuũ, (ἔπικος,) vt Poeta epicus. Cic. de Opt. ge. Orat. 142. Itaque licet dicere & Ennium summum epicũ poetam, sicut ita videtur, & Pacuiium tragicum, & Cæcilium fortasse comicum.

Epicum poema. Cic. de Opt. gen. Orat. 141. Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod magis est tractatum à Latinis, suum quoduis est diuersum à reliquis.

Epicus, adiectiuũ est ab epos. Hinc Epicus versus dicitur, qui & heroicus, & hexameter, & pythius, ac bucolus, & ab Ennio longos. Author Diomedes. Vide etiam Cælium lib. 17. cap. 29.

EPIDAMNVS, (ἐπίδαμνος,) Ciuitas Siciliæ ab Epidãno rege Barbaro rum. Sed Romani eò coloniam deducentes, vt ait Plin. lib. 3. cap. 23. Dyrrhachium dici maluerunt propter inauspicatum nomen Epidamnistanquam à damno dicatur Epidamnum. Ad hoc alluit Plautus in Menæchmis, quum ait. Ne mihi damnum in Epidamno duas. tanquam nomẽ inditum sit Epidamno, quòd illuc nemo sine damno diuertat. De hac Lucretius lib. 10. Ad campos Epidamne tuos. A plinus sic habet: Epidamnus rex vrbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpsit. Huius ex filia nepos Dyrrhachus portum vrbi adiecit quod Dyrrhachium appellatur. Hæc nunc Segesta dicitur, quam Æneas condidisse fertur, præpositio ibi Egesto, qui eam Egestam nominauit. Sed præposita est ei litera S, ne obscœno appellaretur nomine.

EPIDAVRVM, siue Epidaurus, (ἐπίδαυρος,) Achaiæ vrbs, supra Corinthum sita. de qua Plinius lib. 4. cap. 5. In Saronico (inquit) Epidaurũ oppidum, Aesculapii delubro celebre. Fuit hic Podalirii & Machaonis parens medicus maximus & doctissimus, obque artis præstantiam in deorum numerum relatus, quum Apollinis filius existimatus esset. Vetustas ei dicauit anguem, quòd multa huic animali remedia insint, vt scribit Plinius lib. 29. ca. 4. Atqui anguis Aesculapius Epidauro Romam aduectus est. De quo Valerius in miraculis lib. 1. scribit. Epidaurus hodie, vulgò Ragusa. Hoc etiam nomine dicta fuit insula iuxta Dalmatiam, in Illyrico mari sita, de qua Lucanus libro 2. Illyris Ionias
Vergens Epidaurus in vndas. Fuit autem serpentum ferax. vnde ab Horatio serpentes Epidaurii dicuntur.

Domitrix Epidaurus equorum. Virgil. 3. Georg. 9.

Epidaurius, Adiectiuũ, (ἐπιδαύριος,) vt Rura Epidauria. Sta. 4. Theb. 25.
Tellus Epidauria. Ouid. 7. Metam. 90.
Littora Epidauria. Ouid. 15. Metam. 129.

EPIDEMIA, est accessus ad ciuitatem aliquam obseruari plerumque solitus. Hæc Budæus in Pand. Epidemiam vocant medici morbum popullariter vagantem, siue populariter sparsum.

Epidicticon, pen. cor. (ἐπιδεικτικόν,) dicitur Demonstratiuum. Cic. in Orat. 24. Dulce igit orationis genus & solutũ & effluẽs, sententiis argutũ, verbis sonans est in illo epidictico genere.

Epidemetici, de quibus titulus est apud Iustinianum, sunt hospitiorũ metatores in vrbe, hoc est qui in valuis ianuarum faciunt inscriptiones, quibus significatur quis in ea domo sit hospitaturus, ἐπιδημέω, idem valet quod ad ciuitatem in rem præsentem venio. Vulgus forrerios vocat. Hæc Alciatus in tres posteriores libros Codicis. Meminit & Cælius lib. 7. cap. 14.

Epidipnides, pe. corr. (ἐπιδιπνίδες,) Hoc est, epulę q̃ in extrema cœna vel prandio adferunt. Marti. lib. 11. 32.

Hinc feras epidipnidas parabit. Phaleuciũ est. Notatius, ἐπιδεῖπνίς.

Epidromides, pen. corr. (ἐπιδρομίδες,) Plagarum funiculi discurrentes appellantur, quibus retia panduntur contracta, & contrahuntur expansa. Author Pollux qui epidromos tamen & peridromos vocat vt & Plin. lib. 19. ca. 1. 5. Vidimus plagas tã tæ tenuitatis, vt annulum hominis cum epidromis transirent. Budæus.

Epidromos, pen. corr. (ἐπιδρόμων,) Velũ in nauiq̃ retrorsum pandit, authore Polluce. Cato ca. 13. Vide Acatiũ.

Epiglossis, huius epiglossidis, fœ. ge. siue epiglottis, epiglottidis, penul. corr. (ἐπιγλωττίς,) Minor lingua à Plinio dicitur lib. 11. cap. 37. 47. Tonsillæ (inquit) in homine, in sue glandulæ. Quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, hominí tantum est. Sub ea minor lingua epiglossis appellata, nulli oua generantiũ. Opera eius gemina, duabus interposita fistulis. Interior earum, appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando me spiritu ne voce illac meante, si potus cibúsve in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera exterior appellatur sanè gula, qua cibus atq; potus deuoratur. Cæterum epiglottida vulgus ligulam vocat, quæ est cartilago laringis seu trachiæ arteriæ meatum opperiens me dum cibus assumitur, per œsophagum quidquam in pulmones deerret.

EPIGONI, pen. corr. (ἐπίγονοι,) dicti sunt authores secundi belli Thebani, quasi fœtus illorum qui primum confecerãt bellum Græcè enim ἐπίγονοι, fœtus appellatur, & qui pôst gignitur. Inde Euripides tragicus tragœdiam hoc argumẽto compositam, Epigonon inscripsit, quæ agi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex poscebat voce magna scenicorum & sonora. Ob hoc dixit Cicero libro 1. Offic. 139. Qui voce freti sunt, Epigonos, Medúmque, qui gesta, Menalippam, Clytemnestram.

Epigramma, epigrammatis, pen. corr. n. ge. (ἐπίγραμμα,) Latinè dicitur inscriptio, vel superscriptio. Cice. pro Archia. Quod epigramma in eum fecisset tantúmodo alternis versibus longiusculis. Idem 1. Tusc. 131. Et ad Atticum, lib. 1. 11. 23. Epigrammaris tuis quæ in Amalthea posuisti, contenti erimus.

Pernobile epigramma Græcum. Cic. 6. Verr. 113. Tum epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi.

Nobile epigramma. Quintilianus libro 1. cap. 5. 14. Qua de re Catulli nobile epigramma est.

Epilepsia, epilepsiæ, pen. cor. (ἐπιλῆψία,) veluti quædam corporis totius conuulsio: vnde nomen epilepsiæ à comprehensis & illigatis sensibus affecto cerebro, aut eius ventriculis. Hermolaus. Vulgus vocat morbum S. Iohannis qui & caduceus appellatur.

Epilepticus, pen. cor. (ἐπιληπτικός.) Comitialis dicit, authore Hermolao.

Epilogus, pen. corr. (ἐπίλογος,) Conclusio, Peroratio. & nouissima pars orationis. Cic. 4. de Finib. 38. Patronúsne causæ in epilogo pro reo dicens, negaret esse malum exilium, publicationé bonorum, &c. Idem pro Plancio, 68. Et lib. 1. Tusc. 182.

Cóclusiones apud Græcos ἐπίλογοι nominantur. Author ad Heren. lib. 3. 8. 5. Epilogus, Peroratio dicitur. Cic. de Clar. Orat. 65.

Leniores epilogi. Quint. lib. 6. cap. 1. 37. Sunt & illi leniores epilogi, quibus aduersario satisfacimus.

In epilogo misericordiam mouet Orator. Cic. 2. de Orat. 554.

EPIMENIDES, (Ἐπιμενίδης,) Cretēsis, è pe Pythagoræ, vt Apuleius scribit 2. Floridorū, missus à patre Agisarcho in agrū ad custodiendū pecus, in quodā antro obdormiuit annos LXXV. Tandē à sōno excitat⁹, quū videret oīa mutata, domū reuersus à fratre oīa didicit. Quāobrē pro deo est habitus. Idē Athenienſibus pestilētia laborantibus dixit ciuitatē purgari expiariq; oportere. Itaq; quū rogat⁹ eò venisset, lustr. oues albas atq; nigras apud Areopagū imolari. Reuertēs deide domū, oblatā ab eis pecuniā remisit. Meminit huius Plato in 1. et 3. de Legibus. Suidas itē de ipsius somno mētionē facit, indēque manasse prouerbium.

Epimenidium, (ἐπιμενίδιον,) bulbis genus est, cuius meminit Plinius lib. 19. cap. 5. 25. vbi de bulbis inter alia hæc refert, Duo gña medicā: masculus albis foliis, fœmina nigris: & tertiū genus est cibis gratū: epimenidiū vocatur, angustius folio, ac minus aspero. Iauen. Satyr. 7. 113. de causidicis, Quod vocis pretium? ficcus petasunculus, & vas Pelamydum, aut veteres Aphrorum epimendia bulbi. Contraxit vocabulum exclusa litera propter metrum.

Epimetheus, quadrisyllabū, pen. pro. (Ἐπιμηθεύς,) quia pr̄s scribit, filius Iapeti, & frater Promethei, pater Pyrrhæ.

Epimone, pe. cor. propter o micron, (ἐπιμονή,) Latine dicitur perseuerantia: figura quando ad maiorem cerrtudinem in eadem dictione perseueratur. vt Virg. – sic sic iuuat ire sub vmbras. Hæc etiam Epizeuxis vocatur.

Epimythium, (ἐπιμύθιον,) est qd fabulæ additur. vt quū apologi rónē & sententiā authores mythologici attexerint vt sūt apud Aesopū appēdices fabularū, quasi affabulatiōes. Budæus.

Epinicium, epinicii, (ἐπινίκιον,) Celebritas pro parta victoria cuiusmodi sunt ignes nocturni qui ob nuntium aliquod iucundum. Epinicia celebrantur apud nos quum supplicationes decernuntur, obsecrationesque solennes, & quum canticum palmarium & laurearum ob partam victoriam canitur. Budæus.

Epinicia, Lucianus pro epulo posuit, victoriæ causa dato. Suet. in Nerone, cap. 43. Affirmauit se lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ iam nunc sibi componi oporteret. Budæus.

Epinyctis, epinyctidis, pe. cor. f. g. (ἐπινυκτίς,) Pustula est modicè humescens, & plena sanguinis, vt ait Pollux, in ribis & pedibus ferè, noctu maxime infestans, à quo nomen. Hermolaus. Plin. lib. 20. cap. 6. 1. Illitis foliis sanantur & ambusta & epinyctides: ita vocatur vicus acie hebetans & in angulo oculi perpetuo humore manās.

Epinyctis, Commentarius est rerum nocturnarum, quod nocturnum dici potest vt diurnum. Budæus.

Epiphania, pen. prod. propter e diphthongū, (ἐπιφάνεια,) Latinè dicit apparitio seu manifestatio. Inde apud Christianos natalitia festa, epiphania dici consueuerunt, quòd in his (vt ait Gregorius Nazianzenus) deus homo apparuerit.

Epiphonema, pe. p. epiphonematis, n. g. (ἐπιφώνημα,) Gen⁹ lentiæ vel pbatæ sūma acclamatio. Narratæ, vt apud Virgiliū, Tātæ mōlis erat Romanā cōdere gētē. Probatæ, apud M. Tullium pro Ligario, 6. Quorū igit impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorū re⁹ipsorū ad crudelitatē acuet oratio? Neq; tñ quoduis epiphonema cōtinuo sententia est, etiā si plerūque est: verū quicquid in clausula argutè additū ferit aurē, epiphonema dici potest. Quod genus propriū est epigrāmatis. Vnde apud Martialē sæpenumero carmen epiphonemate clauditur.

Hæc Erasmus. Martialis, Dās nihil, & dicis Candide πάντα φίλων.

Epiphora, epiphoræ, pen. cor. (ἐπιφορά,) oculorum, quem vulgò lachrymam vocant, quū descensus humoris cuiusdam mordacis oculos male angit. Plin. lib. 20. cap. 2. 3. Caro peponum, epipheris oculorum aut doloribus imponitur. Col. lib. 6. ca. 17. de magderi, Eadem radix contusa & cum oleo lentisci inuncta, vitium expurgat, epiphoram supprimit, polenta conspersa multa aqua. Cic. Tironi, lib. 16. 23. 1. Veruntamen Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum, vt loqui non posset. Plinius lib. 20. ca. 5. 9. Epiphora dicitur & de aliis mēbris, ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν, hoc est, ab inferendo dicta. Idē lib. 20. cap. 13. 15. Festium vero epiphoris cum ramis laureæ teneris, &c.

Epiploocele, pen. pro. (ἐπιπλοοκήλη,) Est interaneorū, siue omēmuni nomine hernium appellarunt. Vide ENTEROCELA.

Epirhedium, (ἐπιῤῥέδιον,) Vehiculi genus. Quint. Quum sit inl præpositio Græca, rheda Gallicum: nec Græcus tamen, nec Gallus vtitur composito: Romani suum ex vtroque fecerunt. Iuuenalis Satyr. 8. 7. Tritoque trahunt epirhedia collo Segnipedes. Vide Quintil. lib. 1. cap. 10.

EPIRVS, pen. prod. (ἤπειρος,) Regio quæ Molossia dicta est: & à Chaone Heleni fratre Chaonia, nūc verò Albania vocatur. Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia, ab Oriente Achaia, ab Occidente Ionio mari. Cic. Attico, lib. 3. 41. 1. Vt quū ex Italia profecti essemus, fuit per Epirum iter esset faciendum, tuo tuorūque præsidio vteremur.

Herbida Epirus. Ouid. 2. Meram. 57.

Mīsit aprum, quanto maiores herbida tauros
Non habet, Epirus sed habent Sicula arua minores.

Epirota, huius epirotæ, pe. prod. quia p̄ scribit, (ἠπειρώτης,) Liu. 5. Decad. li. 2. Marcius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidū decem millia ab mari quū ascenderent, cōfilio Epirotarū habito cum magno omniū assensu auditi sunt. Idē lib. 5. Vt liberi Epirotæ sicut Macedones essent.

Epiroticus, pen. corr. Adiectiuū, (ἠπειρωτικός.) Cic. Attico. li. 12. 360. 6. Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erūt fortasse alteræ postmeridianæ, nisi te Epiroticę literæ impediant, quas ego nō interpello.

Epirotici boues, qui in Epiro inueniūtur, vel qui ex Epiro sunt. Varro 2. de Re rust. cap. 5. 8. Transmarini epirotici non solūm meliores totius Græciæ, sed etiam Italiæ. Quemadmodum etiam Plini lib. 4. cap. 10. Epiroticam gentem dixit in solis occasum recedere.

Epirotica mala dicuntur (inquit Sipontinus) orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumactii.

Episcopus, episcopi, pen. cor. (ἐπίσκοπος, ἔφορος,) Latinè intendens, custos, speculator dicitur. Episcopus, inquit Sipontinus, non significat Pontificem, vt nunc vulgò existimatur, sed vt Arcadius Digest. de Mune. & honor. scribit, Ii propriè dicuntur episcopi, qui præsunt pani & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatum populis ob quotidianum victum necessaria sunt.

Episcopus oræ Cāpanię fuit Cic. ipso teste, in 7. lib. Epist. ad Atticū, Vult enim (inquit) me Pompeius esse quem tota hæc Campania & maritima ora habeat episcopum, ad quem delectus & negotii summa referatur.

Episcopius, Adiectiuū, (ἐπισκόπιος,) Id est exploratorius, vt Nauis episcopia. Cic. ad Attic. li. 14. 314. 1. Quinto Non. conscendens ab hortis Clunianis in phaselum episcopium. Id est, nauem exploratoriam.

Epistates, pen. corre. ἐπιστάτης, dicitur procurator ac præpositus rei faciendæ.

Epistata villica quæ præest villæ & familiæ rusticariæ. Cato ca. 58. Familiæ cibaria vbi opus, faciēt per hyemem trit ici modios quatuor: p ę̄sta tē modios quatuor: semis villico: villicę epistatæ, opilioni modios tres.

Epistola, huius epistolæ, pen. corr. (ἐπιστολή,) Græcū vocabulum est, ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Plautus Asinaria, 13. 16.

Aut quod illa dicat, peregre allatam epistolam,

Ne epistola quidem vlla sit in ædibus. Idem Epid. 2. 56.

– qua quotidie ipse ad me è legiōe epistolas Mittebat. Idē Pśe. 15. 16.

Herus me tibi salutem multam voluit dicere.

Hanc epistolam accipe à me, hanc me tibi iussit dare. Cic. Quintratri. lib. 1. 1. 56. Illud quod est epistolæ proprium, vt is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat prætermittendum esse non puto.

Ab epistolis, Vide A vel AB præpositiones.

Epistola ad aliquem. Cic. 2. Offic. 68. Extant epistolæ & Philippi ad Alexandrum, &c.

Anxia præcipiti venisset epistola penna. Iuuen. Satyr. 4. 15.

Crudelis epistola. Ouid. epist. 21. 44.

Dirae epistola. Ouid. epist. 16. 13. Vide DIRAE.

Insignes amoris notis epistolæ, Vide INSIGNIS.

Intempestiua epistola, Vide INTEMPESTIVVS.

Interior epistola, Vide INTRA.

Licentior epistola. Vide LICET.

Longior epistola. Ouid. 19. epist. 48.

Loquax epistola, Vide LOQVOR.

Minuscula

Minuscula epistola, Vide MINOR.

Ponderosa epistola. Cic. Atti. lib. 2. 16. 2. Da ponderosam aliquam epistolam, plenam oium nō modò actorū, sed etiā opinionum tuarum.

Pusilla epistola. Cicero Attico, libro 6. 112. 2.

Secretæ & familiares epistolæ. Quintil. lib. 1. cap. 1. 22. Quare semper & vbique tum præcipuè in epistolis secretis, & familiaribus delectabit, ne hoc quidem reliquisse.

Subtiles epistolæ. Cicero Attico, lib. 5. 101. 3. Habes epistolam plenam festinationis & pulueris, reliquæ subtiliores erunt.

Verbosa & grandis epistola. Iuuenal. Satyr. 10. 8.

Mandato aliquo clandere epistolam. Ouid. epist. 13. 32.

Vltimo mandato claudatur epistola paruo,

Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui.

Complicare epistolam, Vide COMPLICO.

Concerpere epistolam, Vide CONCERPO.

Concludere epistolam, Vide CONCLVDO.

Contiuet epistola, Vide CONTINEO.

Longiorem epistolam facere. Cicero Attico, lib. 6. 116. 6.

Impingere epistolam alicui, Vide IMPINGO.

Inscripta epistola alicui, Vide INSCRIBO.

Epistola narrat, Vide NARRO.

Et nunc epistolæ literis his respondebo. Cic. Attico, lib. 1. 15. 1.

Epistolas quotidianis verbis texere solemus. Cic. Pæto, lib. 9. 21. 3.

Tradit epistolam tabellarius alicui. Cic. 2. Philipp. 84. Confestim ad eam, cuius causa venerat, deducitur, eique epistolam tradidit. Id est reddidit, subauditi, tabellarius.

Tradere sermonem epistolis in posteros. Quintil. libro 1. cap. 1. 5. Nam Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrē, cuius doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus.

Epistolium, epistolii, Diminutiuum, (ἐπιστόλιον,) vt Conscriptum lachrymis epistolium. Carul. ad Mallium, 63. 1.

Epistolaris. penul. prod. Adiectiuum, (ἐπιστολικός,) vt Epistolaris charta. Martial. libro 14. 11.

Epistomium, epistomii, (ἐπίστομιον,) Aeramentū quo ora salientium ducitur vertibulum illud pertusum, quod admittit vel arcet aquā, prout hoc aut illo modo versatur. epistomium enim Græcum est quasi oris obturaculum dicas. Hoc ad hauriendum ad quotidianum vsum vinum in hypogeis vtimur, fontem appellantes. Vitruuius lib. 10. de hydraulicis organis loquens, Singulis autem canalibus singula epistomia inclusa sunt, manubriis ferreis collocata, quæ manibus contorquentur, ex arca parefaciunt nares in canales. Idem, Motione vero vectiū vehementiore spiritus vehemens compressus epistomiorum aperturis influit, & replet anima canales. Epistomium accepit pro eo obturaculo quod in musicis organis spiritum continet & laxat vt opus est. Seneca ad Lucilium, Nisi aquam argentea epistomia effuderint, & adhuc plebeias fistulas eloquor, Varro lib. 3. de Re rust. cap. 5. 14. Qui & aqua calida & frigida ex orbe ligneo mensāque quam dixi in primis radiis esse, epistomiis versis ad vnumquenque actum, sic vt influat in conuiuium. Aliqua exemplaria habent, epitomiis versis ad vnumquenque factum: sic vt fluat in conuiuam.

Epistylium, ἐπίστυλιον, Columnella quædam quæ super aliā columnam maiorem collocatur in ædificiis. vel vt alii volunt, capitellum dicitur. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 9. In limine, in lateribus dextra & sinistra porticus sunt primoribus columnis lapideis intermediis arbusculis humilibus ordinatæ, quem à summa macerie ad epistylium tecta porticus sit rete canabina, & ab epistylio ad stylobatē hæ sunt auib⁹ oē gen⁹ oppletæ. De epistyliis apud Vitruuiū multa.

Epitaphium, (ἐπιτάφιος,) proprie dicitur inscriptio quæ fit sepulchrum in laudem defuncti. Virg.

Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen,

Daphnis ego, in syluis, hinc vsque ad sydera notus. Cice. 5. Tusc. 51.

Quid verò in epitaphio, quomodo idem?

Epitasis pen. corr. (ἐπίτασις,) in Comœdia vehemētissimus actus, qui catastrophen præcedit, in quo oīa quasi feruēt & æstuāt inter spē & metū. A pud grāmaticos etiā pro exaggeratione sumitur.

Epitalamium, (ἐπιθαλάμιον,) dicitur sacer hymnus, qui in nuptiis canitur, quasi ioxta thalamum.

Epitheton, pen. corr. (ἐπίθετον,) Est appositio dictionis cū proprio nosc. Differt autem epitheton ab antonomasia: quòd antonomasia vicem proprii nominis sustinet: epitheton nunquā est sine proprio nomine, vt Dira Celæno, & Dia Camilla. Fit etiam tribus modis: ab animo, à corpore, extrinsecus. His duobus tropis vel vitiis vtimur, vel ostendimus, vel laudamus. Donatus.

Epithymon, pe. cor. (ἐπίθυμον,) hoc est thymi cuscuta. Cuscuta enim si ramos thymi apprehenderit, sese ita circunli tat, vt etiā ab ipsa eadē radice thymi nutrimentum accipiat, & floreat quēadmodū thymus, quod idem in salsa & saturcia efficit. Plin. lib. 26.

cap. 8. 12. Epithymon qui est flos è thymo saturcię simili.

Epitogium, (ἐπιτόγιον,) Genus pallii quod super togam ferebatur. Sipont. Quintil. lib. 1. cap. 5. 43.

Epitome, epitomes pen. cor. f. g. & epitoma, epitōe, (ἐπιτομή,) Breuiariū Latinè dicit, & cōpēdiū, siue opus concisum. Nec vnquā dicit neutro genere. Epitomata Florus: missi ab indoctis, teste Budæo. Cic. Atti. lib. 12. 235. 4. Conturbor. n. epitome Bruti Fannīana. in Bruti epitoma Fannianorum scripsi, quod erat in extremo: idque ego secutus, hunc Fannium, qui scripsit historiam, generū esse scripserā Lelii. Idē Attico, lib. 13. Epitomen Bruti Cælianorum velim mihi mittas.

Epitritus, pe. cor. (ἐπίτριτος,) pes ex quatuor syllabis cōstās, q. supra tres syllabas lōgas breuē vnā habeat. Ei⁹ quatuor genera sunt. Primus epitritus est, q primā syllabā breuē habet, cæteras lōgas: secundus, qui sec⁹am. tertius, qui tertiā: quartus, qui quartā. Sipōt.

Epityrum, epityri, (ἐπίτυρον,) Vocabulum est cibi (inquit Varro lib. 3. de Lingua Latina) quo frequentius Sicilia quàm Italia vsa est, ab ἐπὶ, καὶ τυρός, caseus. Verum huic etymologiæ reclamat authoritas Catonis ca. 119. quin & Colu. lib. 12. cap. 47. Videtur enim appellari epityrum à confracta oliua, quę Græcè dicitur πίθυρις? Plaut. Milit. 3. 24. – beto, & ego me illi mancupi dabo,

Si vnum epityrum edam apud illum esuriens insane.

Modum conficiendi epityri docet Cato, cap. 119. Colum. quoque lib. 12. cap. 47. 8. Est & illud (inquit) condituræ genus quod in ciuitatibus Græcis plerunque vsurpatur, idque vocant epityrum, &c.

EPORREDIA, (ἐπορρεδία,) Salsitiorum verbs, authore Prolemæo: hodie Hiaurea.

Epos, neu. gen. ἔπος, Latinè dicitur verbum, versus, poema. Martial. lib. 12. 91. Scribebamus epos: cœpi⁹ epistl scribere: cessi. Horat. 1. Serm. sat. 10. 9. – forte epos acer

Vt nemo, Varius ducit. Persius robustī carmē dixit. Epos, vt scribit Diomedes, Græcè dicitur carmen hexametron, diuinarum rerum & heroicarum humanarumque comprehensio. Vide Cælium lib. 7. cap. 4.

Epōdus, epōdi, pen. prod. ἐπῳδός, Genus carminis, quū singulis versibus singulæ claulæ subliciuntur, & quasi accinūtur: cuiusmodi sunt apud Horat. Quint. li. 10. ca. 1. Iambus nō sunt à Romanis celebratus est, vt proprium opus à quibusdā interpositus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio, quanquam illi epodos interuenire non reperiatur.

Epoto, epōtas, pen. prod. (ἐπίνω,) epotare, Potando exhaurie. Plautus Menæch. 11. 5. Cōfecto prādio, vinoq; epoto. Martial. li. 2. 29. Quæque Tyron toties epotauere lacernæ. Plin. lib. 28. ca. 14. 2. Epotare medicamentum. Liu. 8. ab Vrbe, 92. Cic. pro Cluent. 134. Epoto poculo.

Epōtus, pen. prod. Participium, (ἐπαφωμένος,) vt Aqua epota. Ouid. 2. de Remed. amor. 69. Hic vomit epotas dira Charybdis aquas.

Venenum epotum. Cic. pro Cluent. 138.

Epotus equus, pro sanguine equi epoto. Mart. lib. 1. 3. Venit & epoto Sarmata pastus equo. Vide Plinium lib. 18. cap. 10. 9.

Epulae, pe. cor. epularū, tātū pluraliter dicit, (δαιτυς, θοίνη,) Cibi ministerio hominū & in nostrū vsum cōparati. Cic. 1. de Finib. 79. Nec libidinum, nec epularū, &c. Idē Philip. 3. Vino, & epulis retentus, & alea est⁹ epulæ potius q̄ popinæ nominādæ sunt. Ex Valla.

¶ Epulæ, epularum, pro ipso cōuiuio etiam accipiuntur, & lautis mensis quæ in conuiuio offerri consueuerunt. Vnde amplissimæ epulæ apud Cæsarem lib. 6. bel. Gall. 100. Cic. pro L. Planco, Sepulchrū L. Catilinę floribus ornatum, hominum audacissimorū atque domesticorum hostium conuentu, epulisque celebratum est. Virgil. 6. Aeneid. 121.

– epulæque ante ora paratæ Regifico luxu.

Carmina in epulis cantitata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus. Cic. de Clar. Orat. 37.

Libationes, epulæq; ludorū. Cic. de Aruſp. resp. 19. Tui facerdotii sunt tē sæ, cunicula, præcentio, ludi, libationes, epulæq; ludorū publicorum.

Dicendi epulæ. Ci. in Topicis, 11. Sed quoniam auidum hominem ad has dicendi epulas recepi, fic accipiam vt reliquiārum sit potius aliquid, q̄ te hinc patiar non satiatum discedere.

Regum epulæ. Horat. 2. Serm. sat. 2. 9.

Epulę carnifices, Vide CARNIFEX.

Dulces. Horat. 3. Carm. ode 8. 2.

Geniales. Claud. 1. de raptu Proserp. 66.

Lautiores. Stat. 1. Sylu. 6. 7.

Liberales. Tacit. lib. 15.

Nocturnæ. Lucret. lib. 2. 6.

Regales. Ouid. 6. Metam. 98.

Sacræ. Virg. 7. Aeneid. 35.

Solennes. Tacit. lib. 10.

¶ Accipere epulis apparatis, Vide ACCIPIO.

Accumbere epulis, Vide ACCVMBO.

Adhibere fides ac tibias veterum Romanorum epulis moris fuit. Quinti. lib. 1. cap. 10. 17.

Adhibere aliquem epulis, Vide ADHIBEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adire epulas, Id est ad conuiuium. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 1.
Apponere in epulis, Vide APPONO.
Largius epulas celebrare, Vide LARGIOR.
Primas epulis decerpere noctes. Pers. Saty. 5. 5.
Distinguere epulas. Silius lib. 7. 37. – tum lacte, fauisque
Distinxit dulces epulas.
Dare epulas alicui. Virg. 4. Aeneid. 97.
Dare ad epulas. Cic. 2. de Fimb. 162. Itémque omnibus mensibus XX die Lunæ dent ad eorum epulas qui vnà secum philosophati sint, vt & sui & Metrodori memoria colatur.
Dare leges epulis. Ouid. 1. Trist. 98.
Effusi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus. Tacit. lib. 10.
Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Cic. 5. Tusc. 87.
Instaurare epulas. Virg. 7. Aeneid. 30. Vide INSTAVRO.
Instituere epulas. Silius lib. 11. 55.
Instruere epulas, Vide INSTRVO.
Instructæ epulæ. Seneca Agamem. 10. 2.
Ad epulas inuitare. Vide INVITO.
Grauibus marcere epulis. Claud. in Eutrop. 2. 87.
Onerare mensas epulis. Virg. 4. Georg. 76.
Paratæ epulæ luxu regifico. Virg. 6. Aeneid. 121.
Ponere epulas. Ouid. 4. Fast. 109.
Profusæ epulæ. Cicero pro Murena, 69. Non amat profusas epulas, fordes & inhumanitatem multo minus.
Rimari epulis, pro Pasci epulis, authore Seruio apud Virgilium lib. 6. Aeneid. 10. vbi hi versus leguntur.
Necnon & Tityon tertæ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur rostróque immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens, fœcundique pœnis
Viscera, rimatúrque epulis, habitatque sub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.
Mens saturata bonarum cogitationum epulis. Cicero 1. de Diuinat. 108.
Struere epulas. Tacit. lib. 15.
¶ Epulæ, etiam bestiarum cibus quotidianus dicitur. Virgil. 4. Aeneidos.
– epulisque draconi Quæ dabat.
Tinearum epulæ. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 14. – cui stragula vestis,
Blatarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca.
Epulum, épuli, pen. corr. (ἐπιδοσις,) significat solèniores cibos: & propriè publicum conuiuium in propatulo numerosis ciuibus exhibitum, siue in dedicatione templi, siue in triumpho, siue in funere, siue ludorum causa, quale imperatores exhibebant apud Romanos, & quale factum esse constat à pluribus qui testamento legauerunt epulum quotannis ad sepulchrum rosis & variis respersum odoribus, pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Ex Valla libro 4. Iuuenalis Satyra, 3.
Vnde epulum posis centum dare Pythagoreis. Gell. libro 11. Solenni die Ioui epulum libaretur. Cicero pro Murena, 68. Is quum epulum Qu. Maximus Africani patrui sui nomine Populo Romano daret, rogatus est, &c. Plinius libro 7. epist. 138. Deliberas mecum quèadmodum pecuniam, quam municipibus nostris in epulum obtulisti, post te quoque salua sit. Idem libro 4. epist. 66. b. Erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare constituisti. Liuius 5. bell. Pun. 10. Et Iouis epulum fuit ludorum causa.
Funebre epulum. Cic. in Vatin. 14. Ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.
Accumbere in epulo. Cic. in Vatin. 13. Qua mêtè feceris vt in epulo Q. Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes.
Dare epulum populo. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 18.
Epulo, penult. corr. epulonis. (ἐπιτυμών,) Conuiua.
Epulones etiam dicebantur tres, quos Pontifices propter sacrificiorũ multitudinem esse voluerunt vt ludorum epulare sacrificium facerent, authore Cicerone lib. 3. de Orat. 42. Et Liu. 3. bel. Maced. 93. Romæ eo primũ anno Trium viri epulones factiihi epulas Ioui, cæterisque diis instituendi potestatem habebant. Cic. de Arusp. respon. 19. Patres Cõscripti, vósque Pontifices, ad quos epulones Iouis Opt. Max. siquid est prætermissum aut commissum, afferunt, quorum de sententia illa eadem renouata, atque instaurata celebrantur.
Epulor, pen. corr. epulàris. (ἑορτάζω,) epulari, Lautè & splendidè edere, aut conuiuari. Liu. libro 25. Vulgò apertis ianuis in propatulo epulati sunt. Idem 4. bell. Pun. 73. Graecháque orabant, vt epulari permitteret militibus. Cic. 2. de Finib. 17. Quum in voluptate sint qui epulentur. Idem pro Flacco, 13. Nuper epulati, &c.
Hilarè epulatus. Tacit. libro 11.
Ad ipsas excubias epulari. Claud. de Nupt. Hono. 40.
Modicè epulari. Cic. de Senect. 41. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat tamen quidam feruor ætatis.
Sallarem in modum epulari. Cic. Attico lib. 5. 96. 1.
Res exquisitissimæ ad epulãdum. Cic. 4. de Finib. 14. Negat enim tenuissimo victu, id est contemptissimis escis & potionibus maiorem voluptatem percipi, quàm rebus exquisitissimis ad epulandum.
Adimere ius epulandi, Vide ADIMO.
Auibus ferisque epulandum aliquem trahere. Sene. Thye. 8. 26.
Epulandus, (ἐσιτιασόμενος,) Participium, vt Corpora epulanda. Ouid. 15. Metam. 22.
Epulãtus, pen. prod. (ἐστιαθείς,) Aliud participium. Cic. 2. Tusc. 154. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse.
Gens epulata nouem dies. Virg. 5. Aeneid. 151.
Epulatio, Verbale, (ἑστίασις,) Actus ipse epulandi. Col. li. 12. ca. 3. 2. Quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent.
Epulatio, Idem quod epulum. Lucil. Stat. li. 14. Id epulo cibus, atque epulatio Iouis omnipotentis.
Epulãris, & hoc epulãre, pen. prod. (ξυνετικός,) Quod ad epulas pertinet, vt Epulare sacrificiũ. Cic. 3. de Orat. 42. Quum essent ipsi à Numa, vt ẽt illud ludorũ epulare sacrificiũ faceret, instituti. Itẽ Epularis sermo, Qui fit in cõuiuio. Apul. Iã illatis luminibus epularis sermo percrebuit.
Accubatio epularis. Cic. de Senect. 42. Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt.
Epularis dies dicitur, quo epulum præbetur. Suet. in Domit. Et Epularis apparatus, vel cœna epularis. Budæus.
Epulares etiam vocabantur qui in sacris epulabantur. Varro, Dum epula res nocte epularentur.

E Q

Eques, Equester, Vide EQVVS.

Equidem, pen. corr. (ἔγωγε,) Coniunctio affirmatiua pro certè. Cic. de Amici. 85. Equidem ex omnibus rebus, quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo quod cũ amicitia Scipionis possit comparari. Ibidem, 84. Vicissim autem senes in adolescentium charitate acquiescimus vt in vestra & in Q. Tuberonis equidẽ admodum adolescentis, & P. Rutilii Virginii familiaritate delector. Idem de Senect. 69. Equidem nõ video cur quid ipse sentiam de morte, non audeam dicere vobis. Idem pro Cn. Plancio, 35. Emissus aliquis e carcere, equidem emissus vt cognoscitis. Idem Qu. fratri, lib. 3. 17. 11. Venio nunc ad tuas literas, quas pluribus epistolis accepi dum sum in Arpinati. nam mihi vno die tres sunt redditæ, equidem vt videbantur, eodem abs te datæ tempore. Idem Atti. lib. 13. 28. 2. 6. Sic ages igitur, equidem id erit primum, proximum Clodiæ.
Quid ego aruspicum responsa commemorem? possum equidem innumerabilia. Cic. 2. de Diuinat. 89.
Quod demisor equidem. Cic. Attico. lib. 14. 3. 2. 1.
Equidem certè. Plaut. Amphit. 4. 193. Sed quum cogito, equidem certè idem sum, qui semper fui.
Certè equidem. Virgil. 9. eclog. 2. Certè equidem audieram, &c.
Equidem, ecastor. Plaut. Amphit. 8. 64. Equidem ecastor vigilo, & vigilãs, id quod factum est fabulor.
Equidem hercle. Plaut. Merc. 11. 5. Quid cogitem? equidem hercle opes hoc facto existimo. Idem Cistel. 5. 50. Et equidem hercle, nisi perdam te tertio, omnes efflixero.
Equidem pol. Terent. Eunucho, 5. 2. 37. Equidem pol in eam partem accipioque & volo.
Equidem ego, & ego equidem. Sallust. ad Cæsarem de Rep. ord. Equidem ego sic apud animum meum statuo. Idem in Iugurtha, Equo equidem regnum vobis trado firmum, si boni eritis: si mali, imbecillum.
Adhuc equidem valde me pœniter. Cic. Attico, lib. 3. 43.
Sic equidem diligentius, læpiusque ista loquemur inter nos. Cicer. 3. de Finib. 14.
Equidem cum verbo secundæ personæ. Persius Satyra 5. 5.
Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire dites.
Equidem, cum tertia persona coniunctum. Pers. Saty. 1. 11.
– per me equidem sint omnia protinus alba.

Equus, equi, (ἵππος,) Animal notum.

Fabula de ceruo & equo. Horat. 1. Carm. ode 10. 7.
Acer equo. Virgil. 5. Aeneid. 133. – sic acer equo turbata petiuit
Castra. Idem 3. Georg. 2. – humeróque Pelops insignis eburno
Acer equis. Sil. lib. 15. 143. Liuius acer equo.
Aptus equis. Horat. 1. epist. 7. 9. Non est aptus equis Ithacæ locus.
Virtus paterna est in equis. Horat. 4. Carm. ode 4. 6.
Fortes creantur fortibus, & bonis.
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Agitator equorum. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 2. O quicunque faues fœlix agitator equorum. Virgil. 2. Aeneid. 95.
– & equorum agitator Achillis.
Anfractus leuioris equi. Valer. 6. Agon. 76.
Orbibus hos rapidis, mollique per æquora Castor Anfractu

Anfractu leuioris equi deladit anhelos. Anfractu, id est discursu nunc in hanc partem, nunc in illam.
Generosi equi argumenta. Virg. 3. Georg. 16.
Dines equum. Virg. 9. Aeneid. 6.
Domitor equorum. Virg. 7. Aeneid. 38.
Moderamen equorum. Ouid. 1. Metam. 10.
Proles duellica equorũ. Lucr. lib. 2. 133. – & equorum duellica proles
Fortis equi vis. Lucret. lib. 3. 2.
Cui gratior vsus equorum. Virg. 3. Georg. 42.
Solis equi. Ouid. 2. Meram. 31.
Interea volucres Pyroïs, Eous, & Aethon
Solis equi, quartusque Phlegon.
Equi solis quadriuges. Ouid. 5. Amor. eleg. 2. 14. Quadriuges æquo cursu emittit equos. Idem ad Liuiam, 67.
Solis equi radiantes. Ouidius 8. epist. 21. Quum tamen altus equis Titã radiantibus instat.
¶ Acer equus. Ouid. 3. Meram. 141, Vt fremit acer equus, quum bellicus ore cruento Signa dedit tubicen. Idem 7. Meta. 111. Acer equus quondam, magnæque in pulvere formæ Degenerat. Virg. 4. Aene. 32.
– vbi medio nobis equus acer adhæsit Flumine, &c.
Aemonii equi. Ouid. 2. de Arte aman. 24. – Aemonios dum vigil optat equos. Idem 3. Trist. eleg. 11. 6. Tractus ab Aemonio nõ erat Hector equo. Idem 2. Amor. eleg. 1. 9. Raptus & Aemoniis fleblilis Hector equis?
Aethereï equi. Ouid. 3. de Art. aman. 78. Virginis æthereis quum caput ardet equis.
Alatus equus, Id est celer. Silius lib. 6. 52. Ouid. 3. Fast. 8. Phœbus, & alatis æthera carpet equis.
Albus equus. Ouid. 8. Metam. 7. Horat. 1. Serm. sat. 7. 2.
Ales equus. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 5. Victor Abantiades alite fertur equo.
Alipedes equi. Virg. 12. Aeneid. 94. Alipedumque fugam cursu tentauit equorum. Stat. 8. Thebaid. 112.
– Alipedumque fugam prægressus equorum.
Anheli equi. Ouid. 15. Metam. 34. – & in alto Phœbus anhelos
Aequore tinget equos. Virgil. 5. Aeneid. 147. Et me sæuus equis Oriens affluit anhelis. Idem 1. Georg. 50. Nosque vbi primo equis Oriens affluit anhelis. Id est cursu anhelantibus. Seruius.
Arduus equus. Virg. 2. Aeneid. 66. Arduus armatos mediis in mœnibus astans fundit equus. Idem 1. Aeneid. 96.
Asper equus. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 3. Asper equus duris contunditur ora lupatis.
Assidui equi. Ouid. 6. Metam. 44. Assiduis pulsatus equis,
Attati equi. Propert. lib. 3. eleg. 5. 7. Solis & attratis luxerit orbis equis. Ouid. 5. Metam. 72. – currúque attratorum euectus equorum.
Attoniti equi. Ouid. 23. epist. 13. – cecidit miserabilis ille
Præceps attonitis per freta raptus equis.
Bellator equus. Ouid. 15. Meta. 75. Prælius humo bellator equus, crabro vincitur ergo est. Virg. 10. Aeneid. 176. Valer. 2. Argonaut. 78.
Bigati equi, Vide BIGA.
Bipedes equi marini. Valer. 2. Argon. 102. Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
Bipedes equi Protei. Virgil. 4. Georg. 78.
Cærulei equi Thetidis. Stat. 1. Achil. 26.
Cæspitatores equi, Vide CAESPES.
Compedes equi. Ouid. 1. de Arte aman. 56. Virg. 7. Aeneid. 150.
Curules equi, Vide CVRVLIS.
Discordes equi. Silius lib. 16. 83.
Dimoti equi. Ouid. 2. de Arte amandi,
In furias agitantur equæ, spatioque remoto
Per loca diuiduos Amne sequuntur equos.
Durior oris equus. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 6.
Vt rapit in præceps dominum spumantia frustra
Fræna retenentem durior oris equus.
Eoi equi. Virg. 2. Aeneid. 84. Vide EOS.
Feri equi. Horat. 1. Serm. saty. 5. 12. Claud. de Magnete, 4. 10.
Fœtus equus. Ouid. 4. epist. 10.
Generosissimus equus. Quintil. lib. 5. cap. 11. 3.
Ignipedes equi. Ouid. 2. Metamorph. 79.
Tunc scire ignipedum vires expertus equorum
Non meruisse necem.
Impiger. Horat. 4. Carm. ode 3. 1.
Iranis equus, Vide IRANIS.
Iugis equus. Virg. 10. Aeneid. 44.
Iunctis phaleris equus. Virg. 5. Aeneid. 62.
Infractus & nouus. Cic. de Amic. 60. Atqui in ipso equo (cuius modo mẽtionem feci) si nulla res impediat, nemo est qui non eo, quo consueuit, libentius vtatur, quàm intractato & nouo.
Lacerosus equus, Vide LACERTVS.
Lucifer equi. Ouid. epist. 11. 10.

Magnanimi equi. Vir. 3. Aeneid. 140.
Mites equi. Claud. 1. in Ruff. 51.
Nobiles equi. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 1.
Numidici equi, Vide NVMIDIA.
Optimus equus. Quintil. lib. 5. cap. 11. 3.
Pauidi equi, Vide PAVIDVS.
Pennatus equus, Vide PENNA.
Equus quammaximè pernix, Vide PERNIX.
Equus primus in certamine. Horat. de Arte poetica, 17.
Publici equi. Plin. lib. 33. Vide ORDO.
Pulueri equi, Id est pulueulenti. Valer. 4. Argonaut. 121,
-ludo volitans quum turma superbo Pulvereis exultat equis.
Purpurei solis equi. Ouid. 10. epist. 17,
-quum iam prope luce peracta
Demere purpureis sol iuga vellet equis.
Rapidi equi. Ouid. 9. epist. 6, Susque socer rapidis qui tonat altus equis.
Silius lib. 11. 75.
Postera lux Phœtontis equos proferre parabat Tum rapidos.
Recentes equi. Ouid. 2. Metam. 13, -& qua vix mane recentes
Emittuntur equi. Valer. 7. Argonaut. 121.
Regalis equus. Claud. 4. Paneg. 103.
Equi roscï. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 1, -nigri non illa parentem.
Memnonis in roscis sobria vidit equis.
Semianimes equi. Virg. 11. Aeneid. 125, -permisti cæde virorum
Semianimes volumntur equi.
Supinus equus. Horat. 2. Serm. saty. 7. 10,
-aut agitant equum lasciua supinum.
Equus tenax. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 4,
Vidi ego nuper equum contra ima fræna tenacem
Ore reluctanti fulminis ire modo.
Trepidi equi. Ouid. 15. epi. 41. -qui trepidos à dape vertat equos.
Sene. Oetheo, 9. 7. Quum pene trepidis excidit Titan equis.
Veloces equi. Ouid. 8. Metam. 112, -nec fortibus illic.
Profuit armentis, nec equis velocibus esse.
Velocissimus equus. Quintil. lib. 5. cap. 11. 3.
Venator equus. Claud. de Nupt. Honorii, 1.
Vetulus equus, cui opponitur Tener equus. Cic. de Amic. 59. Vt equis vetulis teneros anteponere solemus.
Victor equus. Virg. 3. Georg. 98.
Vitides equi Neptuni. Claud. 6. Paneg. 40.
Vtiles bello equi. Ouid. 14. Metam. 64,
Rex fuit vtilium bello studiosus equorum.
Volucres equi. Oui. 2. Meta. 47, -arbitrio volucrũ raptat equorum.
Volucer equus. Id est pegasus, qui fingitur alatus. Oui. 6. Metam. 24. 25.
-te sensit equum cremita coluber Mater equi volucris.
¶ Asia equis abundat. Ouid. 15. epist. 72,
Nec minor est Asiæ quàm vestræ copia terræ,
Illa viris diues, diues abundat equis.
Equum accendere stimulis, Vide ACCENDO.
Addere equos. Virg. 3. Aeneid. 94. Addit equos, additq; duces. Idem 11. Aeneid. 16, Addit equos & tela.
Admittere equum, Vide ADMITTO.
Admouere equum, Vide ADMÓVEO.
Adornati venatui equi. Tacit. lib. 12, Per quietem monet sacerdotes, vt templum inxta, equos venatui adornatos sistant.
Aduehere equo, Vide ADVEHO.
Aduectus equo. Cic. 1. de Diuinat. 103.
Agere siue agitare equum, Vide AGO.
Agitare spumantem equum. Virg. 11. Aeneid. 154. Idem 6. Aeneid. 176, Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Anhelantes equi. Senec. Oeth. 9. Cõuerte Titan clare anhelantes equos.
Apprehendere equos. Sil. lib. 16. 75, -nisusque apprendere primos
Panchates animosus equos.
Ardentes equi, Vide ARDEO.
Bello equi armantur. Virg. 3. Aeneid. 108, Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.
In equum ascendere. Cic. de Senect. 30, Quum ingressus iter pedibus sit in equum omnino non ascendere: quum equo, ex equo non descendere. Vide ASCENCO.
Aspirare equis, Vide ASPIRO.
Assistere aquos. Stat. 3. Thebaid. 60.
Attribuere alicui equum, Vide ATTRIBVO.
Cadere de, vel ex equo, Vide CADO.
Calcari equo, Claud. in Ruff. 1. 76, -calcabitur asper
Phasis equo, pontemque pati cogetur Araxes.
Cadentes equi. Claud. 2. Paneg. 74.
Verbere cogere equum anhelum. Claud. 4. paneg. 46.
Comere equos. Stat. 4. Thebaid. 9.
Concitare equum, Vide CONCITO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acres equos concutere. Virg. 8. Aeneid. 1. Vtq; acres concussit equos.
Conscendere equum. Ouid. 14. Meta. 164. Vide CONSCENDO.
Consternantur equi. Ouid. 2. Metam. 63.
Equi maiè corrupti, Vide CORRVMPO.
Corruit equus. Silius lib. 17. 28.
Curare equos. Virg. 8. Aeneid. 119.
Decidere equo vel ex equo, Vide DECIDO.
Eludere instantem equo. Silius lib. 6. 82.
–alato ni Regulus arte regendi Instantem elusisset equo.
Recentes equi vix enitentur. Ouid. 2. Metam. 13.
Exercere equos campis. Claud. de bello Getico. 61.
Exhortari equos. Ouid. 5. Metam. 81.
Furentes equos exhortari. Virg. 11. Aeneid. 122.
Equos pressos exhortari. Ouid. 12. Metam. 16.
Expatiantur equi. Ouid. 2. Metam. 41.
Expedire tela, & equos. Liu. li. 8. Deca. 4. Qui tela equosq; expedissent.
Expeditus in equo. Cice. pro Milone. 20. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo.
Externati equi. Ouid. in Ibin. 87.
Ferocitate exultantes equi. Cic. 1. Offic. 127. Vt equos ꝓpter crebras cõtentiones pliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere soleãt.
Fertur equis auriga. Virg. 1. Georg. 102.
Trinacrijs equis ferri. Virg. 5. Aeneid. 114.
Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire viam, quam monstrat eques. Horat. 1. epist. 13.
Flectere equum scient. Horat. 3. Carm. ode 7. 6.
Frænare equum auro, Id est lupatis aureis, aut fræno aureo. Claud. de phœnice. 3. 18.
Frænati equi. Virg. 5. Aeneid. 110.
Fremens equus. Virg. 1. Georg. 3. Claud. epigram. 18. 1.
Fundere equum. Virg. 1. Georg. 1. –cui prima frementem
Fundere equum magno tellus percussa tridenti.
Gaudere equis. Horat. de Arte poet. 33.
Ad cursum gignuntur equi, Quint. lib. 1. cap. 1. 2.
Hærere equo & in equo. Hora. 3. Carm. ode 24. 11. –nescit equo rudis
Hærere ingenuus puer. Cic. pro Deiot. 19.
Hortari terribiles equos. Ouid 5. Meta. 85. Terribiles hortatus equos.
Immittere equum ad, Vide IMMITTO.
Imperitare equis. Horat. 1. Carm. ode 15. 5.
Incitare equos, Vide INCITO.
Indomitus equus. Horat. 2. Serm. saty. 2. 2.
Inobsequentes equi. Senec. Hippol. 10. 16.
Insidere equo, Vide INSIDEO.
Insilire in equum, Vide INSILIO.
Equus instratus ornatu regio, Vide INSTERNO.
Interiungere equos, Vide INTERIVNGO.
Inuehi equo. Virg. 3. Georg. 72. Vide INVEHO.
Inuehi Sidonio equo. Virg. 5. Aeneid. 114. –pulcher Iulus
Sidonio est inuectus equo.
Inuectus quatuor equis. Virg. 6. Aeneid. 118.
Iungere equos. Virg. 2. Georg. 23.
Primus Erichthonius currus & quatuor ausus Iungere equos.
Iungere equos curru, & ad currum. Virg. 5. Aeneid. 162. Vide IVNGO.
Labans equus. Valer. 6. Argonaut. 48.
Lucentes equi solis. Stat. 1. Thebaid. 20.
Equo merere. Plin. lib. 33. cap. 1. 4. Vnde mos bullæ duravit, vt eorũ qui equo meruissent filii, insigne id haberẽt, cæteri lorũ, Vide MEREO.
Mercari equos. Horat. 1. Serm. saty. 2. 18.
Equos obliquare. Stat. 12. The. 150. –ille pauentes Obliquauit equos
Ouantes equi. Claud. 2. de Rapru Proser. 62, –hæc fatus ouantes
Exhortatur equos, & tartara mitior intrat.
Soluti per campum pascuntur equi. Virg. 6. Aeneid. Vide PASCO.
Equus patens vulneri, Vide PATEO.
Præteragere equum locum aliquem. Horat. 1. epist. 15. 5.
Mutandus locus est, & diuersoria nota Præteragendus equus.
Præuertere equos. Stat. 8. Thebaid. 120.
Fallit Atys, præuertit equos, currumque citato Desistit.
Proculcare aliquem equo. Stat. 8. Thebaid. 129.
Vis equorum prorumpit. Lucret. lib. 2. 53.
Prospectare equo. Stat. 1. Achil. 47. –tam tamque latentes
Erecto prospectat equo.
Prouchi equo. Virg. 7. Aeneid. 33.
Quum prouectus equo longæui regis ad aures Nuntius
Ex equis pugnare. Cic. 2. de Natu. deor. 7.
Religati equi. Virg. 9. Aeneid. 79, –& religatos rite videbat
Carpere gramen equos.
Residere equo. Sil. lib. 11. 83, –sæpe citato
Dum residet sub casside equo.
Retentare equos. Ouid. 2. de Arte amandi, 87.

–vt in curru modo det fluitantia rector
Lora, modò admissos arte retentet equos.
Rubentes equi Phœbi. Claud. in Gigantomachia, 2.
Ruens equus. Sil. lib. 7. 7, –fususque ruentis Vulnere equi.
Senescens equus. Horat. lib. 1. epistol. 2. 1, Solue senescentem maturè sanus equum.
In equo sedere. Cic. 7. Ver. 22, Vt eum nemo in equo sedentem videret.
Spumans equus. Silius lib. 13. 29.
Stans equus. Lucret. lib. 4. 85,
Stantis equi corpus transuersum ferre videtur Vis.
Sustinere equos. Cic. 4. Academ. 166, Ego enim vt agitator callidus, prius quàm ad finem veniam, equos sustinebo, eoq; magis si locus is quo ferentur equi, præceps erit.
Tollere aliquem in equum. Cic. pro Deio. 19, Deiotarum quum plures in equum sustulissent, ꝙ hærere in eo senex posset, admirati solebamus.
Tonantes equi. Horat. 1. Carm. ode 34. 2,
Plerunque per purum tonantes Egit equos.
Transmittere equis fluuium. Cic. Attico, lib. 16. 353. 18, Duo sinus fecerunt, quos transmitti oportet, Pæstanus & Vibonensis, verrũq; pedibus equis transmissimus.
Turbati equi. Virg. 9. Aeneid. 26, –conterritus ipse
Turbatis Messapus equis.
Phaethontis equi auroram vehunt. Virg. 5. Aeneid. 51,
Expectata dies aderat, noramque serena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant.
Vehi in equo. Cic. 2. de Diuinat. 208, Quod equus, in quo vehebar, meæ vnã demersus rursus apparuerit.
Vertere equum. Sil. lib. 6. 66, –subito certamine gyris
Vertit equum. Virg. 11. 14. Aeneid. 124, –versique Latini
Reiiciunt parmas, & eques ad mœnia vertunt. Ouid. 1. de Arte amandi, 66, –curruque retorto
Auroram versis Phœbus adisset equis. Hora. 1. Carm. ode 19. 3. Et versis animosum equis Patthum dicere.
Vincentes equi. Horat. 1. Serm. saty. 24.
Citatis volare equis. Claud. 7. Paneg. 88.
Volans equus. Stat. 2. Syl. 8.
¶ Equus, Stella. Cic. 2. de Natu. deor. 161,
Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti
Summum contingit caput also, stellaq; iungens Vna. Ex Arato
¶ Equus Troianus, Prouerbiũ. Cic. pro Murena, 71. Intus intus, inquam, est equus Troianus, à quo nunquam me Consule dormientes opprimi. De Catilina.
Equis & quadrigis: Id est omni conatu. Cice. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 3. Ego verò ardenti quidem studio: ac fortasse efficiam quod sæpe viatoribus quũ properãt, euenit: vt si serius, q̃ noluerint, forte surrexerint, properando etiã citius, q̃ si de multa nocte vigilassent, perueniãt quò velint: sic ego qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule, sæpe excitãte, cursu corrigam tarditatem, quum equis, tum verò (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis.
Velis, equisque, vt dicit. Cic. 1. de Offic. 159. Cum his velis equisq; (vt dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est.
¶ Equus, Machina bellica. Plin. libro. 7. cap. 56. 11. 11. Equum qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Troiam. Subaudi, inuenisse dicunt.
Equa, equæ, fœ. gen. (ἡ ἵππος,) Plin. lib. 11. cap. 49. 2, Non ostentabat hermaphroditas subiuges carpento suo equas.
Doctus equæ pullos. Lucret. lib. 3. 153.
Sonus equæ. Ouid. 1. Metam. 134. Mox nec verba quidem, nec equæ sonus ille videtur.
Apta quadrigis equa. Horat. 2. Carm. ode 16. 7.
Nobiles equæ. Ouid. 2. Metam. 139, –herbosoque pascua Nelei,
Nobiliumque greges custos fernabat equarum.
Potniades equæ. Ouid. in Ibin, 12, Potniadum more rursus subeas, vt Glaucus equarum.
Trima equa. Horat. 3. Carm. ode 11. 2, –latis equa trima campis,
Ludit exultim, metuitque tangi.
Equa equam non amat. Ouid. 9. Metam. 147,
Nec vaccam vaccæ, nec equas amor vrit equarum.
Equas vento Zephyro concipere. Virg. 3. Georg. 54.
Eques, equitis, pen. cor. com. ge. (ἱππεύς, ἱππαθάτης, ἱππότης, ἱππικός,)
Qui insidet equo. Plaut. Milit. 8. 52, –iam faxo hic erit:
¶ Equo : ꝙ ipso equo, Vide Gellij li. 18. cap. 5.
Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est,
Qui æque faciat confidenter, quàm mulieres faciunt.
Eques. Qui equestrem habet ordinem. Martial. lib. 8. 44.
Velcitur omnis eques tecum populusq; patresq;.
Acies equitum. Tacit. lib. 20.
Exercitus equitum. Virg. 11. Aeneid. 120.
Equitum virtute nomen Romanum victoriam cum laude possidet conjunctam

junctam. Cic. Antequam iret in exilium, 18.
Turmæ equitum. Horat. 2. epist. 1. 39.
¶ Alarius eques. Tacit. lib. 12. Deinde L. Pomponius legatus auxiliares Vangiones, ac Nemetas addito equite alario monuit, vt anteirent populatores.
Egregij equites Iuuenal. Saty. 10. 10.
Infrænati equites, Vide INFRAENATVS.
Loricati equites, Vide LORICA.
Eques ipso melior Bellerophonte. Horat. 3. Carm. ode 12. 2.
Numerosus eques. Claud. in Eutrop. 1. 5.
¶ Equitum aciem in collum erigere. Tacit. lib. 20.
Inducere equites in pugnam, Vide INDVCO.
Locare equites pro cornibus. Quintil. lib. 2. cap. 13. 3.
¶ Equites etiam iudices vocabantur, quia iudicum decuriæ ex Equestri ordine deligebantur. Suet. in Cæsare, Ludis Decius Laberius Eques Romanus minimum sum egit: idq; donatus quingentis sestertiis & annulo aureo, sessum in quatuordecim ex scena per orchestram transiit. Labe rius (inquit) puera quum in scena poena quod composuerat egisset, donatus est ordine & censu & dignitate Equestri. Budæus.
Decus equitum. Horat. 3. Carm. ode 16. 4. –iure perhorrui
Late conspicuum tollere verticem Mecœnas equitum decus.
Equites ordini Senatorio dignitate proximi. Cic. pro Cluent. 122.
Quem tu si ex censu spectas, Eques Ro. est. Cic. pro Rosc. Com. 15.
Celsus eques. Stat. 1. Sylu. 4. 9.
Non labente Numa timuit sic curia fœlix
Pompeio nec celsus eques nec fœmina Bruto.
Magnus eques. Horat. Epod. 4. 3.
Seuerus eques. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 12.
¶ Eques, pro ipso equo aliquando ponitur. Virg. 3. Georg. 24.
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Equestris, & hoc equestre, (ἱππικός,) Quod pertinet ad equitem. vt Equestris ordo. Sipontinus, Equestrem ordinem medium fuisse cõstat inter patritios & plebem. Principio equites iudicesque iidem habebantur, & gestandi annuli aurei ius eis erat. Postea M. Cicero in Cõsulatu suo Equestre nomen stabiliuit, Senatum ei cõcilians, celebrans se ex eo ordine prouectum esse. Ab illo tempore planè hoc tertiũ corpus in Rep. factum est, cœpitque adiici Senatui, Pop. Rom. Equester ordo. Cice. ad Brutum, lib. 11. 16. 4. Equestris ordinis princeps. Idem pro Cluen. 122.
Et Equestris disciplina, Cic. 6. Verr. 117. Et Equestre prælium, Cæs. 3. bel. Gall. 433. Item Equestres copiæ, Cic. 2. de Fin. 177.
Equestre æstinquit Festus, quod equiti dabatur.
Agmen equestre. Ouid. epist. 9. 20.
Annulus equestris. Horat. 2. Serm. saty. 7. 11.
Tu quum proiectis insignibus, annulo Equestri,
Romanoque habitu prodis ex iudice Dama Turpis, &c.
Census equester. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2. 9. Ecce supra caput homo leuis ac fordidus, sed tamen equestri censu Gaticenus.
Castra equestres ducere. Virg. 5. Aeneid. 131.
Equestri ortus loco. Cic. 1. de Lege Agraria, 17.
Pes equestris. Id est, equinus. Sene. Thebaid. 2. 16.
Nebulæ equestri quas fracta tellus pede Summittit.
Populi equestres. Stat. 3. Syl. 3. 19.
Pugna equestris. Cic. 7. Verr. 108. Silius lib. 13. 46.
Splendor equestris. Cic. pro Plancio, 9.
Statua equestris. Cic. 6. Phili. 212. Aspicite à sinistra illam equestrem statuam Inauratam. Plin. lib. 34. cap. 5. 2.
Turma equestris. Claud. de bello Getico, 116.
EQVESTRIS, (ἐκουεστρία,) Ptolemæo, Sequanorum ciuitas in Gallia: vulgo Neufchastel.
Equestris, (ἱππικά,) quatuor decim ordine: in quibus equites sedebãt, vocat Seneca de Benef. 7. Equestria omnium Equitum Rom. sunt. Item, Habeo in Equestribus locum non vt vendam, non vt locem, non vt habitem, sed tantum vt spectem.
Equito, equitas, pen. corr. (ἱππεύω, ἱππεύω,) equitare, Equo vti. Luci. de equo. Nempe hunc currere equũ, nos atque equitare videmus. Hora. 2. Serm. saty. 3. 50. Ludere par impar, equitare in arundine longa. Cic. 2. Tusc. 105. Apud quos autem venandi & equitandi laus viget, qui, &c.
In orbem equitare, Id est in circulum. Ouid. 12. Metam. 94.
In æquilia equitare. Cic. 6. Verr. 38. Iactabit se & in his equitabit equuleis.
Equitare, antiqui dicebant equum publicum mereri. Fest. Pom.
Equitari, Pallium, (ἱππαζόμενον,) Plin. lib. 8. cap. 18. Omnes autem in iis terris iumentorum dorso funguntur, atque etiam equitantur in prælis. De camelis.
Equitatio, Verbale, (ἱππευσις,) Plin. lib. 28. cap. 4. 19. Equitatio stomacho & coxis vtilissima.
Equitatus, huius equitãtus, pen. prod. (τὸ ἱππικόν, ἡ ἵππος,) Equitum manus. Lepid. Ciceroni, Equitatũ habet magnũ. Cic. pro Font. 3. Magnos equitatus ad ea bella, &c. Idéad Attic. li. 2. 16. 13. Cæsar. 1. bel. Gal. 57.

Claud. de laudib. Serenæ. 22. 13. –dat Gallia robur
Militis, Illyricis fudant equitatibus alæ.
Victor equiratus. Tacit. lib. 19. Nutantem acie victor equiratus incursat.
¶ Abducere ab aliquo equitatum, Vide ABDVCO.
Portis exit equitatus. Virg. 8. Aeneid. 116.
Instruere aliquem peditatu, equitatu, copiis. Cic. 5. Philip. 167.
Orbare equitatu, Vide ORBO.
¶ Equitatus, Actus equitandi. Plin. lib. 28. cap. 15. ad finem, Fœmina arteri, adurique equitatu notum est.
Equarius, Adiectiuum, (ἱππικός,) Quod ad equum pertinet. vt Equarius medicus. Valer. Max. lib. vltimo, Herophilus equarius medicus C. Marium sepries Consulem auum sibi vendicando se exulit.
Equaria, pecuaria. Varro in prœmio lib. 2. de Re rust. ad finẽ, Quòd & ipse pecuarias habui grãdes, in Apulia ouiarias, & Reatino equarias.
Equiferus, penul. corr. (ἱππόκαρος,) Id est equus nõ domesticus. Plin. lib. 28. In primis efficax equiferorum sanguis. Et cap. 10. 7. De equiferis non scripserunt Græci.
Equimentum, equimenti, Merces quæ datur pro admissura equi. Varro, An si equam emisses quadrupedem vt meo asino Reatino admitteres, quantum popposcisses, dedissem equimenti?
Equile, equilis, penul. prod. neut. gen. (ἱππόστασις,) Stabulum equorum. Varro lib. 2. cap. 7. Suadet frænos in equili suspendere, & oculi equuleorum consuescant videre eorum faciem, vt è motu crepitus audire. quum iam ad manus accedere consueuerint, interdũ imponere his puerum. Cato cap. 14. 1
Equinus, pen. prod. (ἱππεῖος,) Adiect. nomẽ possessiuũ. Horat. 1. de Arte poet. 1. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere si velit.
Caudæ equinæ pilos vellere. Horat. 2. epist. 1. 9.
Vtor permisso, caudæque pilos vt equinæ Paulatim vello.
Cornu equinum, Id est pes corneus equi. Valer. 5. Argonaut. 31.
Crista equina. Virg. 10. Aeneid. 142. Aere caput fulgens, cristaque hirsuta rubens equina. Sil. 8. 85. Horridus & squamis, & equina Curio crista.
Iuba equina. Plin. lib. 2. cap. 25. 2. Ouid. 12. Metam. 18.
–non hæc quam cernis equinis Fulua lubis callis.
Nernus equinus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 5,
At semel intentus nervo leuis orcus equino.
Pecus equinum. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7.
Conculcare pedibus equinis. Ouid. 12. Metam. 75.
–pedibusque virum conculcat equinis.
Sanguis equinus. Ouid. 9. epist. 29.
Seminis occubuit vi, Lernieroque veneno
Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.
Equina seta. Cic. 5. Tusc. 87.
Vbera equina. Horat. Epod. 8. 2.
Equiserum, equiseti, pen. prod. ab equus fit, Herba est quæ Græcè (ἱππουρις,) dicitur: Hoc est, cauda equina. nostri à similitudine setæ equinæ nomen imposuerunt. est enim pilus terræ. Vide Plin. lib. 16. cap. 13. 1.
Equiso, pen. corr. equisõnis, (ἱππονόμος, ἱππόδαμος,) Equorum domitor. Varro Triodite Trifilio, Nam vt equus, qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat rotulim incedere. Idem Marcipore, Neque furentem equuleum insanus equiso exhubeat maris fluctibus.
Equisones, Veteres vocabant omnes quibus alicuius rei regimen committebatur: vt Nautici equisones. Nonius.
Equarius, equarii, Substantiuum, Equorum curator. Solinus cap. 57. Alexandri Magni equus Bucephalus dictus, &c. qui ab equario suo altàs etiam molliter sederetur, accepto regio stratu neminem vnquam alij præter dominum vehere dignatus est.
Equitabilis, & hoc equitabile, pe. cor. (ἱππάσιμος,) vt Locus equitabilis. in quo facilè equi inambulare possint. Liu. Opportuna explicãdis copiis regio erat, equitabilis, & vasta planities.
Equitium, equitij, (ἱππαγία) Equorum armentum. Vlpianus in L. Plenum. ff. Equitij. ff. De vsu & habitatione. Equitij quoque legato vsu videndúmne & domare possit, & ad vehendum sub iugo vti. Tacit. in libro de Germanis, Mos est ciuitatibus vltro equitium conferre principibus.
Equúleus, equulei, penult. corr. Diminutiuum, (πῶλος,) Pullus equinus & nouellus. Cic. Hortensio, Vt igitur domitores equorum, non verbera solum adhibent ad domandum, sed cibum etiam sæpe subtrahunt: vt fame debilitetur equuleorum nimis efferata vis. Liu. 3. bel. Pun 168. Bos equuleum peperit.
Exagitantur tactu equulei fræno iniecto. Cic. 3. Tusc. 114.
–vt iniecto equulei
Fræno repente tactu exagitantur nouo.
¶ Equuleus, Tormenti genus in equi formam, in quem coniiciebantur rei. Cice. lib. 5. Tusc. 19. Hæc etiam in equuleum coniiciuntur, quo vita non aspirat beata. Idem 4. de Finibus. 51. Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogãtur, similem habeat vultum etsi aupullam perdidisset.

Equulus, équuli, pen.cor.(ἱππάριον,)Paruus equus. Cic.6.Verr.37. Equulos argenteos nobiles qui Q.u. Maximi fuerunt, aufert. Legitur hic & equuleos. Et lib.2.de Nat.deor.54. Omnia in perfectis & maturis decet esse melliora, vt in equo quàm in canc quàm in catulo, in viro quam in puero. Varro 2.de Re ruſt.cap.7.11. Sunt qui dicũt post annum & ſex menſes equulum domari poſſe.

Equula, équulæ, pen.cor.(ἱππάριον,)Parua equa. Varro, Nemo eſt tã negligens, qui ſumma diligentia eligat aſinum, qui ſatiat equulam.

Equio, equis, (ἱππομανῶ,)equire, Coitum equi appetere, ſicut ſuire ſuis. Plinius lib.10.cap.63.11. Equas domitas L X. diebus equire.

Equiria, equitiorum, (ἱππικὰ ἀγῶνες,)Ludi quos Romulus Marti inſtituit per equorum curſum, qui in campo Martio exercebant. Feſtus. Ouid. 2.Faſt.172. Iamque duæ reſtant noctes de menſe ſecundo:
Marsque citos iunctis curribus vrget equos,
Ex vero poſitum permanſit equiria nomen.

E R

Eradico, eradicas, pen.cor.(ὑπεξίστω,)eradicare, Auellere. Terent. And.4.5.22. Di te eradicent, ita me miſeram territas.

Eradicare aureis alterius, pro obtrudere narrando aliquid. Plaut. Epid. 9.50. –pugnis memorandi meis
Eradicabam hominum aures quando occœperam.

Erado, erâdis, pen.pro.erâſi, erâſum,(ἀποξύω,)erádere, Notæ ſignificationis. Colum.lib.3. Poſtea ſurculos, quos inſerere voles eráditos tam alté quàm cuneum demiſiſtiſ. ed ita ne medullam, néve alterius partis corticẽ lædas. Idem lib.de Arboribus, ca.9.2. Et lib.10.7. Albo Senatorio aliquẽ eradere, Id eſt delere. Tacit.lib.4. Cæſar Apidiũ Merulam, q; in acta diui Auguſti non iurauerat, albo Senatorio erâſit. Eradenda elementa prauí cupidinis, Horat.3.Carm.ode 24.11.

Erâſus.pen.pro.Participium,(ἐξαλοιφείς,)Plin.in Paneg.40. Datum eſt iis qui poſt editũm tuum in locum eraſorum ſubditi fuerant, equatiq; ſunt cæteris, illi etiam quibus nõ erat promiſſum. Eraſorum, id eſt, de lectorum è numero eorum qui accipiebant congiarium. Budæus.

Genæ eraſæ. Propert.lib.4.eleg.8.6.
Qui dabit immundæ vænalia farta ſaginæ,
Vincet vbi eraſas barba pudenda genas.

Timor eraſus ex animo. Seneca. Tyeſte.6.6.

ERASISTRATVS, pen.cor.(ἐρασίστρατος,) Medicus eximius ex familia Ariſtotelis natus, in quem ſæpius inuehitur Galenus. Meminit huius multis in locis Plinius.

ERATO, pen.cor.)ἔρατω,)Vna muſarum ab amore dicta: q; præſit his qui amoris facẽ rapiuntur. Virg. 10.Aenei. Nõnunquam pro Calliope ponitur, vt Virg.lib.7.Aeneid. Nunc age qui reges Erato, &c. Seruius.

Erato, ἀπὸ τοῦ ἔρατος, hoc eſt ab amore nomen habere, innuit Ouidius 2.de Arte, hoc verſu,
Nunc mihi ſi quando, Puer, & Cytherea fauete?

ERATOSTHENES, pen.cor. Cyrenæus, Ariſtonis Chii & Callimachi poetæ diſcipulus. Plato minor à quibuſdam ob doctrinam vocitatus, præfuit bibliothecæ regiæ. ſcripſit præter philoſophiam poemata, hiſtorias Aſtronomica, de ſectis dialogos. Author Suidas. Quintil. lib.1.cap.1.12.

ERGINIA, (ἐργαλεῖα δεγμάτων) Multis ſyluis nomẽ peculiare, ſed apud Germanos maximè, quæ apud Græcos Orcinia dicitur, Ab Heluetiis ad Nemetum, Tauriſcorumque fines protenditur, & ad Dacos & Danubium inde ad alias gentes. Alii ſcribunt Hercynia. Eius meminit Cæſar lib.6.bel.Gall.

Erciſceor, erciſcêris, (ἐργάζω,)erciſcéri, Verbum cõpoſitum à coercendo & ciẽdo. Feſtus, Erctum quod fit inter conſortes, vt in libris legum Romanarum legitur. Erctum à coercẽdo dictũ: vnde & Erciſcundæ & erciſcitum. autem vocatum eſt à ciendo. Hactenus Feſtus. Vnde Erciſcundæ familiæ iudicium dicitur, quod fit in bonorum diuiſione. Aliter ab ἐργάζεσθαι, quod interſepire & diuidere ſignificat, deduci contendunt: ideoq; aſpirandũ dicunt. Potius Erciſcor tertiæ coniugationis, quam legamus Erciſcúdæ participium vt dicunde, legundæ, quod idem in ſecunda coniugatione non fit.

Verbis erciſceri. Cicero. 1.de Orat.122. Nec ſi parui nauigii & magni eadẽ eſt in gubernando ſcientia, idcirco qui qbus verbis erciſceri oporteat, neſciat, idem erciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit.

Poſtulare aliquem familiæ erciſcundæ. Cic. pro Cecinna.14. In poſſeſſione bonorum quum eſſet, & quum ipſe ſextulam ſuam nimiũ exaggeraret, nomine hæredis arbitrum familiæ erciſcundæ poſtulauit.

Erebus, Erebi, m.g.(ἔρεβος,)Feſtus Pópeius, Erebum Virgilius interdum obſcuritatem quandã eſſe deſcribit apud inferos, quum ait, –imas erebi deſcendit ad vmbras. Interdum flumen eiuſdẽ loci dicens, –& magnos Erebi tranauimus amnes. Varro vero Erebo natã Noctem ait, Vnde eſt & illud, Erebo creata fuſcis crinibus Nox te inuoco. Hactenus Feſtus. Cic. de Natura deorum.59. Amor, dolus, metus: labor, inuidentia, fatum, ſenectus, mors, tenebræ, miſeria, querela, gratia, fraus, pertinacia, parcę, heſperides, ſomnia, quos oẽs Erebo & Nocte natos ferunt.

Deæ Erebi, Furiæ. Sene. Octau.17.18.

Regina Erebi, Proſerpina. Ouid.5.Metam.109.

Profundi Erebi tripa. Stat.1.Thebaid.60.

Sedes imæ Erebi. Virg.4.Aeneid.21.

Vmbræ imæ Erebi. Virg.6.Aeneid.81.

Erebẽus, pen.prod. Adiectiuum, (ἐρεβώδης,) Ouid.in Ibin.46. Pectoraq; vnxerunt Erebeæ ſelle colubræ.

Erectus, Vide ERIGO.

ERECHTHAEVS, (ἐρεχθεύς,)Rex Athenienſis: cuius filiæ virgines mortem pro patria contempſiſſe dicuntur: Cicero pro Seſtio.39. Mortem quã etiã virgines Athenis, regis opinor Erechthæi filiæ: p patria contẽpſiſſe dicuntur: ego vir Conſularis tantis rebus geſtis timerem.

Arces Erechtheiæ, Athenæ. Ouid.8.Metam.110.

Eremigo, eremigas, pe.cor.(ἐρεμίζω,)eremigare, Enauigare, emeriti. Plin.lib.2.cap.67.1. Circa Caſpium quoque multa Oceani littora explorata, paruoque breuius, quam torus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.

Eremodícium, ἐρημοδίκιον, Vadimonium deſertũ dicitur à Demoſthene. Vnde vno verbo eremodicium dicitur, quod in Pandectis, titulo de Minoribus, in L. Ait Prætor & Idem in eremodiciis. C. de iudiciis. L. Properandum & Sinautem. hermodicium corruptè legitur. Dicitur quaſi deſolatum ac deſertũ, ſeu deſertio cauſæ, abſentia, ſeu negligentia partium facta. Budæus.

Eremus, ἔρημος, pen.prod.dicti, qui eremum, hoc eſt locum ſolitarium, religionis ergò incolunt.

Erepo, crépis, pen.prod. crepſi, ereptum(ἀνέρπω,)erepere, Difficulter loca aſpera & edita ſcandere: tanquam opus ſit erepere magis quam ambulare. Plaut. Aulul.20.1. Foras lumbrice, qui ſub terra crepſiſti modò. Varr.3.de Re ruſt.ca.15.1. Nec ea erepere poſſit. Sueto.in Tiberio, Territus quòd is à tergo inſulæ per aſpera & deuia erepſiſſet ad ſe. Stat.2.Syl.2.6. Horat.1.Serm.ſaty.5.16.
Incipit ex illo montes Apulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus, & quos
Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Truici Villa recepiſſet.

ERESICHTHON (ἐρεσίχθων,)Theſſalus fuit, qui Cererem ſpernens, & eius lucum ſuccidens, tam famelicus factus eſt, vt propria membra præ fame comedere coactus ſit. Vide apud Ouidium lib.8.Meta. Eriſichthon re ctius ſcribitur.

ERETVM, pen.pro.(ἔρετον,)Vicus Sabinorum ſupra Tyberim. Virg.7.Aeneid.143. Ereti manus omnis, &c.

Erga, (ἐς, πρὸς, πρός,)præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruit, & pro in, vel cõtra, aut aduerſus ſumitur. Plautus Trinum.17.4. Siquid amicum erga benefeci, aut conſului fideliter. Cic.ad Lentulum, lib.1. 1.1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris ſatisfacio omnibus. Terent. Heaut.1.2.15. Timet omnia, patris iram, & animum amicæ ſe erga vt ſit ſuæ, &c. Cicer.pro Domo ſua.25.& 110. Item Attic.lib.16.341.1.

Affecti erga amicum ſimus eodem modo quo erga noſmetipſos. Cicc.de Amicitia.1.

Animos eorum, apud quos agitur, conciliari quammaxime ad beneuolentiam, cum erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet orator. Cic.2.de Orato.97.

Facere erga aliquos aliquid. Cic.2.de Natu.deor.86. Quicquid enim magnam vtilitatem generi afferret humano, id non ſine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur.

Benenolentiam erga aliquos habere. Cic.1.Offic.71.

Officium & ſtudium erga propinquum habere. Cic.pro Quintio.51.

Ergáſtulum, penu.corr. (ἐργαστήριον, ἀνδραποδιστήριον,)Locus in quo mancipia deteriora in vinculis opus facere cogebant, vt metallarii ſerui ſolent, vt ait Budæus. Iuuen. Saty.8.18.
Quid facias talem ſortitus Pontice ſeruum?
Nempe in Lucanos, aut Tuſca ergaſtula mittas. Accipitur interdũ pro ipſis mancipiis quæ in cuſtodia alligabantur. Iuuena. Satyr.14.3.
Quem mire affician inſcripta ergaſtula. Varro, Miſitque mox eo nũtium, qui tota ergaſtula donaret libertate. Pomponius, Quiue domi erant vincti, qui ve in ergaſtulo cuſtodiebantur. Liuius 1.ab Vrbe.97. Poſtremò velut tabem peruenille ad corpus, dnctum ſe à creditore, non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe. Columella lib.1.cap.6. Optimè ſolutis ſeruis, cellæ meridiem æquinoctiale ſpectantes fient. Vinctis quàm ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulũ pluribus, ſitq; id anguſtis illuſtratum feneſtris. Cic. pro Cluẽtio.14. Interficarios

ficarios damnatus eſt, manus incidit, & apud eum fuit in ergaſtulo. Cæſar.3.bel.Ciuil.88. Quibuſdam ſolutis ergaſtula Cæſam in agro Turino oppugnare cœpit. Liuius 4.bel.Pun.66.

Compedes & ergaſtula. Cic. pro Rabirio perduel.reo, 14. Quum Saturninus Capitolium teneret, armatus eſſet vnà C.Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus, atque ergaſtulo Gracchus.

Soluere ergaſtula. Brutus Cic. lib.11.13.4. Quacunque ſit, ergaſtula ſoluit, homines arripuit, conſtitit nuſquam, priuſquam ad vada venit.

Ergaſtulus, ergáſtuli, pen.corr.(δοῦλος, ἐργαστήριος,) Mancipium in ergaſtulo alligatum. Luc.lib.15. Non ergaſtulus vnus, & alius iudicem appoſuit, vt negmo ſententiam liberè magis, quàm ergaſtulus dicere poſſit.

Ergaſtularius, (ὁ τοῦ ἐργαστηρίου ἀνδραποδιστὴς ἐπιστάτης,) Qui præeſt ergaſtulo & mancipiis. Vnde Col.lib.1.cap.8.13. docet quomodo inſpicia ab ergaſtulariis tractari debeant.

ERGINVS, Tyrannus fuit, qui ab Hercule ex Mynyis Orchomeni vrbe extrulus, & poſtea extinctus fuit.

Erginus, Thraciæ fluuius, authoribus Plinio & Pomponio Mela lib.2.in deſcriptione Thraciæ.

Ergo, (ἀνὰ, τυγχάνοντι, τυγχάνετοι,)Illatiua ſiue completiua coniunctio & minoribus concluſionibus competit: ponitur que in principio pro itaque. Plaut. Amph.4.22.
Opulento homini hoc ſeruitus dura eſt,
Hoc magis miſer eſt diuitis ſeruus,
Noctesque dieſque, &c.

Ergo in ſeruitute experiunt multa iniqua. Virg.2.Aeneid.5.

Hinc ſe prouecti deſerto in littore condunt.

Nos abiiſſe rati, & vento petiiſſe Mycenas:

Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria lacrtu. Terentius, Ergo pretium ob ſtultitiam fero. Cicero, de Amicit.44. Itaque videas rebus iniuſtis in ſtos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Ergo hoc propcium eſt animi bene conſtituti & lætari bonis rebus, & dolere contrariis.

Tace dum tabellas pellego. c ergo quin legis? Plaut. Pſeud.3.38.

Ipſus inquam Carmides ſum. 5. ergo ipſiſne es? Plau. Tcin.1.3.144.

At ego hanc volo. P. ergo ſunt quæ exoptas. Plautus Aſin.15.18.

Tibi ergo. Terent. And.5.2.3.
–qui tibi iſtic negoti eſt? a. mihine? 5. ita.
D. Mihine? 5. tibi ergo. D. modo introii.

Quid ergo eſt? Cicc. pro Quintio, 3. Quid ergo eſt? Primùm magnitudo periculi, &c.

Ergo, dum nullam faſtidiuit genus, in quo eniteret virtus, creuit imperiũ Romanum. Liu.4.ab Vrbe, 15.

Erga etiam pretium aliquanto quàm cætera grauius atque attrocius fuit. Liu.2.ab Vrbe, 81.

Nunc ergo, Vide NON.

Nunc ergo Cicero, 4. Academ.132. Num ergo is excæcat nos aut orbat ſenſibus?

¶ Ergo tertio loco poſitum. Liu.1.ab Vrbe.117. Nec manere ergo, nec mandare aulus.

¶ Ergo prolatiue, inquit Feſtus, idem quod χάριν, hoc eſt gratia, quum ſcilicet gratia intelligitur pro cauſa. Virgil.6.Aene.134.
–illius ergò
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Siſenna lib.3. Milites vt lex Calphurnia conceſſerat, virtutis ergò ciuitate donati. Liu.2.bel. Pun.160. Fugæ atque formidinis ergò non abituros. Ibidem, lib.5.35. Virtutis ergò donarctur, neu in Italiam reportaretur. Cicc.1.de Leg. 21. Et Atrico, lib.3.6.3. Siquid contra alias leges eius legis ergò factum ſit. Idem de Optimo gen. Orat.151. Eum donari virtutis ergò, beneuolentiæque. Cato cap.132.& 150.

ERIBOEA, (ἐρίβοια,)Macedoniæ vrbs Ptolemæo, vulgò Preſſa. Euripidis item dicitur Iuno, Mercurii nouerca, apud Homerum li.5. Iliad.

Erice, ericis, pen.prod. ſiue erica, ericæ ſiue erix, ericis, f.g. (ἐρείκη,) Frutex non multum à myrice differens, colore roriſmarini & pene folio. Plin.lib.24.cap.9.7.

ERICHTHAEVS, idem Erichthonius, (ἐριχθόνιος,)de quo ſic Seruius ſcribit. Vulcanus impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terram: inde natus eſt puer draconteis pedibus, qui appellatus eſt Erichthonius, quaſi de terra & lite procrea tus. nam ἔρις, eſt lis & χθών, terra. Hic ad regendam pedum fœditatem, iunctis equis vſus eſt curru, quo tegeret ſui corporis turpitudinem. Virgilius 3.Georgic.113.
Primus Erichthonius currus, & quattuor auſus
Iungere equos, rapidisque rotis inſiſtere victor. Idem fuit Athenarum rex, & argenti inuentor ſecundum Plinium. Vide Hyginum.

Dicitur Erichthea. Ouid.6.Faſt.41.

Populus Erichthonius, Athenienſes. Propert.lib.2.cleg.6.1.

ERICHTHO, (ἐριχθώ,)mulier Theſſala, multis veneficiis famoſa. De qua abunde Lucanus lib.6. De hac & Ouidius in epiſtola Sapphus, Illius mentis inops, vt quam furialis Erichtho Impulit.

Erichthonius, (ἐριχθόνιος) Vide ERICHTHAEVS.

ERIDANVS, pen.cor.(ἠριδανός,)(inquit Seruius)Solis filius fuit: hic à patre impetratum currum agitare non potuit. Et quum eius errore mundus arderet, fulminatus, in Italiæ fluuium cecidit: & tunc à loce ardoris ſui Phaethon appellatus eſt, & priſtinũ nomen fluuio dedit. Vnde miſtæ hæc duo nomina inter Solis filium & fluuium inuenimus. Poſtea eius ſorores, flendo in populos arbores verſæ ſunt. Hæc Seruius, & alia prærerea multa de Eridano, explicans illud Virgilii in 6,
Inter odoratum lauri nemus, vnde ſupernè
Plurimus Eridani per ſyluam voluitur amnis.

Eridanum in cælo etiam Aratus eſſe dixit, ſtellam Arieti proximam. Cicero in Arato. 19.
Nanque etiam Eridanum cernes in parte locatum
Cæli, funeſtum magnis cum viribus amnem,
Quem lachrymis mœſtæ Phaetontis ſæpe ſorores
Sparſerunt, letum mœrenti voce canentes. Vide Higynum.

Auratus Eridanus gemma cornua. Virg.4.Georg.74.

Maximus Eridanus. Ouid.2.Metam.65.

Sacer Eridanus Silus lib.12.140.
Stellifer Eridanus ſimuatis fluctibus errans
Clara Noti comexa, rigat, gladioque tremendum

Gurgite ſydereo ſubterluit Orionа. Claud.4.Paneg.35.

Fluuiorum rex Eridanus. Virg.1.Georg.91.

Venetus Eridanus. Propert.lib.1.eleg.11.7.

Erigeron, penul.corr. Herba, à noſtris vocatur ſenecio: trixaginis ſpecie, & mollitia cauliculis ſubrubicũdis naſcitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dederũt, quia vere caneſcit. Caput eius numeroſa diuiditur lanugine. Hæc Plinius lib.25.cap.13.21.

A quibuſdam per aſpirationem ſcribitur. ſignificat autem vox ipſa verosum ſenem, quòd cito in pappum & lanuginem abeat. Vulgus vocat da ſenecon.

Erigo, érigis, pen.cor. erexi, erectum, (ἀνορθόω, ἀνυψόω,)erigere, Ab ex & rego compoſitũ, ſignificat eleuare. Cic. pro Roſc. Amer. 36. Quem ſimul atque attigi, ſtatim homo ſe erexit.

Abiicere & Erigere, cõtraria. Cicero 1.de Legib.39. Nam quum cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit: & ad cæli, qua ſi cognationis domicilinque priſtini conſpectum excitauit.

Erigere ad gloriam & efferre. Cic. Antequam iret in exilium.8. Nam me quem paulo antè fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem: eundem Tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem.

Extollere caput, & ſe erigere. Cic. pro Plancio, Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppreſſa, Ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreata ſe erigere debebat?

Erigere ad ſpem & in ſpem. Cic. pro Domo ſua.20. Ciuitatemque fractã malis, mutam, debilitatam, abiectam metu, ad aliquam ſpem libertatis, & priſtinæ dignitatis erexit. Sic 3.Philip.147. Liu.10.bel.Pun.71. Iis honoribus mollitus regis animus, erectusque in ſpem propinquam ſub Iaco Syphace, &c. Ibidem, lib.9.66. In eam ſpem erecta ciuitas erat in Africa eo anno debellatum iri, finemq; bello Punico adeſſe. Sic 3.ab Vrbe, 1. Agrarii ſe in ſpem legis erexerant.

Erigere in gradus. Columel.lib.8.cap.15.2. Ora lacus ne corrumpantur violentia reſtagnantis vndæ, quæ ſemper interfluere debet, opere ſignino conſtruuntur: eaque non in gradus oportet erigi, ſed paulatim cliuo ſubſidere.

¶ Erigere aciem. Liu.3.ab Vrbe.77. Hunc ducem ſecuti, nequicquam reclamantibus Tribunis, in cluum Capitolinum erigunt aciem. Tacit. in Vita Agricolæ.

Erigere aculeos ludicum in rem, in vitia, in mores, in tempora. Cicc. pro Cælio.21.

Erigere afflictum. Cic. pro Lege Manilia.15. Diffidentemque rebus ſuis confirmauit, & afflictum erexit, perditumque recreauit. Idem ad Atticum, lib.55.13.

Aliquẽ erigere, Ad diuitias & honores extollere. Ouid.ad Piſonem.48. Mecœnas tragico quatientem pulpita cæſtu Erexit Varum.

Animum erigere, & ſpem afferre. Cic.5.Philip.164. Atque vt oratio Conſulum animum meum erexit, ſpemque attulit nõ modò ſalutis conſeruandæ, verumetiam dignitatis priſtinæ recuperandæ.

Erigere animos. Cicero ad Atticum, lib.11.16. Quamobrem P.c erigite animos, retinete veſtram dignitatem.

Erigere animum, & reſpirare à metu. Cicero pro Cluentio.158. Qui nunc primum poſt illam flammam, aliorum facto & cupiditate excitatam, ſpe veſtræ æquitatis erigere animum, & paulum reſpirare à metu cœpit.

Animum demiſſum & oppreſſum erigere. Cic. pro Cluent.44.

Erigere animos, ad audiendum. Cic.4.Acad.21.

Erigitur animus expectatione rerum bonarum. Cic.1.de Legib.46.

Arces erigere. Stat.3.Syl.1.4.

Erigere aures, & animum attendere. Cicc.3.Verr.19. Quo tempore igi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur aures iudex erigeret, animumque attenderet?
Capat expergefactum erigere. Lucret. lib. 6. 243.
Erigere caudam falcatam in sublime. Plin. lib. 10. ca. 21. 2.
Erigere omni cupiditates, & acuere industriam. Author ad Herennium, lib. 4. 138. Quid igitur ipsa authoritas antiquorum? Nam quum res p. babbiliores, tum hominis studia ad imitandum alacriora reddit, imò eri omnium cupiditates, & acuit industriam.
Erigere expectationem alicuius. Plin. epist. 156. Erexi expectationem tuam, quam vereor ne destituat oratio in manus sumpta.
Fumus erigitur ad sydera. Virg. 9. Aeneid. 49.
Gradum erigere, Id est altius tollere, vt solent qui ascendunt cliuum aliquem. Silius lib. 3. 107, de Annibale Alpes transeunte,
Quoque magis subiere iugo, atque euadere nisi
Erexere gradum, crescit labor.
Iras erigere. Silius lib. 4. 56.
Tantus semifero Chryxus sub pectore murmur
Torquet, & horrisonis vlulatibus erigit iras.
Iubam erigere. Seneca Hippol. 10. 10,
Cærulea taurus colla sublimis gerens
Erexit altam fronte viridanti iubam.
Mentem erigere, Forti animo esse. Lucanus lib. 8. 16,
–erige mentem,
Et tua cum fatis pietas decertet.
Erigere mentes auresque, & attendere. Cice. pro Sylla, 14, Erigite mentes auresque vestras, & me de inuidiosis rebus, vt ille putat, dicentem attendite.
Oculos erigere. Ouid. 4. Metam. 29,
Ad nomen Thilbes oculos in morte grauatos Pyramus erexit. Cic. pro Sestio, 57.
Patriam erigere, Id est celebrem reddere. Claud. 8. Paneg. 30,
Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis
Erexere magis, quàm, &c.
Pectus erigere. Stat. 1. Achill. 109, –tu tantum prouidus astu
Tende animum vigilem, fœcundumque erige pectus.
Erigere & recreare afflictam & perditam prouinciam. Cic. 5. Verr. 181.
Rempublicam erigere. Cn. Magnus Domitio, in Epist. ad Atticum, lib. 8. 163. 6, Possumus etiam nunc Rempublicam erigere, si communi consilio negotium administrabimus.
Erigere scalas ad mœnia & ad murum. Liuius 2. bel. Maced. 52. Et 8. bel. Punic. 13.
Se erigere. Cic. 2. de Orat. 19, Paululum se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum vocis vir optimus Crassi familiaris Antipater: cæteri nõ exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.
Se erigere & ab omni solicitudine abstrahere. Cicero pro Deiotaro, 27, Non dubitõ quin tuis literis, quarum exemplum legi, quas ad eũ Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omnique solicitudine abstraxerit.
Erigere se, & confirmare. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 7, Erige te & confirma si quæ subeunda dimicatio erit.
Erigere & parare se ad. Cice. in Orat. 67, In quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad discendum.
Exurgere, & erigere se. Cice. 1. de Lege agra. 86. Hæc quæ procul erant à conspectu imperii, non solùm afflixerunt, sed etiam nequando recreta exurgere atque erigere se possent, funditus, vt dixi, sustulerunt.
E partibus inferuis sese erigere. Cice. 1. de Natura deor. 169. Hìc sese inferuis è partibus erigit hydra. Ex quodam poeta.
Contumacius se erigere. Quintil. in Proœ. lib. 6. 13. Sed vel propter hoc nos contumacius erigamus.
Serpens erigitur. Ouid, 15. Metam. 148.
Te iam series vsusque laborum Erigit. Lucan. lib. 1. 25. Id est euehit ad summam nobilitatem.
Studia prima se dirigunt ad imitationem condiscipulorum. Quintil. lib. 2. cap. 3. 8. Non excidit mihi, scripsisse me in libro priore, quum potiorem in scholis eruditionem esse, quàm domi dicerem, libentius se prima studia, tenerosque profectus ad imitationem cõdiscipulorum, quæ facilior esset, erigere.
Syluas erigere, Id est ligna. Lucanus lib. 7. 164,
–nemus extrue Pindi,
Erige congestas Oetheo robore syluas. Id est extrue in pyram.
Pontus in scopulos vndas erigit. Lucan. lib. 5. 120.
Vultum erigere. Ouid. 14. Metam. 22,
–illa diu vultum tellure moratum Erexit.
Vultus erexit rubicunda Phœbe. Seneca Hippol. 6. 3.
¶ Erigi. Cic. 4. Acad. 129. Erigimur, altiores fieri videmur, humana despicimus, cogitant cæque supera atque cælestia hæc nostra exigua & minima contemnimus.
In aliquem erigi. Ouid. 12. Metam. 75,
Ipse dolor vires animo dabat, æger in hostem
Erigitur, pedibusque virum conculcat equinis.

In digitos erigi. Quintil. lib. 2. cap. 3. 7. Vt statura breues in digitos erigun tur, & plura infirmi minantur.
Sub auras erigi. Virg. 8. Aeneid. 5.
Contra aliquem erigi. Stat. 8. Thebaid. 135.
Bonis erigi. Cice. 1. de Finib. 87. Sed vt his bonis erigimur quæ expectamus, sic lætamur his quæ recordamur.
Erectus, Participiũ, (ἀνορθωθεὶς,) Cicero 1. de Oratore 91. Hæc igitur & horum similia iura suæ ciuitatis ignorantem, erectum & cellum alacri & prompto ore, ac vultu huc atque illuc intuentem, &c.
Erectus expectatione. Liu. 2. ab Vrbe, 236. Quum plebs in foro erecta expectatione staret. Ibidem, lib. 3. 193. Erecta expectatione ciuitas. Liu. 6. bel. Pun. 115. Erectis omnibus expectatione quidnam postulaturus esset, oculorum valetudinem excusauit.
Ardens & erectus ad. Cice. 4. Philip. 159. Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor.
Celsus & erectus. Cice. 2. de Natu. deor. 110, Primùm eos humo excitatos, celsos & erectos constituit, vt deorum cognitionem cælum intuẽtes capere possent. De hominibus.
Liber & erectus. Horat. 1. epist. 1. 14.
Anqui fortunæ te respouisse superbæ
Liberum & erectum præsens hortatur & optat?
In auras erectus. Silius lib. 4. 29, –erectus in auras
Ir sonipes. Ouid. 3. Metam. 9.
In spem erectus. Tacit. lib. 17.
Alacer & erectus animus. Cic. de Senect. 68.
Erectus animus & minime perturbatus. Cice. ad Atticum, lib. 2. 39. 9. Idem ad eundem, lib. 11. 220. 5.
Magnus animus & erectus. Cic. pro Deiotaro, 26. Idem 5. de Finib. 154.
Capillo erecto euolare ex aliquo loco. Author ad Heren. libro 4. 241. Ille interea scelere & malis cogitationibus redundans, euolat ex templo Iouis, & sudans, & oculis ardentibus, erecto capillo, contorta toga, &c.
Erectus horret crinis. Senec. Herc. Oetheo, 6. 1.
Cristæ erectæ. Silius. lib. 7. 138.
In armos erectus equus. Stat. 6. Thebaid. 101.
–nam flauus Arion
Vt vidit, saliere iubæ, atque erectus in armos.
Mens erecta. Quintil. lib. 1. cap. 3. 6.
Pectore erecto ambulare. Claud. 1. in Eutrop. 62. de simio.
Proræ erectæ. Statius 1. Thebaid. 75.
Pyra sub auras erecta. Virg. 4. Aeneid. 101.
Status erectus & celsus. Cic. in Orat. 32.
Erecta in arcem via. Liu. 4. ab Vrbe, 90. Perfosso à castris monte, erecta in arcem via est.
Erectum votum. Stat. 6. Thebaid. 160,
Quem vinci haud quisquam, quo nec sanguine tingi
Malit, & erecto timeat spectacula voto.
Erecto voto, Id est suspenso fauore propter incertum victoriæ exitum. Vultus erectos ad sydera tollere. Ouid. 1. Metam. 18.
Erectus, Nomen ex participio, (ἀνόρθωτος,) Cic. ad Brutũ, 10. 1, Erectior Senatus erat nõ sententiis solũ nostris, sed cohortationibus excitatus.
Minor & Erectior, contraria. Claud. de Aponi balneis, 5. 3,
Alto colle minor, paruis erectior aruis
Conspicuo cliuus molliter orbe tumet.
Animi erectus, Id est erecto & excelso animo. Silius lib. 13. 38.
Lætatur non hortandi, non plura monendi
Fuluius esse locum: rapiunt sibi quisque laborem.
Quos vbi tam erectos animi videt & superesse, &c.

ERIGONE, pen. cor. (Ἠριγόνη,) filia Icarii, & soror Penelopes: quæ patrem suũ à rusticis ebrijs occisum ita luxit, vt seipsam præ dolore suspenderit. Sed miseratione deorum mutata fuit in cæleste signũ, quod Virgo dicitur. Virgilius 1. Georg.
Qua locus Erigonen inter, Chelasque sequentes
Panditur. Vide Hyginum.
Flebilis Erigone. Stat. 11. Thebaid. 139.
Erigonem à Baccho compressam fuisse in vuam mutato docet Ouidius 6. Metam. 26.
Liber vt Erigonem falsa decerperit vua
Erigoneus, Adiectiuũ, (Ἠριγονεύς,) vt Canis Erigoneus. Oui. 5. Fa. 146, Nocte sequente diem canis Erigoneus exit. Id est oritur Canis, sydus cæleste. Vide Hyginum.

ERIMANTHVS, & Erimanthius. Vide ERYMANTHVS.

Erinacius, Vide HERINACIVS.

Erineon, (Ἐρίνεον,) de, à caprifico dicta est Erineum, vt author est Strabo.

ERYNNIS, (Ἐρυννύς,) Furia infernalis: dicta quòd humanam corrumpat mentem. Huius genitiuus est Erinnyos & Erinnyis, Latine, & per synæresim Erinnys: accusatiuus Erinnya & Erinnyn, in plurali Erinnes,

Erinnes, & Erinnyes.
Crudelis Erinnys. Stat. 8. Thebaid. 134.
Fera regnat Erinnys. Ouid. 1. Metam. 49.
Feralis Erinnys. Lucan. lib. 10. 12.
Flammifera Erinnys. Senec. Herc. furente, 11. 18.
–sicut horrendum minans
Flammifera Erinnys: verbere excusso sonat.
Horrifica Erinnys. Ouid. 1. Metam. 146.
Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ,
Horrificamque oculis, animoque obiecit Erinnym.
Improba Erinnys. Silius lib. 13. 69.
Insana regnat Erinnys. Ouid. 11. Metam. 3.
Nocturna Erinnys. Valer. 3. Argon. 4.
Pronuba Erinnys. Cornelia Pompeii vxor lamentando, sortem suam detestatur in Coniugis fuga, apud Lucanum lib. 8. 18.
Infœlix coniunx, & nulli læta marito,
Bis nocui mundo, me pronuba ducit Erinnys, &c.
Saua Erinnys. Seneca Octauia, 4. 3.
Vacuamque Erinnys sedens funesto pede
Intrauit aulam, pollutæ Stygia face
Sacros penates, &c.
Tristis Erinnys. Virg. 1. Aeneid. 68. Seneca Octauia, 1. 5.
Succincta anguibus vltrix Erinnys. Sene. Octauia. 5. 9.
–succincta anguibus
Vltrix Erinnys venit ad Stygios toros,
Raptasque thalami sanguine extinxit faces,
Incendit ira principis pectus truci
Cædem in nefandam.
¶ Ciuilis Erinnys, Furor belli ciuilis. Lucan. lib. 4. 39.
Patriæ communis Erinnys. Virg. 2. Aeneid. 115. De Helena.
Atræ Erinnyes. Ouid. 11. epist. 21.
Ferte faces in me, quas ferrit Erinnyes atræ,
Vt meus ex isto luceat igne rogus.

Erioxylon, pen. prod. neu. gene. (ἠριόξυλον,) Lana est seu lanugo xvii. Vlpia. in Lege Sicut lana legetur. ff. de Legatis ter tio, Lana legata etiam leporinam lanam & anserinam & caprinam credo contineri, & de ligno, quam Græci ἠριόξυλον, hoc est ligneam lanam appellant.

ERIPHYLE, pen. prod. (Ἐριφύλη,) Vxor Amphiarai, & soror Adrasti. Hæc accepto monili aureo latentem maritum prodidit Polynici: cum quo in prælium proficisci coactus, hiatu terræ periit: cuius filius Alcmeon postea matrem necauit, & est Orestis furore correptus. Hęc Seruius, enarrans illud. Virgilii 6. Aeneid. 89.
His Phædram, Procrimque locis, mœstamque Eriphylen,
Crudelis nati monstrantem volnera cernit. Cic. 1. de Inuent. 106. Mulierum genus auarum est: nam Eriphyle auro viri vitam vendidit.
Diximus etiam Latinè Eriphyla, Eriphylæ. Cicero 6. Verr. 35. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt quum vidisset monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa salutem viri proderet.
Propert. lib. 3. eleg. 13. 15.
Tu quoque vt auratos gereres Eriphyla lacertos,
Dilapsis nusquam est Amphiaraus equis. Idem lib. 2. eleg. 17. 6.
Aspice quid donis Eriphyla inuenit amaris.
Eriphylæus, Adiectiuum, (Ἐριφυλαῖος,) Stat. 4. Thebaid. 43.
Sic Eriphylæos aurum fatale penates
Irrupit, scelerumque ingentia semina mouit.

Eripio, eripis, pen. corr. eripui, ereptum, (ἐξαιρέω,) eripere, Est vt ait Pomponius Iurisc. de manibus alicuius quidpiam auferre per raptum. Terent. Heaut. 4. 2. 6. Crucior bolum tantum mihi ereptũ tam lubidò è faucibus. Eripio (inquit Valla lib. 5.) quoties, habet cum accusatiuo datiuum, fer' in malam partem accipitur. vt Eripuisti mihi omnes bene viuendi facultates. Quoties vero ablatium cum præpositione à vel ab, siue abs, plerunque in bonam. vt Eripuisti me à periculo. interdum in malam. vt Eripuisti à me filiam. Terent. Heaut. 4. 3. 39.
Vnus est dies dum argentum eripio.
Eripi & suolare ex insidiis aliquorum. Ci. pro Murena. 74. Qui locus est insidiarum, quod tempus, qui dies, quæ nox, quum ego non ex istorum insidiis ac mucronibus non solum meo, sed multo etiã magis diuino consilio eripiar atque euolem?
Eripere & relinquere, opposita. Ouid. 6. Meta. 40. Multaque vt eripiat, multo mihi plura relinquet.
A morte contra fatum aliquem eripere non posse. Cic. 2. de Diuinat. 37.
Abigne eripere aliquid. Ouid. 2. Metam. 92.
Eripere de Cic. 5. Verr. 136. Siqua vis istum de vestra seueritate eripuerit. Id est liberauerit.
Eripere aliquem ex custodia. Cic. Bruto, 6. 3.
Eripere ex omni imperio vrbem & conseruare. Cicero, pro Archia, 16, Populi Romani laus est, vrbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni imperio regio ac totius belli ore ac faucib' ereptã esse

atque conseruatam.
Ex periculo aliquem eripere. Cic. pro Cluentio, 65. Cæs. 4. bel. Gal. 501.
Per carnem & herbas aliquem eripere furiis. Ouid. 15. Metam. 66.
Humeris suis aliquem per flammas eripere. Virg. 6. Aeneid. 23,
Illum ego per flammas & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi.
Per tela, per ignes aliquem eripere. Virg. 2. 133.
¶ Curis eripere aliquem. Valer. 4. Argon. 108.
Damno eripere. Ouid. 11. Metam. 27.
Dolis alicuius aliquem eripere. Ouidius de Arte aman. lib. 3. 36,
–Phrixon & Hellen
Diceris Inois eripuisse dolis.
Domino aliquem eripere. Ouid. 8. Metam. 172.
Flammis eripere. Ouid. 7. Metam. 127,
–natum flammis vteroque parentis Eripuit.
De Phœbo, qui Aesculapium ex cæso vtero matris iam rogo impositæ seruauit.
Colla turpi iugo eripere. Horat. 2. Serm. Satyr. 19. Id est repellere á se seruitutem.
Iugo se eripere luctantur sonipedes. Seneca Hippol. 10. 19.
Equi colla iugo eripiunt. Ouid. 1. Metam. 63,
Consternuntur equi, & fœtu in contraria facto
Colla iugo eripiunt, abruptaque loca relinquunt.
Letho eripere res alicuius. Virgilius 5. Aeneid. 137,
–da flammam euadere classi
Nunc pater, & tenues Teucrum res eripe letho. Res eripere letho, Acyrologia est, inquit Seruius.
Letho se eripere. Virg. 1. Aeneid. 17,
Eripui (fateor) letho me, & vincula rupi.
Eripere agnum lupo. Plaut. Pœnulo, 11. 31.
Hærentes aduerso littore naues eripere. Horat. 1. Serm. satyr. 3. 41.
Littibus implicitum eripere. Horat. in Arte poet. 86.
Moræ se eripere, Non esse in mora, Festinare. Horat. 3. Carm. ode 29. 1.
Lepus eripitur morsibus canis. Ouid. 1. Metam. 108.
Morti aliquem eripere. Virg. 12. Aeneid. 31,
Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti.
Malis aliquem eripere. Virg. 6. Aeneid. 73.
Eripere aliquem torménto. Plin. epist. 87, Eripe me huic tormento.
¶ Aliquem in medio versanté turbine lethi eripere. Catul. in Argon. 30.
Eripere e aliquê domo. Teren. Adel. 2. 1. 44. Domo me eripuit vel berauit.
Eripere alicui aliquid per oppressionem. Terent. Adel. 2. 2. 30.
Hoccine illo dignum est? hoccine incipere Aeschinum,
Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet?
Adimere, & eripere. Cic. pro Rosc. Amer. 89, Quum ademerit nobis omnia quæ nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quæ communis est, eripere cupiat.
Eripere & extorquere. Cic. 2. de Lege agra. 33, Id totum eripere vobis, at que è manibus extorquere conatus est.
Eripi & surripi. Cice. in Parad. 65, Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi nec surripi potest.
¶ Alimenta alicui eripere. Ouidius 9. Metamorph. 3,
–sæuoque alimenta parentis
Antæo eripui. Verba Herculis.
Eripere alicui amicum. Matius ad Ciceronem, libro 11. 28. 18, Eos qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne quos velim diligam?
Animam. Ouid. 6. Metamorph. 108,
Quin animam hanc (ne quod facinus tibi perfide restet) Eripis?
Membris alienus animam eripere. Ouid. 15. Metam. 169,
Constitit alma Venus nulli cernenda, suique
Cæsaris eripuit membris, nec in aera solui
Passa recentem animam, cælestibus intulit astris.
Annos eripuere mihi Musæ, Id est ætatem meam consumpsi in literarum studiis. Claud. 8. Paneg. 28.
Arbitrium secreta loquendi alicui eripere. Ouid. 4. Metam. 45,
–famulæ discedite, neve
Eripite arbitrium matri secreta loquendi.
Auxilium solitum alicui eripere. Virg. 9. Aeneid. 27,
–his Iuppiter ipse Auxilium solitum eripuit.
Nubes eripiunt cælum ex oculis. Virg. 1. Aeneid. 19.
Eripiunt subitò nubes cælumque diemque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.
Eripuit à nobis regiam causam. Cice. ad Lentulum, lib. 1. 5. 5, Sed vereor ne aut eripiatur à nobis regia causa, aut deseratur.
Eripere alicui conspectum. Cicero pro Rabir. Post. 30, Vos obsecro Iudices, vt Senatus huic optimo viro, quo nemo melior vnquam fuit nomen equitis Romani, & vsuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis.
Consulatum alicui. Cice. 1. de Finib. 101. Vt adolescentulus eriperes P.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syllæ Consulatum.
Eripere se ex crimine.Terent.Phorm.2.2.9.
Quid agest? quid vis, nisi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam,&c.
Curas. Ouid.de Remed.Amor.lib.2.83,Aut nulla ebrietas, aut tanta sit
vt tibi curas Eripiat.
Dolorem eripere aut minuere consolatione.Cic.Attic.lib.9.173.12.
Vagina eripere ensem.Virg.4,Aeneid.116.Et in 10.95.
Facultatem.Cice.ad Appium,lib.5.3.13, Quam facultatem siquis casus
eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt, non secus ac si
te vidissem.
Ferrum vagina eripere.Virg.6.Aeneid.57.
Fidem alicui,Derogare fidem.Ouid.15.Metam.57,
–nisi vatibus omnis Eripienda fides.
Formam.Virg.9.Aeneid.21.
Mortalem eripiam formam,magniq; iubebo Aequoris esse deas.
De naubus Aeneæ,quas Cybele mutauit in deas marinas.
Fugam.Virg.2.Aeneid.124.
Eripe nate fugam,finemq; impone laboti. Id est Accelera, raptim fac.
Serotus.
Imperium semestre.Cæs.1.bel.Ciuil.38.
Eripere se ex infamia.Cic.5.Verr.119.
Anni spacia eripuere.Horat.2.epist.2.12,
Singula de nobis anni prædantur,cuntes
Eripuere iocos,venerem,conuiuia,ludum,
Tendunt extorquere poemata.
Ius.Plaut.Rud.18.6,
–ius meum ereptum est mihi,
Meas ancillas mihi inuito eripis.
Laudem.Cice.2.Tusc.7,Quamobrē hortor omnes qui facere id possunt,
vt huius quoq; generis laudem iam languenti Græciæ eripiant,vt præ
ferant in hanc vrbem.
Libertatem.Plaut.Capt.6.61.
Ex sinu parentum liberos.Cic.7.Verr.97.
Linguam alicui,Id est euellere.Ouid.2,Fast.122.
Lucem.Cic.4.Acad.58, Nam quid cum facturū putem de abditis rebus
& obscuris,qui lucem eripere conetur?
Lucem eripere,& noctem quandā rebus offundere. Cic.1.de Nat.deor.
10. Multis etiam sensi mirabile videri eam nobis potissimum probatā
esse philosophiam, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam re-
bus offunderet.
Tenebræ lucem eripiunt.Silius lib.10.66.
Mentem.Hirtius lib.4.bel.Alexandrini,72. Terror hominibus mentem
consiliumque eripit.
Mentem confusam alicui eripere.Virg.2.Aeneid.146,
Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum
Confusam eripuit mentem.
Eripere se à miseria.Cice.ad Dolabellam,lib.9.13.3. Nulla ratione ab il
la miseria se eripere posset.Hoc est eximere.
Mortem alicui eripere.Senec.Thebaide,1.21.
Oculis nefas eripere.Sene.Tyeste,8.1,
Quis me per auras turbo præcipitem vehet,
Atraque nube voluet,vt tantum nefas Eripiat oculis?
Necem eripere.Stat.3.Thebaid.14.
Flammæ eripiunt nectem.Silius lib.11.56.
Notitiam alicuius rei alicui eripere.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.1,
An tibi notitiam mora temporis eripit horum,
Nec repetunt oculi signa vetusta tui?
Nubem,quæ mortales hebetat visus,alicui eripere. Virg.2.Aeneid.121.
Oculos.Plaut.Rud.18.51. Idem Menæch.22.11. Terent.Adel.3.1.10.
Eripiet quiuis oculos citius mihi quàm,&c. Horat.2.Serm.saty.5.7.
Ignis opes partas eripit.Tibul.lib.2.eleg.4.8.
Eripere ex vrbibus ornamenta.Cic.7.Verr.98.
Orationem ex ore alicuius.Plaut.Merc.4.62,Orationem ex ore tu qui-
dem mihi eripis,tace.
Oscula.Horat.2.Carm.ode 12.6,Dum fragrantia detorquet ad oscula
Ceruicem,aut facili saeuitia negat
Quæ poscente magis gaudeat eripi,
Interdum rapere occupet? Tibul.lib.2.eleg.6.11.
–natusque parenti Oscula compressis naribus eripiet.
Pacem,Vide PAX.
Potestatem aliquid faciendi.Cice.de Amic.73,Cæs.1.bel.Ciuil.
Præmia eripere.Ouid.5.Metam.5.
Pudicitiam Cic.pro Milone,6,Pudicitiam cum eriperet militi Tribunus
militaris in exercitu C. Marii ppinquus eius Imperatoris interfectus
ab eo est cui vim affe rebat.
Rates ab intimis æquoribus eripere,Id est seruare à naufragio. Horat.4.
Carm.ode 8.7,
Clarum Tyndaridæ sydus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rates.
Respiramen,iterq; eripere animæ. Ouid.12.Metam.79,
Vincla trahit galeæque presso subdita mento
Elidunt fauces,& respiramen iterque Eripiunt animæ.
Responsiones vno verbo.Plaut.Mostel.3.65,
–molestus si sum,reddite argentum,abiero.
TR.Responsiones omnes hoc verbo eripit.
Medicina interdum salutem eripit.Ouid.2.Trist.54,
Eripit interdum,modò dat medicina salutem.
Sanguinem vitamque.Cic.pro Quintio,21,Non pecuniam modò, verū
etiam hominis propinqui sanguinem vitamque eripere conetur.
Sensus omnes alicui eripere.Catul.epi.48.2, –misero quòd omnes
Eripit sensus mihi:nam simul te
Lesbia aspexi,nihil est super mi Quod loquar amens.
Spem nuptiarum.Terent.Heaut.4.3.35,At enim spem isthoc pacto tur-
sum nuptiarum omnem eripis. Cic.4.in Catil.20, Eripit etiam spem,
quæ sola hominem in miseriis consolari solet.
Eripere tempus cibi.Cels.lib.2.cap.8,At in tabe sputum mistum,Purulen
tum,febris assidua,quæ & cibi tempora eripit,&c.
Tempora certa alicui rei eripere.Horat.1.Serm.saty.4.12,
–his ego quæ nunc, Olim quæ scripsit Lucilius,eripias si
Tempora certa,modosque:& quod prius ordine verbum est,
Posterius facias,præponens vltima primis,&c.
Timorem alicui.Cic.1.in Catil.13.
Vires omnes animo somnus & alea eripiunt.Ouid.1.de Rem.amo.30.
Eripere vi ab aliquo virginem.Terent.Eunuch.4.6.14.
Vitam.Cic.pro Lege Manil.7, Vos vitam ereptam negligetis?
Per crimina vitam alicui eripere.Ouid.1.Fast.162,
–eripiam,dixit,per crimina vitam:
Falsus adulterii testis adulter ero.
Vocem loquentis ab ore eripere.Virg.7.Aeneid.24.
Voluntatem alicui. Cic.3.Verr.80,Eripias tu voluntatem mortuis,bo-
na viuis,ius omnibus.
E cōplexu patriæ cōspectuq; aliquorum se eripere. Cic.pro Sestio,44.
Te hinc eripe.Senec.Medea,7.13.
Posse loqui eripitur.Ouid.2.Metamorph.47.
Vix eripiam quin hoc potius velis.Horat.2.Serm.saty.2.5,
Vix tamen eripiam posito pauone,velis quin
Hoc potius,quàm gallina tergere palatum.
¶ Eripere,simpliciter vsurpatum, pro De periculis eripere. Virgil.3.
Aeneid.112, Hos Helenus scopulos,hæc saxa horrenda canebat,
Eripite ô socii,pariterque insurgite remis.
¶ Tūne hinc spoliis indute meorū Eripiare mihi?Virg.12.Aeneid.188.
Honor eripitur.Ouid.1.Fast.124.
Currendi vires eripiente meru.Ouid.3.Amorum,eleg.5.14.
Ereptus,Participium,(ἐξαρπασθείς,)Cicc.pro Rosc. Amer.88, Ipse assi-
duitate,consilio,authoritate,diligentia perfecit, vt S. Roscii vita erep-
ta,de manibus sectorum,sententiis iudicum permitteretur.
Ab vndis ereptus.Virg.1.Aeneid.121.
In primis annis ereptus.Valer.lib.6.Argon.114.
Per medios enses ereptus.Propert.lib.1.eleg.20.21.
Fato ereptus.Virg.2.Aeneid.147.
Fluctibus ereptus.Horat.4.Carm.ode 8.5.
Humanis ereptus. Curtius lib.10, Indignantium voces exaudiebantur,
tam viridem & in flore ætatis fortunæque inuidia Deūm ereptum esse
humanis.De Alexandro mortuo.
Oculis ereptus.Ouid.epist.10.9.
Periculis ereptus.Virgil.3.Aeneid.142.
Pugnæ ereptus.Silius lib.17.77.
Ruinis alicuius ciuitatis ereptus.Virg.3.Aeneid.95.
Thalamis alicuius fœminæ ereptus. Id est liberatus illius coniugio. Se-
neca Medea,2.10, Ereptus thalamis Phasidos horridis. De Iasone
& Medea.
¶ Amor ereptus.Prop.li.2.ele.9.8,Tātus in erepto sæuit amore dolor.
Erepta coniux.Tibal.lib.3.eleg.2.1.& 6.Virg.3.Aeneid.66.
Facta erepta.Stat.3.Thebad.17, –vado exultans,ereptaque fata
Insequor,& comites feror expectatus ad vmbras.
Honor dolo ereptus alicui.Virg.5.Aeneid.68,
Ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.
Ius ereptum restituere.Ouid.1.Fast.125.
Inuenta prima fato erepta alicui.Virg.7.Aeneid.11.
Laus erepta alicui.Senec.Herc.Oetheo,7.29.
Littora erepta.Silius lib.7.87.Id est ab hostibus occupata.
Locus ereptus.Ouid.4.Trist.eleg.2.12. Senec.Troade,6.4,
–prosperis rebus locus Ereptus omnis.
Merces erepta laborum.Lucan.lib.1.69.
Munera erepta ruinis alicuius ciuitatis. Virg.1.Aeneid.131,
Munera præterea Iliacis erepta ruinis Ferre iubet.
Pellis erepta iuuenco.Virg.11.Aeneid.136. Cui pellis latos humeros
erepto

erepto iuuenco Pugnatori operit.
Raris erepto campis deserta profundo.Silius lib.3.12.
Regnum alicui ereptum.Lucan.lib.5.13.
Sensibus ereptis mens excidit.Catul.epig.61.6.
Solitis sibi erepta lugebant Nymphæ.Claud.in Præfat.lib. 2. de Raptu
Proserp.1.
Stirps erepta,Mortua.Ouid.ad Liuiam,13. Vidimus erepta mœrentem
stirpe sororis.
Ereptum tempus ex summis occupationibus.Cice.ad Atticum, lib.1.9.1.
Ita distinebar,vt vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim,atque id
ereptum ex summis occupationibus.
Venia sceleratum erepta populo nocenti.Lucan.lib.4.40.
Virginitas erepta.Virg.12.Aeneid.29.
Voluptas vbis alicui erepta.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.8.
¶ Ereptus,Mortuus.Ouid.ad Liuiam,40.
Obuia turba ruit,lachrymisque rigantibus ora.
Consulis erepti publica dāna refert. Silius lib.1.37.Erepto trepidus du
store exercitus.

Eris, huius eris,Nomen est herbæ in Aegypto nascentis,aro similis,
nisi quòd minor est,& minoribus foliis ac radice,quæ tamen grā
dis oliuæ magnitudinem implet.Hermolaus.

ERISICHTHON,huius Erisichthonis,pen.corr.(ἐρισίχθων,) vir fuit
Thessalus,qui quum Cereri nemus consecratum,præcipuè verò quer-
cum vnam in qua Nympha quædam habitabat,succidisset:irata Ceres
famem ad eum misit quæ toto exhausto patrimonio,cò coegit etiam
vt membra propria absumerentur.Fabulam habet Ouidius 8. Meta-
morph.vbi inter alia hæc leguntur,
Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani
Accipiunt,poscuntque simul,cibus omnis in illo
Causa cibi est,semperque locus sit inanis edendo.

ERIVO,eriuas,pen.prod.eriuāre,Riuis factis educere,euacuare. Plin.
lib.17.cap.26.4.Cæterum maiore in parte orbis etiam pluuias Auru-
ci aqueis eriuari conuenit.

Erodius, Auis est quæ in coitu sanguinem exudat: qua ex causa ar-
gumentantur impositum nomē ὅτι ἔρᾳ ἐροῖ,nam eat ij-
doque sanguinem dici.Ciconiam putat Suidas,aut Ciconiæ similem:di
ctamque quòd in paludibus versetur,quam Elodion.Fulicam transfert
Augustinus:at deolam Theodorus.Celius.

Erodo, erōdis,pen.prod.erosi,erosum,(ἐκδάκνω,ἀποβρώσκω,)ero
dere,Idem quòd rodere.Plin.lib.11.cap.29.4. Omnia ve-
rò morsis erodentes.Colum.lib.10.31.Nec solum teneras audens ero
dere frondes.
Erosus sale.Plin.lib.12.cap.9.3.

Erogo, erogas,pen.corr.(ἐκδίδωμι,)erogare,Distribuere, & qua-
si rogatoribus effundere. Plin.epist.140. Deinde quā ipsi
erogare in oleum soliti,parati sunt in operibus balinei conferre.
Erogare pecunias ex ærario.Cice.in Vatinium,22.Erogarisine pecunias
ex ærario tuis legibus.
Pecuniat alicui erogare in rem aliquam.Cic.7.Verr.39.Multas pecunias
illi erogatas in operum locationes falsas atque inanes,esse perscriptas.
Erogare pecuniam in classem. Cicero pro Flacco,22. Plinius libro, 36.
cap.12.5.
Vnde in eos sumptus pecunia erogaretur.Liu.1.ab Vrbe,83.

Erogātus,pen.prod.Participium:(ἐκδωθείς,)vt Pecunia publica ex æra-
rio erogata.Cic.5.Verr.141.

Erogito erogitas,pen.corr.(καταδιόμαι,)erogitare,Vehementer roga-
re.Plaut.Capt.16.30.
–interibi ego ex hac statua venecea volo
Erogitare,meo minore quid sit factum filio.

Erogatio,Verbale,(ἐκδώσις,)Distributio:vt Erogatio pecuniæ.Cice.ad
Atticum,lib.15.3.2.4. Plinius in Paneg.66.Vt tot impendiis,tot ero
gationibus sola sufficiat.Atque hic in malam sumitur, quemadmodū
apud Suetonium plerisque in locis,nempe pro largitionibus & profu-
sionibus pecuniarum.

Eroos,huius Eroūs,pen.prod.Comœdus fuit,cuius meminit Cicero in
Oratione pro Roscio Comœdo,18.Quod item nuper(inquit)in Ero
te Comœdo visu venit:qui postea quàm è scena non modò sibilis, sed
etiam comitio explodebatur,sicut in aram confugit in huius domum,
disciplinam,patrocinium, nomen.

Erotema, penult.prod.erotēmatis,(ἐρώτημα,) Interrogatio lari-
nè dicitur:vt Virg.2.Aeneid.65. Quō res summa loco
Panthu?

Erro, errās, (ἅλλομαι,ἀλλάττω,πλανάομαι, σφάλλω,πτάλω, ἀμπλα-
κίσκω,)errare,Huc atque illuc ire,Vagari.Cic.3. Tusc. 106.Qui
miser in campis mœrens errabat Aleis.Ex Homero.
Vagari & errare.Cic.1.de Orat.104.
Ne vagari & errare cogatur oratio. Hora.1.epist.12.4.
Stellæ sponte sua insaneque vagentur & errent?
Huc & illuc errare.Ouid.11.Metam.72.
A sedibus suis errare.Claud.4.Paneg.87.
–laribus seiuncta potestas
Exulat,imperiumque suis à sedibus errat.
Ad flumina errare.Virg.6.eclog.13.
Ad lacus errare.Tibull.lib.1.eleg.10.8.
Circum littora errare.Virg.3.Aeneid.16.
Circum omnia maria errare.Vide CIRCVM.
Circum villulas errare. Cic.Att.lib.8.153.4. Ego Arpini volo esse pri-
die Kalend.deinde circum villulas nostras errare.
Errare in sylua.Virg.6.Aeneid.93.
Inter quas Phœnissa recens à vulnere Dido
Errabat sylua in magna.
Multis in annis errare.Ouid.1.Trist.12.
Ille breui spatio multis errauit in annis.
Inter Dulichias,Ithacasque domos.
In vndis errare.Virg.3.Aeneid.40.
Excutimur cursu & cæcis erramus in vndis.
Inter audaces lupus errat agnos.Horat.3.Carm.ode 18.3.
Per agros errare.Propert.lib.2.eleg.29.5.
Armentum teneras errat per herbas.Ouid.15.Metam.3.
Per ignotos errant animalia montes.Virg.6.eclog.8.
Per vndas errare.Ouid.5.Metam.93.
Per ignotas vrbes errare.Tibull.lib.4.eleg.1.11.
Procul errare,Vehementer falli.Vide PROCVL.
Subter supraque errare.Stat.9.Thebaid.87. –omnis anhelat
Vnda nefas,subterque animæ supraque recentes Errant.
Procul auius errat.Lucret.lib.3.148.
Ignari hominumque locorumque Erramus.Virg.1.Aeneid.68.
Errat vagus.Cic.pro Cluent.138.Quum vagus & exul erraret,atque vn
dique exclusus,&c. Martial.lib.1.33.
Ne tamen ignores vbi sum vænalis,& erres
Vrbe vagus tota,me duce certus eris.
Toto passim vagus errat in orbe.Ouid.14.Metam.136.
Cursu solicito errare.Claud.de Raptu Proserp.1.6.
Passibus non certis errare.Ouid.3.Metam.35.
Pelago errare.Virg.3.Aeneid.41.
Via errare.Virg.2.Aeneid.147.
Vrbibus errare.Virg.1.Aeneid.117.
¶ Errare,pro Pasci aliquando vsurpatur quod pecudes errando ascere
soleāt.Virgi.2.eclog.5.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Idem,1,eclog.2.
Ille meas errare boues(vt cernis)& ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
¶ Non per dubias errant mea carmina laudes:
Nam bellis experta cano.Tibul.lib.4.eleg.1.22.
Varii colores sæpe errant in vultu solis.Virg.1.Georg.90.
Perque nouem errauit redeuntis cornua Lunæ. Ouid.10.Metam.95.
Dolor errat per omnes.Lucan.lib.2.5.
–magnusque per omnes
Errabat sine voce dolor.
Flamma per medullas errat.Ouid.14.Metam.70.
Fluuius errat.Virg.3.Georg.3.
–tardis ingens vbi flexibus errat Mincius.
Fulmen errare in aliquos dicitur.Senec.Medea.7.22.
–non potest in nos tuum errare fulmen.
Medeæ verba ad Iouem.
Extremus super halitus errat.Virg.4.Aeneid.137.
Manus errat circum aures & tempora.Virg.5.Aeneid.86.
Multa cauo lateri ingeminant,& pectore vastos
Dant sonitus:erratque aures & tempora circum
Crebra manus,duro crepitant sub vulnere malæ.
Fluitans nauis errat amisso magistro.Virg.5.Aeneid.172.
Orbes cœli alii in alios errant.Virg.1.Georg.68.
Quos ignis cœli Cyllenius erret in vrbes: Ordo est,in quos orbes cæ
li erret Cyllenius ignis Et bene ERRET: nam planetæ vocantur
ἀπὸ τῆς πλάνης,id est ab errore.Nam interdum ad Austrum, interdū
ad Septentrionem,plerunque contra mundum,nonnunquam cū mun
do feruntur.Senecas.
Spes solicitæ,trepidique metus errant.Senec.Herc.furent.3.1.
Tempora errant.Ouid.3.Fast.31.
Sed tamen errabant etiam tum tempora.
Vires errant.Ouid.ad Liuiam.10.
Nec vires errasse tuas campoque foroque. Id est vbique spectata tua
constans virtus.
¶ Errare,Labi à vero:quoniā vagādo,sæpe à recta via deflectimus.Cic.
12.Philipp.121.Cuiusuis est hominis errare:nullius nisi insipientis, ple
uerare in errore. Idē.5.Verr.93.Errauit an potius insaniuit Aproni?
Errare & Erudiri,cōtraria.Ci.pro Corn.Balbo.62. Honestius sit illis du
cibus errare,quàm hoc magistro erudiri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errare,& Vera sentire,contraria. Cic.1. Tuscul.61. Errare me herculè malo cum Platone,&c.quàm cum istis vera sentire.
Errare cum aliquo. Cic.1. Tuscul.61.
In amicitia errare. Horat.1.Serm.Saty.3.9.
Licenter errare. Cic.in Orat.42. Vt ingredi libere,non vt licenter videatur errare.
Licentius errare. Ouid.4.de Ponto.6.
Longè errat. Vide LONGE.
Magnopere errare in re aliqua. Lucret lib.5.22.
Scultitia errare. Horat.2 Serm.Saty.3.42.
Probe ac vehementer errare. Plaut.Amph.11.2 1. Qui me Amphitruonem putant esse,errant probè. Cic.4.Academ. 185. Aut vehementer errare eos qui,&c.
Erro propemodum. Cic.pro Rosc.Amer.76. Intelligo me ante pedes Iudices,hæc scrutari,& propemodum errare,qui,&c.
Non vltra verba,ac voces errare. Tacit.lib.19.
Erras,si id credis: Hoc est,Falleris. Terent.Heaut.1.1.53. Et Cæsar.5. bel.Gall.51. Errat eos dicere si quicquam absis præsidii sperent.
Errare in aliquam partem. Cælius ad Ciceronē,lib.8.11.13. Denique malo in hanc partem errare,vt quæ non desyderes,audias.
Errare in aliquem rem,pro Deserere. Liu.lib.1.bel.Maced. Fœda oia & deformia,errantisque in alienos fœtus naturæ vsi.
Errare de verbis alicuius,Non assequi,aut intelligere quid vélit, aut dicat. Terent.Heaut.2.5.12.
Nemo est miserior me.s. hic de nostris verbis errat videlicet, Quæ hic fumus locuti. Clinio, aliter tuum amorem atque est,accipis.
Ne erres. Hoc est,Ne temerè putes aut existimes. Plaut.Capt.2.14. Ego me tua causa(ne erres)non rupturus sum. Terent.And.4.2.21. Huic, non tibi habeo,ne erres.
Scio quid erres. Plaut.Epid.1.2.4.
Scio quid erres:siquia vestitum atque ornatū immutabilē Habet hęc. Terent.And.5.2.18. Tento quid erres:quid ego agam habeo.
Tota re errare. Cic.2.Philipp.45. In eo non tu quidem tota re,sed(quod maximum est)temporibus errasti.
Errare tota via. Terentius Eunuch.2.2.14. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via.
¶ Animus sæpe in corporis morbis errat. Lucret.lib.3.94.
Quietiam morbis in corporis auius errat
Sæpe animus:dementit enim,deliraque fatur.
¶ Erratur in nomine. Cicero.4.de Fimb.93. Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine.
Errans,Participium,(ἀλαπέωων,) Terent.Heaut.2.3.16. Dum ego propter te erras,patria careo domēs,tu interea loci,&c. Virg.1.Aen.66. Vidistis siquam hic errantem forte sororum.
Terris omnibus & fluctibus errans. Virg.1.Aeneid.152.
– nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.
Digitis errantibus scindere chelym. Stat.5.Sylu.5.72.
– ignauo pollice chordas
Pulliosied incertam digitis errantibus amens
Scindo chelym.
Domus errantes. Lucan.lib.1.52.
– melius fortuna dedisset.
Orbe sub Eoo sedem,gelidāque sub Arcto
Errantesque domos.
Alludit ad Scytharum domos, quas plaustris vehi dicit Horatius. 3. Carmode.24.2.
Gradum errantem in recta deflectere. Senec. Thebaid.1.1.
Greges errantes. Horat.Epod.2.3.
Hederæ errantes. Virg.4.eclog.4. Id est passim vagātes: vnde antiqui Lyrici dixerūt Flexipedes hederas.q hac atq; illac vagātur. Seruius.
Locum tutum erranti dare. Ouid.4.de Ponto,eleg.14.12.
Lumina errantia. Propert.lib.3.eleg.14.6.
Lūna errant. Virg.1.Aeneid.150. Quia (inquit Seruius) ἀλικοειδῶς, Id est obliquo incedit cursu,non recto vt sol, scilicet ne incidat in cētrū terræ,& frequēter patiatur eclypsim. Vicinus est.n.eius circulus terræ.
Errans opinio. Cic.2.de Fimb.114.
Errans & vaga sententia,cui opponitur Stabilis & certa. Cic.2.de Natu. Deor.2. De diis immortalibus habere non errantem & vagam,vt Academici,sed vt nostri,stabilem certamque sententiam.
Errantia sydera,Errantes stellæ. Plin lib.2.cap.6.13. Et Cic.1. Tusc.96.
Turmæ errantes sine præside. Stat.10.Thebaid.3.
Errantia,huius errantiæ,(ἀλαπεωσίη,) Idem quod error. Accius Neoptolemo,Satis iam dictum est,neque ego errantia animi prauè morigerabor. Nonius. Antiquum.
Errātus,pen.prod.Particip.(ἀλαπτὸς,) Ouid.3.Fast.131. Protinus erratis læti vescuntur in agris. Id est,quos errando lustrauerant.
Litora errata. Virg.3.Aeneid.137.
Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achæmenides. Errata(inquit Seruius)Participiū sine verbo.
Orbis erratus. Ouid.epist.22.21.
Orbis erratus diuersis casibus,id est,per erratus. Valer.4. Argon.90.
Terræ erratæ. Ouid.4.Fast.115.
– immensum est erratas dicere terras.
Errātum,pe.prod.(σφάλμα,πταίσμα,) Idē qd' error. Cic.pro Cluē.105. At in ipsum habitum animi adducerentur, nullam quidē ob turpitudinē, nullum ob totius vitæ non dicam vitium,sed erratum.
Erractum & Rectè factum,contraria. Cic.2.de Lege Agra.21. Cui erracto nulla venia,recte facto exigua laus.
Errata ætatis. Cic.Tironi,lib.16.21.4. Tantum enim mihi dolorem,cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ,vt nō solùm animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant.
Commune erratum. Cic.Attico,lib.6.111.30. Nam illud de Flauio & fastis,si secus est,commune erratum est.
Obtegere errata. Vide OBTEGO.
Petere veniam errato alicuius. Cic.pro Sylla.48.
Erratio,Verbale,(πλάνησις,πλάνημα,) propriè est pedum,Error autem animi. Plaut.Rud.4.90. Si ad saxum quod capessit, ea deorsum cadit, errationis fecerit compendium. Teren.Adelph.4.2.42. Sanè hic multo propius ibit,& minor est erratio. Cic.2.de Nat.Deor.80. Nulla igitur in cœlo nec fortuna,nec temeritas,nec erratio, nec vanitas inest: contrà omnis ordo,veritas,ratio,constantia. Idem de Vniuersi.25. Itaque eumab omni errationē liberant. De motu cœli loquitur.
Errabundus,(πλανώδης,πλανήτης,) Vagabundus. Liu.1.ab Vrbe.227. Nunc in luminibus sitarent, nunc errabundi domos suas, vltimum illud vitiorū peruagarentur.
Errabunda vestigia. Virg.6.eclog.12.
Siqua forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia. Catul in Argon.23.
Errabundæ naues,Vento iis parsæ. Hirtius,lib.5.bel.Afric.8.
Erraticus,pen.corr.(πλανήτης,) Adiectiuum,Qui errat & vagatur. Gellius,lib.2.cap.2. Interibi aliquot ex iis qui aderant,erraticum esse hominem dicere & nullius rei,incolamque sordentium,gancarum. Cic. de Senect.48. de vite loquens,Multiplici serpentem lapsu & erratico ferrum coercet agricolæ.
Delos erratica. Ouid.6.Metam.67.
– quàm vix erratica Delos
Errantem accepit tunc quum Ioue insula nabat. De Latona.
Herba erratica,id est agrestis,& non satiua, verùm passim nascens. Plin. lib.19.cap.8.5. Est & erraticum inter bona, quod in Aegypto cichoriū vocant. Sic Erratica brassica,apud Columellam.
Error,erroris,m.g.(πλάνη,σφάλμα,πταίσμα,ἁμάρτημα,πλάνος,) Ignorātia. Cic.1.Acad. Et pro Marcel.7. Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reip.misero.funestoque compulsi: etsi aliqua culpa tenemur erroris humani,à scelere certe liberati sumus.
Error & insania. Horat.2.epist.2.24.
Hic error tamen & leuis hæc insania quantas
Virtutes habeat,sic collige.
Virtus & Error,opponuntur. Horat.in Arte poet.63.
Quid deceat,quid non,quò virtus,quò ferat error.
Modicis erroribus æqui mores. Iuuenal.Saty.14.2.
In magnis tenebris erroris & inscientiæ. Cic.pro Sylla. 30. Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen præstabilis menti meæ.
Nebula erroris. Iuuenal.Saty.10.1.
Omnibus in terris quæ sunt à Gadibus vsque
Auroram,& Gangem,pauci dignoscere possunt
Vera bona,atque illis multum diuersa remota Erroris nebula.
Vulgus erroris similis. Horat.2.Serm.Saty.3.12. – huic ego vulgum
Erroris similem cunctum insanire docebo.
Rabies erroris,Furor culpæ. Silius,lib.7.110.
Error alicuius rei,Deceptio. Virg.2.Aeneid.83.
– orituráque miserrima cædes
Armorum facie & Graiarum errore iubarum.
Mentis alienatæ error. Quintil.in Proœm.lib.6.10.
Error nominum. Liu.1.ab Vrbe.97. Tamen in re tam clara nominum error manet,vtrius populi Horatii,vtrius Curiatii fuerint.
¶ Ambiguus error. Stat.5.Thebaid.88.
Cæcus error. Senec.Herc.fur.12.9. Error cæcus quo cœpit eat.
Dulcis labantibus error. Valer.3.Argon.95.
Mentis gratissimus error,Voluptas in stultis rebus. Horat.2.epist.2.28.
– eni sit extorta voluptas
Et demptus per vim mentis gratissimus error.
Falsus error. Plin lib.15.cap.3.2. Et error hominum falsus,existimātium maturitatis initium,quod est vitii proximum. Idem lib.31.ca.6.3. Vn de quidam errore falso barbaricam eam appellabant.
Grauis error. Seneca Octau.7.11.
Luxuria pestis blanda,cui vires dedit
Roburque,

Roburque,longum tempus atque error grauis.
Honestus error. Quintil.lib.1.cap.6.2.
Indeprehensus & irremeabilis error labyrinthi. Virg.5.Aeneid.117.
Inexplicabilis viarum error, Vide INEXPLICABILIS.
Infandus error. Valer.5.Argon.115.
Ingens error. Quintil.lib.3.cap.6.5. Inde verò ingens malè interpretantibus innatus est error. Senec.Herc.furente,13.21.
Irrenouandus error. Claud.de bello Getico,25.
Malus error,pro amore. Virg.8. eclog.9.
Vt vidi,vt perii,vt me malus abstulit error.
Definitio est amoris, inquit Seruius. Nam amor errare pleruuque compellit.
Phanaticus error. Horat.in Arte post.92.
Prophanus error animi. Claud.1.in Ruff.16.
Sacri vatum errores. Silius lib.8.20.
Heu sacri vatum errores,dum minima noctis Eliciunt.
Simplex error. Quintil.lib.3.cap.8.39.
Credulitas & temeratius error. Ouid.12.Metam.12.
Turbulenti errores. Cic.2.de Nat.deo.101. Quæ res genuit falsas opinio nes errores que turbulentos,& superstitiones penè aniles.
Vanus error. Stat.12.Thebaid.59.
¶ Adiuuare alterius errorem, Vide ADIVVO.
Afficere mentis errore, Vide AFFICIO.
Suus cuique attributus est error. Catul.epig.10.4.
Auferre errores alicuius,Rem aliqui aperire,Eripere falsam opinionem. Ouid.5.Fast.73. Quum sic errores abstulit ille meos.
Erroribus cæcari, Vide CAECO.
Captus errore. Cic.12.Philipp.322. Vnde autem est ista suspicio? ex pacis patrocinio repentino,quod subitò suscepit eodem captus errore quo nos.
Coarguere errorem alicuius. Cic.1.Acad.19. Vide COARGVO.
Falsa opinione errore hominum commendatum esse. Cic.pro Sest.16.
Confiteri errores suos. Quintil.lib.3.cap.6.46.
Errorem creat similitudo. Cic.2.de Diuinat.82.
Decipit error. Ouid.4.Trist.eleg.1.5. Scit quoque cum periit, quis me deceperit error.
Deferri in errorem, Vide DEFERO.
Demere alicui mentis errorem. Horat.2.epist.2.38.
Depellere errorem. Cic.2.de Diuinat.89. Eumque errorem, quem tibi rei nouitas attulerit,naturæ ratione depellito.
Deponere errorem suum. Cic.8.Philipp.255. Cæteris autem, si errorem suum deposuerint,& in Reipub.gratiam redierint,veniam & impunitatem dandam puto.
Detrahere errorem alicui. Ouid.4.de Ponto,eleg.8.4.
Siue velis mores qui sint inquirere nostri:
Errorem miserō detrahe,labe carent. Idem 2.Metamorp.8.
– hunc animis errorem detrahe nostris.
Dare errore. Cic.pro Corn.Balbo,22. Quo errore ductos vidi egomet complures imperitos homines,&c.
Effugere errorem aliorum. Lucret.lib.4.66.
Ex errore ante oculos alicuius, Decipitur specie. Ouid.3.Fast.77. Plura iubet fieri simili cælata figura,
Error vt ante oculos insidiantis eat.
Eripere errorem alicui. Cic.Attico,lib.10.195.9. Si vera sunt, ignoscet: si falsa,me libente eripies mihi hunc errorem.
Ab errore euellere aliquem. Cic.3.Offic.111.
Origine erroris aliquid factum. Ouid.2.de Ponto,eleg.2.111. Non tamen excutiet erroris origine factum.
Fessus errore viarum. Silius lib.15.142.
Flectunt incertis erroribus ardor amantum. Lucr.li.4.217.
Fluitans errore. Lucret.lib.3.1114.
Atque animo incerto fluitans errore vagaris.
Illudit error. Horat.2.Serm.sat.3.10. – vnus vtique
Error,sed variis illudit partibus.
Mentes imbutæ prauitatis erroribus. Cic.5.Tuscul.114.
Sæuis erroribus implicat nubē. Vale.3.Argon.7. de Cybele.
Erroribus implicari, Vide IMPLICO.
Incutere errorem, Vide INCVTIO.
Inducere errorem, Vide INDVCO.
Imperitos in errorem inducere. Cic.de Clar.Orat.162.
Inducti in errorem. Cic.in Pisonem,46.
Inflatus errore. Cic.4.Acad.206. Est ne quisquam tanto inflatus errore, vt sibi se illa scire persuaserit?
Quantum animis erroris inest. Ouid.2.Fast.158.
Lapsus errore. Quintil.lib.4.cap.2.51. Vis te dicam vino impulsum, aut lapsum errore? Lapsum esse per errorem. Cic. Qu. Fratri,lib.3.24.14.
Libertare animos errore, Vide LIBERO, liberi.
Erroribus mederi, Vide MEDEOR,
Natus error. Vide NASCOR.
Nocens error. Senec.Herc.Oeth.7.3.
Scelerum errore nocens. Stat.12.Thebaid.102.
Obiectus error alicui. Cic.pro Cecinna.4. Sed ne,siquis vobis error in ea re sit obiectus,omnes potius me arbitrentur causæ, quàm vos religioni vestræ defuisse.
Pendere ex errore imperitæ multitudinis. Vide PENDEO.
Opinionibus vulgi rapimur in errorem. Cic.2.de Legib.70.
Recipere errorem. Quintil.lib.1.cap.5.31.
Sublato errore. Lucan.lib.3.121.
Cum mulieris lacte suximus errorem. Cic.3.Tuscul.4.
In magno errore sunt qui fandare fon vocant. Plin.lib.37.cap.7.9.
Tardare errorem aliqua re. Propert.lib.2.ele.19.9. Id est nectere moras.
Tantus tenet error amantem. Ouid.3.Metam.90.
Teneri malo errore. Virg.10.Aeneid.22.
Errore aliquo trahi. Ouid.2,Metam.16.
Vtque viam teneas,nulloque errore traharis,&c.
In summo errore,atque in maxima rerum ignoratione versari. Cicero.1. de Nat.Deorum.5.
Versatur magnus error. Cic.2.de L.Agra.23.
¶ Error,pro dolo:ab eo quod precedit,id quod sequit. Virg.2.Aen.10. Aut aliquis latet error:equo ne credite Teucri.
¶ Error,pro vagatione et accipitur vt Errores Vlyssis. Cic.1.Offi.158. Propriè erratio appellatur.
Error viarum. Liu.4.bel.Pun.75. Id errore viarum an exiguitate temporis Nero exequi non potuerit,incertum est.
Feri errores nemorum. Stat.1.Thebaid.46.
Inextricabilis error. Virg.6.Aeneid.6.
Inobseruabilis error Labyrinthi. Catul.in Argon.23.
Vagus error. Valer.5.Argon.13. Ouid.4.Metam.101.
Longis agi erroribus. Ouid.4.Metam.114.
– longisque erroribus actus,
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
Diffugiant quo quenque agit error. Ouid.3.Fast.111.
Pelagi erroribus actus. Virg.6.Aeneid.107.
Viæ errore actus. Virg.6.Aeneid.40.
Deceptus nouo errore veterum locorum. Virg.3.Aeneid.37. Vbi Seruius, Aut per contrarietatem sermonum declamauit, aut NOVO pro magno posuit.
Ducere in errorem. Ouid.8.Metam.35.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis,
Ponit opus,turbatque notas,& limina flexus
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Implicita errore via. Lucan.lib.8.1.
Palantes error in sylvis certo de tramite pellit. Horat.2.Ser.Saty.3.10.
Erro,errōnis,pen.prod.m.g.(πλάνος,πλανήτης,) Vlpianus, Errones appellantur serui,qui non quidem fugiunt,sed frequenter sine causa vagantur,& temporibus in res nugatorias consumpris, serius ad dominū redeunt. Arrianus de Re militari, Leuius itaque delictum emansoris habetur,vt erronis in seruis:deserroris grauius, vt in fugitiuis. Plin. epist.34.a. Enotuerunt quidam tui versus,& inuito te claustra tua refregerunt:hos nisi terrahes in corpus quandoque,vt errones aliquem cuius dicantur,inuenient.
Fugitiuus vt erro. Horat.2.Serm.Saty.7.23.
– teque ipsum vitas fugitiuus vt erro,
Iam vino quærens,iam somnō fallere curam Frustra.
Admittere erronem. Ouid.epist.21.11.
Vocare erronem sub sua signa. Tibul.lib.2.eleg.7.2.
Vre puer quæso tua qui ferus otia liquit,
Atque iterum erronem sub tua signa voca. Verba ad Amorem.
¶ Erroues Nigidius vocat eas stellas quas multi erraticas appellant. Gellius,lib.14.cap.1.
Erroneus,(πλανήτης,) Idē qd' erro. Colu.lib.7.ca.12.5. Maximè autem debent in custodia vigilaces cōspici,nec erronei,sed assidui,& circunspecti magis quàm temerarii. De canibus loquitur. Vlpian.in L.Aediles,De edititio edicto,Si aleator erroneus vel vinarius fit factus.
Erubesco, erubescis,erubui,(ἐρυθριάω,κατασχύνομαι,) erubescere,Rubore & verecundia suffundi. Terent.Adelph.4.5.9. Erubuit saltem res est. Plaut.Trucul.6.35. Erubui mecastor misera propter clamorem tuum. Cic.2. de Fimb.49. Deinde vbi erubuit (vis enim est permagna naturæ)confugit illuc vt neget.
Erubuit,iramque pudore repressit. Ouid.1.Metam.152.
Erubuisse,expalluisse,titubasse, inconstanter locutum esse. Author ad Herennium,lib.2.39.
In aliqua re erubescere. Cic.1.de Legibus.61. O rem dignam in qua non modò docti,etiam agrestes erubescant.
Epistola non erubescit. Cic.Luceio,lib.5.12.1. Quæ nunc expromā absens audacius:epistola enim non erubescit.
Genæ erubuere. Ouid.2.Fast.166. Idem epist.9.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iura fidemque alicuius erubescere. Virg. 1. Aeneid. 108.
Erubescere ora alicuius. Cic. in Sallustium, Confessus est vobis audientibus adulterium: nec erubuit ora vestra. Hoc est, Non veritus est vestrum conspectum.
Preces erubescere. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 14.
Posce Iouem, dabitur coniux. Vix ille pepercit:
Eruboitque preces. Id est erubuit supplex esse & precari.
Non erubescere voluptates. Cic. 1. de Nat. Deor. 154.
¶ Erubesco, cum infinitiuo. Sene. Here. Oeth. 1. 3. 21. Sed ire ad illos vmbra quos vici deos Pater erubesco. Idem Here. furen. 6. 28. Lucan. lib. 3. 23. Virg. 6. eclog. 1.
Erubesco loq. Cic. 1. de Leg. 74. Erubescūt pudici etiā loq de pudicitia.
Erubescere, cum genitiuo. Curtius, lib. 5. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortunæ.
Erubescere, cum ablatiuo. Senec. 3. de Benef. Nunquid iam illa repudio erubescit? &c.
Genis erubuit. Ouid. 2. Amor. 8. 4.
Sensit te totis erubuisse genis.
Malis alterius erubescere. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 2.
– cui vellem minime, sum causa pudoris:
Teque teor nostris erubuisse malis.
Saxa roratis rosis erubuerunt. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 8.
Viro erubescit puella. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 13.
Non legis Euadnen erubuisse viro.
Erubescendus, (κατ' ἀντίφρασιν,) Nomen ex Particip. vt Amor erubescendus, id est turpis. Horat. 1. Carm. ode. 27. 3.
– quę te cunque domat Venus,
Non erubescendis adurit
Ignibus ingenuoque semper Amore peccas.
Erūca, huius erucæ, pen. prod. (κάμπη,) ab erodendo dicta, genus vermis, campe alio nomine dicti, qui in olerum folia repit, abrodirque præsertim brassicas. Colum. lib. 11. ca. 3. 52. Vbi vero aprici regionibus, post pluuias, noxia incesserunt animalia, quæ à nobis appellantur eruca, Græcè autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt.
Eruca, si Apulcio creditur, ab hærendo venit, quoniam rebus quas occupat, tenaciter inhæreat.
¶ Eruca, (ἔρυσις, herba quædam virtutis calidæ, Venerem excitans, vnde salax appellatur. Colum. lib. 10. Excitet vt Veneri tardos eruca maritos, Vulgo appellatur Ruchetta ouer Ricola. Iuuenal. Saty. 10. 14. – altera maior
Spes superest, tu tantum erucis imprime dentem. Idem Saty. 6. 28. Tu tibi tunc eruca places. Sed curtucam aliqui malunt legere, vt sit is qui alienos liberos pro suis educat.
Salaces erucę. Ouid. 2. de Remed. amor. 81.
Nec minus erucas aptum est vitare salaces
Et quicquid Veneri corpora nostra parat.
Virides erucę. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 11.
Eructo, eructas, (ἐρεύγομαι, ἐξερεύγομαι, ἐρυγγάνω,) eructare, Frequentatiuum ab erugo erugis. Proprie extra ructum mittere. Festus, Erugere semel factum significat, quod eructare sępius. Cic. in Pisonem. 9. Vnde nos cum improbissimè respondendo, tum turpissimè eructando eiecisti.
Eructare, Foras mittere, eiicere. Colum. lib. 8. Neque ipsum vinarii replentur congerie quā tępestatibus eructat pelagi violentia. Ibidē, ca. 8. 9. Iam nunc Gangeticus & Aegyptias aues temulenter eructat. Sic Varro. 1. de Re rust. cap. 4. 3. Eructare odorem pestilentem. Et Cicero in Catil. 32. Eructate sermonibus cædem bonorum.
Eructat Bosphorus amnes. Valer. 4. Argon. 69.
Arenam eructare fluuii dicuntur. Virg. 6. Aeneid. 6. de Acheronte,
– vastaque voragine gurges
Aestuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Eructans, Participium, (ἐρευγόμενος,) vt
Tartarus horriferos eructans faucibus æstus. Lucret. lib. 3. 206.
Saniem eructans. Virg. 3. Aeneid. 126. – saniē eructans, ac frusta cruēto
Per somnum commista mero. De Polyphemo.
Scopulos erigit eructās. Virg. 3. Aen. 115. Vbi Seruius, Ructo, ructas tūfacit. Sic etiam Cic. Eructant sermonibus suis cædem bonorum &c.
Erūdero, erūderas, pe. cor. (ἐρεπτομαι ἐκβάλλω,) eruderare, Rudus eiicere. Varr. 1. de Re rust. cap. 7. 6. Solum oportet esse eruderatum, & prochiuum: vt euerri facile possit.
Erudio, ἐρυθρόω, καθοπλίζω, erudire, Ex rudi doctū facere. Cicc. pro Rosc. Comœdo. 18. Non solum vt Roscii discipulos fuisse diceretur, domum recepit, sed etiam summo cum labore, stomacho, miseriaq; erudiit. Plin. epist. 5. 9. Vir est grauis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura possit ex præteritis prouidere.

Erudire atq; docere. Cic. 1. Of. 118. Studiosos discēdi eruditūt atq; docēt.
Rhetoricis quibusdam libris aliquē insequi vt eruditas. Cic. 1. de Orat. 6.
Nec verò te charissime frater atque optime, rethoricis nunc quibusdam libris, quos tu agrestes putas, insequor vt eruditam.
Scripta eruduunt. Ouid. 2. Trist. 49.
Erudire ad. Plin. epist. 171. d. Nam cum aures hominum leuitate lętātur, tum ad rationem vitæ exemplis eruditur. Cic. 1. Tusc. 99. de Philosophia. Hæc nos primūm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam, magnitudinemque animi eruditi.
Erudire de. Cic. ad Cælium. lib. 2. 11. 3. Obuiæ mihi velim sint literæ tuę quæ me eruduant de omni Rep.
Erudire in aliqua re. Cic. 1. de Orat. 132. Oratorē erudire in iure ciuili.
Erudire aliquem artes. Ouid. 8. Metam. – pannosasque erudit artes.
Aues infirmas mater erudit artes. Ouid. 2. de Arte Amandi. 14.
Institutis & præceptis suis aliquem erudire. Cic. de Amicit. 12.
Instituere atque erudire filios ad maiorum institutā. Cic. 5. Verr. 137.
Erudire laboribus iuuentutem venando, currendo, &c. Cic. 2. Tusc. 59.
Erudire puerum artibus. Liu. 1. ab Vrbe. 175. Inde puerū liberūm loco cęptum haberi, eruditi; artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Sic Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 37. Lentulum nostrū eximia spe, summę virtutis adolescentem cum cæteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias.
Oculos erudire. Ouid. 2. de Remed. amor. 59.
Nęve puellarum lachrymis moueare cauēto.
Vt flerent, oculos erudiere suos.
Fortuna eruditte factis meis probare. Silius, lib. 7. 78.
Si factis nondum Minuti te cauta probare
Eruditt fortuna meis. Verba Fabii ad Minutium.
Eruditte vsus. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 13.
Erudio, cum infinitiuo. Silius, lib. 11. 71. – an tristia vincla
Et Decius non eruduant componere mentem. Ouid. 3. Fast. 164.
Eruditre etiam dicuntur res inanimatæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 6.
Eruditt admotas ipse capillus acus.
In scholis eruditri. Quintil. lib. 1. cap. 2. 8.
Eruditendus, Particip. (παιδευτέος,) Ouid. epist. 1. 22. – q mollib⁹ annis
In patrias artes eruditendus erat. Idem. 3. de Arte aman. 10.
Hæc quoque pars monitis eruditenda tuis.
Eruditus, pen. prod. Participium. Hoc est edoctus, sciēs: vt Eruditus Græcis literis. Cic. 1. Acad. 15. Et. 1. de Finib. 22. Eruditus ot doctrina.
Non satis politus his artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur. Cicc. 1. de Finibus. 39.
Doctus atque eruditus. Cic. 1. de Orat. 61.
Ad nimiā assētationē eruditi. Cic. Qu. fra. li. 1. 1. 24. Sic verò fallaces sūt permulti, & leues, & diuturna seruitute ad nimiā assentationē eruditi.
Leuiter eruditus. Vide LEVIS.
Liberaliter eruditus. Vide LIBER liberi.
Subtilius eruditus. Cic. de Prouinc. Consul. 12.
Disputationibus alicuius eruditum esse. Cic. 3. de Orat. 76. Nónne Socratici erant disputationibus eruditi?
Doctrina atque optimarum artiū studiis eruditi. Cic. Qu. fra. lib. 1. 1. 33.
Institutionibus Græcis eruditus. Cic. 1. de Nat. Deor. 13.
Literis primis eruditus. Quintil. lib. 1. cap. 10. 27.
Homo à magistro & Græcis literis eruditus. Cic. 2. de Orat. 16.
Literis aut musicæ eruditus. Cic. Attico, lib. 4. 80. 4.
Stipendiis & legationibus bellicis eruditus. Cic. pro Corn. Balbo. 37.
Eruditus, (παιδευτός,) Nomen ex participio. vt Erudita operatio, hoc est scitè & compositè facta. Plin. lib. 11. cap. 24. 2. Tertium araneorū genus erudita operatione conspicuum.
Disciplina iuris ciuilis eruditissimus. Cic. 1. de Orat. 88.
Ciuitas disciplinis erudita. Author ad Heren. lib. 4. 237.
Habere oculos eruditos. Cic. in Parad. 47.
Oratio erudita. Cicin Parad. 4. Et pro Fonteio. 17.
Eruditū palatū. Colu. li. 8. ca. 16. 3. Hoc igit periuriū multorū sobtilioré fecit gulā, doctaq; & erudita palata fastidire docuit fluuialē lupum.
Tempora Ciceronis erudita. Cic. Att. lib. 1. 241. 19.
Eruditius. Quintil. lib. 1. cap. 5. 13. Illud eruditius quæritur.
Eruditulus, erudituli, pen. corr. (μικροπαίδευτος,) Dimin. Catul. in Mamurram & Cæsarem. 53. 2. Morbosi pariter, gemelli vtrique
Vno in lectulo, erudituli ambo.
Eruditio, Verb. (παιδεία, κατήχησις, παίδευσις) Doctrina. Ci. 1. de Fin. 108. Nullā eruditionē esse duxit, nisi q beatæ vitæ disciplinā iuuaret.
Sine eruditione Græca intelligi nō possunt. Cic. 1. Acad. 7.
Homo præclara eruditione atqi doctrina. Cic. 1. Offic. 166.
Homo ingenio præstanti & eruditione perfecta. Cic. 2. de Diuin. 196.
Omnis eruditionis expers atque ignarus. Cic. 1. de Orat. 1.
Altissima eruditio, ac scientia. Quintil. lib. 1. cap. 4. 6.
Liberalis eruditio. Vide LIBER.
Potior eruditio in scholis, quàm domi. Quintil. lib. 2. cap. 3. 7.

Exercere

Exercere eruditionem. Quintil. lib. 1. cap. 4. 6.
Intendere eruditionem suam. Vide INTENDO.
Eruditione varia repletus homo. Sueton. in August. cap. 89.
Erugo, erugis, erugire, Vide ERVCTO.
Erūgo, erūgas, pen. prod. (ἐκφυσάω,) erugare, Quasi rugas auferre. Plin. lib. 13. cap. 12. 7. Iterum constricta erugatur, atque extenditur malleo. Idem lib. 23. cap. 1. 14. Tunditur ipsa radix cū pingui sico, erugatque corpus si statim bina stadia ambulentur. Sic lib. 21. cap. 19. 4. Lichenas & lępras & furfures in facie emendant. Erugāt corpora. De radicibus lilii.
Erugare cutem. Plin. lib. 26. ca. vlt. 12. Cacaliæ grana mista ceræ liquidæ, extendunt cutem in facie erugantque.
Erugatio, Verbale, (ἐκφύσησις,) vt Erugatio cutis. Plin. lib. 28. ca. 12. 2.
Erumna, Vide ABERVMNA. Aerumnæ Herculis. Cicc. 2. de Fin. 187. Aerumnōsus, pen. prod. Cic. in Parad. 17.
Erumpo, erumpis, erūpi, pen. prod. eruptum, (ἀποδιδύσκω, ἐκφέρομαι, ἐξαλλόμενος,) erumpere, Cū impetu exire, Cæsar 1. bel. Ciuil. 307. Quo paratiores essent ad insequendum omnes, siue noctu, siue interdiu erumperent. Sic 8. bel Gal. 70.
Erumpere ad pugnam. Colum. lib. 9. 4. De apibus.
Erumpere ab aliquo. Ouid. In Ibin. 31.
– Stygiis erumpere nitar ab oris.
Scatēre atque erumpere plano campo. Lucr. lib. 5. 191.
Erumpere ex. Quintil. lib. 4. ca. 3. 12. At qui ex media erumpit, cito ad id redire debee vide diuertit.
Coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupit. Cic. pro Sestio, 6.
Erumpere in actum. Cic. pro Domo sua, 50. Omnem impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quę inueterata compressa odio atque tacito iam erumpebat in actum, tam, &c.
In aliquem erumpere. Stat. 4. Sylua. 48.
– positis erupit in Hectora plectris
In rem aliquam erumpere. Lucan. lib. 3. 119. Dum cupit in sociam Graeus erumpere puppim.
Efferuescere atque erūpere in aliquā regionē. Vide EFFERVESCO.
Erumpit in hoc tempus, in hos dies. Cic. pro Murena, 74. Omnia quæ per hoc triēnium agitata sunt, iam ab eo tempore quo à L. Catilina, & Cn. Pisone initum consilium Senatus interficiendi scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. Idem 1. in Catilinam, 22. Sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris & audaciæ maturitas in nostri Consulatus tempus erupit.
Erumpere in affectum. Quint. lib. 8. cap. 3. Sed velut mente captos, & quo in loco essent ignaros, irrupisse in hunc voluntatis affectum.
Erumpere in omnium perniciem. Liu. 4. bel. Maced. 122. Aristonem quēdam Tyrium aduenam, instructum mandatis ab Annibale & ab Antiocho rege venisse, certos homines cum eo secreta cōsilia serere, & in occulto colloqui, quod mox in omnium perniciem erupturum esset.
Inter nubila sese erumpunt radii. Virg. 1. Georg. 89.
Se erumpere. Lucret. lib. 4. 125.
Tandem vbi se erupit neruis coniecta cupido,
Parua fit ardoris violenti pausa parumper. Virg. 4. Georg. 74.
Erumpunt se portis foras. Cæsar 2. bel. Ciuil. 53.
Erumpere per castra hostium. Plin. lib. 22. cap. 6. 1.
Foras erumpere. Lucret. lib. 6. 178.
Erumpere loco aliquo. Cæsar 3. bel. Ciuil. 176. Nequo loco erumperent Pompeiani, & nostros post tergum adorirentur, timebant.
Portis erumpere. Virg. 4. Georg. 16. Erumpunt portis, concurritur.
Subito clamore erumpunt. Virg. 11. Georg. 121.
Illustrantur & erumpunt omnia. Cic. 1. in Catil. 4. Si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus continere vocem coniurationis tuæ potest: si illustrantur, si erumpunt omnia: mutata iam istam mentem, &c.
Hæc quò eruptura sint timeo. Cic. ad Atticum, lib. 2. 35. 4.
Odia erumpere in aliquem dicuntur. Cic. pro Murena, 45. Vt odia occulti ciuium, quæ tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent.
¶ Abiit, excessit, euasit, erupit. Cic. 1. in Catil. 25.
Clades erumpit. Ouid. 7. Metam. 115. – inque ipsos sæua medentes
Erumpit clades, obsuntque authoribus artes.
Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus. Cic. Attic. lib. 2. 36. 2.
Erumpit furor & indignatio. Liu. 4. ab Vrbe, 210. Cic. ad Qu. fratrem, li. 2. 16. 8. Erumpet amentis hominis furor. Et pro Sylla, 50.
Gemitus erumpunt. Stat. 11. Thebaid. 77.
Ignes ex Aetnæ vertice erumpunt. Cic. 7. Verr. 95.
Erumpit ignis ex vaporario. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 4.
Ignis erumpit oculis. Senec. Hippol. 4. 2.
Erumpit lachryma, Erumpit fœtus, Erumpit liquoris pluscul um. Plin. lib. 10. cap. 55. 2. Et lib. 12. cap. 17. 1. Et lib. 16. cap. 10. 6.
Malum erumpit ad perniciem ciuitatis. Cic. de Aruſp. resp. 3. Erupturum

illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem ciuitatis.
Mugitus erupit fluuio. Silius lib. 6. 57.
Nubes erumpit, Scindit se. Virg. 1. Aeneid. 117.
Risus repētè erumpit. Cic. 1. de Orat. 130. Quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, vbi sit, quomodo existat, atque ita repentè erumpat, vt eū cupientes tenere nequeamus.
Sagittæ neruo pulsante erumpunt. Virg. 4. Georg. 63.
Donec, vt æstiuis effusis nubibus imber,
Erupēre, aut vt neruo pulsante sagittæ. De Apibus.
Erumpunt sermones iniquorum in tuum nomen. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 1. 2. 3. Sentire potuit sermones iniquorum in suum potissimum nomen erumpere.
Perfracto saxo sortes eruperunt. Cic. 2. de Diuin. 128.
Terra fontibus erumpit liquores. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 18.
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores.
Ventos erumplt. Lucan. lib. 3. 92.
Vndæ per fontem erumpunt. Lucret. lib. 6. 180.
Erumpat aliquando vera & me digna vox. Cic. 10. Philipp. 282.
Atronitum erumpit subita formidine vulgus. Silius, lib. 17. 103.
¶ Erumpere stomachum in aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 1. Lege in arcano conuiuii tuis, sed si me amas, hilaris & bene acceptis: ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati.
Erumpere gaudium. Terent. Eunuch. 3. 5. 2. Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus, Erumpere quasi actiuum verbum posuit pro neutrali, vt sit, licetne id mihi erumpere hoc gaudium? Aut erumpere, quasi exire mihi, pro à me. Et paulo pōst, Vtrum me erumpere, p emittere posuit? aut erumpere pro exclamare? vt erumpere vocem dicitur qui exclamat.
¶ Erumpet in nerum isthæc fortitudo. Terent. Pharm. 2. 2. 11. O vir fortis atque amicus: verūm hoc sæpe Phormio
Vereor, ne isthæc fortitudo in nerum erumpat denique. Vbi Donatus, Ex consuetudine Romana dixit: quia sæpe in neruū coniiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An prouerbium à sagittariis natum est, quòd immoderatæ plerunque vires, adducendo arcu non telum inciterit, sed neruum rumpant? an ex eo, quòd sæpe fortius ferientes, neruum sibi aliquem lædant? Ergo fortitudine nimia sępe vinci, sæpe decipi contingit.
Eruptio, Verbale, (ἔκπτωσις, ἔκρηξις,) Exitus cum impetu. Plin. lib. 16. cap. 10. 7. Carbonem repentè expuunt cum eruptionis crepitu.
¶ Eruptiones dicuntur quādo vel exercitus è castris, vel presidia ex vrbibus in hostes impetū faciunt. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 81. Non solū ab eruptionibus caueant, sed etiā singulorū hostium occultos exitus asseruēt. Cic. ad Brutum. 2. 1. Et ad Atticum lib. 2. 39. 6.
Inopinatæ eruptiones. Quintil. lib. 6. cap. 4. 11.
Purgare velut eruptione. Quintil. lib. 4. ca. 5. 6. Quid, quod interim, quæ per se lenia sunt & infirma, turba valent? Ideoque congerenda sunt potius, & velut eruptione pugnandum.
Erunco, eruncas, (ἐκτρυπάω,) eruncare, verbum rusticum à runca instrumento rustico deductum: Hoc est, runca auellere, quòd proprie de herbis dicitur exherbare. Colum. libro. 2. cap. 11. 4. Omnes alterius generis herbas eruncato. Idem lib. 11. cap. 3. Altera vice dimidias areas eruncet.
Eruo, erui, erutum, pen. corr. (ἐξερύω, ἐξερέω,) erūere, Extrahere. Colum. lib. 7. cap. 5. 10. Subluuies & intertrigo pice per se liquida, vel alumine & sulphure atque aceto missis rite eruuntur.
Eruere & ostendere populis aliquid. Ouid. ad Pisonem. 48.
– Mecœnas alta tonantis
Eruit, & populis ostendit nomina Graiis.
Eruere atque proferre in lucem. Horat. 2. epist. 2. 23.
Obscurata diu populo, bonus eruet, atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,
Protrahere & eruere aliquid in luminis oras. Lucret. lib. 5. 279.
Sic vnum quidque paulatim protrahit ætas
In medium, ratioque in luminis eruit oras.
Eruere ex tenebris. Cic. 1. de L. Agra. 1.
Media turba aliquem eruere. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 5.
Prudenter aliquid eruere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 43. Hoc quoque tāquam occultum & à se prudenter erutum tradunt.
¶ Bipennibus arborem eruere. Virg. 2. Aeneid. 126. Id est deiicere, & est Acyrologia. Seruius.
Aurum terra eruere. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 11.
Censum conditum templo eruere. Lucan. lib. 3. 32.
– tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani census populi.
Ciuitatem eruere. Tacit. lib. 20. Auido milite eruendæ ciuitatis.
Eruere curam. Plaut. Casin. 11. 3. Curam erue, curam exime.
Antiquas domos animum cum stirpibus imis eruere. Id est arbores. Virgil. 2. Georgicorum. 41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Boreæ quercum flatibus eruunt. Virg. 4. Aeneid. 90.
Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant.
Genas vngue eruere. Propert. lib. 4. eleg. 5. 4.
Eruere herbas & limum. Plinius, lib. 11. cap. 37. 33. Herbas ruentibus, limumque lata.
Latus hasta eruere quà vir est equo commissus. Ouid. 12. Metam. 96.
Extentum corsu missa latus eruit hasta,
Quà vir equo commissus erat.
Lumina eruere. Senec. Thebaid. 1. 36. Et Quintil. lib. 6.
Eruere memoriam alicuius rei ex vetustate annalium. Cic. pro Mur. 14.
Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ.
Obrutum eruere. Cic. 4. de Finib. 17.
Eruere oculo. Plin. lib. 11. cap. 37. 25. Certe nulli sine redundatione eius eruitur oculus.
Eruitur oculos, Synecdoche. Ouid. 12. Metam. 54.
Figitur hinc duplici Grynæus in lumina ramo,
Eruiturque oculos.
Opes & regnum alicuius eruere. Virg. 1. Aeneid. 1.
Troianas vt opes & lamentabile regnum Eruerint Danai.
Segetem ab radicibus imis eruere. Virg. 1. Georg. 64.
Sos rostro semina eruit. Ouid. 15. Metam. 23.
Syluas manu eruere. Virg. 4. Georg. 66.
Vrbem aut aliquem virum eruere. Virg. 6. Aeneid. 168.
Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas
Ipsumque Aeacidem, genus armipotentis Achilli. De Cæsare.
Vrbem è sedibus eruere. Virg. 2. Aeneid. 122.
Fundamenta quatit, totamque à sedibus vrbem Eruit.
¶ Eruere, pro Perscrutari & inuestigando elicere. Stat. 3. Thebaid. 111.
Eruimus quæ prima dies, vbi terminus æui,
Quid bonus ille deûm genitor, quid fera Clotho
Cogitet. Irrisio est vatum.
Scrutari vetera, & ex his ea quæ scriptores Græcię prodiderunt eruere. Cic. 1. Tusc. 46.
Cura & cogitatione aliquid eruere. Cic. 2. de Orat. 93.
Argumenta eruere. Cicc. 2. de Orato. 80. Scrutari locos ex quibus argumenta eruamus.
Eruus, pen. prod Particip. (ἐρεύγεσθαι.) Cic. 1. de Diuinat. 102. Mortuum erutum esse canponem re patefacta pœnas dedisse.
Eruta genas vngue. Stat. 10. Thebaid. 162.
Aqua eruta remis canet. Ouid. epist. 5. 11.
Aurum erutum. Stat. 4. Sylu. 7. 3.
Cæpa eruta. Ouid. 3. Fast. 68.
Cædenda est hortis eruta cæpa meis.
Freta eruta. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9.
Non freta demissi verrebant eruta remi.
Oppida eruta conuulsis muris. Silius lib. 3. 43.
Radicibus eruta pinus. Virg. 5. Aeneid. 89.
Sacra eruta priscis annalibus. Ouid. 1. Fast. 2.
Tempora cum causis annalibus eruta priscis. Ouid. 4. Fast. 3.

Eruum, erui, (ἕρυβος,) genus leguminis: dictum ab eruendo: quòd manibus eruatur & vellatur. Plaut. Cass. 3. 37. Post autem nisi rari tu eruum comederis, &c. Dioscorides, lib. 2. cap. 119. Eruum paruus frutex, omnibus cognitus, angusto folio, tenuis, semina in valuulis habens: è quibus farina fit nomine eruina, ad multos medēdi vsus conueniens. Vbi Hermolaus. Eruum, herbumve, aliud cādidum, aliud ruffum. In siliquis grana sine sepio habet quæ se inuicem quasi tāgāt, vt in piso: siliquæ forma teres, & ad rationem grani cylindracea, vt ità piso. Patientissimum vetustatis est atque eicer. Genus est & eruilia leguminis, quam nonnulli falsò durellam vulgò dictam interpretantur: propterea quòd hodie quoque in Vmbria vocant eruiliam agricolæ, quod in Gallia & Venetia proninciadoram, durellamque: follio crasso, & oblongo leontopodii, sed matore, capitulis semen includentibus minutum, simile nasturtio, tantum exilius flore candido. Scopas ex ea rari faciunt. At eruilia, sylnestris herba est, amaritudinis eximiæ, colore & folio cicercułæ, quamquam minore. Plin. lib. 18. cap. 15. 2. Hoc leguminis genere plurimum abundant Delphinates. Eruum apud Tuscos vulgò appellatur Mocho.
Pingue eruum. Virg. 3. eclog. 20.
Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in eruo.
Tenue eruum. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 24.
– me sylua canusque
Tutus ab insidiis tenui solabitur eruo.

ERYCVS, pen. corr. Mons est Siciliæ Ciceroni. 4. Verr. 14. Itaque apponit qui petat Veneri Erycinæ illam hæreditatem, non enim Quæstor petit (vt est consuetudo) is qui Erycinum mōtem obtinebat, &c. In hoc monte celebre templum habuit Venus: vnde Erycina est appella

ta. Horat. 1. Car. ode. 2. 7. Siue tu mauis Erycina ridēs. Straboni lib. 6. scribitur Eryx mons. Vide ERYX.
Templa Erycina. Stat. 1. Sylu. 2. 32.
Non secus alma Venus, quàm si Paphon æquore ab alto
Idaliasque domos, Erycinaque templa subiret.

ERYMANTHVS, (ἐρυμανθος,) Est mōs syluosus Arcadiæ, vbi ingentem aprum Hercules cepit. Est etiam fluuius ab illo monte in Alpheū defluens. Plin. lib. 4. cap. 6. Erymanthi meminit Virg. lib. 6. Aen. 161.
Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, &c.
Monstrifer Erymanthos. Stat. 4. Thebaid. 60.
Densa iuga Erymanthi. Senec. Herc. furen. 4. 5.
Nigræ syluæ Erymanthi. Horat. 1. Carm. ode. 21. 2.
Cupressifer Erymanthus. Ouid. epist. 9. 18.
Vt Tegæus aper cupressifero Erymantho Incubat, &c.
Phocaicus Erymanthus. Ouid. 2. Metam. 49.

Erymanthæus, (ἐρυμανθεύς,) A dielectiuum. vt Mōstrum Erymanthæum. Valer. 1. Argon. 76.
Quique Erymanthæi sudantem pondere monstri
Amphitryoniadem, &c. De apro Erymanthæo loquitur.

Erymanthius, (ἐρυμάνθιος,) Aliud A dielectiuum. vt Aper Erymanthius. Cicero. 6. Verr. 86. Aiebant in labores Herculis non minus hunc humanissimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthium referri oportere. Idem. 4. Tusc. 17. Iratúmne censes conflixisse cum Erymāthio apro, aut leone Nemæo?
Pestis Erymanthia. Id est aper, quem in Erymantho Hercules interfecit. Silius, libro. 3. 8.

Erymāthis, idos, (ἐρυμανθίς,) Patronymicū, Arcadia. Ouid. 2. Meta. 100.
Nexilibusque plagis syluas Erymanthidos ambit.
Erymanthis vrsa dicta est Calisto Lycaonis vxor, quæ versa est in vrsam, vt docet Ouid. lib. 2. Metam. Stat. 9. Thebaid. 119.
– vt fortè iugis longo defessa redibat
Venatu modò rapta ferox Erymanthidos vrsę Ora ferens.
Erymanthidos. Id est Arcadicæ.
Custos Erymanthidos vrsę, Arctophylax. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 21.
Tingitur oceano custos Erymanthidos Vrsæ,
Aequoreasque suo fyslere turbat aquas.
Stellæ Erymanthidos Vrsæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 1.
Quem nunc suppositum stellis Erymanthidos Vrsæ
Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.

Erynge sue eryngion, (ἠρύγγιον,) herba aculeatæ mordacitatis, spinosa velut cardnus, latina in cibis probatur, radice rātum, quę melle, cinnamomo & gariophyllo condita, gustur non iniucunda est. Hæc ex Plin. lib. 22. ca. 7. 1. Et lib. 22. cap. 15. 6. & ca. 16. 1. Colu. lib. 6. cap. 5. 2. Vulgus Hispanorū, inquit Dioscorides, vocat hoc cardui genus centū capita à multitudine capitū in quibus semē reconditurs pharmacopolæ autem vocant irringotum corrupte.

Erysipelae, pen. corr. (ἐρυσιπέλας,) erysipelarum, quis sit morbus, declarat Celsus, lib. 5 cap. 26. de vlceribus quæ extrinsecus per vulnera incidunt, Omnis cancer non solū id corrumpit quod occupauit, sed etiam serpit: deinde alius, aliisqui signis decernitur. Nam modo super inflammationem rubor vlcus ambit, isque est dolore procedit, ἐρυσίπελας Græci nominant. Apud eundem Celsum paulo pòst titulus sic habet, Curatio erysipelatum. Vbi forte pro erysipelarum, legendū est erysipelatū. Video. n. ab aliis passim erysipelata genere neutro vocari sacros ignes, vtiqs à nominatiuo Erysipelas, huius erysipelatis. Non ignoro tū quin & Celsus & Galenus diuersum faciant sacrum ignem ab erysipelate: quanuis Plinius erysipelas interpretetur sacrum ignem. Sed nobis de voce tantum est disceptatio.

Erythace, erythaces, (ἐρυθάκη,) quid sit, declarat his verbis Varro. 3. 1. de Re rust. cap. 16. 18. Erythacen vocant, quo fauos extremos inter se conglutinant, quod est aliud melle propoli, itaque in hoc vim esse illiciendi. Quo circa examen vbi volunt consuere, eam ramum, aliámve quam rem oblinunt hoc admisto apiastro. Sic habent emendatiora exemplaria.

ERYTHIA, (ἐρυθεία,) Plin. lib. 4. ca. 22. insula in mari Gaditano, quā sic cognominatam dicit, quoniam Tyrii ab origine eorū orti ab Erythreo mari ferebantur. Tum subdit, In hac Geryones habitasse à quibusdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerint. Sūt qui aliam esse & eam & contra Lusitaniam arbitrantur, eodemque nomine quondam ibi appellatam. Hæc Plin. Vide Melam, lib. 3.
Vbi scribitur in omnibus ferè codicibus apud Ouid. Erythræides boues, ibidem legendum videtur, Erytheides ab Erythia, siue Erythea hac Gaditana insula patria Geryonis, cuius meminit Steph. & Srab. lib. 3.

ERYTHRAEA, (ἐρυθραία,) Sibylla est. de qua Seruius in illud Virgilii. 6. Aeneid. 8. Deiphobe Glauci. Ducitur tamen Varro (inquit) vt Erythræam credat scripsisse libros Sibyllinos, in quibus fata Romana scripta erant: quia post incensum Apollinis templum, in quo fuerant apud Erythram insulam, inuenta sunt carmina. Idem de eadem paulò post

post, 1c. explicans TVAS SORTES, Sibyllina responsa: quæ (vt supra diximus, inquit) incertum est cuius Sibyllæ fuerint: quanquam Gumanæ Virgilius dicat, Varro Erythrææ.

ERYTHRAEA, (ἐρυθραία,) Regio ex qua Hercules armenta boū abduxit in Italiam. Propert. lib. 4. eleg. 10. 1. de Hercule & morte Caci,
Amphitryoniades qua tempestate iuuencos
Egerat à flabolis ō Erythræa tuis, &c. Opinor legendum esse Erytheia pro Erythia.

Erythræis, Erythræidos, (ἐρυθραῖος,) (vt omnes ferè codices habent) Patronymicum, vt Erythræis præda. Oui. 5. Fast. 130. Victor abit, secūm que boues Erythræida prædam Abstrahit.

Erythræides boues. Ouid. 1. Fast. 109.
Ecce boues illuc Erythræidas applicat Heros
Emensus longi cluuiger orbis iter. Lego potius Erytheidas.

ERYTHRAEVM mare, (ἐρυθρὰ θάλασσα,) quod Rubrum dixere nostri, Graeci Erythræum à rege Erythra, aut (vt alii) solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alii ab harena terraque tali talt aquæ ipsius natura. Plin. lib. 6. cap. 23.

Gemmæ Erythrææ. Claud. Paneg. 7. 121.
Lapilli Erythræi, Vniones. Stat. 4. Sylu. 6. 4. Nox & Erythræis Tethydis iuganda lapillis, Et memoranda diu. Prouerbialiter dictum.
Littus Erythræum. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 4.
Quidve in Erythræo legitur quæ littore concha,
Tinctaque Sydonio murice lana nitat?
Smaragdi Erythræi. Claud. 4. Paneg. 113.

Eryx, huius erycis, penult. corre. (ἔρυξ.) Brutæ & Veneris filius: secundum alios, Neptuni & Veneris. Hæc Seruius in illud Virgilii, 5. Aeneid. 5.
– nec littora longe
Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos. Idem in illud 1. Aene. 115.
Siue Erycis fines, regemque optabis Acestem. Eryx (inquit,) Veneris & Brutæ filius fuit, qui occisus ab Hercule, monti ex sepultura sua nomen impossuit. In quo matri fecerat templum quod Aeneæ ascribit poeta, dicens, Tum vicina astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri. In hoc autem monte dicitur Anchises sepultus: licet secundum Catonem in Italiam venerit.
Cæstibus fractus suis Eryx. Seneca in Herc. furente, 6. 30.
Ipsius opus est cæstibus fractus suis
Eryx, & Erycí inuictus Anteus Libys. Ipsius opus, subaudi Herculis. Nam Eryx in Sicilia regnans, vir corporis præstans viribus, legem hospitibus dederat, vt cum ipso cæstibus certaret: quicunque tandem ab Hercule remanente ex Hispania victus occubuit, & in summo montis propinqui Drepano sepulturæ datus, monti nomen dedit.
Terga Erycis, Cæstus. Virgil. 5. Aeneid. 83.
Aequemus pugnas, Erycis tibi terga remitto.
Solite meus, & tu Troianos exue cæstus.
Acer Eryx. Virgil. 5. Aeneid. 80.
– quibus acer Eryx in prælia fuerus
Ferre minum, duroque intendere brachia tergo. De cæstibus loquitur.
Altus Eryx. Ouid. 2. de Arte amandi.
Sed dea non patitur sic ad sua gaudia cogi
Collesib vmbroso quæ tener altus Eryx.
Zephyro semper apertus Eryx. Ouid. 4. Fast. 96.
Aeneæ germanus Eryx. Virgil. 5. Aeneid. 82.
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat. Verba Anchisæ ad Aeneam de cæstibus loquentis.
Erycinus, pen. prod. A dielectiuum. vt Concha Erycina. Propert. lib. 3. eleg. 13. 2. Et venit è rubro concha Erycina salo.
Littus Erycinum. Virgil. 10. Aeneid. 7.
Vertex Erycinus. Virgil. 5. Aeneid. 151.
Tunc Victa astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri. & Hor. ode 2. 6. siue tu mauis Erycina ridens.

Esca huius escæ, (ἔδητυς, ἔδισμα, βρῶμα,) ab edendo dicta, Significat cibum hominum, ac cæterorum animalium. Plaut. Mostella. 3. 2.
Melius hoc anno non mihi fuit domi,
Nec qui esca vna sibi me demeruerit magis.
Veon nam prandium mihi perbonum dedit. Idem Pseudolo, 13. 41. Meas qui esca uerit escas, quas ego condiero.
Contemptissimæ escæ, Vide CONTEMNO.
Dulces escæ. Virgil. 4. Ouid. 2. Amorum, eleg. 19. 6.
Pinguis amor, nimiumque potens in tædia nobis
Vertitur, & stomacho dulcis vt esca, nocet.
Simplex esca. Horat. 2. Serm. saty. 2. 15.
– manor illius escæ
Quæ simplex olim tibi sederit.
Temperatæ escæ, mod icæque potiones. Cic. 1. de Diuina. 188. Qui quia vsus ab omni æternitate, verfatusque est cū innumerabilibus animis,

omnia quæ in natura rerum sunt, videt, si modò tēperatis escis modicisq; potionib⁹ ita est affectus, vt sopito corpore ipse vigilet. De eo.
Hoc est esca mihi. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 7.
Nux erat esca, tibi castaneque papauera somni.
Confiecere escas. Vide CONFICIO.
Vesci escis. Cic. 2. de Nat. Deo. 183. A quibus bestiis erat is cibus vt aliūs generis escis vescerentur.
Escis & potionibus non vescuntur dii. Cic. 1. de Nat. Deor. 84.
¶ Esca, pastus & cibus animantium Cic. 2. de Natu. Deor. 138. Sus verò quid habet præter escam?
¶ Ignis esca. Liu. 5. bel. Pun. 18. Pars semisopitos hostes cædit, pars ignis escas stramento arido tectis iniiciunt.
¶ Esca, Quæ dātur auibus, piscibusve ad decipiendū. Cic. de Senect. 40.
Diuinè enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quòd ea vi delicet homines capiantur, vt hamo pisces.

Escālia, & hoc escāle, pen. prod. Paulus in Leg. Cum quidam. ff. Supell. leg.
Escale autem vel potorium argentum non deberi.

Escarius, A dielectiuum, (ἐδέσματικός,) Quod ad escam pertinet, vt Escaria vasa. Plinius, libro. 36. ca. 26. 8. Fit & tincturæ genere obsidianum, ad escaria vasa & totum rubens vitrum, atque non translucens, hæmantinon appellatum.

Vincula escaria. Plaut. Menæch. 3. 18.
Numquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerits
Facile asseruabis, dum illo vinclo vincies.
Ita istiusce nimis lenta vincla sunt escaria.

Escariæ mensæ, quadratæ vocantur, vel in quibus homines epulantur. Festus Pomp.

Esculentus, A dielectiuum, (ἐδώδιμος, ἐδώδιμος,) Quod ad edendum pertinet, vel quod edi potest. Cato, vel de liberis educandis, Fortunasse illos non natura præstare, siquid his datum sit esculētum. Cic. 2. de Nat. Deor. 186. Atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta.

Esculenta animalia, Quibus vescimur. Plin. lib. 8. cap. 55. 3. Benigna circa hoc natura, innocua & esculenta animalia fœcunda generauit.

Esculenta frusta. Cic. 1. Philipp. 74. Is vomens frustis esculentis vinum re dolentibus gremium sum & totum tribunal impleuit.

Esculenta merx. Colu. lib. 11. ca. 3. 40. Ar si esculētæ merci præparabis, recto cacumine de collo cucurbitæ sumptū semen serendum erit.

Esculento ore homo, cuius os plenum est esca. Plin. lib. 8. ca. 25. 2. de crocodilo, Hunc saturum cibo piscium & semper esculento ore, in, &c.

Esculentum, absolute: pro esca ipsa. Cic. 2. de Nat. Deor. 212. Iam gustatus qui sentire eorum, quibus vescimur genera deberer, habitat in ea parte oris qua esculentis & potulentis iter natura patefecit.

Nihil esculenti. Plin. lib. 10. cap. 10. de miluis, Notandum in his, rapacissimam & famelicam semper alitem nihil esculenti rapere vnquam ex suorum ferculis.

Esco, escas, escāre. Solinus, cap. 53. ad finem, Noceri eis, omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia vel maximè, vbi serpentum immanis copia est, quos dum escandi gratia infectantur, regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt. De iconiis.

Esculus, Vide AESCVLVS.

Esito, Vide EDO, ES.

ESIS, Italiæ fluuius non procul à Rauenna. de quo Plin. lib. 3. cap. 13. In ora (inquit) flumen Esis, Senogallia, Metaurus fluuius, &c.

Esquiliae, Vide EXQVILIAE.

Esse, Infinitiuus à sum, es, est. Vide SVM.

Essedum, essedi, pen. corr. n. g. (ἔσσεδον,) Vehiculi genus, Gallorum Britānorumque, apud Belgas primo repertum. Et proprie essedam in equo. Cic. Attico, li. 6. 1. 12. 5. Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis iunctis, & lectica, & familia magna. Idem in Antonium. Philip. 2. 71. Vehebatur in essedo Trib. plebis: lictores laureati antecedebant: inter quos aperta lectica mima portabatur: sequebatur rheda cū lenonibus, comites nequissimi. Suet. in Claud. Solitus in gestatorio ludere, ita essedo, alueoque adaptatis ne lusus confunderetur. Cæsar. 4. bel. Gall. 581. Virg. 3. Georg. 4.
Belgica vel molli melius feret essēda collo. De equo.

Britanna essēda. Propert. lib. 2. eleg. 1. 16.
Essēda cælatis sistę Britanna iugis.

Multisonora essēda. Claud. de mulabus gallicis. 10. 4.
Essēda concordes multisonora trahunt.

Essēda festinant. Horat. 2. epist. 1. 39.
Trahit equus essēda. Silius lib. 3. 60.
¶ Essēda, etiam genere fœminino legitur apud Senecam epist. 57. In iis, quę me sine auocatione circumstrepunt, essēdas transcurrentes pono.

Essēdarius, essēdarii (ἐσσεδάριος,) Qui essēda regit. Cic. Trebatio, lib. 7. 6. 4. Tu qui cæteris cauere didicisti in Britannia, ne ab essēdariis ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

plaris, caueto. Cæsar. 5. bel. Gall. 58. Equites hostium, essedarijs acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt.

Essentia, (οὐσία,) Quintil. lib. 8. cap. 3. Quorum dura quædã ad-modum videntur, vt ens & essentia, quæ cur tantopere aspernemur non videomisi quòd iniqui iudices aduersus nos sumus: ideoque pauperrate sermonis laboramus. * Idem lib. 2. Et hæc interpretatio non minus dura est, quam illa plauti essentia atque entia.

Esto, Vide SVM.

Estrix, Vide EDO, es.

Esurio, Esuritio, Esuritor, Vide EDO, es.

E T

Et (καὶ,) Coniunctio copulatiua, atque ideo à Græcis enclitica appellata: coniungit enim duos casus inter se similes: vt Cicero eloquẽs fuit, & philosophus. Cic. pro Cluent. 69. Quod tum explosum, & eiectum est, nunc retulisse demiror.

Et, duo substantiua ad eandem pertinentia diuidens, vt molem & mõtes, pro molem montis. Virg. 1. Aeneid. 13. –molemque & montes insuper altos Imposuit. Est (inquit Seruius) figura Hendiadio, vt vna res in duas diuidatur metri causa interposita coniunctione, vt alibi –pateris libamus & auro. id est Pateris aureis. Sic ibidem. 23. In vada & Syrtes, pro, In vada Syrtium.

Et duplicatur interdum, ac completiua est in diuersis rebus: vt Te admirantur & ciues & hospites. Virg. 1. Aeneid. 2. –multum ille & terris iactatus, & alto. Terent. Eunuc. 1. 1. 27.
–ô indignum facinus, nunc ego &
Illam scelestam esse, & me miserum sentio:
Et tædet, & amore ardeo: & prudens, sciens,
Viuus, vidensque pereo, nec quid agam scio. Cic. pro Qu, 2. Homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multum & sæpe versatus.

Et copiosè & grauiter. Cic. pro Cælio. 21. Res tamen ipsa & copiosè & grauiter accusari potest.

Et multiplicatum. Horat. 1. epist. 7. 12.
Et, properare loco, & cessare, & quærere, & vti
Gaudentem parumque sodalibus, & lare certo Et ludis, &c. Cicero. 1. Offic. 154. Quòd in Carulo & in patre & in filio, itemque & in Qu, Mutio Mancino vidimus.

Que & Et iunguntur. Cic. 5. Tuscul. 109. Academici balbutire desinant, aperteque & clara voce audeant dicere, &c.

Et cursalis, pro Etiam: vt Virg. 2. Aeneid. 57.
–quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlysses.
Quintil. in Glad. Tamen siquid aduersus te ipse commisit adolescens fit hostis & meos. Virgilius, Natus & ipse dea. Sic Plautus Trinum. 1. 33. Ex Valla, lib. 1.

Et, interrogatiua, seu expletiua. Virg. 1. eclog. 6.
Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?

Et indignatiua, vt apud Græcos κἄτα. Virg. 1. Aeneid. 11.
–& quisquam numen Iunonis adoret
Præterea? aut supplex aris imponat honorem? Id est, An iustum videretur, & cætera.

Et, confirmatiua. Virg. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? Cic. Attico, lib. 10. 202. 4. Vide quàm turpi leto pereamus: & dubita si potes quin ille, seu victus, seu victor redierit, cedem factus is sit?

Et, desiit etiã affectui, & quasi interrogãti vim habet. Cic. pro Milon. Et sunt qui de via Appia loquãtur, taceãt de curia? Et in Philip. Et ad eum legatos de pace mittemus, qui pacis nuntios repudiauit? Idem, Et postea miramur quare ferat molestè Pop. Romanus. Valla lib. 2.

Et, pro, Id est. Plautus. Annos natus sexaginta, & senex.

Et, pro Nam, vel quia. Virg. Audieras, & fama fuit. Quintil. lib. 1. cap. 1. Has primum audiet puerilium verba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus. Terentius Eunucho. 2. 2. 60.
Sed video herilem filium minorem huc aduenire:
Miror quid ex Pœræo abierit: nam ibi custos publicè est nunc.
Non temere est, & properans venit. Ex Valla lib. 2.

Et, plerunque sententiarum initiis competit. Quintil. Et finitæ quidem sunt partes duę: quas hæc professio pollicetur. Ex Valla lib. 2. Terent. Phorm. 1. 3. 19. Et si tibi res sit cum eo lenone, quo cum mihi est, tum sentias. Vbi Donatus, ET modò non connexius, sed inceptiua conjunctio est.

Et, pro Deinde, ordinandi aduerbio. Virgil. –corpusque lauant frigẽtia, & vngunt. Id est deinde vngunt.

Et, pro Quamuis. Cic. Defendi legem Voconiam magna voce, bonisque lateribus, & videtis annos meos. Id est, quamuis sim ita senex. Valla libro. 2. Et videtis annos meos, Ac si dixisset, Defendi legem Voconiã iuuenili voce, atque lateribus, & videtis annos meos, & tam ita senex.

Locus Ciceronis qui à Valla citatur, est in libello de Senectute. 14. quo loco, hæc verba, Et videtis annos meos non leguntur in emendatioribus codicibus.

Et, subauditum ante si, Terent. Eunuc. 5. 2. 16.
Missa hæc faciamus: non te dignum Chærea
Fecisti. nam si ego digna hac commelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Id est, etsi ego digna.

Et id scio, Quasi dicat, inquit Donatus, nihil est. Terent. And. 2. 2. 11.
Dauę perii. D. quin tu hoc audi. C. interii. D. quid timeas scio.
P. Mea quidem hercle certè in dubio est vita. D. & tu quid, scio.
P. Nuptiæ mihi. D. & id scio. P. hodie. D. obtundis.

Et ni, pro Si non. Terent. Adelph. 3. 4. 8. Et ni facient quæ illos æquũ est, haud sic auferent. Ita legit Donatus: Vbi in õmnibus ferè exemplaribus legitur solum ni, siue &

Et, pro Sed etiam. Terent. Adelph. 5. 5. 5. –quid agitur?
Seruum aut illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. Donatus, ET adiectum est, vt ostendat hanc esse sententiam, Non solùm te laudo, sed etiam iuuo: illud dicendo, hoc faciendo.

Et, pro Similiter. Horat. 2. Carm. ode. 13. 1.
Ille & nefasto te posuit die
Quicunque primum, & sacrilega manu, &c.
Illum & parentis creditum sui Fregisse cœruicem, &c.

Et, redundans. Virg. 1. Aeneid. Multa quoque & bello passus.

Et ille, pro tunc. Varro. 1. de Re rust. cap. 49. Dic, inquit Agrius de fructibus maturis capiendis. Et ille, primùm de pratis summissis, &c.

Et certe. Terent. Eunuc. 5. 6. 4. Sed ẽstne ille noster Parmeno? & certe ipsus est. Idem And. 5. 4. 3. Andrium ego Critonem video? & certe is est. Idem Adelph. 1. 1. 53. Sed ẽstne hic ipsus de quo agebam? & certe is est. Cic. pro Marcel. 3. Et certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus, multum iuuant.

Et profecto, aut hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ Reipub. Cic. 1. Verr. 38.

Et ecce. Virg. 5. Aeneid.
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum
Respicit instantem tergo.

Et hercle. Cic. de Amic. 35. Videtis quàm nefaria vox: & hercle ita fecit vel plus etiam quàm dixit.

Et non, pro Ne quidem. Cic. in Topic. 17. Non & legatum argentum est, & non est legata numerata pecunia.

Et etiam, Io his duobus videtur compositionis quædam inconcinnitas: ideoque aliquid solet interponi. Cic. Pæto, lib. 9. 23. 2. Sed tamen constituit ad te venire: vt & te viserem, & cœnarem etiam.

Et, & etiam. Cic. Pæto, lib. 9. 25. 6. Authoritate tua nobis opus est & consilio, & etiam gratia.

Et item. Lucret. lib. 2. 117. Et superantur item.

Et iam. Virg. 1. Aeneid. 46. Et iam finis erat quum, &c. Idem. 1. Aeneid. 51. & 151. & 4. Aeneid. 117.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Quippe etenim. Lucret lib. 2. 111.
Quippe etenim sumant oculi finita per omne
Corpora iactari vnius genitalia rei. Idem lib. 1. 21.

Et quidem Cic. de Amic. 67. Rarum genus, & quidem omnia præclara rara. Idem. 1. Acad. 25. Et eam quidem plenam ac refertam.

Et id quidem, in principio periodi. Cic. 1. Offic. 5. Et id quidem nemini Græcorum video adhuc contigisse.

Et, sequente parenthesi cum vt. Cic. de Amicit. 65. Tales igitur amicitiæ sunt remittione vsus leuandæ: & (vt Catonem dicere audiui) diuidiæ magis, quàm discindendæ sunt.

Et quod. Terent. Eunuch. 1. 1. 19. –nihilo plus agas,
Quàm si des operam vt cum ratione insanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Egone illam? quæ illum? quæ me? sine modo, Morime malim.

Et quod dicendum nunc fiet. Id est, Et vt verum dicam: vel Quum iam dicendum sit id quod res est. Terent. And. 2. 6. 23.
Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium,
Potissimum nunc? & quod dicendum nunc fiet,
Tu quoque perparcè nimium. non laudo.

Et sæpe alias & maximè. Cic. 1. de Orat. 20. Quorum pater homo prudens, & grauis, haud quaquam eloquens, & sæpe alias & maximè Censor saluti Reipublicę fuit.

Et tamen. Lucret. lib. 2. 67.
Transmittunt valido quatientes impete campos,
Et tamen est quidam locus altis montibus, &c.

Et verò. Cic. Attico, lib. 16. Qua quidem voluntate esse erga Atticum, sepe præsens & illi ostendisti, & verò etiam mihi.

Etenim, penult. correp. (καὶ γάρ,) pro quia vel certè. Plautus Amphitr. 3. 26.

Verum profecto hoc petere me precario
A vobis iussit leniter dictis bonis.
Etenim ille, cuius hæc iussa venio, Iuppiter,
Non minus, quàm vestrum quiuis formidat malum. Plinius,
Etenim multa de hac magi tradiderunt, quæ non sunt à nobis commemoranda. Terent. And. 2. 6. 9.
Nihil hercle aut si adeò, bidui aut tridui est
Hæc solicitudo, nostin'? deinde desinet.
Etenim eam secũ rem recta reputabit via, Cic. 6. Verr. 13. Etenim est primus ciuitatis. Et 7. Verr. 143. Etenim tacite magis, &c. Et 4. Aca. 124.
Etenim, Similiter etiam. Terent. Eunuch. 5. 9. 44.
Gogita modo, tu hercle cum illa Phædria
Et libenter viuis, etenim bene libenter victitas. Lucret. lib. 2. 106. Horat. 1. Serm. saty. 7. 2. Ibidem, lib. 2. saty. 5. 13. Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.
Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudentes intelligit. Cice. de Clar. Orat. 12.
Etenim, mulieres! id est quod vulgò dicitur, de mulieribus quid? Plaut. Mostel. 10. 21.
Inspicere adeis te has velle aiebat mihi.
T. Nisi tibi incommodum est. S. imò est commodum. intrò, atque inspice.
T. R. Etenim mulieres! s. caue tu vllam floccifaxis mulierum.
Etenim pro at. Terent. Phorm. 5. 8. 30.
Assequere hæc retine, dum ego huc seruos cuoco.
C. Etenim ne quæso solus, accurre huc.
Etenim pro nunc. Cicero 5. Verr. 41. Etenim quoniam summam & numerum iniuriarum iudices, vobis non possum exponere, sigillatim autem de vnius cuiusque incommodo dicere infinitum est genera ipsa iniuriarum quæso cognoscite. Id est Nunc quoniam.
Etenimuero, pen. prod. Plaut. Amphit. 4. 112.
Etenimuero quoniam formam cepi huius in me & statum,
Decet & facta, moresque huius habere me similes item.
Etenim quoniam, pro Nanque quoniam. Cic. 1. de Finib. 46.
Etenim quoniam detractis de homine sensibus reliqui nihil est, necesse est quid aut a natura, aut contra sit, à natura ipsa iudicari.
Etenim si. Cic. 4. Verr. 100. Etenim si C. Verres, &c. Ibidem, 55. Etenim si illud est tam flagitiosum, &c.
Etenim deinceps videamus, Herbitensis ciuitas honesta, &c. Cicero. 5. Verr. 63.

ETESIÆ, (ἐτησίαι,) Venti qui certo anni tempore flant, quos Strabo lib. 3. subsolanos vocat, hoc est Euros. Hi quotannis in vigore æstatis perflant XL. diebus post Caniculæ exortum. Dicti Etesiæ, id est annui ἔτος enim annus. ἐτήσιος, annuus quòd ex omnibus ventis hi magnitudine flati sint, & singulis annis eodem tempore redeant. Cic. ad Atticum, lib. 6. 118. 2. Inde quam primum Athenas, etsi Etesiæ valde reflat. Plin. lib. 37. cap. 5. 4. Cic. 2. de Nat. deor. 198. Et Marcello, lib. 15. 11. 1. Et rursus Plinius lib. 5. cap. 9. 11. Dicit Eteariarum. Cicc. Bruto. 15. 7. Itaque in medio Achaico cursu quum Vastissimum diebus Auster, me in Italiam, quasi dissuasor mei consilii retulisset, &c.
Veliferæ Etesiæ. Sene. in Thyeste, 2. 2. Aestas veliferis soluit Etesiis, Subsidi nines.
Moriantur Etesiæ aliquem. Cic. Cælio, lib. 7. 14. 10. Ego nisi quid me Etesiis morbus tenuerit, celeriter (vt spero) vos videbo.
Etesius, Adiectiuum, (ἐτήσιος,) vt Flabra Etesia. Lucret. lib. 6. 147.
Tempore eo, quo Etesia flabra Aquilonum
Nubila conficiunt in eas tunc omnia partes. De Etesiis ventis, vide eundem paulo antè, lib. 6. 144.

ETHEMON, pen. cor. Nomen viri proprium, de quo Virgilius lib. 10. Aeneid. 56. meminit, quum ait, Et clarus Ethemõ Lycia comitatur ab alta. Nisi forè legendum quis putet apud Virgilium Clarus & Ethemon. Quisitus tamen primâ corripuit, secunda producta, 5. Meta.
–insidebat parte sinistra
Chaonius Molpheus, dextra Nabathæus Ethemon.

ETHEOCLES, pen. corr. (ἐτεοκλῆς,) filius Oedipi regis Thebarũ, qui cum Polynice fratre suo ita conuenerat, vt alternis annis regnarent. Sed Etheocles anno finito, fratri regno cedere noluit. Quare Polynices Adrastum regem Argiuum socerum suum, & alios principes Achaiæ armauit contra Etheoclẽ. In quo bello quum multi vtrinque occisi essent, tandem fratres ipsi mutuis se vulneribus confecerunt. Quorũ cadauera quum rogo essent imposita, flammæ diuisę sunt, tanquam illorum nondũ cessarent odia. Statius in Thebaide. Sed rectius sine aspiratione scribitur Eteocles. Id quod apertè docet ipsa cõpositionis ratio. Nomen enim habet à vera gloria. ἔτος, verus dicitur.
Etheoclis nefas. Stat. 3. Thebaid. 42.
–nullumque nefas
Etheoclis acerbat, Crudelem, infandumq; vocans, pœnasq; daturum.
Sæuus Etheocles. Stat. 12. Thebaid. 12. Accipit & sæui manes Etheoclis

Iniquos. Haud quaquam regalis honos.

Ethice, pen. corr. (ἠθικὸς,) Pars philosophiæ ad mores pertinens, vel de moribus, vel moralis. Cice. de Fato, 1.
Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ DE MORIBVS, appellare solemus, sed decet augentẽ linguam Latinam nominare moralem.

Ethicus, pen. corr. Adiect. (ἠθικὸς,) qui circa naturalia, siue moralia versatur. Cic. in Orat. 70. Duo sunt etiam quę bene tractata ab Oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est, quod Græci ἠθικὸν, vocant ad naturam, & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.

Ethnicus, pen. cor. (ἐθνικὸς,) Latinè dicitur gentilis.

Ethologus, pen. corr. (ἠθολόγος,) Morũ effictor. Cic. 2. de Orat. 134. Minorum est enim ethologorũ, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas, &c. Quibus verbis Cicero nimiã in Oratore imitationem reprehendit quali mimicam, non oratoriam. Budæus.

Ethologia. Quintil. lib. 1. cap. 9. 3. Ethologia personis continetur. Est autem morum, ac effectuum cuiusque personæ effictio.

Ethopoeia, (ἠθοποιία,) inquit Budæus, iidem sunt, vt opinor, atq; ethologia: id est historiones qui mores imitantur eius personæ quam fusitant, authore Suida. Vnde Ethopœia Quint. li. 9. id est morum alienorum imitatio. cuius exempla licet apud eũdem videre. Meminit. & Priscianus in præexercitamentis.

Ethruscus, Adiectiuum. vt fontes Ethrusci. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 1.
Hos tenet Ethruscis manat quæ fontibus vnda.
Vnda sub æstiuum non adeunda canem.

Etiam, coniunctio, (ἔτι,) pro quoque. Cic. de Claris Orat. Voce, motu, forma etiam magnifica.

Quoque etiam. Terent. Hecyra, 5. 1. 7. Ego pol quoque etiã timida sum, quum venit mihi in mentem quæ sim.

Strultus atque etiam insanus. Horat. 2. Serm. saty. 3. 61.

Etiam, Adhuc. Terent. And. 1. 1. 89.
Egomet quoque eius causa in fundum prodeo,
Nihil suspicans etiam mali. Ibidem, 3. 2. 23. Non satis me pernosti etiã qualis sim Simo. Ibidem, 5. 4. 38. At mihi vnus scrupulus etiam restat qui me malè habet. Donatus.

Adhuc etiam. Cic. 5. Verr. 168. Improbum facinus Iudices, nõ ferendum, nemini lege concessum, sed fortasse adhuc in nullo etiã vindicatum.

Aut etiam. Cic. 1. de Orat. 85. Quinqueremes autem, aut etiam maiores gubernare didicisse.

Post etiam. Cic. 1. de Orat. 84. Cæteros verò non dubitabo primum inertiæ condemnare sententia mea, pòst etiam impudentiæ.

Iam nunc, mox etiam. Horat. 1. epist. 1. 26,
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem,
Mox etiam pectus præceptis format amicis.

Primum, mox etiam. Horat. 2. epist. 19, –aspice primum, &c.
Mox etiam, si forte vacas, sequere, &c.

Etiam minus. Horat. 1. epist. 19. 23, Sit mihi quod nunc est etiam minus, vt mihi viuam –Quod superest æui.

Etiam, non solùm. Liu. 3. ab Vrbe, Interim Hernici, Latinique pudore etiã, non misericordia solùm mori, si nec obstitissent cõmunibus hostibus, &c. coniuncto exercitu Romam pergunt.

Si vlla ratione etiam nunc efficere potes. Cice. Attico, lib. 8. 164. 2. Da operam si vlla ratione etiam nũc efficere potes, vt te explices, huc quã primum venias.

Etiam, hortantis. Terentius And. 5. 2. 8, Etiam tu hoc respondes? quid istic tibi negotii est? Vbi Donatus, Etiam aut hortatio est, aut coniunctio. Seruius Sulpitius, Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam aduoca.

Etiam, responsio pro ita. Plin. lib. 4. epistol. ad Taritum, Studes ioquam? Respondit etiam. Vbi? Mediolani. Valla lib. 2.

Etiam præterea. Terent. And. 2. 2. 31. Etiam puerum inde abiens conueni Clurmis. Ibidem, 4. 1. 31,
Imò etiam, quo tu minus scis ærumnas meas,
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi Donatus.

Etiam pro &. Horatius 1. epistol. 17. 3, Hæ latebræ dulces, etiam (si credis) amœnæ.

Etiam, pro quin potius. Plin. in Paneg. 129. nullius ab eo magistratus ius, nullius authoritas imminuta est, aucta etiam.

Etiam, pro contrà. Cic. in Oratore, 139, Vt ea quæ vtantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerũque prudentes. Idẽ 3. Tuscul. 1, Nec tam multis grata & probata, pluribus etiam suspecta & inuisa.

Etiam, Aduerbium affirmantis: (ναί,) cui NON opponitur. Cic. pro Roscio Comœdo. 5. Si non, quomodo tabulas conficis? si etiam, quamobrem quum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius (quod erat in primis magnum) in aduersariis relinquebas? Idem 4. Acad. quæst. 173, Quasi aut etiam, aut non, non modò verum esse, sed etiam necessarium. Ibidem 186.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Etiam mehercule, pro Deinde. Cic. Seruio, li. 4.4.7, Vno te vicimus, q; de Marcelli Collegæ tui salute paulo antè quàm tu cognouimus, etiã me hercule, quòd quemadmodum ea res ageretur, vidimus,

Iam verò etiam. Cic. de Clar. Orat. 142, Probabilis orator, Iam verò etiã probatus, &c.

Et verò etiam Cice. Planco in epistolis ad Atticum, lib. 16.342.4, Et illi ostendisti, & vero etiam mihi. Idem pro Murena, 43, Qui & per se, & per suos, & vero etiam per alienos defendatur.

Etiam rides? Teren. Eun. 5.7.16, Hem quid dixi pessuma? an mentita es? etiam rides? Idem And. Etiam sententias loqueris carnufex!

Etiam clamat carnufex? Plaut. Amphit. 4.222.

Etiam negas? Plaut. Merc. 16.13,
-ita verò me amabit Iuppiter
Vxor vt ego illud nunquam dixi. C. etiam negas?

Etiam denuo? Plaut. Amphit. 4.240,
Amphitruonis ego sum seruus Sosia. M. etiam denuo?
S. Pacem feci, fœdus feci, vera dico. M. vapula.

Etiam repetit dictionem. Lucret. lib. 2.1,
-cernere suau' est,
Suaue etiam belli certamina magna tueri,
Per campos instructa tui sine parte periculi. Horat. 1. epist. 1.10.
-caudæque pilos vt equinæ
Paulatim vello, & demo vnum, demo etiam vnum.

¶ Etiam, geminatum. Virg. 2. Eclog. 2,
Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant,
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos. Idem 6. Aeneid. 97,
-Cererique sacrum Polybetem,
Idæumque etiam currus, etiam arma tenentem.

¶ Etiam atq; etiam, Valde, summopere. Plau. Aulul. 18.7, -vide Fides etiam atq; etiam nunc saluam vt aulam abs te auferam. Teren. Eun. 1.1.11, proin tu, dũ tẽpus, etiam atq; etiã cogita. Cice. 2. de Finib. 64, De quibus etiam atq; etiam consyderet. Ibidem lib. 5, 163, Atqui iste locus est Piso tibi etiam atq; etiam confirmandus. Idem 4. Acad. 113, Vide quæso etiam atque etiam ne, &c. Liu. 5. belli Maced. 19.

Quare etiam atq; etiam. Lucret. lib. 117. Idem, 67, Quare etiam atq; etiã simili ratione necesse' st. Ibidem 49. Idem 4.44.

Qualem cõmendes etiam atq; etiam aspice. Horat. 1. epist. 19.17.

Diligenter etiam atque etiam facere aliquid. Cic. 1. de Diuinat. 12.

Etiam atque etiam te hortor vt, &c. Cic. Attico, lib. 8.163.5.

Te prorsus vehementer etiam atq; etiam rogo. Cic. Q. fratri lib. 1.2.18.

¶ Etiam sæpenumero ita ponitur, vt in eo intelligatur nõ solùm. Cic. ad Lent. Cumque ea cõtentio mihi magnum, etiam foris, fructum tulisset. Hoc est non solùm domi, sed etiam foris. Quasi dicat, Non solùm in vrbe, sed etiam extra vrbem, id est apud externos. Idem ad Atticum, lib. 9. Etiam hæc me solicitant. Quasi dicat, Non solum maiora, sed hæc etiam minima.

¶ Etiam, dum. Plautus Pseud. 15.2, Nam nihil etiã, dum harpagauit præter cyathum & cantharum. Terent. Heaut. 2.1.17, Hoc ego mali non pridẽ inueni: neq; etiam, dũ scit pater. Plin. lib. 26. ca. 12.1, Folia ephemeri tuberibus atq; tumoribus illinunt, q̃ etiam, dũ discuti possunt.

¶ Etiámne? Plaut. Asin. 3.28,
Teque obsecro hercle, vt quæ loquutus despuas.
D. Fiat: geratur mos tibi. L. age, age exerca.
D. Etiámne? L. age quæso hercle vsque ex penitis faucibus.
D. Etiam? L. amplius. D. nam quousque? L. vsque ad mortem volo. Idẽ Pœnulo, 5.22,
-Vah, abi modò.
A. Quantum est Acheronti mortuorum. M. etiamne abis? Terentius Eunucho, 1.2.63.
-sed ego quantum suspicor, ad virginem animum
Adiecit. PH. etiámne amplius? T. nihil. Plaut. Amphit. 8.126, Obsecro etiámne hoc negabis te aureã pateram mihi dedisse dono hodie? Cic. ad Atticum, lib. 10.203.6, Etiámne Balbus in Senatum venire cogitet? Idem 5. Verr. 196, Etiámne frumentum pro empto gratis dare? etiáne in cellam quum cupiant gratis dare vltro, pecuniam grandem dare? etiámne, &c. Et pro Rosc. Amer. 60.

Etiámne si. Cice. de Amicitia, 35, Etiáne inquam, si in Capitolium faces ferre vellet? Cic. 5. Tuscul. Etiamne si sensibus, &c.

¶ Etiam insuper. Terent. Adelphis, 2.2.38,
Præterea colaphis tuber est totum caput:
Etiam insuper defrudet?

¶ Non etiam, Vide NON.

¶ Nondum etiam. Terent. Heaut. 3.3.35, Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam?

¶ Etiánum, ponitur pro vsq; tunc vel vsq; ad id tempus. Plaut. Menæh. 10.15, Ibo etiãnum reliquiarum spes aium oblectat meũ. Idem Pœnu. 2.99. Neq; quicquã cum ea fecit etiãnum stupri? Idem Trucul. 10.57, -perii miser, Iam auro contrà constat filius, etiamnum nihil pendit. Ibidem, 17.10, Mihi etiãnum quid sit negotii, falsus incertusque sum: nisi quia Timeo tamen. Varro de Re rustica, Quum etiamnum platanus nouella esset. Liu. 2. bel. Pun. Nec tamen subita res, & nocturnus error etiãnum tuæ fortunæ consilium perturbaret.

¶ Etiam nunc, pro vsque nunc, vsque ad hoc tempus. Plautus Amphit. 4.175, Lassus sum hercle è naui vt vectus huc sum, etiam nunc nauseo. Idem Amphit. 17.30,
-nimia mira vidi, væ mihi
Amphitruo, ita mihi animus etiam nunc abest. A. agedum expedi.
Sciñ' me tuum esse, herum Amphitruonem? S. scio. A. vide etiam nũc.
Terentius And. 1.5.47,
Memor essem? ô mysis Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis De Glycerio. Plaut. Milite, Etiam nunc vale. Idem Asin. Etiam nunc dico, Periphanes Rhodius mercator, &c. Cæsar in Commentariis, Atque hortabatur incerto nũc etiam exitu victoriæ. Cic. pro L. Murena, 24, Homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, &c. Idem ibidẽ, Quæritur etiam nunc quis eum nuntium miserit. Idem in Oratore, 64, De materia loquor orationis etiã nunc, non de genere ipso dicendi. Idem pro Rosc. Amer. Salui etiam nunc esse possumus. Ibidem, 63, Quæris etiam nunc. Ibidem, Etiam nunc si dubitas, fac vt sciamus.

Quum etiam nunc in prouincia esset. Asin. Poll. Ciceroni, lib. 10.32.15, Epistolam quam Balbo quum etiam nunc in prouincia esset, scripsi, legendam tibi misi.

Etiam nunc hic stas Parmeno? Terent. Eunuc. 2.3.55.

Etiam nunc, geminatum, pro nunc nunc, extemplo. Plaut. Aulul. 4.16,
Abscede hinc etiam nunc, etiam nunc, etiam ohe
Istic adesto. Ibidem, 7.77,
Quid? nunc etiam mihi despondes filiam. E illis legibus,
Cum illa dote quam tibi dixi.

¶ Etiam quod. Plaut. Milit. 9.83.
-si post hunc diem
Mutiuero, etiam quod ego me certò sciam,
Dato excruciatum me, egomet me dedam tibi.

¶ Etiamsi, pro quãuis, licet. Subiunctiuo. Terent. Heaut. 4.19,
-si peccaui mi Chreme,
Insciens feci. C. id equidem ego etiam si tu neges, certò scio,
Te in scientem atq; imprudentem dicere ac facere omnia. Ci. de Amicitia, 83, Quæ tamẽ ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus sequutus sis. Ibidem, 86, Omnia autem breuia, tolerabilia esse debẽt, etiam si maxima sint. Idem 1. Tuscu. 121.

Facere omnia aut voluptatis causa, etiamsi eam non consequare: aut non dolendi, etiamsi id assequi nequeas. Cic. 5. de Finib. 32.

Etiãsi, tamen. Cic. Bruto, lib. 11.21.8, Tuis enim opibus & Cõsulatu tuo etiam si timidi essemus, tamen omnem timorem abiiceremus.

Etiamsi, attamen. Plin. lib. 7. cap. 27, Quæ mihi omnia, etiãsi non prius, at tamen clarius fuisse in Scipione Aemyliano videntur.

Etiam & si. Plaut. Trin. 17.58,
-ego ducam pater,
Etiam & si quam aliam iubebis.

¶ Etiam tu. Plaut. Asin. 12.124, Etiam tu here, isthunc amoues abs te, atque ipse me aggredere.

¶ Etiam tum, pro vsque tunc, vel vsque ad illud tempus. Terent. Hecyra, Me educit foras: narratque vt virgo ab se integra etiã tum siet. Cic. 2. de Orat. 52, Omnes etiam tum etiam retinebãt illum Periclis succũ. Ibidem, Quum etiam tum in lecto Crassus esset. Varro de Re rust. Vineas veteres iterum occare. & nouellas etiam tertiò, si sint etiam tum glebæ. Cic. Attic. 14.310.1.

Etiam tum. Cic. 4. Verr. 67, Quum isti etiam tum de Sthenio integra tota res esset.

Etiam vt, Etiam si. Cic. Attico, lib. 15.324.2, Mihique vt absim, vehementer author est. ille quidem periculi causa, quod sibi etiam fuisse dicit: ego autem etiam vt nullum periculum sit.

Etsi, (καὶ τοι,) Coniunctio id est quanuis indicatiuo iungitur. Plautus Trin. 8.156,
-ibo huc
Quò mihi imperatum est, etsi odi hanc domum. Terent. And. 2.2.37, bene mones,
Ibo: etsi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est. Idem Heaut. 4.1.11, Vin' me istuc tibi (etsi incredibile est) credere? Ibidem, 2.1.13, Nam hic Clinia, etsi his suarum rerum satagit, attamẽ Habet bene ac pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ. Plin. epist. 33.b, Reddam vicem, si reposcesi: reddam, etsi non reposces. Terent. Adelph. 1.2.67,
-etsi Aeschinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.

Quam hic non amauit meretricem? Idem Hecyr. 3.3.44.
Etsi amor me grauiter consuetudoque tenet.

Etsi essem. Cicero de Amicit. 86, Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen afferret ætas ipsa mihi solatium.

Etsi, cum interrogatione. Cic. Attico, lib. 9.181.3, Do, do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas?

Etsi

Etsi quanuis. Cice. Atti. lib. 16.334.6. Admiratus equidem sum, te tam vehementer sententiam commutasse: sed non sine causa arbitrabar, etsi quanuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti.

Etymologia, (ἐτυμολογία,) Latinè veriloquium interpretatur. Quid sit autẽ etymologia, declarat his verbis Ci. 1. Acad. 46. Verborum etiam explicatio probatur, id est qua de causa quæque essent ita nominata, quam etymologiam appellabant. Idem in Topi. 17. Quintil. lib. 1. ca. 6.17. Etymologia quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta est notatio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur σύμβολον, quod est nota: nam verbum ex verbo ductum, id est veriloquium, ipse Cicero, qui finxit reformidat.

Etymon, etymi. pen. corr. (ἔτυμον,) Idem quod etymologia. Varro 1. de Re rust. ca. 48.2. Videtur vocabulum etymon habere à glumendo, q; eo folio deglubitur granum. De gluma loquitur.

Etymologus, pen. corr. (ἐτυμολόγος,) Qui rationem verborum indagare solitus est.

E V

Euacuo, euacuas, (ἐκκενόω,) euacuare, Exinanire significat: vt Euacuare aluum. Plin. lib. 20. cap. 6.7. Et lib. 32. cap. 9.11.

EVADNE, (Εὐάδνη,) Martis filia ex Thebe vxore Asopi, vxor Capanei ducis, quem adeò dilexit, vt in rogum eius se miserit, & cum illius cadauere fuerit exusta. Huius meminit Virgilius 6. Aeneid. 96.
His Phædram, Procrinque locis, mœstamque Eriphylen
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit,
Euadnenque, & Pasiphaen.
Fida Euadne. Propert. lib. 3. eleg. 13.5.

Euâdo, euâdis, pe. pro. euasi, euãsum, (ἀποφεύγω, διαδύομαι, διεκπίπτω,) euãdere, quasi Extra vadere, & effugere. Donatus Euadere, est per quancunque difficultatem ad aliquid peruenire. Plin. epist. 15.a. Cæsares, quibus suspectus, atque etiam inuisus virtutibus fuerat, euasit. Sic epist. 144.a. Virg.
-nostrásne euadere demens
Sperasti te posse manus? Cic. 4. de Finib. 106. Tamen illud in ea causa est à quo abesse velis donec euaseris.

Ab improbis iudicibus euadere. Cic. 1. Tusc. 156.

E custodia euadere. Quint. lib. 2. cap. 17.13. Nec vero Theopompus Lacedæmonius, quum permutato cum vxore habitu è custodia vt mulier euasit, falsam de se opinionem habuit.

Euadere è manibus hostium. Liu. 2. bel. Pun. 203.

Euadere è morbo. Cic. 2. de Diuinat. 20.

Euasit ex hoc aere animus. Cic. 1. Tusc. 68. Et de Senect. 73.

Quum ex insipienti corpore euasisset.

Euadere ex iudicio aliquo. Cic. 3. Verr. 8.

Euadere in terrã. Liuius 9. bel. Pun. 140. Iniussu Imperatoris scaphis haud secus quàm naufragos milites sine armis cum ingenti tumultu in terrã euasisse.

Euadere in tutum. Liuius 6. bel. Pun. 92.

¶ Abiit, excessit, euasit, erupit, Vide ERVMPO.

Aliquid sicut prædictum est euadere. Cic. 2. de Diuinat. 164.

Amnem euadere. Tacit. li. 12. Amnemque haud difficulter euadit. Hoc est transit.

Casum euadere. Propert. li. 1. eleg. 20.1. Tu qui consortem properas euadere casum, &c. Virg. 4. Georg. 97. -casus euaserat omnes.

Claustris euadere. Valer. 7. Argon. 115.
-claustris euasit vterque Taurus. Claud. de bello Get. 101.

Cursu euadere pugna. Virg. 11. Aeneid. 141.

Discrimen euadere. Tacit. lib. 14. Quod discrimen improuisum, & maris facinus euasisset.

Facinus alicuius euadere. Tacit. lib. 14.

Duos iniquos euadere. Silius lib. 15.117.
-quoniam se fine minanti
Seruitio eripiat, duosque euadat iniquos.

Flammam euasit classis. Virg. 5. Aeneid. 137.

Furto euadere. Valer. 8. Argon. 31.
-non hoc Pelias euadere furto
Te iubet: aut vllas Colchis adducere natas.

Hostes euadere. Virg. 9. Aene. 81. -iamque imprudens euaserat hostes.

Loca mortis euadere. Ouid. 14. Metam. 26.

Manus alicuius euadere. Virg. 9. Aeneid. 116.
-nostrásne euadere demens Sperasti te posse manus?

Euadere sermonem malignorum, pro Non esse obnoxium sermonibus. Plin. epist. 144. Ac primum conspicuus forma omnes sermones malignorum & puer & iuuenis euasit.

Pestem euadere belli. Virg. 10. Aeneid. 11.

Euadere perpetuam valetudinem pro liberari à perpetuo morbo. Plin. epist. 12.d, Scio euasit perpetuam valetudinem: scio decessit superstitibus fuit, florente Rep.

Tela euadere. Silius lib. 7.77.

Vincla euadere. Silius li. 7.15. Et captiua paras moriẽdo euadere vincla.

Vndis euadere. Virg. 9. Aeneid. 21, -olim quæcunque euaserit vndis. Id est de vndis exierit: quum venerit ad eum locum de quo nauigatura iam non sit. Seruius.

Voces alicuius euadere. Valer. 7. Argon. 60,
-rupta condi tellure, premique
Iandudum cupit, ac diras euadere voces.

¶ Euadere ad vel in, pro Ascendere: vt Euadere ad vel in muros, Liu. 4. ab Vrbe, 148. Et lib. 5. bel. Pun. 118.

In cacumina vites euadunt. Quintil lib. 1. ca. 2.18, Vt vites arboribus applicitę inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina euadunt.

Euadere in summum. Liu. 7. ab Vrbe, 161.

Euadere ardua. Liu. 2. ab Vrbe, 274.

Gradus altos euadere. Virg. 4. Aenei. 137. Id est ascẽdere. Seruius. Silius lib. 8.31, Tecta peto, celsosque gradus euadere nitor. Ibidem, 27.

¶ Euado, pro vado. Virg. 2. Aeneid. 92, Euado ad summi fastigia culminis. Nam (inquit Seruius) E vacat, vt emortuus.

Euadere aduersus aciem, Vide ACIES.

Omnem viam euadere. Virg. 2. Aeneid. 145.

¶ Lapis non euasit spatium. Virg. 12. Aeneid. 180.
Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus,
Nec spatium euasit, totum nec pertulit ictum. Id est euacuatus est impetus ipsius spatio longiore. Seruius.

¶ Vana euasit spes. Liuius 5. bel. Pun. 125, Alia subinde spes postquam hæc vana euaserat, excepit.

¶ Euasit somnium verum. Cic. 2. de Diuina. 162, Siquando aliquod somnium verum euaserit.

Euasit pestilentia in morbos longiores. Liu. 7. bel. Pun. 135, Eo anno pestilentia grauis incidit in vrbem, agrosque, quæ tamẽ magis in morbos longos, quàm perniciales euasit.

¶ Euasti, per syncopẽ pro Euasisti. Horat. 2. Serm. saty. 7.14, Euasti? erodo metues doctusq; cauebis. Silius lib. 15.156.

Euasset, pro Euasisset. Sil. libro 15.73, Forsan & euasset rapidi freta sæua periculi.

¶ Euadere ante oculos, pro Apparere. Virg. 2. Aeneid. 106, Vt tandẽ ante oculos euasit & ora parentis. Id est peruẽnit. Seruius.

¶ Euadere, Peruenire. Virg. 6. Aeneid. 26,
-superas euadere ad auras.

Euadere ad superos. Senec. Herc. furente, 7.12.

¶ Euadere, fieri. Cic. de Clar. Orat. 68, Perfectus Epicureus euaserat. Idẽ 5. Verr. 137, Nisi hoc fortè deterior est, si fieri potest, quòd tu eiusmodi euasisti, non in hominis luxuriosi, sed tantũ in furis ac diuisoris disciplina educatus. Liu. 8. bel. Pun. 234, Illud nec tibi in me, nec mihi in minores natu animi sit, vt nolimus quẽquam nostri similem euadere ciuem. Cic. ad Brutum, 7.2, Bibulum noli dimittere ex sinu tuo tãtum virum, ex quanto (crede mihi) põt euadere qui vestris paucorũ respõdeat laudibus. Idem, An verebar ne non putaremus potuisse probum euadere? Liu. 1. ab Vrbe, 173, Iuuenis euasit vere indolis regiæ.

Minutatim euadere. Cic. de Petit. Consu. 23, Minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores euadunt.

In dicendo pauci digni nomine euadunt. Cic. de Clar. Orat. 166.

E Philosophorum scholis tales ferè euadunt. Cic. in Orat. 51.

Summus euasit. Cic. de Cla. Orat. 91, Prope simili rõne summus euaserat

¶ Nunquam euades ne te sacrificem. Plau. Amph. 15.48, Ne te sacrufi-cem, nunquam euades.

¶ Quò euadat nescio. Plaut. Pœn. 3.44, Intelligo hercle: sed quò euadas nescio. Hoc est ad quid illud dicas, vel quorsum hæc dicas, & quid velis assequi verbis tuis. Terent. Phor. 4.3.21, Quid hic cœptat? aut quò euadet? Plau. Stic. 9.35, Miror quò euasurus apologus. Terent. Phor. 1.2.61, Amare cœpit. G. scin' quam? quò euadat vide.

Quorsum euadat. Cic. Attico, lib. 16.339.7, Tu quidem & prudenter & amicè suades, vt in his locis potissimum sim, quoad audiamus hæc quę cõmota sunt quorsum euadant. Idem eidẽ, lib. 9.190.6, Videamus hoc quorsum euadat. Idem eidẽ, li. 7.135.9, Sed hęc paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur quorsum euasura sint.

Huc euasit. Terent. Eunuc. 3.3.11,
Vbi friget, huc euasit quamperidem pater
Mihi & mater mortui essent.

Timui semper quorsum euaderet. Terent. And. 2.41, Et heri semper lenitas verebar quorsum euaderet.

Euadere in. Terent. Adel. 3.4.64. -profecto euadet in aliquod magnum malum. Quintil. lib. 2. cap. 4.13, Ille demũ in id, quod quærimus, aut ei proximum poterit euadere, qui ante discet rectè dicere, quàm cito.

In infinitum euadere, Quint. lib. 2. cap. 17.11, Itaq; potentissimis corã breuiter occurram ne in infinitum quæstio euadat.

Euagor, pen. corr. euagãris, (περιφέρομαι, περιπολέω,) euagari, Idẽ quod vagari significat. Liu. 2. bell. Pun. 195, Frontibus enim aduersis concurrendum erat, quia nullo circa ad euagandum relicto spatio, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euagantur aquæ. Plin.lib.10.cap.33.2, Hirundines molem continuationemnidorũ euaganti Nilo mexpugnabilem opponunt, Idem lib.13.ca. 11.4, Quiescentibus Nili aquis, vbi euagatæ stagnant.
Euagatur longius appetitus. Cic.1.Offic.143.
Euagatur in luxuriam prælualens vitis. Columel.lib.5.cap.6.22.
Euagatur capparis per agros. Plin.lib.19.cap.8.31.
Euagata est late vis morbi. Liuius 3.ab Vrbe,30.
¶ Euagari, Extra propositum aliquid dicere. Quintil.lib.2, Verum hactenus euagari satis fuerit.
Euagatio, Verbale, (πλάνησις,) Plinius lib.2.cap.17, Ac spatia longitudinis latitudinum euagatione pensant. Seneca epist.66, Hæc liber tas eius est, -hæc euagatio.

Eualeo, ēs, ēre, pe. cor. eualui, (δυνάμαι,) eualere, Idem quod valere & posse. Stat.5.Sylua.2.16, -tibine illa nefanda
Pocula letalesque manu componere succos Eualuit? Lucanus lib.1. 100. Idem lib.4.17, Ouid.epist.24.13.

Eualesco, eualescis, eualui, (ἐπιχύω, ἐπιχέω, ἐπιχώννυμι,) eualescere, Validũ fieri. Plin.lib.15.cap.29.4, Quæ postquam eualuit, flaccescente patricia Marsico bello, languida authoritas patrũ facta est, ac paulatim usteri litatem emarcuit maiestas. Quintil.lib.2.cap.9, Adiuta cura natura magis eualescit Idem lib.8.cap.6. Idem lib.17.cap.15.3, Quum eualuissent flagella pedes binos. Id est excreuissent.

Euallo, euallas, (ἐκχαράσσω, euallare, Extra vallum proiicere. Titinnius Prælia, Qua ego hodie extorrem hanc domo faciam pilatricẽ, pallia euallauit, ô pulchre. Varro, Donec forasnos intus euallauerunt. Nonius.

Euallo, euallis, (ἐκκαμίζω,) euallere, Purgare frumentum, non etiã frangere. Plinius lib.18.cap.10.8, Et ipsa quæ euallũtur, va riam pisturarum rationem habent. Et paulo ante, Triticum autem per fundi aqua multa iubet, postea eualli, deinde sole siccatũ pilo repeti.

EVAN, (ἴακχος,) Bacchi nomen. Ouid.4.Metam.3.
Lucidus Euan. Stat.5.Thebaid.135.
Phrygiæ euantes circum Orgia, Virg.6.Aeneid.104,
-Euanteis Orgia circum
Ducebat Phrygias. Euantes (inquit Seruius) id est Bacchantes, à Libero qui Euan dicitur. Sil.lib.1.21, Non ille Euantis Mauilæ palluit iras.
Thyades Euantes. Catull.in Argon.78, Thyadas effusis euanteis crinibus egit.

EVANDER vel Euandrus, (ἴανδρος,) Arcas fuit, nepos Pallantis regis Arcadiæ. Hic quum patrem suum occidisset, fugiente matre Nicostrata (quæ etiam Carmentis dicta est, quia carminibus vaticinabatur) dimissa prouincia sua venit ad Italiã: & pulsis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma est, & modicum oppidum fundauit in monte Pallatino. Hic autem mons, Pallantinus secundum Virgilium à Pallante auo Euandri est dictus secundum Varronem & alios à filia Euandri Pallantia ab Hercule vitiata & postea illic sepulta: vel certè à Pallãte eius filio illic sepulto, vt refert Seruius: hos versus Virgilii, 8.Aen.11, Arcades his ortis, genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti
Delegere locum, & posuere in montibus vrbem
Pallantis proaui de nomine Pallanteum. Dicitur etiam nominatiuo Euandrus in eodem libro 107. & 109, Tum pater euandrus dextrã complexus euntis Hæret.
Alter est eiusdem nominis quem ferunt cælatorem ac plasten Athenien sem à M. Antonio Merandriam perductum, & inde inter captiuos Ro mam venisse: vt refert Acron in illud Horatii 1.Serm.sat.12,
-mensæve catillum Euandri manibus tritum deiecit. Id est calicem nobiliter cælatum.
Boues Euandri. Propert.lib.4.eleg.1.1,
Atque vbi nauali stant sacra palatia Phœbo,
Euandri profugæ concubuere boues.
Mœnia Euandri. Ouid.14.Metam.91,
-neque Aeneas Euandri ad Mœnia frustra, &c. Venerat.
Veteres Penates Euãdri. Stat.3.Sylu.4.10, -iam Latii montes veteresq; Penates Euandri, quos mole noua pater inclytus vrbis
Excolit, & summis æquat Germanicus astris.
Sedes Euãdri. Virg.9.Aene.1, Sceptra Palatini, sedemq; petiuit Euãdri.
¶ Arcas Euander. Ouid.1.Fast.129,
Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur.
Fidus Euander. Stat.2.Syluarum,1.19.
Rex Euandrus Romanæ conditor arcis. Virg.8.Aeneid.62. Id est. Conditor Pallanteæ, vbi nunc palatium est quod non est re vera arx, sed tenet rerum omnium principatum. Seruius.
Euandrius, Adiectiuum, (ἰανδρεῖος,) vt Regna Euandria. Silius, lib.7.4, Qui Carmentis opes & regna Euadria seruas. Verba ad Aeneam.
Euandrius ensis. Virg.10.Aeneid.78.

Euanesco, euanescis, euanui, (ἀφανίζομαι διαπίπτω ἀνατμίσσω,) euanescere: inanè fieri, & in nihilum redigi. Plin. lib.9.cap.51.4, Vere pectines, limaces, hirudines eodem tempore euanescunt. Sic lib.25.cap.4.5, Hoc celerrimè euanescit.
Euanescere ac defluere. Plin.lib.13.cap.1.6.
Euanescere inter. Quintil.lib.1.cap.7.4, Verùm hæc etiam inter ipsas ineptias euanuerunt.
Cœpit euanescere. Ouid.15.Metam.188, -rubor euanescere cœpit.
Ex oculis euanuit in tenuem auram. Virg.4.Aeneid.56.
In auras tenues euanescere. Ouid.2.Fast.102, -in tenues oculis euanuit auras. & Silius lib.8.36.
Paulatim euanescere. Lucret.lib.2.166, -vt cernere possis
Euanescere paulatim, strinxque colorem.
¶ Euanuerunt & exaruerunt amnes, Cic.1.de Diuinat.70.
Ardor animi euanuit. Ouid.1.Amorum,10.2.
Cornua extremæ lunæ euanescunt. Ouid.2.Metam.14.
Dolor euanescit. Ouid.in Ibin,9, Quàm dolor hic vnquam spatio euanescere possit.
Flos Bacchi euanuit. Lucret.lib.3.45,
Quod genus est Bacchi quum flos euanuit, aut quum
Spiritus vnguenti suaues diffugit in auras.
Euanuit pruina, ac colliquefacta est glacies. Var.1.de Re rust.cap.4.6.
Omnis eorũ memoria sensim obscurata est & euanuit. Cic.2.de Orat.53.
Nubes incipiunt euanescere. Ouid.1.Trist.eleg.2.22.
Euanuerunt opera eius, pro interciderunt. Cic.de Claris Orat.54, Isque & orationes reliquit, quæ iam euanuerunt.
Præterita euanescunt. Cic.Bruto,16.19, Non modo reliqui temporis gloriam eripuit sibi, sed etiam præterita euanescere coget.
Rubor euanuit. Ouid.6.Metam.10,
-subitusque inuita notauit
Ora rubor, rursusque euanuit.
Euanescit sententia. Cic.5.Tusc.123, Hæ sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habeant: nam Aristonis, Pyrrhonis, Herili, nonnullorumque aliorum euanuerunt.
Extenuatur & euanescit spes. Cic.ad Atticum, lib.3.5.1, Postquã extenuari & euanescere spem uostram vidi, mutaui consilium.
Virtus herbarum euanuit. Ouid.14.Metam.71.
¶ Vetustate euanescere aliquid dicitur. Cic.1.de Diuinat.70. Ibidem, lib.2.175, Euanuisse aiunt vetustate vim loci eius.
¶ Homo euanescere dicitur. Cic.de Clar.Orat.180, Itaq; quum iam penè euanuisset Hortensius, &c. reuocare se ad industriam cœpit.
Euanescens. Participium, (διαπίπτων,) vt Euan escens memoria alicuius rei, quæ effluit. Senec.de Benef lib.1.
Euanidus, pen.co r. Adiectiuũ, (ἐξίτηλος,) Inane, caducum, & cito peritu ru m. Colu.de arb.cap.17.1, Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt, parum fructus ferunt. Plin.lib.37.cap.5.9, Quædam ex iis senescunt, paulatim viriditate euanidis, & sole lædunturIdem est euanescente. Sic lib.9.cap.41.2. Ouid.1.de Remed.amor.52,
-in tenues euanidus exeat auras.
Euanidum abit in. Ouid.5.Metam.87,
Pectoraque in tenues abeunt euanida riuos.
Leue & euanidum gaudium. Senec.epist.35.

Euangelium, euangelii, (εὐαγγέλιον, Latinè bonum nuntium dicitur.

Euangelia, euangeliorum, (εὐαγγέλια,) Pluraliter, & neutro genere, dicitur sacrificia & supplicationes quæ pro iucundo nuntio decerni consueuerunt, vel etiam merces alati iucundi nuntii. Cic.Attico, lib.2.17. 1, O suaues epistolas tuas vno tempore mihi datas duas, quibus εὐαγγέλια quæ reddam, nescio, deberi quidem plane fateor. Vlpianus in L. Falsus §. Qui alienũ quid, De furtis, Ergo si ea quæ dicunt Græci euangelia petat, id est mercedem pro rei inuentæ vel repertæ nuntio. Sunt qui hoc loco Menytra legendum existiment: hoc est iudicium, vel præmium, Ci. Att. lib.13, Itaque nuntiat Brutus illum ad bonos viros εὐαγγέλια, sed vbi eos? nisi fortè se suspendit. Bud.
Euangelus, euangeli, pen. corr. Vitruuius lib.10, Honores ei decreuerit, & nomen mutauerunt, vt euangelus nominaretur.

Euanno, euannas, (ἀναπτύσσω,) euannare, Ventilare, vel mouere. Auannat oris. Vbi Seruius, à Colonia, inquit, Cumas appellauit. Nam Euboea insula est, in qua Calchis ciuitas est, de qua venerunt qui condiderunt ciuitatem in Campania quam Cumas vocarunt.
Penates Euboici. Stat.3.Sylua.5.3,
Anne quod Euboicos fessus remeare penates
Auguror, & patria senitũ componere terra? Verba Statii ad vxorem.
Rupes Euboica. Virg.6.Aeneid.9. de antr. Sibyllæ Cumanæ,
Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quo Lati ducunt aditus centum ostia centum,
Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ. Rupẽ Euboicam exponit Seruius montem Cumanum quem Euboici habitauerunt. Est autẽ (inquit ille) Aeyrologia: Coloniæ enim epithetum, rei dedit immobili.
-Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ.
Sinus Euboicus. Ouid.epist.22.16. Et in Ibin.69.
Viscera sic aliquis scopulus tua figat, vt olim
Fixa fub Euboico Graia fuere sinu. Hanc historiam confirmat Propertius lib.2.eleg.17.8.
Quicunque & venti miserum vexastis Vlyssem,
Et Danaum Euboico littore mille rates.
Vnda Euboica. Senec.Herc.furent.6.9,
Vtque multo alternis vicibus fugax
Euripus vndas flabit Euboica impiger. Nam Euripus est angustum mare inter Phocidem Bœotiæ partem, & insulam Euboeam. Ouid.9.Metam. 42. Mentis Euboicas tormento fortius vndas.
Vrbs Euboica. Ouid.14.Metam.31.

Eucaeria, (εὐκαιρία,) Opportunitas dicitur. Cic.1.de Fini. Et quẽ admodũ opportunitas (sic enim appellamus eucæriam) nõ fit maior productione reporti. Idẽ 1.Offi.19. occasionẽ interpretaſ.

Eucharistia, (εὐχαριστία, Latinè gratiarum actio.

EVCLIDES, penu. prod. (εὐκλείδης,) Megarensis philosophus, auditor Socratis & insignis geometra, qui è patria Athenas veniebat, vt Socratem audiret, & tempore belli vestitu muliebri induebatur ne noscerẽtur. Huius meminit Cicero in Acade. quæst. lib.4. Post Euclides (inquit) Socratis discipulus Megarensis, à quo iidem illi Megarici dicti, qui in bono solum esse dicebant, quod esset bonum & simile, & semper idem. Sed quum in laudibus Narbonis, Euclideus spatium sciens Olympi. Phaëthontium est.
EVDOXVS, (εὔδοξος,) Aeschinis filius, patria Gnidius, Geometra, & Astrologus, summus medicus, Socratis auditor, qui primus annum cõposuit. Huius meminit Cicer. 2. de Diuinat. Ad Chaldæorum (inquit) monstra veniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facilè princeps, sic opinatur: id quod scripsum reliquit Chaldæis in prædictione & notione cuiusque vitæ ex natali die, minimè esse credendum.

Eudoxia, (εὐδοξία,) Latinè bona fama dicit. Cice. 3.de Finib.86. Est hoc loco bonam famam appellare quam gloriam.

Euecho, euehis, euexi, euectum, (ἐξάγω, ἐξοχέω, ἀναιρέω,) euehere, Extra vehere. Varro de Re rust. Aut flumina propinqua, quæ navigari possent, quibus vtrisque euchere atque inuehi ad multa soadia scimus.

Euehere angusto tramite. Plin.lib.11.cap.14.2.
Euehere suas merces. Plin.lib.6.cap.19.1.
Euehere aquas ex planis locis. Liu.1.ab Vrbe,171.
Euehi equo. Liu.1.ab Vrbe,103, Euectus extra aciẽ equo. Sic lib.4.146.
Virtus euehit ad æthera. Virg.6.Aeneid.26.
Euehere in altũ. Liu.5.bel.Pun.158, Vbi primũ tranquillitas maris in altum euexisset. Sic 1.ab Vrbe,212, Vt in collẽ Exquilitarũ eueheretur.
In cælum euehere aliquem. Iuuenal.Satyr.1.4.
Euectus, Participium, (ἐξηγμένος,) vt Eloquentia euecta è Peireo. Ci.de Claris Orat.25, Nam vt semel è Peireo eloquentia euecta est, omnes peragrauit insulas, &c.
In auras æthereas euectus. Claud.ad CHRISTVS,9.4.
Confragosis atque asperis euecti, tota pandere possumus vela. Quintil. lib.6.cap.1.39.
Titan cæruleis euectus equis. Senec.Herc.furente,2.2.
Aliquid plostris euectum & asportatum est. Cicero 3.Ver.36, Omnia ex fanis, ex locis publicis, palam, spectantibus omnibus, plostris euecta, asportataque esse.

Euectus, huius euectus (ἐκκόμισις,) Hoc est vectio & portatio quæ fit vel nauibus vel curribus in aliquem locum. Plinius lib.18.cap.5.2, Malus est ager cum quo dominus lucretur. Cato inter prima spectari iubet vt solum sua virtute valeat qua dictum est positione, Vt operariorum copia prope sit oppidumque validum: vt nauigiorum euectus vel itinerum: vt bene ædificatus & cultus.

Euectio, Verbale, (ἐξαγωγή,) Euectiones (inquit Budæus) dicuntur diplomata, siue chartulæ signo principis obsignatæ. In tractatu, De cursu publico, cod. Euectiones ab omnibus postulẽtur: & tam iudices quàm custodes, &c.

Euello, euellis, euelli, & euulsi, euulsum, ἐκτίλλω ἐκκόπτω,) euellere, Vi quadam vellere, siue extrahere: vt Euellere sibi capillum lectu. Cic.3.Tusc.105. Et ad Atticum, lib.15.323.7, Excisa enim est arbor, non euulsa: ita que quàm fruticetur vides.
Euellere sese ex cœno. Plin.lib.8.42.5.
Euellere ex complexu. Cic.ad Atticum, lib.3.49.2, Versabatur mihi tempus illud ante oculos, quum ille aut lictores dimitteret, aut euelleretur ex complexu meo.
Euellere arborem radicitus. Vlpian. in L.furtim §. 1.ff. Arbor. furtim cæsarum.
Castra obsessa euellere. Silius lib.7.68.
Femur puellæ pulex euellit. Ouid.de Pulice,3.
Linguam alicui euellere. Cic.pro Sestio,51. Idem 3.de Orat.3, Hæc tibi lingua excidenda est, qua vel euulsa, &c.
Plantam cœno euellere. Horat.2.Serm.saty.7.6.
Radices euellere. Cic.Attico, lib.10.203.4.
Tela confixis membris euellere. Lucan.lib.6.50.
¶ Euellere per trãslationem: vt Euellere sibi scrupulum ex animo. Cic. pro Rosc.Amerino,4.
Ex memoria euellere. Cice.pro Sestio,26, Si appellandi sunt Consules, quos nemo est qui modo ex memoria, sed etiam ex factis euellendos non putet.
Euellere ex intimis mentibus. Cice.1.de Orat.124, Omnẽ eorum importunitatem ex intimis mentibus euellisset vis orationis tuæ.
Euelli ex ordine. Cic.4.de Finib.126, Verba tenent mordicus. Quæ rursus dum sibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, asperiores, duriores & oratione & moribus,
Euellere aculeum seueritatis. Vide ACVLEVS.
Mala radicitus euellere. Lucret.lib.3.63.
Odorem è thuris glebis euellere. Lucret.lib.366.
Euellere opinionem aliquam ex animis hominum. Cic.pro Cluen.2.
Inserere nouas opiniones, euellere insitas. Cic.in Oratore,52.
Spinas animo euellere. Horat.1.epist.14.1,
Certemus spinas animone ego fortius, an tu
Euellas agro, & melior sit Horatius, an res.
Euulsus, Participium, (ἐκκοπτός,) vt sinu matris euulsi filii. Seneca Medea,12.14.
Palus euulsa. Catul.ad Mallium,63.22.
Quale ferunt Grati Pheneum prope Cylleneum
Siccari euulsa pinguẽ palude solum. De Lerna.
Trunci euulsi. Horat.3.Carm.ode 4.11.

Euulsio, Vérbale: (ἐκκοπτός, τίλσις,) vt Euulsio dentis. Cic 3.de Natura deor.78. Qui primus purgationes alui, dentisque euulsionem inuenit. De Aesculapio.

EVMENIVS, vir Cardianus magnæ virtutis, qui ad amicitiam Philippi Macedonis accessit & breui tempore in intimam familiaritatem eius peruẽnit, quam cum Alexandro continuauit. De hoc multa in Græcorum historiis.
EVRYTVS, Lacedæmoniorum dux, qui ad custodiendum introitum Thessaliæ contra Xerxem vnà cum Themistocle Athenien sium duce à Græcis constitutus est, vt scribit Herodotus lib.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euenio, euenis,pen.cor.eueni,euentum(ἐκτοβαίνω,συμβαίνω,)euenire,Idem quod venire,& accedere,redire.Plautus Casina, 10.1.Sine modò ruis eueniat,remittam ad te virum.

¶Euenire,Contingere.Plaut.Persa,2.19.

–quid agitur? T.viuitur.S.satin' ergo ex sententia?

T.Si eueniunt quæ opto,satis.Teren.Heaut.1.1.105, Quod si esset factum,hæc nunquam euenissent tibi.Plau.Asin.12.130,Opta id quod, vt contingat tibi,vis.AR.quid si optaro?LE.eueniet.

Accidere & euenire.Cic.Toranio,lib.6.21.2, Timebam enim ne euenirent ea quæ acciderunt.

Euenire & cadere,fere pro eodem.Cic.1.de Diuinat.103, Vt quum euenerit,ita cadat vt prædictum sit.

Euenit ex sententia.Terent.Heaut.4.5.17.

Euenit præter sententiam & spem.Plaut.Merc.19.20.

Euenire in aliquid.Cicæ.Cælio,lib.2.9.3,Ex quo vereor ne idem eueniat in meas literas.

Euenire aliter.Terent.in Prol.And.3.

Contrà euenit.Horat.1.Serm.3.6, –at tibi contrà

Euenit,inquirant vitia vt tua rursus & illi.

Bene atq; fœliciter euenire.Cic.pro Murena,1, Vt ea res mihi magistratuique meo,Populo,plebiq; Rom.bene atq; fœliciter eueniret. Et ita tum,Idé ego sum precatus,vt iis quoq; hominibus,&c.ea res fauste, fœliciter,prosperéq; eueniret. Plin.in Paneg.121. Vide ORDINARE.

Euenit facile.Liu.1.ab Vrbe,173.

Fortè euenit vt.Ci.1.de Orat.123,Fortè euenit vt in Pruernati essemus,

Male euenire:cui opponitur Optimè euenire.Cic.3.de Nat.deorũ,116, Dies deficiat si velim numerare, quibus bonis malè euenerit: nec minus si commemorem,quibus improbis optime.

Male illis eueniat.Plaut.Curcul.2.39.

Prospere euenire.Cic.Appio,lib.3.12.4,Ego verò velim mihi.Tulianque meæ(ficut tu amicissimè & suauissimè optas),prosperè euenire ea q̃,&c.

Euenit vt moreretur ille.Cic.1.Tusc.24.Sic de Amicitia,66,Sin tale aliquid euenerit,vt extinctæ potius amicitiæ,q̃ oppressæ videantur.

Vt plerunque euenit.Cic.pro Plancio,12,Nihil,vt plerunq; euenit,præter opinionem accidet.

¶Euenient ea à me tibi.Plaut.Capt.7.56.

Non hæc sine numine diuũ Eueniunt.Virg.2.Aeneid.154.

Id euenit ob eam rem,quòd,&c.Cic.Attico,lib.16.333.22.

Omnia ferè contrà,ac dicta sunt,euenisse.Cic.2.de Diuinat.79.

Quare euenit vt &c.Id est quare fit.Cic.1.de Inuent.76.

Nihil aduersi euenit.Brutus Ciceroni,4.4, Nihil iam neque opinantibus aut patientibus nobis,aduersi euenire potest,in quo nõ cùm omnium culpa,tum præcipuè tua futura sit.

Auspicia secunda euenerunt.Cic.1.de Diuinat.52.

Amorem alicui euenire.Tacit.lib.14, Obiiciebant etiam eloquẽtiæ laudem vni sibi adsciscere,& carmina crebrius factitare,postquam Neroni amor eorum euenisset.

Euenit illi commodum.Terent.Heaut.4.3.7.

Damnum maximum illi.Plaut.Stich0,4.66.

Discessio.Terent.And.3.3.37.

Habitatio bona,fausta,fœlix,Plaut.Trinum.4.7.

Homo alicui euenire dicitur.Propert.lib.3.eleg.8.4,Hostibus eueniat lẽta puella meis.

Incommoda eueniunt improbis.Cic.1.de Finib.83.

Illis iter vt esset in Lemnum.Terent.Phorm.1.2.15.

Illis iter incommodum.Terent.Hecyra,3.4.1.

Numinibus secundis euenire.Tacit.lib.15, Vt ipso,prouidum potius,& secundis numinibus euenire.

Occasio.Plaut.Mil.4.30.

Odio.Plin.lib.28.cap.8.18,Rursus tali smistri cinere decocto cum sanguine mustelæ perunctos omnibus odio euenire.Legitur & venire.

Optata euenunt.Ouid.6.Metam.74.

Partus,clam patrem.Terent.Hecyra,3.3.36.

Potestas alicuius rei faciundæ.Plaut,Cist.3.18.

Vsu venire & euenire.Cic.pro Quintio,17,Nam quid homini potest turpius,quid verò miserius aut acerbius vsu venire? quod tantum venire dedecus,quæ tanta calamitas inueniri potest?

Vsu hoc euenit,vt,&c.Cic.5.de Finib.7, Ego autẽ tibi Piso assentior,vsu hoc euenire,vt acrius aliquanto & attentius de claris viris locorũ admoniti cogitemus.

¶Euenire,Euadere,Id est per quãcunque difficultatem ad aliquid peruenire.Plaut.Mostel.6.47,Hei mihi cõmista hæc blanda dicta quò euenient,madeo metu.Idem Epid.7.2, Expectando exedor miser, atque exenteror,quo mihi Epidici blanda dicta euenient.

Pulchrior euenit,Id est euadit.Horat.4.Carm.ode 4.13, Merses profundo pulchrior euenit.Id est emergit.

¶Euenit,pro Sorte contigit. Sallust.in Iugurtha, Metellus & Syllanus Consules designati prouinciam inter se partiuerant,Metelloque Numidia euẽnit.

¶Euenit Impersonale,pro Ita cecidit.Terentius And.5.4.4, Quid ita Athenas insolens? c.euenit.

Euentũrus,pen.prod.(ἀποβησόμενος,)Participium.vt

Precari euentura.Tibul.lib.2.eleg.1.5.Id est vt eueniant quæ optamus.

Videre procul euentura.Tibul.lib.2.eleg.5.3.

Euentus,huius euentus,euentui.ge.masc.& declinationis quartæ est tam in singulari q̃ in plurali,(ἀποβασις συμβαμα,)Quod casu aut fortuna nobis euenit.Plaut.Rud.8.10,

–captamus cibum è mari.si euentus

Non venit,neque quicquam captum est piscium salsi,lautique, Domum redimus clãculum.Cic.2.de Legib.77,Sceleris est pœna tristis,& prætor eos euentos qui sequuntur,per seipsa maxima est Liu.10.ab Vrbe 72.Euentus comitiorũ incertus.Cæs.5.bel.Gal.160.Ouid.epist.2.16, –careat successibus opto,

Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Euentus accidit,Vide ACCIDO.

Euentu aliquid coniectare,Vide CONIICIO.

Non sine euentu.Plin.epist.115,Egi ego pro Vareno nõ sine euentu beneficio ac malè,liber indicabit.Id est prospero successu.

Casus euentusq; rerum.Cic.pro Corn.Bal.6,Quum etiam ipse casus euentusq; rerum non duces,sed comites eius consiliorum fuerint.

Amorum euentus incertus,Vide INCERTVS.

Formæ euentus.Propert.3.eleg.24.8,Euentu formæ dilce timere tuæ.

Orationis euentus.Cic.1.de Orat.59,Vt enim quisque optimè dicit,ita maximè dicendi difficultatem variosque euentus orationis hominumque pertimescit.

Rerum euentus. Cic.1.de Diuinat.103, Mihique à peritis in Asia prædictum est fore eos euentus rerum qui acciderunt.

Senectutis euentus.Cic.2.de Diuinat.33, Si ab adolescentia sciisset quos euentus senectutis esset habiturus.

Temporis euentus.Ouidius 5.Past.53, Poma quoque euentum temporis huius habent.

¶Cæci euentus.Virg.6.Aeneid.32, –cæcosque volutat

Euentus animo secum.

Deterior euentus.Ouidius 2.de Ponto,eleg.2.7,Nam timor euentus deterioris abest.

Fatalis euentus.Cic.de Aruſp.resp.5,Paille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis, qui illam, &c. quasi fatali euentu solus euertit.

Fœlix euentus.Claud.de Raptu Proserp.9,

–nunquam fœlicior arti Contigit euentus.

Grauis euentus. Ouid.13.Metam.103, Euentuque graui finita est publica clades.

Hyberni euentus. Tacitus in Vita Agricolæ,quia soliti plerunque damna æstatis hybernis euentibus pensare,tum æstate,atque hyeme iuxta pellebantur.

Incerti rerum euentus.Silius lib.8.41.

Secundus euentus.Stat.6.Thebaid.161.

Varii belli euentus.Virg.10.Aenei.51,Hic magnus sedet Aeneas,secũdi volutat Euentus belli varios.

Spem maleficii præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocare. Cic.pro Quintio,56.

¶Animum deprehendi euentu. Quintil.lib.4.cap.2.53,Semper tamen cum habuisse animum,qui sit euentu deprehensus.

Consilia primùm, deinde acta, postea euentus expectantur. Cicero 2.de Oratore,34.

Fortiter quẽuis euentum ferre. Cic.Attico,lib.9.173.14,Quẽuis euentũ fortius feram quàm hunc dolorem.

Ad euentum festinare.Horat.in Arte poet.30.

Merere aliquos euentus.Ouid.13.Metam.117. –vt & ipsa Iouis coniunx

que,fororque Euentus Hecubam meruisse negauerit illos.

Ad omnem euentum paratus sum,Cic.Toranio,lib.6.21.3.

Non euentis,sed factis,cuiusq; fortuna ponderari.Cic.in Pisonem,78.

Dicendi euentum non satis ex sententia pcedere. Cic.1.de Orat.61.

Spei fructum euentui reseruare. Cic.14.Philip.388,Spei fructum rei eũ uenit & euentui reseruari.

Scire rerum euentus.Lucan.lib.5.156.

Secundare euentus.Virg.4.Georg.80.

Pugnæ euentu suspensum esse.Sil.li.5.17.Idem lib.3.143.Vir.8.Aene.3.

Euentũ,euenti,pluraliter euenta,euentorũ, inquit Nonius,(συμβαμα,)

Lucret.lib.1,Nam quæcunq; cluent,aut his coniuncta duobus

Rebus ea innenies,aut horum euenta videbis.Idem lib.1, Euentũ dici potest quodcũq; erit actum.Cic.in Partitionibus,Si cuiusq; facti & euenti causa ponetur.Idem de Diuina.Si euenta quærimus q̃ exquirunt aut but.Idem Attico lib.9.173.Semper cauiæ euentorũ magis mouent,q̃ ipsa euenta.Idem in Hortẽsio,Tu me & alios nõnunquam, & paulo ante adhortatus es,aliorũ facta & euenta conquirerẽ.Idẽ Consulatus sui lib.2,Atq; euenta q̃rens,& animo pẽdens noctu timebat.Idẽ de Orat. Ex aliorum factis,aut dictis, aut euentis. Idem ad Lucceium,lib.5.12. Fabulam

19.Fabulam rerum,euentorumque meorum. Idem Lent. lib.1.7.11. Quæ quidem mea cohortatio ne tibi in animis,aut sine causa suscepta videatur,illa me ratio mouet,vt te ex nostris euentis communibus admonendum putaremvt considerares in omni reliqua vita,quibus credendum,quos caueres. Idem Atti lib.3.48.6.

Prædicta aliquorum,re & euentis refelluntur.Cic.2.de Diuin.148.

Videre rerum euenta.Lucret.lib.1.91.

Euentilo, euentilas,pen.corr.(ἐκλικμάω,)euentilare, Idem quod ventilare.Plin.lib.31.cap.3.19.Fit & sine his vitius altius diue ipsa grauior aer,quem emendant assiduo linteorum iactatu euentilando.Colum.lib.11.cap.6.16.Et eadem euentilata mundiora sunt.

De frumentis loquitur.

EVNVS,pen.prod.(ἴυνγος,)Philosophus,qui ignem,optimum ciborum condimentum esse dicere solebat,vt refert Plutarchus. Euenus itẽ Aetoliæ fluuius est,non procul à Calydone,vt author est Plin. libr.4. Ouid.9.Met.Venerat Euen rapidas sine nauis ad undas. Hũc fluuiũ poetæ quandoque Centaurum vocant.

Euerbero, euerberas.pen.corr.(κατατύπτω,)euerberare, Idem quod simplex verberare.Quintilia.libro.2.cap.4.14. An credibile sit super caput Valerii pugnantis sedisse corouum, qui os oculosque hostis Galli rostro atque alis euerberaret. Senec.li.5.Nat. quæst.Has interuallis tenuis incladitur spiritus, qui manus desyderat spatiũ,quum euerberatus cursu parum libero incalnit. Oui.14. Metam. 116. –& cineres pulsis euerberat alis. Quint.Decla.7.Imbecilliora sunt hæc quotidianis lamentationibus euerberata vitalia.

Alis euerberare aliquid auis dicitur.Virg.12.Aeneid.272.

Euergo, euergis,(ἐκβάλλω,)euergere,Emittere.Liu. quinta Decade lib.4.129.Montes ingentis altitudinis spem faciebat, eo magis quia nullos apertos euergerent riuos,occultos continere lati ces,quorum venæ in mare permanantes,vndæ miscerentur.

Euerro, euerris,euerri,euersum,(ἐκσαρόω,)euerrere, Verrendo nitendi,& purgandi,humorque omnis vrinæ deuerrendus est. Cicero, Actio.4.in Verr.37.O Verrea præclara,quoquam si accessisti,quò nõ vtuleric ifium diem. etenim quam tu domum, quam vrbem adisti, quod fanum denique,quod non euersum atque extersum reliqueris? Varro 3.de Re rust.cap.8.12.

Euerrere sermones,pro Curiosè excutere. Senec.3.de Ira, Qui malignos sermones,etiam si secretò habiti sint,euerrit,se ipse inquietat.

Euerriculum,euerriculi,pen.corr.(σαγήνη,)Rete est piscatorium,sagena à Græcis dictum:Et à verrenda aqua sic appellatum.Cic.sexta in Verrẽ actione 47.qui Centuripinos,compulerat,edicto omnia ad se argẽtea vasa comportare,è quibus emblemata abstulerat,redditis pueris vasis, genere rapinæ improbissimo,Quod vnquam(inquit)iudices,huiusce modi euerriculum in illa pronincia fuit? Alludens ad Verris nomen,& ad significationem verbi. Idem in tertio de Natura deo.107.quum in dicta bonæ fidei recensuisset,addidit hæc verba,Inde euerriculum matrimonium omnium,iudicium de dolo malo,quod Caius Aquilius familia reuulsit,protulitquem dolum idem Aquilius tum tenere putat,quum aliud sit simulatum,aliud actum. Actionem de dolo, euerriculum appellat,quo scilicet euerruntur fraudes hominum è vita Giuli.est enim hæc actio prodita ad terrorem hominum subdolorum,qui ignominiã eius iudicii formidant.Hæc Budæus. Varro 3.de Re rust. cap. 17.6. Quum neque euerriculo illi in littus educere possent viuam saginam plebeiæ cœnæ pisces.

Euerto, euertis,euerti,euersum,(κατασκάπτω, ἀνατρέπω,καθαιρέω,ἀνασπάω,καταβάλλω,)euertere,Destruere.Cl.1.Off. 115.De euertendis autem diripendisque vrbibus valde illud considerandum est,nequid,&c.Sic 1.Ver.5.Euersæ funditus prouinciæ.

Ab imo euertere summa.Lucret.lib.5.3.

Sua conflimare,aduersaria euertere.Cic.in Oratore,67.

Ventis æquora euertere,Virg.1.Aeneid.10.Dilecitque rates,euertitque æquora ventis.

Aliquem euertere.Lucan lib.5.131.

–tantúsne euertere dixit Me superis labor est.

Euertere aliquem bonis,siue fortunis,pro Spoliare.Cice.3.Verr.95.Ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Ibidem,66.Euertsoin à te puerum patris bonis esse dixerunt. Plaut.Pœna.16.19. Euertes homines tuo arbitratu fundis,familiis. Idem Trinum 4.131.

Euertere aliquem vi & impressione.Cic.ad Metellum,lib.5.2.23.

Funditus euertere amicitiam.Cic.1.de Finib.128.

Funditus arces euertere.Salius lib.17.76. Hora.2.epist.2.7.

Odia atque dissidia ciuitas funditus euertitur.Cic.de Amic.23.Quæ autem domus tam stabilis,quæ tam firma ciuitas est,quæ non odiis atque dissidiis funditus possit euerti?

Defensionem euertere,cui opponitur Definitionem retinere.Cicero.4. Acad.39.Vt retineamus eam definitionẽ,quã Piulo voluit euertere.

Euertere dialecticam.Cice.4.Acad.174, Totam enim euertit dialecticã Hoc est corrumpit.

Domum euertere.Senec.Agamemn.7.29.Iuuen,Saty.10.1.

Firmamenta Reipub.euertere.Cic.Attico,lib.1.13.6, Ille annus duo firmamenta Reipub.per me vnum constituta euertit.

Euertere leges. Cice.4.Verr.32, Euertere leges, testamenta,voluntates mortuorum, iura viuorum:num etiam patriis Heraclitum banis extur bare oportuit?

Nauiculam euertere. Cicero 1.de Orato.85, Qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit. Idem in Paradox.23.Auri nauem euertat gubernator,an palæ,in re aliquantum,in gubernatoris inscitia nihil interest.

Nemora euertere.Virg.2.Georg.42.

Opes euertere.Virg.2.Aeneid.121,

–verùm inclementia diuûm

Has euertit opes,sternitque à culmine Troiam.

Pietatem euertere.Lucret.lib.3.17.

Pium in sylas euertere.Id est excidere.Virg.1.Georg.52.

Fluctus euertit pappim.Lucan.lib.5.130.

Euertere rationem.Cic.1.de Finib.38, Homines optimi non intelligunt totam rationem euerti,si ita res habeat.

Euertere Remp.Cic.4.de Finib.107.

Res & gentem euertere.Virg.3.Aeneid.1, Postquam res Asiæ Priamique euertere gentem Immeritam visum superis,&c.

Amyclas silentia euertunt.Silius lib.8.105.

Statuam euertere.Cic.Bruto,15.13.

Euertere vitam.Cic.4.Acad.61,Hæc ipsa eripiunt vel instrumẽta vel ornamenta vitæ,vel potius totam vitam euertunt funditus.

Vrbes euertere Ouid.1.Fastorum,218.

Euersus participi(κεκαλύμμενος,ἀνάστατος,)Hoc est destructus.vt Euersa vrbs.Plin.lib.15.cap.18.8.

Euersus fortunis.Cic.pro Flacco,8.

Aquæ euersæ. Ouid.epist.7.8,Aspice vt euersas concitet Eurus aquas.

Campus euersus,Valer.lib.7.Argon.15,

–euerso iacias dum semina campo.

Euerso campo,subauditur vomere,vel aratro.

Euersæ ceruices alicuius dicunt cuius ceruices non amplius erectæ sunt, sed depressæ.Terent.Heaut.1.3.131,

Ego te autem noui quàm esse soleas impotens,

Inuersa verba,euersas ceruices tuas.

Columẽ euersum.Seneca Troade,1.1.

Impetu fortunæ euersa domus. Seneca Octau.2.1.

Domus funditus euersa.Seneca Agamem.11.1.

Equus cuspide euersus.Propert.lib.4.eleg.11.2.

Fasces euersi,Cõsulatu fato amissus.Oui.ad Li.29.

Quos primum vidi fasceis,in funere vidi,

Et vidi euersos,iudiciumque mali.

Foci euersi gentis alicuius. Propert.lib.2.eleg.1.6.

Homo euersus.Senec.Herc.furens.6.29.

Pharetra euersa. Ouid.3.Amorum,8.2,

Ecce puer Veneris fert euersamque pharetram,

Et fractos arcus,& sine lutce facem.

Phryges euersi.Seneca Troade,6.25.& 10.1.

Euersa vi tẽpestatis quercus.Plin.lib.16.cap.31.44.

Rates euersæ.Seneca Agamem.13.11.

Ruinæ vrbis euersæ.Seneca Troade,1.9.

Seculo euerso.Virg.1.Georg.100,

Hanc saltẽ euerso iuuenem succurrere seclo Ne prohibete.

Spes euersa. Ouid.13.Metam.136,Non tamen euersam Troiæ cum mœnibus esse Spem quoque fata sinunt.

Vrbs excisa & euersa.Cic.pro Sestio,28.

Euersio,Verbales(κατασκαφή, ἀνασύστασις,καθαίρεσις,)vt Euersiones vehiculorũ.Plin.lib.11.cap.42.3.

Rerum publicarum euersiones.Cic.de Senect.36.

Euersio vitæ.Cic.4.Acad.177. Et 5.de Finib.40.

Excisionem,inflammationem,euersionem,depopulationem,vastitatem,tectis & agris inferre.Cic.de Aruſp.resp.3.

Euersor,(καθαιρέτης,)Aliud verbale:vt Euersor ciuitatis.Ci.pro Domo sua,79. Et in Partitionibus,58.

Decoris euersor.Senec.Hipp.8.7, Quis,ede,nostri decoris euersor fuit?

Euersor iuris humani.Plin.lib.18.cap.1.6.

Regnorum euersor.Virg.12.Aeoe.110, –Priami regnorum euersor Achilles. Silius lib.8.127. Stat.1. Achilleid.106.

Euestigio(ἀυτίκα,)Vide R præpositionem.

EVGANEI,(εὐγάνεοι,)Venetiarum populi,ab euganea,hoc est,nobilitate cognominati:de quibus Plinius,Strabo & Liuius.

Euganei,Montes supra Patauium Istriam versus,abundantes pecudibus mollissimas lanas ferentibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euganeus, Adiectiuum, (Εὐγάνεος,) Iuuenal.
-Euganea quantiuis mollior agna.
Collis Euganeus: dictus ab Euganeis populis, quòd ibi olim habitarunt. Lucanus lib.7.39, Euganeo (si vera fides memorantibus) augur Colle sedens, &c.
Tellus Euganea. Silius lib.8.120,
Tum Troiana manus, tellure antiquitus orti
Euganea, profugique sacris Antenoris oris.

Euge, (εὖγε,) Interiectio laudantis, vel exultantis, & assentientis, siue congratulantis.
Laudantis. Plaut. Mostel.4.102, Lepidè dictum de atramento atque ebore: euge plaudo Scaphæ. Idem Epid.2.8, Euge, corpulentior videre, atque agilior.
Exultantis. Plaut. Capt.6.14, Euge pol Thalem talento non emam Milesium. Idem Amphit.8.169,
Lauisti, A M. quid postquam lauit? A L. accubuisti. S. euge optime. Idem Merc.6.12, -euge mi Demipho,
Salue. D. ô, quid agitur? quid fit? Terent. Adelph.5.7.13, Euge iam lepidus vocor. Idem Phorm.5.6.29.
¶ Euge, aliter: quasi obstupescentis vox. Plaut. Amphit.3.10,
-sed ædes occluserunt: euge hoc fit
Pariter atque vt alia facta sunt.

Euhoe, (εὐοῖ,) Vox Bacchantis. Plaut, Menæch.1.74, Euhoe atque euhoe Bromie quòd me in tyluam venatum vocas!
Fortasse rectius scriberetur euohe. Sic autem dictus est, eo quòd quũ Dii bellum cum gigantibus gererent, primus in leonem conuersus occidit gigãtem. Ex quo facto cum Iuppiter ita laudauit, Euhye hoc est bone fili, Græci enim τὸ Latinis bene dicitur, υἱὸς autem filius. Hactenus Acron in Horatium, 2. Carm. ode 11.4.

EVHYVS, penul. corr. (Εὔιος,) Bacchus cognominatur poetis, & interpretatur bonus filius.
Dissipat Euhyus Curas edaceis. Horat.2.Carm.ode 11.4.
Tener Euhyus. Stat.lib.2,
Et tunc fortè dies noto signata tonantis
Fulmine, præcepti quum te tener Euhye partus
Transmiserе patri.
Euhyas, penult. corr. huius euhyadis, fœm. gen. (Εὐϊάς,) sacerdos Bacchi. Horat.3.Carm.ode 25.2. -non secus in iugis
E somnis stupet Euhyas
Hebrum prospiciens & niue candidam Thracem.

Euibro, euibras, penu. corr. (ἐνσείλαω,) euibrare. Gellius lib.1.cap.11, Excitarentur, atque euibrarentur animi.

Euidens, pen. cor om. gen. (ἐναργὴς,) Quod videtur aperte: & intelligitur: non quod videt & intelligit. Cicc. de vniuersit. 40, Atque vt esset mensura quædam euidens, quæ in istis octo curribus celeritates, tarditatesque declararet.
Siquid est euidens de quo inter omnes conueniat. Cicero 3.de Natura deorum, 11.
Euidentissimum id fuit, quòd quacunque, &c. Liu.8.ab Vrbe, 47. Plin. lib.19.cap.3.4.
Quid enim est hoc illo euidentius? Cic.1.de Nat.deorum, 7.
¶ Authores euidentissimi. Plin.lib.19.ca.3.4. Id apud authores Græciæ euidentissimos natum imbre piceo repente madefacta tellure.
Narrationes euidentes, Id est dilucidæ. Cic.in Top.52.
Euidens ratio, Euidens argumentum. Plin.lib.2.cap.16.6.& 52.2.
Res in aliquo euidens. Cicc.de Amicitia, 26, Quod in homine multo est euidentius.
Perspicuæ & euidentes res. Cic.4.Acad.85.

Euidentia, Denominatiuum, (ἐνάργεια,) Cic.4.Acad.36, Propterea quòd nihil clarius ἐνάργεια, vt Græci: perspicuitatem aut euidentiam nos, si placet nominemus, fabricemurque si opus erit, verba. Quintil.lib.8.ca.3. Item lib.6.ca.2.36, Insequitur ἐνάργεια, quæ à Cicerone illustratio, & euidentia nominatur: quæ non tam dicere videtur, quã ostendere.

Euidenter, Aduerbium (ἐναργῶς.) Quintil.lib.8.Liu.6.ab Vrbe.104, Vel fateri nobis ea, quum tam euidenter pœnituerit, tutum censemus. Plin. lib.13.cap.5.14.

Euigilo, euigilas, pe.cor. (ἐξυπνάω,) euigilare, Expergisci. Plin.epist.7.6.d, Euigilauerammuntius à Spurina, &c. Catullus, Et duce stant acies euigilante suo. Quintil.lib.9.cap.4.
In quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ? Cic.in Parad.10.
Euigilare in studio. Cic.ad Brutum, 15, Tanta abest industria est, tantumq; euigilat in studio, vt non maxima ingenio (quod in eo summũ est) gratia habenda videatur.
In vndis euigilare. Stat.5.Syl.3.26,
-Grauis qua puppe magister
Excidit & mediis miser euigilauit in vndis.
Euigilare, pro elucubrare. Ouid.7.Tristium, Ad librum,
Aspicies illic positos ex ordine fratres,
Quos studium cunctos euigilauit idem.

Nox euigilanda multis modis. Tibul.lib.1.eleg.8.13.
Euigilata consilia. Cic.ad Atticũ, lib.9.18.2, At quàm honesta, at quàm expedita tua consilia? quàm euigilata tuis cogitationibus, quæ itineris, quæ nauigationis, &c.

Euilesco, ris. Suetonius in Claudio Cæsare, ca.15, Propter quæ vsq; eò euiluit, vt passim ac propalam contemptui esset.

Euincio, euincis, euinxi, euinctum, (ἀναδέω,) euincire. Virgil.8. Aeneid.
-euincti tempora ramis.
Insigni regio aliquem euincire. Tacit.lib.5, Surena patrio more Tiridatem insigni regio euinxit.

Euinctus, Participiũ, (ἀναδεδεμένος,) vt Vitta crines euincta. Ouid. 15.Metam.137.
Caput foliis euinctus, Habens caput circundatum foliis. Virg.5.Aeneid. 164, Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ.
Ducũtur euincti geminas ad sua terga manus. Ouid.3.de Pon.eleg.2.15.
Vittis, cornisque euinctus. Tacit.lib.20.
Tempora euinctus tæniis. Virg.5.Aeneid.53, Puniceis ibant euincti tempora tæniis. Id est Vittis roseis. Seruius.
Come euinctæ. Ouid.3.Amorum, 5.12.
Palmis eunctis brachia attollere. Virg.5.Aeneid.72,
Nunc ficui virtus, animusque in pectore præsens
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis. Id est si adsit quis plenus animi. Seruius.
Suræ euinctæ Cothurno. Virg.7.eclog.7.

Euinco, euincis, euici, penul. prod. euictum, (ἐπικρατέω,) euincere, Idem quod vincere. Liu.2.ab Vrbe, 16, Omne id tẽpus cõiuratis consiliando absumunt: euincuntque instãdo, vt literæ sibi ad Tarquinios darentur. Plin.lib.9.cap.31.2. Valer.1.Argonaut.51,
-dubiusque eumcite rebus Quæ meminisse iuuet.
Precibus euincere aliquem. Seneca Medea, 4.2.
Ferum euincere. Ouid.15.Metam.142.
Iura Stygis euincere. Senec.Herc.furen.7.7,
Euincas vtinam iura feræ Stygis,
Parcat umque colos irreuocabiles.
A mais oppositus euincit gurgite moles. Virg.2.Aeneid.100.
Euincere morbum. Colu.lib.6.cap.5.2, Euincendi sunt autẽ quæuis pestiferi morbi, & exquisitis remediis propulsandi. Tibul.lib.4.ele.1.1.
Arbor cæsso vertice euincit nemus. Senec.Hippol.4.20.
Solis imago nubes oppositas euincit. Ouid.14.Metam.154.
Ratio euincit. Horat.2.Serm.saty.3.50, Sic puerilius his ratio esse euincet amare.
Somnos euincere. Ouid.1.Metam.138.
Platanus euincit vlmos. Horat.2.Carm.ode 15.2.

Euictus, pro Conuicto, (ἐπικρατηθείς,) Cicero in Verrem, Act.2, Qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euictus, ora iudicum aspicere, atque os suum Populo Rom. ostendere auderet.
Dolore euictus. Virg.4.Aeneid.95.
Lachrymis alicuius euictus. Senec.Medea, 7.13. Virg.4.Aeneid.110.
Longo tempore euictum esse. Ouid.3.Trist.1.16,
Forsitan & nobis olim minus asper, & illi
Euictus longo tempore Cæsar erit.
Aequora euicta. Ouid.epist.18.31,
-euicta per æquora vectus.
Arbor vulneribus paulatim euicta vehementer concussa. Virgil.2. Aeneid.136.
Virtus paulatim euicta senescit. Silius lib.3.117.

Euiratio, Vide E V I R O, euiras.

Euiresco, euirescis, (βλαστάω,) euirescere, Viride fieri. Varro Prometheo,
Atque ex sanguinibus dolore euirescat colos.

Euiro, euiras, pen. corr. (ἐκπελαύω, διώκω,) euirare, Virilitatem auferre, & effœminare. Varro Marcipore, Spatulæ euirauit omnes Veneri vaga puer os. Nonius.

Euirãtus, penul. prod. (ἡλικιωτὴς,) adolescens, apud Plautum, pro Mollis. Mart.lib.5.41, Spadone quum sis euiratior fluxo.

Euiratio pilorum, (ἀποτρίχωσις,) hoc est deglabratio & virilitatis ablatio per pilorum abrasionem. Plin.lib.29.cap.1.25. Potus deinde ieiunorum ac vomitiones, & rursus per potationes, ac pilorum euiratio in statuta resinis eorum.
Euiratio bonæ spei. Seneca de Vita beata, Quia calamitas est adsidere ac lacessere virtutem, bonæ spei euiratio est.

Euiscero, euiscerãs, pe.cor. (ἐξαιτρεῖω,) euiscerare, Viscera extraheré. Virg.11.Aeneid.141, Compressamque tenet, pedibusque euiscerat vncis. Cic.1.Tuscul.173, ex Ennio,
Ipse lumnis saxis fixus asperis
Euiscerat as latere pendens. Idem in Pisonem, 34, Seneca de Remediis fortuitorum, & 4.Natur. Quæst. dicit amnes, excepto Nilo, terras adiacere & euiscerare, quia scilicet humorem exedunt.
Euisceratus, Participium, (ἐξεντερισθείς,) Cic.2.de Diuina.198. Euiscerata, inanima, cum animali sono. De testudine. Ex Pacuuio.
Euiscerata corpora. Quintil.Decl.12. Vidit nos sol vulneribus pastos, & ad euiscerata corpora illuxit.

Euito, euitas, penul. prod. (ἐκφεύγω,) euitare, Vitam eripere, vel vita spoliare. Verbum vetus, & planè poeticum. Cicc. 3.de Oratore, 120.
Hæc omnia vidi inflammari:
Priamo vi vitam euitari. Hæc eadem adducit Cic.3.Tuscul.78, ex antiquo poeta.
¶ Euitare, (ἀναβιβάζομαι, ἐξαλύσκω,) Fugere, deuitare. Cicc.de Amicit.74. Est enim varius & multiplex vsus amicitiæ, multæque causæ suspitionum offensionumque dammãtur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est.
Cælius ad Cic.lib.8.5.2. Periculosam & grauem illam dimicationem euitarent. Sic Euitare casum, Cæsar 8.bel.Gall.77. Horatius lib.1.Carm. Metaque feruidis Euitata rotis.
Fugere & euitare. Cic.in Oratore, 112. Vt versum fugimus in Oratione, sic hi sunt euitandi continuati pedes.
Dolorem euitare. Cic.5.de Finib.34. Ne vitationem quidẽ doloris ipsam per se quisquam in rebus experẽdis putauit, ne si etiam euitare posset.
Personam quæ officit euitare. Horat.1.Serm.saty.2.13.
Pugnam euitare. Ouid.1.de Ponto, eleg.6.8. Saucius euitat pugnam gladiator.
Amictu euitare telà alicuius. Catul.epig.111.2.
Euitatio, Verbale, (ἐκκλίσις, ἐξέλυσις,) Quintil.lib.5.cap.10. Malorũ euitationem, liberationem, &c.
Euitabilis, penult. correp. Adiectiuum, (ἐκκλυτὸς,) vt Euitabile telum. Ouidi.6.Metamorph.47. Fræna tamen dantem non euitabile telum Consequitur.

Eulogia, eulogiæ, (εὐλογία,) Latine dicitur benedictio, munificentia, beneficentia. Cic.ad Atticum, lib.15.280.4. Locũ hominibus non sanè probo, quòd est desertior: sed habet εὐλογίαν. Vbi interpres, Eulogiam, honestam rationem, vel probabilem: & rationabiliter mihi cõmodus erit qui desertissima quæro, ac loca inaccessa, qua nulla humano sit via trita pede.

EVMELVS, pen. pro. Augur nobilis cuius meminit Statius 4.Sylu.8.10.
Tu doctor populi longè emigrantis Apollo,
Cuius adhuc volucrem læua cernuice sedentem
Respiciens blandè fœlix Eumelis adorat.

EVMELVS, pen. pro. Admeti regis Thessaliæ ex Alcesta vxore filius. Eumelus, Troianus vir, de quo Virgil.5.Aeneid.132.
Mantius Anchisæ ad tumulum, cuneosque theatri
Incensi perfert naues Eumelus. Huius meminit Bocatius lib.5.cap.43.

EVMENES, siue Eumenus, pen. corr. vir Cardianus, qui cura, vigilantia peritia, calliditate & celebritate omnes Macedones superauit.

EVMENIDES, Eumenidis, pen. corr. (εὐμενίδης,) quidã fuit cuius meminit Ouid.3.Trist.eleg.4.6.
Non foret Eumenides orbus, si filius eius
Sculius Achilleos non adamasset equos.

EVMENIDES, (κλαυσόμες,) furiæ infernales: Latinè beneuolæ & mites dictæ, per contrarium, quasi non mites, εὐμενὴς enim beneuolus dicitur. Has tres seruat Acherõtis fuisse filias, atque Noctis, vno partu edi tas: & apud inferos vocantur Canes. In singulari dicitur Eumenis medica correpta,
Agenina Eumenidum. Virg.4.Aeneid.94. Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus.
Amnis generis Eumenidum. Id est circa quem habitant Eumenides. Virg. 6.Aeneid.75. Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque seuerum Eumenidum aspicies? Seruius.
Cæruleos implexæ crinibus angues Eumenides. Virg.4.Georg.96.
Intorti angues Eumenidum capillis. Horat.2.Carm.ode 13.8.
Cauæ Eumenidum, Serpentes. Stat.5.Sylu.1.6.
Nil cantus, nil fila, deis pallentis Auerni
Eumenidumque audita comis mulcere valerent.
Mater Eumenidum. Virg.6.Aeneid.50. Id est Nox. vt Hunc mihi da proprium virgo sata Nocte laborem. Seruius.
Ferrei Eumenidum thalami. Virg.6.Aeneid.56.
Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demens
Vipeream crinem vittis innexa cruentis. Vbi Seruius Furiæ inquit, nunquam nupserunt. vnde thalamos accipiamus in quibus natæ sunt.
Turba fœcera Eumenidum. Propert.lib.4.eleg.12.6.
Vultibus Eumenidum agitari. Ouid.9.Metam.83. Vultibus Eumenidum, matri isque agitabitur vmbris.
Quinta Luna Eumenides fatæ quibus temporibus operis initium sumere verat Virgilius 1.Georg.56.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Fœlices operum: quintam fuge: pallidus Orcus Eumenidesque satæ.
Victæ carmine Eumenides. Ouid.10.Metam.10.
Tunc primùm lachrymis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas.

EVMOLPVS, Nomen Athenien sis viri, quem Suidas Musæi poetæ filium fuisse scribit: verificator ante Homerum fuisse traditur. Ab hoc Eumolpidas, sacrorum quorundam præsides dictos volunt, quorũ meminit Aeschines in Oratione contra Ctesiphontem.

Eumolpide, dicti sacerdotes seu magistratus Athenis, in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Aegyptii genetis fuisse Diodorus refert. Alii vatem Orphei filium putant.

EVNEVS, Iasonis filius ex Hypsipile filia Thoantis regis, teste Homero lib.7.Iliados.

Eunûchus, pen. prod. (εὐνοῦχος,) qui euiratus est, & virilibus, ac testiculis caret. Dicitur autem ab εὐνὴ quod est cubile: & ἔχω custodio: quia id genus hominum adhibebatur seruandis cubilibus regum, quasi eunoechus, & per syncresim eunuchus.
Eunuchum se facere. Iuuen.Saty.12.4. -decidere facto
Cœpit cum ventis, imitatus Gastora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno Testiculorum.

Eunucho, eunuchas, (εὐνουχίζω,) eunuchare, Castrare, cuius passiuum est Eunuchor. Varro lege Menia, Siqui patriam maiorem parentem extinguit, in eo est culpa: quod facit pro sua parte si qui se eunuchat, aut alqua liberos producit.

Euoco, euocas, pen. corr. (ἐκκαλέω, προσκαλέω,) euocare, Extra vocare. Plaut.Trinum.17.47. Probus es. eo vt illum euocem.
Terent.And.3.3.48. Euocate huc Dauum. Cæsar.4.bel.Gall.484. Principibus Galliæ euocatis. Cic.4.Verr.45.
Accersere & euocare. Cic.pro Deiot.8. Venit, vel rogatus vt amicus: vel accersitus vt socius: vel euocatus vt is qui Senatui parère didicisset.
Euocare aliquem foras. Terent.Eunuc.2.1.52.
Euocare aliquem foras verbis alicuius. Plaut.Casin.5.56. Vis tuis Chalinum huc euocem verbis foras?
Intus aliquem euocare. Vide I N T V S.
Euocare aliquem intus foras. Plaut.Pseud.9.12. Ostium pultabo, atque intus euocabo aliquem foras. Idem Menæch.5.36. Euocatæ intus Cylindrum mihi coquum actutum foras.
Euocare huc Sosiam, accersat Blepharonem. Plaut.Amphit.10.68.
Magnopere euocare. Cic.2.de Orat.192. Paulò pòst esse ferunt nuntiatum Simonidi, vt prodiret: iuuenes stare ad ianuam duos quosdã, qui eum magnopere euocarent.
¶ Euocare à. Plaut.Amphit.11.12.
Tu gubernatorem à naui huc euoca meis verbis
Blepharonem, vt re diuina facta mecum prandeat.
Euocari è patria. Cicero ad Atticum, lib.8.146.4. Non expulsi sed euocati è patria.
Euocari à Deo. Cic.1.Tuscul.117. Nec tamen illa vincula carceris ruperit: leges enim verantsed tanquam à magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus, atque emissus exierit.
¶ Euocare ad cœnam. Plaut.Mostell.14.13.
Euocare ad colloquium. Liu.3.bel.Pun.201. Et lib.1.ab Vrbe.4. Cæsar.4.bel.Ciuil.62.
Euocare hostes ad pugnam. Cæsar.5.bel.Gall.218. Magna contumelia verborum nostros ad pugnam euocant. Liu.5.bel.Pun.102.
Euocat ad se Centuripinum magistratum, & Decemprimos, nisi restituissent iis statuas, vehementer iis minatur. Cic.4.Verr.117.
Euocare ad causam dicendam. Liu.9.bel.Maced.149. Euocauimus eos ad causam dicendam.
Euocare, pro Vocare. Cic.5.Verr.53. Sterni triclinia etiam in foro iubebat, euocari homines honestissimos, &c. In emendatioribus codicibus legitur eò vocari.
Euocare aliquem accitu alterius. Cic.5.Verr.56. Magistratus & Quinq; primi accitu istius euocantur.
Euocare in concilium. Liuius.9.bel.Pun.16. Tum à Mandonio euocati in concilium.
¶ Euocare aliquem Romam, aut ad aliam vrbem. Cic.3.Verr.60. Pericles Ephesius homo nobilissimus Romam euocatus est, quòd author iniuriæ illius fuisse argueretur. Idem ad Atticum, lib.5.110.5. Nam euocari ex insula Cyprios non licet.
¶ Euocare aliquẽ literis. Cic.ad Att.lib.1.39.1. Tuas Numestico literas dedisse te his, euocabã, vt nihil acrius, neq; incitatius fieri posset.
¶ Inuitare & euocare. Cic.2.de Finib.159. Indicat innatam esse homini probitatem gratuitam, non inueteratam voluptatibus, nec præmiorũ mercedibus euocatam.
Præmis aliquem euocare. Quintil.lib.1.cap.1.15. Præmiis etiam, quæ capit illa ætas, euocetur.
¶ Piscem esca euocare, Id est elicere. Silius, lib.7.101,
Euocat è liquidis piscem penetralibus esca.
Nubibus siccis euocare aquas. Senec.Medea.10.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Postera lux Hyadas Taurinæ cornua frontis
Euocat,& multa terra madescit aqua. Ouid.6.Fast.40.
Zephyrus vernas euocat herbas. Senec. Hippol.1.3.
¶ Vigil ales euocat auroram. Ouid.11.Metam.120.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Euocat auroramue voce silentia rumpunt.
Lucifer ignes euocat Auroræ, cursusque Aurora diurnos. Ouidius.4. Metam.126.
¶ Euocare deos, pro Elicere. precibus enim deos euocabant, vt aliò transferrent. Plin.lib.28.cap.2.8. Verrius Flaccus authores ponit, quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis sacerdotibus euocari deũ, cuius in tutela id oppidum esset. Quid sit sacrorum euocatio (inquit Budæus) & quo modo olim fieri solita sit, siquis scire cupit, videat Macrobium, lib.3.Saturn.cap.8. vbi de euocatione deorum larium loquitur ex vtbib⁹ quas Romani capere ex expugnatione instituerant. Illic enim videbit verba solemnia, quibus Romani loca profana reddere se existimabant. Apud Liuium autem lib.5.ab vrbe condita.95. Dictator è Veiis deos euocans, Tuo ductu, inquit, Pythice Apollo, tuoque nomine instinctus pergo ad delẽdam Vrbem Veios, tibique hinc decimam partem prædæ voueo. te simul Iuno regina, quæ nunc Veios colis, precor vt nos victores in nostram, tuamque mox futuram vrbem sequare: vbi te dignum amplitudine tua templum accipiat.
Animas Mercurius euocat Orco. Virg.4.Aeneid.49.
Letheum ad fluuium Deus animas euocat. Virg.6.Aeneid.150.
Sepulchris aquos atauosque euocare. Ouid.1.Amor.eleg.8.4.
Euocare deos, eo modo quo dicimus euocare dæmones, apud Plinium, lib.14.cap.17.4.
¶ Euocare, pro Inuocare & implorare, vt
Oratione euocare misericordiam alicuius. Cic. pro Deiotaro.28. Nã de deo C.Cæsar, quod fieri solet in tantis periculis, tentare, quonammodo dicendo misericordiam tuam commouere possim. nihil opus est hoc currere ipsa solet supplicibus & calamitosis nullius oratione euocata.
¶ Euocare ad arma, inquit Seruius, Est ad diuersa loca diuersos cogere exercitus. Ci. pro Rabirio.14. De te ipso inquam Labiene quæro, qui ad arma Consules ex Senatusconsulto euocassent, quum armatos Aemilius princeps Senatus in comitio stetisset. Legitur & vocauisset. Cæsar.1.bel.Ciuil.89. Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat.
Sparsas cohortes euocare. Lucan.lib.1.80.
¶ Euocare testes. Plin.epist.91.libro,6. Scripseram tenuisse Varenum vt sibi euocare testes liceret, quod pluribus æquum, quibusdam iniquum, & quidem pertinaciter visum est.
¶ Euocare, pro Citare, inquit Budæus apud Ciceronẽ in Prætura vrbana. Nunc in personã citare dicunt: hoc est vadimonio obstringere.
¶ Euocare animum à negotio: Id est retrahere. Cic.1.Tuscul.117. Nam quid aliud agimus, quum à voluptate, id est à corpore, quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à Rep. quum à negotio oi euocamus animum? In vetustioribꝰ codicibꝰ legitur seuocamus.
Euocare animum gratè excipiendo. Senec. de Benef. lib.2.cap.28. Boni consulamus, & animum eius gratè excipiendo euocemus.
Euocare mentem ab oculis. Cic.3.de Nat.Deor.27. Non quòd difficile sit mentem ab oculis euocare: sed quo magis euoco, eo minus id quod tu vis, possum mente comprehendere. In emendatioribus codicibus legitur seuocare & seuoco.
¶ Euocare in. Plin.lib.14.cap.1.2. Vis earum omnis euocatur in palmites. De vitibus.
Euocãtus, penult. prod. (ἐξοκλημένος,) Participium, & Nomen ex Participio. Vnde, Euocati dicuntur, non qui iusti milites sunt, sed qui repentina aliqua necessitate ex agris in bellum tumultuariè & vocãtur & coguntur. Sueton. in Galba, cap.10. Delegit & Equestris ordinis iuuenes, qui manente anulorum aureorum viu, euocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent. Etiam per prouincias edicta dimisit, author singulis vniuersisque conspirandi, simul & vt qua posset quisque opera communem causam iuuarẽt. Idem in Augusto, Assiit & clientibus ficut scutario cuidam euocato quondam suo, qui postulabatur iniuriarum. Cic. ad Appium, Antonij prę fectum euocatorum missi ad te, cui si videbitur, cohortes traderes.
Euocans, pen cor. Participium. Cic. ad Atticum, lib.10.197.14. Sed hæc super re nimis mauitam ipse audire videor iam euocantẽ. In vetustioribus codicibus legitur, Ne meam συμπλέκειν euocem.
Euocator, penult. product. Verbale, (ἐξοκλητὴς,) Cic. in Catil.10. Principem coniurationis, euocatorem & seruorum & ciuium perditorum exire patieris?
Euocatio, Verbale, (ἐξοκλησις,) Plin.lib.30.cap.1.6.

Euohe, pen.corr. (εὐοῖ,)

Vox bacchantis. Virg.7.Aeneid.78
Euohe Bacche fremens. Ouid.4.Metam.105.
Teque ferens parum nudis Melicerta lacertis

Euohe Bacche sonat.
Euæ, dissyllabum. Catul.in Argon.12.
Saxea vt effigies Bacchantis prospicit Euæ. Horat.2.Car.ode.19.2.
Euæ recenti mens trepidat metu
Plenoque Bacchi pectore turbidum
Lætatur Euæ parce Liber. Ouid.6.Metam.120.

Euolo, ás, pen.corr. (ἐφίπταμαι,)

euolare, Modò volare significat, modò extra volare. Plinius, libro.10.capit.38.3. Vultur & feræ grauiores, nisi ex procursu, aut altior tumulo immissæ non euolant.
Euolare & Inuolare, contraria. Varro.3.de Re rust.cap.11.3. Columella, lib.8.cap.15.1.
Altius euolare. Cic. Lentulo, lib.1.7.16.
Euolare plus est quàm excurrere. Cic. de Claris Orat.148. Itaque rãtos processus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur.
Cursu præpeti euolat. Senec. Hippol.10.15.
Ex arbore euolat ales nuntia Iouis. Cic.1.de Legib.3.
Nusquam è nostro pectore euolat. Propert.lib.2.eleg.13.3.
Euolant & excurrunt foras animi spretis corporibꝰ. Ci.1.de Diuin.185.
Madidis Notus euolat alis. Ouid.1.Metam.53.
Euolauerunt ex omnibus partibus syluæ, & in nostros impetum fecerũt. Cæsar.3.bel.Gall.458.
Euolare ad belli, aut fugæ societatem. Cic. ad Atticum, lib.9.188.4.
Euolarat iam è conspectu fere fugiens quadriremis. Cic.7.Verr.70.
¶ Euolare, per translationem, pro Eripere se. Cic.3.Verr.47. Iste quibus cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliquã euolare si posset.
Euolare ex corporum vinculis, tanquam ex carcere. Cic. in Somn.9.
Euolare ex flamma. Cic. Ante quàm iret, &c.4. Et.3.Verr.48.
Eripi atque euolare ex insidiis aliquorum. Cic. pro Muren.74.
Euolare ex seueritate iudicis. Cic.2.Verr.8.
Euolare rus ex vrbe, tanquam ex vinculis. Cic.2.de Orat.13.
¶ Euolare pœnam. Cic. de Prouinciis Consul.11. Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis, inuitissimis vobis euolarunt: at aliam multo maiorem, grauioremque subierunt.
¶ Euolauit oratio. Cic.1.de Orat.77. Tantus enim cursus verborũ fuit, & sic euolauit oratio, vt eius vim, atque incitationem aspexerim, vestigia ingressumque vix viderim.

Euolito, euolitas, pen.corr. (ἐξιπτάμαι,)

euolitare, Frequentatiuum. Colum.lib.8.ca.8.1. Patentibus fenestris per quas ad requirendos cibos euolitat. De columbis.

Euolaticus, pen.corr. Adiectiuũ, (ἐνοπτικός,)

vt Euolatici homines. Plautus Pœnul.6.26.
– ita vt occæpi dicere,
Lentule de illac pugna pentethronica, qua sexaginta hostum vno die
Euolaticorum manibus occidi meis.
L. Euolaticorum hominum? A. ita dico quidem.
L. An obsecro vnquam sunt homines volatici?
A. Fuere: verbum ego interfeci.

Euolo, ás, (ἐκπέλω,)

euolare, à vola, volę, Furari, Rapere: quasi in volam recipere. Plaut. Cistel.10.71. Quid quæritas? Hæc cistellam adolescens, hic mihi Euolauit.
Impune aliquid euolare. Cic. pro Deiotaro.21. Vbi enim id quod interest, atque nostrum, * impune euolare potest, contraque nos pugnare sit in dominatu seruitus, in seruitute dominatus.

Euoluo, euoluis, euolui, euolutum, penult. prod. (ἐξοφαιρῶ, ἐξαπτύσσω,)

euoluere, De loco volucre.
Ex æquore Titan Rorantes euoluit equos. Stat.1.Achileid.49.
Inuolutum euoluere. Cic. in Topic.5.
Orbes euoluere sedibus cauis. Id est oculos extrahere. Lucan.lib.7.57.
Hic aures, alius spiramina nasis aduncæ
Amputat: ille cauis euoluit sedibus orbes. De morte Marii.
Orbe euolui. Lucan.lib.9.176.
Imus in aduersos axes, euoluimur orbe.
Saxa euoluere. Lucan.lib.3.97.
– nudis euoluunt saxa lacertis.
Iactas euoluere syluas, Cõiectas in se arbores reiicere. Ouid.12.Met.106.
– modò se super aera frustra
Tollere conatur, iactasque euoluere syluas. De Cæneo.
Mundus nitidus certas euoluit vices. Senec. Medea.6.5.
¶ In mare fluuii se euoluunt. Virg.5.Aeneid.160.
Euoluitur in Pontum sex fluminibus Danubius. Plin.lib.4.cap.12.13.
¶ Euoluor. Claud.8.Paneg.8.
– quicquid fluuiis euoluitur auri.
¶ Questus euoluere pectore. Valer.4.Argon.24.
Ingemit, & tales euoluit pectore questus.
¶ Euoluere alicunde argentum sibi, per translationem dictum. Plautus Pseud.5.83.
Euoluere se turba, & ex turba, pro Expedire & liberare. Terent. Eunuc. 4.4.16.

4.4.16. Hære & omni te turba euolues, & illi gratũ feceris. Idẽ Phorm. 4.4.5. Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis.
¶ Euoluere librum, quasi complicatum explicare. Cic.1.Tusc.40. Euolue diligenter eius eum librum qui est de animo. Idem in Topicis, 1. Vterque nostrum ad suum studium libellos quos veller, euoluereat.
Arcana deũm euoluere. Silius lib.7.100.
Deliberationem aliquam totam accuratius euoluere in literis. Cic. Atti. lib.9.181.13.
Fastos euoluere. Ouid.1.Fast.131.
Ter quater euolui signantes tempora fastos:
Nec sementina est vlla reperta dies.
Euoluere poetas. Cic.1.de Finib.108. Et ad Atticum, lib.9.181.7.
Euolui volumen epistolarum tuarum.
Seriem fati euoluere. Ouid.15.Metam.31. Sic exhortari, seriemque euoluere fati. Id est exponere.
Tempora & fastos mundi euoluere. Horat.1.Serm.saty.3.13.
Veiios euoluere, Id est legere. Ouid.2.Trist.62.
Non tamen est facinus versus euoluere molles,
Multa licet: aste non facienda legant.
Volumina euoluere. Quintil.lib.2.cap.15.16.
¶ Euoluere aliqua, pro Explicare & exponere. Cic.3.de Orat.116, His autẽ de rebus sol me ille admonuit, vt breuior esse, qui ipse iam præcipitans, me quoque hæc præcipitem penè euoluere coegit.
Euoluere, Meditari. Virg.4.Georg.102. Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris.
Non possum euoluere exitum rei. Ci. pro Cœlio.44. Reliquum est igitur crimen de veneficiis: quæ ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum. Idem 3.de Orat.516.
Locos euoluere. Ouid.2.Trist.48.
Miror in hoc igitur tantarum pondere rerum
Vaquam te nostros euoluisse locos. Quo in loco tertiam syllabã diuisit.
Euoluere naturam rerum. Cic.4.Acad.203.
Complicatam notionem animi sui euoluere. Cic.3.Offic.99. At verò siquis voluerit animi sui complicatam notionẽ euoluere, iam se ipse doceat eum virum bonum esse, qui prosit quibus possit.
Promissa somni euoluere, Quæ somnium dormienti cuentura proponit. Silius lib.3.44. Promissa euoluit somni, noctemque recusat. De Hãniba le cui in somnis monstrum visum, quod (vt ipsi videbatur) Mercurius quid portenderet, explicauit.
Digna euoluere tantas Sobria corda vices. Stat.5.Sylu.1.16.
¶ Euoluere, pro Discernere & dirimere. Ouid.1.Meta.5. Quæ postquã euoluit, cæcoque exemit aceruo. De elementis confusis.
¶ Euoluisse, quinque syllabarum metri necessitate. Ouid.epist.11.1. Deberant fusos euoluisse suos. Catull.ad Ortalum, 61.115. Cõdita quin veri pectora euoluam.
Euolutus, pen.prod. Participium, (ἀνοπτυμένος,) Liu.6.bel.Pun.100. De sagui loquens, Interuentuque hominum euolutam repente, atque ex oculis elapsam.
Flatibus euoluti. Senec. Herc.Oetheo,6.6. Vtque euolutos frangit Ionio Sole. Opposita fluctus Leucas.
Euolutum furfure panicum pinsitum, hoc est furfure exutum. Colum. lib.2.cap.9.17.
Euolutus & nudatus integumentis dissimulationis. Cic.2.de Orat.190. Libenter enim te cognitum iam artificem, aliquandoque euolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatumque perspicio.
Euolutus bonis. Seneca epist.75. Occurrent acti in exilium, & bonis euoluti. Id est deturbati.

Euolutio, euolutionis, Verbale, (ἀνάπτυξις,)

Cic.1.de Finib.37. Quid hi flores, cognitioque rerum, quid poctarum euolutio? quid tãta tot verborum memoria voluptatis affert?

Euomo, euomis, pen.corr. euomui, euomitum, (ἐξεμέω,)

euomere, Extra vomere. Plin.libro,10.cap.40.1. Platea calore ventris coctas conchas euomit. Sic.libro,9.cap.1.21. Cice.1.de Natu. deorum.186. Eademque hæc auis scribitur conchis se solere implere, easque quum stomachi calore concoxerit, euomere, atque ita eligere ex illis quæ sunt esculenta.
Vebois euomit ignes. Silius lib.17.120.
Euomere pestem, forasque proicere. Cic. in Catil.16. Quæ quidem lętari mihi videtur, quòd tantam pestem euomuerit, forasque proiecerit.
Euomere aliquid in aliquem. Cic.5.Philip.177. In me absentem orationẽ ore impurissimo euomuit. Sic pro Milo.59. Nõ timeo Iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius hæc in illum euomere vi deor, quàm verius.
Euomere iram in aliquem. Terent. Adel.3.2.14. Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens. Idem Hecyra, 3.5,65. Atque in eam hoc omne quod mihi ægre est, euomam. Idem Adelph.3.4.6. Ibo, ac requiram fratrem: vt in eum hæc euomam.
¶ Vomuit se Nilus multis faucibus in Aegyptium mare. Plin.libro,5.ca.9.11.

Euomere virus apud aliquem. Cic. de Amicit.73. Apud quem euomat virus acerbitatis suæ.

Eupatoria, vel eupatorium, (εὐπατόριον,)

herbę genus, caulis ligneosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis aliquando, & amplioris. Plin.lib.25.cap.6.1. Omnino ea est herba quam Dioscorides ait à Latinis agrimoniam vocari, atque ita quoque vulgò appellatur.

Euphónia, pen.corr. (εὐφωνία,)

sonoritas, bona vox, lenitus vocem iucundior. Quintil. vocalitatem vertit.

Euphorbia, (εὐφόρβιον,)

herba, de qua sic Plinius, lib.25.cap.7.26. Inuenit & patrum nostrorum ætate rex Iuba quã appellauit euphorbiam, medici sui nomine & fratris Musæ. Dicitur & euphorbium neutro genere. Plin.lib.25.cap.12.2. Facit & claritatẽ euphorbium iunctis.

EVPHORBVS, (εὐφορβεύς,)

Troianus, Panthi filius, qui Patroclũ vulnerauit, interfectus ab Achille, vt est apud Homerum.
Panthoides Euphorbus. Ouid.15.Metam.33.
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ. Verba Pythagoræ, qui sui exemplo ostendit animas de corporibus in corpora transire. Nam tempore belli Troiani ait se Euphorbum Panthi filium à Menelao interfectum.

EVPHORION, (εὐφορίων,)

poeta Chalcidensis, quem transtulit Gallus. Habebat hic quosdam ita deditos sibi amatores, vt eum præferrẽt Ennio & reliquis poetis. Meminit huius Ci. li. de Nat. Deo. 2. Quid (inquit) poeta nemo, nemo Physicus obscurus? ille verò nimis etiam obscurus Euphorion: at non Homerus.

EVPHRATES, Euphrątis, & Euphrąte, Euphrątes, pen. prod. (εὐφράτης,)

fluuius Mesopotamiæ in Paradiso orient. Strabo scribit Euphratem ex Niphate monte Armeniæ, magnum, profundum, & celerem nasci, exire autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium diuidere, & Tigri coniunctum Mesopotamiam facere. Salustius quoque certissimus author asserit, tam Tigris quàm Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Ex quo animaduertimus (inquit Hieronymus) aliter de Paradiso & fluminibus intelligendum. Boethius, Tigris & Euphrates vno se fonte resoluunt. Vide Plinium, lib.5.cap.24. Et Solinum cap.50.
Euphrates, Latinè fœcunditas, atque abundantia fructuum dicitur. Ambrosius, libro de Paradiso, Plerique inquiunt Euphratem dictum ab εὐφραίνω, hoc est à lætando: eò quòd hominum genus nullo magis quàm lætitia & æquitate lætetur. Cicero.2.de Natura Deorum.196. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi nouos agros inuehit.
Altus Euphrates. Virg.4.Georg.112.
Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello. Claud.1.Paneg.11.
Babylonius Euphrates. Ouid.2.Metam.50.
Celer Euphrates. Claud.7.Paneg.74.
Fertilis Euphrates. Lucan.lib.3.5.
– sparsus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vndæ.
Magnus Euphrates. Lucan.lib.3.52.
Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus.
Euphrates, quos non diuersis fontibus edit
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes.
Tumidus Euphrates. Claud.6.Paneg.14.
Vagus Euphrates. Stat.5.Sylu.1.18.
Euphrates ibat iam mollior vndis. Virgilius.8.Aeneid.143. Id est sentiẽs quasi se esse superatum. Sic Seruius significat Orientis populos victos ab Augusto.
Euphrates Metonymicè capitur pro Oriẽtis populis apud Virg.1.Georg.101. Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum.
Euphrates, penult. product. Philosophus grauissimus temporibus Adriani principis, voluntaria morte excessit è vita, veniam ei dante Adriano, vt citra ignominiam & infamiam, cum propter senectutem, tum etiam propter grauem morbum, cicutam bibere posset, Authore in Adriani vita Dione.

EVPHROSYNA, Euphrósynæ, & Euphrósyne, Euphrósynes, pe. cor. (εὐφροσύνη,)

Vna ex tribus Gratiis. & interpretatur Gratia.

Euphrósynum, pen.corr. Herba quę bugloſios aliàs dicitur, siue bugloſſum, hoc est lingua bubula, quoniam linguæ boum sit similis: species boraginis. Plin.lib.25.capit.8.2.

Iungitur huic bugloſſos, boum linguæ similis, cui præcipuum quòd in vinum delecta, animi voluptates auget, & vocatur euphrosynum. Alii autem euphrosynen vocant.

EVPILIS, Lacus Galliæ Cisalpinæ.

EVPOLIS, pen.cor. (εὔπολις,)

prisca Comœdiæ scriptor fuit, q vitia populi magna cũ libertate reprehẽdit, de quo Hor.1.Ser.Saty.4.81. Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atque alij,quorum comœdia prisca virorum est,
Siquis erat dignus describi quòd malus aut fur,
Quòd mœchus foret,aut sicarius, aut alioqui
Famosus,multa cum libertate notabant.
Iratus Eupolis. Pers. Saty. 1. 13.
– audaci quicunque afflate Cratino
Iratum Eupolidem prægnandi cum sene palles. Eupolidé iratum vocat Persius,quasi vehementi ira in hominum vitia inuectum.
Eupolin in accusatiuo dicit Horat. 2. Serm. Saty. 3. 5.
EVPOMPVS, Macedo,Arithmeticæ & Geometricæ peritissimus,sine quibus negabat artem posse perfici. Est & Plin. lib. 35. cap. 10. præclari pictoris nomen,qui docuit Pamphilum Apellis præceptorem.
EVPORVS, pen. corr. Seruus fuit C. Gracchi, qui dominum ex Auentino fugientem qua potuit ratione tutatus est,ac super occisum asam sesse proprio vulnere visceribus effudit,inquit Macrobius.
EVPROSOPON, pen. prod. Promontorium Phœniciæ ad Byblon vrbem. Nomẽ habet ab insigni aspectu. nam Græcis εὐπρόσωπος dicitur qui bello est aspectu. Vadianus.

Eureos, mo, cap. 10. 11.

EVRIPIDES, pen. indiff. (εὐριπίδης,) Athenensis poeta Tragicus, natus quo die Xerxes rex ab Atheniensibus fugatus est. Fuit primùm in Rhetorica Prodici discipulus, deinde Socratis in Philosophia, ad Tragœdiam conuersus: secutus est Anaxagoram: Athenis discedens venit ad Archelaum Macedoniæ regem,apud quem in honore fuit,à Venere omnino abstinens,ex quo μισογύνης,id est osor mulierum, dictus est. duxit tamen vxores duas. Excessit noctu, discerptus à canibꝰ annum agens LXXV. Eius ossa Pellam translata. Iussu regis scripsit fabulas LXXV: vicit quinque,vt est author Suidas. De eius genere, vita,moribus,morte,& sepulchro scribit Gellius lib. 15. cap. 20.
Censura Ciceronis de Euripide ad Tironẽ, lib. 16. 8. 4. Euripides, inquit, cui tu quantum credas nescio. ego certè singulos eius versus, singula eius testimonia puto.
EVRIPVS, pen. prod. (εὔριπος,) Maris pars inter Aulidé Bœotiæ portum,& Eubœã insulã, cuius meminit Strabo, lib. 9. Et Plin. lib. 2. cap. 97. 7. Et quorundam tũ priuata natura est, velut Tauromenitani Euripi sæpius & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. Hactenus Plinius. Tam rapida autem conuersione est Euripus, vt quemadmodum author est Pomponius Mela, ventos, ac etiam plena ventis nauigia secum portet. Cic. 3. de Nat. Deor. 31. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius?
Euripi (inquit Hermolaus) fossæ in lucis circundatæ pro septis, quorum loco temporaria prius clostra fuerunt, authore Plin. Hinc natũ existimo, vt ludi equestres (quorum modò vsus est tam multiplex) vulgari verbo clostra nuncuperentur, hoc est clostralis. Spartianus in Heliogabalo, Euripis, inquit, vino plenis nauales Circenses exhibuit. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 8. cap. 7. 4. Qua de causa Cæsar Dictator postea simile spectaculum editurus, euripis harenã circundedit, quos Nero fossulit, equiti loca addens. Suet. in Dictatore, Circensibus spatio circi ab vtraq; parte productio, & in gyrum euripo addito, quadrigas, &c.
Euripi, sractus angulti inter vada, quales Venetiis nauigantibus per amphractus designantur. Plin. lib. 6. cap. 23. 9. Inde vadosa nauigatio palustri similis: per euripos tamen quosdam peragitur. Ci. 1. de Legib. 1. Ductus verò aquarum, quos isti Nilos & Euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irriserit?
Fretũ & Euripus. Cic. pro Mur. 34. Quod enim fretũ, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quãtas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum?
Prius vicibus alternis fugax Euripus vnda stabit Euboica piger.
Senec. Herc. furent. 6. 9. de re impossibili.
EVRONOTVS, pen. corr. (εὐρώνοτος,) alio nomine Vulturnus dicit, teste Sipontino: Ventus ab Oriente hyberno spirans: quòd inter Notum & Eurum sit. Colum. lib. 11. cap. 2. 31. Idib. Maiis Fidis mane exoritur, Auster, aut Euronotus.
EVROPA, pen. prod. (εὐρώπη,) Tertia pars orbis, incipiens à Tanai, vel Hellesponto, & desinens in Atlanticum fretum. Eam Plin. lib. 3. altricem victoris omnium gentium populi, terrarumque pulcherrimam nominat, Asiæ & Africæ aliquando non magnitudine, sed virtute comparatam. Vnde huic terræ nomen accesserit, aut quis eius exstiterit author, Anemine mortalium compertum esse ait lib. 2. Herodotus. De Europæ laudibus Strabonem legito, lib. 3. Vide & Ciceronẽ. 3. de Natura Deor. 32. Et pro Flacco. 50.
Tanais Europæ terminus. Lucan. lib. 3. 55. – qua vertice lapsus
Riphæo Tanais diuersi nomina mundi
Imposuit ripis Asiæque, & terminus idem
Europæ, mediæ dirimens confluia terræ.
Vltrix Europa. Stat. 1. Achil. 80.
Interea meritos vltrix Europa dolores
Dulcibus armorum furiis, & lupplice regum
Conquestus flammata mouet.
Europa, vel Europe, pen. prod. filia Agenoris regis Phœnicum, quam Iupiter forma bouis, aut vituli, raptam abduxit in Cretam. Horat. 3. Carode. 27. 6. Sic & Europe niueum doloso Credidit tauro latus.
Tyria Europa, à patria quæ pars est Phœniciæ. Senec. Herc. fur. 1. 2.
Hinc qua tepenti vere laxatur dies
Tyriæ per vndas vector Europæ niter.
Vilis Europa. Horat. 3. Carm. ode. 27. 11.
Europa elusa imagine tauri. Ouid. 6. Metam. 21.
Europæus Adiectiuum. vt Dux Europæus, Minos Iouis & Europæ filius. Ouid. 8. Metamorph. 5.
Nouerat ante alias faciem ducis Europæi.
EVROTAS, pen. pro. (inquit Seruius) fluuius Laconum, qui ab Apolline instructus suas edocet lauros, quibus eius plenæ sunt ripæ. Hæc ille, enarrans illud Virgilii in Sileno. 6. eclog. 17.
Omnia, quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas, iussitque ediscere lauros. Hic teste Liuio, lib. 4. bel. Maced. vrbem Lacedæmona præterfluit.
In Eurotæ ripis exercet Diana choros. Virg. 1. Aeneid. 101.
Asper Eurotas. Stat. 1. Thebaid. 24.
Beatus Eurotas. Virg. 6. eclog. 17.
Oliuifer Eurotas. Stat. 4. Thebaid. 46.
Rigidus Eurotas. Stat. 10. Thebaid. 99.
Frigidus Eurotas. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 7.
Tenareus Eurotas. Ouid. 2. Metam. 50.
Mygdonisusque Melas & Tænareus Eurotas.
EVRVS, Ventus ab Oriente flans, & calidus est. Colum. lib. 5. ca. 5. 19.
Quoniam plerũque dicti syderis tẽpore quędam partes eius regionis sic infestantur Euro, quem incolę Vulturnum appellant, vt nisi tegminibus vites opacentur, velut halitu flammeo fructus vratur.
Citatior Euro. Silius, lib. 4. 2.
Truculentior Euris. Ouid. epist. 11. 2. Vt ferus est, multoque suis truculentior Euris. De Aeolo.
Velocior Euris. Silius, lib. 3. 60.
Immania saxa domus Euri. Virg. 1. Aeneid. 19.
Rapido velocior Euro. Claud. 5. Paneg. 20.
Animosi Euri. Virg. 2. Georg. 29.
Ipse Caucaseo steriles in vertice sylue
Quas animosi Euri assiduè franguntque feruntque.
Aquosus Eurus. Horat. Epod. 16. 11. – vt neque largis
Aquosus Eurus arua radat imbribus.
Atrox Eurus. Stat. 3. Sylu. 3. 10.
Lætus Eois Eurus equis. Virg. 2. Aeneid. 84.
Mites Euri. Claud. ad Serenam. 17. 12.
Niger Eurus. Horat. Epod. 10. 2.
Niger rudentes Eurus inuerso mari
Fractosque remos differat.
Nubifer Eurus. Silius, lib. 10. 65. – vbi nubifer Eurus.
Naufragium spargens operit freta.
Præceps Eurus. Virg. 4. Georg. 6.
Pennis suis proterens Eurus. Ouid. epist. 11. 3.
Riphæus Eurus. Virg. 3. Georg. 76.
Gens efrœna virũ Riphæo tunditur Euro. Id est, Scythico vẽto. Riphæa autẽ mõtes Scythiæ à perpetuo vẽtorũ flatu nominati. Seruius.
Tumidi Euri. Ouid. 1. Amor. 9. 3.
Volucer Eurus. Silius lib. 4. 2.
Aduentantibus Euris. Virgil. 4. Georg. 39.
Agente nimbos ocyor Euro. Horat. 2. Carm. ode. 16. 5.
Certantes Euri Noctique. Stat. 6. Thebaid. 62.
Conuulsę vndis & Euro naues. Virg. 1. Aeneid. 78.
Demissa tempestas ab Euro. Horat. 1. Carm. ode. 17. 3.
Igneus sol Euros denuntiat. Virg. 1. Georg. 90.
Equitat Eurus per vndas. Horat. 4. Carm. ode 4. 9.
Dirus per vrbeis Afer it Italas
Ceu flamma per tædas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas.
Impositi cupressus Euro. Horat. 4. Carm. ode. 6. 1.
Nauigiis violentior incidit Eurus. Virg. 2. Georg. 22.
Indomiti Euri. Ouid. epist. 11. 2.
Vror, vt indomitis ignem excercentibus Euris.
Fertilis accensis mellibus ardet ager.
Thrax insibilat Eurus. Ouid. 15. Metam. 121.
Minatur Eurus fluctibus. Horat. 1. Carm. ode. 28. 5.
– quodcunque minabitur Eurus
Fluctibus Hesperiis Venusinæ Plectantur syluæ.
Hybernis parcunt flatibus Euri. Virg. 2. Georg. 68.
– ver magnus agebat Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.
Seuos Euros pati. Ouid. epist. 21. 19.
Ruit Eurus. Virg. 1. Aeneid. 18. Vna Eurusque Notusque ruunt. Tonat

Tonat Euri domus. Virg. 1. Georg. 75.
In saxa viget nates Eurus. Virg. 1. Aeneid. 23.
Eurus, pro parte Orientali. Valer. 1. Argonaut. 108.
Lumpridem regio, quæ virginis æquor ad Hellen
Et Tanaim tenuit immenso descendit ab Euro,
Vndat equis, floreque viris. Intelligit Asiam.
Eurinus, & Euricius, Adiectiua, apud Columellam. lib. 11. cap. 2.
Ventue Eurinus, & interdum Auster cum grandine est.
EVRYALE, pen. cor. Minois regis filia, quæ Neptuno Orienté peperit. Alia fuit filia Prœti Argiuorũ regis. Alia ciuidẽ nominis inter Gorgonen numeratur, quæ tres fuerant in extrema Africa circa Atlantẽ montẽque omnes vnũ oculũ habebãt, quo inuicẽ vtebantur, Sthenio, Euryale, Medusa. Serenus tamen dicit puellas fuisse vnius pulchritudinis, quas quum vidissent adolescentes, stupore torpebanti vnde fingitur, quòd quicquis eas vidisset, vertebatur in lapidem. Hæc Seruius enarrans illud Virgilii libro, Aeneid. 6. Gorgones, Harpyiæque, & forma tricorporis vmbræ.
EVRYALVS, pen. corr. (εὐρύαλος,) Vnus fuit ex ducibus Pelopõnesiacis qui Argos & propinquas vrbes incolebant, & ad Troiam cum octoginta nauibus profecti sunt. quem dixit Homerus diuina pulchritudine fuisse. lib. Iliad. 2. Virgil. 5. Aeneid. 58.
Nisus & Euryalus primi.
Euryalus forma insignis, viridique iuuenta:
Nisus amore pio pueri.
EVRYBATES, pen. cor. (εὐρυβάτης,) Vir Ithacus, Agamemnonis ministet, quem Vlysses apud se perpetuum præconẽ habuit. Is & Talthybius missi sunt ab Agamemnone ad Achillis tentoria vt Briseidem raperẽt. De quibus Ouidius epistola, 3. 2. Nam simul Eurybates me Talthybiusque vocarunt. Meminit & huius Homerus libro 1. Iliad.
EVRYBATVS, pen. cor. (εὐρύβατος,) Latro fuit astutia singulari, quẽ deprehensum quum custodes vellent cogere vt ostenderet quibusnam modis consuesset domos conscendere: ille aptatis spongiis & stimulis ferreisque retinaculis, irrepsit in parietem: & spectantibus illis, artificique nouitatem mirantibus, prehẽso laqueari per tegulas effugit, eoque modo periculum euasit. Hinc Eurybatis arte id est, quum quis deprehẽsus fit, arte quapiam elabi. Meminit & huius Homerus li. 19. Odyss.
EVRYBIA, Nympha, quæ stellas & Luciferum genuit, teste Hesiodo in Theogonia.
EVRYBIADES, Herodoto lib. 7. Vnus ex ducibus Xerxis.
EVRYCLES, pen. corr. Vates fuit, qui de se, suisque incommodis aliqd semper diuinabat. Hic per assistentem dæmonẽ vaticinabatur. Propterea Eurycleæ dicuntur omnes diuinaculi. Gœlius lib. 5. cap. 10.
EVRYCLEA, pen. corr. Homero lib. Odyss. 1. Opos Pisenoridis filia pulcherrima, quam Laertes in prima existens pubertate viginti boum pretio emit, ac honore parem vxori domi habuit, Telemachumque ei nutriendum dedit.
EVRYCRATIDAS, Vir fuit Lacedæmonius, de quo nonnunquã Plutarchus meminit.
EVRYCTON, Faber argentarius, cuius meminit Virgilii. lib. 10. Quæ bonus Eurycyon multo cælauerat auro.
EVRYDAMAS, pen. corr. Vir Troianus somniorũ interpres, teste Homero lib. 5. Iliad.
EVRYDAME, pen. corr. Diactoris filia, & Menii soror, quam Leutychides Spartiatarum rex duxit in vxorem. Author Herodotus lib. 6.
EVRYDEMVM, pen. prod. Pater Peribœæ, ex qua Neptunus genuit Nausithoum regem Phæacum.
EVRYDICE, pen. corr. (εὐρυδίκη,) vxor Orphei, pro qua recuperãda ferunt Orpheum ad inferos descendisse. Fabulam narrat Virg. 4. Georg. 97. vsque ad finem. Seneca Hercule Oeth. 8. 11.
Constanstas iterum deæ Nec credens sibi redditam
Supplent Eurydices colos. Orpheus Eurydicen sequi,
Sed dum respicit immemor, Cantus præmia perdidit.
EVRYLOCHVS, pen. corr. Phlegyorum rex, qui, teste Pherecide, struxit Thebas antequam Cadmus adueniret, qui eas postea reædificauit.
EVRYMACHVS, pen. corr. vnus ex procis Penelopes, cuius meminit Ouidius epist. 1. 19.
EVRYMEDON, pe. cor. filius fuit Fauni, vt placet Statio in Thebaide, Proximus Eurymedon cui pastoralia Fauni
Arma patris, &c. Est & Eurymedon, Paphiliæ fluuius, qui ex Tauri iugis ortus mediam Paphiliam transat, vt est apud Pomponium Melam lib. 1.
EVRYMENES, pen. cor. (εὐρυμένης,) Telemus Eurymi filius inter Cyclopas vates fuit egregius, qui Polyphemo prædixerat omnia quæcunque ei ab Vlysse passus est. Oui. 13. Metam. 166.
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit, lumenque quod vnum
Fronte gerit medio, capiet tibi (dixit) Vlysses.
Ille, & Ouatum stolidissime falleris, inquit.
EVRYNOME, pe. cor. (εὐρυνόμη,) vt scribit in Theogonia Hesiodus, oceanitis fuit Oceani & Tethyos filia, vxorũ; Orchami Achemeniorũ regis. Altera fuit Apollinis filia, quæ Ethalioni marito Adrasti Argiuorum regem, atque Eripilen peperit. Prior mater est Leucothoes, cuius speciem indutus Apollo filiam compressit, vt refert Ouid. 4. Meta. 42. – Leucothoe multarum obliuia fecit
Gentis odorifera, quam formosissima partu
Edidit Eurynome. sed postquam filia creuit,
Quàm mater cunctas, tam matrem filia vicit.
Rexit Achemenias vrbes pater Orchamus, &c. Et paulo pòst. 44.
– thalamos deus intrat amatos
Versus in Eurynomes faciem genitricis, & inter
Bis sex Leucothoen famulas ad lumina cernit.
Eurypylus, pen. corr. (εὐρύπυλος,) Euemonis filius ex Ormenio vrbe, qui (vt scribit Homerus) cum quadragiota nauibus in expeditionem Troianam Agamemnona est secutus. Hic quum viribus plurimum posset arma tamen Achillis non poposcit. Ouid. 13. Metam. 72.
Ipse quoque hæc peteret, peteret moderatior Aiax,
Eurypylusque ferox.
EVRYSTERVS, trisyllabum, (εὐρυσθένης,) Rex fuit Græciæ, Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, vt varia monstra superaret, quibus posset perire. vnde eum durum appellauit Virgilius, qui potuit ad complendum odium nouercale sufficere. Hæc Seruius enarrãs illud poetæ. 3. Georg. 1.
Omnia iam vulgata. Quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cruentus Eurysthe. Senec. Herc. Oeth. 16. 7.
Eurysthei Scheleneius. Ouid. 9. Metam. 55.
– neque adhuc Sthenelenius iras
Soluerat Eurysthe, odiumque in prole paternum Exercebat atrox.
Dicitur Stheleneius, q. est Stheleni Mycenarũ regis filius. Hic recepto in cœlũ Hercule, bellũ in eius filios egit, verum ipse profligato suo exercitu, curru fugiens ab Hillo Herculis filio tandẽ est interfectus.
Natus Eurystheus properante partu. Senec. Herc. furen. 10. 1. Homerus scribit, quum Iupiter eo die quo Hercules proditurus in lucem erat, prædixisset nasciturum, qui cæteris esset imperaturus. suspicatam fuisse Iunonem id de Hercule dicit. quapropter impetrasse primo à Ioue, vt id iureiurando affirmaret: deinde missa Lucina dea parturientium, Herculis ortum distulisse, & vxoris Stheleni (quæ septimo iam mense prægnans erat) partum accelerasse, ex quo est natus Eurystheus, qui Mycenis XLV annis imperauit semper infestus Herculi: quemiccirco impulit ad congrediendum cum monstris, vt Diodorus scribit, lib. 4. cap. 2. facile sic periturum eum sperans.
EVRYTHVS, pen. corr. (εὔρυτος,) Rex Oechaliæ, Iolem filiam denegauit Herculi ante promissam, ideò quòd eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule & Megæram vxorem, & ex ea filios interemptos, quod factum fuerat Iunonis instinctu. Vnde iratus Hercules propter nuptias sibi denegatas, easdem ciuitate interemit Eurythum, & Iolem filiam sustulit. Hæc Seruius apud Virg. lib. 8. Aeneid. 57. de Hercule,
Vt bello egregias idem disiecerit vrbes:
Troiamque, Oechaliamque. Ouid. 9 Metam.
At puer Amphisius, nanque hoc auus Eurytius illi Addiderat nomẽ:
εὐσθμία, decens & aptus corporis motus. Quintil. lib. 1. ca. 10. 11. Corporis quoq; decens & aptus motus, qui dicit εὐσθμία, est necessarius.
EVSTATHIVS, Epiphanæus, scripsit temporum epitomẽ ab Aenea Troiano vsque ad Anastasium principem sub quo fuit: Tomos etiam septem, & alia quędam, vt Suidas ait. Eustathius alius, genere Pamphilius, Præsul Antiochenus aduersus Arrianorum dogma, multa composuit sub Constantino principe: pulsus demum est in exilium Traianopolim Thraciæ ciuitatem, vbi & sepultus est. Sunt quoque ipsius volumina de anima, epistolæque complures. Hieronymus. Alius fuit Præsul is qui in Homerum & Dionysium poctas cõmentarios edidit, patria Constantinopolitanus. Præter hos fuit Eustathius martyr inter aulicos Traiani principis, Placidus antea vocatus, quum in venatione ceruum sectaretur, cõspecto inter eius cornua crucis simulacro, & voce feræ eiusdem audita, Cur me persequeris? domi vxori Theophytæ, & filiis rem manifestauit: factique ex hoc Christiani, ipse vxà cum vxore, sub Adriano æneo tauro necatus est. Cuius Romę tẽplũ, festumque colitur. Volaterranus, lib. 15.
EVSTEPHIVS, Aphrodisęus Sophista scripsit declamationes. Author Suidas.
EVSTOCHIVS, Cappadox Sophista, scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ aliarumque gentiũ antiquitate. Volater. lib. 15.
EVSTRATIVS, Nomen Philosophi, qui in Ethicen Aristotelis, cõmentarios edidit.
Euterpe Musa, Latinè iucunda dicitur: εὐτέρπεια enim apud Græcos iucundum significat & delectabilem: propter voluptatem quæ ab audientibus ex honesta eruditione percipitur, vt ait Diodorus lib. 5. ca. 1. At Fulgentius, Euterpe, inquit, quam nos Latine benedelectans dicimus, ideo dicta est, quòd primùm sit scientiam quærere, secundum sit delectari quod quæras. Plerique eam tibiis delectari, & iis præesse

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribût: alii dialecticæ. Apollonii verò Rhodii expositores, μαθήματα hoc est disciplinas inuenisse affirmãt. Sũt & qui Rhesi matrẽ scribant.

Euthymia, (εὐθυμία,) Est securitas, hoc est animi constitutio cu ris vacantis, nec spe, nec timore affecti. Cic. 5. de Finib. 38. Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquilli tas, quam appellant εὐθυμίαν, eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas, &c. ipsa est beata vita.

EVTHYMVS, pen. cor. pyĉta in Locris Italiæ, qui Epizepyrii cognominantur ortus. A Astyceleo patre: vel (vt indigenis persuasum est) Cæci no amne genitus qui Locros à Rheginis diuidit. Hunc semel à Thasio Theagene victum tradit Pausanias, non iusto quidem illum certamine, sed circumuentum dolo. vnde nec Theageni decretus honor: insu per damnatus vt multæ nomine talentum Euthymo repræsentaret. Demum Euthymus in Italiam reuersus post octauam & septuagesimã ferè Olympiadem, Temesam venit. De hoc & Aelianus variæ Histo riæ lib. 8. Euthymus (inquit) Locrus ex Italia, pyctes inclytus & robore insigni fuit, lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui Locris osten ditur & Temesæum heroa, quod cuique per vim abstulerat, reddere coegit, etiam cum fœnore: vt inde natum sit adagiũ iis, qui sordidos, & iniustos quæstus faciunt, affore Tamesæum genium. Hic, inquit, Euthymus ad amnem Cæcinum, oculis hominum apparere desiit. Huius & meminit Plinius lib. 7. cap. 47.

EVTRAPELVS, pen. corr. homo fuit hominum corrumpendorum callidissimus, vt ostendit Horat. 1. epist. 19. 7.

– Eutrapelus cuicunque nocere volebat,
Vestimenta dabat pretiosa. Martial. lib. 7. Eutrapelus tonsor dũ circuit ora Luperci. Interpretatur comis, facetus, dicax.

EVTYCHES, pen. corr. Cõstantinopolitanus Abbas, tertius post Manetem & Apollinarem, alium affirmabat esse CHRISTVM, aliud verbum Dei. Negabatque CHRISTI carnem nostræ similem: nec in patre duas in eodem suppolito naturas esse. sed de cœlo corpus descendisse dictitabat, ac in virginis vtero tanquã solis radios penetrasse: vt visum sit sanè ex muliere generatum, quamuis verè generatũ nõ sit. Author Suidas.

EVTYCHIDES, Plinio, lib. 34. cap. 8. statuarius, centesima vicesima Olympiade floruit. Hic vt Idem author est, fecit Eurotam, in quo artẽ ipso amne liquidiorem plurimi dixere.

Euulgo, euulgas, (ἐυφέω,) euulgare, Idem quod vulgare significat, siue palàm vulgò aliquid facere. Liu. 9. ab Vrbe. 248. Ciuile ius repositum in penetralibus Pontificum euulgauit.

EVXINVS, pen. prod. (ἐυξῖνος,) Pontus (inquit Plinius) antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus est. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 11.

Frigida me cohibent Euxini littora ponti:

Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. Euxenus, Græcis ἄξενος inhospitalis dicitur. ἄξενος Pontum dixere mutatis nominibus hospitaliorem factum. Ammianus, lib. 2. Hemochi (inquit) Sindi & Achæi intendente sæuitiam licentia diuturna indidere mari nomen inhospitalis: & à contrario per cauillationem, pontus Euxinus appellatur. Ouidius.

Quem tenet Euxini mendax cognomine Pontus.

Aquæ Euxinæ. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 12.

Regna Thoas habuit Mœotide clarus in ora
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.

Littus Euxinum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 11.

Littus ad Euxinum (si quis mihi diceret) ibis,
Et metues arcu ne feriare Getæ.

Mare Euxinum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 10.

Oræ Euxinæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 1.

Missus es Euxinas quoniam Vestalis ad oras,
Vt positis reddas iura sub axe locis.

Pontus Euxinus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 2. Cic. 1. de Orat. 85.

E X

Ex, (ἐκ, ἐξ,) præpositio ablatiuo casui seruiens, variis verbis iungitur vnde & variam accipit significationem.

Ex, aliquando significat propter. Sallust. in Catil. Igitur ex diuitiis iuuentutem luxuria, atque auaritia vnà cum superbia inuasere. Id est propter diuitias.

Ex, causalis. Seneca de Benef. 6. Siquis patriæ meæ pecuniam crediderit: non dicam me illius debitorem: nec ex hoc æs alienum profitebor. Id est propterea. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 16. Cum vtraq; diuortium fecissed cum Petina ex leuibus offensis, cum Herculanilla ob libidinum probra.

Ex melle resinam vorato. Id est cum. Plaut. Merc. 4. 28.

– placidè volo acquiescere,
Tua causa rupi ramices: iandudum sputo sanguinem
c. Resinam ex melle Aegyptiam vorato, saluom feceris. Apud Plinium, Celsum, atque adeò omnes medicos frequens est hoc genus loquendi. Cato, cap. 156. 1.

Ex, interdum loco præ accipitur. Cæsar lib. 1. bel. Gall. Quod ei ex aliis Gallis maximam fidem habebat.

¶ Ex abundanti. Quintil. lib. 4. cap. 5. 13. Tum addit ex abundãti, etiã si id non fuisset, &c. Idem lib. 5. cap. 6. 2. Adiicit ex abundanti hanc quoque conscientiæ, suæ fiduciam.

Ex aduersum, Ex opposito. Terent. Adelph. 4. 2. 46.

Ito ad dextram prius, quàm ad portam veniastapad ipsum lacum
Est pistrilla, & ex aduersum est fabrica. Idem Phorm. 1. 2. 38.

Nos otiosi operam dabamus Phædriæ:
In quo hæc discebat ludo, ex aduersum ei loco
Tonstrina erat quædam.

Ex aduerso, vel ex aduorso, antiquè, Idem. Terent. Phorm. 1. 2. 47.

Modò quandam vidi virginem huic vicinię
Miseram suam matrem lamentari mortuam:
Ea sita erat ex aduorso. Plaut. Merc. 2. 2. 37.

Respice huc ad dexteram Charine, nónne ex aduerso vides?
Nubis atra imberque instat: aspice nũc ad sinistram huc, atque vides?
Cœlũ vt splendore est plenũ, nónne ex aduerso vides? Plin. lib. 4. cap. 13. 1. Ex aduerso intrãtibus geminæ cernebantur. Sic lib. 4. cap. 4. 4.

Ex altera parte, Idem. Cic. 3. Verr. 53. Grandis natu parens adductus ad supplicium, ex altera parte filius ille, &c. hic, &c.

Ex aduerso, cum genitiuo pro è regione. Plin. lib. 5. cap. 31. Posita est inter Samum & Lesbon, ex aduerso maximè Erythrarum. Idem, lib. 6. cap. 23. Hæc regio est ex aduerso Bactrianorum.

Ex aduerso rem aliquam proponere. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Ex aduerso inferri. Liu. bel. Pun. lib. 8.

Ex aduerso dicere aut respondere. Quintil lib. 6. cap. 5.

Ex aduerso, id est Per antiphrasim. Plin. lib. 27. cap. 10. Holosteon, sine duritia herba, ex aduerso appellata à Græcis, sicut fel dulce.

Abire ex matrimonio: Hoc est, recedere ab alicuius matrimonii cõstitutione. Plaut. Mil. 16. 27.

Nempe vt assimulem me amore istius hic differri
Athenis, quasique istius causa amoris ex hoc matrimonio
Abierimus cupiens istius omen nuptiarum ordinis.

Ex æquo, pro Ex æquitate. Liu lib. 2. Decad. 5. Etsi in animum inducerẽt vt ex æquo fœdus fieret, & se visurum quid sibi faciendum esset.

Partiri discrimen ac periculum ex æquo. Tacit. lib. 18. Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Idem, lib. 15. Pacem ex æquo vtrique.

Agere ex æquo. Tacit. lib. 20. Aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis Idem in vita Agricolæ, Quibus rebus multæ ciuitates, quæ in illũ diẽ ex æquo egerant, datis obsidibus, iram posuere.

Ex æquo & bono non fit. Quod vulgus dicit, Ex bona fide & æquitate. Terent. Adelph. 5. 9. 30.

Vt id ostenderem, quòd te isti facilem, & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono:
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo.

Ex æquo & bono animo offerre. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 34.

Ex æquo fertilis. Plin. lib. 17. cap. 8. 2. Hęc ex æquo fertilis. De terra columbina loquitur.

Ex æquo Venus duobus grata venit. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 7. Quæ Venus ex æquo ventura est grata duobus Id est æqualiter.

Ex æquo viuere cum aliquo, Id est æqua conditione. Plin. in Præfatione 2. & lib. 6. cap. 25. 2.

Alia ex alia facies ætasque sequitur. Lucret. lib. 4. 165.

Ex alto repetere aliquid. Sallust. de Rep. ordinanda ad Cæsarem, Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto repeti posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit.

Ex animo miser. Plaut. Trinum. 7. 6.

– qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,
Consulit, aduorsum filium nugas agit,
Miser ex animo fitisatius nihilo facit suæ senectuti.

Ex animo amicus, vereque beneuolos. Cic. 11. Philipp. 5143

Ex animo, & Simulatè, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 149.

Ex animo solicitus. Plaut. Trucul. 9. 2.

– vt miseræ matres solicitæque

Ex animo sunt, cruciantque. Parelcon esse videtur ΕΞ ΑΝΙΜΟ, quum nemo, nisi ex animo, solicitus esse possit.

Ex animo dicere. Terent. Eunu. 1. 2. 95. Vtinã isthuc verbũ ex animo ac verè diceres. Cic. in Pisonẽ, Equidẽ dicã ex aĩo quod sentio.

Ex animo velle factum. Terent. Adelph. 5. 7. 21.

Di tibi Demea bene faciant, quum te video nostræ familiæ
Tam ex animo factũ velle. Idẽ Heaut. 5. 2. 6. Nec rationẽ capio, nisi quòd tibi bene ex animo volo. Cic. Cornificio, lib. 12. 17. 4. Huic tu libro maximè velim ex animo si minus, gratiæ causa, suffragere.

Ex animo amare. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 2. Te autem alienum hominem ament ex animo.

Ex animo facere: Id est lubenti animo. Teren. Adelph. 1. 1. 47. Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit.

Verè & ex animo. Liu. 10. bel. Maced. 187. Ita, vt verè, vt ex animo vellitæ euenire.

Ex animi sentẽtia, Conceptio solennis erat iurisiurandi. Cic. 3. Offi. 145. Nam

Nõ enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. Sic 1. Tusc. 31. Liu. 1. bel. Pun. 120. Ex mei animi sententia iuro, vt ego Remp. non deseram, neque alium ciuem Roma. deserere patiar, si sciens fallo, tum me Iupiter Opt. Max. &c. Salust. in Iugurtha, Nam me quidem ex animi sententia nulla oratio lædere potest.

Ex ante. Liu. 5. ab Vrbe, 61. Annona ex ante conuecta copia nihil mutauit. Sic lib. 4. 37. Et lib. 6. bel. Pun. 107.

Ex ante diem Nonarum, Id est, ex die Nonarum, est enim compendiosa locutio, pro Ante diem Nonarum finitum. sicut Post diẽ Nonarũ, sub. expertum. Cice. Attil. lib. 3. 8. 1. De Quintio fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerant, ex ante diem Nonarum Iuniarum, vsque ad pridie Cal. Septemb. Id est, ex tempore ante diem, &c.

Ex aperto. Liu. 1. bel. Pun. 120. Luce prima subitè tumulos, vt ex aperto atque inter diu viam per angustias facturus.

Ex argumento. Plin. lib. 11. cap. 37. 3. Aliis simplicia tribuit, vt in eodem genere fabulosis ex argumento dictis.

Ex arte dicere, multo maximum: de arte loqui, minimum est. Cicer. 1. de Inuent. 11.

Astat ex pictura. Plaut. Stich. 4. 1. 14.

Sed eccum Dinacium eius puerum. at hoc vide
Satin' vt facetè, atque ex pictura hic astitit. Id est, vt picturã spectare putes.

Audiui te ex hoc. Plaut. Milit. 18. 50.

– nescio tu me ex hoc audieris, an non: Nepos sum Veneris.

Audiui ex. Plaut. Epid. 1. 1. 36.

– nam postquam audiui illico
Ex meo seruo, illam esse captam, continuo argentum dedi, vt emeret. Plin. epist. 38. c, Ita certè ex Quintil. præceptore audisse memini.

Ex Aulide Philocrates. Plaut. Cap. 9. 9.

Postquam id actum est, eo protinus ad fratrem, mei vbi sunt alii Captiui. rogo, Philocratem ex Aulide equit omnium
Nouerit. Terent. Eunucho, 1. 2. 30.

Illi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit Ex Attica hinc abreptam. Ibidem, 3. 2. 18. Ex Aethiopia est vique hæc. Suet. de Claris gram. 11. Valerius Cato. vt nonnulli tradiderunt, Borsemi cuiusdam libertus ex Gallia.

Ex authoritate aliquorum & voluntate facere aliquid. Cic. Antequã iret in exilium, 16.

Ex authoritate Pontificum. Plin. epist. 139. 2. Angit me Fanniæ valetudo contra ixit hanc dum assidet Iuniæ virgini sponte primùm (est enim affinis) deinde etiam ex authoritate Pontificum nam virgines quum vt morbi atrio Vestæ coguntur excedere, matronarum curæ custodiæ ji mandantur.

¶ Ex bono & æquo, Vide ΕΞ ΑΓΑΘΟΥ & bono. Iulianus de cõtractibus bonæ fidei loquens. In iis (inquit) alter alteri alligatur de eo quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oporter. Id est nõ de eo solo quod cauti est, quod ẽt Ex bona fide dicit alibi ab eodem. Ex Budęo, ex ea causa est. causæ vtile est. Quint. lib. 4.

Ex confesso turpia, i. Indubitate turpia. Quint. lib. 3.

Ex ea causa. Plin. lib. 12. cap. 17. 9. Postea Characem peti cœptum ac regiæ Parthorum ex ea causa.

¶ Ex commodo. Colu. lib. 6. cap. 2. ad finem, de bobus loquens, Multi cibi educes, verùm in eo conficiendo lentinam hi melius concoquunt: ideoque roborea corporum citra maciem conseruant, qui ex commodo quàm qui festinanter mandunt. Idem lib. 12. cap. 19. Vt ex commodo, multum seruet.

Ex compacto, pro Ex composito. Suetonius in Cæsare Dictat. ca. 20. Pro ductusque pro Rostris, authores ex compacto nominaret.

Ex composito, Idem significat quod composito ablatiuus, quasi dicas, de industria & vt conuenerat inter eos, vt subaudiri videatur alius dati (negotii) quempe ex composito negotio. Liu. 1. ab Vrbe, 38. Tum ex compositio orta vis, signoque dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit. Ibidem. 121, Ex composito arma circundat Romano legio. Ibidem, 179. Vnus rem ex composito ordiur.

¶ Capere dolorem ex aliquo. Terent. And. 4. 3. 4.

Verum ex eo nunc misera quem capit Dolorem.

Conflata amicitia ex. Terent. Eunucho, 5. 2. 34.

– sæpe ex huiusmodi re quapiam,
Et ex malo principio, magna familiaritas Conflata est.

Condemnatus ex inuidia. Plinius de Viris illust. 50. Deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus excepta Metia, condemnatus.

Ex aliis cognoscere aliquem. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2. 8. Eum præsertim hominem quem ego & ex suis ciuibus & ex multis aliis quotidie magis cognosco nobiliorem esse prope, quàm ciuitatem suam.

Ex literis alicuius aliquid cognoscere. Cic. Attico, lib. 18. 157. 1.

Comparare sua commoda ex incommodis alterius. Terent. And. 4. 1. 3.

Ex confesso, pro Palàm. Senec. epist. 77. Siquis omnia alia habeat, & malus ex confesso sit, improbabis illum. Sic postea, Ex confesso bonus. Quintil. lib. 3. cap. 5. Nisi fortè laudare, quæ cõstet esse honesta, & vituperare quæ ex confesso sint turpia, non est Oratoris officium.

Conijcitur in morbum ex egritudine. Plaut. Pœnul. 2. 69.

Qui perisse videns vnicum gnarum sibi.
Conficitur ipse in morbum ex ægritudine.

Ex consilio iurisperitorum. Cic. pro Rosc. Comed. 32.

Consistere ex. Lucret. lib. 1. 172.

Ex aurique putat micis consistere posse Aurum.

Ex consuetudine: Id est secundũ consuetudinẽ tuã. Plin. epist. 2. 2. Hũc rogo ex consuetudine tua & legas & relegas & emendes. Cic. pro Cluẽt. 28. Qui quum vnum iam & alterum diem desyderaretur, neque in his locis ex consuetudine quærebatur, inueniretur, &c.

Ex consuetudine omnium aliquid facere. Cic. pro Qu. 27.

Ex officii ratione, atque ex omnium consuetudine rem ipsam & factum alicuius consyderare. Cic. pro Quintio. 27.

Ex Consule, Ex Quæstore, pro Consulari & Quæstorio, sæpe legitur apud Iustinianum.

Consulere ex. Plaut. Casin. 10. 63. In re præsenti, ex copia piscaria consulere licebit quod emam.

Ex continenti, pro statim. Iustinus lib. 1. Septem tantum conscii fuere huius coniurationis, qui ex continenti, ne dato in pœnitẽtiam spatio res per quenquam enarraretur, &c.

Ex contrario, pro Econtrario. Cæsar. 7. bel. Gall. 129. Vt reliquorum imperatoram res aduersę authoritatem minuunt: sic ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur.

Ex contrario stare dicuntur, quę sunt inter se opposita. Seneca epist. 89. Vt solicitus sim cum Mercurius & Mars ex contrario stabunt. Quintilianus, lib. 6. cap. 1.

Corruptus ex adolescente optimo. Plaut. Most. 2. 80.

– nam ecquum herilem filium
Video corruptum hîc ex adolescente optimo.

Corruptus ex amore. Plaut. Asinaria.

¶ Ex cunctis vnum deligere. Cic. 1. de L. Agra. 36.

Ex omni populo deligendi potestas. Cic. 2. de L. Agra. 36.

Demens ex peregrina. Teren. And. 3. 1. 11. Quid hoc tadeone est demẽs ex peregrina?

Ex denuntiato. Senec. epist. 80. Siue ex denuntiato videbatur, siue impatatus ac subitò.

Ex destinato. Sueton. in Calig. cap. 43. Militiam resque bellicas semel attigit, neque ex destinato, sed quum ad visendum nemus, flumenq; Clitumni Meuaniam processisset.

Ex disciplina. Plaut. Pseud. 2. 2. 3. Illis satisfacere minimè ex disciplina quiui ego, qui lenonem capere didici.

Ex diuerso, cui Dissimile opponitur. Plin. epist. 45. c. Apud Græcos enim est quiddam, quamuis ex diuerso, non tamen omnino dissimile.

Consistere ex diuerso. Quintil. lib. 4. cap. 2. 29. Inuidia consistentis ex diuerso patroni.

Ex diuerso agere. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Ex diuerso dicere. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Dicta ex adyto. Virg. 6. Aeneid. 20.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages.
Locum vaticinationis ostendit. Seruius.

Ex die hoc. Plaut. Persa. 15. 11. Bonus volo iam ex hoc die esse, quod neque fiet, neque fuit.

Dare verba ex insidiis. Plaut. Aulul. 4. 23.

– nimisque ego hanc metuo malè
Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit.

Datus aduocatus ex iudicibus. Plin. epist. 53. h. Memini tamen me aduocatum ex iudicibus datum.

Discrimen adire ex. Plin. epist. 199. Gratulare mihi, gratulare etiam litteris ipsius, quæ ex periculo eius tantum discrimen adierunt, quantum ex salute gloriæ consequuntur.

Excedere ex pueris. Cic. pro Archia poeta. 2. Nam vt primum ex pueris excessit Archias, atq; ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, si ad scribendi studium se contulit. Sic etiã Excessit ex ephæbis, dixit Terentius in And. pro eodem. 1. 1. 24.

Ex dignitate tribuere alicui. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 11. Quamobrẽ tu quantum tuo iudicio tribuendum esse nobis putes, statues ipse: &, vt spero statues ex nostra dignitate.

Ex dignitate sua agere dicitur, qui locum suum & authoritatem seruat. Liuius, lib. 2. Decad. 5. Nõ tam in pignus fidei obsides desyderati erãt, quàm vt appareret socijs, nequaquam ex dignitate pari congredi regẽ cum legatis.

Educere ex obsidione in tutum. Plaut. Mostel. 15. 7. Postquam ex obsidione in tutum eduxi manipulares meos.

Ex ea re est in culpa, pro De ea re. Terent. Hecy. 3. 1. 19. Tum matrẽ ex ea re, me aut vxorem in culpa inuenturum arbitror.

Ex eo, pro Ex eo tempore. Tacit. lib. 29. Versa ex eo ciuitas. Quo modo Suetonius quoque loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eo die, pro Ab eo tempore. Plin. epist. 130. Athletæ domine ea quæ pro scelasticis certaminibus constituisti, deberi sibi patet statim ex eo die quo sunt coronati. Cic. 3. Verr. 22. Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti, in iudicium voco. Sic Ex eo tempore. Cic. pro Quintio. 11. Et. 1. Philipp. 1. Ex eo die quo in ædem Telluris conuocati sumus.

Ex eo fit vt. Cic. de Amicit. 43. Ex eo fieri vt mulierculę magis amicitiarum præsidia quęrant quàm viri, & inopes quàm opulenti, & calamitosi quàm hi qui putantur beati.

Ex eodem genere, pro Eiusdem generis. Cic. 3. Verr. 67. Multa sunt ex eodem genere.

Ex equo pugnare. Vide EQVVS. Plin. lib. 7. cap. 56. 11.

Exasit ex aqua. Plaut. Rud. 4. 86.

Ex euentu rerum, id est, secundum euentum. Tacit. Ita compositus vt ex euentu rerum aduersa abnueret, vel prospera agnosceret.

Exire ex vrbe. Cic. Sulpitio, lib. 4. 1. 10. Si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas me aut tibi exire ex vrbe necesse sit, aut mihi accedere.

Ex alterius oratione aliuti excipere atque ille vult. Cic. 1. de Orat. 151.

Eximere ex reis, Hoc est, ex reorũ & accusatorũ albo delere. Cic. 4. Ver. 69. Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis ob eam causam ne tu ex reis eximerêre, si ego non adfuissem ad diem.

Ex die diem expectare. Cic. Attico, lib. 7. 144. 3. Diem ex die expectabã, vt statuerem quid esset faciendum.

Expellere aliquid dictis ex animo. Lucret. lib. 5. 10.
Hæc igitur qui cuncta subegerit, ex animoque
Expulerit dictis, non armis, nonne decebit
Hunc hominem numero diuũm dignarier esse? De vitiis animi loquit, quæ non ferro, sed præceptis & doctrina extirpantur.

Exponere ex memoria. Cic. 3. in Catil. 58. Et quoniam nondum est perscriptum Senatusconsultum, ex memoria vobis Quirites quid Senatus censuerit, exponam. Idem. 4. de Finib. 1. Memoriter exponere dixit. Et de Amicit. 1. Memoriter narrare.

¶ Factus ex Oratore arator. Cic. 3. Philip. 130. Horum similia deinceps nonne satius est mutỉ esse, quàm quod nemo intelligat dicere? hé cur magister eius ex Oratore arator factus sit: vt possideat in agro publico Populi Romani campi Leontini duo milia iugerum immunia.

Pugnam aliquam ex auro solidoque elephanto facere. Id est incidere in auro & ebore. Virg. 5. Georg. 5.

Exfortuna non ponderanda fides. Cic. in Partit. 64.

Facere ex insulso salsum. Plaut. Rud. 1. 3. 33.
Eonam est quòd habeas gratiam merito mihi,
Qui te ex insulso salsum feci opera mea.

Facere ex more: Hoc est, Secundum cõsuetudinẽ. Plin. epist. 62. 2. Quod ego in Senatu quum ad rationẽ & loci & temporis ex more fecissem, bono ciui conuenientissimum credidi. Salust. in Iugurtha, Neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriæ concedit.

Facere ex necessitate, vel abolere, pro Necessario. Cui opponitur Sponte. Plin. epist. 109. c. li. 5. Erit fortasse, imò nõ dubiè, huius propositi mei & minor laus, & obscurior fama, quum omnes ex necessitate facient, quod ego, sponte faciebam. Idem. 139. b. Postremo nullam vocem cedentem periculo emisit: quinetiam illos ipsos libros, quanquam ex necessitate & meta temporum abolitos, Senatusconsulto publicatis bonis seruauit, habuit, tulitque in exilium exilii causam.

Ex facili, pro Facile. Plin. lib. 30. cap. 3. Eorundem cinis exesis dentibus conjectus, ex facili eos cadere cogit. Idem lib. 22. capit. 15. 16. Hippocrates tantum sorbitionis gratia laudauit, quòniam lubrica ex facili hauriretur. Sic lib. 37. cap. 4.

Ex facili. Celsus, lib. 1. cap. 3. Qui vomere post cibum volet, si ex facili facit, aquam tantum tepidam antè debet assumere.

Ex fide, pro Fideliter. Plin. epist. 191. lib. 8. ad Tacitum, Et ego nihil magis ex fide quàm de te scribo. Sic Suet. in Cæsare. Quanuis & mater Aurelia & soror Iulia apud eosdem iudices ofa ex fide retulissent. Idẽ in Galba, Numulario nõ ex fide versanti pecunias, manus amputauit. Illud non fit ex vera vita, Hoc est, Quemadmodum qui bene viuere solent. Terent. Adelph. 5. 9. 30.
Vt id ostenderem, quòd re isti facilem & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo.

Ex gratulando. Plaut. Capt. 9. 5.
Eunt obuiam, gratulanturque eam rem: ita me miserum
Restitando, retinendoque lassum reddiderunt: vix iam miser ex gratulando Emineham.

¶ Qui ex ædibus: Sub. prodit. Plaut. Amphit. 16. 7. – illic qui
Ex ædibus, herus est, hic vero veneficus.

¶ Hæres ex besse relictus. Plin. epist. 144. Reliquit hæredes ex besse nepotem, ex tertia parte neptem.

¶ Ex hac re. Terent. Eunuc. 5. 6. 27. Nõ dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum.

Ex hoc solicitat: Id est, propterea. Terent. And. 1. 5. 33.
Laborat è doloreque ex hoc misera solicita est, diem
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ.

Ducit res fidem ex hoc. Lucret. lib. 2. 100.
– pergam connectere rem quæ
Ex hoc apta fidem ducat. Ibidem. 97.

Est ex hoc licentia. Quintil. lib. 4. cap. 1. 3. Cuius rei licentia ex hoc est, quòd ante declamationem, illa velut magno litis expouitur.

Dependet ex humeris amictus. Virg. 6. Aeneid. 60.

¶ Ex illo. Subaudi tempore. Virg. 2. Aeneid. 34. Ex illo fluere, ac retro sublapsa referi Spes Danaum.

Impressa ex annulo imago. Plaut. Pseud. 3. 54.
Et prius quàm hinc abiit, quindecim miles minas
Dederat, nunc vnæ quinque remorantur minæ:
Eaque causa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cerâ ex annulo suam imaginem.

Ex improuiso. Plaut. Rud. 15. 6.
Ego, quod hodie neque speraui, neque credidi,
Ex improuiso filiam inueni tamen. Cic. 3. Verr. 78. Voluisti ex improuiso, siquæ res natæ essent ex vrbano edicto decernere. Liu. 5. bel. Pun. 47. Nico ex improuiso ad portas sopitos vigiles in cubilibus suis obtruncat. Sic lib. 3. 174. Et Lucret lib. 2. 207.
Ex improuiso ceu sint obiecta repentè.

Incendium ex amore. Plaut. Asin. 16. 69.
– nam ni impetro
Regem perdidi, ex amore tantum est homini incendium.

Iuuenes fiunt ex infantibus. Lucret. lib. 1. 58.

Ex industria. Liu. 1. ab Vrbe. 246. Ergo ex industria factus ad imitationẽ illuitiæ, quum se, suaque prædæ esse regi fineret. Ibidem. 36. Cui tempus locumque aptum, vt daret Romulus, ægritudinem animi dissimulans, ludos ex industria parat Neptuno equestri solennes. Plautus Pœnulo. 4. 7.
– nam nos vsque ab aurora, ad hoc quod est die,
Postquam illuxit aurora, nunquam cessamus ex industria
Ambæ lauari, atque fricari.

Ex infinito ne causam causa sequatur. Lucret. lib. 2. 52.
Corpuscula materiai
Ex infinito summam rerum vsque tenere. Lucret. lib. 2. 107.

Infamire ex iniuria. Terent. Adelph. 2. 1. 43.
– prò supreme Iuppiter,
Minimè miror, qui infamire occipiunt ex iniuria. Hoc est, propter aliquam iniuriam sibi illatam.

Ex insidiis aucupari quam rem agat quis. Plaut. Asin. 16. 31.

Ex insidiis verba dare. Plaut. Aulul. 4. 23.

Ex insidiis capi. Cic. 3. Offic. 134.

Ex insidiis interire. Cic. 3. Offic. 35. Testis est Phalaris, cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit, sed is quem modò dixi Alexander.

Ex insidiis aliquid agere. Cic. 1. Offic. 153.

Ex insolentia. Liu. 3. bel. Pun. 84. Et eo impensius, quo auidius ex insolentia in eas se immerserant.

Ex insperato, Id est insperatè, atque præter spem & opinionem. Liuius. 3. bel. Pun. 204. Quum ex insperato repentè missitia nobis hunc P. Scipionem. Idem. 1. ab Vrbe. 105. Tùc clamore (qualis ex insperato euentium solet) Romani adiuuant militem suum, & ille defungi prælio festinat. Plaut. Sticho. 5. 30.
Atque illam augeam ex insperato, opportuno modo contundam fœtã Thalthybii, contemnamque omnes nuntios.

Ex integro, Idem quod de integro significat. Plin. epist. 273. Ego quia sciebam acta Batli rescissa, datumque à Senatu ius omnibus, de quibus ille aliquid constituisset, ex integro agendi; dùmraxat per biennium, interrogaui hunc, quem relegauerat, quum audissem, docuissetque Proconi. Idem epist. 129. b. Poteris & quæ dixeris, post obliuionem retractare, multa detinere, plura transire, alia intercidere, alia rescribere: laborsosum istud, & tædio plenum, sed difficultate ipsa fructuosum, recalescere ex integro, & resurgere impetum fractum omissumque.

Ex integro aliquid agere, est rursus de nouo quippiam, quasi nunquam actum sit, inchoare. Iulianus in Leg. Si is qui. ff. De except. rei iudicatæ, Si te negotiis meis obtuleris, & fundum nomine meo petieris: deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, sed mandauero tibi, vt ex integro eundem fundum peteres, exceptio rei iudicatæ non obstabit.

Ex interuallo, Procul. Liu. lib. 8. bel. Pun. Multa, quæ ex interuallo non apparent, bellum aperiet. Cic. Att. lib. 4. 86. 1. Ille Latinus de rebus quæ ex interuallo reguirandus est.

Ex intimis vnus. Cic. Memnio, lib. 13. 3. 1.

Iudicare aliquem ex aliorum ingeniis: Hoc est secundum ingenia. Terent. Eunuch. 1. 2. 118.
Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem,
Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.

Ex ipsis cœli rationibus. Lucretius libro 2. 36.
Nam quanuis rerum ignorem primordia quæ sint,
Hoc tamen ex ipsis cœli rationibus ausim
Confirmare, aliisque ex rebus reddere multis: Nequaquam, &c.

Ex, maximè raro genere hominum iudicare debemus & penè diuino cum qui grauem, constantem, stabilem se in amicitia præstiterit. Cicero de Amicitia, 67.

Ex iure, manu consertum vocare, Id est ad conserendum. Verbum est antiqui iuris. Varro lib. 2. de Ling. Latina, Conserere manu dicimus cum hostẽ, inde ex iure manu consertum vocant. Quid sit autem manu cõsertum, Gellius lib. 20. cap. 9. docet, cuius hæc pauca verba transcripsimus: de vindicatione enim loquens, Id est rei vẽdicatione, quæ olim in re præsenti ex duodecim tabulis iure fiebat, ita inquit, Sed postquam prætores propagatis Italiæ finibus, mandatis iurisdictionibus, negotiis occupati, pacifici vindiciarum dicendarum causa longinquas res grauabantur: institutum est contra duodecim tabulas tacito consensu vt litigantes nõ in iure, id est apud Prætorem manu conserèrent, sed ex iure manu consertum vocarent: Id est, alter alterum ex iure ad conserendum manu in rem de qua ageretur, vocaret. Hoc est ex eo loco in quo illi consistissent, apud Prætorem (qui locus, ius appellatur) in agri controuersiam descendere: ibique absente Prætore, manu consererent, non in iure, vt antea, neque enim absente Prætore, locus cõtrouersius, ius appellabatur. Quo facto in ius ad Prætorem redibant. Addit Gellius. Atque profecti simul in agri de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, vti vnam glebam, in ius in vrbem ad Prætorem deferrent: & in ea gleba, tanquam in toto agro vindicarent. Cicero pro Murena, 12. Formulæ verba huiusmodi fuisse ait, Fundus, inquit, qui est in agro, qui Sabinus vocatur. Satis verbose. Cedo quid postea? Eum ego ex iure meum esse aio. Quid tum inde? Inde ego te ex iure manu consertum voco. Hæc erant verba eius qui vindicabat. A quo verò vindicabatur, eius hæc erant verba, Vnde tu me ex iure manu consertum vocasti, inde ibi te ego reuoco. Idem de Orat. lib. 1. 22. metaphoricòs hac locutione vsus est in persona Scæuolæ, Quod verò (inquit) in extrema oratione quasi pro nouo iure simpsisti. Oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissimè posse versari, id, nisi hîc in tuo regno essemus, non tu-lissem, multisque præsertim, qui aut interdicto tecum cõtenderent, aut te ex iure manu consertum vocarent, quòd in alienas possessiones tam temerè irruisses. A gerẽt enim tecum lege primum Pythagorei omnes, atque Democritici, cæterique in suo genere Physici, vindicarentque ortum hominis in dicendo & graues, quibuscum tibi iusto sacramento contendere non licet. Aut interdicto (inquit Scævola) recum Philosophi illi cõtenderent, vtpotè à possessione disciplinarum, quæ propriæ sunt eorum, dejecti, quippe quas tu vniuersæ oratoriæ facultati tribuis (Dixerat enim Crassus Oratoris esse proprium, de re quacunque proposita, copiosissimè dicere) Aut ex iure te manu consertum vocarent: Id est, vindiciarum item tibi intenderent, illarum disciplinarum facultatem, possessionemque sibi scilicet vindicantes asserentesque. Inde illa verba Scipionis ad Annibalem apud Liuium lib. 10. de secundo bello Punico, 147. Quod ad me) inquit) attinet, & humanæ infirmitatis memor, & vim fortunæ reputo, & omnia quæcunque agimus, subiecta esse nobis cæteris scio, cæterum quemadmodum superbè & violenter me fecisse, si prius quàm in Aphricam traiecissem, te tua voluntate cedere Italia, & impositò in naues exercitu, ipsum venientem ad pacem petendam aspernarer: sic nunc cum propè manu consertum restitanti, & ingruenti in Aphricam traduxerim, nulla sum tibi vereundia obstrictus. Sic (vt opinor) melius legitur quàm manu conserta. Quorum verborum huiusmodi est sensus. Non antè tu Annibal ad pacem petendam ad nos, adduci potuisti, quàm ego te ex Italia reuocarem, de patria tua in Aphrica dimicare coegi, & quasi te in Aphrica manu consertum vocaui. quam scilicet ita nunc mihi Romanisque vindicabas. dico, vt tu dudum Italiam tibi & populo Carthaginiensi vindicabas. Aeneas enim ad fuendam parriam frendens fremensque, vt idem Liuius. 7. 13. 5. Tantum metuo ne tibi illic artificium tuum parum proficiat, aliis super alios nuntiis reuocatus erat. Cicero Trebatio, libro 7. 13. 5. Tantum metuo ne tibi illic artificium tuum parum prosit, vt audio, illic
Non ex iure manu consertum, sed magis ferro
Rem repetunt. Id est quod nos diceremus, per iustitiam. Ennius, Pellitur è medio sapientia, vi geritur res:
Superuenit orator bonus, horridus miles amatur,
Haud doctis dictis certantes, nec maledictis,
Milcent inter se inimicitias agitantes
Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi. Hæc Budæus.

Non est ex iustitia nostrorum temporum. Plinius in epist. Inuitos ad accipiendas compellere, quod fortasse otiosum futurum sit, non est ex iustitia nostrorum temporum.

¶ Laborare ex pedibus, pro Laborare podagra, Cicero Papyrio Pæto, libro 9. 23. 1. Etsi M. Ceparius quum mihi in sylua Gallinaria obuiam venisset, quæsissemque quid ageres dixit te in lecto esse, quòd ex pedibus laborares.

Lar ex hac familia. Plaut. Aulul. 3. 2.
Nequis miretur qui sim, paucis eloquar.
Ego lar sum familiaris ex hac familia.

Ex lege repetere ab aliquo pecuniam. Cic. 1. Verr. 10.

Ex lege feder iudex. Cicero pro Cluentio, 83. Vno iudicio multa est ab eo petita, sicut ab Iunio, quòd non suæ munere decuriæ, neque ex lege sedisset.

Ex lege iurati iudices, legibus obtemperare debent. Cicero 1. de Inuent. 84.

Ex legibus omnes Respublicæ optimè administrantur. Cicero 1. de Inuent. 83.

Toto corpore lætari ex animo. Lucret. lib. 3. 22.

Lorica ex ære. Virg. 8. Aeneid. 122.

Reuenire ex longinquo. Tacit. lib. 2. Vt qui ex longinquo reuenerat, miracula narrabant. Vide LONGVS.

Ex longo, sub. tempore. Virgil. 9. Aeneid. 13. – collecta fatigat edendi
Ex longo rabies.

¶ Mors consequuta ex ægritudine. Terent. Phorm. 5. 1. 25.
– viuúntne? 5. viuit gnata.
Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consequuta est.

Ex more. Liuius, Flagitatum quoque procacius stipendium, quàm ex more & modestia militari erat.

Miser ex amore. Plaut. Casina, 11. 6. Miseriorem ego ex amore, quàm te, vidi neminem.

¶ Natus ex homine. Terentius Eunuch. 3. 2. 7.
Eamus ergo ad cenam. quid stas? P. hem alterum
Ex homine hunc natum dicas.

Ex natura aliquid gerere. Suetonius de Nerone, In initio imperii egregiè prorsus & magnificè: nisi cætera magis ex natura & priore vita suæ: quàm ex imperii maiestate gessisset. Budæus.

Ex natura auidus. Plinius libro 10. cap. 9. 3. Ille auidus ex natura, præripit cibos reliquis pullis.

Ex natura sua cæteros fingere. Cic. pro Rosc. Amer. 15.

Ex nauibus loqui, Vide LOQVOR.

Ex necessitate, Vide paulo antè, FACERE EX NECESSITATE.

Noscere potes ex me. Terent. Adelph. 5. 4. 8.
Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia,
Id esse verum ex me, atque ex fratre, cuius facile est noscere.

Ex numero dissertorum homo. Cic. 1. de Orat. 82.

Qui ex numero ciuium deprauati hostes patriæ semel esse cœperunt, eos quum à pernicie Reipublicæ repueris, neque vi coercere neque beneficio placare possis. Cic. 4. in Catil. 93.

Ex reis & rebus numerare argumenta. Cic. 2. de Orat. 74.

¶ Ex obliquo. Plinius libro 2. cap. 31. 1. Nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo.

Ex occasione ementium. Plin. lib. 12. cap. 16. 2. Pretia ex occasione ementium varia. Cæsar 6. bell. Gall. 123. Neque ex occulto insidiandi & dispersos circunueniendi singulis deerat audacia.

Ex omni occasione. Plin. epist. 148. Ais quosdam apud te reprehendisse, quòd amicos meos ex omni occasione vltra modum laudem. Sic in Paneg. 27. Idcirco ex occasione omni quæris triumphos.

Ex occulto. Cic. pro Cluentio, 36. Multi boni viri quum ex occulto interuenissent, pecuniæque obsignatæ, quæ, &c. Sic Liu. 1. ab Vrbe, 165.

Ex occulto, & ex insidiis. Cic. 1. Offic. 153. Sunt hi alii multum dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici.

Ex occulto latrocinari. Plin. lib. 9. cap. 42. 3. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens.

Euanuit ex oculis. Virgil. 4. Aeneid. 56.

Fugit subitò ex oculis, Id est ex conspectu. Virg. 4. Georg. 100.
Dixit, & ex oculis subitò, ceu fumus in auras
Commistus tenues fugit diuersus.

Vetustatem subducere ex oculis nostris. Lucret. lib. 2. 14.

Ex offensa. Lucret. lib. 2. 89. Aut iuuat egredient, &c.
Aut ex offensa cum turbant corpore in ipso Semina, &c.

Ex omni. Lucret. lib. 2. 61.
Nam neque quò possit genus vllum materiai
Effugere ex omni quicquam, neque rursus in omne.

Vnus ex omnibus ciuibus probus. Hoc est, Inter omnes. Plau. Sticho, 2. 1. 1.
Spero quidem & volo, sed hoc soror crucior,
Patrem tuum, meúmque adeò vnice, qui vnus ciuibus
Ex omnibus probus perhibetur, eum nunc improbi viri officio vti.
Idem Mostel. 5. 1. 7.
Num non vis me obuiam hisce ire animo mi?
PHILEL. Ilico ex omnibus optime volo. PHILO. iam reuertar.
Plin. epist. 156. Librum quem nouissimè tibi misi, ex omnibus meis vel maximè placere significas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex omnibus seculis, Cic. de Amicitia, 14. Idque mihi eo magis est credi, quòd ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. Hoc est inter omnes ætates, vel à prima ætate hucusque.

Ex opinato. Liuius 4. ab Vrbe, 118. Ipse parte copiarum paruo circuitu locum maximè secretum ab tumulta petit, vnde nec ex opinato aduersum hostem inuadat.

Ex opinione hominum atque fama aliquid scribere. Cicero Cassio, libro 12. 4. 6.

Ex opibus non ex veritate causa pendetur. Cic. pro Quintio, 7.

Ex ordine, pro eo quod est Sine intermissione. Virg. lib. 4. Georg.
Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Fleuisse. Idem 5. Aeneid. 154. Cædere deinde iuber, soluique ex ordine funes. Cic. 6. Verr. 135. Vt quisque ætate & honore antecedebat, ita sententiâ dixit ex ordine. Sic p Lege Agraria, 54. Ex ordine dicere.

Ortum ex me, ex te. Plaut. Milit. 10. 59.
Plus dabo quàm prædicabo ex me venustatis tibi:
Neque præcipio pulpamentum, neque prænorto poculum:
Neque per vinum vnquam ex me exoritur disidium in conuiuio.
Terent. Adelph. 5. 3. 11, – dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeò est ortum, ne tu curares meum,
Néve ego tuum. Idem Eunuch. 5. 5. 24. – nam hoc putant,
Quicquid factum est, ex te esse ortum.

Ex parte maiore. Plin. lib. 10. cap. 32. 1. Ipsa auis paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore.

Velarum caput ex parte. Quintil. lib. 6. cap. 1. 36.

Ex parte, pro Partim, vice aduerbii ponitur. Liuius 6. bel. Pun. 67. Annibal ingentibus copiis peditum equitúmque castra oppugnauit, & ex parte cepit.

Non ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur: sed ex perfidia & malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dii immortales hominibus irasci & succensere consueuerunt. Cicero pro Roscio Comœdo, 17.

Coire ex pari. Quintil. lib. 2. cap. 19. 2. Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem vtrisque maius adhuc naturæ credam momentum.

Ex pari gratia. Plautus Trucul. 10. 55.
– cedo tu mihi istam puere pallulam.
Mea voluptas attuli eccam pallulam ex pari gratia tibi, tene tibi.
P. Hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari?

Ex paupertate nemo alius parcior. Idem Aulul. 7. 29. Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior.

Ex post delicto. Vlpian. in L. Si seruum §. vlt. ff. De acqui. hære. Equidem qui semel se abstinuit, quemadmodum ex post delicto obligetur.

Ex post facto. Papinia. in L. Dominus. ff. De vsufruct. Manssile fructus ius integrum, ex post facto apparuit. Ste sæpe alibi apud iurisperitos.

Ex præcepto. Plin. lib. 9. cap. 35. 17. Ex præcepto ministri vnum tantum vas ante eam posuere aceti. Columel. libro 11. cap. 19. Sacrificia nisi ex præcepto domini facere nesciant. Id est nisi præceperit dominus.

Ex professo. Quintil. libro 31. cap. 1. Ex professo Philosophiam ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus.

Ex professo inimicitias cum aliquo gerere. Valer. lib. 4. cap. 1.

Pendere ex ore alicuius. Lucret. lib. 1. 8.
E'que tuo pendent resupini spiritus ore. Verba ad Venerem.

Ex pœnitentia. Sueton. in Othone. cap. 1. Ausus est etiam in Illyrico milites quosdam, quòd motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos quasi defectionis aduersus Claudium authores occiderant, capite punire, & quidem ante principia se coram, quàtuis ob id ipsum promotos in ampliorem gradum à Claudio sciret.

Ex præparato, Vice aduerbii ponitur, id est præmeditato. Liu. 8. bel. Pun. 156. Vix finem dicendi fecerat, cum ex præparato simul omnium rerum terror oculis auribúsque est offusus. Et lib. 2. 174. Tumultuario prælio ac præcursu magis militum, quàm ex præparato aut iussu imperatorum orto. Id est, dedita opera. Seneca epist. 11. Non enim ex præparato locutus est, sed subito deprehensus.

Ex præscripto. Columel. libro 1. cap. 1. 20. Neque enim semper eundem, velut ex præscripto, habitum gerunt: nec omnibus annis eodem vultu venit æstas.

Ex præterito. Liuius 7. bell. Pun. 7. Et Romæ quidem cum luctus ingens ex præterito, tum timor in futurum erat.

Probare ingenium alicuius ex alterius ingenio. Plautus Trinum. 14. 40.
Quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant. Idem Persa, 6. 31. Tuo ex ingenio mores alienos probas.

Procul ex occulto. Terent. Eunucho, 4. 7. 17.
Fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes.

Ex propinquo præliari, pro Cominus, & collato pede, Liuius 6. bell. Pun. Ita conferebant ex propinquo pugnam, vt non mis silibus tantum, sed gladiis etiam & prope collato pede prælia rentur. Loquitur de prælio Nauali. Ibidem lib. 5. 7. Ex propinquo cognoscit Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum.

Ex proposito. Senec. epist. 72. Et quæ ex proposito sumenda sunt, & quæ subita res tulit.

Ex prora tantum & puppi pugnabatur. Plin. lib. 7. cap. 56. 19.

Prospicere ex aliquo loco. Virg. 7. Aeneid. 6.
Atque hic Aeneas ingentem ex æquore lucum Prospicit.

Ex prouocatione dimicare. Plin. lib. 7. cap. 28. 1.

Ex proximo. Plaut. Aulul. 14. 3. Ego hinc artoptam ex proximo vtendam puto. Plin. epist. 101. p. lib. 5. Nulla necessitas togæ, nemo accersitor ex proximo: placida omnia & quiescentia.

Ex quo fit. Cic. de Sene. 65. Ex quo fit vt animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia, & fortior.

Ex quo. Sub. tempore. Liuius 1. ab Vrbe, 175. Duodequadragesimo ferme anno ex quo regnare cœperat. Et 158. Ex quo sui potens fuerit, &c. Huic ex aduerso respondet Ex illo: quod Seruius exponit Ex illo facto vel tempore. Virgilius 2. Aeneid. 33. – impius ex quo
Tydides sed enim, scelerúmque inuentor Vlysses
Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium &c.
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaum, &c. Quintil. lib. 1. cap. 1. 13. Quid melius alioqui facient, ex quo loqui poterunt? De infantibus.

Ex quo nominata amicitia. Cic. de Amicit. 26. Amor, enim (ex quo amicitia est nominata) princeps est ad benevolentiam coniungendam. Plinius lib. 2. cap. 109. Ex quo consecuta comparatio est.

Ex quo manifestum. Plinius in Paneg. 74. Nunc in pantomimis quoque aduersatur & damnat effœminatas artes, & indecora seculo studia: ex quo manifestum est, principum disciplinam capere etiam vulgus.

Ex quo palam est, quàm turpiter deserat eam partem Rhetorices institutio. Quintil. libro 2. cap. 1. 7.

Quærere ex aliquo, pro interrogare. Cic. Attico, Quæsiuit ex eo, placeretne iudices à Prætore legi. Ibidem, Quum autem ex eo quæreret quid videret. Idem 1. de Diuinat. 165. Caium Marium cum fascibus laureatis quærere ex te quid tristis esses. Idem Pæto, lib. 9. 17. 1.

Ex re tua fuerit: Hoc est, In tuum commodum. Plautus Capt. 6. 46.
Hæc tu eadem, si consiteri vis, ex tua re feceris. Idem Menæch. 14. 87.
Quin refers palàm domum? M. ego faxo referetur. V. ex re tua vt opinor, feceris. Terentius Phorm. Non hercle ex re illius me instigasti, Cicero Attico, libro 5. 95. 3. Summa erit hæc, statues vt ex fide, fama, réque mea videbitur.

Ex re. Horatius 2. Serm. Saty. 6. 16.
Gerrius hæc inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas. Ex re, Pro commodo, Acron.

Ex Republica facere: Hoc est, In vtilitatem & commodum Reipub. Cicero Bruto, 2. 2. Facis ex tua dignitate, & ex Repub. Eidem, 5. 1. Si minus id commodo Reipub. facere posses, sine non existimares ex Republ. esse. Et paulo antè, Si tu arbitrarêre vtile fore, & ex Repub. esse, persequere bello Dolabellam. Salustius in Catil. Certò scio quæ ludio dixerit, & Repub. dixisse.

Ex Republica & ex doctrina nobilis & clarus Demetrius. Cicero pro Rabirio Posthumo, 14.

Ex Reipublicæ tempestate sententiam aliquam tanquam aliquod auspicium atque cursum moderari, non est inconstantis. Cicero pro Cornelio Balbo, 50.

Ex re & ex tempore constituere aliquid. Cicero Cornificio, libro 12. 19. 4. Sed hæc melius ex re & tempore constitues.

Consulere ex re. Hoc est, vt occasio tulerit. Simile illi, Pro re nata. Tacit. lib. 1. Nullis satis certis mandatis, ex re consulturum.

Sanus non est ex amore. Plautus Mercatore, 7. 100. Sanus non est ex amore illius.

Scire ex aliquo. Terentius Heaut. 3. 1. 2.
Lucescit: hoc iam cesso pultare ostium
Vicini primum, ex me vt sciat sibi filium Redisse. Cic. Pæto, lib. 9. 12. 2.
Habuisti in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certè ex ebrio scire posses.

Ex scripto. Liu. 3. bell. Punici, Dum hæc geruntur Q. Fabius pisctor legatus à Delphis Romam rediit, responsúmque ex scripto recitauit.

Ex mea sententia, Vt volo & opto. Plaut. Capt. 7. 8. Et tua hue ornatus si reueniam ex sententia. Idem Cistel. 3. 7. Quin ego nunc quasi sum honesta mea ex sententia. Idé Menæch. 22. Nimis haud bene ora cómentaui, atque ex mea sententia. Ibidem, 8. 1. Bene obsonaui, atque ex mea sententia. Terentius Hecyra, Spero hanc rem euenturam nobis ex sententia. Cicero Furnio, Si non ista ex sententia euenerint. Cicero 4. Acad. 179. Quid enim concendens nauem sapiens, nam cóprehensum animo habet, atque perceptum, se ex sententia nauigaturum? Idem 2. de Natura deorum, 241. Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis quibus cognitis, multæ sæpe res hominum sententia atque vtilitate partæ, multa etiam pericula depulsa sunt.

Ex sententia non sum hero: Id est, non placeo hero, Plautus Persa, 2. 10.
Ego

Ego neque lubenter seruio, neque satis sum hero ex sententia.

Ex sententia seruire hero. Plaut. Aulul. 17. 3.
Nam qui hero ex sententia seruire seruus postulat:
In herum matura, in se sera condecet capessere.

Ex sententia seruus: Qui acceptus est, & placet. Plaut. Capt. 6. 97.
Nec quenquam fideliorem, neque cui plus credat potes
Mittere ad eum, nec qui magis sit seruus ex sententia.

Ex sententia amborum fiat. Plaut. Trucul. 19. 66.
Verùm vti iique mos geratur amborum ex sententia
Fiat, vt rem gratam videa: hoc accipiendum est quod datur.

Ex sententia succedere, pro Ad votum. Cicero Bruto, 9. 4. Nos te tuúmque exercitum expectamus: sine quo, vt reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. Idem Cassio, libro 12. 10. 4. Te autem in Italiam venire cum exercitu: vt si hæc ex sententia confecta essent, consilio atque authoritate tua: si in quid forte tibi tutabum (vt fit in bello) exercitu tuo niteremur. Terentius Phorm. 2. 1. 26. Sed satin' omnia ex sententia?

Ex se nimium exhibet negotii. Plaut. Poen. 4. 23. – nimia omnia
Nimium exhibent negotium hominibus ex se.

Ex se hunc reliquit filium. Plautus Aulularia, 3. 21. Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium.

Ex se se aliud magis habet. Terentius And. 5. 4. 52.
Cur non illam huc transferri iubes?
P. Rectè admones: Dauo istuc dedam iam negoti. S. non potest.
P. Qui? S. quia habet aliud magis ex sese, & maius. P. quidnam?
S. virgus est.

Ex sua quisque parte. Cicero 3. Verr. 86. Se curaturos, vt ex sua quisque parte ne minus dimidium, ad Trebonium, &c.

Ex se & ex natura sua. Cic. 1. de Inuent. 20. Vnaquæque ex se, & ex sua natura simpliciter consideratur. De constitutione.

Ex communi. Celsus lib. 2. cap. 4. Somno non est terribilis nervorum distensio. Timere etiam ex somno, mali morbi est.

Ex somno. Liuius lib. 6. Decad. 4. Affecta labore, ac vigiliis corpora ex somno moliebantur.

Ex sponsione agere. Cic. pro Quintio, 17.

Ex supero. Lucret. lib. 2. 50. Ex supero quum præcipitat, &c. Et 49.
Haud igitur poterunt lenioribus incidere vnquam
Ex supero gratiora.

Ex supernacuo. Senec. epist. 94. Siquis recta habet & honesta decreta, hic ex supernacuo admonetur. Liuius libro 2. Author magis, vt fit, quàm res ad præcauendum vel ex supernacuo monuit.

Suspicio ex ipsa re. Terentius And. 1. 2. 22.
Mihi molestum quid agam cogito.
Ex re ipsa suspicio incidit mihi.

Ex tempore. Cic. libro 2. Offic. Quos credimus expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. Idem ad Atticum, libro 10. 10. 3. Et 7. Tuscul. 138. & Plin. epist. 27. Dicit semper ex tempore, sed tamen diu scripserit. Salustius in Iugurtha, Igitur, vti iusque consilio opus fuit, ita tutiorem cætera vti res poscerent, ex tempore parare plurima insidiis statuit. Cicero 2. de Orat. 136. Illud egregium Scitii, & ex tempore, Mamma inquit, & cœna.

Ex tempore, quo. Cic. 3. Verr. 41. Audimus alium non ab initio fecisse, sed ex tempore aliquo confecisse. De tabularum confectione loquitur.

Ex illo tempore. Virg. 7. Eclog. 14. Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 9.

Ex tempore. Ex temporis cœditione. Cic. lib. 3. Offic. Vnius generis quæstiones sunt hæ omnes in quibus officium ex tempore quæritur.

Ex tempore. Ex exemplo. Id est statim. Plaut. Amphit. 4. 53.
– le exercitum ex templo domum Reducturum. Ibidem, 9. 5.
Hinc autem quum ex templo aduentum apporto. Idem Merc. 3. 61.
Ilico ex templo. ex ephebis postquam excesserit. Liu. 1. ab Vrbe, 21.
Ex templo aduocato concilio, &c. Et lib. 3. 36. Secundeque belli res ex templo vrbanos motus excitauerunt. Cic. 1. de Inuent. 53. Affectio est animi, aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio, &c.

Ex tempore in totum. Senec. 3. de Ira, Quædam ex iis quæ te præcipitem ferebant, hora, non tantum dies, mollietque dam ex toto euanescent. Sic Plin. lib. 11. cap. 12. & lib. 37. cap. 9. Sic Curtius lib. 8.

Ex toto integer. Celsus lib. 3. cap. 4. Sed quum hoc breue tempus nó præfleat, satius esse principia tibi à decedente febre, quàm reliquias ab incipiente excipi. ita si longius tempus secundum est, quàm integerrimo dandus est: si breue, etiam antequam ex toto integer fiat, Integerrimum autem, & ex toto integer est, qui febre omnino caret, quam integritatem Graeci ἀπυρεξίαν vocant.

Ex transuerso. Liuius lib. 6. Decad. 4. Assectus transfigit, Liuius 2. ab Vrbe, 84. Et lib. 1. 3. Ex transuerso quidam adortus transfigit, Liuius 2. ab Vrbe, 84. Et lib. 1. 3. Ex transuerso impetu facto,

Ex toto. Liu. 1. Decad. libro 10. Vt bemque ex toto rectis itineribus peterat rem Romanam fouebat.

Ex tunc. Apuleius libro 7. Metam. Ex tunc pœnæ reservatus.

Ex vano profrustra. Liuius lib. 7. bell. Pun. Annibal, quia cum Marcello bis priore anno congressus vicerat, victúsque fuerat, vt cum eodem si dimicandum foret, nec spem nec metum ex vano haberet, ita duobus Consulibus se haud quaquam parem futurum credebat. Item pro falso. Idem lib. 3. bell. Maced. Neque tota ex vano criminatio erat.

Ex verbis tuis. Plaut. Epid. 13. 18. – ex tuis
Verbis meum futurum eorum pulchrum prædicas,
Quem Apelles Zeuxisque duo pingent pigmentis vlmeis.

Celebrare facta alicuius ex veritate. Tacit. lib. 4. Nec occulti est, quòdo ex veritate, quando adumbrata lætitia facta imperatorum celebrétur.

Ex vero nomine vocor Robertus. Plaut. Sticho, 4. 88.
– non est id nomen mihi.
C. Certo mecastor id fuit nomen tibi.
G. Fuit, defertum, verum id vsu perdidi.
Nunc Mictorrogos nomine ex vero vocor.

Venire ex gratia in inuidiam. Plinius de Viris illust. 66. Deinde ex gratia in inuidiam venit.

Venire ex longinquo, Vide LONGINQVVS.

Ex summis opibus, viribúsque vsque experire, nitere,
Herus vt minor opera tua seruetur. Plaut. Merc. 4. 1.

Ex vino vacillantes. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Ex sua voluntate nanciscì fortem. Cic. 3. Verr. 73.

Valde ex voluntate accidere aliquid. Cic. in Pisonem, 36. Illud etiam accidit præter optatem meum, sed valde ex voluntate.

Ex animi voluntate id procedit. Lucret. lib. 2. 55.

Ex sua voluntate facere tibi pecuniam. Cic. 2. de Lege agr. 67.

Ingredi aliquid ex volantate alterius. Quintil. in Procem. libro 6. 1. Hæc Marcelle Victori ex tua voluntate maximè ingressus.

Vorare panem ex iure hesterno. Terent. Eunucho, 5. 4. 17.
Harum videre inglutiem, sordes, inopiam,
Quàm inhonestæ solæ sint domi, atque auidæ cibi?
Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.

Ex voto. Plaut. Stich. 4. 80.
Hæc venisse mihi iam est opus quantum potest,
Vt decumam partem ex voto Herculi polluceam.

Ex vtilitate Reip. Idem quod ex vsu. Cic. 1. de Inuent. 83. Legé (vt æquũ est) ex vtilitate Reip. considerate. Plin. in Paneg. 113. Si bene Reimpub. & ex vtilitate oium rexeris, digna vota quæ semper suscipiantur, semperque soluãtur. Plin. lib. 18. cap. 6. 4. Agro empto domũ vendendam, inclementer atque non ex vtilitate publici status Mago censuit.

Ex vnis geminæ. Terent, And. 4. 1. 50.
– nam satis credo, si adnigilaueris,
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.

Ex vtraque parte. Lucret. lib. 1. 18.
Cui simul insula virgineos circundata comptus
Ex vtraque pari malarum parte profusa'st.

Ex vtero. Plaut. Trucul. 10. 32. Quid illi ex vtero exitio est, prius quàm poterat ire in prælium?

Ex vultu cognoscere. Cicero Attico, libro 14. 11. 1. Quod mecum per literas agis, vnam ob causam mallem coram egisses. non enim solum ex oratione, sed ex vultu & oculis & fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses.

Omnibus ex vnus. Liuius libro 4. Decad. 5. P. Nasica egregius adolescens omnibus ex vnos, quibus iesterna die pugnari placuit. Hoc est vnus ex omnibus egregius adolescens.

Ex vsu. Tacit. lib. 5. Qui plebem primoribus tradidit ex suo vsu.

Ex vsu tẽporis. Tacit. lib. 4. Quum ex vsu temporis huc illuc mearent.

Ex vsu tuo est: Hoc est, in tuã vtilitatẽ. Plau. Persa, 16. 11. Ex tuo isquam vsu est, eme hác. Idẽ Merc. 7. 54. Vidi, verũ nó ex vsu nostro est, neq; adeò placet. Terẽ. Hecy. 4. 3. 10. – equidem cupio, & vix cõtineo.
Sed nõ minuã meũ cõmilitẽ ex vsu qd est, id pſequar. Ibidẽ, 4. 1. 14.
Adeò me esse pernicacem censes, cui mater siem,
Vt eo essem aio, si ex vsu eſt nostro hoc matrimoniũ? Idẽ Eun. 5. 9. 47.
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vsu tuo
Nemo est. Idem Heaut. 1. 2. 36. – hoc.
Scirum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex vsu siet. Cæsar in Commenta. Vtrum prælium committi ex vsu sit.

Exacerbo, exacerbas, exacerbare, Irritare, ad iracundiã puoca-re. Liu. 8. ab Vrbe, 165. Quũ oẽs affirmarẽt, infestius Papyriũ exarsũ ſ, agitatũ cõtẽtione ipſa, exacerbatumq; clãm ex castris Romã pfugit. Sic lib. 2. 200. Suet. in Gall. cap. 16. Atq; eo quidẽ nose, oẽs qui vbique erãt, exacerbauit. Idẽ in Tib. Cæsare, cap. 61.

Exacerbata superbia. Linus 9. bell. Punic. 35.

Exacerbare supplicii. Claud. Saturn. in L. At factaſ. vlt. de Pœnis, Nonnunquã euenit vt aliquorum supplicia exacerbentur, quoties nimium mulcis personis grassantibus exemplo opus est.

Exacerbatur absolutè. Modest. in L. famosi. par. vlt. ff. ad legem Iul. maiestat. Crimine maiestatis facto, vel violatis statuis, vel imaginibus, maximè exacerbatur in militer.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exacesco, exacescis, exacui, exacescere, Acidum fieri. Columel. lib. 12. cap. 17. de aceto, In dolium vel in amphoras cõditur, & ibi finitur fermentari deinde quum exacuit, & remisit liquorem, quicquid est aceti, diligenter colatur, &c.

Exactum, Vide EXIGO.

Exacuo, exacuis, pen. corr. exácui, exacûtum, pen. prod. exacuere, Acutum facere. Plin. lib. 34. cap. 14. 8. Quippe quum in exacuẽdo oleare cotes & aquariæ æque differãt. Plin. lib. 17. ca. 15. 1.

Exacuere corticem. Varro 1. de Re rust. cap. 41. 2.

Exacuere dentes etiam dicitur sus. Virg. 3. Georg.
– dentésque Sabellicus exacuit sus.

Mucronem in aliquos exacuere. Cic. 3. de Legibus, 31. Quis vnquã tam audax, tam inimicus nobis fuisset, vt cogitaret vnquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem Tribunitium exacuisset in nos?

Spicula exacuunt rostris. Virg. 4. Georg. 15. de apibus.

Vallos exacuere. Virg. 1. Geor. 53. Exacuit alii vallos, furcasq; bicornes. Id est repurgant & reformant in acitudinem pristinam. Seruius.

Mentem exacuere ad. Silius lib. 7. 29.
Milcetque exacuens varia ad conamina mentem.

¶ Acetum exacuere, Vide ACETVM.

Aciem oculorum exacuere, Vide ACIES.

Nasturtium exacuit animum: Hoc est, irritat & pungit facultatem animalem quæ in cerebro est. Vnde etiam à naribus torquendis dictũ, quòd sternutamenta excitet. Plinius libro 20. cap. 13. 2. Econtrario nasturtium venerem inhibet, animum exacuit.

Animos in bella versibus exacuere. Horat. de Arte, 82.
– post hos insignis Homerus
Tyrtæúsque mares animos in Martia bella Versibus exacuit.

Sapor exacuit palatum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 3.
Non tamen exacuet torpens sapor iste palatum.

Exacunt visum scarabei virides: Hoc est, perspicaciorem & magis acutum reddunt. Plin. lib. 29. cap. 6. 24.

¶ Exacuere aliquem, pro Incitare, inflammare. Metaphora sumpta ab iis rebus quæ dum exacutæ sunt, magis pungunt. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 16. Solicitudinésque meas quotidie magis tua merita exacuunt, nequid, &c. Cic. 1. de Orat. 65. Nec magis ad eos deterrendos qui non possent, quàm ad vos qui possetis exacuendos accommodatui orationem meam.

Cohortari & exacuere aliquem. Cic. Attico, lib. 12. 52. 3. Et si tibi placebit sic agere de Pano, vt cœpimus, velim cohortẽre & exacuas Cluatiũ.

Inuicem se mutuis exhortationibus exacuere, Vide INVICEM.

Stimulis exacuere aliquem. Claud. de bello Get. 70.
At iuuenem stimulis immanibus æmula virtus Exacuit.

Exacuere religionem. Cic. 1. de Legib. 90. Cultúmque deorum & puram religionem susceperit, & exacuerit illam, vt oculorum, sic ingenii etiã ad bona deligenda & reliciẽda contraria.

Exactus, pen. prod. Nomen ex participio. Plin. lib. 18. cap. 18. 5. Latior hæc quarto generi, sed exactior in mucrõnem fastigiata.

Exactio, Verbale. Plinius libro 17. cap. 14. 7. Calami exactio medullam ne nudet.

Exaduersum, & ex aduerso, (κατεναντίον,) Vide EX.

Exaedifico, exædificas, penul. corr. (ἀνοικοδομέω,) exædificare, Absoluere ædificationem, Cæsar 1. bell. Ciuil. 58.
Quod oppidum Labienus constituerat, susque pecunia ædificauerat.

Exædificare templum Apollini. Cic. 2. Tusc. 1. 84.

Exædificare atque efficere. Cic. 7. Verr. 38. Etenim vel Capitolium, sicut apud maiores nostros factũ est, publicè gratis coactis fabris, operisque imperatis, exædificari atque effici potuit.

Exædificare institutum opus. Cic. 1. de Orat. 79. Non grauêre exædificare id opus quod instituisti.

Dimensa & exædificata animo domus. Cic. ad Atticum, lib. 14. 1.

Mundus diuino consilio exædificatus. Cic. 4. Acad. 227.

¶ Exædificare inchoatam ignauiam, per translationem. Hoc est, exacerbare vel continuare. Plaut. Trinum. 4. 70.

¶ Exædificare, pro Efficere domo. Plaut. Trinum. 17. 3. Nam exædificasset me ex his ædibus si absque te foret. Antiquus dicendi modus.

Exædificatio, Verbale, (ἀνοικοδόμησις,) Cic. 1. de Oratore, 34.

Exaequo, exæquas, (ἐξισόω,) exæquare, Aequum facere, vt Exæquare ad regulam, pro exactè cõformare. Senec. epist. 10. Vnã semel ad quã viuas, regulã prẽdere & ad hanc ofa facta dictáque exæqua.

Exæquari bonis. Cic. Post red. in Sena. 18. Propterea quòd superiorẽ esse contra improbos, minus est negotii, quàm bonis exæquari.

Exæquari alteri. I. Iulius 3. bell. Pun. 108. Vetus miles tyroni, liber Volonì esse exæquari fineret.

Exæquare aliquem dignitate cum altero. Cæsar 1. bell. Ciuil. 15. Ipse Põpeius ab inimicis Cæsaris incitatus, quòd neminem dignitate secum exæquari volebat, totum se ab eius amicitia auerterat.

Exæquare aliquos. Propert. lib. 4. eleg. 12. 7. Altera maternos exæquat turba Libones. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 13.
At nunc exæquet tetricas licet illa Sabinas, &c.

Exæquat omnium dignitatem pecunia. Cic. ad Atticum, lib. 4. 84. 7.

Exæquare omnia. Cic. 3. de Finib. 16. Videsne verborum gloriam tibi cum Pyrrhone & cum Aristone, qui omnia exæquant, esse communem?

Exæquare pretio omnia iura. Cic. 4. Verr. 86.

Exæquare facta dictis: Hoc est paria dictis facta ostendere. Sallust. In primis arduum videtur res gestas scribere: primum quòd facta dictis exæquanda sint.

Nos exæquat victoria cælo. Lucret. lib. 1. 16.

Exæquor, exæquaris, deponens. Ouid. ad Pisonem, 6.
Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem Exæquamur auis.

Exæquãtus, penul. prod. Participium. Lucret. lib. 5. 263.
Exæquatique sunt creperi certamina belli.

Exæquatio, Verbale. Liuius 4. bel. Maced. 17. Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locuples, &c.

Exaestuo, exæstuas, (ἐκνυμαίνω,) exæstuare, Aestum emittere, & exhalare. Liuius 6. bell. Pun. 123. Incertæ altitudinis vtrunque exæstuat mare. Plin. lib. 37. cap. 2. 13. Exæstuante oceano.

Fundo exæstuat imo. Virg. 3. Aeneid. 115. de Aetna.

Exæstuare æstus. Lucret. libro 6. 164. Hos igitur tellus omneis exæstuat æstus. Idem lib. 2. 228. Nec satis est quæ per largos exæstuat æstus.

Igne exæstuat. Lucan. libro 5. 35.

Læsus exæstuat acrior ignis. Ouid. 15. Metam. 184.

Exæstuare ira. Virg. 9. Aenei. 56. Improperata refert, & mẽs exæstuat ira.
Hoc est vehementer æstuat. Ouid. 6. Metam. 125. & 13. Metam. 113.

Vnda exæstuat vorticibus. Virg. 3. Georg. 48.

Exaeuio, exæuis, exæuiui, exæuîtum, exæuîre, pro Desæuire, hoc est desinere sæuire. Liu. Consulem Claudium atrox vis tempestatis adorta, in metum ingentem adegit. Populoneos inde quõ peruenisset, stetit ibi, dum reliquum tempestatis exæuiret. Budæus.

Exaggero, exaggeras, pen. corr. (καταχόω, ηαχόω, exaggerare, Coaceruare, & in vnum veluti aggerem atque acerum cogere. Plin. lib. 19. cap. 8. 13. Exaggerando aliam accumulem.

Exornare & exaggerare. Cic. 1. de Orat. 161. Mea autẽ ratio in dicendo hęc eẽ solet, vt boni quod habeat, id ample ctar, exornẽ, exaggerẽ, &c.

Exaggerare & Extenuare, contraria. Cic. 5. Tusc. 1. 73. Xenocratem illum grauissimum philosophorum exaggerantem tantopere virtutem, & extenuantem cætera.

Verbis exaggerare aliquod beneficium. Cic. pro Plancio, 57. At enim nimis ego magnum beneficium Plancio, & vt ais, id verbis exaggero.

Iniuriam nostram exaggeramus. Quintil. lib. 6. cap. 2. 19.

Exaggerare oratione. Cic. 1. de Oratore, 127. Veritus ea nisi illam artem oratione exaggerasset, ne operam perdidisset.

Exaggerare rem familiarem, pro Augere. Cic. 1. Offic. 131.

Exaggerare rem, Id est maiorem & atrociorem verbis facere. Cic. pro Cecinna, 13. Et quum ipse sextulam nimium suam exaggeraret, nomine hæredis arbitrum familiæ hercisciundæ postulauit.

Exaggerãtus, penul. prod. Participium, (ὑπερηχωμένος,) vt Exaggeratus virtutibus animus. Cic. in Parad. 52.

Auctæ atque exaggeratæ fortunæ. Cic. 4. in Catil. 91.

Oratio altius exaggerata. Cic. de Clar. Orat. 33.

Exaggeratio, Verbale, (ὑπερμεγεθισμός, ἀμβολή,) Magna coacernatio.

Exaggeratio, Per translationem. Cic. 2. Tusc. 107. Hoc igitur tibi proponẽ amplitudinem animi & quasi quandam exaggerationem qualemlibet animi, qui maximè eminet in contemnendis & despiciendis doloribus: vnam esse omnium rem pulcherrimam,

Exagito, exagitas, penul. correp. (διασοφίω,) exagitare, Vehementer vexare, & agitando commouere. Plautus Merc. 19. 16. Mala bilis cruciat me atque exagitat. Cicero 5. Verr. 37.
Non solum arationes, sed etiam sedes suas patrias illius iniuriis exagitati reliquerant.

Lenire & Exagitare, contraria. Sallust. Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quàm exagitanda videbatur.

Exagitare & Contemnere. Cic. 3. de Oratore, 34. Hanc dicendi exercitationem exagitarent & contemnerent.

Infectari & exagitare. Cicero Attico, libro 1. 11. 13.

Curas exagitare. Lucanus libro 8. 9.
– tristes præsagia curas Exagitant.

Turba Diana exagitat fures, Id est canes exagitãt fures. Ouid. 5. Fast. 19.
Exagitant & Lar & turba Diana fures.

Furores exagitare. Catul. Argonaut. 19. Heu miserè exagitans immitis corde furores Sanctæ puer. Verba ad Amorem.

Furor aliquem exagitat. Senec. Thyeste, 4. 1.

Littora clamor nauticus exagitat. Lucanus, libro 2. 537.

Lustra exagitare ferarum. Silius libro. 16. 111.

Manes exagitare. Propert. libro 2. eleg. 9. 4. Exagitet

Exagitet nostros manes, sectetur & vmbras,
Insultetque rogis, calcet & ossa mea.

Mœrorem exagitare. Cic. Attico, lib. 3. 47. 4. Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem.

Volucres alis Zephyros exagitant. Stat. 3. Thebaid. 103.

Vrbem exagitare clamoribus. Stat. 5. Thebaid. 20.

Dii exagitent me, si quicquam, &c. Iurandi modus. Horatius 2. Serm. Satyra 6. 11.

¶ Exagitare rem aliquam, pro Disceptationibus excutere & agitare. Cicero pro Cluentio, 81. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciæ: eo vita in eiusmodi ratione versata aperiebatur. Sallustius in Catilinam, Rem ad Senatum refert iam antea vulgi sermone exagitatam.

Exagitatus, penul. prod. Participium, (διεξοφημένος,) vt Spoliati & exagitati aratores. Cicero 5. Verr. 63.

Disputationibus aliquorum exagitatus. Cic. in Oratore, 7.

Causa alicuius exagitata conciionibus improborum. Cic. post red. in Sena. 17. Qui causam Senatus exagitatam conciionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendauit, vt, &c.

Dissensio multos iam annos exagitata. Cic. pro Sylla, 45. Omnis Pompeianorum colonorumque dissensio delata ad patronos est, quum iam inueterasset, ac multos annos esset exagitata.

Frænis ora exagitata. Silius libro 7. 69.

Lepus exagitatus. Ouidius 3. de Arte, 133.
Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent,
Et lepus hic aliis exagitatus erit. Prouerbium.

Ros exagitatæ & in summam inuidiam adductæ. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 13.
Vt in rebus multò ante quàm profectus es ab ipso rege, & ab intimis ac domesticis Pompeii eiam exulceratis, deinde palam à Consularibus exagitatis, & in summam inuidiam adductis ita versamur.

Exagitator, penul. prod. Verbale, (διασοφιτής,) Cic. in Oratore, 24. Ar ea de senione scribit Plato, & scribit æqualis, & quidem exagitator omnium Rhetorum, hunc miratur vnum.

Exagôga, exagogæ, pen. prod. m. g. (ἐξαγωγή,) Qui educit & exportat vt Exagôga bonorum. Plaut. Trucul. 11. 2.
Ite hac simul mulieri damnigeruli foras gerrones,
Bonorum exagogæ. Antiquum.

¶ Exagoga, fœ. g. Eductio, prouentus, reditus. Plautus. Truc. 16. 6.
– illæ dum sic faciat domum
Ad te exagogam. Idem Rud. 16. 17.
– tẽque oro & quæso, si speras tibi
Hoc anno multum futurum sirpe & laserpitium.
Eámque curentur am exagôgam saluam & fospitem. Antiquum.

Exalbesco, exalbescis, (ἀχροάω,) exalbescere, Pallescere, & colorem pristinum in album commutare. Cic. 4. Acad. 89.
Qui fremerent & exalbescerent. Idem 1. de Orat. 60. Equidem & in vobis animaduertere soleo, & in me ipso sæpissimè experior, vt exalbescere metu. Cicero. 3. de Orat. 121. Idem 5. de Finib. 53. Exangue poeta versus citatur.

Exalbidus, pen. corr. (ὑπόλευκος,) Idem significat quod albidus nisi quòd præpositio aliquid minuat de significatione. Plin. lib. 14. cap. 19. 3. Folia vrticæ in medio exalbida, eadem proceden te tempore tota rubentia. Idem lib. 12. cap. 17. 7. Perunt in Helimæos arborem lutam, cupresso fusæ similem, exalbidis ramis. Hoc est, vna admodum exalbida. Plin. lib. 23. cap. 1. 16.

Exalburnare, Alburnum, (ἐκφλοιζειν,) detrahere. Plin. lib. 16. cap. 40. 5. E reliquis arboribus siccissima lotos, quæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatũ: & huic nigricãs color.

Exalto, exaltas, (ὑψόω,) exaltare, Extollere. Colum. lib. 3. ca. 13. 1.
Paribus alternis omissis spatiis, fenũ pedum latitudinis fossa dirigitur, fodiúntque, & exaltant in tres pedes. Hoc est, erigunt.

Exaluminatus, pen. prod. Denominatiuum ab alumine: vt Vinosus coloris est, exaluminatos vocari. De vnionibus loquitur. Id est, ad colorem aluminis accedentes.

Examen, penul. prod. examinis, n. g. (ἔσμός,) Noua apum soboles, quam parentes ex suis alueariibus ad nouas sedes quærendas exire cogunt, quòd hæ ita vniantur, vt simul ligatæ appareant.
Examen, inquit Festus, Est apum cõgregatio. Nec solum de apibus, sed etiam de vespis, piscibus, & aliis. Cic. de Senect. 50. Nec verò segetibus solum & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed hortis etiam & pomariis, tum pecudum pastu & apum examinibus, & florum omnium varietate. Idem 1. de Finib. 219. Atque vt apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur, &c. Plin. lib. 31. cap. 1. 2. Rapiunt eo secum piscium examina.
Sterilior exanimis. Ouidius 3. Fasto. 150.
Audit inexsa sterilior examinis vlmo.
Apum examen. Iuuen. Satyra, 13. 7.

Examina infantium. Plin. in Panæg. 40. Aduentante congiarii die, obseruare principis egressum in publicum, insidere examina infantium, &c.
Sic Examina seruorum, Cic. de Arusp. respons, 23.

Iuuenum recens examen. Horat. 1. Carm. Ode 35. 6.

Pullorum examina. Lucret. lib. 5. 274.
Arboribus quoniam baccæ, glandésque caducæ
Tempestiua dabant pullorum examina subtur.

Vatum examina. Stat. 5. Sylu. 3. 57.
Ite pii manes, Graiúmque examina vatum,
Illustrémque animam letheis spargite sertis.

¶ Apibus & multo examine abundare. Virg. 4. Georg. 28.

Prima examina noui reges ducant. Virg. 4. Georg. 5.
Vt quum prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludétque fauis emissa iuuentus.

Apes examina condunt. Virg. 2. Georg. 91.

Taxos examina frigiunt. Virg. 9. Eclo. 6. Nam taxis pastæ apes, mel amarissimum faciunt. Seruius.

Ludunt examina. Virg. 4. Georg. 21.
At quum incerta volant, cæloque examina ludunt,
Contemnúntque fauos, & frigida tecta relinquunt
Instabiles animos ludo prohibebis inani.

Pendet examen ramo frondente. Virg. 7. Aeneid. 14.

Regere examen. Horat. 1. epist. 20. 5.

Resonant examina è quercu. Virg. 7. Eclo. 5.

Stridula examina. Claud. 7. Paneg. 77.

¶ Examen, stylus est in lance, siue statera, qui eò exit, quo pondus se vergit. Virg. lib. 12. Aeneid. 145.
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor, & quò vergat pondere letbum. Plin. lib. 17. cap. 22. 6. Inæquali examine. Hæc autem bilancis seu stateræ lingua, ab aliis æquamenti, ab aliis libramẽti, ab aliis æquilibrii & trutina dicit.

Improbum examen in trutina castigare. Pers. Saty. 1. 1. Hic pro ipso ponderandi actu accipitur.

¶ Examen, metaphoricè, iudicii inuestigatio, inquit Festus.

Vitæ examinat. Stat. 3. Syl. 3. 4.
Ipse viam morum, longæque examina vitæ,
Affatúsque pios, monituraque somnia poscam.

Examino, exámino, as, pen. corr. (συμμομαι, ἐξετάζω, ἀνακρίνω,) examinare, Scrutari, & veluti põderare. Plin. epist. 167. 1. Examina singula verba, & expende. Cic. 2. de Orat. 87. Ad ea probanda, quæ non auri fici statera, sed quadam populari trutina examinantur. Idem pro Plancio, 64. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo. Idem 1. Tusc. 69.

Herbas examinare. Ouid. 14. Metam. 54. – ipsa quis vsus,
Quóue sit in folio, quæ sit concordia mistis
Nouit, & aduertens pensas examinat herbas.

Diligenter examinare verborum omnium pondera. Cic. in Orat. 14.

Male verum examinat omnis Corruptus iudex. Horat. 2. Serm. Sat. 1. 7.

¶ Examinare dicũtur apes, id est vernare. Colum. lib. 11. cap. 14. Ab exortu Vergiliarum ad solistimum examinant aluei.

Examo, exámas, pe. cor. (ὑπερφιλέω,) examare, Valde amare. Plaut. Tru. 6. 22. Vt ego me rurià examauerim patulũ; mouerit.

EXAMPEVS, Scythiæ fons inter Boryſthenen & Hypanim flumina, de quo Herodotus libro 4. sic scribit, Inter Borysthenen (inquit) & Hypanim flumina, locus est nomine Exampeus, ex quo hic amarus fons ortum habet & nomen.

Examurcari, (ἐξαμυργιδόω,) oleum dicitur, quando ab amurca defæcatum fit. Apuleius lib. 4. Ac dum cæleſtis vaporis flammis examurcatur.

Examussim, Aduerbium, (ἀκριβωμένως,) Regulariter, inquit Festus: vel vt ait Nonius, examinatè ad regulam, rectè & castigatè. Plau. Menæ. 2. 48. Nisi ſ Epidãũ pedib' redeũdũ est mihi,
Vt hanc rem vobis examussim disputem. Idem Amphit. 8. 212.
Næ ista ædepol, si hæc vera loquitur, examussim est optima.
Ibidem, 16. 42. Hic examussim rem enarrat. Idem Mostel. 3. 13.

Aedes quum extemplo paratæ, expolitæ, factæ probæ, examussim.

Exancto, Vide EXANTLO.

Exanguis, & hoc exangue, (ἄναιμος,) Quod est sine sanguine. Cic. 7. Verr. 101. Ne denique etiam exangui corpora mortuorum, ne mœror, & c. Liuius 3. bel. Pun. 65. Propè exãguis ruina superincidentium. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 3.

Exanguis atque æstuans. Cic. de Aruſp. resp. 1. Attamen ignarus ille qui Consules essent, exanguis atque æstuans se è curia repente proripuit.

Exanguis & confectus. Cic. pro Sest. 68. Quem quum iacẽtem & cõfusum plurimis vulneribus extremo spiritu exangue & confecti videret, &c.

Exanguis & mortuus concidit. Cic. in Pisonem, 70. Quum tu non solum quod tibi succederetur, sed quòd Gabinio non succederetur, exanguis & mortuus concidisti. Auxelis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Metu exanguis. Ouid.9.Meram.45. Stat.3.Thebaid.72.
Visu exangues. Virgilius.2.Aeneid.43. Dissiguimus visu exangues. Id est perterrefacti.
¶ Aderui occisorum exangues.Claud.7.Paneg.95.
Animæ exangues,Mortuorum animæ.Ouid.10.Metam.9.
Artus exangues.Senec.Here.furen.6.16. Lucret.lib.3.145.
Immissa morte exangues cæteruæ.Lucan.lib.2.41.
Color exanguis.Ouidius 3.Trist.eleg.1.11.
Atpicis exangui chartam pallere colore?
Corpora exanguia.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.7.
Corpora debentur mœstis exanguia bustis.
Corpus frigidum,exangue.Quintil.in Procem.lib.6.11.
Corpus exangue reddere sepulchro.Virg.2.Aeneid.109.
Cuminum exangue,quod pallidos homines efficit.Horat.1.epist.20.4.
– quod si Pallerem casu,biberent exangue cuminum.
Taxat imitatores.
Humore exangues genæ.Cicero 3.Tusc.45. Lachrymæ peredêre humore exanguis genas.
Herbæ exangues. Ouidius 4.Metamor.54.
Luridus exangues pallor conuertit in herbas.
Homo eneruatus atque exanguis.Cic.pro Sestio,18.
Horror exanguis.Claud.2.in Ruffin.26.
Membra exanguia.Silius libro 7.137.
Morbus exanguis.Ouidius 15.Metamor.126.
Pallidique exangui squallebant corpora morbo.
Populus exanguis.Stat.12.Thebaid.5.
Itur in exanguem populum,bellique iacentis Reliquias.
Senectus exanguis.Lucan.libro 1.70.
Conferet exanguis quò se post bella senectus?
Tumuli exangues.Claud.3.de Raptu Proserp.69.
Vmbræ exangues.Virg.6.Aeneid.80. Id est animæ mortuorum.

Exanimus, examma, exinimum, & hic & hæc exanimis, & hoc exanime pen.corr.(ἐκ-ψυχος, ἐκ-ψυχος,) Id est,mortuus & anima carens.Liuius lib.3. Vt vno ictu exanimem equo præcipitaret.Virg.6.Aenei.30. Exanimúmque auro corpus vêdebat Achilles.
Exanimis,Exterritus,& veluti per animi deliquium consternatus.Virgilius 4.Aenei.135. Audit exanimis,trepidóque exterrita cursu,
Vnguibus ora soror fœdans & pectora pugnis,
Per medios ruit.
Pauidus & exanimis.Horat.2.Serm.Saty.6.23.
Currere per totum pauidi conclaue,magisque Exanimes trepidare,
Artus exanimes.Ouid.2.Metamor.68. Idem 1.Amor.7.11.
Exanimes artus & membra trementia vidi.
Sternitur,exanimisque tremens procumbit humi bos. Virg.5.Aene.96.
Corpus exanime.Quintil.lib.4.cap.2.9. Sene.Hipp.4.46.
Lingua exanimis.Ouid.11.Metam.41.
Pallor exanimis.Stat.12.Thebaid.147.
Vmbra exanimis.Ouid.in Ibin,19.
Vultus exanimes.Lucan.lib.2.6.
¶ Decidit exanimis.Virg.5.Aeneid.103.
Exanimalis,& hoc exanimale,penul.prod.(ἀναιματικός,)Quod animam eripit,vel quod est sine anima.Plaut.Rud.6.3.
Ira male vino,ita multæ in pectore
Sunt curæ exanimales. Idem Bacchid.19.7.
Nam neque Bellona mihi vnquam,neque Mars creduat,
Ni illum exanimalem faxo,si commenero.
Exanimo,exaninas,pen.corr.(ἐκπνεῖλω,ληροβίω,δ-ψυχῶ,) exanimare,Ab animo deductum,Petterrere,perturbare.Plaut.Ciftel.5.5.
Miser exanimor,feror,differor,distrahor,deripior,ita
Nullam mentem animi habeo. Tetent.And.1.5.17.Oratio hæc me miseram exanimauit metu. Cicero ad Pætum,9.15.7. Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuisse? Cælius Ciceroni in epistolis ad Atticum,libro 10.200.1. Exanimatus sum tuis literis,quibus &c. Eidem lib.11.114.5.
Exanimare aliquem metu.Terent.And.1.5.16.
Metuentes verbera exanimantur.Horat.3.Carm.Ode.12.1.
Te metus exanimant iudiciorum atque legum.Cic.in Parad.21.
Anidos vicinum fumus vt ægros exanimat.Horat.1.Serm.Saty.4.26.
Timentem exanimat.Lucan libro 8.2.
Aliquem exanimare & inflare,contraria.Horat.2.epist.1.56.
Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru
Exanimat lentus spectator,sedulus inflat.
¶ Exanimare,Ab anima,Occidere,necare,Anima priuare.Curtius,Multos exanimauit rigor insolitus niuis,multorum adnsit pedes,plurimorumque oculis præcipuè perniciabilis fuit. Gellius libro 3.cap.15. Anus repentè filio viso copia atque turba,& quasi ruina incidentis inopinati gaudii,oppressa exanimataque est. Plinius libro 26.cap.1.7. Faucesque eum inuasit,ocyssime exanimans. Cæsar 6.bell. Gall. 112. Taxo, cuius magna in Gallia, Germaniáque copia est,se exanimauit.

Cicero 1.de Finib.155.
Exanimare & interimere.Cic.pro Milone,71.Me quidem Iudices,exanimant & interimunt hæ voces Milonis,quas audio assiduè,&c.
Graui vulnere exanimari.Cic.1.de Finib.155.Simulatque ipse graui vulnere exanimari videret se,vt primum dispexit,quæsiuit,&c.
Exanimatus,Participium,(ἔκπνευστος,)siue Nomen ex participio,Timore conturbatus.Cicero 3.Verr.46.Hæc vbi filio nunciata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit. Plaut.Aulul.7.31. Nimis male timeri verum ubi domum,
– verum ubi domum,
Et illam miseram,quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu,
Consolare.cessas?
Dolet exanimatus.Stat.3.Syl.1.19.
Conscientia peccati mutus atque exanimatus ac vix viuus. Cicero.4.Verr.137.Itaque illum iniuriæ metu,conscientiaque peccati mutum atque exanimatum ac vix viuum reliquo.
Nulla conscientia exanimatus.Cic.pro Milone,45.Pura mente atque integra Milonem nullo scelere imbutum,nullo metu perteritum,nulla conscientia exanimatum reuertisse.
Agmina exanimata.Virg.6.Aeneid.160.
Pectora bello exanimata replere.Stat.4.Thebaid.152.
– tu refugas vires & pectora bello Exanimata reple.
Verba exiliter exanimata:quibus opponuntur Inflata & anhelata.Cic.3.de Orat.23.Nolo verba exiliter exanimata exire,nolo inflata & anhelata grauius.Exanimata,id est efflata.
Exanimatio,Verbale,(ἔκπνευσις,) est quæ metum subsequitur,& quasi comes est pauoris, vt ait Cicero 4.Tusculi.30.Et 1.Offi.183.Ne in perturbatione atque exanimationes incidamus.
¶ Exanimatus,ab anima,Mortuus.Liu.lib.22. Vnam in ipsa porta sospite filio repentè oblato in conspectu eius expirasse ferunt alteram cum mors filii falsò nuntiata erat, mœstam sedentem,ad primum conspectum redeuntis filii,gaudio nimio exanimatam.
Corpora exanimata.Lucret.lib.6.253.
Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnunquam posses,retróque videre. Ouid.2.Metam.64.

Exanio, exanias,(ἐκπνέω,)exaniare,Ab ex, & sanies saniei,commune verbum.significat sanié & virus exprimere. Celsus lib.5.cap.27,Sal quoque his,præcipuéque ei quod canis fecit medicamentum est,si manus vulneri imponitur,superque id duobus digitis verberatur:exaniat enim. Columella lib.12.cap.55.Vt omnem amaritudinem eius & pallorem exanier. Ibidem, cap.47.9. Patimur autem nonnunquam tota nocte,& postero die pondere pressam baccam velut exanlaritum,&c. Alii scribunt Exsanio.

Exantlo, exantlas,(ἐξαντλάω,) exantlare, Exhaurire, A verbo Græco ἐξαντλέω,quod exhaurire significat.Plautus Stich o,4.116.
Næ iste ædepol vinum poculo pauxillulo
Sæpe exantlauit submetrum festiuissimè
¶ Exantlari,Perfici,Pacuuius Peribœa, Non potest Menalippe hic sine tua opera exantlari clauos.Nonius.
¶ Exantlare,Perpeti vel superare,Ennius Andromacha, Malo torquetis cum ærumnis illum exantlari diem. Accius Diomede. Perè exanimus tyranni sæuum ingenium atque execrabile.Idem Amphi.15. 20. – pertolerarem vitam,cladésque Exantlarem impatibileis. Lucilius lib.30.Q uantúsque modo ærumnas, quantósque labores exantlauerit. Cic.4.Academ.94.Credóque Clitomacho ita scribenti,Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade. Idem 1.Tusc.194. Quod quum exantlauisset omnes labores,tum inciderat in mortis tuæ luctus sempiternum. Idem 2.de Diuin.98. Tot nos ad Troiam belli exantlauimus annos. Sic 2.Tusc.30.

Exaptus, Adiectiuum,(σωμμίγνυμι,)pro valde aptus. vt Brachia exapta validis lacertis. Id est aptata & connexta.Lucretius libro 4.167.
Brachia nec porrò validis exapta lacertis
Esse,manúsque datas vtraque à parte sinistras:
Vt facere ad vitam possimus,quæ foret vsus.

Exardeo, exardes,exarsi,exarsum,(ἐκαυχέομαι,)exardere, Valde inflammatum esse.Cic.de Amicitia,65. Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus eleuandæ,& vt Catonem dicere audiui, diffluendæ magis,quàm discindendæ:nisi quædam admodum intolerabilis iniuria ira exarserit, vt neque rectum,neque honestum sit,neque fieri possit, vt non statim alienatio,disiunctióque facienda sit.
Acrius exarsit. Cicero 1.de Diuinat.115. Inest igitur animus præsagitio extrinsecus iniecta, atque inclusâ diuinitus: ea si exarsit acrius,furor appellatur.Ouidius 2.de Arte,71.

Grauiter exarsit.Id est iratus est.Cicero 3.de Orat.3.
Ad libertatis recuperandæ cupiditatem exarsisse.Cic.11.Philipp.290.
Ad spem libertatis exarsimus.Cic.4.Philipp.163.
Contra aliquem exardere.Cic.5.Tuscul.121.Cõtra quorum disciplinam ingenium eius exarserat.
In omni genere amplificationis exardere. Cic.in Orat.55.Ius omne retinendæ maiestatis Rabirii causa continebatur:ergo in omni genere amplificationis exarsimus.
Exardere in iras.Mart.lib.1.9. Claud.1.de Raptu Proserp.7.
Cupidine exarsit nouæ formæ.Ouid.4.Metam.70.
Exardere ira & indignatione:Hoc est,veluti excandescere.Liuius 5.bell. Maced.120. Et lib.4.ab Vrbe,27.Cic.4.Verr.33.Exarsit iracundia ac stomacho. Plin.lib.33.cap.1.13. Ouid.13.Metam.
Sibilis vulgi exardere.Cic.Attico,lib.2.36.2. Nunc vero sibilis vulgi,fremitibus honestorum,fremito Italiæ vereor ne exarserint.
¶ Exarsit admiratio.Plin.lib.37.in Procemio,2.Quæ fuerit origo gemmarum,& quibus initiis intantum hæc admiratio exarserit, diximus quadantenus in mentione auri & annulorum.
Exarsit ambitio magis quàm vnquam aliàs. Liuius 5.bell.Maced.30. Et libro 3.ab Vrbe,142.
Exarsit dies.Martial.libro 3.25.
Exarsit dolor,vrgere illi vt nos loco mouerent. Cicero ad Q u.fratrem, libro 2.7.4.
Dolore exarsit in imis ossibus.Virgil.5.Aeneid.35.
Ignes exarsere animo.Virg.1.Aeneid.125.Ignes,Iræ.
Repentè ista importunitas inauditi sceleris exarsit.Cic.pro Sylla.56.
Tota Italia desyderio libertatis exarsit.Cic.10.Philipp.183.
Tempus illud exarsit ad.Cic.pro Rabirio Posth.9.Etiam ad innocentiũ periculum tempus illud exarserat.
Exardesco,exardescis,(ἐξαυχενέομαι,)exardescere, Ardentem fieri.Cicero 2.de Orat.103.Nulla materies tam facilis ad exardescendum, quæ nisi admoto igni,ignem concipere possit. Plinius libro 13.cap.25.5.
In igne autem vt ferrum exardescentes.
Excipere flammam & exardescere.Cic.de Arusp.resp.41.In me cognitorem harum omnium rerum illa flamma illorum temporum coniciebatur:Excepi,& pro patria solus exarsi.
Ad aliquid,aut ad aliquem exardescere.Cic.3.Verr.43. Homo vt hæc audiuit,sic exarsit ad id quod non modò ipse nunquam viderat, sed,&c.
Id est amore captus est.
Iracundia exardescere.Cicero Lentulo,libro 1.9.77.
Amor exardescit.Cicero de Amicitia,83. Ex quo eorum exardescit sine amor,sine amicitia.
Exardescit ira.Cicero 2.Tusc.198.
Exardescit admirabilis quædã beneuolétiæ magnitudo.Cic.de Amici.29.

Exareno, exarénas,pen.prod.(ἐξαμμόω,) exarenare. Expurgare & arenulas igni vel aliter auferre exære, quod quidam exsquamare dicunt.Plin.lib.33.cap.3.23.Postea exarenatur, an satis decoctũ sit splendore deprehendente,iterúmque exhalatur igni, &c. De ære loquitur.

Exareo, exares,penult.prod.siue exaresco, exarescis,(ἀναίνεμαι,) exarescere,Siccum esse,siue fieri.
Exarescere ex amore. Plaur.Milit.10.46.Neque dum exarui ex amore rebúsque voluptariis.
Exarsit diuturna miseria filius.Cicero ad Atticum.lib.10.205.6.
Exarserunt amnes.Cic.in Pisonem,64. Et lib.1.de Diuin.70.
Sole & vento penitus siccari & exarescere. Columel.libro 3.cap.11.2.
Et libro 11.cap.2.46.
Exarescere siti.Cic.de Claris Orat.8.
Lachrymæ diuturna misere:la exarescunt.Cic.Attico,lib.10.105.5.Atque lacrima multis cum lachrymis loquebatur,vt ego mirarer eas tam diuturno miseriin non exaruisse.
Facultas orationis exaruisse dicitur. Cic.Pæto,lib.9.18.5.Deinde ipsa illa copia fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes reuocassem,exaruissem.
¶ Exaruit vetustate opinio.Cicero 3.Tuscul.128.Huic erat illa opinio quotidie recẽsíquæ tũ denique non appellabatur recens, quum vetustate exaruit.
Exaruerunt orationes Galbæ.Cicero de Claris Orat.41.Itaque exaruerunt,vix iam vt appareant. Id est iam non vigent propter antiquitatem quam rẽdolent.
Vetus vrbanitas exarsit.Cic.Curioni,libro 7.32.3.Vides enim exaruisse iam veterem vrbanitatem.

Exaresio, pen.prod.exaresis,(ἐξανχμοῦμαι,) exarefieri,Aridum fieri: vt de fucis marino dicit Plinius libro 26.cap.10.9.Sed omnibus articulorum morbis impositus prius quàm exaresiat.

Exarmo, exarmas,(ἀφοπλίζω,)exarmare,Armis spoliare.Suet.in Domitiano,cap.15.Minerram quam superstitiose coleret,somniauit excedere sacrario,negantémque vltra se eum tueri posse,quòd exarmata esset à Ioue. Hac etiam voce vsus est Cæsar in Cõ-

ment.Tacit.lib.17.Longinum manibus coercent exarmántque.
Exarmare ducem.Stat.9.Thebaid.69.
– turbatos arripit ense Arcadas,exarmátque ducem.
Legiones exarmare.Tacit.lib.18.Spargit legiones,exarmat legiones.
Exarmare nauem, Armamentis spoliare. Papinianus in L.prima ad L. Rhod.de iactu.Budæus.
Exarmare accusationem. Plinius libro 3.epistolarum metaphoricõs dixit, pro Debilitare & infirmare, his verbis.E testibus quidam fratres, quòd euocatus esset inuitus,siue subornatus ab aliquo reorum,vt accusationem exarmaret,Norbanum Licinianum legatum & inquisitorem reum postulauit,tanquam in causa Castæ præuaricaretur.Budæus.
¶ Exarmare feras,Hoc est dentes,vngues, vel alia noxia membra eis adimere.Vnde exarmatæ bestiæ,pro cicuribus & manuefactis ponuntur. Lamprid in Heliog.Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis, quos edoctos per manuetarios subitò ad secundam & tertiam mensam iubebat accumbere,ignorantibus cunctis quòd exarmati essent,ad pauorem & ridiculum excitandum. Budæus.
Exarmatus,Participium,(ἀφοπλισμένος,)Scut.3.Thebaid.61.
– pallentes agar exarmatus ad vmbras. Silius lib.11.62.
Mens vna inuiolata mero,nullísque venenis
Potando exarmata.
Aequor exarmatum.Claud.epigram.31.1.
Hîc exarmatum terris cingentibus æquor
Clauditur,& placidam discit seruare quietem.

Exaro, exaras,pen.corr.(ἐξαράω,δ-ιαγράφω,) exarare, Arare,aut perfectè arare.
Exarare frumentum. Hoc est aratione percipere quantum frumenti producere possit ager vnus.Cicero 5.Verr.73. Nonne plus lucri nomine eripitur,quàm quantum frumenti omnino exararant, ad quos tu Decumanum Diognetum Venerium misisti,&c. Ibidem, 46.Sostratus,& Numenius, & Nymphodorus eiusdem ciuitatis, quum ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exararant,&c. Ibidem, 16. Hæ literæ Iudices, L.Metelli,quas audistis,hoc quantum est,ex Sicilia frumenti hornotini exarauerint. Idem 7.Verr.78. Q uorum partes tantum labore suo frumenti exarabant,vt Pop.Rom.totíque Italiæ suppeditare possent.
Exarare radices. Plin.lib.17.cap.18.4.Q ui oliuetum sæpissime & altissimè miscebit,is tenuissimas radices exarabit.
¶ Exarare,per translationem,significat scribere qui enim stylo scribunt in codicillis,hi quasi sulcos instar aratorum ducere videntur. Cicero Attico,libro 12.332.1.Vndecimo die postquam à te discesseram, hoc literularum exaraui egrediens è villa ante lucem. Plin.epist.124.lib.7. Intendi animum,contraque opinionem meam,post longam desuetudinem,per quàm exiguo temporis momento,idipsum, quod me ad scribendum solicitauerat,his versibus exaraui. Cic.ad Atticum,libro 13. 290.1.Ante lucem quum scriberem contra Epicureos,de eodem oleo & opera exaraui meicio quid ad te,& ante lucem dedi. Idem ad Papyrium,lib.9.26.1. Et ad Cornificium,lib.12.10.3.
Notas exarare.Ouidius 3.de Ponto,eleg.2.18.
Ad fratrem scriptas exarat illa notas.
Sepulchra exarare.Cicero 2.de Legib.92.Quum multum in eo loco sepulchra fuissent,exarata sunt.
Senectus frontem rugis exarat.Horat.Epod.8.1.
¶ Exaratus deus,Id est arando effossus.Cic.2.de Diuinat.76. Estne quisquam ira desipiens, qui credat exaratum esse deum dicam, an hominem? Et paulo pòst,121. De Tagete loquitur.

Exascio, exascias,(πελεκίζω,)exasciare,Dedolare,dissonere,dolabra & ascia parare,nondum tamen expolire. Exasciatum dicitur quod iam affectum est,quanquam nondum confectum sit.Vulgò Esbochare vocant artifices.Budæus.
Exasciare,per translationem,pro rudi Minerua expolire, dixit. Plautus Asin.7.104. – hem istiuc ago,
Quomodo argentum interuortam & adulterem,& Seuriam:
Iam hoc opus est exasciatum.Id est,iam fieri cœptum est.

Exaspero, exasperas,penul.corr.(ἀπαγριόω,δ-ιαγριόω,)exasperare, Asperiorem facere.Plinius libro 25.cap.4.4.Fauces exasperat,& venena omnia hebetat. Varro 1.de Re rust.cap.52. Id fit è tabula lapidibus aut ferro exasperata.
Exasperatæ arteriæ.Plinius libro 22.cap.24.5.
Eadem exasperare saxo.Silius libro 4.4.
Concussas Triton exasperat undas. Ouidius 2.Amorum,eleg.11.6.
Idem 5.Metamor.2.
Assimulare freto possis quod sæua quietum
Ventorum rabies motis exasperat vndis.
Exasperare rem verbis.Quintil.libro 4.
¶ Exasperare,pro Concitare & irritare.Columel.libro 9.cap.15.3. Neque enim conuenit æstu medio exasperatas apes lacessiri. Celsus, Itaque siqua sunt quæ exasperatura eorum animos sunt, optimum est ea eorum notitiæ subtrahere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exasperatus animo. Liu.8.bel.Pun.130. Ad quorum primum aduentum exasperati animo, mox ipsis placido sermone permulcentibus notos, cum quibus congressi erant, leniti sunt.
Comprimere, ac sedare exasperatos. Liu.lib.2.Decad.5. Magis è Repub. visum erat comprimi, ac sedari exasperatos Ligures.

Exátio, exatias, (κοῖσις νυμι,) exatiare. Idem quod satiare. Liu.8.bell. Maced.240. Populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exatiari, nisi & ipsius fama sepulti laceretur.
Enses exatiare cruore. Silius lib.7.108.
Corda exatiata cruore. Silius lib.16.109.
Clade domûs exatiara. Ouid.8.Metam.109. De Diana.

Exáturo, exaturas, penul. corr. (κορεννύω, κορέω,) exaturare. Idem quod saturare.
Exaturare animum, per translationem. Cic.7.Verr.53. Quum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos, animúmque exaturare vellent: potestas aspiciendi nemini facta est.
Dolorem exaturare damnis. Stat.6.Thebaid.17.
Exaturauimus tela. Stat.9.Thebaid.3.
Oculos exaturata. Stat.6.Thebaid.35.
– occumbam pariter, dum vulnere iusto
Exaturata oculos, vnum impellamur in ignem.
Exaturata libido. Cic.5.Tuscul.143. de Sardanapalo,
Hæc habui quæ edi, quæque exaturata libido Hausit.
Exsaturandus, (κορεσθησόμενος,) Ouid.5.Metamor.4.
Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti Exaturanda meis.

Exauctoro, Vide EXAVTHORO.

Exaudio, exaudis, exaudiui, exauditum, penul. prod. (κατακούω, ἐξακούω,) exaudire, Idé quod perfectè audire. vt Exaudire vocem alicuius. Varro 1.de Re rust.cap.69.2. Cæsar 2.bell. Gall.174. Et lib.6.142. Cicero ad Atticum, lib.4.77.3. Dic oro te clarius: vix enim mihi exaudisse videor.
Attendere & exaudire. Cicero in Orat.109. Sed non attendimus, neque exaudimus nosmetipsos.
Vt idem omnes exaudiant, voce clarissima dicam. Cicero pro Sylla, 25.
Quæ exaudio, diisimul.re non possum. Cic.4.in Catil.86.
Exaudire clamorem. Terent. Hecyra.
Hinnitum equi exaudire. Cic.1.de Diuinat.126.
Tacitæ mentis exaudi preces. Senec. Hippol.5.10.
Supplicis exaudi preces. Ouid.13.Metam.183. Idem 2.de Pôto, eleg.9.
1.Supplices exaudi iuuenum mitissime vocem.
Verba exaudi mea. Sene. Hippol.113.4.
Voces aliquorum exaudire. Cic.1.in Catil.16.
Vota & preces alicuius exaudire dicitur Deus. Virg.1.Aeneid.32.
– & multi exaudita deorum Vota, precesque meæ,
Exaudi'tur, penul. prod. Participium. (ἐξακουσμένος,) Author ad Heren. libro 2.38. In instanti tempore quæritur, num visus sit quum faciebat, num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus, aut denique num quid aliquo sensu perceptum sit.
Clamores exauditi. Cic. Attico, lib.1.9.6.
Monitor non exauditus. Horat.1.epist.21.3.
Vota exaudita parentis. Stat.11.Thebaid,123.
Vox exaudita per lucos. Virg.1.Georg.96.
Vox naturæ exaudita. Cic.1.de Finib.108.

Exaugeo, exauges, exauxi, exauctum, (ἐπαύξω,) exaugere, Valde augere. Plaut. Stich, 5.9. – egenti
Heræ subueni, benefacta maiorum tuorum exauge.
Exaugere animum alicuius. Terent. Heaut.2.2.3.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant:
Locus, occasio, ætas.

Exauguro, exinguras, pen. corr. (ἐξαυσπίζομαι,) exaugurare, Ex sacro prophanum reddere: cui contrarium est Inaugurare. Solebãt enim veteres etiam sua templa auguris sanctiora reddere. Liu.1.ab Vrbe, 240. Et vt libera à cæteris religionibus area esset tota Iouis, templique eius quod inædificaretur, exaugurare fana facellaque statuit: quæ aliquot ibi à Tatio rege primum in ipso discrimine aduersus Romulum pugnæ vota consecrata, inauguratáque postea fuerant. Inter principia condendi huius operis, mouisse numen ad iudicandam tanti imperii molem traditur deos. Nam quum omnium sacellorũ exaugurationes admitterent aues, in Termini fano nõ addixere. Id est, quũ ibus sacellis aliis fœlix augurium præberet, & subsisterẽt.
Exauguratio, Verbale, (ἐξαυσπισμός, Vide in EXAVGVRO.

Exauspico, exauspicas, pen. corr. exauspicaui, exauspicatũ, (κατεχόμαι,) exauspicare. Plaut. Capt. 12.108. Exauspicaui ex vinculis, nunc intellego Redauspicandum hunc esse in catenas denuò. Id est malo auspicio huc processi, vtique qui à vinculis, in quibus eram, initium viæ capi: propterea redauspicare, hoc est regredi in carcerem, quasi iterum auspicandum, & fœliciorem viam incœptandam mihi necesse video.

Exauthoro, exauthóras, pe. prod. (ἀποστρατεύω,) exauthorare: Authoratum & adstrictum dimittere, & abire sinere, & suo arbitrio reddere: id quod citra ignominiam fieri potest. Liu. lib.8.ab Vrbe, 176. Sine cõmeatu vagi milites in pacato, in hostico errant, immemores sacramenti, licentia sola se vbi velint, exauthorãtibus frequentia deserantur signa, neque conueniatur ad edictum. Idẽ lib.9. bell.Maced. Postero die concione aduocata de rebus ab se gestis questi, dimisisse, milites exauthoratos dimisit. Idem lib.5.bel.Pun.111. Volonum quoque exercitus, qui viuo Graecho summa fide stipendia fecerat, velut exauthoratus morte ducis, ab signis decessit. Idẽ 9.bel.Pun. 4. Cæterum Vlpianus interpretatur exauthorare, insignia militaria detrahere, quod cum infamia conficitur, vt est apud Lamprid. in Alexandro, qui de exauthorata vna legione loquens, ita inquit, Quum nihilominus post ista fremerent, exclamauit, Quirites discedite, atque arma deponite. mirando exemplo, depositis armis, depositis etiam tagalis militaribus, non ad castra, sed ad diuersoria varia discesserunt. Ita paulo pôst, Eam tamen legionem quam exauthorauerat, rogatus post dies triginta, priusquàm ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo restituit. Ex Budæo.
Additur solum interdum ablatiuus bello aut armis: quia per translationem aliis quoque rebus dicitur quis exauthorari. Quintil. Decla. 3. Pater huius post fractum Iugurtham exauthoratas bellis manus rustico labore subigit.

Exbalisto, exbalistas. (ἐκβαλίζω) exbalistare, Balista deiicere. Exbalistare. Decipere. Plaut. Pseud. 8.12.
Num inimicum ego hunc cõmunem, meum atque nostrorum omnium Ballioné exbalistabo lepidè? date operã modò. Antiquũ, & inusitatũ.

Excaeco, excæcas, (ἐκτυφλόω,) excæcare, Idem quod simpex cæcare, & oculos eruere. Plin.lib.17.cap.22.7. Quidã tile excæcant eum supina falce auferendo oculos. Columel.lib.11.cap.3. 36. Plin.lib.20.cap.18.4. de papauere. Præterea quoniam visui nocet. Addidit Andreas, ideò non protinus excæcari eo, quoniam adulterabatur Alexandriæ.
Excæcare aliquem, per translationem. Cicero 4.Acad.132. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus?
Limus venas excæcat in vndis. Ouid.4.de Ponto, eleg.2.4.

Excalceo, excalceas, (ὑποδέω,) excalceare, Calceos detrahere. Suet.in Vitell.cap.2. Claudiũ vxoribus libertisque addictũ, ne qua nõ arte demereret, pro maximo munere à Messalina petiit, vt sibi pedes præberet excalceandos: detractúmque socculum dextrum, inter togam tunicásque gestauit assidue, nõnunquam osculabundus. Martial.lib.12.84. Excalceatus ire cœpit ad cœnam.
Excalceor, pro excalceo, antiquum. Varro Pseudolo, Quod in eius dei templa calceati introeunt. nam in oppido, quæ est ædes Apollinis, & quæ ibi ad Herculis introeat, nemo se excalceatur. Antiquum.

Excalefacio, siue excalfacio, excalfacis, detracto e ante f, excalfeci, pen. prod. excalfactum, (ἐκθερμαίνω,) excalfacere, Vehementer calfacere. Plinius libro 21.cap.20.4. Vrinas magis excalefacit, quàm crocum ipsum. Ibidem, cap.21.4. Modicè his tamen vtendum: est quoniam excalfaciunt.
Excalfacere algores. Plin.lib.22.cap.23.6.
Excalfio, penult. prod. excalfis, excalfieri, pen. corr. Plin.lib.24.cap.7.6. Quum quid ficcari excalfierive opus sit.
Excalfactio, Verbale. (ἐκθέρμανσις,) Plin.lib.31.cap.9.8.
Excalfactorius, Adiect. (ἐκθερμαντικός,) vt Excalfactoria rosa, quæ excalfacit. Plin.lib.21.cap.18.10. Et Excalfactoria vis. Plin.lib.23.cap.4.9.

Excalpo, excalpis, excalpsi, excalptum, (ἐκγλυφίς,) excalpere. Idẽ quod scalpere. Caro cap.18.1. de ædificatione torcularis, Arbores crassas pedes duos, alras pedes nouem, cum cardinibus foramina longa pedes tres semis, & excalpta digitos sex. & Quint.lib.3. Excalpere signum ex molari lapide.

Excandefacio, excandefacis, pen. corr. (ἐκπυρόω,) excandefacere, Aliquid ita incendere & inflammare vt album candidum videatur.
Excandefacere annonam, per metaphoram. Varr.3.de Re rust.cap.2.17. Sed vt ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius: vt tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorũ cœnæ, quæ tunc innumerabiles, excandefaciebant annonam macelli. Id est incẽdebant, & cariorem reddebant annonam. Nam paulo pôst dicit, Quorum enim quisque est annus, quo non videas epulum, aut triũphum, aut collegia non epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annonas?

Excandesco, excandescis, excandui, (ἐκπυρόομαι, θυμόομαι,) excandescere, Vehementer incendi, inflammarique. Cato de Re rustica, cap.95. Nam si in resto coquas, quum bitumen & sulphur additum est excandescet. Id est, incendetur & inflammabitur.
Excandescere, transfertur etiam ad iram, quòd ea velut igne animus incẽdatur. Columel.lib.7.cap.12.5. Vt nonnunquam etiam conferenda tristitius intueantur, semper excandescant in exteros. Cælius Cicerõi, libro 8.12.5. Id postquam resciit, excãduit. & me causam inimicitiarũ quæ-

rere clamitauit. Plin.epist.90.lib.4. Excanduit Senatus: magnóque clamore ei, qui scripsisset, iratum principem esse comprecatus.
Ira excandescere. Cic.4.Tusc.65. Hæc vllam habent vim, nisi ira excandefactus fortitudo.
Verbis excandescere. Quintil.lib.5.cap.10.45.
Excandescentia, huius excandescentiæ, (εὐμαρία,) ab Apuleio de dog. Platonis, appellatur ea animi pars, quæ irritabilis est, habens domicilium in corde, quã alio nomine irascentiã nominant. Cic.lib.4. Tusc.16. Libidini ira, excandescentia, odium, inimicitiæ, discordia. Ibidem 32.
Excandescentia autem sit ira nascens, & modo existens.

Excanto, excantas, (κατεπάδω, κατακηλέω, excantare, Idé quod incantare. Plin.lib.28.cap.2.18. Qui fruges excãtasset.
Plaut.Amph.1.5.71. – istic iandudum mihi
Maxima memorauit mira: præstigiator fortè aut veneficus
Hanc excantat tibi familiam. Cato cap.160. Luxum siquod est, vt excantetis hac cantione sanum fiet.
Excantare, Id est cãtionibus è loco aliquo euocare. Proper.lib.3.eleg. 3.10. Vt per te clausas sciat excantare puellas,
Qui volet austeros arte ferire viros. Horat.Epod.5.9.
Quæ sydera excantata voce Thessala,
Lunámque cælo deripit.
Excantare, Excludere, inquit Nonius. Plaut.Bacch. Nam credo cuiusexcantare cor potest. Lucilius Saty.libro 2. Quæ ego nunc Aemylio præcãto, atque exigo, atque excanto. Varro Eudæmonibus, Vbi vidêt se cantãdo ex ara excantare non posse, deripere incipiunt. Antiquum.

Excarnifico, excarnificas, pen. corr. (ἐξαικίζω,) excarnificare, Admis istibus excarnificatus atque confectus est. Cic.3.de Nat.deo.116. Anaxarcũ Democriteum à Cyprio tyranno excarnificatũ accepimus.
Excarnificare, per translationem excruciare. Terent. Heaut.4.6.9.
– vt te omnes equidem Di deæque, quantum est Syre,
Cum istiusce inuento, etimque incœpto perduint!
Huiusmodi mihi res semper comminiscere vbi me excarnifices.

Excauo, excauas, pen. corr. (ἐκκολάπτω,) excauare, Idem quod cauare. Cic.6.Verr.54. Erat etiam vas vinarium ex vna gẽma pergrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. Varr.3.de Re rust. cap.5.13. Et natatilia sunt excauata anatum stabula. Plinius libro 10. cap.33. Et libro 3.cap.1.7.
Excauatio, Verbale, (κοίλωσις,) Senec.4. Natu. quæst. Stillicidii casus lapidem cauat: & hæc ipsa excauatio rotunda fit.

Excedo, excêdis, pe. prod. excessi, excessum, (ἐκχωρέω, ἀποχωρέω,) excedere, Egredi significat, teste Festo.
Abire, excedere, euadere, erumpere. Cic.1.in Catil.25. Abiit, excessit, euasit, erupit. Nulla iam pernicies à monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis ac tectis ingruet. Nulla intestina, nulla externa pestis parabitur.
Excedere acie, prælio, vel è prælio, & ex acie. Liu.4.ab Vrbe, 123. Cæsar 4.bell.Gall.502. Ibidem, 583. Aurigæ interim paulum è prælio excedunt. Liu.2.ab Vrbe, 81. Excesit ex acie. Cæsar 3.bell.Gall.367. lib.2.370. Liu.4.ab Vrbe, 219.
Excedere de medio. Terent.Phorm.5.8.74. – bono animo es,
Quemadmodum vos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Excedere de medio excesit, vnde hæc suscepta est tibi.
Excedere ex loco. Plaut.Aulul.4.18.
– si hercle tu ex isthoc loco
Digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris. Terent.And.4. 5.21. Mane, cauè quoquam ex isthoc excesis loco.
Excedere è via, vel ex via. Cæsar 5.bell.Gall.71.
Ex vrbe excedere. Cic.1.Philipp.6. Turpe mihi ipsi videbatur, in eam vrbem me audere reuerti, ex qua Brutus excederet.
Excedere extra. Cic. de Vniuers.20. Sic in omni mundo partes omnes collocatæ sunt, vt nulla pars huiusce generis excederet extra.
In locum aliquem excedere. Cicero in Sallustium, 11. Eius enim partis erat exemplar Sallustius: quò tanquam in imam voraginem cœtus omnium virtutum excesserat.
Excedere in certamen. Liu.4.bell.Maced. Intercesit res parua dictu: sed quæ studiis in magnum certamen excesserit.
Excedere domo. Cæsar 4.bell.Gall.510. Nam cum omnibus suis domo excessissent, Rhemúmque transissent.
Excedere finibus. Cæsar 4.bel.Gall.530.
Finibus prouinciæ excedere. Asinius Pollio Ciceroni, libro 8.32.13. Finibus meæ prouinciæ nusquam excessi.
Foribus excedere. Ouid.4.Metamor.17.
Mares patrios excedere. Lucan.lib.1.100.
Patria excedere. Virg.1.Aeneid.73.
Pugna excedere. Virg.5.Aeneid.765.
Excedere quatuordecim dies. Celsi.libro 3.cap.23. Morbus qui quatuordecim dies excesit, acuti vim deposuit.
Regione viarum excedere. Virg.2.Aeneid.157.

Regnis excesit auitis. Virg.3.Georg.46.
Excedere Roma, vel Italia. Liu.2.ab Vrbe, 59. Cæs.1.bel.Ciuil 43.
Sedibus nefandis excedere. Stat.11.Thebaid.
Tectis excedere. Ouid.2.Metam.151.
Terra scelerata excedere. Virg.3.Aeneid.12.
Excedere vrbe. Cic.ad Brutum, 15.6.
¶ Excesit mihi ætas ex magisterio tuo. Plaut. Bacchid.2.40.
Omitte Lyde, ac caue malo. L. quid cauebo malo?
P. Iam excesit mihi ætas ex magisterio tuo.
Excedit è corpore animus. Cic.1.Tusc.40. Si te fortè hoc delectat, posse animos quum è corporibus excesserint, in cælum, quasi in domicilium suum peruenire. Idem de Amicitia, 12.
Excesit annos decem. Colu.lib.6.cap.11.1. Quum excesserint decem annos, fœtibus inutiles sunt. Plin.epist.25.2. Annum tertium & octogesimum excesit in altissima tranquillitate,
Excedunt in eum annum: Hoc est, reducuntur & veluti excedentia transmittuntur ex vno anno in alium. Liu.10.bell.Puni.115. Hæc eo anno in Africa gesta. Insequentia excedunt in eum annum quo M. Seruilius Geminus, qui tum Magister Equitũ erat, & T. Claudius Nero COSS. facti sunt.
Censu excedere. Stat.3.Sylu.3.30.
Excesit ex corde cura. Terent. Hecyra, 3.2.12. Hem isthoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde excessit.
Excesit dominatus, & Alius exortus, contraria. Cic.in Parad.51. Quid quum cupiditatis dominatus excesit, & alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum timor?
Excedere ex ephebis. Terent.And.1.1.24. Nam is postquam excesit ex ephebis. Plaut.Merc.3.61, Sese extemplo ex ephebis postquam excesserit, &c. Cic.2.de Oratore, 177.
Excedit fidem impudens cura qua, &c. Plin.lib.28.cap.5.17.
Fidem excesit summa tuorum meritorum. Ouid.7.Metam.33.
Excedunt quadragenos denarios libræ. Plin.lib.13.cap.3.1. de vnguentis
Non excedunt in modium vicenas libras. Plin.lib.18.cap.7.16.
Excedit magnitudinem fabæ. Plin.lib.12.cap.5.2. Et lib.10.cap.22.5.
Excessit è memoria. Liu.6.bel.Puni.65. Iam è memoria excesit quo rem pore & in qua fortuna à Pop. Roma. defecerimus. Id est, oblitus sum.
Metum excessere mea bona. Ouid.6.Metam.40.
Maior sum quàm cui possit fortuna nocere.
Excesse metum mea iam bona.
Excedere modum. Liu.3.ab Vrbe, 178. Ita malle, si modus excedendus esset. Idem 6.bel.Pun.101, Multa alia eiusdem generis, alia vera, alia assimulata, admirationis humanæ in eo iuuene excesserant modũ. Plin. lib.23.cap.1.38. Liu.5.ab Vrbe, 106. Et lib.2.6.& 13. Claud.ad Adrianum, 1.3.& Quint.lib.1.cap.13.
Olympus excedit nubes, Id est cœlum est supra nubes. Luca.2.55.
Excedere officium. Plin.epist.264. Vereor enim ne aut excesisse, aut non implesse officii mei partes videar.
Notæ excessere de pectore. Ouid.6.Metam.134.
– neque adhuc de pectore, cædis
Excessere notæ, signataque sanguine pluuia est.
Pestes excedunt. Virg.6.Aeneid.148.
– nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes.
Pudorem iustum excedere. Strat.5.Sylu.5.12. Dicor & in lachrymis iustũ excesisse pudorem.
Excedere ex pueris. Cic.pro Archia, 2. Vt primùm ex pueris excesit Archias, atque ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, &c.
Excessit res ad publicam querimoniam. Liu.5.bel.Pun.5. Primò secretæ bonorum indignationes exaudiebantur: deinde ad Patres etiam, & ad publicam querimoniam excesit res.
Excedit aurium sensum. Plin.lib.2.cap.3.1.
Excedere vita, vel è vita, pro Mori. Cicc.de Clar.Orat.39. Annos quinque & LXXX. natus, excesit è vita. Ibidem, 142. Sed ad eos, si placet, qui vita excesserunt, reuertamur. Idem 9.Philipp.259. Et de Amicitia, 11. Pridie quàm excesit è vita. Valerius, respondit se vita excedere malle.
Excedere è vita, & Manere in vita, contraria. Cic.3.de Finib.92. Ex quo apparet & officium sapientis esse, aliquando excedere è vita, quũ beatus sit: & stulti, manere in vita, quum sit miser.
Excedere, absolute. Cicero Post reditum in Sena. 5. Quo quidem tempore quum is excesisset qui cædi & flammæ vobis authoribus restitetat, &c.
Excessus, huius excessus, (ἀποχώρησις, Verbale, vt, Excessus è vita. Cic.3. de Fin.91. In his & excessum è vita, & in vitam mansionẽ. Idem 1.Tusc. 43. Neq; excessu vitæ sic deleri hominẽ. Idem 1.de Legib.4. Certè nõ longè à tuis ædibus inambulans post excessum suũ Romulus Proculo Iulio dixerit se deum esse, & excessus à causa. Quint.lib.3.
Excedere pro eo quod Gallicè dicimus sortir hors. Celsi.lib.7.ca.14. ad fi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem,de vitiis vmbilici,Neque id fatis est,sed alius quoque ei ducenda est,qui facilius omnia quæ excellerunt,intra aluum considant.

Excello, excellis,excellui, excellsum,(ὑπέχω, περέχω,ὑπερέχω, ὑπερίσχω,)excellere,Est vt ait Festus,in altum tollere.

Excellere Præstare,antecellere,eminere.Cicero 1.de Diuinat.159.Telmessius in Caria est,in qua vrbe excellit Aruspicum disciplina. Idem de Amicit.63.Non enim tu postis,quantumuis licet excellas,omnes tuos ad honores amplissimos perducere.

Excellere & præstare.Cic.pro Plácio,49.Est enim in virtute multis ascensus,vt is gloria maxime excellat qui virtute plurimum præstet.

In gloria esse,& excellere.Cic.1.de Diuin.69.Vt igitur nunc minore gloria est,quia minus oraculorum veritas excellit:sic tunc nisi summa veritate in tanta gloria non fuisset.De oraculo Delphico.

Excellere super omnes alios.Liuius 8.bel.Punic.

Multum excelluit.Vide MVLTVS.

Excellere in re aliqua.Cic.de Amicit.29.Ita in amicitiis expetendis colendisque maximè excellit. Idem 1.Acad.6. Præsertim quum & ipse in eo excellas. Idem 1 de Oratore,109. Et de Claris Orato.113.

Longè aliis excellere in aliqua re.Cic.1.de Orat.119.

In aliquo genere virtutis excellere.Cic.Bruto,lib.11.21.7.

In scientia excellere,pulchrum.Cic.1.Offic.28.

Excellere inter aliquos.Cic.1.de Inuent.5.Vt inter quos posset excellere,cum iis se pateretur æquari. Idem in Orat.4.

Inter omnes vnum excellere.Cice.in Orat.4. In oratoribus verò Græcis quidem,admirabile est quantum inter omnes vnus excellat.

Præter cæteros in aliqua re excellere.Cic.1.de Orat.120.

¶ Excellere animo.Cic.4.de Finib.47.Consilio,ad Atticum ,lib.1.12.8. Ingenio,1.Tusc.55. Vitiis,1.de Leg.76.Dignitate,Cæs.6.bel.Gal.54.

Excellere cæteris,id est excedere cæteros, vel præstare cæteris. Cic.pro Lege Manilia,27. Hìc miramur hunc hominem tantum excellere cæteris,cuius,&c.

Dignitate cæteris excellere.Cic.Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse videatur.

Fama bona excellere.Lucret.lib.6.3.

Ingenio scientiaque excellere.Cic.4.Academ.9.

Excellere opibus.Liuius 4.bel.Maced.122.

Rebus omnibus excellere.Lucret.lib.1.6.

Aliquem pluribus rebus excellere.Cic.de Claris Orat.43.

¶ Excellere,etiam in malam partem accipitur . Cic.in Pisonem, 74.Non enim dubito quin quum hæc quæ excellunt, me nosse videas,non existimes , mediam illa partè & turbâ flagitiorũ tuorũ mihi esse inauditã.

Excellens,Participium.(περέχων,ὑπέχων,)Cic.ad Lentulum. lib.1.7.9.Vtũ enim excellentẽ,& tibi tua præstãti in eũ liberalitate deuinctum.

Excellens & præstans.Cic.de Claris Oratoribus,144. Nam nec istos excellentes vitros,nec multos alios præstantes ciues Respub.perdidisset. Idem 1.de Natura deor.77.Pãsanctèque colimus naturam excellentem atque præstantem.

Perfectum & excellens.Cicero in Orat.5.Vt igitur in formis & figuris est aliquid perfectum & excellens,cuius ad excogitatam,&c.

Excellens omnibus vir.Cicero.3.de Finib.13.

Inter tot æquales vnus excellens Galba fuit.Cic.de Claris Orat.187.

Excellens omni genere laudis.Cic.1.Acad.18.

Excellens animo & forma.Plin.lib.24.cap.17.10.

Excellens amicitiæ gloria.Cic.de Amicitia,5.

Ore excellens,Id est eloquens.Silius lib.1.31.

Rerum omnium præstantia excellentes dii.Cic.1.de Diuin.193.

Animo & virtute excellenti homo.Cic.pro Archia,11.

Ars & venustas excellens Cic.pro Archia,13.

Excellenti gratia hortes ad cõficiendas centuriat.Qu.Cic.de Petit.Cõsul.

Excellens ingenium.Liuius 2.ab Vrbe,187.

Ingeniis excellentibus præditi homines spe gloriæ excitantur.Cicero 2. de Finib.122.

Muliebris formæ pulchritudo excellens.Cic.1.de Inuent.122.

Excellens & singularis scientia.Cic Sulpitio,lib.4.3.14.Tuæ scientiæ excellentiæ singulari non multo plus,quàm nostræ relictum est loci.

Tumulus ciuitatis excellens . Cic.Antè quàm iret in exil.15. Dii deæque immortales , qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam,&c.

Excellens,(ὑπερέχων,)Nomẽ ex participio.Cic.1. de Nat.deor.7.Atque haud scio an pietate aduersus deos sublata , fides etiam & societas generis humani,& vna excellentissima virtus iustitia tollatur.

Excellentia,huius excellentiæ : vt(ὑπεροχή,) Excellentia & magnitudo animi.Cic.1.Offic.26. Et 4.de Finib.47.

Excellentia & præstantia . Cic.1.Offic.137.Nobis autem personam imposuit ipsa natura , magna cum excellentia præstantiámque animantium reliquorum.

Hominis excellentiæ consentaneum.Cic.1.Offic.135.

Excellenter , Aduerbium. (ἐξόχως,)Cic.1.Offic.89.Quæ magno animo, & fortiter,excellenterque gesta sunt.

Audere excellentius aliquid.Ouid.ad Pisonem,51.

Excellsus,(ὑψηλός,ὑψόροφος,ὑψίπους,)Participium,siue Nomen ex participio,Magnus,altus.vt Arces excellæ.Lucan.lib.3.95.

Excellus & altus.Cic.1.Tusc.16.Te natura excellum quendam videlicet,& altum,& humana despicientem genuit .

Ab æde excelsa prospectare.Ouid.15.Metam.169.

Ibes aues excellæ.Cic.1.de Nat.deor,140.

Basis excelsa.Cic.6.Verr.66.

Excelsissimum viscerum,cerebrum.Plin.lib.11.cap.37.12.

Ab excelsa præceps delapsa fenestra.Tibull.lib.2.eleg.7.8.

Excelsus mons.Plin.lib.12.cap.14.1.

Nemus excelsum,Id est Quod excelsas habet arbores.Sene.Troad.3.3.

Porticus excelsa Cic.Attico,lib.4.86.6.

Tecta excelsa. Ouid.15.Metam.12.

Turris excelsa.Silius lib. 13.139.

Vertex excelsus montis.Virg.5.Aeneid.7.

Excelsior,Comparatiuum,(ὑψηλότερος,)Gellius lib.1.Tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem. Plin.lib.10.cap.6.Nidificant enim in excelsissimis rupibus.

¶ Excelsius & magnificus.Cic.de Opt.gen.Orat.147. Sinautem intelligentiam ponunt in audiendi fastigio , neque eos quicquam excelsium magnificumque delectat,&c. Idem 1.Offic.111. Omnino illod honestum,quod ex animo excelso magnificoque quæritur,animi efficitur non corporis viribus .

Magnus & excelsus homo.Ci.pro Mure.55.Pinxit enim te natorz ad honestatem,grauitatem,temperantiam,magnitudinemque animi,iustitiã ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelsum.

Grandis & excelsus orator.Cic.in Orator.64. Quem etiam,quo grãdior fit,& quodammodo excelsior(vt de Pericle dixi suprà)ne Physicorũ quidem esse ignarum volo.

Amplius & excelsus animus.Ci.1.de Inuent.120.Sextusdecimus est,per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostendimus,& tamẽ amplum & excelsum,& patientem incommodorum esse,& futurum,si quid acciderit,demonstramus.

Excelsus & illustris locus.Cic.Curioni,lib.2.4.1.Vel q excelso & illustri loco sita sit laus tua,& in plurimorũ & sociorũ & ciuium cõspectu,&c.

Excelsus,illustris,& clarus locus.Cic.in Somnio Scip.5.Ostendebat autẽ Carthaginẽ de excelso,&pleno stellarum,illustri & claro quodã loco.

In excelsum collocare simulacrum aliquod.Cic.3.in Catil.64.

In excelsum emicant rami.Plin.lib.12.cap.5.2.

In excelso posita statua.Cic.Attico,lib.6.111.29.

Excelsitas,pen.corr.huius excelsitãtis,fig.(ὕψος,)Altitudo.Plin. lib.21. cap.5.1.Nec vlli florum excelsitas maior.De lilio. Idem lib.36.cap. 25.23.A lapide quadragesimo ad eã excelsitatem , vt in omnes vrbis montes leuarentur .

Excelsitas animi,pro magnitudine.Cic.3.Offic.29.Etenim multo magis est secundum naturam excelsitas animi & magnitudo,&c.

In excelsitatem nascitur.Plin.lib.16.cap.36.9.

Excelsè,excelsius,excelsissimè,Aduerbium,(ὑψοῦ,ὑψόθεν,ὑψόσε,) Hoc est,alitè & in sublime.Colum.lib.4.cap.1.5.Si modò scandit excelsius, plus alimenti,terræque deflorat . Cic.in Oratore,65. Omnia profectò,quum se à cælestibus rebus referet ad humanas,excelsius magnificentiusque & dicet & sentiet.

Excepto, exceptas,Vide EXCIPIO.

Excerno, excernis,excreui,excretum,pen.prod. (ἐκκρίνω,ἀποκρίνω, ὑπο,)excernere,Extracernere,Purgare.Colu.lib.2.Iterũ in area detrita frumenta sic aggerenda,vt omni flatu possint excerni . Idem lib.8.cap.4.Furfures à farina excreti . Celsus lib.4.Quoniã per tæ modo,in inferiores partes ea quæ excrementi fuerunt,emittit.

Excretum,pen.prod.Substantiuum,(ἔκκρισμα,)Quod excerniculo pro intestino mundo seponitur.Col.lib.8.cap.4.Vbi annona est carior,excreta tritici minutè commode dantur gallinis . Ibidem,cap.8.5 .

Excrementum,excrementi,(περίττωμα,)Purgamentum & stercus.Vnde Plinius lib.10.cap.43.scribit quòd quia corpus excrementis calescãtè ta fœdauerit,à mancipe proximæ sutrinæ exanimatus sit .

Oris excrementum.Tacit.lib.20.Precabaturque principem vt genas, & occulorum orbes dignaretur respergere oris excremento .

Excerpo, excerpis,excerpsi,excerptum,(ἀποκλέγω,) excerpere. Secernendo extrahere.Terent.Phorm.4.4.17.Tu id quod boni est,excerpis,dicis quod mali est.Cic.3.Offic.4.Sed quia fit ab hominibus doctis accepimus , non sollim ex malis eligere minima oportere,sed etiam excerpere ex his ipsis siquid inesset boni . Luc.lib. 5.38. – ex tanta fatorum strage superba
Excerpsit Romana manu .

Excerpere & libare Cic.1.de Inuent.124,Omnibus in vnum coactis sed proprijs,quod quisque commodissimè præcipere videbatur, excerpsimus,& ex variis ingeniis excellentissima quæque libauimus.

De aliquo numero aliquid excerpere.Cic.2. de Orat.26. ¶ Numero

¶ Numero aliquorum se excerpere. Horat.1.Ser.Saty.4.8. Primum ego me illorum,dederim quibus esse poetas,Excerpam numero.

Excerpere se vulgo.Sene.de Tran.vitæ , Excerpe te vulgo Pauline elatissimè,& in tranquilliorem portum,non pro ætatis modo iactatus,recede. Item epist.5.Hominum consuendum excerpere,pro eximere.

Excerpens,Participium.(ἀπολείχων,)Horat.2.Serm.Saty.3.55.

Quid?quum Picenis excerpens semina pomis
Gaudes,si cameram percussi fortè,penes te est?

Excetra, excetræ , penult.prod.(ὕδρα,)dicta est hydra serpens, quòd vno cæso capite tria exerescant . Seruius in 6.Aeneid.hydrã dicit quæ fuit in Lerna Argiuorũ palude. Plaut.Persa.2.3. Nam cum leone & cum excetra,cum ceruo,cum apro Aetolico, Cum anibus Stymphalicis,cum Antæo deluctari mauelim, Quàm cum amore. Cic.2.Tusc.37.

Exchalcio, exchalcias,(ἐκχαλκεύω,) exchalciare , Aere spoliare, tum à Græca dictione chalcos.Porphyrio in Horat.lib.1.Sermo.Saty. 8.Verannius,inquit , Qui.Lucilatii Caruli libertus,omni loco,omni tempore furacissimus fuisse dicitur . De quo etiam illud traditur : quum deprehensus à nummulario esset , de cuius mensa nummos subtractos in calceos sibi infarcierat : quidam iocans , Belle,inquit , te nummulatius ille exchalcitauit.cum aspiratione scilicet secundæ syllabæ : simul vt chalcon , id est æs ablatum ex calceamento obiiceret . Hactenus ille. Memmit & Cælius libro 19.cap.9.

Excido, excidis,pen.corr.excidi,(ἐκπίπτω,)excidere,Ab ex,& cado,cadis compositum,significat veluti ex sublimi in decliuem locum cadere.Plau.Bacch.15.19.Num qui nimi exciderunt here tibi?Idẽ Pœn.4.38.Huic excidit lingua,vt ego opinor. Idẽ Rud.5.13. Excidere & elabi.Cicero 1.in Catil.11. Quoties iam tibi extorta est sica ista de manibus!quoties verò excidit casu aliquo , & elapsa est! Idem pro Domo sua,80.

Excidere & fluere . Cicero 11.Philipp.324.Excident gladii, fluent arma de manibus.

E corpore excidunt sagittæ.Cicero 2.de Nat.deor.189. Capras autem in Cretas feras,quum essent confixæ venenatis sagittis,herbam quærere quæ dictamus vocaretur , quam quum gustassent , sagittas excidere dicunt è corpore.

E mundo excidere sol videtur.Cic.Attico,lib.9.181.6.

Ex vtero elapsum excidit animal.Cic.2.de Nat.deorum,192.

Excidit de manibus gladius.Cic.in Pisonem,15.

Excidit in pedem sagitta.Plin.lib.25.cap.6.3.

Excidit in via.Cic.ad Atticum,lib.2.23.1.

Currus excidere.Ouid.6.Fast.149.

Lapis excidit iuuenis. Ouid.ad Liuiam,23.de Phaethonte.

¶ Vinclis excidere,pro Effugere,Virg.4.Georg.82.

¶ Dies cælo excidit.Senec.Thyeste,1.11.

Fulmina excidérunt cælo.Silius lib.7.75.

¶ Inchoata & rudia exciderunt . Cic.1.de Orat.3. Adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata atque rudia exciderunt.

¶ Excidere aliquid alicui dicitur,quando obliuiscitur aliculus rei. Cic.2. de Legib.74. O miram memoriam Pomponi tuam:at mihi ista excidant. Idem 3.Tusc.121. Vt illa ad alios dicta & præcepta excidérunt.Mart.lib.1.91.Quæris quis hic sit?excidit mihi nomen.

Excidere & insidere cogitatio dicitur,Contraria.Cic.Luceio,libro 5.13. 5.Quæ cogitatio,quum mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat)vi tamen,&c.

Excidere alicui.Ouid.epist.2.11.Vtque tibi excidimus,nullã puto Phyllida nostri.Id est sic te arbitror oblitum mei,vt amplius non noris.

Excidit qui memoria labitur.Quintil.lib.11.Nam etiam excidentes,vnius adnotatione verbi in memoriam reponuntur.

Excidit animo charitas.Plin.in Paneg.143. Et Virg.1.Aeneid.6. Nec dum etiam causæ irarum,sæuique dolores Exciderant animo.

Arma primo excidere,id est Mori.Propert.lib.3.eleg.7.2.

Animi magnis excidere.Ouid.2.Metam.66.

Cura mei tibi excidit.Ouid.2.de Ponto,eleg.10.2.

Excidit dolori nostro vindicatus Nero.Plin.in Paneg.87.An excidit dolori nostro modò vindicatus Nero?

Excidit ex hac familia.Plaut.Menæch.14.93.

Dii vos perdant:properabo ad forum:
Nam ex familia me plane excidisse intelligo.

Fine excidit.Quintil.lib.2.cap.17.16.

Ingenium excidit tantis malis.Ouid.1.Trist.eleg.1.10.

Ingenium alicuius excidere.Ouid.2.Amor.eleg.1.4. – excidit ingenio
Iuppiter ipse meo. Id est oblitus sum Iouis.

In vitium libertas excidit.Horat.de Arte,57.

Excidit memoria huius rei,vel hæc res excidit è memoria.Liu.9.bel.Pun. 101.Carthaginem atque Annibalem excidisse de memoria. Ibidem lib.7.14.Nec Tarentinæ quidem arcis excidit memoria.

Excidit numero ciuium.Plin.epist.171.c.Mira illius asperitas, mira scelicitas horum:illius asperitas,qui numero ciuium excidit,quem socium etiam in liberis habuit .

Excidit mihi oratio. Cic.3.Ver.99.Isti color immutatus est:vultus,oratio, mens denique excidit .

Nefas ore excidit.Virg.2.Aeneid.142.

Scelus excidit ore.Ouid.7.Metam.35 .

Sensibus ereptis nẽs excidit.Catul.de coma Berenicis,epig.61.5.

Exciderat pacis mentio ex omnium animis.Liu.4.bel.Maced.146.

Nomen tuum penè mihi excidit.Ouid.4. Trist.eleg.5.2.

Officium mihi excidit.Ouid.5.Fast.63.

Pietas excidit.Ouid.1.Trist.eleg.4. 3.

Spes excidit.Ouid.6. Fast.79.

Fortuito excidit.verbum.Cic.10.Philipp.272.

Excidit verbum ex ore,Elapsum est,per incogitantiam prolatum est. Cipro Sylla,54.Verbum ecquod vnquã ex ore huius excidit,vnde quisquam posiit offendi ? Liu.6.bel.Punic.103.Ita elato ab ingenti virtutum suarum fiducia animo,vt nullum ferox verbum excideret . Cice. 10.Philip.Quod verbum non tibi excidit,vt sæpe fit,fortuitũ scripti, meditatum,cogitatum attulisti.

Excidit è manibus victoria.Cic.ad Brutum,10.3.Deinde ita multa peccata,vt quodammodo victoria excideret è manibus .

Vox excidit ore.Virgil.6.Aeneid.137.

Vultus deo excidit.Ouid.2.Metam.59.

Excidere vxore.Terent.Aud.2.5.12.Herus,quantum audio,vxore excidit.Id est,non dabitur ei illa in vxorem .

¶ Excidere ab aliquo,pro Dissentire,vt ait Nonius.Lucil.lib.28.Ego ab Archilocho excido .

Excido, excidis,excidi,excisum,pen.prod. (ὀκκόπτω,)excidere, Ab ex,& cædo,cædis,compositum .

Arborem excidere.Cic.Atti.lib.15.323.6. Ouid.de Nuce,36.

Columnas excidunt rupibus.Virg.1.Aeneid.87.

Excidere lapides ex terra.Cic.2.Offi.17.Eademque ratione nec lapides ex terra excideréntur ad vsum nostrum necessarii, nec ferrum,æs,aurum, argentum effoderetur penitus abditum,sine hominum labore & manu .

Lucum excidere.Cic.Trebatio,lib.7.21.3.

Syluas excidere.Lucret.lib.5. 255.

Excidere stagnum in petra.Colum.lib.8.ca.17.1.Id autem stagnum vel excidítur in petra:cuius rarissima est occasio:vel in littore construitur opere signino .

¶ Excidere malum.Cic.ad Brutum,4.4.Nen semper primi cuiusque mali excidendi causa fit,vt aliud renascatur illo pejus. Eidem, 16.14 . Iis qui illud malum exciderint,cuius istæ reliquiæ sunt,nihil quo expieri possit eorum meritum tributurum vnquam Pop. Rom. si omnia simul congesserit.De Antonio ,

¶ Oppugnare,excidere,incendere.Cic.pro Sestio,82.Ille qui monimenta publica,qui ædes sacras,qui domos inimicorum suorum oppugnauit,excidit,incendit.

Excidere manibus suis patriam.Plaut.Trucul.10.52.

Vrbes excidere.Cic.pro Domo sua,48.

Excidere & euertere vrbem.Cic.pro Sestio,28.Quum omnes vrbẽ nondum excisam & euersam,sed etiam captam atque oppressam videremus. Idem 1.Offic.108. & 4.Philipp.161.

Ex animo excidere. Cic.de Prouinc.Cõsul.36.Nonne vobis videor & vltimi temporis recordatione,& proximi memoria,medium illud tristissimum tempus debere,si ex rerum natura non possem euellere,ex animo quidem certè excidere?Hoc est memoria euellere.

Excidere numero ciuium aliquem,pro Eiicere in exilium.Pli.epist.171.

Excisus pen.prod.(ἐκτετραμμένος,)Participium:vt Excisa arbor.Cic.ad Atticũ.li.15.323.6. Et 5.Verr.98.Item Excisum caput,Plin.li.33.ca. 3.9.Et apud Virgilium 2.Aeneid.90.Trabs excisa .

Domus excisa.Senec.Herc.furente,1129.

Templa excisa.Stat.5.Sylu.3.4.

Marte excisa vrbs.Silius lib.11.29.

Excidium,(ἀνάστασις,)Peréptio,& quasi nex vrbis aut prouinciæ.Liui. 7.bel.Punic.114.Magnum se excidio eius vrbis terrorem cæteris inisse futurum.Plin.lib.36.ca.39.10.Funtque arbor illa fatalis excidio vrbis.

Fumantia excidia euersæ vrbis.Virg.10.Aenei.9.Fumantia inquit,quia ignibus conflagrata sit.

Miserabile excidium.Stat.6.Thebaid.20.

¶ Aduentat illi excidium.Tacit.lib.20.Cui excidium aduentabat.

Dare aliquem excidio.Virg.12.Aencid.132.

Excidium auro sensi factum,per translationem dictum.Plaut.Bacch.20, 20.Excidium,exitium,ex latebra fiet hic equus hodie auro sensi .

Moliri excidium.Silius lib.1.3.

Petere vrbem excidiis.Virgil.2.Georg.101.

Excisio,Verbale,(ἀνάστασις,)Actus ipse excidendi.vt Excisio tectorum.Cic.pro domo sua,113.

Excidionem vibis à cædendo dictam,manifestum est.Festus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excisso, excisas, pen.prod.(διαιρέω,)excisare, Lanare, Vulnerare, Inquit Nonius. Plautus Cistel. 10.46. Capillo scisso, atque excisatis auribus. Antiquum.

Excindo, excindis, excidi, pen.corr.excisum, pen.prod.(ἀναιρέω, καταβάλλω, ὑποπτεύω, ἐκκόπτω,) excindere, Euertere, Delere. Cic. in Somn. 60. Numantiam excindes. Liu. Multũ interest, alienos popularí fines, an vrituos, exemdique videas. Sine ſ ſcribendum, quòd x pro duplici ſi accipiatur. Cic. pro Plancio, 79. Vrbem vnã mihi amiciſſimam declinaui, quæ ſe vel potius excindi, quàm è ſuo cõplexu vt eriperer, facilè pateretur.

Domos excindere. Virgil. 12. Aeneid. 129.

Genus aliquod excindere. Valer. 6. Argonaut. 94. Colchida, & inuiſi genus omne excindere Phœbi. Et apud Virgilium lib. 9. Aeneid. 28. Gentem aliquam ferro excindere.

Excindere linguam. Cic. 3. de Orat. 3. Hæc tibi excindenda lingua, qua vel eniſſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit.

Nomen alicuius excindere. Silius libro 7. 129.

Rupes excindere. Stat. 3. Syla. 1. 25.

Telis excindere vrbem. Virgil. 2. Aeneid. 36.
Nec poſſe Argolicis excindi pergama telis.

Exciſorius, Adiectiuum(ἰατρικός,) vt Exciſorius ſcalper, quo cariosa exciditur caro. Celſius libro 8. cap. 3.

Excio, excis, exciui, excitum, pen.prod.(ἐκκαλέω,) excire, vel Excico excies, excisi, excitum, pen.corr.excíere, Extra vocare, ſiue accire. Plaut. Epid. 1. 2. 1. Quid eſt pater quòd me excíuiſti ante ædes?

Excire foras. Plaut. Pſeud. 23. 1. Vox viri peſsimi me exciet foras.
Idem Trinum. 17. 5. 1. – quis homo
Tam tumultuoſo ſonitu me excíuit ſubitò foras?

Excire iuuentutem ex Italia. Cicero 11. Philipp. 319. Idcirconne ſaga ſumpſimus? arma cepimus? iuuentutem omnem ex tota Italia excíuimus?

Excire ſomno, vel ex ſomno. Liuius 4. ab Vrbe, 116 Clamor ſubitò ortus non Conſulis modò vigiles, exercitum deinde omnem, ſed Dictatorem quoque ex ſomno excíuit. Idem lib. 1. 26. Hercules ad primam auroram ſomno excítus. Et Lucret. lib. 4. 3. Sopore excíre aliquem.

Excire cubilibus. Liu. 5. ab Vrbe, 199. Extremos tamen pauor cubilibus ſuis excitos, quæ aut vndè vis eſſet ignaros, in fugam, & quoſdam in hoſtem ipſum improuidos intulit.

Excire animas ſepulchris. Virg. 8. eclog. 20.

Excire, (ἐγείρειν,) pro Commouere. vt Excire lachrymas alicui. Plautos Ciſtell. 2. 103.

Mollem in vndis excire. Virg. 5. Aeneid. 155.
Ipſe mihi ſuper Libycis, tu teſtis, in vndis
Quam molem excierit ſubitò ſaeuis omnia cælo Miſcuit.

Excire hoſtem ad dimicandũ. Liuius 2. ab Vrbe, 118. Ad conferẽda propius caſtra dimicandúmque excire hoſtem. Idem lib. 59. Et lib. 8. 11.

Excire tumultum. Liuius 3. ab Vrbe, 161.

Vrbes excire. Lucan. lib. 1. 10. Nunc vrbes excite feras: conuiret in armis Mundus.

Excire aliquem ad cupiditatem diſcendi. Liu. 1. ab Vrbe, 74.

In arma excire aliquem. Stat. 4. Thebaid. 30.

In pugnam excíti. Lucanus libro 6. 3.
Vt videt ad nullos excíri poſſe tumultus
In pugnam generumiſed clauſo fidere vallo.

Canes excient ſuem. Ouid. 10. Metam. 141.

Sonitus excitur pedibus. Lucret. lib. 2. 66.

Excitur omne Hernicũ nomen, omnis militaris ætas. Liu. 7. ab Vrbe, 18.

Excitus, pen.corr.(ἐγηγερός,) ab excio: ſiue excitus, pen.prod. ab excio, Participium. Ouid. 2. Meram. 56. Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis. Liu. Intrantem vrbem ciuitas omnis obuiam effuſa, &c. Ac eum prope ipſi ædibus ſuis excíti exceperunt.

Excitis longè ab domo principibus. Liu. 1. ab Vrbe, 119.

Somno longo excita. Claud. in Præf. bel. Getici, 1. Sil. lib. 17. 11.

Stratis excita iuuentus. Lucanus lib. 1. 48.

Mente pauida excíti ſonipedes. Seneca Hippol. 10. 19.

Excito, excitas, pen.corr.(ἐγείρω, κινέω, ἐξεγείρω,) excitare, Frequentatiuum ab excieo, excies, ſignificat commouere.

Allicere & excitare. Cicero 2. Offic. 18. Hoc igitur cognito dicendum eſt quonam modo hominum ſtudia ad vtilitates noſtras allicere atque excitare poſſumus.

Excitare & acuere. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 12. In excitando autem & in acuendo plurimum valet, ſi laudes eum quem cohortẽre.

Excitare & agitare. Cicero 3. Offic. 85. Sunt'ne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? ipſe enim feræ nullo nullo inſequente ſæpe incidunt.

Commouere & excitare. Cic. prò Murena, 35. Nam vt tempeſtates ſæpe certo aliquo cæli ſigno commouentur, ſæpe improuiſo nulla ex certa ratione, obſcura aliqua ex cauſa excitantur: ſic, &c.

Confirmare & excitare. Cic. Attico, lib. 1. 11. 13. Idem inquã ego recreaui afflictos animos bonorum, vnumquenque confirmans, excitans.

Excitare & incitare. Cic. Q. u. fratri, lib. 1. 1. 66. Atque hæc non eo dicuntur, vt te oratio mea dormientem excitaſſe, ſed potius vt currẽtem incitaſſe videatur.

Excitare & inflammare animos imperitorum. Cic. de Aruſp. Reſp. 37. L. Saturninus ita fuit effrænatus & penè demẽs, vt author eſſet egregius, & ad animos imperitorum excitandos inflammandoſque perfectus. Idem pro Lege Manilia, 3.

Excitare & Sedare, contraria. Cic. 1. de Orat. 101. Qui denique quemcunque in animis hominum motum res & cauſa poſtulet, eum dicendo vel excitare poſſit, uel ſedare. Ibidem, 10.

Stimulare & excitare. Cic. pro Plancio, 56. Nec vides iſtorum ipſorũ charitate ad huius ſalutẽ defendãdam maximè ſtimulari me atq; excitari.

Excitare ad aliquid. Quint. lib. 4. cap. 1. 23. Sunt & illa excitandis ad audiendum non inutilia.

Excitare ad actionem. Cic. 4. Acad. 187. Ad experientiam, Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 15. 10.

Ductor ad arma excítat. Silius lib. 5. 39.
– ſeu ductor ad arma Excítet Tyrius.

Excitare ad arma ciuitatem aliquam. Cic. 1. de Diuinat. 97.

Ad decus populũ languentẽ labentemque excitare. Cic. 1. de Orat. 101.

Ad laborẽ & laudem nos & liberos noſtros excitare. Cic. pro Planc. 43.

Excitare ad memoriam alicuius rei. Cic. in Topicis, 4. Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque, etſi admonitore non eges, ad memoriam noſtrarum rerum excitarem.

Excitare aliquem ad virtutem. Cæſar 7. bel. Gall. 326.

Alacritate & quaſi lætitia ad canendum galli victores excitantur. Cic. 1. de Diuinat. 84.

A mortuis dicendo aliquem excitare. Hoc eſt velut euocare. Cic. 1. de Oratore, 127.

Excitare ſomno, de, è, vel ex ſomno. Liu. 5. bell. Punic. 210. Scipiones me ambobus noctesque curis inſomnisque agitãt, & excitant ſæpe ſomno. Cic. 1. Philip. 78. Neceſſe eſt, quamuis ſis, vt ex violentiis & furentẽ, quum tibi obiecta ſit ſpecies ſingularis viri, perterritum de ſomno excitari, furere etiam ſæpe vigilantem. Idẽ pro Sylla, 18. Excutient tibi iſtam verborum iactationem, & te ex ſomno ſæpe excitabunt. Plaut. Merc. 4. 47. An dormientes ſpectatores metuis, ne è ſomno excites?

De re aliqua excitari. Quint. lib. 3. cap. 6. 14. Si excitatus fuerit de ſpectaculis, & aget iniuriarum, depulſio erit accuſatoris.

Excitare, & in ſpem cogitationemque meliorem animum amici iacentem inducere. Cic. de Amicit. 52.

In curas excitare aliquem. Silius lib. 7. 62.

In fortunas alicuius excitare incendium. Cicero pro Murenã, 49. Siquod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum.

Cohortationibus excitare aliquem. Cic. Bruto, 2. Erectior Senatus erat, non ſententiis ſolùm noſtris, ſed etiam cohortationibus excitatus.

Summam hominum admirationem excitare. Cic. de Clar. Orat. 183.

Excitare alicui amores ſapientiæ. Cic. 1. Offic. 24. Et 2. de Finib. 85. Animos, Cæſar 1. bel. Ciuil. 321.

Excitare ædificium, pro Erigere. Seneca epiſt. 53. Puta duo ædificia excitata eſſe: ambo paria, æquè excelſa ac magnifica.

Animum excitare, Bono animo eſſe. Senec. Herc. ful. fur. 5. 1. Meliora mente concipe, atque animum excita.

Aras ſopitas excitare ignibus. Virgil. 8. Aeneid. 107.

Bellum ciuile tantum & tam luctuoſum excitare. Cic. pro Marcel. 10.

Calorem iuuenis excitat in amorem belli. Lucan. lib. 2. 66.

Cæſpites excitare dicitur ſus. Colu. lib. 2. cap. 18. 1. Ac ne que ſuem vellimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & cæſpites excitet.

Excitare clamorem. Cic. in Orat. 124. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus eſt, vt admirabile eſſet.

Clamorem vulgi & imperitorum. Cic. 5. de Finib. 112.

Cunctantem & diffidentem authoritate ſua excitare. Cicero Torquato, lib. 6. 1. 13.

Dormientem. Cic. 7. Verr. 73.

Flammas excitat admoto fomite. Lucan. lib. 8. 15.

Fletum. Cic. pro Seſtio, 105.

Fletum orator excitat. Catul. in Egnatium, epig. 37. 1.

Foculum bucca excitare. Iuuenal. Saty. 3. 10.

Gloriam excitare. Cic. 2. Offic. 68. Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea ſæpe vniuerſam excitat gloriam.

Iacentem aliquem excitare. Cic. de Clar. Orat. 7.

Iras excitare. Virg. 2. Aeneid. 129.

Malum ex aliqua re. Terent. Heaut. 5. 3. 10. Non vides quantum mali ex ea re excites?

Memoriam alicui. Liu. 10. ab Vrbe, 151. Celebrata incõditis carmibus militaribus non magis victoria Qu. Fabii, quàm mors præclara P. Decii eſt, excitataque memoria parentis, æquata euentu publico priuatique filii laudibus.

Memoriam aliquorum excitare ad. Cicero pro Seſtio, 8. Audite literas, & veſtram

veſtram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate.

Metum alicui. Plin. epiſt. 4.

Mortuos excitare. Horat. Epod. 17. 6.

Ab inferis mortuos excitare. Cic. in Orat. 47. Idem in Top. 22. Et 7. Verr. 101. Et 2. in Catil. 40.

Motos vrbanos. Liuius 3. ab Vrbe, 36. Secundæque belli res extemplo vrbanos motus excitauerunt.

Opes. Columel. lib. 1. cap. 9. 6. Nam cũ certamine opus excitetur, tum in deſſantẽris animaduerſio iuſta eſt, & ſine querela videtur adhiberi.

Philoſophiam. Cic. 1. Tuſcul. 9. Philoſophia iacuit ad hanc ætatẽs nec vlli habuit ſumẽ literarũ Latinarũ: quæ illuſtrãda & excitãda nobis eſt.

Plauſus. Cicero 1. Offic. 137.

Rationes omnes fortitudinis & patientiæ. Cic. 4. de Finib. 51.

Reos excitare. Quintil. lib. 11. Poſſunt etiam videri huius officii, reos excitare, pueros attollere, propinquos producere.

Riſum. Cic. 3. Philipp. 132. At in rebus triſtiſsimis quantos excitat riſus.

Sedibus. Liuius 2. bell. Maced. 48. Homines qui ſequi poſſent, ſedibus excitabat, oppida incendebat.

Sepulchrum è lapide. Cicero 2. de Legib. 105. Extrui autem verat ſepulchrum altius quàm quod quinque diebus abſoluerint hoc è lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui inciſam, &c.

Sedibus. Liuius 2. bell. Maced. 48. Homines qui ſequi poſſent, ſedibus excitabat, oppida incendebat.

Sepulchrum è lapide. Cicero 2. de Legib. 105. Extrui autem verat ſepulchrum altius quàm quod quinque diebus abſoluerint hoc è lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui inciſam, &c.

Excitari, Id eſt erigi, exerrui.

Sermones varios de re aliqua. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 10. 4. Sed de Parthorum tranſitu, nuntij varios ſermones excitarunt.

Stomachum, Hoc eſt vires ventriculi vel ſtomachi deiectas reparare, & quaſi ſopitas ſuſcitare. Plin. lib. 20. cap. 5. 4. Siſer erraticum ſatiuo ſimile eſt & effectu, ſtomachum excitat, faſtidium abſtergit.

Auditor ſtudium excitat. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 7.

Suſpicionem aliquam literis & nuntiis excitare. Cic. pro Seſtio, 33.

Tempeſtates excitare. Cic. de Aruſ. reſp. 3. Tum vidi ac multo ante prouidi, quanta tempeſtas excitaretur, quãta impenderet procella Reipublicæ.

Teſtes ex annalium monimentis. Cic. 2. de Finib. 107.

Tragœdias. Cicero pro Milone, 13. Nunc eiuſdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat?

Vapores ex agris repefactis, & ex aquis excitat ſol. Cicero 2. de Natura deorum, 176.

Veterum excitare. Catull. ad Coloniam, epig. 17. 5.
Si poteſt olidum repente excitare veternum.

Excitare, Erigere & quaſi ſuperſtruere. Cicero 4. de Finib. 29. Principia autem à natura data, amplitudines quædam bonorũ excitabũtur.

Excitari, Paſſiuum. Cicero 5. de Finib. 122. Excitantur ſpe gloriæ, quæ habet formam honeſtatis & ſimilitudinem. Hoc eſt animantes & commouentur.

Miles truci excitatur claſſico, Horat. Epod. 2. 1.

Excitari præmiis, & promiſsis. Cicero pro Rabirio Poſthumo, 16. Et pro Cluentio, 53. Promiſsis eum ſuis excitauit abiectum, & ſimul ſanari deſperare vetuit.

Excitus, pen. prod. Participium (ἐξεγερτός,). vt Excitatus pietate ad ac fensum. Cicero pro Cluent. 137.

Excitas, excitatus, pen. prod. (ἐγηγερός,) Nomen ex participio. Plin. lib. 20. cap. 17. 7. Optimum eſt excitatiſsimi odoris, & quàm nigerrimum. Hoc eſt, odoris vehementiſsimi, & qui citò cerebrum ferit.

Excitatus, & inclinatus ac iacens, contraria. Cicero Cælio, lib. 2. 15. 3. Vt exiſtimares aut me tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deſciſcerem.

Acutus & excitatus ſonus. Cic. in Som. Scipionis, 17. Summus ille cæli ſtellifer curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto & excitato mouetur ſono. Pro incitato & concitato, id eſt celeri.

Excitatus humo. Cic. 2. de Natu. deor. 210. Quæ primũ eos humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, vt deorum cognitionem cælum intuerẽtur, capere poſſent. De hominibus loquitur.

Excitandus. (ἐξεγερτέον,) Cicero 1. Offic. 144. Excitandámque animadnerſionem & diligentiam, &c.

Excitus, pen. prod. (ἐγερτός,) Aduerbium: Hoc eſt, vehementer & luciferè. Plin. lib. 37. cap. 7. 13. Et in his autem mares excitatius fulgent: fœminæ pinguiores ſunt, & craſsius nitent. De quibuſdam gemmis loquitur. Videtur oppoſuiſſe aduerbio. Excitate, aduerbium Craſſe.

Excipio, excipis, penult. corre. excepi, exceptum, (ὑπαμβάνω, ἐξαιρέω, παραγγέλλω, δέχομαι, excipere, Capere. Plaut. Rud. 24. 140.
Somne ego ſceleſtus, qui illuc hodie excepi vidulum?

Arripere & excipere. Cicero 1. de Diuinat. 39. Naturale quod animus arripere ſibi aut excipere extrinſecus ex diuinitate. vnde omnes animos hauſtos & acceptos, aut libatos haberemus. De naturali generediuinandi.

Cum literis aliquem excipere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 12. Miſſum ab Antonio ad me cum literis exceperam.

Domus excepit reducẽs. Claud. 7. Paneg. 43.

Hoſpitia cæli excipient ſenectam tuam. Silius lib. 3. 127.

Patria quæ nos excepit, non ſecus dulcis eſt ea quæ nos genuit. Cic. 2. de Legib. 9.

Comiter excipere aliquem. Ouid. 2. Faſt. 158.

Aduentum alicuius excipere. Senec. Hippol. 8. 1.
O ſocia thalami, ſiccine aduentum viri,
Et expetiti coniugis vultum excipis?

Amplexu excipere aliquem. Ouid. epiſt. 17. 21.

Excipere brachiis. Columel lib. 9. cap. 15. 7.

Excipere aliquem clamore, pro Contra aliquem tumultuari. Cic. 7. Ver. 74. Excipitur ab omnibus eiuſmodi clamore, vt ei Lampſaceni periculi ſimilitudo verſarctur ante oculos.

Excipere clamoribus, pro Applaudere. Plin. epiſtola 38. d. lib. 2. ad Maximum, Pudet referre quæ quàm fracta pronuntiatione dicantur, quibus quàm teneris clamoribus excipiantur. Virg. 9. Aenei. 11.

Corpus excipere poplitibus. Curtius lib. 9. Ille ad omnes ictus expoſitus, ægre iam exceptum poplitibus corpus tuebatur, donec, &c.

Semet excipere poplitibus. Curtius lib. 6. Poſteaquam deficere ſe ſenſit, poplitibus ſemet excepit galeaque, &c.

Gremio alicuius excipi. Claud. 6. Paneg. 26.
– quum genitoris amico
Exceptus gremio mediam veherẽre per vrbem.

Excipere hoſpitio. Plin. lib. 21. cap. 6. 3. Ouid. epiſt. 16. 26.

Excipere oculo. Plin. in Paneg. 56. Gratum erat omnibus, quòd Senatum oculo exciperes.

Plauſu excipere aliquem. Virg. 8. Aeneid. 114.

Excipi ſermonibus compoſitis. Liu. 8. bel. Puni. 137. Excepti ſermonibus de induſtria compoſitis.

Excipere benigno vultu. Liu. 10. bel. Pun. 63. Quos quum pariter ambos & benigno vultu excepiſſet, &c.

Excipi, inter aliquos. Ouid. ad Liuiam, 66. Inter honoratos excipietur auos.

Excipere, pro Audire. Plaut. Amphit. 15. 26. Quid memoret, hinc excipiam, ne propera.

Emittere maledictum, & excipere. Cicero pro Plancio, 47. Nihil eſt autem tam volucre quàm maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius diſſipatur.

Excipere auidis auribus. Plin. epiſt. 84. 2. Eadem ſiquãdo recito, in proximũ diſcreta velo ſeder, laudesque noſtras auidiſſimis auribus excipit.

Aduerſarium attentè audire, atque eius non ſolùm ſententias, ſed etiam verba omnia excipere. Cic. 2. de Orat. 81.

Illuſtri gratia dictum & factum alterius excipere. Ci. Lentulo, lib. 1. 9. 89. Qu. frater meus legatus eſt Cæſaris, & nullum meum minimum dictũ, non modò factum, pro Cæſare interceſſit, quod ille non ita illuſtri gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctum putarem.

Maledictum excipere. Cic. pro Plancio. 47.

Excipere aliquid memoria dignum ex ſermone alicuius. Cice. 1. de Oratore, 48.

Mandata ac voces excipere. Tacit. in Vita Agricolæ, Excepiſſem certè mandata, voceſque, quas penitus animo figeremus.

Subire & excipere tela. Cic. de Prouinc. Cõſu. 18. Qui me amor, & ſub uenire olim impendẽtibus periculis maximis, cum dimicatione capitis & ruſum, quum omnia tela vndique eſſe intenta in patriam viderem, ſubire coegit, atque excipere vnum pro vniuerſis. Et ibidem. 34.

Aliquem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare. Cic. pro Lege Manilia, 15.

Artus excipere collapſo. Ouid. 10. Metam. 38.

Auras excipere fluentibus tunicis. Ouid. 3. de Arte, 61.

Molliter excepit cadentem. Ouid. 11. Metam. 158.

Excipere cicatrices aduerſo corpore. Cic. 7. Ver. 3. Vt cicatrices Pop. Romanus iudicesque aſpicerent aduerſo corpore exceptas.

Dolores & moleſtias. Cic. 1. de Finib. 51. Qui blanditiis præſentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores & quas moleſtias excepturi ſunt, occæcati cupiditate, non prouident.

Dolores pro patria. Cic. 3. de Finib. 66.

Fatum excipere. Tacit. in Vita Agricolæ, Conſtans, & libens fatum excepiſti.

Flammam excipere, & exardere. Cic. de Aruſp. Reſp. 42. In me cognitorẽ harum omnium rerum illa fiamma illorum temporum coniiciebatur. Excepi, & pro patria ſolus exarſi.

Galea excipit ictus. Ouid. 12. Metam. 75.

Gladio aliquem excipere. Curtius lib. 9. E quibus duos gladio ita excepit vt ante ipſum examines procumberent.

Impetum alicuius. Cæſar 3. bel. Ciuil. 358. Sed Pompeius ſuis prædixerat, vt impetum Cæſaris exciperent. Sic Liu. 6. ab Vrbe, 55. Et 9. bel. Pun. 173. Cic. pro Domo ſua, 60.

Iniuriam venti. Colu. lib. 9. cap. 7. 4. Itaque ſemper ædificium ſit poſt apatium, quod Aquilonis excipiat iniuriam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Labentem aliquem excipere, fulcire, & sustinere. Cic. pro Rab. Posth. 17.
Equitem Romanum veterem amicum suum, &c. labentem excepit, corruentemque non sinit, fulsit & sustinuit re, fortuna, fide hodieque sustinet.
Labores magnos. Cic. de Claris Orat. 131. Idem Terentiæ, lib. 14. 2. 8.
Omnes labores te excipere video: timeo vt sustineas.
Laudem ex re aliqua. Cic. ad Atticum, lib. 1. 9. 3. Crassus posteaquàm vidit illum excepisse laudem ex eo quòd hi suspicarentur homines ei Cõsulatum meum placere, &c.
Luctus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 16. Hac re cognita tantus luctus excepit, vt, &c.
Excipient viri memoriam consequentes anni. Cic. de Senect. 17. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes.
Molestias. Cic. 1. de Finib. 51. Quot dolores & quas molestias excepturi sunt, occæcati cupiditate, non prouident.
Onera amicorum. Cic. pro Rab. Posthumo, 25. Ille onera multorum huius amicorum excepit vnus.
Pericula excipere. Stat. 5. Sylu. 1. 14.
Plagas. Cic. 2. Tusc. 80.
Preces blandas molliter excipere. Ouid. 1. de Arte aman. 143.
Pugnam. Liu. 8. bel. Maced. 96. Vt primis forte deturbatis, secundi & regant pulsos, & integri pugnam excipiant,
Rempub. defertam & omissam Liu. 4. ab Vrbe, 185. Desertã omissámque ab hominibus Remp. deorũ prouidẽtia, curaque excepta memorabar.
Rorem nocturnum. Cæsar 3. bel. Ciuil. 57. Ex pellibus quibus erant tectæ naues, nocturnum excipere rorem cogerentur.
Rumores. Cic. p. Deiot. 17. At eo, inquit, tempore ipso Niccan Ephesum mittebat, qui rumores Aphricanos exciperẽt, celeriter ad se referrẽt.
Sermonem alicuius. Liu. 2. ab Vrbe, 17. Sermonem eorum ex seruis vnus excepit, qui iam autem id senserat agi.
Spiritus excipitur ore viri. Ouid. 3. de Arte aman. 149.
Extremum spiritum filiorum excipere. Cic. 7. Verr. 91. Matresque miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberum exclusæ: quæ nihil aliud orabant, nisi vt filiorum extremum spiritum exciperet sibi liceret.
Tela. Cicero 4. Verr. 128. Aut hoc contendat nunquam esse factum, aut omnia tela excipiat necesse est.
Tela excipere tergo. Silius libro 10. 15.
Verba. Cic. 2. de Diuinat. 75. Tum illum plura loquutum multis audientibus, qui omnia verba eius exceperint, literisque mandauerint.
Verbera patienter excipere. Ouid. 2. Fast. 86.
Vim frigoris hyemẽmque excipere. Cic. pro Rab. Posthumo, 16.
Voces. Liu. 10. bel. Maced. 23. Ad has excipiendas voces speculator ex comitum Perseimilius, qui in incautior obuerti auertit, exceptus à iuuenibus fortè tricliario egressis male multatur. Idem 8. ab Vrbe, 15. Assensit populi excepta vox Coatilis tantum ardoris animis fecit, &c.
Vulnera. Cicero pro Sestio, 17. Subeunda pro patria pericula, vulnera excipienda. Lucanus libro 2. 63. – cunctis ego peruius hastis
Excipiam medius totius vulnera belli.
¶ Excipere dicuntur, qui alio dictante aliquid describunt. Suet. Tranquillus de Tito principe Romano. E pluribus comperi notis quoque excipere velocissimè solitum, & cum amanuensibus suis per ludum iocumque cerrantem, imitari chirographa quæcunque vidisset. Pædianus author est, orationem Ciceronis pro Milone exceptam esse, quæ adhuc tempore suo extaret. Budæus.
¶ Excipere se in genua, pro Sustinere. Senec. epist. 67. Qui succisis popliti bus in genua se excepit.
Excipere se in pedes. Liuius 4. ab Vrbe, 83. Consestim & ipse hasta inruxus, se in pedes excipit.
Excipere se pedibus. Curtius libro 9. Sed fortè ita librauerat corpus, vt se pedibus exciperet.
¶ Excipere, Opprimere, Per dolum capere. Virgilius.
Excipit incautum, patriisque obtruncat ad aras.
Venabulo excipere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 12. Vt in Verrem de L. Domitio, qui pastorem, quòd is aprum, quem ipsi muneri obtulerat, exceptũ à se venabulo confessus esset, in crucem sustulit.
¶ Excipere, pro Intercipere & cõprehendere incautum. Cice. Attico, lib. 8. 159. 4. Admoniti sumus vt caueremus ne exciperemur à Cæsare, quòd is in eadem loca, quæ nos petebamus, celerius etiam quàm nos posset, eò quo intenderat, venturus esset. Ibidem, 1. Sanè sum commotus, quòd si ita esset, non modò iter meum intercluisum, sed me ipsum planè exceptum putabam. Eidem, lib. 7. 140. 1. De Pompeio scio nihil: eumque nisi in nauim se contulerit, exceptum iri puto. Cæsar 6. bell. Gall. 128. Multos ex fuga dispersos excipiunt. Budæus.
Insidiis aliquid excipere alicui. Virg. Eclog. 3. 4.
Fugientes excipere. Cicero 3. in Catil. 53.
Excipere furem. Plaut. Aulul. 26. 46. – neque partem
Tibi ab eo indipisces, neque furem excipies.
Omnino hominem excipere. Cicero Attico, lib. 10. 102. 3.
¶ Excipere, Colligere. Martial. libro 1. 122.
Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro.

Sanguinem patera excipere. Cicero de Clar. Orat. 21. Hunc illi aiunt, quum taurum immolauisset, excepisse sanguinem patera, & eo epoto, mortuum concidisse.
Vitam & virtutem Herculis corpore eius ambusto immortalitas excepisse dicitur. Cic. pro Sestio, 126.
¶ Excipere oculos blandius dicitur res aliqua quæ delectat. Plin. lib. 16. cap. 30. 4. Nulli cortex iucundior, aut oculos excipiens blandius.
¶ Excipere, pro Demere vel eximere numero. Cice. 4. Acad. 130. Nihil excipit, de quo non profiteatur. Idem 1. Tuscul. 15. Nam si solos eos diceres miseros quibus moriendum esset: neminem tu quidem eorum qui viuerent exciperes.
Excipere & secernere. Cic. 4. in Catil. 87. Hosce ego homines excipio & secerno libenter.
Hoc vnum excipio. Catullus ad Aurelium, epigr. 15. 3.
Excipere de. Cic. 1. de Diuinat. 145. excepit de antiquis, præter Xenophõtem, neminem.
Per aliquem alicui excipere. Cic. Attico, lib. 6. 111. 1. Id verò per te exceperamus negotiatoris quod si cuiquam, huic tamen non.
Nominatim aliquem excipere. Cic. Attico, li. 11. 211. 3.
In summis alicuius laudibus vnam excipere iracundiam. Cice. Qu. fratri, lib. 1. 1. 55.
Sine nomine & Nominatim excipere aliquem, contraria Cic. Attico, lib. 11. 215. 3. Tum ille edixit ita, vt me excipere & Lælium nominatim: quod sanè nollem. poterat enim sine nomine res ipsa excipi.
Excipere sorti. Virgil. 9. Aeneid.
– ipsum illum clypeum eristasque rubentes
Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise. Id est præter sortem dabo, vt ait Seruius.
Excipere iniuriæ, pro Eximere. Senec. de Tranquil. vitæ, Aequis & animis & auribus accipiamus, dum sapiens eximitur iniuriæ.
¶ Excipere, pro Nominatim cauere. Cic. ad Q. u. fratrem, lib. 1. 1. 30. Nominatimque lex exciperet, vt ad templum, monimentumque nostrum capere liceret. Idem pro Cornelio, 25. Vbi est igitur exceptam fuisse Gaditano, nequem Pop. Rom. Gaditanum recipiat ciuitate? Et paulo ante, Quorum si fuerit exceptum est nequis à nobis ciuis recipiatur? Varro de Re rust. In emptionibus eo iure vtimur quod lex præscripsit: aliis enim plura, alii pauciora excipiunt. Cæ. pro Cluentio, 97. Quapropter in omnibus legibus quibus exceptum est de quibus causis aut magistratum capere non liceat aut iudicem legi, &c. Exceptæ (inquit Budæus) dicuntur, quæ in fuerint de iis & in legibus cauta sunt nominatim.
¶ Excipere, verbum est etiam in compositionibus medicamentorũ vtentium, quum res cõtusæ aliquo liquore coguntur. Celsius li. 5. Hæc excipiuntur cerato è rosa facto. Et rursus, Medicamenta composita molli lana excipiuntur, eáque lana naturalibus condetur. Budæus.
¶ Excepit me. Plaut. Milit. 5. 13.
Ita senex talos elidi nisit conseruis meis.
Sed me excepit: nihil facio quid faciat cæteris.
Exceptis insularum incolis. Plin. lib. 3. cap. 3. 8.
Excepto patre tuo. Plin. in Paneg. 72.
Ea excepta. Cic. de Amicit. 86. Vos autem hortor vt ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest, vt ea excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.
Excepto quòd. Plinius epist. 154. Iter commodè explicui, excepto quòd quidam ex meis aduersam valetudinem feruentissimis æstibus contraxerunt. Quintil. lib. 9. Et quidem Ciceronem sequar nam is eminentissimos Græcorum est secutus excepto quòd pedes trisyllabos, &c. Id est, præter quàm quòd. Horat. 1. epist. 10. 10.
Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ,
Excepto quod non simul esses, cætera lætus.
Excepto si obscœna nudis nominibus enuntientur. 138. b.
Exceptus, Participiũ. (ἐξαιρεθείς,) Cic. Lentulo, li. 1. 1. 6. Is, hac regia eam facta excepta, cæteris in rebus se acerrimum tui defensorẽ fore ostendit.
Sinistrè exceptus. Horat. in Arte, 91. – hæc nugæ seria ducent
In mala derisum semel, exceptumque sinistrè.
Equo exceptus, Id est in equo sedens. Silius lib. 5. 311.
Fronte læta exceptos tectis inducit hospes. Silius lib. 3. 135.
Gladio exceptus puer, Id est occisus. Scae. Thyeste, 2. 6.
Poplitibus exceptus. Curtius li. 9. Ille ad omnes ictus expositus ægre iam exceptum poplitibus corpus trahebatur, donec, &c.
Excepturus, pen. prod. (ἐκδεξόμενος,) Lucan. lib. 1. 45. Primus in obliqui sonipes opponitur amnem Excepturus aquas.
Excipiendus, (ἐκδεκτέος,) Ouidius epist. 2. 26. Linquor, & ancillis excipienda cado.
Exceptio, Verbale, (παραγραφή,) Cic. 1. de Inuentione, 72. Si iudicem, id quod Epaminondas ait legis scriptorem sensisse, adscribat ad legem & addat exceptionem hanc.
Sine vlla exceptione. Cic. de Amicitia, 54. Tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum, sine vlla exceptione communitas.

Cum exceptione laudari. Cicero Qu. fratri, lib. 1. 1. 55. Neque te pariar (quantum erit in me) cum exceptione laudari. Vide LAVDO.
¶ Exceptio, Præscriptio. Cic. 2. de Inuent. 162. Nã & Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones. Et paulo pòst 163. Ibi enim exceptiones postulantur, & quodammodo agendi potestas datur, & omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur. Et iterum, 164. Agit is cui manus præcisa est, iniuriarum: postulat is, qui cum agitur, à Prætore exceptionem, extra quam in reum capitis prætiudicium fiat. Sic Vlpianus in L. prima ¶ Labeo scribit. ff. De flumnibus, Labeo scribit non esse dicendum, dandam exceptionem ei, qui interdicto conuenitur, aut nisi ripæ mendæ causa factum sit: sed ita excipiendum ait, extra quam si quid ita factum sit, vti de lege fieri licuit. Budæus.
¶ Exceptio, Dicta est quasi quædam excluso, quæ (sicuti docet Vlpianus in L. lecta. ff. de Exceptionibus) interponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id quod in intentionẽ cõtentionémque deductũ est. Legum exceptiones. Cic. 2. de Inuen. 219. Consueuisse eos qui legem scribant, exceptionibus vti. deinde oportet recitare leges cum exceptionibus scriptas.
Taciræ exceptiones. Cic. 1. de Diuinat. 216. Non ergo omnia scriptis, sed quædam quæ perspicua sunt tacitis exceptionibus cauere.
Dare exceptionem alicui. Cicero 2. de Finib. 37. Et tamen quid attinet luxuriosis vllam exceptionem dari, &c. Idem 1. de Oratore, 82.
Habere rectam exceptionem. Cicero Attico, lib. 6. 111. 25.
Peccat exceptionibus. Quintil. lib. 2. cap. 15. 25.
Excepto, exceptas, (συγκεχωρημένος, ἐκλαμβάνω,) exceprare, Frequentatiui. Cic. in Parad. 48. Et videant aliquem summis populi beneficiis vsum, barbaros mulos exceptantem de piscina. Virg. 3. Geor. 54.
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptantque leues auras. Id est, frequenter in se trahunt, & capiunt, & velut hauriunt. Cæsar 7. bell. Gall. 193. Eos ipse rursus singulos exceptans, in murum extulit.
Exceptare, pro Eximium reddere. Senec. 1. de Benef. 6. Eloquentiæ exceptat pretium litium numerus.
Exceptiua, Adiectiuum, (ἐξαιρετικός,) Qui excipitur. Plinius lib. 18. cap. 10. 3. Adiiciuntur his genera, bromos, filigo exceptitia, & tragos. Siligi nem exceptiuã vocat Lacoincam, quæ ab alia filigine ea ratione excipitur, quòd sine arista crescat quemadmodum & far.
Excipulus, excipuli, pen. corr. (ἐκδοχεῖον,) Plin. lib. 9. cap. 22. Hyemato la cu, fluctibus glomeratæ voluuntur anguillæ, intantum mirabili altitudine, vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fabricatis singulorum millium globi reperiantur. Idem lib. 25. cap. 7. 7. Vis tanta est, vt è longoque succus excipiatur incisæ conto subditur excipulus ventricolo breuinos humor lactis videtur effluere.
Exceptrix, Adiectiuum. Vlpianus in L. Instr. ff. De instructo vel instrumento leg. Quali vindemiatorii, exceptoriique.
Excipuum, (ἐξαίρετον,) Quòd excipiatur vt præcipuum quòd ante capiatur. Festus.
Excíso, excísas, Vide EXCIDO, excídis, pen. prod.
Excito, excitas, Vide EXCIO.
Exclamo, exclimas, penul. prod. (ἐπιφωνέω, ἀναβοάω, ἀναφωνέω, ἀναβοάω,) maximè magnere, exclamare, Vociferari, & quasi è medio pectore vocem Terent. Adelph. 4. 4. 11. – rogito Pamphila quid agat,
Ecce obstetricem accersatu illa exclamat:
Alii alii fum Aeschine. Idem Phorm. 5. 6. 30. Facinus audiuitisque pe ri horrele exclamaui gaudio. Cic. 2. de Orat. 22. Nõ enim possum quin exclamem, vt ait ille in Trinummo. Sic 4. Academic. 29.
Barbarè exclamare. Quintil. lib. 1. cap. 6. 30. Tota sæpe theatra, & omnẽ circi turbam exclamasse barbarè, scimus.
Festiuè exclamare. Quintil. lib. 3. cap. 8. 40. Ita cur initio furiosè sit exclamandum, non intelligo.
Qui volunt exclamare maius toro corpore atque omnibus vngulis, vt di cauri contentioni vocis asseruiunt. Cic. 1. Tusc. 96.
Exclamat maxima cum voce. Plaut. Amphit. 17. 12. Ibi nescio quis maxima cum voce exclamat.
Exclamat maximum. Plaut. Mostel. 7. 57. – condormiuimus?
Lucer nam fortè oblitus fuerat eam extinguere:
Atque ille exclamat de repente maximum.
Aliquem nominatim exclamare. Cic. 2. Philipp. 49. Cæsare interfecto, inquit, flatim cruentum alitè extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamauit, atque ei recuperatã libertatẽ est gratulatus.
Memoria digna exclamare. Quintil. lib. 2. cap. 11. 3. Porrò ii, quia & bene dicũt ingenii præditi esse habiti, & multa etiam memoria digna exclamarunt, plurimos habent similes negligentiæ suæ.
Exclamatio, Verbale, (ἐπιφώνημα, ἀναβόησις.) Actus ipse exclamandi. Est & schema rhetoricum, de quo Cicero 3. de Oratore, 115.

Exclamatio, figura Oratori propria quam sic definit Author ad Herennium, lib. 4. 166. Exclamatio est quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationẽ, hoc modo, Te núc alloquor Africane, cuius mortui quoque nomen splendori ac decori est ciuitati.
Acutas vocis exclamationes euitare debemus. Author ad Herennium, libro, 3. 115.

Excludo, excludis, exclúsi, exclúsum, pe. pro. (ἀποκλείω, ἐκκλείω) excludere, Extra claudere, Eiicere. Plaut. Menæch. 22. 48. Alii me pernegant eum esse qui sum, atque excludunt foras. Idem Asina. 13. 6. Homo hercle hinc exclusus est foras. Terent. Eunu. 1. 2. 18. Credo, vt fit, misera, præ amore exclusit hunc foras, Ibidem, 1. 1. 4. Exclusit. reuocat. redeamnen, si me obsecret. Ibidẽ, 1. 2. 79. – deniqs Ego excludor, ille recipitur.
Repelli & excludi. Cice. 1. de Orat. 24. Multi erant præterea præclari in philosophia & nobiles, à quibus omnibus vna penè repelli voce Oratorem à gubernaculis ciuitatis, excludi ab omni doctrina rerumque maiorum scientia, ac tantum in iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam.
Excludere, distrahere, segregare aliquem à Republica. Cicero 5. Philipp. 185. Exclusit illum à Republica, distraxit, segregauit, non sollum scelus illius, sed etiam vt mihi videtur, fortuna quædam Reipublicæ.
Coniungere cum aliquo, & Ab eo excludere, contraria. Cic. Attico, lib. 8. 162. 2. Eo tibi celerius agendum erat vt te mecum coniungeres, priusquam Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset.
Excludere aliquem à negotio. Cic. 5. Verr. 14.
Excludere ab hæreditate. Cic. pro Cluentio, 13.
Excludere amicitias. Cic. de Amicitia, 49. Atque vt huius quem dixi, mores, veros amicos parare non potuere: sic multorum opes prepotentiũ excludunt amicitias fideles.
Astra excludere cœlo. Stat. 3. Sylu. 2. 3.
Spissa laurea excludet ictus feruidos. Horatius 2. Carm. ode 15. 2.
Bellum excludere. Lucan. lib. 3. 67.
Excludi Cappadocia, &c. Cic. ad Atticum, lib. 5. 108. 3. Sic Excludi à portu & profugio, Cic. Luceio, lib. 5. 15. 6.
Excludere eorum cupiditatem Iudices, vestra sapiẽtia. Cic. pro Cælio, 16.
Domo & cubiculo excludi. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 38.
Excludere exercitum. Cic. 7. Verr. 68. Quãobrem qui nostros exercitus sæpe excluserant, iis claustra loci committenda non existimauit.
Excludat iurgia finis. Horat. 1. epist. 1. 8.
Iure actionis aliquid excludere. Quint. lib. 7. cap. 2. 7. Si aliud negat reus, aliud defendit, aliud iure actionis excludit.
Excludi loco. Cic. de Amicitia, 21. Amicitia plurimas res continet: quocũque te verteris, præsto est, nullo loco excluditur.
Exclusus mensa hospes. Liu. 8. bel. Pun. 95.
Mœnibus excludere aliquos. Cic. pro Cornelio Balbo, 31. Quos quũ maxima bella nobis inferentur, mœnibus exclusérunt.
Excludere alicui oculum, Idem quod effodere, vel exerere, & extorbare oculum. Plaut. Pseud. 7. 95. Excludito mihi hercle oculum, si dedero.
Frigora excludunt radios. Stat. 1. Sylu. 2. 31.
Regionibus excludi. Cic. Cn. Magno in epist. ad Atti. lib. 8, 159. 6. Neque enim eos solos arbitramur capi qui in armatorum manus incidissent, sed eos nihilominus qui regionibus exclusi, intra præsidia atque intra arma aliena venissent.
Excludere à cõsilio publico spem pacis. Cic. de Claris Oratoribus, 184.
Excludere auribus suauitatem aliquam. Cic. pro Cœlio, 32.
Quamobrem si quem forte inueneritis qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suauitatem.
Exclusus suffragio. Liu. 1. ab Vrbe, 190.
Vitia culpamque excludere. Cic. 3. de Nat. deor. 110. Eam dedisse hominibus rationem, quæ vitia culpamque excluderet.
¶ Excludi tempore, aut tẽporis spatiis, Impediri nequit quid possit agere propter tempus. Cic. 3. Verr. 105. Angustiis temporis excluduntur omnes. Idem Attico, lib. 9. 172. 4. Quæ enim soluto animo familiariter scribi solent, ea temporibus his excluduntur. Idem 6. Verr. 53. Hi post quam temporibus Populi Romani exclusi, per Senatum agere quæ vo luerant, non potuerunt. Idem 3. de Oratore, 33. Aut temporibus exclusi, aut voluntate sua feriati. Idem in Vatinium testem, 21. Vt homo Consularis exclusus miser puncto temporis spoliaretur beneficio & æquitate legis tuæ! Idem 4. Acad. 97. Cæsar in Commentariis, Ne anni tempore, nauigatione excluderentur. Ibidem, Tempore exclusus non venit. Ibidem, Exclusus diei tempore, in posterum oppugnationem differet. Virgil. – spatiis exclusus iniquis. Pomponius De ædilitio edicto, L. Si tamen, Non nocebit emptori, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus, velit intra annum æstimatoria agere. Papinianus Ad Senatusconsultum Turpil. L. Quærebatur an hi qui ab accusatione tempore exclusi essent, in Senatusconsultum Turpilianum inciderent. Et subdit, Qui præscriptione temporis exclusi, can-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum adulterii perferre non potuerunt. Idem de Decurionibus, L. Sparti. Pater qui filio Decurione creato pronocauit, etsi præscriptione téporis exclusus fuerit, si quod gestum est, non habuit ratum: ciuilibus moribus pro filio, non tenebitur. Paulus De inofficiosis test. L. Si proponas. Idemque erit si & tempore exclusus sit. Iulianus De bonis libertorum. L. Si libertus, Idémque est etsi filius non petierit bonorum possessionem, tempore exclusus, vel repudiauerit.

¶ Excludere, Repudiare, nõ admittere quod postulatur aut petitur, sed reiicere. Cicero de Arusp. resp. 41. Quod anno antè frater Metellus & concors etiam tunc Senatus principi Cn. Pompeio, sententiam dicenti, exclusérat, acerrimeque vna voce ac mente restiterat.

Excludere exceptione petitorem. Cicero 1. de Oratore, 82. Petitor rursus quum peteret, ne exceptione excluderetur, quòd ea res in iudicium antea non venisset.

Honore aliquo nominatim excludi. Cicero de Lege Agraria, 63.

Præmiis & honoribus excludi. Cic. pro Cornelio Balbo, 17.

¶ Excludere, Liberare. Lucilius libro 17. Primum qua virtute seruitutem exclusérit. Actius, Qua virtute hic se seruitute exclusit. Nonius.

¶ Excludere gallinæ vel aues dicuntur, quum incubando pullum emittunt ac pariunt. Columel. libro 9. Veteranas aues ad rem eligi oportebit, quæ iam sæpius id fecerint, morésque earum maximè prænosci, quoniam aliæ mellius excludant, aliæ editos pullos commodius educent. Idem, Columbæ excludunt vicesimodie. Cicero 2. de Natura deorum, 185. Et 3. de Oratore, 46.

Excludens, pen. prod. Participium, (ἀποκλείων,) Cic. 1. Offic. 151. Delectarentur re sua familiari, non eã quidem omni ratione exaggerentes, neque excludentes ab eius viu suos, potiusque & amicis impertientes & Reipublicæ, siquando vsus esset.

Exclusus, pen. prod. (ἀποκλεισθείς,) Aliud participium. Cic. pro Cluentio, 138. Quum vagus & exul erraret, atque vndique exclusus, &c.

Amator exclusus. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 52.

Ab extremo complexu liberûm exclusæ matres. Cic. 7. Verr. 92.

Voces alicuius exclusæ. Cic. 1. Philipp. 81. Itaque exclusis tuis vocibus, & ad te & ad prædas milites misit.

Voluptas exclusa animo. Stat. 3. Sylu. 3. 22.

Exclusissimus, pen. corr. (ἀποκλειστότατος,) Nomen ex participio. Plautus Mene. 15. 24. Abiit intrò ocyus in ædes, nũc ego sum exclusissimus: Neque domi, neque apud amicam mihi tam quicquam creditur.

Exclusûrus, pen. prod. (ἀποκλεισόμενος,) Tibul. lib. 2. eleg. 3. 16.
Nullus erat custos, nulla exclusura dolentes
Iamua.

Exclusorius, Adiectiuum, Vlpian. in L. Exceptio. ff. De except. Illud tenendum est, omnem exceptionem vel replicationem exclusoriam esse.

Excogito, excogitas, pen. cor. (ἐνθυμοῦμαι, μηχανεύομαι, ἐπινοῶ,) excogitare, Cogitando inuenire. Cic. 6. Verr. 80. Nouũ ac singulare supplicii genus excogitauit.

Fingere & excogitare, Cic. 2. in Catil. 30. Quid enim mali aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod, non ille conceperit?

Excogitare diligenter & cautè. Cic. 6. Verr. 129. Et 2. de Finib. 86.

Excogitare ingeniis aliquid. Cice. 1. de Legib. 14.

Excogitauit aliquid, eadem dicit quæ Stoici. Cic. 4. Acad. 125.

Mira quædam excogitare genera furandi. Cic. 4. Verr. 93.

¶ Excogitare, pro Vehementer cogitare. Cicero Attico, lib. 9. 173. 14. Adhæc igitur cogita mi Attice, vel potius excogita, quèuis euentum fortius feram quàm hunc dolorem.

Excogitatus, pen. prod. Participium (ἐπινοούμενος.) Cic. pro Cluẽtio, 27. Rario excogitata Larini estires translata Romam.

Excogitatus, (ἐπινοητός,) Nomen ex participio, pro Exquisito, Sueton. in Calig. cap. 22. Teroplum etiam numini suo proprium, & sacerdotes, & excogitatissimas hostias instituit.

Excogitatio, Verbale, (ἐπίνοησις,) Cic. 1. Tusc. 95. Quid illa vis, quæ tandé est, quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atque excogitatio dicitur?

Difficilis excogitario. Cic. 2. de Orat. 65. Quæ ab Oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem, perpolitámque desyderant.

Excogitator, pen. prod. Verbale. (ἐπινοητής.) Quintil. Decla. 10. Sic magum protinus, nescia matre, excogitator hic mortis alterius aduocat.

Excolo, excolis, pe. cor. excolui, excultũ, (ἐξεργάζομαι, ἐπιμορφόω,) excolere, Ornare & expolire. Plin. epi. 216. Emas marmora, quibus salam, quibus parieres excolantur.

Dare se philosophiæ excolendum. Cic. 4. Tusc. 135.

Excolere & expolire. Cicero de Clar. Orat. 48. Caiúsque Tuditanus cum omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum eius elegans est habitum etiam orationis genus.

Manuefieri & excoli. Cicero 1. Tusc. 97. Omnes magni, etiam superiorea, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia cõtra feras inuenerunt, à quibus manuefacti & exculti, à necessariis artificiis ad elegantiora defluximus.

Beneficio excoli. Cic. in Oratore, 16. An victus hominum, Athenienſium beneficio excoli potuit, oratio non potuit?

Cura alicuius excoli. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 5.

Excolere aliquid oratione. Cice. in Paradox. 3. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur.

Excolere animos doctrina. Cicero, pro Archia, 9. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 11.

Excolere liberos disciplinis. Colum. lib. 4. cap. 3. 2.

Excolere officium cui opponitur Negligere officium. Cice. 1. Offic. 2. In eoque excolendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. Legitur ex vetusto exemplari, Colendo,

Rura excolere. Claud. 2. in Eutrop. 40.

Vitam excoluere per inuentas artes. Virg. 6. Aeneid. 133.

Excultus, Participiũ, (ἠσκημένος,) vt Excult⁹ doctrina. Cic. 1. Tusc. 8.

Excultus ad humanitatem ex agresti. Cic. 2. de Legib. 58. Tum nihil mellius illis mysteriis, quibus ex agresti immaniq; vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus.

Studiis excultus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 1.

Animus excultus & acies curata. Cice. 5. Tuscul. 55. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata est vt ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id est absoluta ratio, quod est idem virtus.

Ingenia disciplinis excolta. Cic. in Orat. 27. Nihil enim est feracius ingeniis, iis, præsertim, quæ disciplinis excolta sunt.

Opes excultæ. Propert. lib. 4. eleg. 1. 26.

Artibus excolta hominum vita. Cic. 2. Offic. 20.

Ex compacto, vel composito, Vide EX.

Exconsul, & Exquæstor, (ὑπατικὸς, καὶ ταμίας,) pro Consulari & Quæstorio legitur apud Iustinianum in L. 2. §. Nostra que. C. de Veteri iure enucleãdo, Omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorum, Exquæstori sacri nostri palatii & Exconsuli credidimus, &c. & sæpe in eadem lege.

Exconsulãris, pen. prod. (ὑπατικὸς, in L. 3. De proximis sacrorũ scribo rum, lib. 12. C. Consulari honore fulti inter electos habeantur, hunc q honorem dignitatis teneant qui Exconsularibus deferri consueuerit. Quædam exemplaria legunt duabus dictionibus ex Consularibus.

Ex continenti, Vide EX.

Excoquo, excoquis, pen. cor. excoxi, excoctũ, (ἐψέω,) excoquere, Perfectionẽ significare videtur, nempe perfectè coquere. Terent. Adelph. 5. 3. 63. Tam excoctam reddam, atque atramẽ, quàm carbo est. Vbi Donatus, Reddam pro faciam dixit. Et excoctam ad tenuitatem siccati coloris. Colum. Vis frigoris excoquit terram. Idem lib. 7. cap. 4. 8. Succus excocti lupini. Cato cap. 2.

Ignis excoquit vitium metalli. Ouid. 4. Fast. 158.

Vitium per ignem excoquitur. Virg. 1. Georg. 18.

Excoquitur flammis copulus. Silius lib. 3. 130.

Sol terram excoquit. Lucret. lib. 6. 193.

Excoquere malum alicui. Plautus Persa, 2. 54. – vsque domi ero dũ excoxero lenõni malum. Id est, excogitauero, & ad rẽ pus præparauero.

Excors, excordis, Adiectiuum, (ἄφρων,) Qui veluti corde & animo sensu communi, hoc est intellectu caret. Veteres enim sapientiam in corde collocabant, quã nunc in cerebro ponimus, Cic. lib. 1. Tusc. 29. Quid porrò ipse animus, aut vbi, aut vnde, magna dissensio est aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur. Ibidem, 18. Quis enim tam excors quem ista non moueant? Idem de Amicitia, 81. A parte adulantem nemo nõ videt, nisi qui admodum est excors. Idem pro Cn. Plácio, 58. Nisi exi stimas, eos idcireo vitæ meæ pepercisse, quòd de reditu meo non timerent: & quenqnam putas fuisse tam excordem, qui viuis his, stante vrbe & curia, rediturum me, si viuerem, non putaret? Idem 2. de Nat. deor. 7. Et 5. Philip. 167. Hoc qui non videt, excors: qui quum videt, non decernit, impius. Horat. 1. epist. 2. 5.

Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

Excors & demens. Cice. pro Domo sua, 38. Neque tu eras tã excors, tam que demens, vt nescires hunc Clodium esse qui contra leges faceret.

Insimus & excors. Horat. 2. Serm. saty. 3. 14.
Tu ne insanus eris, si acceperis: an magis excors
Reiecta præda, quam præsens Mercurius ferit?

Excrementum, Vide EXCERNO.

Excreo, excreas, (ἐκπτύω, ἐκπτύσω,) excreare, Vi quadã ex puere, & cum tussi. Plau. Amphit. 14. 11.

Si minusculo digito increpuerint fores, hac tegula
Tuum diminuam caput, vt cum dentibus linguam excrees.

Idem Asin. 3. 17. Fiat, geratur mos tibi. L. age age vsque excrea. D. Etiámne? L. age quæso hercle vsque ex penitis faucibus. Celsus, Et interdum aliquid purulenti excreat. Quid. epist. 20. 5. Excreat, & fœta dat mihi signa nota.

Excreatio, Verbale, (ἔκπτυσις,) vt Sanguinis excreationes. Plin. lib. 14. cap. 14. 5.

Excreationes faciles facit in cibo sumptum sinapi. Plin. li. 20. ca. 22. 2.

Excreationes pectoris purgat. Plin. lib. 20. cap. 22. 8.

Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis. Plin. lib. 20. cap. 22. 12.

Excreabilis, pen. corr. Adiectiuum, (ἐκπτυστός,) Quod excreari potest. Plin. lib. 20. cap. 14. 11. Pulmonum vitia excreabilia facit.

Excresco, excrescis, excreui, excretũ, pen. pro. (ἐξαυξάνω,) excrescere, Crescere in altum, & citò atq; aperte. Colu. lib. 3. Si satis excreuerint, iugo supponantur. Plin. li. 37. cap. 2. 6. Excrescitq; in dies eius rei luxus.

In altum excreuit. Lucan. lib. 4. 3.
Colle tumet modico leniq; excreuit in altum
Pinguefolum tumulo.

In caput excrescere. Quint. lib. 4. ca. 1. 44. Nec minus cuitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excreuisse videatur. De Proœmio.

Excrescere in longitudinem. Plin. lib. 16. cap. 30. 5.

Excretus, pe. prod. (ἀνεξαιρέτος,) Participiũ. Virg. 3. Geor. 70. Mulri iam excretos prohibẽt à matribus hœdos. Excretos, id est validiores. Seruius.

Excretum, Vide EXCERNO.

Excribo, Vide EXSCRIBO.

Excrucio, excruciãs, (ἐξαίρω,) excruciare, Valde cruciare significat. Terẽ. Eunu. 5. 3. 11. Spero me habẽ q hũc meo exitio modo. Idẽ Heau. 1. 2. 3. Proin tu solicitudinẽ istã tollam q te ex truetat, omittas. Ci. 3. Ver. 30. Socii atque amici summo excruciatũ seminũ relinquit. Idẽ pro L. Man. 6. Omni supplicio necatũ excruciarit. Confici & excruciari. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. 1. Conficior enim mœrore mea Terentia: nec meæ miseriæ magis excruciãt, quã tuæ vestræque. Omnimodo excruciare aliquem. Catull. ad Iuuentium, epigr. 94. 3.

Excruciat animum libido. Cic. 1. de Finib. 78. Et lib. 2. 80. Excruciari cõ scientia animi.

Frigus excruciabat nudos. Lucret. lib. 5. 186.

Excruciat eam animi. Plaut. Milit. 18. 64. Vide ne sis in expectatione: ne animi illam exercies. Idem Rudente, 10. 56.

Excruciatur vicem meam. Plaut. Mostel. 6. 3.

Ecquis homo est, qui facere argenti cupiat aliquantum lucri,
Quisquilie sese excruciari meã vicẽ possit pati. i. dolere sfortunũ meũ.

Excruciatus inopia, Vide OPVLENTIA.

Excruciabilis, & hoc excruciabile, pen. corr. (ἀνιατός,) Dignus qui excruciari. Plautus Cistel. 9. 1.

Nolim ego me vidisse credo magis anum excruciabilem
Quàm hanc est, quæ dudum fassa est mihi, quæ ve inficias eat.

Excubo, excubas, pen. corr. excũbui, excũbitum, pen. corr. (πάννυχίζω, τηρουρέω,) excubare, Vigilare, diligẽter custodire. Plaut. Milit. 9. 4.

Certo quidem illa hîc nostra iotus est in ædibus:
Nam ego excubantem eam modò offendi domi. Salust. In Iugurtha, Neque secus, quàm si iter faceret, castra munire, excubitú in porta cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliaries mittere. Liuius, Prolemæo ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt. Idẽ lib. 6. ab Vrbe, 174. Excubare pro portis.

Excubare ad portum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 93.

Ire pro armatos excubare. Cic. 1. de Diuinat. 183.

Ita fano Palipheśniá di causã Lacedemõii excubábãt. Ci. 1. de Diu. 157.

Excubare in muris. Liu. 4. bel. Maced. 42. Cæsar 3. bel. Ciuil. 17.

Excubare in tutela turis in aqua fatæ silices. Plin. lib. 16. cap. 37. 1.

Excubat in tutela turis in aqua fatæ
Ante domum excubui. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 3.

Ante fores excubat Cerberus. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 15.

Excubare pro pace. Modest. in L. Famosi. ff. Ad leg. Iuliam maiest.

¶ Excubat laurus ante limina, pro Est. Plin. lib. 15. cap. 30. 1.

Excubare animo, pro Vigilare, & inquieto animo esse. Cic. 4. Tusc. 15. Qui semper animo sic excubat, vt ei nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum. Idem ad Atticum, li. 9. 182.

Ex. ego excubo animo, nec partem vllam capio quietis.

Excubare & vigilare pro aliquo. Cic. 6. Philip. 216. Quamobrẽ Quirites, consilio quantum potero, labore plus penè quàm potero, excubabo, vigilaboque pro vobis.

Excubat Reip. cura apud nos. Plácus ad Senatũ, lib. 10. 8. 12. Ex quo intelligi potest curã Reip. summè defendũdæ iampridé apud nos excubare.

¶ Excubabat rerum non animi pretiis. Plin. lib. 35. cap. 7. 5. Eadé est fere sententia cum illa Iuuenalis.

O ciues, ciues, quærenda pecunia primùm est,
Virtus post nummos.

Excubatio, Verbale, (παννυχισμός,) Valer. lib. 4. de Amicitia, Pro dignitate & salute amicorum perpetuam excubationem.

Excubitor, pen. cor. Verbale, (φρούρησις, παννυχισμός,) Colu. lib. 7. cap. 12. 1. Quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilãtior? De canibus loquitur. Cæsar 7. bel. Gall. 273. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præsidiis tenebantur.

Excubiæ, excubiarũ, (παννυχίδες,) diurnæ & nocturnæ sunt Vigiliæ tam tũmodo nocturnæ, inquit Valla lib. 4. Plau. Casin. 2. 53. Is sperat si ei fit data, sibi fore paratas clam vxore excubias foris.

Excubiæ & custodiæ. Cicero pro Marcello, 3. Non modò excubias & custodias, sed etiam latérum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.

Excubiæ & vigiliæ. Cic. p Milone, 50. Si hæc arma, si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, si delecta iuuentus, quæ tuum corpus domũque custodit, &c.

Capitis alicuius excubiæ. Cic. 7. Philip. 232. Cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui.

Custodiam excubiæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 2.

Vigilum excubiæ. Virg. 9. Aeneid. 32.

Excubiæ miseræ, flebiles vigiliæ, noctes acerbæ, custodia infœlix. Cice. pro Planeio, 81.

Tristes excubiæ. Horat. 3. Carm ode 18. 1.

¶ Agere excubias. Ouid. 3. Fast. 50.

Habere excubias Plin. lib. 10. cap. 23. 1. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno & decidens, indi ligentiam sono coarguat. De gruibus loquitur.

Madentes vino excubiæ. Claud. in Nupt. Honorii, 16.

Excubitus, huius excubitus, pen. cort. (παννυχισμός,) pro excubiis. Hirt. de bello Hisp. Partim vt pedestres copiæ in statione & excubitu castris præsidio essent.

Excudo, excũdis, pen. prod. excũdi (& excúsi secundum Carthaginem & Probum) excũsum, (ἐκτυπόω,) excudere, Cudendo efficere, inquit Seruius. Virg. 6. Aeneid. 170. Excudent alii spirantia mollius æra.

Ceras excudunt apes. Virg. 4. Georg. 12.

Excudere igné. Virg. 1. Geor. Et silicis venis abstrusum excuderet ignẽ. Vbi Seruius, Excuderet, Studiosè reperiret & coleret.

Excudere scintillam. Virg. 1. Aeneid. 36. Ac primũ silicis scintillam excudit Achates. Vbi Seruius, Excudit, feriẽdo eiecitq; ita cudere, est ferire. Quo loco quidã legit excussit ab excutio: quod etiã stare potest.

¶ Excudere ova dicuntur gallinæ, & huiusmodi animalia: quod & excludere dicitur. Colu. lib. 8. ca. 14. 6. Negatur auferi aliena excudere ova, nisi subiecta sua quoque habuerit. Varro 3. de Re rust. ca. 9. 8. Si oua gallinis pauonina subiicies, quum iam decẽ dies pauonina fouere cœperit, tum deniq; gallinacea subiicere, vt vnà excudant.

¶ Excudere dicta alicuius. Ouid. in Fragmento. 7. Excudens animo singula dicta suo.

¶ Excudere aliquod opus, pro Componere. Cic. ad Attic. libro 15. 330. 2. Librum tibi celeriter mittã de gloria excudã aliquid ἡφαιστότευκτον, quod lateat in thesauris tuis.

Excusor, pen. prod. excusoris, Verbale, (ἐκτυπωτής,) Idé quod vascularius. Quintil. lib. 2. cap. 21. 7. Nam si quæram quæ sit materia statuarii, dicetur æs: si quæram, quæ sit excusoris, id est eius fabricæ, quam Græci χαλκευτικὴν vocant, similiter æs esse respondeant.

Exculco, exculcas, (κατασκευάζω,) exculcare, Vehemẽter pedibus calcare. Cæs. 7. bel. Gal. 291. Simul cõfirmãdi & stabiliẽdi causã singuli ab infimo solo pedes terrã exculcabant: reliqua pars scrobis ad occultandas insidias viminibus ac virgultis integebatur.

Exculcare, pro Calcando exprimere. Plaut. Capt. 13. 41.

Eorum si cuiusquam scrosam in publico conspexero,
Ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo furfures.

Exculcãtus, pen. prod. Participium, (κατασκευασθείς,) pro Obsolero, sordentiq;. Gellius lib. 11. ca. 7. Verbis, inquit, obsoletis, exculcatisq;. Idem alibi inusitata, sordentiaque vocat.

Exculpo, exculpis (vel vt alii, excalpo, excalpis) exculpsi, exculptũ (ἐκγλύφω,) exculpere, Idé significat qd pfectè sculpere, siue scalpere. Plin. lib. 33. ca. 9. 1. Quinetiam pocula ita figurant, exculptis intus celebris cœnæ spectaculis, vt vel vno intuente, populus totidem imaginum fiat. Ex vetusto codice legitur expulsis.

Exculpere aliquid è quercu. Cic. ad Atticum, lib. 13. 18. 1. 6. Tamẽ nescio quid è quercu exculpserã quod videretur simile simulacri. Sic Exculpere ex marmore, Quintil. lib. 2.

Signum ex lapide exculpere. Quintil. lib. 2. ca. 10, 3. Etsi Praxiteles signũ aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere.

Exculpere nidos gallinarum, aut affigere parieti. Varro 3. de Re rust. ca. 8. 6. Contra singulas perticas in pariete exculpta sunt cubilia earũ. Et paulo pòst, Ita vt in parietibus circũ omnia plena sint cubilia gal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

linatum,aut exculpta,aut afficta firmiter.
¶ Exculpere alicui oculum,per translationem. Terent. Phorm.5.8.96.
Vel oculum exculpe,est vbi vos vlciscar locus.
Exculpere oculos, Vide OCVLVS.
¶ Exculpere,Extorquere. Plaut.Cistell.6.6.
Quot admoui fabricas,& quot fallacias
In quæstione:vix exculpsi vt diceret. Lucil.lib.2.Saty. Nunc nomen, tamque ex testibus ipse rogandum exculpo,hæc dicam.
Exculpere verum. Terent.Eunucho,4.4.45.
Heus tu negato rursum:possiúmne hodie ex te exculpere
Verum:vidistine fratrem Chæream!
Exculpere prædam ex. Lucilius, Vti esurienti leoni ex ore exculperet prædam. Nonius.

Excuriare, (ἐξαγχαυῶ,) Curia excludere. Varro Hippocyone, Apollonium ideo excuriant,quia nihil habebat. Antiquum.Nonius.

Excuratus, (ἐξηκριβασμένος,) Participiũ ab Excuro, excuras, Diligenter & cum cura apparatus:vt Excuratus victus.Plaut.Pseud.2.2.6,Ita excurato victu,ita magnis munditiis,&c.
Excuratus homo. Plaut Casin.2.6.6.Lepidè incessiti excuratus.

Excurro, excurris,excurri & excucurri apud Plácum & Liuium, excursum,(ἐκθέω,ἐκτρέχω,) excurrere, Extra currere. Plaut.Mostel.6.1.2.Ego dabo ei talentũ primus qui in crucẽ excurrerit.Idem Bacc.5.1.24.Sed quid futurũ est, quom hoc senex resciverit, Quom se excu currisse illuc frustra sciuerit? Cic.ad Atticum,lib.10. 206.5, Ego dum panos & cætera parantur, excurro in Pompeianum. Liu.1.ab Vrbe,73. Quum plures igni ẽ ferro armati excucurrissent, cæde incendioque cuncta complent. Cicero 3.Verr.46. Excurrat aliquis qui hoc tantum domestici mali filio suo nuntiet.
Excurremus legati ad Pisonem.Cic.ad Atticum,lib.1.1.6.
Euolare & excurrere.Cic.de Clar.Orat.148.Itaque tãtos processus efficiebat,vt euolare,non excurrere videretur.
Ad aliquem excurrere.Cic.Appio,lib.3.7.9.Mandaui vtrig; corũ vt ante ad me excurrerent,vt tibi obuiam prodire possem.
Ex aliquo loco excurrere.Cic.2.pro Lege Agrar.86.
Excurrere dicuntur milites,quando ex castris exeũtes, in hostilem agrũ prassantur.Liu.1.ab Vrbe,62.In fines Romanos excurrerunt populabundi magis,quàm iusti more belli.Sic Cicero de Lege Agraria,86.
¶ Excurrere aliquid dicitur,quum protenditur in longũ vel latum. Liu. 6.bel.Pun.223.Hinius in ostio finus parua insula obiecta ab alto,portum ab omnibus ventis,præterquã Africo,tutum facit.Ab intimo finũ peninsula excurrit:tumulos is ipse,in quo condita vrbs est.
Excurrunt germinationes. Plin.lib.17.cap.26. Quum præcoces excurrere germinationes euocatæ indulgentia cæli, sequutis frigoribus exuruntur.
Excurrit etiam oratio.Cicc.3.de Orat.105. Ne fluat oratio,ne vagetur, ne misstat interius,ne excurrat longius,vt membris distinguatur. Hoc est,ne longis diuagationibus obruatur.
Insistere & Excurrere dicitur oratio,contraria.Cicc.in Orato.97. Quid est cur claudicare aut insistere orationem malint, quàm cum sententia pariter excurrere?
In locum excurrere. Quintil.lib.4.ca.3.2.Plerisque morbis, prolato rerũ ordine protinus vtique in aliquem lætum atq; plausibilẽ locum quàm maximè possint fauorabiliter excurrere.
In campo excurrit virtus.Cic.pro Mur.16.Nullum enim vobis sors campum dedit in quo excurrere virtus,cognosciique posset.
Excurrens in meridiem planities.Plin.lib.17.cap.5.3.
Euentus donationis excurrit in hoc tempus. Vlpian.in L. Qui in hoc.ff. De donat.inter virum & vxorem.
Euolant atque excurrunt foras animi.Cic.1.de Diuinat.185.
In pericula excurrere.Sence.de Benefi.lib.2.ca.34.Efficit inopia sermonis,vt & hunc & illum parcũ vocemus,vt & ille fortis dicatur cum ratione fortuita despiciens,& hic sine ratione in pericula excurrens.
¶ Súma excurrit. Paulus in L.Publia Mæuia.ff.finali.ff.Depositi vel contra,Debetis mihi decem quos apud Titium deposuistis, Item κουτροφύσεν decemitem ex ratione patris vestri decem & quod excurrit. Id est decem aureos & aliquot denarios vel sestertios.Excurrere enim id dicitur,quod ordinem aut modum,id est mensuram,numerũve egredi tur.Cic.in Orat.103.de numeris oratoriis loquens, Mutila sentit quædam,& quasi decurtata:quibus tanquam debito fraudetur,offenditur. productiora alia,& quasi immoderatius excurrentia:quæ magis etiam aspernantur aures.Excurrentia appellat verba, quæ vltra rythmũ legitimum adducuntur.Hinc summa excurrens Latinè dicitur, quã lingua vulgaris ruptam appellat:vt quũ dicunt solidos fractos, id est bri fatos.Quadrans autem summa dicitur & solida,in qua nihil excurrit. Cic.3.Verr.65.Expensa Chrysogono seruo HS sexcenta millia,acce pta pupillo Malleolo retulit. Quo modo ex decies HS sexcenta sint facta:quomõ sexcenta eodẽ modo quadrarint:vt illa de Cn.Carbonis pecunia relicta HS sexcenta facta sint.quo mõ Crysogono,expensa

lata sint:cur id nomen infimũ,in liturajũ sit,vos existimabitis.Quadrant(inquit Pædianus)id est solida facta sint,vt nequi plus quicquã,neque minus sueniat in summa.vbi enim ratio sine fraude est,difficile est sexcenta quadrare & solidare,vel solida fieri,quin aut minus,aut plus aliquid reperiatur.Budæus in dicta L.Publia Mæuia.
Excursus,(ἐκδεδρομηκώς,) Participiũ ab Excurror.Teren.Adel.5.4.6.Propè iam excurso spatio,mittonid quamobrem,reipsa repperi.
Excursus,huius excursus,(ἐκδρομός,)Plin.epist.101.lib.5.Videt vt Arcturus minutissima etiam sydera consectetur & colligat:modũ tamen seruat.non enim excursus hic eius,sed opus ipsum est.
Excursus nauigiorum.Hirtius 4.bel.Alexand.75.
Breues excursus tentare.Virg.4.Georg.59.
Excursio excursionis,(ἐκδρομή,)Ipse excursẽdi actus. Cic.de Senec.17. Nec enim excursione,nec saltu vteretur.
Excursio militum.Cic.ad Attic.lib.1.14.2.Heluetii sine dubio sunt in armis,excursionesque in prouinciam facient.Idem in Catil.41. Et pro Lege Manilia,10.Quum vna excursio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre posslit.
Excursiones & latrocinia hostiũ. Ci.pro Deiot.15,Sed quibus fines suos ab excursionibus hostium & latrocinijs tueretur.
Infesta excursionibus Barbarorum via.Cic.de Prouinc Cons.3.
Excursiones inuicẽ facere.Liu.10.bel.Pun.46.Inde iaculis summoti, recurrere ad suos,inde excursiones inuicem fieri.
Breues excursiones. Scæuola in L.Mœnia.parag.vlt.ff.De annu.lega.
¶ Excursio orationis.Cic.2.de Diuinat.38.Sed hæc fuerit nobis tanquã leuis armaturæ prima orationis excursio,nisi cominus agimus,expectamurque si possimus cornua commouere disputationis tuæ.
Excursor,Verbale,(ἐκδρομητής,Qui excurrit.Cic.4.Philip.162.Effigi tur Quirites Pop.Roma.victori omnium gentium omne certamen est excursore, cum latrone,cum Spartaco. Idem 4.Verr.14.Petit Naeuius Turpio quidam istius excursor & emissarius.

Excuso, excusas,pen.prod.(παραιτέομαι, προφασίζω, ἀπολογέομαι,) excusare,Quasi ex causa detrahere, & absoluere:significatq; propriè obiectum crimen diluere. Plaut.Asin.4.4. Vxori excuses te.Cic.ad Attic.li.15.330.4.Atticæ meæ velim me ita excuses te,vt,&c.
Excuso me tibi in eo ipso in quo te accuso Cic.ad Q. fratrem,lib.2.6.1.
Nimis se aliquibus excusare.Cic.Attico,lib.9.185.6. Verùm(vt scribis) quum scimus,viris bonis me nimis excuso.
Excusare aliquem alteri per literas.Cic.Bruto,lib.11.15.1.Planco Collegæ mandasti,vt te mihi per literas excusaret.
Crimen excusare lachrymis.Stat.6.Thebaid.9.
Propinquitatem excusare.Cic.8.Philip.135. Quãquam is quidem antequam sententiam diceret,propinquitatem excusauit.
Excusatum me volo.Ci.5.Ver.72.His omnibus qui istius iniurias norũt, hoc est Pop.Roma.vniuerso,me vehementer excusatum volo,non negligentia mea fore vt multa præteream.
Excusare aliquẽ apud.Cic.ad Attic.lib.12.24.1.1,De me excusando apud Apuleium deberam ad te pridie literas.
Excusatum habeas me,rogo,cœno domi.Mart.lib.2.78.
Excusare de.Cæsar 4.bel Gal.43.Morinorum legati ad eum venerunt, qui se de superiorisi temporis consilio excusarent.
¶ Excusare aliquid,Est afferre in excusationem id quod peccandi causam præbuit.veluti si latrones aut flumina impedimẽto fuerunt, ne ad diem adesse possem.Quintil.in Pastu cadauerum, Tu tamen si interpellatus tẽpestatibus serius venisses, excusares mare & ambiguos flatus.Id est mare in excusationem adduceres.Liu.de Torquato,Oculorum valetudiné excusauit. Sic apud Plinium lib.26.cap.1.9. Excusare valetudinẽ.Plin. epist.7.2, Etenim sicut fas est mihi,præsertim te exigente,excusare Bethicis contra vnum hominem aduocationem.
Laborem excusare.Horat.1.epist.7.14. -ille Philippo
Excusare laborem,& mercenaria vincla,
Quòd non mane domum veniset.
Moras excusat fratri.Stat.12.Thebai.71.Ergo deis,fratriq; moras excusat,& amens Vt paulum,&c.
Tarditatem literarum alicuius excusare.Cic.Attico,lib.15.329.25.
Vires excusare.Ouid.14.Metam.92, -postquam mandata peregit, Auxilium petiit.vires Aetholius heros Excusat.
Excusari morbi causa.Cicc.ad Atticum,lib.12.248.2.Sed cura vt excuser morbi causa in dies singulos.
Excúsans,pen.prod.Participium,(παραιτούμενος,)Cicc.de Clar.Orat. 52.Cui tamen Lelius se excusans,nõ genero minori dixit se illud,sed maiori filiæ detulisse.
Verba excusantia dicere.Ouid.9.Metam.44.
Excusatio,Verbale.παραίτησις,πρόφασις,ἀπολόγημα,)Cicero de Amicitia,36. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Plaut.Asin.10.51.
Deo ne excusatio quidem est inscientiæ. Cic.3.de Nat.deor.138.
Oculorum excusatio. Cicero 2.de Orator.153. Vt ego qui in delectu Metello

Metello quum excusationem oculorum à me non acciperet,& dixisset, Tu igitur nihil vides?
Idonea & iusta excusatio.Cic.Tironi,lib.16.25.1.
Sapiens & probabilis excusatio.Cic.Attico,lib.8.160.2.Omnia sunt integra nobis:nihil prætermissum est quod non habeat sapientem excusationem,non modò probabilem.
¶ Accipere excusationem.Cicc.Cornificio,lib.12.25.7.Quod te mihi de Sempronio purgas,accipio excusationem. Ibidem,11.
Turpis excusatio minimè accipienda est.Cic.de Amic.38.
Afferre excusationem.Plancus Ciceroni,lib.10.4.1.Ego autem præteriti temporis excusationem afferro,quòd te profectum audieram,Vide AFFERO.
Defendere excusatione adolescentiæ,vitia alicuius.Cic.pro Cælio,34.
Defendit aliquem necessitatis excusatio.Cic.pro Rab.Posth.16.
Stuporis excusatione se defendere Cic.de Arusp.resp.4.
Deprecari excusatione summæ stultitiæ,summæ improbitatis odium.Cicero pro Cecinna,28.
Dare excusationem.Cecinna Ciceroni,lib.6.7.18. Sed vtrique rei excusationem,tuæ vitæ consuetudo dat.
Dare alicui iustam excusationem.Ci.6.Verr.111.Sappho,quæ sublata de Pyrgeo est,dat tibi iustam excusationem,propè vt concedendum at que ignoscendum esse videatur.
Coen excusatione errare posse.Matius Ciceroni,lib.11.28.13.
Eruere excusationem.Senec.de Benef.lib.2.cap.30.Non est quòd quisquam excusationẽ mentis ingratæ ab infirmitate atque inopia eruat. Id est Non te fingas inopem aut infirmum,ne ingratus videaris.
Legitimam excusationem habere.Cic.5.Philipp.174.
Pœtatis,necessitatis,& ætatis excusationem habere.Cic.pro Cælio,1.
Non habet excusationem stultitia.Cic.1.de Orat.61.
Parare excusationem ad aliquem.Cic.Attico,lib.12.24.3.Itaque idipsum dubito,an excusationem aliquam ad illum parem.Vide PARO.
Probare excusationẽ.Cic.in Orat.135.Nobis autẽ in scribendo,atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur.
Quærere excusationem.Cic.pro Rab.Perduel.reo,5.
Relinquere excusationem ad aliquem.Cic.Attico,lib.9.173.7.
Hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem.
Tegendi excusatione amicitiæ,consensio improborum non est, sed potius omni supplicio vindicanda.Cic.de Amic.40.
Valere apud aliquem excusationes alterius. Cic.pro Sylla,35.
Vti excusatione aduersus aliquos.Cicc.2.Offic.100. Vtendum etiam est excusatione aduersus eos quos inuitus offendas,quacúsque possis,quare id quod feceris,necesse fuerit,nec aliter facere potueris.
Tuperis excusatione vti Cic.Attico,li.10.103.3.Sed si mihi Qu.Axius in hac mea fuga HS XIII non reddit,quę dedi eius filio mutua,& vti tur excusatione temporis,&c.
¶ Excusatus,a,um,(παραιτητός,) Quintil.lib.7.excusatum esse rusticum, quem interfuerit iudicio.& Mart.lib.2.excusatum habeas me rogo, quòd domi.
Excusabilis,pen.prod.(παραιτητέος,) Aduerbium.Plin. epist.198. Licebit ruri esse,si meruerit,quod exoratus excusatius facies. Quintil.Et ferrilli videtur excusate.Id est citra culpam,ait Budæus.
Excusabilis & excusabile,pen.corr.(παραιτητός,) vt Crimen excusabile. Ouid.de Ponto,eleg.11.1.
Pars delicti excusabilis.Ouid.1.de Ponto,eleg.8.9.

Excutio, excutis,pen.corr.(ἐκτινάσσω,ἀποσφενδόνῶ,)excussi,excussum,Ab ex & quatio compositum,significat mouere, & dejicere.vt Excutiæ in terram literæ.Cic.2.de Natu.deo.135.
E manibus excutere aliquid.Perf.Sat.3.11.
Sed tremor inter vina subit,calidumque trientem Excutit è manibus.
Amplexus excutere.Ouid.9.Metam.11.
Arcus genos excutere.Ouid.3.de Arte,6.
Cæsariem excussit.Ouid.4.Metam.99.
Excutere alicui cerebrum.Plaut.Aulul.6.26.
-hem occidi.-E -quid ita?
M.Quia miſero mihi cerebrum excutiunt tua dicta soror,lapides loquentes.- Idem Capt.11.71.
Crastor lapidem non habere me,vtili mastigiæ
Cibos excutere,qui me insanum verbis concinnat suis.
Cerebrum excutiam,qui me insanum verbis concinnat suis.
Excutere elauum lapide.Plaut.Menæch.3.10.
Nam fœx catenis eximunt aliquo modo,
Tum compediti ianuam lima perterunt,
Aut lapide excutiunt clauum.Id est expellunt.
Excuti cursu,pro A proposito auerti.Virg.3.Aenei.Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis.
Delicias excutere.Claud.2.in Eutrop.50.
Delicias & ineptias aliquorum excutere.Cic.pro Cœlio,56.
Ab equis excuti.Ouid.in Ibin.117.
Excutere equitem dicitur equus.Liuius 8.ab Vrbe, 32.
Excutere feras cubilibus. Plin.in Paneg.134. Quæ enim remissio tibi, nisi lustrare saltus,excutere cubilibus feras, superare immensa montium iuga?
Flammas pectore excutere.Ouid.7.Metam.4.
Fœdus conceptum excutere.Virg.12.Aeneid.32.
Totum genus maledicti excussit calamitas.Cic.pro Domo sua,59.
Gladium moriturò excutere.Senec.de Benef.lib.3.cap.9.
Habenas excutere per colla iubasque.Ouid.5.Metam.81.
Iactationem verborum alicui excutere.Hoc est adimere,auferre.Cic.pro Sylla,17.Qui si attulerit nervos & industriam,mihi crede,excutient tibi istam verborum iactationem,& te ex somno sæpe excitabunt.
Excutere ignem.Plin.lib.16.cap.40.7. Quoniam ad excutiẽdum ignem non semper lapidis occasio est.
Ignem de crinibus excutit.Ouid.12.Metam.57.
Imperatores excutere. Cic.1.de Lege Agrar.64.Qui non modò reges, atque exterarum nationum homines, sed etiam Imperatores nostros excusserunt.
Iugum excutere,Nolle obedire. Tractum ab equis vel bobus aratoriis, qui dum arare nolunt,iugum excutiunt.Plin.in Paneg.11.Ergo fustulerant animos,& iugum excusserãt.Per metaphoram:pro eo quod est seruitutem expulerant & abiecerant.
Lachrymas excutere alicui,Prouocare aliquẽ ad lachrymas. Plaut.Capt. 7.60, -di vestram fidem,
Hominum ingenium liberare,vt lachrymas excutiunt mihi. Terent. Heau.1.1.115.Bene vale.M.& tu.C.lachrymas excussit mihi.
Excutere mentẽ alicui,Id est adimere.Plin.epist.18.b,Eram acturus adolescentulus adhuc,eram in quadruplici iudicio,eram contra potentissimos ciuitatis, atque etiam Cæsaris amicos:quæ singula excutere mẽtem mihi post tam triste somnium poterant.
Metum excutere de corde.Ouid.1.Fast.4. Deque meo pauidos excute corde metus.
Mœnia fundo excutiam.Stat.3.Thebaid.50.
Excutere oculos alicui,pro Deturbare de capite eruere. Plaut.Perf.13. 19.At ego tibi hoc continuo cyatho oculum excutiam tuum.
Ouos excutere visceribus,Id est abortum facere.Ouid.epist.11.9.
Pacem excusserat orbi.Lucan.lib.1.14.
Excuti patria.Virg.7.Aeneid.
Quinetiam patria excussos infesta per vndas Ausa sequi.
Pennas excussit Boreas.Ouid.6.Metam.141.
Querelas excutere.Claud.de bel.Get.54, -durate parumper
Inquit,& excussis mulieribus ore querelis,
Patorum tolerem us onus.
Quies terrore excutitur.Ouid.4.Fast.134.
Excutere rationem,vel examinare, Id est Conficere & subducere rationem militum.Plin.epist.151.2.Ego iussus à legato Consulari, rationẽ alarum & cohortium excutere,vt magnam quorundam,fœdamq; auaritiam,negligentiam paremi:ta huius summam integritatem,solicitam diligentiam inueni.
Risum excutere sibi.Horat.1.Serm.saty.4.7.
Sceptris excuti ab aliquo,Id est,à regno deiici.Ouid.4.Fast.40.
Excutere se.Terent.Phorm.4.1.20.
Quòd si fit vt me excutiam,atque egrediar domo,
Id restatnam ego meorum solus sum meus.
Dolor nimius excussit sensus mihi.Senec.Herc.Oeth.10.23.
Seram poste excutere.Ouid.1.Amorum,eleg.6.5.
Excutere seueritatem veterem.Cic.Dolabellæ,lib.9.10.4. Tu adeò mihi excussam seueritatem veterem putes,vt ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant?
Sitim excutere vndis.Senec.Herc.Oeth.8.10.
Somno excuti.Virg.2.Aeneid.61.
Soporem excutere.Ouid.11.136.
Studia de manibus excutere.Cic.pro Murena,27. Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur.
Tela excutere alicui.Ouid.2.Amorum,eleg.5.11.
Sus excussit venabula rostro.Ouid.10.Metam.142.
Verba fortia alicui excutere.Tibull,lib.2.
Excutere alicui vomitum.Plaut.Merc.11.15.
-tu osculere mulierem,
Vt ne ei aduenienis vomitum excutias mulieri.
Excutere,Commouere se,& spiritus omnes,sensusque suos ad intelligentiam colligere & excitare.quod fit quum res aliqua intellectu difficilis obiicitur nobis,Ci.2.Offic.107.Explica atq; excute intelligentiã tuam,vt videas quæ sit in ea specie forma,& notio boni viri.
Explicare & excutere verbũ aliquod.Cic.in Partition.68.Non enim argumentando hoc genus tractatur,sed tanquam explicãdo,excutiendoque verbo:vt si in reo,&c.¶ Et Quintil.lib.1.cap.5.excutere omne scriptorum genus,& lib.5.Hæc omnia Cicero excutit.
¶ Excutere aliquem,Scrutari & diligenter inquirere. Plaut.Aulul.10. 18.Quid abstaliisti hinc? S T.di me perdant, si ego quicquam abstuli,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Néve ego abstulisse vellem. E v. agedum, excutedum pallium. Suetonius in Claudio, Neq; ægrum quéquam visitauit, nisi explorato prius cubiculo, culcitrisque & stragulis prætentatis & excussis. Id est diligẽter contrectatis & diuentilatis, ne gladius intus esset. Cicero pro Rusc. Amer. 59. Nihil est Glaucia quod metuas, non excutio tesi quid fortè ferri habuisti, non scrutor. Plin. lib. 7. cap. 36. 1. A ianitore semper excussa, nequid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alens eam. Hec Budæus. Quintil. lib. 7. cap. 1. Excusserunt illi patrem, & aurum in sinu eius inuenerunt. Cic pro Murena, 24.

Conditionem excutere sue sortis. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 11.

Genus alicuius excutere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 4.

Si genus excutias, equites ab origine prima
Vsque per innumeros inuenietur auos.

¶ Excutere aliquid, Diligentius æstimare, & exactius aliquid expendere. Vlpianus in L. si mandauero. ff. Mandati, si tibi mandauero vt excuteres vires hæreditatis. Et paulò pòst, Si mandaui tibi vt vires excuteres eius cui eram crediturus. Cic. pro Plancio, 24. Facilis est illa occursatio & blanditia popularis: aspicitur, nõ attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. Id est non accurate æstimatur. Hæc Budæus. Cicero ad Quint. fratrẽ, lib. 1. 1. 16. Neq; enim mihi sanè placet, præsertim quum ii mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint, scrutari te omnes sordes, excutere vnumquéque eorum. Idem 1. Tusc. 21. 1. Hanc excutere opinionem mihimet volui radicitus. Idẽ 4. Tusc. 30. Et 1. Tusc. 139. Hoc igitur probè stabilito & fixo, illud excutiendũ est, vt sciatur quid sit carere.

¶ Excutere debitorem. Paulus, Nõ prius pupillus ad magistratus reuerti potest, quàm omnes tutores excussi fuerint. Id est quàm actiones tutelæ expertus sit an ab eis suum seruare possit. Budæus.

¶ Excutere aliquem, Spoliare, & pecuniis exhaurire. Cicero de Aruſp. respons. 34. Non ignouit, mihi crede, non: nisi fortè tibi esse ignotum putas, quòd te iudices dimiserunt excussum & exhaustũ, suo iudicio absolutum, omnium condemnatum. Id est exhaustum pecuniis quibus eos corrupisti, & (vt vulgo dicitur) deplumé te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt.

¶ Excutere, Eligere. Cic. 12. Philipp. Iuuentutem omnem ex tota Italia excussimus.

Excutiendus, Participium, (ἐκτινακτέος,) vt Puluis excutiendus digiti s. Ouidius 1. de Arte amandi, 30.

Rusticitas excutienda. Ouid. epist. 16. 38.

Quod male persuades, vtnam bene cogere posses:
Sic mea rusticitas excutienda foret.

Excussus, Participium, (ἐκτετιναγμένος,) Cic. pro Sylla, 35, Noli aculeos orationis meæ qui reconditi sunt, excussos arbitrari.

Agna excussa dentibus lupi. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 16.

Brachia excussa iactare. Ouid. 4. Metam. 120.

Lancea excussa lacertis. Lucan. lib. 3. 93.

Lumbi excussi. Propert, lib. 2. eleg. 17. 6. Barbarus excussis agitat vestigia lumbis.

Iguis elisus excussis nubibus. Ouid. 8. Meta. 68.

Rudentes excussos laxare. Virg. 3. Aeneid. 54.

Excussa togula. Martia. lib. 1. 177.

Excussi grandine Tusci. Plin. epist. 71. Tusci grandine excussi in regione Transpadana, summa abundantia, sed par vilitas nuntiatur.

Sedilia patuere excusso vulgo. Stat. 6. Thebaid. 90.

Pectore nostro excussus dicitur, cuius obliti sumus. Virg. 5. Aeneid. 136.

-piget incepti, lucisque, inosque
Mutatæ agnoscunt, excussaque pectore Iuno est.

Excusse, Aduerbium, (ἐκτετιναγμένως,) Senec. de Benef. lib. 2. cap. 17. Si cum tyrone & indocto non tam rigidè, nec tam excusse, sed languidius & in ipsam eius dirigentes manum remisse occuremus.

Excussorius, Adiectiuũ, (ἐκτινακτικός,) vt Cribra excussoria. Plib. li. 18. cap. 11. 6, Cribrorum genera Galli è setis equorum inueneres: Hispani è lino excussoria & pollinaria: Aegyptus è papyro atque iunco.

Exdorsuo, exdorsuas, (ἐκνωτόω,) exdorsuare, Dorsum confringere, dum apparantur pisces & exenterantur. Plaut. Aulul. 14. 1.

Dromo desquama pisces: tu Macherio
Congrum, murenam exdorsua quantum potes.

Execo, execas, pen. cor. execui, exectũ, (ἐκτομίω,) execare, ab ex & seco secas, Excidere. Colum. lib. de Arboribus, cap. 26. 3. Arborem quam inserere voles, serra diligenter execato ea parte quæ maximè nitida & sine cicatrice est: dabisque operã ne librum lædat. Cicero pro Cluentio, 148. Nam Stratonem quidem Iudices, in crucem actum esse execta scitote lingua.

Sanare & execare. Cic. Attico, lib. 2. 16. 13. Non minus probanda medicina quæ sanaret vitiosas parteis Reipub. quàm quæ execaret. Quædam exemplaria legunt exsecaret.

Armarii fundum execuit. Cic. pro Cluentio. 143.

Execare neruos vrbis, per translationem. Cic. pro Lege Agraria, 90. Neruis vrbis ossibus exectis, vrbem ipsam solutam ac debilitatã reliquerũt.

Execare medicina dicitur & sanare. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 13.

Execare pestem Reipub. Cic. pro Sestio. 119.

Exectus, Participium, (ἀπότμητος,) Cic. 2. de Natura deorum, 91. Nam vetus hæc opinio Græciam oppleuit. I. exectum cælũ à filio Saturno.

Cornu exectum. Horat. 1. Serm. saty. 5. 1.

Filius exectus. Paulos in Leg Anniculus admittetur. ff. de Verborum & rerum significatione. Falsum est eam pepetisse, cui mortuæ filius exectus est. Quædam exemplaria legunt extractus.

Virum execta iuuentus, Id est spadones. Lucanus lib. 10. 27.

Lingua execta. Lucanus lib. 2. 37.

Syluæ exectæ. Claud. 2. Paneg. 40.

Viscera execta viuæ strigis, Seneca Medea, 9. 13.

Exectus honore. Plin. epist. 36. Quid enim miserius, quàm exectum exemptumque honoribus Senatoribus, laboribus & molestia non carere!

Exectio, Verbale, (ἀπότμησις,) Cicero pro Cluentio, 143. Quum exectio illa fundi in armario animaduerteretur, quærebant homines quo nam modo fieri potuisset.

Execror, pen. corr. execrãris, (ἐναράομαι, κατοφλόμαι,) execrãri, Est verbis duris & execratione plenis imprecari. Cic. 1. Officiorum. 14. Itaq; accepimus Socratem execrari solitum eos, qui primum hæc natura cohærentia distraxissent.

Execrari & detestari, apud Liuium lib. 5.

Execrari, & malè precari. Cicero in Pisonem, 25. Tibi proficiscenti euenit, vt omnes execrarentur, malè precarentur, vnam tibi illam vtam & perpetuam esse vellent.

Rectè Socrates execrari eum solebat qui primus vtilitatem à natura seiũxisset. Cic. 1. de Legib. 49.

Odisse aliquem, ei pestem exoptare, & eum execrari. Cic. in Pis. 76.

Gentem execrari. Ouid. 14. Meram. 59.

Terram execrari. Virg. 3. Aeneid. 55.

Execrari, & inuocare furias alicui. Liuius 1. ab Vrbe, 264. Inter hunc tumultum Tullia domo profugit, execrantibus quacũque incedebat, innocantibusque parentum furias viris mulieribusque.

Execrari in caput. Liu. 9. bel. Maced. 211. Execratus deinde in caput regnumque Prusiæ, & hospitales deos violatæ ab eo fidei, testes inuocans, poculum exhausit.

Execrans, pen. cor. (ἐπαρατός,) Participium. vt

Verba execrantia edere. Ouid. 5. Metam. 21.

Vota execrantia nomen alicuius. Ouid. in Ibin, 19.

Execratus, pen. prod. (κατάρατος.) nomen ex participio: vt execratissima auguria. Plin. lib. 8. cap. 2. 17.

Ciuitas execrata. Horat. Epod. 16. 4: & 8.

Execratum mãlum odore & amaritudine, Hoc est ingratũ vel gustu vel odore. Plin. lib. 13. cap. 16. 3. Alia est arbor eodem nomine mãlum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitum.

Execrandus & detestabilis, (ἐπάρατος,) Cic. 2. Philip. 76. Deinde quum Pompeii sector, non te execrandum Pop. Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & inimicos, & futuros scias?

Execranda res atque pessima. Plin. lib. 7. cap. 13. 2.

Execrabilis, & hoc execrabile, penult. corr. (βδελυκτός,) Detestandem & abhorrendum. Liuius 1. bel. Maced. 66. Præeuntibus execrabile carmen sacerdotibus. Id est quo se deuouent.

Odium execrabile. Liu. 6. bel. Pun. 67. Vetus atque vitrata res est, in oppugnanda hostium vrbe, labores ac pericula patitillud iræ atque odii execrabili is indicium est. Sic lib. 9. ab Vrbe, 134.

Execrabilis, pro duro. Plin. lib. 9. cap. 48. Sed nullum vsquã execrabilius quàm radius per caudam eminens, &c.

Execratio, Verbale, (ἀρά, κατάρα, ἄρησις, βλασφημία,) Sala. in Catil. Fure ea tempestate qui Catilinã oratione habita dicerent, quem iurare dum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguine vino permistum in pateris circuntulisse inde quum post execrationem omnes degustauissent (sicuti in solennibus sacris fieri cõsueuit) aperuisse sui consilium suum, atque eò dictam rem fecisse, quo inter se magis fidi forent alius alii. Significat Salustius, Catilinam cum suis dira quædam verba & imprecatoria protulisse, quibus caput suum deuouerent, hoc est (vt vulgus loquitur) maledictionem quandam execrabilem fecisse: cui esset obnoxius siquis in ea coniuratione fidem falleret, proditorque esset.

Fides, execratio, dextræ, & complexus. Cic. 7. Verr. 82.

Malum omen & execratio. Cic. pro Sestio, 60. Exierunt mali omnibus atque execrationibus duo vultur ii paludati.

Execrationem obtestationemque in aliquos componere. Liu. 6. bel. Pun. Acarnanes à xv. ad lx. annos coniurant, nisi victores se tum redituros qui victus acie excessisset, eum nequis vrbe, tecto, mensa, lare reciperet. Diram execrationem in populares, obtestationemque, quam sanctissimam poterunt, aduersus hospites componerunt.

Cautione, fœdere, execrationea liquem deuincere. Cicero pro Sestio, 12. Hunc vir clarissimus mihique multis repugnantibus amicissimus Cn. Pompeius

Pompeius omni cautione, fœdere, execratiõe deuinxerat, nihil in Tribunatu contra me esse facturum.

Habet execrationem lex. Cic. Attico, lib. 1. 13. 3. Habet etiam Campana lex execrationem in coitione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur atque vt ex legibus Iuliis.

Execrationibus publicis sancitum. Cic. 3. Offic. 71. Quid enim est aliud quàm viam erranti nõ monstrare (quod Athenis execrationibus publicis sancitum est) si huic non est emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere!

Exedo, exẽdis, pen. cor. vel Exedo, exes, exẽdi, exẽsum, pen. prod. (ἐξεσθίω, κατέδω,) exẽdere, Consumere. Plin. lib. 26, Nascũtur quoque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Terẽt. Phorm. 2. 4. Tibi omne est exedendum.

Exedere, lacerare, conficere. Cic. 3. Tusc. 48. Lacerat, exest animum, planeque conficit. De ægritudine.

Aegritudines exedunt homines. Cic. 5. Tusc. 25.

Ardor flammeus exederat syluas. Lucret. lib. 5. 252.

Labor exedit homines. Valer. 4. Argon. 93.

O vbi nunc regni, generisque vbi gloria? quàm te
Exedit labor, & miseris festina senectus!

Malum exedit artus penitus. Senec. Herc. Oeth. 9. 20.

Mors lenta iacentis exedit puerile decus. Stat. 2. Syl. 1. 31.

Tuæ exedunt caput. Claud. 1. in Eutrop. 23.

-miserabile turpes Exedère caput tineæ.

Vincula ferri exedère senem, longusque in carcere pædor. Lucanus li. 2. 15.

Virus exedit artus. Senec. Herc. Oeth. 7. 35.

¶ Exedere aliquem. Plaut. Curcul. 2. 45. Nimis formido ne exedat. P H. odiosus es. Terent. Heaut. 3. 1. 53. Quid te futurum censes quem assidue exedent?

Angor illum exest. Lucret. lib. 3. 202.

Sed Tityas nobis hic est, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor.

Cura exedit medullas. Catull. de coma Berenices, 61. 5.

Exedant animos mœrores, conficiuntque curis. Cic. 1. de Fin. 89.

Vrbem exedere odiis. Virg. 5. Aeneid. 156.

Non medea de gente Phrygum exedisse nefandis
Vrbem odiis satis est.

Exedi. pen. corr. Pallium. Cice. 1. de Finib. 80. Quòd siqui satis opibus hominum sibi contra scientiam septi esse & muniti videntur, eorum tamen animos horrent, easque ipsas solicitudines quibus eorũ animi nocles dies que exedantur, à diis immortalibus supplicii causa importari putant.

Exedor miser. Plautus Epid. 7. 1. Expectando exedor miser, atque excrucior.

Exẽsus, pen. prod. (ἐξεσθιόμενος,) Participium. Cicero 5. Tuscul. 93. Apparebit epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatum esse.

Exesus. Valer. 2. Argonaut. 18.

Exesa. Cicero in Topicis, 8. Si ædes exesæ corruerint, vitiúmve fecerint.

Antrum exesum Senec. Thyeste, 1. 15.

Antrum exesæ arboris. Virg. 4. Georg. 9.

Exesæ fruges in horreo ventilentur. Colu. lib. 1. cap. 6. 11.

Sint exesi ligones. Claud. 2. Paneg. 39.

Mores exesos. Virg. 4. Georg. 69.

Pila exesa rubigine. Virg. 1. Georg. 99.

Femex exesus. Ouid. 4. Fast. 93.

Rupes exesæ. Lucanus lib. 3. 46.

Scopuli exesi. Senec. Herc. fur. 2. 6.

Exẽsor. pen. prod. (ἐξέσθων,) Verbale: vt Aestus æquoris exesor murorũ circum littora. Lucretius lib. 4. 45. -æstus ab vndis
Aequoris exesor murorum littora circum. Idem lib. 6. 186. hæc eadem.

Exedra, exedræ, pen. cor. (ἐξέδρα,) quid sit docet Vitruuius libro 5. Constituatur autem (inquit) in tribus porticibus exedræ spatiosæ habẽtes sedes in quibus philosophi, rhetoresque, ac reliqui, qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. Cic. lib. 5. de Finib. Hoc autem tempore, etsi multa in omni parte Athenarum sunt in ipsis locis indicia summorũ virorum: tamẽ ego illa moueor exedra. Modò enim fuit Carneades, quem videre videor. est enim nota imago: à sedeque ipsa tã ingenti magnitudine orbata desyderari illam vocem puto. Verba sunt Ciceronis fingentis dialogum suum in Academia Atheniensi habitum, vbi Academici disputare olim soliti erant. Idem de Prouinciis Consularibus, 12. Itaque ille alter aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in exedra helluatur. Verba sunt Pisonem mordaciter taxantis. quasi sub obtentu philosophiæ cum Græculis in exedra, id est in loco disputationum pergræcaretur, ad est perpotaret, verius, quàm cũ Græcis differeret. Ex antiquo codice in postremo Ciceronis exemplo legitur, in orchestra helluatur. Exedræ hodie dici possunt loca quæ in peristyliis canonicorum aut monachorum, id est claustris, (vulgò capitula dicunt) fieri solent. Exedra enim Græcè, à sedium frequentia, & sessitandi commoditate nomen accepit. Budæus.

Exedrarum vsum frequentem fuisse apud Romanos, his verbis docet Cicero lib. 1. de Natura deorum, 15, Nam quum ferijs Latinis ad eum ipsius rogatu, accessissemus, offendi eum sedentem in exedra, & cum Caio Velleio Senatore disputantem. Hic autem pro cellula studiaria accipi videtur, in qua grabatulus ad meridiandum accommodatus esse solet. Quo modo & apud eundem Ciceronem in tertio de Oratore, de meridiana enim quiete loquens, quum dedita (inquit) opera quiescentibus aliis in eam exedram venissem in qua Crassus lectulo posito recubuisset: quumque eum in cogitationem esse defixum sensissem, statim recessisse, atque in eo silentio duas horas fere esse consumptas.

Exemplum, exempli, (παράδειγμα, ὑπόδειγμα,) Res quæ nobis aut vitanda, aut imitanda proponitur, authore Festo. Valla autem lib. 6. Exemplum (inquit) est ipsa res quam imitamur: aut (si ita fors tulerit) deuitamus in aliquo. Ille autẽ in quo sunt virtutes vel vitia, exemplar dicitur. Cic. 7. Verr. Vetus est quod dicã, & propter feueritatem exempli nemini forte fortasse vestrum inauditum, L. Domitium prætorem in Sicilia. &c. Idem 4. Verr. 27. Nullius apud te grauis authoritas? nullum exemplum quod sequi velles?

Innocentiæ exemplum vir. Cic. 1. de Orat. 116.

Vitiorum exempla. Horat. 1. Serm. saty. 4. 22.

¶ Clara & illustria exempla. Cic. 2. de Diuinat. 12.

Deforme exemplum. Tacit. lib. 3. cap. 7. 15.

Domestica vitiorum exempla. Iuuen. Satyr. 14. 4.

Detestabile exemplum. Iuuenal. Saty. 2. 5.

-non erit vllum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.

Honesta exempla ludendi. Cic. 1. Offic. 147. Suppeditant autem & campus noster & studia venandi, honesta exempla ludendi.

Immensum exemplum, Vide Adducere in crimen post CRIMEN. Plin. lib. 28. cap. 2. 3.

Leue exemplum. Ouid. epist. 23. 6.

Nobiliora exempla. Claud. de laude Serenæ, 22. 30.

Nouissima exempla, Vide NOVVS.

Pari exẽplo. Ouid. 3. Metam. 12. Exemploque pari furit omnis turba.

Perniciosum exemplum Cic. pro Flacco. 19. In hoc ego reo nequod pernicioſum exemplum prodatur, pertimescam?

Exemplum pestimi. Liu. 2. ab Vrbe. 238. Sub hac pessimi exempli victoria delectus editur.

Venerabile exemplum morum. Ouid. ad Liuiam. 3.

Sine exemplo tempora. Quintil. lib. 10. cap. 2. Quid enim erat futurum tẽporibus illis quæ sine exẽplo fuerunt, si homines nihil nisi quod iam cognouissent, faciendum sibi aut excogitandũ putassent? Hoc est, quibus temporibus nulla adhuc similia fuerant.

Si meum exemplum esset: Hoc est, si primus illud excogitassem. Martialis lib. 1. 29. Lasciuam verborum licentiam, id est epigrãmatõn linguã excusarem, si meum esset exemplum: sic scripsit Catullus, sic Marius, sic Pedo, sic Getulicus, sic quicunque perlegitur.

¶ Ad illud exemplum fit. Plaut. Milit. 10. 161.

Quod eorum causa obsonatum est culpant, & comedunt tamen.

PA. Pitpol illud ad illud exemplum. vt docte & perfectè sapit. Id est procul dubio ita fit vt dicis.

Quod ad exemplum est, coniectura si reperire possumus? s. ad hoc exemplum est. Id est qualis, qua facie est, quo statu corporis, & cui similis. Plaut. Trinum. 13. 73.

Ad exemplum ambarum, mores earum existimans. Terent. Hecyra. 1. 2. 88. -postquam & ipse sese
Et illam & hanc, quæ domi erat, cognouit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum existimans, &c. Vbi Donatus, Quasi ad imaginem & collationem, & speciem comparationis.

Melioribus exemplis addere se, Id est eos sequi qui res suas melius administrarint. Claud. 4. Paneg. 12.

Capere exemplum de aliquo. Terent. And. 4. 1. 27. Quid isthuc tam mirum est, si de te exemplum capit? Vbi Donatus, Vtrum, si te imitatur, an si de te exigit pœnas?

Docere aliquem exemplo. Ouid. 1. de Remed amor. 11.

Expetere exemplum. Plaut. Mostell. 3. 14.

Aedes quum extẽplo paratæ, expolitæ, factæ probè, ex amussim, Laudãt fabrum, atqi ædeis probant: sibi quisq; inde exemplum expetunt,
Sibi quisque simile sumit.

Exemplo alicuius facere. Terent. in Prolo. Heaut. 20.

Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi

Licere id facere, quod illi fecerunt, putat. Plin. epist. 7. lib. 2. Facit hoc Homerus, multique eius exemplo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exemplo facere.Cic.4.Verr.70. Et in sermone multis demonstraret licere nomen recipere absentis:se exemplo fecisse id quod fecisset.
Authoritate & exemplo alicuius facere aliquid.Cic.pro Corn.Balbo,24.
Cuius authoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio & cõmunicatio ciuitatis. De Romulo.
Exemplo atq; instituto veteri optimi cuiusq; facere. Cic.pro Sylla.37.
Nullo exemplo aliquid facere, Id est nouum aliquid facere & inauditũ. Cicero de Senect.41, Delectabatur crebro funali & tibicine,quæ sibi nullo exemplo priuatus sumperat,tantũ licentię dabat gloria. Liuius in principio 4.bel.Maced.Statuere apud animum meum possum verũ peior ipsa res,an peiore exemplo agatur. Id est vt vulgò dicunt,cum maiore scandalo. Budæus
Nouo exemplo aliquid facere, Idem Lętulus ad Senatum, lib.12.15.15. Binæ profectò erant ad Dolabellam legationes eorum:& quidem nouo exemplo,& contra leges eorum.Cic.5.Verr.96. Verùm vt hac ipsa ratione summam mei promissi compleam,ad singula medimna multi HS.duo,multi HS.quinq; accessionis cogebantur dare: qui minimũ, singulos nummos.hoc minimum vt sequamur,quotiã x c. medimnas duximus,accedant eo nouo pessimoque exemplo ad HS.x c.millia. Idem ad Sulpitium,lib.4.3.6,Quod exemplo fit,id iure fieri putatur.
Exemplum habere. Plaut.Milit.10.43.Quum apud te exemplum experiundi habeas,non eges foris.
Domesticum exẽplum ad imitandum habere.Cic.pro Murena,60.
Imitari exemplum alicuius.Plin.epist.131. Nec verò coguntur imitari meum exemplum:non enim illis eadem cum Corelia iura sunt.
Instituere exemplum:reducere exemplum,Vide INSTITVO.
Monere aliquem ad exemplum alicuius,Id est hortari aliquem ad imitationem alicuius.Stat.5.Sylu.1.25.Ille dapes modicas, & sobria pocula tradit, Exemplumque ad herile monet.
Mala exempla mouere.Ouid.2.de Arte aman.116.
Nocere exemplo plus,quàm peccato.Cic.2.de Arte aman.116.
Fortitudinis,& iustitiæ exemplum ab aliquibus petere.Cice.3.Offic.20. Et pro Deiotaro,19. Neque eum virum,vnde pudoris pudicitiæque exempla peterentur.
Pingere exemplum.Plaut.Pœnulo,18.101.
Di deæque omnes vobis habeo meritò magnas gratias,
Quum hac me lætitia tanta & tantis affecistis gaudiis.
Hinc exemplum vt pingeretis.nam alios pictores nihil moror.
Exemplum præbere. Liuius 2.bel.Macedoc.91.Satis exemplorum nobis alienæ clades præbent:ne quæramus quemadmodum cæteris exẽplo simus.
Graue exemplum præbere.Horat.4.Carm.ode.11.6.
Propositum alicui exemplum ad imitandum.Cic.pro Mur.61.
Ad vnum exemplum & regulam omnes quære.Cic.in Sallust.2.Primùm igitur quoniam omnium maiores Crispus Sallustius ad vnum exemplum & regulam quærit,velim mihi respondeat,&c.
Reperire exẽplũ.Plin.Musle.3.5, –hominẽ cuius rei Quando natus,est similem esse arbitrarer,simulacrumq; habere, iam Id repperi exẽplũ.
Scripta pluribus exemplis.Ouid.1.Trist.eleg.6.5.
Quę quoniam non sunt penitus sublata,sed extant,
Pluribus exemplis scripta fuisse reor.
Exemplum statuere in aliquo.Terent.in Prologo Heaut.51,
Exemplum statuite in me,vt adolescentuli
Vobis placere studeant potius,quàm sibi.
Exemplo esse alicui:Hoc est aliquid facere quod alii subinde imitentur. Terent.Heaut.5.1.47,
Non tu te cohibes?non te respicis?
Non tibi exemplo satis sum? Propertius lib.2.eleg.16.6. Exemplo iunctæ tibi sint in amore columbæ.
Exemplo sibiipsi esse.Plinius epist.176.Statim sapiunt,statim,sciunt omnia, neminem verentur,imitantur neminem,atq; sibi ipsi exẽplo sunt. Cic.de Amicitia.68.Carent amicitia per se,& propter se expetita,nec sibi ipsi exemplo sunt. Liu.4.ab Vrbe.246.Cic.de Claris Orat.131.
Exemplum sumere.Terent.Adelph.3.3.62, –sit sedulò,
Nihil prætermitto,consuescio.denique
Inspicere,tanquam in speculum,vitas omnium
Iubeo,atq; ex aliis sumere exemplum sibi.Cicero de Amicitia.33.Earum rerum exemplum ex similitudine capiebat imentis ætatis.
Tangi exemplo.Ouid.epist.15.66,
Nam sequar Aegidæ factum,fratrumque tuorum.
Exemplo tangi non propiore potes.
In exemplum venire.Ouid.4.Fast.40,
Venit in exemplum furor hic,mollesque ministri
Cædunt taetatis vilia membra comis.
¶ Exempla,pro præiudiciis,apud Quintilianum accipiuntur,vt iurisperitis. Budæus.
¶ Exemplo vnoId est similimodo,& genere.Plaut.Milit.10,131.O lepidum caput:ita me dii deæque ament,æquum fuit
Deos parasse,vno exẽplo ne oẽs vitã viuerent. Idem Bacch.11.11.
Multi more isto atque exemplo viuuntiquos quum censeas
Tibi amicos,reperiuntur falsi falsimonii.
¶ Exemplum, pro forma & eo quod in literis continetur.Vulgus copiã vocat.Sallustius. Literas quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat, earum exemplum infra scriptum est. Paulus Iureconsul.Si legatum certum petatur,non iubet Prætor verba testamẽti edere.ideo fortasse,quia hæredes solent habere exemplum testamenti.Cic.Attico,Epistolam ad me Cæsaris ostendi, eam cuius exemplum ad te antemisi, &c. Ex Valla libro 6.Idem Cicero Attico,libro 7.epist.4. Cęsaris literarum exemplum tibi misi.
Literarũ quarũdam exemplum cõponere.Cic.pro Lege Agraria,17.
Exemplo eodem literæ binæ:Id est eiusdem formæ,inquit Valla lib.6. Cic.ad Q. fratrem,lib.2.14.4.Misi ad Cæsarem eodem exemplo literas. Idem Cornificio,lib.12.29.13.Hæc ferè ad eas literas quas eodẽ exemplo binas accepi. Idem Seruio,lib.4.4.1, Licet eodem exemplo sæpius tibi huius generis literas mittam. Idem Planco, Binas à te accepi literas eodem exemplo.
¶ Exemplum & imago antiquitatis.Cicc. pro Sestio,14.Vnum aliquem te ex barbatis illis,exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen Reipub.diceres intueri.
Animale exemplum. Cicc.1.de Inuent.123. Præbere igitur mihi quæso,inquit, ex istis virginibus formosissimas dum pingo id quod pollicitus sum vobis, vt mutum in simulacrum ex animali exemplo veritas transferatur.
¶ Exempla(inquit Donatus)Pœnæ dicuntur, quæ possunt cæteris documento esse.Plaut.Mostel.15.66.Exempla ædepol faciam ego in te.
Terent.Adelph.5.1.9.
Túne si meus esses? sdis quidem esses Demea,
Ac tuam rem constabilisses.D.exemplum omnibus
Curarem vt esses.S.quamobrẽ quid feci?D.rogas?Idem Eunu.5.5.4.
Miseret mei itaque, vt ne viderem, misera huc effugi foras:
Quæ futura esse exempla dicunt in eum indigna? Idem Phor.4.4.7.
Vt te quidem omnes dii,deæque,superi,inferi
Malis exemplis perdant.
Recentis exempli terror.Claud.2.in Eutrop.110.
Nullum earum exemplo nephas.Senec.Hippol.4.40.
Cauere exemplo aliquid.Ouid.10.Metam.136,
–subitam conuertor in iram,
Contemptuque dolens,ne sim spernenda futuris
Exemplo caueo:meque ipsam exhortor in ambos.
Edere exempla in aliquem.Terent.Eunuc.5.7.21.Vterque in te exempla edeut. Vbi Donatus,Noua ac mira tormenta quæ pro exemplis narrantur,aut quæ documenta sint cæteris, ne delinquant, exempla dicuntur. Cic.ad Q. fratrem,lib.1.2.7, Simile in superiore parte quinciæ edere exemplum seueritatis ruæ,& idcirco Teuxin elucere omni ratione voluisse. Cæsar bel.Gall.lib.1, Obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere,& in eos omnia exempla cruciatusq; edere, si quæ res non ad nutum aut ad voluntatem eius facta sit.
Metuere exemplum.Ouid.5.Metam.14.Finitimi exemplum meruunt. Id est verentur ne idem faciam illis,quod patri feci,& meis ciuibus
Premi suo exemplo.Senec.Here furen.1.24.
Quod quisque fecit patitur:aut authorem scelus
Repetit suoque premitur exemplo nocens.
Statuere exemplum in aliquo,Vide STATVO. Cic.4.Verr.77.
¶ Exemplum quod adhibetur rei aut probandæ aut ornandæ causã. Vnde pars probationis vocatur ab exemplis. Ex Valla libro 6. Quintilianus lib.10.cap.2.iis quæ in exemplum assumimus,subest natura & vera vis.
Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius. Cice.in Offic.& pro Rosc.Amer.16. Sueton.in Tiberio,cap.67. Sed exempli causa cauendum,ne se Senatus in acta cuiusquam obligaret. Idem in Claudio, cap.11, Tribunis modò ac Centuriombus paucis è coniuratorũ in Cium numero interemptis,exempli simul causa, & quòd suam quoque cædem depoposcisse cognouerat.
Exempli gratia.Plin.lib.2.cap.17.6. Multa ipsi ampliùs circa hæc possunt secreta naturæ legesque,quibus ipsa seruiat. Exempli gratia Martis sydere,cuius,&c.Et cap.41.ad finem, In his quidam mille sexcentas annotauere stellas, insignes videlicet effectu,visuve. Exempli gratia: in cauda Tauri septem,quas appellauere Vergilias, in fronte Suculas,&c.
Definitiones & exempla.Cic.3.de Orat.116.Quæ quidem te Crasse video,inquit Cotta, quòd nota nobis putes, sine definitionibus & sine exemplis effudisse.
Familiarib exempla.Quintil.lib.7.cap.3.13.
Mediocre exemplum.Quintil lib.4.cap.1.5.
Perspicuum exemplum.Cic.1.de Inuen.100.
¶ Exemplum continentiæ. Terent.Adel.1.1.65, –enimuero speclatum satis Putabam,& magnum exempli continentiæ. Idem Adel.5.1.5. Illud si vide exemplum disciplinæ. Sic Exemplum innocentiæ

sit apud Cic.lib.1.de Oratore,
Singularis exempli vxor.Plin.libro. 9.epist.ad Geminium,Graue vulnus Maximus accepit. Amisit.vxorem singularis exempli, etiam si olim fuisset.
Singularis exempli iuuenis.Quinti.in Corpore proiecto,Parum est quòd iuueni singularis exempli,causa mortis fui.
Rarissimi vxor exempli.Quintil.in Corpore proiecto.
Exempli mulier. Quintil.in Corpore proiecto, Iam inimici mei triumphant,iam passim loquuntur:illa exempli mulier,illa seculi decus, virum redimi noluit,nec filium sepelri.
Sub exemplo.Plin.in Panegyr.Licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari:& futuros sub exemplo præmonere, nullum locum,nullam esse tempus,quo funestorum principum manes à posterorum execrationibus conquiescant. Hoc est, proposito exemplo Neronis,Domitiani,& similium. Ibidem, Iam quàm antiquum,quàm Consulare, quòd triduum totum Senatus sub exemplo tui sceleris,quum interea nihil præter Consulem ageres.Hoc est ad imitationem tui.
Interest exempli.Plin.lib.9.epist.ad Quadratum,Verùm hæc,affirmare non ausim.Interest tamen exempli,vt vera videantur.
Refert exempli.Plin.lib.9.epist.ad Geminium,Quisquis ille, qualiscunque,sileaturiquem insigoire,exemplimon insignire,humanitatis pluribus refert.
Pertinet ad exemplum.Plin.lib.10.ad Traianum,Quid ergo debeam sequi,rogo.Domine scribas:præsertim quia pertinet ad exemplum.Rursus ad eundem,Ego quum dandam dilationem,& consulendum existimarem in re ad exemplum pertinenti:dixi vtrique parti,vt postulatio nem sua rum libellos darent. Sic lib.6.ad Quadratum.
Vsque in exemplum.Quintil.in Sepulchro incantato,Et quia longũ est officia præterita debitæ pietatis agitare:illo ipso lãgore quo filius eadem illud & fragile corpus amittit,quàm perdite mulier & vsque in exemplum,modò super ora pallentis infælices lacerabat oculos,nunc sicca frustra vbera querebatur,nunc.&c.
¶ Exemplum,rem ornatiorem facit,quum nullius rei nisi dignitatis causa fiunitur. Apertiorem,quum id quod sit obscurius, magis dilucidum reddit.Probabiliorem,quum magis verisimilem facit.Ante oculos ponit,quum exprimit omnia perspicuè,vt res dicta propè manu tentari possit.Author ad Herennium,lib.4.128.
Adingere exempla rebus.Cic.1.de Orat.93.
Agere exemplis,Vide AGO.
Cipere exemplum ex similitudine aliqua.Cic.de Amic.33.Atque earũ rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis,&c.
Confirmare aliquid exemplo aliquo.Cic.1.de Diuinat.112,Diuinare autem morientes,illo etiam exemplo confirmat Posidonius,&c.
Facere exemplum.Quint.lib.5.cap.12.3.Et ipse prosititaturus, exemplũ non fecerat,quod in se fortasse recidat,facit.
Fingere sibi exempla.Quintil.lib.1.cap.5.7.
Imitatione exemplum ad imitationem.Quinti.lib.5.cap.7.19.Siquod tam non exemplum ad imitationem monitrandum est.
Ponere exemplum ex diuerso.Quintil.lib.1.cap.5.28.
Ponere exempla ex aliqua scientia.Cic.in Topic.29.
Subiicere aliquid in exemplum.Sueton.in Tiberio,cap.21.Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subiecti.Hoc est exempli causa.
Vniuscuiusque rei exemplum supponere.Cic.2.de Inuent.137.
Vti exemplis grandioribus.Cic.1.de Diuinat.71.Declarant illa quidem acumen interpretis,sed exemplis grandioribus decuit vti.
Inter exemplum & testimonium hoc interest.Exemplo demonstratur id quod dicimus cuiusmodi sit.Testimonio esse illud ita vt nos dicimus, confirmatur. Præterea oportet testimonium cum re conuenire: aliter enim rem non potest confirmare.Author ad Herenn.lib.4.142.
¶ Exemplum,pro eo quod vulgus monstram vocat.Author ad Herenn. lib.4.147.Siquis purpuram aut aliud quippiam vendens,dicat,Sume à me:sed huius exemplum alunde rogabo,tibi quod ostendam. Si mercedes spsi qui venditant,aliunde exemplum quærit:tent aliud mercis,acceptent te dicant tritici habere,& eorum exemplum pugno non habeant quod ostendant.
¶ Exemplum pro chirographo,aut exemplari,quod ex aliquo scripto describitur.Plaut.Pseud.9.58.
Tu epistolam hanc à me accipe,atque illi dato
Nam tibi e symbolum est inter herum meum & tuum de muliere. P.Scio equidem,vt qui argentum afferet,atque expressam imaginẽ Suã huc ad nos,cum eo aiebat velle mitti mulierem:
Nam hoc quoque exemplum reliquit eius.
¶ Exemplum,Id quod aliquando fuit.Tacitus, Omnia quæ nunc vetustissima creduntur,noua fuere:inuecta fuisset hoc quoque,& quod hodie exemplis tuemur,inter exempla erit. Plin.lib.28.cap.9.3. Sunt inter exempla qui asinino lac bibendo liberati sunt podagra,chiragraue. Id est Scriptum legimus,aliquos liberatos fuisse.
Inuenitur inter exempla.Vide INVENIO.
In exemplis authoritatem habet antiquitas.Cic.in Ora.96. Habet autem vt in ætatibus authoritatẽ senectus,sic in exẽplis antiquitas, quæ quidem apud meipsum valet plurimum.
Exemplum, est alicuius facti,aut dicti præteriti cum certi authoris nomine propositio.Author ad Hereno.128.
Monimenta rerum gestarum & vetustatis exempla,Oratori nota esse debent.Cic.1.de Orat.100.
Cõmemoratio antiquitatis exemplorumq; prolatio,summa cum delectatione & authoritatem orationi affert & hidem.Cic.in Orat.66.
Est in exemplis.Plin.lib.2.cap.100.Est in exemplis,Dionysio Siciliæ tyranno,quum pulsus est ea potentia,accedisse prodigium,vt vno die in portu dulcescerer mare.
Exemplar,exemplãris,pen.prod.n.g.(ἀντίτυπον,ἐχέτυπον,πρωτότυπον,ἀντιγραφή,)Ille dicitur in quo sunt virtutes,vel vitia:vt Cato fuit exemplar virtutis,Catilina verò iniquitatis.Plin.in Paneg.97. Non te ad exẽplar eius voco,qui cõsulatibus fecerat longum quendam & sine discrimine inutilis te confero quos certũ est,quoties Consules fuerunt,non sibi præstitisse.Horat.2.epist.1.12. Plautus ad exẽplar Siculi properare Epicharmi.
Vitæ morumque exemplar.Horat.in Arte,64,
Respicere exemplar vitæ morumque iubebo
Doctum imitatorem,& veras hinc ducere voces.
Ingens exemplar.Senec.Herc.Oetheo,14.20,
–matribus miseris ad hue
Exemplar ingens deerat:Alemene dabit.
Vtile exemplar.Horat.1.epist.2.4.
Sui aliquod exemplar intuetur qui amicum intuetur. Cic.de Amicit.22.
Decipit exemplar vitiis imitabile.Horat.1.epist.20.4.
Imitari exemplar.Cic.de Vniuers.7.
Proponere alicui exemplar.Horat.1.epist.2.4,
Rursus quid virtus,& quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlyssem.
Proponere sibi exemplar speciem aliquam.Cic.de Vniuers.5.
¶ Exemplar,pro eo quod ex aliquo scripto trãscribitur,vulgus duplum vocat.Plin.epist.191,exemplar testamenti,quanquam mendosum,misi tibi. Suet.de Claris grammaticis,24.Multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere & adnotare curauit. Plancus Ciceroni, libro 10.21.7,Exemplar eius chirographi Titio misi. Asinius Pollio Ciceroni,lib.10.31.17.Ex literis quas Pansæ misi, cognosces omnia: nam tibi earum exemplar misi.
Græca exemplaria.Horat.in Arte,55.
¶ Exemplar,pro exemplo positum legitur,ita vt parum inter se differãt exemplum,& exemplar.Cic.de Oratore,Illa oratio fuit mihi exẽplar bene dicendi. Quint.in 10.Cornelius autem Seuerus etiam si versificator quàm poeta melior:si tamen(vt est dictum)ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset,vendicaret sibi secundum locum. Cicc.pro Murena,61.Domesticum te habere dixisti exẽplum ad imitandum.est illud quidem exemplum tibi propositum domi,sed tamẽ naturæ similitudo illius ad te magis qui ab illo ortus es,quàm ad vos quenque nostrum peruenire potuit: ad imitandum verò tam mihi proposititum exemplar illud est, quam tibi. Hæc ex Valla libro 6. Legitur in postremo loco Ciceronis etiam exemplum Idem Cicc. ad Atticum,lib.4.14.1.
Exemplãre,pen.prod.(ἀντίτυπον,)pro Exemplar.Lucret.lib.2.25.
Duntaxat rerum magnarum parua potest res
Exemplare dare,& vestigia notitiai.

Exemptus,Exemptilis,Vide EXIMO.

Exenterо,

exenteras,pen cor.(ἐξεντερίζω,)exenterare,Interiora auferre,quod proprie de piscibus dicitur quum apparantur.Sic per translationem dixit Plautus Epid.5.3.
Atat tacere,habete animum bonum:liquido exeo
Foras auspicio,aut sinistra,acotum cultrum habeo
Qui seni exenterem marsupium. Ibidem 10.74.
Perii hercle si istbæc vera sunt, planissime
Meum exenteranit Epidicus marsupium.
Exenteranit mihi opes argentarias.Plau.Epid.14.7.
Quot illic hodie me exemplis est ludificatus atque te:
Vt illic autem exenteranit mihi opes argentarias.
Exenteror miser.Hoc est,Angor & excrucior.Plaut.Epid.7.1.
Expectando exedor miser,atque exenteror.

Exeo,

exit,exiui,pe.prod.exitum,pen.co.(ἐξέρχομαι,ἔξειμι,ἔξειμι,βάσομαι,)exire,Egredi significat.Terent.Adelphis,4.4.17.Fieri potis est vt ne qua excat.
Domo exire.Cic.Lentulo,lib.1.9.19. Ouid.epist.18.9.
Exire foras.Plant.Amphit.14.17.Exi foras mastigia. Terent. Eunucho, 4.4.1.Exi foras sceleste.
Foras exire ex ædibus.Lucret.libro 3.215.
Exire limen.Terent.Hecyra,3.3.18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Limine exire.Lucan.lib.1.102.
Exire Roma.Cice.ad Atticum,lib.11.13. Sic Exire cauis,pro è cauis, Plin.lib.11.cap.26.1.
A patria exire.Cic.in Pisonem,26.
Exeo ad te.Plaut.Bacchid.17.24, Mane parumper,dum iam ad te exeo Chrysale.
De balneis exire.Cic.2.de Orat.123.
De triclinio exire.Cic.2.de Orat.146.
Exire è portu.Cic.7.Verr.79,Posteaquam è portu piratæ non metu alicuo effecti,sed satietate exierant.
Exire in vrbe.Plaut.Amph.6.35,Tempus est,exire ex vrbe prius quàm lucescat volo. Cic.Sulpitio,li.41.10,Siquem tuorũ fidelium voles,ad me mittas,ne aut tibi exire ex vrbe necesse sit,aut mihi accedere.
In solitudinem.Cic.1.Offic.165.
Per ferrum exire.Lucan.lib.1.43.de leone.
Exire continuò,Vide CONTINVVS.
Exire in literam aliquam dicitur dictio.Quintil.lib.1.cap.6.38, Nec in A quidem,atque S literas exire temere masculina Græca nomina recto casu patiebantur.Hoc est terminari.
Intus exit,Vide INTVS.
¶ In aliquem exire. Stat.2.Thebaid.128,Exit & in fratrem, cognataq; pectora telo Conferit.
Exire in aciem,Vide ACIES.
Exire ære alieno.Hoc est liberari.Cic.11.Philipp.299, O hominem ridiculum,qui se exire ære alieno putaret posse,quam vendere et aliena.
Exire ærumna,pro Liberari.Cice. Vt tandem è tot miseriis atque ærumnis exiremus.
Ab amplexibus alicuius exire.Stat.11.Thebaid.71.
Exire ex animo dicitur res aliqua,pro Effluere,& obliuioni dari.Cice.3.de Nat.deorum,9.Mihi quidem ex animo exire non potest esse deos. Legitur in vetusto scripto codice,ex animo exuri non potest.
Exiit animus ephebis ætate.Plaut.Merc.3.40,
Principio atque animus ephebis ætate exiit,
Atque animus studio amotus puerili est meum.
In altitudinem exire arbor dicitur.Plin lib.13.cap.4.9.Religant comas, vt in altitudinem exeant.
Exiit ad cælum ramis fœlicibus arbos.Virg.lib.2.Georg.17. Et apud Plinium lib.14.cap.1.1,Exire ad præcipuam altitudinem.
Ad bellum exire.Senec.Here.furent.4.2.
Ex Italia ad bellum ciuile exire.Cic.Cælio,lib.2.15.10.
E contemptibus exire.Lucret.lib.5.257.Vide CONTEMNO.
Exiit dies,pro præterijt.Liu.4.ab Vrbe.132,Inducias inde non pax facta, quarum & dies exierat,& ante dié rebellauerant. Idem 10.bel.Pun. 101. Necdum exierat inducatũ dies. Vlpianus Ex quibus causis &c. Lege prima. Si cuius quid de bonis quum his metu,aut sine dolo malo Reipublicæ causa abesset,siue in vinculis,seruitute,hostiumve potestate esset,posteáve cuius actionis eorum cui dies exisse dicetur.
Exire in alias domos.Cic.1.Offic.80.Qui quum vna domo iam capi nõ possint,in alias domos,tanquam in colonias exeunt.
In fabellam.Quinti.Si historicus narret fabulã eleganter exit in fabellã.
In diuersos flexus exire.Quint.lib.1.cap.6.10,Quid verò,quæ tota positionis eiusdem in diuersos flexus exeunt.
In angulos exire dicuntur folia.Plinius libro 16.cap.23.1, Vetustiora in angulos exeunt.De foliis populi arboris loquitur.
De gremio exire dicitur puer.Quintil.lib.1.cap.2.1,Sed nobis iam paulatim accrescere puer,& exire de gremio,ac discere seriò incipiat.
Exire in herbam aut radicem dicitur granum. Plin.18.cap.7.3, Alterum caput grani in radicem exit,alterum in herbam.Idem lib.11.ca.30.1, Semina arrosa condunt formicæ,ne rursus in fruges exeant è terra.
De imperio exire. Tacit.libro.19,Nec quisquam adeò rerum humanarum immemor,quem nõ commoueret illa facies, Romanum principẽ, & generis humani patulo antè dominum,relicta fortunæ suæ sede,per populum,per vrbem,exire de imperio.
In iram exire.Lucan.lib.3.23.
Exeunt libri.Cic.ad Atticum,lib.13.27.2,Libri quidé ita exierunt(nisi forte me cõmunis φιλαυτία decipit)vt in tali genere,ne apud Græcos quidem simile quiddam.Id est editi sunt,& in lucem emissi.
In longum exire.Quintil.lib.4.cap.2.37, Si tamen adhibitis quoque his artibus,in longum exierit ordo rerum,erit nõ inutilis in extrema parte commonitio.
In medium. Plautus Amphit.4.69,Deinde vtrinque imperatores in medium exeunt.
Exire ab hominum memoria.Senec.3.de Beneficiis.
Modum exire.Ouid.9.Metam.117.
Ab aliquo exire nummos.Cic.4.Verr.43.
Exire obuiam.Liuius 4.bel.Pun.72, Beneuentani oẽs turba effusa quum obuiam ad portas exisset,cõplecti milites,gratulari,vocare in hospitium.Sic 5.bel.Maced.10.Et Cæsar bel.Ciuil.68.
Odorem acrem exire,Id est Vitare fœtorem.Lucretius lib.6.145.

Exire ad opus,aut ad priuatum negotium.Plin.lib,11.cap.10.2.Cic.pro lege Agraria,4.
¶ Exit & emanat oratio. Cicero p Roscio Amer.2, Ego etiam si omnia quæ dicenda sunt, libere dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire,Id est nasci.Lucret.lib.1.34.
Ex ore exire dicuntur verba.Cic.de Clar.Ora.144,Quàta fecueritas in vultu, quantũ pondus in verbis,q̃ nihil non cõsyderatũ exibat ex ore?
Exire de ouo à cauda.Vide A præpositionem.
Exire pastum.Varro 3.de Re rust.cap.6.3, Præterea locum habere ante se quo pastum exeant diebus apricis.
Exire de,vel è potestate,Est mentis impotem fieri.Cic.lib.4. Tusc.127, Itaque iratos proprie dicimus exisse de potestate,id est de cõsilio, de ratione,de mente.Sic 3.Tuscul.17.
In prælium.Liu.7.bel.Maced.157,Per vallũ castra inuadere parati erãt, si in prælium hostis non exiret.
In aliquam prouinciam legatum exire.Cic.in Vatinium,9.
Ad pugnam exire.Virg.4.Georg.14.
In rigorem,Plin.lib.7.cap.19.1,Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam,toruitatemque naturæ duram & inflexibilem.
Seruitio exire. Virg.eclog.1.8.
Spiritus exit in auras.Ouid.4.Trist.eleg.3.9.
Stratis exire.Stat.2.Achill.26.
Exire tela,pro Vitare.Virg.5.Aeneid.87,Corpore tela modo,atque oculis vigilãtibus exit.Vbi Seruius,Exit,vitat,declinat. Vnde de Turchó te,libro 11.150,Sustinet à iugulo dextram,& vim viribus exit.
Exiit tempus.Liu.4.ab Vrbe,249,Quia tempus inducíarum cum Veientí populo exierat.
Quod tempus exit in vrbis nostræ CCXLIX annum. Plinius lib.33.ca.7.2.Hoc est, Quod tẽpus refertur,& reduci potest ad annum 249.ab Vrbe nostra condita.Loquitur enim de minii inuentione, & quo tẽpore apud Athenienses Theophrastus inuentum fuisse tradiderit.
Exire è vita,pro Mori. Cic.1.de Finib.77,Aequo animo è vita, quum ea non placeat,tanquam è theatro exeamus.
Exire de vita.Cic.de Amicitia,14,Quamobrem cum illo quidem, vt suprà dixi,actum optime est,mecum autem incommodius: quem fuerat æquius,vt prius introiremus in vitam,sic prius exire de vita.
In vulgus exierat,eum dixisse.Suet.in Galba,cap.20. Maxime irritati ad talem iocorum petulantiam quòd ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam fortunam suam,respondisse eum,&c.
¶ Exire in tertium diem,pro Differri.Plin.epist.35.9. Huius actionem vesperà inclusit,non tamen sic vt abrumperet.itaque in tertium diem probationes exierunt.
Exire supra mille annos.Senec.de Breuitate vitæ,cap.6, Nostra licet vita supra mille annos exeat,in arctissimum contrahetur.
Super aliquem exire,id est Maiorem esse illo.Stat.6.Thebaid.67,
-Iecuit ardua contrà
Membra Cleonæ stirpis iactator Agylleus.
Herculea non mole mi nortíe grandibus altè
Insurgens humeris hominem super improbus exit.Id est maior est aut superior statura insita hominis.
¶ In easdem literas exire,pro Finiri. Quintil.lib,1.cap.5.38,Quid hoc nostris nominibus accidebat,quorum prima positio in easdem,quas Castor,literas exit.Id est terminatur.
Per eandem literam exire.Quintil.lib.1.ca.6.5, Atquæ o solam habẽt, dummodo per eandem literam in infinito exeant,breuia fiunt,lego,dico,curro,legere,dicere,currere.
¶ Exire,de fluuiis dictum.Virg.8.Aenei.15,verba Aeneæ ad Tybrim, Quo te cunque lacus miserantem incõmoda nostra
Fonte tenent,quocunque loco pulcherrimis exis.
Fluuius exit septem aquis.Valer.8.Argon.38.
¶ Exire,ad sortionem pertinet.Cicero 4.Verr.88.In qua scriptum erat, vt quot essent renuntiati,tot in hydriam sortes conicerẽtur:cuius nomen exisset,vt his haberet sacerdotium.Idem 2.Verr.24.Inuenti sunt Senatores qui C.Verre Prætore vrbano sortiente,exirent in eum reũ quem incognita causa condemnarent.Budæus.
Sors exit.Cic.Attico,lib.1.14.3,Quum de Consularibus mea prima sors exisset,vna voce Senatus frequens retinendũ me in vrbe censuit.
¶ E Patriciis exire.Cic.pro Domo sua,30,Non vt ille filius instituatur, sed vt è Patriciis exeat,vt Tribunus plebis fieri possit.
¶ Exitur,penult.prod.Impersonale. Plau.Casin.19.5,Crepuit ostium, exitur foras.
Exitum huc nollem. Terent.Adelph.5.1.13, Sanè nollem huc exitum. Quidam legunt hunc exitum:vt sit(exitum)accusatiuus.
Exiens,Participium,(ἐξερχόμενος,)Cic.1.de Diuinat.95.Quioro autem anno exeunte,quum esset ex illo somnio,&c.
Exitus,pen.corr.(ἐξαυμένος,)Aliud participium, apud antiquos, vnde apud Festum,Ad exitam ætatem,ad vltimam ætatem.
Exitus,huius exitus,pen.corr.(ἐξ(λθυσις ἔξοδος,)Egressio. Cursus

Cursus rerum & exitus.Cic.Sulpitio,lib.4.2.7.Neque sollum ea perspicis quæ gerunt,quæque tam gesta sunt:sed etiam qui cursus rerũ, qui exitus futurus sit.
Initium & exitus,contraria.Cic.1.Tuscul.146.Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat,sic exitum mors.
Principium & Exitus,contraria.Cicero pro Lege Manil.2. Hulus autem orationis difficilius est exitum,quàm principium inuenire.
Exitus anni.Liu.10.bel.Pun.115.Cæterum exitu superioris anni, quum legati sociarum vrbium ex Græcia queiti essent,&c.
Armorum exitus semper incerti & timendi.Cic.Attico,lib.7.123.8.
Exitus orationis.Cæsar 4.bel.Gall.488.Ad hæc Cæsar quæ visum est,respondit:sed exitus orationis fuit,sibi nullam cum ils amicitiam esse posse,si in Gallia remmanerent.
Exitus studii.Ouid.5.Trist.eleg.13.14.
Scribimus & scriptos absumimus igne libellos,
Exitus ei studii parua fauilla mei.
Temporis exitus.Horat.3.Carm.ode 29.6.
Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus.
Vitæ exitus.Propert.lib.3.eleg.5.10.
Exitus principio si millimus.Cic.4.Verr.69.Itaque fecit vt exitus principio simillimus reperiretur.
Exitus fœdum.Liuius 1.ab Vrbe,7.Vnde tibi tuæque Reipub.quòd imitere,capitis arcendæ fœdum in cœptu, fœdum exitu,quod vites.
Ad exitum,pro Ad postremum.Cic.ad Culeolum,lib.3.42.3. Peto vt ea quæ initio ostenditi,deinde quæ feciti,ad exitum augeri & cumulari per te velis.
¶ Fastus exitus. Lucret.lib.1.20.
Felix exitus.Cicero Cælio,lib.2.9.10,Hæc æstas habuit hunc exitũ satis fœlicemea quæ sequitur,magno est in timore. Lucretius lib.1.20.
Incertus exitus & auceps fortuna belli.Cic.pro Marcello,9.
Ingens exitus.Virg.5.Aeneid.104.
Inopinati exitus Quintil.lib.4.cap.2.77.
Miserabilis exitus.Quintil.lib.4.cap.1.20.
Secundi exitus.Horat.4.Carm.ode 14.8.
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus.
Segnis exitus.Stat.5.Sylu.3.52.
Superbus exitus.Quintil.lib.4.cap.1.20.
Tristes exitus.Cic.de Clar.Orat.66.Tristes exitus habuit Consulatus.
¶ Exitus acceslit verbis,id est ita factum est vt prædixerat. Ouid.6. Fast.113.
Ad exitum adducere & profligare aliquid.Cic.5.Tuscul.23.
Claudere exitum,Vide CLAVDO.
Notabili exitu concludi.Cic.Lucceio,lib.1.12.19. Si verò exitu notabili concludantur,expletur animus iucundissima lectionis voluptate. De Sullæ viri excellentis.
Facilis exitus quem optamus.Cic.Bruto,11.3.
Ad bonum exitum datur.Virg.6.Aeneid. 179.
Bonorum exitus vota ducit liber.Horat.4.Carm.ode 8.7.
Expectare exitum.Cic.Attico,lib.16.336.4.
Expedire exitum instituæ orationis.Cic.Appio lib.3.12.5.Itaque quem admodum expediam exitum huius institutæ orationis,non reperio.
Contrarios exitus habere.Cic.1.de Diuinat.79.Quid ego aruspicum responsa commemorem?possum equidem innumerabilia,quæ aut nullos habuerint exitus,aut contrarios.
Exitiales exitus habere.Cic.7.Verr.10.Perditæ ciuitates, desperatis omnibus rebus hos solent exitus exitiales habere,vt dãnati,&c.
Meliores exitus habere.Cic.Cælio,lib.2. 15.18.
In exitu similes casus habere.Cic.in Orat.94.
Imponere exitum alicui rei,aut sermonibus,Vide IMPONO.
Indicat exitus rei.Cic.3.de Legib.37.
Liber patet exitus.Lucret.lib.4.80.
Ad exitum peruenire.Cic.in Orat.63.
Præstare exitu pollicita.Plancius COSS.Senatui Populoque Romano, lib.10.8.6.Vt quæ Reipublicæ bonisque omnibus polliceremur, exitu præstaremus.
Exitus acta probat.Ouid.2.epist.17.
Exitum nullum reperire.Cic.4.Verr.42.Aduersarii non audebant contradicere:exitus nullus reperiebatur.
Exitus sequitur verba.Ouid.3.Fast.71.
In vnum exitum spectare.Cic.1.de Orat.46.Artem verò negabat esse vllam,nisi quæ cognitis penitusque perspectis, & in vnum exitum spectantibus,& nunquam fallentibus rebus contineretur.
In exitu esse.Cicer.pro Murena,73. In exitu est iam meus Consulatus. Vide IN.
Indubito est exitus.Ouid.2.Fast.156.
¶ Exitus,pro morte. Tacit.lib,4.Atrociore semper fama erga dominantium exitus. Idem,lib.15. Quod clam ad omen ac dolum sui exitus verteret. Et lib.18.Exitu demum Neronis posito odiis in medio cõsiluere. Item,Vario super exitu eius rumore,&c.
Hominis exitus.Iuuen.Saty.10.28.
Exitus ille vtcunque hominis:sed torua canino
Latrauit rictu,quæ post hunc vixerat vxor.
Fatales exitus.Cic.de Diuin.35.Non igitur fatales exitus habuerunt.
Exitus grauior auspicio.Ouid.10.Metam.1.
Grauissimi exitus clarissimorum hominum.Cic.2.de Diuin.33.
Honesti enim exitus.Tacit.lib.16.
Suos exitus cogitare.Cic.3.de Diuin.36.Quid enim posset iis esse lætum exitus suos cogitantibus?
Sæuus exitus illum eripuit.Iuuenal.Saty.10.13.
Bonos exitus habent boni.Cic.3.de Nat.Deor.128.
Exitus illum sorte tulit.Virg.2.Aeneid.121.
¶ Exitus alueorum.Plin.lib.11.cap.14.4. Alueorum,quum mel exinanitur,illini oportet exitus.
Exitium,huius exitii,(ἐξόλεθρος,ὄλεθρος,) Festus, Exitium antiqui ponebant pro exitu:nunc exitium,pessimum exitum dicimus. Terentius Phorm.1.4.24.Quod ego nunc subito huic exitio remedium inueniã miser? Columella,lib.1.Sic munita sola & latera horreorum prohibent curculionem,quod genus exitii quum incidit,multi opinantur arceri posse,si exesæ fruges in horrea ventilentur,& quasi refrigerentur. Plaut.Capt.13.65.
-aperite hasce ambas foreis,
Prius quàm pultando assulatim foribus exitium affero. Idem Bacch. 20.23. Alexander qui erit exitium rei patriæ suæ. Idem Capt.10.4. Neque exilium exitio est. Cic.ad Qu.frat.lib.1.4.4.
Interitus & exitiũ.Cl.1.in Catil.6.Qui de nostro oĩum interitu,qui de huius verbis,atque adeò orbis terrarum exitio cogitent.
Pernicies & exitium.Cic.4.in Catil.8 2.Largitorẽ Lentulũ & prodigũ nõ putat,quum de pernicie Reipublicæ & exitio huius vrbis tam acerbè, tamque crudeliter cogitarit,etiam appellari posse popularem.
Crudele exitium.Valer.3.Argon.61.
Furiale exitium.Valer.2.Argon.21.
Magnum exitium.Virg.2.Aeneid.38.
Exitio dare.Lucret.lib.5.20.
Tres species tam dissimiles,quia talia texta,
Vna dies dabit exitio,multosque per annos
Sustentata ruet moles ac machina mundi.
Imminere exitio alicuius.Ouid.1.Metam.30.
Imminet exitio vir coniugis,illa mariti. Idem.3.Metam.75.
Insolita exitia machinatus.Senec.Hipp.12.14.
Mereri exitium.Ouid.2.Metam.58.
Mittere exitium alicui.Virg.4.Georg.107.
Parare exitium.Vide PARO.
Ponere modum exitiis.Virg.7.Aeneid.26.
Ab exitio refrænare.Lucret.lib.1.174.
-æqueque laborant,
Et percunt:neque ab exitio res vlla refrænat.
Graui exitio sternere aliquem.Horat.1.Carm.ode.16.4.
Iræ Thyestem exitio graui Straueræ.
Esse exitio alicui,Id est causam esse mortis alicui.Virg.3.Georg.101.
Esse exitium alicui,Idem est.Virg.eclog.3.20. Idem amor exitium est pecori pecorisque magistro.
Exitium superat opes,Id est mors aut morbi vis superat medicamenta. Ouid.7.Metam.107.
-pugnatum est arte medendi:
Exitium superabat opes,victæque iacebant. De peste loquitur.
¶ Exitium,de homine dicitur.Horat.1.Carm.ode.15.5.
Non Laertiadem exitium tuæ
Gentis,non Pylium Nestora respicis.
Exitium Troiæ,Achilles.Ouid.13.Metam.102.
Exitiãlis,& hoc exitiãle,pen.prod.(ὀλέθριος,) Quod est mortiferum,calamitosum,damnosum:vt Exitiãlis euentus.Liuius.7.bel.Pun.134.Et lib.10.bel.Maced.212. Cic.7.Verr.10.Exitiales exitus. Plin.lib.8. Ille contrà vrinam spargit prudens,hanc quoque leoni exitialem.
Aurum exitiale.Stat.4.Thebaid.39.
Donum exitiale.Virg.2.Aeneid.7.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.
De equo Troiano.Silius,lib.8.11.
Malum exitiale.Silius lib.8.51.
Motus exitiales.Lucret.lib.2.115.
Nec superare queunt motus vtique exitiales
Perpetuò,neque inæternum sepelire salutem.
Præmia exitialia.Stat.2.Achil.69.
-petit exitialia iudex Præmia.
Scelus exitiale.Virg.6.Aeneid.103.
Sed me fata mea,& scelus exitiale Laenæ His mersêre malis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exitiabilis,& hoc exitiabile,(ἐξώλης,)Idē quod exitiale.Liu.7.bel.Pun.
154.Exitiabilis prodigiorum euentus venit. Ouid.lib.6. Meramor.
Pumq́ manu tentat trahere exitiabile ferrum. Plaut. Epid.1.2.36.
Si inuentam, exitiabilem ego illi faciam vt hunc sciat diem. Liu.10.
bel.Pun.15. Et Cic.ad Atticum,lib.10.15.4. Exitiabile bellum.
Caput exitiabile serpentis.Ouid.8.Metam.86.
Clades exitiabilis,pro Internecina.Sueton.in Augusto, cap.13. Omnes
graues ignominias cladesq́,duas omnino, nec alibi quàm in Germa
nia accepit,Lolianam & Variana:Lolianam,maioris infamię quàm
detrimenti:Varianam penè exitiabilem, tribus legionibus cum duce
legatisq́ & auxiliis omnibus cæsis.
Monstrum exitiabile dictu.Stat.1.Thebaid.79.
Nomen exitiabile.Silius lib.15.75.
– iacet exitiabile nomen
Ausonii columen regni. Verba Hannibalis.
Telum exitiabile.Ouid.6.Metam.52.
Exitiōsus,Adiectiuum,pen.prod.(ὄλεθρος,)Idem Plin.lib.17.ca.9.4. Alii
cuiuscunque quadrupedis exitiosum.Emendatiora exemplaria legūt
quadrupedis ex cytiso. Cic.in Catil.78. Exitiosa conturatio. Et ad
Atticum,lib.8.16.5. Exitiosum bellum.
Prodigium exitiosum.Cic.de Aruſp.resp.3.
Fore exitiosum aliquid.Cic. Torquato,lib.6.1.16.Sed quod & fieri pos
se,& exitiosum fore,si euenisset, videbam, id ne accideret timebam.
Idem pro Plancio.71.

Exequor, pen.corr.exéqueris,(ἐπιτελέω,ἀποπληρόω,ἀπεργάζο-
μαι,διατελέχομαι,ἀφικνέομαι,ἀκολουθέω,)exequi,Perfi
cere,Absoluere. Plaut. Trucol.9.10.
– nullam rem oportet aggredi dolosè,nisi
Astutè,accuratéq́ exequare. Terent.And.1.5.24.
– si quis nunc me roget,
Aliquid facerem,vt hoc ne facerem.sed nunc quid primum exequar?
Exequi certum est vt.Plant.Mostell.9.13.
Si quis domi dotatam vxorem habet malè:
Nemimem solicitat ire dormitum sopor.
Odiosa hæc exequi certa est vt abeam
Potius hinc ad forum,quàm nunc domi cubem.
Diuinè aliquid exequi.Quintil.lib.1.cap.6.12. Quæ Tullius in Orato-
re diuinè,vt omnia,exequitur.
Verbosius exequi.Quint.lib.5.ca.12.11.Quidā executi sunt verbosius.
Hoc tamen vnum exequare mihi.Virg.4.Aeneid.85.
¶ Actionem exequi. Vlpianus in L. finali.ff. de Priuatis delictis, Siquis
actionem,quæ ex maleficiis oritur,velit exequi si quidem pecuniarię
agere velit:ad ius ordinarium remittendus erit: nec cogendus erit in
crimen subscribere.
Exequi ærumnam,Aerumnam pati vel defungi.Plaut.Capt.5.1. Di im-
mortales id voluerunt,vos hanc ærumnam exequi:
Decet id pati animo æquo.
Aeternitatem exequi.Cic.de Vniuersit.7. Non igitur dubium quin æter
nitatem maluerit exequi:quandoquidem neque mundo quicquā pul
chrius,neque eius ędificatore præstantius.
Beneficium exequi.Senec.de Benef.lib.1.cap.25. Quid est tam grati ani
mi,quàm nullo modo sibi satisfacere,nec ad spem quidem exequen-
di vnquam beneficii accedere?
Aspectum alicuius.Plaut.Epid.1.2.3. Quam matrem meam? P. quæ exa
nimata exequitur aspectum tuum.Id est,coniectos in te habet oculos
quasi dicat,te oculis sequitur.
Consilium.Terent.Phorm.2.4.21.
– frater est expectandus mihi is
Quod mihi dederit de hac re consilium,id exequar.
Decreta.Liu.5.bel.Maced.90.Prętorem decreta eorum cum fide & cu-
ra executurum.
Exequi delicta,pro Punire.Suet.in Iulio,cap.67.Delicta neque obserua
bat omnia,neque pro modo exequebatur.
Dicta alicuius.Liu.4.ab Vrbe.122.
Egestatem,Id est pati.Plaut.Trinum.10.60.
– tanto melius te
Sororis causa egestatem exequi,atque eum agrum me habere,Quàm
te tua qui toleres mœnia.
Fatum alicuius.Cic.ad Atticū,lib.9.184.1. Miseros nos cur non omnes
fatum illius vnà executi sumus? Id est,non sumus vnà in eodem pericu
lo,& sequuti sumus eum in periculis.
Fugam,Fugere.Cic.1.Philipp.68. Omnes Consulares,qui per valetudi-
nem exequi fugam illam clademq́ potuissent.
Funus.Gellius,lib.10.cap.15.Funus tamen exequi,non est religio.
Imperium celer exequitur.Silius,lib.10.71.
Imperū heri,Facere qđ̄ herus imperat.Liu.5.bel.Pun.102. Et ośa impe
ria milites cū impigre,tū haudquaquā abiecto ańo exequebant.Plaut.
Menæch.21.12.Propterea heri imperium exequor bene,& sedulo ser-
uio. Idem Amphit.4.108. – hæc si dicam heræ,

Nunc pergam heri imperium exequi,& me domum capessere.Teren
tius Heaut.4.1.22.
Tot peccata in hac re ostendis.nam iam primùm,si meum
Imperium exequi voluisses,interemptam oportuit:
Nō simulare mortē verbis,re ipsa spe vitę dare.Sic Liu.1.ab Vrb.121
Incepta. Liu.10.bel.Pun.17.
Exequi iniurias,pro Vlcisci.Plin.Iunior lib.3.epist.4. Veniebat in men-
tem priores nostros esse singulorum hospitum iniurias accusationibus
variis executos.
Itiner,pro iter,antiquè.Id est conficere. Plaut.Merc.22.88.
Mane mane Charine.C. errās,me decipere haud potes.
B. Neque vŏlo ædepol.C. quin tu ergo itinerem meum exequi me sinis?
Ius suum.Cæsar.1.bel.Gall.17. Quum ciuitas ob eam rem incitata armis
ius suum exequi conaretur.
Iussa.Liu.1.ab Vrbe.119. Virg.4.Aeneid.80.
Laudes brassicæ longum est exequi, Id est Persequi & enumerare. Plin.
lib.20.cap.9.1.
Mandata,vel rem mandatam.Plaut.Bacchid.8.72.
Tu Pistoclerum falsò,atque insontem arguis.
Nam ille amico & benevolenti suo sodali fedulò rem mandatam exe
quitur. Cic.9.Philipp.262. Ouid.14.Metam.120.
Ministeria.Liu.9.bel.Pun.130.
Modum fationis nulla ex parte exequi posse. Cic.5.Verr.37.
Mortem,Mori.Plaut.Pseud.15.58.
– negotium est.
Nam necesse est hodie Scycioni me esse,aut eras mortem exequi:Ira he
rus meus est imperiosus.
Munus suum,id est officiū.Cic.3.Tusc.27. Colum lib.1.cap.8.8. Sic.n.
& magistri singulorum officiorū sedulò munera sua exequentur.
Exequi & tueri munus officii.Cic.de Senect.65. Senectutis autem nul
lus certus est terminus:rectéq́ in ea viuitur, quo ad munus officii
exequi & tueri possis.
Negotium.Cic.1.Offic.112.
Numerum.Liu.3.ab Vrbe.27.Inter fecta inde quatuor millia,& exequen
do subtiliter numerum,c c. ait & x x x.
Officia & studia.Cic.ad Atticum,lib.3.15.6.
Officia & munera.Cic.de Senect.30. Itaque exequi omnia regis officia
& munera,&c.De Masinissa.
Patronā,Id est precibus solicitare vt adsit,& adiuuet.Plaut.Rud.7.3.
Qui sunt qui à patrona preces mea expetentes sunt:nam vox me Pre
cantum huc foras excitauit:bonam atque obsequentem deam,atque
haud grauatam
Patronam exequuntur,benignamq́ multum.
Perficere itiner exequar.Plaut.Merc.22.72.
Optimè aduenienes puere cape chlamydem,atque hic sine illico
Vt si hæc non sint vera, inceptum hoc itiner perficere exequar.
Pergam exequi.Plaut.Amphit.8.107.Pergam exequi.
Præcepta alicuius exequi.Virg.6.Aeneid.47.
– propere exequitur præcepta Sibyllæ.
Probrum.Plaut.Trucul.9.8.
Lucri causa auara probrum sum executa, alienos dolores
Mihi probrum supposui.
Procurationem exequi.Vlpianus in L. Quæ omnia §. Sed etsi.ff. de Pro-
curatoribus, Nam hoc ipso suspectus est, quòd operas suas ingerit
inuito: nisi fortè purgare magis conuictum,quàm procurationem exe
qui maluerit.
Sermonem,Loqui.Plaut.Trinum.6.5.
– per pietatem nolo ego cum improbis te viris
Gnate mi,neque in via,neque in foro vllum sermonem te exequi.
Exequi viam scelerati consilii.Liu.8.bel.Pun.149.Viam consilii scelera-
ti,sed non ad vltimum dementis exequi volo.
Vota exequi.Virg.5.Aeneid.11.
Annua vota tamen,solenneisq́ ordine pompas Exquerer.
¶ Exequi,pro Exponere,vel narrando persequi.Liu.lib.5. Exequeba-
tur deinde,quæ solennis deriuatio esset.
Verbis aliquid exequi. Cic.Matio, lib.11.27.13. Nam præter hæc quæ
commemorauī,quæ testata sunt,& illustria: habeo multo occultiora,
quæ vix verbis exequi possum.
Exequens,pen.corr.(διηγούμενος.)Nomen ex Participio. Gellius,lib.
10.cap.12.Philosophus memoriarum veterum exequentissimus. Sic
ibidem,cap.24.
Exequūtus,pen.prod.(κελευσπούς,)Participium.Catul.de Berecynthia
& Atys.3.Sectam meam executæ duce me.
Executio,Verbale,(ἀπεργασία,)Plin.lib.35.cap.8.1. Nūc celebres in ea
arte quā maxima brevitate percurrāmeq́ enim instituti operis est ea
lis executio. Tacit.lib.3. Executionem eius negotii lubens suscepit.
Exequūtor,pen.prod.Verbale,(ἀποπληρωτής,)vt Exequutor inimicitia
rum,pro Vindice.Sueton.in Vespas.cap.14. Inimicitiarum & offensa
rum minimè memor,executorve.

Exequiæ

Exequiæ,exequiarum,tantum pluraliter,(ἐκφορήματα,ἐνταφιάσματα,)Funē-
bre officium,quod scilicet in funere alicuius exequimur: ab eo dictæ
quòd homines pompam funebrem sequuntur. Terent.Phorm.5.9.37.
Exequias Chremeri,quibus est commodum ire,iam tempus est. Cic.2.
de Legibus,63.Sepultura & iustis ei sequiarum caruerunt.
Exequiæ pro ordine ducentium pompam funebrem.Tacit.lib.20.Silens
agmen,& velut longæ exequiæ.
Præclati funeris exequiæ.Ouid.3.Trist.eleg.5.8.
Mites exequiæ.Stat.3.Sylu.3.2.
Mitibus exequiis ades,& lugentis Hetrusci
Cerne pios fletus,laudataq́e lumina terge.
Mœstæ exequiæ.Tibal.lib.2.eleg.4.9.
Seu veniet tibi mors,nec erit qui lugeat vllus,
Nec qui det mœstas munus in exequias.
¶ Carere exequiis.Ouid.ad Liuiam,34.
Exequiis caruit Liuia penè suis.
Exequias celebrare.Liu.1.ab Vrbe,264.
Cohonestare exequias.Cic.pro Quintio, 29.Si funus id habendum sit,
quò non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum
emptores,vt carnifices,ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas.
Comitari exequias,Vide COMITOR.
Dignas funere magni Exequias fortuna dedit.Lucan.lib.3.59.
Exequias ducere.Plin.lib.8.cap.42.1.de equo Alexandri,Propter quæ
res defuncto ei duxit exequias. Plin.Iunior libro3.cap.16.Ita duxi
exequias.
Ferre exequias.Ouid.2.Amor.eleg.6.1.
Pittacus Eois ales mihi missus ab Indis
Occidit:exequias ferte frequenter aues.
Largiri exequias.Stat.12.Thebaid.17.
Et nunc heu quæ digna tibi solennia,quáve Largiar exequias?
Prosequi exequias funeris.Cic.pro Cluētio,159, Postremò etiā fortassis
mater exequias illius funeris prosecuta est.
Reddere exequias alicui.Ouid ad Liuiam,44.
Exequiis rite solutis.Virg.7.Aeneid.1.
Spoliare aliquem exequiis.Cic.pro Milone,25.Tu spoliatū imaginibus,
exequiis,pompa,laudatione,inf.relictissimis lignis seminustulatū noctur-
nis cantibus dilaniandum reliquisti.
Exequialis,pen.prod.Adiect.(ἐνταφιαστικός,)Ouid.14.Metam.86.
Carmina tam moriens canit exequialia cygnus.
Iusta exequialia.Stat.11.Thebaid.122.
Accipite infandæ iusta exequialia mois.
Exequiare,(ἐνταφιάζειν,)pro exequias facere,Obsoletum.Varro Bimargo,
Ipsum propter vi?xliberti semiatrati exequiantur. Nonius.

Exerceo, exerces,exercui,exercitum,pen.corr.(ἀσκέω,γυμνάζω,
ὑπηρετέω,ἀσχολέω,μελετάω,)exercēre,Ab ex & arceo
(quasi,quasi xerra arcere,premere,fatigare. Terē.Adel.4.2.49.Ita
me,gnate exercebo hodie,vt dignus es,filiceriū. Cic.ad Cassiū,li.12.
epist.Nunc me reliquiæ vestræ exercent,& quidē prter cæteros me.
¶ Exercere aliquid,pro facere.Virg.1.Georg.54.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus,
Fas,& iura sinunt. Variis nominibus iungitur.vt
Exercere ætatem,Vinere.Plaut.Milit.19.32.Hancine me ætatem exerce
re amoris gratia?
Aetera.Plin.lib.11.cap.24.4.Latitudo telæ sæpe inter duas arbores,quū
exercet artem,& discit texere.De aranea loquitur.
Abstinū hospitum,Vide ABIGO.Plin.in Paneg.32.
Acies pueriles exercere,Id est bella puerilia.Iuuc.Saty.15.6.
Ludere se credunt ipsi tamen,& pueriles
Exercere acies,quòd nulla cadauera calcent.
Alicuem in aliquo studio.Cic.de Clar.Orat,123.Me adolescentem na-
dum octo annis,minorem,quàm erat ipse,multos annos in studio eius
dem laudis exercuit.
Amorem aliquorum exercere.Catul.epig.66.1.Aemulus iste tuus,qui ve
strum exercet amorem.
Amores exercere ad aliquam.Catul.ad Malium,epigr.63.14.
Amores exercere ad aliquam.Claud.in Præfatione Pane.3.1.
Isque domum nobis,isque dedit dominam,
Ad quam communes exerceremus amores.
Arcanos exercere in armis.Ouid.1.Amo.leg.8.9.
Fluuios aquas exercet.Ouid.8.Metam.34.
Aeoniū Claud.Paneg.8.38.
Arma.Liu.Nam Sardos,Corsosq́e & Histros lacessisse magis,quàm exer
cuisse Romana arma. Claud.in Præfatione Pane.3.1.
Arma iuuentus exercet.Virg.4.Aeneid.18.
Artem.Horat.1.epist.14.9.Quam scit vterque libens censebo exerceat
artem. Ouid.15.Metam.73. Idem ad Pisonem, 18. Compositusque
suas exercet litibus artes.
Bacchanal.Plautus Amphit.1.4.26.
Bacchanal te exercuisse oportuit senex.
Agni balatum exercent.Virg.9.Aeneid.13.

Bracchia.Ouid.2.Metam.54.
Campos,Colere.Plin.epist.10.f.Vtque in agricultura non vineas tātūm
verumetiam arbusta:nec arbusta tantūm, verumetiam campos curo
& exerceo.Virg.1.Georg.Exercetq́e frequens tellurem,atque impe
rat aruis.Id est colit.
Cantus exercere.Virg.1.Georg.81.
– de culmine summo
Nequicquam feros exercet noctua cantus.
Choreas.Claud.de laudibus Serenæ.22.29.
Diana choros exercet per iuga Cynthi,Virg.1.Aeneid.101.
Vomere exercere colles.Virg.7.Aeneid.160.
Commercium alicuius rei.Plin.lib.12.cap.14.2.Mineī primi commerciū
thuris fecere,maximeq́e exercent.
Crudelitatem insatiabilem exercere non sollum in viuo, sed etiā in mor-
tuo.Cic.11.Philipp.294. Idem.7.Verr.113.
Pinguia culta exercere.Virg.10.Aeneid.28.
– vbi pinguia culta Exercentq́e viri.
Curas.Silius lib.11.75.
Diem,Virg.10.Aeneid.160.Id est per diem exerceri.Seruius.
Discipulos.Suet.de Claris Rhet.1.c. Sed ratio dicendi nec vna omnibus
nec singulis eadem semper fuit,quando vario modo quisque discipu-
los exercuerunt.
Discordias cum hostibus.Salustius,Iurgia,discordias,simultates cum ho-
stibus exercebant.
Ferro exercere dolorem.Ouid.12.Metam.108.
Equos.Virg.7.Aeneid.156.
– ardentes haud serius æquore campi Exercebat equos.
Equos exercere campis.Claud.de bello Get.51.
Genas.Stat.5.Sylu.5.17.
– iam iamque natantes
Exercere genas,dulcesque accersere somnos.
Guttur inani cibo exercet. Ouid.8.Metam.167.
Humum in messem.Virg.1.Georg.44.
At si triticeam in messem,rubustaque farra
Exercebis humum,solisque instabis aristis,&c.
Dura imperia.Virg.2.Georg.74.
Ingenium exercere.Author ad Herennium,lib.3.129.
Inimicitias,Liu.8.bel.Maced.189. Itaque Collega meus vel in alia cau-
sa inimicitias exerceat.
Inimicitias nimium familiariter exercere.Cic.1.Verr.7.
Iracundiam in superatos.Cic.Bruto.2.4.
Rostrisq́e & aduncis vnguibus iras exercent.Ouid.13.Metam.134.
Iras plus quàm ciuiliter exercet.Ouid.12.Meta.117. Virg.3.Geor.30.
Iudicium.Cic.3.Verr.110. Atque etiam iudicium in Prætura publicum
exercuit. Idem pro Archia.2.
Ius ciuile exercere.Cic.1.de Legib.20.
Iustitiam.Plin.epist.10.d.Affirmat etiam esse hanc philosophiæ & quidē
pulcherrimam partem,agere negotium publicum,cognoscere, iudica
re,promere,& exercere iustitiam.
Iuuentam.Catull.in Epithalamio.47.
Coniuges bene viuite &
Munere assiduo valentem
Exercete iuuentam.
Linguas torpes litibus exercent.Ouid.6.Metam.75.
Militiam præmiis.Salust.de Rep.ordinanda, Nam periode oēs res lau-
dantur atq; appetuntur,vt earum rerū vsus est.Militia præmiis exer
cetur:vbi eam dempseris,nemo omnium gratuitò malus est.
Manus in sua dona.Propert.lib.3.eleg.3.7.
Exercent teneras in sua dona manus.
Medicinam.Plin.lib.22.cap.25.16. Cic.pro Cluent.141.
Membra exercent in palæstris graminels.Virg.6.Aeneid.129.
Munera militiæ togatæ.Ouid.ad Pisonem.6.
Memoriam.Ci.de Senect.18.At memoria minuitur.credo,nisi exerceas
eam,aut etiam si sis natura tardior. Ibidem.34.Ius Augurum,Ponti-
ficum,ciuile tractō:multū et literis Græcis vtor, Pythagoreorumq́e
more,exercendæ memoriæ gratia,quid quoque die dixerim,audiue-
rim,egerim,commemoro vesperi.
Nomen patris,Facere officium patris.Plinius in Paneg.34. Ingrata sibi
videbatur,si te imperatorem potius vocaret & Cæsarem, quum pa-
trem experiretur: quod quidem nomen qua benignitate, qua indul-
gentia exerces!
Odium in aliquem.Ouid.9.Metam.55. Idem lib.5.49.
Pretiosa odia.Ouid.epist.7.9.
Stirpem aliquorum & genus omne futurum exercere odiis.Virgilius.4.
Aeneidos.125.
Opes.Liu.9.ab Vrbe.114. Tum in minimè pertinaci genere pugnæ sic
fortuna exercuit opes,vt insignis vtrinque clades,& clara ipsorum du
cum ederet funera.
Palæstras.Virg.3.Aeneid.56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pacem.Virg.4.Aeneid 20. Quin potius pacem æternam,pactosque hymenæos Exercemus?
Pœnas malorum.Virg.6.Aeneid.109.
Hâc iter Elysium nobis,at læua malorum
Exercet pœnas,& ad impia tartara mittit.
Populationem,Populari.Liu.1.bel.Maced.101.Quum priorem populationem sepulchris circa vrbem diruendis exercuisset.
Principem exercere,Hoc est præstare se principem & exhubere.Suetonin Tiberio,cap.33.Vide PRAESTO, præstas.
Exercere pugnos in aliquem.Plaut.Amphit.4.170.
Illic homo superstitiosus est,gestiunt pugni mihi.
3.Si in me exerciturus,quæso in parietem vt prunùm domes.
Quæstionem.Cic.1.de Fimb.87.Qui quum Prætor quæstionem inter sicarios exercuisset,&c.
Quæstionem in aliquem.Liu.9.ab Vrbe.140.In me primum & hunc M. Follium quæstiones exercentis.
Quæstionem de aliquo.Suet.in Cæsare.
Regnum.Plin.lib,10.ca.21.1. Regnum in quacunq; sunt domo exercẽt.
Scelus,libidinem,& auaritiam in socios.Liu.9.bel.Pun.85.
Simultates cum aliquo:Hoc est, Inimicitiarum & simultatum signa præbere.Cicero pro Flacco.68.An simultates nescio quas cum libertis vestris Flaccus exercuit?
Solum sub presso vomere.Virg.2.Georg.72.
Spicula.Ouid.13.Metam.11.
Debita Troianis exercet spicula fatis.
Studia Dianę exercere.Ouid,epist.4.18.
Stylum,apud Plinium,lib.17.
Sumptum suum.Terent.Heaut.1.1.91.
– corrasi omnia,
Ancillas,seruos,nisi eos qui opere rustico
Faciundo,facilè sumptum exercent suum,
Omnes produxi ac vendidi.
Tauros.Virg.1.Georg.42. Exercete viri tauros,serite hordea campis.
Id est ad aratra tauros iungite. Seruius.
Aranea telas exercet.Ouid.6.Metam.29.
Tellurem.Virg.1.Georg.20.
Vectigalia,atque exigere.Cic.pro Leg.Manil.10. Quo tandem animo esse existimatis,aut eos qui vectigalia vrbis pensitãt,aut eos qui exercent atque exigunt? Ibidem.2.
Velitationem.Plaut.Rud.1.3.41.
Equidem meam velitationem exerceo:
Nam omnia coruisca præ tremore fabulor.
Exercere verba,pro Exercere se ad orationẽ extemporalem.Sene.epist.40.Vt pleraque,quæ fieri non posse crederes,cognouisse satis est: sic istos qui verba exercuerunt,abundè est semel audisse.
Vices.Virg.9.Aeneid.37. – exercetq; vices quod cuique tuendum est.
Id est exercet vnusquisque vices ad id quod accepit tuẽdum. Seruius.
Vires suas exercere,linguę celeritatem incitare,verborum frequentia delectari.Cic.1.de Orat.72.
Vires omni cura.Virg.3.Georg.45.
Vitam hominum curis.Lucret.lib.5.286.
Tunc igitur pelles,nunc aurum & purpura curis
Exercent,hominum vitam,belloque fatigant.
Vndas exercet Auster.Horat.4.Carm.ode.14.5.
Vocem.Plaut.Pœnul.2.13.
Exerce vocem quam per viuis & colis:
Nam nisi clamabis,statim te obrepet fames.
Cura alicuius rei nos exercet.Virg.2.Georg.83. – incultiq; exercet cura salicti.Id est cura nos etiã sponte nascentium rerum fatigat.
In omni genere belli Pompeium fortuna Reipublicæ exercuit. Cic.pro Leg.Manilia.19.
In casibus variis me fortuna exercet.Cic.5.Tusc.4.
Strenua nos exercet inertia.Hora.1.epist.11.6.
Iræ alicuius dicuntur quempiam exercere.Virg.4.Georg.91.
Non te nullius exercent numinis iræ
Magna lues commissa tibi.
Labor exercere aliquos dicitur.Virg.1.Aeneid.87.
Qualis apes æstate nouâ per florea rura
Exercet sub sole labor.
Ad hanc te amentiam natura peperit,voluntas exercuit, fortuna seruauit.Cic.1.in Catil.18.
De aliqua re exerceri.Cic.Attico,lib.13.280.3. Te de prædio auiæ exerceri molestè fero.
Pœnis exerceri,Pœnas pati.Virg.6.Aeneid.148.
Discere & exerceri.Cic.Attico,lib.6.12.21. Ciceriones pueri amant inter se,discunt,exercentur.
Apud magistros pueri exercentur.Cic.1.de Orat.126.
Ad morem alterius aliquos exercere.Cic.in Orat.26. In hac Aristoteles adolescentes,non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad coplam rhetorum in vtranque partem, vt ornatius & vberius dicẽt posśit exercuit.
Ad pugnam exerceri.Quintil.lib.5.ca.12.13.Quia declamationes,quibus ad pugnam forentem velut præpilatis exerceri solebamus, olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt.
In aliqua re exerceri.Ouid.13.Metam.105.
Studiosissimè in dialectica exerceri.Cic.de Claris Orat.171.
In venando exercere ad similitudinem bellicæ disciplinæ. Cic.2.de Natura Deorum.240.
Agris exerceri.Virg.4.Georg.32.
Armis exercuit.Cic.6.Verr.49.
Pueri & primæuo flore iuuentus Exercentur equis. Virg.7.Aen.35.
Exercere se & studere. Cic. in Orat.53. Aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet vni.
Acerrime quotidianis commentationibus sese exercere. Cicero de Claris Oratoribus.134.
Arcu se exercere.Tibul.lib.2.eleg.1.14.
Cogitare aliqua,& ad ea se exercere.Cic.Lentulo,lib.1.7.31. Hæc cogites,ad hæc te exerceas.
Exercere se ad cursum.Plaut.Mostel.12.5.
Ad versus aliquos se exercere.Cic.1.de Orat.75.
Vehementissimè se in aliqua re exercere.Cic.1.de Orat.73.
Exercere naturam suam in optimis rebus. Cic.in Somnio Scipionis.33.
Nam hæc est natura propria animę atque vis:quæ si est vna,ex omnibus quæ sese moueat,neque nata est certe,& æterna est,Hanc tu exerce in optimis rebus.
Exercere se in agris.Terent:Heaut.1.1.94.Agrum hunc mercatus sum: hîc me exerceo.
In consultationibus se exercere,& in vtranque partem disserere.Cicero Attico,lib.9.17.6.
In curriculo se exercentes athletæ.Cic.de Senect.24.
Gram iudicio multaque arte se in verissimo genere dicendi exercere.Cicero Bruto.15.2.
Multis se in laboribus exercere.Cic.p Archia.21. Quid q; in hoc tã exiguo vitæ curriculo & tam breui,tantis nos in laboribus exercemus?
Exercere,cum datiuo.Cic.2.Tuscul.69.Iouem Olympium, cum ipsum cui se exercebat,implorabit,ferre non posse clamabit.
Exercens,Participium,(ἀσκῶν,)Cic.3.de Orat.158.M.Lepidus quum cæteris in campo exercentibus,in herba ipse recubuisset, Vellem hoc esset,inquit,laborare.
Otia molli cura exercens.Silius lib.15.139.
Telum exercens.Lucret.lib.2.211.Sæuiat exercens telum,&c.
Exercendus,Participium,(ἀσκητέος,)vt
Æquabiliras iuris exercenda.Cic.1.Offic.124.
Arcenda ætas adolescentis à libidinibus,exercendaque in labore patientiaque & animi & corporis.Cic.1.Offic.172.
Exercitus,pen.corr.Participium,(ἠσκημένος,) Fatigatus & exercitatus. Cic.pro Plancio.64. Plaut.Merc.5.4.
Velut ego nocte hac quæ præterijt proxima,
In somnis egi satis,& fui homo exercitus. Plin.epist.99. Vnquamne vidisti quéquã tam laboriosum,tã exercitũ, quàm Varenũ meum?
Solicitus & exercitus homo.Cic.pro Milone.3.Quid enim nobis duobus Iudices laboriosius,quid magis solicitũ,magis exercitũ dici, aut fingi potest,qui spe amplissimorum præmiorum ad Rempub.adducti,meru crudelissimorum exitiorum curare non possumus?
Exercitus in re militari,longo bellorum vsu.Cic.pro Fonteio.26. Postremò ipse,cum in omnibus vitæ partibus honestus atque integer, tum in re militari cum summi consilii & maximi animi, tum verò vsu quoque bellorum gerendorum,in primis eorum hominum qui nunc sunt, exercitus.
Exercitus in mundo rustico.Plaut.Merc.5.65.
– neque desidiæ in otio
Operam dedisse,neque potestatem sibi
Fuisse,adeò ab ẽte cohibitum se esse à patre,
Multopere in mundo rustico se exercitum.Gellius,lib.19.ca.13. Homo sanè perquàm in noscẽdis veteribus scriptis exercitus. Sic apud Plinium iuniorem,lib.2.epist.9.Exercitus in agendis causis.
Curis exercitum esse.Ouid.15.Metam.154. Idem lib.7.129.Nox subit & curis exercita corpora somnus Occupat. Virg.5.Aeneid.155.
Dissidiis crebris exercitos esse aliquos.Lucret.lib.2.14.
Fatis exercitus. Virg.5.Aeneid.144. – nate Iliacis exercite fatis.
Verba Anchisæ ad Aeneam. Idem,lib.3.37.
Furiis exercita.Claud.de bello Get.10.
Exercitus multa lectione.Gellius,Aderat fortè ibi amicus noster, homo lectione multa exercitus,cui pleraque omnia veterarum literarũ quam fita,meditata,vigilataque erant.
Exercita ærumna.Plaut.Epid.11.3.
Simul ærumnam multiplex exercitam
Habet paupertas.

Mortu exercita animalia.Lucret.lib.4.174.
Assiduo varioque exercita motu corpora.Lucret.lib.2.20.
Flumina cursu exercita.Virg.3.Georg.105.
Vario ludo fatorum gens exercita.Stat.3.Thebaid.36.
Sæpe quidem infœlix,varioque exercita ludo
Fatorum gens nostra ruit.
Manus innumeris castris exercita.Stat.1.Sylu.4.15.
Manus exercita furtis.Claud.1.in Eutrop.39.
Exilio,rebusque exercita egenis Membra.Stat.11.Thebaid.110.
Probitas exercita rebus aduersis.Ouid.5.Trist.eleg.6.10.
Vellis Veneris sudorem exercita potat.Lucret.lib.4.227.
Exercitor,pen.corr.exercitõris.(ἀσκητής,γυμναστής,)Verbale,Qui docet & exercet alterum in re aliqua.Plaut.Trinum.14.9.
– hic quisquis est,Curculio est
Exercitor,is hunc hominem cursuram docet. Ibidem,5.1.
Dolorem in dispicor, egomet me concoquo,& macero,& defatigo.
Magister mihi exercitor animus hinc est.
Exercitorem eum dicimus(inquit Vlpianus in L.prima §.Exercitorẽ .ff.de Exercitoria actione)ad quem obuẽtiones & reditus omnes perueniunt,siue is dominus nauis sit,siue à domino nauem per auersionẽ conduxit,vel ad tempus,vel in perpetuum.
Exercitorius,Adiectiuum(ἀσκητικός,)vt Actio exercitoria.Aphricanus in L.Finali.ff.de exercitoria actione,Lucius Titius Stichum magistrũ nauis præposuit:is pecuniam mutuatus,cauit se in refectionem nauis eã accepisse.Quæsitum est,an non aliter Lucius Titius exercitoria tenetur.Sub.actione.sic toto illo titulo.
Exercitium exercitii,(ἄσκημα,) vt apud Gellium lib.19.cap.4. Exercitium dicendi.
Exercitio,exercitionis,Verbale,(ἄσκησις,)Vlpianus in L.Si tamen .ff. de Exercitoria actione,Si tamen plures per se nauem exerceant, pro portionibus exercitionis conueniuntur.
Exercitus,huius exercitus,pen.cor.(στρατιὰ,στράτευμα,στρατός,στόλος,)
Multitudo militum:quòd exercendo fit melior.Vegetius lib.2.Nume rius militum exercitatur,vnde & re ipsa ab opere exercitus nomen accepit,vt ei nunquam liceret obliuisci quod vocabatur. Plin.de Viris illust.27.Quum Galli,Samnites,Vmbri,Tusci contra Romanos cõspirassent,ibi exercitu in aciem ducto,& corno inclinante,exemplum patris imitatus,aduocato M.Liuio Pontifice,hastæ insistens, &c. Vlpianus,Exercitum dicimus nõ vnam cohortem,neque vnam alam,sed numeros multos militum.
Omnis equitum exercitus.Virg.11.Aeneid.120. Idem 9.Aeneid.5.
Omnis quinque campis exercitus ibat apertis
Binque omnis campis exercitus ibat apertis
Dines equũm,dines pictai vestis & auri.
Fortissimorum militum exercitus.Cic.4.Philipp.154.
Aduena exercitus.Virg.7.Aeneid.8.
Infelix exercitus.Horat.1.Carm.ode 16.4.
Insolitus ad laborem exercitus,Vide INSOLITVS.
Integer exercitus,Vide INTEGER.
Iustus exercitus,Vide IVSTVS.
Maximus & fortissimus exercitus.Cic.pro Murena,30.
Pedestris exercitus,Vide PEDESTRIS.
Accipere exercitum,Vide ACCIPIO.
Auertere exercitum.Cic.in Pisonem,36.
Capere exercitum,Vide CAPIO.
Circumfluens exercitus,Vide CIRCVNFLVO.
Colligere exercitum.Cic.de Prouinc.Consul.3.Iam verò exercitus nosterille inperbissimo delectu & durissima conquisitione collectus, omnis interit.
Concidere exercitum,Vide CONCIDO.
Conducere exercitum conducere.Cic.4.Phili.154.
Conficere exercitum,Vide CONFICIO.
Conficere exercitum,& ei præesse.Cic.pro Lege Manilia,42.
Quid tam nouum,quàm adolescentulum priuatum, exercitum difficili Reipub.tempore conficere?confecit.huic præesse?præfuit. Idem 5. Philip.195.
Conflare exercitum,Vide CONFLO.
Conscribere & comparare exercitum.Cic.5.Philip.190.
Continere exercitum castris,Vide CONTINEO.
Contractus exercitus,Vide CONTRAHO.
Largiendo corrumpere exercitum.Quintil.lib.5.cap.13.14.
Cum exercitu vrbes depopulare,agros vastare,domos exhaurire.Cic.in Pisonem,11.
Dimittere exercitum.Cic.in Pisonem,37.
Ducere exercitum.Cic.pro Murena,17. Quintil.lib.2.cap.16.11.
Educere exercitum ex aliqua prouincia.Cic.in Pisonem,38.&.39.
Facere exercitum.Cic.5.Philip.180.
Impedire exercitum Brundisii,Vide IMPONO.
Incidens portis exercitus,Vide INCIDO.
Increpare exercitum,Vide INCREPO.

Instructus exercitus.Cic.de Prouin.Consul.8.Vide INSTRVO.
Intentus atque infestus exercitus.Vide INTENDO.
Lustrare exercitum.Vide LVSTRVM.
Mutilatus exercitus.Vide MVTILVS.
Transferre exercitum in aliquem locum.Quintil.lib.3.cap.8.12.Si Scipio exercitum in Aphricam transtulerit.
Transportare exercitum in aliquam prouinciam.Cic.in Pis.37.
Turbati exercitus.Quintil.lib.7.cap.1.3.
Coruorum increpuit densis exercitus alis.Virg.1.Georg.77.
Phorci exercitus omnis.Virg.5.Aeneid.164. Id est dii marini.
Exercito,exercitas,pen.corr.(ἀσκέομαι,)exercitare,Frequentatiuum.
Exercitatus,pen.prod.Participiũ,siue Nomen ex Participio,(ἄσκητος,) Qui longa exercitatione doctus,& melior ac validior est. Plin.epist.53.e.Soler dicere Claudius restitutus,qui mihi respondit, vir exercitatus & vigilans,& quamlibet subitis paratus. Cæsar.2.bel.Gall.303. Superioribus prælijs exercitati.
Exercitatus ad.Terent.Hecyra.3.3.47.
O fortuna,vt nunquam perpetuò es bona,
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.
Exercitatus & versatus in causis homo.Cic.p Qu.2.M.Iunius qui in hãc causam Aquili,aliquoties acutè egit,homo & in aliis causis exercitatus,& in hac multum & sæpe versatus,hoc tempore abest,&c.
Exercitatus in dicendo.Cic.pro Cluent.Homo in primis ingeniosus,& in dicendo exercitatus. Sic ad Att.lib.14.308.4. Exercitatus in Arithmeticis. Et.4.Acad.192. Idẽ Cæs.1.bel.Ciuil.214.Exercitati (armis.
Exercitatus & agitatus curis.Cic.in Somn.Scip.32. Sunt autem optimæ curę de salute patriæ,quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc sedem & domum suam peruolauit.
Bona disciplina exercitati.Cic.in Orat.116.
Exercitati subigendis glebis.Cic.p Lege Agra.cõtra Rullum.83. Totus enim ager Campanus & possidetur & colitur à plebe optima & modestissima.at illi miseri,nati in illis agris & educati,glebis subigẽdis exercitati,quò se subitò conferant,non habebunt.
Exercitatus vsu.Liu.5.ab Vrbe.9. Istum iam non promptus ingenio tantum,sed vsu etiam exercitatus talem orationem habuit.
In maximis rebus & gerendis & sustinẽdis exercitatus animus. Cicero Qu.fratri,lib.1.1.3.
Syrtes exercitatæ.Horat.Epod.9.7.
Exercitatus aut petit Syrtes Noto,
Aut fertur incerto mari.
Exercitatior,& exercitatissimus.(ἀσκητότερος,)Ci.2.Offic.76. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erant,& tanquam exercitatiores ad bẽne de multis promerendum.
Exercitatissimus & paratissimus.Cic.pro Lege Manil.38. Omnibus naualibus pugnis Carthaginienses homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque vicerunt.
Interpres exercitatissimus. Cic.1.de Diuin.153.
Valentissimus & ad verberandos homines exercitatissimus lictor. Cicero.7.Verr.11.
Exercitatio,Verbale fœm.(ἄσκησις,γυμνασία,μελέτη,)vt Exercitatio corporis.Cic.1.de Fin.50. Et lib.1.de Inuent.2. Idẽ lib.1.Offic.2. Neque id in philosophia sollum,sed etiã in dicendi exercitatione feci.
Exercitatione ludos; campestri vti.Cic.pro Cælio.7.
Studia & exercitationes.Cic.Lent.lib.1.9.102.
Vsu forensi & exercitatione tyro,non ætate. Cic.1.Verr.26.
Labores corporis minuendi senibus,& exercitationes animi augendi. Cicero.1.Offic.172.
Exercitationes ingenii,& curricula mentis.Cic.de Senect.34.
Iuris Ciuilis exercitatio.Cic.1.de Orat.136.
Malorum exercitatio.Quintil.lib.2.cap.4.12.
Scholarum exercitationes.Quintil.lib.3.cap.8.29.
Artes & exercitationes virtutũ.Ci.de Senect.8.Aptissima oĩno sunt,Scipio & Læli,arma senectutis,artes,exercitationesque virtutum,quę in oĩ ætate cultæ,quum diu multumq; vixeris,mirificos afferunt fructus non quia nunquam deserunt,&c. Idem pro Milone.26.
Dicendi exercitatio.Quintil.lib.2.cap.12.7.
Laboriosæ exercitationes.Vide LABOR.
Ludicra exercitatio.Cic.1.de Nat.Deor.142.At ipsi tamen pueri,etiam quum cessant,exercitatione aliqua ludicra delectantur.
Modicæ exercitationes.Vide post MODVS.
Non parua exercitatio.Vide NON.
Primæ exercitationes.Quintil.lib.2.cap.4.26.
Puerilis exercitatio Quintil.lib.1.cap.11.11.
Quotidiana dicendi exercitatio.Cic.pro Leg.Manil.1.
Subitæ ad propositas causas exercitationes & accuratæ & meditatę commentationes.Cic.1.de Orat.134.
Accommodata exercitatio.Quintil.lib.2.cap.4.24.Quæ quidem sua foriis,an controuersiis magis accommodata sit exercitatio,&c.
Dicendi exercitatione linguam acuere.Cic.de Claris Orat.186.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consuetudo & exercitatio & intelligendi prudentiam acuit, & eloquendi celeritatem incitat. Cic. 1. de Orat. 35.
Stuprorum & scelerum exercitatione assuefieri. Cic. 2. in Catil. 31.
Augere exercitationes. Vide AVGEO.
Conficere exercitatione. Vide CONFICIO.
Firmari atque ali memoriam exercitatione. Quintil. lib. 1. cap. 1. 26. Nã & maxime necessaria est Oratori (sicut suo loco dicam) memoria, & ea præcipue firmatur, atque alitur exercitatione.
Exercitatione & stylo ad certam legem formanda oratio. Cicero. 3. de Oratore. 105.
Committi exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate munire. Cic. pro Domo sua. 2.
Motu & exercitatione recalescũt corpora nostra. Cic. 2. de Na. Deor. 39.
Meditatione atque exercitatione multi naturæ vitiũ sustulerunt. Cic. 2. de Diuinat. 144.
Corporis exercitatione tuendus color. Cic. 1. Offic. 181.
Modicis exercitationibus vtendum est, & ratio valetudinis habenda. Cicero de Senect. 32.
Exercitãtor, penult. producti. Verbale, (ἀσκητὴς, γυμναστὴς,) Qui exercet. Plinius, lib. 25. cap. 7. 7. Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit. De athletis loquitur. Idem lib. 35. cap. 11. 14. Lecythion agilitatis exercitator.
Exercitãtrix, pen. prod. exercitatrîcis, (ἀσκητρὶς,) Quintil. lib. 2. cap. 15. 17. Quòd duas partes ciuilitatis corpori assignet, medicinam, & quã interpretantur exercitatricem.

Exero, exẽtis, pen. corr. exerui, exertum, (ἐξαίρω,) exerere, Ab ex, & sero compositum, Extrahere, quasi dimouere.
Herba exerit cacumen è tepida humo. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.
Herbaque quæ latuit cerealibus obrupta sulcis,
Exerit è tepida molle cacumen humo.
Exerere caput. Colum. lib. 8. cap. 7. 1. Verùm habeat ex vtraque parte foraminat: vnum quo caput exeratur, alterum quo cauda & clunes.
Caput exerere ab. Lucan. lib. 5. 110.
Primus ab oceano caput exeris Atlanteo
Core mouens æstus.
Galatea ponto caput exerit. Ouid. 13. Metam. 179.
Neptunus imis exerens vndis caput. Senec. Agamemn. 633.
Phœbus illustre lætis exerit terris caput. Senec. Herc. furent. 81.
Altius vitiis exeruisse caput. Quid. ad Liuiam. 10. Idem. 1. Fast. 60. Credibile est illos pariter vitiisque locisque
Altius humanis exeruisse caput. Id est excelluisse.
Roma caput magnanimis vrbibus altè exerit. Silius, lib. 1. 6.
Exerere se domicilio dicuntur cochleæ. Plin. lib. 9. cap. 32.
Exerere ensem. Statius –fulgentemque exerit ensem.
Humerum exerere. Ouid. 1. Fast. 82. Exerit hæc humerum, vestes trahit illa per herbas. De Nymphis.
Exerere ius in librum alicuius. Plin. epist. 160. Sumam personam magistri, exeramq; in librum tuum ius, quæ dedisti eo liberius, quo nihil ex meis interim missurus sum tibi, in quo te vlciscaris.
Latentem exerere. Ouid. ad Pisonem. 51. Tu nanti protende manum, tu Piso latentem Exere. Prouerbialiter.
Exerere linguam. Plin. lib. 10. cap. 23. 8. Glottis prælõgam exerit linguã vnde ei nomen. Liuius. 7. ab Vrbe. 38. Linguam etiam ab irrisu exerentem producunt.
Exerere manum. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 30. Et iam si illi manum exerere non licuit, gratus potest esse homo etiam voluntate.
Manu subter togam ad mentum exerta. Liu. 6. ab Vrbe. 45.
Delphin sydus exerit ora patriis vadis. Ouid. 1. Fast. 92.
Exerere radicem. Colum. lib. 12. cap. 56. 1. Prius quàm olusatrum colicu lum agat, radicem eius exerito mense Ianuario.
Mentis secreta exerere. Senec. Herc. Oeth. 4. 5.
Exerere vincula. Colum. lib. 8. cap. 8. 10. Nam dum vincula exerere conantur, non conquiescunt.
Phœbe vultus exerit. Senec. Hippol. 6. 3.
–curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe.
Exerere aliquem, pro Exhibere aliquem & proferre. Claud. 4. Pane. 98.
Exerce nunc doctos tantæ certamine laudis
Roma choros: & quanta tuis facundia pollet
Ingeniis, nostrum digno sonet ore parentem.

Exertus, Participium, siue Nomen ex Participio, (ἐξαρτὸς,) Plin. lib. 11. cap. 37. 34. Dentes exerti sunt apro, hippopotamo, elephanto. Stat. 9. Thebaid. 137. de Diana.
–sæuis vbi quondam exerta sagittis
Fœcundam lasso Niobem consumpserat arcu.
Amazon vnum exerta latus pugnæ. Virg. 11. Aeneid. 130.
Humero exertus. Silius, lib. 8. 117.
Ipse humero exertus gentili more parentũ Difficili gaudebat equo. Stat. 4. Thebaid. 47. Exerti ingentes humeros.

Humeros exertaque brachia velat. Stat. 1. Achil. 70.
Cerhegus exertus. Lucan. lib. 2. 109.
Lentulus, exertisque manus vesana Cethegi.
Ab Horatio cinctutus dicitur. Solebat enim Cerhegorum familia in publicum & pugnam prodire humero & brachio exerto, id est nudato. Sil. lib. 8. 117. de alio Cethego loquens,
Ipse humero exertus, gentili more parentum
Difficili gaudebat equo.
Ensis exertus. Stat. 11. Thebaid. 75. Ouid. 3. Fast. 163.
Ensibus exertis bellica læta dea est.
Lacerti exerti. Senec. Herc. Oeth. 1. 6. Virgil. 1. Aeneid. 100. Exerta mamma. Et lib. 11. 161. Papilla exerta.
Medulla exerta. Horat. in Epod. 8.
Exerta vti medulla & aridum iecur
Amoris esset poculum.

Exerto, exertas, exertare, (ἐξαίρομαι,) Frequentatiuũ. Virg. 3. Aenei. 85.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naues, & saxa trahentem.
Humeros exertare, Id est nudare. Stat. 1. Thebaid. 83.
Exertare humeros, nudamque lacessere pugnam.

Exesus, Vide EXEDO.

Exfacili, (ἐξ ἑτοίμου,) Vide EX.

Exfilatus, Extra vestimentum filo contextus. Festus.

Exfio, exîs. (ἐκχυλῶ,) exfire, Purgare, A quo exficus, purgatio. Veteres exfir quoque pro purgamento posuere, teste Festo.

Exfodio, exfodis, pen. corr. exfodi, pe. prod. exfossum (ἐξορύττω,) exfodere, Quod fossum erat extrahere. Plautus Aulularia. 14. 9. Exfodio aulam auri plenam. Antiquum est. magis enim est in vsu effodio.

Exfundo, exfundas, (ἐκχυτρεύω,) exfundare, à fundo euertere. Cælius Antipater lib. 7. Respub. amisso exfundato pulcherrimo oppido.

Exgrûmo, exgrúmas, pe. prod. (ἐκχοιμᾶω,) exgrumare, Dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilitates. Grumus enim est terræ collectio, à congerie dictus. Varro. 3. de Re rustica, cap. 14. 3. Denique ipsæ exgrumantes ad propalam vitã diu producunt, quum ad eam rem pauca laurea folia interiiciant, & aspergantur furfures non multos.

Exgúrgito, exgúrgitas, pen. corr. (ἐξαμπωτόω,) exgurgitare, Extra gurgitem emittere. Vnde per translationem,
Exgurgitare argentum domo dixit Plautus Epid. 12. 12.
–proh deûm atque hominum fidem, quid ego
Lenocinium facio? qui quidem habeam alienos domi,
Atque argentum exgurgitem domo prorsum?

Exhaerèdo, exhærédas, pen. prod. (ἀποκληρόω,) exhæredare, Extra hæreditatem abdicere, & proscribere. Vide ABDICO. Martial. lib. 3. 10. Exhæredauit te Philomusę pater. Cic. pro Cluentio. 106. Exhæredare filium. Et pro Domo sua. 18.
Exhæredans, Participium, (ἀποκληρῶν,) Cic. 1. Philipp. 59. Igitur frater exhæredans, te faciebat hęredem.
Exhæredãtus, pen. pro. (ἀποκεκληρωμένος,) Aliud Participium. Author ad Heren. lib. 4. 151. Sed à necessariis omnibus exhæredatus est. Plin. epist. 119. a. Exhæredata ab octogenario patre.

Exheredario, Verbale, (ἀποκλήρωσις,) Quintil. lib. 7. cap. 2. Tu impiè fecisti, quum exhęredationem meruisti.

Exhæres, exhęrêdis, pen. prod. com. gen. (ἀποκλῆρος,) qui primatus est hęreditate quæ ad eũ pertinebat. Cic. 1. de Orat. 84. Quum miles domũ reuenisset, egissetque lege in hæreditatem paternam, testamento exhæres filius. Nempe in ea causa quæ situm est de iure Ciuili, possitne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, neque exhæredem scripsisset nominatim. Quædam exẽplaria non legunt hæc verba, testamento exhæres filius.
Exhæredem se facere bonis suis. Plaut. Mostel. 4. 76.
–vtinam nunc meus mortuus pater nuncupet,
Vt ego exhæredem meis me bonis faciam, atque hæc sit hæres.
Scribere sine elogio exhæredem filium. Vlpia. in L. prima §. Pomponius ff. de Carboniano edicto, Idem ait, quum quidam exhæredem scripsisset filium, quòd diceret eum ex adulterio conceptum: quasi fieret ei controuersia, an inter liberos sit, ex hac parte edicti ei bonorum possessionem competere: quum si sine elogio exhęres scriptus esset, non haberet bonorum possessionem.
Exhæredem vitæ suæ aliquem facere, per translationem dictum à Plauto Bacchid. 19. 8. pro occidere.

Exhaerésimus, pen. corr. dies, (ἐξαμέσιμος,) Id est exemptis: folebat: vt annus cum solis ac lunæ ratione cõgrueret. Cic. 4. Ver. 99. Est

Est consuetudo Siculorum, cæterorumque Græcorum, quod suos dies menseſque congruere volunt cum solis lunæque ratione, vt nonnunquam siquid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut summum biduum ex mense, quos illi (ἐξαμέσιμους, dies nominant. Budæus.

Exhalo, exhalas, pe. prod. (ἀναπνέω, ἀποπνέω, ἀναπνοίζω, ἀτμίζω,) exhalare, Expirare, & veluti per halitum emittere aerem. Plin. lib. 17. cap. 4. 2. Quæ tenues exhalat nebulas. Virg. 7. Aeneid.
–sæuumque exhalat opaca Mephitin.
Mulsa per os exhalantur. Lucret. lib. 4. 174.
Altaria vapore exhalant. Lucret. lib. 5. 88. –vbi cernimus alta
Exhalare vapore altaria, ferreque fumum.
Animam exhalare, Mori. Ouid. 6. Metam. 50. Iuuen. Saty. 10. 10.
Exhalare crapulam. Cic. 1. Philip. 51. Edormi crapulam inquã & exhala.
Idem 1. Verr. 22. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Apronianã conniuã crapulam exhalassent.
Lucem soporem exhalare, Mori. Silius lib. 10. 31.
–soporem Telesinus in auras
Exhalat lucem, & dubitantia lumina condit.
Metalla exhallant. Lucret. lib. 6. 163.
Quid ve mali sit, vt exhalent aurata metalla?
Flumina natas Exhalant nebulas. Ouid. 13. Metam. 132. Item 14. 74.
Nebulam fumosque volucres exhalat terra. Virg. 2. Georg. 44. Lucan. libro. 4. 15.
Nebulæ caligine mistæ Exhalantur humo. Ouid. 11. Met. 120.
Terra pulueris exhalat nebulam, nubesque volantes. Lucre. lib. 5. 51.
Ventos solum exhalat. Luca. lib. 5. 17.
Vt vidit Pæan vastos telluris hiatus
Diuinam spirare fidem, ventosque loquaces Exhalare solum.
Vestes exhalant. Stat. 10. Thebaid. 21. –rapetis
Fœnebri exhalant vestes: & corpore pigro Strata calent.
Exhalare vinum, Idem quod Exhalare crapulam. Cic. 2. Philip. 60. Quãquam tu quidem (vt tui familiarissimi dictitant) vini exhaladi, nõ acuendi ingenii causa declamitas.
Vitam exhalare. Virg. 2. Aenei. 123. Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem.
Exhalans, pen. prodn. (ἀναπνέων,) Participium. vt Spiramenta exhalantia flammam. Ouid. 15. Metam. 68.
Vitam exhalans. Ouid. 5. Metam. 13. Postquam exhalãtem sub acerbo funere vitam Vidit Aryn.

Exhalitus, pen. prod. Participium, (ἀναπνεύσας,) Vt anima exhalata. Ouid. 11. Metam. 9. –in ventos anima exhalata recessit.

Exhalatio, Verbale, (ἀναπνοὴ, ἀναθυμίασις,) Plin. lib. 31. cap. 3. 14. Cerussa multo nebulosa exhalatio est.
Exhalationes terræ, Tenues spiritus qui per æstum maximum terra diffusi exhalantur, & sursum in aerem feruntur. Cic. 1. Tusc. 69. Quod & humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

Exhaurio, exhauris, exhausi, exhaustũ, (ἐξαντλῶ, ἐξαρύω, ἀρύσω, ἀναρύω,) exhaurire, Prorsus euacuare significat. vt
Exhaurire sentinam vrbis. Cic. Attic. lib. 1. 14. 6.
Exhaurire poculum, Hauriendo vacuare & ebibere. Liu. 9. bel. Mac. 111.
Ouid. 5. Fast. 103. Sic Exhaurire sanguisugam, Plin. lib. 20. cap. 13. 17.
Exhaurire poculum mortis. Cic. pro Cluent. 23.
Exhaurire vinum & Vomere, contraria. Cice. 2. Philipp. 74. Tu istis fauci bus istis literibus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in Populi Romani conspectu vomere postridie.
Exhaurire, per translationem, vt Exhaurire ærarium. Cice. 2. Offic. 107. Et 5. Verr. 140.
Dilapidare pecuniam & exhaurire ærarium. Cic. Octauio, 6. Publicã dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, &c. de Antonio.
Exhaurit ægrum cubantem fluens aluus. Cell. lib. 7. cap. 3.
Exhaurire ærarium, & compilare Remp. Cic. in Vati. 3. Num religiones pollutum ærarium exhauserit, Rempublicam compilarit.
Amorem aliquorum exhauriri nulla iniuria posse Cic. Atti. lib. 2. 36. 5.
Tantus tantus fuit amor, vt exhauiri nulla posset iniuria.
Exhaurire & pene perdere aratores. Cice. 5. Verr. 65. Aratores funditus euertebantur, & eo magis, quòd iam superioribus annis exhausti erant ac pene perditi.
Bellis maximis exhauriri. Cic. de Prouinc. Consul. 5.
Cunctatem aliquam exhaurire. Luca. lib. 3. 37. Exhausit totas quanuis de Ioue Athenas. Id est militum ingentes copiæ eductæ sunt e ciuitate.
Euertere miseras funditus ciuitates, & bonis exhaurire. Cic. in Pisonẽ, 68.
Exhaurire maximas copias. Cicero in Parad. 56.
Dolorem exhaurire. Cic. Titio, lib. 5. 16. 7. Non facile exhauriri tibi istum dolorem posse vaiuersum puto.
Exhaurire & exhaurire domum alicuius. Cic. 7. Verr. 85.
Exhaurire domos, & Replere, contraria. Cice. de Prouin. Cons. 3. Vt domos exhaustas replere possent, percepta pace bellum nobis propè iustam intulerunt.

Genas citius exhauriet Sipyleia genitrix, Id est Niobe. de re impossibili. Stat. 5. Sylu. 1. 7.
Exhaurire hæredem legatis, Onerare, & legatis hæredem vexare, ita vt nihil ei reliquum fiat. Plin. epist. 96. c. Quid si hæredem quidem instituisset ex asse, sed legatis ita exhausisset, vt nõ amplius apud te, quàm quarta remaneret?
Ligonibus humum exhaurire. Horat. Epod. 5. 7.
Ictum exhaurire. Stat. 5. Thebaid. 113.
–rapit ingenti conamine saxum
Arduus Hippomeden, quo turbine bellica quondam
Librati saliunt portarum in claustra molares.
Cassa ducis virtus. nam mollia colla refusus
In tergum serpens venientem exhauserat ictum.
Laborem exhaurire. Silius, lib. 17. 71. –ipsa malorum
Non plus Carthago tulit, exhausitque laboris.
Exhaurire labores in re aliqua. Plinius, epist. 5 3. a. Possum iam perscribere tibi, quantum in publica prouinciæ Bæticæ causa laboris exhauserim. Idem epist. 100. b. Quod me recordantem miseratio subit quantum vigiliarum, quantum laboris exhauserit frustra. Liuius. 5. ab Vrbe. 20. Quum tantum laboris exhaustum sit. Idem. 3. bel. Maced. 85. Et 6. bel. Pun. 161.
Labores exhaurire cũ sole. Stat. 6. Thebaid. 48. Significat finẽ imponere laboribus discedente iam sole, & ipso quoque finẽto suis laboribus.
Exhaurire partẽ aliquã laudũ alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 14-315. 5. Eadem epistola est in alio epistolarum volumine lib. 9. 14. 1. Libentius omnes meas, si modò sint aliquæ meæ laudes, ad te trãsfuderim, quàm aliquam partem exhauserim ex tuis. Hoc est abstraxerim.
Exhaurire mandata alicuius, pro Absoluere & perficere. Cic. ad Att. lib. 5. 88. 6. Reliquũ est, vt antè quàm proficiscare, mandata nostra exhaurias. Id est exequaris. Idem, lib. 5. 100. 4. Exhaurimea mandata.
Minas inanes exhaurire. Stat. 10. Thebaid. 58.
Pecuniam omnem ex ærario exhaurire. Cic. pro L. Agr. 95.
Plebem exhaurire. Cic. 1. pro L. Agra. 72.
* Exhaurire potionem. Quintil. lib. 7.
Prædam ex fortunis aliquorum, ex agris vrbibusque sociorum exhaurire. Cic. in Pisonem. 38.
Sumptu prouinciam exhaurire. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 13.
Immanes quæstus M. Antonii tota exhausit domus. Cic. 5. Philipp. 171.
Fluuius aliquam regionem exhaurire dicitur, quum omnia secum rapit & depopulatur. Lucan. lib. 2. 83.
Eridanus fractas deuoluit in æquora syluas,
Hesperiamque exhaurit aquis.
Exhaurire sentinã furũ ex vrbe. Cic. 1. in Catil. 9. Sin tu (quod te iamdudum hortor) exieris, exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna & perniciosa sentina Reip. Idem. 2. in eundem. 30. O fortunatã Rempublicam, si quidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit. vno mehercle Catilina exhausto, releuata mihi & recreata Respublica videtur. Idẽ Attico, lib. 1. 14. 6. Qua constituta diligẽter, & sentinam vrbis exhauriri, & Italiæ solitudinem frequentari posse arbitrabar.

Exhaustus sermo. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2. 1. Exhaustus enim est sermo hominum, & multæ emissæ iam eiusmodi voces, &c.
Exhaurire sermone solicitudines Cic. ad Att. lib. 1. 13. 3. Multa enim quæ me solicitant angũtque quæque mihi videor aureis tuas nactus, vnius amabilionis sermone exhaurire posse. Id est, sermone & collocutione adimere atque auferre.
Reliquum spiritum exhausit plaga. Cic. pro Sest. 69. Plaga vna illa extrema defuit quæ si accessisset, reliquum spiritum exhausisset.
Supplicia exhaurire. Silius lib. 6. 58.
Heu quantis luimus mox tristia prælia damnis,
Quantaque supplicia & quaeis exhaustimus iras.
Exhaurire vires. Plin. epist. 63. b. Nam possessor prior sæpius vendidit pignora: & dum reliqua colonorum minuit ad tempus, vires in posterum exhausit.
Exhaurire sibi vitam. Cicero pro Sestio. 40. Ne videret victorem, vinus inimicum, eadem sibi manu vitam exhaustisse qua mortem sæpe hostibus obtulisset.
Pœnarum exhaustum satis est. Virg. 9. Aeneid. 75.

Exhaustus, Participium, (ἐξηντλημένος,) Vt Exhaustus fons, in quo nihil amplius est aquæ. Cæsar. 8. bel. Gall. 152.
Omnibus iam casibus exhaustus. Virg. 1. Aeneid. 121.
Quæ nos relliquias Danaũm, terræque marisque
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos,
Vrbe, domo socias. Verba Aeneæ ad Didonem.
Exhaustus magnificentia publicorum operum. Liu. 1. ab Vrbe. 249.
Sonitu exhaustus, Id est, exhaustus assiduo labore sonãdi, apud Claudianum. 4. Panegyrico. 53.
Lumbos exhaustus. Iuuenal. Saty. 9. 6. Quantum erat exhausti lumbos donare clientis Iugeribus paucis?
Rebus exhaustum esse. Stat. 3. Sylu. 3. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excussum & exhaustum dimittere aliquem.Cic.de Aruſp.reſp.34. Non ignouit,mihi crede,non.niſi fortè tibi eſſe ignorum puras, quòd te iudices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum,ſuo iudicio abſolutum,omnium condemnatum.

¶ Inops & exhauſtum ærarium.Cic.5.Verr.140. Hanc pecuniam tantam,datam tibi ex ærario inopi,atque exhauſto,&c.

Annes ſolibus exhauſti. Stat.3. Thebaid.52.

Anno exhauſto.Lucan.lib.5.9.
– noſtrum exhauſto ius clauditur anno.

Apes exhauſtæ,Imminutæ.Virg.4.Georg.50.
Quo magis exhauſtæ fuerint,hoc acrius omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas.

Exhauſta aqua Cic.2.de Nat.Deor.177.

Bella exhauſta.Virg.4.Aeneid.3.

Exhauſta benignitas amicorum.Cic.ad Atticum,lib.4.71.11.

Exhauſtæ bonis ciuitates Cic.in Piſonem.62.

Conſumpta & exhauſta mota domus.Cic.3.de Orat.57. O Priami domus,in quo tanta commoueri actio non poſſet, ſi eſſet conſumpta ſuperiore motu & exhauſta.

Curſu exhauſtus equus.Lucan.lib.8.1.Cornipedem exhauſtum curſu,ſtimulisque negantem Magnus agens.

Fœmina viſceribus laſſis,partuque exhauſta. Lucan.lib.2.69.

Flumine exhauſto vincere æſtum,Pota aqua vincere ſitim. Propert.lib.4.eleg.10.13.

Hortus floribus exhauſtus.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.13.

Multo ſudore exhauſta inuentus.Lucan.lib.4.62.

Labore exhauſto.Lucan.lib.3.100.
– fruſtraque labore
Exhauſto ſeſſus repetit tentoria miles.
Quintil.lib.4.cap.5.Nam & exhauſti laboris noſſe menſuram, volupta ti eſt:& hortatur ad reliqua fortius exequenda,ſcire quantũ ſuperſit.

Pars eſt exhauſta laboris.Ouid.1.de Arte.155. Idem.5.Faſt.78.

Opes exhauſtæ.Propert.lib.3.eleg.13.1.

Pars exhauſta.Lucan.lib.3.27.
Pacis ad exhauſtæ ſpolium non cogit egeſtas.

Pericula exhauſta commemorare.Ouid.12.Meta.33. Virg.10.Aen.11.
Totoque maris,vaſtæque exhauſta pericula terræ.

Pharetra telis exhauſta.Ouid.1.Metam.90. Stat.9.Thebaid.171.
Sentit & exhauſtas humero leuiore pharetras.

Exhauſta plebs impenſis Liu.6.ab Vrbe.12.

Rubor exhauſtus.Author ad Heren.lib.4.156.

Exhauſtus enim eſt ſermo hominum, & mulcæ emiſſæ iam eiuſmodi voces &c.Cicero ad Qu.fratrem,lib.1.2.1.Id eſt conſumptus, etiam rumor conticeſcit.

Sanguine turba exhauſta,proſternibus. Lucan.lib.5.67.Vos deſpecta ſenes,exhauſtaque ſanguine turba Cernetis &c.

Vbere exhauſto mulctra ſpumat.Virg.3.Georg.61.

Exhauſtum,Subſtantiuum,(ἐξηντλημένον,)Virg.2.Georg.80.
Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter
Cui nunquam exhauſti ſatis eſt.
Exhauſti,Id eſt(inquit Seruius)exhauſtionis,Finitionis.qđ quia aſperum viſum eſt,ſe ad figuram tranſtulit,& ait Exhauſti, vt Seruantiſſimus æqui,pro æquitatis.

Exherbo, exherbas,(ἐκβοτανίζω,)exherbare,Herbas extirpare, & euellere.Colum.lib.4.cap.31.2.Pericalis ferè ſalix eundem agrum,quem vimnalis deſyderat,melior tamen riguo proue nit,atque ea taleis conſeritur:& quum germinauit,ad vnam perticam ſummittitur,crebroque foditur,atque exherbatur,nec minus quàm vinea pampinatur. Idem lib.11.cap.3.6.Exherbandus eſt locus.

Exhibeo, exhibes,pen.corr.exhibui,exhibitum,pen.corr.(παρέχω, ἐπιφαίνω,)exhibere,Proferre,& in publicum deducere,&(vt ait Vlpian.)videndi tangendique facultatem dare.Plau. Milit.9.65.Exhibeas herũ volo. Cic.7.Verr.14.Is omo ſeruus in familia non eratieum ſtatim exhiberi iubet. Idem pro Milone.15.

Exhibere,inquit Paulus Interconſ.eſt facere in publicum poteſtatem, vt ei qui agit,experiundi ſit copia.

Exhibere alicui affectum parentis.Plinius,epiſt.25.c. Præterea quod ille tutor mihi relictus affectum parentis exhibuit:ſic candidatum me ſuffragio ornauit.

Argutias alteri pro Irritare & laceſſere.Plaut.Moſtel.2.2. Exi ẽ culina fas foras maſtigia,
Qui mihi inter patinas exhibes argutias.

Authoré ſalutis alicuius & ſupplicé alicui ſe exhibere.Cic.p Seſtio.93.

Curam alicui.Tibul.lib.2.eleg.1.13.

Faciem parentis.Plin.lib.15.cap.15.1. Peculiaris impudentia eſt nucibus miſitorum,quæ faciem parentis,ſuccumque adoptionis exhibent, appellata ab vtroque nuciprunæ.

Fidem ac beneuolentiam domino ſuo.Colum.lib.11.ca.1.7. Nec ſolũm an perdiderit diſciplinam ruris,ſed an etiam domino fidem ac beneuolentiam exhibeat:ſine quibus nihil prodeſt ſumma villici ſcientia.

Carbaſus vinos focos exhibuit Claudiæ.Propert.lib.4.eleg.12.11. Vel cui(commiſſos quum Veſta repoſceret ignes)

Exhibuit vinos carbaſus alba focos.

Formam.Colum.lib.5.cap.2.1.Ager nonnunquam plurium angulorum formam exhibet.

Horam in re aliqua agenda.Cic.6.Philipp.109.Succurrẽdum eſt D.Bruto,omnes vndique copiæ colligendæ:horam exhibere nullam meritæ ciue liberando ſine ſcelere non poſſumus.

Imperium,Id eſt dominari alicui,& imperare.Plaut.Caſina.8.56.Patiuu dum eſt ſiquidem me viuo vxor imperium exhibet.

Se iudiciis horum.Plin.in Pane.109. Tibi cõtrà & moderatio tua ſuaſit, & ſanctitas,vt te & religioni deorũ,& iudiciis hominum exhiberes.

Iuſtitiã.Plin.in Paneg.53.Quam deinde in eundo liberalitatem, quam iuſtitiam exhibuit,omni affectione,aut intactus,aut maior?

Laborem difficilem colonis exhibere dicitur terra,quæ difficulter laboratur ſiue colitur.Colum.lib.5.cap.5.15.Supereſt reliqua illa cultura proſtratę vineæ,quæ niſi violentiſſimo ſtatu cœli ſuſcipi nõ debent nam & difficilem laborem colonis exhibet.

Moleſtiam,Moleſtare.Plaut.Capt.13.48.
Ego ora verberabo ſurpiculis piſcariis,
Vt ſciant alieno naſo quam exhibeant moleſtiam. Idẽ Perſa.3.3.Mane,ecſi properas Pecnium auſcultato mihi.emere oportet tibi
Quem obedire velis,ſaltã exhibeas moleſtiam,vt opinor,
Siquid debeam,qui nunc ſic eã tam moleſtes. Cælius ad Ciceronem, lib.8.14.Quod exemplum ſi fortè minus te delectarit,ne moleſtiam tibi cum impenſa mea exhibeam,fac me certiorem. Cic. ad Cornificium,lib.12.19.4.Noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere. Idem Attico,lib.2.16.4.

Negotium alicui,quod & facẽſſere negotium dicitur, vulgus dicit facere pœnam.Plaut.Moſtel.3.39. – ne ego ſuam miſer
Ita & hinc & illinc mihi exhibent negotium. Idem Menæch.74.14.
– herus eſt meus,
Ego quidem huius ſeruus ſum: ſed me eſſe huius credidi,
Ego hunc cenſebam eſſe te,huic etiam exhibui negotium. Idem Amphit.10.14. – factum id Amphitruoni obfuit,
Atque illi dudum meus amor negotium inſonti exhibuit.
Plin.epiſt.195.Ipſe igitur exhibes negotium tibi,qui elicis & inuitas, vt quamplurima cõmunicare tecũ velim. Cic.lib.3.Offic.152. Quod quum audiuiſſet adoleſcens filius negotium exhiberi patri. Idem.1.de Nat.Deor.65.Quod beatum æternumque ſit,id nec habere ipſum negotii quicquam,nec exhibere alteri.

Omnia integra exhibere.Cic.7.Verr.51.

Notam linguæ baccis oleaſter amaris exhibet.Ouid.14.Metam.105.

Opus exhibere alicui.Ouid.3.de Ponto,eleg.5.5.
Quod legi,tua vox exhibuiſſet opus.

Populo exhibere.Cic.1.Acad.2.Quid me inquã putas,qui philoſophiã iam profeſſus ſim,populo noſtro exhibiturum?

Promiſſum librum.Plin.epiſt.2.a. Quia tardiorem aduentum tuum proſpicio,libri mi quem prioribus epiſtolis promiſeram,exhibeo.

Pupillum exhibere.Cic.Attico,lib.5.106.6.

Rationes.Plin.epiſt.126.Per hunc à Conſulibus poſtulabat, vt Varenus exhibere rationes cogeretur.

Rem ſaluam.Plaut.Aſin.9.51.Da modò meo periculo, rem ſaluam ego exhibebo.

Reum exhibere quid ſit,patet in Lege,Siquis.ff.De exhibitione reorum. Siquis reum criminis,de quo ſatisfecit, non exhibuerit: pœna pecuniaria plectitur. puto tamen ſi dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem eſſe damnandum. Eſt enim quod dicitur, ducere perſonaliter. Budæus.

Sonos.Ouid.3.Triſt.eleg.11.11.

Spectaculum.Plin.epiſt.25.a.Poſt aliquot annos inſigne atque etiã memorabile diẽ Pop.Romani oculis ſpectaculum exhibuit publicum, funus Virginii Rufi,maximi & clariſſimi ciuis,& perinde fœlicis.

Nox exhibuit pallã ſydera clara die.Ouid.epiſt.18.7.

Vicem ſpodii.Plin.lib.23.cap.7.12.Spodii vicem exhibet fruticum ſarmentum.

Vires.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.3.
Nec tamen exhibuit tantas facundia vires Vt,&c.

Vultus.Ouid.2.de Arte.70.
Te ſemper videat,tibi ſemper præbeat aures,
Exhibeat vultus noxque diesque tuos.

¶ Exhibere alterum,pro illum repræſentare. Ouid.6.Metam.9.
– formamque remouit amicæ, Palladaq; exhibuit. De Pallade quæ
– formamque remouit amicæ, Palladaq; exhibuit. De Pallade quæ in anum ſe mutauerat,moxq; reſtituit ſe priſtinæ formæ. Idem.epiſt. 16.124.Tres tibi ſe nudas exhibuere deæ. Verba ad Parídem.

¶ Exhibere,eſt etiam alimenta ſuppeditare.Iuriſconſultis. Paulus in L. Neſennius.ff.de Negotiis geſtis, Pone peregre patrem eius obiiſſe:& matrem, dum in patriam reuerteretur, tam filium, quàm filiam eius exhibuiſſe.

exhibuiſſe. Hermogenianus in L.prima.ff. de Muneribus & honoribus, Aequè perſonale munus eſt tutela, cura adulti furioſive, item prodigi,mati,& ventris,etiam ad exhibendum cibum, potum,tectum & familia.

Exhibitus,pen.cor.Participium:(παρεσκευάσας,)vt Tori exhibiti. Ouid. epiſt.16.19.Hypſipyle teſtis,teſtis Minoia virgo
In non exhibitis vtraque iuncta toris.

Exhibitio,Verbale(παράδοσις,)Gellius,Probari apud me debere pecuniam datam confuetis modis,expenſi latione,menſæ rationibus,chirographi exhibitionibus.

Exhilaro, exhilares,pen.corr.(ἱλαρύνω,φαιδρόω,)exhilarare,Idẽ quod ſimplex hilaro.Colu.lib.6.cap.24.1.Quoniam ni mietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.Idem lib.11.cap. 1.15. Plin.lib.22.cap.25.

Exhilarantur arbores.Plin.lib.16.cap.25.3.

Exhilaratus,pen.prod.Participium.(φαιδρότερος,)Cic.pæto, lib.1.26.1. Miraris tam exhilaratam eſſe ſeruitutem noſtram?

Exhorreo, exhorres,exhorrui,exhorrere,&
Exhorreſco,exhorreſcis,exhorrui,(φρίττω,)exhorreſcere,Expaueſcere, & præ timore horrere & contremiſcere. Plancus Ciceroni,li.10.18.8. Sed non poſſum non exhorreſcere,ſiquid intra cutem ſubeſt vulneris: quod prius noſcere poteſt,quàm ſciri,curarique poſſit. Cic.1.de Fin. 68.Quæ nos exhorreſcere meru non ſinat.

Exhorreſcere in.Cic.3.de Orat.30.In quo igitur homines exhorreſcũt? quem ſtupefacti dicentem intuentur?

Furores exhorreſcere.Silius lib.3.30.
Ne tamen incautos laudum exhorreſce furores.
Vt ſerpentem patrias exhorruit iras.Silius lib.3.86.

Vultus alicuius exhorreſcere.Virg.7.Aeneid.53.
Aduenat,vultus neve exhorreſcat amicos.

¶ Exhorreſcere,pro Fremere.Ouid.4.Metam.28.
– exhorruit æquoris inſtar
Quod fremit,exigua quum ſummum ſtringitur aura.

Exhortor, exhortaris,(παρορμάω,)exhortari,Vehementer hortatus,thure onuſtam nauim miſit Leonidi, exhortatus vt largè deos adoraret.

Exhortari ad virtutis ſtudium.Cic.1.Acad.23.

Ciues exhortari in hoſtem.Ouid.13.Metam.47.

Equos exhortari.Ouid.5.Metam.81.Raptor agit currus,& nomine quẽque vocando Exhortatur equos. Virg.11.Aene.122.

Tauros in aliquem exhortari.Ouid.7.Metam.7.

Exhortans Participium,(παρορμῶν,)vt Cuneos exhortans. Stat.8.Thebaid.131.

Ipſum exhortantem cuneos,capitiſque ſuperbi
Saligniem fulgore iubet.

Exhortatus,pe.pro.(παρορμήσας,)Aliud participiũ:Virg.12.Aene.32. Ille exhortata reliquit Incertam,& triſti turbatã,vulnere mentis.

Exhortatus,paſſiuè aliquando accipitur.Cic.in Catone, 38.Ille enim quũ effet conſul in Gallia,exhortatus eſt in conuiuio à ſcorto,vt ſecum iret alienem eorum,&c.

Exhortatio,(παρόρμησις,)Quint.lib.1.cap.3.exhortatio docentium.

Exhubero, exhúberas,pen.cor.(ὑπερπλεονάζω,)exhuberare; Quaſi ſu perabundare.Plin. in Paneg.47. Nõne cernere dat vt ſine vllius iniuria omnis vſibus noſtris annus exhuberet? Colum. in, Præfat.in Aſia,Myſiaque denſa & glutinoſa terra maximè exhuberat. Virg.
– pomisque exhuberat arbos.

¶ Exhuberare,actiuè.Colum.lib.2.cap.16. Melioremque cenſebat eſſe materiam Vitidemis exhuberandis. Idem lib.9. cap.4.Quæ herbæ ſaporem eras exhuberant.

Exibilo, exibilas,pen.corr(ὑποσυρίττω,)exibilare.Populari,tumultuariaq; ſibilatione aliquẽ explodere,vel deridere.Cic.in Pætol.11.Hiſtrio ſi paulũm ſe mouit extra numerũ,aut ſi verſus pronuntiatus,eſt ſyllaba vna breuior aut longior,exibilatur, explauditur.

Exicco, exiccas,(ἐξηραίνω,)exiccare,Siccare, aut valde ſiccare ſignificat.Cic.2.de Diuin.49.Arboresq; vt hyemali tempore,cum luna ſimul ſeneſcentes,quia tum exiccatæ ſunt, tẽpeſtiuè cædi putentur. Plin.lib.18.cap.26.11. Quintus Tironi,lib.16.26.2.

Exiccatus,Participium,(ἐξηραμμένος,)Statius 5.Sylu.1.7.
– citius Tithonia mœſti
Deficient rores,aut exiccata fatiſcet
Mater Achilleis hyemes affrangere buſtis.

Exiccatum genus orationis.Cic.de Claris Orat.160.Sin autem acutum, pudens & idem ſyncerum & ſolidum, & exiccatum genus orationis probant,nec,&c.

Exigo, exigis,pen.corr.exẽgi,pe.prod.(ἐξαπατάω,ἐξαγω,πράττω,) exactum,exigere,ab ex & ago cõpoſitum, Excludere,eiicere,expellere,quaſi extra agere.Plaut.Merc.3.68.

Neque niſi quinto quoque anno poſſe tum viſere
Vrbem,atque exemplo inde,vt ſpectatiſſet populum,
Rus rurſum conſeſtim exigi ſolitum à patre. Idem Aulul.11.9.

Exigit omnes foras. Virg.2.Aeneid.72.
–quos improba ventris Exegit cæcos rabies. Plin.lib.5.cap.5.13.

Exegere Vmbros. Cic.2.Philipp.78. Mimam illã ſuam ſu as res ſibi habere ſuſſit,ex XII.Tab.cauſam addidit,exegit.

Haſta exigere aliquem.Vale.6.Argon.114.
Exigit à ſe virum. Plaur.Milit.18.62.
Egone illam adeam quæ nupta ſit? virum eius metuere æquum eſt.
M.Quin tua cauſa exegit virum à ſe.

Exigere ex.Plaut.Perſa,4.61,
–niſi gnatam tecum hinc iam,quantum poteſt,
Adducis,exigam ego hercle te ex hac decuria.Plin.lib.11.cap.53.2,
Diximus hominum genera,qui venena ſerpentum ſuctu è corporibus exigerent.Legitur &,ſuctu corporibus eximerent.

Exigere ex corpore mœrores,pro Abigere triſtitias. Plaut. Capt.13.72,
Pol mœrores mihi anteuortũt gaudiis.R.noli iraſcier: Iam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi: Gaude audacter.

Exigere ex ciuitate reges.Cic.2.de Orat.108,Tum illa,quæ mõ Craſſus cõmemorabat,egi,neque reges ex hac ciuitate exigi,neque,&c.

Triſte tempus à malis alicuius exigere.Ouid.4.Triſt.eleg.3.8,

Exigitur fabula,inquit Donatus,cum dupliceꝛ.Terent.in Prol. Hecyræ, 15, In his quas primùm Cæcili didici nouas,
Partim ſum earum exactus,partim vix ſteti.

Exigere atque eximere alique honoribus, Id eſt priuare. Plin.epiſt.36.2, Quid enim miſerius,quàm exactum & exemptum honoribus Senatoriis,laboribus & moleſtia non carere?

Exigere hoſtem.Plin.in Paneg.46,Exactus hoſtis mari.

Exigere laſſitudinem ex corpore.Plaut.Capt.19.4,
–illic ibi demum eſt locus,
Vbi labore laſſitudo eſt omnis exigunda ex corpore.

Exigere vxorem matrimonio.Plaut.Merc.10.6,
Vxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras,
Viro ſit cauſſa exigitur matrimonio.

¶ Exigere ærumna,Plaut.Capt.10.12,Salue Tyndare. T Y.& tu,cuius cauſſa hanc ærumnam exigo.Id eſt perfero & patior.

Exigere ætatem,Viuere.Plaut.Caſina,7.12,
Quam tu mihi vxorem? quaſi venator tu quidem es,
Die ſatque noctes cum cane ætatem exigis.Idem Aulul.4.4,
Nam cur me miſeram verberas? R.vt miſera ſis:
Atque vt te dignam,mala malam ætatem exigas.

Aeuum exigere,Tranſigere.Virg.de Virbio,7.Aeneid.156,
Solus vbi in ſylua Iralis ignobilis æuum Exigeret. Ouid.12. Metam.42, –ſtudiiſq; virilibus æuum Exigit Atracides. Lucret.lib. 4.249, –vt ſterili venere exigat æuum. Virg.10.Aeneid.10.

Annos exigere,Ducere ætatem.Virg.1.Aeneid.16. Ouid.3.Triſt.eleg. 4.9, Viue ſine inuidia,molleſque inglorius annos
Exige,amicitias & tibi iunge pares.

Exigere noctem,pro Tranſigere. Plin.epiſt.125,Inde eſt quòd magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo.

Exigere tempus Plin.epiſt.45.a, Nelcio an vllum iucundius tempus exegerim, quàm quo nuper apud Spurinnam fui. Id eſt tranſmiſerim, diſpenſuerim.

¶ Exigere:Petere,Rogare.Plin.epiſt.173.a,Exegerat proſocer meus vt Amerina prædia ſua inſpicerem.

Exigere à.Quintil.lib.2,cap.13.1,Nemo autem à me exigat id præceptorum genus. Idem lib.1.cap.1.17, Non alienũ fuerit exigere ab his ætatibus,quòd ſit abſolutius os,& expreſſior ſermo,vt nomina ſidam,&c.

Exigere ab aliquo.Plin.in Paneg.130,Imperii hoc verbum non adulationis eſſe,obſequio tuo credè, quod non alia in re magis aut Senatus exigere à te,aut tu præſtare Senatui debes.

Dare & Exigere,contraria.Cl.2.Offic.93,Conuenit autem cũ in dando munificum eſſe,tum in exigendo non acerbum.

Expectare & Exigere,contraria.Cic.de Clar.Orat.9, Ego verò & expectabo ea quæ polliceris,neque exigam, niſi tuo cõmodo,& erunt mihi pergrata ſi ſolueris. Idem Cæſſio,lib.15.16.1, Longiores enim expectabo,vel potius exigam.

Exigere aliquid acerbius. Cic.1.Tuſcu.148,Ab hoc acerbius exegit natura quod dederat.

Aes Exigere.Horat.1.Serm.ſaty.5.3.

Amicitiam exigere.Catul.epig.95.2,
–tua nobis
Perſpecta igitur vnica amicitia.

Exigere aurum,Repetere creditum aurum.Plaut.Bacch.19.62, Hodie exigam aurum hoc:C A.exige,ac ſuſpende te.

Exigit aurum de.Plaut.Bacchid.4.45,
Nam iam huc aduenit miles:& miles quidem
Qui de amittenda Bacchide aurum hic exigit.Id eſt petit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Penefacta pro debitis exigimus. Brutus Ciceroni, 16.18.
Collectam à comitia exigere. Cic. 2. de Orat. 129.
Creditum exigere. Sueton. in Vespasiano, ca. 11, Neue filiorum familias fœneratoribus exigendi crediti ius vnquam esset, hoc est, ne post patrum quidem mortem.
Damna exigere. Ouid. 5. Fast. 63,
Exigerent nostræ qualia damna notæ?
Facta alicuius exigere. Ouid. 2. de Arte, 16,
–illic quoque pulchra Calypso
Exigit Odrysii facta cruenta ducis. Id est, petit ab Vlysse vt recitet.
Fructus ptermissos exigere. Cic. Attico, lib. 4. 70. 3, Ac nisi etiã ptermissos fructus tuæ suauitatis præteriti tempori exegero, profecto, &c.
Gratiam exigere. Cic. de Amicitia, 30, Benefici liberalesque sumus, non vt exigamus gratiam.
Iura debita polliciti tori exigere. Vereeúndè dictũ. Ouidius epist. 20. 18.
Exigere mercedem. Cic. Verr. 82. Et 2. de Finib. 116. Horat. 1. Serm. saty. 1. 3, Quinas hic capiti mercedes exigit.
Munera pacta cum plena fide exigere. Ouid. epist. 15. 76.
Exigere nomina, Ad dissolationem cogere. Cic. 3. Verr. 19, Reperiretur pecuniae simpsisse mutuas, nomina sua exegisse. Paulus De vsuris, L. Calus, Quæ secundum formam ab his exigi soleant, etiam si omnia nomina idonea sint.
Exigere operam. Cic. 4. de Finib. 138, Et hanc quidem primam exigam à te operam, vt audias me quæ à te dicta sunt refellentem.
Exigere operam, aliter. Cic. 1. Offic. 64, Est autem infima conditio & fortuna seruorum, quibus non male præcipiunt, qui ita iubent vti, vt mercenariis, operam exigendam, iusta præbenda.
Opus exigere oculis alicuius, Exhibere spectãdum. Ouidius epist. 11. 2, Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset,
Authorisque oculis exigeretur opus.
Desperatas pecunias exigere. Cic. pro Murena, 40.
Pensionem exigere. Cic. Lepiæ, lib. 6. 18. 8.
Exigere pondus, Mensurare. Suet. in Cæsare, Margaritarum amplitudinẽ conferentem interdum sua manu exegisse pondus.
Pretium exigere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 14.
Exigere promissum. Cic. 3. Offic. 127.
Tributa exigere. Cic. Pulchro, lib. 3. 7. 3.
Vectigal exigere. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 50.
Voluptatem exigere. Cic. 2. de Finib. 116, Hoc enim ille tuus non vult, omnibusque ex rebus voluptatem quasi mercedem exigit.
Exigere vt. Ouid. 3. de Ponto, ele. 5. 8,
Ecquibus aut recitas factum modò carmen amicis?
Aut quod sæpe soles, exigis vt recitent?
Idipsum exigere, vt. Ouid. 5. Metam. 5,
–nisi si crudelis id ipsum Exigis vt pereat.
Est qui nequitiam locus exigat. Ouid. 3. Amo. eleg. 13. 4.
¶ Exigit necessitas. Colum. lib. 7. cap. 12. 8.
Quum exiget vsus epularum. Colum. lib. 9. in Procem. 2, Vt & cõspectu suo clausa venatio possidẽtis oblectaret oculos & quum exegisset vsus epularum, velut è cella promerentur.
¶ Exigere. Liu. 4. bello Maced. 122, Nolite ad vestras leges atq; instituta exigere ea quæ Lacedæmone fiunt.
Ad veritatem legitimum ius exigere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 3, Nunc si ad illam, summam veritatem legitimum ius exegeris, cauendũ tibi erit ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias videaris.
Ad cælestia ritus exigere humanos. Ouid. 9. Metam. 101.
Ad planctus brachia exigere. Lucan. lib. 2. 5, –nec mater crine soluto
Exigit ad fœuos famularum brachia planctus.
Exigere ad perpẽdiculum colũnas. Cic. 3. Verr. 94, Tũ Verres hic quod moliare nihil habes nisi forte vis ad perpendiculũ columnas exigere.
Ad vires suas omne opus exigere. Ouid. 2. de Arte, 101.
¶ Exigere stylo, pro Exactè scribere. Quintil. li. 1. ca. 15, Deinde eandẽ gracilitatem exigere stylo condiscant. Id est, eadẽ gracilitate styli vti.
¶ Exigere, Extorquere. Cic. 1. Verr. 17, Et quum esset tritici modius sestertiis quinq; pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse. Idem 5. Verr. 168, Verùm enim uero quum esset HS. binis aut etiam ternis quibusuis in locis prouinciæ, duodenos sestertios exegisti. Idem pro Fonteio, 8, Itaque Tiburtium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse.
Exigere ab aliquo veritatem. Plin. epist. 247, Ille enim dies, pro quo primum probati sunt, veritate ab his originis suæ exegit. Id est extorsit. Cic. 1. de Legib. 6.
Exigere & cogere. Cic. 2. de Finib. 188, An exigerem ex te, cogeremque vt responderes, nisi vererer ne Herculem ipsum ea quæ pro salute gentium summo labore gessisset, voluptatis causa gessisse diceres?
Exigere, & Rogare, opponit Cicero Curioni, libro 2. 5. 4, Graue est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritũ putet: ne id quod petat, exigere magis quàm rogare, &c. videatur.
Facile exigere. Cic. 2. de Orat. 69, quo facilius id à te exigã quod peto,

nihil tibi à mè postulanti recusabo.
Exigere imperatam pecuniam. Cæsar 3. bel. Ciuil. 9.
Pœnam exigere, Sumere pœnam. Ouid. 4. Metam. 38, Exigit iudicii memorem Cytherea pœnam. De Veneris vltione in Vulcanum. Idem epist. 7. 12, Perfidiæ pœnas exigit ille locus. Idem 4. Fast. 46,
–hinc pœnas exigit ira deæ. Idem 8. Metamor. 107,
Nam de matre manus diri sibi conscia facti
Exegit pœnas, acto per viscera ferro. Ibidem, lib. 14. 96,
–antiquo memores de vulnere pœnas
Exigit alma Venus. Ibidem, lib. 8. 15. Item 5. Trist. eleg. 9. 12,
Exigit ad dignas vltrix Ramnusia pœnas,
Impositò calcas quòd mea facta pede. Stat. 5. Sylu. 2. 19. Et Sen. Thebaid. 1. 9, –dextra quid cessas iners Exigere pœnas? Iuuen. Satyr. 10. 19, Has totics optata exegit gloria pœnas.
In pœnas vsque nocentum exigi. Stat. 1. Thebaid. 43.
Exigere piacula. Liu. 9. bel. Pun. 95, Sed & nunc, & sæpe aliàs, dea suam sedem, suumq; templum aut tutata est, aut violatoribus grauia piacula exegit.
Exigere supplicium ab aliquo, Punire aliquem. Plin. de Viris illustr. 11, Apprehensus, & ad regem perractus, dexterã acus imposuit: hoc supplicii ab ea exigens, quòd in cæde peccasset. Claud. de bello Get. 39. Senec. Hippol. 5. 24.
Exigere votum. Tranquillus, Votum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiatorium operam promiserat. Alibi Vorum reposcere dixit.
¶ Exigere opus, Perficere. Ouid. 15. Metam. 175.
Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Fortuna clades omnes exegit in vno die. Lucan. lib. 8. 137,
Hac fortuna fide Magni tam prospera fata
Pertulit, hac illum summo de culmine rerum
Morte petit, cladesque omnes exegit in vno
Sæna die, quibus immunes tot præstitit annos.
Quum summas exiget horas. Consumpta dies. Id est quum erit vltimum tempus vitæ ac finis. Senec. Herc. Oeth. 171.
Mediam dies exigit horam, Meridies est. Ouid. 4. Amo. ele. 5. 1.
Prona dies longos super æquora fines exigit. Stat. 2. Thebaid. 9,
Ast vbi prona dies longos super æquora fines
Exigit, atq; ingens medio natat vmbra profundo. Periphrasis est occidentis solis, quem finguntmmergere sese mari.
Iuppiter annum quatuor spatiis exigit. Ouid. 1. Metam. 24,
Perque hyemes, æstusque, & inæquales autumnos,
Et breue ver spatiis exegit quatuor annum. Sebaudi Iappiter.
Phœbus æstiuos spatiosius exigit igneis. Propert. lib. 3. ele. 20. 3.
¶ Exigere pro Compensare. Cice. de petit. Consul. 25, Belle negandum est, vt ostendas necessitatem, demonstrès quàm molestè feras, aliis te id rebus exacturum esse per iu adeas. Id est cumulatè compensaturum. Budæus.
¶ Ferrum exigere, Trasicere ensem. Senec. Medea, 12. 26, Hac qua rem sas, qua dolet, ferrum exigam. Ouid. epistol. 9. 32, Exegit ferrum sua per præcordia mater. Lucan. lib. 2. 30,
–infundum domini per viscera ferrum Exegit famulus.
Ferrum exegit per pectus. Stat. 10. Thebaid. 61.
Gladium per omnes exegit gentes, Lucan. lib. 10. 7. Id est omnes populos bello fatigauit. De Alexndro.
Ensem exigere per medium iuuenem. Virg. 10. Aeneid. 163,
–validum nãque exigit ensem Per medium Aeneas iuuenem.
Exigere, Transire, Trahere. Plin. lib. 12. cap. 19. 3, Præterea hibernum mare exigunt circa brumã, Euris tum maximè flãtibus. Hi recto cursu per sinus impellunt, &c.
¶ Exigere, pro Extra mittere vt Exigere sues pastum. Varro 1. de Re rust. cap. 4. 6, Pastum exigunt æstate manè: & antè quàm æstus incipiat, subigunt in vmbrosum locum, maximè vbi aqua sit.
Fluuius admissas aquas exigit. Ouid. epist. 2. 13,
Qua patet vmbrosum Rhodope glacialis ad amnem,
Et facer admissas exigit Hebrus aquas.
¶ Exigere de re aliqua. Plin. epist. 10 3. f. Sed confodias licet, dummodo iam nunc destines diem quo & de illis, & de his coràm exigere possimus. aut enim tu me timidum, aut ego te temerariũ faciam. Id est dicere ptare. Senec. de Breuitate vitæ, Inde Aristoteli cum rerum natura exigenti minimè conuenientes sapienti viro lis est.
Exactus, Participium, (παρελήλυθώς,) Præteritus.
Exacta erat media æstas. Liu. 4. bel. Pun. 92.
Exacta ætate. Terent. Adel. 5. 4. 16, Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero Odium Cic. 7. Verr. 100, Hoc tantum exacta ætate laboris, itinerisque suscepit. Idem 1. Tusc. 149. Et 7. Verr. 17.
Exactæ ætatis vir. Liu. 1. ab Vrbe, Venerabilis viri, atq; adeò exactæ iam ætatis. Ibidem. Aetatis iam exactæ Camillus erat.
Aetates exactæ. Virg. 3. Georg. 38, At tribus exactis, vbi quarta accesserit æras, &c.

Per

Per exactos annos, Quotannis. Horat. 3. Carm. ode. 12. 2.
Exacto errore, Finito errore. Propert. lib. 2. eleg. 15. 1.
Nec sic errore exacto lætatus Vlysses,
Quum tetigit charæ littora Dulychiæ.
Exacto frigore. Plin. lib. 16. cap. 25. 8.
Hora exacta multis trientibus. Proper. lib. 3. eleg. 10. 6. Quum fuerit nullis exacta trientibus hora, &c.
Lux exacta solis, Finitus dies. Stat. 2. Sylu. 2. 10.
Exacta maturitate. Plin. lib. 18. cap. 7. 29.
Mensis exactus. Virg. 1. Georg. 87.
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo
Exactum ad mensem, pluuia ventisque carebunt. Sic 3. Geor. 17. Annus exactis completur mensibus orbis. Virg. 5. Aeneid. 10.
Quia menses, inquit Seruius, in se recurrunt, & annum faciunt.
Exacto mense. Plaut. Cistel. 4. 15.
Syderibus exactis, Diluculo fugatis. Proper. lib. 1. eleg. 3. 8.
Nunque vbi longa meæ consumpsti tempora noctis,
Languidus exactis hei mihi syderibus.
Tempore exacto. Horat. 1. Serm. sat. 1. 24.
–exacto contentus tempore vitæ.
Temporibus exactis. Cic. 3. Verr. 32.
Vigilia exacta. Cic. 3. in Catil. 5 2.
Volantas exacta. Ouid. epist. 16. 36.
Et liber, & tuneo, nec adhuc exacta volantas
Est fatisuin dubio pectora nostra labat.
¶ Illis demum exactis. Virg. 6. Aeneid. 126. His demum exactis, perfecto munere diuæ Deuenere locos lætos, &c.
¶ Fides exacta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 10. Credet & exacta cuncta locare fide.
Pecunia exacta. Cic. 3. de Nat. deor. 122.
¶ Ensis exactus, Traiectus. Sene. Herc. Oeth. 7. 21. Eat per artus ensis exactus meos. Ouid. 5. Meta. 35.
Non eit cunspectis exactum viribus ensem
Pregit in extrema percussæ parte columnæ.
¶ Exacti reges. Cic. 1. de Orat. 20. Id est expulsi.
¶ Fur in exactus, Id est agitatus. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 14.
Quò postquam, dubium est plus an scelerator, Oreste
Exactus furiis venerat ipse suis.
¶ Versus tenax pumice exactus. Prop. lib. 3. eleg. 1. 2.
¶ Exacta referre. Virgil. Aeneid.
Vt primum lux alma data est, exire, locosque,
Explorare nouos, quas vento accesserit oras, &c.
Quærere constituit, sociisque exacta referre. Id est quæsita, siue exquisita.
Exactus, Adiectiuum nomen, (ἐντελὴς,) Perfectus, consummatus. Horat. 2. epist. 1. 15. –emendata videri Pulchraque & exactis minimum distantia, miror.
Tabulæ exactæ. Proper. libro. 3. eleg. 9. 2. Exactis Calamis se mihi iactat agens. Id est in equis eleganter sculpendis gloriam quærit. Nam Calamis fuit sculptor fuit.
Exactus, exactior, exactissimus, (ἀκριβὴς,) Diligens. Mart. lib. 4. 42.
Exhorror, monecque te libelle:
Vt docto placeas Apollinari:
Nihil exactius, eruditiusque. Plin. epist. 176. 2, Quod ille obsequium Seruiano exactissimo viro præstitit?
Note exactæ. Ouid. 3. Fast. 33.
Ille mora solis, quibus in sua signa rediret,
Tradiuit exactis dispositisse notis.
Ratione exacta. Horat. 2. Serm. saty. 4. 8.
Nec sibi cœnarum quiuis temerè arroget artem,
Nisi prius exacta tenui ratione saporum. Id est exacti cognita.
¶ Exactus, cum genitiuo: vt Artis exactus, cuius comparatiuum est exactior. Ouid. 3. Fast. 77.
Memoriæ morum, fabræ ne exactior artis
Difficile est vlli dicere, clausit opus.
¶ Exactum, Substantiuum. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 7.
Te nihil exacto, nisi nos peccasse fatentem
Spoute sua probitas officiumque iuuant.
Exactus, Verbale, (ἀπόπρασις,) pro Venditione: quia merx dum venditur exigitur à nobis, id est emittitur. Quintil. Decla. 19. Sacro sanctus mercator opportunum mercis exactum puto mueniti si tam bene venditaram, miror cur pecuniam non retuleris.
Exactor, Verbale, (ἀπράκτωρ,) Qui pecuniam exigit. Cæsar 3. bel. Ciuil. 127. Erat plena lictorum, & imperiorum prouincia, conferta præfectis atque exactoribus.
Exactor regum. Liu. 9. ab Vrbe, 90. Ita reges gesserãt bellatita deinde exactores regum Iunii, Valeriique.
Exactor supplicii. Liu. 2. ab Vrbe, 10, Qui spectator erat amouendus, exactor supplicii dedit. Idẽ 9. bel. Maced. 69. Si eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit.

nemo erat idoneus supplici exactor, in publico animaduertebatur.
Exactor Larini sermonis molestissimus. Suet. de Claris grammaticis, 22, M. Pomponius Marcellus, sermonis Latini exactor molestissimus.
Assiduus studiorum exactor. Quintil. lib. 1. cap. 3. 9.
Asper exactor. Quintil. libro 1. cap. 7. 17, An ideo minor est? M. Tullius orator, quòd idem artis huius diligẽtissimus fuit, & in filio, vt in epistolis appãret, recte loquendi vsquequaq; asper quoque exactor?
Exactio, exactionis, Verbale fœm. (διαπραξις,)
Nominum exactio. Cic. Attico, libro 5. 88. 2, De oppio factum est vt volui, & maximè φ p c c c aperuisti, quæ quidem ego vtiq; vel versura facta solui volo, nec extrema exactio nostrorum nominũ expectetur.
Operum publicorum exactio. Cic. pro Domo sua, 41.
Exactio operis. Colum. lib. 1. ca. 7, Nulla est autem maior vel nequissimi hominis custodia, quàm operis exactio.
Exactio pecuniarum Cice. 2. de Legibus, 81, Eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione.
Publicæ exactiones. Asinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 32. 1.
Acerbissima exactio. Cic. Pulchro, lib. 3. 8. 18.
¶ Exactio regum. Cic. 1. de Oratore, 20.

Exiguus, Adiectiuum, (μικρὸς,) Paruus, modicus.
Ingens immensusque, & Exiguus, contraria. Cic. 3. de Orat. 41,
Ex ingenti quodam oratorem, immẽsoque campo in exiguum sanè gyrum compellitis.
Maior & Exiguus, contraria. Cic. pro Deiotaro, 15, Atque antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest.
Ager exiguus. Virg. 2. Georg. 83.
Aqua exigua. Ouid. 3. Metamor. 90, Exigua prohibemur aqua. Idem 5. Trist. eleg. 12. 6. Sic solet exiguæ currere riuus aquæ.
Aura exigua. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 6,
Quanlibet exigua suos ea iuuerit aura.
Campis exiguis equitare. Horat. 2. Carm. ode 9. 5.
Casa exigua. Ouid. 4. Fast. 106,
–nec exiguæ despice tecta casæ.
Census exiguus. Horat. 1. epist. 19.
Cures exiguus. Horat. in Arte poet. 10.
Fines exigui. Cic. 1. de Orat. 128, Tu autem quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circũdedisti, hoc facilius, &c.
Finis exiguus libidinum. Horat. 1. Carm. ode 18. 3, Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum Discernunt auidi.
Foramen exiguum. Ouid. 2. Fast. 135.
Exigua fortuna. Cic. 1. de Finib. 95.
Fumus exiguus. Ouid. 15. Metam. 71.
Gestus exiguus. Ouid. 3. de Arte, 55,
Exiguo signet gestu, quodcunq; loquatur,
Cui digiti pungues, & icaber vnguis erit.
Haustus exiguus. Ouid. 3. Fast. 55,
Defluit incerto lapidosus murmure riuus:
Sæpe sed exiguis haustibus inde bibi.
Exigua & angusta hora. Cic. pro Rabir. Perduel. reo, 6, Ergo ad hæc crimina quæ patroni diligentiam desyderant, intelligis mihi semihoram istam nimium longam fuisse illam alteram partem de nece Saturni, nimis exiguam atque angustam esse voluisti, quæ nõ oratoris ingenium, sed Consulis auxilium implorat & flagitat.
Humor exiguus. Virg. 1. Georg. 14,
Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam.
Exiguus ignis. Virg. 1. Georg. 40,
Et quamuis igni exiguo properata maderent.
Ab exiguis initiis profecta. Liu. 1. ab Vrbe, 3.
Interualla exigua. Lucret. lib. 2. 21.
Lapis exiguus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 12.
Lapillus exiguus. Ouid. 8. Metam. 4,
–exiguo resonantia saxa lapillo.
Laus exigua. Cic. pro Lege Agrar. 21.
Exiguissima legata. Plin. epist. 144. c. Qui nunc exiguissima legata theatralis operæ corolarium accipient ab hærede qui non spectabat.
Limen exiguum. Ouid. 10. Metam. 137,
Liminis exigui fuerat prope templa recessus.
Locus exiguus. Ouid. 6. Fast. 53. Virg. 4. Georg. 59.
Merum exiguum. Ouid. epist. 1. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Munus exiguum. Ouid. 1. de Arte, 58.
Murmur exiguum. Ouid. epist. 17. 4.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis, &c.
Murmure exiguo verba loqui. Ouid. 5. Fast. 92.
Exiguus mus. Virg. 1. Georg. 37, -sæpe exiguus mus
Sub teris posuitque domos, atque horrea fecit.
Nox exigua. Virg. 2. Georg. 41.
Exiguus numerus. Cic. Cassio, lib. 12. 2. 10. Qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset. Sic 1. de Orat. 9.
Numero exigui. Virg. 5. Aeneid. 150,
Exigui numero, sed bello vnida virtus.
Ope exigua. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 16,
Forsitan exiguo ligneus habebor ope.
Opus exiguum. Ouid. 1. Fast. 1.
Orbis exiguus. Ouid. epist. 4. 16.
Siue ferocis equi luctantia colla retorques,
Exiguo flexos miror in orbe pedes.
Pars exigua. Virg. 10. Aeneid. 25.
Pectus exiguum. Propert. lib. 4. eleg. 1. 12, -exiguo quodcunque è pectore riui
Fluxerit hoc patriæ seruiat omne meæ.
Pes exiguus. Ouid. 3. Amorum, eleg. 3. 2.
Preces exiguæ. Ouid. 1. de Arte, 89,
-nec exiguas quisque eis adde preces.
Exiguus puluis. Virg. 4. Georg. 18,
Puluerisque exigui iactu compressa quiescent.
Requies exigua. Ouid. 4. Metam. 136.
Res exiguæ. Ouid. 2. Trist. 43.
Sedes exigua. Virg. 7. Aeneid. 46.
Tenui & exiguo sermone disputare. Ci. 1. de Ora. 30. Prop. li. 3. ele. 1. 7.
Significatio voluntatis vnius erga alterũ exigua. Cic. Cn. Pompeio, li. 5. 7. 3.
Solatia exigua. Virg. 11. Aeneid. 15.
Solum exiguum. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 5,
Nunc qua exigui est hostia parua soli.
Sonus exiguus. Ouid. epist. 14. 11, Exiguo dixi talia verba sono
Spes exigua. Liu. 5. bel. Pun. 80, Cuius aduentu, qui antè in exigua spe vocati sæpe ad transitionẽ ab hostibus per colloquia erant, vltra ad transeundum hostes vocabant, solicitabantque.
Sumptus ad fructum & fœnus exiguus. Cic. in Parad. 63.
Tenuis & exiguus tactus. Lucret. lib. 1. 88.
Ad exiguum tempus. Cic. de Senect. 67.
Tempus exiguum alicui concedere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 1. 14.
Exiguo tempore liber erit. Ouid. 2. Amorum, eleg. 1. 8.
Exiguæ vindemiæ. Plin. epist. 19 5. Nobis venari nec vacat, nec libet. non vacat: quia vindemiæ in manibus. non libet: quia exiguæ. Id est, paucæ, & parum vini adferentes.
Vires exiguæ. Ouid. 2. Trist. 106.
Vmbra exigua. Ouid. 3. Metam. 10,
Fecerat exiguas iam sol altissimus vmbras.
Vocem exiguam tollere. Virg. 6. Aeneid. 99.
Vrbs exigua. Virg. 4. Aeneid. 43.
Vsus exiguus cum aliquo. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 2,
Exiguus nobis cum quibus vsus erat.
¶ Animi exiguus. Claud. 2. in Eutrop. 77, Acer in absentes linguæ iactator abundans Corporis exiguusque animi.
¶ Exiguissimus, pen. corr. Superlatiuum. Ouid. epist. 14. 13,
De fratrum turba pars exiguissima restat.
Exiguum, Substantiuum. Silius lib. 4. 50.
-vt in tenui spes exiguumque salutis Iam videt esse suæ.
Exiguum aquæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 4,
Exiguum pleno de mare demat aquæ.
Exiguum temporis medium, & rursus, simile aliud priori fidẽ fecit. Plin. epist. 147. e.
Intra temporis exiguum. Ouid. 13. Metam. 188.
Exiguo post, Paulo post. Plin. lib. 31. cap. 2. 4, Exiguo post obitum ipsius. De Cicerone.
¶ Exiguum aliquando pro exiguè capitur. Plin. epist. 50. Quantum ego sapio, qui fortasse in omni re, in hac certe per quàm exiguum sapio.
Exiguè, Aduerbium, (φειδωμένως,) Id est, parcè & tenuiter. vt Exiguè facere sumptum. Terent. Heaut. 1. 1. 33, Præbent exiguè sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia. Sic Exiguè suppeditare aliquid, Liu. 9. ab Vrbe, 66.
Tribuere exiguè. plancus Ciceroni, lib. 10. 9. 4, Nihil aut sero, aut exiguè à patria ciui tributum potest videri.
Celeriter exigueque dicere. Cic. 3. de Oratore, 80, Cumq; de duabus primis nobis quidem satis, sed vt ipse dicebas, celeriter, exiguéq; dixisses, duas tibi reliquas fecerat, &c.
Exiguè & celeriter ad calculos vocare amicitiã. Cicero de Amicitia. 52.
Exiguè scripta epistola, hoc est stylo exiguo & non elaborato, sed simpli

ci. Cic. ad Atticum, lib. 11. 22. 1, Non meo vitio fit hoc quidem tempore (antè enim est peccatum) vt me ista epistola nihil consoletur nisi & exiguè scripta est, & suspitiones magnas habet.
Exigue se habuit frumentum dies XXX. Cæsar 7. bel. Gall. 282.
Exigüitas, pen. cor. huius exiguitatis, (μικρότης,) vt Exiguitas lactis. Var 10 2. de Re rust. cap. 4. 12.
Exiguitas cibi. Colum. lib. 7. cap. 5. 4.
Copiarum exiguitas. Cælius Ciceroni, lib. 8. 10. 2, Nũc hæc exiguitas copiarum, recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Atque in eam se consuetudinem duxerunt, vt locis frigidissimis neque vestitus, præter pelles habeant: quarum propter exiguitatem, magna est corporis pars aperta.
Exiguitas pellis. Cæsar 4. bel. Galli 468.
Exiguitas temporis. Liu. 4. bel. Pun. 75. Cæsar. 2. bel. Gall. 306.
Exiguitas voluptatum. Cic. 4. de Finib. 48.

Exilio, exilis, pen. corr. exilui, exiliui vel exilii, exultum, (ἐκπηδάω, ἐκθορέω, ἐξάλλομαι,) exilire, ab ex & salio compositum, Gaudere, & quasi præ nimio gaudio salire significat. Cic. Tironi, lib. 16. 16. 1, Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Idem 7. Verr. 59. & 129.
Perniciter exiluere. Catul. Argon. 2.
Foras emergere & exilire. Lucret. lib. 2. 41.
Domo leuis exilit. Horat. 1. Serm. saty. 6. 20.
Sedibus exilire. Lucan. lib. 1. 97, -sed cutis & ipsi
Sedibus exilire patres.
Stratis exilire. Ouid. 5 Metam. 7.
Exilire cathedram. Plin. epist. 60, Dum hæc dicit, exiluit cathedram, adeoque parieti caput ingenti impetu impegit. Nisi forte in ablatiuo legendum.
Exilire è vel de, pro Exire & prodire. Plaut. Amphit. 17. 63,
Postquam conspexit angues ille alter puer,
Citus è cunis exilit. Cic. 4. Verr. 53, Ita properant de sella exilire.
Exilire ad. Terent. Heaut. 4, 1. 49,
Non aduorti primò sed postquam aspexi, illico,
Cognouiad te exilui. Hoc est veluti saliendo & gestiendo eucurri.
In arma exilire. Stat. 9. Thebaid. 13, Iple nec ire retro, nec in obuia concitus arma Exilit.
In cælum exilit arundo, id est sagitta. Senec. Here. Oetheo, 7. 16.
Crines exiliunt. Stat. 1. Achil. 106.
Ad superos volucer deus exilit. Id est Mercurius reuolat ad superos. Stat. 2. Thebaid. 12.
Equi exiluerunt. Ouid. 5. Fast. 4,
Et vos lunares exiluistis equi.
Fretum exiluit è medio vulnere saxi. Ouid. 6. Metam. 16.
Lumen exilit. Lucret. lib. 6. 33, -lapidem si
Percutiat lapis aut ferruminatum quoque lumen Exilit.
¶ Exilui præteritum. Lucan. lib. 5. 159, -sic fata relictis
Exiluit stratis.
Exilii, Aliud præteritum. Ouid. 9. Metam. 63,
Exilit, iunctasque manus patefacta remisit.

Exilis, & hoc exile, pen. prod. (λεπτός,) Id est tenuis. vt Exilis vox. Plin. lib. 11. ca. 51. 4, Bubus tanti fœminis vox grauior, omni in alio genere exilior quàm maribus: in hominie etiam castratis
Exilia, plenis opponit Plinius epist. 114. Item Cicero 2. de Diuin. 46, Sed si eadem hora aliæ pecudis iecur nitidũ atq; plenum est, aliæ horridũ & exile, quid est quod declarari possit habitu extorum & colore?
Tenuis & exilis. Cic. pro Murena, 44, Commoti animi tenuium, exilium nostrum ordinem. Hoc est plebeiorum.
¶ Exilis aper, Gracilis & male saginatus. Varr. 3. de Re rust. cap. 2. 9. Et hic aprum glans quũ pascet emptitia, facit pinguẽs illic gratuita exile.
Artus exiles. Ouid. 1. de Ponto, eleg 11. 6.
Exilis copia. Cic. 4. de Finib. 20.
Digiti exiles. Ouid. 6. Metam. 19.
Domus exilis. Horat. 1. Carm. ode 4. 4.
Et domus exilis Plutonia: quò simul mearis,
Nec regna vini sortiere talis,
Nec tenerum Lycidam mirabere, &c. Idem 1. epist. 6. 9,
Exilis domus est, vbi non & multa superfunt,
Et dominum fallunt, & prosunt furibus.
Genus sermonis exile, aridum, concisum, ac minutum: cui opponitur Liquidum, fusum, profluens. Cic. 1. de Orat. 87.
Membra exilia. Ouid. 5. Metam. 87,
Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas
Transitus est.
Spinosa & exilis oratio. Cic. 1. de Orat. 41. Et de Claris Orat. 45.
Pectus exile. Stat. 11. Thebaid. 128.
Glebis exilis regio aliqua. Lucan. lib. 3. 41,
-nimium glebis exilis Arilbe.
Exile & macrum solum Cic. 2. de Lege Agrar. 69. ¶ Exilia

¶ Exilia dicere. Cic. 4. de Finib. 12. Illorum verò ista ipsa quàm exilia de virtutis vi.
Exiliter, pen. corr. Aduerbium, (λεπτῶς,) Ci. 1. de Oratore, 27. Etenim videmus iisdem de rebus ieiune quosdam & exiliter, vt eum quem acutissimum ferunt Chrysippum disputauisse. Idem lib. 3. 23. Nolo verba exiliter examinata exire, nolo inflata & anhelata grauius.
Exilitas, pen. cor. (λεπτότης,) Denominatiũ vt Foliorum exilitas. Plin. lib. 21. cap. 6. 3. Foliorum exilitate vsque in fila extenuata.
Exilitas vitis. Colum. lib. 5. cap. 5. 8. Ne oneretur exilitas vitis.
Exilitas in dicendo. Cic. de Claris Orat. 156. Inde erat ista exilitas, quam ille de industria consequebatur.
Copia & exilitas in dicendo, contraria. Cic. 1. de Orat. 17. Quid ergo interest aut qui discernes eorum quos nominaui, vbertatem in dicendo, & copiam, ab eorum exilitate qui hac dicendi varietate & elegantia non vtantur?
Exilitas & Pinguitudo literarum, opponuntur. Quintil. lib. 1. cap. 11. 3. Quarundam enim vel exilitate, vel pinguitudine nimia laboramus.
Frangi fœminæ vocis exilitate. Quintil. lib. 1. cap. 11. 1. Non enim puerum, quem in hoc instituimus, aut fœminæ vocis exilitate frangi volo aut femiliter tremere.

Exilium, Vide EXVL.

Eximius, Vide EXIMO.

Eximo, eximus, pen. corr. éxemi, pen. prod. exemptum, (ἐξαίρεω, ἐκπίνω,) eximere, Ab ex & emo cõpositũ, significat auferre.
Eximere expressos cum radicibus. Cato cap. 28.
Eximere de dolio aliquid. Cato cap. 112. 3.
Eximere alicui quod cum angit. Cic. 2. Tuscul. 51.
Eximere lapides sub terra. Plaut. Capt.
Eximere in libertatem. Liu. 1. bel. Maced. 110. Messanæ vt auxilio essent, primò in Siciliam conscenderũt literum, vt Syracusas oppressas ab Carthaginensibus, in libertatem eximerent.
¶ Actionem eximere quando dicatur iudex, declarat Vlpianus L. Sed etsi per Prætorem §. Ait Prætor. ff. Ex quibus causis maiores, Siue cui, inquit, per magistratus factum sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur. hoc quoque, vt si per dilationes iudicis effectum sit vt actio eximatur, fiat restitutio. Actio autem exempta sic erit accipienda (vt paulo post inquit) si desit agere poste.
Ambitus longos eximere. Stat. 4. Syl. 3. 5.
Benevolentiæ coniunctionem ex rerum natura eximere. Cicero de Amicitia. 22.
Eximere curam. Plaut. Casina, 11. 3. Curam eruc, curam eximc.
Curas eximere. Horat. 3. Carm. ode 14. 3. Hic dies verè mihi festus atras
Eximet curas.
Eximere diem. liu. 5. bel. Pun. 16. Interim publicani Cascæ instare, vt consilio diem eximeret.
Dicendi eximere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 5. 5. Ibatur in eam sententiam. tum Clodius rogatus, diem dicendi eximere cœpit. Quod hic Cicero, Eximere diem, alio loco Tollere diem dixit.
Eximere diem ex mense. Cic. 4. Verr. 90.
Eximitur dies. Plin. epist. 17. a lib. 5. ad Rufum, Tandem à Prætore nuntium dimittuntur Centumuiri: eximitur dies me gaudente.
Eximere dubitationem. Liu. 5. bel. Pun. 50.
Libros concretam eximere. Virg. 6. Aeneid. 149.
Donec longa dies perfecto tempore orbe
Concretam exemit labem.
Eximere lassitudinem. Plaurus Merc. 4. 17. Nunqnam ædepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent.
Eximit ipsa dies omnes de corpore mendas. Ouid. 1. de Arte, 131.
Eberitas solicitis animis onus eximit. Horat. 1. epist. 5. 4.
Otium eximere. Horat. 4. Carm. ode 15. 4.
Custode rerum Cæsare, non furor
Ciuilis aut vis eximet otium.
Eximii tute huic pateram. Plaut. Amphit.
Prænomen è familia eximere. Quintilia. libro, 3. cap. 7. 14. Et post mortem adiecta quibusdam ignominia est, vt Melio, cuius domus solo æquata est. M. que Manlio, cuius prænomen è familia in posterum exemplum est.
Eximere alicui scrupulum. Plin. libr. 3, epist. ad Seruianum, Exime hunc mihi scrupulum, cui par esse non possum. Eximam autem vel data opera rabellario misso. Idem lib. 6. ad Priscum, Exime hunc illi, eximc hunc mihi scrupulum.
Eximere tempus. Cic. ad Atticum, lib. 4. 7. 6. Metellus calumnia dicendi tempus eximit. Id est, dicendo diem consumpsit.
Eximere tempus studiis. Plin. epist. 49. d, In secessu solum balinei tempus studiis eximebatur.
Tempus eximunt feriæ. Vlpianus in L. Sed & si per Prætorem §. Si feriæ. ff. Ex quibus causis maiores, Se quum feriæ repentinæ tempus

eximunt, restitutio duntaxat ipsorum dierum facienda est, non totius temporis.
¶ Conicere & Eximere, contraria. Cic. in Pisonem, 74. Nulli coniicientur in ordinem, nulli eximentur.
Inde non eximam te. Terent. And. 1. 2. 29.
De feritate alicuius loci eximi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 22. Eximar vt Scythici de feritate loci.
Eximere de vel ex reis, in criminalibus causis id dicitur quod nunc vulgo dare cogedium dicimus. Cic. 6. Verr. 37. Condemnare Diodorum non auder, absentem de reis eximit. Idem 4. Verr. 69, Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eã causam ne tu ex reis eximerẽre, si ego non affuissem ad diem Budæus.
Eximere de vectigalibus. Cic. 2. Philipp. 100. Agrum Campanum qui cũ de vectigalibus eximebatur, vt militibus daretur, tamen infligi magnũ Reip. vulnus putabamus.
Nomen alicuius de tabulis eximere. Cic pro Rosc. Amer. 15. Cõtrarium eius est, Referre in proscriptos. Ibidem paulo pòst. 16.
E vinculis aliquem eximere. Cic. in Orat. 42. Primum igitur eum tanquã è vinculis numerorum eximamus.
Eximere ex æratiis, Est condonare multam, id est quittare emendam. Cic. 2. de Oratore, 149. Is enim qui to exæratis exemit, lustrum condidit, & taurum immolauit. Budæus.
Eximere ex culpa. Ci. 2. de Inuen. 137. Postremò quas ad defensionẽ rõnes reo dabimus, iis accusator ad alios ex culpa eximendos abutetur.
Eximere ex manu manubrium. Plaut. Aulul. 14. 12.
Eximere ex miseriis. Plut. Capt. 16. 3. Et Epid. 13. 4.
Ex obsidione aliquos eximere. Cic. Sestio, lib. 5. 6. 6.
¶ Eximere, cum ablatiuo vt Eximere metu. Plaut. Rud. 6. 13.
-eximc Hoc miseram metu.
Eximere obsidione. Plin. lib. 7. ca. 28. 5. Cremonam obsidione exemit. Id est liberauit. Liuius 9. ab Vrbe, 110. Ad eximendos obsidione socios.
Eximere vinculis. Plaut. Capt. 5. 10.
-at postea pigeat
Nostrum herum, si vos eximat vinculis.
Eximere seruitute. Liu. 4. bel. Maced. 194.
Eximere seruitio. Liu. 8. bel. Pun. 108. Quòd Saguntũ restituerint, eiusque Saguntinos seruitio exemerint.
Vmbris infernis aliquẽ eximere. Silius li. 15. 132, Quis deus infernis quẽ quam nostrum eximat vmbris.
¶ Eximere, cum datiuo constructum. vt Eximi noxæ, Absolui vel euadere condẽnationem. Liu. 8. ab Vrbe, 179, Bene habet (inquit Dictator) Quirites, vicit disciplina militaris, vicit iperii maiestas: non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit.
Acervo eximere aliquid. Ouid. 1. Metam. 5.
Eximere honoribus. Plin. epist. 36. 2, Quid enim miserius, quàm exactũ & exemptum honoribus Senatorijs, laboribus & molestia nõ carere? Id est exclusum, remotum, priuatum.
Eximere memoriæ. Suet. in Claudio, cap. 11. Imperio stabilito, nihil antiquius duxit, quàm id biduum quo de mutando Reipublicæ statu hæsitatum erat, memoriæ eximere.
Eximere notæ. Gell. lib. 4. ca. 20. Sed quum ille deieraſſet inuitissimũ sese oscitatione victum, teneriq́ue eo vitio quod oscedo dicitur, notæ iam destinatæ exemptus est à Censoribus.
Eximere numero, id est Reiicere & excludere. Quintil. lib. 1. cap. 5. de Creticis loquens, Iudicio ita quidã vsi sunt veteres Grammatici, vt nõ versus modò Censoria quadam virgula notare, & libros qui falsò viderentur inscripti tanquam subditirios summouere familia permiserint sibi, sed authores alios in ordinem redegerint: alios omnino exemerint numero.
Numero beatorum aliquem eximere. Horat. 1. Carm. ode 2. 4.
Eximere in ius vocatum quomodo dicatur, docet Paulus in L. Sed eximendi. ff. Nequis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat, sed eximẽdi, inquit, verbum generale est, vt Pomponius ait. Erripere enim, est de manibus auferre per raptum: eximere, quoquomodo auferres vt puta, si quis nõ rapuerit quem, sed moram fecerit quominus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, videbitur eximisse quanuis corpus non exemerit.
Reum eximere. Vlpian. in L. Si interueniẽte. ff. Ad Senatusconsultũ Turpillianum, Nec enim videtur desistere, qui exẽptum reum non defert. Eximitur autem reus publica abolitione interueniente.
¶ Eximere, Interimere. Propert. lib. 3. eleg. 18. 6. Nicea non facies, non vis eximit Achillem.
Exemptus, Participium, (ἐξηρημένος) vt Exemptus dies. Cice. ad Q. fratrem, lib. 2. 10. 9. Cato concionatus est Comitia haberi non posturum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti.
Fames exempta epulis. Virg. 1. Aeneid. 44.
Finis exempta. Lucret. lib. 1. 198.
-vt exempta concedas fine patêre.
De spinis pluribus vna exempta. Horat. 1. epistol. 2. 43, Quid re exem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pta iuuat spinis de pluribus vna? Id est, vnum tantum de multis subtatum vitium.

Exemptilis, & hoc exemptile, penu. corr. (ἐξαιρέτῳ.) Quod auferri & eximi potest. Columel. lib. 8. cap. 11. 4. Sed idcirco sunt exemptiles, vt quum rex exigit, à papillis deductæ liberum aditum conuertentibus stabulum præbeant.

Margaritæ exemptiles. Vlpian. in L. Argumento. parag. Margarita. ff. De aur. & arg. leg.

Exemptio, Verbale, (ἔξαιρσις,) Columel. lib. 3. cap. 18. Quum enim per exemptionem imæ partes eorum præfractæ sunt, apertæ medullæ deprouuntur. Ibidem, cap. 19. Ne depressus altius, quàm adoleuerit, exèptionem difficilem præbeat. Idem libro 12. cap. 16. 4. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 4.

Exemptor, Verbale, (ἐξαιρετής,) Qui eximit lapides sub terra. Plin. libro 36. cap. 15. 16.

Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipsa marmora in lapidicinis crescere, author est Papyrius Fabianus, naturæ rerũ peritissimus. Exemptores quoque affirmant compleri sponte illa montium vlcera.

Eximius, Adiectiuum, (ἐξαίρετος, ἀπόκριτος,) Donatus, Eximia pecora dicuntur, quæ à grege excepta sunt ad vsus dominorũ suorum, vt vbe rius pascantur. Sed proprie eximii sunt porci maiores, qui ad sacrificandum excepti liberius pascuntur. Etenim boues qui ad hoc electi sunt, egregii dicuntur: & oues, lectæ, vt Virg. —mactant lectas de more bidentes. Idem, Quatuor eximios præstanti corpore tauros. Hactenus Donatus.

Eximium & præstans. Cic. 2. de Orat. 68.

Exima & præclara ducere parũa. Cic. 1. Offic. 96.

Exima & pulchra virtus. Cic. 1. de Finib. 66.

Singularis & eximia virtus. Cic. pro Lege Manilia, 1.

Eximium ingenium. Cic. Cecinnæ lib. 6. 1. 6.

Eximium vnum esse alteri. Cicc. 1. Verr. 18. Neque enim esset verisimile, quum omnibus Siculis faceret iniurias, te illi vnum eximium, cui consuleret, fuisse. Id est intactum & ex numero exemptum.

In pugna eximius. Lucan. lib. 3. 139.

Decus eximium. Catul. Argonaut. 65. Senec. Thebaide, 1. 48.
—virtus quoque, Et ingeni solertis eximium decus Pericre. Ouid. ad Pisonem, 43.

Facies eximia Cic. 7. Verr. 65, Erat Nice facie eximia.

Facultas dicendi eximia. Quintil. in Procem. lib. 1. 8.

Forma eximia. Ouid. 4. Metam. 136.

Honos eximius & propè singularis. Cic. de Prouin. Consul. 31.

Eximia iniuria. Cic. in Verr. Sin hanc vos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexisse.

Laudes eximiæ. Catul. epig. 106. 1.

Eximius odor. Plin. lib. 12. cap. 12. 1.

Pompæ eximiæ. Ouid. epist. 9. 17.

Virgo eximia specie. Silius lib. 17. 15.

Eximia spe adolescens. Cicc. ad Lentulum lib. 1. 7. 36. Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cum cæteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias.

Eximius sumptus. Plautus Trinum. 8. 7.
—nimis hercle
In hisce rebus sumptus est eximius.

Tauri eximii. Virg. 4. Georg. 108.

Eximia velocitas. Plin. lib. 7. cap. 1. 3.

Virtus eximia. Cic. pro Rosc. Amer. 76.

Eximiè, Aduerbium, (ἐξαιρέτως,) Excellenter. Plin. lib. 22. cap. 22. 1. Picris ab insigni amaritudinis cognominatur, vt diximus, rotundo folio. tollit eximiæ verrucas. Lucret. lib. 2. 119. Quæ bene & eximiè quanuis disposita ferentur.

Feroces eximiè. Claud. 6. paneg. 5.

Eximiè ornatum templum. Liu. 5. bel. Pun. 225.

Eximiè vtilis. Plin. lib. 20. cap. 22. 6.

Cœnare eximiè. Iuuen. Saty. 11. 1.
Atticus eximiè si cœnat, lautus habetur: Si Rutilus, demens.

Eximiè diligere. Cic. pro Archia, 15.

Ex improuiso, (ἐκ τοῦ ἀφανοῦς,) Vide E X.

Exin, siue Exinde, Aduerbium ordinis, inquit Seruius, signi ficat deinde, siue continuo & primus. Cic. in Orat. 86. Dein etiã, sæpe, & exin, p Deinde & pro exinde dicimus. Virg. 7. Aeneid 69, Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis, &c. Idem 12. Aene. 19. Ibidẽ, lib. 6. 178. Exin bella viro memorat. Cic. 1. de Nat. deor. 161, Exin contortis aries tũ cornibus hæret. Ex antiquo poeta. Item 1. de Diuinat. 98. Festus, Exin metri causa dicitur pro exinde.

Exinde, Vna pars orationis est (inquit Seruius) & in tertia à fine accentũ habet, licet penultima longa sit. Quod ideo factũ est vt ostenderetur vna pars esse orationis, ne præpositio iungeretur aduerbio, quod vitiosum esse non dubium est. Virg. 6. Aeneid. 149. Quisque suos patimur manes, exinde per amplum
Mittimur Elysium. Cic. 3. de Legi. 10. Exinde pecunias æuitatis ordines partiunto. Liu. 1. ab Vrb. 4. Duplex exinde fama est alii prælio victum Latinum, &c. Plautus Curcul. 7. 84. Ostium vbi conspexi, exinde me ilico protinam dedi. Idem Pseud. 5. 14.
—atque hoc verum est, perinde vt quisque ea vtitur,
Ita præcellet, atque exinde sapere cum omnes dicimus. Liu. 7. bel. Macedo, 196. Et 1. ab Vrbe 125.

Exinanio, exinânis, pen. prod. exinaniui, exinanitum, (ἐκκενόω,) exinanire, Verbum ab inanis nomine formatum: modò euacuare significat, modò attenuare, modò ad nihilum redigere.

Exinanire aluum. Plin. lib. 27. cap. 8. 4. Ad exinaniendas aluos menstruasque mulierum.

Exinanire nauem. Cic. 7. Verr. 52. Nox illa tota exinanienda nauis fuit. Ibidem, 82, In eum dissolutus, qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam.

Exinanire ouum. Plin. lib. 10. ca. 60. 3. Qua sale exinanire creditur.

Exinanire vrinam. Plin. lib. 8. ca. 37. 3. In desperatione verò vrinam ex se reddunt tabificam, tergori suo spinisq; noxiam, propter hoc le capigeari. Quãobrem exinanita prius vrina, venari ars est. De herinaceis.

Exinanire aliquẽ re. Cic. 5. Verr. 82. Imacharenses iam omni frumento ablato, iam omnibus iniuriis tuis exinanitos, tributum ferre miseros ac perditos cogisti.

Depopulari, vastare, exmanire, spoliare. Cic. 1. Verr. 6. Siciliam prouinciam C. Verres per triennũ depopulatus esse, Siculorum ciuitates, vastasse, domos exinaniisse, fana spoliasse dicitur.

Vastare atq; exmanire agros vectigales. Cicc. 5. Verr. 99. Quum senserit istum omne instrumentum aratorum, omnia subsidia vectigalium vendidisse, oẽm spem posteritatis auaritia sua sustulisse, arationes & agros vectigales vastasse atque exinanisse.

Exinanitus, pen. pro. Participii, (ἐκκενωθείς,) Cic. 1. pro Lege Agrar. 73. Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebant, vos agros non habebiti s.

Exinanitio, Verbale, (ἐκκένωσις,) Plinius lib. 13. cap. 22. 1, Succurrit aliquando præceps alui exinanitio.

Ex industria, (ἐκ προαιρέσεως,) Vide E X.

Ex insidiis, Ex insolentia, Ex insperato, Vide E X.

Existimo, existimas, penu. corr. (δοκέω, ὑπολαμβάνω, λογίζομαι, ἡγοῦμαι, περιλογίζομαι,) existimare, ab æstimo fit, diphthongo in i longa conuersa: quasi ab æstimatione statuere atq; decernere. Vide AESTIMO. Cic. 4. Ver. 12. Certissimum accipite argumentũ, quo facilius de singulari eius impudẽtia existimare possitis. Ibidẽ, 121. Vtrum de te aratores, vtrũ deniq; Siculi, vniuersi bene existiment, ad tem id non pertinere? Idem 8. Philipp. 249. Quãuis illi de illo ad quẽ missi sunt, bene existiment. Sic Trebonio, lib. 15. 21. 8. Et pro Cluentio, 10. Et Lentulo, lib. 1. 5, 8. Terent. Adelph. 5. 6. 9.
—meditor esse affabilis,
Et bene procedit. c. bonus es, quum hæc existimas. Cicero ad Regem, lib. 13. 5. 2.

Regali nomine dignũ aliquem existimare. Cic. de Arusp. resp. 26.

Scire aliquid & existimare de re aliqua. Cic. pro Sylla. 9. Sed quum videremus eorum criminum nos patronos adhiberi, quorũ testes esse posse mus: vterque nostrum id sibi suscipiendum putauit, de quo aliquid scire ipse atque existimare potuisset.

Aliter atque ego existimo. Cic. pro Domo sua, 25. Proinde quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego existimo, sentiant.

De alicuius ingenio bene existimare. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 13.

De se bene existimare, seseque diligere. Cic. 3. Offic. 38.

Malè de aliquibus existimare. Cic. 2. Offic. 51. Non enim omnes eos contemnunt de quibus malè existimant. Sic 2. Verr. 5.

Existimare verè de re aliqua. Cic. pro Cæl. 1. Etenim si attẽdere diligèter, existimare verè de omni hac cã volaerris, sic constituetis Iudices, &c.

De artibus aliquid existimare. Cic. 2. de Orat. 3.

Ex euentu, de consilio alicuius existimare. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 16, Sed hæc sententia sic & illi & nobis probabatur, vt ex euẽtu homines de tuo consilio existimaturos videremus.

Ex aliorum & nostra mollitia, non ex ipsa virtute de virtutis robore existimare. Cic. 5. Tusc. 5.

Suis moribus alterum existimare. Cic. in Sallustium, 13. Desine bonos peruulantissima consectari lingua: desine morbo procacitatis isto vti, desine vnũquẽque moribus tuis existimare.

Facilius est existimare id, quàm scribere. Brutus Ciceroni, 4. 1.

Aliquid parui auditus existimare. Cic. 1. de Inuent. 97.

Operam suam existimari velle. Cic. 2. de Orat. 56. Ita nonnulli dum operam suam inulti existimari volunt, vt toto foro volitare, & à causa ad causam ire videãtur, causas dicunt incognitas.

Ex his existimari potest de eius ingenio. Cic. de Claris Oratoribus, 40. Tum ipse L. Cotta veterator habitus, sed C. Lælius & P. Africanus in primis eloquentes, quorum extant orationes ex quibus existimari de ingeniis Oratorum potest.

Infantissimus & impudentissimus existimari. Cic. pro Cluent. 39.

Existimatur in probro. Plin. lib. 6. cap. 13. 3.
Capillus iuxtà fœminas virisque in probro existimatur.

Domi suæ quum primis honestus existimatus est M. Fulcinius. Cicer. pro Cecinna, 8. Et pro Cluentio, 40.

Quid existimandum in, &c. Cic. in Orat. 29. Quod si in Philosophia tantum interest, &c quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio?

In existimando prudens. Cicc. de Claris Oratoribus, 119. L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus.

Vt existimabatur. Cicc. 2. de Orat. 149. Vt cum C. Fabricio P. Cornelius homo, vt existimabatur, auarus & furax, sed, &c.

Existimatu facile. Liu. 3. bel. Pun. 67. Accitumque ad se benigne appellat multos eum inuidos inter populares habere: inde existimatu facile esse, quòd nemo ciuis, &c.

Existimans, pen. cor. Participium, (λογιζόμενος,) Cic. in Ora. 41. Orationis subtilitas sanè tabilis illa quidem videtur esse existimanti: sed nihil est experienti minus.

Benequam & bene existimantem facere aliquem sua oratione. Cic. 2. de Oratore, 175. Ex his autem apud quos agetur, vt benequam, & benè existimantes efficiamus: quod agendo efficitur melius quàm rogando.

Existimatio, Verbale, (δόκησις, ὑπόληψις, ὄησις,) quando accipitur actiuè, est opinio quæ differt à iudicio: est enim existimatio iudicium tacitum. Cic. pro Cluentio, 64. Itaque nũc quemadmodum audiar, sentio, non modò ab his quorum iudicium atque potestas est, sed etiam abillis quorum tantum est existimatio. Id est à corona. Idem pro Cæcio, 2. Nam quod de pietate dixistis, est quidem ista nostra existimatio, sed iudicium certe parentis

Ingenii existimatio. Cic. 2. de Orat. 103.

Tacita existimatione reprehendi. Cicero de Prouinc. Consul. 33. Sed nõ alienum esse arbitror, quo minus sæpe aut interpellet à nonnullis, aut tacita existimatione reprehendar, explicare breuiter quæ mihi sit ratio aut causa cum Cæsare.

Existimatio & reprehensio. Cicc. 5. Verr. 165. In hoc genere facilior est existimatio, quàm reprehensio.

Existimatio, passiuè, (δόξα,) vt Homo magnæ existimationis id est famæ & nominis: quòd eum homines magni existimant. Hæc Valla libro, 3.

Caput & existimatio. Cic. 4. Verr. 40. Quid enim debuit Prætor? quum consilio re cognita, quum comperisset suum comitem, iuris, decreti, iudicii corrumpendi causã, qua in re ipsius Prætoris caput, existimatio-que ageretur, pecuniam accepisse, &c.

Dignitas & existimatio. Cic. 4. Verr. 77, Nemo enim ignorat, quo hic in ordine sua splendore, qua apud omnes Siculos dignitate, atque existimatione sit. De Stenio.

Fama & existimatio hominum. Cic. pro Cælio, 4. Equidem vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic labor forensis vitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum paulò latiùs commendatione ac iudicio meorum.

Sine honore, sine existimatione, sine censu homo. Cic. pro Flacco, 41.

Opinio & existimatio. Cic. Antequã iret in exil. 14. Vtique suæ hinc abiere opiniõ & existimatio, quæ virtute parta, non quæ infœlicitate illata est.

Existimatio bona. Cic. pro Ponteio, 12.

Honor, studium virtutis, & fructus bonæ existimationis. Cic. pro Cluent. 69. Non ille honorem à pueritia, non studia virtutis, non vllum existimationis bonæ fructum vnquam cogitarat.

Integra existimatio. Vide INTEGER.

Præclaræ existimationis studiosus. Cic. 6. Verr. 28.

Sanctissima alicuius existimatio. Cic. pro Rosc. Com. 8.

Summæ existimationis iudicia priuata. Cic. pro Rosc. Com. 9. Siqua enim sunt priuata iudicia summę existimationis, penè dicam capitis: tria hęc sunt, fiduciæ, tutelæ, societatis.

Turpis existimatio. Cic. pro Cecinna, 6.

Accipere existimationem. Vide ACCIPIO.

Existimationem amittere. Vide AMITTO.

Colligere existimationem. Vide COLLIGO.

Existimationem suam committere alteri. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 21. Siquis est in quo tam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris.

Committere alicui de existimatione sua. Vide COMMITTO.

Rei & existimatione condemnare aliquem. Cic. pro Cluentio, 43. Oppianico re, & existimatione iam, lege & pronũtiatione nõdũ cõdemnato.

Existimationi suæ consulere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 17. Sed habes eos tecum quos possis rectè facientes, facilè diligere: minus consuientes existimationi tuæ, facillimè coercere.

Existimatione damnatus homo. Cic. p Flacco, 27. Quid ergo vnus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, &c.

Existimationem dignitatemque ab inimicis defendere. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 31.

Ad Existimationem dimanare. Vide DIMANO.

Existimatione innocentiæ floruerũt Prætoriæ illæ. Cic. p Fonteio, 26.

Offendere existimationẽ alicuius. Cic. p Plancio, 4. Vide OFFENDO.

Parere existimationem. Cic. pro Sylla, 78. Quod ad tempus existimationis partæ fructus referabitur, si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ defuerit, si non adierit, si nihil adiuuabit?

Perdere aliquid de existimatione. Author ad Herennium, lib. 4. 156.

Contra existimationem alicuius venire. Cic. Attico, lib. 1. 1. 9.

Existimationem vereri. Cæsar 5. bel. Gal. 164.

Secunda existimatio. Suet. in Claudio Cæsare, ca. 7. Sub Caio demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperii omnibus leno ciniis colligente, &c. Hoc est famam prosperam.

Violare existimationem alicuius. Cic. Philippo, lib. 13. 74. 4. Nisi q. existimans in ea re violari existimationem tuam.

Existimator, pen. prod. Verbale masc. (λογιστὴς, ὑπολαπτής,) Cicer. 3. de Orat. 47. Neq; ea quum dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artificii existimatorem.

Existimator & Magister, quid differant, constat ex Cicerone in Ora. 60. Meminerimus, inquit, nihil nos præcipiendi causa esse dicturos: atque ita poti⁹ acturos, vt existimatores videamur loqui, nõ magistri. Quasi velit magistrum eum esse, qui docet vt est res: existimatorem, qui vt putat, & existimat.

Doctus & intelligens existimator. Cicero de Claris Orator. 178. Vide INTELLIGO.

Existo, (ἐξίστημι, ὑπάρχω, ἵσταμαι, ἀναστήτω, ἐξανασταίημι,) existere. Valla, Existit atq; extat, quorum verborum vnum atque idem præteritũ est: simile quiddam significant, quod est eminet & supereminet. Sed primum cum motu, alterum sine motu: vt illud sit prodit vel exurgit: hoc verò, superstat. Hactenus Valla lib. 5.

Existit & apparet. Cic. 1. Tusc. 52. Sed nescio quomodo inhæret in mẽtibus quasi seculorum quoddam augurium futurorũ: idq; maximis ingeniis, altissimisq; animis & existit maxime, & apparet facillime.

Extare & existere. Cic. 2. de Diuinat. 88. Quicquid enim oritur, qualecũque est, causam habeat à natura necesse est: vt etiam si præter consuetudinem extiterit, præter naturam tamen non possit existere.

Existere & esse. Cicer. Pulchro, lib. 3. 11. 5. Nec tam gloriosum exitum tui iudicii extitisse, sed tam prauam inimicorum tuorũ mentem fuisse mirabar.

Creare, existere, & erũpere. Cicc. p Rosc. Amer. 45. In vrbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erũpat audacia.

Existere ab inferis. Liuius 9. bel. Macedo. 151. Etsi existat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum. Sic 6. bel. Pun. 164. Et apud Ciceronem 3. Verr. 66.

Ex aliqua familia existere. Cic. pro Cælio, 14.

In aurã existere. Lucret. lib. 5. 43.

In lucem existere. Lucret. lib. 2. 160.
—quoniam nequeunt sine luce colores
Esse, neque in lucem existunt primordia rerum.

Subitò existere. Cic. de Claris Orat. 15. Tum etiã magistri dicendi multi subitò exiterunt.

Plures in omnibus artibus quàm in dicendo admirabiles extiterunt. Cic. 1. de Orato. 4.

Vnde & amicitia existebat, & iustitia, & æquitas. Cic. 1. Acad. 35.

Animo Consulari in Rẽpublicam existere. Cic. Planco, lib. 10. 6. 6.

Nota omnibus, vel ipsa nouitate temporum clarissima & maxima beneficia vnius in alterum existere. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 4.

Existat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniã re non potest. Cic pro Corn. Balbo. 36.

Minimam copiam egregiorum poetarum extitisse. Cic. 1. de Orat. 6.

In capite alicuius extitit corona ex herbis. Cic. 1. de Diuinat. 103.

Ne in eum existam crudelior. Cic. ad Attici, lib. 10. 103. 5. Id est sim.

Eloquentiã existere talem qualis fuerit in Crasso. Cic. 2. de Orat. 4.

Summersus equus voraginibus non exstitit. Cic. 1. de Diuin. 126.

Fautorẽ & adiutorẽ cuiusq; dignitatis existere. Cic. Lent. lib. 1. 9. 34.

Fidem in rege existere. Cic. pro Rab. Posth. 1.

Sic insulsi extiterunt, vt nihil illud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur. Cic. 2. de Orat. 120.

Repentè lætus extitit. Cic. 1. de Diuinat. 103.

Ex quo magnitudo quoque animi existebat. Cic. 4. de Finib. 29.

Sine principiis nihil potest existere. Lucret. lib. 1. 40.

Officium extitit amici in periculis aut adeundis aut cõmunicandis. Cic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Amicit.14.
Patronum alicui causæ existere.Cic.pro Rosc.Amer.5.
In genere mathematicorum multi perfecti homines extiterunt. Cicero 1.de Orato.6.
Portam bonum neminē sine inflammatione animorum existere posse,& sine quodam afflatu quasi furoris.Cic.1.de Orat.105.
Existit autem hoc loco quædam quæstio subdifficilis. Cic.de Amicit.59.
Senectus diuturnitate temporum existit.Cic.4.Acad.115.
Similem animum existere.Lucret.lib.4.245.
Infinita similliumarum imaginum species ex innumerabilibus indiuiduis existit.Cic.1.de Natu.deorum,70.
Philosophandi nobis subito studium extitit.Cic.1.de Nat.deor.19.
Sudor existit toto corpore.Lucret.lib.3.31.
Existet ex victoria tyrannus.Cicer.ad Atticum,lib.7.125.3. Id est emanabit,enascetur.
In animis existunt maiores etiā varietates,vt in corporibus magnæ dissimilitudines sunt.Cic.1.Offic.150.
Virtute & consilio præstanti existere.Cic.pro Sestio,79.
E virtutibus beata vita existit.Cic.2.de Nat.deor.130
Vox extitit ex aliquo loco.Cic.1.de Diuina.164.
¶ Existunt hæc ei.Cic.2.de Natur.deorum,122,Siqui dentes & pubertatem natura dicat existere,ipsum autem hominem cui ea existant,nō constare natura.

Exitialis,Exitium,Exitus, Vide EXEO.

Exiuro, exiúras,pen.prod.(ἐξόμνυμι,)exiurâre.Antiquum pro Iuramento asserere & affirmare.Plaut.Amphit.111.18.
Quin veni quando vis intróiíxo haud quicquam sit moræ,
Quando exiurasti te mihi dixisse per iocum,

Exlex, exlēgis,penul.prod.Adiectiuum,(ἄνομος,) Qui sine lege vi uit.Lucilius Stat.lib.2,Non dico,vincat licet, & vagus exulet,erret exlex. Varro, Postremò quæro,parebis legibus an non? ánne exlex solus viuis? Lucil.lib.30.Accipiunt leges populus,quibus legibus exlex. Sisenna lib.4,Armis, equis, commeatibus,non magis iuuerunt exleges,& minus honore dignos putabitis. Cice. pro Cluent. 74,Non quo illi aut exlegem esse Syllam,aut causam pecuniæ publicæ contemptam atq; abiectā putarent,sed,&c. Horatius in Arte,46.
–& potus & exlex.

Exloquor, penult.corr.exlóqueris,(ἐξαυδάω,)exloqui,pro Eloqui & palām atq; apertè ac distinctè dicere vsurpauit Plautus Milit.112.32.
At tua præcepta:de meo nihil hic nouum ipse apposui.
A. Nempe ludificari militem tuum herum vis? P A. exlocuta es.

Exobsecro, exobsecras,pen.corr.(ἐκλισσομαι,)exobsecrare,Vehementer obsecrare.Plau.Asin.593.
Nunc pergam ad forum,atque experiar opibus,omni copia:
Supplicabo,exobsecrabo,vt quēque amicum videro.Antiquum.

Ex occulto, Vide EX.

Exoche, penult.corr.(ἐξοχή,)Latinè dicitur eminentia,vel excellentia. Vnde κατ' ἐξοχήν dicitur per excellentiam. Virg. 1.Georg.Nec Peloriacæ curam aspernabere lentis. Vbi Seruius, Peloriū vnum est de septem ostiis Nili, vbi optima lens nascitur. Vnde κατ' ἐξοχήν loquutus est.

Exoculo, exóculas,penult.corr.(ἐξοφθαλμόω,ἐξοφθαλμίζω,)exocúlare,Exturbare siue offendere oculum.Apuleius,Cæcum & prorsus exoculatam esse fortunam.Id est oculis priuatam.
Exoculasso,exoculassis,exoculassere,Idem.Plaut.Rud.18.24,
Vos adeo,vbi ego innuero,si non ei caput exoculassitis,
Quasi murteta incisis,item ego vos virgis circúuinciam. Ibidem.19.29, Si hercle illic illas hodie digito tetigerit
Inuitas,nisi tunc illum vos exoculassitis,
Vsque adeò donec qua domum abeat,nesciat: Peristis ambo.

Exodium, exodii,(ἔξοδιον)vt inquit Nonius,dicitur finis.à Cæco tractum,quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ.Id est extra viam. Varro,quum in vinculis publicis esset,& iam bibisset κώνειον in exodio vitæ. Idem, Vitæ curium vt cognoscere possem,& quæ seruitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ. Idem,quod cœperas modò in via narrare,vt ad exodium ducas. Apuleius,Nullum ego eius rei exodium inueniebam.
Exodia,vt inquit Perottus,Ridicula erant versibus intexta,quæ sine cantu iuuenes iactitare solebant,Attellanis potissimum inserta.ἔξω extra, & ᾠδήν cantum Græci dicunt,quasi extra cantū.Iuuenalis Satyr.6.8.
–tandemq; redit ad pulpita notum Exodium.Suet.in Tiberio,cap. 45, Vnde vox in Attellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit,Hircum vetulum capreis naturam ligurire.
Exodia quid sint,docet Iulius lib.7.ab Vrbe,8,his verbis,Postquam lege hac fabularum ab risu, ac soluto loco res auocabatur, & ludus in artē paulatim verterat, iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo,ridicula intexta versibus iactitare cœpit. quæ inde exodia postea appellata,conseruatáque fabellis potissimum Attellanis sunt.quod genus ludorum ab Oscis acceptū tenuit iuuentus:nec ab histrionibus pollui passa est. Hæc ille.Iuuenalis Satyra 6.8.Vrbicus exodio risum mouet Attellanæ
Gestibus Autonoes.Iulius Pollux lib.4.cap.155.Exodium est,inquit carmen quod exeuntes cantabant.Et hæc quidem propriæ vocis significationi magis conuenit expositio.

Exolesco, exolescis,exolui,& exoleui,exolētum,pen.prod.(ἐξαμαυροῦμαι,ἀπεχαυδάομαι,ἀπαπίπτω,) exolescere. Adultū fieri,& desinere.Plaut.Reliqui domi exoletam virginem.
¶ Exolescere,veterem fieri,deficere.Colum.lib.2.ca.18.3. Multa sunt, vt dixi,quæ negligentia exolescant,& fiant steriliā.
Exolescere & deficere.Plin.lib.37.Carchedonii nefcio an in totum exoleuerint,postquam metalla æris ibi defecerunt.
Aetas exoleuit ad.Cic.in Sallust.8. Aetas tua iam ad ea patienda,quæ alteri facere collibuisset,ex oleuerat.
Nullo exolescet æuo.Statius 1.Sylu.6.10.
Quos ibit procul hic dies per annos?
Quām nullo facer exolescit æuo?
Amictus exolescunt.Tacit,lib.14,Græci amictus,quos per eos dies plerique mœsserant,tum exoleuerant.
Cladem exolescere.Tacit.lib.4.Nondum ea clades exoleuerat.
Disciplina exolescit.Tacit.lib.11. Ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret.
* Vetustate exolescere.Quintil.lib.1.cap.10.
Dolor exoleuerat.Tacit.lib.5.
Exoleuit fauor.Liu.2.ab Vrbe,228.Quum & patres haud minus q̄ pro Coriolano annixi essent,& patris Agrippæ fauor haud dū exoleuisset.
Instituta exolescunt.Tacit.lib.20.Nihil euenisse cur antiquitus institutæ exolescerent.
Exolescit metus.Plin.epist.4.Nam mitium dominorum apud seruos ipsa consuetudine metus exolescit,nouitatibus excitaturi probariqi domi nis per alios magis,quàm per seipsos laborant.
Exoletus,pen.prod.Participium,(ἐξεσμένος,) Quintil.lib.8. Obscuritas fit in verbis etiā ab vsu remotis vt si cōmentarios quis Pontificū, & vetustissima fœdera,& exoletos scrutatus authores, idipsum petat.
Exempla annalium vetustate exoleta. Liu.lib.7.Decad.3. Præter non exoleris vetustate annalium exemplis stare ius,sed rectissimæ cuiusque consuetudinis vsu volebat.
Memoria iam exoleta. Liu.lib.7.Decad.4.Res aut noua, aut vetustate exemplorum memoriæ iam exoletæ.
Exoletum vetustate odium.Liu.2.ab Vrbe,153.Arte agendum in exoleto iam vetustate odio,vt,&c.
Stirps exoleta.Liu.lib.7.Deca.4.Bellicosiores ea tempestate erant Gallogræci adhuc,nondum exoleta stirpe,gentis seruantes animos.
¶ Exoletus,penult. prod.(ἐξεσμένος,) Substantiuum, pro scorto masculo ponitur,præcipue iam adulto,apud Suetonium in Tib. Cæsare,cap. 43.Cice.pro Milone,41.Ille qui semper secum scorta, semper exoletos,semper lupas ducebat.

Exoluo, exoluis,exolui,exolūtū,pen.prod.(ἐκλύω,ἀποτίνω,)exoluere,Idem quod soluere.Plaut.Capt.912.
Hic extemplo orat,obsecratque eum sibi
Vt liceat videre.Iussi illico hunc exolui,nisi sequere me. Idem Epid. 3.49.Aliqua ope exoluam,extricabor aliqua.
Exoluere cistellam.Plaut. Amphit.8.150. Agedum eam solue cistulam.
5.quid ego istam exoluam?obsignata est rectè.
Nexus exoluere.Lucret.lib.1.44.
¶ Exoluere ærumnas duas vno labore.Plaut.Amph.5.26,
Pa ter curauit vno vt fœtu fieret,
Vno vt labore exolueret ærumnas duas,
Exoluere æs alienum. Plinius epistola 55,a, Pecuniam etiam qua tunc illi ampliore opus erat,vt æs alienum exolueret,cōtractū ex pulcherrimis causis,mussantibus magnis quibusdā & locupletibus amicis,mutuatus ipse gratuitam dedi.Cic.5.Verr.45.Hac ille vi & hoc metu adductus tantum Decumanis,quantum iste imperauit,exoluit.Liu.6.ab Vrbe,65.Ea res si palām fiat,exolui ære alieno posse.
Amictus exoluere.Stat.1.Syl.5.11.
Animum exoluere nodis.Lucret.lib.4.1, –arctis
Relligionum animum nodis exoluere pergo.
Culpa exoluenda.Tacit.lib.20,Conjectis in eum telis,initium exoluendæ in posterum culpæ fecere.
Curis exoluere.Virg.4.Aeneid.131.
–meque his exoluite curis.
Exoluere dotem. Plin. de Viris illustr.56. Ob huius licentiam & pertatem post mortem eius dos vxori, nisi venditis possessionibus,nō potuit exolui.
Exoluere fidem. Plin.epistol.36.b.Impleui promissum, priorisque epistolæ fidem exolui.Liu.4 bell.Pun.71.Nunc exoluta iam fide publica,ne

ca,ne discrimen omne virtutis ignauiæque pereat,&c.Idem lib.6.162. Et lib.8.131.
Glaciem exoluere.Lucret.lib.6.176.
Murat & exoluit glaciem,nodosque relaxat.
Gladios exoluere.Lucanus lib.7.53.
Nunc pugnate truces gladiosque exoluite culpa.
Grates exoluere.Valer.7.Argon,57. Stat.5.Sylu.5.9.
Honores exoluere.Valer.5.Argonaut.58.
Metas exoluere.Lucanus lib.5.52.
–quippe ipsa metus exoluerat audax Turba suos.
Omnibus è neruis,atque ossibus,articulisque exoluere aliquem. Lucret. lib.3.142. Et lib.1.166.
–amisso iam corpore,vita quoque omnis
Omnibus è neruis atque ossibus exoluatur.
Exoluere nodum alicuius erroris, per translationem. Liu.10.bel. Maced.113.
Obsidium exoluere.Tacit.lib.3.Ipse robur peditum ad exoluendum obsidium ducit.
Pœnas morte exoluere.Tacit.lib.1.
Exoluere pœnas,præmiaque multis pro cuiusque merito.Liu.6.bel.Pun. 107.Quarum ciuitatum principibus quū pro cuiusque merito c o s. præmia,pœnasque exoluisset.
Pœna aliquē exoluere.Tacitus li.14.Titariū,& Caluisiū pœna exoluit.
Pondere exolui.Silius lib.13.127.
Exoluere pretium.Plaut.Menech,11.19.Prope est quando herus quid qd faciam,pretium exoluat mihi.
Promissa exoluere.Tibul.lib.4.eleg.7.1.
Exoluit promissa Venus mea gaudia.
Exoluere quod promisimus.Cic.3.Offic.10.
Pudore aliquem exoluere.Tacit.lib.14.Donec Prisc⁹ & Alphenus deferris cæstris ad Vitelliū regressi,pudore proditionis cūctos exoluunt.
Idem de Germanis,Vt se quoque pudore victoriæ exoluant.
Pugionem à latere exoluere.Tacit.lib.19.Postremo fletu præpediente, assistenti Consuli(Cæcilius simplex erat)exolutum à latere pugionē, velut ius necis,vitæque ciuium,reddebat.
Exoluere religione,Est scrupulum adimere.Liu.libro, 9.ab Vrbe, 38.de Spurio Posthumio loquens,Caudinæ pacis authore,Dedamur per fœciales nudi vinctique:exoluamus religione populū,liqua obligauimus: nequid diuini, humanive obstet,quo minus iustum piumque de integro incœptur bellum. Et paulo pōst.42.Nam quod deditione nostra negant exolui religione populum: id istos magis ne dedātur, quàm quia ita se res habeat dicere,quis adeò iuris fœcialium expers est qui ignoret? Idem lib.3.87.Edicimus itaque omnes qui in verba iuratis,crastina die armari ad lacum Regillum adsitis. Cauillari tum Tribuni ,& populum exoluere religione velle:priusquam eo tempore Quintium Fabiū,quam sacramento addicti sunt.Id est cœperunt Tribuni dicere, tolla religione sacramenti obstrictum esse populum,qui in verba prætoris hominis iurasset,nec metu endum periurium, si imperio eius non obtemperasset. Hæc Budæus . Idem Liu.8.ab Vrbe,48.
Exoluere aliquem solicitudine.Plin.epist.22.d.Medici quidem secunda nōnisi pollicentur:superest vt promissis deus adnuat,tandēque me hac solicitudine exoluat,qua liberatus Laurentinum meum, hoc est libellos,& pugillares studiosiusque otium repetam.
Exoluere aliquē ea re qua suspectus est alteri. Terent.Hecy.5.3.22.Quæ te is suspectus suo patri & Philippo fuit,exolui .
Exoluere se suspicione. Terent.Hecy.Illas errore, & te simul suspicione exolues.
Vincula exoluere. Tacit.lib.16.At Mella (quæ tum promptissima mortis via)exoluit venas.
Exoluere vinculis.Plaut.Trucul.17.9.
–subegit verum fateri,ita lora lædunt
Brachia.c.at si verum mihi eritis fassæ.A.vinclis exolue.
Exoluere vota.Plaut.Amphit.10.67.
Iube verò vasa pura adornari mihi,
Vt quæ apud legionem vota voui,si domum
Redirem saluus,ea ego exoluam omnia. Liu.1.bel.Puni.77. Annibal quum recensuisset omnium auxilia gentium, Gadeis profectus, Herculi vota exoluit:nouisque se obligat votis ,si cætera prospera euentissent.
¶ Relaxare se occupationibus,& planè exoluere.Cic.Mario,li.7. 1.18. Neque nos lepōre tuo,neq; te,iiqui est in me,meo frui liceret propter molestissimas occupationes meas:quibus si me relaxaro (nam vt plane exoluam,non postulo)teipsum qui,&c.
¶ Exoluit tetrasyllabum.Ouidius 4.Fast. 107. Longamque imprudens exoluit fidem.
Exolutus,pen.prod.(ἐκλελυμένος,)Participium. vt Compede exoluta. Stat.1.Sylu.6.1. Saturnus mihi compede exoluta
Et multo grauidus mero December &c. Adfuit.
Neaīs legis exoluti.Tacit.lib.3.

Exómides, exómidum,penult.corr.fœm.gen.plur.numeri sunt authore Festo comici vestitus exertis humeris scribitur ἐξωμίς.

Exónero, exóneras,pen.corr.(ἀποφορτίζω,)exonerare, Alleuare,& quasi onus detrahere.Plin.lib.11.cap.10.2. Excipiunt ea ternæ aut quaternę,atque exonerant.
Exonerare corpus.Plin.lib.8.cap.26.Atq; ita profluuio sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat.
Plenas colos exonerare,Nere filum. Ouid.3.Fast.164.
–lanam mollire puellæ
Discāt,& plenas exonerare colos.
Exonerare ventrem.Martial.lib.10.48.
Exoneraturas ventrem mihi villica maluas,
Attulit,& varias,quas habet ortus,opes. Sic Plin.lib.10.44. Diomedeæ aliuum exoneraturæ subuolant semper.
¶ Exonerare aliquid in aurem alterius.Senec.epist.3.Quidā quæ tantū amicis cōmittenda sunt,obuiis narrāt,& in cuiuslibet aures exonerāt.
Exonerare aliquem metu. Terentius Phorm.5.6.3. Nosque amicos eius exoneraris metu. Liuius.2.ab Vrbe.9.Amicus abi, exonera ciuitatē vano forsitan metu.
Odiis exonerare aliquid. Ouid.1. Trist.eleg.3.8. Attamen hanc odiis exonerate fugam. Deos precatur vt ab exilio reuocari possit.
Caput exonerare tenebris.Ouid.ad Pisonem.52.
Exonerare conscientiam.Curtius lib.6.
Curas Bacchus exonerat graues.Senec.Hippol.4.182.
Liberare & exonerare fidem suam.Liu.5.Decad.lib.2.50.Functus necessario mihi officio,& quodāmodo liberata atque exonerata fide mea.
Pios exonerare,Onerare nocentes.Ouid.ad Pisonem.20.
Quæstus exonerare.Lucan.lib.9.177.
–sic dura suos patientia quæstus Exonerat.
¶ Exonerari,pro Deponi.Tacit.lib.81.Exundantē per Egitum multitudinem ducibus Ierosolymo ac Iuda, proximas in terras exoneratam.

Exopinato, Vide EX.

Exopto, exoptas,(ὑγιαίνω,ἐπεύχομαι,) exoptare, Vehementer optare.Plaut.Asin.12.135.Exopta id quod vis maxime tibi euenire,fiet. Terent.And.5.6. Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi,cui hæc narrē,dari?Cic.1.Offic.166. Quæq; maiori parti pulcherrima videntur,ea maxime exoptant. Sic.4. Tusc.110. Complexum exoptans mulier. Et pro Cluent.13.Exitiū exoptare.
Maxime exoptare.Cic.Q.u.fratri,lib.1.2.24.Nunc ea cognosce,quę maximè exoptas.
Gratulari alicui,& vt sempiternæ laudi sibi sit aliquid exoptare. Cicero Curioni,lib.2.6.1.
Exitum aliquem exoptare.Cic.Att.lib.9.184.2.
Pestem alicui exoptare,& ipsum execrari.Cic.in Pisonem.76.
Exoptare,cum infinitiuo.Cic.Sulpitio,lib.4.6.12. Ego autem cum multis de causis te exopto quamprimum videre,&c.
Exoptans,Participium,(ἐυχέμενος.)Silius,lib.10.61. –in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra.
Exoptātus,pen.prod.Participium,(ἐυγμένος,) Cic.pro Rosc.Amer.11. Non modò vt exoptatum inimico nuntium primum afferret, sed etiā cruorem inimici,&c.
Exoptans, Nomen ex Participio,(ἐπεύκτης,) vt Parens exoptatus. Virgil.1.Aeneid.18.
Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi,
Nec dulces natos,exoptatumq; ut parentem.Idem.6.Aeneid.66.Cic. ad Att.lib.5.103.1.Nihil exoptatius aduentu meo,nihil charius.
Exoptatissima gratulatio.Cic.ad Att.lib.4.70.1.
Exoptābilis,penult.corr.Adiectiuum,(ἐπεύκτος,)vt Tempus exoptabile.Silius lib.11.78.
Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus.

Exorbeo, exorbes,exorbui,exorptum,(ἐκροφέω,)exorbēre, Idē quod sorbere & exhaurire.Plautus Epid.5.5. Iam ego me vertam in hirundinem,atque horum exorbebo sanguinem. Horatius.2.Serm.Saty.3.48.
–vt decies solidum exorberet,aceto
Diluit insignem baccam.
Audis linguis aliquid exorbere. Ouid.6.Fast.29.
Exhaurire & exorbere.Cic.de Aruisp.respon.55. Quæ tantos exhaurire gurgites posset, quantas ipse Byzantiorum, Brogitarorumque prædas exorbuit?
Exorbuit quisque ouum.Plin.lib.28.cap.2.9.
¶ Exorbere,per translationem.Iuuenal.Saty.10.23.
–quot longa viros exorbeat vno Maura die.
Exorbere difficultatem.Cic.pro L.Murena.17. Seruius hic nobiscū hāc vrbanam militiā respondendi,scribendi,cauendi,plenam solicitudinis ac stomachi secutus est:tius ciuile didicit,multum vigilauit, laborauit, præsto multis fuit,multorum stultitiam perpessus est,arrogantiā per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tulit, difficultatem exorbuit, vixit ad aliorum arbitriū, non ad suum.
Iniquo iudicio alicuius sanguinem exorberi. Cic. 1. de Orat. 114.
Exorbere ciuilem sanguinem. Cic. 2. Philip. 79. Gustaras ciuilem sanguinem, vel potius exorbueras.
Sanguinem decolorem exorbere. Cic. 2. Tusc. 32.

Exorbo, exorbas, (ἐκτυφλόω,) exorbare. Priuare oculorum luce, & veluti cæcum & oculis orbum facere.

Exorbare animam alicuius. Plaut. Bacch. 19. 28.
Nunc nisi ducenti philippi redduntur mihi,
Iam illorū ego ausam amborum exorbabo oppidò. Antiqua locutio.

Exordesco, Vide EXSORDESCO.

Ex ordine, Vide EX.

Exordium, exordii, Participium, (πρόοιμιον, προοίμιον, ἀρχή,) Plinius, lib. 6. cap. 33. 2. Vniuersus autem circuitus per sinꝰ dictos ab eodē exordio colligit ad Mœotin lacū CLVI.M. passuū.
Fit exordium. Lucret. lib. 2. 213.
Magnatum rerum fierent exordia semper.
Cunctarum rerum exordia, Elementa. Lucret. lib. 3. 7. Idem lib. 2. 67.
Primis seminibus exordia omnia concreuerunt. Virg. 6. eclog. 7.
– vt his exordia primis
Omnia & ipse tener mundi concreuerit orbis. De quatuor elemētis.
Exordium mali. Cic. 1. de Inuent. 5. Atque huius quoque exordium mali, quoniam principium boni diximus, explicemus.
Primæ pugnæ exordia. Virg. 7. Aeneid. 8.
Expedium, & primæ reuocabo exordia pugnæ.
Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium. Cicero de Vniuersitate. 8.
Exordiū pullū. Quintil. lib. 5. cap. 10. 51. Non possum togā prætextam sperare, quum exordium pullum videā. Vbi interpres, Exordium cum aliarū rerū, tū verò textilium, quales sunt prætextę, principiū dicitur.
¶ Genera exordiorum describit Cicero. 2. de Orat. 172. Postremò solco cogitare quo vtar exordio, nam siquandò id primum inuenire volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut vulgare, atq; commune. Author ad Heren. lib. 1. 5.
Exordium, est principium orationis, per quod animus auditoris vel iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. Author ad Herennium.
In dicendi exordio summos etiam Oratores permoueri animaduersum est. Cic. 1. de Orat. 61.
¶ Scribendi exordiū ab aliquibus tēporibus capere. Cic. 1. de Legib. 12.
Exordium dare, pro Incipere. Quintil. lib. 10. cap. 1. Virgilius apud nos auspicatissimum dederit exordium.
Ducere exordium ab aliquo. Quintil. lib. 4. cap. 1. 5. Exordium duci nō nunquam etiam ab actore cauſſæ solet.
A prudentia totius vitæ exordium ducere. Cic. 5. de Finib. 31.
Inducere exordium. Vide INDVCO.
Sempiternæ sapientisque vitę inducit exordiū animus. Cic. de Vniu. 34.
Nascitur exordium. Cic. 1. Tusc. 14. Vide NASCOR.
Repetita exordia retro. Silius, lib. 7. 88.
– repetita exordia retro Incipit, &c.
Sumere nouum audiendi exordium. Quintil. lib. 4. cap. 4. 8.
Sumere prima exordia. Virg. 4. Aeneid. 57.
– quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat? Lucret. lib. 1. 30.
Principium hinc cuius nobis exordia sumet.

Exordior, exordīris, pen. prod. exorsus sum, (ἐξάρχω, ἄρχομαι, ἐγχειρέω, πεσαμαίω, φρουαίω,) exordiri. Incipere significat. Plaut. Pleud. 6. 6.
– cui neque parata gutta certi consilii,
Neque adeò argentimeque nunc quid faciam, scio:
Neque exordiri primùm vnde occipias habeas. Idem Casina. 15. 23.
Audi, scribis. malum, pessimumque hic modò apud nos intus Tua an cilla hoc pacto exordiri cœpit. Cicero. 4. Academ. 21. Quum ita esset exorsus, ad audiendum animos erexi mus. Ibidem, lib. 1. 21. Tum Varro ita exorsus est.
Exordiri & Retexere, contraria. Cic. 1. de Orat. 86. Multa quærendo reperiunt, non modò ea quæ iam non possint ipsi dissoluere, sed etiam quibus antè exorsa, vel potius detexta, propè retexantur. Sumpta est à textoribus metaphora.
Exordiri & Perorare, contraria. Cic. 2. de Orat. 171.
A re ipsa exordiri in parus atque frequentibus cauſis commodius est. Cic. 1. de Orat. 175.
Non gloriosè exordiri, magisque à veritate quàm à dignitate. Cicero. 2. de Oratore. 18.
Ab aduersarii dicto exordiri, & ab eo maximè quod ille nuperrimè dixerit. Author ad Heren. lib. 1. 10.
A principio exordiri. Cic. 1. de Diuin. 150.
Pertexere quod exorsus est aliquis. Cic. 2. de Orat. 79.
¶ Exordiri cū infinitiuo. Cic. 1. de Fin. 44. Tunc dicere exorsus est.

¶ Exordiri argutias. Plaut. Bacchid. 2. 19.
Etiam me aduersus exordire argutias,
Qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet?
Bellum exordiri. Liuius, Cum Fidenatibus à causa tam nefanda bellum exorsus, atrox dimicatio instabat.
Exordiri consilia. Plaut. Asin. 3. 103.
Quin te quoque ipsum faciam haud magni, si hoc patro.
Pergam quo occœpi, atque ibi consilia exordiar.
Exordiri facinus. Plaut. Bacchid. 15. 73. Nescis quid ego acturus sim, ac que facinus quantum exordiar.
Exordiri orationem. Plaut. Ciſtel. 10. 70.
– imitatur nequam besti am
Et damnificam. P. sed quidnam amaboꝰ L. inuoluolum,
Quæ in pampini folio intorta implicat se:itidem hæc
Iotortam orationem exorditur sibi. Cic. 1. de Orat. 59. In exordienda oratione perturbantur.
Exorsus, Participium, (ἐξειρόμενος,) Cicero pro Cælio. 28. Quid tumultuaris foror? quid insanis? quid clamore exorsa, verbis paruam rem magnam facis?
Exorsus rē. Plaut. Persa. 13. 7. Hāc ego rē exorsus sum facetè & callidè.
Exorsa, Substantiuum, neut. gen. plu. num. (ἐξηγήσεται,) Virg. 10. Aen. 12.
– sua cuique exorsa laborem Fortunamque ferent.
Exorsa (inquit Seruius) id est Initia, actus hodiernæ diei.
Longa exorsa. Virg. 2. Georg. 10.
– non hîc te carmine ficto,
Atque per ambages & longa exorsa tenebo. Id est simpliciter vniuersa describam: neque vt in Aeneide, aliquibus figmentis aut vllis vtar ambagibus. Longa autem exorsa, dicit Prooemia longè repetita: quæ constat esse vitiosa. Seruius.
Exorsus, huius exorsus, masc. g. Idem, (ἀρχή,) Cic. pro L. Manil. 6. Sed p vestri imperii dignitate atq; gloria, quoniā is est exorsus orationis meæ, videte quam vobis animum suscipiendum putetis.

Exórior, (ἐξανατέλλω,) exoriri, Emergere, exurgere. Lucret. lib. 2. 102. Nanque aliis aliud præstantius exoreretur. Idem, lib. 1. 37.
Exoriri & nasci, Extingui & opprimi, contraria. Cicero. 2. pro Lege Agraria. 88. Hîc verò in oculis Senatus Populique Romani nihil posse exi stere, quod non antè extingui atque opprimi posset, quàm plane exortum ac natum esset.
Exoriri ex. Lucret. lib. 1. 178.
Ex alienigenis quę terris exoriuntur.
In oras luminis exoriri. Lucret. lib. 1. 5.
Nec sine te quicquam dias in luminis oras
Exoritur. Verba ad Venerem.
Procliuius exoriri de. Lucret. lib. 2. 159.
– multo procliuius exorientur
Candida de pullo, quàm nigro nata colore.
Clamor exoritur. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 16. Tunc verò exoritur clamor, gemitusque meorum. Virgil. 3. Aeneid. 26. Nauticus exoritur varie certamine clamor.
Exoritur illi color ex temporibus. Plaut. Menæch. 17. 68.
Viden'tu illi oculos vtieri? vt viridis exoritur color
Ex temporibus atque fronte.
Dies exoritur. Lucan. lib. 1. 47.
Iamque dies primos belli visura tumultus Exoritur.
Discordia exoritur inter. Virg. 12. Aeneid. 118.
Exoritur trepidos inter discordia ciues.
Exoriuntur dolores vtero. Plaut. Amphit. 17. 40.
– postquam parturire hodie vxor occœpit tua,
Vbi vtero exorti dolores vt solent puerperę.
Exoritur fama. Liuius. 6. ab Vrbe. 80. De Præstinorum quoque defectione eo anno primùm fama exorta. Idem, lib. 10. 53. Quum Comitia Consularia instarent, fama exorta Hetruscos, Samnitesque, ingentes conscribere exercitus.
Fragor exoritur. Stat. 3. Thebaid. 15.
– sic ore miserrimus vno Exoritur fragor.
Honestum ex virtutibus exoritur. Cic. 1. de Finib. 115.
Noua quædam illa immanitas exorta est. Cic. pro Sylla. 56.
Iniuria vnde exorta est, ad eum plerunque reuertit. Lucret. lib. 5. 231.
Nefaria libido mulieris importunè repentè exorta est. Cic. pro Cluent. 6.
Nulla exoritur mora, quominus, &c. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 48. Nullam exoriri moram posse, quominus quum venissent, si imperata non facerent, ad nutum cuestigio diriperentur, &c.
Motus nouus vetere semper exoritur. Lucret. lib. 2. 51.
Post solstitium natura exoritur. Cic. 2. de Diuin. 139.
Subitò exorti nefariā alicuius promulgationē. Cic. Lent. lib. 1. 5. 3.
Exoritur stella. Plaut. Rud. 2. 4.
Ita vt videris sum splendens stella candida,
Signum quod semper tempore exoritur suo. Plin. lib. 18. cap. 35. 1.

Præterea

Præterea bis quædam exoriuntur & occidunt.
Exortus timor ex conscientia peccatorum. Cic. in Paradox. 51.
Vis veneris membris omnibus dicitur alicui exoriri. Lucre. lib. 4. 236.
Repentinus nobis aliquis exoritur. Cic. 3. pro Lege. Agrar. 7.
¶ Exoritur rex, pro Fit & creatur rex. Cic. 3. Offic. 50. Sic repentè annuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Idem 4. Academ. 30. Tum vt exortus est in optima Repub. Tiberius Gracchus qui otiū perturbaret, &c.
Gloria commotus Epicurus exoritur. Cic. 5. Tusc. 46.
¶ Exorta sunt hæc omnia à te. Id est, à te prouenient. Teren. Heey. 4. 4. 10. A Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia.
¶ Exoriri dicitur, qui non expectatus inuadit aliquem, inquit Donatus. Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia. 3. egónē? L. Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas. Terent. Heeyra, 2. 1. 16. Vbi Donatus, Exorere, Existis.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. Id est exoriatur. Verba Didonis imprecantis perfidis Troianis. Ostendit autem Aunibalem. Virg. 4. Aeneid. 125.
Exoriri, pen. prod. Recreari. Cic. Attico, lib. 7. 144. 1. Non venit idem mihi, quod tu tibi scribis, quoties exorior. ego enim nūc paulum exorior, & maximè quidem his literis quæ Roma afferuntur.
Exorient, Participiū, (ἐξανατέλλων,) pro Oriente quādo cæli partem significat. Varro 3. de Re rust. ca. 9. 4. Quę spectant ad Orientē versus.
Annus exoriens. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 1.
Exoriens nostris hic fuit annus auis.
Aurora exoriente vagi sub lumina solis. Catul. in Argon. 55.
Auster exoriens media ab regione diei Lucret. lib. 6. 145.
Sol exoriens. Virg. 1. Georg. 87.
Exortus, (ἐξανατελλόμενος,) Aliud participium. Cic. 2. de Natu. deo. 38.
Ex quo iam poeta, Ferrea tum verò proles exorta repentè est,
Aut aque funestum prima est fabricarier ensem. Lucret. lib. 1. 38.
Et terraque exorta repente arbusta salirent. Ibidem, 25. Ibidem, 1.
– per te quoniam genus omne animantum
Concipitur, visitque exortum lumina solis.
Exorta cædes. Cic. ad Atticum, lib. 2. 19. 8.
Iubare exorto, id est nato Lucifero. Virg. 4. Aeneid. 26. Seruius.
Lætitia ingens exorta. Virg. 3. Aeneid. 20.
Lis exorta. Stat. 2. Achil. 69.
Monstra exorta sub antris siculis. Stat. 12. Thebaid. 111.
Pestis exorta. Plin. lib. 10. cap. 50. 1.
Sol exortus. Lucret. lib. 3. 112.
Sydera longes obitus exorta reuisunt. Lucret. lib. 4. 79.
Exortus, huius exortus, (ἀνατολή,) vt Exortus solis. Plin. lib. 12. ca. 11. 2. Et lib. 11. cap. 12. 1. Syderum exortus.
Exortus & Occasus solis, contraria. Author ad Heren. 3. 131. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt.
Exortiuus, pen. prod. A diē ortiuum, (ἀνατολικός,) Plin. lib. 18. cap. 34. 3. A parte exortiua solstitialem habebit exortum. Id est Orientem versus. Idem lib. 37. cap. 2. 14. Ctesias Indis flumen esse Hypobarum, quo vocabulo significetur omnia vasa ferre bona; fluere a Septentrione in exortiuum Oceanum. Hoc est in Oceanum qui est versus Orientem.
Exortiua mensura. Plin. lib. 7. ca. 49. 1. Negauere illi quenquam nonagintum exortiuam mensuram (quod anaphoras vocāt) transgredi, de varietate nascendi loquitur. Exortiuam igitur mensurā id est eam quæ ortus nostri spatium complectitur.

Exorno, exornas, (ἐπικοσμέω, ἐνσκευάζω,) exornare, Idē quod valde ornare, & magnificè instruere. Plaut. Persa. 10. 7.
Ea cūsa ad hoc exemplum te exornaui ego,
Vt nubas tu hodie virgo. Cic. Fabio Gallo, lib. 7. 24. 7. Ea enim signa ego esse soleo, quæ ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in patria locum. Idem. 2. de Oratore, 161.
Exornare & Deformare, contraria. Author ad Herēnium, libro, 3. 132. Si aliquare exornabimus, vt si coronis, aut veste purpurea, quo nobis notior sit similitudo: aut si qua re deformabimus, vt si cruētam aut cōbustam oblitam, &c.
Exornare & exornare. Cic. 4. Verr. 59. Tangebatur tamen animi dolore necessario, quòd domum eius exornatā atque instructam, ferē iam istē reddiderat nudam atque inanem.
Exornari graphicè. Plaut. Trinum. 11. 27.
– is homo exornetur graphicè
In peregrinum modum ignota facies, quæ non visa sit, falcidicus, conbibens.
Priuatim & publice præstantissimus, & institutis & artibus exornauit ea Exornare aciem, Sallust. in Iugurt. Quictus vti res postulabat, aciē exornat. Vide ACIES.
Dones exornare aliquem. Stat. 3. Sylu. 1. 27.
Gratia & venere aliquid exornare. Quintil. lib. 4. ca. 2. 82. Narrationem, & vt si vllam partem orationis, omni qua potest gratia, & venere exornādam puto.

Caput exornare. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 4.
Exorno me vobis. Plaut. Sticho. 15. 3.
– ita me Venus amœna
Amet, vt ego hîc iandudum exissem vobiscum foras,
Nisi me vobis exornarem.
Morem communis sermonis, decore quodam scenico exornant. Quintil. lib. 2. cap 10. 9.
Exornare nuptias. Plaut. Aulul. 26. 54. Repudium rebus paratis, atque exornatis nuptiis.
Opus verbis exornare. Propert. lib. 4. eleg. 5. 4.
Exornare philosophiam. Cic. lib. 1. Tusc. Si modò est aliqua patientia: si nulla est, quid exornamus philosophiam?
Exornare se lepidis moribus. Plaut. Mostel. 4. 12. Quin tute exornas mo ribus lepidis, quum lepida tute es? Sic Exornare Philosophiam falsa gloria. Cic. 1. Tusc. 18.
Exornare triclinium. Cic. 6. Verr. 54. Exornat amplè, magnificeque triclinium. Sic pro Archia. 10. Carminibus templorum, ac monumentorum aditus exornauit suorum. Idem. 4. Verr. 3. Vrbes signis, monimentisque pulcherrimis exornauit.
Domis & monimentis vrbem exornare. Cic. 5. Verr. 37. At verò vrbē totam, templa deorum, omnesque Italiæ partes, illorum donis ac monimentis exornatas videmus.
¶ Exornare, Fœdare, interprete Nonio. Terent. Heaut. 5. 1. 78.
– egone? si viuo, adeò exornatum dabo,
Adeò depexum: vt dum viuat, meminerit semper mei.
¶ Exornare aliquem magistratu. Plin. epist. 229. Impensè rogo, vt Acciū Suram Prętura exornare digneris, quum locus vacet. Idē, lib. 2. epist. 13. Quem rogo pro ingenio, pro fortuna tua exornes.
Exornatus. pen. prod. Participium (ἐπικοσμημένος,) Cic. de Arusp. resp. 41. Nisi eam mulieres, exornatum ita deprehendissent, nisi ex eo loco, &c. Resp. tali cine careret. De P. Clodio.
Exōrnatus comitatu. Plin. lib. 30. cap. 1. 11.
Exornatus veste. Terent. Eunuc. – ita visus est
Dudum, quia varia veste exornatus fuit.
Clarum atque exornatum trophæum. Cic. 1. de Inuent. 84.
Exornātor, pen. prod. Verbale, (ἐπικοσμήτωρ,) Cic. 2. de Orat. 19. Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.
Exornatio, Aliud Verbale, (ἐπικόσμησις,) Colu. lib. 12. cap. 3. 2. Inde quę ad lauationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianā atque epulationem pertinerent, exponebantur.
Exornatio, (κόσμος,) Color rhetoricus. Cic. 1. de Inuent. 129. Hîc tantum ipsa inuenta vnamquanq; in rem exponent simpliciter sine vlla exornatione. Exōrnationis genera leges in Partitionibus eiusdem. 7.
Verborum & sententiarum exornationes quæ dicantur, definit Author ad Heren. lib. 4. 161. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum exornatio est, quę nō in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem.

Exoro, exōras, pen. prod. (αἰδέομαι, δυσωπέω,) exorare, Obtine re ac impetrare orando, si ad rem refertur, inquit Valla in Raud. Plantus Pleud. 3. 74.
Quin flesꝰ p. pumiceos oculos habeo, non queo
Lachrymam exorare. Id est non possum lachrymam elicere ex oculis. Terent. And. 5. 3. 30. Aequum postulat, da veniam. P. sine te hoc exorem. Idem Heaut. 5. 5. 6. Da veniam Chreme, sine te exorē. Id est persuadeam, & illud à te impetrem.
Deterrere & Exorare, cōtraria. Cic. 8. Philip. 247. Antè deterrere te, ne popularis esses, nō poteramꝰ vt nūc sis popularis, exorare nō possumꝰ.
Exorare & Extorquere, contraria. Cic. Octauio. 13. Ille ea tamen exorabat, quæ volebat auferre: tu extorques.
Impetrare & exorare. Hirtius Ciceroni, in Epist. ad Atticū, lib. 16. 325. 2. Brutus & Cassius vtinam quàm facilè à te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod calidius ineant consilium.
Exorari & placari. Cicero pro Murena. 60. Viri non esse, neque exorari, neque placari.
Exorare vnum. Plaut. Capt. 5. 18.
Vnum exorare vos finite nos.
L. Id quidnam est? c. vt sine hisce arbitris,
Atque vobis, nobis detis loquendi locum.
Exorare aliquid ab aliquo. Plaut. Trinum. 6. 43.
– res quædam est, quam volo
Ego me abs te exorare.
Exorare vt. Plaut. Aulul. 9. 30.
Censēn' talentum magnum exorari potesse
Ab istboc sene vt det, qui fiamus liberi? Idem Asin. 16. 67.
Argyrippus exorari spero poterit, vt sinat
Sese alternas cum illo noctes hanc frui. Terent. Adelph. 4. 4. 31.
Hæc adeò mea culpa fateor fieri, non me hanc tem patri,
Vtve erat gesta indicasse: exorassem vt eam ducerem. Cic. 1. de Leg. 57. Exoremus vt fileat. Idem pro Rosc. Comœd. 27. Quē ego vt mē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiatur, inducere possumus vt paleret, exorare facilè potero.
Facilè exorari. Cic. pro Deiotaro. 5.
Exorare aliquem, pro Imperrare ab eo quod postulamus. Stat. 5. Sylu. 3.
55. Cur nihil exoret Chelys aut tua manes? Aut mea:
Facies exorat amorem. Id est digna est, quæ ametur ob pulchritudinem. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 9.
Facta merent odium, facies exorat amorem.
Exorant magnos carmine sæpe deos. Ouid. 2. Trist. 5.
Pacem diuûm exorare, id est facere aut impetrare. Virg. 3. Aeneid. 74.
Puellam exorare. Ouid. 1. de Arte aman. 8.
Supplice voce exorare deum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 5.
Exorare tristitiam. Plin. epist. 19. b. Quod tamen siquis extiterit, qui putet nos latius feciſſe quàm ordinis fecueritas exigat, huius (vt ita dixerim) tristitiam exorare debebût reliquæ actionis partes. Id est reliquæ partes inducent eum vt desinat esse tristis.
Sine exorem te illis hanc veniam: Id est mea gratia da illis hanc veniam. Plaut. Bacchid. 3. 78.
– hanc veniam illis te exorem sine
N. Vt terebrat satin' vt offirmatum quod mihi erat, id me exorat?
¶ Exorare, Vehementer aliquem orare. Plaut. Milit. 18. 13.
– Veneri pol habeo gratiam,
Tandemque exoro & quæso, vt eius mihi sit copia,
Quem amo, quenque expetisso.
Exorare aliquem alteri, pro Placare vel reconciliare. Tranquil. in Tib. cap. 11. Officii esse duxit, exorare filiæ patrem. Id est patrem exorare, vt filiæ ignosceret.
Exorandus, Nomen gerundiuum, (ἀδιάλυτος,) Ouid. epist. 20. 26. Exorãda tibi, non capienda fui. Propert. lib. 4. eleg. 18. 5.
Exoranda canis tria sunt latrantia colla.
Exorandus mihi es. Terent. And. 1. 1. 140. – restat Chremes
Qui mihi exorãdus est. Id est, Inducẽdus mihi est, vt faciat quĩ postulo.
Exórans, pen. prod. Participium, (ἀδιάλυτος,) vt Thura exorantia diuos. Ouid. 3. Trist. eleg. 13. 5.
Nec dare thura libet nil exorantia diuos.
Exorãtus, pen. prod. (ἀδιάλυτος,) Aliud Participium. Cic. pro Cluẽt. 54.
Post exoratus, initio permagnam pecuniam popoſcit.
Adamas exoratus. Propert. lib. 4. eleg. 1. 21.
Quum semel infernas intrauit funera leges,
Non exorato stant adamante viæ. Id est, non est reditus ad vitam.
Atæ exoratæ. Ouid. 7. Metam. 121.
– dum verba precantia dixit,
Non exoratis animam finiuit in aris?
Cytherea exorata. Tibul. lib. 4. eleg. 7. 1.
Exorata meis illum Cytherea camœnis
Attulit in nostrum, depoſuitque sinum.
Exorabilis, & hoc exorãbile, pen. corr. (ἀδιάλυτος,) Qui exorari potest, & à quo facilè obtinemus quod petimus. Plaut. Trucul. 3. 5.
Quot amans exemplis iudificetur, quot modis pereat,
Quotque exoretur, exorabilis. Cic. ad Qu. fratr. lib. 1. 1. 59. Nam si implacabiles iracundiæ sint, summa est acerbitas: si nautem exorabiles, summa leuitas: quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponẽda est. Sic Plinius lib. 29. cap. 4. 10. Et lib. 35. cap. 10. 5.
Minus exorabilem aliquem experiri. Cic. Att. lib. 1. 1. 14.
Nulli exorabilis. Sillus, lib. 5. 26
Postrema apta bat nulli exorabilis arma.
Non exorabilis auro. Horat. 2. epist. 2. 36.
Deus exorabilis. Propert. lib. 2. eleg. 31. 3.
Et iam si pecces, deus exorabilis ille est.
Numen exorabile. Stat. 5. Sylu. 33.
– nunc magni vocat exorabile numen Cæsaris.
Exorabilis & facilis populus. Cic. pro Domo sua. 36. Deinde exorabilis populus facilis suffragio pro salute.

Exors, exortis, om. gen. (ἄλλος,) Sine sorte, inquit Seruius.

Exors amicitiæ. Liu. 3. bel. Pun. 39. Vnum esse exortem Punicæ amicitiæ fœderisque secum facti. Id est, qui non esset particeps amicitiæ.
Exors culpæ. Liu. 2. bel. Pun. 188. Ille siquid proiectis ac proditis ad incosultam atque improuisam pugnam legionibus accideret, se omnis culpæ exortem, omnis tamen euentus participem fore diceret.
Exors matrimonii. Plinius lib. 5. cap. 8. 3. Garamantes matrimoniorum exortes, passim cum fœminis degunt. Id est non contrahentes matrimonium.
Dulcis vitæ exors. Virg. 6. Aeneid. 86.
Cos exors secandi. Horat. in Arte poet. 62.
– ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.
Honorem exortem ducere. Id est sine sorte: ἄκληρον. Virg. 5. Aen. 106.
– nam te voluit rex magnus Olympi
Talibus auspicijs exortem ducere honorem. Seruius.

Exors interdum optimum & præcipuum significat. Virg. 8. Aeneid. 108.
Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua:
Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum, prefulgẽs vnguibus aureis. Seruius.

Exos, exossis, Adiectiuum (ἄνοσος,) Qui est sine osse. Plaut. Menęh. 17. 98. Faciam quod iubes, securim capiam ancipitem, atque hunc ego Senem exossem reddam. Lucret. lib. 3. 145.
– atque vnde animantum copia tanta
Exos & exanguis tumidos perfluctuãt artus?
Exoſſo, exoſſas, (ἐξοστέομαι,) exossare, Ossa confringere, siue comminuere: aut ossa remouere. Plaut. Amphit. 4. 165.
Exoſſatum esse oportet, quem probè percusseris.
3. Mirum ni hic me quasi murenam exossare cogitat,
Vltro istic qui exoſſat homines. Colum. lib. 12. cap. 53. 1. Ergo istiem tem suem quum occideris, bene exoſſato: nam ea res minus vitiosum, & magis durabilem salsuram facit.
Exoſſare pisces, Donatus Purgare interpretatur. Terẽt. Adelph. 3. 3. 24.
– pisces cæteros purga Dromo:
Congrum istum maximum in aqua finito ludere
Paulisper. vbi ego venero, exoſſabitur. Apuleius, Exquammatas atq; exoſſatus piscis vix palpitat amplius.
Exoſſatus, pen. prod. Participium, (ἐξωστεμένος,) Lucret. lib. 4. 256.
Atque exoſſato ciet omni pectore fluctus.

Exóſculor, pen. corr. exoſculãris, (καταφιλέω,) exoſculari, Idẽ quod osculari.

Exoſculatio, Verbale, (καταφίλησις,) Plin. lib. 10. cap. 12. 3. Aristoteles negat non hercule magis quàm in Aegypto ibim: sed illam exoſculationem quæ sæpe cernitur, qualem in columbis esse.

Exôſus, pen. prod. Adiectiuum, (μισούμενος,) Actiuè dicitur, qui odio habet. Virgil. 5. Aeneid. 116.
Iuppiter omnipotens, si nondum exoſus ad vnum
Troianos, siquid pietas, &c. Idem, lib. 12. 104.
Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exoſum, nequicquam bella Menœten
Arcada, piscosæ, &c.
Exoſos hostes, Stat. 9. Thebaid. 15.
Túne meos hostes hucusque exoſus?
Templa exoſa oculos viriles. Templa Bonæ deæ. Ouid. 5. Fast. 51.
Exoſus opes. Stat. 2. Sylu. 1. 33.
Exoſus aliquando passiuè accipitur pro Odioso: vt apud Gellium, lib. 1. cap. 18. Eius Epicteti etiam de se scripti duo versus feruntur: ex quibus latenter intelligas, non omnes modò diis exoſos esse.

Exôticus, pen. corr. Adiectiuum, (ἐξωτικός,) Peregrinus, aduentitius, inquit Nonius, & aliunde aductus. Plaut. Mostel. 2. 41. Non omnes possunt olere vnguenta exotica. Cic. 3. de Orat. 74.
Aduentitia Latinè vocat, vt ait Budæus, Quid enim M. Catoni præter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque aduẽtitiam defuit? Plinius lib. 13. cap. 3. 4. Certum est P. Lucinium Crassum, L. Iulium Cæsarem Censores edixisse, nequis venderet vnguenta exotica: sic enim appellauere.
Exotica Græcia. Plaut. Menæch. 7. 11.
Istros, Hispanos, Massilienses, Illyricos,
Mare superum omne, Græciamque exoticam,
Orasque Italicas omnes fumus circumuecti.

Expalleo, expalles, expallui, (ἐξωχριάω,) expallêre, Pallidum esse, siue fieri. Plau. Curcul. 7. 32. Vide vt expalluit. Plin. epist. 5. 6. Expalluit notabiliter, quanuis palleat semper.
Expallere, signum est conscientiæ. Author ad Heren. lib. 2. 39. Accusator dicet, si poterit, aduersarum quum ad eum ventum sit, erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid: quæ signa conscientiæ sunt.
Fulgore auri magis expalluit. Catul. Argon. 20.
Metu expallere & aliquem expallere. Stat. 11. Thebaid. 65.
– ipse metu famulumque expalluit omnis Cœtus.
Horruit insuetis, totoque expalluit ore. Ouid. 6. Metam. 121. Et 4. 22.
Viribus absumptis expalluit illa. Ouid. 1. Metam. 110.
Phœbe subita vmbra expalluit. Lucan. lib. 1. 107.

Expallio, expallias, (ἐξιματίζω,) expalliare, Pallii auferre. Plautus Casina. 2. 5.
– omnibus modis occidi miser, Ita manifesto faucibus teneor:
Neq; quibus modis purgẽ scio me meę vxori, expalliatus Sum miser.

Expalpo, expalpas, (ἐξαρτισκύομαι,) expalpare, Elicere significabus, quales ipsis equis fieri solent, impetrare. Plautus Pœnulo. 4. 131.
Quid faciam? A. G. exora, blandire, expalpa. M. faciam sedulò.
Pomponius, Siquid expalpare possim ab illo. Plaut. Nunc seruus argentum expalpabitur.

Expando, expandis, expãdi, expassum, (ἐξαπλόω, διαστέλλομαι,) expandere, Aperire, extẽdere. Colu. lib. 12. cap. 15. 2. Hæ herbæ diligenter purgantur, & sub vmbram expandũtur.
Aperire florem & expandere dicit rosa. Plin. li. 12. ca. 11. 2. Est alia rosei floris, quę nocti cõprimẽs, incipit aperire solis exortu, meridie expãdit.
Expandere dictis, pro Pandere, id est aperire, explicare. Lucret. lib. 1. 26.
– & rerum naturam expandere dictis.
Expandunt alas aliquæ aues. Plin. lib. 10. cap. 38. 1.

Expassus, Participium, (ἐξαπλωμένος,) vt Fores expassæ. Tacit. li. 11. Expassæ repente delubri fores.
Expánditor amnis, apud Plinium in Paneg. 48. de Nilo, Neque enim solũ vagus ille expanditor amnis intra vsurpata semper collium substiterat atque hæserat.

Expango, expangis, expanxi, expactum, (ἐμπήγνυμι,) expangere, Figere seu constituere. Plin. lib. 2. cap. 16. Idemque auctus, rem etiam deo improbãm, annumerare posteris stellas, ac sydera, ad normam expangere. De Hippar cho loquitur.

Expapillo, expapillas, (γυμνόω,) expapillare, Nudare. Vnde Ex papillatum brachium, id est exertum, inquit Festus: quod quum fit, papilla nudatur. Plaut. Milit. 16. 43. Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio.

Ex parte, Vide E X.

Expatior, expatiaris, (πτερυγίζω,) expatiari, Errare. Plin. lib. 16. cap. 30. 3. Latissima expatiantium vmbra, & vicinas domos læpe transilientium. De loto arbore. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4. Et poetica (vt vere dixerim) themata iuuenib⁹ pertractare permittemus, vt expatientur & gaudeãt materia, & quasi in corpus ẽst, erit optimũ.
Expatiari in aliqua parte. Quintil. lib. 1. cap. 17. 1. Finis non erit, si expatiari parte in hac, & indulgere voluptati velim.
Longè expatiari. Ouid. 15. Metam. 91.
Ne tamen oblitis ad metam tendere longè Expatiemur equis.
Equi expatiantur. Ouid. 2. Metamorph. 41.
Quæ postquam summo sensere lacentia tergo,
Expatiantur equi, nulloque inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt.
Ignes clarè expatiantur in auras. Silius Ital. lib. 17. 19.
Expatians, Participium (πτερυγῶν,) vt Expatians lacus. Plin. li. 16. ca. 36. 10. Hanc in insulis fluitantibus natam: illam in ripis expatiantis lacus.
Expatiantia tecta. Plin. li. 3. ca. 5. 31. Cætero munita erat præceliis muris, aut abruptis montibus: nisi q⁹ expatiãtia tecta multas addidere vrbes.
Expatiãtas, pen. prod. Aliud particip. (πτερυγόεντας,) vt Flumina expatiata. Ouid. 1. Met. 58. Expatiata tument per apertos flumina campos.

Expatro, expatras, pen. corr. (διατελέω,) expatrare, idem quod simplex patrare. Cato. in Iulium Cæl. 27. 4. Quid est tam hæc finitra liberalitas parum expatrauit?

Expaueo, expaues, pen. cor. expãui, pen. prod. (ἐκφοβοῦμαι,) exterrui. Liu. 6. ab Vrbe. 137. Quum ad id moris eius insueta expauisset mi ser Fabia, risui sorori fuit.
Ad fletum lachrymas expauescere. Stat. 3. Thebaid. 38.
Ad omnem aliquem expauere. Plin. lib. 10. cap. 75. 1.
A primo si pectu eius expauescunt. Plin. lib. 21. cap. 11. 2.
Expauescere repentè, Genus est morbi. Plin. lib. 23. cap. 1. Neque expauescentibus repentè, neque spasticis, aut rursus torpentibus.
Domus tumultu expauit. Stat. 8. Thebaid. 128.
– libero quum pigra tumultu Expauit domus.
Expauere, siue expauescere aliquid. Plin. lib. 9. cap. 30. 4. Hi redeuntẽ circumuisere noctu, cócitique custodes expauere nouitatem. Idem li. 13. cap. 24. 5. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut niuis iniuriam expauescit. Idem lib. 8. cap. 16. 11. Expauescit venabula.
Expauescere aliquẽ. Clau. de laud. b. Seren. 22. 29. – post naufraga sõni
Ora progressum foliis expauit Vlyssem.
Expauere, attributum inanimatis. vt apud Silium lib. 3. 94.
Atq; egregis allapsu fremebũdo territus acris Expauit moles Rhodanus.
Tecta expauit vitreo sub gurgite remos. Stat. 1. Achill. 5.
Non inuelbriter expauit ensem. Horat. 1. Carm. ode. 37. 5.
Femina expauere. Stat. 11. Thebaid. 63.
Fratrem expauescat frater, & natum parens. Senec. Thyeste, 18.
Expauere gradus, Non audere vltra progredi. Stat. 1. Sylu. 3. 12.
Vocem trucem expauere. Silius lib. 1. 14.
– & per etiam famuli turbato ad lumina somno
Expauere trucem per vasta silentia vocem.

Expecto, expectas, (ὑπομένω, ἀναμένω, περιμένω, προσδοκάω, κατατίθημι, ἐφορόω, ἐχάνω,) expectare, ab ex & specto, spectas, cõmar, & significat præstolari: quia dum venturum aliquem præstolamur, & requirere aspicere solemus an veniat. Terent. Eunucho, 3. 5. 46.
Sto expectans siquid mihi imperent. Idem Phorm. Senem quoad expectare vestrum?
Expectare epistolas, & Exigere, contraria. Cicero Cassio, libro. 15. 16. 1.
Longiorem enim expectabo, vel potius exigam.
Expectare & postulare. Cic. Bruto, lib. 11. 5. 7. A te hoc ciuitas, vel omnes potius gentes non expectant solũm, sed etiam postulant. Idem Appio pulchro, lib. 3. 10. 5.
Expectetis ad extremum, & me meum dicendi ordinem seruare patiamini. Cic. pro Cluent. 3.
Ad mensem Ianuarium aliquem expectare. Cic. Att. lib. 1. 1. 12.
Ad mediam vsque noctem expectare aliquem. Hora. 1. Serm. Saty. 5. 17.
Expectare in aliud tẽpus. Ci. ad Att. lib. 1. 12. 16. Multa sunt: sed in aliod tempus expectare velis.
Expectare in anchoris. Cæsar. 4. bel. Gall. 550.
In totas horas expectare aliquem. Propert. lib. 2. eleg. 30. 5.
Hæc te non meritum totas expectat in horas.
Expectare dum. Terentius Eunucho. 1. 2. 126. Concedam hinc intrò atque expectabo dum venit. Cicero. 1. de Diuinatione. 142. An dum bestiæ loquantur, expectamus? Idem de Amicitia. 41. Amicorum causa honesta faciamus: ne expectemus quidem dum rogemur. Idem 4. de Finibus. 5. Et. 6. Verr. 42. Horat. 1. epist. 2. 9. Rusticus expectat dum defluat amnis.
Expectare donec. Traianus ad Plinium, epist. 142. Meritò habuisti charissimi: Secunde fiduciam animi mei nec dubitandum fuisset, si expectasses donec me consuleres.
Expectare si. Cæsar, 2. belli Gallici. 264. Hanc si nostri transirent, hostes expectabant.
Expectare securè & negligenter. Plin. epist. 4. Velim facias primùm, vt perinde nostris rebus ac nos tuis perfruaris. deinde vt mei expergiscanẽ aliquando, qui me securè, ac propè negligenter expectant.
Temerè expectare. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 6.
Seu temerè expecto, siue hoc contingere fas est.
Expecto quid velis, Id est cupio scire quid velis me facere: atq; ob id præstolor. Terentius And. 1. 1. 7.
Me tranquilla senectus expectat. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 12.
– seu me tranquilla senectus
Expectat, seu mors atris circumvolat alis.
¶ Expectare de, pro Sperare, pel potius metuere. Cic. de Amicit. 39. De Caii Gracchi autem Tribunatu quid expectẽ, non libet augurari. Idẽ 2. Tusc. 50. Quo dedecus maius à Philosophio nullum expecto.
Ab aliquo omnia expectare. Cic. Bruto. 11. 5. 4.
Ab omni terra expectari. Lucan. lib. 5. 135.
Dum metuar semper, terraque expecter ab omni. Verba Cæsaris.
Quæ à summa virtute summoque ingenio expectanda sunt, expectare. Cic. Curioni, lib. 2. 2. 7.
Auidissimè aliquam rem expectare. Cic. 14. Philip. 386. Antè verò quàm ea res, quam auidissimè ciuitas expectat, allata sit, lætitiæ, &c.
Expectemus ætaté. Cic. de Senect. 63. Dii boni, quid est in hoîs vita diu? da enim supremum tempus, expectemus Tartessiorum regis ætatem. Id est, Speremus tandiu nos victuros, quandiu vixit Tartessius.
¶ Expectare alicuius aduentum in aliquo loco. Cæsar. 1. bel. Gall. 105.
Magna cum spe aliquid expectare. Cicero Planco in Epist. ad Atticum, libro. 16. 345. 3.
Non expectare purpureum amictum, Non moueri cupiditate splendidę vestis. Horat. 1. epist. 18. 6.
Alter purpureum non expectabit amictum:
Quidlibet indutus celebertima per loca vadet.
Syluarum aliæ pressos propaginis arcus Expectant, & viua sua plantaria terra. Virg. 2. Georg. 6.
Aures expectant, vt verbis colligentur sententiæ. Cic. in Orat. 96.
Expectare auxilia. Cæsar. 6. bell. Gall. 31.
Cursum expectare. Cic. Attico, lib. 5. 95. 1.
Diem ex die expectare. Cic. Attico, lib. 8. 144. 3. Tibi autem ad me scribendi de eius officio, nihil relcripsi, quòd diem ex die expectabam, vt statuerem quid esset faciendum.
Oleæ non expectant falcem. Virg. 2. Georg. 85.
– non vlla est oleis cultura, neque illæ
Procuruam expectant falcem, rastrosque tenaces.
Hostem expectare. Virg. 9. Aeneid. 10.
Armatique canis expectant turribus hostem.
Literas alicuius expectare vt. Cic. Attico, lib. 8. 148. 4. Ego nauem parau, tuas literas tũ expecto, vt sciã quid respondeant cõsultationi meę.
Aliquo loco expectare. Cic. 4. Acad. 39.
Expecto magnum malum hoc nuntio. Terent. Phorm. 1. 4. 16. Nescio quod magnum hoc nuntio expecto malum. Id est, inquit Donatus, Ne scio quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror.
Frustra expectant promissas horrea messes. Ouid. 8. Metam. 59.
Expectare alicuius mortem. Terent. Adelph. 5. 4. 10.
– ego desertus sum,
Illum vt viuat optant, meam autem mortem expectant
Nuntios expectare. Cic. Attico, lib. 16. 333. 11.
Inclusi pœnam expectant. Virg. 6. Aeneid. 123.
Meritæ palmæ præmia expectare. Virg. 5. Aeneid. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Expectare te arbitror,hæc tam longè repetita principia quò spectét.Cicero Planco,lib.13.10.4.
Spe reditum alicuius expectare.Cic.Trebonio,lib.15.21.13.
Intenti expectant signum.Virg.5.Aeneid.18.
Transitum tempestatis expectare.Cic.Att.lib.2.36.2.
Ventos ferentes,& facilem fugam expectare,Id est facilem nauigationẽ. Virg.4.Aeneid.87.
Expecto te vt hoc facias.p Expecto vt tu hoc facias. Liu.li.2.Decad.5. Expectari nos arbitror,vt respondeamus tuis literis.
Expectando,Gerundium,(ὑπομένων,) Propert.lib.2.ele.10.2.Illâ expectando facta remansit anus. De Penelope & Vlysse.
Vltima semper expectanda dies homini est.Ouid,3.Metam.28.
Expectans,Participium,(περιμένων,) vt Puella expectans virum.Propert.lib.3.eleg.3.4.
Expectatus,pen.prod.(περιμενητός,)Aliud Participium,siue Nomen ex Participio,Cupitus,desyderatus.Cic.Nihil voquam expectatius fuit. Plaut.Amphit.8.24.Certe enim me illi expectatum, optatũ venturum scio.2. Quid ? me expectatum non rere amicæ venturum meæ? Idem Mostel.7.11.Triennio post Aegypto aduenio domum: Credo expectatus veniam familiaribus.
Charus & expectatus.Cic.Titoni,lib.16.2.2. Nemo nos amat, qui te nõ diligat:charus omnibus expectatusque venies.
Expectatus ad summam dignitatem.Cic.de Senect.62. Sensi ego tum in optimo filio meo,tum in expectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis Scipio,omni ætati mortem esse communem. Id est,Quos spectabant omnes in summa dignitate esse visuros.
Aruis expectatus.Virg.8.Aeneid.8.Expectate solo Laurenti,aruisq; Latinis.Dat effectum etiam locis (inquit Seruius) vt —ipsæ te Tityre pinus, — Ipsi te fontes,ipsa hæc arbusta vocabant.
Suauissimus & expectatissimus alicuius aduentus.Cic.ad Att.lib.4.73.1.
Non expectata venit imber aqua,Pluit de repẽte. Ouid.de Nuce.14.
Expectata dies aderat.Virg.5.Aeneid.21.
Non expectatum ensem alicui defigere.Silius lib.10.60.
Expectatissimæ literæ.Cic.Planco,lib.10.5.1. Intellexi enim te laborare,vt ad me mihi expectatissimæ literæ perferrentur.
Lox diu expectata.Catull.in Carmine nuptiali.1.
Longùm expectata manus.Valer.4.Argon.88.
—salue ô mihi longùm Expectata manus.
Expectati parentes dicuntur,malæ vitæ & odio digni, vt docet Donatus:quorum mors in dies singulos expectanda sit.Terẽt.Adel.1.2.29.
—si esses homo,
Sineres nunc facere,dum per ætatem licet,
Potius,quàm vbi te expectatum eiecisset foras.
Filii pietas expectata parentis.Virg.6.Aeneid.136.
Seges expectata.Virg.1.Georg.46. —sed illos
Expectata seges vãris elusit auenis.
Expectatissimas triumphus.Cæsar.8.bel.Gal.182.
Non expectatum vulnus.Subitum.Ouid.5.Fast.142.
Expectatior illo nemo venit.Plaut.Mostel.7.12.
Nimio pol ille potuit expectatior
Venire,qui te nuntiaret mortuum.
Expectate venis.Virg.2.Aeneid.57.
¶ Ante expectatum.Ouid.4.Metam.158.Ante expectatum tacuit. Id est ex inopinato & citius expectatione. Idem,lib.8.1.Ante expectatum portus tenuere petitos.
Expectatio,Verbale,(προσμονή,προσδοκία.) Desyderiũ. Terẽt.in Prol. Hecy.38.Funambuli eodem accessit expectatio.
Expectatio,inquit Donatus,certorum est,& propinquarum rerum,destinatúque tempus.
Animi & ingenii alicuius tanta expectatio.Cic.Curioni,lib.2.1.6.
Nihil aliquorum expectatione dignum,nihil reconditum,nihil aut inauditum,aut cuiquam nouum dicere.Cic.1.de Orat.68.
Plenus expectatione.Cic.Attico,lib.3.54.1.Ex tuis literis plenus sum expectatione de Pompeio quidnam velit aut ostendat.
Vacua periculo & periculi expectatione nulla hora relinquitur.Cic.An tequam iret in exilium.12.
Præteritorum recordatio est acerba,& acerbior expectatio reliquorum. Cic.de Claris Orat.145.
Contra omnium expectationem.Vide CONTRA.
Cæca expectatio.Vide CAECVS.
Indigna homine libero expectatio.Cic.pro Rab.perduel.reo.11. Hatũ enim omnium rerum non solum euentus,atque perpessio,sed etiã cõditio,expectatio,mentio ipsa denique indigna ciue Romano,atque homine libero est.
Mirifica expectatio alicuius.Cic.Attico,lib.7.127.4.
Summa alicuius expectatio.Cic.Bruto.15.17. Súma est expectatio tuis quòd si Italiam attigeris,ad te concursus fiet omnium.
¶ Præter expectationem aliquid accidere.Cic.1.de Orat.157.
In summam expectationem aliquem adducere.Cic.1.Tuscul.61.

Afferre expectationem.Quintil.lib.3.cap.8.33.
Afferre non parùm expectationem alicui.Cic.Att.lib.3.9.1.
Cum expectatione audire aliquem.Cic.3.de Nat.Deor.2.Nescis quanta cum expectatione Cotta sim te auditurus.
Commorat aliquis expectationem.Cic.Qu.frat.lib.2.5.2.
Crebras alicuius expectationes commouere.Cicero Attico,libro.1.2.1. Vide COMMOVEO.
Sui expectationem concitare,hanc sustinere & tueri.Cic.Curioni,lib.2. 1.7.Vide CONCITO.
Conturbat me expectatio tua.Cic.4.Academ.20.
Decipere expectationem alicuius Cic.2.de Orat.159.
Dare alicui expectationem conuiuii.Cic.Att.lib.2.17.3. Quantam portò mihi expectationem dedisti conuiuii istius.
Explere expectationem omnem diuturni desyderii nostri. Cicero.1.de Oratore.102.
Facere expectationem.Cic.Attico,lib.3.15.5.Varronis sermo facit expectationem Cæsaris.
Sui expectationem facere.Cic.4.Acad.11.
Habere expectationem.Cic.Att.lib.7.13.1.
Non habere magnã expectationem in respondendo.Cic.in Sallust.1.
Expectationem mouere,pro Excitare desyderium. Cicero ad Atticum, libro.2.19.1.Quantam tu mihi moues expectationem de sermone filibuli ? Vide MOVEO.
Occurrere expectationi alicuius.Cic.pro Cluent.49.
Obscura spe & cæca expectatione pendere.Cic.2.de Leg.Agr.68.
Animi expectatione pendere.Cic.Att.lib.8.149.2.
Suspendere orationẽ vnius expectationem alterius. Cic.pro Cluent.5.
Summa est expectatio tui.Cic.ad Brutũ.15.17.
Præter expectationem esse Cic.2.de Orat.156. Sed ex his omnibus nihil magis ridetur,quàm quod est præter expectationem.
In rerum omnium expectatione esse.Plancus Ciceroni,lib.10.4.7.
In aliquibus expectationem nostram esse.Cic.Att.lib.8.16.1.
In summa expectatione rem esse. Cic.Cn. Magno in Epist. ad Atticum, lib.8.15.4. Idem Curioni,lib.2.2.7.Vide IN.
Sustinere non parùm expectationem imitanda alicuius industriæ,magnam bonorum,nonnullam fortasse nominis.Cic.3.Offic.8.
Maior expectatio tenet aliquem.Cic.2.de Orat.42. Quo ista maiora ac mirabiliora fecisti,eò me maior expectatio tenet,quibusnam rationibus,quibúsve præceptis ea tanta vis compararetur,&c.
Vincere expectationem omnium:hoc est,opinionem & existimationem. Cicero.7.Verr.9.

Expéctoro, expéctoras,penult.corr.(ἐπιστρέφω,) expecto.Extra pectus eiicere. Actius Phœnicis,Inculant vltro à fortuna,opibusque omnibus desertum,abiectum,afflictum ex animo expectorat. Idem Epigono, Eloquere proprè,ac pauorem hunc meum expectora. Cic.3.de Orat.81.&.121. Tũ pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat. Et.4.Tuscul.30. Ex Enniano Hæc Nonius. Quod verbum non omnino antiquum & remotum ab vsu videtur.propriè enim dicitur expectorare id quod expectore alliquid educit,vt quum medicamẽtum aliquod pituitam in pectore,hoc est in caulitatibus pulmonum infarctam educit, proprie expectorare dicitur,atque expectorant medicamentum vocabiturque quale est quod ex succo tussilaginis herbæ componi solet. Fabius tamen, lib.8.ca.3. videtur repudiare,tanquam nimis antiquum, Meminij inquit) inuenies admodum inter Pomponium & Senecam Præfationibus fuisse tractatum, an gradus eliminat in Tragœdia dici oportuisset. at veteres ne expectorat quidem timuerunt.

Expedio, expedis,pen.corr.expedíui,expedítum, pen.prodct. (κατάγω,κατανύω,ἀπολύω.)expedire, Liberare,& qua si pedum ligamenta dissoluere,vnde & pro explicare, & proferre ponitur.Expedire Donato teste,dicitur qui pedem retentum liberat. Cicero in Pisonem.58.Hærerem enim, niti tu me expedisses. Horatius Epist.1.15.Vnde expedit e non amicorum queunt Libera consilia. Plautus Rudent.32.3.
Neptuno has ego meo patrono gratias,qui salsis
Locis incolit piculentis,quum me ex suis locis ornatum
Pulchrè expediuit reducem. Sisenna,libro.3.Histor.Inermes armat, inexpeditos expedit.
Impedire & intricare,contraria verbo Expedire. Terent.And.3.5.11.
—viden'me tuis consiliis
Miserum impeditum esse?D. at iam expedium. Plaut. Persa.13.10.
Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo,
Vt ipsius fete qua se expediat,neſciat. Cic.Peto,lib.9.19.4.Me quotidie aliud ex alio impedit.sed si me expediero, vt in ista loca veniam,non committam vt te ferò à me certiorem factum putes. Vide IMPEDIO. Cic.pro Rab.Posthumo.15.
Expedire se de re aliqua.Cic.6.Verr.24.Nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias non habes.
Expedire se de commisso adulterio.Cic 6.Verr. Inter

Inter flammam & hostes expediti.Virg.2.Aeneid.127.
Expedias me hinc te rogo.Cic.ad Atticum,lib.11.226.1.
Expedire illigatum.Horat.1.Carm.ode 27.6.
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra.Vide in CHIMAERA.
¶ Expedire virgas,aut panes:id est Proferre.Virgil.1.Aeneid.37.
—Cereremque canistris
Expediunt.Cice.7.Verr.176.Quum repentè hominem prorípi,atque in foro medio nudari,ac deligari,& virgas expediri iubet.
Pyxidem expedire,magnum portigere,venenũ tradere.Ci.pro Cælio,18.
¶ Expedire se ærumnis.Teren.Heeyra,3.1.8. Quî te expedias iis ærumnis ? Cic.ad Att.lib.2.40.3.Expedire se omni molestia.
Expedire aditum.Cæsar 7.bel.Gall.347. Aggere & cratibus aditus expediunt.
Agrum lectione lapidum.Colu.lib.2.cap.2.9.At saxosum facilè est expedire lectione lapidum quorum,&c.
Alimentes arcu expedire.Tacit.lib.4.Isque in Hyrcanis repertus est,illuque obiurat,& alimenta arcu expediens.
Animum impeditum expedire.Terent.Heeyra,3.1.17.Vix me illinc abstraxi,atque impeditum in ea re expediui animum.
Animum metu expedire.Horat.3.Carm.ode 24.2.
—non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Arma expedire.Stat.10.Thebaid.173.
—triaïnãque precatus
Molitur palens,& surdos expedit arcus.
Arua expedire.Tacit.lib.20.Quidam expedire arma,telisque tanquam in aciem accingi. Virgil.4.Aeneid.
Non arma expedient tantaque ex vrbe sequentur ?
Diripientque rates alii naualibus ? Verba ferentis Didonis.
Casam alienius expedire.Cic.de Arusp.resp.15.
Causam expedire alicuius rei,Exponere causam.Virg.4.Georg.80.
Comas expedire Stat.3.Sylu.4.18.
Consilia expedire.Tacit.libro.19.Neque alienis consiliis regi,neque sua expedire.
Consilia se expediunt.Valer.8.Argon.77.
—expediant donec Iunonia sese
Consilia,atque aliquem bello ferat anxia finem.
Nauis contos expediunt.Virg.5.Aencid.42.
Conſurgunt nautæ,& magno clamore morantur:
Ferratasque sudes,& acuta cuspide contos Expediunt.
Conuiuia tectis expediunt.Valer.2.Argon.69.Tectis,in tectis.
Copias expedire.Tacit.lib.13 Ducasque veteres reges Agrippam & Ioc ilium expedire copias.Subaudi,iubet.
Expedire se cura,vel crimine aliquo.Terent.Phorm.5.4.4.Hic,simul argentum repperit,cura sese expediuit. Idẽ Hecyra,5.1.28.Exple animum,his reque hoc crimine expedi.
Fabiam.Plaut.Capt.2.40. Hic hodie expediet hanc docte fallaciam.
Fores expedire.Liuius 4.bel.Pun.119.Ferrũ,quosdam expedientes cernebat.
Iter expedire.Liu.lib.8.Decad.4.Iter fugæ non expedientes.
Iudicem alicuius expedire.Valer.7.Argon.56.
Iudicem laqueos,& Expedire se ex laqueis,contraria.Cic.4.Verr. 70.Hic videre in quot laqueos se induerit,quorum ex nullo se vnquã expediet. Ibidem,73.
Manus expedire.Virg.12.Aene.552.Tum vero augurium Rutuli clamore fatentur, Expediuntque manus.Id est dimicare se velle significat.Hæc enim est consensio militaris.Lucanus,Elatatque altè quæcũque ad bellum vocaret, Promisere manus.Hæc Seruius.
Manus p acuta bella,Id est exercitũ.Horat.4. Carm.ode 4.15.
Nil Claudiæ non efficient manus:
Quas & benigno numine Iuppiter
Defensilit,& curæ fagaces
Expedíunt per acuta bella.
Merces expedire,Explicare.Ouid.1.de Arte Aman.85.
Mercitor ad dominam veniet discinctus emacem,
Expediet merces teque sedente suas.
Molithia expedire aliquem.Cic.Attico,lib.3.40.3.
Naues Cæsar 2.bel.Ciuil.14.Ad Nasidium perueniunt,ibique naues expediunt.
Negotia alicuius.Cicero Seruio,lib.13.27.4.
Explicare & expedire negotia alicuius.Cicero Seruio,lib.13.27.4.
Nodum.Cic.ad Atticum,lib.5.109.3.Ex iis rebus hoc vereor,ne quum ei nullus honos à Senatu habeatur:dum hic nodus expediatur,non pucr Pompeius propter metum rerum nouarum nusquam dimittatur,Cæsar Sennam,nos antè quàm successum sit oportere decedere.
Nomina.Cic.ad Atticum,lib.16.333.2.Nomina mea per deos expedi, exolue bella reliqui.
Expedire se ab omni occupatione.Cic.ad Atticum,lib.3.61.3.
Expedire pecuniam,pro Conficere.Tranquil.in Iulio,cap.4.Nam comitatus quoque cæteros in initio statim expediẽdas pecunias quibus redimeretur,dimiserat.
Plateos expedire.Tacit.lib.18.Vitelliani plateos,cratesque & vineas: Othoniani sudes,& immẽsas lapidum,plumbi,ferúq; moles expediũt.
Præsia expedire.Tacit.lib.14.
Rem aliquam expedire,Conficere.Virg.8.Aeneid.10.
—nunc qua ratione quod instat
Expedias,victor paucis,aduerte docebo.
Expedire,Rem impeditam explicare.Cic.2.Offi.47. Iis fidem habemus quos plus intelligere quàm nos arbitramur,quosque & futura prospicere credimus,& quum res agatur in discrimenque ventum sit, expedire rem,& consilium ex tempore capere posse. Virg.1.Aeneid.91.
Salutem.Cic.pro Mil.7.Si vita nostra in aliquas insidias,si in vim,in tela aut latronum,aut inimicorum incidisset omnis,honesta ratio esset expediendæ salutis.Hoc est,eum absoluendi.
Expediui è seruitute filium.Plaut.Capt.7.95.
Subita expedire.Tacit.lib.14.Id primum tui muneris habeo,qui me nõ tantum præuisa,sed subita expedire docuisti.
Tela animosq; expedire.Liu.lib.8.Decad.4.Iit expedire tela,animosq; equitibus iussit.
Tela equosque expedire.Liuius,libro.8.Decad.4.Quum tela equosque expedissent.
Expedit se ex turba.Terent.Adelph.4.4.5. Vah, quomodo me ex hac expediam turba tanta ?
¶ Expedire,pro Paucis verbis dicere.Terent.Eunuc.4.4.27.
—agedum hoc mihi expedi.
Primùm,istam,quam habes,vnde habes vestem?taces. Plaut.Amphit. 10.31.Cur dixiti,inquiesego expediam tibi. Idem Trinum.13.35.
—multa simul
Rogitas:nescio quid expediam potissimum. Idem Merc.4.60. Et Pœnul.16.147.Atinius Pollio ad Ciceronem,lib.10.33.17.Itaq; pro ximis literis consilium meum expedietur.
Dictis expedire.Virg.3.Aeneid.76. Lucret.lib.5.23.
Multa tibi expediam doctis solatia dictis.
Altius expediam.Virg.4.Georg.57. —altius omnem
Expediam,prima repetens ab origine famam.
Diluciḍe & perspicuè aliquid expedire.Vide PERSPICVE.
Planè expedire.Cic.Att.lib.4.85.13.Nondum est planè expeditus.
Promptius expediam.Iuuenal.Saty.10.22.
—quorum si nomina quæras,
Promptius expediam:quot amauerit Hippia mœchos.
Capita rerum.Plaut.Trucul.17.14.
—quid puero actum est,mea quem peperit filia
Meo nepoti:capita rerum expedite.
Causam aduentus.Liu.4.bel.Maced.223.Cæterum nec causam aduẽtus satis expediebat.
Initium rei expedire.Salust.in Iugurt. Sed prius quàm huiusce modi rei initium expediam,pauca supra repetam.
Expedire iudicibus rem suam.Terent.Phorm.2.3.52.
Dilucidè expediui,quibus me oportuit
Iudicibus.tum si id falsum foerat,filius
Cur non refellit?Id est,Probaui,inquit Donatus.
Exitum mstitutæ orationis expedire.Cic.Appio,lib.3.12.5.
Expedire vno verbo.Terẽt.Phor.Atque id si potes, verbo expedi vno.
¶ Expedire,pro Cõstituere.Liu.lib.9.bel.Maced.Nõ modò cætera,sed ne in proximam quidem noctem vbi tutò custodiretur, expediebant.
¶ Expedire, Absoluere aliquid, & liberari aliquo negotio. Cicero ad Marium,libro.7.3.19.Ego, si quæ volo expediero,breui tempore re, vt spero,videbo. Cælius ad Ciceronem,lib.8.9.5. Nam non expediturfaceſſio,quum &c.
Expedire & conficere res.Cic.de Claris Orat.79. Balbi docti & eruditi hominis in vtraque re consyderatam tarditatem vicit, expediendis conficiendisque rebus.
¶ Expedire,pro Parare,siue præparare.Tacit.lib.17.Multos è magistratibus,magnam Consulatum partem secum expedire iubet.
Ad bellum expediri.Tacitus,lib.18. Cæcinam,ac Valentem ad bellum expediri iubet.
Expedire se ad prælium,seu ad pugnam.Liuius.5.ab Vrbe.217. Et.8. bel.Maced.90.
Expedio me ad Drusum,inde ad Scaurum.Cic.Att.lib.4.84.9.
¶ Expedibo,pro Expediam. Plaut.Trucul.4.35. Quid iam amabo?D. expedibo. Ennius Eumenidibus,Id ego æquum aptius feciſſe expedibo atque eloquar.Pluribus Nonius idipsum probat. Sed antiquũ est.
¶ Expeditum erat.Plin.epist.155.2.Erat expeditum,omnibus remitte æqualiter,sed non satis æquum. Idem epist.182.Quorum si nihil nobis loci natura præstaret,expeditum tamen erat,cataractis aquæ cursum temperare.
Expedit,pen.corr.(συμφέρει,χρηστέον.)Impersonale in tertiis personis,pro Vtile est.Plau.Capt.2.54.Profectò expediet fabulæ huic operam dare. Terent.Heaut.2.3.96. Nihil satis firmi video quamobrẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipere hunc mihi expediat metum. Cic.de Amicit.33.Nam vel vt non idem expediret,incidere sæpe. Idem.3.Verr.5. Post hominũ me moriam fuisse arbitrer,cui damnari expediret. Idem Rufo, lib.5.19. 7.Quid rectum sit,apparet:quid expediat,obscurum est.

Optimum esse & expedire.Cic.pro Marcello.28.Multi dubitabant quid optimum esset:multi quid sibi expediret:multi quid decereti nonnul li etiam quid liceret.

Vtile esse & expedire.Cic.3.Offic.100. Non igitur faciat (dixerit quis) quod vtile sit,quod expediat:imò intelligat nihil nec expedire, nec vtile esse,quòd sit iniustum.

Ad diuturnitatem victoriæ & dominationis alicuius expedit.Cicero Attico,lib.7.140.1.

Hoc mihi expedit.Ouid.2.Fast.119.
vitæque,quod expedit illi.

Expediant.Plaut.Trinum.5.10. —omnium primum
Amoris artes eloquar, quemadmodum expediant.

Si ita expedit,pro Si commodũ est, vel necesse est ita fieri vt melius res se habeat.Cic.ad Qu.ad frat.lib.1.6.5. Tu si ita expedit, velim quam primum bona & certa tempestate conscendas,ad meque venias.

¶ Expedit,cum infinitiuo.Cic.pro Cecin.12. Quum pecunia Cesenniæ ex illa hæreditate deberetur, eam porrò in prædiis collocari maximè expediret.

Expedit studiis lumen abesse meis.Ouid.1.Trist.eleg.8.12.

An mihi expediat tale mouere vide.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.11.

Expedit bonos esse vobis.Terent.Phor.5.2.1.Nostrapte culpa facimus, vt malos expediat esse.

Expedit esse deos.Ouid.1.de Arte amand.128.

Pacem reduci velle victori expedit.Senec.Herc.fur.en.6.7.

Expeditus,penul.prod. (πρόχειρος,ἀπαρεμπόδιστος,εὔλυτος,εὐχερής,) Nomen ex Participio,Paratus.Cæsar.2.bel.Gall.297. Cæsar sex legiones expeditas ducebat.

Expeditus & paratus.Cic.11.Philipp.308.Expedito nobis homine & parato p. c. opus est.

Expeditus,solutus,liber,nulla re implicatus.Cic.4.Acad.188.

Expeditus eo proficiscitur.Cic.pro Quint.12.

Expeditum facere.Plaut.Epid.3.77. —quomodo
Me expeditum ex impedito faciam?

Curis expeditus.Horat.1.Carm.ode.22.3.

Facilis & expeditus ad dicendum.Cic.de Claris Orat.93.

Argumenta expedita statim depromere.Cic.2.de Orat.64.

Expedita & profluens celeritas.Cic.de Clar.Orat.116.

Inops & Expedita disciplina,contraria.Cic.de Claris Orat.143.C. Sicinius igitur,&c.probabilis orator,iam verò etiam probate ex hac inopi ad ornandum,sed ad inueniendũ expedita Hermagoræ disciplina.

Expediti equites,Leuioris armaturæ & nullis impedimentis grauati aut onerati. Salust. Legioné cum qua hyemabat,& quamplurimos potest Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit.

Expedita excusatio.Cic.ad Att.lib.16.534.5. Nam si à Phædro nostro expedita excusatio esset,nunc quid respondemus.
Interruptus sermo.

Exercitus ad mutandum expeditus.Cic.Att.lib.5.106.4.

Acres,ad vim prompti,ad seditionem parati,armati in ciues & expediti ad cædem homines.Cic.2.pro L.Agra.81.

Iaculum expeditum.Horat.1.Carm.ode.8.3. —sæpe disco
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito.

Expeditum iter.Cic.ad Atticum,lib.8.164.1.Omnibus copiis cõductis, te implicet,ne ad me iter expeditum tibi sit,&c. Stat.4.Sylu.7.9.

Expeditior labor,Facilior.Colum.lib.2 ca.4.9.Expeditior autem labor eiusmodi solo est,eo quòd pauciores impenduntur operæ.

Expedita legio,expeditus exercitus,expedita subsidia,in quibus milites sunt leuis armaturæ,& qui facilè huc illuc perducuntur. Liu.4.belli Pun.189.Cum legione expedita profectus. Cic.ad Catonem,lib.15. 4.22.Quum aduesperascaret, expedito exercitu ita noctu iter fecit, vt,&c. Sic Expedita subsidia,Plancus ad Ciceronẽ.lib.10.14.6.

Expedita negotia.Cic.ad Lẽtulum,lib.1.3.1. Aulo Trebonio,qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos vtor valdè familiariter.

Expedita & perfacilè currens oratio.Cic.de Claris Orat.120.

Ad explicandum expeditissima res.Cic.Qu.frat.lib.3.16.9.

Expeditior tutiorque ratio domandi est.Columella,lib.6.capit.2.7. Sic lib.3.cap.15.1.

Expeditissimus reditus ad cœlũ.Cic.de Amicit.12.Idem semper animos hominum esse diuinos,iisq; quum è corporibus excessissent, reditum in cœlũ patêre,optimoque & iustissimo cuique expeditissimum.

Expeditior & celerior remuneratio.Cic.2.Offi.101.

Senatusconsultum expeditũ.Cic.Att.lib.5.91.Sed non dubito quin Senatusconsultum expeditũ fit,in quo præsertim sit cõpendiũ populi.

Expeditior via ad honores.Cic.pro Flacco.80.

Acer & acutus in dicendo,& ad pronuntiandum expeditus vir. Cicero 2.de Orat.71.

Doctus ex disciplina,& à natura ad dicendum satis solutus atque expeditus vir.Cic.de Claris Orat.132.

Expeditissimum vnguentum,quod citissimè apparatur, & præsentissimi est.Plin.lib.13.cap.1.6.Vnguentorum expeditissimum fuit, primùsq; vt verisimile est,è bryo & balanino oleo.

¶ In expedito positum.Quintil.lib.10.cap.7.Promptum hoc & in expedito positum,solâ exercitatione continetur.Vide IN.

In expedito esse.Plin.lib.4.cap.23.1.Nequid in expedito non sit.Vlpia. in L.Si dubitet.ff.de Fideiussoribus, Nec enim semper facilius est nominis emptio,quum numerato totius debiti non sit in expedito.

Expedite,pen.prod.Aduerbium,(εὐχερῶς,) Celeriter,facilè. Cic.2.de Inuẽt.135.Sed vt expeditius ratio tradatur,ea quæ præposuimus,breui nominabuntur.

Expeditè nauigare.Cic.ad Att.lib.8.119.3.

Expeditè explicare.Cic.de Claris Orat.127.

Celeriter & expeditè percipere.Cic.5.de Finib.63.

Expeditissimè purgari se poterit.Colum.lib.2.cap.10.9.

Expeditio,Verbale,(στρατεία,ἔξοδος,) appellatur quum exeunt milites belli gerendi gratia:hoc est militaris apparatus:quòd explicẽ se atque expediant se à cæteris negotiis. Curtius, Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit. Suet.de Clar.Grammat.15.Leuem Pompeii magni libertum,& penè omnium expeditionum comes,defuncto eo,filiisque eius,schola se sustentauit,Cæsar.8.bel.Gall.32.Deinde omnium impedimentorum agmen,quod tamen erat mediocre, vt in expeditionibus esse consuerit. Liu.4.bel.Pun.130. Et mittentibus & missis ea læta expeditio fuit.

Expeditionem conficere ternis mensibus.Plin.lib.7.cap.2.17.

Educere exercitum in expeditionem.Cic.1.de Diuin.125.

Apes noctu deprehensæ in expeditione excubant supinæ. Plinius,libro 11.cap.8.2.

Mittere in expeditionem.Vide MITTO.

Expello, expellis,expuli,pen.corr.expulsum,(ἐξωθέω,ἐκβοηθέω,ἐξελαύνω,ἀπωθέω,ἀπελαύνω,ἀπαμύνω,) expellere, Fugare.

Expellere & Euocare,contraria.Cic.Att.lib.8.146.4. Non expulit, sed euocati è patria.

Exturbari & expelli.Cic.1.pro Lege Agr.83.Sic enim dico,si Campanus ager diuidatur, exturbari,& expelli plebem ex agris,non conuitari & collocari.

Expellere & elicere aliquem ex prædio.Cic.pro Quintio.14.

Omnia ex animo expulit.Senec.Medea.7.26.

Expelli,exterminari,eiici ex vrbe.Cic.pro Mil.78. Hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur,exterminabitur eiicietur?

Pondus vteri seipsum in auras expulit.Ouid.9.Metam.142.

Expellere sopus.Plin.lib.11.ca.11.1.Apes fucos primos i opa expellũt.

¶ Aeuo expelli.Lucret.lib.3.72.Multaque præterea perdit quum expellitur æuo.Hoc est quum excluditur vita,quum moritur.

Violare,spoliare,bonis expellere.Cic.pro Milone, Deinde vbi multi ab illo violati,spoliati,bonis expulsi,multi etiam hæc timentes in suspicionem caderent.

Expellere bonis & fortunis omnibus.Cic.4.Verr.43. Expulsi bonis omnibus Romam venerunt. Sic.5.Verr.107.

Ciuitate aliquè expellere.Cic.Att.li.10.195.2.Ibidẽ.3.Italia expellere.

Expellere domo,& Domum compellere,contraria.Cic.in Pison.11.

Expellere finibus.Cæsar.4.bell.Gall.474.

Finibus patriis expulsum esse.Virg.1.Aeneid.135.

Per vulnera animam expellere.Ouid.6.Metam.124.
Aut linguam,aut oculos,& quæ tibi membra padorem
Abstulerant,ferro rapiam,aut per vulnera mille
Sontem animam expellam.

Expellere cinnos ex cerebro.Plaut.Trucul.6.3.

Curas pectore expellere.Lucan.lib.3.11.

Expellere desidiam ex corde.Plaut.Trinum.10.35.

Expellere dubitationem.Cæsar.5.bel.Gall.181. Quæ res omnem dubitationem aduentus legionum expulit.

Expulit ex omni pectore lætitias.Catul.epig.71.5.

Expellere ex matrimonio.Cic.pro Cluent.149. Mitto illam primam libidinis iniuriam,mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditatem matris expulsam ex matrimonio filiam,quæ,&c.

Expellere memoriã beneficiorũ.Cæsar.1.bel.Ciuil.136. Ne noua Cæsaris officia veterũ suorum beneficiorũ ita eos memoriam expellerent.

Mentem priorem expulit.Lucan,lib.5.34.

Expulit helleboro morbum,bilemque meraco.Horat.2.epist.2.28.

Naturam expellas furca,tamen vsque recurret. Prouerbium. Horatius 1.epist.10.5.

Nequities illum expulit.Horat.2.Serm,Saty.2.26.
—nos expulit ille,
Illum aut nequities,aut vafri inscitia iuris.

Postremum

Postremum expellet certè viuacior hæres.

Expellere è patrimonio:Hoc est, paterna hæreditate excludere. Cicero pro Rosc.Amer.87.Nisi hoc indignum putas, quòd vestitum sedere in iudicio vides, quem tu è patrimonio tanquam è naufragio nondum expulsi?

Expellere se è periculo.Plaut.Bacch.20.41.Item ego dolis me illo expuli è periculo.

Rumpere atque expellere quietem.Silius lib.15.108.

Expellere aliquem regno. Cæsar 3.bell. Ciuil.407. Magnis copiis cum sorore Cleopatra gerens bellum,quam paucis antè mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat. Sic Cicero 1.Tuscul. 140. Quidius epist.23.2.

Expellere sententiam alicuius, pro reiicere. Plinius epist.167.1, Sic ex tribus sententiis duæ factæ,teotuitque ex duabus alterartertia expulsa.

Somnos expellere.Ouidius epist.14.15.
Expulerant somnos hæc mea verba tuos.

Tussim pectore expellere.Catull.epig.41.2.

Vitia ex animo dictis expellere.Lucret.lib.5.11.

Fama furoris expulit armatam patriis è sedibus vrbem. Lucanus libro 7.114.

Expulsus,Participium.(ἐξωσμένος,)Cic.pro Cluentio 10,Lectum illum genialem quem biennio antè filiæ suæ nubenti straverat,in eadem domũ ibi ornari & sterni,expulsa atque exturbata filia,iubet.

Ira expulsa.Claud.8.Paneg.44.

Sedibus expulsi oculi.Lucan.lib.3.142.

Pudor expulsus.Senec.Medea,12.5.

Quies expulsa.Ouid.8.Metam.167.
Vt vero est expulsa quies,furit ardor edendi.

Seges ab radicibus imis expulsa.Virg.1.Geor.64.

Senatu expulso.Lucanus libro 5.54.
Cepimus expulso patriæ quum tecta Senatu.

Omnibus expulsæ terris,olimque fugatæ
Virtutis tam sola fides. Lucanus libro 2.49.

Expulso,expulsa,expulsare,(ἐξωσμένος,) Frequentat.Mart.lib.14.51.
Si me nobilibus scis expulsare simitris,
Sum mansi nescis rusticè,redde pilam.

Expulsio,Verbale,(ἐξώσεως,)Cicero 2.Offic.27.Inuidiæ præterea multitudinis,atque ob eas beneméritorum sæpe ciuium expulsiones,calamitates,&c.

Expulsiones vicinorum.Cic.in Parad.59.

Expulsor,Verbale,(ἐξωστής,)Qui expellit.Cic.pro Quintio.15.

Expultrix,(ἐξωστῆρια,)vitiorum Philosophia.Cic.5.Tusc.7.

Expendo expendis,expendi,expensum,(ταμιεύομαι,ἐκτίνω,ἐξετάζω,λογίζομαι,) expendere,Ponderare.Plautus Asin.3.14.

Quot pondo te censes esse nudum? L. non ædepol scio.
Sed libram ego te nescire.at pol ego qui te expendi,scio:
Nodus vinctus centum pondo es.

Expendere aurum auro.Plaut.Rud.14.43.
—nihil opes nisi cistulam
Et expendis. G. quid si autem ea sunt aurea? T. quid istic tua?
Aurum auro expenderetur.argentum argento exæquabimus.

Aurum aliquem expendere.Plaut.Merc.8.19.
Vin' eum ad portum? C. quid potius quàm volet? E. atque eximam
Mulierem pretio? C. quid potius quàm auro expendas? E. vnde ad id?
C. Achillem orabo,mihi aurum vt det,Hectorẽ qui expensus fuit.

Idem Bacch.15.1.Hunc hominem decet auro expendi,huic decet statuam statui ex auro.

Expendere,atque æstimare pecunia. Cic.7.Verr.18.Nam quæ iste in Apollonio fecit, ea primum breuiter cognoscite quot & quanta sint, deinde hoc expendite atque æstimate pecunia.

¶ Omnia expendere alicui. Cic.2.Tusc.40. Vnde ignis lucet mortalibus, ollis diuitiis? eum Prometheus doctus clepsisse dolo, pœnásque Ioui
Expendisse supremo.

Expendere pœnas scelerum. Virg.12.Aeneid.Supplicia & scelerum pœnas expendimus omnes. Id est luimus omnes pœnas quæ sunt statutæ sceleribus.Seruius.

¶ Expendere capite terris,olimque fugatæ
Omnibus capite expendere.Tacit.lib.12. Neue pœnas capite expenderet.

—& fœdus expendisse merentem Laocoonta ferunt.
Expendere scelus,id est,persoluere.Virgil.2.Aeneid.46.

Expendere supplicia.Virgil.6.Aeneid.148.
Ergo exercentur pœnis,vterúmque malorum
Supplicia expendunt. Vbi Seruius,Ideo agunt supplicia, non vt animas puniant,sed vt eas peccatis exuant priſtinis.

¶ Expendere examinare,considerare, Cicero 1.Offic.158. Quæ complantes expendere oportebit quid quisque habeat. Idem 2.de Oratore,170.Equidem quum colligo argumenta causarum, non tam enumerare soleo,quàm expendere.

Expendere & seligere.Cic.in Orat.27.Nec verò vretur imprudenter hac copia,sed omnia expendet ac seliget.

Iudicio expendere. Cic.pro Rab.Posthu.36.Hæc mira laus est,quæ non poetarum carminibus,non annalium monimentis celebratur,sed prudentium iudicio expenditur.

Arte aliqua quædam expendere.Cic.de Clar.Orat.97.

Omnes expendere casus.Virg.12.Aeneid.6.

Meritis expendere causam.Ouid.13.Metam.30.

Dignum pretium expendere.Silius lib.7.143.

Expendant seipsi.Cic.pro Flac.48. Et 9.Expendere testem diligenter.

Vitros spectare atque expendere bello.Silius lib.3.116.

Expendere & æstimare voluptates.Cic.Post red.in Senat.13. Iidem expendunt atque æstimant voluptatessententiámque dicunt & iudicãt, quantum cuique libidini tribuendum esse videatur.

Expensus,(ἐσταθμημένος,) Participium, Ponderatus. vt Aurum expensum.Cicero pro Flacco,53.

Expenso gradu. Propert.lib.2.eleg.4.2. Ibat & expenso planta morata gradu.Fortasse quod Terentius suspenso gradu dixit.

Expensum,expensi,& expensa,expensæ, (ἔνδοκιμος,ἀναλωτὸν,) Sumptus, Plaut.Trucul.3.39.Vsuraria accipiat illico expensa. Plin.lib.33.cap. 3.4.Et adhuc expensa in rationibus dicuntur.

Codex accepti & expensi.Cic.pro Rosc.Comœdo,3. Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitetur.

Non indecores expensæ lassant æraria.Claud.2.Paneg.29.

Expensum ferre,Fit scribere se pecuniam dedisse, vt inquit Asconius: vt quum per singula expensi nomina,summam quandam expensam ascribimus:nomina autem vocantur in rationibus,quos nunc articulos dicimus. Cic.3.Verr.71.Homo stultissime & amentissime,tabulas quum conficeres, &c.satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas,iis expensum non ferres? neque in tuas tabulas vllum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat tibi te expensum illis non tulisse? &c. Gellius libro 14.cap.2.Is tamen cum suis multis patronis clamitabat, Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis,expensi latione,mensæ rationibus,chirographi exhibitione, &c.Hactenus Bodæus. Cicero pro A.Cecinna,12.Hac emptione facta pecunia soluitur à Cesennia,cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quod ipse tabulas non auerterit,se autem habere argentarii tabulas in quibus sibi expensa pecunia lata sit,acceptique relata, quasi id aliter fieri oporteuerit, quum omnia ita facta essent quemadmodum nos defendimus.

Idem 3.Verr.70.Ex litibus æstimaris Dolabellæ Pr.& Propr.quòd minus Dolabellæ Verri acceptum retulit,quàm Verres illi expensum tulerit. Idem 4.Verr.123.Fœneratio erat huiusmodi, Iudices, vt etiam hic quæstus huic cederet.nam quas pecunias is ferebat expensas: quibuscum contrahebat aut scribæ istius, aut Timarchidi, aut etiam ipsi isti referebat acceptas. Idem 3.Verr.65.Sexcenta millia accepta pupillo Malleolo retulit. Et subdit,Quando Chrysogono expensa relata sunt? Idem pro Roscio Comœdo, 1.Qui pecuniam expensam tulerunt. Et paulo pòst,Ille si non iussu huius expensum tulisset,non scripsisset hic. Idem Attico,libro 2.19.1.Pro eo tibi præsentem pecuniam solui imperaui,ne tu expensum muneribus ferres. Id est, inquit,

Budæus,ne re donasse eum mihi existimares:volo enim eum emptum mihi esse. Eidem,libro 15.379.14.Videas enim vnde nummi sint,mihi feras expensum. Idem 6.Philipp.214.Quis vnquam in illo Iano inuentus est,qui L.Antonio mille nummũm ferret expensum? Idem pro Rosc.Comœdo,7.Hæc pecunia necesse est aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit:datam non esse, Fannius confiteretur: expensam latam non esse,codices Fannii confirmant: stipulatam non esse, taciturnitas testium concedit. Idem Ruffo,libro 5.10.28.Si mihi expensa ista sestertia centum tulisses. Vlpianus ad Senatusconsl.Trebellianum, L. Mulier,Dicendum est potius fructibus hoc expensum ferẽdum, quàm fideicommisso. Legitur & fiendum. Liuius ab Vrbe condita, Homines propè quatercentum produxisse dicitur, quibus sine fœnore expensas pecunias tulisset.

Expensam referri,non solum de pecunia, sed etiam de aliis operibus dicitur.Cælius Ciceroni,lib.8.4.10.Mentio facta est de legione ea quam expensam tulit Caio Cæsari Pompeius. Marcellus Ad L.Iuliam repetundarum,L.Lex Iulia,Illud quoque cauetur,ne expensum ferat opus publicum faciundum,frumentum publicè dandum,præbendum,appre hendendum,sartatecta tuenda, antè quàm perfecta, probata,præstita legerunt. Iabolenus De supellectili legata, L.Qui vestem omnem,& res plurium generum supellectili nomine expensum ferre solitus erat. Legitur & expenso Scæuola, Quæ in fraud.L.Pupillus,Creditores suę negligentiæ expensum ferre debent. Plin.lib.2.cap.7.7.Toto quippe mundo,& locis omnibus,omnibúsque horis omnium vocibus fortuna sola inuocatur vna nominatur.vna agitur rea,vna cogitatur, sola laudatur,sola arguitur,& cum conuitiis colitur.Et paulo pòst. Huic omnia expensa,huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola vtranque paginam facit. Id est, Quicquid lucri aut damni,quasi expensi aut accepti mortales faciunt,omnia fortunæ ascribunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Expergo, expergis, experfi, expersum, (*διανύω*,) expergere, Est madefacere, compositum à verbo Spargo, quum pro Implere sumitur. Hinc.

Expersus, Participium, (*διανυσθείς*,) Idem quod Madefactus. Virg. 5. Aeneid. 121. – saniesque expersa natarent Limina. Vbi Servius, Expersus hæc fuit vera lectio, id est madefacta. Nam si asperta dixeris, id est inrorata, Tapinosis & Hyperbole iunguntur.

Expergo, expergis, experrexi experrectũ, (*ἐγυπνίζω, ἀγυπνίζω*,) expergere, Idem quod expergefacere. Aelius Antigonus, Heus vigdes properate, expergite pectora tarda sopore exurgite. Gellius lib. 6. cap. 10. Ita re animos iuuenum expergebant. Sipontinus, Experge te facias scripsit Cicero, pro te expergefacias.

Expergor, (*ἐγυπνίζομαι*,) passiuum. Lucretius libro 5. 166.
– expergi quo possit vis animæ.

Experrectus. Participium, (*ἐγυπνισθείς*,) Sallust. Experrecti somno, arreptis armis tumultum facere. Cic. 1. de Diuin. 104. Quum autem experrectus esses hora secunda fere, &c. Plin. lib. 7. cap. 52. 3. Cicero 1. Tuscul. 147. Nondum opinor est experrectus.

Experrectus, vt inquit Festus, qui per se vigilare cœpit.

Cũ sole experrectus. Cic. Atti. lib. 13. 290. 1. Deinde quũ somno reperto simul esi sole experrectus essem, datur mihi epistola à sororis tuæ filio.

Experrectus, (*ἐξυπνισθείς*,) Nomẽ vt Experrecta nobilitas. Cic. p Sex. Rosc. 83. Idcirco ne experrecta nobilitas armis arq; ferro Rẽp. recuperauit, &c.

Experrecta virtus. Cic. in Pisonem, 21. Quum experrecta tandem virtus clarisimi viri ecferetur, &c.

Experrectiores apes. Columel. lib. 9. cap. 7. 4. Vt apricum habeãt apes matutinum egressum, & sint experrectiores.

Expergiscor, expergisceris, pen. corr. (*διανυσίομαι*,) expergisci, Excitari, Cic. Expergiscimini aliquando, atque exurgite. Terent. Adelph. 4. 4. 21. Cessatum vsque adhuc est nunc iam porro Aeschine expergiscere. Sallust. Cæterum additis nouis ciuibus, magna me spes tenet fore vt omnes expergiscantur ad nobilitatem. Cic. ad Atticum, lib. 2. 38. 3. Si dormis, expergiscere si tas, ingredere.

Vt te ipsum seruca non expergiscaris? Horat. 1. epist. 2. 7.

Noctu lumine apposito expergisci. Cic. 1. de Diuin. 133. Noctu lumine apposito experrecta nutrix animaduerrit puerum, &c.

Expergefacio, expergefacis, pen. corr. (*ἐγυπνίζω*,) expergefacere, Excitare. Plautus Cure. 4. 4. 3. Magnum flagitium probrumque expergefacis Phedrome. Per translationem dixit Plautus.

Se expergefacere. Cic. 7. Verr. 31.

Terrore subito expergefacit Italiã tumultus. Author ad Heren. lib. 4. 201.

Expergefactus, Participium, (*ἐγυπνισθείς*,) Lucret. lib. 2. 83.
Ac mussæa mele per chordas, organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Caput expergefactum erigere. Lucret. lib. 5. 243.

Expergefio, pe. pro. expergefis, pe. indiff. expergefactus sum vel fui, (*ἐγυπνίζομαι*,) expergefieri, Excitari. Suet. in Caligula. cap. 38. Ac ne paululum quidem moræ patiens, super quadraginta reos quondam ex diuersis criminibus vna sententia condemnauit: gloriatusque est, expergefactæ somno Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret.

Expergitus, pe. cor. (*διυπνοφανίσας*,) vt inquit Festus, dicitur ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum. Lucilius, Ego è somno pueros cum mane expergitor clamo. Lucret. lib. 3. 190. – nec quisquam expergitus extat, Frigida quem semel est vitai pausa secuta.

Experior, experiris, pen. prod. expertus sum, (*πειρόομαι, δοκιμάζω, ἀπόπειρόομαι*,) experiri, A peritia derivatur, teste Sipontino: & significat probare, & tentare, ac periculum facere. Plaut. Merc. 6. 18. Benignitate tua mihi experto prædicas. Idẽ Asina. 12. 132. Ad me adi vicissim, atque expire. Idẽ Amph. 6. 14. Experiri isthuc manellé me, q̃ mihi memorarier. Idẽ Casina. 19. 14. – nimis es tenax.
3. Num me expertus vspiam? Virg. 8. eclog. 14. Coniugis vt magicis sanos auertere sacris Experiar sensus. Servius.

Experiri, & assequi. Cic. Atti. lib. 7. 112. Itaque omnia experiar, vt & spero, assequar. Idẽ in Orat. 2. Expiri id nollẽt qui sẽ assequi posse diffidãt.

Experiri & perficere. Cic. in Orat. 2. Quod quoniam me sæpius rogas aggrediar, non tam perficiendi spe, quàm experiundi voluntate.

Experiri & probare. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 11. Quæ ego experiens quotidie sic probo, vt ea mihi salutem afferre videantur.

Coniectura prospicere & experiri. Cic. pro Domo sua, 9. Neque id coniectura prospiciebamus, sed iam experti videbamus.

Experiri & tentare. Brutus Ciceroni, 16. 16. Experiarque & tentabo omnia, neque desistam, &c.

Experiri ad arborem cornus. Plin. lib. 8. cap. 32. Increscentia solis vapore durant ad arbores subinde experientes. De cornibus ceruorum.

De aliquo experiri. Cic. Art. lib. 14. 318. 4. Quid tu Bruto putas & ingenioso & erudito? de quo etiam expertus sum nuper in edicto, &c.

De seipso experiri. Cic. 12. Philip. 322.

De iniuriis experiri. Cic. pro Cælio, 14.

Experiri in aliquo. Plaut. Mostel. 4. 79. In te hercle certum est principiũ vt sim parcus, experiri.

In nobis experiri aliquid. Cic. pro Plancio, 17. Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis.

Experiri in vtranque partem. Terent. in Prol. Heaut. 46.
In hac est pura oratio, experimini
In vtranque partem ingenium quid possit meum. Nisi forte sic malis exponere, quid meum ingenium possit in vtranque partem.

Experiri in parois. Plin. lib. 8. cap. 40.

In ipsis experiri. Cic. Planco, lib. 13. 30. 15. Ego quod in meipso experiri potui, ad te deferam.

Vicissim experiamur inter nos quid possit vterque. Virg. eclog. 3. 6.

Cum periculo aliquid experiri. Cic. pro Flacco, 51.

Experiri quanti. Plau. Amph. 6. 16. Ecastor te experior quanti facias vxorem tuam. Idem Capt. 4. 42.
Postquam gnatus tuus potitus est hostium,

Expertus quanti fuerit, nunc desydero. Idem Trucul. 8. 33.
Nunc huc remisit nuper ad me epistolam, sese experturum
Quanti sese penderem.

Experiri quid. Plautus Pseud. 3. 71. Curaui omniamnunc ego te expertar quid ames, quid simules.

Experiri an viuat. Plin. epist. 14. lib. 3.

Experiri vt. Plaut. Amphit. 8. 28. – nam quid ille renortitur,
Qui dudum properare se aiebat? an ille me tentat scienst
Atque id si vole experiri, suum abitum vt desyderem, &c.

Parum prospere aliquid experiri. Quintil. lib. 6. cap. 5. 6. Laudatur consilium Demosthenis, quòd quum suaderet bellum Athenientibus, parum id prospere expertis, nihil adhuc factum esse ratione monstrat.

Actione experiri. Paulus in L. Quum sponsus §. finali. ff. de Publiciana in rẽ actione, Sed etiã is, qui monẽto possedit, recte hac actione experies.

Experiri domo, pro In re domestica. Plaut. Amphi. 8. 5. Nam ego id nunc experior domo.

Monitus alicuius experiri. Ouid. 1. de Remed. amor. 82.
Quid tibi præcipiam de Bacchi munere quæris?
Spe brevius monitus experiere meos.

Experiri opera & factis. Plaut. Capt. 7. 70. Ithæc dicta te experiri & opera & factis volo. Idem Bacchid. 7. 3.
Homini amico qui est amicus, ita vti nomen possidet,
Nisi deos nihil præstare, id opera expertus sum esse ita.
Idem Asin. 5. 92. Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus, omni copia. Idem Trinum. 12. 8.

Experiri periculo, Idem quod experiri fortunam, etiam cum periculo vel periculum facere cum damno. Cic. ad Atticum, lib. 9. 12. 1. Nunc si sine periculo experiundum erit, experiar certè, vt hinc auolem. Quæsti sine periculo experiundum erit, experiar certè, vt hinc auolem. Quædam exemplaria hic leguntur, pericula in accusatiuo plurali verbi forma dictum qua Pacemque ab rege petendum.

Experiri re ipsa. Terent. Adelph. 5. 5. 7. Hoc verum est. & ipsa re experire propediem. Cicero de Senect. 78. Hæc habui de senectute quæ dicerem, ad quam vtinam perueniatis: vt ea quæ ex me audistis, re experti, probare possitis.

Viribus intentis experiri aliquem. Valer. 3. Argon. 21.

¶ Aequora & vias experiri. Valer. 8. Argon. 11.
– tecum æquora, tecum Experiar quascunque vias.

Amorem alicuius in certo tempore experiri. Cicero Capitoni in Epist. ad Atticum, libro 16. 343. 1.

Amores amaros experiri. Virg. 8. Eclog. 22.

Domi arma experiri. Stat. 11. Thebaid. 68.

Aues experiri, Captare auguria. Ouid. 4. Fast. 164.
Magna fides auium est, experiamur aues.

Carmina experiri. Virg. 5. eclog. 3.

Experiri certamen. Liu. 1. bel. Maced. 158. Prius quàm experirentur certamen, metu, in deditionem venerunt. Id est congredercntur.

Deos iniquos experiri. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 6.

Experiri extrema. Sallust. in Catil. Constituit bellum facere, & extrema omnia experiri.

Fidelem experiri aliquem. Horat. 4. Carm. Ode 4. 1. de aquila,
Cui rex deorum regnum in aues vagas
Permisit expertus fidelem Iuppiter in Ganymede flauo.

Experiri fidem alicuius. Plaut. Capt. 6. 99.

Experiri fortunam. Cæsar 1. bel. Gall. 128. Fortunámque quamcunque accidat, experiantur. Idem lib. 2. 288. Nam his vtrisque pertialerant, vt eandem belli fortunam experirentur.

Ius experiri. Paulus in L. 1. ff. de In ius vocando, In ius vocare est iuris experiundi causa vocare.

Laborem experiri. Virg. 4. Georg. 32.

Experiri & subire labores. Cic. pro Sestio, 121.

Experiri libertatem. Sallust. in Iugurtha, Certè ego libertatem experiar, quæ mihi à parente meo tradita est.

Omnes omnia experiri par est, qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. Cic. in Orat. 2.

Frustra

Frustra omnia experiri. Catull. ad Aurelium, epigr. 18. 2.

Experiri perfidiam alicuius. Cic. 3. Verr. 54.

Portas experiri. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 15.

Periclitari & experiri pueros. Cic. 2. de Diuinat. 145. Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta annorum in periclitandis experiundisque pueris quicunque essent nati, Babylonios potuisse, fallunt.

Taciturnitatem alicuius experiri. Cic. de Claris Orat. 124.

Terram experiri facilem. Virg. 2. Georg. 45.
– illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.

Vim veneni experiri in aliquo, & eius perceleri interitu venenum comprobari. Cicero pro Cælio, 46.

Vires suas experiri. Ouid. de Arte, 36.

Vltima experiri. Liu. 3. Decad. lib. 4. 14. Persuadent vt traduci se in Lucos paterentur, nec vltima experiri vellent.

Experiri, cum Infinitiuo. vt Ire per inuitas experiemur aquas.
Ouid. epist. 17. 40.

¶ Experire, pro experiri, antiquè apud Plautum Asin. 5. 94.
– vtquenque amicum videro,
Dignos indignos adire, atque experire certum est mihi.

¶ Experiri, Actionem intendere in iudicio. Vlpianus Iureconsl. L. Prætor ait. ff. Vi bonorum rapt. In eum in anno quo primum de ea re experiũdi potestas fuerit, in duplum: post annum in simplum actionem dabo. Cic. pro Quintio, 20. Siquid in controuersiam venirer, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. Budæus.

Liberali iudicio experiri. Vlpianus in L. Siquis. ff. de Quæstionibus, Si quis, ne quæstio de eo agatur, liberum se dicat: diuus Adrianus rescripsit, non esse eum antè torquendum quàm liberali iudicio experiatur.

¶ Expertum est, pro Experimento comprobatum est. Gellius libro 15. cap. 7. Obseruatum est in multa hominum memoria expertumque est. Cato cap. 157. 9. Citò sanum facies hac cura: expertum hoc est.

Experiendum est. Cicero de Amicitia, 56. Experiendum autem est in ipsa amicitia, ita præcurrit amicitia iudicium.

Experiendus, Adiectiuum, (*πειρατός*,) Plin. lib. 16. cap. 35. 2. Ederæ mira proditur natura ad experienda vina.

Brachia experienda dare per lusus. Ouid. 2. Fast. 74.
Cæstibus, & iaculis, & misso pondere saxi
Brachia per lusus experienda dabant.

Experiendi iuris gratia. Cicero pro Cecinna, 34. Homines inermes qui ad constituendum, experiendi iuris gratia, venissent.

Experiens. Adiectiuum. (*πειρατός*,) vt Partum experiens. Ouid. 3. de Ponto. eleg. 7. 3. – quæ scilicet in me
Quàm proba, tam timida est, experiensque parum.

Experiens experiens. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 7.
Ergo desidiam quicunque vocabit amorem,
Desinat ingenii est experientis amor.

Experiens vir. Qui valde experitur. Cic. pro A. Cluentio, 16. Quas litteras Aurius vir fortis & experiẽs, & domi nobilis, M. Illius Aurii prouinciam, in foro palãm multis audientibus quum adesset Oppianicus, recitauit. Horat. 1. epi. 18. 9. Et decus & pretium recti: petit experiẽs vir.

Experientissimus homo. Cic. 5. Verr. 43. Nympho est Centuripinus, homo peritus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Idem, 12. Et 6. Verr. 52. Promptus & experiens homo.

Experiens, Participium, (*πειρατός*,) siue Nomen ex participio: Hoc est, experientia doctus & prudens factus, Virg. 1. Aeneid. – vos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos. Cic. de Amicitia, 55. Sunt igitur firmi & stabiles & constantes eligendi cuius generis est magna peritia & iudicare, difficile est sanè nisi expertum.

Doctus & expertus, Cicero 2. de Orat. 39. Dicam enim tibi Catule non doctus quàm (id quod est maius) expertus.

Iudicium suis & alterius expertus. Cic. Lentulo, libro 1. 9. 8. Te autem, etsi multum in meis rebus experium, quàm etiam in tuis, tamen, &c.

Longæui expertus. Senec. Thyeste, 5. 10. Venenum in auro bibitur experiens loquor.

Bellis expertus. Virg. 7. Aeneid. 47.

Expertus honoribus homo. Plinius in Paneg. 194. In summum discrimen addocta Respublica expertum honoribus virum poscebat.

Labores Luciæ primos experta. Id est partum. Virgilius 4. Georg. 68.

Matrem fœtuum experta est. Seneca Hippol. 29.

Pectus mille mecum expertus. Lucan. lib. 1. 61.

Pueros virum experta. Horat. 3. Carm. Ode 14. 3.

Cedere nescia expertis. Ouid. 5. Fast. 135.

Animus bellis expertus. Tacit. in Vita Agricolæ.

Expertæ industriæ homo. Suet. in Vespas. cap. 4. Ad hunc morum compri mendum quum exercitu ampliore & instrenuo duce, cui tamen tuto tanta res committeretur, opus esset, ipse potissimum delectus est: & industriæ expertæ, nec metuendus vllo modo ob humilitatem generis ac nominis.

Fiducia experta. Propert. lib. 1. eleg. 3. 4.

Virtus experta, pro explorata. Tacit. libro 3. Proponitque Centuriones virtutis expertæ.

Experta & perspecta obtrectatorum vox. Cicero pro Cornelio Balbo, Cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius præsens, experta atque perspecta obtrectatorum voce lædetur? Id est probata.

Expertus, cum genitiuo. Liu. lib. 4. bell. Pun. 96. Seruitudinis indignitatisque hominis expertos aduersus notum malum irritatos esse.

Belli expertus. Virgil. 10. Aeneid. 34.

Certaminum expertus. Liuius libro 10. Decad. 4. Expertos inter fratres certaminum.

Sagittæ expertus. Silius libro 8. 123.

Experta prodimus. Plin. lib. 16. cap. 13. 2. Hoc est iandudum approbata.

Experientia, experientiæ, (*πείρα, ἀπόπειρα, ἐμπειρία, ἀνακρίσις*,) Periculi ratio, Plancus ad Ciceronem, libro 10. 18. 9. Quæ si aduentus meus repressit, agam gratias fortunæ, constantiæque meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Cicero pro Rab. Posthumo, 27. Equitem Romanum veterem amicum suum, studiosum, amantem, obseruantem sui, non libidine, non turpibus impensis cupiditatum atque luxuriæ, sed experientia patrimonii amplificandi labentẽ excepit. Virg. 1. Geor. 1.
– atque apibus quanta experientia parcis.

Veri experientia. Ouid. 1. Metam. 46.

Impigra mentis experientia. Lucret. lib. 5. 192.

Noua experientia. Virg. 4. Georg. 63.

Experimentum. (*πεῖρα*,) Plin. in Paneg. 50. Discat igitur Aegyptus, creditque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare. Idẽ epist. 164. Inde abortus, & ignorati veteri tristè experimentum. Plinius lib. 35. cap. 10. 29. Experimentum artis cognoscitur.

Longa magnaque experimenta, Vide LONGVS.

¶ Agere experimenta, Vide AGO.

Capere experimentum, Vide CAPIO.

Deprehendere experimentis. Quintil. lib. 2. cap. 12. 7. Mirum sit forsitan, sed experimentis deprehendas.

Duci experimentis ad consentiendum. Quintil. lib. 3. cap. 8. 15. Quia facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis.

Facere certissimum morum experimentum. Quintil. lib. 3. cap. 7. 10.

Inspicere aliquem experimentis, Vide INSPICIO.

Expers, expertis, Adiectiuum, (*ἄμοιρος*,) Quidam ab experior deductum voluntarii ab ex, & pars, partis, quasi sine parte. Est autem expers, ignarus, rudisque, & nullam rerum experientiam habens. Item qui non sentit. Vnde expertem doloris dicimus, qui non sentit dolorem. Expertẽ mortis, qui non moritur. Cic. 6. Verr. 10. His quidem in temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, soluti ac liberi fuerit ab omni sumptuum molestia, munere, &c.

Expers & ignarus. Cic. 2. de Orat. 1. Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse.

Expers amoris gnati, Qui nescit & ignorat gnatum amare. Plaut. Pseud. 7. 8. – animum aduorte nunciam
Quapropter expertem amoris gnati te habuerim.

Belli expers. Ouid. 5. Metam. 19.

Consilii. Qui caret consilio, aut alterius consilium ignorat. Cic. ad Atticum, libro 3. 66. 2. Horat. 3. Carm. Ode 4. 13.

Rudis, ignarus rerum, expers consilii aut ingenii. Cicero pro Sestio, 38.

Corporis, Qui non habet corpus. Cic. 4. Acad. 152.

Cupiditatum & æmulationum. Cic. 1. Tusc. 70.

Curæ. Liuius 1. ab Vrbe, 102. Confederant vtrinque pro castris duo exercitus, periculi magis quàm curæ expertes. Ibidem in Præfat. 4.

Curarum expers. Stat. 2. Sylu. 2. 15.

Decoris expers. Ouid. 2. Meram. 77.

Discriminis expers. Lucan. libro 5. 39.

Ferri expers. Plin. 15. cap. 29. 7. Quin & virgei annuli expertes ferri, inguinum tumoribus medentur.

Fraudis expers. Claud. de Nup. Honorii, 4.

Funeris expers. Ouid. ad Liuiam, 12.

Honestatis expers ratio aut voluptas. Cic. 2. de Finib. 64.

Humanitatis expers. Cic. Octauio, 4. Idem 2. de Diuinat. 121.

Imperii matris. Plaut. Asina. 10. 2. An ita es animata, vt quæ matris expers imperii sies? Id est, non scis quæ mater imperat.

Iniuriarum & commodorum. Cic. 3. Verr. 90.

Irarum expers. Silius lib. 7. 104.

Gens iuris expers. Senec. Tread. 11. 11.

Laboris. Plaut. Amph. 4. 18. Ipse dies operis, & laboris expers.

Liberalitatis tuæ expers factus sum. Plin. in Paneg. 40. Enimuero qua benignitate diffusum est, quantæ curæ tibi fuit, nequis expers liberalitatis tuæ fieret?

Imperitus & expers linguæ Græcæ. Plin. lib. 29. cap. 1. 17.

Motus expers. Lucan. lib. 2. 88.

Nominis expers. Lucret. lib. 3. 49.

Nuptiarum expers. Horat. 3. Carm. Ode 11, 5. de puella quadam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lumina oculorum expertia somno. Lucret. lib. 6. 238.
Opis expertes. Lucret. lib. 6, 250.
Nullius ornamenti expertem præsertim in Republica oratorem esse oportere. Cic. 1. de Orat. 138.
Pacis expertes. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 1.
Omnium periculorum expers. Cic. Planco, lib. 4. 14. 10.
Præmiorum beneficiorúmque expertes aliquos facere. Cicero pro Cornelio Balbo, 14.
Rationis. Cic. 1. Acad. 55. Idem 1. Offic. 76.
Vtens ratione, & Expers rationis, contraria. Cic. in Topic. 36.
Particeps rationis & cogitationis & Expers, contraria. Cic. 1. de Legibus, 33. Solum est enim ex tot animantium generibus, atque naturis, particeps rationis & cogitationis: quum cætera sint omnia expertia. Idem 2. de Finibus 64.
Roboris expers. Ouid. 15. Metam. 41.
Sepulchri expes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 10.
Somni expers. Senec. Here. fur. 3. 1.
Expers sui, Se ignorans. Cic. de Amicit. 71. Serpit enim nescio quo modo per omnium vitam amicitiarum: nec vllam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. Hoc est sine amicitia esse.
Expers terroris Achilles, Vide ACHILLES.
Thalami expertem vitam degere. Virg. 4. Aeneid. 110.
Tributorum expertes. Tacit. lib. 20.
Turpitudinis. Cic. 4. Verr. 139. Nemo ita viuebat, vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers.
Virtutis expers. Virg. 10. Aeneid. 150.
Vndæ cibique expers per nouem luces. Ouid. 4. Metam. 53.
¶ Expers, ablatiuo etiam iungitur. Plaut. Persa, 15. 43. Ea res me domo expertem facit. Id est, me abesse domo facit.
Expers fama & fortunis. Sallust. in Catil. Neque quo periculum aliis faceremus, sed vti corpora nostra ab iniuria tuta forent, qui miseri egeres, violentia atque crudelitate fœneratorum, plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes fuimus.
Expers metu. Plautus Asina. 3. 31. Dono te ob istud dictum, vt expers sis metu.
Expers eo more. Plaut. Amphit. 2. 79. Eo more expertem te factam aduenians offendi domum.

Expes, om. ge. (ἄελπτος,) Sine spe. Accius Eurysace, Ille orbus, expes liberûm. Idem Medea, Exul inter hostes, expes, expers, desertus, vagus. Hæc Nonius. Tacit. lib. 5. Mox vbi expes vitæ fuit meditatas compositasque diras imprecabatur. Horat. in Arte, 4.
– quid hoc, si fractis enatat expes
Nauibus ære dato qui pingitur?
Inops & expes. Ouid. 6. epist. 33.

Expeto, expetis. pen. corr. expetiui, expetîtum, pen. prod. (ἐφίεμαι, γλίχομαι, ἱμείρω, δέεγομαι,) expetere, Vehementer petere. & concupiscere. Cic. 1. Offic. Expetantur diuitiæ tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Plaut. Casina, 15. 35. Istuc expeto scire. Idem Trucul. 4. 94. Cuius nunc ista aduentum expetit. Terentius And. 4. 2. 13. Hanc mihi expetiui: contigit. Ibidem, 3. 2. 39. Nunc sibi vxorem expetit.
Inter appetere & expetere, Vide APPETO.
Expetere & Abiicere, contraria. Cic. Attico, lib. 6. 120. 3. Nec me κτιόν in expetendo cognoscet, nec ἄτυφον in abiiciendo.
Expetere & assequi. Cic. 1. de Orat. 66. Certè hoc quod tu expetis, nemo vnquam assequetur.
Expetere & Fugere, contraria. Cic. 2. de Finib. 65. Cætera aut omnino nihil habere momenti, aut tantum vt nec expetéda nec fugienda, sed eligenda modò aut reiicienda sint. Idem 1. de Finib. 47. et 72. et 73.
Optare & expetere. Cic. 1. Offic. 95. Quum persuasum sit nihil hominem, nisi quod honestum decorúmque sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere.
Expetere & postulare. Cic. pro Lege Manilia, 39. Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti ac postulanti.
Resistere & Expetere, contraria. Cicero Qu. fratri, lib. 1. 1. 4. Dum impudentiæ nonnullorum negociatorum resisto, dum nostram gloriam tua virtute augeri expeto, feci non sapienter.
Vitare & Expetere, contraria. Cic. pro Milone, 37. Atque vt illi nocturnus ad vrbem aduentus vitandus potius, quàm expetendus fuit. Idem 2. de Inuent. 138.
Expetere ab aliquo. Terent. Phorm. 2. 3. 31. Adolescens primum abs te hoc bona venia expeto.
Deposcere & expetere aliquem imperatorem ad bellum. Cicero pro Lege Manilia, 3.
Expetere in, vel expetere alicui. Plaut. Amphit. 7. 31.
– profers carnufex:
Cuius ego hodie in tergo saxo ista expetant mendacia. Ibidem, 9. 12.
Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim.
Si id Alcumenæ innocenti expetat. Ibidem. 5. 33. – nam deum
Non par videtur facere, delictum suum
Suámque culpam, expetere in mortalem vt sinat.
A natura expetere aliquid. Cic. 1. de Orat. 66.
Vehementer aliquid expetere. Cic. 1. Offic. 42.
Summa cupiditate expetere aliquid. Cic. 6. Verr. 97.
Maximè aliquem expetere. Cic. de Claris Orat. 109.
Expetere aliquem aliquid. Plaut. Casina. 9. 6.
Atque id non tam ægre est iam vicissim villicum,
Quàm id expetiisse opere tam magno senem.
Expetam alterum præ te. Plautus Merc. 5. 21. Pol sanus si sim, præ te medicum mihi expetam.
Expetere ab aliquo auxilium. Cic. pro Milone, 51.
Coniunx expetitur tauro. Ouid. 9. Metam. 10.
Expetere sus alicuius, pro Curare vt alicui fiat ius, & ius suum obtineat. Plaut. Rud. 31. 37.
Si sapies, tacebis tum te mihi benignè itidem addecet
Benemerenti beneferre gratium. L. nempe pro tuo
Iure oras. D. mirum quin tuum ius meo periculo expetam.
In cõcionibus tracta quædam & fluens expetitur oratio. Cic. in Orat. 36.
Expetere pacem multis hostiis. Plaut. Amphit. 17. 75.
Vt Iouis supremi multis hostiis pacem expetam.
Expetere pœnas ab aliquo. Cic. pro Lege Manilia, 10. Vt mihi quidem videantur dii immortales, etiã si pœnas à Populo Rom. ob aliquod delictum expetiuerint. Idem pro Flacco, 73. Nunc à Flacco Lentuli pœnæ per vos expetuntur. Idem in Pisonem, 11.
Expetere preces à deo, pro Precari deum. Plaut. Rud. 7. 1. Qui sunt qui à patrona preces mea expetentes sunt?
In gratiam aliquorum reditum eorum expetere. Cicero Appio Pulchro, libro 3. 10. 16.
Sapientiam expetere. Cic. 1. de Finib. 72.
Supplicium experere. Liuius 6. bell. Pun. 69. Tanta auiditas supplicii expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis.
Vitam alicuius expetere. Cic. pro Deiot. 21.
Vita ea expetitur quæ sit animi corporisque expleta virtutibus. Cicero 5. de Finibus, 66.
Natura voluptatem expeti. Cic. 1. de Finib. 56.
¶ Expetunt, pro Eueniunt. Plaut. Amphit. 4. 12.
Ergo in seruitute expetunt multa iniqua:
Habendum & ferundum hoc opus est cum labore.
¶ Aetatem expetit. Plaut. Pœnulo, 9. 23.
Malo si benefacias, id beneficium interit:
Bono siquid malefacias, ætatem expetit.
¶ Audire expeto. Senec. Hippol. 9. 7.
Cognoscere expeto. Ouid. 7. Metam. 98.
¶ Expetitur vnguentis radix aspalathi: Hoc est, prodest in vnguentis. Plinius libro 12. cap. 24. 1.

Expetendus, (ἐπαινετός,) Dignus qui expetatur. Plautus Persa, 1. 55. Forma expetenda liberalem mulierem. Cicero Pulchro, libro 3. 10. 29. Amicitia expetenda.
Magis expetendus. Catull. in Epithala. Iuliæ, 56. de Hymenæo,
Quis deus magis optimis Expetendus amantibus?
Vulgo expetenda atque optabilia dicendo amplificat atque ornat orator. Cicero 1. de Oratore, 112.
Quod optabile, expetendum est: quod expetendum, laudabile. Cicero 4. de Finibus, 82.
Magnopere expetendum nihil esse in vita nisi laudem atque honestatem. Cicero pro Archia, 10.
Magnas & magnopere expetendas res concupire. Cicero in Orat. 2.
Expetenda per se virtus. Cic. 1. de Fimb. 39.

Expetens, pe. corr. (ὀρεγόμενος) Nomẽ ex participio. Pli. lib. 12. cap. 17. 2. Caprę maleficũ frondibus animal, odoratorũ verò fruticũ expetẽtium. Consilia sana expetens. Senec. Hippol. 2. 20.

Expetîtus, penult. prod. (ἐπιτεθυμημένος,) Aliud participium: vt Complexus expetiti. Senec. Thyeste, 64.

Expetisco, expetiscis, expetiscere, Vehementer desyderare. Plaut. Milit. 13. 13. – à loculenta, atque festiua fœmina
Quæ te amat, tum quæ expetiscit pulchram pulchritudine.

Expetesso, expetessis, (ἐπιθυμοῦμαι,) expetessere, Idem quod petere, suum desiderare. Plaut. Trinummo, 5. 4. – sed hoc non liquet,
Nec satis cogitatum veram potius harum mihi artem expetessam.
Idem Epid. 5. 71. Quid ego nunc faciam, consilium à te expetesso Apoecides. Idem Asina. 10. 23. Vltro amas, vltro expetessis, vltro ad te accersi iubes. Antiquum.

Expîlo, expilas, pen. pro. (πιπρασκάω,) expilare, Deripere, Depræ dari, furtiuè fraudare: quasi ne pilum quidem relinquere. Quidam existimant dictum à pilis Romanorum telis, vel à Graco πτλῶ, quasi ὀπλῶ, Id est complano: quòd qui aut è facie pilos, aut è domo suppellectilem detrahunt, æquare ac complanare omnia videntur. Inde apud Iurisconsultos titulus est, De crimine expilatæ hæreditatis & qui alienam fuereditatem expilauerit, extraordinarie solet coerceri. Cic. in Parad. 5. Si socios spolias, ærarium expilas. Suet. in Nerone, cap. 26. Tabernulas etiam effringere & expilare, quintana domi constituta. Cic. 6. Verr. 26. Quum in sui picionem venissent suis ciuibus sinum expilasse Apollinis. Sic 3. Offi. 121. Et 7. Verr. 100.
Oculos genis expilare. Ouid. 13. Metam. 124.
Expilare socios, & diripere prouincias. Cic. pro Lege Manilia, 39.
Spoliare & expilare regem. Cic. 6. Verr. 55.
Expilare thesauros. Liuius 1. bel. Maced. 45.

Expilâtus, pen. prod. Participium. (πεπρασμένος,) Cic. 3. de Orat. 67.
Quæ quoniam iam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis à quibus expilati sumus.
Armarium expilatum, pecunia ablata. Cic. pro Cluentio, 143.

Expilâtor, pen. prod. Verbale. (πιπρασκάκης,) Asconius. Expilatores sunt atrocissimi fures: ex quibus ne pilum quidem relinquunt in corpore spoliatorum. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 13. Quum vrbs custodiem, non tyrannum omnium hospitem, non expilatorem recepisse videatur?

Expilîtio, Verbale, (πιπρασκάκης,) Cic. 2. Offi. 102. Tãta sublatis legibus & iudicijs expilatio, direpticque sociorũ. Sic 5. Verr. 6. Expilatio Asiæ.

Expingo, expingis, expinxi, expictum, (κατατρέφω,) expingere, Idẽ quod pingere significat. Plin. lib. 35. cap. 7. 1. Quoniam & pericula expingimus, nequis miretur & rogos pingi. Cic. 5. Tuscul. 161. Qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est, vt quæ ipse non viderit, nos vt videremus effecerit?

Expio, expias, (ἐξαγοράζω, ἐξιλάσκομαι,) expiare, Purgare, & mũdum ac purum facere. Valer. libro 1. cap. de somniis, de filio Crœsi loquens & Adrasto, qui Crœsi filium in Venatione lancea traiecit imprudens; Et quidem (inquit) eam potissimum dexteram casus nefariæ cædis crimine voleit aspergi, cui tutela filii à patre mandata erat; quámque Crœsus imprudentis homicidii sanguine violatam, hospitales veritus deos, supplicem sacrificio expiauerat. Liuius 1. ab Vrbe, 113. de Horatio loquens, qui Horatiam sororem interfecerat. Itaque vt cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri vt filium expiaret pecunia publica. Plin. lib. 13. cap. 11. 5. de lectis argenteis, Quæ omnia expiauit bellum ciuile Syllanum. Idẽ, Hæc sæpe expiata magicis cœrtibus. Plin. in Paneg. 54. Nemo spectator spectaculum factus miseras voluptates vino & ignibus expiauit. Idẽ epist. 163. Dum se prægnantem esse puellariter nescit, ac per hoc quædam custodienda prægnanti bus omittit, facit omittendaque errorem magnis documentis expiatur in immanem periculum adducta. Id est luit. Persius Saty. 2. 4.
Ecce autem metuens diuûm matertera, cunis
Exemit puerum, frontemque, atque vda labella
Fœui digito, & lustralibus aute saliuis
Expiat, arentes oculos inhibere perita.
Precari & expiare Cic. 2. de Diuin. 105. Officium autem esse eius, præsidere dei ergà homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur.
Expiare cædem cæde. Sallust. de Rep. ad Cæsarem, Neque barbaro ritu cædem cæde, & sanguine sanguinem expiandum.
Cruentas expiare. Senec. Medea, 8. 14.
Expiare latrocinia. Cic. 14. Philipp. 301. Si verò coloniarum & municipiorum fine vlla dubitatione hostis est: quid tandem huius ordinis vitio, quam ille ad expiandas egestates latrocinii sui concipiet? ex vetusto codice legendum ad explendas, &c.
Tristia expiare. Cic. de Aruisp. resp. 20.
Omina abillis nefariis sceleris vestigiis expiare. Cic. pro Rab. Perd. reo. 7.
Expiare iniurias. Plin. epist. 159. b. Illa memoranda, quòd nomine Pallantis seruitus (nec expiata postea ea iniuria est) gratias egit Cæsari, quòd & ipse cum summo honore mentionem eius prosequutus esset.
Manes mortuorum. Cic. in Pisonem, 11.
Mortem cæde expiare. Senec. Here. fur. 11. 5.
Numen Cereri supplicio alicuius expiare. Cic. 6. Verr. 99.
Supplicio alicuius religiones expiare. Cic. pro Milone, 14.
Rationem ærilium expiare. Cic. de Aruisp. resp. 8.
Sacrum commissum quod expiari poterit, facerdotes expianto. Cicero 1. de Legibus, 36.
Expiare scelera: Id est punire. Cicero in Pisonem, 67. Tua scelera dii immortales in nostri os milites expiauerunt. Id est, propter te afflixerunt & perdiderunt. Sic Expiare iniurias legatorum, Liuius 1. ab Vrbe, 57. Atque eadem quoque ratione luxum populi expiare solent bellatores Plinio libro 33. cap. 11. 6. Horat. 1. Carm. Ode 2. 6.
Quibus partes sceleris expiandi Iuppiter?
Expiare somnium. Valerius de Somniis, cap. 2.
Violata expiabuntur. Cic. Attico, lib. 1. 12. 11.

Expiâtor, pen. prod. Participium. Cic. 1. Philipp. 22. Quem potes recordare in vita tibi illo die fuisse diem lætiorẽ, quàm quum expiato foro, dissipato concursu impiorum, &c.
Cruentus expiatis vncta arma. 1. Carm. Ode 1. 1.

Expiamentum, expiamenti. (ἐξόνισμα,) Expiationis necis humanæ ab imprudentibus admissæ exemplum videre licet apud Herodotum libro 1. quo in loco Crœsi meminit nuptias filii sui celebrantis. Quum autem (inquit) filii nuptias Crœsus in manibus haberet, aduenit Sardeis quidam calamitate præditus, manibúsque impuris natione Phryx. Hic quum ad Crœsi ædes accessisset, gentilique instituto ritúque patrio postulasset, sibi vt liceret expiamenti optati compotem esse, Crœsus eum expiauit. Est autem Lydis Græcísque ritus expiandi similis. Postquàm autem Crœsus legitima inibique lustrationis peregit, vndenam ille, & quis esset, percontari instituit. Et paulum infra, Gordi (inquit ille) filius fuit: cui Midas parens fuit. Adrasto mihi nomen est: qui quia imprudens germanum meum interemi, ad te accessi. Sum enim & à patre eiectus, & omnibus fortunis exutus. Budæus.

Expiatio, Verbale. (ἐξόνισις,) Cicero 1. de Legibus 57. At vero scelerum in homines atque impietatum nulla expiatio est. Liuius 5. ab Vrbe, 50. & libro 9. 2.

Expiâbilis, & hoc expiabile, pen. corr. (ἐξόνιστός,) Adiectiuum: vt Bellũ expiabile. Cic. 13. Philipp. 343. Sed hoc primum videndum est Patres Conscripti, cum omnibúsne pax esse possit, an sit aliquod bellum expiabile, in quo pactio pacis, lex sit seruitutis. Id est necessarium & expiandi gratia susceptum piacula admissa. Budæus.

Expîro, expiras, pe. prod. (ἐκπνέω, ἐκψύχω, ἐκτρέπω,) expirare, Spiritum emittere: dictum, vt ait Nonius, vel à spiritu effuso, vel à spiraminibus. Lucilius libro 3.
Expirans animam pulmonibus æger agebat. Liuius 2. ab Vrbe, 87.
Inter primam curationem expirauit. Sic Plinius lib. 21. cap. 3. 8.
Foras expirare. Lucret. libro 6. 164.
Hoc igitur tellus omnes exæstuat æstus:
Expirátque foras in aperta promptaque cæli.
Expirare animam, pro Mori. Virgilius. 11. Aeneid. 177.
Confixi expirant animas. Hirtius libro 5. 353. Qui dum anima nondum expirata concidisset, &c.
Expirare auras dicitur amnis Plinio lib. 5. cap. 9. 15.
Auras expirare dicitur etiam homo, pro Mori. Ouid. 3. Metam. 25.
Hic quoque qui dederat leto, non longius illo
Vixit, & expirat modò quas acceperat auras.
Expirare flammas. Virg. 1. Aeneid. 10.
Illam expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopulóque infixit acuto. Vbi Seruius, Non animam dicit flámas sed cum anima, fulminis flámam euomentem.
Flammam expirare ruptis caminis dicitur Aetnã, à Virgilio libro 3. Aeneid. 116.
Odorem grauem expirare de corpore. Lucret. lib. 4. 25.
Saniem expirat serpens. Silius libro 6. 56.
Cadauera expirant vermes. Lucret. lib. 3. 144.
Expirauit libertas, per metaphoram. Plin in Paneg. 96. Ita verò quæ ciuitas quinquies atque etiam sexies Consules vidit, non illos qui expiran te iam libertate per vim ac tumultum creabantur. Hoc est declinante, & velut moriente.
¶ Expirãtur, pen. prod. Impersonale. Plin. lib. 11. cap. 37. 40. Eandem esse ei naturam quam cerebro colligunt, quoniam prætenui eius membrana modò incisa statim expiretur. De spina lumborum ossea,

Expirans, pen. prod. Participium, (ἐκπνέων,) vt Pectus expians iras. Catullus in Argon. 69. 39. Frons expirantis præportat pectoris iras.
Sanguinis expirans calidum de pectore flumen. Lucret. lib. 2. 71.
* Extremus expirantis hiatus. Q uintil. libro 6.

Expiratûrus, pen. prod. Aliud participium, (ἐκπνεύσων,) vt Flos expiraturus ad primos Austros. Stat. 2. Sylu. 1. 22.

Expiratio, Verbale, (ἔκπνευσις,) Cic. 2. de Nat. deo. 118. Eiusdémque expirationibus aer alitur & æther, & omnia supera.

Expiscor, expiscaris, pe. pro. (ἐξιχνεύω, ἐξιχνιάζω,) expiscari. Est diligẽtissimè quærere vbinã pisces lateant, authore Donato.
Expiscari per metaphoram, pro Indagare, Plautus, Tandémque nescio quid ab eo expiscatus. Terentius Phorm. 2. 3. 35. Proinde expiscare, quasi non nosses. Verbum tractum à piscatoribus, vt ait Donatus. Sic Cicero ad Pætum, libro 9. 19. 1. Nescis me ab illo omnia expiscatum? Idem in Pisonem, 54. Itaque admissarius iste simulatque audiuit à Philosopho, voluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptarios omnes incitauit, &c.

Expisso, expissas, (πτυσσόω,) expissare, Spissum facere. Plinius libro 35. cap. 13. 9. Semine triso expressus, & sole densatus in pastillos, necat sanguinem expissando. Ex vetusto codice legitur Sanguine spissando. Idem libro 20. cap. 7. 1. Expissatum lac. Legitur & Spissatum lac.

Explano, explinas, pen. prod (ὁμαλύνω, ἐξομαλίζω, ἐξαπλόω, ὁπλόω, explanare, Planum facere: vt Explanatus in denos pedes cortex. Plin. lib. 16. cap. 8. 4.
¶ Explanare, Declarare, manifestare, exponere. Terent. Phorm. 2. 3. 33. Quem amicum tuum ais fuisse istum? explana mihi. Cic. 7. Verr. 76. Explanandum est enim diligentius eorum causa qui locum ignorant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem 3.Tusc.80.Non enim verbo solum posuit voluptatem, sed explanauit quid diceret. Sic 2.de Finib.98.

Docere & explanare.Cic.1.Offi.142.Altera in ratione,quæ docet & explanat quid faciendum fugiendúmque.

Ille omnia tibi explanabit.Cic.ad Appium,lib.3.1.1.

Quod non intelligitur explanare.Cic.Attico,lib.13.268.4.

Apertius aliquid explanare.Cic.2.de Finib.98.

Diligentius aliquid explanare.Cic.Attico,lib.14.311.1.

Coniectura quædam explanare longè aliter atque sunt. Cicero 2.de Oratore,156.

Maximè rem aliquam explanare.Cic.in Orat.44.

Rem vniuersam tribuere in partes latentem explicare definiendo,obscuram explanare interpretando.Cic.de Clar.Orat.78.

Vim legis cælestis explanare.Cic.2.de Legibus,15.

Explanare verba,pro Distinctè pronuntiare. Plin.in Paneg.109.Expressit explanauitque verba,quibus caput suum,domũ suã,si fefellisset,deorum iræ consecraret. Iude apud Senecam lib.1.de Ira. Explanabilis vox,contraria confutæ.

Explanari,Passiuum.(ἐξαπλοῦσθαι,) Cic.1.Acad.47. Pòst argumentis & quasi rerum notis ducibus vtebantur ad probandum,& concludẽdum id quod explanari volebant. Plin.lib.6.cap.23.6.

Qualis differentia sit honesti & decori, facilius intelligi quàm explanari potest.Cicero 1.Offic.133.

Explanãtus,pen.prod.Participium,(ἐξαπλωμένος,)Cic.1.Acad.30.In lingua etiam explanatam vocum impressionem.Subaudi ponebant,quod verbum,paulo antè præcesit.

Explanãte,penult.prod.Aduerbium,(ἐξαπλωμένως,) Aperte.Cic.in Oratore,63.Erit igitur hæc facultas in eo quem volumus esse eloquentem, vt definire rem possit neque id faciat tam presse & anguste, quàm in illis eruditissimis disputationibus fieri soler,sed cum explanatius, tum etiam vberius,& ad commune iudicium populiremque intelligentiam accommodatius.

Explanãtor,pen.pro.(ἐξαπλωτής,ἑρμηνεύς.)Qui interpretatur & exponit.Cic.1.de Diuin.189.Sũt enim explanatores,vt grãmatici poetarũ.

Deorum explanatorem habere. Cic.2.de Diuinat.196.quo loco quædam exemplaria legunt explanationem.

Explanatio,Verbale.(ἐξάπλωσις,ἑρμηνία,) vt Adhibere explanationẽ, Cic.1.de Diuin.190.Ité igitur somnijs,vaticinationibus,oraculis,quòd erãt multa obscura,multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum.Plinius libro 10.cap.68.2.Atdueæ explationis omnia. Vide INTERPRETOR.

Explanatio animi. Plinius lib.11.cap.51.6.Ante omnia explanatio animi nos distinxit à feris.

Portentorum explanationes.Cic.de Aruſp.resp.16.

Explanatio,figura est rhetorum,quam sic definit Author ad Heren.lib.4.160.Explanatio est,quæ reddit apertam & dilucidam orationem.

Vniuscuiusque propositionis explanatio.Author ad Heren.lib.4.167.

Emendata explanatio.Quintil.lib.1.cap.5.21.

Illustris explanatio & commoratio vna in re,permultum mouet. Cicero 3.de Oratore,112.

Explanto, explantas,(ἐκφυτεύω,)explantare:contrariũ est simplici Planto. Columel.lib.4.cap.14.1. Pampini se capreolis illigent suis,ne ventis explantentur. Idem lib.5.cap.9.6.Antè quàm explantes arbusculum,&c.

Explendesco, explendescis,explendui,(ἐκλάμπω,) explendescere,Eminere.Suet.in Tit.Vesp.cap.3.In puero statim corporis animique dotes explenduerunt:magis ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia.

Exorbuit quisque ouum.Plin.lib.28.cap.2.9.

Expleo, exples,explẽi,explẽtum, pen.prod.(ἐκπληρόω, ἀποπληρόω, ἀναπληρόω,)explère,Implere significat.Virg.4.Geor. Improbus ingluuiem ranisque loquacibus explet.

Variis nominibus iungitur.

¶Explere,Satiare,Terent.Heaut.1.1.78. – hem,tot mea
Solius soliciti sunt causa,vt me vnum expleant?

Explere aliquem scribendo.Cic.ad Curionem,lib.2.1.4. Sed de literis hactenus:non enim vereor ne non scribendo te expleam. Hoc est scribendo tibi satisfaciam.

Explere & cumulare.Cic.2.Offic.25.Quorum ea quæ natura desyderat, expleta cumulatáque habeamus.

Explere & fatiare. Cic.in Partit.52. Ad commouendos animos maximè proficient si incitandi erunt,huiusmodi sententiæ,quæ ad explẽdas cupiditates,aut ad odiũ satiandũ,aut ad vlciscẽdas iniurias pertinebũt.

Explere & saturare.Cic.5.Verr.83.Decumanis lucra data sunt vt aliquãdo ex corũ agris atque vrbibus expleri atque saturari, cum hoc cumulo quæstus decederent.Author ad Herenn.lib.4.101.Explere inimicitias,& nefariam saturare crudelitatem.

Quod aliquibus defuit,explere.Cic.de Clar.Orat.79.

¶Explere animum alicui,pro Satisfacere.Terent.Hecy.5,1.284

– exple animum his,téque hoc crimine expedi. Ibidem,5.1.19.
Quid istháec mihi narras?an quia non tute ipse audisti dudum,
De hac re animus meus vt sit Laches?illis modò exple animum.

Explere animum suum,pro Satisfacere animo.Terent.And.1.2.17.
Dum tempus ad eam rem tulit,sui animum vt expleret suum.
Vide ANIMVS.

Explere annos ducentos. Plinius lib.7.cap.48.1.Hellanicus quosdam in Aetolia Epiorum gentis ducentos explere. Columel.lib.8.cap.11.4. Quum trimatum expleuit,optimè progenerat.

Annos triginta explere imperio.Virg.1.Aeneid.55.
Triginta magnos volueudis mensibus orbes
Imperio explebit.Id est regnabit annos triginta

Luna quater plenis expleuit cornibus annum.Ouid.7.Metam.108.

Annos fatales expleuimus.Tibull.lib.1.eleg.3.11.

Infaturabiliter præteritis annis expletur Saturnus. Cicero 1.de Natura deorum,92.

Explere auaritiam suam pecunia.Cicero pro Rosc.Amer.89.

Explere cicatricem.Plin.lib.36.Vlcera eorum purgant leuiter, explentque cicatrices,& emendant.

Consilium,pro Exequi,Cæsar 1.bel.Ciuil.286. Ibi se reliquum consilium expleturos confidebant.

Cupiditates multa opera & impensa.Cic.1.de Finib.71.

Expletur ieiuna cupido.Lucret.lib.4.176.Ieiuna cupido,Fames.

Damnationem.Cic.pro Cecinna,21.Non ad cognoscendam causam,sed ad explendam damnationem præsto fuisse.

Desyderium alicuius. Liuius 1.ab Vrbe,40.Eóque melioribus vsuras viris,quòd annixurus pro se quisque sit,vt quum sua vice functus officio sit,parentum etiam patriæque expleat desyderium.

Supremum diem expleuit.Tacit.libro 3.

Explere quatuor digitos longitudine.Plin.lib.18.cap.27.4.

Omnem expectationem diuturni desyderii nostri explere. Cicero 1.de Oratore,102.

Famem. Cic.in Vatinium, 24.Fausti adolescentis nobilissimi paulo antè ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expleras? Sic pro Domo sua,48. Claud.3.Paneg.67.

Fructibus vitæ nunquam explemur.Lucret.libro 3.1054.

Ieiunia explere.Seneca Thyeste,1.13.

Intemperantiam alicuius explere.Cic.de Aruſp.resp.38.

Dolor expletur lachrymis.Ouid.4.Trist.eleg.3.8.

Legiones supplemento aliquo.Liuius ab Vrbe.131.

Libidinem suam.Cicero 6.Verr.41.Nõne vobis id egisse videtur,vt non vnius libidinem,non suos oculos,sed omnium auaritiæ nationes,quum Romam reuertisset,expleret? Sic pro Cælio,38.

Mentem expleri nequit.Virg.2.Aeneid.144.

Miseriis alicuius expleri.Cicero pro Sylla,68.

Mortalitatem explere.Tacitus in calce libri quinti,de Tiberio,latercluſa anima creditus est mortalitatem expleuisse.

Mundum bonis omnibus expleuit Deus.Cicero de Vniuers.11.

Munus. Cicero de Prouinciis Consul.29. Et malit tamen tardius ad suorum laborum fructus peruenire, quàm non explere susceptum Reipub.munus.

Numerum.Cicero 7.Verr.70.Sperabat iis militibus, quos ex eo loco deduxisset,explere se numerum nautarũ & remigum posse. Sic Liu.8.ab Vrbe,24. Columel.lib.3.cap.10.Vt numerum quem villicus imperauit,explere possit. Virg.6.Aeneid.109.

Numerum legitimum consuetudinis. Cic.7.Verr.46. Primum vt in iudiciis,qui decem laudatores dare non potest,honestius est ei nullam dare,quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis nõ explere.

Numeros in fidibus explere,& conficere versus,Cicero 4.Acad.46.

Odium, Liuius libro 4.Tomanus odio accensus impium Fidenatem, prædonem Veientem, ruptores induciarum, cruentos nefandis cædes, perfidos socios, imbelles hostes compellans, factis simul dictisque odium explet.

Excusatione officium scribendi explere, Cicero Tironi, libro,16,15.2. Noli committere vt excusatione potius expleas officium scribendi, quàm assiduitate epistolarum.

Opus alterius explere.Ouidius 3.Metamor.130.

Partem relictam explere,Cicero 3.Offic.43.

Adimere prouidentiam,& cura explere, Liuius 10,bel.Pun.203 Deinde separatim Lælium ac Masinissam seductos obtestatur,vt quãtum nos prouidentiæ adimat,tantum diligentia expleant curáque.

Rimas explere, Cicero in Oratore, 136,Neque inferciens verba, quasi rimas expleat.

Explere se, Plautus Curcul.8, 16, Aedepol næ ego hîc me intus expleui probè.

Explere se largitionibus,Cicero 2,Philipp.65, Ibi re quum & illius largitionibus,& tuis rapinis expleuisses (si hoc est explere quod sitiens effundas)aduolas egens ad Tribunatum,

Sanguine aliquorum non potest expleri crudelitas, Cic.1.de Orat.114.

Dilatare

Dilatare verbis, & mollioribus numeris explere sententias. Cicero in Oratore,23.

Aptè explere concludereque sententias.Cic.in Orat.135.

Sirim diuturnam explere.Cic.de Senect.24. Ouid.3.Trist.eleg.11.12.
Et lib.2.de Remed.amor.28.

Stipendia explere.Tacit.libro 3.Quanquam ipse pluris per prouincias quadraginta stipendia expleuisset.

Summam.Liu.8.bel.Macedon.106.Vbi aurum ostenderent,quod summam talenti Attici expleret. Lucret.lib.2.105.

Ad trecentorum summam expleuit.Liu.2.ab Vrbe,5.

Testa frugibus exples.Catull.in Carm.seculari,32.4.

Tenebras explere.Stat.9.Theb.551. – alio geminatum lumine vultus.
Expleuit tenebras,Id est effosso etiam altero oculo totus euasit cæcus.

Vitam beatam.Cicero 1.de Finib.69.Id autem eiusmodi est,vt additum ad virtutem,authoritatémque videatur habituram,& expleturum emolumenta vitam beatam.

Vrbes explere erroribus.Tibull.lib.1.eleg.4.14.

Explere aliquando pro Minuere vsurpatur:nam RX præpositio nonnunquam priuatiua particula est.Ennius,Nauibus explebant sese,terribque replebant. Virg.6.Aeneid.109.
– explebo numerum,reddirque tenebris. Vide Seruium.

¶Explentur,pro Explent,scripsere veteres. Festus.

Explẽtus,pen.prod.Participium,(ἐκπλεωθείς,) vt Explotum omnibus suis partibus,sine omnibus suis numeris. Cic.3.de Finib.50. Et 2.de Natura deorum,51.

Spectando expletus.Catull.in Argon.59.54.

Ilusibus expletus.Virg.3.Aeneid.126.

Finis expletus pudoris, Id est præterierunt anni virginitatis. Stat.1.Achill.59. – & explero teneri iam fine pudoris,
Virginitas matura toris.

Finer expleti humani ævi.Stat.5.Sylu.1.52.

Perfectus & expletus omnibus suis numeris & partibus mundus.Cic.2.de Nat.deor.52. Idem 2.de Finib.79. Habes vndique expletam & perfectam Torquate formam honestatis.

Amicitiæ immixtus expletum sit.Cic.de Amicit.60.

Corruptus sanguis expletis naribus ibat.Lucret.lib.6.242.

Querela expleta annis.Ouid.1.Amor.eleg.6.2.
Quid scelus Ismarii quereris Philomela tyranni?
Expleta est annis ista querela suis.

Animi & corporis virtutibus expleta vita expetitur. Cic.5.de Finib.66.

Vbertas expleta flendi.Stat.2.Sylu.13.

Expletio,Verbale.(ἐκπλήρωσις,)Cic.5.de Finib.72.In eáque expletione naturæ summi boni finem consistere,&c.

Implementum,explementi,(ἐκπλήρωμα,)Seneca epist.111.Si scieris cacumina arborum,explementum esse ventris.

Explebilis, & hoc explebile,pen.corr.(ἐκπληστός,) Quod expleri potest.Cic.4.Tusc.32.Indigentia,libido explebilis.

Explico, explicas,pen.corr.explicui & explicaui,explicitum,pen. corr.& explicãtum,pen.prod.(ἀναπτύσσω,) explicare, Euoluere atque euoluere. Plaut.Milit.10.7.Orant te,vt eas, ventus secundus dat,vt velum explicent. Virg.1.Georg.
De tribus gemmas,& frondes explicat omnes.

De præterito huius verbi,vide Gellium lib.1.cap.7.circa finem.

Explicare acies,& Explicare agmen dicuntur Imperatores exercitum, quum milites suos in patentem locum exponunt ad concertationem hostium.Liuius 4.ab Vrbe.116.Planitiem in medio non paruis mouendam excursionibus ad prælia,sed vel ad explicandas vtrinque acies satis patentem habebant. Sic Explicare agmen,apud eundem lib.2.ab Vrbe,147.Et lib.10.bel.Pun.19.Valer.5.Argon.112.

Explicat pauo alas.Martial.lib.13.70.
Mitaris quoties gemmantes explicat alas.

Tonsilis diffuso vertice campum explicat, Id est summitate planitiem late exhibet.Lucan.lib.3.76.

Legio explicuit cohortes.Virg.2.Georg.56.

Castra explicare citatis passibus.Seneca Hippol.10.3.

Explicare ensem,Euaginare.Ouidius, – atque explicat ensem.

Explicare epistolam,pro Aperire, & elimatam referare. Cic.ad Q.fratrem,libro 3.17.22. Quum hanc ipsam epistolam explicarem, tabellarii à vobis venerunt.Sed hîc legendum est complicarem:& ita habent codices emendati.

Lassare rorum,& vsque ad alium locum explicare.Cic.Attic.lib.4.86.5.

Prorsum fabricam explicuere.Horat.3.Carm.Ode 29.4.

Latus explicare.Seneca Thyeste,9.5. – num reiecto
Latus explicuit monte Typhoeus?

Lignum explicat natura in flammas.Id est resoluit.Lucret.lib.2.177.

Profere atque explicare literas.Cic.4.Verr.71.Omnium Prætorum literas,qui antè fuerunt profer,explicatis vnum inueneris, ego hoc tibi idem modum in tabulis scriptum habes,ita gestum esse concedam.

Latera suos explicare.Lucan.lib.10.22.

Explicare mare intelligitur apud Senecam Tragœdiarum scriptorem pro Turbatum componere & serenare, & quasi corrugatum explicare.Sic enim apud illum legimus in Hercule Oeth.4.45.
Vernare iussi frigore in medio nemus
Misíúmque fulmen flare,concussi freturn
Cessante vento,turbidum explicui mare.

Explicare naues.Hirtius lib.4.52.Inter has spatium quadringentorũ passuum reliquit,quod satis esse ad explicandas naues videbatur.

Orbes explicare,dicuntur serpẽtes quum repunt. Ouid.15.Metam.144. de Aesculapio in serpentem mutato, – deus explicat orbes,
Perque sinus crebros,& magna volumina labens,
Templa parentis init.

Explicare ordines.Liu.1.ab Vrbe,117. Et lib.7.bell.Maced.121.

Pennas suas explicat pauo.Ouid.2.Amorum,eleg.6.11.

Scholam explicare.Cic.2.de Finib.1.Vide SCHOLA.

Serpentem explicare,est Occidere serpentem. Mortuus enim serpẽs explicatur,& in longum porrigitur. Lucan.lib.5.17. – adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis Explicuit.

Turmas omnes explicuit Cæsar.Lucanus lib.6.2.

Vestem explicare. Cicero 1.de Oratore,78. Claud.de laudibus Serenæ,22.29.

Porrigit se ad alienas vtilitates virtus,atque explicat.Cicero Quæ virtus præter cæteras,totam se ad alienas vtilitates porrigit atque explicat. Hoc est tota est in alienis vtilitatibus.

Explicat vmbram porticus,quando eam reddit.Martialis libro 12.
Claudiã diffusas vbi porticus explicat vmbras.

Vndas spatiosas in longum explicat fluuius.Ouid.ad Liuiam,51.

Volumen suum explicare.Cic.pro Rosc.Amer.61.

¶Explicare atque expedire negotiũ aliquod. Cic.ad Sulp.lib.13.17.4. Vt eius negotia,quæ sunt in Achaia,ex eo quòd hæres est M.Mindio fratri suo qui Elinegotiatus est,explices & expedias tum iure & potestate quam habes,tum etiam authoritate & consilio tuo.

Explicare cœnas duas vnica mensa.Martialis lib.1.98.
Déque decem plures semper seruantur oliæ,
Explicat & cœnas vnica mensa duas.

Explicare iter,pro Perficere. Plinius epist.174. Iter commodè explicui, excepto quòd quidam ex meis aduersam valetudinem seruentissimis æstibus contraxerunt.

Explicatam tibi rem dabo.Plaut.Pseud.14.21.

Se explicare. Cn.Magnus Domitio in epist.ad Atticum, libro 8.164.2. Quare dà operam,si vlla ratione etiam nunc efficere potes,vt te explices,vt huc quàm primùm venias.

¶Explicare se laqueis.Cic.7.Verr.118.Sine Hercules id quod fieri intelligo non posse, ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi ac ratione explicaris,in illas tibi maiores plagas incidendum est.

Liberare & explicare.Cic.ad Cornificium,lib.12.25.14.Rep.Antoniano quidem latrocinio liberata,sed nondum omnino explicata.

Explicare prouinciam ciuẽtam vndique periculis. Cicero pro Lege Manilia,20.Testis est Sicilia,quam multis vndique ciuẽtam periculis,non terrore belli,sed celeritate consilii explicauit. Idem 2.de Diuinat.60.

¶Explicare.pro Explanare atque ostendere:quoniam quæ extenduntur,perfectius videri solent.Cic.4.Verr.133.Quæ nobis alio loco planius explicabuntur. Idem ad Atticum,libro 10.196.1. Meas cogitationes omnes explicaui tibi superioribus literis.

Quod quæritur,explicare.Cic.2.de Finib.30.

Dilatare & explicare. Cicero 1.de Oratore,79.Perfice vt Crassus hæc, quæ coarctauit, & peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet.

Exponere,& non explicare.Cic.de Claris Orat.85.Quod ex quibusdam capitibus exposuis nec explicatis intelligi potest.

Explicare,atque omnia in dicendo consequi Cic.pro Cluent.4.

Apertissimè planissimèque explicare.Cic.4.Verr.112.

Breui explicare aliquid.Cic.Attico,lib.2.147.1.

Expedite explicare.Cic.de Claris Orat.137.

Magnificè explicare aliquid.Cic.Attico,lib.15.327.6.

Mirificè explicare aliquid.Catull.de Caluo,epigr.50.1.
Cui cum mirificè Varinlana
Meus carmina Caluos explicasset,&c.

Fando explicare aliquid.Virg.2.Aeneid.92.

Definitione aliquid explicare.Cic.3.de Finib.51.

Captiones explicare.Cic.2.de Diuinat.60.Cur igitur vos inducitis in eas captiones quas nusquam explicetis?

Carmina explicare alicui.Catull.de Caluo,epigr.50.1.

Causam alicuius rei explicare.Cic.Attico,lib.7.123.5.

Rerum nouarum causas explicare.Cic.Luceio,lib.5.13.13.

Incredibilem fabricam naturæ explicare.Cic.2.de Nat.deo.108.

Geometricum quiddam,aut Physicum,aut Dialecticum explicare. Cicero 2.de Diuinat.183.

Infantiam alicuius dicendo explicare non posse.Cicero 3.de Orat.79.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Explicare atque'excutere intelligentiam suam. Cicero 3.Offic.107.
Idem in Partit.68.
Interpretationem alicuius explicare.Cic.1.de Diuinat.71.
Interpretari leges & æquitate explicare.Cic.9.Philipp.163.
De præceptis,quæ ad institutionem vitæ communis pertinere videntur, libris explicare.Cic.1.Offic.14.
Explica atque excute intelligentiam tuam,vt,&c.Cic.3.Offic.107.
Mentem suam de quaque re verbis explicare.Cic.in Orat.63.
Nomen aliquod explicare.Cic.Attico,lib.13.284.3.
Summorum Oratorum orationes Græcas explicare. Cic.1.de Orat.75.
Orationem longam & verbis valde bonis explicare. Cicero 2.de Lege Agraria,28.
Ordines temporum explicare.Cic.de Claris Orat.8.
Philosophiam explicare.Cic.1.de Diuinat.8.
Totam rationem omni & personarum genere & literarum explicare.Cicero pro Flacco,35.
Rationem belli explicare.Cicero de Prouinc.Consul.29.
Dictione rem aliquam explicare.Cic.1.de Orat.33.
Se dicendo explicare.Cic.pro Flacco,7.
Sententiam explicare.Quintil.lib.2.cap.15.10.
Sententiam suam de aliqua re libris explicare.Cic.1.de Diuin.11.
Verbis explicare.Cic.de Vniuers.47.
Vitam alicuius totam explicare,atque eam non modò in animis iudicum, sed etiam in oculis conspectúque omnium exponere. Cic.1.Verr.15.
Voluptatem explicare.Cic.1.de Finib.20.
Explicitus,pen.corr.Participium.(ἀνεκπτυγμένος,)Cic.Attico libro 9. 175.6.Sed ita meruisse illum de me puto, vt ἀχαριστίας crimen subire non audeam,quanquam à te eius quoque rei iusta defensio est explicita.Hoc est explicata.
Explicitum liber,pro absoluto.Mart.lib.11.101.
Explicitus nobis vsque ad sua cornua librum,
Et quasi perfectum Sepritiane refers. Idem lib.14.1.
Quouiscunque loco potes hunc finire libellum:
Versibus explicitum est omne duobus opus.
His explicitis reb°,duas in castris legiones retinuit.Cæsar,3.bel.Ciuil.35.
Tractatus explicitus.Vlpianus in L.1.ff.ad Senatusco.Trebel.Explicito tractatu,qui ad fideicommissa singularum rerum pertinet: transeamus nunc ad interpretationem Senatusconsulti Trebelliani. Explicitus igitur liber dicendum est,non explicit.
Explicitius,Comparatiuum,(ἀνεκπτυκτότερον,)ab explicito.Cæs.1.bell. Ciuil.126.Sed ex propositis consiliis duobus, explicitius videbatur, ad Ilerdam tenerti.
Explicitûrus,pen.prod.Participium.(ἀνεκπτύξων,)Stat.1.Thebaid.19.
Montibus aut latè Graiis effulta nitebant
Atria,congestos satis explicitura clientes.
Explicîtus,pen.prod.Nomen ex participio.(ἀνεκπτυκτός,) Cic.Attico, lib.9.175.2.Salutaris te mihi literas mississe, neque solum has lógiores, quibus nihil potest esse explicatius,nil perfectius.
Facilis & explicata causa. Cic.pro Planc.3.Sed mihi in causa facili atque explicata,perdifficilis Iudices & lubrica defensionis ratio proponitur.
Cognitio de aliquibus rebus explicata.Cic.de Vniuers.9.
Opinio explicata vberius & ornatius,Vide Ornate in ORNO.
Illustris & explicatus locus.Cic.2.de Orat.194.
Explicata diligentissime philosophia Græcis literis.Cic.1.Acad.6.
Reliqua explicata.Cic.Attico,lib.16.333.5.Maxime autem me angit ratio reliquorum meorumquæ quanquam explicata sunt, tamen quòd & Dolabellæ nomen in his est,& attributione mihi nomina ignorat' cóturbor.Id est quanquam sint soluendo qui mihi debent,vel non sit cótrouersa persecutio. Ibidem,339.8. Me res familiaris mouet:rem dicosimò vero existimatio. quum enim tanta reliqua sint, ne Terentiæ quidem adhuc quod solum expeditum est. Sic impedita nomina dicuntur,quæ non sunt expedita. Budæus.
Explicata & explorata ratio salutis suæ.Cic.Torquato,lib.6.1.6.
Veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio. Cicero 3. de Oratore 3.
Explicata & Addubitata res,contraria.Cic.1.Offic.117.Eóque magis, si plus adipiscare re explicata boni,quàm addubitata mali.
Explicata tota Carneadis sententia.Cic.4.Acad.175.
Planissimo loco explicata verba.Cic.2.pro Lege agrar.94.
Explicâtus,huius explicâtus,penult.prod.(ἀνέκπτυγμα,)Ipse explicandi actus.Plin.lib.8.cap.42.112. Quibus non vulgaris in curiu gradus, sed mollis alterno eorum explicatu glomeratio.
Explicatus,pro declaratione.Cic.3.de Nat.deor.136.Vt intelligeretis q̃ esset obscura,& q̃ difficiles explicatus haberet.Id est expositiones.
Explicatio,Verbale,(ἀνέκπτυξις,)Ipse explicandi actus.Vt Rudentis explicatio.Cicero 1.de Diuinat.106.
¶Explicatio,(κατάστασις,)Declaratio.Cic.3.de Finib.12.Multúmque ad ea quæ quærimus,explicatio tua ista profecerit.
Facilis aliquarum rerum explicatio.Cic.7.Philipp.217.

Illustris & perpolita explicatio.Cic.2.de Orat.65.
Explicatio fabularum,& Enodatio nominum.Cic.3.de Nat.deo.44.
Naturæ explicatione aliquid interpretari.Cic.1.de Diuinat.195.
Verborũ explicatio probabatur,id est qua de causa quæque essent nominata,quam etymologiam appellabant.Cic.1.Academ.46.
Explicâtor,pen.prod.Verbale,(ἀνεκπτυκτής,)Qui exponit.Cic.in Oratore,17.At laudatus est ab omnibus,fateor: sed ita vt rerum explicator prudens,seuerus,grauis,non vt in iudciis versaret causas, sed vt in historiis bella narraret. Idem 2.de Inuent.123.
Explicatrix,pen.prod.Verbale,fem.(ἀνεκπτυκτής,) vt Explicatrix orationis,perpetuæ,est vis dicendi.Cic.1.Acad.47.
Explicâbilis,& hoc explicâbile,pen.corr.(ἀνεκπτυκτός,) vt Explicabilis mensura.Plin.lib.4.cap.13.7. Toto autem hoc mari ad Scaldin vsque fluuium,Germanicæ accolunt gentes,haud explicabili mensura.
Difficilis & explicabilis res.Cic.Attico,lib.8.147.11.
Explicâte,pen.prod.Aduerbium.(ἀνεκπεπυγμένως,)Clare & aperte.Cicero 3.de Oratore,30.Qui distincte,qui explicatè, qui abúdanter,qui illuminatè & rebus & verbis dicunt.

Explodo, explôdis,pen.prod.explôsi,explôsum,(ἐκκροτίζω,ἐκτείνω,)explodere,Non tantum significat(inquit Valla)eiicere:sed eiicere manibus,& quidem cum sono pulsantibusque aliter quépiam è domo,è theatro,ex aliquo concilio iniectione manuum, aut pulsatione eiicimus. Quod apparet ex aliis à plodo cõpositis,como plodo & supplodo.Hactenus Valla lib.5. Cic.1.de Orat.135.Itaque nos raucos sæpe attentissimè audiri video: tenet enim res ipsa atque causa:at Aesopum,si paulum itraucrerit, explodi. Idem 2.de Diuin. 130.Sed hoc quidem genus diuinationis vita iam cómunis explosit. Sic pro Roscio Comœdo,18. Et in Parad.31. Item 5.Verr.159.
Explodere & eiicere.Cic.pro Cluentio,69.Te verò illud idem quod tum explosum & eiectum est,nunc retulisse demiror.
Explosus,pen.prod.Participium.(ἐκκροτισμένος,)Cic.Qu.fratri,lib.11. 14.3.Multa dixi in ignobilem regem,quibus totus est explosus.
Explosa sententia.Cic.1.Offic.10. Et lib.4.de Finib.77.

Exploro, explorâs,pen.prod.(κατασκοπέω,διατανύσσω,ἐπιτείνω,)explorare,Exclamare,& veluti ictu quodam vociferari,Varro,Gemit,explorat,turbam omnem concitat. Fest.Pomp. Explorare antiqui pro exclamare vsi sunt:sed postea, prospicere & certum cognoscere,cœpit significare.
¶Explorare,Sagaciter inquirere,tentare,obseruare. Brutus Ciceroni in epist.ad Brutum,16.17.Futura quoque,nisi antè sit occurrum explores,ne se insinuent. Plin.epist.311.Locus suspectus & mollis, quem ego interim explorare modico impendio iussi, an recipere & sustinere opus possit.
Amenta explorare in digitis.Stat.11.Thebaid.88.
Animos alicuius explorare.Ouid.1.de Arte aman.92.
Animum stimulis explorare.Tacit.lib.17.Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant.
Bonitatem panis explorare gustu.Columel.lib.1.cap.8.
Expoliendum limandúnque se alicui viro docto permittere.Plin.Iunior lib.1.epist.10.ad Arricum Clementem.
Taurus cornua explorat in truncis.Lucanus lib.2.120.
Iugulo alicuius dextram suam explorare.Silius lib.11.72.
Explorare diem aliquam.Cic.Attico,lib.12.249.2. Te hoc nunc rogo,vt explores ad quam diem,hîc ita possim esse vt ne opprimar.
Fines & littora gentis explorant.Virg.7.Aeneid.30.
Explorare fugam.Cic.7.Verr.36.Q ne quidem omnibus qui aspexerant, prospectare iam exilium, atque explorare fugam domini videbatur. Subaudi,nauis.
Insidias explorat lupus circum ouilia.Virg.3.Georg.107.
Explorare iter.Liuius 3.ab Vrbe,34.Eo solutiore cura,in Lucretium incidunt Consulem,iam antè exploratis itineribus suis instructum,& ad certamen intentum.
Iter cæcum explorare.Ouid.10.Metam.92.
It tamen,& tenebræ minuunt,nóxque atra pudorem:
Nutricisque manum læua tenet,altera motu
Cæcum iter explorat.
Locos nouos explorare.Virg.1.Aeneid.63.
Mentes explorare.Silius lib.5.12.
Explorare portas,Obseruare.Virg.lib.9.
Necnon & trepidi Troes formidine portas Explorant.
Explorare prouinciam aliquam. Cic.pro Lege Manil.14. Qui Siciliam adiit,Africam explorauit,inde Sardiniam cum classe venit. Sic Explorare consilium hostium,Cæsar 8.bel.Gal.68.
Rem notam explorare.Cic.Attico,lib.6.119.4.
Ventos explorare.Virg.5.Aeneid.103.
Vias explorare.Tibull.lib.2.eleg.1.16.
Vires explorare.Stat.8.Thebaid.9.
¶Exploratum est mihi.Cic.de Senect.61. Quis est tam stultus,quasuis sit adolescens,cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? Terent. Phorm.

Phorm.4.3.23.Iam id exploratum est. Lucil.lib.29.Certum scio esse vt dicis: nam mihi erant de illo explorata omnia. Cic.7.Verr.128.
Exploratum est omnibus. Et 4.Acad.99.
Satis est exploratum.Ouid.5.Metam.73.
Posquam exploratum satis est loca nulla labare,&c.
Exploratum est mihi de hac re.Cic,pro Cælio,lib.2.15.17. Brutus ad Ciceronem,lib.11.10.11.
Exploratum habeo,Idem significat quod exploratum est mihi. Cicero de Amicitia,20.Quid in amicitia fieri oportet,quæ tota veritate perpenditur:in qua nisi,vt dicitur,apertum pectus videas,tuúmque ostendas, nihil fidum,nihil exploratum habeas,ne amare quidem aut amari possis,quum id quàm verè fiat,ignores. Idem lib.3.Offic.Hac vi non vtatur,ne si exploratum quidem habeat,id omnino neminem vnquam suspicaturum. Idem 4.Acad.149.
Exploratum dicere.Plaut.Cap.11.112.
Sed videsne.AR. quin exploratum dico,& prouisum hoc tibi.
AE. Certo? AR. quin nihil vnquá inuenies magis hoc certo certius.
¶Explorare,Siccare,authore Nonio,Virg.lib.1.Georg.
Et suspensa focis explorat robora fumus.
Exploratus,pen.prod.Participium,(κατασκοπευθείς,) significat certũ vel ex Explorata salus:cuius contrariũ est,Salus deplorata.Cic.ad Appium,lib.6.12.11.Vt consolarer fortem virum atque sapientem,quam vt exploratam spem salutis ostenderem,nisi eam,&c.
Facilis & exploratus.Cic.Attico,lib.16.332.5.Facilior enim & exploratior deuitatio legionum fore videtur,quàm piratarum.
Consulatus exploratus & domi conditus,Vide CONSVLATVS.
Fides exploratæ.Stat.3.Sylu.5.9.
A timore exploratæ literæ.Cic.Attico,lib.3.58.1.
Pacem exploratam habere.Cic.7.Philipp.227.
Bene prouisa & diligenter explorata principia ponere. Cicero 1.de Legibus,54.
Explorata atque prouisa ratio.Cic.3.Verr.10.Mea quidem ratio quũ in præteritis est rebus cognita,tũ in reliquis explorata atque prouisa est.
Ratio ad aliquid confirmandum explorata.Cic.1.de Nat.deo.87.
Spes alicuius explorata.Cic.3.Offic.160.
Magna spe & ppe explorata,libertatis causa suscipe.Cic.10.Philip.183.
Victoria explorata.Cic.Torquato,lib.6.1.10.
Se semper fore,exploratum habet Deus.Cic.1.de Nat.deo.72.

Explorator, Nomẽ ex participio.Cic.post red.ad Quir.12. An ego quũ mihi esset exploratissimũ,P.Lẽtulũ proximo anno Cõsulẽ futurũ,&c.
Perspecta & explorata perscribere.Cic.Attico,lib.3.55.14.
Explorator,pen.prod. Verbale,(σκοπός,κατάσκοπος,ἐπίσκοπος,ὠτακουστής,) Qui explorat & obseruat Cæsar 1.bel.Gal.44. Plau.Pseud. 2.6.1.Exploratorem hunc ludo faciamus suppositium. Plin.lib.16. cap.9.1.Scribit in recenti ad duces explorator.
Veloces exploratores.Claud.de Nupt.Honorii,28.
Equites explorator.Silius lib.16.16.
Iam inter celerare gradum,coniungat vt arma
Explorator.
Fundubalem ignarum cladis prænuntius affert Explorator eques.
Explorare,penult.prod.Aduerbium.Hoc est certò. Cicero ad Quintum fratrem,libro,1.16.8.Hæc ita sentio,iudico, ad te explorate scribo.
Idem ad Tironem,lib.16.8.3.Neve nauiges,nisi explorate.Plancus ad Senatum, libro 10.8.13.Non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate iudicare volumus.
Explorate percipere & cognoscere.Cic.1.de Nat.deo.3.
Explorato,Absolutè.Tacitus lib.18.Et explorato iam profectos amicos noctem quietam,vt que affirmatur,non insomnem egit. Hoc est postquam exploratum est illi & cognitum.

Expolio, expolias,(λειοδυτέω,)expoliare,Idem quod spoliare, Cicero pro Deiotaro,16. Quo tum erga te rex animo fuit, qui auctionatus sit, fesque & filium suum expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam non subministrare?
Expoliare selectione naturam rerum. Cicero 2.de Finib.71. Dum enim in vita virtute sic omnia esse voluerunt, vt eam rerum selectione expoliarent,&c.
Expoliare aliquem prouincia & exercitu.Cic.ad Atticum,lib.10.192.4.
Expoliare honorem & dignitatem Cæsaris.Cæs.8.bel.Gall.180.

Expolio, expolis,pen.corr.expolîui,expolîtum, pen.prod.(ξέω, & ornare.Plaut.Milit.16.37.Meum opus ita dabo expolitum, vt inprobare non queas.Cic.2.de Diuinat.72.
Expolire vngutum scabritias.Plin.lib.14.cap.4.4.
Expolire consilium,per translationem.Plaut.Pœnul.3.60.
-imo etiam quam expoliuero magis
Hoc,rum demum dices,nunc etiam rudé est.
Expolire aliquem,& hominem reddere.Cicero 2.de Oratore,23. Nox te,inquit,nobis Antoni expoliuit,hominémque reddidit. Nam extemo sermone,&c.
Doctrinis omnibus aliquem expolire.Cic.3.de Orat.77.

Inuentum expolire,&expedite pronuntiare difficillimum est.Author ad Herennium,lib.2.60.
Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit.Cic. 2.de Inuent.123.

Expolîtus, pe.prod.(ἐκλελαντος,)Participiũsiue Nomẽ ex participio.vt Exultus atque expolitus vita atque cultu.Cic.de Claris Oratori.48.
Deos expolitior.Catull.in Egnatium,epigr.37.6.
Pictum atque expolitum orationis genus.Cic in Orat.51.
Libellus pumice expolitus.Catul.ad Cornelium,epigr.1.1.

Expolitio, Verbale,(ἐκλελαντις,)Cic.ad Qu.fratrem,lib.3.17.9. Vibanam expolitionem vrget ille quidem & Philotimus,&c.
In verbis inest quasi materia quædam,in numero autem expolitio,Cicero in Orat.107.De iis quæ condiunt orationem.
Artificiosa inuenti expolitio.Cic.1.de Inuent.89.
Artificio & expolitione distincta oratio.Cic.1.de Orat.27.
De expolitione orationis,vide Ciceronem in Orat.107.

Expono, expônis,pen.prod.exposui,expositum,pen.cor. (ἐκβάλλω,ἐκτίθημι,)exponere,Emittere,& quasi extra ponere. Plaut.Trucul.13.11.
Nunc ego istos mundulos vrbanos amasios
Hoc ictu exponam. Idem Casina,20.17.Penè exposuit cubito.Virg.10. Aeneid.57.
-socios de puppibus altis
Pontibus exponunt. Cæsar 4.Bel.Gall.593.Quibus ex nauibus quum essent expositi milites. Horat.1.Serm.saty.5.5.
-quarta vix demum exponimur hora. Virg.6.Aene.83.de Charóte,
-vatemque virumque
Informi limo,glaucaque exponit in vlua.
Exponere in terram copias.Liu.3.bel.Pun.186.Et lib.4.183.Cæsar item 5.bel.Gal.34.Cæsar exposito exercitu,ac loco castris idoneo capto.
Exponere exercitum in Africam.Liu.8.bel.Pun.244.Nequid interim dũ traiicio,dum expono exercitum in Africam,dum castra ad Carthaginem promoueo,&c.
Exponere in sole fœnum vt ficcescat.Colu.lib.11.cap.28.1.
Aduehere frumentum & exponere.Cic.3.Offic.67.
Exponere vasa.Cic.pro Mure.69.Strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos,& exposuit vasa Samia. Sic 6.Verr.29.Quum essent triclinia strata,argentum expositum in ædibus.
¶Exposita ante oculos causa.Cic.pro Rosc.Amer.10.Totá causam Iudices explicemus,atque ante oculos expositam consideremus.
Expositum factum ad imitandum.Cic.2.Philip.109. Quod quum ipsum factum per se præclarum atque diuinum est,tum expositum ad imitandum: præsertim quum illi eam gloriã consecuti sint,quæ vix cælo capi posse videatur.
¶Exposita malignitati legentium epistola.Plin.epist.102.b.lib.5. Epistola omnibus commendationibus destituta, malignitati interpretantium exponitur.
¶Exponere,Ablicere,& sorti ac fortunæ cõmittere.Vnde infantes abiecti vt pereant,expositi dicuntur. Terent.Heaut.4.1.43.
-vt stultæ & miseræ omnes sumus
Religiosæ:quum exponendam do illi,de digito annulum
Detrahor& eum dico vt vnà cum puella exponeret,
Si more reuertisse expers partis esset de bonis nostris.Liu.1.ab Vrbe,15.In proxima alluuie vbi nũc ficus Ruminalis est(Romularem vocatam ferunt)pueros exponunt.
Exposita prouincia ad prædandum:Hoc est prædæ & direptionibus obnoxia.Cic.3.Verr.66.Quum tibi exposita esset omnis ad prædandum Pamphylia,contentus his tam opimis rebus non fuisti.
Expositum medentis arbitrio animal. Colum.lib.6.cap.19.3.
Exposita domus cupiditati & voluptatibus.Cic.pro Quintio,63.
Exposita mors victo.Cic.8.Philipp.253.Aut libertas parata est victori, aut mors exposita victo.
Exposuit memet populo fortuna videndum.Ouid.5.de Pont.eleg.1.10.
Exponere ad necem.Plaut.Cistell.4.18.Dat eam puellam ei seruo exponendam ad necem.
¶Exponere,(ἐκτιθέναι,ὑφηγεῖσθαι,)Declarare,explicare,interpretari Cic.1.Acad.47.Cuius quas acceperim disputationes,si vultis exponã. Idem 2.Verr.10.Quam spem nunc habeat in manibus,& quid molliatur,breuiter iam Iudices exponam. Idem pro Roscio Ame.8.Ab initio res quemadmodum gesta sit,vobis exponemus.
Exponam vobis breuiter quid hominis sit.Cic.4.Verr.92.
Exponere omnia ordine.Liu.10.bel.Pun.77.
Edere & exponere apud aliquos.Cic.3.de Legib.67. Apud eosdem, qui magistratu abierint,edant & exponant quid in magistratu gesserint, deque iis Censores præiudicent. Idem 3.in Catil.56.
Exponere & explicare,Vide EXPLICO.
Referre & exponere.Cic.3.de Legib.67.Quocirca melius est rationes referri,causamque exponi Censoribus.
Ex memoria aliquid exponere.Cic.3.in Catil.58.Et quoniam nondum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est perscriptum Senatusconsultum, ex memoria vobis Quirites, quid Senatus censuerit, exponam. Hoc est memoriter.
Memoriter exponere, Vide MEMOR.
Fusius & ornatius res posset exponi. Quintil. lib. 4. cap. 2. 90.
Planius exponere aliquid. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 10.
Plenius se loco suo expositurum esse promittat. Quintil. lib. 4. cap. 2. 90.
Verbosius exponere. Quintil. lib. 3. cap. 11. 19.
¶ Artes rhetoricas exponere. Cic. 1. de Orat. 43.
Exponere alicuius in se beneficia. Cæsar 1. bel. Ciuil. 84.
Veram causam verbis exponere. Lucret. lib. 3. 94.
Consilium profectionis & reuertionis suæ exponere. Cicero 1. Philipp. 1. & 4.
Crimina alterius exponere. Cic. pro Cælio, 6.
Errores suos exponere alicui. Ouid. 3. Fast. 126.
Facinus alicuius manifestò deprehensum atque compertum exponere. Cicero pro Cluentio, 32.
Formam optimi exponere difficillimum est. Cic. in Orat. 19.
Indignitatem alicuius rei exponere. Cic. Antequam iret in exil. 6.
Exponere alicuius mandatam. Cicero 2. de Finib. 94. Et 3. Offic. 1. 35. Et 1. de Oratore, 17.
Merita in aliquem exponere. Quintil. lib. 4. cap. 3. 5.
Narrationem exponere. Cic. in Orat. 111.
Orationem suam exponere. Cic. 1. de Orat. 116.
Præcepta enodata diligenter exponere. Cic. 2. de Inuent. 125.
Præmium sceleris exponere. Cic. pro Quintio, 49.
Reddere & exponere rationem alicuius rei. Cic. pro Cælio, 17.
Rem verbis exponere. Lucret. lib. 1. 167.
Rem gestam breuiter exponere. Cic. pro Milone, 17.
Sententias cuiusdam disputationis suo arbitratu in aliquo libro exponere. Cicero de Amicitia 3.
Sermonem de aliqua re exponere. Cic. de Amicit. 3.
Signa exponere. Cicero Attico, libro 1. 1. 13. Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Clarem exposita.
Summam cogitationum suarum breuiter exponere. Cic. Lentu. lib. 1. 9. 32.
Explicare virum alterius: atque eam in animis iudicum, & in oculis, conspectúque omnium exponere. Cic. 1. Verr. 15.
¶ Exponere, pro Numerare. Cic. Attico, lib. 1. 91. 1. De Oppio bene curasti, quòd ei DCCC exposuisti.
Expositus, pen. corr. Participiũ, siue Nomen ex participio, (ἐκθετος,) vt
Expositus solibus locus. Plin. lib. 15. cap. 5. 1.
Expositus ventis. Plin. lib. 17. cap. 22. 13.
Expositus sub diuo, Vide DIVS.
Actiones ab aliquo expositæ. Cic. 1. de Orat. 91.
Colores pictori, ad variandum expositi. Cic. 3. de Orat. 120.
Dicta exposita & demonstrata omnia. Cic. pro Cluentio, 83.
Prompta, expositáque fides. Cic. pro Cecinna, 57. Qui tot annos ingenii, laborem, fidem suam Pop. Rom. promptam, expositámque præbuerit.
Mores expositi. Stat. 1. Syln. 3. 50. Quid referam expositos seruato pondere mores? Expositos mores vocat faciles, & quasi omnibus obuium beneuolentiam, seruata tamen interim decenti grauitate.
Cunctis expositum, nullique negatum. Lucanus lib. 5. 21.
– expositum cunctis, nullique negatum Numen.
Demissa in terram, & Exposita vasa, contraria. Plin. lib. 14. cap. 21. 3. Imbecilla vina demissis in terram delitescunt, validà expositis.
Vita innocentium si ingentis hominum criminosorum sit exposita, cóquirenda est conditio cómunis periculi. Cic. in Parrit. 15.
Expositivus, Adiectiuum, (ὑποτακτικός,) Qui est abiectus vt pereat. Plaut. Reuertar ad illam puellam expositiuam.
Expositio, Verbale, (ὑποτύπωσις, ἔκθεσις,) Explicatio. Cic. 5. de Finib. Iunctæ autem & duplices expositiones sunmi boni, tres omnino fuerunt.
Expositio, Narratio. Plin. lib. 9. cap. 36. 4. Quòd si hactenus transcurrat expositio, fraudatam profectò se luxuria credat.
Expositio apud oratorem pro propositione quæ & intentio dicitur, & est prima propositio ratiocinationis. Quintil. in Proœmio libro 8. De officio oratoris, Ex quibus ad docendum expositio, & argumentatio ad mouendum affectus pertinet.
Sententiæ suæ expositio. Cic. 3. de Orat. 113.
Rerum gestarum expositio. Quintil. lib. 4. cap. 3. 8.
Circumcisa expositio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 31.
Credibilis expositio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 55.
Elegans & venusta expositio. Quintil. lib. 6. cap. 3. 27.
Perspicua, & dilucida, cum grauitate expositio. Author ad Herennium, libro 4. 209.
Longior sequetur, ac perplexa magis expositio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 54.
Distinguere breui interlatione expositiones. Quintil. lib. 4. cap. 2. 37.
Facere credibilem expositionem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 35.
Simplicem & dilucidam expositionem debet habere narratio defensoris. Author ad Herennium, lib. 2. 33.
Retroagere expositionem. Quintil. libro 2. cap. 4. 11. Ideóque & retro-

agere expositionem, & à media in vtranque partẽ discurrere, sine merito cogantur. De pueris.
Variare figuris expositionẽ. Quintil. lib. 4. cap. 2. 16. In quo gẽre plurimis figuris erit variãda expositio ad effugiendum tædium audientis.

Expopulor, penul. corr. expopularis, (ἐξανδραποδίζω,) expugnari, idem significat quod simplex popularimini præpositio ex. aliquid addat. Vnde

Expopulatio, Verbale, (ἐξανδραποδισμός,) Colu. lib. 3. cap. 2. 11. de Apianis virtibus. Pluuiis ventisque & apibus afferimè prædamquarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Exporrigo, exporrigis, pen. corr. exporrexi, exporrectum, (ἐκτείνω,) exporrigere, quod & expergere dicitur, significat porrò agere, inquit Festus. Plin. lib. 11. cap. 48. 1. Solidipedum crura statim iusta nascuntur mensura, postea exporrigentia se veriùs quàm crescentia. Hirtius 5. bel. Africani, 166. Postero die propius eorum acies instituit exporrigere munitiones. Hoc est extendere. Plaut. Pseud. 2. 24. Exporgi melius est lumbos, atque exurgier.
Exporrigere frontem dicimur quum hilarescimus: Cõtrahere autem quũ ringimur. Terent. Adelph. 5. 3. 53.
– da te hodie mihi,
Exporrige frontem. Vbi Donatus, Exporrige frontem, quia contrahi in verbo dicitur. Et verbo isto ostenditur quanto conatu sit ad explicandam tantam contractionem senectutis & seueritatis.
Exporrigere, Prorogare. Seneca de Breuit. vitæ, Quid mensem tibi & annos & longam temporis seriem exporrigis?

Exporto, exportas, (ἐκφορτίζω,) exportare, Extra portare, siue ex loco portare, aut auferre. Cic. 6. Verr. 16. Per istos quæ volebat, in nauem clàm imponenda, occulte exportanda curabat. Sic Cæsar 4. bel. Gal. 30.
Exportare ex oppido. Cic. 6. Verr. 68. Et 7. Verr. 26. Ex prouincia fœcũ exportare.
Ex Italia Ierosolymam aurum quotannis exportari solere. Cicero, pro Flacco, 52.
Calathis exportant quod mulsere. Virg. 3. Georg. 80.
Tum corpora luce carentum Exportant tectis. Virg. 5. Georg. 81.
Frumentum in tame exportare. Cic. pro Flacco, 13.
Exportauit Syracusis magnam vim mellis. Cic. 4. Verr. 117.
Exportandum in vltimas terras portentum. Cic. 3. Verr. 25.
Exportatio, Verbale, (ἐκφόρησις,) Cic. 2. Offic. 17. Iam verò & earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus, inuectio, certe nulla esset. Sic 4 Verr. 133.
¶ Exportatio, pro exilio. Sene. de Trãquillitate vitæ, Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale & loca patritia comitentur & sordes & exportatio, &c.

Exposco, exposcis, expoposci, (ἐξαιτέω,) exposcere, Multum & cum instantia siue obnixè poscere.
Exposcere fidem alicuius, ne, &c. Liuius 10. bel. Pun. 54. Itaque quum modò dextram amplecteris, in id, ne cui Romano traderetur, fidem exposceret, propiusque, &c.
Implorare & exposcere misericordiam. Cic. pro Milone, 70.
Opem exposcere. Ouid. 8. Metam. 110.
Exposcere precibus pacem, & votis. Liu. 1. ab Vrbe, 66. Virg. 3. Aeneid. 52. Sed votis precibusque iubent exposcere pacem.
Supplicium exposcere factis. Catull. in Argon. 59. 41.
– mœsto profudit pectore voces
Supplicium sæuis exposcens anxia factis.
Veniam irarum cælestium, finemque pesti exposcunt. Liu. 3. ab Vrbe, 31.
Victoriam à diis exposcere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 17.
Exposcere aliquid deos. Liu. 7. ab Vrbe, 196. Quod deos immortales inter nuncupanda vota expoposci, eius me compotem voti vos facere potestis.
¶ Exposcere, & deposcere aliquem. Est dedendum aliquem ad pœnam petere. Liuius 8. bel. Maced. 136. Legatos deinde misit ad deposcendos authores defectionis, ciuitatem in pace futuram, si id fecissent, pollicẽs.
Exposcit audire. Virg. 4. Aeneid. 16. Iliacosque iterum demens audire labores Exposcit.

Expostulo, expostulas, pen. corr. (ἐξαιτέω,) expostulare, Vehementer petere. Cic. pro Rosc. Comœdo, 20. Vix mediusfidius tu Panni à Balehione aut aliquo eius simili hoc expostulare audeas, & impetrare posses. Plaut. Perſa. 5. 27.
– benedictis benefacta aures meæ Auxilium expostulant.
Ex oratione vnius alium expostulare. Cic. pro Plancio, 47.
Expostulare computationem. Plin. lib. 9. cap. 35. 17. Magnificam aliàs existimationem, ne dies periret, sed quotidianam Antonio appositi irridenti, computationemque expostulanti.
¶ Expostulare, (ἐγκαλέω, διαλογίζομαι,) Cõqueri, seu querelam apud eũ ipsum deponere qui fecit iniuriam, inquit Donatus. Terẽt. Adelph. 4. 3. 4. Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant Sibi fieri iniuriã, vltro, siquã fecere, ipsi expostulãt, Et vltro accusant.

Expostulare

Expostulare & queri. Cic. 5. Tusc. 11. Virtutes autem noli vereri, ne expostulent & querantur se à beata vita esse relictas.
Expostulare de. Cic. 5. Verr. 178. Queruntur omnes liberi populi, regna denique iam omnia de nostris cupiditatibus & iniuriis expostulant.
Expostulare cum. Plaut. Milit. 10. 102. Tum obstetrix expostulauit mecum parum missum sibi.
Expostulare cum altero iniuriam. Terent. And. 4. 1. 15. Sed quid agam? adeonne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expostulem?
De aliqua re cum aliquo expostulare. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 10. 17.
Iracundius & vehementius expostulare. Cic. pro Sylla, 33.
Minaciter expostulare, Vide post MINACIAE.
Verecundè expostulare. Vlpianus in L. prima §. Quod autem ff. De officio præfecti vrbi, de seruis contra dominos loquens, Sed si verecundè expostulent: si sæuitiam, si duritiam, si famem, qua eos comprimant: si obscenitatem, in qua eos compulerint vel compellant: apud præfectum vrbi exponant.
Locus expostulandi. Cic. Sallustio, lib 2. 16. 10.
Expostulatio, Verbale, (ἔγκλημα,) Est aduersus eum quem accusamus. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 8. 5. 2. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæsarem, contumeliæ in Gellii, expostulationes cum absente Pompeio.
Acquitas expostulationis. Cic. Pulchro, libro 3. 74.
Bonorum expostulatione flagitabat, improborum conuitia sustinere non posse. Cic. pro Domo sua, 13.
Facere expostulationem. Cic. pro Cluentio, 130.
Inferre expostulationes suas, Vide INSERO.

Expôtus, expôta, expôtum, pen. prod. (ἐκπωτός,) Idẽ quod epotus, tus. Plaut. Trinũ. 8. 5. – quid factũ est eo? 5. comessum, Exportum, exutum, elotum in balineis.

Ex praecepto, Ex praeparato, Ex praescripto, Ex praeterito, Vide EX.

Exprimo, exprimis, pen. corr. expressi, expressum, (ἐκπιέζω, ἐκθλίβω,) exprimere, Premendo extrahere & elicere: vt Exprimere liquorem. Plin. lib. 12. cap. 11. 2. Sunt qui Aethiopicam glandem præferant nucleo gracili, liquore qui exprimitur odoratiori.
Exprimere oleum. Plinius libro 15. cap. 21. 2. Sic Exprimere vinum palmis, apud eundem libro 6. cap. 28. 19.
Exprimere per aures sanguinem. Plin. lib. 7. cap. 44. 3.
Exprimere per linteum, pro Transcolare, Plinius libro 28. cap. 9. 21. Dein ligatæ per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili locis frigidis. Sic libro 21. cap. 18. 11.
¶ Exprimere, Inter alia etiam hoc significat, Vi & necessitate impetrare & auferre. Vt enim extorquere, sic exprimere dicitur, quasi manibus pressis auferre & extundere. Cicero pro Quintio, 26. Extorquendum est inuito, atque ingratis quod non debet: eripiendum atque exprimendum est de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est. Liuius 3. ab Vrbe, 127. Expressit hoc necessitas patribus
Exprimere & cogere. Cicero 4. Verr. 120. Iam igitur est ita perspicuũ, &c. nullam pecuniam statuarum nomine nisi vi expressam, & coactam. Idem, de Diuinat. 111.
Exprimere literas & Opprimere, contraria. Cic. 1. Offi. 186. Literæ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset aut putidum.
Exprimere confessionem culpæ. Liu. 1. bell. Pun. 64. Tunc enim Hannibal & infimo labatur, & deposcebatur: nunc à nobis & confessio culpæ exprimitur, & vt à confessis res extemplo repetuntur. Et libro 6. 87.
Item 3. ab Vrbe, 122.
Expressa deditio necessitate. Liuius 8. ab Vrbe, 6.
Atripere, haurire, exprimere ex natura ipsa legem aliquam. Cicero pro Milone, 7. Idem in Oratore, 94.
Expressi vt. Cic. 5. Verr. 92. Et quum in ius ipsum eduxi, expressi vt confiterẽ tabulas se negaret.
Exprimere pecuniam ab aliquo. Cic. 4. 5. Verr. 72. An quum magno decus vendidisset, te expressisse ab inuitis Liparensibus hanc pecuniam?
Nec ad Atticum, libro 12. 24. 4.
¶ Exprimere, ad alia transfertur: vt Exprimi dicitur fons, quum permulti veluti ramis aut riuis diffunditur & transcolatur in diuersa loca. Plinius epist. 16. 1. a, Hunc subter fons exit, & exprimitur pluribus venis, sed imparibus.
Animam exprimere. Seneca Oedipo, 4. 11. – at taurus duos
Perpetuus ictus, huc & huc dubios rotit:
Arrigitque fessus vix reluctantem exprimit.
Gemitus exprimere. Lucret. lib. 3. 100. Exprimitur portò gemitus, quia membra dolore Afficiuntur. Lucan. lib. 9. 210.
Exprimere vi lachrymam. Terent. Eunuch. 1. 1. 23.
– vna mecherele falsa lachrymula,
Quam ecclos terendo misericè, vix vi expresserit,
Abstinguet, & te vltro accusabit.
Exprimere simum alicui. Plin. epist. 7. lib. 4. Est enim tam ineptus vt risus

mihi possit exprimere magis quàm gemitum.
Metus dicitur voces exprimere. Plinius Iunior in Paneg. 2. Quare abeãt ac recedant voces illæ quas metus exprimebat.
Vocem alicuius exprimere. Cæsar 1. bel. Gall. 131. Quum ab his sæpius quærerent, neque vllam omnium vocem exprimere possent. Sic Cicero ad Atticum, lib. 2. 36. 7.
¶ Exprimere, (κατανεύειν, ὑπακούειν,) tabella alicuius effigiem dicitur pictor, quum eius similitudinem in ea reddit. Mart. lib. 1. 180,
Hanc ne lux rapiat suprema totam,
Pictam Publius exprimit tabella.
Assimulare & exprimere. Cic. 4. Verr. 137. Literæ liturææque omnes assimulatæ, expressæ, de tabulis in libros transferuntur.
Exprimere & reddere aliquem. Plin. epist. 199. Præterea in literis veteres æmulatur, exprimit, reddit.
Eloquendi & exprimendi genere alios superare. Cl. Q. fratri, li. 3. 21. 5.
Aliquem satis diligenter libris suis exprimere. Cic. Attic. lib. 8. 155. 2.
Bellum aliquod exprimere. Cic. pro Archia, 15.
Exprimere effigiem. Cic. 3. Offic. 91. Sed nos veri iuris germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus.
Exprimere exemplar. Plin. lib. 33. cap. 12. 6. Sed è quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere.
Exercitatione aliquem imitando effingere & exprimere. Cicero 2. de Orator. 51.
Exprimere faciem alicuius Plin. epist. 153. 2, Nam si esse nobis curæ solet, vt facies nostra ab optimo quoque artifice exprimatur: nonne debemus, &c.
Exprimere & effingere formam alicuius. Author ad Heren. lib. 4. 230.
Exprimere formulas. Cic. pro Roscio Comœdo, 14. Expressæ sunt enim ex vultusque damno, dolore, incõmodo, calamitate, iniuria, publicè à Prætore formulæ, ad quas ptiuata lis accommodatur.
Expressa imago vitæ quotidianæ. Cic. pro Roscio Amer. 27. Etenim hæc conficta arbitror à poetis esse, vt efficios nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.
Expressa in cera ex annulo imago alicuius. Plaut. Pseud. 3. 54.
Ea causa miles hic reliquit symbolum,
Expressum in cera ex annulo imaginem.
Incessum alicuius exprimere, Id est imitari. Ouid. 11. Metam. 128.
Exprimere ius literis. Cic. pro Cecinna, 36. An tu quitam diligenter, & tam callidè verbis controuersias, non æquitate diiudicas, & ira non vtilitate communi, sed literis exprimis: potestne dicere de iectum esse eum qui tactus non erit?
Literas putidius exprimere & obscurari negligentius non vult. Cic. 3. de Orat. 23.
Mores alicuius oratione exprimere. Cic. 2. de Orat. 98.
Expressa in huius moribus natura, vitaque, persona illa lutulenta, inuisa, &c. Cic. pro Roscio Comœdo, 12.
De aliquo orationem exprimere. Cic. pro Rab. Perduel. reo, 4.
Expressa Senatusconsulta, apud Tranquillum, testẽ Budæo, id est extrusa & extorta. In Augusto, Omitto Senatusconsulta quæ possunt videri vel necessitate expressa, vel verecundia.
Sermones alicuius exprimere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 1. 7. Sanè quàm eos sermones expressit qui de eo tum fuerant, quum Romæ essemus.
Expressus omnibus verbis sermo. Cic. ad Atticum, li. 9. 188. 4. Sed tibi omnem illius meumque sermonem omnibus verbis expressum statim mittam. Id est exactè ad verum relatum, vt ait Budæus.
Exprimere sermonem dicitur lingua. Plin. lib. 11. cap. 37. 46. Cæteris septimo fermè anno sermonem exprimit.
Exprimere similitudinem Plin. lib. 13. cap. 14. 4. Breuiterque si quis exprimere similitudinem velit, angustioris trifolii frutex.
Exprimere similitudinem ex membris alicuius dicitur pictor Plin. lib. 34. cap. 4. 2. Eorum verò qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconicas vocant.
Exprimere similitudinem orationis. Plinius epist. 20. d. Sequitur ergo vt actio sit absolutissima, quæ maximè orationis similitudinem expressit.
Similitudinem pallatii hæc domus exprimit. Plin. epist. 16. lib. 6.
Speciem aliquam versibus exprimere. Cic. 1. de Diuinat. 134.
Verbum verbo exprimere. Cic. 3. de Fimbus, 23.
Exprimere ad verbum de Græcis literis. Cic. 1. de Fin. 7. Quum iidem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inuiti legant.
Exprimere verbum Latinum de, vel è verbo. Cic. 4. Aca. 61. Ad rerum igitur scientiam vitæque constantiam aptissima quum sit mens hominis, amplectitur maximè cognitionem & istam κατάληψιν, quam, vt dixi, verbum è verbo exprimentes, comprehensionẽ dicemus. Terẽt. in Prologo Adelph. 11. Verbum de verbo expressum exstulit.
Exprimere versibus: Hoc est explicare & describere: aut versibus similitudinem rei alicuius repræsentare. Cicero, 1. de Diuinat. 134. Atque hanc speciem Praxiteles cælauit argento, & noster expressit Archias versibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Expressa sceleris vestigia.Cic.pro Rosc.Amer.38.
Exprimere vim Græcorum poetarum.Cic.1.Acad.16.
Exprimere vitam patris.Cic.pro Rab.Posth.1. Cum magnitudine animi, tum liberalitate vitam patris & consuetudinem expressérat.
Vocem aliquam exprimere.Lucret.lib.4.112.
Dignè alicuius vultum exprimere. Quintil.libro 2.cap.13.9.Non reperiens quo dignè modo patris vultum posset exprimere,velauit eius caput,& suo cuiusque animo dedit æstimandum. De Timantho Cithnio pictore.
¶ Exprimere,Significantius eloqui.Plin.epist.103.b. Sunt enim maxime mirabilia quæ maximè inspectata, maximè periculosa, quæ vt Græci magis exprimunt παράβολα.
Exprimere aliquid,Expresse dicere. Plin.epist.192. Possumus apud Prusenses area quam vacare scribis, vti illud ramen parum expressisti. Omnis vis & ratio dicendi in eorum,qui audiunt mentibus aut sedandis aut excitandis experienda est.Cic.1.de Orat.10.
Ad sensus animi exprimendos oratio reperta.Cic.4.Acad.136.
Exprimens,pen.corr.Participium.(ἀπεικαζων,)Cic.3.de Orat.122.Manus autem minus arguta,digitis subsequens verba,non exprimens.
Expressus,Adiectiuum,(ἀπεικασμένον,) Nomẽ ex participio:vt Expressum signum Corinthium effingens senem.Plin.epist.50. Catul.ad Ortalum,epigr.60.4.Sed ramen in tantis mœroribus Ortale mitto
Hæc expressa tibi carmina Battiadæ. Id est in Latinam linguam transtaros Callimachi Græcos versus.
Expressum & Adumbratum,contraria.Cicero pro Cælio,8. Habuit enim ille,sicuti meminisse vos arbitror,permulta maximarum non expressa signa,sed adumbrata virtutum.
Expressum atque effectum . Cic.1.Acad.41. Materiam quandam ex qua omnia expressa atque effecta.
Expressum & illustre . Cicero Lentulo, libro 1.7.28. Hæc profectò videt quanto expressiora,quantóque illustriora futura sint. Vide ILLVSTRIS.
Solidum,expressum,eminens.Cic.1.de Nat.deo.100. Species vt quædam sit deorum,quæ nihil concreti habeat,nihil solidi,nihil expressi,nihil eminentis.utque pura,leuis,perlucida.Vide EMINENS.
Nubium conflictu ardor expressus.Cic.3.de Diuinat.64.
Caput ruptum expresso cerebro.Senec.Troad.112.13.
Comitia expressa arbusto.Horat.1.Serm.Sat.7.6.
Effigiem virtutum nostrarum summis ingeniis expressam & politam reliquere.Cic.pro Archia,22.
Fulmen expressum ventis per nubila.Lucanus lib.1.31.
Expressior loquacitas.Plinius lib.10.cap.42.1.Minor nobilitas,quia non ex longinquo venit,sed expressior loquacitas certo generi picarum.)
Vitium imitatione ex aliquo expressum.Cic.3.de Orat.27.
Vultus expressi per ahenea signa.Horat.2.epist.1.50.
Expressius,Comparatiuum.(ἀπεικαστότερον,)Plin.epist.110.Quia omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expressius.
Expressio,Verbale,(φαντασία,)Ipse exprimendi actus.
Expressionem Plinius lib.9.& Celsus Latinè vocant,quam barbari medici colaturam appellant.Gallick,Espreinte.
Expressè,Aduerbium,(φαντικῶς,)vt Expressè dicere, Manifestè & apte. Plin.epist.18.a.lib.2.ad Maximum,Ad hoc perpauci cum quibus iuuat dicere,cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adolescentuli obscuri ad declamandum hùc transeunt tam irreuerenter & temerè, vt mihi Attilius noster expressè dixisse videatur,sic in foro pueros à Centumviralibus caulis auspicari,vt ab Homero in scholis.
Conscripta expressè oportet ponere exempla . Author ad Herennium, libro 4.149.

Exprobro, exprobras,pe.cor.(ὀνειδίζω,προφέρω,) exprobrare, Probro obiicere,& qualécúque culpâ improperare.
Plau Mostel.4.143. Triginta minas pro capite tuo dedi. PHILE.cur exprobras? PHILO. Pr̃gone id exprobrem,qui mihimet cupio id opprobrarier? Idem Capt.11.61.Pergin' serum me exprobrare esse,id quod vi hostili obtigit? Idem Amphit.3.47.
Sed mos nunquam illi fuit patri meo,
Vt exprobraret quod bonus faceret boni. Cic.de Amicitia 61.Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quem collata sunt,non commemorare qui contulit.
Queri & exprobrare.Cic.de Amicit.61.Quorum plerique aut queruntur semper aliquid,aut etiam exprobrant.
Vehementius exprobrari.Quintil.lib.4.cap.2.88. Nihil his nec credibilius fingi,nec vehementius exprobrari,nec manifestius ostẽdi potest.
Exprobrare & obiicere casus bellicos.Cic.3.Verr.103.
Fugam exprobrauit illi.Ouid.3.Metam.14.
Languorem & soporem alicui exprobrare.Cic.in Sallustium,9.
Meritum exprobrare alicui.Ouid.epist.12.5.
Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.
Vitia in aduersarios exprobrare.Cic.1.de Orat.168.
Exprobrandi causa dicere aliquid.Cicero pro Rosc.Amer.26.Non enim exprobrandi causa,sed commonendi gratia dicam. Id est non vt tibi obiciam turpitudinem.Budæus.
¶ Exprobrare,Reiicere.Plin.lib.8.ca.51.6.Catonis Censoris orationes exprobrant callum aprugnum.
¶ Exprobrare,Indicare & prodere.Sue.in Tiber.Nihil honoris adiicient mihi patris appellatio:vobis autem exprobrabit aut temeritatem delati mihi eius cognominis,aut inconstantiam contrarii de me iudicii.Idẽ Cordubo cum suis copiis ad ripam Euphratis obuius Petoni,non eam speciem insignium & armorum prætulit,vt diuersitatem exprobraret. Id est,vt pudore afficeret Petum ob dissimulationem apparatus. Vlinius in epistolis,Etiá mala emptio semper ingrata,eo quòd exprobrare domino stultitiam videtur. Budæus.
Exprobratio,Verbale,(ὀνειδισμός,)Plin.libro.19.cap.4.16.& Terent. And.1.1.17.
–nam isthæc commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficî.
Tanta impotentiæ exprobratio.Quintil.lib.6.cap.2.14.
Esse in exprobratione.Id est,vitio verti.Plinius,Nam gari desyderia etiá erant in exprobratione. Budæus.

Expromitto, expromittis,expromisi, pen.prod.expromissum, (ἐγγυάομαι,)expromittere,Fideiubere,& pro alio promittere.Vlpianus de iure dotium,Debitor mulieris iussu eius pecuniam viro suo expromisit. Idem de Donationibus,L.Hoc iure.Si quis seruo suo pecuniá crediderit,deinde liber factus eã expromiserit.
Expromissor,Verbale(ἐγγυητής,)Fideiussor,Qui pro alio promittit.Põpon.de Verb.obligationibus,Satis acceptio est stipulatio quæ ita obligat vt expromissores quoque ab eo accipiantur . Id est,qui idem promittunt . Budæus.

Expromo, exprõmis,pen.prod.expromps i,expromptum,(προχειρίζομαι,προβάλλω,)expromere,Extra promere,& efferre atque educere.Plaut.Milit.11.18.Neque equidẽ hominis octo expromptí in vrceum.
Expromere nummos.Varro 2.de Re rust.cap.2.4.Quum emptor dixit, tanti sunt mihi emptæ:& ille respondet,sunt:& expromptit nummos.
Expromere supplicia in ciues,quæ constituta erant in consultos malefici seruos.Cic.7.Verr.109.
¶ Expromere,(ἐκφέρειν,)pro Loqui & dicere ponitur, & manifestum facere atque enuntiare.Cic.4.Acad.159.Expromam primùm illa in ordine,quòd eos omnes qui &c. Idem 2.de Diuinat.223. Et 2.de Legib.19. Liu.9.bel.Punic.3.Expromerent quid sentirent, cum bona venia se auditurum.
Conferre causas,& quid in quanque sententiam dici possit expromere. Cic.2.de Diuinat.223.
Audacius absens aliqua expromit.Cic.Luceio,lib.5.12.1.
Apud eos quod ab iis dubicrimus expromere. Cicero Q.fratri,libro 1.1.43.
Causas expromere tantarum rerum.Lucan.lib.1.14.
Expromere pectore consilia.Plaut.Bacch.15.11.
–nequius nihil est
Quàm egens consilii seruus,nisi habet pectus multipotens.
Vbicunque vsus fiet,pectore expromat.
Crudelitatem alicuius expromere.Cic.pro Milone,25. Idem pro Domo sua,47.
Finem rerum expromere.Lucan.lib.5.14.
Mens expromit fœtus Musarum.Catul.ad Ortalum,epigr.60.1.
Nec potis est dulces Musarum expromere fœtus
Mens animi,tantis fluctuat ipsa malis.
Odium alicuius expromere.Cic.Atti.lib.2.17.2.
Expromere perfidiam alicuius.Plaut.Merc.3.47. Et Mil.10.168.
–haud centesimam
Partem dixi,atque otium rei si sit,possum expromere.
Querelas mente expromere.Catull.in Argon.59.45.
Vim eloquentiæ expromere.Cic.in Orat.68.
Voces mœstas expromere.Virgil.2.Aeneid.56.
Vocem anhelam expromit.Claud.2 in Eutrop.78.
Expromi,pen.corr.Passiuũ,(προβάλλεται,)Ci.2.in Cati.42.Quorũ omnis industria vitæ,& vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur.
Expromptus,Participium,(προβεβλημένος.)In medium prolatus,inquit Donatus. Terent.And.4.4.1. –Mysis nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem exprompta memoria.

Ex propinquo, Vide EX.

Expugno, expúgnas,pen.prod.(κατακολέμεω,ἀποκρατέω,ἀναμάχομαι,) expugnare,Pugnando capere, & euincere: vt Expugnare vrbem,edes,castellum. Teren.Eunu.4.7.3.Primũ edicis expugnabo. Plaut.Amphit.4.37.Expugnatum oppidum est.Cæsar.4.bel.Gall.403.Compluribus expugnatis oppidis.
Expugnare aurum alicui,metaphoricè, pro Extorquere numos ab aliquo.Plaut.Bacchid.20.8.Expugnaui amanti herili filio aurum ab suo patre.

patre.Id est,technis tantum effeci,vt pater daret pecunias filio.
Expugnare carcerem.pro Effringere.Plaut.Pseud.20.67.
Castella expugnare.Cic.de Clar.Orat.138.
Copia expugnare.Id est expugnando & instando assidue,incepta persicere.Ouid.7.Metam.124.
Domos expugnare.Horat.3.Carm.Ode 15.2. –filia rectius
Expugnat iuuenum domos.
Expugnare fortunas patrias alicuius.Cicero pro Cluentio,27. Tanquam aliqua machina admota, capere Asinii adolescentiam, & fortunas eius patrias expugnare posse.
Capellitare & allegationibus legationé aliquá expugnare.Cic.3.Verr.30.
Violare & expugnare pecunia . Cic.1.Verr.3.Nihil esse tam sanctũ quod non violarit,nihil tam munitum,quod non expugnari pecunia possit.
Expugnare pertinaciam legatorum.Liuius 7.bell.Maced.141.
Expugnare propositum alicuius postulatione frequenti.Columel.lib.10. in Præf.1.Nisi propositum meum expugnasset frequẽs postulatio tua.
Expugnare pudicitiam puellæ.Cic.pro Cælio,38.Verũ hic tibi L.Herenni adulter,an amator,expugnare pudicitiam,an explere libidinem voluisse videatur? Plin.de Viris Illust.9.In domum Collatini venit, & in cubiculum Lucretiæ irrupit,pudicitiam,expugnauit.
Ratione expugnare aliquid.Cic.4.Vert.91.
Reges expugnare.Lucret.lib.4.204.
Vrbẽ expugnari.Cic.in Parad.33.Sapientis animus magnitudine consilii,tolerantia rerum humanarũ,cõtemptione fortunæ,virtutibus denique omnibus vt mœnibus septus,vincetur & expugnabitur.
Expugnans,(κατακολεμικός,)Participium,siue Nomen ex participio.vt Herba expugnantior.Ouid.14.Metam.5.
At in fine aliquod regnum est in carmine,carmen
Quo mõte sacrosque expugnantior herba est,
Vtere tentaris operosæ viribus herbæ.
Expugnitus,pen.prod.(κατακεκονιαμένος,)Aliud participium,vt Mœnia expugnata furibus.Stat.4.Thebaid.38.
Mœnia expugnata.Lucret.lib.1.230.
Expugnatio,Verbale.(κατακολέμησις,)Cic.pro Lege Manil.8.Nõ multum ab hostili expugnatione differant . Idẽ de Senect.Vt vrbium expugnationes recordentur. Plin.lib.34.cap.3.5.
Nõ tam expugnationes.Cic.Attico,lib.11.229.3.
Expugnator,pen.prod.Verbale.(κατακολεμητής,)Liuius 6.ab Vrbe,84.
Hi cum expugnatores coloniæ haudquaquam perculsi fidentes militum numero,&c.
Expugnator pudicitiæ.Cic.3.Verr.5.
Expugnabilis,pen.corr.A dieet.(κατακολεμητός,)Stat.4.Thebaid.167.
–& nullo ruis expugnabilis astro.
Robur expugnabile.Stat.6.Thebaid.21.

Expúmo, expúmas,pen.prod.(ἐξαφρίζω,)expumare. Celsius lib. 6.cap.7.de cura sonitus auriũ intra seipsas,Si ex graue causa est,purgare aurẽ oportet, & spiritũ continere,donec inde humor expumet.Hoc est spumæ similis exeat.Exspumo scribũt alii.

Expungo, expungis,expunxi,expũctum,(διακρίζω,κατασβέζω,) expungere,Idem quod Foras dispungere significat.
Expungere.Expellere.Persius Satyr.1.2.
–expugnamus & est scabiosus.& acri Bile tumet.
Expungere nomen debitoris.Plaut.Cistel.4.40.
Nunc quod reliquum restat,volo persoluere,
Vt expungatur nomen ne quid debeam.
Expungere rationes:Est vltimam manum calculo & dispunctioni imponere.Medesimus de Administratione rerum, Calcularii erroris retractio etiam post decennii aut vicennii tẽpora admittetur, sed si gratiæ expunctæ dicentur,non retractabitur . Hermogenianus de Diuers. & temp.Præscr.Reip.rationes subscriptæ & expunctæ aduersus eum quidem qui administrauerit, vltra viginti:aduersus verò hæredem, vltra decem annos retractari non possunt.Expungere enim, est punctis deducere & tollere,& quasi rẽ iã cõfectã eximere è codice.Budæus.
Expungere gloriam partam.Plaut.Amphit.15.27.
Vt ne cui,ne victis hostibus di partam expungant gloriam:
Totam miris modis nostram video turbatam familiam. Id est,priuent nos hac gloria.
Expungere stipendiis militemid est priuare . Paulus in L.Ex causa.ff.de re militari,Ex causa desertionis notatus ac restitutus,temporis quo in desertione fuit,stipendiis expungitur.
¶ Expungere,significat etiam pungere . Martial.lib.8.46. Expungítque etiam & longam. Et libro 7.82.

Expuo, exputs,expui,expũtum,penul.prod.(ἀποπτύω,)expuere, Extra pus mittere,inquit Donatus, Plin.lib.7.cap.23.Expuitur in os tyranni. Varro 3.de Re rust.cap.3.7.
Expuitur ignis cælestis in sydera.Plin.lib.3.cap.20.1.
Mare expuit illum.Catull.in Argon.59.31.
Quamnam te genuit sola sub rupe leæna?
Quod mare conceptum spumantibus expuit vndis?

Expuunt lachrymam oculi.Plaut.Pseud.3.74.
–pumiceos oculos habeo,non queo
Lachrumam exorare vt expuant vnam modò.
Expuere miseriam ex animo.Terent.Eunuch.3.1.16.Scio,quasi vbi illã expuerit miseriam ex animo.Vbi Donatus,Expuere,cum fastidio aliquid reiicere & expellere.
Rationem expuere ex animo.Lucret.lib.2.209.
Define quapropter ratione exterritus ipsa
Expuere ex animo rationem:sed magis acri Iudicio perpende.
Expuitio,expuitiõnis,f.g.Verbale.Plin.lib.25.cap.1.9. Et ad expuitionem sanguinis quoque adhibent.

Expurgo, expurgas,(ἀπεκκαθαίρω,ἐκκαθαίρω,)expurgare, Idem quod purgare significat,aut omnino purgare.Col.li.2.
Quum rursus amplior messis prouenerit,quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit.Idem lib.5.Dolabella conuenit expurgari quicquid emortuum est:deinde falce radi viuo tenus. Plin lib.20.cap.13.1.Phagedænas vlcerum expurgat cum melle.
Sermonem expurgare.Cic.de Clar.Orat.140.
Expurgare & dimouere suspicionem.Cic.Anteq.iret in exilium,13.
Expurgare se,Idem quod se vitio aliquo purgare.Plaut.Mill.9.17.
Expurgare volo me.PR.tine expurges mihi,
Qui facinus tantum,tamque indignum feceris! Idem Capt.11.89.
Hoc primum expurgare tibi volo,me insaniam
Neque tenere,neque mihi esse vllum morbum,nisi quòd seruio.
Expurgatio,expurgationis,Verbale.(ἐκκάθαρσις,)
Expurgationem habere,Id est Se purgare.Plaut.Amph.11.10.
Habui expurgationem,facta pax est. Idem Merc.23.15.At ego expurgationem habebo vt ne succenseat.

Exputo, exputas,pen.corr.(ἀναλογίζομαι,)exputare, ab ex & puto compositum,Verbum rusticum quo significatur putatio & incisio superfluorum ramorum aut sarmentorum,quę aut ex arboribus aut vitibus runca eximuntur.Colu.lib.11.Palos vna opera cedere,& exputatos acuere centum numero potest. Idem lib.3.ca.15.3.
Deinde eam velut veteranam vitem totam exputare .
Exputare,per translationem,pro Putare & mente voluere.Plaut.Trinũ. 5.8. –nisi hoc
Sic faciam,opinor vtranque rem simul exputéiudex sim retúsve Ad eam rem. Plancus ad Ciceronem,lib.10.24.1.Quæ mens eum,aut quorũ consilia à tanta gloria,sibi verò etiam necessaria ac salutari a vocarit, & ad cogitationem Consulatus bimestris,summo cum terrore hominum,& insulsa cum efflagitione transtulerit,exputare nõ possum.Hoc est,apud me perpendere,& ratiocinari.

Exputresco, exputrescis,exputrui, (κατασήκομαι,) exputrescere,Putridum fieri.Plaut.Curcul.5.26. Quin tu aliquot dies per dura,dum intestina exputrescent tibi.

AXQVILIAE,Exquilarum,Mons est & vicus Romæ dictus quòd ubi erat arx & excubiæ regis Tulli,qui illum montem vrbi addidit. Ouidius lib.primo Fastorum,
Adde quòd excubias vbi rex Romanus agebat,
Qui nunc Exquilias nomine collis habet.Proper.lib.4.eleg.8.1.
Dísce quid Exquilias hac nocte fugarit aquosas. Hinc
Exquilius,Adiectiuum.vt Exquilius mons.Ouid.2.Fast.87.
Monte sub Exquilio multis incidnus annis,
Iunonis magnæ nomine locus erat,
Exquilinus,pen.prod.Aliud adiectiuum.vt Pontifex Exquilini venefici. Horat.Epod.17.13.Venefici dixit,pro venefícii . Portò extra portam Exquilinam erat sepulchra:inter quæ maleficæ mulieres noctibus sua veneficia conficiebant.Porphyr.
Exquilinæ alites.Horat.Epod.5.21.
Pòst inspulta membra different lupi,
Et exquilinæ alites.
Exquilina tribus. Plin.lib.18.cap.3.5. Et Exquilina porta,Id est,quæ in Exquilias ducit,Cic.in Pisonẽ,43. Et pro Cluẽt,18. Et 2.de Ora.151.

Exquîro, exquîris,pen.prod.exquisiui,exquisitũ,pen.prod.(ἐξερεύνω,ἐξαλέγχω,)exquirere,Diligenter inquirere & inuestigare.Plaut.Persa,15.18.
Exquire,credere si quidem non vis mihi. Terent.And.1.2.15.
–nunc ea me exquirere,
Iniqui patris est.Cic.4.Acad.15,Neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus.
Exquirere sitne.Plaut.Aulul.16.70. Intrò exquire sitne ita vt ego prædico .
Quid omni in munere vitæ optimum & verissimum sit exquirere.Cice.1. de Finibus,19.
Quid in aliquo peccatum sit exquirere.Cic.1.Offic.106.
Nihil certi exquirere.Cic.Attico,lib.7.131.5.
Exquirere à.Plaut.Casina,15.50. –est quod volo
Exquirere à te.
Exquirere ab stirpe:Id est à principio.Plaut.Trinũ.4.133. Quòd si ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quiratur vsque ab stirpe authoritas.
De aliquo exquirere.Cic.pro Deioraro, 29.
Exquirere ex.Plaut.Capt.6.43.Eadem ego ex hoc quæ volo,exquisiuero. Idem Amphit.1 3.7.Nunc domum ibo, atque ex vxore hanc rem pergam exquirere. Cicero 5.de Finib.14.Et complures iam menses Athenis hanc ipsa te ex Antiocho videamus exquirere.
Exquirere constantissimè,Vide CONSTO.
Diligenter quid alicui de alio placeat exquirere. Cic.Atti.lib. 13.280.1.
Non nimis ab aliquibus quicquam exquirere.Cic.Atti lib.7.136.4.
Exquirere argumentis ex aliquo.Plaut.Rud.14.136.
– eamus mea gnata ad matrem tuam,
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere.
Causas alicuius rei exquirere.Cicero 2.de Diuinat.68. Idem 2.de Natura deorum,139.
Consilium exquirere. Cicero Sulpitio, libro 4.2.3. Quod meum consilium exquiris,id est tale,vt capere facilius ipse possim,quàm alteri dare. Idem de Fato,3.
Exquirere curiùsam sibi.Plaut.Merc.4.10.Quid id est,quod ille tam expedite exquirit curiùsam sibi?
Exquirere facta alicuius ad antiquæ religionis rationem.Cic.6.Verr.9.
Frigus sceleratum exquirere.Virg.2.Georg.52.
Honores singulares exquirere.Cic.4.Philipp.155.
Exquirere iudicium alicuius.Cic.ad Atticum,lib.2.147.14.
Ius aliquorum exquirere.Cic pro Domo sua,31.
Exquirere mores alicuius.Cic.pro Flacco,9.
Mores testium exquirere.Cic.pro Flacco,9.
Officium ex tempore exquirere.Cic.3.Offic.40.
Exquirere oratione.Cicero 1.de Oratore,119. Vt non desyderet Philosophorum descriptiones,neque exquirat orationeſummum illud bonum in animone sit,an in corpore.
Pacem exquirere.Virg.4.Aeneid.12.
– pacemque per aras Exquirunt.
Exquirere pretium alicuius rei.Cic.5.Verr.59.
Palim pretium exquirere.Cic.4.Verr.92.
Agitare & exquirere rationes .Cic.5.Tusc.ul.94. Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur.
Religionis rationem exquirere.Cicero 6.Verr.9.
Exquirere sententiam alterius.Cæsar 3.bell.Gall.363.
Vallem vmbrosam exquirere mediis æstibus.Virg.3.Georg.66.
Omnia verba alicuius sententiæ exquirere.Cic.pro Cœcin.42.
Exquirere veritatem.Cic.pro Lege Manil.36.
In vero exquirendo cogitatio maxime versatur.Cic.1.Offic.183.
Exquisitum,pen.prod.Supinum:(ἐξεταζέω,)vt Exquisitum venit.Plaut. Sticho,3.50.Quid istuc,quod exquisitum mulierum mores venis? Hoc est,Quid mores mulieris tam diligenter indagaris?
Sedes exquirenda aliis oris.Claud.de Raptu Proserp.3.25.
Exquirens,pen.prod.Participium.(ἐξεταζέων,)Cicero de Fato,3.Multum vna eramus,maxime nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad pacem & ad concordiam ciuium pertinerent.
Exquisitus, penult.prod.(ἐξητασμένος,)Nomen ex participio, Electus, quasi diligenter quæsitus.
Consulta & exquisita.Cicero 1.de Orat.130.Ipsi omnia, quorum negotium est,consulta ad nos & exquisita deferunt.
Lautum,elegans,exquisitum,sumptuosum nihil apud aliquem præter libidines esse.Cic.in Pisonem,52.
¶ Exquisita adhortatio.Plin.epist.8.c.
Adulatio exquisitior.Tacit.lib.13.Cæterum actæ principi grates,exquisitiore in Domitium adulatione.
Argumenta philosophorum exquisita.Cic,1.de Diuinat.9.
Ars exquisita.Cic.2.de Orat.93.
Exquisita difficultas lapidis.Plin.lib.27.cap.11.6.
Exquisita doctrina philosophus.Cic.1.de Finib.1.
Exquisita rario & doctrina.Cic.ad Nigidium,lib.3.13.11.
Exquisita doctrina & singularis alicuius industria.Cic.de Claris Orat.11.
Exquisitæ epulæ,Id est lautæ.Plin.lib.9.cap.35.15.
Exquisitus fulgor.Plin.lib.33.cap.1.16.
Accuratius & exquisitius dicendi genus.Cicero de Clar.Orat.156.
Exquisita ingenia.Plin.in Paneg.80.
Iudicio exquisito vir.Cicero 1.Offic.186.
Multæ, & hæ quidem reconditæ & exquisitæ literæ alicuius. Cicero de Claris Oratoribus,136.
Magistri exquisiti.Cic.de Clar.Orat.53.
Mundicia non odiosa, neque exquisita nimis, adhibenda est.Cicero 1. Offic.181.
Rationes exquisitæ.Cic.1.de Finib.46.
Sententia exquisita.Tacit.lib.12.
Reconditæ & exquisitæ sententiæ.Cic.de Clar.Orat.149.
Exquisitissima subtilitas.Plin.lib.6.cap.33.c.
Supplicia exquisita.Cic.3.Offic.136.Neque verò tū ignorabat se ad cru-

delissimum hostem,& ad exquisita supplicia proficisci.De M.Regolo.
Verbis exquisitissimis aliquos laudare.Cic.4.Philipp.156.
Exquisite,pen.prod.Aduerbium,(ἐξητασμένως,)Hoc est diligenter. Quintil lib.8.cap.2.Eleganter atque exquisitè dictum. Cic.de Clar.Orat. 151.Deque eo crimine accurate atque exquisitè disputauisset.
Colligere exquisitius aliquas rationes.Cic.1.Tusc.ul.158.
Exquisitim,Aduerbium. Varro,Stramentitio acre æger medicos exquisitim conuocabas,vt conualesceret.
Exradico, exradicas,penul.prod.(ἐκριζόω,)exradicare,Verbum rusticum,pro vsque ad radices auellere & extirpare. Varro.1.de Re rust.cap.27.1.Terram rudè proscindere oportenque sunt ex ea enata prius,quàm ex iis quid seminis cadat,vt sint exradicata.Frequentius tamen in vsu est eradicare.
Exrogo, exrogas,pen.cor.exrogare,(ἀφαιρέω,)Ex lege vetere aliquid eximere per legem nouam.Festus.
Exsacrifico, exsacrificas,pen.cor.(ἀποθύω,)exsacrificare,apud Cicc.1.de Diuin.76.Ex Ennio, Exsacrificat hostibus balantibus.Antiquum tamen est pro sacrificio immolare.
Exsanio,exsanias,Vide EXANIO.
Exscindo,Vide EXCINDO.
Exsaturo,Vide EXATVRO.
Exscensus, huius exscensus.Liu.2.bel.Pu.37.Itaque ad Honoscū classe prouecti,exscensu è nauibus in terrā facto, quū vi vrbem cepissent,captamque diripuissent, Carthaginem inde petiere. Ab exscando verbale.
Exscribo, exscribis,pen.prod.exscripsi,exscriptum,(ἀπογράφω,) exscribere,Est exemplum sumere. Varro 2.de Re rust. cap.5.16.De sanitate sunt compluraquæ exscripta è Magonis libris armentarium meum crebrò vt legat curo. Cicero 3.Verr.69.Perinde quasi exscribendi potestatem non haberet. Sic Exscribere tabulas, Cic.4.Verr. 137.
¶ Exscribere.Plautus Rud.2.15.Eorum rescimus nomina exscripta ad Iouem. Et paulo pòst,21.Bonos in alis tabulis exscriptos habet,
Exscribere alicui.Colu.lib.12.ca.3.3.Hæc primo tradidimus,& loca singulis demonstrauimus,& cuique sua annumerauimus,annumerata ipsi exscripsimus,eumque admonuimus.&c.
Exscribere patrem similitudine.Plin.epist.111.c.lib.5.Amisit enim filiū quæ non minus mores eius,quàm os, vultumque referebat, totumque patrem mira similitudine exscripserat.Id est,effinxerat & vitam patris effigiem reddiderat.
Exsibilo,Vide EXIBILO.
Exsicco,Vide EXICCO.
Exsignare, (σήλω,)Idem quod signare.Liu.1.ab Vrbe,83. Eiūs sacra omnia exscripta exsignataque attribuit.
Exsordesco, exsordesco,exsordui,(ἀπολέομαι,) exsordescere. Gel.lib.9.cap.2.Cur ergo nos patimur nomē Philosophi illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere?
Expumo,Vide EXPVMO.
Extercoro, extercoras,penul.corr.extercorare.vt Extercorare latrinas,Purgare.Vlp.in L. Sed & siquid in ædificare 11. para.1.ff.De vsufructu,Vel de palæstra extercorādis latrinis præponat. Vbi alia exemplaria legunt extergēdis,alia stercorandis.Hinc Extercorator,verbale.
Exsugere,Vide EXVGERE.
Exta, extorum,n.g.pluraliter tantum, (ἔγκατα,) Propriè cor & pulmo dicuntur,quia in parte superiore locantur,ab extādo: & hepar, item iecur & ventriculus hoc nomine appellantur,quoniam supra inferiora intestina locantur. Festus,Exta dicta quòd ea diis proferentur,quæ maximè extant,eminentque. Plinius libro,30.scribit præcordia vocari vno nomine exta in homine. Plaut.Aulul.16.29. Qui ossa atque pellis totus est,ita cura macet:
Quin exta inspicere in sole etiam viuo licet,
Ita is pellucet quasi laterna punica.
Ab extis animalium multa diuinabant veteres,vt testis est Cicc. lib.1.de Natu.deor.247.Vnde tales diuinationes extispicia appellarunt ab extis inspiciendis.Vide suo loco.
Arguta exta,Vide ARGVTVS.
Argutissima exta gallinacei.Cic.2.de Diuin.44.
Lubrica exta.Valer.1.Argon.47.
Pinguia exta terrere.Virgil.2.Georg.80.
Puerilia exta.Ouid.6.Fast.32.
Cum puerorum extis deos manes mactare.Cic.in Vatinium.10.

Per exta

Per exta inuenta præsensio.Cic.in Topic.41.
Pecudum extis moueri.Cic.1.de Diuinat.18.
Extabesco, extabescis,(ὑπικμέω,)extabescere,Tabe & marcore confici.
Extabuit macie corpus.Cic.3.Tusc.45.& lib.2,32.ex antiquis poetis.
Extabuit opinio,per translationem. Cic.2.de Nat.deor.7. Etenim videmus cæteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse.Hoc est,mortuas & vanas omnino fuisse.
Extemplo,Vide EX.
Extemporalis, & hoc extemporale,penult.prod.(αὐτοσχεδιάζω,) Subitaneus.vt Extemporalis oratio,Impræmeditata.Quintil.lib.4.cap.1.38.
Extemporalis actio.Quint.lib.10.cap.7. Extemporalis actio auditorum frequentes excitatur.
Dictiones extemporales.Quintil.lib.1.cap.4.31.
Extemporalis rhetor,Qui ex tempore dicit.Mart.lib.5.55.
Gutturis extemporalis.Quintil.lib.1.cap.4.11.
Extemporalis temeritas.Quintil.lib.10 cap.6.
Extemporalitas,pen.corr.extemporalitatis, (τὸ αὐτοσχέδιον,)Promptitudo.Suet.in Tito,cap.3.Larinæ Græcæque linguæ vel in orando vel in fingendis poematibus prōptus facilisque vel ad extēporalitatē vsque.
Extendo, extendis,extendi,extentum & extensum, (ἐκτείνω,ἐπτάω, ἀναπετάω,πετάννυμι,)extēdere,Explicare.Colu bel.lib.2.Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est, capitro constringitur.
Extendere in proceritatem.Columel.de Arboribus,cap.17.2.
Extenditur in maiorem partem noctis Subsolanus. Plin.lib.18.cap.34.8.
Vitra extendere.Quintil.libro 4.cap.5.3.Partitionem vetant vltra treis propositiones extendere.
Adeò extenditur,Vide ACIES.
Extendere ætatem suam. Plaut.Bacchid.8.26.Ibi suam ætatem extendebant,non in latebrosis locis.
Aciem extendere.Silius lib.3.20. – te longa stare senecta,
Atrumque extendisse velim.
Agros extendere.Horat.in Arte poet.41.
Extendere amplitudinem dicitur lacus.Plin.lib.36.cap.56.10. Prodigiosis sequinolo amplitudinem biennio extendisset.
Extendere aures dicitur oratio, quæ nimis lenta est:obruere, quæ nimis rapidè volvitur.Seneca epist.40.Aequè stillare orationem nolo,quàm currere.Nec extendat aures,nec obruat.
Bellum extendere.Silius lib.17.73.
Colos extendere.Stat.3.Sylu.1.35. Vide COLVS.
Extendere Consulatum,Prorogare.Plin.in Paneg.103.
Cursus extendere in annum venientem.Virg.2.Georg.81.
Cursus extendere.Virg.11.Aeneid.180.
Extendere dies & Contrahere,contraria apud Senecā 4.de Benef.ca.13.
Extendere epistolam.Plin.epist.129.d.
Extendere factis extendere.Virg.10.Aeneid.93.Vide OPVS.
Extendere iter.Liuius,Quantū extēdere iter posset,in castra properaret.
Nouissimum latus extendere in vltimas oras.Horat.3.Carm.Ode.3.9.
Pedes extendere.Silius lib.3.69. – iuga Pyrenes venatibus acer
Metit iaculóque extendere prælia Mauro.
Extendere preces. Plinius epist.37.c.Extenderem preces,nisi tu diu roganti nolles.
Extendere pugnam in longum spatium.Liu.7.bel.Pun. Ibidem,libro 1. 236.Pugna rarò vlla magis fœua,& cum vtriusque partis pernicie clārior fuisset,si extendi à die in longum spatium quiuisset.
Via longa extendere sub ignotis colonis.Lucan.lib.1.34.
Extendere se magnis itineribus.Cæsar 3.bel.Ciuil.320.
Extendere spem in.Liu.4.bel.Pu.210.In Africā quoque spem extēderūt.
Extendere se supra vires.Liuius 4.bel.Maced.18.
Extendere omnes imperii vires.Liu.7.ab Vrb,111.
Extendere factis.Virgil.6.Aeneid.161. Et 10.93.
Virtutem extendere factis.Virgil.6.Aeneid.661.
Extendius,Participii.(ἐκτεταμένως,)Cic.4.Acad.260.Quum extensis digitis aduersam manum ostenderat,visum,inquiebat,huiusmodi.
Extentus,Aliud participium.(ἐκτατός,) Cic.2.de Orat.134.Per statuas verò quum dixit,& extento brachio paululum etiam de gestu addidit, vehementer ritimus.
Pedes extentos ferre,Id est erectè incedere.Ouid.3.de Arte,61.
Hæc monet arte latus,nunc isque fluentibus auras
Erigitur,extentos ferrque superba pedes.
Extentus sonus.Altus & acutus.Plin.lib.10.cap.29.6.Modulatus editur sonus,celer,extentus.
Extentissima vallis.Liuius 1.bel.Pun.119.
Anno extento vinere,Id est longo.Horat.1.Carm.Ode 7.1.
Iter extentum.Horat.1.epist.1.41.
Extenta itinera,pro magnis.Liuius lib.10.bel.Pun.80.Mago proximæ nocti silentio profectus,quantum passi viæ per vulnus poterat, itinere

tibus extentis,ad mare in Ligures Ingaunos peruenit.
Extento,extentas,(ἐκτείνομαι,)extentare,Frequentatiuum. Plaut.Bacchid.13.3.
Quæ te mala crux agitat,qui ad istunc modum
Alieno vires tuas extentes ostio! Hoc est,extendas.
Extenuo, extenuas,(λεπτόω,ἰσχναίνω,ἰσχνύνω,περιτέμνω,μειόω, ἐλαττόω,)extenuare,Imminuere,detrahere, exilius, & tenuius aliquid facere.vt Extenuare in puluerem inutilem. Plin.lib. 18.cap.16.7.
Augere & tollere altius,Extenuare & abiicere,contraria.Cic.2.de Orat. 58.Summa autem laus eloquentiæ est amplificare rem ornando,quod valet non solum ad augendum aliquid & tollendum altius dicendo,sed etiam ad extenuandum atque abiiciendum.
Extenuare & Adangere,contraria.Cic.2.de Inuent.178.Hoc extenuando,maleficii magnitudinem simul adaugere.
Extenuare aciem,Vide ACIES.
Vehementer causam extenuare.Author ad Heren.lib.2.34.
Extenuare census cuiusque ciuis.Cic.4.Verr.66.
Extenuatur cibus dentibus.Cic.2.de Nat.deor.101. Dentibus autem in ore constructis manditur,atque ab his extenuatur & molitur cibus.
Extenuare corpus.Plin.lib.15.cap.3.2.Nisi secuta serenitate quæ corpus extenuet.Hoc est,graeffe faciat & emaciet.
Extenuare crimen.Cic.7.Verr.81.Statuit si hoc crimen extenuare vellet(nam omnino tolli posse non arbitrabatur)Nauarchos omnes testes sui sceleris vita esse priuandos.
Extenuare famam belli Liu.5 ab Vrbe.167.
Mala extenuare.Ouid.3.Trist.eleg.3.12.Quod potes,extenua forti mala corde ferendo.
Extenuare & diluere molestias.Cic.3.Tusc.61.
Extenuatur spes & euanescit Cic.ad Atticum,lib.3.53.1.
Extenuare verbis bellicas laudes,aut minus aliquod.Ci.pro Marcello,3. Et 1.Offic.103.Neque verò verbis auget suum munus,signo forti fungitur,sed extenuat.
Extenuandus,Participium,(κατανοληθέον,)Ouid.1.Trist.eleg.4.3.Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras Ibit.
Extenuātus,pen.prod.(λεπτυνθείς,)Aliud participium,cui opponitur Concretus.Cic.2.de Natu.deor.141.Exin mari finitimus aer die & nocte distinguitur.isque tum fusus & extenuatus sublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. Catull.in Argon.59.59.Extenuata gerēs veteris vestigia pœnæ.Id est vix apparebant vestigia cathenarū in manibus & pedibus. De Prometheo.
Extenuatus,(λεπτυντές,)Nomen ex participio Brutus Cice lib.11.15. 3.Recurri ad meas copiolas:sic enim verè eas appellare possumsunt extenuatissimæ,& inopia omnium rerum pessimè acceptæ.
Extenuatio,Verbale,(λέπτωσις,)Ipse extenuandi actus.Ci.3.de Orat. 112.Significatio & distinctio concisa breuitas,& extenuatio.
Exterebro, exterebras,pen.corr.(ἐκτετρύπω,)exterebrare,Terebrando extrahere Cic.1.de Diuin.87.Itaque ex eo auro quod exterebratum esset,buculam cuiusse faciendam.
Exterebrare,per trāslationem,Extorquere aliquid,Scrutari,& curiosius quærere.Plaut.Persa,6.57.
Lubet inquam hercle istuc exterebrabis tu vt sis prior
Quàm ego siem. Varro; Atque omnes adeò perquirit, atque exterebrat artes.
Extergeo, exterges,exterſi,exterſum(ἀπομύσσω,)extergēre,Idē quod tergendo purgare,& mundū facere.Plaut.Rud. 30.14.Ita quanto magis extergeo,rutilum atque tenuius fit.Cato cap. 162.2.De tertio extergeto spongia bene. Et cap.26. Varro item de Re rust.lib.2.cap.5.1.
Extergo, extergis,exterſi, exterſum, (ἀπομύσσω,) extergere, Notæ significationis. Plaut.Mostel.4.109.Linteum cape,tuque exterge tibi manus. Idem Curcul.1.2.11. Bene me amassint, meaque axitia,linteumque exterſum. Cato de Re rust. Post diem omnino duodecimum pernas eximito,& salem omnem detergito,& suspēdito in ventum biduum,tertio extergito.
Exterſus,Participium:(ἀπομεμύσσος,)vt Exterſum æs,hoc est expolitū, Plin.lib.34.ca.9.2.Aera exterſa rubiginem celerius trahunt, quàm neglecta,nisi oleo perungantur.
Euerſum atque exterſum relinquere sanū aliquod.Cic.4.Ver.37.Etenim quam tu domum,quam vrbem adiisti,quod sanum denique,quod non euerſum atque exterſum reliqueris? Euerſum,ab euerto,nō ab everto.
Extermino, exterminas,pen.corr.(ἐξορίζω,ἐξολεθρεύω,)exterminare,Extra terminos mittere,eiicere.Ci.2.Offi.117. Ex eoque tempore tantæ discordiæ secutæ sunt,vti & tyranni existerent,& primates exterminarentur. Idem pro Flacco,19.
Exterminare & Reuocare,contraria.Ci.Post red.in Sen.31.Sed quum videram me non diutius quàm ipsam Remp.ex hac vrbe abfuturum,mihique ego illa exterminata mihi remanendum putaui:& illa simulatque reuocata est,me secum pariter reportauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eiicere aliquem ex vrbe,& illum exterminari velle.Cic.3.in Catil.50.
Venire in ciuitatem,& De ciuitate exterminari,contraria.Cice.pro Cornelio Balbo,41.
Authoritatem aliquorum è ciuitate exterminare.Cic.de Prouinc.Conf.2.
Exterminare ex hominum communitate.Cic.1.Offic.40.
Ex numero hominum aliquem eiicere, & ex finibus humanæ naturæ exterminare.Cic.13.Philip.342.
Exterminare morbum.Plin.lib.31.cap.10.14. Regium quoque morbum in vino exterminat potum.
A suis diis penatibus ciues exterminare.Cic.pro Sest.23.
Prohibere vti vrbibus peregrinos,& eos exterminare.Cic.3.Offi.61.
Exterminare quæstiones.Cic.4.Acad.229.
Expellere,exterminare,& eiicere ex vrbe virtutem.Cic.pro Milone,78.
Exterminare in totum.Columel.lib.9.cap.15.2.
Exterminare vrbe atque agro.Cic.1.de Nat.deor.86.

Exterminātus,pe.prod.Participiū.(ἐξοριζόμενος,)Cic.Post red.ad Quir.11.
Itaque neque Repub.exterminata,mihi locū inhac vrbe esse duxi.

Exterminātor,penul.prod.Verbale.(ἐξορίστης,) Cice.pro domo sua,109.
Tamen obuersabatur ante oculos exterminatoris sui. Id est,euersoris & expugnatoris.

Externo, externas,(ἐξίστημι,)externare, Veteres vsurparunt pro dementem facere,Pacuuius,Sed eccam miseram,quā frequens luctus externauit. Catul.in Argon.59.14.
Ah miseram assiduis quam luctibus externauit
Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Externātus,pe.pro Partici.(ἐξεστηκώς,ἐξεστώς,) Catul.Argon.59.53.
Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris Externata malo?

Externatus,pro eo quod Gallice dicitur escarmouche. Ouid.11.Metam.16.Sic quæcunque solo defixa cohæserat harum,
Externata fugam frustra tentabat.

Equi externati.Ouid.in Ibin,87.

Externus, (ἐξωτερικός,ξενικός,)Adiectiuum ab extra præpositione,significat aduenam,quasi ex aliena terra. Plin.libro 12.cap.15.1.In totum alia est natura balsami,quàm nostri externique prodiderant.Liu.1.ab Vrbe,70. Timor deinde Patres incessit,ne ciuitatem sine imperio,exercitum sine duce,multatum circa ciuitatum finitatis animis vis aliqua externa adoriretur.

Arcebitque suis externos finibus omnes.Ouid.4.Metam.181.
Canum amor in dominos,odium in externos.Cic.2.de Nat.deo.237.
Amore externo læsus vir.Ouid.epist.5.21.
Mars externis animos exercet in armis.Ouid.1.Amor.9.
Bona externa.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.8.
Commoda externa.Cic.in Topic.48.
Corpore externo mens cingitur.Cic.lib.1.de Nat.deor.40.
Gentes externæ.Ouid.1.Fast.39.
Gratiæ externæ.Tacit.lib.12.
Homines externos non egere, ornamento est Reipublicæ. Cicero 2. Offic.94.
Externis hostibus magis quàm domesticis laboramus.Cic.Bruto,10.1.
In externis locis minor est ad facinus verecundia. Cicero Marcello, libro 4.9.15.
De parte externa.Lucret.lib.4.189.
Principio externa corpus de parte necessum'st
Aeriis quoniam vicinum tangitur auris, Tundier.
Apud externos populos valere opibus & gratia, vehementer vtile est iis qui honeste multum posse volunt.Cic.1.Offic.94.
Inanimum est enim omne quod pulsu agitatur externo.Cic.in Somn.Scipionis,32.
Externa & aliena religio.Cic.6.Verr.102.
Rerum externarum & ad corpus pertinentium domina fortuna. Cicero 5.Tuscul.39.
Robur externum.Ouid.14.Metam.91.
Anget vterque suas externo robore vires,
Et multi Rutilos,multi Troiana tuentur Castra.
A sede externa profectus.Virg.7.Aeneid.51.
Externus & aduentitius tepor.Cic.1.de Natu.deor.39.
Thalami externi.Virg.6.Aeneid.19.
Venere externa lædere socialia fœdera.Ouid.14.Metam.76.
Vir externus.Virg.7.Aeneid.14. – externum cernimus,inquit,
Aduentare virum.
Visione externa & aduentitia animos pulsari.Cic.1.de Diuin.180.

Extero, exteris,pen.corr.extriui,extritum, penul.pro.(ἐκτρίβω,) exterere,Idem significat quod cōminuere terendo, aut valde terere. Plinius libro 24.cap.7.6.Item mastiche lentisci replicandis palpebris & ad exterendam cutem in facie. Ex antiquo exemplari,legitur,ad extendendam.

Cibum exterere.Cicero 2.de Natura deorum, 205.Vide ALVVS. multiplex & tortuosa.
Exterere messem.Varro 1.de Re rust.Apud alios exteritur grege iumentorum inacto,& ibi agitato perticis,& vngulis è spica exteritur grana.
Exterere literam,pro Expugere.Varro 2.de Re rust.cap.1.8.A quo post balare dicunt,extrita e litera,vt sit in multis.

Extrītus,pen.prod.Participium,(διατετριμμένος,)vt Ignis extritus.Lucr. lib.4.221.Exprimitur validis extritus viribus ignis.De fulgure.

Exterraneus, (ἀλλόφυλος,)Dicit ex alia terra,vel qui ante ēpus natus,aut potius eiectus est. Dictus autē exterraneus,quòd eum mater extertita aluo eiecit.Festus.

Exterreo, exterres,extérrui,extérritum,pen.cor. (τοφοβέω,)exterrēre,Idem quod terrere.Cic.2.Offic.52.Et dolorum quum admouentur faces,præter modum plerique exterrentur.

Exterreri aspectu.Cic.1.de Diuinat.134.
Exterreri metu.Liu.4.ab Vrbe,98.
Taurus mūgitu nemora exterret.Silius lib.16.1.

Extérritus,pen.corr.(διατεφοβημένος,)Participiū.Cic.1.de Diuin.72.Talia commemorat lachrymās,exterrita somno. Ex quodam poeta.
Falsa exterritus.Tacit.lib.4.Adsueuerabatque innocentem Cornutum,& falsa exterritum.
Nouitate exterritus.Lucret.lib.2.208.
Anguis exterritus æsto.Virg.3.Georg.85.
Armenta exterrita diffugiunt syluis.Virg.3.Georg.29.
Exterrita ouis.Colum.lib.7.cap.4.6.

Exterus, pen.corr.Adiecti.(ἀλλοδαπός,)pro Alienigena:vt Exterræ nationes.Cic.pro Lege Manilia,45.Et 6. Verr.55.
Idem pro Fonteio,21.
Exterus hostis atque longinquus.Cic.1.in Catil.47.
Regna extera quærere.Virg.4.Aeneid.71.
Res extera.Lucret.lib.2.88.

Extexo, extexis,extexui,extextum(ἐξυφαίνω,)extexere,Destruere quod textum est.

Extexere,per translationem.Plaut.Bacchid.5.5.Extexam ego illum pulchre iam,si di volunt.Id est,educam extra cogitatum.

Extillo, extillas,(ἀποστάζω,)extillare,Idem quod simplex stillare. Plautus Pseud.13.19.

Teritur sinapis scelerata cum illis:qui terunt
Prius quàm triuerunt,oculi vt extillent facit. Colu.li.12.ca.48.1. Sicque xxx dies pati consuescere,atque omnem amurcam extillare.

Extillare lachrymis,Id est totum in lachrymas conuerti,& ex toto stillare corpore.Terent.Phorm.5.8.82.
Hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo,
Vtne restinguas,lachrymis si extillaueris.

Extimeo, seu Extimesco,extimui(φοβέομαι,)extimescere,Valde timere.Terent.Hecyra,5.3.26.
Memini abhinc menses decem fere ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum,sine comite,vini plenum
Cum hoc annulo:extimui illico. Plaut.Cistel.Extimuit tum illa. Cicc.4. Acad.152.Cur nō extimescā opinādi temeritatē?Terēt.Phor.1.3.2. Adeōn'rem redisse,vt qui mihi consultum optimè velit esse, Phædria,patrem extimescam,vbi in mentem eius aduenti venit? Cic.de Senect.68.Quod igitur adolescentes,& li quidem nō solum indocti, sed etiam rustici contemnunt,id docti senes extimescent?
De fortunis communibus extimescere.Cic.de Fato,42.
Aduentum alicuius extimescere.Cic.Pæto,lib.9.26.9.
Extimescere formidines.Cic.5.de Finib.54.
Magistrum extimuit.Horat.in Arte Poet.84.
– qui Pythia cantat
Tibicen,didcit prius,extimuitque magistrum.
Minas aliquas extimuisse.Tibul.lib.2.eleg.7.10.
Periculum maius ab aliquo quàm ab vllis nationibus extimescere. Cic.7. Philipp.218.
Extimuit vultus loquentis.Stat.9.Thebaid.32.

Extimīsci,(φοβέσθαι,)Tacit.li.11.Frustra Arminium præscribiculus filius hostili in solo adultus,in regnum venisset,posse extimesci.

Extemescendus,(φοβητέος,)Cæsar 3.bel.Gall.403.Quarum rerum omnium nostris nauibus casus erat extimescendus. Cice.3.Tusc.98.Nequaquam ex opinione vulgi esse extimescendas.

Extimulo, extimulas,pen.corr.(κεντέω,)extimulare,Idem quod stimulare.Colu.li 6.ca.27.3.Id præcipuè armentum,si prohibeas libidines,extimulatur furiis.De equis loquitur. Plin.li.1.ca. 39.3.Quoties errantium accessu impulsa,aut coniectu radiorum extimulata sunt,qualiter,&c.

Dictis extimulare aliquem.Ouid.6.Fast.118.
Extimulare corda furore bellandi.Silius lib.1.12.

Extimulātus,pen.prod.Participium,(κεκεντημένος,)vt Fame extimulata Tigris.Ouid.5.Metamorph.33.

Extimulātor,pen.prod.Verbale,(κεντητής,)vt Acerrimus extimulator. Tacit.lib.3.

Extimus, Vide EXTRA.

Extinguo, extinguis,extinxi,extinctū(ἄπαξ βεντέω, σβέννυμι, σβεννύω,)extinguere, Propriè dicitur de iis quæ incēsa sunt.Plaut.Persa,23.26.
Dā illi cantharum,extingue ignem si cor vritur.
Caput ne ardescat.Idem Asin.13.40.
Neque illa vlli homini nuter,nicter,annuat,
Postid,si lucerna extincta sit:nequid,&c.
Incendere & extinguere,contraria.Cice.pro Milone,55,Eum qui ædem Nymphārum incēdit,vt memoriā publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret.
Extinguere ignem,flammam,incendium. Plin.lib,34.cap.10. Cice.Nigidio,lib.4.13.7.
Inter extinguere & opprimere(inquit Nonius) itereſſe.Cicero voluit de Amicitia,67,vt sit maius opprimere, quàm extinguere, quum inquit, Quamobrem primūm danda opera est,nequa amicorū dissidia fiant: Quamobrem primum danda opera est,ne qua amicorū dissidia fiant: sin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur.Id est vsu desuetæ,non repetitæ abruptæ.Budæus.
Elucere & Extinguere,contraria.Cic.Sulpitio,lib.4.17,Omnes cites sic existimant,quasi lumē aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatem, & prudentiam,& dignitatem tuam.
Extingui & opprimi antequam plane exortum & natum sit. Cicer.2.pro Lege Agrar.28.
Opprimi & extingui.Cic.de Senect.65,Adolescentes mori sic mihi videtur,vt quum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur:Senes autem, sicut sua sponte nulla adhibita vi consumptus ignis extinguitur.
Extinguere & reprimere. Cicer.pro Cælio,17,Audetisne excitare tanti flagitii memoriam, non extinctam illam quidem, sed repressam vetustate?
Plane extinguere quæ antea scripsimus.Cic.4.Verr.124.
Extinguere & fundius delere aliquid.Cic.de Arusp.respo.5.
¶ Animum extinguere.Cic.de Senect.61.
Extinguere animam alicui. Terent.Adel.3.2.16.Seni animam primūm extinguerem ipsi.
Animus & mens,nisi tanquam lumini oleum instilles,extinguntur senectute.Cic.de Senect.32.
Extinguere bellum.Plaut.Persa,22.2. Et Amphit.435. ad Brutum, lib.11.12.
Bellum domesticum extinguere.Cice.de Arusp.resp.45.
Extinguere consuetudinem Cic.pro Cælio,48,Si autem iam suberat similitas,extincta erat consuetudo,dissidium exsterat.Id est,abolita.
Crimina sua,testes interficiendo,extinguere.Cic.7.Verr.89.
Formæ dignitas aut morbo deflorescit,aut vetustate extinguitur. Author ad Herenn.lib.4.183.
Extinguere famam proditionis.Liu.7.bel.Pun.93, Brutii quoque multi interfecti,seu per errorem,seu vetere in eos insito odio,seu ad proditionis famam, vt vi potius atque armis captum Tarentum videretur, extinguendam.
Fama extinguitur.Virg.6.Aeneid.106,
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum sic posse malorum.
Extinguere familiaritates.Cic.de Amicit.34, Eorum querela inueterata non modò familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni maxima atque sempiterna.
Extinguere formam.Terent.Phorm.1.2.58,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem,
Capillus passus,nudus pes,ipsa horrida,
Lachrymæ,vestitus turpis:vt nihil bonæ
In ipsa inesset forma,hæc ipsam extinguerent.
Furorem alicuius extinguere, & audaciam opprimere. Cicero 6. Philipp.216.
Extinguere gratiam. Cic.ad Lentulum,lib.1.1.12,Gratiam autem nostram extinguit hominum suspicio, quòd Pompeio se gratificari putant.Id est opprimit,abolet. Hoc est,Nonnulli suspicantes me fauore tui,non amore Reip.hanc causam suscepisse,faciunt vt populi gratiā & fauorem amittam.
Extinguere & delere improbitatem alicuius.Cic.1.Verr.14.
Extinguere suam infamiam re aliqua.Cic.4.Verr.122, Quum eorum nominibus in statuarum inscriptione positis omnem te sperabas inuidiā atque infamiam tuam extinguere posse?
Inimicitias in fortissimis viris non solum extinguere,sed etiam ad amicitiam consuetudinemq; traducere.Cic.de Prouin.Consul.17.
Inuidiam extinguit mors.Cic.pro Corn.Balbo,11.
Extinguere lages.Cic.3.pro Lege Agraria,4.
Extinguere morbo. Liuius 8.ab Vrbe,12, Inuictum bellis iuuenem fortuna morbo extinxit. Cicero pro Sestio,40, Etiam si morbo extinctus esset.
Motus animorum inflammare & Extinguere,contraria. Cicero primo de Oratore,32.
Nomen aliquorum extinguere.Cice.4.in Catil.79. Ouid.1.Metam.
Extingui obliuione.Cice.in Somn.Scipion.27. Sermo autem omnis ille & angustiis cingitur his regionum quas vides,nec vnquam de vllo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur.
Potentiam alicuius extinguere & opprimere. Cic.pro Rosc.Amer.21.
Religionem extinguit cupiditas.Cic.3.Verr.33.
Reliquias belli extinguere.Cic.Furnio,lib.10.25.1.
Extinguere rumorem.Cic.ad Atticum,lib.15.321.6.
Salutem alicuius non modo extinguere,sed etiam gloriā per aliquos infringere.Cic.pro Milone,4.
Morte omnis sensus extinguitur.Cic.2.de Finib.
Deficere sol hominibus & extingui visus est.Cic.in Somn.Scip.26.
Extinguere tentata & concepta.Cic.7.Verr.13.
Extinguere vrbem aliquam. Cicero pro Lege Manilia,6, Corinthum Patres totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt. Sic 4.de Finib.108.
¶ Extinguere aliquem,Occidere.Virg.4.Aeneid.122.
Implesseműque foros flammis,natumque,patremque
Cum genere extinxem.pro Extinxissem.
Extingui,Mori.Cic.de Senect.78,Extingui homini suo tempore optabile est. Budæus.

Extinctus,Participium.(ἄπαξ βεβιωκώς,)Cic.de Cla.Orat.2.Vir egregius, coniunctissimusque mecum consiliorum omnium societate, alienissimo Reipub.tempore extinctus,& authoritatis & prudentiæ suæ triste nobis desyderium reliquerat.
Extincti occiderunt.Cice.pro Corn.Balbo,17. Quum duo fulmina nostri imperii subitò in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent,&c.
Funere crudeli extinctus.Virg.eclog.5.4.
Artus extincti.Ouid.4.de Ponto,eleg.16.11.
Calores extincti.Sene.Hippol.3.4. – senibusque fessis
Rursus extinctos renocat calores.De amore.
Refrigerato & extincto calore occidimus ipsi & extinguimur. Cice.2.de Natu.deor.34.
Ciuis extinctus.Ouid.2.de Remed.amoris,61.
Flamma extincta reluxit.Ouid.7,Metam.16.
Extinctus homo dicitur qui mortuus est.Cic.1.Tuscul.135. Et in Somnio Scipionis,9.
Lumen extinctum est.Ouid.1.Metam.145.Lumen,id est vita.
Principium extinctum,nec ipsum ab alio renascetur,nec ex se aliud creabit.Cic.in Somnio Scip.31.
Pudor extinctus.Virg.4.Aeneid.65.
Sitis extincta bibendo.Ouid.7.Metam.116
Extincta spes.Liu.3.bel.Pun.209.
Extincta vrbis vestigia.Liu.8.bel.Pun.107.Adeò vestigia quoque vrbis extinguere,ac delere memoriam hostium sedis cordi est.
Virtus extincta.Cic.3.de Orat.1.
Vita extincta.Ouid.7.Metam.116.
Extincta vox omnium silentio.Liu.3.bel.Pun.103.Eam vnius hominis temeritatem vocem silentio omnium extinguendam esse,& siquid vnquā arcani,sanctive,&c.
Extincta vox Hortensii fato suo.Cic.de Clar.Orat.184.

Extinctor,Verbale:(ἀποσβεστής,)vt Extinctor cōiurationis.Cic.pro Domo sua,78.
Extinctor belli.Cic.pro Cælio,45.
Belli domestici extinctor.Cic.de Arusp.resp.45.
Extinctor incendii.Cic.in Pisonem,20.
Extinctor patriæ.Cic.pro Sylla.67.

Extinctio,Verbale,(ἀπόσβεσις,)Cic.1.Tuscul.191.Nam si supremus ille dies nō extinctionem,sed cōmutationē affert loci,quid optabilius?

Extinctus,huius extinctus,Idem.Plin.lib.7.cap 7.1.Miseret atque etiam pudet æstimantem quàm sit friuola animalium superbissimi origo,quū plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu.

Extirpo, extirpas,(ἐκριζόω,)extirpare,propriè significat radici tus euellere,& cum stirpe ipsa totam plantam ex terra abstrahere.Per metaphoram tamen ad alia quoque transfertur.Vnde Extirpare vitia dicimus,quasi funditus tolli.Colum.lib.2.cap.2.9.Et Extirpandis radicibus.

Extirpare pilos corporis.Martialis lib.6.56.
¶ Extirpare humanitatem ex animo.Cice. de Amic.44. Quamobrem si cadit in sapientem animi dolor,qui profectò cadit, nisi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitremur:quæ causa est vt amicitiam funditus tollamus è vita,&c.
Perturbationes extirpare.Cic.4.Tuscul.64.
Extirpare,& funditus tollere vitia.Cic.de Fato,17.

Extirpatio,Verbale,(ἐκρίζωσις,)Colu.lib.2.cap.2.10. Filicis frequens extirpatio vel aratro fieri potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Extispex, extíspicis, pen. corr. (ἱεροσκόπος,) propriè dicitur Diuinator, qui ab extis inspiciendis augurium captat, authore Nonio. Varro Sarrano Te Consule mihi pelum cedere subilio', & hostia: sed extíspici disparanti relinquo. Cic. 2. de Diuina. 40. Artificio sa diuinationis illa fere genera ponebas extíspicum.

Extíspicium, extíspicii, (ἱεροσκοπία,) Aruspicũ ars. Accius Medea, Principio extíspicium ex prodigiis congruens ars te arguit.

Exto, extas, éxtiti, éxtitum, pen. corr. (ἐξίχω,) extare, Eminere, supereſſe. Virg. Torpèt mole ſua, & ſummis vix cornibus extát.

Longa trabe rectior extat Ouid. 3. Metam. 16.

Humeris extantem ſuſpicit altis. Virg. 6. Aeneid. 134.

Extat capite ſolo ex aqua. Cæſar 5. bel. Gall. 69.

Extare paululum ſupra terram. Col. lib. 5. cap. 10. 5. Faſciculos ſarmẽtorũ brachii craſſitudinis demittito, ita vt ſupra terram paululum extent.

Extant ædificia modicè ab humo. Plin. lib. 6. cap. 22. 9.

Nauis extat aquis. Ouid. 5. Triſt. eleg. 12. 3.

Quaſſa tamen noſtra eſt, non merſa, nec obruta nauis.
Vſque caret portu, ſic tamẽ extat aquis. Id eſt ſuper aquas.

Extant ſurculi de arbore ſex digitis. Colu. de Arbor. 26. 9.

Extat è terra ſeſquipede. Colu. lib. 5. cap. 11. 5.

Extat duos digitos. Pli. lib. 17. ca. 14. 12. Duos digitos inſito extante.

Extare & eminere. Cice. 3. de Orat. 57. Sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac ſumma laus vmbram aliquam & receſſum, quo magis id quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur.

Apparet atque extat vtrum ſimus earum rerum rudes, an didicerimus. Cice. 1. de Orat. 37.

¶ Extãt libri, orationes, ſtudia, pictoræ, & huiuſmodi. Hoc eſt ſuperſunt.

Extare & Intercidere, contraria. Plin. libro 35. Siue extant, ſiue intercíderunt.

Aliquid extabit, ne tibi plane ceſſaſſe videamur. Cic. Art. li. 2. 22. 1.

Non extat author eius pecuniæ. Quintil. lib. 7. cap. 3. Pecunia cuius author non extat.

Non extat alius author. Liu. 1. ab Vrb. 73. Authorem doctrinæ eius, quia non extat alius, falſo Samium Pythagoram edunt.

Exſtant epiſtolæ Philippi ad Alexandrum. Cic. 2. Offic. 68.

Extant exempla. Cic. 2. de Legib. 98. Alioqui multa extarent exempla maiorum. Sed ex antiquo codice rectius legitur extarent ampla maiorum. Subaudi, ſepulchra.

Extat id. Cic. ad Rufum, lib. 5. 19. 1. Etſi mihi nunquam dubium fuit quin tibi eſſem chariſſimus, tamen quotidie magis id perſpicio: extatque id quod mihi oſtenderas quibuſdam literis, hoc te ſtudioſiorem, &c.

Dum id extabit. Cic. ad Metellum, lib. 5. 2. 11. Iam illud Senatuſcõſultum quod eo die factum eſt, ea præſcriptione eſt, vt dum id extabit, officiũ meum in te obſcurum eſſe non poſſit.

Extiterunt inimicitiæ inter eos. Cic. de Amicitia, 33. In optimis quibuſque honoris certamẽ & gloriæ ex quo inimicitias maximas ſæpe inter amiciſſimos extitiſſe.

Cædium & libidinum iudicium extat & ad inſignem memoriam turpitudinis, & pene ad iuſtum odium noſtri imperii. Cic. de Prouinc. Cõſu. 5.

Littera nulla extat. Ouid. in Ibin, 1.

Nullaque quæ poſſit toſ ſcriptis milibus extat.

Littera Naſonis ſanguinolenta legi.

Si literæ non extarent, magnopere eas requireremus. Cic. 1. de Inuẽ. 85.

Extat literis. Cic. 1. Tuſc. 59. Sed quòd literis extet.

Extat memoria, ſunt tabulæ publicæ redargue me ſi mentior. Cicero p Cluentio. 49.

Multa extant in me tua merita. Cic. pro Plancio. 1.

Præteritarum rerum monumenta certa in literis extant. Cice. primo de Inuentione. 6.

Extat officium. Cic. de Amicit. 24. Itaque ſiquãdo aliquod officium exti tit amici in periculis aut adeundis, aut, &c.

Extat opus. Ouidius.

Quo nullum Latio clarius extat opus.

Opus peregrinationis alicui extare. Cic. Att. lib. 2. 19. 3. Curabo vt huius peregrinationis aliquod tibi opus extet.

Opera peregrinationis huius extabit. Cic. Attico, lib. 15. 327. 7.

Extat Oratio. Cic. Quæ, vt ſcis, extat oratio. Idem de Senec. 15. Notum enim vobis carmen & tamen ipſius Appii extat oratio, atque hanc ille ſeptem decem annos poſt alterum Conſulatum, &c.

Clarorum virorum atqi magnorum non minus otii quàm negotii rationem extare oportet. Cic. pro Plancio. 54.

Scriptum extat in iiſdem literis. Cic. 7. Verr. 116.

Demadis ſcripta nulla extant. Cic. de Clar. Orat. 17.

Extat Senatuſconſultum. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 12. Quoniam Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis, &c.

Extat ſtudium. Cic. ad Lent. lib. 1. 8. 14. Noſtrum ſtudium extabit in conueniendis magiſtratibus & Senatoribus.

Extant veſtigia. Liu. 1. bel. Maced. 45. Pecuniam Locris ex Proſerpinæ theſauris nocte eàm ſublatam, nec ad quos pertineat facinus, veſtigia vlla extare. Cic. pro Roſc. Amer. 38. Hęc quum ſint omnia, tamen extant oportet expeſſa ſceleris veſtigia, vbi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium ſit admiſſum.

Grauiora iudicia de potentiſſimis hominibus extãt voces, quàm rabulæ. Cic. 3. de Legib. 50.

Officium & munus oculorum ſine oculis extare non poteſt. Cicero. 1. de Diuinat. 122.

Non item in oratione vt in verſu extat numerus. Cic. in Orat. 117.

Procurſus in proclíue volubilis extat, Id eſt exiſtit. Lucret. lib. 2. 92.

Extat, pro Eſt & apparet. Cell. lib. 8. cap. 12. de talo, Talos in omnes partes prolabitur, vbi in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partem conuertitur. Vbi huic contrarius talus, contrarium etiam ſignum extat.

¶ Extat, pro eſt. Quintil. lib. 10. cap. 1. Tullius vt vbique, etiam in hoc opere, Platonis æmulus extitit. Suet. in Tito, cap. 10. Neqꝫ enim extare vllum ſuum factum pœnitendum, excepto duntaxat vno: id quale fuerit, &c. Cic. pro Archia. 11. Ego multos homines excellenti alio ac virtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu propè diuino, per ſeipſos & moderatos & graues extitiſſe fateor. Budæus.

Quales tibi ſæpe ſcripſi, Conſules exiterunt. Cic. ad Brutum. Hoc eſt, ſcio eo pacto geſſerunt.

Extatũrus, pen. prod. (ἐξίσω,) à ſupino extatum. Plin. lib. 17. cap. 22. 1. Extatura etiamnum duabus gemmis.

Extantia, extantiæ, (ἐξοχή,) Colum. lib. 5. cap. 5. 10. Ipſa capita ſine vlla extantia, neque aratro, neque bubus obnoxia ſunt.

Extollo, extollis, éxtuli, pen. cor. elátum, pe. prod. (ὑπεραίρω, μετεωρίζω, διοδυσίζω,) extollere, Efferre. Virg. Extulit hæc Decios. Plaut. Amphit. 17. 47. Continuò extollunt ambo capita.

Extollere armatum in ſublime. Hirtius. 5. bel. Afric. 330.

Extollere caput. & ſe erigere. Cic. pro Plancio. 17. Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppreſſa ciuibus extollere iam caput, & aliquando recreata ſe erigere debebat?

In gremium ſuum liberorum ex ſe genus extollere. Cice. in Orat. 87. Ex quodam poeta.

Extollere lumbos. Plaut. Epid. 15. 2. Plaudite, valete: lumbos extollite, atque exurgite.

Extollere onera in iumenta. Varro, lib. 2. cap. 10. 3.

Extulit os ſacrum cœlo. Virg. 8. Aeneid. 47.

Percuſſum ipſa Reſp. manibus ſuis extollit. Cic. pro Domo ſua. 97.

Alte pugionem extollere. Cic. 2. Philipp. 49.

Erigere & extollere vites. Cic. 5. de Fruib. 70.

Sic vrgetur vt nequeat ſe extollere. Cic. 2. Tuſcul. 93.

Extollere indignationẽ, Vehementer iraſci. Plin. epiſt. 159. g. Scio quàm ſit tibi viuus & ingenuus animus. Ideoqꝫ facilius eſt, vt me (quanquã indignationem quibuſdam in locis fortaſſe vltra epiſtolæ modũ extulerim) parum doluiſſe, quàm nimis credas.

¶ Extollere liberos. Plaut. Moſtel. 3. 28.

Primum dum, parentes, fabri liberũm ſunt, & fundamentum
Liberorum ſubſtruunt: extollunt, parant ſedulò infirmitatem.

¶ Extollere, Differre in aliud tẽpus. Cælius Plotio, Abi intrò, atqꝫ iſthęc aufer, tamen hodie extollat nuptias. Nonius.

¶ Extollere verbis, Exaltare, plurimi facere. Saluſt. Ita eorum, qui ea fecere, fãta habẽtur, quãtũ ea verbis potuere extollere præclara ſgenia.

Extollere in maius. Liu. 8. bel. Pun. 164. Defectionem ſociorum in maius verbis extollentes.

Deprimere & Extollere, contraria. Cic. in Piſonem. 32. Vos meam fortunam deprimitis, veſtram extollitis.

Submittere & Extollere, contraria. Cic. de Amicit. 63. Quamobrem vt ii qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debẽt in amicitia, ſic quodammodo inferiores extollere.

Quem virtutis gloria cum ſumma laude ad cœlum extulit, eundem inimicorum inuidia indigniſſimè oppreſſum deprimit ad ſupplicium. Cic. Antequam iret in exilium. 1.

Eum gloria ad cœlum extulit. Cic. 3. Tuſc. 68.

Maturè ad imperium extollere. Vide MATVRVS.

Laudando aliquem extollere. Author ad Heren. lib. 1. 8.

Ad cœlum laudibus aliquem extollere. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 16. Idẽ de Aruſp. reſponſis. 44.

Animum extollere. Cic. in Partition. 43.

Iacentem non modo extollere, ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem. Cic. pro Marcello. 4.

Vnius in alterum meritum verbis extollere. Cic. pro Plãc. 77.

Supra modum nihil ſe extollere. Quintil. lib. 1. cap. 9. 2.

Extollere ſe gloriando, & prædicatione. Cic. in Parad. 17. An quiſquã in potiundis voluptatibus gloriando ſe & prædicatione extollit?

Egregia facta tuorum te extollunt. Cic. in Salluſt. 12.

Elatus. Vide EFFERO.

Extorqueo,

Extorqueo, extorques, extorſi, extortũ, (διαίζομαι, διδιαίζομαι, ἁπουκίζω,) extorquêre, Vi aliquid auferre & eripere vt Extorquere clauam è manibus Herculis.

Abiicere, & Extorquere, cõtraria. Cicero, pro Ligario, 10. Quã qui apud te C. Cæſar vrgetur, ſuam citius abiicer humanitatem, quàm extorquebit ſuam.

Extorare & Extorquere, contraria. Cic. Octauio, 13. Ille ea tamen exorabat quæ volebat auferre, eu extorques. Vide EXORO.

Exprimere & extorquere. Cic. de Prouinc. Conſul. 5. Poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi à miſeris extorquere potuit, cohortes in hyberna miſit.

Extorquere à. Cic ad Atticum, lib. 6. 1. 12. 4. A Cæſare per Orodem talenta Attica extorſi ſiſti. Idem 5. Verr. 151.

Extorquere de vel ex manibus regiis. Cic. 7. Verr. 144.

Et pro Cluentio, 40. Et in Piſonem, 3. Et 2. de Orat. 60.

Arma è manibus ciuium extorquere. Cic. de Clar. Orat. 4.

Extorquere beneficium alicui per contumeliam. Cæſar 1. belli Ciuil. 38

Doluiſſe ſe quod Pop. Roma. beneficium ſibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur.

Extorquere ex animis cognitiones verborum. Cic. 2. de Fin. 26.

Errorem alicui extorquere. Cic. de Senect. 77.

Extorquere & eripere pecuniam ab aliquo. Cic. pro Cluentio, 62. Idem 2. de Lege Agraria, 33.

Sententias de manibus vi quadam orationis extorquere. Cic. 2. de Oratore, 41.

Extorquere per vim ſuffragium populi. Liu. 5. bel. Pun. 18.

Veritatem extorquere. Cic in Orat. 91.

Extorqueſcet veritas ne repugnetis. Cic. pro Cluent. 3.

Extorſiſti vt faceret. Cic. 1. Tuſc. 23.

¶ Extorquere, pro Luxare. Sene. epiſt. 18. Fregit aliquis crus, aut extorſit articulum: non nauem conſcendit, ſed medicum aduocat, vt fracta pars iungatur, vt luxata in locum reponatur.

Extortus, Participium, (διδιαίζεις,) Cic. pro Milone, 14. Extorta eſt confeſtim ſica de manibus.

Voluptas extorta alicui. Horat. 2. epiſt. 2. 18.

Vi & metu extortum frumentum. Cic. in Piſonem, 68.

Voces extortæ. Claud. 2. in Ruffin. 34.

¶ Extortus, pro excruciato. Sene. epiſt. 67. His oppone ferro tranſoſſos aut exanimatos ſerpentum morſu, aut fractos ruina, aut per longã nec eorum contractionem extortos minutatim.

Extortor, Verbale, (διδιαίζεις,) Qui vi rapit & aufert. Terent. Phor. 2. 3. 17. Bonorum extortor, legum contortor.

Extorris, huius extorris, (ἄπολις.) Qui eſt extra patrium ſolum & terram patriam electus, ſicut exul. Gellius, Exul, extorriſque eſto. Abignis interdictione, dictum eſſe vocabulum potius quàm à terra, nonnulli putant, etiam ſi exul à ſolo eſt. Liuius extorrem vrbe, domo, penatibus, foro, congreſſu æqualium. Hos nunc ex communicatos vocamus: quibus ſcilicet humanitatis iura viciſſitudinemqꝫ officiorum vetamur exhibere. Hæc Budæus. Liu. 2. ab Vrbe, 24. Ne ſe ortum eiuſdem ſanguinis extorrem, egentem ex tanto modò regno cum liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos perire ſinerent. Sic Cic. 5. Verr. 101.

Exulatqꝫ extorris ab ſolo patrio. Liu. 5. ab Vrbe, 141.

Extra, præpoſitio, (ἔξω, ἐκτός,) accuſatiuo caſui ſeruiens, cuius relatiuum eſt Intra vel intus.

Extra & Intra contraria. Ci. 2. de Finib. 109. Et in corpore & extra eſſe quædam bona.

Emittere foras, & ea quæ extra erunt, cõtemplari, & quàm maximè ſe cor-
Ire, abſtrahere. Cic. in Somnio Scipionis, 33. [poribus & animo ea quæ extra ſunt, percipimus. Cicero, 2. de Natura deorum, 221.

Excedere extra. Ci. de Vniuerſ. 20. ſic in omni modo partes omnes collocatæ ſunt, vt nulla pars huiuſce generis excederet extra.

Extra conſtitutionem eſſe, Id eſt in coniuratis. Cic. pro Sylla, 29.

Extra conſtitutionem hunc eſſe ſe ſcire dixiſſet.

Extra culpam ponere ſe. Cic. de Vniuerſit. 52.

Extra culpã eſſe, pro Non eſſe in culpa, & vacare culpa. Cic. 7. Verr. 104. Dico aut omnes extra culpam fuiſſe aut ſi vni attribuenda culpa ſit, in eo maximam fuiſſe.

Extra fatum nihil fieri. Cic. 2. de Diuinat. 37.

Extra modum, pro Supra modum. Cicero, 1. Offic. 195. Cauendum autem præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentiã prodeas.

Extra numerum es mihi. Plaut. Menæch. 5. 1. Animemi Menæhme ſalue: quid ergo extra numerum es mihi? Id eſt quare hîc ſtas? cur non ingredere ad me vnà cum aliis?

Extra numerum, modumqꝫ agere aliquid. Horat. 1. epiſt. 19. 12.

Extra ordinem, Id eſt ordine non obſeruato. Gell. lib. 4. cap. 10. Extra ordinem rogare ſententiam honoris gratia. Cic. pro Domo ſua, 15. Horſi ego ſententiam ne laudem, impedior Cn. Pompeii triumphis? quibus ille quum eſſet extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen pop. Roma. imperiumqꝫ honeſtauit. Conſtantiam probo, qua mihi quoq; vtendum fuit: quo ille authore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigranęqꝫ geſſit.

Extra oſtium, hoc eſt foris. Terent. Phorm. 5. 6. 36,

–ſed me cenſen' potuiſſe omnia
Intelligere extra oſtium, intus quæ inter ſe ipſi egerint?

Extra periculum. Cicer. ad Atticum, lib. 11. 23. 2. Poteris eam monere vt alicui committat, cuius extra periculũ huius belli fortuna ſit. Liu. 6. bel. Pun. 253.

Extra pretium eſt, Id eſt tanti eſt vt pretium exeedat. Plautus in Pœnulo, 4. 110.

–quid ſi adeamus? M. adeas. A. G. primùm ſalua ſis
Prima, & ſecunda in ſecundo. M. Salue in pretio tertia.
A. G. Salue extra pretium.

Extra ruinam eſſe. Cic. Attico, lib. 11. 23. 3.

Extra teli iactum eſſe. Cort. lib. 4. Itaque ex iumentis coria velaqꝫ iuſſit obtendi, vt extra teli iactum eſſent. Idem lib. 5. Cæſaqꝫe materia cratibus & plutei faciendis, vt qui turres admouerent, extra teli iactum eſſent, vrbem obſidere cœpit.

Extra turbam colloqui: Hoc eſt Seorſum à turba. Plaut. Amphit. 4. 70.

Deinde vtrique imperatores in medium exeunt:
Extra turbam ordinum colloquuntur ſimul.

Extra vniuerſa quid poteſſe eſſe. Cic. 4. Academ. 109.

¶ Extra, pro Præter elegantiſſimè ponitur, exceptionis gratia: vt Extra te vnum. Plaut. Amphit. 8. 202.

Vt mihi, extra vnum te, mortalis nemo corpus corpore
Contigit, qui me impudicam faceret. Idem Milite, 5. 6.

–nunc adeo edico omnibus,
Quęqꝫe à milite hic videritis hominem in noſtris tegulis,
Extra vnum Palæſtrionem, hunc deturbatote in via. Terent. Phorm.
Neque cognatus, extra vnam anicilam, quiſquam aderat. Cice. 1. in Catilinam, 9. Nemo eſt, extra iſtam coniurationem, perditorum hominum qui te non metuat. Idem 1. Verr. 20, De te Cæcili iam me hercle hoc, extra hanc contentionem, certamẽqꝫe noſtrum, familiariter te cũ loquar. Idem Mario, lib. 7. 3. 5, Extra ducem, paucosq; præterea, (de principibus loquor) reliqui primum in ipſo bello rapaces. Idem pro Domo ſua, 83, Ciuis eſt nemo tanto in populo, extra contaminatam illam & cruentam P. Clodii manum qui rem vllam de meis bonis attigerit. Idem 3. Philip. 202. 6, His Senatus Populuſqꝫe Roma. liberras chariſſima ſit & fuerit, vacationem militiæ ipſis, liberiſqꝫe eorum eſſe placere, extra tumultum Gallicũ Italicumq;. Varro de Re ruſt. Præterea extra familiam debuit dicere villicum & villicam, lib. 3. Decad. lib. 6. 171. Ipſos, liberoſq; eorum & coniuges vendendas, extra filias quæ nupſiſſent. Ibidem, Extra hanc multitudinem Hiſpanorũ obſides erãt. Ibidem, Extra prædam, quatuor millia deditorum habiti.

Extra iocum dicebatur à veteribus, quum quid ſerio, non ioco, dicere ſe ſe velle ſignificabant. Cic. Trebatio, lib. 7. 16. 3. Sed me hercule, extra iocum, homo bellus eſt. Idem Caio Volumnio, lib. 7. 33. 7. Sed me hercule extra iocum valde mihi tuæ literæ facetæ, elegantesq; viſæ ſunt. Idem Pætõ, lib. 9. 24. 8. Sed me hercle mi Pætæ, extra iocum moneo te.

¶ Extrà, ſine caſu, Aduerbium. Plin. Pomum ſimile amygdalis extrà, intus contortis nucleis.

Extra quàm, pro Niſi, Verbum eſt quod ponebatur in concipiendis exceptionibus. Cicer. 2. de Inuent. 164. Agit is cui manus præciſa eſt, iniuriarum: poſtulat is qui eam agitur, à Prætore exceptionem, extra quàm in reum capitis præiudicium fiat. Vbi (ſi) particula deeſſe videtur, extra quam ſit vt Vlpianus in L. primaſ. Labeo ſcribit. ff. De fluminibus, Sed ita excipiendum ait, extra quàm ſiquid ita factum ſit, vti de lege fieri licuit. Hæc Budæus. Liu. 3. Decad. libro 6. 171. Campanos omnes, Attellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quàm qui eorum aut ipſi, aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe iuſſerunt.

Extraordinarius, Adiectiuum, (ἐκτακτος,) Quod præter ordinem fit, vel eſt. Cicero ad Brutum, 4. 7, Quare tum & fœlicitatem & prouidentiam laudabo tuam, quum exploratum habere cœpero Cæſarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. Rurſus ad eundem, 10. 4. Sic Cæſar 1. bel. Ciuil. 116. Cice. 7. Verr. 29, Vt omnia ſemper quæ iucunda videntur eſſe, non modo his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ ac neceſſitati denegarem. Idem pro Domo ſua ad Pontifices, 17, Deinde gratulari tibi, quòd idem in poſterum M. Catonem Tribunatu tuo remouiſſes, & quod idem in poſterum de extraordinariis poteſtatibus libertatem ademiſſes. Apud Plinium epiſt. 245, Extraordinarium munus. Et ad Atticum, lib. 5. 96. 2. Item Extraordinaria cura, Liu. 6. bel. Pun. 94.

Extraordinarium ſemper imperium populare atque ventoſum eſt. Cic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

11.Philipp.301. Et numeris sequentibus. Et Extraordinariæ pecuniæ,Cic.4.Verr.123.
Petitio Consulatus extraordinaria.Cic.de Clar.Orat.120.
Potestas extraordinaria.Cic.pro Domo sua,17.
Præsidium extraordinarium dare.Cic.11.Philip.303.
Reus extraordinarius.Cælius Ciceroni,lib.8.8.2.
Extrarius,Adiectiuum,(ἐξωτικός,)Alienus,qui extra focum,sacramentum,iusque est,inquit Festus. Pomponius,Præterea minabatur,si extrario nupsisset,nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum. Hîc accipitur pro eo qui non sit domesticus,& ex eadem familia.
Canis extrarius,apud Suetonium in Vespasiano,pro non domestico.
Extraria lux.Lucret.lib.4.56.
Post extraria lux oculos pertinget,& aer
Alter,& illa foris quæ verè transpiciuntur.
Extrarium dicitur,quidquid est extra rem de qua agitur,vt apud Quintilianum,lib.7.cap.2. Quum in personam certam transfertur accusatio,aut in extrarium,aut in ipsius qui perit voluntatem,&c.
Extraneus,Adiectiuum,(ἀλλοδαπός,)dicitur(vt ait Festus)Qui ex altera terra'est. Vnde Extraneus hæres apud Suetonium in Claudio Cæsare,cap.4.Nec dubium est, quid post hæc Augustus constituerit, & reliquerit cum nullo præter augustalis Sacerdotii honore impertitum:ac ne hæredem quidem, nisi inter tertios ac penè extraneos, ne parte sexta nuncuparet.
Extraneus & Domesticus,cótraria.Cicero Antequam iret in exilium,s. Pax & concordia extraneis gignetur, quum iam domesticis non insideat,sed publicè prouidenti eripiatur.
Causa extranea.Author ad Heren.lib.3.92.
Cognomine extraneo demonstrare id,quod suo nomine appellari non potest.Author ad Heren.lib.4.196. De Pronuntiatione figura.
Res extraneæ,& corporis & animi diuersæ.Author ad Heren.lib.4.196. Hoc pacto non ornare poterimus & in laudando,& in lædendo,aut in corpore,aut in animo,aut in extraneis rebus dicere,&c.
Exterior,(ἐκτέτερος,)Comparatiuus ab exter vel exterus: cui opponitur Interior.Cic.de Vniuers.32. Atque ita quum alterum esset exteriorem amplexus orbem,&c.
Comes exterior.Horat.1.Serm.saty.5.40.
Exterior,pro Extra,apud Plautum Menæch.8.59. Exterior sis, obsernato modo.
Extrêmus,pen.prod.(ἔσχατος,ὕστατος,)Superlatiuus ab exter, Initium alicuius rei aliquando significat:authore Sipontino,Plaut. Ab extremo narrare incipiam. Hoc est à principio.
Ab extremo,Vide AB.
¶Extremus,Vltimus. Virgil. Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Cicero de Senect.17. Ego L. Metellum memini puer qui cum quadriennio post alterum Consulatum Pontif. Max. factus esset,& duos viginti annos ei sacerdotio præfuit,ita bonis viribus esse extremo tempore ætatis, vt adolescentiam non requireret. Idem de Amicitia,13.Cuius disputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum.
Cælum extremum atq; vltimum mundi est.Cic.1.de Diuin.137.
Dies extremus fati.Ouid.epist.1.23.
Finis extremus laborum.Virg.4.Georg.24.
Fortuna extrema stare.Cic.in Salust.9.
Gemitus extremos cietre.Virg.3.Georg.102.
Halitus extremus.Virg.4.Aeneid.137.
Hora extrema.Virg.8.Aeneid.4.
–extrema moriens tamen alloquor hora.
Extrema hyeme apparauit.Cic.p Lege Manilia.25.
Manus extrema non accessit operibus eius.Cic.de Clar.Orat.65.
Morte extrema. Virg.2.Aeneid.90.
Extrema iam in morte parant defenderetelis.
Extrema & prima nox,contraria.Cic.in Arato,10.
Pars extrema & conclusio muneris & negotii.Cic.Qu.fratri,lib.1.1.68.
Extrema pueritia miles fuit imperatoris.Cic.pro Lege Manil.19.
Recessu penitus extremo abditus.Senec.Hippol.8.15.
Spiritum extremum filiorum excipere.Cic.7.Verr.91.
In extremo spiritu:Hoc est vsque ad mortem,& extremum spiritum,Cic. 2.de Finib.159.Summorum officiorum in extremo spiritu conseruatio,indicat innatam esse homini probitatem gratuitam.
Supplicium extremum.Cic.7.Ver.133.Italia autem alumnum suum,seruitutis extremo summoque supplicio affixum videret.
¶Primum & extremum.Senec.Agam.7.13.
–quid nunc primum Dolor infœlix!
Quidve extremum deflere paras?
¶Ad extremum Horat.1.epist.1.7.
Solue senescentem mature sanus equum,ne
Peccet ad extremum ridendus,& ilia ducat.Vide AD ppositionem.

Ad extrema descendere.Pollio Ciceroni,lib.10.33.13.
Ad extremum,pro in extrema parte. Liu.lib.1. Decad.3. Missile telum hastili oblongo,& cætera tereti, præterquam ad extremum, vnde ferrum extabat.
Ad extremum manus dare.Cic.Attico,lib.2.37.3.
Ad extremum,pro postremo.Tacit.lib.17.Et ad extremum bella ciuilia ruebant. Idem lib.19.
Vitam adducere in extremum.Tacit.lib.14. Sed vitam ipsam in extremum adductam.
Durare in extremum.Ouid.epist.7.22.
Vsque in extrema obstinatus.Tacit.lib.19,Acerrimum militem,& vsque in extrema obstinatum.
Literæ quibus in extremis erat:sub.scriptum.Cic.Atti.lib.14.10.1.
In ea Pompeii epistola erat in extremo ipsius manu. Subaudi scriptum. Cic.Attico,lib.8.14.1.
In extremo tertio scribere.Cic.1.de Diuinat.15.Satis enim defensa religio est in secundo libro à Lucilio,cuius disputatio sibi ipsi,vt in extremo tertio scribis,ad veritatem est visa propensior.
Habet extremum quod finitum est.Cic.de Diuinat.154.
Extrema cum primis contexere,Vide CONTEXO.
Extremum omnium rerum mors.Cic.ad Torquatum,lib.6.21.5.
Summum atque extremum bonorum omnium.Cic.1.de Finib.83.
Sed hoc extremum eorum est,postulant vt excipiantur hæc inexplicabilia.Cic.4.Acad.172.
Curarum extrema.Silius lib.17.16.
¶Extremum tunicæ.Plin.lib.11.cap.37.23.Callosis contra frigora caloresque in extremo tunicis.
Extremo anni,pro extrema parte anni.Tacit.lib.5. Idem lib.19.In extremo Ponticæ oræ. Et libro.20.Extrema Galliæ oræ occupauere. Item lib.21.Terga hostium promittens,si extremo paludis equus mitteretur. Ibidem,Extrema,& latissima mœnium.
¶Extremus,Perditus & nequam.Virg.4.Aeneid.36,
Illam terra parens,ira irritata deorum
Extremam(vt perhibent)Cæo,Enceladoque sororem
Progenuit. Hoc est pessimam. Quod non sine ratione esse videtur: quandoquidem medici affirmant deteriores esse qui vltimi nascuntur. Sipontinus ex Seruio. Sic extremum ingenium apud Liuium lib. 2.bel.Punici.
¶Extrêmus,Remotus.Horat.1.epist.1.9,
Inpiger extremos currit mercator ad Indos.
Extimus,penult.corr.(ὑποτατος,)similiter ab exterior: opponitur Citimo. Plin.libro 2.cap.78.2, Iisdem imperia quæ nunquam extimis gentibus fuerint.
Extimum promontorium.Plin.lib.6.cap.28.11.
Extremò,Aduerbium,(ὕστατον,)Cicc.ad Atticum,lib.13.25.1.1,Quod enim scribis extremò,vide ne is ipse locus sit,cuius causa,&c.Legitur & extremi.
Extremitas,pen.corr.(τὸ ὕστατον,)Denominatiuum,dicitur id quod in quaq; re extremum est:vt Extremitas circuli.Plin.lib.2.cap.17.4.
Ora & extremitas regionis.Cic.1.de Finib.163. Hæc non erant eius qui innumerabiles mundos, infinitasq; regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas,mente peragrauisset.
Cæli extremitas.Cic.de Vniuers.34.
Mundi extremitas paribus à medio radiis attingit.Cic.de Vniuers.22.

Extraho, extrahis,pe.corr.extraxi,extractũ,(ἐξέλκω,ἐκφανίζω,) extrahere extra trahere.Cic.pro Cluent.28,Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio.
Aculeos corpore extrahere,Vide ACVLEVS.
A vita extrahere aliquem.Senec.Thebaid.1.2,
–melius inueniam viam
Quam quæro solus,quæ me ab hac vita extrahat.
Extrahere vi aliquem in publicum.Liuius 6.bel.Pun.63.Ni venirent in Senatum,circa domos eorum ituros se,& in publicum omnes vi extracturos esse.
Extrahere serpentes cantu.Plin.lib.8.cap.16.8.
Telum è corpore extrahere.Cic.pro Rosc.Amer.11.
Extrahere venena corpori.Plin.lib.7.cap.2.4,genus hominum fuisse traditur,quos Ophiogenes vocat,serpentum ictus contactu leuare solitos, & manu imposita venena extrahere corpori.
¶Extrahere se ex aliquo negotio.Terent.Phorm.1.4.3,
Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala,
Quæ neq; vti deuitem scio,neq; quo modo me inde extraham.
Extrahere ex animis assensionem.Cic.4.Acad.194.
Tollere atque extrahere cupiditates radicitus.Cic.2.de Finib.47.
Radicitus ex animis religionem extraxit Epicurus. Cicero 1.de Natt. deorum 165.
Rem aliquam ab aduersariis variis calumniis extrahere. Cicero Lentulo,lib.1.4.1.

Extrahere

Extrahere se:lus aliquod in lucem ex occultis tenebris.Id est,prodere & manifestare.Liu.9.bel.Maced.63. Omnia diis propitiis,volentibusque ea faciemus, qui quia suum nomen sceleribus, libidinibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt.
Secreta mentis extrahere.Sene.Hippol.2.5.Vincîte ferro, verberum vis extrahat Secreta mentis.
¶Extrahere dicitur:Trahere in longum,& differre,ac proprie Procrastinare.Cæsar in Comment.Catonem verò acerrimè repugnantem,& prisima consuetudine dicendi mora dies extrahentem, vt sui ratio abiens habiturus esset. Ibidem; Sic triduum disputationibus,excusationibusque extrahitur. Liuius ab Vrbe condita, Cunctando extraxerant diem.
Extrahere in annum rem aliquam.Liu.2.ab Vrbe,144.Res in annum extrahitur. Idem lib.3.4.Extractum in tertium annum bellum est. Ibidé, Extracta vtraque res in Consulum aduentum est. Idem de bello Punico, Extrahi rem in suum aduentum iussit.
Extrahere rem aliquã per aliquot dies.Liuius de bello Punico, Extracta tamen authoritatibus seniorum per aliquot dies res est.
Extractum certamen vsque ad noctem.Liu.4.ab Vrbe,174.
Mortem extrahit vates dulci testudine.Valer.1.Argon.57.
Pugnam in posterum extrahere.Tacit.lib.4.Mox compertum à transfugis quingentos Romanorum apud lucum,quem Baduhenna vocant,pugna in posterum extracta,confectos.
In infinitum aliquid extrahere.Quint.lib.4.ca.1.30.Sed quum hæc ordinari ex causis,quarum species consequi omnes non possumus, nisi generaliter comprehendantur,in infinitum sunt extrahenda.
Extrahere iudicium.Paulus Ad exhibend.l. Si optione intra certum tempus data,iudicium extractum est,in id tẽpus quo frustra exhiberetur, vtilitas petitoris conseruetur.
¶Extrahere aliquem,pro Inducere,& vehementer solicitare vt aliquid faciat, Liu.2.bel.Pun.145. Vulgus etiam extrahere ad Consulatum nitebatur.
Extrahendus,(ἐξελκτέος,)Sene.Oedip.4.22.
=populus infernæ Stygis
Hinc extrahendus.
Extractus,Participium,(ἐξελκυσθείς,)Cic.Qu.fratri,lib.2.6.4. Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est.
Rogem in vrbem extractus.Horat.1.Serm.saty.1.3.
Extractorius,Adiectiuum,(ἐξελκτικός,)Plin.lib.24.cap.11.3. Vulgaris arundo extractoriam vim habet.Hoc est,vacuatoriam & eductoriam.

Extrico, extricas,penu.prod.(ἀναπλέκω,ἀπαλλάττω,ἀπολύω,) extricare,Verbum à tricis compositũ,significat liberare.
Extricare se.Plaut.Epid.3.49.
Quid de illa fiet fidicina igitur?aliqua reperibitur,
Aliqua ope exoluam,extricabor aliqua. Videtur hîc Plaurus in passiua voce prorsus extricor,ni mendosus est codex.
Extricare sylueſtrem agrum.pro Purgare & mondare. Colum.lib.4.Syluestris ager præcipuè est eligendus,qui etsi fruteris aut arboribus obsessus est,facilè extricatur.
Nummos vnde vnde extricare.Horat.1.Serm.saty.3.18.
Odisti,& fugis,vt Drusonem debitor æris:
Qui nisi,quum tristes misero venere Calendæ,
Mercedem,aut nummos vnde vnde extricat,amaras
Porrecto ingulo historias,captiuus vt,audit.
De Dionysio tuo adhuc nihil extrico.Varinius Cice.lib.5.10.1.
Cœna extricata densis plagis.Horat.3.Carm.ode 5.7.

Exstringo, extringis,extrinxi,extrictum,(σφίγγω,) extringere, Idem quod stringere,à quo compositum est. Cicc.4. Acad.160.Nam quum extensis digitis aduersam manum ostenderat, Visum,inquiebat,huiusmodi est.Deinde quum paulum digitos extrinxerat,Assensus huiusmodi.Tum quum plane compresserat,pugnumq; fecerat,comprehensionem illam esse dicebat. Quo in loco ex vetustis exemplaribus legitur contraxerat,non autem extrinxerat.

Extrinsecus, pen.corr.(ἔξωθεν,)Aduerbiũ,quasi dicat externe, vel ab extra.Cicc.5. de Finib. 70.Et nunc quidem quod eam tuetur,vt de vite potissimum loquar,est id extrinsecus. Idé 4.Acad.89.Obiecta terribili re extrinsecus. Idem 1. de Oratore,92. Adhibita est igitur ars quædam extrinsecus ex alio genere quodam. Varro lib.1.de Re rust.ca.41.1. Vt non denudes medullam,ne extrinsecus imbres noceant. Liu.2.ab Vrbe,142. Quum subitò exercitum Romanum Cortonos obsidentem,atque in oppidanos,quos intus claudebat,intenirum sine vllo metu extrinsecus imminẽtis belli,Volsci haberent legiones profectæ ab Antio inuasissent,&c.
Accipere extrinsecus aliquid.Cic.3.de Nat.deor.38.
Addita corpora sunt extrinsecus.Lucret.lib.2.222.
Adhiberentur extrinsecus corporum adiumenta.Cic.4.Tusc.93.
Alligatus extrinsecus humor.Cic.2.de Diuina.86.

Assumere auxilia extrinsecus.Quint.lib.7. ca.5.6.Factum per se improbabile,assumptis extrinsecus auxiliis,tuemur.
Assumuntur,extrinsecus loci.Cic.in Topic.5.
Excitari vi & commoueri extrinsecus.Cic.de Fato.63.
Complecti extrinsecus aliquid.Cic.2.de Nat.deor.165.
Ducunt extrinsecus spiritum pulmones & cor. Cic.1.de Nat.deor.204.
Inaurata extrinsecus columna.Cic.1.de Diuinat.87.
Iniecta extrinsecus præsagitio,atque inclusa diuinitus,inest animis. Cic. 1.de Diuinat.115.
Extrinsecus intrare.Pers.Saty.5.13,
–seruitium acre
Te nihil impellit:nec quicquam extrinsecus intrat.
Quod neruos agitet?
Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus imagines nobis dormientibus.Cic.4.Academ.125.
Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. Cice.2. de Diuinat.205.
Extrinsecus alicunde aliquid quærere.Cic.2.de Orat.174.
Vestiuit extrinsecus animum Deus & circumdedit corpore. Cicero de Vniuers.26.

Extro, extras,(ἐξέρχομαι,)extrare,Verbum ab extra formatum, significat egredi. Sicut enim intrare, ingredi est:sic extrare, exire. Aframus, Simul limen intrabo, illi extrabunt ilico. Antiquum est.

Extrudo, extrûdis,extrûsi,extrusum,pen.prod.(ἐξωθέω,ἐξωσέω) extrudere,Proprè dicitur qui manibus expellit,& velut extra trudit,authore Donato.
Esse in numero,& Extrudi,contraria.Cic.Trebatio,lib.7.6.4.
Quo in numero tu certe fuisses,nisi te extrusissemus.
Extrudere ædibus.Plautus Aulularia,4.31.
–me miseram ad hunc modum
Decies die vno sæpe extrudit ædibus.
Extrudere ex ædibus.Plaut.Casina.1.18.
–illæ autem senem
Inuitum extrudere cupiunt ex ædibus:
Vt ipsæ solæ ventres dilitendant suos. Idem Aulul.4.5. Nam qua nisi causa me extrusisti ex ædibus?
Extrudere foras.Plaut.Trucul.3.51.
Eo nunc cõmenta est dolum peperisse simulat sese,vt me
Extrudat foras.Idem Pœnulo,18.48. Iam hercle ego illam vxorẽ ducã, & Iunonem extrudam foras.Terent.Eunucho,4.5.11.Correxit miles quod intellexi minus:nam me extrusit foras.
Extrudere inuitum.Terent.Heeyra,1.2.98.
–ad hos redibat lege hæreditas:
Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater. Vbi Donatus,Hîc translatione vsus est Terentius,vt ostenderet tantum importunitatis verbis senis fuisse,quantum impulsio manuum efficere potuisset.
Extrudit,Verbum necessitatis.Plaut.Merc.19.42.
Vticus mihi Dorippa est gnatus,fcias.9.scio.p.hunc pater
Olim à se extrusit Rhodum.
Extrudere aliquem in viam.Cic.1.de Oratore,130, Nam te in viam,simulac per paululum guſtaris,extrudam & eiciam.
¶Extrudi,per translationẽ,pro Abalienari: vt Extrudi ab aliquo.Cicc. ad Atticum,lib.3.14.2.Sed iam extrudimur,non à Planco,(nã is quidem retinet)verum ab ipso loco minimè appositio ad tolerandam in tanto luctu calamitatem.
Extrudere domo sua aliquem.Cic.7.Verr.31. Itaque non modo domo tua Chelidonem in Prætura extendere voluisti,sed in Chelidonis domum Prætoram tuam totam detulisti.
Extrudi & Prohiberi,contraria. Cicc.10. Philipp.176. Qui tanquam extruderetur à Senatu in Macedoniam,& non contrà prohiberetur proficisci,ita cucurrit.
Extrudere aliquem,pro Accelerare.Cicc. Terentiæ,lib.14.2.Pollicem si ad hæc non est profectus,quamprimum fac extrudas.
Extrudere tabellarios,pro Accelerare ad iter.Cice.ad Brutum,14.6.1. Ego autem quum ad me de Ciceronis absentis discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios,literasque ad Ciceronem.
Merces extrudere.Horat.1.epist.2.3.
Laudat venales,qui vult extrudere,merces.

Extruo, extruis, penult.correp. extruxi, extructum,(κατασκευάζω, οἰκοδομέω,) extruere ,ab ex & struo compositum, Construere, ædificare. Cæsar 3.bell.Gall.460, Omnem eam materiam quæ erat excelsi,conuersam ad hostem collocabat,& pro vallo ad vtrunque latus extruebat.
Extruere & Euertere,cõtraria.Cic.p Domo sua,77.In eã possim intueri domum meam euersam non ab inimico meo,sed ab hoste communi & ab eodem extructam & positam in oculis ciuitatis.
Acerum magnum ad pedes alicuius extruere.Cic. Attico,lib.2.17.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Extruere ædificium in alieno, per metaphoram. Cic. pro Milone, 56.
Extruere aggerem in altitudinem. Cæsar 2. bell. Ciuil. 4. Et libro 7. bel. Gall. 287.
Altitudinem excellentiamque virtutum animo extruere. Cicero 5. de Finibus, 124.
Casas extruere ex virgis. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 5.
Extruere cumulum. Cæsar 6. bel. Gall. 68.
Fundare & extruere disciplinam. Cic. 4. de Finib. 1.
Focum extruere lignis. Horat. Epod. 2. 9.
Extruere mensas epulis. Cicer. 5. Tuscul. 87, Mensæ conquisitissimis cibis extruebantur. Plaut. Menæch. 3. 25, Cereales cœnas dat, ita cœnas extruit. Cic. de Senect. 40, Caret epulis, extructisque mensis & frequentibus poculis.
Mensas festas extruere. Tibull. lib. 2. eleg. 6. 13.
Montem extruere. Cic. in Pisonem, 38.
Montes extruxit in æthera. Valer. 2. Argon. 4.
Extruere monumentum. Cic. 14. Philipp. 406.
Extruere rogum. Cic. 3. de Finib. 115.
Extruere sepulchrum altius. Cic. 2. de Legib. 105.
Extruere stramenta in acernum. Colu. lib. 6. ca. 3. 1.
Extruere thermas de marmore. Mart. lib. 9. 39.
Toros extruere. Virg. 3. Aeneid. 45.
In numerum verba extruere. Author ad Herenn. lib. 4. 198, In quibus oportet verba sicut à poetis in quendam extruere numerum. De continuationibus.
Ad cælum villam visceribus ærarii extruere. Cic. pro Domo sua, 95.
Vrbem extruere. Virg. 4. Aeneid. 54.
Extructus Participium, (κατασκευασμένος,) Cic. in Pisonem, 53, Extructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida.
Foci extructi. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 9.
Mensæ extructæ dapibus. Ouid. 11. Metam. 25.
Extructio, Verbale, (κατασκευή,) Cic. 14. Philip. 408 Eaqui extructione quæ fit ad memoriam æternitatis.
Extructio tectorum. Cic. 2. de Natur. deorum, 225.

Extúbero, extúberas, pen. corr. (προβλάστημι,) extuberare, A tuber deriuatum, & significat excrescere, inflari, & quasi tuberis figuram efficere. Plin. lib. 21. cap. 16. 3, Neq; in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat. Idem lib. 37. cap. 8. 4, Vtrobique autem in rupibus inuis & gelidis, oculi figura extuberans leuiterque adhærens.

¶ Extuberare, Actiuum, pro Tuberibus asperare. Senec. lib. 6. Natur. quæst. Defert montes, subrigit plana, valles extuberat, nouas in profundo insulas erigit.

Extuberantes gemmæ quibus opponuntur Cauæ. Plin. li. 37. cap. 12. 4, Cauæ aut extuberantes viliores videtur æqualibus. Idem lib. 19. ca. 2. 7.
Extuberatio, Verbale, (προβλάστησις, Plin. lib. 31. cap. 9. 8. Luxatis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus. Hoc est, tuberculis per corpus enascentibus.

Extumeo, extumes, pen. corr. vel Extumesco, extumescis, (ἐξυφόω,) extumescere, Idem quod simplex tumescere, & in tumorem redigi. Plin. lib. 37. cap. 5. 8, Democritus in hoc genere posuit Hermoneos & Persicos illos extumescentes puinguiter.

Extúmidus, pen. cor. Adiectiuum, (ἐξοιδηκώς,) vt Extumida media area. Varro 1. de Re rust. cap. 51. 1, Hanc esse modicam pro magnitudine segetis, potissimum rotundam, & mediam paulo extumidam.

Extundo, extundis, extudi, pe. cor. extúsum, pe. prod. (ἐκπαίτω, ἐκβιάζομαι,) extúdere, Extorquere vel euenire, inquit Nonius. Plaut. Mostel. 4. 64, Eundé animum oportet nunc mihi ea gratum vt impetrauí, Atque olim prius quàm id extudi, quum illi subblandiebar. Id est rogando exorauí, & ab amico extorsi. Sueton. Nec vt appetereret, compelli nisi à matre potuit: ea demum extudit magis conuitio quàm precibus.
Vsus extundit artes. Virg. 1. Georg. 27.
Labor extudit fastidia Horat. 2. Serm. saty. 2. 3.
* Extudere aliquem. Quintil. lib. 1. cap. 4. Alios continuatio extundit.
Extundere, Studiosè facere. Virg. 8. Aeneid.
Lanigerosque apices, & lapsa ancilia cælo
Extuderat. Seruius.
¶ Extundere, In tuber tundendo transformare. Cassius Seuerus lib. 6. Controuersiarum apud Senecam, Alterius diminutas scapulas in deformem tuber extundit.

Exturbo, exturbas, (ἐξωθέω,) exturbare, Violenter eiicere ab aliquo loco. Metaphora sumpta à turbine venti, qui dum perflat, puluerem veluti in globum violenter sursum erigit.
Expellere atque exturbare. Cic. pro Cluent. 10, Lectum illum genialem, quem biennio antè filiæ suæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni, expulsa atque exturbata filia iubet.
Exturbare, Eiicere, expellere. Cic. pro Murena, 43, Magnum est enim te comparare ea quibus possis hominem è ciuitate, præsertim non inopem neque infirmum, exturbare, qui & per se & per suos, & verò etiam per alienos defendatur. Budæus.
Exturbare & Manere, contraria. Cicero Attico, libro 8. 169. 3, Itaque quæro qui sint isti optimates qui me exturbent Comis, ipsi domi maneant.
Exturbare aliquem foras, Plaut. Trinum. 14. 74.
Deiicere Senatum à gubernaculis, Populum è naui exturbare. Cic. pro Domo sua, 20.
Exturbare homines è possessionibus. Cic. pro Sylla, 53.
Exturbari præcipitem è prouincia. Cic. 6. Verr. 59.
Exturbari ex agris. Cicc. pro Lege Agraria, 83. Sic exturbare aliquem bonis. Cic. 4. Verr. 32.
Exturbare ex numero viuorum. Cicero pro Quintio, 28, Is non modo ex numero viuorum exturbatur, sed si fieri potest, insia etiam mortuos mandatur.
Exturbare aliquem ædibus & ex ædibus. Plaut. Trinum. 11. 56. & 4. 74.
Miserum fortunis omnibus exturbari. Cic. pro Quintio, 63.
Exturbare penatibus. Plinius in Paneg. 56, Expellere penatibus gestiit, suis exturbentur.
Exturbare sede. Colum. lib. 8. cap. 17. 9.
Exturbare ciuem innocentem, expellere. Cic. Antreq. iret in exil. 10.
Exturbare ex animo ægritudinem, pro Excutere. Plaut. Curcul. 5. 9, Aegi istam exturbes ex animo ægritudinem.
Animas exturbare cæde. Ouid. 15. Metam. 35.
Exturbare mentem alicuius. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 4. 3.
Noctem exturbabat vociferans. Stat. 10. Thebaid. 43.
Silentia noctis exturbare. Stat. 1. Thebaid. 88.
Exturbare spem pacis. Liu. 6. ab Vrbe, 80, Hæc noua iniuria exturbauit spem pacis.
¶ Exturbare calculos, dicitur radix herbæ, pro Eiicere & confringere. Plin. lib. 20. cap. 10. 2, Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & in vino albo pota, calculos quoque exturbat.
Comas exturbare. Stat. 5. Thebaid. 61.
Exturbare oculos alicui, pro Excludere & exculpere, siue effodere. Plaut. Pœnulo, 4. 160,
Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiæ
Exturbo oculos atque dentes.

Exturbátus, pen. prod. (ἐξωσμένος,) Participium: vt Radicibus exturbata pinus. Catull. epigr. 59. 22.

Extuſſire, Idem quod tussire, & cum tussi aliquid eiicere (ἐκβήσσειν,) Plin. lib. 35. cap. 15. 4, Puruléta quoque extussientibus, & contra scorpionum ictus. Idem lib. 23. cap. 3. 4, E radice oleæ quàm tenerrime cortex derasus, in melle crebro gustato medetur sanguinem reiicientibus, & suppurata extussientibus. Celsus lib. 2. cap 8, Nisi vomicam aliquam excitauit sic, vt pus extussiretur.

Exubero, (ὑπερπλέω. Vide EXHVBERO.
Annus exuberat pomis. Virg. 2. Georg. 104.
Humor malus membris exuberat. Claud. de Aponi balneis, 5. 19.
Vmbra exuberat luxuria foliorum. Virg. 1. Georg. 59.
Astu exuberans. Silius lib. 1. 12. de Hannibale.

Exuccus, (ἰσχνός,) qui succo caret. Seneca epist. 30. Scis illum infirmi semper & exucci corporis fuisse. Quintil. lib. 12. ca. 10. Vnde nunc quoque aridi, & exucci, & exangues.

Exudo, exúdas, pe. prod. (ἀφιδρόω,) exudare, veluti per sudorem emittere. Plin. lib. 24. cap. 9. 1, Est autem tium genera. Vnum arbor ipsa exudat gummi modo. Alterum manat in plaga quæ floret. Columella lib. 12. cap. 48. 5, Quæ oliua quicquid habuit amaritudinis exudauit. Et Exudare liquorem. Colum. lib. 7. cap. 6. 3.
Humor exudat. Virg. 1. Georg. 18,
—siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.
Nouè locutus est: nam non ipse humor, sed terra desudat. Vnde exudat pro exudatur accipimus. Seruius.
Exudare laborem. Liu. 5. ab Vrbe, 10. Quum tantum laboris exhaustum sit, & ad finem tam operis tandem peruentum, relinquendáne hæc omnia fessis, vt ad æstatem de integro his instituendis exudetur labor?
Edomiti exudatique labores. Silius lib. 3. 107.
Exudare causas, pro magno labore agere. Horat. 2. Serm. saty. 10. 6. Vide CAVSA.

Exuerto, exuertis, exuerti, exuersum, (προκαμβάνω,) exuertere, Prævenire, præoccupare. Plaut. Pœnulo, 4. 52,
1 in malam rem. M. i tu, atque herus tuus.
5. Verum enim qui bene cum norit, citò homo exuorti potest. Antiquum.

Exugo, exúgis, penult. prod. exuxi, exuctum, (ἐκχυλίω,) exugere, Succum omnem sugendo extrahere. Legitur & exugebo

gebo in secunda. Plaut. Rud. 23. 69. Ego iam te hîc itidem, quasi penicillo nouus soleat exugere, Ni hunc amittis exugebo quicquid humoris tibi est. Idem Pœnulo. 8. 57. Iam nunc ego illi egredienti sanguinem exugam procul. Idem Epid. 5. 5. Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exugebo sanguinem. Colum. lib. 4. cap. 24. 8. Sed ab vno latere exugitur. Cato, cap. 156. 2.
Exugere sudorem. Colum. in Procem. lib. 1. 14. Quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus.

Exul, éxulis, pen. corr. com. geu. (φυγάς, ἀπόπτολις, ἐξόμενος,) Is dicitur qui ex patria electus est: quasi extra solum. Festus, Exules dicuntur loco patriæ suæ pulsi. Cic. pro Domo sua. 56. Hunc tu etiam perniciosa pestis exulem appellare ausus es, quum tantis sceleribus esses & factis notatus, vt omnem locum quo adisses, exilii simillimum redderes? Quid est enim exul? Ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Quando igitur est turpe? Re vera quando est pœna peccati, opinione autem hominum si est pœna damnati. Vtrum igitur peccato meo exulis nomen subeo, at te iudicata?
Meotis exul. Ouid. 9. Metam. 82.
Attonitusque malis, exul mentisque, domusque.
Patriæ exul. Horat. 2. Carm. ode. 16. 4.
Vagus exul. Ouid. 11. Metam. 82.
¶ Exul agor. Ouid. epist. 7. 23.
Vagum exulem errare aliquem, atque vndique exclusum. Cicero pro Cluentio. 138.
Reducere exules. Cic. Cassio, lib. 12. 14. Et pro Sestio. 48.
Vieiectos exules reducere. Author ad Heren. lib. 2. 83.
Restituere exules. Cic. 1. Philipp. 2.
Venit exul ad Antiochum Ephesum Hannibal Carthagine expulsus. Cicero. 2. de Orat. 42.

Exilium, huius exilii, (φυγή, ἔκφυξις,) dicitur ipsa priuatio soli patrii. Cic. lib. 5. Tusc. 149. Exilium credo quod in maximis malis ducit. Et paulo pòst. Iam vero exilium si rerum naturam, nõ ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Idem in Parad. 38. Nescis exilium, scelerum esse pœnam?
Exilii species tres ponit Martianus in L. Exilium. ff. de Interdictis & relegatis. Exilium, inquit, triplex est: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga, vt omnium locorum, præter certum locum: aut insulæ vinculum, id est relegatio in insulam. Exilium autem pœna est iudicii capitalis. Paulus in L. 2. ff. de Publicis iudiciis, Capitalia iudicia sunt ex quibus pœna mors, aut exilium est, hoc est aquæ & ignis interdictio. per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nam cæteræ, non exilia, sed relegationes proprie dicentur. tunc enim & ciuitas retinetur. Cicero pro Cecinna. 73. Tum amittitur hæc ciuitas deinique, quum is qui profugit receptus est in exilium, hoc est in aliam ciuitatem. Idem paulo ante. 72. Nam quod ad exilium attinet, perspicue intelligi potest quale sit. exilium enim, non supplicium est, sed profugium, portusque supplicii. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est sedem ac loci mutant. Et paulo pòst, Quum homines vincla, neces, ignominiasque vitant, quæ sant legibus constitutæ, confugiunt quasi ad aram in exilium: qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem quàm vitam amitterent.
Exilii causa solum vertisse aliquem, nec postea esse restitutum. Cicero. 5. Philipp. 174.
Inficiæ exilium. Virg. 10. Aeneid. 168.
Terribile exilium illis quibus quasi circunscriptus est habitandi locus, non iis qui omnem orbem terrarum vnam vrbem esse ducũt. Cicero in Paradox. 10.
Pœna scelerum, exilium est. Cic. in Parad. 38.
¶ Quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si solum non mutant. Cic. in Parad. 38.
Afficiunt exilio sceleratos & impios leges. Cic. in Parad. 38.
Fugam meditari, & exilium cogitare. Cic. 1. in Cati. 16.
Confiteſcere in exilio. Vide CONSENESCO.
Delitescere exilio. Quid. in Ibin. 3.
In exilium depellere, & agere. Plin. lib. 7. cap. 30.
In exilium aliquem eiicere. Cic. 2. in Catil. 33.
Ire in exilium. Cic. in Catil. 16. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Exigere in exilium. Iustinus, Quòd per iniuriam se in exiliũ exegissent.
Fugere in exilium. Iuuenal. Saty. 10. 16.
Imperare exilium alicui. Senec. Medea. 7. 64.
Liberans exilio. Vide LIBER.
Meditari exilium. Vide MEDITOR.
Mulcare exilio maleficium. Cic. pro Cecin. 72. Idem pro Sylla. 55.
Mutatum exilio maleficium. Vide MVLTA.
Mutare domos exilio. Virg. 2. Georg. 103.
Pati exilium. Virg. 2. Aeneid. 138.
In exilium pulsus aliquis. Cic. 2. de Orat. 30.
Pellere in exilium. Vide PELLO.
Pendere pœnam exilio. Ouid. 10. Metam. 47.
Recta à pergere in exilium. Cic. 1. in Catil. 17.
Petere exilium. Lucan. lib. 3. 23.
In exilium proficisci. Cic. 1. in Catil. 15.
In exilium aliquem proiicere. Cic. Antequam iret in exil. 19.
De exilio quendam reducere. Cic. 2. Philipp. 56.
In exilio esse. Cic. 3. de Nat. Deor. 115.
In exilium venire. Cic. 1. de Orat. 36.

Exulo, éxulas, pen. cor. (μετανίσσω, φεύγω,) exulare, Patria priuatum esse Cic. ad Metellum, lib. 4. 8. 5. Sinautem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse ad exulandum locum. Idem 3. Tuscul 68. Aut Telamonem pulsum patria exulantem.
Exulare à patria sua. Plaut. Mostel. 8. 71.
—an id mauis, vt abeat foras
Vrbem, exuleréque à patria sua causa tui?
Exulare domo. Terent. Eunuc. 3. 5. 61. Vbi mutem? perliinam domo exulo. Id est, sum extra domum.
Exulat auaritia ex vrbe, per translationem. Plaut. Perſa. 16. 89.
—pulchrè munitum arbitror,
Perfidia & peculatus ex vrbe, & auaritia si exulant.
In oris ignotis exulare. Ouid. epist. 9. 31.
Per externas profugus pater exulat oras. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 3.
Rem publicam discessu alicuius exulare. Cic. in Parad. 37.
Romæ exulare ius esse alicui. Cic. 1. de Orat. 86.
Exulatum abiit res patris. Plaut. Merc. 3. 43.
Amare vali de cœpi hîc meretricem milico
Res exulatum ad illam iam abibat patris. Vide ABEO.

Exulans, pen. cor. Participium. (μετοικῶν,) Cic. 2. de Diuin. 78, Rex Prusias quum Hannibali apud eum exulanti depugnari placeret, negabat se audere, quòd extà prohiberent.

Exulcero, exúlceras, penult. corr. (ἐξελκόω,) exulcerare, Proprie est vlcus facere & exasperare, ac nouam cicatricem inducere. Plin. lib. 20. cap. 8. 19, Lepras, lichenas, lentigines exulcerat. Varro libro. 2. de Re rustic. cap. 9. 12. Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos quòd muscæ, & ricini, & pulices soleant (si hoc vnguine non sis vius) ea exulcerare. De canibus loquitur.
Exulcerare, per translationem, significat Exasperare, exacerbare, & deterius facere. Cic. 1. de Orat. 167. Quum aduersariorum adiumenta eõ firmant, aut ea quæ sanare nequeunt, exulcerant.
Exulcerare animum. Cic. Ita mihi animum exulcerauit. Idem pro Deiotaro. 4. Fore putabant vt in exulcerato animo, facile fictum crimen infideret. Quinetiam exulcerata tempora, idem ad Atticum vocat depravata & corrupta.
Exulcerare gratiam alicuius. Cicero de Claris Oratoribus, 80. Vtica non modò non exulcerare veltram gratiam, sed etiam conciliare videtur.
Suspicionibus hominum & scelere exulcerari. Cic. pro Domo sua, 23.

Exulcerátus, pen. prod. Participium, (ἐξελκωμένος, Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 12, Vt in rebus multo antè quàm profectus es, ab ipso rege, & ab intimis & domesticis Pompeii clàm exulceratis, deinde palàm à Consularibus exagitatis, &c.

Exulceratio, Verbale, (ἐξέλκωσις,) Plin. lib. 20. cap. 3. 5. Sed omniũ consensu, stomacho vtilissimæ iudicantur, & interaneorum vesicarumque exulcerationibus.

Exulceratorius, Adiectiuum, (ἐξελκωτικός.) Quod exulceratiuet Exulceratorium medicamentum. Plin. lib. 23. cap. 7. 12.

Exulceratrix, pro huius exulceratricis, Verbale, fœm. g. (ἐξέλκωσις,) Plin. lib. cap. 12. 2. Vis ei septica & exulceratrix.

Exulto, exultas, (ἀγαλλιάω, ὑπαγάλλομαι, κυδάλλω,) exultare, & exilire, Ab ex & salio compositum: estque veluti gestu corporis lætitiam ostendere. Nonius, Exultare est supra modum exilire & efferri. Cic. lib. de Rep. Est igitur quiddam turbulentum in hominibus fingulis, quod vel exultat voluptate, vel molestia frangitur. Idem ad Atticum, lib. 6. 11. 1. Lecta tua epistola gaudio exultat.
Exultare, nimiumque gaudere. Catull. ad Lesbiam, epig. 48. 2. Otio exultas, nimiumque gaudes.
Exultare, immoderatèque iactari. Cic. 1. de Diuinat. 107.
In herbis exultat vacca. Ouid. 1. de Arte, 63.
Inter medias cædes exultat. Virg. 11. Aeneid. 130.
Alacris improbitas exultat in victoria. Cic. Attico, lib. 1. 11. 12.
Oratio exultat. Cic. 4. Acad. 199. Idem 1. de Finib. 83.
Exultat & triumphat oratio mea in hoc. Cicero, in Catil. 26. Et 1. de Finibus, 82.
Pauor exultat circa pectus. Lucret. lib. 3. 59.
In aliqua re audacius exultare. Cic. in Orat. 14.
Exultare, Cum iactantia gloriari. Cic. de Senect. 9. Hannibalem iuueniliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

exultantem,patientia sua molliebat. Idem in Catil.17. Infer patriæ bellum,exulta,impio latrocinio. Nonius.
Gestis in suam famã exultare. Tacit.in vita Agricolæ,Nec Agricola vnquam in suam famam gestis exultauit.
Lætitia exultare Cic. Attico,lib.15.329.15. Virg.12.Aeneid.141.
Victoria nobilitatis exultare.Cic.pro Rosc.Amer.10.
Nimis exultare secundis rebus.Senec.Hipp.1.24.
¶ Exultare,Gestu vel dicto iniuriam facere.Lucilius lib.30. Quin totũ purges,debellas me,atque deuras,exultes,solicites. Nonius.
Iniuriam vnius in aliũ exultare.Cic.Attico,lib.7.121.9.Quomodo exultat Catonis in me ingratissimi iniuria?
¶ Exultare,Sæuire.Cic.lib.3.de Rep.Quæ sanguine alitur,quæ in omni crudelitate exultat,vt vix huiusmodi acerbis funeribus satiet. Nonius.
Exultare,Extra saltare.Virg.3.Aeneid.111. Exultantque vada,atque æstu miscentur arenæ. Plin.lib.8.cap.53.de ibicibus mirandæ pernicitatis,E monte aliquo in aliũ transilire quærentes,atque recusu pernicios,quòd libuerit exultant.
Exultans,Participium,(ἀγαλλόμενος.)Cic.3.de Orat.91.
Erras,errasnam exultantem te & præsidentem tibi
Repriment valde legem habenæ. Ex quodam poeta.
Elatus lenitate,inanisque lætitia exultans,& temere gestiens. Cicero.5. Tuscul.25.
Furentem & exultantem continere.Cic.de Arusp.resp.1.
Successu exultans.Virg.2.Aeneid.77.
Equos ferocitate exultantes domitoribus tradere.Cic.1.Offic.128.
Corda exultantia.Virg.3.Georg.20. Idem.5.Aeneid.11.
Cruor exultans in ora erupit.Silius,lib.5.14.
Furorem exultantem ex parte reprimere. Cic.pro Sestio.82.
Exultantem lætitiam comprimere.Cic.in Topic.46.
Loliginibus exultantibus tempestatem significari gubernatores putant. Cic.2.de Diuinat.115.
Sanguis altè exultans è corpore emicat.Lucret.lib.2.40.
Exultanter,Aduerbium,(ἁγαλλιάσεως.)Plin.epist.62.c.Confido in hoc genere materiæ,lętioris styli constare rationem,quã ea potius quę prestius & astrictius,quàm illa quæ hilarius,& quasi exultantius scripsi, possint videri accersita & inducta.
Exultatio,Verbale,(ἀγαλλίασις.)Plinius,lib.8.cap.54. Mutianus cauã luna tristes esse,quibus in eo genere cauda sit,nouam exultationem adorare. De simis.
Indecora exultatio.Quintil.lib.2.cap.2.7.
Exultantia,exultantiæ,(ἐπαγώμενοις.)Idem Gellius,libro.12.capit.5. Cum petulantia morbi dolorisque exultantia colluctantem.Id est eruptione violenta. Solinus,cap.45. Verum omnem excessus originẽ de sole fieri,primamque exultantiam iunioris concipi quum per Cancrum sol vehatur. De incremento Nili.
Exultim,Aduerbium,(σκιρτητικῶς.)Id est exultando & saliendo.Horatius.3.Carm.ode.11.2.
Quę velut latis equa trima campis,
Ludit exultim,metuitque tangi,
Nuptiarum expers,& adhuc proteruo
Cruda marito.

Exúlulo, exúlulas,penul.corr.(ἐξολολύζω.)exululare,pro Valde vlulare.Ouid.1.Metam.
Territus ipse fugit,nactusque silentia ruris Exululat.
Exululant comites,furiosaque tibia flatur.Ouid.4.Fast.69.
Comis ruptis exululare.Ouid.epist.11.25.
Exululãtus,pen.prod.Particip.(ἐξολολυγμός.) Ouid.4.Trist.eleg.1.9. Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus,
Dum stupet Idæis exululata iugis.

Exundo, exundas,(ἐκυμαίνω.)exundare,Alicum exire, vel extra alicum vndas proferre.Plin.lib.2.ca.103.7.In Tenedo insula fons,semper à tertia noctis hora in sextam ab æstiuo solstitio exundat. Colum.lib.8.cap.17.5. Verum meminisse oportebit, vt riuis per quos exundat piscina,præfigantur ænei foraminibus exiguis cancelli,quibus impediatur piscium fuga.
Dolor exundat altè mersus.Senec.Oedip.12.2.
Eloquentiam exundare,& exuberare.Tacit.in Dialogo de Oratoribus, Exundat,& exuberat illa admirabilis eloquentia.
Furor exundans.Stat.10.Thebaid.121.
Præruptum exundat pelagus.Silius,lib.3.11.
Pestis exundat,Silius lib.17.21.
Terra exuudauit chelydris.Silius,lib.3 64.
Vapor exundat antro.Seneca Hippol.1.4.
Exundatio,Verbale,(ἐκυμάνσις.)Plinius,lib.19.cap.3.1.Negãt nasci nisi exundatione fluminum innecto semine ab Tiaris.

Exungo, exungis,exunxi,exunctum,(ἀλείφω.)exungere,Vngere.Plaut.Rud.14.22.
–an te pœnitet

In mari quod delaui,ne hîc in terra quoque elauam?
S.Eluas tu,an exungare siccus.

Exungulo, exũgulas,pen.corr.(ἀπονυχίζω.)exungulare,Vnguas auferre.Plaut.Trucul.6.52.
–quæ nunc duo sciam,
Exportantur pessimum.hem,tuos exungulã,male viuitis.

Exuo, exuis.exui,exũtum,penul.prod.(ἀπεκδύω,ἐνεκδύω,ἀπεκδύομαι.)exúere,contrarium habet Induo.
Exuere vestem alicui.Senec.epist.91.Quæ sint mala quæ videant,ostentatiuanitatem exuit mentibus.
Exuere ægritudinem.Cic.3.Tusc.48. Hanc nisi exuimus,sic vt abiiciamus,miseria carere non possumus.
Aequalitas exuitur.Tacit.lib.3.At postquã exui æqualitas,& pro modestia,ac pudore ambitio,& vis incidebat,prouenire dominationes.Idẽ lib.1.Exuta æqualitate.
Amicitiam exuere.Tacit.lib.5.
Sciani amicitiam cæteri fallò exuerant.
Animam exuit.Ouid.14.Meram.156.
Anima memet pariter ac scelere exuam. Senec.Hipp.12.5.
Animum syluestrem exuere.Virg.2.Georg.11. De arbotibus hoc ait.
Animus exuitur.Stat.10.Thebaid.187.
–sed membra virum terrena relinquunt,
Exuiturque animus.
Serpens nouus exuit annos.Tibull.lib.1.eleg.4.7.
Armis exuere aliquem.Silius,lib.3.410.
Arroganriam,& auaritiam exuere.Tacit.in vita Agricolæ.
Aspectum exuere.Tacit.lib.16.Abrumperet vitam,ac ea ciuitate,cuius charitatem olim,nunc & aspectum exuisset,&c.
Astus exuere.Silius,lib.7.150.
Exuere castris hostem.pro Expellere.Liu.9.bel.Pu.15.Nec ante abscessum est,quàm castris quoque exuerunt hostem. Sic lib.5.221. Et.3. ab Vrbe.195. Nisi paucis diebus hos populatores agrorum fusos fugatosque castris exuero.Id est,abstulero eis castra.
Charitatem exuere.Tacit.lib.16.
Ciues nostros exuimus,Id est perdidimus,aut orbati sumus illis. Stat.3. Thebaid.42.
–nunc regis iniqui
Ob noxam,immeritos,patriæ,tot culmina,ciues Exuimus.
Cupido gloriæ alicui exuitur.Tacit.lib.20. Quando etiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exuitur.
Exuere ensem humero.Virg.lib.9.63.
Sic ait,illachrymans humero simul exuit ensem.
Ensem vagina exuerat.Stat.9.Thebaid.16.
Fastus exuere.Ouid.2.de Arte.49.
Feritas exuitur.Ouid.3.Fast.57.
Ferociam exuere.Tacit.lib.2.
Per communes liberos orauit exuere ferociam.
Fidem exuere.Tacit.lib.1.At ille moriturum potius,quam fidem exueret,clamitans. Idem lib.12.Et missis corruptoribus exuendam ad fidem hostes emercari. Silius,lib.15.112.
Fœdus exuere.Claud.de bello Get.73.
Exuere gratiam nouitatis dicitur id quod iam vetus esse incipit. Plinius, epist.2.b.Libelli quos emisimus,dicuntur in manibus esse,quòuis iam gratiam nouitatis exuerint.
Habitus regales exue.Stat.11.Thebaid.87.
Hominem exuere.Ouid.10.Metam.21.
– siquidem Cybelcius Atys
Exuit hanc hominem,truncoque induruit illo.
Exuere hominem ex homine.Cic.5.de Finib.61.Vt si aut manibus ingrediatur quis,aut non antè,sed retro fugere planè se ipse,& hominẽ ex homine exuens,naturam odisse videatur.
Exuere humanitatem.Cic.pro Ligario.8. Nõne humanitatem omnem exuisse? Idem ad Atticum,lib.13.261.4. Sed iam ad ista obdurauimus,& humanitatem omnem exuimus.
Exuere iugum,& exuere se iugo.Liu.5.bel.Maced.64. Et lib.4 56.pro Se liberare à seruitute. Tacit.lib.3.
Ius fasque exuere.Tacit.lib.19.Ac maiore ex diuerso mercede,ius,fasq; exuerent.
Iussa exuere.Tacit.lib.11.
Iustitium exuere.Tacit.lib.3.
Tum exuto iustitio reditum ad munia.
Lacertos exuere,Id est nudare.Virg.5.Aeneid.84.
Hæc fatus duplicem ex humeris reiecit amictum:
Et magnos membrorum artus,magna ossa,lacertosque Exuit.
Magistrum exuere.Tacit.lib.14.Exuere magistrum,satis amplis doctoribus instructus maioribus suis.
Exuere mentem,Animum vel affectum deponere.Virg.lib.4.Aeneid.
–atque hanc Siquis

Siquis adhuc superest precibus locus,exue mentem.
Mentem aliquam exuere,Id est repudiare consilium aliquod. Virgili.4. Aeneid.64. –& istam
Oro(siquis adhuc precibus locus)exue mentem.
Montes exuere,Id est denudare syluis.Stat.4.syl.3.10.
His cædunt nemus,exuuntque montes.
Exuere mores.Mart.lib.1.176.
Exuit annosa mores,nomenque senecta.
Antiquos mores exuere.Liui.lib.7.Decad.3. Ita repentè exuit antiquos mores.
Munia exuere.Tacit.lib.4.
Obsequium erga imperatorem exuit.Tacit.lib.3.
Otium exuere.Tacit.lib.11.Ne tamen miles otium exueret,Vbi videtur legendum indueret.
Senatorium ordinem exuere.Tacit.lib.18.Prima iuuenta quietis cupidine Senatorium ordinem exuerat.
Exuere ossa,Discooperire,Retegere.Virg.5.Aeneid.84.
–magna ossa,lacertosque Exuit.
Pacta exuere.Tacit.lib.5.Dedit spatium exuendi pacta.
Patriam exuere.Tacit.libro,11. Nec quicquam prius imbuuntur,quàm contemnere deos exuere patriam,parentes,liberos,fratres vilia habere.
Pacem exuere.Tacit.lib.4.
Pectus exuere curis.Stat.4.Syl.4.6.
Pedorem exuere.Tacit.lib.5.Neque exuerat pedorem.
Tithonia polum exuerat,Id est Aurora cælum reliquerat. Valerius 3.Argonau.1.
Promissa exuere.Tacit.lib.13.Repertaque spe ditioris coniugis,promissa exuere.Id est exuebat.
Exuere aliquem regno,pro Priuare,& auferre ei regnum. Plin.de Viris illust.6.Post ab Anci liberis immillis percussoribus,per dolum regno exutus est,& interfectus. Ibidem,51.Regem Philippum prælio fudit, castris exuit.
Reuerentiam imperii exuere.Tacit.lib.17. Ac ne reuerentiam imperii exuere viderentur.
Profanos ritus exuere.Tacit.lib.2.Nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.
Sacramentum exuere.Tacit.lib.19.Cuius sacramentum cunctis circa hostilibus non exuerat.
Exuere se paterno agro,pro Diuendere vel dilapidare paternam hæreditatem.Liu.1.ab Vrbe,97.Primo se agro paterno,auitoq; exuisse,deinde fortunis alius. Suet.de Claris grammaticis,11.Eoque facilius licentia Syllani temporis exutum patrimonio.
Exuere se ex laqueis,pro Liberare.Cic.7. Verr.118. Si me Hercules (id quod fieri intelligo non posse)ex his laqueis te exueris,ac te aliqua vi ac ratione explicaris,in illas tibi maiores plagas incidendum est.
Seditus aliquem exuere.Tacit.libro,13.Vt hostem vagum exuerent seditus.
Exuere senectam dicuntur serpentes.Plin.lib.20.cap.23.2.Fœniculũ nobilitare serpentes,gustatu(vt diximus)senectam exuendo.
Exuere seruitutem.Liu.4.bel.Maced.37.Nunquã saluis suis exuitur seruitus muliebris. Sic.Plin.lib.8.cap.51.5.
Seruitium exuere. Tacit.lib.20. Etsi exuissent seruitium cupidine imperitandi.
Societatem exuere.Tacit.lib.10.In ciuitates,quæ societatem Romanam non exuerant.
Spiritum inimicum exue,Id est animum qui te excruciat. Senec.Thebai. 1.7.Verba sunt Antigones ad Oedipum.
Tributa exuere.Tacit.lib.1.Aliis gentibus ignorantia imperii Romani inexperta esse supplicia,nesciat tributa,quæ quando exuerim,&c.
Tunicas exuerat.Ouid.2.Fast.35.
Serpens exuit in spinis vestem.Lucret.lib.4.12.
Vetustas exuitur anguibus.Ouid.3.de Arte,16.
Virtutes exuere. Tacit.lib.1.Quam virtutem diu retinuit,quum cæteras exueret.
Vitia exuere.Tacit.lib.5.Virilibus curis fœminarum vitia exuerat.
Vultus fœueros exuere.Ouid.3.Amor.eleg.4.9.
Exútus,pen.prod.Participium,(ἀπεκδυτέος.)Plin.lib.35.cap.11.17.Herculem ab Oeta monte Doridos exuta mortalitate cõsentu deorum in cælum euntem.De variis picturis
Bonis exutus.Tacit.lib.4.
Campus exutus.Tacit.libro,12.Territum exutumque campis Mithridatem.
Diademate exurus crines.Stat.9.Theb.33.
Forma exutus.Silius lib.8.88.
Vepicus quondam nomen memorabile ab alto
Saturno statuit genitor,quem carmine Circe
Exutum forma volitare per aera iussit.
Pudorem castum exuta.Silius,lib.5.3.
Pedem vinum exuta vinclis.Virg.4.Aeneid.104.
Vittis exuta comam.Stat.11.Thebaid.92.
Anguis exutus annis.Stat.4.Thebaid.20.
Dignitas exuta.Tacit.lib.3.M.Piso exuta dignitate.
Luctus exuti morte.Silius,lib.6.63.
Laqueis exuere mulæ.Claud.de Mulabus Gallicis.10.4.
Palmæ exutæ vinclis.Virg.1.Aeneid.31.
Pectus exutum.Claud.in Epithal.Palladii.46.2.
–fastidit amictum
Aestus,& exuto transluscent pectore frondes.
Gelu exuta sydera tepuerunt longis solibus.Stat.5.Thebaid.92.

Exupero, exúperas,pe.corr.(ὑπερβάλλω,ὑπερφέρω.)exuperare,Idem quod superare significat & excellere. Plautus Milite.18.22.Metuo ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet. Cic.4.Tusc.125. Quis homo te exuperauit vnquam gentis impudentia? Ex poeta antiquo. Terent.Heaut.5.1.5. Quæ sunt dicta in stultum,caudex,&c.
In illum nil poteritnam exuperat eius stultitia hæc omnia.
Quod fore paratum est,id summum exuperat Iouem.Carmen traductum è Græco à Cicerone.2.de Diuin.37.
Exuperare animarcei mortuum esse opponitur.Cic. Post reditum in Senatu.19.Quapropter memoriam vestri beneficii colam beneuolẽtia sempiterna,non solum dum anima exuperabo mea,sed etiam cũ mortuo monimenta vestri in me beneficii permanebunt. Id est,quamdiu viuam.Vbi ex vetusto codice legitur superero.
Ardua exuperare.Silius,lib.3.105.
Dolor exuperabat.Lucret.lib.6.1257.
Flammę exuperant,furit æstus ad auras.Virg.2.Aeneid.151.
Genus exuperat nobilitate morum.Ouid.4.Trist.eleg.4.1.
Exuperare laudes alicuius.Liu.8.bel.Pun.234. Et lib.1.ab Vrbe.142.
Materia exuperans vires.Ouid.1.Trist.eleg.4.12.
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Materia vires exuperante meas.
Exuperãtus,pen.prod.(ὑπερβλημένος.)Lucret.lib.1.47.
Sed citius cædunt grauioribus exuperatæ.
Exuperantia,exuperantiæ,Verbale,(ὑπέρβασις.)Eminentia.Cic.5.Tusc.148.Nõne omnem exuperantiam virtutis oderunt?
Exuperatio,Aliud Verbale,(ὑπερβολή.)Author ad Herennium,libro.4. 238.Significatio est,quæ plus in suspicione relinquit,quàm positũ est in oratione:ea fit per exuperationem,&c. Et paulo pòst,Per exuperationem quum plus dictum est quàm patitur veritas augendæ suspicionis causa.
Exuperãbilis,& exuperãbile,penult.corr.(ὑπερβλητος.)Qui potest superari.Stat.1.Thebaid.43.
–nec exuperabile diris
Ingenium mortale queror.
Vallum non exuperabile.Claud.2.in Ruffin.26.
Exuperabile,actiua significatione,quod exuperare potest. Virgilius.3. Georgicorum.7.
–tortosque Ixionis angues,
Immanemque rotam,& non exuperabile saxum. Seruius.

Exurdo, exurdas(ἐκωφόω.)exurdare,Cuius passiuum posuit Valerius Max.lib.2.capit.1.Græcis actionibus aures curiæ exurdantur.Id est obtunduntur. Plin.lib.32.ca.10.56.Paniculę flos si aures intrauerit,exurdat. Senec.epist.94.Ea scilicet quę tibi tantis clamoribus exurdato salubria insusurret verba.
Vina exurdescere palatum.Horat.2.Serm.Saty.8.8. –vel
Feruidi leuibus exurdant vina palatum.Aliqui legunt exsurdãt inter litera.

Exurgo, exurgis,exurrexi,exurrectũ,(ἐξανίσταμαι,ἐξανίστημι.) exurgere,E loco surgere.Plautus Mostel.15.28.Quæso exurge,pater aduenit. Idem Epid.15.2. Lumbos exsollite,atque exurgite.
Exurgere & erigere se.Cic.2.pro L.Manil.86.
Si esset iugulata,nunquam exurgeret.Cic.13.Philipp.376.
Exurgere à genibus.Plaut.Rud.7.15.
Manus mihi date,atque exurgite ambæ A genibus.
Exurgere de nocte impigre.Plaut.Rud.22.8.
–nam vt de nocte multa
Impigreque exurrexi,lucrum præposui sopori & quieti.
Exurgere foras.Plaut.Milit.4.3. Qui autem auscultare nollet,exurgat foras.Id est exurgat,& foras abeat.
Exurgere ex insidiis.Liu.7.bel.Pun.223. Exurgendi tempus ex insidiis & aggrediendi hostem.
Pauli per exurge,& per se hunc dolorem commemorationis non necessarie.Cic.pro Cluentio.134.
¶ Exurgere se,per translationem,pro Erigere esse,& afflictionibus li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

berari.Cic.pro L.Agra.26.Hæc quæ procul erant à conſpectu impe-
rii,non ſolum affixerunt,ſed etiam nequando recreata exurgere, at-
que erigere ſe poſſent,funditus,vt dixi,ſuſtulerunt. Idem ad Atticũ,
lib.7.13.2.Nos autem vbi exurgere poterimus,aut quando?
Exurget Reſp.Cic.ad Caſſium,lib.12.10.9. Authoritate veſtra Reſpub.
exurget,& in aliquo ſtatu tolerabili conſiſtet.
¶ Exurgit mons ab Indico mari.Plin.lib.5.cap.27.7.
Colles exurgunt vertice.Silius,lib.7.55.
Dolor exurgit grauior.Seneca Medea.1.10.
Exurgere ædificiis dicitur vrbs.Liu.6.ab Vrbe.18. Et Roma cũ frequen
tia creſcere,tum tota ſimul exurgere ædificiis.
Voluntas exurgendi.Lucret.lib.3.35.

Exûro, exũris,pen.prod.exuſſi,exuſtum,(ἐκκαίω,)exurere, Idẽ qđ
vrere,& igne prorſus conſumere ſignificat.Cic.in Piſonem
77.Epirus exciſa,Locri,Phocii,Bœotii exuſti. Idẽ pro L.Manil.12.Bi
thyniæ quæ nunc veſtra prouincia eſt,vicos exuſtos eſſe cõplures.
Ex animo exuri.Cic.3.de Nat.Deor.9.Mihi quidem ex animo exuri.
non poteſt eſſe deos.Fortè legendum eſt exui, vel erui.
Igni exuritur ſcelus.Virg.6.Aeneid.149.
Sitis exurit miſeros.Lucret.lib.3.188.
Sol graciles exurit artus.Tibull.lib.2.eleg.3.1.
Exuſtus,Participium,(ἐκκεκαυμένος,)vt Media verò terrarum, qua ſolis
orbita eſt,exuſta flammis & cremata.Plin.lib.2,cap.68.2.
Vinus exuſtus eſt.Cic.3.Verr.48.
Ager exuſtus morientibus æſtuat herbis.Virg.1.Georg.22.
Exuſtus ſole caſeus.Colum.lib.7.cap.8.4.Quorum vitiorum,primũ ſo-
let accidere,ſi parum preſſus ſecundum,ſi nimio ſale ſit imbutus: ter-
Corpus exuſtum.Silius lib.3.55.
Flos exuſtus ſiti veteris vbertatis exaruit.Cic.de Claris Orat.8.
Palus exuſta.Virg.3.Georg.85.

Exuſtio,Verbale,(ἔκκαυσις,)Cic in Somnio Scip.24.Propter eluuiones
exuſtionesque terrarum,quas accidere tempore certo neceſſe eſt,&c.
Exuſtio ſolis.Plin.lib.17.cap.24.7.

Exuſcito, exũſcitas,penult.correp.(ἐξανίστημι,ἐγείρω,) exuſcita-
re,Idem quod ſimplex ſuſcito. Cicero pro Murena.18.
Te gallorum,illum buccinarum cantus exuſcitat. Idem. 3. de Orat.
121. Quietum exuſcitat.
Exuſcitari & commoueri.Author ad Heren.lib.3.131.Docet ergo ſena
tura vulgari & vſitata re non exuſcitari,nouitate verò & inſigni quo-
dam negotio commoueri.
Clamore aliquem exuſcitare.Author ad Heren.lib.3.114.
Exuſcitare animos.Cic.1.Offic.21.Quæ cura exuſcitat etiam animos,&
maiores ad rem gerendam facit.
Memoriam naturalem exuſcitare.Author ad Heren.lib.3.119.
Exuſcitare ſe.ſtratus ad Ciceronem.16.20. Quare non Octauios eſt ro
gandus vt velit nos ſaluos eſſe,magis tu te exuſcita,vt eam ciuitatem,
in qua maxima geſſiſti,liberam atque honeſtam fore putes.

Exuuiae, exuuiarum,pluralis tantum numeri,(λάφυρα,ἔνδυμα,)di
cuntur ſpolia hoſtibus detracta,ab exuendo quidem di
ctæ,vt inquit Feſtus.Plaut.Epid.2.36.
Id modò vt.Jandum,vt materies ſuppetat ſcutariis,
Si in ſingulis ſtipendiis ad hoſtes exuuias dabit.Cic.pro L. Manil.36.
Quum eum vobis maiores veſtri exuuiis nauticis & claſſium ſpoliis
ornarum reliquiſſent. Virg.1.Aeneid.55.
– qui redit exuuias indutus Achilli.
Bellorum exuuiæ.Iuuenal.Saty.10.14.
Bellorum exuuiæ,truncis affixa trophæis
Lorica,& fracta de caſſide buccula pendens,&c.
Capitis exuuiæ.Senec.Hippol.126.Intelligit capillos.
Dulces exuuiæ.Virg.4. Aeneid.131.
Nauticæ exuuiæ.Vide NAVIS.
Exuuiæ non ſolũm(inquit Nonius)hominum tegmina aut veſtes dicun
tur,ſed etiam animalium quorumlibet:vt Exuuiæ bubulæ, pro corio
aut tergore aut pelle bubula.Plaut.Moſtel.12.23.
Hanc rem die craſtini quum heros reſciuerit,
Mane caſtigabit eos exuuiis bubulis.
Exuuiæ ſerpentis.Virg.3.Georg.88.
Quum poſitis nouus exuuiis,nitidusque iuuenta
Voluitur.
Exuuiæ pecudum.Actius Baccis, Tunc pecudum exuuias
Iuuo pictas lateri accommodans.
Poſitis exuuiis nouus coluber.Virg.2.Aeneid.95.
Leonis exuuiæ.Virg.9.Aeneid.64.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca